Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
41 H
20
П
3 . E . 26.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

cum alia versione ex editione
Tigurina anni 1543.
cum notis Vatabli, sive
potius ipsius Rob. Steph.

Digitized by Google

# BIBLIA

Quid in hac editione præſtitum ſit, vide in ea quam operi præpoſuimus, ad lectorem epiſtola.




Coll. Romani Soc. Jesu

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LVTETIAE.

Rob. Steph.

Ex officina [redacted], typographi Regii.

M. D. XLVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

## AD SACRARVM LITERARVM STVDIVM exhortatio ex Sacris literis.

EXOD. 13.

Narrabis filio tuo in die illo, dicẽs, Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quãdo egreſſus ſum de AEgypto. Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos, & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te Dominus de AEgypto.

DEVT. 12.

Non facietis ſinguli quod vobis rectum videtur; ſed quod præcipio tibi, hoc tãtum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

DEVT. 31.

Leges verba legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, & in vnum omni populo cõgregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleántque omnes ſermones legis huius.

IOSVE 1.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius ad dexterã vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis.

PROVERB. 30.

Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniariſque mendax.

ROM. 15.

Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

2. TIMOTH. 3.

Tu vero permane in his quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris, & quòd ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in CHRISTO IESV. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.

1. TIMOTH. 4.

Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

## Summa totius Sacræ ſcripturæ, librorum videlicet Veteris & Noui teſtamenti.

Exod.3 & 5.
Deut.6.
1.Tim.1.
Dani.7.c. Docent nos libri Veteris teſtamenti, Deum illum Deus.
Ge.17.exo.15. quem coluerunt Abraham, Iſaac, & Iacob Hebræi, ſolum verum eſſe Deum, eúmque
Ge.1. pſal.103 omnipotentem & æternum: qui propter bonitatē ſuam Verbo ſuo cælum & ter-
Ier.9.pſal.10. ram, & quæ in eis ſunt, creauit. à quo omnia procedūt, ſine quo nihil quicquam eſt:
Roma.9. iuſtum & miſericordem: quique omnia operetur in omnibus ſecundum volunta-
1.Cor.11. tem ſuam: cui non liceat dicere quare ſic vel ſic faciat.
Rom.9.
eſa.45.ier.18.

Adhæc, ipſum hunc Deum creaſſe Adam primum Creatio
Gene.1. hominem ad imaginem & ſimilitudinē ſuam, dominúmque eum conſtituiſſe om- hominis.
Sap.2. nium creatorum in terra. Qui quidem Adam, inuidia & fraude diaboli, creatoris
Rom.5. ſui præcepto non obediens, ſuo peccato, peccatū in hunc mundum inuexit tale, tan- Peccatum.
Epheſ.2. túmque, vt nos ſecundum carnem ab ipſo progeniti, natura filii iræ ſimus, & ob id
morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxii reddamur.

Porro autem promiſſum fuiſſe à Deo patre ſemen Promiſſus
Ge.3.12.16.18. illud benedictum IESVM CHRISTVM filium ſuum ſaluatorem noſtrum, ipſi Chriſtus.
Heb.1. Adæ, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauidi, & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrannide dia
boli liberaret eos qui viua fide huic promiſſioni crederent, ipſique IESV CHRI-
STO fiderent, liberationem hanc ab ipſo & per ipſum ſperantes. Eſt autē hæc pro-
miſſio ſæpiſſime repetita in libris Veteris teſtamenti.

Interea autem dum à patribus expectabatur pro- Lex, ſiue de
Rom.5.gal.3. miſſa ſalus & liberatio, quód ea eſt hominum natura tam ſuperba atque adeò cor- calogus.
rupta, vt non libenter ipſi velint ſe agnoſcere peccatores, quibus promiſſo Salutari
Exod.19.20. ſit opus: legem ſcriptam in tabulis lapideis, datam fuiſſe à Deo per Moyſem, vt per
1.Corin.1. eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius ſitirent homines CHRI-
Heb.7. STI aduentum, qui ipſos à peccatis redimeret, quod ſacrificia & hoſtiæ non præſta-
Heb.10. bant. erant enim vmbræ & figuræ veræ oblationis CHRISTI qua peccata omnia
Iohan.1. obliteranda erant & abolenda.

Rom.9. Noui autē teſtamenti libris, docemur, CHRISTVM Chriſtus
Luc.1. illum promiſſum (qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula) & in libris Vete- Deus ſal-
Gal.4. eph.1. ris teſtamenti adumbratum ſacrificiis, ac figuratum, miſſum tādem à patre fuiſſe, uator ve-
Rom.5. eo tempore quod apud ſe conſtituerat, eo inquam tempore, quo abundabat omnis nit.
Tit.3.ephe.2. iniquitas. Miſſum autem & incarnatum, non ex bonis cuiuſquam operibus (nam
Ephe.1. ro.15. omnes erant peccatores) ſed vt verax, abundantes gratiæ ſuæ diuitias, quas promi-
Tit.3. ſerat, exhiberet, & ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos faceret.

Iohā.1.eſa.53. In Nouo igitur teſtamēto, planiſſime oſtenditur, quód IESVS CHRISTVS Agnus.
1.Io.2. eph.1. verus agnus, & vera mūdi hoſtia, venit vt nobis pacem cum patre conciliaret, (ipſe Hoſtia.
Epheſ.2. eſt enim pax noſtra) lauando nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: & liberaret à Pax.
1.Pet.1. ſeruitute diaboli, (cui peccando ſeruiebamus) in filióſque Dei adoptaremur per ip- Adoptio.
Luc.1. Heb.1. ſum, cohæredéſque eius efficeremur.
Apo.1.Eph.1.
Rom.8.eph.1

Vt autem ſingulare hoc & maximum Dei beneficium erga nos agnoſcamus,
Galat.4. dat nobis Deus Spiritum ſuum ſanctum, cuius fructus & donum eſt fides in Deum Spiritus
Gal.12.5. & CHRISTVM eius. Nam ſine Spiritu ſancto quo ſignamur, neque credere poſſu ſanctus.
Ephe.1. mus Deum patrem miſiſſe MESSIAM, neque IESVM eſſe CHRISTVM. nul- Fides.
1.Corint.12. lus enim (inquit Paulus) dicere poteſt, Dominus IESVS, niſi in Spiritu ſancto.

Rom.8. Idem Spiritus teſtatur ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei, & diffundit in viſce- Charitas
Rom.5. ra noſtra eam charitatē quam deſcribit Paulus Corinthiis. Præterea Spem, quæ eſt Spes.
1.Corin.13. certa vitæ æternæ expectatio, cuius idē ipſe arrabo eſt & pignus, nobis impertitur, Iuſtifica-
Tit.2.& 3. & alia ſpiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas. [redacted] tio, & ſan-
Ephe.1. ctificatio.
Galat.5.

Iuſtificatio, & ſanctificatio.

[redacted] Galat.1. Ephe.5.heb.9. 1.Corinth.1. Heb.1. 2.Corint.5.

Bona opera

Venit denique CHRISTVS ipſe vt nos per ipſum ſanctificati & purificati à Tit.2.
peccatis,voluntatem eius operibus bonis ſectantes, quæ carnis ſunt abnegemus,ac
liberè ſeruiamus ei in iuſtitia & ſanctitate omnibus diebus noſtris : & vt per bona Luc.1.
opera(quæ præparauit Deus vt ambularemus in illis)nos oſtendamus ad hãc gra- Ephes.2.
tiam vocatos : quæ quidem bona opera qui non habet, teſtatur ſe fidem in CHRI- 1.Pet.1.
STVM non habere qualem ille in nobis requirit.

Chriſtus magiſter Pontifex Mediator Aduocatus

Ad eum oportet nos accedere, & alacri animo ipſum ſequi, vt nos doceat : Eſt Matt.11. & 13. Iohan.13.
enim magiſter noſter,mitis & humilis corde. Exemplar noſtrum, à quo diſcere o- 1. Pet.2
portet normam rectè viuendi.Noſter præterea epiſcopus & ſummus pontifex,vnus Heb.4.
mediator Dei & hominum:qui nunc ad dexteram Dei patris ſedet, nobis aduoca- 1.Tim.2.heb. 12.
tus factus,orans interpellanſque pro nobis:qui proculdubio impetrabit quod vel 1.Iohã.2.ro. 8
ab ipſo,vel ipſius nomine à Patre petierimus:ſi modo petentes ita illum facturum Iohan.14.
eſſe crediderimus.ſic enim promiſit.Ne igitur dubitemus,ſiquando peccauerimus, Heb.4.
cum pœnitentia (ad quam nos initio ſtatim ſuæ prædicationis inuitat & incitat) Mar.1.
cúmque fiducia accedere ad thronum gratiæ eius : credentes quòd miſericordiam Heb.4.
conſequuturi ſumus. nam ideò venit vt peccatores ſua gratia ſaluos faceret. 1.Tim.1.

Iudicium. Vita æterna. Ignis æternus.

Hic nimirum eſt CHRISTVS IESVS,qui poſt interfectum ſpiritu oris ſui 1.Theſ.2.
hominẽ peccati,ſedebit in maieſtate ſua,omnes iudicaturus, & redditurus vnicui- 1.Corin.5.
que propria corporis prout geſſit,ſiue bonum ſiue malum.dicturúſque eſt iis qui à Matth.25.
dextris erũt,qui in hoc mundo futura bona expectauerint, Venite benedicti Patris
mei,poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Iis autem qui à ſini-
ſtris, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & ange- 1.Corin.15.
lis eius.Tunc verò finis erit,quum regnum Deo & Patri tradiderit.

Hæc vt cognoſcamus,bonitate Dei per Spiritũ eius 1.Pet.1.
ſanctũ tradita ſunt nobis ſacra Biblia:vt cognoſcamus inquam & credamus vnum Iohan.17.
ſolum eſſe Deum verum,& quem miſit IESVM CHRISTVM:vtque credentes, Iohan.20.
vitam habeamus in nomine eius.

Præter hoc fundamentum nemo aliud poteſt po- 1.Corint.3.
nere . Optátque Paulus eum anáthema eſſe qui aliam fidem & ſalutem annuntia- Galat.1.
uerit,quàm per IESVM CHRISTVM:etiam ſi fuerit angelus de cælo. Rom.11.

Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia:cui cum Patre & Spiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

Digitized by Google

# Index teſtimoniorum à Chriſto & Apoſtolis in Novo Teſtamento citatorum ex Veteri, quae huc in id

congeſta ſunt, vt qui lectores natiuam quorundam intelligentiam facile aſſequi valeant quæ ab ipſo Chriſto vero interprete & Spiritu eius, per Apoſtolos ſit tradita: perſpiciántque in quem vſum ea adduxerint Apoſtoli & Euangeliſtæ.

GENESIS.

1 d Maſculum & fœminam fecit eos. Mat.19 a mar.10 a
2 a Requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis Heb.4 b
2 b Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem 1.Corint.15 f
2 d Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Matth.19 a.mar.10.a. ephe.5.g.1.cor.6 d
2 d Erunt duo in carne vna. Matth.19 a.mar.10 a 1.corint.6 d.ephe.5 g
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua. Act.7 a
12 a Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Act.3 d.galat.3 b
15 b Sic erit ſemen tuum Rom.4.c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam Rom.4 a. iaco.2 d.galat.3 a
15 c Erit ſemen tuum peregrinum in terra non ſua Act.7 a
17 a Quia patrem multarum gentium conſtitui te. Rom.4 c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Rom.9 b
21 b Eijce ancillam & filium eius Galat.4 d
21 b In Iſaac vocabitur tibi ſemen Rom.9 b
22 c Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans &c. Heb.6 c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Gal.3 b.act.3 d
25 c Quia maior ſeruiet minori Rom.9 c

EXODVS.

3 b Ego ſum Deus Abraham &c. Matt.22.c mar.12.c luc.20 f
9 d In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te potentiam meam Rom.9 d
12 g Os non comminuetis ex eo Iohan.19 f
13 a Omne maſculinum adaperiens vuluam. Luc.2 d
16 d Qui multum, non abundauit: &c. 2.Cor.8 c
20 c Non mœchaberis Matth.5 d
20 c Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, Non concupiſces. Rom.13 c
20 c Non concupiſces Rom.7 b
20 c Non occides Matth.5 c.luc.18 d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam. Matth.15 a.mar.7 b.ephe.6 a
21 c Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur Matth.15 a. marc.7 b
21 c Oculū pro oculo, dentem pro dente. Mat.5 f
22 d Principi populi tui non maledices. Act.23 a
24 c Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus Heb.9 e
25 g Vide omnia facito ſecundū exemplar quod tibi oſtenſum eſt &c. Heb.8 b.act.7 f
32 a Fac nobis deos qui præcedant nos Act.7 e
33 d Miſerebor cui voluero &c. Rom.9 c
34 d Non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem 2.Cor.3 e

LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. 1.Pet.1 c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea. Ro.10 b.gal.3 b
19 c Non periurabis Matth.5 e
19 d Diliges proximū tuū ſicut teipſum Ro.13 d galat.5 c.iaco.2 b.matth.22 d.marc.12 c
19 d Diliges proximum tuum Matth.5 g
20 b Qui maledixerit patri &c. Matth.15 a
24 d Oculum pro oculo Matth.5 f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos 2.Corint.6 d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Iohan.19 f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt. Heb.12 g
5 b Non concupiſces Rom.7 c.13 e
5 b Non occides Matth.5 c.luc.18 d
5 b Non mœchaberis Matth.5 d.luc.18 d
5 b Non furtum facies Luc.18 d.rom.13 c
5 b Non loquēris contra proximum tuum falſum teſtimonium Luc.18 d.Rom.13 c
5 b Honora patrem & matrem. Matth.15 a.marc.7 b.ephe.6 a
6 a Au::i Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Mar.12 c
6 a Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde &c. Matth.22 d.mar.12 c luc.10 e
6 c, 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies Matth.4 b.luc.4 b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum. Matth.4 b.luc.4 b
8 a Non in ſolo pane viuit homo Matth.4 a. luc.4 a
10 d Deus perſonam hominis nō accipit. Gal.2 b
18 c Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus. Act.3 d.7 e
19 d In ore duorum vel triū teſtium ſtabit omne verbū. 2.Corint.13 a.matth.18 b.ioh.8 e
19 d Oculum pro oculo, dentē pro dente. Mat.5 f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno. Gal.3 b
25 b Non alligabis os boui trituranti. 1. Corint. 9 a.1.Tim.5 c
25 b Siquis mortuus fuerit non habens filium. Matth.22 c.marc.12 b.luc.20 e
27 d Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ &c. Galat.3 b
30 e Quis aſcendet in cælum? Rom.10 b
30 c Prope eſt Verbū in ore tuo, & in corde tuo. Rom.10 b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem &c. Rom.10 d
32 e Mihi vindictam, ego retribuam. Rom.12 d

IOSVE.

1 a Non te deſerā, neque derelinquam. Heb.13 a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Heb.1 b.

REG. III

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria &c. Rom.11 a
19 b Reliqui mihi ſeptem millia virorū. Ro.11 a

IOB.

5 e Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. 1.Corint.3 d

## D A V I D.

2 a Quare fremuerunt Gentes? Act.4 e

2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act.13 e. Heb.1 b.5 b

2 c Reges eos in virga ferrea Apoc.2 g.19 c

4 b Iraſcimini & nolite peccare Epheſ.4 f

5 c Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Rom.3 b

6 c Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem Matth.7 d.25 d.luc.13 f

8 b Ex ore infantium & lactentiũ Matth.21 b

8 c Quid eſt homo quòd memor es eius? Heb.2 a

8 c Omnia ſubiecit ſub pedibus eius.1.Cor.15 d

9 e Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Rom.3 c

13 a Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens. Rom.3 b

13 b Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Rom.3 c

15 c Prouidebã Dominũ in cõſpectu &c. Act.2 d

15 d Non dabis Sãctum tuum videre corruptionem. Act.2 e.13 e

17 a Ego ero fidens in eum Heb.2 c

17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine. Rom.15 b

18 a Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum. Rom.10 d

21 a Eli, eli, lãma ſabacthani. Mat.27 e.mar.15 c

21 c Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Matth.27 d Iohan.19 e

21 c Nũtiabo nomen tuũ fratribus meis Heb.2 c

23 a Domini eſt terra, & plenitudo eiꝰ.1.Cor.10 f

24 c Odio habuerunt me gratis Iohan.15 d

30 a In manus tuas commẽdo ſpiritum meum. Luc.23 f

31 a Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates. Ro.4 a

33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1.Pet.3 b

39 b Hoſtiam & oblationem noluiſti Heb.10 b

40 c Qui manducat mecum panem Iohan.13 b

43 d Propter te mortificamur tota die Rom.8 g

44 b Thronus tuus Deus in ſeculũ ſeculi Heb.1 c

50 a Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis Rom.3 a

54 d Iacta ſuper Dominum curam tuã.1.Pet.5 b

61 d Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet 1.Corint.3 b

67 d Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem Ephe.4 b

68 b Zelus domus tuæ comedit me Iohan.2 d

68 b Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me Rom.15 a

68 c Fiat mẽſa eorum coram ipſis in laqueum. Rom.11 b

68 c Fiat commoratio eorum deſerta Act.1 d

68 e In ſiti mea potauerũt me aceto Iohã.19 f

77 a Aperiam in parabolis os meum Matth.13 e

77 c Panem cæli dedit eis Iohan.6 d

81 b Ego dixi, dii eſtis Iohan.10 g

88 d Inueni Dauid ſeruum meum Act.13 d

90 c Angelis ſuis mãdauit de te. Mat.4 a. luc.4 b

93 b Dominus nouit cogitationes ſapiẽtũ quoniam vanæ ſunt 1.Corint.3 d

94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4 a

94 c Hodie ſi vocem eius audieritis Heb.3 b

96 b Et adorent eum omnes angeli eius. Heb.1 c

101 d Tu in principio Domine terram fundaſti. Heb.1 c

103 a Qui facit angelos ſuos ſpiritus Heb.1 c

108 b Et epiſcopatum eius accipiat alter Act.1 d

109 a Dixit Dominus domino meo Matth.22 d luc.20 g.act.2 f

109 a Sede à dextris meis Heb.1 d

109 a Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ, &c. Heb.1.d.1.corinth.15.d.

109 b Tu es ſacerdos inæternum Heb.5 b.7 c

109 b Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Heb.7 c

111 b Diſperſit, dedit pauperibus 2.Corin.9 c

115 a Credidi, propter quod locutꝰ ſum.2.Cor.4 e

115 a Omnis homo mendax Rom.3 a

116 a Laudate Dominum omnes gentes. Rom.15 c

117 a Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo Heb.13 b

117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, Matth.21 d.mar.12 a.act.4 b.1.pet.2 b

117 Hoſanna filio Dauid Matt.21 b

131 c De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam Act.2 e

139 a Venenum aſpidum ſub labijs eorum. Ro.3 b

## P R O V E R.

3 a Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos Rom.12 d

3 b Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, &c. Heb.12.b

3 b Quẽ diligit Dominus corripit, &c. Heb.12 b Apoc.3 d

10 b Charitas operit multitudinem peccatorum 1.Pet.4 b

17 e Videte ne quis malum pro malo alicui reddat 1.Theſſ.5 c.1.pet.3 b

20 c Qui maledixerit patri vel matri Matth.15 a mar.7 b

25 c Si eſurierit inimicus tuus, ciba illũ. Ro.12 d

26 b Canis reuerſus ad vomitum 2.Pet.2 d

## E S A I A S.

1 c Niſi Dominus ſabbaoth reliquiſſet nobis ſemen Rom.9 f

5 d Homo plantauit vineam. Matth.21 b.luc.20 b mar.12 a

6 a Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Apoc.4 c

6 c Auditu audietis, & non intelligetis. Matt.13 b marc.4.b.luc.8 b.act.28 f. Ioh.12.f.ro.11 b

7 e Ecce virgo in vtero habebit Matth.1 d

8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2 d

9 a Terra Zabulon & terra Nephthali. Mat.4 c

10 e Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris Rom.9 f

11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominꝰ interficiet ſpiritu oris ſui 2.Theſſ.2 e

11 c Erit radix Ieſſe Ro.15 c.act.13.d

21 c Cecidit cecidit Babylõ illa magna. Apo.14 b

22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1.Corin.15 e

22 f Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauẽ Dauid Apoc.3 b

25 c Aſterget Dominus omnem lachrymam ab oculis &c. Apoc.7 d.21 b

28 c Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic. 1.Corint.14.d

28 d Ecce pono in Sion lapidem offenſionis. Rom.9 g.1.pet.2 b.act.4 b

29 d Populus hic labiis me honorat. Matth.15 a mar.7 b

29 e Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam &c. 1.Corint.1 c

33 c Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? 1.Cor.1 c

40 a Vox clamantis in deſerto. Matth.3 a.mar.1 a.luc.3.a.iohan.1 c

40 b Omnis caro fœnum 1.Pet.1.d.iacob.1 d

40 d Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum? ſiue, quis conſiliarius eius fuit? Rom.11 d.1.corint.2 d

42 b.44 a Ego ſum primus & nouiſſimus. Apoc. 1.d & 22 e
42 a Ecce puer meus quem elegi Matth.12 b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc.21 b.2. cor.5 d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom.14 b
45 b Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, &c. Rom.9 d
49 b Poſui te in lucem Gentium Act.13 g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis &c. 2.Corin.6 a
49 e Nō eſurient, neque ſitiēt amplius. Apoc.7 d
50 c Tunc expuerunt in faciem eius. Matth.26 g
52 b Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem Rom.10 c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, &c. 2.Corint.6 d
52 b Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gētes Rom.2 d
52 d Quibus non eſt annuntiatum de eo, videbūt Rom.15 e
53 a Domine quis credidit auditui noſtro? Rom. 10 c. Iohan.12 f
53 b Ipſe infirmitates noſtras accepit. Matth.8 c
53 c Tanquam ouis ad occiſionem Act.8 f
53 d Et cū iniquis reputatus eſt. Mar.15 c. luc.22 d
53 e Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus &c. 1.Pet.2 d. 1.Iohan.3 a
53 e Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo. 1.Pet.2 d
54 a Lætare ſterilis quæ non paris. Galat.4 d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Iohan.6 e
55 a Et qui ſitit veniat: & qui vult, accipiat aquā vitæ gratis Apoc.22 d
55 b Dabo vobis ſancta Dauid fidelia Act.13 e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Matth.21 b. marc.11 c. luc.19 g
59 b Contritio & infœlicitas in vijs eorū. Ro.3 c
59 c Galeam ſalutis aſſumite. Ephe.6 c. 1.theſ.5 b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Rom.11 d
60 c Et portæ eius non claudētur per diem &c. Apoc.21 g
60 d Et ciuitas nō eget ſole neq; luna Apoc.21 g
60 d Nox vltra non erit Apoc.22 a
61 a Spiritus Domini ſuper me Luc.4 c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit. Matth.21 a
64 b Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, &c. 1.Corint.2 b
65 a Inuentus ſum à nō quærētibus me Ro.10 d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem Rom.10 d
65 e Nouos vero cælos & nouam terram. 2.Pet. 3.c. apoc.21 a
66 a Cælum mihi ſedes eſt Act.7 f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Mar.9 g

IEREM.

7 b Vos autem feciſtis illam, ſpeluncam latronum Matth.21 b. mar.11 c. luc.19 g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur. 1.Cor. 1 d. 2.corint.10 d
10 a Quis non timebit te Domine? Apoc.15 b
17 d Ego ſum ſcrutans renes & corda Apoc.2 f
31 c Vox in Rama audita eſt Matth.2 d
32 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2.Corint.6 d
31 e Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domū Iſrael & ſuper domū Iuda teſtamentum nouum Heb.8 c
31 f Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb.10 c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna Apoc.18 a

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum Apoc.10 d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea Rom.10 b
32 b Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum Matth.24 c
36 e Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gētes Rom.2 d

DANIEL.

9 g Cum videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele propheta. Matth.24 b. mar.13 b. luc.21 d

OSEE.

2 d Et erit in loco vbi dictum eſt eis, Nō plebs mea vos &c. Rom.9 e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam. Rom.9 e. 1.pet.2 b
6 e Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Matth.9 b. 12 a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Luc.23 d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum. Mat.2 c
13 d Abſorpta eſt mors in victoria 1.Cor.15 g

IOEL.

2 g Et erit in nouiſſimis dieb⁹, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act.2 c
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit Rom.10 c

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi &c. Act.7 e
6 a Væ vobis diuitibus Luc.6 d
9 e Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid Act.15 c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus &c. Matth.12 c. luc.11 d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matth.12 d. luc.11 e

MICHAE.

5 a Et tu Beth-lehem terra Iuda &c. Matth.2 a
7 b Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem. Matth. 10 d. luc.12 g

AGGAE.

2 b Adhuc ſemel, & ego mouebo nō ſolum terram, ſed & cælum Heb.12 g

HABAC.

1 b Videte contēptores, & admiramini, & diſperdimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, &c. Act.13 f
2 a Iuſtus autē ex fide viuit. Rom.1 c. galat.3 b

NAHVM.

1 d Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem Rom.10 c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnuſquiſque cū proximo ſuo Ephe.4 f
9 b Ecce rex tuus venit Matth.21 a. Iohan.12 b
11 c Et acceperūt triginta argenteos. Matth.27 a
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Iohan.19 g
13 c Percutiam paſtorem. Matth.26 c. marc.14 b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Rom.9 c
3 a Ecce ego mitto angelum meum. Matth.11 b mar.1 a. luc.7 d. Iohan.1 c
4 b Ipſe eſt Elias qui venturus erat. Matth.11 b
4 Quid eſt quod ſcribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire, &c. Matth.17 b marc.9 b
4 b Vt cōuertat corda patrum in filios. Luc.1 b

# Index alter, in quo itidem Noui inſtrumẽti teſtimonia ex Veteri excerpta annotauimus, ſi non ad verbum, certe iuxta ſententiam. ex quorum collatione cum iis à quibus videntur deſumpta, non parum lucis accedet Chriſtianis lectoribus.

## GENESIS.


1 a Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Dei verbo Heb.11 a

1 a Cæli erãt prius & terra de aqua, & per aquã conſiſtentes Dei verbo 2.Pet.3 b

1 d Bene omnia fecit Mar.7 d

2 d Adam primus formatus eſt, deinde Heua. 1.Timo.2 d

2 d Non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. 1.Cor.11 a

3 a Serpens ſeduxit Heuã aſtutia ſua. 2.Cor.11 a

3 b Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta 1.Timot.2 d

4 a Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit Heb.11 a

4 b A ſanguine Abel iuſti Matth.23 d

4 b Nõ ſicut Cain qui ex maligno erat. 1.Ioh.3 b

4 b Væ illis q in via Cain abierũt. Iudæ epiſt. d

5 c Fide, Enoch tranſlatus eſt ne videret mortẽ Heb.11 a

6 e Quando expectabãt Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. 1.Pet.3 d

6 e Fide, Noe reſponſo accepto, de iis quæ adhuc non videbantur &c. Heb.11 b

7 a Octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit 2.Pet.2 b

7 b Sicut in diebus ante diluuiũ &c. Matth.24 d

9 a Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt Matth.26 e. apoc.13 c

12 a Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire Heb.11 b

14 d Hic enim Melchi-ſedec, rex Salem, ſacerdos Dei ſummi Heb.7 a

16 d Abraham filium habuit de ancilla. Gal.4 c

17 b Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei Ro.4 b. act.7 a

18 a Fide, & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione, &c. Heb.11 c

18 b Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominũ eum vocans 1.Pet.3 a

19 b Euertit ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorum 2.Pet.2 b

19 e Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates Iudæ epiſt. c

19 e Memores eſtote vxoris Lot Luc.17 g

19 e Sicut factum eſt in diebus Lot, edebant, &c. Qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit &c. Luc.17 f

21 a Abraham habuit filium de libera Galat.4 c

22 a Fide, obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur Heb.11 d

22 b Offert Abraham filium Iſaac ſuper altare. Iacob.2 d

22 c Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abrahã, &c. Luc.1 e

25 e Rebecca ex vno, concubitũ habens, Iſaac patris noſtri, &c. Rom.9 b

25 d Ne quis fornicator aut prophanus vt Eſau, qui propter eſcam, &c. Heb.12 d

27 d Fide, & de futuris benedixit Iſaac Iacob. Heb.11 d

48 c Fide, Iacob moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit Heb.11 d

49 b Quem ſcripſit Moyſes in lege Iohan.1 g

50 d Fide, Ioſeph moriens, de profectione filiorũ Iſrael, &c. Heb.11 d


## EXOD.


2 a Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus Heb.11 d

2 b Fide, Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis Heb.11 d

2 b Cum vidiſſet Moyſes quendam iniuriam patientem Act.7 c

3 a Expletis annis quadraginta apparuit illi in deſerto montis Act.7 d

12 d Fide, celebrauit paſcha & ſanguinis effuſionem Heb.11 e

14 e Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, &c. 1.Cor.10 a

14 e Fide, tranſierunt Mare rubrum Heb.11 e

16 c Patres veſtri mãducauerunt manna in deſerto &c. Iohan.6 e

16 d Panẽ de cælo dedit eis manducare. Ioh.6 d

16 d Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt 1.Corint.10 a

17 b Bibebant de ſpirituali, conſequente eos, petra 1.Corint.10 a

19 b Et ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur. Heb.12 e

19 c Gens ſancta, populus acquiſitionis. 1.Pet.2 b

20 b Non periurabis Matth.5 e

20 c Non homicidium facies Matth.19 c

20 e Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montẽ Heb.12 e

24 c Lecto omni mandato legis à Moyſe &c. Heb.9 e

26 a. 36 a Tabernaculũ factum eſt primũ. Heb.9 a

32 b Neque idololatræ efficiamini 1.Corint.10 b


## LEVIT.


12 a In ſabbatho circunciditis hominem. Ioh.7 c

12 a Poſtquam impleti ſunt dies octo Luc.2 e

12 a Poſtquã impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Luc.2 d

12 c Vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege Domini Luc.2 d

14 a Offer munus tuum quod præcepit Moyſes, &c. Matth.8 a. mar.1 d. luc.5 c

16 d Omnis multitudo populi erat orans foris. Luc.1 a

16 e Si enim ſanguis hircorum & vitulorum. Heb.9 d

19 c Nolite in perſonarum acceptione, &c. Iacob.2 a b

19 d Si peccauerit in te frater tuus, &c. Matt.18 b luc.17 a

20 a In lege Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare Iohan.8 a


## NVMER.


8 c Omne maſculinum adaperiens uuluam. Luc.2 d

9 d Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. 1.Corint.10 a

11 b Panem de cælo dedit eis mãducare. Ioh. 6 d

12 b Sicut & Moyſes in omni domo eius Heb.3 a

14 f Cadauera filiorum Iſrael proſtrata ſunt in &c. Heb.3 d

14 f Neque murmuraueritis ſicut quidam eorũ. 1.Corint.10 c

16 a In contradictione Core perierunt. Iudæ epiſt. d

19 a Quorum enim animalium ſanguis infertur pro peccato Heb.13 b

20 b Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos, petra 1.Corint.10 a

21 b Neque tentemus CHRISTVM, ſicut quidam &c. 1.Corint.10 b

21 e Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto Iohan.3 b
22 d Animal mutum ſubiugale corripuit veſaniam Balaam 2.Pet.2 c
22 d Errore Balaam mercede effuſi ſunt. Iudæ epiſt.d.2.pet.2 c
24 c Balaam docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael Apoc.2 d
25 b Neque fornicemur ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt 1.Corint.10 b
26 g Proſtrati ſunt in deſerto 1.Corint.10 b
28 a Sabbathis ſacerdotes in templo ſabbathũ violant Matth.12 a

DEVTERON.

1 c.16 d Nolite in perſonarum acceptione, &c. Iacob.2 a b
5 b Non periurabis Matth.5 e
10 d Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Rom.2.b. act.10 c. coloſ.3 d.epheſ.6 b. 1.pet.1 c
17 b Irritam quis faciens legem Moyſi, &c. Heb.10 e
18 a Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? 1.Corinth.9 b
24 a Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Matth.5 e.19 b. mar.10.b

IOSVE.

2 a Similiter & Rahab meretrix Iacob.2 d
6 c Fide, muri Iericho corruerunt Heb.11 e
6 d Fide, Rahab meretrix non perijt cum incredulis Heb 11 f

REGVM I.

21 b Non legiſtis quid fecerit Dauid quãdo eſurijt Matth.12 a.marc.2 d.luc.6 a

REGVM III.

2 b Liceat audẽter dicere ad vos de patriarcha Dauid quoniã defunctus eſt Act.2 e.& 13 e
10 a Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiã Salomonis Matth.12 d.luc.11 d
17 a In diebus Eliæ clauſum eſt cœlũ Luc.4 d
17 a Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis Iacob.5 d

REGVM IIII.

4 e Neminem per viam ſalutaueritis Luc.10 a
5 d Multi leproſi erãt in Iſrael ſub Eliſeo propheta, &c. Luc.4 e

I. PARALIP.

23 b Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron Heb.5 b

IOB.

1 d Nihil intulimus in hũc mundũ 1.Tim 6 b
5 c Beatus vir qui ſuffert tẽtationem Iacob.1 b
34 b Non eſt perſonarũ acceptor Deus Act.10 e

DAVID.

40 c Filius hominis vadit, ſicut ſcriptũ eſt, Matt.26 b.marc.14 b.luc.22 b
131 a Petijt Dauid vt inueniret tabernaculũ Dei Iacob. Act.7 f

PROVERB.

11 d Si iuſtus vix ſaluabitur 1.Pet.4 d
17 d Sit autem omnis homo velox ad audiẽdũ, tardus autem ad loquendum Iacob.1 c
20 b Si dixerimus quia peccatũ nõ habem9, &c. 1.Iohan.1 d
24 c Nolite in perſonarum acceptione Iac.2 a
25 a Cum vocatus fueris ad prandium, vade, recumbe in nouiſſimo loco Luc.14 c

ESAIAS.

8 c Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum Luc.2 e
13 b Statim poſt tribulationem dierũ illorũ ſol obſcurabitur. Matt.24 c.marc.13 c.luc.21 e
41 b Suſcepit Iſrael puerum ſuum Luc.1 e
54 a Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerũt Luc.23 d
58 b Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare. Mat.25 e
63 a Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine Apoc.19 c

IEREM.

2 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam Matth.21 d.marc.12 a.luc.20 b
18 a Nunquid dicit figmẽtũ ei qui ſe finxit &c. Rom.9 d

EZECH.

5 e Et cum conſummati fuerint mille anni Apoc.20 c
12 f Vbi eſt promiſſio aut aduẽtus ei9? 2.Pet.3 b
18 b Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare. Mat.25 c

DANIEL.

7 c Et erat numerus eorum millia millium Apoc.5 d
12 c Et angelus quem vidi ſtantem ſuper mare. Apoc.10 b

IOEL.

3 c Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Matth.24 c. marc.13 c.luc.21 e

MICHAE.

2 c Non habemus hic manentem ciuitatem Heb.13 c
4 c Regnabit in domo Iacob inæternũ. Luc.1 c

# Ordo librorum Veteris teſtamenti.

Geneſis
Exodus
Leuiticus
Numeri
Deuteronomium

Ioſue
Liber Iudicum
Ruth
Regum I
Regum II
Regum III
Regum IIII
Paralipomènon I
Paralipomènon II
Eſdræ I
Eſdræ II
Tobias
Iudith
Eſther
Iob

Liber Pſalmorum.

Prouerbia Salomonis

Eccleſiaſtes
Canticum canticorum
Liber Sapientiæ
Eccleſiaſticus

Eſaiæ prophetia
Ieremiæ
Baruch
Ezechielis
Danielis
Oſee
Ioelis
Amos
Abdiæ
Ionæ
Michææ
Nahum
Habacuc
Sophoniæ
Aggæi
Zachariæ
Malachiæ

Machabæorum I
Machabæorum II

Hos veteris teſtamẽti libros CHRISTVS IESVS in Legẽ, Prophetas, & Pſalmos, ſimpliciſſime partitus eſt, Matthæi cap. ſeptimo, vndecimo & vigeſimoſecundo, & Lucæ vltimo. Hæc ſunt, inquit, verba quæ loquutus ſum ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniã neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me. Quam dictionem ſecuti ſunt Apoſtoli, patréſque noſtri Latini. Nec ab hac aliena eſt Hebræorum diſtinctio, תורה vocantium Legem, נביאים Prophetas, כתובים Hagiographa, inter quæ & Pſalmi Dauid numerantur: author eſt Hieronymus in Prologo quem præpoſuit libris Regum.

# Ordo librorum Noui Teſtamenti.

Euangelium ſecundum Matthæum
Euangelium ſecundum Marcum
Euangelium ſecundum Lucam
Euangelium ſecundum Iohannem
Acta Apoſtolorum

Pauli epiſtola ad Romanos
Ad Corinthios II
Ad Galatas
Ad Epheſios
Ad Philippenſes
Ad Coloſſenſes
Ad Theſſalonicenſes II
Ad Timotheum II

Ad Titum
Ad Philemonem
Ad Hebræos

Iacobi epiſtola

Petri epiſtolæ II

Iohannis epiſtolæ III

Iudæ epiſtola

Apocalypſis.

# Hieronymi Prologus Galeatus.

VIGINTI & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorũ teſtatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt. nam & ipſi vigintiduo elementa habent eodẽ ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitãt, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certúmque eſt Eſdram ſcribã, legiſque doctorem, poſt captam Ieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe quibus nunc vtimur: cum ad illud vſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem ſupputatio, ſub Leuitarum ac ſacerdotum cenſu, myſtice oſtẽditur. Et nomen Domini tetragrámaton in quibuſdam Græcis voluminibus, vſque hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. Sed & pſalmi triceſimus ſextus, & cẽteſimus decimus, & cẽteſimus vndecimus, & cẽteſimus decimuſoctauus, & centeſimus quadrageſimuſquartus, quanquam diuerſo ſcribantur metro, tamẽ eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinq; literæ duplices apud Hebræos ſunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim ſcribuntur per has principia, medietatéſque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à pleriſque libri, duplices exiſtimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt lamentationibus ſuis. Quomodo igitur vigintiduo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputãtur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Bereſith: quem nos Geneſin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle ſemoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaiiera, id eſt Leuiticus.

Quartus, וידבר Valedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronómium prænotatur.

Hi ſunt quinque libri Moyſi, quos proprie תורה id eſt Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Ieſu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Ioſue bin Nun dicitur.

Deinde ſubtexunt שפטים Sophetim, id eſt Iudicum librum. Et in eundem cõpingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria.

Tertius ſequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus.

Quartus, מלכים Melachim, id eſt Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Melióſque multo eſt מלכים id eſt regum, quàm ממלכות id eſt regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraelitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur.

Quintus, eſt ישעיה Eſaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תרי עשר There aſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſſidet.

Et primus liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinque inciſionibus & vno pſalmorum volumine comprehendunt.

Tertius eſt שלמה Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Miſle, id eſt Parabolas appellant.

Quartus, Eccleſiaſten, id eſt קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שיר השירים Sir haſſirim prænotant.

Sextus, eſt דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamim, id eſt Verba dierũ: quod ſignificantius, Chronicõ toti⁹ diuinæ hiſtoriæ poſſum⁹ appellare. qui liber apud nos Paralipomẽnon primus & ſecũdus inſcribitur.

Octauus, עזרא Eſdras: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuiſus eſt.

Nonus, אסתר Eſther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri viginti duo: id eſt Moyſi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli רות & קינות Ruth & Cinoth, inter Hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ legis libros vigintiquatuor: quos ſub numero vigintiquatuor ſeniorũ Apocalypſis Iohãnis inducit adorãtes Agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes: ſtãtibus corãm quatuor animalibus oculatis ante & retro, id eſt in præteritum & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamãtibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotẽs, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Hic prologus, Scripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire poteſt: vt ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filii Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor: non ſunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus eſt: quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ cum ita ſe habeant, obſecro te Lector, ne laborem meum, reprehenſionem exiſtimes antiquorum. In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt: alii aurum, argẽtum & lapides pretioſos: alii byſſum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcum bene agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apoſtolus contẽptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies, eccleſiæ præſentis futuræque diſtinctio, pellibus tegitur & ciliciis: ardorémque ſolis & iniuriam imbrium ea quę viliora ſunt prohibent.

Frater Ambroſius tua mihi munuſcula perfe-
rēs, detulit ſimul & ſuauiſſimas literas, quę à prin
cipio amicitiarū, fidem probatæ iam fidei & vete-
ris amicitiæ præferebāt. Vera enim illa neceſſitu-
do eſt, & Chriſti glutino copulata, quā nō vtilitas
rei familiaris, non præſentia tantū corporū, non
ſubdola & palpās adulatio: ſed Dei timor, & Diui-
narum ſcripturarum ſtudia conciliāt. Legimus in
veteribus hiſtorijs quoſdā luſtraſſe prouincias, no
uos adiſſe populos, maria trāſiſſe: vt eos quos ex li
bris nouerāt, coram quoq; viderēt. Sic Pythagoras
Memphiticos vates, ſic Plato Ægyptū & Architam
Tarētinum, eāmq; oram Italiæ, quæ quōdam ma
gna Græcia dicebatur, laborioſiſſime peragrauit:
vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiúſq; do
ctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, fieret
peregrinus atq; diſcipulus: malēs aliena verecūdè
diſcere, quàm ſua impudēter ingerere. Deniq; cū
literas quaſi toto fugiētes orbe perſequitur, capt⁹
à piratis & venūdat⁹, etiā tyranno crudeliſſimo pa-
ruit, captiuus, vinctus & ſeruus. tamē quia philoſo
phus, maior emēte ſe fuit. Ad Titum Liuiū lacteo
eloquentiæ fonte manātē, de vltimis Hiſpaniæ Gal
liarúmq; finib⁹ quoſdā veniſſe nobiles legimus: &
quos ad cōtēplationē ſui Roma nō traxerat, vnius
hoīs fama perduxit. Habuit illa ætas inauditū om
nibus ſeculis, celebrādúmq; miraculū, vt vrbē tan
tam ingreſſi, aliud extra vrbem quærerēt. Apollo
nius, ſiue ille magus (vt vulgus loquitur) ſiue phi
loſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perſas,
pertrāſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſage-
tas, opulētiſſima Indię regna penetrauit: & ad ex-
tremū, latiſſimo Phiſon amne trāſmiſſo, peruenit
ad Brachmanas, vt Hiarchā in trono ſedētē aureo,
& de Tantali fonte potantē, inter paucos diſcipu-
los de natura, de motib⁹ ſyderū, ac dierū curſu au
diret docentem. Inde per Ælamitas, Babylonios,
Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœni-
ces, Arabes, Palæſthinos, reuerſus Alexādriā, perre
xit Æthiopiā, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſſimā
Solis mēſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir v-
biq; quod diſceret. & ſemper proficiens, ſemper ſe
melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo
II voluminib⁹ Philoſtratus. Quid loquar de ſeculi
Act.9.c. hoībus, cū Apoſtol⁹ Paulus, vas electionis & magi
ſter Gētiū, qui de cōſciētia tanti in ſe hoſpitis lo-
2.Corin.13.a. quebatur, An experimētū quæritis eius, qui in me
Galat.1.d. loquitur Chriſt⁹? poſt Damaſcū Arabiámq; luſtra
tam, aſcēderit Ieroſolymā, vt videret Petrū, & mā-
ſerit apud eū diebus quindecim? Hoc enim myſte-
Galat.2.d. rio hebdomadis & ogdoadis futurus Gētiū prædi
cator inſtruendus erat. Rurſúmq; poſt annos qua-
tuordecim, aſſumpto Barnaba & Tyto expoſuerit
Apoſtolis Euāgeliū, ne fortè i vacuū curreret, aut
cucurriſſet. Habet eni neſcio qd latētis ἐνεργείας
viua vox, & in aures diſcipuli de authoris ore trāſ
fuſa, forti⁹ ſonat. Vnde & Æſchines cū Rhodi exu
laret, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam
aduerſus eū habuerat, mirātibus cūctis atq; laudā
tibus, ſuſpirās ait, Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā,
III. ſua verba reſonantē? Hæc non dico, quòd ſit in me
aliquid tale, quod vel poſſis à me audire, vel velis
diſcere: ſed quòd ardor tuus & diſcēdi ſtudiū etiā abſ
que nobis per ſe probari debeat. Ingeniū docile,
& ſine doctore laudabile eſt. Nō quid inuenias, ſed
quid quæras cōſyderamus. Mollis cera, & ad for-
mandū facilis, etiā ſi artificis & plaſtæ ceſſent ma-
nus: tamē virtute totū eſt quicquid eſſe poteſt. Pau-
Act.22.a. lus apoſtol⁹ ad pedes Gamalielis legem Moyſi, &
Prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt armat⁹ ſpiritua-
2.Cor.10.b. libus telis, poſtea diceret cōfidēter, Arma noſtræ
militiæ, nō carnalia ſunt: ſed potētia Deo, ad de-
ſtructionē munitionū cōſilia deſtruētes, & omnē

altitudinē extollentē ſe aduerſus ſciētiā Dei, & ca
ptiuantē omnē intellectū ad obediēdū Chriſto, &
parati ſubiugare omnē inobediētiā. Ad Timotheū
ſcribit ab infantia Sacris literis eruditū, & horta- 2.Tim.3.d.
tur ad ſtudiū lectionis, ne negligat gratiā quæ da 1.Timo.4.d.
ta ſit ei per impoſitionem man⁹ preſbyterij. Tito
pręcipit vt inter cæteras virtutes epiſcopi, quē bre
ui ſermone depinxit, ſcientiā quoque in eo eligat
Scripturarū, Obtinētē (inquit) eū, qui ſecūdū doctri- Tit.1.b.
nā eſt, fidelē ſermonē: vt potēs ſit exhortari in do
ctrina ſana, & cōtradicētes reuincere. Sancta quip IIII
pe ruſticitas ſolū ſibi prodeſt: & quātū ædificat ex
vitæ merito Eccleſiā Chriſti, tātū nocet ſi deſtruē-
tibus nō reſiſtat. Malachias propheta, imò per Ma Mala.2.b.
lachiā Domin⁹ interrogauit ſacerdotes Legē: intā
tum ſacerdotis officiū eſt interrogatū reſpōdere
de Lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga Deut.32.a.
patrē tuū, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & di-
cēt tibi. In Pſalmo quoq; cēteſimo decimooctauo,
Cātabiles mihi erāt iuſtificatiōes tuæ in loco per-
egrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri, cū
eū Dauid arbori vitæ, quæ eſt in paradiſo, cōpararet,
inter cæteras virtutes & hoc intulit, In lege Do- Pſal.1.
mini volūtas ei⁹, & in lege ei⁹ meditabitur die ac
nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait iu-
ſtos fulgere ſicut ſtellas: & intelligētes, id eſt do- Danie.12.b.
ctos, quaſi firmamētū. Vides quātū inter ſe diſtent
iuſta ruſticitas, & docta iuſtitia? alij ſtellis, alij cæ
lo cōparātur. Quāquam iuxta Hebraicam veritatē
vtrūq; de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud
eos legim⁹, Qui autē docti fuerint, fulgebūt quaſi
ſplēdor firmamēti: & qui ad iuſtitiā erudiūt mul-
tos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dici
tur Paulus apoſtolus vas electionis? Nēpe quia Le
gis, & Scripturarū ſanctarum erat armariū. Pha-
riſæi ſtupēt in doctrina Domini. & mirātur in Pe Act.4.c.
tro & Iohāne quomodo Legē ſciāt, cū literas non
didicerit. Quicquid enim alijs exercitatio, & quo-
tidiana in Lege meditatio tribuere ſolet, illis hoc
Spiritus ſanct⁹ ſuggerebat, & erāt iuxta quod ſcri Eſa.54.d.
ptū eſt, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator Iohan.6.a.
impleuerat, & in tēplo ſenes de quæſtionib⁹ Legis Luc.2.f.
interrogās, magis docet dū prudēter interrogat.
Niſi fortè ruſticū Petrū, ruſticū dicim⁹ Iohānem:
quorū vterq; dicere poterat, Etſi imperit⁹ ſermo- 2.Cor.11.b.
ne, nō tamē ſciētia. Iohānes ruſtic⁹, piſcator: indo
ctus? & vnde illa vox obſecro, In principio erat Iohan.1.a.
Verbū, & Verbū erat apud Deū, & Deus erat Verbū?
λόγος enim Gręce multa ſignificat: nā & verbū eſt,
& ratio, & ſupputatio, & cauſa vniuſcuiuſq; rei, per
quā ſunt ſingula quæ ſubſiſtūt: quæ vniuerſa, re- V
ctè intelligimus in Chriſto. Hoc doctus Plato ne Abd.1.c.
ſciuit, hoc Demoſthenes eloquens ignorauit. Per- Eſa.29.e.
dā (inquit) ſapiētiā ſapiētiū, & prudētiā prudentiū 1.Cor.1.c.
reprobabo. Vera ſapiētia perdet falſam ſapiētiā. & 1.Cor.2.b.
quanquā ſtultitia prædicationis in cruce ſit tamē
Paul⁹ ſapientiā loquitur inter perfectos: ſapientiā
autē nō ſeculi hui⁹, nec principū ſeculi iſtius, quę
deſtruitur, ſed loquitur Dei ſapientiā in myſterio
abſconditā, quā prædeſtinauit Deus ante ſecula,
Dei ſapiētia, Chriſtus eſt. Chriſt⁹ enim, Dei virt⁹,
& Dei ſapiētia. Hæc ſapiētia, in myſterio abſcōdi-
ta eſt: de qua & noni pſalmi titul⁹ prænotatur, Pro
occultis filij. In quo ſunt oēs theſauri ſapiētiæ & Coloſſ.2.a.
ſciētiæ Dei abſcōditi. Et qui in myſterio abſcōdit⁹
erat, prædeſtinat⁹ eſt ante ſecula: prædeſtinat⁹ au-
tē & pręfigurat⁹ in Lege & Prophetis. Vnde & Pro-
phetæ appellabātur vidētes: quia videbant eū, quē
cæteri nō videbāt. Abrahā vidit diē ei⁹, & lętat⁹ eſt. Iohan.8.g.
Aperiebantur cæli Ezechieli qui populo peccatori Ezec.1.a.
clauſi erant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & Pſal.118.
cōſyderabo mirabilia de lege tua. Lex enim ſpiri Rom.7.c.
tualis eſt, & reuelatione op⁹ eſt, vt intelligatur, ac 1.Corint.3.d

Apo.3.a. reuelata facie Dei gloriã cõtẽplemur. Liber in A-
Eſa.29.d. pocalypſi ſeptẽ ſigillis ſignat⁹ oſtẽditur. quẽ ſi de-
Apoc.3.b. deris homini ſciẽti literas vt legat, reſpõdebit ti-
bi, Nõ poſſum. ſignat⁹ eſt enim. Quãti hodie putãt
ſe noſſe literas, & tenẽt ſignatũ librũ, nec aperire
poſſunt, niſi ille reſerauerit q habet clauẽ Dauid:
qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo ape-
Act.8.e. rit? In Actib⁹ Apoſtolorũ ſanct⁹ Eunuch⁹, imò vir
(ſic eni eũ Scriptura cognominat) cũ legeret Eſaiã
prophetã, interrogat⁹ à Philippo, Putaſne intel-
ligis, quæ legis? reſpondit, Quomodo poſſum, niſi
aliq̃s me docuerit? Ego (vt de me loquar interim)
nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui
de Æthiopia, id eſt de extremis mundi finibus ve
nit ad tẽplũ, reliquit aulã regiã: & tãt⁹ amator le-
gis diuinæq; ſciẽtiæ fuit, vt etiã i vehiculo legeret
Literas ſacras. Et tamẽ cum librũ teneret, & verba
Domini cogitatione cõciperet, lingua volueret, la
bijs perſonaret, ignorabat eũ, quẽ in libro neſciẽs
venerabatur. Venit Philippus, oſtẽdit ei Ieſum, qui
clauſus latebat in litera. O mira doctoris virt⁹! ea-
dẽ hora credit Eunuchus, baptizat̃, & fidelis & ſan
ctus factus eſt, ac magiſter de diſcipulo. pl⁹ in de-
ſerto fonte Eccleſiæ, q̃ in aurato ſynagogæ tẽplo
reperit. Hæc à me perſtricta ſunt breuiter (neq;
eni epiſtolaris anguſtia euagari lõgi⁹ patiebatur)
VI vt intelligeres te in Scripturis ſacris ſine præuio,
& mõſtrãte ſemitam nõ poſſe ingredi. Taceo de
grãmaticis, rhetorib⁹, philoſophis, geometris, dia
lecticis, muſicis, aſtronomis, aſtrologis, medicis,
quorũ ſciẽtia mortalib⁹ vel vtiliſſima eſt, & i tres
partes ſcindit̃, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμ-
πειρίαν. Ad minores artes veniã, & quæ nõ tã lin
gua, q̃ manu adminiſtrãtur. Agricolæ, cæmẽtarij,
fabri metallorũ, lignorũq; cæſores, lanarij quo-
que, & fullones, & cæteri qui variã ſupellectilẽ, &
vilia opuſcula fabricantur, abſq; doctore eſſe non
poſſunt quod cupiũt. Quod medicorũ eſt, promit
tũt medici: tractãt fabrilia fabri. ſola Scripturarũ
ars eſt, quã ſibi paſſim oẽs vẽdicãt. Scribimus in-
docti, doctiq; poemata paſſim. Hãc garrula anus,
hãc delir⁹ ſenex, hãc ſophiſta verboſus, hãc vniuer
ſi præſumũt, lacerãt, docẽt antè q̃ diſcãt. Alij addu
cto ſupercilio, grãdia verba trutinãtes inter mu-
lierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij di-
ſcũt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceãt. &
ne parũ hoc ſit, quadã facilitate verborũ, imò au-
dacia edifferũt alijs, quod ipſi nõ intelligũt. Taceo
de mei ſimilib⁹, qui ſi forte ad Scripturas ſanctas
poſt ſeculares literas venerint, & ſermõe cõpoſito
aures populi mulſerint, quicq̃d dixerit, hoc legẽ Dei
putãt. nec ſcire dignãtur quid Prophetæ, quid A-
poſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſũ ſuũ incõgrua aptãt
teſtimonia: quaſi grãde ſit, & nõ vitioſiſſimũ docẽ
di genus, deprauare ſentẽtias, & ad volũtatẽ ſuã,
Scripturã trahere repugnãtẽ. Quaſi nõ legerimus
Homerocẽtonas, & Vergiliocẽtonas: ac non ſic etiã
Maronẽ ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianũ,
quia ſcripſerit, Iam redit & virgo, redeunt Satur-
nia regna, Iã noua progenies cælo demittitur al-
to. Et Patrẽ loquentem ad filium, Nate meæ vires,
mea magna potẽtia ſolus. Et poſt verba Saluato-
ris in cruce, Talia perſtabat memorãs, fixúſq; ma
nebat. Puerilia ſunt hæc, & circulatorũ ludo ſimi-
lia docere quod ignores: imò, vt cum ſtomacho lo
quar, ne hoc quidem ſcire quòd neſcias.

VII Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de
Geneſis creatura mundi, de exordio generis humani, de
diuiſione terræ, de confuſione linguarum & gen-
tium, vſque ad exitum ſcribitur Hebræorum.

Exodus Patet Exodus cũ decem plagis, cum decalogo,
cum myſticis diuiniſque præceptis.

Leuiticus In promptu eſt Leuiticus liber, in quo ſingula
ſacrificia, imò ſingulæ penè ſyllabæ, & veſtes Aa-
rõ, & tot⁹ ordo Leuitic⁹ ſpirãt cæleſtia ſacramẽta.

Numeri verò, nónne toti⁹ arithmeticæ, & pro- Numeri
phetiæ Balaam, & quadraginta duarum per ere-
mum manſionum myſteria continent?

Deuteronomiũ quoq; ſecũda lex, & Euangelicæ Deuterono-
legis præfiguratio, nónne ſic ea habet quæ priora mium.
ſunt, vt tamẽ noua ſint oĩa de veteribus? Huc uſq;
Moyſes, huc uſque Pẽtateuchus: quibus quinq; ver
bis loqui ſe velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur. 1.Cor.14.d.

Iob exẽplar patientiæ, quæ nõ myſteria ſuo ſer Iob
mone cõplectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pe-
deſtri ſermone finitur: omnéſq; leges dialecticæ,
ꝓpoſitione, aſſumptione, cõfirmatione, cõcluſione
determinat. Singula in eo verba, plena ſunt ſenſi-
bus. Et (vt de cæteris ſileã) reſurrectionẽ corporũ ſic
prophetat, vt null⁹ de ea vel manifeſtius, vel cau-
tius ſcripſerit, Scio (inquit) q redẽptor me⁹ viuit, &
in nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹ ſum: & rurſũ
circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ,
quẽ viſur⁹ ſũ ego ipſe, & oculi mei cõſpecturi ſũt,
& nõ ali⁹. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Veniam ad Ieſum Naue, qui typũ Domini non Ioſue, ſiue Ie
ſolũ geſtis, verum etiam nomine præfert. tranſit ſus Naue.
Iordanẽ, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram
victori populo, & per ſingulas vrbes, viculos, mon
tes, flumina, torrẽtes atq; cõfinia, Eccleſiæ cæleſtiſ-
que Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

In Iudicum libro, quot principes populi, tot fi- Lib. Iudicũ.
guræ ſunt.

Ruth Moabitis, Eſaiæ explet vaticiniũ, dicentis, Ruth
Emitte agnum Domine Dominatorẽ terræ, de Pe- Eſa.16.a.
tra deſerti, ad montem filiæ Sion.

Samuel in Heli mortuo, & in occiſo Saul, veterẽ Reg. I. & II.
legem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoc atque
Dauid, noui ſacerdotij, nouiq; imperij ſacramen-
ta teſtatur.

Melachim, id eſt tertius & quart⁹ Regum liber, Regum III.
à Salomone vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam fi & IIII.
lio Nabat vſq; ad Oſee qui ductus eſt in Aſſyrios,
regnum Iuda & regnũ deſcribit Iſrael. Si hiſtoriã
reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum
latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæretico
rum contra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim ꝓphetę i vni⁹ voluminis anguſtias co
artati, multo aliud, q̃ ſonãt in litera, præfigurãt.

Oſee crebro nominat Ephráim, Samariam, Io- Oſee
ſeph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornica-
tionis filios, & adulterã cubiculo clauſam mariti,
multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugu-
bri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Ioel filius Phatuel deſcribit terrã duodecim tri- Ioel
buum, eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtãte cõ-
ſumptã: & poſt euerſionẽ prioris populi, effuſum
iri Spiritũ ſanctũ ſuper ſeruos Dei & ancillas, id
eſt ſuper centũ viginti credentiũ nomina, & effu Act.2.a.
ſum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab
vno vſq; ad quindecim paulatim, & per incremẽ-
ta ſurgentes, quindecim graduum numerum effi
ciunt, qui in pſalterio myſticè continentur.

Amos paſtor, & ruſtic⁹, &ruborũ mora diſtrin- Amos
gẽs, paucis verbis explicari nõ poteſt. Quis eni di-
gnè exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, &
Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorũ Ammõ & Moab
& i ſeptimo & octauo gradu Iudæ & Iſrael? Hic lo
quit̃ ad vaccas pingues, quæ ſunt i Samariæ mõte,
& ruiturã domũ maiorẽ, minorẽmq; teſtatur. Ipſe
cernit fictorẽ locuſtæ, & ſtãtẽ Dominũ ſuper mu
rũ litũ vel adamantinũ, & vncinũ pomorũ attra-
hẽtẽ ſupplicia peccatorib⁹: & tamẽ in terrã, nõ fa-
mẽ panis, nec ſitim aquæ: ſed audiendi verbũ Dei.

Abdias, qui interpretatur ſeruus Dei, pertonat Abdias
contra Edom ſanguineũ terrenúmque hominem,
fratris quoque Iacob ſemper æmulum, haſta per-
cutit ſpirituali.

Ionas Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſ
ſioné Domini præfigurans, mūdū ad pœnitētiā re
uocat: & ſub nomine Niniue, Gētib⁹ ſalutē nūtiat.
Michæas Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtatio-
nem annunciat filiæ latronis, & obſidioné ponit
contra eā: quia maxillā percuſſerit iudicis Iſrael.
Nahum Nahum conſolator orbis increpat ciuitatē ſan-
guinum, & poſt euerſioné illius loquitur, Ecce ſu-
per mōtes pedes euāgelizātis, & annūtiātis pacé.
Habacuc Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cu
ſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitioné,
vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat. Ope-
ruit cælos gloria eius. & laudis eius plena eſt ter-
ra. Splēdor eius vt lux erit, cornua in manibus e-
ius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.
Sophonias Sophonias ſpeculator, & arcanorum Dei cogni
tor, audit clamorem à Porta piſcium, & eiulatū à
Secūda, & cōtritionē à collib⁹. Indicit quoq; vlula
tū habitatorib⁹ Pilæ, quia cōticuit oīs popul⁹ Cha
náan, diſperierūt vniuerſi q inuoluti erāt argēto.
Aggæus Aggæus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in la-
chrymis, vt in gaudio meteret: deſtructū templū
ædificat, Deúmque patrem inducit loquētē, Adhuc
vnum modicum, & ego commouebo cælum & ter
ram, & mare, & aridam & mouebo omnes gentes,
& veniet deſyderatus cunctis gentibus.
Zacharias Zacharias memor Domini ſui, multiplex in pro
phetia, Ieſum veſtib⁹ ſordidis indutū, & lapidem
oculorū ſeptē: cādelabrúmq; aureū cū totidē lucer
nis quot oculis: duas quoq; oliuas à ſiniſtris lampa-
dis cernit, & à dextris: vt poſt equos nigros, rufos,
albos, & varios, & diſſipatas quadrigas ex Ephrá-
im, & equū de Ieruſalē, pauperé regē vaticinet &
prædicet, ſedentē ſup pullū filiū aſinę ſubiugalis.
Malachias Malachias aperte, & in fine omniū prophetarū,
de abiectione Iſrael, & vocatione Gentiū, Non eſt
mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exerci-
tuum: & munus nō ſuſcipiam de manu veſtra. Ab
Ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnū eſt no
men meum in Gētibus: & in omni loco ſacrifica-
tur, & offertur nomini meo oblatio munda.
Eſaias Eſaiam, Ieremiā, Ezechielem, & Danielē quis po
teſt vel intelligere, vel exponere? Quorū primus
non prophetiā mihi videtur texere, ſed Euāgeliū.
Ieremias Secundus virgā nuceam, & ollam ſuccenſam à
facie Aquilonis, & pardum ſpoliatū ſuis colorib⁹,
& quadruplex diuerſis metris nectit alphabetū.
Ezechiel Tertius principia & finé tātis habet obſcurita-
tib⁹ inuoluta, vt apud Hebræos iſtę partes cū exor
dio Geneſeos ante annos triginta non legantur.
Daniel Quart⁹ verò, qui & extrem⁹ inter quatuor pro-
phetas, temporū conſcius, & totius mundi φιλοί-
σωφ, lapidē præciſum de monte ſine manib⁹, & re
gna omnia ſubuertētē, claro ſermone pronūtiat.
Dauid Dauid Simonides noſter, Pindarus & Alcæus,
Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Chri-
ſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio,
ab inferis excitat reſurgentem.
Prouerbia Salomō pacific⁹, & amabilis Domini, mores cor
Eccleſiaſtes rigit, naturā docet, Eccleſiam iūgit, & Chriſtū, ſan
Canticum ctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamiū.
Eſther Eſther in Eccleſiæ typo populū liberat de pericu
lo, & interfecto Amā, qui interpretatur iniquitas,
partes cōuiuij, & diem celebrē mittit in poſteros.
Paralipomé-non Paralipomēnon liber, id eſt inſtrumēti veteris
ἐπιτομή, tātus ac talis eſt, vt abſq; illo ſiquis ſciē
tiā Scripturarū ſibi voluerit arrogare, ſeipſum ir
rideat. Per ſingula quippe noīa iūcturáſq; verbo-
rū, & prætermiſſæ in regū libris tāguntur hiſtorię,
& innumerabiles explicātur Euāgelij quæſtiones.
Eſdras Eſdras & Nehemias, adiutor videlicet, & cōſola-
Nehemias tor à Domino, in vnū volumē coartātur, inſtaurāt
templū, muros extruūt ciuitatis: omniſq; illa tur
ba populi redeuntis in patriā, & deſcriptio ſacer-
dotū, leuitarum, Iſraelis, proſelytorū, ac per ſingu
las familias murorū, ac turriū opera diuiſa, aliud
in cortice præferūt, aliud in medulla retinēt. Cer
nis me Scripturarū amore raptū, exceſſiſſe modū
epiſtolæ, & tamē nō impleſſe quod volui. Audiui-
mus tanquā quid noſſe, quid cupere debeamus, vt
& nos quoque poſſimus dicere, Concupiuit ani- Pſal.118.e.
ma mea deſyderare iuſtificationes tuas in omni
tempore. Cæterū illud Socraticum impletur in no
bis, Hoc tantum ſcio quod neſcio.
Tangam & nouum breuiter teſtamentum.
Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohānes quadriga Matthæus
Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur Marcus
ſcientiæ multitudo, per totū corpus oculati ſunt, Lucas
ſcintillæ emicant, diſcurrūt fulgura, pedes habēt Iohannes
rectos, & in ſublime tēdentes, terga pennata & v-
biq; volitantia, tenent ſe mutuo, ſibique perplexi
ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur, & pergunt
quocunque eos flatus Spiritus ſancti perduxerit.
Paulus Apoſtolus ad ſeptē ſcribit eccleſias. octa Paulus apo-ſtolus.
ua enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum
ponitur. Timotheum inſtruit, ac Titū, & Philemo
nem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo
melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.
Actus Apoſtolorū nudam quidē videtur ſonare Actus apo-ſtolorum.
hiſtoriā, & naſcētis eccleſiæ infantiā texere: ſed ſi
nouerimus ſcriptoré eorū Lucam eſſe medicū, cu-
ius laus eſt in Euāgelio, animaduertemus pariter
omnia verba illi⁹, animæ lāguētis eſſe medicinā.
Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, ſeptē epiſtolas Iacobus
ediderūt tam myſticas quàm ſuccinctas, & breues Petrus
pariter ac longas: breues in verbis, lōgas in ſentē Iohannes
tijs: vt rarus ſit, qui nō in earū cæcutiat lectione. Iudas
Apocalypſis Iohānis tot habet ſacramēta, quot Apocalypſis
verba. Parū dixi pro merito voluminis, laus oīs
inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latēt in
telligētiæ. Oro te frater chariſſime, inter hæc viue
re, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere:
nōne tibi videtur iā hic in terris regni cæleſtis ha
bitaculū? Nolo offendaris in Scripturis ſanctis ſim
plicitate, & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio
interpretū, vel deinduſtria ſic plata ſunt, vt ruſti-
cā cōcionē facili⁹ inſtruerēt. & in vna eadēq; ſentē
tia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Nō ſum
tam petulās & hebes, vt hæc me noſſe pollicear, &
eorū fructus capere, quorum radices in cælo fixæ
ſunt: ſed velle fateor. Sedēti me præfero, magiſtrū
renuēs, comitē ſpōdeo. Petēti datur, pulſanti ape- Matth.7.a.
ritur, quęrēs inuenit. Diſcam⁹ in terris, quorū ſciē luc.11.b.
tia nobis perſeueret in cælo. Obuiis te manib⁹ exci
piā, & (vt inepte aliquid, ac de Hermagoræ tumidi
tate effutiā) quicqd quæſieris, tecū ſcire conabor.
Habes hic amātiſſimū tui fratrē Euſebiū, qui lite-
rarū tuarū mihi gratiā duplicauit, referēs hone-
ſtatē morū tuorū, cōtēptū ſeculi, fidē amicitiæ, a-
morē Chriſti. Nā prudētiā & eloquij venuſtatē etiā
abſq; illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina, quæſo
te, & hærētis in ſalo nauiculę funē magis præſcin
de, q ſolue. Nemo renūtiatur⁹ ſeculo bene poteſt V III
vēdere quæ cōtēpſit vt vēderet. Quicquid in ſum-
ptus de tuo tuleris, pro lucro cōputa. Antiquū di-
ctū eſt, Auaro tā deeſt quod habet, q quod nō ha-
bet. Credēti, tot⁹ mūd⁹ diuitiarū eſt: infidelis autē,
etiā obolo indiget. Sic viuamus tanq nihil habē- 2.Cor.6.b.
tes, & oīa poſſidentes. Vict⁹ & veſtit⁹ diuitiæ Chri-
ſtianorū ſunt. Si habes in poteſtate rē tuā, vende:
ſi nō habes, proiice. Tollēti tunicā, & palliū relinquē Matth.5.g.
dū eſt. Scilicet niſi tu ſemp procraſtinās, & diē de die
trahēs cautē, & pedetētim tuas poſſeſſiūculas ven-
dideris, nō habet Chriſt⁹ vnde alat pauperes ſuos.
Totū Deo dedit, qui ſeipſum obtulit. Apoſtoli na- Matth.4.c.
uē tātū & retia reliquerūt. vidua duo æra miſit in Marc.12.d.
gazophylacium, & præfertur Crœſi diuitijs. Facile luc.21.a.
contēnit oīa, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū.

# Præfatio ſancti Hieronymi preſbyteri in pentateuchum Moyſi.

DESYDERII MEI deſyderatas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen: obſecrantis, vt tranſlatũ in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchum, noſtrorũ auribus traderẽ. Periculoſum opus certe, & obtrectatorũ meorum latratibus patens: qui me aſſerunt in Septuaginta interpretum ſugillationẽ noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinũ probantes: cũ ego ſæpiſſime teſtatus ſim me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre quæ poſſim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderẽ, Origenis me ſtudiũ prouocauit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens: dum aut illuceſcere facit quæ minus ante fuerant: aut ſuperflua quæque iugulat & confodit, maxime quæ Euãgeliſtarum & Apoſtolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de Veteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus nõ habentur: vt eſt illud, Ex Ægypto vocaui filium meũ: & Quoniam Nazaræus vocabitur. & Videbũt in quem cõpunxerunt: & Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: & Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe: & multa alia quæ propriũ σύνταγμα deſyderãt. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſunt: & cũ dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum teſtimoniũ eſt in Oſee: Secũdum in Eſaia: Tertium in Zacharia: Quartum in Prouerbijs: Quintũ æque in Eſaia. Quod multi ignorantes, apocryphorũ deliramenta ſectãtur: & Hiberas nænias libris authẽticis præferunt. Cauſas erroris nõ eſt meum exponere. Iudæi prudẽti factum dicũt eſſe cõſilio: ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatẽ deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebãt, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicũque ſacratum aliquid Scriptura teſtatur de Patre & Filio & Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerũt: vt & regi ſatiſfacerẽt, & arcanum fidei nõ vulgarent. Et neſcio quis primus author ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mẽdacio ſuo extruxerit: quibus diuiſi eadẽ ſcriptitarint. cũ Ariſtæas eiuſdem Ptolemæi ὑπερασπιστής, & multo poſt tẽpore Ioſephus nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica cõgregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit: hic eruditio & verborũ copia, ea quæ intelligit transfert. Niſi forte putãdus eſt Tullius Œconomicum Xenophõtis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphõte, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos Spiritus ſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? damnamus veteres? Minime. Sed poſt priorum ſtudia, in domo Domini quod poſſumus laboramus. Illi interpretati ſunt ante aduẽtũ Chriſti, & quod neſciebant, dubijs protulẽre ſentẽtijs: nos verò poſt paſſionẽ & reſurrectionem eius, nõ tam prophetiam quàm hiſtoriã ſcribimus. aliter enim audita: aliter viſa narrantur. quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta: nõ damno, nõ reprehendo Septuaginta: ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego: in quibus vltimũ penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos cõtra me concitas? Sicubi in tranſlatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt ſi cõtra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia probauerunt: & emẽdatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verum hæc cõtra inuidos. Nunc te precor Deſyderi chariſſime, vt me quia tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordiũ capere, orationibus iuues: quo poſſim eodẽ ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre ſermonem.

## EIVSDEM IN IOSVE PRÆFATIO.

TANDEM finito Pẽtateucho Moyſi, velut grãdi fœnore liberati, ad Ieſum filiũ Naue manum mittamus: quẽ Hebræi, יהושע בן נון, id eſt Ioſue filium Nun, vocãt: & ad Iudicum librũ, quem שפטים appellant: ad Ruth quoque & Eſther, quos eiſdẽ nominibus efferũt. Monemúſque lectorem vt ſyluã Hebraicorum nominũ, & diſtinctiones per mẽbra diuiſas, diligẽs ſcriptor conſeruet: ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. & vt in primis, quod ſæpe teſtatus ſum, ſciat me nõ in reprehenſionem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, quos tamẽ noſtra delectãt: vt pro Græcorũ ἐξαπλοῖς quæ & ſumptu, & labore maximo indigẽt, editionẽ noſtrã habeãt. Et ſicubi in antiquorũ voluminũ lectione dubitarint, hæc illis cõferentes, inueniãt quod requirunt: maxime cũ apud Latinos tot ſint exẽplaria, quot codices: & vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum eſt: & vtique nõ poſſit verum eſſe quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere cõtra nos inſurgere ſcorpius, & ſanctum opus venenata carpere lingua: vel ſuſcipiens, ſi placet: vel cõtemnens, ſi diſplicet: memineritque illorum verſuum, Os tuum abundauit malitia: & Pſal. 43. lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris: & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis? arguã te, & ſtatuam cõtra faciem tuã. Quæ enim audientis vel legẽtis vtilitas eſt, nos laborando ſudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quòd calumniãdi eis & irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio, & eccleſiæ homines id deſpicere, imò lacerare vnde aduerſarij torqueantur? Quòd ſi vetus eis tãtum interpretatio placet, quæ & mihi nõ diſplicet, & nihil extra recipiendũ putãt: cur ea quæ ſub aſteriſcis & obelis vel addita ſunt vel amputata, legũt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis tranſlationem, eccleſiæ ſuſceperunt? Cur Origenẽ mirãtur, & Euſebium Pãphili, cũctas editiones ſimiliter differẽtes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquã vera dixerint, proferre quæ falſa ſunt? Vnde autẽ in Nouo teſtamẽto probare poterũt aſſumpta teſtimonia quæ in libris veteribus nõ habentur? Hæc dicimus, ne omnino calũniantibus tacere videamur. Cæterũ poſt ſanctæ Paulæ dormitionẽ, cuius vita virtutis exemplum eſt: & hos libros quos Euſtochio virgini Chriſti negare nõ potui: decreuimus dũ ſpiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incũbere: & omiſſum iamdiu opus, quaſi quodã poſtliminio, repetere: præſertim cum & admirabilis, ſanctúſque vir Pam-

machius, hoc idem literis flagitet: & nos ad patriã feſtinantes, mortiferos ſirenarum cãtus ſurda debeamus aure tranſire.

## PRAEFATIONEM IN LIBROS Regum vide priore codice in quo Prologus galeatus inſcribitur.

## EIVSDEM IN LIBRVM PARAlipomenon præfatio.

SI SEPTVAGINTA interpretũ, pura, & vt ab eis in Græcũ verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me, Chromati epiſcoporũ ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone trãſferrem. Quod enim ſemel aures hominũ occupauerat, & naſcẽtis eccleſiæ roborauerat fidem: iuſtũ erat etiam noſtro ſilentio cõprobari. Nunc vero cũ pro varietate regionum diuerſa ferãtur exemplaria, & germana illa antiquáque tranſlatio corrupta ſit, atq; violata: noſtri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouũ opus in veteri opere cudere, illudentibúſque Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos cõfigere. Alexandria & AEgyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat authorẽ. Cõſtantinopolis vſq; Antiochiã, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæſthinos codices legũt: quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgauerũt: totúſque orbis hac inter ſe trifaria varietate cõpugnat. Et certe Origenes nõ ſolum exempla compoſuit quatuor editionum, e regione ſingula verba deſcribẽs, vt vnus diſſentiens, ſtatim cæteris inter ſe cõſentiẽtib᷒ arguatur: ſed, quod maioris audaciæ eſt, in editione ſeptuaginta Theodotionis editionẽ miſcuit, aſteriſcis deſignãs quæ minus fuerãt, & virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita. Si igitur alijs licuit non tenere quod ſemel ſuſceperãt: & poſt Septuaginta cellulas, quæ vulgo ſine authore iactantur, ſingulas cellulas aperuère, hócque in eccleſiis legitur quod Septuaginta neſcierũt: cur me nõ ſuſcipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouã cõdidi, vt laborẽ meũ Hebræis, &, quod his maius eſt, Apoſtolis authoribus cõprobem? Scripſi nuper librũ de optimo genere interpretãdi, oſtendẽs illa de Euãgelio, Ex AEgypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbũt in quẽ cõpunxerunt: & illud Apoſtoli, Quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, & nec in cor hominis aſcenderũt, quæ præparauit Deus diligẽtibus illum: cæteráque his ſimilia in Hebræorũ libris inueniri. Certe Apoſtoli & Euãgeliſtæ, Septuagita interpretes nouerant: & vnde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus nõ habentur? Chriſtus Dominus noſter vtriuſq; teſtamenti cõditor, in Euangelio ſecũdum Iohannem, Qui credit, inquit, in me, ſicut dicit Scriptura: flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Vtique ſcriptũ eſt, quod Saluator ſcriptum eſſe teſtatur. Vbi ſcriptũ eſt? Septuagita nõ habẽt: apocrypha neſcit eccleſia. Ad Hebræos igitur reuertendũ eſt vnde & Dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumũt. Hæc pace veterũ loquor: & obtrectatoribus meis tantũ reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahẽtes, & legentes in angulis, iidem & accuſatores & defenſores; cum in alijs probent quod in me reprobant: quaſi virtus & vitiũ non in rebus ſit, ſed cum authore mutetur. Cęterũ memini editionẽ Septuaginta tranſlatorum, olim de Græco emendatã tribuiſſe me noſtris: nec inimicũ debere exiſtimari eorũ quos in conuentu fratrũ ſemper ediſſero. Et quod nunc דברי הימים, id eſt verba dierũ, interpretatus ſum: idcirco feci, vt inextricabiles moras, & ſyluã nominũ, quæ ſcriptorum cõfuſa ſunt vitio, ſenſuúmq; barbariẽ apertius, & per verſuũ cola digererẽ, mihimet ipſi & meis iuxta Iſmeniam canens, ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.

## AD DOMNIONEM ET ROGAtianum in eũdem præfatio eiuſdem.

QVO MODO Græcorũ hiſtorias magis intelligũt qui Athenas viderint: & tertiũ Virgilij librũ qui à Troade per Leucatẽ, & Acroceraunia, ad Siciliã, & inde ad oſtia Tyberis nauigauerint: ita ſanctam ſcripturã lucidius intuebitur qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarũ vrbium memorias, locorúmque vel eadẽ vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditiſſimis Hebræorum hunc laborem ſubire: vt circumiremus prouinciã, quam vniuerſæ Chriſti eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, nũquam me in diuinis voluminibus, proprijs viribus crediſiſſe: nec habuiſſe opinionem meã, ſed ea etiã de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitũ. quãto magis de his ſuper quibus anceps eram? Denique, cũ a me nuper literis flagitaſſetis, vt vobis librũ Paralipomenon Latino ſermone trãſferrẽ, de Tyberiade quẽdam legis doctorẽ, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumpſi: & cõtuli cum eo à vertice (vt aiunt) vſq; ad extremũ vnguem: & ſic cõfirmatus, auſus ſum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædã, & Sarmatica nomina cõiecta arbitrandũ ſit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerũt tranſtulerãt: ſed ſcriptorũ culpæ aſcribẽdum, dũ de emendatis inemẽdata ſcriptitant: & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in vnũ vocabulum cogũt: vel e regione vnũ nomẽ, propter latitudinẽ ſuam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipſæ appellationes, nõ homines, vt plerique exiſtimant: ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant: & obliquè ſub interpretatione & figura eorũ, quædam narrãtur hiſtoriæ: de quibus in Regnorum libro dicitur, Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in Libro verborũ dierum regum Iudæ? Quæ vtique in noſtris codicibus nõ habẽtur. Hoc primùm ſciendũ, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon, vnus ſit: & apud illos vocatus דברי הימים, id eſt verba dierũ: qui propter magnitudinem, apud nos diuiſus eſt quod nõnulli etiã in Bruto, Ciceronis dialogo faciũt, vt cũ in tres partes ſecent, cũ vnus à ſuo authore ſit editus. Deinde etiam illud attendendũ, quòd frequẽter nomina, nõ vocabula hominũ, ſed rerum (vt dixi) ſignificãtias ſonãt. Ad extremũ quòd omnis eruditio Scripturarũ in hoc cõtinetur: & hiſtoriæ quæ vel prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leuiter, hîc per quædã verborũ cõpendia explicẽtur. Orationũ itaq; veſtrarũ adiutus auxilio, miſi librum beneuolis placiturũ, tamen inuidis diſpliciturum eſſe nõ ambigo. Optima enim quæque (vt ait Plinius) malũt contẽnere plerique, quàm diſcere. Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, ſuã conſciẽtiam recolat, videat ordinẽ textúmque ſermonis: & tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat. Vbicũque ergo aſteriſcos, id eſt ſtellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi ſciatis de Hebræo additum quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, trãſuerſa ſcilicet virga, præpoſita eſt, illic ſignatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decôris gratiã, vel ob Spiritus ſancti authoritatẽ, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

## EIVSDEM AD DOMNIONEM ET Rogatianum, in Eſdram & Nehemiam præfatio.

VTRVM difficilius ſit, facere quod poſcitis, an negare, necdũ ſtatui. nam neq; vobis aliquid imperãtibus abnuere, ſententiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices premit, vt antè ſub faſce ruendũ ſit, quàm leuãdum. Accedũt ad hoc inuidorũ ſtudia, qui omne quod ſcribimus reprehendẽdum putant: & interdũ contra ſe cõſcientia repugnãte, publice lacerãt quod occulte legunt, intãtum vt clamare cõpellar, & dicere, Domine, libera animã meã à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Tertius annus eſt ꝙ ſemper ſcribitis atq; reſcribitis vt Eſdræ librũ, & Eſther, vobis de Hebræo trãſferã: quaſi nõ habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud eſt quod à nobis vertitur, non ſtatim ab omnibus cõſpuendum ſit. Fruſtra autẽ (vt ait quidam) niti, neq; aliud fatigãdo niſi odiũ quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaq; obſecro vos mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, vt priuata lectione cõtenti, librũ nõ efferatis in publicũ, nec faſtidioſis cibos ingeratis: vitetiſque eorũ ſupercilium qui iudicare tantũ de alijs, & ipſi facere nihil nouerũt. Siqui autẽ fratrũ ſunt quibus noſtra nõ diſplicẽt, his tribuatis exẽplar: admonentes vt Hebræa nomina, quorũ grandis in hoc volumine copia eſt, diſtincte & per interualla tranſcribant. Nihil enim proderit emẽdaſſe librũ, niſi emendatio, librariorũ diligẽtia cõſeruetur. Nec quenquã moueat quòd vnus à nobis liber editus eſt nec apocryphorũ tertij & quarti libri ſomnijs delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehemiæque ſermones in vnũ volumẽ coarctãtur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor ſenibus ſunt, procul abijciẽda. Siquis autẽ Septuaginta vobis oppoſuerit interpretes, quorũ exemplaria varietas ipſa lacerata & inuerſa demõſtrat: nec poteſt vtique verũ aſſeri quod diuerſum eſt: mittite eũ ad Euãgelia: in quibus multa ponũtur quaſi de Veteri teſtamẽto, quæ apud Septuaginta interpretes nõ habẽtur, velut illud, Quoniã Nazaræus vocabitur. &, Ex Ægypto vocaui filiũ meũ, &, Videbũt in quẽ compũxerunt: multaq; alia, quæ latiori operi reſeruamus: & quærite ab eo vbi ſcripta ſunt. cúmque proferre nõ potuerit, vos legite de his exẽplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorũ quotidie linguis cõfodiuntur. Sed vt ad compẽdium veniã, certe quod illaturus ſum, æquiſſimũ eſt. Edidi aliquid quod nõ habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me verſũ eſt. Quid interpretẽ laniant? interrogẽt Hebræos: & ipſis authoribus, trãſlationi meæ vel arrogent vel derogẽt fidem. Porrò aliud eſt ſi clauſis (quod dicitur) oculis mihi volũt maledicere, & nõ imitãtur Græcorũ ſtudiũ ac beneuolẽtiam, qui poſt Septuaginta trãſlatores, iam Chriſti Euãgelio coruſcante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachũ, & Theodotionẽ, & curioſe legũt, & per Origenis laborẽ in hexaplis, eccleſijs dedicarũt. Quãtomagis Latini grati eſſe deberent, quòd exultantẽ cernerent Græciã à ſe aliquid mutuari? Primũ enim magnorũ ſumptuũ eſt & infinitæ difficultatis, exemplaria poſſe habere omnia: deinde etiã qui habuerint, & Hebræi ſermonis ignari ſunt, magis errabũt, ignorãtes quis è multis verius dixerit. Quod etiam ſapientiſſimo cuidã nuper apud Græcos accidit, vt interdũ Scripturæ ſenſum relinquẽs, vniuſcuiuſque interpretis ſequeretur errorẽ. Nos autẽ qui Hebrææ linguę ſaltem paruã habemus ſcientiam, & Latinus nobis vtcũque ſermo non deeſt, & de alijs magis poſſumus iudicare, & ea quæ ipſi intelligimus, in noſtra lingua promere. Itaque licet hydra ſibilet, victórque Sinon incẽdia iactet: nũquam meum, iuuante Chriſto, ſilebit eloquiũ: etiam præciſa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolũt abijciant. Euentilent apices, literas calumnientur: magis veſtra charitate prouocabor ad ſtudiũ, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

## EIVSDEM AD CHROMATIVM ET Heliodorum in Tobiam præfatio.

MIRARI non deſino exactionis veſtræ inſtantiam. exigitis enim vt librũ Chaldæo ſermone cõſcriptũ, ad Latinum ſtylum traham, librũ vtique Tobiæ: quẽ Hebræi de catalogo diuinarũ ſcripturarũ ſecantes, his quæ hagiographa memorant, mancipatũt. Feci ſatis deſyderio veſtro, nõ tamen meo ſtudio. Arguũt & nos Hebræorũ ſtudia: & imputãt nobis, cõtra ſuũ canonẽ Latinis auribus iſta trãſferre. Sed melius eſſe iudicans Phariſæorũ diſplicere iudicio, & epiſcoporũ iuſſionibus deſeruire, inſtiti vt potui. Et quia vicina eſt Chaldæorum lingua ſermoni Hebraico, vtriuſq; linguæ peritiſſimum loquacẽ reperiens, vnius diei laborẽ arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario ſermonibus Latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem huius operis cõpenſabo, cum gratum vobis didicero me, quod iubere eſtis dignati, compleſſe.

## EIVSDEM PRAEFATIO IN librum Iudith.

APVD Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roborãda illa quæ in cõtentionem veniũt, minus idonea iudicatur. Chaldęo tamẽ ſermone cõſcriptus, inter hiſtorias cõputatur. Sed quia hũc librũ ſynodus Nicena in numero ſanctarũ ſcripturarũ legitur cõputaſſe, acquieui poſtulationi veſtræ, imò exactioni: & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiũculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbũ transferẽs. Multorum codicum varietatẽ vitioſiſſimã amputaui: ſola ea, quæ intelligẽtia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expreſſi. Accipite Iudith viduã caſtitatis exemplum, & triũphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim nõ ſolum fœminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui caſtitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.

## EIVSDEM IN LIBRVM Eſther præfatio.

LIBRVM Eſther varijs tranſlatoribus cõſtat eſſe vitiatum: quẽ ego de archiuis Hebræorũ reuelans, verbum è verbo expreſſius trãſtuli. Quem librum editio vulgata, lacinioſis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tẽpore dici poterant, & audiri: ſicut ſolitũ eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriã paſſus eſt, vel qui iniuriam fecit. Vos autẽ ô Paula & Euſtochium, quoniam & bibliothecas Hebræorũ ſtuduiſtis intrare, & interpretum certamina comprobaſtis, tenentes Eſther Hebraicũ librum, per ſingula verba noſtrã tranſlationem aſpicite: vt poſſitis agnoſcere, me nihil etiã augmentaſſe addẽdo, ſed fideli teſtimonio ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriã Hebraicam Latinæ linguæ tradidiſſe. Nec affectamus laudes hominũ, nec vituperationes expaueſcimus. Deo enim placere curãtes, minas hominũ penitus nõ timemus. quoniã Deus diſſipat oſſa eo-

rum qui hominibus placere deſyderât:& ſecundû Apoſtolû qui eiuſmodi ſunt, ſerui Chriſti eſſe nô poſſunt. Rurſum, in libro Eſther alphabetû ex minio vſque ad Teth literam fecimus diuerſis in locis, volentes ſcilicet Septuaginta interpretû ordinem per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem proſequi, etiã in Septuaginta editione maluimus.

## EIVSDEM IN LIBRVM IOB præfatio.

COGOR per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros aduerſariorum reſpondere maledictis. qui interpretationem meam, reprehẽſionem Septuaginta interpretum criminãtur: quaſi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel ſenſum è ſenſu, vel ex vtroque commixtum, & medie temperatum genus tranſlationis expreſſerint: & omnia Veteris inſtrumenti volumina Origenes obelis aſtericiſque diſtinxerit. quos vel additos, vel de Theodotiõe ſumptos trãſlationi antiquæ inſeruit, probãs defuiſſe quod additum eſt. Diſcãt igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus ſuſceperũt, aut interpretationẽ meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neq; enim fieri poteſt vt quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiã in quibuſdã erraſſe fateãtur, præcipue in Iob: cui ſi ea quę ſub aſteriſcis addita ſunt, ſubtraxeris, pars maxima detrũcabitur, & hoc dũtaxat apud Græcos. Cæterũ apud Latinos, ante eam tranſlationẽ, quã ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti fermè aut octingẽti verſus deſunt, vt decurtatus & laceratꝰ, corroſũſq; liber fœditatẽ ſui publice legẽtibus præbeat. Hæc autem trãſlatio nullum de veteribus ſequitur interpretẽ: ſed ex ipſo Hebraico, Arabicôque ſermone, & interdũ Syro, nunc verba, nũc ſenſus, nũc ſimul vtrũq; reſonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totꝰ liber fertur & lubricus: & quod Græci rhetores vocant, ἐσχηματισμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit. vt ſi velis anguillam vel murenulã ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiã huius voluminis, Lyddæum quendam præceptorẽ, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemiſſe nũmis: cuius doctrina an aliquid profecerim, neſcio. hoc vnũ ſcio, nõ potuiſſe me interpretari, niſi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis, vſq; ad verba Iob, apud Hebræos proſa oratio eſt. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natꝰ ſum, & nox in qua dictum eſt, cõceptus eſt homo: vſq; ad eum locum vbi ante finẽ voluminis ſcriptum eſt, Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere: hexametri verſus ſunt, dactylo, ſpondæôq; currentes: & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, nõ earundẽ ſyllabarũ, ſed eorundẽ temporũ. Interdum quoq; rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolutis. quod metrici magis, quàm ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autẽ verſu vſque ad finem libri, paruũ comma quod remanet, proſa oratione cõtexitur. Quod ſicui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morẽ noſtri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcei, & Sapphus, vel Pſalterium, vel Lamẽtationes Ieremiæ, vel omnia fermè ſcripturarũ cantica comprehendi, legat Philonẽ, Ioſephum, Origenẽ, Cæſarienſem Euſebiũ, & eorũ teſtimonio me verũ dicere cõprobabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laboraſſe, nõ vt interpretationẽ antiquam reprehẽderẽ, ſed vt ea quę in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe ſcriptorum vitio deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierẽt, & qui Hebræorũ ſermonẽ ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipſis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Græcos poſt Septuaginta editionẽ, iam Chriſti Euãgelio coruſcante, Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio, iudaizantes hæretici, ſunt recepti, qui multa myſteria Saluatoris ſubdola interpretatione celarunt, & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud eccleſias, & explanantur ab eccleſiaſticis viris: quãtomagis ego Chriſtianus, & de parẽtibus Chriſtianis natus, & vexillũ crucis in mea fronte portans (cuius ſtudiũ fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramenta eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone) vel à faſtidioſis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentôque deſcriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis, onera magis exarata, quàm codices: dũmodo mihi, meiſque permittãt pauperes habere ſcedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos. Vtraque autẽ editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore trãſlata eſt. Eligat vnuſquiſque quod vult: & ſtudioſum me magis, quàm maleuolum probet.

## ALIA EIVSDEM PRAEFATIO.

SI aut fiſcellã iunco texerem, aut palmarũ folia complicarẽ, vt in ſudore vultus mei comederẽ panem, & ventris opus ſollicita mẽte pertractarẽ, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autẽ quia iuxta ſententiã Saluatoris volo operari cibũ qui nõ perit, & antiquã diuinorũ voluminum viã ſentibus virgultiſq; purgare, error mihi geminꝰ infligitur: corrector vitiorũ, falſarius dicor, & errores nõ auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis cõſuetudo, vt etiã confeſſa pleriſq; vitia placeãt, dum magis pulcros habere volunt codices, q̃ emẽdatos. Quapropter ô fratres dilectiſſimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exẽplar, pro flabello, calathis, ſportelliſq;, munuſculis monachorũ, ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite, ac beatũ Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & vermibꝰ ſcatebat errorũ, integrũ immaculatũmq; gaudete. Quo modo enim poſt probationẽ atque victoriã, duplicia ſunt ei vniuerſa reddita: ita ego in lingua noſtra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat. Igitur & vos, & vnũquenq; lectorem ſolita præfatione commoneo, & in principijs librorũ eadem ſemper annectẽs, rogo: vt vbicũq; ſemper præcedẽtes virgulas videritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt, in Hebraicis voluminibꝰ nõ haberi. Porrò vbi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnõ & illa quæ haberi videbãtur, & ita corrupta erãt vt ſenſum legẽtibus tollerẽt, oratibꝰ vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo eccleſijs Chriſti venturũ ratus, quàm ex aliorum negotio.

## ARGVMENTVM IN LIBRVM IOB.

IN terra quidẽ habitaſſe Iob Huſitidi, in finibus Idumææ & Arabiæ fertur: & erat ei antè nomẽ Iobab. Et accepit vxorẽ Arabiſſam: quæ genuit filiũ quem vocauit Ennon. Erat autẽ ipſe filiꝰ quidem Zaræ, de Eſau filijs filius: de matre verò Boſra: ita vt ſit quintus ab Abrahã. Et hi ſunt reges qui regnauerũt in Edom, in qua & ipſe regnauit. ſed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiuſdem, Denába. Poſt hũc autẽ Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Poſt Iob autẽ Huſam,

qui erat dux ex Themanorũ regione. Et poſt illũ regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madiã in cãpo Moab: & nomẽ ciuitatis eius Auith. In hoc vero libro hæc quæſtio tractatur, anne etiã probis à Deo malũ accidat. Hic firmiſſime perſtat Iob, ꝙ Deus etiã ſine cauſa, ſolũmodo in laudẽ ſuam, puniat probos. Cõtra hoc opponunt ſe amici eius, & prolixis ſermonib⁹ volũt cõuincere, Deũ eſſe iuſtũ, qui nõ corripiat vllũ probũ. ſi verò corripiat, neceſſariò conſequi ꝙ ille peccauerit. Et ſic ti carnaliter ſentiũt de Deo & iuſtitia ei⁹, ac ſi ipſe eſſet omnino quẽadmodũ homines ſunt, & iudicia eius ſicut iudicia illorũ. Quanquã etiã Iob, vt qui in anguſtijs mortis decumberet, ex humana fragilitate nimium cõtra Deũ loquitur, & in afflictione peccat, & tamẽ perſtat in eo, ꝙ tales paſſiones nõ meritus ſit, ſicut etiã verum erat. Tandẽ Deus iudicat, quòd quę Iob in afflictione cõtra Deũ locutus eſt, iniuſte locutus ſit: quod verò cõtra inimicos ſuos de innocẽtia ſua ante afflictionem tutatus eſt, recte locutus ſit. Sic liber iſte ſolũ Deum iuſtũ pronunciat, quanuis etiã homo homini iuſtus ſit etiã coram Deo. In cõſolationem noſtri ſcript⁹ eſt hic liber, quòd Deus ſanctos ſuos permittit aliquando impingere in aduerſitate. nã antequam Iob incidat in anguſtiam mortis, laudat Deũ ſuper deprædatione bonorũ ſuorum & morte filiorum ſuorũ. Cum verò obuerſatur ob oculos mors, & ſubducit ſe Deus, indicãt verba ei⁹ quales cogitationes ſubeant hominem quantumuis etiã ſanctum, contra Deum in anxietate mortis: videlicet homini videtur Deus non eſſe Deus, ſed ſolum iudex & iracundus tyrannus qui vim exerceat, & non curet cuiuſpiam bonam vitã. Hunc librum intelligunt qui experiũtur & ſentiunt quid ſit pati iram Dei, & occultatam eſſe gratiam eius.

## EIVSDEM IN PSALTERIVM, QVOD ſecũdũ Septuaginta editionẽ correxit, præfatio.

PSALTERIVM Romæ dudũ poſitus emẽdaram: & iuxta Septuaginta interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxerã. Quod quia ruſum videtis ô Paula & Euſtochium, ſcriptorũ vitio deprauatũ, pluſque antiquũ errorem, quàm nouam emẽdationem valere: me cogitis vt veluti quod i nouali, ſciſſum iam aruum exercẽ, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicẽ: æquum eſſe dicentes, vt quod crebrò male pullulat, crebrius ſuccidatur. Vnde cõſueta præfatione cõmoneo tã vos quibus fortè labor iſte deſudat, quam eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, vt quæ diligẽter emendaui, cum cura & diligẽtia tranſcribantur. Notet ſibi vnuſquiſq; vel iacẽtem lineam, vel radiantia ſigna, id eſt obelos, vel aſteriſcos. Et vbicunq; viderit virgulam præcedentẽ, ab ea vſq; ad duo puncta quæ impreſſimus, ſciat in Septuaginta tranſlatoribus plus haberi. Vbi autẽ perſpexerit ſtellæ ſimilitudinẽ, de Hebræis voluminibus additum nouerit æque vſq; ad duo puncta, iuxta Theodotionis dũtaxat editionem: qui ſimplicitate ſermonis à Septuaginta interpretib⁹ non diſcordat. Hæc ergo & vobis & ſtudioſo cuiq; feciſſe me ſciens: non ambigo multos fore qui vel inuidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere: & de turbulento magis riuo, quàm de puriſſimo fonte potare.

## EIVSDEM PRAEFATIO IN LIbros Salomonis.

IVNGAT epiſtola quos iungit ſacerdotium: imò charta nõ diuidat quos Chriſti nectit amor. Cõmentarios in Oſee, Amos, Zachariã, Malachiam quos poſcitis, ſcripſiſſem ſi licuiſſet præ valetudine. Mittitis ſolatia ſumptuũ: notarios noſtros & librarios ſuſtẽtatis, vt vobis potiſſimum noſtrum deſudet ingeniũ. Et ecce ex latere frequens turba diuerſa poſcentiũ: quaſi aut æquum ſit, me vobis eſuriẽtib⁹, alijs laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius ſim. Itaq; lõga ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mut⁹ eſſem, tridui opus nomini veſtro cõſecraui, interpretationẽ videlicet triũ Salomonis voluminum, משלים, quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: קוהלת, quẽ Græce Eccleſiaſten, Latine concionatorem poſſumus dicere: שיר השירים, quod in noſtra lingua vertitur Canticũ canticorũ. Fertur & Panæretos Ieſu filij Sirach liber, & ali⁹ pſeudepigraphus, qui Sapiẽtia Salomonis inſcribitur. Quorũ priorem, Hebraicum reperi: nõ Eccleſiaſticum, vt apud Latinos, ſed Parabolas prænotatum. cui iuncti erãt Eccleſiaſtes & Canticũ canticorum: vt ſimilitudinẽ Salomonis, nõ ſolum librorũ numero, ſed etiã materiarum genere coæquaret. Secũdus apud Hebræos nuſquã eſt, quin & ipſe ſtylus, Græcã eloquentiam redolet: & nonnulli ſcriptorũ veterum hũc eſſe Iudæi Philonis affirmãt. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorũ libros legit quidẽ Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit: ſic & hæc duo volumina legat ad ædificationẽ plebis, non ad authoritatẽ Eccleſiaſticorũ dogmatũ cõfirmãdã. Sicui ſanè Septuaginta interpretũ magis editio placet, habet eam à nobis olim emẽdatã. Neq; enim noua ſic cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen cũ diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium vas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prelo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

## AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN tranſlationem Eſaiæ ex Hebraica veritate, eiuſdem præfatio.

NEMO cum prophetas verſib⁹ viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis: ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur & cõmota, qui vtique proſa, & nõ verſibus conſcripſerũt. Nos quoque vtilitati legẽtium prouidentes, interpretationem nouã, nouo ſcribẽdi genere diſtinximus. Ac primùm de Eſaia ſciẽdum, quòd in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquã in eloquio ruſticitatis admiſtum. Vnde accidit, vt præ cæteris, florem ſermonis eius, tranſlatio non potuerit cõſeruare. Deinde etiã hoc adijciendũ: quòd nõ tam propheta dicendus ſit, quàm euangeliſta. Ita enim vniuerſa Chriſti, eccleſiæq; myſteria ad liquidũ proſecutus eſt, vt nõ putes eum de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriã texere. Vnde cõijcio noluiſſe tũc temporis Septuaginta interpretes fidei ſuæ ſacramẽta perſpicuè Ethnicis prodere: ne ſanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionẽ legeritis, ab illis animaduertetis abſcondita. Nec ignoro quãti laboris ſit prophetas intelligere: nec facilè quẽpiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit antequã legerit: nos quoq; patẽre morſibus plurimorum, qui ſtimulãte inuidia, quod cõſequi non valẽt, deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in flãmam mitto manum. & nihilominus hoc à faſtidioſis lectorib⁹ precor, vt quomodo Græci poſt Septuaginta trãſ-

latores Aquilam & Symmachũ & Theodotionem legunt, vel ob ſtudiũ doctrinæ ſuæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum, intelligant: ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignentur interpretẽ. Legant prius, & poſtea deſpiciant: ne videantur, non ex iudicio, ſed ex odij pręſumptione ignorata dãnare. Prophetauit autẽ Eſaias in Ieruſalem, & in Iudæa, necdũ decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commiſtim, nunc ſeparatim texit oraculũ. Et cum interdum ad præſentẽ reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captiuitatem reditum populi ſignificet in Iudæam: tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduẽtu Chriſti eſt. Quẽ quanto plus amatis, ô Paula & Euſtochiũ, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præſenti qua me indeſinenter æmuli laniant, ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro: qui ſcit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe, ne Iudæi de falſitate Scripturarum eccleſijs eius diutius inſultarẽt.

## EIVSDEM IN IEREMIAM præfatio.

IEREMIAS PROPHETA, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebræos Eſaiæ & Oſeæ & quibuſdam alijs prophetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodem ſpiritu prophetauerit. Porrò ſimplicitas eloquij, à loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathothites, qui eſt vſque hodie viculus, tribus ab Ieroſolymis diſtans milibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in matris vtero ſanctificatus: virginitate ſua euangelicum virum Chriſti eccleſiæ dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer: & captiuitatem vrbis atque Iudææ, nõ ſolum ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Medos trãſtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos menſuræ metri, verſibúſque reddidimus. Præterea ordinem viſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpõdere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quam quotidie noui aliquid ſcriptitãtem, inuidorum inſaniam prouocare.

## EIVSDEM IN EZECHIELEM præfatio.

EZECHIEL propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem: ibiq; ijs qui cum eo captiui fuerãt, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium ſe vltrò aduerſarijs tradidiſſent, & viderent adhuc vrbem Ieroſolymam ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Triceſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto, exorſus eſt ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt: ſed ex vtroque, mediè tẽperatus. Sacerdos & ipſe fuit, ſicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multũ diſtat ab Hebraico. Vnde non ſatis miror quid cauſæ extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habem⁹ interpretes: in alijs eadem, in alijs diuerſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram: quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei & hunc ſubſannauerint: dicite eis quòd nemo eos compellat vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græce ſignificantius dicitur, vt vocentur φιλολοίδοροι.

## EIVSDEM IN DANIELEM præfatio.

DANIELEM prophetam iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris eccleſiæ non legunt, vtẽtes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, neſcio. Siue enim quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, noluerunt Septuaginta interpretes eaſdẽ linguæ lineas in tranſlatione ſeruare: ſiue ſub nomine eorum ab alio neſcio quo nõ ſatis Chaldæam linguam ſciente, editus eſt liber: ſiue aliud quid cauſæ extiterit ignoras. hoc vnum affirmare poſſum, quòd multum à veritate diſcordet, & recto iudicio repudiatus ſit. Sciendum quippe eſt Danielem maxime & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos: & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem. Denique & ego adoleſcentulus poſt Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius piſtrinum recluſiſſem: & multo ſudore, multóque tempore vix cœpiſſem anhelantia ſtridentiáque verba reſonare, & quaſi per cryptam ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerem, impegi nouiſſime in Danielem: & tanto tædio affectus ſum, vt deſperatione ſubita omnem laborem veterem voluerim cõtemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: qui mihi videbar ſciolus, inter Hebræos cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus. Et vt verum fatear, vſque ad præſentem diem magis poſſum ſermonẽ Chaldaicum legere & intelligere, quàm ſonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatẽ vobis Danielis oſtenderem: qui apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum triũ puerorum, nec Belis, draconiſque fabulas: quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito, eáſque iugulante ſubiecimus: ne videremur apud imperitos magnã partem voluminis detruncaſſe. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Suſannæ derideret hiſtoriam, & à Græco neſcio quo eam diceret eſſe confictam: illud opponere quod Origeni quoq; Africanus oppoſuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco ſermone deſcendere. Cuius rei nos intelligẽtiam noſtris hanc poſſumus dare: Vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixiſſe eum, illico pereas: & à lentiſco, in lentem te comminuat angelus: vel non lente pereas: aut lentus, id eſt flexibilis ducaris ad mortem: ſiue aliud quid ad arboris nomen cõueniens. Deinde tantum fuiſſe otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æſtuantis incendij metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent. aut quod miraculum, diuinæque aſpirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel ſacerdotum Belis machinas deprehenſas: quæ magis prudentia ſolertis viri, quàm prophetali eſſent ſpiritu perpetrata. Cum verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum diſcophorum lectitaret, quærebat exẽplum vbi legiſſemus in toto Veteri teſtamento quenquam ſanctorum graui vo-

laſſe corpore, & in puncto horæ tanta terrarum ſpatia tranſiſſe. Cui cum quidam è noſtris ſatis ad loquẽdum promptulus, Ezechielem adduxiſſet in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuiſſe tranſlatum: deriſit hominem, & ex ipſo volumine demonſtrauit Ezechielem in ſpiritu ſe vidiſſe tranſpoſitum. Denique & Apoſtolum noſtrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didiciſſet, non fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore, ſed dixiſſe, Siue in corpore, ſiue extra corpus: neſcio, Deus ſcit. His & talibus argumentis apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquẽs, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidẽ partes omnis ab eis Scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa: id eſt in quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non eſt huius temporis diſſerere. Quæ autem ex hoc propheta, imò contra hunc librum Porphyrius obijciat, teſtes ſunt Methodius, Euſebius, & Apollinari⁹: qui multis verſuum millibus eius veſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint. Vnde obſecro vos O Paula & Euſtochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quandiu in hoc corpuſculo ſum, ſcribam aliquid gratũ vobis, vtile eccleſiæ, dignum poſteris. Præſentium quippe iudicijs oblatrantium non ſatis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

## EIVSDEM IN XII PROPHETAS præfatio.

IDEM NON EST ordo duodecim prophetarũ apud Hebræos, qui eſt apud nos. Vnde ſecundũ id quod ibi legitur, hic quoque diſpoſiti ſunt. Oſee commaticus eſt, & quaſi per ſententias loquẽs. Ioel planus in principijs: in fine obſcurior. Et vſque ad Malachiam, habent ſinguli proprietates ſuas: quem Eſdram ſcribam, legiſque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos ô Paula & Euſtochium admonitas volo, vnum librum eſſe duodecim prophetarum: Et Oſee ſynchronum Eſaiæ: Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo: ſub illis eos regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

## EIVSDEM IN EVANGELISTAS, AD Damaſum præfatio.

NOVVM OPVS me facere cogis ex veteri: vt poſt exemplaria Scripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variant, quæ ſint illa quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis mutare linguam, & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cũ in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat, nõ ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamitãs eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me cõſolatur: quòd & tu qui ſummus ſacerdos es, fieri iubes: & verum non eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda: reſpondeant quibus: tot enim ſunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus: cur non ad Græcã originem reuertentes, ea quæ vel à vitioſis interpretibus male reddita: vel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſius: vel à librarijs dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de Veteri diſputo teſtamento: quod à Septuaginta ſenioribus in Græcã linguam verſum, tertio gradu ad nos vſque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant: quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apoſtoli probauerunt. De Nouo nũc loquor teſtamento: quod Græcum eſſe non dubium eſt: excepto apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa euangelium CHRISTI Hebraicis literis edidit. Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat, & diuerſos riuulorum tramites ducit: vno de fonte quærẽdum eſt. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Heſychio nũcupatos, paucorũ hominũ aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto Veteri inſtrumento poſt Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendaſſe: cum multarum gentium linguis ſcriptura antè tranſlata, doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum euangelia, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorum emẽdata collatione, ſed veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparẽt, ita calamo temperauimus, vt his tãtum quæ ſenſum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant.

## EIVSDEM EX CATALOGO SCRIptorum eccleſiaſticorum.

PAVLVS Apoſtolus, qui antè Saulus, extra numerũ duodecim Apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit: quo à Romanis capto, cũ parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ commigrauit. à quibus ob ſtudia legis miſſus Ieroſolymam, à Gamaliele viro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autẽ interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epiſtolis, ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, reuelatione compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolorum ſcribitur, in vas electionis de perſecutore trãſlatus eſt. Cúmque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus Proconſul Cypri credidiſſet, ab eo, quòd eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen Paulus: & iũcto ſibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertẽnſque Ieroſolymam, à Petro, Iacobòque & Iohanne, Gentium apoſtolus ordinatur. Et quia in Actibus Apoſtolorũ pleniſſimè de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantum dicam, quòd poſt paſſionem Domini viceſimoquinto anno, id eſt ſecundo Nerõnis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici, Romã vinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia, aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendum autem in prima ſatiſfactione, (necdũ Nerõnis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ) Paulum, à Nerõne dimiſſum, vt Euangelium Chriſti, in Occidentis quoque partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecũda epiſtola ad Timotheum (eo tempore quo & paſſus eſt, de vinculis dictat epiſtolam,) In prima mea ſatiſfactione, nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio comple-

retur, & audirent omnes Gentes: & liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſime leonem propter crudelitatem, Nerônem ſignificans. Et in ſequẽtibus, Liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & ſaluauit me in regnum ſuum cœleſte. quòd ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epiſtola præmiſerat, Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Hic ergo decimoquarto Nerônis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultúſque eſt in via Oſtienſi, anno poſt paſſionẽ Domini triceſimoſeptimo. Scripſit autem nouem ad ſeptem eccleſias epiſtolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnã, ad Epheſios vnã, ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicẽſes duas. Præterea ad diſcipulos ſuos, Timôtheo duas, Tito vnam, Philẽmoni vnam. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter ſtyli ſermonı́ſque diſtantiã: ſed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ euangeliſtæ iuxta quoſdam: vel Clementis Romanæ poſtea eccleſiæ epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone. vel certe quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis, titulum in principio ſalutationis amputauerat, ſcripſerat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id eſt ſuo eloquio diſertiſſimè, vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum. & hanc cauſam eſſe, quòd à cæteris Pauli epiſtolis diſcrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.

## EIVSDEM EX CATALOGO SCRIptorum eccleſiaſticorum.

IACOBVS, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus, vt nonnulli exiſtimant, Ioſeph, ex alia vxore: vt autem mihi videtur, Mariæ ſororis matris Domini, cuius Iohannes in libro ſuo meminit, filius: poſt paſſionem Domini, ſtatim ab Apoſtolis Ieroſolymorum epiſcopus ordinatus, vnam tantum ſcripſit epiſtolam, quę de ſeptem catholicis eſt: quæ & ipſa ab alio quodã ſub nomine eius edita aſſeritur. licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Egeſippus vicinus Apoſtolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacôbo narrans, ait, Suſcepit eccleſiã Ieroſolymæ, poſt Apoſtolos frater Domini Iacôbus, cognomento Iuſtus. Multi ſiquidem Iacôbi vocabantur. Hic de vtero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquã attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo. Huic ſoli licitum erat ingredi Sancta ſanctorum. Siquidem veſtibus laneis non vtebatur, ſed lineis: ſolúſque ingrediebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, intantũ vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum eſt. Sed & Ioſephus in viceſimo libro Antiquitatum refert, (& Clemens in ſeptimo ὑποτυπώσεων,) mortuo Feſto, qui Iudæam regebat, miſſum a Nerône eſſe ſucceſſorem eius Albinum: qui cum necdum ad prouinciam perueniſſet, Ananus, inquit, pontifex adoleſcens, Anani filius, de genere ſacerdotali, accepta occaſione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacôbum vt Chriſtum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iuſſit. qui cum præcipitatus de pinna templi, contractis cruribus adhuc ſemiuiuus tendens ad cœlum manus diceret, Domine ignoſce eis: quod enim faciũt, neſciunt: fullonis fuſte, quo vdia veſtimenta extorqueri ſolent, in cerebro percuſſus interiit. Tradit item Ioſephus tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum ſit ſubuerſam eſſe Ieroſolymam. Hic eſt de quo Paulus Apoſtolus ſcribit ad Galatas, Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacôbum fratrem Domini. Et Apoſtolorum ſuper hoc crebrius Acta teſtantur. Euangelium quoque quod appellatur Secundum Hebræos, & à me nuper in Græcũ, Latinúmque ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe vtitur, poſt reſurrectionẽ Saluatoris refert, Dominus autem cum dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis iuit ad Iacôbum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacôbus ſe nõ comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis. Rurſúſque poſt paululum, Afferte, ait Dominus, menſam & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacôbo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ieroſolymis rexit eccleſiam, id eſt vſque ad ſeptimum Nerônis annum, & iuxta templũ vbi & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum vſque ad obſidionem Titi & vltimam Hadriani notiſſimum habuit. Quidam è noſtris in Monte oliueti eũ putauerũt conditum: ſed falſa eorũ opinio eſt.

## EIVSDEM EX CATALOGO SCRIptorum eccleſiaſticorum.

SIMON Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ, & prædicationẽ diſperſionis eorum qui de circunciſione crediderãt, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudij anno, ad expugnandum Simônem Magũ Romam pergit, ibíque vigintiquinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum annum Nerônis, id eſt decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerẽs ſe indignũ vt ſic crucifigeretur vt dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominãtur: quarum ſecunda, à pleriſque, eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorum eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triũphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

## EIVSDEM EX CATALOGO SCRIptorum eccleſiaſticorum.

IVDAS frater Iacôbi paruam quidem, quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolã reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſque reiicitur: tamen authoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

FINIS.

# Liber Geneſis, Hebraice Bereſith.

Librum hunc L X X interpretes Geneſin inſcripſerũt, ꝙ in eo oſtendatur mundũ à Deo conditum fuiſſe, neq; illum eſſe creationis expertem, vt nõnulli philoſophi exiſtimauerũt: aut ꝙ generis humani, reliquorúmq; animãtiũ ortus, breuiter, omniũ quæ terra capit, hoc libro cõprehendatur. Hebræi verò, B E R E S I T H, à prima totiꝰ libri dictione, appellauerũt. Bereſith enim, ſignificat In principio.

V. CAP. I.

Terra. act. 14. c. 17. f. pſal. 32. a. 135. a. eccli. 18. a. Abyſſi. ¶ [2] Dei Heb. 11. a. ¶ [4] Deus Firmamentũ ſiue cælum. pſal. 135. a. Iere. 10. b. Pſal. 148. a.

IN PRINCIPIO creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus [2] Domini ferebatur ſuper aquas. ¶ Dixitque Deus, ſFiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. appellauitque [4] lucem diem, & tenebras noctem: factúmque eſt veſpere & mane dies vnus. ¶ Dixit quoque Deꝰ, Fiat firmamentũ in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamẽtũ, diuiſitq; aquas quæ erãt ſub firmamento, ab hiſq; quæ erant ſuper firmamentũ. & factũ eſt ita. Vocauitque Deus firmamentum, cælum: & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus. ¶ Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locũ vnum: & appareat arida. & factũ eſt ita. Et vocauit Deus aridã, terram: congregationéſq; aquarũ appellauit maria. ¶ Et vidit Deꝰ ꝙ eſſet bonũ, & ait, Germinet terra herbã virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructũ iuxta genus ſuum, cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terrã. & factũ eſt ita. Et pro-

B

Terra & mare. pſal. 32. b. & 88. b. 135. b. Iob 38. a. d. Herbæ & arbores.

N. CAP. I.

IN PRINCIPIO [1] creauit Deus cælum & terram. Terra autẽ [2] inculta erat ac vacua, [3] tenebræque ſuper abyſſum: & [4] Spiritꝰ Dei motabat ſupra aquas. ¶ [5] Dixitque Deꝰ, [6] Fiat lux. Factáq; eſt lux. Viditque Deꝰ lucẽ ꝙ [8] bona eſſet: & diuiſit Deus inter lucem & tenebras, appellauitq; Deus lucẽ, diem: & tenebras appellauit noctem: fuitq; veſpera & mane dies [9] vnus. ¶ Et dixit Deꝰ, Fiat [10] expãſio in medio aquarum, & diuidat inter aquas & aquas. Et fecit Deus expanſionẽ iſtã, & diuiſit inter aquas ſub expanſione, & inter aquas ſupra expanſionem, & fiebat ita. Appellauitque Deus expanſionem [11] cælum: & fuit veſpera & mane [12] dies ſecũdus. ¶ [13] Et dixit Deus, Congregentur aquæ quæ ſunt ſub cælis, vnũ in locũ, vt [14] appareat cõtinẽs. [15] fiebátq; ſic. Et appellauit Deus cõtinentẽ, terram: collectionẽ vero aquarũ appellauit maria. ¶ Viditque Deus ꝙ eſſet bonũ: & dixit Deus, [16] Progerminet terra [17] germen herbam ſeminificantem ſemen: [18] lignum frugiferũ ferens fructum iuxta ſpeciem ſuam, cuius ſemẽ ſit in ſemetipſo ſuper terrã. & fiebat ita. Et pro-

¶1 Dilucidiꝰ ſic vertitur, Initio quum creauit Deus cælum & terrã, tum terra &c. Per cælũ intelligũtur omnia corpora cæleſtia: p terram vero terreſtria. Proponit initio rem totam, vt authorꝰ agnoſcatur. Notandum eſt autem hic terram appellari per occupationẽ. nõdum enim ita vocabatur: ſed poſtea nudata

aquis, ita vocari cœpit. Chaldæus paraphraſtes vertit, In ſapientijs. i. iuxta omnes vias ſapientiæ: hoc eſt ſapientiſſime. Verti etiã poſſet, Principio quum creauit Deus cælũ & terrã: dixit, Fiat lux. vt iſta, terra autem &c. legãtur per parentheſin. ¶2 vel, informis, & inanis. Voces Hebraicæ ferè vnũ & idẽ ſignificãt. Chaldæus paraphraſtes vertit, Squalida ſeu deſolata, atque vacua. L X X autẽ verterunt inuiſibilis & incõpoſita. Id eſt, nullis adhuc veſtita plantis, nullis herbis vel arboribus ornata. ¶3 i. tenebræ tegebant immenſam aquarũ vim & profunditatem. ¶4 Spiritus Dei volitabat. vel, motabat. Quidã Hebræorũ intelligunt de vento: vt ſit Hebraiſmus, Spiritus Dei, pro, ventus à Deo excitatus. Ita pſal. 147. b, Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Vel dicitur Spiritus Dei, id eſt ventus magnus. Cum enim Hebræi magnitudinẽ alicuius rei ſignificare volunt, adijciũt hoc nomen Deus. vt pſal. 67. c, Mons Dei, mõs pinguis. Doctioribus magis placet vt de Spiritu diuino itelligatur: vt hic ſit ſenſus, Spiritus diuinus M E R A H E P H E T H, volitabat, id eſt agitabat ſeſe ſuper aquas, hoc eſt fouebat ſubſtantiam illam aqueam & terream. Vox enim Hebræa ſignificat volitare, incubare. Quidã vertunt, mouebat ſe. Chaldæus paraphraſtes, flabat: vt ad ventũ referatur. Ferri autem ventum, & moueri, idem eſt. ¶5 Dicere pro iubere & præcipere vtuntur Hebræi. Alii accipiunt dicere pro velle, vel decernere: & ita vertunt, Decreuit, aut voluit Deus lucem fieri, & facta eſt. ¶6 Sit. aut, Exiſtat ¶7 Deus primum cœpit condere orbem, incipiens à nocte, ita vt duodecim horis cælum in tenebris fuerit ſine ſole. Primo autem die condidit ſolem, quem vocat lucem, quòd eam præſtet: & lunam. Nam primo die diſtinxit noctem à die. Quòd vero repetitur à Moſe quarto die conditus ſol & luna, id [illegible] dicitur. quoniã enim eo die quarto ſtellæ fuerũt conditæ, meminit vtique & maiorũ aſtrorũ, abſolutique ornatus cæleſtis. Fiat igitur lux. i. fiant luminaria duo. Doctioribus non probatur. per lucẽ hoc loco intelligi lucẽ ſubobſcurã, & ſuis numeris nõdum abſolutam: quæ poſtea creato ſole, illuſtrior & ſplendidior reddita eſt. ¶8 Vox Hebræa T O B, ſignificat bonũ, ſuaue, delectabile, amœnũ, & vtile. ¶9 vel, primꝰ. Aut, diei vnius. i. primi. Eſt enim genitiui caſus, vt ex Chaldæo paraphraſte liquet. q. d. Atque ita trãſactus eſt dies primꝰ. Meminit prius veſperæ, ꝙ̃ mane. ꝙ Hebræi diem ſuum naturalẽ à veſpera incipiant: vt oſtendat ex nocte & die artificiali cõſici diem naturalẽ. q. d. ex his duobus fiunt vnus dies. Alij dicunt, fuit veſpera & fuit tẽpus matutinũ. q. d. Sol venit ab ortu ad occaſum, & rurſum rediit ab occaſu ad ortũ: & ita factũ eſt tẽpus veſpertinũ, & tempus matutinũ. Sic in ſequentibus vertendũ. Vnum pro primo vſurpant Hebræi: vt in Euangelio, Vna ſabbathorũ. i. prima. Quidã Hebræi dicunt, per veſperam, noctem: & per mane diem intelligi. ¶10 Vox Hebræa R A K I A, ſignificat extenſionem, & expanſionem, vt pſal. 101. a, Extendens cælũ ſicut pellem. Quidã diffuſionẽ ſignificare dicũt, atq; ita vertũt, Sit diffuſum quoddã corpꝰ inter aquas ſupernas & infernas. Nã de aere intelligũt. Sunt autẽ duplices aquæ: aliæ marinæ & fluuiatiles: aliæ ſunt in media regione aeris quæ ſunt nubes, quas dicit diuidi ab iſtis inferioribꝰ per aerem. Cõuertit enim Deus aquas illas, quæ circundabãt terrã, in corpus illud extenſum quod eſt inter cælũ & terram. i. vertit in aerem. ¶11 Hic cælum accipitur pro eo corpore quod eſt inter terrã & cælũ, nempe pro aere & æthere. vt in pſalmo 8. Volucres cæli. Id eſt aeris. ¶12 diei ſecundi. Aut factũ eſt tẽpus ſerotinũ & matutinũ diei ſecũdi. i. ita tranſactus eſt dies ſecũdus. ¶13 Verti debet hic locus per præteritũ plus ꝙ̃ perfectũ. Iam verò dixerat Deus. Hoc enim pertinet ad opus ſecundi diei. Frequens autẽ eſt apud Hebræos, præteritũ perfectũ poni pro plus ꝙ̃ perfecto. Quidã Hebræorũ dicunt omnia momento facta fuiſſe: ſed quæ ſimul facta ſunt, ſimul dici nõ potuerũt: ideo Moſen narrare ea facta fuiſſe viciſſim: quod dum fecit, ſecutus eſt ordinẽ naturæ, nõ tẽporis. ¶14 extet arida. vl, præbeat ſe viſendã arida. ¶15 & factum fuerat ita: vocaueratq; Deꝰ aridam, terrã: congregationẽſq; aquarum appellauerat maria. ¶16 Vox Hebræa T A D S E proprie ſignificat herbificet, ſiue herbã producat. ¶17 vl, herbam tenellã, herbam producentẽ ſemen. Hebraico more, ſingulare pro plurali poſitũ eſt. Sunt autẽ duo verba Hebraica herbã ſignificantia: verũ alterũ D E S E, herbã tenellã ſignificat: alterũ H E S E B, herbã quæ produxit germẽ & adoleuit. Germinet (inquit) terra germẽ, appoſitiue herbã facientẽ ſemẽ. Vel, germen quod facile euadat in herbã: &c. Aut ſubaudiẽda cõiũctio, Germinet terra germẽ, [&] herbã, &c. Prior interpretatio doctioribus magis pbatur. ¶18 Lignũ pro arbore: & ſingulare pro plurali poſitũ. Præterea, lignũ faciẽs, pro arbore producente fructus: Hebraice legitur. Verte ergo, Arbores fructiferas producentes fructus.

tulit terra germen, herbã ſeminiſicantem ſemen iuxta ſpeciẽ ſuam: & lignũ ferens fructũ, quod ſemen[habuit] in ſemetipſo ſecũdũ ſpeciẽ ſuam. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonũ: factáque eſt veſpera & mane[20] dies tertius. ¶Dixitq; Deus, [21]Fiant luminaria[22] in expanſione cælorũ, [23]vt diſtinguant inter diem & noctem, ſintque[24] in ſigna, & ſtata tẽpora, in dies, & annos. Et ſint in luminaria in expanſione cælorũ, vt lumen præbeãt ſuper terram. Fiebátq; ita. Et fecit Deus duo magna luminaria, luminare[videlicet]maius, [25]quod dominaretur interdiu: & luminare minus, quod dominaretur noctu, tum etiã ſtellas. Poſuitq; [26]ea Deus in expãſione cælorũ, vt lucẽ præberent ſuper terrã: & vt dominarẽtur die ac nocte, diſtinguerẽtq; inter lucẽ & tenebras. Viditq; Deus ꝙ eſſet bonũ: & fuit veſpera & mane[27] dies quart⁹. ¶Et dixit Deus, [28]Scaturiãt aquæ[29] reptil. animæ viuentis, & volatile volitet ſuper terrã [30]ante expãſionẽ cælorũ. Et creauit Deus[31] cetos magnos, & [32]omnẽ animã viuentẽ [33]reptantẽ, quã aquæ ſcaturierãt iuxta ſpecies ſuas. & omne volatile pennatum, [vnũquodq;] ſecundũ ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ: [34]benedixitq; illis De⁹ dicẽs, Fructũ edite, & augeſcite, & implete aquas in maribus, & volucris multiplicetur ſuper terram. Et fuit veſpera, fuitque mane[35] dies quintus. ¶Et dixit Deus, Producat terra[36] animal viuens ſecundũ ſpeciem ſuã, [37]iumẽtũ, & reptile, &[38] beſtiã terræ, ſecũdũ ſpeciẽ ſuã. Et fiebat ita: fecitq; Deus beſtiã terræ ſecundũ ſpeciẽ ſuã, & iumentũ ſecũdũ ſpeciẽ ſuã, & omne quod reptat[39] ſuper terrã ſecũdũ ſpeciẽ ſuã. ¶Et vidit De⁹ ꝙ eſſet bonũ. Et dixit De⁹, [40]Faciam⁹ [41]hominẽ in imagine noſtra, ſecundũ ſimulacrũ noſtrũ, & dominẽtur in piſcẽ maris, & in volucrẽ cęli & in iumentũ, &[42] in omnẽ terrã, & in omne[43] reptile, quod reptat

tulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignũmque faciens fructũ, & habens vnũquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum. Et factũ eſt veſpere & mane dies tertius. ¶Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidãt diem ac noctẽ, & ſint in ſigna & tẽpora, & dies & annos: Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terrã. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti. & ſtellas. & poſuit eas *in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucẽ ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus. ¶Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerãt aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum, benedixitque eis, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicẽtur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane dies quintus. ¶Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Factúmque eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, *iumẽta & omne reptile terræ in genere ſuo. ¶Et vidit Deus quòd eſſet bonum, & ait, Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cęli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. Et

Sol, luna, ſtellæ.
Pſal. 135. b.
¶*Deus C
Piſces.
Aues.
Beſtiæ terræ.
¶*&
Hois creatio.
Coloſ. 3. b. 1. 4 D a. 9. a. 1. Corinth. 11. b.

¶20 diei tertij. Id eſt, ita tranſactus eſt dies terti⁹. ¶21 iuxta Latinorũ & Græcorum opinionẽ, ſol quarto die creatus eſt, & ante eum lux, herbæ, & arbores: ne homines ſibi perſuaderent ſolẽ eſſe primã cauſam lucis, generationiſq; herbarum & arborum: atque ita acciperent anſã idololatriæ. Hebræi vero dicũt ſolẽ & lunã creatos fuiſſe, vt numero ſeptimo dictum eſt: Moſẽmque quũ primo die cœpiſſet narrare creationem rerũ cæleſtiũ, omiſiſſe tãquã res minus notas, velũtque incognitas. & deſcẽdiſſe ad creationẽ rerum terreſtriũ magis notarũ nobis. Poſtea quarto die repetijſſe omiſſa, ornatũ nempe earum rerũ cæleſtiũ. nam primo die creatus fuit ſol. Tunc autẽ ſic vertendũ erit, Iam autẽ dixerat Deus, Fiant &c. vt præteritũ accipiatur pro plusquam perfecto. Ex Sacris literis non poſſis dicere quo tempore creata fuerint luminaria illa, & creatæ fuerint ſtellæ illæ: ſolũ habes hæc omnia fuiſſe creata intra diem quartũ. ¶22 in firmamento cæli. vel, in ipſo corpore cæleſti. ¶23 vel, vt ſeparent diem à nocte. ¶24 Quidã intelligunt per ſigna, momẽta ipſa: per tẽpora, horas: vt per motionẽ illorum corporũ cæleſtium deſignẽtur momenta, horæ, dies, & anni. Alij quædã ſubaudiunt, hoc pacto, In ſigna, ſerenitatis ſcilicet, aut tẽpeſtatis: & tẽpora, nẽpe veris, æſtatis, autũni, hyemis. Sunt qui per ſigna, intelligãt miracula & prodigia: vt Ioſue 10. c. Eſa. 38. b. c. Nõ deſunt qui per ſigna ſolennitates & feſta velint accipi. ¶ duo illa luminaria. ſic enim explicãdus eſt articul⁹ Hebraicus HE, qui emphaſim habet præpoſitus dictionibus. Hæc (vt dictũ eſt) primo die: ſtellæ verò, quarto creatæ fuerũt. ¶25 Heb. in dominiũ diei. Id eſt, vt dominaretur diei. Hoc autẽ intelligendum eſt de luce quã adminiſtrat ſol diei. Idem ſentiendũ de luna. hoc eſt, vt interdiu luceret ſol, & luna noctu. ¶26 nẽpe ſolẽ, lunã, & ſtellas. Nam mox ſequitur, Vt dominarentur die ac nocte. Qui in fœminino E A S vertunt, ad ſtellas tantum referunt: vt Chaldæus paraphraſtes. ¶27 diei quarti. Id eſt, ita tranſactus eſt dies quartus. ¶28 Vox Hebræa I I S R E S V, ſignificat repere faciant, ſiue producãt in magna abundantia. ¶29 Hebraiſmus eſt, pro, reptilia viuentia. i. piſces maris & fluminũ. Reptilia dicũtur quęcunq; pedibus carent, aut quib⁹ breues admodũ ſunt pedes. Siqua animalia reperiãtur in aquis pedes habẽtia, pauca certe reperiuntur. præterea tales pedes habent talia, qui non ſunt apti ad greſſum. Per reptilia igitur intelligit tam grãdiores, quàm minores piſces. ¶30 Id eſt, in aere. ¶31 Vox Hebræa T H A N N I N I M, proprie ſignificat animalia illa oblonga quæ præ ſe ferunt formã ſerpentis. Hic tamen accipitur pro animalibus aquatilibus immenſæ magnitudinis. ¶32 Hebraiſmus, pro, omnia animalia viuentia. ¶33 Latine, natantia. eſt enim proprium piſciũ natare. ¶34 Benedictio in Sacris literis ſignificat abundantiam. Id eſt, dedit illis fœcunditatem verbo ſuo. Poſtea ſeipſum explicat quid per benedicere intelligat, quum dicit, Fructum edite, ſiue fructificate. ¶35 diei quinti. i. ita tranſactus eſt dies quint⁹. ¶36 Heb. animã viuentem. Singulare pro plurali, more Hebraico. Præterea, animam viuentẽ vocat animantia. Sic igitur verte, Animalia viuentia, Vel, animantes viuentes ſecundum ſpecies ſuas. Id eſt varia genera animantium. Seipſum poſtea declarat quid per animam viuentem intelligat, quum mox dicit, Iumentum &c. ¶37 Singulare pro plurali, animantia. Vox Hebræa ſignificat ſpecies animantium quæ herbas comedunt, ſiue ſint domeſtica, ſiue ſylueſtria. Partitur autem animantia omnia in tria, in iumenta, reptilia, & feras. ¶38 Per beſtias terræ, intelliguntur feræ, & animalia quæ carnibus veſcũtur, vt lupi, leones. Non adiecit hic, Et benedixit Deus illis, vt prius adiecerat, quòd (vt quidam volunt) maledictus eſſet ſerpenti. ¶39 Ad differentiam reptilium aquatilium, adiecit terræ reptilia. nam duplicia ſunt reptilia: aquatilia & terreſtria. ¶40 Verbo plurali vtitur hic Moyſes, vt occulte ſacræ triadis myſterium indicet. ¶41 Singulare pro plurali homines, poſitum eſt. nam verbum plurale ſequitur dominentur. Vocibus imago, & ſimulacrum, ſiue ſimilitudo, eiuſdem ſignificationis, quæ hic cõtinuo ponuntur, maximam ſimilitudinem ſignificat: quaſi dicat, nobis ſimillimos: vt quantum fieri poterit, accedant ad naturam noſtram. Intelligit autem ſimilitudinem animi, non corporis, quæ conſiſtit in immortalitate, in innocentia, & iuſtitia, reliquiſque animi dotibus. ¶42 i. feris omnibus. q. d. profligatis feris inhabitent homines quancunque volent terram. nam regiones redduntur inacceſſæ propter feras. Vel, dominentur in omnẽ terram. i. aratro ita eam proſcindãt, vt cogãt eam fructũ ſibi reddere. ¶43 Reptile pro omni animãti quod incedere poteſt ſuper terram.

Matth.19.a.
eccli 17.a.
ſ.1.c.9.a.
Homini vim generādi dat Deus, eiq; oīa ſubijcit.
Prouidentia Dei de victu.
ſ.9.a.
Eccli 10.c.
mar.7.d.
Benedicitur ſabbathum.
Exo.20.b.
heb.4.b.
Repetitio p̄dictorum.
¶ Dominus
Repetit formationē hominis.
1.Cor.15.f. B
Homo in paradiſo voluptatis.

creauit Deus hominē ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginē Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilib⁹ cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouētur ſuper terram. ¶ Dixitq; De⁹, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habēt in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animātibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quib⁹ eſt anima viuēs, vt habeant ad veſcendū. Et factum eſt ita. ¶ Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: & erāt valde bona. Et factū eſt veſpere & mane dies ſextus.

CAP. II.

IGitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Cōpleuitque Deus die ſeptimo opus ſuū quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret. ¶ Iſtę ſunt generationes cæli & terrę, quādo creatæ ſunt, in die quo fecit Deus cælum & terrā, & omne virgultū agri antequam oriretur in terra, omnēmq; herbā regionis priuſquā germinaret: nō enim pluerat Dominus Deus ſuper terrā, & homo nō erat qui operaretur terrā. Sed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Formauit igitur Domin⁹ Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentē. ¶ Plātauerat autē Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat. Produxitque Do-

ſuper terrā. Creauit itaq; Deus hominē in imagine ſua, [44]in imagine Dei creauit eum, [45]marē & fœminam creauit eos. Et benedixit illis Deus: dixitq; ad eos Deus, Fructū edite, & augeſcite, & [46]implete terram, & [47]ſubijcite eam, & dominamini in piſcē maris, & in volucrem cæli, & in omnē beſtiā [48]quæ reptat ſuper terrā. ¶ Rurſū dixit De⁹, [49]Ecce dedi vobis omnē herbā [50]ſeminificantē ſemē, quę eſt in ſuperficie vniuerſæ terræ, & [51]omne lignū in quo eſt fruct⁹, lignū ſ. videlicet quod ſemē ſeminificat, vobis i cibū erit. At omni beſtiæ terræ, & cūctis volucrib⁹ cæli, & omni quod reptat ſup terrā [52]in quo eſt anima viuēs, [53]ſit omne viride olus in cibū. Et fiebat ita. Et [54]vidit De⁹ omne qđ fecerat, & ecce erat valde bonū. Et facta eſt veſpera & mane [55]dies ſext⁹.

CA. II.

PErfecti ſunt itaq; cæli & terra, & [1]omnis exercitus illorū. [2]Et abſoluit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & quieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo [3]quod fecerat. Et benedixit Deus diei ſeptimo, [4]& ſanctificauit eū. nam eodem die ab omni opere ſuo quieuerat, [5]quod faciendo De⁹ creauerat. ¶ Iſtæ ſunt [6]generationes cælorum & terræ, quę creata erāt in die quo fecerat Domin⁹ De⁹ terrā & cælos, & omne [7]virgultum agri antequā eſſet in terra, & omnē herbā agri antequā germinaret. [8]quoniā nō pluerat Dominus De⁹ ſuper terrā, [9]nec erat homo qui coleret terrā. [10]Et vapor aſcendebat è terra, & irrigabat vniuerſam ſuperficiē terræ. Finxit igitur Dominus Deus hominē [11]puluerē de humo, & inſlauit in nares eius ſpiritū, [12]vitalē, [13]factúſq; eſt homo in animā viuentē. ¶ Et [14]plātauit Dominus De⁹ hortos delicatiſſimos ab Oriēte, & collocauit illuc hominē quem finxerat. [15]Et fecit germinare

¶ 45 Eſt repetitio cū eleganti Hebraiſmo: p. ad ſimilitudinem ſui creauit illos. Solent enim Hebræi antecedens p relatiuo vſurpare. Quater autem meminit hui⁹ creationis hominis, vt intelligam⁹ perfectionē creationis ipſi⁹ hominis. ¶ 45 Relatiuū plurale retulit ad marē & fœminā: nequis putet, marem tātum ad ſimilitudinem Dei creatū. Verti Poteſt, Creauit autē marē & fœminā. Sexto die creati fuerunt vir & mulier: alioquī nō diceretur, Et benedixit illis De⁹. Quomodo autē creati fuerint, dicitur à Moyſe capite ſequēti, per repetitionē. ¶ 46. i. prole veſtra replete orbē terrarū. ¶ 47. i. reddite eā vobis habitabilē expulſis feris. ¶ 48. i. gradiēti & incedenti. Ita enim hoc loco accipiēda eſt vox Hebraica, pro omni eo quod incedit & graditur ſuper terrā. ¶ 49 Ecce, apud Hebræos, pro ſane vel vtique, frequentiſſimū. Dedi autē, prçteritū pro præſenti. q. d. Permitto vobis vt comedatis omnē herbā &c. ¶ 50 vl. producentē ſemen. ¶ 51. i. omnis arbor pomifera ſuppeditabit vobis eſcam: hoc eſt, omnis fructus arboris pomiferæ erit vobis in eſcā. ¶ 52 Id eſt, viuenti. hoc eſt omnibus animatis & viuentib⁹ ſuper terrā. ¶ 53. i. oēs veſcētur herba virēte. Eſum carniū nō permittit ante diluuiū, quē in principio capitis noni cōcedit poſt ipſum diluuiū. ¶ 54 vl. cōtēplat⁹ eſt ¶ 55 diei ſexti. Hoc eſt, ita tráſact⁹ eſt dies ſextus. II. ¶ 1 Id eſt omnia quæ ſunt in cælo & in terra. ¶ 2 Perfecitq; Deus ante diem ſeptimū. vl. ſub diem ſeptimū. Aut, Eluceſcente, ſiue aduenlente die ſeptimo, extremā manum impoſuit Deus operi ſuo. Poſſet verti præteritū perfectū in plus quàm perfectū, hoc modo, Perfeceráτque Deus cum iam aduenit dies ſeptimus, opus &c. ¶ 3. i. quod tā excellenti ordine diſpoſuerat. ¶ 4 &, pro id eſt hic ponitur: exponit enim quid ſignificet benedixit, id eſt ſanctum ac celebrē haberi voluit. Sunt qui pro ſanctificauit, vertant ſegregauit. i. voluit diem ſeptimum ſibi tribui. Sanctificare aliquē diem, eſt in vſum Dei ſeparare: hoc eſt in eo ceſſare ab omni opere, & agere gratias Deo pro beneficiis acceptis. Dicitur autem hic per occupationem, ſeptimū diem ſanctificari: nam ſeptimus dies ſanctus fuit data lege, nō prius. ¶ 5 Heb. quod creauit Deus vt faceret. i. vt eo ordine quo nūc eſt diſponeret. ¶ 6 Paſſiue ſumitur generatio. q. d. Hi ſunt natales & ortus cæli & terræ quādo illa creata ſunt, eo ſcilicet tempore quo Dominus Deus creauit terrā & cælū, vnà cum omnibus arboribus, prius quàm eſſent in terra. & vnà cum omnib⁹ herbis agrorum, prius quàm germinarent. Actiue etiā poteſt verti, vt cuidā Hebræorū placet, hoc pacto, Hæ ſunt quæ genuerunt cælum & terra poſtquā creata ſunt, eo ſcilicet tēpore quo Dominus Deus creauit terrā & cælū. Poſtremam particulā adiecit Moyſes, ne putemus Deum nō eſſe cauſam iſtorū inferiorū. q. d. quāuis videamus aliqua creata fuiſſe ex terra tanquā materiali cauſa, & paſſiua, & ſole tanquā cauſa efficiente & actiua: tamē omnium horum ſola eſt cauſa Deus. In priore parte, cælū accipitur pro toto corpore cæleſti, in poſteriore verò pro toto illo corpore extenſo à terra vſque ad cælū. Præterea diem accipit pro tēpore. ¶ 7. i. arbores. Subaudi, Eſ. die ſiue tēpore quo creauit omnes arbores &c. ¶ 8 ſub. creauit inquā illa: quia nondū immiſerat pluuiā Domin⁹ ſuper terrā. quod certe dictū eſt ne poſſimus dicere imbrem fuiſſe cauſam herbarū & omnium fructuū quæ proueniunt in terra: ſed Deum eſſe authorē fructuū omniū. hinc enim deprehendimus Deum eſſe authorē pluuiæ. ¶ 9 Hebraiſmus eſt. pro nullus erat. q. d. Non eſt quod quiſquā hoc tribuat vel pluuiæ, vel humanæ induſtriæ, quum Domin⁹ nondū pluiſſet, neq; vllus homo eſſet qui agros coleret. ¶ 10 Vapor autē aſcēdebat è terra. Vel, Porro vapor aſcēderat è terra. Repetit Moyſes creationē hominis: narrátq; quomodo præparauit Deus materiā ex qua ipſum hominē creauit. Vox Hebræa ED, ſignificat vaporē: pro qua alij fōtē vertūt: alij nubē, vt Chaldæ⁹ paraphraſtes: quia nubes fit ex vaporib⁹ eductis è terra per calorē ſolis. qui aſcendūt in mediā regionē aeris, vbi propter eius frigiditatē conuerſi in aquā, deſcendūt, & irrigāt terrā. Declarat creationem pluuiæ, & ad quid crertur, nēpe vt irrigetur terra: quomodo item creetur, nēpe ex vaporibus è terra aſcendentibus &c. ¶ 11 Inuerſus ordo præpoſitionis apud Hebræos, pro, de puluere terræ. ¶ 12 Heb. vitæ. i. ſtatim halitu ſuo animam illi dedit. ¶ 13. i. factus eſt anima viuens, cœpitque viuere. ¶ 14 plātauerat Dominus Deus hortū in Eden ad Orientē. De Eden legiē Eſa. 37. c. Hæc debent referri ad diem tertiū, quo die produxerat Domin⁹ arbores. Plātauerat autē, id eſt iuſſerat vt pducerētur arbores: quod ſtatim declarat Moſes cum dicit, Fecit germinare, vl. pduxit de humo &c. Quæ in hoc capite leguntur, per repetitionem dicta ſunt. ¶ 15 Feceratque germinare, vl. Produxerat enim. Nam rationem qua plantauerat paradiſum, ipſe declarat.

Dominus Deus de humo omnẽ arborem viſu delectabilem & in cibum [15]commodam: & arborem [16]vitæ in medio hortorũ,[17]arborem quoque ſcientiæ boni & mali. ¶Et [18]fluuius egrediebatur de delicijs vt irrigaret hortum, vt inde diuiſus fieret in quatuor capita. Nomen [19]vnius Piſon: is circuit totã terram Hauila, vbi eſt aurũ: & aurum terræ illius [20]bonum eſt: eſt quoque illic [21]bdeliũ, & lapis [22]ſchohã. Nomẽ vero fluuij ſecundi Gihon: is circumit totã terrã [23]Kuſch. Porrò nomẽ tertij fluuij eſt [24]Hiddekel: is curſũ ſuũ agit ad Orientalẽ plagã Aſſyriæ. Et fluui⁹ quart⁹ eſt Euphrates. ¶Tulit itaq; Domin⁹ Deus [25]ipſum adam, & poſuit eũ [26]in hortos delicatos, vt coleret & cuſtodiret [27]illos. Præcepitque Dominus Deus homini, dicens, [28]De omni ligno hortorum comede: de arbore vero ſcientiæ boni & mali, de ea [inquam] haudquaquã comedas: nã quacunque die ex ea comedes, [29]morte morieris. ¶Et [30]dixit Domin⁹ Deus, Nõ eſt [31]cõmodũ vt homo ſolus ſit: [32]faciã illi adiutoriũ, quod corã eo ſit. [33]Finxerat enim Domin⁹ De⁹ de humo omnẽ beſtiã agri, & omnẽ volucrẽ cæli, & adduxerat [ea] ad hominẽ, vt videret [34]quomodo appellaret ea. ([35]quodcũq; enim nomen adã viuẽtibus indidit, hoc nomine nominabantur.) Indidit itaq; adã nomina cuiq; iumẽto, & volatili cęli, omniq; beſtię agri: [36]Adæ vero nõ inueniebatur adiutoriũ quod coram eo eſſet. Immiſit igitur Dominus Deus [37]ſoporem in Adã, & obdormiuit: [38]tulitq; vnã ex coſtis ei⁹, & [39]carnẽ illius loco claudens. Et ædificauit Dominus Deus [40]coſtã quã tulerat de homine [41]in mulierem, & adduxit eam ad hominẽ. Et dixit homo, [42]Hoc nũc [43]os ex oſſib⁹ meis, & caro ex carne mea: ꝓpter hoc vocabitur [44]virago, eo ꝙ de viro ſumpta ſit hæc. Propterea deſeret vir patrẽ & matrem ſuã, & hærebit vxori ſuæ, erũtq; [45]in car-

minus Deus de humo omne lignũ pulchrum viſu, & ad veſcendũ ſuaue, lignũ etiã vitę in medio paradiſi, lignũmq; ſciẽtiæ boni & mali. ¶Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigãdũ paradiſum: qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomẽ vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnẽ terrã Heuilath, vbi naſcitur aurum, & aurũ terrę illius optimum eſt, ibique inuenitur bdelium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecũdi Gehon. ipſe eſt qui circumit omnẽ terram Aethiopiæ. Nomen vero fluminis tertij, Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrátes. ¶Tulit ergo Dominus Deus Hominẽ, & poſuit eũ in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum: præcepitq; ei, dicens, Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſciẽtiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. ¶Dixit quoque Dominus Deus, Non eſt bonum Hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Formatis igitur Domin⁹ Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. (omne enim quod vocauit Adam animę viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque adam nominibus ſuis cunctã animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Immiſitque Dominus Deus ſoporẽ in Adam: cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Domin⁹ Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam, Hoc nunc, os ex oſſib⁹ meis, & caro de carne mea: hęc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quam ob rem relinquet homo patrẽ ſuũ & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erũt duo in car

Lignũ vitæ. Lignũ ſciẽtię

Phiſon. eccli 24. c.

Gehon.

C Tigris.

Euphrátes.

Interdicit homini Deus ligno ſcientię boni & mali.

D Adã cunctis animantibus impoſuit nomina.

¶Immiſit ergo

Creat mulier

Inſtitutio matrimonij. 1. Cor. 11. b. matth. 19. a. marc. 10. a. epheſ. 5. g. 1. Cor. 6. d.

¶15 Heb. bonã: Latine vertas, pulcherrimam quãque & ſuauiſſimi fructus arborẽ. ¶16. i. de cuius fructu qui comediſſẽt, ſemꝑ vixiſſent: vt in fine capitis ſequẽtis declarat ipſe Dominus, quũ inquit, Sumat etiã de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternũ. ¶17 arborẽmq; ſcientię, [ſciẽtiæ inquã] &c. Debet repeti dictio [ſcientiæ]. Ab euentu ſic dicta arbor: quia per eã Deus erat ꝓbatur⁹, eſſẽtne obediens homo, an non. Aut, quia cognouit Adã per eſum fructus vetiti eius arboris bonum quod amiſerat, & malũ in quod incurrerat. Ita videtur Dominus ipſe interpretari ſequenti capite, quum his verbis, poſtquam comediſſet Adam fructum, cõqueritur, Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. Per occupationem autem ſic dicta eſt arbor: nondũ enim ita appellabatur. ¶18 Videtur ſingulare pro plurali, more Hebręorũ frequenti poſitũ eſſe, pro, Fluuij egrediebantur de Eden, ad irrigandũ hortũ, qui inde diuidebantur &c. Eden regio eſt nõ procul ab Haran vrbe Meſopotamiæ, vt colligitur ex 27. cap. Ezechielis: ex qua regione fluuij egrediebãtur, qui cõfluebant ad irrigandũ hortũ, ad quẽ quũ peruenerant, omnes riuuli cõficiebãt quatuor amnes. Paradiſus iſte voluptatis videtur proculdubio fuiſſe in cõfinibus Arabiæ Orientalis & Meſopotamiæ quę irrigua eſt & fluminib⁹ abundãs: quæ in vnũ cõiunctæ, efficiebãt vnũ flumẽ: quod poſtquã alluerat paradiſum, ſeparabatur in quatuor flumina. quod poſſe fieri certe exiſtimo, eaq; eſſe quæ hic memorat Moſes. ¶19. i. primi. Hebraiſmus. ¶20 Hebræi carent gradibus cõparationis: idcirco vertendũ, optimũ, ſiue laudatiſſimũ. ¶21 Quidã dicunt eſſe nomẽ lapidis pretioſi, alij nomẽ arboris. Scribit enim Plinius bdeliũ eſſe arborem quæ creſcit nõ longe à ſinu Perſico, in finib⁹ Meſopotamiæ. Vnde colligitur, partẽ Meſopotamiæ eſſe paradiſum: ſaltẽ paradiſum in Meſopotamia eſſe. ¶22 eſt lapis onyx, vt quidã volunt. ¶23 vł, Cus. i. Aethiopiæ. De Aethiopia Orientali intelligit. ¶24. i. Tigris. ¶25 hominẽ. Hoc loco adam eſt nomẽ appellatiuũ. ¶26 in hortũ Eden. i. quem plantauerat in regione Eden. ¶27 illum. ſub. hortũ. ¶28 Heb. Ex omni ligno paradiſi comedendo comedes: de ligno autem &c. Id eſt, ẽ fructu omniũ arborum horti facio tibi comedendi poteſtatẽ: at de arbore &c. Hebraiſmus. ¶29 Hoc eſt, mortalis eris, obnoxius eris morti. Hebraiſmus. ¶30 Per præteritũ plus quàm perfectũ verti debet, Dixerat autem Dominus. ſub. die ſexto, quo die fuit creata mulier. hic autem oſtendit quo modo: quod ipſe prætermiſerat. ¶31 Heb. bonum. i. conueniens. Dicunt Hebræi hoc loco vocem Hebræam T O B ſignificare perpetuitatem & diuturnitatem. q. d. non bonũ eſt vt ſemper ſolus permaneat. non enim diu duraret humana natura. ¶32 Subaudiendũ propterea: hoc pacto, Propterea faciam illi auxiliũ iuxta illud. i. illi cõueniens, aut ſimile illi. Alij vertũt, Faciam illi adiutoriũ quaſi corã eo: ſiue quaſi ante eum. hoc eſt, quod ſtet corã eo: vel quod ſit ſemper in cõſpectu eius ad obſequendũ ei. L X X verterũt, adiutorẽ ſecundũ eum. i. cõgruentẽ illi, & ſimilitudine morũ illi reſpõdentẽ. ¶33 vł, Formauerat prętterea Domin⁹ Deus de humo omnes feras agreſtes, & omnia volatilia cæli. Aut, Cũ autẽ formaſſet omnia, &c. adduxit ad Adã. ¶34. i. quod nomẽ inderet illis. ¶35 Heb. Et omne quod vocauit illi homo [illi inquã] animæ viuenti, eſt nomẽ eius. Dilucidius ſic, Nomen autẽ quod homo indidit omnibus ipſis animantibus, ipſum fuit (vel, erat) nomẽ eorũ. Impoſuit igitur homo nomina ſingulis animãtib⁹, &c. Hic adam, eſt nomen appellatiuũ, vt & in ſequẽtibus. ¶36 At homini nõ inuenit adiutoriũ quod eſſet corã ſe. Hebraiſmus elegãs: de ſe loquitur in tertia perſona. At homo non inuenit ſibi adiutoriũ per omnia ſibi reſpondens. Iſtud enim non dicitur de Deo, ſed de primo parẽte. ¶37 ſomnũ grauem & profundum. Hoc ſignificat vox Hebræa. ¶38 vł, tulit vnam (ſubaudi, portionẽ) de laterib⁹ eius. pro, aliquã portionẽ ex vno laterũ eius. Eſt enim Hebraiſm⁹. Sic alio loco legitur, Sepultus eſt in vrbib⁹ Iuda. pro, in vna vrbiũ. ¶39 & clauſit carnem pro ea. i. repleuit carne locum illum vnde ſumpſerat materiam vt faceret Heuam. ¶40 vel, latus quod acceperat. Hoc eſt, portionẽ eam carnis quam ipſe acceperat de latere hominis. ¶41 Subaudi. ædificauit inquam, in mulierem. i. ex ea fecit mulierem. ¶42 Hac vice. Subaudi, Inueni adiutorium per omnia reſpondens mihi. ¶43 Id eſt, communicat mecum in carne & ſanguine. Leguntur autem hæc per admirationem. ¶44 Si ſermo Latinus pateretur, dicendum eſſet vira, à vir: nam ſic apud Hebræos, adiectione vnius literæ mulier denominata eſt à viro. Illi enim virũ ſiue maritũ, I S dicunt, & mulierem ſiue vxorem, I S A. ¶45. i. erunt velut vna caro, & vnum corpus.

ne vna. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant. CAP. III.

*Serpens ſeducit mulierẽ. Sapien. 2. d.*

[1] SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierẽ, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier, De fructu lignorũ quę ſũt in paradiſo, veſcimur: de fructu verò ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud, ne forte moriamur.

*2. Cor. 11. a.*

Dixit autem ſerpẽs ad mulierem, ‖ Nequaquam morte moriemini. ſcit enim Deus quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.

*Tranſgreſſio mandati. Eccli 25. d. 1. tim. 2. d.* B

Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignũ ad veſcendũ, & pulchrũ oculis, aſpectúq; delectabile: & tulit de fructu illius, & ‖ comẽdit: deditq; viro ſuo, qui comẽdit. Et aperti ſunt oculi amborum: cúmq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerũt ſibi perizomata.

*Cognito peccato, Adã & Heua ſuffugiunt faciem Dei, excuſantes peccatũ.*

¶ Et cum audiſſent vocẽ Domini Dei deambulãtis in paradiſo ad aurã poſt meridiẽ, abſcondit ſe Adã & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. Vocauítque Domin⁹ Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, Vocẽ tuam ˋDomineˊ audiui in paradiſo: & timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit ˋDominus,ˊ Quis enim indicauit tibi quòd nud⁹ eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes, comediſti? Dixitq; Adam, Mulier quã dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Domin⁹ Deus ad mulierem, Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi.

C *Maledicitur ſerpens.*

¶ Et ait Dominus Deus ad ſerpentẽ, Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animãtia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuũ gradiẽris, & terrã comedes cũctis dieb⁹ vitæ tuæ. INIMICITIAS PONAM inter te & mulierẽ, & ſemen tuũ & ſemen illius: [a] ipſa ˋconteret caput tuum, & tu inſidiaberis cal-

*Semen Ieſus promittitur ſaluator.*

¶ [a] ipſe

nem vnam. [2] Erant autẽ vterque nudus, Adam & vxor eius, [46] nec erubeſcebant. CAP. III.

S [1] ERpẽs ˋvero [2] callidior erat omni beſtia agri, [3] quã fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierẽ, [4] Itáne dixit Deus, Nõ comedetis de omni [4] ligno hortorũ? Et dixit mulier ad ſerpẽtem, De fructu [5] ligni hortorũ comedimus: ˊ de fructu vero arboris, quę eſt in medio [6] hortorũ, ˊ dixit De⁹, Ne comedatis ex ea, neque cõtingatis eã, ne forte moriamini. Et dixit ſerpẽs ad mulierẽ, Haudquaquã [7] moriemini. ˊ verum Deus nouit q ipſo die quando comederitis ex ipſa, aperientur [8] oculi veſtri, [9] eritiſq; ſicut dij, ˊ ſcientes bonũ & malũ. [10] Et vidit ˋmulier quòd [11] arbor illa eſui commoda eſſet, ˊ & oculis [12] deſyderabilis, [13] iucundáque arbor illa ad erudiendũ, ˊ tulit de fructu eius, & comedit: dedit deniq; & [14] viro ſuo ſecũ, ˊ qui & ipſe cõedit. Et aperti ſunt oculi amborũ: [15] cognitóq; q nudi eſſent, cõſuerunt [16] folia ficus, fecerúntq; ſibi [17] cinctoria. ¶ Audiuerũt autẽ vocẽ Domini Dei [18] deambulãtis [19] in hortis [19] ad aurã diei: ˊ abſcõditq; ſe Adam & vxor illius à facie Domini Dei, [20] inter arbores hortorũ. ˊ Vocauit ergo Domin⁹ Deus ipſum Adam, & dixit ad eum, Vbi es tu? Qui ait, Vocem tuã audiui [21] in hortis, ˊ & extimui, q nudus eſſem, & abſcondi me. Et dixit, Quis indicauit tibi q nud⁹ eſſes? [22] nimirũ ˊ de ipſa arbore, de qua præceperã tibi ne comederes ex ipſa, comediſti. Et dixit Adã, Mulier ipſa quã dediſti vt mecum eſſet, ipſa dedit mihi de arbore, & comedi. Et dixit Domin⁹ Deus ad mulierẽ, [23] Quur hoc feciſti? Et dixit mulier, Serpẽs ille ſeduxit me, & cõedi. ¶ Et dixit Domin⁹ De⁹ ad ſerpentẽ illũ, Quoniam hoc feciſti, [24] execrat⁹ es præ omni iumento, & præ omni beſtia agri: [25] ſuper vẽtrẽ tuũ gradieris, & puluerẽ comedes cunctis dieb⁹ vitæ tuę. Ponámq; inimicitias inter te & inter ipſam mulierem, [26] inter ſemen deniq; tuũ & inter ſemẽ illi⁹. [27] Ipſũ cõculcabit tibi caput, ˊ & tu [28] cõculcabis

¶ 46. i. erãt animo ſimplici & candido, innocentia naturali præditi, tales quales nũc pueri, qui tametſi nudi ſunt, eos tamẽ nõ pudet: ſumma cõcordia erat ſpirit⁹ cum carne.

III.

¶ 1 Serpẽs ille. apud Hebræos eſt articul⁹ præpoſitiu⁹: vt intelligam⁹ Moſen loqui de ſerpẽte noto. Per ſerpẽtẽ externũ voluit internũ ſerpẽtẽ intelligere q eſt diabolus. Serpente autẽ naturali & externo vſus eſt diabol⁹ tanquã inſtrumento: illéque ſerpens locut⁹ eſt humano more diabolo mouẽte eius linguã. ¶ 2 Verti poteſt per ſuperlatiuũ, hoc pacto, Erat calidiſſimus, ſiue aſtutiſſimus omniũ beſtiarũ agri. i. ferarũ agreſtium. ¶ 3 vl, Etiam (ſubaudi, Eſtne verũ) quòd præcepit Deus ne ex vllius arboris fructu comederetis? Videtur truncata fuiſſe ſentẽtia: vt poſt alia multa quæ ſerpens dixerit mulieri, ſubiunxerit, Etiamne eſt verum quòd &c. Poſſet verti vt & Chaldæus paraphraſtes tranſtulit, Verúmne eſt quòd Deus &c. Verti etiã poteſt, Multo magis [miror] quòd prohibuerit ne &c. q. d. Miror Deũ vos priuaſſe magnis bonis: multo magis demiror quòd dixerit vobis ne comederetis &c. ¶ 4 arbore horti? ¶ 5 arboris horti comedimus. i. veſci nobis licet. acſi dicat mulier, Res non ita habet vt interdixerit nobis eſu omnium fructuũ: nam nobis licet veſci fructu omnium arborum, præterquam vnius, &c. Futurũ eſt apud Hebræos pro præſenti. ¶ 6 horti, ¶ 7 Heb. morte moriemini. Morte mori Hebraiſmus, pro certiſſime & ſine dubio mori. Alij interpretãtur hoc pacto, Nequaquã verum eſt vos eſſe morituros ea hora qua comederis ex eo fructu: ſed ideo vetuit, nõ q mors ſequatur eſum fructus, ſed vt tollat à vobis ſcientiam perfectiſſimã. Nota ſuperbiam diaboli præceptũ Dei eſſe falſum aſſerẽtis. ¶ 8 ſub. mentis. ¶ 9. i. eritis ſimiles Deo. Alij vertũt, Sicut angeli: nã vtrunq; ſignificat vox Hebræa ELOHIM. ¶ 10 ſub. in animo ſuo. ¶ 11 bona eſſet arbor ad veſcendum. Hebraiſmus, pro, q bonus eſſet fructus arboris ad veſcendũ ¶ 12 vl, gratiſſima, ¶ 13 Hebræi exponunt, Concupiſcibilis eſſet arbor ad intelligendũ. Id eſt, ad faciendũ intelligere, ad prudentiam comparandam. Verum vox Hebræa LEHASKIL, hoc loco potius ſignificat contẽplari: debétq; ſic verti, Ad contemplandũ deſyderabilis. i. quòd oculos contemplantiũ ſe, remoraretur. ¶ 14. i. viro ſuo qui ſecum erat. Hinc quidam dicunt Heuam ſeductam fuiſſe præſente Adam viro ſuo. Verum Hebræi ſubaudiunt, vt ederet: ſicque coniungunt, Dedit viro ſuo, vt ederet vnà cum ipſa. ¶ 15 cognouerũntque quòd nudi eſſent: igitur conſuerunt ¶ 16 vl, frondes ¶ 17 vl, cingula. quibus ſcilicet tegerent pudenda. ¶ 18 in ipſo horto ¶ 19. i. ſub veſperã, quo tempore ventus ſeſe attollere, & aſpirare ſolet Zephyrus. ¶ 20 Heb. in medio arboris horti. ſingulare pro plurali poſitum. vertendum igitur, In medio arborũ horti. i. in ea parte nemoris quæ dẽſiſſima erat propter arbores. ¶ 21 in horto, ¶ 22 Per interrogationẽ legitur Hebręis, Nónne &c. ¶ 23 Quid hoc eſt quod admiſiſti? Id eſt, quale eſt facin⁹ quod admiſiſti? Admiratiue dictũ. q. d. Quàm magnũ, quàm horrendũ facinus admiſiſti! ¶ 24 vl, maledictus es tu præ omnibus animãtibus & feris agreſtibus. Intellige hic duos ſerpentes, externũ & internum: & per externã maledictionem intellige internam. eſt enim Satanas maledictus præ omnibus ſpiritibus. ¶ 25 Hoc loco ſuper ventrẽ gradi, & terram comedere, eſt verſari in imis & obſcuriſſimis terræ cauernis, anguſtis admodum, & non altis. ſunt enim cauernæ multæ ita anguſtæ, & depreſſæ, vt in illis nemo erigere ſe poſſit, niſi manibus exporrectis innitatur. ¶ 26 Heb. & inter ſemen. Et, pro id eſt, ponitur hoc loco. ¶ 27 Heb. ipſum conteret te in capite. Ipſum, ſubaudi ſemen, qui eſt Chriſtus. LXX verterunt ipſe, Chriſtum intelligentes. aut αὐτός refert, non σπέρμα, ſed τὸν σπόρον: quòd ſit eiuſdem cum dictione σπέρμα ſignificationis: idque Hebraico more. Chriſtus, inquit, filius virginis deſtruet opera tua, & te victo liberabit Chriſtianos à ditione tua. Rom. 16, Dominus conteret Satanam ſub pedibus veſtris. ¶ 28 percuties ipſum in calcaneo. vl, mordebis. i. dabis operam vt malis & inſidioſis artibus ſemen mulieris Chriſtum perdas, verùm nunquam ſuperare poteris. Percutere, vel mordere in calcaneo, eſt inſidias tendere, & niti ſupplantare. Sumpta metaphora à ſerpentibus qui incautos mordere ſolent.

¶9 Duo ſubſtã tiua ſæpius cõ- iunctione & T cõiungunt Hebræi, quorũ alterum eſſet genitiui caſus apud Latinos: vt hic, dolorẽ tuũ, & conceptum tuũ: pro dolorẽ conceptus tui. Conceptũ autẽ hoc loco ꝓ vteri geſtatiõe accipere debem⁹, quod etiã ipſa vox Hebræa HARON ſignificat. Sic igitur dilucide vertes, Haud dubie augebo dolorẽ tuũ, dolorẽ inquam qui tibi erit ex cõceptu & geſtatiõe vteri. Verti etiam poſſet, Iterando iterabo dolorem tuũ, dolorem inquam concept⁹ tui. i. Iterabo tibi eũ dolorem quem ſenties in primo tuo concepu, ſiue vteri geſtatione tua prima. Multis vicibus afficiam te dolore, nempe quoties cõcipies. Seipſum ſtatim declarat, quum dicit, In dolore paries filios &c.

ei calcaneum.' Ad mulierem dixit,'[9] Dolorẽ tuũ & conceptum tuum'[10] cumulatiſſime multiplicabo:' in dolore paries filios, & ad virum tuum erit [11]'deſyderiũ tuum,' ipſeq; dominabitur tibi. [12] Ad Adam' vero dixit, Quandoquidem audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de arbore, de qua præcepi tibi, dicens, Non comedes ex ea: execrata eſt humus [13]'propter te, [14] in dolore comedes eam' cunctis diebus vitæ tuę. Spinam atque tribulum progerminabit tibi, & manducabis herbã agri. 'In ſudore vult⁹ tui veſcẽris pane,' donec reuertaris in humum: ex ea enim ſumptus es.[15] ſiquidem puluis es, & in puluerem reuerſurus es.' Et appellauit [17]'Adam' nomen vxoris ſuæ Heua: eo [18]'quòd ſit mater' omnis viuentis. Fecit quoque Dominus Deus [19]'ipſi Adam' & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit Dominus Deus, Ecce, homo iſte factus eſt quaſi vnus ex nobis, [40]'vt sciret bonum & malum.' & nunc[41]'periculum eſt,' ne forte mittat' manum ſuam, & accipiat etiam de arbore vitæ, & comedat, & viuat [42]'perpetuo.' Et emiſit eũ Dominus Deus[43] ex hortis delicatiſſimis,' ad colendam humum de qua ſumptus fuerat. Expulit itaque hominem, & collocauit[44] à plaga Oriẽtali hortorũ delicatorũ cherubim,' & laminã gladij[45]'micãtẽ & ſeſe vertẽtẽ,' ad cuſtodiẽdũ[46] iter arboris vitæ. CAP. IIII.

PORRÒ Adam[1] cognouit Heuam vxorem ſuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Acquiſiui virum' cum Domino.' Ruſsũmq; peperit fratrem eius Habel, & fuit Habel paſtor ouiũ, Cain vero fuit agricola. ¶[4] Exactis autem aliquot diebus,' factum eſt vt afferret Cain de fructu telluris munus Domino. Sed & Habel adduxit de primogenitis ouium ſuarũ, &[5] de adipe illarum:' & [6]'reſpexit Domin⁹ ad Habel, & ad mun⁹ eius: Ad Cain vero & ad munus eius nõ reſpexit.' Iratus eſt itaque Cain vehementer, & [7]cõcidit vultus eius.' Et dixit Dominus ad Cain,[8] Quare ſuccenſus es tu? & quur cõcidit vultus tuus? Nõnne ſi bene egeris, [9]feres? & ſi non bene egeris, ad fores

cameo eius. Mulieri quoque dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit, Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vult⁹ tui veſcẽris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerẽ reuertẽris. Et vocauit Adã nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoque Domin⁹ Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malũ. nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. CAP. IIII.

ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Poſſedi hominem per Deũ. Rurſũmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. ¶ Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Domin⁹ ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit: iratũſque eſt Cain vehementer, & cõcidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eũ, Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? Nõnne ſi bene egeris, recipies: ſin autẽ male, ſtatim in forib⁹ peccatũ tuũ

Mulieris ęrũnæ ob pĉtũm 1. Corin. 14. f.
Adæ pœna.
Homo addicitur labori.
D
Heuã.
¶ Et emiſit
Eijcitur Adã è paradiſo.
Cain. Abel.
¶ Dominũ.
Abel & Cain offerunt munera Domino. heb. 11. a.
Cain obiurgatur à Deo.

¶10 Hebr. multiplicando multiplicabo dolorẽ &c. Repetitio verbi apud Hebræos frequẽs, ſignificat certitudinẽ rei. q. d. Haud dubie augebo. ¶11 vl, cõcupiſcẽtia tua. Id eſt, In dolore paries filios: & nec ſic tamẽ poſt partũ refugies cõgreſſum viri tui. Vel, Pendebis à viro tuo ſemper. ¶12 Ad hominem ¶13 i. propter peccatum tuũ. Maledictio apud Hebræos ſignificat ſterilitatem: ſicut benedictio copiã & abundantiã. Paulus ad Heb. 6, declarat hanc terræ maledictionem. ¶14 i. in ſumma calamitate & ærumna comedes ex fructib⁹ eius. ¶15 Hebraiſm⁹, pro, Victũ parabis tibi cum ſudore. ¶16 vl, lutum enim es, & in lutum reuertẽris. Siue, terra es, & in terram reuertẽrie. Vox Hebræa HAPHAR, ſignificat puluerem, lutum, humum, terram. ¶17 homo ¶18 Hæc referri debent ad tempus quo hæc ſcripſit Moſes: quare præteritũ debet verti per futurũ, hoc modo, quòd mater futura eſſet, aut, fuerit. ¶19 ipſi homini ¶40 vl, quantum ad cognitionem boni & mali attinet. Hæc per ironiam dicuntur: quaſi dicat, Longe aliter res ſe habet, ac putauit homo. Hæc verba dixit Deus antequã induiſſet eos pellibus. ¶41 Vel hic ſubaudiatur, Vos angeli videte, ſiue cauete ne mittat &c. ¶42 Quidã Hebræorum dicit vocem Hebræã LEOLAM, hic ſignificare longum tempus, non perpetuo, ſiue in æternum. q. d. ne forte iniiciendo manus in fructum illum, longo viuat tempore in miſerijs & calamitatibus. ¶43 de horto Eden, ¶44 ab Oriente horti Eden cherubim. Id eſt, angelos humanam formam habentes. ¶45 verſatilis. Id eſt, gladium verſatilem. Vel, laminam gladij vtrinque acuti. Sunt qui putant hos angelos non vnum habuiſſe gladium, ſed plures ſtrictos enſes ſplendentes & fulgentes admodum: poſitũmque eſſe ſingulare pro plurali. Solent enſes euaginati & ſplendentes immittere terrorem hominib⁹. ¶46 Id eſt, viam qua itur ad arborem vitæ: nequi poſthac accederent ad hunc fructum, & donarentur immortalitate. IIII. ¶1 homo ipſe ¶2 Rem ſua natura non ſatis honeſtã, honeſto exprimit vocabulo, more Hebræo. ¶3 Id eſt, fauente Domino, Dei dono & munere. Duo iſti filij figura fuerunt duplicis hominis, vnius nati in peccato: alterius renati per Spiritum ſanctũ. Cain enim adumbrat hominem ſub peccato conſtitutum, Abel vero hominem liberatum à peccato. ¶4 Id eſt, Poſt aliquot annos. Dies enim pro annis hoc loco accipiuntur. ¶5 Id eſt, de pinguioribus ſiue pinguiſſimis ouibus. Hebraiſmus. ¶6 Hebraiſmus, pro, Abel placuit Domino, & munera eius: Cain autem non placuit ei, neque eius munera. Reſpicit Dominus non tam res externas, quàm internas. id eſt animum donantis, potius quàm dona ipſa. Dicunt ipſum Cain deprehendiſſe oblationem fratris acceptiorem fuiſſe Deo quã ſuam, ex hoc q ipſe Deus igne de cælo miſſo, conuertit oblationem ipſius Abel fratris ſui in cinerem, non item ſuam. ¶7 Id eſt, cœpit eſſe vultu demiſſo, more triſtium hominum, maxime indignatus eſt, motus inuidia aduerſus fratrem. Deſcribit habitum & geſtum hominis irati. ¶8 Hic Cainũ interrogat, vt confeſſionem extorqueat, & ad pœnitentiam inuitet. ¶9 Subaudi, mercedem. Variè hic locus verti poteſt. Nam verbum Hebraicum SETH, pro quo interpres vertit recipies, ſignificat etiam condonare, ſiue remittere, attollere, & leuare. Quidã igitur vertunt, Nõnne ſi bene egeris, condonabit? Subaudi, tibi Deus peccatũ tuum. Alij ſic, Nõnne ſi bene egeris attolles? Subaudi, vultũ. i. Nõne incedes recto vultu, viuẽſque in gaudio & lætitia? Poſtremo alij hoc pacto, Nõnne ſi bene egeris, exaltatio erit tibi? Quaſi dicat, Tu videris dolere quòd frater tuus ſit elatus & euectus ſupra te: at ſi ſtudueris bene facere, attollẽris vt ille. Hebraicæ veritati conuenit magis hæc poſtrema interpretatio.

Occidit Abe-lem fratrẽ.
Sapi.10.a. B
matth.23.e.
1.iohan.3.b.
Iudæ 1.d.

Maledicitur. Cain.

Deſperat Cain.

C

Henoch.
Irad.
Mauiael.
Mathuſael.
Lamech, & eius vxores.
Ada. Sella D
Iabel. Iubal.
Tubal-cain.

Noema.

Seth.
Enos.
Cultus dei re ſtituitur.

aderit? ſed ſub te erit appetitus eius. & tu dominaberis illius. ¶Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur foras. Cúmq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eũ, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cũ operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terrã. Dixitque Cain ad Dominũ, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcõdar, & ero vagus & ꝓfugus in terra. omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus. Nequaquã ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur. Poſuitq; Domin⁹ in Cain ſignũ, vt nõ iterficeret eũ omnis qui inueniſſet eũ. Egreſſúſq; Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalẽ plagã Edẽ. ¶Cognouit autẽ Cain vxorẽ ſuã, quæ cõcepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatẽ, vocauitque nomẽ eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores, nomẽ vni Ada, & nomẽ alteri Sella. Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum: & nomen fratris eius Iubal, ipſe fuit pater canẽtium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema. Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplũ vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties. ¶Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filiũ, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus eſt filius. quem vocauit Enos. iſte cœpit inuocare nomen Domini.

[9]peccatũ'cubat? & ad te deſyderiũ illius: tu dominaberis ei. ¶[10]Et locutus eſt Cain ad Habel fratrẽ ſuũ.' Factúmq; eſt, quũ eſſent in agro, inſurrexit Cain aduerſus Habel fratrẽ ſuũ, & occidit eũ. Et dixit Domin⁹ ad Cain, Vbi eſt Habel frater tuus? Et dixit [Cain,] Neſcio, [11]nunquid cuſtos fratris mei ego ſum?' Dixit ergo [Dominus,] [12]Quid feciſti?' vox [13]ſãguinis' fratris tui clamat ad me de humo. Nũc itaque [14]execratus tu è terra,' quæ aperuit os ſuum, vt exciperet ſanguinem fratris tui de manu tua. Quum humum excolueris, amplius non dabit tibi' robur ſuum:' vagus & profugus eris in terra. Et dixit Cain ad Dominum, Iniquitas mea maior eſt [16]quàm vt remittatur.' En eieciſti me hodie è terra, &[17] à facie tua abſcõdar, vt ſim vagus' & profugus in terra: fiet itaque vt[18] quicquid' me inuenerit, [19]interficiat' me. Et dixit ad eum Dominus, [20]Propterea quidquid interfecerit Cainum,' ſeptuplo vindicabitur. Et [21] poſuit Dominus ſignum in Cain, ne interficeret eum [22] quidquid inueniret illum.' Egreſſus itaque Cain à facie Domini, habitauit profugus [23] in terra ab Oriente deliciarum.' ¶Et cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Hanoch: extruénſque ciuitatem, vocauit nomen illius ciuitatis iuxta nomen filij ſui Hanoch. Porrò ipſi Hanoch natus eſt Irad. Irad autẽ genuit Mehuiael, & Mehuiael genuit Methuſael, Methuſael verò genuit Lamech. Et Lamech duxit ſibi duas vxores, nomen vnius erat Ada, & nomen alterius Silla. [24]Genuitque' Ada ipſum Iabal, qui fuit pater eorum qui habitant in tentorijs &[25] peculij.' Nomen verò fratris ſui Iubal, qui fuit [26]pater omnium qui tractant citharam & fides.' Et Silla quoq; [27]genuit' Tubal-cain, [28]qui expoliebat quodcunque opificium tum æris tum ferri.' ſoror verò Tubal-cain Naema. Et dixit Lamech ad vxores ſuas Adam & Sillam, Audite vocẽ meã [29]vxores Lamech,' auſcultate ſermonem meum, [30]quoniam virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meũ. [31]Si ſeptuplo vindicabitur Cain, certe Lamech ſeptuagies ſepties. ¶Cognouit autem Adã rurſus vxorem ſuam, & ipſa peperit filium, appellauitque nomen eius Seth, Quia poſuit mihi [inquit] Deus ſemen aliud pro Habel quem interfecit Cain. [32]Et ipſi Seth' natus eſt filius, & vocauit nomen eius Enos: [33]tum cœptum eſt inuocari nomen Domini.

¶9 peccatũ. ꝑ. pœna peccati. .i. Punitio i foribus præſto eſt, & te manet, cupitque tibi adhærere. Gallicè dicim⁹, Elle ne demãde que de t'empoigner. Verum ſi voles, dominaberis illi pœnæ, effugies pœnam illã: gratia mea ſcilicet. Poteſt extrema particula verti per imperatiuum, hoc pacto, At tu dominare ei .i. vita illã punitionem, emẽdãdo vitã tuã. ¶10 vl, Narrauitq; Cain Abel fratri ſuo. ſub. omnia quę dixerat ei De⁹. Alij ſic, Allocutus eſt Cain fratrem ſuũ Abelẽ verbis ſcili. et duris, vt inde haberet occaſionẽ inſurgendi in eũ. ¶11 q.d. nũ dediſti mihi eũ aſſeruandũ? ¶12 vl, Quare [hoc] feciſti? ¶13 Per ſanguinem, mortem intelligit. Hic autem rei inanimatæ tribuitur vox. Quaſi dicat, Sanguis fratris tui à te effuſus in terrã, teſtatur te illũ occidiſſe. ¶14 vl, maledict⁹ es de terra. Id eſt, ex parte ipſius terræ, ſiue reſpectu ipſius terræ. Hoc eſt, terra quã coles, erit maledicta: quæ iã maledicta eſt propter peccatũ primi parentis, iterũ propter te maledicetur. Quid autẽ ſit Terrã maledici, exponit, cũ dicit, Cũ operatus fueris terram, &c. ¶15 vl, vires ſuas. Id eſt, fructus ſuos: coles eam, & nihil colliges. Hebraiſmus. ¶16 vl, quàm vt condonari mihi poſſit. Sic verterũt L X X. Rectius ſic vertetur, Punitio mea maior eſt, quàm vt eã ferre poſſim. Nam dictio Hebræa vtrunque ſignificat. ¶17 .i. non apparebo poſthac in conſpectu tuo offerens aliquid. ero enim vagus &c. ¶18 quicunque ¶19 Hoc dicit reſpiciens ad tempus futurum: neque enim vlli adhuc erant homines in ea terra: verũ metuebat ſibi à poſteris ſuis. ¶20 Propterea quiſquis interfecerit Cain. Hic ſubſiſtendum, iuxta quorundam opinionem. vt apud Virgilium, Quos ego? ſed motos &c. & ſubaudiendum, grauiſſimas pœnas dabit. ſequatúrque poſtea, ſeptima generatione dabit pœnas. Hoc modo tranſtulit Chaldæus paraph. Rectius ſic vertetur, Imò, aut Profecto quiſquis occiderit Cain, [i. te: alloquitur eum in tertia perſona] ſeptuplum punietur. i. dabit pœnas grauiſſimas. accipitur enim numerus certus pro incerto, more Hebræorum. q.d. Septies grauiore pœna punietur, quàm ſi alium quempiam interficeret. Hoc dicit vt eum iubeat eſſe bono animo. ¶21 Id eſt, dedit ei aliquod ſignum, quo iudicaret ei, neminẽ eũ impune interfecturũ. ¶22 vllus qui inueniſſet eũ. ¶23 In terra Nod, in parte Orientali ipſius Eden. Nod ita dicebatur à perfugio. Aut certe vertendũ, ſi fuerit appellatiuũ, in terra perfugij. i. in qua erat perfugiũ ipſius ꝓfugis. ¶24 Peperitque ¶25 Heb. paſcentis, ſub. gregẽ. i. hic primus adinuenit artem habitandi in tabernaculis vt paſceret gregẽ. ¶26 Heb. pater tenẽtiũ citharã & organũ. i. inuẽtor muſices. ¶27 peperit ¶28 Heb. acuẽtẽ [vl expoliẽtẽ] oĩa opera æris & ferri. i. authorẽ artis fabrilis. ¶29 He. ꝓ. vxores meæ. Solent Hebræi de ſe loqui in tertia perſona. ¶30 Hic præteritũ pro futuro ponitur, & futurũ pro præterito ꝑfecto, vertiq; debet ad hũc modũ, Sane hominẽ interficerẽ in vulnere meo, etiã adoleſcentẽ in liuore meo. Hoc eſt. Si à quoquã, etiã viro fortiſſimo, vel ab adoleſcẽte qui viribus valet, vulnus acciperẽ, illũ interficerẽ: valeo enim viribus. Nõ eſt igitur quod mihi aut liberis veſtris timeatis, ô vos vxores meæ. Videbat eni vxores ſuas triſtes. ¶31 Sub. Scitote inquã, quod ſeptuplũ vindicabitur Cain, at Lamech ſeptuagies ſepties. i. Scitote quòd grauiſſime punietur à Domino ille qui Cain iterfecerit: multo autẽ graui⁹ qui me. q.d. Si De⁹ affirmauit ſe grauiſſime puniturũ eũ q occiderit Cain: multo magis eſt eũ puniturus qui me interfecerit, qui neminẽ occiderim, ſed ne vulnerauerim quidẽ. Quòd autẽ hic dicitur, Septuagies ſepties: numer⁹ certus ꝓ incerto ponitur, more Hebræorũ. Sic Matt. 18. c, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. ¶32 Sed & ipſi Seth ¶33 .i. tunc cœpit paſſim coli Deus.

¶1 Liber ꝑ enumeratione, Hebraico more. q. d. Iſta eſt enumeratio eorum quos genuit homo: ſiue eorum qui originem habuerunt à primo parēte. Deſcribit hic Moſes catalogum filiorū ipſius Adæ, vt oſtēdat generationē ipſi⁹ Chriſti. neque enim oīm filiorū meminit, ſed eorū tantū à quibus Chriſt⁹ erat deſcenſur⁹. Deducit ergo generationē ipſius Adā vſq; ad Abrahā, per quē deſcenſur⁹ erat Chriſt⁹. Matthæus autē deducit ab Abrahā vſq; ad Chriſtū. exiſtimat enī nos Moſen legiſſe, & eā obrē Chriſti originē altius nō repetit. Itaque vt Deū oſtēderet eſſe veracē in ꝓmiſſis, qui dixerat fore vt ſemē mulieris. i. Chriſt⁹, cōtereret caput ſerpētis, oſtēdit eorū genealogiā à qb⁹ Chriſtus ſecūdū carnē vētur⁹ erat. ¶2 vl, ipſū Adā. Incertum enim vtrū hoc loco ſit nomē propriū, an appellatiuū. ¶3 ad ſimilitudinem Dei. Hebraiſm⁹, ꝓ ad ſimilitudinē ſuā. Antecedēs pro relatiuo. ¶4 Hebraiſm⁹, ꝓ fœcūdos

## CAP. V.

HIc eſt liber[1] generationū hoīs in die quo creauit Deus hominē, [2]in ſimulachro Dei[3] fecit illū. Marē & fœminā creauit eos:[4] & benedixit illis, [5]vocauitq; nomen illorū adā, in die quo ſunt creati. ¶Vixit autē Adā cētū triginta annis, [6]genuitq; [7]in ſimulachro ſuo, iuxta imaginē ſuā [filiū,] [8]& vocauit nomen illius Seth. Factique ſunt dies Adā poſtquā genuerat Seth, octingēti anni, & [8]genuit filios & filias. Fuerūt itaque cūcti dies Adā quos vixit, nōgenti anni, & triginta anni, & mortu⁹ eſt. ¶Et vixit Seth quinq; ānis & cētū annis, & genuit Enos. Et vixit Seth poſtquā genuerat Enos ſeptē annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Factique ſunt cūcti dies Seth duodecim anni, & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶Enos vixit nonaginta annis, & genuit Kenā. Vixitque Enos poſtquā genuerat Kenan quindecim annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerúntq; cūcti dies Enos quinque anni & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶Kenan verò vixit ſeptuaginta annis, & genuit Mahalaleel. Vixit deide Kenan poſtquā genuerat Mahalaleel quadraginta annis & octingētis annis, & genuit filios & filias. Fuerúntq; cūcti dies Kenan decem anni & nōgēti anni, & mortu⁹ eſt. ¶Mahalaleel verò vixit quinq; annis, & ſexaginta annis, & genuit Iared. Vixit quoque Mahalaleel poſtquā Iared genuerat triginta annis & octingentis annis, & genuit filios & filias. Factiq; ſunt cūcti dies Mahalaleel nonagintaquinque anni, & octingēti anni, & mortuus eſt. ¶Porrò Iared vixit ſexagintaduobus annis & centū annis, & genuit Henoch. Deinde vixit Iared poſtquā genuerat Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerúntq; cūcti dies Iared ſexagintaduo anni & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶Henoch autē vixit ſexagintaquinque annis, & genuit Mathuſalah. Et [9]ambulauit Henoch cū Deo poſtquam genuit Mathuſalah trecentis annis, & genuit filios atq; filias. Fuerúntq; cūcti dies Henoch ſexagintaquinq; anni & trecēti anni. [10]Et ambulauit Henoch cū Deo, [11]& nō ipſe, quia tulit eū Deus. ¶Vixit autē Mathuſalah octogintaſeptē annis, & cētū annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſalah poſtquā genuerat ipſe Lamech octogintaduob⁹ annis, & ſeptingentis annis, & genuit filios & filias. Et fuerūt cūcti dies Mathuſalah nouē & ſexaginta āni atq; nōgēti anni, & mortu⁹ eſt. ¶Lamech verò vixit octogintaduobus annis & centū annis, & genuit filiū. Appellauitque nomē eius Noah, dicens, Iſte[12] cōſolabitur nos ab opere noſtro, & à dolore manuū noſtrarum de terra, cui maledixit Domin⁹. Et vixit Lamech poſtquā ipſe genuerat Noah, nonagintaquinq; annis, & quingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerúntq; cuncti dies Lamech ſeptuaginta ſeptem anni, & ſeptingenti anni, & mortuus eſt. Noah vero fuit natus annos quingentos, & genuit ipſe Noah Sem. Ham & Iapheth.

## CAP. V.

HIc eſt liber generatiōīs Adā. In die qua creauit De⁹ hoiem, ad ſimilitudinē Dei fecit illū. Maſculū & fœminā creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomē eorū adā, in die quo creati ſunt. ¶Vixit autē Adā cētū triginta annis: & genuit filiū ad imaginē & ſimilitudinē ſuā, vocauitq; nomē ei⁹ Seth. Et facti ſunt dies Adā poſtquā genuit Seth, octingēti āni: genuitq; filios & filias. Et factū eſt omne tēpus quod vixit Adā, anni nōgēti triginta, & mortu⁹ eſt. ¶Vixit quoque Seth cētū quinq; annis, & genuit Enos. Vixitque Seth poſtquā genuit Enos, octingētis ſeptē ānis, genuitq; filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Seth nōgētorū duodecim ānorū, & mortu⁹ eſt. ¶Vixit verò Enos nonaginta ānis, & genuit Cainā. Poſt cui⁹ ortū vixit octingētis quindecim ānis, & genuit filios & filias. Factiq; ſunt oēs dies Enos nōgēti quinq; anni, & mortuus eſt. ¶Vixit quoque Cainā ſeptuaginta ānis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquā genuit Malaleel, octingentis quadraginta ānis, genuitq; filios & filias. Et facti ſūt oēs dies Caina nōgēti decē āni, & mortu⁹ eſt. ¶Vixit autē Malaleel ſexagintaquinq; ann.s, & genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquā genuit Iared, octingētis triginta ānis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Malaleel octingenti nonaginta quinq; anni, & mortuus eſt. ¶Vixitque Iared cētū ſexagintaduob⁹ annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared poſtquā genuit Henoch octingētis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Iared nōgēti ſexagintaduo anni, & mortu⁹ eſt. ¶Porrò Henoch vixit ſexagītaquinque annis, & genuit Mathuſalā. Et ambulauit Henoch cū Deo: & vixit Henoch poſtquā genuit Mathuſalā, trecētis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecēti ſexagintaquinq; anni. āmbulauitque cū Deo, & nō apparuit: quia tulit eū Deus. ¶Vixit quoq; Mathuſala cētū octogintaſeptē annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala poſtquā genuit Lamech, ſeptingentis octogintaduobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Mathuſalæ nōgēti ſexagintanouē anni, & mortuus eſt. ¶Vixit autē Lamech cētū octogintaduobus annis, & genuit filiū: vocauitq; nomē ei⁹ Noe, dicēs, Iſte cōſolabitur nos ab operib⁹ & laboribus manuū noſtrarū in terra cui maledixit Domin⁹. Vixitque Lamech poſtquā genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingēti ſeptuagintaſeptem anni, & mortu⁹ eſt. Noe verò cū quingētorū eſſet annorū, genuit Sem, Cham, & Iapheth. C. VI.

CVmque cœpiſſent homines multiplicari ſup terrā, & filias ꝓcreaſſēt, vidētes filij Dei filias hominū quòd eſſent pulchræ, acceperūt ſibi vxores ex oībus quas elegerant. Dixitque Dominus,

Repetit creationem hoīs. Sap. 1. d. eccl 17. a. ī. 1. d. ī. 9. a.
Homines.
Adæ ætas. 1. paral. 1. a.
Seth.
B
Enos.
Cainan.
Malaleel.
C
Iared.
Henoch. eccl 44. c. he. 11. a.
Mathuſala.
D
Lamech.
Noe.
Filij Noe.
Cauſa diluuij.

## CAP. VI.

ET factum eſt, quū cœpiſſent homines multiplicari ſup terrā, natæq; eſſent illis filiæ: viderūt[1] filij Dei[2] filias hominū, quòd elegātes eſſēt, & duxerūt ſibi vxores ex oīb⁹ quas elegerāt. Dixitq; Domi

reddidit eos, dādo illis vím ꝓcreādi liberos ipſis ſimiles: vt ſubdit, Genuit ad imaginē & ſimilitudinē ſuā. ¶5 hoiem. Tā marē quàm fœminā, vocauit hoiem. ¶6 ſub. filiū. ¶7 ad ſimilitudinem ſuā[. i. rationalē] & ad ſimilitudinē Dei. Ad ſimilitudinē enim Dei creat⁹ fuit Adam: igitur ipſe Adā genuit filios ad ſimilitudinem Dei, hoc eſt, præditos aīa rationali. ¶8. i. multos alios genuit, quorū nō meminit Scriptura, quia ab illis Chriſt⁹ originē nō traxit. ¶9 Heb. ꝑ, Rectè iculpatéq; vixit, & diuinā vitā egit. q. d. Iſte nō eſt Henoch fili⁹ Cain, ſed eſt Henoch, q deſcēdit ab Adā ꝑ Seth vir ſanctiſſimus. ¶10 Repetitio eſt. q. d. Ambulauit inquam cū Deo. i. diuinam vitam egit. ¶11 & eſſe deſijt: quia rapuit eū De⁹. i. nuſquā cōparuit: quia ſuſtulit eū de medio Domin⁹. Vide vndecimū caput ad Hebræos. ¶12 vl, ceſſare faciet quieſcere[nos faciet ab opere noſtro, & dolore manuū noſtrarū ex parte terræ. i. requiē dabit nobis à laborib⁹ & moleſtijs quas ſubim⁹ ꝓpter agriculturā. Hoc videt dicere ꝓpterea quòd iſte Seth inētor fuit inſtrumētorū agriculturæ. VI. ¶1 filij magnatū, vel principū ac potētū. vt vertit Chaldæus paraph. Alij, filios Dei. hoies Deū agnoſcētes interpretātur. i. filios Seth. Non tātū hic taxat libido. ſed etiā ipietas & religio eorū qui defecerāt a morib⁹ patrū, qui præponebāt pulchritudinem corporis pulchritudini animi. ¶2 vl, filias hois. i. filias Cain & poſteritatis eius. Aut, filias hominum. i. plebeiorum, mulieres à religione abhorrentes.

nis anni ad cōuerſionem dati.

Gigantes.

Nō pmanebit ſpirit⁹ me⁹ in hoīe in æternū, quia caro eſt: erúntq; dies illius cētū viginti annorū. ¶ Gigātes autē erāt ſup terrā in dieb⁹ illis. poſtquā enim igreſſi ſunt filij Dei ad filias hominū, illæq; genuerūt, iſti ſunt potētes à ſeculo viri famoſi. Vidēs autem Dominus quòd multa malitia

B hominū eſſet in terra, & cūcta cogitatio cordis

Cordis hoīs malitia irritat Deū. 1. ſ. d. matth. 1. b.

intēta eſſet ad malū omni tēpore, pœnituit eum quòd hoīem feciſſet in terra. Et præcauēs in futurū, & tact⁹ dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominē quē creaui, à facie terræ, ab homine vſq; ad animātia, à reptili vſq; ad volucres cæli: pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiā corā Domino. ¶ Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atq; perfect⁹ fuit in generationibus ſuis, cū Deo ābulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autem

Pœnitet Deū hoiem feciſſe.

Noe iuſti generationes. eccli 44. c.

C terra corā Deo, & repleta eſt iniquitate. Cúmque vidiſſet De⁹ terrā eſſe corruptā (omnis quippe caro corruperat viā ſuā ſup terrā) dixit ad Noe. Finis vniuerſæ carnis venit corā me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorū, & ego diſperdā eos cū terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis: māſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſec⁹ & extrinſec⁹. Et ſic facies eā. Trecētorū cubitorū erit lōgitudo arcæ, quinquaginta cubitorū latitudo, & trigita cubitorū altitudo illi⁹. Feneſtrā in arca facies, & in cubito cōſūmabis ſūmitatē eius: oſtiū autē arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam aquas di-

Prædicit De⁹ diluuiū ipſi Noe. Aug. lib. 15. q. 52. 53.

Forma arcæ.

D luuij ſup terrā, vt interficiā omnē carnē in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælū, & vniuerſa quæ in terra ſunt, cōſumentur. Ponámq; fœdus meū tecum: & ingredieris arcā tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorū tuorū tecū. Et ex cūctis animātib⁹ vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuāt tecum: maſculini ſexus & fœminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecūdū gen⁹ ſuum: volucre quoq; iuxta ſpeciē ſuā, & de iumēto iuxta ſpeciē ſuā, & [11] de oī reptili terræ iuxta ſpeciē ſuā,

Qui arcā ingredi deberent. Aug. lib. 15. q. 54.

nus, Nō cōtendet ſpiritus meus perpetuò cū homine, eo quòd caro eſt, erúntq; dies illius cētū & viginti āni. ¶ Fuerūt verò in dieb⁹ illis Nephilim in terra: & etiam poſteaquā filij Dei ad filias hominū veniſſent, & illæ genuiſſent eis, iſti [ſ facti ſunt] robuſti a ſeculo, viri celebres. Vidēs autē Dominus quòd multa eſſet malitia hominum in terra: & [quòd] omne figmentū cogitationū cordis humani dūtaxat malū eſſet, idque omni tēpore. pœnituit Dominū quòd feciſſet hoiem in terra, & cōtriſtauit ſeſe in corde ſuo. Et dixit Dominus, Delebo hominē quē creaui, à ſuperficie terræ, tā homines quàm iumēta, tam reptilia quàm volatilia cæli. pœnitet eni me quòd fecerim eos. Noah autē nactus eſt gratiā in oculis Domini. ¶ Iſtæ ſūt generatiōes Noah. Noah vir fuit iuſt⁹ & integer ſuo ſeculo, cū Deo ābulauit Noah. Genuitq; Noah tres filios, Sem, Ham, & Iaphet. [14] Corrupta autem erat terra corā Deo, & impleta violētia. Et vidit Deus terrā, & ecce corrupta erat: nā omnis caro corruperat viā ſuā ſuper terrā. Dixit itaque De⁹ ad Noah, Finis vniuerſæ carnis venit corā me: nā repleta eſt terra violentia corā illis, & ecce, ego perdā eos [10] cū ipſa terra. Fac tibi arcā de lignis gopher, in manſiones interſtingues arcā, & bituminabis eā intus & extra bitumine. Et hoc [modo] facies eā, trecētorū cubitorū erit lōgitudo arcæ, quinquaginta cubitorū latitudo eius, & triginta cubitorū altitudo eius. Feneſtrā facies arcæ, & [14] ad cubitū eam ſuperne cōſummabis: oſtiū verò arcæ in latere eius pones: infimis, ſecundarijs, & tertiarijs [interſtitijs] facies eā. Et ecce ego, ego [inquam] adduco deflurū aquarū ſup terrā, ad perdēdū oēm carnē i qua eſt ſpiritus vitalis ſub cælis: quidquid eſt in terra expirabit. Et cōfirmabo fœdus meū tecū, veniéſq; in arcā tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorū tuorū tecū. Et ex omni animāti, omniq; carne, bina de ſingulis itroduces in arcā, [10] vt viua ſeruētur tecū: mas autē & fœmina erūt. De

¶ 1 vl. Nō diſceptabit ſpūs me⁹ cū hoie in æternum. q. d. Non poſſum diutius ferre nequitiā hominis & cōtumaciā. Alij intelligūt, Nō diſceptabit ſpiritus meus cum hoie. vl. pro homine. q. d. Quidnā factus⁹ ſum de hoie, nō diu diſceptabo, debeámne eū punire, nécne. quaſi Deus ſecū loquens, dicat, Tandē decernā quidnā factur⁹ ſim de homie: quia tot⁹ deditus eſt voluptatibus, iam iā puniā: neque longius tēpus dabo ei ad reſipiſcendū, quā in C X X annos. Alij vertūt, Nō permanebit ſpirit⁹ meus in homine tanquam in vagina perpetuo. Si Latine dici poſſet, vaginabit. Hoc eſt, nō diu viuet homo. Tūc ſpiritū ſuū vocat, quē dedit homini. Prior iterpretatio doctiorib⁹ magis placet. ¶ 3. i. carnalis, voluptatib⁹ carnalibus deditus. ¶ 4. i. tēpus quo reſipiſcere poterit homo. Non de tēpore vitæ hominis, ſed de tēpore dato homini ad reſipiſcendū loquitur. ¶ 5 Gigātes autē fuerāt ſuper terrā in dieb⁹ illis, & etiā poſtea quādo ingreſſi ſunt filij magnatū ad filias hominū, & illæ pepererūt illis. i. In diebus Cain & Henoch fuerant gigantes, & etiam poſtea fuerunt, quādo filij principū cōgreſſi ſunt cū filiabus plebeiorū, & illæ filiæ pepererūt illis filios. ¶ 6 Verba ſunt Moſis. Iſti, erant fortes illi heroes qui à ſeculo fuerunt, viri nominis. i. de quibus tanta fuit fama. ¶ 7 vl. imaginatio ¶ 8 eorum ¶ 9. i. cogitauit apud ſe. Quidā ſubaudiūt angelis: Dixit angelis. aut vt alij volunt. ipſi Noe. ¶ 10. i. gratus fuit Deo. ¶ 11 Verti etiā poteſt, Hæc ſunt quæ acciderūt tēporibus Noe. i. Iſta eſt hiſtoria de Noe: quē iuſtū fuiſſe per fidem, pronūtiat Paulus ad Hebræos cap. 11. quòd Deo prædicenti diluuium credidiſſet. Eundē vocat Petrus iuſtitiæ præconē. 2. Pet. 2. a. ¶ 12 Heb. in generatiōib⁹ ſuis. i. inter homines ſui ſeculi, cū quibus vixit. q. d. Licet Noe viueret iter hoies impios, vixit tamen inculpate corā Deo. ¶ 13 Hoc eſt, diuinā vitā egit: timuit Deū, neq; ab eo defecit. ¶ 14 vl. Iā verò corrupta erat terra coram Deo, & repleta erat fraude. Vel, inuidia, aut dolo. hæc oīa ſignificat vox Hebræa. Terra ꝓ hominib⁹, terræ incolis accipitur per metonymiam: qui non ſapiebant quæ cæleſtia erant, ſed quæ terrena. i. Ante hæc tēpora iam cœperant homines flagitioſiſſime viuere, vidēte ac ſciente Deo cū cōtēptu ipſius Dei. q. d. Iam erat maxim⁹ cōtēptus Dei. ¶ 15 vl. cōſyderauit De⁹ hoies, & ecce erant corrupti. Terram vocat hoies, ꝙ terrena tātū, nō cæleſtia ſaperēt. ¶ 16 Carnē vocat hoies qui ſuam viuēdi rationem corruperant, carnis opera facientes, non ſpiritus. ¶ 17. i. Reuelauit. Solet enim reuelare ſanctis ſuis quæ facturus eſt Deus. ¶ 18. i. Statutū eſt apud me, delere oīa viuētia terræ. Hebraiſmus. ¶ [?] vl. iniuria, rapina, fraude, calūnia. Hæc omnia ſignificat vox Hebræa. ¶ 19 Hebraiſmus. i. per eos, opera ipſorum. q. d. Ipſi repleuerūt terrā rapinis & calūnijs. ¶ 20. i. cum ornatu totius terræ, cū arboribus & plantis. Quidā Hebræorū vertūt, de terra. ¶ 21 genus vnū eſt ex quatuor ſpecieb⁹ abietis, cedrū eſſe dicit Chaldæus paraphr. Alij dicunt eſſe lignū leuiſſimū, & ad fluitandū ſuper aquam aptiſſimū, quod nūquam putreſcit. ¶ 22 Heb. nidos facies arcā. ꝓ. facies nidos in arca. hoc eſt, multas facies in ea māſiones & domúculas. ¶ 23 Vocē Hebræam ſignificare gen⁹ luti nōnulli dicūt: alij picē iterpretantur. Alij dicūt in Armenia bitumē eſſe vice picis. ¶ 24 in cubito finies illā deſuper. i. in ſūmo & cacumine arcæ facies feneſtrā, quæ habeat cubiti longitudinē. Latitudinē feneſtræ nō deſcribit Moſes, quā minimā eſſe oportuit. quidā colligūt ex lōgitudine, latitudinē fuiſſe ſextæ partis vni⁹ cubiti. ¶ 25 Heb. inferiora, & ſecunda, & tertia facies eam. i. in ea. Latine ſic, Tria tabulata facies in ea: infima, media, ſuprema. ¶ 26 Heb. Et ego ecce. i. Ego verò, Vel, Quod verò ad me attinet. ¶ 27 diluuiū, diluuiū inquam. Repeti enim debet vox [diluuium.] ¶ 28 ſub. ad perdendum inquam de ſub cælis. q. d. perdam omnia aialia terreſtria. ¶ 29 Statuam tamen fœdus &c. i. efficiam vt pactum quod pepigi tecum, ſit firmum & ratum. q. d. conſeruabo te cū tota familia tua. Ex hoc intelligimus Deū illi promiſiſſe ꝙ non moreretur: quod tamen non refertur à Moſe. ¶ 30 Heb. vt viuifices tecum. ¶ 31 ſub. in ea arca. ¶ 32. i. ex oibus ingredientibus ſuper terram. ¶ 33 Heb. venient ad te, vt viuifices illa. i. vt ſerues vitam illorum tecum. q. d. Tam varia, & præſertim ſylueſtria animalia non venatione ex deſertis & inſulis colliges, ſed illa, propria ſponte, imò iuſſu meo ad te venient, vt conſeruentur.

Poſtrem⁹ iſte numerus reſpōdet prio verſui ſequētis paginæ.

¶1 te enim deprehendi ¶2 i. inter homines hui⁹ tẽporis inũdeles & peſſimos, qui noluerũt mihi credere prædicẽti diluuiũ, & reſipiſcere. ¶3 Quidã exiſtimãt Deũ reuelaſſe Noe quæ-nã eſſet mũda, aut imũda aialia: mũda ea q̃ vltro venirẽt ſeptena: quæ verò bina, ea eſſe imunda. Ex ſeptenis, tres mares, & tres fœminę erãt ad cõſeruationem ſpeciei: ſeptimũ verò vt ſacrificaretur poſt diluuiũ. Alij. per occupationẽ dictum volunt. ¶4 Heb. vt viuificẽt ſemẽ. i. vt cõſerues in vita ſeminariũ oim̃ illorũ aialium. ¶5 vel, Quia ſeptimo abhinc die. Iſtud refertur ad illud quod pręceſſit, Ingredere: quia &c. ¶6 i. omnia aialia. ¶7 Hebr. filius erat ſexcẽtorũ annorũ. ¶8 diluuiũ aquarũ factũ eſt, [factũ eſt inquã diluuiũ aquarũ] ſup terrã. Repeti enim debet vox [diluuiũ.] ¶9 i. Appropiquauit arcæ, cũ videret futurũ propediẽ diluuiũ. ni eo die non eſt ingreſſus, ſed diſtulit vſque ad diẽ decimãſeptimã. poſtea dicet, eo ipſo die &c.

bina ex oĩbus venient ad te, vt cõſeruentur. Et tu tolle tecũ ex omni cibo qui comeditur, & collige ad te, vt ſit tibi & illis in eſcã. Quod fecit Noah: iuxta oĩa quæ præcepit ei Deus ſic fecit. VII.

Dixitque Dominus ad Noah, Ingredere tu & omnis domus tua in arcã: [1] quia vidi te [2] iuſtũ corã me [2] in generatione iſta. Ex omni iumento [3] mũdo accipies tibi ſeptena, marẽ & fœmellam eius: de iumẽto verò immũdo bina, marẽ & fœmellã eius. De volucre quoq; cæli ſeptena, marẽ & fœminã, [4] ad ſeruãdũ ſemẽ ſup vniuerſã terrã. [5] Quoniã intra ſeptẽ adhuc dies ego pluã ſup terrã quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo è terra [6] oẽm ſubſtãtiã qui feci. ¶ Fecit itaque Noah iuxta omnia quæ præceperat illi De⁹. Noah autẽ [7] nat⁹ erat ſexcẽtos ãnos, quãdo [8] deflu xus aquarũ fact⁹ eſt ſup terrã. [9] Venit itaq; Noah & filij ei⁹, vxor ei⁹ & vxores filiorũ ſuorũ cũ eo, ad arcã, ꝓpter aquas diluuij. De iumẽto mũdo, & de iumẽto imũdo, & de volucre, & de oĩ eo quod [10] reptat ſup terrã. Bina [11] venerũt ad Noah in arcã, mas & fœmina, quẽadmodũ De⁹ mãdauerat ipſi Noah. [12] Et factũ eſt [poſt] ſeptẽ dies, venerũt aquæ diluuij ſup terrã. ¶ In ãno ſexcẽteſimo vitę Noah, mẽſe ſecũdo, [13] decimoſeptimo die mẽſis, eodẽ ſcilicet die, rupti ſunt oẽs fõtes [14] abyſſi magnæ, & feneſtræ cæli apertæ ſunt. Et fuit pluuia ſup terrã quadraginta dies & quadraginta noctes. [15] Ipſo eodẽ die [16] ingreſſus eſt Noah, Sem, Hã, & Iapheth filij Noah, & vxor Noah, treſq; vxores filiorũ ei⁹ cũ eis in arcã. [17] ipſi, & omne aial iuxta ſpeciẽ ſuã, & omne iumentũ iuxta ſpeciẽ ſuã, omneq; reptile quod reptat ſup terrã iuxta ſpeciẽ ſuã, & omne volatile iuxta ſpeciẽ ſuã, omne deniq; volatile, omneq; pẽnatũ. [18] Venerũntq; ad Noah in arcã bina ex omni carne in qua fuit ſpiritus vitalis. [19] Et ītroeũtes mas & fœmina ex omni carne venerũt, quẽadmodũ ꝓceperat illi De⁹, & [20] clauſit Dominus [21] poſt eũ. Stagnauitq; diluuiũ quadraginta [22] dies ſuper terrã, & auctæ ſunt aquę, ſuſtulerũntq; arcã, ita vt eleuaretũ ſupra terrã. [23] Inualuerũt itaq; aquæ, auctęq; ſunt vehemẽter ſuper terram ipſam, inceſſitque arca ſuper aquas. Inualuerunt autem aquæ ſupra modum in terra, opertique ſunt omnes montes excelſi, qui fuerunt ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis inualuerunt aquæ ſuperne, ita vt operirẽtur mõtes. [24] Et expirauit omnis caro quæ reptabat ſuper terram, [25] volucrũ, iumẽtorum, beſtiarũ, omniũmq; reptiliũ quæ repũt ſuper terram: vniuerſi denique homines. Et quidquid erat in cui⁹ naribus ſpirabat flatus vitæ, de omnibus quæ in ſicco [degebant] [26] mortua ſunt. Deletũmq; eſt omne quod ſubſiſtebat, quodq; erat in ſuperficie humi tã homines quàm iumenta, reptilia, volucres deniq; cæli: deleti inquã ſunt de terra, ita vt

bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnib⁹ eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in eſcam. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus. CAP. VII.

Dixitque Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. Ex omnib⁹ animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de animãtibus verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam. Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnẽ ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ. ¶ Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei Dominus. Erãtque ſexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerũt ſuper terram. Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucrib⁹, & ex omni quod mouetur ſuper terram, Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat [a] Dominus Noe. Cũmque trãſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram. ¶ Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractę cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij ei⁹: & vxor illius, & [b] vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipſi & omne animal ſecundũ genus ſuũ, vniuerſaq; iumẽta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctũmque volatile ſecundũ genus ſuũ, vniuerſæ aues, omnẽſq; volucres ingreſſæ ſunt ad Noe in arcã, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ. Et quę ingreſſa ſunt, maſcul⁹ & fœmina ex omni carne introierũt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eũ Dominus deforis. Factũmq; eſt diluuiũ quadraginta dieb⁹ ſuper terrã: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in ſuperficie terrę: porrò arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes mõtes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat. ¶ Cõſumptáque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarũ, omniũmque reptilium quæ reptant ſuper terrã. Vniuerſi homines & cũcta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. Et deleuit [c] Deus

omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres

Præcipitur Noe arcam igredi. 1. pet. 3. b.

Iuſtus Noe.

Aug. lib. 15. q. 14.

B

Noe arcã ingredit. matt. 24. d. luc. 17. f. 1. pet. 3. d.

Aug. lib. 15. q. 55.

¶ a Deus

Diluuij inũdatio.

C

Qui cũ Noe ingreſſi.

¶ b tres

Aquæ diluuij quàm magnæ.

D

Aug. lib. 15. q. 57.

Sapien. 10. a. eccli 39. c.

¶10 ſiue, graditur. aut, incedit ¶11 ſua ſpõte ſcilicet, & vltro. ¶12 Et factũ eſt ſeptimo die. i. cũ illuxiſſet dies ſeptim⁹. Chald. paraph. Factũ eſt autẽ poſt tẽpus ſeptẽ dierũ. ¶13 Hebraiſm⁹, ꝓ. decioſeptimo die eiuſdẽ. Quidã dicũt hũc ſecũdũ mẽſẽ fuiſſe Aprilẽ, alij Septẽbrẽ, alij Octobrẽ: quia diuerſæ ſunt opiniones de principio anni. ¶14 Per abyſſum intellige imenſam illã & ꝓfundã aquarũ copiã quæ eſt ſubter terrã. Fontes autẽ abyſſi, ſunt abyſſi ſcaturigines. Cataractæ cæli, ſiue feneſtræ apertæ. i. nubes. q. d. Mare inundauit, & aquæ in terra multiplicatæ ſunt ſupra modũ: erũpebãt enim vndique: prætera nubes cito cõdenſatæ ſunt, & verſæ in magnã vim aquarũ: deſcenditq; pluuia magno ipetu, velut feneſtris cæli apertis. ¶15 Heb. In ſubſtantia ipſius diei. i. In illo ipſo die, nempe decimoſeptimo. ¶16 vel melius per præteritũ plus quàm perfectũ, iam ingreſſus fuerat. ¶17 Subaudiendum verbum aliquod. Ipſi igitur ingreſſi erant &c. Niſi coniungas ſequenti verſui, Venerunt ad Noe. tunc V A V coniunctio Hebraica, non erit vertenda. ¶18 Si iungatur hic verſus præcedenti, V A V coniunctio Hebraica non erit vertenda. Si autem non iungatur, vertẽdum, Venerunt itaque ¶19 Quæ ingreſſa ſunt: mas ¶20 Sub. oſtium. ¶21 vel, ſuper eum. Quidam vertunt, Clauſit Dominus pro eo. neque enim poterat ipſe Noe extrinſecus claudere. ¶22 Diem naturalem intelligit: propterea nõ meminit noctis. ¶23 vel, Fortes fuerũt. videlicet ſua fortitudine arbores eradicantes, & fortiſſima ædificia deijcientes. ¶24 Iam verò interierat ¶25 vel, in omni genere volucrum, ¶26 iam interierant.

cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autē ſolus Noe & qui cū eo erāt, in arca. Obtinuerūtq; aquæ terram centum quinquaginta diebus.

C A P. VIII.

Imminuunt aquę diluuij.

¶ Deus

Recordatus autem Dominus Noe, cūctorūmque animātium & omnium iumentorū quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritū ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitę ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæq; ſunt aquæ de terra euntes & redeūtes: & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies.

Arca ſuper montes requieſcit.

¶ Requieuitque arca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper mōtes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebāt vſque ad decimū menſem: decimo enim menſe, prima die menſis apparuerūt cacumina mōtiū.

Emittitur coruus.

B

Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtrā arcæ quā fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur, & nō reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terrā.

Emittit Noe columbam.

Emiſit quoque colūbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum nō inueniſſet vbi requieſceret pes ei⁹, reuerſa eſt ad eum in arcā: (aquæ enim erant ſuper vniuerſam terrā:) extēditque manum ſuā, & apprehēſam intulit in arcam.

Rurſus eam emittit.

Expectatis autē vltrà ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eū ad veſperam, portās ramum oliuæ virētibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe q̄ ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

C

Expectauitque nihilominus ſeptē alios dies: & emiſit columbā, quę nō eſt reuerſa vltrà ad eū.

Siccant aquę

¶ Igitur ſexcēteſimo primo anno, primo menſe, prima die mēſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terrā: & aperiens Noe tectum arcæ aſpexit, viditque quòd exiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo die menſis areſacta eſt terra.

Præcipitur Noe egredi arca.

¶ Deus

¶ Locut⁹ eſt autem Dominus ad Noe, dicēs, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorū tuorū tecū. Cuncta animātia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in beſtijs & vniuerſis reptilibus quæ reptāt ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram:

D

Supr. 1.c.d. Inf. 9.a.

Egreditur.

creſcite & multiplicamini ſuper eā. Egreſſus eſt ergo Noe & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorū eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram ſecūdum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca.

Offert holocauſtum Deo acceptum.

¶ Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratúſque eſt Dominus odorē ſuauitatis, & ait ad eum,

Diluuiū non vltrà futurū.

Cor hoīs malum. Supr. 6.a. Matth. 15.b.

Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: nō igitur vltra percutiam omnem animam viuētem ſicut feci. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.

C A P. IX.

Confirmatio coniugij. Supr. 1.c.

Hominī oīa ſubiecta.

Benedixitque De⁹ Noe & filijs ei⁹. Et dixit ad eos, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram:

ſolus Noah ſuperſtes maneret, & quæ cū eo erāt in arca. Auctæ ſunt itaque aquæ ſuper terram centum quinquaginta diebus.

C A P. VIII.

ET [1] recordatus eſt Deus ipſius Noah, cunctorūmq; animātium, & omnium iumentorum quæ erāt cum eo in arca, & [2] adduxit Deus vētum ſuper terram, & [3] remiſerunt aquæ. Et obſtructi ſunt fontes abyſſi, atque [4] feneſtræ cæli, & cohibita eſt pluuia de cælo. Et reuerſæ ſūt aquæ de terra, [5] magis magiſque decreſcētes, imminutæque ſunt aquæ poſt cētū quinquaginta dies. ¶ Septimo vero menſe, decimaſeptima [6] menſis reſedit arca ſuper mōtes [7] Ararat. Et aquæ quidē magis magiſq; decreſcebant vſq; ad decimum mēſem. decimo enim mēſe, prima [die] [6] menſis viſa ſunt cacumina mōtium. Factum eſt autē poſt quadraginta dies, vt Noah aperta feneſtra arcæ quā fecerat, coruū emitteret: qui egreſſus [8] vltro citróq; volitabat, donec ſiccarētur aquæ ſuper terram. Emiſit quoque colūbam à ſe, vt videret ſi imminutæ eſſent aquæ à ſuperficie humi: at columba non inueniens quo pedē reponeret, reuerſa eſt ad eum in arcā: [9] erant enim aquæ in ſuperficie vniuerſæ terrę. ille vero exerta manu recepit eā, introduxitque eā ad ſe in arcam. Porrò quū expectaſſet adhuc alios ſeptē dies, rurſus emiſit columbā ex arca: quæ veniens ad eum ſub veſperam, folium oleæ decerptū in ore ſuo [geſtabat.] cognouit ergo Noah quòd aquæ imminutæ eſſent ſuper terrā. Expectatis autem adhuc ſeptē diebus alijs, rurſum emiſit columbā, quæ vltra non eſt reuerſa ad eū. ¶ Factúmq; eſt ſexcenteſimo primo anno, [menſe] primo, eiuſdēmq; primo [die] exiccatæ ſunt aquæ de terra: amouitque Noah operculū arcæ, & proſpexit, & ecce ſuperficies terræ erat ſiccata. Porrò in menſe ſecundo, vigeſimoſeptimo die menſis, areſacta eſt terra. ¶ Loquutus eſt autem Dominus ad Noah, dicēs, Egredere ex arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ tecum ſunt, ex omni carne, tam in volatili, quàm in iumēto, tum etiam omni reptili quod reptat ſuper terram, educ tecū, vt repant [10] in terra, fructū edant atq; augeſcāt. Egreſſus eſt itaque Noah, & filij eius, & vxor ei⁹, vxores deniq; filiorum eius cū eo: ſed & omnia animātia, & reptilia, deniq; & volatilia omnia, imò quidquid repit ſuper terram, egreſſa inquam ſunt ex arca [11] iuxta familias ſuas. ¶ Ædificauit autem Noah aram Domino, & accepit ex omni pecore mūdo, & ex omni volucre mundo, & obtulit holocauſta ſuper aram. [12] Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuaueolentem. Et dixit Dominus [13] ad cor ſuum, Poſthac non amplius execrabor terram [14] propter hominem. [15] figmentum enim humani cordis malū eſt ab adoleſcētia ſua: neq; percutiā vltra omne viuens quēadmodū feci. [16] Adhuc [erūt] oēs dies terræ, ſemētis & meſſis, frig⁹ & æſtus, æſtas & hyēs: dies & nox [17] nō ceſſabūt.

IX.

ET [1] benedixit Deus Noah & filijs eius, dixitq; ad eos, Fructū ferte, & multi fiatis, [2] replete q; terram. [3] Pauor & tremor veſter erit ſuper omne animans terræ, & ſuper omne volatile cæli: [4] quidquid mouetur aut repit in terra, quidquid

¶ 1 Recordatus eſt autem &c. Recordari noſtri dicitur De⁹ quando à periculis nos eripit. Per Noe, intelligimus etiā alios & omnia quæ erant cum Noe. Hinc etiā diſcimus Deum ſeruare animalia propter hominem iuſtū. ¶ 2 Heb. tranſire fecit De⁹ ventū ſuper terrā, & ſedatæ &c. Venti enim ſiccare ſolent. ¶ 3 vel, quieuerūt. aut, ſedatæ ſunt ¶ 4 i. nubes deſierunt immittere pluuiam tanto impetu. ¶ 5 Heb. euntes & redeuntes. i. ſubinde incipientes decreſcere. ¶ 6 ſub. eiuſdem. ¶ 7 Armenii fere omnes exponunt. ¶ 8 Heb. ibat, & reuertebatur, ¶ 9 ſub. adhuc. ¶ 10 vel, & gignant in terra, & creſcant, (vel, fructifi. ent.) & multiplicētur. Poteſt etiā verti per futurum, & propagabunt genus ſuum, & creſcēt, & multiplicabuntur. Rectius tamen per imperatiuum. ¶ 11 i. ex omni ſpecie animalium, ita vt mare ſuum fœmina ſequeretur. ¶ 12 hoc eſt. Gratum habuit ſacrificium Noe. Sacra ſcriptura loquitur de Deo, humano more, propter nos. Chaldæus paraphraſtes, Et ſuſcepit Domin⁹ cum beneplacito oblationem eius. Verti poteſt, odorē quietis. i. quieſcere facientis iram Dei. ¶ 13 in corde ſuo. i. decreuit Dominus apud ſe hunc in modū, Nequaquā &c. ¶ 14 i. propter peccata hominum, ait Chaldæus paraph. ¶ 15 i. cogitatio. ¶ 16 Heb. Adhuc cunctis diebus terræ. i. quandiu terra erit. ¶ 17 vt ſcilicet defecerunt tempore diluuii. IX. ¶ 1 i. beneficium fœcūditatis impertiit Noe & toti familiæ eius. Benedictio ꝓ fœcūditate, vt maledictio pro ſterilitate. Deo referri debet accepta fœcūditas: ipſe enim eſt qui dat ꝓlem. ¶ 2 ſub. ꝓle veſtra. ¶ 3 ſit. i. Volo vos iniicere terrorē oībus animalibus, quātūcūque immanibus, volo vobis omnia aīalia ſubiecta eſſe. ¶ 4 Heb. & in oībus quæ calcāt terrā, & in omnibus piſcib⁹ maris: manui veſtræ traditi ſunt. Ante poſtremā clauſulā, ſubaudiendū [nam] vt hic ſit ſenſus, Terror veſter ſit omnibus animalibus quæ incedunt ſuper terram, ſiue quæ calcant terrā, & omnibus piſcibus maris: nam volo ea vobis ſubiici.

eſt in piſcibus maris,' traditum eſt in manus ve
ſtras.'Quidquid ſe mouet, quidquid viuit,ſit vo
bis in eſcam : quaſi herbā virentem dedi vobis
omnia.'Verūtamē carnē[6]in anima ſua, ſangui-
ne[ſcilicet]ſuo,'nō comederis.[7]Etenim'ſanguinē
veſtrum[8]animarū veſtrarū[9]requirā:[10] de manu
cunctorū animantiū requirā eū,[11] tum etiam de
manu hois, & de manu viri fratris eius requirā
animā hominis.[12] Qui effundit ſanguinē hois,
huius ſanguis per hominē effundetur:[13] quoniā
in imagine Dei fecit hominē.[14] Vos autē fructū
edite,augeſcite,prolificate in terra,& multi ſia-
tis in ea.¶Dixit quoq; Deus ad Noah & ad filios
eius qui cū eo erant,[15]nempe ſic,Ecce confirmo'
fœdus meū vobiſcū, & cum ſemine veſtro[16]poſt
vos,'& cū omni anima viuēte quæ vobiſcū eſt, tā
in volatili quàm in pecore,& in omni beſtia ter
ræ quæ eſt vobiſcū,[17]ex cūctis quę ex arca egreſ
ſa ſunt,iuxta cuncta animātia terræ. Cōfirmaui
autē fœdus'meū vobiſcū,[18]vt non excindatur'vl
tra omnis caro aquis diluuij. neque erit ampli⁹
diluuium[19]ad diſſipandū terrā.'Et dixit De⁹, Hoc
erit ſignū fœderis[20]quod ego do'inter me & in-
ter vos, &[21]inter omnē animam viuentē quæ vo
biſcū eſt,'In generatiōes[22]perpetuas:' Arcū meū
[23]poſui'in [24]nube.[25] eritque ſignū' fœderis inter
me&[26]terrā.'Eritq;,quū[27]obnubā nubē' ſup ter-
ram,tū cōſpicietur arcus in ipſa nube. Tum re-
cordabor fœderis mei quod eſt inter me & vos,
deinde etiā [28]inter omnē animā viuentē in om-
ni carne,'nec erūt vltra aquæ in diluuiū,vt diſſi
pent vniuerſam carnem.Quin arcus[ille] in nu-
be erit , quem cum videro , recordabor fœderis
[29]perpetui' [quod eſt][30]inter Deū' & [18]inter omnē
animā viuētē i omni carne'quæ eſt ſuper terrā.
Dixitq; De⁹ ad Noah,[31] Hoc eſt ſignū fœderis qđ
conſtitui'inter me & omnē carnē quæ eſt ſuper
terrā. ¶Erāt autē filij Noah qui egreſſi erant ex
arca,Sem,Ham, & Iapheth. Porrò Hā pater fuit
Chanaā.Tres iſti,filij ſūt Noah, &[32]ab his diſpſa

omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. | Cōceſſio cibo
Et omne quod mouetur & viuit,erit vobis in ci- | rum præter
bū:quaſi olera vireſcia tradidi vobis omnia.Exce | ſuffocatum.
pto q carnē cum ſanguine non comedetis.San- | Prohibetur
guinē enim animarum veſtrarum requiram de | homicidiū.
manu cunctarū beſtiarum & de manu hominis,
de manu viri & de manu fratris eius requirā a- | Ius gladij.
nimam hominis. ¶Quicūque effuderit humanū | matth.26.e.
ſanguinem,fundetur ſanguis illius: ad imagi- | B apoc.13.c.
nem quippe Dei factus eſt homo.' Vos autem cre | ' ſ.1.d.5.a.
ſcite & multiplicamini, & igredimini ſuper ter | ' ſ.1.c.d.8.d.
ram,& implete eā. ¶Hæc quoque dixit Deus ad | Pactū Dei cū
Noe,& ad filios eius cū eo,Ecce ego ſtatuā pactū | Noe nō rur-
meum vobiſcū,& cum ſemine veſtro poſt vos:& | ſum diluuiū
ad omnem animam viuentē quæ eſt vobiſcum. | fore.
tam in volucribus quàm in iumentis & pecudi-
bus terræ, cunctiſque quæ egreſſa ſunt de arca,
& vniuerſis beſtijs terræ.¶Statuam pactū meum | Eſa.54.c.
vobiſcum, & nequaquam vltra interficietur om
nis caro aquis diluuij,neque erit deinceps dilu-
uium diſſipans omnem'terram.Dixitque Deus, | Signū confir
Hoc eſt ſignū fœderis , quod do inter me & vos, | mans fœdus,
& ad omnē animam viuentē quæ eſt vobiſcum | iris in nubi-
in generationes ſempiternas: Arcum meum po- | bus.
nam in nubibus, & erit ſignū fœderis inter me
& inter terram.¶Cúmque obduxero nubibus cæ | G
lū,apparebit arcus meus in nubibus cæli:'& re- | Eccli.43.b.
cordabor fœderis mei quod pepigi'vobiſcū & cū
omni anima viuente quæ carnem vegetat: & nō
erūt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuerſam
carnem.Eritque arcus meus in nubibus, & vide-
bo illū, & recordabor fœderis ſempiterni quod
pactū eſt inter Deū &' omnem animam viuentē | ¶' inter
vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terrā.Dixitq; De⁹
ad Noe,Hoc'eſt'ſignū fœderis quod conſtitui in- | ¶' erit
ter me & omnē carnē ſuper terram. ¶Erant er- | Filij Noe.
go filij Noe qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Chā,
& Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanáan. | Chanáan.
Tres iſti, filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum
eſt omne genus hominū ſuper vniuerſam terrā.

¶5 vl, Omne qđ reptat, & quod viuit,erit vobis in eſcam:quaſi olus herbæ dedi vobis ōnia. q.d. Quæcūque reptāt ſiue gradiuntur,& eadē viuunt,erūt vobis in cibum: permitto vobis veſci carnib⁹ omniū animalium,ſicut ante diluuiū oleribus⁹ vireſcibus. Iam nō herbas tantum do vobis in cibū,ſed etiā ipſa animalia, quorū carnib⁹ poteritis veſci. ¶6 vl, cum anima ſua, ſanguine ſuo.Aut ſubaudiatur&,pro id eſt:cū anima ſua.[&] ſanguine ſuo.vt ſit ex poſītio:hoc modo, Nō comedetis carnem vnà cū ſanguine.q quidē ſanguis eſt anima.hic vocat animam ſanguinē,q ſanguis ſit tanquā vehiculū & ſedes ipſius animæ.q.d.Permitto quidē vobis veſci carnibus,verū vt ne eas cū ſanguine comedatis:hoc eſt, cauete animalia ſuffocata edere,ſed prius iugulate,& ſanguinē effundite. ¶7 Et ſane.vl, Profecto &c.q.d. Videte autē ne dum permitto animalia occidere in cibū,& eorū ſanguinē effundere,exiſtimetis vobis etiā permitti humanū ſanguinē profundere,& hoies occidere.Profecto ſanguinē &c. ¶8 ſub.qui eſt ſedes. ¶9.i.vleiſcar mortē occiſorum. ¶10 q.d.Adeò mihi diſplicet effuſio ſanguinis,cædes & homicidium,vt etiam feræ ipſæ ratione carētes daturæ ſint mihi pœnas ſi hominē occiderint.Vos igit⁹ multo grauiores,ſi cædē admiſeritis. ¶11 vl,quāto magis de manu hominis,de manu viri fratris eius requiram animā hominis?Eſt autē Hebraiſmus, Requirere ſanguinem hominis de manu hominis,pro ſupplicio extremo afficere aliquem qui hominē occiderit,& ſanguinem eius fuderit.Quod autem dicit,De manu viri fratris eius:quidam ſic interpretantur,De manu vniuſcuiuſque, proximū eius requirā.vel, De manu vniuſcuiuſque etiam ſi frater & proximus fuerit ei quem interfecit.Frequentiſſimum enim eſt apud Hebræos.fratrem pro proximo accipi,& virū pro vnoquoque.Quidam Hebræorū,ſingulare [hominis]pro hoibus poſitum dicūt,De manu hominū.i.ſi plures occiderint,nō minus dabunt pœnas,q̃ ſi vnus ſolus cædē admiſerit. Eſt autem repetitio Hebraica,De manu hominis requirā animā hominis, de manu viri fratris ſui, &c. q.d. Dabit pœnas homo ille quicūque erit qui proximum occiderit.Chaldæus paraphraſtes vertit, De manu viri qui effuderit ſanguinem fratris ſui,requiram &c. ¶12 Heb.Qui effuderit ſanguinem hominis in[homine,]ſanguis illius effundetur.In homine.i.in cōſpectu omnium & publice.Aut,in homine,pro,Si affuerint teſtes,teſtificātibus hominib⁹.ita Chaldæus paraphraſtes.ac tum ſingulare pro plurali ſumetur,more Hebraico.Quidam referūt ad ſequentia, In homine fundetur ſanguis ei⁹.q.d.propterea quòd hominē occidit,fundetur ſanguis illius. vel,In homine.i.propterea q hominem occiderit,fundetur ſanguis illius,iuſſu ſcilicet & mādato ipſius magiſtratus.ita videtur ſtatuere poteſtatem ipſius magiſtratus. ¶13 Heb.quia ad ſimilitudinem Dei fecit illum.Hebraiſmus frequens,pro, Quia ad ſimilitudinem ſuam fecit illū Deus. ¶14 Vos igitur creſcite,& multiplicamini,gignite[vel,propagate,ſub. genus veſtrū] in terra,& multiplicamini in ea. ¶15 Heb.dicendo,Et ego,ecce ſtabiliā.Hebraiſmus.pro, Quantum ad me attinet, paratus ſum ſtatuere.i.ratū habere pactū meum.Vel, Equidē faciam vt ratū ſit pactum meū quo pollicitus ſum fore vt ſeruemini,& ſemen veſtrū poſt vos. ¶16.i.vobis vita functis. ¶17 ab omnibus quæ egreſſa ſunt de arca,vſque ad omnia animantia terræ.Statuam inquam pactū &c. ¶18 vl,q non delebitur ¶19 ad perdendam terram.i. homines in terra habitantes. ¶20 vl,quod pono ¶21.i. inter omnia animalia quæ vobiſcum ſunt. ¶22 Heb. ſeculi.i.per omnes ætates. ¶23 Præſens apud Hebræos pro futuro, ponam ¶24 nube illa. q.d. in nube illa rorida in qua exprimi poteſt ille arcus cæleſtis,qui eſt imago colorum ſolis. ¶25 Hebraiſmus,pro,vt ſit ſignum. Ante diluuium,erat tantū ſignum futuræ pluuiæ, nunc verò poſt diluuiū erit etiam ſignum fœderis quod pepigi vobiſcū. ¶26 Continens pro cōtento.i.inter homines & animantia quæ cōtinentur in terra. ¶27 Heb.nubincabo nubem.i. cum cōgregabo nubes ſuper terrā in aere. ¶28.i.inter omnia genera animaliū. ¶29.i.quod perpetuo ſeruaturus ſum. ¶30 Hebraiſmus,pro inter me.De ſe loquitur in tertia perſona. ¶31 Hoc erit ſignum fœderis quod conſtituam.Præteritū apud Hebræos pro futuro. ¶32 Heb. ab his ſparſa eſt vniuerſa terra.i.ex his nati ſunt qui diſperſi ſunt per totam terram,quotquot terram inhabitant.

Noe agricola vineam plantat.
Inebriat' deridet a filio.
Aug. lib. 16. q. 60. 61.

D ¶Cœpitque Noe vir agricola exercere terrã, & plantauit vineam. Bibéníque vinum inebriatus eſt, & nudatus iacuit in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nũtiauit duobus fratribus ſuis foras. At vero Sem & Iapheth palliũ impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerũt veréda patris ſui: faciéſque eorũ auerſæ erant, & patris virilia nõ viderunt. Euigilans autem Noe ex vino, cũ didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait,

Maledicitur Chanáan.
Benedicitur Sem & Iapheth.
Ætas Noe.

Maledictus puer Chanáan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitque, Benedictus Domin' Deus Sem, ſit Chanáan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq; Chanáan ſeru' ei'. ¶Vixit autẽ Noe poſt diluuiũ trecẽtis quinquaginta annis. & ĩpleti ſunt oẽs dies ei' nõgẽtorũ quinquaginta annorũ: & mortuus eſt. CAP. X.

Filij Iapheth 1. para. 1. a.
A quib' diuiſæ regiones.
Filij Cham.
¶*&
Nemrod.

HAE ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuiũ. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madal, & Iauan, & Thubal, & Móſoch, & Thiras. Porro filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thógorma. Filij autẽ Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis vnuſquiſque ſecundũ linguã ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis. ¶Filij autem Cham: Chus, & Meſráim, & Phut, & Chanaan. Filij autẽ Chus: Saba, *Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatbacha. Filij Regma: Saba, & Dadan. Porro Chus genuit Nemrod. Ipſe cœpit

¶ ob hoc Prouerbium.
Babylon.
Aſſur.
Niniue ædificatur.

B eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino. ab hoc exiuit prouerbium, Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni eius Babylõ & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. Reſen quoque inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At vero Meſráim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim, & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim, & Caphtorim. Chanáan autem genuit Sidõnem primoge-

Philiſthiim.
Chananæi.

C nitum ſuũ, Hethæum & Iebuſæum & Amorrhæũ & Gergeſæũ & Heuæũ & Aracæum, Sinæum & Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. Factique ſunt termini Chanáan venientibus à Sidõne Geraram vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vſque Laſa. Hi ſunt filij Chã in cognationibus & linguis & generationibus, terriſque & gentibus ſuis. ¶De Sem quoque nati ſunt, patre omniũ filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.

Filij Sem.

eſt vniuerſa terra. ¶[11]Cœpit autem Noah vir agricola plantare vineam. Quúmque de vino biberet, inebriatúſque eſſet, nudauit ſeſe in tẽtorio ſuo. Porrò Ham pater Chanaan, quum videret[14] verenda patris ſui, indicauit[hoc] duob' fratribus ſuis, qui erant foris. Et ſumpto Sem atque Iapheth veſtimento ſuo, poſuerunt illud ſuper humerum amborum: & accedentes[15] retrorſum, operuerunt verenda patris ſui, auerſis ſcilicet faciebus ſuis, ne viderẽt verẽda patris ſui. Quúmque[16] euigilaſſet Noah à vino[ſuo,] & reſciuiſſet quæ fecerat ei fili' ſuus[17] minor natu, dixit, Execrat'[18] Chanaan,[19] infim' ſeruus ſit fratrũ ſuorũ. Dixitque, Laudãdus Domin' De' Sem, ſitq; Chanaã[40] illi ſeruus.[41] Dilatet De' Iapheth, &[42] habitet in tẽtorijs Sem: Chanaã vero ſit corã ſeruus. ¶Vixit autẽ Noah poſt diluuiũ annis trecẽtis & quinquaginta: fuerúntque cũcti dies Noah nõgenti ãni & quinquaginta, & mortu' eſt. C. X.

HAE ſunt generationes filiorũ Noah, Sem, Ham, & Iapheth:[1] natiq; ſunt illis filij poſt diluuium. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madal, & Iauan, atque Tubal, & Meſech, & Thiras. Filij vero Gomer, Aſchenaz, Riphath, Thogarma. Porrò filij Iauan, Eliſa, Tharſis, Chitthim & Dodanim.[3] Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ gẽtium in regionibus ſuis, quæque iuxta linguam ſuã, iuxtáque familias ſuas in nationibus ſuis. ¶Filij vero Ham, Chus, Mitſraim, Phut, atque Chanaã. Porrò filij Chus, Seba, Hauila, Sabtha, Rahema, & Sabthecha. Filij autem Rahema, Seba & Dedan. Chus genuit Nimrod, is cœpit eſſe[4] heros violentus in terra. Fuit enim robuſtus venator[5] coram Domino.[6] Idcirco dicitur, Quaſi Nimrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni illius Babel, Erech, Acad, atque Calne[7] in terra Sinear. De terra[8] illa[9] egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen:[10] & plateas ciuitatis, atque Calah, Reſen quoque inter Niniuen & Calah,[11] quæ eſt ciuitas magna. Porrò Mitſraim genuit[12] Ludim, Anamim, Lehabim, & Naphthuim. Patruſim quoque & Caſluhim: è quibus egreſſi ſunt[13] Philiſtiim & Caphthurim. Chanaan autem genuit[14] Sidon primogenitũ ſuũ, & Heth: Itẽ Iebuſi, Amorri, Girgaſi, Hiui, Harci & Sini, ſed & Aruadi, Semori, Hamathi. & poſtea[15] diſſipatæ ſunt familiæ Chananæorum. Fuit autem terminus Chananæi à Sidon[16] veniente te in Gerar, vſque ad Gazã, & eũte te in Sodomam & Gomorrhã, & Adma & Seboim vſq; ad Leſa.[17] Hi ſunt filij Ham in cognationibus, linguis ſuis, terris & nationibus ſuis. ¶Ipſi quoq; Sem, qui pater eſt omniũ filiorũ[18] Eber, & frater maior natu ipſius Iapheth, nati ſũt[filij.]

¶11 Heb. Et cœpit Noe vir terræ, & plantauit vineã. Hebraiſmi duo. Vir terræ, pro agricola: &, cœpit & plãtauit, ꝓ cœpit plãtare. Sic igit verti debet Cœpitque Noe agricola plãtare vineam.
¶14 Heb. nuditatẽ patris ſui. Sic habet Hebræum, pudice de verendis loquens. ¶15 vſ, gradu retrogrado. i. auerſa facie. ¶16 vſ, excuſſa crapula expergefact' eſſet ¶17 Doctiſſimi hoc referũt ad Chã, nõ ad Chanaan filium eius.
¶18 Chanaan ꝓ Chã patre Chanaan, vt quidã volũt. ¶19 Heb. ſeruus ſeruorũ erit fratrib' ſuis. i. ſeruus erit inter fratres ſuos. q. d. Quãuis iam ſit ſeru' natura, erit tamẽ etiam cõditiõe ſeru'. ¶40 Quidam dicũt pronomẽ Hebræũ LAMO, ꝓ quo vertitur illi, poſitũ eſſe pl. LAHEM. i. illis, Sem ſcilicet & Iapheth. vſ, ipſi Sem & Deo eius. Sic paulo poſt. ¶41. i. Propaget Deus gen' ipſi' Iapheth. vſ, Proles Iapheth occupet ampliſſimas regiões. ¶42 Quidã ſubaudiũt[Deus,] alij[Iapheth,] Habitet De' in tabernaculis Sem. vſ, Habitet Iapheth in tẽtoriis Sem. Hoc dicit ꝙ Iapheth fuerit pater Gẽtiliũ, qui tãdẽ erãt ad Chriſti fidẽ vẽturi. Videtur autẽ hic prædicere conuerſionẽ Gẽtiliũ. A Sem autẽ oẽs Hebræi deſcẽderunt. Chaldæus paraphraſtes vertit, Dilatet Deus Iapheth, & habitet gloria ei' in tabernaculis Sem. X. ¶1. i. Hi ſunt quos genuerũt filij Noe. ¶2 nati ſunt enim eis. De his proprijs noĩbus abunde ſatis in libello noſtro De interpretatione nominum Hebraicorum. ¶3. i. Ab his ſeparati ſunt inhabitatores inſularũ. i. Ab iſtis nati ſunt qui varias inſulas maris mediterranei. i. Cyprum, Rhodum, Samum, Leſbon, Chium, & alias Græcas inſulas tenuerunt & habitauerunt. ¶4 vſ, fortis. i. Hic Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari in gente ſua. ¶5 Hebraiſmus, pro ſub cælo. i. Fortiſſimus erat omnium hominũ qui ſub cælo erant. ¶6 ob hoc dici ſolet, Velut &c. i. exijt prouerbium, dicebatúrque de homine fortiſſimo, quòd eſſet alter Nemrod. ¶7 Chaldæus paraph. vertit, in terra Babylonis: vt ſit idem Sinear & Babel. ¶8 ſub. Babylonis. ¶9. i. Aſſur filius Sem pius cũ videret Nemrod affectare tyrannidem, ceſſit illi ne cum homine impio habitaret. Alij legunt, Ex hac regione egreſſus eſt in Aſſyriam, vt ſcilicet eã ſubiugaret, & imperij ſui fines prorogaret. Hæc interpretatio placet doctioribus. ¶10 vſ, & Rehoboth ciuitatẽ. ¶11. i. Niniue eſt illa clariſſima ciuitas. ¶12 Hæc oĩa nomina, pluralia ſunt, ſúntque propria gẽtium quæ deſcẽderũt à Mitſraim, qui prius habitauit in Ægypto. ¶13 vſ, Philiſthæi & Cappadoces. ¶14 Omnia iſta noĩa nõ ſunt virorũ propria, ſed populorũ. q. d. Ab iſto Chanaã originẽ duxerũt Sidonij, Hethæi, Iebuſæi, &c. ¶15 vſ, diſſeminatæ ſunt cognationes &c. aut, diſperſæ. ¶16 dum tu vadis verſus Gerarã. vſq; ad Gazã, & dũ tu pergis Sodomã. ¶17. i. Iſti oẽs ſunt qui originẽ traxerunt & genus ſuum ab ipſo Cham, iſti ſunt nepotes Cham ſecundũ cognationes ſuas, & ſecundũ linguas ſuas. i. varia idiomata: per terras & regiones ſuas. hoc eſt, varias habẽtes familias, varias linguas, varias regiones & gentes. Sic in ſequentibus intelligendum. ¶18. i. Hebræorum.

¶10.i. varijs linguis vſi ſunt habitatores terræ. Iſtud refertur ad diuiſionem linguarũ & habitationũ: de qua ſequenti capite.
¶20 Keddem.i. regionis Orientis. ¶21 vl. Hactenus recenſuimus filios & ne nepotes, & eos qui genus traxerunt à Sem.

X I.

¶1 Subaudienda ſ[in] præpoſit. In vniuerſa terra labiũ vnum, & verba eadem.
¶2 De Oriente, inquit.i.ab Armenia. Veriſimile eſt, tranſacto diluuio, poſteros Noe aliquot annos manſiſſe in Armenia vbi ſubſtiterat arca. Cũ autẽ ſupra modũ creuiſſẽt aquæ, coacti ſũt deducere colonias, & aliò migrare, vbi ſedẽ conſtituerent.
¶3 Heb. vir ad proximũ ſuũ.
¶4 Heb. Venite .i. Eia, vel. Age, ſiue Agite. Solent Hebræi loco aduerbiorũ vti imperatiuis.
¶5 Heb. laterificemus lateres.i. fingamus lateres.
¶6 vl. coquamus in coctione.i. igni.
¶7 bitumẽ vice luti. vl. inceriti. Scribit Plinius bitumen huius regionis eſſe liquidum.
¶8 q.d. vt ſi cõtingat nos diſpergi per varias terras, poſſimus huc quando voluerimus, redire. ¶9.i. homines. ¶10.i. ſermo idẽ. q.d. Pauci adhuc ſunt. vt qui vna eadẽmque lingua vtantur: quid expectãdum quum in varios populos, ob multitudinem, diſperſi erunt? Nihil certe non audebunt. ¶11 & hoc eſt quod facere cœperunt: nunc autem nõ prohibebitur ab ipſis quod facere decreuerũt. q.d. hæc eſt turris quam ædificare cœperũt: neque futurum quicquam eſt quod eos prohibeat quin quod ſtatuerũt exequantur, niſi initio reſiſtamus eis. ¶12 Vtitur verbo plurali, vnde intelligitur pluralitas perſonarum in vnitate diuinitatis. ¶13 Heb. vt nõ exaudiant vel, intelligant vocem proximi ſui.i. vt alter alterũ nõ intelligat. ¶14 vocauit ¶15.i. Venit confuſio. ¶16 Hæc omnia quæ dicũtur, vſq; ad caput duodecimum, pertinẽt ad Chriſtum, vt oſtendatur Deus verax in promiſſionibus. reperit enim ſeriem illius generationis deletæ ex qua deſcẽdere debebat M E S S I A S. Hæ ſunt generationes.i. Hi ſunt qui originem duxerunt à Sem. ¶17 Iſtorum omittit nomina, quòd ex his non erat deſcenſurus Meſſias.

Filij ergo Sem [fuerũt] Elam, Aſſur, Arphachſad, Lud atq; Arã. Filij Aram, Vz, Hul, Gether & Mas. Porrò Arphachſad genuit Selah, Selah autẽ genuit Eber. Eber quoq; nati ſunt duo filij, nomen vni⁹ Peleg: nã in diebus eius [19] diuiſa eſt terra,' & nomẽ fratris eius Iactã. Porrò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah: ſed & Hadoram, Vzal, Dicla, Obal, Abimael & Seba: Item Ophir & Hauila & Iobab. omnes iſti, filij Iactan. Et erat habitatio illorũ à Meſa pergẽte te in Sephar montẽ [20] Orientis. [21] Iſti ſunt filij Sem' ſecũdum familias & linguas ſuas, in terris & nationibus ſuis. Hæ itaque familiæ ſunt filiorũ Noah iuxta cognatiões ſuas in populis ſuis. Et ab illis diuiſæ ſunt gẽtes in terra poſt diluuiũ. CA. XI.

ERat autẽ 'vniuerſa terra vnius labij, ſermonúmq; eorũdẽ. 'Et factum eſt, quũ proficiſcerẽtur ab Oriente,' Inuenerũt cãpum planum in terra Sinear, & habitarunt ibi. Dixerúntq; 'alter ad alterũ, [4] Agite, 'ducamus lateres, &' incendamus incendiũ. 'Fuitq; illis later pro lapide, & [7] argilla pro cæmẽto. 'Dixerúntq;, Agite, ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cui⁹ caput [pertingat] ad cælos vſq;: faciamúſq; nobis nomen, [8] ne fortè diſpergamur in vniuerſam terrã. Deſcẽdit autem Dominus vt videret ciuitatẽ illam, & turrim quã ædificabãt [9] filij hominũ. 'Dixitq; Dominus, En populus vnus eſt, [10] idẽmque labiũ' iſtis oĩbus: [11] & hoc cũ cœperũt facere, poſthac nihil prohibebit eos quin ſic pergãt cõſummare oĩa quęcũque temere apud ſe ſtatuerũt. 'Agitedũ [12] deſcendamus, & cõfundamus ibi labiũ ipſorũ, [13] ne alter alterius labium percipiat. 'Diſperſit itaq; eos Dominus ex illo loco in vniuerſam terrã, ceſſaueruńtq; ab extructione ciuitatis illius. Idcirco nomen eius [14] vocatũ eſt [15] 'Babel,' q ibi cõfudiſſet Dominus labiũ vniuerſæ terræ, & inde diſperſiſſet eos in vniuerſam terrã. ¶[16] Hæ ſunt generationes Sem. Sem quũ eſſet nat⁹ annos centũ, genuit Arphachſad, biẽnio poſt diluuiũ. Vixitque Sem poſtquam genuerat Arphachſad quingẽtis annis, [17] genuitq; filios & filias. ¶Arphachſad vero vixit triginta quinq; annis, & genuit Sela. Vixitq; Arphachſad poſtquã genuit Sela quadringẽtis tribus annis, genuitq; filios & filias. ¶Porrò Sela vixit triginta annis, & genuit Eber. Vixitq; Sela poſtquã genuit Eber annis quadringẽtis & tribus, genuitq; filios & filias. ¶Eber vixit triginta quatuor annis, & genuit Peleg. Vixitque Eber poſtquã Peleg genuit quadringentis annis & triginta, genuitq; filios & filias. ¶Peleg vero vixit triginta annis, & genuit Reu. Vixitq; Peleg poſtq̃ Reu genuit nouẽ annis & ducẽtis, genuitque filios & filias. ¶Porrò Reu vixit annis triginta duobus, & genuit Serug. Vixitq; Reu poſtquã Serug genuit ſeptẽ annis ac ducẽtis, & genuit filios atq; filias. ¶Serug vixit triginta annis & genuit Nahor. Vixitq; Serug poſtq̃ Nahor genuit, ducẽtis annis, genuitq; filios ac filias. ¶Et vixit Nahor viginti nouẽ annis, & genuit Thare. Vixitq; Nahor poſtquã genuit Thare decem & nouẽ annis atq; centũ annis, genuitq; filios & filias. ¶Thare vero vixit ſeptuaginta annis, & ge-

Filij Sem: Ælam & Aſſur & Arphaxad, [a] Lud & Aram. Filij Aram: Hus & Hul & Gether & Mes. At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. Natique ſunt Heber filij duo. nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Aſarmoth, Iare & Aduram & Vzal & Decla & Hebal & Abimael, Saba & Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem Orientalem. Iſti ſunt filij Sem ſecundũ cognationes & linguas & regiones in gentibus ſuis. Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gẽtes in terra poſt diluuium. CAP. XI.

ERat autẽ terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Cúmque proficiſcerẽtur de Oriẽte, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum ſuũ, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerúntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento: & dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrũ antequam diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrẽ quam ædificabant filij Adam, & dixit. Ecce, vnus eſt populus, & vnũ eſt labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleãt. Venite igitur, deſcendamus, & cõfundamus ibi linguã eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocẽ proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Domin⁹ ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius Babel, quia ibi cõfuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciẽ cunctarum regionum. ¶Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centũ annorum quando genuit Arphaxad, biẽnio poſt diluuium. Vixitq; Sem poſtquã genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. ¶Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale, [a] trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. ¶Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale poſtquã genuit Heber, quadringẽtis tribus annis: & genuit filios & filias. ¶Vixit autẽ Heber triginta quatuor ãnis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringẽtis triginta annis: & genuit filios & filias. ¶Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg poſtquã genuit Reu, ducentis nouẽ annis, & genuit filios & filias. ¶Vixit autẽ Reu [a] triginta quinque' annis, & genuit Sarug. Vixit quoq; Reu poſtquã genuit Sarug, ducẽtis ſeptem annis: & genuit filios & filias. ¶Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq; Sarug poſtq̃ genuit Nachor, ducẽtis annis: & genuit filios & filias. ¶Vixit autẽ Nachor viginti nouẽ annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor poſtq̃ genuit Thare, centũ decẽ & nouẽ annis: & genuit filios & filias. ¶Vixitque Thare ſeptuaginta annis: & ge-

¶[a] &
D
Phaleg.
Terræ à quibus diuiſæ.
Vn⁹ ſermo in terra. ſa. 10. a.
Ædificatur turris Babel.
B
Confuſio linguarum.
Babel.
Ætas Sem.
Arphaxad.
¶[a] quadringentis
C
Sale.
Heber.
Phaleg. 1. para. 1. b.
Reu.
¶[a] triginta duobus
Sarug.
Nachor.
D Thare.

Abram. Nachor. Aran.1.par.2.b.ioſ.24.a. Lot. Sarai. Melcha.

Thare cũ Abram it in Charan. ioſ.24.a.nehe.9.b.Iudith 5.a. Thare moritur.

Iubet Abram egredi terrã. act.7.a. ¶ᵉ mõſtrabo

Chriſtᵒ. gal. 3.b.ĩ.18.c.22.d.26.a. Egreditur Abrã.heb.11.b.

D

nuit Abram & Nachor & Aran. ¶Hæ ſunt autẽ generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuúſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ. Erat autẽ Sarai ſterilis, nec habebat liberos. ¶Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filiũ Aran filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorẽ Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terrã Chanaan: veneruntq; vſq; Haran, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

CAP. XII.

Dixit autẽ Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quãᵉ monſtrauero tibi. Faciámque te in gentẽ magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomẽ tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicẽtibus tibi, atque IN TE benedicẽtur vniuerſæ cognationes terræ. ¶Egreſſus eſt itaque Abrã ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſámq; ſubſtantiam quam poſſederãt, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cúmque veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terrã vſque ad locũ Sichem, & vſque ad Cõuallẽ illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. ᵃApparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terrã hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei: & inuocauit ibi nomẽ eius. Et inde tranſgrediens ad mõtem qui erat contra Orientem Beth-el, tetẽdit ibi tabernaculum ſuum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram vadens & vltra progrediens ad Meridiem. ¶Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptũ, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cúmq; propè eſſet vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ, Noui quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, Vxor illiᵘ eſt. & interficiẽt me, & te reſeruabunt. Dic ergo obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaq; ingreſſus eſſet Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierẽ quòd eſſet pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerũt eã apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, Abrã vero bene vſi ſunt propter illam. Fuerúntque ei oues & boues & aſini & ſerui, & famulæ & aſinæ & cameli. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domũ eiᵘ

ᵃ Apparuítq; Promittiẽ ei terra Chanaã Vetus teſtamẽtũ. ĩ.13.d. 15.d.26.a. deut.34.d.

E

Famẽ fugiẽs deſcendit in Ægyptum.

ĩ.20.a.

Rapitur vxor eiᵘ in domũ Pharaonis.

D

Percutiᵗ Pharao à Deo ꝑpter raptam vxorẽ Abræ.

nuit Abrã, Nahor atq; Harã. ¶Iſtæ itaq; ſunt generationes Thare. Thare genuit Abrã, Nahor & Haran. Harã vero genuit Lot. Et mortuus eſt Haran[18] corã patre ſuo' in patrio ſolo, [népe] in[19] Vr Chaldæorũ.[10] Duxerũt autẽ Abram & Nahor ſibi vxores. Nomẽ vxoris Abrã fuit Sarai: nomen vero vxoris Nahor, Milcha, filia Harã[11] patris Milcha & patris Ieſcha.' Fuit autẽ Sarai ſterilis, nec erat illi ꝓles. ¶Et tulit Thare filiũ ſuũ Abrã, & Lot filiũ Harã, filiũ [ſcilicet] filij ſui, & Sarai nurũ ſuã, vxorẽ Abrã filij ſui: & egreſſi ſunt ſimul de Vr Chaldæorũ, vt cõmigrarẽt in terrã Chanaan. venerúntq; vſque ad Charã, habitauerúntq; ibi. Fuerũt autẽ dies Thare anni ducẽti & quinque. Mortuúſque eſt Thare in Charan.

CAP. XII.

Dixit autẽ Dominus[1] ad Abram,[2] Exi è terra tua, de patria tua, & de domo patris tui, ad terram quam oſtẽdam tibi. Faciamq; te in gentem magnã, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuũ,[4] eriſque ſis benedictio.' Benedicã quoque eis qui tibi benedicent: maledicẽtibus vero tibi, maledicam & ego:' benedicẽtúrq;[6] in te' vniuerſæ familiæ terræ. ¶Egreſſus eſt itaq; Abram ſicut præceperat ei Dominᵘ, iuitq; cũ eo Lot. Septuagintaquinque annos natus erat Abram quũ egrederetur ex Charan. Et tulit Abrã Sarai vxorem ſuam, & Lot filiũ fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam ſuã quam cõparauerant, ſed &[7] animas quas acquiſierãt in Charan, egreſſique ſunt vt irent in terrã Chanaã. Et cum veniſſent in regionem Chanaan, pertranſiuit Abram regionẽ vſque ad locũ Sichem,[8] & vſq; ad quercetum More.[9] Chananæus autẽ tũ erat in ea regione. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit, Semini tuo dabo terrã iſtam. Et ædificauit ibidẽ aram Domino qui ei apparuerat.[10] Soluẽnſque illinc,' verſus mõtem qui erat ab Oriẽte ipſi Beth-el, tetendit tentorium ſuum, [vt haberet] Beth-el ab Occidente, & Hai ab Oriente, extruẽnſque ibi aram Domino,[11] inuocauit in nomine Domini.' Soluens rurſus Abram iuit, & venit verſus Meridiẽ. ¶Orta autem fame in ea[12] regione,' deſcendit Abram in Ægyptũ, vt ibidẽ [aliquandiu] habitaret. grauis enim fames erat[13] in terra illa.' Factúmque eſt,[14] quum propius acceſſiſſet, vellet iam introire' Ægyptũ, dixit ad Sarai vxorẽ ſuã,[15] En ſcio te eſſe mulierem pulchro aſpectu: erit itaq;, quum viderint te' Ægyptij, dicent, Hæc illius eſt vxor. & interficiẽt me: te vero[16] viuã ſeruabunt.' Dic obſecro ꝙ ſoror mea ſis, vt benefiat mihi propter te, viuátq; anima mea gratia tui. Factũ eſt itaq;, quũ veniſſet Abrã in Ægyptũ, ꝙ Ægyptij cõtẽplarẽtur mulierẽ ipſam: erat enim ſupra modũ formoſa. Quũmque viderẽt eã principes Pharaonis, laudauerunt eam apud Pharaonem, raptaque eſt mulier illa in aulam Pharaonis.[17] Et is quidẽ benigne fecit ipſi Abram propter illã, fuerúntq; ei oues, boues, & aſini, ſerui & ancillæ, aſinæ & cameli. Afflixit autem Dominus Pharaonẽ & domũ eiᵘ plagis magnis[18] pro-

¶18 vl, In facie patris ſui. Hebraiſmus eſt, pro, viuente patre ſuo Thare. ¶19 Vr ita dicta eſt, ꝙ eſſet ſita in valle. Vr enĩ vallem ſignificat. Eſa. 24. ¶10 vl, Duxerãt autẽ ¶11 Hebraiſmus, pro, qui fuit pater ipſius Melchæ, & ſororis eius Ieſchæ.

XII.

¶1 Hebraice per futurum legitur, quod pro præterito perfecto ponitur: & perfectũ pro plᵘ quàm perfecto. lege Actorũ caput ſeptimum in principio. Vertẽdum igitur, Iam verò dixerat Dominus ¶2 Hebraice ad verbũ legitur, Vade tibi, ꝓ, Abi, Diſcede. Vacat enim hoc loco [tibi.] ¶3 Hebraiſmus, pro, reddam te fœlicem & fortunatũ, cumulabo te bonis omnibus & animi & naturæ: reddámque nomẽ tuum celebre. ¶4 Hebræi eleganter imperatiuum pro futuro ponũt, Eris benedictio. .i. ſi credideris mihi, õnes homines bene ꝓcabuntur tibi: præterea quum quis bene precabitur alteri poſthac, precabitur euenire illi ſicut tibi euenit: dicetq;, Vtinam tibi faciat Deus ſicut fecit Abræ. Sũt qui benedictionẽ pro benedicto poſitam dicant. ¶5 Hebraiſmus, Fauebo amicis tuis: at de inimicis tuis ſumam vindictam. q.d. Maxima pars orbis terrarum fauebit tibi: pauci verò erunt tibi inimici. ¶6 vl, propter te. i. propter ſemen tuum Chriſtum, vt exponit B. Paulus in epiſtola ſua ad Galat. cap. 3. ¶7 vl, perſonas. vt de ſeruis in domo natis, aut pecunia emptis intelligatur. Chaldæus paraphraſtes vertit, quas legi ſubiecerant. ¶8 vſque ad Elon More. Nomen loci eſt in Sichem à More Chananæo. nulla eſt cõiunctio copulatiua apud Hebræos ante [vſque]. Quidam Elon More eundem eſſe locum volunt qui & Mambre ſiue Mamre dicitur. Alij verò, Elon ſignificare planitiem dicunt. ¶9 Singulare pro plurali, Chananæi autem &c. ¶10 vl, Transferẽnſque, ſub. tẽtorium ſuũ. ¶11 vl, & precatus eſt Dominum: vt tranſtulit Chaldæus paraphraſtes. Alij vertunt. & prædicauit alijs in eo loco Dominũ. ¶12 Palæſthina ſcilicet quæ alioqui fertiliſſima erat. ¶13 nempe Palæſthina. ¶14 Heb. quum appropinquaret vt ingrederetur ¶15 vl, Ecce nunc [vel, Profecto quidẽ] noui ꝙ pulchra aſpectu ſis mulier: vnde accidet vt quum viderint te &c. Pulchra aſpectu, pro formoſiſſima, Hebraiſmus. ¶16 Heb. viuificabũt. Hebraiſmus, pro, Seruabunt te in vita, ſiue incolumẽ. ¶17 vl, Multa beneficia Pharao cõtulit Abræ, propter Sarã: nã dedit ei oues, &c. ¶18 Hebraice legitur, ſuper verbo Sarai. Hebræi enim vtuntur hac dictione [verbum] pro re & cauſa. Hic recte omittitur.

¶19 q.d. ꝓpterea ꝙ affirmaſti illā eſſe ſororē tuam, nō dubitaui illā ducere vxorem.

X I I I.

¶1 Hoc eſt, ad locum vbi pri' tetenderat tabernaculū ſuū, qui erat Auſtralis, reſpectu terræ Iſrael, ſed quæ tunc erat terra Chanáā.
¶2 diues. q.d. deſcenderat in AEgyptū pauper, & ex illa reuerſus eſt ditiſſimus.
¶3 Reuerſus eſt autē per manſiones.
¶4 vſ, prædicauit ibi Dominum. Chaldæ' paraphraſtes vertit, Orauit illic Dominum.
¶5 ſuſtinere poterat.
¶6. i. cōſanguinei. Lot enim erat fili' Aran fratris Abræ.
¶7 q.d. Licet tibi eā partē regionis eligere quæ tibi placuerit.
¶8 Heb. ſi tu ſiniſtrabis, ego dextrabo: ſi tu dextrabis, ego ſiniſtrabo. i. ſi delegeris ſiniſtram, ſiue ieris ad ſiniſtrā, ego ad dextrā ꝓficiſcar: ſi vero &c. Per ſiniſtram, intelligit Septentrionē: per dextrā verò Meridiem. Chaldæus paraphſtes vertit, Si ad Septentrionem &c.

pter Sarai[1] vxorem Abram. Vocauit igitur Pharao Abram, & dixit, Quur feciſti mihi hoc? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quare dixiſti, Soror mea eſt? & [19] accepi eam mihi in vxorem. En igitur vxorem tuā, tolle eam & vade. Præcepitque Pharao ſuper eo viris, vt deducerent eum cum vxore ſua, omnibúſque quæ habuit.

CAP. XIII.

Aſcendit itaque Abrā de AEgypto, ipſe & vxor ei', & omnia quæ habebat, atque Lot cū eo[1] Auſtrum verſus. Erat autem Abrā grauis[2] valde, nempe pecore, argento & auro.[3] Iuit autē ad profectiones[4] ſuas ab Auſtro ad Beth-el, vſque ad locum vbi fuerat tētorium eius ab initio, inter Beth-el [ſcilicet] & Hai, ad locum [népe] aræ illius quam initio fecerat, & [4] inuocabat illic Abrā nomen Domini. Quin & ipſi Lot, qui comes erat Abram, erant greges & armenta, & tentoria: nec [5] cepit eos terra illa vt ſimul habitarēt. fuit enim poſſeſſio eorum multa, nec potuerunt ſimul habitare. Exorta itaque eſt lis inter paſtores pecoris Abram, & inter paſtores pecoris Lot. Habitabat autem tum Chananæus atque Pherēſæus in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgiū inter me & te, & inter paſtores meos atque paſtores tuos, ([6] fratres enim ſumus.) [7] Annō vniuerſa terra corā te eſt? ſeparare quæſo à me: [8] ſi tu ad leuam, ego ad dexteram cōcedam: ſi verò tu dexteram, ego ſiniſtram eligā. Sublatis igitur Lot oculis ſuis, [9] vidit omnia æquora cāpi Iordanis, quæ vniuerſa irrigua erant. [nam] priuſquam vaſtaret Dominus Sodomā & Gomorrhā, [10] [ea pars] quæ circa Soar eſt, erat ſicut hort' Domini, & ſicut terra AEgypti. Elegit itaque ſibi Lot [11] vniuerſa æquora cāpi Iordanis: profectúſque eſt Lot ab Oriente, ſeceſſitque [12] alter ab altero. Abram habitauit in terra Chanaā, Lot verò habitauit in ciuitatib' [13] æquoris aperti, & petēdit tentoria Sodomam vſque. Porrò Sodomitæ valde mali erant, & [14] peccatores coram Domino. ¶ Dixitque Dominus ad Abram poſtquā ſeparatus eſt Lot ab eo, Attolle quæſo oculos tuos, & vide à loco vbi tu es, ad Aquilonē & Meridiē, ad Oriētem & Occaſum. nam omnē terram quam tu vides, eandē tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum. Ponam quoque ſemen tuū quaſi puluerem terræ: [15] ſi poterit homo numerare puluerem terræ, numerabitur & ſemen tuum. Surge, perambula terram in longitudine & latitudine ſua: tibi enim dabo eam. Mouens igitur Abram tentorium, venit & habitauit [16] iuxta quercetum Mamre, quod eſt in Hebron, extruxitque illic aram [17] Domino.

CAP. XIIII.

Factum eſt autē [hiſce] diebus, vt Amraphel rex Sinear, Arioch rex Elaſar, Chedorlahomer rex Elam, & Thideal rex Gētiū, bellum inirēt cōtra Bera regem Sodomorū, & contra Birſam regem Gomorrhæ, cōtra Sineab regem Adama, & cōtra Semeber regē Seboim, & regē Bela

propter Sarai vxorem Abram. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nūc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitque Pharao ſuper Abram viris: & deduxerūt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat. — Redditur Abræ vxor.

CAP. XIII.

Aſcendit ergo Abram de AEgypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Auſtralem plagam. Erat autem diues valde *in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſúſque eſt per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el, vſque ad locū vbi pri' fixerat tabernaculū inter Beth-el & Hai: in loco altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed & Lot qui erat cum Abrā, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarēt ſimul: erat quippe ſubſtantia eorū multa, & nequibant habitare cōmuniter. Vnde *facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autē tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra corā te eſt: recede à me obſecro. ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionē Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomā & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini, & ſicut AEgyptus venientibus in Segor. Elegitque ſibi Lot regionē circa Iordanem, & receſſit ab Oriente: diuiſique ſunt alterutrū à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot vero moratus eſt in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. ¶ Dixitque Dominus ad Abram poſtquā diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos ~in directum, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidētem. Omnem terram quā conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſq; in ſempiternum. Faciámque ſemen tuū ſicut puluerē terræ: ſi quis *poteſt hominū numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuū *numerare poterit. Surge ~ergo, & perambula terrā in longitudine & in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. ¶ Mouens igitur tabernaculū ſuū Abram, venit, & habitauit iuxta cōuallem Mābre, quæ eſt in Hebrō: ædificauitque ibi altare Domino.

CAP. XIIII.

Factum eſt autē in illo tēpore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex AElamitarū, & Thadal rex Gentiū inirēt bellum cōtra Bara regem Sodomorum, & cōtra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regē Adamæ, & contra Semēber regem Seboim,

Abrā AEgyptū egrediē.
¶*Abram
Ꞇ.12.a.
Lot & Abrā diuites.
Ꞇ.36.a.
B ¶*&
Abram diuidit terrā cū fratre ſuo, Lot.
C
Habitat Lot in Sodomis, & Abram in Chanaan.
Sodomitæ.
Rurſū Abræ ꝓmittiē terra Chanaan.
Ꞇ.12.b. Ꞇ.15.b.
D 16.a.
¶*poſſit
¶*numerari
AEdificat altare Domino.
Sodomitis, Amalecitiſq; & reliquis īfertur bellū.

¶9 vſ, conſyderauit omnē regionem [Chaldæus paraph. vertit omnem planitiem] Iordanis, quòd tota irrigua eſſet. ¶10 Heb. ſicut hortus Domini, ſicut terra AEgypti ingrediēte te in Soar. i. regio illa erat ſimilis horto Domini, & ſicut ea pars AEgypti, venienti tibi, hoc eſt qua itur in Segor. Per hortū intellige illū quem plantauerat Dominus, & inſtruxerat in Eden. ¶11 totam regionē. vel planitiem ¶12 Heb. vir à fratre ſuo. ¶13 planitiei. vel, cāpeſtrib'. i. in locis planis iuxta Iordanē. ¶14 Heb. peccatores Domino. i. cōtra Dominū. vel, corā Domino. i. Dei iudicio, nō hominum. hic taxat iudicium hominū, qui quæ ſua ſunt quærunt, neglectis bonis moribus. ¶15 ita vt ſi poſſit quiſquam &c. q.d. quemadmodū nemo poteſt numerare puluerē terræ, ſic ſemen tuū numerari nō poterit. Hyperbole. ¶16 Heb. iuxta Elone Mamre. Nomen loci eſt. Mamre, vir fuit Amorrhæus, vt ſequenti capite dicitur. Elon igitur Mamre, planities quædā erat arboribus cōſita, quales ante mœnia ciuitatū plantari ſolent, vt quidā Hebræorum dicunt. Elone, alij interpretātur cōuallem: alij quercetū: Chaldæus paraphraſtes, planitiē. ¶17. i. in honorē Domini.

X I I I I. ¶1 Accidit autē tēpore Amraphel regis Sēnaar, & Arioh regis Elaſar, & Chodorlahómor regis AElam, & Thadal regis Goim, vt facerēt bellū &c. Amraphel putatur fuiſſe Nēbrod. Sennaar, ſecūdū Chaldæū paraphraſtem erat Babylon. Elaſar nō potuit eſſe Pontus, quū Pōtus ſit regio longe diſtans à terra Chanaan, eáque ad Occidentē, quum terræ aliorū regum ad Orientem ſitæ ſint. Goim, Gētes ſiue populi dicūtur. Aut eſt prouinciæ nomen, quæ fuerit vicina AElamitis. i. Perſis, & Sennaar.

contráque regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerũt in vallem Syluestrem quæ nunc eſt Mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierãt Chodorlahómor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erant cũ eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtaroth & Carnáim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, vſque ad cãpeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſique ſunt, & venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regioné Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Aſaſon-thamar.

B ¶ Et egreſſi ſunt rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerũt aciem cõtra eos in valle Syluestri, ſcilicet aduerſus Chodorlahómor regé Ælamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinque. Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderúntq; ibi: & qui remãſerant, fugerunt ad montem. Tulerũt autem omnem ſubſtantiam Sodomorũ & Gomorrhæorũ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierũt. Necnõ & Lot & ſubſtantiã ei⁹, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

Sodoma diripitur.

¶ Gomorrhæ

Abducit Lot captiuus.

C ¶ Et ecce vnus qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abram. Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Lot fratré ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt eos vſque Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecut⁹ eſt eos vſque Hoba & Phœnicem, quæ eſt ad lęuã Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtantiã, & Lot fratré ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq; & populũ. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius (poſtquã reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & regum qui cum eo erant) in valle Saue, quæ eſt Vallis regis.

Nunciatur Abræ.

Abram eripit Lot.

D ¶ At vero Melchi-ſedec rex Salé, proferens panem & vinũ (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait, Benedict⁹ Abram Deo excelſo qui creauit cælum & terrã: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manib⁹ tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ¶ Dixit auté rex Sodomorũ ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei, Leuo manum meam ad Dominũ Deum excelſum poſſeſſoré cæli & terræ, q à filo ſubtegminis vſque ad corigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quę tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abrã. exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorũ qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

Melchiſedec cibat ipſum Abrã: cui ipſe Abrã dat decimas. heb.7.a.

Abram ſpolia renuit accipere.

CAP. XV.

HIs itaque tranſactis, fact⁹ eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem dicés, Noli timere Abrã, ego protector tuus ſum, & merces tua

Deus protector & merces Abræ.

hæc eſt Soar. Omnes iſti cõiunxerũt [copias] in valle Siddim, quæ nũc eſt Mare ſalſum. Duodecim enim annis ſeruierãt ipſi Chedarlahomer, tertio vero decimo anno rebellarũt. Quartodecimo igitur anno venit Chedarlahomer, ſocijq; reges cum eo, & percuſſerunt Rephaim in Aſtheroth-carnaim, atq; Suſim in Ham, & Emim in planitie Kiriathaim: & Horræum in montanis [ſuis, nẽpe] Seir, vſque ad cãpeſtria Paran, quæ ſunt iuxta deſertũ. Reuerſiq; venerũt ad En-miſpat, hæc eſt Cades: & percuſſerũt omné regioné Amalec, ſed & Amorrhæum habitanté in Haſaſon-thamar. ¶ Et egreſſus eſt rex Sodomæ, rex Gomorrhæ, rex Adama, rex Seboim, & rex Bela: ipſa eſt Soar: & acié inſtruxerunt aduerſus illos in valle Siddim, [nẽpe] aduerſus Chedarlahomer regé Ælam, & Thideal regé Gentiũ, & Amraphel regé Sinear, & Arioch regé Elaſar, quatuor reges aduerſus quinq;. Porrò vallis Siddim abũdabat foueis argilloſis. Fugerũt auté rex Sodomæ atq; Gomorrhæ, & ceciderunt ibi: qui vero remãſerant, fugerũt verſus mõtes. Et accipiẽtes omné ſubſtãtiã Sodomorũ, & Gomorrhæorũ, & omné cõmeatũ eorũ, abierũt. Lot quoque nepotem Abrã ex fratre abduxerũt, & ſubſtãtiã eius, & receſſerũt. habitabat eni Sodomæ. ¶ Et venit quidam qui euaſerat, & indicauit [hoc] Abrã Hebræo, qui [tum] habitabat in quercetis Mamre Amorrhæi, fratris Eſcol, & fratris Aner, qui fœdus habebant cũ Abram. Audiens vero Abram quòd captus eſſet [10] frater ſuus, [11] exercitatos ac inſtructos ſuos, vernas ſcilicet, numero trecẽtos decem & octo, expediuit, & inſequutus eſt illos vſque ad Dan. Et diuiſis copijs, ipſe & ſerui ei⁹ [irruerũt] ſuper eos noctu, percuſſerúntque eos, & inſecuti ſunt eos vſque Hoba, quæ eſt ad lęuã Damaſci. Reduxitque omné ſubſtãtiã, ſed & Lot fratrem ſuum ſubſtãtiámque eius reduxit, deinde & mulieres & populũ. Egreſſus itaque rex Sodomorum obuiam ei (poſteaquam reuerſus eſt à cæde Chedarlahomer, & regũ qui cum eo fuerant) in vallé planã, quæ Vallis regis dicta eſt. ¶ Et Malchi-ſedec rex Salem protulit pané & vinũ, [14] & hic ſacerdos erat Dei altiſſimi. Benedixitque ei, & ait, Benedictus Abrã [15] Deo excelſo, qui poſſidet cælũ & terram. Et benedictus Deus excelſus, qui tradidit hoſtes tuos in manũ tuã. [16] Dedit itaque illi decimas [17] ex omnibus. ¶ Et dixit rex Sodomę ad Abrã, Da mihi [18] animas, ſubſtantiã tolle tibi. Reſpondit Abrã regi Sodomorũ, [19] Leuaui manũ meã ad Dominũ Deũ excelſum poſſeſſoré cæli & terrę, [20] ne quidquã accipiã ex omnibus quæ tua ſunt, ne filum quidem aut calceamenti corigiã: ne dicas ſcilicet, Ego ditaui Abram: his tantum exceptis quæ inſumpſerũt [21] pueri: deinde & portiõe virorum illorũ, Aner, Eſcol & Mamre, qui mecum profecti ſunt, [22] iſti accipiant partem ſuam.

CAP. XV.

POſt hæc geſta, factũ eſt verbum Domini ad Abram in viſione [quadam] in hũc modum, Ne timeas Abrã, ego clypeus tuus ſum, & merces

¶ 2 Siue Segor. Per occupationẽ hic dicitur Segor, & paulo poſt: quũ poſtea ſic nominata fuerit, gen. 19. e. ¶ 3 hoc eſt campoꝛũ, ſiue cãpeſtri. ſignificat enim agros aratos. ¶ 4 vſ. defecerũt ab illo. i. denegauerunt tributum quod perſoluere ſolebant. ¶ 5 gigãtes vertit Chaldæ⁹ paraphraſtes. Alij exiſtimãt fuiſſe nomé vrbis. ¶ 6 ſub. aciem inſtruxerunt. ¶ 7 Hebr. putei, putei bituminis. Hebraic⁹ loquẽdi mod⁹, p, plena erat, vel ſcatebat puteis bituminis. ¶ 8 vſ. cõlecerũt ſeſe aut præcipitauerũt] illuc. i. in eos puteos. ¶ 9 in Elone. Vide poſtremam annotationé capitis præcedentis. ¶ 10. i. nepos eius ex matre. ¶ 11 armis inſtructos eduxit tyrones, vernaculos ſuos. vſ. nẽpe vernaculos ſuos. Vox Hebræa p qua hic vertitur tyrones, ſignificat inſtructos, & aſſuetos militiæ, aut alij cuipiam arti. ¶ 12 Heb. Et quũ ſeparauiſſet ſeſe, irruit in illos noctu ipſe & ſerui eius. Se parauit ſeſe: ſub. ab aliis. Vel vt alij volũt, turmã ſuam diuiſit in partes duas, & irruit, aſſumpta altera. ¶ 13 in vallem Saue, accuſatiuus caſus eſt. venit inquam in vallem Saue. ¶ 14 erat enim ſacerdos Deo altiſſimo: Benedixitque illi. ſub. Deo. i. gratias illi egit de victoria data Abræ. Cũ ait Moſes, Protulit pané & vinũ, intellige, vt ſacrificaret, vel vt offerret Deo. nã, inquit, erat ſacerdos Deo altiſſimo. ¶ 15. i. apud Deũ excelſũ. q. d. Valde fauet De⁹ Abræ, q dedit ei tãtã victoriã, tã paruis copijs inſtructo. Aut, De⁹ altiſſim⁹ cõmẽdatiſſimũ habeat Abrã. ¶ 16 ſub. Abrã ipſi Melchi-ſedeco. ¶ 17 ſub. quę hoſtibus detraxerat. ¶ 18 Pro hoĩbus ponit aĩas, more Hebraico. i. hoĩes captiuos. ¶ 19. i. ſublata manu iuraui Domino &c. ¶ 20 Heb. ſi à filo vſq; ad corigiã calceamẽti, & ſi accipiã ex oib⁹ quæ tua ſunt. In his iuramẽtis ſubaudiũt aliqd Hebræi, hoc pacto, Si quicq̃ accepero, faciat mihi De⁹ hoc & hoc. Hic auté iurat, ne filũ quidé veſtimẽti, aut corigiã ſe accepturũ. ¶ 21. i. ſerui mei. ¶ 22 q. d. Per me licet. ſi velint accipere, accipiãt. XV. ¶ 1 Heb. verba. Hebraica phraſis, pro, His itaq; geſtis ſiue trãſactis. Hoc capite declarat̃ fides Abræ, & cõmẽdat̃ Abrã à Deo. Apparet hæc viſio contigiſſe ſub lucé, q infrà legat̃, Eduxit eũ foras, & dixit illi, Suſpice cælũ, & numera ſtellas &c. ¶ 2 Hebraiſmus, pro, locut⁹ eſt Dominus Abræ. ¶ 3 Chaldæus paraph. per propheriã. ¶ 4 ſub. erit. i. ampliſſima te manet hui⁹ tuæ fidei merces, q tam potẽtiſſimos reges auſus es aggredi, auxilio meo fretus.

¶29 Duo ſubſtītiua ſæpius cōiunctione ET cōiungunt Hebræi, quorū alterum eſſet genitiui caſus apud Latinos: vt hic, dolorē tuū, & conceptum tuū: pro dolorē conceptus tui. Conceptū autē hoc loco ꝓ vteri geſtatiōe accipere debem⁹, quod etiā ipſa vox Hebræa HARON ſignificat. Sic igitur dilucide vertes, Haud dubie augebo dolorē tuū, dolorē inquam qui tibi erit ex cōceptu & geſtatiōe vteri. Verti etiam poſſet, Iterando iterabo dolorem tuū, dolorem inquam concept⁹ tui. i. Iterabo tibi eū dolorem quem ſenties in primo tuo conceptu, ſiue vteri geſtatione tua prima. Multis vicibus afficiam te dolore, nempe quoties cōcipies. Seipſum ſtatim declarat, quum dicit, In dolore paries filios &c.

el calcaneum.'Ad mulierem dixit,[29] Dolorē tuū & conceptum tuum[30] cumulatiſſime multiplicabo:'in dolore paries filios, & ad virum tuum erit [31]deſyderiū tuum,'ipſeq́; dominabitur tibi. [32]Ad Adam'vero dixit, Quandoquidem audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de arbore, de qua præcepi tibi, dicens, Non comedes ex ea: execrata eſt humus [33]propter te, [34]in dolore comedes eam' cunctis diebus vitæ tuę. Spinam atque tribulum progerminabit tibi, & manducabis herbā agri. [35]In ſudore vult⁹ tui veſcēris pane,'donec reuertaris in humum: ex ea enim ſumptus es.[36] ſiquidem puluis es, & in puluerem reuerſurus es.' Et appellauit [37]Adam'nomen vxoris ſuæ Heua: eo [38]quód ſit mater' omnis viuentis. Fecit quoque Dominus Deus [39]ipſi Adam'& vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit Dominus Deus, Ecce, homo iſte factus eſt quaſi vnus ex nobis.[40] vt ſciret bonum & malum.'& nunc[41]periculum eſt]ne fortè mittat' manum ſuam, & accipiat etiam de arbore vitæ, & comedat, & viuat [42]perpetuo.'Et emiſit eū Dominus Deus[43]ex hortis delicatiſſimis,' ad colendam humum de qua ſumptus fuerat. Expulit itaque hominem, & collocauit[44] à plaga Oriētali hortorū delicatorū cherubim,'& laminā gladij[45] micātē & ſeſe vertētē,' ad cuſtodiēdū[46] iter arboris vitæ. CAP. IIII.

POrrò'Adam[1]cognouit Heuam vxorem ſuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Acquiſiui virum[2]cum Domino.'Rurſúmq; peperit fratrem eius Habel, & fuit Habel paſtor ouiū, Cain vero fuit agricola. ¶[4]Exactis autem aliquot diebus,'factum eſt vt afferret Cain de fructu telluris munus Domino. Sed & Habel adduxit de primogenitis ouium ſuarū, &[5]de adipe illarum:'& [6]reſpexit Domin⁹ ad Habel, & ad mun⁹ eius: Ad Cain vero & ad munus eius nō reſpexit.'Iratus eſt itaque Cain vehementer, & [7]cōcidit vultus eius.'Et dixit Dominus ad Cain,[8]Quare ſucenſus es tu? & quur cōcidit vultus tuus? Nōnne ſi bene egeris, [9]feres? & ſi non bene egeris, ad fores

caneo eius. Mulieri quoque dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ vero dixit, Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis dieb⁹ vitæ tuæ. ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vult⁹ tui veſcēris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Et vocauit Adā nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoque Domin⁹ Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malū. nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emiſit'eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. CAP. IIII.

ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Poſſedi hominem per Deū.' Rurſúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. ¶ Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Domin⁹ ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit: iratúſque eſt Cain vehementer, & cōcidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eū, Quare iratus es? & cur cōcidit facies tua? Nōnne ſi bene egeris, recipies: ſin autē male, ſtatim in forib⁹ peccatū tuū

Mulieris pœna ob pctūm. 1.Corin.14.f.
Adæ pœna. Homo addicitur labori.
D
Heua.
¶ Et emiſit. Eijcitur Adā e paradiſo.
Cain. Abel. ¶ Dominū.
Abel & Cain offerunt munera Domino. heb.11.a.
Cain obiurgatur à Deo.

¶30 Hebr. multiplicando multiplicabo dolorē &c. Repetitio verbi apud Hebræos frequēs, ſignificat certitudinē rei. q.d. Haud dubie augebo. ¶31 vſ, cōcupiſcētia tua. Id eſt, In dolore paries filios: & nec ſic tamē poſt partū refugies cōgreſſum viri tui. Vel, Pendebis à viro tuo ſemper. ¶32 Ad hominem ¶33 i. propter peccatum tuū. Maledictio apud Hebræos ſignificat ſterilitatem: ſicut benedictio copiā & abundantiā. Paulus ad Heb. 6, declarat hanc terræ maledictionem. ¶34 i. in ſumma calamitate & ærumna comedes ex fructib⁹ eius. ¶35 Hebraiſm⁹, pro, Victū parabis tibi cum ſudore. ¶36 vſ. lutum enim es, & in lutum reuertēris. Siue, terra es, & in terram reuertēris. Vox Hebræa HAPHAR, ſignificat puluerem, lutum, humum, terram. ¶37 homo ¶38 Hæc referri debent ad tempus quo hæc ſcripſit Moſes: quare præteritū debet verti per futurū, hoc modo, quòd mater futura eſſet. aut, fuerit. ¶39 ipſi homini ¶40 vſ, quantum ad cognitionem boni & mali attinet. Hæc per ironiam dicuntur: quaſi dicat, Longe aliter res ſe habet, ac putauit homo. Hæc verba dixit Deus antequā induiſſet eos pellibus. ¶41 Vel hic ſubaudiatur, Vos angeli videte, ſiue cauete ne mittat &c. ¶42 Quidā Hebræorum dicit vocem Hebræā LEOLAM, hic ſignificare longum tempus, non perpetuo, ſiue in æternum. q.d. ne forte inijciendo manus in fructum illum, longo viuat tempore in miſerijs & calamitatibus. ¶43 de horto Eden. ¶44 ab Oriente horti Eden cherubim. Id eſt, angelos humanam formam habentes. ¶45 verſatilis. Id eſt, gladium verſatilem. Vel, laminam gladij vtrinque acuti. Sunt qui putant hos angelos non vnum habuiſſe gladium, ſed plures ſtrictos enſes ſplendentes & fulgentes admodum: poſitúmque eſſe ſingulare pro plurali. Solent enſes euaginati & ſplendentes immittere terrorem hominib⁹. ¶46 Id eſt, viam qua itur ad arborem vitæ: nequi poſthac accederent ad hunc fructum, & donarentur immortalitate. IIII. ¶1 homo ipſe ¶2 Rem ſua natura non ſatis honeſtā, honeſto exprimit vocabulo, more Hebræo. ¶3 Id eſt, fauente Domino. Dei dono & munere. Duo iſti filij figura fuerunt duplicis hominis, vnius nati in peccato: alterius renati per Spiritum ſanctū. Cain enim adumbrat hominem ſub peccato conſtitutum, Abel vero hominem liberatum à peccato. ¶4 Id eſt, Poſt aliquot annos. Dies enim pro annis hoc loco accipiuntur. ¶5 Id eſt, de pinguioribus ſiue pinguiſſimis ouibus. Hebraiſmus. ¶6 Hebraiſmus, pro, Abel placuit Domino, & munera eius: Cain autem non placuit ei, neque eius munera. Reſpicit Dominus non tam res externas, quàm internas. id eſt animum donantis, potius quàm dona ipſa. Dicunt ipſum Cain deprehendiſſe oblationem fratris acceptiorem fuiſſe Deo quā ſuam, ex hoc ꝙ ipſe Deus igne de cælo miſſo, conuertit oblationem ipſius Abel fratris ſui in cinerem, non item ſuam. ¶7 Id eſt, cœpit eſſe vultu demiſſo, more triſtium hominum, maxime indignatus eſt, motus inuidia aduerſus fratrem. Deſcribit habitum & geſtum hominis irati. ¶8 Hic Cainū interrogat, vt confeſſionem extorqueat, & ad pœnitentiam inuitet. ¶9 Subaudi, mercedem. Variè hic locus verti poteſt. Nam verbum Hebraicum SEETH, pro quo interpres vertit recipies, ſignificat etiam condonare, ſiue remittere, attollere, & leuare. Quidā igitur vertunt, Nōnne ſi bene egeris, condonabit? Subaudi, tibi Deus peccatū tuum. Alij ſic, Nōnne ſi bene egeris attolles? Subaudi. vultū. i. Nōne incedes recto vultu, viuēſque in gaudio & lætitia? Poſtremo alij hoc pacto. Nōnne ſi bene egeris, exaltatio erit tibi? Quaſi dicat, Tu videris dolere quòd frater tuus ſit elatus & euectus ſupra te: at ſi ſtudueris bene facere, attollēris vt ille. Hebraicæ veritati conuenit magis hæc poſtrema interpretatio.

Occidit Abelem fratrē.
Sapi.10.a. B
matth.13.e.
1.iohan.3.b.
iudæ 1.d.

Maledicitur. Cain.

Deſperat Cain.

C

Henoch.
Irad.
Mauiael.
Mathuſael.
Lamech, & eius vxores.
Ada. Sella D
Iabel. Iubal.
Tubal-cain.

Noema.

Seth.
Enos.
Cultus dei reſtituitur.

adeſit? ſed ſub te erit appetitus eius. & tu dominaberis illius. ¶Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur foras. Cúmq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eū, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cū operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terrā. Dixitque Cain ad Dominū, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniā merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcōdar, & ero vagus & ꝓfugus in terra. omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus. Nequaquā ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplū punietur. Poſuitq; Domin⁹ in Cain ſignū, vt nō iterficeret eū omnis qui inueniſſet eū. Egreſſúſq; Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalē plagā Edē. ¶Cognouit autē Cain vxorē ſuā, quæ cōcepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatē, vocauitque nomē eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores, nomē vni Ada, & nomē alteri Sella. Genuítque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum: & nomen fratris eius Iubal, ipſe fuit pater canētium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema. Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplùm vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties. ¶Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filiū, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini.

⁹peccatū' cubat? & ad te deſyderiū illius: tu dominaberis ei. ¶[10] Et locutus eſt Cain ad Habel fratrē ſuū.' Factúmq; eſt, quū eſſent in agro, inſurrexit Cain aduerſus Habel fratrē ſuū, & occidit eū. Et dixit Domin⁹ ad Cain, Vbi eſt Habel frater tuus? Et dixit [Cain,] Neſcio, [11] nunquid cuſtos fratris mei ego ſum?' Dixit ergo [Dominus,] [12] Quid feciſti?' vox [13] ſāguinis' fratris tui clamat ad me de humo. Nūc itaque [14] execratus tu è terra,' quæ aperuit os ſuum, vt exciperet ſanguinem fratris tui de manu tua. Quum humum excolueris, amplius non dabit tibi' robur ſuum:' vagus & profugus eris in terra. Et dixit Cain ad Dominum, Iniquitas mea maior eſt [16] quàm vt remittatur.' En eieciſti me hodie è terra, & [17] à facie tua abſcōdar, vt ſim vagus' & profugus in terra: fiet itaque vt [18] quicquid' me inuenerit, [19] interficiat' me. Et dixit ad eum Dominus, [20] Propterea quidquid interfecerit Cainum,' ſeptuplo vindicabitur. Et [21] poſuit Dominus ſignum in Cain, ne interficeret eum [22] quidquid inueniret illum.' Egreſſus itaque Cain à facie Domini, habitauit profugus [23] in terra ab Oriente deliciarum.' ¶Et cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Hanoch: extruénſque ciuitatem, vocauit nomen illius ciuitatis iuxta nomen filij ſui Hanoch. Porrò ipſi Hanoch natus eſt Irad. Irad autē genuit Mehuiael, & Mehuiael genuit Methuſael, Methuſael verò genuit Lamech. Et Lamech duxit ſibi duas vxores, nomen vnius erat Ada, & nomen alterius Silla. [24] Genuítque' Ada ipſum Iabal, qui fuit pater eorum qui habitant in tentorijs & [25] peculij.' Nomen verò fratris ſui Iubal, qui fuit [26] pater omnium qui tractant citharam & fides.' Et Silla quoq; [27] genuit' Tubalcain, [28] qui expoliebat quodcunque opificium tum æris tum ferri.' ſoror verò Tubal-cain Naema. Et dixit Lamech ad vxores ſuas Adam & Sillam, Audite vocē meā [29] vxores Lamech,' auſcultate ſermonem meum, [30] quoniam virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meū. [31] Si ſeptuplo vindicabitur Cain, certe Lamech ſeptuagies ſepties. ¶Cognouit autem Adā rurſus vxorem ſuam, & ipſa peperit filium, appellauitque nomen eius Seth, Quia poſuit mihi [inquit] Deus ſemen aliud pro Habel quem interfecit Cain. [32] Et ipſi Seth' natus eſt filius, & vocauit nomen eius Enos: [33] tum cœptum eſt inuocari nomen Domini.

¶9 peccatū. ꝓ, pœna peccati. .i. Punitio i foribus præſto eſt, & te manet, cupitque tibi adhærere. Gallice dicim⁹, Elle ne demāde que de t'empoigner. Verum ſi voles, dominaberis illi pœnæ, effugies pœnam illā: gratia mea ſcilicet. Poteſt extrema particula verti per imperatiuum, hoc pacto, At tu dominare ei .i. vita illā punitionem, emēdādo vitā tuā. ¶10 vl, Narrauitq; Cain Abel fratri ſuo. ſub. omnia quę dixerat ei De⁹. Alij ſic, Allocutus eſt Cain fratrem ſuū Abel: verbis ſcil. et duris, vt inde haberet occaſionē inſurgendi in eū. ¶11 q.d. nū dediſti mihi eū aſſeruandū? ¶12 vl, Quare [hoc] feciſti? ¶13 Per ſanguinem, mortem intelligit. Hic autem rei inanimatæ tribuitur vox. Quaſi dicat, Sanguis fratris tui à te effuſus in terrā, teſtatur te illū occidiſſe. ¶14 vl, maledict⁹ es de terra. Id eſt, ex parte ipſius terræ, ſiue reſpectu ipſius terræ. Hoc eſt, terra quā coles, erit maledicta: quæ iā maledicta eſt propter peccatū primi parentis, iterū propter te maledicetur. Quid autē ſit Terrā maledici, exponit, cū dicit, Cū operatus fueris terram, &c. ¶15 vl, vires ſuas. Id eſt, fructus ſuos: coles eam, & nihil colliges. Hebraiſmus. ¶16 vl, quàm vt condonari mihi poſſit. Sic verterūt L X X. Rectius ſic vertetur, Punitio mea maior eſt, quàm vt eā ferre poſſim. Nam dictio Hebræa vtrunque ſignificat. ¶17 .i. non apparebo poſthac in conſpectu tuo offerens aliquid. ero enim vagus &c. ¶18 quicunque ¶19 Hoc dicit reſpiciens ad tempus futurum: neque enim vlli adhuc erant homines in ea terra: verùm metuebat ſibi à poſteris ſuis. ¶20 Propterea quiſquis interfecerit Cain. Hic ſubſiſtendum, iuxta quorundam opinionem. vt apud Virgilium, Quos ego? ſed motos &c. & ſubaudiendum, grauiſſimas pœnas dabit. ſequatúrque poſtea, ſeptima generatione dabit pœnas. Hoc modo tranſtulit Chaldæus paraph. Rectius ſic vertetur, Imò, aut Profecto quiſquis occiderit Cain, [ſ. te: alloquitur eum in tertia perſona] ſeptuplum punietur. i. dabit pœnas grauiſſimas. accipitur enim numerus certus pro incerto, more Hebræorum. q.d. Septies grauiore pœna punietur, quàm ſi alium quempiam interficeret. Hoc dicit vt eum iubeat eſſe bono animo. ¶21 Id eſt, dedit ei aliquod ſignum, quo iudicaret ei, neminē eū impune interfecturū. ¶22 vllus qui inueniſſet eū. ¶23 In terra Nod, in parte Orientali ipſius Eden. Nod ita dicebatur à perfugio. Aut certe vertendū, ſi fuerit appellatiuū, in terra perfugij. i. in qua erat perfugiū ipſius ꝓfugis. ¶24 Peperitque ¶25 Heb. paſcentis, ſub. gregē. i. hic primus adinuenit artem habitandi in tabernaculis vt paſceret gregē. ¶26 Heb. pater tenētiū citharā & organū. i. inuētor muſices. ¶27 peperit ¶28 Heb. acuētē, vl expolientē oīa opera æris & ferri. i. authorē artis fabrilis. ¶29 He. ꝓ, vxores meæ. Solent Hebræi de ſe loqui in tertia perſona. ¶30 Hic præteritū pro futuro ponitur, & futurū pro præterito īperfecto, vertiq; debet ad hūc modū, Sane hominē interficerē in vulnere meo, etiā adoleſcentē in liuore meo. Hoc eſt. Si à quoquā, etiā viro fortiſſimo, vel ab adoleſcēte qui viribus valet, vulnus acciperē, illū interficerē: valeo enim viribus. Nō eſt igitur quod mihi aut liberis veſtris timeatis, ô vos vxores meæ. Videbat eni vxores ſuas triſtes. ¶31 Sub. Scitote inquā, quod ſeptuplū vindicabitur Cain, at Lamech ſeptuagies ſepties. i. Scitote quòd grauiſſime punietur à Domino ille qui Cain interfecerit: multo autē grauí⁹ qui me. q.d. Si De⁹ affirmauit ſe grauiſſime punitur ū eū q occiderit Cain: multo magis eſt eū puniturus qui me interfecerit, qui neminē occiderim, ſed ne vulnerauerim qdē. Quòd autē hic dicitur, Septuagies ſepties: numer⁹ certus ꝓ incerto ponitur, more Hebræorū. Sic Matt. 18. c, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. ¶32 Sed & ipſi Seth ¶33 .i. tunc cœpit paſſim coli Deus.

¶1 Liber ꝓ enumeratione, Hebraico more. q. d. Iſta eſt enumeratio eorum quos genuit homo: ſiue eorum qui originem habuerunt à primo parēte. Deſcribit hic Moſes catalogum filiorū ipſius Adæ, vt oſtēdat generationē ipſi° Chriſti. neque enim oīm filiorū meminit, ſed eorū tantū à quibus Chriſt° erat deſcenſur°. Deducit ergo generationē ipſius Adā vſq; ad Abrahā, per quē deſcenſur° erat Chriſt°. Matthæus autē deducit ab Abrahā vſq; ad Chriſtū. exiſtimat enī nos Moſen legiſſe, & eā obrē Chriſti originē alti° nō repetit. Itaque vt Deū oſtēderet eſſe veracē in ꝓmiſſis, qui dixerat fore vt ſemē mulieris. i. Chriſt°, cōtereret caput ſerpētis, oſtēdit eorū genealogiā à qb° Chriſtus ſecūdū carnē ventur° erat. ¶2 vl, ipſū Adā. Incertum enim verū hoc loco ſit nomē propriū, an appellatiuū. ¶3 ad ſimilitudinem Dei. Hebraiſm°, ꝓ ad ſimilitudinē ſuā. Antecedēs pro relatiuo. ¶4 Hebraiſm°, ꝓ fœcūdos

## C A P. V.

Hic eſt liber generationū hoīs in die quo creauit Deus hominē, in ſimulachro Dei fecit illū. Marē & fœminā creauit eos: & benedixit illis, vocauitq; nomen illorū adā, in die quo ſunt creati. ¶ Vixit autē Adā cētū triginta annis, genuitq; in ſimulachro ſuo, iuxta imaginē ſuā [filiū,] & vocauit nomen illius Seth. Factique ſunt dies Adā poſtquā genuerat Seth, octingēti anni, & genuit filios & filias. Fuerūt itaque cūcti dies Adā quos vixit, nōgenti anni, & triginta anni, & mortu° eſt. ¶ Et vixit Seth quinq; ānis & cētū annis, & genuit Enos. Et vixit Seth poſtquā genuerat Enos ſeptē annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Factique ſunt cūcti dies Seth duodecim anni, & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶ Enos vixit nonaginta annis, & genuit Kenā. Vixitque Enos poſtquā genuerat Kenan quindecim annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerūntq; cūcti dies Enos quinque anni & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶ Kenan verò vixit ſeptuaginta annis, & genuit Mahalaleel. Vixit deide Kenan poſtquā genuerat Mahalaleel quadraginta annis & octingētis annis, & genuit filios & filias. Fuerūntq; cūcti dies Kenan decem anni & nōgēti anni, & mortu° eſt. ¶ Mahalaleel verò vixit quinq; annis, & ſexaginta annis, & genuit Iared. Vixit quoque Mahalaleel poſtquā Iared genuerat triginta annis & octingentis annis, & genuit filios & filias. Factiq; ſunt cūcti dies Mahalaleel nonagintaquinque anni, & octingēti anni, & mortuus eſt. ¶ Porrò Iared vixit ſexagintaduobus annis & centū annis, & genuit Henoch. Deinde vixit Iared poſtquā genuerat Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerūntq; cūcti dies Iared ſexagintaduo anni & nōgenti anni, & mortuus eſt. ¶ Henoch autē vixit ſexagintaquinque annis, & genuit Mathuſalah. Et [9] ambulauit Henoch cū Deo poſtquam genuit Mathuſalah trecentis annis, & genuit filios atq; filias. Fuerūntq; cūcti dies Henoch ſexagintaquinq; anni & trecēti anni. [10] Et ambulauit Henoch cū Deo, [11] & nō ipſe, quia tulit eū Deus. ¶ Vixit autē Mathuſalah octogintaſeptē annis, & cētū annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſalah poſtquā genuerat ipſe Lamech octogintaduob° annis, & ſeptingentis annis, & genuit filios & filias. Et fuerūt cūcti dies Mathuſalah nouē & ſexaginta āni atq; nōgēti anni, & mortu° eſt. ¶ Lamech verò vixit octogintaduobus annis & centū annis, & genuit filiū. Appellauitque nomē eius Noah, dicens, Iſte [12] cōſolabitur nos ab opere noſtro, & à dolore manuū noſtrarum de terra, cui maledixit Domin°. Et vixit Lamech poſtquā ipſe genuerat Noah, nonagintaquinq; annis, & quingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerūntq; cuncti dies Lamech ſeptuaginta ſeptem anni, & ſeptingenti anni, & mortuus eſt. Noah vero fuit natus annos quingentos, & genuit ipſe Noah Sem. Ham & Iapheth.

## C A P. V.

Hic eſt liber generatiōis Adā. In die quā creauit De° hoīem, ad ſimilitudinē Dei fecit illū. Maſculū & fœminā creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomē eorū adā, in die quo creati ſunt. ¶ Vixit autē Adā cētū triginta annis: & genuit filiū ad imaginē & ſimilitudinē ſuā, vocauitq; nomē ei° Seth. Et facti ſunt dies Adā poſtquā genuit Seth, octingēti āni: genuitq; filios & filias. Et factū eſt omne tēpus quod vixit Adā, anni nōgēti triginta, & mortu° eſt. ¶ Vixit quoque Seth cētū quinq; annis, & genuit Enos. Vixitque Seth poſtquā genuit Enos, octingētis ſeptē ānis, genuitq; filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Seth nōgētorū duodecim ānorū, & mortu° eſt. ¶ Vixit verò Enos nonaginta ānis, & genuit Cainā. Poſt cui° ortū vixit octingētis quindecim ānis, & genuit filios & filias. Factiq; ſunt oēs dies Enos nōgēti quinq; anni, & mortuus eſt. ¶ Vixit quoque Cainā ſeptuaginta ānis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquā genuit Malaleel, octingentis quadraginta ānis, genuitq; filios & filias. Et facti ſūt oēs dies Caināi nōgēti decē āni, & mortu° eſt. ¶ Vixit autē Malaleel ſexagintaquinq; annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquā genuit Iared, octingētis triginta ānis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Malaleel octingenti nonaginta quinq; anni, & mortuus eſt. ¶ Vixitque Iared cētū ſexagintaduob° annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared poſtquā genuit Henoch octingētis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Iared nōgēti ſexagintaduo anni, & mortu° eſt. ¶ Porrò Henoch vixit ſexagitaquinque annis, & genuit Mathuſalā. Et ambulauit Henoch cū Deo: & vixit Henoch poſtquā genuit Mathuſalā, trecētis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecēti ſexagintaquinq; anni. ābulauitque cū Deo, & nō apparuit: quia tulit eū Deus. ¶ Vixit quoq; Mathuſala cētū octogintaſeptē annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala poſtquā genuit Lamech, ſeptingentis octogintaduobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt oēs dies Mathuſalæ nōgēti ſexagintanouē anni, & mortuus eſt. ¶ Vixit autē Lamech cētū octogintaduobus annis, & genuit filiū: vocauitq; nomē ei° Noe, dicēs, Iſte cōſolabitur nos ab operib° & laboribus manuū noſtrarū in terra cui maledixit Domin°. Vixitque Lamech poſtquā genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingēti ſeptuagintaſeptem anni, & mortu° eſt. Noe verò cū quingētorū eſſet annorū, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Repetit creatōionem hoīs. Sap. 1. d. eccli 17. a. 1. ad. Io. 9. a.
Homines.
Adæ ætas. 1. paral. 1. a.
Seth.
B
Enos.
Cainan.
Malaleel.
C
Iared.
Henoch. eccli 44. c. he. 11. a.
Mathuſala.
D
Lamech.
Noe.
Filij Noe.
Cauſa diluuij.

## C. VI.

Cvmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terrā, & filias procreaſſēt, vidētes filij Dei filias hominū quòd eſſent pulchræ, acceperūt ſibi vxores ex oibus quas elegerant. Dixitque Dominus,

## C A P. VI.

Et factum eſt, quū cœpiſſent homines multiplicari ſup terrā, nataq; eſſent illis filiæ: viderūt [1] filij Dei [2] filias hominū, quòd elegātes eſſēt, & duxerūt ſibi vxores ex oib° quas elegerāt. Dixitq; Domi

reddidit eos, dādo illis vim ꝓcreādi liberos ipſis ſimiles: vt ſubdit, Genuit ad imaginē & ſimilitudinē ſuā. ¶5 hoiem. Tā marē quàm fœminā, vocauit hoiem. ¶6 ſub. filiū. ¶7 ad ſimilitudinem ſuā [.i. rationalē] & ad ſimilitudinē Dei. Ad ſimilitudinē enim Dei creat° fuit Adam: igitur ipſe Adā genuit filios ad ſimilitudinem Dei, hoc eſt, præditos aīa rationali. ¶8 .i. multos alios genuit, quorū nō meminit Scriptura, quia ab illis Chriſt° originē nō traxit. ¶9 Heb. ꝓ. Rectè inculpatēq; vixit, & diuinā vitā egit. q. d. Iſte nō eſt Henoch fili° Cain, ſed eſt Henoch, q deſcēdit ab Adā ꝑ Seth vir ſanctiſſimus. ¶10 Repetitio eſt. q. d. Ambulauit inquam cū Deo. i. diuinam vitam egit. ¶11 & eſſe deſijt: quia rapuit eū De°. i. nuſquā cōparuit: quia ſuſtulit eū de medio Domin°. Vide vndecimū caput ad Hebræos. ¶12 vl, ceſſare [aut quieſcere] nos faciet ab opere noſtro, & dolore manuū noſtrarū ex parte terræ. i. requiē dabit nobis à laborib° & moleſtijs quas ſubim° ꝓpter agriculturā. Hoc videt dicere ꝓpterea quòd iſte Seth inuētor fuit inſtrumētorū agriculturæ. VI. ¶1 filii magnatū, vel principū ac potētū. vt vertit Chaldæus paraph. Alij, filios Dei, hoies Deū agnoſcētes interpretātur. i. filios Seth. Non tātū hic taxat libido, ſed etiā impietas & religio eorū qui defecerāt a morib° patrū, qui præponebāt pulchritudinem corporis pulchritudini animi. ¶2 vl, filias hois. i. filias Cain & poſteritatis eius. Aut, filias hominum. i. plebeiorum, mulieres à religione abhorrentes.

tio anni ad cõuerſionem dati.

Gigantes.

Cordis hois malitia irritat Deũ. j.8.d matth.v.b.

Pœnitet Deũ hoiem feciſſe

Noe iuſti generationes. eccli 44.c.

Prædicit De° diluuiũ ipſi Noe.

Forma arcæ.

Qui arcã ingredi debebant.

Nõ pmanebit ſpirit° me° in hoīe in æternũ, quia caro eſt: erúntq; dies illius cẽtũ viginti annorũ. ¶ Gigãtes autẽ erãt ſup terrã in dieb° illis. poſtquã enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominũ, illæq; genuerũt, iſti ſunt potẽtes à ſeculo viri famoſi. Vidẽs autem Dominus quòd multa malitia

B hominũ eſſet in terra, & cũcta cogitatio cordis intẽta eſſet ad malũ omni tẽpore, pœnituit eum quòd hoiem feciſſet in terra. Et præcauẽs in futurũ, & tact° dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominẽ quẽ creaui, à facie terræ, ab homine vſq; ad animãtia, à reptili vſq; ad volucres cæli: pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiã corã Domino. ¶ Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atq; perfect° fuit in generationibus ſuis, cũ Deo ãbulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autem

C terra corã Deo, & repleta eſt iniquitate. Cúmque vidiſſet De° terrã eſſe corruptã (omnis quippe caro corruperat viã ſuã ſup terrã) dixit ad Noe. Finis vniuerſæ carnis venit corã me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdã eos cũ terra. Fac tibi arcã de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſec° & extrinſec°. Et ſic facies eã. Trecẽtorũ cubitorũ erit lõgitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorũ altitudo illi°. Feneſtrã in arca facies, & in cubito cõſũmabis ſũmitatẽ eius: oſtiũ autẽ arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam aquas di-

D luuij ſup terrã, vt interficiã omnẽ carnẽ in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælũ, & vniuerſa quæ in terra ſunt, cõſumentur. Ponámq; fœdus meũ tecum: & ingredieris arcã tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorũ tecũ. Et ex cũctis animãtib° vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuãt tecum: maſculini ſexus & fœminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecũdũ gen° ſuum:

nus, 'Nõ cõtendet ſpiritus meus perpetuò cũ homine, 'eo quòd [2] caro' eſt, erúntq; [4] dies illius' cẽtũ & viginti ãni. ¶ [5] Fuerũt verò in dieb° illis Nephilim in terra: & etiam poſteaqu i filij Dei ad filias hominũ veniſſent, & illæ genuiſſent eis, [6] iſti ſſacti ſunt] robuſti à ſeculo, viri celebres. 'Vidẽs autẽ Dominus quòd multa eſſet malitia hominum in terra: & [quòd] omne '[7] figmentũ' cogitationũ cordis [8] humani dũtaxat malũ eſſet, idque omni tẽpore. pœnituit Dominũ quòd feciſſet hoiem in terra, & cõtriſtauit ſeſe in corde ſuo. Et [9] dixit 'Dominus, Delebo hominẽ quẽ creaui, à ſuperficie terræ, tã homines quàm iumẽta, tam reptilia quàm volatilia cæli. pœnitet eni me quòd fecerim eos. Noah autẽ [10] nactus eſt gratiã in oculis Domini. ¶ [11] Iſtæ ſũt generatiões Noah. 'Noah vir fuit iuſt° & integer [12] ſuo ſeculo, [13] cũ Deo ãbulauit Noah.' Genuitq; Noah tres filios, Sem, Ham, & Iaphet. [14] Corrupta autem erat terra corã Deo, & impleta violẽtia. 'Et [15] vidit Deus terrã, & ecce corrupta erat: 'nã omnis [16] caro corruperat viã ſuã ſuper terrã. [17] Dixit' itaque De° ad Noah, [18] Finis vniuerſæ carnis venit corã me: 'nã repleta eſt terra [+] violentia [19] corã illis, '& ecce, ego perdã eos [20] cũ ipſa terra. 'Fac tibi arcã de lignis [21] gopher, [22] in manſiones interſtingues arcã, '& bituminabis eã intus & extra [23] bitumine.' Et hoc [modo] facies eã, trecẽtorũ cubitorũ erit lõgitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo eius, & triginta cubitorũ altitudo eius. Feneſtrã facies arcæ, & [24] ad cubitũ eam ſuperne cõſummabis: ' oſtiũ verò arcæ in latere eius pones: [25] infimis, ſecundarijs, & tertiarijs [interſtitiis] facies eã. [26] Et ecce ego, ego [inquam] 'adduco [27] defluxũ 'aquarũ ſup terrã, ad perdẽdũ oẽm carnẽ i qua eſt ſpiritus vitalis [28] ſub cælis: 'qdquid eſt in terra expirabit. [29] Et cõfirmabo fœdus' meũ tecũ, veniẽſq; in arcã tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorũ tuorũ tecũ. Et ex omni animãti, omniq; carne, bina de ſingulis itroduces in arcã, [30] vt viua ſeruẽtur tecũ: 'mas autẽ & fœmina [31] erũt. 'De volucre quoq; iuxta ſpeciẽ ſuã, & de iumẽto iuxta ſpeciẽ ſuã, & [32] de oi reptili terræ 'iuxta ſpeciẽ ſuã,

¶ 1 vl, Nõ diſceptabit ſpũs me° cũ hoie in æternum. q.d. Non poſſum diutius ferre nequitiã hominis & cõtemaciã. Alij intelligũt, Nõ diſceptabit ſpiritus meus cum hoie. vl, pro homine. q.d. Quid nã factur° ſim de hoie, nõ diu diſceptabo, debeámne eũ punire, néc ne. quaſi Deus ſecũ loquens, dicat, Tandẽ decernã quid nã factur° ſim de homie: quia tot° deditus eſt voluptatibus, iamiã puniã: neque longius tẽpus dabo ei ad reſipiſcendũ, quã m C X X annos. Alij vertũt, Nõ permanebit ſpirit° meus in homine tanquam in vagina perpetuo. Si Latine dici poſſet, vaginabit. Hoc eſt, nõ diu viuet homo. Tũc ſpiritũ ſuũ vocat, quẽ dedit homini. Prior iterpretatio doctiorib° magis placet. ¶ [2] .i. carnalis, voluptatib° carnalibus deditus. ¶ 4 .i. tẽpus quo reſipiſcere poterit homo. Non de tẽpore vitæ hominis, ſed de tẽpore dato homini ad reſipiſcendũ loquitur. ¶ 5 Gigãtes autẽ fuerãt ſuper terrã in dieb° illis, & etiã poſtea quãdo ingreſſi ſunt filij magnatũ ad filias hominũ, & illæ pepererũt illis. i. In diebus Cain & Henoch fuerant gigantes, & etiam poſtea fuerunt, quãdo filij principũ cõgreſſi ſunt cũ filiabus plebeiorũ, & illæ filiæ pepererũt illis filios. ¶ 6 Verba ſunt Moſis, Iſti, erant fortes illi heroes qui à ſeculo fuerunt, viri nominis. i. de quibus tanta fuit fama. ¶ 7 vl, imaginatio ¶ 8 eorum ¶ 9 .i. cogitauit apud ſe. Quidã ſubaudiũt angelis: Dixit angelis. aut vt alij volunt, ipſi Noe. ¶ 10 .i. gratus fuit Deo. ¶ 11 Verti etiã poteſt, Hæc ſunt quæ acciderũt tẽporibus Noe. i. Iſta eſt hiſtoria de Noe: quẽ iuſtũ fuiſſe per fidem, pronũtiat Paulus ad Hebræos cap. 11, quòd Deo prædicenti diluuium credidiſſet. Eundẽ vocat Petrus iuſtitiæ præconẽ. 2. Pet. 2. a. ¶ 12 Heb. in generatiõib° ſuis. i. inter homines ſui ſeculi, cũ quibus vixit. q.d. Licet Noe viueret iter hoies impios, vixit tamen inculpate corã Deo. ¶ 13 Hoc eſt, diuinã vitã egit: timuit Deũ, neq; ab eo defecit. ¶ 14 vl, Iã verò corrupta erat terra coram Deo, & repleta erat fraude. Vel, inuidia, aut dolo. hæc oĩa ſignificat vox Hebræa. Terra ꝓ hominib°, terræ incolis accipitur per metonymiam: qui non ſapiebant quæ cæleſtia erant, ſed quæ terrena. i. Ante hæc tẽpora iam cœperant homines flagitioſiſſime viuere, vidẽte ac ſciente Deo cũ cõtẽptu ipſius Dei. q.d. Iam erat maxim° cõtẽptus Dei. ¶ 15 vl, cõſyderauit De° hoies, & ecce erant corrupti. Terram vocat hoies, ꝙ terrena tãtũ, nõ cæleſtia ſaperẽt. ¶ 16 Carnẽ vocat hoies qui ſuam viuẽdi rationem corruperant, carnis opera facientes, non ſpiritus. ¶ 17 .i. Reuelauit. Solet enim reuelare ſanctis ſuis quæ facturus eſt Deus. ¶ 18 .i. Statutũ eſt apud me, delere oĩa viuẽtia terræ. Hebraiſmus. ¶ [+] vl, iniuria, rapina, fraude, calũnia. Hæc omnia ſignificat vox Hebræa. ¶ 19 Hebraiſmus. i. per eos, opera ipſorum. q.d. Ipſi repleuerũt terrã rapinis & calũnijs. ¶ 20 .i. cum ornatu totius terræ, cũ arboribus & plantis. Quidã Hebræorũ vertũt, de terra. ¶ 21 genus vnũ eſt ex quatuor ſpecieb° abietis, cedrũ eſſe dicit Chaldæus paraphr. Alij dicunt eſſe lignũ leuiſſimũ, & ad fluitandũ ſuper aquam aptiſſimũ, quod nũquam putreſcit. ¶ 22 Heb. nidos facies arcã. ꝓ. facies nidos in arca. hoc eſt, multas facies in ea mãſiones & domũculas. ¶ 23 Vocẽ Hebræam ſignificare gen° luti nõnulli dicũt: al.ĩ picẽ iterpretantur. Alij dicũt in Armenia bitumẽ eſſe vice picis. ¶ 24 in cubito finies illã deſuper. .i. in ſũmo & cacumine arcæ facies feneſtrã, quæ habeat cubiti longitudinẽ. Latitudinẽ feneſtræ nõ deſcribit Moſes, quã minimã eſſe oportuit. quidã colligũt ex lõgitudine, latitudinẽ fuiſſe ſextæ partis vni° cubiti. ¶ 25 Heb. inferiora, & ſecunda, & tertia facies eam. i. in ea. Latine ſic, Tria tabulata facies in ea: infima, media, ſuprema. ¶ 26 Heb. Et ego ecce. i. Ego verò, Vel, Quod verò ad me attinet. ¶ 27 diluuiũ, diluuiũ inquam. Repeti enim debet vox [diluuium.] ¶ 28 ſub. ad perdendum inquam de ſub cælis. q.d. perdam omnia aĩalia terreſtria. ¶ 29 Statuam tamen fœdus &c. i. efficiam vt pactum quod pepigi tecum, ſit firmum & ratum. q.d. conſeruabo te cũ tota familia tua. Ex hoc intelligimus Deũ illi promiſiſſe ꝙ non moreretur: quod tamen non refertur à Moſe. ¶ 30 Heb. vt viuifices tecum. ¶ 31 ſub. in ea arca. ¶ 32 .i. ex oibus ingredientibus ſuper terram. ¶ 33 Heb. venient ad te, vt viuifices illa. i. vt ſerues vitam illorum tecum. q.d. Tam varia, & præſertim ſyluestria animalia non venatione ex deſertis & inſulis colliges, ſed illa, propria ſponte, imò iuſſu meo ad te venient, vt conſeruentur.

Poſtrem° iſte numerus reſpõdet prio verſui ſequẽtis paginæ.

¶1 te enim deprehendi ¶2.i.inter homines huiꝰ tẽporis infideles & peſſimos, qui noluerũt mihi credere prædicẽti diluuiũ, & reſipiſcere. ¶3 Quidã exiſtimãt Deũ reuelaſſe Noe quæ- nã eſſet mũda, aut imũda animalia: mũda ea q̃ vltro venirẽt ſeptena: quæ verò bina, ea eſſe imunda. Ex ſeptenis, tres mares, & tres fœminæ erãt ad cõſeruationem ſpeciei: ſeptimũ verò vt ſacrificaretur poſt diluuiũ. Alij, per occupationẽ dictum volunt. ¶4 Heb. vt viuificẽt ſemẽ.i. vt cõſerues in vita ſeminariũ oim̃ illorũ aialium. ¶5 vł, Quia ſeptimo abhinc die. Iſtud refertur ad illud quod præceſſit, Ingredere: quia &c. ¶6.i. omnia aialia. ¶7 Hebr. filius erat ſexcẽtorũ annorũ. ¶8 diluuiũ aquarũ factũ eſt, [factũ eſt inquã diluuiũ aquarũ] ſup terrã. Repeti enim debet vox [diluuiũ.] ¶9.i. Appropiquauit arcæ, cũ videret futurũ propediẽ diluuiũ. ni eo die non eſt ingreſſus, ſed diſtulit vſque ad diẽ decimãſeptimã. poſtea dicet, eo ipſo die &c.

bina ex oĩbus venient ad te, vt cõſeruentur. Et tu tolle tecũ ex omni cibo qui comeditur, & collige ad te, vt ſit tibi & illis in eſcã. Quod fecit Noah: iuxta oĩa quæ præcepit ei Deus ſic fecit. VII.

Dixitque Dominus ad Noah, Ingredere tu & omnis domus tua in arcã: [1]quia vidi te [2]iuſtũ corã me in generatione iſta. [3]Ex omni iumento [3]mũdo accipies tibi ſeptena, marẽ & fœmellam eius: de iumẽto verò immũdo bina, marẽ & fœmellã eius. De volucre quoq; cæli ſeptena, marẽ & fœminã, [4]ad ſeruãdũ ſemẽ ſup vniuerſã terrã. [5]Quoniã intra ſeptẽ adhuc dies ego pluã ſup terrã quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo ẽ terra [6]oẽm ſubſtãtiã quã feci. ¶Fecit itaque Noah iuxta omnia quæ præceperat illi Deꝰ. Noah autẽ [7]natꝰ erat ſexcẽtos ãnos, quãdo [8]deflu xus aquarũ factꝰ eſt ſup terrã. [9]Venit itaq; Noah & filij eiꝰ, vxor eiꝰ & vxores filiorũ ſuorũ cũ eo, ad arcã, ꝓpter aquas diluuij. De iumẽto mũdo, & de iumẽto imũdo, & de volucre, & de oĩ eo quod [10]reptat ſup terrã. Bina [11]venerũt ad Noah in arcã, mas & fœmina, quẽadmodũ Deꝰ mãdauerat ipſi Noah. [12]Et factũ eſt [poſt] ſeptẽ dies, venerũt aquæ diluuij ſup terrã. ¶In ãno ſexcẽteſimo vitæ Noah, mẽſe ſecũdo, [13]decimoſeptimo die mẽſis, eodẽ ſcilicet die, rupti ſunt oẽs fõtes [14]abyſſi magnæ, & feneſtræ cæli apertæ ſunt. Et fuit pluuia ſup terrã quadraginta dies & quadraginta noctes. [15]Ipſo eodẽ die [16]ingreſſus eſt Noah, Sem, Hã, & Iapheth filij Noah, & vxor Noah, tréſq; vxores filiorũ eiꝰ cũ eis in arcã. [17]ipſi, & omne aiãl iuxta ſpeciẽ ſuã, & omne iumentũ iuxta ſpeciẽ ſuã, omnéq; reptile quod reptat ſup terrã iuxta ſpeciẽ ſuã, & omne volatile iuxta ſpeciẽ ſuã, omne deniq; volatile, omnéq; pẽnatũ. [18]Venerúntq; ad Noah in arcã bina ex omni carne in qua fuit ſpiritus vitalis. [19]Et ingredientes mas & fœmina ex omni carne venerũt, quẽadmodũ ꝓceperat illi Deꝰ, & [20]clauſit Dominus [21]poſt eũ. Stagnauitq; diluuiũ quadraginta [22]dies ſuper terrã, & auctæ ſunt aquæ, ſuſtulerũtq; arcã, ita vt eleuaretur ſupra terrã. [23]Inualuerũt itaq; aquæ, auctæq; ſunt vehemẽter ſuper terram ipſam, inceſſitque arca ſuper aquas. Inualuerunt autem aquæ ſupra modum in terra, opertique ſunt omnes montes excelſi, qui fuerunt ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis inualuerunt aquæ ſuperne, ita vt operirẽtur mõtes. [24]Et expirauit omnis caro quæ reptabat ſuper terram, [25]volucrũ, iumẽtorum, beſtiarũ, omniúmq; reptiliũ quæ repũt ſuper terram: vniuerſi denique homines. Et quidquid erat in cuiꝰ naribus ſpirabat flatus vitæ, de omnibus quæ in ſicco [degebant] [26]mortua ſunt. Deletúmq; eſt omne quod ſubſiſtebat, quódq; erat in ſuperficie humi tã homines quàm iumenta, reptilia, volucres deniq; cæli: deleti inquã ſunt de terra, ita vt

bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibꝰ eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in eſcam. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus. CAP. VII.

Dixitque Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. Ex omnibꝰ animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de animãtibus verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam. Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnẽ ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ. ¶Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei Dominus. Erátque ſexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerũt ſuper terram. Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribꝰ, & ex omni quod mouetur ſuper terram, Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat Dominus Noe. Cúmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram. ¶Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij eiꝰ: & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipſi & omne animal ſecundũ genus ſuũ, vniuerſaq; iumẽta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctũmque volatile ſecundũ genus ſuũ, vniuerſæ aues, omnéſq; volucres ingreſſæ ſunt ad Noe in arcã, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculꝰ & fœmina ex omni carne introierũt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eũ Dominus deforis. Factúmq; eſt diluuiũ quadraginta diebꝰ ſuper terrã: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes mõtes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat. Cõſumptáque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarũ, omniúmque reptilium quæ reptant ſuper terrã. Vniuerſi homines & cũcta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. Et deleuit Deus omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres

Præcipitur Noe arcam igredi. 1. pet. 2. b.
Iuſtus Noe.
D
Noe arcã ingrediẽ. matt. 24. d. luc. 17. f 1. pet. 3. d.
¶ Deus
Diluuij inũdatio.
C
Qui cũ Noe ingreſſi.
¶ tres
Aquæ diluuij quàm magnæ.
D
Sapien. 10. a. eccli 39. c.

¶10 ſiue, graditur. aut, incedit ¶11 ſua ſpõte ſcilicet, & vltro. ¶12 Et factũ eſt ſeptimo die.i. cũ illuxiſſet dies ſeptimꝰ. Chald. paraph. Factũ eſt autẽ poſt tẽpus ſeptẽ dierũ. ¶13 Hebraiſmꝰ, ꝓ decioſeptimo die eiuſdẽ. Quidã dicũt hũc ſecũdũ mẽſẽ fuiſſe Aprilẽ, alij Septẽbrẽ, alij Octobrẽ: quia diuerſæ ſunt opiniones de principio anni. ¶14 Per abyſſum intellige imenſam illã & ꝓfundã aquarũ copiã quæ eſt ſubter terrã. Fontes autẽ abyſſi, ſunt abyſſi ſcaturigines. Cataractæ cæli, ſiue feneſtræ apertæ.i. nubes. q.d. Mare inundauit, & aquæ in terra multiplicatæ ſunt ſupra modũ: erũpebãt enim vndique: prætereà nubes cito cõdenſatæ ſunt, & verſæ in magnã vim aquarũ: deſcenditq; pluuia magno ipetu, velut feneſtris cæli apertis. ¶15 Heb. In ſubſtantia ipſius diei.i. In illo ipſo die, nempe decimoſeptimo. ¶16 vel melius per præteritũ plus quàm perfectũ, iam ingreſſus fuerat. ¶17 Subaudiendum verbum aliquod. Ipſi igitur ingreſſi erant &c. Niſi coniungas ſequenti verſui, Venerunt ad Noe. tunc V A V coniunctio Hebraica, non erit vertenda. ¶18 Si iungatur hic verſus præcedenti, V A V coniunctio Hebraica non erit vertenda. Si autem non iungatur, vertẽdum, Venerunt itaque ¶19 Quæ ingreſſa ſunt: mas ¶20 Sub. oſtium. ¶21 vł, ſuper eum. Quidam vertunt, Clauſit Dominus pro eo. neque enim poterat ipſe Noe extrinſecus claudere. ¶22 Diem naturalem intelligit: propterea nõ meminit noctis. ¶23 vł, Fortes fuerũt. videlicet ſua fortitudine arbores eradicantes, & fortiſſima ædificia deijcientes. ¶24 Iam verò interierat ¶25 vł, in omni genere volucrum, ¶26 iam interierant.

cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autẽ ſolus Noe & qui cũ eo erãt, in arca. Obtinuerũtq; aquę terram centum quinquaginta diebus.

C A P. V I I I.

Imminuunt aquę diluuij.
¶ Deus

RԐcordatus autem Dominus Noe, cũctorúmque animãtium & omnium iumentorũ quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritũ ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitę ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæq; ſunt aquæ de terra euntes & redeũtes: & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies. ¶ Requieuitque arca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper mõtes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebãt vſque ad decimũ menſem: decimo enim menſe, prima die menſis apparuerũt cacumina mõtiũ.

Arca ſuper montes requieſcit.

B Emittitur coruus.
August. lib. 15. c. 19.

Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtrã arcæ quã fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terrã. Emiſit quoque colũbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum nõ inueniſſet vbi requieſceret pes ei[us], reuerſa eſt ad eum in arcã: (aquæ enim erant ſuper vniuerſam terrã:) extẽditque manum ſuã, & apprehẽſam intulit in arcam.

Emittit Noe columbam.

Expectatis autẽ vltrà ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eũ ad veſperam, portãs ramum oliuæ virẽtibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe q ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

Rurſus eam emittit.

C Expectauitque nihilominus ſeptẽ alios dies: & emiſit columbã, quę nõ eſt reuerſa vltrà ad eũ. ¶ Igitur ſexcẽteſimo primo anno, primo menſe, prima die mẽſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terrã: & aperiens Noe tectum arcæ aſpexit, viditque quòd exiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo die menſis areſacta eſt terra.

Siccant aquę.

Præcipitur Noe egredi arca.
August. lib. 15. c. 27.
¶ Deus

¶ Locut[us] eſt autem Dominus ad Noe, dicẽs, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorũ tuorũ tecũ. Cuncta animãtia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quam in beſtijs & vniuerſis reptilibus quæ reptãt ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite & multiplicamini ſuper eã.

D
S. 1. c. d. & 9. a.
Egreditur.

Egreſſus eſt ergo Noe & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorũ eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram ſecũdum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. ¶ Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratúſque eſt Dominus odorẽ ſuauitatis, & ait ad eum, Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: nõ igitur vltra percutiam omnem animam viuẽtem ſicut feci. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.

Offert holocauſtum Deo acceptum.

Diluuiũ non vltrà futurũ.
Cor hois malum. S. 6. a. Matth. 15. b.

C A P. I X.

BԐnedixitque De[us] Noe & filijs ei[us]. Et dixit ad eos, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram:

Confirmatio coniugij. S. 1. c. 1. c.
Homini oia ſubiecta.

ſolus Noah ſuperſtes maneret, & quæ cũ eo erãt in arca. Auctæ ſunt itaque aquæ ſuper terram centum quinquaginta diebus.

C A P. V I I I.

ET [1] recordatus eſt Deus ipſius Noah, cunctorũmq; animãtium, & omnium iumentorum quæ erãt cum eo in arca, & [2] adduxit Deus vẽtum ſuper terram, & [3] remiſerunt aquæ. Et obſtructi ſunt fontes abyſſi, atque [4] feneſtræ cæli, & cohibita eſt pluuia de cælo. Et reuerſæ ſũt aquæ de terra, [5] magis magiſque decreſcẽtes, imminutæque ſunt aquæ poſt cẽtũ quinquaginta dies. ¶ Septimo vero menſe, decimaſeptima [6] menſis reſedit arca ſuper mõtes [7] Ararat. Et aquæ quidẽ magis magiſq; decreſcebant vſq; ad decimum mẽſem. decimo enim mẽſe, prima [die] [6] menſis viſa ſunt cacumina mõtium. Factum eſt autẽ poſt quadraginta dies, vt Noah aperta feneſtra arcæ quã fecerat, coruũ emitteret: qui egreſſus [8] vltro citróq; volitabat, donec ſiccarẽtur aquæ ſuper terram. Emiſit quoque colũbam à ſe, vt videret ſi imminutæ eſſent aquæ à ſuperficie humi: at columba non inueniens quo pedẽ reponeret, reuerſa eſt ad eum in arcã: [9] erant enim aquæ in ſuperficie vniuerſæ terrę. ille vero exerta manu recepit eã, introduxitque eã ad ſe in arcam. Porrò quũ expectaſſet adhuc alios ſeptẽ dies, rurſus emiſit columbã ex arca: quæ veniens ad eum ſub veſperam, folium oleæ decerptũ in ore ſuo [geſtabat.] cognouit ergo Noah quòd aquæ imminutæ eſſent ſuper terrã. Expectatis autem adhuc ſeptẽ diebus alijs, rurſum emiſit columbã, quæ vltra non eſt reuerſa ad eũ. ¶ Factũmq; eſt ſexcenteſimo primo anno, [menſe] primo, eiuſdẽmq; primo [die] exiccatæ ſunt aquæ de terra: amouitque Noah operculũ arcæ, & proſpexit, & ecce ſuperficies terræ erat ſiccata. Porrò in menſe ſecundo, vigeſimoſeptimo die menſis, areſacta eſt terra. ¶ Loquutus eſt autem Dominus ad Noah, dicẽs, Egredere ex arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ tecum ſunt, ex omni carne, tam in volatili, quàm in iumẽto, tum etiam omni reptili quod reptat ſuper terram, educ tecũ, vt repant [10] in terra, fructũ edant atq; augeſcãt. Egreſſus eſt itaque Noah, & filij eius, & vxor ei[us], vxores deniq; filiorum eius cũ eo: ſed & omnia animãtia, & reptilia, deniq; & volatilia omnia, imò quidquid repit ſuper terram, egreſſa inquam ſunt ex arca [11] iuxta familias ſuas. ¶ Ædificauit autem Noah aram Domino, & accepit ex omni pecore mũdo, & ex omni volucre mundo, & obtulit holocauſta ſuper aram. [12] Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuaueolentem. Et dixit Dominus [13] ad cor ſuum, Poſthac non amplius execrabor terram [14] propter hominem. [15] figmentum enim humani cordis malũ eſt ab adoleſcẽtia ſua: neq; percutiã vltra omne viuens quẽadmodũ feci. [16] Adhuc [ſerũt] omnes dies terræ, ſemẽtis & meſſis, frig[us] & æſtus, æſtas & hyẽs: dies & nox [17] nõ ceſſabũt.

I X.

ET [1] benedixit Deus Noah & filijs eius, dixitq; ad eos, Fructũ ferte, & multi fiatis, [2] replet&q; terram. Pauor & tremor veſter [3] erit ſuper omne animans terræ, & ſuper omne volatile cæli: [4] quidquid mouetur aut repit in terra, quidquid

¶ 1 Recordatus eſt autem &c. Recordari noſtri dicitur De[us] quando à periculis nos eripit. Per Noe, intelligimus etiã alios & omnia quæ erant cum Noe. Hinc etiã diſcimus Deum ſeruare animalia propter hominem iuſtũ. ¶ 2 Heb. tranſire fecit De[us] ventũ ſuper terrã, & ſedatæ &c. Venti enim ſiccare ſolent. ¶ 3 vel, quieuerũt. aut, ſedatæ ſunt ¶ 4. i. nubes deſierunt immittere pluuiam tanto impetu. ¶ 5 Heb. euntes & redeuntes. i. ſubinde incipientes decreſcere. ¶ 6 ſub. eiuſdem. ¶ 7 Armeniã fere omnes exponunt. ¶ 8 Heb. ibat, & reuertebatur. ¶ 9 ſub. adhuc. ¶ 10 vel, & gignant in terra, & creſcant, (vel, fructificent,) & multiplicẽtur. Poteſt etiã verti per futurum, & propagabunt genus ſuum, & creſcẽt, & multiplicabuntur. Rectius tamen per imperatiuum. ¶ 11. i. ex omni ſpecie animalium, ita vt mare ſuum fœmina ſequeretur. ¶ 12 hoc eſt, Gratum habuit ſacrificium Noe. Sacra ſcriptura loquitur de Deo, humano more, propter nos. Chaldæus paraphraſtes, Et ſuſcepit Domin[us] cum beneplacito oblationem eius. Verti poteſt, odorẽ quietis. i. quieſcere facientis iram Dei. ¶ 13 in corde ſuo. i. decreuit Dominus apud ſe hunc in modũ, Nequaquã &c. ¶ 14. i. propter peccata hominum, ait Chaldæus paraph. ¶ 15. i. cogitatio. ¶ 16 Heb. Adhuc cunctis diebus terræ. i. quandiu terra erit. ¶ 17 vt ſcilicet defecerunt tempore diluuii. I X. ¶ 1. i. beneficium fœcũditatis impertijt Noe & toti familiæ eius. Benedictio pro fœcũditate, vt maledictio pro ſterilitate. Deo referri debet accepta fœcũditas: ipſe enim eſt qui dat prolem. ¶ 2 ſub. prole veſtra. ¶ 3 ſit. i. Volo vos inijcere terrorẽ oibus animalibus, quãtũcũque imanibus, volo vobis omnia aialia ſubiecta eſſe. ¶ 4 Heb. & in oibus quæ calcit terrã, & in omnibus piſcib[us] maris: manui veſtræ traditi ſunt. Ante poſtremã clauſulã, ſubaudiendũ [nam] vt hic ſit ſenſus, Terror veſter ſit omnibus animalibus quæ incedunt ſuper terram, ſiue quæ calcant terrã, & omnibus piſcibus maris: nam volo ea vobis ſubijci.

eſt in piſcibus maris,[5] traditum eſt in manus ve ſtras.[6] Quidquid ſe mouet, quidquid viuit, ſit vobis in eſcam: quaſi herbã virentem dedi vobis omnia.[7] Verũtamẽ carnẽ [8] in anima ſua, ſanguine[ſcilicet]ſuo,[9] nõ comederis.[7] Etenim[8] ſanguinẽ veſtrum[8] animarũ veſtrarũ [9] requirã:[10] de manu cunctorũ animantiũ requirã eũ,[11] tum etiam de manu hois, & de manu viri fratris eius requirã animã hominis.[12] Qui effundit ſanguinẽ hois, huius ſanguis per hominẽ effundetur:[13] quoniã in imagine Dei fecit hominẽ.[14] Vos autẽ fructũ edite, augeſcite, prolificate in terra, & multi ſitatis in ea. ¶ Dixit quoq; Deus ad Noah & ad filios eius qui cũ eo erant,[15] nempe ſic, Ecce confirmo[8] fœdus meũ vobiſcũ, & cum ſemine veſtro[16] poſt vos,[8] & cũ omni anima viuẽte quæ vobiſcũ eſt, tã in volatili quàm in pecore, & in omni beſtia terræ quæ eſt vobiſcũ,[17] ex cũctis quæ ex arca egreſſa ſunt, iuxta cuncta animãtia terræ. Cõfirmaui autẽ fœdus[8] meũ vobiſcũ,[18] vt non excindatur[8] vltra omnis caro aquis diluuij. neque erit amplius diluuium[19] ad diſſipandũ terrã.[8] Et dixit Deus, Hoc erit ſignũ fœderis[20] quod ego do[8] inter me & inter vos, &[21] inter omnẽ animam viuentẽ quæ vobiſcũ eſt,[8] In generatiões[22] perpetuas:[8] Arcũ meũ [23] poſui[8] in [24] nube,[25] eritque ſignũ[8] fœderis inter me &[26] terrã.[8] Eritq; cũ[27] obnubã nubẽ[8] ſup terram, tũ cõſpicietur arcus in ipſa nube. Tum recordabor fœderis mei quod eſt inter me & vos, deinde etiã [28] inter omnẽ animã viuentẽ in omni carne,[8] nec erũt vltra aquæ in diluuiũ, vt diſſipent vniuerſam carnem. Quin arcus[ille] in nube erit, quem cum videro, recordabor fœderis [29] perpetui[8] [quod eſt][30] inter Deũ[8] &[31] inter omnẽ animã viuẽtẽ i omni carne[8] quæ eſt ſuper terrã. Dixitq; Deus ad Noah,[31] Hoc eſt ſignũ fœderis q̃d conſtitui[8] inter me & omnẽ carnẽ quæ eſt ſuper terrã. ¶ Erãt autẽ filij Noah qui egreſſi erant ex arca, Sem, Ham, & Iapheth. Porrò Hã pater fuit Chanaã. Tres iſti, filij ſũt Noah, &[32] ab his diſpſa

omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ: quaſi olera virẽtia tradidi vobis omnia. Excepto q carnẽ cum ſanguine non comedetis. Sanguinẽ enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarũ beſtiarum & de manu hominis, de manu viri & de manu fratris eius requirã animam hominis. Quicũque effuderit humanũ ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Vos autem creſcite & multiplicamini, & igredimini ſuper terram, & implete eã. ¶ Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cũ eo, Ecce ego ſtatuã pactũ meum vobiſcũ, & cum ſemine veſtro poſt vos: & ad omnem animam viuentẽ quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctiſque quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtijs terræ. Statuam pactũ meum vobiſcum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans omnem terram. Dixitque Deus, Hoc eſt ſignũ fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnẽ animam viuentẽ quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas: Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignũ fœderis inter me & inter terram. Cúmque obduxero nubibus cælũ, apparebit arcus meus in nubibus cæli: & recordabor fœderis mei quod pepigi vobiſcũ & cũ omni anima viuente quæ carnem vegetat: & nõ erũt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuerſam carnem. Eritque arcus meus in nubibus, & videbo illũ, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactũ eſt inter Deũ & omnem animam viuentẽ vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terrã. Dixitq; Deus ad Noe, Hoc eſt ſignũ fœderis quod conſtitui inter me & omnẽ carnẽ ſuper terram. ¶ Erant ergo filij Noe qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Chã, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanáan. Tres iſti, filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominũ ſuper vniuerſam terrã.

Cõceſſio ciborum præter ſuffocatum.
Prohibetur homicidiũ.
Ius gladij.
matth. 26. e.
B apoc. 13. c.
[i] ſ. 1. d. 5. a.
[k] ſ. 1. c. d. 1. d.
Pactũ Dei cũ Noe nõ rurſum diluuiũ fore.
Eſa. 54. c.
Signũ confirmans fœdus, Iris in nubibus.
G
Eccl. 43. b.
¶[a] inter
¶[b] erit
Filij Noe.
Chanáan.

¶5 vel, Omne quod reptat, & quod viuit, erit vobis in eſcam: quaſi olus herbæ dedi vobis õnia. q.d. Quæcũque reptãt ſiue gradiuntur, & eadẽ viuunt, erũt vobis in cibum: permitto vobis veſci carnibus omniũ animalium, ſicut ante diluuiũ oleribus virẽtibus. Iam nõ herbas tantum do vobis in cibũ, ſed etiã ipſa animalia, quorũ carnibus poteritis veſci. ¶6 vel, cum anima ſua, ſanguine ſuo. Aut ſubaudiatur &, pro id eſt: cũ anima ſua, [&] ſanguine ſuo. vt ſit expoſitio: hoc modo, Nõ comedetis carnem vnã cũ ſanguine, q quidẽ ſanguis eſt anima. hic vocat animam ſanguinẽ, q ſanguis ſit tanquã vehiculũ & ſedes ipſius animæ. q.d. Permitto quidẽ vobis veſci carnibus, verũ vt ne eas cũ ſanguine comedatis: hoc eſt, cauete animalia ſuffocata edere, ſed prius iugulate, & ſanguinẽ effundite. ¶7 Et ſane. vel, Profecto &c. q.d. Videte autẽ ne dum permitto animalia occidere in cibũ, & eorũ ſanguinẽ effundere, exiſtimetis vobis etiã permitti humanũ ſanguinẽ profundere, & hoies occidere. Profecto ſanguinẽ &c. ¶8 ſub. qui eſt ſedes. ¶9 i. vlciſcar mortẽ occiſorum. ¶10 q.d. Adeò mihi diſplicet effuſio ſanguinis, cædes & homicidium, vt etiam feræ ipſæ ratione carẽtes daturæ ſint mihi pœnas ſi hominẽ occiderint. Vos igitur multo grauiores, ſi cædẽ admiſeritis. ¶11 vel, quãto magis de manu hominis, de manu viri fratris eius requiram animã hominis? Eſt autẽ Hebraiſmus, Requirere ſanguinem hominis de manu hominis, pro ſupplicio extremo afficere aliquem qui hominẽ occiderit, & ſanguinem eius fuderit. Quod autem dicit, De manu viri fratris eius: quidam ſic interpretantur, De manu vniuſcuiuſque, proximũ eius requirã. vel, De manu vniuſcuiuſque etiam ſi frater & proximus fuerit ei quem interfecit. Frequentiſſimum enim eſt apud Hebræos, fratrem pro proximo accipi, & virũ pro vnoquoque. Quidam Hebræorũ, ſingulare [hominis] pro hoibus poſitum dicũt, De manu hominũ. i. ſi plures occiderint, nõ minus dabunt pœnas, q̃ ſi vnus ſolus cædẽ admiſerit. Eſt autem repetitio Hebraica, De manu hominis requirã animã hominis, de manu viri fratris ſui. &c. q.d. Dabit pœnas homo ille quicũque erit qui proximum occiderit. Chaldæus paraphraſtes vertit, De manu viri qui effuderit ſanguinem fratris ſui, requiram &c. ¶12 Heb. Qui effuderit ſanguinem hominis in[homine,] ſanguis illius effundetur. In homine. i. in cõſpectu omnium & publice. Aut, In homine, pro, Si affuerint teſtes, teſtificãtibus hominibus. ita Chaldæus paraphraſtes. ac tum ſingulare pro plurali ſumetur, more Hebraico. Quidam referũt ad ſequentia, In homine fundetur ſanguis eius. q.d. propterea quòd hominẽ occidit, fundetur ſanguis illius. vel, In homine. i. propterea q hominem occiderit, fundetur ſanguis illius, iuſſu ſcilicet & mãdato ipſius magiſtratus. ita videtur ſtatuere poteſtatem ipſius magiſtratus. ¶13 Heb. quia ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Hebraiſmus frequens, pro, Quia ad ſimilitudinem ſuam fecit illũ Deus. ¶14 Vos igitur creſcite, & multiplicamini, gignite[vel, propagate, ſub. genus veſtrũ] in terra, & multiplicamini in ea. ¶15 Heb. dicendo, Et ego, ecce ſtabiliã. Hebraiſmus. pro, Quantum ad me attinet, paratus ſum ſtatuere. i. ratũ habere pactũ meum. Vel, Equidẽ faciam vt ratũ ſit pactum meũ quo pollicitus ſum fore vt ſeruemini, & ſemen veſtrũ poſt vos. ¶16 i. vobis vita functis. ¶17 ab omnibus quæ egreſſa ſunt de arca, vſque ad omnia animantia terræ. Statuam inquam pactũ &c. ¶18 vel, q non delebitur ¶19 ad perdendam terram. i. homines in terra habitantes. ¶20 vel, quod pono ¶21 i. inter omnia animalia quæ vobiſcum ſunt. ¶22 Heb. ſeculi. i. per omnes ætates. ¶23 Præſens apud Hebræos pro futuro, ponam ¶24 nube illa. q.d. in nube illa rorida in qua exprimi poteſt ille arcus cæleſtis, qui eſt imago colorum ſolis. ¶25 Hebraiſmus, pro, vt ſit ſignum. Ante diluuium, erat tantũ ſignum futuræ pluuiæ, nunc verò poſt diluuiũ erit etiam ſignum fœderis quod pepigi vobiſcũ. ¶26 Continens pro cõtento. i. inter homines & animantia quæ cõtinentur in terra. ¶27 Heb. nubificabo nubem. i. cum cõgregabo nubes ſuper terrã in aere. ¶28 i. inter omnia genera animaliũ. ¶29 i. quod perpetuo ſeruaturus ſum. ¶30 Hebraiſmus, pro inter me. De ſe loquitur in tertia perſona. ¶31 Hoc erit ſignum fœderis quod conſtituam. Præteritũ apud Hebræos pro futuro. ¶32 Heb. ab his ſparſa eſt vniuerſa terra. i. ex his nati ſunt qui diſperſi ſunt per totam terram, quotquot terram inhabitant.

Noe agricola vineam plantat.
Inebriat⁹ deridet a filio.
Aug. li. 61. q. 60. 61.
Maledicitur Chanáan.
Benedicitur Sem & Iapheth.
Ætas Noe.
Filij Iapheth 1. para. 1. a.
A quib⁹ diuiſæ regiones.
Filij Cham.
¶ *&
Nemrod.
¶ *ob hoc Prouerbium.
Babylon.
Aſſur.
Niniue ædificatur.
Philiſthijm.
Chananæi.
Filij Sem.

D ¶Cœpitque Noe vir agricola exercere terrã, & plantauit vineam. Bibẽnſque vinum inebriatus eſt, & nudatus ~iacuit in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nũtiauit duobus fratribus ſuis foras. At vero Sem & Iapheth palliũ impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerũt verẽda patris ſui: faciéſque eorũ auerſæ erant, & patris virilia nõ viderunt. Euigilans autem Noe ex vino, cũ didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait, Maledictus ~puer Chanáan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitque, Benedictus Domin⁹ Deus Sem, ſit Chanáan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq; Chanáan ſeru⁹ ei⁹. ¶Vixit autẽ Noe poſt diluuiũ trecẽtis quinquaginta annis. & ipleti ſunt oẽs dies ei⁹ nõgẽtorũ quinquaginta annorũ: & mortuus eſt. CAP. X.

HAE ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuiũ. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Móſoch, & Thiras. Porro filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thógorma. Filij autẽ Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis vnuſquiſque ſecundũ linguã ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis. ¶Filij autem Cham: Chus, & Meſráim, & Phut, & Chanáan. Filij autẽ Chus: Saba, *Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Filij Regma: Saba, & Dadan. Porro Chus genuit Nemrod. Ipſe cœpit
B eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino. *ab hoc exiuit prouerbium, Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni eius Babylõ & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & platẽas ciuitatis, & Chale. Reſen quoque inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At vero Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim, & Phethruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm, & Caphtorim. Chanáan autem genuit Sidõnem primoge-
C nitum ſuũ, Hethæum & Iebuſæum & Amorrhæũ & Gergeſæũ & Heuæũ & Aracæum, Sinæum & Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. Factique ſunt termini Chanáan venientibus à Sidõne Geraram vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vſque Laſa. Hi ſunt filij Chã in cognationibus & linguis & generationibus, terriſque & gentibus ſuis. ¶De Sem quoque nati ſunt, patre omniũ filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.

eſt vniuerſa terra. ¶[11]Cœpit autem Noah vir agricola plantare vineam. Quũmque de vino biberet, inebriatúſque eſſet, nudauit ſeſe in tẽtorio ſuo. Porrò Ham pater Chanaan, quum videret[14] verenda patris ſui, indicauit [hoc] duob⁹ fratribus ſuis, qui erant foris. Et ſumpto Sem atque Iapheth veſtimento ſuo, poſuerunt illud ſuper humerum amborum: & accedentes[15] retrorſum, operuerunt verenda patris ſui, auerſis ſcilicet faciebus ſuis, ne viderẽt verẽda patris ſui. Quũmque[16] euigilaſſet Noah à vino [ſuo,] & reſciuiſſet quæ fecerat ei fili⁹ ſuus[17] minor natu, dixit, Execrat⁹[18] Chanaan,[19] infim⁹ ſeruus ſit fratrũ ſuorũ. Dixitque, Laudãdus Domin⁹ De⁹ Sem, ſitq; Chanaã[40] illi ſeruus.[41] Dilatet De⁹ Iapheth, &[42] habitet in tẽtorijs Sem: Chanaã vero ſit eorũ ſeruus. ¶Vixit autẽ Noah poſt diluuiũ annis trecẽtis & quinquaginta: fuerúntque cũcti dies Noah nõgenti ãni & quinquaginta, & mortu⁹ eſt. C. X.

HAE ſunt generationes filiorũ Noah, Sem, Ham, & Iapheth: [1]natiq; ſunt illis filij poſt diluuium. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, atque Tubal, & Meſech, & Thiras. Filij vero Gomer, Aſchenaz, Riphath, Thogarma. Porrò filij Iauan, Aeliſa, Tharſis, Chitthim & Dodanim. [3]Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ gẽtium in regionibus ſuis, quæque iuxta linguam ſuã, iuxtáque familias ſuas in nationibus ſuis. ¶Filij vero Ham, Chus, Mitſraim, Phut, atque Chanaã. Porrò filij Chus, Seba, Hauila, Sabtha, Rahema, & Sabthecha. Filij autem Rahema, Seba & Dedan. Chus genuit Nimrod, is cœpit eſſe[4] heros violentus in terra. Fuit enim robuſtus venator [5]coram Domino.[6] idcirco dicitur, Quaſi Nimrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni illius Babel, Erech, Acad, atque Calne[7] in terra Sinear. De terra[8] illa[9] egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen:[10] & plateas ciuitatis, atque Calah, Reſen quoque inter Niniuen & Calah,[11] quæ eſt ciuitas magna. Porrò Mitſraim genuit[12] Ludim, Anamim, Lehabim, & Naphthuim. Patruſim quoque & Caſluhim: è quibus egreſſi ſunt[13] Philiſtiim & Caphthurim. Chanaan autem genuit[14] Sidon primogenitũ ſuũ, & Heth: itẽ Iebuſi, Amorri, Girgaſi, Hiui, Harci & Sini. ſed & Aruadi, Semori, Hamathi. & poſtea[15] diſſipatæ ſunt familiæ Chananæorum. Fuit autem terminus Chananæi à Sidon [16]veniente te in Gerar, vſque ad Gazã, & eũte te in Sodomam & Gomorrhã, & Adma & Seboim vſq; ad Leſa.[17] Hi ſunt filij Ham in cognationibus, linguis ſuis, terris & nationibus ſuis. ¶Ipſi quoq; Sem, qui pater eſt omniũ filiorũ[18] Eber, & frater maior natu ipſius Iapheth, nati ſũt [filij.]

¶11 Heb. Et cœpit Noe vir terræ, & plantauit vineã. Hebraiſmi duo, Vir terræ, pro agricola: &, cœpit & plãtauit, ꝓ cœpit plãtare. Sic igit verti debet Cœpitque Noe agricola plãtare vineam.
¶14 Heb. nuditatẽ patris ſui. Sic habet Hebræum, pudice de verendis loquens ¶15 vel, gradu retrogrado. i. auerſa facie. ¶16 vel, excuſſa crapula expergefact⁹ eſſet ¶17 Doctiſſimi hoc referũt ad Chã, nõ ad Chanaan filium eius.
¶18 Chanaan ꝓ Chã patre Chanaan, vt quidã volũt. ¶19 Heb. ſeruus ſeruorũ erit fratrib⁹ ſuis. i. ſeruus erit inter fratres ſuos. q. d. Quiuis iam ſit ſeru⁹ natura, erit tamẽ etiam cõditiõe ſeru⁹. ¶40 Quidam dicũt ꝓnomẽ Hebræũ LA M O, ꝓ quo vertitur illi, poſitũ eſſe ꝓ L A H E M .i. illis, Sem ſcilicet & Iapheth. vel, ipſi Sem & Deo eius. Sic paulo poſt.
¶41. i. Propaget Deus gen⁹ ipſi⁹ Iapheth. vel, Proles Iapheth occupet ampliſſimas regiões. ¶42 Quidã ſubaudiũt [Deus,] aliij [Iapheth,] Habitet De⁹ in tabernaculis Sem. vel, Habitet Iapheth in tẽtorijs Sem. Hoc dicit ꝙ Iapheth fuerit pater Gẽtiliũ, qui tãdẽ erãt ad Chriſti fidẽ vẽturi. Videtur autẽ hîc prædicere conuerſionẽ Gẽtiliũ. A Sem autẽ oẽs Hebræi deſcẽderunt. Chaldæus paraphraſtes vertit, Dilatet Deus Iapheth, & habitet gloria ei⁹ in tabernaculis Sem. X. ¶1. i. Hi ſunt quos genuerũt filij Noe. ¶2 nati ſunt enim eis. De his proprijs noibus, abunde ſatis in libello noſtro De interpretatione nominum Hebraicorum. ¶3. i. Ab his ſeparati ſunt inhabitatores inſularũ. i. Ab iſtis nati ſunt qui varias inſulas maris mediterranei. i. Cyprum Rhodum, Samum, Leſbon, Chium, & alias Græcas inſulas tenuerunt & habitauerunt. ¶4 vel, fortis. i. Hic Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari in gente ſua. ¶5 Hebraiſmus, pro ſub cælo. i. Fortiſſimus erat omnium hominũ qui ſub cælo erant. ¶6 ob hoc dici ſolet, Velut &c. i. exijt prouerbium, dicebatúrque de homine fortiſſimo, quòd eſſet alter Nemrod. ¶7 Chaldæus paraph. vertit, in terra Babylonis: vt ſit idem Sinear & Babel. ¶8 ſub. Babylonis. ¶9. i. Aſſur filius Sem pius cũ videret Nemrod affectare tyrannidem, ceſſit illi ne cum homine impio habitaret. Alij legunt, Ex hac regione egreſſus eſt in Aſſyriam, vt ſcilicet eã ſubiugaret, & imperij ſui fines prorogaret. Hæc interpretatio placet doctioribus. ¶10 vel, & Rehoboth ciuitatẽ. ¶11. i. Niniue eſt illa clariſſima ciuitas. ¶12 Hæc oia nomina, pluralia ſunt, ſúntque propria gẽtium quæ deſcẽderũt à Mitſraim, qui prius habitauit in AEgypto. ¶13 vel, Philiſthæi & Cappadoces. ¶14 Omnia iſta noia nõ ſunt virorũ propria, ſed populorũ. q. d. Ab iſto Chanaã originẽ duxerũt Sidonij, Hethæi, Iebuſæi, &c. ¶15 vel, diſſeminatæ ſunt cognationes &c. aut, diſperſæ. ¶16 dum tu vadis verſus Gerarã, vſq; ad Gazã, & dũ tu pergis Sodomã. ¶17. i. Iſti oẽs ſunt qui originẽ traxerunt & genus ſuum ab ipſo Cham, iſti ſunt nepotes Cham ſecundũ cognationes ſuas, & ſecundũ linguas ſuas. i. varia idiomata: per terras & regiones ſuas. hoc eſt, varias habẽtes familias, varias linguas, varias regiones & gentes. Sic in ſequentibus intelligendum. ¶18. i. Hebræorum.

¶ re.i. verſis lin guis vſi ſunt habitatores ter ræ. Iſtud refer- tur ad diuiſio- nem linguarũ & habitationũ: de qua ſequen- ti capite.
¶ 10 Keddem.i. regionis Orien tis. ¶ 11 vl. Ha ctenus recen- ſuimus filios ſi ne nepotes, & eos qui genus traxerunt à Sem.

X I.

¶ 1 Subaudien- da ſin] præpoſit. In vniuerſa ter ra labiũ vnum, & verba eadem.
¶ 2 De Oriente, inquit.i.ab Ar- menia. Veriſi- mile eſt, tranſ- acto diluuio, poſteros Noe aliquot annos manſiſſe in Ar- menia vbi ſub- ſtiterat arca. Cũ autẽ ſupra modũ creuiſſẽt aqu(a)e, coacti ſũt deducere colo- nias, & aliò mi grare, vbi ſedẽ conſtituerent.
¶ 3 Heb. vir ad proximũ ſuũ.
¶ 4 Heb. Venite .i. Eia. vel. Age, ſiue Agite. So- lent Hebræi lo co aduerbiorũ vti imperati- uis. ¶ 5 Heb. lateriſicemus lateres.i. finga mus lateres.
¶ 6 vl. coqua- mus in coctio- ne.i. igni.
¶ 7 bitumẽ vi- ce luti. vl. interl ti. Scribit Pli- nius bitumen huius regionis eſſe liquidum.
¶ 8 q.d. vt ſi cõ-

Filij ergo Sem ſfuerũt] Elam, Aſſur, Arphachſad, Lud atq; Arã. Filij Aram. Vz, Hul, Gether & Mas. Porrò Arphachſad genuit Selah, Selah autẽ genuit Eber. Eber quoq; nati ſunt duo filij, nomen vni[9] Peleg: nã in diebus eius[9] diuiſa eſt terra,' & nomẽ fratris eius Iactã. Porrò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah: ſed & Hadoram, Vzal, Dicla, Obal, Abimael & Seba: Item Ophir & Hauila & Iobab. omnes iſti, filij Iactan. Et erat habitatio illorũ à Meſa pergẽtɩ te in Sephar montẽ[10] Orientis.[11] Iſti ſunt filij Sem ſecũdum familias & linguas ſuas, in terris & nationibus ſuis. Hæ itaque familiæ ſunt filiorũ Noah iuxta cognatiões ſuas in populis ſuis. Et ab illis diuiſæ ſunt gẽtes in terra poſt diluuiũ. CA. XI.

ERat autẽ[1] vniuerſa terra vnius labij, ſermonũmq; eorũdẽ.[2] Et factum eſt, quũ proficiſceſẽtur ab Oriente,' inuenerũt cãpum planum in terra Sinear, & habitarunt ibi. Dixerũntq;[3] alter ad alterũ,[4] Agite,[5] ducamus lateres, &[6] incendamus incendiũ.' Fuitq; illis later pro lapide, &[7] argilla pro cæmẽto.' Dixerũntq;. Agite, ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cui[8] caput ſpertingat] ad cælos vſq;: faciamúſq; nobis nomen,[8] ne fortè diſpergamur in vniuerſam terrã. Deſcẽdit autem Dominus vt videret ciuitatẽ illam, & turrim quã ædificabãt[9] filij hominũ.' Dixitq; Dominus, En populus vnus eſt,[10] idẽmque labiũ' iſtis oĩbus:[11] & hoc cũ cœperũt facere, poſthac nihil prohibebit eos quin ſic pergãt cõſummare oĩa quęcũque temere apud ſe ſtatuerũt.' Agitedũ[12] deſcendamus, & cõfundamus ibi labiũ ipſorũ,[13] ne alter alterius labium percipiat.' Diſperſit itaq; eos Dominus ex illo loco in vniuerſam terrã, ceſſauerũntq; ab extructione ciuitatis illius. Idcirco nomen eius[14] vocatũ eſt[15] Babel,' q̃ ibi cõfudiſſet Dominus labiũ vniuerſæ terræ, & inde diſperſiſſet eos in vniuerſam terrã. ¶[16] Hæ ſunt generationes Sem. Sem quũ eſſet nat' annos centũ, genuit Arphachſad, biẽnio poſt diluuiũ. Vixitque Sem poſtquam genuerat Arphachſad quingẽtis annis,[17] genuitq; filios & filias. ¶ Arphachſad vero vixit trigintaquinq; annis, & genuit Sela. Vixitq; Arphachſad poſtquã genuit Sela quadringẽtis tribus annis, genuitq; filios & filias. ¶ Porrò Sela vixit triginta annis, & genuit Eber. Vixitq; Sela poſtquã genuit Eber annis quadringẽtis & tribus, genuitq; filios & filias. ¶ Eber vixit trigintaquatuor annis, & genuit Peleg. Vixitque Eber poſtquã Peleg genuit quadringentis annis & triginta, genuitq; filios & filias. ¶ Peleg vero vixit triginta annis, & genuit Reu. Vixitq; Peleg poſtq̃ Reu genuit nouẽ annis & ducẽtis, genuitque filios & filias. ¶ Porrò Reu vixit annis trigintaduobus, & genuit Serug. Vixitq; Reu poſtquã Serug genuit ſeptẽ annis ac ducẽtis, & genuit filios atq; filias. ¶ Serug vixit triginta annis & genuit Nahor. Vixitq; Serug poſtq̃ Nahor genuit, ducẽtis annis, genuitq; filios ac filias. ¶ Et vixit Nahor vigintinouẽ annis, & genuit Thare. Vixitq; Nahor poſtquã genuit Thare decem & nouẽ annis atq; centũ annis, genuitq; filios & filias. ¶ Thare vero vixit ſeptuaginta annis, & ge

Filij Sem: Aelam & Aſſur & Arphaxad,[b] Lud & Aram. Filij Aram: Hus & Hul & Gether & Mes. At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. Natique ſunt Heber filij duo. nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Aſarmoth, Iare & Adoram & Vzal & Decla & Hebal & Abimael, Saba & Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem Orientalem. Iſti ſunt filij Sem ſecundũ cognationes & linguas & regiones in gentibus ſuis. Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gẽtes in terra poſt diluuium. CAP. XI.

ERat autẽ terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Cũmque proficiſcerẽtur de Oriẽte, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum ſuũ, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerũntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento: & dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrũ antequam diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrẽ quam ædificabant filij Adam, & dixit. Ecce, vnus eſt populus, & vnũ eſt labium omnibus: cœperũntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleãt. Venite igitur, deſcendamus, & cõfundamus ibi linguã eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocẽ proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Domin' ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius Babel, quia ibi cõfuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciẽ cunctarum regionum. ¶ Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centũ annorum quando genuit Arphaxad, biẽnio poſt diluuium. Vixitq; Sem poſtquã genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. ¶ Porrò Arphaxad vixit trigintaquinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale,[c] trecentis' tribus annis: & genuit filios & filias. ¶ Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale poſtquã genuit Heber, quadringẽtis tribus annis: & genuit filios & filias. ¶ Vixit autẽ Heber triginta quatuor ãnis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringẽtis triginta annis: & genuit filios & filias. ¶ Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg poſtquã genuit Reu, ducentis nouẽ annis, & genuit filios & filias. ¶ Vixit autẽ Reu[d] triginta-quinque' annis, & genuit Sarug. Vixit quoq; Reu poſtquã genuit Sarug, ducẽtis ſeptem annis: & genuit filios & filias. ¶ Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq; Sarug poſtq̃ genuit Nachor, ducẽtis annis: & genuit filios & filias. ¶ Vixit autẽ Nachor vigintinouẽ annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor poſtq̃ genuit Thare, centũ decẽ & nouẽ annis: & genuit filios & filias. ¶ Vixitque Thare ſeptuaginta annis: & ge-

¶[b] & D Phaleg. Terræ à quibus diuiſæ. Vn' ſermo in terra. ſa. 10. a. A Ædificatur turris Babel. B Confuſio linguarum. Babel. Ætas Sem. Arphaxad. ¶[c] quadringentis C Sale. Heber. Phaleg. 1. para. 1. b. Reu. ¶[d] triginta duobus Sarug. Nachor. D Thare.

tingat nos diſpergi per varias terras, poſſimus huc quando voluerimus, redire. ¶ 9.i. homines. ¶ 10.i. ſermo idẽ. q.d. Pauci adhuc ſunt, vt qui vna eadẽmque lingua vtantur: quid expectãdum quum in varios populos, ob multitudinem, diſperſi erunt? Nihil certe non audebunt. ¶ 11 & hoc eſt quod facere cœperunt · nunc autem nõ prohibebitur ab ipſis quod facere decreuerũt. q.d. hæc eſt turris quam ædificare cœperũt: neque futurum quicquam eſt quod eos prohibeat quin quod ſtatuerũt exequantur, niſi initio reſiſtamus eis. ¶ 12 Vtitur verbo plurali, vnde intelligitur pluralitas perſonarum in vnitate diuinitatis. ¶ 13 Heb. vt nõ exaudiant vel, intelligant vocem proximi ſui.i. vt alter alterũ nõ intelligat. ¶ 14 vocauit ¶ 15.i. Venit confuſio. ¶ 16 Hæc omnia quæ dicũtur, vſq; ad caput duodecimum, pertinẽt ad Chriſtum, vt oſtendatur Deus verax in promiſſionibus. repetit enim ſeriem illius generationis deletæ ex qua deſcẽdere debebat MESSIAS. Hæ ſunt generationes.i. Hi ſunt qui originem duxerunt à Sem. ¶ 17 Iſtorum omittit nomina, quòd ex his non erat deſcenſurus Meſſias.

Abram. Nachor. Aran. 1. par. 1. b. ioſ. 24. a. Lot. Sarai. Melcha.

Thare cū Abram it in Charan. ioſ. 24. a. nehe. 9. b. iudith 5. a. Thare moritur.

Iubet Abram egredi terrā. act. 7. a. ¶ⁿ mōſtrabo

Chriſt°. gal. 3. b. ꝺ. 11. c. 22. d. 26. a. Egreditur Abrā. heb. 11. b.

B

° Apparuitq; Promittit ei terraChanaā Vetus teſtamētū. ꝺ. 13. d. 15. d. 26. a. deut. 34. d.

C Famē fugiēs deſcendit in AEgyptum.

ꝺ. 20. c.

Rapitur vxor ei° in domū Pharaonis.

D

Percutit Pharao à Deo ꝑpter raptam vxorē Abræ.

nuit Abram & Nachor & Aran. ¶Hæ ſunt autē generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuúſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ. Erat autē Sarai ſterilis, nec habebat liberos. ¶Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filiū Aran filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorē Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terrā Chanaan: veneruntq; vſq; Haran, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

CAP. XII.

Dixit autē Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quā ⁿmonſtrauero tibi. Faciámque te in gentē magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomē tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicētibus tibi, atque IN TE benedicētur vniuerſæ cognationes terræ. ¶Egreſſus eſt itaque Abrā ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſámq; ſubſtantiam quam poſſederāt, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cúmque veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terrā vſque ad locū Sichem, & vſque ad Cōuallē illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. °Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terrā hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei: & inuocauit ibi nomē eius. Et inde tranſgrediens ad mōtem qui erat contra Orientem Beth-el, tetēdit ibi tabernaculum ſuum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente Hai. ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram vadens & vltra progrediens ad Meridiem. ¶Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in AEgyptū, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cúmq; propè eſſet vt ingrederetur AEgyptum, dixit Sarai vxori ſuæ, Noui quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te AEgyptij, dicturi ſunt, Vxor illi° eſt. & interficiēt me, & te reſeruabunt. Dic ergo obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaq; ingreſſus eſſet Abram AEgyptum, viderunt AEgyptij mulierē quòd eſſet pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerūt eā apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, Abrā vero bene vſi ſunt propter illam. Fueruntque ei oues & boues & aſini & ſerui, & famulæ & aſinæ & cameli. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domū ei°

nuit Abrā, Nahor atq; Harā. ¶Iſtæ itaq; ſunt generationes Thare. Thare genuit Abrā, Nahor & Haran. Harā vero genuit Lot. Et mortuus eſt Haran [18] corā patre ſuo in patrio ſolo, [népe] in [19] Vr Chaldæorū. [20] Duxerūt autē Abram & Nahor ſibi vxores. Nomē vxoris Abrā fuit Sarai: nomen vero vxoris Nahor, Milcha, filia Harā [21] patris Milcha & patris Ieſcha. Fuit autē Sarai ſterilis, nec erat illi ꝓles. ¶Et tulit Thare filiū ſuū Abrā, & Lot filiū Harā, filiū [ſcilicet] filij ſui, & Sarai nurū ſuā, vxorē Abrā filij ſui: & egreſſi ſunt ſimul de Vr Chaldæorū, vt cōmigrarēt in terrā Chanaan. veneruntq; vſque ad Charā, habitaueruntq; ibi. Fuerūt autē dies Thare anni ducēti & quinque. Mortuuſque eſt Thare in Charan.

CAP. XII.

Dixit autē Dominus [1] ad Abram, [2] Exi è terra tua, de patria tua, & de domo patris tui, ad terram quam oſtēdam tibi. Faciamq; te in gentem magnā, & benedicā tibi, & magnificabo nomen tuū, [4] eſque ſis benedictio. [5] Benedicā quoque eis qui tibi benedicent: maledicētibus vero tibi, maledicam & ego: benedicēturq; [6] in te vniuerſæ familiæ terræ. ¶Egreſſus eſt itaq; Abram ſicut præceperat ei Domin°, iuitq; cū eo Lot. Septuagintaquinque annos natus erat Abram quū egrederetur ex Charan. Et tulit Abrā Sarai vxorem ſuam, & Lot filiū fratris ſui, vniuerſámque ſubſtantiam ſuā quam cōparauerant, ſed & [7] animas quas acquiſierāt in Charan, egreſſique ſunt vt irent in terrā Chanaā. Et cum veniſſent in regionem Chanaan, pertranſiuit Abram regionē vſque ad locū Sichem, [8] & vſq; ad querceturm More. [9] Chananæus autē tū erat in ea regione. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit, Semini tuo dabo terrā iſtam. Et ædificauit ibidē aram Domino qui ei apparuerat. [10] Soluénſque illinc, verſus mōtem qui erat ab Oriēte ipſi Beth-el, tetendit tentorium ſuum, [vt haberet] Beth-el ab Occidente, & Hai ab Oriente, extruénſque ibi aram Domino, [11] inuocauit in nomine Domini. Soluens rurſus Abram iuit, & venit verſus Meridiē. ¶Orta autem fame in ea [12] regione, deſcendit Abram in AEgyptū, vt ibidē [aliquandiu] habitaret. grauis enim fames erat [13] in terra illa. Factúmque eſt, [14] quum propius acceſſiſſet, vellētq; iam introire AEgyptū, dixit ad Sarai vxorē ſuā, [15] En ſcio te eſſe mulierem pulchro aſpectu: erit itaq; quum viderint te AEgyptij, dicent, Hæc illius eſt vxor. & interficiēt me: te vero [16] viuā ſeruabunt. Dic obſecro ꝙ ſoror mea ſis, vt benefiat mihi propter te, viuátq; anima mea gratia tui. Factū eſt itaq; quū veniſſet Abrā in AEgyptū, ꝙ AEgyptij cōtēplarētur mulierē ipſam: erat enim ſupra modū formoſa. Quūmque viderēt ei principes Pharaonis, laudauerunt eam apud Pharaonem, raptaque eſt mulier illa in aulam Pharaonis. [17] Et is quidē benigne fecit ipſi Abram propter illā, fueruntq; ei oues, boues, & aſini, ſerui & ancillæ, aſinæ & cameli. Afflixit autem Dominus Pharaonē & domū ei° plagis magnis [18] pro-

¶18 vſ, in facie patris ſui. Hebraiſmus eſt, pro, viuente patre ſuo Thare. ¶19 Vr ita dicta eſt, ꝙ eſſet ſita in valle. Vr enī vallem ſignificat. Eſa. 24. ¶20 vſ, Duxerūt autē ¶21 Hebraiſmus, pro, qui fuit pater ipſius Melchæ, & ſororis eius Ieſchæ.

XII.

¶1 Hebraice per futurum legitur, quod pro præterito perfecto ponitur: & perfectū pro pl° quàm perfecto. lege Acto rū caput ſeptimum in principio. Vertēdum igitur, Iam verò dixerat Dominus ¶2 Hebraice ad verbū legitur, Vade tibi, ꝓ, Abi, Diſcede. Vacat enim hoc loco [tibi.] ¶3 Hebraiſmus, pro, reddam te fœlicem & fortunatū, cumulabo te bonis omnibus & animi & naturæ: reddámque nomē tuum celebre. ¶4 Hebræi eleganter imperatiuum pro futuro ponūt, Eris benedictio. i. ſi credideris mihi, ōnes homines bene ꝓcabuntur tibi: præterea quum quis bene precabitur alteri poſthac, precabitur euenire illi ſicut tibi euenit: dicétq;, Vtinam tibi faciat Deus ſicut fecit Abræ! Sūt qui benedictionē pro benedicto poſitam dicant. ¶5 Hebraiſmus. Fauebo amicis tuis: at de inimicis tuis ſumam vindictam. q. d. Maxima pars orbis terrarum fauebit tibi: pauci verò erunt tibi inimici. ¶6 vſ, propter te. i. propter ſemen tuum Chriſtum, vt exponit B. Paulus in epiſtola ſua ad Galat. cap. 3. ¶7 vſ, perſonas. vt de ſeruis in domo natis, aut pecunia emptis intelligatur. Chaldæus paraphraſtes vertit, quas legi ſubiecerant. ¶8 vſque ad Elon More. Nomen loci eſt in Sichem à More Chananæo. nulla eſt cōiunctio copulatiua apud Hebræos ante [vſque]. Quidam Elon More eundem eſſe locum volunt qui & Mambre ſiue Mamre dicitur. Alij verò, Elon ſignificare planitiem dicunt. ¶9 Singulare pro plurali, Chananæi autem &c. ¶10 vſ, Transferénſque, ſub. tētorium ſuū. ¶11 vſ, & precatus eſt Dominum: vt tranſtulit Chaldæus paraphraſtes. Alij vertunt, & prædicauit alijs in eo loco Dominū. ¶12 Palæſthina ſcilicet quæ alioqui fertiliſſima erat. ¶13 nempe Palæſthina. ¶14 Heb. quum appropinquaret vt ingrederetur ¶15 vſ, Ecce nunc [vel, Profecto quidē] noui ꝙ pulchra aſpectu ſis mulier: vnde accidet vt quum viderint te &c. Pulchra aſpectu, pro formoſiſſima, Hebraiſmus. ¶16 Heb. viuificabūt. Hebraiſmus, pro, Seruabunt te in vita, ſiue incolumē. ¶17 vſ, Multa beneficia Pharao cōtulit Abræ, propter Sarā: nā dedit ei oues, &c. ¶18 Hebraice legitur, ſuper verbo Sarai. Hebræi enim vtuntur hac dictione [verbum] pro re & cauſa. Hic recte omittitur.

¶19 q.d. ꝓpterea ꝙ affirmaſti illã eſſe ſororẽ tuam, nõ dubitaui illã ducerem vxorem.

XIII.

¶1 Hoc eſt, ad locum vbi pri⁹ tetenderat tabernaculũ ſuũ, qui erat Auſtralis, reſpectu terræ Iſrael, ſed quæ tunc erat terra Chanáã. ¶2 diues. q.d. deſcenderat in Ægyptũ pauper, & ex illa reuerſus eſt ditiſſimus. ¶3 Reuerſus eſt autẽ per manſiones ¶4 vł, prædicauit ibi Dominum. Chaldæ⁹ paraphraſtes vertit, Orauit illic Dominum. ¶5 ſuſtinere poterat ¶6.i. cõſanguinei. Lot enim erat fili⁹ Aran fratris Abræ. ¶7 q.d. Licet tibi eã partẽ regionis eligere quæ tibi placuerit.

¶8 Heb. ſi tu ſiniſtrabis, ego dextrabo: ſi tu dextrabis, ego ſiniſtrabo. i. ſi delegeris ſiniſtram, ſiue ieris ad ſiniſtrã, ego ad dextrã ꝓficiſcar: ſi vero &c. Per ſiniſtram, intelligit Septentrionẽ: per dextrã vero Meridiem. Chaldæus paraphſtes vertit, Si ad Septentrionem &c.

pter Sarai[19] vxorem Abram. Vocauit igitur Pharao Abram, & dixit, Quur feciſti mihi hoc? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quare dixiſti, Soror mea eſt? & [17] accepi eam mihi in vxorem. [18] En igitur vxorem tuã, tolle eam & vade. Præcepitque Pharao ſuper eo viris, vt deducerent eum cum vxore ſua, omnibúſque quæ habuit.

CAP. XIII.

Aſcendit itaque Abrã de Ægypto, ipſe & vxor ei⁹, & omnia quæ habebat, atque Lot cũ eo [1] Auſtrum verſus. [2] Erat autem Abrã grauis valde, nempe pecore, argento & auro. [3] Iuit autẽ ad profectiones ſuas ab Auſtro ad Beth-el. vſque ad locum vbi fuerat tẽtorium eius ab initio, inter Beth-el [ſcilicet] & Hai, ad locum [nẽpe] aræ illius quam initio fecerat, & [4] inuocabat illic Abrã nomen Domini. Quin & ipſi Lot, qui comes erat Abram, erant greges & armenta, & tentoria: nec [5] cepit eos terra illa vt ſimul habitarẽt. fuit enim poſſeſſio eorum multa, nec potuerunt ſimul habitare. Exorta itaque eſt lis inter paſtores pecoris Abram, & inter paſtores pecoris Lot. Habitabat autem tum Chananæus atque Pherefæus in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgiũ inter me & te, & inter paſtores meos atque paſtores tuos, ([6] fratres enim ſumus.) [7] Annõ vniuerſa terra corã te eſt? ſeparare quæſo à me: [8] ſi tu ad leuam, ego ad dexteram cõcedam: ſi verò tu dexteram, ego ſiniſtram eligã. Sublatis igitur Lot oculis ſuis, [9] vidit omnia æquora cãpi Iordanis, quæ vniuerſa irrigua erant. [nam] priuſquam vaſtaret Dominus Sodomã & Gomorrhã, [10] [ea pars] quæ circa Soar eſt, erat ſicut hort⁹ Domini, & ſicut terra Ægypti. Elegit itaque ſibi Lot [11] vniuerſa æquora cãpi Iordanis: profectúſque eſt Lot ab Oriente, ſeceſſitque [12] alter ab altero. Abram habitauit in terra Chanaã, Lot verò habitauit in ciuitatib⁹ [13] æquoris aperti, & petẽdit tentoria Sodomam vſque. Porrò Sodomitæ valde mali erant, & [14] peccatores coram Domino. ¶ Dixitque Dominus ad Abram poſtquã ſeparatus eſt Lot ab eo, Attolle quæſo oculos tuos, & vide à loco vbi tu es, ad Aquilonẽ & Meridiẽ, ad Oriẽtem & Occaſum. nam omnẽ terram quam tu vides, eandẽ tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum. Ponam quoque ſemen tuũ quaſi puluerem terræ: [15] ſi poterit homo numerare puluerem terræ, numerabitur & ſemen tuum. Surge, perambula terram in longitudine & latitudine ſua: tibi enim dabo eam. Mouens igitur Abram tentorium, venit & habitauit [16] iuxta quercetum Mamre, quod eſt in Hebron, extruxitque illic aram [17] Domino.

CAP. XIIII.

F[1]Actum eſt autẽ [hiſce] diebus, vt Amraphel rex Sinear, Arioch rex Elaſar, Chedorlahomer rex Elam, & Thideal rex Gẽtiũ, bellum inirẽt cõtra Bera regem Sodomorũ, & contra Birſam regem Gomorrhæ, cõtra Sineab regem Adama, & cõtra Semeber regẽ Seboim, & regẽ Bela

propter Sarai vxorem Abram. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nũc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitque Pharao ſuper Abram viris: & deduxerũt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Redditur Abræ vxor.

CAP. XIII.

Aſcendit ergo Abram de Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Auſtralem plagam. Erat autem diues valde *in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſúſque eſt per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el, vſque ad locũ vbi pri⁹ fixerat tabernaculũ inter Bethel & Hai: in loco altaris, ‖quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed & Lot qui erat cum Abrã, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarẽt ſimul: ‖erat quippe ſubſtantia eorũ multa, & nequibant habitare cõmuniter. Vnde *facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autẽ tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra corã te eſt. recede à me obſecro. ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionẽ Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomã & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus venientibus in Segor. Elegitque ſibi Lot regionẽ circa Iordanem, & receſſit ab Oriente: diuiſique ſunt alterutrũ à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot vero moratus eſt in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. ¶ Dixitque Dominus ad Abram poſtquã diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos *in directum, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidẽtem. Omnem terram quã conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſq; in ſempiternum. Faciámque ſemen tuũ ſicut puluerẽ terræ: ſi quis *poteſt hominũ numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuũ *numerare poterit. Surge *ergo, & perambula terrã in longitudine & in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. ¶ Mouens igitur tabernaculũ ſuũ Abram, venit, & habitauit iuxta cõuallem Mãbre, quæ eſt in Hebrõ: ædificauitque ibi altare Domino.

Abrã Ægyptũ egredit.

¶* Abram

Ĩ.12.a.

Lot & Abrã diuites.

Ĩ.36.a.

B ¶* &

Abram diuidit terrã cũ fratre ſuo, Lot.

C

Habitat Lot in Sodomis, & Abram in Chanaan.

Sodomitæ.

Ruſũ Abræ ꝓmittit terra Chanaan.

Ĩ.12.b. Ĩ.15.b.

D 26.a.

¶* poſſe

¶* numerari

Ædificat altare Domio.

CAP. XIIII.

FActum eſt autẽ in illo tẽpore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex Ælamitarũ, & Thadal rex Gentiũ inirẽt bellum cõtra Bara regem Sodomorum, & cõtra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regẽ Adamæ, & contra Semẽber regem Seboim,

Sodomitis, Amalecitiſq; & reliquis infertur bellũ.

¶9 vł, conſyderauit omnẽ regionem [Chaldæus paraph. vertit omnem planitiem] Iordanis, quòd tota irrigua eſſet. ¶10 Heb. ſicut hortus Domini, ſicut terra Ægypti ingrediẽte te in Soar. i. regio illa erat ſimilis horto Domini, & ſicut ea pars Ægypti, venienti tibi, hoc eſt qua itur in Segor. Per hortũ intellige illũ quem plantauerat Dominus, & inſtruxerat in Eden. ¶11 totam regionẽ. vel planitiem ¶12 Heb. vir à fratre ſuo. ¶13 planitiei. vel, cãpeſtrib⁹. i. in locis planis iuxta Iordanẽ. ¶14 Heb. peccatores Domino. i. cõtra Dominũ. vel, corã Domino. i. Dei iudicio, nõ hominum. hic taxat iudicium hominũ, qui quæ ſua ſunt quærunt, neglectis bonis moribus. ¶15 ita vt ſi poſſit quiſquam &c. q.d. quemadmodũ nemo poteſt numerare puluerẽ terræ, ſic ſemen tuũ numerari nõ poterit. Hyperbole. ¶16 Heb. iuxta Elone Mamre. Nomen loci eſt. Mamre, vir fuit Amorrhæus, vt ſequenti capite dicitur. Elon igitur Mamre, planicies quædã erat arboribus cõſita, quales ante mœnia ciuitatũ plantari ſolent, vt quidã Hebræorum dicunt. Elone, alij interpretãtur cõuallem: alij quercetũ: Chaldæus paraphraſtes, planiciẽ. ¶17 .i. in honorẽ Domini.

XIIII. ¶1 Accidit autẽ tẽpore Amraphel regis Sẽnaar, & Arioh regis Elaſar, & Chodorlahómor regis Ælam, & Thadal regis Goim, vt facerẽt bellũ &c. Amraphel putatur fuiſſe Nẽrod. Sennaar, ſecũdũ Chaldæũ paraphraſtem erat Babylon. Elaſar nõ potuit eſſe Pontus, quũ Põtus ſit regio longe diſtans à terra Chanaan, eáque ad Occidentẽ, quum terræ aliorũ regum ad Orientem ſitæ ſint. Goim, Gẽtes ſiue populi dicũtur. Aut eſt prouinciæ nomen, quæ fuerit vicina Ælamitis. i. Perſis, & Sennaar.

contráque regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerũt in vallem Sylueſtrem quæ nunc eſt Mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierãt Chodorlahómor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erant cũ eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtaroth & Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, vſque ad cãpeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſíque ſunt, & venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionẽ Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Aſ-

B ſon-thamar. ¶ Et egreſſi ſunt rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerũt aciem cõtra eos in valle Sylueſtri, ſcilicet aduerſus Chodorlahómor regẽ Ælamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinque. Vallis autem Sylueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, cecidérũtq; ibi: & qui remãſerant, fugerunt ad montem. Tulerũt autem omnem ſubſtantiam Sodomorũ & Gomorrhæorũ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierũt. Necnõ & Lot & ſubſtantiã ei⁹, filium fratris Abram, qui habitabat

C in Sodomis. ¶ Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abram. Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Lot fratrẽ ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt eos vſque Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecut⁹ eſt eos vſque Hoba & Phœnicem, quæ eſt ad lęuã Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtantiã, & Lot fratrẽ ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq; & populũ. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius (poſtquã reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & regum qui cum eo erant) in valle Saue, quæ eſt

D Vallis regis. ¶ At vero Melchi-ſedec rex Salẽ, proferens panem & vinũ (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait, Benedict⁹ Abram Deo excelſo qui creauit cœlum & terrã: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manib⁹ tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ¶ Dixit autẽ rex Sodomorũ ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei, Leuo manum meam ad Dominũ Deum excelſum poſſeſſorẽ cœli & terræ, quòd à filo ſubtegminis vſque ad corigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quę tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abrã. exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorũ qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

CAP. XV.

His itaque tranſactis, fact⁹ eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem dicẽs, Noli timere Abrã, ego protector tuus ſum, & merces tua

hæc eſt [1] Soar. Omnes iſti cõiunxerũt [copias] in valle [2] Siddim, quæ nũc eſt Mare ſalſum. Duodecim enim annis ſeruierãt ipſi Chedarlahomer, tertio vero decimo anno [4] rebellarũt. Quartodecimo igitur anno venit Chedarlahomer, ſociiq; reges cum eo, & percuſſerunt [5] Rephaim in Aſtheroth-carnaim, atq; Suſim in Ham, & Emim in planitie Kiriathaim: & Horræum in montanis [ſuis, nẽpe] Seir, vſque ad cãpeſtria Paran, quæ ſunt iuxta deſertũ. Reuerſiq; venerũt ad En-miſpat, hæc eſt Cades: & percuſſerũt omnẽ regionẽ Amalec, ſed & Amorrhæum habitantẽ in Haſaſon-thamar. ¶ Et egreſſus eſt rex Sodomæ, rex Gomorrhæ, rex Adama, rex Seboim, & rex Bela: ipſa eſt Soar: & aciẽ [6] inſtruxerunt aduerſus illos in valle Siddim, [nẽpe] aduerſus Chedarlahomer regẽ Ælam, & Thideal regẽ Gentiũ, & Amraphel regẽ Sinear, & Arioch regẽ Elaſar, quatuor reges aduerſus quinq;. Porrò vallis Siddim [7] abũdabat foueis argilloſis. Fugerũt autẽ rex Sodomæ atq; Gomorrhæ, & [8] ceciderunt ibi: qui vero remãſerant, fugerũt verſus mõtes. Et accipiẽtes omnẽ ſubſtãtiã Sodomorũ, & Gomorrhæorũ, & omnẽ cõmeatũ eorũ, abierũt. Lot quoque nepotem Abrã ex fratre abduxerũt, & ſubſtãtiã eius, & receſſerũt. habitabat enĩ Sodomæ. ¶ Et venit quidam qui euaſerat, & indicauit [hoc] Abrã Hebræo, qui [tum] habitabat [9] in quercetis Mamre Amorrhæi, fratris Eſcol, & fratris Aner, qui fœdus habebant cũ Abram. Audiens vero Abram quòd captus eſſet [10] frater ſuus, [11] exercitatos ac inſtructos ſuos, vernas ſcilicet, numero trecẽtos decem & octo, expediuit, & inſequutus eſt illos vſque ad Dan. [12] Et diuiſis copijs, ipſe & ſerui ei⁹ [irruerũt] ſuper eos noctu, percuſſerũntque eos, & inſecuti ſunt eos vſque Hoba, quæ eſt ad lęuã Damaſci. Reduxitque omnẽ ſubſtãtiã, ſed & Lot fratrem ſuum ſubſtãtiámque eius reduxit, deinde & mulieres & populũ. Egreſſus itaque rex Sodomorum obuiam ei (poſteaquam reuerſus eſt à cæde Chedarlahomer, & regũ qui cum eo fuerant) [13] in vallẽ planã, quæ Vallis regis dicta eſt. ¶ Et Malchi-ſedec rex Salem protulit panẽ & vinũ, [14] & hic ſacerdos erat Dei altiſſimi. Benedixitque ei, & ait, Benedictus Abrã [15] Deo excelſo, qui poſſidet cœlũ & terram. Et benedictus Deus excelſus, qui tradidit hoſtes tuos in manũ tuã. [16] Dedit itaque illi decimas [17] ex omnibus. ¶ Et dixit rex Sodomę ad Abrã, Da mihi [18] animas, ſubſtantiã tolle tibi. Reſpondit Abrã regi Sodomorũ, [19] Leuaui manũ meã ad Dominũ Deũ excelſum poſſeſſorẽ cœli & terrę, [20] ne quidquã accipiã ex omnibus quæ tua ſunt, ne filum quidem aut calceamenti corigiã: ne dicas ſcilicet, Ego ditaui Abram: his tãtum exceptis quæ inſumpſerũt [21] pueri: deinde & portiõe virorum illorũ, Aner, Eſcol & Mamre, qui mecum profecti ſunt, [22] iſti accipiant partem ſuam.

CAP. XV.

Poſt hæc [1] geſta, [2] factũ eſt verbum Domini ad Abram [3] in viſione [quadam] in hũc modum, Ne timeas Abrã, ego clypeus tuus ſum, & [4] merces

Sodoma diripitur.

¶ Gomorrhę Abducit Lot captiuus.

Nuntiatur Abræ.

Abram eripit Lot.

Melchiſedec cibat ipſum Abrã: cui ipſe Abrã dat decimas. heb. 7. a.

Abram ſpolia renuit accipere.

Deus protector & merces Abræ.

¶ 1 Siue Segor. Per occupationẽ hic dicitur Segor, & paulo poſt: quũ poſtea ſic nominata fuerit, gen. 19. e ¶ 3 hoc eſt camporũ, ſiue cãpeſtri. ſignificat enim agros aratos. ¶ 4 vſ. defecerũt ab illo. i. denegauerunt tributum quod perſoluere ſolebant. ¶ 5 gigãtes vertit Chaldæ⁹ paraphraſtes. Alij exiſtimãt fuiſſe nomẽ vrbis. ¶ 6 ſub. aciem inſtruxerunt. ¶ 7 Hebr. putei, putei bituminis. Hebraic⁹ loquẽdi mod⁹, p plena erat, vel ſcatebat puteis bituminis. ¶ 8 vſ. cõiecerũt ſeſe aut præcipitauerũt illuc. i. in eos puteos. ¶ 9 in Elone. Vide poſtremam annotationẽ capitis præcedentis. ¶ 10 .i. nepos eius ex matre. ¶ 11 armis inſtructos eduxit tyrones, vernaculos ſuos. vſ. nẽpe vernaculos ſuos. Vox Hebræa p qua hic vertitur tyrones, ſignificat inſtructos, & aſſuetos militiæ, aut alij cuipiam arti. ¶ 12 Heb. Et quũ ſeparauiſſet ſeſe, irruit in illos noctu ipſe & ſerui eius. Separauit ſeſe: ſub. ab alijs. vel vt alij volũt, turmã ſuam diuiſit in partes duas, & irruit, aſſumpta altera. ¶ 13 In vallem Saue, accuſatiuus caſus eſt. venit inquam in vallem Saue. ¶ 14 erat enim ſacerdos Deo altiſſimo: Benedixitque illi. ſub. Deo. i. gratias illi egit de victoria data Abræ. Cũ ait Moſes, Protulit panẽ & vinũ, intellige, vt ſacrificaret, vel vt offerret Deo. nã, inquit, erat ſacerdos Deo altiſſimo. ¶ 15 .i. apud Deũ excelſũ. q. d. Valde fauet De⁹ Abræ, q dedit ei tãtã victoriã, tã paruis copijs inſtructo. Aut, De⁹ altiſſim⁹ cõmẽdatiſſimũ habeat Abrã. ¶ 16 ſub. Abrã ipſi Melchi-ſedeco. ¶ 17 ſub. quę hoſti bus detraxerat. ¶ 18 Pro hoĩbus ponit aĩas, more Hebraico. i. hoĩes captiuos. ¶ 19 .i. ſublata manu iuraui Domino &c. ¶ 20 Heb. ſi à filo vſq; ad corigiã calceamẽti, & ſi accipiã ex oib⁹ quæ tua ſunt. In his iuramẽtis ſubaudiũt aliqđ Hebræi, hoc pacto, Si quicq̃ accepero, faciat mihi De⁹ hoc & hoc. Hic autẽ iurat, ne filũ quidẽ veſtimẽti, aut corigiã ſe accepturũ. ¶ 21 .i. ſerui mei. ¶ 22 q. d. Per me licet. ſi velint accipere, accipiãt. XV. ¶ 1 Heb. verba. Hebraica phraſis, pro, His itaq; geſtis ſiue trãſactis. Hoc capite declarat̃ fides Abræ, & cõmẽdat̃ Abrã à Deo. Apparet hæc viſio contigiſſe ſub lucẽ, q infrà legat̃, Eduxit eũ foras, & dixit illi, Suſpice cœlũ, & numera ſtellas &c. ¶ 2 Hebraiſmus, pro, locut⁹ eſt Dominus Abræ. ¶ 3 Chaldæus paraph. per propheticã. ¶ 4 ſub. erit. i. ampliſſima te manet hui⁹ tuæ fidei merces, q tam potẽtiſſimos reges auſus es aggredi, auxilio meo fretus.

¶1.i. perſeuerẽ ſine liberis: vl, quũ ego abeã .i. cõſeneſcã, ætatiſque iã ſim prouectæ, & tamen liberis, qui mihi hæredes ſint, careã. ¶6 & filius relictionis domus meæ eſt Eliezer de Damaſco. Hebraiſm᷒ eſt, filius relictionis domus meæ, pro, is cui curam omnem rei familiaris meæ ego relíqui & cõmiſi: diſpenſator & procurator domus meæ. Alij vertunt, Fili᷒ diſcurſationis domus meæ. i. qui diſcurſat per domũ meam, vt ſolet œconomus in reb᷒ diſpenſandis & adminiſtrãdis. q. d. Quicquid dabis mihi, illud nõ erit liberorũ meorum quos nullos habeo: ſed huius œconomi Eleazari Damaſceni. Quidã hoc pacto interpretãtur, Filius relictionis meæ, erit filius Eleazari Damaſceni. i. Is cui relinquã domum meam, & bona mea, ſiue, hæres meus, erit filius Eleazari Damaſceni. ¶7 ſemen: & certe.

ces tua[1] admodum ampla. Et dixit Abram, Domine Deus, quid dabis mihi, quũ ego [2]incedã ſterilis[3] & diſpenſator domus meæ eſt hic Damaſcenus Eliezer.' Et vltra loquutus eſt Abrã, En, mihi nõ dediſti [7]ſemen, & ecce [8]filius domus meæ [9]hæres meus eſt.' Et ecce [10]verbum Domini factũ eſt ad eum in hunc modũ,' Hic nõ erit hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, is erit hæres tuus. Eduxitq; eũ [11]foras,' & dixit, Suſpice quæſo cælũ, & numeratũ poteſ ſtellas. Et addidit, [12]Sic' erit ſemẽ tuũ. Credíditque Abrã Domino, [13]imputatáque eſt ei hæc [fides] ad iuſtitiam.' Et dixit ad eum, [14]Ego ſum Dominus' qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darẽ tibi terrã iſtam, vt poſſideres eam. Et ait, Domine Deus, vnde ſcire poſſum q̃ poſſeſſurus ſim eam? Reſpondit ei, Tolle mihi [15]buculam triennem, & capram triennem, atque arietem triennem,' turturem quoque & pullum columbarum. Hæc omnia tibi accipiens, ſecuit ea per medium, [16]poſuitque vnamquanque partẽ è regione comparis ſui:' cæterum aues nõ diſſecuit. Deſcenderúntque volatilia ſuper cadauera illa, Abram verò ea [17]proturbabat.' Cúmq; ſol occũberet, irruit ſopor ſuper Abram, & ecce horror tenebroſus ac magnus irruit in eum. Et [18]dixit ad Abram, [19]Hoc tibi perſuaſiſſimũ ſit,' ſemen tuum peregrinum fore in terra non ſua, & [20]ſubijciẽt eos ſeruituti,' affligéntq; eos quadringentis annis. Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego [21]iudicabo:' & poſt hæc egredientur cum magna poſſeſſione. Tu autẽ [22]ibis ad patres tuos in pace, & ſepelieris in ſenectute bona.' Seculo autẽ quarto reuertẽtur huc. hacten᷒ enim [23]nondũ cõpleta eſt iniquitas Amorrhæorũ.' Factúmque eſt occidente ſole, vt caligo fieret, & ecce furnus fumans, pertrãſijtque [24]fax ardens' inter particulas illas. ¶Eodẽ die pepigit Dominus fœdus cum Abram his articulis, Semini tuo dedi terrã iſtam, à fluuio Ægypti vſque ad fluuiũ magnũ, nempe Euphraten: Cinæum, Kenizæum, Cadmonæum, Hethæum, Phereſæum, & Rephaim: Sed & Amorrhæum, Chananæum, Gergeſæum atque Iebuſæum.

CAP. XVI.

SArai itaque vxor Abram [1]nihil peperit ei: habuit [2]autem ancillam Ægyptiam, Hagar nomine. Dixit ergo Sarai ad Abrã, [2]En amabo, [3]cõſtrinxit' me Dominus ne párerem, [4] ingredere quæſo ad ancillam meam,' [5]ſi fortè ex ea ædificer.' Obedije autem Abram voci Sarai. Tulítque Sarai vxor Abram, Hagar Ægyptiã ancillam ſuã, [6]à fine decẽ annorum, quibus habitauerat' Abram in terra Chanaan, & dedit eã Abrã marito ſuo vxorem. Et quum ingreſſus eſſet ad Hagar, cõcepit illa. quúmq; intelligeret ſe cõcepiſſe, [7]viluit domina ipſi᷒ in oculis ei᷒.' Et dixit Sarai ad Abrã, [8]Iniuriã meã tibi acceptã refero:' ego

magnus nimis. Dixitq; Abrã, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadã abſque liberis: & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſc᷒ Eliezer. Addidítque Abram, Mihi autem nõ dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum, dicens, Non erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredẽ. Eduxitque eũ foras, & ait illi, ‖Suſpice cælum, & numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei, Sic erit ſemen tuum. ‖Credidit Abram [a]Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Dixitque ad eum, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, & poſſideres eã. At ille ait, Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? Et reſpondẽs Dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietẽ annorum triũ, turturem quoque & colũbam. Qui tollens vniuerſa hæc, ‖diuiſit ea per medium, & vtraſque partes cõtra ſe altrinſecus poſuit: aues autem nõ diuiſit. Deſcenderúntque volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. Cúmque ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictúmq; eſt ad eum, Scito prænoſcẽs quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra nõ ſua: & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringẽtis annis. Verũtamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtãtia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. ‖Generatione autẽ quarta reuertẽtur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ vſque ad præſens tempus. Cũ ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumãs, & lãpas ignis trãſiens inter diuiſiones illas. ¶In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnum Euphrãtẽ, Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

CAP. XVI.

IGitur Sarai vxor Abram non genuerat ſibi liberos: ſed habẽs ancillam Ægyptiã nomine Agar, dixit marito ſuo, Ecce, cõcluſit me Dominus, ne parerẽ: ingredere ad ancillam meã, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cúmq; ille [a]acquieſceret' deprecãti, tulit Agar Ægyptiã ancillam ſuã poſt annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eã viro ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominã ſuam. Dixitque Sarai ad Abram, Iniquè agis contra me: ego dedi an-

Promittitur Abræ Iſaac filius.

B Rom. 4. c. Abram fide iuſt᷒. ro. 4. a. gal. 3. a. iac. 2. a. d. ĩ. u. d.

¶[a]Domino, Tertio pmittit Abræ terra Chanaan.

C Ier. 34. d.

Prædicit ſeruitus & liberatio filiorũ Iſrael ex Ægyp. act. 7. a.

D Exo. 12. f. Act. 7. a. [illegible]

Quarto terra Chanaã pmittit. ĩ. 12. b. 13. d. ĩ. 26. a. deut. 34. b. 2. par. 9. f. 3. reg. 4. c.

Sarai dat viro ancillam ſuam.

¶[a]acquieuiſſet

B Cõcipit Agar & dominã irridet.

Semen pro liberis accipit. Idem repetit: quia id male habebat virũ pium. ¶8 vl, verna meus ¶Heb. poſſidebit me. i. quia ſum ſine liberis, futurus eſt hæres rerũ mearũ. ¶10 Hebraiſmus, pro, Locutus eſt ei Dominus, dicendo. ¶11. i. extra tentoriũ. ¶12. i. tantũ, & tam numeroſum. vl, quemadmodum ſtellæ ſunt innumeræ, ita & ſemen tuum numerari non poterit. ¶13 & reputauit ei illam ad iuſtitiam [redacted] ¶14 q. d. Bene feciſti quòd credideris mihi: nam ego ſum Dominus &c. ¶15 Chaldæus paraphraſtes & quidam Hebræorũ vertũt, vaccas tres, & capras tres, & arietes tres. Magis placet vt referatur ad numerum annorũ. ¶16 Heb. & quamlibet partem diuiſionis ſuæ è regione ſociæ ſuæ poſuit. Modus loquẽdi Hebraicus, pro, & poſuit partes illas ſibi reſpõdẽtes altrinſecus. ¶17 abigebat. ¶18 ſub. Dominus. ¶19 Heb. Sciendo ſcias. i. Certo ſcias. Hebraica phraſis. ¶20 ſeruient illis, ſub. Ægyptijs. Plurale verbum quia ſemẽ eſt collectiuũ. ¶21 Hebraiſmus, pro, puniam: ¶22 Hebraiſmus, pro, morieris vt maiores tui, morte optima, in ſenectute bona. ¶23. i. nõdum perpetrauerũt Amorrhæi ea ſcelera quæ perpetrare debent prius quàm expellantur ſua terra. ¶24 vl, facula ignita, ſub. miſſa à Deo. Hic cæſa animalia & diuiſa in partes, cõburũtur in cõfirmationem fœderis. Lege Ieremiæ caput 34, circa finẽ. XVI. ¶1 nõ pepererat ipſi liberos: habebat ¶2 Heb. Ecce nũc. vl, Sane, ¶3 vl, concluſit. Hebraiſmus, pro, ſterilem reddidit. ¶4. i. congredere nũc cũ ancilla. Rem turpem honeſte exprimit. ¶5 Heb. fortaſſe filiabor (vel, ædificabor) ex ea. Hebraica phraſis, pro, fortaſſe ex ea procreabis mihi liberos. ¶6 vl, poſt decẽ annos ex quo habitare cœperat ¶7. i. habuit cõtẽptui herã ſuã præ ſe. Solẽt hoĩes beneficijs diuinis ſuperbire. Hagar ꝓpter beneficiũ fœcũditatis à Deo ſibi datũ, cœpit contẽnere Sarai dominã ſuã. ¶8 Heb. Iniuria mea [ſiue quæ mihi infertur] ſuper te eſt. i. tibi imputãda eſt, iuſte poſſum de te cõqueri.

Fugit Agar Saram.

Cōſolatur eā angelus.

Iſmael qualis futurus.

Parit Agar. galat.4.c.

Abrā noïatur Abrahā. ¶ [a] Deus

Eccli 44.e. rom.4.c.

Quinto ꝓmittitur Abrahę Chanaan. ¶ [b] poſt te

Circūciſio ſignū fœderis act.7.a.

Rom.4.b. Leuit.12.a. luc.1.c.

cillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, deſpectui me habet. Iudicet Dominus inter me & te. Cui reſpondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. ¶ Affligēte igitur eam Sarai, fugam inijt. Cúmque inueniſſet eam angelus Domini iuxta fontē aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarai vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei angelus Domini, Reuertere ad dominā tuam, & humiliare ſub manu illius. Et rurſum, Multiplicās, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepiſti, & paries filium: vocabiſque nomen eius Iſmael, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius cōtra omnes, & manus omnium contra eum: & e regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula. Vocauit autem Agar nomē Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidiſti me. dixit enim, Profectò hic vidi poſteriora videntis me. Propterea appellauit puteū illum, Puteum viuentis & videntis me. ipſe eſt inter Cades & Barad. ¶ Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomē eius Iſmael. Octoginta & ſex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Iſmaelem. CAP. XVII.

Poſtquam verò nonaginta & nouem annorū eſſe cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum, Ego [a] Dominus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus. Ponámque fœdus meū inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus, Ego ſum, & ponam pactum meum tecum, eriſque pater multarum gētium. Nec vltra vocabitur nomē tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gētium conſtitui te. Faciámque te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, regēſque ex te egredientur. Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemē tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Dabóque tibi & ſemini tuo [b] terram peregrinationis tuæ, & omnē terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, eróque Deus eorum. ¶ Dixitque iterū Deus ad Abrahā, Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactum meū quod obſeruabitis inter me & vos & ſemē tuū poſt te, Circuncidetur ex vobis omne maſculinum: & circūcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignū fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circūcidetur in vobis, omne maſculinū in genera-

dedi ancillam meā in gremiū tuum, quæ intelligens ſe grauidā, [9] vilis ſum coram ea. [10] Dominus iudicet inter me & te. Dixit autem Abram ad Sarai, En ancilla tua in [11] manu tua eſt, fac illi [12] quod tibi viſum fuerit. ¶ [13] Quū ergo Sarai eā affligeret, fugit Hagar à facie eius. Inuenit autem eā angelus Domini iuxta fontē aquæ in deſerto, iuxta fontē [ſinquā] illū qui eſt [14] in via Sur. Dixitq; Hagar ancilla Sarai, vnde veniſti, & quò vadis? Illa dixit, [15] A facie Sarai dominę meæ ego fugio. Dixitque ad eā angelus Domini, Reuertere ad herā tuā, & te ſub manus eius ſubde. [16] Porrò loquutus eſt ad eā angelus Domini, Multiplicabo ſemen tuū vehementer, vt præ multitudine numerari nō poſſit. Rurſus dixit ad eā angelus Domini, Ecce tu prægnās es, pariēſque filiū, & vocabis nomē eius Iſmaelē. [17] audiuit enim Dominus afflictionē tuā. Hic erit homo [18] ferus, [19] manus eius contra omnes, & manus omniū contra eum: [20] coram omnibus fratribus ſuis habitabit. [21] Vocauitque Hagar nomen Domini loquētis ad eam, Tu Deus [22] qui vides me: ſic enim cogitauerat, [23] Annō etiā hic vidi poſt videntem me? Idcirco [24] vocatus eſt puteus ille, Puteus viuētis [ſcīl] videntis me, qui eſt inter Cades & Bared. ¶ Peperit autem Hagar ipſi Abram filiū: appellauitque Abrā nomen filij ſui, quē pepererat illi Hagar, Iſmaelē. Octogintaſex annorum erat Abrā, quādo Hagar peperit ei Iſmaelem. CAP. XVII.

Qvum Abram natus iam eſſet annos nonagintanouē, apparuit ei Dominus, & dixit ad eū, Ego ſum [1] El-ſaddai, [2] ambula coram me, & eſto integer: [3] ponámque fœdus meū inter me & inter te, & [4] multiplicabo te vehementiſſime. Prociditque Abram pronus, & loquutus eſt cum eo Deus, in hanc ſententiā, En ego [ſferio] tecum fœdus meum: eriſque pater multarum gētium. Nec vocabitur vltra nomen tuum Abram: quin potius Abraham erit nomen tuū, quoniā te patrem multis gentibus [5] conſtitui. Ego creſcere te faciam vehementiſſime, [6] ponámque te in gentes, ſed & reges ex te prodibunt. Et confirmabo fœdus meum inter me & inter te, interque ſemen tuum [7] poſt te in generationibus ſuis fœdere perpetuo, [8] vt ſim [ſcilicet] tibi Deus, & ſemini tuo poſt te. Dabóque tibi & ſemini tuo poſt te, terram hanc in qua tu peregrinus es, nempe totam terram Chanaā, in poſſeſſionē perpetuā, [9] eróque illis Deus. ¶ Rurſúmque dixit Deus ad Abrahā, Et tu [10] cuſtodies fœdus meum, tu [ſinquā] & [11] ſemen tuū poſt te in generationibus ſuis. Hoc autē eſt [12] fœdus meū quod obſeruabitis inter me & vos, denique inter ſemen tuū poſt te, Circūcidatur vobis omnis mas. Circūcidetis vero carnē

præputij veſtri, quod erit ſignū fœderis inter me & vos. [13] Omnis mas qui fuerit in generationibus

¶ 9 Heb. vilui in oculis eius. pro, cōtempſit me. ¶ 10. i. Iudicet Dominus de mea cauſa & de tua. q.d. Non deberes id ferre. ¶ 11 Manū pro poteſtate poſuit. ¶ 12 He. quod bonū eſt ī oculis tuis. Hebraica phraſis, pro, vtere illa vt tibi lubet. ¶ 13. i. Quū puniret illius inſolentiā. ¶ 14. i. qua itur in Sur. ¶ 15. i. Propter Saram &c. ¶ 16 vl. Et adiecit ¶ 17. i. exaudiuit orationem tuam quam effudiſti quum affligereris.

¶ 18 Heb. onager. i. vir ſimilis onagro, aſino ſylueſtri, ferus, ciuiliū morum expers, durus & agreſtis. Vel, Inter homines velut onager: quia habitabit in deſertis. ¶ 19 Hoc eſt, inuadet oēs, & ab omnibus inuadetur, infenſus erit omnibus. ¶ 20 q.d. nō timebit ſibi neque à vicinis, neque à fratribus. ¶ 21 Quidā vertunt, Inuocauit nomē ſve, Orauit in nomine] Domini qui loquebatur &c. Principiū orationis erit, Tu Deus &c. ¶ 22 Heb. viſionis. i. Deus qui vides omnia. Nō erat autē Dominus qui loquebatur ei, ſed angelus: verū alloquitur miſſum, perinde acsi eſſet is qui miſit. Deū autē viſionis vocat, Deū qui apparere ſoleat ſanctis ſuis & afflictis. ¶ 23 Interrogatio eſt quæ reſpōſionem negatiuā poſtulat. q.d. Vidine illū abeūtē qui vidit me, ſiue apparuit mihi? Non vidi. vnde cognoui eſſe angelū Domini. nā quandiu colloquebatur mecū, videbam illū: mox ita diſparuit, vt videre non potuerim: quē abeuntē videre potuiſſem ſi homo fuiſſet. Vere igitur cognoui Dominū miſiſſe ad me angelū ſuum qui me cōſolaretur. A ſubita diſparitione collegit angelū eſſe Domini. ¶ 24 vocauit puteum illū, &c. Vocauit. ſub. angelus: ita quidā, vt angelus impoſuerit nomen fonti. Alij dicūt Abram hoc nomē impoſuiſſe. Rectius ſic dices, Propterea is qui impoſuit nomen, vocauit fontē viuentis. ſcilicet angeli. q.d. Poſtea vocatus eſt puteus ille, Puteus &c. XVII. ¶ 1. i. Deus omnipotēs, à quo omnis ſufficiētia, cui nihil deeſt. ¶ 2 Hebraiſmus, pro, ita viuito in hoc mūdo, vt quæcunque egeris, mihi grata ſint, dáque operam vt viuas inculpate. ¶ 3 q.d. tibi iam ſeni & emortuo dabo ingens ſemen. ¶ 4 Præteritum pro futuro, conſtituam. ¶ 5 vl. Multiplicabo te ¶ 6 Hebraiſmus, pro, faciam vt ex te gentes multæ naſcantur. ¶ 7. i. te mortuo. tēporibus ſuis & ætate ſua. ¶ 8 q.d. Tui curam ſemper geram, tu verò adorabis me, & tanquam à patre pendebis à me. ¶ 9 q.d. Dabo eis terram Chanáan, verum ea lege vt ſim Deus eorum. ¶ 10 cuſtodias. vel, cuſtodi ¶ 11. i. nepotes tui, te mortuo, tempore ſuo. Hebraiſmus. ¶ 12 Hoc loco pactum, ſiue fœdus, pro ſymbolo fœderis accipitur: vt mox exponitur, his verbis, Quod erit ſignum fœderis inter me & vos. ¶ 13 Heb. Infans itaque octo dierum circuncidatur à vobis, omnis ſcilicet maſculus in generationibus veſtris. i. temporibus veſtris. Ordo eſt inuerſus, qui ſic conſtrui debet, Omnis maſculus octo dies natus circuncidatur à vobis. Aug. cyuer. tol. q. 12. 29.

veſtris dierū octo, circūcidetur vobis,' ſiue verna fuerit, ſiue ære cōparat⁹ ſeruus à quocūq; extraneo, qui nō eſt de ſemine tuo. Omnino verna, & emptit⁹ ære tuo cōparat⁹, circūcidi debent: vt ſit [14]fœdus' meū in carne veſtra fœdere ſempiterno. Porrò mas præputiatus, cuius præputiū carnis circūciſum non fuerit,[15]'hui⁹ anima excindatur' è pplo ſuo. [16]fœdus [enim] meū irritū fecit. ¶ Dixit quoq; Deus ad Abrahā, Sarai vxorē tuam nō appellabis Sarai, ſed Sarah erit nomē eius. Et benedicā ei,[17]'etenim dedi' tibi filiū ex ea: benedicā ei,[18] erit q in gētes, & reges populorū ex ea naſcētur. Procidit Abrahā pronus, & [19]gauiſus eſt,' cogitauitq; in corde ſuo,[20]Centenariòne naſcetur [proles?]' & Sarah nonagenaria pariturane eſt? Dixitq; Abrahā ad Deū,[21] Vtinā Iſmael viuat coram te.' Ad quē dixit Deus,[22]Profectò' Sara vxor tua pariet tibi filiū, vocabiſque nomen eius Iſaac: & ego[23]cōfirmabo fœdus' meū cum eo,[24]vt ſit fœdus ſempiternū ſemini quoq; eius poſt eū.' [25]Audiui quoq; te q̄d ad Iſmaelē attinet:' en[26]benedixi' ei, & faciā illū creſcere, multiplicaboq; eū vehemētiſſime: duodecim duces generabit, & faciā illū in gentē magnā. Fœdus vero meū[27]confirmabo' cū Iſaac, quē pariet tibi Sara[28]ad præſtitutum tēpus iſtud,' anno altero. Et deſijt loqui cū eo,[29]'aſcēditq; De⁹ ab Abrahā. ¶ Et accepit Abraham Iſmaelē filiū ſuum, & omnes vernas ſuos, & omnes eos quos ære ſuo cōparauerat, oēs ſcilicet mares inter viros qui erant[30]in domo Abrahæ,' & circuncidit carnē præputij illorū[31]ipſo eodem die,' quēadmodū loquutus fuerat Deus cū eo. Porrò Abrahā nat⁹ erat nonagintanouē annos, quū circūcidebat caro præputij ſui. Iſmael vero filius eius natus erat tredecim annos, quādo circūciſus eſt ipſe in carne præputij ſui.[32]Vno eodēmq; die' circunciſus eſt Abrahā & Iſmael filius eius, ſed & omnes domeſtici[33]eius,' vernæ, & qui ab alienigenis pecunia comparati erant, circunciſi ſunt cum eo.

CAP. XVIII.

APparuit autē ei Dominus[1]'in querceto' Mamre, ipſe vero ſedebat in oſtio tabernaculi[2]'in ipſo feruore diei.' Quūmq; ſublatis oculis reſpexiſſet, ecce tres viri ſtabant iuxta eū, quos cū vidiſſet, occurrit eis de oſtio tabernaculi, &[3]'incuruauit ſe verſus terrā,' & dixit, Amabo domine[4] ſi hanc gratiam à te impetrare poſſum,[5] ne quæſo prætereas ſeruū tuū.[6] Afferatur quæſo pauxillū aquæ, vt lauētur pedes veſtri,[7]'recūbite' ſub arbore, Ego vero afferā fruſtum panis,[8]'& reficite cor veſtrū,' deinde tranſite: idcirco enim ad ſeruū veſtrum diuertiſtis. Illi autem dixerūt, Fac quemadmodū es loquutus. Feſtinauit itaq; Abraham in tabernaculū ad Sarā, & dixit, Accelera, commiſce tres modios farinæ purgatiſſimæ, & fac placētas. Abraham vero currens[9]'ad armenta,' & accepto iuuenco[10]'pingui' ac bono, dedit [eum] puero: qui feſtinauit, & parauit illum. Butyrum quoque tulit

tionibus veſtris: tā vernaculus quàm emptitius circuncidetur. & quicūq; nō fuerit de ſtirpe veſtra: eritq; pactū meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius præputij caro circūciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactū meum irritum fecit. ¶ Dixit quoque Deus ad Abrahā, Sarai vxorem tuam nō vocabis Sarai, ſed Sarā. Et benedicā ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritq; in nationes, & reges populorū orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciē ſuā, & riſit: in corde ſuo dicens, Putáſne cētenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad Deū, Vtinā Iſmael viuat coram te. Et ait Deus ad Abrahā, Sara vxor tua pariet tibi filiū, vocabiſq; nomen eius Iſaac, & cōſtituā pactū meū illi in fœdus ſempiternū, & ſemini eius poſt eū. Super Iſmael quoq; exaudiui te. ecce benedicā ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciā illum[*]creſcere' in gētem magnā. Pactum vero meū ſtatuam ad Iſaac quē pariet tibi Sara, tēpore iſto in anno altero. Cúmq; finitus eſſet ſermo loquentis cum eo aſcendit Deus ab Abrahā. ¶ Tulit autē Abrahā Iſmael filiū ſuū, & omnes vernaculos dom⁹ ſuæ, vniuerſóſq; quos emerat,[*]'&' cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circuncidit carnē præputij eorū ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abrahā nonaginta & nouem erat annorū quando circūcidit carnem præputij ſui. Et Iſmael filius ſuus tredecim annos impleuerat tēpore circūciſionis ſuæ. Eadē die circunciſus eſt Abrahā & Iſmael filius ei⁹. Et omnes viri domus illi⁹, tā vernaculi, q̄ emptitij & alienigenæ pariter circūciſi ſunt. CAP. XVIII.

APparuit autē ei Dominus in conualle Mābre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cúmq; eleuaſſet oculos, apparuerūt ei tres viri ſtantes prope eū: quos cū vidiſſet, cucurrit in occurſum eorū de oſtio tabernaculi[*]ſui,' & adorauit in terram. Et dixit, Domine, ſi inueni gratiā in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuū: ſed afferam pauxillū aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponámq; buccellā panis, & cōfortetur cor veſtrū, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruū veſtrū. Qui dixerūt, Fac vt locutus es. Feſtinauit Abrahā in tabernaculum ad Sarā, dixitq; ei, Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armētū cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimū & optimū: deditq; puero, qui feſtinauit & coxit illum. Tulit quoque butyrum

C Sarai, nominatur Sara. Rurſum promittitur Abrahæ Iſaac.

Abrahā orat pro Iſmaele. j.18.b.& 21.a.

Benedicit Iſmael.

D

Abrahā ſeipſum, Iſmaelem, & domeſticos circumcidit.

Abraham hoſpitalis hoſpitio ſuſcipit angelos. heb.13.a. Myſteriū trinitatis.

Abraham lauat pedes peregrinorum, & iſeruit mēſæ. B

¶14.i. ſignū fœderis. ¶15 vtiq; delebitur aia illa &c. i. homo ille nō cenſebitur in populo meo, nec pertinebūt ad illum promiſſiōes factæ à me populo meo. Nō erit particeps eius rei quę deſignatur hoc ſigno, hoc eſt, paſſionis Chriſti. nā per circunciſionem ſignificatur paſſio Chriſti. item q ſpiritu circūciſi eſſe debem⁹ ¶16.i. ſignū fœderis mei neglexit. ¶17 & etiā dabo &c. q.d. dedi tibi filium ex ancilla, dabo etiā tibi ex ea Sara filium. ¶18 nēpe Sara. & eſt Hebraiſmus, pro, ex ea gētes multæ naſcentur. ¶19 Heb. riſit, ¶20 Non vult Moyſes Abrahamū genuiſſe filiū quo tēpore centeſimū agebat annū: ſed ſibi cētenario filiū mirat naſciturū. Cū enim hæc dicebat, nondū centeſimū agebat annū, ſed nonageſimū nonū. Erat verò futurus centenari⁹ in natiuitate Iſaac. ¶21 Hebraiſmus. i. Vtinam Iſmael ita viuat vt tibi placeat, & obediat mandatis tuis. q.d. Satis mihi fuerit, ſi Iſmael filius meus obediat mandatis tuis. ¶22 vl, Imò. q.d. nō tantum tibi viuet Iſmael, ſed etiam, aut Imo Sara &c. ¶23 vl. ratū faciam pactum &c. q.d. pactum illud quod pepigi tecum, perueniet ad poſteros, nō per Iſmaelem, ſed per Iſaac quem tibi pariet Sara. Deſcendet enim Chriſtus ex Iſaac, nō ex Iſmaele. ¶24 Heb. in pactum ſeculi, & cum ſemine eius poſt ipſum. i. in pactum ſempiternū, & cum ſemine eius illo mortuo. ¶25.i. Exaudiui quoq; preces tuas quas fudiſti pro Iſmaelis vita. ¶26 Quia hæ promiſſiones ſunt veræ, ideo vtitur præterito pro futuro, benedicam ¶27.i. Ex te per Iſaac Chriſtus deſcendet. ¶28 Heb. tempore hoc, ¶29.i. reliquit ipſum Abrahamum, aut diſceſſit ab eo, ¶30.i. in domo ſua. Antecedens pro relatiuo. ¶31 Heb. in corpore diei ipſius. i. eo ipſo die, quemadmodum præceperat ei Dominus. ¶32 In eo ipſo die. quo ſcilicet Deus imperauerat vt circuncideretur. ¶33 ſub. Abrahæ.

XVIII. ¶1 Vide poſtremam annotationem capitis XIII. ¶2 vl, quum incaleſceret, ſiue calere cœpiſſet dies. Sub meridiem ſedebat in oſtio tabernaculi ſui expectans peregrinos, vt illos ad ſe vocaret, & benigne exciperet. ¶3 vl, adorauit in terram. i. demiſit faciem in terram vſq;, reuerētiæ & honoris cauſa. Hoc enim ſignificat vox Hebræa. Marcus, cap. 1. de leproſo loquens, poſuit Genuflectebat: vbi Matthæus eandem narrans hiſtoriam, Adorabat eum, ſcripſit. ¶4 Heb. ſi inueni gratiā in oculis tuis. Hebraica phraſis, pro, ſi tibi gratus ſum. ¶5.i. ne prætereas domum ſiue hoſpitium famuli tui, quin venias in tabernaculum meum. ¶6 Capiatur obſecro ſub. à te domino meo parum aquæ, & lauetis pedes veſtros. ¶7 Vox Hebræa ſignificat inniti alicui rei, quo commodius quieſcamus. q.d. Innitimini baculis veſtris, aut te alia ſub arbore. erat enim arbor ante oſtium tabernaculi. ¶8 Heb. & fulcite cor veſtrum. Vel, vt confirmetis cor veſtrum, ¶9 vel, ad boues, ¶10 tenero

Abrahæ ſeni promittitur Iſaac. j. 21. a. Rom. 9. b.

& lac, & vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore. ¶ Cúmque comediſſent, dixerūt ad eū, Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpōdit, Ecce in tabernaculo eſt. Cui dixit, Reuertens veniam ad te tēpore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. Erant autē ambo ſenes prouectæq; ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria. Quæ riſit occultè dicens, Poſtquā conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham, Quare riſit Sara [a] vxor tua dicens, Num verè paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara dicens, Non riſi, timore perterrita. Dominus autem, Non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti. ¶ Cū ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abrahā ſimul gradiebatur deducens eos. Dixitque Dominus,

Dei familiaritas & bonitas cum Abraham. C

Num celare potero Abraham quæ geſtur[us] ſum: cum futurus ſit in gētem magnam ac robuſtiſſimā, & BENEDICENDAE ſint in illo omnes nationes terræ? Scio enim q præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viā Domini, & faciant iudicium & iuſtitiā: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum. Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorū aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo verū clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: annon eſt ita, vt ſciam. Cōuerterúntque ſe inde, & abierunt Sodomā: Abraham vero adhuc ſtabat corā Domino. Et appropinquans ait, Nunquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribūt ſimul? & nō parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo? Abſit à te vt rē hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiátque iuſtus ſicut impius. nō eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terrā: nequaquam facies iudicium hoc. Dixitque Dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondénſque Abraham, ait, Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Quid ſi min[us] quinquaginta iuſtis quinq; fuerint? delebis propter [b] quadragintaquinque vniuerſam vrbem? Et ait, Non delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinque. Ruſúmque locutus eſt ad eum, Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Nō percutiam propter quadraginta. Ne quæſo, inquit, indigneris Domine, ſi loquar:

CHRISTVS.

Abraham docet familiam ſui viā Dei.

Prædicit Abrahæ interitus Sodomorum.

Abrahā intercedit pro Sodomitis.

D

Abrahā puluis & cinis perſtat in oratione.

¶ [b] quinque

& lac, & iuuencum quem parauerat, & appoſuit eis, ipſe vero iuxta eos ſub arbore, ipſis comedētibus, ſtabat. ¶ Dixerunt autē ad eū, Vbi eſt Sarah vxor tua? Reſpondit, En in tabernaculo eſt. Et dixit, [11] Certiſſime reuertar ad te [12] circiter tēpus viuentis, & ecce Saræ vxori tuæ filius erit. [13] Sarah vero audiebat hoc in oſtio tabernaculi, quod erat poſt illum. Equidem Abraham & Sarah ſenes erant, prouectæque ætatis, ita vt [14] mēſes deſiiſſent Saræ iuxta morem fœminarū. Riſit itaq; Sarah apud ſeſe, dicens, Poſtquam conſenui, herúſque meus grandi eſt ætate, num voluptati indulgebo? Dixitq; Dominus ad Abraham, Cur ſic riſit Sarah, dicens, [15] Nū vere paritura ſum, quū ſim vetula? [16] An ergo Deo quidquā eſt difficile? [17] ad tempus definitū circiter tempus viuentis reuertar ad te, & Sarah habebit filiū. Negauit autē Sarah, & dixit, Nō riſi, timuit enim. Et [ille] dixit, Nihil, imò riſiſti. ¶ Cōſurgētes ergo viri iſti illinc, reſpexerunt Sodoma verſus, Abraham vero ibat cum eis, vt eos deduceret. Dixit autē Dominus, Num celabo Abrahamū quæ ego geſturus ſum, Quum Abrahā [18] omnino futurus ſit in gentem magnam & robuſtam, benedicendæque ſint [19] in eo ōnes nationes terræ? [20] Hoc quoq; ſcio, quòd mandaturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ [21] poſt ſe, vt cuſtodiant viā Domini, [22] faciántque iuſtitiam & iudicium, in hoc vt adducat Dominus ſuper Abrahamū [23] quæ loquutus eſt ad eū. Ait itaque Dominus, [24] Fama Sodomorum & Gomorrhæorum multa eſt, & peccatum eorū ſupra modum graue: Deſcendam nunc, & videbo num ita habeat quemadmodum regionis illius fama ad me peruenit. [26] [ſi fecerūt,] actum de illis eſt: ſin minus, vt ſciam. [27] Diuerterúntque inde viri illi, & abierunt Sodoma, Abraham verò ſtabat adhuc coram Domino. Et accedens Abraham dixit, Num etiam iuſtum cum impio [28] perdes? Fortaſſis fuerint quinquaginta iuſti intra eā vrbē, num etiam perdes, & loco non parces propter quinquaginta iuſtos, qui illic ſunt? Abſit à te vt rem hāc facias, [29] & interficias iuſtū cum impio, [30] fiátq; vt impio ſic iuſto: abſit inquā à te, nū is qui iudex eſt vniuerſæ terræ, [31] æquitatē nō ſeruabit? Et dixit Dominus, Si Sodomis [32] intra mœnia quinquaginta iuſtos inuenero, [33] & vniuerſo huic loco illorum gratia parcam. Et reſpondens Abraham, dixit, En obſecro, [34] induxi animū vt loquerer cū Domino meo, [35] qui puluis ſum & cinis: [36] Quid ſi quinquaginta iuſtis, quinq; defecerint? nū [37] ob quinq; totā illam ciuitatē vaſtabis? Et dixit, Si illic inuenero quadragintaquinq;, nō vaſtabo. Ruſúmque loquutus eſt cū eo hiſce verbis, [38] Quid ſi inueniantur illic quadraginta? Reſpōdit, Nihil faciam, propter quadraginta. Et dixit, Ne quæſo iram moueat Domino meo, ſi loquar:

¶ 11 Heb. Reuertēdo reuertar .i. Haud dubie reuertar.

¶ 12 circa hoc tēpus, [ſcilicet] viuēte. ſubaudi, Sara. i. Sara vxore tua incolumi.

¶ 13 vel, Porrò Sara auſcultabat ad oſtiū tabernaculi: & ipſū (ſub. oſtiū) erat à tergo ipſius. q. d. angel[us] erat auerſa facie ab oſtio. ſiue angelo loquēti erat oſtiū ad tergū.

¶ 14 Heb. deſierat eſſe ipſi Saræ conſuetudo mulierum. i. Deſierat Sara pari mēſes. Hebraica phraſis.

¶ 15 q. d. Dicitne ſerio Domin[us] me parituram, quū iam ſenuerim?

¶ 16 Nunquid Deo quicquā eſt occultum? Aut, Latetne quicquā poteſt Deū? Alij vertūt, Nūquid Deo quicquā mirabile? q. d. Poteſt quicquā eſſe tā mirabile & excellēs, quod à Deo fieri non poſſit?

¶ 17 circa hoc tēpus, [ſcilicet] viuēte. Sub. Sara. i. Sara vxore tua incolumi.

¶ 18 Heb. eſſendo erit. i. Quum certo maximus populus & fortiſſimus naſciturus ſit ex eo. Hebraicus loquēdi modus. ¶ 19 .i. per ſemē illius, q eſt Chriſtus, vt cap. XXVI exponitur. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gētes terræ. ¶ 20 Heb. Noui enim eū: vt præcipiat filiis &c. Quædā ſubaudiēda, Nequaquā cælabo eū, quum nouerim eū iuſtū & piū: nequaquā inquā cælabo eū, vt præcipiat filiis &c. vt cuſtodiāt &c. ne ſcilicet eodē pœnæ genere multentur. ¶ 21 .i. ſe mortuo. ¶ 22 Hebraiſmus, pro, recte & iuſte viuāt. ¶ 23 vel, quod dixit de illo. De ſe loquitur in tertia perſona. i. vt impleam quæ promiſi illi. ¶ 24 Clamor Sodomæ & Gomorrhæ quia multus eſt, & iniquitas eorū quia aggrauata eſt ſupra modū: Deſcendā &c. Cū, inquit, res ita ſe habeat q clamor &c. Deſcendā &c. Iungitur hic verſus ſequenti. ¶ 26 Hæc verba [ſi fecerunt:] ſubaudiuntur ab Hebræis. pōſt ſequitur, cōſummatio. vel perditio. q. d. ſi fecerint quæ audio feciſſe, faciam in eis perditionem. i. prorſus delebo eos. ſi verò non fecerint, vel ſi res non ita habeat, ſciam quomodo ſint mitius puniendi, non extrema animaduerſione. Alij legūt, Videbo verum iuxta clamorem eius [vrbis] quæ venit ad me fecerint conſummationē. i. an opere cōpleuerint id quod audio eos feciſſe. ſin minus, vt ſciā quomodo res ſe habeat. Alij, cōſummationē fecerint, interpretantur, peccata patrarint extrema punitione digna. ſin minus tam flagitioſa patrarint, vt ſciam qua mitiore punitione debeam eos punire. ¶ 27 Conuerterant autem iam ſe inde viri, & abierant Sodomā. ¶ 28 vel, delebis? q. d. Nunquid præter alia quæ facturus es, delebis etiā &c. Omittit hic Moſes multa quæ in hoc Dei & Abrahami colloquio tractata fuerunt: & infert hoc, Nunquid etiā &c. ¶ 29 Et pro Vt poſitū. ¶ 30 Heb. fiátq; ſicut iuſtus ſicut impi[us]. i. talis futura ſit apud te conditio iuſti, qualis conditio impii. ¶ 31 Heb. nō faciet iudicium? i. nō recte iudicabit? q. d. par eſt vt recte iudicet. ¶ 32 Heb. in ipſa vrbe ¶ 33 Et pro Tunc poſitū. ¶ 34 Heb. geſtioſ[vel] cupio] loqui ¶ 35 .i. tametſi ſim abiectiſſimus. ¶ 36 Fortaſſe deerunt ex quinquaginta illis iuſtis quinque. ¶ 37 ſub. qui defecerint. ¶ 38 Heb. Fortaſſe inuenientur illic quadraginta. Ait, Non faciam. Subaudi, conſummationem. i. non perdam.

¶39 Sane nunc geſtio alloqui ¶40 vel, ſaltem hac vice ¶41 fortaſſe inuenient ibi decem.

XIX.

¶1 Accuſatiuus caſus. ¶2 Heb. & incuruauit ſeſe. honorifici licet cauſa. ¶3 cõpulit eos mirum in modum, & declinauerũt ad eum. ¶4 coxit ¶5 Heb. ab extremo. Subaudi, vrbis. Id eſt, qui habitabant à extrema parte vrbis. ¶6 ad oſtium, ¶7 Heb. facite illis quod bonũ fuerit in oculis veſtris. i. abutimini illis put libuerit. ¶8 tãtum ¶9 tigni mei. Id eſt, i domum meam. Hebraiſmus. ¶10 Faceſſe hic. ¶11 Vnicus venit vt habitaret, & iudicat iudicando? Obiurgantis ſermo: quaſi dicat, Solus venit vt habitaret apud nos, & vult eſſe iudex noſter? Vel, Venitne iſte peregrinus vt iudicaret nos? ¶12 attraxerunt ¶13 Heb. homines illos q[ui] erãt ad oſtium dom⁹ percuſſerũt cæcitate à paruo vſq; ad magnũ, & fatigati ſunt vt inuenirent oſtiũ. vel, ita vt fatigarentur, quærendo oſtium.

inuenientur fortaſſe illic triginta. Et dixit, Si inuenero ibi triginta, nihil faciam. Dixitq; iterum [ille,] [39]En obſecro, obſequutus ſum animo meo auſus loqui ad Dominum meum, fieri poterit vt inueniantur fortaſſis ibi viginti. Et dixit, Ob viginti nõ vaſtabo. Et dixit, Ne quæſo iram moueat Domino meo, ſi [40]vel iam loquutus fuero, [41]quid ſi inueniantur ibi decem? Et dixit, Nõ vaſtabo ob decem. Poſtquam vero ceſſaſſet Domin⁹ loqui ad Abrahã, abiit, & Abraham reuerſus eſt ad locum ſuum.

CAP. XIX.

Veneruntque duo illi angeli [1]Sodoma[1] ſub veſperam, & Lot ſedebat in porta Sodomorũ: vidẽſq; Lot, aſſurgit, itq; eis obuiam, [2]inclinat pronus facie terrã verſus demiſſa, & ait, En obſecro domini mei, diuertite quæſo ad domũ ſerui veſtri, pernoctate, lauate etiã pedes veſtros, & mane conſurgentes proficiſcemini viam veſtrã. At illi dixerunt, Non, ſed in platea pernoctabimus. Ille vero [3]efflagitabat vehementius vt ad ſe diuerterẽt. Ingreſſi itaq; ſunt domum eius, qui inſtruxit eis cœnam, & [4]pinſuit placentas infermentatas, & comederũt. ¶Prius autẽ quàm irent cubitũ, ciues vrbis, ciues ſcilicet Sodomorũ, vndiq; cinxerũt domum, à puero ad ſenem vſque, quin vniuerſa plebs [5]ab extremis locis vrbis. Vocauerunt autem Lot, & dixerunt ei, Vbi ſunt viri illi qui ad te hac nocte ingreſſi ſunt? educ illos ad nos, vt cognoſcam⁹ eos. Egreſſus autẽ Lot ad eos [6]foras, clauſit poſt ſe ianuã. Et dixit, Ne quæſo fratres mei malũ [hoc] cõmittatis. En, ſunt mihi duæ filiæ, quæ viros nõdũ ſunt expertæ, quas ad vos nunc educã, [7]agite cũ illis quod collibitũ fuerit, [8]modo viris illis nihil faciatis: i hoc enim ſub vmbram [9]tabulati mei introierunt. Et dixerunt, [10]Concede huc. Et rurſus dixerũt, [11]Vnus ille vt incola venit, & plane ius [nobis] dicet? te igitur plus quàm illos infeſtabim⁹. Vehementi igitur impetu irruentes in virũ (nempe Lot) acceſſerunt vt fores effringerent. Exerentes autem viri illi manus ſuas, [12]introduxerunt ad ſe Lot in domum, clauſerũtq; ianuã. Cæterum [13]viris illis qui erant iuxta fores domus à minimo ad maximũ vſq; oculos præſtrinxerunt, vt hallucinarentur, nec fatigati quidem inuenirent oſtium. ¶Et dixerunt viri illi ad Lot, [14]Habes adhuc quempiam hic? generũ, filios tuos, & filias tuas, [15]& quæcũq; habes in ciuitate educ de loco iſto. Nam nos perdemus locũ iſtum, eo quòd [16]ingens ſit clamor illorum corã Domino, miſitque nos Dominus vt perdamus illum. Egreſſus eſt itaque Lot, & loquutus eſt ad generos ſuos, qui [17]ducturi erant filias ſuas, dixitq; [ad eos,] Surgite, egredimini de loco iſto, quoniam ſubuertet Dominus ciuitatem iſtam: [18]fuit autem hic ſermo ludicrus generis ſuis. Exoriente autẽ aurora, [19]inſtabãt angeli Loto, & dixerũt, Surge, accipe vxorẽ tuã, & duas filias tuas [20]quæ ſuperſunt, ne fortè perdaris [21]in iniquitate ciuitatis. Quũmq; morã necteret, viri illi apprehẽſa manu eius, manũq; vxoris eius, ſed & manu duarum filiarũ eius, [22](volebat enim parcere ei Dominus) eduxerunt eum, collocarũntq; eum extra ciuitatẽ. [23]Quũmq; eduxiſſent eum extra ciuitatẽ, dixit, [24]Serua vitã tuam, [25]neq; reſpectes poſt te, neq; conſiſtas in tota iſta planitie, [26]effuge montem verſus, ne forte abſumaris. Dixitque

Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit, Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris Domine, ſi loquar adhuc ſemel: quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem. Abiitque Dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

CAP. XIX.

Veneruntque duo angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. qui cum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiã eis: adorauitq; pronus in terram, & dixit, Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam veſtram. Qui dixerunt, Minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eũ: ingreſſiſque domũ illius, fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt. ¶Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei, Vbi ſunt viri qui introierũt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum accludens oſtium, ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdũ cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, Ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementiſſime: iamque propè erat vt effringerent fores. Et ecce miſerũt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntq; oſtiũ: & eos qui foris erant, percuſſerũt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. ¶Dixerunt autem ad Lot, Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios aut filias, omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum iſtum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos vt perdamus illos. Egreſſus itaque Lot, locutus eſt ad generos ſuos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cúmque eſſet mane, cogebant eum angeli, dicentes, Surge, tolle vxorem tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. Eduxeruntque eum, & poſuerunt extra ciuitatem. Ibiq; locuti ſunt ad eum, dicẽtes, Salua animam tuam: noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circà regione: ſed in monte ſaluũ te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixitq;

Lot hoſpitalitas, angelos hoſpitio ſuſcipientis. heb. 13. a.

Cœnã eis parat.

Sodomitarũ libido.

B

1. Pet. 2. b.

Sapien. 19. c.

C

Deus eripit Lot à Sodomitis: quorũ prædicit ſubuerſionem.

Lot ridetur à generis ſuis.

D Egredi cogit ipſũ Lot Deus.

Sapien. 10. b.

¶14 Heb. Præterea quis tibi hic? q.d. Quos hic adhuc affines habes præter hos quos hic videmus? ¶15 omnes qui tui ſunt ¶16 Heb. magnificatus ſit. i. creuerit. ¶17 vl, acceperant. Subaudi, in vxores. Id eſt, qui abduxerant ad ſe filias eius, & acceperant ſibi in vxores. ¶18 viſus eſt autẽ vt iocans, in oculis generorũ ſuorum. i. exiſtimarunt eum non ſerio hæc dicere. ¶19 vel, cogebant Lot angeli. Vel, cœperunt feſtinare, & properare cum Lot angeli. ¶20 vel, quas habes in promptu. Vl, filias quæ inueniuntur. ¶21 vel, in punitione ciuitatis. ¶22 Heb. pro miſericordia Domini ſuper illum. Id eſt eo quòd Dominus miſereretur eius. hoc eſt, vellet eum eripere. ¶23 Factum eſt autem, quum educerent eos foras, dixit. Subaudi, alter angelus. nam quàuis duo eſſent angeli, tamen vnus educto Lot foras, euertere cœpit illas ciuitates. ¶24 Saluum te fac pro anima tua. Id eſt, fuga conſule vitæ & ſaluti tuæ. ¶25 Id eſt, ne te incœpti pœniteat. Similis loquendi modus Luc. 9. g. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. ¶26 Heb. ſaluum te fac in montem.

Segor ciuitas ad preces Lot ſeruatur.
Miſericordiā Dei cōnectus Lot.
¶[v]hæc

B

Sapien.10.a.

Sodomorum interitus.
Eſa.13.d.iere. 50.f.exec.16.f oſeæ 11.c. amos 4.d.lu. 17.f.iudę 1.c.
Vxor Lot in ſtatuam ſalis verſa. luc.17. g.[illegible]
F
Propter Abraham libe ratus eſt Lot.
Lot egreditur Segor.
Crimen inceſtus Lot cum filiabus.

Moab.

Ammon.

Peregrinatur Abraham in Geraris, vbi rapitur eius vxor.
Obiurgatur Abi-melech.
Eius oratio.

Lot ad eos, Quæſo domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti gloriam & miſericordiam tuam quam feciſti mecum vt ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat me malum & moriar: Eſt ciuitas hic iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea: nunquid nō modica eſt, & viuet anima mea? Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbē pro qua locutus es. Feſtina, & ſaluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomē vrbis illius Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terrā, & Lot ingreſſus eſt Segor. ¶Igitur Domin⁹ pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignē à Domino de cælo: & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionē, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Reſpiciénſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuā ſalis. ¶Abraham autem conſurgens mane vbi ſteterat prius cum Domino, intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: viditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum. Cum enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ: & liberauit Lot de ſubuerſione vrbiū in quibus habitauerat. ¶Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitque maior ad minorem, Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remāſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni inebriemus eum vino, dormiamúſq; cum eo: vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitque cum patre: at ille non ſenſit nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cū patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt ſaluem⁹ ſemen de patre noſtro. Dederúntq; etiā & illa nocte patri ſuo bibere vinū, ingreſſaque minor filia, dormiuit cū eo: & nec tūc quidē ſenſit quando cōcubuerit, vel quando illa ſurrexit. Conceperūt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitq; maior filiū, & vocauit nomē eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarū vſq; in præſentē diem. Minor quoq; peperit filiū, & vocauit nomē eius Ammon, id eſt filius populi mei: ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

CAP. XX.

PRofectus inde Abraham in terram Auſtralem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus eſt in Geraris. Dixitque de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. Miſit ergo Abi-mélech rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abi-mélech per ſomnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tuliſti: habet enim virum. Abi-mélech verò nō tetigerat eam, & ait, Domine, num gentem ignorantem & iuſtam

Lot ad eos, [17]Ne quæſo mi domine, en gratiam à te impetraui, magnificáq; bonitate tua me proſequutus es, vt in vita me ſeruares, en ego nō potero [18]effugere verſus montem, ne fortè me inſequatur hoc malum, & peream. [19]En oppidulum hoc vicinum, vt illuc confugiam, paruulū enim eſt, [permitte] quæſo vt ibidē ſeruer: (an nō paruulū eſt?) vt viuat anima mea. Et dixit ad eum, En [20]in hac quoq; re exaudiui te, [21]vt nolim ſubuertere oppidulū illud de quo locut⁹ es. Feſtina, & illic ſeruare: neque enim facere poſſum quidquam, donec tu illuc venias: & hanc ob cauſam, [22]appellatū eſt nomen oppiduli illius Zoar. Porrò ſol [23]ortus iam erat ſuper terrā, quum Lot veniret Zoar. ¶[24] Pluit igitur Dominus ſuper Sodomā & Gomorrhā ſulphure & igni à Domino de cælis, & ſubuertit ciuitates illas, & totam illam planitiem, omnes quoque habitatores illarum vrbium, ſimúlq; germen terræ. [25]Vxor verò Lot retroſpectauit poſt illum, & facta eſt [26]ſtatua ſalis. ¶Abrahā verò ſummo mane conſurgens, [properat] ad eum locū [27] vbi ſteterat corā Domino. Et proſpiciēs verſus Sodomā & Gomorrhā, verſus vniuerſam terrā iſtius planitiei, & en vapor [28]illius terræ aſcendebat, quēadmodū vapor fornacis calcariæ. Cúmq; perderet De⁹ ciuitates illius planitiei, recordatus eſt Deus Abrahæ, [29]vt eximeret Lot ex ipſa ſubuerſione, qua ſubuertit ciuitates illas, in quibus Lot habitabat. ¶Aſcendit verò Lot de Zoar, habitauitq; in monte, vnà cum duabus filiabus ſuis: timuit enim habitare in Zoar, habitauit ergo in ſpelūca ipſe & duæ filiæ eius. Dixit autem primogenita ad natu minorem, Pater noſter ſenuit, neque vir ſupereſt in terra, [40]qui nos ducat more vniuerſæ terræ. [41]Adeſto, [42]dabimus vinum bibere patri noſtro, dormiemúſq; cum eo, [43]vt ſeruemus ſemen è patre noſtro. Nocte itaque illa dederunt vinum bibere patri ſuo, ingreſſaque eſt primogenita & dormiuit cum patre ſuo: ille verò non [44]animaduertit neque dū filia accūberet, neque dū ſurgeret. Poſtera die dicebat maior natu ad minorē, En ego dormiui heri cū patre meo, [42]dabimus ei vinū & hac nocte, & veni tu, & dormi cum eo, vt ſeruem⁹ ſemen è patre noſtro. Dederūt ergo vinū patri ſuo etiā illa nocte, ſurgénſque minor natu dormiuit cū eo: at ipſe nō [44]aduertit neque quādo illa accubuit, neque quando ſurrexit. Et cōceperūt duę filię Lot ex patre ſuo. Peperit autē primogenita filiū, & appellauit nomen eius Moab. is eſt [45] pater Moabitarū vſque in hunc diem. Sed & minor natu peperit filium: appellauitque nomē eius Ben-ami. is eſt author filiorū Amon vſq; in præſentē diem.

CAP. XX.

PRofectus Abrahā illinc in terrā Auſtralē, conſedit inter Cades & inter Sur, incoláque fuit in Gerar. Dixitq; Abrahā de vxore ſua, quòd ſoror eius eſſet. Miſit ergo rex Gerar Abi-mélech, & tulit Saram. Venit autem Deus ad Abi-melech per ſomnium noctu, & dixit ad eum, En tu [1]morieris propter mulierem quam tuliſti: marito enim iuncta eſt. Abi-mélech verò [3]nō acceſſerat ad eam, & ait, Domine num gentem iuſtam quoque

¶17 Quæſo domini mei, neququam [ita fiat:] ecce nunc (vel, ſane, aut certe) inuenit ſeru⁹ tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum ad conſeruandum animam meā. Alterū angelorū alloquitur. q.d. Video me gratū & acceptū tibi fuiſſe: nam magnificaſti miſericordiā tuā quā feciſti mecū: hoc eſt maxime miſericors fuiſti erga me. Hebraiſmus eſt. ¶18 ſeruare me in montana. ¶19 Heb. Verū vrbs iſta (ſubaudi, quam vides) eſt propinqua, ad quā poſſum fugere: & illa eſt parua: obſecro vt ſaluer in ea. nunquid nō exigua res eſt? & viuet anima mea. Verti poteſt, pro, & illa eſt parua: nēpe illa parua. aut, vt volūt quidā res illa eſt pua. ¶20 Heb. in hoc ſuſcepi faciem tuā. ¶21 i. vt nō ſubuertā vrbē hāc de qua. vł, pro qua exaudiui te i hac re ¶22 Heb. vocauit nomen vrbis &c. Id eſt, is qui illi nomen indidit, vocauit Segor. Hoc eſt, vocauerūtque nomē illi Segor. ¶23 egre

diebatur ¶24 Hebraiſmus eſt, Pluit Domin⁹ à Domino de cælo, pro Dominus pluit à ſe de cælo. ¶25 Reſpiciénſq; vxor eius poſt illum. Id eſt, auerſa à tergo illius, reſpexit poſt eum. Ipſa enim illum ſequebatur. ¶26 vł, in cumulum ſalis. Hoc eſt, in ſtatuam incorruptibilem, permanſuram in ſempiternum. q.d. mutata eſt in ſtatuam quæ eſſet perpetuum incredulitatis exemplum. Ad hunc modum dicitur Nume.18, pactum ſalis, id eſt incorruptibile & immortale. Aut ad ſalem metalicū alludit, & effoſitiū, qui nullo imbre liqueſcit, imò ad ædificandas domos eſt idone⁹. Lege Pliniū lib.31.ca.7, vbi id tradit. ¶27 i. iuit ad locū vbi toties antea interrogauerat Dominū. ¶28 i. e terra illa, ſiue regione. ¶29 Heb. & emiſit Lot de medio ſubuerſionis, quū ſubuerteret ciuitates illas, in quibus (id eſt, in quarū vna) habitabat Lot. ¶40 vt veniat ad nos. i. congrediatur nobiſcum. ¶41 Verbū pro aduerbio, Eia, age. ¶42 demus ¶43 Heb. vt viuificem⁹. pro, vt ſuſcitem⁹ ſemē: hoc eſt excitemus poſteritatē ex patre noſtro. Sic paulo poſt. ¶44 vł percepit ¶45 i. author, à quo Moabitæ traxerunt genus. XX. ¶1 ſub. interrogantibus quæ eſſet ipſa. ¶2 mortuus es. i. actū eſt de vita tua. ¶3 nō appropinquauerat illi. Latine, nō fuerat cōgreſſus cum ea.

[4]interficies? an non ipſe dixit, Soror mea eſt? ſed & ipſa dixit, Frater meus eſt: [5]in integritate cordis mei, & innocẽtia manuũ mearum hoc feci. Dixitq́ ad eũ De⁹ per ſomniũ, Et hoc noui quòd in integritate cordis tui hoc feceris, atq́ ideo cohibui te quo min⁹ peccares in me, nec permiſi vt eam attingeres. Nunc igitur reſtitue viro vxorẽ, eſt enim propheta, is pro te orabit, vt ſuperſtes viuas. Quòd ſi nõ reſtitueris, hoc ſcito, certiſſime te moriturũ, nec te ſolum, ſed & omnia quæ habes. Summo itaq́ mane ſurrexit Abi-mélech, & cõuocauit omnes ſeruos ſuos, &[6] loquutus eſt omnes hoſce ſermones corã auribus illorũ, & timuerunt vehementer. Poſt hoc vocauit Abi-mélech Abrahamum, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid vero in te peccaui, quòd adduxiſti ſuper me & regnũ meum peccatũ tam grande?[7] Cõmiſiſti aduerſum me quæ cõmittere minime conueniebat. Et dixit Abi-mélech ad Abrahã, Quid ſpectaſti, vt rem iſti deſignares?[8] Reſpõdit Abraham, [9]Cogitaui, Fortaſſis non viget timor Dei in iſto loco: ſiet ergo, vt me propter vxorẽ meam interficiant. [10]Atqui reuera ſoror mea eſt: nam filia eſt patris mei, tametſi filia matris meæ non ſit, factáq́ eſt mihi vxor. Cúmq́[11] errare me faceret Deus à domo patris mei, dixi ad eã, [12] Hoc in me beneficiũ colloca, in omni loco ad quẽ ſumus peruenturi, dic de me quòd frater ſim tuus. ¶ Tulit itaque Abi-mélech oues & boues, ſeruos & ancillas, & dedit ea Abrahæ, reddiditq́ illi Saram vxorem ſuã. Dixitq́ Abi-mélech, Ecce terra mea [13]tibi patet: habita vbi tibi viſũ fuerit. Ad Saram autẽ dixit, En dedi fratri tuo mille argenteos, [14]idq́ pro velamento erit oculis tuis, & euidens argumentũ coram omnibus qui tecũ ſunt. Orauit itaque Abraham ad Deũ, & ſanauit Deus Abi-mélech & vxorem eius, atque ancillas eius, & pepererunt. [15]Concluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-mélech propter Sarah vxorem Abrahami.

CAP. XXI.

Viſitauit autẽ Domin⁹ Sarã, quẽadmodũ ꝓmiſerat, [2]præſtititq́ Domin⁹ Saræ quẽadmodũ fuerat loquut⁹. Nã cõcepit & peperit Sarah ipſi Abrahæ filiũ [3]in ſenectute eius, idq́ ad tẽpus definitũ quod prædixerat ei De⁹. Et Abrahã appellauit nomẽ filij ſui qui ſibi nat⁹ erat, & quẽ ei genuerat Sarah, Iſaac. Circuncidit quoq́ Abrahã filium ſuum quũ eſſet natus dies octo, quẽadmodum præceperat illi Deus. Porrò Abrahã ipſe natus erat centũ annos, cũ naſceretur ei Iſaac filius ſu⁹. Sarah vero dixit, De⁹ fecit mihi [4]gaudiũ, vt omnis qui audierit, cõgratuletur mihi. Dixitq́, [5]Quis diceret Abrahæ, Sara lactat filios, & q genuerim filiũ in ſenectute ſua?[6] Creuit itaq́ puer, & ablactat⁹ eſt, inſtruxitq́ Abrahã cõuiuiũ magnũ eodẽ die quo ablactabatͬ Iſaac. ¶ Vidit autẽ Sarah filiũ Hagar Ægyptię, quẽ genuerat Abrahę [8]laſciuiſ-

interficies? Nonne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſa ait, Frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei, & mũditia manuũ mearũ feci hoc. Dixitque ad eum De⁹, Et ego ſcio q ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & nõ dimiſi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro ſuo vxorẽ, & orabit pro te: quia propheta eſt, & viues. Si autẽ nolueris reddere, ſcito q morte morieris tu & oĩa quæ tua ſunt. Statimque de nocte conſurgens Abi-mélech, vocauit omnes ſeruos ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorũ, timuerũtq́ omnes viri valde. Vocauit autẽ Abi-mélech etiam Abrahã, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnũ meũ peccatũ grande? quæ nõ debuiſti facere, feciſti nobis. Rurſúmque expoſtulans ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? Reſpõdit Abrahã, Cogitaui mecũ dicẽs. Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter vxorem meam: aliàs autẽ & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & nõ filia matris meę, & duxi eam in vxorẽ. Poſtquã autẽ eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc miſericordiam facies mecũ, In omni loco ad quem ingrediemur, dices q frater tuus ſim. ¶ Tulit igitur Abi-mélech oues & boues & ſeruos & ancillas, & dedit Abrahã: reddiditq́ illi Saram vxorẽ ſuã, & ait, Terra corã vobis eſt, vbicũque tibi placuerit habita. Saræ autẽ dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamẽ oculorũ ad omnes qui tecũ ſunt: & quocunq́ perrexeris, memento te deprehenſam. Orante autem Abraham, ſanauit Deus Abi-mélech, & vxorem, ancilláſq́ eius: & pepererũt. cõcluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-mélech propter Saram vxorem Abrahæ.

CAP. XXI.

Viſitauit autẽ Domin⁹ Sarã ſicut ‖ promiſerat: & impleuit quæ locutus eſt. Concepítque, & ‖ peperit filiũ in ſenectute ſua, tẽpore quo prædixerat ei Deus. Vocauitque Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. Et circuncidit eum octauo die, ſicut ‖ præceperat ei Deus, cũ centum eſſet annorũ: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac. Dixitque Sara, Riſum fecit mihi Deus, & quicunq́ audierit, corridebit mihi. Ruſúmque ait, Quis auditurus crederet Abraham quòd Sara lactaret filiũ quẽ peperit ei iam ſeni? Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitque Abraham grãde conuiuiũ in die ablactationis eius. ¶ Cúmque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ luden-

B Ne peccet Abi-mélech ſeruat Deus.

Propheta Abraham.

C Abi-mélech obiurgat ipſum Abraham.

Sara neptis Thare ex filio, & neptis Abrahæ ex fratre.

D Abi-mélech cũ donis reddit vxorem.

Orat Abrahã pro Abi-mélech.

Naſcit Iſaac. ‖ 17.c.18.b. Galat. 4.c. heb.11.c.

‖ 17.d. matt. 1.

Gratitudo animi Saræ.

Dies ablactationis Iſaac.

¶4 Audiuerat enim Abi-mélech ſuppliciũ ſumptum fuiſſe de Sodomitis. Gens pro familia. ¶5 i. Cũ illam retinui, ſimplici animo feci, non exiſtimans me quicquã mali facere. Hebraiſmus. ¶6 Mod⁹ loquẽdi Hebraic⁹. Latine, Narrauit illis hęc omnia quę illi dixerat Deus. ¶7 Heb. Opera quæ nõ debuerunt fieri, feciſti mecũ. Adiecitque Abi-mélech, & Abrahamo ait, Quid cõſyderaſti, vt hoc faceres? i. Quid tibi venit in mẽtem, vt hoc faceres? ¶9 Quia ita reputaui, Certe nõ eſt timor &c. Id eſt, Huius loci homines non timent Deum. ¶10 Præterea (vel, Et etiã) in veritate ſoror mea eſt, &c. Soror eius fuit, ſicut Lot frater eius. Dixit eni ſuprà cap.13.b, Fratres eni ſumus: quum Lot fratris filius eſſet. Thare pater Abrahã genuit Arã. Aran autẽ genuit Sarai. Ita Sarai erat filia. i. neptis Thare patris Abrahæ. Nã apud Hebræos, nepos vocatur frater: & neptis, filia. Soror igitur mea eſt. i. neptis ex fratre: neptis patris mei ex filio, nõ autẽ neptis matris meæ. nã Aran fratrẽ meũ ſuſtulit pater meus ex alia vxore, quàm ex matre mea. Alij ſic interpretantur, Vere ſoror mea eſt, filia Thare patris mei, ſed ex alia vxore, q̃ ex matre mea. Creditur enim Thare duas habuiſſe vxores. ex quarũ altera Sarã ſuſtulerit, ex altera Abrahamũ & fratres eius. ¶11 errare ſ vẽ, peregrinari ſ me fecerũt Dij. Hic colligitur perſonarũ trinitas, vbi & nomẽ [Dij] & verbũ [fecerunt errare] ſunt pluralis numeri. ¶12 Heb. Hãc miſericordiã facies mecũ. Hebraiſmus, Hoc mihi beneficiũ pſtabis, vt dicas, vbicũq́ erim⁹, q &c. ¶13 Heb. In cõſpectu tuo eſt: in bono i oculis tuis habita. i. Vides oẽm regionẽ: in quacũq́ libuerit parte quæ videbitur tibi optima, habita. ¶14 certe ipſe eſt tibi velamẽ oculorũ, [&] omnib⁹ quæ tecũ ſunt: & cũ omnib⁹ his correpta fuit. Id eſt, ꝓpugnator eſt pudoris tui. quicũque tibi eũ eſſe virũ nouerit, oculos à te auertet & ab ancillis tuis. Per hæc autẽ oĩa quę illi acciderũt ſub Pharaone & Abi-mélech, caſtigata & correpta fuit, ne poſtea diceret ſe ſororẽ eſſe Abrahami. ¶15 i. Steriles reddiderat mulieres toti⁹ familiæ Abi-mélech.

XXI.

¶1 Heb. Fecit Sarę Domin⁹ ſicut ꝓmiſerat. Seipſum verbis ſequentib⁹ declarat per repetitionẽ. ¶2 fecit eni Domin⁹ Saræ quẽadmodũ locut⁹ fuerat. Repetitio eſt frequẽs i Sacris literis. Idẽ eni eſt, Viſitauit Sarã Domin⁹ ſicut ꝓmiſerat: &, Fecit Saræ Domin⁹ ſicut locut⁹ fuerat. i. ꝓmiſerat. ¶3 i. ipſi iam ſeni Abrahamo. ¶4 vl, riſum. Hebraiſm⁹, De⁹ affecit me gaudio, lætã me reddidit: quicũq́ audierit me peperiſſe, ridebit ſiue gaudebit mecũ, cõgratulabiturq́ mihi. ¶5 Quis prædixit Abrahæ, Sarã lactaturã eſſe filiũ? nã peperi filiũ ſenectuti illi⁹. i. marito meo iã ſeni. q.d. Oportet Deũ fuiſſe, nõ hominẽ, qui prędixerit viro meo me lactaturã ipſi filiũ. ¶6 vl, Cũ autẽ creuiſſet puer, ablactat⁹ eſt, &c. ¶7 pepererat ¶8 vl, ludentẽ. aut, ſubſannãtẽ. ſiue, deriſorẽ eſſe. Dicũt eni quidã docti Hebręi, Cũ faceret magnũ cõuiuiũ Abrahã. omnéſq́ cõgratularentur ipſi Abrahę q Domin⁹ in ſenectute dediſſet illi Iſaac, filiũ ancillæ deriſiſſe & ſubſannaſſe illos: idque Saram marito indicaſſe.

Galat.4.d.

tem cũ Iſaac filio ſuo,dixit ad Abrahã,Eijce ancillã hanc,& filiũ eius.nõ enim erit hæres filius ancillę cũ filio meo Iſaac.Dure accepit hoc Abrahã pro filio ſuo.Cui dixit De⁹,Nõ tibi videatur aſperũ ſuper puero & ſuper ancilla tua : omnia quę dixerit tibi Sara,audi vocẽ ei⁹:quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed & filium ancillæ faciã in gentẽ magnã,quia ſemen tuum eſt.¶Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & vtrem aquæ,impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerũ,& dimiſit eam.Quæ cũ abiiſſet,errabat in ſolitudine Ber-ſabee.Cúmque cõſumpta eſſet aqua in vtre,abiecit puerum ſubter vnã arborem quæ ibi erat. Et abijt , ſeditque eregione procul quantũ poteſt arcus iácere.dixit enim, Non videbo morientẽ puerũ. & ſedens contrà,leuauit vocem ſuam,& fleuit.Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque angelus Dei Agar de cælo,dicẽs,Quid agis Agar?noli timere:exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt. Surge,tolle puerũ,& tene manũ illius:quia in gentem magnam faciam eũ.Aperuitque oculos eius Deus:quæ videns puteum aquæ,abijt, & impleuit vtrem,deditque puero bibere.Et fuit⁹ cũ eo: qui creuit,& moratus eſt in ſolitudine,factúſq; eſt iuuenis ſagittarius. Habitauitque in deſerto Pharan. & accepit illi mater ſua vxorem de terra Ægypti.¶Eodem tempore dixit Abi-mélech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum,ne noceas mihi & poſteris meis,ſtirpique meæ:ſed iuxta miſericordiam quam feci tibi,facies mihi & terræ in qua verſatus es aduena.Dixitque Abraham, Ego iurabo. Et increpauit Abi-mélech propter puteum aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius.Reſponditq; Abi-mélech, Neſciui quis fecerit hanc rem:ſed & tu non indicaſti mihi , & ego non audiui præter hodie. Tulit itaq; Abraham oues & boues,& dedit Abi-mélech:percuſſerúntque ambo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum.Cui dixit Abi-mélech, Quid ſibi volunt ſeptem agnæ iſtæ,quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille, Septẽ,inquit,agnas accipies de manu mea : vt ſint mihi in teſtimonium quoniam ego fodi puteũ iſtũ. Idcirco vocatus eſt locus ille Ber-ſabee:quia ibi vterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramẽti. Surrexit autem Abi-mélech,& Phichol princeps exercitus eius,reuerſique ſunt in terrã Palæſthinorũ. Abrahã vero plantauit nemus in Ber-ſabee,& inuocauit ibi nomen *Dei æterni. Et fuit colonus terrę Palæſthinorũ diebus multis.

Veri filij Abrahæ ex Iſaac. Ro.9.b. hebr.11.d.

Eijcitur Agar cũ Iſmaele.

Angel⁹ cõſolatur ipſam Agar.

Ab Iſmaele populus magnus.

¶* *Deus*

Iſmael ſagittarius.

Fœdus Abi-mélech cum Abraham.

T.10.d.

Abraham arguit ipſum Abi-mélech ob puteos ablatos.

Percuſſẽt fœdus inter ſe.

Ber-ſabee.

Abrahã plantat nem⁹,inuocat Deum.

¶* Domini

CAP. XXII.

Q Væ poſtquam geſta ſunt , tentauit Deus Abraham,& dixit ad eum, Abraham `Abraham.' At ille reſpondit,Adſum.Ait illi, Tolle filium tuũ vnigenitũ quem diligis Iſaac, & vade in Terram-viſionis : atque ibi offeres eũ in holocauſtum ſuper vnũ montium quẽ monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens ſtrauit aſinũ ſuum:ducens ſecũ duos iuuenes,& Iſaac filiũ ſuum : cúmque cõcidiſſet ligna in holocauſtũ , abijt ad locum quem præceperat ei Deus.Die autẽ tertio,eleuatis oculis, vidit locum procul, dixitque ad pueros ſuos, Expectate hic cũ aſino:ego autẽ & puer illuc vſque properãtes,poſtquã adorauerim⁹, reuertemur ad vos.

Iubetur Abrahã immolare filiũ. Iudith 8.c. heb.11.d.

Obedientia Abrahæ erga verbum Dei.

tem.' Et dixit ad Abrahamum , Eijce ancillam hanc,ſimúlque filiũ eius.filius enim iſtius ancillæ non erit hæres cũ filio meo,nẽpe cum Iſaac. [9] Doluit autem hic ſermo Abrahamo vehementer,idque filij ſui cauſa.Dixitque Deus ad Abraham, Ne doleat tibi de puero & de ancilla tua, [10] obtempera voci Saræ in omnibus quæ dixerit tibi. [11] In Iſaac enim vocabitur tibi ſemẽ.' Quin & filium ancillæ [12] faciam in gentem:' ſiquidem ſemen tuum eſt.¶Surrexit itaque Abrahã diluculo, & tulit panem ac vtreũ aquæ, deditq; Hagar,imponens humero eius, puerum quoque ei dedit,& amandauit eam: quæ abiens errauit in deſerto Beer-ſeba.Cúmque iam cõſumptæ eſſent aquæ vtrei , proiecit puerum [13] ſub virgultum quoddam.' Ipſa vero abiens, conſedit eregione procul, [14] quantum eſt teli iactus: [15] dixit enim,' Non poſſum videre mortẽ pueri. ſedénſque eregione,ſuſtulit vocem ſuam & fleuit.Audiuit autem Deus eiulatum pueri, vocauitque angelus Dei Hagar de cælo,& dixit ad eam, Quid eſt tibi Hagar? ne metuas: quoniã exaudiuit Deus eiulatum pueri,eodẽ loci vbi eſt. Surge, tolle puerũ, & manu tua eum apprehẽde : quoniam faciam eum in gentem magnam. Et aperuit Deus oculos eius,vt videret fontem aquarum: abijt ergo & impleuit vtreum aqua, deditque potum puero.Adfuit autẽ Deus puero,& creuit,habitauitq; in ſolitudine,fuitq; iaculandi peritus.Habitauit autem in deſerto Pharan , & accepit illi mater ſua vxorem ex Ægypto.¶Eodem tempore conuenerũt Abrahamum Abi-mélech [rex] & Phichol ſummus imperator eius,hiſce verbis, Deus adeſt tibi in cũctis quæ tu facis: iura igitur mihi [16] hîc' per Deum,' [17] ne dolo malo mecum, cum prole ac poſteris meis agas: [18] iuxta beneficentiã qua tecum egi,' tu quoque mecũ agas,& cũ terra in qua tu incola fuiſti. Dixitque Abrahã,Ego [19] iurabo. [20] Arguit autem Abrahã regẽ Abi-mélech' de cauſa putei aquæ,quem vi eripuerãt ſerui Abi-mélech.Et dixit Abi-mélech,Neſcio quis iſtam rem fecerit,neque etiã tu mihi indicaſti, neque ego vnquã de hac re audiui quidquã niſi hodie.Accepit vero Abraham oues & boues,deditque Abi-mélech,ſanxerúntque ambo iſti fœdus.Et Abraham ſtatuit ſeptem agnas ouiũ ſeorſum.Dixit autem Abi-mélech ad Abrahamum, Quid ſibi volunt ſeptem iſtæ agnæ quas ſeorſum ſtatuiſti? Reſpõdit, Quia ſeptem iſtas agnas accipies de manu mea , vt ſint mihi teſtes quòd iſtum puteum foderim.Idcirco [21] loco illi nomẽ inditũ eſt' Beer-ſeba, quòd vterq; illic iuraſſet. Sancito itaq; fœdere in Beer-ſeba,ſurrexit Abi-mélech & ſummus imperator eius Phichol,& reuerſi ſunt in terram Paleſtinorũ. Conſeuit autẽ [Abrahã] arboretũ in Beer-ſeba,inuocauitq; ibidẽ nomen Domini Dei æterni.Incola itaq; fuit Abrahã in Paleſtina dieb⁹ multis. CAP. XXII.

POſt hæc geſta tentauit Deus Abrahamũ, dicebátque ad eum,Abraham.Et reſpondit,En præſto ſum.Et ait, Tolle nũc filium tuum,vnicum illum tuum,quem vnice amas.Iſaac nempe, & vade in '[1] terram Moria,' & ſacrifica eũ ibidẽ holocauſtũ ſuper vnũ montiũ, quẽ tibi indicaro.Surgens itaq; Abrahã diluculo,inſtrato aſino ſuo,accepit ſecũ duos pueros ſuos,& Iſaac filiũ ſuũ.deinde diffidit ligna ad holocauſtũ ſurrexit præterea & abijt ad locũ de quo dixerat illi Deus.Tertio die ſublatis oculis ſuis Abrahã,vidit locũ illũ à lõge.Dixitq; Abrahã ad pueros ſuos, Vos manete hic cũ aſino,ego vero & puer ibimus illuc vſq; adoraturi,deinde reuertemur ad vos.

¶9 vl. Diſpliuit hoc in oculis Abrahæ ꝓpter filiũ ſuũ. Cui dixit De⁹, Non diſpliceat tibi ob puerũ & ancillam tuam.q.d.Ne ægreferas electionem filij & matris.

¶10 Heb. quicquid dicet tibi Sara,acquieſce in voce eius.i.precãti. ¶11 Hebraiſmus , hoc eſt,filij ac nepotes Iſaac, dicẽt filij ac nepotes tui : non autẽ qui ex Iſmaele naſcẽt. ¶12 Hebraiſm⁹, faciã vt populi naſcãtur ex eo. ¶13 Heb. ſub vna arborum. ¶14 ſub. diſcedendo, quantũ ſcilicet poteſt arcus iácere. ¶15 vel,dicebat enim, ¶16 Hic .i.in hoc loco. ¶17 Heb. quòd non mentieris mihi , & filijs meis, & nepotibus meis.i.te mihi & meis ſeruaturum fidẽ. Quidã vertũt. Iura te nõ defecturũ à me Alij,Quòd non iniquè ages mecũ,& cũ filijs & nepotib⁹ meis. ¶18 vl,iuxta miſericordiã quã feci tibi. Hebraiſm⁹. Quẽadmodũ de te bene merit⁹ ſũ: tu quoq; ſtudebis & de meis bene mereri,& de incolis inter quos agis. ¶19 futurũ pro præſenti,iuro. .i.paratus ſum iurare. ¶20 vl. Increpauit Abraham ipſum Abi-mélech. Vel,Expoſtulauit Abrahã cũ Abi-mélech. ¶21 vocauit locũ illũ. Is ſcilicet q indidit nomẽ loco illi,vocauit illũ Beer-ſeba.i.Pute⁹ ſeptẽ. Subaudi agnarũ.nã poſt præſtitũ iuramẽtũ, dedit ſeptẽ agnas.

XXII ¶1 De loco iſto inter oẽs ferè Iudæos cõuenit,quòd ſit locus in quo Cain & Abel,& poſtea Noe ſacrificia obtulerũt vbi & Salomonicũ tẽplũ fuit extructũ.Moria autẽ,myrrham Dei ſignificat,nõ autem viſionẽ.Chaldæ⁹ paraph.interpretatur terrã Moria,terrã diuini cultus.

¶1 Hebr. ordinat ligna, ¶3 Heb. poſuitque eum ſuper ligna ¶4 vl, circumſpexit, ¶5 vl, à tergo, ſub. ipſi° Abrahę. ¶6 vl, detētus inter virgulta pplexa. aut, arbuſta dēſa & implicata ¶7 prouidebit. Hoc dixit, viſo miraculo q̄ Dominus ſibi prouidiſſet agnum immolādū. Ita eni reſpōderat paulo ante filio ſuo interrogenti, Domin° videbit. ſiue prouidebit ſibi victimā in holocauſtū. ¶8 de quo dicit etiā hodie, In mōte ſub. cui nomē eſt, Domin° videbitur. vel apparebit. Prophetia erat q̄ illic Chriſt° naſceretur & conſpiceretur: vt & factū credim°. Habuit autem hic loc° duo nomina. Nā primo Abrahā indidit illi nomē Dominus prouidebit. poſtea mutatū fuit nomen illud. & dictus eſt mōs ille, Domin° apparebit. Ceſſit enim nomē vmbræ, nomini veritatis. LXX verterūt, in mōte Domin° viſ° eſt. ¶9 Heb. nec ſubtraxiſti filiū tuū illum vnicū tuū, ¶10 benedicendo benedicā tibi, &

Accepit itaq; Abrahā ligna holocauſti, & impoſuit ea Iſaac filio ſuo, ipſe verò manu ſua ignē geſtabat & cultrū, pfectiq; ſunt duo illi ſimul. Dixit ergo Iſaac ad patrē ſuū, Pater mi. Qui reſpōdit, Præſto ſū fili mi. Et dixit, En ignis & ligna, vbi verò pec° eſt pro holocauſto? Reſpōdit Abraham, De° prouidebit ſibi pecus in holocauſtū mi fili. Perrexerūt autē ambo illi vnà. Quūmq; veniſſent ad locū de quo Deus illi dixerat, extruit ibi Abrahā aram, [1]rogum ſtruit,' Iſaac filiū ſuū colligat, [3]imponitque illū rogo' qui erat in ara. Extenta deinde manu Abrahā, apprehendit cultrum vt mactaret filiū ſuum. Angelus autē Domini clamauit ad eū è cœlo hiſce verbis, Abrahā, Abrahā. Qui reſpōdit, En adſum. Angelus autem ait, Ne extendas manū tuam in puerū, neque facias illi quidquā: iā enim cognoui quòd timeas Deū, quum & filio tuo vnico illi tuo propter me nihil peperceris. Sublatis itaq; oculis ſuis Abrahā, [4]reſpexit,' & en aries [5]retro [6]implicit° erat vepreto' cornib° ſuis. Et abijt Abrahā, tulitq; arietem illū, & immolauit eum holocauſtū pro filio ſuo. Nominauit autē Abraham nomē illius loci, Dominus [7]videbit: [8]quēadmodū etiamnum hodie dicitur, In mōte Domin° videbitur.' Angelus autem Domini vocauit Abrahamum ſecundo de cœlo, dixitq;, Per memetipſum iuraui (dicit Dominus) quandoquidē rem hanc feciſti, [9]nec peperciſti filio tuo, vnico illi tuo,' certiſſime [10]benedicam tibi, & multiplicabo vehementer ſemen tuū quemadmodū ſtellas cœli, & arenā quę eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuū [11]portam' hoſtiū ſuorū. [12]Benedictas deniq; ducēt ſe in ſemine tuo omnes' gētes orbis, eo q̄ vocē meam audiuiſti. Reuerſus eſt itaque Abraham ad pueros ſuos, & ſurgentes venerūt pariter in Beer-ſeba, habitauitq; Abrahā in Beer-ſeba. [13]Factū eſt autē poſt hæc negotia, vt Abrahæ nūtiaretur' tale nūtium, En & ipſa Milcha peperit filios fratri tuo Nahor, nēpe ipſum Vez primogenitū ſuū, Buts fratrē eius, Kemuel patrem Syrorū, Cheſed, Hazo, Pildas, Idlaf atq; Bethuel. Porrò Bethuel genuit Rebeccam. Octo iſtos genuit Milcha Nahor fratri Abraham. Sed & concubina eius nomine Reuma genuit etiam Tebah, Gaham, Tahas & Maacha. CAP. XXIII.

Vixit[1] autem Sarah cētum vigintiſeptem annis, tot fuerūt anni totius vitæ Saræ. Et mortua eſt Sarah in' Kiriath-arba: hæc eadē eſt Hebron in terra Chanaan: [2]venitq;' Abraham vt lugeret Sarā, defleuitque eam. Surgēs itaq; Abrahā [3]à funere ſuo,' loquutus eſt ad Hethæos in hanc ſententiam, Peregrinus & incola ſum apud vos, [4]date mihi poſſeſſionē ſepulchralem' apud vos, vt ſepeliam funus meum [5]corā me.' Reſponderūt autem Hethæi Abrahæ, & dixerūt ad eum, Audito nos domine, [6]princeps diuin° es tu inter nos,' in ſelectiſſimis monumētis ſepeli funus tuū, nemo ex nobis prohibebit tibi ſepulchrum ſuum, quo minus ſepelias [7]funus tuum.' Surgēs autē Abraham, [8]incuruauit ſe coram populo iſtius regionis,' nempe coram Hethæis. Porrò loquutus eſt cum eis hiſce verbis, [9]Si vobis cordi eſt' vt ſepeliam funus meum [10]coram me,' audite me, & [11]conuenite

Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filiū ſuum: ipſe verò portabat in manibus ignem & gladiū. ¶Cúmque duo pergerēt ſimul, dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille reſpondit, Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit autem Abrahā, Deus prouidebit ſibi victimā holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: & venerunt ad locū quē oſtēderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit: cúmque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium ſuum. Et ecce angel° Domini de cœlo clamauit, dicens, Abrahā, Abraham. Qui reſpōdit, Adſum. Dixitq; ei, Nō extendas manum tuam ſuper puerū, neque facias illi quicquam: nūc cognoui quòd timeas [1]Dominū,' & nō peperciſti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur, In mōte Dominus videbit. Vocauit autem angelus Domini Abraham ſecundò de cœlo, dicens, Per memetipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito [2]propter me,' benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorū, & BENEDICENTVR in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abierúntque Ber-ſabee ſimul, & habitauit ibi. ¶His itaq; geſtis nunciatum eſt Abrahę quòd Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fratri ſuo, Hus primogenitum, & Bux fratrem eius, & Camuel patrē Syrorum, & Caſed, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. Concubina verò illius noīe Roma, peperit Tábee & Gaham & Thaas & Maacha. CAP. XXIII.

Vixit autē Sara centū vigintiſeptem annis. Et mortua eſt in Ciuitate-Arbee, quæ eſt Hebron, in Terra-Chanaan: venitque Abraham vt plangeret & fleret eam. Cúmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, dicens, Aduena ſum & peregrinus apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum. Reſpōderunt filij Heth, dicētes, Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuū tuum, nullúſque te prohibere poterit quin in monumēto eius ſepelias mortuū tuum. Surrexit Abrahā, & adorauit populum terræ, filios videlicet Heth: dixitque ad eos, Si placet animæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite

Typus CHRISTI Iſaac.

Abraham immolat Iſaac filium. Iacob. 2.d.

C

¶[1] Deum,

Timens Deū, Abraham.

Benedictus Abraham. pſal. 104.a. luc. 1.g. eccli 44.d. heb. 6.e

D 1. machab. 2.f. luc. 1.a.

CHRISTVS, ſ.n.a.ri.c.ſ. 26.a. act. 3.d. eccli. 44.d.

Filij Nachor ex Melcha. Bathuel. Rebecca. Roma.

Saram mortuam plāgit Abraham.

B

Emit agrum ſepulturæ à filijs Heth.

multiplicādo multiplicabo ſemen tuū. i. certiſſime benedicā, & multiplicabo. Hebraiſmus. Loquitur autē hic nō tam de ſemine carnis, q̄ de ſemine ſpirit°. ¶11 i. propugnacula quæ in portis eſſe ſolent. Eſt autē Hebraiſm°, pro, Hoſtibus ſuis erūt ſuperiores. ¶12 Heb. benedicēt ſe per (vel, pter) ſemen tuū oēs &c. Id eſt, reputabūt ſe fœlices & beatas pter ſemē tuū Chriſtū. Vel, In illo ſolo ſemine ſe beatificādos veriſſime dicent. ¶13 vl, His autē geſtis renūtiatū eſt Abrahæ XXIII. ¶1 Latine ita verteretur, Cū autē Sara vixiſſet vigintiſeptē annos (tot enim annos vixit) mortua tandē eſt in &c. ¶2 Quidā exiſtimāt Saram mortuā fuiſſe abſente Abrahamo: & pterea VENIT dixiſſe Moſen. Alij vertendū putāt, Cœpitq; plāgere, & flere eā. ¶3 vl, à cōſpectu mortui ſui. i. cadaueris vxoris ſuæ defunctæ. Quaſi dicat, Cū autē Abrahā ſatis ſuperq; plāxiſſet Sarā, relicto corpore, profectus eſt ad filios Heth, &c. ¶4 i. permittite vt ſepeliā mortuos meos cum veſtris. ¶5 Hebr. à facie mea. i. elatum è domo mea ad ſepulchrū, ne poſtea videā. ¶6 Heb. princeps Dei es apud nos. i. pro magno principe te habemus. ¶7 vl, cadauer tuū. i. vxoris tuæ mortuæ: ſub. in eo ſepulchro. ¶8 vl, adorauit populū terræ. i. gratias egit cū geniculatione aut geſtu corporis decoro, populo regionis. ¶9 Heb. Si eſt in animab° veſtris. i. Si vobis placet. Hebraica phraſis. ¶10 Heb. à facie mea, i. vt efferā illud è domo mea ad ſepulchrū. ¶11 vl, intercedite pro me apud Ephronem

pro me apud Ephron filiū Seor: vt det mihi ſpe
luncam duplicem quam habet in extrema parte
agri ſui:pecunia digna tradat eam mihi coram
vobis in poſſeſſionem ſepulchri. Habitabat autē
Ephron in medio filiorum Heth. Reſponditque
Ephron ad Abraham cūctis audientibus qui in-
C gredicbantur portam ciuitatis illius, dicens, Ne-
quaquā ita fiet domine mi, ſed tu magis auſcul-
ta quod loquor, Agrum trado tibi, & ſpeluncam
quæ in eo eſt, præſentibus filijs populi mei, ſepe
li mortuum tuū. Adorauit Abraham coram Do
mino & populo terræ. Et locutus eſt ad Ephron
circunſtante plebe eius, Quæſo vt audias me, Da-
bo pecuniam pro agro: ſuſcipe eā, & ſic ſepeliā
mortuum meum in agro. Reſpōditque Ephron,
Domine mi, audi me: terra quam poſtulas, qua-
dringentos ſiclos argenti valet: iſtud eſt pretium
inter me & te: ſed quantum eſt hoc? ſepeli mor-
tuum tuum. Quod cum audiſſet Abraham, appē-
D dit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, audiē
tibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argēti pro
batæ monetæ publicæ. Confirmatúſque eſt ager
quondam Ephronis in quo erat ſpelunca duplex
reſpiciens Mambre: tam ipſe quàm ſpelunca, &
omnes arbores eius in cunctis terminis eius per
circuitum, Abrahæ in poſſeſſionem, videntibus
filijs Heth, & cunctis qui intrabant portam ciui-
tatis illius. Atque ita ſepeliuit Abraham Saram
vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ re-
ſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in terra Cha
náan. Et confirmatus eſt ager & antrum quod
erat in eo, Abrahæ in poſſeſſionem monumenti
à filijs Heth.

¶ qui ſepeliſ Sarā. Mābre quæ & Hebron.

## CAP. XXIIII.

Mittit Abrahā ſeruū ad quęrēdā vxorem filio ſuo Iſaac, quā ipſi Deꝰ curat. Iurandi Hebræorū mos. I.47.g.

Fides Abrahæ in pmiſſiones Dei. I.11.b.

ERat autem Abraham ſenex dierúmque mul-
torum: & Dominus in cunctis benedixerat
ei. Dixitque ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui
præerat omnibus quæ habebat, Pone manum
tuam ſubter femur meum: vt adiurē te per Do-
minū Deū cæli & terræ, vt nō accipias vxorē fi-
lio meo de filiabus Chananæorū, inter quos ha-
bito: ſed ad terram & cognationem meam profi
ciſcaris: & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.
Reſpondit ſeruus, Si noluerit mulier venire me-
cum in terram hanc, nunquid reducere debeo fi
lium tuum ad locū de quo tu egreſſus es? Dixit-
que Abraham, Caue nequando reducas filiū meū
illuc. Dominus cæli & terræ, qui tulit me de do
mo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui
locutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini
tuo dabo terram hanc: ipſe mittet angelū ſuum
coram te, & accipies inde vxorem filio meo. ſin
autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis iu
ramento: filium meum tantum ne reducas illuc.
Poſuit ergo ſeruus manum ſub femore Abrahā
domini ſui, & iurauit illi ſup ſermone hoc. ¶ Tu
E litq; decē camelos de grege domini ſui, & abijt,
ex omnibus bonis eius portans ſecum, profectúſ
que perrexit in Meſopotamiā ad vrbē Nachor.

mihi Ephronem filium Zohar, vt det mihi [11] ſpe-
luncam duplicem quam habet, quæ ſcilicet eſt in
extremitate agri ſui, [12] & eam det mihi pro iuſto
pretio, vt ſit poſſeſſio ſepulchralis. Ephron verò
habitabat inter Hethæos. Ephron ergo Hethæus
Abrahamo reſpōdit, [14] audientibus hoc Hethæis
vniuerſis ſcilicet qui ingrediebantur portam op
pidi ſui, & dixit, Nequaquam mi domine, audi
me potius, do tibi agrum, do quoque tibi ſpelū-
cam, & eam do tibi [15] corā populo meo, vt ſepe-
lias funus tuum. [16] Incuruauit ſe Abraham corā
populo regionis, & loquutus eſt ad Ephronem
audiente hoc populo iſtius regionis, in hāc ſen-
tentiam, [17] Tantum ſi tu mihi auſcultares, ego do
pretium agri, hoc accipe à me, & tum ſepeliam
funus meum illò. Rurſum reſpondit Ephron A-
brahamo, & dixit, Mihi auſculta, mi domine,
[18] terra hæc quadringentorum ſiclorum argenti
eſt: quid hoc autem eſt inter me & te? funus er-
go tuum ſepeli. Obtemperat igitur Abraham E-
phroni, expenſo argēto quod indicarat Ephrō,
idque audientibus Hethæis, quadringentis nem-
pe ſiclis [19] argenti, publicæ & probatæ monetæ.
Ager itaque Ephronis, [20] in quo duplex ſpelunca
erat, è regione Mamre, ager inquam & ſpelunca
quæ erat in eo, ſed & omnia ligna in agro & vni
uerſis finibus eius circunquaque, Abrahæ in poſ
ſeſſionem ceſſit, præſentibus Hethæis, vniuerſis
[ſcilicet] qui portam oppidi illius ingrediuntur.
Poſt hæc ſepeliuit Abraham Saram vxorē ſuam
[21] in ſpeluncam agri duplicem, è regione Mam-
re, hæc eſt Hebron in terra Chanaan. [22] Acceſſit
itaque ager & ſpelunca quæ in eo erat, ipſi Abra
hæ in poſſeſſionem ſepulchralem ab Hethæis.

## CAP. XXIIII.

ABraham ſenex iam erat & prouectæ ætatis,
& Dominus [1] fortunauerat Abrahamum in
cunctis. Dixit ergo Abraham ad ſeruum ſuū, ſe-
niorem domus ſuæ, qui præerat omnibꝰ quæ ha
bebat, [2] Pone quæſo manum tuam ſubtus femur
meū, [3] Iuramētóq; te per Dominū Deū cæli & ter-
ræ adigā, ne accipias vxorē filio meo de filiabus
Chanaan, inter quos ego habito. Sed petas terrā
meam [4] natalēque meum ſolum, & iſthinc vxorē
filio meo Iſaac adducas. Dixit verò ſeruꝰ ad eū,
Fortaſſis mulier illa me ſequi nolit, vt veniat in
hanc regionem, reducámne filium tuum in ter-
ram de qua tu egreſſus es? Cui reſpondit Abra-
ham, Caue filium meum illuc reducas. Dominus
Deꝰ cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de
patrio meo ſolo, & qui loquutus eſt ad me, quiq;
iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo iſtam ter-
ram, is mittet angelum ſuum ante te, vt adducas
inde vxorem filio meo. Quòd ſi mulier te ſequi
nolit, tunc liber eris ab hoc [5] meo iuramēto, [6] mo
do ne filium meum illuc reducas. Admouit igi-
tur ſeruus manū ſuam ſubtus femur Abrahami
domini ſui, & ei hac de re iurauit. ¶ Et accipiēs
ſeruꝰ decē camelos de camelis domini ſui, abijt:
[7] (erat cuiꝰ [8] oē bonū domini ſui in poteſtate ſua,) & ſurgēs abijt [9] in Aram-naharaim ad vrbē [10] Nahor.

¶11 Heb. ſpelū-
cam Macphela.
.i. duplicitatis:
hoc eſt dupli-
cem. Quidam
exiſtimāt ſpe-
luncam iſtā vo
cari duplicem
ab agro in quo
erat. Alij, quod ſpe
lūca fuerit in-
tra ſpeluncam.
¶13 Hebr. pecu-
nia inquā ple-
na tradat eam
mihi in medio
veſtri. vel, inter
vos. Plenā pecu
niam vocat iu-
ſtum ac ſuffi-
ciens pretium.
Hebraiſmus.
¶14 Heb. in au-
ribus filiorum
Heth, & omni-
bus &c. i. audiē
tibus Hethæis
& aſtantibus
quotquot intra
bant. q.d. publi
ce & corā oībꝰ,
non priuatim.
¶15 Heb. in ocu
lis filiorū popu
li mei. Hebrai-
ca phraſis, pro,
videntibus, au-
dientibus, & præ
ſentibus popu-
laribus meis.
¶16 vel, Adora-
uit corā poplo
terræ. i. incurua
uit ſe populo
terræ, gratias
agens. ſiue, ho-
nore affecit He
thæos.
¶17 Hebr. Sed ſi
tu, quæſo au-
dias me: dabo
argentum pro
agro. Multa ſub
audienda, vi-
delicet, Non
accipiam gra-
tis: ſed ſi tu id
facturꝰ es quod
dicis, ſi tu datu
rus es mihi a-
grū vt pollicitus es, quęſo audias me: dabo &c. Alij aliud ſubaudiūt, Sed ſi tu gratis dederis mihi, nō accipiā. Chaldæꝰ
paraphr. vertit, Attamen ſi tu facis mihi bonitatem, auſculta mihi, dabo pretium pecuniæ &c. ¶18 terra quadrin-
gentos ſiclos argenti valet inter me & te: quantum eſt hoc? Inter me & te, hoc eſt ratione amicitiæ, & quia te noui
virum iuſtum & ſanctum. q.d. alteri non darem tam vili pretio. Quantum eſt hoc? q.d. paruo emis, ſi ſpectes loci a-
mœnitatem & fertilitatem. ¶19 Heb. argenti tranſeuntis per mercatores. i. quod inter mercatores ſine vlla cōtro-
uerſia recipiebatur. Chaldæus paraph. vertit, argēti quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaque prouincia.
¶20 vel, qui ſitus erat in [loco qui dicebatur] Machphela, in cōſpectu Mambre. Vide duodecimū numerū huius capitis.
¶21 in ſpelunca agri Machphela. i. duplicitatis: hoc eſt, in ſpelunca duplici, quæ erat in agro Ephronis. ¶22 Cōfirma
tus eſt XXIIII. ¶1 Heb. benedixerat ¶2 Sic ſolebant ſerui agnoſcere obedientiā. & hic mos obſeruatur ad-
huc apud Indos. q.d. tu es mihi ſubditus, tu es ſeruus meus. ¶3 vel, vt iurare te faciam per Dominū Deū, &c. ¶4. i.
in Vr Chaldæorum. ¶5. i. mihi à te præſtito. ¶6 tantum ¶7. i. ſe facturum quod petebat Abraham. ¶8 Singu-
lare pro plurali. i. pretioſa quæque domini ſui erāt in poteſtate illius: præerat oībus rebus domini ſui. Aut, ſecū de-
ferebat de pretioſiſſimis quibuſque domini ſui. ¶9. i. in Syriā duorū fluuiorum, hoc eſt Meſopotamiā, quæ eſt iter
Euphraten & Tigrim. Chaldæus paraph. Abijt in Syriā quæ eſt iuxta Euphraten. ¶10. i. in qua habitabat Nachor.

¶11 vl, requieſ-
cere ¶12 Heb.
occurre. i. exau
di preces meas.
Alij vertunt,
Fac mihi occur
rat obſecro ho
die. Subaudi, id
quod opto.
Chaldæus para
phraſtes vertit,
præpara: ſcili-
cet quod peto.
¶13 vl, miſeri-
cordiam facito
cū domino &c.
¶14 Hebr. Igi-
tur fac accidat,
vt puella &c.
¶15 hydriam.
vl, vrnam
¶16 Heb. illam
præparaſti ſer-
uo &c. i. ea ſit
quam prepara
ueris ſeruo &c.
¶17 atque hac
ipſa re. vl, hac
ratione ¶18 ex
hydria tua.
¶19 depoſita hy
dria ſua
¶20 Heb. donec
finierit bibere.
i. quoad om-
nes biberint:
aut, ſatis bibe-
rint. ¶21 Heb.
obſtupeſcebat
in ea. i. miraba
tur de illa.
¶22 Hebr. finiſ-
ſent bibere,
¶23 Heb. decem
aurei pondus
earum.
¶24 Adiecitq;
ei. ¶25 Heb. qui
non ſubſtraxit
miſericordiam
ſuam & verita-
tem ſuam à do
mino meo. i.
qui miſericors
fuit & verax er
ga dominum
meum.
¶26 Heb. ſecun
dū verba hæc.
i. quę geſta fue
rant.
¶27. i. à Domi-
no. Hoc eſt, ô
homo apud
Deum gratio-
ſe, & cui Deus
fauet.
¶28 cur foris
ſtabis. quum e-
go præparaue-
rim domum & locum &c.

Porrò camelos fecit[11] accubare extra vrbem iux-
ta puteum aquæ ſub tempus veſpertinum, eo ſci
licet tempore quo ſolēt egredi haurientes [puel-
læ.] Dixitque, Domine Deus heri mei Abraham,
[12] fac obſecro, auſpicatum ſit quod cœpi hodie,
[13] bonitate tua proſequere herum meum Abra-
ham. En ego aſto ad fontem aquæ, egrediunturq;
que puellæ huius ciuitatis vt hauriant aquam.
[14] Puella itaque ad quam dixero, Inclina quæſo
[15] cadum tuum vt bibam, illáque dixerit, Bibe,
quin & camelis tuis potum dabo: [16] eam ipſam
certiſſime explorasti ſeruo tuo Iſaac, [17] atque in
hac ipſa ſciam quòd beneficio proſequuꝰ ſis he-
rum meū. ¶ Priuſquam verò finem loquendi fa-
ceret, en Rebecca egrediebatur: hæc nata erat Be
thueli filio Milcha vxoris Nahor fratris Abra-
hæ, ferebátque [15] cadum ſuum ſuper humero ſuo.
Erat autem puella hæc ſpecie peruenuſta, deinde
& virgo, quippe quam vir nullus cognouerat.
Hæc deſcēdit ad fontem, impleuitque [15] cadū ſuū,
& aſcendit. Seruus autem accurrens dixit, Potū
præbe mihi quæſo, nempe pauculum aquæ [18] ex
cado tuo. Quæ ait, Bibe mi domine. mòxque
[19] depoſito cado ſuo ſuper manum ſuam, dedit il
li potum. Cúmque dediſſet illi potū, dixit, Quin
& camelis tuis hauriam, [20] donec abunde ſatis bi
berint. Porrò feſtinanter effudit [15] cadum ſuum
in canalem potorium, & cucurrit iterum ad pu-
teum vt hauriret, hauſitque omnibus camelis il
lius. Vir autem ille [21] admiratione puellæ attoni-
tus, tacite ſecum expendit, fortunaſſet Dominus
iter ſuum nécne. Quúmque cameli [22] ſatis abun-
de iam poti erant, protulit vir inaurem auream
dimidij ſicli, & duas armillas ſuper manus eius,
[23] quarum pōdus erat decem [ſiclorum] auri. Di-
xitque, Filia cuius es? indica quæſo mihi, eſtne lo-
cus nobis in domo patris tui ad pernoctandum?
Reſpōdit ei, Filia ſum Bethuelis filij Milcha, quē
peperit ipſi Nahor. [24] Dixitque ad eum, Etiā ſtra
mentum & pabulum abunde eſt nobis, quin &
locus ad pernoctandum. Inclinans vir ille verti-
cem, adorauit Dominum, dixitque, Laudādus Do
minus Deus domini mei Abrahæ, [25] qui non in-
termiſit quin bonitatem ſuam & fidem erga he-
rum meum oſtenderet: me enim, quum in via eſ
ſem, ad domum fratrū domini mei deduxit Do-
minus. ¶ Puella interim currēs nuntiauit [26] hæc
in domo matris ſuæ. Rebeccæ autem frater erat
nomine Laban, qui cucurrit ad virum foras ad
fontem: (Viderat enim inaurē & armillas in ma-
nibus ſororis ſuæ, audierátque verba Rebeccæ ſo
roris ſuæ dicentis, Sic loquutus eſt ad me vir il-
le:) & venit ad virum ſtantem apud fontem iu-
xta camelos, & dixit, Veni benedicte [27] Domini,
[28] cur foris ſtas? ego præparaui intus locum pro
camelis tuis. Intrauit itaque vir ille domum, &
camelis clitellas detraxit, deditque [Laban] ſtra-
mentum ac pabulum pro camelis, & aquam vt
lauaret pedes ſuos, pedéſque virorum qui cum il
lo venerant. Deinde [29] appoſuit ei cibum. Dixit
autem [ſeruus.] Non comedam, [30] donec negotia
mea confecero. Qui dixit, Loquere. Dixit ergo,
Seruus ſum Abrahæ. Locupletauit autem Domi-
nus herum meum inſigniter, [31] vt potens ſit, de-
ditque illi greges & armenta, argentum & au-
rum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. Porrò
Sarah vxor heri mei peperit filium hero meo, id
que quū iā vetula eſſet, cui dedit omnia quæ ha-
bet. Adegitque me herus meus iuramento, & dixit, Ne accipias filio meo vxorē de filiabus Chanaan,
in cuius regione ego habito: ſed vade ad domū patris mei, & ad cognationem meam, [illinc] afferas

Cúmque camelos feciſſet accumbere extra oppi
dum iuxta puteum aquæ veſpere, eo tēpore quo
ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquam,
*orauit Dominum, dicēs, Domine Deus domini
mei Abraham, occurre obſecro mihi hodie, &
fac miſericordiam cum domino meo Abraham.
Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habita-
torum huius ciuitatis egredientur ad hauriten-
dam aquam. Igitur puella cui ego dixero, Incli-
na hydriam tuam vt bibam: & illa reſponderit,
Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt
quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc in-
telligam quòd feceris miſericordiam cum domi
no meo Abraham. ¶ Necdū intra ſe verba cō-
pleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Ba-
thuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abra-
ham, habens hydriam in ſcapula*: puella decōra
nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro.
deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hy
driam aqua, ac reuertebatur. Occurritque ei ſer
uus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bibendum
præbe de hydria tua. Quæ reſpondit, Bibe domi-
ne mi. Celeritérque depoſuit hydriam ſuper vl-
nam ſuam, & dedit ei potum. Cúmque ille bibiſ
ſet, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquā,
donec cuncti bibant. Effundénſque hydriam in
canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquā:
& hauſtam omnibus camelis dedit. Ipſe autem
contemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrum
proſperum iter ſuum feciſſet *Deus, an nō. Poſt-
quam autem biberunt cameli, protulit vir inau-
res aureas, appēdentes ſiclos duos: & armillas to-
tidem pōdo ſiclorum decem. Dixitque ad eā, Cu-
ius es filia? indica mihi. eſt in domo patris tui lo
cus ad manendum? Quæ reſpondit, Filia ſum Ba
thuelis filij *Nachor, quem peperit ei Melcha. Et
addidit, dicens, Palearum quoque & fœni pluri-
mum eſt apud nos, & locus ſpatioſus eſt ad ma-
nendum. Inclinauit ſe homo, & adorauit Domi-
num, dicens, Benedictus Dominus Deus domini
mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiā &
veritatem ſuam à domino meo, & recto itinere
me perduxit in domū fratris domini mei. ¶ Cu-
currit itaque puella, & nuntiauit in domum ma
tris ſuæ omnia quæ audierat. Habebat autem Re
becca fratrem nomine Laban, qui feſtinus egreſ-
ſus eſt ad hominem vbi erat fons. Cúmque vidiſ
ſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ,
& audiſſet cuncta verba referentis, Hæc locutꝰ eſt
mihi homo: venit ad virū qui ſtabat iuxta came
los & ꝓpe fontē aquæ, dixitque ad eū, Ingredere
benedicte Domini: cur foris ſtas? præparaui domū
& locū camelis tuis. Et introduxit eū in hoſpitiū:
ac deſtrauit camelos, deditq; paleas & fœnū, & a-
quā ad lauādos pedes camelorū, & virorū qui ve
nerāt cū eo. Et appoſitꝰ eſt in cōſpectu eiꝰ panis.
Qui ait, Non comedam, donec loquar ſermones
meos. Reſpōdit ei, Loquere. At ille, Seruꝰ, inquit,
Abrahā ſum. Et Dominꝰ benedixit domino meo
valde, magnificatúſque eſt: & dedit ei oues & bo
ues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, came-
los & aſinos. Et peperit Sara vxor domini mei fi-
liū domino meo in ſenectute ſua. deditq; illi oīa
quæ habuerat. Et adiurauit me dominꝰ meus di-
cēs, Nō accipies vxorē filio meo de filiabꝰ Chana
næorū, in quorū terra habito: ſed ad domū patris
mei perges, & de cognatione mea accipies vxo-

¶* dixit.
Oratio fide-
lis ſerui A-
brahæ ad
Deum.

Seruo neſcien
ti offert Re-
becca virgo
pulcherrima
¶* ſua

Rebeccæ in
verbis mode
C ſtia.

¶* Dominus.

¶* Melchæ,
quem pepe-
rit Nachor.
Gratias agit
Deo ſeruus.

Mirum ſtu-
dium Rebec-
cæ & Labā er
ga peregri-
D num.

Narrat ſeruꝰ
cauſas itine-
ris, & quæ ac
ciderit ei in
itinere.
Benedicere
Dei quid ſit.

¶29 Heb. appoſitum fuit coram illo ad comedendum. ¶30 Heb. donec dixero ſermones
meos. id eſt, donec expoſuero qua de cauſa huc venerim. ¶31 vl, magnúſque effectus eſt: nam dedit &c.

E rem filio meo. Ego verò reſpondi domino meo, Quid ſi noluerit venire mecum mulier? Domin⁹, ait, in cuius conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam: accipiéſque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocẽs eris à maledictiõe mea, cum veneris ad proximos meos, & nõ dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viã meam in qua nunc ambulo, Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum, de hydria tua: & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipſa eſt mulier quam præparauit Dominus filio domini mei. Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuã potum. Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ reſpondit, Filia Bathuëlis ſum filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam

F faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. Pronúſque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quam ob rem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi. ſin autem aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. Reſponderúntque Laban & Bathuel, A Domino egreſſus eſt ſermo: non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui, ſicut locutus eſt Domin⁹. ¶Quod cum audiſſet puer Abraham, prócidens adorauit in terram Dominum. Prolatíſque vaſis argẽteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: *fratribus* quoque eius, & matri dona obtulit. Inito conuiuio veſcentes pariter & bibentes, manſerunt ibi. Surgens autem mane, locutus eſt puer, Dimittite me, vt vadam ad dominũ meũ. Reſponderúntque *fratres* eius & mater, Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me vt pergam ad

G dominum meum. Et dixerunt, Vocemus puellã, & quæramus ipſius voluntatem. Cúmque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, Vis ire cum homine iſto? Quæ ait, Vadam. ¶Dimiſerunt ergo eã, & nutricẽ illi* *Deborã* ſeruúmq; Abrahã, & comites ei⁹, imprecãtes proſpera ſorori ſuæ atq; dicẽtes, Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat

Rebecca neptis Nachor ex filio. ſ. 10. c

Deo omnia committũt.

Munera ipſi Rebeccæ & parentibus ipſius offert ſeruus.

¶* fratri

¶* fratre

Rogat² puellæ cõſenſus.

Ducitur Rebecca ad Iſaac.

Benedicunt ipſi Rebeccæ parentes.

filio meo vxorem. Dixi autem ad herum meum, Fortaſſis nolit me ſequi vxor. Ad quod reſpondit mihi, Dominus[12] in cuius conſpectu [hactenus] verſatus ſum, mittet angelum ſuum tecum, & proſperabit iter tuum, [13] vt afferas filio meo coniugem de cognatione mea, & de domo patris mei. [14] Tunc abſolutus eris à iuramento quo te adegi, ſi ieris ad cognationem meam, & ipſi tibi non dederint, iuramento quo te adegi liberaberis. Ego itaque veni hodie ad fontem, & dixi, Domine Deus heri mei Abrahæ, ſi tu iter meum, quò proficiſcor, proſperum feciſti, En ego ſto ad fontẽ aquæ. [15] ſic ergo fiat, puella quæ exierit ad aquam hauſtura, ad quam dixero, Potum præbe mihi, nempe pauculum aquæ [16] ex cado tuo: illáque reſponderit mihi, Et tu bibe, & etiam camelis tuis hauriam: hęc eadem ſit coniunx quam certiſſime [17] deſtinauit Domin⁹ filio heri mei. [18] Priuſquam verò finiuiſſem ſic voluere in corde meo, en Rebecca egreſſa eſt, ferẽs [19] cadum ſuum in humero ſuo, deſcẽditque in fontem & hauſit aquã, dixique ad eam, Potum præbe mihi, obſecro. Illa verò confeſtim, [40] cado ſuo à ſe poſito, dixit, Bibe, quia & camelis tuis potum dabo. Bibi ego, camelis quoque ipſa potum dedit. Interrogans autem eam dixi, Filia, cuius es tu? Reſpondit, Filia ſum Bethuelis filij Nahor, quem illi peperit Milcha. Tum admoui faciei eius inaurem, & manibus eius armillas, inclinatóque vertice [41] gratias egi Domino, & laudaui Dominum Deum heri mei Abrahæ, qui me [42] recto itinere deduxit, vt caperem filiam fratris heri mei filio eius. [43] Iam verò ſi vultis herum meum beneficijs & ſumma fide proſequi, ſignificate: ſi verò non vultis, iterũ ſignificate mihi, [44] vt vertam me alioſum. Reſpondit Laban atque Bethuel, & dixerunt, [45] Hoc negotium à Domino egreſſum eſt. non poſſumus [46] quidquam contra te loqui. Ecce Rebecca [47] coram te adeſt, accipe, & abi, ſitque vxor filio heri tui, quemadmodum Dominus [48] loquut⁹ eſt. ¶Factũ eſt autem, vt audiuit ſeruus Abrahæ verba illorum, [49] inclinauit pronus ad terram, & gratias egit Domino. Protulit autem ſeruus vaſa argentea & aurea, atque veſtimenta, & dedit [ea] Rebeccæ, fratri autem eius ac matri dedit [50] dulces fructus. Comederunt ergo & biberunt, ipſe & viri qui cum ipſo erant, & pernoctarunt. Mane cũ ſurrexiſſent, dixit ille, Amandate me ad herum meum. Reſpondit frater puellæ & mater eius, Maneat puella nobiſcum [51] aliquot diebus, poſtea eat. Dixit illis ſeruus, Nolite me remorari, quandoquidem Dominus iter meum fortunauit: dimittite ergo vt abeam ad herum meum. Illi autem dixerunt, [52] Vocabimus puellam, & interrogabimus ex ore eius. Vocarunt ergo Rebeccam, & dixerunt ad eam, Vis ire cum viro illo? Et reſpondit, [53] Ibo. ¶[54] Amãdarunt itaque Rebeccã ſororem ſuam atque nutricem eius, ſeruum quoque Abrahæ & comites eius. [55] Benedixerunt autem Rebeccæ, dixerúntque ad eam, [56] Soror noſtra es, [57] ſis in mille millia, ſeménque tuum poſſideat

¶12 Heb. In cuius conſpectu ambulaui. i. quẽ ſemper timui, & cuius mandata ſemper ſeruaui. Hebraicus loquẽdi modus ¶13 Heb. vt accipias vxorẽ filio meo ¶14 Tũc mũdus eris à iuramento mihi præſtito, quum veneris ad cognationẽ meã: quòd ſi ipſi &c. Mundum eſſe à iuramento præſtito, ſignificat abſolui, & non teneri iuramẽto. ¶15 Hebr. ſit ergo vt virgo quæ egredietur &c. ¶16 Heb. ex hydria tua: ¶17 Heb. præparauit. Eſt autẽ Hebraiſm⁹. Præparauit Dominus, pro Præparaſti Domine. Tertia perſona pro ſecunda. alloquitur enĩ ipſum Dominum, Ipſa ſit mulier quam tu præparaſti Domine filio domini mei. i. quam tu vis eſſe vxorem filij domini mei. ¶18 Hebr. Ego, antè quàm finiſſẽ loqui in corde meo, & ecce Rebecca. &c. Modus loquendi Hebraicus, pro, Nondum hæc tacitus apud me dixeram, quum ecce Rebecca venit. ¶19 hydriam ¶40 depoſita hydria ſua è ſcapula ſua. ¶41 Heb. adoraui Dominum, & benedixi Domino Deo. i. gratias egi. ¶42 Heb. per viam veritatis ¶43 Et nunc ſi vſ, Quamobrem] ſi facturi eſtis miſericordiam & veritatem cum domino meo. Si vere collocaturi eſtis beneficium in dominum meum: ſi eſtis daturi filiam veſtram filio heri mei, idque libero animo. ¶44 Heb. vt vertam me ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. i. vt faciam prout Dominus diriget mentẽ meã. ¶45 Heb. A Domino egreſſus eſt ſermo. i. Hoc negotium diuino nutu geritur. ¶46 Hebr. loqui ad te bonum vel malum. i. nõ poſſumus cõtradicere tibi vlla in re. Hebraica phraſis. ¶47 Hebraiſmus, pro, præſto eſt, & in tua poteſtate. ¶48 locutus eſt, pro vult, frequentiſſimum apud Hebræos. Sicut vult Dominus. ¶49 Hebr. incuruauit ſe ſuper terram Domino. vſ. adorauit in terram Dominum. ¶50 Heb. pretioſa munera, ¶51 Heb r. dies, vel decem. id eſt, vt Hebræi intelligunt, per annum: vel decem menſes, vt Chaldæus paraphraſtes. dies enim pro anno apud eos accipitur, quòd annus eſt velut orbis ac circulus dierum. Sunt autem verba matris & Laban, non Bathuelis patris. ſuprà enim Bathuel dixerat, Cape & vade. ¶52 Heb. Vocemus puellam, & interrogemus os eius. i. Audiamus quid dictura ſit. Chaldæus paraphraſtes, Inquiramus eius voluntatem. ¶53 vel, Volo ire. ¶54 Dimiſerunt ¶55 Benedicere pro valedicere, ſimúlque fauſta omnia imprecari. ¶56 Soror pro conſanguinea hoc loco ponitur. q. d. quum ſis cõſanguinea noſtra, petimus à Deo vt ſobolem copioſiſſimam tibi donet. ¶57 Hebraiſmus, pro, ſit ſemen tuum numeroſiſſimum.

[58]portas hoſtium ſuorũ.' Surrexit itaque Rebecca & puellæ eius, & cõſcenſis camelis ſequutæ ſunt virum. Tulit itaq; ſeruus ille Rebeccam, & abijt. ¶ [59] Iſaac autẽ veniebat ea via qua itur ad puteũ Viuentis & vidẽtis me:' habitabat enim in terra Auſtrali. [60]Egreſſus autem erat Iſaac ſub veſperã in campum ad meditandum:' qui cum attolleret oculos ſuos, vidit aduentantes camelos. Rebecca quoque ſuſtulit oculos ſuos, & viſo Iſaac, decidit de camelo. Dixit ergo ad ſeruum, Quis eſt vir ille qui deambulat in campo nobis obuiã? Reſpõdit ſeruus, Is eſt herus meus. Arrepto itaque [61]peplo,' operuit ſe. Seruus narrauit Iſaac omnia ea quæ geſſerat. Introduxit ergo eam Iſaac in tentorium Saræ matris ſuæ, & duxit Rebeccã vt eſſet ei vxor, & amauit eam, [62]cõſolationémque accepit Iſaac poſt matrem ſuam.

CAP. XXV.

A[1]Braham verò duxit rurſus vxorem,' cui nomen Ketura, quæ peperit ei Zimrã, Iacſan, Medan, Midian, Iiſbac & Sua. Iacſan verò genuit Seba & Dedan. Filij Dedã fuerunt[2]Aſſurim, Letuſim & Leumim. Porrò filij Midian, Epha, Epher, Henoch, Abida & Heldaah: omnes hi fuerũt filij Keturæ. Deditque Abrahã quidquid habebat ipſi Iſaac. Filijs verò[3]pallacarum' quas habuit Abraham, dedit Abrahã munera, & amãdauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc viueret, ad Orientẽ ad terram[4]Kedem.' Et iſti ſunt dies annorum vitæ Abraham, quibus vixit, centũ & ſeptuagintaquinque anni. Defecit autẽ Abraham, & mortuus eſt in ſenectute bona, ſenex &[5][vitæ]ſatur, [6]collectúſq; eſt ad populos ſuos.' Iſaac verò & Iſmael filij eius ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, in agro Ephronis filij Zohar Hethæi, qui erat è regione Mamre, quem agrum emerat Abrahã ab Hethæis: illic ſepultus eſt Abrahã & Sarah vxor eius. Poſt mortem Abrahæ Deus benedixit Iſaac filio eius, habitauitque Iſaac ad puteum Viuẽtis & vidẽtis me. ¶ Hæ ſunt generatiões Iſmaelis filij Abraham, quem pepererat Hagar Ægyptia, ancilla Saræ ipſi Abrahæ. Et hæc ſunt nomina filiorum Iſmaelis[7]in nominibus ſuis ſecundũ generatiões ſuas.' Primogenit⁹ Iſmaelis Nebaioth, deinde Kedar, Adbeel, Mibſã, Miſma, Duma, Maſſa, Hedar, Thema, Ietur, Naphis, & Kedma. Hi ſũt filij Iſmaelis, & hęc eorũ nomina, per[8]villas ſuas' & caſtella, duodecim[9]principes populorum ſuorũ.' Hi verò ſunt anni vitæ Iſmael, centũ anni & trigintaſeptẽ: defecitque & mortuus eſt, collectúſque ad populos ſuos. Habitauerũt autẽ ab Heuilah vſq; ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti, [10]itinere Aſſur verſ⁹.' corã facie oim fratrũ ſuorũ[11]cecidit. ¶ Hæ verò ſũt generatiões Iſaac filij Abrahæ. Abrahã genuit Iſaac. Natus autem erat Iſaac quadraginta annos, quũ duceret ſibi vxorẽ Rebeccã filiã Bethuelis Syri [12]de Padã-aram,' ſororẽ Labã Syri. Et orauit Iſaac Dominum [13]pro vxore ſua,' ſterilis enim erat. Et exorat⁹ eſt ab eo Dominus, cõcepitque Rebecca vxor eius. Et collidebant ſeſe filij in vtero eius. dixitque Rebecca, [14]Si ſic, cur ego hoc?' Abijt igitur[15]inquiſitura' Dominũ. Domin⁹ verò dixit ad eã, Duæ gẽtes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex viſcerib⁹ tuis diuidẽtur,

ſemen tuum portas inimicorum ſuorũ. Igitur Rebecca, & puellæ illius aſcenſis camelis ſecutæ ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum. ¶ Eo autẽ tẽpore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomẽ eſt Viuentis & videntis: habitabat enim in terra Auſtrali. Et egreſſus fuerat ad meditãdum in agro, inclinata iam die: cúmque eleuaſſet oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & ait ad puerum, Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens cito pallium ſuum, operuit ſe. Seruus autẽ cuncta quæ geſſerat, narrauit domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxorem: & intãtum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

Iſaac ſe exercet in agro ſub noctem. 5.16.d.

Iſaac accipit Rebeccam in vxorem.

CAP. XXV.

ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: quæ peperit ei Zamrã & Iecſan, & Madan, & Madian, & Ieſboc, & Sue. Iecſan quoque genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Aſſurim, & Latuſſim, & Laõmim. At verò ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ. Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac: filijs autẽ concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret, ad plagam Orientalem. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum ſeptuagintaquinque anni. Et deficiẽs mortuus eſt in ſenectute bona, prouectǽque ætatis, & plenus dierum: congregatúſque eſt ad populum ſuum. Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron filij Seor Hethæi, e regione Mambre, quẽ emerat à filijs Heth. Ibi ſepultus eſt ipſe & Sara vxor eius. Et poſt obitũ illius benedixit Deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & vidẽtis. ¶ Hæ ſunt generationes Iſmael filij Abrahæ quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ: & hæc nomia filiorũ ei⁹ in vocabulis & generationib⁹ ſuis. Primogenit⁹ Iſmaelis Nabaioth, deide Cedar, & Adbeel, & Mabſam, Mabſma quoq;, & Duma, & Maſſa, Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma. iſti ſunt filij Iſmaelis: & hæc nomina per caſtella & oppida eorum, duodecim principes tribuum ſuarum. Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum trigintaſeptem, deficiẽnſque mortu⁹ eſt, & appoſitus ad populum ſuum. Habitauit autem ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios. corã cunctis fratribus ſuis obijt. ¶ Hæ quoq; ſunt generationes Iſaac filij Abraham. Abrahã genuit Iſaac: qui cum quadraginta eſſet annorũ, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban. Deprecatúſque eſt Iſaac Dominũ pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eũ, & dedit cõceptum Rebeccę. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si ſic mihi futurũ erat, quid neceſſe fuit *cõcipere? Perrexitque Rebecca vt conſuleret Dominũ. Qui reſpondens ait, Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur,

Abraham Ceturam ducit in vxorem.

Filij Ceturæ. 1.par.1.c.

Iſaac dat poſſeſſio: filijs cõcubinarum munera.

Moritur Abraham.

B 5.13.c.

Benedicitur Iſaac à Deo. 5.16.d.

Genealogia Iſmaelis. 1.par.1.b.

Morit Imael

C

Generatiões Iſaac.

Iſaac orat ſibi dari prolẽ.

Concipit Rebecca.

¶* me

Rebecca Deũ conſulit.

Hæc Paulus exponit ad Rom.9.c.

¶58.i. propugnacula vrbium inimicorũ ſuorum, quæ ſolẽt in portis eſſe. Hoc eſt, ſint inimicis ſuperiores. ¶59 Heb. Porrò Iſaac veniebat à veniẽdo (.i. reuertebatur) à puteo Viuentis & videntis me: ¶60 vel, Et egreſſus fuerat Iſaac ad orãdũ in agro, appetente iam veſpera. Sic vertit Chaldæus paraphr. LXX, Vt exerceret ſe. Vox Hebræa, SVAH, proprie ſignificat ſubmiſſa voce loqui & murmurare: vt orãtes, vel meditãtes, vel apud nos de re aliqua mirantes, facimus. Quidã Hebræorũ interpretantur, vt ambularet inter virgulta. ¶61 vel, pallio, ¶62.i. temperauit dolorem quem acceperat de morte matris ſuæ.

XXV.

¶1 Heb. Et adiecit Abraham, & accepit vxorẽ. pro, Abraham autem aliã duxit vxorem. ¶2 Sunt iſta nomina gentium & populorum qui originem traxerunt à filijs Dedan. ¶3 ſiue, cõcubinarum. Hebræi per concubinã intelligunt ancillam viro in concubitũ abſque ſcripto & ſubaratione & legitimis cæremonijs addictam. Et proles ex tali nata coniugio, non ſuccedit patri in hæreditatem, ſed muneribus dotari poteſt. Sic Agar fuit cõcubina Abraham. ¶4.i. Orientem. ¶5.i. qui nõ optabat dies ſuos innouari. ¶6 Modus loquendi apud Hebræos, pro, mortuus eſt quẽadmodum & maiores ſui poſt alios. ¶7 vel, ſecundum nomenclaturas & generationes ſuas. ¶8 vel, vicos ſuos ¶9 principes fuerunt per populos ſuos. Vel, in familijs ſuis. ¶10 dũ pergis ad Aſſyrios. Vel, qua itur ad Aſſyrios. ¶11 vel, mortuus eſt. Hebraiſm⁹, pro, Superſtitib⁹ omnibus fratrib⁹. Chaldæus paraph. vertit, Coram cunctis fratribus cecidit. Sub. ſors eius.i. nõ procul habitauit à fratribus: ſors illius propinqua erat hæreditati fratrum ſuorum. ſic LXX. Prior interpretatio magis placet doctis. ¶12 Vide annotationẽ in principio cap. XXIIII. ¶13 vel, præſente vxore ſua, vt nonnullis placet, minus recte tamen. ¶14.i. Si ſic mihi futurum erat, vt quid viuo, & non potius morior? Vel vt vetus noſter interpres ſuppleuit locũ, Quid neceſſe fuit cõcipere? ¶15 vel, conſultura

Populúſque populũ ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt. ¶Qui primus
D egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus: vocatúmque eſt nomen eius Eſau. ¶Protinus alter egrediens, plantã fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Iſaac quãdo nati ſunt ei paruuli. Quibus adultis factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau, eo quòd de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob. ¶Coxit autẽ Iacob pulmentum: ad quem cũ veniſſet Eſau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctiõe hac rufa: quia oppidò laſſus ſũ. quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius ¶Edõ. Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua. Ille reſpondit, En morior, quid mihi proderũt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, & vendidit primogenita. Et ſic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit. & abijt, paruipẽdẽs quòd primogenita vẽdidiſſet. XXVI.

ORta autem fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahã, abijt Iſaac ad Abi-mélech regem Palæſthinorũ in Gerara. Apparuitq́; ei Dominus, & ait, Ne deſcendas in Aegyptum, ſed quieſce in terra quam dixero tibi. Et peregrinare in ea, eróque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, ¶complens iuramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo ſemen tuũ ſicut ſtellas cæli: dabóq́; poſteris tuis vniuerſas regiones has: & ¶ BENEDICENTVR IN SEMINE TVO omnes gen-
B tes terræ, eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legéſque ſeruauerit. ¶Manſit itaq; Iſaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit, Soror mea eſt. timuerat enim cõfiteri quòd ſibi eſſet ſociata cõiugio: reputans, ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cúmque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abi-mélech rex Palæſthinorum per feneſtram, vidit eum iocãtem cũ Rebecca vxore ſua. Et accerſito eo ait, Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit, Timui ne morerer propter eam. Dixitq́;
C Abi-mélech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Præcepítque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. ¶Seuit autẽ Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno cẽtuplũ: benedixitq́; ei Dominus. Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens: donec magnus vehementer effectus eſt, habuítque poſſeſſiones ouium & armentorum, & familiæ plurimã.

Eſau. oſe. 12. a
Iacob. matt. 1. a.
Eſau venator, agricola: Iacob, ſimplex.
Eſau vendit primogenita. Heb. 12. a. Abdiæ 1. a.
Edom.
Deus in media fame benedicit, & paſcit Iſaac.
Iſaac promiſſa Chanaan. ſ. 12. b. 13. d. 15. d. ſ. 22. a. 18. c. 22. d.
CHRISTVS.
Iſaac vxorẽ ſuam dicit eſſe ſororem.
Maxima Dei cura de Iſaac & ei⁹ vxore.
Benedicit Deus Iſaac dans ei diuitias.

alter autẽ altero erit robuſtior, & maior ſeruiet minori. Impletis verò diebus eius vt pareret, en gemini [16] in vtero eius.' Egreſſúſque prior rufus veluti gauſapina villoſa totus hiſpidus: vocauerunt ergo nomẽ eius Eſau. Deinde prodijt & frater eius, manúſq; eius prehendebat calcẽ Eſau, [17] vocatúmque eſt' nomẽ eius Iacob. Porrò Iſaac natus erat ſexaginta annos [18] cum illi naſcerentur.' Creuerũt itaq; paruuli, & fuit Eſau vir gnarus venandi, & [19] amans cãpi:' Iacob verò vir fuit [20] integer,' habitãs in tẽtorijs. Iſaac dilexit Eſau, [21] quòd ferina guſtui eius [grata eſſet:]' Rebecca verò Iacob diligebat. ¶Coxit autẽ Iacob pultẽ quidam, & veniebat Eſau ex agro, erátque laſſus. Et dixit Eſau ad Iacob, [22] Ingere mihi de ruſo,' de ruſo inquã iſto. laſſus enim ſum. & hinc vocatũ eſt nomen eius Edom. Dixitque Iacob, Vende mihi [23] hodie' [24] ius tuum primogenitorum.' Et dixit Eſau, [25] En vado vt moriar, quid ergo mihi ius hoc primogenitorum?' Reſpõdit Iacob, Iura mihi hodie. & iurauit ei, vendiditque ipſi Iacob' [26] ius ſuũ, quod ei vt primogenito debebatur.' Iacob ergo dedit Eſau panem, & quod ex lentibus coxerat: ille verò comedit & bibit, ſurgénſque abijt, vilipẽditq́; Eſau ius primogenitorũ. CA. XXVI.

ORta autẽ fame in terra vltra famẽ priorem quæ fuerat in diebus Abraham, cõmigrauit Iſaac ad Abi-melech regẽ Paleſtinorũ in Geras. Apparuit autẽ ei Dominus, & ait, Ne deſcendas in Aegyptũ, ſed habita in terra quã indicaro tibi. Incola ſis in hac regione, & ego ero tecũ, [1] benedicámque tibi:' nã tibi & ſemini tuo dabo omnes terras iſtas, & cõfirmabo iuramentum quod iuraui Abraham patri tuo, & multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cæli. & dabo ſemini tuo omnes terras iſtas, [2] benedicentúrque in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obtẽperauit Abraham voci meæ, & obſeruauerit [3] obſeruationem meã, præcepta mea, ſtatuta mea, & leges meas. ¶Habitauit itaq; Iſaac in Geras. Cúmq; viri loci illius interrogarẽt de vxore ſua, reſpondit, Soror mea eſt: veritus dicere, Vxor mea eſt: [cogitans,] fortè habitatores illius loci occidẽt me propter Rebeccam, quæ venuſta erat aſpectu. Cúmque moram traheret eodẽ loci diebus aliquot, cõtigit vt Paleſtinorum rex Abi-melech per feneſtrã proſpiciens, videret Iſaac [4] ludentẽ' cum Rebecca vxore ſua. Abi-melech ergo accerſito Iſaac, dixit, Nimirũ vxor tua eſt. cur ergo dixiſti quòd ſoror tua ſit? Reſpondit Iſaac, [5] Hoc nempe conſilio, ne fortè morerer' illi[*] gratia. Abi-melech ait, [6] Cur hoc feciſti nobis?' [7] In procliui [fuit] vt aliquis è populo dormiret' cum vxore tua, & adduxiſſes ſuper nos [8] culpam.' Mandauit itaq; Abi-melech omni populo, dicens, Qui virum illum [9] & vxorem' eius tetigerit, cõfeſtim occidatur. ¶Seminans autem Iſaac in terra illa, [10] adquiſiuit' eodem anno centum [11] modios: [12] locupletauitque eum Dominus. [13] Auctus' itaq; vir ille [14] promouit ſubinde, donec ſupra modum euheheretur.' Habuit enim poſſeſſionem gregum & armentorũ, & [15] famulitiũ multũ.'

¶16 ſub. inuenti ſũt. ¶17 vſ. vocauit, is ſcilicet qui vocauit. .i. vocauerunt. ¶18 Heb. quando genuit eos. Vel, dum peperit eos. Rebecca ſcilicet. ¶19 He. vir agri. i. agreſtis: libẽter verſabatur i agro, procul ab vrbe. ¶20 vſ, ſimplex, ¶21 He. eo quòd in ſuo ore erat venatio. Hebraica phraſis, pro, quia Iſaac habebat quotidie carnẽ ferinam qua libenter veſcebat: & quam Eſau venabatur portans ad os patris. ¶22 Ciba me quæſo de ſpulmẽto] ruſo, ¶23 vſ, iuxta hũc diem. i. iamiã, in præſenti tempore, abſque vlla dilatione. ¶24 primogenituram tuam. Primogenitura, vt aiunt Hebræi, fuit ſucceſſio in dignitate patris, & principatu atque honore eius, & quòd authoritatem haberet in minores, ita vt fratres minores conſurgerent à conſpectu eius, & miniſtrarent illi, ſicut filij patri. Alij exiſtimant primogenitum accepiſſe ex bonis paternis duas portiones, ſacerdotium & regnũ. ¶25 q. d. Quotidie me mortis periculo obijcio, ſúmque in diſcrimine vitę, qui in feras irruo: quid igitur mihi profuerit ius primogenituræ? ¶26 Heb. primogenituram ſuam. XXVI. ¶1 Quid ſit, Deum benedicere homini, ſatis declaratur verbis continuò ſequentibus, Tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has. ¶2 benedicent ſe in ſemine tuo. i. reputabũt ſe fœlices omnes gentes fideles, propter Chriſtum qui ex te naſciturus eſt. ¶3 cuſtodiam meã, & mandata mea, ſtatuta mea, legéſque meas. Cuſtodiam meam dicit. i. quæ mandaui cuſtodiri, nempe mandata mea, &c. Hebraiſmus. ¶4 vſ, iocantem. aut, ridentem ¶5 Hebr. Dixi enim, ne forte moriar. Dicere hic poſitum, pro cogitare apud ſe. ¶6 vſ, Quid iſtud eſt quod feciſti nobis? ¶7 Heb. parum abfuit quin dormierit vnus populi &c. i. primus in populo, hoc eſt ego, qui primas teneo in populo. ¶8 peccatum. ¶9 aut vxorem ¶10 inuenit ¶11 vſ, menſuras. i. centies tantum quantum ſeminauerat. Quidam vertunt, centum æſtimationes. i. centies tantum quantum æſtimauerat. ¶12 Heb. benedixerat enim ei Dominus. i. locupletauerat eum. ¶13 ſub. magnis opibus. ¶14. Heb. perrexit pergendo & creſcendo, donec creſceret valde. vſ. & multiplicando, donec multiplicaretur valde. Hebraicus loquendi modus, pro, ſubinde locupletior fiebat & multiplicabatur, ita vt euaſerit in virũ locupletiſſimum, vt ſtatim ſequitur. ¶15 vſ, terram multam arabilem. aut, prouentum ampliſſimum. Quidam enim Hebræorum dicunt vocem Hebræam ſignificare quicquid nobis prouenit ex cultura agrorum.

B vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter
veſcitur: quas cum intuleris, & comederit, benedi
cat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpondit,
Noſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, &
ego lenis: ſi attrectauerit me pater meus, & ſen-
ſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, &
inducat ſuper me maledictionē pro benedictio-
ne. Ad quem mater, In me ſit, ait, iſta maledictio
fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens af
fer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditque matri: pa-
rauit illa cibos ſicut velle nouerat patrē illius. Et
veſtib⁹ Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat do
mi, induit eū: pelliculáſq; hœdorū circūdedit ma
nibus, & colli nuda ꝓtexit. Deditq; pulmētū, & pa
C nes quos coxerat, tradidit. ¶Quib⁹ illatis dixit,
Pater mi? At ille reſpondit, Audio: quis es tu fili
mi? Dixitq; Iacob, Ego ſum primogenitus tu⁹ E-
ſau: feci ˜tibi' ſicut præcepiſti mihi: ſurge, ſede, &
comede de venatione mea, vt benedicat mihi a-
nima tua. Ruſúmque Iſaac ad filiū ſuū, Quomo
do, inquit, tā citò iuenire potuiſti fili mi? Qui re
ſpondit, Volūtas Dei fuit vt citò occurreret mihi
quod volebā. Dixitq; Iſaac, Accede ad me, vt tan-
gā te fili mi, & probē verū tu ſis fili⁹ meus Eſau,
an non. Acceſſit ille ad patrē: & palpato eo, dixit
Iſaac, Vox quidē, vox Iacob eſt: ſed man⁹, manus
ſunt Eſau. Et nō cognouit eū, quia piloſæ man⁹,
D ſimilitudinē maioris expreſſerāt. Benedicens er-
go illi, ait, Tu es filius meus Eſau? Reſpondit, Ego
ſum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatio-
ne tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos
cū oblatos comediſſet, obtulit ei etiam vinū: quo
hauſto, dixit ad eū, Accede ad me, & da mihi oſ-
culū fili mi. Acceſſit, & oſculatus eſt eū. Statimq;
vt ſenſit veſtimētorū illius fragrātiā, benedicens
illi, ait, Ecce odor filij mei ſicut odor agri ˜pleni,'
cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæ
li, & de pinguedine terræ, abundantiā frumēti &
vini ˜& olei.' Et ſeruiant tibi populi, & adorēt te
tribus: eſto dominus fratrum tuorū, & incuruē-
tur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi,
ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedi
ctionibus repleatur. ¶Vix Iſaac ſermonē imple-
E uerat: & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctóſq;
de venatione cibos intulit patri, dicēs, Surge pa
ter mi, & comede de venatione filij tui: vt bene-
dicat mihi anima tua. Dixitque illi Iſaac, Quis
enim es tu? Qui reſpōdit, Ego ſum filius tuus pri
mogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehemē-
ti: & vltrà quàm credi poteſt admirans, ait, Quis
igitur ille eſt qui dudum captam venationem at
tulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu
venires? benedixique ei, & erit benedictus. Audi-
tis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore ma
gno: & conſternatus ait, Benedic etiam & mihi,
pater mi. Qui ait, Vēnit germanus tuus fraudu-
lenter, & accepit benedictionem tuā. At ille ſub-
iunxit, Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob: ſup
plantauit enim me en altera vice: ꝑprimogenita
F mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit bene-
dictionem meam. Ruſúmque ad patrem, Nun-
quid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem?
Reſpōdit Iſaac, Dominū tuū illū cōſtitui, & om-
nes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumē
to & vino ˜& oleo' ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc
fili mi vltrà quid faciam? Cui Eſau, Num vnam,

Oſculatur filium Iſaac.
Iſaac benedicit ipſi Iacob heb. 11. d.
Reuerſ⁹ à venatiōe Eſau, affert cibos patri.
Triſtat Iſaac.
Maximis vociferationib⁹ Eſau petit ſibi benedici.
F. 15. d.

hœdos caprarū bonos, vt coquā eos cibos delica-
tos patri [illegible] [11]gratos,' Quos tu inferes ad patrem
tuū vt edat, [12]imprecetúrq; tibi fauſta & fœlicia'
antequā moriatur. Dixit autem Iacob ad Rebec-
cam matrem ſuam, En Eſau frater meus vir hiſ-
pidus eſt, ego verò læuis & glaber, [13]Quid ſi pa-
ter meus me attrectet, & videat ei inſidias ſtrue-
re, accerſámque' mihi execrationem & non fau-
ſtam imprecationem? Rurſus mater ad eum, Mi-
hi (inquit) eueniat hæc execratio tua mi fili, [14]mo
do' voci meæ auſcultes, & vadas atque afferas mi
hi. Abiens itaque tulit, & attulit matri ſuæ, & pa
rauit mater ei⁹ cibos delicatos gratos patri ſuo.
Accepit autem Rebecca veſtimenta [15] concupita'
Eſau filij ſui maioris natu, quæ ſecum in domo
habebat, & induit ea Iacob filium ſuū natu mi-
norem. Sed & hœdorum pellibus veſtiuit manus
eius, & lęuorem colli eius, Tradiditq; cibos quos
parauerat, panémque in manus Iacob filij ſui.
¶Qui quū veniſſet ad patrē ſuum, ait, Pater mi.
Is verò reſpondit, Adſum: quis es tu fili mi? Di-
xitque Iacob ad patrem ſuum, Ego ſum Eſau pri
mogenitus tuus. feci quod mandaueras mihi: ſur
ge quæſo, ſede & comede de venatione mea, [16]vt
ex animo mihi fauſta ac fœlicia īpreceris.' Et re-
ſpondit Iſaac filio ſuo, [17]Quid iſthuc mi fili, quòd
tam cito inueniſti? Qui ait, [18]Quòd Domin⁹ Deus
tuus coram me bene fortunauit.' Dixitque Iſaac
ad Iacob, Accede quæſo vt tangā te fili mi, filius
meus Eſau an ſis, an minus. Et acceſſit Iacob ad
patrem ſuum Iſaac, illéque attrectās eum, dixit,
Vox, vox Iacob: manus verò, manus ſunt Eſau.
Atqui non cognouit eum, eo quòd manus eius
eſſent ſicut manus Eſau fratris ſui hiſpidæ. [19]Et
imprecatus eſt ei omnia fœlicia & fauſta,' & di-
xit, Tūne es filius meus Eſau? Reſpondit, Ego idē.
Et dixit, Affer mihi de venatione fili mi, vt co-
medam, vtq; tibi ex animo fauſta ac fœlicia im-
precer. Et appoſuit ei, & comedit: intulit quoq;
vinum, & bibit. Dixit autem ad eum Iſaac pater
eius, Accede quæſo, & oſculare me fili mi. Acceſ-
ſit ille, & oſculatus eſt eum, olfecítque fragran-
tiam veſtimentorum eius, imprecatúſque eſt ei
fauſta ac fœlicia, & ait, En odor filij mei quēad-
modum odor agri, [20]quem vberem & lætum fe-
cit Deus.' Det itaque tibi Deus de rore cæli, [21] v-
bertatémque terræ,' & copiam frumenti ac mu-
ſti. Seruiant tibi populi, & incuruent ſe tibi na-
tiones, ſis dominus fratrum tuorum, & ſe incli-
nēt tibi filij matris tuæ. Qui tibi mala fuerit im
precatus, huic mala imprecatio obueniat: qui ve
rò bona tibi fuerit imprecat⁹, is fœlix & fauſtus
ſit. ¶Cúmque iam Iſaac cōpleſſet imprecationē
fauſtam ipſi Iacob, vixque egreſſo Iacob à patre
ſuo Iſaac, venatu venit frater eius Eſau. Et is quo
que parauit cibos delicatos, quos intulit ad pa-
trem ſuum, dixitq; patri ſuo, Surgat pater me⁹,
& edat de venatione filij ſui, vt mihi ex animo
bene imprecetur. Et dixit illi Iſaac pater ſuus,
Quis es tu? Ait ille, Ego ſum filius tuus, primoge
nitus tuus Eſau. Et expauit Iſaac ingēti pauore,
idque ſupra modum, & ait, [22]Quis? vbi ergo ille
qui venatus eſt venationem, & intulit' mihi, & e-
go comedi ex omnibus priuſquam tu venires, &
imprecat⁹ ſum ei fauſta & fœlicia, eritq; fauſtus
& fœlix? Cū Eſau audiret verba patris ſui, eiula-
uit eiulatu magno & vehemēter amaro, & dixit

patri ſuo, Et mihi bene precare pater mi. Qui reſpōdit, Venit frater tuus fraudulenter, & præripuit
imprecationem tuam fauſtam. Et dixit, [23]Annon vere' vocatum eſt nomen eius Iacob? ſupplanta-
uit enim me iam ſecundò, ius primogenitum meum tulit, & en nunc quoque præripuit mihi fau
ſtam imprecationem. Et addidit, Annō & mihi imprecationem bonam retinuiſti? Reſpondit Iſaac,
& dixit ad Eſau, En præfeci illum tibi dominum, omnéſque fratres eius conſtitui illi ſeruos. [24]fru-
mento & muſto ſuffulſi eum,' & tibi [25]hic' quid faciā fili mi? Et dixit Eſau ad patrem ſuū, Mi pater

¶11 Heb. quemadmodum diligit. ¶12 in hoc vt benedicat. Vel, vt ſcilicet benedicat tibi
¶13 Hebr. Forte attrectabit me pater meus, & ero in oculis eius velut ſeductor: & inducam &c. Id eſt, videbor illi impoſtor, putabitque me ſibi velle illudere: ita inducam ſuper me maledictionem pro benedictione.
¶14 veruntamen. Vel, tantū
¶15 pretioſiora
¶16 Heb. vt benedicat mihi anima tua.
¶17 i. Quid tibi hoc vult, ꝗ tā cito prædā reperiſti?
¶18 vl, Quia fecit occurrere (ſubaudi, ferā) Dominus Deus tuus ante faciē meam.
¶19 Hoc dicit per anticipationem. nondum enim benedixerat ei. ¶20 He. cui benedixit Dominus. hoc eſt, qui refertus eſt, varijs floribus à Deo.
¶21 Hebr. & de pinguedinibus terrę. Id eſt, det tibi terram fertilem. Alij vertunt, & pinguedines terræ. Sub. det.
¶22 vl, Quis eſt, & vbi eſt ille qui cepit venationem, & attulit &c.
¶23 vl, Recte. aut, Vere
¶24 vel, ſtabiliui eum frumento & vino. Hebraiſmus pro, donaui illum abundantia omnium rerum, cámque illi imprecatus ſum à Deo.
¶25 nunc

an vnicam duntaxat imprecationem[?] iuſtā ha-
beſ? imprecare & mihi fœlicia. ſublata[?]que voce
ſua fleuit Eſau. Reſpondit ei Iſaac pater ſuus, &
dixit. In vbere ſolo [16] ſit habitatio tua, [et] de rore
cæli [17] deſuper. [18] Gladio tuo viues, & fratri tuo
ſeruies: futurum eſt autem [19] cum humiliaris, vt
frangas iugum eius de collo tuo. ¶Odit ergo E-
ſau Iacob propter fauſtam illam imprecationē,
quam imprecatus ei fuerat pater ei⁹: cogitauit-
que Eſau in corde ſuo, Appropinquabunt dies
[10] luctus patris mei, occidámque Iacob fratrem
meum. Nuntiata verò ſunt Rebeccæ verba Eſau
filij ſui natu maioris: miſit ergo & accerſiuit Ia-
cob filium minorem natu, dixitque ad eum, En
frater tuus Eſau [11] hoc vno ſe ſolatur vt te interfi-
ciat. Nunc igitur [12] me audies fili mi, ſurge & fu-
ge ad Laban fratrem meum in Charan, habitá-
que cum eo [13] paucis diebus, donec fratris tui fu-
ror [14] remittat, Donec inquam ira fratris tui à te
auertatur, & obliuiſcatur eorum quæ tu aduer-
ſus eum commiſiſti. tum mittam, & accerſam te
illinc. cur [15] orbarer vtroq; veſtrum vno eodēm-
que die? Et dixit Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ
meæ, idque propter filias Hethæas, ſi Iacob vxo-
rem duxerit de filiab⁹ Hethæis quales iſtæ ſunt,
de filiabus inquam iſtius regionis, ad quid mihi
vita?

CAP. XXVIII.

VOcans itaque Iſaac Iacob, [valedicit. Sī] bene
precatur ei, mandátque ei, dicens, Ne ducas
vxorem de filiabus Chanaan. Surge, vade in [1] Pa-
dan-aran, ad domum Bethuelis, [2] qui auus tuus
eſt maternus, illinc duc tibi vxorem de filiabus
Laban auunculi tui. Deus autem omnipotens be-
nedicat tibi, [3] & faciat te creſcere, atque multipli
cet te, vt fias in cœtum populorum. [4] Det quoque
tibi benedictionem Abrahæ, tibi inquā & ſemi-
ni tuo tecum, vt hæreditate accipias terram quā
incolis, quam [5] dedit Deus Abrahæ. Amandauit
itaque Iſaac Iacob, & ille abijt in Padan-arā ad
Laban filium Bethuelis Syri fratrē Rebeccæ, ma-
tris Iacob & Eſau. ¶Animaduertens autem Eſau
quòd Iſaac benedixiſſet Iacob, & quòd miſiſſet
eum in Padan-aran, vt illinc ſibi duceret vxorē,
præcepiſſétque ei cum [6] valediceret, dicens, Ne du
cas vxorem de filiabus Chanaan: Et quòd Iacob
obtemperaſſet patri ſuo & matri ſuæ, abijſſétque
in Padan-aran: Intelligens etiam Eſau quòd fi-
liæ Chanaan diſplicerent Iſaac patri ſuo: Abijt
ipſe ad Iſmaelem, & duxit ſibi vxorē Mahalath
filiam Iſmaelis filij Abrahā, ſororem Nebaioth,
vltra vxores ſuas. ¶Egreſſus itaq; Iacob de Beer-
ſeba, profectus eſt Charan. Incidit autē forte for
tuna in quendam locum, vbi pernoctauit: nam
ſol occiderat. & tollens de lapidibus illius loci, fe
cit ſibi ceruicalia, & dormiuit in eodē loco. Et ha
buit ſomnium. & en [7] ſcala erat poſita in terram,
cuius culmē pertingebat vſque in cęlū, angeliq;
Dei aſcendebant & deſcendebant per eā. Deus au
tē innitebatur ſcalæ, dixitque ad eum, Ego ſum
Dominus Deus Abrahā patris tui, & Deus Iſaac:
terrā in qua tu dormis tibi dabo & ſemini tuo.
Eritque ſemē tuum ſicut puluis terræ, [8] & tu erū
pes vſque ad mare Occidentale, ad Orientem, ad
Septentrionem, & ad Meridiem: benedicentúrq;
in te [9] & in ſemine tuo omnes familiæ terræ. En
ego adſum tibi, & cuſtodiam te quocunque fue-
ris profectus, & reducam te in terrā iſtam: [10] neq;
deſeram te, donec fecero quæcūque ad te loquu-
tus ſum. Euigilās autem Iacob è ſōno ſuo, ait, Reuera Domin⁹ eſt in iſto loco, & ego nō nouerā. Et
timuit ac dixit, Quàm terrific⁹ eſt locus iſte! nō eſt [11] hic niſi dom⁹ Dei & porta cæli. ¶Cōſurgēs au-

inquit, tantum benedictionem habes pater? mi-
hi quoque [obſecr]o vt benedicas. Cúmque eiula-
tu magno fl[eret], motus Iſaac dixit ad eum, In
pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit be
nedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo ſer-
uies: tempúſque veniet cum excutias & ſoluas iu
gum eius de ceruicibus tuis. ¶Oderat ergo ſem-
per Eſau Iacob pro benedictione qua benedixe-
rat ei pater: dixitque in corde ſuo, Venient dies
luctus patris mei, & occidam Iacob fratrē meū.
Nunciata ſunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vo-
cans Iacob filium ſuum, dixit ad eum, Ecce Eſau
frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fi-
li mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad
Laban fratrem meum in Haran: habitabíſque cū
eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris
tui, Et ceſſet indignatio eius, obliuiſcatúrque eo
rum quæ feciſti in eum: poſtea mittam, & addu-
cam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in v-
no die? Dixitque Rebecca ad Iſaac, Tædet me vi-
tæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob v-
xorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

VOcauit itaque Iſaac Iacob, & benedixit eū,
præcepitque ei dicens, Noli accipere coniu-
gem de genere Chanáan: ſed vade, & proficiſce-
re in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel
[a] patrem matris tuæ, & accipe tibi inde vxorē de
filiabus Laban auunculi tui. Deus autem omni-
potens benedicat tibi, & creſcere te faciat atque
multiplicet: vt ſis in turbas populorum. Et det ti
bi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te:
vt poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam
pollicitus eſt auo tuo. ¶Cúmque dimiſiſſet eum
Iſaac, profectus peruenit in Meſopotamiam Sy-
riæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Re-
beccæ matris ſuæ. ¶Vidēs autē Eſau quòd bene-
dixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Me-
ſopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret: &
quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens,
Nō accipies vxorem de filiabus Chanáan: quòd-
que obediens Iacob parentibus ſuis, iſſet in Sy-
riam: probans quoque quòd non libenter aſpice
ret filias Chanáan pater ſuus: iuit ad Iſmaelem,
& duxit vxorem abſque iis quas prius habebat,
Maheleth filiam Iſmael filij Abraham, ſororem
Nabaioth. ¶Igitur egreſſus Iacob de Ber-ſábee,
pergebat Haran. Cúmque veniſſet ad quendam
locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occu-
bitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſuppo-
nens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Vidít-
que in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, &
cacumen illius tangens cælum: angelos quoque
Dei aſcendentes & deſcendentes per eam: & do-
minum innixum ſcalæ dicentem ſibi, Ego ſum
Domin⁹ Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac.
Terrā in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo. E-
ritq; ſemē tuū quaſi puluis terræ: ¶dilataberis ad
Orientē, & Occidentē, & Septētrionē, & Meridiē:
& ¶BENEDICENTVR IN TE & in ſemi-
ne tuo cūctæ tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quo
cunque perrexeris, & reducam te in terram hāc:
nec dimittam niſi compleuero vniuerſa quæ di-
xi. Cúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait, Verè
Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebā. Pauēſ-
que, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! nō eſt
hic aliud niſi Dom⁹-dei, & porta cęli. ¶Surgēs er

Iſaac benedi-
cit ipſi Eſau.
heb. 11. d.
G
Eſau odit ip-
ſum Iacob. &
mortem mi-
nat. abd. 1. c.

Rebecca ipſi
Iacob conſu-
lit fugam in
Meſopota-
miam.

Prohibet Iſa-
ac ipſi Iacob
ne ducat vxo-
rem de filia-
b⁹ Chanaam.
cui obedit Ia-
cob.
¶[a] patris

Oſee 12. d.
B

Eſau, contra
voluntatem
patris, acci-
pit vxorē de
filiabus Iſ-
mael.

Iacob pergēs
in Haran, vi-
det ſcalā in
ſomnis.
C

Promittitur
Iacob terra
Chanáan.
Deu. 12. c. 19. c.
CHRISTVS
Ī. 16. a.

D
Conſolatur
Iacob Deus.
Domus-dei.

¶16 vl, erit ha-
bitatio tua. i.
habitabis in ſo
lo quod Deus
reddet fœcun-
dum immiſſio-
ne roris & plu-
uiæ. ¶17 ſub.
dabit tibi De⁹.
¶18 i. Arte mili
tari compara-
bis tibi victum.
¶19 quum præ-
ualebis, [vl, quū
dominari inci-
pies,] tunc excu
ties ¶10. i. mor
tis. ¶11 Hebr.
conſolatur ſe
de te ad interfi
ciendum te. i.
ſolatur ſe de
iniuria ſibi il-
lata, dū cogitat
futurum vt te
interficiat.
¶12 acquieſce
mihi, ſub. mo-
nēti. ¶13 Heb.
dies vnos. i. pau
cos. ¶14 vl, cō
quieſcat,
¶15 vl, orbabor

XXVIII.

¶1. i. in Meſopo
tamiam.
¶2 Hebr. patris
matris tuæ,
¶3 Hīc Et, pro Id
eſt, poniē. Bene
dicat tibi, id eſt
creſcere &c.
¶4. i. ea confe-
rat in te benefi
cia quæ contu-
lit in Abraha-
mum: tam fa-
ueat tibi quàm
fauit Abraha-
mo. ¶5. i. re-
promiſit.
¶6 Heb. benedi
ceret illi,
¶7 Per iſtā ſca-
lā quę è cœlo deſcēdeba
tur à terra ad
cælū, dicūt do-
ctiſſimi Hebræo
rū ſignificari,
oīa iſta iferio-
ra dependere à
ſuperiorib⁹. Ve-
rūm per ſcalā
intelligim⁹ Chri
ſtū, cuius diui-
nitas cōiuncta
erat humanita-
ti, deſcēditq; ad
nos: per quē & aſcēdim⁹ ad Deū Patrē. nemo eni venire poteſt ad Patrē, niſi per Chriſtū. Hoc myſteriū ignorāt ipſi Iudæi. ¶8 dila
taberis enī ad Occidētem, ¶9 Et, pro Id eſt poſitū. eadē enim eſt promiſſio quæ Abrahæ facta fuerat ſuprà cap. 22. d.
Benedicentur in ſemine tuo, &c. & cap. 12. a. In te benedicentur cognationes terræ. Hoc loco vtrunque dixit, In te, &
In ſemine tuo. ¶10 quia non derelinquam te, donec compleuero ¶11 vl, iſte, ſub. locus

Beth-el.
Luza.
Votũ Iacob.
¶[a] Deus victum & veſtitum petit.

go Iacob mane, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleũ deſuper. Appellauitq; nomen vrbis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicẽs, Si fuerit[a] Dominus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſúſque fuero proſpere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deũ, & lapis iſte quẽ erexi in titulum, vocabitur Domus-dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

Venit Iacob ad Laban.

PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Moriſque erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerẽt lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerent. Dixitque ad paſtores, Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderũt, De Haran. Quos interrogans, Nũquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus. Sanúſne eſt? inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege ſuo. Dixitque Iacob, Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducãtur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & ſic eas ad paſtũ reducite. Qui reſpõderũt, Nõ poſſum[a], donec omnia pecora cõgregẽtur, & amoueam[a] lapidẽ de ore putei, vt adaquem[a] greges.

Fratres ſuos vocat ignotos.

B

Rachel paſcit oues.

¶Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cũ ouibus patris ſui: nã gregem ipſa paſcebat. Quã cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouéſque Laban auunculi ſui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege oſculatus eſt eam: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans nuntiauit patri ſuo. Qui cum audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei: complexúſque eum, & in oſcula ruẽs, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris, reſpõdit, Os meum es, & caro mea. Et poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius, dixit ei, Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias, nomen maioris Lia: minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia, lippis erat oculis: Rachel decõra facie, & venuſto aſpectu. Quam diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis. Reſpondit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem quàm alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. ¶Dixitq; ad Laban, Da mihi vxorem meã: quia iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad cõuiuium, fecit nuptias. Et veſpere Liam filiam ſuã introduxit ad eum, dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quã cũ ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liã: & dixit ad ſocerũ ſuũ, Quid eſt quod facere voluiſti? nónne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? Reſpõdit Labã, Non eſt in loco noſtro cõſuetudinis, vt minores

Iacob Rachel ſancte oſculatur.

Laban cõplectitur ipſum Iacob, & oſculatur.

C

Lia lippis oculis.

Iacob ſeruit ſeptem ãnis pro Rachel.

Labã nuptias celebrat.

Ipſi Iacob datur Lia pro Rachel.

tem Ia[...] diluculo, tulit lapidem quem ſibi ceruical [...] ſui poſuerat, & erexit illum[12] in ſtatuam, fuditque oleum ſuper ſummitatem eius: & vo[...]uit nomen loci illius Beth-el: etenim nomen illius ciuitatis antea Lus erat. Vouit & votum hiſce verbis, [13]Quandoquidẽ Deus mihi adfuit, & cuſtodiet me in via iſta qua proficiſcor, & dabit mihi panem ad comedendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſurus quoq; fuero incolumis & ſaluus ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum. Et lapis iſte quẽ poſui in ſtatuam, [14]erit domus Dei: & quodcũque dederis mihi, de hoc decimam tibi dabo.

CAP. XXIX.

LEuauit itaq; Iacob pedes ſuos, & perrexit ad terram eorum qui ad Orientem habitãt. [1]Et vidit puteum in campo, iuxta quẽ cubabant tres greges ouium: nam ex puteo iſto adaquabãt greges iſtos, erátque ingens lapis[2] ſuper puteo. [3]Collectique ſunt illuc omnes greges, volutóque lapide ab ore putei, adaquabant oues, & reuoluebãt lapidem ſuper puteum in locũ ſuum. Dixitq; ad eos Iacob, Fratres mei vnde eſtis? Qui reſponderunt, De Charan ſumus. Et dixit ad eos, Noſtiſne Laban filiũ Nahor? Illi verò dixerunt, Nouimus. Dixitq; rurſus ad eos, [4]Rectène habet? Reſponderũt, Rectè, [5]en Rahel filia eius venit iã cũ grege. Et dixit, Multũ adhuc diei ſupereſt, adeóq; nec tẽpus pecora cogendi: potum ergo præbete ouibus, eunteſque paſcite. Qui reſponderũt, Nõ poſſumus donec cõgregentur omnes greges, & voluatur lapis à puteo, vt potũ demus ouibus. ¶Cũ adhuc loqueretur cũ eis, venit Rahel cum grege patris ſui [6]quẽ ipſa paſcebat. Cũmq; vidiſſet Iacob Rahelẽ filiam Labã auunculi ſui, gregẽmq; eius, acceſſit & reuoluit lapidem à puteo, & adaquabat gregẽ Laban auunculi ſui. Oſculatus quoque eſt Iacob Rahelem, [7]ſublatáque voce ſua fleuit. [8]Nuntiauitque Iacob Raheli quòd ipſe eſſet frater patris eius, & filius Rebeccæ. Illa verò currens nũciauit hæc patri ſuo. Cũ verò Labã audiſſet rumorẽ de Iacob filio ſororis ſuæ, currens ei obuiam, amplexatus eſt eũ atq; oſculatus, & introduxit eũ in domũ ſuã, & ille narrauit ipſi Laban[9] negotia iſta cũcta. Ad quẽ Laban ait, Profecto os meum & caro mea es tu. & manſit cum eo [10]mẽſem totum. Dixit verò Labã ad Iacob, [11]An quia frater meus es, gratis mihi ſeruires? Indica mihi[12] quæ ſit merces tua. Erãt autẽ ipſi Labã duæ filiæ: nomen maioris natu erat Lea, minoris verò nomen Rahel. Porrò Lea habebat oculos[13] debiles: Rahel verò erat pulchra forma & venuſta facie. Dilexit autẽ Iacob Rahelẽ, & ait, Seruiam tibi ſeptem annis pro Rahele filia tua natu minori. Laban reſpõdit, Satius eſt vt eã tibi dem quàm alij viro: mane apud me. Seruiuit itaq; Iacob pro Rahele ſeptẽ annis, [14]qui viſi ſunt ei dies pauci, eo quòd eã deamaret. ¶Dixit autẽ Iacob ad Laban, Cedo [mihi] vxorẽ meã, quoniã dies mei exacti ſunt, [15]& veniã ad eã. Cõgregauit ergo Labã omnes viros illius loci, & inſtruxit conuiuium. Aduentante veſpera, accepit Leam filiam ſuam, & introduxit eam ad Iacob, & ingreſſus eſt ad eam. Dedit ad hæc Laban ipſi Leæ filiæ ſuæ Zilpãm ancillam ſuam vt famula eſſet. [16]Cũmque iam mane eſſet, en ea erat Lea. Dixit ergo Iacob ad Laban, Cur feciſti mihi hoc? annon pro Rahele ſeruiui tibi? cur ergo impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban, Non eſt hic mos noſtri loci, vt minor na-

¶12 vl. i titulũ. ſiue, iſtar metæ. ¶13 Hebr. Si ſit Deus mecũ, & cuſtodierit me in via iſta per quã ego ãbulo, dederitq; mihi panẽ ad veſcendũ, & veſtes ad veſtiẽdũ: quum reuerſus fuero in pace. i. citra dãnũ, icolumis & ſaluus.
¶14. i. erit loc⁹ vbi inuocabitur nomẽ Dei. Vel, iſte lapis erit mihi argumento quòd ſit domus Dei, & loc⁹ in quo ſoleat Deus exaudire p̃ces hominũ. Hic loc⁹ erat in quo Abraham obtulerat filiũ ſuum.

XXIX.

¶1 He. Et vidit, & ecce puteum &c. i. circũſpiciens ſitum regionis, animaduertit puteum. ¶2 Heb. ſuper os putei. ¶3 Cõgregabãtúrq; ¶4 Heb. Nũquid eſt pax ei? Inquiũt, Pax ¶5 Hebr. Sane adhuc dies eſt magna.
¶6 Hebr. quia paſtor erat. ſiue paſtorem agebat. ¶7 ſub. Iacob. ¶8 Iã vero renunciauerat. Antequã ſcilicet oſculatus eam fuiſſet. ¶9 Heb. omnia verba iſta. Ad quæ Laban ait, Profecto os meum &c. i. retulit ei oĩa quæ geſta erant cũ Eſau, quæq; acciderãt ei in itinere. Ad quæ Laban reſpondit, Profecto cõ ſanguine⁹ me⁹ es. Hic os, ab oſſe eſt, non ab ore. Hebraiſmus. ¶10 Heb. menſem dierum. i. menſem integrum, conſtantem omnibus ſuis dieb⁹. ¶11 Heb. Vere frater me⁹ es. (id eſt nepos) ſeruies mihi ergo gratis? Frater pro nepote. Verti poteſt, An quia nepos meus ſis, gratis ſeruies mihi? ¶12 vl. quanta. i. quid velis lucrari. ¶13 vl. teneros. Quidã intelligunt oculos lippos. Alij, inter quos Chaldæus paraphraſtes, interpretantur elegantes. q. d. Lia oculorum tantum pulchritudine cõmendabatur. ¶14 Heb. qui fuerunt in oculis eius vt dies vni. i. pauci. ¶15. i. vt illa fruar. ¶16 Heb. Factum eſt autem mane, & ecce erat Lia. More Hebraico dictum, pro, Mane autem facto cognouit eſſe Liam.

¶17 vſ, Imple ſeptenarium iſtius, Subaudi, Liæ. ſiue, Tranſeant ſeptē dies feſti iſtius Liæ. ¶18 adimpleuit enim hebdomadā iſtius, deditque (ſubaudi Laban) ei Rachel &c. ¶19 Hebr. aperuit vuluā ei⁹. ¶20 vſ, poſthac ¶21 Vice hac celebrabo Dominum.

XXX.

¶1 vſ, quòd nō peperiſſet ipſi Iacob. ¶2 Inuidit ſorori ſuæ. ¶3 Hebraiſm⁹ eſt, p. Putáſne me Deum eſſe qui id fecerim: aut, qui id poſſim quod Deus poteſt? ¶4 Heb. qui prohibuit à te fructum vētris. i. liberos. ¶5 .i. quum illa pariet, accipiā puerū i gremio meo, ſiue ſinu. ¶6 Heb. & filiabor ego quoq; ex illa. i. & habebo filios ex ea. Hebraic⁹ loquēdi mod⁹. ¶7 Heb. Iudicauit me Dominus. vſ, pro me. .i. quaſi ſuperior Deo iudice. Alij exponunt, Iudicauit me Domin⁹ idignam prole, tamē ipetraui vt haberem filiū. ¶8 Heb. Luctationibus Dei luctata ſum cum ſorore mea, & præualui. vocauitque &c. Luctationes Dei vocat luctationes maximas, vt Cedri Dei, dicūtur cedri altiſſimæ. Vel, Luctationes Dei, quibus Deus fauit. Alij vertūt, Coniuncta ſum per Deum ſorori meæ, imò excellui ei. ¶9 Heb. Venit fœlicitas. Id eſt, Proſpere ceſſit quòd tradiderim ancillam meam viro meo. L X X verterunt, Fœlix facta ſum. Alij, Venit turma. ſubaudi, filiorum. Id eſt, Iam multos habeo filios. Alij, Venit dux & collector exercituū. ¶10 Cum beatitudine mea. Vel, Ad fœlicitatē meam. ſiue, Pro proſperitate mea. Id eſt, Mihi fœliciter ceſſit quòd dedi ancillam meam viro meo. L X X, Beata ego. Chaldæus paraphraſtes, Laus facta eſt mihi. ¶11 Sic Luc. 1. Beatam me dicent omnes generationes. ¶12 Quidam inter Hebræos ſcribit mandragoras eſſe radicem herbæ, quæ radix refert hominem. Alij dicunt mandragoras herbam eſſe quæ poma fert odorata, coloris ochræ, & vitellis ouorum ſimilia. Dioſcorides in quarto. Quòd poma mādragoræ ſint iucundi odoris, clarum eſt ex capite ſeptimo Cantici Salomonis. Videntur ergo in Iudæa fuiſſe in precio poma mādragoræ, quòd ſua pulchritudine oculos paſcant, & odore nares plurimum oblectent. Radix huius herbæ habet humanā formā. A Columella mādragora epitheto dicitur ſemihomo. ¶13 præripueris. ſub. mihi. ¶14 accipere tentes?

tu elocetur ante maiorem natu. [17] A[...]e hanc hebdomadem, locabitúrque tibi & iſta pro ſeruitio quod adhuc alijs ſeptem annis mihi ſeruiturus es. Hoc fecit Iacob, [18] & abſoluit iſtam hebdomadem, & dedit ei Rahelem filiam ſuam vxorē. Dedit & Laban Raheli filiæ ſuæ Bilham ancillam ſuā vt eſſet famula. Ingreſſ⁹ eſt ergo Iacob ad Rahelem quoque, & amauit Rahelem præ Lea, ſeruiuitque illi adhuc alijs ſeptem annis. Vidēs autem Dominus quòd exoſa eſſet Lea, [19] reddidit eā fœcundam, manſitque Rahel ſterilis. Lea igitur concepit, & peperit filium, vocauitque nomē eius Ruben: ſic enim cogitabat, Vidit Dominus afflictionem meam, [10] nunc igitur diliget me maritus meus. Ruſum concipiens peperit filium, & ait, Quãdoquidem Dominus audiuit me odio haberi, dedit mihi & iſtum. vocauitque nomen eius Simeon. Ruſúſque concepit, & peperit filium, & dixit, Et nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, quandoquidem peperi ei tres filios. & ob hanc cauſam vocatum eſt nomen eius Leui. Denuo concepit, & peperit filium, dicens, [11] Et nunc gratias agam Domino. & idcirco vocauit nomē eius Iuda: deſtititque párere.

CAP. XXX.

Cernens verò Rahel [1] quòd nihil páreret ipſi Iacob, [2] æmulata eſt ſororem ſuā, dixitq; ad Iacob, Da mihi liberos: ſin minus, morior. Iacob autem ira incenſus aduerſus Rahelem, dixit, [3] Num Dei loco ſum ego, [4] qui prohibet quo minus pariat? Rahel ait, En ancilla mea Bilha, ingredere ad eam, [5] vt pariat ſuper genua mea, [6] vt ego ex ea ædificer. Dedit itaque Bilhā ancillam ſuā ipſi Iacob vxorem, & Iacob ingreſſus eſt ad eā. Concipiens itaque Bilha, peperit ipſi Iacob filium. Et ait Rahel, [7] Cauſam meam egit Deus, & etiā exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. & ob id vocatum eſt nomen eius Dan. Rurſum concipiēs Bilha ancilla Rahelis, peperit filium ſecundum ipſi Iacob. Et dixit Rahel, [8] Viciſſitudinibus Dei paria feci cum ſorore mea, vt etiam præualeā. vocauitq; nomen eius Naphtali. ¶Videns autē Lea quòd deſtitiſſet parere, accepit Zilpam ancillam ſuam, deditque eam Iacob vxorem. Peperit itaq; Zilpa ancilla Leæ ipſi Iacob filium, & ait Lea, [9] Auſpicato. vocauitque nomen eius Gad. Zilpa ancilla Leæ peperit Iacob filium ſecundum. Dixitque Lea, [10] In beatitudine mea: [11] nam beatam me ducent filiæ. vocauitq; nomen eius Aſer. Egreſſus Ruben in diebus meſſis triticeæ, inuenit [12] mãdragoras in agro, attulitq; eas ad Leam matrē ſuā, & dixit Rahel ad Leam, Da mihi quæſo de mandragoris filij tui. Cui illa reſpondit, An parū eſt quòd [13] accipis virum meum, inſuper & mandragoras filij mei [14] accipies? Dixit Rahel, Dormiat igitur tecū hac nocte pro mandragoris filij tui. Venit igitur Iacob è rure ſub veſperam, & egreſſa eſt Lea ei obuiam, & ait, Ad me venies: conduxi enim te mãdragoris filij mei. & dormiuit cū ea nocte illa. Exaudiuit autē Deus Leā vt conciperet, & páreret ipſi Iacob filiū quintū. Et dixit Lea, Reddidit [mihi] Deus mercedē meā, eo ꝙ dederim ancillā meā marito meo. vocauitq; nomē ei⁹ Iſaſchar. Rurſū cōcepit Lea, & peperit ipſi Iacob ſextū

antè tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis alijs. Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem: cui pater ſeruam Balam tradiderat. Tandémque potitus optatis nuptijs, amorem ſequentis priori prætulit, ſeruiēs apud eum ſeptem annis alijs. Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Rurſúmque concepit & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi. vocauitque nomen eius Simeon. Cōcepitque tertiò, & genuit alium filium dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. & idcirco appellauit nomen eius Leui. Quartò concepit, & peperit filium, & ait, Modo confitebor Domino. & ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſauitque párere.

CAP. XXX.

Cernens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Iacob, Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa, Habeo, inquit, famulā Balam: ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios. Deditque illi Balam in coniugium: quæ ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel, Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meā, dans mihi filium. & idcirco appellauit nomen eius Dan. Rurſúmque Bala concipiens, peperit alterum: pro quo ait Rachel, Comparauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui. vocauitq; eū Nephthali. ¶Sentiens Lia quòd párere deſiſſet, Zelphā ancillam ſuā marito tradidit. Qua poſt conceptum edente filium, dixit, Fœliciter. & idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitque Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eū Aſer. Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel, Da mihi partem de mandragoris filij tui. Illa reſpōdit, Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecū hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeuntiq; ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitque cū ea, nocte illa. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit filium quintum, & ait, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meā viro meo. appellauitq; nomen eius Iſſachar. Rurſum Lia cōcipiēs peperit ſextū

D

Datur ei & Rachel.

Cōcipit Lia.

Ruben.

Simeon.

Leui.

Iuda. mat. 1. a

Rachel conqueritur marito de infœcunditate.

Dat Rachel Balam in vxorem marito.

Dan.

B

Nephthali.

Zelpha ācilla Liæ cōcipit.

Gad.

Aſer.

Lia, mandragoris emit à Rachel vt ſecū dormiat marit⁹, & cōcipit.

C

Iſſachar.

Zabulon.
Dina. D
Dat Deus cõceptũ Racheli.
Ioſeph.
Petit Iacob ſe dimitti, & mercedẽ ſibi dari.

filium, & ait, Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios. & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Poſt quem peperit filiam nomine Dinam. ¶Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit, & peperit filium, dicens, Abſtulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterũ. ¶Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me vt reuertar in patriam meam, & ad terrã meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu verò noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban, Inueniã gratiam in conſpectu tuo: (experimẽto didici quia benedixerit mihi Deus propter te) conſtitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille reſpondit, Tu noſti quomodo ſeruierim tib[illegible], & quanta in

E
Ditauit Deus ipſum Labã ꝑpter Iacob.
¶* etiam

manibus meis fuerit poſſeſſio tu[illegible] modicum habuiſti antequam venirem ad te, [illegible]nunc diues effectus es: benedixitq; tibi Deus ad introitũ meũ: iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam * domui meæ. Dixitque Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterũ paſcã, & cuſtodiã pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & ſepara cũctas oues varias, & ſparſo vellere: & quodcũq; furuũ & maculoſum, variũmque fuerit, tã in ouib⁹ quàm in capris, erit merces mea. Reſpõdebitq; mihi cras iuſtitia mea, quãdo placiti tẽpus aduenerit, corã te: & omnia quæ nõ fuerint varia, & maculoſa, & furua, tã in ouibus quàm in capris, furti me argues. Dixitq; La-

Iacob varij coloris oues ex vnicoloribus natas, mercedẽ petit.

F
bã, Gratũ habeo quod petis. Et ſeparauit in die illa capras, & oues, & hircos & arietes varios, atq; maculoſos: cũctũ autẽ gregẽ vnicolorẽ, id eſt albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorũ ſuorũ. Et poſuit ſpatiũ itineris triũ dierũ inter ſe & generũ, qui paſcebat reliquos greges eius. Tollẽs ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractiſq; corticibus, in his quæ ſpoliata fuerãt cãdor apparuit: illa verò quæ integra fuerãt, viridia ꝑmã ſerũt: atque in hũc modũ color effect⁹ eſt varius.

Variat Iacob gregis colorẽ, inſtinctu & mandato Dei, vt ſequẽs caput indicat.

filium. [illegible]xit Lea, [15]Donauit me Deus bona dote, [16]nũ[illegible]bitabit mihi maritus meus, quoniã pepe[illegible] ſex filios. vocauitque nomẽ eius Zebulon. Poſt hæc peperit filiã, cuius nomen vocauit Dina. ¶Et recordatus eſt De⁹ Rahelis, exaudiuitq; eam Deus, [17]& reddidit eam fœcundam. Quæ cõcipiens peperit filium, dicens, Suſtulit Deus [18]opprobriũ meum. Vocauitque nomen eius Ioſeph, dicens, [19]Adijciat mihi Dominus filium alterum. ¶Cũmq; peperiſſet Rahel Ioſeph, contigit vt Iacob diceret ad Laban, [20]Dimitte me, vt vadam ad locum meum, & ad terram meã: Da mihi vxores meas, & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu enim [21]noſti ſeruitiũ meũ quod tibi ſeruiui. Reſpondit ei Laban, [22]Si nunc gratiã hic à te impetrare poſſum: [23]indica mihi mercedẽ tuã, & dabo: obſeruaui enim hoc, quòd Dominus me propter te fortunauit. Et dixit ad eum, Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & [24]quale pecus fuerit tibi me paſtore. Nã [25]modicum quod tibi fuit antequã ad te venirem, vehementer auctum eſt, & quòd Dominus te fortunarit mei cauſa: [26]nunc verò quando tandem domui meæ proſpiciam? Qui ait, Quid dabo tibi? Reſpondit Iacob, Nihil dabis mihi: ſi feceris mihi iſtam rem, iterum paſcam [&] cuſtodiam oues tuas. Tranſibo hodie per omnes greges tuos, [27]ſepara tu illinc omne pec⁹ punctis reſperſum & maculis variegatũ, & quidquid fuluum erit in agnis, punctis reſperſum, & maculis variegatũ in capris, merces mea fuerit. [28]Et reſpondebit pro me iuſtitia mea poſtero tẽpore: veniet enim ad mercedem meam corã te. Quidquid ergo in capris [29]aut pũctis reſperſum, aut maculis variegatum, in agnis verò fuluum non fuerit, furtum hoc eſto apud me. Dixit ergo Laban, [30]Age, modo fiat quod dixiſti. [31]Relegauit igitur eadem die hircos circulatos, & maculis variegatos, omnẽſque capras punctatas & maculoſas, omnes inquam in quibus albedinis aliquid fuit, deinde quicquid in agnis fuluum fuit: & dedit eas ſub manus filiorũ ſuorũ. [32]Interſtinxit verò inter ſe & Iacob iter trium dierũ, & Iacob paſcebat oues Laban reliquas. Porrò Iacob accepit virgas virides de populo, auellana & caſtanea, [33]& deglubit eas vt albedo appareret, denudans ſcilicet quod album erat in virgis.

¶15 Vel, Bonum donum dedit mihi Deus. Id eſt, Optimam partẽ dedit mihi. ¶16 hac vice ¶17 Hebr. aperuit enim vuluam eius.

¶18 Olim dabatur vitio ſterilitas. Nam fœcũditas ex Deo proueniebat, q dixerat, Creſcite, & multiplicamini.

¶19 Per futurũ melius legeretur, Addet mihi Dominus filium alterum: vt ſit Hebraiſmus, pro, Cum vnum habuerim, plures habitura ſum.

¶20 i. Da mihi poteſtatem abeundi ad domum meam, & in patriã meã.

¶21 i. noſti operam meã quã præſtiti tibi. q.d. Satis ſerui⁹ tibi.

¶22 Heb. Quæſo ſi inueni gratiam in oculis tuis. Id eſt, ſi tibi charus ſum. ſub. mane apud me.

¶23 Hæc verba hoc ordine leguntur apud Hebræos, Si inueni gratiam in oculis tuis: nam expertus ſum ꝙ Dominus benedixerit mihi propter te. Dixit inquam, Conſtitue mercedem tuam mihi &c. i. Si tibi charus ſum, ſiquid facere velis mea cauſa, ſub. mane apud me. nam experimento didici Deum benedixiſſe mihi tua cauſa. Neque volo vt maneas apud me gratis: ſed præſcribe præmium tuum mihi, dic mihi quid velis lucrari, & dabo tibi: vel, vt dem tibi. q.d. quicquid petieris à me, dabo tibi. Si non ſubaudiantur hæc verba, mane apud me: tunc per parentheſin legentur hæc verba, Nam expertus ſum ꝙ &c. vt hoc ordine legãtur, Si inueni gratiam in oculis tuis, indica mihi mercedem tuam, & dabo: nã expertus ſum quòd Dominus &c. ¶24 vl, quanta fuerit apud me poſſeſſio tua. Aut, quantus fuerit grex tuus mecum. i. quãtum peculium tradideris mihi initio. ¶25 paruum erat id quod habebas in conſpectu meo, & creuit plurimum: & benedixit Dominus tibi ad pedem meum. i. Pauca erant tua pecora quæ tu commiſiſti mihi: ſed creuerunt multum. benedixit enim tibi Dominus ad aduentum meum. Chaldæus paraphr. vertit, benedixit propter me. ¶26 Heb. nunc autem quando operabor ego quoque pro domo mea? Id eſt, quando dabo operã vt congregem diuitias ad alendã familiam meam? ¶27 Heb. ad ſeparandum [ſ. i. vt ſeparem] illinc omnes agnos paruis & magnis maculis aſperſos, itẽ oẽs agnos nigros īter agnos, & magnis aut paruis maculis aſperſa inter capras: eritque merces mea. quod ſcilicet naſcetur tale. i. quæ iſtis ſimiles poſthac naſcentur, mihi cedent mercedis loco. ¶28 vl, Reſpondebitq; mihi craſtina die iuſtitia mea, quando veneris ad mercedem meam, ante te. i. Iuſtitia mea teſtabitur tibi poſthac de me, ſiue teſtimonium mihi feret, quum tu venies ad mercedem meam. Hoc eſt, Tunc deprehendes me iuſtum eſſe, quũ venies ad videndas oues quæ mihi mercedis loco cedent, & videris me nihil habere quod tuum ſit. ¶29 vl, aut maculis paruis, aut magnis aſperſum, & nigrum in ouibus non fuerit: apud me erit furto ablatũ. Id eſt, Dicito me furto abſtuliſſe, & me furti argue, ſi videris apud me capras varijs maculis nõ variatas, aut oues non nigras. ¶30 Vtinam ¶31 vl, Separauit itaque in die illa hircos habentes crura diuerſo colore veluti faſcijs reuincta, & magnis maculis aſperſos, omnẽſque capras maculis paruis & magnis aſperſas, omnia inquam in quibus erat aliquid albi, & omnia nigra in ouibus: &c. ¶32 Poſuit verò ſpatium itineris trium dierum inter ſe & inter Iacob. ¶33 vl, decorticauitque in illis decorticationes albas, denudationem candoris qui erat ſuper virgas. Et poſuit &c. Vl, incidit in illis inciſuras albas, ſpoliationem candoris qui erat ſuper virgas. Poſuitque &c. Id eſt, partim decorticauit virgas ipſas: ea autem parte virgæ qua corticẽ detraxit, albor qui ſuberat cortici, apparuit: & ita varia effecta eſt virga. Quod hic verſum eſt, denudationem candoris &c. per appoſitionem dictum eſt. q.d. Atque ita factum eſt vt denudaretur candor. detracto enim cortice, apparuit candor qui ſuberat cortici, vt dictum eſt.

[14]Et poſuit virgas, quas deglaber[...]in canales aquarios in quos decurrebant aq[...]illuc enim conueniebant oues ad bibendum. [[...]uit autẽ virgas] è regione ouiũ, vt potum venientes inardeſcerent conciperẽntque. [15]In ardore ergo oues concipiebant ad virgas, & pariebant circulatas, punctis reſperſas, & maculis variegatas.' Iacob autem ſeparauit agnos, & direxit faciẽ gregis [16]aduerſus circulatas & cũctas fuluas quæ erant in grege Laban: poſuit enim ſibi greges ſeorſim, non ad oues Laban. [17]In omni igitur admiſſura ouium robuſtiorũ' poſuit Iacob virgas in canales ante oculos ouiũ, [hoc ſcilicet agens] [18]vt in admiſſura conſpectis virgis: cõciperent.' [19]In admiſſura autem debilium ouium non ponebat. erant ergo debiliores Laban, robuſtiores vero ipſius Iacob.' Auctus eſt ergo vir ille in immenſum, ita vt eſſet ei magnus grex, ancillæ, ſerui, cameli & aſini.

CAP. XXXI.

ET audiuit verba filiorum Laban, qui ſic loquebantur, Rapuit Iacob quidquid erat patris noſtri, & ex his quæ patris noſtri ſunt, omnem iſtam[1] gloriam' parauit. Vidit quoque Iacob faciem Laban, animaduertitque eam non eſſe erga ſe[2] quemadmodum fuerat heri & nudiuſtertius.' Et dixit Dominus ad Iacob, Reuertere ad terram patrum tuorum, & ad natale ſolum, ego tibi adero. Mittens igitur Iacob, accerſiuit Rahelem & Leam in agrum ad gregem ſuum. Et dixit ad eas, Video ego faciem patris veſtri nõ eſſe erga me quẽadmodũ heri & nudiuſtertius: veruntamen Deus patris mei mihi adfuit. Et vos quidẽ noſtis quòd toto robore meo ſeruiui patri veſtro. Pater autẽ veſter[3] dolo malo egit mecum, & immutauit' mercedem mei iam[4] decies:' neq; tamen permiſit Deus vt me læderet. Quum diceret, Quæ[5] punctis' reſperſæ ſunt, ſint merces tua: tunc naſcebantur omnes oues [5] pũctis' reſperſæ. ſi verò diceret,[6] Circulis obuinctæ,' erũt merces tua: naſcebantur omnes[7] oues circulatæ.' Eripuit igitur Deus peculium patri veſtro, & mihi dedit.[8] Et hoc quoque factũ eſt. in ouium admiſſura' ſuſtuli oculos meos, vidique per ſomnium hircos[9] obuinctos circulis, punctis' reſperſos, & albis maculis notatos, qui inibant gregem. Tum dixit ad me angelus Dei per ſomnium, Iacob? Et reſpondi, Præſto ſum. Et dixit, Attolle quæſo oculos tuos, & obſerua omnes hircos[9] obuinctos circulis, punctis' reſperſos, & albis maculis notatos qui ineunt gregem: vidi enim quæcunque in te[10] commiſit' Labã. Ego ſum Deus Beth-el, cui illic ſtatuã erexiſti, quòq; loci mihi votũ vouiſti: ſurge igitur, & egredere ex iſta terra, & redi in patriã tuã. Reſpondit Rahel ſimúlq; Lea, & dixerunt ad eũ,[11] Nũ pars aut hæreditas adhuc nobis eſt in domo patris noſtri?' Annõ extraneæ ab eo reputatæ ſumus? vendidit enim nos, deinde & argentũ noſtrũ[12] inſumpſit.[13] Quãdoquidẽ ergo omnes opes quas eripuit Deus patri noſtro,

Poſuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent. Factúmq; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerẽtur virgas, & parerẽt maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa. Diuiſitque gregẽ Iacob, & poſuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cætera vero, Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent. quando vero ſerotina admiſſura erat, & cõceptus extremus, non ponebat eas. Factáque ſunt ea quæ erãt ſerotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. Ditatúſque eſt homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.

CAP. XXXI.

POſtquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerũt patris noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus: Animaduertit quoque faciẽ Laban quòd nõ eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius, Maxime dicẽte ſibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum Miſit*, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi paſcebat greges. Dixitq; eis, Video faciem patris veſtri, quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius: Deus autẽ patris mei fuit mecũ. Et ipſæ noſtis quòd totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. Sed & pater veſter circũuẽnit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mihi. Siquando dixit, Variæ, erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando vero econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitque Deus ſubſtantiam patris veſtri, & dedit mihi. Poſtquam enim cõceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas, varios, & reſperſos, & maculoſos, & diuerſorum colorum. Dixitque angelus Dei ad me in ſomnis Iacob? Et ego reſpondi, Adſum. Qui ait, Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas, varios, maculoſos, atque reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego ſum Deus Beth-el, vbi vnxiſti lapidem, & votũ vouiſti mihi. nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terrã natiuitatis tuæ. Reſpõderúntque Rachel & Lia, Nunquid habemus reſidui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris noſtri? Nónne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium noſtrum? Sed Deus tulit opes patris noſtri, &

C

Ditiſſimus Iacob.

Murmurarũt filii Labã ob diuitias Iacob.

Iubet Deus ipſi Iacob reuerti in patriã.

* Iacob

Iacob narrat beneficiũ Dei erga ſe.

Deus ſeruat Iacob, ne noceat ei Labã.

B

T.18.d.

¶14 vl, Poſuit itaque virgas quas decorticauerat, in fluẽta & canales aquarũ, ad quos veniebãt[vel, vẽturæ erant]pecudes vt biberẽt: [poſuit inquã] in cõſpectu ouium: quæ incaleſcebat dũ venirent ad bibẽdum. Incaleſcebant, inquit. i. calore incendebãtur ad coitũ. ¶15 vl, Incaleſcebãt (vel Coibãt) igitur in conſpectu virgarũ, & pariebant oues illæ agnos, quorũ crura diuerſo colore veluti faſciis videbãtur reuincta, & aſperſos paruis punctis, & magnis maculis. ¶16 verſus agnos[antecedẽtes, ſcilicet]aſperſa maculis crura habentes, & verſus omne nigrum in grege Labã: poſuit enim ſibi greges ſeorſum & nõ cum ouibus Laban. Hæc eſt ſecũda induſtria Iacob maculoſos agnos iam natos in vnum redegit gregẽ, fecitque illum antecedere gregem ouium Laban, vt ſequentes oues, contẽplatione præcedentium maculoſorum agnorum, alios párerent maculoſos. ¶17 Factum eſt item, quandocunque fortiores oues incaleſcebant. vel, coibant. i. In priore admiſſura: nempe menſe Martio. ¶18 Heb. vt coirent ante virgas. ¶19 Hebraice ad verbum, Et dum ſerotinarent[.i. cum poſteriori admiſſuræ vacabant]oues, non ponebat: & ita ſerotinæ erant ipſius Laban, & robuſtiores ipſius Iacob. Hoc eſt, quando menſe Septembri coibant oues, quæ eſt poſterior admiſſura, quo tempore ſolent oues agnos debiliores párere propter ſubſequens frigus. Hæc eſt tertia induſtria Iacob, quòd virgas poſuit in canales eo tempore quo robuſtiores oues conceptui operam dabant, aut quando procliuiores erant ad coitum, vt ſic robuſtiorem ederent fœturam: quod fit menſe Martio. XXXI. ¶1 vel, ſplendorem. aut opulẽtiam. i. peperit ſibi has diuitias, quibus aſſequutus eſt gloriam, & ſplendorem iſtum. ¶2 .i. ſicut antea ſolebat. ¶3 Heb. mentitus eſt mihi: mutauit enim &c. i. fallaciter & peruerſe egit mecum. ¶4 Numerus certus hic ponitur pro incerto, multis vicibus. ¶5 punctis paruis ¶6 Ea quorum crura erunt diuerſis coloribus veluti faſciis reuincta, ¶7 fœtus quorum crura erant diuerſis coloribus veluti faſciis reuincta. ¶8 vl, Accidit enim, tempore quo incaleſcebant oues. Vel, tempore quo oues coibant ¶9 vl, crura diuerſo colore veluti faſciis reuincta habentes, paruis item punctis &c. ¶10 facit. præſentis temporis. ¶11 q.d. Nihil eſt quod amplius expectemus à patre noſtro. ¶12 decoxit .i. vendidit nos tibi: ſeruiuiſti enim illi pro nobis. & decoxit pecuniam noſtram. i. quæ nobis debebatur pro mariti noſtri labore. fructus enim laborum Iacob redibat ad Laban. ¶13 vl, Sane omnes opes &c. nunc ergo fac &c.

Iacob reuerti tur in terrã ſuam, inſcio Laban.

¶ᵃ itaque Rachel furata patris idôla.

Labã inſequitur Iacob.

Cura Dei pro Iacob, nequid mali inferat ei Laban.

Obiurgat Laban ipſum Iacob.

¶ᵃ veſtri
¶ᵃ cum

Conqueritur idôla ſibi eſſe ablata.

Rachel abſcõ dit idôlis patris, deludit ipſum.

Iacob fidem, diligentiã, & laborẽ ſuum declarat ipſi Laban.

¶ᵃ vrebar,

C tas tradidit nobis, ac filiis noſtris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. ¶Surrexitᵃ autemᵃ Iacob: & impoſitis liberis, ac coniugibus ſuis ſuper camelos, abiit. Tulitque omnem ſubſtantiã ſuã, & greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum in Terram-Chanáan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata eſt idôla patris ſui. Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret. Cúmque abiiſſet tam ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant, & amne tranſmiſſo pergeret contra Montem-Galaad: Nuntiatum eſt Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum diebus ſeptem: & comprehendit eum in Monte-Galaad. Viditque in ſomnis dicentem ſibi Dominum, Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. Iámque Iacob extenderat in monte tabernaculum: D cúmque ille conſecutus fuiſſet eum, cũ fratribus ſuis in eodem Monte-Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob, Quare ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi: vt proſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? Non es paſſus vt oſcularer filios meos & filias: ſtultè operatus es & nunc quidem. Valet manus mea reddere tibi malum: ſed Deus patrisᵃ tuiᵃ heri dixit mihi, Caue ne loquarisᵃ contraᵃ Iacob quicquam durius. Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Reſpondit Iacob, Quòd inſcio te profectᵘˢ ſum, timui ne violenter auferres filias tuas. Quòd autẽ furti me arguis, apud quencunque inueneris deos tuos, necetur. coram fratribus noſtris ſcrutare, quicquid E tuorum apud me inueneris aufer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata eſſet idôla. Ingreſſus itaque Laban tabernaculũ Iacob, & Liæ, & vtriuſque famulæ, nõ inuenit. Cúmque intraſſet tentorium Rachelis, illa feſtinans abſcondit idôla ſubter ſtramenta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutãtique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait, Ne iraſcatur dominus meus, quòd coram te aſſurgere nequeo: quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. ſic deluſa ſollicitudo quærentis eſt. Tuméñſque Iacob, cum iurgio ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? pone hic corã fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco viginti annis fui tecũ? oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comẽdi: nec captũ à beſtia oſtẽdi tibi, ego damnum õne reddebam. Quicquid furto peri- F bat, à me exigebas. Die noctúque æſtuᵃ vrgebar,ᵃ & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabᵘˢ, & ſex ꝓ gregibᵘˢ tuis: immutaſti quoq; mercedẽ meã decẽ vicibus. Niſi

noſtr[...] liberorũmque noſtrorum, facᵃ quidquid D[...] mandauit. ¶Surrexit itaq; Iacob, & im[...] filios ſuos & vxores ſuas camelis, Abdu[...]que omnes greges ſuos, & omnes facultates ſuas quas parauerat, omnes oues poſſeſſionis ſuæ, quas acquiſierat in Padan-aran, vt remearet ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaan. Laban autem abierat vt tõderet oues ſuas, furata eſt interim Rahel ſimulachra patris ſui: [14]Iacob verò furatus eſt cor Labã Syri, eo ꝙ abitum ſuum illi nõ indicaſſet.ᵃ Fugit itaque ipſe & omnia quæ illius erant, ſurrexitque & traiecitᵃ [15]fluuium,ᵃ dirigens faciem ſuam verſus [16]mõtem Gilead.ᵃ Die tertio nuntiatum eſt ipſi Labã ꝙ Iacob fugiſſet. Et ſumens ſecum fratres ſuos, inſequutus eſt illũ itinere ſeptem dierum, & apprehendit eum in monte Gilead. Venerat autẽ Deus in ſomno nocturno ad Laban Syrum, & dixerat ad eũ, Caue [17]quidquam loquaris cum Iacob.ᵃ Aſſequutus eſt itaque Laban Iacob: fixerat autem tabernacula ſua Iacob in monte, ſed & Laban cum fratribus ſuis tetendit [tentoria ſua] in monte Gilead. Ait itaque Laban ad Iacob, Quid feciſti quòd [18]furatus es cor meum,ᵃ & abduxiſti filias meas veluti [19]bello captas? [20]Cur me clàm & inſcio fugã capeſſere voluiſti? Quin mihi indicaſti, vt te cum gaudio amandaſſem,ᵃ deduxiſſémque cum canticis, tympanis & cithara? Inſuper non permiſiſti vt oſcularer filios meos & filias meas. ſtulte quidem egiſti. [21]Et ſatis potens eſſemᵃ vobis malefacere: at Deus patris veſtri heri ad me dixit, Caue [17]loquaris cum Iacob quidquam. [22]Quòd ſi omnino abire collibitum fuit, vtpote deſyderio paternæ domus flagranti: continuóne deos meos furari oportuit?ᵃ Reſpondit Iacob & dixit ad Laban, Eo quòd timui, cogitauique te vi rapturum eſſe filias tuas mihi. Cæterùm is apud quem deos tuos inueneris, [23]non viuat:ᵃ coram [24]fratribusᵃ noſtris recognoſce tibi ſiquid apud me eſt, & cape tibi. neſciebat autẽ Iacob quòd Rahel eos eſſet furata. Ingreſſus ergo eſt Laban tabernaculum Iacob, tabernaculum Leæ, tabernaculúmque duarum ancillarum, & non inuenit. Egreſſúſque tabernaculum Leæ, venit in tabernaculum Rahelis. Porrò Rahel ſimulachra illa acceperat, & poſuerat ea [25]ſub ſtratumᵃ cameli. inſeditque eis: & cũ Laban contrectaſſet totum tabernaculum, nihil tamen inuenit. Rahel autem dixit ad patrẽ ſuũ, Ne ſuccenſeat dominus meus [26]quòd non poſſumᵃ aſſurgere tibi, quia [27]iuxta conſuetudinem fœminarum mihi accidit.ᵃ Perſcrutatus itaque, non inuenit ſimulachra. [28]Hoc iram mouit ipſi Iacob, vt litigaret cum Laban, & diceret,ᵃ Quæ præuaricatio mea? aut quod denique peccatum meũ, quòd ſic inardeſcens me inſequeris? [29]Contrectaſti omnem ſupellectilem meam, quid ex vniuerſa ſupellectili domus tuæ deprehendiſti? [30]Profer huc coram fratribus meis & fratribus tuis, vt iſti inter nos duos diſceptent. En viginti iſtis annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ non

ſunt abortæ, ſed neque arietes gregis tui comedi. A feris laceratũ, tibi non attuli: ego, ſiquid peccatum, [31]pœnas dedi.ᵃ E manu mea requirebas ſiquid vel interdiu, vel noctu furto ſurreptum fuerat. Interdiu conſumpſit me æſtus, nocturno verò tempore gelu, fugitque ſomnus meus ab oculis meis. [32]Viginti iſtis annis inquam ſeruiui tibi in domo tua, quatuordecimᵃ annis pro duabus filiabus tuis, & ſex annis pro ouibus tuis, & immutaſti mercedem meam iam decies. Et niſi

¶14 Furatᵘˢ eſt etiã Iacob cor Laban Syri, eo ꝙ nõ renunciarit ei ꝙ fugeret, vel fugere vellet. Hebraiſmᵘˢ eſt, Furatus eſt cor Labã, ꝓ, ignorãte vel inſcio Labã aufugit. ¶15 .i. Euphratẽ. ¶16 Per anticipationẽ, nondum enim ita appellabatur. ¶17 Heb. ne loquaris cũ Iacob à bono ad malũ. i. nequid blãde aut aſpere illi dixeris. ¶18 Furari cor alterius (vt dictum eſt) eſt celare eum, & clàm eum aliquid facere. ¶19 Heb. captas gladio? ¶20 Heb. Cur abſcondiſti te ad fugiendum, & furatᵘˢ es me, & nõ indicaſti mihi: & dimiſiſſem te cũ gaudio &c. Hæc poſteriora verba, Non indicaſti mihi: declarãt quod obſcurius dixerat, Abſcõdiſti te ad fugiendum, & furatᵘˢ es me. q.d. Cur clàm aufugiſti, me neſciẽte, nec indicaſti? ¶21 Heb. Eſt fortitudo in manu mea &c. .i. Poſſem vobis malum facere. ¶22 Heb. Et nunc eundo iuiſti, quia deſyderando deſyderauiſti domũ patris tui: cur ſurripuiſti deos meos? ¶23 vl, non viuet. q.d. mea manu eum interficiam.

¶24 Fratres vocat cognatos. ¶25 vl, ſub clitellis ¶26 vl, non enim poſſum ¶27 Heb. eſt mihi conſuetudo mulierum. Id eſt, quia patior menſes, ſiue menſtrua. ¶28 Heb. Iratúſque Iacob, rixatus eſt cum Laban: atque reſpondens, dixit ipſi Laban, ¶29 Heb. Quando contrectaſti omnia vaſa mea, quid inueniſti ex omnibus vaſis domus tuæ? Vaſa vocat ſupellectilem, more Hebraico. ¶30 Subaudi, in medium, ſiquid reperiſti apud me. ¶31 pœnas luebam, ſiue damnum rependebam. ¶32 Heb. Iam mihi ſunt viginti anni in domo tua: [i. Iam viginti annis manſi in domo tua.] ſeruiui tibi quatuordecim &c.

¶33.i. Deus quẽ pater meus colebat, qui pater dicebatur Abrahã. ¶34.i. De⁹ quẽ timuit Iſaac. ¶35 Subaudiendũ [ſcio] aut [exiſtimo.] ſcio ꝙ inanem dimiſiſſes me. Aut vox Hebræa כי, accipienda eſt pro ſane vel certe. Certe inanẽ dimiſiſſes me. ¶36 vel, arguit eũ te heri. Vel vt Chald. paraphraſtes vertit, heſterna nocte. ¶37 Heb. meũ eſt. ¶38 vł, ſed filiab⁹ iſtis meis quid faciã hodie, aut filijs q.d. natura nõ ꝑmittit vt detrimenti quicquã eis inferã. ¶39 vł, percutiam⁹ ¶40 vł, in metã, ſiue titulũ ¶41 Colligite ¶42 Hæ duæ voces Syriacę ſignificãt tumulum ſiue aceruũ teſtimonij. Idẽ ſignificat & vox Hebræa Galeed. ſe ipſum poſtea interpretatur. ¶43 vł, vocauerat. ſcilicet Iacob. ¶44 Hoc eſt. Iacob vocauit etiã locũ illum Miſpha.i. Specul: iſta. quoniã Laban dixerat, Aſpiciat Dominus &c. ¶45 ſub. Labã. ¶46 ſub. poſthac. ¶47 vł, quũ abſcõdemur quiſq; à ſocio ſuo. Hebraiſm⁹. ꝑ

[33]Deus patris mei, Deus Abrahã,[34] & [Deus] Iſaac' affuiſſet mihi, [35]nunc quoque vacu[um me] [dimi]ſiſſes:' ſed afflictionem meam, & laborem manuum mearũ reſpexit De⁹, [36]& redarguit [te] heri. Labã reſpõdit, & dixit ad Iacob, Annon filiæ iſtæ filiæ meę ſunt, & filij iſti filij mei, ſed & greges iſti greges mei, imò quidqd tu vides[37] annõ meũ eſt? [38]& filiab⁹ iſtis quid facerẽ hodie, aut filijs' earũ quos pepererunt? Veni igitur, [39]feriemus' ego & tu fœdus, quod teſtis loco ſit inter me & te. Accepto itaque lapide Iacob [40]ſtatuam' erexit, dixitq; ad fratres ſuos, [41]Legite' lapides. Qui afferentes lapides, tumulũ excitarunt, & ibi ſuper eũ comederunt. Vocauitque eũ Laban [42]Iegar-ſchahadutha,' Iacob verò vocauit eũ [43]Galeed.' Dixitq; Labã, Tumulus iſte teſtis eſt hodie inter me & inter te. & idcirco [43]vocatũ eſt' nomẽ eius Galeed. Et [44]Mitzpa, [45]quoniam dixit, [46]Speculetur' Dominus inter me & inter te, [47] quando fuerimus ſeparati alter ab altero.' Si afflixeris filias meas, & ſi duxeris vxores [48]ad' filias meas, [49]nemo nobiſcum eſt: en Deus teſtis eſt inter me & inter te.' Rurſumque dixit Laban ad Iacob, En iſte tumulus, & en ſtatua quam erexi inter me & te: Teſtis eſto tumulus iſte, & teſtis quoq; hæc ſtatua, quòd ego tumulũ iſtũ non tranſibo' [50]ad te,' nec tu tumulum iſtũ & ſtatuam iſtã [51]ad me [52] ad malũ.' Deus Abraham, & [53]deus Nahor, deus quoque patris illorum, iudicent inter nos.' Et iurauit Iacob per pauorem patris ſui Iſaac. Mactauit quoque Iacob victimã in Monte, inuitauitque [54]fratres' ſuos vt manducarent panem. Et comederunt panem, pernoctaruntq; in monte illo. Conſurgenſque Laban diluculo, oſculatus eſt [55] filios' ſuos & filias ſuas, & imprecatus eſt eis fœlicia: valedicenſque Laban, [56]abijt reuerſus' ad locum ſuum.

CAP. XXXII.

[1]Iacob verò [2]profectus eſt itinere ſuo cui obuiã facti ſunt angeli Dei. Quos cũ vidiſſet Iacob, dixit, Caſtra ſunt hæc Dei. & vocauit nomen loci illius [3]Mahanaim.' Iacob autem nuntios ante ſe præmiſit ad Eſau fratrẽ ſuum in terram Seir, in regionem Edom. Mandauitque eis dicens, Sic dicetis domino meo Eſau, [4]Sic dicit ſeruus tuus Iacob,' Apud Laban aduena fui, illicque morã traxi hactenus. Et ſunt mihi boues, aſini & oues, ſerui & ancillæ, [5]miſique nuntiatum [hæc] domino meo, vt impetrarẽ gratiã apud te. ¶Reuerſi ſunt nuntij ad Iacob, dicentes, Venimus ad fratrem tuum, nempe ad Eſau, qui tibi etiam obuiã venit, habetque ſecum quadringentos viros. Timuit verò Iacob vehementer, anxiúſque fuit: diſtribuit ergo populũ qui ſecũ erat, oues quoque & boues & camelos in duas turmas, aitq;, Si venerit Eſau ad vnã turmã, & trucidauerit eam, [6]euadet altera, reliquáq; manebit.' Et dixit Iacob, De⁹ patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac, Domine qui dixiſti ad me, Reuertere in terrã tuam, & in patriã tuam, & omnino benefaciã tibi, Inferior ſum [7]omni beneficentia' omnique [8]fide' quã ſeruo tuo exhibuiſti: [9]quoniam baculo meo trãſiui Iordanem iſtum,' & nunc [10]creui in' duas turmas.

Deus patris mei Abraham & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modo nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri. Reſpondit ei Laban, Filiæ meę & filij & greges tui, & omnia quę cernis, mea ſunt: quid poſſum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus: vt ſit in teſtimonium inter me & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitq; fratribus ſuis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederũtque ſuper eum. Quem vocauit Laban Tumulum-teſtis: & Iacob, Aceruum-teſtimonij, vterque iuxta proprietatẽ linguæ ſuæ. Dixitque Laban, Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie. & idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, id eſt Tumulus-teſtis. Et adiecit Laban, Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando receſſerimus à nobis. Si afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit. Dixitque rurſus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, teſtis erit, tumulus, inquam, iſte & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illũ pergens ad te: aut tu prætererieris, malũ mihi cogitans. Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorũ. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac: immolatiſque victimis in Monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem. Qui cum comediſſent, manſerunt ibi. Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis: reuerſúſque eſt in locum ſuum.

CAP. XXXII.

Iacob[1] autẽ abijt in itinere quod cœperat: fuerũtque ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidiſſet, ait, Caſtra Dei ſunt hæc. & appellauit nomẽ loci illi⁹ Mahanaim, id eſt Caſtra. Miſit autẽ & nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in Terram-Seir, in Regionem-Edom: præcepitque eis, dicens, Sic loquimini domino meo Eſau, Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus ſum, & fui vſque in præſentem diem. Habeo boues & aſinos & oues, & ſeruos & ancillas: mittóq; nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiã in cõſpectu tuo. ¶Reuerſique ſunt nuntij ad Iacob, dicentes, Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce properat in occurſum tuum cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, dicens, Si venerit Eſau ad vnam turmã, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur. Dixitque Iacob, Deus patris mei Abrahã, & Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi, Reuertere in terrã tuã, & in locũ natiuitatis tuę, & benefaciam tibi: Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quã expleuiſti ſeruo tuo. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: & nũc cũ duabus turmis regredior.

Pactũ inter Laban & Iacob.

G

¶[1] quoque Angelorũ viſione, Deus roborat Iacob.

Iacob miſſis nuntijs petit fauorem fratris ſui Eſau.

D

Iacob diuidit ſua i turmas.

Orat Iacob Deum in anguſtijs, arripiẽs ꝓmiſſionẽ Dei, & indignitatẽ ſuã cõfitens.

C

quando diſceſſerimus alter ab altero. ¶48 vltra ¶49 q.d. præſente Deo, & abſentibus hominibus polliceris te nõ afflicturũ filias meas. Phraſis Hebraica. ¶50 ſub. eũdo. ¶51 ſub. veniẽdo. ¶52 vł, ad inferẽdã iniuriã. q.d. ego cõtinebo me intra hos fines, & tu intra iſtos: neq; alter alteri⁹ fines ingredietur, vt inferat alteri malum. ¶53 dij Nachor iudicabũt inter nos. cum dijs patris illorũ. Dij Nachor, erant idôla. ¶54 i. affines. ¶55 i. nepotes. ¶56 Heb. & abijt, & reuerſus eſt. pro, abiẽſq; reuerſus eſt. XXXXII ¶1 vł, Iacob quoq; ¶2 i. cœpit iter ſuũ cõtinere. ¶3 i. caſtra. Eſt autẽ Mahanaim, loc⁹ vltra Iordanẽ nõ procul à mõte Galaad. ¶4 q.d. Hæc ſeruus tuus Iacob vult tibi eſſe nota. ¶5 Heb. mittóq; vt nũtiẽ domino meo, vt inueniã gratiã in oculis tuis. Multa hîc ſunt ſubaudiẽda, Et mitto nũtios vt nũtiẽt domino meo aduẽtũ meũ, vt inueniã &c. Alij aliud ſubaudiũt. Vt annũtiẽt domino meo quęcunq; præcipit mihi Domin⁹. Eſt autẽ Hebraiſm⁹, vt iueniã gratiã in oculis tuis, ꝑ, vt tibi ſim gratus. ¶6 Heb. erit turma quæ reliqua fuerit, in liberationẽ. ¶7 Heb. cũctis miſerationib⁹. pro, Indign⁹ erã in quẽ tãta beneficia conferres. ¶8 vł, veritate. Per veritatẽ intelligit ꝓmiſſiones impletas. q.d. Indign⁹ ſum oib⁹ ꝓmiſſionib⁹ tuis quas adimpleſti ſeruo tuo. ¶9 i. cum tráiſẽ Iordanem iſtum vt irem in Haran, nihil amplius habebam quàm baculum in manibus. Tropus eſt Hebraicus, quo intelligitur nudum & tenuem eum tranſiſſe Iordanem. Chaldæus paraphr. vertit, Quia ſolus tranſiui Iordanem. i. ſine comitatu. ¶10 Heb. factus ſum in &c. i. deduco mecum duas turmas.

D Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eũ timeo: ne forte veniẽs percutiat matrẽ cũ filiis. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari nõ poteſt. Cúmq; dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo, Capras ducẽtas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, camelos fœtas cũ pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem. Et miſit per manus ſeruorũ ſuorũ ſingulos ſeorſum greges, dixitq; pueris ſuis, Antecedite me, & ſit ſpatiũ inter gregẽ & gregem.

E Et præcepit priori, dicẽs, Si obuiũ habueris fratrem meum Eſau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius ſunt iſta quæ ſequeris? Reſpondebis, Serui tui Iacob, munera miſit domino ſuo Eſau: ipſe quoq; poſt nos venit. Similiter dedit mãdata ſecũdo & tertio, & cunctis qui ſequebãtur greges, dicẽs, Iiſdẽ verbis loquimini ad Eſau cũ inueneritis eũ. & addetis, Ipſe quoq; ſeruus tuus Iacob iter noſtrũ inſequitur. dixit enim, Placabo illum muneribus quæ præcedũt, & poſtea videbo illum: forſitã propitiabi-

F tur mihi. ¶ Præceſſerunt itaq; munera ante eũ, ipſe verò manſit nocte illa in caſtris. Cúmq; ᵃmature ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas & totidẽ famulas cũ vndecim filijs, & tranſiuit Vadum Iaboc. Traductiſq; omnibus quæ ad ſe pertinebant, ᵇmanſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq; ad eum, Dimitte me: iam enim aſcendit aurora. Reſpõdit, Non dimittã te niſi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomen eſt tibi? Reſpõdit, Iacob. At ille, Nequaquã, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quãto magis contra homines præualebis? Interroga-

G uit eum Iacob. Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit, Cur quæris nomẽ meũ quod eſt mirabile? Et benedixit ei in eodẽ loco. Vocauitq; Iacob nomẽ loci illius Phanuel, dicẽs, Vidi ᶜDominũ facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ortúſq; eſt ei ſtatim ſol poſtquã tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe verò claudicabat pede. Quã ob cauſam nõ comedũt neruum filij Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob vſque in præſentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

Iacob mittit munera ad Eſau fratrẽ ſuum.

ᵃ mane

Iacob luctatur cũ angelo, ne poſtea timeat fratrem.

ᵇ remanſit

Iacob nominatus Iſrael.

ᶜ Deum

Iudæi neruũ femoris non comedunt.

## CAP. XXXIII.

Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: diuiſitq; filios Liæ & Rachel, ambarúmq; famularum: & poſuit vtranque ancillam & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in ſecundo loco: Rachel autem, & Ioſeph nouiſſimos. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terrã ſepties, donec appropinquaret frater eius.

Eſau venit obuiã fratri: cui occurrit Iacob.

Eripe [illegible] è manu fratris mei, de manu Eſau n[illegible]um, ne veniat & trucidet matrẽ ſimul [illegible] Et tu quidem promiſiſti quòd ve lis m[illegible]facere, redderéq; ſemen meũ veluti harę[illegible] maris, quæ præ multitudine numerari nõ poteſt. Pernoctauit itaq; illic nocte illa, & accepit de iis [12]quæ ſibi in manũ veniebãt, [13]munus ipſi Eſau fratri ſuo: Nẽpe capras ducẽtas, hircos viginti, oues ducẽtas, & arietes viginti, camelas lactãtes cũ pullis earũ triginta, vaccas quadraginta, & [14]tauros decẽ, aſinas viginti, & pullos decem. Tradiditq; [iſthæc] in manũ ſeruorũ ſuorũ, [15]quẽlibet gregẽ ſeorſim, & ait ad ſeruos ſuos, [16]Trãſite ante me, & facite ſpatium inter gregẽ & gregẽ. Præcepitq; priori dicẽs, [17]Si occurrerit tibi Eſau frater meus, & interrogauerit te hiſce verbis, Cuius es tu, quò vadis, & cuius iſta quę te præcedũt? Dices, Hæc ſunt Iacob ſerui tui, [18]munus hoc miſſum domino meo Eſau, & en ipſe ſubſequitur nos. [19]Huiuſmodi mandata dedit ſecũdo, & tertio, omnibus deniq; qui greges ſequebantur, nẽpe vt ſic loquerentur ad Eſau, ſicubi inuenirent eũ, dicerẽntq; quòd Iacob ſeruus eius ſequeretur eos. ſic enim cogitabat, Placabo [20]eũ munere quod me antecedit, deinde videbo faciẽ eius, fortaſſe [21]me exaudiet. ¶ Præceſſit itaq; munus faciem eius, ipſe verò eadem nocte mãſit in caſtris. Nocte verò conſurgens, tulit duas vxores ſuas, & duas ancillas ſuas, vndecim quoque natos ſuos, & traiecit vadũ Iaboc. Accipiens ergo eos, tranſmiſit eos vltra torrentẽ, trãſmiſit quoq; quidquid habuit: & [22]manſit Iacob ſolus, [23]deſcenditq; cum eo vir in harenam, donec aurora oriretur: qui videns quòd non poſſet ei pręualere, [24]tetigit volã femoris eius, & vola femoris Iacob luxata eſt, dũ ille luctaretur cũ eo. [25]Dixitq;, Dimitte me: exorta eſt enim aurora. [26]Et dixit, Nõ dimittã te, niſi bona mihi fueris imprecatus. Et dixit ad eũ, Quod eſt nomẽ tuũ? Reſpondit, Iacob. Ait, Nomen tuum [27]vltra non vocabitur Iacob, ſed Iſrael: [28]nam & Elohim & hominibus tanquã princeps ſuperior euaſiſti. Iacob interrogans dixit, Indica quæſo nomen tuum. Et dixit, Cur [29]ſic interrogas de nomine meo? fauſtáq; imprecatus eſt ei ibidem. Et vocauit nomẽ loci illius, Pniel: Quoniã vidi [inquit] [30]Elohim facie ad faciem, & [31]erepta eſt anima mea. Ortúſque eſt ei ſol cum pertranſiſſet Pniel, & ipſe claudus erat [32]femore ſuo: ob id filij Iſrael [33]etiamnum hodie non comedunt neruum obſtupefactum in concauitate femoris, eo quòd tetigerit concauitatẽ femoris Iacob neruo obſtupefacto.

## CAP. XXXIII.

Attollẽs Iacob oculos ſuos vidit, & ecce Eſau [1]venit, quadringẽtiq; viri cũ eo. [2]Diſtribuit itaq; filios ad Leã, Rahelẽ, atq; duas ancillas: collocauit autem ancillas & filios illarum in primo ordine, deinde Leam & liberos eius, Rahelem [3]tamen & Ioſeph poſtremo. Ipſe verò ante illos præcedens, ſepties pronus terram verſus inclinat, quouſque fratri appropinquaret.

¶ 11 Heb. Et tu quidẽ dixiſti. Benefaciẽdo benefaciã tibi, & ponã ſemẽ tuũ &c. q. d. Vtcũq; res habeat, pollicitus es mihi quòd certo benefacturus ſis mihi, &c. ¶ 12. i. quæ in promptu habebat. ¶ 13 ſub. quod mitteret. ¶ 14 iuuencos ¶ 15 Heb. gregẽ gregẽ ¶ 16 vel, Præcedite me. ¶ 17 Cũ occurrerit ¶ 18 munus eſt quod mittitur ¶ 19 Heb. Et præcepit etiã ſecundo & tertio, omnibus ſimiliter ſequẽtibus poſt armẽta, dicendo, Iuxta verbũ hoc dicetis ad Eſau, quũ inueneritis eum. Dicetis etiam, Ecce ſeruus tuus Iacob poſt nos eſt. i. ſequitur nos ¶ 20 Heb. faciẽ eius. vel, irã eius ¶ 21 Heb. ſuſcipiet faciẽ meã. pro. fortaſſe ſuſcipiet me frõte hilari. Vel, honorifice excipiet. ¶ 22 ſub. vltra Iordanẽ à latere Galaad. ¶ 23 & luctatus eſt quidã cũ illo. i. angelus Domini qui ſuſtinebat pſonã hois. ¶ 24 tetigit acetabulum femoris eius, & acetabulũ femoris luxatũ eſt. vel, os ipſum femoris, loco ſuo motũ eſt. Vox Hebræa CAPH, pro qua acetabulum vertimus, ſignificat vertebram & corylẽ. i. oſſis cauitatẽ illam in qua abſcõditur ſumma pars femoris, quod iſchium Græcis dicitur: & etiam caput illud femoris quod in iſchium inſeritur. Os igitur ipſum femoris quod in iſchium inſeritur, loco ſuo motum eſt, non acetabulum. Verti poteſt, tetigit coxendicem, & luxata eſt coxendix: eadem ſententia cum priore. ¶ 25 ſub. angelus. ¶ 26 ſub. Iacob. ¶ 27 Quidam recte pro [vltra] vertunt [tantum] hoc modo, Non tantum appellaberis Iacob poſthac, ſed etiã Iſrael. ¶ 28 Heb. quia ſtrenue egiſti cũ Deo, & cum hominibus, & præualuiſti. i. quia ſtrenuum te præſtitiſti apud angelum & apud homines. Vel, principem egiſti cum Deo. i. in lucta ſuperior fuiſti angelo qui humanam perſonam ſuſtinebat: quãto magis præualebis hominibus? Ita Chaldæus paraphraſtes vertit, & LXX. Hoc modo præteritum [præualuiſti,] erit pro futuro [præualebis] & VAV, pro quanto magis. ¶ 29 iſtud ¶ 30 Deum ¶ 31 vel, liberata eſt anima mea. i. animus meus liberatus eſt metu. vel, mortuus non ſum. ¶ 32 Heb. ſuper femur ſuũ. i. claudicabat altero pede. ¶ 33 nõ comedũt muſculũ cõtractionis, qui eſt ſuper acetabulũ oſſis femoris, vſque ad hoc tẽpus: quia tetigit [ſub. angelus] acetabulũ femoris [vel, coxẽdicẽ] Iacob, quod eſt iuxta muſculũ cõtractionis. i. nõ comedũt muſculũ cõtrahentẽ & mouentẽ femur, qui muſculus eſt iuxta acetabulũ oſſis femoris: quia angelus Dei tetigit acetabulum femoris, quod eſt iuxta muſculum mouentem femur. XXXIII. ¶ 1 vel, veniebat ¶ 2 Separauit itaq; filios partim cũ Lia, partim cum Rahele, & partim cum ancillis. i. Diſtribuit filios in tres ordines, cuique matri ſuos commendãs. ¶ 3 autem

Aug. q. 71.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶4 Iſtud ſcribit ſignificat qui tecum ſunt. Aut potius vacare dicēdum eſt hoc loco: quod eſt frequentiſſimū apud Hebræos.
¶5 Acceſſit tandem & Ioſeph
¶6 Heb. Quis eſt iſte ad quē mittis totā turmā iſtā quam obuiam habui?
¶7 q.d. Hæc traxi mecū vt ea tibi dono darē, vt eſſem tibi gratioſus.
¶8 ſub. recuſes.
¶9 ſed accipe
¶10 propterea aſpicio faciem tuā, ſicut aſpiceē faciem Dei: & ſvl nā placeſ mihi. q.d. Si acceperis munus meū, ita gaudebo, tāmq; libenter aſpiciā vultū tuū, q̄ ſi aſpicerē vultum Dei aut angeli: vſque adeo places mihi.
¶11 Heb. quoniam miſertus eſt mei Deus, ſuntq; mihi omnia. Hebraiſmus eſt, pro, Ex benignitate Dei, omnia mihi abunde ſuppetunt.
¶12 Heb. Coegit igitur eum, & accepit: dixitq; (ſub. ipſe Eſau) Proficiſceretvr, Proficiſ.amur) & eamus, ibōq; è regiōe tui. i. à latere tuo. & æquis paſſibus. ero comes itineris tui.
¶13 Heb. ſuper me. i. ſunt mihi curandæ.

Eſau vero obuiam illi currens, [illegible]us eſt eum, ruitque in collū eius, & oſc[illegible] eum, fleuerántque. Attollens autem [illegible]os, vidit mulieres & pueros, dixitque, [illegible] iſti? Et reſpondit, Pueri ſunt quos benig[illegible] ſua Deus donauit ſeruo tuo. Accedentes ita[illegible] ancillæ & nati earum, inclinarunt. Appropinquauit & Lea cū filiis ſuis inclinantes. [5]Poſt hæc adduct⁹ eſt Ioſeph & Rahel, & incuruari inclinant. Dixit autem [Eſau,] [6]Quæ tibi vniuerſa hæc turma, cui obuiam veni? Reſpondit, [7]Vt gratiam ac fauorem impetrarem corā domino meo. Et dixit Eſau, Abūde ſatis mihi adeſt mi frater, maneat tibi quod tuum eſt. Ad quem ait Iacob, [8]Ne quæſo, ſi impetro gratiam corā te, [9]accipe hoc munus meum de manu mea: [10]nā in hoc vidi faciem tuam, quemadmodū videtur facies Elohim: gratum ergo mihi fac. Cape quæſo honorariū mun⁹ meū quod tibi allatū eſt: [11]benigne enim mihi fecit Deus, & ſatis habeo. [12]Flagitante autē illo, accepit [Eſau,] & ait, Moue caſtra, & proficiſcamur, ego te præcedam. Reſpōdit illi [Iacob,] Dominus meus nouit nimirū ꝙ pueri teneri ſunt, deinde ſunt [13]mihi oues & boues [14]fœtæ, [15]quas ſi ipulero vno die, morientur omnes oues. Trāſeat quæſo dominus meus ante ſeruum ſuū, ego [16]ſenſim incedā, quatenus ferūt pecora ante me, & quatenus pueri ferre poſſunt, donec peruenero ad dominum meum in Seir. Dixit ergo Eſau, [17]Cōſtituam quæſo quoſdam de iis qui mecum ſunt, qui tecum maneāt. Iacob reſpondit, Cur iſtud? ſatis eſt ſi gratiam impetro coram domino meo. ¶Reuerſus eſt itaq; Eſau eadē die itinere ſuo verſus Seir: Iacob verò profectus in Suchoth, extruxit ſibi domum, tentoriáq; ſuis pecoribus: hinc vocatum eſt nomen loci illius Suchoth. Venitq; Iacob incolumis in [18]Sichem, quæ eſt in terra Chanaan, dum rediret ex [19]Padanaran, & [20]habitauit è regione illius ciuitatis. Emit quoq; partem agri, vbi [21]tenderet tabernaculū ſuū, de manu filiorū Hemor patris Sichē, cētū [22]probatis nummis: ibiq; cōſtituit arā, [23]inuocauitq; ibi fortē Deū Iſraelis.

CAP. XXXIIII.

Dina filia Leæ, quā pepererat ipſi Iacob, egreſſa eſt [1]vt filias illius regionis videret: Quā vt vidit Sichem filius Hemor Hiuei [2]principis illius regionis, rapuit eam: & dormiens cum ea, cōſtuprauit eam. [3]Adhæſerat enim animus eius Dinæ filiæ Iacob, & amauit puellam, [4]pellexitq; eā verbis. Et dixit Sichem ad Hemor patrē ſuū, [5]Cura vt hæc puella detur mihi vxor. Audiuit autē Iacob quòd [Sichem] polluiſſet Dinam filiā ſuam, filij autem eius erant in agro apud pecora ſua, & diſſimulauit donec venirent. Porrò Hemor pater Sichem egreſſus eſt ad Iacob, [6]vt cū eo loqueretur. [7]Veniētes autem filij Iacob è rure, atq; audientes, ſeſe diſcruciarunt viri illi, & cōmouit eos vehemēter, quòd is rem tā nephariam deſignaſſet in Iſraele, dormiendo ſcilicet cum filia Iacob, [8]quod factū minime conueniebat.

Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſque collum eius, & oſculans fleuit. Leuatiſque oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait, Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertinēt? Reſpondit, Paruuli ſunt quos donauit mihi Deus ſeruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cum ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixitque Eſau, Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpōdit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait, Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi. Dixitque Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis. ſic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei: eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuēs omnia. Vix fratre cōpellēte ſuſcipiēs ait, Gradiamur ſimul, eróque ſocius itineris tui. Dixitq; Iacob, Noſti domine mi quòd paruulos habeā teneros, & oues & boues fœtas mecū: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuū: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dominum meū in Seir. Reſpōdit Eſau, Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ. Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiā in cōſpectu tuo domine mi. ¶Reuerſus eſt itaq; illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentorijs appellauit nomē loci illius Socoth, id eſt tabernacula. Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ eſt in Terra-Chanáan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

Eſau fratrē Iacob oſculatur, placatúrque ei.

B

C

Benedictio, munere & dono.

Eſau ſuſcipit munus fratris ſui Iacob.

D

Altare Deo ædificat Iacob.

CAP. XXXIIII.

Egreſſa eſt autē Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtémque deliniuit blanditijs. Et pergens ad Hemor patrem ſuum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audiſſet Iacob abſentibus filijs, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat, irati ſunt valde, eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Iacob rem illicitam perpetraſſet.

Dina raptus.

¶14 vl. lactantes. ¶15 Heb. & accelerabunt eas die vno, & morientur. Hebraiſmus eſt, p. quas ſi accelerauerint etiā die vno citius quàm ſolitæ ſint ambulare, morientur omnes. ¶16 vl. pedetentim deducā, iuxta pedem operis quod eſt ante me, & iuxta veſtigium paruulorum. Opus vocat vniuerſam familiam, potiſſimū greges & armenta. i. ſecundum quòd videro familiā meā ambulare poſſe, greges & armenta. ¶17 Heb. Relinquā nunc apud te ex populo qui mecū eſt. Et ille reſpondit. Ad quid iſtud, [dummodo] inueniam gratiam in oculis domini mei? q.d. ſatis mihi fuerit, ſi tibi gratus ſim. ¶18 Hæc vrbs dicitur Sichar, Iohā. 4. ¶19 Vide annotationē cap. 24. circiter principium. ¶20 vl. caſtrametatus eſt ¶21 tetenderat ¶22 vl. agnis: ¶23 vl. vocauit illud Fortis Deus Iſrael. i. fuit in ſignum quòd fortis Deus Iſrael liberaſſet eum. XXXIIII. ¶1 vt cognoſceret mulieres regionis illius: ¶2 vl. princeps. nominatiuo caſu. ¶3. i. vehemēter eā amabat. ¶4 Heb. locutúſq; eſt ad cor puellæ. Vl. ſecundum animū puellæ. i. loquebatur amice cum ea, & verbis eam demulcebat, vt eam ad conſenſum ineundi cōiugii inclinaret. Hebraiſm⁹ eſt. Chaldæus paraph. Locutus eſt cōſolationes ad cor eius. ¶5 Heb. Cape mihi puellam hanc in vxorem. ¶6 de futuris ſcilicet nuptiis. ¶7 Reuerſis autē filijs Iacob ex agro, cum intellexiſſent, dolore affecti ſunt ¶8 quum non liceret ſic fieri. Chaldæus paraphraſtes vertit, Et ſic non erat rectum facere.

Memor petit Dinã in vxorem filio.

¶Locutus eſt itaq; Hemor ad eos, Sichẽ filij mei
adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorẽ.
Et iũgamus viciſſim connubia: filias veſtras tra
B dite nobis, & filias noſtras accipite. Et habitate
nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt, exercete,
negotiamini, & poſſidete eam. Sed & Sichem ad
patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam
corã vobis: & quæcũque ſtatueritis dabo. augete
dotẽ, & munera poſtulate, & libẽter tribuã quod
petieritis: tantũ date mihi puellam hanc vxorẽ.

Filij Iacob doloſe petũt Sichimitas circuncidi.

Reſponderunt filij Iacob Sichẽ & patri eius in
dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis. Non poſſumus
facere quod petitis, nec dare ſororẽ noſtrã
homini incircũciſo: quod illicitum & nephariũ
eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi
volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circuncidatur in
vobis omnis maſculini ſexus. Tunc dabimus &
C accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: & ha
bitabimus vobiſcum, erimúſq; vnus populus. Si
autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam no
ſtrã, & recedemus. Placuit oblatio eorũ Hemor,
& Sichem filio eius. Nec diſtulit adoleſcens quin
ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim
puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni do-
mo patris ſui.

Oratio Hemor ad populum.

¶Ingreſſiq; portam vrbis, locuti
ſunt ad populum, Viri iſti pacifici ſunt, & volũt
habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exer-
ceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indi-
get: filias eorũ accipiemus vxores, & noſtras il-
lis dabimus. Vnum eſt quo differtur tantum bo
num. Si circũcidamus maſculos noſtros, ritũ gẽ
tis imitãtes. Et ſubſtãtia eorum, & pecora, & cun
cta quæ poſſident, noſtra erunt: tantum in hoc
acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficia-
D mus populum. Aſſenſique ſunt omnes, circũciſis
cũctis maribus.

Circunciſos Sichimitas occidũt Simeõ & Leui.

¶Et ecce, die tertio quando gra
uiſſimus vulnerum dolor eſt, arreptis, duo filij
Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, in-
greſſi ſunt vrbẽ cõfidenter: interfectiſque omni-
b9 maſculis, Hemor & Sichẽ pariter necauerunt,
tollentes Dinam de domo Sichem ſororẽ ſuam.
Quibus egreſſis irruerũt ſuper occiſos cæteri fi-
lij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltionẽ
ſtupri. Oues eorum, & armẽta, & aſinos, cunctáq;
vaſtantes quæ in domibus & in agris erant, par-
uulos quoque eorum & vxores duxerunt capti-
uas.

Increpantur à Iacob patre ſuo.

¶Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit
ad Simeon & Leui, Turbaſtis me, & odioſum fe-
ciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus
terræ huius. nos pauci ſumus: illi cõgregati per
cutient me, & delebor ego & domus mea. Re-
ſponderunt, Nunquid vt ſcorto abuti debuẽre ſo
rore noſtra?

¶Locutus [illegible] ergo Hemor cũ eis in hanc ſenten
tiã, [illegible] meus deperit[9] filiam veſtram:
obſec[illegible] deti eam ei vxorem. Iungite
nobi[illegible] affinitatem, collocate nobis filias ve-
ſtras [illegible] noſtras filias vobis ducite. Habitabitiſq;
nobi[illegible], [10] regio ipſa vobis patebit, vt in ea ha-
bitetis, negotiemini, atque etiam cõtineamini.[']
Sichem quoque dixit ad patrẽ puellæ & ad fra-
tres eius, [11] Sinite vt impetrem hoc à vobis, [']&
quicquid dixeritis ad me, dabo: [12] auctionẽ faci-
te vel in immẽſum, idq; erga me, cũ donationis
propter nuptias, tum dotis, [']dabo quidquid in-
dicaueritis mihi, modo detis mihi puellam hãc
vxorem. Reſpõderunt filij Iacob ipſi Sichem &
Hemor patri eius doloſe, [13] expoſtulantes ſuper
eo quòd ſororem ipſorum Dinam polluiſſet. Di-
xerunt ergo ad eos,[*] Rem iſtã facere haudqua-
quã poſſumus, vt collocemus ſororem noſtram
viro præputium habẽti: id enim probroſum no
bis eſſet. Veruntamen in hoc obſignati [14] ſecuri
erimus de vobis,[*] ſi fueritis ſicut nos ſumus, vt
circũcidantur vobis omnes mares. Tum colloca-
bimus filias noſtras vobis, ducemúſque nobis fi-
lias veſtras, habitabimúſque vobiſcum, & erim9
vobiſcum vnus populus. Quòd ſi nos non audie
ritis, vt ſcilicet circũcidamini, [15] recipiemus[*] filiã
noſtram & abibimus. Placuerũt verò [16] verba il
lorum[*] cum ipſi Hemor, tum Sichem filio eius. Et
iuuenis quidem nihil cũctatus eſt facere rẽ iſtã:
deperibat enim filiã Iacob, eratque honoratior
omnibus qui in domo patris erãt. ¶Venit itaq;
Hemor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis
ſuæ, loquutique ſunt cum ciuibus ſuis in hunc
modum, Viri iſti [17] pacem nobis offerũt, [18] vt ha
bitare eis liceat in noſtra regione, in eáque ne-
gotiari. & terra quidem ſatis ampla eſt coram
eis:[*] ducemus ergo nobis filias eorũ vxores, col-
locabimúſq; filias noſtras eis. [19] Attamen hac in
re obſignantur erga nos viri[*] illi vt nobiſcũ ha
bitent, coeántque nobiſcum in vnum populum,
ſi cuncti mares [20] nobis[*] circuncidantur, quem-
admodum ipſi circũciſi ſunt. Pecora illorum, fa
cultatéſq; illorũ, & omnia iumẽta illorũ, an non
noſtra futura ſunt, [21] ſi illis hoc ſigno obſtringe
mur, vt nobiſcum habitent? [22] Vnluerũ itaq; ci-
ues illius vrbis obſecuti ſunt ipſi Hemor & Si-
chem filio eius, omnéſque mares illius vrbis cir
cunciſi ſunt. ¶Tertio itaq; die, quũ eſſent in do
lore ciues, duo filij Iacob, Simeõ & Leui, fratres
Dinæ, arreptis gladiis ſuis, vrbem introierunt
[23] confidenter,[*] interfecerũntq; omnem marem.
Quin & Hemor atque Sichẽ filium eius trucida-
runt [24] gladio,[*] tulerúntq; Dinam ex domo Si-
chem, & abierunt. Filij verò Iacob venientes ſu-
per occiſos, [25] deſpoliarunt[*] ciuitatem, eo quòd polluerant ſororem ſuam. Oues quoque & boues
atque aſinos illorũ, & quicquid erat in vrbe & in agro, rapuerũt. Sed & cunctam ſubſtantiã, [16] om-
némque pubem,[*] atque vxores illorũ [17] ceperunt, atque prædam abegerunt, cũ omnibus quæ intus
erant. ¶Dixit verò Iacob ad Simeon & Leui, Conturbaſtis me, [18] putidúmque me reddidiſtis corã
habitatoribus iſtius regionis, nempe coram Chananæo[*] & Pheriſæo: [19] & ego quidem paruo ſum
numero,[*] congregabuntur ergo illi aduerſum me, & trucidabunt me, vaſtabórque ego & domus
mea. Illi verò reſponderunt, An ergo vt ſcorto abuti ſorore noſtra debuit?

¶ 9 Hebr. Sichẽ filij mei anima deperit &c. i. Filius me9 Sichẽ deperit filiã veſtrã. Vel, Filius me9 ex animo diligit filiã veſtrã. ¶ 10 Heb. terra erit corã vobis: habitate, & negotiamini i ea, poſſidetéque eam. vel, poſſeſſionẽ que acquirite in ipſa. Hebraiſmus eſt, Terra erit in conſpectu veſtro, pro, In veſtra poteſtate erit: licebit vobis habitare in quocũque loco volueritis.

¶ 11 Heb. Inueniã gratiã corã vobis. i. Sim vobis gratioſus, & annuite precib9 meis.

¶ 12 Heb. multiplicate mihi dotẽ & donũ, .i. petite à me ingentem dotem, munerãque ampliſſima. ¶ 13 Heb. & dixerunt, eo quòd violaſſet Dinam ſororẽ ſuam, dixerũt inquã ad eos. ¶ 14 complacebimus vobis. Vel, acquieſcemus vobis hac conditione. ¶ 15 tunc recipiemus ¶ 16 .i. conditiones ab eis oblatæ. ¶ 17 Heb. pacifici ſũt nobiſcũ. q. d. Viri iſti hacten9 pacifice vixerunt nobiſcum.

¶ 18 Heb. habitaturi ſunt itaque in hac regione, & negotiabuntur in ea. Ipſa nanque terra ampla eſt locis coram eis. Id eſt, latiſſima eſt, & proinde eorum capax. ¶ 19 Veruntamen hac lege conſentient nobis viri ¶ 20 vl, in nobis. i. qui ſunt apud nos: aut nobis, qui noſtri ſunt. ¶ 21 ſi modo acquieuerimus illis, & habitabunt nobiſcum? ¶ 22 Heb. Aſſenſique ſunt ipſi Hemor & Sichem filio eius, omnes egredientes portam ciuitatis ipſius: & circunciderunt ſe omnes maſculini ſexus, egredientes portam ciuitatis eius. Id eſt, vrbis eius ciues qui mares erant. ¶ 23 Chaldæus paraphraſtes vertit, quæ habitabat confidenter. Id eſt, quæ nihil tale cogitabat. ¶ 24 Heb. in ore gladii. i. necauerũt gladio, vel acuto gladio, aut acie gladij. ¶ 25 vl, diripuerunt ¶ 26 omnéſque paruulos. ¶ 27 captiuos abduxerunt, & diripuerunt quicquid erat in domibus. ¶ 28 vl, propterea quòd fœtere feciſtis me apud Chananæos &c. Id eſt odioſum & execrabilem reddidiſtis me Chananæis &c. Hebraiſmus eſt, cui contrarium eſt quod Paulus ait 2. Corinth. 2. d, Chriſti bonus odor ſumus. pro, Accepti ſumus Chriſto. ¶ 29 Heb. & ego homines numeri. i. quum habeam paucos mecum, congregabuntur illi &c.

C… XV.

Dixit autem Deus ad Iacob, … nde in Beth-el, & habita ibi, facie… i Deo, qui apparuit tibi quũ coram Eſau … uo fugeres. Tum dixit Iacob ad domũ ſuã, … d omnes qui ſecũ erãt, Abiicite deos alienos qui ſunt inter vos, mundamini, & [1]immutate veſtimenta veſtra.[2]Nam ſurgentes aſcendemus' in Beth-el, & ibi faciã arã Deo, qui [3] reſpondit mihi' in die afflictionis meę, & affuit mihi in via quam ambulaui. Dederũt itaq; ipſi Iacob omnes deos alienos quos habuerunt, inaures quoq; quæ erãt in auribus illorum, & defodit eos Iacob ſubter quercum quæ erat iuxta Sichem. ¶Et quũ emigrarẽt, fuit terror Dei ſuper ciuitates illas quæ erant per circuitũ illorũ,[4] vt filios Iacob nõ inſequerentur.' Venit itaque Iacob Luzan, quæ eſt in terra Chanaan, ipſa eſt Beth-el, ipſe & cũctus populus qui cũ ipſo erat. Et extruxit illic aram, appellauitq; locũ illũ, Deus-Beth-el: nam eodẽ loci[5] apparuerat ei Deus' quũ fugeret fratrẽ ſuũ. ¶Mortua verò eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt [6] ſub Beth-el' ſub quercu: & vocatũ eſt nomẽ [loci] illi* Quercus-flet*. ¶Rurſus apparuit Deus ipſi Iacob quũ rediiſſet [7] è Padan-arã,' & benedixit ei. Et dixit ad eum Deus, Nomẽ tuum eſt Iacob, [8] vltra' non vocabitur nomẽ tuum Iacob, ſed Iſrael erit nomẽ tuũ: vocatúmq; eſt nomẽ eius Iſrael. Dixit verò ad eũ Deus, Ego ſum Deus [9]Schadai,' creſce & augeſce: gens, imò congregatio gentiũ ex te prodibit, quin & reges è lũbis tuis egrediẽtur. Et terrã illam quã dedi Abrahamo & Iſaac, tibi dabo, & ſemini tuo poſt te,[10]terram iſtã.' Aſcendit itaque Deus ab eo, in loco vbi loquutus fuerat cũ eo. Poſuit autem Iacob ſtatuam lapideã in eodem loco in quo cum eo loquutus fuerat, libãs ſuper eã libamẽ, & fundens ſuper eã oleum:[11]Vocauitque' nomẽ loci illius, in quo Deus fuerat cũ eo loquut*, Beth-el. ¶[12]Cũq; proficiſcerentur de Beth-el, abeſſentque ingerũ arui ab Ephrata, parturiiit Rahel, inque pariendo difficulter habuit. Cúmque ſic grauiter haberet in partu ſuo, dixit ad eã obſtetrix, Ne timeas: nam & hunc habebis filium. Cúmq; efflaret animã,[13](moriebatur enim)' vocauit nomẽ eius [14]Ben-oni,' pater verò eius vocauit eum [15] Beniamin.' Mortua itaq; eſt Rahel, & ſepulta in via qua itur Ephrata: hæc eſt Beth-lehem. Et [16] collocauit' Iacob ſtatuam ad ſepulchrum eius. hæc eſt ſtatua monumenti Rahel vſque in præſentem diem. ¶Profectus ergo Iſrael tetendit tabernaculum ſuũ vltra[17]turrim' Eder. Cum itaq; Iſrael habitaret in ea regione, iuit Ruben, & dormiuit cũ Bilha [18]concubina' patris ſui, quod audiuit Iſrael. ¶Filiorũ autẽ Iacob fuerunt duodecim. Filii Leæ, primogenit* Iacob, Ruben, Simeõ, Leui, Iuda, Iſaſchar & Zebulon. Filii Rahelis, Ioſeph & Beniamin. Filii autem Bilha ancillæ Rahel, Dan & Naphtali. Et filii Zilpa ancillæ Leæ, Gad & Aſer. Hi ſũt filii Iacob, qui nati ſũt ei in Padan-arã. ¶Et venit Iacob ad Iſaac patrẽ ſuũ in Mamre [19][in]Kiriath-arba,' quæ eſt Hebron, vbi incolæ fuerant Abrahã & Iſaac. Fuerunt autem dies Iſaac centum anni & octoginta. Deficiẽs autem Iſaac mortuus eſt, [20]collectúſque ad populos ſuos' ſenex & ſatur dierum: filii autem eius Eſau & Iacob eum ſepelierunt.

CAP. XXXV.

INterea locutus eſt Deus ad Iacob, Surge, & aſcende Beth-el, & habita ibi, fácque altare Deo qui [apparuit tibi quãdo fugiebas Eſau fratrem tuũ. Iacob verò conuocata omni domo ſua ait, Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, & aſcendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei. Dederũt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas ſubter terebinthum, quę eſt poſt vrbem Sichem. ¶Cũq; profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitũ ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedẽtes. Venit igitur Iacob Luzam, quæ eſt in Terra-Chanaan, cognomento Beth-el: ipſe & omnis populus cũ eo. Ædificauitq; ibi altare, & appellauit nomẽ loci illi* Domus-dei: ibi enim [apparuit ei Deus cũ fugeret fratrẽ ſuũ. ¶Eodẽ tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Beth-el ſubter quercũ: vocatúmque eſt nomen loci illius Quercus-fletus. ¶Apparuit autẽ iterũ Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, & venit in Beth-el, benedixitque ei, dicens, Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuũ. Et appellauit eum Iſrael, dixitque ei, Ego Deus omnipotens, creſce & multiplicare: gentes, & populi nationũ ex te erũt, reges de lũbis tuis egrediẽtur. Terrámq; quã dedi Abraham & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te. Et receſſit ab eo: ille verò erexit titulũ lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleũ: vocánſque nomen loci illius Beth-el. ¶Egreſſus autẽ inde venit verno tẽpore ad terrã quę ducit Ephrátham: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem part* periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediẽte autem anima præ dolore, & imminente iã morte, vocauit nomen filii ſui Ben-oni, id eſt filius doloris mei: pater verò appellauit eũ Beniamin, id eſt filius dexteræ. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephrátham, hæc eſt Beth-lẽhẽ. Erexítq; Iacob titulũ ſuper ſepulchrum eius: hic eſt titulus monumenti Rachel, vſque in præſentem diem. ¶Egreſſus inde fixit tabernaculũ trãs Turrem-gregis. Cúmq; habitaret in illa regiõe, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minime latuit. ¶Erant autẽ filii Iacob duodecim. Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon & Leui & Iudas & Iſſachar & Zabulon. Filii Rachel: Ioſeph & Beniamin. Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filii Zelphę ancillæ Liæ: Gad & Aſer. hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. ¶Venit etiã ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, Ciuitatem-Arbee, hæc eſt Hebron: in qua peregrinatus eſt Abrahã & Iſaac. Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. Conſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſit* eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum: & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii ſui.

Iacob anxiũ iubet De* aſcendere in Beth-el, & altare ędificare
ĩ.28.c.
Iubet Iacob auferri idola.
Deus terret hoſtes Iacob.
B
Venit Iacob ĩ Beth-el.
Domus-dei.
ĩ.28.c.
Moritur Debora.
Deus rurſum nominat Iacob, Iſraelẽ.
ĩ.32.f.
C
Iterũ ipſi pmittit terrã Chanaan.
Beth-el.
Rachel pariẽs Beniamin, moritur.
Ephrátha.
Sepulchrum Rachel.
Cõcũbit Ruben cũ cõcubina patris.
D
Filii Iacob.
Iacob peruenit ad Iſaac.
Iſaac moritur.

¶1 q.d. abiicite veſtes immundas, & mundas accipite. ¶2 Heb. Et ſurgamus & aſcẽdamus ¶3 vel, exaudiuit me ¶4 Heb. & non ſunt perſecuti filios Iacob. ¶5 apparuerãt ei angeli ¶6 .i. ad radices montis Beth-el. ſita enim eſt Beth-el ĩ mõte ¶7 .i. è Meſopotamia. Vide principium capitis 24. ¶8 vl. poſt hac. ſubaudiatúrq; aduerbiũ [tantũ,] hoc modo, Nõ tantum vocaberis poſthac Iacob, ſed etiã Iſrael erit nomen tuum. ¶9 .i. omnipotens. q.d. nihil eſt difficile apd me. crede me omnia poſſe, & benedictione mea efficietur vt creſcas & multipliceris. ¶10 ſub. dabo. ¶11 vl. Iam verò vocauerat ¶12 Heb. Profecti ſunt itaq; è Beth-el: quũ autẽ reſtaret itineris quantũ miliare capit, antequam perueniret in Ephráthã, parturire cœpit Rachel: & difficultatẽ habuit ĩ pariẽdo. Factúmque eſt, quum difficultate partus laboraret, dixit &c. Quidã, pro, Quantũ milliare capit, vertũt, Quantũ confici poteſt poſt vnum paſtum. ¶13 nã mortua eſt. ſub. in ipſo partu. ¶14 .i. filius calamitatis meæ. ¶15 .i. filius dexteræ. ¶16 erexit ¶17 vl, arcem ¶18 Vox Hebræa PILEGVES, ſignificat ancillã viro iunctã abſque contractu & ſponſalibus. Tamen in Sacris literis erat vera vxor: vt de Cetura legimus, quæ vxor appellatur Gene. 25. a, Abraham aliã duxit vxorẽ, nomine Ceturã. Eadẽ 1. Par. 1. c, dicitur concubina, Filii autem Ceturæ concubinæ Abrahã &c. Iudicũ cap. 19. a, Quidã vir Leuites habitãs in laterib* mõtis Ephraim, accepit ſibi vxorẽ cõcubinã de Beth-lehem Iuda. paulo poſt, Dixit pater puellæ ad generũ ſuũ. Hic generũ vocat eũ qui cõcubinã illam acceperat. ¶19 ſub. quæ dicta eſt, hoc modo, ĩ Mãre, quæ dicta eſt Cariath-arbe. ¶20 .i. ſepult* eſt cũ maiorib* ſuis.

Vxores Eſau. 1. para. 1. c.

¶ ° filiæ

Eſau habitat i mõte Seir.

Eſau & Iacob diuites. s. 13. a

Generatiões Eſau patris & Idumæorũ. 1. para. 1. c.

Amalec.

¶ ° habitatores

CAP. XXXVI.

HÆ ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edom. Eſau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiã Anæ ° filij ' Sebeõ Heuæi: Báſemath quoque filiam Iſmael ſororem Nabaioth. Peperit autem Ada, Eliphaz: Báſemath genuit Rahuel: Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. hi filij Eſau qui nati ſũt ei in Terra-Chanáan. ¶ Tulit autẽ Eſau vxores ſuas & filios & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in Terra-Chanáan: & abijt in alteram regionem, receſſitque à fratre ſuo Iacob. Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterant nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Habitauitque Eſau in Monte-Seir, ipſe eſt Edom. ¶ Hæ autẽ ſunt generationes Eſau patris Edom in Monte-Seir, & hęc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoque filius Báſemath vxoris eius. Fuerúntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez ° & Core. ' Erat autẽ Thamna, concubina Eliphaz filij Eſau: quæ peperit ei Amalec. hi ſunt filij Ada vxoris Eſau. Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filij Báſemath vxoris Eſau. Iſti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon, vxoris Eſau, quos genuit ei Iehus & Ihelom & Core. ¶ Hi duces filiorum Eſau. Filij Eliphaz primogeniti Eſau: dux Themã, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, dux Core, dux Gatham, dux Amalec. hi filij Eliphaz in Terra-Edom, & hi filij Ada. Hi quoque filij Rahuel filij Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Sãma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in Terra-Edom: iſti filij Báſemath vxoris Eſau. Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus, dux Ihelom, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Eſau. Iſti

C

ſunt filij Eſau, & hi duces eorum: ipſe eſt Edom. ¶ Iſti ſunt filij Seir Horræi, ° habitatoris ' terræ: Lotan & Sobal & Sebeõ & Ana & Diſon & Aſer & Diſan. hi duces Horræi, filij Seir in Terra-Edõ. Facti ſunt autem filij Lotan: Hori & Hemã. erat autem ſoror Lotan, Thamna. Et iſti filij Sobal: Aluan & Manáhath & Ebal, & Sepho & Onam. Et hi filij Sebeõ: Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cum paſceret aſinas Sebeon patris ſui. Habuitq; filium Diſon, & filiam Oolibama. Et iſti filij Diſon: Hamdan & Eſeban & Iethran & Charan. Hi quoque filij Eſer: Balaan & Zauan & Acan. Habuit autem filios Diſan: Hus, & Arã. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: iſti duces Horræorum qui imperauerunt in Terra-Seir. ¶ Reges autẽ qui regnauerunt in Terra-Edom antequam haberent regem filij Iſrael, fuerunt hi: Bela filius

D

Beor, nomẽnque vrbis eius Denába. Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. Cúmq; mortuus eſſet Iobab, regnauit ꝓ eo Huſam de terra Themanorũ. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in Regione-Moab: & nomen vrbis eius Auith. Cũq; mortuus eſſet Adad, regnauit ꝓ eo Sẽla de Maſreca. Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

CAP. XXXVI.

HA[illegible] generationes Eſau, [1] qui & Ed[illegible]uxerat vxores ſuas de filiabus Chan[illegible]mpe [2] Ada' filiam Elon Hithæi. & [3] Ahol[illegible] filiam Ana filiæ Zibeon Hiuæi. Sed & Baſmath filiam Iſmael ſororẽ Nebaioth. Ada peperit ipſũ Eſau Eliphas, & Baſmath peperit Rehuel. At Aholibama peperit Iehus, Ialam atque Corah. Et hi ſunt filij Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanaan. ¶ Tulit autẽ Eſau vxores ſuas, filios ſuos & filias ſuas, & [4] omnes animas domus ſuæ, ' pecora ſua, iumenta ſua, cunctámque poſſeſſionem ſuam quam comparauerat in terra Chanaan, & [5] abijt in terram [6] è regione fratris ſui Iacob. [7] Plurimæ enim facultates erant illis, nec poterant habitare ſimul: ' ſed nec terra quam incoluerant, ferre eos potuit propter pecora quæ habebãt. Habitauit ergo Eſau in mõte Seir, [8] Eſau autem eſt Edom. ¶ Iſtæ autẽ ſunt generatiões Eſau [9] patris Edom [10] in mõte Seir.' Et iſta ſunt nomina filiorum Eſau, Eliphas fili° Ada vxoris Eſau, Rehuel filius Baſmath vxoris Eſau. Filij Eliphas fuerunt Theman, Omar, Zepho, Gatham & Kenas. Porrò Thimna fuit pellex ipſi° Eliphas filii Eſau, & peperit ipſi Eliphas Amalec. & hi ſũt filij Ada vxoris Eſau. Iſti verò fuerũt filij Rehuel, Nahath, Zera, Sãma & Mizа. Iſti fuerũt filij Baſmath vxoris Eſau. Iſti fuerũt filij Aholibama filiæ Ana, filiæ Zibeon vxoris Eſau, peperitq; ipſi Eſau Ieh°, Ialã & Kora. ¶ Iſti ſunt duces filiorũ Eſau, [&] hi filij Eliphas primogeniti Eſau: Dux Themã, dux Omar, dux Zepho, dux Kenas, dux Korah, dux Gathã, dux Amalec. Iſti ſunt duces ex Eliphas in terra Edõ. & hi ſũt filij Ada. Hi quoq; ſũt filij Rehuel filij Eſau: dux Nahath, dux Zera, dux Sãma, dux Mizah. Iſti ſũt inquã duces ex Rehuel in terra Edom. & hi ſunt filij Baſmath vxoris Eſau. Porrò iſti ſunt filij Aholibama vxoris Eſau, dux Iehus, dux Ialam, dux Korah. Iſti ſunt duces ex Aholibama filia Ana vxore Eſau. Iſti itaque ſunt [11] filij' Eſau, & hi duces eorũ, [12] is eſt Edõ. ¶ Iſti verò ſunt filij Seir Horæi, [13] qui habitauerant in terra, ' Lotam, Sobal, Zibeon, & Ana. Itẽ Diſon, Ezer atq; Diſan. & hi ſunt duces Horæi filij Seir in terra Edom. Fueruntq; filij Lotan: Hori & Hemã. Soror verò Lotan Thimna. Et iſti filij Sobal: Aluan & Manahath, Ebal, Sepho, atque Onam. Iſti ſunt filij Zibeon & Aiath atque Ana. Hic eſt Ana qui inuenit [14] mulos' in deſerto, quum paſceret aſinos patris ſui Zibeõ. Et iſti ſunt filij Ana: Diſon, & Aholibama filia Ana. Hi verò ſunt filij Diſan: Hembdan, Eſban, Iithran atque Cheran. Iſti ſunt filij Ezer: Bilhan, Zaheuan & Acan. Et hi filij Diſan: Vtz & Aran. Hi duces Horæi, dux Lotan, dux Sobal, dux Zibeõ, dux Anath, dux Diſon, dux Ezer, dux Diſan: iſti ſunt duces Horæi [15] ſecundũ duces eorum in terra Seir. ¶ Iſti verò ſunt reges qui regnauerant in terra Edom, antequã regnaret rex ſuper filios Iſrael. Regnauit autẽ in terra Edom, Bela filius Beor, & nomẽ ciuitatis ſuæ Dinhaba. Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab filius Zerah de Botzra. Cúmque mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra Theman. Mortuo Huſam regnauit ꝓ eo Hadad filius Bedad, qui [16] percuſſit Midian' in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. Hadad mortuo, regnauit pro eo Samla de Maſreca. Mortuo Samla, regnauit pro eo Saul [17] de Rehoboth fluuio.'

¶ 1 vel, cognomento Edom. Aut, qui alio nomine dicitur Edom. ¶ 2 Hæc cap. 26. g, dicitur Báſemath. ¶ 3 Hæc cap. 26. g, dicitur Iudith. ex hoc annotant Hebręi etiam mulieres habuiſſe interdũ diuerſa nomina. ¶ 4 .i. omnes homines dom° ſuæ. omnes domeſticos ſuos, ſiue familiares. ¶ 5 .i. longius ſiue vltra progreſſus eſt. Chaldæus paraph. ſubaudit [aliã.] Abijt in aliam terram. ¶ 6 propter Iacob fratrẽ ſuum. ¶ 7 Quia opes eorũ maiores erant q̃ vt habitare poſſent ſimul: ¶ 8 .i. Is Eſau, ille eſt qui cognomento dicitur Edom. ¶ 9 .i. qui fuit author & origo Idumæorũ, à quo traxerũt originem Idumæi. ¶ 10 ſubaudi, habitantis. ¶ 11 Filios vocat nepotes, more Scripturæ. ſic Matthęi primo, Filii Dauid, filij Abraham. ¶ 12 Id eſt, iſte Eſau alio nomine dicebatur Edõ, à quo deſcenderunt Idumæi. ¶ 13 Heb. habitatores terræ. i. qui habitabãt in ea regione. ¶ 14 Id eſt, ipſe pater adinuenit quomodo procrearentur muli. eſt enim generatio artificialis, non naturalis: ex aſina enim & equo procreantur. ¶ 15 ſecundum duces ſuos in terra Seir. Id eſt, numerum ineundo eorum qui ex illis principes fuerunt & duces in terra Seir. ¶ 16 .i. Madianitas vicit. ¶ 17 Chaldæus paraphraſtes vertit, de Rohoboth quæ eſt ſuper Euphraten.

Mortuus verò eſt Saul, & regn… …al-
hanan filius Achbor. Sed & … filius
Achbor mortuus eſt, & regnau… …dar:
& nomen ciuitatis ſuæ Pahu, nom… vxo-
ris ſuæ Mehetabeel, quæ fuit filia Ma… filiæ
Mezahab. [13] Hæc ergo ſunt nomina ducũ Eſau
iuxta familias ſuas, & iuxta loca ſua ſecundum
nomina ſua. 'Dux Thimna, dux Aluah, dux Ie-
theth, dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon, dux
Kenatz, dux Themã, dux Mibzar, dux Magdiel,
dux Irã. Iſti inquã ſunt duces Edom [14] iuxta ha-
bitationes ſuas in terra poſſeſſionis eorũ.' Ipſe
eſt Eſau pater Edumæorũ. CAP. XXXVII.

IAcob autem habitauit in terra in qua pater
eius incola fuerat, nempe in terra Chanáan.
[1] Iſtæ ſunt generationes Iacob.' Ioſeph quũ eſſet
natus annos decẽ & ſeptẽ, paſcebat oues cũ fra-
tribus ſuis, & ipſe puer [agebat] cum filijs Bilha,
atq; cũ filijs Zilpa vxorũ patris ſui,[3] & deferebat
Ioſeph infamiã eorũ mali ad patrẽ eorũ.' Iſrael
autẽ diligebat Ioſeph ſuper oẽs filios ſuos, [4] q
natus eſſet ei in ſenectute ſua,' & fecit ei [5] tunicã
variam.' Fratres autem eius quum animaduer-
terent quòd pater eorum amaret eum præ cun-
ctis fratribus ſuis, odio proſequuti ſunt eũ, nec
poterant cum eo pacate loqui. ¶ Et Ioſeph ſom-
niauit ſomnium, quod cum fratribus narraſſet,
plus odiſſe eũ cœperunt. Dixit enim ad eos, Au-
dite quæſo ſomniũ iſtud quod ſomniaui. En col
ligabamus in agro [6] mergites,' & ecce merges
me⁹ erectus ſtabat, mergites verò veſtri tanquã
in gyro meum mergitem proni venerabantur.
Cui dixerunt fratres eius, An ergo tu rex regna
bis ſuper nos, & domin⁹ nobis imperitabis? Hinc
maius odium conceperunt aduerſus eum, idque
propter inſomnia ſua atque huiuſmodi ſermo-
nes. ¶ Rurſus verò aliud ſomnium ſomniauit,
quod narrans fratribus ſuis, ait, En & hoc ſom-
nium ſomniaui, ſol & luna vnà cũ vndecim ſtel
lis me proni venerabantur. Cúmque hoc retuliſ-
ſet patri ſuo, fratribúſque ſuis, increpauit eũ pa
ter ſuus, dixitq; ei, Quid hoc ſomnij quod ſom-
niaſti? an ego & mater tua fratréſque tui venie-
mus, & corã te proni procidemus? Æmulati ſũt
itaq; eũ fratres ſui, pater verò obſeruabat nego-
tiũ iſtud. ¶ Abierunt autẽ fratres eius vt paſce-
rẽt gregem patris ſui in Si hem. Dixitq; Iſrael
ad Ioſeph, Annon fratres tui paſcunt in Sichẽ?
agedum mittam te ad eos. Reſpondit, En præſto
ſum. Dixitque ad eum, Vade quæſo, & [7] vide ſi re-
cte habeant fratres tui, & ſi grex recte valeat,'
idque ad me refer. Miſit itaque eum de valle
Hebron, & venit in Sichem. Reperit autem eum
vir quidam errantem in campo, interrogabátq;
eum, Quid quæris? Reſpondit, Fratres meos quę-
ro: indica quæſo mihi vbi paſcant. Et dixit vir il
le, Profecti ſunt hinc: audiui enim eos dicẽtes,
Abeamus in Dothan. Inſequut⁹ eſt ergo Ioſeph
fratres ſuos, & inuenit eos in Dothan. ¶ Viden-
tes autem eum procul, antequam acceſſiſſet eos,
machinati ſunt ei necem, dixitque alter ad alte-
rum, En magiſter iſte ſomniorum venit: adeſte,
occidamus eum, & demittamus eum [8] in puteũ
aliquẽ,' dicemúſq;, Beſtia mala eũ deuorauit, &
videbimus [9] qualiter cadãt' ſomnia eius. Audiẽs
hoc Ruben, conat⁹ eſt eũ liberare ex eorũ manu,
& dixit, [10] Ne vitã ei eripiamus.' Et rurſum dixit
ad eos Ruben, Ne ſanguinẽ effuderitis, ſed demittite eũ in hanc ciſternam, quæ eſt in ſolitudine,
& manũ ne inferatis ei: [hoc nẽpe conſilio] vt eriperet eũ ex illorũ manu, & reſtitueret eũ patri ſuo.

Cúmque & hic obiiſſet, ſucceſſit in regnum Ba-
lanan filius Achobor. Iſto quoq; mortuo regna
uit pro eo Adar, noménque vrbis eius Phau: &
appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred fi
liæ Mezaab. Hæc ergo nomina ducũ Eſau in co-
gnationibus & locis, & vocabulis ſuis: dux Thã-
na, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux
Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux
Mabſar, dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom
habitãtes in terra imperij ſui, ipſe eſt Eſau pater
Idumæorum. CAP. XXXVII.

HAbitauit autẽ Iacob in Terra-Chanáan, in
qua pater ſuus peregrinatus eſt. Et hæ ſunt — *Iacob terram Chanáan habitat.*
generationes eius: Ioſeph cum ſedecim eſſet an-
norum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis ad-
huc puer: Et erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxo-
rũ patris ſui: accuſauitque fratres ſuos apud pa — *Ioſeph accuſat fratres ſuos.*
trem crimine peſſimo. Iſrael autem diligebat Io
ſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute ge
nuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitã. Vidẽ
tes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis
filijs amaretur, oderant eũ, nec poterãt ei quic-
quam pacificè loqui. ¶ Accidit quoque vt viſum B
ſomnium referret fratribus ſuis, quæ cauſa ma- — *Primũ ſomniũ Ioſeph.*
ioris odij ſeminarium fuit. Dixitque Ioſeph [a] fra
tribus ſuis, 'Audite ſomnium meum quod vidi, — ¶ [a] ad eos.
Putabã nos ligare manipulos in agro: & quaſi
conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſ-
que manipulos circũſtantes adorare manipulũ
meum. Reſponderunt fratres eius, Nunquid rex
noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ? Hæc er-
go cauſa ſomniorum atque ſermonum, inuidię
& odij fomitem miniſtrauit. ¶ Aliud quoq; vi- — *Alterũ ſomniũ Ioſeph.*
dit ſomnium, quod narrãs fratribus, ait, Vidi per
ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vnde-
cim adorare me. Quod cum patri ſuo, & fratrib⁹ C
retuliſſet, increpauit eũ pater ſuus, & dixit, Quid
ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? num ego &
mater tua, & fratres tui adorabim⁹ te ſuper ter-
ram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò
rem tacitus conſyderabat. ¶ Cúmque fratres il-
lius in paſcendis gregibus patris morarẽtur in
Sichem, dixit ad eum Iſrael, Fratres tui paſcũt
oues in Sichimis: veni, mittã te ad eos. Quo re-
ſpondente, Præſto ſum: ait ei, Vade, & vide ſi cun
cta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora, &
renuntia mihi quid agatur. Miſſus de Valle-He- D
bron, vẽnit in Sichem: inuenitque eum vir errã-
tẽ in agro, & interrogauit quid quæreret. At il-
le reſpõdit, Fratres meos quæro, indica mihi vbi
paſcant greges. Dixitque ei vir, Receſſerunt de
loco iſto: audiui autem eos dicentes, Eamus in
Dothain. Perrexit itaq; Ioſeph poſt fratres ſuos,
& inuenit eos in Dothain. ¶ Qui cũ vidiſſent eũ — *Fratres Ioſeph conſultãt de eo occidendo.*
procul, antequam accederet ad eos, cogitauerũt
illum occidere. Et mutuò loquebãtur, Ecce ſom-
niator venit, venite occidamus eum, & mittam⁹
in ciſternam veterem: dicemúſque, Fera peſſima
deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi pro- E
ſint ſomnia ſua. Audiens autem hoc Ruben, ni- — *Ruben eripit ipſum.*
tebatur liberare eum de manibus eorum, & di-
cebat, Non interficiamus animam eius, nec ef-
fundamus ſanguinem: ſed proijcite eum in ci-
ſternã [b] veterem,' quæ eſt in ſolitudine, manúſq; — ¶ [b] hanc,
veſtras ſeruate innoxias. hoc autẽ dicebat, volẽs
eripere eũ de manib⁹ eorũ, & reddere patri ſuo.

¶ 11 Id eſt, Hæc ſunt nomina filiorũ Eſau qui duces fuerũt & capita cognationũ, qui habitauerũt in terra Edom, per cognationes ſuas & per regiones ſuas, ſecundum nomina ſua i. per loca ubi aſſignata in regionibus quas de nominib⁹ ſuis appellauerunt.
¶ 12 vel, per habitaciões ſuas in terra poſſeſſionis ſuæ. Id eſt, Hi duces Idumęorũ, qui habitauerunt in Idumęa per regiones ſuas. .i. in locis ſibi ad habitãdum aſſignatis.

XXXVII.

¶ 1 Et hæc ſũt quæ euenerũt ipſi Iacob. Ita debet verti. Quidam putãt referri debere ad generationẽ: verùm minus recte.
¶ 2 Chaldæus paraph. enutriebatur
¶ 3 Heb. retulitque ſermonẽ ipſorũ malum patri ſuo. Id eſt, conqueſtus eſt apud patrem ſuũ de probris quibus afficiebãt eum fratres eius.
¶ 4 Hebr. eo q filius ſenectutis eius eſſet. i. quẽ in ſenectute genuiſſet. Quidam minus recte exponũt, quòd delectaretur eo in ſenectute. Chaldæ⁹ paraphraſtes, q ſenilem prudentiam referret. ¶ 5 Id eſt, tunicã figuratam, & pictam, multorúmque colorum: hoc eſt, ex varijs licijs confectam. ¶ 6 manipulos. ita in ſequentibus. ¶ 7 Heb. vide pacẽ fratrũ tuorũ, & pacẽ pecorũ. i. quo pacto valeãt fratres tui, & quo pacto ſe habeãt oues. ¶ 8 Heb. i vnã ciſternarũ, ¶ 9 Heb. quid erũt &c. Chal. paraph. vertit, Et videbimus quis erit finis ſomniorũ eius. i. euentum ſomniorum eius.
¶ 10 Heb. Ne percutiamus eum [ſub. percuſſione] animæ. i. ne occidamus eũ.

Ioſeph mittitur in ciſternam. F

Iudæ cõſilio venditur Iſmaelitis.

Sapien.10.c. pſal.104.b.

¶ [9] viginti

Veſtis Ioſeph tincta in ſanguine hœdi fertur ad patrem. G

¶ [10] agnouiſſet

Iacob luget filiū Ioſeph.

Phutiphari Ioſeph venditur.

Coniugiū Iudæ.

1.Par.2.a.

Her.
Onan.
Sela.

Her ducit vxoré Thamar. B

Nume.26.c

Her moritur.

Onan inuid[9] percutitur à Domino.

Thamar vidua moratur apud patré. C

Iudas, mortua vxore, exit ad tondédas oues.

¶ [1] filia Suæ

Confeſtim igitur vt peruenit ad fratres ſuos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miſeruntque eum in ciſternam veterem, quæ nõ habebat aquam. Et ſedentes vt comederent pané, viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portãtes aromata, & reſinã, & ſtacten in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus ſuis, Quid nobis prodeſt ſi occiderim[9] fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguiné ipſius? Melius eſt vt venũdetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius. ¶ Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eũ Iſmaelitis [9] triginta' argenteis: qui duxerũt eum in Aegyptum. ¶Reuerſúſque Ruben ad ciſternã, non inuenit puerũ: & sciſſis veſtibus pergẽs ad fratres ſuos, ait, Puer nõ cõparet, & ego quò ibo? Tulerunt auté tunicã eius, & in ſanguinem hœdi quem occiderant, tinxerunt: mittẽtes qui ferrent ad patrem, & dicerẽt, Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit, an nõ. Quam cum [10] cognouiſſet' pater, ait, Tunica filij mei eſt, fera peſſima comẽdit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Sciſſiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait, Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perſeuerante in fletu, Madianitæ vendiderũt Ioſeph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magiſtro militũ.

CA. XXXVIII.

EOdem tempore deſcẽdens Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hirã. ¶Viditq; ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eã. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Ruſúmque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, párere vltrà ceſſauit. ¶Dedit autem Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. ¶Fuit quoq; Her primogenitus Iudæ, nequam in cõſpectu Domini: & [1] ideo' ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuũ, Ingredere ad vxoré fratris tui, & ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram: ne liberi fratris nomine naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum Dominus, eo q rem deteſtabilem faceret. Quam ob ré dixit Iudas Thamar nurui ſuæ, Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris ſui. ¶Euolutis autem multis annis mortua eſt [1] Sua' vxor Iudæ: qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarũ, ipſe & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. Nunciatúmque eſt Thamar quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quę depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit

Cúmque veniſſet Ioſeph ad fratres ſuos, [11] nudauerũt eũ tunica ſua, tunica illa varia qua erat indutus.' Et arripiẽtes eũ, demiſerunt eũ [12] in ciſternam vacuã' in qua non erat aqua. Ipſi vero conſidũt ad edendũ cibũ: & cũ attollerẽt oculos, viderũt in via [13] Iſmaelitas venientes' è Gilead, quorũ cameli ferebant [14] aromata, reſinã & ſtacten:' ibant autem vt deportarent hæc in Aegyptum. Et dixit Iuda ad fratres ſuos, Quid lucri, ſi fratré noſtrũ occiderimus, & [15] ſanguiné eius obtexerimus?' Adeſte, vendamus eũ Iſmaelitis, nec inferamus nos ei manus: frater enim noſter eſt & caro noſtra. Et [16] audierunt eum' fratres eius. Cúmq; præterirent Madianitæ negotiatores, extracto & ſublato Ioſeph è ciſterna, vẽdiderũt eũ Iſmaelitis viginti ſiclis argenti, qui duxerunt eũ in Aegyptũ. ¶Et reuerſus eſt Ruben ad ciſternam, & ecce Ioſeph non erat in ciſterna: conſcidit ergo veſtem ſuã. Et reuerſus ad fratres ſuos, dixit, Puer nuſpiã cõparet, & ego quò ibo? Tulerunt itaq; tunicã Ioſeph, & mactantes hœdum ex capris, tinxerunt tunicã ſanguine. Miſerunt autem tunicã illam variam, tulerũtq; eã ad patré ſuũ, dicentes, Hoc inuenimus: dignoſce quæſo, tunica filij tui ſit, an non. Et agnouit eã, dixitq;, Tunica filii mei eſt, beſtia mala deuorauit eũ, omnino laceratus eſt Ioſeph: cõſciſſiſque veſtimẽtis ſuis, impoſuit ſaccum lũbis ſuis, [17] ſeque diſcrucians' filij ſui cauſa, idq; multis diebus. Surrexerũt verò omnes filij eius cũctæque filiæ eius, vt eũ conſolarẽtur, at noluit conſolationẽ admittere: dixitq;, Quin lugẽs deſcẽdã ad filiũ meũ in [18] ſepulchrũ:' fleuitq; ſuper eũ pater ſuus. Porrò Madianitæ vẽdiderunt eũ in Aegyptũ Potiphari [19] cubiculario' Pharaonis, [20] capitalium rerum præfecto.

CAP. XXXVIII.

C[1]Ontigit illo tempore' vt Iuda [2] deſcenderet' à fratribus, & diuerteret ad quendã Adulamitem, Hiram nomine. Vidit ibidẽ Iuda filiã cuiuſdam [3] negotiatoris' qui vocabatur Sua, & [4] ducens eam,' ingreſſus eſt ad eã. Concipiens illa peperit filium, [5] vocatúmq; eſt' nomen eius Er. Rurſum vero concipiens peperit filiũ, [6] vocauitque' nomen eius Onan. Peperit vltra filium, quem [6] vocauit' Sela, [7] & fuit' ipſe in [8] Chezib' cum illa hũc páreret. ¶Accepit autẽ Iuda vxoré primogenito ſuo Er, nomie Thamar. Et fuit Er primogenitus Iuda [9] malus corã oculis Domini,' & interfecit eum Dominus. Dixit ergo Iuda ad Onã, Ingredere ad vxorem fratris tui, & duc eã vxoré, vt [10] exuſcites ſemẽ fratri tuo.' Sciẽs vero Onã [11] q ſemen non eſſet ei futurũ ſi ingrederetur' ad vxoré fratris ſui, [12] diſperdidit ad terrã, [13] ne daret ſemẽ fratri ſuo.' Diſplicuit hæc res quã fecerat Domino: idcirco & hũc occidit. Dixit itaque Iuda ad Thamar nurũ ſuã, Mane vidua in domo patris tui, donec Sela fili[9] me[9] adoleſcat. [14] idq; eo cõſilio, ne & iſte, quẽadmodũ fratres ſui, moreretur.' Abiit ergo Thamar, & manſit in domo patris ſui. ¶Cũq; multi dies præteriiſſent, mortũ eſt filia Sua vxor Iuda: q cõſolatione accepta, aſcẽdit ad tõſores ouiũ ſuarũ in Thimnath, ipſe & Hirã amicus ei[9] Adulamites. Nunciatũ verò eſt ipſi Thamar in hãc formã, Ecce ſocer tuus aſcẽdit in Thimnath, vt tondeat oues ſuas. Illa verò à ſe depoſitis veſtimentis viduitatis ſuæ, obtexit

¶ 11 iuſſerũt vt Ioſeph exueret tunicã ſuã, tunicã illã cõpoſitã ex variis particulis variorũ pannorũ qua tegebatur.
¶ 12 in ciſternã, ciſternã inquã vacuã
¶ 13 turmã Iſmaelitarũ venientem
¶ 14 vl, opobalſamũ, ceram, & lachrymã myrrhæ:
¶ 15 .i. occultauerimus mortem eius?
¶ 16 vl, acquieuerunt ei
¶ 17 luxitque
¶ 18 vl, foſſã. i. filio meo mortuo, nõ poſſum ampli[9] viuere.
¶ 19 vl, principi
¶ 20 vel, principi laniorũ. Hic Phutiphar princeps laniorũ vocat[9], q is præfectus eſſet coquis & pecorũ mactatoribus. quos Pharao habuit i aula ſua. Alij verò Chaldæũ paraph. ſequẽtes, putant illũ principẽ fuiſſe ſicariorũ atque militum. LXX vertetũt, magiſtro coquorũ.

XXXVIII.

¶ 1 vl, Sub id tẽpus. Dicunt enĩ Hebræi id accidiſſe ante vẽditionẽ Ioſeph.
¶ 2 Deſcẽderet, inquit: quia declinauit verſus plagã Meridionalẽ. Latinè ſic redderet. Sub id tẽpus, Iudas relictis fratrib[9] ſuis diuertit ad &c.
¶ 3 ita vertit Chaldæ[9] paraph. alii vertũt, Chananæi.
¶ 4 vel, accipiens eã in vxoré.
¶ 5 vocauitque. ſcilicet Iudas.
¶ 6 illa ſcilicet. eſt enim verbum fœmininũ apud Hebræos.
¶ 7 vl, & erat.
¶ 8 Vrbs eſt Paleſtinæ.
¶ 9 .i. nota fuit Domino malitia eius. & illi diſplicuit. Hoc eſt, fuit inſigniter malus, & nequiſſim[9].
¶ 10 .i. inſtaures poſteritatem fratri tuo. Hoc eſt, pcrees liberos qui cẽſebuntur filii fratris tui, & de nomine eius vocabũtur.
¶ 11 vl, q nõ futurũ eſſet ſuũ ſemẽ quũ ingrederetur. Chaldæus paraphraſtes vertit. Quòd ſuo nomine nõ vocaretur ſemen. i. filius quẽ pcreaturus eſſet.
¶ 12 Heb. corrũpebat. i. deiiciebat ſemẽ genitale in terrã.
¶ 13 .i. ne procrearet liberos qui vocarẽtur de nomine fratris ſui defuncti,
¶ 14 Heb. dicebat enim [ſubaudi, non dabo filium,] ne forte & ipſe moriatur.

¶15 occultauit. vl, celauit ¶16 & ſedit in porta Enaim, quę eſt iuxta iter quo &c. alij vertũt, Et ſedit in oſtio fontiũ. q illic eſſent duo fontes. Chaldæ' paraph. in diuiſiõe oculorum. i. biuio: q in biuio ſoleam' diuertere oculos in duas partes. vl, in oſtio oculorũ. i. in ꝑpatulo, vbi frequens erat euntiũ & redeuntiũ trãſitus. ¶17 vt ingrediaris ad me? ¶18 Vox Hebræa accipitur a quibuſdã etiã Hebræis ꝑ tegmine capitis: ab alijs pro quodã genere veſtis, & pallio, vel peplo. ¶19 vl, remotóque velo ſuo. ¶20 in Enaim iuxta viã? Vide annotationem paulo præcedẽtem. ¶21 ne forte ſimus in contẽptũ: i. ne res iſta quã feci, & quæ turpis eſt, publicetur, ſimúſq; cõtemptui. ¶22 Subaudi, hoc fecit, quia &c. ¶23 Factũ eſt autẽ: tẽpore quo pariebat (ecce verò i vtero eius gemelli erant) quũ inq̃ pareret, accidit vt [vnus] proferret manum. Parentheſis illa, Ecce verò, verti etiã poteſt, Habebat autẽ gemellos in vtero ſuo.

atque [15] obduxit ſe peplo, [16] & conſedit ad biuium, in propatulo quà' itur Thimnatah. Viderat enim adoleuiſſe Selam, neque ſe datam illi vxorem. Quam cũ vidiſſet Iuda, exiſtimauit eã eſſe meretricem: operuerat enim faciẽ ſuam. Declinans ergo ad eam è via, dixit, Age, ſine quæſo ad te ingrediar (neſciebat enim q nurus ſua eſſet.) Illa verò reſpondit, Quid dabis mihi, [17] ſi ad me vis ingredi? Qui dixit, Mittam ex grege hœdum caprarum. Ait illa, Annon pignus mihi dabis donec mittas? Qui ait, Qualenam pignus darem tibi? Illa reſpondit, Annulum tuũ, [18] faſciam' tuam, atque baculum quẽ manu geſtas. Dans itaque ei, ingreſſus eſt ad eam, & concepit ex eo. Et [illa] ſurgens abijt, [19] poſitóque peplo ſuo,' induit veſtimenta viduitatis ſuæ. ¶ Miſit autem Iuda hœdũ ex capris per manum amici ſui Adulamitæ, vt reciperet pignus de manu mulieris: at ille non inuenit eam. Interrogauit ergo homines loci illius hiſce verbis, Vbi eſt illa meretrix, quæ [ſedebat] [20] in propatulo ad viã? Illi reſponderunt, Nulla fuit hîc meretrix. Reuerſus eſt igitur ad Iudam, dixitque illi, Nõ inueni eam: ſed & homines iſtius loci dixerũt nullam fuiſſe illic meretricẽ. Et dixit Iudas, Sibi ſeruet, [21] ne & nos pudefiam': en miſi hœdũ hunc, & non inueniſti eam. ¶ Poſt tres fermè menſes, nuntiatum eſt Iudæ tale nuntium, Thamar nurus tua ſcortata eſt, & ecce ex ſcortatione concepit etiã. Iudas ait, Educite eam, vt comburatur. Cúmque educeretur, miſit ad ſocerum ſuũ hiſce verbis, E viro cui' hęc ſunt, grauida ſũ. Addiditque, Dignoſce quæſo cuius ſit hic annulus, hæc faſcia, & baculus iſte. Et agnouit Iudas, & dixit, Iuſtior me eſt: [22] eo q' non dederim eã filio meo Sela. neque vltra cognouit eã. ¶ [23] Cúmque aduenisset tempus vt pareret ipſa, gemelli erãt in vtero eius, & in pariẽdo vnus manum exeruit.' qua arrepta obſtetrix, coccino filo circũligabat, dicens, Is primus egreſſus eſt. Contigit autem vt is manum ſuam retraheret, & egrederetur frater eius, dixitque illa, [24] Cur rupiſti tibi rupturam? Et vocatum eſt nomen eius Paretz. Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu filũ coccinum erat, & vocatum eſt nomen eius Zarah.

theriſtrum: & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo q creuiſſet Sela, & non eum accepiſſet maritũ. Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur. Ingrediẽnſque ad eam ait, Dimitte me vt coeam tecũ. neſciebat enim quòd nurus ſua eſſet. Qua reſpõdente, Quid dabis mihi, vt fruaris cõcubitu meo? dixit. Mittam tibi hœdũ de gregibus. Rurſúmq; illa dicente, Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabõnem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabõne dari? Reſpõdit, Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier cõcepit. & ſurgens abijt: depoſitóque habitu quem ſumpſerat, induta eſt viduitatis veſtibus ¶ Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem ſuum Odollamitẽ, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non inueniſſet eam, interrogauit homines loci illius, Vbi eſt mulier quæ ſedebat in biuio? Reſpondentibus cunctis, Non fuit in loco iſto meretrix: reuerſus eſt ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: ſed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam ſediſſe ibi ſcortum. Ait Iudas, Habeat ſibi, certè mendacij arguere nos non poteſt: ego miſi hœdum quem promiſerã, & tu non inueniſti eam. ¶ Ecce autem poſt tres menſes nuntiauerũt Iudæ, dicẽtes, Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere. Dixitque Iudas, Producite eam vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnã, miſit ad ſocerum ſuum, dicens, De viro cuius hæc ſunt, concepi: cognoſce cuius ſit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus ait, Iuſtior me eſt: quia non tradidi eã Sela filio meo. attamen vltrà non cognouit eam. ¶ Inſtante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens, Iſte egredietur prior. Illo verò retrahente manum egreſſus eſt alter: dixitque mulier, Quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

D Inceſtus Iudæ cum Thamar nuru ſua.

E

F

Iudas nurũ ſuã ſtupri accuſatã, cõburi iubet: poſt ea culpam agnoſcit.

G

Parit Thamar geminos. matt. 1. a

Phares. 1. paralip. 2. a. Zara.

## CAP. XXXIX.

POrrò Ioſeph deductus eſt in Ægyptũ, emitque eum Potiphar [1] cubicularius' Pharaonis, [2] præfectus rerũ capitalium,' vir Ægyptiacus: [emit eum inquã] de manu Iſmaelitarũ, qui abduxerãt eũ illuc. Et Dominus affuit ipſi Ioſeph, [3] vt eſſet vir cui omnia proſpere caderent,' erátque in domo domini ſui Ægyptij. Cúmque videret herus eius q Dominus adeſſet ei, quódque Dominus cuncta quæ gerebat Ioſeph, ſub manu eius fortunaret: nactus eſt Ioſeph gratiã coram domino ſuo, ſeruiuitque ei: præfecitq; eũ domui ſuæ, tradẽs ſub manũ eius quæcũq; habebat. Ab eo ergo tempore, quo eũ domui ſuæ & omnib' rebus ſuis præfecerat, Dominus domũ Ægyptij ꝓpter Ioſeph fortunauit: quin quidqd habebat, ſiue domi ſiue ruri, fœcũdũ reddidit Domin'. Reliquit igit' quæcũq; habebat, in manu Ioſeph: [4] nec quicquã cum eo nouerat, niſi cibũ quẽ edebat.' Erat autẽ Ioſeph elegãti forma & pulchro aſpectu.

## CAP. XXXIX.

IGitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptũ, emitque eũ Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercit' ſui, vir Ægyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitq; Dominus cũ eo, & erat vir in cũctis ꝓſpere agens: habitauitq; in domo domini ſui, qui optimè nouerat Dominũ eſſe cũ eo, & oĩa quę gereret, ab eo dirigi ĩ manu illi'. Inuenitq; Ioſeph gratiã corã domino ſuo, & miniſtrabat ei: à quo prępoſit' oĩb' gubernabat creditã ſibi domũ, & vniuerſa quæ ei tradita fuerãt: benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tã in ædib' q̃ in agris cunctã eius ſubſtãtiã. nec quidquã aliud nouerat, niſi panẽ quo veſcebat'. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decôrus aſpectu.

Venditur Ioſeph Phutiphari.

Deus eſt cũ Ioſeph.

Deus benedicit ipſi Phutiphar propter Ioſeph.

B

¶ 24 vl, Quare rupiſti ſuper te rupturam? Id eſt, cur membranam qua operiebaris, rupiſti, vt prodires ante fratrem tuum? Hoc eſt, cur ruptis ſecundis prior egreſſus es, & anteuertiſti fratri tuo? Verba ſunt matris aut obſtetricis ægrè ferentis præreptum eſſe Zaræ à Phares exitum ex vtero. Vox Hebræa P E R E S, pro qua vertimus rupturam, hoc loco ſignificat ſecundas, quòd illis perruptis & diuiſis prodire ſoleat infans. XXXIX. ¶ 1 vel, princeps ¶ 2 vl, princeps laniorum. Vide poſtremam annotationem capitis triceſimi ſeptimi. ¶ 3 Heb. erat enim vir fœlix. Vel, proſpere agens. ¶ 4 Id eſt. Nulli rationem reddebat Ioſeph domino ſuo. nec herus ipſe ſua curabat, ſed omnia fideli miniſtro committebat, nulla re alia ſolicitus, quàm de edendo & bibendo.

Ioſeph denegat dominæ ſuæ ſtuprum.

¶ °Deum?

¶ * loquebatur,

Ioſeph falſò accuſatus ſtupri a domina ſua, incarceratur.

Miſeret ipſi⁹ Ioſeph De⁹. pſal. 104. b.

Pincernæ & piſtori Pharaonis in carcere miniſtrat Ioſeph.

vident ſomnia.

Pincernę ſōniū, quod Ioſeph interpretatur.

¶Poſt multos itaq; dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait, Dormi mecū. Qui nequaquā acquieſcēs operi nephario, dixit ad eā, Ecce dominus meus omnib' mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua: nec quicquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malū facere, & peccare in °Dominum meum? Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies * & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum. C Accidit autem quadam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: & illa, apprehenſa laſcinia veſtimenti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos, En introduxit virum Hebræū, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cúmque ego ſucclamaſſem, & audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. In argumētum ergo fidei retentum pallium oſtēdit marito reuertenti domū, & ait, Ingreſſus eſt ad me ſeruus D Hebræus quem adduxiſti, vt illuderet mihi: cūq; audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. His auditis domin⁹, & nimiū credulus verbis coniugis, iratus eſt valde, tradidítque Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. ¶Fuit autē Dominus cum Ioſeph, & miſertus eſt illius: & dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illi⁹ vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

CAP. XL.

His itaque geſtis accidit vt peccarēt duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & piſtor domino ſuo. Iratúſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur. ¶Videruntque ambo ſomnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam ſibi. ad quos cum introiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens, Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt, Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. B Dixitque ad eos Ioſeph, Nunquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpoſitus pincernarum ſomnium ſuum, Videbam coram me vitē, in qua erāt tres propagines, creſcere paulatim in gēmas, & poſt flores vuas matureſcere: calicémque Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas & expreſſi in calicē quem tenebam, & tradidi poculū Pharaoni. Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnij,

¶Factū eſt autem poſt hæc, vt vxor heri ſui iniectis in Ioſeph oculis, diceret, Dormi mecum. Qui renuens ait ad vxorem heri ſui, En herus meus mecum nihil nouit earum rerum [5]quæ in domo geruntur:' quin cūcta quæ habet, in manū meā concredidit. Non eſt maior me quiſpiam in hac domo, nec [6]excepit à me' quidquam præter te, eo quòd tu vxor illius es quomodo igitur deſignarem ingens hoc flagitiū, vt peccē & in Deū? Cúmque [ſic] quotidie cum Ioſeph loqueretur, [7]ipſe tamen eam non audit, nec dormire vult cum ea, imò nec cum ea eſſe. Contigit ergo quodam die, vt domum' veniret, [8]facerétque' opus ſuum, nec eſſet quiſpiam [9]ex familiaribus in domo:' Illa apprehēdit eum veſte eius, dicens, Dormi mecū. qui relicta veſte ſua in manu illius, fugit, & egreſſus eſt foras. Cum verò illa vidiſſet q reliquiſſet veſtem ſuam in manu eius, fugiſſétq; foras, vocauit domeſticos ſuos, dixitque ad eos, En [10]introduxit ad nos' virum Hebræum, vt nobis illuderet: [nam] venit ad me vt mecū dormiret, ego verò ſublata voce clamaui. Cúmq; is audiret me attollere vocē & clamare, veſte ſua apud me relicta fugit, & egreſſus eſt. Et collocauit veſtem eius apud ſeſe, donec veniret herus eius domum ſuam. Tūc loquuta eſt ad eum hiſce verbis, Venit ad me ſeruus Hebrę⁹, quem adduxiſti nobis vt illuderet mihi. Quum verò ſuſtuliſſem vocem meam & clamarem, relicta veſte ſua apud me, fugit foras. Audiēs verò dominus eius verba vxoris ſuæ, quæ ad illum erat loquuta, nempe, Sic fecit mihi ſeruus tuus: excanduit ira eius. Tollēnſque herus Ioſeph, coniecit eum [11]in carcerem,' in eū locum vbi vincti regis [12]cōcluſi tenebantur:' & Ioſeph fuit illic in carcere. ¶At Dominus aderat ipſi Ioſeph, & inclinauit ad eum [13]beneficētiā, [14]& dedit illi vt fauore eū proſequeretur ergaſtularius.' Et tradidit præfectus carceris vniuerſos vinctos qui in carcere erant, ſub manum Ioſeph, & [15]quidquid ibidem faciebāt, ipſe faciebat.' [16]Nihil curæ gerebat pręfectus carceris manu ſua, quandoquidem' Domin⁹ aderat ipſi Ioſeph: & quidquid faciebat ipſe, [17]fortunauit' Dominus.

CAP. XL.

Poſt hæc geſta contigit vt regis Ægypti [1]pocillator' & piſtor peccarēt aduerſus dominū ſuum, regem ſcilicet Ægypti. Iratúſque eſt Pharao aduerſus [2]duos præfectos, nempe aduerſus præfectum pocillatorum,' & aduerſus præfectū piſtorum. Et coniecit eos in carcerem, in domū videlicet magiſtri [3]ſuppliciorum,' in eum carcerem in quo Ioſeph vinctus tenebatur. Et præfectus [3]rerum capitaliū' præfecit illis Ioſeph, qui & miniſtrabat eis, fuerūntque [4]aliquot dies in carcere. ¶Somniarūt verò vterq; ſomniū, quiſque ſuum ſomnium eadē nocte, & quiſq; [5]iuxta interpretationē ſomnij ſui,' pocillator ſcilicet & piſtor regis Ægypti, qui vincti tenebantur in carcere. Et veniens ad eos Ioſeph mane, contemplatus eſt eos, & en erant [6]conſternati.' Percontatus eſt itaque præfectos Pharaonis, qui ſecū erant in carcere domini ſui, hiſce verbis. Cur [7]triſtis eſt vultus veſter hodie?' Qui reſponderunt ei, Somniū ſomniauimus, nec eſt qui interpretetur. Dixitque ad eos Ioſeph, Annō Dei ſunt interpretationes? narrate quæſo mihi. Recenſuit itaque præfectus pocillatorum ſomnium ſuum ipſi Ioſeph, dixitque ei, Quum ſomniarem, en vitis erat coram me, & in ipſa vite tres palmites, [8]vitis verò quaſi germinabat exoriente flore eius, & maturantibus botris in flagellis eius.' Sed & crater Pharaonis erat in manu mea, & accipiens vuas, expreſſi eas in craterem Pharaonis, dedique craterem in manum Pharaonis. Dixit verò ad eum Ioſeph, Hæc eſt interpretatio eius,

¶5 Heb. quę ſūt i domo. i. nihil ſollicitus eſt de rebus ſuis domeſticis, delegata mihi omni cura.
¶6 Heb. prohibuit mihi. i. ſummouit à me, ſiue excepit &c.
¶7 Heb. nec parēret ei vt cum ea dormiret, & cum ipſa eſſet. Factum eſt inquam ſecundū hanc diem, vt domum &c. Secundum diem hanc, Hebraiſmus. i. eadem die. Id eſt, ſimili huic diei & ei reſpondēte, qua ſcilicet cœperat ſollicitare Ioſeph. Alij intelligunt, tranſacta hebdomade, vel menſe, vel anno.
¶8 vt faceret
¶9 Heb. ex viris dom⁹ illic. i. ex domeſticis.
¶10 adduxit nobis
¶11 Heb. in domū carceris,
¶12 vinciebantur. vł, vincti erāt:
¶13 gratiam ſuā. Vel, miſericordiā ſuā.
¶14 Heb. & poſuit gratiā eius in oculis pricipis domus carceris. i. reddidit illū gratioſum & charū apud præfectum carceris.
¶15. i. quæcūq; erant faciēda, ipſe faciebat.
¶16 Heb. Non erat princeps dom⁹ carceris aſpiciēs quicq̄ i manu ei⁹, eo q &c. i. nō exigebat rationē cuiuſquam rei quā ille faciebat: eo q &c.
¶17 fecūdabat. vł, dirigebat

XL. ¶1 pincerna ¶2 vł, duos ex principibus ſuis, nēpe aduerſus principē pincernarū, &c. ¶3 vł, militū. aut, laniorū. Vide poſtremā annotationē capitis XXXVII. ¶4 Heb. p dies i cuſtodia. i. annū vnū integrū. Recta interpretatio. ¶5. i. indicās quid in poſterū eſſet euenturū vtriq; eorū in officio ſuo. ¶6 vł, triſtes. aut, attoniti. ¶7 vł, triſtiores ſunt ſolito vult⁹ veſtri? ¶8 Heb. erátq; ipſa ſicut floreſcēs, & erūpebat flos, & percoxerūt vuæ (vel botri) eius racemos. i. Videbatur flores emittere, ipſiq; flores videbātur erūpere, & racemi ad maturitatem perduci.

Tres palmites, tres dies ſũt. [9]Intra tres dies Pharao extollet caput tuum, & te in gradum tuum reponet, vt præbeas craterem Pharaoni in manum eius, iuxta priſtinum moré quum eſſes à caliculis[regiis]: [10]Tu modo ſis apud te mei memor quum tibi bene fuerit, vt mihi vel hoc beneficium præſtes vt mei mẽtionem facias apud Pharaonem, & cures vt extrahar ex hac domo. Quia furtim ſublatus ſum è terra Hebræorum, neque hic quidquam deſignaui, ob quod me in hanc foueam coniicerent. ¶Intelligens auté piſtorum præfectus [11]expoſitionem hanc eſſe fauſtam, ait ad Ioſeph, [12]Et ego ſomnium habui, Erant tria canistra alba ſuper caput meum. Porrò in ſuperiori caniſtro erant [13]varij generis cibi Pharaonis, opere piſtorio parati, & aues cõedebant eos ex caniſtro quod erat ſuper caput meum. Reſpõditque Ioſeph, & dixit, Hæc eſt interpretatio ei*, Tria caniſtra, ſunt tres dies. [14]intra triduum tollet Pharao caput tuũ à te, agétque te in crucẽ, [15]vt aues comedant carnes tuas. ¶Factum itaque eſt die tertio, qui erat dies natalitius Pharaonis, vt inſtrueret cõuiuium omnibus ſeruis ſuis, & recenſuit caput [16]præfecti pocillatorum, atque caput præfecti piſtorum, inter ſeruos ſuos. Et præfectum quidem pocillatorum reſtituit vt eſſet pocillator ſuus, qui & præbuit craterem in manum Pharaonis. Præfectum verò piſtorum ſuſpẽdit, quemadmodum coniecerat eis Ioſeph. At præfectus pocillatorum, Ioſephi non eſt recordatus, ſed tradidit eũ obliuioni.

CAP. XLI.

P[1]Oſt duos annos ſomnians erat Pharao: Stabat [2]ad riuum, & aſcendebant è riuo [3]ſeptem vaccæ aſpectu pulchræ, & carne pingues, paſcentes in loco paluſtri. Poſt illas aſcendebant aliæ ſeptem vaccæ [3]de riuo, deformes illæ & tenui carne, ſtabantque iuxta illas vaccas [4]in littore riui. Et vaccæ illæ quæ deformes erant atque macilentæ, deuorabant ſeptem vaccas quæ erãt elegãti forma & pingues. & euigilauit Pharao. ¶Rurſũ verò dormiens, ſomniauit ſecũdò: ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo vno, plenæ quidem & bonæ. Et rurſus ſeptem ſpicæ tenues & Euro exhauſtæ germinabant poſt illas. Deuorabántque ſpicæ tenuiores, ſeptem ſpicas craſſas & plenas. Euigilauitq; Pharao, & ecce [5]ſomnium erat. Mane facto [6]palpitabat cor eius, mittẽnſque conuocauit omnes magos Ægypti, & cunctos ſapientes [7]eius, narrauitque Pharao ſomniũ ſuum eis, nec erat coniector qui ea Pharaoni interpretaretur. ¶Loquutus eſt ergo præfectus pocillatorum ad Pharaonem in hanc ſententiã, [8]Subeunt mihi hodie peccata mea. Pharao iratus aduerſus ſeruos ſuos, cõiecerat me in carcerem in domum præfecti [9]ſuppliciorum, me inquã & præfectum piſtorũ. Somniabamus autem ſomniũ ego & ille eadem nocte: vterque iuxta ſomnij ſui interpretationem ſomniabamus. Erat autem ibidem nobiſcum puer quidã Hebræus, ſeruus præfecti [9]capitaliũ rerum: cui cũ recenſeremus, interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra, [10]vtriq; videlicet iuxta ſuum ſomniũ. Quemadmodum verò coniecit nobis, ſic euenit: me reſtituit loco meo, illum verò in crucẽ egit. ¶Mittẽs ergo Pharao vocauit Ioſeph, & [11]ilico eduxerunt eum è fouea: detonſus verò, mutatis veſtibus venit ad Pharaonẽ. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Somniaui ſomniũ, & cõiector nõ eſt qui explicet: ego verò de te audiui loqui [12]quòd poſſis ſomnia quæ audieris interpretari. Reſpondit Ioſeph Pharaoni, & dixit, [13]Deus vel abſque me proſpera reſpõdebit Pharaoni. Locutúſq; eſt Pharao ad Ioſeph,

Tres propagines, tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradũ priſtinũ: dabiſq; ei calicẽ iuxta officiũ tuũ, ſicut antè facere cõſueueras. Tantũ memẽto mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecũ miſericordiam, vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. ¶Videns piſtorũ magiſter quòd prudẽter ſomniũ diſſoluiſſet, ait, Et ego vidi ſomniũ, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meũ: & in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria, auéſque comedere ex eo. Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnij, Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt: poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. ¶Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande cõuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locũ ſuum, vt porrigeret ei poculum, alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

CAP. XLI.

POſt duos annos vidit Pharao ſomniũ. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoq; ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæq; macie: & paſcebãtur in ipſa amnis ripa in locis virentibus. Deuorauerũntque eas quarum mira ſpecies & habitudo corporũ erat. ¶Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium. Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formoſę. Alię quoque totidem ſpicæ tenues, & percuſſæ vredine oriebantur, Deuorantes omnẽ priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietẽ, & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes cõiectores Ægypti, cunctóſque ſapientes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur. ¶Tunc demũ reminiſcens pincernarum magiſter, ait, Confiteor peccatũ meum: Iratus rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorũ retrudi iuſſit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vterque vidimus ſomniũ, præſagium futurorũ. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrãtes ſomnia, audiuimus quicquid poſtea rei probauit euẽtus: Ego enim redditus ſum officio meo, & ille ſuſpenſus eſt in cruce. ¶Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata obtulerũt ei. Cui ille ait, Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſime conijcere. Reſpondit Ioſeph, Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat.

C

Somniũ ſeẽ piſtoris exponit.

D

Conuiuium Pharaonis in natali ſuo.

Ingrat* pincerna.

Somniũ Pharaonis de ſeptem bobus.

Sõnium alterũ de ſpicis.

E

Pincerna meminit Ioſeph apud Pharaonem.

Ioſeph eductõ è carcere Pharao narrat ſomnia ſua. pſal. 104. b.

¶9 Hebr. Poſt tres dies eleuabit Pharao caput tuũ. i. recẽſebit, vel numerabit te inter reliquos miniſtros. Chaldæ* paraph. vertit, recordabitꝰ tui. ¶10 Heb. Sed recorderis mei apud te, quum bene fuerit tibi: faciáſque obſecro mecũ miſericordiam vt mentionem mei facias apud Pharaonem, vt educat me &c. Poſſet & ſic verti, Quòd ſi recordat* fueris mei apud te[.i. ſi memineris mei,] quũ bene tibi fuerit, tũc facias obſecro mecum miſericordiam. i. hoc beneficiũ cõferas i me, vt mẽtionem &c. ¶11 Heb. q̃ bene interpretatus eſſet. ¶12 Hebr. Etiam ego i ſõnio meo, & ecce tria &c. ¶13 Heb. ex omni genere ciborũ ¶14 in fine triũ dierum ¶15 & aues comedent ¶16 principis pincernarũ & piſtorũ inter ſeruos ſuos. Id eſt, recordatus eſt pricipis &c.

XLI.

¶1 Hebraice legit*, Poſt duos annos dierũ. i. Poſt duos ãnos itegros & perfectos. Genus dicendi Hebraicum. ¶2 iuxta fluuium, [ſ. i. Nilum,] & ecce aſcendebãt è fluuio ¶3 è flumine, ¶4 quę erãt iuxta ripã fluminis. ¶5 i. animaduertit ſe ſomniaſſe & vidiſſe illa in ſomnio. ¶6 cõſternatus eſt ſpiritus eius. ſiue cõturbatus. ¶7 Scilicet Ægypti. Apud Hebræos eſt relatiuũ fœmininũ. ¶8 Peccata mea recẽſebo hodie. q. d. Peccatorũ meorũ ego memineru hodie te præſente. Fateor peccatũ meũ. ¶9 vĩ, militũ. aut, laniorũ. Vide poſtremam annotationem capitis 37. ¶10 i. ſomniauim* qd erat cõſentaneũ rei. hoc eſt, ſomniũ verũ ſomniauim*, quẽadmodũ poſtea euenit. ¶11 Heb. currere fecerũt eũ ¶12 Heb. q̃ audias ſomniũ ad interpretandũ illud. i. audiui de te, q̃ ſi audieris ſomniũ aliquod, poſſis ipſum interpretari. ¶13 Heb. præter me Deus qui reſpõdebit pacem &c. q. d. Alius eſt præter me qui interpretabitur ſomnium, nempe Deus, qui proſpera Pharaoni interpretabitur.

Putabā me ſtare ſuper ripā fluminis, & ſeptem
C boues de amne conſcédere, pulchras nimis, &
obeſas carnibus: quæ in paſtu paludis vireta car
pebant. Et ecce, has ſequebātur aliæ ſeptē boues,
in tantū deformes & macilentæ, vt nunquā ta-
les in Terra-Ægypti viderim. quæ deuoratis &
conſumptis prioribus, nullū ſaturitatis dedere
veſtigiū: ſed ſimili macie & ſqualore torpebāt.
Euigilans, rurſus ſopore depreſſus, vidi ſomniū,
Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ
atque pulcherrimæ. Aliæ quoq; ſeptē tenues &
percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: quæ prio
rum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui cō

¶ [*]ſomniotā Exponit Ioſeph Pharaoni ſomnia, prędicēs abūdantiā & famem.

iectoribus [*] ſomniū, [*] & nemo eſt qui edifferat.
¶ Reſpondit Ioſeph, Sōnium regis vnū eſt: quæ
factur' eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septē boues
pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ: ſeptem huber-
tatis anni ſunt, eandēmque vim ſomnij cōpre-
hendūt. Septē quoque boues tenues atque maci
lentæ, quæ aſcēderunt poſt eas, & ſeptē ſpicæ te-
nues, & vento vrente percuſſæ. ſeptem anni ven
D turæ ſunt famis. Qui hoc ordine complebūtur.
Ecce, ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in
vniuerſa Terra-Ægypti: quos ſequentur ſeptem
anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni trada-
tur cuncta retrò abundantia: conſumptura eſt
enim fames omnem terrā, & hubertatis magni-
tudinē perditura eſt inopiæ magnitudo. Quòd
autē vidiſti ſecundò ad eandē rem pertinēs ſo-
mnium: firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſer
mo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo proui
deat rex virum ſapientem & induſtriū, & præ-
ficiat eum Terræ-Ægypti. Qui conſtituat præ-
poſitos per cunctas regiones: & quintā partē fru
ctuum per ſeptem annos fertilitatis, qui iā nunc
futuri ſunt, congreget in horrea: & omne fru-
mentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſer
ueturque in vrbibus. Et præparetur futuræ ſeptē
E annorum fami quæ oppreſſura eſt Ægyptū, &

Ioſeph cōſtituitur ſuper annonam.

nō conſumetur terra inopia. ¶ Placuit Pharao-
ni conſilium & cunctis miniſtris eius: locutúſq;
eſt ad eos, Num inuenire poterimus talē virū,
qui Spiritu Dei plen' ſit? Dixit ergo ad Ioſeph,
Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es,
nunquid ſapientiorem & conſimilē tui inueni

Pſal. 104. b. 1. macha. 2. f. act. 7. b.

re potero? Tu eris ſuper domū meam, & ad tui
oris imperiū cunctus populus obediet: vno tan-
tum regni ſolio te præcedam. Dixitque rurſum
Pharao ad Ioſeph, Ecce, cōſtitui te ſuper vniuer-
ſam Terram-Ægypti. Tulitque annulum de ma
nu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitq; eū
ſtola byſſina, & collo torquem auream circum-
poſuit. Fecitque eum aſcēdere ſuper currum ſu-
um ſecundum, clamante pręcone vt omnes co-
ram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſci-
rēt vniuerſæ Terræ-Ægypti. Dixit quoque rex
Ægypti ad Ioſeph, Ego ſum Pharao: abſque tuo
F imperio non mouebit quiſquam manū aut pe-
dem in omni Terra-Ægypti. Vertitque nomen

Ioſeph ducit vxorem.

eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Salua-
torem-mundi. Deditque illi vxorē Aſeneth filiā
Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. ¶ Egreſſus

Quum ſomniarē, viſus ſum mihi ſtare ſuper ri-
pam fluuij, & en de fluuio ſeptē vaccæ pingues
carne aſcendebant, formáque eleganti, paſcen-
tes in loco paluſtri. Rurſus aſcenderunt poſt il-
las ſeptem aliæ vaccæ, tenues quidem & defor-
miſſimæ, & macilentæ, [14] quales non vidi' in to-
ta terra Ægypti. Et deuorauerūt vaccæ illæ ma
cilentæ & deformes, ſeptem priores vaccas pin-
gues. Et tametſi eſſent ingreſſæ in viſcera illarū,
animaduerti tamen nō poterat illas in viſcera
iſtarum introiſſe. nam aſpectus iſtarum erat, vt
prius, deformis. [15] Et euigilans, rurſus vidi per
ſomnium meum ſeptē ſpicas pullulātes ex vno
culmo, plenas & pulchras.' Fuerunt rurſus aliæ
ſeptem ſpicæ [16] exiccatæ,' tenues, & Euro exhau-
ſtæ, quę pullularūt poſt priores. Deuorauerúnt-
que ſpicæ illæ tenues, ſeptem ſpicas bonas. hæc
narraui Magis, & non fuit qui mihi interpreta-
retur. ¶ Et reſpōdit Ioſeph Pharaoni, Somnium
Pharaonis idem eſt: quæ Deus facturus eſt, nota
facit Pharaoni. Septem vaccæ elegantes, ſunt ſe-
ptem anni: & ſeptem ſpicæ bonæ, itidem ſeptem
anni ſunt: vnum idémque eſt ſomnium. Septem
verò vaccæ macilentæ & tenues, quæ poſt prio-
res aſcenderunt, ſeptem ſunt anni: & ſeptem ſpi
cæ vacuæ & Euro exhauſtæ, [etiam] ſeptem anni
ſunt famis.' [17] Hoc eſt verbum quod loquut' ſum
ad Pharaonem, & hoc facturus eſt Deus, & oſtē
dit id Pharaoni.' Ecce veniunt ſeptem anni fer-
tiliſſimi per totam terrā Ægypti. Et deinde ve-
nient poſt illos ſeptem anni famis: & obliuioni
tradetur cuncta abundantia per terrā Ægypti,
& fames conficiet terram ipſam. Nec cognoſce-
tur vbertas in terra ob famem illā ſuperuenien
tem: nam grauiſſima erit. Quòd verò iteratum
eſt ſomniū bis ſuper Pharaonē, [ſignificat] q firmiter decretum eſt hoc à Deo, feſtinatur ūmque
Deum vt id perficiat. Nunc ergo prouideat ſibi
Pharao virū aliquem [18] induſtrium' & ſapiētem,
quē præficiat ſuper terrā Ægypti. Faciat & hoc
Pharao, conſtituat præfectos ſuper terrā, & [19] ac-
cipiat partem quintā' de terra Ægypti per ſe-
ptem annos vbertatis. Cōgregent quoque omne
alimentum per annos bonos ſequentes, & [20] con
uehant frumentum ſub manū Pharaonis, & an-
nonam per ciuitates conſeruent. Eritque alimē-
tum hoc ad reſeruationem ipſi terræ pro ſeptē
annis famis,' qui futuri ſunt ſuper terrā Ægy-
pti, [21] ne terra fame conficiatur. ¶ Placuit hic ſer
mo Pharaoni & cunctis miniſtris eius. Et dixit
Pharao ad ſeruos ſuos. [22] Nū inueniri poteſt vir
qui huic poſſit cōparari,' in quo [nempe] ſit Spi-
ritus Dei? Dixitq; Pharao ad Ioſeph, Quandoqui
dem Deus hæc omnia tibi nota fecit, nullus eſt
qui te prudētia & ſapientia æquet. Tu igitur ſis
ſuper domū meam, & ad tuum imperiū vniuer
ſus populus meus [23] cibū capiet:' ſolio duntaxat
[24] honoratior te' ero. Rurſum dixit Pharao ad Io
ſeph, En cōſtitui te ſuper totā terram Ægypti.
Et auferens Pharao annulum ſuū de manu ſua,
inſeruit illum manui Ioſeph, veſtiuitque eum
veſtimentis byſſinis, & impoſuit torquem aure-
um in collum eius. Iuſſit quoque eum vehi [25] in
curru ſecundo quem habebat:' & clamauerunt coram eo [26] Abrech:' & conſtituit eum ſuper totam
terram Ægypti. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Ego ſum Pharao, ſine nutu tuo non ſuſtollet quiſpi-
am manum ſuam aut pedem ſuum per totam terram Ægypti. Vocauitque Pharao nomen Ioſeph
[27] Zaphnat Paeneah.' & dedit ei Aſnath filiā Potipharis, [28] ſacerdotis in On,' vxorem. ¶ Egreſſus

¶ 14 Heb. ſimiles ei in turpitudine ¶ 15 Heb. & euigilaui. vidi etiā in ſomnio meo, & ecce ſeptē ſpicæ aſcendebāt in culmo vno, plenæ & pulchræ. ¶ 16 graciles, ¶ 17 Hoc eſt illud quod dixi [vt, dicebam, ſub. initio] ad Pharaonem: id quod facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. ¶ 18 prudētem ¶ 19 Heb. quintet. i. quintam partē fructuū exigat. ¶ 20 congregēt frumētum ſub manu Pharaonis, cibū in vrbib', & ſeruēt. Sitq; cibus ille vice depoſiti regioni ſeptē annis famis. i. ſeruetur ad regionē alendā tempore ſeptē annorum famis. Sub manu autem Pharaōis, .i. authoritate Pharaonis. ¶ 21 vl, ita fiet vt nō pereant habitatores Ægypti fame. ¶ 22 Heb. An inueniem' ſimilē huic virū, &c. ¶ 23 vl, armabitur. i. quando principes præparabūtur ad bellum, tu eris magiſter militū. q. d. conſtituo te ſecundū à me tēpore pacis & belli. Alij vertūt, Os tuū oſculabit ōnis popul'. hoc nēpe ſigno te illorū eſſe dominū oſtendētes. ¶ 24 maior te ¶ 25 ſuper currū ſecundi ab illo. Secundi, ſub. viri, id eſt quo is qui à rege ſecundus erat, vehi ſolebat. ¶ 26. i. pater tener. Ioſeph enim fuit pater ſapientia, & tener annis. Alij vocē Hebræā vertunt, Genu flecte. vel. Genu flectam. Chaldæus paraphraſtes vertit, Et clamabant ante eum, pater regis. ¶ 27 Id eſt, vt vertit Chaldæus paraph. Vir cui abſcondita reuelata ſunt. vel, abſconditorum expoſitor. ¶ 28 Chaldæus paraphraſtes vertit, principis On: vt ſit On, nomen regionis. Alij aiunt On fuiſſe idōlum, ſacerdotem idōli On.

eſt itaque Ioſeph in terrã Ægypti. Erat verò Ioſeph natus annos triginta, quando ſtetit coram Pharaone rege Ægypti. Et egrediens Ioſeph à Pharaone, pertrãſijt totam terram Ægypti. Septem autem annis fertilibus protulit terra [9]aceruos. 'Ille verò [10] conuexit omnem prouẽtum ſeptem annorum, qui fuit per totam terrã' Ægypti: & repoſuit alimentũ in vrbibus, [11]cuiuſlibet agri prouentum conuexit in eam vrbẽ quã ambiebat [ager.]' Et conuexit Ioſeph frumentũ vehementer multum, tanquam arenam maris, [12]ita vt à numerãdo ceſſaret: 'innumerum enim erat. ¶ Natique ſunt Ioſeph duo filij antequã veniret annus famis, quos illi pepererat Aſnath filia Potiphatis [14] ſacerdotis in On.' Vocauitque Ioſeph nomen primogeniti' Manaſſe, [14][acſi diceret,] Quoniã effecit' Deus vt cũcti laboris mei, & vniuerſæ domus patris mei obliuiſcerer. Nomen verò ſecundi vocauit [15] Ephraim, [14][ac ſi diceret,] Quoniam effecit' Deus vt [16]fructum haberẽ' in terra afflictionis meæ ¶ Exactis itaque ſeptem annis [17]fertilibus' qui fuerũt in terra Ægypti, Venire cœperunt ſeptem anni famis, quẽadmodum prædixerat Ioſeph. Fuit itaque fames in omnibus regionibus, in cuncta autem terra Ægypti [18]fuit annona.' Cúmque fames graſſari inciperet [etiam] in tota terra Ægypti, clamauit populus ad Pharaonẽ pro cibo. Et dixit Pharao ad omnes Ægyptios, Ite ad Ioſeph: & quod ille dixerit vobis, facite. Fuit itaque fames illa in vniuerſa terra. Aperuit ergo Ioſeph omnia [horrea] in quibus erat [annona,] & diſtraxit Ægyptijs: inualuerat enim fames per terram Ægypti. Omnes quoque regiones venerunt in Ægyptum, [19] frumẽtatum' a Ioſeph: inualuerat enim fames per vniuerſam terram.

## CAP. XLII.

INtelligẽs autem Iacob annonam eſſe in Ægypto, dixit ad filios ſuos, 'Cur ſic deſides cũctamini?' Addiditq́; En audiui quòd annona ſit in Ægypto: deſcendite illuc, & emite nobis illinc frumenta: vt in vita ſuperſtites maneamus, nec moriamur. Deſcenderũt ergo decem fratres Ioſeph, vt frumentum emerent ab Ægyptiis. Beniamin verò fratrem Ioſeph, non miſit Iacob cũ fratribus ſuis. dixit enim, [1] Fortè accidet ei pernicies.' Venerunt itaque filij Iſrael ad coemẽdum ſimul cum alijs qui veniebãt. erat enim fames in terra Chanaan. Ioſeph autem dominus erat ſuper terram, 'vt ipſe venderet' omni populo terræ. ¶ Accedẽtes itaq; fratres Ioſeph, proni verſus terram inclinant ſe ei. Videns autem Ioſeph fratres ſuos, agnoſcit eos, ſed alienum ſe ſimulat erga ipſos, loquitúrq; cum eis dure, & dicit ad eos, Vnde veniſtis? Reſponderunt, De terra Chanaan, vt emamus alimenta. Ioſeph autẽ agnouit fratres ſuos, ipſi verò non agnouerunt eum. Recordatúſque Ioſeph ſomniorum quæ de eis ſomniauerat, ait ad eos, Exploratores eſtis, veniſtiſq; vt [4]nuditatẽ terræ' obſeruetis. Ad quẽ illi dixerũt, Nõ domine: ſed ſerui tui eſcã emptũ venerũt. Nos omnes filij ſumus vni' viri, '[5]probi' ſumus, [6]nec exploratores,' ſerui tui. Quib' rurſũ ait, Minime: ſed veniſtis vt nuditatẽ terræ exploretis. Illi rurſus dixerũt, Duodecim fratres ſerui tui ſumus nos, filij vni' viri in terra Chanaã: & minor natu [illegible] hodie cũ patre noſtro manet, vnus v[illegible]' non extat. Et dixit ad eos Ioſeph, Hoc eſt quod locutus ſum ad vos, quũ dicerẽ, Exploratores eſtis. In hoc [quaſi experimento] [7]probemini, [8] viuit Pharao,' hinc non exibitis, niſi veniat huc frater veſter minor natu. Mittite ex vobis vnũ, qui adducat fratrẽ veſtrũ, vos interim vincti eritis: vt probẽtur verba veſtra, nũ veritas ſit vobiſcũ: q ſi min', viuit Pharao, exploratores

¶9 vſ, in aceruos. i. tantam abũdantiã frumẽti produxit terra, vt replerẽtur horrea. Chaldæ' paraphra. vertit, Et cõgregauerũt habitatores terrę in ſeptẽ annis abundãtiæ, frumẽtũ ĩ theſauros. i. ĩ horrea. ¶10 congregauit omnem cibũ ſſub. qui ſuperfuerat] ſeptẽ annorũ, qui fuerãt ĩ terra ¶11 Heb. cibũ agri vrbis [vſ regionis] qui in circuitu illi' [ſub. erat] ponebat in ea. ſub. vrbe. ¶12 vſ, adeò vt deſierit numerari: ¶13 Manaſſe ſignificat obliuiſci faciens. ¶14 Hæc ſubaudienda, aut alia quę magis cõueniãt loco, cuiuſmodi, ꝓpterea ſic vocauit eũ, q apud ſe diceret, Effecit &c. ¶15 Ephraim ſignificat fructificationes. ¶16 vſ, multiplicaret. ſiue, augeret ¶17 Heb. ſaturitatis ¶18 Heb. erat panis. ¶19 Heb. ad emẽdũ. ſub. triticum.

XLII.

¶1 Heb. Vt quid vos ipſos aſpicitis? Vſ, Quare ꝓſpicitis vobis? ſub. tantũmodo. q. d. Quare nõ cõſulitis alijs vt vobis? quare proſpicitis vobis tantũmodo? quare nõ cõſyderatis quomodo poſſitis alere totã veſtrã familiã? Alij vertũt, Quare cõtẽditis inter vos?

eſt itaque Ioſeph ad Terram-Ægypti (triginta autẽ annorũ erat quando ſtetit in cõſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. Venitq; fertilitas ſeptẽ annorũ. & in manipulos redactæ ſegetes cõgregatę ſunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugũ abũdantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantáque fuit abũdantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mẽſuram excederet. ¶ Natique ſunt Ioſeph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Phutiphatis ſacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicẽs, Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorũ, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephráim, dicẽs, Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meę. ¶ Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerãt in Ægypto, cœperunt venire ſeptẽ anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & ĩ vniuerſo orbe fames prę ualuit, in cũcta' etiã' Terra-Ægypti' fames' erat. Qua eſuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille reſpõdit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autẽ quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptijs: nam & illos oppreſſerat fames. Omnẽſque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.

## CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs ſuis, Quare negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & nõ conſumamur inopia. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decẽ, vt emerent frumenta in Ægypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ingreſſi ſunt Terram-Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum. erat autem fames in Terra-Chanáan. Et Ioſeph erat princeps in Terra-Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebãtur. ¶ Cúmque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde veniſtis? Qui reſpõderũt, De Terra-Chanáan, vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, nõ eſt cognit' ab eis. Recordatúſque ſomniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Qui dixerũt, Non eſt ita domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille reſpõdit, Aliter eſt: immunita terræ huius conſyderare veniſtis. At illi dixerũt, Duodecim, inquiunt' fratres, ſerui tui' ſum', filij viri vnius in Terra-Chanáan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. Hoc eſt, ait, quod locut' ſum, Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnũ, & adducat eũ: vos autẽ eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint: alioquin per ſalutẽ Pharaonis exploratores

Colligit Ioſeph frumenta annorum fœcũditatis.

Filij Ioſeph. ĩ. 46. c.

Manaſſes.

G

Ephráim.

Fames in vniuerſo orbe.

¶' autem ¶' panis

Iacob mittit filios in Ægyptũ ꝓ alimentis emendis. act. 7. b.

B

Agnoſcũtur fratres à Ioſeph.

Tentãtur ab ipſo.

C

¶' ſerui tui fratres

¶2 Ne accidat illi mors. ¶3 ipſe erat qui vendebat ¶4 i. partẽ regionis quæ minime eſt munita. Vertere potes, arcanũ terræ. ¶5 vſ, veraces ¶6 vſ, nunq̃ fuerunt exploratores ¶7 probamini. ¶8 Sic ſolebant iurare Ægyptij, quemadmodũ Hebræi, Viuit Dominus: q vita hominũ ab eo pẽdeat.

*Mittũtur in cuſtodiam.*

eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus dieb⁹. Die autẽ tertio eductis de carcere, ait, Facite quę
D dixi, & viuetis: Deũ enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras: Et fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. ¶ Fecerunt vt dixerat, & locuti ſunt adinuicem, Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ, videntes °anguſtias' animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus, Ruben, ait, Nunquid non dixi vobis, ‖ Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Neſciebãt °enim' quòd intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque ſe paruper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollénſque Simeon, & ligãs, illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibarijs in via: qui fecerunt ita. ¶ At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertòque vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio, cõtemplatus pecuniam in ore ſacculi, dixit fratribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia °en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique mutuo dixerũt, Quidnam eſt hoc
F quod fecit nobis Deus? Venerúntque ad Iacob patrem ſuum in Terram-Chanáan, & narrauerũt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes, Locutus eſt nobis domin⁹ terræ durè, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus, Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus nõ eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in Terra-Chanáan. Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domib⁹ veſtris neceſſaria ſumite, & abite: fratrémque veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licẽ-
G tiam. His dictis cum frumẽta effunderent, ſinguli reppererunt in ore ſaccorũ ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus, dixit pater Iacob, Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph nõ eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin °auferetis:' in me hæc omnia mala reciderunt. Cui reſpõdit Ruben, Duos filios meos interfice, ſi nõ reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille, Non deſcẽdet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortu⁹ eſt, & ipſe ſolus remanſit. ſiquid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quã pergitis, deducetis canos meos cũ dolore ad inferos. CA. XLIII.

I Nterim fames omnẽ terrã vehemẽter premebat. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos, Reuertimini, & emite nobis pauxillũ eſcarũ. Reſpõdit Iudas, Denũtiauit nobis vir ille ſub °atteſtatione' iuriſiurandi, dicens, Non videbitis faciẽ mei, niſi fratrẽ veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ. Si ergo vis eũ mittere nobiſcũ, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria. Si autẽ non vis, non ibimus: vir enim (vt ſæpe diximus) denuntiauit nobis, di-
B cẽs, ‖ Nõ videbitis faciẽ meã abſque fratre veſtro minimo. Dixit eis Iſrael, In meã hoc feciſtis miſeriã vt indicaretis ei & aliũ habere vos fratrẽ.

*Fratres Ioſeph agnoſcunt peccatum ſuum.* ¶ anguſtiã

*5.17.d.* ¶ autem

*Flet Ioſeph.*

*Simeon cõijcitur in carcerem.*

¶ mea,

*Reuertuntur ad patrẽ petẽtes Beniamin.*

*Pecunias reperiũt in ore ſaccorum.* ¶ auferetis:

*Iacob renuit dare Beniamin.*

*Remittuntur fratres Ioſeph vnà cũ Beniamin & muneribus.* ¶ teſtificatione

*5.42.d. Anguſtię Iacob.*

eſtis. °Copulat' itaque eos in carcerẽ tribus diebus. Tertio demũ die dixit ad eos Ioſeph, Hoc facite vt viuatis. (Deum enim metuo) Si [10] probi' eſtis, frater veſter vnus vinciatur in carcere veſtro: vos autem ite, & vehite [11] frumentum domibus veſtris [vt occurratur] fami:' Fratrem verò veſtrum natu minorem adducite ad me, [12] vt explorentur verba veſtra,' veraue ſint, ne pereatis. Et fecerunt ſic. Dixitque alter ad alterum, Profectò ſcelerati fuimus, idque erga fratrem noſtrũ, quũ videremus animi ſui anxietatẽ, neque exaudiremus eum, etiã dum magnopere nos precaretur: Idcirco venit hæc afflictio ſuper nos. Reſpondit eis Ruben, dicens, Annon dicebam vobis, ne peccaretis aduerſus puerũ, ſed nõ audiebatis? [13] iam verò ſanguis eius exquiritur.' Neſciebãt autem quòd Ioſeph intelligeret: erat enim interpres inter eos. Et auerſus ab eis Ioſeph, fleuit: reuerſúſque ad eos, locutus eſt cũ eis: tulit autẽ ex eis Simeonẽ, vinxitq; eũ ipſis cernentibus. Porrò pręcepit Ioſeph, vt impletis vaſis illorũ frumẽto, reſtituerẽt pecuniã illorũ, cuiuſq; ſcilicet in ſaccũ ſuũ, darẽntque eis viaticũ pro itinere: factũq; eſt eis ſic. ¶ Impoſito ergo frumẽto ſuo aſinis ſuis, receſſerũt illinc. Et aperiẽs vnus ſaccũ ſuũ, vt daret pabulũ aſino ſuo i diuerſorio, vidit pecuniã ſuã [14] in ſacco ſuo.' Qui dixit ad fratres ſuos, Reddita eſt pecunia mea, en eſt in ſacco meo. [15] Exanimati ergo ſunt,' & obſtupefacti dixerũt inter ſe, [16] Cur hoc' fecit nobis Deus? Venerunt itaque ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaã, & indicauerunt ei omnia quæ illis acciderant, dicentes, Vir ille dominus terræ acerbè loquutus eſt nobiſcum, [17] tractauitque nos' acſi fuiſſemus exploratores terræ. Cui diximus, [18] Probi' ſum⁹, nõ exploratores. Sumus enim duodecim fratres, filij patris noſtri: vnus autem nõ extat, minor natu etiamnum hodie eſt apud patrem noſtrum in terra Chanaan. Ruſum dixit ad nos vir ille dominus terræ, In hoc experiar, [19] probine' ſitis: relinquite apud me vnum aliquẽ ex fratribus veſtris, [20] & annonã tollite pro domibus veſtris,' & abite. Adducitéque fratrem veſtrum natu minorem ad me, vt ſciam vos non ſpeculatores, ſed probos eſſe: tũ dabo vobis fratrem veſtrũ, & in hac terra [21] negotiari poteritis.' Cúmque ſaccos ſuos effunderent, quiſque reperit faſciculũ pecuniæ ſuæ in ſacco ſuo. videntes autem ipſi & pater illorum faſciculos pecuniarum ſuarum, metu perculſi ſunt. Dixitque ad eos Iacob pater illorum, Orbaſtis me, Ioſeph non extat, nec Simeon adeſt, & Beniamin quoque tolletis: [22] ego ſol⁹ hęc omnia patiar.' Dixit ergo Ruben ad patrẽ ſuũ, Si hunc tibi non reduxero, interfice duos filios meos: [23] commenda illum fidei meæ,' & ego tibi eum reſtituam. Et ait, Filius meus non deſcẽdet vobiſcũ: nam frater eius eſt mortuus, & ipſe ſolus reliquus eſt: ſi illi accideret [24] pernicies' in itinere quo proficiſcemini, deduceretis ſeniũ meũ cum dolore [25] in foueam. CAP. XLIII.

I Nualuerat autẽ fames in terra. Quúmque [ſcerẽ] abſumpſiſſent in cibo annonam quam ex Ægypto aduexerant, tunc dixit pater eorum ad eos, [1] Reuertimini, & emite' nobis paululum alimenti. Iuda reſpondit ei, & dixit, [2] Sancte obteſtatus eſt nos' vir ille, & dixit, [3] Ne veniatis in conſpectum meum,' niſi frater veſter veniat vobiſcum: ſi ergo miſeris fratrẽ noſtrum nobiſcum, deſcendemus, & ememus tibi alimentum: Si verò non miſeris, non deſcendemus: nam vir ille dixit ad nos, [3] Ne veniatis in conſpectum meum,' niſi frater veſter fuerit vobiſcũ. Dixit ergo Iſrael, [4] Cur tã inique mecum egiſtis,' vt indicaretis viro illi quòd [5] ſupereſſet' vobis adhuc frater?

¶9 Congregauit ¶10 vl, veraces

¶11 Heb. frumẽtum famis domus veſtræ. i. quo expellatis famẽ de familia veſtra.

¶12 Heb. & verificabũtur verba veſtra,

¶13 Heb. & etiã ſanguis eius ecce exquirit.

¶14 Heb. in ore ſacci ſui.

¶15 Heb. Egreſſum eſt ergo cor illorum,

¶16 Quid hoc eſt quod &c.

¶17 Heb. tradidit q; nos &c. ſub. in carcerẽ. Vel tradidit ſiue dedit, pro reputauit ſiue exiſtimauit poſitũ eſt. ¶18 vl, Veraces. Aut, Recti ¶19 vel, veracẽſne

¶20 Heb. & famẽ domorum veſtrarũ tollite i. alimenta quibus famem propellatis de domib⁹ veſtris.

¶21 negotiabimini.

¶22 Heb. in me hæc omnia.

¶23 Heb. da eũ in manũ meã.

¶24 vl, mors

¶25 vl, in ſepulchrũ. i. efficietis vt ego ſenex mœrore & mœſtitia moriar.

XLIII.

¶1. i. Reuertimini emere

¶2 Heb. Conteſtãdo cõteſtat⁹ eſt nos. i. Denũtiauit nobis adhibito iuramẽto. ¶3 Heb. Nõ videbitis faciẽ meã. i. Null⁹ patebit vobis ad me aditus.

¶4 Hebr. Vt qd malefeciſtis mihi, ¶5 eſſet

¶9 vſ. in aceruos. i. tantam abũdantiã frumẽti produxit terra, vt replerẽtur horrea. Chaldæ⁹ paraphra. vertit, Et cõgregauerũt habitatores terræ in ſeptẽ annis abundãtiæ, frumẽtũ i theſauros. i. i horrea. ¶10 congregauit omnem cibũ [ſub. qui ſuperfuerat] ſeptẽ annorũ, qui fuerãt i terra ¶11 Heb. cibũ agri vrbis [vſ regionis] qui in circuitu illi⁹ [ſub. creuerat,] ponebat in ea. ſub. vrbe. ¶12 vſ, adeò vt deſierit numerari: ¶13 Manaſſe ſignificat obliuiſci faciens. ¶14 Hæc ſubaudienda, aut alia quę magis cõueniãt loco, cuiuſmodi, ꝓpterea ſic vocauit eũ, q apud ſe diceret, Effecit &c. ¶15 Ephraim ſignificat fructificationes. ¶16 vſ, multiplicaret. ſiue, augeret ¶17 Heb. ſaturitatis ¶18 Heb. erat panis. ¶19 Heb. ad emẽdũ. ſub. triticum.

eſt itaque Ioſeph in terrã Ægypti. Erat verò Ioſeph natus annos triginta, quando ſtetit coram Pharaone rege Ægypti. Et egrediens Ioſeph à Pharaone, pertrãſijt totam terram Ægypti. Septem autem annis fertilibus protulit terra [9]aceruos. ʼIlle verò [10] conuexit omnem prouentum ſeptem annorum, qui fuit per totam terrã Ægypti: & repoſuit alimentũ in vrbibus, [11]cuiuſlibet agri prouentum conuexit in eam vrbẽ quã ambiebat [ager.]ʼ Et conuexit Ioſeph frumentũ vehementer multum, tanquam arenam maris, [12]ita vt à numerãdo ceſſaret: ʼinnumerum enim erat. ¶Natique ſunt Ioſeph duo filij antequã veniret annus famis. quos illi pepererat Aſnath filia Potipharis ſacerdotis in On.ʼ Vocauitque Ioſeph nomen primogenitiʼ [13]Manaſſe, [14][ac ſi diceret,] Quoniã effecitʼ Deus vt cũcti laboris mei, & vniuerſæ domus patris mei obliuiſcerer. Nomen verò ſecundi vocauit [15] Ephraim, [14][ac ſi diceret,] Quoniam effecitʼ Deus vt [16]fructum haberẽʼ in terra afflictionis meæ ¶Exactis itaque ſeptem annis [17]fertilibusʼ qui fuerũt in terra Ægypti, venire cœperunt ſeptem anni famis, quẽadmodum prædixerat Ioſeph. Fuit itaque fames in omnibus regionibus, in cuncta autem terra Ægypti [18]fuit annona.ʼ Cúmque fames graſſari inciperet [etiam] in tota terra Ægypti, clamauit populus ad Pharaonẽ pro cibo. Et dixit Pharao ad omnes Ægyptios, Ite ad Ioſeph: & quod ille dixerit vobis, facite. Fuit itaque fames illa in vniuerſa terra. aperuit ergo Ioſeph omnia [horrea] in quibus erat [annona,] & diſtraxit Ægyptiis: inualuerat enim fames per terram Ægypti. Omnes quoque regiones venerunt in Ægyptum, ʼ[19] frumẽtatumʼ a Ioſeph: inualuerat enim fames per vniuerſam terram.

eſt itaque Ioſeph ad Terram-Ægypti (triginta autẽ annorũ erat quando ſtetit in cõſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. Venitq́; fertilitas ſeptẽ annorũ: & in manipulos redactæ ſegetes cõgregatę ſunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugũ abũdantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantáque fuit abũdantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mẽſuram excederet. ¶Natique ſunt Ioſeph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicẽs, Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorũ, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraím, dicẽs, Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meę. ¶Igitur tranſactis ſeptem hubertatis annis, qui fuerãt in Ægypto, cœperunt venire ſeptẽ anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & i vniuerſo orbe fames prę ualuit, in cũcta[a] etiã Terra-Ægypti[b] fames erat. Qua eſuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille reſpõdit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autẽ quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptijs: nam & illos oppreſſerat fames. Omnẽſque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.

Colligit Ioſeph frumenta annorum fœcũditatis.

Filij Ioſeph. ĩ.46.c.

Manaſſes.

G

Ephraím.

Fames in vniuerſo orbe.

¶[a] autem ¶[b] panis

XLII.

¶1 Heb. Vt quid voſipſos aſpicitis? Vſ, Quare ꝓſpicitis vobis? ſub. tantũmodo. q.d. Quare nõ cõſulitis alijs vt vobis? quare proſpicitis vobis tantũmodo? quare nõ cõſyderatis quomodo poſſitis alere totã veſtrã familiã? Alij vertũt, Quare cõtẽditis inter vos? ¶2 Ne accidat illi mors. ¶3 Ipſe erat qui vendebat ¶4 i. partẽ regionis quæ minime eſt munita. Vertere potes, arcanũ terræ. ¶5 vſ, veraces ¶6 vſ, nunq̃ fuerunt exploratores ¶7 probabimini, ¶8 Sic ſolebant iurare Ægyptij, quemadmodũ Hebræi, Viuit Dominus: q vita hominũ ab eo pẽdeat.

CAP. XLII.

INtelligẽs autem Iacob annonam eſſe in Ægypto, dixit ad filios ſuos, ʼCur ſic deſides cũctamini?ʼ Addiditq́;, En audiui quòd annona ſit in Ægypto: deſcendite illuc, & emite nobis illinc frumenta: vt in vita ſuperſtites maneamus, nec moriamur. Deſcenderũt ergo decem fratres Ioſeph, vt frumentum emerent ab Ægyptiis. Beniamin verò fratrem Ioſeph, non miſit Iacob cũ fratribus ſuis. dixit enim,[2] Fortè accidet ei pernicies.ʼ Venerunt itaque filij Iſrael ad coemẽdum ſimul cum alijs qui veniebãt. erat enim fames in terra Chanaan. Ioſeph autem dominus erat ſuper terram, ʼ[3]vt ipſe vẽderetʼ omni populo terræ. ¶Accedẽtes itaq; fratres Ioſeph, proni verſus terram inclinant ſe ei. Videns autem Ioſeph fratres ſuos, agnoſcit eos, ſed alienum ſe ſimulat erga ipſos, loquitúrq; cum eis dure, & dicit ad eos, Vnde veniſtis? Reſponderunt, De terra Chanaan, vt emamus alimenta. Ioſeph autẽ agnouit fratres ſuos, ipſi verò non agnouerunt eum. Recordatúſque Ioſeph ſomniorum quæ de eis ſomniauerat, ait ad eos, Exploratores eſtis, veniſtiſq; vt[4] nuditatẽ terræʼ obſeruetis. Ad quẽ illi dixerũt, Nõ domine: ſed ſerui tui eſcã emptũ venerũt. Nos omnes filij ſumus vni⁹ viri, ʻ[5]probiʼ ſumus, [6]nec exploratores, ʼſerui tui. Quib⁹ rurſũ ait, Minime: ſed veniſtis vt nuditatẽ terræ exploretis. Illi rurſus dixerũt, Duodecim fratres ſerui tui ſumus nos, filij vni⁹ viri in terra Chanaã: & minor natu etiã num hodie cũ patre noſtro manet, vnus verò non extat. Et dixit ad eos Ioſeph, Hoc eſt quod locutus ſum ad vos, quũ dicerẽ, Exploratores eſtis. In hoc [quaſi experimento] [7]probemini, [8] viuit Pharao, ʼhinc non exibitis, niſi veniat huc frater veſter minor natu. Mittite ex vobis vnũ, qui adducat fratrẽ veſtrũ, vos interim vincti eritis: vt probẽtur verba veſtra, nũ veritas ſit vobiſcũ: q ſi min⁹, viuit Pharao, exploratores

AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs ſuis, Quare negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & nõ conſumamur inopia. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decẽ, vt emerent frumenta in Ægypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ingreſſi ſunt Terram-Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum. erat autem fames in Terra-Chanáan. Et Ioſeph erat princeps in Terra-Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebãtur. ¶Cúmque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde veniſtis? Qui reſpõderũt, De Terra-Chanáan, vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, nõ eſt cognit⁹ ab eis. Recordatúſque ſomniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Qui dixerũt, Non eſt ita domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille reſpõdit, Aliter eſt: immunita terræ huius conſyderare veniſtis. At illi dixerũt, Duodecim, inquiunt [c]fratres, ſerui tuiʼ ſum⁹, filij viri vnius in Terra-Chanáan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. Hoc eſt, ait, quod locut⁹ ſum, Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnũ, & adducat eũ: vos autẽ eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint: alioquin per ſalutẽ Pharaonis exploratores

Iacob mittit filios in Ægyptũ ꝓ alimentis emendis. act.7.b.

B

Agnoſcũtur fratres à Ioſeph.

Tentãtur ab ipſo.

C

¶[c] ſerui tui fratres

Mittũtur in cuſtodiam.

D

Fratres Ioſeph agnoſcunt peccatum ſuum.

¶ᵃ anguſtiã

Ṡ.17.d.

¶ᵇ autem E

Flet Ioſeph.

Simeon cõiicitur in carcerem.

¶ᶜ mea,

F

Reuertuntur ad patré petẽtes Beniamin.

G

Pecunias reperiũt in ore ſaccorum.

¶ᵈ auferetis:

Iacob renuit dare Beniamin.

Remittuntur fratres Ioſeph vnà cũ Beniamin & muneribus.

¶ᵉ teſtificatione

Ṡ.41.d. D

Anguſtię Iacob.

eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus dieb⁹. Die autẽ tertio eductis de carcere, ait, Facite quę dixi, & viuetis: Deũ enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras: Et fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. ¶ Fecerunt vt dixerat, & locuti ſunt adinuicem, Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ, videntes ᵃanguſtias' animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus, Ruben, ait, Nunquid non dixi vobis, ‖Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me: en ſanguis eius exquiritur. Neſciebãtᵇ enim' quòd intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque ſe parũper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollẽnſque Simeon, & ligãs, illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibarijs in via: qui fecerunt ita. ¶ At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertòque vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio, cõtemplatus pecuniam in ore ſacculi, dixit fratribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia ᶜ en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique mutuo dixerũt, Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus? Venerúntque ad Iacob patrem ſuum in Terram-Chanáan, & narrauerũt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes, Locutus eſt nobis domin⁹ terræ durè, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus, Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus nõ eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in Terra-Chanáan. Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domib⁹ veſtris neceſſaria ſumite, & abite: fratrémque veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licẽtiam. His dictis cum frumẽta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorũ ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus, dixit pater Iacob, Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph nõ eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin ᵈauferetis:' in me hæc omnia mala reciderunt. Cui reſpõdit Ruben, Duos filios meos interfice, ſi nõ reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille, Non deſcẽdet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortu⁹ eſt, & ipſe ſolus remanſit. ſiquid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quã pergitis, deducetis canos meos cũ dolore ad inferos. CA. XLIII.

INterim fames omnẽ terrã vehemẽter premebat. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos, Reuertimini, & emite nobis pauxillũ eſcarũ. Reſpõdit Iudas, Denũtiauit nobis vir ille ſub ᵉatteſtatione' iuriſiurandi, dicens, Non videbitis faciẽ meã, niſi fratrẽ veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ. Si ergo vis eũ mittere nobiſcũ, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria. Si autẽ non vis, non ibimus: vir enim (vt ſæpe diximus) denuntiauit nobis, dicẽs, ‖Nõ videbitis faciẽ meã abſque fratre veſtro minimo. Dixit eis Iſrael, In meã hoc feciſtis miſeriã vt indicaretis ei & aliũ habere vos fratrẽ.

eſtis. ⁹Copulat' itaque eos in carcerẽ tribus diebus. Tertio demũ die dixit ad eos Ioſeph, Hoc facite vt viuatis. (Deum enim metuo) Si [10] probi' eſtis, frater veſter vnus vinciatur in carcere veſtro: vos autem ite, & vehite [11]frumentum domibus veſtris[vt occurratur] fami:' Fratrem verò veſtrum natu minorem adducite ad me, [12]vt explorentur verba veſtra,' verãne ſint, ne pereatis. Et fecerunt ſic. Dixitque alter ad alterum, Profectò ſcelerati fuimus, idque erga fratrem noſtrũ, quũ videremus animi ſui anxietatẽ, neque exaudiremus eum, etiã dum magnopere nos precaretur: Idcirco venit hæc afflictio ſuper nos. Reſpondit eis Ruben, dicens, Annon dicebam vobis, ne peccaretis aduerſus puerũ, ſed nõ audiebatis? [13]iam verò ſanguis eius exquiritur.' Neſciebãt autem ꝙ Ioſeph intelligeret: erat enim interpres inter eos. Et auerſus ab eis Ioſeph, fleuit: reuerſúſque ad eos, locutus eſt cũ eis: tulit autẽ ex eis Simeonẽ, vinxitq; eũ ipſis cernentibus. Porrò pręcepit Ioſeph, vt impletis vaſis illorũ frumẽto, reſtituerẽt pecuniã illorũ, cuiuſq; ſcilicet in ſaccũ ſuũ, darẽntque eis viaticũ pro itinere: factũq; eſt eis ſic. ¶ Impoſito ergo frumẽto ſuo aſinis ſuis, receſſerũt illinc. Et aperiẽs vnus ſaccũ ſuũ, vt daret pabulũ aſino ſuo i diuerſorio, vidit pecuniã ſuã [14]in ſacco ſuo.' Qui dixit ad fratres ſuos, Reddita eſt pecunia mea, en eſt in ſacco meo. [15]Exanimati ergo ſunt,' & obſtupefacti dixerũt inter ſe, [16]Cur hoc' fecit nobis Deus? Venerunt itaque ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaã, & indicauerunt ei omnia quæ illis acciderant, dicentes, Vir ille dominus terræ acerbè loquutus eſt nobiſcum, [17]tractauitque nos' acſi fuiſſemus exploratores terræ. Cui diximus, [18]Probi' ſum⁹, nõ exploratores. Sumus enim duodecim fratres, filij patris noſtri: vnus autem nõ extat, minor natu etiamnum hodie eſt apud patrem noſtrum in terra Chanaan. Rurſum dixit ad nos vir ille dominus terræ, In hoc experiar, [19]probine' ſitis: relinquite apud me vnum aliquẽ ex fratribus veſtris, [20]& annonã tollite pro domibus veſtris,' & abite. Adducitéque fratrem veſtrum natu minorem ad me, vt ſciam vos non ſpeculatores, ſed probos eſſe: tũ dabo vobis fratrem veſtrũ, & in hac terra [21] negotiari poteritis.' Cúmque ſaccos ſuos effunderent, quiſque reperit faſciculũ pecuniæ ſuæ in ſacco ſuo. videntes autem ipſi & pater illorum faſciculos pecuniarum ſuarum, metu perculſi ſunt. Dixitque ad eos Iacob pater illorum, Orbaſtis me, Ioſeph non extat, nec Simeon adeſt, & Beniamin quoque tollitis: [22]ego ſol⁹ hęc omnia patiar.' Dixit ergo Ruben ad patrẽ ſuũ, Si hunc tibi non reduxero, interfice duos filios meos: [23]commenda illum fidei meæ,' & ego tibi eum reſtituam. Et ait, Filius meus non deſcẽdet vobiſcũ: nam frater eius eſt mortuus, & ipſe ſolus reliquus eſt: ſi illi accideret [24]pernicies' in itinere quo proficiſcemini, deduceretis ſeniũ meũ cum dolore [25]in foueam. CAP. XLIII.

INualuerat autẽ fames in terra. Quúmque [ſcilicet] abſumpſiſſent in cibo annonam quam ex Ægypto aduexerant, tunc dixit pater eorum ad eos, [1]Reuertimini, & emite' nobis paululum alimenti. Iuda reſpondit ei, & dixit, [2]Sancte obteſtatus eſt nos' vir ille, & dixit, [3] Ne veniatis in conſpectum meum,' niſi frater veſter veniat vobiſcum: ſi ergo miſeris fratrẽ noſtrum nobiſcum, deſcendemus, & ememus tibi alimentum: Si verò non miſeris, non deſcendemus: nam vir ille dixit ad nos, [3] Ne veniatis in conſpectum meum,' niſi frater veſter fuerit vobiſcũ. Dixit ergo Iſrael, [4]Cur tã inique mecum egiſtis,' vt indicaretis viro illi quòd [5]ſupereſſet' vobis adhuc frater

¶9 Congregauit ¶10 vl, veraces

¶11 Heb. frumẽtum famis domus veſtræ. i. quo expellatis famẽ de familia veſtra.

¶12 Heb. & verificabũtur verba veſtra,

¶13 Heb. & etiã ſanguis eius ecce exquiritũ.

¶14 Heb. in ore ſacci ſui.

¶15 Heb. Egreſſum eſt ergo cor illorum,

¶16 Quid hoc eſt quod &c.

¶17 Heb. tradidit q; nos &c. ſub. in carcerẽ. Vel tradidit ſiue dedit, ꝑ reputauit ſiue exiſtimauit poſitũ eſt. ¶18 vl, Veraces. Aut, Recti ¶19 vel, veracẽſne

¶20 Heb. & famẽ domorum veſtrarũ tollite i. alimenta quibus famem propellatis de domib⁹ veſtris.

¶21 negotiabimini.

¶22 Heb. in me hæc omnia.

¶23 Heb. da eũ in manũ meã.

¶24 vl, mors

¶25 vl, in ſepulchrũ. i. efficeretis vt ego ſenex mœrore & mœſtitia morerer.

XLIII.

¶1. i. Reuertimini emere

¶2 Heb. Conteſtãdo cõteſtat⁹ eſt nos. i. Denũtiauit nobis adhibito iuramẽto. ¶3 Heb. Nõ videbitis faciẽ meã. i. Null⁹ patebit vobis ad me aditus.

¶4 Hebr. Vt quid malefeciſtis mihi, ¶5 eſſet

Reſpõderunt, Diligenter percontatus eſt vir ille nos de progenie noſtra, dicẽs, Viuitne adhuc pater veſter? ẽſtne vobis [alius] frater? Et [6] ſecũdũ huiuſmodi ſermones' reſpõdimus ei: num præſcire poteramus eũ dicturũ, Adducite fratrẽ veſtrum? Dixitque Iudas ad Iſrael patrẽ ſuũ, Mitte puerũ mecũ, vt ſurgamus & abeamus, viuamúſq;, & nõ moriamur nos & tu, ac pubes noſtra. Ego ſpondeo pro eo, [7] de manu mea' require eum: ſi eum non reduxero ad te, & ante conſpectum tuum collocauero eum, ero peccati reus in te omnibus diebus. Etenim niſi moram traxiſſemus, iã ſecundò reuerti eſſemus. Et dixit ad eos Iſrael pater eorum. Si quidem omnino ita fieri oportet, facite hoc, & accipite de nobiliſſimis [fructibus] terræ in vaſa veſtra, & deferte viro illi munus, paululũ reſinæ, & paululum mellis, aromata & ſtacten, [8] iuglandes' & amygdala, & pecuniã [9] aliam' accipite in manum veſtram, deinde & pecuniã quæ repoſita eſt in ſaccos veſtros, deferte in manu veſtra, [10] fortaſſe erratum eſt.' Capite & fratrẽ veſtrũ, ſurgite, reuertimini que ad virum. Deus autẽ omnipotens det vt gratiã impetretis corã viro illo: vt rem ttat vobiſcũ fratrẽ veſtrũ aliũ, & hunc quoque Beniamin. ego interim quẽadmodum [11] orbatus ſum, orbatus ero. ¶ Acceperunt itaque viri illi munus illud, & duplicem pecuniam in manum ſuã, & ipſum Beniamin, & ſurgentes deſcẽderunt in Ægyptum. Cũmque ſtarent corã Ioſeph. & Ioſeph videret Beniamin cum illis, dicebat præfecto domus ſuæ, Introduc viros illos in domum, & [12] macta tu, ac [13] para:' viri enim illi mecũ prãdebunt in meridie. Fecit vir ille quẽadmodũ præceperat Ioſeph, introduxitq; viros illos in domũ Ioſeph. Timuerunt autẽ viri, quũ eſſent introducti in domũ Ioſeph, [14] dicebántque,' Propter pecuniã ipſam quæ in ſaccos noſtros ab initio repoſita eſt, introducti ſumus, [15] vt deuoluat [hoc] in nos,' irruátq; in nos, & capiat nos atque aſinos noſtros, ſeruitutiq; ſubijciat. Et acceſſerũt virũ illũ qui diſpẽſator erat dom⁹ Ioſeph, loquutiq; ſunt ad eũ ad oſtiũ domus, & dixerũt, Mi domine, deſcendimus primũ vt emerem⁹ alimẽ ũ. Quũmq; veniſſemus in diuerſoriũ, aperuimus ſaccos noſtros, & en cuiuſq; pecunia erat in ſacco ſuo, pecunia inquam noſtra iuxta pondus ſuum, quã reportauimus in manu noſtra. Sed & aliam pecuniam portauimus in manu noſtra, vt emamus alimentum, neſcij quiſnam pecuniam repoſuerit in ſaccos noſtros. Qui ait, [16] Eſte bono animo,' ne metuatis Deus veſter, & De⁹ patris veſtri dedit vobis theſaurum in ſaccos veſtros, pecunia veſtra [17] peruenit ad me.' eduxitque ad eos Simeonem. Deinde introduxit vir ille viros illos in domũ Ioſeph: & dedit eis aquã vt lauarẽt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum. Et illi inſtruxerunt munus interim, donec veniret Ioſeph [18] meridie.' audierant enim ſe illic prãſuros. ¶ Ingreſſo verò Ioſeph domũ, intulerunt ei munus, quod habebant, in domum: procideruntque corã illo in terrã. Interrogauit aũt eos [19] nũ rectè haberent omnia, & dixit. Pater veſter ſenex, de quo mihi dixeratis, rectène valet? viuitne adhuc? Reſponderũt, Pater noſter ſeruus tuus rectè valet, & viuit adhuc. & proni inclinabant. Sublatis autem oculis ſuis, vidit Beniamin fratrẽ ſuum, [20] filiũ matris ſuæ,' dixitque, Eſtne iſte frater veſter minor natu, de quo mihi dixeratis? Et ait, Deus [21] miſereatur tui' fili mi. Feſtinauitq; Ioſeph (incaluerant enim [22] viſcera' eius erga fratrẽ ſuũ) & quæſiuit vt fleret, ingreſſúſque penetrale, fleuit ibi. Et lauãs faciem ſuã exiuit, & cõtinuit ſe, & ait. Apponite [23] panẽ.' Et poſuerũt ei ſeorſim, illiſq; ſeorſim, Ægyptijs quoq;, qui cũ eo comedebãt, ſeorſim: quia [24] non poſſunt Ægyptij' comedere

¶6 .i. iuxta id quod fuerat interrogatus.

¶7 .i. à me. Hebraiſmus.

¶8 vel, nuces pineas ¶9 duplicem .i. duplũ argenti accipite.

¶10 Heb. ſi forte error ſit .i. fortaſſe id errore factum eſt.

¶11 vel, orbatus ſui, orbabor .i. quemadmodũ orbat⁹ fui filio meo Ioſeph, orbabor & filio meo Bẽiamin. hoc eſt illũ perdam. q.d. præſagit mihi animus: q̃ orbabor filio meo Beniamin, ſicut orbatus ſum alijs duob⁹, Simeone & Ioſepho.

¶12 ſub. victimã ¶13 vel, inſtrue conuiuium:

¶14 ſub. intra ſe.

¶15 Heb. vt deuoluat ſeſe ſup nos, &c. i. vt hoc prætextu reddat nos ſeruos ſibi.

¶16 Hebr. Pax vobis .i. Nihil eſt periculi.

¶17 .i. eam recepi. ¶18 ſub. ad prandium.

¶19 Heb. de pace [.i. de ſanitate, ſiue incolumitate, rectène valerẽt,] dicens. Rectène valet &c.

¶20 Hebraiſmus, pro vterino. ¶21 .i. faueat tibi. Hebraiſmus.

¶22 vel, miſerationes ¶23 Panis pro omni eſca. ¶24 .i. eſt Ægyptijs illicitum.

At illi reſponderũt, Interrogauit nos homo per ordinem, noſtram progeniem: ſi pater viueret: ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet, Adducite fratrem veſtrum vobiſcum? Iudas quoque dixit patri ſuo, Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerũ: de manu mea require illum. niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus.
Igitur Iſrael pater eorum dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ [a] frugibus' in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum: & illam quam inueniſtis in ſacculis, reportate, ne forte errore factum ſit. Sed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet in vinculis, & hũc Beniamin: ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. ¶ Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniã [b] hodie' mecum ſunt comeſturi meridie. Fecit ille [c] quod ſibi' fuerat imperatum, & introduxit viros domum. Ibique exterriti, dixerunt mutuo, Propter pecuniam quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniã, & violenter ſubijciat ſeruituti & nos, & aſinos noſtros. Quam ob rem in ipſis foribus accedentes ad diſpẽſatorem locuti ſunt, Oramus domine vt audias nos, [e] Iam antè deſcendimus vt emeremus eſcas. Quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſorium, aperuim⁹ ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorum: quã nũc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupijs noſtris. At ille reſpondit, Pax vobiſcum. nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. nam pecuniam quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. eduxitque ad eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie. audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panem. ¶ Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domũ ſuam, obtulerúntque ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram. At ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanúſne pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit? Qui reſponderũt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum, & ait, Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum, De⁹, inquit, miſereatur tui fili mi. Feſtinauitque [d] in domum,' quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculũ fleuit. Rurſúmque lota facie egreſſus, cõtinuit ſe, & ait, Ponite panes. Quib⁹ appoſitis, ſeorſũ Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Ægyptijs quoque qui veſcebãtur ſimul, ſeorſum, (illicitũ eſt enim Ægyptijs comedere

C

¶[a] fructibus

D Ioſeph iubet parari conuiuium fratribus in domo ſua.

¶[c] ſicut

E T. 42. a.

Educit è carcere Simeõ.

F Lauantur pedes fratrũ Ioſeph.

Ioſeph interrogat fratres de patre.

G

Flet Ioſeph.

Fratres epulantur cũ eo.

Ægyptijs illicitũ edere cũ Hebræis.

dere cum Hebræis,& prophanum putat huiuſcemodi conuiuium) ſederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis, ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maiórque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet: biberúntque,& inebriati ſunt cum eo.

CAP. XLIIII.

Iubet Ioſeph ſcyphũ ſuú poni in ſacco Beniamin

PRæcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci. Scyphum autẽ meũ argenteũ, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. factúmq; eſt ita. ¶ Et orto mane, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. Iámque vrbem exierant,& proceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, ait, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito, Quare

Deprehenditur in ſacco Beniamin.

¶[1] cum

B reddidiſtis malum pro bono? Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet: peſſimam rem feciſtis. Fecit ille vt iuſſerat: & apprehenſis per ordinem locutus eſt. Qui reſponderunt, Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitij cõmiſerint? Pecuniam quam inuenimus in ſummitate ſaccorũ, reportauimus ad te de Terra-Chanaan: & quomodo cõſequens eſt vt furati ſimus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud quencunque fuerit inuentum ſeruorum tuorum

C quod quæris, moriatur, & nos erimus ſerui domini noſtri. Qui dixit eis, Fiat iuxta veſtram ſententiam: apud quencunque fuerit inuentum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxij. Itaque feſtinatò deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli. Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphũ in ſacco Beniamin. ¶ At illi ſciſſis veſtibus, oneratiſq; rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum. Primúſque Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph, (necdum enim de loco abierat) omnéſq; ante eũ

Ioſeph fratres furti arguit.

D pariter in terram corruerũt. Quibus ille ait, Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurãdi ſcientia? Cui Iudas, Quid reſpondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus. Reſponditque Ioſeph, Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem abite liberi ad patrem veſtrum. Accedens autem propius Iudas, cõfidẽter ait, Oro domine[1] audi me, vt loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris

Oratio Iudæ ad Ioſeph.

¶[1] mi,

E famulo tuo: tu es enim poſt Pharaonem dominus meus. Interrogaſti prius ſeruos tuos, Habetis patrem aut fratrem? & nos reſpondimus tibi domino meo, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt, cuius vterinus frater mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater verò tenerè diligit eum. Dixiſtique ſeruis tuis, Adducite eum ad me, & ponã oculos meos ſuper illum. Suggeſſimus tibi domino meo, Nõ poteſt puer relinquere patrẽ ſuũ: ſi enim illum dimiſerit, morietur. Et dixiſti ſeruis tuis,

T.42.c.

T.42.a.

cibum cum Hebræis, ſiquidem abominãdum eſt hoc Ægyptijs. Sederunt itaque e regione ipſius, [15] primogenitus iuxta primogenituram ſuam, & minores natu iuxta ætatem ſuam: miratique ſunt viri illi quiſque cum proximo ſuo. Et tulit [16] à ſe fercula ad illos, auctúmq; eſt ferculũ Beniamin præ omnium aliorũ ferculis, idque quintuplo: & bibentes cum eo, vino ſunt exhilarati.

CAP. XLIIII.

IOſeph autem præcepit magiſtro domus ſuæ, & dixit, Imple ſaccos virorum illorum frumẽto quantum [1] capere poſſunt, & repone cuiuſque pecuniam [2] in ſaccum ſuum. Scyphum præterea meum, ſcyphum inquam argẽteum, pone [3] in ſaccum natu minoris, vnà cum pecunia [4] frumenti ſui. & fecit is iuxta mandatum Ioſeph quod mãdauerat. ¶ Mane quũ illuceſceret, emiſſi ſunt viri illi cum aſinis ſuis. Cúmque vrbẽ eſſent egreſſi, & haud lõge abeſſent, ait Ioſeph ad magiſtrũ domus ſuę, Surge, & inſequere viros illos: & quũ apprehenderis eos, dic ad eos, Quare reddidiſtis malũ pro bono? annõ iſte eſt è quo potat dominus meus, & [5] quo augurijs ſcrutatur? male feciſtis hac in re. Apprehendens ergo illos, loquutus eſt cum illis verba iſta. Et reſponderunt illi, Quare loquitur dominus meus talia verba? abſit hoc vt ſerui tui rem iſtam deſignẽt. En pecuniã quã inuenim[us] [6] in ſaccis noſtris, reportauim[us] ad te ex terra Chanaan, & quomodo [7] furaremur aurũ vel argẽtũ è domo domini tui? Apud quẽcunque ex ſeruis tuis hoc inuẽtũ fuerit, is moriatur, & nos quoq; ſerui erimus domini mei. Qui ait, [8] Etiã, fiat ergo iuxta verba veſtra: apud quem inuẽtus fuerit ſcyphus, is ſit ſeruus meus, & vos [9] innocẽtes eritis. Feſtinãtes itaque depoſuerunt quiſque ſaccũ ſuũ in terrã, & aperuit vnuſquiſq; ſaccum ſuũ. Et incepit ſcrutari à maiore natu, deſiitque in minore, & inuẽtus eſt ſcyphus in ſacco Beniamin. ¶ Illi verò cõſciſſis veſtib[us] ſuis, rurſus onerarunt aſinos ſuos, & redierũt in ciuitatẽ. Veniẽſque Iuda & fratres eius in domũ Ioſeph, qui adhuc ibi aderat, corruerunt corã eo ſuper terrã. Quibus dixit Ioſeph, Quidnam hoc eſt quod feciſtis? annõ ſcitis quòd [10] certiſſime augurari poteſt vir talis, qualis ego ſum? Et dixit Iuda, Quid dicemus ad dominum meum? quid loquemur? aut qua ratione [11] excuſabim[us] nos ipſos? Deus [12] inuenit iniquitatem ſeruorum tuorũ: en ſerui ſumus domini mei, nos inquam, & is in cuius manu inuẽtus eſt ſcyphus. Qui reſpõdit, Hoc procul ſit à me, vt iſtud faciã: is in cuius manu inuentus eſt ſcyphus, erit ſeruus meus, vos autem aſcendite in pace ad patrem veſtrum. Tum acceſſit eum Iuda, & dixit, Mi domine, liceat mihi quæſo ſeruo tuo loqui coram domino meo, & ne ſuccenſeat ira tua aduerſus ſeruum tuum: [13] tu enim es perinde ac ipſe Pharao. Interrogauit domin[us] meus ſeruos ſuos hiſce verbis, Eſtne vobis pater aut frater? Et diximus ad dominum meum, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruus [14] qui natus eſt ei in ſenectute, cuius frater mortuus eſt, [15] relictúſque ipſe ſolus ex matre ſua, quem & pater ſuus vnice diligit. Et dixiſti ad ſeruos tuos, Adducite eum ad me, [16] vt ponam oculos meos ſuper eum. Diximus verò ad dominum meum, Nõ poterit puer deſerere patrem ſuum: nam ſi deſereret patrem ſuum, moreretur ille. Et dixiſti ad ſeruos tuos,

¶15 q.d. pro ratione ætatis ſedebant.
¶16 Heb. à facie ſua portiões. vel munera ad &c. .i. è paropſide illi appoſita dedit illis munus ſiue portioné.
¶17 q.d. maximã partẽ dedit ipſi Bẽiamin.

XLIIII.

¶1 ferre ¶2 in ore ſacci ſui.
¶3 in ore ſacci
¶4 tritici eius. .i. ab eo cõparati. ¶5 vel, per quem augurãdo auguratur? Aut, pro quo augurando augurat[us] eſt? q.d. nónne iſte ſcyphus quẽ furati eſtis, eſt ille in quo bibere ſolet dominus meus, pro quo diuinos conſuluit vt ſciret qs eũ ſurripuiſſet? Quidã Hebræorũ vertunt, per quẽ tentãdo tẽtauit vos? reliquit enĩ eũ ante vos vt experiretur an ſurrepturi eſſetis illum. Chaldæus paraph. rimando rimatur? ſiue, inquirendo ĩquirit? Alij ex Hebræis interpretantur, cogitat amiſſionem ſcyphi ex quo bibit, ſibi eſſe malum omen. ¶6 in ore ſaccorũ noſtrorum, ¶7 furati eſſemus ¶8 Hebr. Etiam, nunc iuxta verba veſtra ita fiat. vel, fiat ita vt dicitis: ¶9 vel, innoxij
¶10 Heb. diuinã do diuinat homo. ſub. ſi quippiam amiſerit. Et hæc quidem dicebat, non q̃ augurio vteretur, ſed quæ ad propoſitam rem faciebant loquebatur. q.d. an ignoratis quòd homo ſimilis mei ſoleat augurari, vel conſulere diuinos? Alij vertunt, tentãdo tentat vir &c. ¶11 Heb. iuſtificabimus ¶12 q.d. recordatus eſt iniquitatis ſeruorum tuorum quam admiſerunt perdendo fratrem ſuum. Quidam accipiunt vocem Hebræam AVON, pro mulcta & punitione peccati, vt dicat, Deus inuenit vnde puniret ſeruos tuos ob ſcelus admiſſum in fratrem ſuum. Nunc punit nos ſeruos tuos Deus. ¶13 Heb. nam ſicut tu ſicut Pharao. i. ſimilis es Pharaoni authoritate & poteſtate, authoritate æquas Pharaonem. ¶14 Heb. ſenectutum, ¶15 q.d. mater eius duos tantum genuit, & hic ſolus eſt relictus. ¶16 Hebraiſmus, pro, vt videam eum.

Si non deſcenderit frater veſter minor natu vobiſcum, ne veniatis amplius in conſpectū meū. Factum ergo eſt vt aſcenderemus ad ſeruū tuū patrem meum, & indicaremus ei verba domini mei. Dixit autem pater noſter, Redite, & emite nobis parum alimenti. Et reſpondimus, Non poſſumus deſcēdere: ſi verò frater noſter minor nobiſcum fuerit, deſcendemus: nam'[17]non audebimus'videre faciem viri illius, ſi frater noſter minor non fuerit nobiſcū. Et dixit ſeruus tuus pater meus ad nos, Vos ſcitis quòd vxor mea duos mihi peperit, Vnus quidem egreſſus eſt à me, de quo dixi,'[18]Omnino laceratus eſt,'& non vidi eū hactenus. Et tollitis quoque iſtum à me: [19]ſiqua ei pernicies accidat,[20]deducetis ſeniū meū cū afflictione in foueā.'Nūc igitur quū venero ad ſeruum tuū patrem meum, & puer ille nobiſcū nō fuerit, (quandoquidem[21]animus patris cū animo illius colligatus eſt)'viderítq; puerū non adeſſe, morietur: deducéntq; ſerui tui caniciē ſerui tui patris noſtri cum dolore ad ſepulchrū. Etenim ſeruus tuus ſpopōdit pro puero corā patre meo, dicens, Si nō reduxero eum ad te,[22]peccauero in patrem meum perpetuò.' Nūc igitur remaneat quæſo ſeru' tuus pro puero illo, vt ſit ſeruus domini mei, & puer aſcendat cū fratribus ſuis. Nā quomodo poſſem aſcendere ad patrem meum, ſi puer non fuerit mecū? [23]niſi fortè videre vellem malū quod accidet patri meo. CAP. XLV.

N'On potuit autē Ioſeph ſe cōtinere corā omnibus qui ſtabant iuxta illum, quin clamaret,'En ſubmouete oēs viros à me. & nō manſit vir vllus cū eo, dū ſe cognoſcendū præberet Ioſeph fratribus ſuis. Emitteb.itque vocē ſuā cum fletu, & audierū [hoc] Aegyptij, audiit quoque domus Pharaonis. Et dixit Ioſeph ad fratres ſuos, Ego ſum Ioſeph: viuítne adhuc pater meus? Et nō poterant fratres ſui ei reſpōdere, adeo terrore erāt obſtupefacti'corā illo.' Dixit ergo Ioſeph ad fratres ſuos, Accedite quæſo ad me. Et acceſſerūt, & dixit, Ego ſum Ioſeph frater veſter,'quē vendidiſtis'in Aegyptū. Nūc igitur nolite mœrore confici, [4]neq; commouemini intra vos,'quòd me huc vēdidiſtis: quoniā[5]ad conſeruationem' miſit me Deus ante vos.[6]Et quidē hoc biennio'fames[fuit] in terra, reſtant autē adhuc quinque anni, in quibus neq; agros colent neque metent. Miſit ergo me Deus ante vos, vt [7]ponerē vobis reliquias in terra,[8]& vitā veſtrā ſeruarē. ad magnam euaſionem.'Itaque vos non miſiſtis me huc, ſed Deus, qui & poſuit me[9]patrem'Pharaoni, & dominum totius domus ipſius, & dominatorē per totā terrā Aegypti. Feſtinate ergo & aſcendite ad patrē meū, & ſic dicetis illi, Fili' tuus Ioſeph ſic loquutus eſt. Cōſtituit me Deus dominū totius Aegypti: deſcende igitur ad me, ne differas. Habitabis in terra Goſen, eriſque'[10]penes me,'tu & filij tui, & nepotes tui, greges tui & armēta tua, & quæcūque habes. Ego tibi illic cibū adminiſtrabo, (quoniam [reſtant] adhuc quinque anni famis.) ne fortè inopia labores tu & domus tua, & cuncta quæ habes.[11]Ecce oculi veſtri vidēt, ſimúlque oculi fratris mei Beniamin, quòd os meum loquitur ad vos.' Referetis ergo patri meo omnē gloriā meā in Aegypto, & omnia quæ vidiſtis: accelerate & adducite patrem meum huc. Et ruit in collū Bēiamin, fleuitq;: ſed & Beniamin fleuit ſuper collū illius. Et oſculās omnes fratres ſuos, fleuit ſuper eos, & poſtea loquuti ſunt fratres ei' cū eo. ¶ Et fama ipſa audita eſt in domo Pharaonis,[12]vt dicerēt,'Venerūt fratres Ioſeph. &[13]placuit Pharaoni &

Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, nō videbitis amplius faciem meam. Cum ergo aſcēdiſſemus ad famulum tuum patrē noſtrum, narrauimus ei omnia quæ locutus eſt domin' me'. Et dixit pater noſter, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire non poſſum': ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente, non audemus videre faciem viri. 'At' ille reſpondit, Vos ſcitis quòd duos 'filios' genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eum: & hucuſque non comparet. Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem noſtrum, & puer defuerit, (cum anima illius ex huius anima dependeat) videritque eum non eſſe nobiſcū, morietur, & deducent famuli tui canos eius cū dolore ad inferos. Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopondi dicens, Niſi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque ſeruus tuus pro puero in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis. Non enim poſſum redire ad patrem abſente puero: ne calamitatis quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſſiſtam. CAP. XLV.

F

¶' Ad quæ ſ.17.c.

G

ſ.43.b.

NOn ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph multis corām aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt Aegyptij, omniſque dom' Pharaonis. Et dixit fratribus ſuis, Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? 'Non' poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cum acceſſiſſent propè, Ego ſum, ait, Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in Aegyptum. Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos'in Aegyptum.'Biennium eſt enim quòd cœpit fames eſſe in terra & adhuc quinque anni reſtant: quibus nec arari poterit, nec meti. Præmiſitque me Deus vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ dom' eius, ac principem in omni Terra-Aegypti. Feſtinate, & aſcēdite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioſeph, Deus fecit me dominum vniuerſæ Terræ-Aegypti: deſcende ad me, ne moreris, & habitabis in Terra-Geſſen, eriſq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorū tuorū, oues tuæ, & armēta tua, & vniuerſa quę poſſides. Ibiq; te paſcā, (adhuc enim quinq; anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ poſſides. En oculi veſtri & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos. Nuntiate patri meo vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Aegypto: feſtinate, & adducite eum ad me. Cúmque amplexatus cecidiſſet in collū Bēiamin fratris ſui, fleuit: illo quoq; ſimiliter flente ſuper collū eius. Oſculatúſq; eſt Ioſeph oēs fratres ſuos, & plorauit ſup ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eū. ¶ Auditúmq; eſt & celebri ſermone vulgatū in aula regis, Venerūt fratres Ioſeph. & gauiſ' eſt Pharao atq; om

Ioſeph ſe fratribus agnoſcendum pręgbet.

¶' Nec

B Act.7.b. Conſolatur eos.

ſ.50.c.

C Volūtate Dei miſſ' Ioſeph i Aegyptū, præficit Aegypto, & patrem accerſit.

D

Oſculatur fratres ſuos, flēs

Præcipit Pharao Iacob adduci in Aegyptum.

E

¶17 Hebr. non poſſumus. i. nō patebit nobis aditus ad virū illū. ¶18 Heb. Rapiēdo rapt' eſt. p. Certe dilaceratus eſt à fera. ¶19 vl. ſi acciderit illi mors, ¶20. i. eritis cauſa mortis meæ q ſenex ſum. effi cietis vt præ mœrore moriar. ¶21 anima eius ligata eſt cum anima illius. i. eū vnice diligit. Chaldæus paraphr. Anima eius tā dilecta eſt illi, quàm anima ſua. ¶22 vl, obnoxius ero pœnæ patri meo omnibus diebus.

¶23 Heb. ne forte videam malum quod inueniet patrem meum.

XLV.

¶1 Heb. Nō poterat autem Ioſeph vim facere ſibi omnib' aſtantibus iuxta ipſum, & clamauit. i. Nō potuit Ioſeph, quāuis iuxta ipſū multi aſtarēt, cohibere ſe quin clamaret, Submouete &c. ¶2 Heb. à facie eius.

¶3 Heb. qui vēdidiſtis me

¶4 Hebr. neque indignētur oculi veſtri. i. ne indignemini vos. aut, ne fleatis.

¶5 Heb. ad vitā. i. pro victu ac ſalute. ¶6 Iā enim duobus annis ¶7. i. ſeruaretur poſteritas veſtra.

¶8 Heb. & viuificarem vos euaſione magna. i. eriperē vos à periculo maximo. ¶9 Hic pater pro inſtructore & rectore ponitur. ¶10 vicinus mihi. vl, propinquus, ¶11 q.d. Ipſi agnoſcere poteſtis quòd ſim frater veſter: loquor enim vobiſcum patria lingua, non per interpretem. ¶12 Heb. dicēdo. ¶13 Heb. bonum viſum eſt in oculis Pharaonis, & in oculis ſeruorum eius. i. gratiſſimū fuit Pharaoni & ſeruis eius.

nis familiæ eius. Dixitque ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis, dicens, Onerantes iumenta, ite in Terram Chanaan: & tollite inde patrem veſtrum & cognationē, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam vt tollant plauſtra de Terra-Ægypti, ad ſubuectionem paruulorū ſuorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem

F veſtrum, & properate quantocyus venientes. Nec dimittatis quicquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Ægypti, veſtræ erunt. ¶ Feceruntq; filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecundum Pharaonis imperiū: & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iuſſit binas ſtolas: Bēiamin verò dedit trecētos argēteos cū quinque ſtolis optimis: tātundē pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens eis aſinos decem qui ſubueherent ex omnibus diuitijs Ægypti, & totidem aſinas, triticum in itinere, panēſque portātes. Dimiſit ergo fratres ſuos: & proficiſcentibus ait, Ne iraſcamini in via. ¶ Qui aſcēdētes ex Ægypto, venerūt in Terram-Chanaan ad patrem ſuum Iacob. Et nuntiauerūt ei, dicentes, Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni Terra-Ægypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidiſſet plauſtra & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpirit⁹ eius, & ait, Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

Ioſeph dat dona fratribus.

¶ ei (ſin. nu.

Ad charitaté hortat eos.

E

Nūtiatur Iacob, Ioſeph filiū viuere.

CAP. XLVI.

Profectio Iacob in Ægyptum.

Deus conſolatur Iacob, & promiſſiones renouat.

Act. 7. b.

Filij Iacob.

Exod. 1. a. 6. b

Nume. 26. a.

1. paral. 5. a.

1. Par. 4. a.

1. Paral. 6. a.

1. Par. 2. a. 4. d

1. 18. a.

1. Par. 7. a.

1. Paral. 7. f.

PRofectúſque Iſrael cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum-iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit eum per viſionem noctè vocantem ſe, & dicentem ſibi, Iacob, Iacob? Cui reſpōdit, Ecce adſum. Ait illi De⁹, Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere, ſed deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego deſcēdam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentē: Ioſeph quoque ponet man⁹ ſuas ſuper oculos tuos. ¶ Surrexit autem Iacob à Puteo-iuramenti: tuleruntq; eum filij cum paruulis & vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portandum ſenē, & omnia quę poſſederat in Terra-Chanáan: venitque in Ægyptum cum omni ſemine ſuo, filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies.

B ¶ Hæc ſunt autē nomina filiorū Iſrael qui ingreſſi ſunt in Ægyptum, ipſe cū liberis ſuis. Primogenitus Rubē. Filij Rubē Henoch & Phallu & Heſron & Charmi. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Iamī & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui Gerſon & Caath & Merari. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autē Her & Onan in Terra-Chanáan. Natique ſunt filij Phares: Heſron & Hamul. Filij Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulō: Sared & Elon & Iahelel. hi filij Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ cū Dina filia ſua. omnes animæ filiorū eius & filiarū, trigintatres. Filij Gad: Sephon & Aggi & Eſebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. Filij Aſer: Iamna & Ieſua & Ieſſui & Beria. Sara quoq; ſoror eorū. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphæ, quā dedit Laban Liæ filiæ ſuæ. & hos genuit Iacob ſedecim animas.

Filij Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Beniamin.

ſeruis eius. Dixitq; Pharao ad Ioſeph, Dic ad fratres tuos, Hoc facite, onus imponite iumentis veſtris, & euntes pergite in terram Chanaan, & adducite patrē veſtrum, & [14] domos veſtras, & venite ad me, & [15] dabo vobis bonum terræ Ægypti, & [16] comedite pinguedinem terræ. Et tu quidem [17] iuſſus es, Facite hoc, accipite vobiſcū plauſtra è terra Ægypti pro pube veſtra, & pro vxoribus veſtris, & aduehite patrem veſtrū, & venite. [18] Ne pœniteat vos, ſi ſupellectilem veſtram poſt vos relinquatis: quia [19] bonum vniuerſæ terræ Ægypti veſtrum erit. ¶ Fecerunt autem ſic filij Iſrael, deditque eis Ioſeph currus iuxta mandatū Pharaonis: dedit etiam eis commeatum pro itinere. Dedit inſuper ſingulis [20] veſtes mutatorias: ipſi autem Beniamin dedit trecentos argenteos, & quinque mutatorias veſtes. Patri autem ſuo [21] miſit in hunc modum, Decem aſinos ferētes [22] de bonis Ægypti, & decem aſinas ferentes frumentū, panem, & cibum pro patre ſuo ad iter. Amandauitque fratres ſuos vt abirēt, & dixit ad eos, [23] Ne tumultuemini in via. ¶ Aſcenderunt itaque ex Ægypto, & venerunt in terram Chanaan, ad Iacob patrem ſuum. Et nuntiarunt ei dicentes, Ioſeph adhuc viuit, quin dominatur per totam terram Ægypti. [24] vacillabat autem cor eius: non enim credebat illis. Et loquuti ſunt ad eum cūcta verba Ioſeph quæ loquutus fuerat ad ipſos: cernēſq; quadrigas quas miſerat Ioſeph ad ferendum eum, reuixit ſpiritus Iacob patris eorū. Dixitque Iſrael, [25] Sat ſupérque quòd Ioſeph filius meus adhuc viuit: ibo & videbo eum priuſquam moriar.

CAP. XLVI.

PRofectus itaque Iſrael cum omnibus quæ habebat, venit in Beer-ſeba, & ſacrificauit ſacrificia Deo patris ſui Iſaac. Et dixit Deus ad Iſrael in apparitione nocturna, in hunc modum, Iacob Iacob? Et reſpondit, En præſto ſum. Et dixit, Ego ſum Deus, Deus patris tui, ne metuas deſcendere in Ægyptum: quoniam in gentem magnam faciam te ibidem. Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & reducam te. & Ioſeph ponet manū ſuā ſuper oculos tuos. ¶ Et ſurrexit Iacob de Beer-ſeba, tuleruntque filij Iſrael Iacob patrem ſuum, & paruulos ſuos atque vxores ſuas in plauſtris, quæ miſerat Pharao ad ferendum eum. Et tollētes pecora ſua, & omnes facultates ſuas, quas parauerant in terra Chanaan, venerūt in Ægyptū, Iacob & vniuerſum ſemen eius cum eo. Filij ei⁹, & nepotes ei⁹ cū ipſo, ſed & neptes ex filijs, omne denique ſemen ſuū duxit ſecū in Ægyptum. ¶ Hæc ſunt autem nomina filiorū Iſrael qui venerunt in Ægyptum: Iacob cum filijs ſuis: primogenitus Iacob, Ruben. Filij verò Ruben, Hanoch, Phallu, Hetzrō, & Charmi. Filij Simeonis Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin atque Zohar, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerſon, Kahath, & Merari. Filij Iehudæ: Er, Onan, Sela, Perets atq; Zerah. mortuus verò eſt Er & Onan in terra Chanaan. Filij Perets fuerunt Hetzron atque Hamul. Porrò filij Iſaſchar: Thola, Phua, Iob & Simrō. Filij verò Zebulō: Sered, Elon & Iachleel. Hi filij Leæ, quos genuit ipſi Iacob in Padan-aram, vnà cum Dina filia ſua. omnes animæ filiorum eius & filiarum eius, trigintatres. Filij autem Gad: Ziphion, Haggi, Suni & Ezbon, Eri, & Arodi, atque Areli. Filij Aſer: Iimna, Iiſua, Iiſui, & Bria, atque Serah ſoror eorum. Filij autem Bria, Heber & Malchiel. Iſti filij Zilpa, quam dedit Laban Leæ filiæ ſuæ, peperitque iſtos ipſi Iacob: ſedecim nempe animæ. Filij Rahel vxoris Iacob erant Ioſeph & Beniamin.

¶14 Chaldæus paraph. homines domorum veſtrarum.

¶15 i. optimam partem terræ Ægypti, & fertiliſſimam habitabitis.

¶16 Imperatiuus pro futuro, comedetis

¶17 ſub. à me. i. nunc tibi mādo vt dicas fratribus tuis, Facite

¶18 Hebr. Et ocul⁹ veſter ne parcat iſtrumentis veſtris. i. Omnem ſupellectilem veſtram afferte, neque quicquā relinquatis.

¶19 i. feraciſſima pars vniuerſæ regionis Ægypti veſtra erit. Hebraiſm⁹.

¶20 vel. mutationes veſtiū. hoc eſt, duas veſtes diſſimiles.

¶21 Hebr. miſit ſicut iſtud, Decem &c. id eſt quinq; veſtes, & trecentos nūmos argēteos, præterea decē aſinos

¶22 i. ex optimis quibuſq; terræ Ægypti.

¶23 vel, Ne cōtendatis. ſiue, Ne rixemini. q. ſ. ilicet vēdideritis me.

¶24 q.d. nō ſtatim credidit illis. Alij legunt, diſſolutum eſt cor eius. vel, elanguit. i. tantā conſolationem accepit, vt vitalis eius ſpiritus ceſſarit.

¶25 vel, Sufficit. Alij, Multū eſt q Ioſeph &c. q.d. Abundans eſt mihi gaudium q &c.

¶26 Et, pro vt, more Hebraico, vt videam.

XLVI.

¶1 i. faciam vt relinquas magnam poſteritatem in Ægypto. ¶2 q.d. gratiam & fauorem meum ſemper habebis comitem. ¶3 poſteritatem ei⁹ intelligit, quam reduxit ex Ægypto. ¶4 i. oculos tibi morienti claudet. q.d. illic relinques Ioſeph ſuperſtitē. ¶5 Heb. filiæ eius, & filiæ filiorum eius. ¶6 peperit

Natique ſunt ipſi Ioſeph in terra Ægypti, Manaſſes & Ephraim, quos peperit ei Aſnath filia Potiphâris 'ſacerdotis in On.' Filij Beniamin, Bela, Becher, Aſbel, Gera, Naamã, Ehi & Roſch, Mupim Huppim & Ard. Hi filij Rahel, quos peperit ipſi Iacob: oẽs animæ quatuordecim. Filij Dã, Huſim. Filij Naphtali, Iachzeel, Guni, Iezer & Sillẽ. Hi filij Bilha, quã dedit Laban Raheli filię ſuæ, peperitq; iſtos ipſi Iacob: oẽs animæ ſeptẽ. Itaq; omnes animæ quæ venerunt cũ Iacob in Ægyptũ, [2]egreſſæ de femore ei⁹,'(præter vxores filiorũ Iacob) omnes inquã animæ ſunt ſexagintaſex. Filij verò Ioſeph, qui nati ſunt ei in Ægypto, duæ animæ. Omnes itaq; animæ domus Iacob quæ venerũt in Ægyptũ, ſunt ſeptuaginta. ¶Præmiſit autẽ Iudã ante ſe ad Ioſeph, [9]vt dirigeret ante ſe ad Goſen,' veneruntque in Goſen. Et [10]apparãs' Ioſeph currũ ſuũ, aſcendit obuiam Iſraeli patri ſuo in Goſen: & vt viſus eſt ab eo, ruit in collũ eius, fleuitque ſuper collũ eius [11]'vehemẽter.' Et dixit Iſrael ad Ioſeph, Iã [12]'moriar,' poſteaquã vidi faciem tuã, & [13]quòd tu adhuc viuis. ¶Dixitq; Ioſeph ad fratres ſuos, & ad domũ patris ſui, Aſcendã, & indicabo Pharaoni, dicámque ei, Fratres mei, & domus patris mei qui fuerũt in terra Chanaan, venerũt ad me. Sunt autẽ paſtores gregũ, ([14]fuerũt enim homines pecuarij) adduxeruntq; greges ſuos, armẽta ſua, & omnia quæ habent. Et ſi fiat vt Pharao vos vocet, & dixerit, [15]Quod eſt op⁹ veſtrũ? Reſpõdebitis, Viri pecuarij ſunt ſerui tui à pueritia noſtra vſque in præſens: nõ ſolũ nos, ſed & patres noſtri, vt ſcilicet habitare poſſitis in terra Goſen: [16]quoniã abominandi ſunt Ægyptijs cuncti paſtores ouium.

CAP. XLVII.

Venit itaque Ioſeph, & indicauit Pharaoni, dixitq;, Pater meus, & fratres mei: greges eorũ atque armẽta eorũ, vnà cũ omnibus quæ habẽt, venerũt è terra Chanaan, & en ſunt in terra Goſen. Accipiẽs autẽ quoſdã'è fratribus ſuis,' nẽpe quinque viros, ſtatuit eos corã Pharaone. Dixit autẽ Pharao ad fratres Ioſeph, [2]Quod eſt op⁹ veſtrum? Et reſpõderũt Pharaoni, Paſtores ouium ſunt ſerui tui, tam nos quàm patres noſtri. Dixerũntq; ad Pharaonẽ, Vt incolamus hãc regionem venimus: nõ enim ſunt paſcua gregib⁹ quos habent ſerui tui: quoniã graſſatur fames in terra Chanaan. liceat igitur quæſum⁹, ſeruis tuis vt habitẽt in terra Goſen. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerũt ad te, terra Ægypti' tibi patet:' cura vt pater tuus & fratres tui habitẽt in melioribus[locis]terræ, habitẽt inquã in terra Goſen. & ſi deprehẽderis inter eos viros aliquos[3]induſtrios,' prǽfice eos pecori meo. ¶Adduxit quoq; Ioſeph patrem ſuũ Iacob, & ſtatuit eum corã Pharaone: & Iacob[4]ſalutabat' Pharaonem. Dixit autem Pharao ad Iacob, Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? Iacob reſpondit Pharaoni, Dies annorũ quibus peregrinus fui, triginta ſunt & centũ anni: [5]pauci quidẽ & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, nec attigerũt dies annorũ vitæ patrũ meorũ, quibus ipſi fuerũt peregrini. [7]Agens itaque gratias' Iacob Pharaoni, egreſſus eſt à conſpectu eius. ¶Aſſignauit itaq; Ioſeph patri ſuo & fratribus ſuis vbi habitarẽt, & dedit eis poſſeſſiones in terra Ægypti, in optimis locis regionis, nẽpe in terra Raemſes, quẽadmodũ mãdauerat Pharao. Porrò Ioſeph admiſtrauit cibũ patri ſuo & fratrib⁹ ſuis, & toti domui patris ſui, [8]vt ſolet pubi ſ[...]eri.] ¶[9]Non fuit' panis per vniuerſam terrã[Ægypti.]quoniam graſſabatur fames adeò, vt nõ ſolũ Ægypt⁹, ſed & regio Chanaan'[10]præ caritate annonæ cõtabeſceret.'

¶Natiq; ſũt Ioſeph filij in Terra-Ægypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutiphâris ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes & Ephraim. ¶Filii Beniamin: Bela & Bechor & Aſbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob: oẽs animæ, quatuordecim. Filij Dan Huſim. Filij Nephthali: Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. hi filij Balæ, quã dedit Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ, ſeptẽ. Cúnctæque animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, (abſque vxoribus filiorum eius,) ſexaginta ſex. Filij autẽ Ioſeph qui nati ſunt ei in Terra-Ægypti, animæ duæ. omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta. ¶Miſit autem Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in Ægyptum, vt nunciaret ei, & ille occurreret in Geſſen. Quò cũ perueniſſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcẽdit obuiam patri ſuo ad eundem locum: vidénſque eũ, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioſeph, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. ¶At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem domum patris ſui, Aſcendam, & nunciabo Pharaoni: dicámque ei, Fratres mei & domus patris mei qui erant in Terra-Chanáan venerũt ad me: & ſunt viri paſtores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt ſecum. Cúmque vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens, & nos & patres noſtri. hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in Terra-Geſſen: quia deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium.

CAP. XLVII.

Ingreſſus ergo Ioſeph nunciauit Pharaoni, dicens, Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ poſſident, venerunt de Terra-Chanáan: & ecce conſiſtunt in Terra-Geſſen. Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege: quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Reſponderunt, Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri. Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum, ingraueſcente fame in Terra-Chanáan: petimúſque vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in Terra-Geſſen. Dixit itaque rex ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra-Ægypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terrã-Geſſen. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, cõſtitue illos magiſtros pecorum meorũ. ¶Poſthæc introduxit Ioſeph patrem ſuum ad regem, & ſtatuit eum coram eo: qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? Reſpõdit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt. Et benedicto rege egreſſus eſt foras. ¶Ioſeph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto in optimo Terræ loco, Rameſſes, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnémque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis. ¶In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maxime Ægypti & Chanáan.

C 1.41.f.

1.Par.7.b.& 8.a.

Septuaginta homines ingreſſi Ægyptũ, deu.10.d

D Ioſeph occurrẽs patrĩ oſculatur ipſum.

Paſtores abominãtur Ægyptij.

Ioſeph nunciat Pharaoni aduẽtum patris, & fratres introducit.

B Pharao iubet dari eis terrã Geſſen.

Iacob introductus interrogatũ à Pharaone.

C Ipſi Iacob datur terra Geſſen.

Ioſeph ꝑ pecuniis, & pecorib⁹, & terris dat frumentum.

¶7 Vide annotationẽ de hoc ſuprà cap.41.
¶8 i. quæ ortũ & originem acceperunt ab ipſo Iacob.
¶9 vt indicaret ante illũ i Geſſen. i. vt ſignificaret aduentũ ſuũ in Geſſen. Chaldæus paraphr. vt præpararet locum ante ſe in Geſſen.
¶10 Hebr. ligãs. vel, iungens
¶11 Heb. adhuc. i. aliquãtiſper.
¶12 ſub. iubẽs.
¶13 vel, quia adhuc video te viuentem.
¶14 Hebr. quia homines pecoris ſunt. i. ſolẽt alere pecora. nec vnquã aliã artem exercuerunt, quàm paſtoritiam: ſemper habuerunt curã pecorum.
¶15 i. Quã artẽ exercetis?
¶16 Execrabantur enĩ oẽs illos Ægyptii, qui mactãt animalia, & veſcuntur carnib⁹ eorũ, quum ipſi à taliũ eſu abſtinerẽt, ob venerationem.

XLVII.

¶1 Quidam vertũt, de extremitate fratrũ ſuorũ. ſiue, de extremis fratrib⁹ ſuis. i. eos qui abiectiori erãt aſpectu, & perſona: ne ſi robuſtiores adduxiſſet, Pharao illos in militiã traxiſſet.
¶2 i. Quod op⁹ exercetis?
¶3 Hebr. coram te eſt. q.d. Offero tibi totam Ægyptum: elige quam partem voles pro patre tuo.
¶4 fortes.
¶5 Heb. benedixit. i. ſalutauit, ſalutẽmq; eſt imprecatus. ¶6 q.d. ſi vita mea cõfertur cum vita maiorũ meorũ, breuis eſt, & parũ felix illi vixerunt longiore tempore. ¶7 vel, Vale dicens itaque &c. ¶8 Heb. ſecundum os paruulorum. i. pro ratione & numero paruulorum. ¶9 vel, Non erat ¶10 vel, propter famem contabeſceret.

E quibus omnem pecuniam congregauit pro vẽdicione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cúmque defeciſſet emptoribus pretium, vẽnit cuncta Ægyptus ad Ioſeph, dicẽs, Da nobis

¶ panem: D

panes: quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit, Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cum adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerũt ei, Non celamus domino noſtro quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt ꝙ abſque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidẽte? & nos, & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutẽ regiã, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur

E

Terra in ſolitudinem. Emit igitur Ioſeph omnẽ Terrã-Ægypti, vendẽtibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Ægypti vſque ad extremos fines eius: præter terram ſacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt cõpulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos, En vt cernitis, & vos & terrã veſtrã Pharao poſſidet. accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementẽ & in cibum familiis & liberis veſtris. Qui reſpõderunt, Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantũ dominus noſter, & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſque in præſentẽ diem in vniuerſa Terra-Ægypti, regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

*Sacerdotibus victus à rege datus.*

F

*Homines pro victu, ſe in ſeruos tradunt.*

Habitauit ergo Iſrael in Ægypto, id eſt in Terra-Geſſen, & poſſedit eam: auctúſq; eſt & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decẽ & ſeptem annis:

G

factique ſunt omnes dies vitæ illius, cẽtum quadraginta ſeptẽ annorũ. ¶ Cúmq; appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuã ſub femore meo: & facies mihi miſericordiã & veritatẽ, vt nõ ſepelias me in Ægypto: ſed dormiam cũ patribus meis, & auferas me de terra hac, cõdáſque in ſepulchro maiorũ meorũ. Cui reſpondit Ioſeph, Ego faciã quod iuſſiſti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurãte, adorauit Iſrael Dominũ, cõuerſus ad lectuli caput. CAP. XLVIII.

*S. 24. a. Iacob vult ſe ſepeliri cũ patribus.*

His itaque tranſactis nuntiatum eſt Ioſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui aſſumptis duob⁹ filiis, Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. Dictúmque eſt ſeni, Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Ioſeph ait, Deus omnipotens apparuit

*Ioſeph patrẽ ægrotantem viſitat cũ filijs.*

*S. 28. c.*

Ioſeph igitur collegit omnem pecuniã quæ inueniebatur in terra Ægypti, & in terra Chanaã, pro frumento quod illi coemebant, & intulit Ioſeph illam pecuniam in domũ Pharaonis. Cúmque iam conſumpta eſſet pecunia de terra Ægypti, atque de terra Chanaan, venerunt omnes Ægyptij ad Ioſeph, & dixerunt, Da nobis panem: [11] cur morimur corã te, quum pecunia defecerit? Reſpondit Ioſeph, Date pecora veſtra, [12] & quandoquidem defecit pecunia, dabo vobis pro pecoribus veſtris. Adduxerũt igitur pecora ſua ad Ioſeph, & dedit Ioſeph illis frumentum pro equis, atque pro pecudibus ouium, & pro armentis, & pro aſinis: & ſuſtentauit illos cibo, illo anno pro omnibus pecoribus ſuis. Exacto illo anno, venerũt ad eũ ſecũdo anno, dixerúntque ad illum, Non celabimus hoc dominum meum, exhauſtam eſſe pecuniam, deinde & poſſeſſiones pecorum eſſe apud dominum meum: nec reliquum eſt corã domino meo, niſi corpora noſtra, & humus noſtra: Cur morimur te id cernente, non ſolum autem nos, ſed & [13] agri noſtri? eme nos & terram noſtram pro cibo, [14] eritmúſque & nos & terra noſtra ſeruientes Pharaoni: modo da ſemen vt viuamus, & non moriamur, néve terra in ſolitudinem redigatur. Emit ergo Ioſeph totam humum Ægypti ipſi Pharaoni, quoniam vendiderunt Ægyptij quiſque agrum ſuum, eo quòd fames grauis erat ſuper eos, factáque eſt humus Pharaonis. Populum verò ipſum tranſtulit [15] in ciuitates ab extremis finibus Ægypti. [16] Attamen terram ſacerdotum non emit, [17] quoniam demenſum erat certum cõſtitutũ à Pharaone ſacerdotibus, vt comederent demẽſum quod largit⁹ erat eis Pharao: & ideo non vendiderunt terram ſuam. Et dixit Ioſeph ad populum, Ecce emi vos hodie, ſimúlque terrã veſtram Pharaoni, en vobis ſemen vt ſeminetis terram. [18] Ex prouentu verò eius quintam dabitis Pharaoni: quatuor partes veſtræ erunt pro ſemine agri, atque vt vos comedatis, & qui ſunt in domibus veſtris, & pubes veſtra. Qui reſponderunt, [19] Tu ſeruaſti nos in vita, nos erimus ſerui Pharaonis, modo nanciſcamur gratiam in oculis domini mei. Fecit autem Ioſeph hoc [20] decretum ſuper terram Ægypti vſque in hunc diem, vt quinta pars eſſet Pharaonis: niſi quòd terra ſacerdotum, atque ea ſola, non facta eſt Pharaonis. Habitauit itaque Iſrael in terra Ægypti, nempe in Goſen, & [21] detenti in ea, creuerunt atque multiplicati ſunt vehementer. Vixitque Iacob in terra Ægypti decem & ſeptẽ annis: fuerúntque dies Iacob, [&] anni vitæ eius cẽtum & quadragintaſeptẽ anni. ¶ Appropinquarunt autem dies Iſrael vt moreretur, & vocauit filium ſuum Ioſeph, dixitque ei, [22] Si hanc à te impetro gratiam, obſecro pone nunc [23] manum tuam ſubter femur meũ, & [24] fac mihi hoc beneficium, idque bona fide, ne me ſepelias in Ægypto. [25] Iacebo cum patribus meis: transferas ergo me ex Ægypto, atque ſepelias me in ſepulchro illorum. Et reſpondit, Ego faciam iuxta mandatum tuum. Et ille ait, Iura mihi. Et iurauit ei. [26] inclinauit ergo Iſrael verſus caput lecti.

CAP. XLVIII.

Poſt hæc geſta nuntiatum eſt ipſi Ioſeph. En pater tuus ægrotat. & tulit ſecum duos filios ſuos, Manaſſe & Ephraim. Et nuntiatũ eſt ipſi Iacob tale nũtium, Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. [1] & cõfortauit ſeſe Iſrael, & reſedit ſuper lectũ. Dixitq; Iacob ad Ioſeph, Deus omnipotẽs viſus eſt

¶ 11 cur moriemur coram te? iam enim pecunia defecit. ¶ 12 & ſi defecit &c. ¶ 13 Nam paulo poſt dictus eſt, Ne Terra in ſolitudinẽ redigatur. ¶ 14 vl, vt nos ſimus ¶ 15 vl, de ciuitate in ciuitatem. In ſignũ videlicet ꝙ nihil proprii haberẽt ampli⁹ in Terra. ¶ 16 Tantum ¶ 17 vl, quia portio ſacerdotibus à Pharaone dabatur, comedebántque eã portionem quã cõſtituerat eis Pharao. i. alebat eos Pharao ſumptu pprio: ideo habebãt vnde viuerent, nec penuria cogebantur vendere poſſeſſiones ſuas.

¶ 18 Heb. In prouentibus verò eius &c. vl, In fructibus. i. quũ meſſis tempus aduenerit, & agri prouentum ſuum tulerint. ¶ 19 Heb. Viuificaſti nos: Inueniamus gratiã in oculis domini mei, vt ſimus ſerui Pharaonis. Id eſt, Author vitæ noſtræ es, reſtituiſti nos in vitã: reputabim⁹ hoc pro maximo beneficio, ſi receperit nos in ſeruitutem ſuam Pharao.

¶ 20 in ſtatutũ. vel, in conſuetudinem. Ioſeph ſinquit eſt induxit conſuetudinem, quæ etiam hodie durat, vt regibus Ægyptiorum quinta pars ſoluatur. ¶ 21 habuerunt poſſeſſiones in ea. Vel, facti ſunt poſſeſſores in ea. ¶ 22 Heb. Si nunc [vel, Quæſo] inueni gratiam in oculis tuis. id eſt, Si gratia valeo apud te. Si tibi charus ſum. ¶ 23 Hunc iurandi modum vide ſuprà capite XXIIII. in principio. ¶ 24 Heb. fac mecum hanc miſericordiam & veritatem, neque me &c. Id eſt, iura te haud dubie collaturum in me hoc beneficium, nempe quòd non ſepelies &c. ¶ 25 Heb. Et dormiam cum patribus meis, & auferes me. [Et] primo loco poſitum, accipitur pro aduerbio [quum] ſiue [quando.] Dormire cum patribus, pro mori. Id eſt, Cum mortuus fuero, aufer me ex Ægypto. ¶ 26 vl, adorauit ergo Iſrael ad [vl, ſuper] caput lecti. Id eſt, ſe lẽte eo in ſuperiore parte lecti. XLVIII. ¶ 1 vl, qui reſumptis viribus, reſedit &c. q. d. dedit operam vt ſederet in lectulo ſuo.

mihi in Luſa in terra Chanaan, benedixitq; mihi, & dixit ad me, Ecce ego faciam te creſcere & multiplicabo te, dabóque te vt ſis cœtus populorum, & tradam terram hanc ſemini tuo poſt te, [1]vt poſſideant eam perpetuò. Et nunc duo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Aegypti priuſquã ad te venirem in Aegyptum, [3]mei futuri ſunt, Ephraim ſcilicet & Manaſſe, ſicut Rubẽ & Simeõ. [4]Filij autem tui, ſiqui poſt hos tibi naſcentur, tui erunt. [5]iuxta nomẽ fratrũ ſuorũ appellationem accipient in poſſeſſione ſua. Equidem quũ redirem [6]ex Padan, mortua eſt [7]iuxta me Rahel in terra Chanaan in via, [8]quum adhuc iugero arui abeſſem ab Ephrata: ſepeliuique eam ibidem in via Ephrat, quæ eſt Beth-lehem. ¶Et videns Iſrael filios Ioſeph, dixit, [9]Qui ſunt iſti? Reſpõdit Ioſeph patri ſuo, Filij mei ſunt quos dedit mihi Deus in hoc [loco.] Et dixit, Adduc quæſo eos ad me, vt fauſta illis imprecer. Erant autẽ oculi Iſrael graues præ ſenio, nec poterat videre. & adduxit illos ad eum, qui oſculum dedit eis, & eos eſt complexus. Dixitque Iſrael ad Ioſeph, Quòd faciem tuam viderem, nunquã apud me cogitaſſem, & ecce Deus [10]oſtendit mihi etiã ſemẽ tuum. Et eduxit Ioſeph eos [11]de gremio eius, & [12]pronus inclinauit ad terrã. Accepit autẽ Ioſeph vtrunque, Ephraim in dextera ſua ad ſiniſtram Iſraelis, & Manaſſe in ſiniſtra ſua ad dexteram Iſraelis, & duxit ad illum. Extendens autem Iſrael dexteram ſuã, poſuit ſuper caput Ephraim, qui erat minor natu: & ſiniſtrã ſuam ſuper caput Manaſſe, [13]ſciens ac prudens dirigens manus ſuas, tametſi Manaſſe eſſet primogenitus. Et fauſta imprecatus eſt ipſi Ioſeph. & ait, Deus, in cuius cõſpectu ambulauerũt patres mei, Abrahã & Iſaac: Deus qui paſcit me [14]tota vita mea in hũc vſque diẽ: Angelus quoque ipſe, qui [15]tutatus eſt me ab omni malo, ſumma felicitate fortunet pueros iſtos, [16]vocentur nomine meo, nomineq; patrũ meorum Abraham & Iſaac, & [17]augeſcant in immẽſum in ipſa terra. Videns autem Ioſeph q ponerct pater ſuus manũ ſuã dexteram ſuper caput Ephraim, ægre tulit: & apprehenſa manu patris ſui, transferre eã voluit de capite Ephraim ſuper caput Manaſſis. Et dixit Ioſeph ad patrem ſuum, Non ſic mi pater: nam iſte eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Sed pater eius renuit, & dixit, Scio fili mi, ſcio, [18]ipſe quoque in populũ euadet, & magnus erit: verũtamen frater eius natu minor, erit illo maior, & ſemen eius erit [19]impletio gentiũ. Imprecatus eſt itaq; eis fauſta eodẽ die, & ait, [20]In te fauſta imprecabitur Iſrael, vt dicat, Ponat te Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſen. Et præpoſuit Ephraim ipſi Manaſſe. ¶Dixit verò Iſrael ad Ioſeph, En ego morior, & De⁹ erit vobiſcũ, reducétq; vos ad terrã patrũ veſtrorũ. Et ego dedi tibi portionẽ vnã ſupra fratres tuos, [21]quã tuli de manu Amorrhæi gladio meo ac arcu meo. CAP. XLIX.

VOcans autẽ Iacob filios ſuos, ait illis, Cõgregamini, vt prædicẽ vobis quid euẽturum ſit vobis poſteris temporibus. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſraelem patrem veſtrum.

mihi in Luza, quæ eſt in Terra-Chanáan: benedixitq; mihi, & ait. Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: dabóque tibi terrã hãc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionẽ ſempiternã. Duo ergo filij tui qui nati ſunt tibi in Terra-Aegypti antequam huc venirem ad te mei erunt: [a]Ephráim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabũtur mihi. Reliquos autẽ quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabũtur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim quando veniebã de Meſopotamia, [b]mortua eſt Rachel in Terra-Chanáan in ipſo itinere, eratque vernum tẽpus: & ingrediebar Ephrathã, & ſepeliui eam iuxta viam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Beth-léhem. ¶Videns autẽ filios eius dixit ad eum, Qui ſunt iſti? Reſpondit, Filii mei ſunt quos donauit mihi De⁹ in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Iſrael caligabant præ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus & circũplexus eos, dixit ad filiũ ſuum, Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. Cúmq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram. Et poſuit Ephráim ad dexterã ſuam, id eſt ad ſiniſtram Iſrael: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexterã ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexterã, poſuit ſuper caput Ephráim minoris fratris: ſiniſtrã autem ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat, cõmutans manus. ¶Benedixitq; Iacob [c]filiis Ioſeph, & ait, Deus in cuius conſpectu ambulauerũt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcẽtia mea vſque in præſentẽ diem: [d]angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meũ, nomina quoque patrũ meorũ Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terrã. Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manũ ſuper caput Ephráim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conat⁹ eſt de capite Ephráim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitque ad patrẽ, Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexterã tuam ſuper caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte [e]quippe erit in populos & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo, & ſemen illius creſcet in gentes. Benedixitque eis in tẽpore illo, dicẽs, In te benedicetur Iſrael, atque dicetur, Faciat tibi Deus ſicut Ephráim & ſicut Manaſſe. Cõſtituitque Ephráim ante Manaſſen. ¶Et ait ad Ioſeph filium ſuũ, En ego morior, & erit Deus vobiſcũ, reducétque vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi [f]partẽ vnã extra fratres tuos, [g]quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. CAP. XLIX.

VOcauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis, Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum.

[a]Gen.41.f. Iacob adoptat Ephráim & Manaſſe. B
[b]Ioſ.13.b.d. 16.17.a. [b]Gen.35.c.
Iacob filijs Ioſeph benedicit.
C
Heb.11.d.
[d]Gen.31.d.32.a. Matth.18.b.
D
[e]quidem
Prædicit Iacob liberationẽ filiorũ ſuorum.
[f]Ioſ.13.a.16.a. [g]Ioſ.14.b.
Iacob prædicit quid euẽturũ ſit filiis ſuis.

¶1 Heb. in poſſeſſionem ſeculi. Hoc eſt, ad lõgum tẽpus, vt nonnullis placet. ¶3 Sub. hæredes. ¶4 Heb. Et generatio tua quam genuiſti poſt illos. ¶5 .i. quãdo diuidenda erit hæreditas terræ Chananæorum, comprehendentur ſub Ephraim & Manaſſe. ¶6 .i. ex Meſopotamia. ¶7 vel, mihi. Vide hunc locum ſuprà cap. 35. ¶8 vel, quum adhuc ſupereſſet aliquod terræ ſpatium [vel, milliare terræ] antequam peruenirem ad Ephratham: ¶9 vel, Cuius ¶10 videre fecit me ¶11 de genibus ſuis. Ad Ioſeph refertur, non ad Iacob. q.d. Remouit à ſe filios ſuos, & ſtatuit prope patrem. ¶12 vel, adorauit in terram. i. gratias Deo egit. ¶13 Heb. intelligere fecit &c. .i. ſcite & doctè impoſuit manus ſuas, quẽadmodũ poſtea euẽtus probauit: tãquam manus illæ eſſent conſciæ rerum futurarũ. ¶14 ex quo ſũ ¶15 eripuit ¶16 Heb. vocetur in eis nomen meum. Id eſt, dicantur poſthac filij mei, & filij Abrahæ & Iſaac. ¶17 Vox Hebræa, ſignificat in modum piſcium multiplicari. Creſcunt autem piſces in maximo numero. ¶18 vel, multi populi orientur ex eo, ¶19 Heb. plenitudo. vel, multitudo. i. permultæ gentes ex eo venturæ ſunt. Chaldæus paraph. Filii eius erunt patentes in populis. ¶20 Heb. In te benedicet &c. q.d. Dum populus Iſrael volet filiis ſuis bona imprecari, dicet. Multipliceris vt multiplicatus fuit Ephraim & Manaſſe. ¶21 Quidam Hebræorũ dicunt hæc eſſe dicta per anticipationem, Quam tuli, ſiue accepi: pro, Quam accipiam, nepotéſque mei accepturi ſunt iure bellico. Amorrhæum autem ſolum nominat, quia erant fortiſſimi omnium horum quos Iſraelitæ deuicerunt. Alij putant hîc ſignificari Sichimam, quam ob ſtupratam Dinam acquiſierunt, cuius etiam Iohannes Euangeliſta meminit. Alij intelligunt de Ioſeph, cuius filij duas partes acceperunt: atque ita partẽ vnã vltra fratres ſuos videtur accepiſſe Ioſeph. Eſt autẽ Hebraiſmus, In gladio & arcu meo: pro, iure bellico.

Ruben.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, nõ creſcas: §quia aſcẽdiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

§.35.d.1.para.5.a.

Simeon & Leui.

Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: §quia in furore ſuo occiderunt virum, & in volũtate ſua ſuffoderũt murum. Maledictus furor eorũ, quia pertinax: & indignatio eorũ, quia dura: §diuidi eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.

§.34.d.

Ioſ.19.a.18.a.b.

Iuda. B

Iuda, te laudabũt fratres tui: man⁹ tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. |Catulus leonis Iuda: ad prædam fili aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. Ligans ad vineam pullũ ſuũ, & ad vitem ô fili mi aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ palliũ ſuũ. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

¶⁴tua 1.Para.5.a.

CHRISTVS è Iuda naſciturus. iohã.1.g.7.g. matt.1.a

Zabulon.

Zabûlon in litore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidônem.

Iſſachar.

Iſſachar aſinus fortis accubãs inter terminos. Vidit requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerũ ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens.

Ruben primogenitus meus tu es, robur quidẽ meũ, [1]at principiũ doloris mei, [2]præcipu⁹ ferẽdo, præcipu⁹ robore. Diffluẽs veluti aqua: nõ excelles [prærogatiua,] quoniam aſcẽdiſti lectum patris tui, tum ſtratum meum prophanaſti aſcẽdẽdo.

Simeon & Leui fratres, [4]arma violenta machæræ eorum, [5]in arcanum eorum non veniat anima mea, non in vnum conueniat gloria mea cũ cœtu illorum: quoniã[6] in furore ſuo occiderunt [7]virum, & [8]pro libidine ſua ſuffoderunt murũ. [9]Maledictus æſtus ipſorum, quoniam vehemens eſt: & indignatio eorum, quia dura: diſpertiar eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.

Iehuda tu es, te laudabũt fratres tui, [10]man⁹ tua in ceruice hoſtium tuorum, [11]genu flectẽt tibi filij patris tui. [12]Catulus leonis Iehuda, de præda fili mi aſcẽdiſti. demiſit ſe, & accubuit veluti leo, & veluti leæna, quis excitabit eũ? [13]Non recedet ſceptrũ de Iehuda, [14]& legiſlator de pedibus eius, donec veniat [15]Schilo, & ad illũ [16]Gẽtes cõfluent. Ligans ad vitem pullũ ſuum, & ad [17]ſorec [18]filius meus aſinam ſuam. eluet in vino veſtimentum ſuum, & in ſanguine vuarum operimentum ſuum. [19]Rubicundi oculi à vino, & dentes candidi à lacte.

Zebulon ad portũ maris habitabit, [20]& ad ſtationẽ nautum, latere ſuo ad Zidonẽ pertinget.

Iſaſchar aſinus [21]oſſeus, accubãs [22]inter duos fines. Videns requiem quòd eſſet bona, & [23]terram quòd eſſet amœna: inclinauit humerum ſuum ad baiulandum, factúſque eſt [24]vectigalis.

¶1 & principiũ roboris mei .i. quẽ genui quũ adhuc eſſem fortis, in florẽti ſcilicet ætate mea. Bis idẽ dicit, robur meũ, & principium roboris mei. ¶2 excellẽtia dignitatis, & excellentia fortis, Leuitas ſicut aquæ, ne excellas qa aſcendiſti cubile patris tui: ex quo contaminaſti ſtratum meũ, defecit ſub. cõgreſſ⁹ me⁹ cũ Bala.i. Tibi debebatur ſacerdotiũ & imperiũ, ex teque egreſſuri erant ſacerdotes & reges: verũ leue fuit ei bi igeniũ, leuis fuiſti, & pelliis ad libidinẽ, vt aqua quę celeriter labitur. propterea non excelles: nõ pertinebit ad te ius neque ſacerdotij, neque regni, neque primogenituræ. Aſcendiſti enim cubile meum, & conſtupraſti Balam cõcubinã meam: ex eôque tẽpore quo polluiſti cubile meũ, abſtinui à congreſſu cum ipſa Bala. Chaldæus paraphraſtes ſic vertit, Tu accepturus eras partes tres, primogenituram ſcilicet, ſacerdotium, & regnum. ſed quia ſecutus es voluntatem tuam, ſicut aqua effuſa non proficies. Quidam vertunt poſteriorem periodi partem ad hunc modum, Ex quo violaſti lectum meum, aſcendit .i. abijt: ſubaudi, dignitas tua. hoc eſt, priuatus es dignitate quæ tibi debebatur. Nã primogenito, duæ hæreditatis partes, ſacerdotiũ & regnum, debebãtur: quibus omnibus priuatus fuit: ius primogenituræ ad Ioſeph, (nã duas hæreditatis partes habuit) ſacerdotium ad Leui, regnum verò ad Iudam tranſlatum eſt. ¶3.i.ſocij in ſcelere. ¶4.i.abuſi ſunt armis ſuis ad iniquitatẽ, occidentes innocentes Sichimitas. Alij vertunt, arma iniquitatis in peregrinationibus eorum. Chaldæus paraphraſtes vertit, in terra peregrinationis ſuæ.i.quum peregrinarentur. Reuertebatur enim pater eorum cũ ipſis de Haran, quum occiderunt Sichimitas. ¶5 vl, in arcanum eorũ ne venias ô anima mea: neſis vnà in cœtu eorum ô gloria mea.i.fuge cœtum eorum. Per gloriam, intelligit animam. & eſt repetitio diuerſis verbis. ¶6.i.irati. Hebraiſmus. ¶7 Singulare pro plurali. habitatores enim Sichem intelligit. ¶8 Heb. in voluntate ſua euerterunt murum.i.ſecuti ſuos affectus, euerterunt vrbem Sichem, quæ hîc per murum ſignificatur. Quidam Hebræorum pro muro, vertunt bouem, ſiue taurum, intelligentes ſignificari hoc loco Ioſeph, quem fratres vẽdiderant in AEgyptum. ¶9 vl, Maledicta ira eorum, quia fortis: & furor eorum, quia durus eſt: [propterea] diuidam &c.i.maledicta ira eorũ, quia pertinax: & furor eorum ſit maledictus, quia inexpugnabilis. non enim potuerunt prohiberi ne mortẽ inferrẽt Sichimitis. ¶ vl. O tu Iuda, te &c. ¶10.i.vertes in fugam inimicos tuos, & vinces eos. ¶11.i.tibi tanquã præcellenti, honorem deferent. Quidam hoc de Chriſto intelligunt, quem Iſraelitæ adoraturi erant, qui de tribu Iudæ ortus eſt. ¶12.i. Tu Iuda velut catulus leonis, vinces inimicos, & reportabis ampliſſima ſpolia. Ad poſteros autẽ Iudæ referẽdum eſt: & debent omnia verti per futurum: prophetiæ enim ſunt. ¶13 Dicit regnum permanſurum eſſe in Iuda vſque ad Chriſtũ. ¶14 Heb. & ſcribens [vl, ſcriba, aut ſcribere faciens] de inter pedes eius.i. è pedibus eius. Hoc dicit (inquiunt Hebræi) quòd mos dominantis ſit, vt ſcriba ad pedes eius maneat. Quidam inter eos doctiſſimus dicit rectum eſſe vt vox Hebræa MEHOKEK exponatur pro dominante, ſiue dominatore: quòd is in ſua terra ſcribat, ſiue ponat ſtatuta & leges. acſi dicat, Non recedet virga ſiue ſceptrum de Iuda, & dominator de inter pedes eius.i.de ſemine eius, quod egreditur de inter pedes ei⁹. Alludit ad ſitũ pudẽdorũ quę ſunt inſtrumẽta generationis. In hãc ſentẽtiã vertit Chaldæus paraph. his verbis, & ſcriba de filijs filiorũ eius. ¶15.i.fœlicitas, ſiue, author fœlicitatis, & abundantiæ omniũ rerũ: hoc eſt Chriſtus. Chaldæus paraph. vertit, donec veniat Chriſtus. Doctiſſimus inter Hebræos dicit in dictione Siloch, He poſitũ eſſe pro Vau, quod eſt pronomen, & vertendum, donec veniat filius eius. Filiũ autẽ Iudæ, Chriſtum intelligit, qui de tribu Iudæ deſcendit, cui bona pars Gentiũ credidit. ¶16 erit congregatio Gentiũ.i. congregabũtur ad eũ populi, & obedient ei. ¶17 Eſt genus generoſiſſimæ vitis. ¶18 filiũ [ſiue, pullũ] aſinæ ſuæ. In voce Hebræa בני, Iod vacat. vnde ſolũmodo vertendũ, filius: non autẽ, filius meus, neq; fili mi. ¶19 Rubicundis erit oculis præ vino, & candidis dentibus præ lacte.i. Terra Iuda, ſiue ſors quæ illi obueniet, erit tã ferax vini, vt vir aliquis poſſit ligare aſinũ ſuũ ad palmitem vnũ, & ex eius fructu onerare aſinũ: tanta inquã vini copia erit, vt poſſint in eo lauare veſtimẽta ſua. Rubeſcẽt etiam, inquit, oculi virorũ Iuda ab ipſo vino: tam largiter vinũ proferet terra illa. Quin & lactis in ea tribu tanta erit copia, vt dentes ipſius ex frequenti eius eſu ſint albicaturi. ¶20 vl, & erit in portũ nauiũ, terminúſque eius erit vſque ad Sidonẽ. ¶21 Sic Hebraice: pro forti, præduro, robuſto, aut lacertoſo. ¶22 vl, inter duas ſarcinas, aut, duo onera.i. Hæc trib⁹ erit fortis in periculis ferendis, velut aſin⁹, qui inter duo onera ſi ſuccũbat, reſurgit tamen. Vel potius, inter duas ſarcinas.i.vltro ſuccũbens ſarcinæ, neque eã ferre renuens. Libenter enim tribus Iſſachar tributa ſibi impoſita tulit, quæ potens & ditiſſima erat. Propterea ſequitur, inclinauit humerum. ¶23 ſiue, regionem. q.d. tametſi ſit fortiſſimus, tamen conſyderauit bonum eſſe, viuere in quiete, & regionem ſuam iucundam eſſe ob fructuum ſuauitatem: propterea maluit ferre onus ſibi impoſitũ, & penſitare tributum, quàm continuis atteri bellis. ¶24 Heb. tributo ſeruiens.

[15]Dan iudicabit populum ſuum,[16]quẽadmodũ alia tribus Iſrael.' Futurus eſt Dan ſerpens [17] in via,& aſpis in ſemita,'mordẽs [18]calcaneos equi, ceciditque' eques eius retrorſum. [19] Expectabo' S A L V T E M tuam ô Domine.

[20] Cuneus latronũ graſſabitur in Gad, at ipſe tandem victoria potietur.

[21] De Aſer'pinguis panis illius,' ipſéque dabit [22]delicias regibus.'

Naphtali[23]cerua celeris,edens verba elegãtia.'

[24]Ioſeph filius fructũ edẽs, filius ad fontẽ fructum edens, filiæ incedentes ſuper murũ.[25]Irritarunt eum,contenderunt cũ eo, & odio proſequuti ſunt eum periti ſagittandi:[26]Manſit tamẽ arcus eius firm⁹,roborataq; ſunt brachia manuũ eius,idq; per fortem Iacobi,hinc paſtor lapis Iſraeli.'A Deo patris tui qui adiuuit te, & [27]cũ omnipotente' qui benedixit te [28]benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi cubãtis infra,benedictionibus vberũ & vteri.[29]Benedictiones patris tui ampliores ſunt quàm benedictiones maiorũ meorũ, [40]vſq; ad deſyderabiles colles qui iã olim fuerũt. [41]erũntq; ſuper caput Ioſeph,& in vertice nazaræi fratrum ſuorum.'

Beniamin [42] lupus diripiens,' mane comedet prædam,& ad veſperam diuidet ſpolium.¶[43]Omnes iſtæ ſunt duodecim tribus Iſrael: & hoc eſt quod'loquutus eſt pater eorum ad illos, & bene precatus eſt eis, cuiq; iuxta ſuam[44]imprecationẽ.'Præcepit præterea eis,& ait ad eos, [45] Cũ ego ad populum meum collectus fuero, ſepelite'me ad patres meos,In ſpelunca quæ eſt in agro Ephronis Hithæi,in ſpelunca inquam [46]duplici in agro,' qui eſt è regione Mamre in terra Chanaan, [47] quem [agrum] emit' Abraham ab Ephrone Hithæo in poſſeſſionem ſepulchralem. Vbi ſcilicet ſepulti ſunt Abraham & Sara vxor eius,illic etiam ſepulti Iſaac & Rebecca vxor eius,ibi etiam ſepeliui ego Leam. Emptus eſt verò ager & ſpelunca quæ in eo eſt,ab Hethitis.

Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael.Fiat Dan coluber in via,ceraſtes in ſemita,mordens vngulas equi,vt cadat aſcenſor ei⁹ retro.S A L V T A R E tuũ expectabo Domine. — C Dan. CHRISTVS

Gad,accinctus præliabitur ante eũ: & ipſe accingetur retrorſum. — Gad.

Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. — Aſer.

Nephthali ceruus emiſſus, & dãs eloquia pulchritudinis. — Nephthali.

Filius accreſcẽs Ioſeph,filius accreſcens & decorus aſpectu:filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuiderúntque illi habentes iacula.Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. De⁹ patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum,benedictionibus huberum & vuluæ.Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrũ eius:donec veniret deſyderiũ collium æternorũ:fiant in capite Ioſeph,& in vertice nazaræi inter fratres ſuos. — Ioſeph. 1.par.5.a. D

Beniamin lupus rapax, mane comedet prædã,& veſpere diuidet ſpolia. ¶Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus,benedixitque ſingulis,benedictionibus proprijs.Et præcepit eis, dicens,Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephrõ Hethæi cõtra Mambre in Terra-Chanaan, quã emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri.Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cũ Rebecca coniuge ſua:ibi & Lia condita iacet.¶Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum,& obijt:appoſitúſque eſt ad populum ſuum. — Beniamin. Iacob vult ſepeliri cum patribus. 5.23.d. Moritur.

¶Cúmque iam finẽ faceret Iacob præcipiendi filijs ſuis, [48]collegit pedes ſuos ad lectum,' & expirans,collectus eſt ad populos ſuos.

¶15 Hoc dicit, quia fuerũt iudices è tribu Dã. ¶16 q.d. ſiqua alia ſit quæ iudicet,& illa iudicabit. ¶17 vl, iuxta viã. & ſicut ceraſtes iuxta viã. Repetitio eſt,verbis immutatis. Hic autem laudat eũ ab aſtu bellico. ¶18 vl, vngulas equorum,ita vt cadat &c.

¶19 vl,Expecto .i.Auxilium à te expecto Domine.q.d. Libera me ab aſtutia huius trib⁹. Vl poti⁹,Ex alia tribu tandẽ naſcet Salutare tuum, q eſt Chriſtus.Hebraice legitur in præterito,Expectaui. ¶20 Heb. Gad exercitus inuadet illũ,& expugnabit tandẽ.i. Tribũ quidem Gad exercit⁹ inuadet:at ipſa tãdẽ expugnabit illũ exercitum. ¶21 De Aſer pingui,panis ei⁹ i. de terra Aſer, quæ pinguis erit,naſcetur panis eius.Hoc eſt, abundabit omnibus quæ ad victũ pertinẽt: vt nõ ſit illi opus aliũde ei annonã apportari.¶22 vl,delicias regias.i.tã ſuaues fructus ea terra proferet, vt illis etiã reges contẽti eſſe poſſint. ¶23 vl,velut cerua miſſa q daturus eſt verba pulchritudinis.i.erit elegãtiſſima & formoſiſſima hæc trib⁹,qualis eſſe cerua ſolet quæ ad aliquẽ principẽ mittitur.vl,valebit celeritate pedũ:erit præterea facũdiſſima. ¶24 Sl. ut ram⁹creſcẽs Ioſeph,ramus inquã creſcẽs iuxta fontẽ:[erit velut]puellæ incedẽtes iuxta mœnia.Hoc eſt,erit velut plãtula formoſiſſima,mirũ in modũ creſcẽs propter abũdantiã humorũ.Cõuertet oculos omniũ in ſe,velut puellæ quæ incedũt iuxta muros vrbis,vt vidẽdas ſe præbeãt ob pulchritudinẽ.Alij vertũt,Fili⁹ ramoſæ arboris iuxta fontẽ:filiæ diſcurrerũt iuxta murũ.Hoc eſt,erit velut arbor iuxta fontẽ plantata,& ob id gratiſſima:filiæ diſcurrerũt ſuper murũ,vt pulchritudinẽ eius contẽplarentur. ¶25 Heb.Et amaritudine afflixerũt eũ,& iaculati ſunt,& odio habuerunt eũ magiſtri telorũ.i.ſagittarij iacula miſerunt in eũ.Hoc eſt multos habitura eſt inimicos tribus Ioſeph.Præteritũ enim pro futuro poſitũ eſt. ¶26 Heb. Sed ſedit in loco forti arcus eius, & fortia fuerũt brachia manuũ ei⁹ à manibus fortis Iacob, vnde pauit lapidẽ Iſraelis.i. Habitauit in loco forti, cum auxilio forti defendit illũ locus fortis,& milites fortes,ope & auxilio fortis Dei Iacob:vnde,ſiue à quo Deo, & cui⁹ ope pauit lapidẽ & baſim Iſrael, nempe me Iacob qui ſum pater omniũ Iſraelitarũ Poſtquã enim multa perpeſſus fuerat, & varijs iaculis petitus à fratribus & domina ſua tandẽ Dei auxilio immobilis permãſit,& nutriuit patrẽ & fratres.Quidã hæc in futuro legunt,q ſit prophetia,Sedebit,& fortia erũt. ¶27 ab omnipotẽte &c.ſub. hæc omnia tibi cõtigerunt. ¶28.i.Habitabit in terra fertiliſſima ob frequẽtes pluuias & rores de cælo agros irriguos,& copioſos frugũ prouẽtus habebit. Fœlix erit præterea,gregũ & liberorũ copia.Hebraiſm⁹ Abyſſum vocat mare.q.d.Dabit tibi tẽpeſtiuã & opportunã pluuiã.Alludit ad nubes quæ excitãtur ſurſum è mari.Chaldæus paraphraſtes vertit, Benedictionibus quæ aſcẽdũt de profundis terræ.In regione ſicca,magni beneficij eſt pluuia. ¶29.i.Benedictiones quib⁹ benedico tibi,maiores erunt benedictionibus quibus benedixerũt mihi maiores mei.q.d.Eris multo fœlicior me. ¶40 [quæ]vſq; ad extremitatẽ colliũ mũdi. Subaudi,durabũt.i.omni tẽpore quo ſteterit terminus colliũ mũdi,erũt hæ benedictiones. Alij ſubaudiũt,pertingẽt.tunc ſignificat maximas futuras benedictiones. ¶41 erũntq; [benedictiones]ſuper caput Ioſeph,& ſuper verticẽ coronati fratrũ ſuorũ.i.ſuper verticẽ eius qui eſt princeps inter fratres ſuos. Alij vertunt ſecuti Chaldæũ paraph.Sup verticẽ eius qui fuit ſeparatus à fratrib⁹ ſuis. Eſt autẽ repetitio verbis immutatis more Hebræorũ qui gaudẽt repetitionibus.Separat⁹ fuit Ioſeph quãdo venditus fuit. ¶42 vt lupus rapiet.i.ſuperabit inimicos,lacerabit prædam,& omnia faciet quæ ſolẽt facere victores.Hebraiſmus. ¶43 Heb.Omnes iſtæ tribus Iſrael,ſunt duodecim. hoc igitur eſt quod &c.Hoc eſt, Ab iſtis duodecim ſunt denominatæ duodecim tribus Iſrael. ¶44 Heb.benedictionẽ.i.precatus eſt eis quæ poſtea euenerũt illis. ¶45 Heb.Ego congregor ad populũ meũ:& ſepelite.vl,propterea ſepelite &c.i.in eũ locũ abeo ſiue diſcedo,vbi nũc ſunt maiores mei, hoc eſt,ad ſedes beatas.q.d. morior. ¶46 quæ eſt in agro duplici. ¶47 quam [ſpeluncam]emit &c. ¶48 vl, retraxit pedes ſuos in lectum,

CAP. L.

Vngitur corpus Iacob.

QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper facié patris flens & deoſculans eũ. Præcepitque ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirẽt patrem. Quibus iuſſa explentibus, tranſierũt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerũ cõditorum.

Plãctus Ægyptiorum.

flenitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. ¶Et expleto planctus tẽpore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis. Si inueni gratiã in cõſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quòd pater meus adiurauerit me dicẽs, En morior, in ſepulchro meo§ quod fodi mihi in Terra-Chanáan, ſepelies me. Aſcendã igitur, & ſepeliã patrem meũ, ac reuertar.

Z.47.g.

Dixitque ei Pharao, Aſcẽde, & ſepeli patrem tuũ ſicut adiuratus es.

Ioſeph ſepelit patrẽ in B Chanáan, cũ magno comitatu & planctu.

Quo aſcẽdente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu Terræ-Ægypti: dom⁹ Ioſeph cũ fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereliquerant in Terra-Geſſen. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. Venerúntque ad Aream-atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptẽ dies.

Celebrantur exequiæ Iacob.

Quod cum vidiſſent habitatores Terræ-Chanáan, dixerunt. Planctus magnus eſt iſte Ægyptijs. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus-Ægypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis: & portantes eum in Terram-Chanáan, §ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, §quam emerat Abrahã cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciẽ Mambre.

Act.7.b. Z.23.d.

C

¶Reuerſúsque eſt Ioſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis & omni comitatu, ſepulto patre.

Fratres Ioſeph orant veniam.

Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes, Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus* Mandauerunt ei dicẽtes,

*ei,

Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerũt in te. nos quoque oramus vt° ſeruo Dei patris tuo dimittas iniquitatem hãc.

¶°ſeruis Dei patris tui Ioſeph fratribus iniuriam remittit, & eos blãde alloquitur. D Z.45.b. Mala conſilia Deus vertit in bonum.

Quibus auditis fleuit Ioſeph. Venerúntque ad eũ fratres ſui: & proni adorantes in terram, dixerunt. Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit. Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere volũtati? Vos§ cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſicut impræſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos. Nolite timere: ego paſcam vos & paruulos veſtros. conſolatúſque eſt eos, & blãdè ac leniter eſt locut⁹. ¶Et habitauit in Ægypto cũ omni domo patris ſui: vixitque cẽtũ decem annis. Et vidit Ephráim filios vſque ad tertiam generationẽ. §Filij quoque Machir filij Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph.

Num.32.g.

¶Quibus trãſactis §locutus eſt fratribus ſuis, Poſt mortẽ meã Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Cúmque adiuraſſet eos, atque dixiſſet, Deus viſitabit vos, §aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: mortuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Et conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

Heb.11.d. Ioſeph prædicit liberationem fratrũ ſuorum. Exod.13.d. Ioſue 24.g. Ioſeph moritur.

CAP. L.

RVitque Ioſeph in faciem patris ſui, & fleuit ſuper eum, oſculatúſque eſt eum. Porrò Ioſeph ſeruis ſuis medicis mandauit vt aromatibus condirent patrem ſuum: & aromatibus condiuerũt medici Iſraelem. Et exacti ſunt ei quadraginta dies (nam [1]ſic implentur dies eorũ qui aromatibus condiũtur,) & luxerũt eũ Ægyptij ſeptuaginta dieb⁹. ¶Trãſactis autẽ dieb⁹ luctus eius, loquutus eſt Ioſeph ad domũ Pharaonis, in hæc verba, [2] Impetrem quæſo hanc gratiam à vobis, vt loquamini ad Pharaonem huiuſmodi verba, [3]Iuramento adegit me pater meus, dicẽs, En ego morior. ſepeli me i ſepulchro meo quod mihi fodi in terra Chanaan: nunc igitur [4]aſcendam, obſecro, & ſepeliã patrẽ meum, atq; reuertar. Et dixit Pharao, Aſcende, & ſepeli patrẽ tuũ quẽadmodũ te [3]ſacramẽto adegit. Quũ igitur Ioſeph aſcenderet ad ſepeliendũ patrẽ ſuũ, aſcẽderũt cũ eo omnes ſerui Pharaonis, ſeniores domus eius, & cuncti ſenes terræ Ægypti. Sed & vniuerſa domus Ioſeph & fratres eius, atque domus patris ſui: duntaxat pubẽ ſuã, greges ſuos atque armenta ſua reliquerunt in terra Goſen. Aſcenderũt quoq; cum eo currus & equites, & facta eſt turma magna valde. Et venerunt ad areã Atad, quæ eſt [5]cis Iordanem, & planxerunt ibi plãctu magno ac acerbiſſimo: luxitq; patrẽ ſuũ ſeptem diebus. Habitatores autem illius regionis, nẽpe Chananæi, quum viderẽt luctũ in area Atad, dixerunt, Luctum ingentẽ habent Ægyptij: & ob hanc cauſam vocatum eſt nomen illius [loci] [6]Abel-Mitzraim, qui eſt [5]cis Iordanẽ. Fecerunt ergo ei filij eius quemadmodum mãdauerat illis. Nã abduxerũt eũ filij eius in terrã Chanaan, & ſepelierunt in ſpelunca duplicis agri, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionẽ ſepulchralẽ, ab Ephron Hithæo, è regione Mamre. ¶Reuerſúsq; eſt Ioſeph i Ægyptũ poſtquã ſepelierat patrẽ ſuũ, ipſe & fratres eius, atq; omnes qui aſcenderãt cũ eo, ad ſepeliẽdũ patrẽ eius. Fratres autẽ Ioſeph animaduertẽtes ꝙ pater eorum mortuus eſſet, dixerunt, [7]Quid ſi odio nos proſequatur Ioſeph, [8]planẽq; rependat nobis vniuerſum malũ quod in eũ deſignauimus? [9]Significabãt ergo [ſe] in hãc ſententiã, Pater tuus priuſquã moreretur ſic mãdauit, Sic dicetis Ioſeph, [10]Ignoſce quæſo nunc fratribus tuis in iniquitate & peccato eorũ: nã maleſecerunt tibi: & nunc ignoſce quæſo iniquitati ſeruorũ Dei patris tui. Ioſeph autẽ fleuit quum illi loquerẽtur cũ eo. [11](Venerãt enim fratres ſui ad eũ, & proni prociderant in terrã coram eo, dicentes, Ecce, nos ſumus ſerui tui.) Quibus dixit Ioſeph, Ne metuatis, [12]nũ Dei loco ego ſum? Equidẽ vos cogitaſtis aduerſus me malũ, at Deus [13]cogitauit id ipſum in bonũ, vt faceret quẽadmodũ hodie apparet, [14]vt ſcilicet ſeruaret i vita populũ multũ. Ne igitur metuatis, ego adminiſtrabo cibũ vobis & pubi veſtræ. cõſolatúſq; eſt eos, & loquutus eſt [15]in cor eorũ. ¶Habitauit itaq; Ioſeph i Ægypto ipſe & dom⁹ patris ſui, vixitq; cẽtũ & decẽ annis. Vidit etiã Ioſeph ex Ephraim [16]tertios filios. ſed & filij Machir filij Manaſſe [17]nati ſunt ſup genua Ioſeph. ¶Dixit verò Ioſeph ad fratres ſuos, [18]Me mortuo, De⁹ certiſſime viſitabit vos, & reducet vos è terra iſta, ad terrã quã iurauit Abrahã, Iſaac & Iacob. Et Ioſeph [19]adegit filios Iſrael tali ſacramẽto, Quũ Deus vos viſitabit, aſportate oſſa mea hinc. Mortu⁹ itaq; eſt Ioſeph, quũ eſſet natus cẽtum & decem annos, & condierunt eum aromatibus, poſuerúntque [eum] in arcam in Ægypto.

¶1 .i. apparatus ille nõ abſolutè ante quadrageſimum diem. ¶2 Heb. Si quæſo inueni gratiã in oculis veſtris, loquimini obſecro &c. i. Si vobis grat⁹ ſum ¶3 Heb. Iurare fecit &c. ¶4 .i. iubeat me aſcendere, &c. ¶5 vl, vltra ¶6 .i. Luct⁹ Ægyptiorum. ¶7 vl. Forte ꝑſequetur nos odio ¶8 Heb. reddẽdóq; reddet ¶9 Heb. Præceperũt igitꝰ [nũtio miſſo] ad Ioſeph, vt diceret, ¶10 vl. Condona quæſo nũc iniquitatẽ fratrũ tuorũ, & peccatum eorum. ¶11 Sine parentheſi melius legetur, quippe nũtiũ ſubſequuti ſint. Venerũt enim fratres ei⁹ ad eũ, & ceciderũt in cõſpectu e⁹. vl. proſtrauerũt ſeſe ante illum, dicentes &c. ¶12 vl. nũ Deus ego ſum? ſub. vt ſic fecerim. q.d. Hoc nõ factũ eſt cõſilio meo, ſed diuino. Alij ſic intelligũt. Nolite timere: quia de vobis ſupplicium nõ ſumam. neq; enim De⁹ ſum. Alij exiſtimant hoc ab eo propterea dictũ eſſe, ꝙ à fratribus adoraretur. quaſi diceret, Hic honos Deo, nõ mihi haberi debet. ¶13 Cogitauit, ꝑ cogitauit vt verteret in bonũ, ſimúlque conuertit. ¶14 Heb. vt viuificaret. i. vt me exaltaret, & cõſtitueret principẽ, vt multos populos miniſterio meo paſceret tẽpore famis, ne morerẽtur. ¶15 vl, iuxta cor eorũ. Hebraiſmus. p. leniuit verbis mœſtitiã eorũ. familiariter locutus eſt, & timorẽ exemit. ¶16 Heb. filios tertiorũ. i. quartã generationem. ¶17 educati ſunt ad genua, vl, in gremio [Ioſeph. i. educati apud Ioſephũ, amãter ſuſcepti & plauſibiliter in ſinum repoſiti, tractatiq; cũ gaudio. ¶18 Heb. Ego morior. & Deus viſitando viſitabit vos. &c. i. Inſtat dies mortis meæ: me autẽ mortuo Deus viſitabit vos, &c. ¶19 Iurare fecit filios Iſrael, dicẽdo, Viſitãdo viſitabit vos Deus: [tunc] aſportate &c.

Hz. [illegible] (c5) 4.85.

# Liber Exodus, Hebraice Veelle ſemoth.

Secundus liber Moſis Græce dicitur ἔξοδος, exodus.i. exitus. quod nomen habet ab inſigni illo ac ſtupendo miraculo quo filij Iſrael egreſſi ſunt ex Ægypto, & priſtinam, diúque expectatã libertatem recuperarunt. Hebraice verò, VELLE SEMOTH.i. Et hæc ſunt nomina, nũcupatur, a primis huius libri vocibus.

N. CAP. I.

¶1 .i. familia. Commendatur i hoc libro gloria Dei, & fides promiſſionum eius, qui ex tantulo numero tantã multitudinem procreauerit. Recenſet autem nomina filiorũ Iſrael, idque ex ordine quo nati ſunt, vt cõmodius præſenté hiſtoriam proſequatur.

¶2 Beniamin præponitur Dã, & alijs, nõ quòd eſſet maior natu, ſed quoniã ij eſſent filij ancillarum.

¶3 nam Ioſeph erat &c. q.d. cauſa deſcẽſus eorum in Ægyptũ fuit Ioſeph, quòd is gratia valeret apud regẽ Ægypti.

¶4 vſ, omnis illa generatio.i. homines illius ætatis. Hoc dicit, vt oſtendat afflictionem nõ accidiſſe Iſraelitis viuente Ioſepho.

¶5 Vox Hebræa, proprie de piſcib⁹ dicitur qui fœtum edũt multiplicem & numeroſum.

HAEC ſunt nomina filiorũ Iſrael, qui venerũt in Ægyptum cum Iacob, quiſque cum [1]domo ſua ingreſſus eſt: Ruben, Simeon, Leui & Iehuda, Iſaſchar, Zebulon & [2]Beniamin, Dan, Naphtali, Gad & Aſer. Fuerunt autẽ omnes animæ egreſſæ de femore Iacob, ſeptuaginta: [3]Ioſeph verò fuit in Ægypto. Mortuúſq; eſt Ioſeph & omnes fratres eius, atq; [4]totũ hoc ſeculũ. Et creuerunt filij Iſrael, [5]vermiúmque more ſcaturierunt, aucti in immenſum, & roborati ſupra modum, ita vt [6]terra ipſis impleretur. ¶Exoritur interim rex nouus ſuper Ægyptũ, qui [7]Ioſeph nõ nouerat, qui dixit ad populũ ſuũ, En populus [8]filiorum Iſrael maior eſt & fortior nobis, Agite, [9]callide circũueniamus eum, ne augeſcat: [10]fieret enim, ſi nobis bellũ ingrueret, vt iunctus hoſtibus, contra nos pugnaret, atque ex terra emigraret. Conſtituerunt ergo ſuper [ſpopulum Iſrael] præfectos qui tributa exigerent, [11]affligeréntque eũ oneribus ſuis: extruxerúntque vrbes Pharaoni, quæ eſſent [12]repoſitoria, nẽpe Pithom & Raameſes. Quo verò magis eũ afflixerunt, hoc magis augeſcebat & [13]erumpebat, [14]vt nauſeam conciperent à filijs Iſrael. In ſeruitutem itaque redegerunt Ægyptij filios Iſrael, idque [15]cum ſæuitia. Hinc [16]facta eſt illis vita amara, in ſeruitute illa graui ac dura, nempe luto & lateribus, omnique ſeruitio ruris: [in ſumma,] omnis ſeruitus, qua illos premebãt, ſæuiſſima erat. ¶Dixit præterea rex Ægypti obſtetricibus Hebræis, [17]quarum vna vocabatur Siphra, altera Pua: dixit inquam, Quando in partu affueritis Hebræis mulieribus, videritiſque [18]eas in partu filium parturire, interficite eum: ſi filia fuerit, [19]viuat. Timuerũt verò obſtetrices Deũ, & non fecerunt quod præceperat eis rex Ægypti, [20]ſeruarúntque filios viuos. Rex ergo Ægypti vocauit obſtetrices, dixitque ad eas, Cur feciſtis rem iſtam, vt ſeruaretis filios viuos? Reſpõderũt obſtetrices Pharaoni, [21]Quoniam Hebrææ mulieres nõ ſunt ſicut mulieres Ægyptiæ: ſunt enim [22]vegetæ, [&] priuſquã veniat ad eas obſtetrix, pariunt. Et benefecit Deus obſtetricibus, & multiplicatus eſt populus, & [23]roborati ſunt vehementer. Quandoquidem verò obſtetrices Deũ timuerant, fecit eis [24]domos. Præcepit autem Pharao omni populo ſuo, dicens, Omnem prolem maſculam in flumen deijcite, omnem verò fœminam [25]ſeruate viuam.

V. CAP. I.

HAEC ſunt nomina filiorũ Iſrael qui ingreſſi ſunt in Ægyptũ cũ Iacob: ſinguli cũ domibus ſuis introierũt: Rubẽ, Simeõ, Leui, Iudas, Iſſachar, Zabulon & Beniamin, Dan & Nephthali, Gad & Aſer. Erãt igitur omnes animæ eorũ qui egreſſi ſunt de femore Iacob, ſeptuaginta: Ioſeph autem in Ægypto erat. Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omnique cognatione ſua: filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinãtes multiplicati ſunt: ac roborati nimis, impleuerunt Terrã. ¶Surrexit interea rex nouus ſuper Ægyptũ qui ignorabat Ioſeph: & ait ad populum ſuum, Ecce, populus filiorũ Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite, ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de Terra. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Rameſſes. Quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant: oderantque filios Iſrael Ægyptij, & affligebãt illudentes eis & inuidentes. Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorũ operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. ¶Dixit autem rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis, Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi fœmina, reſeruate. Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, ſed cõſeruabant mares. Quibus accerſitis ad ſe rex ait, Quidnã eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis? Quæ reſponderunt, Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariũt. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus: & creuit populus, cõfortatúſque eſt nimis. Et quia timuerũt obſtetrices Deũ, ædificauit eis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo, dicens, Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reſeruate.

Gen. 46. a. Filij Iacob ingreſſi Ægyptum.

Act. 7. c.

B Nou⁹ Pharao opprimit populũ Iſrael.

C

Obſtetrices Deum timentes conſeruãt pueros Hebræorum. ſap. 18. b.

D

Obſtetricib⁹ puidet Deus timentibus ipſum.

¶6 ſub. in qua habitabant. ¶7 .i. beneficia quæ Ioſeph cõtulerat in Ægyptios. ¶8 filij Iſrael. Nominatiuo caſu per appoſitionem dictum, En popul⁹, nẽpe filij Iſrael. En populus iſte, populus Iſraeliticus. ¶9 Heb. ſapientiores ſimus illo. vſ, ſapientes ſimus propter eum. Hoc eſt, inueniamus rationem aliquam callidam & ſubtilem qua opprimere poſſimus illum, ne multiplicetur. ¶10 Heb. & accidat vt cum ingruerint crebra bella, addatur etiam ipſe [vſ, adiungat ſeſe] inimicis noſtris, atque nos oppugnet, & aſcendat de terra. vſ, hinc abeat. ¶11 vt affligerent eum. ¶12 Vox Hebræa ſignificat hic theſauros, vt vertit Chaldæus paraph. vel loca in quibus reponuntur triticum, oleum, vinum, & huiuſmodi. ¶13 multiplicabatur. ¶14 ita vt moleſtia afficerẽtur propter filios Iſrael. vſ, tædebat eos vitæ propter &c. Viſa ſcilicet proſperitate Iſraelitarum. ¶15 vſ, tyrannice. aut citra vllam clementiã & miſericordiam. ¶16 amaritudine affecerunt vitã illorum ſeruitute inclementi, in luto [ſub. parãdo,] & lateribus, omnique opere ruſtico, in quo eorum opera vtebãtur citra miſericordiã. ¶17 Principes oportet fuiſſe iſtas duas inter alias obſtetrices, quas ſolas vocauerit: alioqui ſolæ non ſuffeciſſent. ¶18 ſedem: ſi mas fuerit, &c. Sedem vocat, in qua recipitur fœtus dum cadit ex vtero matris. Alij exiſtimãt eam eſſe ſedem in qua ſedebat pariens. Alij dicunt vocem Hebræã HAAVENAIM, ſignificare vuluã: & per vuluã ſignificari fœtũ. q.d. quũ videritis fœtũ qui egreditur ex vtero matris. ¶19 Heb. tũ viuet. ¶20 Heb. viuificauerúntq; mares. i. dederunt operam vt mares æditi in lucẽ, ſeruarentur incolumes. ¶21 Subaudiendũ aliquid, Id accidit, quòd mulieres Hebrææ &c. ¶22 viuaciores. vſ, robuſtiores. Chaldæus paraph. Quia ſapiẽtes & prudentes ſunt. i. nouerunt artẽ obſtetricãdi. ¶23 vſ, creuit ¶24 .i. familias. hoc eſt, reddidit eas fœcũdas ex viris ſuis. propterea Hebraice vſus eſt Moſes relatiuo fœminino: quia nomen à viris accipiunt familiæ. Aliquando tamen ם pro ן accipitur. Dedit, inquit, illis prolẽ numeroſiſſimã. ¶25 Heb. viuificate.

CAP. II.

Moyſes nat⁹ exponitur in carecto. ¶.6. num.26.g.1. par.23.c.

EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui. Et accepit vxorem ſtirpis ſuæ: quæ cōcepit, & peperit filiū: & videns eum elegantē abſcondit tribus menſibus. Cúmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellā ſcirpeā, & liniuit eam bitumine ac pice: poſuitq; intus infantulū, & expoſuit eū in carecto ripæ fluminis, ſtante procul ſorore eius, & conſyderante euentum rei.

Act.7.c.heb. 11.d.

¶ Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è famulabus ſuis: & allatā aperiens, cernénſque in ea paruulū vagientē, miſerta eius, ait, De infantibus Hebræorū eſt hic.

Adoptat à filia Pharaonis. B

Cui ſoror pueri, Vis, inquit, vt vadā, & vocē tibi mulierē Hebræā, quæ nutrire poſſit infantulū? Reſpondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrē ſuā. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerū iſtū, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuā. Suſcepit mulier, & nutriuit puerū: adultúmque tradidit filiæ Pharaonis. Quē illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomē eius Moyſes, dicēs, Quia de aqua tuli eū.

Moyſes.

Ægyptiū occidit Moyſes affligentem Hebræum. heb.11.e.

¶ In diebus illis poſtquā creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditque afflictionē eorū, & virū Ægyptiū percutientē quendā de Hebræis fratribus ſuis. Cúmque circūſpexiſſet huc atque illuc, & nullū adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptiū abſcōdit ſabulo.

Inter rixantes pacē componere nititur. C

¶ Et egreſſus die altero conſpexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriā, Quare percutis proximū tuū? Qui reſpondit, Quis conſtituit te principē, & iudicē ſuper noſtrū? occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Timuit Moyſes, & ait, Quomodo palàm factū eſt verbū iſtud?

Fugit Moyſes Pharaonem.

¶ Audiuitque Pharao ſermonē hūc, & quærebat occidere Moyſen: qui fugiēs de conſpectu eius, moratus eſt in Terra-Madian, & ſedit iuxta puteum.

Defendit puellas ab iniuria paſtorū.

Erant autem ſacerdoti Madiā ſeptem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. Superuenere paſtores, & eiecerunt eas: ſurrexitque Moyſes, & defenſis puellis, adaquauit oues earum. Quæ cum reuertiſſent ad [a]Iethro patrem ſuum, dixit ad eas, Cur velocius veniſtis ſolito? Reſpōderūt, Vir Ægyptius liberauit nos de manu paſtorū: inſuper & hauſit aquā nobiſcū, potúmque dedit ouibus. At ille, Vbi eſt? inquit. quare dimiſiſtis hominē? vocate eū vt comedat panem.

¶[a] Raguel

D

Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret cum eo. ‖ Accepitque Sephoram filiam eius vxorem: quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens, Aduena fui in terra aliena. ‖ Alterū verò peperit, quē vocauit Eliézer, dicēs, Deus enim patris mei adiutor me⁹, & eripuit me de manu Pharaonis.

Ducit vxorē Sephoram. ¶.18.a.1.para. 23.b.

Clamant ad Deū filij Iſrael in tribulatione, & reſpicit eos.

¶ Poſt multū verò téporis mortuus eſt rex Ægypti: & ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt: aſcēditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Et reſpexit Dominus filios Iſrael, & [b]liberauit eos.

¶[b] cognouit

CAP. II.

ABijt[1] vir de domo Leui,[2] & duxit filiam Leui.[3] Et concipiens mulier illa, peperit filium: & videns eum eſſe elegantem, abſcondit eū [3]tribus menſibus. [4]Et quum illum amplius abſcōdere nō poſſet, accepit[5] ſibi[6] arculam arundineam, [7]quam bitumine atque pice obleuit, & poſuit in eā infantē illū, expoſuitque in carecto ad litus fluminis. [7]Statuebat autē ſe ſoror eius procul, vt reſciret quid futurū eſſet illi. ¶Porrò filia Pharaonis deſcendit lotum in flumine,[8] & puellæ eius deambulabant in litore fluminis, & viſa arcula in carecto, miſit[9] famulā ſuam vt tolleret eā. Cúmque aperuiſſet, vidit eſſe infantem, & ecce puer [10]fleuit, & miſerta illius, dixit, De Hebræorū pueris eſt hic. Dixit autē ſoror eius ad filiā Pharaonis, Vadámne vt vocē tibi mulierem nutricē ex Hebræis, quæ tibi puellū lactet? Reſpōdit filia Pharaonis, Vade. Abijt ergo puella, & aduocauit matrē pueri. Ad quā ait filia Pharaonis, Cape puerū iſtū, & lacta mihi eū, ego autē dabo tibi mercedē tuā. Et mulier accepit puerū, & nutriuit eū. [11]Adoleuit autē puer, & adduxit eū ad filiā Pharaonis, factúſq; eſt ei loco filij, & vocauit nomē ei⁹ [12]Moſe: dixit enim, Ex aquis traxi eū. ¶[13]Cōtigit verò quodā tépore quū iā adoleuiſſet Moſe, vt egrederetur ad fratres ſuos,[14] & videret quę onera baiularēt. Cū autē vidiſſet virū Ægyptiū percutientē [16] quendā Hebræū, qui erat ex fratribus ſuis: Cúmque quaquauerſum circunſpexiſſet, vidiſſétque neminē adeſſe, ferijt Ægyptiū, & abſcondit eum in arenam. ¶Egreſſus deinde [17]altera die, cum contenderent duo viri Hebræi, dixit [18]ad violētū, Quare tu percutis proximum tuū? Qui reſpondit, Quis cōſtituit te principem & iudicem ſuper noſtrū? iſta loqueris tu, vt me occidas, quemadmodum occidiſti Ægyptium? Moſes ergo timuit, dixitque, Profectò hoc negotiū palàm factū eſt. ¶Audiens Pharao [19]ſermonem iſtū, quærebat vt occideret Moſen: Moſes autem fugiens à cōſpectu Pharaonis, habitauit in terra Midian,[20] ſeditque iuxta puteū. Erant autem ſacerdoti in Midian ſeptē filiæ, quæ venerant hauſtum, vt implerent canales, adaquarēntque oues patris ſui. Et venerunt paſtores, & eiecerunt eas. Tū ſurrexit Moſes, & [21]adfuit eis, potúmque dedit ouibus illarū. Cúmque veniſſent ad [22]Rehuel patrem ſuū, dixit ille, Quare hodie [23]tam feſtinā ter veniſtis? Reſponderunt, Vir Ægyptius [24]aſſeruit nos de manu paſtorū, deinde hauſit nobis, & adaquauit oues. Et dixit ad filias ſuas, Et vbi is eſt? quare ſic dimiſiſtis virum illum? vocate eū vt comedat cibum. Et cōſenſit Moſes habitare cū viro illo,[25] deditque ille Ziporā filiā ſuam Moſi. Quæ quū peperiſſet filium, vocauit ille nomen eius [26]Gerſom: dicebat nempe, Peregrinus ſui in terra aliena. ¶[27]Cúmq; multi dies eſſent exacti, mortuus eſt rex Ægypti, ſuſpirarúntq; filii Iſrael propter ſeruitutē, & clamauerunt.[28] aſcēditque clamor illorum ad Deū [29]ex ſeruitute. Audiuitque Deus planctum illorum, & recordatus eſt Deus fœderis ſui cum Abraham, Iſaac & Iacob. [30]Aſpexitq; Deus filios Iſrael, & cognouit Deus.

¶1.i. quidā Leuita. Hic fuit Amram, qui amitā ſuam, patris ſui ſororē, duxit i vxorē, nempe Iochabed. Vide infra cap.6. Deſcribit quibus parentibus natus fuerit Moyſes.

¶2 Mulierē de ſtirpe Leui, intellige. ¶3 Sūt qui dicūt, iuxta edictū regiū viſitationem fieri ſolitam: idcirco nō potuiſſe eū diutius occultare. alij dicūt tribus mēſibus, i. tandiu quādiu potuit. nō potuit aūt diuti⁹

¶5 ei. ſub. puero. ¶6 vel, nauiculā ſcirpeā. Quidam inter Hebræos doctiſſ. dicit vocē Hebræam GOME, ſignificare arborem admodum leuem.

¶7 Collocata autem fuerat. ſub. à matre. vel, Stabat autē ſoror &c. nempe Maria.

¶8 vel, interea dum ancillę eius &c. q.d. ſola remanſit cū vna ex ancillis in illo loco vt ſeſe lauaret, reliquæ verò expatiabantur.

¶9 Cuius ſcilicet opera vtebatur in lauando. Legitur etiam, miſit brachium ſuum, & accepit eā. Chaldæus paraph. extendit brachium.

¶10 vel, flebat. Aut, quæ quū videret puerū flere, miſerta illius, &c. ¶11 vel, Cum autem adoleuiſſet puer, adduxit ¶12 ſignificat Latine Extractio. ¶13 Heb. In diebus illis, & creuit Moſe, & egreſſus eſt. pro, Cum autem eo tempore adoleuiſſet Moſes, egreſſus eſt ad &c. vt ſcilicet eos videret. ¶15 & vidit onera eorum. i. oppreſſionē. ¶16 .i. virum ex Hebræis fratribus ſuis. ¶17 poſtridie, ¶18 ad impium. ſiue, ad improbum. i. ad eum qui inferebat iniuriam. ¶19 rem hanc. nempe quòd interfeciſſet Ægyptiū. ¶20 Multa ſubaudienda, cuiuſmodi, Vbi quū aliquandiu moratus eſſet, quieuit, & ſedit aliquādo iuxta puteū. ¶21 ſeruauit eas. aut, defendit. ¶22 Hunc fuiſſe auum earū virginū dicunt quidā inter Hebræos. Alij exiſtimāt illum habuiſſe plura nomina. ¶23 vel, citius ſolito ¶24 vel, eripuit nos ¶25 ſub. in vxorem. ¶26 ſignificat peregrinum. ¶27 Heb. Factum eſt autem in diebus illis multis. vel. Poſt dies multos. i. Poſt multos annos. Poſt quadraginta ſcilicet annos, vt volunt quidam Hebræorum. ¶28 Hebraiſmus, pro, exaudiuit Deus clamorem eorum. ¶29 vel, propter ſeruitutem illam. ¶30. i. vidit quomodo palàm & publice affligerentur: cognouit præterea cogitationes Ægyptiorum, quomodo ſcilicet illos perdere volebant.

CAP. III.

PAſcebat autem Moſes oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Midian, duxitque oues [1]poſt deſertum,[1] & venit ad Horeb [2]montem Dei.[2] Viſúſque illi [3]angelus Domini [4]in flamma ignis[4] de medio rubi: & reſpexit, & ecce rubus ardebat igne, nec tamen conſumebatur. Dixit ergo Moſes, [5]Concedam quæſo,[5] & videbo viſionē iſtā magnā, ſnépeſquare rubus non comburatur. Videns autem Dominus quòd [6]abiret[6] ſpectatum, vocauit eum Deus de medio rubi, & dixit, Moſes Moſes. Qui reſpondit, Adſum. Et ait, Ne huc accedas propius, ſolue calceamenta de pedibus tuis: quoniam locus in quo tu ſtas, [7]Terra ſancta eſt.[7] Et dixit, Ego Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Moſes operuit faciem ſuam: quoniam veritus eſt aſpicere Deum. Et dixit Dominus, Omnino vidi afflictionem populi mei qui eſt in AEgypto, & audiui clamorem eorum [qui fit] propter exactores quos habent: quoniam ſcio dolores eorum. [8]Deſcendi[8] quoque vt liberem eos de manu AEgyptiorū, educámque eos de terra iſta ad terram bonam & ſpatioſam, terram [9]fluentem lacte & melle,[9] ad loca Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Phereſæi, Hiuæi atque Iebuſæi. [10]Clamor ergo filiorum Iſrael nunc venit ad me,[10] vidiq; oppreſſionē illā qua AEgyptij opprimunt eos. Nūc ergo age, te mittā ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael ex AEgypto. Dixit autem Moſes ad Deum, Quis ſum ego, vt adeam Pharaonem, & quòd educam filios Iſrael ex AEgypto? Et reſpondit, Ego enim ero tecum: & hoc tibi eſto ſignum quòd ego miſerim te, Poſtquam eduxeris populum iſtum de AEgypto, ſeruietis Deo ſuper monte iſto. Et ait Moſes ad Deū, En, [ſi] veniēs ad filios Iſrael, dixero eis, Deus patrū veſtrorū miſit me ad vos: ipſiq; interrogauerint me, Quod eſt nomē eius? quid reſpōdebo eis? Et reſpōdit Deus Moſi, [11]SVM QVI SVM.[11] Et ait, Sic dices filijs Iſrael, [12]SVM miſit[12] me ad vos. Et rurſus dixit Deus ad Moſen, Sic dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrū veſtrorū, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, miſit me ad vos: hoc eſt nomē meum in perpetuum, & hoc [13]memoraculum meum[13] in omnia ſecula. Vade, & congrega ſeniores Iſrael, dicéſque ad eos, Dominus Deus patrum veſtrorum viſus eſt mihi, Deus Abrahā, Iſaac & Iacob, dicēs, [14]Omnino viſitaui vos, & quod factum eſt vobis in AEgypto [ſcio] & dixi,[14] Educam vos de afflictione AEgyptiorum ad terram Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Phereſæi, Hiuæi atque Iebuſæi, ad terram fluentē lacte & melle. poſtquam verò vocem tuam audierint, ibis tu & ſeniores Iſrael ad regē AEgypti, dicetiſq; ad illū, Dominus Deus Hebræorū [15]obuiā factus eſt nobis:[15] liceat igitur nobis vt eamus iter triū dierū in deſertū, & ſacrificemus Domino Deo noſtro. Et ego quidē ſcio ꝙ rex AEgypti nō permiſſurus eſt vobis vt abeatis, [16]& ne valida manu quidē.[16] Ego verò extendam manū meam, & percutiā AEgyptum [17]cūctis mirabilibus meis[17] quæ facturus ſum in eo: tum demū emittet vos.

CAP. III.

MOyſes autē paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian: cúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flāma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyſes, Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare nō cōburatur rubus. Cernēs autē Dominus quòd pergeret ad videndū, vocauit eū de medio rubi, & ait, Moyſes, Moyſes? Qui reſpōdit, Adſum. At ille, Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentū de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas, Terra ſancta eſt. Et ait, Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes faciem ſuam: nō enim audebat aſpicere contra Deum. Cui ait Dominus, Vidi afflictionē populi mei in AEgypto, & clamorē eius audiui propter duritiā eorum qui præſunt operibus: & ſciens dolorē eius, deſcēdi vt liberē eū de manibus AEgyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terrā quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi. Clamor ergo filiorū Iſrael venit ad me: vidiq; afflictionem eorum qua ab AEgyptijs opprimūtur. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populū meū filios Iſrael de AEgypto. Dixitque Moyſes ad Deum, Quis ſum ego, vt vadā ad Pharaonē, & educam filios Iſrael de AEgypto? Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis ſignum quòd miſerim te, Cū eduxeris populū meum de AEgypto, immolabis Deo ſuper mōtem iſtū. Ait Moyſes ad Deum, Ecce ego vadā ad filios Iſrael, & dicam eis, Deus patrū veſtrorū miſit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod eſt nomen eius? quid dicā eis? Dixit Dominus ad Moyſen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filiis Iſrael, QVI EST, miſit me ad vos. Dixitq; iterū Deus ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade, & congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob, dicens, Viſitans viſitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in AEgypto: & dixi vt educam vos de afflictione AEgypti in Terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. Et audient vocem tuam: ingredieriſque tu & ſeniores Iſrael ad regem AEgypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam triū dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro. Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex AEgypti vt eatis, niſi per manum validā. Extendámque manum meam, & percutiam AEgyptū in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum: poſt hoc dimittet vos.

Moyſes paſcit oues ſoceri.

Deus in medio rubi loquitur Moyſi de liberando Iſraele. act. 7. d.

B

Terra ſancta.

Matth. 22. c. mar. 12. c. luc. 20. f.

C

Mittit Moyſen vt populū educat.

D

Deus cum Moyſe.

Nomen Dei.

E

Quo ordine velit liberare populum ſuum docet Moyſen Deus.

F

G

¶1 Hoc eſt, in penitiſſimam partē deſerti. ¶2 Per anticipationē dictū: nōdū eni Mōs Dei appellabat. ¶3 Quidam dicunt per angelum Domini intelligi verbū Dei: alij ipſum angelum, qui poſtea dicitur Dominus. dicūtur enim angeli de nomine mittentis. ¶4 Heb. de corde ignis. i. de medio ignis. Quia cor in animātibus medium locū obtinet, ideo cor accipit̄ ꝓ medio cuiuſcunq; rei. Alij dicunt vocē Hebræam ſignificare flāmi. i. in flāma ignea. ¶5 Vadā nūc. ¶6 accederet ¶7 ſub. ꝓpter præſentiā meā. ¶8 Deus deſcēdere dicit̄, quando fauet nobis, & auxiliatur. nā omne auxiliū, de cęlo eſt. ¶9 .i. quæ abūdat optimis quibuſq; fructibus, & rebus delicatiſſimis. Hebraiſmus. ¶10 q.d. Iamiā habiturus ſum rationem clamoris eorum. ¶11 Heb. EIE ASER EIE, .i. Ero qui ero. ꝓ, Ero: is enim ſum qui ero. Orationem eſſe conciſam oſtendit Tarha accētus Hebraicus, qui ponitur in EIE. Vel potius, Ero, quia ero. pro, Ero: ero enim. vt ASER ſit coniunctio, non relatiuū. Hoc eſt, qui eſt, qui fuit, qui erit. futurum enim tria tēpora cōprehendit. q.d. Deus æternus. Qui vertūt, Sum qui ſum: conuertunt futurū in præſens, quia æternitas nullis finibus cōprehenditur, ideo nullo tempore deſcribi poteſt. quo fit vt rectè vocetur, Qui eſt, qui fuit, qui erit. nam omnia tempora, quum de Deo loquimur, confunduntur. Nomen hoc Dei Græce expreſſit Iohannes Apocal. 1, quum dixit, ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Id eſt, ab eo qui eſt, qui erat, & qui erit. ¶12 Ero, miſit &c. q.d. Deus cuius nomen eſt Ero. ¶13 memoriale meum. i. iſtud nomen meum eſt per quod homines recordabuntur mei. ¶14 Recordādo recordatus ſum veſtri, & eius quod factum eſt vobis in AEgypto, & dixi. &c. Id eſt, Tandem recordatus ſum veſtræ afflictionis qua affligimini ab AEgyptijs. Ita rectè vertit Chaldæus paraph. ¶15 .i. apparuit nobis: proinde per te nobis liceat &c. q.d. Deus Hebræorum vult à nobis coli extra AEgyptum. ¶16 niſi manu forti. ſub. coactus. ¶17 .i. omnibus operibus meis mirandis. hoc eſt, miraculis meis editis.

Ī.n.a.& n.e.

Dabóque gratiam populo huic corã Ægyptiis: ¶& cum egrediemini, non exibitis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.

CAP. IIII.

Tria ſigna dat De⁹ Moyſi, quibus teſtetur Pharaoni ſe à Deo miſſum. Virga verſa in ſerpentẽ.

RESpondens Moyſes ait, Nõ credent mihi, neque audient vocem meam: ſed dicent, Non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eũ, Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit, Virga. Dixitque Dominus, Proiice eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. Dixitque Dominus, Extẽde manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, verſaque eſt in virgam. Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Domin⁹ De⁹ patrũ ᵒtuorũ, Deus Abrahã & Deus Iſaac & Deus Iacob. Dixitq; Dominus rurſum, Mitte manũ tuam in ſinũ tuũ. quã cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuũ. Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ. Si nõ crediderint, inquit, tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis. Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocẽ tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam, & quicquid hauſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem. Ait Moyſes, Obſecro Domine: non ſum eloquẽs ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruũ tuũ, impeditioris & tardioris linguæ ſum. Dixit Dominus ad eũ, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutũ & ſurdum, videntẽ & cæcũ? nõnne ego? Perge igitur, ¶& ego ero in ore tuo: docebóq; te quid loquaris. At ille, Obſecro Domine, inquit, mitte quem miſſurus es. Iratus Dominus in Moyſen, ait, Aaron frater tuus Leuites, ſcio quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, vidẽſque te lætabitur corde. ¶Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius. ¶& oſtẽdam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuũ: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna. ¶Abijt Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerũ ſuum: dixítque ei, Vadã, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam ſi adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace. ¶Dixit ergo Dominus ad Moyſen in Madiã, Vade, & reuertere in Ægyptũ: mortui ſunt enim omnes qui quærebãt animã tuã. Tulit ergo Moyſes vxorem ſuã, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum: reuerſúſque eſt in Ægyptum, portans virgam Dei in manu ſua. Dixitque ei Dominus reuertenti in Ægyptum, Vide vt omnia oſtẽta quę poſui in manu tua, facias corã Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populũ.

Margin: ᵒ ſuorũ, B — Manus Moyſi leproſa. — C — Moyſes impeditæ linguæ ſe eſſe cauſatur. — Matth. 10. c. — Iratus Moyſi Deus, dat ei Aaron p oratore. D — Eccli 45. a. — Ī. 7. a. — E — Pergit Moyſes in Ægyptum. — F

Dabóque populo huic gratiã [18]apud Ægyptios, fietque quum abibitis, non abeatis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab incola domus ſuæ vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtimenta, [19]quæ imponetis filijs veſtris, & filiabus veſtris, & [20]auferetis Ægyptum.

CAP. IIII.

REſpondit verò Moſes, & ait, En non credent mihi, neque audient vocem meã, ſed dicent, Dominus nõ apparuit tibi. Et ait ad eum Dominus, Quid hoc eſt quod manu tua [geſtas]? Reſpõdit, Baculus. Et dixit, Abiice eũ ad terram. & abiecit eum ad terram, & factus eſt coluber, & Moſes fugit à conſpectu eius. Et dixit Dominus ad Moſen, Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Et extenſa manu ſua apprehendit eũ, [1]factúſque eſt baculus in manu eius. [2]Vt credant [ſcilicet] quòd Dominus Deus patrum ipſorũ viſus ſit tibi, Deus [videlicet] Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Rurſus dixit Dominus ad eum, Inſere quæſo manum tuam in ſinum tuum. & inſeruit manum ſuam in ſinum ſuum: & quum exeruiſſet eã, ecce manus eius leproſa erat veluti nix. Et dixit, Reduc nũc manũ tuã in ſinum tuũ. & rurſus inſeruit manũ ſuam in ſinũ ſuũ, protrẽxſque eã è ſinu ſuo, ecce [4] reſtituta erat quẽadmodum caro eius. [5]Erit itaque, ſi fidẽ nõ habuerint tibi, neque audierint vocẽ prioris ſigni, credent tamen voci poſterioris ſigni. Quòd ſi nec duobus iſtis ſignis crediderint, nec vocẽ tuã audierint, accipies de aquis fluminis, & effundes in ſiccam [humum,] erúntque aquæ illæ quas de flumine acceperis, erunt inquã ſanguis in ipſa ſicca [humo.] Et dixit Moſes ad Dominum, [6]Mi Domine: ego non ſum [7]eloquens [8]ab heri & nudiuſtertius, etiam [9]ex eo tẽpore quo loquutus es ad ſeruũ tuũ: [10]ſum enĩ graui ore, & graui lingua. Et dixit Domin⁹ ad eũ, [11]Quis dedit homini os? aut quis facit mutũ aut ſurdũ, vidẽtem aut cęcũ? annon ego Dominus? Vade ergo, & ego [12]adero ori tuo, docebóque te quæ loquaris. Qui ait, Obſecro Domine, [13]mitte nunc per manum [eius quem] mittes. Et iratus eſt furor Domini aduerſus Moſen, & dixit, [14]Annõ Aharon frater tuus Leuita? ſcio quòd is omnino eloquens eſt: & ecce is etiam egreditur tibi obuiam, & viſo te, lætabitur corde ſuo. [15]Tu loquẽris ad eũ, & pones verba [iſta] in os eius, & ego [16]adero ori tuo, & ori ipſius: docebóque vos quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populũ, [17]ipſeq; erit tibi vice oris, tu autẽ eris ipſi vice Dei. Baculum iſtũ cape in manũ tuam, quo ſigna edes. ¶Abiit itaque Moſes, & reuerſus eſt ad Iether ſocerũ ſuũ, & dixit ad eum, Liceat mihi quæſo vt vadã & reuertar ad fratres meos qui ſunt in Ægypto. & videã viuántne adhuc. Et dixit Iethro ad Moſen, Vade in pace. ¶ [18]Dixit quoq; Domin⁹ ad Moſen in Midiã, Vade, reuertere in Ægyptũ: quoniam mortui ſunt omnes viri illi [19]qui quærebãt animam tuam. Accepit itaque Moſes vxorem ſuã & filios ſuos, & vexit eos ſuper aſino, reuerſúſque eſt in terram Ægypti: accepit quoque Moſes baculum [20]Dei, in manũ ſuã. [21]Et dixit Dominus ad Moſen, Quum ingreſſus atque reuerſus fueris in Ægyptum, vide vt facias in conſpectu Pharaonis omnia prodigia quæ ego poſui [22]in manũ tuã: ego verò [23]retinebo cor illius, vt nõ dimittat populum.

¶18 Heb. in oculis Ægyptiorũ, ¶19 .i. quibus ornabitis filios &c. ¶20 ſpoliabitis Ægyptios.

IIII.

¶1 vſ. verſus eſt in baculum ¶2 Hic ſubaudiri debẽt nõnulla, velut, Iſtud facies corã filijs Iſrael. vſ. Hoc feci corã te, vt credãt &c. Aut proijce inquam vt credãt. i. vt vidẽtes tale miraculũ credãt. ¶3 nũc ¶4 .i. reuerſa eſt in formam reliquæ carnis. ¶5 Hoc eſt, ſi non paruerint verbis tuis, neque crediderit ſermonibus, quos confirmaueris priore miraculo, certe credẽt quũ poſteriore miraculo illis ẽdem feceris. ¶6 Nõ eſt ſententia abſoluta: deeſt enim Ne mittas me. q.d. Obſecro Domine, ne mittas me: non enim ſum eloquẽs quales oportet eſſe eos qui verba apud principes facturi ſunt. ¶7 Heb. vir verborum. i. eloquens & diſertus. ¶8 Hebraiſmus, pro, nunquam fui eloquens. ¶9 Sub. noſti me non eſſe eloquentem. ¶10 .i. natura tardus ſum ad loquendum, & lingua impedita. ¶11 q.d. Quis donauit hominem facultate loquendi? ¶12 Heb. ero in ore tuo. i. reddam te facundum. ¶13 q.d. mitte quemcunque volueris, modo ne me mittas minus idoneum ad hoc munus. ¶14 Nõnne Aaronem fratrem tuum Leuitam noui, quòd loquendo loquetur ipſe? q.d. Scio neceſſe eſſe vt vtaris opera Aaronis fratris tui, illéque pro te loquatur: quum ſcis impedito ore. ¶15 vſ. Loquere igitur ad eum, & pone verba [iſta] in os eius. i. Narra ei legationem iſtam: ſiue, doce eum quæ ego dixi tibi eſſe dicenda. ¶16 .i. moderator ero oris, ſiue ſermonis veſtri. ¶17. i. vtẽris eo interprete, tu verò narrabis ei quæ ego dixero tibi, & te conſulet tanquam me. ¶18 Iam verò dixerat. Dicunt Hebræi ordinem non eſſe requirendum in Sacris literis. ¶19 .i. qui volebant te occidere. Similis Hebraiſmus eſt Matth. 2, Mortui ſunt enim qui quærebant animam pueri. ¶20. i. per quem Deus facturus erat miracula: ſiue per quem iam fecerat. ¶21 Dixerat autem ¶22 .i. in tua poteſtate: & quæ, quum voles, facere poteris. ¶23 indurabo. ſubtrahendo ſcilicet gratiam meam, quæ mollificare ſolet cor hominis.

Dicēſque ad Pharaonem, Sic dicit Dominus, Iſrael eſt filius meus primogenitus. Et ego quidē dixi ad te, vt dimitteres filium meum, vt ſeruiat mihi. quandoquidem verò tu renuis dimittere, ecce ego occidam filium tuum, [nempe] primogenitū tuum. ¶Contigit autem in itinere, in ipſo diuerſorio, [14] vt occurreret ei Domin⁹, volebatq; eum occidere. Zipora autem arrepto [acuto] ſilice, abſcidit præputium filij ſui, applicuitque pedibus [15] eius, dicens, [16] Quoniam ſpōſus ſanguinis tu mihi. [17] Deſtititque ab eo: tunc dixit illa, [18] Spōſus ſanguinis: ob circūciſionē. ¶Dixit autē Dominus ad Aharonē, Vade Moſi obuiā in deſertum. & abiens, obuiā factus eſt illi ad Montem Dei: oſculatúſque eſt eum. Et expoſuit Moſes Aharoni vniuerſa verba Domini qui miſerat eū, & cuncta ſigna quæ ei mandauerat. Moſes ergo & Aharon abierunt, & congregauerunt omnes ſeniores filiorum Iſrael. Et Aharon loquutus eſt omnia verba quæ loquutus erat Domin⁹ ad Moſen, fecitque ſigna coram oculis populi. Et populus credidit: & [19] audientes quòd [20] viſitaſſet Domin⁹ filios Iſrael, aſpexiſſetque afflictionē eorum, vertice inclinato adorarunt.

CAP. V.

Poſtea ingreſſi ſunt Moſes & Aharon, & dixerunt ad Pharaonē, Sic dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum, [1] vt feſtum diem mihi celebrent in deſerto. Dixit autem Pharao, Quis eſt Dominus, [2] vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraelē? Neſcio Dominum, nec Iſraelem dimittam. Et dixerunt, Deus Hebræorum [3] vocauit nos, liceat nobis quæſo vt eamus iter trium dierū in deſertum, [4] & ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne fortè [5] accidat nobis peſtilentia aut gladius. Et ait rex AEgypti ad eos, Tu Moſes & Aharon cur [6] abſtrahitis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixit quoque Pharao, En multus eſt nunc populus terræ, [7] & vos facitis vt ceſſent ab oneribus ſuis. Et præcepit Pharao eodem die exactoribus qui erant in populo, atque præfectis eius, in hanc ſententiam, Poſthac non dabitis paleas populo ad ducendos lateres, [8] quemadmodum heri & nudiuſtertius: ipſi eant & colligant ſibi paleas. [9] At demenſum laterum quod antea fecerunt imponetis eis, nec minuetis ex eo: ocio enim torpent ipſi, & ideo clamant dicentes, Ibimus & ſacrificabimus Deo noſtro. [10] Aggrauetur ſeruitus ſuper viros, vt faciant [aliquid] in ea, neque reſpiciant ad res vanas. Egreſſi itaque exactores populi & præfecti eius, dixerunt ad populum hiſce verbis, Sic dixit Pharao, Ego [11] nō dabo vobis paleas. Vos ipſi ite, & tollite vobis paleas vbicunque inueneritis. [12] nec imminuitur de opere veſtro quicquam. ¶Et diſperſus eſt populus per totam terram AEgypti, vt colligerent ſtipulas pro paleis. Exactores autem vrgebant, dicentes, Perficite opus veſtrū, [13] cuiuſque diei demenſum ſuum, perinde ac dum erāt vobis paleæ. Et vapulabāt præfecti filiorum Iſrael quos conſtituerant exactores Pharaonis ſuper eos, dicebatúrque [eis,] Quare non compleſtis [14] demenſum veſtrum lateritium, quemadmodum antea, nec heri nec hodie?

Dixitque ad eū, Hæc dicit Dominus, Filius meus primogenitus, Iſrael. Dixi tibi, Dimitte filium meum vt ſeruiat mihi: & noluiſti dimittere eū. ecce ego interficiam filium tuum primogenitū. ¶Cúmq; eſſet in itinere, in diuerſorio occurrit ei Domin⁹, & volebat occidere eū. Tulit ilicò Sephora acutiſſimam petram, & circuncidit præputium filij ſui, tetigitque pedes eius, & ait, Spōſus ſanguinū tu mihi es. Et dimiſit eum poſtquā dixerat, Spōſus ſanguinū tu mihi es: ob circūciſionē. ¶Dixitq; Domin⁹ ad Aarō, Vade in occurſum Moyſi in deſertum. qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & oſculatus eſt eum. Narrauitque Moyſes Aarō omnia verba Domini pro quibus miſerat eum, & ſigna quæ mandauerat. Veneruntque ſimul, & congregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael. Locutúſque eſt ad Aarō omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo. Et credidit populus: audierúntque quòd viſitaſſet Dominus filios Iſrael: & quòd reſpexiſſet afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

CAP. V.

Poſt hæc ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerūt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit, Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael nō dimittam. Dixerúntque, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinē, & ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos rex AEgypti, Quare Moyſes & Aaron ſollicitatis populū ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixitque Pharao, Multus eſt populus Terræ: videtis quòd turba ſuccreuerit: quāto magis ſi dederitis eis requiē ab operibus? Præcepit ergo in die illo præfectis operū & exactoribus populi, dicēs, Nequaquā vltrà dabitis paleas populo ad cōficiēdos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadāt, & colligant ſtipulas. Et menſuram laterū quā prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquā. vacāt enim, & idcirco vociferātur, dicētes, Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimātur operibus, & expleāt ea: vt non acquieſcāt verbis mēdacibus. Igitur egreſſi præfecti operū & exactores, ad populū dixerūt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquā de opere veſtro. ¶Diſperſúſq; eſt populus in omnem Terram AEgypti ad colligendas paleas. Præfecti quoque operū inſtabāt, dicentes, Cōplete opus veſtrū quotidie, vt prius facere ſolebatis quādo dabantur vobis paleæ. Flagellatique ſunt qui præerant operibus filiorū Iſrael, ab exactoribus Pharaonis, dicētibus, Quare non impleſtis mēſurā laterum ſicut prius, nec heri nec hodie?

Deus Moyſem vult occidere.

G Sephora circuncidit filium.

Iuſſu Dei Aarō pergit in occurſum Moyſi.

¶Dixit autē

Moyſes & Aaron aggrediuntur Pharaonem.

Renuit Pharao dimittere populum Iſrael.

B Populū Dei laboribus opprimi iubet Pharao.

C ¶per

¶14 vſ, vt irrueret in eū Dominus. Siue, angelus Domini. i. captus eſt grauiſſimo morbo, vt dicūt Hebræi, propter omiſſā circūciſionē. ¶15 ſcilicet Moſis. q.d. proiecit præputiū filij ſui ad pedes Moſis. ¶16. i. Tu qui es ſpōſus me⁹, occidēdus eras propter omiſſam filij tui circuncitionē. q.d. Angel⁹ Dei te interfeciſſet, niſi circūcidiſſem filiū tuū Eleazarū. Quidā putant hoc dictū à matre præferēte filiū circūcidi, & arguente maritum inclementiæ, acſi dicat, Non abhorres à fundēdo ſanguine filij tui, dum iubes illū circuncidi? erat enim Madianitis, hui⁹ cæremoniæ inſolens. ¶17 vſ, Et dimiſit eū. Sub. angel⁹ Domini, ſiue morbus. i. receſſit ab eo morbus, & reſtitut⁹ ē ſanitati. ¶18. i. Occidēd⁹ eras, ꝑpter omiſſam filij tui circūcitionem. Aut vertendū, Illa autem dixerat, Sponſus ſanguinū es: ob circunciſionē. Id eſt, propterea quòd viſiſſet paruuli filij ſui ſanguinem fundi. Quidam dicunt quòd mulieres vocare ſolebant circunciſos pueros, ſponſos ſuos: & ideo eā alloqui hoc loco filium ſuū. O fili, ſponſus es mihi, tinctus ſanguine, non cædis, ſed circunciſionis. q.d. Propter te morietur maritus meus, quòd die octauo nō circunciderit te. Prior expoſitio doctioribus magis placet. ¶19. i. intelligētes & cognoſcētes. ¶20 vſ, recordatus fuiſſet Dominus filiorū Iſrael, V. ¶1 vſ, vt diebus feſtis mihi ſacrificēt ¶2 vſ, cuius voci pareā, ¶3 vſ, occurrit nobis: eamus quæſo viā &c. i. apparuit nobis: quæſo liceat nobis per te ire viam trium dierum &c. ¶4 E T, pro V T poſitum: vt ſacrificemus. ¶5 occurrat nobis [vſ, irruat in nos] cum peſtilentia aut gladio. i. interficiat peſte aut bello. ¶6 vſ, ceſſare facitis ¶7 ideo ceſſare facitis eos ab operib⁹ ſuis. i. freti multitudine, intermittitis opus, & cogitatis de rebellando. ¶8 Hebr. pro, ſicut antea, vel prius. ¶9 Summam tamē laterum quā heri & nudiuſtertius faciebāt, imponite illis, nec minuatis quicquam ex ea: ſunt enim remiſſo animo, propterea vociferatur, dicētes. Eamus & ſacrificemus &c. ¶10 Grauius illis opus imponatur, & occupētur in eo opere, vt nō attendāt verbis fallacibus. i. Moſi & Aaroni qui verbis fallacibus decipiunt illos. ¶11 Heb. non do. pro, Non daturus ſum vobis poſthac &c. ¶12 non enim imminuetur. vſ, nec propterea minuetur &c. ¶13 Heb. rem diei in die ſuo. i. penſum diurnum. vt reddatis illud tempore ſuo, quemadmodum faciebatis quum dabatur vobis palea. ¶14 penſum veſtrum in lateribus conficiendis, ſicut heri & nudiuſtertius &c. i. ſicut prius.

Vociferantur ad Pharaonē præpoſiti Iſrael.

¶Venerúntque præpoſiti filiorū Iſrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem dicētes, Cur ita agis cō tra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur cōtra populum tuū. Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus, &

D ſacrificemus Domino. Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerū laterū. Videbántque ſe præpoſiti filiorū

¶[7]in malo,

Iſrael[7]in malū,[']eo quòd diceretur eis, Non minuetur quicquā[8]operis[']de lateribus per ſingu-

Incuſantur à populo Moyſes & Aaron.

los dies. Occurrerúntque Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo, egredientes à Pharaone: & dixerūt ad eos. Videat Dominus & iudicet, quoniā fœtere feciſtis odorem noſtrum corā Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium vt occide-

Conqueritur Deo Moyſes.

ret nos. ¶Reuerſúſque eſt Moyſes ad Dominū, & ait, Domine cur afflixiſti populū iſtū? quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pha-

¶[9]in

raonē vt loquerer[9]ex[']nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos. Dixitque Dominus ad Moyſen, Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manum enim fortē dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua.

CAP. VI.

Reminiſcitur Deus promiſſionum ſuarum.

Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Ego Domin[9] Qui apparui Abrahā, Iſaac & Iacob in Deo omnipotēte: & nomē meū ADONAI non indicaui eis. Pepigíque fœdus cū eis, vt darē eis Terram-Chanáan, terrā peregrinationis eo-

Promittit Deus liberationē, & terrā Chanáan.

rum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitū filiorū Iſrael quo Ægyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs Iſrael, Ego Dominus qui educā vos de ergaſtulo Ægyptiorū, & eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo & iudicijs magnis. Et aſſumā vos mihi in populū, & ero veſter Deus: & ſcietis q; e-

B go ſū Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorū: & induxerim vos in terram, ſuper quā leuaui manū meam vt darē eam Abraham, Iſaac & Iacob: dabóque illā poſſidendā vobis, ego Dominus. ¶Narrauit ergo Moyſes

Non acquieſcunt filij Iſrael monitis Moyſi.

omnia filijs Iſrael: qui nō acquieuerunt ei propter anguſtiā ſpiritus, & opus duriſſimū. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Ingredere, & loquere ad Pharaonē regem Ægypti vt di-

Mittitē Moyſes & Aaron ad Pharaonem.

mittat filios Iſrael de terra ſua. Reſpondit Moyſes corā Domino, Ecce filij Iſrael nō audiūt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cum incircunciſus ſim labijs? Locutúſque eſt Dominus

C ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatum ad filios Iſrael, & ad Pharaonem regem Ægypti vt educerent filios Iſrael de Terra-Ægypti. ¶Iſti

Rubē. gen. 46 b. num. 26. a. 1. para. 5. a. Simeon. 1. para. 4. d.

ſunt principes domorum per familias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis: Henoch & Phallu, Heſrō & Charmi. hæ cognationes Rubē. Filij Simeon: Iamuel & Iamin[~]& Iami[']& Ahod, & Iachin, & Sohar, & Saul filij Chananitidis. hæ progenies Simeō. ¶Et hæc nomina filiorū Leui per

Leui.

cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. Anni autē vitæ Leui fuerūt centū triginta ſeptē. ¶Fi-

1. Para. 6. a. & 23. a. num. 3. c. Nūe. 26. g. 1. par. 6. a. 23. b

lij Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas. ¶Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebrō & Oziel.

Venerunt itaque præfecti filiorū Iſrael, & expoſtularunt apud Pharaonem hiſce verbis, Cur ſic facis ſeruis tuis? Palea non datur ſeruis tuis, interim dicunt nobis, Ducite lateres: & ecce ſerui tui vapulāt, &[15]peccatū populo tuo[imputatur.][']Qui ait, [16]Vacatis vos, vacatis[inquā,]['] & ob id dicitis, [17]Ibimus & ſacrificabim[9][']Domino. Nūc ergo ite, & operamini, palea non dabitur vobis, demenſum tamen laterum vos reddetis. Viderunt ergo præfecti filiorū Iſrael [18]ſeſe eſſe i afflictione,[']quū diceretur, Nō minuetur de lateribus veſtris, [19]demenſum ſcilicet vniuſcuiuſque diei.['] Et obuiam facti Moſi & Aharoni, quū egrederentur à Pharaone, ſtantes[10]aduerſum eos,['] dixerunt ad eos, [11]Videat Dominus ſuper vos, & iudicet,[']qui[12]fœtere feciſtis odorē noſtrū[']corā Pharaone, & corā ſeruis eius, dando ſcilicet gladium in manū eorū, vt nos interficiāt. ¶Reuerſus eſt itaque Moſes ad Dominum, & ait, Domine, quare[13]tam inique agis cū hoc populo?[']curnam miſiſti me? Ex eo enim tēpore, quo veni ad Pharaonē vt loquerer tuo nomine, afflixit populū iſtum, nec tu populū tuū liberaſti. Et dixit Dominus ad Moſen, Iam videbis quæ facturus ſim Pharaoni: quoniā [14]per manum validam['] dimittet eos, & per manum robuſtam è terra ſua eijciet.

CAP. VI.

Et loquutus eſt Deus ad Moſen, & dixit ad eum, [1]Ego Dominus. [2]Et apparui[']Abrahæ, Iſaac & Iacob [3] in Deo Schadai, & in nomine meo IEHOVA non ſum eis notus factus. [4]Erexi quoque fœdus meum cū eis vt darem eis terrā[']Chanaan, terrā in qua peregrini ipſi fuerunt, & in qua incolę fuerunt. Audiui quoque planctū filiorū Iſrael, quos Ægyptij ſeruitute premūt, & recordatus ſum fœderis mei. Dic ergo filijs Iſrael, Ego Dominus, [5]& educā vos de oneribus Ægypti:['] & eruā vos de ſeruitute eorū, &[6]afferam vos brachio exerto,['] & [7]iudicijs magnis.['] Aſſumā quoque vos mihi in populum, eróque Deus veſter, & ſcietis quòd ego Domin[9] Deus veſter, qui educo vos de oneribus Ægypti. Introducā quoque vos ad terrā [8]pro qua leuaui manum meam vt darem eam Abrahæ,['] Iſaac & Iacob, dabóque vobis eam vt eam poſſideatis, ego Dominus. ¶Moſes ergo in hunc modum loquutus eſt cum filijs Iſrael, verū ipſi non audierunt Moſen præ angore ſpiritus, & propter ſeruitutem grauiſſimam. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen dicēs, Ingredere, & loquere ad Pharaonem regē Ægypti vt dimittat filios Iſrael è terra ſua. Et loquut[9] eſt Moſes coram Domino, dicens, Ecce filij Iſrael nō audiūt me, quomodo ergo Pharao me audiret, [9]qui ſum incircunciſus labijs?['] Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem, & mandatum dedit eis ad filios Iſrael, & ad Pharaonē regē Ægypti, vt filios Iſrael de terra Ægypti educerent. ¶Hæc ſunt capita domus patrum ſuorū. Filij Ruben primogeniti Iſrael: Henoch, Pallu, Hetzron & Charmi. hæ familiæ Ruben. Et filij Simeon: Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin, Zohar & Saul filius [10]Chananitidis.['] hæ familiæ Simeon. ¶Et hæc ſunt nomina filiorū Leui [11]ad generationes[']ſuas: Gerſon, Kahat, & Merari. Anni autem vitæ Leui centum anni & trigintaſeptem. [12]Filij Gerſon: Libni & Simchi per familias ſuas.['] Et filij Kahath: Amram, Iitzhar, Hebron & Vziel.

¶15 peccabit populus tuus. Futurū pro præſenti. i. peccati re[9] iudicatur. Vel, punitur per in de quaſi peccarit in regiā maieſtatem, detrectando mādatū regiū. ¶16 vl, Remiſſi, remiſſi eſtis. Vel Ceſſatis, ceſſatis,

¶17 Heb. Eam[9] & ſacrificemus .i. Liceat nobis ire, & ſacrificare. ¶18. i. ſecū male agi.

¶19 Heb. de re diei in die ſuo. .i. de penſo diurno, quin illud reddatis tēpore ſuo?

¶10 ex aduerſo eorū, ¶11. q. d. Deus cognita cauſa iudicet de vobis.

¶12. i. abominabiles reddidiſtis nos.

¶13 affligis populum iſtum?

¶14. i. coactus plagis magnis & ingentibus.

VI.

¶1 Ego ſum IEHOVA. Nomen Dei eſt ab eo dictum quòd ille eſſe facit quod promiſit, id eſt quia opere cōplet quod promiſit. יהוה enim deducitē à radice הוה, quæ ſignificat fuit. Vnde IEHOVA ſignificat eū qui eſt, & aliquid eſſe facit. q. d. Ego ſum verax, qui opere complebo quod pollicitus ſum Abrahæ, &c.

¶2 Aut, Apparui autem. vl. Viſus autem ſum ¶3 In Deo omnipotente: at in nomine meo IEHOVA nō fui notus illis. i. omnipotētē me eſſe illis declaraui, & mihi abūde eſſe diuitiarū vt illos diuites redderē: at in nomine meo IEHOVA non fui notus illis. i. verū opere nō cōpleui quod illis ſum pollicitus. Hoc eſt, promittētē quidē me illis Terrā Chananæorū audierūt, & crediderūt: ſed opere promiſſa cōplērē nō viderūt, quēadmodū tu viſur[9] es. Tibi igitur in nomine meo IEHOVA cognit[9] ero. i. videbis me id facere qđ nomē meū ſonat, nēpe facientē eſſe, hoc eſt præſtātē qđ ſum pollicitus. ¶4. i. Interpoſito fœdere pmiſi me daturū illis terrā &c. ¶5 educā enim vos de ſub onerib[9] Ægyptiorū. i. quæ impoſuerūt vobis Ægyptij. ¶6 vl. redimā vos in brachio extēto. i. magna vi, vel extēto ad percutiēdū. Alij intelligūt, extēto brachio à cęlo ad terrā. ¶7 i. ſignis quæ faciā inter eos. Vl, ſupplicium grauiſſimū ſumendo de illis. ¶8. i. qui ſublata manu iuraui me daturū Abrahæ, &c. Hebraiſmus. ¶9. i. qui ſum linguæ impeditioris? Hebraiſm[9]. ¶10. i. quē ſuſtulit ex Chananitide. ¶11 ſecundum generationes ¶12. i. A Gerſon genus duxerunt Lobni & Semei, vnà cum familijs.

¶13 i. hi ſunt q genus ſuũ duxerunt à Leui, vnà cum illis quos & ipſi genuerunt.
¶14 ſororẽ patris ſui. Vel vt alij volunt, filiã fratris patris.
¶15 Id eſt, iſti ſunt qui principẽ locũ tenuerunt inter patres Leuitarum, vna cũ familijs ſuis.
¶16 Genus dicendi Hebraicum, pro, Accidit autem, quo die locutus eſt Dominus ad Moſen in terra Aegypti, vt diceret ad eũ, Ego &c.
¶17 i. impeditæ linguæ, rudis in loquendo, & ineptus.

VII.

¶1 Id eſt, vice Dei Pharaoni. Hoc eſt, dices nomine meo & verbis meis Pharaoni, qđ ego velim. Chaldæus paraph. vertit, Poſui te in principem Pharaoni.
¶2 i. interpres verborum tuorum. Verbis ſequentibus ſeipſum declarat, cũ dicit, Loquetur ad Pharaonẽ.
¶3 ſub. ipſi Aaroni.
¶4 & dimittet. q. d. etiã iuſſe' dimittet, ſiue cupiet illos diſcedere, q nũc nõ vult illos abire.
¶5 propterea ponam manũ meã ſuper Aegyptũ. i. percutiã Aegyptũ.
¶6 vl, per iudicia maxima. i. puniẽdo maxime Aegyptios. Hebraiſmus.
¶7 Hæc verba more Hebraico redundant. Satis enim erat, Fecit Moſes & Aaron ſicut præceperat illis Dominus.
¶8 Date pro vobis prodigium, quo ſcilicet cõfirmetis dicta veſtra.
¶9 & fiet ſerpẽs.
¶10 Iſtud[&]exponit qđ ſignificet ſapiẽtes: nẽpe incãtatores.

Anni autẽ vitæ Kahath, centum & trigintatres. Et filij Merari: Mahali & Muſi. [13]hæ familiæ Leui per generationes ſuas.' Et Amrã duxit ſibi vxorem Iochebed [14]amitam ſuam[maiorẽ,]' quæ peperit ei Aharonem & Moſen. Et anni vitæ Amram centũ & trigintaſeptẽ anni. Filij Iitzhar: Korah, Nepheg, & Zichri. Et filij Vziel: Miſael, & Elzaphan, & Sithri. Et Aharõ duxit ſibi vxorẽ Eliſaba filiam Aminadab ſororẽ Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar. Filij verò Korah: Aſſir, Elcana, & Abiaſaph. hæ familiæ Koritarum. Porrò Eleazar filius Aharonis duxit ſibi vxorem de filiabus Putiel, quæ peperit ei Pinhas.' [15]& hæc ſunt capita patrum Leuitarũ iuxta familias ſuas. ¶ Hic eſt Aharon & Moſes, ad quos dixit Dominus, Educite filios Iſrael è terra Aegypti ſecundũ exercitus ſuos. Ipſi ſunt qui loquebãtur ad Pharaonem regẽ Aegypti, vt educerent filios Iſrael ex Aegypto. is eſt Moſes & Aharon.' [16]Factúmque eſt in die quo loqueretur Dominus ad Moſen in terra Aegypti, loquebatur ad Moſen in hunc modum, Ego' Dominus, loquere ad Pharaonem regem Aegypti omnia quæ ego loquor ad te. Et dixit Moſes corã Domino, En ego [17] incircuncifus ſum labijs,' & quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce cõſtitui te [1]Deum Pharaoni:' eritq; Aharon frater tuus [2]propheta tuus.' Tu [3]loquêris' omnia quæ ego tibi mandauero, Aharon autem frater tuus loquetur ad Pharaonẽ, [4]vt dimittat' filios Iſrael è terra ſua. Et ego indurabo cor Pharaonis, & ſigna mea atque portenta mea multa faciam in terra Aegypti, Et non audiet vos Pharao, [5]& extendã manũ meam ſuper Aegyptum,' & educam exercitus meos, [nempe] populũ meũ filios Iſrael è terra Aegypti [6]in iudicijs magnis.' Et ſciẽt Aegyptij quòd ego ſum Dominus, quum extendero manum meam ſuper Aegyptum, & eduxero filios Iſrael de medio eorum. Fecit itaque Moſes & Aharon quemadmodũ præcepit eis Dominus, [7]ſic inquã fecerunt.' Erat autẽ Moſes natus octoginta annos, & Aharon natus annos octogintatres, quum loquerentur ad Pharaonẽ. Et dixit Dominus ad Moſen & Aharon in hunc modũ. Si locutus fuerit ad vos Pharao hiſce verbis, [8]Oſtendite portentum:' dices ad Aharonem, Tolle baculum tuum, & abijce coram Pharaone, [9]vt fiat ſerpens.' Venit itaque Moſes & Aharon ad Pharaonẽ, & fecerũt ita, ſicut iuſſerat Dominus: abiecitque Aharon baculũ ſuũ coram Pharaone & corã ſeruis eius, & factus eſt coluber. Vocauit autẽ Pharao etiam ſapiẽtes [10]& incantatores, & fecerũt quoque ſic ipſi magi Aegypti incantationibus ſuis. Proiecerunt nempe ſinguli ſuas virgas, & factę ſunt dracones: at baculus Aharonis deuorauit virgas illorũ. Et induruit cor Pharaonis, & nõ audiebat eos, quemadmodũ locutus fuerat Dominus. ¶ Et dixit Domin' ad Moſen, Ingrauatũ eſt cor Pharaonis, renuit dimittere populum. Vade ad Pharaonem diluculo, ecce egreditur ad aquas, & ſtabis in ripa fluminis obuiam ei, tollẽſque baculum qui eſt in colubrum verſus, in manum tuam. Et dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te hiſce mandatis, Dimitte populum meum, vt ſeruiant mihi in deſerto, & ecce hactenus audire noluiſti. Sic ergo dixit Dominus, In hoc cognoſces quòd ego Dominus, en ego percutiam baculo quem manu geſto ſuper aquam quæ eſt in flumine, & vertetur in ſanguinem. Piſces verò qui ſunt in flumine morientur, & cõputreſcet

[6]Anni quoque' vitæ Caath, cẽtum triginta tres. Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas. Accepit autẽ Amram vxorem Iochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen [ ] & Mariam.' Fuerúntque anni vitæ Amram, centum triginta ſeptẽ. Filij quoq; Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. Filij quoque Oziel: Miſael, & Eliſaphã, & Setheri. Accepit autẽ Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab, ſororem Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ¶ Filij quoq; Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Coritarũ. At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas. ¶ Iſte eſt Aarõ & Moyſes quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de Terra-Aegypti per turmas ſuas. Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonẽ regem Aegypti, vt educant filios Iſrael de Aegypto. iſte eſt Moyſes & Aaron, in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in Terra-Aegypti. Et locutus eſt Domin' ad Moyſen, dicẽs, Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quæ loquor tibi. Et ait Moyſes coram Domino, En incircuncifus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

Dixitque Dominus ad Moyſen, Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit ꝓpheta tuus. Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtẽta mea in Terra-Aegypti. Et non audiet vos: immittámq; manum meam ſuper Aegyptum, & educã exercitum & populum meum filios Iſrael de Terra-Aegypti per iudicia maxima. Et ſciẽt Aegyptij quia ego ſum Dominus qui extẽderim manum meam ſuper Aegyptũ, & eduxerim filios Iſrael de medio eorum. Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerunt. Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonẽ. B
Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron, Cũ dixerit vobis Pharao, Oſtẽdite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgam tuã, & proijce eam corã Pharaone, ac vertatur in colubrum. Ingreſſi itaq; Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgã coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter. Proiecerúntque ſinguli virgas ſuas, quę verſæ ſunt in dracones. ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Induratúmque eſt cor Pharaonis, & nõ audiuit eos, ſicut præceperat Domin'. ¶ Dixit autẽ Dominus ad Moyſen, Ingrauatũ eſt cor Pharaonis, [ ] & nõ vult dimittere populũ. Vade ad eũ manè: ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſuper ripã fluminis, & virgã quæ conuerſa eſt in draconẽ, tolles in manu tua. Dicẽſq; ad eũ, Dominus Deus Hebræorũ miſit me ad te, dicẽs, Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſq; ad præſens audire noluiſti. Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies ꝙ ſim Dominus: ecce percutiã virga quæ in manu mea eſt, aquã fluminis, & vertẽ in ſanguinẽ. Piſces quoque qui ſunt in fluuio moriẽtur, & cõputreſcent

¶ Annique Amram, pater Moyſi & Aaron.
Aaron pater Nadab & Abiu. Nume. 3. a.
Eleazar pater Phinees.
Pręcipit Moyſi loqui Pharaoni.
5. 4. d. Moyſes cum Aarone mittitur ad Pharaonem.
Signa facit Deus, vt cognoſcatur ſolus potens.
Virga Moyſi vertitur in colubrum.
Magi idẽ faciunt. 2. tim. 3. b. Aug. lib. 83. q. 79.
C

aquæ, & affligentur AEgyptij bibentes aquã flu
minis. Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Dic
ad Aaron, Tolle virgam tuam. & extende manũ
tuam ſuper aquas AEgypti, & ſuper fluuios eo-
rum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aqua-
I D rum, vt vertantur in ſanguinem: & ſit cruor in
omni Terra-AEgypti, tam in ligneis vaſis q̃ in
¶* ita ſaxeis. Feceruntq; *Moyſes & Aaron ſicut præ
Aquæ in ſan ceperat Dominus [& eleuãs virgam percuſſit a-
guinẽ verſę. quam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius:
Pſal.77.c. quæ verſa eſt in ſanguinem. Et piſces qui erant
in flumine, mortui ſunt: cõputruitque fluuius,
& non poterãt AEgyptij bibere aquã fluminis,
Magi idẽ fa- & fuit ſanguis in tota Terra-AEgypti. Feceruñt-
ciũt.ſap.17.b que ſimiliter malefici AEgyptiorũ incantationi
bus ſuis & induratum eſt cor Pharaonis, nec au
diuit eos, ſicut præceperat Dominus. Auertitque
ſe, & ingreſſus eſt domum ſuã, nec appoſuit cor
etiam hac vice. Foderũt autem omnes AEgyptij
per circuitum fluminis aquam vt biberent: non
¶ de aqua enim poterant bibere 'aquam' fluminis. Imple-
tique ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Do-
minus fluuium. CAP. VIII.
II Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Ingredere
Ranæ. ad Pharaonẽ, & dices ad eũ, Hæc dicit Domi
nus, Dimitte populum meũ, vt ſacrificet mihi. Si
autem nolueris dimittere, ecce ego percutiã om
nes terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ra-
nas. quæ aſcendent, & ingredientur domũ tui,
& cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratũ tuum, &
in domos ſeruorum tuorũ. & in populum tuũ,
& in furnos tuos, & in reliquias ciborũ tuorũ:
& ad te & ad populũ tuum, & ad omnes ſeruos
B tuos intrabunt ranæ. Dixitq; Dominus ad Moy
ſen, Dic ad Aaron, Extẽde manum tuã ſuper flu
uios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſu-
per Terram-AEgypti. Et extẽdit Aaron manum
ſuper aquas AEgypti, & aſcenderunt ranæ, ope-
Sap.17.b. rueruntque Terram-AEgypti. [Fecerunt autem
& malefici per incantationes ſuas ſimiliter edu
Rogat Pha- xeruntque ranas ſuper Terram-AEgypti. ¶Vo-
rao Moyſen cauit autẽ Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis,
vt pro ipſo Orate Dominum vt auferat ranas à me & à po-
oret. pulo meo: & dimittam populũ vt ſacrificet Do-
mino. Dixitque Moyſes ad Pharaonem, Cõſtitue
mihi quando deprecer pro te & pro ſeruis tuis,
C & pro populo tuo, vt abigãtur ranæ à te & à do
mo tua, "& à ſeruis tuis, & à populo tuo:' & tan
tũ in flumine remaneant. Qui reſpondit, Cras.
At ille, Iuxta, inquit, verbum tuum faciã: vt ſcias
quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter. Et
recedent ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tu-
is, & à populo tuo: & tantum in flumine rema-
Orat Moyſes nebunt. Egreſſiq; ſunt Moyſes & Aaron à Pha-
p̃ Pharaone. raone: & clamauit Moyſes ad Dominũ pro ſpon
ſione ranarum quam condixerat Pharaoni. Fe-
citque Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuę
D ſunt ranę de domibus, & de villis, & de agris. Cõ
gregaueruntque eas in immẽſos aggeres, & cõ-
Induratur putruit Terra. ¶Vidẽs autem Pharao q̃ data eſ-
Pharao. ſet requies, ingrauauit cor ſuum, & nõ audiuit
eos, ſicut præceperat Dominus. Dixitq; Domi-
nus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, Extende vir
III gam tuam, & percute puluerem Terræ: & ſint
Ciniphes, ſi- ciniphes in vniuerſa Terra-AEgypti. Feceruñt-
ue pediculi que ita: & extendit Aaron manum, virgã tenẽs:
in hominib⁹
& iumentis.

flumen, [11] & delaſſabuntur AEgyptij, [vt non poſ ſint] bibere aquas de flumine. Et dixit Domin⁹ ad Moſen, Dic ad Aharonem, Tolle baculum tuum. & extende manum tuam ſuper aquas AEgypti, ſuper flumina eorum, ſuper riuos eorum, & ſuper ſtagna eorum, & ſuper cunctas collectiones aquarum quas habent, vt ſiãt ſanguis, ſitq; ſanguis per totam regionem AEgypti, tam in ligneis quàm lapideis [vaſis.] Moſes & Aharõ fecerunt quemadmodum mandarat Dominus: & eleuato baculo percuſſit aquas quæ erant [12] 'in riuo' coram oculis Pharaonis, & coram oculis ſeruorum eius: verſæque ſunt omnes aquæ quæ erant [12] 'in riuo' in ſanguinem. Piſces quoque qui erant in riuo mortui ſunt, & computruit riuus, vt non potuerint AEgyptij bibere de riuo: fuitque ſanguis per totam terram AEgypti. Et fecerunt quoque ſic incantatores AEgypti ſuſurrationibus ſuis: & induruit cor Pharaonis, [13] 'vt non audiret eos,' quemadmodum locutus fuerat Dominus. Reuerſus Pharao, rediit in domum ſuã, [14] nec corde ſuo hoc expendit.' Foderunt autem omnes AEgyptij circum flumen aquas, vt biberẽt. quoniam non poterant bibere de aquis [15] 'riui.' Et [16] exacti ſunt ſeptem dies poſtquam percuſſit Dominus riuum. CAP. VIII.

Dixit autem Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem, & dic ad eum, Sic dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſeruiãt mihi. Quòd ſi tu dimittere renueris, en ego percutiam omnes terminos tuos ranis: & ebulliet fluuius ranas, quæ aſcẽdent, & venient in domum tuam, & in conclaue cubilis tui, & ſuper ſtratum tuũ, & in domum ſeruorum tuorum, & in populum tuũ, in furnos tuos, & [1] 'in farinam tuam aquis cõſperſam.' Sed & in te atque in populum tuum, & in omnes ſeruos tuos [2] 'aſcẽdent ranæ.' Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Extende manum tuã cum baculo tuo ſuper fluuios, riuos ac ſtagna, vt adducas ranas ſuper terram AEgypti. Et extẽdit Aharon manum ſuam ſuper aquas AEgypti, & aſcenderunt ranæ, & operuerunt terram AEgypti. Et fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis, & adduxerunt ranas ſuper terrã AEgypti. ¶Et vocãs Pharao Moſen & Aharonem, ait, Orate ad Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populum vt ſacrificent Domino. Et dixit Moſes ad Pharaonem, [3] 'Gloriare de me, quando orabo p̃ te,' pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt exterminentur ranæ à te, & à domibus tuis, & duntaxat in flumine ſuperſint. Qui ait, Cras. Et ille dixit, Iuxta verbum tuum [fiat.] vt cognoſcas quòd nõ eſt ſicut Dominus Deus noſter. Recedent itaque ranæ à te, & à domibus tuis, à ſeruis tuis, & à populo tuo, duntaxat in flumine [4] 'reliquæ erũt.' Et exiuit Moſes & Aharon à Pharaone, & clamauit Moſes ad Dominum [5] 'propter ranas quas poſuerat Pharaoni.' Et fecit Domin⁹ [6] 'iuxta verbum Moſis.' & mortuæ ſunt ranæ de domibus, de [7] 'atrijs,' & de agris. Et collegerunt eas aceruatim, & [8] 'cõputruit' terra. ¶Vidẽs autem Pharao quòd facta eſſet reſpiratio, aggrauauit cor ſuum, & non audiuit eos, quemadmodum dixerat Dominus. Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Extende baculum tuum, & percute puluerem terræ, vt vertatur in [9] 'pediculos' per totam terram AEgypti. Et fecerũt ſic: & extendit Aharon manũ ſuã cũ baculo ſuo,

¶11 Heb. laborabuntq; AEgyptij vt bibant aquã fluminis. id eſt, nõ poterũt AEgyptij bibere aquam fluminis. Vel, ægre bibẽt. Aut, abhorrebũt à potu aquæ fluuij. Paulo poſt ſeipſum declarat. ¶12 in flumine ¶13 neque credidit illis, ¶14 nec appoſuit cor ſuũ ad hoc. i. nec monebat eũ tãtũ periculũ. ſiue, non adiecit animũ ad tam inſigne miraculũ. Vel, nõ curauit. ¶15 fluminis. ¶16 .i. durauit hebdomadã vnã ſanguis ille. Hebraiſmus.

VIII.

¶1 in panaria tua. Vox Hebræa MISAROTH ſignificat locum in quo ſubigitur maſſa ad cõficiendum panẽ. ¶2 .i. adorientur & inuadent te ranę. ¶3 te. i. Hoc honoris tibi ſume, vt deſignes mihi tempus, in quo orem pro te. Aut, Hoc tibi tribuo vt præfigas mihi tẽpus quãdo orem p̃ te. Alij hũc ſenſũ eſſe volũt, Tũc gloriari poteris, atq; bono eſſe animo, quũ me orãte p̃ te, auferẽtur ranæ. Hanc ſpem de tuis magis & ariolis habere non potes. ¶4 remanebũt ¶5 Heb. ſuper negotio ranarũ qđ p̃poſuerat Pharaoni. i. pro ranis tollẽdis, qđ ſe facturũ pollicitus fuerat Pharaoni. ¶6 .i. fecit quod petebat Moſes. Hebraiſmus. ¶7 vł, villis, ¶8 repleta fuit fœtore ¶9 Vox Hebræa CHINNIM, ſignificat genera quædã exiguarũ beſtiolarũ, quæ infenſiſſimæ eſſe ſolẽt, nõ ſolũ lædẽtes cutẽ, pruritũ noxiũ immittẽtes. ſed etiã penetrãtes ad interna, vt nares quoq; & aures ingrediãtur, & oculos lędãt. Quidã dicũt ſignificare vermiculos alatos ſimiles culicibus. Veteres tamen Hebræi dicunt ſignificare pediculos.

feritque puluerem terræ,& redactus eſt in pediculos, tam in hominibus q̃ in iumentis. Omnis puluis terræ verſus eſt in pediculos in tota terra AEgypti. Et fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis vt producerent pediculos,ſed non potuerunt. fuerunt itaque pediculi in hominibus & in iumẽtis. Dixerunt ergo magi ad Pharaonẽ, [13]Digitus Dei hic eſt.'& induruit cor Pharaonis,& non audiuit eos. quemadmodum locutus fuerat Dominus. ¶Dixit ergo Dominus ad Moſen, Conſurge mane,& colloca te ante Pharaonem,en egredietur ad aquas, & dic ad eum, Sic dixit Dominus, Dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. Alioqui ſi non dimiſeris populũ meũ,en ego mittã in te,in ſeruos tuos, in populum tuum,& in domos tuas [11] varij generis inſecta:'& implebũtur domus AEgyptiorum [12] varij generis inſectis,'deinde & terra ipſa in qua ipſi ſunt. Et ſeparabo in die illa terrã Goſen, in qua populus meus habitat,vt in ea [13]nulla ſint inſecta:'[14]vt itelligas quòd ego ſum Domin⁹ in medio terræ.' Et [15]ponã redemptionem' inter populum meum, & inter populum tuum: [16]cras erit ſignum illud.'Fecitque Dominus ſic.&'[17]venerũt varij generis inſecta,atque ea grauia,'in domũ Pharaonis,& in domum ſeruorũ eius,& in omnem terram AEgypti:& corrupta eſt terra [18]ab inſectis illis.' Et aduocauit Pharao Moſen atque Aharonem,& ait, Ite, ſacrificate Deo veſtro in ipſa terra. Et reſpondit Moſes, Non conuenit vt ita faciamus: quoniã [19]abominationẽ' AEgyptiorum ſacrificaremus Domino Deo noſtro.en ſi abominationem AEgyptiorum ſacrificarem⁹ ipſis cernentibus , annon lapidibus nos obruerent? Ibimus viam trium dierũ in deſertũ, & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, quemadmodũ nobis dixit. Et ait Pharao, Dimittam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto, modo ne longius abeatis,oratéque pro me. Et dixit Moſes, Ecce ego egrediens a te,rogabo ad Dominũ [20]vt recedat inſecta' hęc à Pharaõe,à ſeruis ei⁹, & à populo eius cras: modo Pharao vltra ne fallat,ac populum' ſacrificarũ' Domino nõ dimittat. Et exijt Moſes à Pharaone, & orauit ad Dominum. Et [21]fecit Dominus iuxta verbũ Moſis,' & abſtulit [22]inſecta illa' à Pharaone, à ſeruis ei⁹, & à populo eius, vt ne vnum quidem ex eis ſupereſſet. Et aggrauauit Pharao cor ſuum etiã tũ, & non dimiſit populum. CAP. IX.

Dixit autem Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem,& loquere ad eũ, Sic ait Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meũ vt ſeruiant mihi: Si verò renueris tu dimittere, & adhuc retinueris eos, Ecce [1]man⁹ Domini erit ſuper pecora tua quæ ſunt in agro, in equis, in aſinis,in camelis,in armentis & gregibus,peſtilentia[erit]grauiſſima.' Et ſeparabit Domin⁹ inter pecora Iſrael,& inter pecora AEgypti,vt nõ moriatur ex omnibus quæ ſunt filiorum Iſrael quidquam. Et poſuit Dominus certum tẽpus dicens,Cras faciet Dominus rem hanc in terra. Fecit igitur Dominus poſtero die rem hãc,& mortuum eſt omne pec⁹ AEgypti, at de pecore filiorum Iſrael ne vnum quidem mortuũ eſt. Et [2]miſit' Pharao.& ecce de pecore Iſraelis ne vnũ quidem mortuum fuit:& ingrauatum eſt cor Pharaonis,vt non dimitteret populum. ¶Et ait Dominus ad Moſen & Aharonem , Accipite vobis volas veſtras plenas [3]fauilla' fornacis calcariæ,& ſpargat eã Moſes cælum verſus coram Pharaone.

percuſſitque puluerem terræ,& facti ſunt ciniphes in hominibus & in iumẽtis, omnis puluis terræ verſus eſt in ciniphes per totam Terram-AEgypti. Fecerũtque ſimiliter malefici incantationibus ſuis,vt educerent ciniphes, & non potuerunt:erántque ciniphes tam in hominibus q̃ in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonẽ, Digitus Dei eſt hic. induratũmque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus. ¶Dixit quoque Domin⁹ ad Moyſen. Cõſurge diluculo,& ſta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas:& dices ad eũ, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. Quòd ſi non dimiſeris eum,ecce ego immittam in te,& in ſeruos tuos,& in populum tuũ, & in domos tuas omne genus muſcarum,& implebuntur omnes domus AEgyptiorum muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. Faciámq; mirabilẽ in die illa Terram-Geſſen, in qua populus meus eſt,vt non ſint ibi muſcæ: & ſcias quoniam ego Dominus in medio terrę. Ponámque diuiſionem inter populum meũ , & populum tuũ:cras erit ſignum iſtud. Fecitq; Domin⁹ ita:§& venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnem Terri-AEgypti: corruptáq; eſt Terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitque Pharao Moyſen & Aaron,& ait eis, Ite,& ſacrificate Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes, Nõ poteſt ita fieri: abominationes enim AEgyptiorũ immolabimus Domino Deo noſtro? quòd ſi mactauerimus ea quæ colunt AEgyptij corã eis, lapidibus nos obruẽt. Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem: & ſacrificabimus Domino Deo noſtro,§ſicut præcepit nobis. Dixitque Pharao, Ego dimittam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: veruntamen longius ne abeatis,rogate pro me. Et ait Moyſes, Egreſſus à te,orabo Dominum:& recedet muſca à Pharaone,& à ſeruis ſuis,& à populo eius cras: veruntamen noli vltrà fallere vt non dimittas populũ ſacrificare Domino. Egreſſúſque Moyſes à Pharaone,orauit Dominũ. Qui fecit iuxta verbũ illius:& abſtulit muſcas à Pharaone,& à ſeruis eius,& à populo ei⁹: nõ ſuperfuit ne vna quidem. Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum. CAP. IX.

Dixit autẽ Dominus ad Moyſen , Ingredere ad Pharaonem,& loquere ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ, Dimitte populum meũ vt ſacrificet mihi. Quòd ſi adhuc renuis,& retines eos: Ecce man⁹ mea erit ſuper agros*,& ſuper equos & aſinos,& camelos,& oues, & boues peſtis valde grauis. Et faciet Dominus mirabile inter poſſeſſiones Iſrael, & poſſeſſiões AEgyptiorum,vt nil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitque Dominus tẽpus, dicẽs, Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra. Fecit ergo Dominus verbũ hoc altera die: mortuáq; ſunt omnia animãtia AEgyptiorũ:de animalibus verò filiorum Iſrael nihil omnino periit. Et miſit Pharao ad vidẽdũ,nec erat quicquam mortuũ de his quæ poſſidebat Iſrael. Ingrauatúmque eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. ¶Et dixit Domin⁹ ad Moyſen & Aaron, Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cælũ corã Pharaone.

E

Digitus Dei, pro potẽtia Dei.

IIII Muſcæ ſiue omne genus ferarũ & beſtiarũ noxiarum.

F

Sapien. 16. b.

G

t. i. f.

Rogat Pharao Moyſen, vt pro ipſo oret.

Induratus Pharao.

V Mors pecorum.

¶* tuos

B

VI Veſicæ, vlcera.

¶10 .i. Hoc fit virtute diuina, non arte magica. ¶11 miſtura(ſiue turbã) ferarum noxiarũ. Vox Hebræa AAROB, ſignificat miſturam collectam ex varijs& multis ſpecieb⁹ beſtiolarũ ſeu inſectorũ. Alij intelligũt etiam ſerpẽtes & ſcorpiones,atq; alia venenata animalia. Nõnulli dicũt fuiſſe incurſionẽ leonum,pardorũ,luporũ,ſerpentiu, & ſimiliũ noxiarum beſtiarum. ¶12 vl, miſcellanea ferarũ noxiarum. ¶13 nullæ ſint turbæ ferarum noxiarum. ¶14 .i. vt ſcias a me hoc fieri in punitionem peccati tui. ¶15 .i. liberabo: hoc eſt, faciam vt populus tu⁹ lædatur a feris noxiis,& populus meus non lædatur. ¶16 .i. prædico tibi hæc futura die craſtino. ¶17 venit turba maxima ferarũ noxiarũ. ¶18 ꝓpter multitudinẽ ferarũ illarũ noxiarum. ¶19 Vocat Scriptura Deos Gẽtiũ, abominationes. Colebat autẽ AEgyptij arietem: à quo cultu abhorrebat Iudæi. Propterea non audebãt corã AEgyptiis ſacrificare Deo arietes, ne occiderẽtur. Chaldæus paraph. vertit. Quoniã iumenta AEgyptiorũ ſunt dii illorũ, quos ipſi timent:& ex illis ſacrificabimus corã Domino Deo noſtro? ¶20 vt recedat turba ferarũ noxiarũ ¶21 vt ſacrificet ¶22 .i. exaudiuit Dominus deprecationẽ Moſis. Hebraiſmus. ¶23 turbã ferarum noxiarum

IX ¶1 .i. percutiã pecora,& alia animalia peſte grauiſſima. Eſt enim appoſitio, manus mea, peſtis grauis. ¶2 ſub. nũcios. ¶3 intelligit albã illã fauillam nõdum plene verſam in cinerẽ, qua ſemimortui carbones tegũtur.

Sitque puluis ſuper omnem Terram-AEgypti: erunt enim in hominibus & iumentis vlcera, & veſicæ turgêtes in vniuerſa Terra-AEgypti. Tu-
C lerúntque cinerem de camino, & ſteterunt corã Pharaone. & ſparſit illum Moyſes in cælum: factáq; ſunt vlcera veſicarũ turgentiũ in hominibus & iumẽtis: nec poterãt malefici ſtare coram Moyſe ꝓpter vlcera quę in illis erãt, & in omni Terra-AEgypti. Indurauitq; Dominus cor Pharaonis: & nõ audiuit eos, ſicut locutus eſt Domi-

VIII Grando.

nus ad Moyſen. ¶Dixitq; Dominus ad Moyſen, Mane conſurge, & ſta corã Pharaone, & dices ad eũ, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ, Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi. Quia in hac vice mittã omnes plagas meas ſuper cor tuũ, & ſuper ſer-
D uos tuos, & ſuper populũ tuũ: vt ſcias ꝙ nõ ſit ſimilis mei in omni terra. Nũc enim extendens manũ [*]percutiã te, & populũ tuũ peſte, [*]peribiſq; de terra. Idcirco autẽ poſui te, vt oſtẽdam in te fortitudinẽ meam, & narretur nomẽ meũ in omni terra. Adhuc retines populum meum: non vis dimittere eũ? En pluã cras hac ipſa hora grandinem multam nimis: qualis nõ fuit in AEgypto à die qua fundata eſt, vſque in præſens tẽpus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quę habes in agro: homines enĩ & iumenta, & vniuerſa quæ inuenta fuerint fo-
E ris, nec congregata de agris, cecideritque ſuper ea grando, morientur. Qui timuit verbum Domini de ſeruis Pharaonis, fecit cõfugere ſeruos ſuos, & iumenta in domos: qui autem neglexit ſermonem Domini, dimiſit ſeruos ſuos, & iumẽta in agris. Et dixit Dominus ad Moyſen, Extende manũ tuã in cælum, vt fiat grando in vniuerſa Terra-AEgypti ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem herbam agri in Terra-AEgypti. Extenditque Moyſes virgam in cęlũ, & Dominus dedit tonitrua, & grãdinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram: pluitque Dominus grandinem ſuper Terram-AEgypti. Et grã-
F do & ignis miſta pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quãta antè nunquam apparuit in vniuerſa Terra-AEgypti ex quo gens illa condita eſt. Et percuſſit grando in omni Terra-AEgypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vſque ad iumentum: cunctámque herbam agri percuſſit grando, & omne lignum regionis confregit. Tantum in Terra-Geſſen, vbi erant filij Iſrael, grãdo non cecidit. ¶Miſitque Pharao, & vocauit Moyſen & Aaron, dicẽs ad eos, Peccaui etiam nunc. Dominus iuſtus: & ego & popul[*] meus impij. Orate Dominum vt deſinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittã vos, & nequaquã hic vltrà maneatis. Ait Moyſes, Cũ egreſſus fue-
G ro de vrbe, extendã palmas meas ad Dominum, & ceſſabũt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias quia Domini eſt terra. Noui autẽ quòd & tu, & ſerui tui necdũ timeatis Dominum Deum. Linũ ergo & hordeũ læſum eſt, eo ꝙ hordeum eſſet virẽs, & linũ iã folliculos germinaret: triticũ autẽ, & far nõ ſunt læſa, quia ſerotina erãt. Egreſſúſq; Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominũ: & ceſſauerũt tonitrua & grando, nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terrã. Vidẽs autẽ Pharao ꝙ ceſſaſſet pluuia & grãdo & tonitrua, auxit peccatũ: & ingrauatũ eſt cor eius, & ſeruorum illius, & induratum nimis: nec dimiſit [*]Iſrael, ſicut præceperat Dominus per manum Moyſi.

¶[*] meam
¶[*] peribiſq;
Nũc locũ exponit Paulus ad Rom. 9. d.
Sap. 16. c. 19. d
Peccatũ ſuũ agnoſcit Pharao, rogatq; Moyſen vt oret pro ipſo.
Orãte Moyſe ceſſat grãdo.
¶[*] filios

[4] Eritque puluis [4] ſuper vniuerſam terram AEgypti, vt fiat in homine & iumento [5] apoſtema germinans vlcera [5] in vniuerſa terra AEgypti. Et tulerunt fauillam de fornace calcaria, ſteterúntq; coram Pharaone, & ſparſit eã Moſes cęlũ verſus: & facta ſunt apoſtemata germinantia vlcera tã in hominibus q̃ in iumẽtis. Neq; magi poterant cõſiſtere coram Moſe propter apoſtemata, quoniã fuerũt apoſtemata in magis, & in omnibus AEgyptijs. Et [6] retinuit [6] Dominus cor Pharaonis, vt nõ audiret eos, quẽadmodũ locutus fuerat Dominus ad Moſen. ¶Et dixit Dominus ad Moſen, Surgito mane, & colloca te in cõſpectũ Pharaonis, & dic ad eũ, Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. [7] Iam enim [7] ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in ſeruos tuos, & in populum tuũ: vt intelligas quòd non ſit mei ſimilis in vniuerſa terra. Iam enim extendi manum meã, vt percutiam te & populum tuũ peſte, & excinderis è terra. [8] Equidem ob id te conſtitui, [8] vt oſtenderẽ tibi potentiam meã, & vt enarretur nomen meũ in vniuerſa terra. Adhuc tu te [9] aggerem opponis populo meo, vt nõ dimittas eos? [9] Ecce ego depluam cras hoc ipſo tempore grandinẽ grauiſſimam, qualis non fuit in AEgypto, ab eo die quo fundata eſt vſque in præſens. Mitte igitur & coge pecus tuum, & quidquid ruri habes: quidquid vel hominum vel iumentorũ inuẽtum ruri fuerit, nec in domum collectum, ſuper illos deſcendet grando, & morietur. Qui itaq; ex ſeruis Pharaonis verbum Domini metuit, curauit vt ſerui ſui & pecus ſuũ domũ fugerẽt: qui verò cor ſuũ ad verbũ Domini non accommodauit, reliquit ſeruos ſuos & pecora ſua in agro. Et ait Dominus ad Moſen, Extende manum tuam verſus cælum, vt ſit grando in tota terra AEgypti ſuper homines, ſuper iumẽta, & ſuper vniuerſam herbam agri in terra AEgypti. Et extẽdit Moſes baculum ſuum verſus cælũ, & Dominus edidit tonitrua & grandinem, diſcurritque ignis per terram, & depluit Dominus grandinem ſuper terram AEgypti. Et fuit grando, [10] & ignis ſeſe recipiens intra grandinem, [10] grauiſſima quidem, & qualis non fuerat per totã terrã AEgypti, [11] ex eo tempore quo facta eſt gens. [11] Et percuſſit grando illa in vniuerſa terra AEgypti, omne quod fuit in agro, tam homines quàm iumẽta, ſed & omnem herbam agri percuſſit grãdo, & omnia ligna campi cõfregit. Duntaxat in terra Goſen, in qua erant filij Iſrael, non fuit grando. ¶Mittẽs ergo Pharao, vocauit Moſen & Aharonẽ, dixitq; ad eos, Peccaui [12] etiã nũc. [12] Domin[*] iuſt[*] eſt, ego verò & popul[*] me[*] impij. Orate Dominũ. [13] & abunde ſat, ſi nõ fuerint tonitrua Dei & grãdo, dimittã vos, nec eſt quod vltrà maneatis. [13] Et dixit Moſes ad eũ, Egrediens vrbẽ, expandam manus meas ad Dominũ, ceſſabũtq; tonitrua, & grando vltra nõ erit, vt ſcias quòd Domini ſit terra. [14] Et ſcio ꝙ priuſq̃ tu & ſerui tui timereris in cõſpectu Dei, & linum & hordeum percuſſa ſunt: hordeum enim maturuerat, & linum in calamos iuerat. [15] Triticũ verò & far non percuſſa ſunt, eo quòd [15] adhuc latuerãt. [15] Egreſſus autem Moſes à Pharaone ex vrbe, expandit manus ſuas ad Dominum, ceſſarũtque tonitrua & grãdo, nec pluuia fuſa eſt in terram. Vidẽs autẽ Pharao quòd pluuia ceſſaſſet, & grando atque tonitrua, perrexit peccare, & aggrauauit cor ſuũ ipſe & ſerui eius. Et [16] obriguit [16] cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael, quemadmodum dixerat Dominus per Moſen.

¶4 Eritque in puluerem. Vel, Et vertetur in puluerem ¶5 vl. ſcabies ꝓducẽs puſtulas [vl. veſicas] turgentes ¶6 indurauit ¶7 Quia vice hac ¶8 vl. at vtique ob id feci te ſtare. Vel, feci te manere. i. nolui te illico ob tuam impietatẽ exterminare. Vl. Idcirco feci te regem, vt &c. ¶9 eleuas contra populum meũ nõ dimittendo eum? ¶10 vl. & fulgur miſtũ cũ grandine, ¶11 ex quo fuit in gentẽ. i. ex quo cœpit habitari. ¶12 hac vice. ¶13 & ſufficiat (ſub. illi) vt non ſint tonitrua Dei & grãdo. & dimittã vos, nec vltrà maneatis. i. vt ſufficiat illi tonitrua hæc ingentia & grandines miſiſſe, vt poſthac nõ fiant: & dimittam vos, nec vltra manebitis in AEgypto. Chaldæ[*] paraphr. vertit, Magnũ corã me eſt lucrũ, ꝙ nõ ſint ſup nos voces illæ execrãdę. Hoc loco Tonitrua Dei, pro magnis & vehemẽtib[*] tonitruis ponit: vt alio loco Cæli Dei, pro Cælis altiſſimis. ¶14 Heb. Tu verò & ſerui tui ſcio pri[*] q̃ orẽ, ꝙ timeatis à facie Domini Dei. Linũ itaque & hordeũ percuſſum eſt: quia hordeũ viride erat, & linũ in calamo. Priori verſui deeſt altera pars: ſic autem implet. Noui ꝙ vos, priuſquam orẽ ꝓ vobis, timeatis à facie Domini Dei: ſed poſtq̃ orauero, nõ timebitis. q. d. Præſente plaga, timetis: ſed poſtq̃ diſceſſerit, deſinetis timere. Alii legũt, Ego autẽ ſcio ꝙ tu & ſerui tui nondũ timeatis à facie Domini Dei. Alii, Noui eni ꝙ tu & ſerui tui hactenus nõ humiliamini à facie Domini Dei. Prior interpretatio verior. ¶15 Heb. ſerotina erant. i. nondum aſſurrexerant in calamum, propterea non fuerunt læſa. ¶16 vl, roboratum eſt

CAP. X.

ET dixit Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem: nam ego aggrauaui cor eius, & cor ſeruorum eius, vt ponerem ſigna mea hæc [1]inter eos, [2]Et vt narrares ante aures filij tui,' & nepotes tui, quæ ego tentauerim in AEgypto, & ſigna mea quę poſui inter eos, & vt ſciatis quòd ego Dominus. Venit itaq; Moſes & Aharon ad Pharaonem, & dixerunt ad eum, Sic dixit Dominus Deus Hebræorum, Quouſque [3]renuis humilis eſſe coram me?' dimitte populum meum vt mihi ſeruiant: Alioqui ſi recuſas dimittere populum meũ, ecce adducam cras locuſtas in fines tuos. Et operient ſuperficiem terræ, vt terra videri nõ poſſit, depaſcéntque reſiduum quod ſeruatum eſt, quódque relictum eſt vobis à grandine, comedent etiam omnem arborẽ germinãtem vobis in agro. Inſuper domos tuas implebunt, & domos omnium ſeruorum tuorũ, & domos omniũ AEgyptiorum, quales non viderunt patres aut aui tui, à die quo ipſi fuerunt ſuper terram, vſque in hunc diem. [4]Et reſpiciens exiuit' à Pharaone. Dixerunt verò ſerui Pharaonis ad eum, [5]Quãdiu erit hoc nobis offendiculo?' dimitte homines illos vt Domino Deo ſuo ſeruiãt: [6]viſne prius experiri AEgyptũ eſſe perditam?' Et [7]retracti ſunt' Moſes atque Aharon ad Pharaonem, dixitque ad eos, Ite & ſeruite Domino Deo veſtro. [8]qui verò ſunt qui abibunt?' Et dixit Moſes, Cum pueris noſtris, & cum ſenibus noſtris ibimus, cum filijs noſtris atque filiabus noſtris, cum gregibus & armentis noſtris ibimus: quoniam [9]dies feſt' Domini nobis eſt.' Et ait ad eos, [10]Ita fiet, Dominus vobiſcum quum dimittam vos' & pubem veſtram: [11]videte annon malum moliamini.' Non ſic: viri eant, & ſeruiãt Domino: nã & hoc voſipſi poſtulaſtis. & [12]eiecit eos à facie Pharaonis. ¶ Ait ergo Dominus ad Moſen, Extende manũ tuam ſuper terram AEgypti [13]pro locuſta,' vt aſcẽdat ſuper terram AEgypti, & depaſcat omnem herbã terræ, & omne quod grando reliquum fecit. Extẽdit itaque Moſes baculum ſuum ſuper terram AEgypti, adduxitque Dominus ventum Orientalem ſuper terram toto illo die & tota nocte. mane facto, attulit Eurus locuſtam. Aſcenditque locuſta ſuper terram AEgypti, & demiſit ſe in omnibus finibus AEgypti, eaque vehementer grauis: ante illam [14]non fuit talis locuſta,' nec talis poſt illam vẽtura eſt. [15]Operuit enim ſuperficiẽ totius terræ, ita vt terra obſcuraretur,' & comedit omnem herbã terræ, atque omnem fructum arborum quem reliquum fecerat grando: non relictum eſt aliquid viroris, tam in arboribus quàm in herba agri per totam terram AEgypti. Pharao itaque ilico vocauit Moſen & Aharonem, dixitque, Peccaui in Dominum Deum veſtrum, & in vos. Ignoſce igitur quæſo peccato [16]vel nũc,' & rogate Dominum Deum veſtrum vt auferat à me duntaxat [17]iſtam mortẽ.' Exiuit ergo à Pharaone, & orauit Dominũ. Et [18]vertit Dominus ventũ Occidentalẽ fortiſſimum,' & ſuſtulit locuſtas, [19]defixitq;' eas in mare [20]carectoſum,' ita vt in omnibus finibus AEgypti ne vna quidẽ ſupereſſet. Et [21]retinuit' Dominus cor Pharaonis, vt nõ dimitteret filios Iſrael.

CAP. X.

VIII Locuſtæ.

ET dixit Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurani cor eius, & ſeruorum illius: vt faciam ſigna mea hæc in eo. Et narres in auribus filij tui, & nepotum tuorũ, quoties contriuerim AEgyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia ego Dominus [Deus.] Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Vſquequo non vis ſubijci mihi? dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Sin autem reſiſtis, & nõ vis dimittere eum: ecce ego B
inducam cras locuſtã in fines tuos: quæ operiet ſuperficiem terræ, ne quicquam eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris. Et implebunt domos tuas, & ſeruorũ tuorum, & omnium AEgyptiorum: quantam nõ viderunt patres tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram, vſque in præſentem diẽ. Auertitque ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. Dixerunt autem ſerui Pharaonis ad eũ, Vſquequo patiemur hoc ſcãdalum? dimitte homines, vt ſacrificent Domino C
Deo ſuo. nõnne vides quòd perierit AEgyptus? Reuocaueruntque Moyſen, & Aaron ad Pharaonẽ: qui dixit eis, Ite, ſacrificate Domino Deo veſtro: quinam ſunt qui ituri ſunt? Ait Moyſes, Cũ paruulis noſtris, & ſenioribus pergemus, cum filijs & filiabus, cum ouibus & armentis: eſt enim ſolennitas Domini [Dei noſtri.] Et reſpõdit Pharao, Sic Dominus ſit vobiſcum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos veſtros. cui dubium eſt quòd peſſimè cogitetis? Non [a]fiat' ita, ſed ite tantum viri, & ſacrificate Domino: hoc enim & ipſi petiſtis. ſtatimque eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis. ¶ Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ex- D
tende manum tuam ſuper Terram-AEgypti ad locuſtam, vt [b]deſcendat' ſuper terram, & deuoret omnem herbam quæ reſidua fuerit grandini. Et extendit Moyſes virgam ſuper Terram-AEgypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane facto ventus vrens leuauit locuſtas. Quæ aſcẽderunt ſuper vniuerſam Terram-AEgypti: & ſederunt in cũctis finibus AEgyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt. Operueruntque vniuerſam ſuperficiem Terræ, vaſtantes omnia. Deuorata eſt igitur herba terræ, E
& quicquid pomorũ in arboribus fuit, quę grãdo dimiſerat: nihil quoque omnino virens relictum eſt in lignis & in herbis terræ, in cuncta AEgypto. Quam ob rem feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron & dixit eis, Peccaui in Dominum Deum veſtrũ, & in vos. Sed nunc dimittite peccatũ mihi etiã hac vice, & rogate Dominũ Deum veſtrũ, vt auferat à me mortẽ iſtam. Egreſſúſque eſt [Moyſes] de conſpectu Pharaonis, & orauit Dominũ. Qui flare fecit vẽtum ab Occidente vehementiſſimũ, & arreptã locuſtam proiecit in Mare-rubrum: non remanſit ne vna F
quidem in cũctis finibus AEgypti. Et indurauit Domin[us] cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael.

Indurat Pharaonẽ Deus.

Moyſes minat[ur] Pharaoni locuſtas. Sapien. 16. b.

[a] fiet

[b] aſcendat

Agnoſcens peccatũ Pharao, petit orari pro ſe.

Orat Moyſes pro Pharaone.

¶1 in medio eius. i. vt in regno ei[us], eo ſpectante edam ſigna mea, i. gloriam meam. ¶2 Et narres in aurib[us] filij tui. i. audiente filio tuo & nepote tuo. Hic Moſes ſuſtinet perſonam totius Iſraelis. q. d. vt narrent Iſraelitæ filiis ſuis & nepotibus. ¶3 vl, renuis ſubmittere te mihi? Vl, renuis deprimere te coram me? ¶4 vl, Et cõuerſus eſt, & egreſſus. q. Et cõuerſus, egreſſus eſt &c. ¶5 Vſquequo erit nobis iſte in offendiculũ? Vel, Vſquequo erit nobis iſtud in laqueum? Id eſt, Vſquequo iſtud qđ fit ab iſtis, nobis damnoſum erit? ¶6 q. d. nũquid dimittes populũ hunc, quin tota AEgyptus perierit. Aut, dimitte populum iſtũ, alioqui actum eſt de tota AEgypto. Verti etiã poteſt, nõdum ſcis quod periit AEgypt[us]? Chaldæus paraph. an adhuc non ſcis quod perierit AEgyptus? ¶7 reuocati ſunt ¶8 vel, ſed quinã ſunt qui ituri ſunt? ¶9 i. celebraturi ſumus ſolẽnitatem Domini. ¶10 Heb. Sit ita Dominus vobiſcum vt dimittam vos &c. i. Vellem Dominum nõ maiori animo eſſe erga vos vt vos iuuet, quàm ſum vt vos dimittam cum &c. Ac ſi dicat, Nunquam ſum vos dimiſſurus cum paruulis &c. ¶11 Heb. videte quod malum eſt contra faciẽ veſtram. ſiue vt Chaldæus paraph. eſt è regione faciei veſtræ. i. videte quod malitia veſtra quã cogitatis, reuertetur in vos. Vl, videte quod malũ eſt vobis proximũ. L X X verterũt, videte quod ſcelus vobis propoſitũ eſt. Hoc eſt, quiuis poteſt videre, quod vos aliqd mali moliamini. ¶12 Subaudi, eiector, & ille qui eiicit. Alij volũt eſſe Hebraiſmũ, & antecedẽs pro relatiuo, expulit eos à ſe. ¶13 Subaudi, adducẽda. i. pro locuſtis adducendis. ſingulare pro plurali. ¶14 i. nũquam fuerũt viſę in tãto numero. ¶15 i. Radiũ ſolarẽ totius terræ AEgypti operuerũt, ita vt præ multitudine earum non potuerit radius ſolis pertingere vſq; ad terrã. ¶16 hac tantummodo vice, ¶17 i. perniciẽ iſtã; hoc eſt multitudinẽ locuſtarũ. ¶18 i. ventũ Oriẽtalem qui adduxerat locuſtas, vertit in ventũ ab Occidẽte flantẽ. Alij vertunt, flare fecit [ex cõtraria cæli parte] ventũ Occidentalẽ. ¶19 Vox Hebræa ſignificat cũ magna colliſione & fragore deijcere. ¶20 Suph. i. in mare Rubrum. ¶21 indurauit

IX

Tenebræ pal pabiles.

¶Dixit autem Dominus ad Moyſen, Extende ma num tuam in cælum: & ſint tenebræ ſuper Ter- ram-AEgypti tam denſæ vt palpari queant. Ex- tenditque Moyſes manum in cælũ: & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa Terra-AEgypti

Sapien.17.a.

tribus diebus.‖Nemo vidit fratrẽ ſuum, nec mo-

Sap.18.a. G

uit ſe de loco in quo erat:‖Vbicunque autem ha- bitabant filii Iſrael, lux erat. Vocauitque Pha- rao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Ite, ſacrificate Domino: oues tantum veſtræ, & armenta rema- neãt, paruuli veſtri eant vobiſcũ. Ait Moyſes, Ho- ſtias quoq; & holocauſta dabis nobis, quæ offera mus Domino Deo noſtro. Cuncti greges pergent nobiſcum: non remanebit ex eis vngula: quæ ne ceſſaria ſunt in cultum Domini Dei noſtri: præ- ſertim cũ ignoremus quid debeat immolari, do- nec ad ipſum locum perueniamus. Indurauit au tem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Moyſen, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocunq; die apparueris mihi, morieris. Reſpõdit Moyſes, Ita fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

C A P. X I.

Dominus iubet vt ſpolient AEgyptios. S.3.g.& 3.12.e

ET dixit Domin⁹ ad Moyſen, Adhuc vna pla ga tangam Pharaonem & AEgyptũ, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet. ‖Dices ergo omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mu- lier à vicina ſua vaſa argẽtea, & aurea & veſtẽ. Dabit autem Dominus gratiam populo ſuo corã

Eccli 45.a. B

AEgyptiis.‖Fuitque Moyſes vir magnus valde in Terra-AEgypti coram ſeruis Pharaonis, & omni

X

Mors primogenitorum.

populo.) ¶Et ait, Hæc dicit Domin⁹, Media no- cte[a] ingrediar in AEgyptũ: & morietur omne pri mogenitum in Terra-AEgyptiorum, à primoge nito Pharaonis qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt ad molam, & om nia primogenita iumentorũ. Eritque clamor ma

¶[a] egrediar

C

gnus in vniuerſa Terra-AEgypti, qualis nec an- tẽ fuit, nec poſtea futurus eſt. Apud omnes autẽ filios Iſrael non mutiet canis ab homine vſq; ad pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat Domi- nus AEgyptios & Iſrael. Deſcendẽntque omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me, dicẽtes, E- gredere tu & omnis populus qui ſubiectus eſt ti bi: poſt hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone i-

D

ratus nimis. ¶Dixit autem Dominus ad Moyſen, Non audiet vos Pharao vt multa ſigna fiant in Terra-AEgypti. Moyſes autem & Aaron fecerũt omnia ſigna & oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone: & indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua. C A. X I I.

Præceptũ & ritus edendi agni paſchalis.

DIxit quoque Dominus ad Moyſen & Aaron in Terra-AEgypti, Menſis iſte, vobis princi- pium menſium: primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſra- el, & dicite eis, Decima die menſis huius tollat v- nuſquiſque agnum per familias & domos ſuas.

¶Dixitque Dominus ad Moſen, Extende manum tuam verſus cælum, vt ſint tenebræ ſuper terrã AEgypti,[12] & tenebræ quidẽ quas palpet aliquis. Et extendit Moſes manum ſuam verſus cælum, factæque ſunt tenebræ obſcuriſſimæ in vniuerſa terra AEgypti tribus diebus. Nõ vidit quiſpiam proximum ſuum, nec ſurrexit quis de loco ſuo tribus diebus: omnibus autẽ filiis Iſrael lux fuit in ſuis habitationibus. Vocauit itaque Pharao Moſen, & dixit, Abite, ſeruite Domino:[13] veruntamẽ greges veſtri & armenta veſtra maneãt, etiã pubes veſtra eat vobiſcum. Et dixit Moſes, Tu e- tiam dabis in manus noſtras ſacrificia & holocau ſta, vt ſacrificemus ea Domino Deo noſtro. Etiam pecora noſtra ibunt nobiſcum, non relinquetur vel vngula: ex illis enim accipiemus vt ſeruiam[?] Domino Deo noſtro. & nos quidem nondum ſci mus[14] quid ſacrificaturi ſimus Domino, donec il luc venerimus. Et[15] retinuit Dominus cor Pharao nis, vt non vellet eos dimittere. Et dixit ei Pha- rao, Recede à me, caue ne vltra videas faciẽ meã: nam quacunque die videbis conſpectum meum, morieris. Et dixit Moſes,[16] Quemadmodũ loqu- tus es, non videbo vltra conſpectum tuum.

C A P. X I.

ET[1] dixit Dominus ad Moſen, Adhuc vnã pla gam adducam ſuper Pharaonẽ & ſuper AE- gyptum, tum tandẽ vos hinc dimittet:[2] quũmq; plene dimittet, omnino expellet vos hic. Loque- re quæſo audiente populo, vt quiſq; à proximo ſuo, & quæque à proxima ſua vaſa argẽtea & au rea poſtulet.[3] Conciliabitque Dominus gratiã po pulo corã AEgyptiis. quin & vir ille Moſes ex- cellentiſſimus erat in terra AEgypti corã ſeruis Pharaonis, & coram populo.) ¶[4] Et dixit Moſes, Sic dixit Dominus, Circa medium noctis ego exi bo in ipſam AEgyptum, Morietúrque omne pri mogenitũ in terra AEgypti,[5] à primogenito Pha raonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primo- genitum ancillæ,[6] quæ eſt poſt molã, atque om- ne primogenitum iumentorum. Et erit clamor magnus per totam terram AEgypti, qualis nun- quam fuit, & qualis nunquam futurus eſt. Apud cunctos autem filios Iſrael[7] non mutiet canis lin gua ſua, neque in hominibus neque iumẽtis: vt cognoſcatis[8] quale diſcrimẽ habeat Domin⁹ in- ter AEgyptios & inter Iſraelitas. Deſcendẽntque omnes ſerui tui iſti ad me, & proni procumbent mihi, dicentes, Egredere tu, & cunctus populus[9] qui ſub te eſt. & cum tandem egrediar. Et exiuit à Pharaone[10] iratus. ¶Dixit autem Dominus ad Moſen, Pharao vos nõ audiet, vt multa fiant pro digia mea in terra AEgypti. Moſes itaque & Aha ron fecerũt omnia hæc prodigia coram Pharao- ne.[11] & Dominus retinuit cor Pharaonis, vt nõ di mitteret filios Iſrael è terra ſua. C A P. X I I.

ET dixit Dominus ad Moſen & ad Aharonẽ in terra AEgypti in hanc ſententiam,[1] Men- ſis iſte erit vobis principiũ menſiũ:[2] is erit vobis primus in mẽſibus anni. Loquimini ad omnẽ cœtũ Iſrael, dicẽtes, Decimo huius mẽſis tollãt ſinguli ſibi[3] pecudẽ[4] iuxta domos patrũ, pecudẽ pro domo.

¶12 Alii expo- nunt, Et illæ te nebræ poſterio res expellant priores tene- bras noctis. i. ſine multo den ſiores tenebris nocturnis. Re- ctius intelliga- mus palpabiles ¶13 tãtũmodo ¶14 quo ſeruie mus. i. ex qua ſpecie ſacrifica turi ſimus. ¶15 Verum ſvl. Probe] locutus es,

X I.

¶1 Iam verò di xerat. quando ſcilicet apparue rat ei Dominus in rubo arden- ti. Hæc autem debent legi per parentheſin vſ que ad hæc ver ba, Et dixit Mo ſes, Sic dicit &c. ¶2 quũmq; di- miſerit[vos,] o- mnino expellẽ do expellet vos hinc. Omnino, inquit. i. ſine vl la exceptione, aut ſine condi- tione. Prius e- nim dicebat, cap.8.g, Dimit- tã vos &c. mo- do ne longius abeatis. Et cap. 10.f. Abite, ſer- uite Domio: ve runtamen gre ges &c. Alii vertũt, Cõſum- matim, ſiue in vniuerſum re- pellendo repel let vos hinc. Chaldæus para phraſtes, Cũm- que dimiſerit, omnino proii- ciet vos. LXX, cum omni eie- ctione eiiciet vos.

¶3 Hebr. Et dedit Dominus gratiam populo in oculis AEgyptiorum. i. Reddidit eum charum AEgyptiis. ¶4 Dixit autem. Vel, Adiecit Pharaoni Moſes: antequam ſcilicet egrederetur à facie ipſius Pharaonis. i. prædixit il- li vltimam plagam. Reddit enim ad interruptam hiſtoriam quæ eſt in fine præcedentis capitis. ¶5 vl, primogeni- to ſedente, id eſt ſeſſori, qui iure ſeſſurus erat ſuper ſolium patris. ¶6 Id eſt, quæ circumagit molam in piſtrino. ¶7 non mouebit linguam ſuam ab homine vſque ad beſtiam. i. neque hominibus, neque iumẽtis filiorũ Iſrael alla trabit vllus canis. ¶8 quod diſcrimẽ poſuerit ¶9 Heb. qui ſub pedibus tuis eſt. i. tibi ſubditus. ¶10 Heb. in ira fu roris. i. vehementiſſime iratus. ¶11 vl, ſed Dominus indurauerat cor Pharaonis propterea non dimiſit &c.

X I. ¶1 Eandem ſententiam verbis diuerſis effert. q. d. Erit vobis menſis præcipuus inter omnes mẽſes Hic eſt mẽſis qui poſtea Chaldaico vocabulo Niſan eſt appellatus, & plerũq; reſpõdet Martio noſtro. nã initiũ eius aliquã- do præcedit, & aliquãdo ſequitur æquinoctiũ vernale, ſecundum quod annus emboliſmicus propè vel longè fuerit. ¶3 Vox Hebræa ſignificat agnũ vel hœdum. ¶4 per domum patrum, agnũ per ſingulas domos. Repetitio Hebræis frequens. pro, ſibi per ſingulas familias. Domum enim patrum vocat familiam. Subaudienda prætereà dictio Nem- pe, videlicet, aut ſimilis, in poſteriore parte: hoc pacto, Per domum patrum, nẽpe per ſingulas domos, ſiue familias.

Si verò domus minor fuerit quàm vt edēdo agno[ſufficiat,] [4] ſumatur & vicinus eius, propinquus ſcilicet domui eius, [5]pro numero animarū, [6]numerabitis ad pecudem, quantum ſinguli edant. [7]Pecus ſit integra, [8]maſcula, annicula, quam ex ouibus aut capris accipietis. Et hanc quidem ſeruabitis vſque ad decimumquartum diem huius menſis: mactabitque eam omnis cœtus cōgregationis Iſrael [8]inter veſperas. Tollent inſuper de ſanguine, ponēntque in duob[us] poſtibus, & in ſuperis liminibus domorum, in quibus eā edent. Et comedent carnem illam eadem nocte, aſſam igni, & placētas infermentatas, cum amaris[herbis]comedent eam. Non comedetis ex ea [9]crudū, aut quod coctione coctum ſit in aqua, ſed igni aſſum: [10]caput eius cū cruribus atque interioribus ei[us]. Ne reſeruetis ex ea quidquam vſque mane: quod verò ex ea vſque mane relictum fuerit, igni comburetis. ¶ Sic autem comedetis illā, Lūbi veſtri ſint [11]accincti, calceaméta veſtra in pedibus veſtris, & baculus veſter in manu veſtra, & comedetis eam cum feſtinatione, [12]Pæſah hoc Domino. Et [13]tranſibo in terra Ægypti nocte [14]illa, & cædam omne primogenitum in terra Ægypti, tam in hominibus quàm iumentis, & [15]in cūctis dijs Ægypti edam iudicia, ego Dominus. Et ſanguis ille erit [16]vobis [17]ſignum in domibus in quibus vos fueritis: cúmque ſanguinem illum videro, præteribo vos, nec erit in vobis plaga [18]internecionis, [19] quum cecidero in terra Ægypti. Eritque vobis dies ille [20]in monumentum, & celebrabitis eum, feſtum Domino [21]in poſteritate veſtra, ſtatuto perpetuo celebrabitis eum. Septem diebus comedetis placentas infermentatas, verūtamen primo die [22]abolebitis fermétum è domibus veſtris: quicunque enim fermentatum comederit, à primo die ad ſeptimum vſque, excindatur anima huiuſmodi ex Iſraele. [23]Et primo quidem die conuocatio ſancta, & die ſeptimo conuocatio ſancta erit vobis: nullū opus fiet in eis, duntaxat quod editur ab omni anima, hoc ſolū [24]fiet à vobis. Et [25]obſeruabitis infermentata: nā hoc ipſo die eduxi [26]exercitus veſtros de terra Ægypti. obſeruabitis igitur hunc diem apud poſteros veſtros ritu perpetuo. In primo, decimoquarto die illius menſis ſub veſperam comedetis placentas infermentatas, vſque ad vigeſimūprimum diē menſis ad veſperā. Septē diebus nō inuenietur fermētū in domib[us] veſtris: nā quicūque fermétatū ederit, [27]ſiue incola is ſit, ſiue indigena terræ, excindetur anima illa de cœtu Iſraelis.

Siautem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum: aſſumet vicinum ſuū qui coniunctus eſt domui ſuæ, iuxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. Et ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diē menſis huius: immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperā. Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum in quib[us] comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes, cum lactucis agreſtibus. Nō comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, ſed aſſum tātum igni: caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo vſque mane. ſiquid reſiduum fuerit, igne comburetis. ¶ Sic autem comedetis illū, Renes veſtros accingetis, & calceamenta *habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes: eſt enim phaſe (id eſt tranſitus) Domini. Et tranſibo per Terram-Ægypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in Terra-Ægypti ab homine vſque ad pecus: & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autē ſanguis vobis in ſignū in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens quādo percuſſero Terram-Ægypti. Habebitis autē hunc diē in monimentum: & celebrabitis eam ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael, à primo die vſque ad diem ſeptimū. Dies prima erit ſancta atque ſolennis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de Terra-Ægypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. ¶ Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem viceſimamprimam eiuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus *fermentatum non inuenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis quàm de indigenis Terræ.

B

C

¶* veſtim

Leuit.23.a. nume.28.c.

¶* fermentū

¶4 vl, tunc accipiet & vicinū propriū in domum ſuam, ¶5 i. habita ratione numeri perſonarum & capitum familiæ. q.d. prout numeroſa fuerit familia, ita ſibi magnā aut paruam familiam adiunget. oportet enim vt agn[us] ille am bab[us] ſufficiat. ¶6 Heb. ſinguli ſecundum comeſtionem ſuā numerabitis ad agnum. i. habita ratione cibi quē edere poſſunt, numerabitis perſonas ad agnum edendum. q.d. quiſque tot ſibi aſſumet perſonas, quot ſibi ſatis eſſe poſſūt ad edendum agnum paſchalem. ¶7 vl, Agnus ſit integer. Id eſt, cui nihil deſit. ¶8 inter duas veſperas. Chaldæus paraphraſtes vertit, inter duos ſoles. i. inter ſolem declinātem in puncto meridiei, & inter ſolem occidentē: hoc eſt, inter meridiem & occidētem. Quidā dicunt vnam eſſe veſperam ſolis, quum ſol tranſit horizontem: alteram luminis, quum nō apparet lumen ſolis poſt occaſum. & ita ait immolādum eſſe agnum inter occaſum ſolis & principium noctis. ¶9 crudum intellige, quod nondum plenē eſt aſſum. ¶10 ſub. comedetis. ¶11 vt ſcilicet accincti eſſe ſolent lumbi eorum qui iter faciunt. ¶12 Hebraice P E S A H legitur, pro quo Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, dicunt Phaſe: Syri vero, ſiue Chaldæi Paſcha: quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus Paſcha. Senſus autem huius loci eſt, Significat tranſitum Domini imminere: Id eſt, horam qua tranſiturus eſt Dominus domos Ægyptiorum. Sequitur enim, Nā trāſibo &c. ¶13 i. interfecturus ſum primogenitos Ægypti, & ſeruaturus primogenitos filiorum Iſrael. ¶14 hac, ¶15 i. ſumā pœnas legitimas de idôlis Ægyptiorum. Deijciam enim eorum idôla, vt intelligant me ſolum Deum. q.d. Non ſolum oſtendam potentiam meam in primogenitis Ægyptiorum, ſed etiam in idôlis quæ colūt. ¶16 i. in veſtram vtilitatem. ¶17 Sub. angelo percutienti. ¶18 in perditionem. Poſſet melius verti, dum percutiam: vt verba illa, Et videbo &c. legantur per parentheſin: hoc pacto. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis (aſpiciam enim ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga) dum percutiam, quando &c. i. dum angelus quē mitto, percutiet primogenita Ægypti. ¶19 quando percutiam terram Ægypti. ¶20 i. in memoriā tanti beneficij accepti à Deo. ¶21 Heb. per ætates veſtras, ſtatuto mundi &c. i. vos cum poſteris veſtris, ſtatuto ſempiterno celebrabitis illum. ¶22 Heb. ceſſare facietis fermentum in domibus veſtris. nam quicunque &c. i. ante primum illum diem auferetis fermentum de domibus veſtris, ita vt primo illo die nullum inueniatur fermentum. ¶23 vl, Dies quidem prima erit conuocatio ſancta, etiam dies ſeptima erit vobis conuocatio ſancta. i. Dies ſolennis in quo conuocari iubetur populus. Hoc eſt, Ex illis ſeptem diebus primus & ſeptimus erunt vobis ſolennes. ¶24 vl, parabitur. i. nullū opus fiet à vobis, præterquam quòd licebit vobis parare cibum neceſſarium. ¶25 Id eſt, obſeruabitis ritum edendi azymos. erat enim ſignum quod Iudæos monere debuit diuinæ liberationis, qui eripuerat eos ab omni amaritudine ſpiritus. ¶26 Id eſt, omnem numerum filiorum Iſrael. ¶27 Heb. in aduena & indigena terræ. Phraſis eſt Hebraica, pro, ſiue aduena ſit, ſiue indigena terræ.

D Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma. ¶Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate phaſe. ¶Faſciculúmque hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrunque poſtẽ: nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque mane. Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cúmq; viderit ſanguinem in ſuperliminari & in vtroq; poſte, tranſcendet oſtiũ domus, & nõ ſinet percuſſorẽ ingredi domos veſtras & lædere. Cuſtodi verbũ iſtud legitimũ tibi & filijs tuis vſq; in æternũ. Cúmq; introieritis terrã quã Dominus [~]Deus' daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. Et cũ dixerint vobis filij veſtri, Quæ eſt iſta religio? dicetis eis, Victima trãſitus Domini eſt, quãdo trãſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto percutiẽs Ægyptios, & domos noſtras liberãs. Incuruatúſque popul[9] adorauit. ¶Et egreſſi filij Iſrael fecerũt ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aarõ. Factũ eſt autẽ, in noctis medio percuſſit Domin[9] omne primogenitũ in Terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat, vſq; ad primogenitũ captiuæ quę erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. ¶Surrexitque Pharao nocte & omnes ſerui eius, cunctáque Ægyptus: & ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non iacẽret mortuus. Vocatíſque Pharao, Moyſe & Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, *vos & filij Iſrael: ite, [~]&' immolate Domino ſicut dicitis. Oues veſtras & armenta aſſumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebántque Ægyptij populum [~]Iſrael' de Terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur. ¶Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermentaretur: & ligans in pallijs poſuit ſuper humeros ſuos. Fecerúntque filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi: & petierunt ab Ægyptijs vaſa argentea & aurea, veſtémque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs vt commodarent eis: & ſpoliauerunt Ægyptios. ¶Profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcẽta ferè millia peditum virorum, abſque paruulis [~]& mulieribus.' Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcẽdit cum eis, oues & armenta & animãtia diuerſi generis multa nimis. Coxerúntque farinam quam dudum de Ægypto conſperſam tulerant: & fecerunt ſubcinericios panes azymos: neq; enim poterat fermẽtari cogẽtibus exire Ægyptijs, & nullã facere ſinẽtibus morã: nec pulmẽti quicquã occurrerat præparare. Habitatio autẽ filiorũ Iſrael qua mãſerũt in Ægypto, fuit quadringentorũ triginta annorũ.

Heb. 11. e.
Parentibus præcipitur vt filios myſterium paſchæ doceant.
Clades primogenitorũ Ægypti. E
Sapien. 18. b.
Pharao eijcit filios Iſrael.
¶[8] &
Iudæi Ægyptios ſpoliãt vaſis argenteis. ſ. 11. a.
EGREDIVNTVR ISRAELITÆ.
410 annos habitauerũt in Ægypto.

Nihil fermẽtatum comedetis, ſed in omnibus habitationibus veſtris infermentatas placentas comedetis. ¶Conuocauit autem Moſes omnes ſeniores Iſrael, & dixit ad eos, [37]Ite, & tollite vobis ouiculã pro familijs veſtris, '& mactate[38] Pæſah.' Accipite quoque faſciculum hyſſopi, & tingite in ſanguine qui fuerit in *pelui: '& contingite ſupera limina & duos poſtes ſãguine qui eſt in pelui, nullúſque ex vobis fores domus ſuæ egrediatur vſque mane. Tranſibit enim Dominus vt cædat Ægyptios: quúmque ſanguinem in ſuperis liminibus, & in duobus poſtibus viderit, tranſiliet [10]Dominus' ianuam illam, neque permittet vaſtatorẽ ingredi domos veſtras [11]vt cædat. [12]Obſeruabitis itaque verbum iſtud, vt ſit & tibi & filijs tuis perpetuus ritus.' Fietque, quũ introieritis terram, quam Dominus vobis iuxta pollicitationem ſuam daturus eſt, hunc [13]cultum ſeruabitis. Deinde ſi filij veſtri ad vos dixerint, [*]Quis hic cultus veſter?' Reſpondebitis, [14]Mactatio Pæſah hæc Domino:' qui prætertijt domos filiorũ Iſrael in Ægypto, quũ cæderet Ægyptios, & domos noſtras liberauit. popul[9] verò ĩclinato vertice, [15]gratias egit. ¶Abierũt itaq; filij Iſrael, & fecerunt quemadmodum præceperat Domin[9] Moſi & Aharoni, ſic inquam fecerunt. Et factum eſt media nocte, quòd Dominus cæderet omne primogenitũ in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis [16]ſedentis' ſuper ſolium eius, vſque ad primogenitum captiui qui eſt in carcere, deinde & omne primogenitum iumẽtorum. ¶Et ſurrexit Pharao noctu, ipſe & omnes ſerui eius, atque cũcti Ægyptij, & factus eſt clamor magnus in Ægypto, quoniam non erat domus in qua non eſſet [17]mortuum aliquid.' Et vocauit Moſen & Aharonẽ noctu, & dixit, Surgite, exite è populo meo, tam vos quàm filij Iſrael, & ite ſacrificatum Domino iuxta verbum veſtrum: Quin & greges veſtros, armentáque veſtra tollite, quemadmodum loquuti eſtis, & abite, [18]atque fauſta mihi imprecamini.[19] Et inſtabant Ægyptij populo, vt feſtinanter eos expellerent è terra:' dicebant enim, Omnes [40]morimur. ¶Et tulit popul[9] maſſam farinaceam aqua ſubactam antequam fermentaretur, [41]reliquias ſuas in veſtibus ligatas ſuper humerum ſuum.' Et filij Iſrael fecerunt iuxta mandatum Moſis, poſtulantes [videlicet] ab Ægyptijs vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtes. Et Dominus [42]conciliauit gratiam populo coram Ægyptijs, [43]vt petita darent eis, & abſtulerunt Ægyptiis. ¶Profecti ſunt itaque filij Iſrael de Raemſes in Sucoth circiter ſexcenta millia peditum fortium virorum, præter pubem. Sed & [44]promiſcuum [vulgus]' plurimum aſcendit cum eis, oues quoque & boues & pecora admodum multa. Coxerunt ergo maſſam farinaceã, quã extulerãt ex Ægypto, placentas infermentatas, quoniã [45]non fermentauerãt:' eiecti enim ab Ægyptijs non potuerunt morã facere, nec etiã viaticũ ſibi parare. Habitationis verò tẽpus, quo filij Iſrael in Ægypto habitarũt, fuerũt anni quadringenti triginta.

¶37 Heb. Extrahite, & tollite vobis pecudem per familias veſtras. Extrahite, ſubaudi, de ouili. Chaldæus paraphraſtes vertit, Capite de filijs gregis .i. agnos vel hœdos. ¶38 vl, phaſe. Id eſt, victimã quæ trãſitum ſignificabat, quando Dominus tranſijt per Ægyptũ, occidẽs primogenita Ægyptiorũ, prætereũtis primogenitis Iſraelitarũ. ¶* e quo ſcilicet excepi fuit ſanguis agni. ¶10 Antecedẽs pro relatiuo poſitũ. Latini dicerent, Tranſibit ipſe oſtium. ¶11 ad percutiẽdum. Subaudi, primogenita. ¶12 Heb. Obſeruabitis igitur rẽ iſtam in ſtatutum, tibi & filijs tuis in ſempiternum. Trãſitus perſonæ eſt: ita vertendum eſſet, Erũt tibi ceremoniæ hæ vice ſtatuti &c. ¶13 vl, ritũ ¶* vl, Quid tibi vult hic ritus veſter q. d. Cur hũc ritum ſeruatis? ¶14. i. Victima ſiue ſacrificium tranſitus Domini eſt. hoc eſt, ſacrificium inſtitutum pro miſericordia, quã præſtitit nobis Deus, quando præteriit &c. ¶15 adorauit. ſub. Dominum, agnoſcendo beneficium Dei. ¶16 ſedente. i. ſeſſuro ſuper ſolium eius. ita docte vertit Chaldæus paraphraſtes. ¶17 mortuus. ¶18 Heb. benedicite etiam mihi. Chaldæus paraphraſtes, orate pro me. Ne ſcilicet moriar. ¶19 Heb. Et præualeſcebat Ægyptus ſupra populum ad feſtinandum dimittere illos è Terra. Hebraica phraſis, pro, Totis autẽ viribus Ægyptij vrgebãt populum vt mature diſcederẽt ab Ægypto. ¶40 vl, perimus. q. d. actum eſt de nobis. ¶41 cibos ſuos ligatos in veſtibus poſuit ſuper humeros ſuos. Alij vertunt, panaria ſua inuoluta veſtibus. Id eſt, vaſa in quibus ſeruatur maſſa illa. Vt tamen continens ſit pro cõtento: quaſi dicat, conſperſiones ſuas conſperſas. Alij dicunt vocem Hebræam SERVROTH, pro qua cibos vertimus, ſignificare reliquias ciborum. Poſſet & ita verti, ſubintelligendo IN, In panarijs ſuis inuolutis veſtibus &c. .i. tulit maſſam farinaceam in panarijs ſuis, inuolutis veſtibus, [tulit inquam] ſuper humerum ſuum. ¶42 Heb. dederat gratiam populo in oculis Ægypti. Id eſt, reddiderat populum ſuum gratum Ægyptijs. ¶43 Heb. & commodauerunt [ſiue mutuo dederunt] eis, & ſpoliauerunt Ægyptios. ¶44 Heb. miſtio multa. Chaldæus paraphraſtes vertit, extranei multi qui non erant Iſraelitici. ¶45 vl, non erat fermentatas

Filij docédi, cur primogenita in vſum Dei ſeparentur.

dicens, Quid eſt hoc? reſpódebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de Terra-Ægypti, de domo ſeruitutis. Nam cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Domin⁹ omne primogenitũ in Terra-Ægypti à primogenito hominis vſque ad primogenitum iumentorũ: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorũ redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationẽ, ante oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

¶ inter

Quare Deus filios Iſrael circunduxit per deſertum. D

¶ Deus

¶ Igitur cum emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam Terræ-Philiſthijm quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Ægyptum. Sed circunduxit per viã deſerti, quæ eſt iuxta Mare-rubrum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de Terra-Ægypti.

Oſſa Ioſeph fert Moyſes. Gene. 50. d.

¶ Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd adiuraſſet filios Iſrael, dicẽs, Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. ¶ Profectíque de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis.

Nume. 14. c. 1. Cor. 10. a. Columna nubis & ignis. Nehem. 9. d.

Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendã viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroq; tẽpore. Nunquam defuit columna nubis per diẽ, nec columna ignis per noctem, coram populo.

CAP. XIIII.

Iubet Deus populum caſtrametari in periculoſo loco, vt magis glorificetur. Indurat cor Pharaonis Deus. Pharao inſequitur Iſraelem.

LOcutus eſt autem Domin⁹ ad Moyſen, dicẽs, Loquere filijs Iſrael, Reuerſi caſtrametentur eregione Phi-hahiroth quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beel-ſephon: in conſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. Dicturúſque eſt Pharao ſuper filiis Iſrael, Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. Et indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: ſciẽntq; Ægyptij quia ego ſum Dominus. fecerúntque ita. ¶ Et nuntiatum eſt regi Ægyptiorum quòd fugiſſet populus: immutatúmq; eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ſuper populum, & dixerũt, Quid voluimus facere vt dimitterem⁹ Iſrael, ne ſeruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populũ ſuũ aſſumpſit ſecum. Tulitque ſexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus. Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & perſecut⁹ eſt filios Iſrael: at illi egreſſi erant in manu excelſa.

B

1. Mach. 4. a.

Cúmque perſequerentur Ægyptij veſtigia præcedentium, repererunt eos in caſtris ſuper mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erant in Phi-hahiroth contra Beel-ſephon.

De ſalute deſperantes Iſraelitæ murmurát. C

Cúmque appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamauerúntque ad Dominum. Et dixerunt ad Moyſen, Forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Ægypto? Nõnne iſte eſt ſermo

dicens, Quid hoc? Dices ad eum, Dominus eduxit nos potenti manu ex Ægypto, [16] è domo ſeruorũ. [17] Cúmque Pharao grauatim dimitteret nos, interfecit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis vſq; ad primogenitum iumenti: & hac cauſa ego ſacrifico Domino omne primogenitum maſculinum, atque omne primogenitum filiorum meorũ [18] redimo. Sit itaque in ſignum ſuper manum tuã, & in [19] monimentum inter oculos tuos, quòd Dominus eduxerit nos valida manu ex Ægypto. ¶ Factum eſt autem quum Pharao dimitteret populum, non duxit eos Deus per viam terræ Paleſtinorum, [10] quæ propior erat: quoniam ait Deus, Ne fortè pœnitudine ducatur populus quum viderint prælium, & reuertantur in Ægyptũ: Sed circũduxit Deus populum, [11] via deſerti maris carecthoſ, & [12] armati aſcenderunt filij Iſrael è terra Ægypti. ¶ Tulit quoque Moſes ſecum oſſa Ioſeph: ſacramento enim adegerat [Ioſeph] filios Iſrael, dicens, [13] Deus certiſſime viſitabit vos, tum abducetis hinc vobiſcum oſſa mea. ¶ Profecti itaque de Suchoth, caſtrametati ſunt in Etham [14] à fine deſerti. Et præcedebat eos Dominus, interdiu per columnam nubis, vt deduceret eos per viã, noctu verò per columnã ignis, vt luceret eis, quo incederent die noctúque. [15] Interdiu columna nubis non receſſit à conſpectu populi, nec ignis columna noctu.

CAP. XIIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Loquere ad filios Iſrael, vt reflectentes maneãt ante Pi-hahiroth [1] inter turrim & mare, è regione Baal-zephon, coram eo [2] caſtrametẽtur ad mare. Nã Pharao dicet de filiis Iſrael, Perplexi ſunt in terra, deſertum eos cõcluſit. Et ego [3] roborabo cor Pharaonis, vt perſequatur vos, & [4] glorioſus ero in Pharaone, & in cũcto exercitu eius: ſciẽnt que Ægyptii quòd ego ſum Domin⁹. & fecerũt ſic. ¶ Nuntiatum eſt autem Ægyptio regi quòd populus fugeret, & [5] verſum eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius contra populum, vt dicerẽt, [6] Cur hoc fecimus, vt dimitteremus Iſraelem, ne nobis ſeruiret? [7] Et accingẽs currum ſuum, tulit ſecum populum ſuum. Accepitque ſexcẽtos electos currus, & omnes currus Ægypti, & [8] [duces] triarios ſuper quenquam illorum. Et roborauit Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, perſequutúſq; eſt filios Iſrael. filii autem Iſrael egreſſi erant [9] excelſa manu. [10] Et Ægyptii perſequuti ſunt illos, & apprehenderũt eos caſtrametantes ad mare, omnis equitatus curruum Pharaonis atque equites eius, & copiæ eius iuxta Pi-hahiroth è regione Baal-zephon. Cúmq; Pharao applicuiſſet, ſuſtulerunt filii Iſrael oculos ſuos, & ecce Ægyptii proficiſcebantur poſt eos, timuerúntque vehementer, & clamauerunt filii Iſrael ad Dominũ, Et dixerunt ad Moſen, An nulla erant ſepulchra in Ægypto, [11] vt educeres nos, vt moreremur in deſerto? cur hoc feciſti nobis, vt educeres nos ex Ægypto? Annon hoc eſt quod loquuti ſumus

¶16. i. de loco à quo ſeruiebamus duram ſeruitutem.

¶17 Hebr. Quũ induraſſet ſe Pharao ad dimittendũ nos. i. quominus dimitteret nos.

¶18 vl, redimere ſoleo.

¶19 vl. frõtale. q. d. hæc oblatio primogenitorum reuocabit tibi perpetuò memoriã beneficiorũ acceptorum: erit tibi vice ſigni alligati manibus & fronti tuæ.

¶10 quia vicina erat. vl, q propinqua eſſet. ſiue parum diſtaret. diſtabat enim decẽ dierũ itinere.

¶11 per viã deſerti, Maris-rubri. Quidã repetũt dictionẽ Deſerti, hoc pacto, Per viã deſerti, deſerti inquã Maris-rubri. q. d. p vias obliquas duxit populũ ad Mare-rubrũ. Alii iter quos Chaldæus paraphr. ſubaudiũt præpoſitionem Hebræam ל ante ים, ſic, לים, & vertunt, ad Mare-rubrũ. q. d. circunducendo itineribus obliquis deduxit ad Mare-rubrum.

¶12 vox Hebræa propriè ſignificat quinto facere. Vnde quidam Hebræorũ vertunt, accincti [armis] in quinta [coſta.] q ſcilicet thorax pertingeret ad quintam coſtam. Alij dicunt ideo dici quòd quinque armorum generibus accincti fuerint. Prior opinio verior, quòd armati aſcenderint. ¶13 Heb. Viſitando viſitabit vos Deus, & aſcendere facietis pro, Cum viſitauerit vos Deus, efferte &c. ¶14 in ora [ſiue fine] deſerti. ¶15 Non abſtulit [ſub. Deus] columnam nubis interdiu, neque columnam ignis noctu ante populum.

XIIII. ¶1 ante Migdol. nomen loci. ¶2 caſtra figetis ¶3 indurabo ¶4 glorificabor. i. glorioſus apparebo. ¶5 Id eſt, mutata eſt ſentẽtia Pharaonis. ¶6 vl, Quid hoc rei eſt quod fecim⁹, quãdo dimiſimus &c. aut, quòd emiſimus. ſiue dimiſimus &c. ¶7 Heb. Iungens ergo currum. i. curauit apparandum currum ſuum. olim enim pugnabant in curribus. ¶8 præfectos ¶9. i. cum magna potentia, & magna audacia, animóque alacri. ¶10 vl, Cúmque perſequerentur eos Ægyptii, aſſequuti ſunt eos caſtrametatos iuxta mare: omnes inquam equi curruum Pharaonis, atque equites eius, & exercitus eius, iuxta Phi-hahiroth, quæ eſt eregione Beel-ſephon. Ordo perturbatior eſt: quem ſic poteris ordinare, Inſecuti ſunt Ægyptij, hoc eſt omnes equi curruum Pharaonis, & equites eius, & exercitus eius filios Iſrael: & aſſequuti ſunt eos caſtrametatos iuxta mare, iuxta Phi-hahiroth, quæ eſt eregione Beel-ſephon. ¶11 quòd eduxeris

¶11 vſ, quemadmodū vidiſtis hodie. nempe viuos. Inô eos eſtis viſuri viuos, vt nunc videtis. ¶13 Hic Moyſes, vt non nullis placet, populi perſonam ſuſtinet. q.d. Quare popul⁹ cui præes, clamat ad me? ¶14 gloriabor de Pharaone. ¶15 vſ. gloriabor de Pharaone. Id eſt, glorioſus apparebo ꝓpter mortem eius. ¶16 diſcedens q.d. angel⁹ qui præcedebat, cœpit ire à tergo. ¶17 Heb. nubes & tenebræ, & illuminabat noctem. Id eſt, columna illa quę erat inter vtraque caſtra, ex parte Iſraelis, noctem illuminabat: ex parte autem AEgyptiorum, erat nubes obſcura & tenebroſa. ita Chaldæ⁹ paraphraſtes. Vſ, erat nubes quæ illuſtrabat noctem filiis Iſrael: tenebræ autem erant AEgyptiis. ¶18 vt diſcederet mare vento Orientali vehementiſſimo [ſtante] tota &c. ¶19 in vigilia ¶10 vſ, attriuit. ¶11 abſtulit enim rotas curruum eius, ita vt deduceret illos grauiter. Subaudi, AEgyptios. Vel, cum magna difficultate. Agebāt ægre eos currus, vt ſolent magna difficultate agi detractis rotis.

ad te in AEgypto, dicentes, Sine nos vt ſeruiamus AEgyptijs: ſatius enim nobis fuerat ſeruire AEgyptijs, quàm vt moreremur in deſerto. Et dixit Moſes ad populum, Ne timueritis, conſiſtite, & videte ſalutem Domini, quam vobis hodie feret, nam[11] quos hodie vidiſtis AEgyptios, poſthac vltra perpetuò non videbitis. Dominus bellum geret pro vobis, & vos tacebitis. ¶Et dixit Domin⁹ ad Moſen,[13] Quid clamas ad me? loquere ad filios Iſrael, vt proficiſcantur. Tu verò tolle in ſublime baculum tuum, & extende manum tuam ſuper mare, & diſſeca illud, ingrediantúrque filij Iſrael per mediū maris in ſicco. Et ecce ego obfirmabo cor AEgyptiorum, vt illos inſequantur, &[14] glorioſus ero in Pharaone, & in vniuerſo exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius. Et cognoſcēt AEgyptii quia ego Dominus, quū[15] glorioſ⁹ fuero fact⁹ in Pharaone, in quadrigis eius, & equitibus eius. ¶Et[16] ſoluēs angel⁹ Dei qui præcedebat caſtra Iſraelis, ibat poſt eos: migrauit quoque columna nubis quæ erat ante eos, & ſtetit à tergo illorum: Venitque inter caſtra AEgyptiorum, & inter caſtra Iſraelitarū: & fuit[17] nubes & tenebræ [AEgyptijs,] illuſtrauit verò noctē [Iſraelitis,] vt alter ad alterum tota iſta nocte nō accederet. Et extēdit Moſes manum ſuam ſuper mare, & Domin⁹ effecit[18] vt decurreret mare per Orientalem ventum vehemētem tota illa nocte: & fecit mare vt eſſet ſiccū, & diſciſſæ ſunt aquæ. Et ingreſſi ſunt filij Iſrael in medium maris in ſicco, & aquæ [fuerunt] illis murus à dextra eorū, & à ſiniſtra eorum. ¶Et inſequuti AEgyptii, ingreſſi ſunt poſt eos ad medium maris, totus [ſcilicet] equitatus Pharaonis, currus eius, & equites eius. Factúmque eſt[19] in cuſtodia matutina, vt reſpiceret Dominus ad caſtra AEgyptiorum in columna ignis & nube, & caſtra AEgyptiorū[10] conturbauit,[11] & conſtrinxit rotas curruum eius, atque difficulter duxit eum: vt diceret AEgyptius, Fugiam à conſpectu Iſraelis: Dominus enim pugnat pro eis cōtra AEgyptios. Et dixit Dominus ad Moſen, Extēde manum tuam ſuper mare,[12] vt reuertantur aquæ ſuper AEgyptium, [hoc eſt] ſuper currus eius, & ſuper equites eius. Et extendit Moſes manum ſuam ſuper mare, & reuerſum eſt mare[13] in alueum ſuum ante lucem, fugerúntque AEgyptij obuiā[14] illi: & præcipitauit Dominus AEgyptios in medium maris. Et refluebāt aquæ, operuerúntque quadrigas & equites, atque totū exercitum Pharaonis, qui mare ingreſſi fuerant poſt illos, vt ne vnus quidem ex eis ſupereſſet. Filij autem Iſrael iuerunt per mediū maris in ſicco, & aquæ fuerunt eis vice muri à dextrę eorū & à ſiniſtra eorum. Seruauit itaque Dominus illo die Iſraelem de manu AEgyptiorum, ita vt Iſraelitæ viderēt AEgyptios mortuos ad litus maris. Vidit quoque Iſrael[16] manū illam potentem, quam exeruerat Dominus cōtra AEgyptios: & timuit populus Dominū, crediderúntque Domino & Moſi ſeruo eius.

CAP. XV.

TVnc[1] cecinit[2] Moſes & filii Iſrael cāticū iſtud Domino, & cecinerunt in hunc modum,

[3] Cantabo Domino, quia[4] magnifice magnificentiam ſuam exeruit,[5] equum & currus eius ſublatos in altum deiecit in mare.

quem loquebamur ad te in AEgypto, dicentes, Recede à nobis, vt ſeruiam⁹ AEgyptijs? multo enim melius erat ſeruire eis, quàm mori in ſolitudine. Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini quæ factur⁹ eſt hodie: AEgyptios enim quos nūc videtis, nequaquam vltrà videbitis vſque in ſempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. ¶Dixitque Dominus ad Moyſen, Quid clamas ad me? Loquere filiis Iſrael vt proficiſcantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud: vt gradiantur filii Iſrael in medio mari per ſiccum. Ego autem indurabo cor AEgyptiorum vt perſequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. Et ſciēt AEgyptij quia ego ſum Dominus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus ei⁹. ¶Tollénſque ſe angelus Domini qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens poſt tergum. Stetit inter caſtra AEgyptiorum & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem toto noctis tēpore accedere non valerent. Cúmque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum: diuiſáque eſt aqua. Et ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læua. ¶Perſequentéſque AEgyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ei⁹ & equites per medium maris. Iámque aduenerat vigilia matutina: & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra AEgyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum. Dixerunt ergo AEgyptij, Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam ſuper mare, vt reuertātur aquę ad AEgyptios, ſuper currus & equites eorum. Cúmque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibúſque AEgyptiis occurrerunt aquę, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerūt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris: liberauitque Dominus in die illa Iſrael de manu AEgyptiorū. Et viderunt AEgyptios mortuos ſuper litus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius.

CAP. XV.

TVnc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc Domino, & dixerunt,

Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare.

Promittit eis ſalutē à Deo Moyſes.

D

Clamās Moyſes ad Deū, iubetur virga mare diuidere.

¶ Dei Angelo ſe-

E

quente caſtra Iſrael, gradiuntur per medium maris.

Pſal. 113. a. Pſal. 77. b. d. 104. d. heb. 11. e.

Pharaonem. cū exercitu ſubmergit Deus.

F

Sapien. 18. b.

G

Viſo miraculo Iſraelitæ timent Deū, & credūt ei.

Gratias agūt Deo Moyſes & Iſraelitæ pro victoria. ſap. 10. d.

¶12 & reuertentur ¶13 ad robur ſuum. i. ad priſtinum vigorem & ſtatum. ¶14 Heb. dum reſpiceret mane. i. prima luce. ¶15 ſub. aquæ, vel mari. i. præ conſternatione ruebāt in ipſas aquas, vt viderētur ipſis aquis exire obuiam, & ipſæ aquæ illis. ¶16 manū magnā. Id eſt, potētiam & virtutē illam magnam qua vſus fuerat Dominus in AEgyptios. XV. ¶1 ſingulari numero dicit Cecinit: quòd ſolus Moſes compoſuerit canticum in laudem Domini: licet alij vnà cum eo cecinerint. ¶2 vel, in laudem Domini. Hoc capite continetur encomium huius tantæ victoriæ: agit enim gratias Deo ob tantam victoriam. ¶3 Cantabo dicit, φ hoc canticum Moſes compoſuerit. ¶4 Hebr. magnificando magnificatus eſt. Id eſt, magnum & fortem & ſtrenuum ſe eſſe oſtendit. ¶5 Heb. equum & aſcenſorem eius. i. equites enim & ipſos equos. Singulare pro plurali.

Eſa.12.a.pſal. 117.c.

Fortitudo mea,& laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem: iſte Deus meus,& glorificabo eum,Deus patris mei,& exaltabo eum.

Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare:electi principes ei⁹ ſubmerſi ſunt in Mari-rubro.

Abyſſi operuerunt eos,deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine:dextera tua Domine percuſſit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios[a] meos:[a] miſiſti iram tuam quę deuorauit eos ſicut ſtipulam.

¶[a] tuos:

B Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ: ſtetit vnda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.

Dixit inimicus,Perſequar & comprehendam,diuidam ſpolia,implebitur anima mea:euaginabo gladium meum,interficiet eos manus mea.

Flauit ſpirit⁹ tuus,& operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus Domine?quis ſimilis tui,magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis,faciens mirabilia?

Extendiſti manum tuam,& deuorauit eos terra.

Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti: & portaſti eum in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt:dolores obtinuerunt habitatores Philiſthiim.

Tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor:obriguerunt omnes habitatores Chanáan.

Irruat ſuper eos formido & pauor:in magnitudine brachij tui fiant immobiles quaſi lapis:

C donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertráſeat popul⁹ tuus iſte quē poſſediſti.

Introduces eos,& plantabis in monte hæreditatis tuæ,firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es Domine:ſanctuarium tuū Domine,quod firmauerunt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum & vltrá.

¶[a] equus,

Ingreſſus eſt enim[a] eques,[a] Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.

[6] Dominus eſt robur & carmen meum, [7] qui fuit ſeruator meus:[a] iſte[inquam Domin⁹]eſt [8] Deus[a] meus,[9] hunc decorabo:[a] Deus patris mei,[10] hunc extollam.[a]

Dominus[11] vir bellator,[a] Dominus nomen eius.

Quadrigas Pharaonis & copias eius [12] deiecit[a] in mare,& electi[13] triarij[a] eius demerſi ſunt in mari[14] carectoſo.[a]

Abyſſi eos operuerunt,deſcenderunt in profunditates veluti lapis.

Dexteta tua ô Domine [15] excellenti virtute eminuit,[a] dextera tua ô Domine hoſtem cōfregit.

Et[16] in multitudine magnificentiæ tuę ſubuertiſti[a] inſurgentes contra te. [17] miſiſti furoré tuū, qui deuorauit eos tanquam ſtipulam.

[18] In flatu narium tuarū[a] coaceruatæ ſunt aquæ, [19] flumina[a] conſtiterunt vt cumulus,abyſſi[20] coagulatæ ſunt[a] in medio mari.

Hoſtis dixit, Perſequar, apprehendam, diuidam ſpolia,[21] implebitur eis anima mea:[a] exerā gladium meum,perdet eos manus mea.

Vento tuo flauiſti, [&]mare eos operuit: demerſi ſunt veluti plumbum in aquis vehementibus.

Quis tui ſimilis [22] in dijs[a] ô Domine?quis ſicut tu [23] magnific⁹ ſanctitate,[24] formidabilis laudib⁹,[a] faciens admiranda?

Extendente te dexteram tuam [25] deglutiuit eos terra.

[26] Duxiſti tua bonitate populum iſtum, quē aſſeruiſti, duxiſti tua fortitudine ad habitaculū ſanctuarij tui.

[27] Audientes [hoc]populi contremuerunt, dolor apprehendit habitatores Paleſtinæ.[a]

Tūc[28] perterriti ſunt duces Edom,robuſti Moab, apprehendit eos tremor,defluxerūt omnes habitatores Chanaan.

[29] Cadat[a] ſuper eos tremor & pauor,in magnitudine brachij tui[30] obſtupeſcant[a] quaſi lapis,donec pertranſierit populus tuus ô Domine, donec pertranſierit populus iſte quem [31] adquiſiuiſti.[a]

Introduces eos,&[32] plantabis[a] eos in monte hæreditatis tuæ,[33] [ad]habitaculum manſionis tuæ, [34] quod tu paraſti Domine:[ad]ſanctuariū Domini,quod manus tuæ firmauerunt.[a]

Dominus regnabit in ſeculum, [35] & in perpetuum.[a]

Quoniam ingreſſus [36] eques Pharao cum currib⁹ ſuis & equitibus ſuis[a] mare, & reduxit Dominus ſuper eos aquas maris.filij autem Iſrael profecti ſunt per ſiccum in medio mari.

¶6 Id eſt, Deus eſt cuius auxilio hoſtibus ſuperior fui, & qui mihi propterea canticis celebrādus eſt. ¶7 Heb.qui factus eſt mihi in ſalutem: Id eſt, tulit enim mihi opem, & liberauit me. ¶8 Hic E L,Deus dicitur à fortitudine,quia fortitudinem ſuā oſtenderat. ¶9 vel,propterea extruam illi tabernaculum.In quo ſcilicet eum colā. ¶10 propterea exaltabo eum. ¶11 Heb.vir belli. hoc eſt. admodum bellicoſus. ¶12 vel, eiaculatus eſt. quaſi dicat,Tāta facilitate deiecit in mare, quanta quis emittere ſolet ſagittas arcu. Id ſignificat vox Hebraica I A R A. ¶13 principes ¶14 Suph. ¶15 Heb.magnificata eſt in fortitudine.i.planum factū eſt, manum tuam magnā ac fortem eſſe, ex eo quòd per eam fortiter egeris. Hebraica phraſis. ¶16 Hoc eſt,magnificétia tua inſigni & multa,ſiue excellenti tua fortitudine deſtruxiſti &c.Hebraiſmus. ¶17.i. oſtendiſti te iratum,& ſtatim perierunt. ¶18 vel,Per flatum naris tuæ.Id eſt,quem emiſiſti.quia Deus eſt author flatuum & ventorum. ideo dicitur ventus naris eius, hoc eſt, ab eo emiſſus.q.d.feciſti vt ſpiraret ventus,& ad flatum illius ſtatim congregatæ ſunt aquæ. ¶19 fluenta ¶20.i.ita ſteterunt ac ſi congelatæ fuiſſent. ¶21 vel, explebitur eis deſyderium meum.i.diuitijs eorum replebor. ¶22 vel,inter deos.ſiue,inter angelos.Incipit admirari fortitudinem Dei,poſtquam facta eius mirabilia enarrauit. ¶23 magnificatus eſt in ſanctitate?Id eſt,quis ſicut tu pollet, ſiue præditus eſt ſanctitate? ¶24 Id eſt,terribilis quoque es quum laudaris, quum nemo mortalium te ſatis laudare queat.Vel rurſum ſubaudiuntur verba illa,Quis ſicut tu.quaſi dicat,Quis ſicut tu,tanta reuerentia laudari debeat,ſiue laudandus ſit,vt qui facias mirabilia magna ſolus?Alij vertunt,Terribilis laudibus,Id eſt,qui magno cum timore laudari debeat. ¶25 q.d.Nō ſolum abſorpti ſunt aquis,ſed etiam terra aperuit ſe,& abſorbuit eos. ¶26 Præteritum pro futuro hic poſitum eſt,Duces[vel,Deduces] per miſericordiā tuā populum iſtum quem redemiſti: deduces tuis viribus ad tabernaculū ſanctitatis tuæ.i.ad tabernaculum ſanctum,in quo tu qui ſanctus es,habitabis. intelligit montem Sion.in quo poſtea extructum templum. Redemiſſe dicitur Deus populum ſuum,quando aſſeruit eum in libertatem. ¶27 Præterita pro futuris,Audient populi,& commouebuntur:dolor corripiet habitantes Palęſthinam.i.Philiſthæos.Quidam pro Cōmouebuntur,vertunt Iraſcentur. ¶28 turbabuntur principes Edom:fortes Moab corripientur tremore:diſſoluentur omnes habitatores Chanáan .i.animo demiſſo erunt. Principes Edom, vocat Idumæorum principes:& fortes Moab,fortes Moabitidis regionis. ¶29 Cadet.futuro tempore. ¶30 cōticeſcent. Id eſt,ob fortitudinem tuam quam brachio tuo oſtendes. ¶31 Chaldæus paraphr.redemiſti. ¶32 dicit Plantabis, quaſi perpetuo habitaturos. ¶33 Heb.loco habitationis tuæ.i.in ſede quam feciſti vt illic ſedeas. ¶34 Subaudiendū eſt N A M:hoc modo,Nam templum firmabunt(vel,parabunt)ô Domine,manus tuæ.Quaſi dicat, præcipies tibi ædificari templum in ſede illa & loco in quo conſtituiſti habitare. ¶35 Heb.& vltrá.i.perpetuò.q.d.Ipſe extrues tibi templum,& tunc rex eris in æternum in ea ſede quam firmabunt manus tuæ. ¶36 equus Pharaonis cum curribus eius & equitibus eius

Et ſumpſit Maria ꝓphetis ſoror Aharonis tympanum in manum ſuam, & egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cũ tympanis & choris. Et Maria [viciſſim] [37]reſpondit eis, [38]Cantate Domino, quia[39]magnifice magnificẽtiã ſuã exeruit, equos [40]& currus eius ſublatos in altum deiecit in mare. ¶Mandauit itaque Moſes vt Iſraelitæ[41]ſoluerent à mari carectoſo: egreſſi ergo in deſertum Sur, profecti ſunt tribus diebus per deſertum, & non inuenerunt aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant aquas Mara bibere, eo quòd amaræ eſſent: & ob hoc appellauit nomen eius[42]Mara. Et murmurans populus aduerſus Moſen, dixit, Quid bibemus? Et clamauit ad Dominum, & Dominus[43]oſtendit ei lignum, quod cum immiſiſſet in aquas, dulces factæ ſũt aquæ. ibi dedit [44]ei ſtatuta & iudicium, & ibi tentauit eum. Et ait, Si diligenter audieris vocẽ Domini Dei tui, & quod rectum in oculis eius eſt feceris, & auſcultaueris præceptis eius, cuſtodieriſque omnia ſtatuta eiꝰ: [45]nullũ languorem quem Ægyptijs immiſi, tibi immittam: quia ego Dominꝰ te ſanãs. ¶Et venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt ibi iuxta aquas.

CAP. XVI.

Soluentes autẽ de Elim, venerũt omnis cœtus filiorũ Iſrael ad deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai, quintodecimo die menſis ſecundi poſt egreſſum eorum è terra Ægypti. Et omnis cœtus filiorum Iſrael murmurabat contra Moſen & Aharonem in deſerto. Et filij Iſrael dixerunt ad eos, Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quãdo ſedebamus nos ad ollas carnium, & quando comedebamus panẽ ad ſatietatem: quoniam eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt omnem congregationem iſtam fame conficeretis. Et ait Dominus ad Moſen, En ego[1]depluam vobis panem de cælo, & egredietur populus,[2]vt colligãt demẽſum in ſingulos dies: vt probem eum, ambulétne in lege mea néc ne. Die verò ſexto parent quod[3]inferant, eritque illud duplum, huius reſpectu quod collegerunt in ſingulos dies. Dixitque Moſes & Aharon ad vniuerſos filios Iſrael, Veſperi ſcietis quòd Dominus eduxit vos de terra Ægypti: Mane autem videbitis[4]gloriã Domini, eo quòd audierit ipſe murmurationem veſtram[5]contra Dominum:[6]nos enim quid ſumus, quòd aduerſum nos murmuraſtis? Et ait Moſes,[7]Quum Dominus dederit vobis ad veſperam carnes ad edendum, & panẽ mane ad ſatietatem, [teſtabitur] ſe audiſſe querimonias veſtras, quibus muſſitatis aduerſus eũ. quid enim nos ſumus? non contra nos ſunt querimoniæ veſtræ, ſed contra Dominum. Et dixit Moſes ad Aharonem, Dic ad omnem cœtum filiorũ Iſrael, Accedite in conſpectum Domini, quoniam audiuit querimonias veſtras. ¶Contigit autem, quum loqueretur Aharon ad omnem cœtum filiorum Iſrael, vt reſpicerent ad deſertum, & ecce gloria Domini viſa eſt in nube. [8]Locutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, Audiui querimonias filiorum Iſrael, loquere ergo ad eos in hãc ſententiam,[9] Inter veſperas comedetis carnes, & mane ſaturi eritis panibus: ſcietiſque quòd e-

Sumpſit ergo Maria propheteſſa ſoror Aaron tympanũ in manu ſua: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens, Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorẽ eius deiecit in mare. ¶Tulit autem Moyſes Iſrael de Mari-rubro, & egreſſi ſunt in deſertũ Sur: ambulaueruntque tribus diebus per ſolitudinẽ, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd eſſent amaræ. vnde & congruum loco nomẽ impoſuit, vocãs illum Mara, id eſt amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moyſen, dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominũ. qui oſtendit ei lignum: quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt. ibi conſtituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, dicens, Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectũ eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſque omnia præcepta illius: cunctum languorem quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te. ego enim ſum Dominus Deus ſanator tuus. ¶Venerunt autẽ in Elim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt iuxta aquas.

Mulieres cũ tympanis laudãt Deũ.

Veniũt i Sur filij Iſrael.

D

In Mara ob aquas amaras murmurant.

Iudith 5.c. eccli 38.a.

Audiendus Deus

Infirmitates.

Sanator Deꝰ.

Veniunt in Elim. nume. 33.b.

CAP. XVI.

Profectique ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertũ Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de Terra-Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine. Dixeruntque filij Iſrael ad eos, Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in Terra-Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carniũ, & comedebamus panem in ſaturitate: cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnẽ multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiũt per ſingulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parẽt quod inferant: & ſit duplum quàm colligere ſolebãt per ſingulos dies. Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra-Ægypti. Et mane videbitis gloriam Domini: [*]audiui enim murmur veſtrum contra Dominũ: nos verò quid ſumus, quia muſſitaſtis contra nos? Et ait Moyſes, Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo quòd audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum. nos enim quid ſumus? nec cõtra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron, Dic vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael, Accedite corã Domino: audiuit enim murmur veſtrum. ¶Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerũt ad ſolitudinẽ: & ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutꝰ eſt autẽ Dominꝰ ad Moyſen, dicẽs, Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos, Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus: ſcietiſque quòd ego ſum Domi-

Veniũt i deſertum Sin. ſapien.11.a.

Murmurant pro cibo.

B

¶* audiuit

C

Contra Deũ murmurat, qui cõtra miniſtros eius.

Loquit Moyſi Deꝰ in nube. Eccli 45.a.

¶37 Moyſi ſcilicet, & alijs viris præcinentibus. Vt enim illi dixerunt, Cãtate Domino, &c. ſic quoque illa ijſdem verbis prorupit in laudem. Alij legunt, Et Maria præcinebat illis, ſub. mulieribus. ¶38 Ponitur hic ſolũ initium cantici: veriſimile eſt tamen illã præcinuiſſe totum canticum: verùm noluit repetere.

¶39 Vide quartam annotationem huius capitis. ¶40 cũ ſeſſoribus ſuis ¶41 proficiſcerentur

¶42 Mara ſignificat amarum.

¶43 Heb. docuit eum arborem. Id eſt, oſtendit ei arborem, ex qua decerptum ramum proiecit in aquas amaras.

¶44 Ei, ſcilicet Iſraeli. Id eſt, illic Deus tulit Iſraelitis aliquot leges.

¶45 Quaſi dicat, Quomodo immitterem in te morbos, quũ ego is ſim qui ſanare te ſoleam ſiquando morbo téteris?

XVI.

¶1 i. inſtar pluuiæ è cælo demittam vobis cibum. ¶2 colligéntque rem diei i die ſuo. i. colligent quotidie quantum ſatis erit pro ipſo die. Hebraiſmus eſt. Per hoc autem voluit Dominus tentare & probare eos an crederent verbis eiꝰ, & non plus colligerent quàm illis opus eſſet per ſingulos dies. Voluit præterea dare illis cibos, non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos dies: vt nullus tranſiret dies, in quo Dei circa ſe non ſentirent beneficiũ: atque ob id eſſent ſemper memores Dei. Ob ipſam cauſam videtur Chriſtus docuiſſe nos orare, Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. ¶3 Subaudi, in domos ſuas. ¶4 declaratur iſtud verſiculo paulo poſt ſequenti, Ecce gloria Domini. vt ſcilicet ita intelligatis hoc opus non eſſe humanum, ſed diuinum. ¶5 more Hebraico dictum, pro, contra ſe. Antecedens pro relatiuo. ¶6 vt, nos enim quid poſſimus aliud facere [vobis,] ¶7 Subaudiendum eſt, videbitis gloriam Domini. Vel, cognoſcetis quòd Dominus eduxerit vos de Ægypto, non autem nos, quum dederit Dominus vobis veſperi carnem ad comedendum, & panem mane ad ſaturandum [vos:] audiuit enim querimonias &c. ¶8 Dixerat autem Dominus ad Moſen in hunc modum, Audiui &c. ¶9 Vide cap. 12. annotationem de hoc.

Pluit coturnices & man.

nus Deus veſter. Factum eſt ergo veſpere, & aſcédens coturnix, cooperuit caſtra: mane quoque

D ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cúmque o-

Nume.11.b. psal.77.c. ſap.16.c. Iohan.6.d.

peruiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerunt adinuicem, Man hu? (quod ſignificat, Quid eſt hoc?) ignorabant enim quid eſſet.

1.Cor.10.a.

Quibus ait Moyſes, Iſte eſt panis quẽ Dominus dedit vobis ad veſcendum. Hic eſt ſermo quem præcepit vobis Dominus, Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, iuxta numerum animarum veſtrarum quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Feceruntque ita filij Iſrael: & collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt

2.Cor.8.d.

ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus. ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant cõgregauerunt.

E

Man ſeruatũ fœtet & cõputreſcit.

¶ Dixitque Moyſes ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebát autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum, cúmq; incaluiſſet ſol, liqueſiebat.

Sabbatho ne coquere quidẽ fas erat.

¶ In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo gomor per ſingulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis, Hoc eſt quod locut⁹ eſt Dominus, Requies ſabbathi ſanctificata eſt Domino cras. quodcunque operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vſque in mane.

F Feceruntque ita vt præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inuẽtus eſt in eo. Dixitque Moyſes, Comedite illud hodie, quia ſabbathum eſt Domini: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbathum eſt Domini, idcirco nõ inuenietur.

¶ Domino: In ſabbatho De⁹ nõ pluit man.

¶ Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerent, non inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam? Videte quód Dominus dederit vobis ſabbathum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, & nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbathizabit populus die ſeptimo.

Increpat De⁹ populum, q ſabbathũ nõ cuſtodiant.

¶ ſabbathizauit ſpt. té.

Appellauitque domus Iſrael nomen eius Man: quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtúſque eius quaſi ſimilæ cum melle.

Man. G

¶ Dixit autem Moyſes, Iſte eſt ſermo quẽ præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retró generatiões: vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de Terra-Ægypti. Dixitque Moyſes ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi man, quãtũ poteſt capere gomor: & repone corã Domino ad ſeruãdũ in generatiões veſtras, ſicut præceperat Do-

Man reſeruatur i memoriã poſteris.

¶ præcepit

go ſum Domin⁹ Deus veſter. Factũmq; eſt veſperi, &[10] aſcẽdit coturnix, operuitque caſtra, & mane[11] proiectus fuit ros circum caſtra: [12] Quo abſcedente, ecce in ſuperficie deſerti minutũ quiddam &[13] orbiculare, minutum tanquam pruina ſuper terram. Et videntes filij Iſrael, dixerũt quiſque ad proximum ſuum, [14] Hoc eſt man. Neſciebant enim quid eſſet. Et ait Moſes ad eos, Hic eſt panis, quem dedit vobis Dominus in cibũ. [15] Hoc eſt verbum quod præcepit Domin⁹, Colligite ex eo, quiſque[16] quantum edat: gomer [17] pro capite iuxta numerum animarum veſtrarum, quiſque pro his qui ſunt in tentorio ſuo accipite. Et filij Iſrael fecerunt ſic, & collegerunt, alij plus, alij minus. Et quum metirentur per gomer, [18] nihil ſuperfuit ei qui plus, nihil defuit ei qui minus collegerat: quiſque collegit[19] quantũ ad veſcẽdũ [ſatis fuit.] ¶ Et ait Moſes ad eos, Nemo quidquã [20] reſiduum faciat ex eo vſque mane. Qui nõ audierunt Moſen, ſed quidam reſeruarũt ex eo vſque mane, & produxit vermes & computruit, & iratus eſt aduerſus eos Moſes. Collegerũt autem illud[21] mane per ſingulos dies, quiſque[22] quantũ ad veſcendum [ſatis fuit:] quũmque ſol incaleſceret, [23] liqueſiebat. In die ſexto collegerunt panem duplicem, duo ſcilicet gomer pro vno. Et venerunt omnes primores congregationis, &[24] retulerũt Moſi, & dixit ad eos, Hoc eſt quod Dominus loquutus eſt, [25] Quies ſabbati ſancti cras eſt Domino: [26] quod pinſere volueritis, pinſite: & quod coquere vultis, coquite, [27] atque omne quod ſupereſt, reponite vobis vt ſeruetur vſq; mane. Et repoſuerunt illud vſque mane, quemadmodum præceperat Moſes, & non cõputruit, neque vermis natus eſt in eo. Et ait Moſes, Comedite ipſum[28] hodie: quoniã[29] ſabbatum eſt hodie Domino, hodie non inuenietis ipſum in cãpo. Sex diebus colligetis ipſum, & in die ſeptimo ſabbatũ eſt, [30] quo die non erit. ¶ Cõtigit autẽ vt quidam é populo ſeptimo quoque die exirent ad colligẽdum, & non inuenerunt. Et ait Dominus ad Moſen, Quandiu renuitis obſeruare præcepta mea & leges meas? Videte, Dominus dedit vobis ſabbatum, & ob id dat vobis ſexto die [31] panem pro duobus dieb⁹. maneat igitur quiſq; in loco ſuo, & nõ egrediatur vllus de loco ſuo ſeptimo die. Quieuit itaque populus die ſeptimo. Domus autem Iſrael appellauit nomen illius Man, & erat veluti ſemen[32] coriandri, album, & guſtus eius vt [33] placentæ mellitæ. ¶ [34] Dixitq; Moſes, Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus, Imple gomer ex eo, quod ſeruetur apud poſteros veſtros: vt videãt panem, quem vobis edendũ dedi in deſerto, quãdo eduxi vos de terra Ægypti. Et ait Moſes ad Aharonem, Accipe[35] vaſculum vnum, & pone in eo gomer plenum man, & repone illud [36] coram Domino, vt ſeruetur pro poſteris veſtris. Et Aharon repoſuit illud [37] coram teſtimonio vt ſeruaretur, quemadmodum præceperat Dominus

¶10 q.d. ex alio loco aduolarũt tot coturnices, vt caſtra cooperirentur.

¶11 Heb. fuit deſcenſio roris. i. deſcendit ros.

¶12 Heb. Cúmque diſparuiſſet deſcenſio roris. i. quum euanuiſſet ros qui deſcenderat.

¶13 Chaldæus paraph. decorticatũ. hoc eſt, album, vt ſunt ligna decorticata.

¶14 Donũ eſt ignorabant &c. Hoc eſt, Donum illud eſt quod Dominus pollicitus fuerat. Appellauerunt autem vocabulo generali, quod eſt Mã: quód propriũ illi nomen indere non poſſent.

¶15 Hoc eſt quod præcepit Dominus, ſub. de manna.

¶16 vl, quantũ comedere poſſit. hoc eſt, quantum ſatis ſit illi pro cibo.

¶17 in caluariã. i. per ſingula capita.

¶18 Heb. nõ ſuperabundauit multiplicãs, & diminuens nõ defecit. vl deficere fecit. ſub. menſuram. i. qui plus collegerat, non plus tamẽ habuit: neque qui minus collegerat, minus eo habuit qui plus collegerat. q.d. omnes habuerunt menſuras iuſtas, ſinguli quantum comedere poterãt, vt mox dicit, nẽpe gomer vnũ quiſque. Hunc locũ citat Paulus, 2. Corin.8.c, ex verſione L X X interpretum, In præſenti tempore, veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multum, non abundauit: & qui modicum, nõ minorauit. ¶19 Heb. iuxta cibum ſuum. ¶20 vl, relinquat. Nolebat enim eos eſſe ſolicitos de craſtino. Matth.6.d, Nolite ſolliciti eſſe in craſtinũ &c. ¶21 Heb. mane & mane. i. ſingulo mane. ¶22 iuxta cibum ſuum. ¶23 vl, liqueſcere ſolebat. ¶24 nempe quód collegiſſent panem duplicem. ¶25 Hebr. Ceſſatiuncula, ceſſatio inquam ſanctitatis Domino cras. i. Die craſtino vobis ceſſandũ eſt in honorem Domini. Is dies tribuendus eſt Domio & laudi diuinæ, qui ipſe ceſſauit ſeptimo die. ¶26 quod coſturi eratis, coquite: & quod elixaturi, elixate. i. quod die craſtino eratis coſturi, coquite hodie. ¶27 Subaudiendũ aliquid, quale, & comedite ad ſaturitatẽ. vt ſequatur, quicquid autem ſupererit &c. ¶28 diẽ ſeptimũ intelligit. ¶29 i. ceſſandum eſt vobis hodie in honorẽ Domini. ¶30 i. eo die non cadet man. ¶31 i. cibum. ¶32 Aſſimilatur man coriandro, non colore, quũ ſemina coriandri ſint nigra: ſed figura, quód man fuerint granula paruula in morẽ granulorũ coriandri. ¶33 vl, ſimilæ frixæ in melle. ¶34 Omnia hæc dicuntur per anticipationem, vſque ad finem capitis, quaſi dicerentur poſt conditum tẽplum & tabernaculum. ¶35 quidam ſcutellam vertunt. ¶36 i. in arca teſtimonij. ¶37 i. coram arca teſtimonij.

Moſi. Et comederunt filij Iſrael man annis quadraginta, donec venirent ad terram habitandā: man inquam comederunt donec venirent ad terminum terræ Chanaan. Porrò gomer eſt decima pars epha.

CAP. XVII.

PRoiectus itaque vniuerſus cœtus filiorum Iſrael de deſerto Sin, [1]per profectiones ſuas' iuxta præceptū [2]Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua vt biberet populus. Et expoſtulauit populus cum Moſe, & dixerunt, [3]Date nobis aquam vt bibamus. Quibus ait Moſes, [4]Cur mecum expoſtulatis? cur tētatis Dominū? Sitiuit ergo illic populus [5]aquam, [6]& querebatur aduerſus Moſen, dicens, Quare effeciſti tu vt aſcēderemus de Aegypto, vt me & filios meos atque pecora mea ſiti interficeres? ¶ Et clamauit Moſes ad Dominum, dicens, Quid faciam populo huic? parum abeſt quin me lapidibus obruant. Et dixit Dominus ad Moſen, [7]Tranſi coram populo,' & tolle tecum de ſenioribus Iſrael, & baculū tuū quo fluuium percuſſiſti, tolle in manum tuam, & vade. Ecce ego [8]ſto' ante te illic ſuper petram quæ eſt in Horeb, & tu percuties petram, & egredientur ex ea aquæ vt bibat populus. Et Moſes fecit ſic coram oculis ſeniorum Iſrael. Vocauitque nomen loci illius [9]Maſſa & Meriba: propter contentionem filiorum Iſrael, & quòd tētaſſent Dominum hiſce verbis, [10]Eſtne Dominus in medio noſtri, annon? ¶ Venit Amalec, & pugnabat cum Iſraele in Raphidim. Et dixit Moſes ad Iehoſua, Elige nobis viros, & egrediens pugna contra Amalec: & cras ego ſtabo in vertice collis, & [11]baculus Dei' in manu mea. [12]Et Iehoſua fecit' quemadmodum præceperat ei Moſes, [13]pugnauitque' cōtra Amalec. Moſes autem, Aharon & Hur aſcenderunt in verticem collis. Factúmque eſt, [14]cū in ſublime attolleret manus ſuas Moſes, Iſrael ſuperior erat: quando verò manus demittebat, ſuperior erat Amalec.' Manus verò Moſis [15]graues fuerunt:' tulerunt ergo lapidem, & ſuppoſuerūt [eum] illi, & ſedit ſuper eo: Aharon verò & Hur fulcierunt manus eius, vnus hinc, alter iſthinc: & [16]fuit firmus manib' ſuis' vſq; ad ſolis occaſum. Debilitauit itaque Iehoſua Amalec, atque [17]populum eius [18]gladio.' Dixitque Dominus ad Moſen, [19]Conſigna hoc in librum [20]ad monumentum,' & [21]commenda auribus ipſius Iehoſua, quoniam plane delebo' memoriam Amalec de ſub cælo. Et extruxit Moſes aram, vocauitque nomen ei' Dominus [22]Niſſi.' Et dixit, [[23]ſublata] manu ſuper ſoliū Dei, [iuro] quòd prœliū Domini [futurū ſit] cōtra Amalec [24]per omnia ſecula.

CAP XVIII.

ET audiuit Iethro [1]ſacerdos' Midian, ſocer Moſis, omnia quæ fecit Deus [2]Moſi & Iſraeli populo ſuo,' quòd eduxiſſet Dominus Iſraelem ex Aegypto. Tulit itaque Iethro ſocer Moſis Zipporam vxorem Moſis [3]poſtquam remiſerat eam,' & duos filios eius, quorum vnius nomen erat Gerſom, quoniam [4]dixerat, Aduena' fui in terra alie-

min' Moyſi. Poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruandū. ¶ Filij autem Iſrael comederūt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerent fines Terræ Chanáan. Gomor autem decima pars eſt ephi.

CAP. XVII.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonem Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendū populo. Qui iurgatus contra Moyſen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus reſpondit Moyſes, Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſen, dicens, Cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? ¶ Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens, Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Domin' ad Moyſen, Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael: & virgā qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua, & vade. En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb: percutieſque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael. Et vocauit nomē loci illius Tentatio*, propter iurgiū filiorum Iſrael, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Eſtne Dominus in nobis, annon? ¶ Venit autem Amalec, & pugnabat contra filios Iſrael in Raphidim. Dixitque Moyſes ad Ioſue, Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Ioſue vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec: Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cúmque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem, & Hur ſuſtentabant man' eius ex vtraq; parte. Et factum eſt vt manus illius nō laſſarentur vſque ad occaſum ſolis. Fugauitque Ioſue Amalec, & populū eius in ore gladij. ¶ Dixit autem Domin' ad Moyſen, Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo. Aedificauitque Moyſes altare: & vocauit nomē ei', Dominus-[1]exultatio'-mea, dicens, Quia manus [2]ſolius' Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationē.

CAP. XVIII.

CVmque audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraeli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dominus Iſrael de Aegypto: tulit Sephorā vxorē Moyſi quā remiſerat: & duos filios ei', quorū vn' vocabatur Gerſam, dicēte patre, Aduena fui in ter

Nehem. 9. d. Iudith 5. c.

Gomor.

Veniūt in Raphidim.

Murmurant ob aquæ penuriam. Num. 20. a.

B Orat Deū Moyſes.

[Exod.] 14. e. Pſalm. 77. b. 1. Corint. 10. a.

Datur aqua è petra.

¶* & lis

Tentare Deū

C Amalecitæ occiduntur à filijs Iſrael, orāte Moyſe. Iudith 4. d. Sapien. 11. a. Deut. 25. d.

Ioſue.

D

Amalecitarū interitū prædicit Deus.

¶ [1] exaltatio

¶ [2] ſolij

Iethro inuiſit Moyſen, cum vxore & filijs ipſius Moyſi. [Exod.] 2. d.

¶1 Gallicè dicimus, Par leurs iournees.

¶2 Hebr. iuxta os ¶3 Tu ſcilicet Moyſes & Aaron date &c.

¶4 q.d. Vos eſtis ingrati, & obliti beneficij à Deo accepti, nū certo ſcitis, atque creditis Deum eſſe omnipotentem, & ita non deſerturum vos?

¶5 propter aquā. ſiue, penuria aquæ. q.d. magna ſiti preſſus fuit ibi popul', quia aquæ deficerent. ¶6 &, pro propterea.

¶7 vſ. Præcede populum.

¶8 præſens pro futuro, ſtabo.

¶9 i. Tentatio & contentio.

¶10 i. Qua ratiōe ſciem' Dominum eſſe nobiſcum?

¶11 quo ſcilicet Deus tanta miracula operat' erat. ¶12 vſ. Fecit itaque Ioſue ¶13 vſ, pugnando

¶14 i. quando Moſes totus pēdebat à Deo, & intētiſſime orabat, magna animi cōtentione, vincebat Iſrael: quādo verò remittebat preces, tum vincebant Amalecitæ. Manus illæ exaltatæ, contētionem orationis ſignificant: remiſſæ verò, remiſſionem orationis adumbrabant. ¶15 i. ſua ſponte demittebantur: quia caro per ſe debilis & infirma eſt, niſi adſit vigor ſpiritus. ¶16 Hebraicè ad verbum legitur, fuit manibus eius fidelitas. Vel, & quælibet manus eius fuit fidelis. hoc eſt, fuerunt manus eius fideliter & firmiter extenſæ. Chaldæus paraphraſtes, fuerūt manus eius extenſæ in orationem, donec &c. ¶17 i. populum qui venerat ei auxilio qui non erat Amalecites. ¶18 Hebr. in ore gladij, pro, acie gladiorum. ¶19 vſ, Scribe hoc in libro. ſub. legis, vel, in libro bellorum Domini, vt hoc dicatur per anticipationem. ¶20 vſ. pro memoriali, ¶21 Hebr. trade in auribus Ioſue, quòd procul dubio delebo &c. i. inculca ipſi Ioſue quòd &c. ¶22 Vexillum meum. Alij vertunt, Miraculum meum. q.d. miraculo & miſericordia Dei factum eſt iſtud. Chaldæus paraph. vertit, Et coluit ſuper ipſum altare Dominum, qui fecit ei mirabilia. Alij, Vocauit nomen eius Altare Domini vexilli mei. i. qui fuit mihi loco vexilli. ¶23 Hebr. manus ſuper ſolium Domini, bellum Domino erit &c. Hebraiſmus eſt, Manus Domini ſuper ſolium eius: pro, Iurauit Dominus per ſolium ſuum, quòd bellum erit ei contra &c. ¶24 Hebr. à generatione in generationem. i. per omnes ætates & in ſempiternum.

XVIII. ¶1 vſ, princeps, vt vertit Chaldæus paraphraſtes. ¶2 i. propter Moyſen & Iſraelem populum ſuum. in gratiam Moſis & populi ſui Iſraelis. ¶3 ſub. in domum paternam. nā ipſa, quum Moſes proficiſceretur in Aegyptum, inciderat in morbum propter circunciſionem populi ſui. Rectius verteris ex Hebræo, poſt dona eius. Pronomē fœmininum. i. cumulatam donis & muneribus à patre. ¶4 ſub. Moſes, vocabitur Gerſom, hoc eſt Aduena: quia Aduena &c.

ra aliena. Alter verò Eliezer, De⁹ enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. ¶Venit ergo Iethro cognatus Moyſi, & filij eius & vxor eius ad Moyſen in deſertũ, vbi erat caſtrametat⁹ iuxta Mõtem-dei. Et mãdauit Moyſi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cũ ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt

B

eum: ſalutauerũtque ſe mutuo verbis pacificis. Cúmque intraſſet tabernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Domin⁹ Pharaoni & Ægyptijs propter Iſrael, vniuerſũmque laborem qui accidiſſet eis in itinere & quòd liberauerat eos Dominus. Lætatúſque eſt Iethro ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quòd eruiſſet eum de manu Ægyptiorum, & ait, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Ægypti. Nunc cognoui quia magnus Domin⁹ ſuper omnes deos: eo quòd ſuperbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias ʼDomino:ʼ veneruntque Aaron & omnes ſeniores ˜filiorumʼ Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Deo.

C

¶Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam. Quod cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait, Quid eſt *quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane vſque ad veſperam? Cui reſpõdit Moyſes, Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. Cúmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & oſtẽdam præcepta Dei, & leges eius. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore cõſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Dominus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum: oſtendáſque populo ceremonias & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeant, & opus quod facere. Prouide autem de omni plebe viros ʼſapientesʼ & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autẽ maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tãtummodo iudicent: leuiúſque ſit tibi, partito in alios onere. Si

D

hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cũ pace. Quib⁹ auditis Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicabãt plebem ˜Dominiʼ omni tẽpore: quicquid autẽ grauius erat, referebãt ad eũ, faciliora tãtũmodo iudicãtes. Dimiſitq; cognatũ ſuũ: q reuerſ⁹ abijt in terrã ſuã.

Narrat Moyſes liberatiõẽ filiorũ Iſrael ſocero.

Deũ Iſraelis confitens Iethro, offert holocauſta.

3.r.b.c.d.ſ.b. c.d.14.b.

¶ Deo:

Moyſes ſecũdũ leges Dei iudicat lites populi.

¶ hoc

Quærere Deum, quid.

Deut.1.b.

Iudices alios ſecũ cõſtituit Moyſes, & quales.

¶ potentes

na. Nomen verò alterius, Eliezer: quoniam [5]ſdixerat.] Deus patrisʼ mei in auxilio meo, qui eripuit me de gladio Pharaonis. ¶Venit itaq; Iethro ſocer Moſis, & filij eius, & vxor eius ad Moſen in deſertum, vbi ſcilicet ipſe ad montem Dei caſtra fixerat. Et dixit ad Moſen, Ego Iethro ſocer tuus venio ad te, ſed & vxor tua, atque duo filij eius cum ea. Et egreſſus Moſes obuiã ſocero ſuo, incuruauit ſe, & oſculat⁹ eſt eũ, & interrogauit alter alterũ [6]nũ recte haberẽt ſomnia,] ingreſſiq; ſũt tentorium. Et recenſuit Moſes ſocero ſuo omnia quæcunque fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptijs propter Iſraelem, omnem deniq; moleſtiã [7]quæ eis in itinere contigerat,ʼ & ſquomodo] liberaſſet eos Dominus. Et Iethro lætatus eſt ſuper omni [8]bonitate quaʼ proſequutus eſt Dominus Iſraelem, [9]quódque liberaſſet eumʼ de manu Ægyptiorum. Et ait Iethro, Laudandus Dominus, qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, quique eripuit populum iſtum à manu Ægyptiorum. Nunc cognoui quòd magnus eſt Dominus præ omnibus dijs, quoniã [10]in ea re qua illi inſolẽter egerunt contra illos, ſperierunt.] Et accepit Iethro ſocer Moſis holocauſtum & ſacrificia [11]Deo. ¶Venitq; Aharon & omnes ſeniores Iſrael, ad comedendum panem cũ ſocero Moſis [12]coram Deo. [13]Poſtero dieʼ ſedit Moſes [14]ad iudicandum populum: ʼſtabátque popul⁹ coram Moſe à mane vſque ad veſperam. Et videns ſocer Moſis omnia quæ ille faciebat populo, ait, Quid hoc eſt quod facis [15]populo? quare tu ſolus ſedes, & cunctus populus ſtat iuxta te à mane vſque ad veſperam? Et reſpondit Moſes ſocero ſuo, Quoniam [16]venitʼ populus ad me [17]vt conſulat Deum. Quum fuerit illis cauſa aliqua, [18]venitʼ ad me, & ego ius dico inter virum & proximum ſuum, & oſtendo ſtatuta Dei & leges eius. Et ait ſocer Moſis ad eum, Res quam tu facis nõ eſt bona, [19] omnino marceſces,ʼ & tu & populus iſte qui tecum eſt: nam grauius eſt negotium, quàm vt tu hoc ſolus conficias. Audi igitur vocẽ meam, conſulam tibi, & [20]erit Deus tecũ. [21]Tu gere curam populi coram Deo,ʼ & refer cauſas ad Deum, Et doce eos ſtatuta & leges, & viam eis oſtende in qua ambulent, atque opus quod faciãt. Porrò ex omni populo tu [22]proſpiceʼ viros [23]fortes,ʼ timentes Deum, viros veraces, [24]odiẽtes auaritiam,ʼ & præfice illos tribunos, cẽturiones, quinquagenarios atque decuriones. Illi iudicent populum omni tempore: omnem verò rem grauẽ quæ inciderit, ad te referent: ipſi verò vniuerſas res paruas iudicent, [25] leuabúntque te quum ferent tecum.ʼ Si hoc feceris, [26]ſin his quæ] De⁹ præcipiet ſubſiſtere poteris: denique omnisʼ populus iſte rediret ſpoterit] ad locum ſuum [27]in pace.ʼ Obediuit itaq; Moſes voci ſoceri ſui, & fecit omnia quæ ille dixerat. Et elegit Moſes viros fortes ex omni Iſraele, & cõſtituit eos capita ſup populũ, ſnempe] tribunos, cẽturiones, quiquagenarios & decuriones. [28]Illique iudicaueruntʼ populũ omni tẽpore: cauſas verò difficiles referebant ad Moſen, cũctas verò res paruas ipſi iudicarũt. Dimiſit autẽ Moſes ſocerũ ſuũ, abiitque is in regionẽ ſuã.

¶5 ſub. Moſes, vocabitur Eliezer. hoc eſt, Dei adiutoriũ: quia Deus patris &c. ¶6 Heb. de pace. pro, interrogauerũt ſe mutuo quinam valerent. Quidam vertunt, beneprecati ſunt alter alteri. Alij, ſalutauerunt ſe inuicem pacifice. i. verbis pacificis. Prior interpretatio verior ¶7 He. quæ inueniſſet eos. i. quam ſuſtinuiſſẽt & paſſi fuiſſent. ¶8 bono quo &c. i. ppter oia bona quib⁹ proſecutus &c. ¶9 vl, quem liberaſſet ¶10 eadem re qua ſuperbe agebant in eos. Sub. perdidit eos. Chaldæus paraphraſtes, quoniam in re qua cogitauerunt Ægyptij iudicare Iſraelẽ, in ea iudicauit eos De⁹ .i. puniuit. Dominus eni ſubmerſit Ægyptios perſequẽtes Iſraelẽ, quẽadmodum pueros Hebræorum ipſi præceperãt ſubmergere quum naſcerẽtur. ¶11. i. quæ offerret Deo.

¶12. i. non longe ab eo loco vbi Deum conſulebant: ante tabernaculum ſcilicet fœderis, non longe à tabernaculo Moſis. Nam tabernaculũ Moſis erat iuxta tabernaculũ fœderis. Hæc autẽ dicuntur per anticipationẽ: quia nondũ erat tabernaculũ fœderis. ¶13 quùm ſcilicet Iethro veniſſet. ¶14. i. vt ius redderet populo. ¶15 vl, ppter populũ? ſiue, populi cauſa? ¶16 Venit, eſt præſentis tẽporis. i. venire ſolet. Verti etiam poteſt, Scito q̃ veniat &c. Aut, Certe venire ſolet &c. ¶17 vl, vt requirat ſententiam Dei. Chaldæus paraphraſtes, vt inquirat inſtructionẽ à Deo. ¶18 ſingulare pro plurali, veniunt. ¶19 ſuccumbendo ſuccumbes. Quaſi dicat, proculdubio ſuccumbes. Hoc ſignificat geminatio illa verbi Hebraica. Vel, deficiendo deficies. ¶20. i. erit tibi auxilio. Vel, dabo tibi tale conſilium, quod Deus, tibi fauendo, probabit. ¶21 Heb. Eſto tu populo coram Deo. Id eſt, Tu propter populum aſta coram Deo. ¶22 conſyderabis. i. cum multa animaduerſione & cognitiõe deliges. ¶23 Heb. virtutis. hoc eſt ſtrenuos, fortes, magnanimos, qui ſint ferendo tanto oneri, patientes laboris. Quidã interpretantur, viros diuites & conſtantes, qui in iudicio nec minis nec muneribus à recto deflecti poſſunt. ¶24 Chaldæus paraphr. qui oderint accipere pecuniã & munera. ¶25 & ſarcinam tuam leuiorem reddent, & illam ferent tecum. i. te iuuabunt. ¶26 Heb. & præceperit tibi Deus, poteris ſuſtinere: & etiam omnis &c. i. idque ex præcepto Dei, & volẽte Deo, poteris ſufficere huic labori. ¶27. i. ſublatis iurgijs ac litib⁹. ¶28 vl, Qui iudicabãt

CAP. XIX.

MEnſe tertio[1] quum egreſſi eſſent filij[2] Iſrael ex terra Ægypti, [3]ipſa die[3] venerūt in deſertum Sinai.[4] Soluentes enim[4] ex Raphidim, venerūt in deſertum Sinai, & caſtrametati ſunt in ipſo deſerto, [5]miſitque[5] illic Iſrael è regione mōtis. ¶ Moſes verò aſcendit [6]ad Deum, [6]& vocauit eum Dominus de monte, dicens,[7] Sic dices Domui Iacob, & annuntia filijs Iſrael. Vos vidiſtis quæ feci Ægyptiis, &[7] geſtaui vos [quaſi] ſuper alis aquilarum,[7] & duxi vos ad me. Nunc ergo ſi diligēter audieritis vocem meam, & fœdus meū cuſtodieritis, eritis mihi [8]peculium præ omnibus populis: [9]mea[quidem] eſt omnis terra.[9] Vos autem eritis mihi [10]regnum ſacerdotale,[10] & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loquēris ad filios Iſrael. ¶ Venit itaque Moſes, & vocauit ſeniores populi, & [11]propoſuit illis[11] omnia verba iſta quæ præceperat ei Dominus. Et reſponderunt omnis populus pariter, & dixerunt, Quæcunque loquutus eſt Dominus, faciem*. ¶ Et retulit Moſes verba populi ad Dominū. Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce ego veniam ad te in denſa nube, vt populus audiat me tecum loquentem, & etiam credant tibi perpetuo. ([12] Et nuntiauit Moſes verba populi Domino.)[12] Et ait Domin* ad Moſen,[12] Vade ad populū, & [13]conſecra[13] eos hodie & cras, lauēntque veſtimenta ſua, Vt ſint parati in diem tertium: quoniam in die tertio[14] deſcendet Dominus[14] in oculis totius populi in montem Sinai. Et circunſcribe terminū populo[15] circunquaque,[15] dicens, Cauete vobis ne aſcendatis in montem, neque extremitatē ei* attingatis: quicūque mōtem attigerit, morte moriatur: Non[16] feriet[16] eum man*, ſed[17] lapidib* obruatur, aut telo petatur:[17] ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, non viuet. [18]Quum protractus fuerit ſonitus iobel,[18] ipſi[19] aſcēdent[19] in montē. ¶ Et deſcendit Moſes de mōte ad populum, & [20]conſecrauit[20] populum, & lauerunt veſtimenta ſua. Et dixit ad populum, Sitis parati in diem tertium, [21] neque acceſſeritis ad vxores.[21] Factūmque eſt die tertio quum eſſet mane, facta ſunt tonitrua & fulgura, & nubes grauis ſuper montem, & vox[22] cornu[22] vehementiſſima, & [23]expauit[23] vniuerſus populus qui erat in caſtris. Et Moſes populum obuiam Deo è caſtris eduxit, & conſtiterunt[24] ad imam radicem[24] mōtis. Mons autē Sinai totus fumabat, eo quòd deſcendiſſet ſuper eum Dominus[25] in igne, [26]& aſcēdit[26] fumus eius tāquā fumus fornacis calcariæ, & totus mons vehementer cōtremuit. Cūmq; vox cornu intenderetur, & fieret vehementer fortis, loquebatur Moſes, & Deus reſpōdebat ei[27] in voce. [28]Deſcendit itaq; Dominus[28] in montem Sinai, in verticem montis: & quum vocaſſet Dominus Moſen in verticem montis, aſcendit Moſes. Et dixit Dominus ad Moſen, Deſcende, [29] obteſtare populum, ne fortè [30] prorumpant ad Dominum vt cōtēplentur,[30] corruántque ex eis multi. Quia

CAP. XIX.

MEnſe tertio egreſſionis * Iſrael de Terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vſque in deſertū Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibique Iſrael fixit tentoria e regione montis. ¶ Moyſes autē aſcēdit *in montē* ad Deum: vocauítque eum Dominus de mōte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Iſrael, Voſipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarū, & aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cūctis populis: *mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnū ſacerdotale, & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loquēris ad filios Iſrael. ¶ Venit Moyſes: & cōuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mandauerat Dominus. Reſponditq; omnis populus ſimul, Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. ¶ Cūque retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum, ait ei Dominus, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te, & credat tibi in perpetuū. Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad Dominum. Qui dixit ei, Vade ad populū, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauéntque veſtimenta ſua. Et ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. Conſtituéſque terminos populo per circuitū, & dices ad eos, Cauete ne aſcēdatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montē, morte morietur. Manus nō *tangent eum, ſed lapidibus opprimetur, aut cōfodietur iaculis: ſiue iumentum fuerit ſiue homo, non viuet. cū cœperit clangere buccina, tūc aſcendant in montē. ¶ Deſcenditque Moyſes de monte ad populū, & ſanctificauit eum. Cúmque lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos, Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iámq; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperūt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangórque buccinæ vehemētius perſtrepebat: & timuit *populus qui erat in caſtris. Cúmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorū, ſteterūt ad radices mōtis. Totus autē mōs Sinai fumabat: eo q deſcēdiſſet Dominus Deus ſuper eū in igne, & aſcēderet fumus ex eo quaſi de fornace: erátque omnis mons terribilis. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in cacumen eius. Quò cū aſcēdiſſet, dixit ad eū, Deſcende, & conteſtare populū ne forte velit tranſcendere terminos ad vidēdū Dominū, & pereat ex eis plurima multitudo.

Veniunt ad mōtē Sinai. num. 33. c.

¶* filiorum

Act. 7. c.

Deut. 29. a.

* Pſal. 23. a.

Sacerd. reg.

B 1. pet. 2. b.

Sancta gens.

Moyſes annunciat verbum Dei.

Moyſi verbis Deus vult fidem haberi.

Iubetur popul* ſanctificari.

C

Tangens mōtē lapidatur. heb. 12. e.

¶* tanget

Sanctificatur populus.

In tonitru & fulgure apparet Deus, vt à populo timeatur.

¶* omnis

Deut. 4. b.

D

¶1 ab egreſſu filiorum ¶2 .i. ipſo die quo receſſerunt ex Raphidim. Hoc ideo dicit, q nō eſſet magna diſtantia ex Raphidim ad mōtem Sinai. q.d. plus itineris cōfecerūt eo die, quàm alijs diebus. Alij referunt ad primū diem menſis. q.d. Primo die mēſis tertij venerūt in deſertum Sinai. ¶3 Profecti ſūt autē. vl. Diſceſſerant autē de Raphidim, & venerūt &c. q.d. Nā quū diſceſſiſſent eo die de Raphidim, ipſa eadem die peruenerūt in deſertū Sinai. ¶4 caſtrametatúſque eſt ¶5 Hebræi ſubaudiunt Montem, & legunt, ad montē Dei, in quo ſcilicet Deus ſe manifeſtauit, & legē tradidit. ¶6 Chaldæus paraphraſtes, vocauerat enī eū Domin* de monte, dicendo, ¶7 .i. portaui vos quaſi in humeris, ſicut aliqua pullos ſuos portat in alis, præter morē aliarū auium quæ pedib* portāt. ¶8 vt theſaur* vnicè dilectus, præ cunctis populis. Sic vocat Dominus populū ſuū cui legē ſuā tradidit, & viuēdi formā præſcripſit. Vox Hebræa SEGVLA, ſignificat rē quādā amati & charā. ſiue theſaurus fuerit, ſiue res alia quæcūque. ¶9 Heb. quia mea eſt vniuerſa terra. q.d. tametſi mei ſint omnes populi, diligā tamē vos vnice, & ſupra omnes alios populos. ¶10 vl. ſacerdotiū regale. i. regnū ſacerdotū. Chaldæ* paraphraſtes vertit, reges & ſacerdotes: acſi dictiones eſſent ſeparatæ. q.d. faciā omnes vos reges & ſacerdotes, & gētes ſanctas. ¶11 Heb. poſuit ante faciē eorū ¶12 Renūtiauerat enim Moſes verba populi ad Dominū. Hæc debēt legi per parētheſin. q. d. Moſes retulerat Domino populū non credere, eū eſſe miſſum ab ipſo Deo vt eos liberaret. ¶13 Addiditque Dominus, ¶13 ſanctifica. Hic ſanctificare, pro præparare accipitur. ¶14 .i. deſcendā. Hebraiſmus. ¶15 vl. per circuitū. ſub. mōtis. ¶16 tanget. q.d. nemo ſequetur eū qui tetigerit mōtē, vt eripiat eum ne lapidetur. ¶17 Heb. lapidādo lapidabitur, & iaculādo iaculabitur. i. lapidibus obruetur, & cōniicietur iaculis. ¶18 Heb. Cū traxerit buccina. Sub. vocem ſuā. i. quū prolixius inſonuerit buccina. Iobel, cornu eſt, aut buccina, aut ſonus ille editus. ¶19 .i. aſcēdere poterūt. ¶20 .i. præparauit. ¶21 .i. abſtineat vnuſquiſq; ab vxore ſua. ¶22 vl. buccinæ ¶23 ſiue, intremuit ¶24 in ima parte ¶25 .i. circūdat* igne. ¶26 aſcēdebátq; ¶27 .i. clara voce & exaudibili ab omnib*. ¶28 Deſcēderat autē Dominus. q.d. Poſteaquā Dominus deſcēderat, ſtabat in vertice mōtis &c. ¶29 & denūtia populo ne diſſipēt terminos. Denūcia, inquit, quaſi teſtibus adhibitis. ¶30 Heb. deſtruāt, ad Dominū, ad vidēdū. i. ne deſtructis ordinibus, deſertáque ſtatione conſcendant ad Dominū, vt videāt gloriā eius, & propterea cadat ex eis maxima pars. In fine huius capitis adiecit verbum, quod hic ſubintelligi debet, quum ait, ne diruant vt aſcendant.

Sãctificãtur ſacerdotes.

Sacerdotes quoque[a] & populus qui accedunt ad Dominũ, ſanctificentur, ne percutiat eos. Dixitq; Moyſes ad Dominum, Nõ poterit vulgus aſcendere in mõtẽ Sinai: tu enim teſtificatus es & iuſſiſti, dicẽs, Pone terminos circa montẽ, & ſanctificã illum. Cui ait Dominus, Vade, deſcẽde: aſcẽdẽſque tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autem & populus ne trãſeant terminos, nec aſcendãt ad Dominũ, ne fortè interficiat illos. Deſcenditq; Moyſes ad populũ, & omnia narrauit eis. CAP. XX.

Populus & ſacerdotes, ne tangãt montem.

Deos alienos ne habeam[9]. deuter. 5. a. pſal. 80. c. 96. b. 113. b. leuit. 26. a.

Locutúſq; eſt Deus cunctos ſermones hos, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis.

Nõ habebis deos alienos corã me. Non facies tibi ſculptile, neque omnẽ ſimilitudinẽ quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes,[†] viſitãs iniquitatẽ patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ eorũ qui oderũt me: Et faciẽs miſericordiam in millia his qui diligunt me: & cuſtodiunt præcepta mea.

Iurare. B deu. 5. b. leui. 19. c. mat. 5. e.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ. nec enim habebit inſontẽ Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.

Sabbathum. exe. 20. b. deut. 5. b. ĩ. 11. b.

Memento vt diẽ ſabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autẽ die ſabbathũ Domini Dei tui eſt: nõ facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumẽtũ tuũ & aduena qui eſt intra portas tuas.

Gen. 2. a.

Sex enim diebus fecit Dominus cælũ & terrã & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eũ. C

Parentes. deut. 5. b.

Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, vt ſis lõgæuus ſuper terrã quã Dominus Deus tuus dabit tibi.

Occidere math. 5. c. Mœchari. Furtum. Falſũ teſtim. Cõcupiſcẽtia rom. 7. b. 13. c

Non occides. Non mœchaberis.

Non furtum facies.

Non loquẽris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium.

Non concupiſces domũ proximi tui: nec deſyderabis vxorẽ eius, nõ ſeruũ, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

¶Cũctus autẽ populus videbat voces & lãpades, & ſonitũ buccinæ, montẽmq; fumantẽ: & perterriti ac pauore cõcuſſi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: nõ loqua-

& ſacerdotes,[11] qui accedũt ad Dominũ,[12] ſe conſecrẽt,[13] ne fortè Domin[9] eos diſſipet. Et ait Moſes ad Dominũ, Populus non poterit aſcendere mõtem Sinai: tu enim[14] obteſtatus es nos, dicẽs,[15] Limita montẽ, &[16] cõſecra eũ. Et dixit ei Domin[9], Vade, deſcẽde, & aſcende tu & Aharõ tecũ: ſacerdotes autẽ & popul[9][17] nõ prorũpãt, vt aſcẽdãt ad Dominũ,[11] ne i illos irrũpat. Deſcẽdit itaq; Moſes ad pplm, & loquutus eſt cũ eis. CAP. XX.

Loquutúſque eſt Deus omnia verba iſta, dicẽs, Ego[1] Dominus Deus tuus,[2] qui eduxi te ex terra Ægypti,[3] de domo ſeruorum.

Ne ſint tibi dij alij[3] coram me.[4] Ne feceris tibi ſtatuam, nec vllum ſimulachrũ [eius] quod eſt in cælis ſuperne, nec quod eſt in terra ſubtus, nec quod in aquis eſt ſub terra.[5] Nõ adorabis ea, neque coles ea, quia ego Dominus Deus tuus fortis,[6] indignabundus,[7] perſequens iniquitatem patrum in filijs, in tertijs & in quartis, odientibus [ſcilicet] me, Et[8] proſequẽs bonitate in mille, his qui diligunt me, & præcepta mea obſeruant.

[9] Ne ſumas nomẽ Domini Dei tui[10] vane: quoniam neutiquam[11] impunitum dimittet Dominus eum qui nomen ſuum vane ſumpſerit.

[12] Memineris diei ſabbati vt ſancte colas illũ. Sex diebus operaberis, & omnia negotia tua cõficies. Septimo autẽ die[13] ſabbatũ eſt Domini Dei tui: nõ facies vllũ opus, neq; tu, neq; filius tuus, neq; filia tua, neq; ſeruus tuus, neq; ancilla tua, neque iumẽtum tuũ, neque aduena tuus[14] qui eſt intra portas tuas. Quoniã ſex dieb[9] fecit Dominus cælũ & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt, ſeptimo autẽ die quieuit: idcirco Dominus[15] diẽ ſabbati celebrem fecit, & eum conſecrauit.

Cole patrẽ tuũ & matrẽ tuã, vt lõgius prorogẽtur dies tui in terra, quã Dñs Deus tuus dat tibi.

Ne occidas. Ne ſis mœchus. Ne fureris.

[16] Ne reſpondeas cõtra proximum tuum falſo teſtimonio.

Ne concupiſcas[17] domum proximi tui, ne[18] concupiſcas [inquam] vxorem proximi tui, nec ſeruum eius, nec ancillam eius, nec bouẽ eius, nec aſinũ eius, nihil [denique] quod eſt proximi tui.

¶Omnis itaq; popul[9][19] vidit tonitrua & lãpades, & vocẽ buccinæ, & mõtẽ fumantẽ: quod quũ videret populus, vacillabat, & ſtetit procul. Et dixerũt ad Moſen, Loquere tu nobiſcũ, & audiemus:

¶11 vł, qui acceſſuri ſunt ¶12 vł, ſanctimoniæ dẽt operam. ¶13 ne diſſipet eos Domin[9]. vł, ne rupturã faciat in eis Do. aut ne vim illis afferat. Chaldæus paraphraſtes, ne interficiat eos Dominus. ¶14 vł, denũtiaſti nobis hoc modo, ¶15 vł, Conſtitue limites circa mõtẽ. ¶16 Quid ſit ſãctificare vel cõſecrare mõtẽ, his verbis pcedẽtibus declarat, Conſtitue terminos circa montẽ. hoc eſt vide nequis eũ montẽ contingat tanquã mihi ſacrum, quẽ ab eis attingi fas non eſt. ¶17 ne deſtruant, ſub. ſtationem ſuã, eámque deſerant vt aſcendant &c.

X X.

¶1 Dominus, ab Haia, i. eſſe, dicitur, vt dictũ eſt ſupra cap. 6. q. d. Ego ille ipſe ſum q ſum per memetipſum, & omnia alia per me eſſentiã ſuã habent. ſiue ſpectes originẽ tuã, ego ſum Dominus tuus. ſiue ſpectes quid tibi poſt creationem conferam, ſum benefactor tuus. nam eduxi te de terra Ægypti. quæ quum ita ſunt, debes me ſolum amare & colere. Hæc eductio ex Ægypto erat velut typus futuræ liberationis, quæ nunc facta eſt per Christum. Iſtud eſt primũ præceptũ iuxta Hebræorũ diuiſionẽ. Secundũ autẽ, Ne ſint tibi dij &c. ¶2 Hebraiſmus, p, de loco vbi ſeruiebas. ¶3 i. me inſpectãte. q. d. quũ vbique ſim, nuſquã coles deos alienos, ne in occulto quidẽ, quũ nihil me latere poſſit. ¶4 q. d. Abſtine à cultu creaturarum. ¶5 vł, Ne incurues te coram illis, neq; ſeruias illis: quia ego ſum &c. ¶6 Vox Hebræa CANNA, nõ ſolũ affectũ ſignificat q eſt inter amãtes, & nõ fert corriualẽ: ſed & eũ quo anim[9] cõmouetur & ſuis & ſuorũ cõtumelijs & iniurijs. quæ ſignificatio huc quadrare videt. Alij vertunt, Deus zelotyp[9]. q. d. q nõ poſſum ferre vt alius amet, colatúrve quàm ego. fortis ſum q poſſim iniuriam mihi illatã vlciſci. ¶7 viſitans iniquitaẽ. i. puniẽs iniquitatẽ patrũ in filijs tertiæ & quartæ generationis. Hoc intelligitur de filijs & poſteris qui imitãt vitia parẽtũ, vt ipſe indicat, ſubdẽs, odiẽtib[9] me. q. d. parco aliquãdo parẽtib[9] vt reſipiſcãt: q ſi moriãtur, expecto & filios eorũ: ſed tãdẽ in quarta generatione poſterorũ, qui deploratẽ perſeuerãt i veſtigijs parẽtũ, eorúmque improbitatẽ imitãtur, oſtẽdo vltionẽ meã. hoc eſt, ſoleo meminiſſe iniquitatũ parentũ vſq; ad ternos & quaternos poſteros qui imitãtur vitia parẽtũ. At cõtrà, faciẽs miſericordiã in milleſima generatione. i. ſoleo meminiſſe probitatis parentum in perpetuum, in eos qui probitatem ipſorũ parentum imitãtur, hoc eſt eorũ qui me diligunt. Hinc videmus miſericordiam Dei ſe latius extendere quàm iuſtitiam. ¶8 vł, faciens miſericordiam ¶9 Chaldæus paraphraſtes, Non iurabis. Tertium præceptum. ¶10 vł, fruſtra. ſiue. temere. i. ſiquid iuraueris te facturum, adhibito nomine Domini, illud præſtes. ¶11 pro inſonte [ſiue innocente] habebit Dominus eum &c. i. pro impio & ſcelerato habebit eum Dominus, qui &c. Hebræi enim cum rem augere volũt, id per negationem nominis, quod nos per ſuperlatiuum, facere ſolent. ¶12 Hebraiſmus, pro, Da operam vt ceſſes ab operibus tuis die ſabbathi. Quartum præceptũ, quo Deus homini cõſuluit, vt & corpus labore defatigatum & exhauſtum, alterna requie non careat: & animi robur operatione corporis diſtractũ, diuinæ legis meditatione, & diuinorũ beneficiorũ recordatione vires reſumat. ¶13 i. quieſcendũ eſt ab operibus corporis, vt liberius vaces operibus ſpiritus, nẽpe meditationi diuinæ legis, & diuinorũ beneficiorũ recordationi: ita fiet vt Dominũ iugiter laudes. ¶14 i. qui habitat in tua vrbe. ¶15 Heb. benedixit diei ſabbathi, & eum ſanctificauit. Vide Gen. 2. a. ¶16 Ne loquaris contra proximũ tuũ falſum teſtimoniũ. ¶17 i. facultates. ¶18 Hoc verbũ repetiuit Moſes, vt magis ſeipſum exponeret. nec enim diuiditur hoc præceptum in duo, ſecundum Hebræos. ¶19 videbat. i. audiebat. Nam apud Hebræos, quod ad ſenſus attinet, alter pro altero vſurpatur.

& ne loquatur nobiſcũ Deꝰ, ne fortè moriamur. Et ait Moſes ad populũ, Ne timueritis, quoniam Deus venit vt vos tẽtaret, &[10] vt metus eiꝰ ſit corã vobis, 'vt nõ peccetis. Et populꝰ ſtetit procul, Moſes verò appropinquauit ad caliginẽ in qua erat Deꝰ. Et dixit Dominꝰ ad Moſen, Sic dices filijs Iſrael, [11] Vos vidiſtis q de cælo loquutꝰ ſim vobiſcũ: [12] Nõ facietis me, deos' argenteos, nec deos aureos facietis vobis. ¶ 'Arã de terra mihi extrues, & ſup eã ſacrificabis holocauſta tua, &[14] ſalutares tuas hoſtias, 'oues tuas, & boues tuos, ĩ omniloco[15] ĩ quo meminiſſe fecero nominis mei:' [16] veniã ad te, & benedicã tibi.' Et ſi arã de lapidibus extruxeris mihi, ne extruas ex iis q expoliti ſũt. ſi enim[17] cultrũ' tuũ[18] ei admoueris,' cõtaminabis eã. Ne p gradus ad arã meã aſcẽdas, ne verẽda tua iuxta eã retegãtur. CAP. XXI.

HAẽc autẽ ſunt' iudicia' quæ propones eis. Si ſeruũ Hebræum emeris, ſex annis ſeruiet. ſeptimo verò exeat liber, ſidq;] gratis. [2] Si ſolutus venit, ſolutꝰ exeat:' ſi verò vxorẽ habuerit, vxor eius cũ eo exeat. Si herus eiꝰ dederit ei vxorẽ, & hæc pepererit ei filios aut filias, vxor& liberi eiꝰ erũt heri ſui, ipſe verò exibit' ſolus.' Quòd ſi ſeruus ille cõſtãter dixerit, Diligo herũ meũ, vxorẽ meã & liberos meos, [4] nõ egrediar liber:' Adducet illũ herus eiꝰ ad[5] deos,' &admouebit eum[6] ad oſtiũ' vel ad poſtẽ, pforabitq; herus eiꝰ aurẽ eiꝰ ſubula, ſeruietq; eiꝰ perpetuò. ¶ Et ſi quiſpiã vẽdiderit filiã ſuã vt ſit ancilla, non exibit [8] vt ſerui exeũt.' Si diſplicuerit oculis heri ſui[9] q nõ deſpõdet eã, ſinat eã redimi:' populo alieno vẽdẽdi eã poteſtatẽ nõ habet, [10] quãdoquidẽ ipſe eã deſpexit.' Si aũt filio ſuo deſpõderit eã, [11] iure filiarũ aget cũ ea.' Si alterã[12] ſibi' duxerit, [13] cibũ eiꝰ, operimẽtũ eiꝰ, & ius cõiugale, quo ei reſpõdere debet, nõ minuet.' Quòd ſi iſta tria ei non præſtiterit, egredietur illa gratis abſq; pecunia. ¶ Qui hominẽ percuſſerit ita vt moriatur, morte plectatur. Et q nõ tetẽdit inſidias, ſed Deꝰ[14] deſtinauit' [illũ] in manũ eiꝰ, cõſtituã tibi locũ quò confugiat. Si verò aliquis' [15] volẽs & callide machinatur proximo ſuo necẽ,' ab ara mea illũ rapias, vt interficiatur. ¶ Percutiẽs patrẽ ſuũ[16] &' matrẽ ſuã, morte multetur. ¶ Qui furatus fuerit hominẽ, & vẽdiderit eũ, [17] &deprehẽſus fuerit in manu eiꝰ,' morte multetur. ¶ Qui patri ſuo[18] &' matri ſuę maledicit, morte multetur. ¶ Si rixati fuerint viri, & alter alterum vel lapide vel pugno ceciderit, ita [tamẽ] vt nõ moriatur, ſed lectulo decũbat: ſi ſurrexerit, & egreſſus fuerit foras baculo ſuo [innixus,] [18] abſoluatur' pcuſſor. [19] attamẽ [damnũ] vacationis illius, & impẽſas in medicos pſtabit. ¶ Et ſi verberauerit quiſpiã ſeruũ ſuũ aut ancillam ſuã virga, ita vt moriatur[20] ſub manu eius,' de illo omnino ſumatur vltio: Verũtamẽ ſi vno die aut

tur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populũ, Nolite timere: vt enim pbaret vos vẽnit Deꝰ, & vt terror illius eſſet ĩ vobis, & nõ peccaretis. Stetitq; ppl's dẽlõge. Moyſes autẽ acceſſit ad caliginẽ in qua erat Deꝰ. Dixit præterea Dominꝰ ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſrael, Vos vidiſtis q de cælo locutus ſim vobis. Nõ facietis *deos argẽteos, nec deos aureos facietis vobis. ¶ Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſup eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco ĩ quo memoria fuerit nominis mei: veniã ad te, & benedicã tibi. ¶ Quòd ſi altare lapideũ feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibꝰ. ſi enĩ leuaueris cultrũ* ſup eũ, polluetur. Nõ aſcẽdes per gradꝰ ad altare meũ, ne reueletur turpitudo tua. CAP. XXI.

HAẽc ſunt iudicia quæ ppones eis. Si emeris ſeruũ Hebræũ, ſex annis ſeruiet tibi: ĩ ſeptimo egredietur liber gratis. Cũ quali veſte intrauerit, cũ tali exeat. ſi habẽs vxorẽ: & vxor egredietur ſimul. Sinautẽ dominꝰ dederit illi vxorẽ, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erũt domini ſui, ipſe verò exibit cũ veſtitu ſuo. Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominũ meum & vxorẽ ac liberos, nõ egrediar liber: offeret eũ dominꝰ dijs, & applicabitur ad oſtiũ & poſtes, pforabitq; aurẽ eius ſubula. & erit ei ſeruus in ſeculũ. ¶ Siquis vẽdiderit filiã ſuã in famulã, nõ egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerũt. Si diſplicuerit oc'lis domini ſui cui tradita fuerat, dimittet eã: populo aũt alieno vendẽdi nõ habebit poteſtatẽ, ſi ſpreuerit eã. Sinautẽ filio ſuo deſpõderit eã, iuxta morẽ filiarũ faciet illi. Quòd ſi alterã ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretiũ pudicitiæ nõ negabit. Si tria iſta nõ fecerit, egredietur gratis abſq; pecunia. ¶ Qui percuſſerit hominẽ volẽs occidere, morte moriatur. Qui autẽ nõ eſt inſidiatus, ſed Deꝰ illũ tradidit in manus eiꝰ: cõſtituã tibi locũ in quẽ fugere debeat. Siquis' per induſtriã' occiderit proximũ ſuũ, & per iſidias: ab altari meo euelles eũ vt moriatur. ¶ Qui percuſſerit patrẽ ſuũ' aut' matrẽ, morte moriat. ¶ Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. ¶ Qui furatꝰ fuerit hominẽ, & vẽdiderit eũ, cõuictꝰ noxę, morte moriatur. ¶ Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximũ ſuũ lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſup baculũ ſuũ, innocẽs erit qui percuſſerit, ita tamẽ vt operas eius, & impẽſas in medicos, reſtituat. ¶ Qui percuſſerit ſeruũ ſuum, vel ancillã virga, & mortui fuerint in manibꝰ eius, criminis reus erit. Sinautẽ vno die vel

¶10. i. vt timeatis illũ. ¶11 q. d. Vos vidiſtis q ſupne è cælo, nõ è terra locutꝰ ſũ vobis, neq; tãq̃ idolũ mutũ. ¶12 Ne [ſ. igitur] faciatis mecũ deos &c. Mecũ, hoc eſt, vt vnà eos me cũcolatis: volo vt me vnicum, nolo habere ſocium, quem mecũ adoretis. ¶13 q. d. ego externa illa ornamẽta quæ poſſũt animũ tuũ à vero mei cultu auertere nõ poſtulo. ſatis enĩ mihi eſt vt altare terreum ædifices mihi. illic enim exaudiã te æque atque in aureo altari. ¶14 pacifica tua. Sunt ſacrificia quę p pace & incolumitate offerũt. ¶15. i. in quo inſtituã memoriã nois mei. ¶16. i. te exaudiã, & fœlicem reddã. ¶17 Cultrũ vſurpat p quocunque inſtrumento ferreo. ¶18 Heb. eleuabis ſuper eã. ad poliẽdũ eam ſcilicet.

XXI.

¶1 vl, leges qbꝰ vtẽtur filij Iſrael. His legibꝰ lites ortas dirimẽt.

Vt timeretur apparuit in D fulgure Deꝰ. heb. 12. e deute. 18. c.
¶ * mecum
Dij argentei.
Altare terreũ ĩ. 27. b. 38. a.
Deut. 17. a. io ſue 8. f.
¶ * tuum
De ſeruis emẽdis. deut. 15. c. iere. 14. c.
B
Filia vendita in ancillam.
C Homicidiũ leuit. 14. c.
Deuter. 19. a.
* de induſtria
Parẽtes percutiẽs. ¶ * &
D Maledicẽs patri. le. 20. b. pu. 20. c. mat. 15. a. mar. 7. b
Furtum.
Rixantes.
Percutiẽs ſeruum.

¶2 Heb. Si cum corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur. Hebraiſmus eſt, pro, Si ſolus ſine vxore venerit in domũ tuã, ſine vxore exibit. Quidã vertũt, Si cũ veſte ſua &c. verũ non tam rectè, q ſtatim ſequatur, Si verò vxorẽ habuerit, &c. ¶3 Heb. cũ corpore ſuo. i. ſolus. ¶4. i. nolo donari libertate. ¶5. i. iudices, vt vertit Chaldæus paraphra. L X X, ad tribunal Dei. ¶6 Hoc intelligitur de publico ædificio. i. de portis vrbis iuxta quas ſolebant iudices iudicia populo reddere. Admonebit autẽ, ſub. ex ſentẽtia iudicũ. ¶7. i. longo tempore, hoc eſt vſq; ad iubileũ: ſiue is annus propè fuerit, ſiue longe abfuerit. ¶8 Serui, quando libertate donabantur, nudi & ſine præmio egrediebantur: filiæ autẽ cũ mercede. ¶9 qui nõ deſpõdit eã, redimere faciet eã. Id eſt, dabit pecuniã qua illa redimatur, aut remittet illi pecuniã ſeruitutis, ac perinde quaſi pretiũ pro redẽptione eius accepiſſet, liberã eã abire permittet. Hoc eſt habebit rationẽ tẽporis quo ſeruiuit ei: quod ſeruitutis tẽpus, erit ei loco pecuniæ quã p redẽptione puellæ alioq receptures erat. Alij vertũt, Et diſplicuerit in oculis heri ſui, q ſibi deſpõdit eã, redimere faciet eã. atq; ita legũt Chaldæus paraph. & L X X. eſt enim duplex lectio apud Hebræos. לו, vel לא. Doctis pbabat lectio paraphraſtę: ppter ſequẽtẽ verſum. Quidã Hebræorũ dicũt quindecim eſſe locos Scripturæ in qbus לא ſcribit. & legitur לו cũ Vau, quorũ vnus eſt iſte. ¶10 quũ ipſe cõtẽpſerit eã. Vel, eo q fefellerit eã. Si legat. q ſibi eã deſpõdit. tũc hoc loco [ſ. cõtẽpſerit] ſignificat violauerit & corruperit. ¶11. i. ita tractabit eã vt tractari ſolẽt puellæ deſpõſatę. ¶12 ſub. filio. ¶13 victũ & veſtitũ eius, & mercedẽ pudicitiæ nõ negabit ei. i. antequã amittat eã à ſe, oportet vt puideat illi de victu, veſtitu, & præmio ob pudicitiã eiꝰ à ſe corruptã. Quidã minus rectè legũt, tẽpus eius nõ minuet ei. i. pretiũ illi ob tempus quo opera eius vſus eſt, debitum. ¶14 tradidit ¶15 Heb. ſupbierit in pximũ ſuũ ad occidẽdũ cũ fraude. i. quũ p arrogãtiã & de induſtria interfecerit pximũ dolo, nuſquã erit tutus, ſed etiã ab altari meo abſtrahet, &c. ¶16 [ſ.] pro [aut] poſitũ, more Hebraico. ¶17 Hebraiſmꝰ, pro, ſi cõuincatur reus illius criminis ¶18 Heb. innocẽs erit. Subaudi, à cæde. i. nõ cẽſebitur homicida. ¶19. Heb. tãtũmodo ceſſationẽ eius dabit, & curãdo curabit. i. tantũmodo iacturã tẽporis, quã fecit ceſſando ab opere, ſoluet, & curabit eũ ſanandũ. ¶20. i. percutiẽte eo illũ vel illã.

Percutiēs mulierē prægnantem. E

duob[9] ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. ¶Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierē prægnantē, & abortiuū quidē fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubiacebit dāno quantū maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.

Pœna talionis. matt. 5. f. leuiti. 24. d. deuter. 19. d. Oculū eruēs, vel dentē excutiēs ſeruis. Bos cornupeta. F

Sin autē mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animā pro anima, Oculū pro oculo, dētē pro dēte, manū pro manu, pedē pro pede, aduſtionē pro aduſtiōe, vulnus pro vulnere, liuorē pro liuore. ¶Si percuſſerit quiſpiā oculū ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quē eruit. Dentē quoq; ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. ¶Si bos cornu percuſſerit virū aut mulierē, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & nō comedētur carnes ei[9], domin[9] quoq; bouis innocēs erit. Quōd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominū eius, nec recluſerit eū dominus, occideritque virū aut mulierē: & bos lapidib[9] obruetur, & dominū ei[9] occident. Quōd ſi pretiū fuerit ei impoſitū, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. Filiū quoq; & filiā ſi cornu percuſſerit, ſimili ſentētiæ ſubiacebit. Si ſeruum ancillāmq; inuaſerit, triginta ſiclos argēti domino dabit, bos verō lapidibus opprimetur.

G Fodiēs ciſternā i quā bos ceciderit. Bos bouem occidens.

¶Siquis aperuerit ciſternā, & foderit, & nō operuerit eā, cecideritque bos aut aſinus in eā, reddet domin[9] ciſternæ pretiū iumentorū: quod autem mortuū eſt, ipſius erit. ¶Si bos alienus bouē alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouē viuū, & diuidēt pretiū, cadauer autem mortui inter ſe diſpertiēt. Si autē ſciebat q bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eū domin[9] ſuus: reddet bouē pro boue, & cadauer integrū accipiet.

CAP. XXII.

Pœna furis. 2. Reg. 12. b.

Si quis furatus fuerit bouē aut ouē, & occiderit, vel vēdiderit: quinq; boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringēs fur domū ſiue ſuffodiēs fuerit inuētus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percuſſor nō erit reus ſanguinis. Quōd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidiū perpetrauit, & ipſe morietur. Si nō habuerit quod pro furto reddat, ipſe venūdabitur. Si inuētū fuerit apud eū quod furatus eſt, viuēs, ſiue bos, ſiue aſin[9], ſiue ouis: duplū reſtituet.

Dānū factū.

¶Si læſerit quiſpiā agrū vel vineā, & dimiſerit iumētū ſuū vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea, pro dāni æſtimatione reſtituet.

[10] ſpinas, B

¶Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & cōprehenderit aceruos frugū, ſiue ſtātes ſegetes in agris: reddet damnū qui ignē ſuccenderit.

De depoſito &c.

¶Siquis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi inuenitur fur, duplū reddet: ſi latet fur, domin[9] dom[9] applicabitur ad deos, & iurabit q nō extēderit manū in rē proximi ſui, Ad perpetrādā fraudē, tā in boue quàm

per duos perſtat, vltio de eo nō ſumatur: [12] argētū enim ipſius eſt. ¶Si cōtēderint viri, & pulſauerint mulierē ferentē vterū ita vt abortiat, nec tamē [13] exitialis fuerit noxa: [14] omnino mulctetur talis iuxta æſtimationē quā imponit ei maritus mulieris, quā dabit per arbitrorū ſentētia. Quōd ſi [14] noxa fuerit exitialis, [15] dabis animā pro anima, [16] Oculū pro oculo, dentē pro dente, manū pro manu, pedē pro pede, aduſtionē pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorē pro liuore. ¶Et ſi quiſpiā [17] ferit oculū ſerui ſui, vel oculū ancillæ ſuæ, [18] ita vt pereat, manumittet eū pro oculo eius. Et ſi dentē ſeruo ſuo aut ancillæ ſuæ excuſſerit, manumittet illū pro dente eius. ¶Et ſi bos [19] impegerit in virū vel in mulierē, ita vt moriātur, bos ille omnino lapidibus obrui debet, nec comedatur caro eius, dominus autē bouis [20] inſons ſit. Quōd ſi bos cornupeta fuit [21] ab heri & nudiuſtertius, [22] & denūtiatum ſit domino eius, & non cuſtodierit eū, & is virū aut mulierē īterfecerit, lapidibus obruatur bos ille, & etiā dominus ei[9] [23] interficiatur. Et ſi [24] pretium piaculare ei fuerit impoſitū, quidquid ei imponitur, det vt animā ſuam redimat. Si verō filiū aut filiā petierit cornu, [25] idē iudiciū fiet illi. Si ſeruū aut ancillā bos cornu petierit, dabit domino eius triginta ſiclos argenti, bōſq; lapidibus obruetur. ¶Siquis foueā aperuerit, aut ſi quiſpiā foderit foueā, & eā non obruerit, & ceciderit in eam bos aut aſinus, dominus foueæ [26] rependet, argentū reſtituet domino ei[9], & quod mortuū eſt, eius erit. ¶Si alicuius bos bouē proximi ſui cornu petierit, & ille mortuus fuerit, vendant bouē viuū, & diuidant pretiū eius, ſed & mortuū diuidant. At ſi cōſtiterit bouē fuiſſe cornupetam ab heri & nudiuſtertius, & dominus eius non cuſtodiuit eum, omnino bouem pro boue reddet, & [27] mortuus ei cedet.

CAP. XXII.

Siquis furatus fuerit bouem vel pecudem, & hæc mactauerit aut vendiderit, reddet quinque boues pro boue illo, & quatuor oues pro vna pecude. Si deprehenſus fuerit fur [1] cum inſtrumento perfoſſorio, & verberat[9] mortuus fuerit, [2] aduerſus percuſſorem non dabitur capitalis actio. [3] Si ſol fuerit ortus ſuper eū, [4] capitalis erit in eū actio, omnino reddet, & ſi non habet, pro furto ſuo vendatur. Si verō furtum manifeſte in manu eius deprehenditur, ſiue bos fuerit ſiue aſin[9] aut pecus, illáque viua fuerint, duplum reddat. ¶Si quiſpiam [5] depaſci fecerit agrū aut vineā, [6] & immiſerit iumētū ſuum, vt depaſcatur agrū alterius: [7] [ex] præſtantibus agri ſui, & preſtātibus vineæ ſuæ rependet. ¶Si egreſſus fuerit ignis, apprehenderítq; ſpinas, ita vt vel aceruī frugū, vel ſtātes ſegetes, vel ager abſumātur: q incēdit, oīno repēdet quod exuſtū eſt. ¶Si quiſpiā dederit cuſtodiēda proximo ſuo [7] pecuniā, aut vaſa, & ſurrepta fuerint de domo viri illius, ſi fur fuerit deprehēſus, adducetur domin[9] dom[9] [8] ad deos, [9] q nō extēderit manū ſuam in rē proximi ſui. [10] Quidquid tandē præuaricationis [incideri] propter bouē.

deprehēſus, reddat duplū: Si verō fur nō fuerit deprehēſus, adducetur domin[9] dom[9] ad deos, q nō extēderit manū ſuam in rē proximi ſui.

¶11 .i. ſeruus quē emit pecunia ſua. ¶12 fuerit mors: ¶13 Heb. puniēdo punietur quēadmodum imponet ſup illū marit[9] mulieris & dabit ſecūdū iudices. i. mulctabitur ea mulcta quā impoſuerit maritus ſētētia iudicū arbitrorū: dabit quantū arbitri cenſuerint. ¶14 fuerit mors, ¶15 .i. morieris, quia mortu[9] eſt. qui percuſſerit interficietur. ¶16 ſub. dabis q. d. ſiquis oculū eruerit, ocul[9] ei eruetur: ſi dentē excuſſerit, dens ei excutietur: &c. ¶17 percuſſerit ¶18 & corruperit illū. ſub. oculū. ¶19 cornu petierit virū vel mulierē. ¶20 .i. habeatur pro inſonte, & abſoluatur. ¶21 Hebraiſm[9] pro, antea. ¶22 & teſtibus adhibitis denūtiatū fuerit domino eius. Vel, admonitúſq; fuerit dominus eius teſtibus adhibitis, ¶23 ſentētia ſcilicet iudicū. ¶24 Heb. redēptio fuerit ei impoſita, dabit redēptionē animæ ſuæ iuxta omne quod impoſitū fuerit ei. i. ſi habeat à iudicib[9] poteſtatē redimēdi ſe, tūc pro redēptione vitæ ſuæ dabit viro quantum imperatū fuerit. ¶25 ſecūdum iudiciū hoc &c. i. eidē ſubiacebit ſententiæ. ¶26 damnū reſarciet, ſummā pecuniæ reddet domino eius. ¶27 .i. bos qui mortu[9] eſt, illius erit cuius bos interfecit illū bouē. XXII. ¶1 vl. in ſuffoſſiōe. i. Si fur ſuffodiēs domū, deprehēſus &c. ¶2 Heb. nō ſūt illi ſanguines. i. nō fundetur ſanguis percuſſoris propter occiſum à ſe furē, nō interficietur. ¶3 .i. Si fur interdiu conetur domum effringere. ¶4 ſanguines ſunt illi: reddendo reddet. i. percuſſor occidetur, fur autē reddet quod furto abſtulerit. Hebraiſmus. q. d. furē diurnū nō licet occidere. ¶5 deduxerit iumēta ſua in agrū &c. ¶6 & miſerit iumētū ſuū & depaueri (ſub. iumētū) agrū alterius: ¶7 vl. argētū. Noīe argēti omnia argētea & aurea intellige: vt & noīe vaſis, oēm ſupellectilē. ¶8 .i. ad iudices. hoc eſt, vocabitur in ius. ¶9 annō miſerit. Subaudiē dū aliquid eiuſmodi, Vt ſciatur annon ipſe domin[9] domus furatus fuerit. Illud enim ſignificat mittere manum ī rē proximi. ¶10 Heb. De omni negotio trāſgreſſiōis, nēpe de boue, de aſino, de oue, de veſte, & omni re quę perierit, qua quis dixerit q hoc ſit. Omne negotiū tranſgreſſionis vocat quodcunque crimē, ſiue rem omnē cōtrouerſam. Quōd hoc ſit. i. q ea res ſit quæ perdita eſt. Alii vertunt pro, quōd hoc ſit, quia ipſe eſt. hoc eſt, ſi dixerit teſtis eum eſſe reū, poteritq; id probare coram iudicibus, dabit reus duplum. quaſi dicat, quando erit controuerſia inter duos de aliqua re, ita vt ſibi vterque eam rem afferat, quem condemnauerint iudices, reddet quadruplum.

¶11 Iuſiurãdum Domini erit ĩter vtrũque, an nõ &c.i. Iurabit vterq; ꝑ Dominũ &c. an non furto abſtulerit rem ꝓximi ſui.
¶12.i. dominus rei ſuſcipiet iuramẽtũ à proximo cui cõmẽdauerat eã rẽ, & ſi ille iurauerit ſe non contrectaſſe rem ipſius, nõ tenebitur reſtituere qui ita iurarit.
¶13 afferet illã in teſtẽ, & dilaniatũ nõ reſtituet. Illud, hoc eſt partẽ animalis quę teſtari poſſit alterã partẽ fuiſſe dilaniatã. Chaldæ⁹ paraph. Afferat quod dilaniatũ eſt in teſtimoniũ. Alij vertũt, Adducat ille teſtẽ.
¶14 Cũmque quis à ꝓximo ſuo [quid] mutuatus fuerit. Equum ſcilicet aut bouẽ, & id genus.
¶15 ſi conductũ fuerit veniẽs ꝓ mercede ſua. Hebraiſm⁹ eſt. .i. ſi pecunia cõduxerit eũ. Satis fuerat dixiſſe cõductũ fuerit: verũ ãplius expoſuit, quũ addidit, Veniẽs ꝓ mercede ſua. hoc eſt, quod animal habet data mercede.

propter aſinũ, propter pecudẽ. propter veſtem, imò propter omnẽ rem perditã, quum quiſpiã dixerit hoc ſic eſſe,' cauſa amborum veniet ad deos. & quem dij damnauerint, is reddat duplũ proximo ſuo. ¶Siquis dederit proximo ſuo aſinum, vel bouem, vel pecudem, aut quodcunque iumentum ad cuſtodiendum, & illud fuerit mortuum, aut confractum, aut vi abactum nemine vidente, [11]Iuſiurandum Domini inter vtroſque interueniat, quòd non' extenderit manum ſuam in rẽ proximi ſui: quod [12]recipiet dominus eius, & [alter] nõ reſtituet.' Si verò furto ſurreptum ei fuerit, domino eius rependat. Si [à feris] laceratum eſt, [13]adducat eum teſtem, & laceratum non rependet. ¶[14]Siquis poſtulauerit à proximo ſuo,' & id confractum fuerit vel mortuum, domino eius non præſente, omnino rependet. Si verò dominus eius fuerit cum eo, non rependet: [15]quandoquidem mercede conductus pro mercede ſua venit. ¶Siquis [16] pellexerit' virginem nondum deſponſam, concubueritque cum ea, [17]donatione donabit eam, [ſitque] ei vxor.' Quòd ſi pater puellæ renuerit ei dare illam, [18]argentum dependet iuxta donationẽ virginum. ¶[19]Malefica mulier ne viuat. ¶Quicunque cum iumento concũbit, morte multetur. ¶Qui ſacrificat dijs, præterquam Domino ſoli, excindatur. ¶[20]Aduenæ ne vim inferas, neque opprimas eum:' nã & vos aduenæ fuiſtis in terra Aegypti. ¶Nullam viduam nec pupillum affligetis: [21] Si verò omnino affligere eos pergatis, [22] indubie ad me clamabunt, & ego certiſſime exaudiam eos,' Et excandeſcet [23]naſus meus,' atque interficiã vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri orbi. ¶Si mutuo dederis pecuniam populo meo pauperi, [24][nempe] qui tecum eſt,' non eris ei tanquã exactor, neque inferes ei [25]morſum. ¶Si in pignus acceperis veſtimentũ proximi tui, [26]ſub occaſum ſolis' illud ei reſtitues: hoc enĩ eſt tegumentũ eius vnicũ, hoc eſt veſtimentũ eius [27]quo cutem ſuam [cõtegat,]' in quo dormit: fiet autẽ, ſi ad me clamauerit, vt ego eum exaudiam, quoniam miſericors ſum. ¶[28]Dijs' non maledices, & principẽ in populo tuo ne execreris. ¶[29]Plenitudinẽ tuã & lachrymã tuã ne differas. ¶Primogenitũ filiorũ tuorũ mihi dabis. [30] Sic quoque facies cum boue tuo, & cum ouibus tuis:' ſeptẽ diebus erit cum matre ſua, octauo die mihi ipſum dabis. ¶[31]Et eritis mihi ſancti homines:' neq; comedetis carnem [32]lacerati in cãpo,' ſed cani proijcietis ipſam.

CAP. XXIII.

NE[1] recipias rumorẽ vanũ,[2] neque paciſcaris cum impio, vt' ſis teſtis iniquus.[3] Ne ſequaris multos' ad malefaciẽdum,[4] neque reſpondeas in iudicio, declinando poſt multos, vt peruerſum quid

in aſino, & oue ac veſtimento, & quicquid damnũ inferre poteſt: ad deos vtriuſque cauſa perueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. ¶Siquis cõmendauerit proximo ſuo aſinũ, bouẽ, ouem, & omne iumẽtum ad cuſtodiã, & mortuũ fuerit'&' debilitatũ, vel captũ ab hoſtibus, nullúſque hoc viderit: iuſiurandum erit in medio quòd non extenderit manũ ad rẽ proximi ſui: ſuſcipietque Dominus iuramentũ, & ille reddere non cogetur. ¶Quòd ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnũ domino. Si comeſtũ à beſtia, deferat ad eũ quod occiſum eſt, & nõ reſtituet. ¶Qui à proximo ſuo quicquid horũ' mutuo' poſtulauerit, & debilitatum aut mortuũ fuerit domino nõ præſente, reddere compelletur. Quòd ſi impræſentiarum dominus fuerit, nõ reſtituet, maximè ſi conductum venerat pro mercede operis ſui. ¶Si ſeduxerit quis virginẽ necdum deſponſatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorẽ. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quã virgines accipere conſueuerũt. ¶Maleficos non patieris viuere. ¶Qui coierit cum iumẽto, morte moriatur. ¶Qui immolat dijs, occidetur, præterquã Domino ſoli. ¶Aduenã nõ cõtriſtabis, neque affliges eũ: aduenæ enim & ipſi fuiſtis i Terra-Aegypti. ¶Viduæ & pupillo nõ nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiã clamorẽ eorũ: Et indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. ¶Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecũ, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. ¶Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum' reddes' ei. Ipſum enim, eſt ſolũ quo operitur, indumentũ carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiã eũ, quia miſericors ſum. ¶Dijs nõ detrahes, & principi populi tui nõ maledices. ¶Decimas & primitias tuas nõ tardabis reddere. ¶Primogenitũ filiorũ tuorũ dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cũ matre ſua, die octaua reddes illũ mihi. ¶Viri ſancti eritis mihi: carnẽ quæ à beſtijs fuerit prægustata, non comedetis, ſed proijcietis canibus.

CAP. XXIII.

NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falſum teſtimonium. Non ſequêris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquieſces

Depoſitum quomodo reddendum.
¶' aut
C
Gen. 31. f.
Cõmodatum aut locatum.
¶' mutuum
Stuprata virgo. deut. 22. d
Malefici.
Colens cũ iumento.
Idololatra. leuit. 19. g.
Aduena.
D
Viduæ & pupillus. zac. 7. c.
Pecunia mutuo data.
Pignora quãdo reddẽda.
¶' redde
Magiſtratus & principes. act. 23. a.
Primitiæ.
Primogenita. leui. 22. b. ezech. 44. g.
Caro à beſtijs laniata.
Mendacium.
Iudex æqu⁹.

¶16 ſeduxerit ¶17 Heb. dote dotabit eã ſibi i vxorẽ. i. aſſignata dote accipiet eã ſibi in vxorẽ. ¶18 vel, ſummã pecunię appẽdet iuxta modũ dotis quæ virginib⁹ dari ſolet. ¶19 Heb. Maleficam ne viuifices. i. ne ſinas viuere. Hæc lex intelligitur etiã de malefico: vtitur tamẽ fœminino genere ꝙ fœminæ ad id vitiũ proniores ſint. ¶20 vel, Aduenã ne decipias, neq; expilẽs eũ. Vel, ne cõtriſtaueris neq; denudaueris. i. ne priuaueris bonis. ¶21 Si affligẽdo afflixeritis eũ. Reticẽtia eſt, ſubaudiẽdũ autẽ, Poſtea te affligã. EVM ꝓ EOS poſuit, ſingulare ꝓ plurali. ¶22 nã ſi vociferãdo vociferatus fuerit ad me, ego audiẽdo audiã clamorẽ eius. Singulare ꝓ plurali, ſi vociferati fuerint. q. d. nõ auertã aures meas à clamore eorum. ¶23 furor meus. Hebraiſmus, ꝓ, Iraſcar valde. ¶24. i. pauperi tecum habitanti. ¶25 .i. fœn⁹. q. d. nõ impones illi vſurã tãquã fœnerator, nihil ab eo præter ſortẽ exiges. ¶26 vel, antequã occiderit ſol ¶27 Heb. cuti ipſi⁹. i. quo corp⁹ ſuum cõtegit. ¶28. i. Iudicib⁹, & legẽ docẽtib⁹. ¶29 Muſtũ tuũ, & lachrymã tuã nõ tardabis offerre. i. Primitias muſti & olei tui, primo quoq; tẽpore offeres. Muſtũ dicitur Hebraice MELEA, ꝙ magna copia è torcularib⁹ defluere ſoleat. Oleum autẽ vocauit lachrymã, ꝙ guttatim defluat cũ fit in lacu. Quidã Hebręorũ MELEA, exponunt abũdãtiã frugũ: quaſi dicat Moſes, Cum impleæ fuerint ſiue ad maturitatem peruenerint fruges tuæ, dabis primitias: deinde quũ collectæ fuerint intra domũ, dabis quoq; lachrymã. i. vinũ & oleũ in vindemia quæ meſſem ſequitur. ¶30. i. Dabis etiam mihi primogenitũ ex bobus & ouib⁹. ¶31. q. d. Date operã vt ex fidei ſanctimonia & puritate cordis placeatis mihi. ¶32 vel, quæ i agro lacerata fuerit. Sub. à beſtiis. i. abſtinete à carnib⁹ ferarũ interfectarũ ab alijs beſtijs. XXIII. ¶1 vel, Ne aſſumas rumorẽ falſum. i. Ne ſis author falſi rumoris cõtra proximũ tuũ: aut fingas in corde tuo, vnde illi⁹ fama lædi poſſit. vel, Ne admiſeris rumorẽ falſum. ¶2 nec ponas manum tuã cũ impio vt &c. i. non adiuuabis cauſam improbi falſo tuo teſtimonio. ¶3 Heb. Nõ eris poſt multos. i. Nõ ſequêris multitudinẽ, ſiue maiorẽ partẽ ad malefaciẽdũ. ¶4 nec loquaris i lite, vt declines poſt multos ad peruertẽdũ. i. in lite, ne ſequaris pluriũ ſentẽtiam vt peruertas iudiciũ. Si plures in iudicio cõdemnauerint innocentẽ, tu ſequere pauciores qui illũ ſaluare conãtur, & ne inclines in iudicium cum multis.

Pauper.
¶ negotio.
Inimici.
deut.22.a.
Pauper.
¶ iudicio
Innocés.
danie.13.f. D
Mũera.deut.
16.d.eccl.20.d
Peregrini.
Gene.46.a.
Sabbathum terræ.

Sabbathũ C ſeptimi diei.

Dij externi.
Paſcha.

¶ comedes
ſ.13.a.
ſ.34.c.deute.
16.d.eccli 15.a
Pẽtecoſte. D

Tabernacula in Septẽbri.
Sanguis.
¶ meæ.
Primitię.deute.14.c.ſ.34.c
¶ mitto
Angelus deducens populum Iſrael.

ſententiæ, vt à vero deuies. ¶ Pauperis quoque nõ miſereberis in [a]iudicio.' ¶ Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacẽre ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cũ eo. ¶ Nõ declinabis in [a]iudicium' pauperis. ¶ Mendaciũ fugies. ¶ Inſontem & iuſtum non occides: quia auerſor impiũ. ¶ Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudẽtes, & ſubuertunt verba iuſtorum. ¶ Peregrino moleſtus non eris. ſcitis enim aduenarum animas: quia & ipſi ‖ peregrini fuiſtis in Terra-Aegypti. ¶ Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem ſeptimo dimittes eã, & requieſcere facies, vt comedãt pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri. ita facies in vinea, & in olineto tuo. ¶ Sex diebus operaberis: ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. ¶ Omnia quæ dixi vobis cuſtodite: & per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore veſtro. ¶ Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. ¶ Solennitatem `quoque' azymorum cuſtodies: ſeptem diebus [a]comedetis' azyma, ‖ ſicut præcepi tibi, tẽpore menſis nouorũ, quando egreſſus es de Aegypto: ‖ nõ apparebis in conſpectu meo vacuus. ¶ Et ſolennitatẽ meſſis primitiuorũ operis tui, quæcũq; ſeminaueris in agro. ſolẽnitatẽ quoq; in exitu anni, quando cõgregaueris omnes fruges tuas de agro. ¶ Ter in ãno apparebit omne maſculinũ tuũ coram Domino Deo `tuo.' ¶ Non immolabis ſuper fermẽto ſanguinem victimæ [a]tuæ,' nec remanebit adeps ſolennitatis meæ vſq; mane. ¶ Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. ¶ Nõ coques hœdũ in lacte matris ſuæ. ¶ Ecce ego [a]mittã' angelum `meũ,' qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locũ quẽ præparaui. Obſerua eũ, & audi vocem eius, nec contemnendum putes:

commitas. ¶ [5]Ne ornes pauperem in cauſa ſua. ¶ Si occurreris boui inimici tui, aut aſino eius erranti, mox reduces eum illi. Si videris aſinum eius qui te odit ſuccumbẽtẽ ſub onere ſuo, [6]nũ ceſſabis, [&] derelinques eum? nũm deſertum deſeres? ¶ Ne flectas iudicium [7]pauperis tui' in cauſa ſua. ¶ [8]A verbo mẽdaci lõgiſſime abſis. ¶ Innocentem & [9]iuſtum' ne occidas: [10]nec enim impium iuſtum cenſebo. ¶ Munus ne recipias: quoniã munus excæcat [11]oculatos,' & peruertit [12]verba iuſtorum. ¶ Aduenam ne premas: [13]vos enim nouiſtis animus aduenarum [qualiter affectus ſit,] quandoquidem aduenæ fuiſtis in terra Aegypti. ¶ Sex annis ſeminabis terram tuã, & colliges prouentum eius. In ſeptimo verò [14]relinques' eam, atque deſeres eam, vt comedant pauperes populi tui, & de reſiduo eorum comedent beſtiæ agri. ſic quoq; facies vineto tuo, & oliueto tuo. ¶ Sex diebus facies opera tua, ſeptimo autem die quieſces, vt quieſcat bos tuus, & aſinus tuus, & [15]reſpiret' filius ancillæ tuæ, & peregrinus. ¶ [16]Omnia quæcũque dixi vobis, ſeruate,' & [17]nominis aliorum deorum ne mẽtionem quidẽ feceritis, ne audiatur ex ore tuo. ¶ Ter in anno celebrabitis mihi dies feſtos. ¶ Solẽnem diẽ azymorum ſeruabis: ſeptem diebus comedes placẽtas infermentatas, quemadmodum præcepi tibi, ſtato ſcilicet tẽpore menſis [18]Abib: [19]quoniã eodem egreſſus es ex Aegypto. [20]coram me nemo appareat vacuus. ¶ Et [21][ſeruabis etiã] diem feſtũ meſſis præcocium fructuum operis tui, quos ſeminaſti in agro:' & diem feſtũ collectionis, quæ ſit [22]in exitu anni,' quũ opera tua ex agro collegeris. ¶ Omnis mas tu[us] ter in anno appareat in cõſpectu [23]Domini Dei. ¶ [24]Nõ mactabis ſanguinem ſacrificij mei cum fermento,' neq; pernoctabit adeps [25]celebritatis meæ' vſque mane. ¶ Principium primitiuorũ fructuũ telluris tuæ [26]inferes in domũ Domini Dei tui. ¶ Ne coquas hœdum [27]in lacte matris ſuæ. ¶ Ecce ego [28]mitto' angelum ante faciem tuã, vt cuſtodiat te in via, & introducat te ad locũ quẽ præparaui. [29]Obſeruans ſis illius,' audiq; vocem eius, ne ſis illi rebellis:

¶5 vl. Pauperẽ ne honora in lite ſua. i. Ne habeas reſpectum perſonæ in iudicio. Licet multo fauore Deus vbique proſequatur pauperes, & nolit opprimi: nõ vult tamen reſpectu paupertatis iudicium corrũpi. multo minus diuitũ reſpectu violari debet iuſtitia in iudicio. ¶6 vl. deſines derelinquere illum, auxiliando auxiliaberis cum eo. i. caue bis dimittere eum: exonerãdo exonerabis cũ eo. hoc eſt, caue bis deſerere aſinũ cũ onere, verũ detrahes ei onus illud cũ inimico tuo. Chaldæus paraph. Quando videris aſinũ odiẽtis te iacentem ſub onere ſuo, & deſieris adiuuare eum: dimittens dimittes odium quod erat in corde tuo aduerſus eum, & ſubleuabis ipſum cũ eo. Verti etiam poſſet, deſines auxiliari illi? auxiliando auxiliaberis [ſub. aſino] cum illo. Quidam Hebræorum vertunt, caue bis ne deſeras illi ſoli onus ſubleuandum: verũm ſubleuando ſubleuabis cum illo, vt animal facilius ſe erigat in pedes. ¶7 Id eſt, pauperum qui ſunt apud te. Hoc eſt. Neque pauperi fauendum eſt, neque auerſandus eſt in iudicio. q.d. Non habendus reſpectus perſonarum in iudicio. ¶8 vel, A ſermone falſo recedes. i. à iudicio falſo. hic enim videtur alloqui iudicem. ¶9 vel. iuſtificatum. i. abſolutum ſuffragijs aliorum. ¶10 Hebr. non enim iuſtificabo impiũ. i. non ſinã eũ iudicem inultũ qui innocentẽ morti adiudicarit. ¶11 videntes. i. ſapientes & prudentes, ſiue qui videntur eſſe ſapientes. ¶12 i. negotia & cauſam iuſtorum. ¶13 Heb. ſcitis enim aduenarum animas. Id eſt, noſtis animum aduenæ, ſcitis quales ſint peregrinorũ affectus: ſatis eſt id pœnarum, quòd peregrini ſunt, ne addatis & alias moleſtias. Hebraiſmus. ¶14 vl. liberam dimittes. i. non coles, neque ſeminabis eam, ſed deſeres: & quæ ſponte naſcentur, non congregabis, ſed dimittes pauperibus & beſtijs terræ. ¶15 vl. refrigeretur. ſiue, recreetur ¶16 In omnibus quæ dixi vobis cauti eſtote. Hebraiſmus eſt, pro, Magna diligentia obſeruate quæ dixi. ¶17 q.d. Non tantum non coletis deos alienos, ſed ne vllam quidem eorum mentionem facietis. ¶18 Vox hæc Hebræa, ſignificat maturitatem frugum: quæ in Martio apud Ieroſolymitanos & Aegyptios contingere ſolet: hoc eſt, circa æquinoctium Vernum: ſicut collectio aliorum fructuum, in fine anni, hoc eſt circa æquinoctium Autumnale, fieri ſolet. Incipiunt enim Hebræi annum ſuum circa æquinoctium Autumnale: licet in Sacris ab æquinoctio Verno illum iubeantur auſpicari. Proinde feſtum meſſis, eſt feſtum Pentecoſtes: & feſtum collectionis, feſtum Tabernaculorum. & in his feſtis Deus noluit vt vacui venirent ante conſpectum ſuum. ¶19 Hebraiſmus eſt, pro, In memoriam egreſſionis veſtræ ex Aegypto celebrabitis feſtum iſtud. in eoque feſto filij Iſrael non apparebunt coram me vacui & ſine muneribus. ¶20 Heb. neque videbuntur facies meæ inanes. i. filij Iſrael non apparebunt corã arca fœderis, ſuper quam me illis præſentem exhibeo, ſine muneribus, quibus teſtentur gratitudinem animi ſui erga me.
¶21 Id eſt, celebrabis feſtum in quo offeres Deo primitias frugum quas terra à te culta reddiderit. ¶22 quum ſcilicet ſol egreditur Librã. ¶23 Dominatoris Domini i. Ter in anno mares omnes venient ad eum locum vbi ego mei cultũ inſtituero, nempe in Ieruſalem: offerẽntque ibi munera mihi. ¶24 Id eſt, Antequã immoles victimam paſchalem, remouebis fermentatum de domo tua. ¶25 victimæ meæ. Id eſt, hoſtiarum quæ mihi occiduntur. ¶26 Id eſt, offeres Domino Deo tuo. ¶27 Id eſt, quandiu ſugit lac. Hoc eſt, Ne offeras mihi hœdum poſtea coquendum miniſterio ſacerdotum, ne offeras inquam eum dum lac matris ſugit. Alij vertunt, cum matre lactante. q.d. Satis tibi ſit comedere hœdum, abſtineas à matre: hoc enim præ ſe fert crudelitatem quandam. Sic præcepit, pullos autum cõprehendere in nido, dimiſſa matre. Deut. 22. a. ¶28 Præſens tempus pro futuro, mittam, ſiue præmittam. ¶29 Caue à conſpectu illius. Id eſt, Caue tibi ab eo. vel, Caue ne coram eo aliquid iniquum deſignes.

¶ 10 nõ parcet iniquitati veſtræ. Vel, tranſgreſſioni veſtræ, ¶ 11 eſt in medio illiꝰ. Iſtud debet referri ad præcedẽtia, Obſerua eum. q.d. Caue tibi ab eo: quia angelus eſt legatus meus: & quæ dicet, nomine meo dicet. ¶ 12 Ni ſi audiendo audieris ¶ 13 & benedicet pani tuo & aquis tuis. Mutatio perſonæ more Hebræorum, pro, & benedicam. i. dabo tibi cibum & potũ in magna abundantia. ¶ 14 Hebraiſmus eſt, faciã, inquit, vt vos viuatis vſque ad extremam ſenectam ſine ægritudine. ¶ 15 Id eſt, Terrebo omnes te aduenientẽ. ¶ 16 vel, frangã animos totius populi, ad quẽ &c. ¶ 17 Heb. dabóque omnes inimicos tuos tibi ceruicem. i. conuertam eos in fugam coram te. ¶ 18 Hebr. crabronem. Singulare pro plurali, crabrones, vel veſpas. ¶ 19. Heb. Suph. i. à Mari rubro. ¶ 40 ſubaudi, Euphraten, qui ab Oriente terminꝰ eſt terræ promiſſiõis, vt Mare mediterraneum ab Occidente.

([10]neque enim [ſi impune] feret prævaricationes veſtras) quoniam nomen meum[11] eſt in eo. [12]Si verò diligenter audieris' vocem eius, & feceris omnia quæ loquar, hoſtis ero hoſtibꝰ tuis, & affligentes te affligam. Nam præcedet te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, Hithæũ, Pheriſæum, Chananæum, Hiuæum atque Iebuſæum, illos autem excindam. Ne adores illorũ deos, neque colas illos, neque facias iuxta opera illorum, ſed funditus diruas eos, & ſtatuas eorũ minutim confringas. Et ſeruietis Domino Deo veſtro, [13]qui cibum tuum & aquas tuas fortunabit,' & auferam à te morbos. Non erit in terra tua abortiẽs aut ſterilis [quidpiam,] [14]numerum dierum tuorum implebo. [15]Terrorem meũ mittam ante te,' & [16]tumultuari faciã omnes populos ad quos' tu venies, [17]efficiámq; vt cuncti hoſtes tui terga vertant coram te.' Mittam quoque ante te [18]crabrones,' qui Hiuæum, Chananæum & Hithæũ ante te expellant. Nec tamen vno anno eijciam eum ante te, ne fortè terra vaſta fiat, & beſtiæ agreſtes contra te multiplicentur. Paulatim eijciam eum ante te, donec creſcas, & hæreditate capias terram. Terminum tuum ponã à mari [19] carectoſo, ' vſque ad mare Paleſtinorum, & à deſerto vſque ad [40]Fluuium:' nam tradam habitatores terræ in manus veſtras, & tu expelles eos ante te. Ne ferias cũ eis & cum dijs eorum fœdus: Nec habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant contra me: [41]ſi enim colueris deos eorum, tibi offendiculo erit.

CAP. XXIIII.

AD Moſen quoque dixit, [1]Aſcende ad Dominum' tu & Aharon, Nadab & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenioribꝰ Iſrael, & adorabitis procul. [2]Moſes verò ſolus penetrabit ad Dominum, ipſi verò non accedant, nec populus aſcendat cũ eo. ¶ Venit itaque Moſes, & narrauit populo omnia verba Domini, & omnia iudicia: reſpõditq; cunctus populus vna voce, & dixerũt, Omnia verba quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Et ſcripſit Moſes omnia verba Domini, ſurgénſque mane extruxit aram [3]infra ad montem,' & duodecim [4]columnas' ſecundum duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes filiorum Iſrael, qui [5]adduxerunt' holocauſta, & ſacrificarunt victimas [6]ſalutares' Domino, nempe boues. Et Moſes accepto dimidio ſanguinis, fudit in crateres, dimidium verò ſanguinis ſparſit ſuper arã. Et accepto libro fœderis, legit [7]audiente populo:' qui dixerunt, Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & obtemperabimus. Tulit quoque Moſes ſanguinem, & ſparſit ſuper populum hiſce verbis, En [8] ſanguis' fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis hiſce ſermonibus. ¶ [9]Aſcenditq;' Moſes, Aharon, Nadab & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael. Et viderunt Deum Iſraelis, erátq; ſub pedibꝰ eius quaſi opus quoddam [10]lapideum ſapphirinum,' & quaſi [11]ipſum cœlũ clarũ. [12]Selectis autẽ ex filijs Iſrael

(quia non dimittet cum *peccaueris,') & eſt nomẽ meum in illo. Quòd ſi audieris vocẽ eius, & feceris omnia quę loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligẽtes te. ‖Præcedẽtque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæũ, & Hethæum, & Pherezæũ, Chananæúmq;, & Heuæũ, & Iebuſæum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum. Seruietiſque Domino Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferã infirmitatem de medio tui. Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorũ implebo. Terrorem meũ mittam in præcurſum tuũ, & occidam omnem populum ad quẽ ingredieris: cunctorũque inimicorum tuorum coram te terga vertã: emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum & Hethæum, antequam introeas. Nõ eijciam eos à facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinẽ redigatur, & creſcant contra te beſtiæ. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas Terram. Ponam autem terminos tuos à Mari-rubro vſque ad Mare-Palæſthinorũ, & à deſerto vſque ad Fluuium: tradam in manibus veſtris habitatores Terræ, & eijciam eos de conſpectu veſtro. ‖Nõ inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, ſi ſeruieris dijs eorũ: quod tibi certe erit in ſcandalum.

E ¶* peccaueritis,
Ĩ.11.a. ioſue 14.c. deut.7.a
Dij alieni nõ adorandi.
Seruire Deo.
Benedictio.
F Infirmitas
Sterilis. deut. 7.c.
Paulatim expulſi Chananæi. G
Deut.7.a. Ĩ.14.b.

CAP. XXIIII.

MOyſi quoq; dixit, Aſcẽde ad Dominũ tu & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ſenes *ex Iſrael, & adorabitis procul. Solúſq; Moyſes aſcẽdet ad Dominũ, & illi non appropinquabũt: nec populꝰ aſcẽdet cũ eo. ¶ Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: reſponditque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemꝰ. Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones Domini: & mane conſurgens ædificauit altare *Domino ad radices mõtis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolauerúntq; victimas pacificas Domino, vitulos *duodecim. Tulit itaq; Moyſes dimidiam partẽ ſanguinis, & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Aſſuménſque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerũt, Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimꝰ obedientes. Ille verò, ſumptũ ſanguinẽ reſperſit in populũ, & ait, Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcũ ſuper cũctis ſermonibus his. ¶ Aſcenderũtque Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribꝰ Iſrael: & viderũt Deũ Iſrael: *ſub pedibꝰ eius quaſi opꝰ lapidis ſapphirini, & quaſi cælum cũ ſerenũ eſt. Nec ſup eos qui pcul receſſerant de filijs Iſrael,

Moyſes iubetur ſurſum ſcandere montem.
Scribit Moyſes verba Dei B in vnũ volumen, eáq; populo legit.
Sanguis fœderis. heb.9.c. C
¶* &

¶ 41 quando colueris ſimulachra eorum: nam id eſſet tibi in laqueum. vel, offendiculum. i. id poſſet eſſe in cauſa quòd peccares in me, ſi ſineres eos habitare in regione tua.

XXIIII ¶ 1 Hebraiſmus eſt, pro, Aſcende ad me. Antecedens pro relatiuo. ¶ 2 Et acceſſit propius ſolus Moſes ad Dominum: illi verò non acceſſerunt propius, neque populus aſcendit cum illo. Subaudi, Moſe. ¶ 3 ad radicem montis, ¶ 4 vel, ſtatuas. aut, titulos. i. ſtationes. ¶ 5 obtulerunt ¶ 6 vel, pacificas ¶ 7 Heb. in auribus populi: ¶ 8 Hic ſanguis, typus erat ſanguinis Chriſti: cuius ſanguinis effuſio confirmatura erat omnes Dei promiſſiones. ¶ 9 Iam verò aſcenderat ¶ 10 vel, lateris. aut, menſulæ ſapphirinæ. Alij vertunt, ſicut opus menſæ ſapphirinæ. Id eſt ex ſapphiro lato & complanato in modum lateris & menſæ. ¶ 11 ſubſtantia [vel, corpus] cæli in puritate. aut, præ puritate & munditia. Non poteſt ſermone humano exprimi thronus ille Dei. ¶ 12 Ad principes autem filiorum Iſrael non miſit manũ ſuam. Id eſt, Deus non læſit principes Iſrael, qui illum viderant. biberunt enim & comederunt poſtea: quod argumentum fuit, illos non fuiſſe à Deo occiſos, quum tamen ſcriptum ſit, Non videbit me homo, & viuet.

Moyſes cum Deo in nube, 40 diebus & 40 noctibus.

¶[a] eos.

Seniores Iſrael in radice montis iudicãtes populum.

miſit manum ſuã: viderúntque Deum,& comederũt,ac biberũt. Dixit autẽ Dominus ad Moyſen,Aſcende ad me in mõtẽ,& eſto ibi:dabóq; tibi ˋduas'tabulas lapideas,& legẽ,ac mãdata quæ ſcripſi,vt doceas'filios Iſrael.'Surrexerunt Moyſes,& Ioſue miniſter eius:aſcendénſque Moyſes in montẽ Dei, ſenioribus ait, Expectate hic donec reuertamur ad vos.habetis Aarõ,& Hur vobiſcũ:ſiquid natũ fuerit quæſtionis,referetis ad eos.Cũmq; aſcẽdiſſet Moyſes,operuit nubes mõtem,& habitauit gloria Domini ſuper Sinai,tegẽs illũ nube ſex diebus:ſeptimo autẽ die vocauit eũ ˋDominus' de medio caliginis. Erat autẽ ſpecies gloriæ Domini,quaſi ignis ardẽs ſup verticẽ mõtis in cõſpectu filiorũ Iſrael. Ingreſſúſq; Moyſes medium nebulæ,aſcendit in montẽ: & ‖fuit ibi quadraginta diebus,& quadraginta noctibus.

¶ 14.d. deut. 9. b. c.

CAP. XXV.

Dona voluntaria exigit Deus à populo i ſtructurã tabernaculi.

¶.35.a.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael , vt tollant mihi primitias:ab omni homine qui offert vltroneus,accipietis eas. Hæc ſunt autẽ quæ accipere debetis, Aurum,& argentũ,& æs, Hyacinthũ & purpurã coccúmq; bis tinctũ,& byſſum,pilos caprarũ, Et pelles arietũ rubricatas, pelléſq; iãthynas, & ligna ſetim.Oleũ ad luminaria cõcinnanda, aromata in vnguentũ,& thymiamata boni odoris: Lapides onychinos,& gẽmas ad ornãdũ ephod, ac rationale.Faciéntq; mihi ſanctuariũ, & habitabo in medio eorũ : ‖iuxta omnẽ ſimilitudinẽ tabernaculi quod oſtendã tibi,& omniũ vaſorũ in cultũ eius:ſicq; facietis illud,Arcam de lignis ſetim cõpingite,cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos,latitudo cubitũ & dimidiũ,altitudo cubitũ ſimiliter ac ſemiſſẽ.Et deaurabis eam

Heb.9.a.

Arca.

B auro mundiſſimo intus & foris:facieſque ſuprà, coronã aureã per circuitum:Et quatuor circulos aureos , quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis ſetim, & operies eos auro.Inducéſq; per circulos qui ſũt in arcæ lateribus,vt portetur in eis:q ſemper erũt in circulis,nec vnq̃ extrahẽtur ab eis.Ponéſq; i arca teſtificationẽ quã dabo tibi.¶Faciés & ꝓpitiatoriũ de auro mũdiſſimo:duos cubitos& dimidiũ tenebit lõgitudo ei⁹,& cubitũ ac ſemiſſem latitudo.

Propitiatorium.

non intulit manum ſuã:[13]etiãſi viderent Deum,' & comederunt atq; biberũt. Et ait Dominus ad Moſen,Aſcende ad me in montẽ,& eſto ibi.[14]dabóq; tibi tabulas'lapideas,& legẽ atq; præcepta, quę ſcripſi[15]vt eos dirigãt.'Et ſurgẽs Moſes & miniſter eius Iehoſua, aſcendit Moſes in montem Dei.Dixitq; ad ſeniores,[16]Expectate nos hic,'quouſq; ad vos reuertamur:ecce Aharon & Hur vobiſcũ ſũt,[17]qui habuerit cauſas,'accedat eos. Aſcẽditq; Moſes montẽ,& nubes montẽ obtexit. Habitauit autẽ[18]gloria Domini'ſuper montem Sinai, & obtexit eũ nubes ſex diebus, vocauitque Moſen die ſeptimo [19]de medio nubis.'Et aſpect⁹ gloriæ Domini,quaſi ignis [20]lambens'in vertice montis[21]in oculis filiorũ Iſrael.' Et ingreſſus eſt Moſes[22]in ipſam nubẽ,'aſcenditque montem:& fuit Moſes in monte quadraginta diebus,& quadraginta noctibus.

CAP. XXV.

LOquutúſq; eſt Dominus ad Moſen huiuſmodi verba,Loquere ad filios Iſrael, vt accipiãt mihi[1]thruma:'ab omni viro qui cor ſuũ ex munificentia [ad hãc rẽ]appulerit, accipietis mihi thruma.Hæc autẽ ſit thruma, quã accipietis ab eis,[2]aurũ,argentũ & æs,[3]Hyacinthinum[ſericũ,] purpureũ,coccinum'bis tinctum, byſſum, &[pilos]caprarum:Pelles denique arietum rubras, & pelles[4]melium,'& ligna[5]ſitim.'Oleũ ad luminare,[6]odoramẽta ad oleũ vnctionis,& aromata ad ſuffitũ.' Lapides[7]ſchoham, [8]& lapides qui includãtur ad ephod & ad pectorale. [9]Et faciãt mihi ſanctuariũ.' vt habitẽ inter eos. [10]Iuxta omnia quæ ego oſtendo tibi,tam iuxta exẽplar tabernaculi,q̃ iuxta exẽplar cunctorũ vaſorũ eius.ſic facietis.'Faciẽt etiã arcã ex lignis ſitim ,cui⁹ lõgitudo ſit duorũ cubitorũ & dimidij latitudo autẽ ei⁹ cubitũ[habeat]& dimidiũ,& altitudo eius cubitũ & dimidiũ. Obducéſq; eã auro mũdo,intus & foris obduces eã, & facies ſuper eã in circuitu [11]coronã auream.' Fundes quoq; ei quatuor circulos aureos,quos ponas in quatuor angulis eius:duo circuli erunt in vno illius latere.& duo circuli in altero illius latere. Et facies vectes ex lignis ſitim,& auro eos obduces.Inſeréſque vectes illos in circulos qui ſunt ad latera arcæ, vt illis feratur arca.Erúntque vectes in circulis arcæ,nec ab ea tollentur.Et in arcã repones[12]teſtimoniũ'quod tibi dabo.¶Et facies [13]ꝓpitiatoriũ' ex auro mundo,duorum cubitorũ & dimidij erit lõgitudo eius,& cubiti ac dimidij latitudo eius.

¶13 viderũtq; Deũ,&c.i. quũ vidiſſent Deũ. comederũt & biberunt vt antea,nullo accepto icõmodo.Chaldę⁹ paraphra.vertit,Principib⁹ autẽ filiorum Iſrael nullum icõmodũ fuit: & viderũt gloriã Dei,& gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis quæ accepta fuerũt quaſi comediſſent & bibiſſẽt.

¶14 vl,vt dem tibi tabulas

¶15 ad docẽdũ eos.i.vt hęc doceatur popul⁹ iſte. Oportet igitur vt populus inſtruatur pręceptis à Deo datis.

¶16 Heb. Sedete nobis hic.i. Sedentes expectate nos hic.

¶17 Heb. qui fuerit dominus verborũ.i.qui cauſas habuerit loquẽdi,hoc eſt,q habuerit lites.

¶18.i Dominus glorioſus.

¶19.i.è parte nubis quæ denſiſſima erat.

¶20 ardens.vl, comburẽs.ſub. omnia.

¶21.i. talis apparebat Dominus multitudini,non ipſi Moſi:cui viſus fuerat ſimilis lapidi ſapphirino. ¶22 Heb.in mediũ nubis.Non enim fuit deterritus auguſta illa ſpecie.

XXV.

¶1 Thruma.vox Hebræa,quæ hoc in loco quarũcũq; rerũ munificũ & liberale donũ ſignificat quod Domino ſeparatur. Vertere potes oblationẽ, de bonis ſuis ſcilicet. ¶2 cuius cor(ſiue animus)volũtariè dederit,accipietis oblationẽ mihi.Hæc eſt autẽ oblatio quã accipietis ab eis.Vl,ac ipere debetis ab eis.i.capietis rẽ quæ mihi offeretur,ab omni hoĩe. ¶3 Heb.hyacinthũ & purpurã, coccũq; &c.i.veſtes hyacinthinas,ſiue pãnos hyacinthinos & cæruleos,vt Hebræi interpretantur: & pãnos purpureos,& ſericũ coccineũ.ſiue cocco tinctũ,& byſſum,& veſtes factas ex pilis caprarũ.. ¶4 ſiue,taxorũ. vt quibuſdã Hebræorũ placet,qui putãt fuiſſe animal mundũ varij coloris. Vnde quidã Hebræã vocẽ relinquũt,ſcribẽtes thaſſorum.Hebraicè ſcribitur tehaſſim. Alij,violacei coloris vertunt. ¶5 Hebræi dicunt cedri eſſe ſpeciem optimam. ¶6 aromata pro oleo vnctionis,& pro incẽſo ſuauiũ odorũ.Vl,vnguentũ odoriferũ,& ad ſuffitũ odoratum.Hoc vnguẽto vngebãtur ſacerdotes. ¶7 quidã interpretãtur ꝓ onyche. ¶8 & lapides plenitudinũ in ſuperhumerale & pectorale.Lapides plenitudinũ,ſiue impletionis,vocat gẽmas quæ auro & argẽto includi ſolẽt,atq; ita replẽt locũ factũ in re aliqua argẽtea,quẽ palã vocãt,vt videmus in anulis quas parabãt ad ornandũ ſuperhumerale & pectorale. Ephod,vox Hebręa,quæ veſtis erat ſuperhumeralis.Pectorale autem quod H O S E N Hebraice dicit̃, ornamentũ fuit ex ſerico,auro,& pretioſis lapidib⁹ factũ, qđ ſumm⁹ ſacerdos in pectore ſuo & ſuper cor ſuũ portabat. in quo erãt Vrim & Thummim. ¶9 Faciant quoque mihi ſanctuariũ.Hæc præcipit Deus, vt eos auerteret ab idololatria. ¶10 vl,Omnino vt ego oſtendam tibi exẽplar(vel ſimilitudinem)tabernaculi,& exẽplar omniũ vaſorum eius,ſic faciatis. ¶11 limbũ(vl.labium)aureum. ¶12.i.librum fœderis,tabulas lapideas cõtinentes decalogum,quæ vobis teſtantur meã voluntatẽ. ¶13 tegmen.ſiue,operimentũ.aut velamen & cælũ quale rebus pretioſis ſuperponere ſolemus.Erat tabula quæ ſuperponebatur arcæ.Qui vertũt propitiatoriũ,magis habent rationẽ verbi à quo deducit̃, q̃ rei.verbũ enim C A P H A R à quo deducit̃.aliquãdo ſignificat remouit irã,ſiue placauit,condonauit iniquitatẽ & peccatũ. Solebat autẽ Dominus apparere Iſraelitis ſuper operimentũ illud.& illinc eos alloqui,& oſtendere voluntatẽ ſuã(vt paulo poſt dicit)iratus eſſet,an placatus illis.Vnde factũ vt quidã verterint ꝓpitiatoriũ:quaſi dicas,locus in quo Dominus placatus alloquebatur populũ.Vetus interpres etiã pro eo vertit oraculũ:ꝓpterea q illinc Dominus oracula ſua edebat.i.Moyſi loquebatur,docebáque eum quid populum Iſraeliticum facere vellet.

¶Facies quoque duos [14]cherubim' aureos, [15]ſolidos' facies eos, in duabus extremitatibus propitiatorij: cherub vnum fac ab extremitate iſta, & cherub alterũ ab extremitate alia: [16]ex ipſo inquam propitiatorio' facietis cherubim in duabus extremitatibus eius. Erũtq; cherubim expandẽtes alas ſuperne, tegentes alis ſuis propitiatoriũ, ſeque mutuo intueantur cherubim, faciebus ad propitiatoriũ verſis. Pones autem propitiatorium ſuperne ſuper arcã, & intra arcã pones teſtimonium quod ego dabo tibi. Illic [17]te conueniã.' & colloquar tecũ ẽ propitiatorio inter duos cherubim, qui ſunt ſuper arcã teſtimonij, de hiſce rebus omnibus quæ tibi mandaturus ſum ad filios Iſrael. ¶Menſam quoque facies de lignis ſitim, duorũ cubitorũ erit longitudo eius, latitudo eius vnius cubiti, cubiti & dimidij altitudo eius. Et obduces eam auro mũdo, faciẽſq; ei coronam auream per circuitum. [18]Sed & limbo palmario eam circũcludas, & huic limbo addas per ambitũ aureã coronã.' Et fac ei quatuor annulos aureos, & pone annulos illos in quatuor angulos, qui ſunt in quatuor pedibus eius. [19]Sub limbo erũt annuli ꝑ loculis vectiũ, ad geſtãdũ mẽſam.' Facies autẽ vectes ipſos ex lignis ſitim, & obduces eos auro, vt illis mẽſa geſtetur. ¶Facies quoq; [20]acetabula eius,' & [21]cochlearia' ei⁹, [22]dimidiatas fiſtulas eius, & inſtrumẽta qbus purgãtur,' quibúſq; funditur: hæc [inquã] facies ex auro mũdo. Et pones ſuper mẽſam [23]panes facierũ' corã me iugiter. ¶Facies & cãdelabrũ ex auro mũdo, [24]ductile' fiat cãdelabrũ, [25]ſcapus' ei⁹, calami ei⁹, [26]calices' ei⁹, ſphęrulę ei⁹, & flores ei⁹ [27]ex ipſo' ſiãt. Et ſex calami ꝓdibũt de laterib⁹ eius, tres calami cãdelabri ex vno latere eius, & tres calami ex altero latere ei⁹. Tres calices [28]in formam amygdali facti' in calamo vno, cũ ſphęrula & flore: & tres calices amygdali formã habẽtes in altero calamo cũ ſphęrula & flore: [29]ſic ſex calamis qui ex candelabro prodeunt. [30]In ipſo autẽ candelabro' quatuor ſunt calices amygdali formã habẽtes cũ ſphærulis & florib⁹ ſuis. [31]Erũtq; [ſemper] ſub duobus [quibuſq;] calamis, quæ ex ipſo [candelabro] prodeũt, ſphærula vna: ſunt autẽ calamorũ ſex qui ex cãdelabro prodeũt. Sphærulæ' eorum & calami eorũ [32]ex ipſo erũt,' totũmq; ipſum [opus] vnum erit ſolidum ex auro mũdo. Facies quoq; lãpades ei⁹ ſeptẽ, & collocabis lãpades eius in ſublimi, [33]vt illuminet [quæque] ẽ regione.' Emunctoria quoq; eius, & vaſcula eius [in quib⁹ emũcta excipiũtur,] ex auro mũdo [fiant.] [34]Talentũ' auri mũdi faciet illud, cũ vniuerſis vaſis iſtis. Et vide vt facias ad exemplar [35]eorum quæ tibi in monte demonſtrata ſunt.

¶Duos quoque cherũbim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi: cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero: vtrũq; latus ꝓpitiatorij tegãt Expandẽtes alas, & operiẽtes oraculum, reſpiciantq; ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium Quo operienda eſt arca, In qua pones teſtimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatoriũ, ac de medio duorum cherũbim, qui erunt ſuper arcã teſtimonij, cuncta quę mandabo per te filijs Iſrael. ¶Facies & menſam de lignis ſetim, habentem duos cubitos lõgitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem. Et inaurabis eã auro puriſſimo: faciẽſq; illi labiũ aureum per circuitum, & ipſi labio coronã interraſilem altam quatuor digitis: & ſuper illam, alteram coronã aureolam. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiuſdem menſæ per ſingulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittãtur vectes per eos, & poſſit mẽſa portari. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim, & circundabis auro ad ſubuehendam menſam. ¶Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerẽda ſunt libamina, ex auro puriſſimo. Et pones ſuper mẽſam panes ꝓpoſitionis in conſpectu meo ſemper. ¶Facies & candelabrum ductile de auro mũdiſſimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres ſcyphi quaſi ĩ nucis modũ per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia. & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſpherulæq; ſimul & lilia. Hoc erit opus ſex calamorum, qui producendi ſunt de haſtili. In ipſo autẽ candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, & lilia. Sphærulæ, ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt procedentes de haſtili vno. Et ſphęrulæ igit̃ & calami ex ipſo erũt. vniuerſa ductilia de auro puriſſimo. Facies & lucernas ſeptẽ, & pones eãs ſuper cãdelabrũ, vt luceãt ex aduerſo. Emũctoria quoq; & vbi quę emũcta ſunt extinguãtur, fiant auro puriſſimo. Omne põdus cãdelabri cũ vniuerſis vaſis ſuis habebit talentũ auri puriſſimi. ¶Inſpice, & fac ſecũdum exẽplar quod tibi in mõte monſtratũ eſt.

Cherũbim.
C
Menſa.
Sacra vaſa.
D Candelabrum.
Heb.8.b. act.7.f.

¶24 Cherub, ſecũdũ Hebræos, eſt dictio cõpoſita, idẽ ſignificãs quod Quaſi puer. Cherubi, plurale eſt. habebãt enim formã & figuram puerorum.

¶25 vl, opere integro & ſolido. vt ſcilicet tã operculũ, q̃ cherubim fuerint opus vnũ, abſq; vlla ſũctura factũ. Quidã vertũt, opere ductili facies eos.

¶26. i. ex auro quo ꝓpitiatoriũ eſt tectũ, facies duo cherubim. Alij vertũt, in ipſo inq̃ ꝓpitiatorio &c.

¶27 vl, tecũ cõueniam. Aut vt alij, teſtificabor tibi. ſiue, conteſtabor te,

¶28 Sed & clauſuram facies ei quatuor digitos latã in circuitu: faciẽſque illi clauſurę coronã aureã per circuitũ. Clauſuram vocat qđ Gallice dicim⁹ Soubaſſement.

¶29 Ex aduerſo clauſuræ erunt annuli in domos vectib⁹, ad portãdũ menſam illã. i. E regione additamẽti illius inferioris collocabũtur annuli, per quos traijcientur vectes ad portãdũ mẽſam. ¶20 ſcutellas ei⁹. i. vaſa quædã cõcaua admodũ, in qbus ponebãtur panes. Hebraice K E A A R O T H. ¶21 vl, thuribula. in quiꝰ ponebat̃ thus. Hebraice C A P P O T H: dicta fortaſſe q volæ cauitatẽ imitarent̃. ¶22 opercula & crateres, qbus tegẽtur. Sub. thus & panes ꝓpoſitionis. Vox Hebręa K E S O T H, pro qua thuribula vertit vetus interpres, quę per opercula, qb⁹ thus tegebat̃, hic redditur: à nõnullis accipitur pro medijs calamis vacuis, quos ponebant in ſummitate vniuſcuiuſque panis, vt ingrederetur verus ſiue aer inter ipſos panes, ne mucidi efficerẽtur: erãtque veluti operimẽtum ipſis panib⁹. Dictio verò M E N A K I O T H, pro qua vertim⁹ crateres, interpres autẽ vetus cyathos, ſignificat crateres quibus panes tegebãtur. vt K E S O T H, opercula thuris, aut cõtra. nã ordo horũ vaſorũ eſt incertus. ¶23 Sic dicũtur, q ſemper eſſent in facie & cõſpectu Domini. ¶24 opere ductili. q. d. malleo fiet, nõ fuſione. Alij vertunt, opere integro fiet: eadẽ ſentẽtia. volũt enim cãdelabrũ fuiſſe factũ, nõ ex diuerſis partibus in vnũ coagmentatis: verũ ex craſſo ſtipite, vnde malleis producebãtur calami, ſcyphi, &c. ¶25 haſtile. i. trũcus eius. ¶26 Intelligit partes quaſdã extãtes, quę calicis formã habebant. ¶27. i. ex eadẽ materia, & nõ ex alia. malleo enim ex ipſo trũco & ſtipite formabãtur omnia. ¶28 vl, in ſpeciẽ nucis amygdalinæ deformati ¶29 ſic de ſex calamis q egrediẽtur ex cãdelabro. Sub. dicẽdũ eſt. ¶30. i. in haſtili cãdelabri, & trũco. ¶31 Heb. Erítq; ſphærula vna ſub duob⁹ calamis ex ipſo, ſphærula itẽ erit ſub duob⁹ calamis ex ipſo, ſphærula poſtremò ſub duob⁹ calamis ex ipſo: ſub ſex calamis exeũtibus de candelabro. Et ſphærulæ &c. i. ſub ſingulis duob⁹ calamis erit ſphærula vna. Hoc eſt, Sphærula prima erit ſub duobus primis calamis qui vtrinque ex ipſo ſunt candelabro. i. ex eadem materia candelabri. deinde alia ſphærula erit ſub duobus ſecundis calamis, qui vtrinque ex ipſo ſunt. poſtremò ſphærula vna erit ſub duobus poſtremis calamis qui vtrinq; ſunt ex ipſo cãdelabro, ex eadẽmq; candelabri materia. atq; ita fit vt ſint ſub ſex calamis de cãdelabro ꝓcedentibus. ¶32. i. egrediẽtur ex ipſo cãdelabro. Vl, ex eadem candelabri materia erũt. malleo enim ex ipſo trunco producentur. ¶33 vt luceãt ad latus faciei eius. Hebraiſm⁹, pro, vt verſus eam partẽ lumẽ emittant, ad quã verſum erit cãdelabrũ. ¶34 Hebraice dicitur C H I C H A R. continet autem vulgare talentum ſexaginta libras. illud autem quo in templo vtebantur, duplum erat ad prophanum. q. d. conſtabit totum opus talẽto vno. ¶35 Heb. quod tu factus es videre,

CAP. XXVI.

Forma tabernaculi.

Tabernaculum verò ita facies, Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccóque bis tincto, variatas opere plumario facies. Longitudo cortinæ vnius habebit vigintiocto cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. vnius menſuræ fient vniuerſa tentoria. Quinque cortinæ ſibi iungẽtur mutuò, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebũt. Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari. Quinquagenas anſulas cortina habebit in vtraq; parte, ita
B inſertas, vt anſa contra anſã veniat, & altera alteri poſſit adaptari. ¶ Facies & quinquagita circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda ſunt, vt vnum tabernaculum fiat. ¶ Facies & ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit menſura ſagorum omnium. E quibus quinque iunges ſeorſum, & ſex ſibi mutuò copulabis, ita vt ſextum ſagũ in fronte tecti duplices. ¶ Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius, vt cõiungi cum altero queat: & quinquaginta anſas in
C ora ſagi alterius, vt cum altero copuletur. ¶ Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungantur anſæ, vt vnum ex omnibus operimentũ fiat. Quod autẽ ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt vnum ſagum quod amplius eſt, ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus eſt in ſagorũ lõgitudine, vtrũque latus tabernaculi protegẽs. ¶ Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & ſuper hoc rurſum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus. ¶ Facies & tabulas ſtãtes tabernaculi de lignis ſetim, quæ ſingulæ de-
D nos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine ſingulos ac ſemiſſem. ¶ In laterib⁹ tabulę duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cũctæ tabulæ parabũtur. Quarũ viginti erunt in latere Meridiano quod vergit ad Auſtrũ. Quib⁹ quadraginta baſes argenteas fundes, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciãtur. In latere quoq; ſecũdo tabernaculi quod vergit ad Aquilonẽ, viginti tabulæ erũt, Quadraginta habẽtes baſes argẽteas, binæ baſes ſingulis tabulis ſupponẽtur. Ad Occidentalẽ verò plagã taberna-
E culi facies ſex tabulas, & rurſum alias duas quæ in angulis erigantur poſt tergum tabernaculi.

CAP. XXVI.

Tabernaculũ verò facies, decẽ aulæa [ex] byſſo torta, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, cherubim facies in eis opere textorio.[1] Lõgitudo vni⁹ aulæi erit vigintiocto cubitorum, & latitudo aulæi vnius erit quatuor cubitorum: eandem menſuram habebunt ſingula aulæa. Quinque aulæa coniuncta erunt, alterum ad alterũ: & [reliqua] quinque aulæa coniuncta erunt, alterum ad alterum. Facies quoque anſulas hyacinthinas in oris vniuſcuiuſq; aulæi, [2] vt extremis ſuis alterum alteri conſocietur. [3] Vnicuique [ſcilicet] aulęo facies quinquaginta anſulas in oris, vt extremis ſuis alterum alteri conſocietur, excipientibus ſeſe mutuo anſulis. ¶ Facies & quinquaginta [4] fibulas aureas, & conſocia fibulis illis aulæum cum aulæo, vt ſit tabernaculum vnũ. ¶ Facies & aulęa de pilis caprarum, [5] ad tectorium ſuper tabernaculũ: facies autem vndecim aulæa. Lõgitudo aulæi vnius ſit triginta cubitorũ, & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum: eandẽ menſuram habeãt vndecim aulæa. Et conſociabis quinque aulæa [6] inter ſe, & ſex aulæa inter ſe, & duplicabis aulæum ſextũ [7] è regione ꝓſpect⁹ tabernaculi. ¶ Et facies quinquaginta [8] anſulas in oris vniuſcuiuſque aulæi, vt finib⁹ ſuis altera alteri conſocietur. ¶ Facies deinde quinquaginta [9] fibulas æneas, & inſeres fibulas in anſulas: iungẽſque tectorium illud. vt fiat vnum. Et quod [10] excedit abundátque in aulæis tectorij, [nempe] dimidium aulæi quod abũdat, [11] excedet in poſteriorib⁹ tabernaculi, V[ſcilicet] cubitus hinc, & cubitus illinc in longitudine aulæorum tectorij abundet, ſitque exceſſus in lateribus tabernaculi hinc & illinc, vt ipſum operiat. ¶ Facies & tegumentũ [12] ipſi tectorio ex pellib⁹ arietum rubris: & [13] ſummum operimẽtũ ex pellibus [14] melium. ¶ Facies quoque aſſeres pro tabernaculo de lignis ſitim, quæ ſtẽt erectæ. Longitudo aſſeris erit cubitorum decẽ: latitudo vni⁹ aſſeris cubiti & dimidij. ¶ [15] Duo dẽticuli fiant in vnoquoque aſſere inciſi alter è regione alteri⁹: ſic facies omnib⁹ aſſerib⁹ tabernaculi. Et facies aſſeres ꝓ tabernaculo, viginti aſſeres in angulo verſus Meridiẽ. Et quadraginta baſes argẽteas ſub vigiti illis aſſerib⁹, [16] duas baſes ſub vno aſſere ꝓ duob⁹ dẽtib⁹, & duas baſes ſub aſſere altero ꝓ duob⁹ dẽticulis ei⁹. Pro alio latere tabernaculi quod eſt ad plagã Aquilonarẽ, viginti aſſeres erũt, Et quadraginta baſes illorũ argẽteæ, duæ ſcilicet baſes ſub aſſere vno, & duæ baſes ſub aſſere alio. In latere verò Occidẽtali tabernaculi facies ſex aſſeres. Facies etiã duos [alios] aſſeres in ãgulis tabernaculi [17] in duob⁹ laterib⁹.

¶ 1 Tabernaculum autem facies ex decẽ cortinis, ex byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccóque bis tincto: cherubim opere artificis peritiſſimi facies ca. i. eas cortinas, ſiue ea aulæa, ſparges imaginibus alatis, vſus opera artificis peritiſſimi. Per hyacinthum, intellige pannum tinctũ colore hyacinthino. Coccum bis tinctum, vel ſericũ coccineum. Tabernaculum dicitur Hebraice M I S C A N.

¶ 2 Heb. in ora in coniunctione: ſic facies in ora cortinę extremæ in coniũctiõe ſecũda. i. in extremitate aulæi, in aulæo illo quod iũgẽdũ erit alteri. ſiue, in extremitate cortinæ, in cortina illa quæ iungenda erit alteri. ſic facies in ora cortinæ alteri⁹ ſecundæ.

¶ 3 Hebr. Quinquaginta laqueolos [ſiue anſulas] facies in cortina vna, quinquaginta præterea laqueolos facies in extremitate cortinæ quæ eſt in coniunctione ſecunda (.i. quæ ſecundo loco eſt coniungẽda:) vt ſcilicet laqueoli illi mutuo ſibi reſpondeant. Facies &c. i. quinquaginta laqueolos facies in prima, & totidem in ſecunda. Vocamus Gallice Laſſets. ¶ 4 vncinos aureos, quibus cortinæ inuicem iungendæ ſunt, ¶ 5 in operimentum ſuper tabernaculum. i. quibus tegetur tabernaculum. Operimentum dicitur Hebraice O E L. ¶ 6 ſeorſum, & ſex aulæa ſeorſum. i. ex quinque particularibus aulæis facies vnum magnum. ¶ 7 verſus faciem tabernaculi. Per faciem tabernaculi, intelligit anteriorem partem tabernaculi. ¶ 8 laqueolos in ora cortinæ vnius, in ora extrema quæ coniungenda eſt alteri. & quinquaginta laqueolos in extremitate cortinæ alterius quæ iungenda eſt cum altera. Facies &c. ¶ 9 vncinos æneos, & induces vncinos in laqueolos: ¶ 10 vel, ſuperfluit ¶ 11 redundabit (vel, extendetur) ſuper poſteriora tabernaculi. Et cubitus hinc & illinc qui ſupereſt in longitudine cortinarum tabernaculi, redundabit (vel, extendetur) ſuper latera &c. Id eſt, longius cubitis duobus extendetur quàm cortina prior quæ X X V I I I cubitos habebat. hæc enim X X X cubitos habet. Poſteriora tabernaculi vocat alteram partẽ quæ à tergo eius partis eſt quam reſpicis. ¶ 12 ſuper ipſum tabernaculum ¶ 13 vel, deſuper ¶ 14 vel, taxorum: ſiue vt Hebraice ſcribitur T E H A S S I M. Quidam vertunt, ex pellibus coloris violacei. ¶ 15 Duos cardines habebit vnaquæque tabula, inſtar graduum ſcalæ diſpoſitos, alter è regione alterius. Id eſt, Duo illi cardines qui erunt in extremitate tabularum, erunt veluti duo parui vectes, qui præ ſe ferent figuram ſcalarum. Cardines hic vocat quod nos Galli, Le tenon qui ſe met en vne mortaiſe. ¶ 16 vt binæ baſes ſint ſub tabula vna in duobus cardinibus eius: & duæ baſes ſub tabula alia in duobus cardinibus eius. ¶ 17 vel, in latere. [ſub. Occidẽtali.] Et erũt gemellæ in parte ima, & ſimul deſinent in faſtigio eius in circulũ vnũ. ſic erit &c. Hoc eſt, tã aptè cõiungentur inter ſe aſſeres in parte ima, vt videantur gemelli: & ſimul deſinent in faſtigio eius rei in circulum vnũ. i. tam bene cõpacti erunt vt ex duobus aſſeribus videatur vnus: qui in ſummitate iungentur circulo vno.

Qui gemini erunt infra, ſic gemini erūt in capite ſuo ad annulum vnū.[18] ſic erit vtriſque ipſis, in duobus angulis erunt.' Et erunt octo aſſeres, & eorum baſes argēteæ, baſes videlicet ſedecim, duæ baſes ſub aſſere vno, & duæ baſes ſub aſſere alio. ¶ Et facies vectes de lignis ſitim, quinq; ꝓ aſſeribus tabernaculi in latere vno. Et quinq; vectes pro aſſeribus tabernaculi in latere altero, & quinq; vectes pro aſſeribus tabernaculi [19] in latere angulorū Occidentis.' Medius autem vectis per medium aſſerum [tranſiens,][20] continget à fine ad finē. ¶ Aſſeres autem obduces auro, & annulos eorū facies aureos, vt ſint receptacula vectium, vectēſque ipſos auro obduces. Et eriges tabernaculū ipſum iuxta ordinem ſuum, qui tibi in monte mōſtratus eſt. ¶ Facies & velū ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & biſſo torta:[21] cherubim facies in eo, opere textorio. [22] Affigáſque illud ſuper quatuor [23] colūnas argēteas, quæ ſunt factæ ex lignis ſitim, auroque obductæ, vncinique earū aurei' ſuper quatuor baſibus argenteis. [24] Affigáſque velū illud ſub fibulis,' vt illic intra velū reponas arcā teſtimonij,[25] & velū illud ſeparabit vobis Sāctū à Sācto ſanctorū.' Et pones[26] ꝓpitiatoriū' ſuper arcā teſtimonij in Sācto ſāctorū. Menſam verò pones extra velū, & candelabrū ē regione mēſæ, ad latus ſcilicet tabernaculi Auſtrale, & menſam pones in latere Aquilonari. Et facies velū[27] oſtio' tētorij ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta opere acupictoris. Et[28] illi velo' facies quinque colūnas [ex lignis] ſitim, & obduces eas auro,[29] & vncini earū erūt aurei, fundēſq; ꝓ eis quinq; baſes æreas. CAP. XXVII.

FAcies & aram ex lignis ſitim, quinq; cubitorum in lōgitudine & quinque cubitorum in latitudine: quadrata fiat ara: altitudo eius erit trium cubitorū. Et facies ei cornua in quatuor angulis eius: ſintque cornua eius[1] ex ipſa:' & obduces eam ære. Facies quoq; ollas eius ad cineres [excipiēdos,] &[2] ſcopas' eius, pelues eius ſparſorios,[3] fuſcinulas' eius,[4] ignis receptacula,' atq; cuncta vaſa eius ex ære facies. Facies quoque illi cancellulos æreos opere reticulato: & ad rete illud facies quatuor annulos æreos in quatuor extremitatibus eius. Ponēſque ipſum [reticulatum opus] ſub ambitum aræ,[5] vt ſit rete hoc inferne vſque' ad mediū aræ. Facies & vectes aræ, vectes [de lignis] ſitim, quos ære obduces. Et inſerentur vectes eius in annulos, eruntque vectes in duobus lateribus aræ[6] ad geſtandum eā.[7] Facies autem aram ex tabulis, vt ſit [intus] inanis aut caua:' quemadmodum oſtēdit tibi in monte, ſic[8] faciēt. ¶[9] Et facies atriū tabernaculi in angulo Meridionali, tapetes ipſi atrio ex' torta byſſo, longitudine cētum cubitorum pro vno latere. Colūnæ[10] eius' erunt viginti, & baſes earum æneæ viginti:[11] vncini' autem columnarum &[12] cincturę' earum argētea. Sic quoque verſus angulum Septentrionalem, ſecundum longitudinem habebunt tapetes centum cubitorum lōgitudinem, & columnæ illius viginti, & baſes earum æneæ viginti:[13] vncini' autem columnarum & cincturæ earum argentea. Porrò latitudo atrij ad angulum Occidentalem [habebit] tapetes quinquaginta cubitorum: & columnæ [14] eorum' erunt decem, & baſes earum decem. Latitudo verò atrij ad Orientalem plagam [habebit] quinquaginta cubitos. Quindecim cubitorum[15] tapetes[16] ad latus:' & columnæ eorum tres, & baſes earum tres.

Erúntque ſibi coniunctæ à deorſum vſque ſurſum, & vna omnes compago retinebit. duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis iunctura ſeruabitur. Et erunt ſimul tabulę octo, baſes earum argēteæ ſedecim, duab⁹ baſibus per vnam tabulā ſupputatis. ¶ Facies & vectes de lignis ſetim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinq; alios in altero, & eiuſdē numeri ad Occidentalē plagam, qui mittētur per medias tabulas à ſummo vſque ad ſummū. ¶ Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineāt, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in ‖ Monte monſtratum eſt. ¶ Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario & pulchra varietate cōtextū, quod appēdes ante quatuor colūnas de lignis ſetim, quæ ipſæ equidem deauratę erūt, & habebūt capita aurea, ſed baſes argenteas. Inſeret autē velū per circulos, intra quod pones arcā teſtimonij, quo & Sanctuariū & Sāctuarij ſanctuaria diuidētur. Pones & propitiatoriū ſuper arcā teſtimonij in Sancta ſanctorū: mēſāmq; extra velū: & cōtra mēſam cādelabrū in latere tabernaculi Meridiano: mēſa enim ſtabit in parte Aquilonis. ¶ Facies & tētoriū in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij. Et quinque columnas deaurabis lignorū ſetim, ante quas ducetur tentorium, quarū erūt capita aurea, & baſes æneæ. CAP. XXVII.

FAcies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidē in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt & operies illud ære. Faciēſq; in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atq; fuſcinulas, & igniū receptacula. omnia vaſa ex ære fabricabis. Craticulámque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones ſubter arulā altaris: eritque craticula vſq; ad altaris mediū. Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis: & induces per circulos, eruntque ex vtroq; latere altaris ad portandū. ‖ Non ſolidū, ſed inane & cauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt. ¶ Facies & atrium tabernaculi, in cui⁹ Auſtrali plaga contra Meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in lōgitudine. Et columnas viginti cum baſibus totidē æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebūt argētea. Similiter & in latere Aquilonis per longū erunt tētoria centū cubitorū, colūnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & capita earū cū cælaturis ſuis argētea. In latitudine verò atrij quod reſpicit ad Occidentē erūt tētoria per quinquaginta cubitos, & colūnæ decem, baſēſq; totidē. In ea quoq; atrij latitudine quę reſpicit ad Orientē, quinquaginta cubiti erūt. In quibus quindecim cubitorum tētoria lateri vno deputabuntur, colūnæque tres & baſes totidem:

Marginal notes (right): F — ‖ ī.24.a. — G — Situs arcæ. — Propitiatorij — Menſæ. — Candelabri. — Tentorium. — Forma altaris holocauſti. ‖ 38.a.b. — D — ‖ ī.20.d. — Atrij. — G

¶18 ſic erit de duabus illis tabulis quæ ponentē in angulis. ¶19 in latere [vergēte ad] mare. ¶20 vt, traijcietē ab extremitate ad extremitatē. i. per totā illā cōpagē traijcietur. ¶21 opere artificis doctiſſimi facies illud, cherubim. Hebraiſmus eſt, ꝓ. artifex peritiſſim⁹ ſparget illud magna induſtria imaginibus alatis, formā pueri habētibus. ¶22 vt. Appēdēſq; illū cōtra, aut iuxta quatuor columnas. ¶23 colūnas ex lignis ſitim, tectas auro, quarū capitella aurea erūt. ¶24 Pones autē velū ſub vncinis. i. appēdes vncinis, vel facies vt pendeat ab vncinis. ¶25 vt, quo velo & Sanctuariū ſeparabitur à Sancto ſanctorū. i. à Sacrario illo ſāctiſſimo. ¶26 cooperimētū. Vide de hoc annotationē, capite XXV huius, fere in principio. ¶27 Subaudi, exteriori. ¶28 i. pro velo ſuſtinendo. ¶29 quarū erūt capitella aurea, & baſes æneę quinq; fundentur illis.

XXVII.

¶1 i. ex eadem materia, & ex eodē ligno, nō aliūde aſſuta. ¶2 vt, palas. erat inſtrumentū quo cinis remouebatur. ¶3 Fuſcinula. inſtrumentū dentes recuruos habens, quo caro ex olla extrahebat. ¶4 pateras. erat vas patēs in quo carbones recipiebātur. ¶5 vt, ipſūq; rete pueniet vſq; &c. ¶6 dū portabit. ¶7 Cōcauā ex tabulis facies illā: ¶8 ſub. artifices. ¶9 Facies pręterea atriū tabernaculi i latere Meridionali [ſub. ipſi⁹ atrij ad Auſtrū: ſerūt] vela ad atriū [cōſtruendū] ex &c. Atriū erat collocatum ī parte Orietali. ¶10 ſub. lateris. ¶11 capitella. ſiue, epiſtylia ¶12 ſiue, zonæ. i. circuli & alia ornamēta quę per gyrū ambiūt colūnas, velut circul⁹ doliaris. ¶13 capitella ¶14 ſub. tapetū. i. ad quas affigebāt tapetes. ¶15 ſiue, aulęa. ſub. diſponent. ¶16 in altero laterū. ſub. frōtis, & ingreſſus atrij.

& in latere altero erunt tẽtoria cubitos obtinẽtia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem. In introitu verò atrij fiet tẽtorium cubitorũ viginti ex hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij: colũnas habebit quatuor, cũ baſibus totidẽ. Omnes colũnæ atrij per circuitũ veſtitæ erũt argenteis laminis, capitibus argẽteis & baſibꝰ æneis. In lõgitudine
D occupabit atriũ cubitos cẽtũ, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorũ erit. fietq; de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias, tã paxillos eius quàm atrij, ex ære facies.

Oleum lucernæ.

¶Præcipe filijs Iſrael vt afferãt tibi oleũ de arboribꝰ oliuarũ puriſſimũ, piloq; cõtuſum: vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij, extra velũ quod oppanſũ eſt teſtimonio. Et collocabũt eã Aaron & filij eius, vt vſq; mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorũ coram filijs Iſrael.

CAP. XXVIII.

Ornatus Aaronis ſacerdotis & filiorum eius.

APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis de medio filiorũ Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Faciéſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loquêris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hæc autem erunt veſtimenta quæ faciẽt, Rationale & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum. facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filijs eius, vt ſacerdotio fungãtur mihi. Accipiéntque aurum & hyacinthum & purpuram, coccũmque bis tinctum & byſſum.

Superhumerale.

B ¶Facient autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeãt. Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura, coccóq; bis tincto, & byſſo retorta. Sumẽſq; duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinẽ natiuitatis eorum.

Sapien.18.d.

[Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibꝰ filiorũ Iſrael, incluſos auro atque circũdatos, & pones in vtroq; latere ſuperhumeralis, memoriale filijs Iſrael. Portabítq; Aarõ nomina eorũ coram Domino ſuper vtrũq; humerũ, ob recordationem.
C Facies & vncinos ex auro,

In altero latere erunt tapetes quindecim: colũnæ eorum tres, & baſes earũ tres. In porta atrij erit velũ viginti cubitorum, ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta opere acupictorio: columnæ [17]eorum' & baſes earum quatuor. Omnes columnę atrij circũquaque cincturas habebunt argenteas, [18]vncini earum erunt argentei,' & baſes earum æneæ. Longitudo atrij cẽtum cubitorũ, & [19]latitudo quinquaginta in quinquaginta: [20]altitudo' verò quinque cubitorũ, ex byſſo torta, & baſes earũ æneæ. Omnia inſtrumenta tabernaculi, in omni miniſterio eius, & omnes [21]claui' eius, atq; omnes claui atrij, ænei erunt. ¶Præcipies quoque tu filijs Iſrael vt afferant tibi oleum oleæ, purum & cõtuſum, ad luminare, [22]ad accendendum lucernã iugiter. [23]In tẽtorio cõſtituto' extra velum, quod eſt [24]iuxta teſtimonium, [25]ordinabit eam' Aharõ & filij eius à veſpera vſque mane coram Domino. ritus hic perpetuus erit [26]filijs Iſrael, etiam apud poſteros illorum.

CAP. XXVIII.

ET tu [1]adhibe tibi' Aharonem fratrem tuum, filióſq; eius cum eo, è medio filiorũ Iſrael, vt ſacerdotio mihi fungatur: Aharon, Nadab, Abihu, Eleazar atque Ithamar filij Aharonis. Et facies veſtes ſanctas Aharoni fratri tuo [2]ad gloriam & decorẽ.' Et tu loquêris ad omnes [3]qui ſapienti ſunt corde, [4]quos repleui ſpiritu ſapientiæ,' vt veſtes Aharoni faciant [5]ad conſecrandum ſe, & vt mihi ſit ſacerdos.' Hæ autem ſunt veſtes quas facient, pectorale, [6]humerale, [7]interula ſinuoſior,' & [8]tunica ſtricta, [9]tiara' & zona. has ſanctas veſtes faciẽt Aharoni fratri tuo & filijs eiꝰ, vt ſacerdotio fungatur mihi. Et hi accipient aurum, & hyacinthinum [ſericum], & purpureum, & coccinũ bis tinctũ, & byſſum. ¶Humerale facient ex auro, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, atque byſſo torta [10]opere textorio polymito. [11]Duo humeri tibi cohærẽtes erũt, ádque duas extremitates committentur. [12]Textura polymita limbi eius quę eſt ſuperne in eo, ſit quemadmodum opus eius, quin ex ipſo ſit:' nempe ex auro, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tĩcto, & byſſo torta. ¶Accipies quoq; duos lapides [13]ſchohã,' & exculpes in eis nomina filiorũ Iſrael: ſex nomina illorũ in lapide vno, & ſex nomina reliqua in lapide altero, [14]ſecundũ generationes illorũ. [15]Opere artificis qui gẽmas ſcalpit, & ſigna cælat, duos illos lapides exculpes' nominibus filiorũ Iſrael: [16]curabiſque vt aureis ſpinteribꝰ circũdati includãtur.' Ponéſque duas illas gẽmas [17]in humeris' ephod, vt ſint gẽmæ [18]monumẽti pro filijs Iſrael.' Aharon autẽ portabit nomina eorũ corã Domino, in vtroq; humero ſuo [19]ad monumẽtũ. [20]Facies & aurea ſpintra'

¶17 ſub. tapetũ ex quibꝰ velũ illud erat concinatũ. ¶18 capitella earũ erũt argentea. ¶19 i. latitudo erit per omnia æqualis i vtroque latere. ¶20 Subaudi, cortinarum. ¶21 paxilli. erãt veluti claui quibus affigebãtur cortinæ illæ, ne à vẽto agitatæ, dimouerentur. ¶22 ad accẽdẽdas lucernas iugiter. i. ſingulis noctibꝰ: vt ipſe poſtea exponit quũ ait, Vt vſq; mane luceat coram Domino. Interdiu enim erãt extinctæ. ¶23 In tabernaculo cõuentionis. ſiue cõgreſſus, aut cõgregatiõis. Vox Hebræa MOED dicitur à cõueniẽdo, eo q̃ illuc conueniret Deus, vt loqueretur Moſi & ſucceſſoribus eiꝰ: vt cap. 25. b, Deus ipſe exponit, quare ita ſit appellatũ, ait enim, Et cõueniã tecum illuc. Pro quo vetus interpres vertit, Inde præcipiam tibi. Item Numer. 17. b, Coram teſtimonio, vbi conueniã vobiſcũ. pro quo vetꝰ interpres vertit, Vbi loquar ad te. Alij vertunt, In tabernaculo fœderis: quòd illic Deus dabat hominibus reſponſa, & illis loqueretur. ¶14 ante teſtimonium. Quidam dicunt hîc ſubintelligendam eſſe vocem arca, hoc modo, Quod oppanſum eſt arcæ teſtimonij. ¶15 Singulare pro plurali, collocabunt eas. Sub. lucernas. ¶16 per ſucceſſiones eorum apud filios Iſrael. i. perpetuum hoc erit ſtatutũ Iſraelitis, ſeruabitúrque apud filios Iſrael perpetuò. XXVIII. ¶1 accedere fac. vl, applica ad te ¶2. i. ad ornamẽtum, aut quibus ornabitur. ¶3 Hebraiſmus eſt, pro peritis artificibus. ¶4 Quidam referunt relatiuum ad corde hoc modo, quod repleuit ſpiritus ſapientiæ. ſiue ſcientiæ. ¶5 ad ſanctificandum eum, vt miniſtret mihi. i. ad ſeparandum & dedicandum eum, vt agat ſacerdotem apud me. ¶6 vl, ſuperhumerale. Hebraice ephod. veſtis erat extima breuiſſima, quæ manicis carebat, & quodammodo arctabat & conſtringebat laxitatem interiorum veſtium. ¶7 vl, pallium, ¶8 vl, tunica ocellata. i. opere Phrygionico quibuſdam veluti ocellis intexta. ¶9 vl, pileus. ſeu vitta quæ capiti circũuoluitur. ¶10 opere ingenioſi artificis. ſiue, textura peritiſſimi artificis. ¶11 Duo latera cõiuncta erũt illi in extremitatibꝰ eius: & ita cõiungetur. ¶12 Et textura (ſiue artificiũ ipſiꝰ ſuperhumeralis) quæ ſuper ipſum eſt, eodẽ opere fieri debet. i. ex eodẽ pãno, & ex eadẽ materia erit. Gallice, La bordure. L'artifice de ſa facon. ¶13. i. onychinos. ¶14. i. habita ratiõe natiuitatis & ætatis eorũ. vt maior natu ſit prior. ¶15 Heb. Opere artificis lapidũ, ſculpturis ſigilli ſculpes eos. Artificẽ lapidũ vocat gẽmarium. Sculpturæ ſigilli. i. quibus vti ſolẽt in annulis. Hoc eſt, curabis vt gẽmarius ſculptura qua ſolet vti in annulis, ſculpat in illis lapillis nomina filiorum Iſrael. ¶16 circũdatos palis aureis facies eos. hoc eſt conſtringes eos palis aureis. i. curabis affigendas duas palas aureas. ¶17 in lateribus ¶18 Heb. memoriæ filijs Iſrael. i. quæ reuocabũt in memoriã Deo vel Aaroni, filiorũ Iſrael. ſequitur enim, Portabit nomina eorũ &c. ¶19 in recordationẽ. i. ob memoriã. ¶20 Facies itaq; palas aureas. Incluſoria erãt quibus includebãtur lapilli illi. Eſt autem recapitulatio eorum lapidum de quibus iam dixerat.

¶11 definitæ magnitudinis, ex opere intorto: & inſeres catenas illas intortas palis illis. Definitę magnitudinis catenas vocat breues. Locus iſte declarabitur per locũ ſequẽtem in fine huius capitis.

¶12 Dicebatur pectorale iudicij, quòd ſacerdos nunquam dicebat ius in re graui, niſi quum habebat pectorale ſup pect⁹ collocatum. Quidã dicunt, Pectorale iudicij ideo dici, ꝙ contineret iudicium & ſententiã Dei, quę erat, vt ſũmus ſacerdos eſſet ornat⁹ eruditiõe ſumma & doctrina, morũque integritate abſolutiſſima. Hoc enim ſignificabant voces illæ V R I M & T H V M M I M. quæ intra pectorale erãt. Nã V R I M. i. illuminationes, ſignificabãt doctrinã ſanctã, quæ eſt vitæ noſtræ verũ lumẽ: & T H V M M I M, perfectiones. i. ſingularem morum integritatem. Vocem Hebræam H O S E N verterunt L X X λογεῖον, quos ſecutus vetus interpres, vertit rationale. λογεῖον enim nomen habet ἀπὸ τοῦ λόγου. id eſt à ratione. Videtur autem rationale & Græcis & Latinis ita dictum, quòd contineret quæ ſumma prudentia & exacta ratione conſyderanda erant à ſummo pontifice, nempe V R I M & T H V M M I M, & nomina filiorum Iſrael.

& duas catenulas ex auro mũdo,[11]eáſque in extremitatibus opere complicato facies, & inſeres catenulas iſtas aureas complicatas ſpintribus fibulatis. ¶Facies deinde[12]pectorale iudicij[13]opere textili polymito,' quemadmodum opus humeralis, facies illud, nempe ex auro, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta facies illud. Quadratũ erit & duplicatum, palmũ habẽs in lõgitudine ſua, & palmũ i latitudine ſua,[14]Quod implebis gẽmarũ inſitione, quatuor videlicet ordinib⁹ gẽmarũ: ordo ſardonychis, topatij, & ſmaragdi ordo vn⁹.' Secũd⁹ ordo, carbũculi, ſapphiri &[15]adamãtis.' In tertio ordine,[16]lyncuri⁹, achates, & amethyſt⁹. In quarto ordine, hyacinth⁹, onyx, &[17]iaſpis,' auro erũt incluſi[18]palis ſuis.' Et gẽmæ iſtæ erunt[19]cum nominibus filiorũ Iſrael, duodecim ſcilicet[20] ꝑ nominibus illorũ. exculptæ vt ſigna cælari ſolẽt, ſingulæ nominib⁹ ſuis iuxta duodecim trib⁹.' Facies quoque pectorali[21] catenulas cõplicato opere ex auro mũdo quæ ſint in extremitate.' Et[22]ipſi pectorali' facies duos annulos aureos, & pones eoſdem duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. Et inſeres[23]duas aureas catenas' complicatas in duos illos annulos qui ſunt in extremitatibus pectoralis. [24]Et alias duas extremitates duarum catenularum complicatarum inſeres in duo ſpintra fibulata, ponéſque in humeris ephod é regione ipſius.' Facies & duos [alios] annulos aureos, quos pones in duab⁹ extremitatib⁹ pectoralis[25]in ora eius, quę eſt verſus ephod intus.' Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duobus lateribus ephod inferne[26]é regione iuxta commiſſuras eius, ſupra texturam polymitã ipſius ephod. Connectẽtq; pectorale annulis ſuis ad ãnulos ephod[27]faſcia hyacinthina:[28]vt ſit ſupra texturã polymitã ipſi⁹ ephod,' & nõ ſeparetur pectorale ab ipſo ephod. ¶Et geſtabit Aharon nomina filiorũ Iſrael ſemper in pectorali iudicij ſuper cor ſuũ cũ ingredietur Sanctum,[29]pro monumẽto' coram Domino iugiter. Pones quoq; in pectorali iudicij[40]Vrim & Thummim,' erũtq; ſuper cor Aharonis quum ingredietur

& duas catenulas auri puriſſimi ſibi inuicẽ cohærentes, quas inſeres vncinis. ¶Rationale quoq; iudicij facies opere polymito iuxta texturã ſuperhumeralis ex auro, hyacitho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta. Quadrãgulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. Ponéſq; in eo quatuor ordines lapidũ. in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus. In ſecundo: carbunculus, ſapphirus, & iaſpis. In tertio: ligurius, achates, & amethyſtus. In quarto: chryſolithus, onychinus, & beryllus. incluſi auro erũt per ordines ſuos. Habebúntq; nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominib⁹ ſingulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo: & duos annulos aureos quos pones in vtraque rationalis ſummitate: catenáſque aureas iunges annulis qui ſunt in marginibus eius: & ipſarum catenarũ extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris quæ é regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt. Necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali, & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. ¶Portabitq; Aaron nomina filiorũ Iſrael in rationali iudicii ſuper pectus ſuũ, quãdo ingredietur Sanctuariũ, memoriale corã Domino inæternum. Pones autẽ in rationali iudicij Doctrinã & Veritatem, quæ erũt in pectore Aaron quando ingredietur

Rationale. D E

¶13 vſ, textura artificis. ¶14 Heb. Et implebis in eo impletione lapidũ quatuor ordines lapillorum. ordo[que erit] ſardius, topazius, & ſmaragdus erit ordo primus. Implebis(inquit) in eo. i. palas in eo diſpoſitas replebis lapidibus. ¶15 vſ, iaſpis. ¶16 Plinius lib. 37. cap. 3, docet lyncurium, gemmam eſſe é lyncis vrina coactam. ¶17 vſ, beryllus, ¶18 Heb. in repletionibus ſuis. i. in palis quas replent. ¶19 iuxta nomina. i. totidem erunt quot ſunt patriarchæ. ¶20 Heb. iuxta nomina illorũ: ſculpturæ annuli quiſq; iuxta nomẽ ſuũ erũt pro duodecim tribubus. i. inſculpẽtur ſculptura annuli, expreſſa, & quæ legi poſſit. ¶21 catenas termini, opere tortili ex auro mũdo. De ſumma parte pectoralis loquitur. Catenas termini vocat terminatas & præfinitæ magnitudinis. Opus tortile, quale eſt funium. ¶22. i. in parte ſuperiore pectoralis. ¶23 Heb. duos funes aureos. i. duas catenas aureas factas opere intorto inſtar funis. ¶24 Et duo extrema duorum funium[. i. duarum catenarum inſtar funis intortarum] inſeres duobus vncinis: ponéſque[ſub. funes illarũ catenarũ] in lateribus ipſius ſuperhumeralis eregione faciei eius. Id eſt, in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærent palis duorum lapidum onychinorum. ¶25 in labio ſcilicet eius quod eſt in latere ſuperhumeralis intrinſecus. Id eſt, in parte interna quæ contingit ſuperhumerale. Labium vocat orã, vel extremũ. ¶26 in anteriore parte, eregione vtriuſq; iuncturæ eius, ſupra cingulũ [vſ, balteum. ſiue artificiũ] ſuperhumeralis. Et cõiungent pectorale &c. Cum iuncturam dicit, ſingulare eſt pro plurali. eæ erant in lateribus ſuperhumeralis. ¶27 vſ, filo hyacinthino. Gallice, d'ung cordon. ¶28 vt ſcilicet ſit ſupra cingulum ipſius ſuperhumeralis, ¶29 in memoriam. i. vt Deus memor ſit duodecim patriarcharum. Vſ, vt ipſe Aaron ſit duodecim patriarcharum memor quum erit coram Domino. ¶40 Chaldæus paraphraſtes ſimiliter integra reliquit vocabula Vrim & Thummim. L X X interpretati ſunt Declarationẽ & Veritatem. Intra pectorale erat ſcriptura quædam quæ complectebatur nomẽ Dei tetragrammaton יהוה quæ dicebatur Vrim & Thummim. Hoc autẽ nomẽ יהוה, trinitatis myſteriũ cõtinet, vt veteres Iudæi qui Chriſtum præceſſerunt, dixere in ſuis traditionibus. nam per י, intelligitur pater qui eſt principium & origo omnium rerum. Per ה, filius per quem omnia quæ facta ſunt, eſſe cœperunt. Per ו. quæ eſt cõiunctio copulatiua, intelligitur Spiritus ſanctus: qui eſt amor & nexus vtriuſq; qui ab vtroque procedit. Geminatur autem ה propter duplicem naturam quæ eſt in Chriſto. per primum ה, natura diuina intelligitur: per ה poſtremum, natura humana. Hoc nomen יהוה dicebatur Hebræis שם מפורש: id eſt, nomen expoſitum ſiue declaratum: aut nomen quod exponitur. Exponebatur enim ab eis per nomen duodecim literarum אב בן ורוח הקדש. Hoc eſt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Item per nomen quadraginta duarum literarum אב אלהים

corã Domino:& geſtabit iudiciũ filiorum Iſrael in pectore ſuo, in cõſpectu Domini ſemper. ¶Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio ſuprà erit capitium, & ora per gyrũ eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtiũ partibus, ne facilè rũpatur. Deor-
F ſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitũ quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta, miſtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulũ ſit aureum & malum punicum, rurſúmque tintinna-
Eccli 45.b. bulum aliud aureum & malum punicum. ¶Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonit⁹ quãdo ingreditur & egreditur Sãctuariũ in conſpectu Domini, & non moriatur. ¶Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. Ligabiſque eã vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, imminens fronti pontificis. Portabitq; Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerũt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cũctis muneribus & donarijs ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte
G eius, vt placatus ſit ei Dominus. ¶Stringéſq; tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteũ opere plumarij. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem. Veſtiéſque his omnibus Aaron fratrẽ tuum & filios eius cum eo: & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabiſque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi. ¶Facies & feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſq; ad femora: & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingrediẽtur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquãt ad altare vt miniſtrẽt in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriãtur. Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

CAP. XXIX.

ꝗ in ſacerdotium
Modus cõſecrandi ſacerdotes Dei, ritúſq; offerendi ꝓ eis. leuitici 9.a.

Sed & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrẽtur. Tolle vitulũ de armẽto, & arietes duos immaculatos, Panéſq; azymos, & cruſtula abſq; fermento, quæ conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de ſimila triticea cuncta facies. Et poſita in caniſtro offeres: vitulum autem

coram Domino, & geſtabit Aharon[4] iudicium filiorũ Iſrael ſuper cor ſuum[4] iugiter coram Domino. Facies quoque[42] interulam laxiorem ad ephod, quæ ſit tota hyacinthina.[43] In ſummo eſt circa medium eius ſit foramẽ: & circum foramẽ limbus opere textorio fiat illi, quemadmodum limbus loricæ, ne dirumpatur. Et facies in fimbrijs eius[inferioribus] mala punica ex hyacinthino[ſerico,]purpureo, & coccino bis tincto, idque per ambitum fimbriarum eius, & tintinnabula inter illa per ambitum. Tintinnabulum aureum & malum punicum, tintinnabulum aureum & malum punicum ſit in fimbrijs[44] interulæ laxioris per ambitum. Hac veſtietur Aharon[45] quum miniſtrabit,[46] vt audiatur ſon⁹ eius quum ingredietur in ſanctũ in conſpectum Domini, & quum egredietur,[47] vt non moriatur. ¶Facies & laminam ex auro mundo, & ſcalpes in ea[48] cælaturas, vt ſolent ſigilla[cælari,]ſanctũ Domino. Et pones illã[49] ſuper faſciam hyacinthinam, vt ſit ſuper tiara in anteriori parte tiaræ. Et hæc erit in fronte Aharonis, vt ferat iniquitatem[50] conſecratorum, quæ conſecrant filij Iſrael cunctis donis ſuis ſanctis: manebitque iugiter in fronte eius[51] pro reconciliatione eorum coram Domino. ¶[52] Facies quoque ſtrictam tunicam byſſinam, & tiaram byſſinam, & zonam facies opere Phrygio. Et filijs Aharonis facies tunicas, facies & cincturas, & pileolos etiã facies eis,[53] in gloriam & decus. Et veſties iis Aharonẽ fratrem tuum, & filios eius, & vnges eos, &[54] implebis manus eorum, & cõſecrabis eos, vt ſacerdotio mihi fungantur. ¶Facies quoque illis femoralia linea, vt tegant carnem verendorum, quæ pertingant à lumbis vſque ad femora. Et iis induentur Aharon & filij eius, quum venient[55] in tentorium conſtitutum: vel quum accedent ad aram ad miniſtrãdum[56] in ſancto,[57] ne ferãt iniquitatem, & moriantur.[58] ſtatutum perpetuum hoc ſit illi, & ſemini eius poſt ipſum.

CAP. XXIX.

Et hoc quoque facies eis[1] ad cõſecrandũ eos, vt mihi ſacerdotio fungãtur. Tolle iuuencũ vnum[2] ex bubus, & arietes duos integros. Panes quoq; azymos, & placentas infermentatas oleo permixtas, &[3] lagana infermẽtata oleo vncta: hæc facies ex ſimilagine triticea, Ponéſque ea in caniſtrũ vnũ, & offeres ea in caniſtro, vnà cũ iuuenco

בן אלהים
רוח הקדש
אלהים
שלשה
באחד אחד
בשלשה.

Id eſt, Pater Deus eſt, Filius Deus eſt, Spiritus ſanctus Deus eſt: tres ĩ vno, (hoc eſt ĩ vna ſubſtãtia) vnus in tribus. (id eſt vna eſſentia.) Hæc autẽ ſcriptura nominis Dei יהוה dicebat Vrim & Thummim, id eſt illuminationes & perfectiones, quòd ex huius trinitatis intellectu, mens illuminetur & perficiatur. Hæc ferè ex Rabbi Solomone magni nominis viro apud Iudæos: iter quos nõ deſũt alij rabbini etiam docti, qui quid ſit Vrim & Thummim, ingenuè fateantur ſe ignorare. Quidam exiſtimãt VRIM & THVMMIM quæ (vt dictum eſt) ſignificãt illuminationes & perfectiones, hoc eſt, ſummam illuminationem & perfectionem: ideo Dominum iuſſiſſe inſcribi pectorali, vt admoneretur ſummus ſacerdos, oportere eum eſſe ſumma doctrina præditum (quæ lumen & illuminatio ſæpe in Scripturis dicitur) & morum ſumma integritate.

¶[4] Hic iudicium, pro pectorali iudicij accipitur. Vel poti⁹, iudiciũ, pro memoriali ponitur, quo reuocabat filios Iſrael Deo in memoriam. ¶41 Id eſt, quotieſcunque ingredietur tabernaculum. ¶42 Vl, pallium ſuperhumeralis. Id eſt, quod ſuberat ſuperhumerali. ¶43 vl, In cuius ſummæ partis medio foramen erit. Per quod ſcilicet caput immittatur. ¶44 pallij ¶45 Heb. ad miniſtrandũ. i. quotieſcunque erit miniſtraturus. ¶46 & audiet ¶47 & nõ morietur. vl, & ita non morietur. hoc eſt, ita impune ingredietur ſanctuarium & egredietur. ¶48 Heb. ſculpturis annuli, ſanctitas Domini eſt. קדש ליהוה. Id eſt Sanctitas decet Dominum. q. d. Procul eſte prophani: ſanctè colendus eſt Deus. Verti poteſt, Sanctitas Domino eſt. Id eſt, Deus ſanctiſſimus eſt. Sculpturas annuli vocat explanatas, quæ facile legi poſſint. ¶49 in vitta hyacinthina, vt ſit ſuper tiarã in parte anteriore eius. Subaudi, tiaræ, vel mitræ. Vl, ex aduerſo faciei eius. ¶50 Heb. ſanctificationum quas ſanctificabunt filij Iſrael in omnibus muneribus ſanctificationum ſuarũ. Id eſt, tollet iniquitatẽ quã admittere poſſent Iſraelitæ in ſanctificationibus ſuis: hoc eſt, in oblationibus ſuis ſanctis, & in omnibus alijs donis, ſiquid peccent, non rite offerendo, aut ea offerendo quæ offerri non debent: condonabiturq; eis propter ſacerdotem ſummum, qui Chriſtum repræſentabat. ¶51 Heb. ad beneplacitum eis coram Domino. i. vt ipſos reconciliet Domino. ¶52 vl, Ocellabiſque tunicam byſſinam. Id eſt, veluti oculis opere Phrygionico factis diſtingues. ¶53 Id eſt, ad ornamentum. ¶54. i. ſuppeditabis illis victimas, & trades in manus eorum, vt eas offerant. Alij interpretantur, Tu mittes eos in poſſeſſionẽ ſacerdotij. Nam quum aliquis mittitur in poſſeſſionem alicuius rei, traditur aliquid in manu eius. Alij exponunt, Cõſecrabis. Hoc enim vox Hebræa etiam ſignificat. Chaldæus paraph. Offeres oblationem pro Aarone & filijs eius. ¶55 in tabernaculum teſtimonij. ſiue fœderis. aut conuentionis & congreſſus, ſiue congregationis. De tabernaculo teſtimonij vide annotationem capite præcedenti, circiter finem. ¶56 vl, in ſanctimonia. aut, ſanctẽ. ſiue cum ſumma ſanctitate. ¶57 Hebraiſmus eſt, ne ſi aliter faciant, peccent, ob idque moriantur. ¶58 Hoc eſt, ita induentur, & id obſeruabũt quotquot fungẽtur ſummo ſacerdotio. XXIX. ¶1 Heb. ad ſanctificandũ eos, vt ſacerdotio mihi &c. Id eſt, hac quoq; ratione cõſecrabis illos, vt mihi ſacerdotes ſint. ¶2 Heb. filiũ bouis. Hebraiſmus pro nõdũ adulto. ¶3 Vox Hebræa RAKIK, ſignificat placentulã, cruſtulã, ſiue laganũ, à tenuitate Hebraice appellatũ.

¶4 tabernaculi. cõuẽtus.i.quò, ſiue ad quod cõuenire ſoleo vobiſcum. Vide annotationem cap.27, circa finem. ¶5 tunica ſcilicet, & pallio ſuperhumeralis, & ſuperhumerali & pectorali: & cinges illum artificio ſuperhumeralis. Palliũ ſuperhumeralis vocat ſupra quod ſtatim ponebatur ſuperhumerale. Artificiũ autem ſuperhumeralis, texturam vetus interpres alio loco vertit. Alii, ingenioſiſſimũ opus quod ex eodem panno & materia in extremitatib⁹ ephod ſiue ſuperhumeralis fabrefactum erat. ¶6.i. laminam aureã in qua deſcriptũ erat, Sanctitas Domini. ſiue, Sanctitas decet Dominum. ¶7.i. quo vngebãtur ſacerdotes. ¶8 ſubintellige, depoſita prius mitra. ¶9 vl, aptabis illis tiaras. ¶10.i. volo vt ſacerdotiũ perpetuò pertineat ad eos. ¶11 Vide interpretationẽ horum verborũ capite præcedenti, paulo ante finẽ.

& duobus arietibus. Aharonem verò & filios ei⁹ adduces ad oſtium[4] tentorij conſtitutionis,' & aqua eos lauabis. Tolléſque veſtes, & indues Aharonem,[5] tunicam ſtrictam, & interulam laxiorem, ephod & pectorale: & cinges eum textura quæ eſt in ipſo ephod.' Pones etiam tiaram ſuper caput eius, &[6] coronam ſanctam' pones ſuper tiaram. Accepto deinde oleo[7] vnctionis,[8] fundes ſuper caput eius.' & vnges eum. Deinde & filios eius adduces, & indues eos tunicis: Cinges quoque eos cinctura, Aharonem videlicet & filios eius. &[9] obuincies eos pileolis,[10] eritque eis ſacerdotium in ſtatutum perpetuũ:[11] implebis quoque manum Aharonis, & manum filiorum eius.' Poſt hæc adduci facias[12] iuuencũ' ante tentorium[13] cõſtitutionis,' & admouebit Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput iuuẽci.'[14] Et mactabis' iuuencum illum coram Domino, ad oſtiũ tentorij[15] cõſtituti.' Et tollens de ſanguine iuuẽci, pones ſuper cornua aræ digito tuo, &[16] omnem ſanguinem' fundes ad baſim aræ. Accipies quoque vniuerſum adipem qui obtegit[17] inteſtinum,' & reticulum[18] quod eſt circa hepar,' & duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos. & incendes ſuper aram. Carnem verò iuuenci, & cutem eius, & fimũ eius,[19] extra caſtra' igne combures, [eo quòd][20] peccatũ eſt.' Accipies deinde alterum arietem, & Aharon atque filij eius manus ſuas ſuper caput arietis ponent. Et vbi arietem mactaueris, accipies de ſanguine eius, & ſparges[1] per ambitum aræ.' Arietẽ autẽ ipſum incides[2] iuxta inciſiones ſuas,' & lauabis inteſtinũ eius, atque crura eius, ponéſque[3] ad inciſiones eius, & ad caput eius.' Deinde incendes totum arietem ſuper aram,[4] holocauſtũ hoc Domino, odor gratiſſimus & ſuaueolẽs, ſacrificium igne confectum Domino.' Alterum verò arietẽ tolles. & admouebit Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis illius.'[5] Et mactato' ariete, ſumes de ſanguine eius, ponéſque ſuper[6] auriculam molliorem auris' Aharonis, & ſuper auriculam molliorem auris filiorum ſuorum dexterã, & ſuper pollicem manus ipſorum dexterum. & ſuper pollicem pedis eorum dexterum. & ſparges ſanguinẽ ſuper aram per ambitum. Et accipies de ſanguine qui eſt ſuper aram, & de oleo vnctionis, & ſparges ſuper Aharonem & ſuper veſtes eius, & ſuper filios ei⁹, & ſuper veſtes filiorũ eius cum ipſo, & conſecrabitur ipſe. & veſtimẽta eius, atq; filij ei⁹, & veſtimenta filiorũ eius cũ eo. Tolles quoq; adipẽ de ariete, & caudã,[17] &' adipẽ qui inteſtinũ obtegit. & reticulũ iecoris, & duos renes, & adipẽ qui[18] circa' ipſos eſt, & armũ dextrũ: eſt enim[19] aries impletionis.' Sed &[20] globum panis vnum,' placentam vnam panis oleo permixtam, & lagaũ vnũ de caniſtro[21] azymorum[22] quod eſt corã Domino.' Et omnia hæc pones ſuper manus Aharonis, & ſuper man⁹ filiorũ eius,

& duos arietes. Et Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Cúmque laueris patrem cum filiis ſuis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, & ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo. Et pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleũ vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, Cingéſque balteo, Aarõ ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erúntque ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam initiaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij. Imponéntque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius, & mactabis eum in cõſpectu Domini, iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij. Sumptúmque de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo, reliquũ autem ſanguinem fundes iuxta baſim eius. Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare. Carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra caſtra, eo quòd pro peccato ſit. Vnum quoque arietem ſumes, ſuper cuius caput ponẽt Aaron & filij eius manus. Quem cum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes circa altare. Ipſum autem arietem ſecabis in fruſta: lotáque inteſtina eius ac pedes pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius. Et offeres totũ arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino, odor ſuauiſſimus victimæ Domini. Tolles quoque arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem quum immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ Aaron & filiorũ eius, & ſuper pollices manus eorũ ac pedis dextri, fundéſque ſanguinem ſuper altare per circuitum. Cúmque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filios, & veſtimenta eorum. Conſecratiſque ipſis & veſtibus, tolles adipẽ de ariete, & caudam & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulũ iecoris, & duos renes, atque adipem qui ſuper eos eſt, armũmque dextrũ, eo quòd ſit aries conſecrationis: tortámque panis vnius, cruſtulã conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorũ, quod poſitũ eſt in conſpectu Domini: ponéſque omnia ſuper manus Aaron & filiorum ei⁹,

B
Leuit.1.b.
Leuit.9.a.
C
D

¶12 ſub. de quo locuti ſumus. ¶13 cõuentus. Vide annotationem capitis XXVII, circa finẽ. ¶14 vl, Tunc mactabis ¶15 cõuentus. vl, fœderis. ¶16 reliquum ¶17 Singulare pro plurali, inteſtina. Quidã ventrẽ legunt. ¶18 quod eſt ſuper iecur. vl, quod ambit iecur, ¶19 Nã propterea & Chriſtus paſſus eſt extra portã vrbis. Heb.13.b. ¶20 Id eſt, ſacrificiũ pro peccato eſt. Sic Paulus, 2. Corinth.5.d, Eũ qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Hic monent Hebræi, Dominum potiſſimum exigere pro ſuo ſacrificio animalia illa & membra quæ concupiſcentijs ſubiiciuntur. Non vult habere animal infirmum, aut quod teſticulis ſit priuatum. Requirit renes, qui concupiſcẽtiæ prima ſunt officina. Vult habere hepar, quod roborat libidinẽ: & adipes, qui effrænem faciunt concupiſcentiam, iuxta illud, Impinguatus eſt Iſrael. & recalcitrauit. Hæc omnia Dominus in ſuo vult habere ſacrificio. non quòd illum delectẽt renes, ſed quòd hæc ſignificent mortificanda eſſe membra noſtra ſuper terram. ¶21 ſuper altare per circuitum, ¶22 in fruſta ſua. i. dilaniabis. ¶23 ſuper fruſta eius, & caput eius. i. congeres omnia illa in vnum. ¶24 vl, holocauſtum [enim] eſt Domino, odor quietis, oblatio ignita eſt Domino. i. oblatio eſt enim quæ tota igni abſumi debet in honorẽ Dei: éſtq; oblatio quæ quieſcere facit iram Dei: hoc eſt, pacatũ eum reddit hominibus. Quod autem addit, oblatio ignita eſt Domino: repetitio eſt verbis paulũ immutatis. Dicitur præterea holocauſtũ, H O O L A Hebraice, à verbo עלה. i. aſcendit: q totũ illud ſacrificiũ in fumum, vt ita dicam, aſcenderet & conuerteretur. ¶25 vl, Dehinc mactato &c. ¶26 vl, teneriorem auris partem ¶27 Hoc loco [&] accipitur expoſitiue. q. d. Id eſt adipem tegentem inteſtina. ¶28 vl, ſuper ¶29 Arietem impletionum ſiue conſecrationum appellat, qui immolabatur in conſecratione ſummi ſacerdotis. ¶30 fruſtum [vl, partẽ] panis vnius. ¶31 vl, infermentatorum. Id eſt, in quo infermentata fuerint oblata Deo. ¶32 Hebraiſmus eſt, pro, quod oblatum eſt Deo.

& ſanctificabis eos eleuans corã Domino. Suſcipieſq; vniuerſa de manib⁹ eorũ: & incedes ſup altare in holocauſtũ, odorẽ ſuauiſſimũ in cõſpectu Domini, quia oblatio ei⁹ eſt. Sumes quoque pectuſculũ de ariete quo initiat⁹ eſt Aarõ, ſanctificabiſq; illud eleuatũ corã Domino, & cedet in partẽ[a] ſuã.' Sanctificabiſq; & pectuſculũ conſecratum, & armũ quẽ de ariete ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron & filij eius, cedentq; in partẽ Aaron & filiorum ei⁹ iure perpetuo à filijs Iſrael, quia primitiua ſunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino. Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngãtur in ea, & conſecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculum teſtimonij vt miniſtret in Sanctuario. Arietem autem [b]conſecrationis' tolles, & coques carnes ei⁹ in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron & filij eius. Panes quoq; qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent, vt ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus. Alienigena non veſcetur ex eis, quia [c]ſancti' ſunt. Quòd ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de panibus vſque mane, combures reliquias igni: non comedẽtur, quia ſanctificata ſunt. Omnia quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & filijs eius. Septem diebus conſecrabis manus eorum: & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum. Mundabiſque altare cum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem. Septẽ diebus expiabis altare & ſanctificabis, & erit ſanctum ſanctorum: omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur. ¶ Hoc eſt quod facies in altari. Agnos anniculos duos per ſingulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum veſpere, decimam partem ſimilæ cõſperſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartã partẽ hin, & vinum ad libandũ eiuſdem mẽſuræ in agno vno. Alterũ verò agnũ offeres ad veſperã iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem ſuauitatis. ſacrificium eſt Domino [d]Deo,' oblatione perpetua in generationes veſtras, ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino, vbi conſtituam vt loquar ad te. Ibique præcipiam filijs Iſrael, & ſanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculũ teſtimonij cum altari, & Aaron cum filijs ſuis,

E

F

G

[a] tuam.

[b] conſecrationum Leuit. 8. f.

[c] ſancta

Sacrificiũ iuge & quotidianum. nume. 28. a.

& facies ea motari[38] tenupha' corã Domino. Et deinde tolles ea de manu illorũ, & incẽdes ſuper arã[34] ad holocauſtũ,' in odorẽ ſuaueolẽtem corã Domino,[35] ſacrificiũ igne confectũ eſt Domino.' Tolles etiã pectuſculũ [36] de ariete conſecrationis Aharõ:' & motabis ipſum [37] thruma' corã Domino,[38] eritq; pars tua.' Conſecrabis itaq; pectuſculũ[39] tenupha,' & armũ eleuationis, quod motũ, & qui in altũ ſublatus eſt, de ariete[40] conſecrationis, propter Aharonẽ & ꝓpter filios eius.' Et erit Aharonis & filiorum eius ſtatuto perpetuo de filijs Iſrael,[41] quoniam thruma eſt. thruma inquã à filijs Iſrael, & à ſacrificijs eorũ pacificis, thruma eorũ Domino.' Porrò veſtes ſanctæ quas habet Aharon, erunt filiorum eius poſt ipſum, vt vngantur[42] in eis,' & impleant manum ſuam cũ eis. Septem diebus induet eas[43] ſacerdos[44] ſucceſſor eius, qui eſt de filijs eius, quando venerit ad tentorium conſtitutum, vt miniſtret in ſancto.' Tolles autem arietem conſecrationis, & coques carnem eius in loco ſancto, comedẽtque Aharõ & filij ei⁹[45] carnem arietis.' & panes qui ſunt in caniſtro iuxta oſtium tentorij[46] conſtitutionis.' Veſcentur inquam illis, [47] eo quòd propitiatio per ea facta ſit, ad implendum manus illorum, & ad cõſecrandum eos.' Alienus autem non edet, quia ſancta ſunt. Siquid de carne conſecrationis aut de panibus ſuperfuerit vſque mane, combures hoc reſiduũ igne: nõ comedetur, quoniam ſanctũ eſt. Sic facies Aharoni & filijs eius, iuxta omnia quæ præcepi tibi, ſeptẽ diebus[48] implebis manum illorum.' Et iuuencum [49] peccati facies' per ſingulos dies[50] pro expiationibus.' & expiabis arã, [51] quum ſuper ea expiaueris, & vnges eam, vt cõſecres' eam. Septem diebus expiabis[52] ſuper ara,' & conſecrabis eam, eritque ara [53] ſanctum ſanctorum·[54] quicũque tetigerit arã, ſacer eſto. ¶ Hoc eſt autẽ quod facies[55] ſuper arã,' duos agnos anniculos iugiter[55] per ſingulos dies.' Vnum agnum mane facies, & alterum facies [56] inter veſperas.[57] Decimam quoq; [partem]' ſimilaginis mixtam oleo contuſo, quartam partem hin, [58] & libamen vini quartam partem hin ad agnũ vnum.' Agnum autem alterũ facies[56] inter veſperas,[59] quemadmodum ſacrificium cibarium matutinum, & quemadmodum libationẽ eius facies ei, vt ſit odor ſuaueolens & ſacrificium igne confectum Domino. Hoc holocauſtum iuge ſit etiam poſteris veſtris' ad oſtium tentorij [60] conſtituti [61] coram Domino,[62] vbi conueniam vos vt tecũ loquar.' Illic[63] paciſcar' cum filijs Iſrael, &[64] conſecrabitur [locus] in gloria mea. [65] Et ego ſanctum reddam tabernaculum conſtitutionis,' & aram: ſed & Aharonem atque filios eius

¶ 33 Tenupha ſacrificium eſt qd dextrorſũ & ſiniſtrorſũ motabatur. Quidã vertũt, agitabis ea, agitatione. Sublatã enim hoſtiã agitabãt ſeu mouebãt primum ab Oriẽte in Occidẽtẽ, deinde à Septẽtrione ĩ Meridiẽ: qua agitatione Deũ toti⁹ eſſe terræ Dominũ ſignificabãt. ¶ 34 vl, ſtra holocauſtũ. vl, cũ holocauſto. ¶ 35 vl, eſt enim oblatio ignita Domino. i. quæ igni abſumit̃ in honorẽ Domini. ¶ 36. i. de ariete immolato die conſecrationis Aaronis. ¶ 37 Thruma, genus ſacrificij eſt, qd ab imis ad ſuperiora eleuatur. Voces Hebraicas reliquit aliquãdo nou⁹ interpres, eas præcipuè quæ verbo vno nõ poſſunt exprimi. Quidam vertunt, agitabis [illud pectuſculũ] agitatione. Alij, eleuabis ipſum eleuatione. ¶ 38. i. ex eo ſacrificio habebis pro parte

tua pectuſculũ. ¶ 39 eleuationis. i. eleuatũ iã corã Domino. ¶ 40 vl, cõſecrationũ Aaronis & filiorũ ei⁹. Aut, cõſecrationũ ꝓ Aarone & filijs ei⁹. ¶ 41 quia oblatio eſt: & oblatio erit à filijs Iſrael de ſacrificijs ſuis pacificis: eleuatio (ſiue oblatio) inquã eorũ erit Domini. i. pars illa offeretur Domino, & ꝓpterea ſacerdotes habebũt illã, hoc eſt, armum dextrũ cũ pectore. ¶ 42 vl, cũ eis. i. vt illis veſtiti vngãtur & cõſecrẽtur. ¶ 43 ſub. ſumm⁹. ¶ 44 vl, qui ſufficiet in locũ eius de nepotib⁹ ei⁹, qui ingredietur tabernaculũ fœderis ad miniſtrãdũ cũ ſanctimonia. ¶ 45. i. quod ſuperfuerit de ariete. ¶ 46 cõuentionis. aut, fœderis. ¶ 47 quib⁹ expiat⁹ eſt ad cõſecrandũ man⁹ eorũ[. i. eos] & ſanctificãdum eos. ¶ 48. i. cõſecrabis eos. ¶ 49 vl, ꝓ peccato offeres ¶ 50 vl, ꝓpter expiatiões. i. ad expiãdũ, ſcilicet altare. Vl, vltra expiationũ, ſubaudi arietes. i. vltra arietes qui mactabũtur altaris expiãdi cauſa. ¶ 51 expiãdo illã, & vnges eã[poſtea,] ad ſanctificandũ. i. vt ſancta ſit ara. ¶ 52 arã, ¶ 53 vl, ſanctitas ſanctitatũ. Hebraiſm⁹, ꝓ, erit ſanctiſſima. q. d. atq; ita ſanctiſſima erit hæc ara, ita vt quicũque &c. ¶ 54 vl, quicqd tetigerit arã, ſanctificabit̃. i. quæcũq; ſuper altare illud offerẽtur, nõ poterũt edi niſi à ſacerdotib⁹. ¶ 55 vl, altaris cauſa, ¶ 55 Sub. offeres. ¶ 56 inter duas veſpas. hoc eſt, ſub veſperã & noctẽ ipſã. ¶ 57 Sub. ephi. Habet autẽ mẽſura ephi, tria ſata, ſeu modios. ſiue boccellos. Et decima pars ephi tantũ cõtinet quãtũ quadraginta triũ ouorũ teſtæ. Hin verò eſt mẽſura liqdorũ, cõtinẽs duodecim login. Log verò mẽſura eſt quæ tãtũ cõtinet quãtũ ſex ouorũ teſtæ. Porrò homer, ſiue gomer, qui & corus dicit̃, eſt mẽſura cõtinẽs tres mẽſuras ephi, hoc eſt quantũ mille ducẽtæ & nonaginta teſtæ ouorum. ¶ 58 vl, & libamẽ factũ ex tribus ſextarijs vini ꝓ vnoquoq; agno. ¶ 59 iuxta ritũ matutinæ oblatiõis, & iuxta libamẽ eius facies ei [ſub. holocauſto] in odorẽ quietis: oblatio eſt ignita Domino. Holocauſtũ iuge [erit] per ætate [vl, generatiões] veſtras &c. In odorẽ quietis. i. vt ſit odor gratiſſim⁹ Deo. nã iſtud ſacrificiũ erit oblatio quę igni abſumet̃ in honorẽ Domini. quãdiu viuetis, offeretis mihi iuge ſacrificiũ. ¶ 60 cõuẽt⁹ ¶ 61. i. corã arca fœderis. ¶ 62 quò conueniã vobiſcũ, vt te illic alloquar. Hic apertè declarat quare appellet̃ O H L M O E D, tabernaculũ conuẽtus, vt ita dicã. ¶ 63 cõueniã ¶ 64 ſanctificabitur ob gloriã meã. i. ob meã præſẽtiã glorioſam. ¶ 65 Sãctificabo inquã tabernaculũ conuẽt⁹. Exponit ſuperiora.

¶66.i.ſum Domin⁹ De⁹ corā, qui ꝓmitto auxiliū meū illis.

XXX.

¶1 ſub.aliam.
¶2 Heb.ſuffimē el ſuffit⁹. ¶3.i. ex eodē ligno, nō aliūde affixa & cōpacta.
¶4 vł,limbum aureū ¶5 Heb. domus.i.vt per eos trāijciātur ipſi vectes.
¶6 eregione veli quod eſt iuxta arcam teſtimonij corā tectorio(vł,cælo) quo tegitur teſtimoniū quod conueniā tecū. Arcam teſtimonij vocat,i qua teſtimoniū diuinæ volūtatis duabus tabulis cōprehēſum poſuerat. Præterea, teſtimoniū poſuit ꝓ arca teſtimonij.
¶7 Hebr.bonas fecerit lucernas.i. bene cōpoſuerit. Hoc eſt,quū q̄cquid noctu imūditiarū oleū & ellychniū cōtraxerit, remouerit, & repurgarit.
¶8 iter duas veſperas,quū accēdet Aaron &c. Hebraice legit, quū aſcēdere fecerit lucernas.
¶9 vł, offeratis
¶10.i. tāīū ſup illud incēdetis odores. ¶11 idque ſāguine ſacrificij ꝓ peccato,quo facta eſt

conſecrabo,vt mihi ſacerdotio fungantur.Habitabóque in medio filiorum Iſrael, & ero Deus illorum. Et ſcient quòd ego ſum Dominus Deus eorum,qui eduxi eos è terra AEgypti,vt habitarem in medio illorū:ego[66] Dominus Deus eorū.

CAP. XXX.

A[1]Ram'quoque facies[2]ad incendendum ſuffimentum,[3]de lignis ſitim facies eam. Cubitū habebit lōgitudo eius, cubitūmque latitudo ei⁹: quadrata erit:cuius altitudo duos habebit cubitos,cornuáque eius'ex ipſa' erunt. Et obduces eā auro mundo,nēpe tectum eius,parietes eius per ambitum,& cornua eius:& facies ei[4]coronā auream'per ambitum.Facies ei & duos annulos aureos ſub corona eius,& facies in duobus angulis eius,in vtroque latere eius,vt ſint[5]loculi'ipſis vectibus,vt eis ipſa geſtetur.Facies autem vectes ex lignis ſitim,& obduces eos auro.Et pones eam[ſoris][6]ante velū, quod eſt iuxta arcam teſtimonij, corā propitiatorio quod eſt ſuper teſtimoniū, vbi tibi paciſcar.'Et Aharō adolebit ſuper ea incenſum aromatum ſingulis mane, quando ſcilicet[7]inſtruxerit lucernas,' adolebit incenſum.Similiter[8]inter veſperas, quum promouet Aharō lucernas,adolebit ipſum, eritque hoc ſuffimentum iuge corā Domino in poſteritatibus veſtris. Ne[9]afferatis'ſuper eam incenſum alienum,[10]aut holocauſtum, aut cibarium ſacrificium, ſed nec libamen fundetis ſuper eam.'Semel in anno expiabit Aharon ſuper cornua eius,[11]idq; per ſanguinem hoſtiæ peccati,[quę ſit]pro his qui expiantur:'ſemel inquam in anno expiabit ſuper eā in poſteritatibus veſtris,[12]ſacroſancta eſt Domino.¶Loquutúſq; eſt Domin⁹ad Moſen hiſce verbis,[13]Quum cenſum egeris ſecundum capita filiorum Iſrael,iuxta cenſum eorum,'dabunt ſinguli[14]expiationem' animæ ſuæ Domino,[15]quando eos cenſueris,vt non ſit in eis plaga,quum ipſi cenſentur.'Quicunque ergo[16]in cenſum venit,' hoc dabit, dimidium ſiclum iuxta ſiclum[17]ſanctuarij:'ſiclus autē habet viginti[18]gera.[19]munus' ergo Domino erit dimidius ſiclus.Quicunq;[16]in cenſum tranſit,' ab eo qui natus eſt viginti annos,& ſupra,[17]dabit munus Domino.' Qui diues eſt,nihil plus dabit:nec qui pauper eſt,min⁹ dabit dimidio ſiclo,[22]ad dandū munus Domino.ad expiandū'animas veſtras. Hanc[23]expiatorum'pecuniam à filijs Iſrael acceptam,tradas[24]in cultū tentorij cōſtitutionis,[25]vt ſit filijs Iſrael ad monumentū corā Domino, [26]vt propitius ſit animabus veſtris.¶Et loquut⁹ eſt Domin⁹ ad Moſen,dicens, Facies &[28]labrū'æneum,& baſim eius æneā ad lauandum,& pones ipſum inter[29]tentoriū conſtitutionis,'& inter arā, & fundes in ipſum aquā, Vt Aharon & filij eius manus ſuas & pedes ſuos ex eo lauent. Quando enim ingreſſuri ſunt[29]tentorium conuentionis,'aqua ſe lauabunt,ne moriantur:aut cum acceſſuri ſunt ad[30]aram,'vt miniſtrēt,& adoleāt[31]ſacrificiū quod igne cōſit'Domino:Lauabūt inquā manus ſuas & pedes ſuos,ne moriātur.[32]hic ritus perpetu⁹ ſit eis,'tā Aharoni quàm ſemini ei⁹ per poſteritates ſuas.¶Et loquutus

vt ſacerdotio fungātur mihi.Et habitabo in medio filiorum Iſrael,eróque eis Deus,Et ſciēt quia ego Dominus Deus eorum,qui eduxi eos de Terra-AEgypti,vt manerem inter illos,ego Domin⁹ Deus ipſorum.

CAP. XXX.

FAcies quoque altare ad adolendum thymiama,de lignis ſetim,Habens cubitum lōgitudinis,& alterum latitudinis,id eſt quadrangulū, & duos cubitos in altitudīe: cornua ex ipſo procedent. Veſtiéſque illud auro puriſſimo,tam craticulam eius,quàm parietes per circuitū,& cornua. [a]Faciéſque'ei coronam aureolam per gyrū, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera,vt mittantur in eos vectes,& altare portetur.Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim,& inaurabis. Ponéſque altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonij coram propitiatorio quo tegitur teſtimonium,vbi loquar tibi. Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron , ſuaue fragrans mane: quando componet lucernas,incendet illud.Et quando collocabit eas ad veſperum, vret thymiama ſempiternum coram Domino in generationes veſtras.Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius , nec oblationem & victimam,nec libabitis libamina.Et deprecabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel per annum, in ſanguine quod oblatū eſt pro peccato,& placabit ſuper eo in generationibus veſtris. Sanctū ſanctorum erit Domino. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Quando tuleris ſummā filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino,& non erit plaga in eis,cum fuerint recenſiti. Hoc autē dabit omnis qui tranſit ad[a]nomen,'dimidium ſicli iuxta mēſuram templi.Siclus viginti obolos habet.media pars ſicli offeretur Domino. Qui habetur in numero,à viginti annis & ſuprà, dabit pretium.Diues nō addet ad medium ſicli, & pauper nihil minuet.Suſceptámque pecuniam,quæ collata eſt à filijs Iſrael,trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum coram Domino,& propitietur animabus eorū.¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandum: ponéſque illud inter tabernaculum teſtimonij & altare.Et miſſa aqua lauabunt[a]in ea'Aaron, & filij eius manus ſuas ac pedes, quādo ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij,& quādo acceſſuri ſunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino: ne fortè moriantur.legitimum ſempiternū erit ipſi,& ſemini eius per ſucceſſiones. ¶Locutúſq;

Forma altaris thymiamatis.

¶[a]Facies quoque

Situs eiuſdē.

B

Pecunia in vſus tabernaculi.nu.1.a.

¶[a] numerū, Siclus. leuit. 27.c.nume.3. g.exec.45.d.

C

Labiū æneū.

¶[a] in eo

expiatio: ¶12 ſāctitas ſāctitatū eſt Domīo.Hebraiſm⁹ eſt,pro ſāctiſſimo.i.tāquā res Deo dicata ſāctiſſimū erit vobis. ¶13 Quādo capies ſūmā filiorū Iſrael per numeratos eorū.i.Quādo recēſere voles filios Iſrael qui veniūt in numerū. nō enim oēs numerabātur:nā qui viceſimū annū nondū attigerāt,reijciebātur ab eo numero. ¶14 redēptionem. Oblationē intelligit qua redimebāt vitā ſuā.Nā alioqui Deus ïterficiebat eos,vt fecit tēporib⁹ Dauid. ¶15 quādo recēſere voles eos:neq; erit in eis plaga,quādo recēſebis eos.i.Dominus nō percutiet eos. ¶16 trāſibit ad numeratos.i. Omnis qui numerabitur. ¶17 Hoc eſt,quo vtebātur in templo.Nā ſiclus tēpli,vt aiūt Hebræi,conſentiēte Ioſepho, habebat quatuor drachmas:& quælibet drachma quinque obolos:quare eueniebat vt ſiclus tēpli,viginti caperet obolos.Idē eueniebat in talēto.nā talētū tēpli capiebat centū & viginti libras:prophanū verò,quo vulgo vtebātur,ſexaginta tātū.i.dimidiū.Ita & ſicl⁹ vulgaris capiebat duas drachmas.i.didrachmō.& decē obolos.Viginti obolorū erat ſiclus. ¶18.i.obolos. ¶19 vł,oblatio ¶21 vł,dabit oblationem quæ leuabitur corā Domino. ¶22 dādo oblationē Domino ad expiandū &c.i.ad placandū Dominum ne iterficiat vos. ¶23 vł,expiationum.i.qua expiatur iniquitas. ¶24 In opus tentorij conuentus.Vel cōuentionis,aut fœderis.De hoc vide annotationem ſ.27.d. ¶25 .i.vt cauſa ſit quamobrē recorder filiorū Iſrael.Hebraico more,de ſe loquitur in tertia perſona. ¶26 ad expiādū animas veſtras. .i.vt condonē vobis delicta veſtra,& ne vos interficiam propter ea. ¶28 vł,ſolium.aut,concham ¶29 tabernaculū conuentus.vł,fœderis, ¶30 ſub.æneā. ¶31 vł,oblationē vſtulatam ¶32 Heb.eritque hoc illis ſtatutū perpetuū,id eſt,illi & poſteritati eius in generationes ſuas.Hoc eſt,quandiu viuent,perpetuò obſeruabitur ab illis hæc lotio.

Cōfectio olei ſancti.

¶ olei

eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi medium, id eſt ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta ſiclos, Caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, oleum de oliuetis menſurā hin: faciéſque vnctionis oleum ſanctum, vnguentum compoſitum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti, Menſámque cum vaſis ſuis, candelabrum, & vtenſilia eius, altaria thymiamatis & holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorū pertinet. Sanctificabiſque omnia, & erunt ſancta ſanctorum: qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Aarō
D & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. Filijs quoque Iſrael dices, Hoc oleum vnctionis ſanctū erit mihi in generationes veſtras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit vobis. Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo.

Cōfectio thymiamatis.
¶ onycha,
¶ galbanen

¶ Dixitq; Dominus ad Moyſen, Sume tibi aromata, ſtacten & onycham, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia: faciéſque thymiama compoſitū opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & ſanctificatione digniſſimum. Cúmque in tenuiſſimum puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo corā tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. ſanctum ſanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino. Homo quicunque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

CAP. XXXI.

Artificib⁹ Beſeleel & Ooliab dat Spiritū ſuū Deus, vt excogitēt omnia quæ pertinent ad tabernaculū eleganter cōſtruēdum.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ecce, vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, Et impleui eum Spiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere, Ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum. Dedíque ei ſocium
B Ooliab filiū Achiſamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi poſui ſapientiam: vt faciant cūcta quæ præcepi tibi, Tabernaculū fœderis, & arcam teſtimonij, & propitiatorium quod ſuper eā eſt, & cuncta vaſa tabernaculi, menſámque, & vaſa eius, candelabrum puriſſimum cum vaſis ſuis, & altaria thymiamatis & holocauſti, & omnia vaſa eorū, labrū cū baſi ſua. Veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti, & filijs ei⁹, vt fungātur officio ſuo in ſacris, Oleū vnctiōis, & thymiama aromatū in ſāctuario. omnia quæ præcepi tibi,

¶ altare

eſt Dominus ad Moſen, dicens, Sume tibi [11] odoramenta præſtantiſſima, myrrhæ ſponte fluentis [14] quīgētos, cinamomi aromatici dimidiū [15] ei⁹, nempe ducentos quinquaginta, & calami aromatici ducentos quinquaginta, Caſiæ verò quingētos ſecundum ſiclum ſanctuarij, & [16] hin olei de olea. [17] Ex hoc conficies oleum vnctionis ſanctū, [18] vnguentum [confectū] opere vnguentarij, eritque oleum vnctionis ſanctæ. Vnges autem eodē tentorium conuentionis, & arcam teſtimonij: Et menſam, & omnia inſtrumenta eius: candelabrū & inſtrumenta eius, aram quoque incenſi: Sed & aram holocauſti, & omnia inſtrumenta eius, labrum & baſim eius. Hæc inquam conſecrabis, vt ſint ſacroſancta: [19] quicunq; hæc contigerit, ſacer eſto. Vnges quoq; Aharonem & filios eius, & cōſecrabis eos, vt mihi ſacerdotio fungantur. Ad filios verò Iſrael loquēris in hunc modum, Hoc oleum vnctionis ſanctæ meum erit per poſteritates veſtras. Super carnem hominis nō fundetur, nec talem cōpoſitionem facietis qualis hæc eſt: [40] ſancta enim eſt, & ſancta vobis eſto. Quicūque tale cōfecerit, aut [41] qui poſuerit de hoc ſup alienū, excindetur è populo ſuo. ¶ Et dixit Domin⁹ ad Moſen, Sume tibi aromata, [42] balſamum, [43] vngulam [caballinā], galbanum, aromata [iſta] vnà cum thure mundo, [44] quódque ſeorſim æquali q; pondere ſit. Ex ijs facies ſuffimentum, [45] vnguētum videlicet opere vnguentarij commiſtum, [46] mundum & ſanctum. Et cōtundes [47] ex illo pulverem, ponéſque ex eo coram teſtimonio in tentorio conuentionis, vbi tibi paciſcar: ſacroſanctum erit vobis. Et ſi ſuffimētum vultis vobis facere, talem [48] commiſtionem, qualis illa eſt, ne feceritis: [49] ſanctū enim Domino erit. Quicunq; talem fecerit, vt eam olfaciat, [50] excindetur è populo ſuo.

CAP. XXXI.

Loquutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, En ego [1] nominatim vocauī Bezaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda, Et impleui eū Spiritu [2] Dei, ſapientia, iudicio, peritia, & omni [3] opere. [4] Ad texendum polymita, ad operandum in auro, argento & ære. In artificio quoque [5] gemmas inſerendi, & fabrefactione lignorū, ad operandum denique in omni opere. Et ecce, adiunxi ei Ahaliab filium Ahiſamach ex tribu Dan: & [6] in cor vniuſcuiuſque, qui ſapienti eſt corde, ego dedi ſapientiam, vt faciant quæcunque præcepi tibi. Nempe, tentorium conuentionis & arcā teſtificationis, & [7] propitiatorium quod ſuper illā eſt, & cuncta vaſa tentorij. Sed & menſam & omnia vaſa eius, candelabrum mundum cum omnibus inſtrumentis ſuis, & aram incenſi, Et aram holocauſti, & omnia inſtrumenta eius, labrum cum baſi ſua, Et [8] veſtimenta quibus quæ ſuperfunſtionolutūtur, & veſtimēta ſācta pro Aharone ſacerdote, & veſtimēta [9] ſacerdotalia filiorū ei⁹. Oleū quoque vnctionis, & ſuffimentū aromaticum pro ſanctuario, ſecūdū omnia quæ præcepi tibi

¶ 11 aromata capitis, myrrhæ liberæ. Aromata capitis vocat præcipua, primæ notæ, & optima. Myrrhā autem liberā, intelligit non adulteratā. ſolet eni frequēter adulterari & vitiari, vt tradit Plinius. Chaldæus paraphraſtes vertit, myrrhæ puriſſimæ. ¶ 14 ſub. ſiclos. ¶ 15 ſcilicet myrrhæ. ¶ 16 menſura eſt Ægyptiaca, duodeci logi cōtinēs. i. vt vertit B. Hieronymus, ſextarios. Log autem eſt menſura quæ tantum capit quantum ſex ouorum teſtis cōtineri poteſt. ¶ 17. i. Ex omnib⁹ his aromatibus cōfuſis. ¶ 18 Heb. vnguētum vnguenti. i. optimum vnguentū, per appoſitionem dictū. ¶ 19 quicquid tetigerit ea, ſāctificabitur. ſiue, ſanctū erit. q. d. ea re quæ tetigerit ſanctificata, non licebit vti in rebus priuatis, ſed tātum in ſacris. ¶ 40 ſanctū eſt, ideóque ꝓ ſancto habebitis illud. Id eſt, ſanctū erit vobis, neque prophanabitis illud, hoc eſt non vtemini ad alios vſus quàm ad meos, nempe quum ſacerdotes meos vngetis. ¶ 41 Id eſt, qui eo vnxerit eum qui non fuerit ſacerdos, aut ex genere ſacerdotali. ¶ 42 vl, ſtacten, ¶ 43 vnguem aromaticum. Vel, vngulam aromaticam. eſt enim vnguis aromaticus leuis & pellucidus inſtar vnguis. ¶ 44 Hebraice legitur ad verbum, pondus in pondere erit. i. æqualis ponderis erunt omnia. Vel, vnicum in vnico erit. i. vnumquodque aroma in pila ſeorſum contundetur. Dicunt Hebræi vniuſcuiuſque horum aromatum libras ſeptuaginta Moſen accepiſſe. ¶ 45 cōpoſitionē aromaticam ¶ 46 & purum, & ſanctitatem. i. omnia iſta miſcebis diligenter cum ſumma puritate & ſanctimonia. ¶ 47 ex ea (ſcilicet cōpoſitione) & cōminues: ponéſque ex ea coram arca teſtimonij in tabernaculo conuentus, vbi cōueniā tecū. ſanctitas ſanctitatū erit vobis. i. ſacroſanctum erit vobis hoc thymiama. ¶ 48 vl, compoſitionē. ¶ 49. i. quia hæc cōpoſitio dicabitur Domino. ¶ 50. i. peribit anima eius. XXXI. ¶ 1 Heb. ex nomine vocaui. pro, præ alijs delegi. ¶ 2. i. meo, de ſe loquitur in tertia perſona. ¶ 3 arte mechanica, ¶ 4 Heb. Ad cogitādū cogitationes. i. Ad excogitādū quicquid excogitari poteſt. ¶ 5 gēmario, ad replēdas (ſub. palas lapillis pretioſis) & in arte fabrili lignaria, ita vt poſſit operari in omni arte mechanica. i. donaui eum cognitione omnium artium mechanicarum. Hinc diſcimus artes mechanicas eſſe à Deo. ¶ 6. i. ita docui omnes artifices, in eorum animis inſerendo ſapiētiam, vt facere poſſint &c. ¶ 7 vel potius, coopertorium ¶ 8 veſtimenta miniſterij. hoc eſt, ea veſtimenta quibus arca, menſa, candelabrum, & reliqua vaſa inuoluebantur quando tabernaculum deponebatur. ¶ 9 filiorum eius vt ſacerdotio fungantur. vl, ad miniſtrandum. i. cum quibus fungantur ſacerdotio.

¶10 eſt eclipſis. q.d.faciẽt quidem omnia illa quæ iuſſi.tamẽ nolo ea fieri dieb⁹ feſtis. Ita que ſabbatha mea.i.mihi dicata ſeruate,agnoſcendo me Dominum eſſe qui ſãctificauerim vos.

¶11 Heb. in generationib⁹ veſtris.i.per ætates veſtras, quã diu vixeritis.

¶12 qui ſanctifi co vos.i.qui ſeparaui vos ab alijs populis,& mihi ſelegi, vt ſancti eſſetis.

¶13 vl, ſacroſãctum enim vobis eſſe debet:

¶14.i. ſentẽtia iudicis moriatur. Hoc enim verbũ Hebraicũ in ſexta cõiugatiõe Hebraica ſignificat. Ita intelligendum paulopoſt,& alijs locis.

¶15 Hebraiſmus eſt,pro,peribit.

¶16 ſabbathũ ſabbathi [vl, quies quietis] eſt, & ſanctitas Domino.i. at i die ſeptimo omnino vobis ceſſandũ eſt:dies eni is Domio Deo ſacer eſt, ſiue conſecrat⁹.

¶17 Subintelligendũ eſt, Proinde: vt ſic legatur, Proinde omnis qui &c.

¶18 Heb. in generationib⁹ veſtris.i.p ætates veſtras,quãdiu vixeritis.

faciẽt.¶Et dixit Dominus ad Moſen in hũc modum, Et tu loquere ad filios Iſrael hiſce verbis, [10] Veruntamen ſabbata mea obſeruabitis:' quoniam ſignum eſt inter me & inter vos [11] in poſteritates veſtras,' vt ſciatis quòd ego Domin⁹ [12] qui ſanctos vos reddo.' Obſeruabitis igitur ſabbatũ, [13] quoniam ſanctũ eſt vobis:' prophanans ipſum, [14] morte mulcetur.' quicũque enim opus in eo fecerit, [15] excindetur anima illa è populo ſuo.' Sex diebus fiet opus, die ſeptimo [16] ſabbatũ eſt, quies ſancta Domino.' [17] quicũque' fecerit opus in ſabbato, morte mulcetur. Obſeruabunt igitur filij Iſrael ſabbatum, vt faciant ſabbatum [18] per poſteritates ſuas' fœdere perpetuo. Inter me enim & inter filios Iſrael ſignum hoc eſt perpetuũ: quoniam ſex diebus fecit Dominus cælum & terrã, ſeptimo autẽ die quieuit & [19] refocillat⁹ eſt.' Dedit autẽ Dominus Moſi, poſteaquã ceſſaſſet loqui cũ eo i mõte Sinai, [20] duas tabulas teſtimonij,' tabulas lapideas ſcriptas [20] digito Dei. C. XXXII.

Videns autem populus quòd moram faceret Moſes deſcendendi de monte, congregatus eſt populus [1] ad' Aharonem, & dixerunt ad eum, Surge, fac nobis deos qui nos præcedant: Moſi enim viro iſti, qui effecit vt nos aſcenderemus è terra Aegypti, neſcimus [2] quid acciderit.' Et dixit Aharon ad eos, [3] Abrumpite' inaures aureas, quæ [pendẽt] in auribus vxorum veſtrarum, filiorum veſtrorum, & filiarum veſtrarũ, & afferte ad me. [4] Abruperunt ergo populus inaures aureas omnes quæ pependerant in auribus ſuis,' & attulerunt ad Aharonem. Qui ſumẽs de manu illorũ, [5] finxit illud ſtilo,' & fecit [6] hoc ipſum,' vitulũ fuſum. Et dixerunt, Iſti ſunt dij tui, ô Iſrael, qui effecerunt vt aſcenderes à terra Aegypti. Quod videns Aharon, extruxit aram coram eo. Et [7] clamauit' Aharon, & dixit, Cras erit feſtus dies [8] Domino.' Poſtero die ſummo mane cõſurgentes, immolauerunt holocauſta, & [9] adduxerunt gratulatoria:' & ſedit populus vt manducaret & biberet, & ſurrexerunt ad ludendum. ¶Loquutus eſt autem Dominus ad Moſen, Vade, deſcende: quoniã populus tuus quem adduxiſti ex Aegypto, corrupit [viam ſuam,] Deflexerunt illico à via quã præceperam eis, fecerunt ſibi vitulum fuſum, & adorarunt eum, atque ſacrificarunt ei, dixerũntque, Iſti ſunt dij tui, ô Iſrael, qui fecerunt te aſcendere è terra Aegypti. Et dixit Dominus ad Moſen, Vidi populum iſtũ, & en populus eſt præfractæ ceruicis: [10] Adquieſce ergo mihi,' vt excandeſcat furor meus in eos, conſumámque eos, [11] te autem faciam in gentem magnam.' Et precatus eſt Moſes [12] coram Domino Deo ſuo, & dixit, Cur excãdeſceret' ô Domine, furor tuus in populum tuum, quem eduxiſti è terra Aegypti magna virtute, & manu forti? [13] Cur [ſic] dicerent Aegyptij, Ad malum eduxit eos,' [nempe] vt occideret eos in montibus, vtque conficeret eos è terra. reuertere ab ira furoris tui, [14] pœniteátque te mali huius contra populum tuum. [15] Memineris Abrahæ,' Iſaac

facient. ¶Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis: quia ſignũ eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dominus qui ſanctifico vos. Cuſtodite ſabbathum [*] meum:' ſãctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. Sex diebus' facietis' opus: in die ſeptimo ſabbathum eſt, requies ſancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Cuſtodiãt filij Iſrael ſabbathũ, & celebrẽt illud in generationib⁹ ſuis. Pactũ eſt ſempiternũ ĩter me & filios Iſrael, ſignúmq; perpetuũ. ‖ſex enim dieb⁹ fecit Domin⁹ cælũ & terrã, & in ſeptimo ab` omni' opere ceſſauit. Deditq; Domin⁹ Moyſi, cõpletis huiuſcemodi ſermonib⁹ in mõte Sinai, duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito Dei. XXXII.

Videns autem populus quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron, dixit, ‖Surge, fac nobis deos qui nos præcedant: Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de Terra-Aegypti, ignoramus quid acciderit*. Dixitque ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. ‖Quas cum ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixerúntque, Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Terra-Aegypti. Quod cum vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens, Cras ſolennitas Domini eſt. Surgentéſque mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ‖ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. ¶Locutus eſt autem Domin⁹ ad Moyſen, [*] dicens,' Vade, deſcende: peccauit populus tuus quem eduxiſti de Terra-Aegypti. Receſſerunt citò de via, quam oſtendiſti eis: fecerúntque ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hoſtias, dixerunt, ‖Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Terra-Aegypti. Rurſúmque ait Dominus ad Moyſen, ‖Cerno quòd populus iſte, duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gẽtem magnam. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens, ‖Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum quem eduxiſti de Terra-Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? ‖Ne quæſo dicãt Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt iterficeret in mõtib⁹, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſup nequitia populi tui. Recordare Abrahã, `&' Iſaac,

E
Sabbathum quale ſignũ. ſ.20. b. ezec. 20.b.
¶* facies
D
Gene.2.d.
Tabulæ lapideæ digito Dei ſcriptæ. deut.9.b.
Vitulũ aureũ filij Iſrael adorant.
Act.7.e.
¶* ei
Pſal.105.e.
B
1.Cor.10.b.
De peccato populi admonet Moyſen De⁹. deu.9.b.
3.Reg.12.g.
Ceruicis duræ popul⁹ Iſrael. ĩ.33.a. et
C
Pſal.105.b.
Orat Moyſes Deum pro Iſrael.citãs promiſſiones.
Num.14.c.

¶19 vl, recreat⁹ eſt. loquit autẽ Scriptura & hic. & alijs pene ĩfinitis locis, de Deo, humano more, perinde quaſi homo eſſet qui poſt laborẽ recrearetur: quod diligẽtiſſime notãt Hebræi. ¶20.i. duas tabulas in quibus decẽ præcepta erãt ſcripta, quibus teſtabatur Iſraelitis ſuã voluntatẽ, quicquid eos in poſterũ facere vellet. ¶20.i. digito ſuo. Hebraiſm⁹, antecedẽs pro relatiuo. XXXII. ¶1 aduerſus ¶2 Ex Hebræo addendũ ſei,] quod apud Latinos vacat. Eſt autẽ Hebraiſmus, Moyſi huic viro neſcim⁹ quid accidetit ei: pro, Neſcimus quid acciderit huic viro Moſi. ¶3 Heb. Separate. vl, Seponite ¶4 Heb. Separauitq; ſeſe omnis popul⁹ ab inauribus aureis quas habebat in auribus ſuis.i. priuauit ſe inaurib⁹, vel detraxit inaures de aurib⁹ ſuis. Hebraica phraſis. ¶5 vl, formauit illud ſtilo. Alij volũt eſſe formulã & typũ in quẽ proiecerit Aaron aurũ, quod fuſum expreſſerit vituli ſimilitudinẽ. Gallice, Il le iecta en moule. Sequitur enim, Fecit ex eo vitulũ cõflatilẽ. ¶6 ex eo. ſcilicet auro. ¶7.i. voce præconis indixit. ¶8 Domino dicit, nõ vitulo. ſperabat enim Moſen rediturũ ante diem ſequentẽ. ¶9 admouerunt hoſtias pacificas: ¶10 Dimitte me in pace. vl, Sine me. Gallice dicim⁹, Laiſſe moy en paix. ¶11.i. efficiã vt ex te gens oriatur magna. Vel, præficiã te alij gẽti multo maiori. ¶12 Heb. faciẽ Domini Dei ſui, & dixit, Cur iraſcetur ¶13 Quare dicẽt Aegyptij, Malo ſydere eduxit eos.i. Ne cõmittas vt Aegyptij dicãt in hunc modũ, Infœlici ſydere eduxit eos. Aegyptij enim omnia tribuũt ſyderibus. Alij vertunt, vt vetus iterpres, Malitioſe, ſiue callidè eduxit eos. ¶14 vl, pœniteatque te ſuper malo. populo tuo. Tria hæc verba, Quod facere decreuiſti, ſubintelligi debent hoc modo. Muta ſententiam de malo quod facere decreuiſti populo tuo. Ita exponendum eſſe docent ſequentia. ¶15.i. Memento iuramenti facti in gratiam Abrahæ.

Gene. 12.b.15. b.41.c.

& Iſrael ſeruorum tuorũ, quibus iuraſti per temetipſum, dicens, Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper. Placatúſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.

D

Moyſes deſcẽdit de mõte. ¶ᵃ Dei: Tabulæ à Deo ſcriptæ.

¶ Et reuerſus eſt Moyſes de mõte, portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua, ſcriptas ex vtraque parte, & factas opere 'Domini': ſcriptura quoque Dei erat ſculpta in tabulis. Audiens autem Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen, Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Qui reſpondit, Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: ſed vocem cantantium ego audio. Cúmque appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros, iratúſque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.

Iratus cõfringit tabulas, & vitulum.

E Arripiénſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Dixitque ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Cui ille reſpondit, Ne indignetur dominus meus: tu enim noſti populum iſtũ quòd pronus ſit ad malum. Dixerũt mihi, Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de Terra Ægypti, neſcimus quid acciderit. Quibus ego dixi, Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egreſſúſque eſt hic vitulus.

¶ᵇ Moyſes Obiurgat Aaronem fratrem.

¶ Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum cõſtituerat) & ſtans in porta caſtrorum, ait, Si quis eſt Domini, iungatur mihi. Congregatíque ſunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait, Hæc dicit Domin⁹ Deus Iſrael, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorũ, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicũ, & proximũ ſuũ. Fecerúntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecidéruntque in die illa quaſi 'triginta' tria millia hominum. Et ait Moyſes, Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.

F

Interficiũtur idololatræ à Leuitis, iuſſu Moyſi.

G

¶ Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum, Peccaſtis peccatũ maximũ: aſcẽdã ad Dominum, ſi quo modo quiuero eũ deprecari pro ſcelere veſtro. Reuerſúſq; ad Dominũ, ait, Obſecro, 'Domine' peccauit populus iſte peccatũ maximũ, fecerúntq; ſibi deos aureos: aut dimitte eis hãc noxã: aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti.

Peccatum populi reprehẽdit Moyſes. Vult deleri de libro Dei, aut populo peccatum dimitti.

& Iſraelis ſeruorum tuorum, quibus per temetipſum iuraſti, & loquutus es ad eos, Augebo ſemẽ veſtrum quemadmodum ſtellas cæli: & vniuerſam terrã hanc de qua dixi, Dabo ſemini veſtro, quam perpetua hæreditate poſſidebũt. Pœnituit itaque Dominum mali quod loquutus fuerat ſe facturum populo ſuo. ¶ Et [16] vertens ſe' Moſes deſcendit de monte, habebátque duas tabulas teſtimonij in manu ſua, quæ tabulæ ſcriptæ erãt ab vtraque facie. Erántque tabulæ illæ opus Dei: & ſcriptum hoc, fuit ſcriptum Dei, ſculptum in tabulis. Audiens autem Iehoſua vocem populi [17] cũ iubilo,' ait ad Moſen, [18] Vox bellica' [eſt] in caſtris. Et [19] dixit, [20] Vox hæc non eſt eorum qui reſpondeant fortiter, nec vox eſt eorum qui reſpõdeant infirmiter:' quin vocem cantantium viciſſim audio. Quũmque iam ad caſtra appropinquaſſet, vidit vitulum & choros: & excanduit [21] naſus' Moſis, & abijciens tabulas è manu ſua, eas infra ad montem confregit. Et tollens vitulum quem fecerant, combuſſit [cum] igne, & comminuit eũ in puluerem, & ſpargens in aquam, potum dedit filijs Iſrael. Et ait Moſes ad Aharonem, Quid fecit tibi populus ille, [22] vt induceres ſuper eum tam grande peccatum?' Et reſpondit Aharon, [23] Ne cõmoueat irã domino meo:' tu noſti [24] quòd populus iſte in moleſtia fuerit.' Dixerunt enim mihi, Fac nobis deos qui nos præcedãt: neſcimus enim quid Moſi viro iſti, qui nos è terra Ægypti eduxit, acciderit. Et dixi ad eos, [25] Qui aurum habẽt, abrumpant, & dẽt mihi.' hoc abieci in ignẽ, [26] exiuitq; 'vitulus ille. ¶ Et vidit Moſes populũ [27] quòd nudatus eſſet, quòdque Aharon nudaſſet eum ad ignominiam coram eis qui contra eos inſurrecturi erant. Et ſtans' Moſes in porta caſtrorum, ait, [28] Qui Domini eſt,' ad me [accedat.] Et congregati ſunt ad eũ omnes filij Leui. Quibus ait, Sic dicit Dominus Deus Iſrael, Ponite quiſque gladium ſuum ſuper femur ſuum: tranſite & redite de porta ad portam in caſtris, & trucidet quiſq; fratrem ſuum, & quiſque proximum ſuum, quiſque inquam propinquum ſuum. Fecerunt autẽ filij Leui iuxta verbum Moſis, & ceciderunt eodẽ die è populo circiter tria millia virorum. [29] Et ait Moſes, Cõſecrate' hodie manus veſtras Domino: [30] quiſque in filio' ſuo, & in fratre ſuo, [31] vt detur vobis hodie fauſta imprecatio. ¶ Poſtero die dixit Moſes ad populum, Vos peccaſtis peccatũ magnum: nunc igitur aſcendam ad Dominum, [32] ſi quo modo propitiari queam peccatũ veſtrum.' Reuerſus eſt igitur Moſes ad Dominũ, & ait, Obſecro, peccauit populus iſte peccatum grande: [33] & fecerunt' ſibi deos aureos. [34] Nũc igitur remitte peccatum hoc eorum:' aut ſi non vis [remittere,] expunge me quæſo [35] ex libro tuo' quẽ ſcripſiſti.

¶16 vſ, conuerſus. ſcilicet à Deo, auertit faciem ſuam à Deo, & deſcendit ¶17 vſ, cũ vociferaretur, ¶18 Strepit⁹ pugnæ ¶19 ſub. Moſes.

¶20 Nõ eſt clamor vociferationis fortitudinis, neque eſt clamor vociferationis imbecillitatis. i. Non eſt ſtrepit⁹ qualis eſſe ſolet vincentium, neque eorum qui vincuntur. In bello audiuntur duæ diuerſę voces: vna eorum qui victi ſunt, & hæc eſt vox calamitoſa, & triſtitiæ plena. Altera eſt eorũ qui victoriam adepti ſunt: & illi iubilãt pro fortitudie ſua. In caſtris autẽ Iſrael audiebatur vox gaudẽtium, ludẽtiũ, atque cantantium. Chaldæus paraph. vertit, Non eſt vox victorum qui vincunt in prælio, neque vox debilium qui vincuntur. ¶21 furor ¶22. i. quòd impuleris eum in tantum peccatũ? Siue, quòd eum peccare feceris tam grauiter? Hebraiſmus.

¶23 Heb. Ne iraſcatur furor domini mei: pro, Ne indigneris mihi domine. ¶24 Heb. quòd in malo ſit. i. quòd omnino malus ſit. ¶25 Heb. Quibus eſt aurũ, [vſ, Quis habet aurum?] ſeparate vos ab illo. Dederũt itaq; mihi. i. ſi qui ſint qui habeant aurum, auferant à ſe, & ad me afferant. quod & fecerunt. Hebraicus loquẽdi mod⁹. ¶26. i. formatus eſt ¶27 vſ, quòd eſſet detectus. (detexerat enim eũ Aaron, ad ignominiã apud hoſtes eorum) Tunc ſtans &c. i. Quum vidiſſet Moſes quòd detecta & nota facta eſſet malitia populi ipſius ad ignominiam eius apud aduerſarios. Erat enim magnũ dedecus & magna cõfuſio Iſraelitis corã hoſtib⁹, vt deſerto Deo cæli, qui tot & tãta miracula fecerat in oculis eorũ, & pro vtilitate eorũ, eligerent aliũ deũ etiã cũ magno diſpendio auri & argenti ſui. Denudauit igitur Aaron populũ illũ, primùm quòd innoteſcere fecerit vniuerſo mũdo qualẽ haberent animũ, quũ illis fabricauit vitulum quem adorauerunt: præterea denudauit eum ornamentis ſuis aureis. ¶28 Heb. Quis eſt pro Domino? i. Quicũque eſt Domini, qui colit Dominũ, & vult tueri partes eius, non idoli, veniat ad me. &c. ¶29 Iam ante dixerat Moſes, Implete &c. i. Cõſecrate manus &c. Debebat hic verſus præcedere. hoc enim dixerat antẽ quàm interficerẽt eos. q. d. Hoc agite quod vobis dicam, quod factũ, perinde reputabitur à Domino, quaſi obtuleritis ei dona & oblationes. ¶30 Heb. nam quiſque in filio &c. Subaudi, cõſecrabit, vel conſecrare poterit illas, interficiẽdo eum ſcilicet. q. d. Tanquam ſacrificiũ reputabit Domin⁹, ſi quis filium ſuũ idololatram interfecerit. ¶31 vt det vobis hodie benedictionẽ. Vel, vt detur. i. vt bene ſit vobis. ¶32 fortaſſe expiabo peccatum veſtrũ. i. placabo Deũ vobis iratũ ob peccatũ veſtrũ. ¶33 fecerunt enim ¶34 Heb. Nunc autem ſi remittis eis peccatum eorum. Hic multa ſunt ſubaudienda. q. d. Si tantum peccatum remiſeris eis, quid ſentient de te Gentes? quanta apparebit miſericordia tua? quibus laudibus efferẽt te omnes? ¶35 In quo ſcilicet ſcripſiſti omnes electos tuos ab æterno. q. d. ne ſim de numero electorum tuorum.

Et reſpondit Dominus Moſi, Qui mihi peccauit, hunc expũgam è libro meo. Nunc igitur vade, duc populum ad eũ[locum]de quo loquutus ſum tecũ: ecce angelus me[us] ibit ante te: [16] in die autẽ viſitationis meæ viſitabo [hoc] eorum peccatum in eis. Et plagam intulit Domin[us] populo, quòd feciſſent vitulum, quem fecerat Aharon.

CAP. XXXIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, Vade, & [1] aſcende hinc, tu & populus quem eduxiſti è terra AEgypti, ad terram (quam iuraui Abrahamo, Iſaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Et mittam ante te angelũ, & eijciam Chananæũ, Amorræum, Hithæum, Pheriſæum, Hiuæũ atque Iebuſæum,) ad terram ſcilicet [2] fluentem lacte & melle: ego enim non aſcendam in medio tui, eo quòd populus ſis præfractæ ceruicis, ne fortè in via te cõficiam. Audiens autem populus verbum iſtud malum, luxerunt, nec vllus ornamentum ſuum ſibi adhibuit. Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad filios Iſrael, Vos eſtis populus duræ ceruicis, [3] ſemel ſubito irruam in medium tui, & cõficiam te: [5] pone igitur ornamentum tuũ à te, vt ſciam quid faciã tibi. Et ſpoliarunt ſe filij Iſrael ornamentis ſuis [6] ad montẽ Horeb. ¶ Et Moſes tollens [7] tentorium, tetendit ſibi extra caſtra procul à caſtris, & vocauit ipſum, [8] Tentoriũ cõuentionis. hinc factum eſt vt quicunque [9] quærere vellet Dominum, exiret ad Tẽtorium cõuentionis, quod erat extra caſtra. Et hoc quoque fiebat, quoties exiret Moſes ad Tẽtorium, ſurgebat vniuerſus populus, ſtabántque ſinguli ad oſtiũ tentorij ſui, & [10] videbant poſt Moſen, donec Tentorium eſſet ingreſſus. Quũmque ingreſſus eſſet Moſes Tentorium, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium tentorij, & loquebatur cũ Moſe. Et videbat cunctus populus columnam nubis ſtantem ad oſtium Tentorij, & ſurgebat cunctus populus, proníque incuruabant, quiſque in oſtio tentorij ſui. ¶ Loquebatur autẽ Dominus ad Moſen [11] facie ad faciem, quemadmodum quis cum amico ſuo loquitur. cúmque rediret in caſtra, miniſter eius Iehoſua filius Nun [12] puer, non recedebat è tentorio. Et dixit Moſes ad Dominum, Ecce tu dicis ad me, Duc populum iſtum. tu verò non oſtendiſti mihi quem miſſurus ſis mecum: [13] dixiſti autem, Noui te [14] ex nomine, ſed & [15] gratiam coram me nactus es. Si igitur hanc gratiã apud te impetraui, oſtẽde quæſo mihi [16] viam tuã, vt te cognoſcam, & vt gratiam corã te impetrem, & attende quòd populus tuus gens iſta ſit. Et ait, [17] Facies mea ibit, & requiem tibi præſtabo. Dixit ad eũ, Si facies tua nõ ierit, ne ducas nos hĩc. In quo enim cognoſcetur nũc quòd impetrarim corã te gratiam. ego & populus tuus? [18] annõ[tuum] quum tu nobiſcum ieris? tum ſcilicet eximij erimus cum ego tum populus tuus, præ omnibus populis qui habitãt in ſuperficie terræ. Et ait Dominus ad Moſen, [19] Et hoc quoq; faciam quod loquutus es: [20] conciliaſti enim tibi fauorem apud me, téque ex nomine noui. Qui ait, Oſtende mihi quæſo gloriam tuam. Et reſpondit, Ego [21] efficiam vt coram te tranſeat omne bonum meum, & [22] exclamabo nomen Domini coram te, & mi-

Cui reſpõdit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, angelus autem meus præcedet te. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit autem Dominus populum pro reatu vituli quẽ fecerat Aaron. — *Scripti in libro Dei.* — *¶ ergo*

CAP. XXXIII.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Vade, deſcende de loco iſto tu & popul[us] tuus quem eduxiſti de Terra-AEgypti, in terram (quã iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Et mittam præcurſorem tui angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæũ, & Iebuſæũ,) & intres in terrã fluẽtẽ lacte & melle. Non enim aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne fortè diſperdam te in via. Audiẽſque populus ſermonem hũc peſſimum, luxit: & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. Dixitque Dominus ad Moyſen, Loquere filijs Iſrael, Popul[us] duræ ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciã quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatũ ſuum à monte Horeb. ¶ Moyſes quoque tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra procul, vocauitque nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis extra caſtra. Cũmque egrederetur Moyſes ad Tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſque in oſtio papillionis ſui, aſpiciebántque tergum Moyſi, donec ingrederetur tentorium. Ingreſſo autem illo Tabernaculum fœderis, deſcẽdebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebatúrque Dominus cum Moyſe, cernentibus vniuerſis quòd colũna nubis ſtaret ad oſtium Tabernaculi. Stabántque ipſi, & adorabãt per fores tabernaculorum ſuorum. ¶ Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Cũmque ille reuerteretur in caſtra, miniſter eius Ioſue filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. Dixit autem Moyſes ad Dominum, Præcipis vt educam populum iſtum: & nõ indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris, Noui te ex nomine, & inueniſti gratiã coram me. Si ergo inueni gratiã in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: reſpice populũ tuum gentem hanc. Dixitque Dominus, Facies mea præcedet te, & requiẽ dabo tibi. Et ait Moyſes, Si non tuipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inueniſſe nos gratiam in cõſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper terram? Dixit autem Dominus ad Moyſen, Et verbum iſtud quod locut[us] es, faciam: inueniſti enim gratiã corã me, & teipſum noui ex nomĩe. Qui ait, Oſtẽde mihi gloriã tuã. Reſpõdit, Ego oſtendã omne bonũ tibi, & vocabor in nomine Domini corã te:

Margin notes (right): *Angelũ dat populo Deus qui deducat.* — *¶ aſcende* — *Gene. 12. b. & 13. c. Ioſ. 24. c. deut. 7. c.* — *Deus renuit cum populo aſcendere.* — *S. 32. b.* — *Luget populus.* — B — *Tabernaculũ fœderis primum.* — *Moyſes loquitur cum Deo familiariter.* — C — *Poſtulat Deũ eſſe ſecũ i reducendo populo, & viã ſibi oſtendi.* — *¶ viam* — *Inuenire gratiam coram Deo.* — *Exauditur Moyſes.* — *Gloriam Dei petit videre.* — *¶ vocabo*

¶ 16. i. eo tempore quo puniturus ſum peccata, puniam & iſtud peccatum.

XXXIII.

¶ 1. i. hinc deſcẽdendo vade vt aſcendas. quia pars Septẽtrionalis eſt editior Meridionali. ¶ 2. i. plenam omnibus ſuauibus reb[us]. Per lac autem intelligit omnes res neceſſarias ad victum. Hebraiſmus. ¶ 3 Iam enim dixerat Dominus ¶ 4 momento vno aſcendam. Vel, vno impetu, ſiue breui tempore. i. ſi minimum temporis aſcendero tecum, conſumam te. ¶ 5. i. nunc ergo depone ornatum tuum à te, in ſignum animi reſipiſcẽtis & dolentis de peccato admiſſo, & videbo quid faciam tibi. ¶ 6 à mõte Horeb. ¶ 7 Iſtud per occupationem dictũ eſt. tabernaculum enim nondum factum erat. Vel fortaſſe factũ quidẽ erat, verùm quo modo factum ſit, Moſes nõdum dixit. ¶ 8 vl, Tabernaculum conuentus. ¶ 9 Quærere Dominum, hoc loco, pro conſulere Dominũ ponitur. ¶ 10. i. obſeruabant Moſem abeuntem, donec &c. ¶ 11. i. familiariſſime. quod declaratur verbis cõtinuò ſequẽtibus, Sicut ſolet loqui &c. ¶ 12 More Hebraico vocat puerum miniſtrum. erat enim grandior natu Ioſue. ¶ 13 & tamen tu dixiſti, ¶ 14 vl, nominatim. i. præ cæteris te elegi. ¶ 15 Hebraiſmus, pro, gratus es mihi. ¶ 16 Per quam ſcilicet ducam populũ tuum. ¶ 17. i. Ego te præcedam. nam ſtatim Moſes dicit, Si non tuipſe præcedas, &c. Hebraicè legitur, Facies meæ ibunt. ¶ 18 vl, nõnne quum ambulaueris nobiſcum, & ſeparabimur ego & populus tuus ab omnibus alijs populis qui, &c. ¶ 19 q. d. Ego gradiar cum populo hoc, vt tu rogas. ¶ 20 Hebr. inueniſti enim gratiam in oculis meis, ¶ 21. i. oſtendam tibi veſtigia aliqua bonorum meorum quæ ſunt infinita: hoc eſt, tantum oſtendam tibi de bonis meis, quantum mens humana capere & cognoſcere poteſt. ¶ 22 clamabo nominatim, Dominus eſt, coram te: miſerebor enim cuius miſerebor. i. dicam coram te nominatim, Dominus eſt qui præterit: idque faciam pro miſericordia mea qua vtor erga eos quibus mihi placet.

Rom.9.c.

Iubetur ſtare in petra.

&]miſerebor cui voluero, & clemens ero in quẽ mihi placuerit. Ruſúmq; ait, Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Et iterum, Ecce, inquit eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Cúmque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam: tollámque manũ meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Tabulas nouas parare iubet De⁹ Moyſi. deut. 10.a.

Orat Deum Moyſes vt cũ populo gradiatur, miſericordiã Dei cõmendans.

¶*duas

*verax, Pſal.141.a.

Ier.32.c.deu.5.a.

¶*& B

Promittit De⁹ terram Chanáan.

Prohibet ſocietas Gẽtiũ, & idololatria.deut.7.a 5.12. d.

¶*&

¶*&

CAP. XXXIIII.

AC deinceps, Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas inſtar priorũ, & ſcribã ſuper eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti. Eſto paratus mane, vt aſcendas ſtatim in montẽ Sinai, ſtabíſque mecum ſuper verticem montis. Nullus aſcendat tecum, nec videatur quiſpiam per totũ montem, boues quoque & oues non paſcantur econtra. ¶Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte conſurgens aſcendit in montẽ Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum*tabulas. Cúmq; deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cũ eo, inuocans nomẽ Domini. Quo tranſeunte coram eo, ait, Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiẽs & multæ miſerationis ac*verus, qui]cuſtodis miſericordiam i millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata, nullúſque apud te per ſe innocens eſt: ]Qui reddis iniquitatem patrũ filijs, ac nepotibus in tertiã & quartam progeniem. Feſtinúſque Moyſes, curuatus eſt pronus in terrã, & adorans ait, Si inueni gratiam in conſpectu tuo Domine, obſecro vt gradiaris nobiſcum: populus enim duræ ceruicis eſt, *vt'auferas iniquitates noſtras atq; peccata, nóſque poſſideas. Reſpondit Dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciã quæ núquam viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis gẽtibus: vt cernat populus"iſte'in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus ſum. Obſerua cuncta quæ hodie mandaui tibi: ego ipſe eijciam ante faciem tuam Amorrhæum & Chananæũ, & Hethæum, Pherezæũ quoq;, & Heuæũ, & Iebuſæum. Caue]ne vnquã cũ habitatoribus terræ illius iũgas amicitias, quæ ſint tibi in ruinã: ſed"&'aras eorũ deſtrue, *confringe ſtatuas, lucóſq; ſuccide. Noli adorare deũ alienũ. Domin⁹ zelotes nomẽ ei*, De⁹ eſt æmulator. Ne ineas pactũ cũ hominibus illarũ regionũ: ne cũ fornicati fuerit cũ dijs ſuis, & adorauerit ſimulachra eorũ, vocet te quiſpiã*vt'comedas de immolatis.

ſerebor[13]cuius miſerebor,' & [14]viſceribus commouebor ſuper quem viſcerib⁹ commouebor.' Dixitque, Non poteris videre[15]faciem meã: [16]nõ enim videbit me homo, & viuet.' Et ait Domin⁹, Ecce locus eſt [17]apud me,' & ſtatues te ſuper petram. Quúmque gloria mea tranſibit, ponam te in fiſſuram petræ, & [18]tegam manum meam ſuper te,' donec tranſiero. Et rurſum auferam manum meam, tum tu[19]poſt me'videbis, facies verò meæ[20]non videbuntur. CAP. XXXIIII.

ET ait Domin⁹ ad Moſen, [1]Scalpe'tibi duas tabulas lapideas priorũ inſtar, & ſcribã ſuper eas tabulas verba quæ fuerunt in tabulis priorib⁹ quas fregiſti. Eſto ergo paratus mane, vt mane aſcendas in mõtem Sinai, & ſtes[2]mihi'illic in cacumine montis. Nemo autem aſcendat tecũ, nec vllus videatur in toto monte, nec oues nec boues paſcantur[3]ad montẽ iſtum. ¶ Scalpſit igitur duas tabulas lapideas inſtar priorum: & mane conſurgens Moſes, aſcẽdit in montem Sinai, quemadmodum præceperat ei Dominus, tulitq; in manu ſua duas tabulas lapideas. Et deſcendẽs Dominus per nubẽ, ſtetit ibidẽ cum eo, [4]& exclamauit nomẽ Domini.' Et[5]tranſiẽs Domin⁹ corã eo, exclamauit Domin⁹,' Domin⁹ eſt, [6]Deus,' miſericors, [7]beneficus, leni animo, immenſæ bonitatis ac veritatis, [8]tenax bonitatis'in mille, [9]condonans'iniquitatem, tranſgreſſionem & peccatum: [10]at impunita minime dimittens, [11]viſitans iniquitatem patrum in filijs & nepotibus, [12]in tertijs & quartis.' Et feſtinans Moſes inclinauit ſe terram verſus, & adorauit. Dixitq;, [13]Sine quæſo vt hanc apud te gratiam impetrem, ô Domine, vt Domin⁹ meus eat in medio noſtri: & quidoquidẽ populus eſt præfractæ ceruicis, tu propitius ſies'iniquitati noſtræ & peccato noſtro, & in hæreditatem nos accipias. Qui dixit, Ecce ego [12]excindam' fœdus coram vniuerſo populo tuo, faciam [13]rara' quædam, quæ creata non ſunt in vniuerſa terra, neque in vlla natione, & videbit omnis populus, in cuius medio tu es, opus Domini: nam terribile erit hoc quod faciam tecum. [14]Obſerua ergo tu' quæcunque ego tibi hodie præcipio: en ego eijcio ante te Amorræũ, Chananæum, Hithæum, Phereſæum, Hiuæum & Iebuſæum. Caue ne ferias fœdus cum habitatore terræ ad quam tu venis: ne forte [15]cedat hoc in ruinam in medio tui.' Quin aras eorum diruite, & ſtatuas eorum confringite, atque lucos eorum ſuccidite. [16]Ne adores' deum alienum, ([17]quia Dominus indigne fert [iniurias,]nomen eius eſt Deus indigne ferens [iniurias,]) Ne fortè [ſi] fœdus ineas cum habitatore terræ, illi poſt deos ſuos ſcortantes, & dijs ſuis ſacrificantes, te quoque vocent, [18]comedáſque'de ſacrificio eorum.

¶13 .i.cui⁹ miſereri placuerit. ¶14 vl, clemens ero .i. cũ erga quẽ clemẽs ero. .i. erga quem placuerit mihi. ¶15.i. faciem ſimilitudinis quam tibi obijciam: tãtum abeſt vt merã ipſam diuinitatem videas. ¶16 Hebraiſmus. nemo viuens videbit me: non videbit, nõ aſſequetur diuinitatẽ meã quiſqui, quãdiu viuet: nemo homo viuens hanc vitã temporariã, & caducã, poterit aſſequi meã eſſentiã. quid ſim ego. ſic quidam interpretantur. Alij colligunt ex hoc loco, Deũ nulli mortaliũ apparere in ſua eſſentia citra mortis diſcrimẽ. atq; hinc eſſe quòd Manue dicebat, Iudicum cap.13.d. Morte moriemur. ¶17 in ea ſcilicet petra in qua ſoleo tibi apparere. ¶18 vl, protegam te vola mea, ¶19 vl, poſteriorem meã partẽ ¶20 ſub. ab homine.

XXXIIII ¶1 vl, Dola ¶2.i. propter me, vel expectans me. ¶3 vl, e regione montis huius. ¶4 & clamauit nominatim, Dominus eſt. i. Clamauit Dominus ad Moſen, alta voce denuntiauit ei hanc vocem, Dominus eſt: vt capite præcedenti dixerat, Exclamabo nomẽ Domini, coram te: ſiue, Clamabo nominatim, Dominus eſt, coram te. ſic nomen ſuum magnificum exprimens, hic dicit, Dominus eſt. ¶5.i. quum ipſe Dominus tranſiret coram Moſe, ipſe Dominus clamauit, &c. ¶6 vl. fortis. Omnia quæ ſequuntur, Dei ſunt verba, nõ Moſis. Vt enim ſupra dixerat, Clamabo nominatim, Dominus eſt: miſerebor, &c. ita & hic idem dicit, Deus miſericors: quaſi dicat, Ego ſum Dominus ille, & Deus miſericors quem tu rogaſti pro populo &c. ¶7 clemens, tardus ad iram, & abundans miſericordia & veritate. i. verax in promiſſis meis. ¶8 cuſtodiens miſericordiam. i. qui cuſtodio, hoc eſt, cuius miſericordia nunquam exhauritur. ¶9 Heb. auferẽs. i. qui aufero & condono iniquitates. ¶10 quiq; abſoluẽdo nõ abſoluit. In tertia perſona de ſe loquitur. i. nocentem, non pronuntio innocentem: ſed punio. Hebraiſmus. ¶11. i. qui punio peccata maiorũ in poſteris, ſi pergit maioribus ſuis eſſe ſimiles. ¶12. i. in nepotibus tertij & quarti gradus. ¶13 Heb. Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis Domine, vadat nunc Dominus per medium noſtri, quia populus duræ ceruicis eſt, & parces &c. Si pro quia poſitum, vt nonnullis placet. ¶12 feriam ¶13 mirabilia ¶14 Heb. Cuſtodi tibi, pro Obſerua diligenter. ¶15 vl, ſint offendiculum in medio tui. i. ne tibi ſint cauſa ruinæ quum habitabunt tecum. fiet enim vt te inducant in idololatriã, vt poſtea declaratur. ¶16 Nã non adorabis ¶17 Heb. Domin⁹ enim zelotes nomen eius: Deus zelotes eſt. Hebraiſmus eſt, pro, Dominus enim dicitur zelotypus. i. non patitur vt ſecum alius deus colatur: ſolus pro Deo amari & coli vult. ¶18 Hac de cauſa reprehendebat eos Paulus qui comedebant idolothyta, 1. Corinth. 8, b. c.

¶19.i. ne eos ad ducant ad cultum idolorum ſuorum, vt de Salomone legimus, 3.Reg.11.a. ¶10 tẽpore mẽſis matureſcentis frugis. Vox Hebræa ABIB, ſignificat culmũ, quãdo ſcilicet è culmo primũ ꝓdit ſpica: quod fieri ſolet menſe Martio apud Palæſthinos. ¶11 vl, matureſcentis frugis. vl, i quo ſpicæ è culmis primum prodibant. Id enim ſignificat vox Hebræa ABIB, vt pauloante dictum eſt. ¶12 Heb. Omne quod aperit vuluã ¶13 omne enim pecus tuum recenſebitur, primogenitum tam in arměto, quàm in pecore. i. omnia primogenita tam boum quàm ouium, recenſebuntur & mea erunt. Vel, omnequod memorabitur inter primogenita boum & ouium, meum erit. ¶14 .i. etiam tempore quo arãdũ eſt, & quo ſegetes demetẽdæ ſũt, volo diligenter obſeruari ſabbatha mea: tametſi vos alið vocet priuata vtilitas, vel arandi, vel ſegetes demetendi. ¶15. i. Feſtum pẽtecoſtes.

Ducas inſuper filiis tuis illorum filias, quę poſt deos ſuos ſcortantes, filios quoque tuos[9] ſcortari faciãt poſt deos ſuos. ¶Deos fuſos ne feceris tibi. ¶Azymorum ſolennitatem cuſtodies: ſeptẽ diebus comedes placentas infermẽtatas, id quod tibi præcepi [10] ad ſtatum tempus, menſis ſcilicet Abib.' nam in menſe [11] Abib' egreſſus es ex Aegypto. ¶ 'Omne primogenitũ' meũ eſt, [13]& omne primogenitum pecus tuum maſculum meũ eſt, ſiue ex armẽto ſit, ſiue ex grege.' Aſini autẽ primogenitũ redimes pecude: ſi verò non redemeris, frange ei ceruicẽ. omne quoque primogenitum filiorum tuorum redimes. coram me nemo appareat vacuus. ¶Sex diebus operaberis, ſeptimo autẽ die quieſces: [14]tam in ſemente quàm in meſſe ſabbatũ ages. ¶[15]Solennitatẽ hebdomadũ' facies tibi, quum præcoces fruges demetentur: &[16]Solennitatẽ collectionis vertẽte anno. ¶Ter in anno appareat omnis mas tuus ante cõſpectũ [17]dominatoris Domini' Dei Iſraelis, Quoniã eijciã gentes ante te, & dilatabo terminos tuos, vt nemo terrã tuã deſideret, [18]quũ tu ter in anno aſcẽdes' vt appareas coram Domino Deo tuo. ¶[19]Nõ mactabis ſanguinẽ victimę meæ[20] cũ fermento,' neque pernoctabit vſque mane mactatio ſolennitatis Paſſah. Principium [21]primitiuorum fructuum' terræ tuæ inferes in domũ Domini Dei tui. [22]ne coquas hœdũ in lacte matris ſuæ. ¶Et dixit Dominus ad Moſen, Scribe tibi verba iſta: quoniã iuxta iſtorũ verborum rationem ſanciui fœdus tecũ, & cum Iſraele. Fuit autẽ illic cũ Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, nec panẽ edens, nec aquam bibens. [23]ſcripſitque' ſuper tabulas verba fœderis, nempe[24] decẽ verba. ¶Factũmque eſt, quum deſcẽderet Moſes de mõte Sinai, erant duæ tabulæ teſtimonij in manu Moſis, quum deſcenderet [inquam] de monte: Moſes autem neſciebat quòd [25]radios eiacularetur' cutis faciei eius[26] ex colloquio diuino.' Aharõ verò & omnes filij Iſrael viderunt Moſen, & ecce radios eiaculabatur cutis faciei eius, ita vt ad eũ accedere formidarent. Et quum vocaſſet eos Moſes, [27]reuerſi ſunt' ad eum Aharon & omnes primores qui erant in cœtu, loquutúſque eſt Moſes ad eos. Deinde acceſſerunt quoque omnes filij Iſrael, & præcepit eis cuncta quæ loquutus fuerat cũ eo Dominus in mõte Sinai. Quũmque ceſſaſſet loqui Moſes cum eis, poſuit velamẽ ſuper faciem ſuam. Rurſum quum ingrederetur Moſes in conſpectum Domini, vt cum eo loqueretur, auferebat velum, donec egrederetur. & egreſſus loquebatur cũ filijs Iſrael quę iuſſus erat. [28]Videbãtq; filij Iſrael faciẽ Moſis, ꝙ radios eiacularetur cutis faciei Moſis, tũ reduxit Moſes velamẽ ſuper faciem ſuam, donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

CAP. XXXV.

Moſes coacto vniuerſo cœtu filiorũ Iſrael, dixit ad eos. Hæc ſũt verba quæ præcepit Domin' vt ea faciatis. Sex diebus fiet opus, 'dies ſeptimus ſit vobis ſanct', ſabbathũ quietis eſt Domino.

Nec vxorem de filiabus eorũ accipies filijs tuis: ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos ſuos. ¶Deos cõflatiles non facies tibi. ¶Solennitatem azymorum cuſtodies. ſeptem diebus veſcẽris azymis, ſicut præcepi tibi, in tempore menſis nouorum. mẽſe enim verni temporis egreſſus es de Aegypto. ¶Omne quod aperit vuluã generis maſculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus, quàm de ouibus, meũ erit. Primogenitum aſini redimes oue. ſinautem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in cõſpectu meo vacuus. ¶Sex dieb' operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare & metere. ¶Solennitatẽ hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum meſſis tuæ triticeæ, & Solennitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. ¶Tribus tẽporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotẽtis Domini Dei Iſrael. Cũ enim tulero gẽtes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente te & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in anno. ¶Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtię meæ: neque reſidebit mane de' victimis' ſolennitatis Phaſe. ¶Primitias frugũ terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. ¶Dixitque Dominus ad Moyſen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cũ Domino Moyſes quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit. & ſcripſit in tabulis verba fœderis, decem. ¶Cũmque deſcenderet Moyſes de mõte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas' teſtimonij, & ignorabat ꝙ cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. Videntes autẽ Aarõ & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt propè accedere. Vocatique ab eo, reuerſi ſunt tã Aaron, quàm principes ſynagógæ. Et poſtquam locutus eſt ad eos, venerũt ad eum etiam omnes filij Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. Impletiſque ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. 'Quod' ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam ſiquando loquebatur ad eos.

CAP. XXXV.

Igitur congregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos, Hæc ſunt quæ iuſſit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbathum, & requies Domini:

3.Reg.11.a.
C Solẽnitas azymorum.
De primogenitis. ꝫ.13.a, vbi hæc eadẽ fere repetũtur.
ꝫ.11.b. deute. 16. eccli 35.a.
Sabbathum.
Pentecoſte.
Tabernacula
'victima
Primitiæ.
ꝫ. 23.c. deute. D 14. c.
ꝫ.24.d.
Ieiunium Moyſi.
Verba decẽ. deut.4.b.
Facies Moyſi cornuta.
C
'Qui
Velamen ſup faciẽ Moyſi. 2.cor.3.c.
Præcipit ſabbathum.

¶16 Id eſt, celebrabis feſtum tabernaculorum menſe Septembri. ¶17 Domini IEHOVA. Vide caput ſextum huius libri. ¶18 vl, aſcendente te ter in anno. i. quotieſcũque aſcẽdes in Ieruſalẽ vt offeras mihi quæ tibi præcepi. ¶19 Vide annotationem huius loci capite viceſimotertio huius libri. ¶20 vl, ſuper fermentato. i. quum ſit fermentatum apud te. ¶21 vl, primitiarum. i. Primitias illas primas. Eandem materiam vide ſupra capite viceſimotertio. ¶22 Vide annotationem huius loci, capite viceſimotertio præcedente. ¶23 Subaudi, Dominus. ¶24 Per hæc duo verba, declarat quid velit intelligi per verba fœderis, nẽpe decem verba, decẽ præcepta, decalogũ. ¶25 vl, ſplẽderet. Verti etiam poſſet per præteritum pluſquam perfectum coniunctiui. ſplenduiſſet ¶26 Heb. quum ipſe loqueretur cum eo. Subaudi, Deo. ¶27 ipſi enim abierant territi ſplendore qui apparebat in facie Moſis. ¶28 q.d. Vbi agnouit Moſes faciem ſuã ſplendore maximo afferre metum Iſraelitis, cœpit velare faciem verba faciens ad eos: velamen autem obductum faciei deponebat cum erat tabernaculũ ingreſſurus. 2.Corint.3. XXXV. ¶1 vl, at in die ſeptimo ſit vobis ſanctitas, ſabbathum ceſſationis Domino. omnis qui fecerit &c. i. dies autem ſeptimus vobis ſanctus erit, & ſolennis, in quo omnino ab operibus ceſſabitis.

qui fecerit opus ĩ eo, occidetur. Non ſuccendetis
ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem
Exigūtur primitiæ, & donaria. ſabbathi. ¶Et ait Moyſes ad omnem cateruā filiorum Iſrael, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, dicens, Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius &[a]prono'animo offerat eas Domino: aurum & argentum & æs, hyacinthum & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum, Pelléſque arietum rubricatas, &[b]hyacinthinas,'ligna ſetim, Et oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama ſuauiſſimũ, Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis

1.25.a.

¶[a]vl, prōpto

¶[b]ianthinas,

B & rationalis. Quiſquis veſtrũ ſapiẽs eſt, veniat, & faciat quod Dominus imperauit, Tabernaculũ ſcilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, & paxillos & baſes: Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: Menſam cum vectibus & vaſis & propoſitionis panibus: Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: Altare thymiamatis, & vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: tentorium ad oſtiũ tabernaculi Altare holocauſti, & craticulam eius æneam cũ vectibus & vaſis ſuis: labrum &[c]baſes' eius: Cortinas atrij cum columnis & baſibus, tẽtorium in foribus veſtibuli, paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis ſuis: Veſtimenta quorũ vſus eſt in miniſterio ſanctuarij, veſtes Aarõ põtificis ac filiorum eius vt ſacerdotio fungantur

¶[c]baſim

Prōptitudo animi populi offerentis.

C mihi. ¶Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſrael de cõſpectu Moyſi, obtulerũt mente prõptiſſima atque deuota primitias Domino, ad faciẽdũ opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultũ & ad veſtes ſanctas neceſſariũ erat, viri cũ mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureũ ĩ donaria Domini ſeparatum eſt. Siquis habebat [~]aurũ,' hyacinthũ & purpuram, coccũmque bis tinctũ, byſſum & pilos caprarũ, pelles arietũ rubricatas, &[d]hyacinthinas,'argẽti & auri,'ærisq; metalla obtulerũt Domino, lignáq; ſetim ĩ varios vſus. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerãt, dederunt hyacinthum, purpurã, & vermiculum ac byſſum, & pilos caprarum ſponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & rationale, aromatáque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandũ vnguentũ, ac thymiama o-

¶[d]ianthinas,

D doris ſuauiſſimi componẽdũ. Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierẽt opera quę iuſſerat Domin' per manũ Moyſi. Cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerũt. ¶Dixitque Moyſes ad filios Iſrael, Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda: impleuitq; eũ Spiritu Dei, ſapiẽtia & itelligẽtia & ſciẽtia, & omni doctrina Ad excogitãdũ, & faciẽdũ opus ĩ auro & argẽto,

Beſeleel, & Ooliab artifices, cõmendãtur populo à Moyſe. ſ. 31. a

quicũq; opus in eo fecerit,[2]morte multetur.'Ne accendatis ignem in die ſabbati in omnibus habitationibus veſtris. ¶Et ait Moſes ad omnẽ cœtum filiorum Iſrael, dicens, Hoc eſt verbũ quod præcepit Dominus, dicẽs, [4]Capite ex vobis thruma Domino: quicunque cor ſuum ex munificentia [ad hãc] rem appulerit, is adferat thruma Domino, nempe aurum, argentum' atque æs, hyacinthinum [ſericũ,] purpureum, coccinũ bis tinctum, byſſum, & [pilos] caprarum. Pelles quoque arietum rubras, & pelles meliũ, vnà cum lignis ſitim. Et oleũ ad luminare, odoramenta ad oleũ vnctionis, & aromata ad ſuffitum. Lapides quoque[5]ſchohã,'& lapides[6]qui includũtur ĩ ephod, & in pectorali. [7]Quicũq; verò inter vos ſunt corde ſapienti,' hi veniant, & faciant quodcũq; imperauit Dominus. Nẽpe tabernaculũ, tentorium eius, operimẽtum eius,[8]fibulas'eius, aſſeres eius, vectes eius, columnas eius, & baſes eius. Arcam quoque & vectes eius, &[9]propitiatorium,' atque velum[10]obtentionis.'Mẽſam & vectes eius, & omnia vaſa eius, & panẽ facierũ. Candelabrũ[11]luminaris,'& inſtrumẽta eius, & lampades eius, & oleũ ad luminare. Arã incenſi, & vectes eius, oleũ vnctionis, & aromata ad ſuffitũ, velum quoque oſtij ad ingreſſum tabernaculi. Aram holocauſti, & æreum reticulum quod habet, vectes eius, & omnia vaſa eius: labrũ & baſim eius. Tapetes atrij, colũnas eius, & baſes eius, & velum in portam atrij. Clauos tabernaculi, & clauos atrij cũ funibus eorum, Et [12]veſtimenta quibus quæ ſuperſunt [inuoluuntur] ad miniſteriũ in ſanctuario,' & veſtimenta ſancta Aharoni ſacerdoti, & veſtimenta filiorũ eius, vt ſacerdotio fungãtur. ¶Et egreſſus eſt vniuerſus cœtus filiorũ Iſrael à cõſpectu Moſis. Et venit quiſq; quẽ cor ſuũ[13]ferebat,'& quicũq; ſpiritu fuit[14]prõpto ac voluntario.'& obtulerũt[15]thruma' Domino ad opus tẽtorij[16]cõſtitutiõis,'& ad omne miniſteriũ eius, & pro veſtibus ſanctis. Et venerunt viri cũ mulieribus, quicunq; volũtario erant corde, & obtulerũt fibulas, & inaures, annulos, &[17]ornamẽta: [18]omnia illa inſtrumẽta aurea erãt,'& quicũq;[19]motabat tenupha'auri Domino. Quicũq; habebãt hyacinthũ, purpurã, coccũ bis tinctũ, byſſum, & pilos caprinos, & pelles arietũ rubras, & pelles[20]meliũ,' hæc attulerunt. [21]Quicunq; in ſublime tollebant thruma argẽti & æris, obtulerũt thruma Domino.' Quicũq; habebãt ligna ſitim, ꝓ vniuerſo opere miniſterij ea obtulerũt. Omnes quoq; mulieres quæ erãt[22]ſapiẽti corde,'manibus ſuis nebant, & quod nẽdo operatæ erant, attulerũt: nẽpe hyacinthinũ [ſericũ,] purpureum, coccinũ bis tinctũ, & byſſum. Sed & omnes mulieres [23]quas incitabat cor ſuũ, neuerunt induſtrie pilos caprinos.'Principes quoq; attulerũt lapides[24]ſchohã,'& gẽmas[25]inferendas in ephod & pectorale.' Odoramenta quoque, & oleum pro luminari, & pro oleo vnctionis, &[26]aromata ad ſuffitũ.'Omnis vir & mulier qui promptum cor habuerunt

¶2.i. ſententia iudicum condẽnetur. ¶3 Sẽſus huius loci eſt, ſabbatho nullũ accẽdẽdũ ignẽ fuiſſe vnde lucrum aliquod ſperari poſſet: vt ex fornace, in qua lateres vel ollæ, aut calx decoquuntur: aut etiam ſi ſuccenderetur fornax ad coquẽdos panes. ¶4 Accipite à vobis oblationẽ Domino: quicunque eſt voluntario corde, offerat eã Domino: nẽpe aurũ, & argentũ &c. i. Accipite de his quæ apud vos ſunt, de facultatibus veſtris, quas offeratis Domino: quicũque eſt liberali aio, offerat &c. ¶5 .i. onychinos. ¶6 Heb. repletionũ pro ſuperhumerali & pectorali. Lapides repletionũ vocat eos q palis aureis includi ſolent. ¶7 .i. Quiſquis eſt induſtrius. ¶8 vl, vncinos ¶9 vl, cœlũ arcæ, ¶10 .i. quod oppandebatur propitiatorio. ¶11. i. in quo erãt luminaria ¶12 Heb. veſtimenta miniſterij ad miniſtrãdũ in ſancto. Pro ſancto, ſanctuariũ vertere potes. Hic veſtimenta, ſignificat ea indumẽta quibus eãdẽ labrũ & altare incẽſi, atq; arca

offerendi pro cuncto opere quod iuſſerat Dominus fieri per manum Moſis, offerebant filij Iſrael [27]voluntarium' Domino. ¶Et ait Moſes ad filios Iſrael, Videte, Dominus [28]ex nomine deſtinauit' Bezaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda. Et impleuit eũ Spiritu[29]Dei,'ſapientia, intelligentia, ſcientia & omni artificio: [30]Qui polymitarius eſt artifex ad operandum' in auro, & in argento,

inuoluebantur. ¶13 incitabat, ¶14 ſub. ad dandũ. ¶15 oblationẽ ¶16 cõuẽtus, ¶17 Vox Hebræa C H V M A Z, ſignificat ornamentũ quod ponebatur in brachijs. ¶18 quæ omnia ornamenta erant aurea. Sic quidã vertũt. Alij ſubaudiũt E T, vertũntque, Et omnia vaſa aurea. ¶19 Heb. eleuauerat eleuationẽ. i. obtulerat oblationẽ. ¶20 taxorũ, ¶21 Heb. Omnis eleuans eleuationẽ argẽti & æris, attulerunt oblationẽ Domini. i. Quicũq; offerebat oblationẽ argenteã & æreã, ea obtulerunt Deo, nẽpe argentũ & æs. ¶22. i. peritæ, quæ optime nere nouerãt. ¶23 Heb. quarum cor eleuauerat eas in ſapientia, neuerant pilos caprinos. Hebraiſmus eſt, Quarum cor eleuauerat eas in ſapientia, pro, Mulieres peritæ artis nendi. ¶24 .i. onychinos. ¶25 Heb. repletionũ pro ſuperhumerali & pectorali. Lapides repletionum vocat (vt iam dictum eſt) gemmas quæ palis aureis includi ſolent. ¶26 pro ſuffitu aromatico. ¶27 oblationem ſpontaneam ¶28 vl, vocauit nominatim. i. delegit, ſiue ſelegit. ¶29 .i. ſuo. Antecedens pro relatiuo, more Hebraico. ¶30 Heb. Et ad excogitãdũ cogitationes ad operandũ &c. i. ad excogitãdas adinuẽtiones.

¶11 Et in arte lapidis, ad replēdas: & in artificio ligni, ad operandum in omni opere cogitationis. Artem lapidis, vocat artem gemmarij. Ad replēdas, ſcilicet palas lapillis. Op⁹ cogitationū dicitur op⁹ plenū arte, in quo op⁹ eſt igenio acri.

¶12 vl, Poſuit in corde illius, ad docendū. i. reddidit eū facilem & promum ad docendum alios.

¶13 Hebraiſmus eſt, ipſe & Ooliab impleuit eos: pro, impleuit ipſos, Beſeleel ſcilicet, & Ooliab filiū Achiſamech de tribu Dan, ſapientia &c.

¶14 Sapientiã cordis vocat peritiam artis, & induſtriam, ſiue ingenioſitatẽ, vt ita loquar.

¶15 excogitãtes cogitatiões nouas. i. reddidit eos peritos lignarios, phrygiões, acupictores, vel plumarios, & textores: breuiter, ita peritos vt quod uis opus excogitare poſſent, & facere.

& in ære. [11]Deinde artifex gemmarius, qui gemmas includit. in artificio quoque ligni, vt quodcunque opus ingenioſum fabrefaciat. [12]Dedit inſuper in cor eius vt docere poſſit, [13]ipſe & Ahaliab fili⁹ Ahiſamach de tribu Dan: Impleuit eos' [14]ſapientia cordis,' vt facere poſſint omne opus fabrile, polymitũ, & Phrygium, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo, textorióque opere, factores omnium operum, & [15]polymiti ingenioſi.

CAP. XXXVI.

Fecit itaque Bezaleel & Ahaliab, & quicunque [1]ſapiẽti erant corde,' quibus Dominus dedit ſapientiam & [2]iudicium,' vt ſcirent facere omne opus [3]pro cultu' ſanctuarij [atq;] omnia quę præcepit Domin⁹. [4]Et vocauit Moſes Bezaleel & Ahaliab, & omnẽ virũ qui induſtrio erat corde,' quibus Dominus ſapientiã in cor indidit, [atq;] omnem eum' qui ſponte ſua ad hoc ferebatur, vt accederet ad opus hoc perficiendum.' Acceperũt itaque à Moſe omnem [6]contributionem, quã cõtulerant' filij Iſrael ad opus miniſterij ſanctuarij, vt ipſum perficerent. & illi quidem [7]quotidie mane plura adhuc voluntaria dona ad eum cõferebant.' Et venerunt omnes ſapientes, qui vniuerſum opus ſanctuarij faciebant, quiſq; [8]ab opere ſuo cui faciendo inſiſtebat,' Et loquuti ſunt ad Moſen, dicẽtes, Populus plus adfert, quàm opus ſit pro cultu & opere quod Domin⁹ fieri pręcepit. Præcepit ergo Moſes vt voce [præconum] per caſtra euulgari iuberent, in hanc ſententiã, Nec vir nec mulier [9]vltra quidquam doni adferat ad opus ſanctuarij.' Prohibitus itaque eſt populus, nequid amplius adferret: nam ſatis erat materię ad vniuerſum opus perficiendum, ita vt ſupereſſet. ¶Fecerunt itaque omnes qui ſapiẽti erant corde, [10]per hos qui faciebant opus tabernaculi. decẽ aulæa' ex [11]byſſo torta,' hyacinthino ſerico, [] purpureo, & coccino bis tincto, [12]cherubim fecit in eis opere polymito.' Longitudo vnius aulæi erat vigintiocto cubitorum, & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum, eadem menſura erant omnia aulæa. Et cõſociauit quinque aulæa, vnum ad alterum: & rurſus conſociauit quinque aulæa, vnum ad alterum. Fecit etiam [13]anſulas' ex hyacintho [14]in oris vniuſcuiuſque aulæi, vt extremis ſuis alterum alteri cõſociaretur.' Quinquaginta anſulas fecit in cortina prima, quinquaginta item in extremitate cortinæ quæ erat iungenda ſecundæ: correſpondebántque ſibi mutuo anſulæ illæ. Fecit quoque quinquaginta fibulas aureas, & cõiunxit aulæa, vnum ad alterum, illis fibulis, factúmque eſt tabernaculum vnum. ¶Fecit & aulæa de pilis caprarum pro tectorio tabernaculi. vndecim aulæa fecit. Longitudo vnius aulæi habuit triginta cubitos, & latitudo vnius aulæi habuit quatuor cubitos: eandem menſuram habebant vndecim aulæa. Et conſociauit quinque aulæa ſeorſim, & rurſus ſex ſeorſim. ¶Fecit quoque anſulas quinquaginta vnicuique aulæo [15]in oris, vt extremis ſuis alterum alteri conſociaretur, excipientibus ſeſe mutuo anſulis. ¶Fecit deinde quinquaginta [16]fibulas æneas,' ad coniungendum tectorium illud in vnum. Et fecit tegumentum ſuper illud tectorium ex pellibus arietum rubris, & tegumentum ex pellibus [17]melium' ſuper illud. ¶Fecit & aſſeres pro tabernaculo ex lignis ſitim,

& ære, [a]& ferro,' ſculpẽdiſque lapidibus, & opere carpẽtario. quicquid fabrè adinueniri poteſt, dedit i corde eius: Ooliab quoque filiũ Achiſamech de tribu Dan: ambos erudiuit ſapientia, vt faciãt opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua quæque repertant.

CAP. XXXVI.

Fecit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiã & intellectum, vt ſcirent fabrè operari quæ in vſus ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus. Cúmque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus ſapiẽtiã, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis vniuerſa donaria filiorũ Iſrael. qui cum inſtarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. Vnde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi, Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. Iuſſit ergo Moyſes præconis voce cãtari, Nec vir nec mulier quicquam offerat vltrà in opere ſanctuarij. Sicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent. ¶Fecerúntq; omnes corde ſapiẽtes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, opere vario, & arte polymita. quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. vna menſura erat omniũ cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinq; ſibi inuicem copulauit. Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter, vt cõtra ſe inuicẽ venirent anſæ, & mutuò iungerẽtur. vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum anſas, & fieret vnũ tabernaculum. ¶Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarũ ad operiendum tectum tabernaculi: vnum ſagũ in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mẽſuræ erant omnia ſaga: quorum quinq; iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim. Fecitq; anſas quinquaginta ĩ ora ſagi vnius, & quinquaginta ĩ ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iungerentur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnũ pallium ex omnibus ſagis fieret. ¶Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietũ rubricatis: aliúdq; dẽſuper velamẽtum de pellibus [a]hyacinthinis.' ¶Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſe

Artifices tabernaculum aggrediũtur

Populi prõpta volũtas.

Fabricatio cortinarũ. Hic eadẽ ferè verba, quę ſuprà cap. 26.

B

Sagorum.

C

Opertorij.

[a]ianthinis.

Tabularum.

XXXVI.

¶1. i. ingenioſi. ¶2 itelligẽti i, ¶3 miniſterij ¶4 Vocauerat enim Moſes Beſeleel & Ooliab, & omnem ſapientem corde virũ. i. ingenioſos quoſque artifices. ¶5 Heb. quem excitauerat cor ſuum vt accederet ad hoc opus, ad perficiendum illud. ¶6 oblationem quã obtulerant ¶7 Heb. votum adhuc afferebant ad eum in mane & mane. Votũ vocat ſpõtaneã oblationẽ. Quãobrẽ omnes ſapientes qui vniuerſum opus ſanctuarij faciebãt, vnuſquiſque ab opere ſuo quod faciebat, venerunt, & loquuti ſunt ad Moyſen, dicentes, Plus offert &c. A conſpectu Moſis dixit, p à Moſe, more Hebraico. In mane, & mane. i. ſingulis diebus. ¶8 Hoc eſt, relicto opere. ¶9 Heb. faciant vltra opus ad oblationem ſanctificationis. Recte vertit interpres. ¶10 inter eos qui vacabant operi, [fecerunt inquã] tabernaculum ex cortinis decẽ. i. quotquot ingenioſi erãt inter eos qui incũbebãt operi diuino, fecerũt tabernaculũ &c. ¶11 Voces Hebrææ, S E S M A S Z A R, ſignificãt linũ duplicatũ: vel vt alij volũt, ſeptuplicatũ, ſi Latine dici poſſet. Gallice dicim⁹, Mis en ſix doubles. ¶12 Heb. cherubimos opere Phrygionico fecit eas. i. Beſeleel ſparſit eas imaginibus alatis repræſentantibus cherubim. ¶13 vl, laqueolos ¶14 Heb. in ora cortinæ primæ, in extremo, in connexione [ſ. i. ex latere quod iungebatur alteri] ſic fecit in ora cortinæ extrema in cõnexione ſecũda. i. quæ erat cõiũgenda ſecũdæ. ¶15 Heb. in ora cortinæ extrema, in cõiunctione: & quinquaginta anſulas fecit in ora cortinæ, quæ ſeſe cõiungit in ſecũda. ſub. cõiunctione. i. fecit anſulas in extrema parte cortinæ in ea parte qua cortina cõiungi debet cũ alia cortina: ſić alias etiã in ora extrema cortinæ ſecundæ in ea ora quæ copulatur cum tertia cortina. nã cõiũctio ſecũda, eſt illa qua ſecunda cortina iũgitur cũ tertia. ¶16 vncinos æneos, ¶17 vl, taxorũ

tim ſtãtes. Decẽ cubitorum erat lõgitudo tabulæ vnius: & vnũ ac ſemis cubitũ latitudo retinebat. Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam Meridianam erant contra Auſtrum cum quadraginta baſibus argenteis. Duæ baſes ſub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorũ, vbi incaſtraturæ laterũ in angulis terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi quæ reſpicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cũ quadraginta baſibus argenteis, duas baſe per ſingulas tabulas. Cõtra Occidentem verò, id eſt ad eam partẽ tabernaculi quæ Mare reſpicit, fecit ſex tabulas, & duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retro: quæ iunctæ erant à deorſum vſq; ſurſum, & in vnam cõpaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo eſſent

D ſimul tabulæ, & haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis.

**Vectium.**

¶ Fecit & vectes de lignis ſetim, quinque, ad cõtinẽdas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptãdas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra Mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vſque ad angulum perueniret. Ipſa autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci poſſent: quos & ipſos laminis aureis operuit.

**Veli.**

¶ Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario, varium atque diſtinctum: & quatuor columnas de lignis ſetim, quas cum capitibus deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis.

**Tentorij.**

¶ Fecit & tentoriũ in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſoque retorta, opere plumarij: & columnas quinque cũ capitibus ſuis, quas operuit auro, baſeſque earũ fudit æneas, "quas & operuit auro."

CAP. XXXVII.

**Fabricatio arcæ teſtimonij**

Fecit autẽ Beſeleel & arcam de lignis ſetim, habentem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: veſtiuitque eam auro puriſſimo intus ac foris. Et fecit illi coronam aureã per gyrum, conflãs quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis ſetim, quos veſtiuit auro, & quos miſit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eam.

**Propitiatorij**

¶ Fecit & propitiatoriũ, id eſt oraculũ, de auro mundiſſimo, duorum cubitorũ & dimidij in longitudine, & cubiti ac ſemis i latitudine. ¶ Duos etiã cherũbim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiato

B rij, cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos cherũbim in ſingulis ſummitatibus propitiatorij, extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuò & illud reſpicientes.

**Menſæ.**

¶ Fecit & menſam de lignis ſetim in longitudine duorum cubitorũ, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem. circundeditque eã auro mundiſſimo, & fecit illi labiũ aureum per gyrum, ipſiq; labio coronã auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eandem alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ contra coronã: miſitque in eos vectes, vt poſſit menſa portari. Ipſos quoq; vectes fecit de lignis ſetim, & circũ

C dedit eos auro. Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ,

ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo aſſeris, latitudo verò aſſeris cubiti vnius & dimidij. Duos [18]denticulos habebat vnuſquiſque aſſer, qui inciſi erant alter è regione alterius. ʼſic fecit omnibus aſſeribus tabernaculi. Fecit inquam aſſeres pro tabernaculo, nempe viginti aſſeres verſus plagam Meridionalẽ. Et quadraginta baſes argẽteas fecit ſub viginti aſſeres, duas baſes ſub vnũ aſſerem pro duobus [19]denticulis eius, & duas baſes ſub alio aſſere pro duobus [19]denticulis eius. Alteri lateri tabernaculi, quod eſt ad angulum Aquilonarem, fecit viginti aſſeres: Et quadraginta baſes argẽteas, duas baſes ſub vnoquoque aſſere. Ad latus verò tabernaculi Occidentale fecit ſex aſſeres. Et duos aſſeres fecit in angulis tabernaculi pro vtroq; latere, Qui [20]gemini erant infra, [21]ſic gemini erant in capite ſuo ad annulũ vnũ: ſic fecit pro duobus illis, pro duobus [inquam] angularibus. Et fuerunt octo aſſeres, baſes autem eorum argenteæ ſedecim erãt, ſub vnoquoque aſſere duę baſes. ¶ Fecit & vectes ex lignis ſitim, quinque pro aſſeribus tabernaculi in latere vno: & quinq; vectes pro aſſeribus tabernaculi in latere altero, & quinq; vectes pro aſſeribus tabernaculi ad duo latera Occidentis. Fecit & vectem intermedium, qui per medium aſſerum [tranſiens,] contigueret à fine ad finem. Et aſſeres ipſos obduxit auro, eorũmque annulos fecit aureos, qui eſſent [22]loculi ipſis vectibus, ʼobduxitque vectes auro. ¶ Fecit & velum ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta, [23]cherubim fecit in ipſis opere polymito.ʼ Fecit quoq; illi quatuor columnas de lignis ſitim, eáſq; auro obduxit: vncini autem earum aurei erant, & fudit pro eis quatuor baſes argẽteas. ¶ Fecit quoque velamen in oſtium tabernaculi ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta opere Phrygio. Et colũnas eius quinque cum vncinis earum, obduxitq; capita illarum & [24]ambitus illarum auro,ʼ baſes autem earum erant æneæ.

CAP. XXXVII.

Fecit quoque Bezaleel arcã de lignis ſitim, lõgitudo eius fuit duorũ cubitorũ & dimidij, latitudo eius cubiti vnius & dimidij: ſic quoque altitudo eius cubiti & dimidij. Et obduxit eã auro mundo intus & foris, fecitq; illi [1]coronã auream ʼper ambitum. Fudit pro ea quatuor annulos aureos pro quatuor angulis eius, duos videlicet annulos pro vno eius latere, duos annulos pro altero eius latere. Fecit & vectes de lignis ſitim, & obduxit eos auro. Et inſeruit vectes i annulos in lateribus arcæ ad geſtãdũ arcã. ¶ Fecit & [2]propitiatorium ʼde auro mundo, longitudo eius fuit duorũ cubitorũ & dimidij, latitudo aũt eius vni⁹ cubiti atq; dimidij. ¶ Fecit & duos cherubim aureos, [3]ſolidos ʼfecit eos [4]à duabus ʼextremitatibus propitiatorij. Cherub vnum ab extremitate hac, & cherub alterum ab extremitate iſta: [5]ex ipſo propitiatorio ʼfecit ipſos cherubim, in extremitatibus ſcilicet eius. Et expandebant cherubim alas ſuperne, obtegentes alis ſuis propitiatorium: facies verò eorum erant vt alter alterum reſpiceret, faciebus cherubim ad propitiatoriũ [verſis.] ¶ Et fecit mẽſam ex lignis ſitim, longitudo eius erat duorum cubitorum, latitudo eius vnius cubiti, altitudo eius cubiti vnius atque dimidij. Et obduxit ei auro mũdo, & fecit ei coronam auream per ambitum. [6]Et fecit ei limbum palmarium per ambitum, limbo autem addidit per ambitum coronam auream.ʼ Et fudit quatuor annulos aureos, & poſuit annulos illos ad quatuor angulos qui ſunt in quatuor pedibus eius. [7]Sub limbo ʼerãt annuli illi, loculi ſcilicet pro vectibus ad geſtãdũ menſam. Et fecit vectes de lignis ſitim, & obduxit eos auro ad geſtãdum menſam. Fecit & vaſa [8]pro ipſa menſa ʼ

¶18 cardines habebat vnuſquiſq; aſſer, inſtar graduum ſcalariũ diſpoſitos alterũ ad alterũ. q.d. duo illi cardines, ſiue incaſtraturę duæ correſpondebant ſibi.

¶19 cardinibus

¶20 vl, gemelli. ſiue, cõiũcti. aut, copulati

¶21 & pariter copulati vſque ad ſummũ ei⁹, idque circulo vno: ſic fecit in vtroque in duobus angulis.

¶22 vl, loca. ſiue, receptacula vectibus illis. i. vt per illos annulos traſmitterentur vectes

¶23 vl, opere Phrygionico ſpar ſit [velũ] illud imaginib⁹ repræſentantibus cherubim.

¶24 fila eas cingentia, auro. Fila vocat cęlaturas quibus columnæ cingebantur.

XXXVII.

¶1 limbũ aureũ ¶2 tegumentũ. Vel, cælum ¶3 vl, ductiles. Vide annotationẽ vigeſimãquartã capitis XXV, de opere ductili. ¶4 vl, [illegible] duabus ¶5 de ipſo tegumento. i. ex eadem materia qua factũ erat tegumẽtũ ſiue cælum.

¶6 Fecit etiã ei clauſurã palmi vnius p circuitũ, limbũq; aureum ſuper ipſam clauſurã in circuitu. Pro clauſura vertere potes coronã interraſilem, vt vertit vetus interpres. ¶7 E regione coronæ ¶8 vl, quæ ſuper mẽſam ponenda erant

ex auro mũdo, nempe[9] acetabula eius, [10] cochlearia eius, [11] dimidiatas fiſtulas eius, & inſtrumenta quibus purgãtur, quibúſq; funditur. ¶ Fecit & cãdelabrum ex auro mũdo, [12] ſolidum (inquã) fecit cãdelabrũ, [13] ſcapus eius, calami eius, calices ei[9], ſphærulæ eius, & flores eius, [14] ex ipſo erant. Sex calami prodibant de lateribus eius, tres calami candelabri ex latere vno, & tres calami cãdelabri ex latere altero. Tres [15] calices in formã amygdali in vno calamo, cũ ſphærula & flore, & tres calices in amygdali formã in altero calamo cũ ſphęrula & flore: ſic erat in ſex calamis [alijs,] q ex ipſo candelabro prodibant. Et in ipſo candelabro quatuor erant calices formã amygdali habentes cum ſphærulis & floribus ſuis. [16] Erátque [ſemper] ſub duobus [quibuſque] calamis, quæ ex ipſo [cãdelabro prodeũt] ſphærula vna: erãt autẽ calamorũ, qui ex ipſo candelabro prodeũt, ſex. Sphærulæ eorũ, & calami eorum [17] ex ipſo erãt: totúmque ipſum [opus] vnũ erat [18] ſolidũ ex auro mundo. ¶ Fecit & lampades ſeptẽ cum emũctorijs eius, & vaſis [in quibus emuncta excipiũtur,] ex auro mundo. Ex talento auri mundi fecit ipſum cum omnibus vaſis eius. ¶ Fecit & arã [19] ſuffitus ex lignis ſitim, lõgitudo eius erat vni[9] cubiti, & latitudo eius cubiti vni[9]: quadrata erat: altitudo eius erat duorum cubitorum, [20] ex ipſo quoq; prodibant cornua eius. Et obduxit ipſam auro, tectum videlicet eius, & parietes eius, circunquaque, atque cornua eius: & fecit ei coronã auream per ambitũ. Et fecit ei duos annulos aureos ſub corona eius in duobus angulis eius, & in duobus lateribus eius, [21] pro receptaculis vectium, vt geſtaretur ipſis. Et fecit vectes ipſos ex lignis ſitim, obduxitque eos auro. ¶ Fecit & oleũ vnctionis ſanctum, & ſuffimentum aromaticum mũdũ opere vnguẽtarij.

CAP. XXXVIII.

Fecit quoq; aram holocauſti ex lignis ſitim, quinque cubitorum erat longitudo eius, & quinque cubitorũ latitudo eius: quadrata erat: & trium cubitorũ erat altitudo eius. Et fecit cornua eius in quatuor angulis eius: [1] ex ipſa erant cornua eius, & obduxit eam ære. Fecit quoque omnia inſtrumenta aræ, ollas, & ſcopas, & pelues ſparſorias, & fuſcinulas, & ignis receptacula: omnia inſtrumẽta eius fecit ænea. Et aræ fecit [2] cãcellulos æreos opere reticulato, ſub ambitũ aræ inferne vſq; ad mediũ aræ. Et fudit quatuor annulos ex ære ad extremitates reticulati operis, vt eſſent loculi vectium Et fecit vectes ex lignis ſitim, & obduxit eos ære, & inſeruit vectes in annulos ad latera aræ, vt ara illis geſtetur: ex aſſeribus cauã eã fecit. ¶ Fecit & labrũ æneũ, & baſim ei[9] æneã de ſpeculis excubantiũ, [3] quæ ad oſtiũ tẽtorij conſtitutionis excubabant. ¶ Atriũ quoq; fecit [4] in angulo qui eſt verſus Meridionalem plagam, & tapetes atrij erant ex byſſo torta cẽtum cubitorum. Columnæ earum erant viginti, & baſes earum æneæ viginti: vncini autẽ columnarũ, & cincturæ earum argẽteæ. Verſus angulũ Aquilonarem [tapetes] centũ cubitorum, columnæ earum viginti ææreæ: vncini columnarum, & cincturæ earum erant ex argẽto. Ad angulum Occidentalem erant tapetes quinquaginta cubitorum, columnæ earum decem, & baſes earum decem: vncini verò columnarum & cincturæ earũ erant ex argento. Ad angulum Orientalem [tapetes] quinquaginta cubitorum. Erant autem tapetes quindecim cubitorũ ad latus, colũnæ earũ tres, & baſes earũ tres. Ex alio deinde latere hinc & hinc ad portam atrij tapetes quindecim cubitorum, cum columnis ſuis tribus, & baſibus earum tribus.

acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda ſunt libamina. ¶ Fecit & candelabrum ductile de auro mũdiſſimo. De cuius vecte calami, ſcyphi, ſphærulæque ac lilia procedebant. Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera. Tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia: & tres ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul & lilia. Aequum erat opus ſex calamorum, qui procedebant de ſtipite candelabri. In ipſo autem vecte erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos ſimul & lilia: & ſphærulę ſub duobus calamis per loca tria, qui ſimul ſex fiũt calami procedentes de vecte vno. Et ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erant, vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo. ¶ Fecit & lucernas ſeptem cum emunctorijs ſuis, & vaſa vbi ea quæ emuncta ſunt, extinguantur, de auro mundiſſimo. Talentum auri appendebat candelabrum cũ omnibus vaſis ſuis. ¶ Fecit & altare thymiamatis de lignis ſetim, per quadrum ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. Veſtiuitque illud auro puriſſimo cum craticula ac parietibus & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrũ, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes, & poſſit altare portari. Ipſos autem vectes fecit de lignis ſetim, & operuit laminis aureis. ¶ Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vnguentum, & [*]thymiamata de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarij.

CAP. XXXVIII.

Fecit & altare holocauſti de lignis ſetim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine. Cuius cornua de angulis procedebant, operuitq; illud laminis æneis. Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulãque eius in modum retis fecit æneam, & ſubter eam in altaris medio arulã, fuſis quatuor annulis per totidem retiaculi ſummitates, ad immittendos Vectes ad portandum: quos & ipſos fecit de lignis ſetim, & operuit laminis æneis: induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. ipſum autẽ altare nõ erat ſolidũ, ſed cauũ ex tabulatis, & intus vacuũ. ¶ Fecit & labrũ æneũ cũ baſi ſua de ſpeculis mulierũ quæ excubabant in oſtio tabernaculi. ¶ Fecit & atriũ, in cuius Auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum, columnæ æneæ viginti cũ baſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. Aequè ad Septentrionalem plagam tentoria, columnæ, baſéſque, & capita colũnarum eiuſdem menſuræ, & operis ac metalli, erant. In ea verò plaga quę ad Occidẽtem reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decẽ cũ baſibus ſuis æneæ, & capita columnarũ, & tota operis cælatura, argentea. Porrò contra Orientẽ quinquaginta cubitorũ parauit tentoria: è quibus, quindecim cubitos, colũnarum trium, cum baſibus ſuis vnũ tenebat latus: & in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorũ erant tentoria, columnæque tres, & baſes totidẽ.

Candelabri.

D Lucernarum.

Altaris thymiamatis.

Compoſitio thymiamatis
[*]thymiama

Fabricatio altaris holocauſti.

Exod. 20. d.
Labri ænei.

Atrij.

B

¶ 9 ſcutellas ei[9]. Vox Hebræa KEAAROTH, pro qua interpres vertit acetabula, ſignificat ſcutellas in quibus ponebãtur panes. Vide nomina horũ vaſorũ, ſuprà cap. XXV. ¶ 10 vel, thuribula, in quibus ponebat thus. Hebraicè CAPPOTH. ¶ 11 & opercula & crateres, qb[9] tegẽtur. ſcilicet panes. Vide annotationẽ ſuprà cap. XXV. ¶ 12 vel, ductile ¶ 13 vel, trúcus. ſiue, haſtile ¶ 14. i. ex eadẽ maſſa auri ex qua cãdelabrũ erat factũ. ¶ 15 vel, ſcyphi ¶ 16 Heb. Erátq; ſphærula ſub duob[9] calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duob[9] calamis ex ipſo, & ſphęrula ſub duob[9] calamis ex ipſo: ſex calamis egredientibus ex ipſo. ſub. haſtili cãdelabri. ¶ 17 .i. ex eadẽ materia. ¶ 18 vel, ductile ¶ 19 vel, incenſi. ſiue, thymiamatis ¶ vel, ex eo erãt cornua, i. ex eadẽ materia. ¶ 21 vel, vt mitterentur in eos vectes ad portandũ illã. XXXVIII. ¶ 1. i. ex eadem materia. ¶ 2 vel, craticulã æream ¶ 3 quæ cõueniebãt ad oſtiũ tabernaculi cõuentus. Chaldæus paraphraſtes vertit, quæ veniebant vt orarent in oſtio tabernaculi. Mos erat Iudæorũ omniũ (inquit Rabbi Abrahã) ſuã decorare faciẽ, & aptare tiaram ſingulo mane ad ſpeculũ æneũ, aut in vitreis ſuã faciẽ reſpicere. Erant autem in Iſrael mulieres Deũ colentes, quæ ſpreta mundi vanitate, ſoli Deo placere ſtudentes. ſua ſpecula Domino offerebant: non enim erat illis opus. veniebántque per ſingulos dies ad oſtiũ tabernaculi vt orarent, & Dei audirent præcepta. ¶ 4 ad plagam Meridianam ad Auſtrum,

Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. Ba-
C ſes columnarum fuere æneæ, capita autem earũ cum cunctis cælaturis ſuis argentea: ſed & ipſas columnas atrij veſtiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta menſuram quam cuncta atrij tẽtoria habebant. Colũnæ autem in ingreſſu fuere quatuor cum baſib[us] æneis, capitáque earũ & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. ¶Hæc ſunt inſtrumẽta tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moyſi [9]in ceremonijs Leuitarum per manũ Ithamar filij Aaron ſacerdotis: quæ Beſeleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moyſen iubente, cõpleuerat, iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu Dan: qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque
D plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byſſo. ¶Omne aurum quod expẽſum eſt in opere ſanctuarij, & quod oblatum eſt in donarijs, viginti nouem talentorum fuit, & ſeptingentorũ triginta ſiclorum ad menſurã ſanctuarij. Oblatum eſt autem ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſupra, de ſexcentis trib[us] millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ ſunt baſes ſanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Centum baſes factæ ſunt de talentis centũ, ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis. De mille autem ſeptingentis, & ſeptuagintaquinque ſiclis fecit capita columnarum, quas & ipſas veſtiuit argẽto. Æris quoque oblata ſunt talẽta ſeptuagintaduo millia, & quadringenti ſuprà ſicli, ex quibus fuſæ ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij, & altare æneum cum craticula ſua, omniáque vaſa quæ ad vſum eius pertinent, Et baſes atrij tã in circuitu, quàm in ingreſſu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

¶[9]In ceremonias

Supputatio pretij à populo oblati.

CAP. XXXIX.

Ornat[us] Aarõ. Hæc eadẽ habes ĩ.cap.28.

De hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron quãdo miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymitario. Inciditq; bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine, duáſque oras ſibi inuicem copulatas in vtroque latere ſummitatum, & balteum ex eiſdem colori-
B bus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gẽmaria nominib[us] filiorũ

Omnes tapetes atrij per ambitũ erant ex byſſo torta. Baſes verò columnarum æneæ erant, & vncini columnarum & cincturæ earum argentea, capita verò earum obducta erãt argento, & cingebantur cingulis argẽteis omnes colũnæ atrij. Velum verò quod erat in porta atrij, erat opus Phrygiũ, ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta, habens viginti cubitos in longitudine, [5]& in altitudine ac latitudine quinque cubitos ſecundum proportionem tapetiũ atrij. Columnæ earum erant quatuor, & baſes earum quatuor æneæ, vncini autẽ earum argentei, & [6]obductio capitum earum atque cincturæ earũ ex argẽto. Omnes quoque [7]claui tabernaculi & atrij per circuitũ erãt ænei. ¶[8]Hæc eſt ſumma tabernaculi, [9]tabernaculi inquam teſtimonij, [10]quæ ratione ſubducta eſt iuxta præceptum Moſis, [11]miniſterium Leuitarum [12]in manu Ithamar filij Aharonis ſacerdotis. Et Bezaleel quidem filius Vri filij Hur de tribu Iehuda, fecit quidquid Dominus præceperat Moſi. Cũ illo autẽ erat Ahaliab filius Ahiſamach de tribu Dan, [13]faber, & artifex, & acupictor, in hyacintho, purpura, cocco bis tincto & byſſo. ¶Omne aurũ [14]factum ad opus, in omni opere ſanctuarij, [15]& auri [quod datum fuit ad] tenupha, fuit viginti nouem talenta, & ſeptingẽti triginta ſicli, [16]ſecundum ſiclum ſanctuarij. [17]Argẽti verò quod ex cenſu cœtus [collectum] erat, centum talenta, mille, ſeptingenti quinque, & ſeptuaginta ſicli, ſecundum ſiclum ſanctuarij. [18]Semiſſis pro capite, dimidium ſicli iuxta ſiclũ ſanctuarij, pro omni eo qui tranſibat [19]in numerum, ab eo qui natus erat viginti annos. & ſupra. [20]pro ſexcentis millibus & tribus millibus, & quingentis quinquaginta. Et fuerunt centum talenta argenti ad fuſionem baſium ſanctuarij, & baſium veli, ex centum inquam talentis centum baſes, talẽtum pro baſe. [21]Sed & mille ſeptingentos, & ſeptuaginta quinq; vncinos fecit columnis, & obduxit capitella earum, & fecit cincturas earũ. Æris verò [22]quod ad tenupha [oblatum erat,] ſeptuaginta talenta & bis mille quadringenti ſicli. Fecit autẽ ex eo baſes ad oſtium tẽtorij [23]conſtitutionis, & aram æneam, & reticulum æneum pro ea cũ omnibus inſtrumẽtis aræ. Sed & baſes atrij per ambitum, & baſes pro porta atrij, & omnes [24]clauos tabernaculi, & omnes [24]clauos atrij per circuitũ.

CAP. XXXIX.

De hyacinthino verò [ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto fecerunt veſtes [1]inuolutionis quæ ſeruirent ſanctuario. fecerunt & veſtes ſanctas Aharoni, quemadmodum præceperat Dominus ipſi Moſi. Et fecit ephod ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo torta. [2]Et diduxerunt bracteas aureas vt abſcinderentur faſciæ, quæ texebantur inter hyacinthum, purpuram, & coccum bis tinctum, & byſſum, opere ſcilicet polymito. [3]Humeros fecerunt ei cohærentes, vt ad duas extremitates eius committantur. Textura polymita limbi eius quæ erat ſuperne in eo, erat quemadmodum opus eius, quin ex ipſo fuit, nempe ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo torta, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. [4]Fecerunt quoque lapides ſchoham, circundatos aureis [5]ſpinteribus, ſcalptos [6]cælaturis eius qui ſigna cælat, cum nominibus filiorum

¶5 & altitudo quæ ex latitudine ſumitur, erat quinq; cubitorum, obſeruata proportione ad cortinas ſiue tapetia atrij. ¶6 operimentúmq; capitellorũ earũ, & cælaturæ earũ, erant ex argento. ¶7 Clauos ſiue paxillos vocat, quos vocam[us] Gallice Affiches: quib[us] retinebãtur in terra cortinæ ſiue tapetia, ne facilè a vẽto raperẽt. ¶8 Heb. Hæc ſunt numerata tabernaculi. i. partes tabernaculi quæ ad numerũ ſũt cõmiſſæ Leuitis. Hæc autẽ per anticipationẽ dicũtur: quod ex principio libri Numerorũ intelligitur.

¶9 Deeſt dictio [arcæ] vt ſic legatur, Tabernaculi arcæ teſtimonij. Vocat autẽ arcam teſtimonij, eam in qua tabulæ quæ Domini voluntatẽ teſtabantur, repoſitæ erant.

¶10 vel, quæ recenſita fuerũt ¶11 ſub. vt eſſẽt: hoc modo, vt eſſent miniſterium Leuitarum. i. vt ea curarent Leuitæ. Officium enim Leuitarũ erat transferẽdi tabernaculi, quãdo locum mutabãt Iſraelitæ. ¶12. i. opera Ithamar. Eſt Hebraiſmus. ¶13 ſiue, faber lignarius, polymitarius, & plumarius. ¶14 vel, quod inſumptum fuit in opus, ¶15 fuit autem aurum oblationis. i. ſponte oblatum in donarijs. Hoc debet legi per parẽtheſin. ¶16 vel, iuxta ſiclos quibus vtebantur in ſanctuario. ¶17 Heb. Argentum autem numeratorum congregationis, centum &c. i. eorum qui ex congregatione in numerum venerant. hoc eſt argentum datum à recenſitis qui iam attigerant viceſimum annũ, vt mox ſequitur. ¶18 Drachma per ſingula capita, id eſt ¶19 ad numeratos, ¶20 vel, in ſexcentis. Vel, à ſexcentis, & tribus millibus, ſub. hominum, qui in numerum tranſibant &c. ¶21 Heb. Et ex mille & ſeptingentis & quinque & ſeptuaginta fecit epiſtylia columnarum, ¶22 oblati vltro, erat ſeptuaginta ¶23 conuentus. ¶24 vel, paxillos, aut, palos XXXIX. ¶1 Heb. miniſterij quæ &c. Vide duodecimam annotationem capitis viceſimiquinti. ¶2 vel, Extenuauerũtque bracteas aureas vnde abſcidit fila quæ texebãtur cũ hyacintho, purpura cocco, & lino, opere Phrygionis. ¶3 vel, Feceruntq; & latera illi, quæ copularentur inter ſe: in duabus extremitatibus ſuis coniungebatur. Artificium quoque cinguli eius quod erat ſuper ipſum, ex ipſo erat, & ſimilis texturæ, ex auro, &c. Ex ipſo ait. i. ex eadẽ materia. ¶4 vel, Parauerunt quoq; lapides onychinos. ſub. arte gẽmaria. Gallice, Ilz ont taillé. ¶5 pallis, ¶6 ſculpturis ſigillorum. i. elegantiſſimis.

¶7 lateribus
¶8 ſiue. ephod,
¶9 Heb. in ea quatuor ordines lapillorū. ordo [ſub. qui erat, aut, i quo erant] ſardius, topazius, & carbūculus, ſerat] ordo prim⁹. De his lapidū, nominib⁹, vide ſ. ca. XXVIII.
¶10 Heb. i plenitudinib⁹ ſuis .i. quas implebāt.
¶11 iuxta nomina &c. i. æquabāt filios Iſrael.
¶12 iuxta nomina
¶13 Heb. ſculpturæ annuli, quiſque iuxta nomē ſuū pro duodecim tribub⁹. vl, iuxta duodecim tribus. Per appoſitionē dictū, ſculpturæ ānuli. q.d. lapides iſti ſiue gēmæ iſtæ erāt ſculptæ ſculptura ānuli. i. expſſa & quę legi poſſit.
¶14 catenas termini opere intorto ex auro puro. i. catenas breues in modū funiū ex auro mundo.
¶15 Iam autem fecerant duas palas aureas,
¶16 Heb. duos funes aureos. i. duas catenas aureas factas opere intorto inſtar funiū.
¶17 Heb. duorū funiū[. i. duarū catenarū inſtar funis intortarū] inſeres duo

Iſrael. & poſuit eos in[7] humeris[8] ephod, vt eſſent lapides monumenti pro filijs Iſrael, ſicut præceperat Domin⁹ Moſi. ¶ Fecit & pectorale opere textili polymito, quemadmodum opus[9] humeralis, ex auro, hyacinthino[ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta. Quadratū fuit, atq; duplicatum fecerunt pectorale illud. cuius longitudo palmum habebat, & latitudo palmū, duplicatum. Et impleuerunt[9] ipſum quatuor ordinibus gemmarum. ordo ſardonychis, topaſij & ſmaragdi ordo vnus. Secundus ordo carbunculi, ſapphiri & adamantis. In tertio ordine lyncurius, achates & amethyſt⁹. In quarto ordine hyacinthus, onyx & iaſpis, circundati palis aureis,[10] quibus erant inſerti. Et gemmæ iſtæ erant[11] cū nominibus filiorū Iſrael, nēpe duodecim,[12] pro nominibus illorum.[13] exculptæ vt ſigna exculpi ſolent, ſingulæ nominibus ſuis iuxta duodecim tribus. Fecerūt quoq; pectorali[14] catenulas cōplicato opere ex auro mundo in extremitatibus.[15] Fecerūt & duo ſpintra aurea, & duos annulos aureos, & poſuerūt duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. Et inſeruerunt[16] duas aureas catenulas cōplicatas. i duobus annulis. i extremitatibus pectoralis. Sed & [alias] duas extremitates[17] duarum catenularū cōplicatarum, inſeruerūt in duo ſpintra fibulata, poſuerūtq; ea in hūeros ephod eregione ipſius. ¶ Fecerūt & duos annulos aureos, quos poſuerunt[18] in duobus humeris ephod inferne, eregione iuxta commiſſuras eius, ſupra texturam polymitam ipſius ephod. Et[10] conſociarunt pectorale annulis ſu's ad annulos ephod faſcia hyacinthina, vt[11] eſſet ſupra texturam polymitam ipſius ephod, vt nō ſepararetur pectorale ab ipſo ephod, ſicut præceperat Dominus.[12] Ad ephod fecit interulam laxiorem opere textili, quæ fuit tota hyacinthina. Et foramen erat in medio eius, inſtar foraminis loricæ, & circa foramen limbus per ambitum, ne dirūperetur. Fecerúntque in fimbriis interulæ mala punica ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta. Fecerūt & tintinnabula ex auro mūdo, poſuerūntq; tintinnabula inter mala punica[13] in fimbrijs interulæ per ambitū inter mala punica. Tintinnabulum & malum punicū, [& rurſus] tintinnabulum & malum punicum in fimbriis[14] interulæ per ambitum[15] ad miniſtrādum, quemadmodū præceperat Dominus Moſi. ¶ Fecerunt quoq; tunicas byſſinas opere textili pro Aharone & filijs eius. Et[16] tiaram byſſinam, &[17] pileolos byſſinos decoros, & femoralia linea ex torta byſſo.

Iſrael. Sex nomina in lapide vno, & ſex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. poſuitque eos in lateribus ſuperhumeralis in monimentū filiorū Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶ Fecit & rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta: quadrangulum, duplex, menſuræ palmi. Et poſuit in eo gēmarū ordines quatuor. In primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus. In ſecundo, carbūculus, ſapphirus & iaſpis. In tertio, ligyrius, achates & amethyſtus. In quarto, chryſolithus, onychinus, & berillus, circundati & incluſi auro per ordines ſuos. Ipſique lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli per nomina ſingulorum. Fecerunt in rationali & catenulas ſibiinuicem cohærentes, de auro puriſſimo: & duos vncinos, totidémque annulos aureos. Porrò annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus pēderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerūt vncinis qui in ſuperhumeralis angulis eminebant. Hæc & antè & retrò ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale & rationale mutuò necterētur, ſtricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iūgebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi. ¶ Fecerūt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, & capitiū in ſuperiori parte contra medium, orámque per gyrum capitij textilē: deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta: & tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerūt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrū: tintinnabulū autē aureū & malū punicū, quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶ Fecerūt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filijs ei⁹: & mitras cū coronulis ſuis ex byſſo: feminalia quoque linea, byſſina: cingulū verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo diſtinctū arte plumaria, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶ Fecerūt & laminā ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſerūtq; in ea opere gēmario, Sanctū Domini: & ſtrinxerūt eā cū mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶ Perfectū eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonii: fecerúntque filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi. Et obtulerūt tabernaculū & tectū & vniuerſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, colūnas ac

Rationale.

C

D

Tunica.

E

F Lamina ſacra.

Popul⁹ offert Domino cūcta quæ fieri iuſſerat

Et zonam ex byſſo torta, hyacinthino[ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto, opere Phrygio, quemadmodum Dominus Moſi præceperat. ¶ Et fecerunt laminā[18] coronam ſanctam ex auro mundo, & ſcripſerunt ſuper eam ſcripturam[19] vt ſigna cælari ſolent,][10] Sanctum Domino. Et[11] adhibuerunt ei faſciam hyacinthinam, qua alligaretur tiaræ, ſurſum, quemadmodum Dominus Moſi præceperat. ¶ Abſolutū eſt itaque vniuerſum opus[12] tabernaculi, tentoriique conſtitutionis: & fecerunt filij Iſrael iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moſi, ſic fecerunt. Et attulerunt tabernaculum ad Moſen[13] [nempe] tētoriū & omnia inſtrumenta eius, fibulas eius, & aſſeres eius, & vectes eius, & colūnas

bus vncinis: ponéſque [ſub. fines illarum catenarū] in lateribus ipſius ſuperhumeralis eregione faciei eius. Id eſt in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærēt palis duorum lapidum onychinorum. ¶19 In duobus lateribus ſuperhumeralis inferne, eregione faciei eius, & eregione coniūctionis eius, paulo ſupra artificiū ſuperhumeralis. Eregione, inquit, faciei eius. i. in parte eius anteriore. ¶10 vl. coniunxerunt ¶11 [ſub. pectorale,] ſuper artificium ſuperhumeralis, ¶12 Fecit & pallium ſuperhumeralis. i. pallium quod ſupponebatur ipſi ſuperhumerali. ¶13. i. in medio ſummæ partis ipſius pallij. erat enim ex omni parte clauſū excepto orificio, ſiue foramine illo. ¶14 pallij ¶15. i. in pallio quo vtebatur ad miniſtrandum. ¶16 vl. mitram ¶17 Heb. ornamenta galerorum ex byſſo. Id eſt elegantes pileolos. ¶18 Heb. coronæ ſanctitatis. Vel, pro corona ſancta ¶19 ſculpturarū annuli. Id eſt ſcriptura elegantiſſima, & facta affabre. ¶10 Vide annotationem in fine capitis XXVIII huius. ¶11 inſeruerunt in ea [ſubaudi laminā] filum hyacinthinum, vt collocarent eam ſupra mitram. Id eſt, paulo ſupra frontem. ¶12 tabernaculi, & tentorii conuentus. Id eſt, tabernaculi quod alio nomine dicitur tentorium conuentus. Per appoſitionem enim tabernaculum dicitur tentorium conuentus. Debétque hoc loco ET, pro Id eſt accipi. ¶13 Hæc per expoſitionem dicuntur. exponit enim quid per tabernaculum intelligat, nempe &c.

¶ [f] ianthinis

baſes, Opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud opertmentum de [f] hyacinthinis pellibus. velum, Arcam, vectes propitiatorium, Men-
G ſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus: Cãdelabrum, lucernas, & vtẽſilia earum cum oleo: Altare aureũ, & vnguentũ, & thymiama ex aromatibus, & tentorium in introitu tabernaculi: Altare æneum, retiaculum, vectes, & vaſa eiꝰ omnia: labrum cum baſi ſua: Tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis, Tẽtorium in introitu atrij, funiculóſque illius & paxillos. nihil ex vaſis defuit quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. Veſtes quoq; quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario, Aaron ſcilicet & filij eius, obtulerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus. Quę poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis. CAP. XL.

Erigitur tabernaculum.

LOcutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Mẽſe primo, prima die mẽſis, eriges tabernaculum teſtimonij, Et pones in eo arcã, demittéſque ante illam velum. Et illata mẽſa pones ſuper eã quæ ritè præcepta ſunt. candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis, Et altare aureum in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonij. Tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij pones: & ante illud, altare holocauſti: Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. Circundabiſque atrium tentorijs, & ingreſſum eius. Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cũ vaſis ſuis, vt ſanctificentur: altare holocauſti & omnia vaſa eius labrũ cum baſi ſua: omnia vn-
B ctionis oleo conſecrabis, vt ſint ſancta ſanctorũ. ¶Applicabíſque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrẽt mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. Fecitque Moyſes omnia quæ præceperat Dominus. ¶Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die men-

Nume. 7. a.

ſis collocatum eſt tabernaculum. ¶Erexitq; Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes, ſtatuitque columnas, & expandit tectum ſuper tabernaculum, impoſito déſuper operimẽto, ſicut Dominꝰ imperauerat. ¶Poſuit & teſtimoniũ in arca, ſubditis infrà vectibus, & oraculũ déſuper. Cúmq; intuliſſet arcã i tabernaculũ [8] teſtimonij, appendit ante eam velum, vt expleret Domini
C iuſſionẽ. ¶Poſuit & menſã in tabernaculo teſtimonij ad plagam Septentrionalem extra velũ, ordinatis corã propoſitionis panibus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶Poſuit & candelabrũ in tabernaculo teſtimonij eregiõe mẽſæ in parte Auſtrali, locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptũ Domini. ¶Poſuit & altare aureũ ſub

eius, & baſes eius. Et tegumentum ex pellibus arietinis rubris, & tegumentum ex pellibus [14] melium, & [15] velum obtentionis. Arcam teſtimonij & vectes eius, atque propitiatorium. Et menſam, omniáque eius inſtrumenta, & panem facierum. [16] Luminare mundum, [17] lampades eius, lampades diſpoſitas, & omnia inſtrumẽta eius, & oleum ad luminare. Et aram auream, & oleum vnctionis, & ſuffimentum aromaticum, & velum ad oſtium tẽtorij. Aram quoque æneam, & reticulum eius æneum, vectes eius, & omnia inſtrumenta eius. labrum & baſim eius. Tapetes atrij, & columnas eius, & baſes eius: & velũ pro porta atrij, & [18] clauos eius atque funes eius, ſed & cũcta inſtrumẽta [19] cultus tabernaculi [40] ad tentorium conſtitutionis. Veſtes quibus inuoluuntur res [41] quæ pertinent ad miniſteriũ ſanctuarij, veſtes ſanctas pro Aharone ſacerdote, & veſtes filiorum eius, in quibus ſacerdotio fungerẽtur. Iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moſi, ſic fecerunt filij Iſrael [42] pro vniuerſo miniſterio. [43] Et vidit Moſes vniuerſũ opus, & ecce abſoluerant hoc, ſicut præceperat Dominus, ſic inquã fecerant. & [44] laudauit eos Moſes. CAP. XL.

LOquutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, [1] In die menſis primi, in primo mẽſis, eriges tabernaculum [2] tentorij conſtitutionis. Et pones in eo arcam teſtimonij, & obteges arcã velo. Inferéſque menſam, & ordinabis eam iuxta diſpoſitionem ſuam: Inferes & candelabrum, & [3] in ſublime collocabis lãpades eius. Pones deinde arã auream incenſi coram arca teſtimonij, & pones velum ad oſtium tabernaculi. Aram verò holocauſti pones ante oſtium tabernaculi [4] tentorij cõſtitutionis. Labrum ipſum pones inter tabernaculum [5] conſtitutionis, & inter aram, & pones illuc aquas. Pones & atriũ per circuitum, & expandes velum ad portam atrij. Tolles & oleum vnctionis, & vnges tabernaculum, & quicquid in eo eſt, & conſecrabis illud cum vniuerſis inſtrumentis ſuis, vt ſit ſanctum. Vnges & aram holocauſti, atque omnia inſtrumenta eius, & conſecrabis aram, vt ſit ara [6] ſacroſancta. Vnges & labrum atque baſim eius. & cõſecrabis ipſum. ¶Et adduces Aharonem & filios eius ad oſtium tentorij [5] conſtitutionis, & lauabis eos aqua. Indues quoque Aharoni veſtes ſanctas, & vnges eum, cõſecrabíſque eum, vt ſacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eiꝰ adduces, & indues eos tunicis. Et vnges eos quemadmodum vnxiſti patrem eorũ, vt ſacerdotio mihi fungátur. [7] futurũ enim eſt, vt ſit illis vnctio eorum in ſacerdotium perpetuum in poſteritatibus ſuis. Fecit autem Moſes iuxta omnia quæ præcepit ei Dominus, ſic inquam fecit. ¶Et factũ eſt menſe primo, anno ſecundo, primo menſis erectum eſt tabernaculũ. Erexit autẽ Moſes tabernaculũ illud, ponens baſes eiꝰ, & ponẽs aſſeres eius, & ponens vectes eius, & erigẽs columnas eius. Extẽditque tentoriũ ſuper tabernaculũ, & poſuit tegumẽtũ [8] tectorij [9] ſuper illud ſuperne, ſicut præceperat Dominus Moſi. ¶Tulit quoque [9] teſtimoniũ, & repoſuit illud in arcam, addiditque vectes arcæ, & poſuit propitiatorium ſuper arcam. Et inferens arcam in tabernaculum, obtendit [10] velũ obtentionis, operiens arcam teſtimonij, quẽadmodũ præceperat Dominus Moſi. ¶Poſuit & menſam intra tentoriũ [11] conſtitutionis ad latus tabernaculi Septẽtrionale, extra tamẽ velũ. Et diſpoſuit ſuper eã ordinẽ panis in cõſpectu Domini, ſicut præceperat Dominus Moſi. ¶Poſuit & cãdelabrũ in tentoriũ [11] cõſtitutionis, eregione mẽſæ, ad latus tabernaculi Meridionale. [12] Erexit & lãpades corã Domino, [13] quẽadmodũ Dominꝰ ipſi Moſi pceperat. ¶Et arã aureã poſuit in

¶14 vl, taxorũ. ¶15 Heb. velum muſach. i. velũ quod alio nomine dicit muſach. i. aulæũ. ¶16 Cãdelabrũ ¶17 vl, cum lucernis eius, cũ lucernis [ïquã] diſpoſitionis. i. quæ quotidie aptebitur mane & veſperi. ¶18 funes eius & paxillos eiꝰ. Gallice ſes fiches. ¶19 miniſterij ¶40 pro tentorio cõuentus. vl, [quod etiam dicebatur] Oel moerd. i. tentorium fœderis, ſiue conuentus. ¶41 vl, miniſterij ad miniſtrandum in ſanctuario. Id eſt, quibus vtebantur in transferendo tabernaculo. ¶42 Heb. vniuerſum opus. ¶43 Hebraiſmꝰ eſt, pro, Diligẽter perſpecto opere vniuerſo quod fecerant, deprehẽdit perfectum eſſe vt pręceperat Dominꝰ. ¶44 Heb. benedixit illis Moſes.

X L.

¶1. i. Die quadã menſis primi, nempe prima eiuſdẽ. hoc eſt, Prima die mẽſis Niſan. Aſcendit enim Moſes altera vice montem Sinai, vi. eſimanona die mẽſis Ab, & deſcendit iterũ de monte decima die menſis Tiſri, qui fuit dies propitiationis: fuitque per totum menſem Elul, & per decem dies menſis Tiſri in monte, quadraginta ſcilicet diebus ac noctibus. Et mox vt deſcendit, præcepit vt inſiſterent operi tabernaculi perficiendo: conſummaueruntque vniuerſum opus ab Autumno, vſque ad principium menſis Paſchalis, qui iam erat ſecundus annus (incipiens ſcilicet) ab egreſſu de Ægypto. ¶2 tentorium conuentus. Hoc per appoſitionem dictum eſt: tabernaculum quod alio nomine dicitur tentorium conuentus. ¶3 accendes lucernas eius. ¶4 tentorium conuentus. Per appoſitionem dictum. ¶5 conuentus, ¶6 Heb. ſanctitas ſanctitatum. ¶7. i. per hanc vnctionem erunt mihi ſacerdotes perpetui, hoc eſt quandiu viuent. ¶8 Tectorium iſtud erat factũ ex pellibus caprarũ. ¶9. i. tabulas teſtimonij. ¶10. i. velum illud quod oppandebatur arcæ, & quo diſtinguebatur tabernaculum in duas partes. ¶11 conuentus. Sic & paulo poſt. ¶12 Accendit & lucernas ¶13 Hebraiſmus, pro, vt ipſe Moſi præceperat. antecedens pro relatiuo.

¶14 tabernaculi tentorij conuent[°]. Iſta duo idẽ ſignificãt. q.d. in oſtio tabernaculi, tabernaculi in quam conuentus, ſiue fœderis. ¶15 oblationẽ. Iſta oblatio fiebat de liquidis, farina ſimilaginea cõſperſa oleo. ¶16 vt, lauabãt ex eo. i. ex eius aqua. ¶17 tabernaculũ conuentus, ¶18 .i. quoties proficiſcebantur.

tentorium cõſtitutionis ante velum. Et adoleuit ſuper eã ſuffimentum aromaticũ, quẽadmodum præceperat Dominus Moſi. ¶Suſpẽdit & velamẽ ad oſtiũ tabernaculi. ¶Et arã holocauſti poſuit ad oſtiũ[14] tabernaculi tentorij conſtitutionis,' & ſacrificauit ſup ipſam holocauſtũ, & [15]cibariũ ſacrificium,' quemadmodũ præceperat Dominus Moſi. ¶Poſuit & labrũ inter tentorium conſtitutionis, & inter aram, & immiſit in illud aquam ad lauandum. Et[16] lauerunt ex eo' Moſes, & Aharon & filij eius manus ſuas & pedes ſuos quum introirent in tentorium conſtitutionis, & quũ appropinquarent ad aram, lauerunt, ſicut Dominus Moſi præceperat. ¶Erexit quoque atriũ per circuitũ tabernaculi & aræ, & poſuit velamẽ ad portam atrij. & abſoluit Moſes opus illud. ¶Et nubes obtexit[17] tentorium conſtitutionis,' & gloria Domini impleuit tabernaculum. Et Moſes non potuit introire in tentorium conſtitutionis, eo quòd nubes habitaret ſuper ipſum & q̃ gloria Domini impleret tabernaculum. Quúmq; nubes in altum tolleretur à tabernaculo, proficiſcebantur filij Iſrael per cunctas profectiones ſuas. Quando verò nubes nõ tollebatur in altũ, non proficiſcebantur, vſque ad diem quo ſuſtolleretur. Nam nubes Domini erat ſuper tabernaculum interdiu, & ignis erat in eo noctu coram oculis vniuerſæ domus Iſrael,[18] in omnibus profectionibus ſuis.

tecto teſtimonij contra velum, & adoleuit ſuper eo incenſum aromatum, ſicut iuſſerat Dominus Moyſi. ¶Poſuit & tẽtoriũ ĩ introitu tabernaculi teſtimonij. ¶Et altare holocauſti ĩ veſtibulo teſtimonij, offerẽs in eo holocauſtum & ſacrificia, vt Dominus imperauerat. ¶Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculũ teſtimonij, & altare, implens illud aqua. Lauerúntque[*] Moyſes & Aarõ, ac filij eius manus ſuas & pedes, cum ingrederẽtur tectum fœderis, & accederent ad altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶Erexit & atrium per gyrũ tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. ¶Poſtquã omnia perfecta ſũt, operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante: quia cuncta, nubes operuerat. Siquando nubes tabernaculũ deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas: Si pendebat dẽſuper, manebãt in eodẽ loco. Nubes quippe Domini incubabat per diẽ tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Iſrael per cunctas manſiones ſuas.

D [*]in eo

Nubes, diuinæ præſentiæ ſignũ, tabernaculũ operit.
Nume. 9. c.
3. reg. 8. b.

# Liber Leuiticus, Hebraice Vaicra.

Leuiticus, Græcè τὸ λευιτικόν, ita dicitur quòd in eo fuſiſſimè & prolixiſſimè tractãtur quæcunq; pertinent ad officiũ & prouinciam tribus Leui: vt ſunt holocauſta & reliqua omnia ſacrificiorũ & oblationum genera, cura ignis perpetui, diſcrimen animalium mundorũ & immundorum, indictio dierum feſtorum, promulgatio anni iubilei, & alia quãplurima. Hebraicè verò VAIICRA appellatur, id eſt, Et vocauit: à primo libri vocabulo: quæ nomenclatura familiaris eſt Hebræis in toto Pentateucho.

CAP. I.

¶1 Hebraiſm[°] eſt, pro, Vocauit autem Dominus Moyſen, & locutus eſt ei. Hæc præfatur Moyſes, vt intelligamus hæc ſacrificia à Deo inſtituta. ¶2 conuentus ¶3 Heb. Homo

V[1]Ocauit autem Moſen, & loquutus eſt Dominus ad eum' è tẽtorio [2]cõſtitutionis' in hanc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, [3]Si quiſpiam ex vobis adduxerit ſacrificium' Domino: [4]ex animalibus [his nempe] de bobus[5] & ouibus[6] adducetis ſacrificia veſtra. [7]Si holocauſtum fuerit [8]ſacrificium' eius ex armento, adferat [vitulum] marẽ[9] integrum,' & adducat eum ad oſtium[10] tentorij conſtitutionis, [11]vt acceptus ſit ipſe coram Domino.' Et admouebit manum ſuam ſuper caput [12]holocauſti,' & acceptum erit pro eo, [13]vt expiatio pro eo fiat.

CAP. I.

Ritus offerẽdi armenta.

V Ocauit autẽ Moyſen, & locutus eſt ei Dominus de tabernaculo teſtimonij, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiam Domino: de pecoribus, id eſt de bobus & ouibus offerens victimas, [Si holocauſtũ fuerit eius oblatio, ac de armento: maſculum immaculatũ offeret ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, ad placãdũ ſibi Dominũ: ponétq; man[*] ſuper caput hoſtiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationẽ eius proficiẽs.

Exod. 29. b.

quũ obtulerit ex vobis oblationem &c. Hebraiſmus eſt, pro, Cum quiſpiam priuatus offerre volet. Hic loquitur de ſacrificio priuato. Duabus autem de cauſis olim præcepit Deus ſacrificia Iudæis: primùm vt populus in idololatriam pronus, ab idolis auerteretur, & in cultu vnius Dei contineretur. Deinde vt typos haberet populus Dei ſacrificij Chriſti, quem oportebat aliquando in crucem agi pro peccatis ſuorũ. ¶4 Heb. de greſſilibus, ex armento & ex grege .i. de animalibus quæ gradiuntur, nempe ex armento, ſiue ex bobus, & ex gregibus offeretis. ¶5 & grege. Id eſt ex ouibus & capris. Vox Hebræa S H N, communis eſt ad oues & capras. ¶6 Heb. offeratis oblationem veſtram. Hebraiſmus eſt, pro, offerat eam. eſt enim perſonæ & numeri mutatio, & antecedens pro relatiuo. ¶7 Quaſi dicat, Si quiſpiã offerre volet oblationẽ ex armento, quam velit totã igni abſumi. Hæc oblatio, Hebræis O L A dicitur, quæ tota igni abſumebatur, ab עלה, id eſt aſcendit, quòd tota in fumum aſcẽderet & abiret. A Græcis verò ὁλόκαυστον ſiue ὁλοκαύτωμα, quaſi totum combuſtum, aut totum igne abſumptum, quòd totum igni abſumeretur. ¶8 oblatio ¶9 vt, perfectum. Hoc eſt, vitij ac labis expertem, non macilentum, non debilem, non languidum. ¶10 tabernaculi conuentus. Vel, fœderis. id eſt, ad oſtium atrij. Tabernaculũ conuentus ſiue fœderis, propriè erat domiciliũ arcæ & altaris thymiamatis, id eſt Sanctum & Sanctum ſanctorum, ſignificat. accipitur tamen aliquando pro toto ædificio illo ſacro quod etiam atrium complectitur, vt hic & Nume. 4. c. ad oſtium enim atrij deducebant hoſtiam, quam ſacerdotibus tradebant. ¶11 propria ſua voluntate coram Domino. Sic rectius vertitur. Chaldæus tamen paraphraſtes vertit, vt accepta ſit illi coram Domino. Id eſt, ad placandum Deum. ſic etiam L X X. Quod ait, Coram Domino, ſignificat ante tabernaculum cõuentus, ſiue fœderis, vbi exhibebat ſe Deus præſentem filiis Iſrael. ¶12 Id eſt, victimæ quæ futura eſt holocauſtum, totáque igni abſumenda eſt. Impoſitione manuũ ſignificabat offerens, ſuam oblationem eſſe ſpontaneam, ſeque omnia quæ in manu ſua erant, à Deo accepiſſe. ¶13 Id eſt, vt proficiat ei ad placandum ipſi Deum. quaſi dicat, hac victima reddetur Deus illi propitius. Chaldæus paraphraſtes, vt ſit redemptio pœnarum quas ille daturus erat.

B Immolabitq; vitulũ corã Domino, & offerẽt filij
¶[a] ſacerdotes — Aaron [a] ſacerdotis ſanguinem eius, fundẽtes per altaris circuitum, quod eſt ante oſtium tabernaculi. Detractáque pelle hoſtiæ, artus in fruſta concident. Et ſubijciẽt in altari ignẽ, ſtrue lignorum antè compoſita. Et membra quæ ſunt cæſa, deſuper ordinantes, caput videlicet, & cũcta quæ adhæreẽt iecori, inteſtinis & pedibus lotis aqua:
adolebitque ea ſacerdos ſuper altare in holocau-
Pecudes. C ſtum & ſuauem odorẽ Domino. ¶ Quòd ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus ſiue de capris ho-
¶[b] maſculum — locauſtum: [b] agnum anniculum & abſque macula offeret: immolabitque ad latus altaris quod reſpicit Aquilonẽ, coram Domino. ſanguinẽ verò illius fundẽt ſuper altare filij Aaron per circuitum. Diuidẽntque mẽbra, caput & omnia quę adhærent iecori: & imponent ſuper ligna, quibus ſubijciendus eſt ignis. Inteſtina verò & pedes lauabunt aqua: & oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & odorem
Aues. — ſuauiſſimum Domino. ¶ Si autem de auibus, ho-
D locauſti oblatio fuerit Domino: de turturib⁹ & pullis columbæ offeret eam ſacerdos ad altare: & retorto ad collũ capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinẽ altaris. Veſiculã verò gutturis & plumas proijciet prope altare ad Oriẽtalẽ plagã, in loco in quo cineres effũdi ſolẽt. Cõfringẽtq; aſcellas ei⁹, & nõ ſecabit, neq; ferro diuidet eã, & adolebit ſuper altare, lignis igne ſuppoſito. holocauſtũ eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino. CAP. II.

De oblatione ſacrificiorũ, ſimilæ. — ANima cum obtulerit oblationẽ ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio. fundẽtque ſuper eã oleum, & ponet thus, Ac deferet ad filios Aarõ
¶[a] ſacerdotes — [a] ſacerdotis: quorũ vnus tollet pugillũ plenũ ſi-
Thuris. — milæ & olei, ac totũ thus, & ponet memoriale ſu-
Eccli 7.d. — per altare in odorẽ ſuauiſſimũ Domino. ¶Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius. ſanctum ſanctorum de oblatio-
Panum. — nibus Domini. ¶Cũ autẽ obtuleris ſacrificiũ coctũ in clibano: de ſimila, panes ſcilicet abſq; fer-
E mento cõſperſo oleo, & lagana azyma oleo lita.
Laganorum. — ¶Si oblatio tua fuerit de ſartagine: ſimilæ conſperſæ oleo & abſq; fermẽto, diuides eã minutatim, & fundes ſuper eã oleũ. ¶Sin autẽ de craticula fuerit ſacrificiũ, ęque ſimila oleo cõſpergetur quã offerẽs Domino, trades manibus ſacerdotis.

Et [14] mactabit vitulum [15] coram Domino, & adducent filij Aharonis ſacerdotes ſanguinem, ſpargẽntque illũ ſuper aram per ambitum, quę [ara] eſt ad oſtium tentorij conſtitutionis. Deinde detracta pelle, [16] incidat holocauſtũ [17] iuxta inciſiones ſuas. Ponẽntq; filij Aharonis ſacerdotis ignẽ ſuper aram, & ſtruẽt ligna ſuper ignem. Et conſtruent filij Aharonis ſacerdotes [18] inciſiones, caput videlicet & [19] exta ſuper ligna quæ ſunt in ara ſuper ignem. [20] Ventrem autem eius & crura eius aqua lauabit, & incẽdet ſacerdos omnia [21] in ara: holocauſtum, ſacrificium hoc igne confectũ, odor ſuaueolens Domino. ¶Si verò de grege fuerit ſacrificium eius, de ouibus ſcilicet aut capris [22] holocauſtũ, adducat marem integrum. Et mactet ipſum ad latus Aquilonare ipſius aræ [23] corã Domino. ſpargántq; filij Aharonis ſacerdotes ſanguinẽ eius ſuper arã per circuitũ. [24] Et incidant ipſum inciſionibus ſuis, nempe caput eius & [16] exta, conſtruẽtque ſacerdos ea ſuper ligna quæ ſunt in ara ſuper ignẽ. [17] Ventrẽ verò & crura aqua lauabit, & adducet ſacerdos vniuerſa, & incẽdet [17] i ara: holocauſtũ, ſacrificiũ hoc igne confectũ odor ſuaueolens Domino. ¶Si verò holocauſtum quis Domino offerre voluerit ex auibus, adducat de turturibus aut pullis columbarum [18] ſacrificium ſuum. Sacerdos adferet ipſum ad aram, [19] contorquebitque caput eius, & incendet in ara: ſanguis verò eius iuxta parietẽ aræ guttatim effundatur. Et tollet [20] ventriculum eius cũ pluma, & proijciet eam iuxta aram [21] ad Orientem, ad locum [22] cineris. Et findat [23] ipſum cũ alis ſuis, ſed non ſeparet: incendẽtque ipſum ſacerdos i ara ſuper ligna quæ ſunt ſuper ignẽ: [24] vt ſit holocauſtum igne confectum odor ſuaueolens Domino. CAP. II.

A[1]Nima quæ Domino cibarium ſacrificium offerre voluerit, [2] ſit eius oblatio de ſimilagine: & fundat ſuper eam oleum, & ponat ſuper eã thus. Adferátque eam ad filios Aharon ſacerdotes, & [3] apprehendat inde volam ſuam plenã de ſimila eius, & de oleo eius, cum vniuerſo thure eius: & incendet ſacerdos [4] monumentũ eius ſuper aram, ſacrificium, hoc igne confit in odorem ſuaueolentem Domino. [5] Reſiduum verò illius 'cibarij ſacrificij' erit Aharonis & filiorum eius, [6] ſacroſanctũ de ſacrificijs Domini. ¶[11] Et ſi attuleris oblationẽ, cibarium ſcilicet ſacrificiũ ex ijs quæ in fornace coquuntur, [7] ſit placenta ſimilaginea, azyma oleo conſperſa, & lagana infermentata deuncta oleo. ¶Si verò munus tuũ oblatum fuerit de ſartagine, erit [8] ſimila infermentata oleo ſubacta. Cõminues autẽ [9] eam [10] minutim, & fundes ſuper eã oleum, [11] ſacrificiũ cibariũ eſt hoc. ¶[12] Si ſacrificiũ cibariũ, q adfers, eſt de frixorio, fiat de ſimilagine cũ oleo. Et inferes ſacrificiũ hoc cibariũ, quod factũ eſt ex illis, ad Dominũ, & adferes illud ſacerdoti, vt adducat illud ad arã.

¶14 ſub. ſacerdos, vel Leuita. ¶15.i. corã altari Domini. ¶16 ſacerdos nẽpe, aut miniſter. ¶17.i. mẽbratim. ¶18.i. mẽbra hoſtiæ icíſa. ¶19 adipẽ. Vox Hebræa P E D E R, ſignificat adipẽ illũ ſiue reticulũ illud quod ſuper hepar poſitum inuenitur.

¶20 Inteſtina ¶21 ſuper altare: holocauſtũ eſt vſtulatũ (vel ignitũ) odoris quietis Domino. i. odoris gratiſſimi. q.d. holocauſtum iſtud quod igni abſumitur, nidorem reddit ſuauiſſimũ quo placatur De⁹. ¶22 vſ, ad holocauſtum faciẽdum. Ordo talis eſſe debet, Si oblatio ad holocauſtũ faciẽdum, eſt de pecoribus &c. ¶23 vſ, in conſpectu Domini. hoc dicit, quia mactabatur coram Sãcto. ¶24 Diuidátque [ſubaudi, ſacerdos] ipſum mẽbratim, ¶16 adipẽ. Vide paulo ſuprà, de hoc annotationẽ. ¶17 Inteſtina

¶18 oblationem ſuam. Et offeret eã ſacerdos &c. ¶19 ſecabitq; vngue caput eius, & cremabit ſuper altarẽ: ¶20.i. veſiculã quæ eſt in gutture. ¶21.i. ad eam partem quæ procul erat à Sãcto ſanctorũ. Ingrediebantur enim tabernaculum ab Oriẽte. ¶22.i. in quo reponebantur cineres. ¶23 ſub. ſacrificium. vſ, Et findet illam cum alis ſuis, & nõ abrumpet. Id eſt, oblationem illam cũ alis ſuis remanẽtibus findet, & non ſeparabit eas. q.d. alæ eius non reſecabũtur, neq; ſeparabit ſacerdos partẽ alterã ab altera. ¶24 [id] holocauſtũ eſt & ſacrificiũ ignitum [vſ, incenſum] odoris ſuauis Domino. Vide numerũ 21. II. ¶1 Heb. Et aĩa quũ obtulerit oblationẽ muneris. Ordo eſt inuerſus, Cũ autẽ offeret aĩa. i. aliqs priuatus oblationẽ &c. Chaldęus paraph. vertit, Et homo. priuatũ hominẽ ſignificare volẽs. Oblationẽ muneris. i. oblationẽ quę vocaẽ munus. Hebraice M I N H A. i. Quũ quis priuatus oblationẽ offerre volet quæ vocatur munus, quæ fiebat de rebus animæ expertibus. ¶2. i. è ſimila offeret eam. ¶3 vſ, tollat [ſacerdos] ex eo [ſub. munere] pugillum plenum de ſimila eius, &c [ſub. muneris.] ¶4 memoriale eius ſuper altare: hoc quod igni abſumitur, eſt odoris ſuauiſſimi Domino. i. adolebit id quod Deo reducet in memoriam ipſum offerentẽ: eáq; res, ſacrificiũ ſcilicet illud quod ita crematur, gratiſſimũ eſt Domino. Alij dicũt vocẽ Hebræã A Z C A R A, pro qua memoriale verſum eſt, ſignificare odorẽ, vt ſic legatur, & adolebit ſacerdos odorẽ eius ſup altare. ¶5 de munere. vſ, de munere illo ¶6 ſanctum ſanctorum eſt de oblationibus Domini ignitis. Vel, de iis quæ in honorem Domini incẽduntur. q.d. id enim eſt ſacroſanctum: quia id, eſt de ijs quæ incenduntur in honorẽ Domini: eóq; comedi nõ poſſunt, niſi à ſanctis, hoc eſt ſacerdotibus. ¶[11] vſ, Quũ offerre voles oblationẽ quæ vocaẽ munus, coctionẽ clibani. i. Quũ offerre volueris mun⁹ quod coctũ fuerit i clibano. ¶7 Heb. è ſimila [ſub. offeres] placẽtas ſcilicet maiores infermẽtatas, verſatas i oleo: (vſ, tictas oleo:) & placẽtas minores ifermẽtatas, oleo vnctas. ¶8 Gallice, des bignets. ¶9 illud. Sub. munus. ¶10 in buccellas. ¶11 munus eſt. i. tale eſt quod oportet offerre Deo. ¶12 Sin autẽ munus craticulæ (vel ſartagis profundæ valde) fuerit oblatio tua: ex ſimila oleo conſperſa fiet: & afferes munus quod fiet ex illis, Domino, offerẽſq; ſacerdoti, & admouebit &c. Munus craticulæ vocat coctũ ſup craticulã.

Et ſacerdos tollat [13] ſeparatim de ſacrificio iſto cibario monumentũ ei⁹,' & adolebit[illud]in aram,[14] vt ſit ſacrificiũ igne confectum ad odorem ſuaueolenté Dominõ. Et quod reſiduũ fuerit'[15]de ſacrificio iſto cibario,'erit Aharonis & filiorum eius,[16] ſacroſanctũ eſt de ſacrificijs quæ igne fiunt Domino. ¶[17]Omne donũ quod Domino afferetis, infermentatum ſit: [18]nullũ enim fermentum, nullũmque mel incẽdere debetis in ſacrificijs Domini quæ igne fiunt. [19]Ex primitiuis quidem[fructibus]afferetis munus Domino:[20]ſuper aram verò nõ aſcendant ad odorem ſuaueolenté. ¶[21]Omne munus ſacrificij tui cibarij'ſale cõdias: ne vnquã deſit ſal fœderis Dei tui [22]in cibarijs tuis ſacrificijs,' ſed in omni munere tuo ſal adhibebis. [23]Si volueris ſacrificium cibariũ afferre Domino ex primitijs, afferas cibarium ſacrificiũ e primitijs tuis, nempe fruges matureſcẽtes igne toſtas, quas profudit fertiliſſim⁹ ager.'Ponas etiam ſuper [24]illud' oleũ & thus:[25]ſacrificiũ hoc cibarium.[26]Et ſacerdos adolebit monumentũ eius, [nempe] illius profuſionis, & illius olei, vnà cum vniuerſo thure, ſacrificium hoc quod igne confit Domino.

CAP. III.

SI verò ſacrificium eius fuerit ſacrificiũ [1]gratiarũ actionis,'attuleritque illud de arméto marem aut fœminam,[2]integrũ'afferat[3]corã Domino.' Et ponet manum ſuam ſuper caput[4]ſacrificij ſui, iugulabitque'illud ad oſtium tentorij[6]cõſtitutionis,'& ſpargẽt filij Aharonis ſacerdotes ſanguiné ſuper aram per ambitũ. Et[7]offeret'de ſacrificio [8]gratulatorio,[9]quod igne confiat Domino,'nẽpe adipẽ [10]qui operit vẽtrem,'& omnem pinguedinem quæ eſt[11]circa vẽtrem.'Et duos renes, & adipem [12] qui eſt circum eos, & ſuper omentũ iliorũ,'& reticulũ quod eſt ſuper iecur, vnà cũ renib⁹ tollet. Et incendent illud filij Aharõis in ara ſuper holocauſto, quod eſt ſuper ligna quæ ſunt ſup igné: [13]vt fiat ſacrificiũ igne Domino ad odoré ſuaueolenté. ¶Si verò de grege fuerit mun⁹ eius [14]ad ſacrificiũ gratulatoriũ' Domino, offerat marem aut fœminam, ſed integrum. Vt ſi ouẽ [15]attulerit pro ſacrificio ſuo,'adducat illam in conſpectum Domini. Deinde ponat manum ſuã ſuper caput ſacrificij ſui, &[16]mactet'ipſum ante tentoriũ[17]conſtitutionis,'ſpargantque[18]filij Aharonis' ſanguinem eius ſuper aram per circuitũ. [19]Et ſacrificet de victima gratulatoria ſacrificiũ, quod igne confit, Domino,' nẽpe adipem eius, integram caudã,[20] quæ'iuncta eſt ſpinæ dorſi, tollet, adipem quoque qui'obtegit[21]ventrem,'& omnem adipem [22] qui eſt ſuper inteſtina.'Duos quoque renes, & adipem qui eſt [23]ci ca eos, & ſuper abdomen illorum,' & reticulum quod eſt ſuper iecur, cũ renibus'[24]tollet.' Sacerdóſque illud incendet in ara. [25]vt ſit cibariũ ſacrificiũ igne confectũ Domino. ¶ſi autẽ capra fuerit munus eius, adducat hanc in conſpectum Domini,

Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare in odoré ſuauitatis Domino. quicquid autem reliquum eſt, erit Aaron & filiorum eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini. ¶Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermẽto fiet, nec quicquã fermẽti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odoré ſuauitatis. ¶Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale cõdies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Si autẽ obtuleris munus primitiarum frugum tuarũ Domino, de ſpicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domino, Fundẽs ſuper ea oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini eſt. de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris partẽ farris fracti & olei ac totum thus. CAP. III.

QVòd ſi hoſtia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem ſiue fœminã,[1]immaculata'offeret coram Domino. Ponétque manum ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij. fundéntque filij Aaron[2]ſacerdotis,'ſanguinem per altaris circuitum. Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino, adipẽ qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus: Duos renes cum adipe quo tegũtur ilia, & reticulum iecoris cum renũculis. Adolebũntque ea ſuper altare in holocauſtum, lignis igne ſuppoſito: in oblationẽ ſuauiſſimi odoris Domino. ¶ſi verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hoſtia, ſiue maſculum obtulerit, ſiue fœminam, immaculata erunt [3]omnia.' Si agnum obtulerit coram Domino, ponet manum ſuã ſuper caput victimæ ſuæ: quæ immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij: fundéntque filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris. Et offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino: adipem & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuerſa vitalia, Et vtrunque renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia, reticulúmque iecoris cum renunculis. Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis & oblationis Domini. ¶Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino,

C

Fermentũ nõ erat in oblationibus.

Sale condita oblatio.

D

Hoſtiæ pacificorũ, de bob⁹

¶[1] immaculatum

¶[2] ſacerdotes

Exod.29.b.

B

De ouibus.

C

De caprio.

¶13 aliquã muneris illius partẽ memoriale ei⁹. Sub. muneris. i. quæ faciat vt Deus recordetur illius muneris. ¶14 ſacrificiũ igni abſumptũ, eſt odoris ſuauiſſimi Domino. q.d. hæc munera etiam placent Domino. ¶15 ex munere, ¶16 Heb. [quia]ſanctitas ſanctitatũ eſt de incenſis Domini. i. quia hoc Domino oblatum eſt. ¶17 vl, Omne munus qđ offeretis Deo, non fiet de re fermentata. Deus mũera reſpuit fermentata. i. quæ à puro, cãdido, & ſyncero animo non proficiſcuntur. ¶18 quia ex omni fermento & omni melle nõ incẽdetis incẽſum Domino. ¶19 In oblatione primitiarũ offeretis eas Domino. q.d. Tempore nouarum frugũ offeretis primitias. Hebraiſm⁹ eſt. De oblatiõe enim primitiuarũ frugũ hic loquitur. ¶20. i. nõ imponẽtur ſuper altare, vt incẽditur, expiraturæ nidoré Domino: quia debẽt quidẽ offerri Deo primitiæ, ſed nõ debẽt adoleri, quia cedũt in cibũ ſacerdotũ. ¶21 Omné oblationem muneris tui. i. quæ munus erit. ¶22 in oblatione tua. i. Perpetuo vteris ſale in omni munere quod mihi oblatur⁹ es ratione fœderis qđ tecũ percuſſi. q.d. Nõ cõmittes vt aliquid offeras Deo ſine iudicio ſpirit⁹. ¶23 ſi verò offeras donũ de primitijs Domino, de ſpica recẽte toſta igni, & tritico cõtuſo[tritico inquã] ſpicæ plenæ offeres mun⁹ primitiarũ tuarum. i. de ſpicis recentibus toſtis igni, & è tritico ſpicæ plenæ cõtuſo &c. ¶24 Sub. munus. ¶25 mun⁹ eſt. ¶26 vl, Adolebitque ſacerdos in memoriã eius(ſubaudi, muneris)partẽ de frumẽto ei⁹ cõtuſo, & de oleo ei⁹, vnà cũ toto thure ei⁹: id, eſt incenſum Domino. i. Sacerdos adolebit partẽ aliquã muneris ei⁹. quæ Deũ meminiſſe faciat oblationis. Alij vertunt, adolebit ſuffitũ eius. Incẽſum Domino, inquit, vel quod incenditur Domino.

III. ¶1 pacifi. ſi ita loqui liceret. i. ſacrificiũ pacificũ. q.d. Si homo priuatus offerre voluerit hoſtiam pacis. De ſacrificio pacifico, vide 7. cap. VII. ¶2 vl, immaculatum. pro, integra, ſiue immaculata. hoc eſt, ſine vllo vitio. ¶3. i. in oſtio atrij, in quo quidem atrio erat tabernaculũ, in quo tabernaculo erat arca ſuper quã apparebat eis Domin⁹. ¶4 vl, oblatiõis ſuæ, ¶5 ſub. ſacerdos. ¶6 vl, conuẽt⁹. ¶7 ſub. ſacerdos. ¶8 paciũ. vl, pacifico, ¶9 incẽſum Domino. i. partẽ aliquã quæ incẽdatur in honorẽ Dei. id quod poſtea exponit, cũ dicit, adipẽ &c. ¶10 qui eſt ſuper inteſtina, ¶11 inter inteſtina. ¶12 quo tegũtur ipſi, qui adeps eſt iuxta ilia. vl, qui renes ſunt iuxta ilia. ¶13 hæc res eſt incẽſum odoris quietis Domino. q.d. Tale ſacrificiũ ſic factũ, erit acceptiſſimũ Domino Deo. ¶14 pro ſacrificio pacifico. i. Si de ouib⁹ ſacrificiũ pacificũ offerre velit Domino. ¶15 vl, obtulerit pro oblatione ſua, ¶16 ſub. ſacerdos. ¶17 vl, cõuent⁹, ¶18 filios Aaron vocat minores ſacerdotes qui aſtabant ſacerdoti ſacrificãti. ¶19 Et offeret de hoſtia pacis pro incẽſo[faciẽdo]Domino, ¶20 vl, ea parte qua &c. ¶21 vitalia exta. ¶22 vl, quo interiora inteſtina teguntur. ¶23 ſuper eos, qui adeps eſt iuxta ilia. ¶24 ſub. ſacerdos. vl, vltra renes auferet. ¶25 in cibũ incẽſi ſacrificij Domino. vl, cib⁹ eſt incẽſi ſacrificij Domino. i. cib⁹ eſt qui incẽditur in honoré Domini.

Ponet manum ſuam ſuper caput eius, Immolabitque eam in introitu tabernaculi teſtimonij.

¶ ſuper

D Et fundent filij Aaron ſanguinem eius per altaris circuitum. Tollêntque ex ea in paſtum ignis Dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuerſa vitalia: Duos renunculos cum reticulo quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinã iecoris cum renunculis, Adolebitque ea ſuper altare ſacerdos in alimoniam ignis, & ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps, Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem nec adipem omnino comedetis.

CAP. IIII.

Hoſtiæ pro peccatis per ignorantiam.

¶ quum

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere filijs Iſrael, Anima quę peccauerit per ignorantiam, & de vniuerſis mandatis Domini quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum, Domino. Et adducet illũ ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino, ponétque manum ſuper caput eius, & immolabit eũ Domino. Hauriet quoque de ſanguine vituli, inferens illum in tabernaculum teſtimonij. Cúmque intinxerit digitum in ſanguinem,

¶ eo

B aſperget eum ſepties coram Domino contra velum ſanctuarij. Ponétque de eodẽ ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis gratiſſimi Domino, quod eſt in tabernaculo teſtimonij. omnẽ autem reliquum ſanguinẽ fundet in baſim altaris holocauſti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinſecus ſunt: Duos renunculos & reticulũ quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, ſicut offertur de vitulo hoſtiæ pacificorum: & adolebit ea ſuper altare holocauſti.

¶ auferet

¶ aufertur

C Pellem verò & omnes carnes cũ capite & pedibus & inteſtinis & fimo, & reliquo corpore efferet extra caſtra in locum mundum, vbi cineres effundi ſolent: incendétque ea ſuper lignorum ſtruem, quæ in loco effuſorum cinerum cremabuntur. ¶ Quòd ſi omnis turba filiorũ Iſrael ignorauerit, & per imperitiã fecerit quod cõtra mandatũ Domini eſt, Et poſtea intellexerit peccatum ſuũ, offeret pro peccato ſuo vitulum, adducétque eum ad oſtium tabernaculi. Et ponẽt ſeniores populi manus ſuper caput eius corã Domino. Immolatóq;

D vitulo in cõſpectu Domini, inferet ſacerdos qui vnctus eſt, de ſanguine eius in tabernaculum teſtimonij. Tincto digito aſpergens ſepties contra velum. Ponétque de eodem ſanguine in cornibus altaris, quod eſt coram Domino in tabernaculo teſtimonii: reliquum autem ſanguinem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in oſtio tabernaculi teſtimonij. Omnémque eius adipẽ tollet, & adolebit ſuper altare: Sic faciẽs & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: &

Et imponat manum ſuã ſuper caput eius, [16] mactabítque illam [17] ante tentorium cõſtitutionis: & ſpargãt filij Aharonis ſanguinem eius ſuper aram per circuitum. Et offeret [18] de illo ſacrificiũ ſuum, ſacrificium quod igne conſit, Domino, nempe adipem qui obtegit [19] vẽtrem, & omnem adipem qui [20] eſt ſuper ventrem. Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & [21] ſuper ilijs, & reticulum ſuper iecur, vnà cum renibus tollet. Et adolebit ea ſacerdos in ara, [22] cibarium ſacrificiũ quod igne conſit, vt ſit ad odorem ſuaueolentẽ Domino omnis adeps. Ritus hic perpetuus [ſit] [13] ad poſteros veſtros, [14] per cunctas habitationes veſtras, vt nullum adipem nullúmque ſanguinẽ edatis.

CAP. IIII.

ET locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael in hãc ſententiã, [1] Anima ſi peccauerit per [2] errorem in cunctis prohibitionibus Domini, quæ fieri non debebit, ipſe verò vnum ex illis fecerit: [ſi verò] ſi ſacerdos [4] inunctus peccauerit ad delictum populi, adducat pro peccato ſuo quod peccauit, iuuencum ex bubus integrum Domino ad [faciendum] ſacrificiũ pro peccato. Et adducat iuuencum illum ad oſtium [6] tentorij conſtitutionis in conſpectum Domini, ponátque ſuper caput iuuenci manũ ſuam, & [7] mactabit iuuẽcum coram Domino. Et ſacerdos vnctus capiat de ſanguine iuuenci, & inferat eum in [6] tẽtorium conſtitutionis. Intingátque ſacerdos digitum ſuũ in ſanguinem, & ſpargat de illo ſanguine ſepties corã Domino ante [8] velũ ſanctuarij. Ponétque ſacerdos de iſto ſanguine ſuper cornua aræ incenſi aromatici corã Domino, quæ [ara] eſt in [6] tẽtorio cõſtitutionis: & cunctum ſanguinem iuuẽci fundet ad baſim aræ holocauſti, quæ eſt ad oſtium [6] tẽtorij conſtitutionis. Et omnem adipem iuuẽci [qui eſt ſacrificium] pro peccato, tollẽdo ſeparabit ex eo, nẽpe adipẽ qui obtegit [9] vẽtrẽ, & omnẽ adipẽ qui eſt [10] circa inteſtinũ. Sed & duos renes, & adipẽ qui eſt ſuper eos, & [11] ſuper ilia, & reticulũ iecoris cũ renibus tollet. Quemadmodũ ſeparãdo tollitur in boue [12] qui fit pro ſacrificio gratulatorio: & incẽdet ea ſacerdos in ara holocauſti. Pellem verò iuuenci, & omnem carnẽ eius, cũ capite eius, & cruribus eius, & cũ inteſtinis eius, & fimo eius, [Breuiter,] totũ iuuẽcũ extra caſtra efferet, ad locum mundũ vbi cineres effundũtur, & cõburet illũ ibi ſuper ligna in igne, iuxta [locum] vbi cineres effunduntur, cõburetur. ¶ Quòd ſi totus cœtus Iſrael errore peccauerit, res verò hęc cœtũ latuerit, [13] & fecerit quidpiã ex omnib[us] prohibitionib[us] Domini, quæ facere nõ debebãt, atq; deliquerint. Quũ notũ fuerit factũ peccatũ quod peccarunt adducet cœtus iuuẽcũ ex bubus [14] pro peccato, & adducẽt illũ ante tẽtoriũ [15] cõſtitutionis. Et ſeniores cœtus admouebũt man[us] ſuas ſup caput iuuẽci corã Domino, & mactabitur iuuẽcus in cõſpectu Domini. Inferẽtq; ſacerdos vnctus de ſanguine iuuẽci ad tentoriũ [15] cõſtitutionis. Et intinget ſacerdos digitũ ſuũ in ſanguinẽ, & ſparget ſepties corã Domino ante velũ. Ponat deinde de ſanguine illo ſup cornua aræ, quæ eſt in cõſpectu Domini in tẽtorio [15] cõſtitutionis, & totũ ſanguinẽ fundet ad baſim aræ holocauſti, quæ eſt ante oſtiũ tẽtorij [15] cõſtitutionis. Et cũctũ adipẽ ſeparãdo tollet ab eo, & incẽdet ſup ara. [16] Faciẽtq; cũ iuuẽco iſto, quẽadmodũ fecit cũ iuuẽco pro peccatis, ſic inquam faciet cũ iſto: &

¶16 ſub. ſacerdos. ¶17 corã tabernaculo cõuẽtus. Hoc eſt, ante oſtiũ atrij in quo erat tabernaculum. ¶18 ex eo oblationem ſuam, ſiue ſſacrificium ſuum] Domino. Ex eo, ſcilicet hœdo. nã per capram itelligit & hœdũ. ¶19 extra vitalia. ¶20 inferiora iteſtina tegit. ¶21 qui eſt iuxta ilia. ¶22 eſt enim [velut] cib[us] qui igni abſumitur, in odorẽ quietis Domino. [nã] õnis adeps Domini eſt. q.d. hoc velut cibo qui igni abſumitur, placatur Dominus. nã õnis adeps ſacer eſt Domino. ¶13 Heb. in generationib[us] veſtris. i. quoad vixeritis. ¶14. i. vbicũq; habitaueritis. q.d. à vitijs carnalib[us], quæ nomine adipis intelligũtur, & ab omni ſpecie crudelitatis alieni eritis.

IIII.

¶1 Hebraiſm[us]. pro, Quũ quis peccauerit ¶2 Vox Hebrea ſignificat peccatũ in quod ex incogitãtia, imprudẽtia, & errore, impellẽte ſcilicet affectuũ mole, ac impetu, anim[us] perplex[us] præcipitaẽ, quo minus rationis ac ſpiritus iudicium audiat. ¶3 In aliquod ex omnibus præceptis Domini, [quæ præcepta] fieri nõ debẽt, [vl. contra quæ nihil cõmitti debet,] & fecerit vnũ ex illis. vl. quippiam vni[us] ex illis. i. ſi quicquã cõtra præcepta negatiua admiſerit. ¶4 Chaldæ[us] paraph. vertit, ſummus. Vnctus igitur ſignificat ſummũ ſacerdotẽ. quia ſummi ſacerdotes vngebãtur vnctione ſolẽni, nõ autẽ alij infimi ſacerdotes. ¶5. i. faciẽs delinquere populũ. vl. ſecundũ delictũ populi. i. ſi tale peccatũ admiſerit quale admitti ſolet ab vnoquoquis è populo. ¶6 tabernaculi conuentus. i. ad oſtiũ atrij, in quo erat tabernaculũ, in tabernaculo verò arca teſtimonij ſuper quã apparebat Domin[us]. Vide annotationẽ de hoc in principio primi capitis huius libri. ¶7 ſub. ſacerdos. ¶8 quod ſcilicet ſeparabat Sãctũ ſanctorũ à Sãcto. ¶9 extra vitalia. ¶10 ſuper inteſtina ipſa. ¶11 qui eſt iuxta ilia ipſa. ¶12 hoſtiæ paciũ. ſiue pacificorũ: ¶13 Vide tertij annotationẽ hui[us] capitis. ¶14 vl. pro ſacrificio peccati. ¶15 cõuẽt[us]. ¶16 Et apparabit iuuẽcũ iſtũ: quẽadmodũ fecit de iuuenco illo oblato pro pctõ [ſub. ſacerdotis] ſic faciet de iſto. & expiabit illos ſacerdos: remittetúrq; illis. Sub. peccatũ.

¶17.i.hoſtia eſt ꝓ peccato mul titudinis.q.d. tale eſt ſacrificiũ quod fit ꝓ peccato multitudinis.

¶18 Heb. Si prin ceps peccauerit,& fecerit aliquod ex omnibus præceptis Domini Dei ſui quæ fie ri nõ debẽt,idque fecerit per ignorãtiam,& ita deliquerit: indicaueritque ei.ſub. aliquis) peccatũ ſuũ qđ peccauit. vl,innotuerit ei peccatũ quod peccauit. ¶19 ſub. ſacerdos.

¶20.i.hoſtia ꝓ peccato. ¶21 pacificorum:

¶22 expiabitq; eũ ſacerdos à pctõ ſuo,& dimittetur ei.i. oratione ſua à Deo obtinebit vt illi peccatũ cõdonetur pro quo ſacrificiũ offert: quod & fiet. ¶23 Hebraiſm' eſt, ꝓ. Siquis è plebe per ignorãtiã peccauerit,faciẽdo aliquod ex præceptis Domini quæ facienda non ſunt.

¶24 capellam caprarum inculpatam fœminam,

¶25 Id eſt, pro ſacrificio faciendo in expiationem peccati.

expiabit pro eis ſacerdos , & ꝓpitiabitur ipſis.' Efferet autẽ iuuencum iſtum extra caſtra,& cõburet eũ,ſicut combuſſit iuuencum primũ,[17]peccatũ eſt cœtus. ¶ [18]Si princeps peccauerit per errorem,ac deliquerit, & fecerit quippiam ex omnibus prohibitionibus Domini Dei ſui,quas facere non debebat. ſi illi cõſtiterit de peccato ſuo quod commiſit,'afferat munus ſuum, nẽpe hircum caprarum marem integrũ. Et applicet manum ſuam ſuper caput hirci, [19] mactabitque' eũ in loco vbi mactari ſolet holocauſtum in cõſpectu Domini: [20]peccatum' enim eſt. Tollétque ſacerdos de ſanguine ſacrificij quod fit pro peccato digito ſuo , & ponet ſuper cornua aræ holocauſti , & ſanguinem eius fundet ad baſim aræ holocauſti. Totum autem adipẽ eius adolebit in ara inſtar adipis ſacrificij [21]gratulatorij:[22]& expiabit ꝓ eo ſacerdos,vt à peccato ſuo[liberetur,] & propitiabitur ei. ¶Et [23]ſi anima aliqua peccauerit per errorem è populo terræ,feceritq; vnũ ex prohibitionibus Domini, quas facere non debebat,'atque ſic deliquerit. Si innotuerit ei peccatum ſuum quod peccauit,adducet munus ſuum [24] hircum caprarum integrum,aut capram' [25] pro peccato'ſuo quod peccauit . Et admoueat manum ſuam [26] ſuper caput peccati,'& mactet [27] peccatum ' in eo loco vbi holocauſta mactari ſolent . Tunc accipiet ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo. & ponet ſuper cornua aræ holocauſti. & omnẽ ſanguinẽ eius effundet ad baſim aræ. Separandóque tollet omnem eius adipem,quemadmodũ ſeparando tollitur adeps de ſacrificio[28]gratulatorio.'& incẽdat ſacerdos ſuper aram, [29] vt ſit odor ſuaueolẽs'Domino, [30]& expiet pro eo ſacerdos,& propitiabitur ei.' Et ſi ouem adduxerit pro ſacrificio peccati[ſui,]adducat fœmellam integram. Ponétque manum ſuã ſuper caput ſacrificij ꝓ peccatis, & iugulabit eã in hoſtiã pro peccato in loco vbi mactantur holocauſta.Et tollet ſacerdos digito ſuo de ſanguine hoſtiæ pro peccato , ponétque ſuper cornua aræ holocauſti, & cunctũ ſanguinem fundet ad baſim aræ.Et vniuerſum adipem ei' tollet,quẽadmodũ tollitur adeps ab oue in ſacrificio[31]gratulatorio:'& incẽdet ſacerdos[32]ea'in ara,[33]vt fiat Domino ſacrificium igne confectũ,' expiabitq; ſacerdos illum à peccato ſuo quod commiſit,& remittetur ei.

C A P. V.

SI peccauerit anima,audieritque vocem exe[1]crationis,teſtiſque fuerit ipſe,ſiue viderit,ſiue cognitũ habuerit:'ſi nõ indicauerit,[2]iniquitatem ſui feret.¶Aut ſi'anima'tetigerit rem aliquam immundam, ſiue cadauer fuerit beſtiæ immundæ, ſiue cadauer iumenti immundi , ſiue cadauer reptilis immundi, idque [4] eum latuerit,'is immundus eſt,& deliquit. Aut ſi tetigerit immunditiam hominis,quæcunque tandem immũditia eius fuerit,'qua pollui poſſet,[6]idq; eũ latuerit,poſteaquam ei cõſtiterit,'delictum incurrit.¶Aut ſi anima iurauerit'effutiẽdo'labijs[8]vt male

rogante pro eis ſacerdote,propitius erit eis Dominus. Ipſum autẽ vitulum efferet extra caſtra, atque cõburet ſicut & priorem vitulum:quia eſt pro peccato multitudinis. ¶Si peccauerit princeps,& fecerit vnum è pluribus per ignorantiã, quod Domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit peccatum ſuũ,offeret hoſtiam 'coram'Domino,hircum de capris,immaculatũ. Ponétque manum ſuam ſuper caput eius cúmque immolauerit eũ in loco vbi ſolet mactari holocauſtũ coram Domino,quia pro peccato eſt,Tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato,tangens cornua altaris holocauſti,& reliquũ fundens ad baſim eius.Adipem verò adolebit ſuprà,ſicut in victimis pacificorũ fieri ſolet:rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius,& dimittet' ei .¶ Quòd ſi peccauerit anima per ignorãtiam,de populo Terræ,vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur,atque delinquat,& cognouerit peccatum ſuum, offeret capram immaculatã. Ponétque man' ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt,& immolabit eam in loco holocauſti.Tollétque ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tãgens cornua altaris holocauſti,reliquum fundet ad baſim eius.Omnẽ autem adipem auferens , ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum,adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis Domino : rogabitque pro eo,& dimittetur ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimã pro peccato,ouem ſcilicet immaculatam:ponet manum ſuper caput eius,& immolabit eã in loco vbi ſolent cædi holocauſtorũ hoſtiæ. Sumétque ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,& tãgens cornua altaris holocauſti,reliquum fundet ad baſim eius. Omnem quoque adipem auferens,ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis:cremabit ſuper altare incenſum Domini: rogabitque pro eo & pro peccato eius,& dimittetur ei.

C A P. V.

De eo q̃ adiuriti iudici, ſcelus nõ indicat.

SI peccauerit anima,& audierit vocem'iurantis,' teſtiſque fuerit quòd aut ipſe vidit, aut conſci'eſt:niſi indicauerit,portabit iniquitatem ſui.¶Anima quæ tetigerit aliquid immũdum, ſiue quod occiſum à beſtia eſt , aut per ſe mortuũ, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immũditiæ ſuæ,rea eſt, & deliquit.Et ſi tetigerit quicquã de immũditia hominis iuxta omnẽ impuritatẽ qua pollui ſolet,oblitáque cognouerit poſtea,ſubiacebit delicto. ¶Anima quæ iurauerit,& protulerit labijs ſuis vt vel male quid

¶' adiurãtis. Tangẽs immundum.

Expiatio periurij.

¶ 26 .i.ſuper caput hoſtiæ pro peccato. ¶27 oblationem pro peccato ¶ 28 pacificorum: ¶ 29 in odorem quietis.i.vt inde excitetur odor gratiſſimus Domino. ¶30 expiabitque illum ſacerdos [ſubaudi, à peccato ſuo,] & remittetur ei. ¶ 31.i.totum adipem cum renunculis. Ideo dicit[ea:]nam intelligit ea quæ cremari ſolent in ſacrificio pacificorum. ¶ 32 in incenſa Domini.i.vt fiat incenſum Domino. V. ¶ 1 vl, Cum quis peccauerit,id eſt audierit vocem adiurationis, cum teſtificari poſſit quòd viderit, vel [alia ratione] cognouerit:&c. Chaldæus paraphraſtes vertit,audierit vocem iudicis adiurantis. Id eſt,quum quiſpiam priuatus vocem iudicis adiurantis ipſum audierit,vt id quod res eſt dicat,huiúſque rei teſtis eſſe poſſit de qua eum interrogat iudex,eo quòd viderit &c. ¶ 2 Id eſt,punietur a Deo, etiam ſi lateat id perpetuo homines. Hic iniquitas pro pœna ponitur. ¶ 3 Animam pro homine poſuit : quòd ea ſit præcipua hominis pars . Anima agit in corpore, & corpus eſt velut inſtrumentum eius. quo fit, vt animæ tanquam omnium operatrici peccata aſcribantur.

¶ 4 Heb.abſconditum fuerit ab ea.ſubaudi,anima. Tropus Hebraicus,pro,neſcierit eſſe immundum. ¶5 Heb.iuxta omnem impuritatem eius qua redditur impurus. Id eſt,hominem impurum quacunque impuritate ſit impurus. ¶ 6 Id eſt, neſcierit rem fuiſſe immundam,poſtea autem cognouerit. ¶ 7 proferendo ¶ 8.i.ſe afflicturum ſeipſum ieiunijs,& huiuſmodi:aut aliquem beneficijs affecturum.Sic Hebræi interpretantur. Alij intelligũt de promiſſionibus quæ temere,ſubito,vel falſo corde effutiuntur. Peccat enim coram Deo & qui mala ſe facturum iurãdo pollicetur:& qui bona quæ pollicitus eſt, non facit.vnde fateatur peccatum oportet.

faceret, vel bene,[8] & non fecerit,[9] & idipſum iu-
B rameto & ſermone firmauerit, oblitáque poſtea
intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam
pro peccato, & offerat de gregibus agnam ſiue

¶[c] peccato

capram, orabitque pro ea ſacerdos & pro [c] pecca
tis eius. Sin autem non potuerit offerre pecus, of
ferat duos turtures, vel duos pullos columbarũ
Domino, vnum pro peccato, & alterum in ho-
locauſtum. Dabitque eos ſacerdoti: qui primum
offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad
pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus
abrumpatur. Et aſperget de ſanguine eius parie
tem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, fa
ciet diſtillare ad fundamentũ eius, quia pro pec
cato eſt. Alterum verò in holocauſtum adolebit,
vt fieri ſolet: rogabitque pro eo ſacerdos & pro
C peccato eius, & dimittetur ei. Quòd ſi non qui-
uerit manus eius duos offerre turtures, aut duos

¶[d] columbæ, ¶[e] offerat

pullos [d] columbarum, [e] offeret pro peccato ſuo ſi-
milæ partem ephi decimam. non mittet in eam
oleũ, nec thuris aliquid imponet, quia pro pec-
cato eſt. Traditque eã ſacerdoti: qui plenum ex
ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare in
monimentum eius qui obtulerit, rogans pro il-
lo & expians, reliquam verò partem ipſe habe-

Expiatio fur ti rei cõſecra tæ Deo admiſ ſi per ignorantiam.

bit in munere. ¶ Locutúſq; eſt Domin' ad Moy-
ſen, dicens, Anima ſi præuaricans ceremonias,
per errorem in his quę Domino ſunt ſanctifica
D ta peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietẽ im-
maculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus
ſiclis, iuxta pondus ſanctuarij: ipſúmque quod
intulit damni reſtituet, & quintam partem po-
net ſuprà, tradens ſacerdoti, qui rogabit pro eo

¶[f] ſi

offerens arietem, & dimittetur ei. Anima [f] quæ
peccauerit per ignorãtiam, feceritque vnum ex
his quæ Domini lege prohibẽtur, & peccati rea
intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem
immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta mẽ-
ſuram æſtimationẽmque peccati: qui orabit pro
eo, quia neſciẽs fecerit: & dimittetur ei, quia per
errorem deliquit in Dominum.

CAP. VI.

Hoſtia ꝓ pec cato vltro- neo.

Locutus eſt Domin' ad Moyſen, dicẽs, Anima
quæ peccauerit, & contẽpto Domino nega-
uerit proximo ſuo depoſitũ, quod fidei eius cre
ditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, aut calũ-

faciat aut benefaciat,[8] iuxta omnia quæ [9] temere
effutire [9] ſolet homo iurando, [10] idq; latuerit eũ,
[11] ipſeque reſcierit ſe deliquiſſe in aliquo horũ.[11]
[12] Si ſic in aliquo horum deliquerit,[12] confiteatur
quòd ea re peccauit, & adducat Domino ſacrifi-
cium pro delicto ſuo, pro peccato inquam ſuo
quod peccauit, fœminam ex grege, ouem aut ca
pram ad ſacrificium pro peccato, & expiabit eũ
ſacerdos à peccato ſuo. [13] Si verò facultas afferen
dæ ouis aut capræ defuerit ei,[13] afferat Domino
pro delicto ſuo quod cõmiſit, duos turtures, aut
duos pullos columbinos: alterum pro peccato, al
terum ad holocauſtum. Afferat autẽ eos ſacer-
doti, qui ſacrificet primum illũ qui eſt pro pec-
cato,[14] contorquẽdo ſcilicet caput eius, iuxta cer
uicem eius, ita tamen vt nõ ſeparet.[14] Et ſparget
de ſanguine illius hoſtiæ pro peccato ad parie-
tem aræ: reliquum verò ſanguinẽ guttatim ad
baſim aræ effundat. [15] peccatum eſt. Alterum ve
rò faciet pro holocauſto, iuxta ritum, & expia-
bit illũ ſacerdos à peccato ei' quod peccauerat,
& remittetur ei. [16] Si verò facultas afferẽdi duos
turtures[16] aut duos columbinos pullos ei defue-
rit, afferat munus ſuum is qui peccauit, decimã
ſcilicet partem ſimilaginis [17] epha[17] pro ſacrificio
peccati: at [18] oleum [18] non ponat ſuper illud, neque
etiam thus addat. eſt enim ſacrificium pro pec-
cato. Offerat autem eam [ſimilaginem] [19] ſacer-
dos,[19] apprehendátque ſacerdos de ea volam ſuã
plenã, [20] monumẽtum ſcilicet eius,[20] & incẽdet in
ara, [21] vt ſit Domino ſacrificium igne cõfectum,
[22] ſacrificium ſcilicet pro peccato.[22] Et expiabit eũ
ſacerdos à peccato ipſius quod commiſit in ali-
quo ſcilicet horũ, & remittetur ei: eritque ſacer-
dotis [23] quemadmodũ cibarium ſacrificiũ. ¶ Et
loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Anima
[24] ſi fuerit aliqua præuaricatione præuaricata,
[25] &[25] peccauerit per errorem in his quæ Domino
ſunt cõſecrata: adducat Domino oblationẽ pro
delicto ſuo, arietẽ integrũ ex grege iuxta æſti-
mationẽ tuam argẽti [26] põderoſi,[26] iuxta ſiclũ ſan
ctuarij, [vt ſit] pro ſacrificio delicti. [27] Eã verò rẽ
cõſecratã, in qua peccauit,[27] reſtituet, addita ad eã
quinta eius parte, quã tradat ſacerdoti. ſacerdos
verò [28] expiabit pro eo, ariete ſcilicet qui ꝓ deli-
cto ſacrificatur,[28] & remittetur ei. Quòd ſi anima
peccauerit, & fecerit quiddã ex [29] prohibitionib'[29]

Domini, quæ fieri non debent, [30] neſcieritq; & deliquerit: feret iniquitatẽ ſuam: Is adferat ad ſa-
cerdotem pro hoſtia delicti arietẽ integrũ ex grege, [1] iuxta æſtimationem tuam,[1] & ſacerdos ex-
piabit eũ ab errore ſuo [2] in quo errauit ignorauitq;,[2] & remittetur ei. Sacrificium hoc eſt pro de-
licto, [3] quo expiat [quis] delictum coram Domino.

CAP. VI.

Locutúſq; eſt Dominus ad Moſen, dicens, Anima ſi peccauerit,[1] & ſcelus deſignarit cõtra Domi-
nũ, negãdo videlicet proximo ſuo depoſitũ,[2] vel datũ in manũ ſuã,[3] aut rapiẽdo, [4] calũniamq;

¶ 9 proferre

¶ 10. i. oblitus fuerit, atq; ita peierarit.

¶ 11 poſtea autẽ ipſe reſcierit, tunc peccauit in vnũ ex iſtis. ſub. quæ dicta ſunt.

¶ 12 Cum ergo peccauerit in vno ex illis. ſub. quæ dicta ſunt.

¶ 13 Heb. Sin autem manus eius non potuerit tigere ſufficientiam ouis. Hebræorum tropus eſt, quem reddidit interpres. q. d. Si adeo pauper ſit vt non ſuppetat ouis quam offerat. Hinc diſcimus Deũ non tam reſpicere ſacrificia, quàm animũ offerentium.

¶ 14 vngue diſſecando caput, eius e regione ceruicis: nõ tamen ſeparet. Subaudi, caput à reliquo corpore.

¶ 15 vl, hoſtia enim eſt pro peccato.

¶ 16 Heb. Quòd ſi manus eius non apprehenderit duos turtures. Hebraiſmus, vt iam dictum eſt, pro, Si pauperior fuerit quàm vt offerre poſ-
ſit duos turtures.

¶ 17 epha, ſiue ephi. Tria ſata continebat ephi: tantum quantum in die ſolet homo edere. ¶ 18 Oleum, lætitiam ſignificat in Scriptura ſacra: vt thus, gratam orationem. Triſtitia comes eſt peccati, & peccatoris oratio Deo placere nequit. ¶ 19 ſacerdoti, ¶ 20. i. id quod erit apud Deum memoriale offerentis. ¶ 21 vl, vnà cum incenſis Domini. i. cum alijs quæ incenduntur Domino. ¶ 22 [quia] ſacrificium eſt pro peccato. ¶ 23 tanquam munus. i. Sacerdotis erit reliquum oblationis illius, quemadmodum reliquum muneris, ſacerdotis etiam erat: hoc eſt, ſicut ſimila quæ dabatur quando fiebat ſacrificium muneris. ¶ 24 Id eſt, ſi abſtulerit quippiam ex conſecratis Domino, & neſcierit fuiſſe conſecratum. ¶ 25 Et pro id eſt poſitum. ¶ 26 ſiclorum. i. quæ æſtimatio erit argenti, hoc eſt pretij ſiclorũ, minimum duorum: iuxta autem ſiclũ ſanctuarij fiet æſtimatio, non iuxta ſiclum ꝓphanũ. ¶ 27 Heb. Et quod peccauerit in re ſancta, ¶ 28 emũdabit per illũ arietẽ oblationis factæ pro peccato. i. declarabit eũ emũdatũ à peccatis per eũ cuius erat aries figura, nẽpe per Chriſtũ. ¶ 29 præceptis ¶ 30 & nõ nouerit, & deliquerit, & portauerit iniquitatẽ ſuã: Tũc offeret &c. i. idq; fecerit per imprudẽtiã, & poſtea cognouerit ſe deliquiſſe, cognoueritq; ſe eſſe prægrauatũ delicto ſuo: (Gallice dicimus, Et qu'il en ſente ſa cõſcience chargee) Tũc offeret &c. ¶ 1. i. ſecundũ pretiũ quod cõſtitueris. ¶ 2 quẽ per imprudentiã admiſit, & ipſe nõ intellexit. vl, ab errore ſuo quo neſciẽs errauit. ¶ 3 Heb. [ſuã] delinquendo deliquit in Dominũ. VI. ¶ 1 Heb. & præuaricationem admiſerit contra Dominũ, mẽtitúſq; fuerit cõtra ſociũ ſuũ in depoſito. i. ſi contẽpto Domino, negauerit, in damnũ proximi, ipſum proximũ depoſuiſſe apud ſe aliquid. ¶ 2 Heb. aut in depoſitione manus. ſub. mentit' fuerit. Hoc eſt, ſi negauerit datã ſibi fuiſſe pecuniã negotiationis cõmunis cauſa. ¶ 3 Heb. aut rapinã. Sub. negauerit. i. ſi negauerit ſe vi pecuniã extorſiſſe. ¶ 4. i. bona proximi ſui occupauiſſe aliqua fraude.

faciẽdo proximo. Aut ſi rem perditam inuenit, &'eam negauerit,'iurauerítque falſo ſuper quapiam re,ex omnibus his quæ facere ſolet homo, ⁶inque his peccare:' Si itaque peccauerit,&'deliquerit,'reſtituat raptum quod rapuit, aut quod per calumniam extorſit,aut depoſitum quod illi fuit commiſſum, aut rem perditam quam inuenit,Quin totum illud ſuper quo peierauit,⁸reddat ſortem,' addita ei quinta eius parte, reddat inquam ei cuius eſt,in die ⁹quo expiat delictum ſuum.'Sacrificium verò pro delicto ſuo adducat Domino,arietem nempe integrum ex grege,iuxta tuam æſtimationem,ad ſacrificiũ delicti ipſũ ſacerdoti.Et expiet¹⁰pro eo' ſacerdos coram Domino,& remittetur ei,¹¹quidquid illud fuerit quod fecit,& in quo deliquit. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen,dicẽs. Præcipe Aharoni & filijs eius in hanc ſententiam,¹²Hæc eſt lex holocauſti. ¹³ Holocauſtum ſit in pyra aræ tota nocte vſque mane, & ignis ipſius aræ incenſus ſit in ea.' Induétque ſacerdos veſtimentum ſuum lineum, & lineis femoralibus induet ¹⁴carnẽ ſuam, ¹⁵leuet cineres quos abſumpſit ignis holocauſti in ara, ponétque eos'iuxta aram. Et exuens veſtes ſuas, induet alias veſtes, efferétq; cineres extra caſtra ad locum mundum. Ignis verò in ara incenſus maneat, nec vnquã extinguatur, quin ſacerdos per ſingulos dies mane ligna in ara incendat, & aptet ſuper eam holocauſtum,adolebitque ſuper eam adipes ſacrificiorum pacificorum.Ignis ſemper accẽſus ſit in ara,nec vnquam extinguatur. ¶Hæc verò ¹⁶lex eſt ſacrificij cibarij: afferent illud' filij Aharonis corã Domino ante aram: Separandóque tollet ex illo vola ſua, ex ſimilagine ſcilicet ipſius ſacrificij cibarij,& de oleo eius, totúmque thus¹⁷quod eſt ſuper ſacrificium cibarium,'incendétque in ara¹⁸monumentum ei⁹,in odorem ſuaueolentem Domino.' Quod verò ex eo ſuperfuerit,comedẽt Aharon & filij eius:¹⁹placentæ infermentatæ comedẽtur' in loco ſancto, nempe in atrio ²⁰tẽtorij conſtitutionis'comedẽt ²¹illud.'Non coquetur fermẽtatum: ²²hoc ipſum dedi eis,vt ſit pars eorum ex ſacrificijs meis quæ igne ſiunt: ²³ſacroſanctum eſt,'quẽadmodũ ſacrificiũ pro peccato,& ſacrificiũ pro delicto. Omnis mas ex filijs Aharonis comedet²⁴ex eo:²⁵erit⁹ hic perpetuus ſit in poſteritatibus veſtris. de ſacrificijs quæ igne conſiunt Domino: ²⁶quicunque contingit ea,ſacer eſto. ¶²⁷Loquutúſq; eſt Dominus ad Moſen,dicẽs, ²⁸Hoc ſit munus'Aharonis & filiorum,quod offerent Domino,²⁹ab eo die quo fuerit vnctus.' Decima pars epha ſimilaginis ³⁰pro iugi ſacrificio,' dimidium eius mane,& dimidium eius veſpere. In ſartagine cum oleo ſiet,³¹maceratam afferas eam, cocta ſcilicet fruſta cibarij ſacrificij afferas, odorem ſuaueolentem Domino.

niã fecerit.Siue rẽ perditã inuenerit. & inficiãs inſuper peierauerit.¶& quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare homines,Cõuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere,integra, & quintam inſuper partẽ domino cui damnum intulerat.Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege,& dabit eum ſacerdoti, iuxta æſtimationem mẽſuráq; delicti: Qui rogabit pro eo corã Domino,& dimittetur illi pro ſingulis quæ faciẽdo peccauit. ¶Locutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen,dicens.Præcipe Aaron & filijs eius,Hæc eſt lex holocauſti. Cremabitur in altari tota nocte vſque mane ignis in eodem altari erit.Veſtietur tunica ſacerdos & feminalibus lineis:tolletque cineres,quos⁹vorans'ignis exuſſit, & ponens iuxta altare,Spoliabitur prioribus veſtimentis,indutúſque alijs,efferet eos extra caſtra,`&'in loco mundiſſimo`vſque ad fauillam conſumi faciet.'Ignis autem in altari ſemper ardebit,quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto, dẽſuper adolebit adipes pacificorũ. Ignis eſt iſte perpetuus,qui nunquã deficiet in altari. ¶Hæc eſt lex ſacrificij & libamentorũ,quæ offerent filij Aaron coram Domino,& coram altari, Tollet ſacerdos pugillum ſimilæ,quæ cõſperſa eſt oleo, & totum thus quod ſuper ſimilam poſitum eſt: adolebitque illud in altari in monimentum odoris ſuauiſſimi Domino.Reliquam autem partem ſimilæ comedet Aaron cum filijs ſuis,abſque fermento:& comedet in loco⁹ſanctuarij' tabernaculi.Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſum.ſanctum ſanctorum erit,ſicut pro peccato atque delicto. Mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud:legitimum ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrificijs Domini. omnis qui tetigerit illa, ſanctificabitur. ¶Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens,Hæc eſt oblatio Aaron,& filiorum eius,quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ. Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno,medium eius mane,& medium eius veſpere.Quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur:offeret autẽ eã calidã in odorẽ ſuauiſſimũ Domi-

Num.5.a.

Lex holocauſti.

B

¶⁹ vorax

Ignis perpetuus.

Lex ſacrificij & libamentorum.

C

¶⁹ſancto,in atrio

Oblatio Aaron & filiorũ ei⁹ in die vnctionis ſuæ.

¶5 Heb. inficias ſerit in ea.i.ſe eam inueniſſe. ¶6 peccãdo in his.i. quæ fieri nõ poſſunt ab homine citra peccatum. ¶7.i.fateri volet ſe deliquiſſe ¶8 reddat illud ĩ ſolidũ.i. totũ illud ipſũ, hoc eſt ſortẽ ipſã. ¶9 Heb.peccati ſui.i. die oblationis ſuæ pro delicto.aut die cõfeſſionis delicti ſui. ¶10 illi ¶11 Heb.: b vno ex oĩbus quæ admittere ſolet [homo] peccando i eo. ¶12 i. hæ ſũt ceremoniæ obſeruãdæ in holocauſto. ¶13 Heb.Eſt autem holocauſtum propter aduſtionem[id eſt,vt comburatur]quæ ſit ſup altare tota nocte vſq; ad matutinum tempus.ignis enim altaris incendetur in eo.i. perpetuò ardebit ignis ille qui ſemel accẽſus diuinitus fuerit ſuper altare. Hæc debent legi per parentheſin. Alij legunt ſine parẽtheſi, hoc pacto,Erit holocauſtũ in incẽdio ſup altare,tota nocte vſq; ad mane:ignis enim erit in eo altari:Induétque ſe tunica &c. In icẽdio,verti poteſt,ſup focũ.ſiue ſuper incẽdiũ.i.ſup ligna accẽſa.Ignis autẽ, ille ſcilicet qui diuinitus accẽſus fuit. ¶14.i.pudẽda ſua. ¶15 tolléτq; cinerẽ poſteaquã abſumpſerit ignis holocauſtũ ab altari:ponétq; illũ ¶16 lex oblationis quæ dicitur munus,quã offerẽt &c.i.hæ ceremoniæ obſeruandæ ſunt quãdo offeretur Minha.i.munus:quod vnus ex filijs Aaronis offeret. ¶17.i.quod adijcitur oblationi muneris. ¶18 in odorẽ quietis, monimentũ eius[ſub.ſimilæ]Domino.i.quæ admoneat Dominũ oblationis. ¶19 Heb.in azymis comedetis ¶20 tabernaculi cõuentus ¶21 illã.ſub.ſimilã. ¶22 Heb.portionẽ eorũ poſui illã ex incenſis.i. Non coquẽtur ex ea panes fermẽtati:quia partẽ eorũ dedi illã ex his quæ mihi incẽdũtur.Hebræus loquẽdi mos,pro,Volui portionẽ eorũ quæ offerũtur mihi incẽdenda.cedere in cibũ ſacerdotũ,& ab illis tantũ edi. ¶23 vl,ſanctitas ſanctitatũ eſt.i.res ſacroſãcta eſt eóque à ſacerdotibus tãtũ edi debet ſicut hoſtia quæ pro peccato & quæ pro delicto offertur. ¶24 illud.Sub. munus.Vel illã ſimilã,ſiue panes factos ex illa ſimila. ¶25 ſtatuto perpetuo per ætates veſtras, de incenſis Domini. Hoc eſt,oẽs mares ſtirpis ſacerdotalis comedere poterũt panes ex ea ſimila factos:quãdiu vixeritis, erit veſtra ſimila ex incẽſis Domini. ¶26 quicquid tetigerit illa,ſãctificabitur.i.fiet ſacroſanctũ,& nõ poterit edi,niſi à ſacerdotibus.[illa]quum dicit,tã ſimilã intelligit,cũ oleo & thure oblatam,quàm hoſtias pro delicto,& pro peccato oblatas. ¶27 Vtitur hac præfatione ſolita Moſes,vt oſtẽdat ſacrificiorũ leges à ſe cõfictas nõ eſſe,ſed à Deo iuẽtas & iſtitutas. ¶28 vl,Hæc eſt oblatio &c.i.Hæc eſt lex & ritus quẽ obſeruare debẽt in oblatione muneris tã Aarõ qui ſũmus eſt ſacerdos,quàm filij ei⁹ qui minores ſunt ſacerdotes. ¶29 vl,in die quo vngeτ.Refertur ad ſummũ ſacerdotẽ:nã ille ſolus oleo puro vngebatur:alij autẽ oleo miſto ſãguini. ¶30 in munus,ꝑpetuũ.ſiue, iugiter.i.quotieſcũque vngẽdi erũt ſummi ſacerdotes,offerẽt minores ſacerdotes decimã partẽ ſimilæ in mun⁹. ¶31 fricti offeres eã:munus coctũ.& in fruſta diuiſum offeres,in odorẽ quietis Domino.Sacerdos autẽ vnctus pro eo,ex filijs eius,offeret illã:ſtatuto ꝑpetuo tota Domino cremabitur.Et omne mun⁹ ſacerdotis cuiuſuis holocauſtũ erit:& nihil ex eo munere comedetur.Et locutus eſt &c.Quòd ait,In odorem quietis Domino:perinde eſt acſi dicat,Tale munus erit Domino acceptiſſimũ.Sacerdos autem vnctus pro eo.i.qui ſufficietur in locum Aaronis eo mortuo. Holocauſtũ præterea ſieri more Hebraico poſitum pro totum cremari.

no Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit. & tota cremabitur in altari. omne enim ſacrificium ſacerdotum igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo. ¶ Locutus eſt autē Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere Aaron & filiis eius, Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato, In loco vbi offertur holocauſtum, immolabitur, coram Domino. ſanctū ſanctorum eſt. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes ei⁹, ſāctificabitur. Si de ſanguine illius, veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto. Vas autem fictile in quo cocta eſt, cōfringetur. quòd ſi vas æneū fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Omnis maſculus de genere ſacerdotali veſcetur de carnibus eius, quia ſanctū ſanctorū eſt. Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, cuius ſanguis infertur in tabernaculū teſtimonii ad expiandū in ſanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni.

*Lex hoſtiæ pro peccato.*

*Heb. 13. b. 4.*

CAP. VII.

HAEc quoque eſt lex hoſtiæ pro delicto, ſancta ſanctorum eſt: Idcirco vbi immolabitur holocauſtū, mactabitur & victima pro delicto: ſanguis eius per gyrum altaris fundetur. Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia. Duos renunculos, & pinguedinem quę iuxta ilia eſt, reticulūmque iecoris cū renunculis. Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare. incenſum eſt Domini pro delicto. Omnis maſculus de ſacerdotali genere, in loco ſancto veſcetur his carnibus, quia ſanctum ſanctorū eſt. Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto: vtriuſque hoſtię lex vna erit. ad ſacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius. Et omne ſacrificiū ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in B craticula, vel in ſartagine præparatur, eius erit ſacerdotis à quo offertur: Siue oleo cōſperſa, ſiue arida fuerint, cūctis filiis Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur. ¶ Hæc eſt lex hoſtię pacificorū quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes abſq; fermento conſperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque ſimilam, & collyridas olei admiſtione conſperſas, Panes quoque fermentatos cum hoſtia gratiarū, quæ immolatur pro pacificis: Ex quibus vnus ꝓ primitiis offertur Domino, & erit ſacerdotis qui fundet hoſtiæ ſanguinē. Cuius carnes eadē comedētur die, nec remanebit ex eis quicquā vſq; mane. Si voto, vel ſpōte quiſpiā obtulerit hoſtiā, eadem ſimiliter edetur die: Sed & ſiquid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt: quicquid autē tertius inuenerit dies, ignis abſumet. Et ſiquis de carnibus victimæ pacificorū die tertio comederit, irrita fiet

*Lex hoſtiæ ꝓ delicto.*

*Hoſtia pacificorum.*

*¶ offeretur*

Et ſacerdos qui pro eo vnctus fuerit de filiis eius, faciet iſtud: ritus hic perpetuus ſit, Domino totum incendatur: omne ſacrificium cibarium ſacerdotis totum [incenſum] erit, nec comedetur. ¶ Et locutus eſt Domin⁹ ad Moſen in hāc ſententiam, Loquere ad Aharonem, & ad filios eius hiſce verbis, Hęc eſt lex hoſtiæ pro peccato: in loco vbi mactatur holocauſtum, mactabitur & hoſtia pro peccato [11]corā Domino,' ſacroſancta enim eſt. Sacerdos qui ſacrificat hoſtiam pro peccato, eā comedet, in loco ſancto comedetur, [nempe] in atrio tentorii [13]conſtitutionis. [14]Quicūque contigerit carnem eius, ſacer eſto.' Et ſi de ſanguine eius ſparſum fuerit ſuper aliquam veſtem, quod aſperſum fuerit lauabis in loco ſancto. Vas autem fictile in quo cocta fuerit, frangetur: & ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur, & aqua lauabitur. Omnis mas ex ſacerdotibus comedet illam: [15]ſacroſancta enim eſt.' Et omnis hoſtia peccati, de cuius ſanguine infertur in tentorium [13]conſtitutionis, [16]ad expiandum' in ſanctuario, [17]non comedetur,' ſed igne cremabitur.

CAP. VII.

HAEc verò [1]lex eſt hoſtiæ pro delicto, [2]ſacroſancta eſt.' In loco vbi mactant holocauſtū, ibi quoque mactent hoſtiam pro delicto, & ſanguinem eius [3]ſparget [4]ſuper aram' per circuitū. Omnem adipem eius offerent de eo, caudam, & adipem eius qui obtegit inteſtina. Duos quoque renes, & adipem qui ſuper eos eſt, [&] qui eſt ſuper iliis,' & reticulum quod eſt ſuper iecur cum renibus tollet. Et incēdet ea ſacerdos ſuper ara, [6]vt ſit ſacrificium quod igne cōſit Domino: eſt enim hoſtia pro delicto.' Omnis mas de ſacerdotibus ex ea comedet, in loco ſancto comedetur: eſt enim ſacroſancta. [7]Sicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto,' eadem illis lex eſt: & [8]erit ſacerdotis qui per eam expiat.' Sacerdos qui adfert alicuius holocauſtum, illius erit pellis holocauſti quod ſacrificauit. Et omne [9]ſacrificiū cibarium' quod coctum eſt in fornace, & quodcunq; fit in frixorio, & in ſartagine, ſacerdotis illius erit qui illud ſacrificat. Et omne ſacrificium cibarium quod permiſtum eſt oleo, quin & aridū, erit omnium filiorum Aharonis, [*]vnius vt alterius. ¶ Hæc eſt lex ſacrificii [10]pacificorum, [11]cum offertur' Domino. Si pro gratiarum actione obtulerit ipſum, offerat [12]pro ſacrificio' illo gratiarum actionis [13]placētas azymas oleo permiſtas, & extenuatas placentas infermentatas oleo vnctas, & ſimilaginem maceratā, lagana oleo ſubacta.' Cum placētis panis fermentati [14]adducet ſacrificium ſuum, pro hoſtia gratiarū actionis pacificorum ſuorum.' Et offeret ex eo vnū, [15]ex vniuerſo ſacrificio thruma Domino, [16]quæ' erit ſacerdotis ſpargētis ſanguinē pacificorū. [17]Porrò caro ſacrificii gratiarū actiōis pacificorū ſuorū, eodē die quo offerē edi debet, nec reponat' ex eo quidquam vſq; mane. Si autē ex voto vel ſpōte attulerit ſacrificiū ſuū, comedetur eodem die quo afferet ſacrificiū ſuū: poſterò verò die ſiquid reſiduū ex eo manſerit, edi poteſt. Quod autē manſerit de carne ſacrificii in diē tertiū, igne cōburetur. Quòd ſi omnino quidpiā comeſtū fuerit de carne pacificorū ſuorū die tertio, [18]fauorem nō cōſe-

¶ 11. i. In atrio, in plaga Septētrionali. ¶ 13 cōuentus. ¶ 14 Quicquid cōtigerit carnē ei⁹, ſanctū reddit. i. Nō comeditur niſi à ſacerdotibus. ¶ 15. i. Deo dicata eſt ea hoſtia ¶ 16 Sub. peccatum. ¶ 17 à ſacerdotibus ſcilicet.

XII.

¶ 1. i. ratio & ritus obſeruādus in mactāda hoſtia ꝓ expiatione delicti. Hoc capite deſcribūtur leges ſacrificii q.d ꝓ minore peccato offert. ¶ 2 vł, ſanctitas ſanctitatū eſt. i. eſt res ſacta: ideo eſus eius ſolis ſacerdotib⁹ permittit. ¶ 3 ſub. ſacerdos. ¶ 4 ſub. holocauſti. ¶ 5 vł, iuxta ilia. ¶ 6 in incēſum Domino: talis eſt enim hoſtia quæ ꝓ delicto offert. ¶ 7 Heb. Sicut peccatū, ſic delictum. Cōpendium loquendi Hebręorū. i. Vt hoſtia ꝓ peccato ſe habet, ita hoſtia ꝓ delicto, & vice verſa: hoc eſt, Idē rit⁹ ſeruabit in hoſtia ꝓ delicto, q obſeruabat in hoſtia ꝓ peccato. ¶ 8 Hebraiſm⁹ eſt. p. ad eū ſacerdotē pertinebit hoſtia illa, qui per illam expiauerit peccatum alicuius. ¶ 9 munus. Hebraice vocatur minha. ¶ * Heb. vnicuique ſicut fratri ſuo. i. per ſingulos iuſta menſura diuidetur. ¶ 10 Heb. pacium. Hoc ſacrificium fiebat quoties aliquis Deum laudare volebat ſuper ſigno aliquo erga ſe facto. Vnde & offerens comedebat ex eo: quod in ſacrificio pro peccato & delicto nō fiebat. Per ſignū factū, intellige liberationē ex vinculis: aut ſiquis Dei beneficio ex graui infirmitate cōualuiſſet: aut prolē ex ſterili vxore impetraſſet. Hæc & ſimilia nomine pacis intelliguntur, pro quib⁹ agebātur gratiæ Deo, immolatis ſacrificiis. ¶ 11 quod offeret. ſub. ſacerdos. ¶ 12 cū ſacrificio ¶ 13 vł, cruſtula infermētata, oleo vncta, & ſimili fricti, & placētas verſatas in oleo. ¶ 14 Heb. offeret oblationē ſuam cū ſacrificio gratiarū actiōis paciū ſuarū. Hoc eſt, ſacrificio quo gratias agebāt ob pacē redditā, aut trāquillitatē, aut ſanitatē reſtitutam, vt iam dictum eſt. Panis infermentatus, agnitionē culpæ & infirmitatis ſignificat. ¶ 15 vł, ex vniuerſa oblatione, eleuationē Domino. i. Ex iſto ſacrificio offeret vnū panē qui eleuabitur corā Domino. ¶ 16 ſub. panis eleuatio. ¶ 17 Caro verò ſacrificii gratiarū actionis pacium ſuarū, eadē die qua immolabitur, comedetur: nec relinquet &c. Sub. ſacerdos. Hebraiſmus. pro, Caro oblata pro gratiarum actione ob pacem impetratam, vel ob aliud inſigne beneficiū à Deo recēs acceptum. ¶ 18 non erit gratus qui obtulerit illud, nec imputabitur illi [ſubaudi, ad gratiam,] imò abominatio erit: anima enim quæ comederit ex ea [oblatione,] feret pœnam iniquitatis ſuæ.

quetur offerens illud, nec reputabitur ei, quia
abominatio erit: & anima quæ comederit, feret
iniquitatem ſuam. Caro quæ tetigerit quancun-
que immunditiam, non comedetur, ſed igne
comburetur: [19]munda ſit omnis caro, & qui car-
nem comederit.' Anima quæ comederit carnem
de hoſtia pacificorum quæ Domini ſunt, & ha-
buerit in ſe immunditiam ſuã, [20]excindetur ani
ma eiuſmodi de populis ſuis.' Anima verò quæ
tetigerit aliquid immundũ, ſiue ſit hominis im-
mundicia, ſiue immundum animal, aut immun
ditia reptilis, & comederit de carne ſacrificij pa
cificorum, quod Domini eſt, excindetur anima
huiuſmodi de populis ſuis. ¶Et loquutus eſt Do
minus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael
hiſce verbis, Omnem adipem bouis, & ouis, atque
capræ non comedetis. [11]Adipis cadaueris, & adi-
pis diſcerpti à beſtia vſus eſſe poteſt ad omnia
opera, modo huiuſmodi nõ edatis.' Omnis enim
qui adipem animalis, quod adducitur ad ſacrifi-
cium quod igne conſit Domino, comederit, ani-
ma illa edens excindetur è populis ſuis. Et om-
nem ſanguinem ne edatis, [12]in cunctis habitatio
nibus veſtris,' ſiue auis ſit, ſiue iumenti. Quæcun
que anima ſanguinem aliquem comederit, hu-
iuſmodi anima excindetur è populo ſuo. ¶Et lo
quutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſenten-
tiam, Loquere ad filios Iſrael huiuſmodi verba,
Qui adducet ſacrificium pacificorum ſuorũ Do-
mino, [13]adducat ſuam illam oblationem Domi-
no, de ſacrificio pacificorum. [14]Manus eius addu
cãt ſacrificiũ quod igne cõſiat Domino, adipe cũ
pectuſculo afferet ipſe, pectus quidem vt agite-
tur ad tenupha coram Domino:' adipẽ verò in-
cendet ſacerdos in ara, eritque pectus Aharonis
& filiorum eius. Armum quoque dexterum dabi-
tis [15]thruma' ſacerdoti, ex ſacrificijs pacificorum
veſtrorum. Qui ex filijs Aharonis obtulerit ſan-
guinem pacificorum atque adipẽ, is habebit ar-
mum dextrum pro portione. Nam pectus [16]tenu
pha, & armus thruma' accepi à filijs Iſrael, de ſa-
crificijs pacificorum ipſorũ, & dedi ea Aharoni
ſacerdoti & filijs eius, ſtatuto perpetuo à filijs Iſ
rael. [17]Hæc eſt vnctio Aharonis' & filiorũ eiꝰ [18]de
ſacrificijs Domini, à die quo attulit eos vt ſacer-
dotio fungerentur coram Domino,' quæ præce-
pit eis Dominꝰ dari in die vnctionis eorum à fi
lijs Iſrael, ſtatuto ꝑpetuo [19]in poſteritatibꝰ ſuis.
¶Hæc eſt lex holocauſti, & [20] ſacrificij cibarij, &
hoſtiæ ꝑ peccato, & hoſtiæ pro delicto, [21]pro ini
tiatione,' & pro ſacrificio pacificorum: [22]Quã ſci-
licet præcepit Dominus Moſi in mõte Sinai, quũ
mandaret filijs Iſrael in deſerto Sinai vt offerrẽt
ſacrificia ſua' Domino.

CAP. VIII.

Loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Acci
pe Aharonem & filios eius cum eo, & veſtes,
atque oleum vnctionis, & iuuencũ[ſacrificij] pro
peccato, & duos arietes, atque caniſtrum placen-
tarum infermentatarum. Et cõgrega vniuerſum
cœtum ad oſtium tentorij 'conſtitutionis.' Et Moſes fecit quemadmodum præceperat ei Dominus,
congregatúſque eſt cœtus ad oſtium tentorij 'conſtitutionis.' Et dixit Moſes ad cœtum, [1] Hoc eſt
verbum quod præcepit Dominus, vt fiat.' Et 'adduxit' Moſes Aharonem & filios eius, & lauit eos a-
qua. Et induit eum tunicam ſtrictam, & cinxit eum [4]zona:' ſed & [5]interulam laxiorem' induit eum,
& induit eum humerale, [6]& cinxit illud textura polymita quæ erat in humerali, cingens ſcilicet

eius' oblatio, nec proderit offerenti: quin potius
quæcunque anima tali ſe edulio contaminaue-
rit, præuaricationis rea erit. Caro quæ aliquid te
tigerit immundum, non comedetur, ſed com- C
buretur igni: qui fuerit' immundus,' veſcetur ex ¶ mundus,
ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibꝰ hoſtiæ
pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de
populis ſuis. Et quæ tetigerit immunditiam ho-
minis, vel iumenti, ſiue omnis rei quæ polluere
poteſt, & comederit de huiuſcemodi carnibꝰ, in-
teribit de populis ſuis. ¶Locutúſque eſt Dominꝰ Adeps & ſan
ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Adipem guis non cõ-
ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipẽ ca- edenda.
daueris morticini, & eius animalis quod à beſtia
captum eſt, habebitis in varios vſus. Siquis adi-
pem, qui offerri debet in incenſum Domini, co-
mederit, peribit de populo ſuo. Sãguinem quo-
que omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de
auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ
ederit ſanguinẽ, peribit de populis ſuis. ¶Locu- Quę Aaronis
túſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere erit, & filio-
filijs Iſrael, dicens, Qui offert victimam pacifico rũ eius de ſa
rum Domino, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt crificijs paci-
libaméta eius. Tenebit manſbus adipem hoſtiæ, D ficis.
& pectuſculum. cúmque ambo oblata Domino
conſecrauerit, tradet ſacerdoti, qui adolebit adi-
pem ſuper altare, pectuſculum autẽ erit Aaron,
& filiorum eius. Armus quoque dexter de pacifi-
corum hoſtijs cedet in primitias ſacerdotis. Qui
obtulerit ſanguinem, & adipem, filiorũ Aaron,
ipſe habebit & armum dextrũ in portione ſua.
Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſepara
tionis tuli à filijs Iſrael de hoſtijs eorum pacifi-
cis, & dedi Aarõ ſacerdoti, & filijs eius lege perpe
tua, ab omni populo Iſrael. Hæc eſt vnctio Aa-
ron & filiorũ eius in ceremonijs Domini in die
quo obtulit eos Moyſes, vt ſacerdotio fungeren-
tur, & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Iſ-
rael religione perpetua in generationibus ſuis.
¶Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificij ꝑ peccato at-
que delicto, & pro conſecratione & pacificorum
victimis: quam conſtituit Dominus Moyſi in mõ
te Sinai quando mandauit filijs Iſrael vt offer-
rent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.

CAP. VIII.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Conſecratio
Tolle Aaron cum filijs ſuis, veſtes eorum, & põtificis Aa-
vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arie ronis & filio
tes, caniſtrum cum azymis, Et congregabis om- rum eius.
nem cœtum' Iſrael' ad oſtium tabernaculi. Fecit-
que Moyſes vt Dominus imperauerat: congre-
gatáque omni turba ante fores tabernaculi, Ait,
Iſte eſt ſermo quem iuſſit Dominus fieri. Statim-
que obtulit Aaron & filios eius. cúmque lauiſſet
eos, Veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingẽs
eum balteo, & induens eum tunica hyacinthi-
na, & déſup humerale impoſuit, quod aſtringẽs B
cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina

¶19 & carnes illas omnis mũdus comedet. Carnes intelligit hoſtiæ immolatæ Deo i ſacrificio pacificorũ ¶20 .i. eijcietur è congregatione fidelium.
¶11 Heb. Adeps cadaueris, & adeps rapinæ fiet in omne opus, & comedendo non comedetis illum .i. Adeps cadaueris & etiam rapti à fera & occiſi, ad varios vſus adaptabiẽ: ſed non poterit comedi à vobis.
¶12 .i. vbicunq; habitare vos cõtigerit.
¶13 offerat oblationem ſuam Domino de ſacrificio ſuo pacifico .i. ex ea victima.
¶14 vl. Manibꝰ ſuis offerat quod eſt incendendũ Domino: adipẽ cum pectuſculo offerat: vt ſcilicet pectuſculum agitatione agitetur corã Domino. Agitatio ea, fiebat à dextera ad ſiniſtrã. ¶15 eleuationem. Id eſt, ad leuandũ corã Domino ſurſum verſus. Dũ agitabatur hoſtia à dextra ad ſiniſtrã, ſurſum verſus agitabat, ſignificabatur Deꝰ ſuperiorũ & inferiorũ, cæleſtiũ & terreſtrium dominus.
¶16 agitationis, & armus eleuationis .i. quod per agitationẽ à dextra ad ſiniſtram offertur, & armus qui eleuatur dum mihi offertur. ¶17 .i. Hæc eſt merces vnctionis Aaronis: hoc eſt, Mercedis loco hoc habebit Aarõ & filij eiꝰ ob vnctionẽ ſuã, ſiue ſacerdotiũ ſuũ à filijs Iſrael. ¶18 vl, de his quæ incẽdũtur Domino, à die quo accedere fecit eos vt ſibi ſacerdotio fungerẽtur, ¶19 .i. quibꝰ ſeculis illi vixerint. ¶20 muneris, & ſacrificij &c Hic eſt recapitulatio præcedentiũ, vt tranſeat ad ſequẽtia. ¶21 .i. & ſacrificij quod fieri ſolet in cõſecratione ſacerdotũ. ¶22 .i. Quas leges Moſes tulit iubente Domino. ¶23 .i. ſibi. Hebraiſmꝰ, antecedens pro relatiuo.
VIII. ¶1 cõuentus. ¶2 Hebraiſmus, pro, Hoc eſt quod Dominus præcepit fieri. ¶3 accerſiuit ad ſe ¶4 vl, balteo: ¶5 pallium ¶6 accinxitque eum balteo ſuperhumeralis, & ſtrinxit eum illo. Poſuit præterea pectorale ſuper illud, in quo poſuit Vrim & Thummim. Deinde &c. Chaldæus paraphraſtes, pro Strinxit eum illo, vertit, Ornauit eum illo. Pectorale ſuperpoſuit ipſi ſuperhumerali. Pro balteo, verti poteſt artificium, hoc pacto, Coniunxitque eum in artificio ſuperhumeralis .i. in eo loco vbi artificium ſuperhumeralis erat.

& veritas. Cidari quoque texit caput: & ſuper eã, contra frontem, poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus. ¶Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. Cúmque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibꝰ, vnxit illud, & omnia vaſa eius, labrúmque cum baſi ſua ſanctificauit oleo. ¶Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum, & cõſecrauit. Filios quoque eius °oblatos conſecrauit, veſtiuitque' tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitq; mitras, vt iuſſerat Dominus. ¶Obtulit & vitulũ pro peccato.

Eccli 45. c.
¶° oblatos veſtiuit

C cúmque ſuper caput eius poſuiſſet Aaron & filij eius manus ſuas, immolauit eum: hauriens ſanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. Adipẽ verò qui erat ſuper vitalia, & reticulum iecoris, duóſque renunculos cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper altare: vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremãs extra caſtra, ſicut præceperat Dominus. ¶Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper cuius caput cũ impoſuiſſent Aaron & filij eius

D manus ſuas, immolauit eum, & fudit ſanguinẽ eius per circuitum altaris. Ipſúmque arietem in fruſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius inteſtinis & pedibus. Totúmque ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quòd eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris Domino, ſicut præceperat ei. Obtulit & arietem ſecundum, in cõſecrationem ſacerdotũ: poſuerúntque ſuper caput eius Aaron & filij eius manus ſuas. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, tetigit extremũ auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, ſimiliter &

E pedis. Obtulit & filios Aaron. cúmque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & °pollices' manus ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper altare per circuitum. Adipem verò, & caudam, omnémq; pinguedinẽ quæ operit inteſtina, reticulúmque iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dextro ſeparauit. Tollens autem de caniſtro azymorum, quod erat coram Domino, °panes' abſq; fermento°, & collyridam conſperſam oleo, laganúmque poſuit ſuper adipes, & armum dextrũ, tradẽs ſimul omnia Aaron & filijs eius. Qui poſtquam leuauerũt ea coram Domino, rurſum

¶° pollicem
¶° panẽ ſing. num.
¶° vnum

F ſuſcepta de manibus eorum, adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuauitatis ſacrificij °Domini.' Tulitque pectuſculum eleuans illud coram Domino, de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus. Aſſuméſque vnguentum, & ſanguinẽ qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta eius, & ſuper filios illius ac veſtes eorum. ¶Cúmque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, dicẽs, Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoq; cõſecrationis edite, Qui poſiti ſũt in caniſtro, ſi-

¶° Domino.

G cut præcepit mihi Dominꝰ, dicẽs, ¶Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autẽ reliquũ fuerit de carne & panibus, ignis abſumet. De oſtio quoque tabernaculi nõ exibitis ſeptem diebus, vſque ad diẽ quo cõplebitur tẽpus cõſecrationis veſtræ.

Exod. 29. f.

illum eo. Poſuit & pectorale ſuper eum, reponẽs in pectorali Vrim & Thummim. Deinde' poſuit tiarã in capite eius, ponens ſuper tiaram [7]in anteriori parte eius,' laminam auream coronam [8]ſanctã,' ſicut præceperat Dominus Moſi. ¶Accepit quoque Moſes oleum vnctionis, & [9]vnxit' tabernaculum & quidquid fuit in eo, & conſecrauit ea. Et ſpargens de illo ſuper aram ſepties, vnxit aram & omnia inſtrumenta eius, labrum & baſim eius vt conſecraret ea. Fundens autem de oleo vnctionis ſuper caput Aharonis, vnxit eũ, vt eum conſecraret. Et applicans Moſes filios Aharonis, [10]induit eos tunicis,' atq; accinxit eos cinctura, & [11]adhibuit eis pileolos,' quemadmodum præceperat Dominꝰ Moſi. ¶[12]Adduxit quoq; iuuencum pro peccato,' & poſuit Aharon atque filij eius manus ſuas ſuper caput iuuenci, qui fuit ſacrificium pro peccato. Quo mactato, Moſes accepit ſanguinem, quem digito ſuo poſuit ſuper cornua aræ per ambitũ, & expiauit aram, & ſanguinem fudit ad baſim aræ, conſecrauitque ipſam, [13]& expiauit pro ea.' Et tollẽs vniuerſum adipem, qui erat ſuper [14]ventrem,' & reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem eorum, incẽdit Moſes in ara. Iuuencum verò & pellem eius, carnem eius, & excrementum eius extra caſtra igne combuſſit, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. ¶Et adducto ariete pro holocauſto, impoſuerunt Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. Quo mactato, Moſes ſparſit ſanguinem ſuper aram circunquaque. Et incidẽs arietem [15]in ſuas inciſiones,' incẽdit Moſes caput, [16]& alias inciſiones' cum extis. [17]ventrem' verò & crura lauit aqua. Et incendit Moſes totum arietem ſuper ara [18]in holocauſtũ, vt fieret odor ſuaueolens, & ſacrificium quod igne confit Domino,' quemadmodum Dominus Moſi præceperat. Adduxit deinde arietem alterum, arietem ſcilicet conſecrationis, & impoſuerunt Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. Quẽ mactans Moſes, tulit de ſanguine eius, & poſuit ſuper [19]auriculã molliorẽ auris Aharonis dextræ,' & ſuper pollicẽ manus eiꝰ dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri. Et adducens Moſes filios Aharonis, poſuit de ſanguine ſuper [19]teneriorẽ partem auris eorum dextræ,' & ſuper pollicem manus eorum dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri, ſparſitque Moſes ſanguinem ſuper aram per circuitum. Tulit deinde adipem atque caudam, & omnem adipem qui erat ſuper ventrem, reticulum iecoris, & duos renes cum adipe eorum, & armum dextrum. De caniſtro quoque azymorum quæ erant coram Domino, tulit placentam vnam infermentatam, & placentam panis [20]delibuti' vnam, & laganum vnum. & poſuit ſuper adipes, & ſuper armum dextrũ. Et hæc omnia poſuit ſuper manus Aharonis, & ſuper manus filiorum eius, & [21]agitauit ea tenupha' coram Domino. Deinde tulit Moſes ea de manibus eorum, & adoleuit in ara [22]ſuper holocauſtũ: [23]fuit enim hoc ſacrificium conſecrationis igne confectum Domino in odorem ſuaueolentem.' Et accipiens Moſes pectus, [24]agitauit ipſum tenupha' coram Domino: fuit enim de ariete conſecrationis ipſi Moſi pars hæc, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Tulit etiam Moſes de oleo vnctionis, & de ſanguine qui erat in ara, & ſparſit ſuper Aharonem, & ſuper veſtimenta eius, & filios eius, atque veſtimẽta filiorum eius cum eo: conſecrauitque Aharonem, veſtimenta eius, & filios eius, atque veſtimenta filiorum eius cum eo. ¶Et dixit Moſes ad Aharonẽ, & ad filios eius, Coquite carnem in oſtio tentorij [15]conſtitutionis,' ibidémque comedite eam vnà cum pane, qui eſt in caniſtro conſecrationis, quemadmodum [16]præcepi' hiſce verbis, Aharon & filij eius comedent eam. Quod vero de carne & pane reliquum fuerit, igne combureris. De oſtio quoque tentorij [15]conſtitutionis' ſeptem diebus non exibitis, ad eum vſque diem quo impleti fuerint dies conſecrationis veſtræ;

¶7 e regione faciei ſuæ, ¶8 Vocat ſanctam, quòd in ea ſcriptum eſſet, Sanctitas decet Dominũ. ¶9 vel, conſecrauit ¶10 vel, ornauit eos tunicis lineis, ¶11 vel, mitras alligauit illis, ¶12 vel, Aſſumpſit quoque vitulum mactandum pro expiatione peccati, ¶13 ad expiãdũ eam. Vel, in ea. .i. ad expiandũ i ea omnia peccata. ¶14 inteſtina, ¶15 in ſua fruſta, ¶16 & fruſta ſua ¶17 inteſtinum ¶18 Hebr. holocauſtũ erat in odorẽ quietis, & res quæ incẽderetur ipſi Domino .i. eo quòd holocauſtũ eſſet cuius odor erat Deo gratiſſimus: cúmque arietem incẽdebat in honorẽ Domini. ¶19 extremam auriculam Aaronis dextrã, ¶20 Heb. olei .i. oleo cõſperſũ. ¶21 agitauit ea agitatione .i. fecit vt cum agitatione quadã, motitando illa à ſiniſtra ad dextrã, offerrẽt illa. ¶22 in holocauſtum. Vel, poſt holocauſtum: ¶23 He. oblationes ſũt in odorẽ quietis, oblatio ignita Domino .i. nã illud ipſum, oblatio ſacerdotis, nempe ſacrificium quod abſumitur igni, fieri ſolet in gratiſſimum odorẽ Domino. ¶24 agitauit illud agitatione .i. agitando vel motitando obtulit illud Deo. ¶15 conuentus, ¶16 præcepit. ſub. Dominus.

¶17.i. conſecrabit.ſub. Dominus. Quidã dicunt tertiam perſonam poni ꝓ pria, cõſecrabo man' veſtras iuſſu Dei.
¶18 .i. quemadmodum ego Moſes feci, ſic præceperat Dominus vt facerem, vt emundarẽ vos à peccatis veſtris per ſeptem dies.
¶19 manebitis
¶20 conuentus ¶21 vl, obſeruãtes cuſtodias Domini. Id eſt, cuſtodiẽtes ea quæ iuſſit Dominus cuſtodiri.i.ceremonias & præcepta eius.

I X.

¶1 Sub. Martij. Hæc enim geſta ſunt altero anno egreſſionis ex Ægypto, octauo Martij: non vt Rabbini volũt, primo.
¶2 conuentus.
¶3 nempe ante fores tabernaculi. ¶4 vl, & deprecare ꝓ te. Aut, placa tibi Deũ, propitiũ tibi redde & fauentem tibi & populo per ſacrificium.
¶5 & ora ꝓ eis. vl, placa [Deũ] pro illis.
¶6.i.cremandũ poſuit ſuper altare. nam igni de cælo abſumebatur holocauſtum.
¶7.i.cum artubus ſuis in fruſta conciſis.
¶8 inteſtina
¶9.i. cremãda poſuit.
¶10 vl, tradiderat popul' ꝓ hoſtia peccati,

ſeptem enim diebus [17]implebit' manũ veſtram, [18]ſicut fecit hac die, ſic præcepit Domin' fieri ad expiandum vos.' Porrò die noctúque [19]ſedebitis' in oſtio tentorij [20]cõſtitutionis' ſeptem diebus, [21]& obſeruabitis obſeruationem Domino,' vt nõ moriamini: ſic enim iuſſus ſum. Fecit itaq; Aharon & filij eius omnia verba quæ Dominus per Moſen præceperat.

CAP. IX.

FActum eſt autem [1]octauo die' vt vocaret Moſes Aharonem atque filios eius, ſeniorẽſque Iſraelis Dixit autem ad Aharonem, Tolle tibi vitulum iuuenem ex armento ad hoſtiam pro peccato, & arietem in holocauſtum, integros[vtroſque,] & adduc in conſpectum Domini. Ad filios verò Iſrael dices hiſce verbis, Tollite hircum ex capris pro hoſtia peccati, & vitulum, & agnum, anniculos, integros pro holocauſto. Bouẽ quoque & arietem pro pacificis, ad ſacrificandum coram Domino, & oblationem Minha oleo cõſperſam: hodie eni Dominus apparebit vobis. ¶ Tulerunt itaque quę præcepit Moſes, ante tentorium [2]conſtitutionis,' & acceſſit vniuerſus cœtus, ſteterúntq; [3]coram Domino.' Et ait Moſes, Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus vt faciatis, & apparebit vobis gloria Domini. Et ait Moſes ad Aharonem, Accede ad aram. & fac ſacrificium tuum pro peccato, & holocauſtum tuum, [4]& fac expiationem pro te,' & pro populo, & fac etiam ſacrificium populi, [5]vt expies eos,' quẽadmodũ præcepit Dominus. Acceſſit igitur Aharon ad aram, & mactauit vitulum quem habuit pro peccato. Et attulerunt filij Aharonis ſanguinem ad eum, & intingens digitum ſuum in ſanguine, poſuit ſuper cornua aræ, fuditque ſanguinem ad baſim aræ. Adipem verò & renes, & reticulum iecoris de illa hoſtia peccati, [6]incendit in ara,' quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Porrò carnẽ & pellem igne combuſſit extra caſtra. Mactauit & holocauſtum, & porrexerunt Aharoni filij eius ſanguinem, quem ſparſit ſuper arã per circuitum. Sed & holocauſtum ipſum adminiſtrarunt ei, [7]cum inciſionib' ſuis, & capite, quæ [6]incẽdit ſuper aram.' Lauit quoque [8]ventrem & crura, & [9]incẽdit' cum holocauſto in ara. Deinde adduxit ſacrificium populi, accipiens caprũ, quem [10]habuit populus hoſtiam peccati,' & mactãs eũ, confecit eum pro hoſtia peccati, quemadmodũ priorem. Et ſacrificauit holocauſtum, & fecit illud iuxta ritum. Adduxit & [11]cibariũ ſacrificium,' implens manum ſuam ex eo, & incẽdens in ara præter holocauſtũ matutinũ. Mactauit & bouem, & arietem, ſacrificium[ſcilicet] [12]gratulatorium, [13]quod populus habuit.' Et filij Aharonis porrexerunt ei ſanguinem, quem ſparſit ſuper aram per ambitum. Et adipes de boue, & ariete, & caudam, [14]& obtegẽtem[adipem.]' & renes atque reticulum iecoris. Et poſuerũt adipes ſuper [15]pectuſculum,' & [16]incẽdit' adipes in ara. Pectuſcula verò & armum dexterum [17]mouit Aharon tenupha' coram Domino, quemadmodum præceperat Moſes. Et leuans Aharon manum ſuam ſuper populum, fauſta eſt eis imprecatus. [8]tum deſcendit [ [9]ab ara,] vbi fecerat hoſtiam' pro peccato, & holocauſtum, [10]atque gratulatoria.' Et veniens Moſes atque Aharon in tentorium conſtitutionis, egreſſi, bene precati ſunt populo,' viſaque eſt gloria Domini vniuerſo populo. [11]Et egreſſus eſt ignis à facie Domini,' deuorauitque in ara holocauſtum, & adipes: quod videns vniuerſus po-

ſeptẽ enim diebus finitur conſecratio: ſicut impræſentiarum factum eſt, vt ritus ſacrificij [a]compleretur.' Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruãtes cuſtodias Domini, ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locut' eſt Dominus per manum Moyſi.

CAP. IX.

FActo autem octauo die, vocauit Moyſes Aarõ & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitque ad Aaron, ¶Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrunque immaculatum, & offer illos coram Domino. Et ad filios Iſrael loquèris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum [a]anniculum,' & ſine macula in holocauſtum, bouem & arietem pro pacificis & immolate eos coram Domino. In ſacrificio ſingulorum ſimilam cõſperſam oleo offerentes. hodie enim Dominus apparebit vobis. ¶ Tulerunt ergo cũcta quę iuſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi: vbi cum omnis multitudo aſtaret, ait Moyſes, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & deprecare pro te & pro populo. cúmque mactaueris hoſtiã populi, ora pro eis, ſicut præcepit Dominus. Statímque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo: Cuius ſãguinem obtulerunt ei filij ſui. In quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduum ad baſim eius. Adipémque, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Domin' Moyſi: Carnes verò & pellem eius, extra caſtra combuſſit igni. Immolauit & holocauſti victimam: obtulerúntque ei filij ſui ſãguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. Ipſam etiam hoſtiam in fruſta cõciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſup altare cremauit igni, Lotis aqua prius inteſtinis & pedibus. Et pro peccato populi offerens, mactauit hircũ: expiatóque altari, fecit holocauſtum. Addens in ſacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſuper altare, abſque ceremonijs holocauſti matutini. Immolauit & bouem atque arietem hoſtias pacificas populi. obtulerúntque ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper altare in circuitum. Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculóſque cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris poſuerunt ſuper pectora. Cúmque cremati eſſent adipes ſuper altare, pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes. Et extẽdens manũ ad populũ, benedixit ei. ſicq; cõpletis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis & pacificis, deſcẽdit. Ingreſſi autẽ Moyſes & Aaron in tabernaculũ teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. ¶Apparuitq; gloria Domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis à Domio, deuorauit holocauſtũ, & adipes qui erãt

¶[a] cõpleatur.
Prima Aaronis oblatio, pro ſe & populo.
Exod. 29. a.
¶[a] ãniculos,
B
C
D
Benedicit Aaron populo.
Apparet gloria Domini.
2. mach. 2. c.
Ignis à Domino egreſſus deuorat holocauſtũ.

¶11 munus.i.ex eo munere cepit quantũ pugillo capi poteſt, & cremandũ poſuit ſuper altare, vt quando deſcẽderet ignis, cõburerẽtur omnia. Præter holocauſtum matutinũ, inquit: nã ante oia ſacrificia matutino tẽpore offerebãt holocauſtũ. & rurſus veſperi vltimũ ſacrificiũ erat holocauſtũ. ¶12 pacificorũ, ¶13 vl, quod erat populi. ſiue, quod ꝓ populo offerebatur. ¶14 & adipẽ tegentem exta, ¶15 pectora. bouis ſcilicet & arietis. ¶16 cremandos poſuit ¶17 agitauit Aaron agitatione.i.agitando obtulit. ¶18 poſtquam deſcenderat. Quia altare erat in loco editiore, idcirco deſcẽderat dixit. ¶19 ab apparando oblationẽ ¶20 & ſacrificium pacificorũ. ¶21 vl, Iã verò ingreſſi fuerãt Moſes & Aarõ tabernaculũ fœderis, & egreſſi erãt, & benedixerũt populũ, &c. ¶22 His verbis declarat quid ſignificarent verba illa, Apparuitque gloria Domini, nempe, deſcendit ignis de cælo, &c.

ſuper altare: quod cum vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominũ ruentes in facies ſuas. CAP. X.

Nadab & Abiu comburũtur à Deo. Nũe. 3.a.16.g 1.par.24.a.

ARreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, ¶impoſuerunt ignem, & incẽſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienũ, quod eis præceptum non erat. Egreſſúſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. Dixitque Moyſes ad Aarõ, Hoc eſt quod locutus eſt Dominus. Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. quod audiẽs, tacuit Aaron. Vocatis autẽ Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij, & aſportate extra caſtra. Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum.

Ferũtur extra caſtra.

Locutúſque eſt Moyſes ad Aarõ, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius. Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere: ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. fratres ¶veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium quod Dominus ſuſcitauit. Vos autem ¶non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi.

Planctus Iſrael ob incenſos Nadab & Abiu. B

¶ quoque

¶ ne egrediemini

¶Dixitque Dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternũ eſt in generationes veſtras: Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanũ, inter pollutum & mundum: Doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea quę locut⁹ eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

Interdicitur ſacerdotibus vino.

¶Locutúſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant reſidui. Tollite ſacrificium quod remãſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare: quia ſanctum ſanctorũ eſt. Comedetis autem in loco ſãcto: quod datũ eſt tibi & filijs tuis de oblationib⁹ Domini, ſicut præceptum eſt mihi. Pectuſculũ quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis ¶repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: Eo quòd armũ & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus.

Sacerdotes comedunt reſiduum oblationis. C

¶ repoſita

pulus, lætis vocibus [11]exclamans, ceciderũt in facies ſuas. CAP. X.

ET accipientes filij Aharonis Nadab & Abihu quiſque acerram ſuam, impoſito igne, miſerunt in eas incenſum, & attulerunt coram Domino ignem [1]alienum, [2]de quo nihil eis [3]præceperat. [4]Et egreſſus ignis à facie Domini, [5]deuorauit eos, mortuique ſunt [6]in cõſpectu Domini. Et ait Moſes ad Aharonem, [5]Hoc eſt quod loquutus eſt Dominus, quũ diceret, [6]In his qui mihi appropinquant [7]ſãctus ero, & in cõſpectu vniuerſi populi [8]glorioſus. & Aarõ tacuit. Vocauit ergo Moſes Miſael & Elzaphan, filios Vſielis, qui fuit patruus Aharonis, & dixit ad eos, Accedite, efferte [9]fratres veſtros [10]è ſanctuario extra caſtra. Et illi accedẽtes, tulerunt eos in tunicis ſuis extra caſtra, ſicut loquutus fuerat Moſes. Et ait Moſes ad Aharonẽ, & ad Eleazarũ atq; Ithamarũ filios ei⁹, Capita veſtra [11]ne nudetis, nec veſtimenta diſcindatis, ne moriamini, & [12]ne indignatio cadat ſuper vniuerſum cœtum: ſed fratres veſtri, nempe tota domus Iſrael, defleãt [13]deflagrationem quã incendit Dominus. Et [14]de oſtio tentorij conſtitutionis ne egredimini, ne fortè moriamini: [16]quoniam oleũ vnctionis Domini eſt in vobis. & fecerunt iuxta verbũ Moſis. ¶Et [17]loquutus eſt Domin⁹ ad Aharonẽ hiſce verbis, Vinum & ſiceram [18]non bibes, tu & filij tui qui tecũ ſunt, [19]quũ ingreſſi fueritis tentorium cõſtitutionis, ne moriamini: [20]ſtatutũ hoc ſit ſempiternũ per poſteritates veſtras. [21]Et vt diſcernatis inter ſanctum & inter prophanum, inter immundum & mundum. [22]Vtque doceatis filios Iſrael omnia ſtatuta [23]quæ Domin⁹ ad eos per Moſen loquutus eſt. Et loquutus eſt Moſes ad Aharonem, & ad Eleazarum, & Ithamarum filios eius reſiduos, Tollite [24]cibarium ſacrificium quod ſupereſt ex eis ſacrificijs, quæ igne cõſiunt Domino, & comedite illud [25]infermentatum iuxta aram, quoniam [26]ſacroſanctum eſt. Comedetis illud [inquam,] in loco ſacro: [27]eſt enim demenſum tuum, & demenſum filiorum tuorum, de eis ſacrificijs quæ igne conſiunt Domino, quoniam ſic iuſſus ſum: [28]Et pectuſculum tenupha, armũmque thruma comedetis in loco mundo, tu & filij tui, atque filiæ tuæ tecum: ſiquidem pro iure tuo, & pro iure filiorum tuorum data ſunt [iſta] de ſacrificijs pacificorum filiorum Iſrael. [29]Armum thruma, & pectuſculum tenupha cum ſacrificijs adipum quæ igne fiunt, inferent, vt moſitent tenupha coram Domino. hoc erit tibi, & filijs tuis tecum, ſtatutum perpetuum, quemadmodũ præcepit Dominus.

¶11 exclamauit, & cõcidit in faciem ſui. Honoris ſcilicet cauſa: aut præ metu. q.d. attoniti fuerũt viſo miraculo. Pro Exclamauit, Chaldæus paraphraſtes vertit, prorupit in laudem Domini.

X.

¶1 vl. externũ. i. qui non erat è cælo miſſus, & ſumptus ex altari. Durante autẽ ignis iſte è cælo demiſſus ſuper altare, vſque ad illud tẽpus quo captiui Iſraeli te in Babylonẽ abducti ſunt. ¶2 Sub. Moſes. q.d. ipſi non admoniti à Moſe acceperunt ignem. ¶3 i. exanimauit. neq; enim in fauillam redacti ſunt, vt ex ſequentibus ĩtelligere licet. ¶4 in eodẽ ſcilicet loco. i. ad altare holocauſti in atrio. ¶5 i. Nunc verbum Dei impletum eſt. ¶6 i. In ſacerdotibus qui propinquiores ſunt mihi. q.d. Eos qui mihi propinquiores fuerint puniam, ſi aberrauerint. ¶7 i. ſanctum me oſtendam, & ſanctitatis amatorem, qui ſanctè velim coli, & leges meas nolim pollui. ¶8 i. apparebo glorioſus, ſiue apparebit gloria mea. ¶9 i. cognatos. ¶10 è conſpectu ſanctitatis. i. loci ſancti. ¶11 more ſcilicet lugentium. Dominus non vult eos eſſe triſtes propter mortem impiorũ: neque vult vt cõtra præceptũ eius quicquã faciant. ¶12 i. ne iraſcatur Domin⁹ aduerſus cõgregationẽ. ¶13 i. mortẽ filiorũ Aarõ qui igni à Deo cælitus immiſſo perierũt. ¶14 ab oſtio tabernaculi fœderis [ſiue cõuẽtus] ne &c. q.d. ne ceſſaueritis ab officio veſtro, manete domi in loco ſancto. ibiq; vacate orationi & ſacrificijs, & iis quæ ſunt muneris veſtri. ¶16 i. quia vncti eſtis oleo ſancto. ¶17 opera ſcilicet Moſis. ¶18 vl, ne bibas. Non ſemper abſtinebant à vino ſacerdotes, ſed quando ingreſſuri erant tabernaculum fœderis, ſacrorum cauſa. ¶19 quando intraturi eſtis in tabernaculum conuentus. i. quando debebitis officio veſtro fungi. ¶20 i. volo hoc ſtatutũ perpetuo à vobis obſeruari quibuſcunque ſeculis vixeritis. ¶21 Tum vt diſcernatis. Sub. ex præcedentibus, vinum ne bibatis, Tum vt habeatis diſcretionem inter diem, vel locum ſanctum & prophanum. vel inter rem ſanctam & prophanam, ¶22 vl, Tum vt doceatis ¶23 Hebraiſmus eſt, pro, quæ locutus ſum ego. ¶24 reliquum muneris ex his quæ incenſa ſunt Domino. q.d. Quum aliqua Domino offerentur, pars incendetur Domino, reliquum verò accipietis in vſum veſtrum. ¶25 in infermentatis. i. ex eo munere facietis panes infermentatos, quos comedetis. ¶26 Heb. ſanctitas ſanctitatũ eſt. i. res eſt ſacroſancta. ¶27 quia hoc eſt ius tuũ, & ius filiorũ tuorũ de incenſis Domini: ſic enim præceptũ eſt mihi. i. quia ex iure ſacerdotali hoc ad te pertinet ex his quæ incendũtur in honorẽ Domini. Gallice, Cela t'eſt baillé pour ton droict. Locũ ſanctũ vocat atrium tabernaculi fœderis. ¶28 Pectus quoque agitationis, & armum oblationis edetis &c. Pectus agitationis vocat quod cum quadam agitatione offerebatur. Armum item eleuationis, qui cum quadam eleuatione offerebatur. Chaldæus paraphraſtes vertit, armum ſeparationis. i. qui ſeparatur ab hoſtia & victima. ¶29 Armum eleuationis, & pectus agitationis, cum incenſis adipibus offerent, vt ea agites [vel, eleues eleuatione] coram Domino: eritque tuum & filiorum tuorum tecum in ius æternum. i. cedet tibi & filijs tuis iure perpetuo.

¶10 ſub. Dominus. ¶11 vl. vt remittatis iniquitaté. i. remiſſam declaretis. ¶12. i. ad placãdũ Deũ pro eis? ¶13. i. in atrio. ¶14 capite ſexto ſcilicet hui⁹ libri. ¶15 mihi auté acciderũt huiuſmodi. ſi igitur comediſſem hodie oblationé illã ꝓ peccato, an placuiſſet Deo? Mihi tamen mortui ſunt filii mei: quod certe argumẽto eſt illorũ ſacrificium Deo nõ placuiſſe. (ignorabat enim Aarõ cauſam mortis filiorũ.) Si igitur comediſſẽ quod mihi debebat ex ea oblatiõe, quomodo placuiſſẽ Deo, quũ oblatio ipſa nõ placuerit? q. d. Nõ putaui fore Deo gratũ, quũ ea victima non fuerit placat⁹. ¶16 Hebr. placuit in oculis ei⁹. Hebraic⁹ loquendi modus eſt, ꝓ, hęc reſpõſio placuit ei.

XI.

¶1 Hebr. & findens fiſſuram vngularum. i. habens vngulã omnino fiſſã. Hoc ponitur ad maioré declarationem. ¶2 Hebr. reuocãs cibũ inter animalia comedetis. i. cibũ in ſtomachũ demiſſum ruminans inter aïalia, comedere poteritis.

Hircum quoque pro peccato diligenter quæſiuit Moſes, & ecce erat combuſtus. iratus eſt ergo cõtra Elezar atque Ithamar filios Aharonis ſuperſtites. & ait, Quare non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſacro, quũ ſit ſacroſancta, illámque vobis[10] dederit, [11] vt auferatis iniquitaté cœtus, [12] ad expiandum eos in conſpectu Domini? En ſanguis eius non eſt illatus intra ſanctuariũ interius, omnino debueratis comedere eam [13] in ſanctuario, quemadmodum[14] præceperam. Aharon autem reſpondit Moſi, En attulerunt hodie hoſtiam ſuam pro peccato, & holocauſtum ſuũ coram Domino, [15] taliáque mihi acciderunt: & ſi comediſſem hoſtiam pro peccato hodie, nũ hoc benefactum eſſet in oculis Domini? Quod quum audiſſet Moſes, [16] boni conſuluit. CAP. XI.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem, dicẽs, Loquimini ad filios Iſrael in hãc ſententiam, Hoc eſt animal quod comedetis ex omni iumento quod eſt ſuper terram, Quicquid ex iumentis vngulam ſeparat, [1] & vngulas fiſſura findit, [2] ruminationem ſurſum reuocans, hoc comedatis. Veruntamen hoc non comedetis ex his quæ ruminationem ſurſum reuocant, [3] & ex his quæ vngulam ſeparant. camelus[4] qui ſurſum quidem ruminationem reuocat, at vngulam non ſeparat, & ob id immundus ſit vobis. Cuniculus, [4] qui & ipſe ruminat, ſed vngulam non ſeparat, immũdus ſit vobis. Et lepus, qui ruminationem reuocat ſurſum, at vngulam non ſeparat, immũdus ſit vobis. Et ſus, quum vngulam ſeparet, findátque fiſſura vngulam, ruminationem tamen non reuocat. immundus ſit vobis. De carne eorũ ne edatis, & cadauer illorum ne tãgatis, ſed immũda ſint vobis. ¶Ex omnib⁹ verò quæ in aquis ſunt, hoc comedetis, Quæcunque in aquis pinnulas habent & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus, ea comedetis. Et quicquid pinnulas nõ habet ac ſquamas, in mari & fluminibus, ex omnibus [5] reptilibus aquaticis, & ex cuncta anima viuente quæ in aquis eſt, [6] abominandum ſit vobis: abominanda inquam ſint vobis, [7] de carne eorum ne comedatis, & cadauer illorũ horreatis. Quicquid in aquis pinnulas & ſquamas non habet, ſit vobis abominandũ. ¶In auibus hæc ſunt [8] à quibus horrere, nec ea comedere debetis, abominanda enim ſunt, aquila, [9] accipiter, [10] aquila marina, vultur & miluus iuxta ſpeciem ſuã: omnis coruus iuxta ſpeciem ſuam. [11] Struthio, noctua, [12] cuculus, [13] niſus iuxta ſpeciem ſuam. Nycticorax, mergulus, [14] bubo, [15] Porphyrion, [16] ibis, pelecanus, Ciconia, & [17] graculus iuxta ſpeciẽ ſuã, vpupa & veſpertilio. Quicquid ex volucribus repit & vadit ſuper[18] quatuor, abominandum vobis eſto. ¶Veruntamẽ iſtud comedetis ex omni reptili pennato, quod graditur ſuper[19] quatuor, [19] cui ſcilicet ſunt ſuffragines ſuper pedes eius, quibus ſaltare poteſt ſuper terram. Ex quibus hæc [20] comedetis, [21] arbe iuxta ſpeciem ſuam, & [21] ſalcam iuxta ſpeciem ſuam, & [21] hargol iuxta ſpeciem ſuã,

Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratúſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait, Cur nõ comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorũ eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatũ intra ſancta, & comedere debueratis eã in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremoniis mente lugubri? Quod cũ audiſſet Moyſes, recepit ſatiſfactioné. C. XI.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, Dicite filiis Iſrael, [a] Cuſtodite omnia quæ ſcripſi vobis, vt ſim Deus veſter. Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ, Omne quod habet diuiſam vngulã, & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat[a], & habet vngulam, ſed nõ diuidit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus eſt. Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. Et ſus: qui cũ vngulam diuidat, non ruminat. horum carnib⁹ nõ veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immũda ſunt vobis. ¶Hæc [b] etiam ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt, Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuũt, abominabile vobis execrandúmque erit. carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. ¶Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis, aquilam, & gryphem, & haliæetum, & miluum ac vulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, Struthioné, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum: Buboné, & mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalũ, & Porphyrionem, herodionem & charadrion iuxta genus ſuum, vpupam quoque & veſpertilionem. Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. ¶Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, vt eſt brucus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac

D 1. Mac. 1. e. Iraſcit Moyſes, quòd nõ comederint reſiduum.

Aïalia munda, & imũda. Deut. 14. a.

¶[a] quidem

Chœrogryll⁹

Lepus.

Sus. 1. ma. 6. d

B

Piſces mũdi & immundi.

Aues imũdæ.

C

Aues mũdæ.

¶1 aut. Cũ Ex ruminãtib⁹, dicit, & Ex diuidẽtibus vngulã, ſubaudi aduerbiũ TANTVM vel SOLVM. q. d. ex aïalibus quæ tantũ ruminant, aut diuidũt vngulã tãtũ. Quatuor enim genera animaliũ hîc ſunt attẽdenda: nã alia ruminant tantũ. alia diuidunt vngulã tantũ. alia neq; ruminãt, neque vngulã biſulcã habẽt: alia & ruminãt, & vngulã biſulcã habẽt. animalia poſtremi huius generis munda ſunt, reliqua impura. ¶4 quia ¶5 Per reptilia, intelligit minores piſces qui naſcuntur ex cœno: per animalia viuentia, intelligit maiores qui naſcuntur ex coitu maris & fœminæ. ¶6. i. abſtinete ab horum eſu. ¶7 ſeipſum interpretatur quid per [abominari] intelligat. ¶8 Hebr. quæ abominatio ſunt vobis, ¶9 vl, griphus. Alii ſpeciẽ aquilæ eſſe volunt, quã oſſifragã vocant. ¶10 Haliæetus, aquila eſt marina, à mari & piſcationib⁹ ſic appellata. ἁλιεύω enim eſt piſcor: & ἀετὸς aquila. ¶11 Heb. Filia ſtruthiõis. i. Struthiocamel⁹. ¶12 vl, lar⁹. ¶13 accipiter ¶14 ibis, ¶15 vl, Cygnus, ¶16 platẽa, [ſiue pelecanus] & chlorio, ¶17 Nonnulli vertunt picam, alii miluũ. LXX, charadrion. Eſt autem charadrios Græca vox, pro qua Theodorus Gaza lib. 8. de hiſt. anim. vertit rapax auis. Quidã ex Hebræis exiſtimant eam ſignificare auẽ quã Hairon dicimus. ¶18 ſub. pedes. ¶19 vl, quibus crura oblonga ¶20 ſiue, comedere poteritis, ¶21 Vocabula Hebræa ideo relicta, ꝙ varie ab interpretibus traducta ſint. Significant autem ferè locuſtarum, cicadarum, ac brucorũ ſpecies. Arbe, locuſtam doctiſſimi quique vertũt. ¶22 Attacum quidã vertũt, dicũtque genus eſſe volucris ſuper quatuor pedes ambulantis, longioráque retro crura habentis. Hebræi genus eſſe locuſtæ dicunt, altum & ſine cauda, cuius caput eſt oblongum. ¶23 ophiomachus, genus volucris aut lacertæ pugnantis cũ ſerpẽte, ex re nomen habens. Vox tamen Hebræa HARGOL, magis ſignificat genus locuſtarũ.

locuſta, ſingula iuxta gen⁹ ſuũ. Quicquid autẽ ex volucrib⁹ quatuor tãtũ habet pedes, execrabile e-
D rit vobis: & quicũq; morticina eorũ tetigerit, pol luetur, & erit imũdus vſq; ad veſperũ: & ſi neceſ ſe fuerit vt portet quippiã horũ mortuũ, lauabit veſtimẽta ſua, & immũdus erit vſq; ad occaſum

Aĩalia immũda.

ſolis. ¶Omne animal quod habet quidẽ vngulã, ſed nõ diuidit eã, nec ruminat, imũdũ erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat ſuper man⁹ ex cũctis animãtib⁹, quæ incedũt quadrupedia, immũdũ erit: qui tetigerit morticina eorũ, polluetur vſq; ad veſperũ. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immũdus erit vſque ad veſperũ: quia omnia hæc imũda ſunt vobis. Hæc quoque inter pol
E luta reputabũtur de his quę mouentur in terra, Muſtela & mus & crocodilus, ſingula iuxta gen⁹ ſuũ, mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa: omnia hæc imunda ſũt. Qui tetigerit morticina eorũ, imundus erit vſq; ad veſperũ: & ſuper quod ceciderit quicquã de morticinis eorũ, polluetur tã vas ligneũ & veſtimẽtũ, quàm pelles & cilicia: & in quocũq; ſit opus, tingentur aqua, & polluta erũt vſq; ad veſperũ, & ſic poſtea mũdabũtur. Vas autẽ fictile in quod horũ quicquã inter ceciderit, polluetur, & idcirco frangendũ eſt.

Cibus.

¶Omnis cibus quẽ cõdetis, ſi fuſa fuerit ſuper eũ aqua, imundus erit: & omne liquẽs quod bibitur

Potus.

F de vniuerſo vaſe, imundũ erit. Et quicqd de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immũdũ erit: ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, &

Fons

immundi erunt. Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarũ cõgregatio mũda erit: qui morticinũ eorũ tetigerit, polluetur. Si ceciderit ſuper ſemẽtẽ, nõ

Sementis.

polluet eã. Si autẽ quiſpiã aqua ſemẽtem perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si mortuũ fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer ei⁹ tetigerit, imundus erit vſq; ad veſperũ. & qui comederit ex eo quippiã, ſiue portauerit: lauabit veſtimẽta ſua, & imundus

Reptile immundum.

erit vſq; ad veſperũ. ¶Omne quod reptat ſuper terrã, abominabile erit, nec aſſumetur in cibũ. Quic
G quid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humũ trahitur, nõ comedetis, quia abominabile eſt. Nolite cõtaminare animas veſtras, nec tãgatis quicquã eorũ, ne imundi

1. Pet. 1. c.

ſitis. Ego enim ſum Domin⁹ Deus veſter: ſancti eſtote, quia ego ſãctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili, quod mouetur ſuper terrã. Ego enim ſum Domin⁹, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt eſſẽ vobis in Deũ. Sãcti eritis, quia ego ſãctus ſum. Iſta eſt lex animãtiũ ac volucrũ, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, Vt differentias noueritis mũdi & immũdi, & ſciatis quid comedere & quid reſpuere debeatis.

CAP. XII.

Lex purgandæ mulieris poſt partũ. Luc. 2. d. Iohan. 7. c.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculũ, immunda erit ſeptẽ dieb⁹ iuxta dies ſeparationis mẽſtruæ.

---

& [13]hagab' iuxta ſpeciem ſuam. Omne verò ſreliquum] reptile alatũ quod quatuor pedes habet, [15]abominandum eſto vobis. [16] In iſtis polluemini: & quicunque cadauer illorũ tetigerit, immũdus ſit vſq; ad veſperã. Quicuq; [17]extulerit cadauer eorũ aliquod, lauabit veſtimenta ſua, & erit ipurus vſq; ad veſperã. ¶Omne animal quod [18]ſeparat vngulã, ſed ſiſſurã nõ findit, nec ruminationẽ ſurſũ reuocat, imũda hæc ſint vobis: quicũq; tetigerit [19]ea, imũdus erit. Et quicqd graditur [20]ſuper manus ſuas, in omni animali quod ãbulat ſuper quatuor, imũda ſint vobis talia: & quicũq; tetigerit cadauer illorũ, ad veſperã vſq; ſit imũdus. Et qui [21]portauerit cadauer illorũ, lauet veſtimenta ſua, eritq; imũdus vſq; ad veſperã: [22]imunda hæc ſint vobis. Et in reptili quod reptat ſuper terrã, hoc vobis imundũ ſit. Muſtela & mus, [23]crocodilus iuxta ſpeciẽ ſuã. [24]Ericius, limax, ſtellio, lacerta & [24]chamæleõ: hæc imunda ſint vobis in omni reptili: quicũque tetigerit ea mortua, [25]imundus erit vſq; ad veſperã. Et ſuper quodcũque ceciderit [26]cadauer eorũ, immundũ erit, ſiue fuerit vas ligneũ, ſiue veſtis, ſiue pellis, ſiue ſaccus, ſiue quod cũq; vas in quo ſit aliquod opus: per aqua traducatur, ſitque immũdũ vſq; ad veſperã, & tũ mũdabitur. Omne quoq; vas ſictile, in quod aliquid ex his inciderit, imũdũ erit quidqd intra ipſum fuerit, váſq; ipſũ cõfringetis. ¶Sed & omnis cib⁹ qui comedi ſolet, ſuper quẽ venerit aqua ſhuiuſmodi,] immũdus erit: & omnis potus qui bibi ſolet, in quocũq; fuerit vaſe, imũdus erit. Et omne ſuper quod ceciderit [28]cadauer illorũ, imũdũ erit ſprọinde] furnus & ollę diruãtur, quia immũda ſunt, erũntq; vobis immũda. At fons, [39]puteus, & aqua rũ collectio mũda erit: & [40]qui cadauer illorũ tetigerit, immũdus erit. Quòd ſi [41]cadauer illorũ ceciderit ſuper quodcũq; [42]ſemẽ quod ſeminatur aut ſeminari poſſit, mũdũ erit. [43]Sin aqua fuſa fuerit ſuper ſemen, & ceciderit ſuper illud [44]cadauer illorũ, immũdũ erit vobis. Si fuerit mortuũ aliquod iumẽtũ, quod à vobis edi poteſt, & aliquis tetigerit cadauer eius, is imundus erit vſq; ad veſperã. Qui comederit de morticino eius, lauabit veſtimẽta ſua, & erit immundus vſque ad veſperã: ſic qui portauerit cadauer eius, lauabit veſtimenta ſua, & imundus erit vſque ad veſperã. ¶Denique omne reptile quod reptat ſuper terrã, abominãdũ ſit vobis, nec comedatur. Quidquid incedit ſuper pectus, & quidquid ambulat ſuper quatuor, aut quod plures habet pedes, in omni reptili quod reptat ſuper terrã, ea nõ comedetis, quoniã abominãda ſunt. Ne reddatis [45]abominãdas animas veſtras in vllo reptili reptãti, neq; polluatis vos in eis, vt [46]imundi ſiatis in eis, quoniã ego ſum Dominus De⁹ veſter: ſãctos ergo vos ſeruate, & ſãcti eſtote, quoniã ego ſanctus ſũ, & ne polluatis animas veſtras in vllo reptili quod reptat ſuper terrã. Ego enim ſũ Domin⁹, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt eſſẽ Deus veſter: ſãcti ergo ſitis, quia ego ſãctus ſum. Hæc eſt lex iumentorum, & volucrũ, omniſq; animæ viuentis quæ reptat in aquis, & omnis animæ quæ reptat ſuper terram. Vt ſcilicet [47]diſcrimen ſiat inter immundum & inter mundum: inter animal quod edi poteſt, & inter animal quod edi non debet.

CAP. XII.

Loquutúſq; eſt Domin⁹ ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dic, Mulier ſi ſuſcepto ſemine marem pepererit, ſeptem dieb⁹ immũda erit, iuxta dies ſeparationis [1]mẽſtruorũ ſuorũ

---

¶14 brucus ¶15 abominatio ſunt vobis. ¶16 vt, Propter hæc ¶17 ſub. extra caſtra. ¶18 vt, diuidit ¶19 .i. cadauera eorũ. ¶20 ſuper volas ſuas. Vt ſcilicet faciunt ſimiæ. ¶21 extulerit. ſub. extra caſtra. ¶22 .i. poſſunt vos imũdos reddere ſuo contactu. ¶[23] Verti poteſt buſo. Quidam vertũt hericiũ. Alij dicunt vocem Hebræam ſignificare ranam capeſtrẽ. ¶23 Mygale, & chamæleon, ¶24 talpa: ¶25 .i. nõ poterit verſari cũ alijs, nec ingredi atrium: nec veſci oblatis: poſt veſperam autem poterit verſari, &c. ¶26 Hebr.: ſi qd ex eis poſtquam mortua fuerint. ſiue, dũ moriũtur. aut, in morte eorũ. ¶37 nempe veſpera facta, red dentur pura. ¶38 de cadaueri b⁹ eorũ, ¶39 ciſterna congregationis aquarũ ¶40 quod cadauer illorũ contigerit, immundum erit. ¶41 de cadauere eorum ¶42 Heb. ſemẽ ſeminatũ quod ſeminabitur. ¶43 Hoc dicit, quòd quædam ſemina aqua macerantur, pri⁹ quàm terræ mandẽtur: vt ſunt fabæ. ¶44 quicquam ex cadaueribus ¶45 pollutas ¶46 ipuritatẽ cõtrahatis per illa. Repetitio Hebraica. ¶47 diſcrimẽ ponere valeatis

XII. ¶1 Heb. ſi ſemẽ emiſerit, & pepererit. i. ſi emiſſo ſemine cõceperit. Hic Hebræi cõmuniter ſentiũt, mulierẽ filiũ parere quoties ipſa primũ ſemẽ miniſtrauerit: nõ quòd maſculus generetur ex mulieris ſemine: ſed mulier miniſtrat matrici rubedinẽ quãdã, tale enĩ eſt mulieris ſemẽ, quæ mox coagulatur, & à ſuperueniẽte virili ſemine retinetur, atq; fortificatur, creſcit, & tandẽ in mẽbra cõſurgit. Ex albo virili ſemine formãtur nerui & oſſa: ex rubeo verò mulieris pducũtur caro, ſãguis, & pili. ¶2 Heb. morbi ſui. i. ſicut tẽpore quo ſecedere ſolet ꝓpter morbũ ſuũ, hoc eſt, mẽſes ſuos & fluxũ ſãguinis. Vel, tot dies reputabit ipura, quot dies à cõmercio hominũ ſe ſubducere ſolet ꝓpter menſtruorũ fluxũ. qua de re vide XV caput huius. Hac re cõſulebat lex eorũ ſanitati. ſeptẽ autẽ primis a partu dieb⁹ ita imũda erat, vt nemini cum ea verſari liceret, ne marito quidẽ: reliquis triginta tribus dieb⁹ verſari quidem, ſed nõ cum ea rem habere.

q .i.j.

erit immunda. Porro octauo die circũcidetur caro præputij[1] [ſpueri,] deinde[4] maneat' trigintatribus diebus in ſanguine purificationis ſuæ: [5]nihil ſanctum tangat,[6] in ſanctuarium non ingrediatur,' donec fuerint exacti dies purgationis ſuæ. Si verò fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadib[9] [7]iuxta ſeparationẽ ſuam,' &[8] ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. ¶Quũmque exacti fuerint dies purgatiõis ſuæ, pro filio vel filia adducet agnũ anniculum in holocauſtum, & pullum columbinum, aut turturem pro hoſtia peccati, ad oſtium [9]tentorij conſtitutionis,' & ad ſacerdotẽ. Qui adducto [10]illo' in conſpectũ Domini, [11]expiabit pro ea. [12]mundabitúrque [13]à fonte' ſanguinis ſui. & [14]hæc eſt lex pro pariente marem vel fœminam. [15]Si verò facultas afferendi agni ei defuerit,' accipiat duos turtures, aut duos pullos columbinos, vnum pro holocauſto, & alterum pro hoſtia peccati,[16] & expiabit pro ea' ſacerdos, & [17]munda erit.

CAP. XIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis. Si fuerit in cute carnis alicuius hominis tumor, ſeu ſcabies ſerpens fuerit, ſiue candicans macula, 'vt ſit in cute carnis eius macula lepræ:' ducetur ad Aharonẽ ſacerdotẽ, vel ad aliquẽ ex filijs eius ſacerdotibus. Tũ inſpiciet ſacerdos' maculã' in cute carnis: ſi pilus in ipſa' macula' verſus eſt in cãdorẽ, & aſpectus[4] maculæ ſubſidet pfundior ſcillicet quàm ſit cutis' carnis ei[9]: macula' hęc lepra erit. & inſpiciet eũ ſacerdos, &[5] immũdũ eũ pronũtiabit.' Si verò cãdicãs macula fuerit in cute carnis ei[9], & aſpectus eius nõ fuerit pfundior ipſa cute, nec pilus eius verſus fuerit in cãdorẽ: occludet ſacerdos[6] maculã' ſeptẽ dieb[9]. Tum inſpiciet eũ ſacerdos die ſeptimo, & ſi ſane[7] macula ſteterit ſpecie ſua,' nec creuit macula in cute, occludet eũ ſacerdos ſecũdò ſeptẽ dieb[9]. Et tũ inſpiciet [8]eum' ſacerdos ſeptimo die rurſus, &[9] ſi obſcurior fuerit macula,' nec creuit macula in cute, [10]mundum pronuntiabit eum' ſacerdos: ſcabies eſt ſerpens, lauabit igitur veſtimẽta ſua, & mũdus erit. Quòd ſi ſcabies hæc ſerpens omnino creuerit in cute poſtquam à ſacerdote inſpectus eſt, & mundus iudicatus, debet denuo inſpici à ſacerdote. Videns igitur ſacerdos quòd ſcabies illa ſerpẽs creuerit in cute, immundum pronũtiabit illum ſacerdos, quoniam lepra eſt. ¶Quũ[11] macula lepræ' fuerit in homine, adducatur ad ſacerdotem. Sacerdóſque ipſe inſpiciat: & ſi tuberculum candidum fuerit in cute, mutaueritque [12]pilum' in cãdorem, [13]viuacitas' quoque carnis[14] recentis' fuerit in tuberculo illo, [15]Lepra erit' inueterata in cute carnis eius: [16]immundúmque pronuntiabit' eum ſacerdos, & non includet eum, ſiquidem immũdus eſt. Si verò omnino[17] floruerit' lepra in cute, & operuerit lepra ipſa vniuerſam cutem [18]maculæ,' à capite eius vſque ad pedes eius, [19]quidquid cadit ſub obtutum oculorum ſacerdotis,' Tunc inſpiciet eum ſacerdos: & en ſi operuerit lepra ipſa [20]totam carnem eius,' mundã iudicabit hanc maculam, eo quòd [21]tota verſa ſit in candorẽ, eritque ille mundus. [22]In die verò illa quando' viſa fuerit[23] in eo' viua caro, immũdus erit. Inſpiciẽtque ſacerdos carnẽ illam viuam, & immũdum eum pronũtiabit: caro enim illa viua[24] immũda eſt, lepra eſt.'

Et die octauo circũcidetur infantulus: ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium donec impleãtur dies purificationis ſuæ. Sinautem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus mẽſtrui, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. ¶Cúmque expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiue pro filia, deferet agnum anniculũ in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui. iſta eſt lex parientis maſculum aut fœminam. Quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnũ, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato. orabitque pro ea ſacerdos, & ſic mũdabitur. C. XIII.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, id eſt plaga lepræ, adducetur ad Aarõ ſacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorũ eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in albũ mutatos colorem, ipſámque ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ eſt, & ad arbitrium eius ſeparabitur. Sinautẽ lucẽs cãdor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris priſtini, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus. Et cõſyderabit die ſeptimo: & ſi quidem lepra vltrà non creuerit, nec trãſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptẽ diebus alijs. Et die ſeptimo contẽplabitur: ſi obſcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia ſcabies eſt: lauabitque homo veſtimenta ſua, & mundus erit. Quòd ſi poſtquam à ſacerdote viſus eſt, & redditus munditiæ, iterũ lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ cõdemnabitur. ¶Plaga lepræ ſi fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotẽ. Et videbit eũ: cúmque color alb[9] in cute fuerit, & capillorũ mutauerit aſpectũ, ipſa quoque caro viua apparuerit: Lepra vetuſtiſſima iudicabitur atque inolita cuti: cõtaminabit itaque eũ ſacerdos, & nõ recludet, quia perſpicuæ imũditiæ eſt. Sinautẽ effloruerit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnẽ carnẽ à capite vſque ad pedes, quicquid ſub aſpectũ oculorũ cadit, Cõſyderabit eũ ſacerdos, & tenẽri lepra mũdiſſima iudicabit: eo quòd omnis in candorẽ verſa ſit, & idcirco homo mũdus erit. Quãdo verò caro viuẽs in eo apparuerit, tũc ſacerdotis iudicio polluetur, Et inter immundos reputabitur. caro enim viua ſi lepra aſpergitur, immunda eſt.

B Luc. 2. c.

E

D

Luc. 2. d.

Cõſyderatio & diſtinctio lepræ à lepra.

B

C

¶1 ſub. eius. i. infantuli. Relatiuum ſine antecedente. ¶4 Heb. ſedebit. i. ante triginta dies mũdari nõ poterit: hoc eſt, domi ſe continebit, tantiſper dum pura reddetur à ſanguinis fluxu quẽ in partu paſſa eſt. ¶5. i. nullã rem ſacram tanget, vt ſunt decimæ, ſacrificia, & id gen[9]. ¶6 vel, nec accedet ad ſanctuariũ. i. ad locũ in quo eſt tabernaculũ & atrium, ad cui[9] atrij fores oblationes fiebant. ¶7. i. quemadmodum impura eſt tempore quo à viro receedit dũ patitur menſes. Hoc nõ refertur ad numerũ dierum, ſed ad puritatem. ſeptẽ eni dieb[9], quę patiebatur menſes, imũda erat: hic autẽ quæ pepeſit fœminam, quatuordecim. ¶8. i. ſexaginta ſex dieb[9] cõtinebit ſe domi, donec purificata fuerit à fluxu quem paſſa eſt, dũ enixa eſt fœminã. ¶9 tabernaculi cõuẽtus. Hic nomine tabernaculi atrium intelligit, in cuius oſtio oblationes ſuas offerebat populus. ¶10 vtroque ¶11 expiabit illam. i. reddet illi Dominum propitium. ¶12. i. munda declarabitur. Hebraiſmus. ¶13 à vena. vel, profluuio ¶14 Hebraiſmus, pro, hoc facere tenetur mulier quæ peperit marem aut fœminam. ¶15 Heb. Quòd ſi non inuenerit manus eius ſufficiẽtiã agni. Hebraicus dicẽdi modus eſt, pro, ſi tenuiores fuerint ei[9] fortunæ, quàm vt vel agnũ offerre poſſit. ¶16 expiabitque eam. i. reddet ei Deum propitium. ¶17. i. munda reputabitur. XIII. ¶1 cúmque id fuerit in cute carnis eius in plagã lepræ. i. ita vt videatur id eſſe lepræ ſimile. Vel, ſuſpicionẽ ingerat lepræ. ¶2 plagam. i. locũ affectũ. ¶3 plaga ¶4 plagæ fuerit pfundior cute. i. ipſa ſuperficies loci affecti pfundior ſit cute &c. ¶5 Heb. cõtaminabit eum. ¶6 plagam. i. curabit recludendum hominem ita affectum. ¶7 plaga ſteterit in colore ſuo. Alij vertunt, ſteterit in oculis eius. vt ſit Hebraiſmus, pro, ſi iudicio ſuo plaga videbitur ſteteiſſe. Chaldæus paraph. ſteterit ſicut erat. ¶8 plagam ¶9 Verti poteſt, ſi cõtracta fuerit plaga. ¶10 Heb. mũdabit eum. i. iudicabit eũ eſſe mũdũ. Hebraica phraſis. ¶11 plaga lepræ ſimilis. Voce Hebræa SARAATH, p qua vertimus leprã, multi morbi cõprehẽdũtur: hic pro lepra apparente ſumitur. ¶12 ſub. natura nigrũ. ¶13 vel, ſanitas ¶14 viuentis. vel, ſenſitiuæ. ¶15 [Tũc] lepra eſt ¶16 Heb. proinde contaminabit ¶17 germinauerit ¶18 plagæ. ſiue, loci affecti, ¶19 Heb. per omnem aſpectum oculorum ſacerdotis, ¶20. i. totam partem corporis quæ conſpicua eſt. ¶21 tota vertit ſeſe in candorem, ob id, eſt mũda. ¶22. i. Cúmque ¶23 in ea. ſub. plaga. ¶24. i. ſignificat impuritatẽ plagæ: & talis morbus eſt verè lepra.

Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totú hominem operuerit, Cōſyderabit eum ſacerdos, & mundum eſſe decernet. ¶Caro autem & cutis in qua hulcus natum eſt, & ſanatú, Et in loco hulceris cicatrix alba apparuerit ſiue ſubrufa, adducetur homo ad ſacerdotem. Qui cum viderit locum lepræ humilioré carne reliqua, & pilos verſos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta eſt in hulcere. Quòd ſi pilꝰ coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura, & vicina carne non eſt humilior, recludet eum ſeptem diebus. Et ſi quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. Sin autem ſteterit in loco ſuo, hulceris eſt cicatrix, & homo mundus erit. ¶Caro auté & cutis quam ignis exuſſerit, & ſanata albā ſiue rufam habuerit cicatricem, Conſyderabit eam ſacerdos, & ecce

D ſi verſa eſt in alborem, & locus eius reliqua cute eſt humilior: cōtaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta eſt. Quòd ſi pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipſa lepræ ſpecies fuerit ſubobſcura, recludet eum ſepté diebus, & die ſeptimo cōtemplabitur. ſi creuerit in cute lepra, contaminabit eum. Sinautem in loco ſuo cādor ſteterit nō ſatis clarus, plaga cōbuſtionis eſt, & idcirco mūdabitur, quia cicatrix eſt combuſturæ. ¶Vir ſiue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos ſacerdos: & ſi quidé humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus ſolitòque ſubtilior: contaminabit eos: quia lepra capitis ac barbæ eſt. Sinautem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillū nigrum: recludet [a] eos ſeptem diebus. Et die ſeptimo intuebi

E tur: ſi non creuerit macula, & capillus ſui coloris eſt, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: Radetur homo abſque loco maculæ, & includetur ſeptem diebus alijs. Si die ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotiſque veſtibus ſuis mundus erit. Sinautem poſt emundationé rurſus creuerit macula in cute, non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem ſit cōmutatus, quia apertè immundus eſt. Porrò ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem ſanatum eſſe, & cōfidenter eum pronuntiet mundū. ¶Vir ſiue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos ſacerdos: ſi deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere in cute, ſciat non eſſe leprā, ſed maculam coloris candidi, & hominem mundū. ¶Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus eſt. Et ſi à fronte ceciderint pili, recaluaſter

F & mūdus eſt. Sinautem in caluitio ſiue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, Et hoc ſacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta eſt in caluitio. ¶Quicūq;

Aut ſi reuerſa fuerit caro viua, & mutata eſt in candorem, veniet ille ad ſacerdotem, Et inſpiciet eum ſacerdos: & ſi macula verſa fuerit in candorem, [15] mundam pronuntiabit ſacerdos maculā illam, [16] mūdus enim eſt. ¶[17] Et caro in cuius cute fuerit vlcus, illúdque fuerit ſanatum, Si enatus fuerit in loco illius vlceris tumor albicans, aut macula candicans, ſubrufa tamé, inſpicietur à ſacerdote. Et quum inſpexerit ſacerdos, fueritque aſpectus eius profundior ipſa cute, & pilus eius mutatus fuerit in albedinem, immundum pronuntiabit eum ſacerdos, [18] macula lepræ eſt ex vlcere germinans. Et ſi eam inſpexerit ſacerdos, nec fuerit in ea pilus albicans, nec ea fuerit [19] humilior ipſa cute, ipſa tamen obſcura eſt, includet eum ſacerdos ſeptem diebus. Et ſi [20] omnino dilatata fuerit in ipſa cute, immundū pronūtiabit eum ſacerdos, macula eſt. Si verò [21] in ſeſe ſteterit macula illa, & non fuerit dilatata, [22] cicatrix eſt vlceris, & [23] mundum pronuntiabit eum ſacerdos. ¶[24] Quòd ſi caro aliqua fuerit in cuiꝰ cute fuerit aduſtio ignis, & [25] viuū illud aduſtionis habuerit maculam candicantem, ſubrufam, aut albam: Inſpiciet eam ſacerdos, & ſi quidem verſus fuerit pilus in alborem in[ſcādicante illa] macula, & aſpectus eius fuerit profundior ipſa cute, lepra eſt in ipſa aduſtione efflorefcés: & ideo [27] immundum pronuntiabit illum ſacerdos: macula enim eſt lepræ. Si autem, quum inſpexerit eā ſacerdos, non fuerit in macula illa pilus ſubalbicans, neque ea fuerit profundior cætera cute, ſed [28] fuerit ſubobſcurior, includet eum ſacerdos ſeptem diebus, Inſpiciétque eū ſacerdos die ſeptimo: & ſi [29] oino dilatata fuerit in ipſa cute, [30] immundum pronuntiabit eū ſacerdos: eſt enim macula lepræ. Et ſi in ſeſe ſteterit macula[illa candicans,] nec dilatata fuerit in cute, ſed [38] fuerit ſubobſcura, tumor eſt aduſtionis, & ſacerdos [39] pronuntiabit eum mundū: eſt enim [40] cicatrix aduſtionis. ¶Vir ſiue mulier ſi habuerit [41] maculam in capite vel barba, Tunc inſpiciet ſacerdos maculam illam, & ſi quidem aſpectus eius profundior fuerit cute ipſa, fueritque in ea [42] pilus ſubfuluꝰ, indicabit [43] illū ſacerdos immūdū: eſt enim [44] pſora fœda, & lepra capitis aut barbæ. Si verò ſacerdos inſpexerit [45] maculam iſtius pſoræ, & aſpectus eius nō fuerit ꝓfundior reliqua cute, nec fuerit in ea pilus niger, includat ſacerdos[eū qui habet]maculam [46] pſoræ ſeptem diebus. Septimo die inſpiciat ſacerdos maculam: ſi quidem nō creuerit [47] pſora, nec fuerit in ea pilus fuluus, & aſpectus pſoræ illius nō fuerit profundior ipſa cute, Faciet ſe tonderi, ita tamen vt pſora non tondeatur, & includat ſacerdos[eum qui habet]pſoram ſeptem diebus, idque ſecūdo. Et ſeptimo die inſpiciat ſacerdos pſoram illam: ſi quidé pſora ipſa non creuerit in cute, neque aſpectus eius fuerit profundior cute, [48] mundum pronuntiabit eū ſacerdos, lauabitque veſtimenta ſua, & erit mūdus. Quòd ſi pſora in ipſa cute creuerit poſt eiꝰ emūdationem, Tūc inſpiciat ſacerdos: & ſi quidem macula ipſa in cute creuit, [49] non inquirat ſacerdos de fuluo pilo, immūdꝰ eſt. Si auté [50] pſora in ſpecie ſua perſtiterit, & pilus niger in ea pullulauerit, ſanata eſt pſora, [51] & ille mūdus erit, mundúmq; pronuntiabit eū ſacerdos. ¶Vir ſiue mulier, ſi in cute carnis eorum maculæ fuerint, maculæ inquā candicantes, Inſpiciet ſacerdos: & ſi quidem in cute carnis eorum fuerint maculæ albicantes [52] ſubobſcuræ, [53] lentigo eſt in cute germinans, mundus eſt. ¶Si è capite alicuius pili fuerint euulſi, caluus [54] & mūdus eſt. Si defluxerint pili à fronte capitis ſui, recaluaſter eſt & mundus. Si verò in recaluaſtri loco aut occipite caluo macula fuerit [54] alba [&]ſubrufa lepra germinans eſt in caluitie eius anteriori ſeu caluitie poſteriori eius. Inſpiciet autem [55] eum ſacerdos: & ſi quidem tumor maculæ albus [&]ſub rufus fuerit in caluitie eius anteriori, vel poſteriori caluitie eius, cutiſque carnis [56] fuerit ſecundum aſpectum lepræ, Is leproſus eſt, & immūdus, omnino immundū pronuntiabit eum ſacerdos, [57] macula eius eſt in capite eius. ¶Leproſus

[a] ¶ eum

¶15 ſiue, puram declarabit ¶16 mūda. Plagam refert. ¶17 Heb. Et caro, quū fuerit in eo in cute ipſiꝰ vlcus. Genus dicēdi Hebraicū, pro, Cū auté in hominis cute enatū fuerit vlcus. ¶18 vl, plaga[enim] lepræ eſt, quæ [lepra] enata eſt in vlcere. i. in loco vbi priꝰ erat vlcus. ¶19 vl, depreſſior ¶20 graſſando graſſata fuerit per cutem[ſub. ſanā,]tūc impurā declarabit ſacerdos eā [plagā,]plaga eſt. ſub. lepræ. ¶21 ſiue, i loco ſuo. ſeipſū poſt ea declarat. ¶22 aduſtio ¶23 declarabit eā eſſe mundā ¶24. i. Cū ignis cuté exuſſerit, & in parte aduſta quæ poſtea fuit ſanata, enata fuerit macula partim alba, parti ſubrufa, aut alba tantū. ¶25 fuerit in ſanitate aduſtionis macula alba [&] ſubrufa, aut alba, ſub. tātūmodo. i. exorta fuerit i parte aduſta reſtituta ſanitati macula partim cādida, partim rubicunda, aut alba tātūmodo. ¶27 imūdā pronūtiabit illam ¶28 ſit cōtracta in rugas. i. non ſerpat. ¶29 graſſata fuerit. ſub. i partes vicinas, & eas infecerit. ¶40 vl, aduſtio ambuſti. i. cicatrix eſt quæ naſcitur ex humoribus aduſtis per applicatioē ignis externi. ¶41 plagā ¶42 pilus aureus tenuis. ¶43 eam ſacerdos immundam. ¶44 macula nigra, lepra ¶45 plagā iſtiꝰ maculæ nigræ. ¶46 nigrā ¶47 macula nigra. ¶48 mūdā ꝓnūtiabit eā ¶49. i. nō curabit de pilo flauo, quāuis nō appareāt pili flaui. ¶50 plaga nigra in colore ſuo ¶51 pura eſt, & purā iudicabit ¶52 vl, nō obſcuræ, ¶53 vitiligo eſt[quod]in cute natū eſt. mūda eſt. ¶54. i. cuius color cēdat ad cādoré &ruboré. ¶55 eā ¶56. i. præ ſe ferat ſpecié lepræ. ¶57. i. in capite eſt lepra qua affectus eſt.

¶58 plaga illa, .i. lepra.
¶59 barbam tegat. ſuperioris ſcilicet labri, re ſecta in humerum veſte. Sciſſæ vel diſruptæ veſtes, & nudū caput, erant ſigna lugentium inter Iudæos. His autē ſignis docebantur leproſi, vt reliquā vitam in luctu tranſigerent. oportebátque eos clara voce dicere, Cauete vobis à me impuro.
¶60 plaga
¶61 .i. quæ aſperſa fuerit labe & macula quæ eſt in panno id, quod in corpore lepra.
¶62 vl, in quacunque ſupellectile pellicea.
¶63 ſubuiridis
¶64 vl, in quauis ſupellectile pellicea,
¶65 plaga lepræ eſt. .i. labes & macula quæ ſimilis eſt lepræ in corpore hominis. nam quemadmodū lepra afficitur corpus hominis, ita & labe veſtimentum.
¶66 .i. labes & macula corrodens eſt.
¶67 quancunque ſupellectilem pelliceam in qua
¶68 Vox Hebraica P E H E T H E T H, ſignificat corroſionē & labē quæ introrſum radices agit, quæ graſſatur in imū, & agit intra id cui inſederit. ¶69 .i.

in quo fuerit [58] macula, huius veſtimenta lacera ſint, & caput eius nudum, [59] mentum ſuperum ſit inuolutum, Pollutus & immūdus, clamabit. Omnibus diebus quibus [60] macula fuerit in eo, contaminatus & immundus erit, ſeorſim habitabit, extra caſtra ſit māſio eius. ¶ Veſtis [61] in qua fuerit macula lepræ, ſiue lanea fuerit veſtis, ſiue linea, ſiue fuerit in ſtamine vel ſubtegmine lineo aut laneo, ſiue in pelle, ſiue [62] in opere pelliceo. Si inquam macula huiuſmodi [63] lurida fuerit vel ſubrufa, in veſte aut in pelle, aut in ſtamine aut ſubtegmine, aut [64] in quocunque inſtrumento pelliceo, [65] macula lepræ eſt, demonſtrabitúrq; ſacerdoti. Sacerdos igitur inſpiciet maculam illam, & includet [eum qui habet] maculam, ſeptem dieb⁹. Septimo die inſpiciet maculam: quæ ſi dilatata fuerit in veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in pelle, aut in quocunque eo quod conficitur ex pelle, [66] leprá eſt corrodens, & macula immunda. Comburet itaque veſtem, aut ſtamē, aut ſubtegmen, ſiue laneum fuerit, ſiue lineum, aut [67] quodcunque inſtrumētum pelliceum in quo fuerit macula, quia lepra corrodens eſt, igne cōburetur. Quòd ſi ſacerdos viderit maculam non creuiſſe in veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in quocunque inſtrumento pelliceo, Præcipiet ſacerdos vt lauent id in quo eſt macula, includétque illud denuo ſeptem diebus. Poſteaquā verò lotum fuerit, inſpiciet ſacerdos maculā ipſam, & ſi quidem macula ſpeciem ſuam non mutauerit, nec ipſa macula creuerit, immūda eſt ſtamen, [&] igne combures eam, [68] corroſio eſt [69] in caluitio occipitis, aut in recaluaſt. i loco. Et ſi viderit ſacerdos maculam [70] obſcuriorem redditam poſtquam lota eſt, ſcindat eam à veſte, aut à pelle, aut à ſtamine, aut à ſubtegmine. Et ſi adhuc apparuerit in ea veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in quocunque inſtrumento pelliceo, [lepra] repullulaſcens eſt, igne [71] exures maculam quæ eſt in ea. Et veſtis ſiue ſtamen ſit, ſiue ſubtegmen, ſiue quodcunque inſtrumentum pelliceū, quæ laueris, ſi receſſerit macula ab eis, lauabitur ſecundò, & tunc mundum erit. Iſta eſt lex plagæ lepræ, in veſte lanea vel linea, ſtamine vel ſubtegmine, & in omni inſtrumento pelliceo, [72] ad emundandum vel contaminandum ipſum.

CAP. XIIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis. [1] Hæc lex eſt leproſi, in die emundationis ſuæ. Adducetur ad ſacerdotē. Egredietúrque ſacerdos extra caſtra, & inſpiciet ſacerdos: ſi quidē ſanata eſt macula lepræ à leproſo, Tunc præcipiet ſacerdos, vt tollat is qui mūdandus eſt duas auiculas viuas & mundas, & lignum cedrinū, & coccum bis tinctum, atque hyſſopum. Et præcipiet ſacerdos mactari vnam auem [2] ſuper vas fictile, ſuper aquas viuas. Auiculam verò viuam accipiat cum ligno cedrino, cocco bis tincto, & hyſſopo, & intinget ea cum aue viua in ſanguine [3] auis iugulatæ ad aquas viuas. Et aſperget ſuper mundandū à lepra ſepties, & [4] emundabit eum, [5] dimittétque auem viuam in ſuperficiem campi. Et mundatus lauabit veſtimenta ſua, & radet omnes pilos ſuos, lauabit inquam in aqua, vt mundus ſit: poſt hoc veniat in caſtra, & manebit extra tentorium ſuum ſeptem diebus. Septimo die radet omnes pilos ſuos, nempe caput ſuum, barbam ſuam, & ſupercilia oculorum ſuorum: in ſumma, omnes pilos ſuos radet, & lauabit veſtimenta ſua, lauabit quoque carnem ſuam aqua, & [6] mundus ſit. Octauo die accipiat duos agnos integros, & ouiculam vnam anniculam integram, & tres decimas ſimilaginis [7] pro cibario ſacrificio, quod permixtum ſit oleo, & vnum [8] log [9] olei. Sacerdos autem [10] purificans collocabit virū mundandum & iſta

ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparat⁹ eſt ad arbitrium ſacerdotis, habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit. Omni tempore quo leproſus eſt, & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. ¶ Veſtis lanea ſiue linea, quæ lepram habuerit in ſtamine atque ſubtegmine, aut certe pellis, vel quicquid ex pelle cōfectum eſt, Si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, oſtendetúrque ſacerdoti. Qui conſyderatam recludet ſeptem diebus. Et die ſeptimo rurſus aſpiciēs ſi deprehenderit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt: pollutum iudicabit veſtimentū, & omne in quo fuerit inuenta. Et idcirco comburetur flammis. Quòd ſi eam viderit non creuiſſe, Præcipiet, & lauabunt id in quo lepra eſt, recludétque illud ſeptem diebus aliis. Et cum viderit faciem quidem priſtinam non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimēti vel per totum, lepra. Sinautem obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam veſtis eſt lota, abrumpet eum, & à ſolido diuidet. Quòd ſi vlterà apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erāt, lepra volatilis & vaga: debet igne cōburi. Si ceſſauerit, lauabit aqua ea quæ pura ſunt, ſecundò, & munda erunt. Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei, ſtaminis atque ſubtegminis, omniſq; ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari. A

CAP. XIIII.

Lex mundandi hominis leproſi.
Matth. 8. a. mar. 1. d. luc. 5. c.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt, [Adducetur ad ſacerdotē: Qui egreſſus de caſtris cum inuenerit lepram eſſe mūdatam, præcipiet ei qui purificatur vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinū, vermiculúmque & hyſſopum. Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyſſōpo tinget in ſanguine paſſeris immolati, Quo aſperget illum qui mundandus eſt, ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet. Cúmque lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatúſque ingredietur caſtra, ita dūntaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem dieb⁹. Et die ſeptimo [a] radat capillos capitis, barbámque & ſupercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rurſum veſtib⁹ & corpore, die octauo aſſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam abſq; macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium. Cúmque ſacerdos purificans hominem, ſtatuerit eum, & hæc om- B

¶a radet

ſiue ſit in parte anteriore, ſiue in poſteriore veſtis. ¶70 vl, contractiorem factam ¶71 exures [veſtem] in qua fuerit plaga. ¶72 .i. quando declarari debeat purum vel impurum. q. d. Hoc modo poterit cognoſcere veſtimentū purum ſit, an impurum. XIIII. ¶1 Hebraiſmus eſt, pro, Hic eſt ritus qui ſeruari debet in die quo is qui lepræ damnatus fuerat, ſiue leproſus declaratus, iudicabitur alienus à lepra ab amicis & propinquis. ¶2 .i. ſuper vas teſtaceum in quo fontana, vel fluuialis aqua fuerit. ¶3 auis immolatæ ſuper aquas viuas. i. cuius ſanguis defluxit in aquas viuentes: hoc eſt fontanas vel fluuiales. ¶4 .i. purum iudicabit eum. ¶5 Hebraiſmus eſt, pro, liberam eā abire ſinet, & volare quò volet. ¶6 purus erit. i. pro mundo habebitur. ¶7 pro munere quod dicitur minha, ¶8 vl, ſextarium ¶9 oleum ex oliui expreſſum intelligit. ¶10 .i. qui purum iudicat virum illum qui prius iudicatus fuerat leproſus, & poſtea iudicatus eſt mundus.

nia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij. Tollet agnũ, & offeret eum pro delicto, oleique ſextarium. Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato & holocauſtũ, id eſt in loco ſancto. ſicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia: ſancta ſanctorũ eſt. Aſſuménſque ſacerdos de ſanguine hoſtiæ quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremũ auriculæ dexterę eius qui mundatur, & ſuper pol-

C lices manus dexteræ & pedis: & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram, tingétque digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties. Quod autem reliquum eſt olei in læua manu, fundet ſuper extremum auriculæ dexteræ eius qui mũdatur, & ſuper pollices manᵘ ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto, & ſuper caput eius. Rogabitque pro eo coram Domino. Et faciet ſacrificium pro peccato: tunc immolabit holocauſtum, & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur. ¶ Quòd ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumet agnum ad oblationé, vt roget pro eo ſacerdos, decimámque partem ſimilæ cõſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium, Duóſque turtures ſiue duos pullos columbæ, quorũ vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum. Offerétque ea, die octauo purificationis ſuæ ſacerdoti ad oſtium ta-

D bernaculi teſtimonij coram Domino. Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei, leuabit ſimul: Immolatóque agno, de ſanguine eius ponet ſuper extremũ auriculæ dexteræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dextri. Olei verò parté mittet in manum ſuam ſiniſtram, in quo tingens digitum dexteræ manus aſperget ſepties coram Domino: tangétque extremum dexteræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſᵘ eſt pro delicto. Reliquã auté parté olei quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati, vt placet pro eo Dominũ. Et turturé ſiue pullũ colũbę offeret. vnũ pro delicto, & alterũ

E in holocauſtũ cũ libaméntis ſuis. Hoc eſt ſacrificiũ leproſi, qui habere nõ poteſt omnia in emũdatione ſui. ¶ Locutúſque eſt Dominᵘ ad Moyſen & Aaron, dicens, ᵃCúmque ingreſſi fueritis Terram Chanáan, quam ego dabo vobis in poſſeſſioné, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuntians ſacerdoti, & dicet, Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea. At ille præcipiet ᵇ vt efferantur vniuerſa de domo, priuſquam ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit, ne immũda fiant omnia quæ in domo ſunt.

Cõſyderatio & purgatio domus leproſæ.

¶ᵃ Cum ſæ.

¶ᵇ vt efferãt

corã Domino ante oſtiũ tẽtorii[13] cõſtitutionis. Et tollat ſacerdos[12] agnũ vnũ, & ſacrificet eum pro delicto, & log olei, &[13] moueat ea tenupha corã Domino. Agnum mactabit in eo loco vbi mactatur hoſtia ꝓ peccato, & holocauſtũ, in loco ſcilicet ſacro: nã ſicut hoſtia ꝓ peccato, ſic hoſtia pro delicto ſacerdotis eſt.[14] ſacroſanctũ eſt. Et tollet ſacerdos de ſanguine hoſtiæ pro delicto, qué ponet ſacerdos[15] ſuper teneriorẽ auriculã auris dexteræ eiᵘ qui purificatur, & ſuper pollicẽ manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri. Accipiat quoq; ſacerdos de log olei, & fundat ſuper manũ ſacerdotis ſiniſtram. Deinde intingat ſacerdos digitum ſuum dextrum in oleo, quod eſt in manu ſua ſiniſtra, & de oleo ſepties digito ſuo corã Domino aſpergat. De reſiduo verò oleo quod eſt in manu ſua, ponet ſacerdos[15] ſuper molliorem auriculam auris dexteræ eius qui purificatur, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri,[16] ſupra ſanguinem hoſtiæ pro delicto. Et reſiduum olei quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput mundandi, expiabitque eum ſacerdos coram Domino. Faciet quoque ſacerdos hoſtiã pro peccato, & expiabit mũdandum ab immunditia ſua, & poſtea mactet holocauſtum. Et ſacrificabit ſacerdos holocauſtum & ſacrificium cibarium in ara,[17] & expiabit eum ſacerdos, eritque mundus. ¶ Si verò is pauper fuerit,[18] vt hæc non ſint in facultate eius, ſumat agnum vnum pro hoſtia delicti[19] ad tenupha,[20] vt expietur pro eo, & vnam decimam ſimilaginis mixtam oleo[21] pro ſacrificio cibario, & log olei. Sed & duos turtures, aut duos pullos colũbinos,[22] vt fuerit in facultate eius, quorũ vnus erit pro hoſtia peccati, & alter pro holocauſto. Adducet autem eos die[23] octauo ad ſacerdotem pro emũdatione ſui, ad oſtium[24] tentorii cõſtitutionis coram Domino. Tum accipiat ſacerdos agnũ pro hoſtia delicti, & log olei, motabitq; ea ſacerdos,[25] tenupha coram Domino. Mactabitque agnum pro hoſtia delicti, & ſumet ſacerdos de ſanguine hoſtiæ pro delicto, & ponet ſuper teneriorem auriculam auris dexteræ eius qui purificatur, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, atq; ſuper pollicem pedis eius dextri. De oleo quoq; fundet ſacerdos ſuper volam[26] ſacerdotis ſiniſtrã. Et ſparget ſacerdos digito ſuo dextro de oleo quod eſt in vola ſua ſiniſtra, ſepties corã Domino. Ponétque idẽ ſacerdos de oleo quod eſt in vola ſua ſuper teneriorem auriculam auris dexteræ purificandi, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, atq; ſuper pollicem pedis eius dextri,[27] ad eum ſcilicet locum vbi ſanguis hoſtiæ pro delicto [fuerat poſitus.] Reſiduũ verò olei quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput mundandi,[28] vt expiet eum coram Domino. Faciet quoque vnum ex turturibus, aut pullis columbinis,[29] de iis ſcilicet quos apprehendit manus eius, de iis inquam quos apprehenderit manus eius, vnũ [paret] pro hoſtia peccati, & alterum in holocauſtum[10] cum ſacrificio cibario, expiabitque ſacerdos emundandum coram Domino. Hæc lex ſit eius in quo eſt macula lepræ, &[11] in cuius facultate non ſunt [hæc] pro ſui emũdatione. ¶ Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem in hanc ſententiam, Quum veneritis in terram Chanaan, quam ego[12] do vobis poſſidendam, & dedero maculam lepræ[13] in domo terræ poſſeſſionis veſtræ: Veniet is, cuius eſt domus, & indicabit ſacerdoti hiſce verbis, Quaſi macula [lepræ] videtur mihi eſſe in domo. Et iubebit ſacerdos vt domum illam expurgent, priuſquam ſacerdos eã ingrediatur ad inſpiciendum maculam, ne immundum fiat quidquid eſt in domo illa: poſt hoc

¶11 conuentus. vl. fœderis. ¶12 vl. agnorũ alterũ. ¶13 agitãdo offerat ea ¶14 vl. ſſtitas ſanctitatis eſt. .i. eſt enim res ſancta. Hebraiſmus. ¶15 ſup extremam auriculæ partem ¶16 vltra ſãguinem ſaut, præter ſanguinẽ] hoſtiæ quæ mactata fuerat ꝓ peccato. Quo quidem ſanguine iam aſperſerat extremum auriculæ, & pollices manus & pedis dextri. q. d. partes illæ non ſolum ſãguine, ſed etiã oleo tingẽtur. Verti poteſt, vnà cum ſanguine: in eodẽ ſenſu. ¶17 vl, rogabitq; pro eo. Hebraicus dicendi modᵘ, pro, ſi non habet vnde hoc poſſit ſibi comparare tũc &c. ¶18 Heb. & manus eius non fuerit apprehẽdés. Hebraiſmᵘ eſt, ꝓ, Si nõ habeat vnde hoc poſſit ſibi cõparare: tunc &c. ¶19 i. eleuationẽ. vl, agitationé, ¶20 ad rogãdũ ꝓ eo. Vel, ad mundandũ eũ. ¶21 ꝓ munere. Hebraicè dicitur minha. ¶22 quoſcunq; apprehende: manus eius. i. parare ſibi poterit. Alii vertũt, quæcũq; ſibi poterit parare ꝓ opibᵘ ſuis. ¶23 octauo purificationis ſuę

ad ſacerdoté. ¶24 tabernaculi conuentus. Hic oſtium tabernaculi accipitur pro oſtio atrij. ¶25 tanquam oblationem ¶26. i. ſuam, antecedens pro relatiuo. ¶27 Hebr. in loco ſanguinis hoſtiæ pro peccato. i. in ea parte quæ tincta fuit ſanguine hoſtiæ mactatæ pro delicto. ¶28 vl, ad emundandum illum ¶29 Heb. de eo quod aſſequetur manus ipſius: de eo inquam quod comparare ſibi poterit, &c. i. Turturem ſacrificabit, aut pullum colũbæ, aut aliud genus auium, quod habere poterit, eam ſpeciem quam ſibi comparare poterit, ſacrificabit. Repetitio Hebræis frequens. ¶10 vltra munus: [vel, cum munere:] atque ita emundabit eum qui emundatur, coram Domino. ¶11 Heb. cuius manus non poterit aſſequi ſupradicta in purificatione ſui. i. Hæ ſunt ceremoniæ obſeruandæ in purificatione eius qui à lepra mũdᵘ eſſe declaratur: & qui pauperior erit quàm vt ſupradicta ſibi cõparare poſſit. ¶12 pręſens pro futuro. ¶13. i. in domibus quas ædificabitis in Terra ſancta quam poſſeſſuri eſtis. Maculam ſiue plagã lepræ vocat maculam ac labem parieti hærentem, quæ lepræ ſpeciem referat.

[34] debet ingredi ſacerdos ad inſpiciendum domum, & vt inſpiciat maculam. [35] Si quidem macula fuerit in parietibus dom⁹, foueæ ſcilicet luridæ aut ſubruſę, & aſpectus earum profundior erit ipſo pariete, Exibit ſacerdos è domo ad oſtium domus, & occludet domum ſeptem diebus Die ſeptimo reuertetur ſacerdos, & ſi viderit creuiſſe maculam in parietibus domus, præcipiat ſacerdos vt eruant lapides in quibus eſt macula illa, & proijciant eos extra ciuitatem ad locũ immundũ. Et domũ illam radãt intus circunquaq;, effundántq; [36] puluerem qui abraſerint, extra ciuitatẽ ad locum immundũ. Et accipiant lapides alios, quos in locum iſtorum lapidũ ſubſtituant, accipiátque [37] alium puluerem, [38] quo domus tectorium obducat. Et ſi macula redierit, & pullulauerit in domo poſtquam eruti fuerint lapides, & poſtquam abraſerint domum [39] atq; tectorium obduxerint, Veniet ſacerdos: & ſi viderit creuiſſe maculam in illa domo, lepra corrodens eſt in domo illa, immunda eſt. [40] Diruet ergo domum illam, lapides eius, ligna eius, & cunctũ [41] puluerẽ illius domus efferet extra ciuitatem ad locum immundum. Et qui ingreſſus fuerit domum illã omnibus diebus quibus clauſit eam [ſacerdos,] immundus erit vſque ad veſperã. Qui iacuerit in domo illa, lauabit veſtimẽta ſua: & qui comederit in domo illa, eluet veſtimenta ſua. ¶ Et ſi ſacerdos venerit, viderítq; non creuiſſe plagam in domo poſtquam oblita eſt domus, mundam pronunciabit ſacerdos domum illam, quoniam ſanata eſt plaga illa. Accipiat autem ad expiandam domum iſtam duas auiculas, & lignum cedrinum, & coccum bis tinctum, & hyſſopum: vnam auicularum mactabit ſuper vas fictile & ſuper aquas viuas. Deinde ſumat lignũ cedrinum, & hyſſopum atque coccum bis tinctum cum auicula viua, & intinget ea in ſanguine auis mactatæ, & in aquis viuis, aſpergátque domum ſepties. Et expiabit domum illam ſanguine auis, & aquis viuis, & aue viuente, ligno cedrino, hyſſopo, atque cocco bis tincto. Auiculã aũt viuentẽ dimittet extra ciuitatẽ in ſuperficiẽ campi, [41] expiabitq; domum illã, & munda erit. ¶ Hæc eſt lex pro quacunq; plaga lepræ & [42] pſoræ. Pro lepra quoq; veſtis & domus, pro tumore, pro ſcabie ſerpẽte, & pro macula candicante, [44] ad docendũ ſcilicet quo die inquinari, & quo die mũdari debeat. hæc eſt lex de lepra. CA. XV.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen & Abaronem in hanc ſententiam, Loquimini ad filios Iſrael, & dicite ad eos, [1] Quicunq; [2] fluxum habuerit è carne ſua, fluxu ſuo immũdus erit. Hæc verò erit immũditia eius in fluxu ſuo, ſi caro ei⁹ [3] fluxũ ſuũ expuit, aut ſi caro eius obſtructa fuerit à fluxu ſuo, hæc immunditia eius eſt. Omne ſtratum ſuper quo iacuerit ſic fluens, immundũ erit: & omnis res ſuper qua ſederit, [3] immũda eſt. Et quicunq; ſtratum eius tetigerit, [4] lauabit veſtimẽta ſua in aquis, & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperam. Et qui ſederit ſuper aliquo, ſuper quo fluẽs ſedit, eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua immũdus erit ad veſperam vſq;. Qui tetigerit carnem eius qui fluit, eluet veſtimenta ſua, & lauabit aqua, eritq; immũdus vſq; ad veſperam.

intrabitq; poſtea vt conſyderet lepram domus. Et cũ viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, Egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. Reuerſúſque die ſeptimo, conſyderabit eam: ſi inuenerit creuiſſe lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra eſt, & proijci eos extra ciuitatem in locũ immundum. Domum autẽ ipſam radi intrinſecus per circuitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immũdum, Lapidéſque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, Ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam leprã, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans, & immũda domus. Quam ſtatim deſtruẽt, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum quando clauſa eſt, immundus erit vſque ad veſperum: & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit veſtimenta ſua. g

¶ Quòd ſi introiens ſacerdos viderit lepram nõ creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita ſanitate. Et in purificatione eius ſumet duos paſſeres, lignúmq; cedrinũ, & vermiculum atq; hyſſopum: & immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas, Tollet lignum cedrinum, & hyſſopum & coccum & paſſerem viuum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus: & aſperget domum ſepties. Purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis viuentibus, & in paſſere viuo, lignóque cedrino & hyſſopo atque vermiculo. Cúmque dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. ¶ Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ, Lepræ veſtium & domorum, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ & in varias ſpecies colorib⁹ immutatis, vt poſſit ſciri quo tempore mundum quid vel immũdum ſit.

h Purgatio eius.

CAP. XV.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, Loquimini filiis Iſrael, & dicite eis, Vir qui patitur fluxũ ſeminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere, cum per ſingula momenta adhæſerit carni eius, atque cõcreuerit fœdus humor. Omne ſtratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunque ſederit. Et ſiquis hominũ tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Si ſederit vbi ille ſederat, & ipſe lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Qui tetigerit carnẽ eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.

De viro ſeminifluo.

¶ 34 ingredietur ¶ 35 Heb. Et ſanè ſi plaga illa ſit ĩ parietibus dom⁹ atris & ſubuiridib⁹, aut ſubrubris, & ſuperficies loci affecti ſit demiſſior reliqua ſuperficie: Tũc egredietur &c. Alij vertunt, pro atris, valliculas ſiue foſſas: vt SEKAAARVROTH ſit ſubſtantiuum: ſitque ſenſus, Si plaga fuerit in parietib⁹, appareríntque valliculę ſubuirides aut ſubrubrę. i. ſi labes illa videatur introrſum refugere, & ſpeciẽ foſſæ habeat quæ ſit ſubuiridis. Seipſum declarat cum dicit, Et aſpect⁹, ſiue ſuperficies foſſarũ ſit demiſſior pariete reliquo. Verior eſt prima expoſitio: vt ſit SEKAAARVROTH adiectiuum. ¶ 36 vt, intritũ quod &c. ¶ 37 vt, aliud intritũ. ſiue intritũ. ¶ 38 vt, linétque domum.

¶ 39 ſub. domus vt, atque obducta fuerit alio luto.

¶ 40. i. Sacerdos diruendam curabit. ¶ 41 vt, intritũ ¶ 41 vt, rogabitq; pro domo illa, & pura habebit. ¶ 43 maculæ nigræ. ¶ 44 Heb. ad docendũ in die puri, aut in die impuri. hæc inquã eſt lex lepræ. i. ad docendum ſacerdotem de agendis, quo die declarandus ſit homo impurus, & quo die purus. Vel vt alij volunt, die quo declarãdum eſt ſiue impurum aliquid, aut purum. hæ inquam ſunt leges quæ declarant ritum obſeruandum in curatione lepræ. XV. ¶ 1 Heb. Vir vir ¶ 2 veluti ſaliuam emiſerit, aut ſi obthurauerit carnem ſuam ſemine ſuo, impuritas eius eſt. q. d. Ratione ſeminis homo dicetur hoc modo impurus: ſi penis eius deſpuat ſemẽ ſimile ſaliuæ, hoc eſt, ſi deſpuat ſemen aqueũ: aut ſi obthuret meatus ſuos ſeminarios ſemine ipſo: propterea quòd ſemẽ craſſius ſit quàm vt exire poſſit per meatus illos: ſi illud ſemen non profluat, ſed remaneat in vaſis ſeminariis: tunc dicetur eſſe impurus, & habebitur pro impuro. Nomine carnis, pudenda hic ſignificat Moſes. Quoties homo ſentit motus carnis, impurus eſt, etiam ſi ſemen non defluat illi. Vt profluuiũ ſeminis externũ immundũ eſt, & conſpurcat: ita eſt fluxus internus, qui fit cũ ſemen è vaſis ſeminariis exit quidem, ſed foras non erumpit. Hæc impuritas quæ contrahitur ſeminis profluuio, oſtendit multos eſſe apud Deum impuros, qui apud homines videntur puri. ¶ 3 polluetur. ¶ 4 Id eſt, poſtquam lauerit ſeſe, lauabit etiam veſtimenta ſua.

Si ſaliuam huiuſcemodi homo iecerit ſuper eũ qui mundus eſt, lauabit veſtimenta ſua: & lotus
B aqua, immundus erit vſq; ad veſperũ. Sagma ſuper quod ſederit, immundum erit: & quicquid ſub eo fuerit qui fluxum ſeminis patitur, pollutum erit vſque ad veſperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit veſtimẽta ſua: & ipſe lotus aqua, immũdus erit vſque ad veſperum. Omnis quem tetigerit qui talis eſt, non lotis antè manibus, lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua, immũdus erit vſque ad veſperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabi-

Purgatio ei⁹

tur aqua. ¶ Si ſanatus fuerit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionem, numerabit ſeptẽ dies poſt emũdationem ſui, & lotis veſtibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo ſumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conſpectũ Domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij, dabitq; eos ſacerdoti. Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum: rogabitq; pro eo corã Domino, vt emũde-
C tur à fluxu ſeminis ſui. ¶ Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum: & immundus erit vſque ad veſperum. Veſtem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immũda erit vſque ad veſperum. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vſq; ad veſperum.

De muliere mẽſtruoſa & ſanguinflua.

¶ Mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur. Omnis qui tetigerit eam, immũdus erit vſque ad veſperũ: & locus in quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, polluetur. Qui tetigerit lectum ſuum, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Omne vas ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, pollutus erit vſque ad veſperum. Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum in quo dormie-
D rit, polluetur. Mulier quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore menſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat, quandiu ſubiacet huic paſſioni, immũda erit quaſi ſit in tempore menſtruo. Omne ſtratũ in quo dormierit, & vas in quo ſederit, pollutũ erit. Quicunque tetigerit eam, lauabit veſtimenta ſua. & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.

¶ eius,

¶ ea,

Purgatio eaſum.

¶ Si ſteterit ſanguis, & fluere ceſſauerit, numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ, Et die octauo offeret pro ſe ſacerdoti duos turtures aut duos pullos columbarum ad oſtium tabernaculi teſtimonij: Qui vnũ faciet pro peccato, & alterum in holocauſtum, rogabitq; pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant immunditias, & non moriantur in ſordibus ſuis, cũ polluerint tabernaculum meum quod eſt inter eos.

Et ſi conſpuerit is qui fluxum habet in mundũ aliquẽ, eluet ille veſtimẽta ſua: & lotus aqua, immũdus erit vſq; ad veſperã. [5] Quidquid ad equitatũ aut vecturã pertinet, ſi is qui fluxum habet illud inſcẽderit, immundũ erit. Et quicunq; tetigerit rẽ quãlibet quæ ſub eo eſt, immundus erit vſq; ad veſperã: & qui geſtauerit illa, eluet veſtimẽta ſua, & lauabit aqua, & immundus erit vſq; ad veſperã. Et quecũque tetigerit is qui fluxũ patitur, & manus ſuas aqua [6] nõ abluit, eluet veſtimẽta ſua, & lotus aqua, immũdus erit vſq; ad veſperã. Vas teſtaceũ, quod tetigerit fluẽs, confringetur. & omne vas ligneũ aqua abluatur. ¶ Poſt eaquã verò fluẽs à fluxu ſuo mũdatus fuerit, numerabit ſibi ſeptẽ dies [7] pro ſui emũdatiõe, & lotis veſtimentis ſuis, lauabit & carnẽ ſuã aquis viuis, & ſic mundus erit. Die autem octauo accipiat ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, & veniat in cõſpectum Domini [nempe] ad oſtiũ tẽtorij [8] conſtitutionis, & tradet illos ſacerdoti. Sacerdos verò faciet illos, alterũ pro hoſtia peccati, alterum pro holocauſto, [9] expiabitque eum ſacerdos corã Domino à fluxu eius. ¶ Vir de quo egreditur [10] proiectio ſeminis, lauabit totam carnem ſuam aqua, & immundus erit vſque ad veſperam. Omnis veſtis, atq; omnis pellis in qua fuerit proiectio ſeminis, eluetur aqua, & immũda erit vſque ad veſperam. Et mulier [11] cum qua dormierit vir qui habet proiectionem ſeminis, lauabunt [vterque] aqua, & immundi erunt vſq; ad veſperã. ¶ Mulier verò [12] quæ fluxũ habuerit, fueritq; fluxus eius ſanguis de carne ei⁹, manebit ſeptẽ dies [14] in mẽſibus ſuis: quicũque eã tetigerit, immũdus erit vſq; ad veſperam. Et omne ſuper quo illa [15] iacuerit tẽpore ſeparationis ſuę, immundũ erit: & omne ſup quo ſederit, immũdũ erit. Quicũque tetigerit lectũ eius, eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua, immundus erit vſq; ad veſperam. Et quicunque rẽ vllam tetigerit ſuper qua illa ſederit, eluet veſtimenta ſua, lotúſque aqua, immundus erit vſque ad veſperam. [16] Et ſi quiſpiam ſtratum aut inſtrumentum aliquod tetigerit ſuper quo illa ſederit, immundus erit vſque ad veſperam. Et ſi omnino iacuerit vir cũ ea [17] quæ menſes ſuos habet, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum ſuper quo iacuerit, immundum erit. Mulier ſi multis diebus fluxu ſanguinis ſui effluxerit, [18] quum non ſit tempus profluuij ſui, aut ſi fluit [19] ſupra profluuiũ ſuum, [20] omnes dies fluxus immundi iudicẽtur, queẽadmodum dies ſeparationis ſuæ, eritq; ipſa immũda. Omne ſtratum ſuper quo iacuerit omnibus diebus fluxus ſui, [21] ſit ei quẽadmodũ ſtratum ſeparationis ſuæ: & omne inſtrumentũ ſuper quo ſederit, immundum erit, quemadmodũ immunditia ſeparationis ſuæ. Et quicunque aliquid iſtorum tetigerit, immũdus erit, is eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua, immundus ſit vſque ad veſperam. ¶ Et ſi fuerit mũdata à fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptẽ dies, deinde mundabitur. Die octauo accipiat ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, & ferat eos ad ſacerdotem ad oſtiũ [23] tẽtorij cõſtitutionis. Et faciet ſacerdos alterũ pro hoſtia peccati, alterũ pro holocauſto, [24] expiabitq; eã ſacerdos corã Domino à fluxu immũditiæ ſuæ. [25] Religioſe ergo prohibeatis filios Iſrael ab immũditijs ſuis, ne in immũditijs ſuis moriãtur, [26] ſi polluerint tabernaculũ meũ quod eſt inter eos.

¶ 5 Omne iumẽtum quo vect⁹ fuerit qui fluxũ ſeminis patitur, immũdũ erit. ¶ 6 nõ abluerat, ¶ 7 ab emundatione ſua, ¶ 8 cõuentus. ¶ 9 mundabitq; eũ &c. .i. mundũ eſſe declarabit.

¶ 10 effuſio ſeminis. Hic loquitur de eo q nõ patitur fluxum frequentẽ ſeminis, ſed cui id accidit aliquãdo. ¶ 11 ſuper quam fuerit de ſemine effluxo, ¶ 12 cũ qua coierit marit⁹ effuſione ſeminis, lauabũt ſeſe &c .i. Si vir ĩprudẽs, veluti noctu dormiens, paſſus eſt fluxũ ſeminis, ſub auroram, eius rei nõ recordatus, cõgrediatur cũ vxore ſua, tũc per imprudẽtiam polluitur vnà cum vxore.

¶ 13 quum erit fluens ſanguine, eritque fluxus ei⁹ per carnem eius. i. Cũ mulier patiẽ fluxũ ſanguinis per pudenda ſua.

¶ 14 Heb. In ſeparatione ſua: .i. ſeptem diebus ſeparabitur à conſortio virorum.

¶ 15 vl. dormierit ¶ 16. Heb. Quòd ſi ſuper lectum fuerit, aut ſi ſuper ſedem ſuper quã ipſa ſederit: in tangendo illud, &c. Hoc eſt, Si ſtragulum fuerit ſuper lectum, aut ſuper ſedem ſuper quam illa ſederit, & quiſpiam illud tetigerit, impurus &c. ¶ 17 Heb. & ſint menſes eius ſuper illum. i. & ſuperuenerint menſes dum homo dormit cum ea. ¶ 18 Heb. in non tempore ſeparationis ſuæ. Separatio, dies aut tempus ſeparationis, periphraſis eſt menſium muliebrium. nã tum ſeparatæ habitabant. i. alio tempore quàm quo ſolent pati menſes. ¶ 19 Heb. vltra ſeparationem. i. vltra mẽſes quos Deus conſtituit. ¶ 20 Heb. omnibus diebus fluxus impuritatis ſuæ ſicut diebus menſtrui ſui erit, ¶ 21. i. immundũ erit, vt ſtratum ſuper quod iacebat diebus menſtrui ſui, impurum erat. ¶ 22. i. omnis ſedes ſuper qua ſederit, erit impura vt impura erat ſedes ſuper quam ſederat temporã menſium. ¶ 23 tabernaculi conuentus. Tabernaculum pro atrio accipit: à parte totum. ¶ 24 vl, emundabitque eam &c. Id eſt declarabit eam eſſe mundam à fluxu ſuo beneficio Dei. ¶ 25 Separabitis itaque filios Iſrael ab impuritatibus ſuis, &c. Hoc eſt, Hac ratione facietis vt caueant filij Iſrael ab impuritate. ¶ 26 quando polluent

¶17 effuſio ¶18 Heb. vt im purus ſit. i. per quã homo red ditur impur⁹. ¶19 Heb. Itẽ do lentis in ſeparatione ſua, & qui profundit fluxum ſuũ. i. qui laborat flu xu menſium, & patitur fluxũ.

XVI.

¶1 aut, q quũ veniſſent in cõ ſpectum Domi ni, mortui fue rant. Vel, qui q veniſſent &c. Legitur hęc hi ſtoria cap. X huius libri. Su periori capite de priuata par ticularique im puritate tracta uit Moſes. hic verò de publica & vniuerſali ſcribit.

¶2 ſãctitatẽ. i. ſanctum ſanctorum. Semel in anno. Septẽ bri menſe ſum mus ſacerdos ſolus ingre diebatur ſanctũ ſanctorũ.

¶3 corã tectorio. Siue cælo, ſubaudi arcæ.

¶4 ſuper tectorium ſiue cęlũ illud. ¶5 .i. Tũ hoc ritu ingre diet ipſe Aarõ ad ſanctuariũ. .i. In ſanctum ſanctorum.

¶6 Caro, pro verendis.

¶7 & induet ea.

¶8 Hircos caprarum vocat hircos è grege, adhuc tenellos & lactẽtes.

¶9 vl, offeret

¶10 cõuentus.

Iſta eſt lex eius qui fluxũ patitur, & de quo egre ditur[17] proiectio[18] ſeminis,[18] in quo polluitur. [19] Itẽ eius quæ ob profluuiũ ſeparatur, aut qui fluit fluxu ſuo, ſiue mas ſit, ſiue fœmina, & eius qui cum immunda iacuerit. CAP. XVI.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen poſt mor tem duorum filiorum Aharonis,[1] quando ap propinquarunt coram Domino, & mortui ſunt. Dixitq; Dominus ad Moſen, Loquere ad Aharonem fratrem tuum, ne omni tempore introeat in[2] ſanctuarium, intra ſcilicet velum coram propitiatorio[3] quod ſuper arcam eſt, ne moriatur: quoniam in nube apparebo [4] ſuper propitiatorium.[5] In hoc ingrediatur Aharõ ſanctuarium, nempe cum iuuenco bouis, qui ſit pro peccato, & cum ariete pro holocauſto. Tunica ſtricta linea ſancta veſtietur, & femoralia linea ſint ſup [6] carnem eius, & zona linea accingatur, & tiara linea amiciatur: hæc ſancta ſunt veſtimenta. & lauabit aqua carnem ſuã [7] cum induerit ea. Accipiat autem à cœtu filiorum Iſrael duos[8] hircos caprarum pro peccato, & arietem vnum in holocauſtum. Et[9] adducet Aharon iuuencum ſuum pro peccato, & expiabit pro ſe & pro domo ſua. Deinde accipiet & duos hircos, & collocabit eos coram Domino ad oſtium tentorij [10] conſtitutionis. Et ſortietur Aharon ſuper duos hircos, ſors vna erit pro Domino, altera ſors [11] pro capro ſacro qui amandatur. Et adducet Aharon hircum illum ſuper quẽ[12] ducta eſt ſors Domini, & [13] faciet eũ pro peccato. Alter verò hircus ſuper quẽ [14] ducta eſt ſors vt amãdetur, ſtatuetur viuus coram Domino,[15] vt iſto expiet, vt amandet illum, caprum ſcilicet emiſſarium, in deſertum. Et[16] iuuẽcum quem habet adducat pro hoſtia peccati, & expiet pro ſe & pro domo ſua, mactabitq; iuuencum ſuum pro peccato. Accipiat quoq; acerram plenam ignitis carbonibus ex ara quæ eſt coram Domino, &[17] volam ſuam plenam incenſo aromatico contuſo, & inferat intra velum. Ponétque incenſum ſuper ignem coram Domino, [18] ita vt fumus ſuffitus obtegat propitiatorium quod eſt[19] ſup teſtimoniũ, [20] ne moriatur. ¶ Deinde accipiat de ſanguine iuuẽci, & ſpargat digito ſuo [21] corã propitiatorio Orientem verſus, & corã propitiatorio ſpargat digito ſuo de ſanguine illo ſepties. Et mactet hircũ pro peccato, qui eſt [22] pro populo, & inferat ſanguinem eius intra velum, faciátque cum ſanguine illo, quemadmodum fecit cum ſanguine iuuenci, ſpargẽs ſcilicet eum verſus propitiatoriũ, & [23] corã propitiatorio. Et expiabit[24] ſuper ſanctuariũ ab immunditia filiorum Iſrael, & à tranſgreſſionibus eorũ, [24] pro cũctis peccatis eorum. ¶ Et ſic quoq; faciet tẽtorio[25] conſtitutionis, quod habitat cũ eis[26] inter immunditias eorũ. Nullus autẽ homo ſit in tentorio[25] cõſtitutionis, quũ ille ingredietur[27] ad expiandũ in ſanctuario, donec egrediatur, &[28] expiauerit pro ſe & pro domo ſua, atq; pro vniuerſo cœtu Iſraelitico. ¶ Et egreſſus ad [29] aram quæ eſt coram Domino, [30] expiationem faciet ſuper eam, ſumétque de ſanguine iuuenci, & de ſanguine hirci, & ponet ſuper cornua aræ per circuitum. Spargétque ſuper eam digito ſuo de ſanguine ſepties, & emundabit ipſam, atque eam ſanctificabit ab immunditijs filiorũ Iſrael. ¶ Et quũ ceſſauerit ab expiando ſanctuarium, & tentoriũ[25] conſtitutionis, & aram, tum[31] adferat hircũ viuũ.

Iſta eſt lex eius qui patitur fluxum ſeminis, & qui polluitur coitu, & quæ menſtruis temporibus ſeparatur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & hominis qui dormierit cum ea. CAP. XVI.

LOcutúſq; eſt Domin⁹ ad Moyſen poſt mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt: & præcepit ei, dicens, Loquere ad Aaron fratrem tuũ ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt nõ moriatur (quia in nube apparebo ſuper oraculum) niſi hæc antè fecerit, Vitulum pro peccato offeret, & arietẽ in holocauſtũ. Tunica linea veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineã imponet capiti: hæc enim veſtimenta ſunt ſancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Suſcipiétque ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietẽ in holocauſtum. Cúmque obtulerit vitulum, & orauerit pro ſe & pro domo ſua. Duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij. Mittẽnſque ſuper vtrunque ſortem, vnã Domino, & alterã capro emiſſario. Cuius exierit ſors Domino, offeret illũ pro peccato: Cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces ſuper eum, & emittat eũ in ſolitudinem. His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogãs pro ſe & pro domo ſua, immolabit eum. Aſſumptóq; thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriẽns manu cõpoſitum thymiama in incenſum, vltra velũ intrabit in Sancta: Vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur. ¶ Tollet quoque de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties contra propitiatorium ad Orientem. Cúmque mactauerit hircũ pro peccato populi, inferet ſanguinẽ eius intra velũ, ſicut præceptũ eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat è regione oraculi, Et expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorũ Iſrael, & à præuaricationibus eorũ, cunctiſque peccatis. ¶ Iuxta hunc ritũ faciet tabernaculo teſtimonij, quod fixum eſt inter eos in medio ſordium habitationis eorum. ¶ Nullus hominum ſit in tabernaculo quando pontifex ſanctuariũ ingreditur, vt roget pro ſe & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediatur è tabernaculum. ¶ Cũ autem exierit ad altare quod corã Domino eſt, oret pro ſe, & ſumptũ ſanguinẽ vituli atq; hirci fundat ſuper cornua eius per gyrũ. Aſpergẽnſque digito ſepties, expiet, & ſanctificet illud ab immũditijs filiorũ Iſrael. ¶ Poſtquam emundauerit ſanctuariũ, & tabernaculũ, & altare, tunc offerat hircũ viuẽtẽ.

Sup. 10. a.

Quæ ſacerdoti erãt obſeruanda anteq̃ ingredi poſſet ſanctuarium.

Exod. 30. b. heb. 9. b.

B

Caper emiſſarius.

C

Expiatio ſanctuarij. heb. 9. d. 10. a.

D

Tabernaculi. Luc. 1. a.

Altaris.

Peccatorum.

¶11 pro Azazel. Id eſt, pro capro qui abducendus erat in montem Azazel, qui mons erat ſitus in deſerto prope montem Sinai. ¶12 ceciderit ſors pro Domino. i. qui ſorte obtigerit Domino. ¶13 .i. ſacrificabit eum pro expiatione peccati. ¶14 ceciderit ſors pro Azazel. Id eſt, pro capro qui abducendus erit in montem Azazel. Sunt qui ſic vertant, minus tamen rectè, Is ſuper quem ceciderit ſors vt ſit caper emiſſarius. ¶15 ad emundandum per illum, vt poſtea emittatur in montẽ Azazel. ¶16 vitulum ſuũ. i. è grege ſuo ſumptum. ¶17 Heb. plenitudinẽ volarum ſuarum. i. quãtum vtraque manus capere poterit. ¶18 Heb. nubẽſq; thymiamatis. i. vapor cõſurgens ex thymiamate incenſo. ¶19 Oratio eſt conciſa: pro, ſupra arcã teſtimonij. ¶20 & nõ morietur. ſi ita ſcilicet fecerit, non quẽadmodum fecerunt Nadab & Abiu. ¶21 .q. d. conſperget partem anteriorẽ ſpectantem Orientem, & poſteriorẽ ſpectantem Occidentẽ. ¶22 .i. quẽ populus tradiderit pro ſe mactandũ. ¶23 vacat hic præpoſitio. ¶24 & omnia peccata eorũ. ¶25 cõuentionis. Aut, conuentus. Vel, vt alijs placet, fœderis. ¶26 Heb. In medio impuritatũ eorũ. i. inter filios impuros & contaminatos. ¶27 vl, ad orandum ¶28 orabit ¶29 ſub. incẽſi. ¶30 expiabit eam, ¶31 offeret

Moſaica confeſſio.

E Et poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorũ Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorũ: quæ imprecãs capiti eius, emittet illum per hominẽ paratũ, in deſertũ. Cũmq; portauerit hircus omnes iniquitates eorũ in terram ſolitariã, & dimiſſus fuerit in deſertũ, Reuertetur Aarõ in tabernaculum teſtimonij, & depoſitis veſtibus quibus prius indutus erat cum intraret ſanctuarium, relictiſq; ibi, Lauabit carnem ſuam in loco ſancto, induetũrque veſtibus ſuis. & poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe quàm pro populo. Et adipem qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare. Ille verò
F qui dimiſerit caprũ emiſſariũ, lauabit veſtimẽta ſua & corp⁹ aqua, & ſic ingredietur in caſtra. Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuariũ vt expiatio compleretur, aſportabũt foras caſtra, & comburẽt igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum. Et quicunque combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua & carnem aqua, & ſic ingredietur caſtra. Eritq; vobis hoc legitimum ſempiternũ: menſe ⁷autẽ⁾ ſeptimo, decima die mẽſis affligetis animas veſtras, nullúmque opus facietis, ſiue indigena ſiue aduena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit
G veſtri atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini. Sabbathum eni requietionis eſt, & affligetis animas veſtras religione perpetua. Expiabit autẽ ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus ⁸initiatæ ſunt⁾ vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo: induetũrq; ſtola linea & veſtibus ſanctis. Et expiabit ſanctuarium & tabernaculum teſtimonij atque altare,
A ſacerdotes quoque & vniuerſum populum. Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filijs Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Heb. 13. b.

Feſtũ expiationũ à peccatis.

L. 23. e.

¶ ⁸initiata eſt

## CAP. XVII.

Sacrificia damnat quæ non fiũt ad oſtiũ tabernaculi fœderis.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere Aarõ & filiis eius & cũctis filijs Iſrael, dicens ad eos, Iſte eſt ſermo quem mandauit Dominus, dicens, Homo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bouem aut ouem, ſiue caprã in caſtris vel extra caſtra, Et non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationem Domino, ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinẽ fuderit ſic peribit de medio populi ſui. Ideo ſacerdoti offerre debẽt filij
B Iſrael hoſtias ſuas quas occidũt i agro, vt ſanctificentur Domino ante oſtiũ tabernaculi teſtimonij. & immolent eas hoſtias pacificas Domino. Fũdẽtq; ſacerdos ſanguinẽ ſuper altare Domini ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, & adolebit adipem in odorẽ ſuauitatis Domino. Et nequaquã vlterà immolabũt hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. legitimũ ſempiternũ erit illis & poſteris eorum. Et ad ipſos dices, Homo de ⁸filijs⁾ Iſrael & de aduenis qui peregrinãtur apud vos, qui obtulerit holocauſtũ ſiue victimã, & ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij nõ adduxerit eũ, vt ⁹offeratur⁾ Domino, interibit de populo ſuo.

Domino, nõ dæmonibus offerendum.

¶ ⁸domo

¶ ⁹offerat

Imponétque Aharon vtranquẽ manum ſuam ſuper caput hirci viuentis, & cõfitebitur ſuper ipſum cunctas iniquitates filiorum Iſrael, & omnes tranſgreſſiones eorum, omniáque peccata eorum, ponens ſcilicet eas ſuper caput hirci, & amãdet [eum] per manum viri ¹²tempeſtiui⁾ in deſertũ. Et feret hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates illorũ in terram ¹³ſeparatam,⁾ amandabitq; hircum in deſertum. Et veniet Aharon ad tentorium ¹⁴conſtitutionis,⁾ & exutis veſtimẽtis lineis, quibus indutus fuit dum introiret ſanctuariũ, ¹⁴reponat⁾ ea iſthic, Lotáque carne ſua aqua in loco ſancto, induet veſtimenta ſua. & egreſſus faciet holocauſtum ¹⁵ſuum,⁾ & holocauſtum populi. & expiabit pro ſe & pro populo. Adipem hoſtiæ pro peccato incendat in ara. Porrò, is qui ¹⁶amandauit hircum in campũ caprarum,⁾ eluet veſtimenta ſua, lotáque carne ſua in aqua, ingredietur poſt hoc in caſtra. Iuuẽcum verò qui eſt pro peccato, & hircum qui eſt pro peccato, quorum ſanguis illatus eſt ad expiandum ſanctuarium, efferat foras extra caſtra, vt comburantur igne cum pellibus, carne & excremento eorum. Et is qui combuſſerit ea, eluet veſtimenta ſua & lota carne ſua, cum tandem caſtra ingrediatur. ¶ Erit & hoc ſtatutum vobis perpetuum, vt mẽſe ſeptimo, decimo menſis ¹⁷deiiciatis⁾ animas veſtras, nec vllum opus faciatis, ſiue indigena ſit, ſiue incola qui incolit inter vos. Quoniam eodẽ die ¹⁸expiabitur pro vobis. vt mũdi fiatis, & mũdi ſitis⁾ ab omnibus peccatis veſtris coram Domino. ¹⁹ Sabbatum ſabbatorũ hoc⁾ vobis, & ²⁰deiicietis animas veſtras ritu perpetuo.⁾ Expiabit autẽ ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus fuerit cõſecrata, vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo, induetúrque veſtimentis lineis atq; ſanctis. Expiabit vero ſanctuarium ſanctum, & tentorium ¹⁵conſtitutionis,⁾ expiabit & aram. & ſacerdotes, & vniuerſum populum cœtus expiabit. Sitque vobis hoc ſtatutum perpetuum, vt expiet filios Iſrael ab omni peccato eorũ ſemel in anno. Et ²¹fecit⁾ quemadmodũ præcepit Dominus Moſi.

## CAP. XVII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad Aharonẽ & filios ei⁹, atq; ad cũctos filios Iſrael, & dices ad eos, ¹Hoc eſt verbũ quod præcepit⁾ Dominus, dicens, ²Quicunque⁾ ẽ domo Iſrael ³mactauerit bouem, aut ouem, aut capram in caſtris, aut qui mactauerit extra caſtra, Et ad oſtiũ ⁴tentorii cõſtitutionis⁾ nõ attulerit, vt ⁵ſacrificet ſacrificiũ⁾ Domino ante tabernaculũ Domini, ſiguis imputabitur viro illi ⁶ſanguinem⁾ [enim] fudit: excindetúrque vir ille ẽ medio populi ſui. ⁷Proinde quando filij Iſrael adducunt ſua ſacrificia, quæ ſacrificare volunt in planicie campi, adducant talia ad Dominum, nẽpe ad oſtiũ tentorii conſtitutionis, ad ſacerdotẽ, vt ea Domino ſacrificent ſacrificia gratulatoria.⁾ Et ſparget ſacerdos ſanguinẽ ſuper arã Domini, quæ eſt ad oſtium tentorij conſtitutionis, & adolebit adipem Domino in odorẽ ⁸ſuaueolentẽ.⁾ Nec vltra ſacrificent ſacrificia ſua ⁹ſatyris, ¹⁰poſt quos⁾ ſcortati ſunt. ritus hic erit perpetuus eis, ¹¹etiam apud poſteros ſuos.⁾ Dices autem ad eos, Quicũq; ẽ domo Iſrael, aut ex incolis qui inter vos habitãt, holocauſtũ aut ſacrificiũ attulerit, nec adduxerit hoc ad oſtiũ tẽtorij cõſtitutiõis, ¹²vt Domino illud faciat,⁾ is ¹³excindetur de populis ſuis.

¶ 12 ad hoc ſatiatum ¶ 13 Heb. ſeiunctionis. i. inhabitabilem. ¶ 14 relinquat ¶ 15 .i. pro ſe. ¶ 16 deduxerit hircum in Azazel, ¶ 17 affligatis &c. i. ieiunetis. ¶ 18 expiabit vos [ſubaudi, ſummus ſacerdos] ad purificandum vos, & mundabimini &c. Id eſt, ſummus ſacerdos declarabit vos omnium ſcelerum puros eſſe. ¶ 19 Quies [enim] quietis eſt. i. Summa quies eſt: hoc eſt, Animo & corpore vobis quieſcẽdũ eſt. Hebraiſmus. ¶ 20 affligetis animas veſtras ſtatuto perpetuo. i. ſemper obſeruando. ¶ 21 ſub. Moſes. Fecit Moſes quod ſibi præceperat Domin⁹.

XVII.

¶ 1 Hebraiſm⁹ eſt, pro, Hoc eſt quod mandauit. Hęc lex fert à Deo vt auertat filios Iſrael ab idololatria. didicerãt enim illi ab Aegyptiis ſacrificare idolis. ¶ 2 Heb. Vir vir &c. Modus dicẽdi Hebraicus, qui Latine per Quicũque redditur. ¶ 3 Hæc nõ de mactatione animalium quæ ad eſum fit, intelligẽda ſunt: ſed de mactatiõe ſacrificiorũ. ¶ 4 tabernaculi cõuẽtus

¶ 5 vl. offerat oblationẽ ¶ 6 Sanguinem pro cæde accipit. q.d. Perinde mihi diſplicebit acſi hominem occidiſſet: ideóq; pro ethnico & incircũciſo habebitur. ¶ 7 Heb. Vt afferant filij Iſrael hoſtias ſuas quas ſunt mactaturi in ſuperficie agri: vt afferant inquam ad Dominũ, ad fores tabernaculi conuentionis ad ſacerdotẽ, & mactent illas in hoſtias pacificorũ Domino. Cum ait, In ſuperficie agri: ſignificat Vbiuis locorum. ¶ 8 Heb. quietis. i. vt inde excitetur odor gratiſſimus Deo. ¶ 9 Dictio Hebraica S E I I R I M ſignificat dæmones, ſed eos propriè qui hirſuti & villoſi inſtar hircorũ, ſui cultoribus apparere ſolebant. Et veriſimile eſt intelligi de ſatyris. ¶ 10 vl, cum quibus &c. i. quorũ cultui addicti ſunt, ſiue quos colere ſoliti ſunt. ¶ 11 ſuis tẽporibus. i. quãdiu vixerint. ¶ 12 ad ſacrificandum illud Domino, ¶ 13. i. non cenſebitur circuncisus, non numerabitur inter ſuos populares.

¶14 Hebraiſm⁹ eſt, pro; iraſcar illi vehementer. ¶15.i. Quia anima omnis animalis habet ſedem in ſanguine. Anima enim, ſiue ſpirit⁹ ipſi, puriore ſanguinis parte in vapores calore natiuo reſoluti nutriuntur: vnde ſpiritus ipſi ſiue anima, dicuntur habere ſedē i ſanguine. nā ſine ſanguine anima conſiſtere non magis poteſt, quàm ignis ellychnij ſine oleo. De animalibus irrationalibus loquitur. Caro pro animali. ¶16. i. præcepi vt effunderetis ſanguinē illum ad baſim altaris, ad expiandas animas veſtras: quia ſanguine expiantur animæ. Vnde Paulus dicebat, Et ſine ſanguinis effuſiōe nō ſit remiſſio. ¶17 ſāguis ei⁹ i anima ei⁹ eſt. i. quia cuiuſcūq; animantis ſanguis cum anima coniunctus eſt. Carnē hoc loco ꝓ animali irrationali accipit. Hebraiſm⁹. ¶18 Excidi, ſiue perire, eſt nō cōnumerari inter eos qui ſalutē conſequentur.

Et quicunq; è domo Iſrael, aut de incola qui inter vos habitat, vllum ſanguinē comederit, [14] ponam faciem meam contra animam talem' quæ comederit ſanguinem, & excindam eam de medio populi ſui. [15] Nam anima carnis eſt in ſanguine, '& ego [16] dedi illum vobis ſuper aram, ad expiandum animas veſtras: ſanguis enim animā expiabit.' Et ob id dixi filijs Iſrael, Nulla anima ex vobis ſanguinem edat, deinde nullus incola qui habitat inter vos ſanguinem edat. Quicūq; ex filijs Iſrael, & incola qui habitat inter vos, venatus fuerit venationē feræ aut volucris, quæ comedi poteſt, effundat ſanguinē eius & obruat eum puluere. Nā anima omnis carnis, [17] ſanguis eius eſt, pro anima eius eſt:' ob id dixi filijs Iſrael. Nullius carnis ſanguinem comedetis, quia anima omnis carnis ſanguis eius eſt: quicunque comederit de illo, [18] excindetur. ¶Omnis quoq; anima (ſiue indigena ſit, ſiue incola,) quæ cadauer aut diſcerptū à feris comederit, lauabit veſtimenta ſua & carnē ſuam aquis, & immundus ſit vſque ad veſperam, & [19] tunc' mundus erit. Et ſi non [20] eluerit,' carnēmq; ſuam non lauerit, feret [21] noxam' ſuam.

CAP. XVIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Ego Dominus Deus veſter: ſecundū opera terræ Aegypti, in qua habitaſtis, ne feceritis: & ſecundum opera Chananaicæ terræ, in quam ego vos [1] introduco,' ne feceritis, in ritibus eorū ne incedatis. Iudicia mea facietis, ritus meos obſeruabitis, vt in illis incedatis: ego [2] Domin⁹ De⁹ veſter.' Cuſtodietis ergo ritus meos, & iudicia mea, quæ faciens homo, [3] in eis viuet: [4] ego Dominus.' Nullus ad quaſcunq; [5] reliquias' carnis ſuæ accedat, ad retegēdū verenda: ego Dominus. [6] Verenda patris tui,' & verenda matris tuæ ne retegas: mater tua eſt, ne retegas verenda eius. Verēda [7] vxoris patris tui [8] ne retegas: [9] turpitudo enī patris tui eſt.' Verēda ſororis tuę, quę filia eſt patris tui ſeu [natum,] aut filia matris tuæ, [10] ſiue domi ſit genita, ſiue foris,' ne retegas turpitudinē earum. Verenda neptis ex filio tuo, aut neptis ex filia tua, ne retegas turpitudinem earum, quia turpitudo tua [11] eſt.' Verenda filiæ vxoris patris tui, [12] quæ genita eſt à patre tuo,' ſoror tua eſt, ne retegas turpitudinem eius. Verenda [13] amitæ tuæ' ne retegas, [14] [quoniam] reliquiarum eſt patris tui. [15] Verenda materteræ tuæ ne retegas: [14] reliquiarum' enim matris tuæ eſt. Verenda [16] patrui tui' ne retegas, ad vxorem eius ne accedas, vxor eſt patrui tui. [18] Verēda nurus tuæ ne retegas:' eſt enim vxor filij tui, idcirco ne retegas verenda eius. [19] Verenda fratriæ tuæ

Homo quilibet de domo Iſrael, & de aduenis qui peregrinātur' inter vos,' ſi comederit ſanguinē, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eā de populo ſuo, Quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illū vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Idcirco dixi filijs Iſrael, Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur [a] apud' vos. Homo quicunque de filijs Iſrael & de aduenis qui peregrinantur apud vos, ſi venatione atque aucupio ceperit feram vel auē, quibus veſci licitū eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat illū terra. ‖Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt: vnde dixi filijs Iſrael. Sāguinē vniuerſę carnis nō comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt: & quicūque comederit illū, interibit. ¶Anima quæ comederit morticinum vel captū à beſtia, tā de indigenis quàm de aduenis, lauabit veſtimēta ſua & ſemetipſū aqua, & cōtaminatus erit vſq; ad veſperū: & hoc ordine mūdus fiet. Quòd ſi nō lauerit veſtimēta ſua vel corpus, portabit iniquitatē ſuam.

CAP. XVIII.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Ego ſum Dominus Deus veſter: iuxta conſuetudinē Terræ-Aegypti in qua habitaſtis, non facietis: & iuxta morem Regionis-Chanáan, ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis: ego Dominus Deus veſter. ‖Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. ego Dominus. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius: ego Dominus [b] Deus veſter.' Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies. mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies. turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinē ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis. Turpitudinē filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Turpitudinē filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. Turpitudinē ſororis matris tuæ non reuelabis: eo quòd caro ſit matris tuę. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniūgitur. Turpitudinē nur⁹ tuæ nō reuelabis, quia vxor filij tui eſt: nec diſcooperies ignominiam eius. [c] Et vxorē fratris tui null⁹ accipiat.' Turpitudinē vxoris fratris tui

Sāguis non comedēdus. ¶[a] inter eos. C

Sanguine expiatio peccatorū fiebat.

¶[b] inter

D Gen. 9. b.

Morticinum nō comedendum.

Qui coitus illiciti.

Ro. 10. a. ezec. 20. b. gala. 3. b

D

¶19 cum ſcilicet veſpera aduenerit. ¶20 ſub. veſtes ſuas. ¶21 Iniquitatem. i. punietur. Hebraiſm⁹.

XVIII. ¶1 vt, introducturus ſum, ¶2 ſub. qui præcipio vobis hæc. ¶3 vt, per illa viuet. Vita ſcilicet temporali. Chaldæus paraphra. vertit, Quæ faciēs homo, viuet in eis vita ſempiterna. Hebraiſmus. Chriſtus dicit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. ¶4 ſub. qui id polliceor. ¶5 Per reliquias, cōſanguineos & propinquos intelligūt. ſunt enim reliquiæ carnis quæ ad vnitatē tori trahūtur. Heb. Vir vir ad cognationē carnis ſuæ ne accedatis ad reuelandā nuditatē eius ego &c. Hebraiſmus eſt, pro, Nemo rem habeat cum cōſanguinea ſua, etiam data fide matrimonij. Nuditatem autem vocat partes pudendas, per antiphraſin, quòd nunquam nudæ eſſe debeant. ſic in ſequentibus vertendum, vbi verenda toties repetitur. Reuelare igitur ſiue retegere nuditatem, aut verenda mulieris, eſt cū ea contrahere matrimoniū. ¶6 Nuditatē patris tui. Actiuè hìc ſumitur. i. quā pater tuus nudauerit, quod exponēs ſubiūgit, Et nuditatē matris tuæ ne reueles. Hic enim ET, expoſitiuè accipitur, ꝓ Id eſt. q. d. Nemo poterit cōtrahere matrimoniū cū muliere cū qua pater ipſius habuerit rem, ſiue mater ſit, ſiue nouerca, etiā à patre mortuo. ¶7 . i. nouercæ tuæ. ¶8. i. ne ducas vxorē nouercā tuā patre mortuo. ¶9 nuditas enim patris tui eſt. i. rē habuit pater tuus cū ea. & cū ea cōſueuit. ¶10. i. quæ ex legitimo matrimonio nata ſit, vel extra matrimoniū, quādo ſcilicet nō præceſſerūt ceremoniæ quæ obſeruari ſolēt in matrimonio cōtrahēdo. Chaldæus paraph. vertit, quę genita eſt à patre tuo ex altera vxore, aut à matre tua ex viro altero. ¶11 ſūt. i. illæ ſūt cōſanguineæ tuæ. ¶12 Heb. ꝓles patris tui per appoſitionē dictū. ¶13 ſiue, ſororis patris tui ¶14 Heb. caro eſt patris tui. i. cognatio ſiue cōſanguinitas, aut cōſanguinea eſt patris tui. ¶15. i. Non duces in vxorem ſororē matris tuæ. ¶16. i. vxoris patrui tui. Hoc eſt, Vxorī patrui tui mortui ne iungaris matrimonio. Seipſum partim exponit quū ſtatim dicit, ad vxorē &c. ¶18. i. Ne matrimonio iungaris vxori filij tui ipſo mortuo. ¶19 Heb. Nuditatē vxoris fratris tui nō reuelabis: nuditas fratris tui eſt. i. Nō contrahes matrimoniū cū vxore fratris tui, eo mortuo, niſi deceſſerit ſine liberis: quia vxor fratris tui eſt.

nō reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. Tur-
C pitudinem vxoris tuæ & filiæ eius nō reuelabis.
filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes,
vt reueles ignominiā eius: quia caro illius ſunt,
& talis coitus inceſtus eſt. Sororem vxoris tuæ
in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis
turpitudinē eius adhuc illa viuente. ¶ Ad mulie-
rē quæ patitur menſtrua non accedes, nec reuela-
bis fœditatem eius. ¶ Cū vxore proximi tui non
coibis, nec ſeminis commiſtione maculaberis.
4. Reg. 23. c. ¶ De ſemine tuo nō dabis vt conſecretur idôlo
Moloch, nec pollues nomen Dei tui. ego Domi-
nus. ¶ Cū maſculo non cōmiſceaeris coitu fœmi-
neo, quia abominatio eſt. Cū omni pecore non
coibis, nec maculaberis cū eo. Mulier nō ſuc-
cumbet iumento, nec miſcebitur ei: quia ſcelus
Gentiū opera nō vult ſuos imitari Deus. D eſt. ¶ Nec polluamini in omnibus his quibus cō-
taminatæ ſunt vniuerſæ Gentes, quas ego eij-
ciam ante conſpectum veſtrum, & quibus pol-
luta eſt Terra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euo-
mat habitatores ſuos. Cuſtodite legitima mea
¶ & ne atq; iudicia, [a]ne non[a] faciatis ex omnibus abomi-
nationibus iſtis, tā indigena, quàm colonus qui
peregrinatur apud vos. Omnes enim execratio-
nes iſtas fecerunt accolæ Terræ, qui fuerunt an-
te vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos
ſimiliter euomat, cum paria feceritis, ſicut euo-
muit gētē quæ fuit ante vos. Omnis anima quæ
fecerit de abominationibus his quippiam, peri-
bit de medio populi ſui. Cuſtodite mādata mea:
nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante
vos, & ne polluamini in eis: ego Dominus Deus
veſter. CAP. XIX.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Lo-
Sācti ſimus 1. Pet. 1. c. quere ad omnem cœtum filiorum Iſrael. &
dices ad eos, Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum
Parentes. Dominus Deus veſter. ¶ Vnuſquiſque [b]patrē ſuū
¶ [b] matrē ſuā & patrē ſuū & matrem ſuam[b] timeat. ¶ Sabbata mea cuſtodi-
Sabbatha. te. ego Domin⁹ Deus veſter. ¶ Nolite cōuerti ad
Idôla fugiēda. idôla, nec deos cōflatiles faciatis vobis: ego Do-
min⁹ Deus veſter. ¶ Si immolaueritis hoſtiā pa-
Hoſtia quando edenda. cificorum Domino vt ſit placabilis: Eo die quo
fuerit immolata, comedetis eam, & die altero:
quicquid autem reſiduum fuerit in diē tertiū,
B igne cōburetis. Siquis poſt biduum comederit
ex ea, prophanus erit & impietatis reus: portæ-
bitque iniquitatem ſuam, quia ſanctum Domini
¶ [c] illa polluit, & peribit anima [c]illius[c] de populo ſuo.
Matth. 5. ſ. 12. d. ¶ Cūque meſſueris ſegetes terræ tuæ, nō tōdebis

ne retegas: ignominia enim eſt fratri tuo. [10] Ve-
renda vxoris & filiæ eius ne retegas: [1] neptem
ex filio eius, & neptē ex filia eius ne ducas [11] ad
retegendum turpitudinem eius: [2] reliquiæ ſunt
ipſæ, & nephas eſt.[2] Vxorē [13] ac ſororem ſuam
ne ducas, ad laceſſendum, vt ſcilicet retegas tur-
pitudinem eius,[3] viuente adhuc illa. ¶ [4] Ad mu-
lierem [15] quæ menſibus ſuis [4] polluta eſt,[4] ne ac-
cedas, [16] ad retegēdum verenda eius. ¶ [7] Vxorem
proximi tui profectione ſeminis tui ne cōtami-
nes. ¶ De ſemine tuo ne des [18] vt ipſū Molech tra-
ducatur, neque prophanes[8] nomen Dei tui: ego
Dominus. ¶ Cum mare ne concumbas eo concu-
bitu quo cum fœmina ſolet: abomināda res eſt.
Ne concumbas cum vllo iumento, vt polluaris
cum eo neque mulier ſtabit coram iumento, vt
ſeſſi[l]i proſtituat, quia [19] confuſio[9] eſt. ¶ [10] In his
omnibus[1] ne polluamini: nam in hiſce om-
nibus Gentes polluuntur, quas ego [11] eijcio ante
vos. [12] Et hinc contaminata eſt terra, & ego vi-
ſitaui iniquitatem eius ſuper eam, & terra ipſa
euomuit habitatores ſuos.[1] Vos igitur cuſtodie-
tis ſtatuta mea & iudicia mea, & ex omnibus
iſtis abominandis rebus nullam deſignabitis,
ſiue indigena quis fuerit, ſiue incola qui inter
vos habitat. Quoniam omnes iſtas abominatio-
nes fecerunt homines terræ illius qui fuerunt
ante vos, ita vt polluta ſit terra. An ergo ter-
ra vos non euomet, [13] ſi pollueritis[1] eam, ſicut
[14] euomuit[1] gentem quæ fuit ante vos? Nam qui-
cunque fecerit quidpiam ex cunctis iſtis abomi-
nationibus, [15] excindentur animæ ſic facientes
ē medio populi ſui.[1] Obſeruabitis itaq; [16] obſer-
uationem meam,[1] ne quidpiam deſignetis ex ſta-
tibus illis abominandis qui facti ſunt ante vos,
[17] ne polluamini in eis:[1] ego Dominus [18] Deus ve-
ſter. CAP. XIX.

ET locutus eſt Domin⁹ ad Moſen in hanc ſen-
tentiam, Loquere ad vniuerſum cœtum filio-
rum Iſrael, & dices ad eos,[1] Sancti eſtote,[1] quia
ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. ¶ Quiſq;
[2] matrem[2] ſuam & patrem ſuū reueremini. ¶ Et
ſabbata mea cuſtodite:[3] ego[3] Dominus Deus ve-
ſter. ¶ Ne reſpiciatis ad [4] idola,[4] neque deos fuſi-
les vobis faciatis: ego Dominus Deus veſter. ¶ Si
ſacrificaueritis ſacrificium [5] pacificorum[5] Domi-
no, [6] vt gratum ſit ſacrificabitis illud. [7] Eodem
die & poſtero comedetur ſacrificiū veſtrū:[7] & ſi
quid reſiduū manſerit in diem tertiū, igne cōbu-
retur. Quòd ſi ōnino die tertio comedetur, exe-
crabile eſt, & nō acceptum. Qui comederit ipſum, [8] feret iniquitatē ſui,[8] eo q; ſanctū Domini ꝓpha-
nauit, & [9] excindetur anima huiuſmodi è populis ſuis. ¶ Quū meſſem terræ veſtræ meſſueritis, [10] ne tā-

¶ 12 Id eſt, Nō contrahes matrimonium cū matre & filia.
¶ 13 Id eſt, vt cō trahas cum ea matrimoniū, & rem habeas cum ea.
¶ 12 conſanguinitas (ſiue conſanguineæ) ſunt: ſcelus eſt. Subaudi, ſi contrahas cum eis matrimoniū.
¶ 13 cum ſorore eius ne accipias: ad affligēdum ad reuelādum nuditatē eius ſuper ea, &c. i. Ne accipias mulierē aliquam pro vxore, cum ſorore ei⁹, vt affligas eam concumbendo cum ſorore eius, præſente ſiue viuēte ea vxoris ſorore. nam vxoris demortuæ ſororem ducere licebat. q. d. Duas ſorores ſimul non duces in vxores: vxore tamen tua mortua, ſororem eius ducere poteris. ¶ 14 Id eſt Ad vxorem tuam. ¶ 15 Heb. in ſegregatione pollutionis ſuæ. i. eo tempore quo ſecedit propter fluxum mēſtruorum.

¶ 16 vl. reuelando nuditatem eius. Id eſt, coeundo cum ea. ¶ 17 Et vxori proximi tui ne des concubitum tuum in ſemine, vt impurus fias cum ea. Id eſt, Ne rem habeas cum proximi tui vxore, ne impurus fias.
¶ 18 Heb. ad tranſire faciendum ad ipſum Moloch: ne polluas &c. Id eſt, ne vlium è filijs tuis immoles Deo Moloch. Hoc enim eſſet mihi dedecori, ſi coleres idola eo ritu, ant alio. Solebant autem luſtrare filios ſuos idôlo Moloch, & comburere in honorem eius. Idolum Moloch nonnulli putant fuiſſe Saturnum. ¶ 19 vl. abominatio ¶ 10. i. Per aliqua horum. ¶ 11 vl. eijciam ad aduentum veſtrum. ¶ 12 Vel per futurū, hoc pacto, Et polluetur terra, & viſitabo iniquitatem eius ſuper eam: & euomet terra habitatores ſuos. Id eſt, Si homines polluerint ſeſe his ſceleribus, puniam eos, & terra euomet vos qui tūc incoletis eam. Metaphora à ventriculo valēte, non ferente cibos corruptos, ſed euomente eos. ¶ 13 quòd polluatis ¶ 14 euomet ¶ 15 Id eſt, Deus non agnoſcet illum tanquam Iſraelitam, & circuncifum. ¶ 16 Obſeruationem, ſiue cuſtodiam ſuam, vocat mandata ſua. ¶ 17 & ne polluamini per ea: ¶ 18 Subaudi, ero, ſi hæc obſeruaueritis. Vl. ego qui ſum Dominus Deus veſter, & liberator, hæc præcipio vobis. XIX. ¶ 1 Id eſt, Segregate vos ab immunditijs & abominationibus prædictis, date operam ſanctitati. ¶ 2 Matrem præponit, quòd eæ in liberos indulgentiores eſſe ſoleant, & ob id minus reuerentur eas filij. ¶ 3 Videtur ſubaudiendum Quia: vl. Si ita feceritis, ero ego &c. ¶ 4 Vox Hebræa ſignificat idôla quæ non ſunt dij: vel rē vanā & quæ nihil prodeſt. ¶ 5 pacium. i. pacificum. ¶ 6 Heb. ſecundum voluntatem veſtrā immoletis illud. Hebraicus dicendi modus pro, voluntarie & ſponte immolate. Alij vertunt, pro veſtri acceptatione offerte ipſum. Chaldæus paraphraſtes, voluntariè immolabitis eam. ¶ 7 Heb. Die quo ſacrificaueritis, comedetis [hoſtiam.] & poſtridie: ¶ 7 vl. abominatio eſt, neque erit grata. ſubaudi hoſtia. ¶ 8 Hebraiſmus eſt, pro, dabit pœnas iniquitatis ſuæ. ¶ 9 Hebraiſmus, pro, non habebitur à Deo inter Iſraelitas. ¶ 10 non finies angulum terræ tuæ ad metēdum. Id eſt, non metes angulos terræ tuæ, ſed in ipſis relinques aliquot ſpicas pauperibus. Hebræi facile tranſeunt à numero in numerum, & à perſona in perſonam.

exactè angulũ agri tui metendo deſeces, [11] & ſpicilegium meſſis tuæ ne colligas. ¶Ne facias racemationem vineæ tuæ, & [12] acinorum reliquias in vinea tua ne collegeris, ſed eas pauperi & [13] incolæ relinquas: ego Dominus Deus veſter. ¶Nõ [14] furabimini, [15] ne mẽtiamini, [16] nemo dolo malo agat cum proximo ſuo. ¶Ne iuretis per nomen meum [17] nequiter, neque [18] prophanabis nomen Dei tui: [19] ego Dominus. ¶ [20] Ne vim facias proximo tuo, [21] nec deprædetis [ipſum:] opus mercenarij ne pernoctet apud te vſque mane. ¶Ne maledicas ſurdo, neque offendiculum ponas coram cæco, quin potius timebis Deum tuum: [22] ego Dominus. ¶Ne feceritis iniquũ quid in iudicio, [23] ne ſuſcipias faciẽ pauperis, nec reuerearis faciẽ potentis, [ſed] iuſte iudicabis proximo tuo. ¶Ne incedas [24] mercator in populo tuo, [25] neque ſtes cõtra ſanguinem proximi tui: [26] ego Dominꝰ. ¶Ne oderis in corde tuo fratrẽ tuum, at [27] plane reprehendas proximum tuũ, [28] ne feras propter eum peccatũ. ¶Ne vlciſcaris, ne ſis [29] iniuriarũ memor erga filios populi tui, ſed diliges proximum tuum vt teipſum: [30] ego Dominꝰ. ¶ [31] Ritus meos ſeruabitis. Ne facias coire iumentum tuum [32] mixtim, neque agrũ tuũ [33] mixtim ſeras, veſtéque [34] ex lana & lino contexta ne induaris. ¶Vir [35] qui dormierit cũ muliere proiectione ſeminis, quæ ancilla eſt, ſed [36] viro deſponſa, verũtamen redempta omnino non eſt nec manumiſſa, [37] inquiſitio fiat, nõ morientur, quia non fuit [38] libera. Adducet inſuper ipſe Domino [victimam] pro delicto ſuo ad oſtiũ tẽtorij [39] conſtitutionis, arietem qui ſit oſtia pro delicto. Et expiabit pro eo ſacerdos corã Domino per arietẽ qui hoſtia eſt pro delicto, pro peccato ſuo quod commiſit: & cõdonabit illi Dominus peccatũ quod peccauit. ¶Et cũ veneritis in Terram, & [40] omnigenas arbores eſui aptas plantaueritis, fructus earum acſi præputium haberent cenſebitis: tribus annis erunt vobis acſi præputium haberent præputiati, nec edentur. Quarto anno cũcti fructus earum [41] ſancti erũt & laudabiles Domino: In quinto demum anno comedetis fructus earum, [42] vt vberior ſit vobis prouentus earum: ego Dominus Deus veſter.
¶ [43] Ne edatis cum ſanguine. ¶Nec magicam exerceatis, [44] neque tempora obſeruabitis. ¶Ne in gyrum attondebitis [45] angulũ capitis veſtri, [46] neque vicies angulum barbæ tuæ. ¶Inciſionẽ [47] mortui

vſque ad ſolum ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. ¶Neq; in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibꝰ & peregrinis carpenda dimittes: ego Dominus Deus veſter. ¶Non facietis furtũ. ¶Non mẽtiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximũ ſuum. ¶Nõ peiurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus. ¶Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. ¶Nõ morabitur opꝰ mercenarij tui apud te vſq; mane. ¶Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum: ſed timebis Dominũ Deum tuum, quia ego ſum Dominus. ¶Nõ facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. ¶Non conſyderes perſonam pauperis, nec honores vultũ potentis: iuſtè iudica proximo tuo. ¶Non eris criminator, nec ſuſurro in populo. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui: ego Dominus. ¶Nõ oderis fratrem tuũ in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum. ¶Non quæras vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ¶Diliges amicum tuum ſicut teipſum: ego Dominus. ¶Leges meas cuſtodite. Iumẽtum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. ¶Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine. ¶Veſte quæ ex duobus texta eſt, nõ induêris. ¶Homo ſi dormierit cũ muliere coitu ſeminis, quæ ſit ancilla etiam nobilis, & tamẽ pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & nõ morientur, quia nõ fuit libera. Pro delicto autem ſuo offeret Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij arietem. Orabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimittetúrq; peccatũ. ¶Quando ingreſſi fueritis Terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorũ. Poma quæ germinãt, immũda erũt vobis, nec edetis ex eis: quarto autẽ anno omnis fructꝰ eorũ ſanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autẽ anno comedetis fructus, cõgregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus veſter. ¶Nõ comedetis carnem cũ ſanguine. ¶Nõ augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. ¶Neque in rotundũ attondebitis comã, nec radetis barbã. ¶Et ſuper mortuo

Vindemia. Furtum. Mendacium. Periuria. exo. 20. b. E Calũnia. eccli 19. a Mercenariꝰ. deuter. 24. c. Surdꝰ. Cæcꝰ. Iudicium. Acceptio perſonarũ. deut. 1. c. 16. d. Criminator. Odiũ. 1. io. 2. b 3. c. eccli 19. b. Vltio. lu. 17. a. Dilectio. mat. 5. g. 22. d. ro. 13 Ager. Veſtis. Dormiens cũ ancilla. G ¶ delicto Primi arborũ fructus vt præputia abijciendi. Auguria. F Somnia. Coma. Mortuus.

¶11 vl. & non colliges ſpicas meſſis tuæ. i. quæ remanſerint à tergo meſſorum tuorũ, ſed pauperibus colligendas relinques. ¶12 Heb. grana in vinea tua. i. paucula grana quæ ceciderit iter vindemiãdum. ¶13 aduenę ¶14 ſub. quod depoſitũ fuerit apud vos ¶15. i. ne denegetis depoſitũ. ¶16 neque mẽtiemini ſinguli in proximũ ſuũ. i. neq; falſò exigetis qđ Nõ dederitis. ¶17 vl. falſò. i. Nõ peierabitis. ¶18 Hoc loco declarat Dominꝰ quid ſit polluere nomen ſuũ, nempe falſò iurare per nomẽ eiꝰ. ¶19. i. quũ ego ſim Dominus, quẽ nihil latet. ¶20 vl. Ne ſpolies proximum tuum per fraudẽ. i. nihil exiges ab eo per fraudẽ. ¶21 nec diripias eũ. vl. ſpolies: ¶22 Sub. qui audio & video: etiã ſi ille ſurdus cui maledicis, non audiat, nec cæcus videat. ¶23 Hebraiſmꝰ. pro, ne habueris rationẽ pauperis vel diuitis quãdo iudicabis. ¶24 Mercator metaphoricè ponitur pro impoſtore. nã frequenter technis & artibus homines circunueniunt. Alij ſuſurronem intelligunt. Significantur homines doloſi, ſubdoli qui rem ſuam cum iactura proximi augent, ſycophantæ, delatores, qui niſi mentiantur, lucri nihil habent. Alij vertunt, criminator, ſiue obtrectator. ¶25. i. ne fueris in cauſa quòd occidatur proximus tuus. Hebraiſmus. q. d. Non ſolum non occides proximũ tuũ, ſed nec etiã cædis illius cauſa fueris. ¶26 q. d. ego ſum Dominus qui præcipio. Vel, quanuis hoc lateat homines, tamẽ me non latet. ¶27 Heb. arguẽdo argues ¶28 neq; impinguas illi crimen. Vel, neque illi falſum crimẽ adſcripſeris. ¶29 memor iniuriæ acceptæ à popularibus tuis. ¶30 Subaudi, qui id præcipio. ¶31 Cõſtitutiones meas. Vel, Statuta mea ¶32. i. cũ alterius generis animãtibus. ¶33. i. diuerſo ſemine. ¶34 Heb. ex duobꝰ texta, diuerſorũ generũ. Hoc per appoſitionẽ dictũ. i. quæ ſit texta ex lana & lino vel canabe. ¶35. i. ſi dormierit cũ muliere. Hebraiſmus. ¶36 vel potius, ſuſpectæ pudicitiæ. Aut, quæ ſit in poteſtate alicuiꝰ cũ iactura famæ. ¶37 Heb. flagellatio erit. i. vapulabũt ambo loris bubulis. hoc enim ſignificat vox Hebraica B I K K O R E T H. ¶38 vl. data libertate. ſi enim eſſet libera, ſecũdũ legẽ deberet lapidari. ¶39 vl. fœderis, arietẽ immolãdũ ꝓ expiatione delicti. Et mãdabit illũ ſacerdos ariete qui eſt pro delicto, corã Domino, ꝓpter peccatũ &c. ¶40 Heb. omnẽ arborẽ cibi, auferetis præputiũ eius, fructũ eiꝰ: tribus annis erit vobis incircũciſus. Arborẽ cibi vocat ferẽtem fructũ omnis generis. Per præputia intellige primos fructꝰ triũ primorũ annorũ qui ex arboribus decerpti, abijciẽdi erãt velut hominis præputiũ exciſũ. Propterea ait Moſes, Præputia earũ, qui ſunt fructꝰ earũ. Fructũ incircũciſum vocat immundũ, vt qui habẽt præputia immũdi ſunt. Immũdus præterea vocatur fructꝰ quo veſci licitũ nõ erat. ¶41 ſanctitas laudũ erũt Domino. i. cõſecrabũtur Domino in laudẽ eiꝰ. Hebraiſmꝰ. ¶42 Heb. vt multiplicet fructũ earũ. i. vt Deus multiplicet vobis fructũ vel prouẽtũ earũ. ¶43 ſubintelligitur carnes. prohibet enim eis carnibꝰ veſci quarũ ſanguis nõ fuerit effuſus. Voluit à ſuffocatis Deus Iudæos abſtinere, quod nõ faciebãt Ægyptij. ¶44 neq; prædicetis futura. i. nõ agetis augures, neq; more aſtrologorũ prædicetis futura ex aſpectu nubiũ vel aliarũ rerũ. futura enim ſunt in manu Domini. ¶45 vl. finem. i. Nõ attondebitis in rotundum comam veſtram, Ægyptiorum ſacerdotum more. ¶46 nec corrũpes angulum barbæ tuæ. i. extremam barbam tuam. hoc eſt, nõ rades barbam tuam. ¶47 vl. ꝓpter mortuum. Iſtud faciebant Ægyptij idololatræ quũ mortẽ amicorum lugebant, corpus ſuum inciſuris fœdabant.

Stigmata.
Filia nõ proſtituenda.
Sabbathum.
Arioli.
Senes.
Aduenę.exo. 22.c. G
Iudicium.
Regula.
Pondus.
Menſura.

non incidetis carnes veſtras, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis: ego Dominus. ¶Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur Terra, & impleatur piaculo. ¶Sabbatha mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite: ego Dominus. ¶Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus veſter. ¶Corã cano capite cõſurge, & honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuum: ego ſum Dominus. ¶Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei: Sed ſit inter vos quaſi indigena: & diligetis eum quaſi voſmetipſos. fuiſtis enim & vos aduenæ in Terra-AEgypti: ego Dominus Deus veſter. ¶Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statẽra iuſta, & æqua ſint põdera, iuſtus modius, æquúſque ſextari⁹: ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de Terra-AEgypti. Cuſtodite omnia præcepta mea, & vniuerſa iudicia, & facite ea: ego Dominus. CAP. XX.

Liberos non ſacrificãdos Moloch. 3. re.c

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hæc loquẽris filijs Iſrael, Homo de filijs Iſrael, & de aduenis qui habitãt in Iſrael, ſiquis dederit de ſemine ſuo idòlo Moloch, morte moriatur: populus Terræ lapidabit eum. Et ego ponã faciem meã contra illũ, ſuccidámque eũ de medio populi ſui, eo quòd dederit de ſemine ſuo, Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meũ, ac polluerit nomen ſanctum meum. Quòd ſi negligens populus Terræ, & quaſi paruipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo, Moloch, nec voluerit eum occidere: Ponam faciem meam ſuper hominem illum, & cognationem eius, ſuccidámq; & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei vt fornicaretur cũ Moloch, de medio populi ſui. ¶Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. ¶Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia & ego ſanct⁹ ſum Dominus Deus veſter: cuſtodite præcepta mea, & facite ea, ego Domin⁹ qui ſanctifico vos. ¶Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur. patri matriq; qui maledixerit, ſanguis ei⁹ ſit ſuper eũ. ¶Si mœchat⁹ quis fuerit cũ vxore alterius, & adulteriũ perpetrauerit cũ cõiuge proximi ſui, morte moriãtur & mœch⁹ & adultera. ¶Qui dormierit cũ nouerca ſua, & reuelauerit ignominiã patris ſui, morte moriãtur ambo: ſanguis eorũ ſit ſuper eos. Siquis dormierit cum nuru ſua, vterque moriatur, quia ſcelus operati ſũt: ſanguis eorũ ſit ſup eos. Qui dormierit cũ maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriãtur: ſit ſanguis eorũ ſuper eos.

Ad magos & ariolos nõ declinandum.
Sacti. 1. pe. 1. c.
Sanctificat Deus. B
¶⁴ &
Parẽtes. exo. 21. c. mat. 15. a.
Mœch⁹. Adultera. ioh. 8. a. deut. 22. d.
Coitus morte puniendi.

gratia ne ponatis in carne veſtra, [48]neque ſcripturæ notam vobis imprimatis: ego Dominus. ¶[49]Ne proſtituas filiã tuam, vt ſcortari eam facias, ne & terra ſcortetur, impleatúrque terra ſcelere. ¶Sabbata mea obſeruabitis, & [50]ſanctuariũ meũ reuerebimini. ego Dominus. ¶Nolite verti ad pythones, & hariolos ne [51]inquiratis, vt in eis polluamini: ego Domin⁹ Deus veſter. ¶Corã canitie aſſurgas, & honora faciem ſenis, [52]metuáſque Deum tuum: ego Dominus. Si commoratur aduena in terra veſtra, ne affliciatis eum moleſtia. Sed ſit apud vos incola qui commoratur vobiſcum, quemadmodum [53]indigena ex vobis, diligáſque eum ſicut teipſum, quia & vos incolæ fuiſtis in terra AEgypti: [54]ego Dominus Deus veſter. ¶Ne feceritis quidpiam iniqui [55]in iudicio, [56]in dimẽſione, in pondere, & in menſura. Bilanx iuſta, [57]lapides iuſti, [58]epha iuſtum, & [59]hin iuſtum ſit vobis: ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos è terra AEgypti. Cuſtodietis itaq; [60]omnes ritus meos, & cũcta iudicia mea, vt faciatis ea: ego Dominus. CAP. XX.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Sic dices ad filios Iſrael, Quicũque è filiis Iſrael, aut ex incolis qui commorantur in Iſraele, de ſemine ſuo dederit ipſi Molech, morte multabitur, populus terrę lapidibus eum opprimet. Et ego [1]ſtatuam faciem meam cõtra virum huiuſmodi, & eũ de medio populi ſui excindam, eo quòd dederit de ſemine ſuo ipſi Molech, vt contaminaret ſanctuarium meum, & prophanaret [2]nomen meum ſanctum. [3]Et ſi omnino populi regionis oculos ſuos abſconderint à viro iſto, qui de ſemine ſuo Molech dederit, & eũ non interfecerint, Statuã ego faciem meam cõtra virũ huiuſmodi, & cõtra cognationem eius, & excindam eum, & omnes [4]qui ſcortantur poſt eum, vt ſcortẽtur poſt Molech, è medio populi ſui. ¶Et [5]anima quæ reſpexerit poſt pythones, & poſt hariolos, [6]vt poſt eos ſcortetur, ponã faciẽ meam contra animam illam, & excindam eam de medio populi ſui. [7]Sanctificamini igitur, & eſtote ſancti, quia ego ſum Dominus Deus veſter. Seruate ritus meos vt faciatis eos: ego Dominus ſanctificans vos. ¶Quicunque patri ſuo, aut matri ſuæ maledixerit, [8]morte multetur. patri enim ſuo [9]& matri ſuæ maledixit, [10]capitali pœna dignus eſt. ¶Et vir qui adulteriũ committit cum vxore alicuius, qui adulterium inquam committit cũ vxore proximi ſui, omnino moriatur adulter & adultera. ¶Qui dormierit cum vxore patris ſui, & [11]verenda patris ſui retexerit, morte multetur vterque, [12]capitali pœna plectantur. Qui dormierit cũ nuru ſua, ambo morte mulctentur, [13]ſcelus deſignarunt, [12]vltimo ſupplicio ſunt digni. Et ſiquis dormierit cũ mare [14]concubitu fœminæ, abominandã rem ambo fecerũt, morte multẽtur, [12]digni enim ſunt morte.

¶48 Heb. neq; ſcripturã ſtigmatis faciatis vobis. i. ne longa flagellatiõe vibicibus corpora veſtra notetis propter mortuos.
¶49 Ne polluas filiam tuã, eam proſtituẽdo, neque fornicetur Terra, neque impleatur ipſa ſcelere. De ſpirituali fornicatione loquitur. Ne facias fornicari filias tuas cum idolis, ne doceas illas cultum idolorũ: neque homines habitantes Terram-Chanãã colãt idola
¶50 tẽplũ. Hic nomine tẽpli, eos intelligit qui in templo verſabantur. q.d. Vos ſacerdotes tam maiores quàm minores q miniſtratis mihi in templo, metuite me, & ne lugeatis mortuos, & reliqua õnia ne feceritis quę ſoliti ſunt facere AEgyptij idolorum cultores. ¶51 vl. conſulatis.
¶52 & time tibi à Deo tuo. Cum autẽ habitauerit tecũ aduena &c.
¶53 Id eſt, qui veſtras eſt.
¶54 Subaudi, ero, ſi ea feceritis. ¶55. i. quãdo aduena contendet de re aliqua coram vobis. ¶56 ſcilicet agrorum. Hic docet Iudæos vt nihil plus iuſtò venderent aduenis. ¶57 Lapides pro ponderibus. i. iuſta põdera. ¶58 Aridorum menſura, modiũ nonnulli vertunt. nos boſſellũ vocamus. ¶59 Liquidorum menſura, ſextarium quidam interpretantur. ¶60 omnia ſtatuta mea, & oẽs leges meas. XX. ¶1 Hebraiſmus eſt, pro, iraſcar vehemẽter in eũ. Chaldæus paraph. ponam irã meam in virum illũ. q.d. ego iratus eũ tolli de medio. ¶2. i. me qui ſanctus ſum. Prophanare, ſiue polluere nomen Dei, eſt Deo honorẽ non præſtare qui illi debetur: ſiue alium colere Deo ſpreto. Contaminare Sãctuariũ Dei dicebatur, qui alio in loco immolabat quàm in ipſo Sãctuario: quod faciebat qui idolo Moloch ſacrificabat. ¶3 Quòd ſi abſcondendo abſcõderit populus terræ oculos ſuos à viro illo qui dederit de ſemine ſuo Moloch, vt nõ interficiat eũ: Tũc ponã &c. i. ſi popul⁹ terræ cõnixerit, & neglexerit occidere hominẽ illũ qui &c. Hebraiſm⁹. ¶4 Hebraiſmus eſt, pro, qui fornicationem eius imitati, fornicantur poſt Moloch. hoc eſt, idololatriam eius imitati, colũt ipſum Moloch. Scortari eni ſiue fornicari, pro idola colere, frequentiſſimũ in Sacris libris. ¶5 Animam pro homine ponit. i. quicunque conuerterit ſe ad magos, &c. ¶6 vl, ad fornicandũ poſt illos. i. vt conſulat illos. ¶7 Verti poteſt, Date operã vt ſancti ſitis. ¶8. i. iudex adiudicet eũ morti. ¶9 &, pro aut poſitũ. ¶10 Heb. ſanguis eius ſit ſuper eũ. i. reus eſt mortis. ſiue mori debet. Ita vertit Chaldæus paraphraſtes. Hebraiſmus. ¶11 turpitudinẽ patris ſui reuelauerit. i. coierit cũ vxore patris ſui. Reuelare enim, vel diſcooperire turpitudinem mulieris, eſt cum ea coire. ¶12 Heb. ſanguis eorum ſit ſuper eos. Id eſt morte condemnentur à iudice. ¶13 vl, rem nefariam. aut, confuſionẽ. quia confunduntur duo ſemina, ſemen patris & filij. ¶14. i. quemadmodum ſoles concumbere cum muliere.

Siquis duxerit [15] vxorem' & matrem eius, ne-
phas hoc eſt: eum & [16] ipſas' igne comburent, vt
non ſit nephas in medio veſtri. Siquis concũ-
bit cum iumento, morte mulctetur, & iumentum
quoque interficiatis. Mulier quæ ad pecus acce
dit, vt ei ſe proſtituat, occidas mulierem atq; iu
mentum, morte mulctetur, [17] vltimo ſupplicio di
gni ſunt.' Vir qui acceperit ſororem ſuam, fi-
liam patris ſui, aut filiam matris ſuæ, & [17] intui-
tus fuerit verẽda eius, ipſáq; intuita fuerit verẽ
da illius, [18] ignominia eſt, excindantur corã popu
lo [ſuo,] [18] verenda ſororis ſuæ retexit, iniquita-
tẽ ſuã feret.' Et vir qui dormierit cum muli-
re habente menſes, & retexerit verenda eius, de-
nudaueritque [19] venam' eius, & ipſa retexerit fon
tem ſanguinis ſui, excindãtur ambo è medio po
puli ſui. Verenda ſororis matris tuæ, atque ſo-
roris patris tui, ne retegas, quoniam [20] reliquias
ſuas denudauit, [21] peccatum' ſuũ ferent. Vir qui
dormierit cũ vxore patrui ſui, & ignominiã pa
trui ſui retexerit, ferent iniquitatem ſuã, orbi
morientur. Vir ſi acceperit [22] vxorẽ fratris ſui,
abominanda res eſt, turpitudinẽ fratris ſui rete
xit, orbi erũt. ¶Cuſtodietis itaq; omnia ſtatuta
mea, & omnia iudicia mea, vt faciatis ea, ne e-
uomat vos terra in quam ego vos introduco, vt
in ea habitetis. Ne incedatis [23] iuxta ritus gentis
huius,' quam ego [24] eiicio' ante vos: quoniam om
nia iſta [25] fecerunt,' ideo eos cum faſtidio repuli.
¶Vobis autem dixi, Vos hæreditate poſſidebitis
terram eorum, & ego dabo vobis eam, vt eã poſ
ſideatis, terram [26] fluẽtem lacte & melle:' ego Do
minus Deus veſter, qui ſegregaui vos à [27] popu-
lis.' Vos igitur [28] diſcrimen facite inter iumen-
tum mundũ & immundũ,' inter auẽ immundã
& mundam, [29] ne contaminetis animas veſtras
in iumẽtis & auibus, atq; in omni eo [30] quod re-
ptans ſcaturit terra, quod ſegregaui à vobis vt
immũdum.' Eritis itaque mihi ſancti, quia ego
Dominus ſanctus ſum, & ſegregaui vos de po-
pulis, vt eſſetis mei. ¶Vir aut mulier, in quibus
python vel ſpiritus hariolandi fuerit, omnino
interficiantur, lapidibus obruent eos, [31] capitali
ſupplicio digni ſunt.

C A P. X X I.

ET dixit Dominus ad Moſen. Loquere ad ſa-
cerdotes filios Aharonis, & dic ad eos, [1] Pro-
pter funus nemo funeſtetur in populis ſuis, [2] at
ſuper cognato ſuo, qui propinquus eſt eius, pro
patre ſcilicet ſuo, & pro matre ſua, pro filio ſuo,
& pro filia ſua, & pro fratre ſuo, Super ſorore
ſua virgine, [3] quæ ei iuncta eſt,' quæ virum nõ-
dum habet, [4] contaminari poteſt. [5] Non polluet
ſe, qui vir eſt [magnus] in populo ſuo, vt ſeſe pro-
phanet. ¶Ne caluitiem inducant capitibus ſuis,
angulum barbæ ſuæ ne attondeant, & in carne
ſua inciſuras ne faciant. [6] Sancti erũt Deo ſuo,'
& non pollueut nomen Dei ſui, quoniam [7] ſa-
crificia quæ igne conſiunt Domino, panes videlicet Dei, ipſi ſacrificant,' ideo ſancti erunt. ¶ [8] Scor-
tum ne ducant vxorem, neque prophanam, ' neque ducant mulierem repudiatam à marito ſuo:

Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius,
ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cũ eis, nec per-
manebit tantum nefas in medio veſtri. Qui cũ
iumento & pecore coierit, morte moriatur: pe-
cus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit C
cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſan
guis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſoro-
rem ſuam filiã patris ſui, vel filiam matris ſuæ,
& viderit turpitudinem eius, illáque conſpexe-
rit fratris ignominiam: nefariam rem operati
ſunt: occidẽtur in cõſpectu populi ſui, eo quòd
turpitudinem ſuam mutuò reuelauerint, & por
tabunt iniquitatem ſuam. Qui coierit cũ mu-
liere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitu-
dinem eius, ipſaque aperuerit fontem ſangui-
nis ſui, interficiẽtur ambo de medio populi ſui.
Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non
diſcooperies. qui hoc fecerit, ignominiã carnis
ſuæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem ſuã.
Qui coierit cum vxore patrui, vel auũculi ſui,
& reuelauerit ignominiã cognationis ſuæ, por-
tabunt ambo peccatum ſuũ: abſque liberis mo- D
rientur. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem fa
cit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit:
abſque liberis [9] erit. ¶Cuſtodite leges meas, atq;
iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quã
intraturi eſtis & habitaturi. Nolite ambulare in
legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum
ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abomi-
natus ſum eas. ¶Vobis autem loquor, Poſſidete
terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatẽ,
terram fluentem lacte & melle: ego Dominus
Deus veſter, qui ſeparaui vos à cæteris populis.
Separate ergo & vos iumentum mũdum ab im-
mundo, & auem mundam ab immunda: ne pol
luatis animas veſtras in pecore & auibus, & cun
ctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis oſten-
di eſſe polluta. Et eritis mihi ſancti, quia ſanctꝰ
ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris po
pulis, vt eſſetis mei. ¶Vir ſiue mulier, in quibꝰ
pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, mor
te moriãtur, lapidibus obruent eos: ſanguis eo-
rum ſit ſuper illos.

C A P. X X I.

DIxit quoque Dominus ad Moyſen, Loquere
ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos,
Ne cõtaminetur ſacerdos in mortibꝰ ciuiũ ſuo-
rũ, niſi tantum in cõſanguineis, ac propinquis,
id eſt ſuper patrẽ & matrem & filium & filiã, fra
trẽ quoq;, & ſororẽ virginẽ quæ non eſt nupta
viro: ſed nec in principe populi ſui cõtamina-
bitur. ¶Nec radent caput, nec barbã, neq; in car
nibꝰ ſuis facient inciſuras. Sãcti erunt Deo ſuo,
& non pollueut nomen eius: incẽſum enim Do-
mini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti
erunt. ¶Scortum, & vile proſtibulum non du- B
cet vxorem, nec eã quæ repudiata eſt à marito:

¶ 15.i.filiam. ¶ 16.i.hanc vel illã. ¶ 17 ſãguis eorũ ſit ſuper eos. ¶ 17 Hebraiſmꝰ eſt. p. rẽ habuerit cũ ea, illáq; viciſſim coierit cũ illo: hoc eſt, cõſenſerit concubitui. ¶ 18 [eo quòd] turpitudinẽ ſororis ſuæ reuelauit, [propterea] feret iniquitatẽ ſuam. Hebraiſmus eſt, eo quòd rẽ habuit cum ſorore ſua, ꝑpterea pœnam debitã iniquitati ſuæ feret. ¶ 19 Venam, vel fontem, vocat fluxũ ſanguinis. ¶ 20 cognatam ſuam reuelauerit. Id eſt, rem habuerit cũ cõſanguinea. ¶ 21.i. pœnas pctõ debitas. ¶ 22 Loquitꝰ de vxore fratris mortui ex quo ipſa ſuſceperit liberos. ¶ 23 Heb. in ſtatutis Gentiũ.i. Ne vixeritis iuxta mores Gentium. Hebraiſmus. ¶ 24 vl, eiecturus ſũ ¶ 25 vl, facere ſolent. ¶ 26 Hebraiſmꝰ, pro, optimam. ¶ 27 Subaudi polluti: vt erãt Ægyptij. ¶ 28 Id eſt, abſtinete ab immũdis. ¶ 29 Hebraiſmus eſt, pro, Ne polluatis vos, comedẽdo pecora & aues impuras.

¶ 9 erunt.

Separatꝰ Iſrael à Deo in populũ ſibi.

Sancti.

Pythonici moriantur. deute. 18. b. 1. reg. 28. b.

Sacerdos nõ interſit mortuorum exequijs.

Non radat caput nec barbã in gratiã mortuorũ.

Leui. 19. f.

Vxor ſacerdotis.

¶ 30 Heb. quod repat ſuper terram, quæ ſeparaui vobis ad reddenda illa impura. Id eſt, quæ ego ſeparaui vobis iudicando illa eſſe impura. Siue, vt iudicetis illa eſſe impura. ¶ 31 Heb. ſanguis eorum ſit ſuper eos. Id eſt, erunt rei mortis: debent interfici. X X I. ¶ 1 Heb. Super anima nullus veſtrum contaminet ſeſe in populo ſuo. Hic anima pro mortuo ponitur. q. d. Nullus ex vobis ratione mortui alicuius in populo ſuo reddat ſe impurũ, tangendo ſcilicet cadauer Iſraelitæ, aut curando funus eius multo minus curando funus extranei. ¶ 2 ſub. contaminare ſe poterit. ¶ 3 quæ ſibi eſt proxima. i. quæ nata eſt ex vtroque parente. ¶ 4 ſuper ea inquam polluet ſeſe. i. poterit intereſſe funeri ſororis ſuæ ex vtroque parẽte, ſi illa virgo obierit. ¶ 5 vl, Sed nec polluet ſeſe princeps in populo ſuo, vt polluatur. Id eſt, Nulliꝰ funeri de populo ſuo intererit princeps, ſiue princeps ſit, ſiue monarcha: ne polluatur. Hæc ſententia quæ eſt Chaldæi paraphraſtæ eſt melior. Alij vertunt, Sed nec polluet ſeſe in principe populi ſui vt impurus reddatur. ¶ 6 Id eſt, Cũ ſumma ſanctitate ſeruient Deo ſuo. ¶ 7 Heb. ignem, [&] panes Dei ſui ipſi offerunt. Ignem vocat ſacrificia ignita. Panes verò, propoſitionis. ¶ 8 Meretricem publicam, aut ſcortum priuatum ne ducant vxorem. Pro meretrice publica, verti poteſt, Malæ famæ mulierem.

Sanctificator Deus.
Sacerdotis fi lia fornicās.
Pōtifex non ingrediatur ad mortuū.
¶[a] ſua
C
¶[c] Dei ſui.
Virginem ducat vxorem. eze.44.f.
Miniſtros Dei quales eſſe oportebat.
¶[b] ſuas
D
¶[c] quia

quia cōſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitionis offert. Sit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos. ¶Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur. ¶Pōtifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleū, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitúſque eſt ſanctis veſtibus, caput ſuum non diſcooperiet, veſtiméta[a] non ſcindet. Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino. ſuper patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur. Nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuariū [c]Domini,' quia oleum ſanctæ vnctionis Dei ſui ſuper eum eſt: ego Dominus. ¶Virginē ducet vxorem: viduam autem & repudiatam, & ſordidam atque meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo. Ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus qui ſanctifico eum. ¶Locutúſque eſt Domin⁹ ad Moyſen, dicens, Loquere ad Aaron, Homo de ſemine tuo per familias[b] qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo. Si fracto pede, ſi manu, Si gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginē in corpore, vel hernioſus. Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Veſcetur tamē panibus qui offeruntur in ſanctuario, Ita dúntaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, [c]qui' maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum: ego Dominus qui ſanctifico eos. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

CAP. XXII.

Qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorum.

Locutus quoq; eſt Domin⁹ ad Moyſen, dicēs, Loquere ad Aaron & ad filios eius vt caueāt ab his quæ cōſecrata ſunt filiorum Iſrael, & nō contaminent nomē ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt: ego Domin⁹. ¶Dic ad eos, & ad poſteros eorum, Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino: ego ſum Domin⁹.

[9]quia [talis] ſanctus eſt Deo ſuo. [10] Sanctificabis itaque eum,' quia panes Dei tui [11]ſacrificat' ipſe: ideo [12]ſanctus erit tibi,' quia ſanctus ego Dominus qui vos ſanctifico. ¶Et ſi filia ſacerdotis cœperit ſcortari, patrem ſuū hæc prophanat, igne exuratur. ¶Sacerdos verò magnus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt oleum vnctionis, & qui [13] conſecrauit' manum ſuam vt veſtibus [ſanctis] indueretur, is [14] caput ſuum non nudabit, nec veſtes ſuas lacerabit. [15]Propter nullius mortui animas ingredietur, [16] ſed nec ſuper patre ſuo aut ſuper matre ſua polluetur.[17] E ſanctuario' non ingredietur, nec [18]prophanabit ſanctuarium Dei ſui,[19]quia ſuper eum eſt corona olei vnctionis Dei ſui:' ego Dominus. ¶Vxorē in virginitate eius ducet, viduam verò & repudiatam, [20]prophanam & meretricem,' illas inquam, non ducet, ſed virginem de populis ſuis ducet vxorem. [21] Nec prophanabit ſemen ſuum in populis ſuis: ' quia ego Dominus ſanctifico eum. ¶Et locutus eſt Dominus ad Moſen in hāc ſententiam, Loquere ad Aharonem, dicens, Quicūque de ſemine tuo[22]in generationibus ſuis' habuerit[23]vitium,' ne appropinquet vt offerat[24]panem' Deo ſuo. Quoniam quicunque vitium habuerit, non debet appropinquare: ſi videlicet ſit cæcus, aut claudus, [25]aut naſum habens depreſſum, aut ſi mōſtroſis ſit membris,' Aut qui [26]cōtritum' habet pedem, aut manum confractam, Aut gibboſus, aut [27]minutus,' aut vitiato oculo, qui ſcabiem habet purulentam, aut aridam mordicantem, aut qui eſt teſticulo[28]obligato.' Quicunque vitium aliquod habuerit, & eſt de ſemine Aharonis ſacerdotis, non accedat vt[29]ſacrificet ſacrificia quæ igne fiunt Domino.' nā quandoquidem vitium habet, accedere non debet vt panem Dei ſui offerat. Panē quidem Dei ſui[30]de ſacroſanctis ac conſecratis edat, Modo ad velum ne accedat, neque ad aram,' quū vitium habeat, [31]ne prophanet ſanctuarium meum:' ego enim ſum Dominus ſanctificās eos.[32]Loquutus eſt itaque Moſes ad Aharonem' & filios eius, & ad cunctos filios Iſrael.

CAP. XXII.

Loquutus eſt Domin⁹ ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad Aharonē & ad filios ei⁹,' vt abſtineāt à conſecratis filiorum Iſrael,' & nō polluāt [2]nomen meum ſanctum, in his quæ ſanctificant mihi:' ego Dominus. ¶Dic ad eos,[3]etiam ad poſteros eorū, [4]Quicūque acceſſerit de vniuerſo ſemine veſtro ad ſancta, quæ ſanctificant filij Iſrael Domino, qui in ſe habet immunditiā ſuam,' [5]excindetur anima illa à cōſpectu meo:[6] ego Domin⁹.'

¶9 quia ſanct⁹ eſt vnuſquiſq; eorū Deo ſuo. ¶10 Sanctificare ſacerdotem, Id eſt, habere illum in honore. ¶11 offert. Panem Dei vocat panes propoſitiōis, quos minores ſacerdotes per ſingula ſabbatha offerebant. ¶12.i. honore illū proſequēris. ¶13 ſub. oblationib⁹.i. obtulit oblationes quas ſummi ſacerdotes offerre tenentur. ¶14.i. abſtinebit à ceremoniis lugentiū, qui nudatione capitis & veſtimentorū diſciſſione teſtabātur luctū ſuum. ¶15.i. Nullā domū in qua ſit cadauer, ingredietur. ¶16.i. ne patris quidē aut matris cauſa polluet ſe, ſi alter eorum fuerit mortuus. Qui ingrediebatur domum mortui, polluebatur. ¶17 vl, E téplo. q.d. Domū patris demortui nō ingredietur, ſanctuario relicto.

¶18 Pollutum fuiſſet ſanctuarium Dei à ſacerdote, ſi ingreſſus fuiſſet illud poſtquam ingreſſus fuerat domum patris mortui, vel matris mortuæ. ¶19.i. quia ille vnctus eſt oleo vnctionis Dei ſui, quo Deus eum vngi inſtituit. ¶20 & ſcortum ſecretum aut publicum, ¶21 vl, Neque contaminabit prolem ſuam in populo ſuo. Ducēdo ſcilicet ſcortum, aut captiuam, aut aliam. ¶22 Id eſt, quibuſcunque ſeculis, ſiue quacūque ætate vixerint. Docet qui ex genere ſacerdotali nō poſſunt fungi ipſo ſacerdotali munere. ¶23 ſub. corporale extra apparēs. Illud enim impedit ſacerdotem à miniſterio. ¶24 Id eſt oblationem. q.d. arceatur à munere ſacerdotali. ¶25 Heb. aut diminutus, aut ſuperfluus. Vt qui quatuor digitos habet, aut ſex. ¶26 vl, fractum ¶27 lippus. Vox Hebræa ſignificat eū cuius oculus tegitur tenuiſſima membrana. ¶28 compreſſo. ¶29 vl, offerat oblationes vſtulatas Domini. ¶30 de ſanctitatibus ſanctitatū, & de ſanctificationibus comedet. Veruntamen non ingredietur in velum, nec accedet ad altare &c. Sanctitates ſanctitatum vocat res ſacroſanctas. intelligit autem ea quæ offerebantur pro peccato & pro delicto. Sicut per ſanctificatiōes, ſiue res ſanctas, intelligit decimas. Præterea, non ingredi in velum. i. in Sancta ſanctorum: ſignificat non poſſe creari ſummum ſacerdotem. ¶31 & non polluet ſanctuaria mea. Pluraliter dixit ſanctuaria, quòd in ſanctuario, multa eſſent loca. ¶32 Id eſt. Hæc expoſuit Moſes ipſi Aaron &c.

XXII. ¶1 vt ſeparent ſe à ſanctitatibus filiorum Iſrael. Id eſt, abſtineant ab his quæ Deo oblata ſunt à filijs Iſrael. Iſtud intelligitur pro tempore quo ipſi ſacerdotes erant impuri: nā eo tēpore non licebat illis veſci rebus huiuſmodi. ¶2 nomen ſanctitatis meæ, [& id] quod conſecrant mihi. vl, in eo quod conſecrant mihi. Nomen ſanctitatis vocat nomen ſanctum. Si enim tractarent ſacra illa, contaminarent. quia impuri ſunt. ¶3 Heb. in generationibus veſtris. Id eſt, quocūque tēpore cōtigerit vos viuere. Hebraica phraſis. ¶4.i. Quicūque ſacerdos comederit de ſanctificatis & ijs quæ filij Iſrael ſanctificauerint ſiue cōſecrauerint Domino, & fuerit impurus, tunc peribit &c. Per ſanctificata, intelligit decimas & pacificas hoſtias. Hoc totum intelligitur de ſacerdotibus, quos vult eſſe ſanctiſſimos, ne ſint offendiculo plebi. ¶5 Id eſt, tolletur de medio. ¶6 Subaudi, qui id prædico, qui poſſum id facere, qui ſum verax in ſermonibus meis.

Quicunque de ſemine Aharonis leproſus fuerit, aut fluxum patiens, de ſanctificatis nõ comedat, donec mundetur: Et qui tetigerit quencunque [7]qui ſuper mortuo immunditiam contraxit, vel [qui contigerit] aliquem [8]cui exierit, aut qui proiecerit ſemen.' Aut qui contigerit quodcunque reptile quod eum cõtaminat, aut hominẽ à quo contaminari poteſt, iuxta omnẽ illius immunditiam:' Anima inquam quæ tale quid contigerit, immunda erit vſque ad veſperam, neque comedet de ſanctificatis, donec lauerit aqua carnẽ ſuam. [10]Sole occidente, mundus erit, & tum demum edet' de conſecratis, quia [11]panis' illius eſt. Cadauer, & à feris diſcerptum ne edat, [12]vt eo cõtaminetur:' ego Dominus. Obſeruẽt igitur [13]obſeruationem meam, [14] ne accerſant ſibi noxã,' & moriantur [15]in ea, ſi prophanauerint illam:' ego Dominus[16] ſanctificans eos. ¶Nullus [17]alienigena [18]ſanctũ' comedat, nec [19]inquilinus' ſacerdotis, neque [20]mercenarius' edat ſanctum. Quòd ſi ſacerdos emerit aliquem ſuo ære, is comedet ex eo, & natus in domo eius, hi inquam comedent de pane eius. Et ſi filia ſacerdotis nupſerit viro[1] extraneo,' hæc eadem[2] de thruma' conſecratorum non edat. Filia ſacerdotis ſi fuerit vidua, aut repudiata, & ſemen non habuerit, ſed redierit ad domũ patris ſui, comedet [3]de pane' patris ſui, quemadmodum in pueritia ſua: at nullus extraneus veſcetur ex eo. ¶Et ſi quiſpiã ex conſecrato ederit ignorãs, addat ſuper illud quintam partem ſuam, & det ſacerdoti cum conſecrato. Et ne prophanent [4]ſancta' filiorum Iſrael, [5]quę in ſublime tollunt Domino, [6] Ne ſibi aſciſcant iniquitatem,' quum comederint ſanctificata illorum: quia ego Dominus ſanctificans eos. ¶Et locutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad Aharonem, & ad filios eius, & ad cunctos filios Iſrael, & dices ad eos, [7]Quicunque è domo Iſrael, & de incola in Iſrael, attulerit donum ſuum, de cunctis votis ſuis, atque de cunctis volũtarijs ſuis,' quæ adduxerint Domino in holocauſtũ. [Afferatis hoc] [8] vt grati ſitis, nempe marem integrũ è bobus,' ex ouibus, aut capris. Quidquid verò vitiũ aliquod habet, illud ne adducatis: [9]neq; enim gratos vos redderet.' Quicunq; adduxerit ſacrificiũ pacificorum Domino, [10]vt ſeparet vel votũ, vel volũtariũ munus, in quo placare vult, boue aut oue illud faciat, qui ſint ſine vitio, nec ſit aliquod vitiũ in eis.' Cæcũ, aut cõfractũ, [11]aut labijs ſciſſum,' aut verrucoſum, quod ſcabiem habet purulentã, aut impetiginem: iſta ne offeratis Domino, nec ignitũ ſacrificium ponetis de illis ſuper aram Domini. Bouẽ & pecudẽ [12]enormib' aut cõtractis mẽbris, facere poteris pro volũtario dono,' at pro voto nõ erit acceptũ. Quod impulſu fractũ eſt, aut cõtuſum, aut ruptũ, aut exectũ, ne ſacrificeris Domino, & in terra veſtra [13]ne feceritis.' Sed neq; de manu alienigenæ offeretis [14]panem' Deo veſtro de omnibus iſtis, [15]eo quòd corruptio eorum ſit in eis, habeántq; vitium in ſeipſis,' [& ideo] non

Homo de ſemine Aaron qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, nõ veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, Et qui[a] tangit' reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordid',
¶[a] tanget
Immũdus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt ſed cũ lauerit carnem ſuam aqua, Et occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cib' illius eſt. ¶Morticinum & captum à beſtia nõ comedent, nec polluentur in eis: ego ſum Dominus. Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in ſanctuario, cũ polluerint illud: ego Dominus qui ſanctifico eos. ¶Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis, & mercenarius non veſcentur ex eis.
Exo.22.d.eze.44.g.
B
Quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur. Si autẽ vidua, vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domũ patris ſui: ſicut puella cõſueuerat, aletur cibis patris ſui. omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. ¶Qui comederit de ſanctificatis, per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium. Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ[a] offerũtur' Domino: ne forte ſuſtineãt iniquitatẽ delicti ſui, cũ ſanctificata comederint: ego Dominus qui ſanctifico eos.
¶[a] offerunt
C
¶Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Iſrael, dicẽſque ad eos, Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuã vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtũ Domini Vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris. Si maculam habuerit, nõ offeretis, neque erit acceptabile.
Oblationes quales eſſe debeant.
¶Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile ſit: omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem nõ offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini.
Deu.15.d.eccl.35.b.
D
Bouẽ & ouẽ aure & cauda amputatis, volũtariè offerre potes, votum autem ex ijs ſolui non poteſt. Omne animal quod vel cõtritis, vel tũſis, vel ſectis ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata ſunt omnia, non ſuſcipietis ea.

¶7 Id eſt, qui interfuerit exequijs mortui, aut curauerit funus, aut tetigerit cadauer. ¶8 vt, de quo egreſſa fuerit effluxio ſeminis, ¶9 quacũque impuritate ſit impurus: ¶10 Quũ occubuerit ſol, tunc demũ erit mũdus: poſtea edet ¶11 Panis pro cibo. ¶12.i. vnde polluí poteſt. ſiue, quibus nõ poteſt veſci quin polluatur. ¶13 vt, cuſtodiã meam.i. has leges meas quas nunc do. Hebraiſmus. ¶14 Heb. ne ferãt ſup ſe peccatũ .i. ne ob peccatum dẽt pœnas. ¶15 ꝓpter illud, ꝙ polluerint illã. ſub. obſeruationem.i. illas leges. ¶16.i. eos eſſe ſanctos volo. ¶17.i. qui non fuerit de genere ſacerdotali. ¶18.i. rem Deo ſacratam. ¶19 Id eſt, ſeruus, cuius auricula fuerit perforata tẽpore libertatis quo noluerit abire: qui tempore iubilei donabatur libertate. ¶20 Hic mercenarius, ſexennio exacto donabatur libertate, qui emptus fuerat incircũciſus. ¶21.i. qui non ſit de genere ſacerdotali. ¶22 de oblatione ¶23 de eſca ¶24 ſanctificata .i. quæ Deo dicantur à filijs Iſrael. ¶25 [ſcil.] id quod obtulerint eleuando Domino, ¶26 Heb. Et nõ facient portare eos iniquitatem delicti, &c.i. Et non erunt offendiculo plebi: non erunt in cauſa vt plebs peccet. ¶27.i. Quicunque obtulerit oblationem vota ſoluens, aut ſponte offerens. ¶28 in placationem pro vobis, maſculũ integrum, [ſubaudi offeretis] ex bobus, &c. Quòd ait, In placationem pro vobis: perinde eſt acſi dicat, Siquis aliquid voluerit offerre in holocauſtum Domino, quod ipſi velit eſſe acceptum & gratum, (vel, vt placetur vobis Deus) offerat maſculum integrum, & ſine vitio, &c. alioqui non erit gratum Deo holocauſtum. Verti rectè etiam poteſt, Sponte veſtra maſculum integrum &c. ¶29 Hebr. quia non ad beneplacentiam vobis. Verti poſſet, alioqui non erit in placationem vobis. Chaldæus paraphraſtes vertit, non erit pro vobis placabile. q.d. Deus nõ placabitur vobis ſi hoſtiam obtuleritis in qua ſit aliquod vitium. ¶30 ſiue, ad ſoluendum votum, aut in oblationem ſpontaneam, ex bobus, aut ex pecudibus quod integrũ fuerit, erit gratum. ſub. Domino. Hebraice legitur, integrum erit ad placandum. ¶31 aut conciſum, vel, reſectum, id eſt cui aliquod membrum eſt reſectũ. ¶32 ſuperfluam & [ſiue aut] diminutam pro voluntaria oblatione facias, &c. ¶33 Id eſt, talia non offeretis. ¶34 eſcam. Vocat Scriptura plerunque ſacrificia panem & cibum Dei, præſertim ea quæ ignis abſumebat. ¶35.i. eo quòd hæc vitioſa ſunt.

¶Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Bos, ouis, & capra cum genita fuerint, ſeptem dieb⁹ erunt ſub hubere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. Siue illa bos, ſiue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis. Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actiōe Domino, vt poſſit eſſe placabilis, eodem die comedetis eā, nō remanebit quicquā in mane alterius diei: ego Dominus. Cuſtodite mandata mea, & facite ea: ego Dominus. Ne polluatis nomen meum ſanctum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael. ego Dominus qui ſanctifico vos, et eduxi de Terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum: ego Dominus.

CAP. XXIII.

Sabbathum.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. ¶Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia ſabbathi requies eſt, vocabitur ſanctus. omne opus non facietis in eo: ſabbathum Domini eſt in cūctis habitationibus veſtris. Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis.

Phaſe. exo. 12 & nume. 28. c.

¶Menſe primo, quartadecima die mēſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt. Et quintadecima die menſis huius, ſolēnitas azymorum Domini eſt. ſeptem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctúſque: omne opus ſeruile nō facietis in eo. Sed offeretis ſacrificiū in igne Domino ſeptem diebus: dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior: nullúmq; ſeruile opus facietis in eo.

B

Primitiæ ſpicarū offerendæ Domino, poſtridie Paſchæ.

¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Cum ingreſſi fueritis Terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetē, feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. qui eleuabit faſciculum coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis: altero die Sabbathi & ſanctificabit illum. Atque in eodē die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini, odorémque ſuauiſſimum: liba quoque vini, quarta pars hin. Panem, & polētam, & pultes nō comedetis ex ſegete, vſque ad diē qua offeratis ex ea Deo veſtro. præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cūctiſque habitaculis veſtris.

¶ acceptabilis

C

Pētecoſte, ſeu dies feſt⁹ hebdomadarū. deut. 16. b.

¶Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi in quo obtuliſtis manipulum primitiarū ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alteram diē expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificiū nouū Domino Ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermētatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretiſque cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos,

Panes primitiarum.

grata erūt [14] pro vobis. ¶Et loquut⁹ eſt Dominus ad Moſen, dicens, Quum bos, aut ouis, aut capra nata fuerit, ſeptē diebus maneat ſub matre ſua, die verò octauo & deinceps grata erit Domino, pro ſacrificio quod igne conſit. Bouem aut pecudem ipſam vna cum fœtu ſuo ne mactetis eodē die. Et ſi volueritis ſacrificare Domino ſacrificiū laudis, ſacrificabitis [17] vt grati ſitis. Eodem die comedetur, ne reliquum faciatis ex eo quidquā vſque mane: ego Dominus. Cuſtodietis itaque præcepta mea, & facietis ea: ego Domin⁹. [18] Neq; prophanabitis nomen ſanctum meū, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael: ego Dominus ſanctificans vos. Qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem De⁹ veſter: ego Domin⁹. CAP. XXIII.

ET loquutus eſt Domin⁹ ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Statæ feriæ Domini, [1] quas vocabitis conuocationes ſanctas: hæ ſunt ſtatæ feriæ meæ. ¶Sex diebus fiet opus, die verò ſeptimo [2] ſabbatum eſt quietis, conuocatio ſancta, nullum facietis op⁹: ſabbatum [enim] eſt Domino in cunctis habitationibus veſtris. Iſtæ ſunt ſtatæ [3] feriæ Domini conuocationes ſanctæ, quas [4] indicetis temporibus ſuis. ¶Primo menſe, decimoquarto menſis eiuſdem, [5] inter veſperas [6] Peſa eſt Domino. Et in quintodecimo die mēſis iſtius, feſtus eſt dies azymorum Domini: ſeptem diebus infermentatas placentas edetis. Primo die ſancta conuocatio erit vobis, nullum opus [7] ſeruile facietis. Sed offeretis ſacrificium [8] quod igne conſit Domino, per ſeptem illos dies. [9] ſeptimo quoque die conuocatio ſancta eſt, nullum opus ſeruile facietis. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiā, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos. Quū veneritis in terram quā ego [10] do vobis, & meſſueritis meſſem eius, inferetis [11] gomer de primitiuis fructibus meſſis veſtræ, ad ſacerdotē, qui motabit [12] gomer coram Domino [13] ad placationem veſtri: [14] poſtridie ſabbati [15] motabit illud ſacerdos. Eodem autē die quo [16] motaueritis gomer, facietis ouem integram, marem, anniculā holocauſtum Domino. [17] Cibarium autem ſacrificium eius fiet ex duabus decimis ſimilaginis, [18] quod commiſtū ſit oleo, vt fiat ſacrificiū igne Domino in odorem ſuaueolētem, & libatio eius ſit de vino, nēpe quarta pars hin. Panē, [19] & molam, & ſpicas toſtas ne edatis in eum vſque diē quo attuleritis ſacrificium Deo veſtro. [20] ſtatutū ſit hoc perpetuum etiam poſteris veſtris in cunctis habitationibus veſtris. ¶Numerabitis autē vobis à craſtino die ſabbati, à die inquam, qua obtuleritis [21] gomer tenupha, ſeptē ſabbata quæ integra ſint. Vſq; ad craſtinū ſeptimi ſabbati numerabitis quinquaginta dies: & afferetis Domino ſacrificium [22] cibarium nouum. Ex habitationibus veſtris afferetis panes [23] tenupha [24] duos ex duabus decimis ſimilaginis, quique ſint cum fermento cocti ex primitijs Domino. Cum panibus afferetis ſeptem agnos integros anniculos,

¶16 Id eſt, in gratiā veſtri. q. d. non placabitur vobis Deus immolatione vitioſorum animalium.
¶17 ſponte veſtra. ¶18. i. videte ne nomē meum male audiat propter vos in plebe.

XXIII.

¶1 vl, quas celebrabitis, celebritates ſictæ: iſtæ nimirum ſunt feſtiuitates meæ. q. d. Hæ ſunt feriæ quas celebrabitis in honorē meum.
¶2 erit ceſſatio quietis, [i. ceſſabitis prorſus.] celebritas ſancta: nullū opus facietis: ſabbathū [enim] Domino in omnibus habitationibus veſtris. i. abſtinebitis ab operibus in honorē Domini vbicunq; habitaueritis ſiue in Terra ſācta, ſiue in alienigena. Per appoſitionē, ceſſationem quietem, vocat celebritatem ſanctam.
¶3 vl, feriæ Domini, celebritates ſanctæ,
¶4 vl, celebrabitis ¶5 inter duas veſperas q. d. inclinata iā die & appetēte nocte: Poſt occaſum ſolis, ſed adhuc aliquantulū illuceſcente die, in

crepuſculo veſpertino. Gallice. Entre ſoleil couchē & la nuict. ¶6 Paſcha Domini erit. In quo ſcilicet immolabitis agnum paſchalem. ¶7 i. domeſticū & corporeum, quod ad Deum non refertur. ¶8 vl, ignitū. aut, vſtulatum ¶9. i. dies quoque ſeptimus erit celeberrimus æqualis primo. ¶10 vl, daturus ſum ¶11 manipulum, [vl, faſciculū, ſub. ſpicarum] primitias meſſis veſtræ. ¶12 faſciculum ipſum ¶13 vt gratus ſit pro vobis. ſub. Deo. vl, vt placetur vobis Deus: ¶14 in craſtino ſabbathi offeret illum ſacerdos. i. poſtera die ſabbathi, hoc eſt Paſchæ. ¶15 vl, offeret illū. ſub. faſciculū. ¶16 manipulum offeretis, mactabitis agnū perfectū anniculū. i. die quo ſacerdotis miniſterio manipulū offeretis, mactabitis agnū integrū, ſiue abſolutū, nulla ſui parte viciatū. ¶17 Munus autē eius, erūt duæ decimæ &c. i. id quod offeretur cū ipſo holocauſto. ¶18 verſatæ in oleo. ¶19 & polentā, & ſpicam plenā & recētem non comedetis. Quidam vocē Hebræam K A L I, pro qua polētam verſum eſt. interpretātur toſtū, ſiue aſſum, exuſtum ſiue vſtulatum, aut frixū. De toſtis aut coctis granis ſpicarū intelligit. Alij farinam factam è ſpicis plenis aut teneris virentibus, quā ſiccabāt in furno. Nihil omnino ex primis fructib⁹ comedi debuit, donec primitiæ Deo offerrētur ex illis. ¶20. i. ritus iſte erit vobis perpetuò obſeruandus quocūque tēpore vixeritis, & vbicū que habitaueritis. ¶21 manipulum eleuationis. i. ſpicarum nouarum oblatarum Domino. ¶22 vl, mun⁹. ¶23 oblationis. vl, eleuationis. i. qui offerentur Domino Deo. ¶24 duæ [placentæ] ex duabus decimis de ſimila erunt, fermentatæ coquentur: primitiæ [erunt] Domino.

& iuuencum ex bobus vnum, atque arietes duos qui ſint holocauſtum Domino, cum ſacrificiis cibariis, & cum libamentis ſuis, vt ſint ſacrificia quæ igne conſiant Domino in odorem ſuaueolentem. Deinde facietis hircum ex capris vnum pro hoſtia peccati, & duos agnos anniculos pro ſacrificio pacificorum. [15]Motabitque ea ſacerdos cum panibus primitiarum, agitando coram Domino, cum duobus agnis, eruntque hæc ſancta Domini, ſacerdotis. Et vocabitis hunc ipſum diē vt ſit vobis conuocatio ſancta: nullum opus ſeruile facietis: ritus perpetuus ſit in cunctis habitationibus veſtris, [16]etiā apud poſteros veſtros. ¶Et quū meſſueritis meſſem terræ veſtræ, [17]ne tam exacte angulum agri tui in meſſe tua deſeces, & ſpicilegium meſſis tuæ ne colligas: pauperi & aduenæ relinques illud: [18]ego Dominus De[us] veſter. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hāc ſententiam. Loquere ad filios Iſrael, & dic, Mēſe ſeptimo, primo die mēſis erit vobis quies, [19]monumentum clangoris, conuocatio ſancta. Nullum opus ſeruile facietis, niſi quòd afferetis ſacrificium quod igne cōſit Domino. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Verùmtamen in decimo ſeptimi mēſis huius, dies erit expiationum, [20]is ſit vobis ſancta conuocatio, & [21]affligetis animas veſtras, & afferetis [22]ſacrificium quod igne cōſit Domino. Nullū opus hoc ipſo die facietis, quia [23]dies expiationum eſt, ad expiandum vos coram Domino Deo veſtro. Quoniam omnis anima quæ non afflicta fuerit hoc ipſo die, [24]excindetur è populis ſuis. Et omnis anima quæ fecerit quodcūque opus hoc ipſo die perdam animam talem è medio populi ſui. Nullum opus facietis: ritus ſit perpetuus [25]apud poſteros veſtros in omnibus habitationibus veſtris. [26]Sabbatum quietis ſit vobis, affligetiſque animas veſtras [27]in nono menſis ſub veſperam, à veſpera in veſperā [28]quieſcetis in ſabbato veſtro. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dices, In quintodecimo die mēſis huius ſeptimi, feſtus dies eſt tabernaculorū ſeptem dieb[us] [39]Domino. Die primo [40]conuocatio ſancta eſt, nullum opus ſeruile facietis, ſeptem diebus afferetis ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, octauo autem die [41]conuocatio ſancta erit vobis, afferetiſque ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, concio erit hoc [die,] nullum opus ſeruile facietis. Hæ ſunt [42]ſtatæ feriæ Domino, quas vocabitis cōuocationes ſanctas, vt afferatis ſacrificia quæ igne conſiūt Domino, holocauſta, cibaria ſacrificia, victimas & libamina, ſingulis diebus ſuū demēſum. Præter ſabbata Domini, & præter dona veſtra, præter omnia vota veſtra, & præter omnia voluntaria munera veſtra quæ tribuitis Domino. Veruntamen in decimoquinto die ſeptimi menſis, cum collegeritis prouentum terræ, celebrabitis diem feſtū Domino ſeptem dies. Primo die requies erit, & dies octauus [etiā] requies. Die primo accipite vobis fructum [43]ligni ſpecioſi, [44]ramos palma-

& vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocauſtū cum libamentis ſuis, in odorem ſuauiſſimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duóſq; agnos anniculos hoſtias pacificorum. Cúmque eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in D
vſum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimū, atque ſanctiſſimum: omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimū ſempiternū erit in cūctis habitaculis, & generationibus veſtris. ¶Poſtquā Meſſis. ī.19.b.
autem meſſueritis ſegetē terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperib[us] & peregrinis dimittetis eas: ego ſum Dominus Deus veſter. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filiis Iſrael, Menſe ſeptimo, prima dies menſis erit vobis ſabbathum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: omne opus ſeruile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationū erit celeberrim[us], & vocabitur ſanctus: affligetiſque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile nō facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eā de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternū erit vobis in cunctis generationibus, & habitationib[us] veſtris. Sabbathū requietiōis eſt, & affligetis animas veſtras die nono mēſis ſeptimi. À veſpera vſq; ad veſperā celebrabitis ſabbatha veſtra. ¶Et locut[us] eſt Domin[us] ad Moyſen, dicēs, Loquere filiis Iſrael. A quintodecimo die mēſis huius ſeptimi, erūt feriæ tabernaculorū ſeptē dieb[us] Domino. Dies prim[us] vocabitur celeberrim[us] atq; ſanctiſſim[us]: omne opus ſeruile nō facietis in eo. & ſeptē diebus offeres holocauſta Domino: dies quoq; octau[us] erit celeberrimus atq; ſanctiſſim[us], & offeretis holocauſtū Domino: eſt enim cœtus atq; collectæ: omne op[us] ſeruile nō facietis in eo. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas, offeretiſque in eis oblationes Domino, holocauſta & libamēta iuxta ritum vniuſcuiuſque diei. Exceptis ſabbathis Domini, doniſq; veſtris, & quę offeretis ex voto, vel quæ ſpōte tribuetis Domino. A quintodecimo ergo die mēſis ſeptimi, quādo cōgregaueritis omnes fruct[us] terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptē diebus. Die primo & die octauo erit ſabbathū, id eſt requies. Sumetiſq; vobis die primo fruct[us] arboris pulcherrimæ, ſpatuláſq; palma-

Right margin: Deut.24.b. — Feſtū tubarū Nume.29.a. — E — Dies expiationis. ī.16.g. nume. 29.b. — F — Feſtum tabernaculorum. — Ioan.7.ℓ. — G

¶25 Offeret autem ea ſacerdos cum panibus primitiarum, oblationem corā Domino, cū duobus agnis: ſanctitas erūt Domino, cedéntque ſacerdoti. Et celebrabitis hoc ipſo die celebritatem ſanctam: nullum opus &c. Hoc eſt, eo ipſo die erit vobis celebritas ſancta. Vel, ſancte eam ipſam diem celebrabitis. Cum ait, Sanctitas erūt Domino: ſignificat, Omnia iſta conſecrabuntur Domino.

¶26 Heb per ætates veſtras. i. vbicunque habitaueritis, & quacunque ætate vixeritis.

¶27 Heb. non finietis angulū agri veſtri dū vos metetis. Id eſt, non omnino demetetis agrum veſtrū, ſed relinquetis meſſem in fine & angulis agrorum.

¶28 q.d. ego à quo omnia iſta habetis, volo vt id faciatis. ¶29 vł, memoriale clangoris tubarū, celebritas ſancta. Hæc poſtrema verba per appoſitionem dicta ſunt. Feſtum iſtud dicitur Nume.29, Dies clangoris & tubæ. Quidam dicunt feſtū iſtud celebratum fuiſſe à Iudæis in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione. Alij dicunt fuiſſe paraſceuen ſcenopegiæ. ¶30 celebritas ſanctitatis erit vobis. Id eſt, ille dies erit vobis celeberrimus. ¶31 Hic affligere animas pro ieiunare poſitum eſt. ¶32 vítulatum ſacrificium. Ita vocabatur quidquid vrebatur in honorem Dei. ¶33 Hic dies expiationum erat velut vmbra diei qua Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vt expiaret nos ab omnibus peccatis. ¶34 Id eſt, delebitur de catalogo populi ſui. ¶35 Heb. per ætates veſtras in omnibus habitationib[us] veſtris. ¶36 vł, Ceſſatio quieta eſt. i. Ceſſabitis ab omni opere, eo ipſo die. ¶37 .i. exacta nona die, appetente nocte. ¶38 celebrabitis ſabbathū veſtrum. Id eſt, ceſſabitis ab omni opere à veſpera ſequente nonam diem, vſque ad veſperam aliam quæ erit initium vndecimæ. ¶39 Id eſt, in honorem Domini qui eduxit filios Iſrael de Ægypto. ¶40 erit celebritas ſancta. i. Dies primus erit celeberrimus. Vł, diem primum ſancte celebrabitis. ¶41 erit vobis celebritas ſancta: offeretiſque incenſum Domino, cœtus eſt: (vł, ſolennitas) nullum opus &c. Id eſt, collecti eritis ad celebrandam ſolennitatem. ita vertit Chaldæus paraphraſtes. ¶42 celebritates ſanctæ quas celebraturi eſtis: vt offeratis in eis incenſum Domino, holocauſtū, munus, ſacrificium & libamina, rem diei in die ſuo. Exceptis &c. Id eſt, Vnumquodque ſacrificium offeretis in die ſuo: & ſi die illo non obtuleritis, gratum non erit. Sacrificium vocat pacificorum ſacrificium. ¶43 arboris pulcherrimæ. Hebraice eſt, arboris H A D A R, quod Hebræi citrum arborem ſignificare dicunt, quæ ex Maſſilia Prouinciæ defertur. ¶44 Hebræi dicunt K A P P O T H, ſignificare frondes palmarum, quando folia adhuc in ſurculo deliteſcunt, & ſurculus ipſe, ſceptri præ ſe fert formam.

rum & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro. Celebrabitiſque ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum. Legitimũ ſempiternum erit in generationibus veſtris: menſe ſeptimo feſta celebrabitis. Et habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus: omnis qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis: Vt diſcant poſteri veſtri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerẽ eos de Terra-Ægypti: ego Dominus Deus veſter. Locutúſque eſt Moyſes ſuper ſolennitatibus Domini ad filios Iſrael.

CAP. XXIIII.

Compoſitio lucernarum.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum teſtimonij in tabernaculo fœderis. Ponétque eas Aaron à veſpere vſque in mane coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus veſtris. Super candelabrum mundiſſimum ponétur ſemper in conſpectu Domini.

Duodecim panes propoſitionis.

¶Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas: quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues, & pones ſuper eos thus lucidiſſimum, vt ſit

B

¶ Domino.

panis in monimentum oblationis Domini. Per ſingula ſabbatha mutabuntur coram Domino

Matth.12.a.

ſuſcepti à filijs Iſrael fœdere ſempiterno: ſeruntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco Sancto: quia ſanctum ſanctorum eſt de ſacrificijs Domini iure perpetuo.

Blaſphemus lapidatur.

¶Ecce autẽ egreſſus filius mulieris Iſraelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Iſrael, iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelite. Cúmque blaſphemaſſet nomen Domini, & maledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen. (vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.)

C

Miſerúntque eum in carcerem, donec noſſent quid iuberet Dominus. Qui locutus eſt ad Moyſen, dicens, Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loquêris, Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.

Pœna talionis. exo. 21.b.

¶ reddat

Qui percuſſerit, & occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt animam pro anima.

D

Mat.5.f. exo. 21.c. deu.19.d.

Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum: ſicut fecit, ſic fiet ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dẽtem pro dẽte reſtituet. qualem inflixerit maculam, talẽ ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentũ,

¶ reddat

reddet aliud: qui percuſſerit hominẽ, punietur.

rum, & ramos [45] arboris denſæ, & ſalices torrentis, lætabiminique coram Domino Deo veſtro ſeptem dies. Et celebrabitis diem iſtum feſtum Domino ſeptem diebus in anno. Statutum hoc perpetuum ſit ad poſteros veſtros, vt menſe ſeptimo celebretis hunc diem feſtũ. In tabernaculis manebitis ſeptem diebus, omnes indigenæ de Iſrael ſedebũt in tabernaculis, Vt poſteri veſtri ſciant quòd ego fecerim habitare in tabernaculis filios Iſrael, quum educerẽ eos è terra Ægypti: ego Dominus Deus veſter. [46] Et Moſes loquut⁹ eſt ad filios Iſrael de ſtatis ferijs Domini.

CAP. XXIIII.

LOquutúſq; eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Præcipe filijs Iſrael vt afferant ad te oleum oleæ purum & [1] contuſum ad luminare, [2] ad incendendum lucernã iugiter. Aharon concinnabit [3] eam coram Domino in tentorio [4] conſtitutionis extra velum teſtimonij, [5] à veſpera vſque mane, idque iugiter, ſtatutum ſit perpetuum [6] etiam poſteris veſtris. Super candelabrum mundum cõcinnabit lucernas coram Domino iugiter. ¶ Tolles quoque ſimilaginem, & pinſes ex ea duodecim placentas, duæ decimæ erunt in vna placenta. Ponéſque eas duobus ordinibus, ſex ſcilicet ordine [vno] ſuper menſam mundam coram Domino. Pones etiam thus purum [7] ſuper ordine illo, [8] vt ſint panes ad monumentum, atque ad ſacrificium quod igne cõfit Domino. Singulis ſabbatis [9] concinnabit illos coram Domino iugiter, [10] à filijs Iſrael fœdere perpetuo. Eruntque Aharonis & filiorũ eius, qui comedẽt eos in loco ſacro: [11] nam ſacroſancti ſunt ei, de ſacrificijs quæ igne confiunt Domino, ſtatuto perpetuo. ¶Egreſſus eſt autem filius mulieris Iſraelitidis, qui fili⁹ erat viri Ægyptij inter filios Iſrael: iurgatique ſunt in caſtris, filius Iſraelitidis, & quidam Iſraelita. Et filius Iſraelitidis [12] diſerte expreſſit inſigne illud nomen, & vilipendit: adduxerúntque eum ad Moſen. (nomẽ autem matris ei⁹ erat Selomith, quæ erat filia Dibri ex tribu Dan.) Et poſuerunt eum in carcerem, [13] vt exponeretur eis ſententia Domini. Loquutus eſt ergo Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Educ blaſphemum extra caſtra, & quicunque audierunt [14] ponant manus ſuas ſuper caput eius, lapidibúſque obruat eum vniuerſus cœtus. Et ad filios Iſrael ſic loquêris, Quicũque blaſphemauerit Deum ſuũ, feret peccatũ ſuũ. Et [15] qui diſerte expreſſerit nomẽ Domini, morte multetur, omnino lapidib⁹ obruet eũ vniuerſus cœtus, ſiue indigena fuerit, ſiue incola, quũ diſerte expreſſerit nomẽ [illud,] interficiatur. [16] Et qui percuſſerit vllam animam hominis, morte multetur. Et qui [17] animã iumẽti percuſſerit, reſtituat ipſũ, [18] animã ſcilicet pro anima. [19] Et qui detrimẽto affecerit proximum ſuũ, huic fiet quẽadmodũ ipſe fecit. [20] Fracturã pro fractura, oculũ pro oculo, dẽtẽ pro dẽte: quicquid homini vitij aut detrimẽti inferet, hoc idem ei inferatur. Et qui percuſſerit iumentũ, reddat ipſum: qui verò hominẽ percuſſerit, interficiatur.

¶45 Quidã dicunt eſſe myrtũ, quæ ramos habet denſos. ¶46 Locut⁹ eſt igitur Moſes. vel, Habuit ſermonẽ Moſes

XXIIII.

¶1 vel, expreſſum in lumina te. ¶2 i. ad accẽdendũ ordinem lucernarum. ¶3 vel, eũ. ſubaudi, lucernarum ordinem. ¶4 fœderis. vel, conuentionis ¶5 i. totam noctem. ¶6 Heb. per ætates veſtras. ¶7 Heb. per ordinem. i. ſuper vtrunque ordinem placentarum. ¶8 Heb. & erit panis in odorem [&] incenſum Domino. id eſt, qui vice panis adolebitur coram Domino. Panis enim cremari non poterat. Super panes erat thus per totam hebdomadam: die ſabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur. ¶9 vel, diſponet ¶10 ſubaudi, acceptum. ¶11 Heb. quia ſanctitas ſanctitatum eſt illi de incẽſis Domini. Id eſt, res ſacroſancta eſt de his quæ incenduntur Domino: ideóque eius eſus ipſi Aaroni ſoli & filijs eius permittitur. ¶12 expreſſit ſuis literis nomen, & blaſphemauit. Id eſt, expreſſo ſuis literis nomine Dei tetragrammato blaſphemauit. Non licebat Iudæis exprimere literis nomen Dei tetragrammatõ blaſphemando: alioqui licebat. Non eſt nefas nomen propriũ dei IEHOVA ſuis literis exprimere, ſed nefas eſt Dei maieſtatem verbis minuere, Deo detrahere, Deum verbis contemnere, per contumeliam & contemptum nominare. ¶13 vt declararet illis iuxta verbum Domini. Id eſt tantiſper dum Moſes declararet quidnam de eo faciendum eſſet iuxta ſententiam Domini, hoc eſt reuelante Domino. ¶14 Id eſt, poſitis manibus ſuper caput eius, teſtentur eũ audiſſe blaſphemantem. ¶15 qui ſuis literis exprimendo nomen Domini, blaſphemauerit illud. Sic paulo poſt vertendum eſt. ¶16 Quicunque percuſſerit quẽcũque hominem, moriatur. Id eſt, interficiatur. Percutere pro interficere poſui. ¶17 i. iumentum. ¶18 i. iumentum eiuſdem pretij reſtituat. ¶19 Heb. Quicunque poſuerit maculã proximo ſuo. Quid per maculam intelligat, poſtea declarat quum ait, Fracturam pro fractura. i. quicunque vulnus inflixerit proximo, qui læſerit proximum, ſiue quẽcunque. ¶20 Verbũ reſtituet ſiaut ſimile, ſubaudiendũ. Sequẽtia verba declarant quid iſta velint, Fracturam pro fractura: quum ait, Qualẽ inflixerit maculã, talẽ ſuſtinere cogetur.

¶22 .i. Idem ius erit vobis, ſiue fueris peregrinus, ſiue indigena. Peregrinus erit ſicut indigena, & indigena ſicut peregrinus. i. Idem ius reddetis peregrino atq; indigenę.

XXV.

¶1 tunc ſabbatizet terra ſabbathũ Domino. vl, tunc quieſcet terra quiete, ſiue ceſſatione Domini. i. terra erit in otio: nõ arabitur, neque ſeminabitur in honorẽ Domini. ¶2 ceſſatio quieta erit terræ, ſabbathum Domino. Appoſitiue dictum. q. d. ſabbathũ illud, ſiue ceſſatio illa quieta & altum otiũ, celebrabitur in honorẽ Domini, non autẽ in honorem idolorum.

¶3 Quod ſponte naſcitur in meſſe tua .i. Quæ ſpõte naſcitur ex granis meſſis anni præcedẽtis. Vox Hebræa SAPIAH. ſignificat id quod ſpõte naſcitur ex granis quæ deciderũt inter metendũ.

[22]Idem iudicium erit vobis, ſicut aduenæ, ita & indigenæ,' quia ego Domin⁹ Deus veſter. Et loquutus eſt Moſes ad filios Iſrael, eduxerúntque blaſphemum extra caſtra, & obruerunt eum lapidibus. & filij Iſrael fecerunt quemadmodum Dominus Moſi præcepit.

CAP. XXV.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in mõte Sinai in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quum veneritis in terram quam ego do vobis, [1] quieſcet terra, & habebit ſabbatum Domini.' Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & fructum eius colliges. Septimo verò anno [2] ſabbatum quietis erit terræ, ſabbatum [inquam] Domini,' agrum tuum non ſeminabis, nec vineam tuam putabis. [3]Quod ex deciduo meſſis tuæ ſpõte naſcitur,' ne metas: & vuas [4]quas tibi ſeparare volebas, ne vindemies,' annus enim quietis erit terræ. [5]Eritque ſabbatum terræ vobis in cibum,' tibi, ſeruo tuo, ancillæ tuæ, mercenario tuo, & inquilino tuo qui tecũ commoratur. Sed & iumento tuo, & beſtiæ quæ eſt in terra tua, erit cunctus prouentus terræ in cibum. ¶ Numerabis quoque tibi ſeptem [6] ſabbata' annorum, ſeptẽ ſcilicet annos ſepties. eruntque tibi [7]ſeptẽ annorum ſabbata quadragintanouem anni. [8]Et circummittes clangorem buccinæ' in menſe ſeptimo, decimo [die] menſis, [9]in die inquam expiationũ [10] circũmittetis cornu' per vniuerſam terram veſtram. Et [11]conſecrabitis annum illum, annum videlicet quinquageſimũ,' & [12]proclamabitis libertatem in terra omnibus habitatorib⁹ eius: [13]iubileus enim erit' hic [annus] vobis, & redibitis quiſque ad poſſeſſionem ſuam, & [14]quiſque ad cognationem reuertemini. ' Annus ille quinquageſimus, iubile⁹ erit vobis annus: ne ſeminetis, neque ea quæ ex deciduo ſponte naſcũtur metatis, neque [15] religioſe conſecrata vindemietis. [16] Iubileus enim ille ſanctus ſit vobis, de agro comedetis, prouentum ſcilicet eius.' In anno iubilei iſtius, redibitis quiſque ad poſſeſſionem ſuam. ¶ Et ſi vendideritis venditionem proximo tuo, aut [∴]comparas' [aliquid] de manu proximi tui, ne decipiatis quiſque fratrem ſuũ, iuxta numerum annorum poſt iubileum compares à proximo tuo, & [17]pro ratione annorum prouẽtuum vendat tibi.' Iuxta multitudinẽ annorum augebis pretium eius, & iuxta paucitatem annorum minues pretium eius, quoniã [18]numerum prouentuũ ipſe vendit tibi.' [19]Ne affligatis quiſq; proximũ,' ſed time Deũ tuũ, quia ego Dominus Deus veſter. Obſeruate itaque [20] ſtatuta mea,' & iudicia mea ſeruate, vt ea faciatis: tũ tuti habi-

Æquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Domin⁹ De⁹ veſter. Locutúſque eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerunt eum qui blaſphemauerat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt: feceruntque filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Æquum iudicium.

CAP. XXV.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Quando ingreſſi fueritis Terram quam ego dabo vobis, ¶ [a]ſabbathizetis' ſabbathum Domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligéſque fructus eius. Septimo autem anno ſabbathum erit terræ, requietionis Domini: agrum non ſeres, & vineam non putabis. Quæ ſponte [b]gignet' humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges, quaſi vindemiam. annus enim requietionis terræ eſt. Sed erũt vobis i cibũ, tibi & ſeruo tuo, ancillæ tuæ & mercenario tuo, & aduenæ qui [c]peregrinatur' apud te: iumentis tuis & pecoribus: omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum. ¶ Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciũt annos quadragintanouẽ. Et clanges buccina mẽſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tẽpore in vniuerſa terra veſtra. Sãctificabiſq; annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt enim iubileus: reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque redict ad familiam priſtinam. Quia iubileus eſt & quinquageſimus annus, nõ ſeretis atque metetis ſpõte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ nõ colligetis: ob ſanctificationẽ iubilei, ſed ſtatim oblata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad poſſeſſiones ſuas. ¶ Quando vendes quippiã ciui tuo, vel emes ab eo, ne cõtriſtes fratrem tuum, ſed iuxta numerũ annorũ iubilei emes ab eo, & iuxta ſupputationẽ frugũ vendet tibi. Quãto plures anni remanſerint poſt iubileum, tanto creſcet & pretium: quãto minus temporis numeraueris, tãto minoris & emptio conſtabit. tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere cõtribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſque Deũ ſuũ, quia ego Dominus Deus veſter. Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea: vt habitare poſ-

Sabbathum terræ anno ſeptimo. Exo. 23 b.

¶ [a]ſabbathizet

¶ [b]gignit

¶ [c]peregrinatur

Iubilei ann⁹. Hebdomades annorum.

Hebræorum emẽdi & vẽdendi mod⁹.

C

Præcepta Dei cuſtodienda.

¶4 derelictionũ tuarũ nõ vindemiabis. i. vuas vineæ à te derelictæ, & nõ cultæ, nec putatæ. ¶5. i. Quæ ſua ſponte naſcentur eo anno quo terra ſabbathũ ſuum aget, ea tantũ erũt vobis in cibum. ¶6 Sabbathum pro hebdomade. ¶7 dies ſeptem hebdomadarum, annorum nouem & quadraginta anni. ¶8 Heb. Et tranſire facies cornu iubilationis. i. clangore tubæ ſignificabis. ¶9 Controuerſia eſt inter Hebræos de principio anni. Alij dicunt menſem Martium eſſe principium anni, reſpicientes exitum filiorum Iſrael. Alij menſem Septembrem, ſpectantes creationem mundi. Aut igitur à mundo condito numerant Hebræi, aut ab exitu filiorum Iſrael. Certiſſimum autem eſt, quãdo Moyſes de anno iubileo loquitur, intelligere principium anni eſſe Septembrem. ¶10 Heb. tranſire facietis cornu &c. id eſt, ſonitu tubæ ſignificabitis iubileum. ¶11 Id eſt, pronuntiabitis annum quinquageſimum eſſe ſacratum Deo. ¶12 Id eſt, proclamabitis omnes habitatores regionis veſtræ eſſe liberos, qui prius erant ſerui. tunc enim fiebant domini poſſeſſionum ſuarum quas vendiderant. Hoc declaratur verbis ſequentibus. ¶13 Id eſt, habebitis eum pro iubileo. Vox Hebræa IOBEL, in hoc capite vſurpatur pro anno quinquageſimo, & buccina vel cornu quo annus quinquageſimus annuntiabatur. Iobel, arietem & cornu arietinum ſignificat. ¶14 Hoc dicit propterea quòd qui in ſeruos venditi fuerant ante annum iubileum, eo anno donabantur libertate. ¶15 Heb. vindemietis derelictiones eius. ſubaudi vineæ, Id eſt, vineas incultas, quæ eo anno cultæ non fuerint, vel non putatæ, non vindemiabitis. ¶16 Id eſt, Annus iſte erit Deo conſecratus: comedetis quod ager eo anno ſua ſponte produxerit. ¶ ∴ Mutatio numeri Hebræa. ¶17 q. d. habenda ratio annorum elapſorum à iubileo. ſi enim viceſimo anno à iubileo emes, non tanti emes quanti emendum tibi eſſet, ſi decem tantum anni diſtarent. nam ſi viginti tantum diſtarent anni, triginta ſolum ſupereſſent: ſi decem, quadraginta. Iuxta igitur numerum prouentuum. i. quibus capies fructum rei venditæ, vendet tibi. ¶18 q. d. Non fundum, ſed tantum prouentum vendit tibi. ¶19 Ne opprimat [vl, decipiat] quiſquam veſtrum proximum ſuum. ¶20 emptionis ſcilicet & redemptionis.

*Solicitudiné de victu tolli iubet Deus.*
*Benedictio Dei.*

ſitis in terra abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem, nullius impetum formidantes. ¶Quòd ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, neq; collegerimus fruges noſtras? Dabo benedictioné meā vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum: feretiſq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum: donec noua naſcantur, edetis vetera.

*Terræ venditio.*

¶Terra quoque non vendetur in perpetuū: quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Vnde cūcta regio poſſeſſiōis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur.

D

*Redemptio agrorum.*

¶Si attenuatus frater tuus vēdiderit poſſeſſiunculam ſui, & voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille vendiderat. Sinautem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire: Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquū eſt, reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſſionem ſuam. Quòd ſi nō inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vſque ad annum iubileum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominū, & ad poſſeſſoré priſtinū.

*Domus venditio.*

¶Qui vendiderit domū intra vrbis muros, habebit licētiam redimendi, donec vnus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor poſſidebit eā, & poſteri eius in perpetuū, &

E

redimi non poterit, etiam in iubileo. Sinautē in villa fuerit dom⁹, quæ muros nō habet, agrorū iure vēdetur. ſi antè redēpta nō fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum.

*Ædiū Leuiticarū vēditio.*

*¶[a] Leuiticar ū*

¶Ædes Leuitarū quæ in vrbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi: ſi redēptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium [a]Leuitarum pro poſſeſſionib⁹ ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eorum non veneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt.

*Cū eo qui ad paupertatem redactus eſt, quomodo agendum.*

¶Si attenuatus fuerit frater tu⁹, & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenā & peregrinum, & vixerit tecum, Ne accipias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti. time Deum tuum, vt viuere poſſit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de Terra-Ægypti, vt darem vobis Terram-Chanáan, & eſſem

F

veſter Deus. Si paupertate compulſus vēdiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute

tabitis in terra, tūmque dabit terra fructū ſuū, comedetiſque dum ſaturi ſitis, ſecurique ſedebitis in ea. ¶Et ſi dixeritis, Quid edemus anno ſeptimo, cùm neque ſeminemus, neque annonam noſtram congregemus? Ego [21]mandabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & edet annonam pro tribus annis. Seminabitis quidem in anno octauo, ſed comedetis de annona veteri vſque ad annum nonum: donec venerit prouētus eius comedetis [22]vetera. ¶Terra non vendetur [23]ad depulſionem: mea enim eſt terra, [24]vos autem incolæ & inquilini eſtis apud me. In omni autem terra poſſeſſionis veſtræ [25]redemptionem permittetis terræ. ¶Si tenuis factus fuerit [26]frater tuus, & vendiderit de poſſeſſione ſua, veneritq; [27]vindex eius qui propinquus eſt illi, is redimat venditionem fratris ſui. Qui autem [28]vindicem non habuerit, [29]apprehendat manus eius quicquid inuenit, quod ſatis ſit pro redemptione ſua: [30]Subducátque annos venditionis ſuæ, & reſtituat quod ſupereſt ei cui vendidit, & reuertatur ad poſſeſſionem ſuam. Quòd ſi [31]in facultate eius non tantum fuerit vt reddat illi, erit venditio eius [rei] in manu ementis eam vſque ad iubileum: in iubileo vero [32]exit & reuertitur ad poſſeſſionem ſuam. ¶Et ſiquis vendiderit domum habitabilem in vrbe quæ muro cingitur, redemptio eius [33]ſit vſque ad finem anni in quo vēditur: iſti ſint dies redemptionis eius. Si verò nō redemerit, fueritque ei finitus annus integer, cedet domus huiuſmodi quæ eſt in vrbe muris cincta, ei qui eam emit [34]ad depulſionem, etiam poſteris ſuis: [35]nec exit, ne in iubileo quidem. At domus paganæ, quæ muro per ambitum non fuerint cinctæ, reputátur quemadmodum ager terræ, ideòque [36]habent ius vendicationis, & in iubileo redeūt. ¶Ciuitates verò Leuitarum, & domus ciuitatum poſſeſſionis eorum perpetuo iure redimi poſſunt à Leuitis. Et ſiquis emerit à Leuitis, domus vendita, & oppidum poſſeſſionis ſuæ in iubileo [37]exit: eo quòd dom⁹ Leuiticarū vrbium poſſeſſio eorū ſunt inter filios Iſrael. [38]Ager verò ſuburbanus qui eſt iuxta vrbes eorum, nō poteſt vendi nam is perpetuo ab eis poſſidetur. ¶Si ad inopiā fuerit redactus frater tuus, nutaueritq; man⁹ eius [39]tecū, ſiue aduena fuerit, ſiue inquilin⁹, corrobora eū, vt tecū viuat. Ne acceperis ab eo [40]fœnus, neque plus æquo, ſed time Deū tuū, vt tecū viuere poſſit frater tuus. [41]Ne des illi pecuniā tuā ad fœn⁹, neq; des illi alimentū tuū [42]ad exceſſū: Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, vt darē vobis terrā Chanaan, [43]& eſſem vobis Deus. Si ad inopiā redactus fuerit frater tuus apud te, & [44]vēditus fuerit tibi, ne in ſeruitutē eū redigas,

¶21 Hebraiſm⁹, pro, benedicā vobis.
¶22 fruges antiquas. i. donec venerit fructus anni octaui.
¶23 omnino. vl, abſolute. Quidā vertūt, in exterminationem: eodem ſenſu. Exterminari autem hic dicitur ager, quando penit⁹ à poſſeſſore abdicatur: id qđ apud Hebræos fieri nō potuit, ſed prædia vendebantur vſque ad annū iubilei, ſiue is prope, ſiue longe abeſſet.
¶24 ni vos &c. q. d. terra non eſt veſtra, ſed mea: capietis fructum ex ea, ſed fund⁹ me⁹ eſt. nam peregrini & coloni mei eſtis.
¶25 i. venditori permittetis ius redimendi agros venditos ab eo. Hoc autē de agris ſolum intelligitur, non autem de domibus.
¶26 Id eſt, Iſraelita.
¶27 Vindicem, ſiue redemptorem vocat propinquum qui ius habebat redimēdi id qđ frater eius neceſſitate compulſus vēdiderat.
¶28 ſiue, redēptorem. i. fratrem cui ius ſit redimendi quæ frater vendiderit.
¶29 & [poſtea] apprehēdat man⁹ eius, & inueniat quantum ſatis ſit. i. & poſtea habeat pretium quo redimi poſſit ager vēditus.
¶30 Tunc numerabit annos venditionis ſuæ. i. à quo tempore vendidit agellum.
¶31 Heb. non inuenerit manus eius ſufficienti. i. reddendi ei. i. ſi nō habuerit ſufficientē pecuniam quam reddat emptori.
¶32 egredietur, reuertetúrque ad poſſeſſionem ſuam. i. in anno iubilei agellus venditus egredietur de poſſeſſione eius qui emit, & reuertetur venditor ad eum agellum quem prius poſſidebat.
¶33 vl, durabit, donec impleatur annus venditionis eius. anno vno erit redemptio eius. i. ſpatio vni⁹ anni redimi poterit.
¶34 ad depulſionem cedet. i. ſic eius erit, vt alium ex eius poſſeſſione depellat. Alij vertunt, omnino, ſiue abſolute.
¶35 nō exibit,
¶36 redemptio erit eis, in iubileo egredientur. Id eſt, domus quæ fuerint in villis ſiue pagis non cinctis muris, agrorum iure vendentur, redimique poterunt vt agri: & in iubileo egredientur de poſſeſſione emptoris, reuertentúrque ad venditorem.
¶37 egredietur. ſub. de manu emptoris.
¶38 Heb. Ager autē ſuburbij vrbiū eorum non vēdetur: quia poſſeſſio æterna eſt illis. i. Ager ille ſuburbij non poterit vēdi etiā à Leuitis quia poſſeſſuri ſunt ſuburbana perpetuò. Agrū ſuburbij vocat locū ſpatioſum extra vrbes, in quo Leuitæ pecora ſua conſeruabāt. Chaldæus paraph. vertit agrum ſpatioſum.
¶39 vl, apud te. i. ſi paupertate coactus fuerit petere opem à te. Alij interpretātur, ſi opes eius fuerint infirmæ. Apprehendere fratrem, pro iuuare facultatibus poſuit. Pro eo quod vertimus, Vt peregrinum & aduenam: verti etiam poteſt vt hic vertit nouus interpres, tam peregrinum quàm aduenam. q. d. non ſolū fratrem tuū Iſraelitā pauperem iuuabis, ſed etiam peregrinum & aduenam qui ad paupertatem deuenerit.
¶40 vſuram & fœnus,
¶41 Repetitio eſt.
¶42 ad fœnus:
¶43 .i. vt coleretis me.
¶44 vendideris ſe tibi, non facies eum famulari famulatu ſeruili. i. non abutēris eo tanquam ſeruo, non habebis illum pro ſeruo: verùm tractabis illum tanquam mercenarium & colonum: vteriſque eo tanquam mercenario & colono.

quemadmodum ſeruos ſolemus.] Sed ſit tibi quẽadmodum mercenarius & inquilinus, ſeruiétque tibi vſque ad annum iubilei. Tum [45] egredietur à te, ' ipſe & filij eius cum eo. reuertetúrque ad familiam ſuam, & ad poſſeſſionem patrum ſuorũ reuertetur. Nam ſerui mei ſunt, quos eduxi è terra Ægypti, [46] ideóque non vendentur quemadmodum ſerui.' Ne domineris ei in ſæuitia, ſed time Deum tuũ. ¶ Seruus tuus & ancilla tua, quos tu habebis, è gentibus ſerunt,] quæ ſunt circum vos, ab illis inquam emas ſeruos & ancillas. Sed & de filiis inquilinorum qui commorãtur apud vos, ab illis inquam [47] comparare poteritis: ' denique à familia eorum qui vobiſcũ ſunt quos genuerunt in terra veſtra, hi erunt [48] quos vos poſſideatis. [49] Hos veluti hæreditario iure poſſidebitis etiam filiis veſtris poſt vos, vt poſſideant poſſeſſionem perpetuo, illis ad ſeruitium vtimini. [50] Fratribus verò veſtris filiis Iſrael, fratri inquã ſuo nullus imperitabit ſæuiter. ¶ 'Quòd ſi aduena aut inquilin⁹ apud te diteſcit, ' & frater tuus [51] iuxta eum ' ad inopiam redigitur, ita vt [52] vendatur aduenæ aut inquilino apud te, aut ſtirpi [53] quæ eſt de familia aduenæ. Poſtquam is fuerit venditus, [54] vendicatio ' ei erit, aliquis ex fratribus eius vẽdicare eum poterit: Siue is ſit patruus eius, ſiue filius patrui eius redimere eum poterit, aut [55] reliquiæ carnis eius, ' qui ſcilicet ſit de familia eius, redimere eum poterit: [56] aut ſi ipſe tãtum adquiſierit, redimatur.' Subducat rationem cum emptore ſuo, ab anno quo venditus illi fuit, vſque ad annum iubilei, æſtimabitúrque pecunia venditionis eius [57] pro ratione ' annorum, [58] ſecũdum dies mercenarij agetur cum eo.' Si adhuc multi reſtiterint anni, ſecundum illos [59] reſtituat redẽptionem ſui de pecunia ſcilicet qua emptus eſt.' Et ſi pauci anni reſtiterint ad annum iubileum, [60] ſubducat ſibi, iuxta annos ſuos reſtituat redẽptionem ſuam. [61] Agetur cum eo quẽadmodum cum mercenario per ſingulos annos, nec dominetur ei ſæuiter ' te vidente. Quòd ſi [62] ad hũc modum ' redemptus non fuerit, anno iubilei exeat, & ipſe, & filij eius cum eo. Filij enim Iſrael mei ſunt ſerui, mei inquam ſunt ſerui, quos eduxi è terra Ægypti: [63] ego Dominus Deus veſter.

CAP. XXVI.

NE feceritis vobis idola, nec ſculptum ſimulacrum, neque [1] ſtatuã ' erigatis vobis, ſed nec [2] lapidem figuratum ' ponatis in terra veſtra, [3] vt adoretis ad eum,' quia ego Domin⁹ Deus veſter. ¶ Sabbata mea cuſtodietis, & [4] ſanctuarium meum reuerebimini: ' ego Dominus. Si in [5] ſtatutis ' meis inceſſeritis, & præcepta mea cuſtodieritis, feceritiſque ea, Tunc dabo pluuias veſtras ſuo tempore, & terra dabit annonam ſuam, & arbor agri dabit fructum ſuum. Et apprehendet [6] apud vos ' triture vindemiam, & vindemia apprehendet ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſatietate, habitabitiſque tuti in terra veſtra. Et dabo pacem in terra: dormietis, & nemo terrebit. efficiam vt ceſſet nocens beſtia in terra: nec gladius [7] graſſabitur per terram veſtram.' Vos perſequemini hoſtes

famulorum: Sed quaſi mercenarius & colonus erit, vſque ad annum iubileum operabitur apud te. Et poſtea egredietur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem & ad poſſeſſionem patrũ ſuorum. Mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de Terra-Ægypti: non veneant conditione ſeruorum. Ne affligas eum per potentiam, ſed metuito Deum tuũ. ¶ Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt. Et de aduenis qui peregrinãtur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos. Et hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum: fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potẽtiam. ¶ Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe eius: Poſt venditionem poteſt redimi: qui voluerit ex fratrib⁹ ſuis, redimet eũ, Et patruus, & patruelis, & conſanguineus, & affinis: ſin autem & ipſe potuerit, redimet ſe, Supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis ſuæ vſque in annum iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationẽ mercenarij ſupputata. Si plures fuerint anni qui remanent vſque ad iubileum, ſecundum hos reddet & pretium. Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerũ, & reddet emptori quod reliquum eſt annorum, quibus antè ſeruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conſpectu tuo. Quòd ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis. Mei enim ſũt ſerui, filij Iſrael, quos eduxi de Terra-Ægypti: ego Dominus Deus veſter.

CAP. XXVI.

NOn facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in Terra veſtra, vt adoretis eũ: ego enim ſum Dominus Deus veſter. ¶ Cuſtodite ſabbatha mea, & pauete ad ſanctuarium meũ: ego Domin⁹. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, Dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis, & terra gignet germẽ ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & nõ erit qui exterreat. auferam malas beſtias: & gladius non trãſibit terminos veſtros. Perſequemini ini-

Seruus. Ancilla.

Serui Dei, Iſraelitæ.

Sculptilia prohibet Deus. exod. 20. a. deu 5. a. pſal. 96. b.

Benedictio ſeruantibus præcepta. Deut. 28. a.

Iob 11. d.

¶45 donat⁹ ſcilicet libertate à te, & ſui iuris. ¶46 .i. propterea nõ poterũt vendi in ſeruos perpetuos. ¶47 ſub. ſeruos & ancillas. ¶48 In poſſeſſionem veſtrã. ¶49 Et dimittetis eos in poſſeſſionem filijs veſtris poſt vos, vt eos poſſideant: in æternũ ſeruire eos ſibi facient. Vel, vtetur eis ſeruis in æternum. ¶50 .i. Ne ſitis duri & acerbi erga fratres veſtros Iſraelitas. ¶51 Hebr. Quòd ſi aſſequatur manus peregrini & aduenæ qui verſatur apud te .i. ſi ad opes peruenerit, & diues effectus fuerit peregrinus qui in vrbe tua morat̃. ¶52 qui apud illum manet. ¶53 vendat ſeſe ei peregrino aut aduenæ qui apud te habitat, aut radici .i. viro primario familiæ aduenæ. Alij vertunt, aut aduenæ cõuerſo ad Iudaiſmum, cuius radix erat ex familia aduenæ, aut homini cuius maiores erant aduenæ. ¶54 redemptio .i. redimi poterit ab eo. ¶55 .i. aliquis de ſtirpe eius. Alij vertunt, aut de cognatione carnis eius. ¶56 Heb. aut aſſequetur manus eius, & redimet ſeſe. Aſſequetur, ſub. opes .i. rurſum diteſcet. ¶57 iuxta numerum ¶58 .i. ſeruiet ea lege qua mercenarij. ¶59 dabit pro redemptione ſua de pecunia venditionis ſuæ. In redemptione Iſraelitarum qui ſe alienigenis vendiderant, habebatur ratio operæ, quæ in ipſa redemptione æſtimabatur quãti æſtimari ex æquo & bono debebat. Pretium autẽ & merces operarũ deducebatur de pretio redẽptionis: & quod æſtimata opera emptitij Iſraelitæ reliquũ erat, perſoluebatur ab eo emptori. ¶60 tũc ſubducet rationẽ cũ eo, [ſcilicet] iuxta annorũ numerũ reddat [pecuniã] pro redẽptione ſua. Iuxta annorũ numerũ, quibus ſcilicet ſeruiturus eſt. ¶61 Heb. Sicut mercenarius anni in annũ erit cum eo: non dominabitur illi duriter &c. Mercenarium anni in annum, vocat mercenariũ annuũ. ¶62 per illa. ſub. quæ dicta ſunt. vſ, in illis. ſub. annis. ¶63 qui ſcilicet hæc iubeo. XXVI. ¶1 vſ, colũnã, ſuper quã collocetur ſculptile. Aut lapidẽ ſuper quo fiãt ſacrificia: vt in Deuteronomio capite XIIII habetur. ¶2 vſ, lapidẽ imaginis .i. imaginẽ lapideã. Vel, lapidẽ picturæ .i. pictũ. Chaldæus paraph. vertit, lapidẽ adorationis .i. ſuper quo adoretis. ¶3 vſ, vt incuruetis vos ante illũ. ¶4 .i. cũ ſumma reuerentia verſemini in ſanctuario meo. ſumma reuerentia perſequimini locũ illũ in quo habito, non tẽplum idolorũ. Refertur ad ſacerdotes: aut ſanctuarium pro atrio ponitur. ¶5 vſ, legibus .i. Si leges meas obſeruaueritis. ¶6 vſ, vobis .i. trituræ tempus durabit vſque ad tẽpus vindemiæ: & vindemiæ tempus durabit vſque ad tempus trituræ. Hoc eſt, maximam hubertatem agrorum & vitium conſequemini: & hoc in gratiam veſtri. ¶7 Heb. tranſibit per regionem veſtram .i. nullo bello opprimemini.

B micos veſtros, & corruent coram vobis. Perſequētur quinque de veſtris centum alienos, & cētum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterū, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & nō

I. Cor. 6. d. abijciet vos anima mea. ‖Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vôſque eritis populus meus. Ego Dominꝰ Deus veſter, qui eduxi vos de Terra-Ægyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti.

Maledictio nō ſeruātibꝰ præcepta. C deut. 28. b. threm. 2. f. malach. 2. a.

¶Quòd ſi nō audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, 'Sed' ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: Ego quoque hæc faciam vobis, Viſitabo vos *velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras: fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos: fugietis nemine perſequente. Sinautem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplū propter peccata veſtra. Et cōteram ſuperbiam duritiæ veſtræ: dabóque vobis cælum deſuper ſicut ferrū, & terram æneam. Cōſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addā plagas veſtras

¶* ſi

¶* quoque

D vſque in ſeptuplū propter peccata veſtra: emittámque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatē cūcta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: Ego quoque contra vos aduerſus incedā, & percutiā vos ſepties propter peccata veſtra. Inducámque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. cúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium: Poſtquam cōfregero baculum panis veſtri, ita vt decē mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pōdus: & comedetis, & non ſaturabimini. Sinautem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra

E me: Et ego incedam aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptē plagis propter peccata veſtra, Ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum. Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra *confringam: cadetis inter

¶* veſtra

veſtros, qui cadent ante vos gladio: Quinque ex vobis perſequentur centum, & centum ex vobis perſequentur decem millia: & cadent hoſtes veſtri ante vos gladio. Ego enim reſpiciam ad vos, & faciam vos creſcere, [8]augebôque vos, & firmiter ſeruabo fœdus meum vobiſcum.' Comedetis [9]vetus inueteratum,' & vetus propter nouū [10]eſſeretis.' Et ego [11]ponam tabernaculum meū in medio veſtri. & animus meus vos non [12]faſtidiet.' Ego [13]ambulabo inter vos,' & [14]ero Deus veſter,' vôſque eritis populus meus. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, ne eſſetis illorum ſerui, & [15]lora iugi veſtri confregi,' & [16]effeci vt erecti īcederetis. ¶Quòd ſi nō audieritis me, neque feceritis omnia præcepta iſta: Et ſi auerſati fueritis ſtatuta mea, & iudicia mea animꝰ veſter faſtidierit, vt non faciatis cuncta præcepta mea, quin potius fœdus meum irritum faciatis. Ego quoque hoc faciam vobis, [17]viſitabo vos terrore, tumore, & febri ardente, quæ oculos conſumant, & animum contabeſcere faciant: 'ſemē veſtrum fruſtra ſeminabitis, quia hoſtes veſtri ipſum comedēt. [18]Ponā præterea faciem meam aduerſum vos, [19]vt corruatis' coram hoſtibꝰ veſtris, dominabuntúrque vobis hi qui vos oderūt, quin fugietis quādo nemo vos perſequetur. Et ſi [20]nec inter illa' mihi obtemperaueritis, [21]addam vobis ſeptuplo plus caſtigationis' propter peccata veſtra. Et frangam [22]ſuperbiam roboris veſtri,' faciámque [23]cælum veſtrum veluti ferrum, & terrā veſtram veluti æs.' Et cōſumetur robur veſtrum fruſtra, nam terra veſtra non dabit annonā ſuā, & arbores terræ non dabunt fructum ſuum. [24]Et ſi contumaciter aduerſum me perrexeritis,' neque me audire volueritis, [25]ſeptuplo augebo vobis pœnam iuxta peccata veſtra.' Immittámq; in vos [26]beſtiam agri,' quæ vos orbos reddet, [27]& excindet iumenta veſtra, & imminuet vos, deuaſtabuntúrq; viæ veſtræ.' Et ſi nec illis [28]caſtigari potueritis,' quin potius [29]aduerſum me contumaciter perrexeritis,' Incedam & ego [30]cōtra vos contumaciter,' & [31]percutiam vos adhuc ſeptuplo' propter peccata veſtra. Et inducā ſuper vos [32]gladiū, qui vlciſcatur vltionem fœderis.' & quum collecti fueritis intra ciuitates veſtras, mittam peſtilentiam inter vos, trademinique in manꝰ inimici. Et [33]cū confregero vobis baculum panis, [34]pinſent decem mulieres panem veſtrum in furno vno,' reddéntque panem veſtrum in pondere: comedetis. & non ſaturabimini. Et ſi nec in hoc me audieritis, [35]ſed contumaciter aduerſum me perrexeritis, Incedam & ego aduerſum vos contumaciter in furore meo.' & caſtigabo vos [36]ſeptuplo plus' propter peccata veſtra. Comedetiſque carnem filiorum veſtrorum, & carnem filiarum veſtrarū deuorabitis. Ego vaſtabo excelſa veſtra, & excindā [37]ſolaria' [idola] veſtra: ponámq; cadauera

¶8.i. multiplicabo vos ſicut ſtellas cæli, ſecundum quod pollicitus ſum. ¶9 Intelligitur de fructibꝰ, qui in longum tēpus cōſeruantur, & adhuc bonū habēt ſaporē. ¶10 vl, educetis .i. educetis vetera ex horreis, vt inducantur noua in ea. ¶11.i. ſemper fauebo vobis, ſēper adero vobis, ſemper ero vobis præſens. ¶12 vl, execrabitur .i. non erit mihi moleſtū habitare apud vos. ¶13 q.d. Si vertatis ſolum, ego quoque vertam, vt ſim vobiſcum. ¶14 q.d. à me oīa bona expectate. ¶15.i. aſſerui vos ex ſeruitute ī libertatē. Metaphora à iumentis ferentibus iuga. ¶16.i. feci vt ambularetis erecti. Qui triſtes ſūt, vultum demittunt: contrà hilares caput attollunt. ¶17 vl, Inducā ſuper vos turbationem cum tabe & febri ardente, cōſumētibus oculos & torquētibus animam veſtrā. .i. Reddam vos obnoxios perturbationi & tabi, ſeu phthiſi: immittam in vos varios morbos. ¶18 vl, Ponam iram meam in vos. i. Grauiſſime iraſcar in vos. Ira maxime indicatur vultu: vnde vultum pro ira vſurpant Hebræi. ¶19 Heb. & percutiemini &c. i. magnam cladem accipietis ab inimicis veſtris. ¶20 nec vſq; ad hæc. Vel, per hæc. i. his plagis admoniti. ¶21 Heb. addam corripere vos vſque ad ſeptuplum. i. grauiſſimis pœnis afficiam vos. ¶22.i. vires veſtras quibus gloriamini. ¶23.i. aer ipſe non vertetur poſthac in pluui. i: vnde terra veſtra non dabit fructum ſolitum. ¶24 Quòd ſi ambulaueritis mecum cum caſu. Hebraiſmus eſt, pro, Si dixeritis, quæ à me vobis dantur, caſu ſiue fortuna accidere, non à me. Si caſui attribueritis quæ mihi attribuenda ſunt. ¶25 addam ſuper vos plagam vſque ad ſeptuplum [vel, ſeptem vicibus] iuxta peccata veſtra. i. multiplicabo plagas veſtras, ſeptuplóque grauiores pœnas immittam in vos. ¶26.i. feras truculentas. ¶27 & tollet de medio iumenta veſtra. & pauciores reddet vos: deſolabuntúrque viæ veſtræ. i. deuorabunt filios veſtros, & iumenta veſtra, plurimóſque veſtrum deuorabunt, & vias publicas metu ferarum inſiſtere & terere non audebitis. ¶28 recipietis doctrinam. vl, reſipueritis, ¶29 ambulaueritis mecum in caſu. i. Si attribueritis caſui ſiue fortunæ quod mihi tribuendum eſt. ¶30 vobiſcum in caſu. i. Non curabo vos vltra: ita vobiſcū agam, vt videantur omnes res veſtræ caſu accidere. Si ſentiatis me mortalia non curare, ego profecto res veſtras nō curabo. ¶31.i. ſeptuplo grauius puniam vos. ¶32.i. hoſtes qui vlciſcentur fœdus meum quod fregeritis. ¶33.i. cum laborabitis extrema penuria annonæ. Vbi panis auxilio vos defraudauero, quo tanquam ſcipione innitimini. ¶34 q.d. tāta erit penuria vt decē familijs ſufficiat clibanus vnus, idémque exiguus. ¶35 ſed ambulaueritis mecum in caſu, Tunc ambulabo vobiſcum in ira caſus. Hoc eſt, Si tribueritis adhuc fortunæ quod mihi erat tribuēdum: puniam ego vos ira grauiſſima, quæ non videbitur proficiſci à me, ſed à caſu quem colitis. ¶36 vl, ſeptē modis. i. multis modis. ¶37 Vox Hebræa ſignificat ædes conſtructas in honorem ſolis, aut ad cultum idolorum.

¶ 38 odorē quietis veſtræ. i. nō olfaciam odorē illū fragrantiſſimū qui eſt ex ſacrificijs veſtris: nō placabor odorib^ incenſis à vobis. ¶ 39 adimplebit terra ſabbatha ſua. Hoc eſt, Tunc terra veſtra fruet̃ quiete ſua toto illo tēpore quo erit deſolata, vobis habitãtibus in terra inimicorū veſtrorum. ¶ 40 mollitiem in corda eorū. i. reddam eos effœminatos & molles.

¶ 41 impulſi, & fugient fugam gladij. i. ſtrepitus frondis agitatæ vento, coget eos terga dare perinde ac ſi hoſtes perſequerētur illos. ¶ 41. i. in regione inimicorum veſtrorum peribitis. ¶ 43 ꝓpter iniquitates ſuas, in terra hoſtium veſtrorū, & etiam ꝓpter iniquitates patrū ſuorū vnà cū illis liquefiēt. vl, tabeſcēt. ¶ 44 & etiā quòd ambulauerūt mecum in caſu. i. quòd tribuerūt fortunę ea quæ mihi tribuēda erāt. ¶ 45 Heb. Etiā ego ambulabo vobiſcum

veſtra ſuper cadauera idolorum veſtrorum, & auerſabitur vos anima mea. Redigam quoque vrbes veſtras in ſolitudinem, & deuaſtabo ſacella veſtra, nec odorabo[38] odorem veſtrum ſuaueolētem. Redigam & terram in ſolitudinē, ita vt hoſtes veſtri, qui eam incolent, ſuper hac obſtupeſcant. Vos autem diſijciam in Gētes, diſtringámque poſt vos gladium, & erit terra veſtra vaſtata, & vrbes veſtræ deſertæ. Tum tandem[39] fruetur terra ſabbatis ſuis' cunctis diebus deſolationis ſuæ, quam vos eritis in terra hoſtium veſtrorū, tum inquam terra quieſcet, & ſabbatis ſuis pro voto fruetur. Cūctis diebus deſolationis quieſcet, eo quòd non quieuit in ſabbatis veſtris, quū habitaretis in ea. Porrò qui ex vobis ſuperſtites fuerint, iis indam[40] animi conſternationem' in terra hoſtium ſuorum: perſequetúrque eos ſtrepitus folij[41] quod mouetur, & cū declinarint fuga gladium, corruent nemine perſequente. Impingēt quiſque in fratrem ſuum, acsi gladius adeſſet, quum tamen nemo perſequetur, nec conſiſtere poteritis coram hoſtibus veſtris. Et peribitis inter Gentes, [42] deuorabitque vos terra hoſtium veſtrorum. ¶ Et ſiqui ex vobis reſidui fuerint, cōtabeſcent [43] in iniquitate ſua in terra hoſtium veſtrorum, atque in iniquitatibus patrum ſuorum cum eis cōtabeſcent.' Tum cōfitebuntur iniquitatem ſuam, & iniquitatem patrum ſuorum, in præuaricatione ſua qua in me ſunt præuaricati, [44] quódque contumaciter aduerſum me perrexerunt. [45] Hinc & ego incedam cum eis aduerſus.' & inferam eos in terram hoſtium ſuorum, [46] vt vel tum cor illorum incircuncisum ſe ſubmittat, & tum expiabunt iniquitatem ſuam.' Et recordabor fœderis mei cum Iacob, & etiam fœderis mei cum Iſaac, & fœderis mei cum Abraham memor ero, etiam[47] terræ' memor ero. Et terra deſerta ab eis, [48] ſabbatis ſuis fruetur, quum ſcilicet ipſis deſtituetur, tum expiabunt iniquitatē ſuā,' quòd iudicia mea ſpreuerint, & ſtatuta mea[49] faſtidierit anima illorum. [50] Sed & hoc, [51] quum fuerint in terra hoſtiū ſuorum non auerſabor eos, neque eos faſtidiā, vt penitus conſumere eos, aut fœdus meum cum eis irritum facere velim: ego enim' ſum Dominus Deus eorū. Ego recordabor propter eos[52] priſtini fœderis, quum educerē' eos è terra Ægypti ſpectantibus Gentibus, vt eſſem [53] illorum Deus:' ego Domin^. Hęc ſunt ſtatuta, & iudicia, & leges, quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Sinai tradente Moſe.

CAP. XXVII.

Et loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos. [1] Homo qui eximium aliquod votum nūcuparit, animas ſcilicet Domino,' [2] iuxta æſtimationem tuam [ſūt.] Erit autē hæc æſtimatio tua, maris' à viceſimo āno vſq; ad ſexageſimū, æſtimatio tua ſit quinquaginta ſicli argēti, [3] iuxta ſiclū ſanctuarij.' Si verò fœmina fuerit, ſit æſtimatio tua triginta ſicli.

ruinas idolorum veſtrorū, & abominabitur vos anima mea. Intantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorem ſuauiſſimū. Diſperdámque terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cum habitatores illius fuerint. Vos autē diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. Tunc placebunt Terræ ſabbatha ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ: quando fueritis in terra hoſtili, ſabbathizabit. Et requieſcet in ſabbathis ſolitudinis ſuæ: eo quòd non requieuerit in ſabbathis veſtris quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtiū, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium: cadent nullo perſequente. Et corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes, nemo veſtrū inimicis audebit reſiſtere. Peribitis inter Gentes, & hoſtilis vos terra cōſumet. ¶ Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum ſuorum & ſua affligentur: donec confiteantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuorum recordentur,' quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mens eorū: tunc orabūt pro impietatibus ſuis. Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham: terræ quoq; memor ero. Quæ cū relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbathis ſuis, patiens ſolitudinem propter illos: ipſi verò rogabunt pro peccatis ſuis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas deſpexerint. Attamen etiam cum eſſet in terra hoſtili, non penitus abieci eos, neque ſic deſpexi vt conſumerentur, & irritum facerē pactum meum cum eis: ego enim ſum Dominus Deus eorum. Et recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de Terra Ægypti in cōſpectu Gentiū, vt eſſem Deus eorū. ego Dominus Deus.' Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in mōte Sinai per manū Moyſi. CAP. XXVII.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo' animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium. Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij: Si mulier, triginta.

Cōfeſſio peccati, & ꝓ eodem oratio.

Promiſſionis ſuæ memor Deus, parcit populo confitēti peccatū.

De votis votis, & redemptione eorū. ¶ Domino

ex aduerſo. Doctiores inter Hebræos vertūt, Etiā [quòd] ego ambulauerim cū eis cum caſu. Et ſubandiūt verbum, cōfitebuntur. i. confitebuntur etiam vnà cū illis quòd ego dimiſerim illos propter peccata ſua, quum permittā ita omnia fieri, vt fortuito videatur geri. ¶ 46 aut tunc humiliabitur cor eorū incircunciſum, & tūc æquo animo ferēt pœnas quas dabūt ꝓpter iniquitates ſuas. Ad verbū Hebraice legitur poſtrema pars, & tūc amabūt iniquitatē ſuā. i. nō grauiter ferēt pœnā quā pro iniquitate ferent. Sunt qui pro amabūt, legāt, exoluēt pœnas ꝓpter iniquitatē ſuā. Alij, tunc rogabunt pro iniquitate ſua. Incircūciſum cor, pro improbo ponit. ¶ 47 vl, regionis ¶ 48 perficiet ſabbatha ſua cum erit deſolata ꝓpter ipſos: ipſi verò exoluent pœnas propter iniquitatem ſuam. Vel, vt paulo antè vertimus, æquo animo ferent pœnas ſibi à Deo immiſſas. Alij vertunt vt vertit vetus interpres, rogabunt pro peccatis ſuis. ¶ 49 abominata fuerit anima eorū. i. ꝓpterea quòd animus eorū abhorruerit à legibus meis. ¶ 50 vl, Et etiam iſtud. Subaudi, accidet. Hoc quoq; cōtinget, ¶ 51 quū eſſent in terra hoſtiū ſuorū, nō ſpreui eos, neq; abominatus ſum eos vt illos cōſumerē, irritum faciēdo pactū meum cum eis. ego enim &c. Pro, conſumerē: verti poteſt, internecioni darē. ¶ 52 pacti maiorū, qui eduxi &c. i. pacti quod inii cū maioribus ipſorū. ¶ 53 illis in Deum. i. vt haberēt me pro Deo.

XXVII. ¶ 1 Heb. Vir quū ſeparauerit votū, iuxta æſtimationē tuā, animarū Domino. i. Quū quis nūcupauerit votū aliquod Deo, iuxta æſtimationē tuā ò ſacerdos, (alloquitur enim ſacerdotes) æſtimabit votū animarū quod factū eſt Domino. Votum animarū vocat, votum quo quis animā, hoc eſt perſonam aliquam Domino vouerit. ¶ 2 vl, Si fuerit maſculus, iſtud pretiū conſtitues. i. Erit autem pretium quod tu cōſtitues ò ſacerdos conſtitues vt omnes maſculi, à viceſimo anno vſque ad ſexageſimū qui fecerint votum, dent quinquaginta &c. ¶ 3. i. ad rationem ſicli ſancti. Siclus ſanctuarij valebat viginti obolos: prophanus verò decem tantum.

A quinto autem anno vſque ad viceſimũ, maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina decem. Ab vno menſe vſque ad annum quintũ, pro maſculo dabuntur quinque ſicli: pro fœmina tres. Sexagenarius & vltrà maſcul⁹ dabit quindecim ſiclos: fœmina decem. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit. Animal autem quod immolari poteſt Domino, ſiquis vouerit*, ſanctum erit. Et mutari non poterit, id eſt nec melius malo, nec peius bono. quòd ſi mutauerit: & ipſum quod mutatũ eſt, & illud pro quo mutatũ eſt, cõſecratũ erit Domino. Animal* imundũ quod immolari Domino nõ poteſt, ſiquis vouerit, adducetur ante ſacerdotẽ: qui dijudicãs verũ bonum an malũ ſit, ſtatuet pretium. Quòd ſi dare voluerit is qui offert, addet ſuper æſtimationẽ quintã partẽ. ¶ Homo ſi vouerit domũ ſuã, & ſãctificauerit Domino, cõſyderabit eã ſacerdos vtrũ bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit cõſtitutum, venundabitur. Sinautem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partẽ æſtimationis ſupra, & habebit domum. ¶ Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. ſi triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. ſinautẽ poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui ſunt numerum vſque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſtimatę pecunię, & poſſidebit* eam. Sinautem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit: quia cum iubilei venerit dies, ſanctificat⁹ erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotũ. ¶ Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione maiorũ, ſanctificat⁹ fuerit Domino: Supputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eũ, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita quæ ad *Deum* pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere, ſiue bos ſiue ouis fuerit: Domini ſunt. Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationem

¶* Domino

B

¶* autem

C

¶* eum. ſcilicet agrum.

Siclus.

Exo. 30. b. nu me. 3. g. ezec. 45. d.

D

¶* Dominũ

⁴Et ſi fuerit quinque annorum vſque ad viginti annos, ²erit æſtimatio tua, maris viginti ſicli, fœminæ decem ſicli. Ab eo verò qui eſt vnius menſis, vſq; ad annos quinq;, erit æſtimatio tua pro mare quinque ſicli argẽtei, pro fœmina æſtimatio tua tres ſicli argentei. Porrò qui eſt ſexaginta annorum & ſupra, fueritque mas, erit æſtimatio tua quindecim ſicli, pro fœmina verò decem ſicli. ⁵Quòd ſi tenuior fuerit tua æſtimatione, collocabit ſe coram ſacerdote, & ſacerdos æſtimabit eum iuxta facultatem vouentis, ſic æſtimabit eũ ſacerdos. ⁶Si verò pecus fuerit de quo afferũt Domino munus, quicũq; dederit ex eo Domino, ſanctũ ſit. Nec ipſum immutet, nec cõmutet, nec bonũ malo, nec malũ bono: quòd ſi omnino animal animali cõmutauerit, erit tã illud, quàm quod cõmutatũ eſt eo, ſacrũ. ⁷Omne verò pecus immundũ, de quo Domino ſacrificiũ nõ affertur, collocet huiuſmodi pecus corã ſacerdote, quod ſacerdos æſtimet, ſiue bonũ ſit ſiue malũ: iuxta ęſtimationẽ ſacerdotis, ſic erit. Quòd ſi omnino redimere velit ipſum, adijciat quintã eius partẽ ad æſtimationem. ¶ ⁸Si verò quiſpiam domũ ſuam cõſecrauerit, vt conſecratum ſit Domino, ⁹hanc æſtimabit ſacerdos ſiue bona ſit, ſiue mala: & vt eam ſacerdos æſtimauerit, ⁹ita ſit ratũ. Si verò is qui conſecrauit domum, voluerit redimere eam, addat quintam partem¹⁰ pecuniæ ad æſtimationẽ, ¹¹& erit eius. ¶ Siquis agrũ poſſeſſionis ſuæ conſecrauerit Domino, ¹²ęſtimabitur ille iuxta ſemẽtem eius: ¹³ſementis homer ordei quinquaginta ſiclis argẽteis. Si ab anno iubileo cõſecrauit agrum ſuum, ¹⁴ſecundum æſtimationem ratũ erit. Si verò poſt iubileum conſecrauerit agrum ſuum, ſupputabit ¹⁵ei ſacerdos pecuniam, iuxta numerum annorum, qui adhuc reſtant vſque ad annum iubilei, & ſubtrahetur ab ipſa æſtimatione. Quòd ſi is qui conſecrauit agrum, ipſum omnino redemerit, ſuperaddat æſtimato pretio quintam partem, & ¹⁶confirmabitur ei. Et ſi non redemerit agrum, ſed vendiderit eum alteri, non poterit eum amplius redimere. ¹⁷Sed erit ager ille, in anno iubileo quum exierit liber, conſecratus Domino, ſicut ager qui omnino deuotus eſt, erit que poſſeſſio eius ſacerdotis. ¶ Et ſiquis agrũ à ſe emptũ, & qui nõ eſt ex agris poſſeſſionis ſuæ, cõſecrauerit Domio: ¹⁸Supputabit ei ſacerdos ſũptũ æſtimationis vſq; ad annũ iubileũ, dabitque illi æſtimationẽ in die illo, conſecrata eſt Domino. In anno verò iubileo reuertetur ager ad eũ à quo iſte eũ emit, ad eũ inquam cuius eſt terræ proprietas. ¹⁹Omnis verò taxatio fiat iuxta ſiclũ ſanctuarij: *habet autẽ ſiclus viginti ¹⁰gera. ²¹At primogenitũ, quod ex pecorib⁹ iure primogenitorũ dicatũ eſt Domino, *nõ poteſt quiſpiã illud cõſecrare, ſiue bos ſit, ſiue pecus: Domini eſt. Si verò ²²fuerit ex animali imũdo, redimet ²³iuxta æſtimationẽ

¶4. i. Si mas à ſecutus fuerit quinq; annos, & viginti non exceſſerit. &c. ¶5 Quòd ſi egẽtior fuerit quã vt æſtimationẽ tuam perſoluere poſſit, tunc ſtatuet eum corã ſacerdote, & æſtimabit illũ ſacerdos: ſecundum quod apprehendit manus vouentis, æſtimabit eum ſacerdos. Perſonæ ſæpe mutantur ab Hebræis, antecedẽſque pro relatiuo frequenter ponitur, vt hic vides: ſacerdotem alloquitur: & ſtatim conuertitur ad tertiam perſonam. Latinè dicẽdũ eſſet, Tũc ſtatuet eũ ô ſacerdos corã te, & ęſtimabis eũ pro facultatibus ipſius, ſecundũ quod perſoluere poterit. ¶6 Quòd ſi animal fuerit de cui* genere ſolent ſacrificare Domino: omne quod dabit de eo Domino, ſanctum erit. vel, ſacrabit. &c. ¶7 vel, Quòd ſi quamlibet beſtiam immundã vouerit, de qua non ſolẽt offerre Domino oblationẽ: tunc ſtatuet beſtiam coram ſacerdote, & æſtimabit eam ſacerdos, ſiue bona ſit, ſiue mala: [id eſt, qualis qualis ſit:] ſecũdũ æſtimationẽ tuã ô ſacerdos ſic erit. [i. perſoluet pretium quod cõſtitueris.] Quòd ſi redimere voluerit illam: addet quintã eius partem vltra pretium quod conſtituiſti. ¶8 Heb. Cum quis ſanctificauerit domũ ſuam ſanctitatem Domino. i. Cũ quis cõſecrauerit domũ ſuã Domino. ¶9 Heb. ſic erit. i. tanti vẽdetur. ¶10 pretij tui vltra illud. i. pretij à te conſtituti vltra illud pretium. ¶11 vel, & illam recipiet. ¶12 æſtimabis illũ ſecundum ſementem eius. i. iuxta fertilitatẽ eius agri, pones pretium eius: habebis rationẽ & bonitatis eius & quãtitatis. ¶13. i. quinquaginta ſiclis argenti æſtimabitur corus ſementis. Hoc eſt, pro ſingulis coris dabit quinquaginta ſiclos argẽteos. Gomer, ſiue Homer, idem eſt quod corus. Habet autẽ corus decẽ mẽſuras ephi, quæ triginta faciũt ſata. ¶14 iuxta pretiũ tuũ ſtabit. i. iuxta pretium à te conſtitutũ, reuertetur ager ille ad eũ qui conſecrauit. ¶15 cũ eo ¶16. i. recipiet agrum ſuũ. ¶17 Sed erit ager ille quũ egredietur in iubileo, ſictus Domino, vt ager anathematis: ſacerdos eũ poſſidebit. i. Cũ ager ille egredietur de poſſeſſione emẽtis in anno iubileo, erit ſacratus Domino ſicut ager Deo deuotus ex manubijs, aut pro redimenda culpa: ſacerdos poſſidebit eũ agrũ iure hæreditario. ¶18 Supputabit pro illo ſacerdos ſummã pretij à te cõſtituti vſq; ad annũ iubileũ, & dabit æſtimationẽ tuã die illa, ſacratũ Domino. Per appoſitionẽ dictum, ſacratum Domio pro, quod quidẽ pretiũ ſacrabitur Domino. Tertiã autẽ perſonã pro ſecũda poſuit, Tu ſacerdos ſupputabis. ¶19 Omnis autẽ ęſtimatio tua [ô ſacerdos] cõſtituetur ad rationẽ ſicli ſanctuarij: ¶20 vox Hebræa quã omnes fere obolũ interpretãtur. ¶21 Verũtamẽ primogenita quæ iure primogenituræ pertinẽt ad Dominũ in genere iumẽtorũ, q. d. Nemo poteſt votum nuncupare Deo ex primogenitis, q ipſius ſint. ¶22 ſub. votum. ¶23 vel, iuxta pretiũ à te conſtitutũ: ſed addet quintã partem eius vltra illud. quòd ſi non redimetur, vendetur iuxta pretiũ à te impoſitum.

¶14 Vox Hebræa HAREM, pro qua [anáthema] vertût omnes, locum habebat quû ex pacto internecionis hostium, aut ex conditione euersionis alicuius vrbis, homines, aut spolia deuouebantur Deo. Num.21. Iudic. 21. Ios.6. Deut. 13. HAREM deducit ab HARAM. i. occidit, euertit, destruxit.

tuã, & addat super illud quintã eius partẽ: & si nõ redemptum fuerit, vendatur iuxta æstimationẽ tuam. ¶Veruntamẽ nullũ [14] hæerem (quod quispiam Domino deuouerit ex omnibus quæ habet ab homine ad iumentum vsque, & ad agrum possessionis suæ) vendi potest, nec etiam redimi: nã omne hærem sacrosanctum est Domino. Nullũ hærem quod deuotũ est ab homine, redimetur, sed omnino interficiatur. Omnis decima terræ, quæ fit de semine terræ, aut de fructu arborũ, Domini est, & consecrata Domino. Quòd si quispiã omnino redimere aliquid voluerit ex decimis suis, superaddat illis quintã eorũ [15] partem. Et omnis decima armenti & gregis, & omnium quæ sub [16] virga transeunt, decimum quodque consecratum erit Domino. [17] Ne disquirat inter bonũ & malum, nec commutet ipsum: quòd si omnino commutauerit ipsum, erit tam hoc quàm illud quo cõmutatũ est, cõsecratũ Domino, nec redimi poterit. Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Mosi [18] ad filios Israel in monte Sinai.

suam, & addet quintam partem pretij. si redimere noluerit, vendetur alteri quantuncunque fuerit antè æstimatũ. ¶Omne quod Domino cõsecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit. quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio quæ offertur ab homine, nõ redimetur, sed morte morietur. Omnes decimæ terræ siue de pomis arborũ siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Siquis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum. Omnium decimarũ bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. siquis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

¶ earum.

Anathema neque vẽdi, neq; redimi potest. Iosue.6. c.d.

¶ de frugibus, siue de pomis arborum.

Hoc enim votum fere concipiebatur ab Israelitis sub internecionis vel euersionis conditione. vt, Si Ammonitas deuicero, eum qui mihi primus occurrerit, tibi offeram in holocaustum. Lege Iosue 6. ¶15 Addendũ ex Hebræo, vltra eam. i. vltra partem illius decimæ. ¶16 Sub pastoris. i. quæ reguntur & custodiuntur à pastoribus. ¶17. i. Nõ fiet discrimen inter pingue & macilentum: non seliget qui dabit decimam: sed quod sorte contigerit, dabit. ¶18 vel, pro filijs Israel. i. vt illa exponeret filijs Israel.

# Liber Numeri, Heb. Vaiedabber.

Quartum hunc librum Mosis Græci inscripserunt Ἀριθμοὺς, Latini Numeros, quòd in ipsa libri fronte Moses & Aaron ineant numerum populi Israelitici, idque tributim. Hebræi verò, vt superioribus tribus libris, ita huic quoq; à prima dictione imposuerunt nomen VAIEDABBER. i. Locutus est autem.

## CAP. I.

¶1 Locutus est Dominus. Litera Hebraica Vau, pro qua interpres vertit QVE coniunctionem: hoc loco non copulat, sed tantum vertit futurum in præteritum.

¶2. i. in deserto quod adiacet monti Sinai.

¶3 in tentorio fœderis. Vel potius, de tabernaculo conuẽtus. ¶4 Secũdus mensis Hebræorũ respondet nostro Aprili: & prim[us] Martio.

ET [1] loquutus est Dominus ad Mosen [2] in deserto Sinai, [3] in tentorio constitutionis, in prima [die] [4] mensis secundi, in anno secundò postquam egressi essent è terra Ægypti, in hanc sententiam, [5] Agite censum vniuersi cœtus filiorũ Israel [6] iuxta familias suas, iuxtàque domum patrum suorum [7] cum numero nominum, omnes mares [recensete] [8] iuxta capita sua. Tu & Aharon [9] agite delectum per exercitus suos, eorũ qui viginti sunt annorum, & supra, quicũque videlicet [10] apti sunt ad militiam in Israele: [11] erũntque vobiscum viri de singulis tribubus, quorum quisq; caput sit domus patrum suorum. Et hæc sunt nomina virorum qui stabunt vobiscũ. [12] De [tribu] Ruben, Elizur filius Sedeur. De Simeõ, Schelumiel fili[us] Zuri-schadai. De Iehuda, Nahason filius Amminadab. De Issas-har, Nathaneel filius Zuar. De Zebulon, Eliab filius Helon. De filijs Ioseph & Ephraim, Elisama fili[us] Ammihud. De Manasse, Gamaliel filius Pedazur. De Beniamin, Abidan fili[us] Gedeoni. De Dã, Ahieser fili[us] Ammischadai. De Aser, Pagiel fili[us] Achrã. De Gad, Eliasaph filius Dehuel. De Naphtali, Ahira fili[us] Enan. [13] Hi magni nominis erant in cœtu, primores tribuũ patrũ suorũ, capita [népe] tribuum millium i Israel.

## CAP. I.

LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secũdi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens, Tollite summam vniuersæ congregationis filiorũ Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorũ, quicquid sexus est masculini A vicesimo anno & suprà, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. erũntque vobiscum principes tribuũ ac domorum in cognationibus suis, Quorum ista sunt nomina, De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur. de tribu Simeon, Salamiel fili[us] Surisaddai. de tribu Iuda, Nahasson filius Aminadab. de tribu Issachar, Nathanael filius Suar. de tribu Zabulon, Eliab filius Helon. Filiorum autem Ioseph, de tribu Ephráim, Elisama filius Ammiud. de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassur. De tribu Beniamin, Abidã filius Gedeõnis. de tribu Dan, Ahiezer filius Ammi-saddái. de tribu Aser, Phegiel filius Ochran. de tribu Gad, Eliasaph filius Duel. de tribu Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel:

Exod. 30. b. Iubentur numerari ad pugnam apti.

¶ commasc. gen.

B

¶5 Capite summam. Vox Hebraica ROS, significat hic summam. i. breuem multorum numerorum complexionem. Chaldæus paraph. vertit numerum. ¶6 vel, per cognationes eorum, ¶7 iuxta numerum nominũ. Chaldæus paraph. addidit pronomen EHRVM: iuxta numerũ nominũ eorũ. ¶8. i. per singula capita: hoc est viritim. ¶9 numerate eos per turmas suas, ab ijs qui &c. ¶10 Heb. egredi possunt ad bellũ ¶11. i. iuxta numerũ tribuũ accipietis viros qui sint primores in domo paterna. ¶12 Subaudiendum [tribu]. q. d. De tribu Ruben, subaud [vobiscum erit] Elisur: id est, Elisur præerit tribui Ruben. In sequẽtibus similiter, ablatiuus [tribu] nõ legitur in codicibus Hebraicis. Notandum autem ex hoc loco, & alijs, Hebræos cognominis loco vti vocabulo FILIVS & patris nomine: Elisur filius Sedeur. Vel dicendum est, nomen patris cũ nomine FILIVS, vsurpatũ, vim habere nominis patronymici. quo genere loquendi vtuntur & Vvelli inter Britannos. ¶13 Hi sunt nobilissimi [vel, famosi] totius congregationis, principes tribuum patrum suorum: summi duces [vel, primates] sunt millium Israel. &c. i. duces sunt populi Israelitici qui constat multis millibus.

Quos tulerunt Moyſes & Aaron cum omni vulgi multitudine, & congregauerũt primo die menſis ſecundi, recẽſentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina ſingulorũ C à viceſimo anno & ſuprà, Sicut præceperat Dominus Moyſi, numeratiq; ſunt in deſerto Sinai. De Ruben primogenito Iſraelis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum, quadragintaſex millia quingenti. ¶De filijs Simeõ per generationes* & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti per nomina & capita ſingulorũ, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellũ, quinquagintanouẽ millia trecenti. ¶De filijs Gad per generationes* & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſuprà, omnes qui ad bella procederent, quadragintaquinque millia D ſexcenti quinquaginta. ¶De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, recenſiti ſunt ſeptuagintaquatuor millia ſexcenti. ¶De filijs Iſſachar per generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui ad bella procederẽt, recenſiti ſunt quinquagintaquatuor millia quadringẽti. ¶De filijs Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintaſeptem millia quadringenti. ¶De filijs Ioſeph, filiorũ Ephraim per generationes & familias ac E domos cognationũ ſuarũ recẽſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia quingẽti. ¶Porrò filiorũ Manaſſe per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, trigintaduo millia ducenti. ¶De filijs Ben-iamin per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaquinque millia quadringenti. ¶De filijs Dan per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omF nes qui poterant ad bella procedere, ſexagintaduo millia ſeptingenti. ¶De filijs Aſer per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia & mille quingenti. ¶De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria millia quadringẽti. Hi ſunt quos numerauerũt Moyſes & Aaron

*ſuas,

*ſuas,

[14]viris iſtis, qui nominibus ſuis diſerte expreſſi ſunt,' acceptis, Moſes & Aharon vniuerſum cœtum conuocari iuſſerunt. In primo[die] menſis ſecundi. Et profeſſi ſunt natales ſuos per familias ſuas. & per domos patrum ſuorum, [15]iuxta nomina' ab his qui nati erant viginti annos & ſupra, [16]iuxta capita ſua.' Quẽadmodũ præcepit Dominus Moſi, ſic recẽſuit eos in deſerto Sinai. Fuerunt itaque [17]filij' Ruben primogeniti Iſraelis, per generationes ſuas, & per familias ſuas, pérque domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, [18]iuxtáque capita ſua,' omnes mares ab eo qui viginti annos nat* erat & ſupra, [19]quicunque ad bellum apti erãt, [20]Cenſus inquã eorum qui de tribu erant Ruben, fuit' quadragintaſex millia & quingẽti. ¶De filijs Simeon per generationes ſuas. per familias ſuas, atq; per domos patrũ ſuorũ, [21]cẽſus eorum' iuxta numerum nominum. iuxtáque capita ſua, omnes mares ab eo qui viginti erat annorum & ſupra, quicunq; bello apti erant, [22]cenſus inquam eorũ qui erãt è tribu Simeonis, fuit quinquagintanouẽ millia, & trecenti. ¶De filijs Gad per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrũ ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunq; erãt ad militiam apti, [22]cenſus inquam eorum' qui erant de tribu Gad, fuit quadragintaquinq; millia, ſexcenti, & quinquaginta. ¶De filijs Iehuda per generationes ſuas, & per familias ſuas, atq; per domos patrum ſuorum, iuxta numerũ nominum, ab his qui viginti annos nati erãt & ſupra, omnes qui ad bellum apti erant, [22]cenſus inquam eorum,' qui erant de tribu Iehuda, fuit ſeptuagintaquatuor millia, & ſexcenti. ¶De filijs Iſaſchar per generationes ſuas, & per familias ſuas, atq; per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque ad bellum erant idonei, [22]cenſus inquam eorum' qui erãt è tribu Iſaſchar, fuit quinquagintaquatuor millia, & quadringenti. ¶De filijs Zebulon per generationes ſuas, per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunq; apti erant bello, [22]cẽſus inquam eorum' qui erãt è tribu Zebulon, fuit quinquagintaſeptem millia, & quadringenti. ¶De filijs Ioſeph, nempe de filijs Ephraim per generationes ſuas, & familias ſuas atque per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes qui bello apti erant, [22]cẽſus inquam eorum' qui erant è tribu Ephraim, fuit quadraginta millia, & quingenti. ¶De filijs Manaſſe per generatiões ſuas. & per familias ſuas, atque domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes bello apti, [22]cẽſus inquam eorum' qui erant è tribu Manaſſe, trigintaduo millia, & ducenti. ¶De filijs Beniamin per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrũ ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque ad bellum erant idonei, [22]cẽſus inquam eorum' qui erant è tribu Beniamin, trigintaquinque millia, & quadringenti. ¶De filijs Dan per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque apti erant ad bellum, cenſus inquã eorum qui erant è tribu Dan, ſexagintaduo millia, & ſeptingenti. ¶De filijs Aſer per generationes ſuas, per familias ſuas, atq; per domos patrũ ſuorũ, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque ad bellum erant apti, [22]cenſus inquam eorum' qui erãt de tribu Aſer, quadraginta millia, mille, & quingẽti. ¶De filijs Naphtali per generationes ſuas, per familias ſuas, & per domos patrũ ſuorũ, iuxta numerũ nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes bello apti, [22]cẽſus inquam eorum' qui erãt è tribu Naphtali, quinquagintatria millia, & quadringenti. [23]Iſte eſt cenſus quẽ egit Moſes & Aharon

¶14 Viris iſtis qui numerati [vl., declarati] ſunt per nomina ſua. Chaldæ* paraphraſtes vertit, qui expreſſi ſunt nominibus ſuis. i. quorũ nomina iam dicta & expreſſa ſunt.

¶15 Heb. iuxta numerum nominum. i. quibus parentibus orti eſſent expoſuerunt, declarãtes de qua familia & tribu eſſent. Illud enim Per cognationes &c. declarat quid p natales itelligeret. ¶16 vl. capitatim. ¶17 filios vocat nepotes. ¶18 per capita ſua. i. quotquot fuerant nominati, cõputãdo ſingula capita. ¶19 Heb. quotquot egredi (vl. proficiſci) poterãt ad bellũ. i. quotquot obire poterãt militiam, & geſtare arma.

¶20 Heb. Numerati eorũ i tribu Ruben. fuerunt &c. Eſt autem Hebraiſm* pro, qui i tribu Ruben numerati fuerunt, quadraginta &c. Sic Hebraice legitur i ſequẽtib* tribub* ante numerũ ſingularũ. ¶21 Heb. numerati ſunt ¶22 numerati inquã eorum ¶23 Heb. Hi ſũt numerati quos recenſuit Moſes & Aaron, & pricipes Iſraẹl, duodecim iuxta numerum tribuũ: viri ſinguli per familias ſuas auitas erant. i. ſinguli viri ex ſingulis tribubus delecti erant.

cum principibus Iſrael, viris ſcilicet duodecim, qui è domo patrum ſuorum[ſelecti erant.'] Fuerunt autē omnes [14]cenſi ex filijs Iſrael iuxta domos patrum ſuorum, ex his qui viginti annos & ſupra nati, & qui ex Iſraele ad bellū apti erant, omnes inquā [14]cenſi, 'ſexcenta millia, atque triginta millia, quingenti & quinquaginta. Leuitæ verò iuxta tribus patrum ſuorum, inter illos nō ſūt [15]cēſi.' ¶Loquutus[enim]erat Domin⁹ ad Moſen in hanc ſententiam, Veruntamen tribū Leui non [16]cenſebis, & illorum ne agas cenſum inter filios Iſrael: 'Sed præficies Leuitas[17]'tabernaculo teſtimonij,' & omnibus[18]inſtrumentis'eius, & omnibus quæ in eo ſunt, portabunt arcā, & omnia inſtrumenta eius, & in eo miniſtrabunt. & circa tabernaculum[19]manebunt.' Et quum tabernaculum transferendum erit, [20]deponēt Leuitæ illud: cúmque figēdum erit tabernaculum, Leuitæ erigēt ipſum:' ſi[21]alienus'quiſpiam acceſſerit, interficiatur. Manſiones autem faciēt filij Iſrael, vnuſquiſque [22] in turma ſua,' & quiſque ſub vexillo ſuo per exercitus ſuos. Leuitæ verò caſtra [ſua]ponent circum[23]tabernaculum teſtimonij,' ne[21]indignatio'veniat ſuper [24]cœtum'filiorū Iſrael. excubabūt itaque Leuitæ in cuſtodia tabernaculi teſtimonij. Et fecerunt filij Iſrael iuxta omnia quæ præcepit Dominus Moſi. [ſic inquā] fecerunt.

CAP. II.

LOquutúſque eſt Dominus ad Moſen & Aharonem in hanc ſententiam, Quiſque ex filijs Iſrael caſtra figat ſub vexillo ſuo, & ſub ſignis domus patrum ſuorum, 'è regione'circum tētorium conſtitutionis caſtra figant. Ponent autem caſtra Orientem verſus ad exorientem ſolē, qui ſunt ſub vexillo caſtrorū Iehuda per exercitus ſuos: & princeps filiorum Iehuda[1]fuit'Nahaſon filius Aminadab. Exercitus autem eius,'[2]& cenſus eorum,'ſeptuagintaquatuor millia & ſexcenti.

Iuxta hunc caſtra ponēt qui ſunt de tribu Iſaſchar: fuitq; princeps filiorum Iſaſchar Nathaneel filius Zuar. Exercitus eius'atque cēſus eius,' quinquagintaquatuor millia & quadringenti.

[4]Tribus Zebulon: & princeps filiorum Zebulō,' Eliab filius Helon. Porrò exercitus eius'[5]& cēſus eius,'quinquagintaſeptem millia, & quadringēti. Vniuerſi autem cenſus caſtrorum Iehuda, centum millia, octoginta millia, & ſex millia atque quadringenti, per exercitus ſuos: & primi ipſi proficiſcantur. ¶[6]Vexillum caſtrorum Ruben verſus Auſtrum ſit per exercitus ſuos: princeps autem filiorum Ruben [7]fuit' Elizur filius Zedeur. Porrò exercitus eius & cenſus eius'quadragintaſex millia & quingenti. Et iuxta eū caſtrametabūtur tribus Simeon: princeps verò filiorū Simeon Selumiel, filius Zuri-ſadai. Porrò exercitus eius & cēſus eorū, quinquagintanouē millia atq; trecenti. [8]Tribus quoq; Gad:' & princeps filiorū Gad fuit Eliaſaph filius Rehuel. Porrò exercitus eius & cenſus eorū quadragintaquinque millia, ſexcēti & quinquaginta. Vniuerſi qui [8]cenſi ſunt ex caſtris Ruben, cētū millia atq; quinquagintaquinq; millia, mille & quadringēti quinquaginta per exercitus ſuos. & hi ſecūdo loco proficiſcētur. ¶Tētoriū verò[9]cōſtitutionis proficiſcetur'

& duodecim principes Iſrael, ſingulos per domos cognationū ſuarum. Fuerintque omnis numerus filiorū Iſrael per domos & familias ſuas à viceſimo anno & ſuprà, qui poterant ad bella procedere, ſexcentatria millia virorum quingēti quinquaginta. Leuitæ autem in tribus familiarum ſuarum nō ſunt numerati cum eis ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Tribum Leui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filijs Iſrael. Sed conſtitue eos ſuper tabernaculū teſtimonij & cūcta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius: & erunt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi metabūtur. Cum proficiſcendum fuerit, deponent Leuitę tabernaculum: cum caſtrametandū, erigent. quiſquis externorum acceſſerit, occidetur. Metabuntur autem caſtra filij Iſrael vnuſquiſque per turmas & cuneos atque exercitum ſuum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tētoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorū Iſrael, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerūt ergo filij Iſrael iuxta omnia quę præceperat Dominus Moyſi.

G — Tribus Leui cōſtituta ſup tabernaculū.

CAP. II.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarō, dicens, Singuli per turmas, ſigna atque vexilla & domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur 'filiorum'Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis. Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui: eritque princeps filiorum eius Nahaſſon filius Aminadab. Et omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantium, ſeptuaginta quatuor millia[a]ſexcētorum.' Iuxta eū caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar, quorum princeps fuit Nathanael fili⁹ Suar. Et omnis numerus pugnatorum eius quinquagintaquatuor millia quadringēti. In tribu Zabūlon princeps fuit Eliab filius Helon. Omniſq; de ſtirpe eius exercitus pugnatorum, quinquagintaſeptē millia quadringenti. Vniuerſi qui in caſtris Iudæ annumerati ſunt, fuerunt centum octogintaſex millia quadringenti: & per turmas ſuas primi egredientur. ¶In caſtris filiorū Ruben ad Meridianā plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur. Et cūctus exercitus pugnatorū ei⁹ qui numerati ſunt, quadragintaſex millia quingenti. ¶Iuxta eū caſtrametati ſunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suri-ſaddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati ſunt, quinquagintanouē millia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel. Et cunctus exercitus pugnatorū eius qui numerati ſunt, quadragintaquinq; millia ſexcenti quinquaginta. Omnes qui recēſiti ſunt in caſtris Rubē, centū quinquaginta millia & mille quadringēti quinquaginta per turmas ſuas. in ſecūdo loco proficiſcētur. ¶Leuabitur autē tabernaculum teſtimonij

Quo ordine proceſſerint Iſraelitæ, & nomina ducū eorum.

¶ a filij

¶ a ſexcenti.

B

¶14 numerati ¶15 numerati. i. non comprehenduntur in numero prædicto. ¶16 numerabis. & illorū ſummā nō capies in medio filiorū Iſrael. i. dum recenſebis filios Iſrael ¶17 Tabernaculum teſtimonij vocat, quòd in eo erat arca in qua erāt tabulæ teſtimonij: in quib⁹ decē præcepta erāt ſcripta, quibus teſtatur Deus ſuā voluntatem Iſraelitis, quid ve eos in poſterū facere vellet. ¶18 Inſtrumēta ſiue vaſa vocat omnem ſupellectilem. ¶19 vl, caſtra ſua figent. ¶20 diſſoluent illud· quū verò conſiſtet tabernaculum, conſtruēt illud Leuitę. Id eſt, quū tabernaculum erit aliò transferendum, Leuitæ reſoluent illud in partes quibus componitur: cū autē morabitur in loco vno, iidē Leuitę cōſtruēt & erigēt illud. ¶21 Alienos ſiue externos vocat omnes qui de tribu Leui non erāt. Si, inquit, alius quàm de tribu Leui pro plus acceſſerit ad diſſoluendum, aut rurſum erigendū tabernaculū, interficietur iuxta ſententiam iudicum. ¶22 vl, in exercitu ſuo, ¶23 ſub. Dei. ¶24 vl, aliquem ex congregatione procul. i. non ita prope tabernaculum. diſtabant enim abinuicem, vt quidam volūt, vno miliari.

II. Heb. ¶1 erit ¶2 & numerati eorum. Id eſt, & numerus exercitus eorum erat &c. ¶4 Subauditur, [adiungetur tribui Iudæ & tribui Iſſachar] tribus Zabūlon: princépſque filiorum Zebulon erit &c. Quatuor vexilla ſequebātur duodecim tribus: tres tribus vnum vexillum ſequebantur. Tantum enim quatuor erant vexilla primaria: minora verò penè innumera. Aben Ezra Hebræus, author eſt, in tribu Ruben hominem, in tribu Iuda leonem, in tribu Ephraim bouem, in tribu Dan aquilā fuiſſe pro vexillo. ¶5 & numerati eius, erant &c. i. & exercitus qui numerati erant in ea tribu. Vel, & numerus exercitus eorum erat &c. ¶6 recenſiti ¶7 ſub. adijcietur tribui Ruben. ¶8 numerati ¶9 fœderis [ſiue conuentus] proficiſcetur. id eſt caſtra Leuitarum, in medio caſtrorum: quemadmodum figent tētoria ſic proficiſcentur, ſinguli ſuo ordine ſecundum vexilla ſua. Quaſi dicat, Mox locum mutabit tentorium fœderis, id eſt turma deferens tabernaculum, caſtra ſcilicet Leuitarum, quæ inter quatuor vexilla filiorum Iſrael proficiſcentur.

per officia Leuitarum & turmas eorum. quomo-
C do erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca
& ordines ſuos proficiſcentur. ¶ Ad Occidentalẽ
plagam erũt caſtra filiorum Ephraim, quorum
princeps fuit Eliſama filius Ammiud. Cunctus
exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt,
quadraginta millia quingenti. Et cũ eis tribus
filiorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gama-
liel filius Phadaſſur. cunctúſque exercitus pugna
torum eius, qui numerati ſunt, trigintaduo mil-
lia ducẽti. In tribu filiorum Ben-iamin prin-
ceps fuit Abidã filius Gedeonis. Et cunctus exer-
citus pugnatorum eius, qui recenſiti ſunt, trigin
taquinque millia quadringenti. Omnes qui nu-
merati ſunt in caſtris Ephraim, centũ octo mil-
lia centum per turmas ſuas. tertij proficiſcẽtur.
¶ Ad Aquilonis partem caſtrametati ſunt filij
Dan quorum princeps fuit Ahi-ezer filius Am-
D mi-ſaddai. Cũctus exercitus pugnatorum eius,
qui numerati ſunt, ſexagintaduo millia ſeptin
genti. Iuxta eũ fixere tentoria de tribu Aſer:
quorum princeps fuit Phegiel filius Ochrã. Cun-
ctus exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſũt,
quadraginta millia & mille quingẽti. De tribu
filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius
Enan. Cũctus exercitus pugnatorum eius, quin-
quagintatria millia quadringenti. Omnes qui
numerati ſunt in caſtris Dan, fuerunt centum
quinquagintaſeptem millia ſexcenti. & nouiſſi-
mi proficiſcentur. Hic numerus filiorum Iſrael,
per domos cognationum ſuarũ & turmas diui-
ſi exercitus, ſexcentatria millia quingenti quin
quaginta. ¶ Leuitæ autem non ſunt numerati
inter filios Iſrael: ſic enim præceperat Domi-
nus Moyſi. Feceruntque filij Iſrael iuxta omnia
quæ mandauerat Dominus: caſtrametati ſunt
per turmas ſuas, & profecti per familias ac do-
mos patrum ſuorum.

CAP. III.

Filij Aaron. Exod. 6. d.

HAE ſunt generationes Aarõ & Moyſi in die
qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in mõ
te Sinai. Et hæc nomina filiorum Aarõ, primo-
genitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, &
Ithamar. Hæc nomina filiorũ Aaron ſacerdotũ
qui vncti ſunt, & quorũ repletæ & cõſecratæ ma

Leuit. 10. a. 1. para. 24. a.

nus vt ſacerdotio fungerẽtur. Mortui ſũt enim
Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienũ in
conſpectu Domini in deſerto Sinai, abſque libe
ris: functique ſunt ſacerdotio Eleazar & Itha-

Leuitis datur adminiſtratio ſacrorum.

mar coram Aarõ patre ſuo. ¶ Locutúſque eſt Do
minus ad Moyſen, dicens, Applica tribum Leui,
& fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, vt mi
niſtrent ei, Et excubent, & obſeruent quicquid
ad cultum pertinet multitudinis coram taber-
B naculo teſtimonij, & cuſtodiant vaſa taberna-
culi, ſeruientes in miniſterio eius. Dabiſque do-
no Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi
ſunt à filijs Iſrael. Aaron autẽ & filios eius con-
ſtitues ſuper cultum ſacerdotij. externus qui ad
miniſtrandum acceſſerit, morietur. ¶ Locutúſq;
eſt Dominus ad Moyſen dicens, Ego tuli Leuitas

cum turba Leuitarũ in medio caſtrorum: & ſicut
caſtrametantur, ſic etiam proficiſcantur, vnuſ-
quiſq; in loco ſuo ſub vexillo ſuo. ¶ Vexillũ ca-
ſtrorum Ephraim cum exercitibus ſuis ad Occidẽ
tẽ [caſtrametetur.] & princeps filiorũ Ephraim,
Eliſchama filius Amihud. Exercitus eius &[10] cen
ſus eorũ, quadraginta millia & quingenti. Iu-
xta hunc erit tribus Manaſſe: & princeps filiorũ
Manaſſe, Gamaliel filius Pedazur. Exercitus eius
& cenſus eorum trigintaduo millia & ducenti.
[11]Tribus quoq; Beniamin: & princeps filiorum
Beniamin, Abidan filius Gideoni. Exercitus eius
& cenſus eorũ, trigintaquinq; millia & quadrin
genti. Vniuerſi qui [c]cẽſi ſunt è caſtris Ephraim,
centũ millia & octo millia, atque centũ, per ex-
ercitus ſuos. & hi tertio loco proficiſcentur. ¶ Ve
xillum verò caſtrorum Dã cum exercitibus ſuis
Aquilonẽ [tenebit:] [12]fuitq; princeps filiorũ Dan
Ahiezer filius Ami-ſadai. Exercitus eius & cen-
ſus eorum, ſexagintaduo millia & ſeptingenti.
Iuxta eũ caſtrametabũtur tribus Aſer: & prin
ceps filiorũ Aſer, Pagiel filius Achran. Exercitus
eius & cenſus eorum, quadragintavnum millia
& quingenti. [13]Tribus quoq; Naphtali: & prin
ceps filiorũ Naphtali, Ahira filius Enan. Et exer-
citus eius atque cẽſus eorum, quinquagintatria
millia & quadringenti. Vniuerſi qui [c]cenſi ſunt
è caſtris Dan, centum millia & quinquaginta ſe-
ptem millia & ſexcenti. & poſtremo loco profici
ſcentur [14]cum vexillis ſuis. [15]Hic eſt cenſus filio-
rum Iſrael iuxta domos patrum ſuorum, vniuer
ſi ſcilicet qui cẽſi ſunt caſtrametantes iuxta exer
citus ſuos, ſexcenta millia, tria millia, quingẽti
& quinquaginta. ¶ Leuitæ verò nõ [16]ſunt cẽſi in-
ter filios Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moſi.
Et fecerunt filij Iſrael [17]iuxta omnia quæ man-
dauerat Dominus Moſi, ſic inquã caſtra fixerunt
cum vexillis ſuis, & ſic profecti ſunt iuxta fami
lias ſuas, & iuxta domos patrum ſuorum.

CAP. III.

ET[1] hæ ſunt generationes Aharonis & Moſis
eo die quo locutus eſt Dominus cum Moſe i
monte Sinai. Et hæc ſunt nomina filiorum Aha
ronis, primogenitus Nadab, Abihu, Eleazar, &
Ithamar. Hæc ſunt nomina filiorũ Aharonis ſa-
cerdotum, [2]qui vncti erãt, quorum manus [3]cõſe-
cratæ erãt vt ſacerdotio fungerẽtur. Mortuúſq;
eſt Nadab & Abihu corã Domino quũ offerrent
ignẽ [4]alienum coram Domino in deſerto Sinai,
nec habuerunt filios, & ſacerdotio functus eſt E-
leaſar & Ithamar [5]corã patre ſuo Aharone. ¶ Lo
quutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Adduc tri
bum Leui, & conſtitue eam coram Aharon ſacer
dote, vt ei miniſtrent. Et ipſi cuſtodiant [6]obſerua
tionem eius, & obſeruationẽ vniuerſi cœtus an-
te tentoriũ conſtitutionis, vt obeant miniſteriũ
tabernaculi. Ipſi cuſtodient omnia [7]inſtrumen-
ta tentorij conſtitutionis, & obſeruationẽ filio-
rũ Iſrael, vt obeãt miniſteriũ tabernaculi. Et da
bis Leuitas Aharoni & filijs eius. [8]dediti dediti enim
ſunt ex filijs Iſrael. [9]Aharõ verò & filios eius præ
ficias, vt cuſtodiãt ſacerdotiũ ſuũ: alienus ſi ac-
ceſſerit, [10]interficiatur. ¶ Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hãc ſentẽtiã, Ecce ego [11]tuli Leuitas

¶10 numerati
¶11. i. Iuxta etiã
tribũ Ephraim
caſtrametabi-
tur Beniamin,
annumerabi-
túrque ipſi E-
phraim.
¶12 eritque
¶13 Id eſt, Et
trib⁹ Nephtha-
li figet tẽtoria
iuxta tribũ A-
ſer. ¶14 vel, per
vexilla ſua. ſci
licet minora,
& particularia.
erant enim (vt
dictum eſt) qua
tuor tantũ ve-
xilla primaria:
minora verò pe
ne innumera.
Ideo dicit, per
vexilla ſua, ſe-
quendo ſcilicet
particularia.
¶15 Iſti ſũt nu-
merati filiorũ
Iſrael per do-
mos patrũ ſuo
rum, omnes nu
merati qui erãt
in caſtris per
exercitus ſuos,
erant &c. i. Hi
ſunt qui dele-
cti fuerunt ad
militiã per fa-
milias pater-
nas. ¶16 fuerũt
numerati
¶17 vel, prorſus
vt præceperat.
Gallice, Tout
ainſi qu'auoit
commandé &c.

III.

¶1 Hæc ſũt quæ
acciderunt Aa-
roni & Moſi ex
quo locut⁹ &c.
¶2. i. qui functi
erant munere
ſacerdotali.
¶3 conſecraue-
rat. ſub. Aaron.
¶4 vel, peregri
num. i. qui cæ-
litus miſſus nõ
fuerat.
¶5 vel, præſente
. i. ſuperſtite ad
huc patre. ¶6 Heb. cuſtodiam eius, & cuſtodiam omnis congregationis coram tabernaculo cœtus, [vel fœderis,] vt
ſeruiant ſeruitutem tabernaculi. Id eſt, Fungantur munere ipſius Aaronis, obſeruent cultum quem ipſe obſeruare
deberet: cuſtodiant item quæ cuſtodire deberent filij Iſrael coram tabernaculo fœderis, vt peragant cultum taber-
naculi. ¶7 vaſa tabernaculi fœderis, & cuſtodiam filiorum Iſrael, nempe vt peragant cultum tabernaculi. Id eſt,
Cuſtodiant vaſa tabernaculi, & obſeruent ea quæ obſeruare deberent filij Iſrael, nempe loco filiorum Iſrael mini-
ſtrent in tabernaculo. ¶8 Heb. dati dati. Hebraiſmus, pro, dono dati illi ſunt. Pro redemptione enim primoge-
nitorum dati fuerant Leuitæ Aaroni qui fungebatur vice Dei. ¶9 Id eſt, præficies Aaronẽ & filios eius tribui Leui
tarum, cuſtodiéntque ipſi filij Aaronis dignitatem ſacerdotalem quam habent à Deo. ¶10 interficietur. Iudi-
cum ſcilicet ſententia. ¶11 . i. ſelegi

de medio filiorum Iſrael pro omni primogenito quod [12]vuluam aperit in filijs Iſrael, & Leuitæ erunt mei. Meum enim eſt omne primogenitum: à die quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, [13]conſecraui mihi omne primogenitum in Iſraele, tam in hominibus quàm in iumentis, mea inquam erunt: ego Dominus. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in deſerto Sinai hiſce verbis, Recenſe filios Leuitarum, iuxta domos patrũ ſuorũ, iuxta familias ſuas, omnem marem, ab eo qui vnius eſt menſis & ſupra recenſebis eos. Recenſuit itaque eos Moſes iuxta præceptum Domini, quemadmodum mãdauerat. Fuerũtque iſti filij Leui [14]iuxta nomina ſua, Gerſon, Kahath & Merari. Et hæc ſunt nomina filiorũ Gerſõ iuxta familias ſuas, Libni & Simei. Filij verò Kahath in familijs ſuis, Amram, Izhar, Hebron & Vziel. Et filij Merari in familijs ſuis, Maheli & Muſi. Hæ ſunt familiæ Leuitarum iuxta domos patrũ ſuorũ. ¶[15]Ipſi Gerſon familia Libni & familia Simei. [16]iſtæ ſunt familiæ Gerſonicæ. [16]Cenſus eorũ ab eo qui erat vnius menſis & ſuprà, cenſus inquam eorum, ſeptem millia, & quingenti. Porrò familiæ Gerſonicæ poſt tabernaculũ caſtrametentur ad Occidentem. Principes autem [17]domus patriæ Gerſonitarum Eliaſaph filius Lael. Et filiorum Gerſon cuſtodia erit in tentorio [18]conſtitutionis, [obſeruabunt inquam] tabernaculum & tentorium, tegumentum eius, & velum quod erat ad oſtium [19]tentorij conſtitutionis, Item aulæum atrij, & [20]velũ ad oſtium atrij, quod eſt iuxta tabernaculum, & arã circunquaque, & funes eius, ad omne miniſteriũ eius. ¶Ipſius Kahath erat familia Amrã, & familia Izhar, & familia Hebrõ, & familia Vziel. & hæ ſunt familiæ Kahathitarũ. Numerus omniũ marium ab eo qui vnius erat menſis & ſupra, octo millia & ſexcenti: & hi excubabunt [21]in cuſtodia ſanctuarij. Familiæ autẽ Kahathitarũ caſtra figent ad latus tabernaculi Meridionale. Primarius [22]patriæ domus familiarũ Kahathitarũ fuit Elizaphã filius Vziel. Et illi cuſtodient arcam, menſam, candelabrum, [23]aras, & vaſa ſanctuarij, [24]in quibus miniſtrant, velum quoq; & quidquid ad miniſteriũ eius[pertinet.] Summus autem princeps Leuitarum fuit Eleazar filius Aharonis ſacerdotis, [25]epiſcopus eorũ qui excubat in cuſtodijs ſanctuarij. ¶Ipſius Merari[erit]familia Maheli, & familia Muſi: hę ſunt familiæ Meraritarum. [26]Cenſus eorum iuxta numerũ omnium mariũ ab eo qui erat vnius mẽſis & ſupra, ſex millia & ducẽti. Princeps autem patrię domus in familijs Merari erat Zuriel filius Abihail: & hi caſtra ponẽt in latere tabernaculi Septentrionali. Et functio cuſtodiæ filiorũ Merari[erunt]aſſeres tabernaculi, & vectes eius, columnæ eius, & baſes eius, & omnia inſtrumenta eius, & quidquid eſt miniſterij eius. Columnæ quoque atrij per circuitum, cum baſibus earum, claui earũ, & funes earum. Porrò ante tabernaculũ ad plagam Oriẽtalem ante [27]tentorium cõſtitutionis caſtra ponent Moſes & Aharon atq; filij eius, obſeruantes cuſtodiam ſanctuarii, [28]& cuſtodiam filiorum Iſrael, & alienus [29]qui acceſſerit interficietur. [30]Omnis autem cenſus Leuitarum quos recenſuit Moſes & Aharon iuxta iuſſionem Domini per familias ſuas, omnes mares ab eo qui vnius fuit menſis & ſupra, fuerũt vigintiduo millia. ¶Et dixit Dominus ad Moſen, Recenſe omne primogenitum maſculinum de filijs Iſrael, ab eo qui eſt vnius menſis & ſupra, & accipe numerũ nominum eorũ: tolléſque Leuitas mihi (ego [enim]ſum Dominus) pro omni primogenito filiorũ Iſrael, & iumenta Leuitarũ pro omnibus primogenitis iumentorũ filiorũ Iſrael. Recenſuit itaque Moſes quemadmodum præceperat ei Dominus, omnia primogenita filiorum Iſrael. Fuerũtque omnia primogenita maſcula iuxta numerum nominum, ab eo qui erat vnius menſis &

à filijs Iſrael pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Iſrael, eruntq; Leuitæ mei. Meũ eſt enim omne primogenitum: [ex quo percuſſi primogenitos i Terra Ægypti, ſanctificaui mihi quicquid primũ naſcitur in Iſrael ab homine vſque ad pecus, mei ſunt: ego Dominus. ¶Locutúſque eſt Domin' ad Moyſen in deſerto Sinai, dicens, Numera filios Leui per domos patrum ſuorũ & familias, omnẽ maſculum ab vno mẽſe & ſuprà. ¶Numerauit Moyſes vt præceperat Dominus, & inuẽti ſunt filij Leui per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari. Filij Gerſon: Lebni, & Semei. Filij Caath: Amran, & Ieſaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Muſi. ¶De Gerſon fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab vno menſe & ſuprà, ſeptem millia [*]quingentorum. Hi poſt tabernaculum metabuntur ad Occidẽtem ſub principe Heliaſaph filio Lael. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipſum tabernaculum & operimentum eius, tentoriũ quod trahitur ante fores tecti fœderis, Et cortinas atrij: tentoriũ quoq; quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritũ altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtenſilia eius. ¶Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Ieſaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum, recenſitæ per nomina ſua: Omnes generis maſculini ab vno menſe & ſuprà, octo millia ſexcenti. habebunt excubias ſanctuarij, & caſtrametabũtur ad Meridianam plagam. Princépſque eorum erit Eliſaphan filius Oziel: & cuſtodient arcam, menſamque & candelabrũ, altaria & vaſa ſanctuarij, in quibus miniſtratur, & velum, cunctámq; huiuſcemodi ſupellectilem. Princeps autẽ principum Leuitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarij. ¶At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Muſitæ recenſiti per nomina ſua: omnes generis maſculini ab vno menſe & ſuprà, ſex millia ducenti. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga Septentrionali caſtrametabũtur. Erunt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac baſes earum, & omnia quæ ad cultum huiuſcemodi pertinent: Columnęque atrij per circuitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funibus. Caſtrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id eſt ad Orientalem plagam, Moyſes & Aaron cum filijs ſuis, habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſrael. quiſquis alienus acceſſerit, morietur. Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta præceptum Domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe vno & ſuprà, fuerunt vigintiduo millia. ¶Et ait Dominus ad Moyſen, Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael ab vno menſe & ſuprà, & habebis ſummã eorum. tolléſque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſrael, ego ſum Dominus: & pecora eorum pro vniuerſis primogenitis pecorum filiorum Iſrael. Recenſuit Moyſes ſicut præceperat Domin' primogenitos filiorum Iſrael: & fuerũt maſculi per nomina ſua, à mẽſe vno &

Exo. 13. a. 7. 16

C

Leuitę numerantur.

Exod. 6. c.

[*]quingenti.

Leuitarum ſtatio.

D

E

Leuitarũ numerus.

F

Leuitæ loco primogenitorum Iſrael Dei ſunt.

¶11 Hebraiſm' eſt, Aperire vuluam, pro primum naſci.
¶13 Heb. ſanctificaui .i. retinui mihi tãquã rẽ ſacrã & ſãctã
¶14. i. quorum nomina ſequũtur.
¶15. i. Ad Gerſonem pertinebat cognatio Lebnitarũ & Semeitarũ. Sub Gerſone cõprehendebatur cognatio Lebnitica & Semeitica.
¶16 Numerati
¶17 familiæ auitæ
¶18 cõuentus. vel, fœderis. i. munus eorum erit cuſtodire tabernaculum &c.
¶19 tabernaculi fœderis,
¶20 aulæum oſtij atrij quod eſt ad tabernaculum & ad altare per circuitũ. Iſtud intelligitur de aulæo quod cingebat tam atriũ quàm altare holocauſti, qd erat extra tabernaculũ.
¶21 cuſtodientes cuſtodiã ſanctuarij .i. fungẽtes officio ſuo in ſacro tabernaculi.
¶22 vl, familiæ auitę
¶23. i. duo altaria, holocauſti & incẽſi.
¶24 vl, quibus vtentur. Scilicet ſacerdotes i cultu diuino.
¶25 Heb. præfectura cuſtodiẽtiũ cuſtodiã ſãctuarij[erit illi] .i. qui in cultu diuino fungetur aliquo officio, erit ſub eo.
¶26 Et q ex eis numerati ſunt, numerãdo ipſos mares, &c.
¶27 tabernaculum fœderis
¶28 propter cuſtodiam filiorũ Iſrael. i. vice filiorum Iſrael.
¶29 ſub ad miniſtrandũ in tabernaculo, & ad cuſtodiẽdum aliquid ex ijs quæ dicta ſunt.
¶30 Omnes autem numerati ex Leuitis quos numerauit

Primogeniti excedẽtes numerũ Leuitarũ, quinq; ſiclis ſinguli redempti.

Exo. 30. b. leui. 17. c. exec. 45. d.

ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſeptuagintatres. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tolle Leuitas pro primogenitis filiorũ Iſrael, & pecora Leuitarũ pro pecoribus eorum: erũntque Leuitæ mei. ego ſum Dominus. In precio autem ducẽtorum ſeptuagintatriũ qui excedunt numerũ Leuitarum de primogenitis filiorum Iſrael, accipies quinq; ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij. (Siclus habet viginti obolos.) Dabíſque pecuniam Aaron & filijs eius pretium eorum qui ſuprà ſunt. Tulit igitur Moyſes pecuniam eorũ qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Iſrael, mille trecentorũ ſexagintaquinque ſiclorum, iuxta pondus ſanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs eius, iuxta verbũ quod præceperat ſibi Dominus.

## CAP. IIII.

Officia Leuitarum.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, Tolle ſummam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias ſuas. A triceſimo anno & ſuprà vſque ad quinquageſimum annum, omnium qui ingrediuntur vt ſtẽt & miniſtrent in tabernaculo fœderis. Hic eſt cultus filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & Sãctum ſanctorum Ingredientur Aaron & filij ei⁹, quando mouenda ſunt caſtra, & deponent velũ quod pendet ante fores, inuoluẽtque eo arcam teſtimonij, Et operiẽt rurſum velamine 'hyacinthinarum' pellium, extendẽtque deſuper palliũ totum hyacinthinum, & inducent vectes. Menſam quoque propoſitionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos, & cratẽras ad liba fundẽda: panes ſemper in ea erunt. Extendẽtque deſuper pallium coccineum, quod rurſum operient velamẽto 'hyacinthinarum' pellium, & inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus ſuis & emunctorijs, & cunctis vaſis olei, quæ ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt. Et ſuper omnia ponent operimẽtum 'hyacinthinarum' pellium, & inducent vectes. Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino veſtimento, & extendent deſuper operimentum 'hyacinthinarũ' pelliũ, inducẽtque vectes. Omnia vaſa quib⁹ miniſtratur in ſanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent deſuper operimentum 'hyacinthinarum' pellium, inducẽtque vectes. Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo veſtimento. Ponẽtque cum eo omnia vaſa quibus in miniſterio eius vtũtur, id eſt igniũ receptacula, fuſcinulas ac tridentes, vncinos & batilla, cuncta vaſa altaris, operient ſimul velamine 'hyacinthinarum' pellium, & inducent vectes. ¶Cúmque 'inuoluerint' Aaron & filij eius ſanctuarium & omnia vaſa eius in commotione caſtrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vaſa ſanctuarij, ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: ſuper quos erit Eleazar filius Aarõ ſacerdotis, ad cuius curã pertinet oleũ

Officiũ Caathitarum.

¶ iãthinarũ

¶ iãthinarũ

¶ iãthinarũ

B

¶ iãthinarũ

¶ iãthinarũ

¶ iãthinarũ

¶ inuoluerit

ſupra, 'iuxta cenſum eorum,' vigintiduo millia ducẽta & ſeptuagintatria. ¶Loquutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, Tolle Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, erũntque Leuitę mei: ego Dominus. [11]Pro redimendis verò ducẽtis & ſeptuagintatribus, qui ex primogenitis inter filios Iſrael Leuitas excedunt, 'accipies quinos ſiclos ad ſingula capita, [13]ſiclum ſcilicet ſanctuarij 'accipies,' (habet autem ſiclus viginti [14]gera,') Dabíſque pretium Aharoni & filijs eius, [15]redemptitios ſcilicet qui ſuperſunt in eis. [16]Tulit itaque Moſes pretium redemptionis ab his qui ſuperfuerunt vltra redemptos Leuitarum, 'à primogenitis filiorũ Iſrael accepit pecuniam iſtã, nempe mille trecentos & ſexagintaquinque ſiclos. iuxta ſiclum ſanctuarij. Deditque Moſes pecuniam redemptorum Aharoni & filijs eius iuxta verbum Domini, quemadmodum præceperat Dominus [17]Moſi.

## CAP. IIII.

Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Aharonem hiſce verbis, Collige ſummã filiorum Cahath de medio filiorum Leui, iuxta familias ſuas, iuxtáque domos patrum ſuorũ, Ab eo qui natus eſt triginta annos & ſupra, vſque ad eum qui quinquaginta eſt annorum, quicunq; 'militiæ aptus eſt, vt exequantur opus 'in tẽtorio cõſtitutionis. [2]Hoc verò munus 'erit filiorũ Cahath in tentorio conſtitutionis, [nempe in] ſancto ſanctorum. 'Quum igitur caſtra ſoluẽt, ingredietur Aharon & filij eius, & deponent [3]velum tegumẽti, 'inuoluẽntque in eo arcam teſtimonij. Super hoc verò ponant operimẽtum ex pellibus melium. expandántque deſuper pallium totũ hyacinthinum, & ponant vectes eius. [4]Menſam facierum 'obuoluent panno, qui totus ſit hyacinthinus, ponántque ſuper eam 'acetabula, cochlearia, & inſtrumenta purgatoria, & dimidiatas fiſtulas in quibus funditur,' erũntque ſuper eam panes iugiter. Expandẽntque ſuper hæc tegumẽtum coccinum dibaphon, operiẽntque [6]illud' velo ex pellibus melium, & ponent vectes eius. Tollant etiam tegumentum hyacinthinum, & obuoluant candelabrũ 'luminaris' & lãpades eius, [8]& emunctoria eius, & vaſcula eius [in quibus emuncta excipiuntur,] 'atque cũcta vaſa olearia, quibus illi miniſteria ſua exequũtur. Ponántq; tam ipſum quàm omnia inſtrumenta eius in tegumentum ex pellibus melium, & collocent ſuper vectes. Deinde expãdant hyacinthinũ tegumentũ ſuper aram auream, & tegant ipſam tegumento ex pelle melium, & inſerant vectes ei⁹. Tollántque omnia inſtrumenta, quibus miniſterium explent in ſanctuario, & inuoluant in panno hyacinthino, operiántq; ea tegumẽto ex pellibus meliũ, & ponant ſuper vectes. Repurgẽt aram cineribus, & expandant ſuper eã tegumentũ purpureũ. Ponántque [9]ſuper eam 'omnia vaſa eius, quibus miniſtrãt in ea, nẽpe ignis receptacula, & fuſcinulas, & ſcopas, & pelues ſparſorias, omnia denique aræ [10]inſtrumẽta:' & expandant ſuper ea tegumentum ex pellibus melium, [11]inſerántque 'vectes eius. ¶Quúmq; Aharon & filij eius abſoluerint [hoc], obtexerintq; [12]ſanctuarium,' & omnia inſtrumenta ſanctuarij, quando iam transferenda ſunt caſtra, poſt hæc accedant filij Cahath, vt [iſta] ferant, neque tamen attingant ſancta, ne moriantur. hoc eſt onus filiorũ Cahath in tentorio cõſtitutionis. Præfectura aũt Eleazari filij Aharonis ſacerdotis [hæc eſt,] Oleũ

¶11 Heb. ꝑ numeratos ſuos. ¶12 Et pro redemptione illorum ducentorum ſeptuagintatriũ [primogenitorũ] ſuperantiũ numerũ Leuitarũ, de primogenitis, &c. ¶13 ad ſiclũ ſanctuarij. Vel, ad rationẽ ſicli ſacri ¶14 .i. ſiclos. ¶15 redẽptiones exuberantiũ in illis. .i. vt ſine redẽptio primogenitorũ exuberantiũ &c. q. d. exuberãtes numerũ Leuitarũ cõſtabunt illis ſiclis. Vel, dabis pecuniã Aaroni quę erit pro redẽptione excedẽtiũ numerũ Leuitarum. ¶16 .i. pecuniã qua primogenita redimi debebãt, accepit ab iis qui excedebãt eosqui redempti erãt Leuitis, hoc eſt commutatiõe Leuitarum. ¶17 antecedẽs ꝑ relatiuo ipſi

IIII.

¶1 Heb. veniunt in cõgregationẽ vt operẽtur &c. i. qui ingrediuntur turmã eorũ qui miniſtraturi ſunt ĩ tabernaculo &c. Vel, in cœtũ eorũ qui numerantur inter miniſtros tabernaculi fœderis. ¶2 vl, Iſtud eſt officiũ ſiue miniſterij filiorũ Caath ĩ tabernaculo fœderis nempe ſanctũ ſãctorum. Hoc eſt, quicquid eſt intra ſanctum

ſanctorũ, erit ſub cuſtodia Caathitarũ: committetur illis cura rerum ſacratiſſimarum. ¶3 vl, velum opertorij. i. velum quo ſanctum ſanctorum ſeparatur ab alijs partibus. ¶4 ſub. panũ. i. Menſam ſuper quã panes facierũ, hoc eſt panes propoſitionis palàm proponebantur corã arca fœderis. ¶5 ſcutellas & cochlearia, opercula & crateres ꝓtectionis. Vel, operimẽti. i. quibus panes operiebantur vt arcerẽtur immunditię. Voces Hebrææ ſunt Keaaroth, Cappoth, Menaxioth, & Keſoth, de quibus vide capute X X V Exodi. ¶6 illam. ſub. menſam. ¶7 Heb. luminis. i. luminoſum. ¶8 & forcipes eius & emũctoria eius ¶9 vnà cum eo ¶10 vl, vtenſilia: ¶11 ſub. in annulos. ¶12 Heb. ſanctitatem. i. res ſacras.

luminaris, incenſum aromaticum,[16]iuge ſacrificium cibarium,' oleum vnctionis,[16]cura quoque'totius tabernaculi,& omniũ quę in eo ſunt, in ſanctuario ſcilicet & vaſis eius. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Aharonem, dicẽs,[18]Nõ excindaris tribũ familiæ Kahath' é medio Leuitarum. Hoc verò facite eis, vt viuant & non moriantur, ſi acceſſerint[19]ad ſanctũ ſanctorum,'Aharon & filij eius ingrediantur'[16]& deponant ea, vnicuique pro officio ſuo, atque pro onere ſuo.'Ipſi verò non introeant, vt contemplẽtur[18]quum inuoluuntur ſancta, ne moriantur. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hæc ſententiam, Collige etiam ſummam filiorum Gerſon per domos patrum ſuorum, & per familias ſuas. Recenſe autem eos ab eo qui viginti eſt annorum, vſque ad eum qui natus eſt quinquaginta annos,[17]quicunque aptus eſt militiæ, vt illi in tentorio conſtitutionis miniſtrent.'Hoc verò ſit officium familiæ Gerſonicæ,[24]vt ſerui it & baiulent.'Baiulabunt (inquam) aulæa tabernaculi, & tentorij conſtitutionis, tegumentũ eius, & tegumentum ex pellibus melium,[22]quod eſt ſuper illud ſupremum,'velamen quoque oſtij tẽtorij conſtitutionis. Tapetes quoque atrij, & velum quod eſt ad oſtiũ portæ atrij, quod [atrium] circuit tabernaculum & aram, & funes, & omnia inſtrumenta miniſterij ipſorum,[13]omnia denique quæ illis obueniunt, exequentur.' Secundũ verbum Aharonis & filiorum eius fiet omne miniſterium filiorũ Gerſon, in omni onere eorũ, & in cuncto miniſterio eorum,[14]& te enſebitis eis omnia onera eorum'quæ obſeruent. Hoc itaque officium eſt familiarũ filiorum Gerſon in tẽtorio cõſtitutionis, &[16]cuſtodia illorũ erit ſub manu Ithamar'filij Aharonis ſacerdotis. ¶Porrò filios Merari recẽſebis iuxta familias ſuas, & domos patrũ ſuorũ: numerabis autem eos ab eo qui triginta eſt annorũ, vſq; ad eum qui natus eſt quinquaginta annos,[17]quicunque ad militiã aptus eſt, vt ſeruiant in miniſterio tentorij conſtitutionis.[18]Hæc autem erit obſeruatio oneris eorum ad omne miniſteriũ eorũ in tentorio cõſtitutionis:' Aſſeres tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius. Columnæ quoque quæ ſunt circum atrium, & baſes eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus inſtrumẽtis earum, & quidquid ad miniſteriũ eorũ[ſpectat] pertinet.)numerabitis nominatim inſtrumenta, quæ cuſtodient & ferẽt. Hoc eſt officium familiarum filiorum Merari, iuxta omne miniſterium eorũ in tentorio conſtitutionis, ſub manu Ithamar filij Aharonis ſacerdotis. ¶Numerauit itaq; Moſes & Aharõ & primores cœt° filios Cahath iuxta familias ſuas, & iuxta domos patrũ ſuorũ, ab eo qui triginta erat annorũ & ſupra, vſq; ad eũ qui quinquaginta annos natus erat,[19]quicunq; ſcilicet militiæ aptus erat, vt miniſtrarẽt'in tẽtorio cõſtitutionis. Fuerũtq; numeri eorũ per familias ſuas duo millia, ſeptingenti & quinquaginta.[20]Hic cẽſus eſt familiarũ Cahath, quicũq; ſcilicet miniſtrare poterant in tẽtorio cõſtitutionis, quos recenſuit Moſes & Aharon iuxta verbũ Domini'in manu Moſis.' Numeri autẽ filiorũ Gerſon per familias ſuas, & domos patrũ ſuorum ſunt, Ab eo qui triginta fuit annorũ & ſuprà, vſq; ad eum qui quinquaginta natus eſt annos,[21]quicunq; ad bellũ apti fuerunt ad ſeruiendũ in tentorio cõſtitutionis,' Fuerũt inquã numeri eorũ iuxta familias ſuas & domos patrũ ſuorũ, duo millia ſexcẽti atq; triginta.[22]Iſte eſt cẽſus familiarũ filiorum

ad concinnandas lucernas, & compoſitionis incẽſum, & ſacrificium quod ſemper offertur, & oleũ vnctionis: & quicquid ad cultũ tabernaculi pertinet, omniũmq; vaſorũ quæ in ſanctuario ſunt. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: ſed hoc facite eis, vt viuant, & nõ moriantur, ſi tetigerint ſancta ſanctorum. Aarõ & filij eius intrabunt, ipſique diſponent°opera'ſingulorum, & diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluãtur, alioquin moriẽtur. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon per domos ac familias & cognationes ſuas: A triginta annis & ſuprà, vſque ad annos quinquaginta, numera omnes qui ingrediuntur & miniſtrant in tabernaculo fœderis. Hoc eſt officium familię Gerſonitarũ, vt portent Cortinas tabernaculi & tectum fœderis, opertmentum aliud, & ſuper omnia velamen°hyacinthinũ,'tentoriũmq; quod pẽdet in introitu tabernaculi fœderis, Cortinas atrij, & velum in introitu quod eſt ante tabernaculum, omnia quæ ad altare pertinẽt, funiculos & vaſa miniſterij. Iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerſon: & ſcient ſinguli cui debeant°operi'mãcipari. Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarum in tabernaculo fœderis: erũntq; ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. ¶Filios quoq; Merari per familias & domos patrũ ſuorum recenſebis à triginta annis & ſuprà, vſque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officiũ miniſterij ſui & cultum fœderis teſtimonij. Hæc ſunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac baſes earũ, Columnas quoque atrij per circuitum cũ baſibus & paxillis & funibus ſuis: omnia vaſa & ſupellectilem ad numerum accipient, ſicque portabunt. Hoc eſt officium familiæ Meraritarum & miniſteriũ in tabernaculo fœderis: erũntque ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. ¶Recẽſuerunt igitur Moyſes & Aarõ & principes ſynagógæ filios Caath per cognationes & domos patrum ſuorum à triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad miniſterium tabernaculi fœderis: Et inuenti ſunt duo millia ſeptingenti quinquaginta. Hic eſt numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyſes & Aaron iuxta ſermonem Domini per manũ Moyſi. Numerati ſunt & filij Gerſon per cognationes, & domos patrũ ſuorum à triginta annis & ſuprà, vſque ad quinquageſimũ annum, omnes qui ingrediuntur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis: Et inuenti ſunt duo millia ſexcẽti triginta. Hic eſt populus Gerſonitarũ,

¶°onera

Officiũ Gerſonitarum. C

¶°iãthinum.

¶°oneri

Officiũ Meraritarum.

D Caathitæ recenſentur.

Gerſonitæ.

¶11 oblatio iugis. ſub. ſacrificij. ¶14 vſ. præfectura inquã eius erit. id eſt Eleazar præficietur oleo luminis &c. in vniuerſum, præerit toti tabernaculo, ſanctuarióque, & vaſis eius. ¶15 vſ, Ne exterminetis tribum cognationũ Caathitarum .i. Cauete ne veſtra negligentia pereant Caathitæ. q.d. ipſe Aaron & filij eius prius omnia diligẽter inuoluãt: ne nuda à filijs Caath tractentur, aut videantur: & moriantur. ¶16 .i. ad res ſacras deferendas. ¶17 ipſique cõſtituãt eos, vnũquenq; iuxta opus ſuũ & iuxta onus ſuũ .i. tradant ſingulis onera ſua, & dicãt illis quę facienda erũt ¶18 quando velabunt ſanctitatẽ, & moriãtur. .i. quando Aaron & filij eius velabunt res ſacras non opertas: & moriãtur ¶19 Heb. qui veniunt ad militãdũ militiã, ad peragẽdũ opus in tentorio cõuentus. Alij recti°, qui admittuntur in conſortiũ eorũ qui miniſtrare poſſunt in tabernaculo fœderis i. qui deſignãtur a Deo ad miniſtrandum. ¶20 Heb. ad colendũ & ad ferẽdũ. ¶22 i. quo illud opertoriũ tegebatur parte ſuperna. ¶23 & quæcunq; facta ſunt pro illis: & [ita] miniſtrabũt. ¶24 & cõmittetis illis in cuſtodiã vniuerſa onera ipſorũ. i. quæcunq; illi ferre debẽt. ¶26 .i. omnia faciẽt mandante Ithamar. ¶27 omnes qui veniunt [vel, admittuntur] in congregationẽ eorum qui miniſtrare debent in tabernaculo fœderis. Hæc &c. ¶28 vſ, Hæc eſt cuſtodia oneris eorum in omni cultu eorũ, in tabernaculo fœderis. i. hæc committentur illis deferẽda pro cultu miniſterij eorum. ¶29 quotquot ingrediũtur in congregationem, ad miniſtrãdum. Hoc eſt, quotquot admittũtur in eam turmam quæ deſignata eſt ad miniſtrandũ. ¶30 Hi ſunt numerati ¶31 .i. opera Moſis, numerante Moſe. Vel, mandato Domini facto per Moſen. ¶32 quotquot admittuntur in congregationem deſignatã miniſterio tabernaculi fœderis. ¶33 Hi ſunt qui ex cognationibus Gerſonitarum numerati ſunt, quotquot apti erant vt miniſtrarent in tabernaculo fœderis.

quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta verbum Domini. Numerati ſunt & filij Merari per cognationes & domos patrum ſuorum A triginta annis & ſuprà. vſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: Et inuenti ſunt tria millia ducenti. Hic eſt numerus filiorum Merari, quos recenſuerunt Moyſes & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moyſi. Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis, & quos *fecit ad nomen Moyſes & Aaron, & principes Iſrael per cognationes & domos patrum ſuorum A triginta annis & ſuprà, vſq; ad annum quinquageſimum, ingredientes ad miniſterium tabernaculi, & onera portanda, Fuerũt ſimul octo millia quingenti octoginta. Iuxta verbum Domini recẽſuit eos Moyſes, vnũquẽque iuxta officium & onera ſua, ſicut præceperat ei Dominus.

*recenſeri

CAP. V.

Qui è caſtris eijciendi.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filijs Iſrael vt eijciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutúſque eſt ſuper mortuo: Tam maſculum quàm fœminam eijcite de caſtris, ne contaminent ea, cũ habitauerint vobiſcum. Fecerúntque ita filij Iſrael, & eiecerũt eos extra caſtra, ſicut locutus erat Dominus Moyſi.

Expiatio tranſgreſſionis. Leuit. 6. a.

¶Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, ¶Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolẽt hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, Confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintámque partem deſuper ei in quem peccauerint. Si autem nõ fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia.

Cõfeſſio peccati.

Lex primitiarum.

Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinent: Et quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.

B

Lex zelotypiæ.

¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritúmque contemnens Dormierit cum altero viro: & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia nõ eſt inuenta in ſtupro: Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur: Adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationẽ pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceæ. nõ fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus: quia ſacrificiũ zelotypiæ eſt,

Gerſon, quicunque in tẽtorio conſtitutionis miniſtrare poterat, quem recenſuit Moſes & Aharon iuxta os Domini. Numeri autem familiarum filiorum Merari per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum ſunt, Ab eo qui triginta erat annorum & ſupra, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, [14]quicunq; ad bellum apti erant, ad ſeruiendũ in tentorio conſtitutionis, 'Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias ſuas, tria millia ducẽti. Hæc eſt ſumma familiarum filiorũ Merari, quos numerauit Moſes & Aharõ iuxta os Domini per manũ Moſis. Omnes itaque numeri Leuitarum quos recẽſuit Moſes & Aharon atque principes Iſrael, iuxta familias ſuas & domos patrum ſuorum, Ab eo qui triginta fuit annorum & ſupra, vſque ad eũ qui natus erat quinquaginta annos, [15]quicunq; veniebat vt miniſtraret in miniſterio, & inſeruiret oneri geſtando ' in tentorio conſtitutionis, Fuerunt inquam quum recenſerentur ipſi, octo millia quingenti octoginta. [16]Iuxta os Domini numerauit eos per manum Moſis,' vnumquenque iuxta miniſterium ſuum, & onus ſuum. [17]& præfecturam ſuam, quemadmodum præceperat Dominus Moſi.

CAP. V.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Præcipe filijs Iſrael vt eijciant [1]è caſtris' omnẽ leproſum & omnem [2]qui fluit,' & quicunque mortui cõtactu contaminatus eſt, Et marẽ & fœminã eijciatis: extra caſtra inquã eijciatis eos, ne contaminent caſtra [3]ſua, in quorũ medio ego habito.' Et filij Iſrael fecerũt ſic, eiecerúntq; eos extra caſtra. quẽadmodũ loquutus fuerat Dominus ad Moſen, ſic fecerunt filij Iſrael. ¶Et locutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, Vir aut mulier ſi fecerint ex omnibus peccatis [[4]cõtra] hominem, [5]vt ſcilicet præuaricatione præuaricentur aduerſus Dominũ,' deliqueritque anima huiuſmodi, [6]Cõfiteantur' peccatũ ſuum quod fecerũt, & [7]reſtituat culpam ſuam in ſorte ſua,' quintámque partem illi ſuperaddat, détque illi in quem deliquit. Quòd ſi viro illi [8]vindex' nullus fuerit cui delictum reſtituatur, [9]delictum Domino reſtituatur, ſacerdoti videlicet, ſuprà 'arietem expiationum, [10]per quem expiatio pro illo fit.' Et omnis [11]thruma, quæ fit ex omnibus ſanctis filiorũ Iſrael, quam adferũt ſacerdoti, 'ipſius erit. [12]Sancta quoque vniuſcuiuſque, ipſius erunt: & quidquid homo ſacerdoti dederit, ipſius ſit. ¶Loquutus eſt Dominus ad Moſen in hãc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Cuiuſcunq; vxor defecerit, & deſignauerit cõtra eũ ſcelus, Dormieritque vir cum ea proiectione ſeminis, [13]idque latet maritum eius, celatúrque eum quòd' immunda ipſa ſit facta, neque teſtis eſt aduerſus eam, neque ipſa [14]deprehenſa.' Si hunc inuaſerit [15]'vehemens zelus, ita vt indignetur zelo quodã aduerſus vxorem ſuam,' ipſa polluta exiſtente: Aut ſi inuaſerit eum [16]vehemẽs zelus, ita vt indignetur zelo quodam aduerſus vxorẽ ſuam,' tametſi non fuerit polluta: Adducat vir talis vxorem ſuã ad ſacerdotem, adferátq; ſimul donũ illius [17]pro ea,' nempe decimã partẽ [18]ephi' farinæ hordeaceæ: at oleum non fundet ſuper eam, neque ponat thus ſuper eam: quoniã [19]ſacrificium cibarium eſt zeli,'

¶14 quotquot ingrediebatur in cõgregationem ad miniſtrandũ in tabernaculo fœderis'. quotquot admittebant' apti vt miniſtrarent in tabernaculo fœderis. ¶15. i. quotquot admittebantur ad deferẽda vaſa tabernaculi. ¶16 .i. Moyſes numerauit eos iuxta ſermonẽ quem Domin' habuerat cum ipſo in monte. Hebraiſmus. ¶17 & numerati ei' ſ. i. quos Moſes numerauit] fuerunt quos præceperat Dominus Moſi. Subaudi, numerandos.

V.

¶1 ſiue, extra caſtra. i. ad locum qui eſt extra caſtra. ¶2 vl, patientem fluxum ſeminis. ¶3 eorum [ſcilicet, filiorũ Iſrael,] in quorũ [ſub. caſtrorum] medio habito. ¶4 Heb. hominum .i. quũ ad miſerint peccatũ aliquod ex his quæ ſolent homines admittere. ¶5. i. præuaricando in Dominum. ¶6 Confitebuntur ¶7 reddẽt delictũ ſuum in ſolidũ. vl, vt Hebraice adverbũ legitur, in capite ſuo. i. totum illud ipſum, ſiue proprium ipſum damnũ. Hæc eadẽ ſententia ſcribitur Leuit. 6. a. ¶8 propinquus. i. Si ille cui intulit dãnũ, mortuus fuerit, nec habuerit propinquũ redẽptorẽ, cui reſtituat damnũ quod intulerit mortuo: damnũ illud reſtituetur Deo, & erit ſacerdotis. Chaldæus paraphraſtes vertit. Et ſi non vixerit homo ille, neque habuerit propinquũ cui reddatur illud in quo peccauerunt: illud quod redditur pro peccato coram Domino, ad ſacerdotem pertinet. ¶9 delictum redditũ Domino erit ſacerdotis: præter ¶10 vl, quo rogabit pro illo. Subaudi, ſacerdos. ¶11 oblatio omnium ſanctificationum filiorum Iſrael, quam offerũt ſacerdoti, &c. i. omnia quæ offerũtur Deo à filijs Iſrael per ſacerdotem, ipſius ſacerdotis erunt. ¶12 q. d. Licet vnicuique, dare ſanctificata cuicũque ſacerdoti voluerit: at quando quis dederit illa ſacerdoti, ad eum ſacerdotem pertinebunt ſanctificata. ¶13 Heb. abſconditúmque fuerit ab oculis viri ſui, latétque eum quòd &c. Lata fuit lex zelotypiæ, id eſt lex qua explorabant vxorum impudicitiam mariti zelotypi, ne ipſi ſæuirent in vxores quas haberent adulterij ſuſpectas: præterea vt vxores continerentur in officio, & ab impudicitia coercerentur metu tam grauis pœnæ. ¶14 ſub. in adulterio. ¶15 ſpiritus zelotypia, ita vt ſuſpectam eam habeat, ¶16. i. falsò fuerit ſuſpecta marito. ¶17 vl, vnà cum ea, ¶18. i. trium ſatorum. ¶19 oblatio zelotypiæ eſt. i. quã offerre ſolet is qui eſt zelotypus, ſiue is qui habet pudicitiam vxoris ſuæ ſuſpectã.

[10]donũ inquã memoriale, quod meminiſſe ſceleris facit.' Sacerdos verò ſacrificiũ illud ſacrificet, & ſtatuat illud corã Domino. Sumat inſuper ſacerdos[11]'aquas ſacras' in vaſe fictili, & de puluere qui fuerit in paulmẽto tabernaculi tollat ſacerdos, & ponat in aquã. Statuat præterea ſacerdos mulierẽ ante Dominũ, & nudet caput mulieris, & det in man⁹ eius[12]'ſacrificiũ illud memoriale, quod ſacrificiũ eſt zeli,' habeátq; ſacerdos in manu ſua aquas amaras[13]'execratiõis.' Et obteſtetur eã ſacerdos, & dicat ad mulierẽ illam, Si non dormiuit vir tecũ, ſi non defeciſti ad immunditiam [14]ſub marito tuo, [15]'libera euades ab aquis iſtis amaris & execratis.' Si verò defeciſti ſub marito tuo, & polluta es, [16]cõcubuitq; tecũ vir ali⁹ quàm maritus tuus: [17]'Obteſtetúrque ſacerdos mulierẽ talẽ, diréq; deuoueat, & dicat ſacerdos mulieri,' Det te Dominus in[18]execrationẽ[19]'& iuramẽtum' in medio populi tui, quũ ſcilicet effecerit Dominus vt [20]'femur tuũ deijciatur,' & vterus tuus intumeſcat. Ingrediãtur aquæ iſtæ [21]'execrantes' in viſcera tua, vt [22]'intumeſcat vterus tuus,' faciántq; [23]'deijci' femur tuũ: dicátq; mulier, [24]Amen, amẽ.' Scribat inſuper ſacerdos execrationes illas in librũ. [25]'& abradat [eas] in aquas amaricãtes. [26]Iubeátq; [ſacerdos] vt mulier bibat aquas illas amaricãtes & execrãtes: & ingredietur in eã aquæ illæ maledictæ [verſæ in] amaras. Et accipiat' ſacerdos[27]'ſacrificium cibariũ zeli' è manu mulieris, & [28]moueat' illud ante Dominũ, & adducat illud ad aram. Apprehendat quoq; ſacerdos[29]ex iſto ſacrificio cibario volam plenam ad monumẽtũ eius, incendátque' in ara, & poſt hoc dabit mulieri potum illius aquæ. Quum verò aquas potauerit, ſi fuerit polluta, & ſcelus deſignauerit aduerſ⁹ maritum ſuum, ingredientur in eã aquæ iſtæ[40]execrantes vt amareſcent,' & intumeſcet venter eius, [41]cadétq;' femur eius: & erit mulier illa[42]execrata' in medio populi ſui. Si verò polluta non fuerit mulier huiuſmodi, ſed munda, [43]noxæ eximetur, & fœcũda reddet.' Hæc lex eſt zelotypiæ, [44] quando mulier à marito ſuo defecerit & polluta fuerit: aut quum maritum inuaſerit ſpiritus amarus, ita vt æmuletur zelo erga vxorem ſuam,' & ſtatuerit vxorem ſuam coram Domino, & fecerit illi ſacerdos iuxta vniuerſam legẽ iſtam. [45]Eritq; vir innocẽs ab iniquitate, mulier verò ipſa feret noxam ſuam. CAP. VI.

ET loquutus eſt Domin⁹ ad Moſen in hæc verba, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, vir ſiue mulier [1]ſi diſertè vouerint votũ naſir, vt ſeparẽt ſeſe Domino, [2]A vino & ſicera abſtineat, acetũ vini & ſiceræ nõ bibat, [3]imò quidquid reliquũ eſt ex vnis' nõ bibat, præterea nec recẽtes vuas, nec paſſas comedet. Idq; [4]toto tẽpore quo ipſe naſir eſt: nihil deniq; edat quod ſit è vite vinifera, ſiue acini ſint, ſiue vinacea. [5]Porrò toto tempore quo durat votũ eius naſir,' nouacula nulla admoueri

& oblatio inueſtigãs adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet corã Domino, Aſſumétq; aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. C
Cúmque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationẽ zelotypiæ: ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit. Adiurabitque eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi. Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: His maledictionibus ſubiacebis, Det te Dominus in maledictionem, exemplúmq; cunctorum in populo [a]ſuo:' putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur. Ingrediãtur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier, Amen, amẽ. Scribétque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere. D
Quas cũ exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponétque illud ſuper altare: Ita dũtaxat vt prius, pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cũ biberit, ſi polluta eſt, & cõtempto viro adulterii rea, pertranſibunt aquæ eã maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur: eritq; mulier in maledictionẽ, & in exemplum omni populo. Quòd ſi polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Iſta eſt lex zelotypiæ: ſi declinauerit à viro ſuo, & ſi polluta fuerit, maritúſque zelotypiæ ſpiritu concitatus adduxerit eam in cõſpectũ Domini, & fecerit ei ſacerdos iuxta omnia quæ ſcripta ſunt, maritus abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam. CAP. VI.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare: A vino, & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt: acetũ ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, nõ bibent: vuas recẽtes ſiccáſq; non comedẽt. Cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrãtur: quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq; ad acinũ non comedent. Omni tẽpore ſeparationis ſuæ [nouacula nõ tranſibit

Aquæ amariſſimæ.

[a] tuo

Lex cõſecratorum, ſiue nazaræorũ.

Indic. 13. 8.

¶10 Heb. oblatio memoriæ reducentis in memoriã iniquitatẽ. Repetitio frequens apud Hebræos, pro, oblatio quæ reducit iniquitatem in memoriã. ¶11 i. aquã ſumptã ex labro ſacro, quod erat iuxta altare holocauſti. ¶12 oblationẽ memoriæ, quæ oblatio zelotypiæ eſt, i. quæ ſolet dari à marito zelotypo. ¶13 maledictas, i. quæ ſolebãt mulieres impudicas reddere infœlices, & miſeras. nam maledictio ſignificat infœlicitatem. Amaras vocat aquas quæ poſt ea fiebant amaræ. ¶14 i. deſpecto marito, ¶15 mũda eſto ab aquis amaris maledictis iſtis, i. immunis eſto ab infœlicitate quã ſolent afferre aquæ iſtæ amaræ. ¶16 Heb. & poſuerit aliquis in te ſemẽ ſuũ, i. rẽ habuerit aliqs tecũ p̃ter maritũ tuũ ¶17 vl. Adiurabit inquã eam ſacerdos adiuratione maledictionis, & dicet. Hæc verba debent legi per parẽtheſin. ¶18 vl. maledictionẽ, i. Faciat te Deus miſeram & infœlicem. ¶19 execrationémq; &c. i. Sis tã miſera & infœlix vt publica & cõmunis imprecatio ſit, Contingat tibi quod mulieri illi cõtigit. ¶20 i. pudẽda putreſcant. ¶21 maledictæ ¶22 intumeſcere faciant vterũ tuũ, ¶23 ſiue, putreſcere ¶24 i. Ita mihi contingat. ¶25 Heb. & delebit eas aquis amariſſimis. Vel, & eas deletas, immittet in aquas amaras. ¶26 vl. Et potabit mulierẽ aquis amaris maledictis: quæ ingredientur &c. Tũc accipiat &c. ¶27 Heb. mun⁹ zelotypiæ ¶28 vl. offerat ¶29 plenum pugillum de oblatione eius, ſuffitum eius: & adolebit &c. Suffitum eius vocat portiunculã quæ de ea oblatione incendatur. ¶40 maledictæ [verſæ in] amaras. ¶41 vl. putreſcétq; ¶42 In maledictionẽ, i. dicẽt omnes, Cõtingat tibi quod mulieri illi contigit. ¶43 Heb. abſoluetur, & ſeminabitur ſemine. Abſoluetur, inquit, i. liberabitur ab omni noxa: concipiétq; & pariet liberos. id enim eſt ſeminari ſemine. ¶44 Heb. quũ errauerit mulier ſub viro ſuo, & polluta fuerit. aut certe viri ſub. hæc eſt lex, ſup quẽ trãſierit ſpiritus zelotypiæ, & ſuſpectã habuerit pudicitiã vxoris ſuæ, &c. ¶45 Heb. Immunis erit vir ille ab iniquitate: & mulier ipſa portabit pœnã iniquitatis ſuæ. i. vir zelotypus impune illud faciet: mulier verò quòd ipudica fuerit, dabit pœnas. VI. ¶1 vl. cũ ſeparauerint ſeſe ad vouẽdũ votũ nazaræi, ad ſeparandũ ſeſe Domino, i. cũ vouerint ſe fore nazaræos, & cõſecraturos ſeſe cultui diuino. Nazaræi erãt qui vt liberius vacarẽt legi diſcẽdæ, & expẽdẽdæ benignitati Dei, aliorũ cõmercio ſe abdicabãt ad tẽpus, & Domino ſe totos dedebant. Vel qui quũ profuſius vino & reliquis corporis delicijs vſi fuiſſent, poſtea ſeueriori vitæ generi ſe mãcipabant vt corpus affligerẽt. Naſir vox Hebræa quæ ſeparatum ſignificat. ¶2 & omnẽ infuſionẽ vuarũ. Quãdo ſcilicet vuæ preſſæ prelo, maceratur aqua: vt eſt vinũ ſecundariũ. Gallice, vin de deſpẽſe. ¶3 Heb. omnibus diebus ſeparationis ſuæ ex omni quod fieri ſolet è vite vini [i. producẽte vinum] ab acinis vſque ad corticem nõ comedet. ¶4 Heb. Omnibus diebus ſeparationis [vel, conſecrationis] ſuæ,

¶°ſuper — °per°caput eius vſq; ad cōpletum diem quo Domino conſecratur. Sāctus erit, creſcente cæſarie
B capitis eius. Omni tempore cōſecrationis ſuæ ſuper mortuum nō ingredietur, Nec ſuper patris quidē & matris & fratris ſororiſq; funere contaminabitur, quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt. Omnibus diebus ſeparationis ſuę, ſanct° erit Domino. Si autem mortuus fuerit ſubitò quiſpiam coram eo, pollnetur caput conſecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis ſuę, & rurſum ſeptima. In octaua autē die offeret duos turtures, vel duos pullos colūbæ ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonij. Facietq; ſacerdos vnū pro peccato, & alterū in holocauſtū, & deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo: ſanctificabitq; caput eius in die illo. Et
¶°dies — conſecrabit Domino°die°ſeparationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiāt, quoniā polluta eſt ſan-
C ctificatio eius. Iſta eſt lex cōſecrationis. Cū dies quos ex voto decreuerat, complebūtur: adducet
¶°Et offeret — eum ad oſtium tabernaculi fœderis, °Vt offerat° oblationem eius Domino, agnum anniculū immaculatum in holocauſtum, & ouē anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hoſtiam pacificam. Caniſtrum quoque panum azymorum qui conſperſi ſint oleo, & lagana abſque fermento vncta oleo, ac libamina ſingulorum. Quæ offeret ſacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocauſtū. Arietem verò immolabit hoſtiam pacificam Domino, offerens ſimul caniſtrum azymorū, & li-
Acto. 21.d.e. — bamenta quæ ex more debentur. ¶Tunc radetur nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ: tolletque capillos eius, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum. Et armū coctum arietis, tortamque
D abſque fermento vnam de caniſtro & laganum azymū vnum, & tradet in manus nazaræi, poſtquam raſum fuerit caput eius. Suſceptáque rurſum ab eo, eleuabit in conſpectu Domini: & ſanctificata, ſacerdotis erunt, ſicut pectuſculū quod ſeparari iuſſum eſt, & femur. poſt hæc poteſt bibere nazaræus vinum. Iſta eſt lex nazaræi, cū vouerit oblationem ſuam Domino tēpore conſecrationis ſuæ, exceptis his quæ inuenerit ma-
Benedicendi populo modus. — nus eius: iuxta quod mēte deuouerat, ita faciet, ad perfectionē ſanctificationis ſuæ. ¶Locutúſq;
Eccli 36.c. — eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere Aaron & filijs eius, Sic benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Cōuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomē meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

debet capiti eius: [5]quia ſacer ſit donec expleat dies quibus ſe Domino ſegregauit, nutriēdo ſcilicet comam capillorū capitis ſui.' Toto deniq; tempore quo ſe Domino ſegregauit, [6]ad mortuum' non ingrediatur: Imò ne in patris quidē ſui, aut matris ſuę, aut fratris ſui, aut ſororis ſuę morte polluatur: [7]eo quòd næſer Dei ſui eſt ſuper caput eius.' Cunctis diebus ſeparationis ſuæ ſacer eſt Domino. Quòd ſi quiſpiā mortuus fuerit apud eum ſubito & repentino caſu, contaminabitur caput [8]comæ ſuæ: 'radat ergo caput ſuū in die purgationis ſuæ, nēpe in die ſeptimo radet illud. Die verò octauo adferat duos turtures, aut duos pullos colūbinos ad ſacerdotē, ad oſtiū tentorij [9]conſtitutionis.' Facietque ſacerdos vnū pro peccato, alterum pro holocauſto, & expiabit illū [10]ab eo quod peccauit aduerſus animam ſuam,' & conſecrabit caput eius in die illo. Et ſeparabit ſe Domino [11]dies illos quib° eſt naſir:' adducetque agnum anniculum pro delicto: dies verò priores [12]irriti ſint.' quoniam [13]polluit næſer ſeparationis ſuæ. [14]Hæc autem eſt lex nazaræi, Quādo abſoluerit dies ſeparatiōis ſuæ, 'eodē die applicet ſeſe ad oſtiū tentorij cōſtitutionis, Adferátq; donum ſuū Domino, nempe agnum vnū anniculum integrū ad holocauſtum, & ouiculā vnam anniculā integram pro peccato, & arietem vnum, eúmq; integrum pro ſacrificio gratiarum actionis. Caniſtrum quoq; infermentatorū, nēpe placentas ſimilagineas, placentas vnctas oleo, & lagana infermentata oleo delibuta, cum ſacrificio eorum cibario, & cum libaminibus eorum. Adferat[ſea]ſacerdos coram Domino, & faciat hoſtiam eius pro peccato, atq; holocauſtum eius: Arietem verò faciet pro ſacrificio gratiarum actionis Domino, cum caniſtro infermentatorū, faciétque ſacerdos [15]ſacrificium eius cibarium,' & libationem eius. Et [16]radet nazaræum in oſtio tentorij conſtitutionis, nempe caput næſer eius: tollétque pillos capitis næſer eius,' ponétque in ignē, qui eſt ſub ſacrificio gratulatorio. Tollat quoque ſacerdos armum coctū [17]de ariete,' & placentam vnam infermentatam è caniſtro, [18]laganum' quoque infermentatum vnum, & ponat ſuper manus nazaræi poſtquam raſerit [19]comam ſuam. [20]Et moueat ea ſacerdos tenupha' coram Domino: [21]conſecrata hæc erunt ſacerdoti, præter pectuſculum tenupha, & præter armū thruma.' poſt hæc poterit naſir vinum bibere. [22]Hæc lex eſt nazaræi, qui vouerit donū ſuum Domino pro conſecratione ſua,' exceptis his [23]quæ apprehenderit manus eius. [24]iuxta rationem voti ſui quod vouit, ſic faciat iuxta præſcriptum ſeparationis ſuæ. ¶Loquutúſque eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad Aharonem & ad filios eius in hanc ſententiam, Sic bene precemini filijs Iſrael, dicetíſq; ad eos, [25]Benedicat tibi Dominus,' & cuſtodiat te. [26]illuſtret Dominus faciē ſuam ſuper te,' & miſereatur tui. [27]Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te,' & det tibi tranquillitatem. [28]Ponent itaque nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam te.

¶5 Heb. donec impleti fuerit dies ſeparationis ſuæ, Domino ſanct° erit: ſinet creſcere crines capitis ſui intonſos. ¶6 ad animam mortui .i. funeri nō interſit. ¶7.i. quia in capite ſuo geſtat crines quos nō curat radēdos propter Deum ſuum. ¶8 Heb. nazaræatus ſui Vel. caput crinis eius intōſi: ¶9 fœderis. vſ. cōuētus. ¶10.i. ab eo quo pollutus fuerat propter mortuū: hoc eſt, ab illa impuritate quā contraxit ꝓpterea quòd fuerit in loco in quo quis ſubitò concidit mortuus. ¶11 dies nazaræatus ſui. Plurali numero, accuſatiuo caſu, legendū eſt DIES. Conſecrabit, inquit, Domino dies nazaræat° ſui, ſiue ſeparationis ſuæ. i. ex eo tēpore incipiet rurſus numerare tēpus nazaræatus ſui. tēpus quo vouerat ſe fore nazaræū. ¶12 Heb. cadent. hoc eſt, dies præcedentes pollutionem, nō numerabuntur. tempus anteactum quo fuerat nazaræus, reputabitur pro nihilo. ¶13 Heb. pollutus fuit nazaræatus eius. i. tēpus quo ipſe ſeparatus eſt Deo, pollutū fuit ob præſentiā cadaueris. ¶14. i. Hic eſt ritus quē ſeruare debebūt nazaræi, exacto die ſeparationis. ¶15 oblationē eius, ¶16 radet nazaræus ante oſtiū tabernaculi cōuētus, caput ſeparationis ſuæ, [vſ. nazaræatus ſui,] capiétq; cæſariē capitis nazaræatus ſui, &c. i. is qui ſe conſecrauerat Deo, radet caput ſuū intonſum, ſiue comā ſuā quæ intonſa erat ratione nazaræatus & ſeparationis ſuæ, radet inquā ante oſtium: & capiet cæſariē quæ hactenus intonſa fuerat ratione voti. Næſer varie exponunt, quidā pro cæſarie aut coma, quidā pro ſeparatione, quidā pro cōſecratione ¶17 de quo ſcilicet fiebat ſacrificiū pacificorū. ¶18 vſ. cruſtulum. ¶19 nazaræatū ſuū. i. crinem qui antea fuerat intōſus. ¶20 Eleuabit autē ea ſacerdos eleuationē. Vel. Eleuādo autē ea ſacerdos offeret. ¶21 Heb. ſanctitas eſt ſacerdotis, vltra pectus eleuationis, & vltra armū eleuationis. q.d. ea omnia conſecrata, ſunt ſacerdotis, & ad eū pertinent. ¶22 Iſte eſt ritus nazaræi qui vouerit[ſub. ſe fore nazaræum]&[ſub. hæc eſt lex]oblationis eius Domino pro ſeparatione ſua. i. quā offerre debet pro &c. ¶23 q.d. Id faciet, niſi plura facere poterit per facultates ſuas. ¶24 i. quantum vouerit ſe facturū, tantū pręſtabit. ¶25. i. Det tibi Dominus copiā omniū bonorū tēporaliū & ſpiritualiū. Hoc enim ſignificat benedictio apud Hebræos. ¶26 vſ. reſpiciat te Dominus vultu hilari, ¶27. i. Reſpiciat te Deus ſemper. ¶28 Hoc eſt, Cum benedicent filij Iſrael, adiungent nomen meum tetragrammaton.

VII.

CAP. VII.

FActum eſt autẽ eo die, quum abſoluiſſet Moſes tabernaculi erectionẽ, vnxiſſetque ipſum, conſecraſſetque ipſum & cuncta vaſa eius, aram quoque & vniuerſa inſtrumenta eius: quũ talia, inquã, vnxiſſet & cõſecraſſet, [factum eſt] Vt afferrent principes Iſraelis, capita ſcilicet per domos patrum ſuorum, qui principes erant tribuũ, [1]qui præerant cenſibus,' Vt adferrent, inquam, dona ſua corã Domino ſex currus [2]tectos,' & duodecim boues, currũ vnũ [3]pro duobus principibus,' & bouẽ vnum [4]pro vno,' adduxerũtq; ea ante tabernaculũ. ¶Et dixit Dominus ad Moſen hiſce verbis, Cape [hæc] ab eis, [5]vt ſint in miniſterium cultus tentorij conſtitutionis:' tradeſq; ea Leuitis, vnicuique iuxta miniſteriũ ſuũ. Accipiẽs itaque Moſes currus & boues, tradidit eis Leuitis. Duos currus & quatuor boues dedit filijs Gerſõ [6]iuxta miniſteriũ eorũ.' Et quatuor currus atq; octo boues dedit filijs Merari, [6]iuxta miniſteriũ eorũ,' ſub manu Ithamar filij Aharonis ſacerdotis. Filijs verò Kahath nihil dedit: [7]nam miniſteriũ rerum ſacrarũ illis iniunctum erat,' quas humeris [ſuis] geſtabant. ¶Afferebãt inſuper principes [8]ad aræ initiationẽ' eo die quo inungebãtur, afferebãt, inquã, principes dona ſua ante arã. Et ait Dominus ad Moſen, [9]Singulis dieb' ſinguli principes' ſua dona adferãt ad aræ initiationẽ. Attulit itaq; primo die donũ ſuũ Nahaſon filius Aminadab de tribu Iehuda. Erátq; donũ ipſũ [10]catinus' argẽteus vnus, centũ & triginta ſiclorũ, [11]phiala vna argentea, ſeptuaginta ſiclorũ iuxta põdus ſanctuarij: vtrunq; ex his plenum fuit ſimilagine [12]oleo' ꝑmixta [13]pro ſacrificio cibario. [14]Cochleare vnũ aureum decẽ [ſiclorum,]' plenũ ſuffitu. [15]Iuuencus vnus,' aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocauſtum, Hircus caprarũ vnus ad hoſtiam pro peccato. Pro ſacrificio verò [16]gratulatorio,' boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinq;. hoc fuit donũ Nahaſon filij Aminadab. ¶Secũdo die attulit Nathaneel filius Zuar princeps [tribus] Iſaſchar, attulit inquam donum ſuũ, catinum vnũ argenteũ centum & triginta ſiclorũ, phialã argenteã vnam ſeptuaginta ſiclorũ iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo cõmixta [13]pro ſacrificio minha,' Cochleare vnum aureum decẽ [ſiclorum,] plenum ſuffitu, Iuuẽcum ex bobus vnum, arietẽ vnum, agnũ anniculũ vnum in holocauſtum, Hircũ caprarum vnum pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duos, arietes quinq;, agnos anniculos quinq;. hoc fuit donũ Nathanelis filij Zuar. ¶Tertio die princeps filiorũ Zebulon Eliab filius Helon, cuius donum fuit catinus vnus argẽteus cẽtũ & triginta ſiclorũ, phiala vna argẽtea ſeptuaginta ſiclorũ iuxta ſiclum ſanctuarij: vtrunq; ex his plenum fuit ſimilagine oleo conſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare vnũ aureũ decẽ [ſiclorũ] plenũ ſuffitu, Iuuẽcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtũ, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinque. hoc donum fuit Eliab filij Helon. ¶Quarto die princeps filiorũ Ruben Elizur filius Sedeur, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centũ triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtrunq; ex his plenũ fuit ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decẽ [ſiclorum] plenũ ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocauſtum ſcilicet, Hircus caprarum vnus ad hoſtiam pro peccato, Pro ſacrificio autem gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, & agni anniculi quinque. hoc donum fuit Elizur filij Sedeur.

CAP. VII.

FActum eſt autem, in die qua compleuit Moyſes tabernaculum, & erexit illud, vnxitq; & ſanctificauit cũ omnibus vaſis ſuis, altare ſimiliter & omnia vaſa ei': Obtulerũt principes Iſrael *& capita familiarũ *quæ erant per ſingulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, Munera coram Domino ſex plauſtra tecta cũ duodecim bobus: vnum plauſtrum obtulere duo duces, & vnum bouem ſinguli, obtuleruntque ea in cõſpectu tabernaculi. ¶Ait autem Dominus ad Moyſen, Suſcipe ab eis vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi*, & trades ea Leuitis iuxta ordinem miniſterij ſui. Itaque cũ ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra, & boues, tradidit *eos Leuitis. Duo plauſtra & quatuor boues dedit filijs Gerſon, iuxta id quod habebant neceſſarium. Quatuor alia plauſtra, & octo boues dedit filijs Merari ſecundum officia & cultum ſuum, ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Filijs autem Caath non dedit plauſtra & boues: Quia in ſanctuario ſeruiunt, & onera proprijs portant humeris. ¶Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum eſt, oblationem ſuam ante altare. Dixitq; Domin' ad Moyſen, Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de tribu Iuda: fuerũtque in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta ſiclorum, phiala argẽtea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incẽſo. Bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircũmq; pro peccato: Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Nahaſſon filij Aminadab. ¶Secũdo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Iſſachar, acetabulum argenteum appendens cẽtum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ: Mortariolum aureum habẽs decem ſiclos plenũ incenſo: Bouem de armento & arietem, & agnũ anniculum in holocauſtũ: Hircũmque pro peccato: Et in ſacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. ¶Tertio die princeps filiorũ Zabulõ Eliab filius Helõ, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ: Mortariolum aureum appendẽs decem ſiclos plenũ incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocauſtũ: Hircũmq; pro peccato: Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. ¶Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sedeur obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad põdus ſanctuarij, vtrũque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ: Mortariolum aureum appendens decẽ ſiclos plenum incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircũmque pro peccato: Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur.

¶1 Heb. qui ſtabant ſuper numeros. i. qui aſtabant dũ populus numeraretur, & numeratorũ præfecti erant. ¶2 i. in modũ lecticarum factos. ¶3 vel, in binos principes. ¶4 vel, in ſingulos. ¶5 vel, ad faciendum cultũ tabernaculi fœderis. Vel, conuentus. ſiue cõgregationis. q. d. Omnia illa quæ principes obtulerint, eſſent vſui tabernaculo fœderis. ¶6 vel, pro ratione miniſterij eorũ. i. habita ratione eorũ quę ferre debebant. ¶7 Heb. quia opus ſanctitatis erat ſuper eos. Vel, quia miniſteriũ ſanctuarij ad eos pertinebat. ¶8 pro dedicatione altaris ¶9 Heb. Princeps vnus per diem, princeps vnus per diem ¶10 Vox Hebræa KEAARA, ſignificat ſcutellam magnã & latã. ¶11 vel, gutturnium. Vas erat libatorium. ¶12 ſcili. et oliuarũ. ¶13 in oblationẽ. i. pro munere adornando. ¶14 vel, Cochlear vnũ aureum decem [ſiclorũ] aureorũ. Vox Hebręa CAPH, ſignificat vas paruũ & cõcauum in modũ cochlearis formatũ, in quo thus, vel incenſum, aut aliud huiuſmodi ponebatur. ¶15 Heb. Iuuẽcus vnus filius bouis. i. Vitul'. ¶16 pacificorũ,

Exod. 40. b.

Oblatiões ſingulorũ ducũ populi Iſraelitici, in dedicatiõe tabernaculi.

¶*qui

*teſtimonij

¶*ea

B

Oblatio Nahaſſon.

Nathanaelis oblatio.

Oblatio Eliab

C

Oblatio Eliſur.

Oblatio Salamiel.

¶Die quinto princeps filiorum Simeō Salamiel filius Suri-ſaddái, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialā argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc

Eliaſaph. D

fuit oblatio Salamiel filij Suri-ſaddái. ¶Die ſexto princeps filiorum Gad Eliaſaph filius Duel, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio

Eliſama.

Eliaſaph filij Duel. ¶Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Am-

Gamaliel. E

miud. ¶Die octauo princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acetabulum argenteum appendens centū triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureū appendens decem ſiclos plenum incenſo: Bouem de armento, & arietē, & agnum anniculū in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. ¶Die no-

Abidan.

no princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeōnis, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo. Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit obla-

F

tio Abidā filij Gedeōnis. ¶Die decimo princeps

Ahi-ézer.

filiorum Dan Ahi-ézer filius Ammi-ſaddái obtulit acetabulum argenteum appendens cētum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Ahi-ézer filij Am-

Phegiel.

mi-ſaddái. ¶Die vndecimo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius Ochran, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos,

¶Quinto die princeps filiorū Simeon, Selumiel filius Zuri-ſaddai, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centū & triginta ſiclorū, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij: vtraq; plena ſimilagine oleo cōſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare aureū vnum decem[ſiclorū]plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtū, Hircus caprarū vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit donū Selumiel filij Zuri-ſaddai. ¶Sexto die princeps filiorū Gad Eliaſaph filius Dehuel, cuius donum fuit catinus vnus argēteus centū & triginta ſiclorum, phiala vna argētea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraq; plena ſimila conſperſa oleo pro ſacrificio cibario, Cochleare aureū vnū decem[ſiclorū] plenū ſuffitu: Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus caprarū vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Eliaſaph filij Dehuel. ¶Septimo die princeps filiorū Ephraim, Eliſama filius Ammihud, cuius donum fuit catinus argēteus vnus centum triginta ſiclorū, phiala vna argētea ſeptuaginta ſiclorū iuxta ſiclū ſanctuarij: vtraq; plena ſimilagine oleo cōſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare aureū vnū decē[ſiclorū] plenum ſuffitu, Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtū, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Pro ſacrificio verò gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. hoc fuit donū Eliſama filij Ammihud. ¶Octauo die princeps filiorū Manaſſe, Gamliel filius Pedazur, cuius donū fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo cōſperſa pro ſacrificio cibario, Cohleare aureū vnum decem[ſiclorum]plenum ſuffitu, Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinq;. hoc fuit donū Gamlielis filij Pedazur. ¶In die nona princeps filiorum Bēiamin, Abidam filius Gideoni, fuitque donum eius catinus vnus argenteus centum & triginta ſiclorum, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decem[ſiclorum] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtū. Hircus caprarum vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Abidan filij Gideoni. ¶Decimo die princeps filiorum Dan, Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai, cuius munus fuit catinus vnus argenteus centū & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorū, iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decem[ſiclorum]plenum ſuffitu, Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtū, Et hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc donum fuit Ahi-ezer filij Ammi-ſaddai. ¶Vndecimo die princeps filiorū Aſer, Pagiel filius Ochran, cuius donum fuit catinus argēteus vnus centum & triginta ſiclorū,

phiala argẽtea vna ſeptuaginta ſiclorum, iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario. Cochleare vnũ aureum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu. Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum. Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Pagielis filij Ochran. ¶ Porrò duodecimo die princeps filiorum Naphtali, Ahira filius Enan, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorum, phiala argẽtea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclũ ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario. Cochleare aureum vnum decẽ [ſiclorum] plenum ſuffitu. Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtũ. Hirc' ex capris pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. Hoc fuit donũ Ahira filij Enã. ¶ Hæc fuit [17]initiatio' aræ in die quo fuit inuncta, à principibus ſcilicet Iſraelis, [18]catini argentei' duodecim, phialæ argẽteæ duodecim, cochlearia aurea duodecim. Centum & triginta [ſiclos habuit] catinus vnus: phiala verò vna, ſeptuaginta: omniáque vaſa argentea bis mille & quadringentos, iuxta ſiclum ſanctuarij. Cochleariorum verò aureorum duodecim fuerunt plena ſuffitus: [19]ſingula verò, decem [fuerũt ſiclorum]' iuxta ſiclum ſanctuarij. porrò vniuerſum aurum cochleariũ fuit cẽtum & viginti [ſiclorum.] Iuuẽcorum verò ex bobus vniuerſorum pro holocauſto fuerũt duodecim, arietum duodecim, agnorum anniculorũ duodecim, [20]cum ſacrificio eorum cibario,' & hircorum ex capris, qui pro hoſtia peccati [fuerunt,] duodecim: Omnium boũ pro ſacrificio [21]gratulatorio' vigintiquatuor, arietum ſexaginta, hircorum ſexaginta, agnorum anniculorum ſexaginta. [22]hæc fuit initiatio aræ' quum inungeretur. Quũmque veniret Moſes in tentoriũ [23]cõſtitutionis' vt loqueretur cum [24]eo. [25]audiuit' vocem colloquentis ad eum è propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos cherubim, & loquebatur ad eum.

CAP. VIII.

Et loqut' eſt Dominus ad Moſen in hãc ſententiã, Loquere ad Aharonẽ, & dic ad eum, [1]Quũ collocas tu in ſublimi lãpades, [2]ſeptẽ illæ lãpades verſus cãdelabrũ lucere debẽt. [3]Fecit ſic Aharon, [4]collocauitq; lãpades eius verſus candelabrũ,' quẽadmodum præceperat Domin' Moſi. Erat autẽ [5]op' cãdelabri ex auro ſolido: tã ſcap' eius, quàm flores eius, ſolidũ erat: [6]iuxta viſionem quã oſtendit' Dominus Moſi, ſic fecit candelabrũ. ¶ Loquutúſq; eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Tolle Leuitas è medio filiorũ Iſrael, & purifica eos. Sic autẽ facies eis, [7]Quum purificas eos,' ſparge ſuper eos [8]aquas peccati,' & traducãt nouaculam per omnẽ carnẽ ſuã, eluántque veſtimenta ſua, & ſeſe purificent. Deinde ſumant iuuẽcum è bobus cũ ſacrificio ſuo cibario, nẽpe ſimilaginem oleo cõmixtam, & alium iuuẽcum è bobus accipies pro hoſtia peccati. Et quũ adduxeris Leuitas ante tentoriũ conſtitutionis, congregabis vniuerſum cœtũ filiorũ Iſrael. [9]Et adduces' Leuitas in cõſpectũ Domini, componéntque filij Iſrael man' ſuas ſuper Leuitas. Et [10]motabit Aharon Leuitas motatione' corã Domino [11]à filijs Iſrael,' vt ſcilicet miniſtrẽt in cultu Do-

phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: Bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: Hircúmque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. ¶ Die duodecimo princeps filiorũ Nephthali Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendẽs centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrũque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: Mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incẽſo: Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtũ: Hircúmque pro peccato: & in hoſtias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. ¶ Hæc in dedicatiõe altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratũ eſt: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim. Ita vt centũ triginta ſiclos argenti haberet vnũ acetabulũ, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala id eſt in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringẽti, pondere ſanctuarij. Mortariola aurea duodecim plena incenſo: denos ſiclos appendentia pondere ſanctuarij: id eſt ſimul auri ſicli cẽtum viginti. Boues de armento in holocauſtum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamẽta eorũ. Hirci duodecim pro peccato in hoſtias pacificorum, boues vigintiquatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicatiõe altaris, quãdo vnctũ eſt. Cúmque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt cõſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcã teſtimonij inter duos cherũbim, vnde & loquebatur ei.

CAP. VIII.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere Aaron, & dices ad eum, Cum poſueris ſeptem lucernas, candelabrum in Auſtrali parte erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucernæ cõtra Boreã eregione reſpiciant ad menſam panũ propoſitionis, contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebũt. Fecitque Aaron, & impoſuit lucernas ſuper cãdelabrum, vt præceperat Dominus Moyſi. Hæc autem erat factura cãdelabri, Ex auro ductili, tam medius ſtipes quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere naſcebantur: iuxta exemplum quod oſtendit Dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrum. ¶ Et locutus eſt Domin' ad Moyſen, dicens, Tolle Leuitas ex medio filiorũ Iſrael, Et purificabis eos iuxta hunc ritũ, Aſpergãtur aqua luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ: cúmq; lauerint veſtimẽta ſua, & mũdati fuerint, Tollent bouẽ de armentis, & libamentũ eius ſimilã oleo conſperſam, bouẽ autẽ alterum de armẽto tu accipies pro peccato. Et applicabis Leuitas corã tabernaculo fœderis, cõuocata omni multitudine filiorũ Iſrael. Cúmque Leuitæ fuerint corã Domino, ponẽt filij Iſrael manus ſuas ſuper eos. Et offeret Aaron Leuitas, munus in conſpectu Domini à filijs Iſrael, vt ſeruiãt in miniſterio ei'.

Ahira. G

Diſpoſitio lucernarum.

Forma cãdelabri.

Purgatio & oblatio Leuitarum. B

¶17 vt. dedicatio ¶18 ſcutellæ argenteæ ¶19 Heb. decem decem cochlearia. i. ſingula cochlearia pẽdebãt decem ſiclos. ¶20 cum libatiõe eorũ. ¶21 pacificorũ ¶22 i. hæc data fuerũt in dedicatione altaris &c. ¶23 fœderis. vt, conuentus ¶24 ſcilicet Deo. Relatiuũ loco antecedẽtis. i. vt conſuleret Deum. ¶25 audiebat &c. i. vocem reſpondentẽ verbis ſuis, quæ edebatur de propitiatorio.

VIII.

¶1 Quando accẽdes lucernas, ¶2 vt, contra faciem cãdelabri lucebunt ſeptẽ lucernæ illæ. i. verſus eã partem que reſpõdet fronti candelabri. ¶3 accendit ſcilicet lucernas candelabri. ¶4 vt. fecit vt lucernæ iacularentur lumen ſuum in partẽ oppoſitam frõti candelabri, ¶5 factura candelabri, ductilis, aurea: vſq; ad haſtile ſuũ, & vſque ad flores ſuos ductile erat. Vt, tam haſtile eius quàm lilia, erant facta opere ductili. Vel opere integro, vt alij vertũt. hoc eſt ex vna maſſa diductum, non per fragmenta & membra cõpoſitum. ¶6. i. iuxta exẽplar quod oſtenderat &c. ¶7 Heb. Ad purificandũ eos. ¶8 Aquas peccati vocat expiatorias & luſtrales: quib' immiſſus fuerat cinis rufæ vaccæ, quæ pro peccato ſacrificabatur. Vide infra cap. XIX. Vertere potes, aquã expiatoriã. ¶9 vt, Adduces inquã ¶10 Heb. eleuare faciet Aaron Leuitas eleuationem. i. offeret Leuitas in oblationem Domino. ¶11. i. ex parte filiorũ Iſrael.

Leuitæ quoque ponent manus ſuas ſuper capita boum, é quibus vnũ facies pro peccato, & alterum in holocauſtũ Domini, vt depreceris pro eis. Statuéſq; Leuitas in cõſpectu Aaron & filiorum eius, & cõſecrabis oblatos Domino, ac ſeparabis de medio filiorũ Iſrael, vt ſint mei. Et poſt ea ingrediantur tabernaculũ fœderis vt ſeruiãt mihi: ſicque purificabis & conſecrabis eos in oblationem Domini: Quoniã dono donati ſunt mihi à filijs Iſrael: pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael, accepi eos. Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſrael, tã ex hominibus quàm ex iumentis: ex die quo percuſſi omne primogenitum in Terra-Ægypti, ſanctificaui eos mihi. Et tuli Leuitas pro cũctis primogenitis filiorũ Iſrael: Tradidique eos dono Aaron & filijs eiꝰ de medio populi, vt ſeruiãt mihi pro Iſrael in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuariũ. Fecerúntque Moyſes & Aaron & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leuitis quæ præceperat Dominus Moyſi. Purificatique ſunt, & lauerunt veſtimenta ſua: eleuauitque eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis, Vt purificati ingrederẽtur ad officia ſua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filijs eius: ſicut præceperat Dominus Moyſi de Leuitis, ita factum eſt. ¶ Locutúſque eſt Dominꝰ ad Moyſen, dicens, Hæc eſt lex Leuitarum, A vigintiquinque annis, & ſuprà, ingrediẽtur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis. Cúmque quinquageſimum annum ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabũt, Eruntque miniſtri fratrum ſuorũ in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quæ ſibi fuerint cõmendata, opera autem ipſa non faciant. Sic diſpones Leuitis in cuſtodijs ſuis.

C

Exo. 13. a. 34. c. Luc. 2. d.

¶ filiorum Iſrael,

D

Aetates Leuitarum.

CAP. IX.

LOcutus eſt Dominꝰ ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de Terra-Ægypti, menſe primo, dicens, Faciant filij Iſrael Phaſe in tempore ſuo, Quartadecima die mẽſis huius ad veſperam, iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes eius. Præcepitque Moyſes filijs Iſrael vt facerẽt Phaſe. Qui fecerunt tẽpore ſuo: quartadecima die mẽſis ad veſperã in mõte Sinai, iuxta omnia quæ mãdauerat Dominus Moyſi, fecerunt filij Iſrael. ¶ Ecce autem quidã immundi ſuper anima hominis, qui non poterãt facere Phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron, dixerunt eis, Immũdi ſumꝰ ſuper anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tẽpore ſuo inter filios Iſrael? Quibus reſpõdit Moyſes, State vt conſulã quid præcipiat Dominus de vobis. Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere filijs Iſrael, Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino in mẽſe ſecundo, quartadecima

Phaſe præcipitur fieri.

Immundi ſuper mortuo, Phaſe nõ prohibentur facere.

D

mini. Leuitæ verò ponent manus ſuas ſuper caput iuuencorum, & facies vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum Domino, vt expies Leuitas. Collocabis verò Leuitas ante Aharonem, & ante filios eius, & [11] motabis eos tenupha Domino.' Separabiſque Leuitas à filijs Iſrael, eruntque Leuitæ mei. Poſt hoc ingredientur Leuitæ, vt miniſtrent in tentorio conſtitutionis. purificabiſque eos, & [12]agitando agitabis eos. 'Quoniam [13]donatitij ſunt ipſi mihi donati à filijs' Iſrael. [14]pro omnibus primogenitis, pro primogenitis inquam omniũ' filiorũ Iſrael aſſumpſi eos mihi. Meum enim eſt omne primogenitum filiorũ Iſrael, tam in hominibus quàm in iumentis: à die quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, conſecraui eos mihi. Tulique Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Iſrael. Dedi autem Leuitas donatitios Aharoni & filijs eius de medio filiorum Iſrael, vt exequantur miniſterium '[15]filiorum Iſrael' in tentorio conſtitutionis, '[16]vtque expiẽt pro filijs Iſrael,' ne ſit inter filios Iſrael plaga, ſi accedant filij Iſrael '[17]ad ſancta.' Fecitq; Moſes & Aharon, & vniuerſus cœtus filiorum Iſrael [18]cum Leuitis' iuxta omnia quæ præceperat Dominꝰ Moſi de Leuitis, ſic inquam fecerunt de illis filij Iſrael. Expiarunt ergo ſe Leuitæ, eluerúntq; veſtiméta ſua, '[19]& motauit eos Aharon tenupha' corã Domino, [20] expiauitq; pro eis 'Aharon vt eos purificaret. Poſt ea ingreſſi ſunt Leuitæ vt exequerẽtur miniſterium ſuum in tentorio conſtitutionis, [21] coram Aharone corámque filijs eiꝰ, 'quemadmodũ præceperat Dominus Moſi de Leuitis, ſic fecerunt de eis. ¶ Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Hoc quoque ad Leuitas [pertinet,] ab eo qui natus eſt vigintiquinque annos & ſupra, [22] ingredietur [quiſq;] vt exercendo [ſe] exerceat in miniſterio tentorij conſtitutionis.' Quũ verò quinquaginta fuerit annorum, reuertatur [23]ab exercitio miniſterij, 'neq; vltra ſeruiat. [24]Sed cũ fratribus ſuis ſeruiat in tentorio cõſtitutionis, '[25]vt obſeruet cuſtodiam: [26]nihil autem [grauis] ſeruitij faciet. ſic ages cũ Leuitis in obſeruatione eorum.

CAP. IX.

LOquutúſque eſt Dominus ad Moſen in deſerto Sinai, in anno ſecundo egreſſus eorum è terra Ægypti, in menſe primo, hiſce verbis, Faciant filijs Iſrael Paſſah ſtato ſuo tẽpore. Quartodecimo die huiꝰ menſis' [1]inter veſperas faciant ipſum ſtato ſuo tempore, 'iuxta omnes ceremonias eius, & [2]iuxta omnes ritus eiꝰ faciãt ipſum.' Et loquutus eſt Moſes ad filios Iſrael vt facerent Paſſah. Fecerunt itaque Paſſah in primo [menſe,] quartadecima die menſis [3] inter veſperas in deſerto Sinai: 'iuxta omnia quæ mãdauerat Dominus Moſi, ſic fecerunt filij Iſrael. ¶ Fuerunt autẽ quidam [4]cõtaminati mortuo quodam,' qui eodem die Paſſah facere non poterant: acceſſerunt ergo ad Moſen & Aharonẽ eodẽ die, dixerúntque viri illi ad eum, Nos mortuo quodam contaminati ſumus, cur prohibemur quo minus afferamus Domino donũ ſtato ſuo tẽpore inter cæteros filios Iſrael? Reſpõdit illis Moſes, Subſiſtite, vt audiam quid veſtri cauſa præcipiat Dominus. Loquutus eſt ergo Dominus ad Moſen in hãc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, dicẽdo, Quicũq; cõtaminatꝰ fuerit mortuo aliquo, [5]aut in via peregrè, à vobis, aut poſteris veſtris, is faciet' Domino Paſſah, at faciẽt illud in mẽſe ſecũdo, decimoquarto

¶11 Heb. eleuare facies eos eleuationẽ Domino. i. offeres illos oblationẽ Domino.

¶13 vſ. dono dati ſunt mihi è medio filiorũ &c. i. ex omni numero filiorũ Iſrael.

¶14 Heb. ꝓ aperiẽte omnẽ vuluã, [pro] primogenito omniũ &c. vſ, loco apertionis oĩs vuluæ primogenitorũ omniũ filiorũ &c. i. ꝓ ijs quæ primũ vuluã aperiũt, nẽpe pro primogenitis &c.

¶15 vſ. loco filiorũ Iſrael. i. vt fungãtur officio ad qđ tenẽt filij Iſrael.

¶16 & vt luſtrẽt filios Iſrael. vſ, reddãt Deũ propitiũ filijs Iſrael. Vide annotationẽ de hac expiatione, ſuprà capite XV.

¶17 vſ. ad ſanctuariũ. vt ſcilicet miniſtrẽt.

¶18 vſ. de Leuitis ¶19 Heb. eleuauitque eos Aarõ eleuationẽ. i. obtulitq;, eos Aarõ in oblationẽ.

¶20 vſ, orauitq; ꝓ eis

¶21 i. vidente Aarone & filiis eius.

¶22 Heb. aggrediẽt militare militiã in miniſterio tentorij fœderis. i. incipiẽt fungi munere ſuo in miniſterio &c.

¶23 Heb. à militia operis. i. ceſſet fungi munere ſuo.

¶24 i. fratres iuuet conſilio.

¶25 ad cuſtodiẽdum. i. vt fungãtur ſuo officio. ¶26 & cultũ nõ peraget. ſic facies Leuitis in cuſtodijs ſuis. i. attamẽ nõ faciẽt quæ facere ſolebãt ante quinquageſimũ annũ. ſic facies Leuitis iuxta ea quæ facere ſolẽt. IX. ¶1 inter duas veſperas facietis illud tẽpore ſuo. i. ſub veſperã, ad occaſũ, ſub noctẽ, ſub initiũ quinti diei (quod Gallicè dicimus, Entre chien & loup) immolabitis hũc agnũ paſchalẽ tẽpore quo præcepi immolari. Vide annotationẽ de hoc in Exodo, cap. XII. Tẽpore ſuo. i. mẽſe primo. ¶2 i. celebrabitis illud obſeruãdo ritꝰ & ceremonias peculiares illi. ¶3 inter duas veſperas in deſerto Sinai, ¶4 Heb. immũdi ſup anima hominis. i. ſuper cadauere hominis, ſiue ꝓpter cadauer hominis: q ſcilicet hoĩs mortui exequijs affuiſſent. ¶5 ſiue in via remota, ex vobis, aut ex generationibus veſtris: faciet &c. i. Siquis ex vobis, aut ex poſteris veſtris abſens fuerit à loco in quo celebrat Paſcha à filijs Iſrael.

die menſis[6]inter veſperas:'comedant autẽ illud cũ infermentatis placentis,& herbis amaris. Nihil relinquãt ex eo vſque mane, nec os ex eo cõfringãt: iuxta omnes ritus Paſſah faciãt ipſum. Qui mundus fuerit,[7]nec in itinere fuerit,ceſſaritque à celebrando Paſſah,' huius anima excindatur de populis ſuis, eo quòd munus Domini non attulit ſtato ſuo tempore, & is[8]peccatũ ſuũ feret.'Quòd ſi aduena quiſpiã apud vos cõmoratur,volueritque facere Domino Paſſah,faciat illud iuxta ritus & ceremonias[9] eius.'Eadem lex tam vobis ſit quàm aduenæ & indigenæ terræ.

¶Porrò quo die erexit [Moſes] tabernaculũ,nubes obtexit ipſum tabernaculum[10]tentorij teſtimonij:[11] aduentante autem veſpera,'apparebat ſuper tabernaculo veluti ſpecies ignis vſque mane. Sic fiebat iugiter, vt nubes ipſum[12] obtegeret,' & noctu ſpecies ignis.Quũque nubes ſuſtolleretur ab ipſo tentorio,tũ demũ[13]proficiſcebantur' filij Iſrael : eodem verò loci vbi nubes iſta[14]reſedit,' illic[15] caſtrametati ſunt' filij Iſrael. [16]Iuxta os Domini ſoluerunt'filij Iſrael, & iuxta os Domini[17]caſtra fixerunt,'cunctis diebus quibus manſit nubes ſuper tabernaculum,& ipſi in caſtris reſederunt.Quòd ſi nubes aliquot diebus ſuper tabernaculum moram traheret,[18]obſeruabant filij Iſrael cuſtodiam Domini, [19]nec ſoluerunt.[20]Cũque nubes certis aliquot diebus maneret ſuper tabernaculum,[21]iuxta os Domini reſederunt,& iuxta os Domini ſoluerunt.'Fiebat & hoc, quũ nubes maneret à veſpera ad mane vſque,nubéſque mane aſcenderet, ſoluebãt: aut ſi nubes[22]per diem'& noctem manſiſſet,& deinde aſcenderet,ſoluebant. Si verò nubes moram traheret ſuper tabernaculũ duobus diebus,aut mẽſem,aut annum,manendo ſcilicet ſuper ipſum, manebant & filij Iſrael,nec ſoluebãt: mox vt aſcẽdebat, ſoluebãt.[23] Iuxta os Domini in caſtris reſederunt,& iuxta os Domini caſtra mouerũt:' cuſtodiã Domini obſeruantes[24]iuxta præceptũ Domini per manum Moſis.

CAP. X.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce mãdatis,Fac tibi duas tubas argenteas,ductiles facies eas,quas in hoc habebis,vt cõuoces cœtũ, &[ſindices illis]quando mouẽda ſũt caſtra.[1]Quũ ergo clangetis iſtis [tubis,] conuocabũtur'ad te vniuerſus cœtus ante oſtiũ tentorij conſtitutionis. Si verò vna dũtaxat clanxerint, congregabuntur ad te principes,[2]tribuni Iſraelis.[3]Si verò ſonitu inciſo clanxeritis,'ſoluent caſtra,ea ſcilicet quæ ad Orientem poſita ſunt.[4]Quum ſecundò clanxeritis ſonitu inciſo, ſoluent'caſtra quæ ſita ſunt ad Meridiem,[5]ſonitu inciſo clangent quũ ſoluere volũt.'Quãdo verò cœtus fuerit cõgregandus, clangetis dũtaxat,[6]nec edetis clangorẽ inciſum.'Filij autẽ Aharonis ſacerdotes tubis clangent:[7] & hic ritus ſit vobis poſteriſque veſtris perpetu[9]. [8]Et ſi ingreſſi fueritis bellũ' in terra veſtra cõtra hoſtẽ qui[9]vos oppugnat,'claſſicũ canetis tubis, & fiet veſtri memoria corã Domino Deo veſtro,[10]vt ſeruemini'ab hoſtibus veſtris. In die quoq; lætitiæ veſtræ,in ſtatis ferijs veſtris,ac in initijs mẽſium veſtrorũ clãgetis tubis

die menſis ad veſperam:cum azymis & lactucis agreſtibus comedẽt illud. Non relinquent ex eo quippiam vſque mane,[& os eius non confringent,omnem ritum Phaſe obſeruabunt . Siquis autẽ & mundus eſt,& in itinere nõ fuit,& tamẽ non fecit Phaſe , exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino nõ obtulit tẽpore ſuo:peccatum ſuũ ipſe portabit.Peregrinus quoque & aduena ſi fuerint apud vos,facient Phaſe Domino iuxta ceremonias & iuſtificationes ſuas.Præceptum idem erit apud vos tã aduenæ, quàm indigenæ.¶[Igitur die qua erectũ eſt tabernaculum,operuit illud nubes.à veſpere autẽ ſuper tẽtoriũ erat quaſi ſpecies ignis vſque mane.Sic fiebat iugiter,per diẽ operiebat illud nubes,& per noctẽ quaſi ſpecies ignis.Cũque ablata fuiſſet nubes quæ tabernaculũ protegebat,tunc proficiſcebãtur filij Iſrael: & in loco vbi ſteiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. Ad imperium Domini proficiſcebantur,& ad imperiũ illius figebat tabernaculum. [Cũctis diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculũ, manebant in eodem loco: & ſi eueniſſet vt multo tẽpore maneret ſuper illud.erãt filij Iſrael in excubiis Domini,& nõ proficiſcebãtur. Quotquot dieb[9] fuiſſet nubes ſuper tabernaculũ,ad imperium Domini erigebãt tẽtoria, & ad imperium illius deponebant.Si fuiſſet nubes à veſpere vſque mane,& ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebãtur:& ſi poſt diẽ & noctẽ receſſiſſet, diſſipabant tentoria. Si verò biduo aut vno menſe vel lõgiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum,manebant filij Iſrael in eodem loco,& non proficiſcebantur:ſtatim autem vt receſſiſſet,mouebant caſtra. Per verbũ Domini figebant tentoria,& per verbum illius proficiſcebãtur: erántque in excubijs Domini iuxta imperium eius per manum Moyſi.

CAP. X.

LOcutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs,Fac tibi duas tubas argenteas ductiles,quibus cõuocare poſſis multitudinẽ quãdo mouẽda ſunt caſtra.Cũmque increpueris tubis, cõgregabitur ad te omnis turba ad oſtiũ tabernaculi fœderis. Si ſemel clãgueris,venient ad te principes,& capita multitudinis Iſrael . Si autẽ prolixior atq; cõciſus clangor increpuerit,mouebũt caſtra primi qui ſunt ad Orientalẽ plagã.In ſecundo autẽ ſonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tẽtoria qui habitant ad Meridiem. & iuxta hunc modũ reliqui faciẽt vlulãtibus tubis in profectionem. Quãdo autem congregãdus eſt populus,ſimplex tubarum clangor erit, & non cõciſẽ vlulabunt. Filij autẽ Aaron ſacerdotis clangent tubis:eritque hoc legitimum ſempiternum in generationibus veſtris.Si exieritis ad bellum de terra veſtra, contra hoſtes qui dimicant aduerſum vos, clãgetis vlulãtibus tubis, & erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorũ.Siquando habebitis epulum,& dies feſtos,& Calendas,canetis tubis

Exod.12.g. Iohan.19.f.

C

Exo.40.b. Nube operiẽte tabernaculũ,manẽt: recedẽte verò, pficiſcũtur.

1.Corin.10.a.

D

Tubæ argenteæ,& earũ officia.

E

¶6 inter duas veſperas. Tam impuri, quàm illi qui abfuerant tempore quo celebrabatur Paſcha, poterant mẽſe ſequente celebrare illud.

¶7.i. non fuerit abſens tempore quo celebrabatur Paſcha à filijs Iſrael. ¶8.i.dabit pœnas pro peccato ſuo.

¶9 Heb.Paſſah.

¶10 ſupra tentoriũ teſtimonij.q.d.Nubes illa erat ſuper tabernaculum, ſed præcipuè ſuper eã partẽ cui ſuberat arca fœderis.

¶11 in veſpera autẽ.i.de nocte ¶12 ſub. interdiu. ¶13 vl, pficiſci ſolebãt ¶14 reſidebat, ¶15 caſtrametabãtur.i.ſubſiſtere ſolebant ¶16 vl.Ad imperiũ Domini pficiſcebãtur. ſiue,proficiſci ſolebant ¶17 vl. ſubſiſtebãt, ¶18.i.tũc obſeruabãt præcepta Domini, ritus & ceremonias quas iuſſerat Dominus obſeruari. miniſtrabant Domino vt ipſe præceperat. hoc ſignificat cuſtodiã Domini obſeruare. ¶19 nec proficiſcebantur. ¶20 Accidebat interdũ vt nubes eſſet ſuper tabernaculum dieb[9] nũeri.i. paucis,qui numerari facile poſſent. ¶21 vl,ad imperiũ Domini caſtrametabãtur.& ad imperiũ eiuſdẽ proficiſcebãtur. ¶22.i.diem integrũ. ¶23 vl,Iuxta præceptũ Domini caſtra figebãt,& ad imperiũ eius proficiſcebantur: ¶24.i.quemadmodum præceperat Moſes mandato Domini .vl, quemadmodum præceperat Dominus per Moſen.

X ¶1 Heb.Et clangent cum illis,congregabitur &c.i.Quũ illis tubis dabunt ſignum, conuenient ad te &c. ¶2 capita millium Iſraelis. ¶3 Sin clanxeritis iubilationem.i.ſin clanxeritis tubis vlulantibus vel iubilantibus,& cum iubilatione.Alij vertunt taratantara.erat quidam clangor qui nos latet. ¶4 Cum clangetis tubis iubilationis ſecundò,proficiſcentur &c. ¶5 Heb.iubilationem clangent ſecundum profectiones ſuas.vl.iubilum,inquam, quendã clangore exprimẽt quoties erunt profecturi. ¶6 & nõ iubilabitis. ¶7 erũntque[ſubaudi,illæ tubæ]vobis in ſtatutũ per generationes veſtras.q.d.ſoli ſacerdotes clangent illis tubis,quãdiu vixeritis. ¶8 Heb.Et quando veneritis ad bellum.i.cum exitis conflicturi. ¶9 opprimit vos,vl,affligit, ¶10 & ſeruabimini

De Sinai ꝓficiſcuntur filij Iſrael.
Recenſentur caſtrorũ duces. 3.2.2.

ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri: ego Dominus Deus veſter. ¶ Anno ſecundo, menſe ſecundo, viceſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis: profectiq; ſunt filii Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. Mouerũtq; caſtra primi iuxta imperiũ Domini per manũ Moyſi. [Filij Iuda per turmas ſuas, quorum princeps erat Nahaſſon filius Aminadab. In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon erat princeps Eliab fili᷒ Helon. Depoſitũmq; eſt tabernaculũ, quod portantes egreſſi ſunt filij Gerſon & Merari. Profectiq; ſunt & filij Ruben, per turmas & ordinem ſuum, quo-

E

rum princeps erat Heliſur filius Sedeur. In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Suri-ſaddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel. Profectique ſunt & Caathitæ portantes ſanctuariũ. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt caſtra & filij Ephraim per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps erat Eliſama filius Ammiud. In tribu autem filiorũ Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur. Et in tribu Beniamin erat dux Abidan fili᷒ Gedeonis. Nouiſſimi caſtrorũ omnium profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps fuit Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai. In tribu autem filiorũ Aſer erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorũ Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. Hæc ſunt caſtra, & profectiones filiorũ Iſrael per turmas ſuas quando egrediebantur. ¶ Dixitque Moyſes Hobab filio Raguel Madianitæ cognato ſuo, Proficiſcimur ad locum quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcũ, vt benefaciamus tibi: quia Do-

Hobab tentaſe cum Moyſe proficiſci.

D

minus bona promiſit Iſraeli. Cui ille reſpondit, Non vadam tecum, ſed reuertar in terram meã in qua natus ſum. Et ille, Noli, inquit, nos relinquere. tu enim noſti in quibus locis per deſertũ caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cũque nobiſcum veneris, quicquid optimũ fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt Domin᷒, dabimus tibi. ¶ Profecti ſunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcáque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens caſtrorum locũ. Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diẽ cũ incederẽt. Cũque eleuaretur arca, dicebat Moyſes, [Surge Domine, & diſſipẽtur inimici tui, & fugiãt qui oderunt te, à facie tua. Cũ autẽ deponeretur, aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael. CAP. XI.

Pſal. 67.2.

INterea ortum eſt murmur populi, quaſi dolẽtium pro labore, cõtra Dominum. Quod cum audiſſet Dominus, iratus eſt: & accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremã caſtrorũ partem. Cũque clamaſſet popul᷒ ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſorptus eſt ignis.

Murmurat populus ob laborem. Punit̃ igne. Exauditur Moyſes.

ſuper holocauſtis veſtris atque ſacrificijs[11] gratulatorijs veſtris,[12] vt vobis ſint monumentum corã Deo veſtro: [13] ego Dominus Deus veſter. ¶ Factum eſt autem anno ſecundo, menſe ſecundo, [14] vigeſimo menſis, ſublata eſt nubes à tabernaculo teſtimonij. Et profecti ſunt filij Iſrael [15] profectionib᷒ ſuis ex deſerto Sinai, [16] demiſitque ſe nubes in deſerto Paran. Prima fuit hæc profectio[17] iuxta os Domini [18] per manum Moſis. Vexillum autem caſtrorum filiorum Iuda, profectũ eſt primo ordine cũ copijs ſuis: erátq; ſuper exercitũ eius Nahaſon filius Aminadab. Super exercitũ tribus filiorũ Iſaſchar, Nathaneel filius Zuar. Et ſuper exercitum tribus filiorum Zebulon fuit Eliab filius Helon. [19] Detractũmque eſt tabernaculum, & profecti ſunt filii Gerſon, & filij Merari portãtes ipſum tabernaculũ. Profecta quoque ſunt caſtra Ruben cum vexillo & copiis ſuis, erátque ſuper exercitum eius Elizur filius Sedehur. Super exercitum verò tribus filiorum Simeon fuit Selumiel filius Zuri-ſaddai. Et ſuper copias tribus filiorum Gad, Eliaſaph filius Dehuel. Profectique ſunt & Cahathitæ ferẽtes[20] ſanctuarium, [21] & illi erexerunt tabernaculum, donec iſti venirẽt. Profectum eſt deinde vexillum caſtrorum filiorum Ephraim cum copijs ſuis: & ſuper exercitum eius Eliſama filius Ammihud. Super exercitum verò tribus filiorũ Manaſſe Gamliel filius Pedazur. Et exercitui tribus filiorum Beniamin præfuit Abidan fili᷒ Gideoni. Profectũ eſt & vexillum caſtrorum filiorum Dan, [22] colligens omnia agmina cum copijs ſuis, & ſuper exercitum eius Ahi-eſer filius Ammi-ſaddai. Super copias autem tribus filiorum Aſer, Pagiel filius Achran. Et ſuper copias tribus filiorũ Naphtali, Ahira filius Enan. [23] Hæ ſunt profectiones filiorũ Iſrael cum copiis ſuis [24] quũ proficiſcebãtur. ¶ Et dixit Moſes ad [25] Hobab filium Reguel Madianitã, qui [26] affinis fuit Moſis, Nos proficiſcimur ad locũ de quo Dominus dixit, Dabo eum vobis: proficiſcere ergo nobiſcum, & [27] benefaciemus tibi, quoniam bonũ [28] loquutus eſt Dominus ſuper Iſraelem. Qui reſpondit ei, Non ibo, ſed ad terram meam, & [29] ad patriam meã reuertar. At ille ait, Ne quæſo nos deſeras: [30] quoniam tu noſti, manſiones noſtras in deſerto, & eris nobis vice oculorũ. Et hoc quoque fiet ſi nobiſcum proficiſcẽris, [31] de bono illo quo afficiet nos Dominus, tibi quoq; benefaciemus. ¶ Profecti ſunt itaq; de monte Domini itinere triũ dierũ, & præcedebat eos arca fœderis Domini itinere triũ dierũ, [32] ad inueſtigãdũ eis locũ quietis. Et vmbrã faciebat eis Dominus nube interdiu, [33] quũ è caſtris ꝓficiſcerẽtur. Quũq; ꝓficiſceretur arca, dixit Moſes, [34] Surge Domine, & diſſipẽtur hoſtes tui, & fugiant qui te oderũt, à facie tua. Quũ verò [35] deſidẽret, dixit, [36] Reuertere Domine ad decies millia Iſraelis. CA. XI.

COntigit autẽ, quũ populus moleſtiã & dolorẽ quendã cauſaretur, vt ea res diſpliceret in aurib᷒ Domini. Quũq; Domin᷒ audiret, exarſit furor eius, & incẽſus eſt ignis Domini in eos, & deuorauitq; partẽ caſtrorũ. Et clamauit popul᷒ ad Moſẽ: orãte autẽ Moſe ad Dominũ, [4] reſedit ignis.

¶11 pacificis ¶12 & erũt vobis in recordationẽ corã Deo veſtro .i. efficiẽt vt Domin᷒ recordet̃ veſtri. ¶13 qui ſcilicet id dico vobis, & polliceor. ¶14 More Hebraico antecedẽs ꝓ relatiuo poſuit, viceſima die eiuſdẽ. ¶15 per ꝓfectiones ſuas. i. ſuo ordine, ſeruato ordine ꝓcedẽdi. ¶16 ſubſtititq; ¶17 vł, iuxta imperium Domini .i. cũ clãgerẽt tubæ. ¶18 .i. Moſe iudice, & internũtio. ¶19 Depoſitũ autẽ fuerat tabernaculũ. vł, Iam verò depoſitũ fuerat tabernaculum. Antequã ſcilicet inciperent ꝓficiſci. ¶20 .i. res ſacratiores, vt arcã fœderis, altare aureũ, & candelabrum. ¶21 vł, erigebãt autẽ tabernaculũ [Meraritæ & Gerſonitæ qui pręcedebãt, i loco vbi nubes reſidebat, [donec venirẽt [filij Caath,] ſiue dũ adhuc in itinere eſſẽt filij Caath, ſancta portãtes: vt ſcilicet inuenirẽt tabernaculum paratum. ¶22 colligẽs omnia caſtra .i. nouiſſimũ oĩm filiorũ Iſrael, ſecũ trahẽs reliquã partẽ caſtrorũ. Hebraiſmus. ¶23 .i. Hoc ordine ꝓfecti ſunt filii Iſrael. ¶24 ac ſũt ita ꝓfecti. ¶25 Quidã dicũt hũc fuiſſe Iethro. ¶26 Alij vertũt, ſocerũ. Varia eſt de hoc homine apud Hebræos opinio. ¶27 .i. particeps eris beneficiorũ quæ accepturi ſum᷒ à Domino. ¶28 .i. pollicit᷒ eſt. ¶29 Heb. ad natiuitatẽ meã pergã. vł, ad cognationẽ meã. ¶30 quia reuera noſti nos habere caſtra in deſerto, & eſſe poteris nobis in oculos. In oculos eſſe alicui, eſt illi᷒ ducẽ eſſe. Alij vertũt, propterea ꝙ noſti nos morari in deſerto, debes nobis eſſe ductor. ¶31 Heb. & euenerit nobis bonũ illud quod facturus eſt nobis Domin᷒, tũ benefaciem᷒ tibi. ¶32 .i. ad explorãdũ locum in quo quieſcerent. ¶33 vł, dum diſcedebant à loco in quo fixerant tabernacula. ¶34 more ſcilicet ſtrenui & impigri militis, qui audita tuba ad arma exurgere ſolet. ¶35 vł, quieſcebat. ſub. arca. ¶36 vł, Da requiẽ [aut, Da ſedes quietas] myriadibus milliũ Iſrael .i. multitudini Iſrael quæ prope infinita eſt. XI. ¶1 Heb. Et fuit populus ſicut iniuſte de aliquo cõquerẽtes: & diſplicuit in auribus Domini .i. Tũc popul᷒ ſimilis fuit iis qui iniuſte cũ aliquo expoſtulãt. q.d. Tũc cœpit populus iniuſte expoſtulare cũ Moyſe: quod grauate Domin᷒ audiuit, tulitq; ægrẽ. ¶2 .i. ignis à Deo miſſus. ¶3 extremã ¶4 vł, extinctus eſt

Et [5]vocatum eſt nomen illius loci [6]Tabera, eo quòd ignis Domini in eos [7]deflagraſſet. Porrò vulgus promiſcuum quod erat inter eos, [8]concupiſcentia exarſerāt, & auerſi ſunt, fleuerúntque denuo: quin & filij Iſrael [concupierunt & fleuerũt] dicētes, Quis paſcet nos carnibus? In memoriam nobis redeunt piſces quos comedebamus in Aegypto [9]gratis, deinde & cucumeres, & pepones, porrũ, cepe, & allia. Et nunc animus noſter [10]aret, [11]nihilque præter Man oculi noſtri [vidēt.] Erat autē Man quaſi ſemen coriādri, & [12]ſpecies eius quaſi ſpecies bdellij. Diffundebantúrq; populi colligētes & molentes in mola, aut conterētes in mortario, aut coquētes in olla, & faciētes ex eo placentas, & erat ſapor eius [13]quēadmodum ſapor placentarum oleo delibutarũ. Et quum noctu ros deſcēderet ſuper caſtra, [14]deſcendebat Man quoq; cũ ipſo. ¶ Moſes verò audiuit populum [15]ſecundum familias ſuas flentē, quēque ſcilicet in oſtio tabernaculi ſui: & ira Domini exarſit vehementer, [16]ſed & Moſi diſplicuit. Dixit ergo Moſes ad Dominum, Cur malo hoc multaſti ſeruum tuum? [17]cur verò coram te gratiā non impetro, quòd onus vniuerſi huius populi ſuper me ponis? Nũ ego concepi vniuerſum populum iſtum? num ego peperi eum, vt dicas ad me, Fer eum in ſinu tuo, quemadmodum geſtat nutritiꝰ infantem, in terram quam iuraſti patribus eius? Vnde mihi caro vt dem vniuerſo populo huic, qui flent coram me, & dicũt, Da nobis carnes vt manducemus? Ego non potero ſolus ferre vniuerſum hunc populum, [18]quia nimis grauis eſt mihi. [19]Quòd ſi omnino ſic mecum agere [ſtatuiſti,] quæſo vt occidione me occidas, [ſi quidem gratiam apud te impetraui,] ne cogar videre malum meũ. ¶ Et ait Dominus ad Moſen, Congrega mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraelis, quos tu noſti eſſe ſenes in populo, deinde & præfectos eiꝰ, & adduc eos ad tētorium conſtitutionis, vt ſtent ibi tecum. Ego verò deſcendam, & loquar illic tecum, & de [20]Spiritu qui in te eſt, quadātenus [21]ſegregabo, & ponā ſuper eos, vt ferāt onus populi tecũ, ne tu ſolus feras. Ad populum verò dices, [22]Sanctificamini in craſtinum diē, & comedetis carnes: [23]quia fletus veſter [venit] ad aures Domini, nēpe quòd dixiſtis, Quis paſcet nos carnibꝰ? [24]bene fuit nobis in Aegypto: Dominus ergo dabit vobis carnes, & comedetis. Non die vno comedetis, neque duobus diebꝰ, nõ quinq; diebus, neq; decē diebꝰ, ſed neq; vigīti diebꝰ. Quin [25]totũ mēſem, donec exeat [caro] è naribꝰ veſtris, [26]vt ſit vobis nauſea, eo quòd reſpueritis Dominum qui eſt in medio veſtri, & fleueritis corā eo dicētes, Cur ſic egreſſi ſumꝰ ex Aegypto? Et ait Moſes, Populus, in cuiꝰ medio ego ſum, ſexcēta millia peditũ habet, & tu dicis, Carnes dabo eis, vt [15]toto menſe comedant. Nũ oues & boues mactabuntur eis, [16]vt ſufficiat

Vocauitque nomen loci illius Incenſio: eo quòd ſuccenſus fuiſſet cōtra eos ignis Domini. Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſyderio ˋcarnium, ˊſedens & flens, iũctis ſibi pariter filijs Iſrael, & ait, Quis dabit nobis ad veſcendum, carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pēpones, porrique, & cepe, & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man. Erat autem Man quaſi ſemen coriandri, coloris bdellij. Circuibátque populus, & colligens illud, frãgebat mola, ſiue terebat in mortario, coquēs in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Cúmque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcēdebat pariter & Man. ¶ Audiuit ergo Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per oſtia tētorij ſui: iratúſq; eſt furor Domini valde: ſed & Moyſi intolerãda res viſa eſt. Et ait ad Dominum, Cur afflixiſti ſeruum tuũ? quare non inuenio gratiam coram te? & cur impoſuiſti pōdus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulũ, & defer in Terram pro qua iuraſti patribus eorũ? Vnde mihi carnes vt dem tãtæ multitudini? flēt contra me, dicentes, Da nobis carnes vt comedamus. Non poſſum ſolus ſuſtinere omnē hunc populum, quia grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me, & inueniã gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. ¶ Et dixit Dominus ad Moyſen, Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum, Vt deſcendam & loquar tibi: & auferã de Spiritu tuo, tradãmque eis, vt ſuſtentent tecũ onus populi, & non tu ſolus graueris. Populo quoq; dices, Sanctificamini cras: ˋ&ˊ comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere, Quis dabit nobis eſcas carniũ? bene nobis erat in Aegypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: nõ vno die, nec duobus, vel quinq; aut decē, nec viginti quidem, Sed vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam: eo quòd repuleritis Dominum qui in medio veſtri eſt, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egreſſi ſumus ex Aegypto, ˋvt periremus in ſolitudine?ˊ Et ait Moyſes ˋad Dominum,ˊ Sexcenta millia peditũ huius populi ſunt: & tu dicis, Dabo eis eſum carniũ mēſe integro? Nunquid ouium & boũ multitudo cædetur, vt poſſit

Optat carnes 1.Corin.10.a.

B

Faſtidit Man. Exo.16.c. ſap.16.c. pſal.77.c. iohan.6.d.

Murmuratio & infidelitas Moyſi.

C

Onus Moyſi partitur Deꝰ in L X X ſeniores.

D

Spũs Moyſi.

Carnes pmittit populo Deus.

E

Infidelitas Moyſi. Iohan.6.h.

¶5 vocauit. ſubaudi, is qui vocauit. vl, qui nomē indidit, vocauit nomē &c. Latini per paſſiuum, Hebræi per actiuum hoc dicēdi genus exprimunt. ¶6 Id eſt, Incēſio, Latine. ¶7 accēſus fuiſſet. ¶8 Heb. flagrauit deſyderio, & auerſi ſunt, & fleuerũt: filij quoq; Iſrael dicentes, &c. Hic loquitur de externis & aduenis qui ſe adiũxerant populo Iſraelitico: qui animo ſuo defecerant à Deo & fleuerant: cũ quibus & filij Iſrael dixerũt, &c. ¶9 q.d. vili pretio, & tanquam gratis. ¶10 i. nos eſurimus. ¶11 Heb. non quicquã: [ſub. nobis] tantum ad Man ſunt oculi noſtri. q.d. omnibus rebus caremus quæ dictę ſunt, & fame perimus: tantũmodo expectamus manna quod Deus defert ad nos de cælo. ¶12 vl, color eius vt color bdellij. Id eſt, Man albũ erat velut bdelliũ. De hoc manna habes quoque Exod.16. niſi quòd hic additur, habens ſpeciem bdellii: quod quidam gemmam albam eſſe dicunt, alij margaritum album. Cadebat nanque manna in modum minutiſſimorum granorum alborũ, quæ tam cocta, quàm incocta comedi poterant. quidam in mola terebant, alij in mortario tundebant, alij iuxta ignem in pulmentum reſoluebãt. ¶13 ſimilis ſapori olei ſuauiſſimi. vl, ſapori humoris olei. ¶14 vl, deſcendere ſolebat Man ſuper eum. ſubaudi, rorem. i. ſtatim poſt illam rorem deſcendere ſolebat Man. ¶15 per familias ¶16 ſed & in oculis Moſis fuit malũ. Id eſt, hoc grauate vidit Moſes, quòd populus fleret. ¶17 & quare non inueni gratiam in oculis tuis, vt imponeres onus vniuerſi populi huius ſuper me? Id eſt, Cur non exaudiſti preces meas, cur tã infœlicem me feciſti, vt imponeres &c. ¶18 quia grauior eſt me. i. maior eſt prouincia, & grauior, quàm vt illam ſuſtinere poſſim, & illi ſatiſfacere. ¶19 Quòd ſi ſic tu facis mihi, quæſo vt interficiendo interficias me, ſi inueni gratiam in oculis tuis, & non videam infœlicitatem meam. q.d. Quòd ſi decreueris vt feram populum hunc, interfice me quæſo, ſi tibi ſum gratus: ne poſthac ſubeam hanc infœlicitatem & calamitatem regendi populum tam rebellem. ¶20 vl, ſapientia quæ ¶21 capiã, auferã, ¶22 Id eſt, Date operã vt craſtina die omnes ſitis ſancti & mundi. ¶23 Heb. fleuiſtis enim in auribus Domini, dicentes. i. fleuiſtis audiente Domino, & dixiſtis, &c. ¶24 Heb. quia melius erat nobis &c. Id eſt melius agebatur nobiſcum, fœliciores eramus quum adhuc eſſemus in Aegypto. ¶25 Heb. vſque ad menſem dierum. Menſis dierũ, pro mēſe integro, more Hebraico dicitur. ¶26 & ſit vobis in nauſeã. vl, in rē abominabilem. Alij vertunt in diſperſionē. q.d. Ex naribus ſpargetis & flabitis carnes deuoratas. Chaldæus paraph. vertit, in offendiculũ.

Eſa.59.a.

ſufficere ad cibum? vel omnes piſces maris in vnum congregabuntur, vt eos ſatient? Cui reſpondit Dominus, Nunquid manus Domini inualida eſt? iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur. ¶ Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos ſtare fecit circa tabernaculum. Deſcenditque Dominus per nubē, & locutus eſt ad eum, auferens de Spiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cúmque requieuiſſet in eis Spiritus, prophetauerunt, nec vltrà ceſſauerunt.

¶ populi. Prophetãt ſeniores, cõſtituti à Deo principes populi cũ Moſe.

¶ Remãſerant autem in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requieuit Spiritus. (nã & ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.) Cúmque prophetarent in caſtris, cucurrit puer, & nuntiauit Moyſi, dicens, Eldad & Medad prophetãt in caſtris. Statim Ioſue filius Nun, miniſter Moyſi, & electus è plurib⁹, ait, Domine mi Moyſes prohibe eos. At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum?

F Eldad & Medad ꝓphetãt in caſtris.

Moyſes optat oẽs prophetare.

¶ Reuerſúſq; eſt Moyſes, & maiores natu Iſrael in caſtra. Ventus autẽ egrediens à Domino arreptas trãs mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra itinere quantum vno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabántque in aere duobus cubitis altitudine ſuper terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem coros: & ſiccauerũt eas per gyrum caſtrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. Vocatúſque eſt ille locus, Sepulchra-concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum qui deſyderauerat carnes. Egreſſi autem de Sepulchris-concupiſcentiæ, venerunt in Haſeroth, & manſerunt ibi.

Pluit coturnices. pſa.77.c. G

Puniuntur carniuori. pſal.77.e.

CAP. XII.

Aaron & Maria murmurant contra Moyſen.

Mansuetus Moyſes.

LOcutáque eſt Maria & Aaron cõtra Moyſen propter vxorem eius Aethiopiſſam, & dixerunt, Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nõnne & nobis ſimiliter eſt locut⁹? Quod cũ audiſſet Domin⁹, irat⁹ eſt valde. (Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra.) Statim locutus eſt Dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos B tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cúmque fuiſſent egreſſi, deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocãs Aarõ & Mariã. Qui cũ iſſent, dixit ad eos, Audite ſermones meos, Siquis fuerit inter vos ꝓpheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illum.

Increpat De⁹ Aaron & Mariam.

Prophetis per ſomniũ loquit̃ Deus.

eis?[17] aut [fortaſſe] omnes piſces maris congregabuntur eis, qui ſufficiant eis? Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, Num[18] manus Domini[19] breuis facta eſt?[20] videbis igitur an ſermo meus eueniat, an minus. ¶[21] Egreſſus ergo Moſes, loquutus eſt ad populũ verba Domini: cõgregauitque ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ populi, & collocauit eos per ambitum tentorij. Et deſcendit Dominus in nube, & loquutus eſt ad eum, &[22] quadãtenus ſegregauit de Spiritu qui erat ſuper eum, deditq; ſeptuaginta ſenioribus viris: & contigit, quũ Spiritus requieſceret ſuper eos, vt prophetarẽt,[23] & non ceſſarent. ¶ Remãſerant autem duo viri in caſtris, quorum prioris nomen erat Eldad, & alterius nomen Medad: requieuitque & ſuper iſtos Spiritus: (hi[24] inter ſcriptos quidem erãt, at non exierant ad tentorium, ſed prophetarunt in caſtris.) Puer ergo currens, nuntiauit Moſi, dicens, Eldad & Medad prophetant in caſtris. Et reſpondit Iehoſua filius Nun miniſter Moſis,[25] vnus ex iuuenibus eius, & dixit, Mi domine Moſes,[26] coerce illos. Moſes autem reſpondit ei, An tu zelatis pro me?[27] Vtinã vniuerſus populus Domini prophetent, & det Dominus Spiritum ſuũ ſuper eos. ¶[38] Ingreſſus eſt itaq; Moſes in caſtra, ipſe & ſeniores Iſrael. Et profectus eſt ventus à Domino, qui[39] abripiẽs coturnices à mari,[40] diſiecit eas ad caſtra[41] circunquaque ſpatio itineris diurni.[42] ferè duobus cubitis in ſuperficie terræ. Et ſurgens populus, collegerunt toto illo die & tota nocte, toto denique ſequenti die coturnices:[43] quiq; parum collegit, collegit decẽ homer: expãderúntque ſibi[44] expanſiones circum caſtra. Carne autẽ adhuc exiſtente inter dentes eorum,[45] necdũ cõtrita, exarſit furor Domini aduerſus populum, & percuſſit Dominus populum clade admodum magna.[46] Et vocatũ eſt nomẽ loci illi⁹ Kibroth-hataaſa: eo quòd ſepelierant illic populum cupiditate flagrãtem. Porrò de Kibroth-hataaſa ſoluit populus, & [venit] in Hazeroth, mãſerúntque in Hazeroth.

CAP. XII.

LOquuta autem eſt Maria ſimúlque Aharon contra Moſen propter mulierem illam[1] Cuſchitam quam duxerat: nam vxorem Cuſchitam duxerat. Dixerunt autem,[2] Num verò duntaxat per Moſen loquutus eſt Dominus? an non etiam per nos loquutus eſt? &[3] audiuit Dominus. (Fuit autẽ Moſes[4] modeſtiſſim⁹ vir, ſupra omnes mortales qui fuerunt in orbe.) Dixit ergo illico Dominus ad Moſen, Aharonem, & Mariã, Exite vos tres ad tentorium[5] cõſtitutionis. & illi tres egreſſi ſunt. Deſcenditque Dominus[6] in columna nubis, &[7] ſtetit in oſtio tẽtorij, &[8] vocauit Aharonẽ & Mariã, exierũntq; ãbo illi. Et ait, Audite quæſo verba mea, Si fuerit[9] ꝓpheta Domini inter vos,[10] per viſum me ei manifeſtabo, [aut] per ſomniũ lo-

¶17 an omnes piſces maris cõgregabuntur ꝓ eis, & ſufficient illis? i. Nũquid fieri poteſt vt oues & boues mactari poſſint in tanta multitudine, vt ſufficiant tãtæ multitudini? q.d. fieri nõ poteſt. Etiã piſces maris oẽs cõgregati in vnum, non ſufficerent illis. ¶18. i. potentia. ¶19 vl, abbreuiata eſt? i. nunquid minor eſt, quàm quũ omnia creauit ex nihilo? ¶20. i. nunc experieris an præſtare poſſim quæ pollicitus ſum, an non. ¶21 Sub. de tabernaculo fœderis. ¶22 ſeparauit. vl, accepit ¶23 & non addiderunt. i. non prophetauerũt vltra: nã tãtum prophetarunt die illo. Chaldæus paraphra. ceſſarunt prophetare. ¶24. i. deſcripti fuerant in albo ſeptuaginta ſeniorũ, ſed non egreſſi fuerant de caſtris ad tabernaculum fœderis cũ alijs. ¶25 vl, à pueritia ſua. ¶26 vl, prohibe eos. ¶27 He. & quis det. i. Vtinam omnis populus prophetet. ¶38 Heb. Collegit itaque ſeſe. i. Recepit ſeſe. ¶39 vl. auellens. i. auolare faciẽs. ¶40 demiſit [ſub. illas] iuxta caſtra ¶41 Heb. itinere vnius diei hinc, & itinere vnius diei illinc, in circuitu caſtrorum. ¶42. i. quæ ſe non attollebãt altius terra duobus cubitis. ¶43 Heb. & diminuẽs [. i. qui pauciores collegit] congregauit decẽ cumulos. Sub. coturnicum. ¶44 Heb. expandendo. ſub. coturnices. Captas auiculas expanderunt per circuitum tabernaculorum, vt omnia loca plena auibus cernerentur, nutrientes illas donec maiorem partem deuorarũt. ¶45 vl. antequam cõfecta eſſet dentibus. ¶46 Vocauitque nomẽ loci illius. Kiberoth-hathaaua. i. Qui ei loco indidit nomẽ, vocauit, Sepulchra-concupiſcentiæ. XII. ¶1 vl, Aethiopiſſam. Dicũt Hebræi hanc fuiſſe Sephoram quæ Aethiopiſſa dicitur, quòd Madianitarũ terra vicina eſſet Aethiopiæ Oriẽtali: aut quòd ea referret nigredine Aethiopes: à qua abſtineret Moſes, nõ ſanctimoniæ cauſa, ſed quòd ea nigredine eſſet: vel (vt alij volũt) vt fidelius in domo Domini miniſtraret: ob idque Mariã & Aaronẽ murmuraſſe. Alij dicũt ideo obloquutos, quòd titus vir alienigenã duxiſſet in vxorẽ: & hæc potior videtur eſſe opinio. nã in Hebræo ſequitur, quod non legitur in Latinis codicibus, Vxorẽ eni Aethiopiſſã acceperat. nõ debebat autẽ Moſes ducere vxorẽ alienigenã, cõtra morẽ Iſraelitarũ. ¶2 q.d. Nũquid ſolus Moſes eſt propheta? nõnne & nos quoque ſumus prophetæ? ¶3 Sub. oblocutionem illã. neque ea latuit Moſen. ¶4 vl, manſuetiſſimus. q.d. Oblocutio Mariæ & Aaron non latebat Moſen: verùm ipſe tacebat, quòd eſſet vir mãſuetiſſimus, qui nulla re offenderetur. ¶5 fœderis. vl, cõuentus. ¶6. i. in nube, quæ ſpeciẽ habebat colũnæ oblongæ. ¶7 ſub. colũna nubis. ¶8 ſub. Domin⁹. ¶9 vel potius, ꝓpheta ex vobis, ego Domin⁹ ¶10 Sub. noctu[r]nũ. i. in ecſtaũ. Domin⁹ aliquãdo apparet ꝓphetis in ecſtaũ, aliquãdo per ſomniũ & dormiẽtib⁹, aliquãdo vigilãtib⁹.

quar[11] ei.[12] At non ſic ſeruo meo Moſi, qui in tota domo mea fidelis eſt.[13] Ore ad os loquar ei & viſione, ſed nõ in[14] ænigmatibus & [15] ſimulacro intuetur Dominum: [16] & cur non veriti eſtis loqui contra ſeruum meum Moſen? Et excanduit[17] naſus Domini aduerſus eos, & abijt. Et nubes receſſit [18] à tentorio, & ecce Maria[19] leproſa fuit veluti nix: reſpexitque Aharon Mariam, & ecce erat leproſa. Dixit ergo Aharon ad Moſen, Obſecro domine, [19] ne obtrudas nobis peccatum hoc, quod imprudenter auſi ſumus, & quod commiſimus: [10] Quæſo ne iſta fiat quaſi mortuum quod egreditur de vtero matris ſuæ, & cuius caro ferè conſumpta eſt. Clamauit itaq; Moſes ad Dominum, dicens, O Deus quæſo vt ſanes nũc eam. Et ait Dominus ad Moſen, Si pater eius[11] ſerio ſpuiſſet in faciẽ eius, annon ſeptem diebus pudore ſuffundi deberet? Concludatur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea in cœtum recipiatur. Concluſa igitur fuit Maria ſeptem dies extra caſtra, & populus non proficiſcebatur, donec Maria in eccleſiã [11] recolligeretur.

CAP. XIII.

Poſt hoc[1] profectus eſt popul⁹ de Hazeroth, & caſtrametati ſunt in deſerto Paran. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Mitte tibi viros qui explorent terrã Chanaan, quam ego daturus ſum filijs Iſrael, ex ſingulis tribubus patrũ ſuorum virum vnum mittetis,[2] nempe præcipuũ quẽque inter eos. Miſit itaque eos Moſes de deſerto Paran iuxta os Domini: omnes illi primores fuerunt inter filios Iſrael. Hæc autẽ ſunt nomina eorum: de tribu Ruben, Sammua filius Zaccur. De tribu Simeon, Saphat fili⁹ Hori. De tribu Iuda, Caleb fili⁹ Iephunę. De tribu Iſaſchar, Igeal filius Ioſeph. De tribu Ephraim, Hoſea filius Nũ. De tribu Beniamin, Palti fili⁹ Raphu. De tribu Zebulon, Gaddiel filius Sodi. De tribu Ioſeph, ex tribu ſcilicet Manaſſe, Gaddi filius Suſi. De tribu Dã, Ammiel fili⁹ Gemalli. De tribu Aſer, Sethur filius Michael. De tribu Naphtali, Nahbi filius Vophſi. De tribu Gad, Gehuel filius Machi. Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moſes vt explorarent terram: appellauitque Moſes Hoſea filium Nun Iehoſua. Et amandans eos Moſes, vt terram Chanaan explorarent, dixit ad eos, Aſcẽdite hac Meridiem verſus, vt tranſcendatis montes. Conſyderabitis autem terram qualis ſit, & populum qui in ea habitat, fortiſne ſit an debilis, exiguúſne ſit an multus. Qualis[inquã] ſit terra in qua ille habitat, bona an mala: quales deĩde ciuitates in quibus ille[populus]habitat, in caſtriſne, an in munitis locis[habitent.] Qualis inquam ſit terra, pinguiſne an [3] macilenta: arbores ſint in ea annon. [4] eſtote igitur fortes, & afferte de fructu illius regionis. erat enim tum tẽpus [5] quum præcoces eſſent vuæ. ¶ Aſcenderũt itaque, & explorauerunt terram à deſerto Zin vſq; ad Rehob, [6] vbi itur in Hamath. Et aſcendentes Meridiem verſus, & [+] venit ad Hebron, vbi erant Ahimã, Seſai & Talmai, [7] filij Anac. Hebron autem extructa erat ſeptẽ annis ante Zoan[vrbem] Aegypti. Venerunt denique vſque[8] ad Torrẽtem-eſchol, inde decerpſerũt termitem[9] & botrum vuarum vnũ, quẽ duo geſtarũt [10] vecte, [acceperũt]quoq; de malogranatis & de ficubus.[11] Vocatus autẽ eſt locus ille Torrẽs-eſchol, ꝓpter botrũ illũ, quem inde decerpſerãt filij Iſrael. ¶ Reuerſi ſunt poſtquã terrã exploraſſent qua-

quar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, [*] qui in omni domo mea fideliſſim⁹ eſt. Ore enim ad os loquor ei: [*] palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratúſque contra eos, abijt. Nubes quoq; receſſit quę erat ſuper tabernaculum: & ecce Maria apparuit candẽs, leprã, quaſi nix. Cúmque reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moyſen, Obſecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatũ quod ſtultè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuũ quod proijcitur de vulua matris ſuę: ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra. Clamauitque Moyſes ad Dominum, dicens, Deus obſecro ſana eam. Cui reſpondit Domin⁹, Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nõnne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? ſeparetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur. Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo donec reuocata eſt Maria.

CAP. XIII.

Profectúſque eſt populus de Haſeroth, fixis tẽtorijs in deſerto Pharan. Ibique loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Mitte viros qui conſyderent Terram-Chanáan, quam daturus ſum filijs Iſrael, ſingulos de ſingulis tribub⁹, ex principibus. Fecit Moyſes quod Dominus imperauerat, de deſerto Pharan mittens principes viros, Quorum iſta ſunt nomina: de tribu Ruben, Sammua filium Zechur. De tribu Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. De tribu Iſſachar, Igal filium Ioſeph. De tribu Ephraim, Oſee filiũ Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. De tribu Ioſeph, ſceptri Manaſſe, Gaddi filiũ Suſi. De tribu Dan, Ammiel filiũ Gemalli. De tribu Aſer, Sthur filiũ Michael. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapſi. De tribu Gad, Guel filium Machi. Hæc ſunt nomina virorũ quos miſit Moyſes ad conſyderandam Terram: vocauitque Oſee filium Nun, Ioſue. Miſit ergo eos Moyſes ad cõſyderandã Terram-Chanáan, & dixit ad eos, Aſcendite per Meridianam plagam. Cúmque veneritis ad montes, conſyderate Terram, qualis ſit: & populum qui habitator eſt eius, vtrum fortis ſit an infirmus, pauci numero an plures: Ipſa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ, an abſque muris: humus, pinguis an ſterilis, nemoroſa an abſque arboribus. confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. erat autem tẽpus quando iã præcoquæ vuæ veſci poſſunt. ¶ Cúmque aſcendiſſent, explorauerunt Terram à deſerto Sin, vſque Rohob intrãtibus Emath. Aſcenderúntq; ad Meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Siſai & Tholmai filij enac. nam Hebron ſeptem annis ante Tanim vrbẽ Aegypti cõdita eſt. [*] Pergentéſque vſque ad Torrentem-botri, abſciderũt palmitẽ cũ vua ſua, quẽ portauerũt in vecte duo viri: de malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerũt, qui appellat⁹ eſt Nehel-eſchol, id eſt Torrens-botri, eo quòd botrũ portaſſent inde filij Iſrael. ¶ Reuerſiq; exploratores Terrę poſt qua

Hebr. 3. a. ¶ * &

C

Orat Aaron Moyſen pro Maria.

D

Orante Moyſe ſanat Maria.

Mittũtur exploratores ad Terram-Chanáan.

B

C

Oſee qui & Ioſue dicit.

D

Deut. 1. a.

Palmes cum vuis ſuis à duobus viris portatus.

¶ 11 in eo. ſiue, per illum. aut, cum eo.
¶ 12 At nõ ſic ſeruus meus Moſes in tota domo mea fidelis. q.d. non eſt talis Moſes ſeru⁹ meus omnium familiarũ meorũ fideliſſimus.
¶ 13 i. Coram ſolo illi loqui.
¶ 14 Aenigma vocat, quum vnum videtur, & aliud intelligitur.
¶ 15 vl, ſimilitudine. q. d. appareo illi vt ſum, vt apparere poſſum & ſoleo humanæ menti.
¶ 16 cur ergo
¶ 17 furor. i. vehemẽter iratus eſt.
¶ 18 i. ab oſtio tabernaculi: nubes enim ſemper erat ſuper tabernaculum.
¶ 19 vl, erat præ lepra vt nix. Sub. alba.
¶ 19 Heb. ne ponas ſup nos peccatũ. ſ. ne iputes nobis hoc ĩ peccatũ,] quia ſtultè egimus & peccauim⁹. q.d. Fateor nos peccaſſe, ideo ignoſce nobis.
¶ 10 vl, Ne quæſo ſit ſicut abortiuum, cuius dimidium carnis eſt putrefactũ dum egreditur de vulua matris ſuæ.
¶ 11 Heb. ſpuendo ſpuiſſet. q.d. Si præ ira pater eius ſpuiſſet in faciẽ ei⁹, non auderet accedere ad patrẽ ante ſeptẽ dies: quanto minus debet illa accedere ad me?

¶ 11 vl, reuocaretur. iterum rediret. XIII. ¶ 1 i. Exactis ſeptem illis diebus quibus Maria fuit recluſa. ¶ 2 vl, vnunquenque principẽ inter eos. i. quorũ quiſq; principatũ obtineat inter eos. ¶ 3 macra. vl, ſterilis: ¶ 4 vl, eſtote forti animo, ¶ 5 Hebr. primitiarum vuæ. i. tempus quo incipiebant matureſcere vuæ. ¶ 6 ingrediendo Emath. Vel, proficiſcendo ad Emath. ¶ + ſub. Caleb. Vel potius eſt numeri enallage, pro venerunt. ¶ 7 vl, filij gigantũ. i. proceri admodũ. ¶ 8 vl. ad vallem Eſchol. i. botri. Hoc dicitur per anticipationẽ: Ad vallem quæ poſtea dicta eſt Vallis-botri. ¶ 9 ET pro id eſt, poſitũ eſt. q. d. palmitẽ, id eſt botrum vuarũ vnũ: hoc eſt, palmitẽ plenũ vuis. ¶ 10 Vectẽ intelligit inſtrumentũ factum ex duobus vectibus, paxillis tranſuerſim impactis: cuiuſmodi eſt quod Gallice dicimus Vne ciniere. ¶ 11 Locum illum vocauit[ſub. ille qui vocauit, ſiue nomen impoſuit] Nehel-eſchol, propter &c.

Reuerſi exploratores, laudant Terræ hubertatem.

F

¶ [a] miſiſtis ſecũda ſing.

¶ [b] nimis,

Caleb hortat populum vt aſcẽdat in G Chanãã: quẽ alij exploratores dehortantur.

Populus flet, murmurat, ob exploratæ Terræ deſperationem.

Caleb & Ioſue Terrã laudãt, quos D populus vult lapidare, eccli 46.b. 1. mach. 2. f.

Iraſcit Dominus in populum infidelẽ.

Oratio Moyſi vt poplo C parcat Deus.

draginta dies, omni regione circuita, venerũt ad Moyſen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Iſrael in deſertum Pharan, quod eſt in Cades: locutique eis & omni multitudini oſtenderunt fructus Terræ. Et narrauerunt, dicentes, Venimus in Terram ad quam [a] miſiſtis nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructib' cognoſci poteſt: Sed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes [b] atque muratas: ſtirpem enac vidimus ibi. Amalec habitat in Meridie, Hethæus & Iebuſæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta Mare & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compeſcens murmur populi qui oriebatur contra Moyſen, ait, Aſcẽdamus, & poſſideamus Terram: quoniam poterimus obtinere eam. Alij verò qui fuerant cũ eo, dicebãt, Nequaquã ad hũc populũ valem' aſcẽdere, quia fortior nobis eſt. Detraxerũntq; Terræ quã inſpexerãt, apud filios Iſrael, dicẽtes, Terra quã luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos, popul' quẽ aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt. Ibi vidimus mõſtra quædã filiorum enac de genere gigãteo, quibus cõparati, quaſi locuſtæ videbamur. CAP. XIIII.

IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filij Iſrael, dicentes, Vtinã mortui eſſemus in AEgypto, & non in hac vaſta ſolitudine: vtinam pereamus, Et non inducat nos Dominus in Terram iſtam, ne cadam' gladio, & vxores ac liberi noſtri ducantur captiui. Nõnne melius eſt reuerti in AEgyptum? Dixerũntque alter ad alterum, Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in AEgyptum. Quo audito Moyſes & Aaron ceciderũt proni in terrã corã omni multitudine filiorũ Iſrael. At vero Ioſue fili' Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipſi luſtrauerãt Terrã, ſciderũt veſtimẽta ſua, & ad omnẽ multitudinẽ filiorũ Iſrael locuti ſunt, Terra quã circuiuimus, valde bona eſt. Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eã, & tradet humũ lacte & melle manãtẽ. Nolite rebelles eſſe cõtra Dominũ: neq; timeatis populũ Terræ hui', quia ſicut panẽ ita eos poſſumus deuorare. receſſit ab eis omne præſidiũ, Domin' nobiſcũ eſt, nolite metuere. Cúmq; clamaret omnis multitudo, & lapidib' eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectũ fœderis cunctis videntibus filijs Iſrael. ¶ Et dixit Dominus ad Moyſen, Vſquequo detrahet mihi populus iſte? Quouſque non credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos peſtilentia atque conſumam: te autem faciã principem ſuper gentem magnam, & fortiorẽ quàm hæc eſt. Et ait Moyſes ad Dominum, Vt audiant AEgyptij de quorũ medio eduxiſti populũ iſtũ, & habitatores Terræ hui' (qui audierũt quòd tu

draginta diebus exactis. Et euntes venerunt ad Moſen & ad Aharonem, atque ad vniuerſum cœtum filiorũ Iſrael in deſerto Paran in [11] Cades, [12] & retulerunt negotium, & vniuerſum teſtimonium, oſtẽdẽtes eis fructum illius regionis. Recenſentéſque [14] ei dixerunt, Venimus in regionem in quam nos miſiſti, & certe fluit lacte & melle, & hic eſt fructus eius: [15] Cæterũ populus qui habitat in ea regiõe, robuſt' eſt, & vrbes munitæ & maximæ: quin & poſteros [16] Anac vidimus illic. Amalec habitat in ea regione ad Auſtrum, deinde & Hithæus, Iebuſæus atque Amorrhæus habitat in mõtibus, Chananæus verò habitat ad Mare, & ad litus Iordanis. Caleb autẽ [17] compeſcuit populum erga Moſen, & dixit, Omnino aſcendemus, & occupabimus eã: nã omnino obtinere eã poterimus. Viri autẽ qui cũ eo aſcẽderãt dixerũt, Nequaquã poterimus aſcendere ad populũ iſtũ: quoniã robuſtior eſt nobis. [18] Et euulgarunt infamiã illi' regionis quã explorauerãt, dixerũtq; ad filios Iſrael, Regio illa quã ad explorãdã pertrãſiuimus, regio eſt quæ [19] deuorat habitatores ſuos, præterea vniuerſ' popul' quẽ vidim' in ea, hoies ſũt [20] mõſtroſæ magnitudinis. Vidim' quoque illic [21] Nephilim poſteros Anac de Nephilim, [22] fuimúſque, noſtro quidẽ iudicio, veluti locuſtæ, quin ſic quoq; fuim' illorũ iudicio. C. XIIII.

SVblata itaque ac edita voce ſua vniuerſus cœtus populi fleuerunt nocte illa. Et murmurãtes aduerſum Moſen & Aharonem vniuerſi filij Iſrael, dixerunt ad eos [2] vniuerſi ſcilicet de multitudine, Vtinam mortui eſſemus in terra AEgypti, aut in ſolitudine iſta mortui eſſemus. [3] Cur verò induxit nos Dominus in hanc terram, vt gladio occũberem', fierẽtq; vxores noſtræ & pubes noſtra prædæ? Annõ præſtaret, vt reuerteremur in AEgyptũ? Et dixerũt alter ad alterũ, Eligamus ducẽ, & reuertamur in AEgyptũ. Ceciderũt autẽ Moſes & Aharõ in facies ſuas corã vniuerſo cœtu cõgregationis filiorũ Iſrael. Porrò Iehoſua filius Nun, & Caleb fili' Iephunæ, qui fuerãt ex his qui terrã explorauerãt, ſciſſis veſtimẽtis ſuis, Dixerũt ad vniuerſum cœtum filiorũ Iſrael in hanc ſentẽtiam, Regio iſta quam inueſtigandam pertranſiuimus, ſupra modum bona regio eſt. [4] Si Dominus voluerit nobis eſſe propitius, inducet nos in regionem illam, & dabit eam nobis, [5] quæ regio affluit lacte & melle, [6] Modo contra Dominũ ne ſitis perfidi: vos verò ne formidetis populũ illius regionis, [7] quoniã cibus noſter erit, [8] vmbra eorũ receſſit ab eis, nobiſcũ verò eſt Domin', ne igitur timueritis eos. Dixerũt verò [9] omnes qui erãt in cœtu illo, Obruãtur hi lapidib'. Apparuit autem gloria Domini in tẽtorio cõſtitutionis corã omnib' filijs Iſrael. ¶ Et ait Domin' ad Moſen, Quouſque populus iſte [10] me blaſphemat? quãdiu nõ credẽt mihi [11] in cũctis ſignis quę feci inter eos? Percutiã eũ peſte, [12] & excindã eũ, faciámq; te in gẽtẽ maiorẽ & robuſtiorẽ quàm ſit illa. Et dixit Moſes ad Dominũ, [13] At audiẽt (hoc) AEgyptij: (nã i robore tuo eduxiſti populũ iſtũ è medio eorũ) [14] Dicẽtúrq; hoc habitatorib' hui' terræ, (qui [15] audierũt eni quòd tu

¶ 11 hic Cades, p Cades-barnea poſitũ eſt, Ioſue 14.

¶ 12 retulerũnt que illis nũtiũ, & vniuerſo cœtui,

¶ 14 ſcilicet Moſi.

¶ 15 Certe. vel, At. aut, Niſi quod

¶ 16 vel, gigãtũ. Aut, gigantes

¶ 17 Heb. tacere fecit populũ ad Moſen. i. tẽtauit Caleb cõpeſcere populũ, & reddere eũ attẽtũ, dũ loqueret Moſes. Vel, tacere fecit populũ iam obſtrepẽtẽ Moſi.

¶ 18 Heb. Et ptulerũt infamiã ipſi terræ quã explorauerãt. i. mẽtiti ſunt in terrã. detraxerũt terræ.

¶ 19 Intellige, ppter inſalubritatem aeris.

¶ 20 pceræ ſtaturæ.

¶ 21 vel, gigãtes filios gigãtis. ſaut, gigãtũ de genere giganteo,

¶ 22 Heb. & fuimus i oculis noſtris ſicut locuſtę, & ſic eram' i oclis eorũ. i. Cũ eos videbamus, pręillis videbamur nobis locuſtę: tales etiã illis videbamur.

XIIII.

¶ 1 quæ ſcilicet inſequebat eũ diẽ.

¶ 2 vniuerſa multitudo,

¶ 3 vel ſic. Cur Dominus vult nos introducere i terrã iſtã, vt cadamus gladio, & vxores noſtrę & paruuli noſtri veniãt in manus hoſtiũ?

¶ 4 Si cõplacitũ fuerit Domino in nobis. Si fauore ſuo pſequitur & amat nos. Aut S I per Quia vertendum, aut Certe, hoc modo, Quia amat nos plurimũ, vel Certe bonã volũtatẽ habet erga nos, ppterea inducet &c. ¶ 5 i. quæ abũdat omnib' neceſſarijs ad victum. ¶ 6 Veruntamen aduerſus Dominũ ne ſitis rebelles: ¶ 7 Heb. vt panis noſter ſũt. i. haud ſec' deuorabim' eos, & perdem', atq; deuoramus panẽ. ¶ 8 Vmbrã p præſidio accipit. q. d. carẽt omni præſidio. ¶ 9 omnis cõgregatio vt lapidarẽt eos lapidib'. i. Tũc pnũtiauit omnis multitudo eos debere lapidari. ¶ 10 ad iracũdiã puocabit me? ¶ 11 Hebraiſm', pro, cũ tot ſigna fecerim corã eis? ¶ 12 & expellã eũ: & faciã te in gentẽ magnã, & robuſtiorẽ eo. i. efficiã vt ſoboles tua euadat in gentẽ maiorẽ & robuſtiorẽ gẽte Iſraelitica: vt numero & potẽtia vincãt populũ Iſraeliticũ. Hebraiſm'. ¶ 13 Et audiẽt AEgyptij. q. d. Si pcuſſeris eos, male audies apud AEgyptios & alienigenas. Vel, Tu pcuties, vt audiãt AEgyptij. ¶ 14 Et dicẽt ſuper eos habitatorẽ terræ hui'. i. ſi percuſſeris incolas Terræ iſtius ſanctæ, dicent alienigenæ ſiniſtra de eis, male loquẽtur, eos nẽpe ppter nequitiã ſuã à te perdi & occidi, & ſimilia. ¶ 15 vel, audierũt quod tu Domine eras in medio populi iſtius, quódq; oculo ad oculũ cõſpiciebaris Domine & nubes tua ſtabat ſup eos, & in colũna nubis ãbulabas ante eos i die, & in colũna ignis i nocte: attamẽ interfeceris populũ iſtũ tãquã virũ vnũ. Dicẽt etiã gẽtes quę audierĩt famã tuã, Propterea quod nõ poterat Do. &c. Oculo ad oculũ conſpici à populo ſuo dicitur Deus, quãdo manifeſtiſſime apparet ei, & in viſione clara. Tãquã virũ vnũ populũ interficere, eſt ad vnũ interficere, ita vt ne vnus quidẽ remaneat,

¶16 Nunc ergo magnificetē &c. Deo loquitur in tertia perſona, more Hebraico, pro, Magnificetur quæſo fortitudo tua, ſicut dixiſti: Oſtēde te talem qualem te aliquando eſſe dixiſti.
¶17 vl, tardus ad iram, i. qui non ſtatim punit. ¶18 Heb. abſoluēdóque non abſoluēs. Sub. eos qui nō reſipiſcūt. i. qui nō ſolet abſoluere nō reſipiſcētes, ſed poti' de eis pœnas ſumit. ¶19. i. punis filios, ſi peccata patrū imitentur.
¶20 Heb. ſuper tertios & quartos. i. ſuper nepotes qui ſunt tertii à patre, & pro nepotib' qui ſunt quarti à patre.

¶21 vl, Condona quæſo iniquitatem huic populo pro tua clementia, ſiue miſericordia.] quemadmodū pepercisti populo iſti ab AEgypto. Vel, ab egreſſu de AEgypto. ¶22 Condonaui iuxta verbum tuum. i. vt petis. Vel, Propitius ero ſiue Condonabo huic populo vt poſtulas.

Dominus ſis in medio huius populi, & quòd tu, ô Domine, oculo ad oculum appares, & quòd nubes tua ſteterit ſupra eos, & quòd in columna nubis præceſſeris eos interdiu, in colūna ignis autem noctu.) Quòd ſi iſtum populū veluti hominem aliquem vnum interfeceris, dicent Gentes, quæ famam tuam audierunt, ſic, Non potuit Dominus populum iſtum introducere in iſtam regionem, quam iuramento pollicitus eſt eis, idcirco mactauit eos in deſerto. [16] Magnificetur ergo [quæſo] robur Domini mei, quemadmodū loquutus es, dicens, Dominus [17] longanimis eſt, & immenſæ bonitatis, condonās iniquitatem & trāſgreſſionē, [18] at impunita minime dimittens, [19] viſitans iniquitatē patrū in filijs & nepotibus [20] in tertijs & quartis. [21] Propitius eſto quæſo iniquitati populi huius, iuxta magnitudinem bonitatis tuæ, ſicut condonaſti populo huic ex AEgypto vſque huc. Et ait Domin', [22] Propitius factus ſum iuxta verbum tuum. Veruntamē [23] viuo ego, vniuerſa terra implebitur gloria Domini. [24] Etenim omnes viri qui viderunt gloriam meam & ſigna mea quæ feci in AEgypto, & in ſolitudine, & iam decies me tentauerunt, neque audierunt vocem meam, Non videbunt terram quam iuraui patribus eorum: ſed & omnes qui me irritārunt, non videbunt eam. [25] Seruus autem meus Caleb [26] cum quo alius fuit ſpiritus, quiq; poſt me impleuit, illum introducam in terram in quā ipſe venit, & ſemen eius hæreditate capiet eam. Quin & [27] Amalec & Chananæum, qui habitat in valle, [hæreditate capiet.] cras ergo verſi, proficiſcimini in deſertum via maris carectoſi. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Aharonem in hanc ſententiam, [28] Quouſque tandem [feram] congregationem hanc peſſimā, quæ murmurat aduerſum me? Murmurationes filiorum Iſrael quibus ipſi murmurant contra me, [29] audiui. Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus, ſi non, vt loquuti eſtis corā auribus meis, ſic facturus ſum vobis. In ſolitudine iſta corruēt corpora veſtra, & omnes [30] cēſi veſtri iuxta omnem numerum veſtrum, ab eo qui viginti natus eſt annos & ſupra, [31] quicūque contra me murmuraſtis. [32] Nequaquam introibitis in terrā cui' gratia [33] manū meā leuaui, vt collocarē vos in ea, pręter Caleb filiū Iephunę, & Iehoſua filiū Nun. Pubē quoq; veſtrā, de qua dixiſtis quòd prædæ futura ſit, hanc introducā, [34] ipſi quoq; agnoſcēt terrā quā vos reſpuiſtis. Et cadauera [35] veſtra corruēt in ſolitudine iſta. Porrò filii veſtri [36] paſcēt in deſerto quadraginta ānis, & ipſi [37] ferēt ſcortationes veſtras, donec cōſumātur corpora veſtra in deſerto. Pro numero dierū quibus exploraſtis terrā, nēpe quadraginta diebus, (diem pro anno [reputabo]) feretis iniquitatē veſtrā quadraginta annis, [38] vt intelligatis ꝓhibitionē meā. [39] Ego Domin' loquutus ſum, ſi nō fecero iſtud vniuerſæ huic multitudini malæ, [40] quo cōſpirant aduerſum me, in deſerto iſto cōſumentur, & illic morientur. ¶Et viri quos miſit Moſes ad explorandū terram, quique reuerſi [41] occaſionem queritandi

Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem:) Quòd occideris tātam multitudinem quaſi vnum hominem, & dicant, Non poterat introducere populū in Terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſolitudine. Magnificetur ergo fortitudo Domini ſicut iuraſti, dicens, Dominus patiēs & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, nullúmque innoxium derelinquēs, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Dimitte obſecro peccatum populi tui huius ſecūdum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de AEgypto vſque ad locum iſtū. Dixitque Dominus, Dimiſi iuxta verbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuerſa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in AEgypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iā per decem vices, nec obedierunt voci meæ, Non videbunt Terram pro qua iuraui patribus eorū, nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. *Seruum meum Caleb qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in Terram hanc quam circuiuit, & ſemen eius poſſidebit eam. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete caſtra, & reuertimini in ſolitudinem per viam Maris-rubri. ¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me? querelas filiorum Iſrael audiui. Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra: omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſuprà, & murmuraſtis cōtra me, non intrabitis Terram ſuper quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun. Paruulos autem veſtros de quibus dixiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam: vt videant Terram quæ vobis diſplicuit. Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. Filij veſtri erūt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram, donec conſumantur cadauera patrum in deſerto. Iuxta numerum quadraginta dierum quibus conſyderaſtis Terram: (annus pro die imputabitur) & quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionē meā. Quoniā ſicut locutus ſum, ita faciā omni multitudini huic peſſimæ quæ conſurrexit aduerſum me: in ſolitudine hac deficiet & morietur. ¶Igitur omnes viri quos miſerat Moyſes ad cōtemplandā Terrā, & qui reuerſi murmurare fecerāt

Exod. 13. d.
Pſal. 102. b.
D Miſericordia Dei.
Exauditur Moyſes.
¶* Sed Ioſue 14. b.
Ipſi Caleb promittitur Chanaan.
E Murmuratoribus filiis Iſrael prędicit Deus interitū in deſertis.
pſal. 105. e.
Deut. 1. f.
Ioſue 5. c. d.
Fornicatio.
F
Pſal. 94. d.
Moriūtur exploratores, pręter Caleb & Ioſue.

¶23 q. d. id eueniet quod ego dico: nempe omnes &c, tunc glorificabor. ¶24 Quòd. Iungitur præcedentibus, implebitur gloria Domini vniuerſa terra, quæ eſt ꝙ omnes viri &c. ¶25 At ſeruus meus ¶26 propterea quòd fuit ſpiritus alius cum eo, & impleuit poſt me, inducam &c. i. quoniam fuit alio animo erga me atque alii, & impleuit voluntatem meam ſequendo me, ego inducam &c. ¶27 Heb. Amalecitæ & Chananæi habitant in valle: [propterea] cras cōuertimini. ſiue, referte pedem. In valle, inquit, habitant. i. delitеſcunt in locis humilioribus vt inſidientur vobis. ¶28 vl, Vſquequo [ſub. propitius ero] congregationi iſti malæ. ¶29. i. peruenerunt ad aures meas querelæ eorum. ¶30 numerati veſtri iuxta &c. i. quotquot ex vobis numerati ſunt. ¶31 propterea ꝙ ¶32 Heb. Si vos intrabitis. Subaudiendū, Iuro ego ſi vos intrabitis &c. ¶33 In ſignum ſcilicet iuramenti. ¶34 & cognoſcent terram quam vos ſpreuiſtis. ¶35 Heb. quæ veſtra ipſorum ſunt ¶36 erunt paſtores. i. more paſtorum vagabuntur. ¶37. i. dabunt pœnas fornicationū veſtrarū, hoc eſt infidelitatis veſtræ qua defeciſtis à fiducia in Deum. ¶38 & cognoſcetis mēdacium meū. Vel, fruſtrationem meam. ſiue, irritationem. i. an ſermo meus mendax ſit: an verba mea irrita futura ſint. & fruſtra à me pronuntiata, & caſſa. ¶39 q. d. Ego Dominus qui omnia poſſum, dixi omnia hæc illis euentura: proculdubio ſic faciam eis vt dixi. ¶40 quæ congregata eſt ¶41 murmurare fecerunt aduerſus eum [ſ. i. Moſen] vniuerſam cōgregationem proferendo vituperium ſuper terram [vl, educendo famam malam ſuper terram. i. detrahendo terræ.] Viri, inquam, tales qui protulerunt [de] terra famam malam, [ſ. i. detraxerunt terræ,] coram &c.

1.Corin.10.b. heb.3.d.iudæ 1.b.

G

Agnoſcit populus peccatum ſuum. Populus iniuſſu Dei aſcendens cõtra Amalec, occiditur.

contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd eſſet mala, mortui ſunt atque percuſſi in cõſpectu Domini. Ioſûe autem filius Nû, & Caleb filius Iephone vixerunt ex omnib⁹ qui perrexerant ad conſyderandam Terram. Locutúſque eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad omnes filios Iſrael, & luxit popul⁹ nimis. ¶ Et ecce mane primo ſurgentes, aſcenderunt verticem montis, atque dixerunt, Parati ſumus aſcēdere ad locum de quo Dominus locutus eſt: quia peccauimus. Quibus Moyſes, Cur, inquit, tranſgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in proſperum? Nolite aſcendere: non enim eſt Domin⁹ vobiſcum: ne corruatis coram inimicis veſtris. Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquieſcere Domino, nec erit Dominus vobiſcum. At illi contenebrati aſcenderunt in verticem mõtis: arca autem teſtamenti Domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris. Deſcenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atque cõcidens, perſecutus eſt eos vſque Horma.

## CAP. XV.

Libamēta terram ingreſſis offerēda.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen dicēs, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Cũ ingreſſi fueritis Terram habitationis veſtræ quam ego dabo vobis, Et feceritis oblationem Domino in holocauſtum aut victimam pacificā vota ſoluentes, vel ſponte offerentes munera, aut in ſolennitatibus veſtris adolentes odorem ſuauitatis Domino, de bobus ſiue de ouibus: Offeret quicũque immolauerit victimam, ſacrificium ſimilæ decimam partem ephi conſperſam oleo, quod menſuram habebit quartam partem hin: Et vinũ ad liba fundenda eiuſdem menſuræ dabit in holocauſtum ſiue in victimam per agnos ſingulos, Et arietes, erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis eiuſdem mēſuræ offeret in odorē ſuauitatis Domino. ¶ Quādo verò de bobus feceris holocauſtũ aut hoſtiā,

B vt impleas votú vel pacificas victimas, dabis per ſingulos boues ſimilæ tres decimas conſperſæ oleo, quod habeat medium menſuræ hin, Et vinũ ad liba fundenda eiuſdem menſuræ in oblationē ſuauiſſimi odoris Domĩo. Sic facies per ſingulos boues & arietes & agnos & hœdos. Tā indigenæ quàm peregrini eodē ritu offerent ſacrificia. Vnũ præceptũ erit atq; iudiciũ tā vobis quā aduenis Terræ. ¶ Locut⁹ eſt Domin⁹ ad Moyſen, dicēs, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Cũ veneri

D'Ixit[1] verò Dominus ad Aharonem, Tu & filij tui, & domus patrũ tuorũ tecũ[2] feretis iniquitatẽ ſãctuarij,' tu quoq; & filij tui tecũ feretis iniquitatẽ ſacerdotij veſtri. Fratres quoq; tuos[3] de tribu Leui, de tribu patris tui adiunges tibi, vt iũgantur tibi, tibique miniſtrent, tu inquam & filij tui tecum[4] [eritis] coram tentorio teſtimonij.' Ipſi[5] cuſtodient cuſtodiam tuam, & cuſtodiam vniuerſi tentorij,' veruntamen ad vaſa ſanctuarij & ad aram non accedant, ne moriantur tam ipſi quàm vos. Addentur quidem tibi, & [6]cuſtodient cuſtodiam tentorij conſtitutionis[7] pro cũcto miniſterio tentorij: [8]alienus' autem ad vos non accedet. Cuſtodietis itaque cuſtodiam ſanctuarij, & cuſtodiam aræ, vt amplius nulla ſit indignatio ſuper filios Iſrael. Ego ſiquidem tuli fratres veſtros Leuitas è filijs Iſrael, [9]qui donum vobis ſint deditiij Domino,' vt exequantur miniſterium in tentorio cõſtitutionis. Tu igitur & filij tui tecũ cuſtodietis ſacerdotiũ veſtrũ, in cũctis quæ ad arã pertinẽt, & in his quæ intra velũ ſunt miniſteriũ exequẽtes.[10] dedi enim vobis officiũ ſacerdotale tãquã munus:' ſi alien[9] acceſſerit, morietur. ¶Et lo-

¶1 vel, per familias auorũ ſuorum, ¶2. i. ſuper virgam tribus Leui. ¶3 quia virga vna erit principi familiæ aut tæ. i. ſinguli principes ſingulas virgas dabunt. ¶4 in tentorio fœderis ¶5. i. ante arcã fœderis. ¶6 vbi conueniam vobiſcũ. Vel, conuenire ſoleo vobiſcum. i. vbi ſoleo dare vobis reſpõſa. Hinc tabernaculum conuentus vel cõuentionis dicitur. Vide Exod. 27. ¶7 vel, cõqueruntur. ¶8 de quarum numero erat virga Aaron. Secundum Hebræos, duodecim virgæ erãt: at ſecundũ Latinos, erant tredecim. Quãuis Leuitæ nullam haberent hæreditatem, tamẽ annumerabantur: ipſi enim Leuitæ capaces erant ſacerdotij. Sed quia nullam capiebant diſtributionem Terræ ſanctæ, ideo tunc non annumerabantur inter duodecim trib[9]: verũm tribus Ioſeph diuidebatur in duas. ¶9. i. ante arcã fœderis. ¶10. i. in ſancto ſanctorũ in quo erat arca cõuentionis. ¶11 virga inquã familiæ Leui ¶12 gẽmas truſerat & emiſerat flores, ad maturitatémque perduxerat amygdala. Hebraice legitur, & ablactauerat amygdala. i. habebat amygdala perducta ad groſſitiem. ¶13 Refer ¶14. i. ante arcam teſtimonij. ¶15 Heb. & finies querelas eorũ apud me. Vel, finem impones querelis eorum de me. i. efficies vt poſthac non conquerantur de me. ¶16 accedit. moritur. i. mori ſolet. ¶17 nunquid conſumpti ſumus deficiẽdo? Aut, nũquid cõſumendi ſumus omnes? Melius vertas, vtinã mortui eſſemus omnes. XVIII. ¶1 ſub. internuntio Moſe. ¶2. i. dabitis pœnas ſiquid peccatum fuerit in ceremonijs ſanctuarij. Vel, vos cuſtodes eritis ſanctuarij, & neminem qui non ſit de tribu veſtra, permittetis miniſtrare in ſanctuario: alioqui vos portabitis perpetratum malum. Similiter tu Aaron & filij tui, quos delegi mihi in ſacerdotes, obſeruabitis diligenter ne alij Leuitæ ſibi vſurpent officium ſacerdotale: ſed illi ſuum, & vos veſtrum exequemini: ne in peccatum corruatis, &c. ¶3 tribum Leui, cognationem patris tui applicabis ad te, & adhærebunt tibi, vt tibi &c. ¶4 ſeritis. vel, ſtabitis] coram tabernaculo fœderis. ¶5. i. ſeruabunt præcepta tua. vel, diligentiſſime obſeruabunt & facient quod illis præceperis: & ceremonias totius tabernaculi peragent. ¶6. i. obſeruabunt quæcunque ſunt obſeruanda in tentorio fœderis. ¶7 in omni opere tabernaculi. vel, in omnibus ceremonijs tabernaculi, ¶8. i. qui non fuerit de tribu veſtra. ¶9 vobis donum oblatos Domino. i. vt eos vobis donarem, vtpote qui iam donati ſint Domino. ¶10 Heb. nã functionẽ doni poſui ſacerdotiũ veſtrũ. i. Dignitatẽ veſtrã ſacerdotalẽ cuſtodietis in omnibus ceremonijs tabernaculi, & partis quæ eſt vltra velum: quia dignitatem ſacerdotalem dedi vobis gratis.

quutus eſt Domin⁹ ad Aharonẽ, Ecce ego dedi tibi cuſtodiam [1] thrumæ meæ de cunctis ſanctificatis' filiorum Iſrael, tibi inquam dedi ea [12] ad vnctionẽ,' & filijs tuis 'ſtatuto perpetuo. [14] Iſtud verò tuum erit de ſancto ſanctorum de igne, [15] omne ſacrificium eorum, omne ſacrificium cibariũ eorum, omnis hoſtia eorum quæ fit pro peccato, omnis denique hoſtia quæ fit pro delicto eorũ, quas mihi afferunt, hæc tibi & filijs tuis ſacroſancta eſto. [16] In ſacroſancto [loco]' comedes illud, omniſque mas comedet de eo. [17] ſanctum fit tibi.' Et hoc quoque tuum erit, [18] thruma quam dono dant ipſi, & omnis tenupha filiorum Iſrael, ea tradidi' tibi, filijs tuis, & filiabus tuis tecum, idq; ſtatuto perpetuo: omniſque qui mundus fuerit in domo tua, ex eo comedet. Omnem [19] pinguedinem olei, omnem quoque pinguedinem muſti & frumenti, [20] quam ipſi ex primitiuis fructibus Domino afferunt,' hæc inquam tibi tradidi. [21] Præcocia inſuper & quæcunque primo maturuerint in terra eorum, quæ attulerint Domino, tua erunt,' de quibus veſcentur omnes qui in domo tua mundi fuerint. [22] Omne quoque hęrem in Iſraele tuũ ſit.' Omne denique primogenitũ cuiuſcunq; carnis, quod attulerint Domino, ſiue ex hominib⁹ fuerit, ſiue ex animalib⁹, tuũ erit: hominis tamẽ primogenitũ omnino [23] redimes:' ſic quoq; redimes primogenitũ iumenti immundi. ([24] Redẽptiões verò eius [ſic ſint.] redimes quũ ſũt vnius mẽſis, iuxta æſtimationẽ argẽti, nẽpe quinque ſiclis iuxta ſiclũ ſanctuarij,' qui habet viginti [25] gera.)' Verũtamẽ primogenitũ bouis, aut primogenitũ ouis, aut primogenitũ capræ non [26] redimes:' hæc enim [26] ſãcta' ſunt, ideo ſãguinẽ eorũ ſparges [27] ſuper arã,' & adipẽ eorum incẽdes pro ſacrificio quod igne confit, [28] odorem ſuaueolentem Domino.' Caro autem eorum tua eſt, quemadmodum [29] pectuſculũ tenupha,' & armus dexter, [30] hæc tua ſunt. [31] Omnem thruma ſanctificatorum, quam' afferunt filij Iſrael Domino, tibi dedi, & filijs tuis atque filiabus tuis tecum ſtatuto perpetuo, [32] fœdus ſalis perpetuum' ſit hoc coram Domino tibi & ſemini tuo tecũ. ¶ Dixit Dominus ad Aharonem, In terra eorum nihil poſſidebis, nec pars vlla erit tibi inter eos, ego ſum pars tua, & hæreditas tua inter filios Iſrael. Filijs verò Leui dedi cunctas decimas Iſraelitarũ, vt ſcilicet poſſideant eas, [33] pro miniſterio eorum' [34] quod ipſi exequuntur in tẽtorio cõſtitutionis.' Filij verò Iſrael vltra nõ accedent ad tẽtoriũ cõſtitutionis, [35] ne ferant peccatũ, & moriantur:' ſed Leuitæ [36] exequentur miniſteriũ in tẽtorio cõſtitutionis, & illi ipſi ferẽt iniquitatẽ' ſuã: [37] ſit⁹ hic perpetu⁹ erit etiã poſteris veſtris. 'inter filios Iſrael nullã obtinebũt hęreditatẽ, [38] Sed decimas filiorũ Iſrael, quas illi leuãdo in altũ ſeparãt thruma Domino, eas ſcilicet dedi' Leuitis, vt ſit eorũ hæreditas: idcirco dixi [39] eis,' Inter filios Iſrael nullã habebitis hæreditatẽ. ¶ Loquutúſque eſt Domin⁹ ad Moſen in hãc ſentẽtiã, Et ad Leuitas loquẽris, & dices ad eos,

túſque eſt Dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum: omnia quæ ſanctificantur à filijs Iſrael, tradidi tibi & filijs tuis pro officio ſacerdotali, legitima ſempiterna. Hæc ergo accipies de his quæ ſanctificantur, & oblata ſunt Domino. Omnis oblatio, & ſacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & 'cedet' in Sancta ſanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. In ſanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia conſecratum eſt tibi. Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Iſrael, tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. Vniuerſa frugũ initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos. qui mũdus eſt in domo tua, veſcetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. Quicquid primum 'erumpet' è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, ſiue ex hominibus, ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dũtaxat, vt pro hominis primogenito pretiũ accipias, & omne animal quod immundum eſt redimi facias. Cuius redemptio erit poſt vnum menſem, ſiclis argenti quinque, pondere ſanctuarij. Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia ſanctificata ſunt Domino. ſanguinem tantũm eorũ fundes ſuper altare, & adipes adolebis in ſuauiſſimum odorẽ Domino. Carnes verò in vſum tuũ cedent, ſicut pectuſculum conſecratum, & armus dexter, tua erũt. Omnes primitias ſãctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino, tibi dedi & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino tibi ac filijs tuis. ¶ Dixitque Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil 'poſſidebitis, nec habebitis' partem inter eos: Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionẽ pro miniſterio quo ſeruiũt mihi in tabernaculo fœderis: Vt nõ accedant vltrà filij Iſrael ad tabernaculũ, nec cõmittãt peccatũ mortiferum, ſolis filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruiẽtib⁹, & portãtibus peccata populi. legitimũ ſempiternũ erit in generationib⁹ veſtris. Nihil aliud poſſidebũt, decimarũ oblatione cõtẽti, quas in vſus eorũ & neceſſaria ſeparaui. ¶ Locutúſq; eſt Domin⁹ ad Moyſen, dicens, Præcipe Leuitis, atq;

Aaronis erãt primitiæ & decimæ, à filijs Iſrael Deo oblatæ.

¶ cedit

¶ erumpit præſen. tẽp.

C

ſ. 1. g.

¶ poſſidebis, nec habebis

Aaronis hæreditas Deus Deut. 18. a.

Decimæ Leuitis erant pro hæreditate.

D

Leuitis præcipitur vt ex decimis, decimas Deo offerant.

¶ 11 oblationũ mearũ omnes ſanctificationes .i. dedi tibi primitias meas, quæcunque mihi offerent filij Iſrael. ¶ 12 propter vnctionẽ, .i. quia tu es ſacerdos. q.d. Quæcunque offeruntur Deo, ſacerdotũ ſunt ¶ 13 vl. iure ſẽpiterno .i. irreuocabili. ¶ 14 vl. Iſtud autem habebis de ſanctificatione ſanctificationũ de igne .i. habebis de oblatione ſacratiore quæ remãſerit ex igne: hoc eſt, quæ igne cõſumpta nõ fuerit. ¶ 15 omnis oblatio eorum ex omni munere eorum, & ex omni ſacrificio eorum pro peccato, & pro delicto, quam reddent mihi, ſanctitas ſanctitatum erit tibi & filijs tuis .i. ad te pertinebit tã quam ſãctum. ¶ 16 In ſanctitate ſanctitatum .i. In loco ſacro vel ſacratiore: hoc eſt in tabernaculo. Tabernaculũ vocat ſacratiorẽ locum, reſpectu atrij: quia erat loc⁹ ſacratior. ¶ 17 ſanctitas erit tibi .i. ad te pertinebit hæc oblatio. ¶ 18 oblationẽ doni eorũ, oẽs oblatiões quas obtulerint filij Iſrael, dedi &c. .i. Iſtud capies ex eo quod dabũt tibi dono filij Iſrael. ¶ 19 He. adipẽ olei, & omnẽ adipẽ vini. Per adipẽ intelligit quod optimũ eſt. q.d. Optimũ oleũ, muſtum, frumentũ &c. ¶ 20 primitias eorum quas daturi ſunt Domino .i. mihi. Per appoſitionem dictũ eſt, Omnẽ adipem olei &c. primitias eorum &c. q.d. Omnem adipem olei &c. eorum videlicet primitias &c. ¶ 21 Primitiæ omnium eorum quæ in terra ipſorum creuerint, quas offerent Domino, tuæ erunt. ¶ 22 vl. Omnis cõſecratio in Iſraele, tua erit .i. Quicquid ex voto cõſecrauerint Deo Iſraelitæ. ¶ 23 redimi facies. vl. redimẽdũ curabis. homines enim non mactabitur Deo. ¶ 24 Præterea redẽptiones eius, [ſcilicet primogeniti,] ab eo quod natũ fuerit mẽſem vnũ, redimi curabis, ſecũdũ æſtimationẽ, pecunia quinq; ſiclorũ, [vel quinque ſiclis argẽti] ad rationẽ ſicli ſanctuarij. Quod ait, iuxta æſtimationẽ ſignificat iuxta pretiũ quod accipere à me debes. q.d. pretio tibi à me cõſtituto. ¶ 25 .i. obolos. ¶ 26 .i. Deo cõſecrata. ¶ 27 iuxta altare. .i. ad baſim altaris. ¶ 28 Chaldæus paraph. vertit, vt oblatio ſuſcipiatur volũtariè corã Domino. ¶ 29 pectus eleuationis .i. quod eleuãdo offertur Deo ex hoſtijs pacificis. ¶ 30 tua erit. ſub. caro illa. ¶ 31 Omnes eleuationes ſanctificationũ quas &c. .i. Omnes oblationes quæ mihi dãtur. Vl. Omnes oblationes ſanctas, hoc eſt mihi cõſecratas. ¶ 32 .i. fœdus incorruptũ & ſempiternũ. ¶ 33 pro opere eorũ. vl. pro cultu eorũ. aut, mercede miniſterij eorũ. ¶ 34 quoniã ipſi peragũt miniſteriũ tabernaculi fœderis. ¶ 35 Heb. vt ferãt iniquitatẽ ad moriendũ .i. ne peccent, & moriãtur. ¶ 36 peragẽt opus tabernaculi fœderis: portabúntque iniquitatẽ &c. Quã ſcilicet admiſerint in miniſterio ſuo .i. punietur ſi non obſeruauerint ceremonias quæ obſeruari debẽt in cultu tabernaculi. ¶ 37 Hebr. ſtatuto perpetuo, per generationes veſtras .i. quandiu contigerit vos viuere. ¶ 38 Nam decimas filiorum Iſrael quas offerre ſolent Domino in oblationem, dedi &c. ¶ 39 de eis.

denuntia, Cum acceperitis à filijs Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earū offerte Domino, id eſt decimā partē decimę, Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quàm de torcularibus. Et vniuerſis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta. Dicéſque ad eos, Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias. Et comedetis eas in omnibus locis veſtris, tam vos quàm familiæ veſtræ: quia pretium eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij. Et nō peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

CAP. XIX.

Vacca rufa, ex cuius cineribus aqua aſperſionis fiebat pro peccato.

¶ Tradetiſq; Heb. ſ. b.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarō, dicens, Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus. Præcipe filijs Iſrael vt adducāt ad te vaccam rufam ætatis integrę, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugū. Tradéſque eā Eleazaro ſacerdoti, qui eductam extra caſtra, immolabit in conſpectu omnium: Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget contra fores tabernaculi ſeptem vicibus, Comburétq; eam cūctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm ſanguine & fimo flammæ traditis. Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccúmque bis tinctum ſacerdos mittet in flammam quæ vaccam vorat. Et tunc demum lotis veſtibus, & corpore ſuo in-

B gredietur in caſtra, commaculatúſque erit vſque ad veſperum. Sed & ille qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt. Cúmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperum. Habebunt hoc filij Iſrael & aduenæ, qui habitant inter eos, ſanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus: aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus non

C fuerit, ſeptimo non poterit emūdari. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculū Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immūdus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eū.

Lex morientis in tabernaculo.

¶ Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediūtur tētoriū illi9, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſūt, polluta erūt ſeptē dieb9. Vas quod nō habuerit operculū, nec ligaturā déſuper, immūdū erit.

Quum acceperitis decimas à filijs Iſrael, quas ego de ipſis vobis dedi, vt ſit hæreditas veſtra, [40] leuando in altum ſeparabitis ex ipſis thruma Domino, nempe decimam partem de decimis. Et reputabitur vobis [41] thruma veſtra, ac ſi fieret de frumento areæ, aut de plenitudine torcularis. [42] Sic & vos leuando in altum ſeparabitis thruma Domino, de cūctis decimis veſtris quas acceperitis à filijs Iſrael, & dabitis [43] de eis thruma Domino, quæ erit Aharonis ſacerdotis. De cunctis muneribus veſtris [44] leuando in altum ſeparabitis omnē thruma Domino, nēpe de omni pinguedine ei9 ſanctificationem eius de ea. Et dices ad eos, Cum vos [45] leuando in altum ſeparabitis pinguedinē eius de ea, reputabitur [46] Leuitis quemadmodū prouentus areæ, aut prouentus torcularis. Comedetiſque ipſam [decimam] in omni loco, vos & filij veſtri, quoniam hæc eſt merces veſtra pro miniſterio veſtro in tentorio cōſtitutionis. [47] Ne feratis ſuper ea peccatum quū [48] ſeparaueritis de pinguedine eius de ea, & ſanctuarium filiorum Iſrael nō prophanabitis, ne moriamini. C. XIX.

LOquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Aharonem in hanc ſententiam, [1] Hæc eſt ceremonia legalis quam Dominus præcepit hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael vt adducant ad te bucculā rufam [2] ſine vitio, [3] in qua nihil poſſit reprehēdi, cui iugum non fuit impoſitum. Tradetiſque eā Eleazaro ſacerdoti, vt educat eam foras extra caſtra, curétq; vt mactetur coram ſe. Et tollat Eleazar ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, ſpargétque eregione tentorij conſtitutionis de ſanguine eius ſepties. [4] Comburet quoque ante oculos [5] ſuos bucculam illam cū pelle eius, carne ei9, & ſanguine eius, ſed & excrementum eius comburet. Tollat etiam ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccinum bis tinctū, & proijciat ea in mediū combuſtionis illius bucculæ. [6] Eluat deinde ſacerdos veſtimenta ſua, & lauet carnem ſuam aquis, poſt hoc ingrediatur caſtra, & immundus erit ſacerdos vſque ad veſperam. Et qui comburit illam, eluat veſtes ſuas, & carnē ſuam aquis, & immundus erit vſque ad veſperam. Colliget autem vir mundus cineres illius bucculæ, & reponet extra caſtra ad locum mundum, [7] vt reſeruetur à congregatione filiorum Iſrael [8] ad aquas ſparſorias, peccatum enim eſt. Eluet quoq; & is qui cineres bucculæ colligit veſtes ſuas, & immundus erit vſque ad veſperam. hoc filijs Iſrael, & peregrinis qui inter eos cōmorātur, eſto perpetuum ſtatutum. Qui tetigerit [9] mortuū cuiuſcunque animę humanæ, immundus erit ſeptem diebus. Et is expiabit ſe hac [aqua] tertio die & ſeptimo die, & mūdabitur: ſi verò ſe [10] tertio atque ſeptimo die non expiauerit, non mundabitur. Quicūq; tetigerit mortuū humanæ animæ quod mortuū fuerit, & ſe nō expiauerit, polluit tabernaculū Domini, excindetúrq; anima huiuſmodi ex Iſraele, eo quòd aqua [11] ſparſoria nō eſt ſparſa ſuper eā, vnde & immūdus erit, [12] manebitque deinceps in eo imunditia ei9. ¶ [13] Hæc lex eſt hominis qui moritur in tētorio: omnis qui ingreſſus fuerit tētoriū [illud], & [14] omnis qui fuerit in tētorio, immūdus erit ſeptē diebus. Omne quoque vas apertū ſuper quo operculū alligatū nō eſt, immundū erit.

¶40 offeretis ex illis oblationem ¶41 oblatio illa veſtra tanquam frumentum de area, & tanquā muſtū de torculari .i. tā grata erit oblatio veſtra, quàm eſt grata oblatio eorum qui offerunt aliquid ex propria area, aut ex proprio torculari, ſiue ex proprijs prædijs. ¶42 Hoc pacto offeretis etiam vos oblationem Domini, &c. ¶43 ex eo oblationem Domini Aaroni ſacerdoti.

¶44 offeretis oblationē Domino, de omni &c. i. ex oib9 donarijs quæ acceperitis à filijs Iſrael, optimam quanque partē offeretis in oblationem Domini. ¶45 obtuleritis adipē ex eo. i. Quum obtuleritis ex eo quod optimū eſt ex decimis veſtris, ô Leuitæ. ¶46. i. vobis. ¶47 vel, Et non feretis ſuper ea. ſub. decima. i. ſi optimam quāque earum decimarum partē obtuleritis, nō puniemini.

¶48 obtuleritis adipem eius ex ea: & ſanctificationes &c. i. oblationes quæ Deo ſanctificātur.

XIX. ¶1 Hebr. Hoc eſt ſtatutum legis quam &c. q. d. Nunc legem fero de vacca rufa. ¶2 perfectam. i. ætatis perfectæ. ¶3 Heb. ſine macula, ¶4 ſub. ſacerdos cui hoc negotiū fuerit cōmiſſum. ¶5 eius. ſub. Eleazari. ¶6. i. Lauāda curet ¶7 Heb. & erit congregationi filiorum Iſrael in cuſtodiam. i. diligentiſſime ſeruabitur cinis ille à filiis Iſrael. ¶8 in aquam expiationis: nam expiatio eſt. i. ad conficiendam aquam qua expiabuntur contaminati: nam ea aqua eſt expiatoria. Qui propter impuritatem ſeparabantur ab aliorum commercio, hac aqua expiabitur. ¶9 Heb. cadauer omnis perſonæ hominis. i. cuiuſcunque hominis mortui, ſiue Iudæi, ſiue Gentilis. ¶10 Hebr. tertia die non purificauerit ſe, etiam die ſeptima non erit mundus. Vel, ſi non inceperit purificari die tertia, etiā die ſeptima non reſtituetur priſtinæ puritati. ¶11 Heb. ſeparationis. i. expiationis. ¶12 Heb. adhuc pollutio ei9 in ipſo. i. adhuc retinet priſtinam impuritatem. ¶13 Hæc eſt lex. Cum quis mortuus fuerit in tabernaculo: &c. q. d. Nunc quoque legem fero, Cum quis &c. ¶14 ſub. ſupellex quæ &c. vel, quicquid fuerit in tentorio, polluetur &c.

¶15 vſ. cadauer hominis.
¶16. i. ad expiãdum contaminatum iſtum.
¶17. i. vitulæ combuſtæ pro expiatiõe peccati. ¶18 ſub. cinerem.
¶19. i. ſacerdos aliquis purus.
¶20 vſ. recipiet puritatem ad veſperam.
¶21. i. Hoc à filijs Iſrael perpetuò obſeruabitur. ¶22 anima quæ tetigerit. Subaudi, quod tactũ fuerit ab impuro.

¶Et quicunque in agro cadauer gladio cæſum tetigerit, aut [15]alioqui mortuum, aut oſſa hominis, aut ſepulchrum, immũdus erit ſeptẽ diebus. Accipiant igitur [16]pro immundo iſto de cinere [17]combuſtionis peccati, & infunditur ſuper [18]illum aquæ viuæ in vas aliquod, & accipiat [19]mundus aliquis hyſſopũ, & intingat in aquã, & ſpargat ſuper tẽtorium, & ſuper omnia vaſa, atque ſuper animas quæ fuerint illic, & ſuper eum qui tetigit oſſa, aut interfectũ, aut mortuum, aut ſepulchrum. Spargẽtque mundus ſuper immundum die tertio & ſeptimo, & expiabit eũ die ſeptimo. & eluet veſtimẽta ſua. & lauabit aquis, & [20]mũdus erit ad veſperã. Qui verò pollutus fuerit, & ſe nõ expiauerit, excindatur anima huiuſmodi ex congregatione, eo quòd ſanctuariũ Domini polluit, & quòd [21]aqua ſparſoria non fuit ſparſa ſuper eũ, immundus ipſe. [21]Erit igitur eis hoc ſtatutũ perpetuum, vt qui aſperſus fuerit aqua luſtrali, veſtimenta ſua eluat: & qui tetigerit aquam luſtralem, immundus ſit vſque ad veſperam. Et quodcunq; immundus tetigerit, immundum erit, & [22]anima quã tetigerit, immũda erit vſque ad veſperam.

CAP. XX.

XX.

¶1 Subaudi, è deſerto Pharã.
¶2 anni ſcilicet quadrageſimi ab exitu filiorum Iſrael.
¶3 Rixatúſque populus cum Moſe, dicendo dixerunt. i. ad hunc modũ dixerunt.
¶4 ſubaudi, in deſerto.
¶5 vſ. relicta cõgregatione
¶6 à cõſpectu Domini
¶7 Hic notat ſi des Moſi. q. d. contra naturã fieret ſi ex petra iſta educeretur aqua.
¶8 vſ. glorificaretis ¶9 p qui bus rixati ſunt filij Iſrael contra Dominum: & ſanctificauit ſeſe in illis. i. apparuit glorioſus filijs Iſrael & omnipotens, ſuperauit incredulitatẽ eorum.
¶10 laborem qui apprehendit nos. i. omnes labores quos hactenus ſuſtinuimus.
¶11 deſcenderunt enim.

VEnerunt autem filij Iſrael, vniuerſus ſcilicet cœtus, in deſertũ Zin, primo [2]menſe, mãſitque populus in Kades: mortua autem eſt ibi Maria, ſepultáq; eodẽ loci. ¶Multitudo autẽ nõ habebat aquã, cõgregatiq; ſunt aduerſus Moſen & aduerſus Aharonẽ. [3]Et populus diſceptãs cum Moſe, in hanc ſententiã loquitur, Vtinam & nos expiraſſemus dum [4]expirarent fratres noſtri coram Domino: Cur autẽ induxiſtis congregationẽ Domini in deſertũ iſtud, vt in eo moriamur & nos & iumenta noſtra? Cur effeciſtis vt aſcenderemus nos ex Ægypto, vt introduceretis nos in locum iſtum malum, vbi nec ſemen eſt, nec ficus, nec vites, nec mala punica, nec aqua etiã quam bibamus? ¶Venit itaque Moſes & Aharõ [5]à conſpectu congregationis ad oſtiũ tentorij cõſtitutionis, & prociderũt in facies ſuas, viſáq; eſt eis gloria Domini. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiã, Tolle baculũ illũ, & congrega cœtũ, tu & Aharon frater tuus, & loquimini ad petrã ipſis cernentibus quæ dabit aquas ſuas: educẽſque illis aquã è petra, vt potum des cœtui, & iumentis eorũ. ¶Tulit itaq; Moſes baculum illũ [6]ante Dominũ vt ille iuſſerat. Et cõgregauerunt Moſes atque Aharon cœtum ante petram, & dixit eis, Audite quæſo vos rebelles, [7]nũ de petra iſta educem vobis aquas? Leuatáq; manu ſua Moſes, percuſſit petrã baculo ſuo bis, & profluxerunt aquæ multæ, bibitque cœtus, & iumenta eorum. Et ait Dominus ad Moſen & ad Aharonem, Quandoquidem non crediḋiſtis mihi, vt [8]ſanctificaretis me corã filijs Iſrael, nõ introducetis cœtũ iſtũ in terram quã dedi eis. Hæ ſunt aquæ contentionis, [9]vbi contenderunt filij Iſrael aduerſus Dominum, & ſanctificatus eſt in eis. ¶Miſit verò Moſes nuntios ex Kades ad regem Edom ſhiſce mandatis, Sic ait frater tuus Iſrael, Tu noſti omnẽ [10]moleſtiam qua ſumus affecti: [11]deſcenderant patres noſtri in Ægyptum, & nos quoq; verſati fuimus in Ægypto multis diebus. Ægyptij verò & nos & patres noſtros affixerunt. Quúmque clamaremus ad Dominũ, exaudiuit querelã noſtrã, miſſóque angelo eduxit nos ex Ægypto: & en ſumus in Kades [12]vrbe extrema finiũ tuorum. Liceat nobis quæſo vt tranſeamus terram tuam: neque tamen tranſire volumus per agros aut vineas, ſed nec aquã de puteis

¶Siquis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illi*, vel ſepulchrũ, immundus erit ſeptem diebus. Tollẽntque de cineribus combuſtionis atque peccati, & mittent aquas viuas ſuper eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cũctam ſupellectilem, & homines huiuſcemodi cõtagione pollutos. Atque hoc modo mundus luſtrabit immundum tertio & ſeptimo die: expiatúſque die ſeptimo, lauabit & ſe & veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperum. Siquis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ: quia ſanctuarium Domini polluit, & nõ eſt aqua luſtrationis aſperſus. Erit hoc præceptum legitimum ſempiternũ: Ipſe quoque qui aſpergit aquas, lauabit veſtimenta ſua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vſque ad veſperũ. Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horũ quippiam tetigerit, immunda erit vſque ad veſperum.

CAP. XX.

VEneruntque filij Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin, menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuáq; eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. ¶Cúmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aarõ. Et verſi in ſeditionem, dixerunt, Vtinam perijſſemus inter fratres noſtros coram Domino. Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri nõ poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? ¶Ingreſſúſque Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt, Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tolle virgam, & cõgrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram corã eis, & illa dabit aquas: cúmq; eduxeris aquã de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. ¶Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei. Congregata multitudine ante petram, dixitque eis, Audite rebelles & increduli, num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cúmque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis, ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet & iumẽta*. ¶Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron, Quia nõ credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terrã quã dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis. ¶Miſit interea nuntios Moyſes de Cades ad regẽ Edom, qui dicerent. Hæc mandat frater tuus Iſrael. Noſti omnẽ laborẽ qui apprehendit nos, quomodo deſcẽderint patres noſtri in Ægyptũ, & habitauerimus ibi multo tẽpore: affixerintque nos Ægyptij, & patres noſtros: Et quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritq; angelum qui eduxerit nos de Ægypto. *ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, Obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam. nõ ibimus per agros, nec per vineas, nõ bibem⁹ aquas de puteis

Lex tangẽtis immũdum.
☞?
Moritur Maria.
Populo murmurante dãtur aquæ è petra.
Exod. 17. b.
☞?
Sapien. 11. a.
Pſal. 77. b.
1. corin. 10. a.
*eius
Moyſes & Aarõ nõ ingreſſuri Terrã.
Deuter. 1. f.
Aquæ cõtradictionis.
Edom negat tranſitum filijs Iſrael.
☞? * &

¶12 Heb. vrbe extremitatis regni tui. Id eſt, in vrbe quæ non longe diſtat à regno tuo.

tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dexterā, nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos. Cui reſpondit Edom, Non tranſibis per me: alioquin armatus occurram tibi. Dixerūtq; filij Iſrael, Per tritam gradiemur viā: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtū eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter trāſeamus. At ille reſpondit, Non [v]tranſibitis.' Statimque egreſſus eſt obuius, cū infinita multitudine, & manu forti, nec voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet

¶[v] tranſibis.

D tranſitum per fines ſuos, quam ob rem diuertit ab eo Iſrael. ¶Cúmque caſtra mouiſſent de Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edō: vbi locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: nō enim intrabit terram quā dedi filijs Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis. ‖Tolle Aarō & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cúmque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarū filiū eius, & Aarō colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyſes vt præceperat Dominus, & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cúmq; Aarō ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarū filiū eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcēdit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aarō, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

‖.33.e. deute. 32.g.

Moritur Aaron.

Subſtituitur Eleazarus. deut.10.b.

Luget Aaronē populus.

CAP. XXI.

Vod cum audiſſet Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiē, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & victor exiſtens, duxit ex eo prędam. At Iſrael voto ſe Domino obligans, ait, Si tradideris populū iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitque Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius, Horma, id eſt anáthema. ¶Profecti ſunt autem & de monte Hor, per viā quę ducit ad Mare-rubrū, vt

Vincit Iſrael regē Arad.

Votū Iſrael.

Horma.

B circumirēt Terram-Edō. Et tędere cœpit populū itineris ac laboris: locutúſque cōtra [9]Dominum' & Moyſen ait, Cur eduxiſti nos de AEgypto, vt moreremur in ſolitudine? deeſt panis, non ſunt aquę: anima noſtra iā nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit Dominus in populū ignitos ſerpētes, ad quorū plagas & mortes plurimorum, venerūt ad Moyſen, atque dixerunt, Peccauimus, quia locuti ſumus contra Dominū & te: ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum, Fac ſerpentem ęneum, & pone eū pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyſes SERPENTEM AENEVM, & poſuit eū pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabātur. ¶Profectiq; filij Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth. Vnde egreſſi fixere tentoria in Ie-abarim, in ſolitudine quæ reſpicit Moab cōtra Orientalē

¶[9] Deum

Loquitur populus contra Deum.

Serpentibus ignitis percuſſi moriuntur ſap.16.a. 1.cor.10.b.

C

FIGVRA CHRISTI IESV. Iohā. 3.b.

bibemus, proficiſcemur [13]via regia,' neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes, donec fines tuos tranſierimus. Reſpōdit ei Edom, Nequaquam trāſibis [14]per me,' ne tibi gladio occurram. Cui dixerunt filij Iſrael, Aſcēdemus [13]itinere trito:' & ſi aquas tuas biberimus ego & pecora mea, dabo pretiū pro eis, [15]modo ne negotium [faceſſas nobis,] pedes tranſibo.' Et dixit, Ne traſeas. Et egreſſus Edom occurrit eis cum populo [16]graui,' & manu robuſta. Noluit itaq; Edō permittere Iſraeli vt trāſiret per fines ſuos. ¶Deflexit ergo Iſrael ab eo, & profecti de Kades venerunt filij Iſrael cū vniuerſa multitudine in mōtem Hor. Et ait Dominus ad Moſen & ad Aharonem in mōte Hor iuxta terminum terræ Edom, in hanc ſententiā, [17]Colligatur Aharon ad populos ſuos:' non enim veniet in terram quam dedi filijs Iſrael, eo quòd [18]exacerbaſtis os meum' iuxta aquas contentionis. Tolle Aharonem & Eleazar filium eius, & duc eos in montem Hor, Exuéſque Aharonem veſtibus ſuis, [19]induéſque eas Eleazar filium eius,' Aharō verò [20]colligetur,' & morietur illic. Fecit itaque Moſes quemadmodū præceperat Dominus. Et aſcenderunt in montem Hor, vidente tota congregatione. Et exuit Moſes Aharonē veſtibus ſuis, & induit eas Eleazar filium eius: mortuúſque eſt Aharon illic in vertice montis, & deſcēdit Moſes atque Eleazar de monte. Videns autem vniuerſus cœtus quòd expiraſſet Aharon, fleuerūt Aharonem triginta diebus vniuerſa domus Iſrael. CAP. XXI.

Vúmque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, audiſſet quòd veniret Iſrael per viam exploratorum, [1]pugnauit contra Iſraelem, & abduxit quoſdā ex eis captiuos. Vouit autem Iſrael votum Domino, dicens, Si omnino tradideris populum iſtum in manū meam, [2]deuouebo vrbes eorum hęrem.' Et exaudiens Dominus vocem Iſraelis, tradidit ei Chananæum, & [Iſrael] [3]deuouit eos hęrē,' ſic etiam vrbes eorū, & vocauit nomen loci [4]Horma. ¶Et profecti ſunt de monte Hor per viam maris carectoſi, vt circuirent terram Edom, & in via animus populi [5]tædio affectus eſt.' Loquutúſque eſt populus contra Deum & contra Moſen, Cur eſſeciſtis vt aſcenderemus ex AEgypto, vt moreremur in ſolitudine? quia nec panē habemus, nec aquas, & animus noſter [6]cibum hunc vilem faſtidit.' Dominus igitur miſit in populum ſerpentes [7]vrentes,' qui populum mordebāt: & mortuus eſt ex Iſraele populus multus. Veniens igitur populus ad Moſen, dixerunt, Peccauimus, quia loquuti ſumus contra Dominū & contra te, ora Dominū vt auferat à nobis ſerpentes iſtos. & orauit Moſes pro populo. Dixitq; Dominus ad Moſen, Fac tibi [8]ſerpentē vrentē,' & pone eū ſuper [9]palū in ſublime ſublatū.' ſietq; [10]ſi ſerpens aliquē momorderit, intueatur eū, & incolumis erit.' Fecit itaque Moſes SERPENTEM AENEVM, & poſuit eum ſuper [9]palū erectū,' fiebátque, ſiquē momordiſſet ſerpens, intuens ſerpentē æneū, ſanabatur. ¶Filij Iſrael ſoluētes caſtra fixerūt in Oboth. Soluentéſque ex Oboth, caſtra fixerunt in Ie-abarim in deſerto ad faciē Moab ad Oriētē

¶13 vl, via ſtrata lapidibus. Gallice, par la chauſſee.

¶14 .i. per patriam meam.

¶15 tantū ſi nihil ſit in pedibus meis, tranſibo. Id eſt, dabo tibi iuſtum pretiū: modo nihil ſit mihi impedimento, trāſibo, & non immorabor.

¶16 vl, numeroſo, Id eſt, magnis copijs.

¶17 Addetur Aaron ad populos ſuos. vl, Congregabitur cum populis ſuis. Id eſt, Morietur Aaron ſicut populares eius mortui ſunt. Addi enim, vel adiūgi, aut cōgregari ad populos ſuos, pro Nori, vſurpatū eſt Hebræis.

¶18 vl, rebelles fuiſtis ori meo Id eſt, non credidiſtis ſermoni meo.

¶19 Id eſt, conſtitues pontificem Eleazarū pro patre ſuo.

¶20 adiungetur. Subaudi populis ſuis. Declarat autē quid ſignificet adiungi populis ſuis, quum mox dicit, & morietur ſibi.

XXI.

¶1 Id eſt, via qua venerant exploratores.

¶2 tum delebo vrbes eorum.

¶3 perdidit [vl, deleuit] eos.

¶4 Horma ſignificat euerſionē & deſtructionē: quòd populus fuit euerſus & deſtructus in eo loco. ¶5 Heb. abbreuiatus eſt. Id eſt, populus labore itineris fatigatus cœpit deſtitui animo, vel deſpondere animū. Solet anima breuis fieri laborantibus & ijs qui ſpirare vix poſſunt. ¶6 abhorret ab hac eſca leuiſſima. Leuiſſimam eſcā vocat Moſes manna, quòd eſſet [vt Hebræi dicunt] leuiſſimæ concoctionis. ¶7 ignitos. Ab effectu vocat ignitos ſerpentes: quòd eorum morſus induceret calorem quendam præter naturam, ita vt percuſſi ab eis, vri viderentur. ¶8 ſerpētem ignitum. Hoc eſt, qui habeat ſimilitudinem ſerpentis vrentis, qualis eſt ſerpens ex ære fabricatus. ¶9 vexillum. Vl, in extremitate haſtæ vexillaris. aut in ſignum, vt ſit vice vexilli. Alij vertunt, ſuper furca. Tamen vox Hebraica N E S, pro qua ſignum vertit interpres vetus, proprie ſignificat vexillum, hic pro haſta vexillari accipitur. ¶10 Heb. omnis morſus, & videbit eum, & viuet. Id eſt, quicunque morſus aſpexerit illum, curabitur.

¶11 vſ. in torrẽte Zared.
¶12 citra. nondũ enim tráſierant.
¶13 prominens [vſ. protenſus] vſque ad fines regni Amorrhæorum.
¶14 Vrbem Vahebſſubaudi, deleuit, vel expugnauit De⁹] in turbine, & torrẽtes qui adiacent Arnon. vſ. Vrbẽ Vaheb [deleuit Deus] magno cũ impetu, & valles quæ adiacent ipſũ Arnon.
¶15 Heb. Et decurſum torrẽtium qui pergunt vt quieſcant in Ar, innitiẽtúrque termino Moab .i. Expugnauit regionẽ per quã defluũt amnes, ab Arnon vſq; ad Ar, defluũtque in regionẽ Moabitidem.
¶16 Et illinc [ſubaudi. profecti ſunt] in Beer: is eſt pute⁹ de quo dixerat &c.
¶17 Aſcẽde putee, canite [vel, concinite] illi, Putee inquam quẽm foderũt &c. Principium carminis eſt. Aſcende putee: quod non abſoluitur. Aſcende, inquit. i. Exaltare.

ſolem. Hinc ſoluẽtes caſtrametati ſunt [11]in valle Zared.' Et hinc ſoluentes caſtra fixerunt [12]vltra' Arnonem, qui [fluuius] eſt in deſerto, [13]profluens à finibus Amorrhæi.' eſt eni Arnon limes Moab, inter Moab & Amorrhæũ. Hinc dicitur in libro præliorũ Domini, [14]quæ geſſit in [mari] carecto ſo, & quæ in torrẽtibus Arnõ.' [15]Et impetus ſcaturiens torrentium, qui tendit ad habitationẽ Ar, incumbitque in limitem Moab. ¶[16]Et illinc in Beer: hic eſt Beer de quo dixit' Dominus ad Moſen, Congrega populum, & dabo eis aquam. Tũ canebat Iſrael canticum iſtud, [17]Aſcende Beer, alternis canite ei: Beer iſtum foderũt' principes, duces populi effoderunt eum, [18]cum legiſlatore,' & baculis ſuis. ¶Porrò ex deſerto [venerunt] in Mathana. De Mathana verò in Nahaliel: & de Nahaliel in Bamoth. De Bamoth verò in vallem quæ eſt in campo Moab, [19]ad verticem collis, & vertitur ad faciem deſerti. ¶Et miſit legatos ad Sihon regem Amorrhæorũ hiſce mandatis, Trãſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus neque in agros, neque in vineas, nec [20]bibemus' aquas de puteis, ſed regia via incedemus, donec fines tuos tranſierimus. At Sihon Iſraeli non permitit [21]vt fines ſuos pertrãſiret:' quin congregauit Sihon omnem populum ſuum, & egreſſus occurrit Iſraeli in deſertum, & venit in Iahza, & pugnauit contra Iſraelem. Et Iſrael ferijt eum gladio, & occupauit terrã eius ab Arnone ad Iaboc vſque, & vſq; ad filios Ammon: quoniam [22]fortis limes erat filiorum Ammon.' Et occupauit Iſrael omnes ciuitates iſtas, & habitauit Iſrael in omnibus ciuitatib⁹ Amorrhæorum, in Heſbõ & in omnibus [23]filiabus eius. [24]Fuerat ſiquidẽ Heſbon vrbs Sihonis regis Amorrhæorũ, qui prius pugnauerat contra regẽ Moab,' & tulerat vniuerſam terrã eius de manu ei⁹, vſque ad Arnonem. [25] Hinc fit, vt qui prouerbijs vtuntur, dicant, [26]Venite in Heſbon,' ædificetur &[27]apparetur' vrbs Sihoni. Quoniã ignis [28] erumpet ex Heſbon,' & flamma ex vrbe Sihon: [quæ] [29]deuorauit Ar [30][in] Moab, [31]poſſeſſores excelſorum Arnon.' Væ tibi Moab, perijſti [32]popule Chemoſch. [33]Fuũ ſũt fugitiui filij eius, & filiæ ei⁹ in præda abductæ ſũt' Sihoni regi Amorrhæorũ. [34]Lucerna eorum Heſbon [ſcilicet] perijt vſque ad Dibõ,' & vaſtauimus [eos] vſque ad Nopha, quæ [pertingit] ad Medeba. ¶Habitauit itaque Iſrael in terra Amorrhæorũ. Et Moſes miſit ad explorandũ Iaaſer: ceperúntque viculos eius, & eiecit Amorrhæum qui erat illic. ¶Et verſi aſcenderũt viam Baſan: & egreſſus Og rex Baſan, occurrit eis, ipſe & vniuerſus populus eius, vt præliaretur in Edrei. Et dixit Dominus ad Moſen, Ne metuas

plagam. Et inde mouentes, venerunt ad Torrẽtem-Zared. Quẽ relinquentes caſtrametati ſunt contra Arnõ, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, Sicut fecit in Mari-rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. ¶Et ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo locutus eſt Dominus ad Moyſen, Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud, Aſcendat puteus. Concinebant, Puteus quem foderũt principes, & parauerũt duces multitudinis in datore legis, & in baculis ſuis. ¶Profecti ij ſũt de ſolitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. Bamoth, vallis eſt in regiõe Moab, in vertice Phaſga, quod reſpicit cõtra deſertum. ¶Miſit autẽ Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens, Obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis: via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potius exercitu cõgregato, egreſſus eſt obuiam in deſertum, & venit in Iaſa, pugnauitque contra eũ. A quo percuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon vſque Ieboc, & filios Ammõ: quia forti præſidio tenebãtur termini Ammonitarum. ¶Tulit ergo Iſrael omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Heſebon ſcilicet, & viculis eius. Vrbs Heſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram quę ditionis illius fuerat, vſq; Arnõ. Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Heſebon, ædificetur, & conſtruatur ciuitas Sehon. Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. Væ tibi Moab, periſti popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehõ. Iugum ipſorum diſperijt ab Heſebon vſque Dibon, laſſi peruenerũt in Nophe, & vſque Medaba. ¶Habitauit itaque Iſrael in Terra-Amorrhæi. Miſitque Moyſes qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & poſſederunt habitatores. ¶Verterúntque ſe, & aſcenderũt per viam Baſan, & occurrit eis Og rex Baſan cum omni populo ſuo, pugnaturus in Edrai. Dixitque Dominus ad Moyſen, Ne

Caſtrametãtur in Arnõ. Iudi.11.c.

D

¶De Vinctitur Sehon. deut.2.f iudi.11.d.

Amos 2.e. pſal.134.c. Amorrhæorũ vrbes poſſidet Iſrael.

F

Heſebon. Moabitæ victi ab Amorrhæis.

Iudi.11.c. Chamos idolũ Moabitarũ.4. Re.11.b.

G

Percutit Og. deu.3.a.29.b.

¶18 i. adhortante Moſe. ¶19 In vertice collis, & ex aduerſo reſpondet deſerto. Vel, aſpicit contra deſertũ ¶20 ſub. gratis. ¶21 vſ. vt tranſiret per patriam ſuam: ¶22 vſ, bene munita erat regio Ammonitarũ. ¶23 Id eſt, minoribus vrbibus. Erat enim Heſebon vrbs regia. Filias etiam vocat villas & pagos, ſiue vrbes quæ ſunt ſub metropoli. ¶24 Siquidem Heſebon erat vrbs Sehon regis Amorrhæorum: ipſe enim pugnauerat cõtra regem Moab primum. Id eſt, expugnauerat regem Moabitarum, eum qui primus rex Moabitarum fuerat. Vel, priorem: hoc eſt, qui prius regnauerat ante Balac. ¶25 Idcirco dicunt parabolantes. Id eſt, qui ænigmata vſurpare ſolent, authoréſve ſunt parabolarum & ænigmatum. vſ. hiſtorici ſcriptores. ¶26 ſub. dirutam. q.d. Vos vi. iſtis, reſtaurate mœnia vrbis Sehon. ¶27 inſtauretur ¶28 egreſſus eſt ex Heſebon. Quidam per ignem intelligunt ſeditionem, quæ cauſa fuit vt Heſebon caperetur. alij verò copias. Chaldæus paraphraſtes vertit, quia ventus vrens fortis ſicut ignis, egreſſus eſt de Heſebon: & facientes prælium ſicut flamma de ciuitate Sehon. ¶29 Chaldæus paraphraſtes, occiderunt populum qui habitabat in Ar Moab. ¶30 vſ, vrbem Moab, ¶31 Chaldæus paraphraſtes, & ſacerdotes qui habitant in domo deorum altarium Arnon. ¶32 vſ, ô popule [qui colis] Chamos. Chamos, idolum eſt Moabitarum, vt vides 4. Reg. 11. b. Declarat autem quàm inualidæ fuerint vires ipſius idoli. ¶33 Dedit filios ſuos euaſores, & filias ſuas in captiuitatem. Id eſt, Permiſit Chamos vt cultores ſui verterentur in fugam, conſulerẽtque ſibi fuga, permiſit præterea, vt quæ adorabant eum, abducerẽtur in captiuitatem: dedit inquam eas regi Amorrhæorum, nempe ipſi Sehõ. ¶34 Et nouale eorum perijt ab Heſebon vſque ad Dibon. Alij vertunt, Et iaculis confecimus eos, perijt &c. Id eſt, vicimus. Eſt autem initium carminis, quod ſolet ſcribi à ſcriptoribus parta victoria. Superauim⁹ ergo eos, & perijt Heſebon vſque ad Dibon, & ad nihilum redegimus omnia vſque ad Nophe quæ protenditur vſque Medaba.

timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciéſque illi ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon. Percuſſerunt igitur & hunc cū filijs ſuis, vniuerſúmque populum eius vſque ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

CAP. XXII.

Rex Balac mittit ad Balaā vt maledicat populo

PRofecti que caſtrametati ſunt in cāpeſtribus Moab, vbi trās Iordanem Iericho ſita eſt. Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Iſrael Amorrhæo, Et quòd pertimuiſſent eū Moabitæ, & impetum eius ferre non poſſent, dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere. Ipſe autem erat eo tempore rex in Moab.

Ioſ.24.b.

Miſit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat ſuper flumen terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum, & dicerēt. Ecce egreſ-

B

ſus eſt populus ex Aegypto, qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra me. Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior me eſt: ſiquo modo poſſim percutere, & eijcere eū de terra*mea.' noui enim quòd benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congeſſeris. ¶Perrexerúntque ſeniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis preciū in manibus: cúmque veniſſent ad Balaam, & narraſſent ei omnia verba Balac, Ille reſpōdit, Manete hic nocte, & reſpondebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum. Quid ſibi volunt homines iſti apud te? Reſpondit. Balac filius Se-

C

Balaā prohibet De⁹ maledicere Iſraelitis.

¶*abijcere

phor rex Moabitarum miſit ad me, dicens, Ecce populus qui egreſſus eſt de Aegypto, operuit ſuperficiem terræ. veni, & maledic ei, ſiquo modo poſſim pugnans*abigere'eum. Dixitque Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt. Qui mane conſurgens dixit ad principes, Ite in terram veſtram, quia prohibuit me Dominus venire vobiſcum. ¶Reuerſi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaā venire nobiſcū. Rurſum ille multo plures & nobiliores quàm antè miſerat, miſit. Qui cum veniſſent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cūcteris venire ad me: paratus ſum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, &

Ṡ.24.c. D

Balaam non poteſt maledicere cōtra Domini voluntatem.

maledic populo iſti. Reſpondit Balaam, Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. Obſecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & ſcire queam quid mihi rurſum reſpōdeat Dominus. Venit ergo Deus ad Balaā nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines iſti, ſurge, & vade cum eis: ita dūtaxat, vt quod tibi præcepero facias. ¶Surrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. Et iratus eſt Deus: ſtetitque angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum. Cernens aſina angelum *ſtātem in via euaginato gladio,

Balaam eūti ad maledicēdum occurrit angelus. 2. Pet.2.c.Iudæ 1.d.

*Domini

eum: in manum enim tuā dedi eum, & vniuerſum populum eius, atque regionem eius, fac ei quemadmodum feciſti Sihoni regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſbon. Percuſſerunt igitur eū, & filios eius, & vniuerſum populū eius, vt nullus ei ſupereſſet, occupauerúntque regionem eius.

CAP. XXII.

ET proficiſcētes filij Iſrael caſtrametati ſunt [1]in vaſtis locis' Moab, [2]cis Iordanem ſex oppoſito] Hiericho.' Balac autem filius Zipor vidit omnia quæ fecerat Iſrael Amorrhæis. Metuitq; ſibi Moab valde à populo illo, mult⁹ enim erat: [3]& peruigil fuit' Moab propter filios Iſrael. Dixit ergo Moab ad ſeniores Midian, [4]Depaſcet nūc exercitus ille quidquid circum nos eſt, quēadmodum bos viridia campi depaſcit.' Imperitabat autem Moabitis tunc temporis Balac filius Zipor. Miſit ergo legatos ad Bileam filium Beor in Pethor, quæ eſt [5]iuxta fluuium in terra' filiorum populi ſui, qui vocarēt eum huiuſmodi verbis, En populus egreſſus eſt ex Aegypto, qui operit ſuperficiem terræ, habitatque [6]contra me.' Veni igitur quæſo, [7]& execrare mihi populum iſtū,' potentior enim me eſt. [8]ſiquo modo eum cædere atque' eijcere è terra poſſim: nam certo noui[9]eum fœlicem fore, cui tu bona precatus: eum rurſus execratum, cui tu mala imprecatus fueris. ¶Abierūt itaq; ſeniores Moab, & ſeniores Midian, [10]eratque premiū diuinationis in manu eorum:' qui venientes ad Bileam, recenſuerunt ei mandata Balac. Is autem reſpondit eis, Manete hic noctem iſtam, & referam vobis[11]ſermonem quem Dominus loquutus ad me fuerit.' Manſerunt itaque principes Moab apud Bileam. Et veniens[12]Deus' ad Bileā, dixit, Qui ſunt viri iſti qui[13]tecum'[ſunt?] Reſpōdit Bileam deo, Balac filius Zipor rex Moab miſit ad me, En populus egreſſus eſt ex Aegypto, qui[14]operuit faciem terræ. veni igitur & execrare mihi illum, ſi quo pacto eum debellare atque eijcere queam. Ait autem Deus ad Bileam, Ne eas cum eis, neque execreris populum hunc, quoniam[15]fauſtus eſt. ¶Et ſurgens Bileam ſub lucē, dixit ad principes Balac, Ite in terram veſtram: Dominus enim non permittit vt vobiſcum vadam. Surgentes itaque principes Moab, venerunt ad Balac, ſic renuntiantes, Noluit Bileam venire nobiſcū. Rurſus ergo miſit Balac plures principes & honoratiores prioribus. Qui venientes ad Bileā dixerunt ei, Sic dicit Balac filius Zipor, Ne quæſo [16]recuſes, quin venias ad me: magnificentiſſime enim te tractabo, & faciam quæcunque dixeris mihi: adeſto obſecro, & execrare mihi populum iſtum.' Et reſpondens Bileam, dixit ad ſeruos Balac, Si daret mihi Balac domum ſuam argēto & auro plenam, non tamen trāſgredi poſſum verbum Domini Dei mei, [17]vt vel paruum vel magnum faciam.' Nunc igitur manete hic quæſo & iſtam noctem, vt intelligam quid Dominus porrò loquuturus ſit mecum. Veniens igitur Deus nocte iſta ad Bileam, dixit, Si viri illi venerunt te vocatum, ſurgens vade cum eis, attamen verbum quod ad te fuero loquutus, hoc facias. ¶Surrexit itaque Bileā mane, & ſtrauit aſinā ſuā, & abijt cum principibus Moab. Et excanduit ira Dei quòd proficiſceretur ipſe: collocauitq; ſe angelus Domini [18]in viam, vt impediret eū.' Ipſe autē ſedit ſuper aſina ſua, habebátque ſecū[19]duos pueros ſuos.' Videns autē aſina angelū Domini ſtātē in via, diſtrictúmq; gladiū eius in manu eius,

¶1 in campeſtribus. Chaldæus paraphraſtes vertit, in planitie.
¶2 citra Iordanem Iericho. Id eſt, qui labitur circa Iericho, vel non procul à Iericho fluit.
¶3 anguſtiáque[vel mœſtitia] affectus eſt
¶4 Nunc iam bēdo abſumet congregatio iſta vniuerſas regiones nobis finitimas, ſicut libendo depaſcere ſolet bos herbam agri virentem.
¶5 iuxta flumen terræ &c. Id eſt, in vrbe quæ dicebatur Pethor, quæ ſita erat ad flumen Euphraten in Syria, ſiue Meſopotamia, in patria ipſius Balaam.
¶6 e regione mei. Id eſt, iminet regno meo,
¶7 & in gratiam mei maledic populo iſti,
¶8 vt, ſi forte percutere eum atque &c. Aut potius, forte euadem ſuperior, percutiam eum & eijciam eum è terra.
¶9 [quòd] cui benedixeris, benedictus erit: & cui maledixeris maledictus erit.
¶10 Vel, portantes ſecum mercedem quā pro diuinatione darent.
¶11 vt, reſponſum quemadmodum loquetur mecum Dominus.

¶12 Id eſt angelus bonus vel malus. ¶13 apud te ¶14 vt, operit ¶15 benedictus eſt. vel, benedixi illi. ¶16 Heb. prohibeas te ne venias ad me: honorando enim honorabo te valde, & omnia quæ dixeris mihi faciam. veni igitur, in gratiam mei maledic populo iſti. Id eſt, Ne cauſeris quippiā quominus venias ad me: nam glorificabo te, hoc eſt cumulabo te maximis muneribus, dabo tibi ampliſſimas opes. ¶17 vt, vt faciam[aliquid] ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum. ¶18 in ipſa via, in aduerſarium illi. Id eſt, vt illi aduerſaretur, ne porro pergeret. ¶19 duos famulos ſuos.

deceſſit aſina de via, iuitque in agrum: & Bileā verberauit aſinam, vt rediret in viam. Stetit autem angelus Domini in anguſta ſemita vinearum, erátque ex vtraque parte maceria. Viſo autem angelo Domini aſina [10]ad maceriā coacta, preſſit pedem Bileam ad maceriam: is autē rurſus verberauit eam. [1] Angelus autem Domini pertexit, & in loco anguſto ſtetit, [12]vt nulla eſſet via declinandi, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Cernens igitur aſina angelum Domini, ſuccubuit ſub Bileam, & iratus Bileam virga percuſſit aſinam. Et aperuit Dominus os aſinæ, & dixit ad Bileam, Quid feci tibi quòd me iam ter verberaſti? Et ait Bileam ad aſinam, Quòd mihi illudis: [13]ſi gladium manu haberem, iam te interficerem. Et ait aſina ad Bileam, Annō ego ſum aſina tua, [14]qua veheris ab eo tēpore in hodiernum vſque diem? num tale quidpiam facere tibi ſolita ſum? Et dixit [Bileā,] Nō. [15]Retexit autem Dominus oculos Bileam, vt videret angelū Domini ſtantem in via, gladiúmq; diſtrictum in manu eius: inclinata ergo vertice procidit in faciē ſuam. Et dixit ad eum angelus Domini, Cur iam ter verberaſti aſinam tuam? En ego egreſſus ſum [16]vt te impedirē: [17]aberrat enim via tua coram me. Et videns me aſina, declinauit à me iam ter: quæ [18]ſi nō declinaſſet coram me, te interfecto, ipſam incolumem ſeruaſſem. Et ait Bileam ad angelum Domini, Peccaui, quoniam nō noui quòd tu aduerſum me in via ſtares: [19]quod ſi tibi diſplicet, reuertar. Ait angelus Domini ad Bileam, Vade cum viris illis, at verbū quod ego fuero ad te loquutus, loquêris. profectus eſt itaque Bileā cum principibus Balac. ¶ Audiens autem Balac veniſſe Bileam, obuiam ei egreditur ad ciuitatem Moab, [20]quæ eſt in termino Arnon in extremis finibus. Et ait Balac ad Bileam, An non miſi ad te, vt te accerſerem, cur ergo nō veniſti ad me? [21]nimirum quòd te non ſatis honorificè poſſim tractare? Et reſpōdit Bileam ipſi Balac, En veni nunc ad te, [22]num vero loqui quidquā potero? verbum quod poſuerit Deus in ore meo, hoc loquar. Et abiens Bileam cum Balac venerunt in ciuitatem [23]platearum. Et mactans Balac boues & oues, [24]miſit [25]ipſi Bileam & principibus qui cum eo erant.

CAP. XXIII.

Sequēti luce Balac aſſumpto Bileam, duxit eū [1]in excelſa Baal, vt iſthinc videret partem extremam populi. Et ait Bileam ad Balac, Extrue mihi hic ſeptem aras, & para mihi ſeptem boues, & ſeptem arietes. Fecit ergo Balac quemadmodum Bileā iuſſerat, [2]ſacrificauitq; Balac & Bileam bouem & arietem in ara. Et dixit Bileam ad Balac, Sta tu iuxta holocauſtum tuum, & ego vadam, ſi fortè Dominus mihi obuiam fiat, & quidquid mihi oſtenderit, id indicabo tibi. & aſcendit [*]in excelſa. ¶ Quū verò ipſi Bileam obuiam factus fuiſſet Deus, ait [Bileam] ad eum, Septem aras inſtruxi, & ſacrificaui in vnaquaque bouem & arietem. Dominus verò [3]indidit ſermonem ori Bileam, & ait, Reuertere ad Balac, & ſic loquere. Quúmque rediiſſet ad eum, en ſtabat ille iuxta holocauſtum ſuum, ipſe & omnes principes Moab. Is autem [4]ſumpta parabola dixit,

auertit ſe de itinere, & ibat per agrū. Quam cū verberaret Balaam, & vellet ad ſemitā reducere, ſtetit angelus in anguſtiis duarum maceriarū, quibus vineæ cingebantur. Quem videns aſina, iunxit ſe parieti, & attriuit ſedētis pedē. At ille iterū verberabat eam: & nihilominus angelus ad locū anguſtum tranſiens, vbi nec ad dexterā nec ad ſiniſtram poterat deuiari, obuius ſtetit. Cúmq; vidiſſet aſina ſtantē angelū, concidit ſub pedibus ſedētis: qui iratus, vehemētius cædebat fuſte latera eius. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertiò? Reſpondit Balaam, Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gladium vt te percuterem. Dixit aſina, Nōnne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque in præſentem diem? dic quid ſimile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum ſtantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. Cui angelus, Cur, inquit, tertiò [*]verberas aſinam tuam? Ego veni vt aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihique contraria. Et niſi aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtēti, te occidiſſem, & illa viueret. Dixit Balaā, Peccaui, neſciens quòd tu ſtares contra me: & nunc ſi diſplicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cum iſtis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. ¶ Quod cum audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum eius in oppido Moabitarum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon. Dixitque ad Balaam, Miſi nuntios vt [*]vocarent te: cur non ſtatim veniſti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille reſpondit, Ecce adſum, nunquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo? Perrexerunt ergo ſimul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cúmque occidiſſet Balac boues, & oues, miſit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

CAP. XXIII.

Dixitque Balaam ad Balac, Ædifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem vitulos, eiuſdémq; numeri arietes. Cúmq; feciſſet iuxta ſermonem Balaam, impoſuerunt ſimul vitulum & arietem ſuper aram. Dixitque Balaam ad Balac, Sta pauliſper iuxta holocauſtum tuū, donec vadam, ſi forte occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi. ¶ Cúmq; abiiſſet velociter, occurrit illi Deus. Locutúſque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & impoſui vitulum & arietem deſuper. Dominus autem poſuit verbū in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuerſus inuenit ſtantē Balac iuxta holocauſtum ſuū, & omnes principes Moabitarum. Aſſumptáque parabola ſua, dixit,

E

Loquitur aſina.

F

¶ [*]verberaſti

G

Balac rex magnificè excipit Balaam.

¶ [*]vocarem

Balaam conſtruit aras.

Deus dat Balaam quod loquatur.

¶ 19 vel, iunxit ſe ad parietē, attriuit ¶ 11 Heb. Et addidit angelus Domini tranſire, ¶ 12 vbi nulla erat ¶ 13 vtinā gladius eſſet in manu mea, profectò nunc te interficerem. ¶ 14 Heb. ſuper quam ſediſti à tempore præcedenti tuo, vſq; ad diem hanc? .i. quam equitaſti iandudū vſque nunc? ¶ 15 Tunc detexit Dominus oculos Balaā. Alij vertunt, Tunc Dominus reddidit oculos Balaā perſpicaciores, ¶ 16 Heb. in aduerſarium tibi .i. vt tibi aduerſarer. ¶ 17 quia declinauit à via, coram me. Duæ voces ſub audiēdæ, Quia declinauit [cor tuum] à via recta, me inſpectante. ¶ 18 niſi declinaſſet à me, [ſubaudi ſcito, aut aliquid ſimile] quòd nūc interfeciſſem te, & eam ſeruaſſem incolumem. Ex hoc loco colligimus aſinam mortuā fuiſſe poſtquam locuta eſt. ¶ 19 nunc igitur ſi malū fuerit in oculis tuis, reuertar mihi. i. ſi diſplicet tibi, reuertar in domum meam, vel in patriam meam. ¶ 20 quæ erat contermina Arnon, quæ [ſcilicet Arnon] erat in extremo termini Id eſt, in extremis finibus regni Moabitarum. ¶ 21 an vere non poſſum glorificare te? Id eſt, putáſne me nō poſſe te afficere multis muneribus, vel magno honore? ¶ 22 ſub. pro voto meo, vel, niſi illud quod Deus voluerit? ¶ 23 Huſoth. nomen proprium. ¶ 24 ſub. munera. ¶ 25 propter Balaam & propter principes qui erant cum eo. Vt ſcilicet eum laute acciperent. XXIII. ¶ 1 in Bamoth-baal. Id eſt, in excelſis Baal. ¶ 2 impoſuerúntque Balac & Balaam vitulum & arietem in altari. Id eſt, per ſingulas aras mactauerunt vnum arietem & vnum bouem. ¶ * vel, in locum ſublimiorem. aptiorem ſcilicet contemplationi. Alij vertunt, Abiit ſolus, ſiue ſolitarius ¶ 3 Id eſt, ſuggeſſit ipſi Balaam quod reſponderet. ¶ 4 Id eſt, exorſus propheticum ſermonem. quia in propheciis ſunt parabolæ, ideo parabola accipitur pro ſermone prophetico.

Balaam benedicit ſemini Iſraelis.

De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de mōtibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & deteſtare Iſrael. Quomodo maledicā,
B cui nō maledixit Deus? qua ratione deteſter, quē Dominus non deteſtatur? De ſummis ſilicib⁹ videbo eum, & de collibus conſyderabo illum: populus ſolus habitabit, & inter Gentes non reputabitur. Quis dinumerare poſſit puluerē Iacob & noſſe numerū ſtirpis Iſrael? Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiāt nouiſſima mea horum ſimilia. ¶Dixitque Balac ad Balaam, Quid eſt hoc quod agis? vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. Cui ille reſpōdit, Num aliud poſſum loqui niſi quod iuſſerit Dominus? Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum vnde partem Iſrael videas, & totum videre non poſſis, inde maledicito ei. Cūq; duxiſſet eum in locum ſublimem, ſuper verticē montis Phaſga, ædificauit Balaam ſeptem aras,
C & impoſitis ſupra vitulis atque arietibus, dixit ad Balac, Sta hic iuxta holocauſtum tuum, donec ego obuius pergā. ¶Cui cū Dominus occurriſſet, poſuiſſetque verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquēris ei. Reuerſus inuenit eum ſtantem iuxta holocauſtū ſuū, & principes Moabitarum cum eo. ad quem Balac, Quid inquit, locutus eſt Domin⁹? At ille aſſumpta parabola ſua, ait, Sta Balac & auſculta, audi fili Sephor, Nō eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit? Ad benedicēdum adductus ſum, benedictionē prohibere nō valeo. Non eſt idōlum in Iacob, nec videtur ſimulachrū in Iſrael. Dominus Deus eius cum eo eſt, & clangor victoriæ regis in illo. Deus eduxit

J.24.b.

illū de Ægypto, [cuius fortitudo ſimilis eſt rhi
D nocerōtis. Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael: temporib⁹ ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit Deus. Ecce populus vt leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat. ¶Dixitque Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait, Nōnne dixi tibi quòd quicquid mihi ¶Deus imperaret, hoc facerem? Et ait Balac ad eum, Veni, & ducā te ad alium locum: ſi fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. Cūmque duxiſſet eum ſuper verticē montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem, dixit ei Balaam. Ædifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem vitulos, eiuſdēmque numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat: impoſuitque vitulos & arietes per ſingulas aras.

¶ Dominus

De Aram [5]duxit' me Balac rex Moabitarū, de mōtibus Orientalibus, Veni, [6]execrare mihi Iacob,' & veni, inquam, deteſtare Iſraelem. [7]Quomodo mala imprecabor 'ei cui mala nō imprecatur Deus? aut quomodo deteſtabor eum quem non deteſtatur Dominus? Quoniam de ſummitate [8]ſilicum' video eum, atque de collibus [9]intueor eum.' ecce populus [10]ſeorſim' habitabit, & inter Gentes [11]ſeſe nō reputabit.' [12]Quis numeret puluerē Iacob,' & numerū quartæ partis Iſraelis? Moriatur anima mea morte iuſtorum, & ſit extremum meū quemadmodū [13]illius. ¶Dixit verò Balac ad Bileam, Quid [14]facis' mihi? accerſiui te vt mala imprecareris hoſtibus meis, tu verò [15]ſtrenue fauſta imprecaris.' Qui reſpondens, ait, [16]Annō obſeruare debeo, vt loquar iſtud quod Domin⁹ ori meo indidit?' Et ait ad eū Balac, Veni quæſo mecum ad alium quempiam locum. [17]vnde [ſpopulum] iſtum videre poſſis, vel partem duntaxat, totum verò non videas, vt iſthinc execreris mihi eum.' Adduxit ergo eum [18]in Agrum-ſpeculatorum,' in verticem collis, & extruxit ſeptem aras, ſacrificans in ſingulis ſingulos boues & arietes. Dixit autem ad Balac, Sta hic iuxta holocauſtū tuum, [19] ego iſthic ſi mihi occurratur [expectabo.] ¶Obuiā itaque factus eſt Dominus ipſi Bileā, & [20]indidit ei ſermonē in os ei⁹,' & dixit, Reuertere ad Balac, & loquere ad hunc modum. Et quū veniſſet ad eū, ecce is ſtabat iuxta holocauſtū ſuū, & principes Moab cum eo. & dixit ad eū Balac, Quid loquutus eſt Dominus? Qui [21]ſumpto ſermone ænigmatico,' reſpondit, Surge Balac & audi, auſculta me fili Zipor. Deus non vir eſt vt mētiatur, aut filius hominis vt [22]pœniteat:' num ipſe [23]dicit, & non faciet' num loquitur, & nō [24]rata eum faciet? [25]en cœpi bona ac fauſta imprecari, fauſta inquam imprecari, nec vertam illa. [26]Nihil vanitatis videtur in Iacob, neque quidquam moleſtiæ 'in Iſraele. Dominus Deus eius eſt cum eo, & [27]iubilus regis' in eo. Deus, qui eduxit eos ex Ægypto, eſt ei veluti robur [28] rhinocerotis. [29]Non eſt incantatio in' Iacob, neque diuinatio in Iſraele. [30] quum fuerit opportunum dicitur ipſi Iacob & Iſraeli quid Deus operetur.' En populus [ille] conſurget vt [31]leæna, '& veluti leo ſeſe eriget: nō accubabit, [32]donec comedat prædā, & ſanguinem occiſorū bibat. ¶Et dixit Balac ad Bileam, [33]Nec execreris eum, neque fauſta ei impreceris.' Et reſpondens Bileam, dixit ad Balac, Annon loquutus ſum ad te, Quidquid Dominus loquutus fuerit, idipſum faciam? Et dixit Balac ad Bileam, Veni quæſo, ducam te in alium locū, ſi fortaſſe Deo [34]viſum fuerit,' vt inde execreris mihi populū. Aſſumpto igitur Balac Bileā in verticē Peor, [35]qui viſitur è regione deſerti.' Et dixit Bileam ad Balac, Extrue mihi hic ſeptē aras, & para mihi hic ſeptem boues, atque ſeptem arietes. Et fecit Balac quēadmodū iuſſerat Bileā, ſacrificauitque ſingulos boues & arietes in ſingulis aris.

¶5 vſ, deducendum curauit. aut, accerſiuit ¶6 vſ, maledic in gratiā mei ipſi Iacob, ¶7 Cur maledicam ¶8 vſ, petrarum. aut, montium ¶9 vſ, contemplatus ſum eū. Hoc dicit propter legem Iſraelitis in mōte datam. ¶10 vſ, ſolus. aut, ſolitarius. Id eſt, ſeorſum ab alijs gentibus habitatur? eſt propter religionem. ¶11 vſ, non reputabitur. Id eſt, non mutabit religionem ſuā, vt miſceatur cum alijs gentibus. ¶12 Chaldæus paraphraſtes vertit, Quis numero æquaturus eſt puluerē terræ Iacob? ¶13 ſub. populi Iſraelitici. i. Moriar vt iſti iuſti morituri ſunt: & mihi cōtingat vt illis. ¶14 feciſti ¶15 Heb. benedicendo benedixiſti. ¶16 Heb. Nōnne quod ponet Domin⁹ in ore meo, id ſtudioſe conabor dicere? q.d. id ſolum poſſum dicere. Seipſum interpretatur quum dicit capite ſequenti, Si dederit mihi Balac plenam domum &c.

¶17 vnde videas illum? tantum extremitatem eius vidiſti, & totum illū non vidiſti) & maledic ei illinc in gratiam mei. Obſeruanda eſt iſta parentheſis, alioqui locus eſt obſcuriſſimus. ¶18 Heb. in Sede-ſophim. nomen loci locum ſpeculatorum ſignificans. ¶19 Hebr. vt ego occurram illic. Subaudi, Deo. Id eſt, vt ego conſulam Deum. ¶20. i. ſuggeſſit illi quod loqueretur, ſiue reſponderet. ¶21. i. cum cœpiſſet more prophetarum dicere. vſ, Tunc exorſus ſermonem propheticum, dixit, ¶22 ſub. eum promiſſi. vſ, vt mutet ſententiam. ¶23 vſ, dixit aliquid quod facturus non eſt? ¶24 vſ, præſtabit? ſub. quod promiſit. ¶25 ecce, benedictionē accepi, præterea benedixit, & non reuocabo illam. Hoc eſt, mandatum accepi à Domino, ſiue miſſus ſum à Domino vt benedicerē: ipſe Dominus benedixit: neque poſſum benedictionem illam reuocare. ¶26 Non aſpexit iniquitatē in Iacob, neque vidit calumniam &c. Id eſt, Dominus peccatum Iſraeli nō imputat, propter fidem: peccat quidem fidelis, ſed ſtatim condonatur ei peccatū. ¶27. i. ſimilis clangori regis victoris. q.d. vincet hic populus Iſraeliticus inimicos ſuos. ¶28 vnicornis. ¶29 Heb. Quia non eſt augurium in &c. i. Iſraelitæ non ſunt dediti augurijs & diuinationibus. vſ, non opus habent accedere ad augures. ¶30 ſicut hoc tempore dicetur de Iacob & de Iſraele quid fecerit Domin⁹. i. ſimili tēpore ſiue poſthac narrabitur quæ ita fecerit Dominus pro Iſraele. ¶31 vſ, leo natu grādis, ¶32. i. donec ſpoliet omnib⁹ bonis inimicos. ¶33 Heb. Etiā maledicēdo ne maledicas ei, etiā benedicēdo ne benedicas ei. i. Si nolis ei maledicere, ne igitur benedixeris ei. ¶34 vſ, placeat. aut, rectum ſit, ¶35 qui reſpicit contra faciem Ieſimon. nomen deſerti in quo erant Iſraelitæ.

¶1 in occurſũ auguriorũ .i. vt captaret auguria.
¶2 Heb. & Spiritus Dei fuit ſuper eum. Et leuauit parabolam ſuam, aitque. Id eſt, ſublata voce prophetauit, dicẽs,
¶3 Prooemio vtitur more prophetarum. q.d. Prophetia Balaã filij Beor, prophetia hominis, &c.
¶4 cui aperti ſunt oculi. Scilicet mentis. q.d. Prophetia inquã veri prophetæ.
¶5 vl, qui cadit, & oculos habet apertos. Id eſt, qui corpore dormitat præ ſopore, & tamen habet oculos mentis reuelatos.
¶6 vl, elegantia ſunt [ſiue futura ſũt] tabernacula. quum ſcilicet aduenerit Chriſtus.
¶7 Sicut amnes qui latè ſe diffundunt, ſicut horti ſiti iuxta fluuiũ, [.i. Euphraten,] vt arbores aromaticæ quas plantauit Dominus, quæ ſunt ſimiles cedris, quæ creſcunt prope aquas. i. in hortis irriguis. pro, Arbores aromaticæ

### CAP. XXIIII.

VIdens autem Bileam quòd placeret in oculis Domini vt fauſta imprecaretur Iſraeli, non profectus eſt vt antea [1]vt occurreret incantationibus,' ſed verſa facie ſua verſus deſertum Bileam, Subleuatiſque oculis ſuis, vidit Iſraelem habitantem ſecundum tribus ſuas, [2]& Spiritus Dei inueſtigauit eum, Vt inſtituto ſermone ænigmatico ſic loqueretur, [3]Dixit Bileam filius Beor, dixitque vir [4]obſcuratus oculo.' Dixit auditor eloquiorum Dei, qui viſum Omnipotẽtis vidit, [5]cui cadenti oculi reuelati ſunt,' Quàm [6]pulchra ſunt tentoria 'tua ô Iacob, habitationes tuæ ô Iſrael!' [7]Quemadmodum torrentes extenduntur, & ſicut horti ad flumina, ſicut aloe quã plantauit Dominus, & ſicut cedri iuxta aquas.' Stillat aqua [8]de ſitula eius,' & ſemen ei' erit [9]veluti aquæ multæ.' [10]altus erit rex eius ab Agag, magnificabitúrque regnum ei'.' Deus eduxit eũ ex Ægypto, robur eius vt rhinocerotis, deuorabitque Gentes hoſtes ſuos, & oſſa eorum arrodet, [11]ſagittáſque ſuas confringet.' Accubat, iacétque vt leo, & quaſi leæna: [12]quis excitaret eũ? Qui tibi fauſta imprecabitur, fauſta imprecabũtur eidem: qui verò te execratur, erit & is execratus. ¶ Et [13]incaluit naſus' Balac aduerſus Bileam, [14]complicatiſque' manibus dixit Balac ad Bileã, Vocaui te vt hoſtibus meis mala imprecareris, & en iam ter illis ſedulo fauſta es imprecatus. Fuge igitur ad locum tuum. ſtatueram quidem omnino [15]vt magno te honore afficerem:' at Dominus [16]obſtitit, quo minus te honorem.' Reſpõdit Bileam ipſi Balac, Annon legatis tuis, quos ad me miſeras, dixeram. Si Balac dederit mihi domum ſuã argento & auro plenam, non poſſum tranſgredi imperium Domini, vt faciã vel bonum vel malum ex corde meo. ſed quod Dominus fuerit loquutus, hoc loquar? Nũc igitur proficiſcor ad gentẽ meam, adeſto igitur [**]cõſulã' tibi [17]quid facturus ſit popul' iſte populo tuo, idque nouiſſimis diebus. [18]Sũpto itaque ſermone ænigmatico, dixit, Dixit Bileã fili' Beor, & dixit vir obſcurat' oculo. Dixit auditor eloquiorũ Dei, & qui nouit ſciẽtiã Altiſſimi, qui viſum vidit Omnipotẽtis, cui cadẽti retecti ſunt oculi. [19]videbo eũ,' ſed nõ modo: intuebor eũ, ſed nõ cominus.' [20]INCEDET' STELLA ex Iacob. & ſurget ſceptrũ ex Iſraele. & cõfringet proceres Moab. & diruet omnes [21]filios Seth.' Et erit Idumæa poſſeſſa, [22]& Seir cedet hoſtibus ſuis in poſſeſſionẽ,' & Iſrael [23]fortiter aget.' Qui dominatur erit ex Iacob, & perdet reliquias [24]ex ciuitate.'

Cúmq; [25]vidiſſet' Amalec, ſumpto ſermone [26]ænigmatico,' dixit, [27]Principiũ' Gẽtiũ Amalec, [28]at poſt emũ eius prorſus peribit.' Cenæũ verò vidẽs, [29]ſumpto ſermone ænigmatico, dixit,' Robuſta eſt habitatio tua, [30]& ponis in petra nidũ tuũ.

### CAP. XXIIII.

Balaam prophetat de futuro regno Iſrael.

CVmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Iſraeli, nequaquam abijt vt ante perrexerat, vt augurium quæreret. ſed dirigens contra deſertum vultũ ſuum, Et eleuãs oculos vidit Iſrael in tentorijs commorantẽ per tribus ſuas: & irruente in ſe Spiritu Dei, Aſſumpta parabola ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obthuratus eſt oculus, Dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius, Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael! Vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas. Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas. tolletur propter Agag. rex eius, & auferetur regnũ illius. Deus eduxit illum de Ægypto, ‖ cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerõtis: deuorabunt Gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit*, in maledictiõe reputabitur. ¶ Iratúſque Balac contra Balaam, comploſis manib' ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixiſti. Reuertere ad locum tuum: decreueram quidem magnificè honorare te, ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito. Reſpondit Balaã ad Balac, Nónne nuntijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi, ‖ Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, nõ potero præterire ſermonẽ Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferã ex corde meo: ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? Verùtamen pergens ad populum meum, dabo* cõſiliũ quid popul' tuus populo huic faciat extremo tempore. Sumpta igitur parabola, rurſum ait. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obthuratus eſt oculus, Dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam Altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum, ſed non modò: intuebor illum, ſed nõ propè. ‖ ORIETVR STELLA ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael: & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. Et erit Idumæa poſſeſſio eius: hæreditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſrael verò fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cúmque vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Vidit quoque Cinæũ: & aſſumpta parabola, ait, Robuſtũ quidẽ eſt habitaculũ tuũ: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum,

B
ĩ.23.d.
¶* tibi
Balac iraſcitur in Balaã.
C
ĩ.22.d.
¶* tibi
Chriſti aduentum prædicit Balaam.
IESVS. matt.2.a.
D
Amalecitarũ interitus. Cinæorũ deletio.

quas plantauit: verti poteſt, vt tẽtoria quæ fixit Do. quæ ſimilia ſunt cedris &c. ¶8 Alij vertũt, de ramis ei'. i. Erit vt arbor quæ rigatur aqua frequẽter. ¶9 in aquis multis. i. erit fœcũdus: & ſemina eius capient magnũ incrementũ, vt ſolẽt germina in locis irriguis. Hoc eſt, omnia neceſſaria ad hãc vitam, copioſe affluent ei. ¶10 excellẽs erit magis quàm Agag rex eius, & eleuabitur regnũ eius. De Dauide intelligitur qui erat typus Chriſti. ¶11 ſingulaq; tela eius confodient. ſubaudi, inimicos. ¶12 .i. quis audebit eũ excitare, pugnæ gratia? q.d. nemo audebit eũ prouocare, à nemine ſuperabitur hic populus. ¶13 iratus eſt furor ¶14 vl, percuſſis. more ſcilicet hominum ægreferentium aliquid. ¶15 Id eſt, magnis muneribus donare te. ¶16 Heb. priuauit te gloria. i. muneribus quibus eram te affecturus. ¶** prædicã ¶17 ſiquidẽ hæc [ſubaudi, quæ dicturus ſum] facturus eſt popul' iſte populo tuo in nouiſſimis tẽporibus. ¶18 Eadẽ verba ſunt quæ in principio capitis leguntur. ¶19 Futurũ pro præſenti, Video illum Chriſtum, qui venturus eſt poſt multa ſecula. ¶20 vl, Procedet. ſiue, Orietur ¶21 Id eſt, filios Adam. mundum ipſum. ¶22 & [regio quæ adiacet monti] Seir, poſſidebitur, [appoſitiue] inimici eius. q.d. fide omnes Gentes ſuperabuntur, quæ nunc ſunt inimicæ Iſraelis. ¶23 Heb. fortiter faciet. i. fide Gentes ſuperabit. ¶24 de qualibet vrbe. ſubaudi, infideli. i. Faciet Chriſtus vt omnes infideles ſint fideles. ¶25 ſpiritu ſcilicet prophetiæ. ¶26 .i. prophetico.
¶27 Primitiæ. i. Primi Amalecitæ inuaſerunt filios Iſrael poſtquã egreſſi ſunt ex Ægypto. ¶28 vl, & finis eius erit vſque ad internecionem. i. tandem perdetur prorſus, & peribit. ¶29 .i. cœpit prædicere quæ Cinæo euentura eſſent.
¶30 etiam ſi ponas in rupe nidum tuum. i. etiam ſi habites in rupe tutiſſima. Subaudiendum, ſuperaberis tamen.

De Romano imperio vaticinium.

Et fueris electus de ſtirpe C in, quandiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te. Aſſumptáq; parabola iterum locutus eſt, Heu quis victur⁹ eſt quando iſta faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, ſuperabūt Aſſyrios, vaſtabúntque Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. Surrexitque Balaam, & reuerſus eſt in locum ſuū: Balac quoque via qua venerat rediit.

CAP. XXV.

Fornicat populus cum filiab⁹ Moab.

Morabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, Quæ vocauerūt eos ad ſacrificia ſua: at illi comederunt & adorauerunt deos earum. Initiatúſque eſt Iſrael Beel-Phegor: & iratus Dominus, ait ad Moyſen, Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor me⁹ ab Iſrael. Dixitque Moy-

Ioſ. 22. d. deute. 4. a.

B ſes ad iudices Iſrael, Occidat vnuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beel-Phegor. ¶ Et ecce vnus de filijs Iſrael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi. ¶ Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierē in

Phinees occidit Zambri & Cozbi.

1. Macha. 2. c. pſal. 105. c. 1. cor. 10. b.

C locis genitalibus. ceſſauitq; plaga à filijs Iſrael. Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. ¶ Dixitque Dominus ad Moyſen, Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis auertit irā meam à filijs Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei. Et erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum: quia zelat⁹ eſt

Pactū Dei cū Phinees.

1. Mach. 2. f. eccli 45. d.

D pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Erat autem nomen viri Iſraelitæ qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius [6] Salumi, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobiliſſimi Madianitarum. ¶ Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hoſtes vos ſentiāt Madianitæ, & percutite eos: quia & ipſi hoſtiliter egerūt contra vos, & decepêre inſidijs per idōlū Phogor & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam, quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

Zambri. ¶ [6] Salu.

Cozbi.

Madianitas iubet Deus occidi.

ȷ. 31. a.

[11] Etenim Cenæus comburetur, donec Aſſur captiuum te abduxerit. Inſtituitq́ue ſermone ænigmatico ſuo, ait, Heu quis viuet quū Deus [12] [id] fecerit? Et naues [13] ex partib⁹ Chitim affligēt Aſſur, deinde affligent & [14] Eber, [15] qui & ipſe perpetuò peribit. Surgens autem Bileam, abiit, & reuerſus eſt in locum ſuum. Sed & Balac abiit viā ſuam.

CAP. XXV.

Habitauit autē Iſrael in Sitim, & cœpit [1] populus ſcortari cum filiabus Moab: Quæ cū populum ad ſacrificia deorum ſuorum inuitarent, edit populus, & adorarunt deos earum. [2] Et coniugatus eſt Iſrael ipſi Baal-Peor, & incāduit ira Domini aduerſus Iſraelem. Et dixit Domin⁹ ad Moſen, [3] Tolle omnia capita populi, & ſuſpēde [4] eos [5] Domino [6] aduerſus ſolem, vt recedat furor Domini ab Iſraele. Tūc dixit Moſes ad iudices Iſraelis, [7] Trucidate quiſq; viros ſuos qui [8] ſeſe coniugarunt Baal-Peor. ¶ Et ecce vir quidam ex Iſraelitis venit, & adduxit ad fratres ſuos Madianitidem quandam, idque in oculis Moſis, atque vniuerſæ multitudinis filiorum Iſrael, qui flebant ante oſtium tentorij conſtitutionis. Cūque [hoc] videret Pinhas filius Eleazari ſacerdotis, ſurrexit è medio concionis, & accepta haſta in manum ſuam, Sequutus virum Iſraelitam [9] in fornicem, vtroſque & Iſraelitam & ipſam Madianitidem tranſfixit [10] per ilia eius, & cohibita eſt clades à filiis Iſrael. Perierūt autem in clade iſta viginti quatuor millia. ¶ Loquutus eſt autem Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Pinhas filius Eleazari filij Aharonis ſacerdotis [11] amolitus eſt furorem meū à filijs Iſrael, [12] eo quòd zelo quodam [vltus eſt] indignationē meam inter eos, vt non abſumerem filios Iſrael in mea indignatione. Dic igitur, En ego [13] feriam cum eo fœdus meum, pacem. [14] Habebitque tam ipſe quàm ſemen eius poſt eum, fœdus ſacerdotij perpetui, eo quòd zelum habuit pro Deo ſuo, & [15] perlitauit pro filijs Iſrael. Porrò nomen viri Iſraelitæ occiſi, qui cum Madianitide occiſus eſt, fuit Zimri filius Salu, qui fuit princeps [16] in domo patria [tribus] Simeonis. Nomē verò mulieris Madianitidis interfectæ erat Coſbi, quæ fuit filia Zur, [17] qui caput fuit populorum in domo patria Madianitarum. ¶ Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, [18] Hoſtiliter impetere Madianitas [conuenit,] trucidate ergo eos: nam & illi hoſtiliter egerunt vobiſcum inſidiis ſuis, quas inſidioſe tetenderunt vobis in negotio Peor, & in negotio Coſbi filiæ principis Madianitarum ſororis ſuæ, quæ interfecta eſt in die cladis, [quæ facta eſt] propter negotium Peor.

¶ 11 Heb. Sed erit ad expellendū Cin⁹, vſq; quo te captiuū abducat Aſſyrius. Mutatio ſecundæ perſonæ in tertiā, & rurſum tertiæ in ſecundā: antecedens item pro relatiuo, obſcurum reddunt ſenſum. Sic clarius vertas. Certe expellēris Cinæe, abducērisque captiu⁹ ab Aſſyriis. Futuri temporis eſt expellēris & abducēris. Illud vſquequo, perinde valet ac ſi dicas, non tantū expellēris, ſed etiam abducēris captiuus. Vel, ita expellētis, vt abducaris captiuus ab Aſſyriis. ¶ 12 vel, [iſta], id eſt, quum iſta euenient? ¶ 13 de litore Cithim. Id eſt, de litore Italico. vel, de litore Græcorum, aut Tuſco. Chaldæ⁹ paraphraſtes, de litore Romano. ¶ 14 vel, Hebræos. ¶ 15 Heb. etiā illud [ſubaudi. imperiū Romanum] erit ad internecionem. Id eſt, eandē peribit.

XXV. ¶ 1 Cū aliquādiu per manſiſſet Iſrael in Sitim, cœpit &c. ¶ 2 vel, Adiunxitq; ſeſe Iſrael idolo Phegor. Id eſt, relicto cultu veri Dei, ſecuti ſunt cultū idoli quod colebatur in mōte Phegor, de quo ſupra capite XXIII. ¶ 3 vel, Conuoca [ſubaudi, ad te] quotquot è principibus fornicati fuerint. ¶ 4 Quidam referunt ad eos principes qui eius fornicationis fuerant conſcij. alii referunt ad populum. ¶ 5 Id eſt, ad placandum iram Domini. ¶ 6 vel, coram ſole. Id eſt, publice. Gallice, en plein iour. ¶ 7. i. Quiſque veſtrum decreto ſuo curet interfici proximū ſuū: hoc eſt, ſubditos ſuos, aut viros ſuos. Principes alloquitur. ¶ 8 vel, adiunxerūt ſeſe idolo Phegor. i. relicto cultu veri Dei, ſecuti ſunt cultum idoli. ¶ 9 in tentorium. In quod ſcilicet introduxerat Madianitidem. ¶ 10 vel, in ventrem eius. ſubaudi, mulieris. ſiue, in pudendis eius. ¶ 11 vel, reuocauit. Id eſt, reconciliauit me filijs Iſrael. ¶ 12 quum zelatus eſt zelum meum in medio eorum, & non conſumpſi filios Iſrael zelo meo. i. dum feruenti amore pro honore meo, non timuit occidere principem qui tam impudenter ſcortum introduxit: vnde factum eſt vt non conſumpſerim filios Iſrael. ¶ 13 daturus ſum illi pactum meum, nempe pacis. q.d. Dic illi, Sis ſecurus: ne timeas tibi à fratribus interfecti faciam vt illi non poſſint tibi nocere. ¶ 14 Id eſt, Dignitatē ſacerdotalem habiturus eſt tam ipſe quàm filij eius fœdere perpetuo & irreuocabili. ¶ 15 expiauit filios Iſrael. id eſt, ſcelus & idololatriam eorum. ¶ 16 Heb. familiæ patris Simeonitarum. ¶ 17 princeps populorum erat ipſe, & princeps familiæ patris in Madian. ¶ 18 Affige Madianitas, & percute illos: quia ipſi vos afflixerunt dolis ſuis quibus vō ſiuot aduerſum vos &c. Id eſt, dolis quibus vos illiciebant ad adorandum idolum Phogor, & fornicandum cum Corbi quæ percuſſa eſt tempore quo miſit Dominus plagam propter cultum idoli Phogor. Negotiū Phogor, vocat rem pertinentem ad idolum Phogor, cultum quem ipſi idolo exhibuerant Iſraelitæ.

¶1 Capite ſummi.i.Numerate. ¶2.i.parte quæ nõ procul abeſt à Ierichõte. ¶3 de ſe loquitur Moſes in tertia perſona. ¶4 vſ. De filijs Phallu, fuit Eliab.
¶5 aut, nobiliſſimi congregationis.vſ,magnę dignitatis homines, & cõſultiſſimi: quorũ conſilio vtebatur cõgregatio. Vox Hebræa ſignificat eos qui ad res regni vocãtur. Gallice, Du cõſeil eſtroict.
¶6 rixati ſunt. vſ. litigauerũt. Aut. litigare fecerunt populũ Iſrael cum Moſe. ¶7 .i.in ſeditione quam excitarat Core.
¶8 quũ rixarẽtur contra Dominum.vſ,qui fuerunt authores rixæ &c.
¶9 eos[Dathan ſcilicet, Abirõ] & Core, quum mortua eſt cõgregatio.
¶10 & fuerunt in ſignũ.i. exẽplo alijs filijs Iſrael non eſſe rixandum ſiue litigandum cõtra Dominum.
¶11 à Nemuel [dicta eſt] familia Nemuelitarum: à Iamin &c. ſic in reliquis vertendum.
¶12 iuxta numeratos eorũ,

CAP. XXVI.

POſt cladem iſtam loquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Eleazar filium Aharonis ſacerdotis in hanc ſententiã, [1]Agite cenſum' vniuerſi cœtus filiorum Iſrael, ab ijs qui viginti ſunt annorum & ſupra, iuxta domos patrum ſuorũ, omnem ſcilicet qui aptus eſt in Iſraele ad militiã. ¶Et loquutus eſt ad eos Moſes & Eleazar ſacerdos in vaſtis campis Moab, [2]iuxta Iordanem Iericho,' hiſce verbis: [cum his ſcilicet loquuti ſunt] qui erant viginti annorum & ſupra, quẽadmodum præceperat Dominus [3]Moſi.' Et filij Iſrael, qui egreſſi ſunt ex terra Ægypti[hi ſũt,] Ruben primogenitus Iſraelis: filij verò Ruben, Hanoch, hinc familia Hanochitarũ: & Pallu, vnde familia Palluitarũ. De Hetzron familia Hetzronitarum: De Charmi familia Charmitarum. Hæ ſunt familiæ Rubenitarum, fuerũtque in cenſu ſuo quadragintatria millia, ſeptingenti & triginta. [4]Porrò filij Pallu, Eliab.' Filij autem Eliab, Nemuel, Dathan &, Abiram: is eſt Dathan & Abiram [5]nobiles in cœtu,' qui aduerſus Moſen & Aharonem [6]eiaculabantur [verba contentioſa] [7] in cœtu Corah, [8]quum eiacularentur [verba contẽtioſa] aduerſus Dominum,' & tellus aperiebat os ſuum, & deglutijt [9] eos. Deinde & Corah, [qui perijt] in morte congregationis,' quũ ignis deuoraret ducẽtos & quinquaginta viros, [10]vt fierẽt exemplum.' Filij autẽ Corah nõ ſunt mortui. ¶Filij Simeõ iuxta familias ſuas: [11]ipſi Nemueli fuit familia Nemuelitarũ: de Iamin' familia Iaminitarum: Iachin, vnde familia Iachinitarum. De Zerah, familia Zarhitarum: & de Saul familia Saulitarũ. Iſtæ ſunt familię Simeonis, vigintiduo millia ducenti. ¶Filij Gad iuxta familias ſuas, Zephon, vnde familia Zephonitarum Haggi, vnde familia Haggitarum: Schuni, vnde familia Schunitarum. Oſni, vnde familia Oſnitarum: Eri, vnde familia Eritarũ. Arod, vnde familia Aroditarum: De Arheli familia Arhelitarum. Iſtę ſunt familiæ filiorum Gad [12]iuxta cenſus ſuos,' quadraginta millia & quingenti. ¶Filij Iehuda, Er & Onan: mortuúſque eſt Er & Onan in terra Chanaan. Fuerunt autem filij Iehuda iuxta familias ſuas, Sela, vnde familia Selanitarum: Peretz, vnde familia Parzitarum: Zerah, vnde familia Zerahitarũ. Porrò filij Peretz fuerunt Hetzron, vnde familia Hetzronitarum: Hamul, vnde familia Hamulitarum. Iſtæ ſunt familiæ Iehuda [13]iuxta cenſus ſuos,' ſeptuagintaſex millia & quingenti. ¶Filij Iſaſchar iuxta familias ſuas, Thola, vnde familia Tholitarũ: Pua, vnde familia Puitarum: Iaſub, vnde familia Iaſubitarum: Simron, vnde familia Simronitarũ. Iſtæ ſunt familiæ Iſaſchar iuxta cenſus ſuos, ſexagintaquatuor millia & trecenti ¶Filij Zebulon iuxta familias ſuas, Sered, vnde familia Sarditarum: Elon, vnde familia Elonitarũ: Iahleel, vnde familia Iahleelitarum. Iſtæ ſunt familiæ Zebulonitarum per cenſus ſuos, ſexaginta millia & quingẽti. ¶Filij Ioſeph per familias ſuas, Manaſſe & Ephraim. Filij Manaſſe, Machir, vnde familia Machiritarum. Machir verò genuit Gilead, & à Gilead familia Gileaditarũ. Iſti ſunt filij Gilead, Ihezer, vnde familia Ihezeritarũ: Helec, vnde familia Helecitarũ: Aſriel, vnde familia Aſrielitarũ: Sechẽ, vnde familia Sichimitarũ: Semida, vnde familia Semidahitarũ: Hepher, vnde cognatio Hepheritarũ. Zelaphead verò fili[us] Hepher nõ habuit filios, ſed filias. Et nomina filiarũ Zelaphead, Mahla, Noa, Hagla, Milca & Thirza. Iſtæ ſũt familiæ Manaſſe & cẽſus eorũ: quinquagintaduo millia & ſeptingẽti. ¶Iſti verò ſũt

CAP. XXVI.

POſtquam noxiorum ſanguis effuſus eſt, dixit Dominus ad Moyſen & Eleazarum filiũ Aaron ſacerdotem, Numerate omnem ſummã filiorum Iſrael à viginti annis & ſupra, per domos & cognationes ſuas, cunctos qui poſſunt ad bella procedere. ¶Locuti ſunt itaque Moyſes & Eleazar ſacerdos, in cãpeſtribus Moab ſuper Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant à viginti annis & ſuprà, ſicut Domin[us] imperauerat, quorum iſte eſt numerus ‖Ruben primogenitus Iſrael. huius filius, Henoch, a quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: & Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarũ. Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben: quarum numerus inuentus eſt quadragintatria millia & ſeptingenti triginta. Filius Phallu, Eliab. huius filij Namúel & Dathã & Abìron. iſti ſunt Dathan & Abìron principes populi, qui ‖ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quãdo aduerſus Dominũ rebellauerunt: & aperiens terra os ſuum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combuſſit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte, filij illius nõ perirent. ¶Filij Simeon per cognationes ſuas: Namúel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit vigintiduo millia °ducentorum.' ¶Filij Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: °Her,' ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Iſtæ ſunt familiæ Gad, quarũ omnis numerus fuit quadraginta millia °quingentorum.' ¶‖Filij Iuda, Her & Onã, qui ambo mortui ſunt in Terra-Chanáan. Fuerúntque filij Iuda per cognationes ſuas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares: Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarũ. Iſtæ ſunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit ſeptuagintaſex millib quingentorum. ¶Filij Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. Hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum numer[us] fuit ſexagintaquatuor millia °trecentorum.' ¶Filij Zebúlon per cognationes ſuas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. Hæ ſunt cognationes Zabũlon, quarũ numerus fuit ſexaginta millia quingentorum. ¶Filij Ioſeph per cognationes ſuas: Manaſſe & Ephráim. De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarũ. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarũ: & Helec, à quo familia Helecitarũ: & Aſriel, à quo familia Aſrielitarũ: & Sechẽ, à quo familia Sechemitarũ: & Semida, à quo familia Semidaitarũ: &‖Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios nõ habebat, ſed tantum filias, quarũ iſta ſunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therſa. Hæ ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum, quinquagintaduo millia ſeptingentorũ. ¶Filij autẽ

Numerantur rurſum filij Iſrael Terrã-Chanáan ingreſſuri.

Ruben.
Gene.46.b. exo.6.b. 1.para.5.a.
Nũ.16.a.g.
B
Simeon.
¶° ducenti.
Gad.
¶° Heri,
¶° quingẽti.
Iuda.
Gene.38.a.b.
E
Iſſachar.
¶° trecenti.
Zabulon.
Ioſeph.
D
Nũ.27.a.
Filiæ Salphaad.
Ephraim.

Ephráim per cognationes ſuas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarũ: Becher, à quo familia Becheritarũ: Thehen, à quo familia Thehenitarũ. Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. hę ſunt cognationes filiorũ Ephráim: quarum numerus fuit trigintaduo
E millia quingentorum. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. (Ioſeph.) ¶ Filij Beniamin in cognatiõibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarũ: Aſbel, à quo familia Aſbelitarũ: Achirã, à quo familia Achiramitarum. Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. Filij Bela: Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarũ. Hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit quadragintaquinque millia ſexcẽti. (Dan.) ¶ Filij Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas. omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat ſexagintaquatuor millia quadringentorum. (Aſer.) ¶ Filij Aſer per cognationes ſuas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarũ: & Melchi-el, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aſer, fuit Sara. Hæ cognationes filiorum Aſer, & numerus
F eorum quinquagintatria millia quadringentorum. (Nephthali.) ¶ Filij Nephthali per cognationes ſuas: Ieſiel, à quo familia Ieſielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieſer, à quo familia Ieſeritarũ: Sellem, à quo familia Sellemitarũ. Hæ ſunt cognationes filiorũ Nephthali per familias ſuas: quorum numerus quadragintaquinque millia quadringentorum. Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael qui recenſiti ſunt, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta. ¶ Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Iſtis diuidetur Terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: ſingulis ſicut nunc recenſiti ſunt tradetur poſſeſſio. Ita dũtaxat vt ſors Terram tribubus diuidat & familijs. Quicquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

(Numerus filiorum Leui. exod. 6. c.) ¶ Hic quoque eſt numerus filiorum Leui per familias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarũ:
G Caath, à quo familia Caathitarũ: Merari, à quo familia Meraritarum. Hæ ſunt familiæ Leui: familia Lobni, familia Hebroni, familia Maholi, familia Muſi, familia Core. At verò Caath genuit Amram (Exod. 6. c.) qui habuit vxorẽ Iochabed filiã Leui, quæ nata eſt ei in Aegypto. hæc genuit Amram viro ſuo, filios, Aaron & Moyſen, & Mariã ſororem eorum. De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar: (ſ. 1. a. leui. 10. a. 1. para. 24. a) quorum Nadab & Abiu mortui ſunt, cũ obtuliſſent ignem alienum coram Domino. Fuerúntque omnes qui numerati ſunt, vigintitria millia generis maſculini ab vno menſe & ſuprà: (q[*] quia) [*]qui non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cum cæteris data poſſeſſio eſt. Hic eſt numerus filiorũ Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho. (1. Corin. 10. a.) Inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati ſunt à Moyſe & Aaron in deſerto Sinai. (ſ. 14. d.) Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in ſolitudine: nullúſque remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iéphone, & Ioſue filius Nun.

filij Ephraim iuxta familias ſuas, Suthela, vnde familia Suthelitarum: Becher, vnde familia Becheritarũ: Tahan, vnde familia Tahanitarũ. Hi verò ſunt filij Suthela, Eran, vnde familia Eranitarum. Iſtæ ſunt familiæ Ephraim iuxta cenſus ſuos, trigintaduo millia & quingenti, & hi ſunt filij Ioſeph ſecundum familias ſuas. ¶ Filij verò Beniamin iuxta familias ſuas, Bela, vnde familia Balhitarum: Aſbel, vnde familia Aſbelitarũ: Ahiram, vnde familia Ahiramitarum: Sephupham, vnde familia Sẽphuphamitarũ: Hupham, vnde familia Huphamitarum. Fuerunt autem filij Bela, Ard & Naeman, vnde familia Arditarũ, & de Naeman familia Naemanitarum. Iſti ſunt filij Beniamin iuxta familias ſuas, & ſecundum cenſus ſuos, quadragintaquinque millia & ſexcẽti. ¶ Iſti ſunt filij Dan ſecundum familias ſuas, Suham, vnde familia Suhamitarum. Iſtæ inquam ſunt familiæ Dan iuxta familias ſuas. Omnes familiæ Suhamitarum iuxta cenſus ſuos, ſexagintaquatuor millia & quadringẽti. ¶ Filij Aſer ſecundũ familias ſuas, Iimna, vnde familia Iimnitarum: Iiſui, vnde familia Iiſuitarum: Beriah, vnde familia Berijtarum: Heber, vnde familia Heberitarum: Malxiel, vnde familia Malxielitarum. Nomen verò filiæ Aſer, Serah. Iſtæ ſunt familiæ filiorum Aſer iuxta cenſus ſuos: quinquagintatria millia & quadringenti. ¶ Filij Naphtali ſecundum familias ſuas, Iachzeel, vnde familia Iachzeelitarum: Guni, vnde familia Gunitarum: Iezer, vnde familia Iezritarum: Sillem, vnde familia Sillemitarum. Iſtæ ſunt familiæ Naphtali ſecundum familias ſuas & cenſus eorum, quadragintaquinque millia & quadringẽti. [13] Iſti ſunt cenſus filiorum Iſrael, ſexcenta millia, mille, ſeptingenti & triginta. ¶ Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Iſtis diſtribuatur terra [14] in hæreditatem iuxta numerum nominum. [15] Quorum multi ſunt, his augebis hæreditatem ſuam: qui verò pauciores, iis minorem dabis hæreditatem: cuique dabitur hæreditas [16] iuxta cenſum ſuum. Veruntamen ſorte diuidatur terra, & ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum hæreditatem accipiant. Per ſortẽ [17] diuidatur hæreditas eius inter multos & paucos. ¶ [18] Porrò iſti ſunt cenſus Leuitarum iuxta familias ſuas, Gerſon, vnde familia Gerſonitarum: Cahath, vnde familia Cahathitarum: Merari, vnde familia Meraritarum. Iſtæ ſunt familiæ [19] Leuitarũ, familia Libnitarũ, familia Hebronitarũ, familia Mahlitarũ, familia Muſitarum, familia Corhitarũ. Cahath verò genuit Amram. Porrò nomen vxoris Amram [20] Iochebed [21] filia Leui, quam [22] peperit ipſi Leui in Aegypto. Et peperit ipſi Amram Aharonem, & Moſen, & Mariam ſororem eorum. Aharoni verò natus eſt Nadab & Abihu, Elearar & Ithamar. Mortuus autem eſt Nadab & Abihu quum afferrent ignem alienum coram Domino. Fuerunt autem [23] cenſus eorum, vigintitria millia, omnes ſcilicet mares ab eo qui menſem erat natus & ſupra. non enim [24] cenſi erant inter filios Iſrael, eo quòd non eſſet illis data hæreditas inter filios Iſrael. Hi ſunt [25] cenſus quãdo Moſes & Eleazar ſacerdos recenſuerunt filios Iſrael in vaſtis campis Moab [26] ad Iordanem Iericho. Et inter iſtos nullus fuit ex his quos recenſuerunt Moſes & Aharon ſacerdos, quando recenſuerunt filios Iſrael in deſerto Sinai. Dixerat enim de eis Dominus, Omnino morietur in deſerto. ne vnus quidem ex eis reliquus fuit, niſi Caleb filius Iephunæ, & Iehoſua filius Nun.

¶13 Heb. Hi ſũt numerati &c. Bis numerati fuerunt filij Iſrael ab exitu de Aegypto. qui primo numerati ſũt, nõ ſunt ingreſſi terram promiſſam: quia Moſes qui legem refert, non deducit in terrã pmiſſam. Qui verò ſecũdo loco nũerati ſũt, illam ingreſſi ſunt duce Ioſue, qui typus erat Chriſti.
¶14. i. vt poſſideatur ab illis iure hæreditario: iuxta familias & cognationes quæ nominibus diſtingui ſolent ſiue pro nũero familiarum, quæ ſolẽt habere diuerſa nomina.
¶15 Heb. Numeroſiori. ſubaudi, tribui.
¶16 pro ratione numeratorum ſuorum.
¶17 diuidetur poſſeſſio cuiuſque inter numeroſum & paucum, i. tam inter eos qui multi fuerint, quàm qui pauci.
¶18 Iſti etiam ſunt numerati Leuitarum. i. Iſti ſunt Leuitæ qui numerati fuerũt.
¶19. i. quæ habuerunt originem à Leui.
¶20 Fuerunt duæ Iochabed, vna filia, altera neptis.
¶21. i. neptis.
¶22 ſub. vxor. vel, mater eius.
¶23 numerati
¶24 numerati fuerant
¶25 numerati Moſis & Eleazari ſacerdotis, qui recenſuerunt &c.
¶26 Id eſt, qua parte labitur iuxta Iericho. vel, qua parte parum diſtat à Iericho.

CAP. XXVII.

ACceſſerunt autem filiæ Zelaphead filij Hepher, filij Gilead, filij Machir, filij Manaſſe, de familia Manaſſe filij Ioſeph: ſuntque hæc nomina filiarum eius, Mahela, Noa, Hagla, Milcha & Thirza. Stantes verò ante Moſen & ante Eleazarum ſacerdotem, atque ante principes eorũ, & vniuerſum cœtum, iuxta oſtium tentorij conſtitutionis, dicebant, Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec tamen fuit 'in cœtu conſpiratorum aduerſus Dominũ, in cœtu ſcilicet Corah,' ſed mortuus eſt 'in peccato ſuo,' nec habuit filios. Cur ergo aboleretur nomen patris noſtri è medio familiæ ſuæ, propterea quòd non habet filium? da [igitur] nobis poſſeſſionem inter [3]fratres' patris noſtri. Retulit autem Moſes cauſam illarum ad Dominum. Et Dominus loquutus eſt ad Moſen hiſce verbis, Probe loquutæ ſunt filiæ Zelaphead, omnino dabis illis [4]poſſeſſionẽ hæreditatis' inter fratres patris ſui, & [5]transferes hæreditatem patris ſui ad eas'. Ad filios autem Iſrael loquêris ſic, Si quiſpiam mortuus fuerit abſque filijs, transferetis hæreditatem eius ad filias eius. Si verò nec filiam habuerit, dabitis hæreditatem eius fratribus eius. Et ſi nec fratres ei fuerint, dabitis hæreditatem eius fratribus patris eius. Quòd ſi pater eiꝰ fratres nullos habuerit, dabitis hæreditatem cõſanguineo eius propinquiori qui fuerit de familia eius, is poſſidebit eam: & ſit hoc filijs Iſrael ſtatutum [6]legitimum,' quemadmodum præcepit Dominus Moſi. ¶Et dixit Dominus ad Moſen, Aſcende in mõtem iſtum Abarim, & contemplare terram quã dedi filijs Iſrael. Poſtquam verò contemplatus eam fueris, [7]colligêris ad populos tuos etiã tu, quemadmodũ collectus eſt Aharon' frater tuus, [8]eo quòd exacerbaſtis os meũ in deſerto Zin,' in cõtẽtione multitudinis, ne ſanctificaretis me in aquis corã oculis eorũ. Hæ ſunt aquæ [9]cõtẽtionis in Cades ĩ deſerto Zin. ¶Et Moſes loquutꝰ eſt ad Dominũ, dicens, Præficiat Dominus [10]Deus ſpirituũ vniuerſæ carnis' virũ ſuper hũc cœtũ, [11]Qui egrediatur ante eos, quiq; ingrediatur ante eos: qui educat eos, & qui introducat eos:' vt non ſit cœtus Domini veluti oues quæ paſtorẽ non habent. Et dixit Dominus ad Moſen, Aſſume tibi ipſum Iehoſua filium Nun, virum in quo eſt Spiritus, & [12]impone manum tuam ſuper eum,' & ſtatue eum coram Eleazaro ſacerdote, & coram vniuerſa multitudine, & [13]da illi mandata' illis ſpectantibus. Dabis quoque ei [14]de decore tuo,' vt omnes in cœtu filiorum Iſrael [15]audiant.' Et ſtabit ante Eleazarum ſacerdotem, qui [16]interrogabit pro ipſo ſecundum ritum Vrim, idque corã Domino:' & iuxta verbum eius egredientur, iuxtáque verbum eius ingredientur, tam ipſe quàm vniuerſi filij Iſrael, & vniuerſus cœtus cum eo.

CAP. XXVII.

ACceſſerũt autẽ filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, q fuit filiꝰ Ioſeph: quarũ ſũt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therſa. Steterúntque coram Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cũctis principibus populi ad oſtiũ tabernaculi fœderis, atq; dixerunt, Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ concitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habet filium? date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri. Retulitque Moyſes cauſam earum ad iudicium Domini. Qui dixit ad eum, Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditatem ſuccedant. Ad filios autem Iſrael loquêris hæc, Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. Si filiam nõ habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quòd ſi & fratres nõ fuerint, dabitis hæreditatẽ fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. eritque hoc filijs Iſrael ſanctũ lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moyſi. ¶Dixit quoque Dominꝰ ad Moyſen, Aſcende in montem iſtum Abarim, & contẽplare inde Terram quam daturus ſum filijs Iſrael. Cúmque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, ſicut iuit frater tuus Aaron, 'quia offendiſtis me in deſerto Sin in contradictione multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis coram ea ſuper aquas. Hæ ſunt aquæ contradictionis in Cades 'deſerti' Sin. ¶Cui reſpondit Moyſes, Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc: & poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore. Dixitque Dominus ad eum, Tolle Ioſue filium Nun virum in quo eſt Spiritus 'Dei,' & pone manũ tuam ſuper eum. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis ſynagôga filiorum Iſrael. Pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cũ eo, & cætera multitudo.

Lex hæreditatis filiarum Salphaad. ſ.26.d.ſ.36.a. Ioſue 17.a.

ſ.16.a.e.

B

De hæreditate lex.

C

Oſtẽdit Moyſi Terra promiſſionis. deuter.32.g. ſ.20.b.

¶* in deſerto

D

Conſtituitur Ioſue dux populi ꝓ Moyſe. deut.3.d.

¶1 de congregatiõe illa quæ cõgregata fuit aduerſus Dominum in cœtu ſeditioſo Core .i. inter eos qui ſeditioſe conuenerãt in ſeditioſo cœtu quem concitauit Core.

¶2 vſ. ob peccatum ſuum. quum ſcilicet murmurauit cum alijs in deſerto, qui morſibus ſerpentũ interierunt.

¶3 .i. conſanguineos.

¶4 .i. poſſeſſionem hæreditariã: quam iure hæreditario poſſideant.

¶5 .i. dabis illis quod poſſeſſurus erat pater earum, ſi mortuus non fuiſſet.

¶6 Heb. iudicij, .i. Secundum hanc legem de huiuſmodi iudicabunt iudices inter filios Iſrael: hoc ius obſeruabũt iudices inter filios Iſrael.

¶7 Hebraiſmꝰ, pro, morieris, ſicut mortuus eſt Aaron.

¶8 quemadmodum rebellaſtis ori meo in deſerto Sin in lur, in congregatiõis, ad ſanctificandũ me in aquis illis coram ipſis. Id eſt, ita moriemini, vt rebelles fuiſtis dictis meis in deſerto Sin, cum contenderent filij Iſrael, rebelles inquam fuiſtis dare mihi gloriam in aquis illis quas educturus eram è petra, illis præſentibus. q.d. quemadmodum recuſaſtis extollere me & celebrare potentiam meam quum populus tam vehementer poſtularet aquas: ita etiam non dignabor vos terra quam daturus ſum filijs Iſrael. ¶9 vſ, controuerſiæ [habitæ] in Cades in deſerto Sin. ¶10 .i. qui nouit corda omnium hominum. ¶11 .i. Qui præſit illis in omnibus, regat & gubernet eos in omnibus rebus agendis qui deducat eos ad bellum, & reducat ad vrbem. ¶12 vt ſcilicet ita videaris illum conſtituere principem populi Dei. ¶13 .i. doce eum quid agere debeat. ¶14 vſ, de gloria tua. aut, Partem gloriæ tuæ imperti re. Hoc eſt, Trãſferas in eum gloriam tuã, ornando & cõmendando eum verbis, oſtendáſque eum diuinitus conſtitutum, vt authoritatem habeat, vt ei pareant quemadmodum & tibi. ¶15 .i. morem gerant. ¶16 Interrogabit eũ de iudicio Vrim corã Domino. i. cõſulet pontificẽ de rebꝰ agẽdis, tanquã conſciũ volũtatis Dei: de rebꝰ inquã quas reuelabit ei agẽdas Dominꝰ, propter præſentiã nominis ſui, quod ipſe ſacerdos geſtat in pectorali. Hic Vrim, pro ſummo pontifice accipitur, vt ſit antecedens pro relatiuo, Interrogabit eum de iudicio Vrim. i. pontificis, hoc eſt, ſuo: interrogabit ſacerdotem de iudicio ſacerdotis: interrogabit ſacerdotem ſententiam ſuam, quid Dominus velit fieri. q.d. Cum aliquid agere volet, interrogabit ſummum pontificem qui geſtat Vrim & Thũmim in pectorali. vſ, interrogabit eum de iudicio. i. ſententia Vrim, id eſt illuminationum, hoc eſt de ſententia Dei illuſtrantis, & illuminantis & dirigentis omnia: vt Deus hic dicatur Vrim, vt Lucẽ mũdi ſe dicit Chriſtus in Euangelio Iohãnis. Coram Domino autem, id eſt in tabernaculo coram arca Domini, vbi ipſe dabat reſponſa. Vbicunque mentio fit Vrim pectoralis, ſemper coniungitur cum Thummim, vt Eſd.2, Nehemiæ 7, Deut.33, Exod.28. Excipitur hic locus & 1.Reg.28, vbi Vrim pro ſummo pontifice ponitur.

Fecit Moyſes vt præceperat Dominus: cúmque tuliſſet Ioſûe, ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi. Et impoſitis capiti eius manibus cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

CAP. XXVIII.

Quid quoq; tẽpore offerendum.

DIxit quoque Dominus ad Moyſen, Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Oblationem meã & panes, & incenſum odoris ſuauiſſimi offerte per tempora ſua. Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis,

Quotidie.

Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum: Vnum offeretis mane, & alterum ad veſperũ: Decimã partem ephi ſimilæ, quæ conſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat quartam partem hin. Holocauſtum iuge eſt quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſſimum incenſi Domini. Et libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario Domini. Alterúmq; agnum ſimiliter offeretis ad veſperam iuxta omnem ritũ ſacrificij matutini, & libamentorum eius,

B

oblationẽ ſuauiſſimi odoris Domino.

Die ſabbathi Matth.12.a.

¶ Die autẽ Sabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio, & liba: Quæ rite funduntur per ſingula Sabbatha in holocauſtũ ſempiternũ.

Calendis.

¶ In Calendis autem, id eſt in menſium exordijs, offeretis holocauſtum Domino, vitulos de armento duos, arietẽ vnũ, agnos anniculos ſeptẽ immaculatos: Et tres decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos: & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes: Et decimã decimæ ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos. Holocauſtum ſuauiſſimi odoris atque incenſi eſt Domino. Libamenta autem vini quæ per ſingulas fundenda ſunt victimas, iſta erunt, Media pars hin per ſingulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnũ. Hoc erit holocauſtum per omnes menſes, qui ſibi anno vertente ſuccedunt.

C

Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamentis ſuis.

Mẽſe primo. Exod.12.c. Leuit.23.a.

¶ Menſe autem primo, quartadecima die menſis, Phaſe Domini erit, & quintadecima die ſolennitas: ſeptem diebus veſcentur azymis. Quarum dies prima venerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretiſque incenſum holocauſtum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem: Et ſacrificia ſingulorum ex ſimila quę conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos vitulos, Et duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt per ſeptem agnos.

Fecit autem Moſes quemadmodum præceperat ei Domin⁹, tulitque Iehoſua, & ſtatuit eum ante Eleazarum ſacerdotem, atque ante vniuerſum cœtum. Et impoſitis ei manibus ſuis, [19] mandata dedit ei, quemadmodum Dominus loquutus fuerat per Moſen.

CAP. XXVIII.

LOquutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, [1] Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Sacrificium meum [2] panis mei quod fit ad ſacrificium ignitum in odorẽ ſuaueolẽtem, cuſtodietis, vt ſacrificetis mihi [ea'] ſtato ſuo tempore. [3] Dicéſque ad eos, Hoc eſt ſacrificium quod igne cõfit, quod ſacrificabitis Domino, 'agnos ãniculos [4] integros' duos quoque die in holocauſtum continuum: Agnum vnum facies mane, alterum autem agnum facies [5] inter veſperas.' Decimã quoque partem ephi ſimilaginis [6] pro ſacrificio cibario,' quæ mixta ſit oleo [7] cõtuſo,' quarta ſcilicet parte hin. [8] Holocauſtũ hoc iuge, quale factũ eſt in monte' Sinai, in odorem ſuaueolẽtem, [9] ſacrificium quod igne confit Domino.' Libatio vero eius ſit quarta pars hin pro agno vno, in ſanctuario [10] fac libari ſiceram Domino.' Agnũ verò alterum facies inter veſperas (cuius ſacrificium cibarium & libamẽ ſit quemadmodũ eius qui mane fuit ſacrificat⁹.) [11] ſacrificiũ quod igne confit in odorem ſuaueolentem Domino. ¶ Die autem ſabbati duos agnos anniculos integros, & duas [12] decimas' ſimilaginis [13] pro ſacrificio cibario,' quæ commixta ſit oleo, cũ libamine ſuo. [14] Holocauſtum hoc ſabbati, quod ſingulis ſabbatis fieri debet, ſupra holocauſtum continuum & libamen eius. ¶ In initijs quoque menſiũ veſtrorũ ſacrificabitis Domino [15] holocauſtũ,' nempe duos iuuencos ex bobus, & arietem vnum, agnos anniculos integros ſeptem. Tres etiam decimas ſimilaginis [16] in ſacrificium cibariũ,' quæ conſperſa ſit oleo, [17] pro iuuẽco vno:' & duas itẽ decimas ſimilaginis in ſacrificium cibariũ, quæ ſit oleo conſperſa, [18] pro ariete vno.' Et pro ſingulis agnis [19] ſingulas decimas' ſimilaginis oleo conſperſas in ſacrificium cibarium, [20] holocauſtum in odorem ſuaueolẽtem, & ſacrificiũ quod igne confit Domino.' Libamina verò eorum medium hin pro iuuenco, tertia pars hin pro ariete, & quarta pars hin vini pro agno. Hoc ſit holocauſtum [21] ſingulis menſibus,' in menſibus anni. Sed & hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati fiet Domino, [22] ſupra holocauſtum iuge, cũ libamine ſuo. ¶ In menſe primo, [23] decimoquarto die menſis' eſt [24] Paſſah Domini,' & in quintodecimo die menſis eiuſdem feſtus dies eſt, per ſeptem dies placentæ infermẽtatæ edentur. Primo die [25] conuocatio ſancta ſit,' nullum opus ſeruile facietis, Sed [26] offeretis ſacrificium quod igne confit Domino in holocauſtum,' nempe iuuencos è bobus duobus, arietem vnum, & ſeptem agnos anniculos, qui integri vobis fuerint. [27] Cibariũ autẽ ſacrificiũ eorũ fiat ex ſimilagine' oleo conſperſa, & facietis tres decimas pro iuuenco vno, & duas decimas pro ariete vno. Singulas quoque decimas pro ſingulis agnis, [28] quorũ ſunt ſeptẽ.'

¶19 Id eſt, inſtituit eum, & docuit quæ agenda illi eſſet, vt dixerat Dominus inſtituendum eſſe.

XXVIII.

¶1 Inſtituerat Dominus ſacrificia, vt reuocaret ab idololatria populum ſuum, vtque eũ contineret in vero cultu. Præterea vt iam tũ admoneret illos ſacrificij & immolationis Chriſti futurę. ¶2 eſcam meã, incẽſa mea in odorẽ quietis meæ cuſtodite, offerẽdo[ſea] mihi &c.q.d. Oblationẽ meam, ritũ offerẽdi à me præceptũ, id eſt carnes meas & victimas meas, quæ cremãtur vt incenſa mihi fiant gratiſſima, quib⁹ excitetur mihi odor gratiſſim⁹, cuſtodite, offerte ea mihi vt præcepi. ¶3 Dic inquã ad eos, Iſtud eſt ſacrificium incẽſum quod offeretis Domino, &c.q.d. Iſte eſt ritus ſacrificij vſitati quod ſuo tẽpore offeretis Domino. ¶4 vl, perfectos & immunes ab omni labe, carentes omni macula ¶5 inter duas veſperas. Prima veſpera eſt quũ occubuit ſol: altera quũ incipit nox. ¶6 in oblationẽ. vl. in mun⁹. ¶7 Id eſt, expreſſo ex oleis contuſis. Hin continebat quantũ octodecim teſtis ouorũ capit. ¶8 Id eſt. Hoc intelligi debet de ſacrificio holocauſti perpetui quod fieri ſolitum eſt in monte &c. ¶9 vl. incenſum quod fiat in honorem Domini. ¶10 liba libamen ex vino Domino. ¶11 [in] incenſum odoris quietis[ſ.i. gratiſſimi] Domino. ¶12 Intellige, decimas menſuræ ephi. ¶13 pro munere. ſubaudi, adornando facies. ¶14 Heb. Iſtud eſt holocauſtum ſabbathi in ſabbatho eius, ſuper holocauſtũ iuge, & oblationem eius. Id eſt, Iſta eſt ratio holocauſti quod fieri debet per ſingula ſabbatha, vltra holocauſtũ ſacrificij iugis & libamen eius. ¶15 [in] holocauſtũ, ¶16 pro munere. vl, vt munus ſiue ſacrificiũ adornetur, ¶17 vl, in ſingulos vitulos: ¶18 vl, in ſingulos arietes. ¶19 Heb. decimam decimam ¶20 [ſ. in] holocauſtum odoris gratiſſimi, & in incenſum Domino. ¶21 Heb. menſis in menſem, ¶22 vltra holocauſtum iuge: fiet vnà cum libamine ſuo. Vocat holocauſtũ iuge ſiue ſempiternum, quod intermittere non licebat. ¶23 Id eſt, exacta iã decimaquarta die, in principio decimæquintæ diei eiuſdẽ mẽſis. ¶24 Paſcha Domino. i. ritè ſacrificabitur agnus paſchalis Domino. ¶25 erit ſolennitas celeberrima. ſiue, celebritas ſancta. aut, ſolẽnitas proclamata & indicta. Feſte cõmandée ¶26 offeretis incẽſum[ſ.i.] holocauſtũ Domino, ¶27 Mun⁹ eorũ erit ſimila. vl, Oblatio eorum erit ſimila ¶28 vl, per ſeptem illos agnos.

[14]Caprum denique pro peccato vnũ, ad expiandum pro vobis. [15]Iſta facietis præter holocauſtũ matutinum, quod ſit in iuge holocauſtum. Ad hunc modum per ſingulos dies ſeptem dierum facietis, panis ſacrificij eſt quod igne conſũt Domino in odorem ſuaueolentem, vltra iuge holocauſtũ cum libamine ſuo, fiat. Septimo die [10]conuocationem ſanctã habebitis. nullum opus ſeruile facietis. ¶[11]In die porrò primitiuorum fructuum, quum attuleritis Domino [12]cibarium ſacrificium nouum [13]in hebdomadibus veſtris, debet vobis eſſe ſancta conuocatio, nec vllum opus ſeruile in eo facietis. Et adferetis holocauſtum in odorem ſuaueolentem Domino, iuuencos ex bobus duos, arietem vnum, & ſeptem agnos anniculos. [14]Cibarium ſacrificium eorum fiat de ſimilagine oleo cõſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco vno, & duæ decimæ pro ariete vno: Pro ſingulis autem agnis, quorum ſunt ſeptem, ſingulæ decimæ. Hircꝰ ex capris vnus pro expiatione veſtri. Hæc facietis, [15]excepto iugi holocauſto, & ſacrificio ſuo cibario: eruntque vobis integra [16]cum libaminibus ſuis.

## CAP. XXIX.

IN menſe verò ſeptimo, in prima die [1]menſis erit vobis [2]conuocatio ſancta, nullum opus [3]ſeruile facietis, dies [4]clangoris erit vobis. Et facietis holocauſtum in odorẽ ſuaueolentem Domino, [5]iuuẽcum vnum è bobus, arietem vnum, agnos anniculos [6]integros ſeptem. [7]Cibarium ſacrificium eorum fiat de ſimilagine oleo conſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco vno, & duæ decimæ pro ariete: Et pro ſingulis agnis, quorum ſunt ſeptem, decima vna: Et hircus caprarum vnus pro peccati hoſtia, ad veſtri expiationem. Præter holocauſtum [8]menſis, & eius ſacrificium cibarium, & præter holocauſtum iuge & eius ſacrificium cibarium & libamina eorum, quæ [9]ritu ſuo [10]fiant Domino, in odorem ſuaueolentem ſacrificij quod igne conſit. ¶Decima die huius menſis ſeptimi, erit vobis [11]conuocatio ſancta, [12]affligetiſque animas veſtras, & nullum opus facietis. Afferatis autem Domino holocauſtum in odorem ſuaueolentem, iuuencum ex bobus vnum, arietẽ vnum, agnos anniculos ſeptem, qui integri erunt vobis. Cibarium eorum ſacrificium erit de ſimilagine oleo conſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco, & duæ decimæ pro ariete vno: Et pro ſingulis agnis, quorum ſunt ſeptem, ſingulæ decimę: Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, præter hoſtiam peccati quæ fit pro expiatiõe, & præter iuge holocauſtum, Et ſacrificium eius cibarium, & libamina eorum. ¶Decimoquinto die mẽſis ſeptimi erit vobis [13]conuocatio ſancta, nullũ opus ſeruile facietis, & feſtũ diem agetis Domino ſeptem diebus. Et afferetis Domino [14]holocauſtum quod igne conſit in odorem ſuaueolentem, iuuencos è bobus tredecim, duos arietes, agnos anniculos, qui ſint integri, quatuordecim. [15]Sacrificium verò eorum cibarium erit de ſimilagine oleo permixta, nẽpe tres decimæ pro ſingulis ex tredecim iuuẽcis, duæ decimæ pro ariete vno, ex duobus arietibus. Singulæ decimæ pro ſingulis agnis qui ſunt quatuordecim. Hircus ex capris vnꝰ pro hoſtia peccati, præter holocauſtũ iuge, Et eius ſacrificiũ cibariũ, & libamẽ eius. Die autẽ ſecũdo

Et hircum pro peccato vnũ, vt expietur pro vobis: Præter holocauſtum matutinum quod ſemper [*]offeretis. Ita facietis per ſingulos dies ſeptẽ dierum in fomitem ignis, & in odorem ſuauiſſimum Domino, qui ſurget de holocauſto & de libationibus ſingulorum. Dies quoque ſeptimus celeberrimus & ſanctꝰ erit vobis: omne opus ſeruile nõ facietis in eo. ¶Dies etiam primitiuorũ quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, vitulos de armento duos, arietẽ vnũ, [*]agnos anniculos immaculatos ſeptẽ: Atque in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos: per arietes, [*]duas: Per agnos, decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſeptem. Hircum quoque [*]qui mactatur pro expiatione: præter holocauſtum ſempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

## CAP. XXIX.

MEnſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis. omne opꝰ ſeruile non facietis in ea, quia dies clãgoris eſt & tubarũ. Offeretiſque holocauſtum in odorẽ ſuauiſſimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem. Et in ſacrificijs eorum, ſimilæ oleo cõſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem, Vnam decimam per agnũ, qui ſimul ſunt agni ſeptem: Et hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi. Præter holocauſtum Calendarũ cum ſacrificijs ſuis, & holocauſtum ſempiternum cum libationibus ſolitis. eiſdem ceremonijs offeretis in odorem ſuauiſſimum incẽſum Domino. ¶Decima quoque dies menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atq; venerabilis, & affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretiſque holocauſtum Domino in odorem ſuauiſſimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem. Et in ſacrificijs eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem. Decimam decimę per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem: Et hircum pro peccato: abſque his quæ offerri pro delicto ſolent in expiationẽ: & holocauſtum ſempiternum, Et ſacrificio & libaminibus eorum. ¶Quintadecima verò die menſis ſeptimi, quæ vobis ſancta erit atque venerabilis, omne opus ſeruile non facietis in ea: ſed celebrabitis ſolẽnitatem Domino ſeptem diebus. Offeretiſque holocauſtum in odorẽ ſuauiſſimũ Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Et in libamentis eorũ ſimilę oleo cõſperſæ tres decimas per vitulos ſingulos, qui ſũt ſimul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id eſt ſimul arietibus duobus, Et decimã decimę agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim. Et hircũ pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, Et ſacrificio, & libamine eius. In die altero

¶* offertis.
D
Die primitiuorum.
¶* &
¶* ſubaudi. decimas.
¶* vnum
Quid prima die ſeptimi mẽſis ſit offerendum.
Leui.16.g. & 23.e.
[illegible]
C

¶14 vt, Hircum denique expiationis vnum, ad expiandum vos. Expiationis hircꝰ vocabatur vnde fiebat ſacrificium pro expiatiõe peccati.
¶10 erit ſolennitas indicta vobis. Aut, feſtiuitas celeberrima. ſiue, proclamata feſtiuitas, ¶11 Id eſt, Die prima nouarum frugũ. ſic dictus fuit dies ille, quòd in ipſo proponeretur panis propoſitionis confectus ex nouis frugibus. fuerat autẽ is dies inſtitutꝰ ad cõmemorationẽ legis datę ſimili die.
¶12 munus nouum. Id eſt, panes ex nouis frugibus.
¶13 i. expletis ſeptem hebdomadibus quas numerare debetis.
¶14 Munus
¶15 præter holocauſtum iugis ſacrificij, & libamen eius:
¶16 i. cum iis quæ fieri ſolẽt in talibus ſacrificijs.

XXIX.

¶1 Hebraiſmꝰ, pro, eiuſdem.
¶2 Heb. proclamatio ſanctitatis. i. ſolennitas ſanctiſſima, ſiue celeberrima, vel, feſtũ proclamatũ.
¶3 Id eſt, quod ad Deum non pertinet, ſed ad hominem: vt eſt victus & alia. ¶4 clangoris tubarum. i. hoc die celebrabitis feſtum tubarum, in eòque tubis clãgetis propter liberationẽ Iſaac, & vt præparentur animi Iudæorũ ad reliqua feſta. ¶5 i. è iuuenco, ariete &c. ¶6 i. in quibus nihil ſit vitij quod reprehẽdi poſſit. ¶7 Munus eorũ ¶8 Calendarum, ¶9 i. iuxta conſuetudinem qua illa fieri ſolita ſunt, ¶10 Heb. in odorem quietis & incẽſum Domino. ¶11 vt, ſolennitas celeberrima. aut, feſtum proclamatum, ¶12 Affligere animas pro ieiunare dixit. ¶13 Vocitur conuocationes ſanctæ, quòd in illis omnes maſculi tenerentur conuenire in tẽplũ Domini. Licet & aliæ quædã ſolẽnitates celebres ſic vocẽtur, in quibus populus à labore abſtinere iubebatur, & cõuenire ad lectionẽ legis diuinæ. ¶14 holocauſtũ & incẽſum ¶15 Munꝰ verò eorũ. ſiue, Oblatio verò eorũ &c.

offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim. Sacrificiaque & libamina ſingulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, Et hircum pro peccato : abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōq; & libamine eius. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Sacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōq; & libamine ei⁹. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Sacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. Et hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōque eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Sacrificiaq; & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: Et hircum pro peccato: abſq; holocauſto ſempiterno,

D ſacrificiōque eius & libamine. Die ſexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Sacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: Et hircū pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōque eius & libamine. Die ſeptimo offeretis vitulos ſeptē, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: Sacrificiáq; & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: Et hircum pro peccato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōque eius & libamine. Die octauo qui eſt celeberrimus, omne opus ſeruile non facietis, offerentes holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptē. Sacrificiáque & libamina ſingulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis : Et hircū pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificiōque eius & libamine. Hæc offeretis Domino in ſolēnitatibus veſtris. præter vota & oblationes ſpontaneas in holocauſto, in ſacrificio, in libamine, & in hoſtijs pacificis.

CAP. XXX.

*Vota quando reddenda.*

NArrauitq; Moyſes filijs Iſrael omnia quæ ei Dominus imperarat, Et locutus eſt ad principes tribuū filiorū Iſrael, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, Siquis virorū votū Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramēto: non faciet irritum verbū ſuū, ſed omne quod promiſit implebit. ¶ Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramēto, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: Si cognouerit pater votū quod pollicita eſt, & iuramētū quo obligauit animā ſuā, & tacuerit, voti rea erit: quic-

*Puella vouens.*

D quid pollicita eſt & iurauit, opere cōplebit. Sin autē ſtatim vt audierit, cōtradixerit pater: & vota & iuramēta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſpōſioni, eo q cōtradixerit pater. Si maritū habuerit, & vouerit aliquid, & ſemel de ore

duodecim iuuēcos ex bobus, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim. Porrò ſacrificia eorum cibaria, & libamina eorum, pro iuuēcis ſcilicet, arietibus & agnis, fiant pro numero eorum, & pro ritu ſuo. Hircū quoque ex capris vnum pro hoſtia peccati, præter iuge holocauſtum, & cibarium eius ſacrificiū, & libamina eorum. Tertio die vndecim iuuēcos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim. Cibarium ſacrificium eorum, & libamina eorū pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eorum, vt conuenit. Fiat & hircus pro peccato vnus, præter iuge holocauſtum, Et ſacrificiū eius cibarium & libamen eius. Die quarto iuuencos decem, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim. Sacrificium eorū cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat ſecūdum numerum eorum, vt ritus habet. Fiat & hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, præter holocauſtum iuge, & cibariū eius ſacrificium, & libamen eius. Quinto die iuuencos nouē, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, ſacrificium eorum cibarium & libamina eorum pro iuuēcis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eorum, & pro ritu. Fiet & hirc⁹ pro peccato vnus, præter holocauſtū iuge, Et cibarium eius ſacrificium & libamen eius. Sexto die iuuēcos octo, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, & ſacrificium eorum cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis pro numero illorum, & vt mos habet. Hircus denique pro peccato vnus fiat, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibariū, & libamen eius. Septimo die ſeptem iuuēcos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim. Et ſacrificia eorum cibaria, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis, iuxta numerum eorum & pro ritu. Et hircus pro peccato vnus fiat, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibarium, & libamen eius. Octauo demum die ſit vobis [16]concio:' nullum opus ſeruile in eo facietis. Afferatis autem holocauſtum quod igne confiat Domino in odorē ſuaueolētem, nempe iuuencum vnum, arietē vnū, agnos anniculos integros ſeptem. Sacrificia eorum cibaria, & eorū libamina pro iuuenco, ariete & agnis, iuxta numerū eorum[17]vt conuenit.' Et hircus fiat pro peccato vnus, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibarium, & libamē eius. Hæc facietis Domino in ſtatis veſtris ferijs, (præter vota veſtra, & voluntaria veſtra ſacrificia,)[18]pro holocauſtis veſtris, & pro cibarijs ſacrificijs veſtris, & pro libaminib⁹ veſtris, & pacificis veſtris.' Et narrauit Moſes filijs Iſrael omnia quæ præcepit Dominus Moſi.

CAP. XXX.

LOquutus eſt Moſes cum primoribus tribuū '[1]filiorum Iſrael' hiſce verbis, Hoc eſt verbū quod præcepit Dominus, '[2]Si vouerit' quiſpiā votū Domino, aut omnino iuramento aliquo '[3]animam ſuam' obſtrinxerit, is verbum ſuum [4]non infirmet, ſed quodcunque' egreſſum eſt ex ore eius, hoc faciet. ¶ Mulier verò ſi vouerit votum Domino, [5]obſtringendo ſe [6]in domo patris ſui, 'idque in adoleſcentia ſua, Si pater eius votū eius audiuerit, aut[7]vinculum eius quo' animam ſuam obſtrinxit, [8]illúdque diſſimularit, [9]rata' erūt omnia vota illius, ratúmque erit quidquid illud tandē ſit quo animam ſuā obſtrinxit. Quòd ſi pater eius[10]renuerit' illud eodem die, quo ipſe omnia vota eius, & vincula eius quibus animā ſuā obſtrinxit, audierit, non ratum erit, & Dominus [11]propitius erit ei, quòd pater illud renuerit.' Si verò [mulier] [12]marito [deſpōſa] fuerit, [13]quæ ſuper ſe vota aliqua habet, [14]aut quid incautius labijs

¶16 collectio. ſiue, retentio. i. ſolennitas. Feſtum ſic dicebatur, quòd retinerētur qui venerāt ad feſtū vſque ad diem octauum: vel q qui venerāt ad feſtum, prohiberentur operari.

¶17 iuxta normā. vl, ſecundū conſuetudinē.

¶18 in holocauſtis veſtris, in muneribus veſtris, & libaminibus veſtris, & ſacrificijs veſtris pacificis. i. quæ ſponte offeretis in holocauſtis &c. q. d. ſacrificia ordinaria non excludent extraordinaria.

XXX.

¶1 vl, de filijs Iſrael. Id eſt, p filijs Iſrael, hoc eſt, vt dicerent filijs Iſrael.

¶2 Cum vouerit ¶3 Id eſt, ſeipſum.

¶4 Heb. non polluet, iuxta omne quod &c. i. tenebitur præſtare quicquid verbo pollicitus fuerit.

¶5 obſtringendo ſe obligatione aliqua i. ſi iureiurando adhibito aliquid promiſerit. ¶6 Id eſt, quum adhuc eſt ſub cura patris.

¶7 ſiue, obligationē eius qua &c. ¶8 Heb. & tacuerit.

¶9 vl, ſtabilia

¶10 i: ritum fecerit

¶11 vl, parcet ei, quia irritauit illud pater eius. Id eſt, irritum declarauit quod promiſit. ¶12 Heb. viro fuerit. i. ſi nupſerit. ¶13 Heb. & vota eius ſuper ipſam. i. & vouere cœperit. ¶14 aut prolatio labiorum eius fuerit qua obligauerit animam ſuam: quo die &c. Id eſt, aut dixerit aliquid quo obligauerit fidem ſuam.

eius excidit, quo animam ſuam obſtrinxit, audieritque [hoc] maritus eius, & eodem die quo' audierit diſſimularit hoc tacẽdo:[15]vota eius rata erunt, ſed & obligationes eius, quibus animã ſuã obligauit, [16]firmabũtur.' Quòd ſi eodem die quo maritus eī[17]audierit, renuerit illud, [17]irritũque fecerit votum eius quod ſuper ſe habet, & id quod incautius labijs eius excidit, quo animam ſuã obligauit, propitius erit ei Dominus. [18]Votũ verò viduæ aut repudiatæ, quodcunque tandem illud fuerit quo animam ſuam obſtringit, ratum ſit ſuper eam.' Quòd ſi [19]familia alicui[20] vouerit, aut omnino animam ſuam iuramento obſtrinxerit, [10]Illéque audiẽs tacuerit,'nec illud prohibuerit, rata erunt omnia vota eius, deinde & omnes obligationes eius, quibus animam ſuã obſtrinxit, [21]firmabũtur. [22]Si verò paterfamilias plane [vota] iſta reſciderit, eo ſcilicet die quo audierit omne illud quod incautius labijs familiæ ſuæ exciderit, & vota eius, & obligationem animæ eius: haudquaquam firma erunt, paterfamilias irrita ea fecit, & Dominus propitius erit familiæ.'[Breuiter.] omne votum atq; omne iuramẽtum, quod obligat[13]vt affligatur anima,'hoc poteſt [14]paterfamilias'vel confirmare, vel irritũ facere.[15][Sic videlicet.] ſi omnino tacẽdo diſſimularit diebus aliquot paterfamilias, rata habet omnia vota familiæ: deinde & omnes obligationes eius quas habet ſuper ſe, quum ſcilicet tacuerit eodem die quo audiuit illud. Sin poſteaquã audiuerit, omnino irrita iſta facit, feret ipſe culpam familiæ. ¶Hæc ſunt ſtatuta quæ præcepit Dominus Moſi, inter maritũ & vxorem eius, atque inter patrem & filiam eius, quæ in puellari adhuc ætate eſt, [16][õ] in domo patris ſui.

CAP. XXXI.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Perſequere iniurias filiorum Iſrael de Madianitis, poſt hoc 'colligẽris ad populos tuos.' Loquut⁹ eſt igitur Moſes ad populum hiſce verbis,'Inſtruite viros è vobis ad prælium, qui pugnẽt aduerſus Madianitas, ſumãntque vltionem Domini de eis.'De ſingulis tribubus [deligantur] mille, [3]vt ex omnibus'tribubus Iſrael mittatis ad prælium.[4]Delecti ſunt itaque'ex ſingulis tribubus mille ex millibus Iſrael, duodecim videlicet millia inſtructi ad prælium. Miſit ergo Moſes eos ad præliũ, nẽpe ex ſingulis tribubus mille, eos inquã, & Pinhas filiũ Eleazari ſacerdotis,'vnà cũ vaſis ſanctuarij, [erántq;] tubæ quibus claſſicũ canitur, in manu eius.' Pugnarũt itaque cõtra Madianitas, quemadmodum præcepit Dominus Moſi, & trucidarunt omnem marem, Et reges quoque Madian interfecerunt[6]cũ vulneratis ſuis,'nẽpe Eui, Rexem, Zur, Hur atque Reba, quinq; reges Madian, & Bileã filiũ Beor trucidarunt gladio. Captiuas quoque duxerunt filij Iſrael mulieres Madian, atq; pubẽ eorũ, & cũcta iumẽta eorũ, omnia pecora eorũ, &[7]omnẽ ſubſtantiã'eorũ diripuerũt. Sed & cũctas vrbes eorũ[8]in quib⁹ fuerũt habitationes eorũ,' & arces eorũ exuſſerũt igne. Acceptis itaq; vniuerſis ſpolijs, & cũcta præda tã hominũ q̃ iumẽtorum, Abduxerũt[9]capti-

eius verbum egrediẽs animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddẽtque quodcũque promiſerat. Sin autẽ audiẽs ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbáq; quib⁹ obſtrinxerat animã ſuã: propitius erit ei Dominus. Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri cum ſe voto conſtrinxerit & iuramẽto. Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit ſponſioni, reddet quodcũque promiſerat. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea: quia maritus cõtradixit, & Dominus ei propitius erit. Si vouerit & iuramento ſe conſtrinxerit vt per ieiunium vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animã ſuam: in arbitrio viri erit ſiue faciat, ſiue non faciat. Quòd ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiã: quicquid vouerat atq; promiſerat, reddet: quia ſtatim vt audiuit, tacuit. Sin autem contradixerit poſtquã reſciuit, portabit ipſe iniquitatẽ eius. ¶Iſtæ ſunt leges quas conſtituit Dominus Moyſi inter virum & vxorem, inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate eſt, vel quæ manet in parentis domo.

C

D

Affligere animam.

CAP. XXXI.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis, & ſic colligẽris ad populum tuũ. Statimque Moyſes, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint vltionem Domini expetere de Madianitis. Mille viri de ſingulis tribubus eligantur ex Iſrael qui mittantur ad bellum. Dederũtque millenos de ſingulis tribubus, id eſt duodecim millia expeditorum ad pugnam. Quos miſit Moyſes cum Phinees filio Eleazari ſacerdotis, vaſaque ſancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. Cũque pugnaſſent cõtra Madianitas atque viciſſent, omnes mares occiderunt. & reges eorũ Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinq; principes gẽtis: Balaam quoq; filiũ Beor interfecerunt gladio. Ceperũtque mulieres eorũ & paruulos, omniáque pecora & cũctam ſupellectilẽ, quicquid habere potuerãt, depopulati ſunt. Tã vrbes, q̃ viculos & caſtella flamma cõſumpſit. Et tulerunt prædã, & vniuerſa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, Et adduxerũt

Madianitæ interficiunt. & vrbes ipſorũ cõburuntur.

ī.25.d.

Ioſue 13.c.

B

Balaam interficitur.

Prædam afferũt Iſraelitæ ad Moyſen & Aaron.

¶15 tunc vota eius &c.

¶16 ratæ erũt.

¶17 tunc reddet irritum votũ illius quod erat ſuper eã, & prolationẽ labiorum eius, quæ obſtrinxerat animã ſuã, & Domin⁹ propitius erit ei. i. tunc ſoluet, ſiue irritum declarabit votũ quo ipſa ſe obſtrinxerat. & promiſſũ quo ipſa obſtrinxerat fidem ſuã: parcẽtque illi Dominus. q.d. non peccabit ipſa, ſi nõ reddiderit vota illa. ¶18. i. Quãtum attinet ad votum viduarum & repudiatarum, hæc eſt ratio, Quicqd illud fuerit qđ ipſæ vouerint, tenebũtur reddere.

¶19 Heb. [in] domo viri ſui. i. viuẽte marito.

¶20 Heb. Et audierit vir eius, [ſub. mulieris,] & tacuerit. i. tacendo aſſenſus fuerit.

¶21 vl, ratæ erunt.

¶22 Heb. Quòd ſi irritando irritauerit ea vir eius eo die quo audierit illud: omnis egreſſio labiorum eius in votis eius, & in obligatione animæ eius, erunt infirma: vir eius diſſipauit illa: & cõdonabit illi Dominus. Id eſt, Si maritus declarauerit irrita quæ vxor vouerat, quicquid dixerit vouendo & obligando animã ſuã, irritum erit, quia maritus contradixit: neque peccauerit in Dominum, ſi non reddiderit vota illa. ¶23 vl, ad affligendam animam. Affligere animam, eſt caſtigationem aliquam aut abſtinentiam ſuſcipere. ¶24 vir eius. ſiue, maritus eius ¶25 Heb. Quòd ſi tacendo tacuerit vir eius de die in diem: [id eſt, differendo in aliam diem improbationem voti,] tunc ſtatuet omnia vota eius: & omnes obligationes eius quæ ſunt ſuper eã, ratas habebit: [.i. omnia promiſſa quæ illa promiſit, rata habebit:] quia tacuit die quo audiuit [.i. reſciuit] illud. Quòd ſi aliquot diebus poſteaquam audiuit, diſſipando diſſipauerit illa, [id eſt, declarauerit ſe non habere rata,] tunc feret iniquitatem eius. i. pœnas dabit pro illa, ſi ea fuerint irrita, nec præſtiterit illa vota mulier. Statuere vota, id eſt rata habere.
¶16 Id eſt, quando eſt in cura paterna. XXXI. ¶1 Id eſt, moriẽris. ¶2 Heb. Accingimini ex vobis aliqui ad pugnam, & ſint in Madianitas ad ponẽdum vindictam Domini in Madian. Hebraica phraſis, pro, vt impetum faciant in Madianitas, & vlciſcantur Dominum de Madianitis. ¶3 & ex omnibus &c. ¶4 Et tradentur ¶5 Heb. vaſáque ſancta, & tubæ clangoris erant in manu eius. Id eſt, habebat ſecum vaſa ſancta, id eſt tubas quibus clangere ſolebant in honorem Dei, quibus etiam ſignum dabatur in bello. Hebræi per vaſa etiã intelligunt arcam fœderis. ¶6 vl, cum occiſis eorum. Id eſt, vnà cum militibus eorum. q.d. vltra milites occiſos, occiſi ſunt etiam reges. ¶7 vl, cunctas opes ¶8 Heb. per habitationes eorum. i. quæ erant in locis habitabilibus.
¶9 Heb. captiuitatem. Id eſt, mulieres & paruulos captiuos.

ad Moyſen & Eleazarum ſacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael. reliqua autem vtenſilia portauerunt ad caſtra in campeſtribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. Egreſſi ſunt autem Moyſes & Eleazar ſacerdos, & omnes principes ſynagógæ in occurſum eorum extra caſtra. Iratúſque Moyſes principibus

C exercitus, tribunis & centurionibus qui venerat de bello, ait, Cur fœminas reſeruaſtis? Nōne iſtæ

*ſ.25.a.* ſunt quæ deceperunt filios Iſrael, ad ſuggeſtionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Dominum ſuper peccato Phogor, vnde & percuſ-

*Mulieres interficiuntur.* ſus eſt popul⁹? Ergo cunctos interficite quicquid eſt generis maſculini etiam in paruulis. & mulieres quæ nouerūt viros in coitu, iugulate: Puel-

*Virgines reſeruantur.* las autem & omnes fœminas virgines reſeruate vobis. Et manete extra caſtra ſeptem dieb⁹: qui occiderit hominem, vel occiſum tetigerit, luſtrabitur die tertio & ſeptimo. Et de omni præda, ſiue veſtimentū fuerit, ſiue vas, & aliquid in vtenſilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque ſacerdos ad

D viros exercitus, qui pugnauerant, ſic locutus eſt,

*Leui.6.d.11.e.* Hoc eſt præceptum legis quod mandauit Deus

*¶ Dominus* Moyſi, Aurum & argentū & æs & ferrum & plumbum & ſtannum, Et omne quod poteſt tranſire

*Ignis.* per flammas, igne purgabitur. quicquid autem

*Aqua.* ignem non poteſt ſuſtinere, aqua expiationis ſanctificabitur. Et lauabitis veſtimēta veſtra die ſeptimo, & purificati poſtea caſtra intrabitis.

*¶ Tolle* ¶ Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Tollite

*Præda ex æquo diuiditur omnib⁹.* ſummā eorū quæ capta ſunt, ab homine vſque ad pecus, tu & Eleazar ſacerdos & omnes principes vulgi: diuidéſque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerūt, egreſſique ſunt ab bellum, & inter omnem reliquam multitudiné. Et ſeparabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & aſinis

E & ouibus, & dabis eam Eleazaro ſacerdoti, quia primitiæ Domini ſunt. Ex media quoque parte filiorum Iſrael accipies quinquageſimum caput hominū & boum & aſinorū & ouiū, cunctorūq; animantiū: & dabis ea Leuitis, qui excubant in

*Numer⁹ prædæ.* cuſtodijs tabernaculi Domini. ¶ Fecerūntq; Moyſes & Eleazar, ſicut præceperat Dominus. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ouiū ſexcenta ſeptuagintaquinque millia, boum ſeptuagintaduo millia, aſinorum ſexaginta millia & mille: Animæ hominum ſexus fœminei, quæ nō cognouerant viros, trigintaduo millia. Dataque eſt media pars his qui in prælio fuerant, ouium trecenta trigintaſeptem millia quingéta. E qui-

F bus in partē Domini ſupputatæ ſunt oues ſexcentæ ſeptuagintaquinque. Et de bobus trigintaſex millibus, boues ſeptuaginta & duo: De aſinis triginta millibus quingentis, aſini ſexagintavnus. De animabus hominū ſedecim millib⁹, ceſſerunt in partē Domini trigintaduæ animæ. Tradiditq; Moyſes numerū primitiarū Domini

nos, prædam & ſpolia ad Moſen & ad Eleazarū ſacerdotem, & ad multitudinem filiorum Iſrael in caſtra quæ erant in campis Moab iuxta [10] Iordanem [ē regione] Iericho. Egreſſi ſunt itaque Moſes & Eleazar ſacerdos atq; omnes principes multitudinis extra caſtra illis obuiam. Et Moſes iratus eſt contra præfectos exercitus, nempe contra tribunos, & centuriones qui venerant [11] è prælio belli. Dixitque ad eos Moſes, [12] Omnes fœminas vos viuas ſeruaſtis? En iſtæ [13] fuerunt filijs Iſrael, [14] iuxta conſilium Bileam, [15] occaſio, vt præuaricarentur aduerſus Dominum in negotio Peor, vt fieret clades in cœtu Domini. Interficite igitur omnem marem è pube, interficite quoque omnem fœminam quæ virum concubitu experta eſt. [16] Ex pube autem quæcunque puellæ viri concubitum expertæ non ſunt, ſeruetur vobis viuæ. Vos verò manete extra caſtra ſeptem diebus: quicunque animam interfecit, & qui tetigerit cadauer, purificetur die tertio, & ſeptimo, tā vos quàm captiui veſtri. Omnis quoque veſtis, & quicquid eſt pelliceum, omne quoque opus ex pellib⁹ caprinis, & omne vas ligneū [17] expiabitis. Et ait Eleazar ſacerdos ad viros [18] exercitus qui ad prælium profecti erant, Hoc eſt [19] decretum legis, quod præcepit Dominus Moſi, Veruntamen aurum, argentum, æs, ferrū, ſtannum & plumbum, Quicquid denique [20] ignem fert, per ignem traducatis, vt mundetur, [21] veruntamen in aquis ſparſorijs expietur. [22] quidquid verò ignem nō fert, traducatis per aquas. Eluetis inſuper veſtimenta veſtra ſeptimo die, & mūdabimini, & tum demum in caſtra ingrediemini. ¶ Ait verò Dominus ad Moſen in hæc verba, [23] Age cenſum captæ prædæ tam in hominibus quàm in iumētis. tu & Eleazar ſacerdos, & [24] præcipui patres multitudinis. & diuide prædam inter eos qui in præliū profecti bellum geſſerunt, & inter totam multitudinem. [25] Leuando autem tolles Domino portionem de militibus qui profecti ſunt in prælium, nempe animam vnam ex quingenteſima quaque, tā in hominibus quàm in armētis, aſinis & gregib⁹. Tolletiſque de portione eorū, vt des Eleazaro ſacerdoti [26] thruma Domino. De portione verò dimidia filiorum Iſrael accipies portionem vnam de quinquageſimo quoque, tam ex hominibus quàm ex armētis, aſinis, gregibus, & cunctis iumentis, & dabis illa Leuitis, [27] qui obſeruāt cuſtodias tabernaculi Domini. ¶ Fecitque Moſes & Eleazar ſacerdos quemadmodū præceperat Domin⁹ Moſi. Fuitq; præda [28] [talis,] præterquā quod diripuit popul⁹ exercitus, ouiū ſexcēta millia, & ſeptuagintaquinq; millia: Boū ſeptuagintaduo millia: Aſinorū, vnū & ſexaginta millia: Animæ autē humanæ ex mulieribus quæ viros concubitu expertę non erāt, omnium inquam animarū trigintaduo millia. Dimidia pars verò eorū qui in bellū profecti erāt in numero ouium trecenta millia & trigintaſeptē millia, & quingēta. Portio verò Domini de ouib⁹ illis, ſexcentæ & ſeptuagintaquinq;. Porrò boū trigintaſex millia, & portio de illis Domino ſeptuagintaduo. Aſinorū triginta millia quingēti, de quib⁹ portio Domini ſexagintavn⁹. Animarū verò humanarū ſedecim millia, de quibus portio Domini erat trigintaduæ animæ. Dedit ergo Moſes [29] portionē thruma Domini,

¶10 Heb. Iordanem Iericho. i. qua parte non procul abeſt à Iericho.
¶11 Hebraiſm⁹, pro, à prælio illo ſuſcepto contra Madianitas.
¶12 Heb. Nōnne viuificaſtis omnes mulieres? id eſt, Debueratiſne alicui mulieri parcere? q.d. nō.
¶13 Id eſt, fecerunt filijs Iſrael ſui corporis poteſtatē. Similis modus loquendi legitur capite præcedenti, Si erit viro. pro quo interpres vetus tranſtulit, Si maritum habuerit. Alij vertunt, fuerūt filijs Iſrael ad tradendum. Id eſt, fuerunt in cauſa cur in idololatriā inciderint.
¶14 Heb. per verbū Balaam. Id eſt conſilio Balaam.
¶15 Heb. vt darent præuaricationem in Dominum in negotio Phogor, vnde orta eſt illa plaga in congregatione Domini. Id eſt, vt præuaricaremini in Dominū adorando idolū Phogor: propter quod vos qui eſtis cōgregatio Domini, afflicti fuiſtis.
¶16 Heb. Et omnes paruulæ inter mulieres quæ nō cognouerint concubitum maris.
¶17 vl, purificabitis.
¶18 Heb. pugnæ. i. ad milites.
¶19 vl, ſtatutum legis. Id eſt, ſcriptum in lege.
¶20 vl, vim ignis ſuſtinere poteſt. Vt ſunt metalla, quæ impuritatem contrahunt.
¶21 vl potius, ea tamen lege, vt prius aqua luſtratoria purificetur. ſubaudi, quod tranſeat per ignem.
¶22 Id eſt, quicquid ſolet de-uri, & igni abſumi: ſiue quod vim ignis ſuſtinere non poteſt.
¶23 Cape ſummam. ſiue, numerum capitalem
¶24 Heb. capita auorum. vl, principes patrum.
¶25 Tolles præterea cenſum [ſeu, vectigal] quod offeres Domino
¶26 oblationem
¶27 Id eſt, qui magno ſtudio curant tabernaculum.
¶28 Heb. reſiduum prædæ quam prædati fuerant populus bellator. Per appoſitionem dictum, pro, Fuitque præda reſidua de præda quā milites diripuerant.
¶29 vl, partem Domino conſecratam. ſubaudi, ex præda.

Eleazaro ſacerdoti, quẽadmodũ præceperat Dominus Moſi. [10]Porrò dimidia pars filiorum Iſrael, quã ſegregauerat Moſes de militib⁹, dimidia ſcilicet pars multitudinis habuit ouiũ trecẽta millia, & trigintaſeptẽ millia & quingẽta, Boum trigintaſex millia, aſinorũ triginta millia quingẽta. Animarũ verò hominũ ſedecim millia. De iſta dimidia parte filiorũ Iſrael accepit Moſes portionẽ vnã de quinquageſimo quoq; tã ex hominibus quàm ex iumẽtis, & dedit eam Leuitis, qui [11]obſeruabãt cuſtodiã tabernaculi Domini quẽadmodũ præceperat Dominus Moſi. ¶Accedẽtes autẽ ad Moſen [12]hi qui præfecti erãt ſup millia exercit⁹, nẽpe tribuni & cẽturiones. Dixerũt ad Moſen. Serui tui [13]egerũt cẽſum militũ qui ſunt ſub manu noſtra, nec deſyderatur ex eis ne vn⁹ quidẽ. Offerim⁹ itaque [14]donũ Domino, quod quiſq; adquiſiuit ornamentorũ aureorũ, tibialia, armillas, annulos, inaures, & torques, vt expiem⁹ animas noſtras corã Domino. Accepit itaq; Moſes & Eleazar ſacerdos aurũ iſtud ab eis, [15]ornamẽtaq; omnia ex eo facta. [16]Vniuerſũ autem auri, quod therumã Domino ſepararũt à tribunis & cẽturionibus, ſedecim mille, ſeptingẽti, & quinquaginta ſicli. [17]Militũ autẽ qui fuerant in exercitu rapuerat quiſq; p ſe. Accipiẽs igitur Moſes & Eleazar ſacerdos aurũ à tribunis & cẽturionib⁹, intulit illud in tentoriũ [18]conſtitutionis in monumẽtũ filiis Iſrael corã Domino. CAP. XXXII.

PORRÒ filiis Rubẽ fuerũt [1]pecora multa, & filiis Gad copia admodũ multa, qui viderũt terrã Iazer atq; terrã Gilead, & en loc⁹ cõmod⁹ pecori. Venerũt ergo filii Rubẽ, & filii Gad, dixerũtq; ad Moſen, & ad Eleazarũ ſacerdotẽ, atq; ad pricipes multitudinis, Ataroth, & Dibon, Iahzer, & Nimrath, Heſbon, & Eleale, Sebã, Nebo, & Beon, Regio ſcilicet, quã percuſſit Domin⁹ ante cœtũ Iſraelis, regio eſt cõmoda pecorib⁹, & ſerui tui habẽt pecora. Et addiderũt, [2]Si impetramus fauorẽ corã te, detur regio iſta ſeruis tuis vt eã poſſideãt, neque ducas nos vltra Iordanẽ. Reſpõdit autẽ Moſes filiis Gad, & filiis Rubẽ, Nũ ergo fratres veſtri ad pugnã ibunt, & vos hîc ſedebitis? Cur [3]retrahitis cor filiorũ Iſrael, quo minus trãſeãt in terrã quã dedit eis Dominus? Sic quoque fecerũt patres veſtri, quũ mitterem eos ex Cades-barnea vt perluſtrarẽt terrã iſtã. Aſcenderũt enim vſq; ad Torrẽtẽ-eſchol luſtrãtes terrã ſed [4]retraxerũt cor filiorũ Iſrael, [5]vt renuerẽt igredi terrã quã dedit eis Domin⁹. Et exarſit ira Domini eodẽ die, ita vt iuraret hiſce verbis. Nõ videbũt viri illi qui aſcẽderũt ex Ægypto, ab eo qui viginti natus eſt ãnos & ſuprà, terrã quã iuraui Abrahamo, Iſaac & Iacob, eo quòd [6]nõ perfecerũt poſt me, præter Caleb filiũ Iephunę Kenizęũ, & Iehoſua filiũ Nun: [7]nã hi pfecte ſequuti ſũt Dominũ. Et exarſit ira Domini aduerſũ Iſrael, [8]ita vt circũduceret eos in deſerto ãnis quadraginta, donec cõſumeretur [9]totũ hoc ſeculũ quod peccauerat corã Domino. Et en [10]vos loco patrũ veſtrorũ ſurrexiſtis, [11]additamẽtũ ſcilicet hominũ peccatorũ, vt adderetis amplius ad furorẽ Domini aduerſus Iſraelem. Si poſt eũ auerſi fueritis, permittet vt hi quoq; diutius in deſerto maneãt, ſicque totũ populũ iſtũ perdetis. Et accedẽtes ad eũ dixerũt, Septa ouium extruemus hîc pecoribus noſtris, & oppida pro

Eleazaro ſacerdoti, ſicut fuerat ei imperatum, ex media parte filiorum Iſrael, quam ſeparauerat his qui in prælio fuerant. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id eſt de ouibus trecentis trigintaſeptem millibus quingentis, Et de bobus trigintaſex millibus, & de aſinis triginta millibus quingentis, Et de hominibus ſedecim millibus, Tulit Moyſes quinquageſimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, ſicut præceperat Dominus. G ¶Cúmq; acceſſiſſent principes exercitus ad Moyſen, & tribuni, centurionéſque, dixerũt, Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorũ, quos habuimus ſub manu noſtra: & ne vnus quidem defuit. Ob hãc cauſam offerimus in donariis Domini ſinguli quod in præda auri potuimus inuenire, periſcelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum. Suſceperúntque Moyſes & Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis ſpeciebus, pondo ſedecim millia ſeptingentos quinquaginta ſiclos, à tribunis & centurionibus. Vnuſquiſque enim quod in præda rapuerat, ſuum erat. Et ſuſceptũ intulerũt in tabernaculũ teſtimonii, in monimentũ filiorũ Iſrael corã Domino. CAP. XXXII.

FILII autẽ Ruben & Gad habebãt pecora multa, & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia. Cúmque vidiſſent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerũt ad Moyſen & ad Eleazarum ſacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt, Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Heſebõ, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon, Terra quam percuſſit Dominus in cõſpectu filiorũ Iſrael, regionis uberrimæ eſt ad paſtũ animaliũ: & nos ſerui tui habem⁹ iumẽta plurima: Precamúrq; ſi inuenimus gratiã corã te, vt des nobis famulis tuis eã in poſſeſſionem, nec facias nos trãſire Iordanẽ. B Quib⁹ reſpõdit Moyſes, Nũquid fratres veſtri ibũt ad pugnã, & vos hîc ſedebitis? Cur ſubuertitis mẽtes filiorum Iſrael, ne trãſire audeãt in locũ quẽ eis daturus eſt Dominus? Nónne ita egerũt patres veſtri, quãdo miſi de Cadeſ-barne ad explorandã Terrã? ¶Cúmq; veniſſent vſque ad Vallem-botri, luſtrata omni regione, ſubuerterunt cor filiorum Iſrael, vt nõ intrarent fines quos eis Dominus dedit. Qui iratus iurauit, dicens, ¶Si videbunt homines iſti qui aſcẽderunt ex Ægypto à viginti annis & ſuprà, Terram quam ſub iuramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Iacob: & noluerunt ſequi me, præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Ioſue filium Nun: iſti impleuerunt voluntatem meam. C Iratúſque Dominus aduerſum Iſrael, circunduxit eum per deſertum quadraginta annis, donec cõſumeretur vniuerſa generatio quæ fecerat malum in conſpectu eius. Et ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Iſrael. Quòd ſi nolueritis ſequi eũ, in ſolitudine populum derelinquet, & vos cauſa eritis necis omnium. At illi propè accedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & ſtabula iumẽtorũ, paruulis quoq; noſtris vrbes munitas:

Gratiarũ actio à filiis Iſrael, quòd ex eis nullus in bello cecidiſſet.

Rubẽ & Gad, & dimidia trib⁹ Manaſſe petũt ſibi dari poſſeſſionẽ trans Iordanem ad Orientem.

Rubenitæ & Gaditæ corripiũtur à Moyſe, q periculis ſe nolint obiicere cum fratribus.

ſ.13.c.

ſ.14.c.

Rubenitæ & Gaditæ pmittunt ſe reducturos fratres in Terrã pmiſſionis.

¶10 De media verò parte eorũ quæ acceperũt filii Iſrael, qui partiẽdo accepit Moſes ab hominibus qui pugnauerãt, fuit autẽ media pars quã accepit cõgregatio, de ouibus, trecenta trigintaſeptẽ millia quingẽta. Et de bobus triginta ſex millia, & de aſinis triginta millia quingẽta, Et de hominib⁹ ſedecim millia. Tulit inquã Moſes de media iſta parte filiorũ Iſrael vnum de quinquaginta, ex hominibus & ex iumẽtis, & dedit &c. ¶11 i. ſtudioſiſſime curabãt negotia tabernaculi. ¶12 Heb principes milliũ militiæ, ad Moſen, tribuni &c. i. q præerãt exercitui numeroſo filiorũ Iſrael. ¶13 tulerũt numerũ. vl, recenſuerũt ſummã capitalem. ¶14 He. oblationẽ Domino, vnuſquiſq; quod inuenit, vaſa aurea, brachiola, & armillas, annulos, inaures, & ſubligacula mulierũ: ad expiandas &c. ¶15 Hebr. omne vas operis. i. omnia vaſa affabre facta. ¶16 Hebr. Fuit igitur omne aurum oblationis quod obtulerũt Domino tribuni & centuriones. ¶17 Milites diripuerũt quiſque ſibi. i. quod prædati ſunt, retinuerunt ſibi, neque dederunt centurionibus ſuis. ¶18 fœderis. Vel, conuentus

XXXII. ¶1 vl, peculiũ admodũ grande quod conſtabat pecorib⁹. ¶2 Heb. Si inuenimus gratiã in oculis tuis, ¶3 Heb. frãgitis cor. vl, animũ &c. i. Cur deterretis filios Iſrael? ¶4 Heb. fregerũt cor. Vel, animos ¶5 ita vt nõ auderẽt ingredi &c. ¶6 nõ impleuerũt [ſub. voluntatẽ meã] ſequendo me. ¶7 iſti enim impleuerũt [ſub. voluntatẽ meã] ſequendo Dominũ. i. me. Hebraiſmus. ¶8 Heb. & vagari fecit eos ¶9 Heb. tota generatio illa quæ fecerat malum in oculis Domini. ¶10 i. ſucceſſiſtis patribus veſtris. ¶11 Heb. proles hominũ improborum, ad augendam adhuc indignationem furoris Domini contra Iſraelem. Quòd ſi reuertamini de poſt eum, [ſ. i. deſieritis ſequi eum,] addet adhuc illum deſerere in deſerto, &c. i. rurſum deſeret Iſraelem, & eritis cauſa necis totius huius populi.

D nos autē ipſi armati & accincti pergem⁹ ad prælium ante filios Iſrael, donec introducamus eos ad loca ſua. Paruuli noſtri & quicquid habere poſſumus, erūt in vrbibus *muratis propter habitatorū inſidias.

¶* munitis,

Nō reuertemur in domos noſtras, vſque dū poſſideāt filij Iſrael hæreditatē ſuā: nec quicquā quæremus trans Iordanem, quia iā habemus noſtrā poſſeſſionem in Oriētali eius plaga. Quibus Moyſes ait, Si facitis quod promittitis, expediti pergite corā Domino ad pugnam: & omnis vir bellator armatus Iordanē trāſeat, donec ſubuertat Domin⁹ inimicos ſuos, & ſubijciatur ei o-

Ioſ.1.a.

E mnis Terra: tūc eritis inculpabiles apud Dominū & apud Iſrael, & obtinebitis regiones quas vultis corā Domino. Sin autē quod dicitis nō feceritis, nulli dubiū eſt quin peccetis in Deū: & ſcitote quoniā peccatū veſtrū apprehendet vos. AEdificate ergo vrbes paruulis veſtris, & caulas & ſtabula ouibus ac iumētis: & quod polliciti eſtis implete. Dixerūntque filij Gad & Rubē ad Moyſen, Serui tui ſumus, faciemus quod iubet dominus noſter. Paruulos noſtros & mulieres, & pecora, ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad: nos autē famuli tui omnes expediti pergemus ad bellū, ſicut tu domine loqueris. Præcepit ergo Moyſes Eleazaro ſacerdoti, & Ioſue filio Nun, & prin-

Ioſ.4.c.

¶* per

F cipibus familiarū *tribus Iſrael, & dixit ad eos, Si trāſierint filij Gad, & filij Rubē vobiſcū Iordanē omnes armati ad bellū corā Domino, & vobis fuerit Terra ſubiecta: date eis Galaad in poſſeſſionē. Sin autē noluerint tranſire armati vobiſcū in Terram-Chanáan, inter vos habitādi accipiāt loca. Reſpōderūntq; filij Gad, & filij Rubē, Sicut locutus eſt domin⁹ *ſeruis ſuis, ita faciemus: ipſi armati pergem⁹ corā Domino in Terrā-Chanáan, & poſſeſſionem iā ſuſcepiſſe nos cōfitemur trans Iordanem.

¶* tuis,

Rubenitis & Gaditis dat' poſſeſſio trās Iordanē ad Oriētem. Ioſue 12.b.13.a.deut.3.b.

Dedit itaq; Moyſes filijs Gad & Rubē, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph regnū Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, & terram eorū cū vrbibus ſuis per circuitū. Igitur extruxerūt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sopham, & Iazer, & Iegbaa, & Beth-nemra, & Beth-aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus ſuis. Filij verò Rubē ædificauerunt Heſebō, & Eleale, & Cariathāim, & Nabo, & Baalmeon verſis nominibus, Sabama quoque, imponētes vocabula vrbibus quas extruxerāt.

Gen.50.d.
Amorrhæus occiditur.
Manaſſe poſſeſſ. deut.3.b.
Iair poſſ.
Nobe poſſ.

Porrò filij Machir, filij Manaſſe perrexerūt in Galaad, & vaſtauerūt eā interfecto Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyſes Terrā-Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitauit in ea. Iair autē filius Manaſſe abijt, & occupauit vicos ei⁹, quos appellauit Hauoth-Iair, id eſt Villas-Iair. Nobe quoque perrexit, & apprehēdit Canath cū viculis ſuis: vocauitque eā ex nomine ſuo Nobe. C. XXXIII.

Numerantur 42 mānſiones filiorū Iſrael
Exod.12.f.

HAE ſunt manſiones filiorū Iſrael, qui egreſſi ſunt de AEgypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron, quas deſcripſit Moyſes iuxta caſtrorū loca, quæ Domini iuſſione mutabāt. Profecti igitur de Rameſſe mēſe primo, quintadecima die menſis primi, altera die Phaſe, filij Iſrael in manu excelſa, videntibus cunctis AEgyptijs (& ſepelientibus primogenitos quos percuſſerat Dominus: nam & in dijs eorum exercuerat vltionem) caſtrametati ſunt in Socoth.

pube noſtra: nos autē armati feſtinabimus ante filios Iſrael, donec introduxerimus eos in locum ſuū: pubes verò noſtra manebit in oppidis munitis, [12]vt tuti ſint ab habitatorib⁹ terræ. Nō reuertemur ad domos noſtras, donec quiſque ex filijs Iſrael occupet ſuā hæreditatē. Nā nos nulli recipiemus hæreditatē cū eis trans Iordanē & vltra: quandoquidē ad nos peruenit hæreditas noſtra cis Iordanē ad Orientē ſolē. Moſes ergo dixit ad eos, Si rē iſtā feceritis, [13]vt proficiſcamini antepilani corā Domino in bellū, trāſieritq; quiſq; ex vobis armis inſtructus Iordanē [14]corā Domino, tātiſper dum ipſe expulerit hoſtes ſuos ante ſe, Terráque ſubacta fuerit corā Domino: tū tādem reuerti poteſtis, eritiſque [15]innoxij apud Dominū & apud Iſraelem, [16]eritque terra iſta in poſſeſſionē vobis [17]corā Domino. Si verò nō ſic feceritis, en [18]peccaſtis in Dominū, [19]& intelligetis peccatū veſtrū quū apprehenderit vos. Extruite vobis oppida pubi veſtræ, & ſepta gregibus veſtris, quódque ex ore veſtro prodijt, facite. Reſpōderūt ergo Gaditæ & Rubenitæ Moſi, [20]& dixerūt, Serui tui facient quēadmodū dominus meus iubet. Pubes noſtra, vxores noſtræ, pecora noſtra, & cūcta iumēta noſtra manebunt hic in vrbibus Gilead. Serui autē tui trāſibunt omnes armati ad pugnā ac bellū [21]corā Domino, quēadmodum dominus meus loquitur. Et præcepit eis Moſes, nēpe Eleazaro ſacerdoti, Iehoſua filio Nū, & præcipuis patribus tribuū filiorum Iſrael. Dixitque Moſes ad eos, Si trāſierint filij Gad & filij Rubē vobiſcum Iordanē, omnes ſcilicet ad bellum accincti [21]corā Domino, vt terra corā vobis ſubijciatur, dabitis eis terrā Gilead in poſſeſſionē. Si verò nō trāſierint vobiſcū armati, capiēt hæreditatem in medio veſtri in terra Chanaan. Et reſpōderunt filij Gad & filij Ruben in hūc modū, Quod loquutus eſt dominus ſeruis ſuis, ſic faciemus. Trāſibimus armati corā Domino in terrā Chanaan, [22]vt nobis maneat poſſeſſio hæreditatis noſtræ cis Iordanē. Dedit itaq; illis Moſes, ſcilicet Gaditis, Rubenitis, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph, regnū Sihonis regis Amorrhæorū, & regnū Og regis Baſan, terrā cū ciuitatibus eius [23]in finibus, & ciuitates iſtius terræ circūquaque. Et ædificarūt filij Gad, Dibō & Ataroth atq; Aroer. Itē Atroth, Sophan, Iahzer, Iogbeha, Bethnimra, & Betharā ciuitates munitas, & ſepta gregū. Filij verò Rubē extruxerūt Heſbon, Elcale, Kiriathaim, Nebo & Baalmeon, mutātes nomē, & Sibma, & [24]vocarunt nominibus nomina vrbiū quas [25]extruxerāt. Et abeūtes filij Machir filij Manaſſe in Gilead, ceperūt eā, expellētes Amorrhæū qui in ea habitabat. Deditque Moſes Gilead ipſi Machir filio Manaſſe, & habitauit in ea. Iair verò fili⁹ Manaſſe abijt, & cepit viculos eorū, vocauitq; eos Hauoth-Iair. Nobah quoq; abijt, & cepit Kenath & viculos ei⁹, vocauitq; eā Nobah ex nomine ſuo. XXXIII.

IStæ ſunt profectiones filiorū Iſrael, qui egreſſi ſunt de terra AEgypti [1]iuxta copias ſuas [2]ſub manu Moſis & Aharonis. Et [3]ſcripſit Moſes egreſſus eorúmque profectiones iuxta os Domini. Et ſunt iſtæ profectiones eorū iuxta egreſſus eorū. Profecti itaque ſunt de Raemſes in [4]primo mēſe quintadecima die primi mēſis, [5]poſtridie Paſah egreſſi ſunt filij Iſrael [6]manu excelſa, corā oculis cūctorū AEgyptiorū, [7]Quū AEgyptij ſepelirent eos quos percuſſerat Domin⁹ in eis, nēpe omnia primogenita, & in dijs eorū ediderat iudicia Domin⁹. Soluētes itaq; filij Iſrael de Raemſes, caſtra fixe-

¶12 Heb. ꝑpter incolas terræ. i. ꝑpter inſidias incolarum. ¶13 vt armemini ante Dominū ad bellū. i. vt accingamini armis āte arcā Domini. Dominus ꝑ arca Domini, per intellectionem. ¶14. i. ante arcam Domini. ¶15 iculpabiles ¶16 q.d. hac lege terrā hanc poſſidebitis. ¶17. i. Deo aſpirāte. ¶18 præteritū pro futuro. ¶19 & cognoſcite peccatū veſtrū quod inueniet vos. i. perpēdite quale ſit futurum peccatum, pro quo dabitis pœnas. ¶20 Heb. Et dixit vnus è filijs Gad & filijs Rubē, ¶21. i. āte arcā Domini. ¶22 vl, cū tā apud nos ſit poſſeſſio hæreditatis noſtræ citra Iordanē. Aut, quāuis hæreditatē accepe rimus citra Iordanē. Alij vertūt, vt in poteſtate noſtra maneat hæreditas quā apprehēdimus citra Iordanē. Terra Galaad, iis q erāt in ipſa terra Galaad, erat citra Iordanē: iis aūt qui in Ieruſalē, vltra Iordanē. ¶23 ſecūdū terminos, & vrbes regionis per circuitū. Hoc eſt, Dedit eis terrā eorū cū vrbib⁹ eorū, vt erat terminis circūſcripta. i. Dedit eis vrbes regionis per circuitum. ¶24 Hebraiſm⁹, p. ididerūt noia vrbib⁹ à ſe extructis. ¶25 vl, inſtaurauerāt.

XXXIII. ¶1 vl, turmatim ¶2. i. duce Moſe & Aharone. Hebraiſm⁹. ¶3. i. deſcripſit quib⁹ è locis egreſſi, ad quæ loca peruenerint, iuſſu Domini. Hæc ſūt inquā loca è quibus egreſſi ſunt, & ad quæ peruenerūt. ¶4 Hic, mēſis primus, dicitur Hebræis Niſan, nobis Martius. ¶5. i poſtera die quàm immolatus fuerat agnus paſchalis, profecti ſunt. ¶6. i. diuina virtute, nō humana. ¶7 Interim autē AEgyptij ſepeliebāt quos percuſſerat Dominus inter illos: percuſſerat autem omnia primogenita, & in idolis eorum exercuerat iudicia Dominus. Egreſſi ſunt, inquam, filij Iſrael de Raemſes, & caſtra &c.

¶8 Nomen vr-
bis vel loci, à
quo denomina
tum eſt deſertũ
Etham.
¶9 Migdol.

¶10 ad lit° ma-
ris Rubei.
¶11 Hoc loco He
braice per ſa-
mech ſcribitur
Sin, ס.

¶12 Hebraice
ſcribitur per Sa
di, צ.
¶13.i.iubẽte Do-
mino.
¶14 ſub.eiuſdẽ.
¶15 vl,de Iieſa-
bari.] ¶16.i.qua
parte vergit ad
Ierichontẽ vel,
qua parte alluit
Ierichontem.
¶17 Heb. Expel
letis inquã in-
colas ei° regio-
nis,& habitabi-
tis in ea. ego e-
nim &c.
¶18 vl, nomine
familiarum &
cognationũ ve
ſtrarum:
¶19 Heb. multo
multiplicabitis
hæreditatẽ ei°,
& pauco dimi-
nuetis hæredi-
tatem eius.i.
pluribus dabi-
tis ampliorem
hæreditatem,&
paucioribꝰ mi-
norẽ aſſignabi-
tis portionem.

runt in Sucoth. Et profecti de Sucoth, mouerunt
caſtra in Etham,' quæ eſt in extremitate deſerti.
Et de Etham profecti, reflectũt ad Pi-hahiroth
quæ eſt e regione Baal-zephon, poſuerũtque ca
ſtra ante turrim.' Et proficiſcentes de Hahiroth,
tranſierunt per medium maris in deſertum: &
euntes iter trium dierum in deſerto Etham, ca-
ſtrametati ſunt in Mara. Soluentes verò de Ma-
ra, venerunt in Helim. Porrò in Helim fuerunt
duodecim fontes aquarũ,& ſeptuaginta palmæ,
& ibi caſtra fixerunt. & profecti ex Elim, caſtra-
metati ſũt ad mare carectoſum.' Soluẽtes autẽ
à mari carectoſo, caſtra fixerũt in deſerto "Sin.'
De "Sin' profecti, caſtrametati ſunt in Daphca. Et
proficiſcentes de Daphca, poſuerũt caſtra in A-
lus. De Alus autem profecti, caſtrametati ſunt in
Raphidim, vbi nulla fuit aqua vt populus bibe-
ret. Proficiſcentes autem ex Raphidim, caſtrame
tati ſunt in deſerto Sinai. De deſerto Sinai ſol-
uerunt, & caſtra fixerunt in Kibroth-hataafa. Et
proficiſcentes de Kibroth-hataafa, caſtra poſue-
runt in Hazeroth. Proficiſcentes de Hazeroth, ca
ſtra poſuerunt in Rithma. Et de Rithma proficiſ
centes, caſtrametati ſunt in Rimon-paretz. Profe
cti de Rimon-paretz, caſtrametati ſunt in Libna.
De Libna profecti, caſtrametati ſunt in Riſſa. De
Riſſa ſoluentes, caſtra fixerunt in Kehelatha. Pro
fecti autẽ de Kehelatha, caſtrametati ſunt in mõ
te Sepher. Et proficiſcentes de monte Sepher, ca-
ſtra fixerunt in Harada. Et proficiſcẽtes de Hara
da, caſtra fixerũt in Maxheloth. Profecti de Ma-
xheloth, caſtrametati ſunt in Thahath. Et profi-
ciſcentes de Thahath, caſtra fixerũt in Thara. De
Thara ſoluerunt, & caſtra mouerunt in Mithca.
Proficiſcẽtes de Mithca, caſtrametati ſunt in Haſ
mona. Et profecti de Haſmona, caſtra fixerũt in
Moſeroth. De Moſeroth ꝓfecti, caſtrametati ſunt
in Bene-iaacon. Et ſoluentes de Bene-iaacon, ca-
ſtra fixerunt in Hor-gidgad. Profectiq; de Hor-
gidgad, caſtra fixerunt in Iatbatha. De Iatbatha
ſoluentes, caſtrametati ſunt in Abrona. Profi-
ciſcentes de Abrona, caſtra fixerunt in Ezion-ga
ber. Et proficiſcentes de Ezion-gaber, caſtrameta
ti ſunt in deſerto "Zin,' quæ eſt Cades. De Cades
ſoluentes, caſtra poſuerunt in monte Hor, qui eſt
in finibus terræ Edom In quẽ montẽ Hor Aharõ
aſcenderat "iuxta os Domini,' ibique mortuus e-
rat, anno quadrageſimo exitus filiorũ Iſrael de
terra Aegypti, in mẽſe quinto, primo die' mẽn-
ſis.' Eratq; Aharon natus centũ & vigintitres an
nos, quum moreretur in monte Hor. Et audiuit
Chananæus rex Arad, qui habitabat verſus Meri
diem in terra Chanaan, aduentum filiorum Iſra
el. Et profecti ſunt de monte Hor, caſtrametati-
que ſunt in Zalmona. De Zalmona profecti ſunt,
& fixerunt caſtra in Phunon. De Phunon profe-
cti, caſtra fixerunt in Oboth. De Oboth ſoluen-
tes, caſtrametati ſunt in Iie-abarim, in termino
Moab. Profecti 'de Iim,' caſtrametati ſunt in Di
bon-gad. Et profecti de Dibon gad, caſtra fixe-
runt in Almon-diblataim. Soluentes autem de
Almon-diblataim, caſtrametati ſunt in monti-
bus Abarim coram Nebo. Et proficiſcentes de
montibus Abarim, caſtrametati ſunt in campis
Moabiticis "ad Iordanem Iericho.' Poſuerũt au-
tem caſtra ad Iordanem à Beth-ieſimoth vſque
ad Abel-ſitim in cãpis Moabiticis. Porrò in cãpis
Moabiticis ad Iordanẽ ſcilicet Iericho, loquutus
eſt Dominꝰ ad Moſen in hanc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quandoquidẽ iã Ior-
dane trãſmiſſo, terram Chanaan introibitis, expelletis omnes habitatores regionis illius ante vos, &
perdetis omnia ſimulachra eorũ, & omnes fuſiles imagines eorũ cõfringetis, & omnia excelſa eorũ
diruetis. Accepta autẽ terra in hæreditatẽ, "habitabitis in ea: nã ego' dedi vobis illã terrã, vt eã poſſi
deatis. Diſtribuetis autẽ terrã in hæreditatẽ, ſorte "ſecũdũ familias veſtras. "quorũ multi ſũt, ijs

Et de Socoth venerunt in Etham, quæ eſt in ex-
tremis finibus ſolitudinis. ¶Inde egreſſi venerũt
contra Phi-hahiroth, quæ reſpicit Beel-ſephon,
& caſtrametati ſunt ante Magdalum. ¶Profecti-
que de Phi-hahiroth, tranſierunt per mediũ ma
re in ſolitudinem: & ambulãtes tribus diebus per
deſertũ Etham, caſtrametati ſunt in Mara. ¶Pro-
fectique de Mara, venerunt in Elim, vbi erãt duo
decim fontes aquarũ, & palmæ ſeptuaginta: ibi-
que caſtrametati ſunt. Sed & inde egreſſi, fixerũt
tentoria ſuper Mare-rubrũ. ¶Profectique de Ma-
ri-rubro, caſtrametati ſunt in deſerto "Sinai.' Vn
de egreſſi, venerunt in Daphca. Profectique de
Daphca, caſtrametati ſunt in Alus. ¶Egreſſique de
Alus, Raphidim fixere tẽtoria, vbi populo defuit
aqua ad bibendum. ¶Profectique de Raphidim,
caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. Sed & de ſoli
tudine Sinai egreſſi, venerunt ad Sepulchra-cõ-
cupiſcentiæ. ¶Profectique de Sepulchris-cõcupi-
ſcentiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. ¶Et de Ha
ſeroth venerũt in Rethma. Profectique de Reth-
ma, caſtrametati ſunt in Remmon-phares. ¶Vn-
de egreſſi venerũt in Lebna. De Lebna caſtrame-
tati ſunt in Reſſa. Egreſſique de Reſſa, venerunt
in Ceelatha. Vnde profecti, caſtrametati ſunt in
monte Sepher. Egreſſi de monte Sepher, venerũt
in Harada. Inde proficiſcentes caſtrametati ſunt
in Maceloth. Profectique de Maceloth, venerunt
in Thahath. De Thahath caſtrametati ſũt in Tha
re. Vnde egreſſi, fixẽre tentoria in Methca. Et de
Methca caſtrametati ſunt in Heſmona. ¶Profecti
que de Heſmona, venerũt in Moſeroth. Et de Mo
ſeroth caſtrametati ſunt in Bene-iaacan. Profe-
ctique de Bene-iaacan, venerunt in montẽ Gad-
gad. Vnde profecti, caſtrametati ſunt in Ietebã-
tha. Et de Ietebatha venerũt in Hebrona. Egreſ-
ſique de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſion-gã
ber. Inde profecti, venerũt in deſertum Sin, hæc
eſt Cades. ¶Egreſſiq; de Cades, caſtrametati ſunt
in monte Hor in extremis finibus Terræ-Edom.
¶Aſcenditque Aaron ſacerdos in mõtem Hor iu-
bente Domino: & ibi mortuus eſt anno quadra-
geſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Aegypto,
menſe quinto, prima die menſis, cum eſſet anno
rum centum vigintitrium. ¶Audiuitque Chana-
næus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in
Terram-Chanaan veniſſe filios Iſrael. Et profe-
cti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona,
Vnde egreſſi, venerunt in Phunon. ¶Profectique
de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth. Et de O-
both venerunt in Ie-abarim, quæ eſt in finibus
Moabitarum. Profectique de Ie-abarim, fixẽre tẽ
toria in Dibon-gad. Vnde egreſſi, caſtrametati
ſunt in Helmon-deblathaim. Egreſſique de Hel-
mon-deblathaim, venerũt ad mõtes Abarim con
tra Nabo. Profectique de montibus Abarim, trãſ
ierunt ad campeſtria Moab, ſupra Iordanem cõ
tra Iericho. Ibique caſtrametati ſunt de Beth-ſi-
moth vſque ad Abel-ſatim in planioribus locis
Moabitarũ, vbi locutus eſt Dominus ad Moyſen,
Præcipe filijs Iſrael, & dic ad eos, Quando trãſie-
ritis Iordanem, intrantes Terram-Chanaan, diſ
perdite cunctos habitatores Terræ illius: cõfrin-
gite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia
excelſa vaſtate, mundantes Terram. Et habitan-
tes in ea. ego enim dedi vobis illam in poſſeſſio-
nẽ: Quã diuidetis vobis ſorte: pluribus dabitis la

B Exod.13.f.
Exod.14.a.a.
Exod.15.d.
Exod.16.a.
¶" Sin.
Exod.17.a.
C
Exod.19.a.
ſ.11.a.
ſ.11.d.
ſ.13.a.
D
Deut.10.b.
ſ.20.a.
E ſ.20.d.
deute.32.g.
ſ.21.a.
ſ.21.c.
F
Chananæos iubet Deꝰ occidere.
G

tiorem, & paucioribus anguſtiorem. ſingulis vt ſors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. per tribus & familias poſſeſſio diuidetur. Si autem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduerſabuntur vobis in Terra habitationis veſtræ: & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam. CAP. XXXIIII.

Terræ promiſſionis fines & termini.

Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Cum ingreſſi fueritis Terram Chanáan, & in poſſeſſionem vobis ſorte ceciderit, his finibus terminabitur, Pars Meridiana incipiet à ſolitudine Sin,

Ioſue 15.a.

quæ eſt iuxta Edom: & habebit terminos contra Orientem mare ſalſiſſimum. Qui circuibunt Auſtralem plagam per Aſcenſum [a] ſcorpionis, ita

¶ ſcorpionũ,

vt transeant in Senna, & perueniant ad Meridiẽ vſque ad Cadeſ barne, vnde egredientur confinia ad villã nomine Adar, & tẽdent vſque ad Aſemona. ibíq; per gyrũ terminus ab Aſemona vſque

B

ad torrentẽ Ægypti, & magni maris litore finietur. Plaga autẽ Occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur. Porrò ad Septẽtrionalem plagã à mari magno termini incipiẽt, peruenientes vſque ad montẽ altiſſimũ, à quo venient in Emath vſque ad terminos Sedáda. Ibúntque confinia vſque ad [b] Zebrona, & villã Enan. hi erũt

¶ Zephrona,

termini in parte Aquilonis. Inde metabuntur fines cõtra Orientalẽ plagam de villa Enan vſque Sephama, & de Sephama deſcendent termini in Reblátha cõtra fontẽ Daphnim: inde peruenient cõtra Orientẽ ad mare Cenéreth, & tẽdent vſque

C

ad Iordanem, & ad vltimum ſalſiſſimo claudentur mari. Hanc habebitis Terrã per fines ſuos in circuitu. ¶ Præcepítq; Moyſes filijs Iſrael, dicens, Hæc erit Terra quã poſſidebitis ſorte, & quã iuſſit Dominus dari nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui. Tribus enim filiorũ Rubẽ per familias ſuas, & tribus filiorũ Gad iuxta cognationũ numerũ, media quoq; tribus Manaſſe, id eſt duæ ſemis tribus, acceperunt partem ſuã trans Iordanẽ cõtra Iericho ad Orientalẽ plagã. ¶ Et ait Dominus ad Moyſen, Hæc ſunt nomina virorũ qui Terrã vobis diuidẽt, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun,

Ioſue 14.a. Nomina eorũ qui Terrã debebant diuidere. D

& ſinguli principes de tribubus ſingulis, quorũ iſta ſunt vocabula. De tribu Iuda, Caleph fili' Iephone. De tribu Simeõ, Samuel fili' Ammiud. De tribu Beniamin, Elidad filius Chaſelon. De tribu filiorũ Dan, Bocci fili' Iogli. Filiorũ Ioſeph de tribu Manaſſe, Haniel fili' Ephod. De tribu Ephráim, Camuel fili' Sephthan. De tribu Zabulon, Eliſaphã fili' Pharnach. De tribu Iſſachar dux Phaltiel filius Ozan. De tribu Aſer, Ahiud filius Salomi. De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. Hi ſunt quibus præceperat Domin' vt diuiderẽt filijs Iſrael Terram Chanáan. CAP. XXXV.

Vrbes Leuitis dandæ. Ioſue 21.a.

Hæc quoque locutus eſt Domin' ad Moyſen in cãpeſtrib' Moab ſupra Iordanẽ, cõtra Iericho, Præcipe filijs Iſrael vt dẽt Leuitis de poſſeſſionib' ſuis vrbes ad habitãdũ, & ſuburbana ea-

augebitis hæreditatem ſuã: & quorum ſunt pauci, ijs minorem dabitis hæreditatẽ. [10] vt cuique illic ſors educta fuerit, ſic maneat ei, & diuidetis hæreditatem ſecundum tribus patrum veſtrorũ. Quòd ſi habitatores illius terræ nõ eieceritis ante vos, futurum eſt vt hi quos reſiduos ex eis feceritis, ſint [11] ſudes præacuti in oculis veſtris, & [12] lanceæ lateribus veſtris: affligéntque vos in terra quam incoletis. Tum fiet vt vobis faciam quæ illis facere decreueram. CAP. XXXIIII.

Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos, [1] Quũ vos veneritis in terrã Chanaan, ſit hæc terra quæ cedet vobis in hæreditatem, terra ſcilicet Chanaan cum limitibus ſuis. Sit autem latus Meridianũ [2] à deſerto [3] Zin ſecũdum Edom, [4] & ſit vobis limes Meridianus [5] à fine maris [6] ſalſi ad Orientem. [6] Et circumeat vobis limes à Meridie ad Aſcẽſum acrabim, & tranſeat vſque ad Zin: [7] ſintque exitus eius ab Auſtro in Cadeſ-barnea, exeátque in Hazar-adar, & tranſeat in Azmon. Reflectat iam limes ab Azmon ad [8] torrentẽ Ægypti, [9] terminẽtque mari. Porrò occiduus limes ſit vobis mare magnũ: is ſit vobis limes occiduus. Hic verò erit vobis limes Septẽtrionalis: à mari magno ſignabitis vobis montẽ [10] Hor, de mõte verò Hor [11] deſcribetis [12] vbi itur in Hamath, [13] erúntque exitus limitis Zedad. Et exibit limes ad Ziphron, [14] terminabitúrque Hazar-enan. is ſit vobis limes Septentrionalis. [15] Signabitis deinde vobis limitem Orientis, ab Hazar-enan in Sepham. Et deſcẽdet limes de Sepham in Ribla ab Oriẽte Ain, & [16] deſcẽdet limes, pertingétque ad latus maris Cinereth ad Orientẽ. Et rurſus deſcẽdet limes ad Iordanẽ, [1] terminabitque ad mare [2] ſalſum: atq; hæc ſit vobis terra cũ limitib' ſuis circũquaq;. ¶ Præcepit itaque Moſes filiis Iſrael, dicẽs, Hæc eſt terra quã ſorte diſtribuetis, quã iuſſit Dominus dari nouẽ tribubus, atque dimidiæ tribui. Nã acceperãt tribus filiorũ Ruben iuxta domos patrũ ſuorũ, & tribus filiorũ Gad iuxta domos patrum ſuorũ, atque dimidia tribus Manaſſe, acceperant inqui hæreditatem ſuã. Duæ tribus & dimidia inquam tribus acceperũt hæreditatẽ ſuã [17] cis Iordanem Iericho ad Orientem ſolẽ. ¶ Loquutúſq; eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Hæc ſunt nomina virorũ [18] qui diſtribuent vobis terrã, Eleazar ſacerdos, & Iehoſua filius Nun. Singulos quoque principes ex ſingulis tribubus accipietis [19] ad diſtribuendam terrã. Hæc verò ſunt nomina virorum. De tribu Iuda, Caleb filius Iephunæ. De tribu filiorũ Simeon, Samuel filius Amihud. De tribu Beniamin, Elidad filius Ciſlon. De tribu filiorum Dan, princeps Buxi filius Iagli. De filijs Ioſeph pro tribu filiorũ Manaſſe, princeps Haniel filius Ephod. De tribu verò filiorũ Ephraim, princeps Kemuel filius Siphtan. De tribu filiorũ Zebulon, princeps Elizaphan filius Parnach. De tribu filiorũ Iſſachar, princeps Paltiel filius Azon. De tribu filiorũ Aſer, princeps Ahihud filius Schlomi. De tribu filiorum Naphtali, princeps Pedahel filius Amihud. Iſti ſunt quibus præcepit Dominus vt hæreditatem diuiderent filijs Iſrael in terra Chanaan. CAP. XXXV.

Loquutus eſt Dominus ad Moſen in cãpis Moabiticis [1] iuxta Iordanẽ Iericho in hanc ſentẽtiam, Præcipe filijs Iſrael vt dẽt de hæreditate poſſeſſionis ſuæ Leuitis oppida ad habitandũ, & [2] agros

¶ 10 in loco, in quo egreſſa fuerit ſors alicui', ei erit. ſub. i. eo loco hæreditas .i. hæreditas erit ei in eo loco in quem ſors ceciderit. ¶ 11 tribuli. Aut, vepres. q.d. oculos vobis excul pent. ¶ 12 ſpinæ. Quibus pungentur latera veſtra. hoc eſt, erunt vobis moleſti.

XXXIIII

¶ 1 Quia iã ingreſſuri eſtis terram Chananæorum, tea autẽ eſt regio quæ miſſis ſortibus obueniet vobis in hæreditatẽ, terra inquam Chanáan per fines ſuos; Pars Meridiana erit &c. Obueniet in hæreditatem. i. quã iure hæreditario poſſidebitis. Per fines, ſiue limites ſuos. q.d. Hæc eſt abſoluta Terræ ſanctæ deſcriptio. ¶ 2 per Sadi ſcribit apud Hebræos. ¶ 3 iuxta terminos Edõ .i. Idumææ ppinquo. ¶ 4 erit iquam vobis terminus Auſtralis. ſiue Meridianus ¶ 5 ſalis. ſignificat mare mortuũ. Hic terminũ generalem deſcribit: poſtea ſpecialẽ deſcripturus. ¶ 6 Circuibítq; vobis terminus à Meridie vſq; ad Maale-hacrabim, ¶ 7. i. excurret ¶ 8 Sunt qui ex hoc loco fluuiũ Rhinocorura intelligant. Alijs placet fluuiũ fuiſſe ſine nomine: propterea Moyſen non addidiſſe nomen. ¶ 9 & egreſſus eius in mare magnum. i. illinc excurret vſque in mare Mediterraneum. ¶ 10 Nomen promõtorij eſt, non illius mõtis nomen in quo mortuus eſt Aaron. ¶ 11 ſub. limitem: ¶ 12 pergendo ¶ 13. i. inde excurret vſq; ad Sedad. ¶ 14. i. illinc procurret vſque ad &c. ¶ 15 vl, Deſcribetis [ſub. lineam quandam] vobis in termino Oriẽtali. ¶ 16 vl, deuerget ¶ 17. i. qua parte non procul diſtat ab Iericho. ¶ 18 Hebr. qui hæreditario iure accipient pro vobis terram. vt ſcilicet eam poſtea vobis per familias diſtribuant. ¶ 19 Heb. ad poſſidendam terram. vt eam ſcilicet poſtea diuidant.

XXXV. ¶ 1. i. ea parte qua non multum diſtat ab Iericho. ¶ 2. i. prædia adiacentia vrbibus.

ſuburbanos' ad oppida per ambitũ eorũ dabitis Leuitis. Oppida iſta habebũt, vt in eis habitẽt: ſub urbanos verò eorũ agros habebunt pro iumẽtis ſuis, pro familia ſua, & pro cũctis animalib⁹ ſuis. [3] Suburbani verò agri quos Leuitis dabitis iuxta oppida, [porrigentur] à muro oppidi extra mille cubitis circũquaq;. 'Dimetiemini autẽ foris extra oppidũ [4] Orĩẽtale latus' bis mille cubitos, & latus Meridionale bis mille cubitos, & latus Occidẽtale bis mille cubitos, & latus Septẽtrionale bis mille cubitos: oppidum verò ipſum ſit in medio. '[5] Hi erũt ſuburbani agri ipſis ad oppida.' De oppidis autẽ quæ Leuitis dabitis, erũt ſex oppida refugij, quæ cõſtituetis vt illuc cõfugiat homicida, & vltra hæc dabitis quadragintaduo oppida, Vt ſcilicet cũcta oppida quæ Leuitis dabitis, ſint quadragintaocto oppida, ipſa [6] & ſuburbani agri eorũ.' Et oppida quæ dabitis, erũt de poſſeſſione filiorũ Iſrael: '[7] qui multa habẽt, multa dabũt: ab his autẽ qui pauca habent, pauca accipietis.' quiſq; [8] iuxta hæreditatẽ ſuã' quã hæreditate accepit, dabit Leuitis de oppidis ſuis. ¶ Et loquut⁹ eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Quũ vos tranſmiſſo Iordane veneritis in terrã Chanaan, Cõſtitueritis vobis ciuitates, quæ ſint vobis ciuitates refugij, vt illuc confugiat omnis homicida qui interfecerit [9] animã' per imprudẽtiam. Et erũt vobis ciuitates illæ aſyla à [10] vindice, 'vt nõ interficiatur homicida [11] donec ſtare poſſit corã cœtu ad iudiciũ.' Ciuitatũ autẽ quas dabitis pro aſylis, ſint vobis ſex. Tres ciuitates dabitis cis Iordanẽ, & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan, & hæ ciuitates aſyla erũt. Sex iſtæ ciuitates aſyla erũt tã filijs Iſrael, quàm incolis & inquilinis qui inter eos habitãt, vt illuc cõfugiat quicũque cædẽ animæ perpetrauerit per imprudẽtiã. ¶ Si quiſpiã autem ferit aliquẽ telo ferreo ita vt moriatur, is homicida eſt, morte multetur homicidã talis. Et ſi ferit illum [12] lapide manuario, quo quis mori poteſt, vt moriatur, 'is eſt homicida, debẽtq; homicida talis morte multari. Aut ſi telo ligneo, [13] quo quis mori poteſt, illũ ferierit vt moriatur.' homicida eſt, & morte multetur homicida talis. [14] Vindex ſãguinis ipſe iterficiet homicidã illũ, '[15] quũ ſcilicet in eũ' incurrerit interficiet eũ. Quòd ſi odio eum' [16] pulſauerit,' aut ſquid piã in eũ iecerit ex inſidijs, & is mortuus fuerit, aut ex inimicitia manu ſua percuſſerit eũ ita vt moriatur: morte multetur [17] homicida: 'homicida enim eſt: vindex ſãguinis [18] interficiat' homicidã illũ vbicũq; deprehẽderit eũ. Si verò ſubito abſque inimicitia [19] pulſauerit' eũ, aut quodcũq; telũ ſuper eũ iecerit abſque inſidijs, Aut [20] iecerit in eum quencũque lapidem, ipſo non vidente, quo quis mori poſſit, vt fuerit mortuus. [21] nec fuit inimicus eius, nec malum fuit ei machinatus:' [tunc] iudicabit cœtus inter [22] homicidam' & vindicem ſanguinis [23] ſuper huiuſmodi cauſis.' Eruẽtque [24] cœtus' homicidam è manu vindicis ſanguinis, & reducet eum cœtus ad ciuitatem refugij ſui, ad quam perfugerat, in qua manebit vſque ad mortem ſummi ſacerdotis, qui oleo ſancto inunctus eſt. Quòd ſi omnino homicida talis limitem ciuitatis aſyli ſui quò cõfugerat egreſſus fuerit, & inuenerit eum vindex ſanguinis extra limitem ciuitatis aſyli ſui, & trucidauerit eum vindex ſanguinis: [25] reus ſanguinis non agetur.' Quoniam manere debebat in ciuitate aſyli ſui, donec moreretur ſacerdos magnus, & poſt mortẽ magni ſacerdotis tũ demũ homicida in terrã poſſeſſionis ſuæ [26] reuerti. [27] Hæc ſtatuta debẽt vobis eſſe legitima, etiã ad poſteros veſtros, in' cunctis habitationibus veſtris.

rum per circuitum: Vt ipſi in oppidis maneãt, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis Quæ à muris ciuitatum forinſecus, per circuitũ, mille paſſuum ſpatio tendentur. Cõtra Oriẽtem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiẽ ſimiliter erũt duo millia: ad Mare quoque quod reſpicit ad Occidentem, eadem menſura erit, & Septentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntq; vrbes in medio, & foris ſuburbana. ¶ De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem: & exceptis his alia quadragintaduo oppida, id eſt ſimul quadragintaocto cũ ſuburbanis ſuis. Ipſæque vrbes quæ dabũtur de poſſeſſionibus filiorũ Iſrael, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. ſinguli iuxta menſuram hæreditatis ſuæ dabunt oppida Leuitis. ¶ Ait Dominus ad Moyſen, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, ¶ Quando tranſgreſſi fueritis Iordanem in Terram-Chanaan, decernite quæ vrbes eſſe debeãt in præſidia fugitiuorũ, qui nolentes, ſanguinem fuderint: In quibus cũ fuerit profugus, cognatus occiſi non poterit eũ occidere, donec ſtet in conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur. De ipſis autem vrbib⁹ quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra-Chanáan, tam filijs Iſrael, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolẽs, ſanguinem fuderit. ¶ Siquis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt: reus erit homicidij, & ipſe morietur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: ſimiliter punietur. Si ligno percuſſus interierit: percuſſoris ſanguine vindicabitur. Propinquus occiſi, homicidam interficiet: ſtatim vt apprehenderit eum, [*] interficietur.' ¶ Si per odium quis hominẽ impulerit, vel iecerit quippiam in eum per inſidias: aut cum eſſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: percuſſor, homicidij reus erit. cognatus occiſi ſtatim vt inuenerit eum, iugulabit. Quòd ſi fortuitu, "& 'abſque odio, & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata: Liberabitur innocẽs de vltoris manu, & reducetur per ſententiam in vrbem ad quam confugerat, manebitq; ibi, donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur. Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ ſunt, fuerit inuentus, & percuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis, abſque noxa erit qui eũ occiderit. Debuerat enim profugus vſq; ad mortẽ Põtificis in vrbe reſidere. poſtquã autẽ ille obierit, homicida reuertetur in Terrã ſuam. Hæc ſempiterna erunt, & legitima in cũctis habitationibus veſtris.

Ioſue 21. a.
deut. 4. g.
B
Vrbes perfugij.
Deute. 19. a.
Ioſue 20. a.
Lex homicidij.
C
¶ *interficiet.
Deute. 19. c.
D

¶ 1 Agri circũfuſi vrbib⁹ quas dabitis Leuitis, à mœnibus vrbis & forinſec⁹ [erunt] mille cubitorũ omni ex parte. Duas hic Moſes ponit ſpecies agri publici: prima in qua nihil licet plãtare, ſecũda in qua licebat ſerere & ædificare. eos agros nõ licebat Leuitis vẽdere. Primũ ſignificat p mille cubitos, ſecũdũ per bis mille cubitos. ¶ 4 à parte Oriẽtali, ¶ 5 Hebr. Iſta erit [ratio] illis agrorũ publicorũ vrbiũ. vl, Iſta erit mẽſura ſuburbanorũ vrbiũ ipſorũ ¶ 6 [dabitis] & ſuburbia eorũ. ſiue, & agros publicos eorum. ſub. oppidorũ. ¶ 7 Heb. à multo multiplicabitis, & à pauco diminuetis. i. ab eo qui plures vrbes habuerit, plures accipietis: ab eo autem qui pauciores poſſeſſiones habuerit, pauciores vrbes accipietis ¶ 8 i. p rata portione hæreditatis ſuæ. ¶ 9 Hebraiſmus, pro, quenquam. ¶ 10 vl, vltore. i. à cognato vltore ſanguinis occiſi. ¶ 11 i. donec tota cõgregatio cognouerit de tota cauſa. ¶ 12 Heb. lapide man⁹, quo perierit, & moriat. Lapidẽ man⁹ vocat quẽ manu quis iacit. ¶ 13 quẽ manu geſtet, quo interierit, percuſſerit aliquẽ, & moriat. ¶ 14 i. Licebit cognato occiſi cauſa cognita homicidam interficere. ¶ 15 vl, ſtatim atque in eũ &c. ¶ 16 impulerit. ſub. in terram. vel, è ſublimi præcipitauerit, ¶ 17 percutiẽs: ¶ 18 interficiet. i. interficere poterit. ¶ 19 impulerit ¶ 20 Heb. vl, quocũq; lapide quo moriatur, nõ vidẽdo, & cadere fecerit ſup eũ, & mortuus fuerit. i. Aut quẽcunque lapidẽ quo moriatur, cadere fecerit ſuper aliquẽ quẽ nõ videbat, vnde moriatur: ſi nõ &c. ¶ 21 ſi nõ pſequebatur eũ odio, neq; ſtudebat nocere ei. ¶ 22 percuſſorẽ ¶ 23 iuxta iura hæc. vl, ſecũda iudicia iſta, ¶ 24 Intelligũt hic Hebræi per cõgregationẽ, nõ totã multitudinẽ, ſed ſenatores & ſũmos in vrbe iudices. ¶ 25 vl, nõ iputabitur ei ſanguis. i. impune feret. nõ morietur ille pinquus. ¶ 26 reuerſus fuiſſet. ¶ 27 Heb. Hæc erũt vobis in ſtatutũ iudicij per ætates veſtras in &c i. Hæc erũt vobis iura, quæ in iudicio dicendo obſeruabitis iudices. Sic de his ſtatuent iudices in iudicio exercendo. Vel, Hæ leges erunt vobis quandiu vixeritis, & vbicunque habitaueritis.

Vni⁹ teſtimonio nullus condẽnãdus.

Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. Exules & profugi ante mortẽ Pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt: Ne polluatis Terram habitationis veſtrę quæ inſontium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi per eius ſanguinẽ qui alterius ſanguinem fuderit. Atque ita emundabitur veſtra poſſeſſio me commorante vobiſcum. ego enim ſum Domin⁹ qui habito inter filios Iſrael.

CAP. XXXVI.

Lex cõnubiorum filiarũ Salphaad. Ĩ.17.a.

ACceſſerunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manaſſe de ſtirpe filiorum Ioſeph: locutique ſunt Moyſi corã principibus Iſrael, atque dixerunt, Tibi domino noſtro præcepit Dominus vt Terrã ſorte diuideres filijs Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitã patri: Quas ſi alterius
B tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua, & trãſlata ad aliã tribũ de noſtra hæreditate minuetur. Atque ita fiet, vt cũ iubileus,

Iubileus.

id eſt quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit, confundatur ſortium diſtributio, & aliorũ poſſeſſio ad alios trãſeat. Reſpondit Moyſes filijs Iſrael, & Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioſeph locuta eſt. Et hæc lex ſuper

Tob.7.d.

C filiabus Salphaad a Domino ꝓmulgata eſt, Nubant quibus volunt, tantũm vt ſuæ tribus hominibus: Ne commiſceatur poſſeſſio filiorũ Iſrael de tribu in tribum: omnes enim viri ducẽt vxores de tribu & cognatione ſua: Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis, Nec ſibi miſceatur trib⁹, ſed ita maneãt vt à Domino ſeparatę ſunt.

Viris è ſua tribu ducẽda vxor, mulieribus ſimiliter nubendum.

D Feceruntq; filiæ Salphaad vt ſibi fuerat imperatum: & nupſerunt Maala & Therſa, & Hegla, & Melcha, & Noa filijs patrui ſui de familia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: & poſſeſſio quæ illis fuerat attributa, manſit in tribu & familia patris earum. ¶Hæc ſunt mandata atque iudicia quæ mandauit Dominus per manum Moyſi ad filios Iſrael, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.

[11]Quicunque percuſſerit animã, per teſtes debet interfici homicida talis: [9]at vnus teſtis non debet teſtificari vt interficiatur aliquis. Neq; recipiatis pretiũ redẽptionis pro vita homicidę, qui [10]ad mortem condemnatus eſt, ſed omnino interfici debet. Neque recipietis pretium redemptionis [11]ab eo qui confugit ad ciuitatem aſyli, vt liceat ei redire in terram, antequã moriatur magnus ſacerdos. [12]Ne faciatis vt terra ĩ qua habitatis fallat: ſanguis enim facit vt terra fallat: nec poteſt terra a ſanguine, qui in ea effuſus eſt, expiari, niſi per ſanguinem illius qui ſanguinẽ fudit. Ne igitur contaminetis terram in qua habitabitis, in cuius medio ego habito: ego enim Dominus qui habito in medio filiorum Iſrael.

CAP. XXXVI.

ACceſſerunt autem capita patrum de familia filiorũ Gilead filij Machir, filij Manaſſe, de familia filiorum Ioſeph, & loquuti ſunt coram Moſe, & coram principibus & præcipuis patribus filiorum Iſrael, Et dixerunt, Dominus præcepit domino meo vt daretur filijs Iſrael terra in hæreditatem, idque per ſortem: ad hæc domino meo præceptum eſt à Domino, [1]vt detur hæreditas fratris noſtri Zalphead filiabus ſuis, Quas ſi aliquis ex filijs tribuum filiorum Iſrael duxerit vxores, auferetur hæreditas earum ab hæreditate patrum noſtrorum, [2]adijcietúrque hæreditati illius tribus, in quam peruenerunt, & à ſorte hæreditatis noſtræ ſeparabitur. [3]Deinde quum aduenerit annus iubileus filijs Iſrael, accedet hæreditas earum ad hæreditatẽ illius tribus in quã illæ peruenerint: & ſic [4]ſeparabitur illarum hæreditas ab hæreditate patrũ noſtrorum. Et præcepit Moſes filijs Iſrael ſecundum imperium Domini, dicens, Rectè loquuntur filij de tribu Ioſeph. Hoc ergo verbum eſt quod præcepit Dominus [5]filiabus Zalphead, dicens, [6]Nubant quibus voluerint, modo familiæ tribus patris ſui nubant: Sic enim hæreditas filiorum Iſrael de tribu in tribum non transferetur, [7]quum ſcilicet quiſque ex filijs Iſrael in hæreditate tribus patrum ſuorum hæſerit. Quin quæcunque filia hæreditatem [[8]aliquam] poſſederit in tribu filiorũ Iſrael, nubat vni ex familia tribus patris ſui, vt filij Iſrael quiſque poſſideat hæreditatem patrum ſuorum, Et non transferatur hæreditas de tribu vna in aliam: [9]ſed quiſque adhæreat hæreditati ſuæ[quam habet]in tribubus filiorum Iſrael. Quemadmodum itaque Dominus præcepit Moſi, ſic fecerũt filiæ Zalphead. Nupſeruntque Mahla, Thirza, Hagla, Milcha & Noa filiæ Zalphead filiis patruorum ſuorum. His videlicet qui erant de familia filiorum Manaſſe filij Ioſeph nupſerunt, manſitque hæreditas earum apud tribum familiæ patris earũ. ¶Hæc ſunt præcepta & iudicia quæ præcepit Dominus per manum Moſis filijs Iſrael in campis Moabiticis iuxta Iordanem[[10]è regione]Hiericho.

¶12 Heb. Quicunque percuſſerit aliquem, ad verbum teſtium occidet homicidam. Hoc de iudice intelligitur. q. d. Magiſtratus neminem morti adiudicabit ſolo teſte producto, ſed pluribus. Sequentibus verbis ſeipſũ declarat, At vnus teſtis &c. ¶19 Heb. & teſtis vnus non teſtificabitur in animam[.i. quẽquã]vt moriatur .i. nullus morietur vnius teſtimonio. ¶10 Heb. impius eſt ad moriendũ. Impium ad moriendum vocat tropo Hebraico, impium dignum morte. ¶11 Heb. ad cõfugiendũ in ciuitatem aſyli ſui, vt reuertatur ad habitandum in terra [ſub. aſyli ſui] donec moriatur &c. Huius verſus interpretatio petenda eſt ex verbis paulo ſuperioribus, vbi de eo qui imprudẽs occidiſſet hominem, loquitur, his verbis ex Hebræo, Liberabit congregatio homicidam è manu propinqui occiſi, reducẽtque eum in vrbem ad quam confugerat: manebitque ibi donec &c. ¶12 Heb. Nec polluetis terram in qua fueritis. quia ſanguis[.i. homicidium]polluit regionem:

XXXVI. ¶1 vt daret hæreditatẽ ¶2 & addetur hæreditati tribus eorũ quibus nupſerint, & de poſſeſſione noſtra quæ nobis ſorte obuenerit, diminuetur. ¶3 Heb. Et quũ erit iubileus ¶4 imminuetur ¶5 vl. ob filias ¶6 Heb. Bono in oculis ſuis nubent. i. ei qui placebit eis. ¶7 Heb. nam filij Iſrael ſinguli adhærebũt tribui patrum ſuorũ. ¶8 ſubaudiendum potius[paternam] ¶9 Heb. quia tribus filiorum Iſrael adhærere debent ſinguli hæreditati ſuæ. ¶10 qua parte non procul abeſt ã Iericho.

# Deuteronomium, Hebraice Elle Haddebarim.

Quintus liber Moſis Græce dicitur τὸ δευτερονόμιον, ἀ δεύτερον, id eſt ſecundo: & νόμος, id eſt lex: quòd in eo æquiſſimus ille & abſolutiſſimus Decalogus, qui propriè nomine τοῦ νόμου, id eſt legis, intelligitur, promulgetur ab integro & ſanciatur, ipſo Moſe præcone & interprete. Hebraicè verò nomen habet ELLE HADDEBARIM, vltimus hic Moſis liber, à primis illius vocibus.

Breuis repetitio geſtorũ, à manſione in mõte Horeb, vſque ad manſionẽ in Cades barne

CAP. I.

HAEC ſunt verba quæ locutus eſt Moyſes ad omnẽ Iſrael trãs Iordanẽ in ſolitudine campeſtri, cõtra Mare-rubrum, inter

CAP. I.

HAEC ſunt verba quę loquutus eſt Moſes ad omnẽ Iſraelẽ [1]cis Iordanẽ, [2]ĩ deſerto [3]in locis vaſtis e regiõe[maris][4]carectoii,

¶1 vl. trans. ſi in Terra ſancta fueris. ¶2 Subandienda coniunctio, & in deſerto. ¶3 in planitie campeſtri. vl. in loco campeſtri ¶4 Suph. i. maris Rubri.

¶5 Vndecim dies ſunt. Chaldæus paraphraſtes vertit, Vndecim dierum iter eſt ab Horeb, &c. Horeb eſt Sinai, vel mons ei propinquus. ¶6.i. prorſus vt præceperat eis Dominus, &c.
¶7 Quidã referũt iſtud Edrai, ad principium verſus, Poſteaquam percuſſeret Domin⁹ in Edrai. Num. 20.
¶8 vl, Trans
¶9 placuit [vl, ſedit animo] Moſi ¶10 vl, Sufficiat vobis hactenus habitaſſe in monte hoc, ¶11 vl, Diſcedite. [aut Mutate locũ.] & proficiſcimini, & ingredimini ¶12 vl, loco demiſſiore, ¶13 vl, in loco Auſtrali.
¶14 portub⁹.i. in litoribus maris in quib⁹ ſunt portus.
¶15 vl, Videte, poſui ante vos terrã.q.d. Licet vobis eam poſſidere. ¶16 Hebraiſmus, pro, Iuraui ego. Et paulo poſt, Vt daret. pro, Me daturum. Mutatio perſonæ primæ in tertiã. ¶17 Iã verò dixerã vobis in illo tẽpore. vel olim ¶18.i. ſufficere negotijs veſtris explicãdis. ¶19 & ecce eſtis ¶20 Heb. addat ſup vos ſicut eſtis, mille vicibus.i. reddat numerum veſtrum maiorem millies.

Inter Paran, & inter Tophel, Labã, Hazeroth atque Dizahab, [5] Itinere vndecim dierũ' ab Horeb, via mõtis Seir ad Kadeſ-barnea. ¶Et factum eſt in quadrageſimo anno, menſe vndecimo, primo die menſis, quòd loqueretur Moſes ad filios Iſrael, [6] iuxta omnia quæ Dominus per ipſum mãdauit ad eos,' Poſtquam percuſſiſſet Sihõ regem Amorrhæorum, qui habitauerat in Heſbõ: & Og regẽ Baſan, qui habitauerat in Aſchtaroth, in [7] Edrei. [8] Cis' Iordanem in terra Moab [9] ſtatuit Moſes apud ſe' explanare legem hanc, & dixit, Dominus Deus noſter loquutus eſt ad nos in Horeb in hanc ſententiam, [10] Sat ſupérq; manſiſtis apud montem iſtum,' [11] Conuerſi ſoluite, & proficiſcimini' ad mõtem Amorrhæorum, & ad omnia loca illi vicina, ſiue ſint in planitie, ſiue in montanis, ſiue in [12] vallibus,' ſiue [13] in locis ſterilibus,' ſiue in [14] litore' maris, ad terram Chananæorum, & ad Libanũ, vſque ad fluuium illum magnum, fluuium inquam Euphratẽ.' [15] En tradidi in conſpectu veſtro terram,' venite, occupate terram, quam [16] iurauit' Dominus patribus veſtris Abrahæ, Iſaac & Iacob, vt daret [ſeam] ipſis, & ſemini eorum poſt eos. [17] Tum dicebam ad vos' hæc verba. Non poſſum [18] vos ſolus ſuſtinere.' Iam Dominus Deus veſter auxit vos: [19] nã eſtis' hodie ſicut ſtellę cæli, (Dominus Deus patrũ veſtrorũ [20] auctiores vos reddat, vt ſitis millecuplo plures quàm nunc,' & [21] bona imprecetur vobis,' quemadmodu pollicitus eſt vobis,) Et nunc quomodo ferrẽ ſolus moleſtiã veſtrã, onus veſtrum, & lites veſtras? [22] Adhibete' ex vobis ſapientes, prudentes, & [23] ſpectatæ [integritatis]' viros, [24] ſecundum tribus veſtras,' & [25] conſtituam eos vt præſint vobis.' Tum reſpõdiſtis mihi & dixiſtis, Placet ſermo iſte quẽ loquutus es vt faciamus. Tuli itaq; capita ex tribubus veſtris ſapientes, & ſpectatæ [integritatis] viros, & conſtitui eos vt eſſent principes ſuper vos, tribuni, centuriones, quinquagenarij, decuriones ac præfecti [26] ſecũdum tribus veſtras.' Ad hæc præcepi iudicibus veſtris tunc temporis, & dixi, Audite [cauſas] inter fratres veſtros, & iudicate iuſte [27] inter virum & fratrem eius, & inter peregrinũ eius. [28] Non agnoſcetis facies in iudicio, vt paruũ ſic vt magnum audiatis' nec quenquam mortalem formidetis: [29] iudiciũ enim hoc Dei eſt.' omnẽ verò cauſam difficilẽ ad me referatis, [30] quã ego audiam.' Eodẽ quoque tempore præcepi vobis omnia verba quæ facere debebatis. ¶Profecti itaq; de Horeb, ꝑ vniuerſum deſertum vaſtũ & horridum tranſiuimus, ([31] quod vidiſtis') per viã mõtis Amorrhæi, ſicut præcepit nobis Dominus Deus noſter, & venimus in Kadeſ-barnea. Tum dixi, Veniſtis ad mõtem Amorrhæi quem Dominus Deus noſter nobis daturus eſt. [32] Ecce' Domin⁹ Deus tuus dedit corã te terrã iſtã, aſcende & occupa, ſicut pollicitus eſt tibi Dominus Deus patrũ tuorum: ne timeas neq; [33] terrearis.' Acceſſiſtis autem ad me omnes, & dixiſtis, Mittemus ante nos viros qui explorẽt nobis terram, qui nobis renuntient per quod iter aſcendamus, & ciuitates ad quas veniem⁹. Placuit hoc mihi, & tuli ex vobis duodecim viros, ex quaque tribu vnum. Qui verſi aſcenderunt [34] in montem,° veneruntque ad torrentem-[35] Eſchol.' & explorauerunt eam. Et accipientes in manus ſuas de fructibus terræ illius, attulerunt ad nos, renuntiarũtq; nobis reſponſum tale, Bona eſt terra quam

Pharan & Thophel & Laban & Haſeroth, vbi auri eſt plurimum: Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vſque ad Cadeſ-barne. ¶Quadrageſimo anno, vndecimo mẽſe, prima die mẽſis locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis: ‖Poſtquã percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon: & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in Edrai, trans Iordanẽ in Terra Moab. Cœpitque Moyſes explanare legem, & dicere, Dominus De⁹ noſter locutus eſt ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis: Reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cętera quę ei proxima ſunt, campeſtria atque montana & humiliora loca cõtra Meridiem, & iuxta litus maris, Terram-Chananæorum, & Libani vſque ad flumen magnum Euphraten. En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & poſſidete eam, ſuper qua iurauit Dominus patribus veſtris Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illam eis, & ſemini eorum poſt eos. Dixique vobis illo in tempore, Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quia Dominus Deus veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli, plurimi. (Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis ſicut locutus eſt:) Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, *quorũ conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis principes. Tũc reſpondiſtis mihi, Bona res eſt quam vis facere. Tulique de tribubus veſtris viros ſapiẽtes & nobiles, & cõſtitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerẽt vos ſingula. Præcepique eis, dicens, Audite illos, & ‖quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. ‖Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis vt magnũ: nec accipietis cuiuſquã perſonam, quia Dei iudiciũ eſt. Quòd ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Præcepique omnia quę facere deberetis. ¶Profecti autem de Horeb, tranſiuimus per eremum terribilem & maximã °ſolitudinem' quam vidiſtis, per viam montis Amorrhęi, ſicut præceperat Dominus Deus noſter nobis. Cúmque veniſſemus in Cadeſ-barne, dixi vobis, Veniſtis ad montem Amorrhæi, quem Domin⁹ Deus° veſter daturus eſt vobis.' Vide Terram quam Dominus Deus tuus' dabit' tibi: aſcende & poſſide eam, ſicut locutus eſt Dominus De⁹ noſter patribus tuis: noli timere nec quicquam paueas. ¶Et acceſſiſtis ad me omnes, atque dixiſtis, Mittamus viros qui conſyderent Terram: & renuncient per quod iter debeamus aſcẽdere, & ad quas pergere ciuitates. Cúmque mihi ſermo placuiſſet, miſi ex vobis duodecim viros, ſingulos de tribubus ſuis. Qui cum perrexiſſent, & aſcendiſſent in montana, venerũt vſque ad Vallem-botri: & conſyderata terra Sumentes de fructibus eius, vt oſtenderent hubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona eſt terra quã

Nume. 21. e.
B
Moyſes legẽ explanat.
Moyſes non valens ſolus adminiſtrare populum, cõſtituit ſecum & alios. exo. 18. c.
C
*& Pricipes quales eſſe debeant.
Iudiciũ iuſtũ. iohan. 7. d. ij. 16. d. leui. 19. c. pu. 24. c. eccli 42. a. iacobi 2. a.
D
°noſter daturus eſt nobis.
¶°dat
Mittuntur exploratores. nume. 13. a.
E

¶21 Heb. benedicat vobis .i. faueat. ¶22 vl, Offerte. ſiue, Date ¶23 Heb. notos ¶24 Heb. de tribubus veſtris, ¶25 Heb. ponam illos in capitibus veſtris. i. conſtituam illos vobis principes. ¶26 tribuum veſtrarum.
¶27 Id eſt, inter quemuis & inter ciues & inter peregrinos. Aut, inter quoſcunque, ſiue ciues fuerint, ſiue peregrini.
¶28. i. Quum erit iudicandum, non conſyderabitis perſonam quæ litigat, diues ſit, an pauper. ¶29 Id eſt, dum iudicatis, geritis vices Dei. ¶30 Id eſt, & de ea ſtatuam. ¶31 Id eſt, quod ſatis ſupérque notũ eſt vobis. ¶32 Vide. q. d. Ecce, Dominus offert tibi terram, quam pollicitus eſt tibi. ¶33 conſterneris animo. ¶34 ſub. Amorrhæi. ¶35. i. botri: vnde botrum attulerunt filij Iſrael.

Populus incredulus nō vult aſcēdere ¶ veſtri

Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Et noluiſtis aſcendere, ſed increduli ad ſermonem Domini Dei noſtri Murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis, Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atq; deleret. Quò aſcendemus? nuntij terruerunt cor noſtrum dicentes, Maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vſq; munitæ, filios enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos: Dominus Deus qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pugnabit, ſicut fecit in Ægypto cunctis videntibus. Et in ſolitudine ipſi vidiſtis, portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filiū ſuū, in omni via per quā ambulaſtis, donec veniretis ad locū iſtum.

F Et nec ſic quidē credidiſtis Domino Deo veſtro, Qui præceſſit vos in via, & metatus eſt locū in quo tentoria figere deberetis, nocte oſtendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis.

Exod. 13. d.

Incredulus populus non videbit Terrā promiſſā. nume. 14. d. Caleb.

Cúmque audiſſet Dominus vocem ſermonum veſtrorum, iratus iurauit & ait, Non videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ Terram bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris: Præter Caleb filiū Iephone. ipſe enim videbit eam, & ipſi dabo Terram quam calcauit, & filijs eius, quia ſecutus eſt Dominū. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit, Nec tu ingredieris illuc: ſed Ioſue filius Nun miniſter tuus, ipſe intrabit pro te.

Nume. 20. b. Moyſes incredulitate non eſt ingreſſus Terram.

hunc exhortare & robora, & ipſe ſorte Terram diuidet Iſraeli. Paruuli veſtri, de quibus dixiſtis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni

G ac mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur: & ipſis dabo Terram, & poſſidebunt eam, Vos autem reuertimini & abite in ſolitudinem per viā Maris-rubri.

Peccatum agnoſcit populus. num. 14. f. Contra volūtatem Dei aſcendens Iſrael contra Amorrhæum cæditur.

Et reſpondiſtis mihi, Peccauimus Domino: aſcendemus & pugnabimus, ſicut præcepit Dominus Deus noſter. Cúmque inſtructi armis pergeretis in mōtem, ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite aſcendere, neque pugnetis: nō enim ſum vobiſcum, ne cadatis coram inimicis veſtris. Locutus ſum, & non audiſtis, ſed aduerſantes imperio Domini, & tumētes ſuperbia aſcēdiſtis in montē. Itaque egreſſus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens perſecutus eſt vos, ſicut ſolent apes perſequi: & cecidit de Seir vſque Horma.

Plorat populus.

Cúmque reuerſi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci veſtræ voluit acquieſcere. Sediſtis ergo i Cades-barne multo tempore.

CAP. II.

Præcipitur populo trāſituro per mōtem Seir, vt emat cibos & aquā ab eis.

PRofectíque inde venimus in ſolitudinē, quæ ducit ad Mare-rubrū, ſicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. Dixitque Dominus ad me, Sufficit vobis circuire mōtem iſtum: ite contra Aquilonem. Et populo præcipe, dicēs, Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorū Eſau, qui habitant in Seir: & timebunt vos, videte ergo diligenter. Ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantū poteſt vnius pedis calcare veſtigiū: quia in poſſeſſionē Eſau dedi montē Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam empti haurietis, & bibetis. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuū tuarū:

Dominus Deus noſter dat nobis. At vos noluiſtis aſcendere, ſed exacerbaſtis os Domini Dei veſtri. Et murmurātes in tentorijs veſtris, dixiſtis, Quandoquidem Dominus nos odit, ideo eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manum Amorrhæi, & perderet nos. Quò aſcendemus nos? fratres noſtri [16] liquefecerūt cor noſtrum, in hoc quod dixerunt, Populus ille [17] maior & excelſior nobis eſt, habens vrbes magnas, & in cælū vſque munitas, & vidimus quoq; illic [18] filios Enacim. Tum dixi vobis, Ne ſitis animo conſternato, neque timeatis ab illis: Dominus Deus veſter, qui incedit ante vos, ipſe pugnabit pro vobis, [19] ſecūdum omnia ea quæ fecit vobiſcum in Ægypto vobis ſpectantibus. Quin & in deſerto quoque vidiſti, quomodo geſtarit te Dominus Deus tuus, quemadmodū geſtat homo filiū ſuum, in omni via quam iuiſtis, donec veniretis ad locum iſtū. [40] Et hac in re nō credebatis Domino Deo veſtro, Qui præceſſit vos in via, vt exploraret vobis locum vbi [41] quieſceretis: nocte quidem [præceſſit] in igne vt [42] videretis viam in qua incederetis, interdiu autem in nube. Audiuit itaq; Dominus vocem verborum veſtrorum, & indignatione cōmotus, iurauit in hanc formam, Nemo ex iſtis viris, & ex hac praua generatione videbit terrā iſtam bonam, quam iuraui me daturum patribus veſtris, Præter Caleb filiū Iephunæ, is videbit eam, atque ei dabo terram quam calcauit, atque filijs ſuis, eo quòd [43] perfecte impleuit poſt Dominum. Sed & contra me ſeſe commouit Dominus veſtri cauſa, vt diceret, Neq; tu illuc venies. Iehoſua verò filius Nun, [44] qui coram te ſtat, is introibit in eam, [45] hunc corrobora: nam is diſtribuet hanc terram Iſraelitis. Et pubes veſtra quā dixiſtis prædam fore, & liberi veſtri qui hodie inter bonum & malum nihil diſcernunt, ij ingredientur illuc, & illis dabo eam, ipſique eā occupabunt. Vos autem cōuerſi [46] proficiſcimini verſus deſertum viā maris carectoſi. Et reſpondentes dixiſtis mihi, Peccauimus Domino, aſcendemus & pugnabimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Dominus Deus noſter. & accinctus eſt quiſque armis ſuis bellicis, [47] mutuóque adhortati eſtis ad aſcendendū in montē. Et dixit Dominus ad me, Dic eis, Ne aſcendatis, néve pugnetis: ego enim [48] non ſum in medio veſtri, ne affligemini ante hoſtes veſtros. Loquebar igitur vobis, at vos non audiebatis, ſed [49] exacerbantes os Domini, [50] inſolentes aſcēdebatis in montē. Egreſſúſque Amorrhæus, qui habitabat in mōte illo, obuiam vobis, perſequutus eſt vos quemadmodū [51] apes facere ſolēt, & [52] percuſſit vos in Seir vſq; Horma. Et reuerſi fleuiſtis coram Domino, & Dominus non audiuit vocem veſtram, & non attēdit vos. Sediſtis itaque in Kades diebus multis, [53] ſecūdū dies videlicet quibus māſiſtis.

CAP. II.

VErſi igitur, profecti ſumus in [1] deſertum viā maris carectoſi, quēadmodum Dominus loquutus erat ad me, & circuiuimus mōtē Seir diebus multis. Et loquebatur Dominus ad me, dicēs, Satis circuiſtis montem iſtum, vertite ad Aquilonem. Et populo præcipe dicens, Vos tranſibitis limitem fratrū veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir, [2] qui timebunt à vobis, cauete igitur diligenter. [3] Ne oſtendatis vos feroces contra eos, quoniā nihil dabo vobis de terra eorū, [4] ne veſtigiū quidē pedis: quoniā dedi mōtē Seir ipſi Eſau poſſidendū. Cibum emetis ab eis pecunia vt comedatis, quin & aquā emetis ab eis argēto vt bibatis. Nam Dominus Deus tuus [5] fauſta tibi eſt imprecatus in omni opere manuū tuarum:

¶16 vel, ſregerūt nobis animos. ¶17. i. numeroſior. q. d. vincit nos populus ille & numero & viribus. ¶18 filios gigātum. i. gigātes vidimus illic. ¶19 vel, nō aliter quàm fecit ¶40 vel, Et ne per hoc quidē ¶41 caſtra figeretis: ¶42 vel, oſtēderet vobis ¶43 perfecit ſive iret poſt Dominū. Hebraiſmus, pro, perfecit mādata mea ſequēdo me. ¶44. i. qui miniſtrat tibi. ¶45 Corroborare aliquē, eſt iubere eū bono eſſe animo. ¶46 profecti eſtis ¶47 paratique fuiſtis aſcendere in montē. i. dixiſtis vos paratos eſſe &c. ¶48. i. non fauebo vobis. ¶49. i. repugnātes verbo Domini. ¶50 temere ruentes. vel, ſuperbia elati ¶51 ſub. irritatæ. ¶52 cōtriuit nos ¶53 vel, quanto tēpore habitaueratis illic. i. diebus multis poſt reditū exploratorum manſiſtis illic, quot dies māſeratis ante regreſſū exploratorū. Hic Cades, pro Cades-barnea poſitū eſt, vt & Numerorum cap. 11. e Dicitur & deſertū Pharan.

II.

¶1 Deſertū Sin intelligit. ¶2 quāuis timeāt ſibi à vobis, cauete tamen ſummopere. ¶3 Ne irritetis eos ad pugnam. vel, Ne lædatis eos. ¶4 Heb. vſque ad detractionem plantæ pedis: ¶5 Heb. benedixit tibi in omni &c. Phraſis Hebraica, pro, fauit tibi in omnibus quæ geſſiſti conſilio ſuo, non tuo.

¶6 ambulare tuum per ſolitudinem iſtam magnam &c.i. nouit quòd ambulaueris per ſolitudinē &c. ¶7 [per]viā ſolitudinis cāpeſtrem, ¶8 ne obſideas.vſ, oppugnes, ¶9 vſ, diſceptes cū illi: bello.ne laceſſas prælio. ¶10 gigantes. qui Emim Hebraice dicūtur. quòd terrorem omnibus incuterent. ¶11 Anac, proprium gigātis nomē: deinde Enaxim generali vocabulo dicit.

¶11 Heb.Gigantes reputabantur etiam ipſi velut Enaxim: & Moabitæ vocare ſolent tales, Emim. Pro [Gigantes,]Hebraice legitur Raphaim:quòd gigantes redderent homines animo remiſſo. ¶13 vſ, in terra quam poſtea poſſedit

¶14 Manū Domini voc.t virtutē ipſius quæ perduxit eos per deſerta.
¶15 vſ, tranſiturus es
¶16 gigantum
¶17 gigantes
¶18 Id eſt, flagitioſos.
¶19 gigantes.
¶20 vſ, Et Cappadoces qui egreſſi ſunt de Cappadocia, perdiderūt eos, & habitauerūt loco ipſorum.
¶21 expaueſcāt
¶22 Heb.via via ibo.i. via regia
¶23 Heb. tantū modo tranſibo &c.i.tantūmodo concede vt tranſeam pedibus meis.

nouit[6] proficiſci tuum in deſerto iſto vaſto' his quadraginta annis,fuitque tecum Dominus De⁹ tuus,ita vt tibi nihil defuerit.¶Trāſeuntes verò à fratribus noſtris filijs Eſau habitātibus in Seir [7][ſā]via plana,'ab Elath.& Ezion-gaber, deflexi-mus & tranſiuimus viam deſerti Moab. Dixitq; Dominus ad me, Moabitas[8]non premas hoſtiliter,'neque[9]ferocias in eos bello,'quoniam nō dabo tibi de terra eius poſſeſſionem[vllam:]quandoquidē filijs Lot dedi Ar poſſidendam.[10]Emim' antea in ea habitauerunt, populus magnus & multus,tum etiam procerus vt[11]Anaxim: 'quos Moabitæ vocant Emim, gigantes reputati ſunt quemadmodum Enaxim. 'In Seir verò olim hābitarunt Horæi,quorum poſſeſſionem occuparunt filij Eſau. & vaſtarunt eos ante ſe, habitarúntque in loco eorum, ſicut fecit Iſrael[13]terræ poſſeſſionis ſuæ,'quā eis Dominus dedit.¶[Dixi itaque,]Surgite igitur,& tranſite torrentem Zæred.& tranſiuimus torrentem Zæred.Et dierum quidem quibus profecti ſumus à Kades-barnea, donec tranſiremus torrentem Zæred, fuerūt triginta octo anni, donec vniuerſa ætas virorū qui bello apti erant, conſumeretur de medio caſtrorum,quemadmodum iurauerat eis Dominus. Quin &[14]manus Domini'fuit contra eos,vt perderet eos è medio caſtrorum,donec plane conſumpti eſſent. ¶Quúmq; iā omnes viri bello apti confecti eſſent,interiſſéntque è populo,Loquutus eſt Dominus ad me in hāc ſententiā, Tu[15]tranſis'hodie limitem Moab,nempe Ar:Et quū appropinquaueris filijs Ammon,[8]ne premas eos hoſtiliter, neque ferocias in eos bello:'de terra enim filiorum Ammon nihil dabo tibi vt poſſideas:filijs enim Lot dedi eam poſſidendā. Terra[16] Rephaim'& ipſa reputatur,ſederúntque in ea iam olim[17]Rephaim' quos Ammonitæ vocant[18]Zamzumim.'Populus fuit magnus & multus, tum etiam procer⁹ quemadmodum[19] Enaxim,' quos Domin⁹ excidit ante eos,& occuparūt eos, habitarúntque[illic]pro ipſis.Quemadmodum fecit filijs Eſau habitantibus in Seir, quum extirparet Horæos à facie eorum, vt ipſi poſſiderent eos, habitaréntque [illic] illorum loco in hunc vſque diem.Hauæos quoque habitantes in Hazerim vſq; Gaza,[20]Caphtorim egreſſi ex Caphtor exciderūt eos,&habitarūt ipſi loco illorū'.Surgite itaque, ſoluite & traijcite torrentem Arnon, ecce dedi in manum tuam Sihon regem Heſbon Amorrhæorū, atque terram eius,incipe poſſidere, & capeſſe aduerſus eum prælium. Incipiam hoc ipſo die immittere pauorem tuum,& timorem tuum ſuper populos, qui vbique ſub cælo ſunt,vt qui vel famam de te audierint cōtremiſcant,& corā te[21]infirmentur. ¶Miſi ergo nuntios à deſerto Kademoth ad Sihon regem Heſbō cum mādatis pacificis,nempe huiuſmodi,Liceat quæſo vt tranſeam per regionem tuam,[22]via recta ibo.' non declinabo neq; ad dexteram,neq; ad ſiniſtram.Commeatum pecunia vendes mihi vt comedam,& aquam pecunia dabis mihi vt bibā:[23]liceat ſaltem'vt pedes trāſeam, Quēadmodū fecerunt mihi filij Eſau qui habitant in Seir, & Moabitę habitantes in Ar,quouſq; traiecero Iordanē, in terrā quā Dominus Deus noſter[24]tradidit'nobis. Sihon autem rex Heſbon nō permiſit vt tranſiremus[25] per ſua:' nam indurauerat Dominus Deus tuus animū eius, & corroborauerat cor eius, vt traderet eum in manum tuam, quēadmodum hodiernus dies[declarat.]Et dixit Dominus ad me,[26]Ecce'cœpi tradere coram te Sihon, & terram eius,incipe occupare, vt poſſideas terram eius. Egreſſus itaq; obuiam nobis Sihon, ipſe

nouit iter tuum,quomodo tranſieris ſolitudinē hanc magnam, per quadraginta annos habitās tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. ¶Cúmq; trāſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabant in Seir,per viam campeſtrem,de Elath,& de Aſion-gaber, venimus ad iter quod ducit in deſertum Moab. Dixitque Dominus ad me, Non pugnes cōtra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de Terra eorum,quia filijs Lot tradidi Ar in poſſeſſionem.Emim primi fuerunt habitatores eius,populus magnus,& validus, & tā excelſus vt de enacim ſtirpe,quaſi gigantes,crederentur,& eſſent ſimiles filiorū Enacim.deniq; Moabitæ appellāt eos Emim.In Seir autem prius habitauerunt 'Horrim:' quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſrael in Terra poſſeſſiōis ſuæ,quam dedit illi Dominus. ¶Surgentes ergo vt tranſiremus torrētē Zared, venimus ad eum.Tempus autem quo ambulauimus de Cadeſ-barne vſque ad tranſitum*Zared, triginta & octo annorum fuit:donec conſumeretur omnis 'congregatio' hominum bellatorū de caſtris,ſicut iurauerat Domin⁹. Cuius manus fuit aduerſum eos,vt interirent de caſtrorū medio.¶Poſtquam autem vniuerſi ceciderunt pugnatores,Locutus eſt Dominus ad me,dicens,Tu tranſibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar:& accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælīū. non enim dabo tibi de Terra filiorum Ammon, quia filiis Lot dedi eam in poſſeſſionem. Terra gigantū reputata eſt:& in ipſa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim,Populus magnus, & proceræ lōgitudinis, ſicut enacim, quos deleuit Dominus a facie eorū: & fecit illos habitare pro eis,Sicut fecerat filiis Eſau,qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & Terram eorum illis tradens, quā poſſident vſque in præſens.Heuæos quoque qui habitabant in Haſerim vſque Gazam, Cappadoces expulerūt: qui egreſſi de Cappadocia deleuerūt eos,& habitauerunt pro illis. Surgite,& tranſite torrentem Arnon:ecce tradidi in manu tua Sehon regem Heſebon, Amorrhæum, & Terram eius incipe poſſidere, & committe aduerſus eū prælium. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant ſub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in morē parturientium contremiſcant,& dolore teneantur. ¶Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Sehon regem Heſebon verbis pacificis, dicēs, 'Tranſibimus'per Terram tuam, publica*gradiemur via:nō declinabimus,'neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.Alimenta pretio vēde'nobis, vt veſcamur:'aquam pecunia tribue,& ſic 'bibemus.Tantum eſt vt nobis' concedas tranſitum, Sicut fecerunt filij Eſau, qui habitant in Seir,& Moabitæ qui morantur in Ar: donec 'veniamus ad Iordanem, & tranſeamus' ad Terram quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Noluitque Sehon rex Heſebon dare nobis tranſitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritum eius,& obfirmauerat cor illius,'ita' vt traderetur in manus tuas,ſicut nūc vides. Dixitque Dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon & Terram eius. incipe poſſidere eam. Egreſſúſque eſt Sehon obuiam nobis

B
Benedictio Dei & prouidentia pro Iſraelitis.

Iſraeli præcipitur ne contra Moabitas prælietur.
Poſſeſſio filiorum Lot.

C
Emim.
¶'Horrhæis Horrhæi.

*torrentis

¶'generatio

D

Ne cōtra Ammō pugnet, præcipitur Iſraeli.
Zōzommim

Heuæi à Cappadocibus victi.
E

Sehon denegans trāſitū, vincitur.numer.21.c.
¶'Tranſibo
F ¶'gradiar via:nō declinabo,
¶'mihi,vt veſcar:
¶'bibā. Tantum eſt mihi
¶'veniam ad Iordanem,& tranſeam
Amos 2.c.

¶24 traditurus eſt ¶25 Heb.per ſe.i.per regionem ſuam. ¶26.i.Conſydera & animaduerte quòd &c.

cum omni populo ſuo ad prælium in Iaſa. Et tradidit eum Dominus Deus noſter nobis: percuſſimúſque eum cũ filijs ſuis & omni populo ſuo.
G Cunctáſque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. non reliquimus in eis quicquã. Abſque iumentis, quę in partem venere prædantium: & ſpolijs vrbiũ, quas cepimus. Ab Aroer,
¶[8]. & quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon *oppido quod in valle ſitum eſt, vſque Galaad: non fuit vicus & ciuitas quæ noſtras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noſter nobis. Abſque terra filiorũ Ammon, ad quã nõ acceſſimus, & cunctis quæ adiacẽt torrẽti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuerſiſq; locis à quibus nos prohibuit Dominus Deus noſter. CAP. III.

Og rex Baſã occiditur. Ĩ.21.b. nume. 21.g.

ITaque conuerſi aſcendimus per iter Baſan: egreſſúſque eſt Og rex Baſan in occurſum nobis cum populo ſuo ad bellandum in Edrái. Dixitque Dominus ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus eſt cũ omni populo ac terra ſua: faciéſque ei ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon. ¶Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus noſtris etiam Og regem Baſan, & vniuerſum populum eius: percuſſimúſque eos vſque ad internecionem, Vaſtantes cunctas ciuitates illius vno tempore: non fuit oppidum quod nos effugeret: ſexaginta vrbes, omnẽ regionẽ Argob regni Og in Baſan. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altiſſimis, portiſque & vectibus, abſque oppidis innumeris quæ non habebant muros. Et deleuimus eos, ſicut feceramus Sehon regi Heſebon, diſperdentes omnem ciuitatem, viróſque ac mulieres

Nume.21.e. Nume.21.g.

B & paruulos: iumenta autem & ſpolia vrbium diripuimus. Tulimúſque illo in tempore terram de manu duorũ regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vſque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir. omnes ciuitates quę ſitæ ſunt in planitie, & vniuerſam Terrã Galaad & Baſan vſq; ad Selcha & Edrái ciuitates regni Og in Baſan. Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantũ. Et monſtratur lectus eius ferreus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis manus.

Hermõ mõs qui & Sariõ, & Sanir.

Lectus Og regis.

¶Terrámque poſſedimus tẽpore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquam autem partem Galaad, & omnem Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe, omnẽ regionem Argob: cũctáque Baſan vocabatur Terra-gigãtum. Iair filius Manaſſe poſſedit omnẽ regionẽ Argob vſque ad terminos Geſſuri & Machati. Vocauitque
C ex nomine ſuo Baſan, Hauoth-Iair, id eſt Villas-Iair, vſque in præſentẽ diem. Machir quoque dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra-Galaad vſque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confinium, vſque ad torrentẽ Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon: Et planitiem ſolitudinis atque Iordanem & terminos Cenereth vſque ad mare deſerti, quod eſt ſalſiſſimũ,

Poſſeſſio Ruben Gad, & dimidiæ trib. Manaſſe. nume.32.f.

Baſã. Terra-gigantum. ¶[7] vocatur

Hauoth-Iair

& vniuerſus populus eius, vt congrederetur [nobiſcum] in Iaſa, Quem tradidit Dominus Deus noſter coram nobis, & percuſſimus eum, & filios eius, atque cunctum populũ eius. Cepimus quoque eodem tempore omnes ciuitates eius, & excidimus ad internecionem vſque omnes ciuitates, viros, mulieres, & pubem, neminem reliquimus ſuperſtitem, [17] Cæterum iumẽta diripuimus nobis, & prædam ciuitatum quas ceperamus. Ab Aroer quæ eſt ad litus torrentis Arnon, & a ciuitate quæ eſt in torrente vſque ad Gilead, non fuit ciuitas [18] quæ ſuperior eſſet nobis, Dominꝰ Deus noſter tradidit eas omnes [19] ante nos. [10] Duntaxat [11] ad terram filiorum Ammon non acceſſiſti, [id eſt] omnem limitem torrẽtis Iabok, & ad ciuitates mõtanas, & ad omnia quę præcepit Dominus Deus noſter. CAP. III.

VErsũ autem aſcendimus per iter Baſan. Et egreſſus rex Baſan occurrit nobis, ipſe & vniuerſus populus eius, vt cõgrederetur nobiſcũ in Edrei. Tum dixit Dominus ad me, Ne timeas eũ, [1] tradidi enim in manum tuam eum, & cũctum populum eius, atque terram eius: tu facies ei quẽadmodum feciſti Sihõ regi Amorrhæorum, qui [2] habitauit in Heſbõ. Tradidit itaque Dominus Deus noſter in manũ noſtram etiam Og ipſum, regem Baſan, & vniuerſum populum eius, percuſſimúſque eum, ita vt non ſupereſſet ei reliquus. Et cepimus eodem tempore omnes ciuitates eius, nec fuit ciuitas vlla quã nõ caperemus ab eis, ſexaginta [nempe] ciuitates per vniuerſum tractum [3] Argob regni Og in Baſan. Eránt que omnes iſtæ vrbes altis muris, foribus & [4] repagulis munitæ, præter ciuitates quæ muros nõ habebant, quarum erant admodum multæ. Has ad internecionem vſque excidimus, ſicut feceramus Sihon regi Heſbon, vaſtando funditus omnes vrbes, viros, mulieres & pubem. Cuncta tamen iumenta, & ſpolia ciuitatum diripuimus nobis. Ademimus itaque eodem tempore terram iſtam de manu duorum regũ Amorrhæorũ quæ erat cis Iordanem, à torrente Arnon vſque ad montem Hermon. (Porrò Sidonij vocant [montem] Hermon, Sirion, & Amorrhęi vocãt eũ Senir) omnes [nempe] ciuitates in planitie ſitas, & vniuerſam Gilead, atque omnẽ Baſan, vſq; ad Salcha & Edrei, quę erant ciuitates regni Og in Baſan. Solus enim Og rex Baſan remãſerat ex reliquijs [5] Rephaim, & en lectus eiꝰ erat lectus ferreus, [6] qui adhuc viſitur in Rabbath filiorũ Ammon: nouẽ cubitos habet longitudo eius, & quatuor cubitos latitudo eius, iuxta [7] cubitũ virilẽ. ¶Et hanc quidẽ terram occupauimus tũ, ab Aroer quæ eſt ad torrentem Arnon, & dimidium mõtis Gilead, & ciuitates eius dedi Rubenitis & Gaditis. Reliquam verò partem Gilead, & vniuerſam Baſan, regnum videlicet Og, dedi dimidiæ tribui Manaſſe, [8] omnem ſcilicet tractum Argob cum tota Baſan, quæ & ipſa vocabatur terra Rephaim. Iair [9] filius Manaſſe [10] occupauit omnem tractum Argob vſq; ad limitem Geſuri & Maachati, & nominauit ea [loca] iuxta nomen ſuum, [11] Baſan, Hauoth-Iair vſque ad hodiernũ diem. Ipſi Machir verò dedi Gilead. Porrò Rubenitis & Gaditis dedi de Gilead, vſque ad torrentẽ Arnon, [12] mediũ torrentis, & limitem, vſque ad Iaboc torrẽtem, qui limes eſt filiorũ Ammon. [13] Vaſta quoque loca & ipſum Iordanẽ atq; limitem à Cinereth vſq; ad mare ſolitudinis, [14] mare videlicet

¶17 Verùm
¶18 Heb. quæ exaltauerit ſeſe à nobis. Id eſt, quæ ita natura loci munita fuerit, vt à nobis expugnata non fuerit.
¶19 id eſt, in poteſtate noſtra.
¶10 vl, Verùm
¶11 .i. non inuaſiſti terrã Ammon. nihil cepiſti de regione Ammonitarum. Singulare eſt pro plurali, acceſſiſtis.

III.

¶1 vl, traditurus ſum illum.
¶2 habitabat
¶3 Chaldæus paraphraſtes vertit pro Argob, Trachonitidem regionẽ. q.d. ſexaginta vrbes cepimus, omne ſcilicet regnũ Argob, id eſt regnum Og, qui regnabat in Baſan. Trachonitis regio, eadẽ quæ & Baſan.
¶4 ſiue, præ grandibus peſſulis qui erant inſtar vectium
¶5 gigantum.
¶6 Heb. nonne adhuc viſitur &c.
¶7 Id eſt, cubitum vulgarem, non ipſius gigantis.
¶8 tota regio Argob per totam Baſan, vocari ſolet Terra-gigantum. &c. Id eſt, tota regio Trachonitis quæ extendit ſe per omnem regionem Baſſanitidem, vocari ſolet in Terra gigantum.
¶9 filium pro nepote dicit, more Hebraico. ¶10 Id eſt, expugnauit. ¶11 Aliquid ſubaudiendum eſt, cuiuſmodi, vocauit inquam: vt ſic legas, Vocauitque ea ex nomine ſuo: vocauit inquam Baſan, Hauoth-Iair, &c Vel ſic, Vocauitque eos ex nomine ſuo, nempe Baſan &c. ¶12 [&] internam partem torrentis, & regionem adiacentem, vſque ad &c. ¶13 Solitudinem quoque & Iordanem, & regionem adiacentem à Cenereth &c. Id eſt, Solitudinem quæ adiacet Iordani, & propinquam regionem à mari Genezareth &c. ¶14 vl, quod eſt mare ſalis. Id eſt mare mortuum.

¶15 vel potius, ſub effuſionib⁹ aquarum Phaſga. id eſt, ſub radicibus quæ fontibus rigari ſolent. Alij vertunt, ſub Aſdod-phaſga.
¶16 expediti trāſibitis .i. inſtructi armis ducetis primā aciē, præcedētes fratres. ¶17 vl, quotquot ex vobis poterūt geſtare arma:
¶18 vl, tranſiturus es. ¶19 vl, facta fortia ſimilia tuis?
¶20 .i. vt videā mōtē illū optimū in quo ædificata fuit Ieruſalē: & templū quod constructū fuit ex lignis cedrinis captis in Libano. Hæc dicta ſunt in ſpiritu prophetiæ.
¶21 vl, Phaſga. ¶22 .i. mandatis inſtrue ipſum Ioſſe de agendis. ¶23 videbis .quū ſcilicet eris i cacumine mōtis Phaſga.
¶24 Manſeramus autem in Gai, eregione tēpli Phogor. Gai. nomen eſt vallis montis Phaſgæ.

IIII.

¶1 vl, docturus ſum ¶2 datur⁹ eſt ¶3 præceptur⁹ ſum mox ¶4 in hoc vt cuſtodiatis præcepta. ſub. purè & syncerè.
¶5 propter idōlum Phegor. Chaldæus paraphra. cōtra cultores Beel-phegor. Ammonitarum fuit idōlū. ¶6 vl, non aliter quàm

ſalis [15]'ſub ſcatebris collis' ad Orientē. Eodē tēpore præcepi vobis, dicēs, Dominus Deus veſter dedit vobis terram iſtā, vt poſſideatis eam, [16]'in primo pilo tranſibitis' ante fratres veſtros filios Iſrael, [17]'omnes ſcilicet qui viri eſtis:' Tantum vxores veſtræ, pubes veſtra, & pecora veſtra (ſcio enim quòd multum pecoris vobis eſt) manebunt in ciuitatibus veſtris quas dedi vobis, Donec Dominus requiem dederit fratrib⁹ veſtris, ſicut vobis, & occupauerint ipſi quoque terram quā Dominus Deus veſter dedit eis vltra Iordanē, tum reuertemini quiſque ad poſſeſſionē ſuam quam dedi vobis. Et ipſi Iehoſua præcepi eodem tempore hiſce verbis, Viderunt oculi tui cuncta quæ fecit Dominus Deus veſter duobus iſtis regibus, ſic faciet omnibus regnis ad quæ tu '[18]iā trāſis.' Ne timueritis eos, quia Dominus Deus veſter ipſe pugnabit pro vobis. ¶Oraui autē illo tempore ad Dominum, dicēs, Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam robuſtam, (quis enim eſt deus in cælis aut in terra, qui faciat ſecundum opera tua, & '[19]potētiam tuam?') Liceat quæſo vt & ego trāſeam & videam terram iſtam bonam quæ eſt vltra Iordanem, [20]'montēmque illum bonum & Libanū.' At Dominus commotus aduerſum me veſtri cauſa, non exaudiuit me, ſed dixit ad me Dominus, Sat tibi ſit, nequid amplius hac de re ad me loquaris. Aſcende in verticē '[21]collis,' & ſublatis oculis tuis ad Mare, ad Septētrionem, ad Meridiem, & ad Orientem, circunſpice oculis tuis, quia non traijcies Iordanem iſtum. Et '[22]præcipe ipſi Iehoſua,' robora & anima eum, quoniam ipſe præcedet populum iſtū, & ipſe ſorte diuidet eis terram iſtam quam '[23]vides.' [24]Manſimus verò in valle eregione domus Peor.

CAP. IIII.

Audi igitur Iſrael ſtatuta & iudicia quæ ego '[1]doceo' vos, vt faciatis, vtq; viuatis, introeatis & poſſideatis terram quam Dominus Deus patrum veſtrorū '[2]dat' vobis. Ad verbum meū quod ego '[3]præcipio' vobis, nihil adijcietis, nihil itē ei detrahetis, [4]vt obſeruetis præcepta Domini Dei veſtri, quæ ego '[3]præcipio' vobis. Oculi veſtri viderunt quæ fecit Dominus '[5]in Baal-peor:' nā omnem virum qui inceſſit poſt Baal-peor, hūc perdidit Dominus Deus è medio tui. Vos contra qui adhæſiſtis Domino Deo veſtro, omnes etiamnū hodie, viuitis. Ecce docui vos ſtatuta & iudicia, '[6]ſicut' præcepit mihi Dominus Deus meus, vt ſic faciatis in medio terræ ad quam vos venitis vt eam occupetis. [7]Cuſtodietis itaq; & facietis: hæc enim eſt ſapientia & '[8]intelligentia' veſtra [9]coram populis qui audient omnia ſtatuta iſta, vt dicāt, Duntaxat populus ſapiens & intelligens eſt gēs hæc magna. Quæ enim [10]'gens [tam] magna eſt,' [11]'quæ ſic habeat deum ſuum ſibi amicum & familiarem,' quemadmodū Dominus Deus noſter eſt in omnibus pro quib⁹ inuocamus eū? Et quæ gens [tā] magna eſt, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta, [12]'ſecundum vniuerſam legem iſtā quam ego propono' vobis hodie? [13]'Modo' caue tibi, & cuſtodi animum tuum diligenter, ne vnquam obliuiſcaris eorū quæ viderunt oculi tui, & ne fortè recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, ſed nota facias ea filijs tuis, & nepotibus tuis: [14]'Diē præſertim quo' ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, quum diceret Dominus ad me, Congrega

ad radices montis Phaſga contra Orientē. Præcepique vobis in tempore illo, dicens, Dominus Deus veſter dat vobis Terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael, omnes viri robuſti: Abſq; vxoribus, & paruulis atque iumentis (noui enim quòd plura habeatis pecora) & in vrbibus remanere debebūt, quas tradidi vobis: Donec requiē tribuat Dominus fratribus veſtris ſicut vobis tribuit: & poſſideāt ipſi etiam Terrā quam daturus eſt eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam quam dedi vobis. Ioſſe quoque in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his regibus: ſic faciet omnibus regnis ad quæ trāſiturus es. Ne timeas eos: Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis. ¶Precatúſque ſum Dominum in tempore illo, dicens, Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuá, manúmque fortiſſimam. neque enim eſt alius Deus vel in cælo, vel in terra, qui poſſit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Tranſibo igitur & videbo Terram hanc optimā trans Iordanem, & montem iſtum egregium, & Libanū. [Iratúſque eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. Aſcēde cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circunfer ad Occidētem, & ad Aquilonem, Auſtrúmq;, & Orientē, & aſpice. nec enim tranſibis Iordanē iſtum. Præcipe Ioſūe, & corrobora eum atq; conforta: quia ipſe præcedet populum iſtum, & diuidet eis Terram quam viſurus es. Manſimúſque in valle contra phanum Phogor.

CAP. IIII.

Et nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciēs ea, viuas, & ingrediēs poſſideas Terram quam Dominus Deus patrum veſtrorū daturus eſt vobis. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri quę ego præcipio vobis. [Oculi veſtri viderūt omnia quæ fecit Dominus contra Beel-phegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio veſtri. Vos autem qui adhæretis Domino Deo veſtro, viuitis vniuerſi vſq; in præſentē diem. ¶Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mādauit mihi Dominus Deus meus: ſic facietis ea in Terra quam poſſeſſuri eſtis. Et obſeruabitis, & implebitis opere: hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus corā populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant, En populus ſapiens & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut *Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtáque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? ¶Cuſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ: docebis ea filios ac nepotes tuos, Diem in quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi dicens, Congrega

Rubenitis & Gaditis præcipitur vt armati deducāt fratres in Terram-Chanáan.

D

Ioſue conſtituitur dux ſuper Iſrael. Nume. 27. d.

Orans Moyſes, omnipotentiā Dei cōfeſſus, petit ingredi Terrā-Chanáā & nō exaudit.

ſ. 11. & 34. a.

Moyſi Deus Terrā oſtēdit

Adhortatio ad legem.

Verbum Dei.

Nume. 25. a.

Beel-phegor

Adhærere Deo.

Pręcepta obſeruanda.

Sapientia & intellectus hominum.

B

*Dominus Orationibus adeſt Deus.

Operum Dei ne obliuiſcamur.

Filij quid docēdi. exo. 19. c

¶7 vl, Cuſtodite itaque, & facite. ſub. ea. ¶8 vl, prudentia .i. tum demum habebimini ab exteris pro ſapientibus & prudentibus. ¶9 vl, apud exteras gentes, quæ audituræ ſunt omnia ſtatuta iſta, & dicturæ, Tantummodo populus iſte eſt populus ſapiens &c. q.d. Solus iſte populus eſt prudētiſſimus. ¶10 vl. alia natio ita eximia, ¶11 Heb. cui ſint dij propinqui .i. fauentes. ¶12 vl, qualis eſt tota lex iſta quam ego daturus ſum &c. ¶13 Veruntamen ¶14 Heb. Die quo &c. Subaudiendum eſt aliquid, hoc modo, Quæ inquam viderunt oculi tui, die quo ſtetiſti &c.

ad me populũ, vt audiant ſermones meos,& di-
ſcant timere me omni tẽpore quo viuunt in ter
ra, doceántque filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radi-
ces mõtis(qui ardebat vſque ad cælum:erántque
in eo tenebræ, & nubes,& caligo.)Locutúſque eſt
Dominus ad vos de medio ignis:vocem verborũ
eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis.Et
oſtendit vobis pactũ ſuum quod præcepit vt fa-
ceretis,& Decem verba quæ ſcripſit in duabus ta
bulis lapideis. Mihique mandauit in illo tempo
re vt docerẽ vos ceremonias & indicia quæ face-
[redacted] re deberetis in Terra quam poſſeſſuri eſtis.¶Cu
ſtodite igitur ſollicitè animas veſtras, (non vidi-
ſtis aliquam ſimilitudinẽ in die qua locutus eſt
vobis Dominus in Horeb de medio ignis:)ne for
tè decepti faciatis vobis ſculptã ſimilitudinem,
aut imaginem maſculi vel fœminæ, ſimilitudi-
nem omniũ iumentorum quæ ſunt ſuper terrã,
vel auiũ ſub cælo volãtium,atque reptilium quæ
mouẽtur in terra,ſiue piſcium qui ſub terra mo
rantur in aquis.Ne fortè eleuatis oculis ad cælũ
Aſtra. videas ſolem & lunam,& omnia aſtra cæli,& er
rore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Do
minus Deus tuus in miniſterium cũctis gẽtibus
Hæreditas Dei, populus Iſrael. quæ ſub cælo ſunt.¶Vos autem tulit Domin⁹, &
eduxit de fornace ferrea Ægypti,vt haberet po
pulũ hæreditariũ, ſicut eſt in præſenti die. ¶Ira-
Moyſes nõ ingreſſurus terram pmiſſ. tůſque eſt Dominus contra me propter ſermo-
nes veſtros,& iurauit vt nõ trãſirem Iordanem,
nec ingrederer Terram optimã quã daturus eſt
Z.1.f. D vobis.Ecce morior in hac humo,nõ tranſibo Ior
[redacted] danem: vos tranſibitis & poſſidebitis Terrã egre
giam.¶Caue nequando obliuiſcaris pacti Domi
ni Dei tui, quod pepigit tecũ: & facias tibi ſcul-
Ignis conſumens Deus. hebr.12.g. ptam ſimilitudinẽ eorũ quæ fieri Dominus pro-
hibuit.Quia Dominus Deus tuus ignis conſumẽs
eſt,Deus æmulator.Si genueritis filios ac nepo-
tes,& morati fueritis in Terra, deceptique fece-
ritis vobis aliquam ſimilitudinem,patrantes ma
lum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad ira-
cũdiam prouocetis: Teſtes inuoco hodie cælum
& terram,citò perituros vos eſſe de Terra quam
tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. Non habitabi-
tis in ea longo tempore, ſed delebit vos Domi-
nus,Atque diſperget in omnes Gentes,& rema-
nebitis pauci in nationibus ad quas vos ductu-
rus eſt Dominus.Ibique ſeruietis dijs qui homi-
E nũ manu fabricati ſunt,ligno & lapidi,qui non
vident,nec audiunt,nec comedunt, nec odoran-
Toto corde quærendus Deus in tribulatione. tur.¶Cúmque quæſieris ibi Dominum Deũ tuũ,
inuenies eum : ſi tamen toto corde quæſieris, &
tota tribulatione animæ tuæ.Poſtquam te inue-
nerint omnia quæ prædicta ſunt,nouiſſimo au-
tem tẽpore reuertẽris ad Dominum Deũ tuum,
Miſericors Deus. & audies vocem eius.(Quia Deus miſericors Do-
minus Deus tuus eſt )non dimittet te,nec omni-
Deus memor pacti. no delebit, neq; obliuiſcetur pacti in quo iura-
uit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis,

mihi populum,[15]& faciam vt audiãt verba mea,
[16]quæ diſcant, vt timeãt me cunctis diebus qui-
bus ipſi victuri ſunt ſuper terram, & filios ſuos
doceant.Acceſſiſtis[17] autẽ & ſtetiſtis[18] ſub monte,
(mõs autẽ ardebat igne ad medium cæli vſque,
[in quo]erãt tenebræ,nubes & caligo.) Loqueba
túrq; Domin⁹ ad vos de medio ignis:& quidẽ vo
cem verborũ vos audiebatis, at ſimulachrũ nul-
lũ videbatis,vltra vocẽ.Tũ[19]promulgabat vobis
[20]fœdus ſuũ quod præceperat vobis vt faceretis,
[21]decẽ verba nẽpe quæ ſcripſit ſuper tabulas duas
lapideas. Mihi verò eodẽ tempore præcipiebat
Dominus vt docerẽ vos ſtatuta & iudicia,vt face
retis ea in terra,in quã[22]trãſitis vt eã poſſideatis.
¶ Cauete ergo accurate,[23] quàm chara vobis eſt
anima veſtra (quandoquidẽ nullum omnino ſi-
mulachrum eodẽ die,quo loquutus eſt vobiſcum
Domin⁹ in Horeb è medio ignis,vidiſtis)Ne for-
tè [24]peruerſe quid agatis, faciendo ſcilicet vobis
ſculptile ſimulachrũ cuiuſcunq; figuræ, formã
maris aut fœminæ, formã cuiuſcũque animãlis
quæ eſt in terra,formã cuiuſcũque volucris pẽ-
natæ quæ volat[25]in cælo, formã cuiuſcunque re-
ptantis ſuper terrã, formam cuiuſcunque piſcis
qui eſt in aquis[26]ſub terra. [27]Et ne fortè attollas
oculos tuos in cælos,& viſis ſole,luna,ſtellis cum
vniuerſo exercitu cælorũ,[28]proſternaris,& ado-
res, coláſque ea,quæ[29]diſtribuit Dominus Deus
tuus[30]omnib⁹ populis ſub vniuerſo cælo. ¶Vos
autẽ aſſumpſit Dominus,atq; eduxit vos[31]de for
nace ferrea, de Ægypto ſcilicet,vt eſſetis ei populum & hæreditatem,vt hæc dies[declarat.] Cõ
monitque ſe Dominus aduerſum me veſtri cau-
ſa,ita vt iuraret[32]ne tranſirem Iordanem,neque
introirem in terram illam bonã,[33]quã Dominus
Deus tuus dat tibi in hæreditatem. [34] Sed more
rer in hac terra,& non trãſirem Iordanem,vos
autem tranſibitis & poſſidebitis terrã iſtam bo-
nam.¶Cauete ergo nequãdo obliuiſcamini fœ-
deris Domini Dei veſtri quod pepigit vobiſcum,
ita vt faciatis vobis ſculptile, aut ſimulachrum
cuiuſcunque rei[35]quod prohibuit tibi Dominus
Deus tuus, Quia Dominus Deus tuus[36]ignis con
ſumẽs eſt,& Deus[37]indigne ferẽs. Si genueris fi
lios & nepotes,& commorãtes in terra[38]peruer-
ſe egeritis, faciendo ſcilicet quancunque ſcul-
ptam imaginem, feceritiſque malum[39]in oculis
Dei tui, ita vt ad irã prouoces eum:Obteſtor con
tra vos hodie[40]cælum & terrã, quòd ſubito pe-
ribitis de terra hac ad quam vos traiecto Iorda
ne[41]tranſitis, vt eam poſſideatis,Nec prolonga-
bitis dies ſuper eam, [42]ſed omnino extermina-
bimini.Diſijciétque vos Dominus[43]in populos,
& reliqui eritis pauci numero in Gentibus , ad
quas vos Dominus ducturus eſt. Seruietiſque ibi
dijs,qui ſunt opus manuum hominis,nempe li-
gno & lapidi,qui non vidẽt,neque audiunt,ne-
que comedũt,neq; odorantur. ¶[44]Inde tũ quæ-
res Dominũ Deũ tuũ,atq;[45]inuenies, ſi quidẽ eũ
inueſtigaueris toto corde tuo,atq; toto animo tuo.Quum fueris in afflictione,& deprehẽderint te
omnia quæ hic dicuntur,[46]tum tandẽ reuertẽris ad Dominũ Deum tuũ,& obedies voci eius.(Nam
Deus miſericors,eſt Domin⁹ Deus tuus,)[47]nõ faciet te lãguere, neq; diſperdet te,neq; obliuiſcetur
fœderis patrũ tuorũ quod illis iurauit.[48]Etenim ſciſcitare,idque à priſcis tẽporib⁹ quæ ante fuerũt,

¶ 15 Heb. vt audire faciam eũ verba &c.i.vt illo audiente loquar. ¶16 vl,vt diſcant timere me ¶17 itaque ¶18 vl,ad radices montis, ¶ 19 expoſuit, indicauit ¶20 vl,cõditiones pacti ſui vobiſcum initi ¶ 21 Græci decẽ verba , ſiue decem fœderis cõditiones, appellant voce compoſita δεκάλογος. ¶22 vl,trãſituri eſtis ¶23 He.animabus veſtris.i. vobis.q.d.Caute ergo vobis diligenter. ¶ 24 corrũpatis [ſub. vos,] & faciatis vobis ſculptile aliquod,aut ſimilitudinẽ cuiuſcũque ſimulachri,hoc eſt imaginem &c. vl, ne forte corrupti faciatis &c. ¶25 vl,per cælũ.i. per aerem. ¶26 vl, infra terrã. Iuxta opinionẽ eorum qui dicunt aquam eſſe inferiorem terra. ¶27 Nẽve attollas. Mutatio numeri. ¶ 28 impellaris,ita vt corruas.Sub.à fide priſtina. ¶29 vl, impertiuit ¶30.i.in gratiã omnium populorum.hoc eſt, vt ſeruiant omnibus populis. ¶31 .i.de ſeruitute duriſſima. ¶32 me nõ trãſiturum Iordanem,neque ingreſſurum ¶33.i. quam traditurus eſt vobis poſſidendam iure hæreditario. ¶ 34 Heb. Ego enim moriturus ſum in hac terra,neque tranſiturus ſum ¶35 vl, quemadmodum prohibuit ¶36.i.perdet te, non aliter quàm magnus ignis, qui omnia vorat. ¶ 37 zelotes.i. qui non patitur riualem,ſed vult ſolus ſumme coli. ¶ 38 corrumpamini. ſub.animis. ¶39.i.inſpectante Domino Deo tuo. ¶ 40 Cælum & terram pro creaturis cæleſtibus & terreſtribus accipit. ¶41 vl, tranſituri eſtis, ¶42 nam ¶43 quibus ſcilicet eſtis inuiſi. ¶44 vl,Quòd ſi illinc quæſieris ¶45.i.aderit tibi,& fauebit. ¶ 46 Heb. in nouiſſimis diebus & reuertẽris.i. ſi tandẽ conuertaris ad Dominũ Deum tuũ, & parueris &c. ¶47 non derelinquet te, ¶48 Interroga enim dies antiquos,qui &c.Vox Hebræa I A M I M, pro qua[dies]vertimus, hic accipitur pro diarijs & annalibus.q.d.Conſule annales ſeu diaria priſca quæ continent res geſtas ante tua tempora,ex quo creauit Deus hominem &c.

¶49 & ab extremo cæli vſque ad extremū ei⁹ .i. ab Oriēte in Occidētē,i toto orbe terrarum, hoc eſt oēs homines. ¶50 vt veniret ereptū ſibi gētē aliquā de medio gētis [alteri⁹,]per tētationes,&c.
¶51 Tibi oſtenſum eſt [ſub. à Deo varijs ſignis]vt cognoſceres Dominū &c. Quaſi dicat, Multis ac varijs exēplis cognoſcere potuiſtiq Dominus &c. Vel, Didiciſti multis exēplis Dominū eſſe verū Deū. Hebraice ad verbū legitur, Tu fact⁹ es videre ad cognoſcendum.
¶52 Heb. ſemen eius poſt eū. i. delegit ſemē Iacob, ipſo Iacob mortuo. ¶53.i. quū ipſe adeſſet præſens.
¶54 vē, vt hodie res habet.
¶55 vē, & quòd nullus ſit alius.
¶56 Hæc verba, [cūctis dieb⁹]re ctius referūtur ad verbū præcedens[cuſtodi,] hoc modo, cuſtodi oīb⁹ diebus ſtatuta ei⁹. Alij referūt hæc verba [cunctis diebus] ad ea quæ paulo ante præcedunt, [vt bene ſit tibi,] hoc modo, vt bene ſit tibi, ſiue multa beneficia cōferat in te Dominus cunctis diebus.

ex eo die quo creauit Deus hominem ſuper terram. [49]& [percurrite] ab extremitate cæli vſque ad extremitatem cæli,' ſi vnquā facta ſit huiuſmodi res magna, aut audita ſit ſimilis huic. Nū audiuit vnquā populus vocem Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & viuus manſit? Aut tentauitne deus [aliquis][50] vt ingrederetur & tolleret ſibi gētem è medio gentis, per tētationes,' ſigna, prodigia, bella, manū validā, brachiū extentum, per que terrores magnos, iuxta quæ omnia fecit vobis Domin⁹ Deus veſter in Ægypto, ſpectātibus id oculis tuis? [51]Tu per apparitiones edoctus es Dominū' ipſum eſſe Deum, nec eſſe alium præter eum. De cælis fecit te audire vocem ſuam, vt erudiret te, & in terra oſtēdit tibi ignē ſuum magnum, & verba eius audiuiſti è medio ignis. Et quoniā dilexit patres tuos, elegit[52] ſemē eorum poſt eos,' & eduxit te[53]in facie ſua' virtute ſua magna ex Ægypto, Vt gētes magnas & te robuſtiores ante te ejiceret, atque te introduceret, & daret tibi terram illarū in hæreditatem, [54]id quod hæc[probat]dies.' Agnoſcas igitur hodie, & in cor tuum reuoca quòd Dominus ipſe eſt De⁹ in cælis ſuperne, & in terra inferne,[55]nec eſt alius.' Et cuſtodi ſtatuta eius, & præcepta eius quæ ego mando tibi hodie, vt bene tibi ſit, & filijs tuis poſt te, vt proroges dies ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi,[56] cūctis diebus. ¶ Tū ſegregauit Moſes tria oppida cis Iordanem ad ſolē Orientem, Vt illuc confugeret homicida, qui per imprudētiam proximum ſuum [57]occiderit, neq;[58]odio eum fuerit proſequutus [59]antea,'[60]fugeritq;' ad vnū ex ijs oppidis, vt viuat, nempe Bezer in deſerto in terra plana[61]Rubenitis,' & Ramoth in Gilead Gaditis, & Golan in Baſan Manaſſitis. ¶[62]Hæc itaq; lex eſt quam propoſuit Moſes in cōſpectu Iſraelis, hæc ſunt teſtimonia, ſtatuta & iudicia quæ loquutus eſt Moſes ad filios Iſrael, quū exijſſent ex Ægypto, Cis Iordanē[63]in valle' iuxta Beth-peor in terra Sihonis regis Amorrhæorū, qui habitauerat i Heſbō, quē percuſſerat Moſes & filij Iſrael, quū exijſſent ex Ægypto, Et occupauerāt terrā ei⁹, & terram Og regis Baſā, duos reges Amorrhæorū, qui erāt cis Iordanē ad exoriētem ſolem, Ab Aroer quæ eſt ad ripam torrētis Arnon, vſque ad montem Sihon, qui & Hermon, Et omnem planitiem cis Iordanem ad Orientem vſque ad mare, quod eſt in planitiē[64]ſub ſcatebris collis.

CAP. V.

VOcauitque Moſes' vniuerſum Iſraelē, & dixit ad eos, Audi Iſrael[1]ritus' & iudicia quæ ego'hodie loquor[4]in auribus veſtris,' vt diſcatis ea,'& in hoc ſeruetis vt faciatis. ¶[6]Domin⁹ De⁹ noſter pepigit nobiſcū fœdus in Horeb: [7]Nō cū patribus noſtris[8]excidit' Dominus fœdus hoc, ſed nobiſcū, qui omnes etiamnū hodie hic viuimus. [9]Facie ad faciem' loquutus eſt Dominus nobiſcū in mōte de medio ignis. ([10]Et ego ſtans inter Dominum & inter vos eodē tempore, annunciaui

qui fuerūt ante te ex die quo creauit Dominus' Deus hominem ſuper terrā, à ſummo cælo vſq; ad ſummum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vnquam cognitum eſt Vt audiret populus vocē Domini' Dei loquētis de medio ignis, ſicut tu audiſti, &'vidiſti. Si fecit De⁹ vt ingrederetur, & tolleret ſibi gētem de medio nationum, per tētationes, ſigna atque portēta, per pugnā & robuſtam manū, extētūmque brachiū, & horribiles viſiones iuxta omnia quæ fecit pro nobis Dominus Deus noſter in Ægypto, vidētibus oculis tuis. Vt ſcires quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & nō eſt alius præter vnum. De cælo te fecit audire vocē ſuam, vt doceret te: & in terra oſtendit tibi ignē ſuum maximū. & audiſti verba illius de medio ignis. Quia dilexit patres tuos, & elegit ſemen eorū poſt eos: eduxitque te præcedēs in virtute ſua magna ex Ægypto, Vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretq; tibi Terrā earum in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Domin⁹ ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Cuſtodi præcepta eius atque mādata quæ ego præcipio tibi: vt bene ſit tibi, & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tēpore ſuper Terrā quam Dominus De⁹ tuus daturus eſt tibi. ¶ Tūc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanē ad Oriētalem plagam, Vt confugiat ad eas qui occiderit nolēs proximum ſuum, nec ſibi fuerit inimicus ante vnū & alterū diem, & ad harū aliquā vrbium poſſit euadere: Boſor in ſolitudine quæ ſita eſt in terra campeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ eſt in tribu Gad: & Golan in Baſan, quæ eſt in tribu Manaſſe. ¶ Iſta eſt lex quā propoſuit Moyſes coram filijs Iſrael, & hæc teſtimonia & ceremoniæ atq; iudicia quæ locutus eſt ad filios Iſrael, quando egreſſi ſunt de Ægypto, Trās Iordanē in valle contra phanū Phogor in terra Sehō regis Amorrhæi, qui habitauit in Heſebon, quem percuſſit Moyſes, filij quoq; Iſrael egreſſi ex Ægypto. Poſſederūt terrā eius, & terram Og regis Baſan duorū regū Amorrhæorū, qui erant trās Iordanem ad ſolis ortum: ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripā torrētis Arnon, vſque ad mōtem Siō, qui eſt & Hermon. Omnē planitiem trans Iordanem ad Orientalē plagam, vſque ad mare ſolitudinis, & vſq; ad radices mōtis Phaſga.

CAP. V.

VOcauitque Moyſes omnem Iſraelem, & dixit ad eum, Audi Iſrael ceremonias atque iudicia quæ ego loquor in auribus veſtris hodie: diſcite ea, & opere complete. ¶ Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb. Non cum patribus noſtris inijt pactum: ſed nobiſcum qui impræſentiarum ſumus & viuimus. Facie ad faciem locutus eſt nobis in mōte de medio ignis, (Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis ver-

Beneficia Dei erga populū Iſrael, vt cognoſceret eſſe ſol⁹ Deus.
¶ vixiſti.
¶ vobis Dominus Deus veſter.
Exod. 13. d.
Deus Iſrael, ſol⁹ Deus eſt.
G Tres ciuitates perfugij. nūe. 35. a.
Ioſue 20. a.
Mons Sion, qui Hermō.
Refricat Moſes decalogū & leges Dei. Exod. 19. b. c.

¶57 occidiſſet. ¶58 odiſſet eum ¶59 Heb. ab heri & nudiuſtertius. ¶60 fugiātq; ¶61 vē, de tribu Ruben. ¶62 Præfatio eſt in decalogū. Primo anno ab exitu Dominus tulit decē leges filijs Iſrael per Moſen: quarū memoriā, anno quadrageſimo pôſt, idem refricuit, vt hic docet. ¶63 in Gai ¶64 ſub effuſionibus aquarū Phaſga. Vide ſ. cap. III, numero 25. V. ¶1 vē, Itaque accerſiuit Moſes &c. ¶2 vē, ſtatuta. i. leges quæ continēt ceremoniam & ritū quo vult coli Deus. Id ſignificat vox Hebræa HVKIM. ¶3 Hoc erat anno XL ab exitu Ægypti. ¶4. i. vobis audientibus. ¶5 & cuſtodiatis[ea]faciēdo ea. vē, opere cōplendo[ea.] ¶6 q.d. Hæc præcepta nō ſunt ab hoīb⁹ inuēta, ſed à Deo quē colimus, qui tādē iudicaturus eſt nos. ¶7 Subaudiendū eſt aduerbiū TANTVM vel SOLVM, Nō tantū cū patrib⁹ noſtris inijt pactū, ſed etiā nobiſcū &c. Similis loquēdi modus eſt Gen. 35. f, Nō vocabitur nomē tuū Iacob, ſed Iſrael. Pro, Non tantū vocabitur &c. ſed etiā &c. Intelligi etiā poteſt vt Auen Ezra docet, Nō cū maiorib⁹ noſtris qui mortui ſunt in Ægypto, ſed cū nobis ipſis qui viuim⁹. Pactū, ſiue fœdus vocat cōditiones fœderis, quæ hic deſcribūtur. q.d. Propoſuit nobis in decalogo conditiones quib⁹ inter ipſū & nos fœdus firmū erit, & permanebit, nō aliter. ¶8 pepigit ¶9. i. Corā. ¶10 Ego verò ſtabā inter Deū & vos eo tēpore, vt renunciarem vobis &c. Hæc per parentheſin legenda, vſque ad verbum[aſcendiſtis.]

Deus.
Exo.20.a. leui.26.a. pſal. 96.b.
Sculptile.

Exod.34.e.
Miſericordia

Iuramẽtum. exo.20.b.leu. 19.c. mat.5.e. ezech.20.b.
Sabbathum. exod.20.b. Gen.2.a.heb. 4.b.
¶ *&

¶ *tuus

Honorãdi parẽtes.exo.20. c.eccli 3.b. matth.15.a. marc.7.b.
ephe.6.a.
ꝩ Mat.5.c.d.
ꝯ Rom.7.b.

Ingeniũ legis eſt vt mẽtem terreat.

ba eius.timuiſtis enim ignẽ, & nõ aſcendiſtis in mõtẽ;& ait,¦Ego Domin⁹ Deus tuus,qui eduxi te de Terra Ægypti de domo ſeruitutis. Nõ habebis deos alienos in cõſpectu meo.¶Nõ facies tibi ſculptile,nec ſimilitudinẽ omniũ quæ in cælo ſunt deſuper,& quę in terra deorſum,& quę verſantur in aquis ſub terra.Non adorabis ea,& nõ coles:¦Ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatẽ patrũ ſuper filios in tertiam & quartã generationem his qui oderũt me,& faciẽs miſericordiã in multa millia di-
B ligẽtib⁹ me,& cuſtodiẽtib⁹ præcepta mea.¶Nõ vſurpabis nomẽ Domini Dei tui fruſtra:quia nõ erit impunitus,qui ſuper re vana nomẽ eius aſſumpſerit.¶Obſerua diẽ Sabbathi,vt ſanctifices eum ſicut ¦præcepit tibi Domin⁹ Deus tuus. Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua.Septimus dies Sabbathi eſt, id eſt ¦requies Domini Dei tui: non facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia,ſeruus & ancilla,*bos & aſinus,& omne iumentũ tuum,& peregrin⁹ qui eſt intra portas tuas:vt requieſcat ſeruus*& ancilla tua,ſicut & tu. Memẽto quòd & ipſe ſerui eris in Ægypto, & eduxerit te inde Domin⁹ Deus tuus in manu forti,& brachio extento:idcirco præcepit tibi vt obſeruares diẽ Sabbathi.¶Honora patrem tuũ & matrẽ, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus,vt lõgo viuas tempore,& bene ſit tibi in Terra quã Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.¶ꝩNõ occides.¶Neq; mœchaberis.¶Furtũmque non facies.¶Nec loquêris cõtra proximum tuum falſum teſtimoniũ.¶ꝯNõ cõcupiſces vxorem proximi tui:nõ domum,non agrũ, non ſeruum,non ancillã,non bouẽ,non aſinum,& vniuerſa quæ illius ſunt . ¶ Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis & nubis, & caliginis,voce magna,nihil addens amplius:& ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Vos autem poſtquam audiſtis vocem de medio tenebrarum,& montem ardere vidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixiſtis, Ecce oſtẽdit nobis Dominus Deus noſter maieſtatem & magnitudinẽ ſuam.vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie ꝙ loquente Deo cum homine,vixerit homo.Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? ſi enim audierim⁹ vltrà vo-
D cem Domini Dei noſtri,moriemur. Quid eſt omnis caro,vt audiat vocẽ Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur ſicut nos audiuimus,& poſſit viuere?Tu magis accede:& audi cũcta quæ dixerit Dominus Deus noſter tibi:loquerisq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cum audiſ-

vobis verbum Domini: vos enim [11]timuiſtis' ab igne,nec montẽ aſcendiſtis; [12]ſic autẽ dixit,' Ego Dominus [13]Deus tuus,'qui eduxi te de terra Ægypti,de domo'[14]ſeruitutis.[15]Ne ſint tibi dij alij coram me.¶Ne feceris tibi [16]ſtatuã cuiuſcũque effigiei [ſci⁹]quod eſt in[17]cælo'deſuper. & quod eſt in terra ſubtus,& quod in aquis eſt ſub terra.Nõ adorabis ea,neq; coles ea:quia ego ſum Domin⁹ Deus tuus [18]fortis indignabundus,[19] perſequens iniquitatem patrũ in filijs, in tertijs & quartis, [20]odiẽtibus[ſcilicet]me,& [21]proſequens bonitate' in mille,his qui me diligũt, & pręcepta mea obſeruant. ¶[22]Non ſumes nomen Domini Dei tui [23]vanei'quia [24]neutiquã impunitũ dimittet Dominus eũ qui nomẽ ei⁹ vane ſumpſerit. ¶[25]Obſeruare diem ſabbati [oportet] vt eũ ſanctifices,' quemadmodũ præcepit tibi Domin⁹ Deus tuus. Sex diebus[26]operaberis,' & cõficies omnia negotia tua:[27]Septimo autem die ſabbatũ eſt Domini Dei tui:'nõ facies vllũ op⁹,neq; tu neq; fili⁹ tuus, filia tua,famulus tuus atq; ancilla tua,bos tuus, aſinus tuus,atq; omnia iumenta tua,ſed & peregrinus tuus qui eſt [28]intra portas tuas,'vt quieſcat ſeruus tuus,& ancillã tua ſicut & tu. Et memineris quòd & tu ſeruus fueris in terra Ægypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus illinc per manum validã,& brachium exertũ:idcirco præcepit tibi Domin⁹ Deus tuus vt obſerues diẽ ſabbati.¶ Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, ſicut præcepit tibi Domin⁹ Deus tuus,[29]vt prorogentur dies tui,'vtq; bene tibi ſit in terra quã Dominus De⁹ tuus dat tibi.¶Ne occidas.¶Ne ſis mœchus.¶Ne fureris.¶[30]Ne reſpõdeas cõtra proximum tuũ falſo teſtimonio.¶[31]Ne cõcupiſcas vxorem proximi tui,'néve domũ proximi tui deſyderes,nec agrũ eius,nec ſeruũ eius,nec ancillã eius,nec bouẽ eius, nec aſinũ eius, nec quidquã quod eſt ꝓximi tui.¶Verba hæc loquutus eſt Dominus ad cunctã congregationẽ veſtrã in mõte, de medio ignis , nubis ac caliginis, voce [32]magna,[33]nec quidquã adiecit,'ſcribẽs ea in duas tabulas lapideas, tradẽſq; eas mihi. Quũmq; audiſſetis vocẽ de medio tenebrarum,(monte ipſo igne ardente,)acceſſiſtis ad me,vnã cũ omnibus principibus tribuũ veſtrarũ,& ſeniorũ veſtrorũ, & dixiſtis,Ecce oſtẽdit nobis Domin⁹ gloriã ſuã &[34]magnificentiã' ſuam,& vocẽ eius audiuimus de medio ignis:[35]hoc ipſo die vidimus quòd De⁹ cũ homine loquitur,illo viuo manẽte.[36] Cur igitur moriemur,vt deuoret nos ignis ille magn⁹? ſi iterũ audierimus vocẽ Domini Dei noſtri,moriemur.[37]Quæ enim vnquã caro fuit,'quæ[38]audierit' vocẽ Dei viuẽtis,loquentis de medio ignis vt nos,[39]& viua mãſerit?' Accede tu,& audi omnia quæ dictur⁹ eſt Domin⁹ De⁹noſter,& tu[40]loquêris'ad nos omnia quæ loquuturus eſt Domin⁹De⁹noſter ad te,[41]& nos audiemus & faciem⁹.'Au

¶11 timebatis ¶12 dicẽdo. referẽdum iſtud ad verbũ[loquutus eſt]qđ præcedit. ¶13.i.quẽ dixiſti te ſemper habiturum ꝓ Deo. ¶14 ſeruorum.i.de loco vbi ſeruiebas ſeruitutem duriſſimam. ¶15 Hoc eſt, Nullum Deũ præter me adoraueris,me ſpectante, quem nihil latet. Futura apud Hebræos quæ verti debent per imperatiuũ, Ne ſint, Ne fac, vel feceris. Ecce primũ præceptum. ¶16 vllũ ſculptile aut vllã effigiẽ ¶17.i.aere. ¶18 Deus zelotes.i.qui in amore ſocium nõ fero, nec patior conſortem amoris: ſed ſolus volo amari & coli. ¶19 Heb. viſitans iniquitatẽ patrum ſuper filios, & ſuper tertios,&ſuper quartos, eos ſcilicet qui me oderũt. Viſitare,pro in memoriam reuocare,& etiã punire. Filij,ſecũdi ſũt à patre: nepotes , tertij: abnepotes, quarti. Dicit igitur ſe puniturũ filios, nepotes & pronepotes qui patrum idololatriam ſecuti fuerint. Alij,filios pro nepotibus accipiũt,(nã vtrũque vox Hebræa ſignificat)& tertios pro pronepotibus,quartos verò pro abnepotibus.q.d.in mille generationes punio idololatras,vt & mille generationibus miſericors ſum,ſi coluerint me ſolum,& dilexerint. ¶20.i.in filijs,nepotibus,& ꝓnepotibus qui me odio proſequuti fuerint vt patres. ¶21 vł, faciens miſericordiam ¶22 vł,Ne vſurpes &c.Periphraſis eſſe videtur horũ verborũ,Ne peieres.ita hunc locũ Dominus Ieſus reddidit apud Matthæũ capite quinto,Non periurabis. ¶23.i.mẽtiẽs. ¶24 Heb. non inſontem faciet Dominus eũ qui vſurpauerit nomen eius in vanum.i.pro innocẽte non habebit eum qui peierauerit,nec vt innocẽtẽ abſoluet. ¶25 Obſerua diẽ ſabbathi,ſanctificando eũ, ¶26 vł,curabis negotia tua. ¶27.i. Die ſeptimo requieſces in honorẽ Domini Dei tui. ¶28.i.in vrbe tua. ¶29.i.vt protrahatur tẽpus vitæ tuæ,& diutiſſime viuas.Vel,vt diu te incolumem teneant dies tui, lõgóque tempore viuas incolumis. ¶30 Ne dixeris in proximum tuũ falſum teſtimoniũ.i.Non peccabis in famam proximi tui. ¶31 Nõ ſolũ actionẽ ipſam,ſed etiã concupiſcẽtiam vetat. ¶32 vł,clara & exaudibili, ¶33 Heb.& non addidit.ſub.dicere.q. d.idq; ſemel dũtaxat. ¶34 magnitudinem &c.i.nubem illã quæ occupabat mõtem ipſum,& fulgura. ¶35.i. deprehendimus hodie quòd Dominus loqui poſſit cum homine,nec tamen ſtatim moriatur homo. ¶36 Nũc ergo quare moriemur?deuorabit enim nos magnus iſte ignis,ſi &c.i . Cur exponemus nos morti , cur ſubibimus diſcrimen vitæ noſtræ , iterum adeundo eum?nam ſi iterum &c. ¶37 vł,Quid enim eſt omnis caro,&c. ¶38 vł, audire poſſit ¶39.i. & non ſtatim mortuus ¶40 vł, referes ¶41 vł,vt audita opere compleamus.

diuit autem Domin⁹ vocem verborũ veſtrorum quum loqueremini ad me. Et dixit Dominus ad me, Audiui vocẽ verborũ populi huius quæ ſunt ad te loquuti,[42] rectè ſenſerũt in omnibus quæ ſunt loquuti.[43] Vtinã ſit tale cor in eis, vt' timeãt me, & vt ſeruẽt omnia præcepta mea cũctis diebus, vt bene ſit illis & filijs eorum perpetuò. Vade, dic eis, Reuertimini in tentoria veſtra, Tu verò aſta hic iuxta me, & loquar ad te omnia præcepta, ritus, iudicia quæ doceas illos, vt faciant [ea] in terra quam ego do eis poſſidẽdam. Obſeruabitis igitur vt opere exequamini ſicut præcepit vobis Dominus Deus veſter, ne recedatis neq; ad dexterã, neque ad ſiniſtrã. Per vniuerſum iter quod præcepit Domin⁹ Deus veſter incedetis, vt viuatis, & bene ſit vobis, prorogetiſq; dies in terra quam poſſidebitis.

CAP. VI.

HAEc autẽ ſunt præcepta, ritus, iudicia, quæ præcepit Dominus Deus veſter, vt[ſe]a[] vos docerem, vt faciatis ea in terra ad quã vos[1] trãſitis' vt poſſideatis. Vt[ſcilicet] timeas Dominum Deũ tuum, & cuſtodias omnes ritus eius atque præcepta eius quæ ego tibi præcipio, tu & filius tuus, atque nepos tuus cũctis diebus vitæ tuæ, vt prorogentur dies tui. Audies igitur Iſrael, & ſeruabis vt facias,' vt bene tibi ſit, & vt[3] augeſcatis valde, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrũ tuorum tibi terrã fluentẽ lacte & melle. ¶[4] Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt: diliges itaque Dominum Deum tuum[5] ex toto corde tuo, & tota anima tua,' & pro õni[6] virili tua.' Sintque verba iſta quæ ego tibi hodie præcipio [7] in corde tuo, Et[8] inculces' ea filijs tuis, &[9] loquẽris de eis' quum domi tuæ [10] reſides,' & quum in via[11] incedis,[12] quum cubitum vadis,' & quum ſurgis. Ligabis denique ea[13] in ſignũ' ad manũ tuã: erũntque[14] monimenta' inter oculos tuos. Scribes quoq; ea[15] ſuper poſtes' domus tuæ, & in portis tuis. ¶ Quum autẽ introduxerit te Dominus Deus tuus in terram qua iurauit patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob,[16] & dederit tibi ciuitates' magnas & bonas quas tu non ædificaſti. Domos quoque plenas omnibus bonis quas tu non impleuiſti, &[17] puteos exciſos quos' tu nõ effodiſti, vineas &[18] oleas quas' tu non plantaſti, comederiſque & ſatiatus fueris, Caue ne obliuiſcaris Domini, qui te eduxit de terra Ægypti,[19] de domo ſeruorũ.' Dominũ Deum tuum timebis, & illũ coles,[20] iurabiſq; per nomẽ eius. ¶[21] Ne ſequamini deos alienos,' deos videlicet populorũ qui circũ vos habitant, Quoniam Dominus Deus tuus, qui in medio tui eſt, Deus eſt[22] indigne ferens:' ne fortè indignetur vultus Domini Dei tui contra te, & exterminet te de terra. ¶[23] Ne tẽtetis Dominũ Deũ veſtrũ, ſicut tẽtaſtis[24] in Maſſa. ¶ Diligentiſſime cuſtodietis præcepta Domini Dei veſtri, atque teſtimonia eius, & ritus ei⁹ quæ præcepit tibi. Faciẽſque quod rectũ & bonũ eſt ante oculos Domini, vt bene tibi ſit, vt introeas & poſſideas terrã illam bonam, quam iurauit Dominus patri-

ſet Dominus, ait ad me, Audiui vocem verborũ ppli hui⁹ quæ locuti ſunt tibi: bene omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem vt timeãt me, & cuſtodiãt vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt bene ſit eis & filijs eorum in ſempiternum? Vade ergo,' & dic eis, Reuertimini in tentoria veſtra. Tu verò hic ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atq; iudicia: quæ docebis eos vt faciant ea in Terra quam dabo illis in poſſeſſionẽ. Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Sed per viam quam præcepit Domin⁹ De⁹ veſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & protelentur dies veſtri in Terra poſſeſſionis veſtræ.

Optat Deus vt timeat ipſum popul⁹, & præcepta impleat.

Verbo Dei adhærẽdum.

CAP. VI.

HAEc ſunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia quæ mãdauit Dominus Deus veſter vt docerem vos,[a] vt' faciatis ea in Terra ad quam tranſgredimini poſſidendã, Vt timeas Dominum Deũ tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolõgentur dies tui. Audi Iſrael & obſerua vt facias quæ præcepit tibi Dominus:' & bene ſit tibi, & multiplaceris amplius, ſicut pollicit⁹ eſt Dominus Deus patrum tuorũ tibi terram lacte & melle manantẽ. ¶ Audi Iſrael, Dominus Deus noſter,[b] Deus' vnus eſt. Et diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Erũntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiẽs, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, erũntque & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribẽſque ea in limine & oſtijs domus tuæ. ¶ Cũmq; introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas nõ ædificaſti, domos plenas[c] multarũ' opum quas nõ extruxiſti, ciſternas quas non fodiſti, vineta & oliueta quæ nõ plãtaſti, & comederis, & ſaturatus fueris: Caue diligenter ne obliuiſcaris Domini qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Dominũ Deum tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomẽ illius iurabis. ¶ Nõ ibitis poſt deos alienos cunctarũ gẽtium, quæ in circuitu veſtro ſunt: Quoniã Deus æmulator Domin⁹ Deus tuus in medio tui: nequando iraſcatur furor Domini Dei tui cõtra te, & auferat te de ſuperficie terræ. ¶ Nõ tentabis Dominũ Deum tuũ,[d] ſicut tentaſti in loco tentationis. ¶ Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: Et fac quod placitũ eſt & bonũ in cõſpectu Domini, vt bene ſit tibi: & ingreſſus poſſideas Terrã optimã, de qua iurauit Dominus patri-

Expoſitio primi præcepti.

¶[a] &

¶[b] Dominus Deus diligẽdus. mat. 22. d. mar. 12. c. B luc. 10. e.

Leges Domini & docendæ, & ꝑpetuo memoria repetẽdæ. ĩ. 11. c.

¶[c] cũctarum

Deus timendus, & illi ſoli C ſeruiẽdũ. mat 4. b. luc. 4. b.

Per eũ iurãd.

Dij alieni.

Nõ tẽtãdus. mat. 4. b. luc. 4. b. nũe. 21. b

[d] Exod. 17. b.

¶42 vl, rectè & ꝓbe locuti ſunt quæcũq; dixerũt. ¶43 Heb. Quis det vt ſit cor eorum hoc eis, vt &c. i. Vtinam eſſet cor tale in eis: hoc eſt, Vtinã ſemper habeant talem mentem. Hebraiſmus. Laudat hic ꝓpoſitum eorum.

VI.

¶1 vl, tranſituri eſtis ¶2 vl, faciendo[illa]. ¶3 vl, multiplicemini valde [quẽadmodũ locutus eſt Dominus Deus patrũ tuorũ tibi] [in] terra fluente &c. i. abundãte omnib⁹ reb⁹ ad victũ pertinẽtibus. ¶4 Hic verſus eſt appẽdix ad primũ præceptũ. ¶5 vl, ex toto animo tuo, & ex toto affectu tuo. ¶6 Quidã referunt ad bona externa. i. ex omnib⁹ tuis facultatibus. Alij referunt ad vires animi. i. quantũ à te diligi poteſt. ¶7. i. in mente tua, in memoria tua, nunq̃ excidãt mente tua. ¶8 vl, idẽtidem repetas. Chaldæus paraphraſtes, repetes ea. Vox Hebræa SANAN, acuere ſignificat, qua hic vtitur Moſes per tranſlationem. Metaphora ducta à gladio, qui dum acuitur, ſæpius impellitur ad cotem. Significat igitur perpetuũ ſermonem de ea re habendũ eſſe. ¶9 vl, cõmentaberis. aut, verba facies de eis ¶10 mãſeris. i. quãdo domi manebis, vel cõtinebis te domi. Cui contrariũ eſt, ambulare in itinere, ſiue iter facere. ¶11 ambulabis, ¶12 iacens in lecto tuo. i. veſperi & mane indeſinenter de illis verba facies. q. d. domi & foris, mane & veſperi, noctu & interdiu. ¶13. i. vt ſint tibi vice ſigni & brachialis. Vt in ea, tanquam in ſcopum perpetuò conijcias oculos. Metaphora à ſagittarijs. lege Eſa. 49, verſu 15. ¶14 vt frontalia. Hoc eſt, facies tibi ex illis frontalia & brachialia, vt redeant tibi in memoriam. Aut verſabũtur inter oculos tuos veluti frontalia quædã in interſtitio quod eſt inter oculos. ¶15 in poſtibus. Vox Hebræa M E Z V Z O T H, ſignificat latera oſtij & ingreſſus dom⁹. Les iambes de l'huiſſerie d'une maiſon. Hoc præcipiebat Dominus, vt quotieſcunque quis ingrederetur domum, videret illa, & reminiſceretur. ¶16 ſe daturum eã tibi, & ciuitates &c. ¶17 vl, foſſas effoſſas quas ¶18 vl, olineta quæ &c. ¶19. i. vbi ſeruiebas. ¶20 q. d. quando voles aliquid affirmare, aut inire fœdus cum aliquo, quando cogẽris iurare à magiſtratu, vel in vſum proximi, non dabis honorem alij quàm Deo: memoriam Dei facies, non idolorum. ¶21. i. Ne ſectemini cultum deorum quos colunt Gentes. ¶22 zelotes. i. qui non patitur conſortem amoris. ¶23 q. d. Credetis Deum eſſe omnipotentem. ¶24 Nomen loci. i. in loco qui poſtea dictus eſt Maſſa, à tentatione. Exod. 17. b.

bus tuis,vt deleret omnes inimicos tuos corã te, ſicut locutꝰ eſt. ¶Cũ interrogauerit te filius tuus cras,dicens, Quid ſibi volunt teſtimonia hæc, & ceremoniæ,atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deꝰ noſter nobis? Dices ei, Serui eramus Pharaonis in Ægypto,& eduxit nos Dominꝰ de Ægypto in manu forti: Fecitque ſigna atque prodigia magna & peſſima in Ægypto, contra Pharaonem,& omnẽ domum illius in cõſpectu noſtro, Et eduxit nos inde,vt introductis daret Terram ſuper qua iurauit patribus noſtris. Præcepitque nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc,& timeamus Dominum Deũ noſtrum, vt bene ſit nobis,cunctis diebus vitæ noſtræ,ſicut eſt hodie. Eritque noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius,coram Domino Deo noſtro,ſicut mandauit nobis.

Præcepta Dei filijs inculcanda. D

¶ vobis?

CAP. VII.

CVm vero introduxerit te Dominꝰ Deus tuus in Terram quam poſſeſſurus ingredieris, & deleuerit Gentes multas coram te,Hethæũ & Gergezæum & Amorrhæũ, Chananæum & Pherezæum & Heuæum & Iebuſæum, ſeptem Gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robuſtiores te: Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vſque ad internecionẽ. Nõ inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earũ. Neque ſociabis cum eis coniugia: filiã tuam non dabis filio eius,nec filiã illius accipies filio tuo:quia ſeducet filiũ tuum ne ſequatur me,& vt magis ſeruiat dijs alienis.iraſceturq; furor Domini,& delebit te cito. Quin potiꝰ hæc facietis eis. Aras eorum ſubuertite,& cõfringite ſtatuas,lucoſq; ſuccidite,& ſculptilia comburite. Quia populꝰ ſanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deꝰ tuus,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Nõ quia cunctas Gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus,& elegit vos, cũ omnibus ſitis populis pauciores. Sed quia dilexit vos Dominꝰ,& cuſtodiuit iuramentum quod iurauit patribus veſtris, eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis,de manu Pharaõis regis Ægypti. Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis,cuſtodiẽs pactũ & miſericordiam diligentibus ſe,& his qui cuſtodiũt præcepta eiꝰ, in mille generationes: Et reddẽs odiẽtibꝰ ſe ſtatim,ita vt diſperdat eos, & vltrà nõ differat, protinꝰ eis reſtituens quod meretur. ¶Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atq; iudicia quæ ego mandabo tibi hodie,vt facias. Si poſtquã audieris hæc iudicia,cuſtodieris ea & feceris,cuſtodiet & Dominus Deꝰ tuus pactũ tibi & miſericordiã quã iurauit patribꝰ tuis: Et diliget te ac multiplicabit,benedicetq; fructui vẽtris tui,& fructui terræ tuæ, frumẽto tuo atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouiũ tuarum ſuper Terrã,pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos: nõ erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet Dominus à te omnẽ languorẽ: & infirmitates Ægypti peſſimas quas noniſti,non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis.

Cum Gẽtibꝰ fœdus nõ ineũdũ. ĩ. 11. a.

¶ ingrederis,

Exo. 23. d. 34 b

Sanctus. ĩ. 14 a. & 16 d.

Electio à dilectione Dei.

Iudæi, populus Dei. B

Iuramẽtum Dei.

Miſericordia

Benedictio ſeruantibus præcepta.

¶ mando

Dilectio & benedictio Dei.

C

Sterilis. exo. 23. d.

Infirmitates.

bus tuis,[15] vt pellere poſſis [16]ante te omnes hoſtes tuos,quemadmodum loquutus eſt Dominꝰ. ¶Quũmque interrogauerit te poſteris temporibus filius tuus,dicens, Quid ſibi volunt hæc teſtimonia, ritus & iudicia quæ præcepit Dominus Deus noſter vobis? Reſpõdebis filio tuo, Serui fuimus Pharaonis in Ægypto,& eduxit nos Dominus ex Ægypto,manu valida, Editque Dominus ſigna & portenta magna & noxia in Ægypto,in Pharaone & in cũcta familia eius, idque nobis ſpectantibus. Nos verò eduxit illinc,vt introduceret nos, & daret nobis terram quam iurauit patribus noſtris. Præcepitque nobis Dominus vt faceremus omnia ſtatuta iſta,[17]& timeremus Dominum Deum noſtrum, idque[18] bono noſtro, cunctis diebus,[19]vt viuamus,quemadmodũ eſt hodie. [20]Eritque iuſtitia nobis, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta iſta in cõſpectu Domini Dei noſtri,ſicut præcepit nobis.

CAP. VII.

QVum introduxerit te Dominꝰ Deus tuus in terram ad quã tu proficiſceris vt eam poſſideas,& eiecerit Gentes[1] multas[2] ante te, nempe Hithæum,Gergeſæũ,Amorrhæũ,Chananæum,Pherizæum,Hiuæum,& Iebuſæum,ſeptẽ Gentes[3] maiores & robuſtiores te: Tradideritque eas Dominꝰ Deus tuus[4] ante te, feries eas, & omnino exterminabis,nec feries cum eis pactũ,neque miſerearis earũ. Ne iũgas cũ eis affinitatem, filiam tuam ne des filio earũ,neque filiam earũ deſpõdeas filio tuo, Quoniam[5] auocabit filiũ tuũ à me, ſeruiẽntque dijs alijs, & cõmouebitur furor Domini contra vos,[6] vt citò te deleas. [7]Sic autem facies eis, Aras eorum diruetis, ſtatuas eorum cõfringetis,lucos eorum ſuccidetis, & ſcalpta eorum ſimulachra igne cõburetis. Nam populus ſanctus es tu Domino Deo tuo, te elegit Dominus Deus tuus,vt ſis ei populus[8] peculiaris præ omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ. Neque ob id vos tam ardenter dilexit ac elegit Dominus, quòd plures eſſetis alijs populis, (quũ eſſetis pauciores omnibꝰ populis.) Sed quia dilexit vos & ſeruare voluit iuramentũ, quod iurauit patribus veſtris,eduxit vos Dominus[9] valida manu, & redemit te de domo ſeruitutis [inquã] de manu Pharaonis regis Ægypti. [10]Scias itaque, quòd Dominus Deus tuus ipſe eſt Deus,Deus [11] fidelis, ſeruans fœdus illud, & miſericordiam diligentibus ſe, & ſeruantibus præcepta eius [12]in mille ſecula. Repẽdit deniq; ijs qui odiunt eum [13]in facies ſuas ita vt perdat eos,nec tardat quin ijs qui eum odiunt [13]in facies ſuas rependat. ¶Cuſtodies itaque præcepta, ritus & iudicia, quæ ego præcipio tibi hodie,vt facias ea.[14] Quòd ſi audieritis iudicia iſta,& cuſtodieritis atque feceritis ea,[15] ſeruabit & tibi Dominus Deus tuus fœdus & [16]beneficentiam, ſicut iurauit patribus tuis. Diliget te, [17]fortunabit te, atque multiplicabit te,fortunabit quoque fructum ventris tui, & fructum terræ tuæ, frumentum tuum, vinum tuum & oleum tuũ,fœtum boum tuorũ, & greges pecorum tuorum,in terra quam iurauit patribus tuis [18]vt daret tibi. Fortunatus eris præ omnibus populis, non erit [19]in te [20]ſterilis, neque in iumentis tuis. Auferet quoque Dominus à te omnem languorem, & cunctas ægritudines Ægypti malas[21] de quibus tu ſcis, non inferet tibi, ſed ponet eas ſuper vniuerſos hoſtes tuos.

¶15 vt propulſet.ex pellat ¶16 à facie tua .i.ĩ aduẽtu tuo. vel, ſub aduentũ tuũ. ¶17 Antecedens pro relatiuo, more Hebraico: Latini ſic verterẽt, & timeamꝰ ipſum. ¶18 In bonum noſtrũ .i. vtilitatis noſtræ gratia: vt bene eſſet nobis. ¶19 vt viuificaret nos ſecũdum diem hanc.i.vt ſeruaret nos incolumes, vt ĩ hac die ſumus. ¶20 Verbis iſtis iungenda ſunt quæ ſequũtur, Corã Domino Deo noſtro: vt ſic legas, Eritque nobis iuſtitia corã Domino Deo noſtro, ſi cuſtodierimꝰ & fecerimus omnia præcepta iſta ſicut præcepit nobis.i.iuſti apparebimus corã Deo, & ꝓ iuſtis habebit.

VII.

¶1.i.innumeras,vel bellicoſas. ¶2 Hoc eſt, ſub aduentum tuũ. ¶3.i.numero te ſuperantes. ¶4.i. in poteſtatem tuam. ¶5 ſub. aliquis eorum. vel,hac ratione auocare poſſet ¶6 & delebit te celerrime. ¶7 Quin potiꝰ ſic &c. ¶8.i.cõſecratus. Pẽdet hæc ſententia à præcedẽtibꝰ. ¶9.i. virtute inuincibili, cui reſiſtere nõ potuerunt Ægyptij. ¶10 quũ ſcilicet Dominus adimpleuit ſuas promiſſiones. ¶11.i.verax, qui nemini imponit, nec poteſt fallere. ¶12 vel, vſque ad milleſimam generationem. ¶13.i.dum adhuc viuunt. ¶14 Heb. Et erit merces [propterea quòd] audieritis &c. ¶15 Heb. & ſeruabit tibi ¶16 vel,miſericordiam, ¶17 Heb. benedicet tibi, & multiplicare faciet te,& benedicet fructui &c.i. per omnia fauebit tibi, & augebit opes tuas: fauebit item liberis tuis, tuebitur liberos tuos, magna copia prouenire faciet frumentum tuum,vinum,oleum,&c. ¶18 ſe daturum [eam] tibi. ¶19.i.in genere tuo. ¶20 Heb. infœcundus aut infœcunda, ¶21 quas tu noſti.i.quibus vidiſti Ægyptios laborare.

¶Tu deuorabis oēs populos, quos Domin⁹ Deus tradet tibi: oculus tuus non parcat eis, neque colas deos eorum: nam id tibi[12] in laqueum foret.' Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo poſſem eijcere eas? Ne timueris eas, ſed diligenter recole quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & toti Ægypto. [13]Tentationes' magnas quas viderunt oculi tui, & ſigna atque prodigia, & manum validam, atque[14]brachium extentum,' per quę eduxit te Dominus Deus tuus: ſic faciet Dominus Deus tuus cunctis populis, à quibus tu metuis. Sed &[15]crabrones' mittet Dominus Deus tuus in eos, donec pereant hi qui reliqui ſunt, quiq; abſconditi fuerunt metu tui. Ne conſterneris metu illorum, quoniam Domin⁹ Deus tuus [16]eſt in medio tui,' Deus[17]fortis' & terribilis. Eijciet autem Dominus Deus tuus gentes iſtas paulatim ante te, nec poteris eas ſubito excindere, ne fortè multiplicentur contra te beſtiæ agreſtes. Sed Dominus Deus tuus [18]tradet eas coram te,' [19]& tumultu magno perdet eas,' donec deleuerit eas. Sed & reges earum tradet in manum tuam, & abolebis nomen earum ſub cælo,[20]nec quiſquam conſiſtere poterit coram conſpectu tuo, donec vaſtaueris eas.' Sculptilia deorū ipſarum igne combures, argētum & aurum[21]quod in illis eſt' ne concupiſcas, vt tibi tollas: ne fortè impinguas[22]in eo:' quoniam[23]abominãda res eſt Domino Deo tuo.' Ne ergo inferas[24]abominationem' in domum tuam, ne fias[25]hærem quemadmodum illud eſt:' omnino execreris illud, planèque ab eo horreas:[26]hærem enim eſt.

## CAP. VIII.

OMne præceptum quod ego tibi præcipio hodie, cuſtodietis [1]vt faciatis,[2] vt viuatis & multi ſiatis,' vt introeatis & poſſideatis terram quam iurauit Dominus patribus veſtris. Recorderis cuncti itineris per quod duxit te Dominus Deus tuus[3]his' quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, & tētaret te, vt[4]experimēto quodam innoteſceret' quid eſſet in corde tuo, num ſcilicet ſeruares præcepta eius an minus. Afflixit itaque te, & paſſus eſt te fame laborare, aluitque te manna, quod nec tu nec patres tui nouerunt: vt ſcilicet[5]oſtēderet tibi' quòd non in ſolo pane viuit homo, ſed[6]in omni eo quod prodit ex ore Domini' homo[7]viuet.' Veſtimētum tuum ſuper te vetuſtate non eſt detritum, nec pes tuus[8]intumuit[9]hiſce' quadraginta annis.[10]Sed & hoc expendas tecum' in corde tuo, quòd ſicut quis[11]caſtigat' filium ſuum, ſic[11]caſtigat' te Dominus Deus tuus. Cuſtodi igitur præcepta Domini Dei tui, vt incedas in vijs eius, & vt timeas eū:[12]Quoniam' Dominus Deus tuus[13]introducet' te in terram bonam, terram in qua ſunt torrētes aquarum, fontes & abyſſi erumpentes ex vallibus & montibus. Terrā in qua eſt triticum, & hordeū, vineæ, ficus, & mala punica, terrā in qua eſt[14]oleum oleatum' & mel. Terram in qua abſq; penuria panem comedes, nec quoquā egebis in ea: terram[15]cuius lapides ſunt ferrū,' & de cui⁹ mōtib⁹ chalybem effodies. Quum igitur comederis, & ſatur factus fueris, age gratias Domino Deo tuo in terra illa bona quam dedit tibi. Caue ne fortè obliuiſcaris Domini Dei tui,[16]& nō cuſtodias præcepta ei⁹ atq; iudicia ei⁹, & rit⁹ eius, quæ ego præ-

¶Deuorabis omnes populos quos Domin⁹ Deus tuus daturus eſt tibi: nō parcet eis oculus tuus, nec ſeruies dijs eorū, ne ſint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero delere eas? Noli metuere, ſed recordare quæ fecerit Domin⁹ Deus tuus Pharaoni & cūctis Ægyptijs, plagas maximas quas viderunt oculi tui, & ſigna atque portenta, manūmque robuſtam, & extētum brachium vt educeret te Dominus Deus tuus. ſic faciet cunctis populis quos metuis. Inſuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque diſperdat, qui te fugerint, & latēre potuerint. ‖ Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus magnus & terribilis. Ipſe conſumet nationes has in cōſpectu tuo paulatim atque per partes: non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicētur contra te beſtiæ Terræ. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo: & interficiet illos, donec penitus deleātur. Tradētque reges eorum in manus tuas, & diſperdes nomina eorum ſub cælo: nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorū igne combures: non concupiſces argētum & aurum de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quicquā, ne offendas, propterea quia abominatio eſt Domini Dei tui. Nec inferes quippiā ex idolo in domum tuam, ne fias anáthema, ſicut & illud eſt: quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentū ac ſordes abominationi habebis, quia anáthema eſt.

## CAP. VIII.

OMne mandatū quod ego præcipio tibi hodie caue diligenter vt facias: vt poſſitis viuere, & multiplicemini, ingreſſiq; poſſideatis Terrā pro qua iurauit Dominus patribus veſtris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Domin⁹ Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabātur, verum cuſtodires mandata illius, an nō. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Māna, quod ignorabas tu & patres tui: vt oſtēderet tibi quòd ‖ non in ſolo pane[a] viuit' homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini. Veſtimētum tuum quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus en quadrageſimus annus eſt: ‡Vt recogites in corde tuo quia ſicut erudit filium ſuū homo, ſic Domin⁹ Deus tu⁹ erudiuit te, vt cuſtodias mādata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum. Domin⁹ enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorū aquarūmque, & fontiū: in cuius cāpis & montibus erumpūt fluuiorum abyſſi: Terram frumēti, hordei, ac vinearū, in qua ficus & malogranata & oliueta naſcuntur: terram olei ac mellis. Vbi abſque vlla penuria comedes panē tuum, & rerū omnium abundātia perfruēris: cuius lapides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur. Vt cum comederis, & ſaciatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro Terra optima quā dedit tibi. Obſerua & caue nequando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremonias quas ego præcipio ti-

Idololatras præcipit Deus occidi, & quare.
Scandalum.
Dei potentia & opera reuocanda in memoriam.
D Exo.23.e. 33.a. Ioſ.24.c.
Paulatim Gētes erant interficiendæ, & quare.
Sculptilia &- [redacted]
Cōmemoratio afflictionū ac beneficiorum Dei erga Iudæos.
Tentat Deus.
Cor hoīs.
Nō ſolo pane viuit homo. mat.4.a. luc.4.a.
¶[a]viuat
B
‡ J.16.a.
Erudit nos Deus.
Terra pmiſſiōis, qualis.
E
Gratiæ Deo agendæ.

¶12 q.d. ſi ſectatus fueris cultum idolorum, errabis, ſiue peccabis. ¶13 Subaudiendum, recordare iqui. ¶14 i. virtutem diuinam inſuperabilem. ¶15 vl, muſcas venenatas ¶16 i. nūquam te deſeret, ſemper tibi adeſt, & fauet. ¶17 maximus, ¶18 i. permittet eas tuæ voluntati. ¶19 cōfringētque eas fractione maxima, ¶20 i. nemo tibi eſſe impedimento poterit quominus illos deleas. ¶21 vl, quo illa tecta fuerint. Alij vertunt, Non concupiſces aurū & argentum pro conſeruandis illis. ¶22 vl, in ea te. q.d. ſi id admiſeris, peccabis. ¶23 Heb. abominatio eſt Domini Dei tui i. ab hoc enim maxime abhorret Dominus De⁹ tuus. ¶24 i. idolum, à quo vnuſquiſque abhorrere debet. ¶25 anáthema, ſicut ille. i. ne ſis Deo abominationi, in nihiliſimque ab eo redigaris, ſicut & ille populus à quo idola ceperis. ¶26 quia anáthema eſt. i. ſpolia hui⁹ generis perdi & ad nihilum redigi debent.

VIII.

¶1 opere adimplendo, ¶2 i. vt ſitis incolumes & ſani, vt diu viuatis, & habeatis multos liberos. ¶3 vl. iam ¶4 ſciret ¶5 Heb. cognoſcere faceret te ¶6 i. quacunque re, ſi iuſſerit Dominus. ¶7 vl. viuat. ¶8 fuit diſcalceatus. i. calcei tui non fuerunt conſumpti vetuſtate, ſpatio X L annorum. ¶9 vl. iam ¶10 Heb. Recogita ergo. vl, Cogita ¶11 vl. erudit ¶12 Quando ¶13 introduxerit ¶14 Heb. oliua olei. i. oliua fructifera. ¶15 Hebraiſmus, pro, in qua ſunt fodinæ ferreæ. ¶16 non obſeruando præcepta eius. vl, ita vt nō obſerues præcepta eius. Hic declarat quid ſit obliuiſci Dominum: nempe præcepta eius non obſeruare.

Comedere.
Saturari.

Cor ne ele-
uetur.

Nũe.20.b.21 b
Exo.16.d.17 a

¶ᵈte D

Diuitiæ & a-
lia corpori
neceſſaria,
miſericordię
Dei tribuẽda
non noſtris
viribus.

¶ᵉtráſgrede-
riſ.pręſ.tēp.

[redacted]

Iuſtitia ho-
minum.
Æquitas cor
dis.
¶ᵛingrederis
tpręſ.temp.

Reducit Moy
ſes ī mẽo- B
riá Iſraelitis
qui peccato-
res ſũt,vt bo
nitatem Dei
cognoſcant.

Moyſes in
monte Ho-
reb.exod.17.
30.31.32.
Duæ tabulæ.
¶ᶠ Dominus:

bi hodie: Ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, Habuerisque armẽta boum, & ouium greges, argenti & auri, cũctarũmque rerum copiã, Eleuetur cor tuũ, & nõ reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra-Ægypti, de domo ſeruitutis: Et ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpens flatu adurẽs, & ſcorpio ac dipſas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra duriſſima. ¶ Et cibauit te manna in ſolitudine, quod neſcierũt patres tui. Et poſtquã afflixit ac probauitᵈ, ad extremũ miſertus eſt tui, Ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterũt. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuũ, ſuper quo iurauit patribꝰ tuis, ſicut præſens indicat dies. Sinautem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fueris deos alienos, colueriſque illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino diſpereas. Sicut Gẽtes quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobediẽtes fueritis voci Domini Dei veſtri.

CAP. IX.

Audi Iſrael, tu ᵉtranſgredieris hodie Iordanẽ, vt poſſideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cælum vſque muratas. Populũ magnũ atque ſublimẽ, filios enacim quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibꝰ nullꝰ poteſt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis deuorans atque conſumens, qui conterat eos & deleat atque diſperdat ante faciem tuã velociter, ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo cũ deleuerit eos Dominus Deus tuus in cõſpectu tuo, Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus vt Terram hanc poſſiderem, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint natiões. Neq; enim propter iuſtitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ᵛingredieris vt poſſideas Terras earũ: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ ſunt: & vt compleret verbũ ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob. Scito ergo quòd nõ propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi Terram hãc optimam in poſſeſſionem, cũ duriſſimæ ceruices ſis populus. ¶ Memẽto, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiã prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudine: & ex eo die quo egreſſus es ex Ægypto vſque ad locũ iſtum ſemper aduerſum Dominũ contendiſti. Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcũ ᶠDeus: & perſeueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem nõ comedens, & aquam non bibens. Deditq; mihi Dominꝰ duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba quę vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quãdo concio populi congregata eſt. Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi, Surge, & deſcende hinc citò: quia populus tuus quem eduxiſti de Ægypto, deſeruerunt velociter viam quam de- C monſtraſti eis, fecerúntque ſibi conflatile. Rur-

cipio tibi hodie, Ne fortè comedas, & ſatur factꝰ domos pulchras extruas & inhabites: Armenta tua & greges tui augeſcant tibi, aurum & argentum multum ſit tibi, & quidquid denique habes augeſcat, Et hinc eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui qui te eduxit de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, Qui dux tuus fuit in deſerto magno & horribili, [in quo fuerunt] ſerpẽtes vrentes, ſcorpiones, & ſiccitas abſque vlla aqua: ipſe vero [17]prolicuit tibi aquam è petra duriſſima. Ipſe te aluit mãna in deſerto [18]quod neſcierunt patres tui, vt ſcilicet affligeret & [19]tentaret te, atque ſic tibi tandem benefaceret. Ne diceres in corde tuo, Virtus mea & robur manus meæ parauit mihi hanc opulẽtiam. [20] Memineris itaq; Domini Dei tui, quia ipſe eſt qui dat tibi virtutem vt opes tibi pares, vt ſcilicet confirmet fœdus ſuũ quod iurauit patribus tuis, vt teſtatur dies hæc. Si vero omnino oblitꝰ fueris Domini Dei tui, atque ſequutus fueris deos alios, & colueris eos, adoraueriſq; eos, [21] certiſſime (quod & teſtor vobis hodie) peribitis. Quemadmodum Gentes quas Dominus [22]perdidit [23]ante vos, ſic peribitis & vos, eo quòd non obedieritis voci Domini Dei veſtri.

CAP. IX.

Audi Iſrael, tu [1]tranſis hodie Iordanem, vt ingrediaris, & poſſideas Gentes magnas & robuſtiores te, ciuitates magnas & munitas in cælum vſque, Populum [inquam] magnũ & procerũ, [2]filios Enakim, de quibus tu noſti & audiſti, Quis ſtaret corã filijs Anak? Scias itaque hodie, ꝙ Dominus Deus tuus ipſe eſt qui præcedit te, [3]ignis deuorãs: [4]ipſe delebit eos, & ipſe proſternet eos ante te, ipſe exterminabit eos, atque cito perdet eos, quẽadmodũ pollicitus eſt tibi Dominus. Ne in corde tuo, cũ expulerit eos Dominus Deꝰ tuus ante te, ſic cogites, Propter iuſtitiã meã introduxit me Dominus vt poſſiderẽ terrã hãc. [5]nã propter impietatẽ gentiũ iſtarum Dominus expellet eas ante te. Nõ propter iuſtitiã tuam, & propter rectitudinẽ cordis tui, tu venis vt poſſideas terrã earum: ſed propter impietatẽ gentiũ iſtarũ Dominus Deus tuus [6]expellit eas ante te, vt ſcilicet verbũ quod iurauerat patribus tuis, Abrahamo, Iſaac & Iacob, [7] inconcuſſum ſeruaret. Scias igitur quòd nõ propter iuſtitiã tuam [8]dat tibi Dominus Deus tuus terrã iſtã bonã poſſidẽdã, quũ ſis populus [9]præfractæ ceruicis. ¶ Reuoca in mẽtẽ, & ne obliuiſcaris quomodo irritaueris Dominũ Deũ tuũ in deſerto, ab eo die quo egreſſus es de terra Ægypti, [10] & veniſti ad locũ iſtum, quàm fueritis rebelles aduerſus Dominũ. Sed & in Horeb ad iram cõcitaſtis Dominum, & iratus Dominus [11] cõtra vos, voluit vos excindere, Quum ſcilicet aſcẽderem in montem, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas [12]fœderis quod Dominus ferijt vobiſcum, [13] & manerẽ in monte quadraginta dies & quadraginta noctes: [14][quã-do] nec panem comedi, nec aquam bibi. Et dedit quidẽ mihi Dominus duas tabulas lapideas, ſcriptas [15]digito Dei: erántque in eis omnia verba quæ loquutus erat Dominus vobiſcũ in mõte de medio ignis, in die [16]comitiorum. Exactis tandẽ quadraginta diebus & quadraginta noctibꝰ, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis. Dixitque mihi Dominus, Surge, & feſtinanter hinc deſcende, quoniam [17]perperam egit populus tuus quem eduxiſti de Ægypto, receſſerunt cito de via quã [18]præſcripſeram eis: fecerunt [enim] ſibi ſimulachrum fuſum. Et rurſum dixit

¶17 vl, eduxit
¶18 vl, incognito patribꝰ tuis,
¶19 vl, probaret te, &c. i. vt ſi de tua probata, tandẽ, tiue ad extremũ te affi ceret beneficio non vulgari: vt tãdẽ te mitteret in poſſeſſionẽ Terræ ſanctæ.
¶20 vl, Sed memineris
¶21 Heb. teſtor [ſub. cælum & terram] contra vos hodie, ꝙ certiſſime peribitis.
¶22 perditurꝰ eſt. Præteritum apud Hebræos pro futuro.
¶23 i. ſub aduentũ veſtrum. vl, propter vos.

IX.

¶1 vl, tranſiturus es
¶2 filios gigantũ, quem [ſcilicet populum] tu noſti, & de quo tu audiſti, [ſub. ab exploratoribus quæ ſequũtur,] Quis reſiſtet aduerſus gigãtes?
¶3 Subaudiendũ eſt TANQVAM, aut ſimilis dictio, tã quam ignis.
¶4 Ipſe [enim] delebit eos, & idem humiliabit eos ante te: & ita expelles eos, & perdes velociter &c.
¶5 & propter improbitatem ipſarum gentiũ expulit eas à facie tua.
¶6 pręſens pro, futuro, expulſurus eſt.
¶7 confirmaret. ſtabiliret.
¶8 vl, daturus eſt
¶9 duræ. i. rebellis, qui nõ pareas Domino Deo tuo.
¶10 donec veneris

¶11 Heb. contra vos ad delendos vos. i. iratus eſt ita vt interminaretur ſe deleturum vos. ¶12. i. in quibus ſcriptum erat pactum quod pepigerat &c. ¶13 vl, tunc remanſi ¶14 vl, [vbi] ¶15 . i. diuinitus. Digito Dei, pro, digito ſuo. Hebraiſmus. ¶16 congregationis. i. die quo congregati eſtis vt audiretis conditiones pacti quod inire volebat vobiſcũ. ¶17 Heb. corrupit ſeſe. i. lapſus eſt populꝰ in idololatriã. ¶18 præceperã. Legẽ intelligit qua vetat idololatriã.

¶19 vl, Contemplatus ſum populum hunc, & ſanè populus duræ ceruicis eſt.i.immorigerus & rebellis. ¶20.i.faciã vt amplius nõ nominẽtur ſub cælo. ¶21.i.faciam vt ex te prodeat gens numeroſior & robuſtior illo populo Iſraelitico. ¶22 vl, Cúmque aſpexiſſem, deprehendi vos peccaſſe ¶23 Timebam enim propter irã & indignationẽ qua ¶24 vl, ita vt paratus eſſet ¶25 ſub.Sinai. ſiue Horeb. ¶26 Locorũ nomina ex euentu impoſita. Tabera, conflagrationem ſignificat: Maſſa, tentationem: Kibroth-hataaba, ſepulchra concupiſcẽtię. q.d. In eo loco qui dictus fuit conflagratio, propter cõbuſtionẽ in eo factam, Nume. 11.a. & in eo loco qui poſtea & dictus eſt Tentatio, Exo.17.b. & in alio loco qui poſtea cognominat° eſt Sepulchra-concupiſcẽtiæ, Nume.11.a. ¶27 De Cadeſ-barne miſſi ſũt exploratores: & quãdo redierũt, adhuc populus erat in Cadeſ-barne. ¶28 vl, Rebelles ¶29 q.d. tanto autẽ temporis ſpatio corrui ante Deum, vt orarem.

Dominus ad me in hęc verba, [19]Vidi populũ iſtũ, & en populus eſt prætractæ ceruicis,' Sine vt excindam eos & [20]deleam nomen eorum ſub cælo,' &[21]faciã te in gentem robuſtiorem & maiorem quàm ſint illi. ¶Vertens itaque deſcendi de monte, mons autem igne ardebat, erántque tabulæ fœderis in ambabus manibus meis: [22]& vidi, & ecce peccaueratis' in Dominũ Deũ veſtrum, & feceratis vobis vitulum fuſum, receſſeratis citò de via quã vobis præſcripſerat. Et apprehẽſis duabus tabulis, abieci eas de ambabus manibus meis, atque confregi eas vobis ſpectãtibus. Proſtratus ergo coram Domino, vt antea, quadraginta dies & quadraginta noctes, nec panẽ comedi, nec aquã bibi, propter omnia peccata veſtra quæ perpetraueratis, faciendo malum in oculis Domini, vt eum ad iram prouocaretis. [23]Expaui enim à naſo & calore Domini quo' indignabatur Dominus cõtra vos, vt etiã ſtatuerit vos perdere, ſed exaudiuit me Dominus etiã tunc. ¶Et aduerſum Aharonem quoque exarſit Dominus valde, [24]volens' delere eũ: tum ſupplicabã & pro Aharone illo ipſo tempore. Peccatũ quoque veſtrum quod feceratis, nempe vitulũ, tuli, & igne illum combuſſi. & contudi eum molendo, idque bene, donec puluis fieret tenuis, abiecíque puluerẽ eius in torrentẽ qui [25]è monte' defluit. ¶Et in [26]Tabera quoque, in Maſſa, & in Kibroth-hataaba' irritaſtis Dominũ: & quum Dominus mitteret vos de [27]Kadeſ-barnea,' huiuſmodi mãdatis, Aſcẽdite, & occupate terram quã dedi vobis: exacerbaſtis os Domini Dei veſtri, & non crediſtis ei, neque auſcultaſtis voci eius. [28]Amari' fuiſtis in Dominũ à die quo vos cognoui. Prõcidi itaq; corã Domino per quadraginta dies & quadraginta noctes, [29]quibus meipſum proſtraui,' quoniã decreuerat Dominus quòd vellet vos delere. Oraui igitur ad Dominum, & dixi, Domine Deus, ne perdas populum tuũ & hæreditatẽ tuã, quã redemiſti [30]magnitudine tua,' atque de Ægypto manu valida eduxiſti. Recordare ſeruorũ tuorum Abrahæ, Iſaac & Iacob, & ne reſpicias ad duritiam huius populi, ad impietatẽ eius, & ad peccatum eius. Ne fortè dicant [31]in terra' de qua eduxiſti nos, [32]Non poteſt' eos Dominus introducere in terram quã pollicitus eſt eis, [33]odio habuit eos, & ob hoc eduxit eos,' vt interficeret eos in deſerto. Eu ipſi populus tuus & hæreditas tua, quos virtute tua magna & brachio exerto eduxiſti.

CAP. X.

IN illo tempore dixit Dominus ad me, [1]Scalpe' tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & aſcende ad me in montem, faciéſque tibi arcam ligneam. Et ſcribã in tabulas illas verba illa quæ fuerant in prioribus tabulis quas cõfregiſti, ponéſque eas in eam arcã. Feci igitur arcã de lignis [2]ſiti,' & [3]ſcalpſi' duas tabulas lapideas inſtar priorũ, aſcẽdique in mõtẽ, habẽs duas tabulas in manu mea. Et ſcripſit in tabulis [4]ſecundũ priorẽ ſcripturam,' decẽ verba quæ locutus fuerat Dominus ad vos in monte de medio ignis in die [5]comitiorũ,' deditque eas Domin° mihi. Et cõuerſus deſcẽdi de mõte, & poſui tabulas in arcã quam extruxeram, & ſunt ibi, quemadmodum præceperat mihi Dominus. ¶Filij autem Iſrael [6]proficiſcebantur [7]de Beeroth-filiorum-Iaccan in [8]Moſera,' vbi [9]mortuus' eſt Aharon atque ſepultus, & fũctus eſt ſacerdotio pro eo Eleazar fili° eius.

ſúmque ait Dominus ad me, Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me vt conterã eum, & deleam nomen eius de ſub cælo, & conſtituam te ſuper Gentem quæ hac maior & fortior ſit. ¶Cúmque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerẽ manu, vidiſſemq; vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum cõflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam eius qui vobis oſtẽderat: Proieci tabulas de manibus meis, confregíque eas in cõſpectu veſtro. Et prõcidi ante Dominũ ſicut pri°, quadraginta diebus & noctibus panẽ nõ comedens, & aquam non bibẽs, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracũdiam prouocaſtis. Timui enim indignationẽ & iram illius, qua aduerſum vos cõcitatus, delere vos voluit. & exaudiuit me Dominus etiã hac vice. ¶Aduerſum Aaron quoque vehemẽter iratus, voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatum autẽ veſtrum quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta comminuens, omninóque in puluerem redigẽs, proieci in torrentem qui de monte deſcendit. ¶In incendio quoque, & in Tentatione, & in Sepulchris-concupiſcentiæ prouocaſtis Dominũ: & quando miſit vos de Cades-barne, dicens, Aſcendite, & poſſidete Terrã quam dedi vobis. & contempſiſtis imperiũ Domini Dei veſtri, & non crediditis ei: neque vocẽ eius audire voluiſtis, Sed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. Et iacui corã Domino quadraginta diebus ac noctib°, quib° eũ ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat cõminatus. Et orans dixi, Domine Deus, ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quã redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Ægypto in manu forti. Recordare ſeruorũ tuorum Abrahã, Iſaac, & Iacob: ne aſpicias duritiã populi huius, & impietatem atque peccatum. Ne forte dicant habitatores Terræ, de qua eduxiſti nos, Non poterat Dominus introducere eos in Terram quã pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in ſolitudine. Qui ſunt popul° tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

CAP. X.

IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerũt, & aſcende ad me in montem: faciéſque arcam ligneam, Et ſcribam in tabulis verba quę fuerunt in his quas antè confregiſti, ponéſque eas in arca. Feci igitur arcã de lignis ſetim: cúmque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorũ, aſcẽdi in mõtẽ, habẽs eas in manibus. Scripſitque in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, Verba decem, quæ locut° eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quãdo populus congregatus eſt: & dedit eas mihi. Reuerſúſque de monte, deſcẽdi, & poſui tabulas in arcã quã fecerã, quæ hucuſq; ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus. ¶Filij autẽ Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth-filiorũ-Iacan in Moſera, vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt, pro quo ſacerdotio funct° eſt Eleazar filius eius.

C
Tabulas confringit Moyſes.
Deſerere viã Dei.
Oratio Moyſi cũ ieiunio.
Iratus De° cõtra Aaronẽ.
D
Sepulchra cõcupiſcentiæ. exo.17.b. nume.11.a.
Infid[illegible]
Oratio Moyſi p Iſraelitis.
Inſtauratio tabularum. exod.34.a.
Arca in qua tabulæ.
Moyſes aſcẽdit in montẽ cum tabulis.
D Nũe.33.d.
Nume.20.d.

¶30.i.viribus tuis inſuperabilibus. Declarat id, quũ ſtatim pòſt dicit, in manu forti. ¶31 incolæ terræ ¶32 Quia nõ potuit ¶33 quòd odio habuiſſet eos, ipſe eos eduxit.

X. ¶1 Præc.de. Dola ¶2 vl, cedrinis. Ea ligna non patiuntur putredinem. ¶3 præcidi.vl, dolaui ¶4 vl, quæ prius ſcripſerat. ¶5 congregationis.i.die quo congregati eſtis vt audiretis conditiones pacti quod inire volebat vobiſcũ. ¶6 profecti ſunt ¶7.i.ex Cades, vt Nume. 20.d. legitur. nam loca habent diuerſa nomina. ¶8 Hic locus dicitur Nume.20.d, Hor mons. ¶9 Nõ eo anno mortuus eſt Aaron quo peccauit, ſed quadrageſimo anno pòſt.

Tribus Leui, miniſterio Domini præfectus.

Moyſes in monte 40 diebus.

Timere Deũ. Ambulare in vijs Dei. Diligere. Seruire Deo. Magnitudo & bonitas Dei. Amor Dei. Electio.

Circũciſio cordis.

Deus perſonã non accipit. 2.par.19.c. Iob 34.b. rom. 2. b. gala.2.b. Timor Dei. ſ.6.c. mat. 4. b. luc. 4. b. Iuramẽtum. Laus. ¶Gene.46.e.

Exhortatio ad primum præceptũ ſeruandum. Amor Dei. Opera Dei erga Iſraelem. [illegible]

Dathan & Abiron. nume. 16.c.

¶Inde venerũt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt in Getebatha, in terra aquarũ atque torrẽtiũ. ¶Eo tempore ſeparauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine illius vſque in præſentem diem. Quam ob rẽ non habuit Leui partẽ, neque poſſeſſionẽ cũ fratribus ſuis: quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tu⁹. ¶Ego autẽ ſteti in monte, ſicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiã hac vice, & te perdere noluit. Dixitque mihi, Vade, & præcede populum, vt ingrediatur, & poſſideat Terram quam iuraui patribus eorum vt traderẽ eis. ¶Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: Cuſtodiáſque mandata Domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi? En Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea ſunt. Et tamẽ patribus tuis cõglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitque ſemen eorũ poſt eos, id eſt vos, de cunctis Gentibus, ſicut hodie comprobatur. ¶Circũcidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtrã ne induretis amplius: Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. Facit iudiciũ pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum. & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in Terra-Ægypti. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies: ipſi adhærebis, iurabiſque in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptũ: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cæli.

CAP. XI.

AMa itaque Dominũ Deum tuum, & obſerua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata omni tempore. Cognoſcite hodie (quæ ignorant filij veſtri qui non viderunt) diſciplinã Domini Dei veſtri, magnalia eius & robuſtã manum, extentúmque brachiũ, Signa & opera quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni regi, & vniuerſæ terræ eius, Omnique exercitui Ægyptiorũ, & equis ac currib⁹: quomodo operuerint eos aquæ Maris-rubri, cum vos perſequerentur, & deleuerit eos Dominus vſque in præſentem diem: Vobiſque quæ fecerit in ſolitudine, donec veniretis ad hunc locũ: Et Dathan atq; Abiron filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore ſuo terra abſorbuit cum domibus & tabernaculis, & vni-

¶Hinc proficiſcebãtur in [10]Gudgoda, & de Gudgoda in Iotbata [11]terram quæ torrẽtes habet aquarum. ¶Tũc tẽporis ſeparauit Dominus tribum [12]Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, [&] vt aſtaret coram Domino ad miniſtrandũ ei, [13]benẽque imprecaretur [14]in nomine eius vſque in præſentem diem. Et ob hanc cauſam non ceſſit Leuitis pars & hæreditas cum fratribus ſuis, ſed Dominus eſt hæreditas illorum, ſicut Dominus Deus tuus illis loquutus eſt. ¶Ego autẽ [15]ſteti in mõte iuxta priores dies, quadraginta [ſnẽpe] dies & quadraginta noctes, exaudiuitq; me Dominus etiã tũ, & noluit te Dominus perdere. [16]Et dixit Dominus ad me, Surge & præcede in profectione populum iſtum, vt ingrediantur & poſſideant terram quam iuraui patribus eorum vt traderem eis. ¶Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas [17]Dominum Deum tuum, & incedas in cunctis vijs eius, diligas eum, & ſeruias Domino Deo tuo [18]toto corde tuo, & [19]tota anima tua? [20]Vt ſcilicet cuſtodias præcepta & ſtatuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie bono tuo. En Domini Dei tui cælum eſt, [21]& cæli cælorum, terra quoque & quicquid in ea eſt, [22]Duntaxat tamen in patres tuos amorem effudit Dominus, vt eos diligeret, & eligeret ſemen eorum [23]poſt eos, nempe vos, præ omnibus populis, vt hodie [videre licet.] ¶[24]Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & [25]ceruicem veſtrã amplius ne induretis, Quia Domin⁹ Deus veſter [26]ipſe eſt Deus deorum, & [27]Dominus dominorum, Deus magnus, fortis & metuendus, qui perſonam non recipit, [28]neque accipit munus. Ipſe ius dicit pupillo & viduæ, atque amat peregrinum, [29]vt det illi victum & veſtitum. Diligite igitur & vos peregrinum, quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti. Dominum Deum tuum time, & ei ſerui, adhære ei. & iura [30]per nomen eius. Ipſe eſt [31]laus tua, & Deus tuus, qui fecit [32]tecum magnalia hæc, & terribilia illa quæ viderunt oculi tui. [33]Cum ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum, & nunc poſuit te Dominus Deus tuus [34]& multiplicauit te veluti ſtellas cæli.

CAP. XI.

DIlige itaque Dominum Deum tuum, & [1]obſerua cuſtoditionem eius, ritus eius, iudicia eius, & præcepta eius, idque cunctis diebus. [2]Cognoſcite hodie (quoniã [3]non cũ filijs veſtris, qui non cognouerũt neque viderũt) [4]diſciplinã Domini Dei veſtri, [5]magnalia eius, manũ eius validã, & brachiũ eius [6]extẽtum, Signa eius & opera eius, quæ fecit inter Ægyptios, Pharaoni regi Ægypti, & vniuerſæ regioni eius, Quæ denique fecit copijs Ægypti, equis eius, atque curribus eius, [7]quomodo reduxerit aquas maris carecti ſuper eos, dum illi inſectarentur vos à tergo, perdideritque eos Dominus vſque in præſentem diem: Sed & quæ fecit [8]vobis in deſerto, donec veniretis ad locum iſtum: Item quæ fecit ipſi Dathan & Abiram, & filijs Eliab filij Ruben, dum terra os ſuum aperiret, & deuoraret eos, ſimúlque domus eorum, & tentoria eorum, & cunctam

¶10 Hic loc⁹ dicitur & Oboth, Nume. 10. ¶11 .i. patriã in qua multi ſunt amnes. ¶12 Hic non eſt nomen proprium, ſed appellatiuum. Leuitas intelligit qui nõ erãt ſacerdotes. ¶13 ſub. populo Vide Nume. 6, ad finẽ capitis. ¶14 .i. inuocato eius nomine. ¶15 ſubſtiti. vl, ſteteram ¶16 Tãdem dixit ¶17 .i. ipſũ. Hebraiſmus. ¶18 vl, tota mẽte tua, ¶19 .i. toto affectu? ¶20 Cuſtodiẽdo ¶21 Eadẽ vox hic ter repetitur, incrementi cauſa. q.d. cæli vaſtiſſimi qui ſeſe latiſſime porrigunt. vl, & cæli cælorum .i. & omnia quæ in illis ſunt. ¶22 Veruntamẽ [vl. Tãtummodo] in patribus tuis beneplacitum eſt Domino, diligendo eos, & deligendo &c. i. Solum patres tuos vehementiſſime dilexit, non alias nationes: & propter eos ſolos te delegit quem amaret, & beneficiis omnis generis cumularet. ¶23 .i. ipſis mortuis. ¶14 .i. Tollite velum & operimentũ quo impeditur cor veſtrum & mens veſtra ne videat. Curate vt videat cor veſtrum, & cernat res agendas vobis. ¶25 Hoc eſt, ne poſthac recuſetis Domino obſequi. ¶26 .i. vnicus eſt Deus qui primas tenet inter omnes deos. ¶27 q.d. lõge maior & potentior eſt ijs quos idololatræ deos vocant. ¶28 ſub. vt iniuſte iudicet. ¶29 dando ei ¶30 ſub. non autem per nomen idoli cuiuſcunque. ¶31 Hebraiſmus. i. de quo gloriari debes, iactando eius beneficia erga te. ¶32 .i. tua cauſa. In gratiã tuam fecit has res maximas. A quo tanta beneficia accepiſti. ¶33 .i. Cum patres tui deſcenderunt in Ægyptũ, tantum erant ſeptuaginta perſonæ. Hebraiſmus. ¶34 Heb. ſicut ſtellæ cæli in multitudinẽ. X I. ¶1 cuſtodi cuſtodiam eius, nẽpe ſtatuta. i. cuſtodi ea quæ præcepit cuſtodiẽda, nẽpe rit⁹ eius, &c. ¶2 vl, Scitote hodie. i. Opere oſtẽdite vos intelligere, & memoria tenere diſciplinã & caſtigationẽ qua erudijt vos Dominus. non enim loquor de rebus futuris, ſed de præteritis. ¶3 ſub. loquor. Paulo pòſt ſequitur, Oculi enim veſtri viderũt omnia &c. tanquã reddat rationẽ quare eos alloquatur, nõ filios eorũ: quia filij veſtri non viderũt, ſed vos. ¶4 vl, caſtigationẽ. i. quibus modis vos erudiuit Dominus poſt egreſſum ex Ægypto. ¶5 .i. magnificentiã & magnitudinẽ eius. ¶6 q.d. paratũ ad feriendum. ¶7 quando inundare fecit. i. quando obruit eos aquis Maris-rubri. ¶8 vl, propter vos

ſubſtantiã eorũ[9] quã habebant in medio vniuerſi Iſraelis. ¶[10] Etenim oculi veſtri viderunt' vniuerſum opus Domini magnum quod fecit. Cuſtodite igitur omnia præcepta, quæ ego præcipio tibi hodie, vt corroborati introeatis & poſſideatis terrã, ad quam vos tranſitis poſſidendã, Et vt prorogetis dies ſuper terram quam iurauit Dominus patribus veſtris, [11] vt daret illis,' atq; ſemini eorum terram fluentem lacte & melle. Quoniam terra iſta ad quam tu iam proficiſceris vt occupes eam, non eſt ſicut terra Ægypti de qua egreſſi eſtis, vbi ſeminabas ſemen tuũ, & [12] rigabas pedibus tuis quemadmodũ hortum olerum. Terra autem iſta ad quam tu tranſis vt eam poſſideas, montes habet & valles, & [13] ex aquis cæleſtibus irrigatur.' Hanc terrã Dominus Deus tuus [14] inuiſit, ſuntque oculi' Domini Dei tui iugiter ſuper eam, ab initio anni ad finem vſque. ¶Si itaque diligenter audieritis præcepta mea, quæ ego præcipio vobis hodie, '[15] vt diligatis Dominũ Deum veſtrũ, & ſeruieritis ei' toto corde veſtro, & toto animo veſtro, [16] Dabo' pluuiam terræ veſtræ ſuo quoq; tempore, pluuiã [17] tẽpeſtiuã' & ſerotinã, vt colligas frumẽtũ tuũ, vinũ tuũ, & oleũ tuũ. Dabo inſuper herbã in agro tuo pro iumẽtis tuis, vt & tu comedas & ſacieris. ¶Cauete autẽ ne cor veſtrũ ſeducatur, vt recedatis & ſeruiatis dijs alijs, adoretiſq; eos, Et exardeſcat ira Domini cõtra vos, claudátq; cælũ ne veniat pluuia, & terra nõ det prouentũ ſuũ, pereatiſq; cito de terra iſta bona, quã Dominus dat vobis. [18] Reponite itaq' verba iſta mea [19] in cor veſtrũ, & in animum veſtrum,' eáque vt ſignũ ligate ad manum veſtram, vt ſint [20] veluti monumentum' inter oculos veſtros. Docete etiam ea filios veſtros, [21] vt ſerio loquãtur de eis, quũ deſides domi tuæ, & quum es in itinere, quum cubitum vadis, quũ ſurgis.' Scribes quoque ea ſuper poſtes domus tuæ, & in portis tuis, Vt prorogentur dies veſtri, & dies filiorum veſtrorum ſuper terram, quam iurauit Dominus patribus veſtris, [22] vt daret eis, [23] tantiſper dum dies cælorum ſunt ſuper terrã.' Nam ſi diligenter cuſtodieritis omnia præcepta illa quæ ego præcipio vobis, vt faciatis ea, nempe vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhæreatiſq; ei, Tunc exterminabit Dominus cũctas Gentes iſtas [24] à facie veſtra,' & vos occupabitis Gentes magnas, & quæ robuſtiores ſunt vobis. Omnis locus quem plãta pedis veſtri calcauerit, veſter erit, [25] à deſerto & Libano, à fluuio inquam Euphratis, vſq; ad' mare [26] vltimũ.' erũt limites veſtri. [27] Nemo audebit vobis reſiſtere,' quoniã [28] pauorẽ veſtrũ & timorẽ veſtrũ dabit Dominus Deꝰ veſter ſuper faciẽ totiꝰ terræ quã calcaturi eſtis,' ſicut loquutus eſt vobis. ¶En ego [29] pono' hodie in conſpectu tuo [30] benedictionẽ & execrationẽ.' Benedictionẽ quidẽ,] ſi obtẽperaueritis præceptis Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis hodie. Execrationẽ verò, ſi non obedieritis præceptis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis à via quã ego præcipio vobis hodie, vt ſequamini deos alios, [31] quos nõ nouiſtis. ¶Quum itaq; Dominus Deus tuus introduxerit te in terram, ad quam tu proficiſceris vt eam poſſideas, [32] pones' benedictionem ſuper

uerſa ſubſtantia eorum, quam habebant in medio Iſrael. ¶Oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit, Vt cuſtodiatis vniuerſa mãdata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, [a] & poſſitis introire, & poſſidere Terrã ad quam ingredimini, Multóque in ea viuatis tempore: quam ſub iuramento pollicitus eſt Dominus patribus veſtris, & ſemini eorũ, lacte & melle manantem. Terra enim ad quam [b] ingredieris' poſſidendã, non eſt ſicut Terra Ægypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt & campeſtris, de cęlo expectans pluuias, Quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illiꝰ in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius. ¶Si ergo obedieritis mãdatis meis, quę ego hodie pręcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum veſtrũ, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra: Dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt colligatis frumentũ, & vinum, & oleum, Fœnúmque ex agris ad paſcenda iumẽta, & vt ipſi comedatis ac ſaturemini. ¶Cauete ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino, ſeruiatiſque dijs alienis, & adoretis eos: Iratúſq; Dominus claudat cælũ, & pluuiæ nõ deſcẽdant, nec terra det germẽ ſuum, pereatiſq; velociter de Terra optima quã Dominus daturus eſt vobis. Ponite hæc verba mea in cordibꝰ & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibꝰ, & inter oculos veſtros collocate. Docete filios veſtros, vt illa meditentur, quãdo ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque ſurrexeris. Scribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ: vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in Terra quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret eis quandiu cælum imminet terræ. ¶Si enim cuſtodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, Diſperdet Dominus omnes Gentes iſtas ante faciem veſtram, & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis ſunt. ¶Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit: à deſerto, & à Libano, [a] à' flumine magno Euphrate vſque ad mare Occidentale erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos: terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnẽ terrã quã calcaturi eſtis, ſicut locutus eſt vobis. ¶En propono in cõſpectu veſtro hodie benedictionẽ & maledictionẽ: benedictionẽ, ſi obedieritis mãdatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionẽ, ſi non obedieritis mãdatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaueritis poſt deos alienos, quos ignoratis. ¶Cum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionẽ ſuper

¶[a] vt
B
Iuramentum Dei.
¶[b] ingrederis Terra promiſſionis, qualis
Oculi Dei.
Toto corde Deo ſeruiendum.
Abundantia tẽporalium.
Idololatria fugienda.
C
Verbũ Dei in corde & ob oculos ſemp habendum.
T.6.b.
Filij docendi verbum Dei.
Diligere Deũ.
Ambulare in vijs Dei.
Ioſue 1.a.
¶[a] à
D
[redacted]

¶9 quæ erat in pedibus eorum in medio totiꝰ Iſraelis. Hebraiſmus eſt, pro, quam ſubſtantiam habebant præſentem. ¶10 Poſſet ſubaudiri, Alloquor inquam vos, quorũ oculi viderunt &c. Vel ſubaudiatur verbum præcedens Cognoſcite, vel Scitote, & memoria tenete beneficia Dei quæ voſipſi vidiſtis eum in vos contuliſſe, non autem filij veſtri. ¶11 ſe daturum illis. ¶12 Irrigare pede ſuo hortum, eſt deducere aquam quocunq; quis vult per ſulcos. Ægyptꝰ enim ſulcis ex Nilo deriuatis irrigabatur. q. d. humana ope irrigabatur: at terra Chanaan de cælo irrigabitur. ¶13 Heb. de pluuia cæli bibet aquam. i. quæ irrigari ſolet aqua cæleſti, nõ aqua arte ducta per ſulcos. ¶14 Heb. requirit, & ſemper oculi &c. i. cuius curã habere ſolitus eſt, ſempérque reſpicit ſiquid deſit. ¶15 vel, diligendo Dominum Deum veſtrũ, & colendo eũ. ¶16 Tũ dabo. Deꝰ loquit. ¶17 ſiue, tẽporaneã. Pluuiam tempeſtiuã ſiue tẽporaneã vocat eam quæ decidit ſemente iacta, germinationis cauſa. Serotinam autẽ pluuiã intelligit eam quæ decidere ſolet in Martio, quũ iam grandior eſt ſeges. ¶18 vel, Sed ponite ¶19 i. in animum & affectum veſtrum. ¶20 vt frontalia ¶21 vt loquamini de eis, [vel, vt cõmentemini de eis,] quando manebis in domo tua, quãdo ambulabis per viã, quando iacebis in lecto, & ſurges. q. d. omni tempore. ¶22 quòd tandẽ eis illã daret, ¶23 iuxta dies cæli ſuper terrã. i. quandiu cæli imminebunt terræ, hoc eſt in æternũ. ¶24 i. ſub aduentũ veſtrũ. ¶25 q. d. à deſerto Sin Meridionali, & Libano qui eſt in parte Septentrionali, & Euphrate Orientali, vſq; ad &c. Tẽpore Salomonis ditio Hebræorũ protẽſa eſt in Euphratẽ, nec ante. ¶26 i. mediterraneũ. ¶27 Heb. Nullus ſtabit corã vobis. i. Nemo reſiſtet vobis. ¶28 Hebraiſmus, pro, Dominꝰ reddet vos formidabiles incolis omniũ terrarũ quas calcaturi eſtis. ¶29 vel, propoſiturus ſum ¶30 vel, fœlicitatẽ & infœlicitatẽ. ¶31 i. quorũ vires non eſtis experti, neq; eorũ miracula vidiſtis. ¶32 vel, dabis. i. te hortatore & auſpice curabit Ioſue pronuntiandam benedictionem à Leuitis: cui reſpõdebunt tribus quæ erũt in monte Garizim. Lege finem capitis XXVII, huius libri, & Ioſue VIII caput.

Garizim mõs Hebal mons. j.17.b.c.d.

montem Garizim, maledictionem ſuper montem Hebal: qui ſunt trans Iordanem poſt viam quæ vergit ad ſolis occubitum in Terra-Chananæi, qui habitat in campeſtribus contra Galgalam, quæ eſt iuxta vallem tendẽtem & intrãtẽ procul. Vos enim trãſibitis Iordanẽ, vt poſſideatis Terrã quam Dominus Deus veſter datur⁹ eſt vobis, vt habeatis & poſſideatis illã. Videte ergo vt impleatis ceremonias atq; iudicia quæ ego hodie ponã in cõſpectu veſtro. CAP. XII.

HAec ſunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis in Terra quã Dominus Deus patrũ tuorum daturus eſt tibi. vt poſſideas eam, cunctis diebus quibus ſuper humũ gradiẽris. ¶Subuertite omnia loca in quibus coluerunt Gentes (quas poſſeſſuri eſtis) deos ſuos, ſuper mõtes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſſipate aras earum, & cõfringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idôla comminuite: diſperdite nomina earũ de locis illis. ¶Non facietis ita DominoDeo veſtro: Sed ad locum quẽ elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuũ ibi, & habitet in eo, venietis: Et offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, decimas & primitias manuũ veſtrarum, & vota atq; donaria, primogenita boũ & ouium. Et comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri: ac lętabimini in cũctis ad quæ miſeritis manum vos & domus veſtræ, in quib⁹ benedixerit vobis Dominus Deus veſter. Non facietis ibi quæ nos hîc facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum videtur. Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſſionem quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis.

Fugiẽda idololatria.

Comedẽdum in loco quem elegerit Dominus in Terra promiſſionis.

Faciẽdũ quod De⁹ pręcipit, non quod rectũ nobis videtur.

B Tranſibitis Iordanẽ, & habitabitis in Terra quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſq; vllo timore habitetis. In loco quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocauſta*, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuũ veſtrarum: & quicquid præcipuum eſt in muneribus quæ vouiſtis Domino. Ibi epulabimini corã Domino Deo veſtro, vos & filij ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ atque Leuites, qui in vrbibus veſtris *commorantur. neq; enim habet aliam partẽ & poſſeſſionẽ inter vos. Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris: ſed in eo quẽ elegerit Dominus, in vna tribuũ tuarũ offeres hoſtias, & facies quæcunque præcipio tibi. ¶Si autẽ comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionẽ Domini Dei tui, quã dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundũ fuerit, hoc eſt maculatum & debile: ſiue mundũ, hoc eſt integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capreã & ceruũ comedes, Abſq; eſu dũtaxat ſãguinis, quẽ ſuper terrã quaſi aquã effundes. ¶Nõ poteris comedere in oppidis tuis decimã frumenti, & vini & olei tui, primogenita armẽtorũ & pecorũ, & omnia quę voueris, & ſpõ

¶*veſtra

¶*cõmorantur ſing. num.

A ſanguine abſtinendũ.

C Decimæ vbi comedendæ.

montem Garizim, & execrationẽ ſuper montẽ Ebal, [13]qui ſunt' trãs Iordanem[14]poſt viam occaſus' ſolis in terra Chananæi, qui habitat in[15]planitie' e regione Gilgal, iuxta [16]querceta' More. Nam vos trãſibitis Iordanẽ, vt introeuntes poſſideatis terram, quã Dominus Deus veſter [17] dat' vobis, hæreditatemq; accipietis eã, & habitabitis in ea. Obſeruate ergo vt faciatis omnia ſtatuta & iudicia quæ ego hodie vobis propono. CAP. XII.

H[1]AEc ſunt ſtatuta & iudicia, quæ' cuſtodietis [2]vt faciatis' in terra quam Dominus patrum tuorum tibi dedit vt illam poſſideas, [3]cũctis diebus' quib⁹ victurus es ſuper terrã. ¶Omnino vaſtabitis omnia loca in quibus coluerunt Gentes ([4]quas vos occupabitis)' deos ſuos, ſuper montes excelſos, ſuper colles, & ſub omni arbore frõdoſa. Diruetis aras eorũ, & ſtatuas eorũ confringetis, atq; lucos eorum igne cõburetis, & ſculptilia deorũ quos habent cõcidetis, & [5]abolebitis nomẽ eorũ de loco illo. ¶Vos non[6] ſic' facietis Domino Deo veſtro, Sed eum locũ (quem elegerit Dominus veſter ex cunctis tribubus veſtris, [7]vt ponat nomen ſuũ ibi, [8]habitẽtq; illic') quęretis, atq; illò venietis. Illuc afferetis holocauſta veſtra, victimas veſtras, decimas veſtras, [9]munus liberale' manus veſtræ, vota veſtra, volũtaria veſtra munera, atq; primogenita armẽtorũ, & gregũ veſtrorũ, Ibique epulabimini corã Domino Deo veſtro, & [10]lætabimini in omnibus (ad quæ admoliti eritis manum veſtram) vos & domus veſtrę, [11]in quibus benedixit' te Dominus Deus tuus. [12]Ne feceritis iuxta omnia quæ nos[13]hodie[14]hic' facimus, vnuſquiſque ſcilicet quod ſibi viſum fuerit. Nec enim adhuc veniſtis ad requiem & hęreditatem, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. [15]Quũ verò tranſmiſſo Iordane in terra habitaueritis, quam Dominus Deus veſter tradidit vobis poſſidendam (& requiem vobis dederit de cunctis hoſtibus veſtris qui circunquaq; ſunt, ſederitiſq; ſecuri) Ad locũ' quẽ elegerit Dominus Deus veſter, [7]vt in eo ponat nomen ſuum, 'adducetis omnia quæ ego præcipio vobis, nẽpe holocauſta veſtra, ſacrificia veſtra, decimas veſtras, [9]munus liberale' manus veſtræ, omnia vota veſtra ſelecta quæ voueritis Domino. Et[16] lætabimini' coram Domino Deo veſtro, vos & filij veſtri, filiæ veſtræ, & ancillæ veſtræ, ſed & Leuita [17]qui eſt intra portas veſtras: 'quoniã is nec partẽ nec hæreditatẽ habet vobiſcũ. Caue ne fortè ſacrifices holocauſta tua in omni loco quẽ videris, ſed in loco quẽ elegerit Dominus in vna tribuũ tuarũ, ibi inquam ſacrifices holocauſta tua, & illic fac quæcũq; ego præcipio tibi. ¶Veruntamẽ pro omni animi tui deſyderio[18]mactabis, '& comedes carnẽ, iuxta[19]benedictionẽ Domini Dei tui quã dedit tibi, [20]in omnibus portis tuis: 'tam immũdus quàm mundus ex ea comedent quẽadmodũ capream aut ceruũ: [21]Modo ſanguinẽ ne edatis, ſed in terram effundatis veluti aquam. ¶Nõ poteris comedere [22]in portis tuis' decimã frumenti tui, nec muſti tui, nec olei tui, nec primogenita armentorum tuorum, & gregum tuorum, ſed nec omnia vota tua quæ tu voueris, nec volunta-

¶13Hebręi per interrogationem legũt, annõ iſti ſunt trãs Iordanẽ &c. qua interrogatiõe affirmãt. ¶14 vl, à latere viæ quæ vergit ad occaſum ¶15 vl, campeſtribus ¶16 Elone. Locus eſt iuxta Sichem. ¶17 vl, daturus eſt

XII.

¶2 vl, Hę ſũt ceremoniæ & leges quas ¶2 faciendo [ea] ¶3 Subaudiẽdũ, [quæ inquã facere debetis:] poſtea ſequatur. cũctis dieb⁹ &c. .i. quę facere debetis toto tẽpore quo vixeritis in Terra quam dederit vobis. ¶4 vl, quarum poſſeſſiones adituri eſtis. Alij colebãt idôla ĩ mõtib⁹ altiſſimis, alij in collibus, alij in locis frondoſis & opacis. ¶5 .i. ita ſubuertite locũ, vt ne memoria quidem idolorũ relinquatur in eo. ¶6 .i. talia qualia faciunt Gẽtes. q.d. Non vbicunque libuerit, coletis Deũ veſtrũ, ſed cõferetis vos ad eũ locũ quẽ &c. ¶7 .i. vt illic colat. ¶8 vl, & tabernaculũ ſuũ. Chaldæ⁹ para. & domum habitationis ſuæ. ¶9 oblationem .i. primitias veſtras, quas ſoletis offerre Deo. Sic in ſequẽtibus intelligendũ.

¶10 .i. poſteaquã ſic feceritis, proſpere ſuccedet vobis quicquid tractaueritis, quia Deus benedicet vobis. ¶11 Potius vertẽdũ, quia benedicet ¶12 .i. Nõ facietis omnino vt nos &c. ¶13 Ante ingreſſum ſcilicet Terræ ſanctæ. ¶14 .i. extra Terrã ſanctã. ¶15 vl, Sed tranſibitis Iordanẽ, & habitabitis in terra quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis iure hæreditario: dabitq; vobis requiẽ ab omnibus inimicis veſtris per circuitũ, habitabitiſq; confidenter. Erit autẽ, ad locum &c. vl, Ad eum autẽ locũ quem &c. ¶16 vl, epulabimini cũ lætitia ¶17 .i. qui habitat in vrbib⁹ veſtris. ¶18 ſub. animalia mũda. q.d. Siquido libuerit comedere carnes, occide, & mãduca. ¶19 Benedictionẽ pro opibus ponit. .i. ſecundũ opes tuas. ¶20 .i. in quacũq; vrbe habitaueris, vbicunq; locorũ fueris. ¶21 Ita dũtaxat, vt ſanguinem non comedatis, verum effundetis illum in terrã tanquã aquã. .i. vt ſolet effũdi aqua. Ceruus & caprea munda erãt animalia, ſed Deo nõ ſolebãt offerri. ¶22 Ieroſolymis poterãt comedere, nõ autẽ in alijs vrbibus. Altera pars decimarũ debebatur Leuitis qui extra Ieruſalẽ agebãt, & altera his qui Ieroſolymis erãt. Et Ieroſolymis tum licebat edere cum Leuitis de decimis & primogenitis. Lege infrà cap. XIIII.

ria tua, nec[11] munus magnificũ manus tuæ, ſed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, atque filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, atq; Leuita qui eſt intra portas tuas: [14] lætaberiſque coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ [15] admoueris manum tuam. ¶Caue ne fortè deſeras Leuitam cunctis diebus tuis ſuper terram tuam. ¶Quum dilatauerit Dominus Deus tuus [16] limitem tuum quemadmodum pollicitus eſt tibi, & dixeris, Comedam carnes, (habet enim animus tuus deſyderium edendi carnem) poteris pro omni deſyderio animi tui carnes edere. Si verò procul à te fuerit locus quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt illuc ponat nomen ſuum, mactabis de armentis tuis & gregibus tuis quæ dederit tibi Dominus, quemadmodum præcepi tibi, & comedes in portis tuis [17] pro omni deſyderio animi tui, [18] Et ſicut caprea comeditur, atque ceruus, ſic comedes illa: mundus & immundus [19] pariter veſcentur illis. [20] Modo in hoc ſis firmus, ne ſanguinẽ edas (nam ſanguis eſt [21] ipſa anima.) ne ergo comedas animã cũ ipſa carne: ne inquam comedas ipſum, Sed eum in terram [22] vt aquam effunde. Ne comedas ipſum, vt bene tibi ſit, & filijs tuis poſt te. [23] ſed fac quod rectũ eſt in oculis Domini. [24] Attamen ſancta tua quæ fuerint tibi, & vota tua tolles, & venies ad locũ quẽ elegerit Dominus, Facieſque holocauſta tua, [25] carnẽ & ſanguinẽ ſuper aram Domini Dei tui, ſanguis verò ſacrificiorũ tuorũ effundetur iuxta aram Domini Dei tui, & carnẽ ipſam comedes. Obſerua & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene tibi ſit, atque filijs tuis poſt te perpetuò. [idq; fiet] ſi feceris quod bonũ & rectũ eſt in oculis Domini Dei tui. ¶Quãdo ſuccideri Dominus Deus tuus [26] ante te gentes ad quas tu venies vt eas poſſideas, útq; eas occupes, & in terra earũ habites: Caue tibi nequãdo ([27] quũ iam deuaſtatæ ſunt) [28] ſectã eo eas illaqueeris: [29] ne ſcilicet requiras deos earũ, dicẽs, Quẽadmodũ gẽtes illæ deos ſuos [40] coluerũt, ſic ego quoq; faciam. [41] Nequaquã ſic facies Domino Deo tuo: nã quidquid abominandũ eſt Domino, quódq; odit, fecerunt dijs ſuis: [42] etenim & filios ſuos & filias ſuas igne dijs ſuis [43] combuſſerũt. Quidquid ego vobis præcipio, id obſeruabitis vt faciatis: ad hoc nihil addes, ab eo nihil detrahes. CAP. XIII.

SI [1] ſurrexerit in medio tui propheta, aut [2] qui ſomniũ ſõniet, [3] dederitq; tibi aut ſignũ aut portẽtũ, Eueneritq; ſignũ [4] & portẽtũ quod prædixit tibi, atq; is dixerit, Eamus poſt deos alios (quos non nouiſti,) & [5] ſeruiemus eis: Non audies verba prophetæ illius, aut eius qui ſomniauerit huiuſmodi ſomniũ, quia tẽtat vos Dominus De[us] veſter, [6] nũ ſitis amãtes Domini Dei veſtri in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra. Incedite poſt Dominum Deum veſtrũ, illum timete, illius præcepta cuſtodite, illius vocẽ audite, illi ſeruite, atq; illi adhærete. Propheta autẽ talis, aut ſõniorũ ſomniator interfici debet, eo quòd [7] defectionẽ loquutus ſit à Domino Deo veſtro (qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit te de domo ſeruitutis,) vtq; te depelleret à via quã [8] præſcripſit tibi Domin[us] Deus tuus, vt in ea ambulares. [9] & ideo exterminabis malũ è medio tui. [10] Si te clanculũ ſollicitauerit frater tuus [11] filius matris tuæ, aut fili[us] tuus, aut filia tua, aut vxor [12] gremij tui, aut [13] proximus quẽ vt propriã vitã [amas,] [14] dicẽdo,

te offerre volueris, & primitias manuum tuarũ: ſed coram Domino Deo tuo comedes ea in loco quẽ elegerit Dominus Deus tu[us], tu & filius tuus & filia, & ſeruus & famula, atque Leuites, qui manent in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris corã Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manũ tuam. ¶Caue ne derelinquas Leuiten in omni tempore quo verſaris in Terra. ¶Quãdo dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut locutus eſt tibi, & volueris veſci carnibus quas deſyderat anima tua: Locus autẽ quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armẽtis & pecorib[us] quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut comeditur caprea & ceruus, ita veſcẽris eis: & mundus & immundus in cõmune veſcẽtur. ¶Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. ſanguis enim eorum pro anima eſt. & idcirco non debes animã comedere cum carnibus: Sed ſuper terram fundes quaſi aquam, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, cum feceris quod placet in cõſpectu Domini. Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum quẽ elegerit Dominus: Et offeres oblationes tuas carnem & ſanguinem ſuper altare Domini Dei tui: ſãguinẽ hoſtiarũ fũdes in altari, carnib[us] autẽ ipſe veſcẽris. Obſerua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te in ſempiternũ, cũ feceris quod bonum eſt & placitum in cõſpectu Domini Dei tui. ¶Quando diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris poſſidendas, & poſſederis eas, atque habitaueris in Terra earũ: Caue ne imiteris eas, poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremonias earum, dicens, Sicut coluerũt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colã. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus, fecerunt dijs ſuis, offerẽtes filios & filias, & comburẽtes igni. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquã, nec minuas. CAP. XIII.

SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignũ atq; portẽtũ, Et euenerit quod locut[us] eſt, & dixerit tibi, Eamus, & ſequamur deos alienos (quos ignoras) & ſeruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tẽtat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat verum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. Dominũ Deum veſtrũ ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocem eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. Propheta autẽ ille aut fictor ſomniorũ interficietur: quia locutus eſt vt vos auerteret à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de Terra Ægypti, & redemit vos de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quã tibi præcepit Domin[us] Deus tu[us]: & auferes malum de medio tui. ¶Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, ſiue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuã, clàm dicens,

¶ filia tua,
¶ manent ſingul. num.
Leuitæ alẽdi

Gene. 18. a. 3. 19. c.

Sanguis non comedendus.

D

tuarum

Idololatria fugienda.
¶ ingrederis

Filios cõbur.
Verbũ Dei.
s. i. d. pu. to...
Pſeudopropheta miraculis à verbo Dei abducens.

Miraculis tentat fidem noſtram Deus.
† Aug. 2. cõſ. ... 30 ... q. 60.

B

[redacted]

¶11 oblationẽ
¶14 vl, epulaberis cũ gaudio
¶15 miſeris. i. in omnibus facultatibus tuis.
¶16 vl, regionẽ tuã. Vox enim Hebræa GVBVL, terminũ ſignificat & regionẽ, quòd regio finibus & terminis circũſcribi ſoleat.
¶17. i. prorſus vt deſyderabis, & quantuncũque libuerit.
¶18 Verũ ea lege vt quẽadmodũ comedi ſolet caprea, &c.
¶19 Aut, ſimul. i. ſine diſcrimine veſci poterunt his carnibus, quia Deo non ſunt oblatæ.
¶20 Sed roborare, vt ne &c. i. robuſtus eſto, vel cõſtanter abſtine ab eſu ſanguinis, aut forti animo abſtine.
¶21. i. ſedes animæ. quia ſanguine alitur & ſeruatur vita, animã vocat vitam.
¶22 vt ſcilicet ebibatur à terra, nõ aliter quàm aqua.
¶23 quũ feceris. vl, facies enim quod placet &c.
¶24 Verũtamẽ ſanctificata tua quæ fuerint apud te. i. ea quę cõſecraueris Domino Deo tuo.
¶25. i. ex carne & ſanguine.
¶26. i. ſub. aduẽtũ tuũ.
¶27 poſt eaq; deletæ fuerit à facie tua,
¶28 te in laqueũ conijcias poſt eas. i. ne imiteris cultum illarũ gẽtium.
¶29. i. ne ingras de cultu idolorũ illarũ gẽtiũ.
¶40 colebãt. &c. Præteritũ perfectũ pro imperfecto.
¶41. i. Nõ afficies Dominũ hac contumelia vt cũ eo vnà colas deos alienos.
¶42 nã etiã filios
¶43 cõburebãt.
XIII.
¶1 vl, extiterit
¶2 ſomniãs ſomniũ. i. fictor ſomniorũ. q. d. Siquis inter vos dicat ſe præditũ prophetia, aut ſomniãdi arte.
¶3. i. ediderit aliquod miraculũ.
¶4 aut
¶5 vl, ſeruiamus
¶6 vt ſciatur ſaut palàm ſit an diligatis Dominũ Deũ veſtrũ
¶7 vl, auerſionẽ cõtra Dominũ &c. i. verbis voluit vos auocare à cultu Dei.
¶8 præcepit
¶9 & auferes malũ &c. i. delebis hominẽ huiuſmodi, ne amplius tecũ verſetur.
¶10 vl, Si tibi voluerit ſuadere
¶11. i. vterinus.
¶12. i. quæ dormire ſolet in ſinu tuo. vl, quã amplecti ſoles.
¶13 vl, amicus
¶14 Heb. in occulto ſiue clàm dicendo.

Eamus,& ſeruiam⁹ dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, Cūctarū in circuitu Gentium quæ iuxtà vel procul ſunt, ab initio vſq; ad finē terræ: Nō acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eū, Sed ſtatim interficies ſũt primũm man⁹ tua ſuper eū,

Ꝭ.17.b.

C & poſt te omnis populus mittat manū. Lapidib⁹ obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo, q eduxit te de Terra-Ægypti de domo ſeruitutis: Vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquā vltrà faciat quippiā huius rei ſimile. ¶Si audieris in vna vrbium tuarū, quas Dominus Deus tu⁹ dabit tibi ad habitandū, dicētes aliquos, Egreſſi ſunt filij belial de medio tui, & auerterūt habitatores vrbis ſuæ, atq; dixerūt, Eamus, & ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis: Quære ſolicitè: & diligenter rei veritate perſpectã, ſi inueneris certū eſſe quod dicitur, & abominationē hanc opere perpetratā, Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis

Ciuitatē à fiducia in Deū abductam, iubet ipſe Deus cōburere, & habitatores occidere.

D eā, omniáq; quæ in illa ſūt vſq; ad pecora. Quicquid etiā ſupellectilis fuerit, cōgregabis in medio platearū eius, & cū ipſa ciuitate ſuccēdes, ita vt vniuerſa cōſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus: nō ædificabitur amplius. Et nō adhærebit de illo anathemate quicquā in manu tua: vt auertatur Domin⁹ ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, multiplicétque te, ſicut iurauit patribus tuis, Quando audieris vocē Domini Dei tui, cuſtodiēs omnia præcepta ei⁹ quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitū eſt in cōſpectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

Nō imitādus ritus Gentiū ſup mortuis. Ꝭ.7.a.Ꝭ.16.d. Animalia mūda.leui.11.a.

Filij eſtote Domini Dei veſtri: non vos incidetis, nec facietis caluitiū ſuper mortuo: Quoniā populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei in populū peculiarē de cūctis gētib⁹ quę ſūt ſuper terrā. ¶Ne comedatis quæ immunda ſunt. Hoc eſt animal quod comedere debetis, Bouē, & ouē, & caprā, Ceruū & capream, bubalum, tragelaphū, pygargū, orygē, camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis. De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, lēporē, chœrogryllum: quia ruminant, & non diuidūt vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniā

Immunda.

B diuidit vngulam, & non ruminat, immūda erit. carnibus eorū non veſcemini, & cadauera non tangetis. ¶Hæc comedetis ex omnibus quæ morātur in aquis, Quæ habēt pinnulas, & ſquamas, comedite: Quæ abſque pinnulis & ſquamis ſunt, ne comedatis, quia immunda ſunt. ¶Omnes aues mundas comedite. Immūdas ne comedatis: Aquilam ſcilicet, & gryphē, & haliæetum, ixon, Et vulturem ac miluum iuxta genus ſuum: & omne coruini generis, Et ſtruthionem, ac noctuā, & larum, atque accipiterē iuxta genus ſuū: Herodiū ac cygnū, & ibin, Ac mergulū, porphyriōnē, & nycticoracē, Onocrotalū, & charadrium, ſingula in genere ſuo: vpupā quoque & veſpertilionē.

Piſces mundi & immundi.

Aues immundæ.

Eamus, & ſeruiamus dijs alijs, quos nec tu nouiſti, nec patres tui, Fuerintque ex dijs[15] populorū qui circū vos ſunt, ſiue prope fuerint tecum, ſiue procul à te, ab vna extremitate terræ, ad aliam extremitatē terrę: Ne acquieſcas ei, neq; audies eum, nec parcat ei oculus tuus,[16] neque indulgeas,[17] neq; abſcondas eū, Sed omnino occidas eū, & manus tua prima ſit in eo[18] vt occidatur talis, deinde & manus totius populi. Obrue eū lapidibus donec moriatur: hoc enim molitus eſt, vt depelleret te à Domino Deo tuo, qui te eduxit de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Hoc omnes Iſraelitæ audiant & timeāt, ne vltra deſignent rē tā nephandā in medio tui. ¶Si[19] in aliqua vrbiū tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi vt in eis habites, audieris [hanc famam,] Egreſſi ſunt viri[20] filij Belial è medio tui, & ſollicitarūt ciues vrbis ſuæ hiſce verbis, Eamus, & ſeruiamus dijs alijs quos nō nouiſtis: Inquiras, inueſtiges & interroges diligenter: & ſi verum eſt & certū verbū illud, quòd iſtiuſmodi abominatio facta ſit in medio tui, Omnino feries inhabitatores illi⁹ ciuitatis gladio, & vaſtato eā gladio, & quicquid in ea eſt, etiā iumenta eius. Vniuerſa autē ſpolia eius cōportabis in mediū[21] fori eius, & ſuccēdes vrbem igne, & in vniuerſum omnia ſpolia eius[22] Domino Deo tuo, vt ſit perpetuò[23] aceru⁹, nec reædificetur amplius. Nec hærebit in manu tua quidquā de illo[24] hærē: vt reuertatur Dominus à furore iræ ſuæ,[25] & intimo affectu erga te cōmoueatur, miſereatúrque tui, & multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis.[26] Audies itaque vocem Domini Dei tui,[27] vt cuſtodias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt[28] quod rectum eſt in oculis Domini Dei tui facias.

CAP. XIIII.

Filij eſtis vos Domini Dei veſtri, ne ergo[2] laceretis voſipſos,[3] neq; ponetis caluitiū inter oculos veſtros propter mortuū, Nā populus[4] ſanctus es Domino Deo tuo, & te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris præ omnibus populis q ſunt ſuper ſuperficiē terræ. ¶Nihil ergo quod[5] abominandū eſt comedas.[6] Hoc eſt pecus quod comedetis, bouē, pecudē ouium, & pecudem caprarū, Ceruū, capreā,[7] ibicem,[8] hircoceruū,[9] vnicornem,[10] vrum, &[11] taradum. Et omne animal quod ſeparat vngulā, & findit fiſſuram vtriuſque vngulæ,[12] ruminationē ſurſum reuocās[13] in pecoribus, hoc comedetis. ¶Hoc tamē nō comedetis ex his quæ ruminationē ſurſum reuocant, & ex his quæ vngulā ſeparāt[14] ac fiſſurā, nempe camelum, lēporē, & cuniculū, quæ quidē ruminationē reuocant, at vngulā non ſeparant, immūda ergo erūt vobis.[15] Et ſus tametſi vngulā ſeparat, nō tamē ruminat, ideo immūdus ſit vobis.[16] De carne taliū nō comedetis, & cadauer eorū nō tangetis. ¶Hoc verò comedetis ex omnibus quæ in aqua ſūt. Quidquid pinnulas habet & ſquamas, comedetis: Quicquid verò pinnulas & ſquamas nō habet, nō comedetis, immūdū ſit vobis. ¶Omnē auē mūdā comedetis. Hęc verò ſūt de quib⁹ nō comedetis, Aquila,[17] accipiter, aquila marina,[18] vultur,[19] pica, & miluus iuxta ſpeciē ſuā. Omnis quoq; coruus iuxta ſpeciē ſuā.[20] Struthio, noctua,[21] cuculus, niſus iuxta ſpeciē ſuā.[22] Nycticorax,[23] bubo, porphyrio,[24] Ibis, pelecanus, & mergulus, Ciconia,[25] gracul⁹ iuxta ſpeciē ſuā, vpupa, & veſpertilio.

¶15 quos colūt populi qui circū te habitant, ſiue ſint tibi vicini, ſiue procul à te abſint, ab extremo vno terræ[ſiue regionis] vſque ad aliud extremūt ¶16 neque miſerearis. Declarat quid ſignificet, non parcat ei oculus tuus: quū dicit, neque miſerearis. q.d. nō parcat ei oculus tuus, id eſt ne miſerearis ei⁹. ¶17 vt, neque ſilētio trāſigas, ¶18 vt interficias illum. i. tu primus in eum iacies lapidē vt interficias illū. ¶19 de aliqua ¶20. i. hoies ipſi & nihili de cōgregatiōe tua. ¶21 vt, plateæ ¶22. i. in honorē Domini Dei tui. ¶23 ſub. lapidū. ¶24 anathemate. i. non retinebis apud te quicquam de facultatibus illis quæ cremari debent & prorſus perdi. ¶25 Heb. & det tibi miſericordias, vt miſereatur tui. ¶26 Quādo parueris voci &c. Pendet à præcedenti verſu. ¶27 cuſtodiēdo ¶28. i. quod gratū eſt Domino.

XIIII.

¶1 vt, Cū filij ſitis Domini &c. Morē idololatrarū fugiēdū eſſe docet hic Moſes. ¶2 incidatis. Cultris ſcilicet, aut vnguib⁹ carnes veſtras, ſiue faciē veſtrā. ¶3. i. quū qs ex amicis veſtris vita fūctus fuerit, nō tōdebitis partē anteriorē capitis, quæ eſt inter oculos veſtros, ſicut Gētes faciūt quæ ſpē nō habēt. ¶4. i. cōſecrat⁹. ¶5. i. de carnib⁹ cuiuſcūq; animalis immūdi. ¶6 Hæc ſunt animalia, quorū carnib⁹ veſci poteritis, ¶7 vt, bubalū. ſiue, bouē ſylueſtrē. ¶8 hircū ſylueſtrē. vt, tragelaphū, ¶9 L X X pygargū verterūt, q ſpecies eſt aquilæ. Hic autē loquit de greſſilib⁹ terreſtrib⁹: vnde rectius vertas damā. ¶10 ſiue, bouē ſylueſtrē, ¶11 caprā rupicolā. ¶12 reuocās cibū. ruminās ¶13 in genere animātiū, ¶14 fiſſam. i. ex habētibus vngulā diuiſā & fiſſam. ¶15 Neq; porcū ſub. comedetis: quia ¶16 Hic ſatis declarat qd immūdū animal vocet, vt etiā ſtatim pòſt. ¶17 oſſifraga, ¶18 Ixos. A videndo nomē habet Hebraice, q acie oculorū valeat. è genere vulturū eſt, ſed minor, albus. ¶19 vultur, ¶20 vt, Struthiocamelus, ¶21 vt, larus & accipiter. Græcè ἱέραξ Vng ſacre. ¶22 vt, Bubo. aut, Viula, ¶23 vt, ibis & cygnus ¶24 vt, Et onocrotal⁹ & porphyrio, ¶25 vt, charadrius

Quicquid ex volucribus repit, immundũ ſit vobis, nec comedatur. Omnem verò volucrem mũdam edere poteſtis. Ne edatis vllum morticinum, ſed peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud, vt ipſum comedat, aut vendas ipſum alieno, quia tu populus[26] ſanctus' es Domino Deo tuo.[27] Ne coquas hœdum in lacte matris ſuæ.

¶[28] Exacte decimabis cunctos prouentus ſementis tuæ, quos ager ſingulis annis profundit.' Et comedes[29] coram Domino Deo tuo (in loco quem elegerit[30] vt nomen ſuum illic ponat')[31] decimã frumenti' tui, vini tui, & olei tui, atq; primogenita armentorũ tuorũ, & gregum tuorũ, vt diſcas timere Dominum Deum tuũ cunctis diebus. [32] Quòd ſi longior fuerit via' quam tu ſis ferẽdo, quandoquidẽ procul eſt à te locus ille quẽ elegerit Dominus Deus tuꝰ vt ponat nomẽ ſuũ illic,[33] fortunaritq;' te Dominus Deus tuus,[34] dabis pro pecunia,' & colligata pecunia in faſciculũ in manum tuam, ibis ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Et[35] exponas pecuniam pro omnibus quæ deſyderat animus tuus,' pro bobus & pro ouibus, pro vino & ſicera, pro cunctis denique quæ auet animus tuus. & comedes ibi corã Domino Deo tuo, & lætaberis tu atque domus tua. Et Leuitam qui eſt[36] intra portas tuas[37] ne deſeras,' quia nec partẽ nec hæreditatẽ tecũ habet. ¶ A fine tertij anni[38] ſelige omnes decimas annonæ tuæ illiꝰ anni,' & reponas[39] intra portas tuas,' Veniétq; Leuita, qui nõ habet partẽ & hæreditatẽ tecũ, & peregrinus, pupillꝰ atq; vidua, qui ſunt intra portas tuas, &[40] comedẽt atq; ſaturabuntur, vt[41] locupletet' te Dominus Deus tuus in cuncto opere manus tuæ quod feceris.

CAP. XV.

A[1] Principio' ſeptimi anni[2] facias' remiſſionẽ. Hæc verò ſit[3] ratio' remiſſionis. Omnis[4] creditor' remittere debet manũ ſuam, is ſcilicet qui mutuo dedit proximo ſuo, neque vrgeat proximũ ſuũ aut fratrẽ ſuũ: nam indicta eſt remiſſio Domini.' Ab alienigena poteris exigere:[6] qui verò frater tuus eſt, hunc requieſcere ſinat manus tua.[7] Omnino non ſit in te inops:' quoniã[8] vbertim locupletabit' te Dominus in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi vt eã hæreditate poſſideas,[9] Modo diligẽter audias' vocẽ Domini Dei tui, vt cuſtodias[10] & facias' totũ iſtud præceptum quod ego tibi hodie præcipio. Quandoquidem Dominus Deus tuus[11] te locupletauit' queadmodum pollicitus eſt tibi.[12] mutuo dabis' multis gẽtibus, tu verò[13] mutuo nihil accipies:' dominaberis gentibus multis, ipſæ verò tibi non dominabuntur. ¶ Si fuerit in te pauper aliquis, ſcilicet ex fratribus tuis, intra vnam[14] portarum' tuarũ, in terra tua, quã Dominus Deus tuus dabit tibi:

Et omne quod reptat & pennulas habet, immũdum erit, & non comedetur. Omne quod mundum eſt, comedite. Quicquid autem morticinum eſt, ne veſcamini ex eo: peregrino qui intra portas tuas eſt, da vt comedat, aut vende ei. quia tu populus ſanctus Domini Dei tui es. ¶ Nõ coques hœdũ in lacte matris ſuæ. ¶ Decimã partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos & comedes in conſpectu Domini Dei tui (in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur) decimam frumẽti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt diſcas timere Dominũ Deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuꝰ, tibiq; benedixerit, nec potueris ad eũ hæc cũcta portare, vẽdes omnia, & in pretiũ rediges, portabiſque manu tua, & proficiſcẽris ad locũ quem elegerit Dominus Deus tuus: Et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, ſiue ex armentis, ſiue ex ouibus, vinum quoque, & ſiceram, & omne quod deſyderat anima tua & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, Et Leuita qui intra portas tuas eſt, caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partẽ in poſſeſſione tua. ¶ Anno tertio ſeparabis aliã decimam ex omnibus quæ naſcũtur tibi eo tẽpore: & repones intra ianuas tuas. Veniétque Leuites qui aliam non habet partẽ nec poſſeſſionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas ſunt. & comedent, & ſaturabuntur: Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

C — Morticina nõ comedenda. Peregrinus. Exo.23.c.34.d. Decimæ dandæ. — D — Leuitæ, peregrini, pupilli & viduæ alendi.

CAP. XV.

Septimo anno facies remiſſionẽ, quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre ſuo, repetere nõ poterit, quia annus remiſſionis eſt Domini. A peregrino & aduena exiges: ciuẽ & propinquũ repetendi non habebis poteſtatẽ. Et omnino indigens & mendicus nõ erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in Terra quã traditurus eſt tibi in poſſeſſionẽ. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodieris vniuerſa quæ iuſſit, & quæ ego hodie præcipio tibi, Benedicet tibi, vt pollicitꝰ eſt: fœnerabis gẽtibus multis, & ipſe à nullo accipies mutuum: dominaberis nationibꝰ plurimis, & tui nemo dominabitur. ¶ Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in Terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit:

Remiſſio debitorũ anno ſeptimo. — Alẽdi pauperes, neq; permittendũ vt mendicent. — De fratre in paupertatem redacto. — E

¶26.i.cõſecratꝰ ¶27.i.Non elixabis hœdillũ vnà cũ matre. nã crudele eſſet. vl, Nõ parabis hœdillũ in ea re quæ illi vnicũ alimentũ & vitæ profugium eſſe ſolet, quod eſt lac caprarũ. hoc enĩ crudele eſſet. ¶28 Decimam partẽ dabis omnis fructus ſeminis tui quod prodierit ex agro tuo. ¶29.i.in Ieruſalem, non extra Ieruſalem: quod verbis ſequentibus declarat, cum dicit, in loco quẽ elegerit &c. ¶30.i.vt illic colatur. ¶31 Per decimã frumẽti, intellige eã portionem quę è decima debebatur Leuitis Ieroſolymitanis. Edebant autem de hac portione Ieroſolymis qui decimas p̄ſoluebant. ¶32 Heb. Quòd ſi creuerit præ te via. Seipſum cõtinuò ſequẽtibus verbis exponit, nempe, quòd nõ poſſis ferre illã [decimam] quoniã procul &c. ¶33 Heb. benedixerit.i.copioſas opes tibi dederit. ¶34.i.cõmutabis illas decimas pecunia. ¶35.i.eme quicquid voles. Pecunia quam contraxerãt è decima & primogenitis diuenditis emebant Iſraelitæ Ieroſolymis quæ offerrent Domino. Præterea eadẽ pecunia emebant quod ederẽt corã Domino Ieroſolymis cum Leuitis ſuis & tota familia. Lege ſecũdũ caput Iohãnis. ¶36.i.conciuẽ tuũ. ¶37 ne negligas. ¶38 vl, promes omnes decimas prouentus tui anno ipſo, ¶39.i.in vrbibus tuis. ¶40.i.comedẽt ad ſaturitatẽ. Hebraiſmꝰ. ¶41 Heb. benedicat.i.vt det Dominus fœlicẽ ſucceſſũ operibꝰ tuis. XV. ¶1 Heb. In extremitate. ſcilicet priore.i. Initio ſeptimi anni: ſiue Septimo tandẽ anno. Cũ ſeptimus annus aduenerit. Vox Hebræa K E S, ſignificat extremitatẽ, quod nõ ſolũ de exitu rei, ſed & de initio intelligendũ eſt. ¶2 facies.i.remittetis debita debitoribus qui non fuerint ſoluendo. ¶3 regula.i. Hoc autem pacto remittentur debita. ¶4 Heb. dominus debiti. vl, mutui ¶5 Id quod manu ſua dederit [vl, crediderit] ſocio ſuo, nõ repetet [vl, nõ poterit exigere] à ſocio ſuo. aut à fratre ſuo: quia promulgata eſt remiſſio Domino. vl, quia promulgauit. ſub. is qui promulgare debet, ſiue hoc munere fungi debet, præco nempe, remiſſionem in honorem Domini. ¶6 Heb. at id quod fuerit tibi apud fratrem tuũ remittet manus tua. ¶7 Præterquam ſi non ſit pauper in te.i.in vrbe tua. vl, Præterquam quũ non erit pauper in te. Aut, Niſi quũ non erit pauper &c.i. Niſi frater tuus ſit diues. q.d. Pauperibus fratribus remittes pecuniam creditam: verùm diuites fratres excipio, quibus non remittes quod mutuum dederis, quũ habeant vnde reddere poſſint. ¶8 Heb. benedicendo benedicet. Sub. ſi hoc feceris. ¶9 Si tamen. vl, Quod ita demum fiet, ſi audieris &c. ¶10 opere implendo ¶11 Heb. benedicet tibi. Verti poſſunt hæc ad hunc modum, Cum autem Dominus Deus tuus benedicet tibi, ſicut pollicitus eſt, tum accepto pignore dabis mutuum gentibus &c. ¶12 tum accepto pignore mutuabis ¶13 vl, nihil mutuaberis dato pignore: ¶14.i.vrbium.

Mutuũ dãdũ, etiã ſi non ſit ſpes recipiendi. matt.5.g. luc.6.e.

non obdurabis cor tuum, nec contrahes manũ, Sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris. Caue ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis. & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum cõmodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei: nec ages quippiã callidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manũ miſeris. Nõ deerunt pauperes in Terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manũ fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in Terra. ¶Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & ſex annis ſeruierit tibi, in ſeptimo anno dimittes eũ liberum. Et quẽ libertate donaueris, nequaquã vacuum abire patieris: Sed dabis viaticũ de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. Memento quòd & ipſe ſeruieris in Terra-Ægypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nũc præcipio tibi. Sin autem dixerit, Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domum tuã, & bene ſibi apud te eſſe ſentiat: aſſumes ſubulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum. ancillæ quoque ſimiliter facies. Non auertas ab eis oculos tuos quando dimiſeris eos liberos: quoniam iuxta mercedẽ mercenarij per ſex annos ſeruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cũctis operibus quæ agis. ¶De primogenitis quæ naſcuntur in armentis, & ouibus tuis, quicquid eſt ſexus maſculini, ſanctificabis Domino Deo tuo: non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. In conſpectu Domini Dei tui comedes ea per annos ſingulos in loco quẽ elegerit Dominus, tu & domus tua. Sin autẽ habuerit maculam, & vel claudũ fuerit vel cæcũ, aut in aliqua parte deforme vel debile: non immolabitur Domino Deo tuo. Sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tã mundus quàm immundus ſimiliter veſcentur eis quaſi caprea, & ceruo. Hoc ſolũ obſeruabis vt ſanguinem eorum non comedas, ſed effundes in terram quaſi aquam.

¶ opere,

Pauperes ſemper futuri. matth.26.a.

C

Serui & ancillæ Hebræi ãno ſeptimo libertate donandi. exod. 21.a. iere.34.c

Auris perforata ſerui quid ſignificet.

D

Primogenita Deo ſanctificanda qualia eſſe debeant.

Leuit.22.e. eccli 35.b.

CAP. XVI.

Tria Iudęorũ feſta primaria. Phaſe.

Obſerua menſem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phaſe Domino Deo tuo: quoniã in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum: ſeptem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem: quo-

ne obfirmes cor tuum, neque[15]cõtrahas' manum tuam à fratre tuo paupere, Sed[16]liberaliter aperias' illi manum tuam, &[17]des illi mutuum quod ſatis ſit penuriæ eius qua laborat.' Caue[18]ne fortè ſubeat cor tuum cogitatio impia, talis ſcilicet, Accelerat' annus ſeptimus, annus videlicet remiſſionis, & ob hoc[19]malignus' ſit oculus tuus erga fratrem tuum pauperẽ, ita vt nõ des ei, & ille clamet contra te ad Dominũ, [20]ſiatque tibi peccatum. Omnino' dabis ei,[21]& non ſit pectus tuũ malignũ quũ tu das ei.' nã huius rei gratia Dominus Deus tuus[22]locupletabit ac fortunabit te' in cunctis operibus tuis, & in cũctis ad quæ admoueris manum tuam. Quoniã nunquam deerunt [23]pauperes' in terra: proinde præcipio tibi, dicens,[24]Liberaliter aperi' manũ tuam fratri tuo, pauperi tuo atq; inopi tuo in terra tua. ¶Si venditꝰ fuerit tibi frater tuꝰ Ebræus aut Ebræa, ſeruieritque tibi ſex annis, anno ſeptimo [25]manumittes eum à te.' Quũ eum à te manumittes, ne amãdes eum vacuũ, Sed[26]munifice eum circũcingas' de gregibus tuis, de horreo tuo, atq; de torculari tuo, quibꝰ te[27]locupletauit' Dominus Deus tuus vt des illi. Reuoca in memoriam quòd & tu ſeruus fuiſti in terra Ægypti, & quòd te liberauerit Dominus Deus tuus: ob quã cauſam ego tibi [28]hoc' præcipio hodie. Quòd ſi dixerit ad te, Non egrediar à te: diligo enim te & familiã tuã. eo quòd [29]fuerit ei bene apud te:' ſumes ſubulã, [30]& tranſfiges ea aurẽ ad oſtium,' ſeruiẽtque tibi perpetuò, quin & famulæ tuæ[31]ſic facies.[32]Ne graueris eum manumittere à te:' quoniã[33]duplex eſt merces mercenarij ſex illis annis quibus tibi ſeruiuit,' & Dominus Deus tuus [34]dabit tibi rerum ſucceſſum & fœlicitatẽ' in omnibus quæ feceris. ¶Omne primogenitũ quod natum fuerit in armento tuo, in grege tuo quod maſculũ eſt [35]cõſecrabis Domino Deo' tuo,[36]neq; operaberis primogenito bouis tui,' neque tõdebis primogenitũ gregis tui. In conſpectu Domini Dei tui comedes illud per ſingulos annos, in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. Quòd ſi vitiũ aliquod fuerit in eo, nẽpe ſi fuerit claudũ, vel cæcũ, vel habuerit aliud malũ vitiũ, non mactabis illud Domino Deo tuo, Sed [37]intra portas tuas' comedes illud: tã immũdus quàm mũdꝰ [38]pariter, [39]vt capreã & ceruũ,[40]Modo ne' ſanguinẽ eius edas, ſed in terram eum vt aquam fundas. CAP. XVI.

Obſerua menſem [1]Abib, vt facias Paſſah Domino' Deo tuo: quoniã in menſe [2]Abib' Dominus Deus tuus de Ægypto noctu te eduxit. Sacrificabis igitur'[3]Paſſah' Domino Deo tuo, oues & boues in loco quem elegerit Dominus, [4]vt illic nomen ſuum ponat.' Non comedas [5]in eo' fermẽtatum, ſed ſeptem diebus placentas infermentatas comedes, [6]panes afflictionis:' eo quòd

¶15 vl, claudas ¶16 Heb.aperiendo aperias ¶17 Heb. accepto pignore mutuo dabis ei ſufficientiã inopiæ eius quo indiguerit. i. Sed aperta manu accepto pignore dabis illi mutuo id quo indiguerit. Poſterioribus verbis declarat qd intelligeret per hæc præcedentia, Aperiendo aperies illi manũ. ¶18 Heb. ne ſit aliquid cum corde tuo impium, dicendo, Propinquus eſt ¶19 vl, improbus. i. Caue ne auertas oculos tuos à fratre tuo paupere, vt ſolent qui nolunt miſereri pauperum. Eſa. 58, ex Hebræo, Cũ videris nudum, operi eũ: & à carne tua ne abſcõdas te. Improbo oculo opponitur benignus, Prouerb. 22, ex Hebræo, Benignus oculo, & ipſe benedicetur, quia ipſe dedit de pane ſuo pauperi. ¶20 ſitq; in te peccatũ. Sed &c. i. & puniaris. ¶21 nec malignũ erit cor tuũ dando illi. vl, nec grauetur animꝰ tuꝰ dãdo illi. aut moleſtia afficiatꝰ. i. ne grauate, moleſte, ſiue ęgre iuues illũ. ¶22 Heb. benedicet tibi ¶23 Hic locꝰ de priuatis pauperibꝰ itelligit: qa apud Iudęos nulli erãt mẽdici publici. ¶24 Heb. Aperiẽdo aperi ¶25 Heb. dimittes liberũ à te. i. donabis eũ libertate, & ſines eũ ire quò volet. ¶26 Heb. onerãdo onerabis eum &c. i. dabis illi oues, frumẽtũ, &c. ¶27 Heb. benedixerit. Hoc eſt, dabis illi de iis quæ Dominus ſua liberalitate impenderit tibi. ¶28 nẽmpe de ſeruis. ¶29 Heb. bonũ ſit illi tecũ. i. ſentiat ſibi bene eſſe apud te. ¶30 vl, & eã per eius aurẽ in portam adiges, ¶31. i. ancillam donabis libertate quemadmodũ & ſeruum. De libertate donanda ancillæ loquitur: non autem de perforanda illi aure: non enim perforabantur aures ancillarũ. ¶32 Heb. Ne grauetis in oculis tuis quũ dimittes eum à te donatum libertate. i. Non erit tibi moleſtum dimittere illum donatum libertate, vt diſcedat quocunque volet. ¶33 duplo mercedis mercenarij ſeruiuit tibi ſex annis. i. bis tanto tẽpore ſeruiuit tibi, quàm ſeruire ſolet mercenarius: nẽpe ſex annis. Mercenarij enim ſerui apud Hebræos operas ſuas locabant in tres annos. ¶34 Heb. benedicet tibi &c. i. fœcundabit omnia opera tua. ¶35. i. veluti rem ſacram Deo offeres. ¶36. i. non vtẽris opera primogeniti generis bubuli. ¶37. i. in vrbibus in quibus habitaueris. ¶38 vl, ſine diſcrimine, ¶39. i. quemadmodum comedere poſſunt capream & ceruum. ¶40 Verũm ea lege ne &c. XVI. ¶1. i. primarũ ariſtarũ, & fac Paſcha Domino &c. i. Menſem Martiũ, vel Aprilẽ obſerua & cuſtodi, in quo ariſtæ erũpere ſolent: in eo mẽſe macta agnũ paſchalẽ Domino Deo tuo. ¶2. i. nouarũ ſpicarũ. Antecedẽs pro relatiuo. i. in iſto mẽſe primo, qui mẽſis interdũ noſtro Martio reſpõdet, interdũ Aprili. ¶3. i. hoſtias paſchales. ¶4. i. vt illic colatur & inuocetur: vt illic habitet cũ populo ſuo. ¶5 vna cũ illo, ſcilicet, agno paſchali. ¶6 Per appoſitionem dictum. q. d. monumenta afflictionis quam tuliſtis in Ægypto.

¶7 cum ingẽti
trepidatione.q.
d. cum tãta tre
pidatione & fe-
ſtinatiõe, vt nõ
liceuerit tibi per
miſcere fermẽ-
tum tuæ cõſper
ſioni. ¶8 Rur
ſum ſubaudien
dum, comedes
infermentatos
panes, vt memi
neris &c. ¶9.i.
apud te. ¶10.i.
in aliqua vrbiũ
tuarum. ¶11 da
tur⁹ eſt ¶12 Sed
¶13 vl, eo mẽſe
quo &c. ¶14 e-
rit ſolennitas
Domino Deo
tuo.i.ſeptimus
dies celebrabit
in honorẽ Do-
mini Dei tui.
¶15 De feſto pẽ
tecoſtes loquiť
in quo ageban
tur Deo gratię
ob meſſem cõ-
fectã. ¶16 Heb.
quantũ potue
rit ſpontanea
manus tua.erit
quod dabis ſe-
cundum quod
benedixerit ti
bi Dominus
De⁹ tuus. Et e-
pulaberis &c.
.i.pro opibus
tuis. vl, ſecun-
dũ facultates
tuas dabis ſpõ-
taneã oblatio-
nem. ¶17 .i.
ĩ ea vrbe ĩ qua
fuerit taberna
culũ Domini.
¶18 Subaudi,
celebrabis in-
quam, in loco
&c. ¶19 vt po-
nat nomẽ ſuũ
ibi.i.vt illic co
lať. ¶20 ſtatu-
ta hæc. ¶21.i.
quum frumẽta
tua collegeris,
& vinum tuũ.
¶22 quũ bene-
dixerit.i.cum
facultates tuas
auxerit.
¶23 frugibus

[7]feſtinanter' egreſſus ſis de terra Aegypti, [8]vt re
corderis' diei exitus tui de terra Aegypti cũctis
diebus vitæ tuæ. Nec videbitur [9]tibi' fermentum
in omnibus finibus tuis ſeptẽ diebus, neque per-
noctet ad lucẽ vſque de carne quã mactaſti in ve
ſpera prioris diei. Non poteris mactare Paſſah
[10]intra vnã portarũ tuarum' quas Dominus Deus
tuus [11]dederit' tibi, [12]Duntaxat' in loco quem ele-
gerit Dominus Deus tuus vt collocet nomẽ ſuũ,
illic mactabis Paſſah ad veſperã, quũ ſol occidit
[13]ſtato tempore quo' egreſſus es ex Aegypto. Co-
ques itaque & comedes in loco quẽ elegerit Do-
minus Deus tuus, mane reuertẽris & ibis ad ten-
toria tua. Sex diebus comedes infermentatas pla
centas, die verò ſeptimo [14]erit cœtus Domino Deo
tuo,' nullũ op⁹ facies. ¶ Numerabis deide tibi [15]ſe
ptem hebdomades:' poſtquã cœperis falcẽ [mit-
tere] in ſegetem, incipies numerare ſeptẽ hebdo
mades. Faciẽſque feſtũ diem hebdomadũ Domi-
no Deo tuo: [16]volũtariũ munus dabit manus tua,
quemadmodũ fortunarit te Dominus Deus tuus.
Et lętaberis [17]coram Domino Deo tuo,' tu & filius
tuus, filia tua, ſeruus tuus, ancilla tua, atque Leui-
tes qui eſt intra portas tuas. ſed & peregrinus,
pupillus & vidua qui tecum verſantur, [18]in loco'
quẽ elegit Dominus Deus tuus, [19]vt habitet no-
men ſuũ illic.' Memineris quòd & tu ſeruus fui-
ſti in Aegypto, ideo cuſtodi & fac [20]ritus illos.
¶ Facies deinde tibi feſtũ diem tabernaculorum
ſeptem dies, [21]quum collegeris de area tua, atque
de torculari tuo.' Lætaberiſq; in die feſto tuo, tu
& filius tuus, filia tua, ſeruus tuus, atque ancilla
tua, Leuita, peregrinus, pupillus atque vidua, qui
ſunt intra portas tuas. Septem diebus feſtũ diem
ages Domino Deo tuo, in loco quẽ elegerit Domi
nus, [22]quoniã fœlicem rerũ ſucceſſum dedit' tibi
Dominus Deus tuus in cunctis [23]prouẽtibus' tuis,
& in omni opere manuũ tuarum, [24]omnino igi
tur ſis lætus. ¶ Ter in anno apparebit omnis
mas tuus coram Domino Deo tuo, in loco quẽ
elegerit, nempe in die feſto infermentatorũ, in
die feſto hebdomadũ, & in die feſto tabernaculo-
rum, nec [25]apparebit' in conſpectu Domini va-
cuus. [26]Quiſque iuxta donũ manus ſuæ, & iuxta
benedictionem Domini Dei tui, quod dedit tibi.
¶ Iudices & [27]apparitores' conſtitues tibi ſecun-
dum tribus tuas in omnib⁹ ciuitatibus tuis, quas
Dominus Deus tuus dat tibi, qui iudicent popu-
lum [28]iuſto iudicio. [°]Ne flectas iudicium,' ne-
que agnoſcas [29]perſonas,' neq; accipias munus:
quoniã mun⁹ excæcat oculos ſapiẽtũ, & peruer-
tit [30]cauſas iuſtas.' ¶ [31]Iuſtitiã iuſtitia perſequa-
ris,' vt viuas, & poſſideas terrã quã Dominus De⁹
tuus dat tibi. ¶ Nõ plantabis tibi lucũ ex vllis ar
boribus iuxta aram Domini Dei tui quam facies
tibi. ¶ Neque eriges tibi ſtatuã quam odit Do-
minus Deus tuus. CAP. XVII.

NOn ſacrificabis Domino Deo tuo bouem aut
pecudẽ in quib⁹ ſit vitiũ aut vllũ malũ, quo
niã abominatur hoc Domin⁹ De⁹ tuus. ¶ Quãdo
inuẽtus fuerit in medio tui intra vnã [1]portarum'
tuarũ quas Dominus Deus tuus dat tibi, vir ſiue
mulier, q fecerit quod malũ eſt in oculis Domini
Dei tui, ita vt trãſgrediatur [2]fœdus eius, [3]Ieritq;'
& coluerit deos alios, & adorauerit eos, veluti ſo

niam in pauore egreſſus es de Aegypto: vt me-
mineris diei egreſſionis tuæ de Aegypto omni-
bus diebus vitæ tuæ. Non apparebit fermentatũ
in omnibus terminis tuis ſeptem diebus, & non
remanebit de carnibus eius quod immolatum
eſt veſpere in die primo, vſque mane. Non po-
teris immolare phaſe in qualibet vrbium tua-
rum, quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: B
Sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt
habitet nomen eius ibi: [a]immolabiſque' phaſe ve
ſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de Ae
gypto. Et coques, & comedes in loco quem ele-
gerit Dominus Deus tuus, manẽque conſurgens
vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes a-
zyma: & in die ſeptima, quia collecta eſt Domini
Dei tui, non facies opus. ¶ Septem hebdomadas
numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem
miſeris, Et celebrabis diem feſtum hebdomada-
rum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam
manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem
Domini Dei tui: Et epulaberis coram Domino
Deo tuo, tu & filius tu⁹, & filia tua, & ſeruus tu⁹,
& ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas,
& aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vo C
biſcum: in loco quem elegerit Dominus Deus
tuus, vt habitet nomen eius ibi. Et recordaberis
quoniam ſeruus fueris in Aegypto: cuſtodiẽſque
ac facies quæ tibi præcepta ſunt. ¶ Solennitatẽ
quoque tabernaculorum celebrabis per ſeptem
dies quando collegeris de area & torculari fru-
ges tuas: & epulaberis in feſtiuitate tua tu & fi-
lius tuus, & filia, & ſeruus tuus & ancilla, Leui-
tes quoque, & aduena, & pupillus ac vidua qui
intra portas tuas ſunt. Septem diebus Domino
Deo tuo feſta celebrabis in loco quem elegerit
Dominus: benedicẽtque tibi Dominus Deus tuus
in cunctis frugibus tuis, & in omni opere ma-
nuum tuarũ, eriſque in lætitia. ¶ Tribus vicibus
per annum apparebit omne maſculinum tuum
in conſpectu Domini Dei tui in loco quem ele-
gerit, in Solennitate azymorum, & in Solenni- D
tate hebdomadarum, & in Solennitate taberna-
culorum. ¶ Non apparebit ante Dominum va-
cuus: ſed offeret vnuſquiſque ſecundum quod
habuerit iuxta benedictionem Domini Dei ſui,
quam dederit ei. ¶ Iudices & magiſtros conſti-
tues in omnibus portis tuis, quas Dominus De⁹
tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iu-
dicent populum iuſto iudicio, nec in alterã par-
tem declinent. ¶ Non accipies perſonam, nec mu
nera: quia munera excæcant oculos ſapientum, &
mutant verba iuſtorum. ¶ Iuſte quod iuſtum eſt
perſequẽris: vt viuas, & poſſideas Terram quam
Dominus Deus tuus dederit tibi. ¶ Nõ plantabis
lucum & omnem arborem iuxta altare Domini
Dei tui. ¶ Nec facies tibi atque conſtitues ſtatuã:
quæ odit Dominus Deus tuus. CAP. XVII.

NOn immolabis Domino Deo tuo bouẽ & o-
uem in quo eſt macula aut quippiam vitij:
quia abominatio eſt Domino Deo tuo. ¶ Cùm-
que reperti fuerint apud te intra vnam portarũ
tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir
aut mulier qui faciant malum in conſpectu Do-
mini Dei tui, & tranſgrediãtur pactum illius, Vt
vadant & ſeruiant dijs alienis, & adorent eos,

¶[a]immola-
bis. ſine con-
iunctione.

Pentecoſte.

Feſtũ taber-
naculorum.

Primogenita

Exo.23.b.34.
c.eccli 16.d.

Quales magi
ſtratus eſſe
debeant.

3.r.c.leuit.19.
c.exod.23.a.
eccli 20.d.

Vitioſa ho-
ſtia non of-
ferenda.
Pœna idolo
latræ.

¶24 tum[vl. vtique] eris lætus. ſiue, tãtũmodo eris lætus.i. nihil aliud quàm lætitiæ indulgebis. ¶25 Sub. quiſquam. ¶26.i. Quiſque offeret quod poterit, & pro modo facultatũ ſuarũ, quas dederit illi Dominus. ¶27 præfectos.i. ſapiẽ-tes homines qui præſint iuri dicẽdo. ¶28 Heb. iudicio iuſtitiæ.i. qui ſumma æquitate ius dicãt populo. ¶ vl, Nõ inclinabis iudiciũ. Hoc eſt, Tu qui iudicio præfectus es, non inclinabis in alterã partẽ amore aut odio. ¶29.i. dignitatẽ litigantis. ¶30 Heb. verba iuſtorum. ¶31 Heb. Iuſtitiã iuſtitiã ſequẽris.i. Quod maxime iuſtũ eſt. Nihil aliud quàm iuſtitiã ſequẽris, ſiue abſoluas, ſiue cõdẽnes. XVII. ¶1.i. vrbiũ. ¶2.i. cõditiones fœderis ei⁹. ¶3 Et iuerit. Et, pro Id eſt, hoc loco ponitur, ſic, ita vt trãſgreſſi fuerint leges pacti ei⁹, Id eſt iuerint & ſeruierint dijs alienis, &c.

ſolem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ nõ præcepi. Et hoc tibi fuerit nũciatum, audiẽnſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael: Educes virum ac mulierem qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruẽtur. ¶In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interficietur: nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium. Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malũ de medio tui. ¶ Si difficile & ambiguum apud te iudiciũ eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus, Veniẽſq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quærẽſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcũque dixerint qui præſunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius, ſequeriſque ſentẽtiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malũ de Iſrael: Cunctúſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. ¶Cum ingreſſus fueris Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſq; in illa, & dixeris, Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: Eũ cõſtitues quẽ Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gẽtis hominem regẽ facere, qui non ſit frater tuus. Cúmque fuerit cõſtitutus, nõ multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptũ, equitatus numero ſubleuatus, Præſertim cum Dominus præceperit vobis vt nequaquã amplius per eandem viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera. Poſtquam autẽ ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exẽplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, Et habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ: vt diſcat timere Dominum Deum ſuũ, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in Lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filius eius ſuper Iſrael. CAP. XVIII.

NOn habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatem cũ reliquo populo Iſrael, quia ſacrificia Domini, & oblationes eius comedent. Et nihil aliud accipiẽt de poſſeſſione fratrum ſuorũ: Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis. ¶Hoc erit iudicium ſacerdotũ à populo, & ab his qui offerunt victimas: ſiue bouem, ſiue ouem immolauerint, dabunt ſacerdoti armum ac ventriculum: primitias frumenti, vini & olei, & lanarum partem ex ouiũ tonſione.

Teſtes. ſ. 19. d. matt. 18. b. 2. cor. 13. a. ſ. 13. c.

B

Ambiguã & difficiliorem cauſam referat iudex ad ſacerdotes, aut ad ſupremũ iudicem, ſummum ſacerdotem. 2. para. 19. c.

C

Rebellis & cõtumax puniẽdus.

Inſtitutio regis, & eius officium.

D

Rex legat Deuteronomiũ Moyſi.

¶ filij

Leuitis nulla dat poſſeſſio. ſ. 10. b. nume. 18. c. d. 1. cor. 9. b.

Nume. 18. c.

Leuitis quid dabatur.

lẽ aut lunã aut quẽcũq; exercitũ cælorũ,[4] de quo nõ præcepi: [5]Illúdq; indicatũ tibi[6] & tu audieris, diligenter inquire, & en ſi verum & certum eſt, factam eſſe iſtam abominationẽ in Iſrael, Educes virum huiuſmodi aut mulierẽ talẽ qui perpetrarunt rem iſtã malã, ad portas tuas, [educes inquã] virũ aut mulierẽ, & obrues eos lapidibus, [7]& moriantur. [8]Iuxta os duorũ aut triũ teſtium [9]morte multetur, iuxta os vnius teſtis non interficiatur. Manus teſtium prima erit contra eũ ad interficiendum eum, deinde manus totius populi, extermínabiſque[10] malũ è medio tui. ¶[11] Si cauſa aliqua inſolita & difficilior, quàm vt te ex ea explicare poſſis, in iudicio ſuborta fuerit inter ſanguinem & ſanguinem, inter litem & litem, & inter plagam & plagam [12]in actionibus iudicialibus in portis tuis, ſurge & aſcẽde ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, Veniẽſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui in diebus illis [13]fuerit, &[14] inquire, illique indicabunt tibi [15]quod æquum eſt & iuſtum, Túq; ages [16]iuxta præſcriptum quod tibi indicarint de loco illo quem elegit Dominus, & obſerua vt facias ſecundum omnia quæ te docuerint. Iuxta legem quam tibi præſcribent, & iuxta ſentẽtiam quã dicent tibi, ages, nec declinabis a verbo quod tibi annunciauerint, neque ad dexterã, neque ad ſiniſtram. at ſiquis [17]contumaciter & ſuperbe egerit, ita vt nolit audire ſacerdotẽ qui aſtat coram Domino Deo tuo vt ibi miniſtret, aut [18]iudicem, vir talis morietur, & exterminabis[19] malum ex Iſraele, Idque audiant omnes in populo, timeántq; ne vltra contumaciter agãt. ¶Quũ veneris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, poſſederiſque eam, & in ea habitaueris, &[20] dicturus es, Conſtituã ſuper me regẽ, quemadmodũ omnes gẽtes quæ circũ me ſunt: Omnino regẽ ſuper te pones quẽ elegerit Dominus Deus tuus, de medio fratrũ tuorũ conſtitues ſuper te regẽ: non autẽ præficere tibi poteris hominẽ alienũ, qui nõ eſt frater tuus. [21]Modo ne ſibi talis equos multos paret, neq; populũ in Ægyptũ reducat[22] vt equos multiplicet: [23]Nã Dominus dixit vobis, Ne vltra redeatis per viam iſtã. Deinde ne ſibi multas mulieres paret, ne [24]recedat cor eius: neq; multiplicet ſibi multũ auri & argẽti. [r]Quũ ſederit in ſolio regni ſui, [25]deſcribet ſibi exemplar huius legis in libro [16] corã ſacerdotibus Leuitici generis, Eritq; illud penes eum, vt legat in eo cũctis diebus vitæ ſuæ: vt ſcilicet[17] diſcat timere Dominum Deum ſuũ, & ſeruare omnia verba legis huius atq; ſtatuta iſta, [18]vt faciat ea. [19]Et ne extollat cor ſuum ſuper fratres ſuos, neq; recedat à præcepto neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã, vt proroget dies i regno ſuo, ipſe & filij eius in medio Iſraelis. CA. XVIII.

SAcerdotes Leuitici generis, & tota tribus Leui nec partem nec hæreditatem habebunt cum Iſraelitis, [ſed][1] ſacrificia quæ igne cõſumunt Domino, &[2] hæreditatem eius comedent. Et ob id nullam hæreditatem habebunt in medio fratrum ſuorum, ſed Dominus eſt hæreditas eorum, ſicut pollicitus eſt eis. [3]Porrò ius ſacerdotũ, quod eis à populo, nempe ab his qui ſacrificãt ſacrificia, ſiue bos ſit, ſiue pecus, debetur, hoc eſt, Dabunt ſacerdoti armũ, & vtranq; maxillã atq; ventriculũ. Primitias quoque frumenti tui, vini tui, & olei tui, atq; primitias velleris ouium tuarum dabis ei.

¶4 quod ¶5 vl, Et renũciatum fuerit tibi. ſub. priuatim.
¶6 aut audieris. ſub. publice
¶7 vl, ita vt moriantur.
¶8. i. Teſtimonio duorũ &c.
¶9 interficietur qui moriturus eſt,
¶10. i. authorẽ tanti mali.
¶11 Heb. Si latuerit te q̃ppiã i iudicio. i. ſi tibi ſit iudicadũ de re aliqua tibi ambigua, vt pote inter ſanguinẽ & ſãguinẽ, hoc eſt inter nocẽtem & innocẽtẽ, qui alijs rationib⁹ videt̃ tibi eſſe innocens, & alijs nocens inter litẽ actoris & litẽ defẽſoris, ſiue i cauſa ciuili, aut de vulnere iflicto.
¶12 Heb. in rebus rixarũ. vl, controuerſiis
¶13 Sub. ſupremus iudex.
¶14 vl, cõſule. ſub. illos.
¶15 verbũ iudicij. i. quã ſentẽtiam ferre debeas, quid ſis pronuntiatur⁹
¶16 Heb. iuxta ſermonẽ verbi quod indicauerit &c. i. indicabis vt te docuerit iudicandũ.
¶17 Heb. fecerit per ſuperbiã vt non audiat ſacerdotẽ. i. ſiquis p arrogãtiã nolit obedire ſacerdoti q ibi ſteterit vt iudicet &c.
¶18 intellige ſũmũ ſacerdotẽ. ¶19. i. hominẽ pniciosũ.
¶20 dixeris. i. cõſtitueris apud te. ¶21 Heb. Ita duntaxat ne multiplicet ſibi equos, &c. vl, Verũtamen ne &c. ¶22. i. vt ſibi amplum equitatũ cõparet. ¶23 vl, Præſertim quũ Dominus dixerit &c. ¶24 ſub. à lege Dei. ¶r. i. Quum cœperit regnare. ¶25. i. curabit ſibi deſcribi exẽplar legis huius, vulgo, tranſumptũ. Vng double de ceſte loy. ¶16. i. ad exẽplar libri ſacerdotũ Leuitarũ. q. d. ad exẽplar caſtigatiſſimũ, ad exẽplar eorum qui ſunt periti in ea lege, quales ſunt Leuitæ. ¶17 vl, aſſueſcat ¶18 vl, opere illa cõplẽdo. ¶19 Vt nõ eleuet cor ſuũ. Sub. Leget inquã legẽ, vt &c. XVIII. ¶1 ſacrificia vitulataſſiue, incenſa] Domini, ¶2. i. id quod iure hæreditario pertinebit ad eũ. ¶3 Heb. Hoc autẽ erit ius ſacerdotũ, &c. Dabũt &c. i. Hoc autẽ ſacerdotes iure ſuo capiẽt à populo qui offert victimas.

¶v?, nomini Domini.i. Domino. ¶5 tūc veniet toto deſyderio animæ ſuæ.i.tunc veni re poterit ꝓ voto ſuo, ſiue pro ut voluerit. ¶6 Et miniſtrabit ¶7.i.Domino Deo ſuo. ¶8 ſtabunt. ſtare ꝓ miniſtrare ponitur: ſed emphaſi quadam indicat magnam obſeruationem diligentiámq; eſſe debere in miniſtris Dei.

¶9 Heb. Partē vt partem comedent.i. Partem ſimilē par ei aliorum, eidem partem ciborum capiēt vt alij. ¶10 Id eſt, niſi maiores eorū vendiderint ius poſterorū ſuorū. vel, præter ius illud quod vēditum fuit tempore maiorum. ¶11 vl. diſcas ¶12 Heb. iuxta abominatiões

¶13 Id eſt, qui cremet filium, aut filiam ſuam in honorem idoli alicuius. ¶14 præſtigiator, nec augur, ¶15 ſiue, perfectus.i. perfecto & ſyncero corde & mente pura colẽ Dominum Deum tuum. ¶16 vl, quarū hæreditates aditurus es.

Nam illum elegit Dominus Deus tuus ex cūctis tribubus tuis, vt ſtet ad miniſtrandum [4]in nomine Domini,' ipſe & filij eius cūctis diebus. ¶Et ſi venerit Leuita ex vna ciuitatum tuarum ex vniuerſo Iſraele, vbicunque ipſe commoretur, [5]venerit inquam ex omni deſyderio animi ſui,' ad locum quem elegerit Dominus, [6]Miniſtrabit [7]in nomine Domini Dei ſui,' quemadmodum omnes fratres ſui Leuitæ, qui illic [8]ſtāt' in conſpectu Domini. [9]Aequales portiones comedēt, [10]præter vēditiones ſuas [quas habent] à patribus. ¶Quum tu veneris in terram quam Dominus Deus dat tibi, ne [11]aſſueſcas' facere [12]iuxta abominandos ritus' Gentium iſtarū. Non inueniatur in te [13]qui traducat filium ſuum aut filiam ſuā per ignē:' nec diuinus qui diuinando futura prædicit, nec [14]mathematicus, nec veneficus,' nec maleficus, Nec incantator, nec conſulens pythonē, nec magus, nec à mortuis ſciſcitans. Abominatur enim Dominus quicunque iſta facit, & ob iſtas abominationes excindit eos Dominus Deus tuus ante te. Sis igitur [15]integer' cū Domino Deo tuo. Nā Gētes iſtę, [16]quas tu iā occupabis,' audiūt mathematicos & diuinos: [17]tibi verò ſic facere nō permittit Dominus Deus tuus.' PROPHETAM [18]de medio tui' [nempe] ex fratribus tuis [19]ſicuti me,' excitabit tibi Dominus Deus tuus, illū audietis. [20]Iuxta omnia quę poſtulaſti à Domino' Deo tuo in Horeb [1] in die congregationis,' quando dicebas, [22]Nō vltra audiam' vocem Domini Dei mei, & magnum hunc ignem non videbo amplius, ne moriar. Dixitque Dominus ad me, [23]Bene egerunt in hoc quod loquuti ſunt,' Prophetam excitabo eis de medio fratrum ſuorū, ſicut te: [24]ponámq; verba mea in os eius,' & loquetur ad eos quęcunq; mandauero [25]illis.' Et homo qui nō audierit verba mea quæ loquetur in nomine meo, [26]in illum ego inquiram. ¶Propheta autē qui pręſumpſerit loqui verbū in nomine meo, quod vt loqueretur ego non præcepi: aut qui loquetur in nomine aliorum deorum: morietur propheta talis. Quòd ſi in corde tuo dixeris, [27]Quomodo ſcire poterimus verbum quod non loquutus eſt Dominus?' Quando ſcilicet propheta talis loquetur in nomine Domini, & non factum fuerit verbum, neque euenerit: hoc verbū eſt quod non loquutus eſt Dominus, ſed propheta ille [28]temere' loquutus eſt: ne igitur metuas [29]ab eo.

CAP. XIX.

Qvum exciderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum terram Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, & poſſederis eas, habitaueriſque in ciuitatibus earū, atque in domibus earum, Separabis tibi tria oppida in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tibi poſſidendam dabit. [1]Muniéſq; tibi viam.' & in tres partes diuides limitem terræ tuæ, quā Dominus Deus tuus [2]dat tibi in hereditatē,' vt ſcilicet illuc cōfugiat omnis homicida. ¶[3]Hac verò cauſa homicida illuc confugiat, vt vitam ſeruet,' is ſcilicet qui percuſſerit proximum ſuum per imprudētiam, nec odio

Ipſum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt ſtet & miniſtret nomini Domini Dei tui ipſe & filij eius in ſempiternum. ¶Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Iſrael in qua habitat, & voluerit venire, B deſyderans locum quē elegerit Dominus, Miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ, qui ſtabunt eo tempore corā Domino. Partem ciborum eandem accipiet quā & cæteri: excepto eo quod in vrbe ſua ex paterna ei ſucceſſione debetur. ¶Quādo ingreſſus fueris Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum Gentium. ‖Nec inueniatur in te qui luſtret filiū ſuum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque auguria. nec ſit maleficus, Nec incātator, neque qui pythônes conſulat, nec diuinos, ‖ & quærat à mortuis veritatē. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris, & abſque macula cum Domino Deo tuo. Gentes iſtæ quarum poſſidebis Terram, augures & diuinos audiūt: tu autē à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Domin[9] Deus tuus: ipſum audies. Vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti, ‖Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignē hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi, Bene omnia ſunt locuti, ‖Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam. ¶Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego nō præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorū deorum, interficietur. Quòd ſi tacita cogitatione reſpōderis, Quomodo poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt locutus? hoc habebis ſignum, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & nō euenerit: hoc Dominus non eſt locutus, ſed per tumorē animi ſui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

CAP. XIX.

Cvm diſperdiderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum tibi traditurus eſt Terrā, & poſſederis eam, habitaueriſque in vrbibus eius & in ædib[9]: Tres ciuitates ſeparabis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem, Sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidiū profugus eſt, quò poſſit euadere. ¶Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita ſeruanda eſt, Qui percuſſerit proximum ſuum neſciēs, & qui

Fugiēda omnis idololatria.

Leuiti. 20.d.

1.Reg. 28.a. C

PROPHETA CHRISTVS promittitur. Iohā.1.g. act. 3.d. 7.e.

Exod. 20.d.

Iohan. 1.g. D

Propheta aliud quàm verbum Dei prædicās, interficiendus. Pſeudopropheta quomodo dignoſcendus.

Ciuitates ꝓfugij, homicidij cauſa. nume. 35.b. Ioſue 20.a. ¶[9]earum

Qui homicidæ innocētes

¶17 Heb. tu autem non ſic: dabit tibi Dominus Deus tuus. Conciſa oratio, in qua ſunt multa ſubaudiēda, hoc modo, Tu autem non ſic facies, non conſules diuinos: quia daturus eſt tibi Dominus Deus tuus terram illarum Gentium in hæreditatem, propterea quòd diuinos conſulunt. ¶18 è medio tui. Id eſt, de populo tuo. ¶19 vl, ſimilem mei. Id eſt, quo interprete alloquetur te ipſe Deus, quemadmodum me interprete alloquutus eſt vos in hunc vſque diem. In typo intelligitur Ioſue: veritate ipſa Chriſtus, quē debemus audire. ¶20 Repetēdum verbū præcedens, Suſcitabit, inquam, prorſus vt petiſti à Domino &c. ¶21.i. tēpore illo quo cōcio illa celebris in qua decalogus datus fuit, coacta erat. ¶22 Vtinam ne vltra audiam &c. ¶23 Id eſt, Aequum & iuſtum eſt quod petiuerūt. ¶24 Id eſt, per quem loquar, & qui futurus eſt interpres meus. ¶25 Id eſt, vnicuique eorum. ¶26 requiram ab eo.i. ſumam pœnas de illo. ¶27 Id eſt, Qua ratione cognoſcam Dominum non fuiſſe locutum id quod propheta aliquis dixerit? ¶28 per ſuperbiam ¶29 Sub. verbo. ne timueris tibi ab illa prophetia. XIX. ¶1 vl, Sternéſque tibi viā. Sub. ad illas vrbes. ¶2 vl, daturus eſt tibi iure hæreditario poſſidendam, ¶3 Heb. Hæc eſt res homicidæ qui fugiet illuc, & viuet.i. Iſtud eſt propter quod fugiet: vt quum illuc fugerit, viuere poſſit: nempe ſi percuſſerit &c.

heri & nudiuſtertius nullum contra eũ odium habuiſſe comprobatur: Sed abiiſſe cũ eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrúmque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit,
B & occiderit: hic ad vnam ſupradictarum vrbiũ confugiet, & viuet: Ne forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequatur, & apprehendat eum ſi lõgior via fuerit, & percutiat animã eius qui non eſt reus mortis: quia nullum cõtra eum qui occiſus eſt, odiũ prius habuiſſe monſtratur. Idcirco præcipio tibi vt tres ciuitates æqualis inter ſe ſpatij diuidas. Cum autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam Terram, quam eis pollicitus eſt (Si tamen cuſtodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & ſupradictarum trium vrbium numerum duplicabis:
C Vt nõ effundatur ſanguis innoxius in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendã, ne ſis ſanguinis reus. ¶Siquis autem odio habẽs proximũ ſuũ, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis vrbibus: Mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eũ de loco effugii, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. Non miſereberis eius, & auferes [9]noxium[,] ſanguinẽ de Iſrael, vt bene ſit tibi. ¶Nõ aſſumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores, in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra quam acceperis poſſidendam. ¶Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit: ſed in ore duorũ aut
D trium teſtium ſtabit omne verbum. ¶Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, ſtabũt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cúmq; diligẽtiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium: Reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: Vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Et non miſereberis eius, ſed animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede exiges.

Gene. 28. c.

Ioſ. 20. c.

Voluntarius homicida occidendus à magiſtratib⁹ nume. 35. c.

¶[9]innoxium

Termini nõ transferẽdi.

Vno teſte nullus condemnãdus. 5. 17. b. mat. 18. b. iohan 8 c.

Pœna falſi teſtis. 2. cor. 13. a heb. 10. e.

Dan. 13. g.

Lex talionis. mat. 5. f. exo. 21. c. leui. 24. a

CAP. XX.

Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorẽ q̃ tu habeas, aduerſarii exercitus multitudinẽ, nõ timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecũ eſt, qui eduxit te de Terra Aegypti. Appropinquante autẽ iã prælio, ſtabit ſacerdos ante aciẽ, & ſic loquetur ad populum, Audi Iſrael, vos hodie contra

Iſraelitis pugnã inituris fiducia i Deũ annunciatur

proſequutus ſit eum antea, [6]Vt quum quis cum proximo ſuo proficiſcitur in ſyluã, vt ligna cædat, &[7]fugiente manu eius cum ſecuri vt ſuccidat arborem, elabatur ferrum è capulo, &[8]feriẽs proximum eius vt moriatur, is iam cõfugiat ad vnum ex his oppidis, vt[9]ſeruet vitam, Ne fortè [10] vindex ſanguinis inſequens homicidam, quũ incaluerit cor eius, eum apprehẽdat, & quia via longa eſt, [11]vitam illius tollat: qui tamen iudicium mortis non [commeruit,] eo quòd non eſt eum proſequutus odio antea. Proinde ego præcipio tibi, dicẽs, Tria oppida ſeparabis tibi. Quòd ſi Dominus Deus tuus limitem tuum dilatauerit, quemadmodum iurauit patribus tuis, dederitque tibi vniuerſam terram quã pollicitus eſt ſe daturum patribus tuis, [12]Tu cuſtodies vniuerſum præceptum iſtud, vt facias ipſum quod ego tibi hodie præcipio, vt ſcilicet diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius cunctis diebus, [13]addáſque tibi adhuc tria oppida præter tria iſta, Ne ſcilicet effundatur ſanguis innoxius in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi in hæreditatẽ, [14]& ne ſit ſuper te ſanguis. ¶Quòd ſi quiſpiã oderit proximum ſuum, & inſidians illi, inſurrexerit aduerſus eum, [15]percuſſeritque animã eius ita vt mortuus fuerit: ac deinde confugerit ad vnum iſtorum oppidorum, Mittent ſeniores oppidi illius, & abripient eum illinc, tradéntque eum in manum [16]vindicis ſanguinis, vt moriatur. [17]Ne parcat ei oculus tuus, ſed[18]excindas ſanguinem innoxium ex Iſraele, vt bene ſit tibi. ¶Ne trãsferas limitem proximi tui quem limitarũt priores, in hæreditate tua quam tu occupabis in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam. ¶Ne [19]ſurgat teſtis vnus cõtra aliquem in quacunque iniquitate, in quocunque peccato, & [20]in quacunque noxa in qua peccatum fuerit: [ſed] [21]in ore duorum teſtium, aut in ore trium teſtium [22]actio confirmabitur. ¶Si ſurrexerit teſtis [23]iniquus contra aliquem [24]reſpondendo contra illum defectionẽ, Stabunt ambo illi homines [25]quibus lis eſt, in cõſpectu Domini [26]coram ſacerdotibus, & iudicibus qui fuerint illis diebus, Et inueſtigabunt iudices diligenter, & [27]en, ſi teſtis huiuſmodi, teſtis mendax fuerit, mẽdacium reſpondens contra fratrem ſuum, Facietis ei quemadmodum ipſe ſcelerate cogitauerat facere fratri ſuo, & [28]exures malum è medio tui, Vt reliqui id audiant & timeãt, neque audeant amplius deſignare [29]rem hanc malam in te. [30]Nec parcet oculus tuus: [31]animam pro anima, oculũ pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

CAP. XX.

Quum egreſſus fueris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equos, currus, & populũ te [1]maiorem: ne metuas ab eis, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, qui eduxit te de terra Aegypti. Quũ[2]eſtis in procinctu ad pugnam, accedet ſacerdos, & loquetur ad populum, & dicet ad eos, Audi Iſrael, vos hodie [3]congredimini

¶6 Quique venerit cum proximo ſuo

¶7 Heb. impulſa fuerit man⁹ ei⁹ in ſecurim, ad ſcindẽdam arborem, & elabatur &c. i. impulerit manu ſua ſecurim ad ſcindendã arborem, &c.

¶8 Heb. inueniat proximũ ſuum & moriatur: ipſe fugiet &c. i. cadat ſup proximũ, & ita lędat vt moriatur. ¶9 Heb. viuat. i. nõ interficiatur à iudice. ¶10 propinquus. i. cognatus eius cuius ſanguis eſt effuſus.

¶11 Heb. percutiat eum percuſſiõe animæ. i. lethali vulnere.

¶12 Si cuſtodieris &c. Repetendum ex præcedẽtibus, Se daturum inquã, ſi cuſtodieris. ¶13 addes tibi. Sine cõiunctione legendum, quũ principiũ verſus vertas ſit, Quãdo Dominus &c.

¶14 Heb. & ſint ſuper te ſanguines. Id eſt, ne tibi imputetur effuſio illa ſanguinis, ſiue cædes. Hoc eſt, ne De⁹ pœnas ſumat de te pro homicidio illo: ne luas pœnas homicidii. ¶15 Fer-

cutere animã, eſt lethale vulnus infligere, ita vt quis moriatur. ¶16 propinqui. i. conſanguinei mortui. ¶17. i. Ne miſerearis illius. ¶18 auferes. Id eſt, expiabis peccatum ſanguinis innocentis: tolles de Iſraele effundentem ſanguinem innocentem. Sanguinem innocentem, pro interfectore innocentis poſuit. ¶19 ſtet. i. Teſtimonium vnius non eſt recipiendum, quodcunque fuerit ſcelus. ¶20 in quocunque ſcelere ¶21. i. ob teſtimonium. ¶22 ſtabit accuſatio. i. accuſatio ipſa erit ſtabilis & rata, ſi duo aut tres teſtimonium dixerint. ¶23 Heb. iniuriæ. i. mendax & falſus. ¶24 vt accuſet eum rebellionis. vl. defectionis. ſub. à Deo. Aut, accuſans eum auerſionis. i. impietatis: quòd ſe à Deo auerterit. ¶25 vl, qui inter ſe litigant. ¶26 Exponit quod dixerat, ante Dominũ: id eſt, ante ſacerdotes & iudices qui vicem Dei obeunt. ¶27 ſi ille fuerit falſus teſtis, [&] teſtimoniũ falſum dixerit ¶28 auferes ¶29. i. aliquid mali huic ſimile. ¶30 Inſtrumentum affectus pro affectu hic ponitur. Id eſt, Non miſereberis eius. ¶31 ſub. exiges. Id eſt, eam pœnam ab eo exiges qua affectus fuiſſet is in quem dixit falſum teſtimonium, ſi conuictus fuiſſet. XX. ¶1 vel, numeroſiorem: ¶2 Heb. eritis propinqui &c. Id eſt, Cum imminebit bellum. ¶3 Heb. propinqui eſtis ad pugnam cum hoſtibus veſtris,

cum hoſtibus veſtris in pugna[4] ne ergo molle-
ſcat cor veſtrum,'neque timeatis, ne[5]feſtinetis,'
neque paueatis à facie eorum, Quoniam Domi-
nus Deus veſter proficiſcitur vobiſcũ, vt pugnet
pro vobis contra hoſtes veſtros, &[6]ſeruet' vos.
[7]Præcones'quoque loquantur ad populum, dicẽ-
tes,[8]Quis'extruxit domum nouam, nec eam[9]ini-
tiauit,'abeat & reuertatur in domũ ſuam:ne for
tè in prælio occumbat, & alius quiſpiã[10]Initiet'
eam. Qui plantauit vineam, & nondum[11]propha
nauit eam,'abeat & reuertatur in domum ſuã:
ne fortè in bello cadat, & alius quiſpiam[12]pro-
phanet eam.' Qui[13]tibi vxorem deſpondit,'& nõ
dum[14]accepit eam,'abeat & reuertatur in domũ
ſuam:ne fortè in bello cadat, & alius quiſpiam
accipiat eam. Addãt præterea[7]præcones,'loquã-
túrque ad populum huiuſmodi verba, Qui for-
midoloſus eſt &[15]puſillanimis,' abeat & reuer-
tatur in domum ſuam: ne[16]liquefaciat'cor fra-
trum ſuorũ, quemadmodum eſt cor ſuum. Quũ
[7]præcones'ceſſauerint loqui ad populum, conſti
tuant principes[17]exercitus in caput populi.
¶Quum autẽ acceſſeris ad ciuitatem vt illam op
pugnes,[18]offeras ei pacẽ.' Si[19]pacate reſpõderit'
tibi, aperueritque tibi, omnis populus qui in ea
inuentus fuerit, ſint tibi tributarij, ſeruiántque
tibi. Quòd ſi nullam tecum fecerit pacem, ſed pu
gnauerit contra te,[20]oppugnabis'eam. Et quũ
Dominus Deus tuus tradiderit eam in manum
tuam, feries in ea gladio omnem marem. Dun-
taxat mulieres, pubẽ, iumenta, & quidquid fue-
rit in ciuitate,[21]ſed &'omnia ſpolia eius tibi di
ripies, &[22]frueris ſpolijs'hoſtium tuorum, quos
tradiderit tibi Dominus Deus tuus. Sic facies o-
mnibus ciuitatibus[23]quæ procul à te ſunt,' quæ
non ſunt de vrbibus iſtarũ gentiũ. ¶[24]Verun-
tamen'de ciuitatibus iſtorum populorum, quos
Dominus tibi dedit in hæreditatem,[25]nihil vi-
uum permittas quod ſpirat,' ſed omnino vaſta-
bis eos ad internecionem vſque, nempe Hithæũ,
Amorrhæum, Chananæum, Pheriſæum, Hiuæũ
& Iebuſæũ, quẽadmodũ præcepit tibi Dominus
Deus tuus, Ne ſcilicet doceãt vos facere ſecundũ
cunctas ſuas abominationes, quas ipſi fecerunt
dijs ſuis, & peccetis in Dominum Deum veſtrũ.
¶Quũ obſederis ciuitatem diebus multis, & pu-
gnaueris contra eam vt occupes eam, ne perdas
arbores eius vt impellas ſecurim in eas.[26]ſed co
medas ex eis, & non ſuccidas: num enim arbor
campi homo eſt, vt veniat corã te in obſidionẽ?'
[27]Duntaxat'illam arborem, quam noſti[28]eſſe ar-
borem quæ fructum non ferat, nec eſui aptam,'
illam inquã perdes & ſuccides, atq; extrues[29]pro
pugnaculũ'contra iſtã ciuitatẽ quę contra te bel
ligerat,[30]donec ſubijcies eam.

CAP. XXI.

SI in terra quam Dominus Deus tuus dat ti-
bi poſſidendam,[1]interfectus inuentus'fuerit
iacens in campo,[2]neque ſcitur'quis eum occide-
rit, Egredientur ſeniores tui atque iudices tui,
&[3]metiẽtur'vſque ad ciuitates quæ ſunt circum
interfectum: Ciuitas quæ propior fuerit inter-

inimicos veſtros pugnam committitis, nõ per- Adhortatio-
timeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite ce- qua vtebatur
dere, nec formideris eos: Quia Dominus Deus ve ſacerdos im-
ſter in medio veſtri eſt, & pro vobis cõtra aduer minente præ-
ſarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. ¶Du- lio.
ces quoque per ſingulas turmas audiente exerci Qui ad bellũ
tu proclamabunt, Quis eſt homo qui ædificauit pcedere non
domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & debeãt. 1. ma-
reuertatur in domum ſuam: ne fortè moriatur cha. 3. g.
in bello, & alius dedicet eam. Quis eſt homo qui B
plantauit vineam, & needum fecit eam eſſe cõ- Leuit. 19. e.
munem, de qua veſci omnibus liceat? vadat, & re
uertatur in domum ſuam: ne fortè moriatur in
bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis
eſt homo qui deſpondit vxorem, & non accepit
eam? vadat, & reuertatur in domum ſuã: ne for-
te moriatur in bello, & alius homo accipiat eã.
His dictis addent reliqua, & loquentur ad popu-
lum, Quis eſt homo formidoloſus, & corde pa- Iudicum 7. a
uido? vadat, & reuertatur in domũ ſuam: ne pa-
uere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe ti-
more perterritus eſt. Cúmque ſiluerint duces ex
ercitus, & finem loquendi fecerint, vnuſquiſque C
ſuos ad bellandũ cuneos præparabit. ¶Siquãdo Quid agẽdũ
acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei in oppugna
primùm pacẽ. Si receperit, & aperuerit tibi por- tione.
tas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, &
ſeruiet tibi ſub tributo. Sin autẽ fœdus inire no-
luerit, & ceperit contra te bellum, oppugnabis
eam. Cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illã Ius belli er-
in manu tua, percuties omne quod in ea gene- ga expugna
ris maſculini eſt, in ore gladij, Abſque mulieri- tas vrbes.
bus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ci-
uitate ſunt. omnem prædam exercitui diuides,
& comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ Do-
minus Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis
ciuitatibus quæ à te procul valde ſunt, & non
ſunt de his vrbibus quas in poſſeſſionẽ accepturus es. D
¶De his autem ciuitatibus quæ dabuntur Chananæos
tibi, nullũ omnino permittes viuere, ſed inter- & huiuſmo-
ficies in ore gladij, Hethęum videlicet, & Amor- di penitus oc
rhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæũ, cidi iubet
& Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus Deus.
tuus: Ne fortè doceant vos facere cunctas abomi
nationes quas ipſi operati ſunt dijs ſuis, & pec-
cetis in Dominum Deum veſtrum. ¶Quãdo ob- Arbores fru-
ſederis ciuitatem multo tempore, & munitioni- giferas non
bus circundederis vt expugnes eam, non ſucci- vult De⁹ ex-
des arbores de quib⁹ veſci poteſt, nec ſecuribus cindi à mili-
per circuitum debes vaſtare regionem: quoniã tibus.
lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellãtium
contra te augere numerũ. Siqua autẽ ligna non
ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta v-
ſus, ſuccide, & inſtrue machinas, donec capias ci
uitatem quæ contra te dimicat.

CAP. XXI.

QVando inuentum fuerit in terra quam Do- Lex expurga
minus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis tionis ſuper
cadauer occiſi, & ignorabitur cędis re⁹, occiſo, cuius
Egredientur maiores natu, & iudices tui, & me- author igno
tiẽtur à loco cadaueris ſingularum per circuitũ ratur.
ſpatia ciuitatum: Et quam viciniorẽ cæteris eſ-

¶4. i. ne ſitis animo remiſſo. ¶5 vl. trepidetis, ¶6 eripiat. ſub. a periculo ¶7 Præfecti ¶8 Hebraice per interrogatioñẽ legitur, Quis &c. Sic in ſequentibus. ¶9 dedicauit? Id eſt, & in ea nondum habitauit? ¶10 dedicet. Id eſt, incolat eam primus. ¶11 vel, violauit eam. Id eſt, non vindemiauit eam, vt vuis eius veſci liceat omnibus. Ante quintum annũ nõ licebat frui fructu cuiuſvis rei plantatæ. vnde quũ incipiebat frui ea dominus, dicebatur prophanare. ¶12 Id eſt, vindemiet ei. ¶13 Id eſt, mulieri alicui fidẽ dedit. ¶14 Heb. duxit eã. ſub. in domũ ſuã. vl. in vxorem. ¶15 Heb. tener [vl. mollis] corde. i. animo pauido. ¶16 liqueſiat. diſſoluat? ¶17 vl. copiarũ in capite populi. Id eſt. tunc aciem inſtruẽt pugnaturi cũ hoſtibus. Præfecti cõſtituẽt principes qui populum recẽſeant, vel qui poteſtatem habeant capitis populi, ſiue qui ſummam dignitatem obtineant in populo: deſignabũt principes populo. In capite populi, pro, ſuper populũ. Hebraiſmus. ¶18 Heb. clamabis ad eã pro pace. Id eſt, inuitabis eam ad deditionem. ¶19 vl. pacem reſponderit. Id eſt, Si pacificè reſponderit, Si pacem receperit à te oblatam. ¶20 obſidebis ¶21 Hæc vocabula [ſed &] non leguntur Hebraice: & [omnia ſpolia] per appoſitionem legenda, hoc modo, quicquid fuerit in ciuitate, nẽpe omnia ſpolia &c. ¶22 Heb. comedes ſpolia ¶23 quæ à te plurimum diſtant, ¶24 Verũm ¶25 Heb. non ſines viuere vllam animam, ¶26 quia ex illis comedes [ſub. fructum,] & illas non ſuccides (nam arbores agrorum, ſunt [vita] hominis,) vt veniat à facie tua in obſidionem. Vt veniat, inquit, ſubaudi, vrbs illa, in obſidionem: id eſt, vt cingas illam obſidione. Hoc eſt, Non ſuccides arbores pomiferas, vt ex illis facias machinas, quarum ope expugnes vrbem quam oppugnas. arbores enim illæ ſeruiũt victui hominis. ¶27 vl. Verũm ¶28 Heb. non eſſe arborem cibi, ¶29 machinas obſidionales ¶30 donec corruat. Vel, donec expugnes eam. XXI. ¶1 Heb. cadauer occiſi inuentum ¶2 [&] ignotum ſit ¶3 ſub. interuallum à loco in quo inuentum fuerit cadauer.

ſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugũ, nec terram ſcidit vomere, Et ducẽt eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit, & cędẽt in ea ceruices vitulæ. Accędéntque ſacerdotes filij Leui quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorũ omne negotium pẽdet: & quicquid mundũ vel immundũ eſt, iudicetur.) Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque

¶* omnes

B manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt. Et dicent, Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. Propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti, Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: tu autem alienus eris ab innocẽtis cruore qui fuſus eſt, cum feceris quod præcepit Dominus.

Quomodo ducẽda captiua in vxorẽ.

¶Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuóſque duxeris, Et videris in numero captiuorum mulierẽ pulchram, & adamaueris eam, voluerísque habere vxorem: Introduces eam in domum tuam: quæ radet cęſariem, & circuncidet vngues, Et deponet veſtem in qua capta eſt: ſedénſq; in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe: & poſtea intrabis ad eam, dormiéſque cum illa, & erit vxor

C tua. Si autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eã.

Ius primogenituræ nõ dãdum pro animi libidine.

¶* genuerintque ex eo

1. Para. 5. a.

¶Si habuerit homo vxores duas, vnã dilectã, & alterã odioſam, genuerintq; ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, Volueritq; ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, Sed filiũ odioſæ agnoſcet primogenitum: dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

De filio proteruo.

¶Si genuerit homo filium cõtumacẽm & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, &

D coercitus obedire contempſerit: Apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, Dicéntque ad eos, Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque cõuiuijs. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

¶* educent

De ſuſpenſis in patibulo.

Galat. 3. b.

¶Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquam cõtaminabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

fecto, illius ciuitatis ſeniores vitulam ex armento accipiant, cum qua adhuc nihil operis factum eſt, quæque iugum non traxit, Et deducãt ſeniores illius ciuitatis vitulam illam in vallem [4] ſolidam, quæ nec colitur, nec ſeritur, & illic incidãt ei ceruicem in [ea] valle. Accedéntque ſacerdotes filij Leui, ([5] quos elegit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & [6] benedicãt in nomine Domini, & iuxta quorum os omnis forenſis actio & plaga finitur.) Et omnes ſeniores ciuitatis illius, [7] qui acceſſerint ad interfectũ illũ, lauabũt manus ſuas ſuper vitulam cui inciſa eſt ceruix in ea valle, [8] Reſpõdebúntq; dicentes, Manus noſtræ nõ fuderũt ſanguinem iſtum, nec oculi noſtri viderũt. [9] Propitius eſto populo tuo Iſrael, quẽ redemiſti Domine, & [10] ne imputes ſanguinẽ innoxiũ in medio populi tui Iſrael: [11] vt expientur à ſanguine. [12] Et tu expurgabis ſanguinẽ innocẽtem de medio tui, ſi volueris facere quod rectum eſt in oculis Domini. ¶Quando egreſſus fueris in bellum contra hoſtes tuos, tradideritque eos Dominus Deus tuus in manum tuam, [13] vt ducas eos captiuos, Viderísque inter captiuos mulierem forma venuſtã, deperierísq; eam, [14] poteris eã tibi accipere in vxorẽ. Introduces ergo eã in domũ tuã, illaque radet caput ſuum, [15] aptabítq; vngues ſuos. Auferet quoq; veſtimentũ [16] captiuitatis ſuæ à ſe, & ſedebit in domo tua, deplorabítque patrẽ ſuum & matrẽ ſuam [17] integrũ menſem: & tum tandẽ introibis ad eã, & eris maritus eius, ipſaq; erit tibi vxor. [18] Sin tibi nõ placuerit, [19] patiaris eã abire pro voto ſuo, neq; eã pecunia vendere, neque [20] ad opus vti ea poteris, eo quòd [21] oppreſſiſti eã. ¶Si viro alicui fuerint duæ vxores, altera dilecta, altera odioſa, genuerintq; ei filios tã dilecta quã odioſa, & filius odioſæ fuerit primogenitus, Aduenerítque dies [22] quo diuiſurus eſt filijs ſuis quos habet, hæreditatem ſuam: non poterit [23] primogenitum facere filium dilectæ, [24] donec ſuperſtes eſt primogenitus filius odioſæ: Sed filiũ odioſæ agnoſcet primogenitum, [25] dabitq; ei portionem duplicẽ de omnibus quę poſſidet: quandoquidẽ [26] is principiũ eſt virtutis eius, [& ob hoc] debetur ei ius primogeniturę. ¶Si quiſpiã filiũ habuerit defectorẽ & rebellẽ, qui vocẽ patris ſui & vocẽ matris ſuæ audire noluerit: quũmq; caſtigauerint eum, noluerit eis obtemperare, Apprehẽdẽt [tũc] eũ pater eius & mater eius, educẽntq; eũ ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portã eius loci, Dicẽntque ad ſeniores ciuitatis illius, Filius hic noſter defector eſt & rebellis, nec vult audire vocẽ noſtrã, comeſſator eſt & potator. Lapidibúſque eũ obruẽt omnes ciues illius ciuitatis, donec moriatur: & expurgabis malũ de medio tui, vt omnes Iſraelitæ audiẽtes [27] timeãt. ¶Quando fuerit in aliquo peccatum [28] morte dignum, [29] & interfectus fuerit, age eum in crucem, cadauer verò eius nõ pernox erit in ligno, ſed [30] mox ſepelies illud illo eodẽ die, [31] quoniã maledictio Dei eſt ſuſpenſus: [32] & non pollues terrã tuam quam Dominus Deus tuus [33] dat tibi in hæreditatem.

¶4 aſperam. i. ſaxoſam. ¶5 eos enim elegit &c. Per parenthesin. ¶6 benedicent. Sub. populo. ¶ vt & iuxta quorũ ſermonem erit oĩs lis & omnis plaga. i. iuxta ſententiã eorũ terminabitur omnis cõtrouerſia, & omnis ſpecies lepræ. ¶7 viciniores illi cadaueri, ¶8 Affirmabúntque ¶9 Sub. Tũc dicẽt ſacerdotes, Propitius eſto &c. ¶10 Heb. ne des. Id eſt, ne imputes cædem huius innocentis populo tuo Iſraeli. ¶11 & dimittetur illis ſanguis. i. pœna cædis. ¶12 Tu autẽ remouebis ſanguinẽ innocẽtẽ è medio tui, quum feceris quod erit gratũ Domino. Sãguinẽ innocẽtẽ vocat pœnã homicidij hominis innocẽtis. ¶13 Heb. & captiuaueris captiuitatẽ eorũ. i. ex eis captiuos aliquot abduxeris. ¶14 ceperiſq; eam tibi ¶15 præcidetq; ¶16. i. in quo capta fuerit. ¶17 Heb. per menſem dierũ. i. menſe integro, conſtante omnib⁹ ſuis diebus. ¶18 vſ, Quòd ſi nõ deamaueris eam. ſub. poſtea. ¶19. i. ſines liberam abire quocunq; volet. ¶20 negotiaberis cum ea. i. nulla ratione poteris eam diſtrahere, ſiue cõmutare. Gallice, Vous ne pourrez faire marchãdiſe d'elle. Vel, nõ vtẽris opera eius vt ancillæ. ¶21. i. quaſi per vim rẽ habuiſti cũ ea. ¶22 inſtituet hæredes filios ſuos earũ rerũ quas habuerit: ¶23. i. dare ius primogenituræ filio dilectæ. ¶24 Heb. in conſpectu filij odioſæ. Hoc eſt, viuente filio odioſæ. ¶25 Heb. vt det ei ¶26. i. primũ illũ genuit pater fortis & fœcũdus. ¶27. i. timore cõtineãtur in officio. ¶28 Heb. iudicij mortis. i. quod morte plecti deberet. ¶29 & ſuſpẽderis eũ in cruce, nõ pernoctabit cadauer ei⁹ ¶30 Heb. ſepeliẽdo ſepelies ¶31 quãuis maledictio Dei ſit ſuſpẽſus. i. quãuis Deo admodũ execrabilis ſit qui vitã ſuſpẽdio finit, tamẽ iure ſepulturæ nõ eſt defraudãdus, neq; debet cadauer eius pernoctare in patibulo. Suſpẽdiũ fuit grauiſſimũ ſuppliciũ apud Iudæos: tiſſimq; in crucẽ agebãtur ab Iſraelitis blaſphemi & idololatræ. Qui igitur vitã ſuſpẽdio finiebãt, erãt Deo execrabiles: q aut blaſphemi eſſent, aut idololatræ: quod teſtabatur ſuſpẽdiũ. Erat autẽ hoc genus ſupplicij nõ ſolum Iudæis viitatũ & familiare, ſed etiã Romanis, vt ſeptima actione in Verrẽ docet Cicero: Ægyptijs, vt Gen. 40: & Perſis, vt Eſther ſeptimo cap. ¶32 vſ, vt non polluas Terrã tuã. Quod facturus es, ſi, quãdo ita vitã finiuit, pernoctauerit in patibulo contra Dei voluntatem. ¶33 vſ, daturus eſt

CAP. XXII.

SI videris bouem aut pecudem fratris tui fugatos, ne diſſimules occultando te ab eis,[1] ſed plane reduces eos ad fratrem tuum. Quòd ſi frater tuus [2]non eſt prope apud te,[2] nec noſti eum, [3]aſſume[3] illos in domum tuam, vt ſint tecum donec quæſierit eos frater tuus, reſtituáſque eos illi. Sic quoque facies aſino eius, & ſic ages cũ veſtimẽto eius, ſic quoque facies cũ omni eo quod amiſit frater tuus, quod perdidit, & tu inueniſti illud: [4]neq; enim id diſſimulare aut cælare poteris.[4] Si videris aſinum fratris tui aut bouem eius cadẽtes in itinere, [5]ne diſſimules abſcondẽdo te ab eis,[5] quin ſubleuando ſubleues eos cum illo. ¶ Mulier ne gerat arma virilia, nec vir induatur veſtimento muliebri, quoniam abominãdus eſt Domino Deo tuo quiſquis illa fecerit.

¶ Quũdo occurrerit cõſpectui tuo in itinere nidus auium, in quacunque arbore, aut in terra, in quo ſunt pulli aut oua, matre incubante aut pullis ipſis, aut ouis, nõ tollas matrem cum pullis, ſed omnino[6] dimittas[7] matrẽ,[7] pullos verò capies tibi: vt ſcilicet bene tibi ſit, & proroges dies. ¶ Quum extruis domum nouam, facias[8] loricã tecto tuo,[8] ne ponas ſanguinem in domum tuã, [9]quum quiſpiã caderet ex ea. ¶ Ne conſeras vineam tuam [10]diuerſis generibus:[10] ne forte [11]ſanctifices[11] vniuerſum ſemen quod conſeris, atque vineæ prouentum. ¶[12] Non arabis cum boue & aſino ſimul. ¶[13] Ne induas veſtẽ quæ ex lana & lino ſimul contexta eſt. ¶[14] Fimbriolas craſſiores facito tibi in quatuor alis veſtimẽti tui quo te operis. ¶ Si quiſpiam vxorem duxerit, [15]acceſſeritque[15] ad eam, & odiſſe ei cœperit, [16]obtruſeritque ei technas verborum, diuulgans de ea famam malam,[16] vt ſi dicat, Duxi hanc mulierem, & quum eſſem ad eam ingreſſus, non inueni in ea [17]ſigna virginitatis:[17] Tunc[18] tollent[18] pater puellæ & mater eius, & proferent ſigna virginitatis puellæ ad ſeniores ciuitatis qui ſunt in porta, Dicétque pater puellæ ad ſeniores, Hanc filiam meam dederam viro iſti vxorem, cœpítque eam odiſſe, & [19]en obtrudit ei commẽta verborum, & dicit,[19] Non inueni in filia tua virginitates: hæc verò ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. & expandent[20] veſtimentum[20] coram ſenioribus ciuitatis. Tollẽntque ſeniores ciuitatis illius virum illũ, & caſtigabunt eum, Damnabúntque eum cẽtum [ſiclis] argenti, quos dabũt patri puellæ, eo quòd [21]ſparſit famam mali de virgine Iſraelitica,[21] habebitque is eã in vxorẽ, nec poterit eã dimittere cũctis diebus ſuis. Quòd[22] ſi verũ eſt verbũ illud,[22] & ſigna virginitatis in puella nõ fuerint inuẽta, Ducent puellã ad oſtiũ domus patris ſui, obruẽntque eã ciues[23] illi[9] ciuitatis[23] lapidib[9], vt moriatur: quia fecit nephas in Iſrael, ſcortãdo in domo patris ſui: &[24] exuttes malũ[24] è medio tui. ¶[25] Si deprehenſus fuerit ...

CAP. XXII.

NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem errãtem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo. Etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quãdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eã, ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via, nõ deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo. ¶ Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea. abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. ¶ Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidũ auis inueneris, & matrem pullis vel ouis deſuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, ſed abire patieris, captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. ¶ Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. ¶ Nõ ſeres vineam tuam altero ſemine: ne & ſementis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. ¶ Nõ arabis in boue ſimul & aſino. ¶ Non indueris veſtimento quod ex lana linóque cõtextum eſt. ¶ Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris. ¶ Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomen peſſimum, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eã nõ inueni virginem: Tollẽt eã pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: & dicet pater, Filiã meam dedi huic vxorem: quam quia odit, imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, Non inueni filiã tuã virginẽ: & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis. Apprehendẽntque ſenes vrbis illius, virum, & verberabunt illum, Cõdemnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomẽ peſſimum ſuper virginem Iſrael: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere[*] omnibus diebus vitæ ſuæ. Quòd ſi verum eſt quod obijcit, & non eſt in puella inuenta virginitas: Eijcient eã extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruẽt viri ciuitatis illi[9], & morietur: quoniã fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malũ de medio tui. ¶ Si dormie-

Res proximi perdita, non negligenda. exodi 23.a.

Mulier veſte virili ne vtatur.

De nido inuento.

Tectum domus, muro B cingẽdũ.

Vinea.

Arare.

Veſtimentũ.

Fimbriæ. nume.15.d.

De vxore nõ inuenta virgine.

C

¶* eam

Pœna adulterij. leuit.20.a

¶1 Heb. Nõ videbis bouẽ fratris tui, aut pecus eius aberrãtes [à via,] & abſcõdes te ab eis, &c.

¶2 Heb. non eſt tibi ꝓpinqu[9]. i. etiã ſi procul à te habitet.

¶3 deduc. ſubaudi, tamen. q. d. Etiã ſi procul à te habitet, nec noueris eum: tamẽ deduces illos in domum tuam.

¶4 Heb. non abſcõdes te ab eis. i. noli diſſimulare, quaſi eam non videris.

¶5 nõ abſcõdes te ab eis. Id eſt, non diſſimulabis te videre illos.

¶6 vl, abigas

¶7 Quia inhumanu eſt matrem nihil tibi metuentẽ capere cum pullis.

¶8 murum tecto tuo. Vox Hebræa MAACE, ſignificat murum altum tres pedes cum dimidio. In Palæſthina, tecta domorũ ſũt plana. Verti poteſt, clauſtra, vel cancellos, aut ſeptũ.

¶9 ſi ceciderit cadens ex eo. ſub. tecto. i. ne ſis cauſa necis in domo tua, ſi corruerit aliquis è tecto tuo. ¶10 vl, diuerſo ſemine. Id eſt, Nõ ſeminabis in interuallis quæ ſunt in vitibus, duas ſpecies ſeminis: vt triticum cum ſiligine, aut auenam cum hordeo. Quia enim Palæſthina calida eſt, ſeminabatur ſemper aliquid inter ordines ipſos vitium. ¶11 ſanctificetur. Id eſt, polluatur. per antiphraſin dictum. Hoc eſt, ne pereant tibi fruges enatæ è diuerſis ſeminibus, & cum illis fructus vineæ. ¶12 Id eſt, Arando non iunges bouem cum aſino: quia vires eorum ſunt inæquales: ſed iunges boues bobus, & aſinos aſinis. ¶13 Quòd non vult hic Deus res cõfundi, vitari vult in omnibus confuſionẽ: ſimul duplices mores, ſiue animos taxat. ¶14 vl, Fimbrias facies tibi in quatuor angulis pallij tui quo operiris. Id eſt, in quatuor partib[9] inferioribus. Gallice, Es quatre pans. Vox Hebræa GVEDILIM, pro qua fimbrias vertimus, ſignificat funiculos intricatos, intortos, & artificio catenarum concinnatos. ¶15 ingreſſúſque fuerit. Ingredi ad vxorem, pro rem habere cum ea, poſitum. ¶16 Heb. impoſueritque ei occaſiones verborum, & eduxerit aduerſus eam nomen malum. Id eſt, dederit alijs occaſionem traducendi eam, ipſéque diffamauerit eam. ¶17 Heb. virginitates. i. ſanguinem indicem virginitatis: id eſt, nõ inueni eam virginem. ¶18 ſubaudi, ſigna virginitatis: id eſt, lintea infecta ſanguine rupti hymenis, indice virginitatis, in quibus cõgreſſus primùm fuerat maritus cum virgine, quæ patres ſeruare ſolebant. Hæc lex lata videtur aduerſus eos qui poſt primum congreſſum cupiebant ab vxoribus diuertere, quòd iam libidinem expleſſent. ¶19 ponit occaſiones verborum contra eam, dicendo. Id eſt, author eſt vt male audiat filia noſtra, vtque alij male loquantur de ea. ¶20 vl, linteum, in quo ſcilicet primum congreſſi fuerant. ¶21 Heb. eduxit nomen malum contra virginem Iſrael. i. traduxit virginem Iſraeliticam. ¶22 i. ſi vera eſt ea accuſatio. ¶23 ciuitatis eius. ſub. puellæ. i. cõciues eius. ¶24 auferes malum. i. occaſionem peccati. ¶25 Si deprehenſus fuerit aliquis dormiens [vl, coiens] cum &c.

rit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael. ¶Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, Educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui. & auferes malũ de medio tui. Sin autem in agro repererit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: Puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniã ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animam eius, ita & puella perpeſſa eſt. Sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. ¶Si inuenerit vir puellam virginem, quæ nõ habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: Dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis dieb⁹ vitæ ſuæ. ¶Nõ accipiet homo vxorẽ patris ſui, nec reuelabit operimentum eius.

CAP. XXIII.

NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiã Domini. ¶Nõ ingredietur Mãzer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam Domini vſque ad decimã generationem. ¶Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini, in æternum: Quia noluerũt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſſi eſtis de Aegypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi. Et noluit Domin⁹ Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionẽ eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in ſempiternum. ¶Non abominaberis Idumæũ, quia frater tuus eſt: nec Aegyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in eccleſiã Domini. ¶Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. ¶Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & nõ reuertetur, Priuſquam ad veſperã lauetur aqua: & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra. ¶Habebis locum extra caſtra ad quẽ egrediaris ad requiſita naturæ, Gerens paxillum in balteo. cúmque ſederis, fodies per circuitum, & egeſta humo operies quo releuatus es. Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorũ*, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Et ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. ¶Nõ trades ſeruũ domino ſuo, qui ad te confugerit.

henditur quiſpiam qui dormierit cum[a] muliere quæ habet maritum, moriẽtur ambo illi, tam vir qui iacuit cũ muliere, quàm mulier ipſa: & [14] exures malũ ex Iſraele. ¶Si fuerit alicui deſpõſa puella virgo, inueneritque eam quiſpiam in ciuitate, & dormierit cum ea, Tunc educetis vtrunque ad portam ciuitatis illius, & obruetis eos lapidibus vt moriãtur: puella quidem, quòd non clamauit in ciuitate: vir autẽ quòd oppreſſit vxorem proximi ſui. [14] exurẽſque malum è medio tui. Si in agro deprehenderit vir puellam deſponſam, & vim illi intulerit, dormieritque cum ea: morietur vir qui dormierit cũ ea, ſolus: Puellæ nihil facies, quum [16]culpam mortis non habeat: quoniã ſicut conſurgit quis contra proximum ſuum, & [17]interficit animã eius. ſic ſe habet res iſta. Nam in agro inuenit eam, clamauitque puella deſponſa, & non fuit qui eã liberaret. ¶Si inuenerit vir puellã virginẽ quæ nondũ deſponſa eſt, apprehenſáque ea dormierit cũ ea, & deprehenſi fuerint, Dabit vir ille qui cũ ea concubuit, patri puellæ quinquaginta [18]argenteos, habebitque eã vxorẽ, eo quòd oppreſſit eã, nec poterit eam dimittere cũctis diebus ſuis. ¶[19]Nemo ducet vxorem patris ſui, neque [20]alam patris ſui reteget.

CAP. XXIII.

NOn introibit [1]qui laceratis eſt [teſticulis] attritus, aut exciſo veretro, in cœtum Domini. ¶[2]Mamſer nõ ingredietur in cœtum Domini, [3]ne decima quidem generatione introibit ſibi in cœtum Domini. ¶[4]Ammonites & Moabites in congregationem Domini nõ introibit: ne decima quidem generatione quiſpiam ex ipſis ingredietur in cœtum Domini, idq́ perpetuò. Cauſa, quòd non [5]anteuerterunt vos pane & aqua in via quum exiretis ex Aegypto: & quòd [6]conduxerit aduerſum te Bileã filium Beor de Pethor [7] Aram Naharaim, vt te execraretur. At noluit Dominus Deus audire Bileam, quin potius conuertit Dominus Deus tuus execrationẽ tibi in benedictionem: nam diligit te Dominus Deus tuus. Ne quæras [8]quod ad eorum pacem ac ſalutem pertineat cunctis diebus tuis in ſeculũ. ¶Edumæũ ne abomineris, quia frater tuus eſt: nec abomineris Aegyptiũ, quãdoquidẽ peregrinus fuiſti in terra eius. Filij qui ex eis nati fuerint, tertia tandẽ generatione [9] in cœtũ Domini venient. ¶Quum egreſſus fueris [10]exercitu contra hoſtes tuos, cuſtodies te ab omni re mala. ¶Si fuerit in te vir, qui non ſit mundus ex euẽtu aliquo nocturno, is egrediatur extra caſtra, nec reuertatur in caſtra, Sed ſub veſperã lauet ſe [11]aqua, & poſt ſolis occaſum ingrediatur iterum in caſtra. ¶Locus quoque ſit tibi extra caſtra, ad quem foras egrediaris. [12]Lignúmq́ præacutũ in balteo, [13]cũ quo foris ſedens fodias, cõuerſúſque operias excrementũ tuũ. Nã Domin⁹ Deus tuus verſatur in medio caſtrorũ tuorũ, vt te eripiat, & tradat hoſtes tuos ante te, & ob hãc cauſam caſtra tua ſancta ſint, [14]nequã rẽ obſcœni videat, & ſe à te auertat. ¶[15]Ne includas ſeruũ hero ſuo, qui [16]erept⁹ ad te [venit] [17]ab hero ſuo.

De virgine deſponſata oppreſſa in ciuitate vel agro. D

Lex viri opprimẽtis virginẽ nõ deſponſatam. Exo.22.c.

Vxor patris nõ ducẽda.

Eunuchus.

Mamzer.

Moabitis & Ammonitis ne elocentur mulieres Iſraeliticæ. Nume.22.a. Nume.22.a.

B

Idumæi & Aegyptij nõ abominãdi.

Bellum.

Pollutio nocturna.

Extra caſtra venter leuandus.

C

¶* tuorum

Seruus fugitiuus nõ tradẽdus domino ſuo.

¶16 Heb. nõ ſit puellæ peccatum mortis. Id eſt, nõ admiſerit facinus dignum morte. ¶17 Heb. interficit ſeum ictu] animæ. i. quo anima ſeparatur à corpore.

¶18 Chaldæus paraphr. vertit, ſiclos argẽteos. ¶19 Id eſt, Nemo poterit ducere in vxorem nouercam ſuam, patre ſcilicet mortuo. ¶20 angulũ veſtis patris. Id eſt, operimentum quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat verenda vxoris patris. Vox Hebræa CANAPH, pro qua vertimus angulũ veſtis, ſignificat eam partem veſtis quæ terram cõtingit.

XXIII.

¶1 vl, qui cõtuſione fractos [teſticulos] habet, & amputata virilia, eccleſiam &c. Ingredi eccleſiã Domini, eſt habere commerciũ cũ populo Dei, & habere ius ducendi Iſraelitidem. De lege enim & fide nulla hic mentio. Lege 1.Reg.11. & Exodi 34. q.d. Virgines Iſraeliticæ non nubẽt ijs qui fractos habent teſticulos, & pudenda amputata. Inepti ad generandum non ducent Iſraelitidas in vxores. ¶2 .i. Spurius, ſiue è ſcorto natus. ¶3 Id eſt, nunquam poterit ducere Iſraelitidem in vxorem. ¶4 Id eſt, Filias veſtras non elocabitis Ammonitis aut Moabitis in æternum. Hoc de maribus, non de mulieribus intelligitur: propter Ruth, quæ cum eſſet Moabitis, nupſit viro Iſraelitæ. ¶5 exceperunt vos cum pane. vl, præuenerunt vos. non occurrerunt vobis obuiam ¶6 ſubaudi, Ammonita. ¶7 Iſt eſt, Syriæ fluuiorum. hoc eſt Meſopotamiæ. ¶8 pacẽ eorum, & vtilitatem eorum. Id eſt, Non curabis tranquillitatem eorum & vtilitatem. ¶9 .i. erunt de conſortio populi ſancti. ¶10 Heb. [in] caſtris. i. cum exercitu. ¶11 ſubaudi, expiatoria. quæ ſcilicet in id præparata eſt. ¶12 Et paxillum habebis cum armis tuis. Id eſt, cum enſe tuo. ¶13 Heb. & erit, quando ſedebis, fodies. i. quãdo voles deſidere vt egeras, fodias eo terram, &c. ¶14 vt non videat rem vllam turpem in te, & deſerat te. Non &c. vl, ne ſi viderit in te rem aliquam turpem, deſerat te. ¶15 Ne tradas ¶16 Heb. eripuerit ſe ad te. Id eſt, confugerit ad te. ¶17 ſubaudi, Gentili. nam ſpes eſt quòd ex idololatra fiet vnius Dei cultor.

Tecum habitabit in medio tui, vbicunque elegerit locum in vna ciuitatum tuarũ, [18]vt ſibi fuerit viſum, nec inferas ei vim. ¶Ne ſit ſcortũ de filiabus Iſrael, neque [19]pathic[9] ſit de filijs Iſrael. ¶Ne [10]inferas mercedem meretricis aut [11]pretiũ canis in domum Domini Dei tui [12]in quocunque voto: quoniã abominatio eſt Domino Deo tuo vtrũq;. ¶Ne [13]morſum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, [14][aut] fœnore alicuius eſculenti, imò fœnore cuiuſcunque rei qua morderi poſſit. [15]Alienum mordebis fœnore, fratrem autem tuum non mordebis: vt fœlicitet ac fortunet te Dominus Deus tuus in omni re, ad quam extendis manum tuam, in terra ad quã tu proficiſceris vt eam poſſideas. ¶Quum votum vouerit Domino Deo tuo, ne differas præſtare illud: nã Dominus Deus tuus omnino requiret hoc à te, ne ſit tibi [16]peccatũ. Si verò à vouẽdo ceſſas, [17]nõ erit in te peccatum. Siquid egreſſum eſt è labijs tuis, fac vt ſerues & præſtes, ſicut vouiſti Domino Deo tuo ſponte, [18]& quemadmodum loquutus es ore tuo. ¶[19]Quũ veneris in vineam proximi tui, vuas comede [20]pro animi tui deſyderio, quantum ſatis eſt: at [21]in vas tuum nihil reponas. [22]Si veneris in ſegetem proximi tui, ſpicas manu tua decerpas: falcem autem ſegeti proximi tui ne admoueas.

CAP. XXIIII.

Quum quiſpiam ducit vxorẽ, [1]maritaueritque eam [ſibi,] euenit autem [2]vt hæc nihil gratiæ in oculis ei[9] impetret, [3]vt ſi inueniat in ea rem aliquam fœdam, [4]ſcribat ei libellum abſciſſionis, quem det ei in manum, & eijciat eam è domo ſua. [5]Quæ exiens è domo eius, ſi abiens alij viro nupſerit, Ac is poſterior maritus cœperit eam odiſſe, ſcripſeritque & ipſe ei libellum [6]abſciſſionis, tradideritque ei in manum eius, amandaueritque eam de domo ſua, aut ſi vir ille poſterior, qui illam vxorem duxerat, mortuus fuerit: Non poterit eam maritus prior, qui illã à ſe repudiarat, ruſſus ducere ſibi vxorem, [7]quandoquidem polluta eſt. nam abominatio hæc eſt corã Domino, & ne feceris peccare terram, quã Domin[9] Deus tuus tibi dat vt hæreditate eam poſſideas. ¶Quum duxerit quiſpiam vxorẽ nouam, ne egrediatur in militiã, [8]nec quidquam aliud ei iniungatur, ſed immunis ſit pro domo ſua anno vno, lætetúrque cum vxore ſua quam duxit. ¶Nemo pignoris loco accipiat [9]inferiorẽ & ſuperiorẽ molarem: nã is [10]vitã oppignorauit. ¶Si deprehenſus fuerit quiſpiã qui fuerit furatus [11]animã ex fratrib[9] ſuis de filijs Iſrael,

Habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requieſcet: ne contriſtes eum. ¶Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael. ¶Non offeres mercedẽ proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod vouerint: quia abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deũ tuũ. ¶Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rẽ: Sed alieno: fratri autem tuo abſque vſura id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in Terra ad quã ingredieris poſſidendam. ¶Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris. Quod autẽ ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo locutus es. ¶Ingreſſus vineã proximi tui, comede vuas quantũ tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris ſegetẽ amici tui, franges ſpicas, & manu conteres: falce autem non metes.

Meretrix & ſcortator.
Merces proſtibuli.
Non fœnerandum.
Vſura.
¶[9] ingrederis
Votum reddendum.
De vinea & ſegete proximi.

CAP. XXIIII.

Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius. & dimittet eã de domo ſua: Cũque egreſſa alterum maritum duxerit. Et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellũ repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certe mortuus fuerit: Nõ poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta eſt. & abominabilis facta eſt corã Domino: ne peccare facias Terram tuã quã Dominus Deus tuus tradiderit tibi poſſidendam. ¶Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis iniungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lætetur cum vxore ſua. ¶Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam: quia animam ſuã appoſuit tibi. ¶Si deprehenſus fuerit homo ſolicitãs fratrem ſuum de filijs Iſrael,

Permiſſio repudij. mat. 5. e. 19. a. marc. 10. a.
Indulgentia nuper coniugatis.
Pignus.
Prædo vẽdẽs hominem.

¶18 Heb. in bono tibi. i. in loco tibi gratiſſimo. Gallice, Ou bon luy ſemblera.
¶19 ſcortũ maſculũ. vl, puer meritorius
¶10 offeras &c. Quæ iniuſte parta ſunt, nullo modo offerri debent Deo.
¶11. i. animal datũ pro cõmutatione canis. Canis enim eſt animal immũdũ, vile & impudicum.
¶12. i. pro quocunque voto adornando.
¶13 Per morſum Hebræi fœnus intelligũt quo nocemus proximo. Vertendũ. Non fœnerabis fratri tuo fœn[9] pecuniæ. i. Nõ dabis fratri pecuniã ad vſuram.
¶14 Heb. fœn[9] frugum, fœnus cuiuſcũque rei quæ vſurã pariat. i. non dabis fruges ad vſuram, neque quãcunque rẽ quæ vſurã pariat.
¶15 Externo fœnerabis at fratri tuo nõ fœnerabis:
¶16 .i. pœna peccati, hoc eſt, ne mulcteris. ¶17. i. non peccabis, vl, non mulctaberis. ¶18 poſteaquã locutus es ore tuo. i. poſteaquam id pollicitus es. ¶19 Id eſt, Quum locaueris operam tuam tempore vindemiæ proximo tuo. Chaldæus paraph. vertit, Si mercede conductus fueris in vineam fratris tui. De vindemiatoribus intelligitur. ¶20 Hebraice legitur, ſecundum animam tuam ſatiando te. Id eſt, pro deſyderio tuo, ad ſaturitatem vſque. ¶21. i. ne efferas vuas in ſporta tua. ¶22 Id eſt, Siquid efferre velis, manu colliges, nõ falce. De meſſoribus intelligitur qui tẽpore meſſis locãt operas ſuas. Chaldæus paraph. vertit, Si cõductus fueris in meſſem proximi tui. XXIIII. ¶1 & coierit cum ea, ¶2 vt hæc non inueniat gratiam ante oculos eius. Id eſt, non ſit ei grata. ¶3 quòd inuenerit ¶4 ſcripſeritque ei libellum repudij, & dederit ei in manu, eieceritque &c. Non eſt hic ſententia abſoluta: ſed debet hic verſus iungi verbis ſequentibus, Non poterit prior &c. Libellus repudij, Hebraice dicitur libellus ſucciſionis: quòd eo libello velut excidebatur à domo mariti vxor. Formulam libelli repudij nõ tradunt Sacræ literæ. magiſtri autem Hebræorum in his libellis vtuntur hac forma, In quarta ſabbathi, in viceſima mẽſis Siuan, anno quinquies milleſimo ducẽteſimo nonageſimo tertio à creatione mundi, hic & in hac ciuitate, ego Iacob, ſic cognominatus filius Rabi Iſaac, volui ex animo, atque citra vllam coactionẽ dimiſi, & ieci hãc quæ hacten[9] fuit vxor mea, filia illius Rabi, dóque ei facultatem & poteſtatẽ, vt pro animi ſentẽtia eat quò voluerit, ducique poſſit ab alio quocũque viro, nec eã quiſquã prohibeat. In cuius rei teſtimoniũ dedi ei libellũ repudij, & ſchedã amiſſionis, atque ſignaculũ diuortij, iuxta cõſtitutionem Moſis & Iſraelis. Formula autem libelli repudij qua vſi ſunt veteres Romani, fuit hæc, Res tuas curato, res tuas tibi habeto. Lege tractatum de diuortijs. ¶5 Et egreſſa è domo eius, abierit, alijque ¶6 repudij, ¶7 poſteaquã polluta eſt [ſ. õcubitu ſcilicet ſecũdi mariti,] quoniã abominabilis res eſt Domino: & nõ pollues terrã. &c. ¶8 Heb. nec tranſeat ſuper illũ vlla res, immunis erit domi ſuæ anno vno, & delectabit vxorẽ ſuã &c. Id eſt, nullũ iniungetur ei publicũ negotiũ. ſed in domo ſua manebit immunis ab omni officio publico, & vacabit voluptati honeſtæ cũ vxore ſua. ¶9 vl, vtrãque molã, imò ne ſuperiorẽ quidẽ. q. d. tantũ abeſt vt poſſit capere vtrãque molam, vt molam ſuperiorem breuiorẽ & viliorẽ capere nõ debeat. Vox Hebræa pro qua [vtrãq; molã] vertim[9], dualis eſt numeri. ¶10 animã caperet pro pignore. i. quia caperet id vnde ille, à quo pign[9] iſtud acciperet, ſibi victũ quærit, Hic anima pro vita, & vita pro victu quo vita ſuſtẽtatur. ¶11. i. perſonã aliquam.

Cauendum à lepra. Nume.12.a.

[9] Memento quæ fece. Do. Deus tuus

Quomodo accipiendũ pignº, & quã ſcito reddẽdũ.

& vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui. ¶Obſerua diligẽter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcũque docuerint te ſacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple ſollicitè. ¶Mementote quæ fecerit Dominus Deus veſter Mariæ in via cum egrederemini de Ægypto. ¶Cũ repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sinautem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo.

Nõ retinẽda merces. leuit. 19.c. tob.4.c.

¶Non negabis mercedem indigẽtis, & pauperis fratris tui ſiue aduenæ qui tecũ moratur in Terra, & intra portas tuas eſt: Sed eadem die reddes ei pretiũ laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuã: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

Boni p malis nõ puniẽdi. 4.reg.4.b. 2.paral.25.b. ezec.18.e. D Pupillº, aduena, vidua. Reliquiæ in agro, vinea, oliueto, pupillis, aduenis & viduis relinquẽdæ.

¶Non occidẽtur patres pro filijs, nec filij pro patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. ¶Nõ peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. ¶Memento quòd ſeruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, nõ reuertẽris vt tollas illũ: ſed aduenam, & pupillum, & viduã auferre patiẽris, vt benedicat tibi Dominº Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanſerit in arboribus, nõ reuertẽris vt colligas: ſed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaueris vineam tuã, non colliges remanentes racemos, ſed cedẽt in vſus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memẽto quòd & tu ſeruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

CAP. XXV.

De pœnis delinquentiũ.

SI fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. Sinautem eum qui peccauit, dignum viderint plagis: proſternent, & coram ſe faciẽt verberari. Pro mẽſura peccati, erit & plagarũ modº:

2.Corin. 11.f. Merces laboranti reddenda. 1.cor.9.a. 1.timot.5.c. Lex ſuſcitãdi ſemẽ fraternũ. mat.22.c. mar.12.b. lu. 20.d.

Ita dũtaxat vtquadragenariũ numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. ¶Non ligabis os bouis terẽtis in area fruges tuas. ¶Quãdo habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuº fuerit, vxor defuncti nõ nubet alteri:

& [12] ad opus ſuum fuerit eo vſus, & vendiderit eum, morietur fur talis, [13] exurẽſque malũ è medio tui. ¶[14] Sis cautus in macula lepræ, obſeruãque diligẽter, facietiſque iuxta omnia quæ docuerint vos ſacerdotes Leuitici generis: quemadmodum præſcripſi eis, [15] ſic obſeruabitis & facietis. [16] Meminiſſe oportet quid Dominº Deus tuº fecerit Mariæ in itinere [17] cum egrederemini ex Ægypto. ¶Quum mutuo dederis aliquid proximo tuo, ne introeas domum eius, vt [18] pignus illinc tollas, Sed ſta foris, & vir ille cui tu mutuo dediſti, [19] proferet ad te pignus foras. Quòd ſi vir huiuſmodi pauper eſt, non dormies [20] in pignore eius, omnino reddes ei pignus [21] quum ſol occidit, vt is dormiat [22] in veſtimento ſuo, [23] benedicatque tibi ac fauſta imprecetur, atque [24] [id] iuſtitia tibi erit coram Domino Deo tuo. ¶[25] Ne neges aut vi retineas mercenario pauperi & inopi, ſiue ſit de fratribus tuis, ſiue de peregrinis tuis qui ſunt in terra tua atq; [26] intra portas tuas, [27] Die ſuo dabis ei mercedem ſuam, neque ſol occidat [28] ſuper eum: quoniam pauper eſt, & ad eam [mercedem] attollit [29] animum ſuum: ne contra te ad Dominum clamet, [30] & cedat tibi in peccatum. ¶Non interficiẽtur patres pro filijs, nec filij occidentur pro patribus, ſed quiſq; pro peccato ſuo [31] interficietur. ¶Ne declines iudiciũ peregrini, [32] & pupilli, neque pignoris loco veſtem viduæ accipias, Quin potius memineris quòd & tu ſeruus fuiſti in Ægypto, & redemit te Dominus Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi vt hanc rẽ facias. Quum meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipuli in agro, ne reuertaris vt illũ tollas, ſed erit peregrini, pupilli & viduæ, [33] vt fœlicitet & locupletet te Dominº Deus tuº in omni opere manus tuæ. Quum [34] ſtrinxeris oleam tuam, ne diligentius ſtringas poſt te: peregrini, pupilli & viduæ erit. Quum vindemiaueris vineam tuam, ne racemationem facias poſt te, erit peregrini, pupilli & viduæ. Et memineris te quoque ſeruum fuiſſe in terra Ægypti: idcirco ego præcipio tibi vt hanc rem facias.

CAP. XXV.

SI fuerit oborta lis inter aliquos, [1] venient ad iudicium, & iudicent eos, iuſtũmque pronuntient eum qui iuſtus eſt, impium verò condemnent. Quòd ſi impius cædẽdus eſt, proſternat eũ iudex, & iubeat eũ cædi in conſpectu ſuo iuxta impietatẽ eius, idq; [2] [certo] numero. Quadragenis [plagis] verberet eũ, nec vltra addat, [3] ne forte ſi verberãdo plura hiſce verbera addita fuerint, frater tuº vilis reddatur in oculis tuis. ¶[4] Ne obuincias [os] bouis in tritura ſua. ¶Si habitauerint vnà fratres, mortuúſq; fuerit alter eorum abſq; filio, ne nubat vxor demortui [5] alieno viro foris,

¶12 Heb. negotiatus fuerit cũ eo. i. cũ ea perſona. Gallice, Et ait faict marchandize de luy. ¶13 tolléſque

¶14 Caue à plaga lepræ, vt cuſtodias ſollicitè. Id eſt, Vide diligenter ne trãſgrediaris leges quas tuli in gratiam leproſorum.

¶15 Heb. cuſtodietis ad cuſtodiendum.

¶16 Recordare. Memento ¶17 poſteaquã egreſſi eſtis ¶18 pignus eiº accipias. Id eſt, id quod daturus eſt tibi in pignus. Hæc dicit, ne ingreſſu ſuo creditor faciat pudorem debitori.

¶19 i. egredietur foras cũ pignore illo. Hic docetur mutua charitas.

¶20 cũ pignore. i. non manebit pignus eiº apud te nocte ſequente proxima. q.d. ipſo die quo dederit, reddes. ¶21 vl, ad occaſum ſolis, ¶22 quod ſcillicet dederat tibi loco pignoris. ¶23 Heb. benedicatque

tibi. Id eſt, bene precetur tibi. ¶24 Id eſt, hoc tibi reputabitur ad iuſtitiam, & opus tuum probabit Dominus, habebitque opus tuũ pro bono & iuſto. ¶25 Heb. Nõ opprimes mercenarium pauperem & egenum, &c. Id eſt, Non retinebis per vim, aut per calumniam mercedem mercenarij pauperis. ¶26 Id eſt, in vna vrbium tuarum. ¶27. i. Eadem die. ¶28 ſuper eam. ſubaudi, mercedem. i. Non retinebis mercedem illam vſque ad occaſum ſolis. ¶29 animam ſuam. i. totam ſpem vitæ ſuæ collocat in ea mercede, & ex ea eſt victurus. ¶30 & ſit in te peccatũ. Id eſt, & mulcteris, ſiue des pœnas. ¶31 ſententia ſcilicet iudicum. Hanc legem tulit Deus iudicibus. ¶32 vl, vt pupilli, ¶33 Heb. vt benedicat tibi. Id eſt, reddat te fœlicem. ¶34 vl, decuſſeris oleas tuas, ne decutias [quod] à tergo tuo [reliqueris:] Gallice, Quand tu auras batu tes oliues. Hebraice ad verbum legitur pro [ne decutias,] non ramificabis poſt te. i. ramos de quibus oliuæ ſunt decuſſæ, iterum concuties. non rimabis ramos iam verberatos.

XXV. ¶1 Heb. & acceſſerint ad iudicium, & iudicauerint eos, iuſtificauerint autem iuſtum, & condemnauerint impium. Si quidem fuerit filius plagarum impius: tũc proſternet eum iudex, & cædere faciet eum coram ſe. Id eſt, ſi acceſſerint ad iudices, & de iure eorum ipſi pronuntiauerint, pronũtiauerint autem ſecundum iuſtum, & condemnauerint impium: ſi quidem cædendus fuerit improbus, tunc iudex curabit eum proſternẽdum, & percuti ſe præſente. ¶2 qui ſcilicet definitus eſt à lege. ¶3 vl, ne ſi addiderit percutere eum vltra plagas iſtas multas, vileſcat frater tuus in oculis tuis. Id eſt, ne pluribus plagis ab eo percuſſus, moriatur coram te vt aliquod animal vile. ¶4 vl, Nõ frænabis os bouis quando triturat. ſubaudi, in area tua. Id eſt, Nõ alligabis ori bouis inſtrumentum aliquod quo prohibeatur ſpicas carpere inter triturãdum fruges tuas. Gallice, Tu ne luy bailleras point de muſeliere. ¶5 viro externo foras. Id eſt, tranſeundo in aliam familiam.

ſed [6] leuir eius ingrediatur ad eam,& ducat eam ſibi vxorem,cognationiſque iure erga eam vtatur.' Et primogenitus quem illa pepererit, [7] ſuccedet in nomen fratris ſui' defuncti, vt non deleatur nomē eius ex Iſraele. Quòd ſi vir ille [8] vxorem fratris ſui' ducere noluerit,aſcendat fratria eius ad [9] portam,'dicátque ſenioribus,Leuir me' recuſat fratri ſuo ſuſcitare ſemē in Iſrael, [10] nec vult me iure propinquitatis ducere.' [11] Quem vocabunt [12] ſeniores' ciuitatis ſuæ, & loquentur cū eo. [13] quòd ſi perſtat dicendo,' Nō placet mihi vt eam ducam. Accedat fratria eius ad eum in conſpectu ſeniorum, & detracto calceo [14] leuiri ſui de pede eius,ſpuat coram eo, [15] cōceptiſque verbis dicat,'Sic fiat viro qui nō ædificat' [16] domum' fratris ſui. Vocabitúrque nomen eius in Iſraele Domus [17] ſpoliati' calceo. ¶Si rixati fuerint viri inter ſe, [18] alter ſcilicet cum altero,'acceſſeritque alterius vxor vt eripiat maritum ſuum de manu percutientis eum,miſſáque manu ſua' [19] verēda eius' apprehēderit, [20] Abſcindas' manū eius, nec parcet ocul' tu'. ¶Ne ſint tibi in ſacculo tuo [21] diuerſi lapides,' magnus ſcilicet & paruus. Ne ſint tibi in domo tua [22] diuerſa epha,' magnum ſcilicet & paruum. Quin pondus æquum & iuſtum ſit tibi, & epha æquum & iuſtum ſit tibi,vt prorogentur dies tui ſuper terram quam Dominus Deus daturus eſt tibi. Nam abominatio Domino Deo tuo eſt quicunque iſta facit,& quicūque iniquitatē perpetrat. ¶Memineris quæ fecerit tibi Amalec in via quū exiretis ex Ægypto, quomodo occurrerit tibi in itinere, & [23] detruncarit in extremo agmine tuo laſſos quoſque,'& qui erant in extrema parte exercitus tui, cum tu eſſes laſſus & defeſſus,& non timuerit Deum. Quum igitur Dominus Deus tuus tibi requiem dederit de omnibus hoſtibus tuis qui circum te ſunt,in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditatem,vt poſſideas eam,delebis memoriā Amalec [14] ſub cælis,' ne obliuiſcaris.

CAP. XXVI.

QVum ingreſſus fueris in terram quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi hæreditatem,poſſederiſque eam, inhabitaueriſque eam. Tolles de primitijs cūctorum fructuū telluris,quos inuehis de terra tua, quam Dominus Deus tuus dat tibi:& ponēs [1] in ſporta,' proficiſcēris ad locum quem [2] eliget' Dominus Deus tuus,[3] vt collocet nomen ſuum illic.' Veniēnſque ad ſacerdotem qui in diebus illis fuerit,dices ad eum, [4] Agnoſco' hodie Domino Deo tuo, quòd veni in terram quam Dominus patribus noſtris daturum ſe nobis [5] iurauit.' Accipiétque ſacerdos ſport i de manu tua,& reponet eā corā ara Domini Dei tui. Et tu [6] cōceptis verbis perges dicere' coram Domino Deo tuo, [7] Syrus pater meus periturus erat,'& deſcēdit in Ægyptum,ibique peregrinus fuit [8] cum valde paucis hominibus:' at auctus eſt illic in gētem ampliſſimam,fortē & multā.

ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui: Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomē eius ex Iſrael. Sinautem noluerit accipere vxorē fratris ſui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portā ciuitatis,& interpellabit maiores natu,dicétque,¶Non vult frater viri mei ſuſcitare' ſemē' fratris ſui in Iſrael: nec me in cōiugium ſumere. Statimque accerſiri eum facient,& interrogabunt. ſi reſponderit, Nolo eam vxorem accipere: Accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamētum de pede eius,ſpuétque in faciem illius,& dicet, Sic fiet homini qui nō ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſrael,Domus diſcalceati. ¶Si habuerint inter ſe iurgium viri duo,& vnus cōtra alterum rixari cœperit: volénſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris,miſeritque manum & apprehenderit verenda eius: Abſcindes manum illius,nec flectēris ſuper eam vlla miſericordia. ¶Non habebis in ſacculo diuerſa pondera,maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & verū,& modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terram quam Dominus Deus tu' dederit tibi. Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc, & auerſatur omnē iniuſtitiam. ¶Memēto quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto: quomodo occurrerit tibi,& extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant,ceciderit,quando tu eras fame & labore cōfectus,& non timuerit Deum. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubiecerit cūctas per circuitū nationes in Terra quam tibi pollicitus eſt: delebis nomen eius ſub cælo. caue ne obliuiſcaris.

CAP. XXVI.

CVmque intraueris Terram quam Dominus Deus tuus tibi daturus eſt poſſidendā,& obtinueris eā,atq; habitaueris in ea, Tolles de cūctis frugib' tuis primitias,& pones in cartallo, pergēſque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit vt ibi inuocetur nomen eius: Accedēſq; ad ſacerdotē qui fuerit in dieb' illis, & dices ad eum, Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingreſſus ſum in Terram pro qua iurauit [a] patribus noſtris vt daret eā nobis. Suſcipiēnſque ſacerdos cartallū de manu [b] eius,' ponet ante altare Domini Dei tui. Et loquēris in cōſpectu Domini Dei tui, Syrus perſequebatur patrem meū, qui deſcendit in Ægyptum,& ibi peregrinatus eſt in pauciſſimo numero: creuitque in gentem magnam ac robuſtam & infinitæ multitudinis.

B

Ruth 4.b.

¶ [a] nomen

C

Dom' diſcalceati.

Mulieris manus abſcindēda,qua pudēda hominis apprehēdit.

Pōdera æqua & menſuræ.

D

Iubetur Amalec occidi. exod. 17.e.

Primitiæ grati animi ſymbolum.

¶ [a] Dominus

¶ [b] tua.

¶6 cognat' eius ingredietur ad eam, & ducet eam in vxorē, & affinitatem contrahet cum ea. Hoc eſt, capiet eā in vxorem tanquam cognatam ſui. Et ducet: [&] p ii eſt, poſitum. ¶7 Heb. ſtabit nomine fratris ſui. Id eſt dicetur filius mortui,& ad eum pertinebit defuncti hæreditas. Quidā pro ſtabit,vertunt, vocabitur de nomine fratris ſui: eadem ſemper ſententia, primogenitum illum cenſeri filium defuncti. ¶8 Heb. cognatam ſuam ¶9 Portam vocat curiam, in qua erant ſenatores. ¶10 Heb. nec vult affinitatē cōtrahere mecum. ¶11 Tūc accerſent ¶12 i. ſenatores & iudices. ¶13 Heb. & ſtabit & dicet, ¶14 eius de pede eius,ſpuat in faciem ei'. Chaldæ' paraphraſtes,in nares eius. ¶15 Heb. loquatúrq; & dicat, ¶16 i. familiā. Hoc eſt,ei qui noluerit ſuſcitare ſemē fratri mortuo.

¶17 ſub. à cognata ſua,ab vxore fratris ſui mortui. ¶18 Heb. vir & frater eius, ¶19 Heb. confuſiones eius. Honeſtatem ſeruari præcipit Dominus. ¶20 Tunc præcides.i. Tunc curabis manum eius reſecandam, ô iudex. ¶21 Heb lapis & lapis. vl, pondus & pondus.i. diuerſa pondera. ¶22 Heb. epha & epha.i. diuerſi modij. ¶23 Heb. caudam percuſſerit in te omnes debiles poſt te.i. percuſſerit extremum agmen in quo erant omnes debiles qui ſequebantur te. ¶24 Heb. de ſub cælo. Id eſt, de mundo, de animis hominum. Ita delebis eos vt nemo poſtea meminerit eos vixiſſe. XXVI. ¶1 vl, in caniſtro, ¶2 vl, elegerit ¶3 i. vt illic colatur,& inuocetur. ¶4 Heb. Annuntiaui. Ponitur annuntiare pro profiteri,confiteri,agnoſcere. vt 1. Corinth. 11, Annuntiate mortem Domini, pro laudare & celebrare. Præteritum eſt pro præſenti. Profiteor ¶5 iurauerat. q.d. Fateor Deum ſtetiſſe promiſſis: habito enim in terra quam promiſerat nobis. ¶6 Heb. loquēris & dices. Chaldæus paraph. reſpondebis, & dices. ſubaudi, ſacerdoti interroganti ſequentia, Quid geſtas in caniſtro? ¶7 Syrus ille penuria laborās,fuit pater meus. Alij vertunt, Syrus quæſiuit vt perſequeretur patrem meum. Verùm prior interpretatio eſt verior. q.d. Has diuitias non accepimus à parētibus, à patre noſtro Iacob,ſed à Deo noſtro. Nam pater noſter Iacob, qui habitauit in Syria, & illic laborauit penuria,ita vt Laban ſeruierit: poſtea idem in Terra-Chanáan laborās inopia deſcendit in Ægyptum tempore famis,&c. Hæc omnia eò tendunt vt oſtendat Moyſes filios Iſrael nō accepiſſe Terram ſanctam iure hæreditario,ſed dono Dei. ¶8 heb. cum hominibus paucitatis:

B Affixerúntque nos Ægyptij, & perſecuti ſunt, imponentes onera grauiſſima. Et clamauim⁹ ad Dominum Deum patrum noſtrorum, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & laborem, atque anguſtiam: Et eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atque portētis: Et introduxit ad locum iſtum, & tradidit nobis Terrā lacte & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quam Dominus dedit mihi. & dimittes eas in conſpectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, Epulaberis in omnib⁹ bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum eſt.

Primitiæ tertio quoq; anno Leuitis, pupillis, viduis & aduenis perſoluta.

C ¶Quādo compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & ſaturētur: Loquerìſque in cōſpectu Domini Dei tui, Attuli quod ſāctificatum eſt de domo mea, & dedi illud Leuitę & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ſicut iuſſiſti mihi: non præterii mandata tua, nec ſum oblitus imperij tui. Nō comedi ex eis in luctu meo, nec ſeparaui ea in qualibet immūditia, nec expēdi ex his quicquā in re funebri: obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia ſicut præcepiſti mihi.

E. 14. d.

Eſaiæ 63. d. Baruch 2. d.

¶Reſpice de ſanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Iſrael, & Terræ quā dediſti nobis, ſicut iuraſti patrib⁹ noſtris, Terræ lacte & melle manāti.

D Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atq; iudicia: vt cuſtodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

S. 7. a.

¶Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in vijs eius, vt cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. ¶Et Dominus elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: Et faciet te excelſiorē cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut locutus eſt.

¶ Et Iudæi in gloriam Dei aſſumpti i populum.

C A P. X X V I I.

Iubet Moyſes vt trāſmiſſo Iordane, filij Iſrael aliquot lapides excitent in quib⁹ deſcribatur decalogus.

Exod. 20. d. Ioſue 8. f.

PRæcepit autem Moyſes & ſeniores Iſrael populo, dicentes. Cuſtodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cùmque tranſieritis Iordanem in Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingētes lapides, & calce leuigabis eos. Vt poſſis in eis ſcribere omnia verba legis huius, Iordane tranſmiſſo, vt introeas Terrā quam Dominus Deus tuus dabit tibi, Terram lacte & melle manātē, ſicut iurauit patribus tuis. ¶Quando ergo tranſieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte

Affixerúntque nos Ægyptij, & ſubiugarūt nos, poſuerúntque ſuper nos duriſſimam ſeruitutē. Et quum clamaſſemus ad Dominum Deū patrū noſtrorū, exaudiuit Dominus vocem noſtrā, viditque afflictionem noſtram, laborem noſtrū & [9]oppreſſionem noſtram. Et eduxit nos Dominus de Ægypto robuſta manu, extentóque brachio & terrore magno, ſignis & prodigijs. Et introducens nos in locum iſtum, dedit nobis terram hāc fluentem lacte & melle. Nunc igitur [10]affero primitiuos fructus telluris, quam dediſti mihi Domine. Tu verò [11]dimiſſis illis coram Domino Deo tuo, adorabis corā Domino Deo tuo. Et [12]lætaberis in omni bono, quod dedit Dominus De⁹ tuus tibi & domui tuæ, tu & Leuita atque peregrinus qui eſt in medio tui. ¶Quúmque cōpleueris dare decimas, omnes ſcilicet decimas prouētus tui, in anno tertio, [13]qui eſt annus decimarū, [14]dabis Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, [15]vt comedāt intra portas tuas, & ſaturentur: [16]Dicéſque corā Domino Deo tuo, [17]Suſtuli ſanctū de domo, [18]dedique [19]ipſum Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, iuxta vniuerſa præcepta tua quæ præcepiſti mihi: non ſum tranſgreſſus præcepta tua, nec obliuioni tradidi. Non comedi [20]in dolore meo ex eo, nec ſuſtuli quidquam [21]ex eo in immunditiam, neque dedi ex eo quid [22]mortuis, ſed audiui vocē [23]Domini Dei mei, & [24]feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi [25]Domine. Aſpice de habitaculo [26]ſancto tuo de cælis, & benedic populū tuū Iſrael, atque terrā quā dediſti nobis, quemadmodum [27]iuraſti patribus noſtris, terrā lacte & melle manantē. Hodie Dominus Deus tuus præcipit tibi vt facias ſtatuta iſta atque iudicia, vt ſerues & facias ex [28] toto corde tuo, & tota anima tua. [29]Tu hodie feciſti dicere Dominum quòd velit eſſe Deus tuus: vtque ambules in vijs eius, [30]& obſerues ſtatuta eius, præcepta eius atq; iudicia ei⁹, audiáſque vocē eius. [31] Dominus rurſum te fecit dicere hodie, vt eſſes ei populus peculiaris, ſicut loquutus eſt tibi, [32]& cuſtodias omnia mandata eius, Et vt ponat te excelſiorem cunctis gentibus quas fecit, [33][vt ſis] in laudem, & celebre nomē, & in gloriam, & ſis populus [34]ſanctus Domino Deo tuo, ſicut loquutus eſt.

C A P. X X V I I.

PRæcepitq; Moſes & ſeniores Iſrael populo, dicētes. Cuſtodite omnia præcepta quæ ego præcipio vobis hodie. Hoc verò ſiet, quum traieceritis Iordanē, [veneritíſq;] in terrā quā Dominus Deus tu⁹ dat tibi, erige tibi lapides magnos, & [1]obduc eos calce. Scribéſq; ſup eos [2]omnia verba legis huius quādo trāſieris, [3]eo quòd veneris in terrā quā Domin⁹ Deus tuus dat tibi, terrā fluentē lacte & melle, ſicut loquutus eſt Domin⁹ Deus patrū tuorū [4]tibi. Quādo itaque Iordanē traieceritis, erigetis lapides iſtos, quos ego hodie vobis [5]præcipio, [6]in

¶9. i. q nimium vrgerēt nos Ægyptij. ¶10 q. d. in memoriā tanti beneficij offero tibi primitias. ¶11 relicto eo. ſub. calatho. ¶12. i. frui poteris reliquis aliis quæ non obtuleris. ¶13. i. in quo decimæ dari debēt pauperib⁹. Singulis enim ānis decimæ Leuitis tantum: at tertio quoq; anno pauperibus dabantur & Leuitis. ¶14 Heb. & dederis ¶15 & comederint intra portas tuas, & ſaturati fuerint: Intra portas tuas. i. in vrbib⁹ tuis quas inhabitas: in aliqua vrbium tuarū. ¶16 Tunc dices. Agendo ſcilicet gratias, ingenue fateberis. Sic dices, Gratias ago Deo, quòd perſoluerim decimam &c. ¶17 Extuli rem ſacram è domo . i. decimam: pſam quæ Deo ſacrata eſt i'ay mis hors de ma maiſon. ¶18 Hebr. & etiā dedi ¶19. i. rē ipſam ſacrā, nēpe decimam. ¶20 i luctu meo . i. in calamitate mea. Vel, in paupertate mea, ſiue egeſtate preſſus non comedi aliquid ex ipſis decimis. ¶21 vel, ex ea pro re immūda. i. vt inſumerem in rem immundam & prophanam. Nihil enim ex decimis in re prophana expendi debebat, quòd Deo ſacræ eſſent. ¶22. i. in exequiis, curādo funeri, & parentādo. ¶23 Antecedēs pro relatiuo: Latine diceretur, audiēs fui voci tuæ. ¶24. i. impleui præceptum de decimis perſoluendis. ¶25 Quidā codices Hebræi non legunt Domine. ¶26 Hebr. ſanctitatis tuæ. de cælo ipſo. Hic declarat quid vocet habitaculum Dei ſanctum: nempe cælum. ¶27. i. pollicitus fueras adhibito iuramento. ¶28. i. ſponte, libenter, & ex animo. ¶29 Vel potius, Tu hodie extuliſti [vel, exaltaſti] Dominum vt ſit tibi Deus. i. magnificaſti hodie Dominum, ſeruando præcepta eius: ipſe quoque te exaltauit, vt ſit tibi Deus. Quidam [hodie] intelligunt pro eo die quo Dominus ſe populo, & populus ſe Deo obſtrinxit & addixit, Exod. 19, & 20: & ſic legunt, Tu eodem die addixiſti te Domino Deo tuo, vt eſſet Deus tuus: rurſus Deus addixit ſe tibi eodem die vt tu ſis ei populus peculiaris. Senſus in idem recidit. Deus enim addixit ſe nobis fœdere perpetuo ſe fore Deum nobis: nos addiximus ei noſipſos, quū promiſimus fore nos populū ſuū. aut contrà, nos petimus vt ſit Deus noſter, ipſe petit vt ſimus populus eius: omnia tamen ex ipſo ſunt, ipſo dicente & efficiente omnia ſiūt, ex amore ſcilicet eius erga nos. ¶30 Hoc loco & T, pro Id eſt poſitum eſt: declarat enim quod dixerat, ambulare in viis eius: nempe cuſtodire ſtatuta eius & mandata &c. ¶31 vel potius, Etiam Dominus exaltauit te. Vel, Propterea Dominus &c. ¶32 & vt cuſtodias. Extulit inquam te, vt etiam cuſtodias. ¶33 . i. fecit te ſuperiorē in laudem ſuam, hoc eſt, vt propterea laudetur. &c. ¶34. i. dicatus. XXVII. ¶1 vel, lini. i. dealba eos. ¶2 . i. decalogum. ¶3 vt intres. vel, vt penetrare poſſis ¶4 . i. in gratiam tui, ſiue pro te. ¶5 Sub. erigendos.

¶9 vl, perfectis .i. nō ſectis. Gallice, Toutes étieres, nō taillees. ¶7 agendo ſcilicet gratias de beneficijs acceptis. ¶8 Hebr. explicando bene. Vel, litera bene picta, & ad vnguem ficta, litera legibili. ¶9 Verti poteſt, Iſtæ tribus ſtabunt ſuper mō tem Garizim, vt populo audiente recitentur benedictiones. Aut, Iſtę tribus ſtabant in mōte Garizim ad audiendam benedictionē. Lege Numerorū cap. 17 & 18. ¶10 Ioſeph ponitur pro duabus tribubus, Ephraim & Manaſſe. ¶11 propter maledictionem.i.ad maledictionem audiēdam. Vel, vt illis audientib⁹ recitentur maledictiones.

¶12 Heb. loquentur & dicēt &c. Iſti erāt in valle, i medio duorum iſtorū mōtium omnis autem populus,& omnes maiores natu, duces quoque ac iudices ſtabant ex vtraque parte arcæ in conſpectu ſacerdotū. Ioſue 8. Aut hîc intelligēdæ ſunt tredecim trib⁹: aut

mōte Ebal, & obduceris eos calce. Aedificabis quoque ibi arā Domino Deo tuo, aram inquā de lapidibus, ſup quos ferrū nō leuabis, De lapidib⁹ [9]integris ædificabis arā Domini Dei tui, & ſacrificabis ſuper eā holocauſtū Domino Deo tuo. Sacrificabis quoq; pacifica ſacrificia, & comedes ibi, [7]lætaberiſq; coram Domino Deo tuo. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius, [8]idq; luculēter & clare. ¶Loquutúſq; eſt Moſes & ſacerdotes Leuitici generis ad vniuerſum Iſraelē in hūc modū, Iſrael auſculta & audi, Hodie factus es popul⁹ Domini Dei tui: audies igitur vocē Domini Dei tui, & facies præcepta eius, atque ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie. Præcepitque Moſes populo, illo die, dicens, [9]Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim cum trāſieritis Iordanē, Simeō, Leui, Iehuda, Iſaſchar, [10]Ioſeph & Beniamin. Et iſti ſtabunt [11]ad execrandum in mōte Ebal, Rubē, Gad, Aſer, Zebulon, Dan & Naphtali. Leuitæ quoque [12]conceptis verbis dicent ad cunctos Iſraelitas ſublata voce, [13]Execratus vir ille quicunque fecerit ſculptile aut fuſile ſimulachrum, [14]abominationem Domini, opus manuū artificis, poſueritque illud [15]in abſcondito. & reſpondebūt vniuerſi de populo, & dicent, [16]Amē. Execratus eſt qui [17]maledicit patri ſuo aut matri ſuæ. & dicet omnis populus, Amē. Execratus qui [18]mouet limitem proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. Execratus qui cæcū errare aut impingere facit in itinere. & dicet vniuerſus populus, Amen. Execratus [19]qui declinare facit iudiciū peregrini, pupilli & viduę. & dicet vniuerſus populus, Amen. Execratus qui [20]dormit cum vxore patris ſui: quoniam [21]retegit alam patris ſui. & dicet omnis populus, Amen. Execratus qui cubat cū vllo iumēto. & dicet omnis populus, Amē. Execratus qui côcumbit cū ſorore ſua, [22]filia patris ſui, aut filia matris ſuæ. & dicet vniuerſus populus, Amen. Execratus qui dormit cū ſocru ſua. & dicet vniuerſus populus, Amē. Execratus qui proximū ſuū clàm percutit. & dicet omnis populus, Amen. Execratus qui accipit munus vt percutiat [23]animā ſanguinis innocentis. & dicet vniuerſus populus, Amen. Execratus [24]qui nō perfecte præſtat verba huius legis vt faciat ea. & dicet vniuerſus populus, Amen.

CAP. XXVIII.

SI diligenter audieris vocem Domini Dei tui, [1]& cuſtodieris feceriſque omnia præcepta mea quæ ego pręcipio tibi hodie, ponet te Dominus Deus tuus [2]excelſiorem cunctis nationibus terræ. Veniēntque ſuper te omnes [3]benedictiones iſtæ, & apprehendent te, ſi tamen audieris vocem Domini Dei tui. [4]Fauſtus eris in vrbe, fauſtus in agro. [5]Fauſtus fructus ventris tui, fructus telluris tuæ, atque fœtus iumentorum tuorum, fœtus boum tuorū, & gregum ouiū tuarū. [6]Fau-

Hebal, & leuigabis eos calce. Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, Et de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo, Et immolabis hoſtias pacificas, comedeſque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. ¶Dixerúntque Moyſes & ſacerdotes Leuitici generis ad omnem Iſraelem, Attende, & audi Iſrael, Hodie factus es populus Domini Dei tui. audies vocem eius, & facies mandata atque iuſtitias quas ego præcipio tibi*. Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicēs, Hi ſtabunt ad benedicendum *Domino ſuper montem Garizim, Iordane tranſmiſſo Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Ioſeph, & Beniamin. Et eregione iſti ſtabūt ad maledicēdum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan, & Nephthali. ¶Et pronuntiabūt Leuitæ, dicéntque ad omnes viros Iſrael excelſa voce, Maledictus homo qui *facit ſculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponétque illud in abſcondito. & reſpōdebit omnis populus, & dicet, Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrē*. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amē. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum omni iumēto. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cū ſorore ſua filia patris ſui, vel matris ſuæ. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cū ſocru ſua. & dicet omnis populus, Amē. Maledictus qui clàm percuſſerit proximum ſuum. & dicet omnis populus, Amē. Maledictus qui dormit cum vxore proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen. ¶Maledictus qui nō permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

CAP. XXVIII.

SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata ei⁹ quæ ego præcipio tibi hodie: faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra. Veniéntque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamen præcepta eius audieris, Benedictus tu in ciuitate, & benedict⁹ in agro. Benedict⁹ fructus vētris tui, & fruct⁹ terræ tuæ, fructúſq; iumētorū tuorū, greges armētorū tuorū, & caulæ ouiū tuarū. Benedi

B

¶* hodie

Benedictiōes in Garizim. Maledictiōes in Hebal.

¶* populo

C

Dani.9.c.

¶* faciet

¶* ſuam

D

Galat.3.b.

Succeſſus eorum qui mādata Dei ſeruauerint.

duæ in vnā coaleſcunt, vt Nume.17. ¶13 vl, Maledictus. Aut, Infauſtus. Infœlix. Nam verba Hebræa A R V A & B A R V C H, opponuntur: alterum infauſtum ſignificat & infœlicem: alterum fauſtum & fœlicem. ¶14.i. quod deteſtatur Dominus. ¶15 vl, in loco remoto. Vt ſcilicet ſecretò colat illud, & non publicè. ¶16.i. Veritas ſit hoc. Verum ſit illud quod dicit, Maledictus ſit qui colit deos alienos. Concedentis vel optantis eſt particula. ¶17 ſpernit. Vel, ignominia afficit ¶18 vl, tranſfert ¶19.i. qui peruerſe & inique pronūtiat aduerſus aduenam, &c. ¶20 vl, rem habet cum nouerca ſua: ¶21 diſcooperit angulum pallij patris ſui.i. operimentum quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat pudēda nouercæ. ¶22.i. ſiue ea ſit ſoror ex parte patris, ſiue ex parte matris. ¶23[plaga] animæ, ſanguinem innocentem.i. plaga lethali hominem innocentem. Sanguinem pro homine ponit. ¶24 qui non confirmauerit[vel, qui non oſtenderit ſe rata habere] verba legis huius faciendo illa. XXVIII. ¶1 ita vt cuſtodias & facias.i. ſolicite faciendo. ¶2 vl, ſuperiorem ¶3 Benedictio pro omni fœlicitate & proſperitate ponitur in corpore, animo, fortunis. ¶4 Benedictus. Id eſt, Abundabis omnibus rebus neceſſarijs, ſiue vrbem incolas, ſiue agrum. Aut, Fœlix eris, ſiue res vrbanas tractes, ſiue ruſticas. ¶5 Hoc eſt, Abundabis liberis, & terra gignet tibi copioſum fructum, abundabis iumentis, armento, & grege. ¶6 vl, Benedictum caniſtrum tuum, & benedicta arca panaria tua.i. Calathi tui in quibus reponere ſoles fructus arborum, nunquam erunt vacui, & ſemper erit panis in ciſta tua panaria.

¶ᵃ conſurgūt

cta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos qui ᵃconſurgent' aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per ſeptem fugiēt à facie tua. Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum: benedicētque tibi in terra quam acceperis. Suſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebūt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, &
B fructu iumentorum tuorum, fructu Terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimū, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo: benedicétque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. Cōſtituet te Dominus ᵇDeᵘ tuus' in caput, & non in caudam: & eris ſemper ſuprà, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris & feceris, Ac non declinaueris ab eis nec ad dextram nec ad ſiniſtram, nec ſecutᵘ fueris deos alienos, neque colueris eos. ¶Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mādata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia
C opera tua quæ tu facies, donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. Adiungat tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de Terra ad quam ᶜingredieris' poſſidendam. Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aere corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas. Sit cælum quod ſupra te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris. Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: ᵈ& per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ. Sit-

Calamitates corū qui Dei mandata nō ſeruauerint. leuit. 26.b. thre. 2.f. malac. 2.a. baruch 2.d.

¶ᶜ ingrederis: præſ. tēp.

ſta ſporta tua, atque reliquiæ tuæ. [7]Fauſtus eris quum ingredieris, fauſtus quum exieris.' Efficiet Dominus vt hoſtes tui qui aduerſum te inſurgunt, ante te [8]corruant.' per iter vnum egredientur aduerſum te, & per [9]ſeptem' vias fugient ante faciem tuam. [10]Mandabit' Dominus vt ſuper te [veniat] benedictio in promptuaria tua, atque in omnia ad quæ admolitus fueris manum tuam, fortunabitque te in terra quam [11]Dominus Deus tuus' dat tibi. [12]Eriget te Dominus ſibi in populum ſanctum,' ſicut iurauit tibi, ſi tamen mandata Dei tui cuſtodieris, & in vijs eius inceſſeris. Tū demum omnes populi terræ [13]videbunt quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te,' & timebūt ſibi à te. Dominus quoq; te [14]reliquum faciet, idque bono [tuo] in [15]fructu ventris tui,' in fœtu iumentorum tuorum, & in prouentu telluris tuæ, in terra quam iurauit Dominus patribus tuis, ſe daturum [eam] tibi. Aperiet tibi Dominus theſaurum ſuum bonum, nempe cælum, [16]vt det' pluuiam terræ tuæ ſuo tēpore, & [17]vt benedicat' vniuerſo operi manus tuæ, vt poſſis mutuo dare gētibus multis, tu verò nihil mutuo accipias. [18]Ponet quoque te Dominus in caput, & non in caudam, [19]eriſque duntaxat ſupra, neque vnquam eris infra:' ſi modo audieris pręcepta Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, vt cuſtodias & facias. [20]Ne deflectas' à cunctis ſermonibus quos ego præcipio vobis hodie, neque ad dextram neque ad ſiniſtram, vt eas poſt deos alios, & eos colas. ¶Quòd [21]ſi vocem Domini Dei tui non audieris, [22]vt cuſtodias & facias' cuncta præcepta eius & ſtatuta eius quæ ego tibi præcipio hodie, venient ſuper te omnes execrationes iſtæ, & apprehendent te. [23]Execratus eris tu in vrbe, execratus in agro. [24]Execrata erit ſporta tua, & reliquiæ tuæ. [25]Execratus fructus ventris tui, & fructus telluris tuæ, fœtus boum tuorum, & greges ouium tuarum. [26]Execratus in introitu tuo, execratus in exitu tuo.' Mittet Dominus in te [27]egeſtatem, cōturbationem & increpationem,' in omnia [28]quæ inſtitueris & quæ feceris, [29]donec deleat te, & perdat te' ſubitò, propter malitiam ſtudiorum tuorum, quibus me deſeruiſti. [30]Adhæreſcere faciet' tibi Dominus peſtem, donec conſumat te de ſuperficie terræ, in quam tu venis vt eā poſſideas. Percutiet te Dominus [31]tumore, ardore, inflammatione, æſtu conſumente, ſiccitate, robigine, aurigine,' & inſequentur te donec pereas. Erunt tibi cæli ſuper caput tuū [32]ærei,' & tellus quæ ſub te eſt ferrea. Dabit Dominus terræ tuæ pro pluuia [33]arenam & puluerem, de cælis' deſcendet ſuper te donec fueris deletus. Dabit quoque te Dominus [34]proſtratum' ante hoſtes tuos: ad quos vno itinere egredieris, & per ſeptem itinera coram eis fugies, eriſque [35]vt caput [ſuper te] commoueant omnia regna terræ.' Erit præ-

¶7 Hoc eſt, Ingreſſus tuus in locum aliquē, & egreſſus ex loco aliquo, erit fœlix. ¶8 percutiantur. i. permittet vt cædas eos. ¶9 Numerᵘ certus pro incerto. ¶10 vl. Præcipiet. i. Dominᵘ vt tibi, ita & cellarijs tuis benedicet, & omnibus rebus quibus admoueris manum. ¶11 .i. ipſe. Antecedens pro relatiuo. ¶12 .i. Faciet vt ſis ei populus ſanctus. Hæc eſt ſpiritualis benedictio ac promiſſio. ¶13 .i. intelligēt te vocari de nomine Dei, vel te vocari populū Dei, & eſſe. ¶14 abundare faciet in bonū [.i. fœliciter] fructu ¶15 .i. liberis. ¶16 dando ¶17 benedicendo ¶18 Hebraiſmus, pro, Faciet te Dominus primum, & nō vltimū. primū omniū populorū, & nō abiectiſſimum. ¶19 vl. eris tātummodo in ſummo, & nō in imo. i. ſuperior ſemper eris, & non inferior. ¶20 Et ne declines ¶21 .i. ſi te eſſeris à cultu veri Dei, colendo idola. ¶22 vl. cuſtodiendo & faciendo. Aut, ita vt cuſtodias & facias. ſiue, ita vt ſollicite facias ¶23 .i. Infœlix eris in rebus vrbanis gerendis & in rebus ruſticis. ¶24 Maledictus calathus tuus, & ciſta panaria tua. i. Calathus tuus & arca panaria tua in qua fuit aut ſeruatur panis, erunt vacua. q.d. Tu premēris fame. ¶25 Hoc eſt, Peribunt liberi tui, citò putreſcēt fruges tuæ, vituli tui ſtatim morientur, & fœtus pecorū peribūt. ¶26 .i. Infœlix eris, ſiue aliquò proficiſcaris, ſiue domum reuertaris. ¶27 maledictionem & confractionem, & correptionem. Vel, penuriam & confractionem, & internecionem. Vox Hebræa, pro qua vertimus cōfractionem, ſignificat ſtrepitum terribilem, in quo omnia turbatione ſunt plena. ¶28 ad quæ miſeris manū tuam. ſub. vt ea facias. ¶29 vl. ita vt perdaris & pereas ¶30 vl. Adhærere faciet. q.d. Dominus mittet tibi peſtem quæ tenaciſſime adhærebit tibi, ita vt ſeparari non poſſit. ¶31 macie: vl. phthiſi: & febri, & ardore, & æſtu, & gladio, & robigine, & aurigine, &c. Poſuit febrē & ardorem & æſtum pro febri ardentiſſima & æſtuante. Gladius, bellum ſignificat. Robigo, morbus ſegetum qui oritur vento Orientali ingrediente ſpicas, adeò vt ad maturitatem peruenire nequeāt. Aurigo, Gallice, Iaulniſſe. ¶32 Vocat cælum æneum, quod non pluit: & terram ferream, quæ arari non poteſt. q.d. Nulla aqua molliet & macerabit terram vt aretur. erit inarabilis. ¶33 puluerem: & cinis ſulphureus de cælis &c. i. Loco pluuiæ cadet puluis. q.d. Tanta erit caliditas, vt vice imbris deſcendat è cælo puluis. Vis venti excitabit puluerem, qui poſtea vice imbris decidet. ¶34 cæſum. i. Permittet Dominus vt inimici te cædant, ad quos vnica via egrediebaris vt confereres cum eis manus: fugies autem coram eis per multas vias. ¶35 in terrorē [vl, commotionem] omnibus regnis terræ. i. audita calamitate tua, contremiſcent regna terræ.

¶36 Heb. terrẽs. .i. qui terrendo abigat.
¶37 .i. hulcere quo percuſſit Ægyptios quã do noluerunt permittere egredi Iſraelem.
¶38 & infirmitatibus ani: & ſcabie & prurigine. Scabiẽ ſiccã vocat De la gratelle. Pruriginem intelligit impetiginẽ quæ coniuncta eſt pruritui. Per morbos ani, intellige hæmorrhoides, & mariſcas, & reliquos morbos ani.
¶39 cæcitate, ac ſtupore cordis. Cæcitatẽ mentis intelligit. Stuporem cordis, quũ homo tot⁹ attonitus redditur.
¶40 Intelligiẽ de palpatione animi. q.d. cæcuties in te tã clara, quàm eſt lux Meridiana. .i. eris omniũ excæcatiſſim⁹.
¶41 Heb. neque ſecundabis vias tuas:. i. nõ poteris efficere vt proſperẽtur viæ tuæ. q.d. omnia infœliciter tibi ſuccedent.
¶42 Eris etiam tantũmodo oppreſſus & ſpoliatus omni tempore, &c. i. nihil aliud quàm opprimẽris, & ſpoliaberis toto vitæ tempore, nec erit qui ſuppetias tibi ferat. Verti poſſet, Certe etiam opprimẽris &c.

terra cadauer tuum cibus omni volucri cæli & beſtiæ terræ, nec erit[36] qui abſterreat.' Percutiet quoque te Dominus [37] vlcere Ægyptiaco, [38] ficu, ſcabie fluida, & ſcabie ſicca,' ita vt ſanari non poſſis. Percutiet te Dominus amentia, [39] cæcitate & ſubita conturbatione cordis.' Et eris [40] palpans' in meridie, quemadmodum palpat cæcus in tenebris,[41] neque proſper eris in vijs tuis:[42] Et omnino talis eris, qui vim & iniuriam patiatur, quique diripiatur, idque cunctis diebus,' nec erit qui eripere poſſit. [43] Vxorem ſtibi] deſpõſabis,' & alius cũ ea concũbet: domum extrues, & nõ habitabis in ea: vineã quoq; plãtabis, &[44] non prophanabis eã. 'Bos tuus mactabitur ſpectãtib⁹ id oculis tuis, & tu nõ comedes ex eo: aſinus tuus rapietur à cõſpectu tuo, nec reuertetur ad te: oues tuæ tradẽtur hoſtibus tuis,[45] nec erit qui tibi auxilium ferat.' Filij tui & filiæ tuæ tradẽtur populo alij, & oculi tui ſpectãtes hoc tabeſcent[46] ſuper his' tota die,[47] nec erit tãtum viriũ vt ſis ferendo.' Fructũ terræ tuæ, & vniuerſum laborẽ tuũ comedet populus quẽ tu non nouiſti, [48] eriſque omnino talis qui vim & iniuriam patiatur, ac cõquaſſetur' omnibus diebus. [49] Veſanus quoque eris propter ea quę oculis tuis videre cogẽris. 'Percutiet te Dominus vlcere noxio in genubus & crurib⁹, quod curari haudquaquam poterit, à planta pedis tui vſque in verticem tuũ. Ducet te Dominus regẽmque tuũ, quẽ conſtitues ſuper te, ad gentem, quã nec tu nouiſti, nec patres tui: &[50] ſeruies illic dijs alijs, nempe lapidi & ligno.' Eriſque[51] vt à te ſtupeant, te exemplo vtantur, de te linguam acuant omnes populi ad quos te Domin⁹[52] duxerit.' Multũ ſeminis[53] proferes in agrũ,' parũ colliges: quia vaſtabit illud locuſta. Vineas plantabis & coles, ſed vinũ non bibes neque colliges, eo quòd vermis ſit illud abſumpturus. Oleæ erũt tibi per cũctos fines tuos, & tamen non vnges te oleo, quia [54] excutietur olea tua.' Filios & filias generabis, & nullos habebis, quia abibũt in captiuitatẽ. Omnes arbores tuas, & fruct⁹ terræ tuæ perdet[55] ærugo.' Peregrinus qui tecum habitat, [56] aſcendet, & te ſublimior erit, & tu longe infra deſidebis.[57] Ipſe tibi mutuo dabit,' & tu illi nihil dabis mutuo:[58] ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.' Venient denique in te omnes execrationes iſtæ, quæ & inſequentur te, & apprehendent te, donec conſumaris, eo quòd non audiuiſti vocem Domini Dei tui, vt cuſtodires præcepta eius atque ſtatuta eius quæ præcepit tibi. [59] Erunt in ſignũ & in portentum in te' & in ſemine tuo perpetuò, eo quòd non ſeruieris Domino Deo tuo in lætitia &[60] bonitate' cordis tui,[61] quum tamen tibi omnia affluerẽt.' Seruies igitur hoſti tuo quẽ immittet Dominus tibi, in fame, ſiti, nuditate, & omnium rerum penuria: & ponet iugum ferreum ſuper collum tuum, donec te deleat. Excitabit

que cadauer tuum in eſcam cunctis volatilibus cæli & beſtijs terræ, & non ſit qui abigat. Percutiat te Dominus hulcere Ægypti, & partem corporis per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis. Et palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & nõ dirigas vias tuas. Omnique tempore calũniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorẽ accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea: plantes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo: aſinus tuus rapiatur in cõſpectu tuo, & non reddatur tibi: oues tuæ dẽtur D
inimicis tuis, & non ſit qui te adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ tradãtur alteri populo, vidẽtib⁹ oculis tuis, & deficientibus ad cõſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo in manu tua. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cũctis diebus, & ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui. Percutiat te Dominus hulcere peſſimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſſis à plãta pedis vſque ad
verticem tuum. ¶ Ducẽtque te Dominus, & regem ¶ Ducet
quem conſtitues ſuper te, in gentem quam ignoras tu & patres tui: & ſeruies ibi dijs alienis, ligno & lapidi. Et eris perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxe
rit Dominus. ¶ Sementem multam facies in ter- Mich. 6. d. ag
ram, & modicum congregabis: quia locuſtæ de- gæi 1. b.
uorabunt omnia. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vaſtabitur vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & nõ vngẽris oleo: quia defluent & deperibunt. Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatẽ. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ ru-
bigo conſumet. Aduena qui tecum verſatur in E
Terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior. Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei: ipſe erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius & ceremonias quas præcepit tibi. Et erũt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo vſque in ſempiternũ: eo
quòd non ſeruieris Domino Deo tuo in gaudio, Seruire Deo
cordiſq; lætitia, propter rerũ omniũ abũdãtiã. Ser in gaudio.
uies inimico tuo quẽ immittet tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugũ ferreũ ſuper ceruicẽ tuã, donec te cõterat.

¶43 vl, Vxori dabis fidem futuri matrimonij. ¶44 Hebraice legitur ad verbum, tu non deuirginabis eam. i. primus non vindemiabis eam. ¶45 nec erit tibi ſeruator. i. non erit qui illas eripiat è manibus inimicorum, & reducat ad te. ¶46 propter illos. i. oculi tui conſumentur, circunſpiciendo quotidie an reuertantur. ¶47 Heb. & non erit fortitudo in manu tua. i. non poteris liberare filios tuos è manu illius gentis. ¶48 Heb. & eris tantũmodo oppreſſus & confractus. i. nihil aliud quàm opprimẽris, ſiue perpetuò opprimẽris. ¶49 vl, Corripiẽris quoque inſania ob viſionem oculorũ tuorum quã videbis.
¶50 Chaldæus paraphraſtes vertit, ſeruies hominibus colentibus deos alienos, hoc eſt deos ligneos ac lapideos.
¶51 Heb. in ſtuporem, & parabolam, & in fabulam omnibus populis. i. Audita calamitate tua obſtupeſcent omnes populi externi, omnes alios infœlices comparabunt tibi, tuam calamitatem aſſidue in ore habebunt. ¶52 abduxeris. .i. ad quos authore & duce Domino commigrabis. ¶53 ſub. ex horreis tuis, quod curabis deferri in agrum. ¶54 defluet oliua tua. Vl, decidet. ſub. ex arbore, prius quàm colligatur, & ad maturitatẽ perueniat. ¶55 locuſta. Vl, exercitus hoſtium. Vox Hebræa proprie ſpeciem locuſtæ ſignificat. ¶56 Heb. aſcendet ſuper te ſurſum ſurſum, tu autẽ deſcendes deorſum deorſum. Hebraiſmus eſt, pro, multis modis, aut longe erit ſuperior te, tu autem eris eo longe inferior. ¶57. i. Erit longe ditior te, ita vt poſſit tibi mutuo dare pecuniam. ¶58. i. euadet primus, tenebit primas: tu autem eris infimus, & ſortis poſtremæ. ¶59. i. Erunt in te vice prodigiorum. q.d. Hæc nota & infamia durabit perpetuò. ¶60 vl, hilaritate ¶61 præ abundantia omnium rerum.

Adducet Dominus ſuper te gentē de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudiné aquilæ volantis cum impetu: cuius linguam intelligere non poſſis, Gentem procaciſſimam, quæ nō deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, Et deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges Terræ tuæ donec intereas: & non relinquat tibi triticum, vinū & oleum, armēta boum & greges ouium: donec te diſperdat, Et conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes, in quib⁹ habebas fiduciā in omni Terra tua. Obſideberis intra portas tuas in omni Ter-
F ra tua quam dabit tibi Dominus Deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus. Homo delicatus in te, & luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo, & vxori quæ cubat in ſinu ſuo, Ne det eis de carnibus filiorū ſuorum quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata quæ ſuper terram ingredi nō valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiā, inuidebit viro ſuo qui cubat in ſinu eius, ſuper filij & filiæ carnib⁹, Et illuuie ſecundinarum quæ egrediūtur de medio feminum eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt. comedent enim eos clàm propter rerum omnium penuriam, in obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. ¶ Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba legis huius quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomē eius glorioſum & terribile, hoc eſt Dominū Deū tuū: Augebit Domin⁹ plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerātes, īfirmitates peſſimas & perpetuas. Et cōuertet
G in te omnes afflictiones AEgypti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi. Inſuper & vniuerſos languores, & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus ſuper te, donec te cōterat. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cæli præ multitudine: quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui. Et ſicut antè lætatus eſt Dominus ſuper vos, bene vobis faciēs, vôſque multiplicans: ſic lætabitur diſperdēs vos atque ſubuertēs, vt auferamini de Terra ad quā ingredieris poſſidendam. Diſperget te Dominus in omnes populos à ſūmitate terræ vſque ad terminos eius: & ſeruies ibi dijs alienis quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. In gētibus quoque illis nō quieſces, neq; erit requies veſtigio pedis tui: dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidū, & deficiētes oculos, & animā cōſumptam

contra te Dominum gentem è longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit[61] vt aquila,' gentē cuius linguam tu non capies, Gentem[62] impudentem facie,' quæ faciem ſenis non reuerebitur, nec miſerebitur adoleſcentis. Hæc comedet fœtū iumentorum tuorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat,[64] vt nihil reliquum faciat tibi, neque frumenti, neque vini,' neque olei, neque fœtus boum tuorum, neque gregis ouium tuarum, donec te perdat. Et[65] premet' te in omnibus[66] portis' tuis, donec deiecerit muros tuos ſublimes, & munitiones in quas tu per totam terram tuā fiduciam collocas.[67] & premet te in omnibus vrbibus tuis' per vniuerſam terram tuam, quam dedit tibi Dominus Deus tuus. Et in hac obſidione &[68] afflictione,' quibus te affliget hoſtis tuus[69] comedes fructum vētris tui,' carnem filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quos dedit tibi Dominus Deus tuus, [70] Oculus viri teneri & valde deliécatuli qui in te eſt, inuidebit fratri ſuo, atque vxori gremij ſui, & his qui ex filijs eius reliqui ſunt, Ne ſcilicet det' alicui eorum de carnibus filiorum ſuorum quos comedet, quandoquidē ex omnibus [71] ſibi nihil aliud reliquum eſt' in obſidione & afflictione, quib⁹ te affliget hoſtis tuus in cunctis vrbibus tuis.' [Mulier] quoq;[72] tenera & delicatula, quæ in te eſt,[73] quæ præ delicijs & teneritudine nunquam tentauit plātam pedis ſui ſuper terram collocare,[74] inuidebit oculo ſuo viro gremij ſui, filio ſuo & filiæ ſuæ, Fœlicitati quoque ſuæ recens à ſe editæ, & filijs ſuis quos gignet: quoniam comedet eos in ſecreto, quum iā omnia deſunt, in obſidione & afflictione, quibus te affliget hoſtis tuus in portis tuis. ¶ Si non ſeruaueris[75] vt facias' omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in libro iſto, & non[76] timueris' nomē hoc glorioſum & tremendum, [hoc eſt] Dominū Deum tuum,[77] Noua quædam, rara & magna atque durabilia verbera, tum etiā infirmitates malas & durabiles, infliget Dominus tibi & ſemini tuo.' Reducetq; in te omnem morbum AEgypti, à quibus tu metuiſti, & adhæreſcent tibi. Omnē quoque languorem, & omnes afflictiones quæ nō ſunt ſcriptæ in libro legis huius, adducet Dominus ſup te, donec te deleat. Et pauci numero [ex vobis] reliqui erūt, quū eſſetis antea multi vt ſtellæ cæli, quòd nō audiuiſti vocē Domini Dei tui. Fietque, vt ſicut Dominus lætatus eſt[78] de vobis vt vobis benefaceret, & vos multiplicaret: ſic lætabitur Dominus de vobis vt perdat vos, & vt deleat vos, atque euellemini' à ſuperficie terræ in quam tu venis vt eam poſſideas. Diſijciet quoque te Dominus in omnes populos,[79] à fine terræ vſque ad finem terræ:' ibi ſeruies dijs alijs, quos neque tu, neque patres tui nouerunt,[80] ligno nempe & lapidi.' Et apud gentes huiuſmodi requiem non inuenies, neque erit[81] quò plantam pedis tui colloces,' & dabit tibi Dominus cor[82] palpitans,[83] conſumptionem oculorum,' & mœrorem animi.

¶ 61 Heb. quemadmodum volare ſolet aquila. .i. celerrime & citiſſime. ¶ 62 Hebr. fortē facie. i. barbarā & inhumanam, frontiſque perfrictæ. ¶ 64 ſ. gentem inquā] quæ non relinquet triticum, muſtū, &c. ¶ 65 obſidebit ¶ 66 Portæ pro vrbibus. ¶ 67 cinget inquā te obſidione in omnibus vrbibus tuis ¶ 68 vl. anguſtia. Vel, tempore obſidionis & anguſtiæ qua āget te inimic⁹ tuus, ¶ 69 ſub. antequā vrbes expugnentur. Fruct⁹ vteri vocat filios & filias: vt ſtatim dicit. ¶ 70 Viri mollis in te, & delicati plurimum oculus erit nequam in fratrem ſuum, & in vxorē gremij ſui, & in reliquias filiorū ſuorum qui ſuperfuerint, Ne det &c. i. Molliſſimus & delicatiſſimus quiſq;, qui niſi lectiſſimis & delicatiſſimis cibis veſcitur. Inuidebit fratri ſuo & vxori ſuæ quæ dormit in ſinu ſuo, & reliquis ſuis liberis, ita vt illos non faciat participes carnium filiorum ſuorum quibus veſcitur. Malignum & nequam eſſe oculum alicuius, eſt illum illiberalem eſſe, tenacē & inuidū. ¶ 71 nihil ſibi reliquerit. i. eo quòd omnia abſumpſerit, premente obſidione & anguſtia. Verti poteſt, eo quòd nihil aliud ipſi reliquerit. ſub. hoſtis. ¶ 72 vl. molliſſima & delicatiſſima apud te, ¶ 73. i. quæ præ mollitie vix antea terram attingebat pedibus ſuis, ne impingeret. ¶ 74 malignum habebit oculum in virum [ſuum qui dormit in] ſinu eius, & in filium ſuum, atque in filiam ſuam, Et in ſecūdinas quæ egrediūtur è pedibus eius, & in filios ſuos quos peperit quia deuorabit eos in penuria omnium rerum, clàm, in obſidione & anguſtia qua premet te inimicus tuus in vrbibus tuis. i. erit illiberalis & tenax erga maritum. Illa enim ſeruabit ſibi carnes filiorum ſuorum interfectorū, neque illarum faciet participem maritum ſuum, filios & filias, ſiue paruuli fuerint illi, ſiue natu grandiores. Per ſecundinas figurate intelligit paruulos āniculos, bimos, aut trimos. Filios autē quos peperit, itelligit grādiores & adultos. Quod verò ait, E pedibus eius, eſt Hebraiſm⁹: pro, E medio femorū. ¶ 75 faciendo ¶ 76 timēdo ¶ 77 Heb. Mirificabit [. i. Mirabiles efficiet. & augebit] Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas inquā magnas & fixas. [vl, perſeuerātes] & īfirmitates peſſimas & perpetuas. ¶ 78 ꝓpter vos, benefaciēdo vobis, & augēdo vos: ſic lætabitur Domin⁹ ſup vos perdēdo vos, & delendo vos. & extirpabimini ¶ 79. i. ab vno angulo terræ vſque ad alterum angulū. Vel, ab vna extremitate, vſque ad alteram extremitatem terræ. ¶ 80. i. dijs ligneis & lapideis. ¶ 81 quies plantæ pedum tuorū. ¶ 82 vl, pauidum. ¶ 83 & defectum oculorum. i. ſpem & expectationem vanam: vt non poſſis cernere & vitare mala.

¶34 Hebr. nec credes [vel, fides] in vita tua. i. deſperabis de vita. ¶35. i. Vtinã eſſet veſpera. Hebraiſmus. ¶36 vel, præ pauore cordis tui quo pauebis: & præ viſiõe oculorũ quã videbis. i. ob viſionẽ quam videbunt oculi tui. ¶37 He. & quæretis vẽdere ibi inimicis tuis. i. dabitis operã vt vẽdamini hoſtibꝰ veſtris. putabitis rectè agi vobiſcũ, ſi vẽdamini hoſtibꝰ veſtris.

Et pẽdebit vita tua ante te, pauebis nocte & interdiu,[34] nec fidere poteris vitæ tuæ. Mane dices,[35] Quis dabit veſperum? veſperi dices, Quis dabit mane?[36] propter pauorẽ cordis tui, quo pauebis, & propter viſum oculorũ quod videbis. Et reducet te Dominus in Ægyptũ nauibus, per viã quã dixi tibi, Nõ videbis eã amplius.[37] & venũ exponẽris ibidẽ hoſtibus tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.

mœrore. Et erit vita tua quaſi pendens ante te: timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices, Quis mihi det veſperũ? & veſpere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis. Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres: ibi vendêris inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.

## CAP. XXIX.

XXIX.

¶1. i. Iſtæ ſunt cõditiones fœderis. ¶2. i. oculos videntes. Sic & in Euãgelio, Qui habet aures ad audiẽdũ. i. aures audiẽtes. ¶3 cõputruit. ita ſcilicet vt cogereris abijcere eum. ¶4 Iſraelitę nõ viuebãt pane in deſertis, ſed mãna, quod illis vice panis erat, & aliorũ ciborũ. ¶5 q.d. quod ego curã veſtri habeo. ¶6. i. cõditiones & leges huius fœderis. ¶7 Heb. proſperari faciatis. i. vt fœlicia ſint quæcũq; facturi eſtis. Vel, vt fœlicia reddatis & proſpera quæcũque &c. ¶8 i. corã arca fœderis Domini Dei veſtri.

HAec ſunt verba fœderis[1] quod præcepit Dominus Moſi, vt feriret cũ filijs Iſrael in terra Moab, præter fœdus illud quod ferit cum eis in Horeb. Vocato autem omni Iſraele Moſes, dixit ad eos, Vos vidiſtis omnia quæ fecit Dominus vobis ſpectãtibus in terra Ægypti, Pharaoni & omnibus ſeruis eius atq; vniuerſæ terræ eius, Tẽtationes magnas quas viderũt oculi tui, ſignáq; illa magna atque portẽta. Nec dedit vobis Dominus cor ad intelligẽdũ, &[2] oculos ad videndũ, atque aures ad audiendũ vſque in præſentẽ diẽm. Ego quidẽ duxi vos quadraginta annis per deſertũ, nec ſunt vetuſtate attrita veſtimẽta veſtra ſuper vos, nec calceamentũ tuum vetuſtate[3] cõſumptum eſt in pede tuo.[4] Panẽ nõ ediſtis, nec vinũ aut ſiceram bibiſtis, vt ſciretis[5] quòd ego ſum Dominus Deus veſter. Et veniſtis ad locũ iſtum, egreſſúſque obuiã nobis Sihon rex Heſbon, & Og rex Baſan cõgreſſus eſt [nobiſcũ,] quos percuſſimus. Accipientes autẽ terram eorũ, dedimus eã in hæreditatem Rubenitis & Gaditis, & dimidię tribui Manaſſe. Cuſtodietis itaque[6] verba fœderis huiꝰ, vt faciatis ea, vt[7] prudẽter agatis omnia quæ facturi eſtis. Vos omnes hodie ſtatis[8] corã Domino Deo veſtro,[9] capita veſtra, tribus veſtræ, ſeniores veſtri, &[10] præcones veſtri, atque omnes viri Iſraelitæ,[11] Pubes veſtra, vxores veſtrę, & peregrinus tuus qui eſt in caſtris tuis,[12] à lignatore tuo vſq; ad aquatores tuos,[13] Vt trãſeas in fœdus Domini Dei tui, & in iuramentũ eius, quod Dominꝰ Deus tuus hodie ferit tecum, Vt erigat te hodie ſibi in populum, & ipſe ſit tibi Deus queadmodũ pollicitus eſt tibi, & queadmodũ iurauit patribꝰ tuis, Abrahamo ſcilicet, Iſaac & Iacob. Nõ autẽ vobiſcum dũtaxat ego ferio[14] pactũ iſtud & iuramentũ iſtud, Sed &[15] cũ omni eo qui hodie apud nos hic ſtat corã Domino Deo noſtro, & cũ eo qui hodie nõ eſt hic nobiſcũ. ¶Vos enim ſcitis qualiter habitauerimꝰ in terra Ægypti, & quomodo trãſierimus per medias gẽtes per quas tranſiſtis. Vidiſtis quoque abominationes earũ, & idola earũ, lignũ & lapidẽ, argentũ & aurũ,[16] quæ apud illos erant. Ne fortè ſit in vobis vir aut mulier, familia aut tribus aliqua, cuius cor ſe auertat hodie à Domino Deo noſtro,[17] vt abeat & ſeruiat dijs gẽtium iſtarum. & ne fortè ſit in vobis[18] radix germinans fel & abſynthium. Sed & quum audierit[19] verba execrationis huius,[20] fœlicitatẽ ſibi promittat in corde ſuo, dicẽs,[21] Pax erit mihi,[22] etiã ſi inceſſero iuxta libidinẽ cordis mei, vt finiatur ebria cũ ſitiẽte.[23] Non vult Dominꝰ huic ꝓpitius eſſe,

HAec ſunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moyſi vt feriret cũ filijs Iſrael in Terra Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauitque Moyſes omnem Iſrael, & dixit ad eos, Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæque terræ illius, Tẽtationes magnas quas viderũt oculi tui, ſigna illa portentáque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſint audire, vſque in præſentem diem. Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt. Panem non comediſtis, vinum & ſiceram non bibiſtis: vt ſciretis quia ego ſum Dominus Deus veſter. Et veniſtis ad hunc locum. egreſſúſque eſt Sehon rex Heſebon, & Og rex Baſan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percuſſimus eos, & tulimus Terram eorum, ac tradidimus poſſidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe. Cuſtodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuerſa quæ facitis. Vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo veſtro, principes veſtri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Iſrael, Liberi & vxores veſtræ, & aduenæ qui tecum morantur in caſtris, exceptis lignorum cæſoribus, & his qui comportant aquas: Vt trãſeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurãdo quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: Vt ſuſcitet te ſibi in populum, & ipſe ſit Dominus Deus tuus ſicut locutus eſt tibi, & ſicut iurauit patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Nec vobis ſolis ego hoc fœdꝰ ferio, & hæc iuramenta confirmo, Sed cunctis præſentibus & abſentibus. ¶Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in Terra Ægypti, & quomodo tranſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes vidiſtis abominationes & ſordes, id eſt idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurũ quæ colebant. Ne forte ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro: vt vadat & ſeruiat dijs illarum gentium, & ſit inter vos radix germinãs fel & amaritudinem. Cúmque audierit verba iuramenti huius benedicat ſibi in corde ſuo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & aſſumat ebria ſitientem. Et Dominus non

Commemoratiõe beneficiorũ Dei, ad mandata ſeruãda hortatur. exod. 19.a.

s.8.a.

¶ tuorum

s.2.a.

B

¶ aduenæ qui tecũ morãtur

C

¶9. i. principes tribuũ veſtrarũ. Quo ordine ſtabant Iſraelitæ ante arcam fœderis. ¶10 præfecti ¶11 Pueri veſtri, ¶12 vel, ab eo qui cædit ligna veſtra, vſque ad eũ qui haurit aquã veſtrã. Neceſſariã ſcilicet exercitui. i. tã nobiles, quàm mediaſtini: tã ſerui, quàm domini. ¶13 Subaudiendũ, ſtatis inquam, vel ſtas. Vt tranſeas in fœdus Domini Dei tui, & in iuramentũ eius. i. Vt ineas fœdus cũ Domino Deo tuo, ſecundũ promiſſionẽ eius iureiurãdo cõfirmatã. Vel, quod fœdus iureiurãdo firmabitur. ¶14. i. fœdus hoc quod iureiurando confirmabo. ¶15. i. cũ natis iã, & naſcituris. ¶16 Heb. quæ cũ illis. i. quæ ab illis colũtur. ¶17 vel, vt digreſſa [à Domino] colat deos ¶18 radix aliqua producens toxicũ & abſynthiũ. i. ne anima aliqua peccet grauiſſime. Per toxicum & abſynthiũ, intelligit grauiſſima peccata. ¶19 Quãdo ſcilicet recitabũtur maledictiones prædictæ & ſcriptæ in hoc libro: vt illa, Maledictus qui non ſeruauerit præcepta legis huius: & illa, Maledictus qui colit idola. ¶20 Heb. benedicat ſibi &c. i. ſeipſũ benedictũ putet. ¶21. i. Non contingent mihi hæ maledictiones, etiã ſi peſſime egero. ¶22 vel, etiã ſi ambulauero in prauitate cordis mei: ita vt anteponat ebriã ſitienti. i. Non euenient mihi iſtæ maledictiones, etiam ſi fecero ea ad quæ animus meus inclinatus eſt, ita vt parti concupiſcibili animæ det primas, quæ inebriatur rebus huius mundi, poſteriores autem parti rationali. ¶23 Nolet Dominus parcere illi,

Gen.19.e.

Cauſa furoris Domini i populum.3. Reg.9.b.Iere.22.c.

Dei eſt occultam idololatriam punire: apertã vero,hominũ.

Pœnitentib⁹ promittitur miſericordia pſal.105.d.

¶[1] Dominus Deus tuus captiuitatẽ tuã,

2.Mach.1.f.& 2.e.

Purificat De⁹ cor noſtrũ,vt poſſimus eũ diligere.

¶[2] in

ignoſcat ei:ſed tũc quàmmaxime furor ei⁹ fumet, & zelus contra hominem illum: & ſedeant ſuper eũ omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius ſub cælo. Et conſumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Iſrael, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur. Dicétque ſequens generatio, & filij qui naſcẽtur deinceps, & peregrini qui de longe venerint, vidẽtes

D plagas terræ illius,& infirmitates quibus eã afflixerit Dominus, Sulphure, & ſolis ardore comburens, ita vt vltrà non ſeratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhę, Adamæ & Seboim, quas ſubuertit Dominus in ira & in furore ſuo. Et dicent omnes gẽtes, Quare ſic fecit Domin⁹ Terrę huic? quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt pactũ Domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti: Et ſeruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos quos neſciebant, & quibus non fuerant attributi: Idcirco iratus eſt furor Domini contra Terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnia maledicta quæ in hoc volumine ſcripta ſunt. Et eiecit eos de Terra ſua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitq; in Terram alienam ſicut hodie comprobatur. Abſcondita, Domino Deo noſtro: quæ manifeſta ſunt, nobis & filijs noſtris vſque in ſempiternum, vt faciamus vniuerſa verba legis huius.

CAP. XXX.

Cum ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio quam propoſui in conſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuerſis gentibus, in quas diſperſerit te Dominus Deus tuus, Et reuerſus fueris ad eũ, & obedieris eius imperijs, ſicut ego hodie præcipio tibi, cum filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: Reducet[1] te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui, & rurſum cõgregabit te de cunctis populis in quos te antè diſperſit. Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & aſſumet, atq; introducet in Terram quam poſſederunt patres

B tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te eſſe faciet, quàm fuerint patres tui. Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui: vt diligas Dominum Deum tuũ ex[2] toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſſis viuere. Omnes autem maledictiones has conuertet ſuper inimicos tuos, & eos qui oderũt te, & perſequũtur. Tu autem reuerteris, & audies vocẽ Domini Dei tui: faciéſq; vniuerſa mãdata quę ego præcipio tibi hodie: Et abũdare te faciet Domin⁹ Deus tu⁹ in cũctis operib⁹ manuũ tuarũ, in ſobole vteri tui, & in fructu iumentorũ tuorũ, in vbertate terræ tuæ, & in rerũ oĩm largitate. re-

ſed tũ[14] fumabit furor Domini, & indignatio ei⁹ aduerſus virum talem, & cubabit ſuper eum omnis execratio quæ ſcripta eſt in hoc libro, delebitque Dominus nomen eius ſub cælo. Separabitque Dominus eum[15] ad malum ex omnibus tribubus Iſrael, iuxta omnes execrationes fœderis, [16] quod ſcriptum eſt in libro huius legis. Et dicet generatio poſterior, [ſcilicet] filij veſtri, qui poſt vos exorientur, & alienus qui veniet de terra remota, [17] quum viſuri ſunt verbera huius terræ, & languores quibus Dominus illam languere faciet, [18] Sulphure & ſale exurentibus vniuerſam terram eius, vt ſeminari non poſſit, non germinante neque exoriente in ea vlla herba, ſicut in loco ſubuerſionis Sodomæ & Amoræ, Admæ & Zeboim, quas ſubuertit Dominus in ira ſua atq; in furore ſuo, [19] Dicent inquam omnes gentes, Cur Dominus huic terræ ſic fecit? [10] quæ eſt ira furoris tam immenſi? Et reſpondebunt, Quòd fœdus Domini Dei patrum ſuorũ deſeruerint, quod pepigit cum eis quum educeret eos de terra Ægypti: Nam abierunt & ſeruierunt dijs alijs, adorauerúntque eos, deos quos non cognouerunt, & quos non[11] diuiſit eis. Et exarſit furor Domini cõtra terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnẽ execrationẽ quæ ſcripta eſt in libro iſto: Et euulſit eos Dominus de terra eorum in ira, furore & indignatione magna, diſiecitque eos in terrã aliam, [12] vt teſtatur hæc dies. [13] Abſcondita Domino Deo noſtro, reuelata verò ad nos & ad filios noſtros [attinent] dum durat ſeculum, vt faciamus omnia verba legis huius.

CAP. XXX.

Quum itaque venerint ſuper te omnia iſta, [nempe] benedictio & execratio, quæ ego poſui ante faciem tuã, & [1] reuocabis ad cor tuum, apud cũctas gentes ad quas te [2] propulerit Domin⁹ Deus tuus, Conuerſúſque fueris ad Dominũ Deũ tuũ, vocique eius obedieris iuxta omnia quæ ego præcipio tibi hodie, tu & filij tui, [3] toto corde tuo atque tota anima tua, [4] Conuertet quoque Dominus Deus tuus [5] captiuitatẽ tuã, & intimis viſceribus miſerationis afficietur erga te, & [6] conuerſus colliget te de cunctis populis, in quos te diſperſit Domin⁹ Deus tuus. [7] Etiamſi fueris eiectus tu vſque ad fines cælorũ, illinc te colliget Dominus Deus tuus, atque inde te tollet. Et [8] introducet te Dominus Deus tuus in terrã quã poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam, benefaciétque tibi, & multiplicabit te magis quàm patres tuos. Et circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, [9] vt viuas. Ponet quoque Dominus Deus tuus omnes execrationes iſtas ſuper hoſtes tuos, & ſuper eos qui te oderunt, & [10] qui te perſequuntur: [11] Si quidem tu reuerſus audieris vocem Domini, atque feceris omnia præcepta eius quæ ego mando tibi hodie. Et [12] eximium te faciet Dominus Deus tuus in omni opere manus tuæ, in fructu ventris tui, & in fœtu iumentorum tuorum, & in fructu terræ tuæ [13] ad bonum: quoniam reuertetur

¶14.i. Infectetur grauiſſime. ¶15 vſ, in perniciem ¶16 ſcriptas. vſ, quarũ ſingulæ ſcriptæ ſunt ¶17 vſ, & videbunt plagas regiõis huius, & morbos quibus afflixerit Domin⁹ eã.

¶18 [Nam] ſulphur, & ſalſugo, & ardor erit omne ſolũ eius, non recipiet ſemẽtem, neque germinabit, neq; naſcetur in eo vlla herba, vt in ſubuerſione Sodomæ & Gomorrhæ, &c.i. totũ ſolum ei⁹ regionis vertetur in ſulphur: hoc eſt, omnino erit aduſtũ, ita vt nihil in eo naſciturum ſit, ſicut nec quã in eo loco in quo ſubuerſa eſt Sodoma germinat neque creſcit.

¶19 Mutat numerum, prius enim dixerat, Dicétq; ſequẽs generatio. Quia autem longa ſentẽtia interiecta eſt, nunc repetit, Dicent itaque ¶10 vſ, quid ſibi vult indignatio iſta magna? ¶11 vſ, tribuit illis. ſub. De⁹. Potius vertendũ, & qui nihil impertiti erant illis.i. à quib⁹ nulla beneficia acceperant. ¶12 vſ, vt hodie res habet. ¶13 Occulta, Domini Dei ſunt: aperta autẽ, noſtra ſunt, & filiorum hominum in ſeculum. vt &c.i. Dei eſt punire idololatriam occultam: ad nos autem pertinet punire idololatriam apertam: neque ſolum ad nos, ſed etiam ad poſteros noſtros vſque in ſempiternum. Debemus autem hæc facere, ſi velimus implere legem hanc. XXX. ¶1 ſub. ea.i. reduxeris ea in memoriam tuam. ¶2 vſ, coegerit migrare ¶3.i. ex animo, & ex toto affectu tuo. ¶4 vſ, Tunc reducet. aut, ceſſare faciet.i. Reducet captiuos tuos in patriam tuam. ¶5 captiuitas pro captiuis. ¶6 Id eſt, mutata ſententia congregabit. ¶7 Hebr. Si fuerit expulſus tuus in extremitate cæli.i. Si qui ex vobis expulſi ẽ patria, fuerint in extremo orbe. Si, qui ex te fuerint coacti migrare aliò, fuerint in extremitate orbis. ¶8 vſ, reducet te ¶9 propter vitam tuam.i. vt viuas vitam æternam. ¶10 qui te perſecuti fuerint: ¶11 Hebr. Tu ergo conuertere, & audi vocem Domini, & fac &c. Vel, Cum tanta ſit miſericordia Dei, reſipiſce igitur, & obedi voci eius &c. ¶12 abundare te faciet ¶13 in bonum.i. in vtilitatem tuam, ita vt fœlix ab omnibus dicaris. q.d. Omnia hæc Dominus multiplicabit.

q 1

Dominus, vt lætetur ſuper te[14]bono ſuo,] ſicut læ-
tatus eſt ſuper patres tuos. Si modo audieris vo-
cem Domini Dei tui,[15]vt cuſtodias præcepta ei⁹,
& ſtatuta eius quæ ſcripta ſunt in libro legis hu
ius,[16][&] ſi cõuerſus fueris ad Dominũ Deũ tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.[17]Etenim
præceptum iſtud quod ego tibi præcipio hodie,
[18]non eſt abſconditũ à te, nec remotũ. Nõ eſt in
cælis, vt dicas, Quis aſcẽdet[20]nobis in cælos, vt
ipſum nobis afferat,[21]annũtiétque nobis illud, vt
faciam⁹ ipſum? Nec eſt vltra mare, vt dicas, Quis
traiiciat[22]nobis mare, & afferet ipſum nobis, &
annũtiet nobis vt ipſum faciam⁹?[22]Sed valde pro
pinquũ eſt tibi verbũ,[23]in ore tuo [eſt], & in corde
tuo vt facias [illud.] Ecce[1]poſui hodie ante te vitã
atq; bonũ, mortẽ deniq; & malũ.[14]Nã ego præci
pio tibi hodie vt diligas Dominũ Deũ tuũ, vt in-
cedas in viis eius, atq; cuſtodias præcepta ei⁹, ſta-
tuta eius atque[1]iudicia eius, vt viuas &[16]multi-
pliceris,[17]fortunétque te Dominus Deus tuus in
terra, ad quã tu iã venis vt eã poſſideas.[18]Sin re-
troſpexerit cor tuũ, & nõ obedieris, ſed[19]impul-
ſus adoraueris deos alios, ſeruieriſque eis, Denũ-
tio vobis hodie quòd certiſſime peribitis, nec
prorogabitis dies ſup terrã, ad quã tu trãſmiſſo
Iordane iã venies vt eã poſſideas. Obteſtor hodie
aduerſum vos cælũ & terrã, [quòd] vitã & mortẽ
propoſui vobis, benedictionẽ & execrationẽ: eli
ge igitur vitã, vt viuas tu & ſemẽ tuũ, Vt ſcilicet
diligas Dominũ Deũ tuũ, & obedias voci ei⁹, ad-
hæreáſq; ei (quoniã ipſe eſt vita tua, & lõgitudo
dierũ tuorũ) vt habites ſuper terram, quam iura
uit Domin⁹ patribus tuis, Abrahamo, Iſaac & Ia
cob,[20]vt [ipſis] eam daret.

CAP. XXXI.

ABiés itaque Moſes, loqutus eſt verba iſta ad
omnẽ Iſraelẽ. Et dixit ad eos, Ego hodie ſũ
natus centũ & viginti annos,[1]nec poſſum vltra
egredi & ingredi:[2]& dixit Dominus ad me, Tu
nõ tranſibis Iordanẽ iſtum, Dominus Deus tuus
ipſe tranſibit ante te, & delebit gentes iſtas ante
te, tu verò poſſidebis eas. Iehoſua quoq; ille præ-
cedet te, quẽadmodum loquutus eſt Dominus. Et
faciet Dominus eis quemadmodũ fecit Sihon &
Og regibus Amorrhæorũ, atque terræ eorũ quos
ipſe exterminauit.[3]Tradétque eos Dominus an-
te faciem veſtram, vt faciatis eis iuxta totũ hoc
præceptum quod mandaui vobis.[4]Fortes igitur
eſtote & agite gnauiter, ne timeatis neque terrea
mini ab ipſis, quia Dominus Deus tuus ipſe[5]co-
mitatur te, non faciet te remiſſum, neque deſe-
ret te. ¶Vocauit autẽ Moſes Iehoſua, & dixit ad
eum in oculis totius Iſraelis,[6]Fortis eſto, & gna-
uiter age, quoniam tu ingredieris cũ populo iſto
in terrã, quã iurauit Dominus patribus eorũ[7]vt
daret eis, & tu[8]diuides eis eam in hæreditatem.

uertetur enim Dominus vt gaudeat ſuper te in
omnibus bonis, ſicut gauiſus eſt in patrib⁹ tuis:
Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & cu-
ſtodieris præcepta ei⁹ & ceremonias, quæ in hac
lege conſcripta ſunt: & reuertaris ad Dominum C
Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima
tua. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi ho- *Præcidit hic Iudæis occaſio citandi ignorantiã legis. rom. 10. b*
die, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec
in cælo ſitum, vt poſſis dicere, Quis noſtrum va-
let ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos,
vt audiamus, atque opere cõpleamus? Neque trãs
mare poſitum vt cauſeris, & dicas, Quis è nobis
poterit tranſfretare mare, & illud ad nos vſque
deferre: vt poſſimus audire, & facere quod præ-
ceptũ eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo
& in corde tuo, vt facias illum. ¶Cõſydera quòd *Vita, Dilectio Dei.*
hodie propoſuerim in cõſpectu tuo vitam & bo-
num, & econtrario mortem & malum: vt diligas *Mors, Inobedientia.*
Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius,
& cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque
iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicát- D
que tibi in Terra ad quam[a]ingrediẽris poſſiden- *¶[a] ingrederis*
dam. ¶Si autem auerſum fuerit cor tuum, & au *In inobedientes Dei verbo*
dire nolueris, atque errore deceptus adoraueris
deos alienos, & ſeruieris eis: Prædico tibi hodie
quòd pereas, & paruo tempore moreris in Terra
ad quam Iordane tranſmiſſo ingredieris poſſidẽ
dam. Teſtes inuoco hodie cælum & terram, quòd
propoſuerim vobis vitam &[b]bonũ, benedictionẽ *¶[b] mortem,*
& maledictionem: elige ergo vitã, vt & tu viuas,
& ſemen tuum. Et diligas Dominum Deum tuũ,
atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt
enim vita tua, & longitudo dierum tuorũ) vt ha *Vita.*
bites in terra pro qua iurauit Dominus patribus
tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eam illis.

CAP. XXXI.

ABiit itaque Moyſes, & locutus eſt omnia ver- *Moyſes cõponit ſe ad mortem.*
ba hæc ad vniuerſum Iſrael, Et dixit ad eos,
Centũ viginti annorũ ſum hodie, nõ poſſum vl-
trà egredi & ingredi, præſertim cũ & Dominus
dixerit mihi, ‖Nõ tranſibis Iordanẽ iſtũ. Domin⁹ *ſ. 3. d. nu. 27. a*
ergo Deus tuus tranſibit ante te. ipſe delebit om *Gẽtes delẽdæ*
nes gẽtes has in cõſpectu tuo, & poſſidebis eas: &
Ioſue iſte trãſibit ante te, ſicut locutus eſt Domi-
nus. Facietq; Dominus eis ‖ſicut fecit Sehon & Og *Nume. 21. e.*
regibus Amorrhæorũ, & Terræ eorũ, [c]delebitq; *¶[c] deleuitque (præſ. temp.*
eos. Cũ ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter fa-
cietis eis ſicut præcepi vobis. ‖Viriliter agite, & *B ſ. 7. a.*
cõfortamini: nolite timere, nec paueatis ad con-
ſpectum eorũ: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt
ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.
¶Vocauitque Moyſes Ioſue, & dixit ei corã om- *Ioſue conſtituitur dux populi.*
ni Iſrael, Cõfortare, & eſto robuſtus: tu enim in-
troduces populũ iſtũ in Terrã quã daturũ ſe pa-
trib⁹ eorũ iurauit Domin⁹, & tu eã ſorte diuides.

¶14 in bonũ. i. benefaciẽdo tibi. ¶15 cuſtodiẽdo ¶16 vl, [hoc eſt] quũ cõuerſus fueris ¶17 Quoniam præceptũ hoc. Hic verſiculus pendet ab illo præcedenti, Tu autem reuerte-re. ¶18 vl, non eſt ſeparatũ à te, neque in loco à te remoto. Tollit his verbis occaſio citãdi ignorãtiam legis. ¶19 vl, vt dicere poſſis. i. vt cauſeris & dicas, &c. His verbis declarat qđ prius dixerat, non eſt ſeparatum à te, neq; in loco à te remoto. q. d. Illa præcepta non ſunt in cælo, vt ſint ſeparata à te, & tibi occũlta. ¶20 pro nobis. i. in gratiam noſtri. ¶21 Heb. & audire faciat nos. i. recitet nobis. ¶22 vl, Nã verbum [hoc] eſt tibi valde ꝓpinquũ, ¶23 q. d. Propinqua tibi eſt lex, nam eſt in ore tuo. i. tibi illa frequenter recitatur, & velut in os ingerit à Leuitis. Gallice, Tu n'ois parler d'autre choſe. Hoc dicit propter frequentem recitationem quæ in os ſit. De recitatione legis, lege Act. 15. In corde dicit, quia legẽ cordibus Iudæorũ inſcripſerat Domin⁹, prius quàm in tabulis illis lapideis decalogum inſculpſiſſet. Poſſet & ſic intelligi, In ore tuo: id eſt, in ore Leuitarum, qui è popularibus tuis ſunt. Nam labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent. Malach. 2. Præterea, infra cap. 33, committitur Leuitis cura docendi populum. Poſuit igitur legem in ore ſacerdotum & Leuitarũ qui ſunt è tuis popularibus, vt ab illis requiras quæ ad bene viuendum pertinent, & illi te doceant ſine vlla mora. Hunc locum accõmodauit ad rẽ ſuã B. Paulus ad Rom. cap. X. nã quũ proprie hic locus pertineat ad decalogũ, trãſfertur elegãter & erudite à Paulo ad fidẽ, quæ os requirit, vt promulgetur: & cor, vt corde credam⁹. ¶[1]. i. propono tibi præceptũ; quod ſi feceris, nõ interficieris, & fœlix eris: ſi cõtrà, punieris, infœliciáq; omnia tibi cõtingẽt ¶24 Quãdo. Declarat verſum ſuperiorem. q. d. Vitam & bonum, mortem item & malum propono in conſpectu tuo, quando ego præcipio tibi vt diligas Dominum &c. nam ſi dilexeris, viues: ſi contrà, morieris. ¶25 vl, leges ¶26. i. abundes liberis & aliis rebus. ¶27 Heb. benedicátq; tibi ¶28 Quòd ſi auertatur ¶29 impulſus per errorẽ. Vel, impulſus in errorem. Perſuaſionib⁹ quibuſdã ſcilicet. ¶30 ſe daturũ eã illis. XXXI. ¶1. i. non poſſum vltra fungi munere ducis: nõ poſſum amplius egredi ad militiã è caſtris, & è militia ad caſtra. Ie ne puis aller ne venir. ¶2 præterea dixit ¶3 Cum ergo tradiderit eas &c. i. Quũ poteſtati veſtræ eas tradiderit, & permiſerit libidini veſtræ: facietis eis prorſus vt præcepit vobis. ¶4 Heb. Fortificate vos. i. Eſtote animo forti. ¶5 pergit tecũ. [i. futurus eſt dux tuus,] neq; derelinquet te. ¶6 vl, Eſto animo forti, ¶7 ſe daturũ illis, ¶8 ſorte illis eã diuides. Vl, tu trades eam illis iure hæreditario poſſidendam.

Et Dominus qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecũ: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. ¶ Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cũctis ſenioribus Iſrael.

Scribit Deuteronomiũ.

C Præcipit legi ſeptimo quoq; anno omni populo.

Præcepitque eis, dicens, Poſt ſeptem annos anno remiſſionis, in Solẽnitate tabernaculorũ, Cõuenientibus cunctis ex Iſrael, vt appareant in conſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba legis huius corã omni Iſrael, audiẽtibus eis, Et in vnum omni populo cõgregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleántque omnes ſermones legis huius. Filij quoque eorum qui nunc ignorant: vt audire poſſint, & timeant Dominum Deũ [a] ſuum cunctis diebus quibus verſantur in Terra ad quã vos Iordane tranſmiſſo pergitis obtinendam.

¶ [a] veſtrum

D Moyſi & Ioſue prædicit Deus futurũ vt Moyſe mortuo populus cõuertatur ad idôla. Fornicantes à Deo.

¶ Et ait Domin[us] ad Moyſen, Ecce propè ſunt dies mortis tuæ: voca Ioſue, & ſtate in tabernaculo teſtimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyſes & Ioſue, & ſteterunt in tabernaculo teſtimonij: Apparuitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ ſtetit in introitu tabernaculi. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iſte cõſurgens fornicabitur poſt deos alienos in Terra ad quam [b] ingredietur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo. Et iraſcetur furor meus cõtra eum in die illo: & derelinquam eum, & abſcõdam faciem meam ab eo, & erit in deuorationẽ: inuenient eum omnia mala & afflictiones: ita vt

¶ [b] ingreditur

E dicat in illo die, Verè quia non eſt Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. Ego autem abſcondã, & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quę fecit, quia ſecutus eſt deos alienos.

Canticũ ſiue cantilenam iubet Deus à Moyſe cõponi de futura Iſraelitarũ idololatria & afflictionib[us] eorundem.

Nunc itaque ſcribite vobis canticum iſtud, & docete filios Iſrael: vt memoriter teneãt, & ore decantent, & ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael. Introducam enim eum in Terram pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. cúmque comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auertẽtur ad deos alienos, & ſeruiẽt eis: detrahẽntque mihi, & irritum facient pactũ meum. Poſtquam inuenerint eum mala multa &

Saturitas. F

afflictiones, reſpondebit ei canticũ iſtud pro teſtimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore ſeminis [c] tui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus ſit hodie, antequam introducam eum in Terram quam ei pollicitus ſum. Scripſit [d] quoque Moyſes cãticum, & docuit filios Iſrael. Præcepitque Dominus Ioſue filio Nun, & ait, Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in Terrã quã pollicitus ſum, & ego ero tecũ.

¶ [c] ſui.

¶ [d] ergo

Liber deuteronomij reponi iubetur in latere arcæ.

¶ Poſtquã ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atq; cõpleuit, Præcepit Leuitis

---

Sed & Dominus ipſe [9] præcedet te, [ſ&] ipſe aderit tibi, [10] nec remiſſum te faciet, nec te deſeret: ne ergo timeas, neque [11] animo frangaris. ¶ [12] Et ſcripſit Moſes legem iſtam, & tradidit eam ſacerdotibus filijs Leui, [13] qui portabant arcam fœderis Domini, atque cunctis ſenioribus Iſrael. Præcepitque Moſes eis hiſce verbis, [14] A fine ſeptẽ annorum [15] in ſtato feſto anni remiſſionis in ſolennitate tabernaculorum, Quando conuenit cũctus Iſrael, vt appareat in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem ſibi elegerit, leges hanc legem coram vniuerſo Iſraele [16] ipſis audientibus. Cõgregabis autem populum, viros, mulieres, & pubẽ, ſed & peregrinũ tuũ [17] qui eſt intra portas tuas, vt audiant, & vt diſcãt, timeántque Dominũ Deũ veſtrum, cuſtodiántque & obſeruent omnia verba legis huius. Filij quoque eorũ [18] qui nihil nouerũt, audiant & diſcant, [19] vt timeant Dominũ Deum veſtrũ cunctis diebus quibus viuetis ſuper terram, in quam vos traiecto Iordane introitis vt eam poſſideatis. ¶ Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce appropinquarunt dies tui vt moriaris, voca igitur Iehoſua, & collocate vos in tentoriũ cõſtitutionis, [20] vt dem ei mãdata. Abijt ergo Moſes & Iehoſua, & ſtatuerũt ſe in tentoriũ cõſtitutionis. Et apparuit Dominus in tentorio [21] in colũna nubis, ſtetitq; colũna nubis ſuper oſtio tentorij. Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce tu [22] dormies cũ patribus tuis, & ſurget populus iſte & ſcortabitur [ſequẽdo] deos [23] alios, huius terræ ſcilicet in quã veniet, deſeret me, & irritum faciet fœd[us] meum quod pepigi cum eo. [24] Et iraſcetur furor me[us] in eum in die illo, deſerámque eos, & abſcondã faciem meã ab eis, [25] eritq; in deuorationẽ, & [26] apprehendent eũ multa mala, & afflictiones, vt dicturus ſit illo die, Annõ ideo me iſta mala apprehendunt, quòd Deus nõ eſt in medio mei! Eodem die ego omnino abſcõdam faciem meã propter vniuerſum malum quod facit, nẽpe quòd ſe cõuertit ad deos alios. Nũc igitur [27] ſcribite vobis canticũ iſtud, & doce ipſum filios Iſrael, & [28] inſere hoc ori ipſorum, vt ſit mihi cãticum iſtud in teſtem [29] contra filios Iſrael. Nam introducã eum in terram quam iuraui patribus eius, fluentem lacte & melle, & comedens ſatiabitur & pingueſcet, cõuertẽtque ſe ad deos alios, & ſeruient eis, [30] & irritabunt me, & irritum facient fœdus meum. Cúmque acciderint ei multa mala atque afflictiones, [31] reſpondebit ei cãticũ iſtud coram eo tanquam teſtis: quoniam nunquã excidet ſemini eius ex ore. Nam cognoui [32] figmentũ cordis eius, quod ipſe hodie facit, antequam introducam eum in terram [33] quã iuraui. Scripſit igitur Moſes canticum iſtud eadem die, & docuit ipſum filios Iſrael. [34] Præcepitque Iehoſuæ filio Nun, dicens, Corroborare & eſto robuſtus, quoniam tu introduces filios Iſrael in terram quam iuraui eis, & ego [35] ero tecum. ¶ Factúmq; eſt vt

ceſſaſſet Moſes ſcribere verba legis huius in libro, [36] & conſummaſſet ea, Præcepit Moſes Leuitis por

---

¶ 9 qui ambulabit ante te. Vel, qui præcedet te .i. qui erit tibi vice ducis.

¶ 10 nec te derelinquet,

¶ 11 expaueſcas.

¶ 12 vt, Iam autem ſcripſerat Moſes legẽ hãc, [id eſt Deuteronomiũ,] & tradiderat eam &c. Nõ enim ſeruatur ſeries rerũ geſtarum in libris Sacris.

¶ 13 .i. quorum mun[us] erat portare humeris ſuis arcã in qua erant tabulæ illæ continentes conditiones fœderis Domini.

¶ 14 vt, In principio ſeptimi ãni. Siue, Ineũte ſeptimo anno. Aut, Septimo quoque anno. Nã vox Hebræa K E S. tã finẽ, quàm principium ſignificat. anni enim ſunt duæ extremitates: & hæc vox pro vtraq; accipitur.

¶ 15 tẽpore anni remiſſionis .i. ſeptimo quoq; ãno qui eſt annus remiſſiõis.

¶ 16 Heb. in auribus eorum .i. audiẽtibus eis. q.d. clara voce, non ſubmiſſa.

¶ 17 .i. qui habitauerit in vrbe tua.

¶ 18 qui non nouerunt [ſub. legẽ hãc,] audiant

¶ 19 vt, timere

¶ 20 Heb. & præcipiã illi .i. dabo ei aliquot præcepta.

¶ 21 .i. in nube quæ erat inſtar colũnæ. Erat autẽ ſignum præſentiæ Dei. ¶ 22 .i. breui moriturus es. ¶ 23 Heb. alienigenæ terrę ad quam ingreditur in medium eius .i. deos alienigenarũ habitantiũ in ea terra ad quam pergit vt habitet in medio eius: ſubaudi, terræ. ¶ 24 vt, Iraſcetur itaque ¶ 25 .i. ſinã illum deuorari ab alijs. ¶ 26 .i. conficietur malis & anguſtijs multis. ¶ 27 vt, curate deſcribendũ vobis. Moſen & Ioſue alloquitur Dominus. q.d. Vt hac ratione reuocemini à cultu idolorum, curate vobis tranſcribendum canticũ iſtud quod ſequitur. ¶ 28 .i. fac vt ipſum memoria teneant, & ore decantẽt. ¶ 29 cũ ſcilicet ceciderint in idololatriã. ¶ 30 vt, ſpernẽtq; me, ¶ 31 Heb. tunc reſpõdebit canticũ hoc in conſpectu eius pro teſtimonio. Vel. vice teſtimonii .i. tunc carmen hoc teſtabitur illos deliquiſſe, & à me deſciuiſſe: quum viderint ſibi ea mala accidiſſe quæ in ipſo prædicuntur deſertoribus meis. ¶ 32 Hebr. imaginationem eius, [ſ&] id quod facit hodie antequam introduxerim .i. noui cogitationes, ſiue ingenium eius, & id quod facere ſolet. ¶ 33 .i. quam iuraui me daturũ illis. Hic Moſes in perſona Dei loquitur. Aut ſunt verba Dei. Aut hæc dicit Moſes, quaſi ſciret hoc Deo reuelante. ¶ 34 .i. Dedit præcepta quædam ipſi Ioſue. ¶ 35 .i. ſemper tibi adero. ¶ 36 Hebr. donec complerentur ea .i. vſque ad finem eorum. Deuteronomium ſua manu deſcriptum tradidit Leuitis Moſes.

tantibus arcam fœderis Domini, dicens, Accipite librum legis huius, & reponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri, vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim[37] noui rebellionem tuam, & ceruicem tuam[38] præfractam:[39] etenim etiamnum hodie quum adhuc ſum vobiſcum viuens, eſtis rebelles Domino,' quanto ergo magis poſt mortem meam? Congregate ad me omnes ſeniores tribuum veſtrarũ, & præfectos veſtros,[40] vt loquar in auribus eorum verba iſta,[41] & obteſter' aduerſum eos cælum & terrã. Noui enim quòd poſt mortem meam[42] certiſſime perperam agetis,' & deficietis de via quam præcepi vobis, occurrẽtque vobis tandem malum in nouiſſimis diebus,[43] quoniam perperam agetis in oculis Domini, vt prouocetis eum per opus manus veſtræ.[44] Loquutúſque eſt' Moſes in auribus totius cœtus Iſraelitici verba cantici huius,[45] donec compleſſet ea.

CAP. XXXII.

AVdite cæli,[1] nam loquar:[2] audiátque terra verba oris mei.

[3] Stillabit veluti pluuia' doctrina mea,[3] fluet' vt ros eloquium meum, ſicut imber pluuius[4] ſuper herbam,[5] & ſicut ſtillæ ſuper plantulas.

[6] Quoniam inuocabo nomẽ Domini, tribuite magnificentiam Deo noſtro.

[7] Opus Petræ illius ſolidum eſt,' quoniam omnes viæ eius ſunt[8] iudicium,' Deus[9] verax,[10] abſque vanitate,' iuſtus & rectus eſt.

[11] Peruerſa hæc & detorta generatio corrupit ſibi, non filij eius in maculis ſuis.

[12] Hoccine rependitis Domino?' popule ſtulte & non ſapiens: annon ipſe eſt pater tuus qui[13] te comparauit?' qui te fe. it' quique[14] te firmauit?'

Memineris dierum[15] priſcorum,[16] expendite animo annos priorum ſeculorum:' interroga patrem tuum, &[17] annunciabit' tibi.[18] ſenes tuos,' & dicent tibi.

[19] Quum Altiſſimus poſſeſſiones diſtribueret gentibus, quúmque diſpergeret filios hominum, conſtituit limites populorum pro numero filiorum Iſraël.

[20] Quoniam pars Domini' populus eius, & Iacob[21] funiculus hæreditatis' eius.

[22] Inuenit eum in terra ſolitudinis,[23] in vaſto ſolo eiulatus & deſerto:' circunduxit eum, &[24] erudiuit' eum, cuſtodiuitque eum perinde ac pupillam oculi ſui.

---

qui portabant arcam fœderis Domini, dicẽs, Tollite librum iſtũ, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam. adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum, ſemper cõtentioſè egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? Cõgregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atq; doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cælum & terram. Noui enim quòd poſt mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conſpectu Domini, vt irritetis eum per opera manuũ veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes audiente vniuerſo cœtu Iſrael verba carminis huius, & ad finem vſque compleuit.

C — Moyſes, cõuocatis principibus Iſrael, prædicit eos à Deo receſſuros.

CAP. XXXII.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. — Cãticũ Moyſi.

Concreſcat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. — Doctrina.

Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo noſtro.

Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & abſq; vlla iniquitate, iuſtus & rectus. — Opera Dei.

Peccauerunt ei & non filij eius in ſordibus, generatio praua atque peruerſa.

Hæccine reddis Domino popule ſtulte & inſipiẽs? nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? — Hortat̃ Moyſes populũ, vt cõſyderet Dei beneficia erga ſe.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annũciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael: — B

Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis: circunduxit eũ, & docuit: & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.

---

¶37.i. noui te propenſum eſſe ad contentionẽ & rebellionem. ¶38 durã.i. tuã contumaciam, q̃ impatiens ſis imperij & iugi. ¶39 Hebr. ecce, adhuc me viuẽte vobiſcũ hodie rebelles fuiſtis Domino, &c. ¶40.i. vt hæc loquar ipſis audientibus. ¶41 & teſtes inuocem. q.d. Volo creaturas permanẽtes citare teſtes contra vos: vt ſemper ferre poſſint teſtimoniũ aduerſum idololatriam veſtrã. ¶42 Heb. corrumpendo corrũpetis vos. Vel, corrumpemini. ¶43 cũ feceritis malũ in cõſpectu Domini, [vl, inſpectãte Domino,] irritãdo illum opere manuũ veſtrarũ. i. idola fingendo. ¶44 Locut⁹ itaque eſt ¶45 vl, vſque ad finem eorum. Sub. verborum.

XXXII.

¶1 & loquar. i. me loquẽte, attendite ad ea quæ dicturus ſum. q.d. Vos cælum & terra eſtote teſtes eorum quæ ſum dicturus. ¶2 Deſcendat ſicut pluuia. Sub. in corda Iſraelitarum. q.d. Vtinam doctrina mea efficiat quod in agris aqua: vt ea non ſit vana, ſed fructũ afferat. ¶3 defluat. In animos ſcilicet audientiũ, vt ros gratiſſimus qui terrã fœcũdare ſolet. ¶4 ſuper gramẽ. Vox Hebræa ſignificat herbã recentẽ & tenerã. ¶5 vl, quaſi imber dẽſus & minutus ſuper herbã. Multis verbis eãdẽ rẽ dicit: ac ſi tantũ diceret, Vtinã doctrina mea, & ſermo meus nõ ſit inutilis in vobis. ¶6 Quãdo nomẽ Domini prædico, [vl, celebro,] magnificate [interim] Deũ noſtrũ. Sub. in cordib⁹ veſtris. Hic eſt finis proœmij. Alloquitur autẽ nõ ſolũ cælũ & terrã, ſed & omnes auditores. ¶7 Dei perfecta ſunt opera. Cõmẽdat Deũ ab operib⁹. q.d. Nulla ratione culpari & reprehẽdi poſſũt opera Dei. Vox Hebræa S V R, per ſade, proprie ſignificat rupẽ. Vocat autẽ Scriptura Deũ rupẽ, ob ſtabilitatẽ, immutabilitatẽ, & perſeuerãtiã, qui ſtat promiſſis ſuis. ¶8 vl, æquæ. i. omnia opera ei⁹ ſunt iuſta & æqua. ¶9 in promiſſionibus ſcilicet. ¶10 He. & nõ iniquitas. ſub. in eo. i. alienus ab iniquitate. ¶11 Heb. Corrupit ſeſe illi nõ filij ei⁹, macula eorũ, generatio praua & peruerſa. Difficilis eſt locus, propter dictionũ ordinẽ inuerſum. ſic autẽ cõſtrui debet & verti, Generatio praua atque peruerſa, qui non ſunt filij eius, in ignominiã ſuã corrupit ſeſe illi. i. Generatio praua & peruerſa, appoſitiue quæ nõ eſt filij eius, quæ nõ habet Deũ pro patre, nõ agnoſcit Deũ creatorẽ ſuũ: corrupit ſe, deprauauit ingeniũ ſuũ, in ignominiã illi, ſcilicet Deo: hoc eſt, in dedec⁹ Dei. Vl, in ignominiã ſuã: hoc eſt, quod eſt illi probro. ¶12 q.d. Quorſum hæc ingratitudo? deberẽſne illũ agnoſcere creatorẽ tuũ, & gratias agere? ¶13.i. aſſeruit te in libertatẽ? Alludit ad ſeruitutẽ Ægyptiacã. ¶14 vl, præparauit te? Aut, cõcinnauit te?. i. dedit tibi eã formã quã habes? ¶15 Heb. perpetuorũ. i. Reuoca in memoriã dies ex quo mundus eſſe cœpit: annos elapſos, priſca ſecula. ¶16 Heb. intellige annos generationis & generationis. i. annos multarũ generationũ, annos priſcos. ¶17 indicabit. Sub. beneficia quæ cõtulit Domin⁹ in hãc gentẽ. ¶18 ſub. interroga. ¶19.i. Quãdo Altiſſim⁹ diuiſit patrias & regiones, & aſſignauit eas cũctis gẽtib⁹: iã tũ decreuerat dare filijs Iſrael terrã ſeptẽ eorũ populorũ quos ſub aduẽtũ ipſorũ Iſraelitarũ eiecit è Terra-Chanáan. Vel, tũc dedit ſeptem gentibus, Amorrhæis ſcilicet, Heuæis, &c. tantam regionis planitiem, quæ numero filiorum Iſrael ſufficeret. ¶20 vl, Pars enim Domini. q.d. Non eſt mirum quòd expulſis illis populis dederit Dominus patriam eorum Iſraelitis: ſunt enim Iſraelitæ populus eius, & quidem tã proprius, quàm eſt alicuius portio hæreditaria. ¶21.i. portio. Hoc dicit, quòd diuidãtur hæreditates funibus. ¶22.i. Apparuit illi Dominus in nube cum erraret in deſerto, & cœpit eum deducere. ¶23 Hebr. & in vaſtitate horroris deſerti. i. in vaſto & horrido deſerto. ¶24 vl, docuit. ſub. legem.

Sicut aquila prouocans ad volidum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas: & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.
Dominus ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.
¶[a] & — Conſtituit eum ſuper excelſam Terram: vt comederet fructus agrorum, [a]vt[a] ſugeret mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo:
C — Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ [b]biberent[b] meraciſſimum.
¶[b] biberet
Saturat[9] Iſrael, ingratus, conuertitur ad idôla. — Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deũ factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.
Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabant: noui recentéſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
¶[c] Dei — Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es [c]Domini[c] creatoris tui.
Minatur afflictiones Deus Iudæis ingratis. — Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui & filiæ.
Et ait, Abſcondam faciem meam ab eis, & conſyderabo nouiſſima eorum: generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij.
Rom. 10. d. — Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gẽte ſtulta irritabo illos.
D — Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabitque terrã cũ germine ſuo, & montiũ fundamẽta cõburet.
Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas cõplebo in eis.
Cõſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo: dentes beſtiarũ immittã in eos, cũ furore trahẽtium ſuper terrã, atque ſerpentiũ.
Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor, iuuenẽ ſimul ac virginem, lactentem cũ homine ſene.

Quemadmodum aquila [25]excitãs nidum ſuum,' & ſuper pullos ſuos volitans, expandénſque alas ſuas [26]tollit illum,' & [27]portat' eum ſuper alas ſuas.
[28] Solus Dominus duxit eum, [29]& non fuit cũ eo deus alienus.
[30] Inuexit eum in ſublimitatibus' terræ, vt comederet prouentus agrorum, [31]deditque' ei vt ſugeret mel de petra, oleũmq; è duriſſimo ſaxo,
[32] Butyrum boum,' & lac ouium, cum adipe agnorum, [33]& arietum pinguium, & hircorum, cum adipe deliçatiſſimi tritici,' & ſanguinem vuæ [34]biberet meracum.'
Et pinguis factus [35]rectus calcitrauit: 'craſſus factus es, obeſus & adipe [36]obductus: dereliquit' Deum factorem ſuum, [37]& ingratus fuit Petræ ſalutis ſuæ.
[38] Ad indignationem eum alienis[dijs] prouocauerunt,' abominationibus' eum ad iracundiã concitarunt.
Sacrificarunt cacodæmonibus, [40] non deo,' diis [41] quos non nouerũt, [42][nempe] nouis qui nuper exorti ſunt,' quos patres veſtri nihil metuerũt ſunt.
[43] Petræ' quæ te genuit oblitus es, [44]excidit tibi Deus qui' te parturijt.
[45] Et vidit Dominus, & irritatus eſt, propter prouocationem filiorum ſuorum & filiarũ ſuarũ.'
Et dixit, Abſcondam faciem meam ab eis, [46]ſpectabo quid tandẽ [facturi ſint] illi: quoniã generatio eſt [47]peruerſa,' filij in quib[9] nulla eſt fides.
Ipſi [48] prouocauerunt me ad indignationem in eo qui non eſt Deus,' ad iracundiam me concitarunt [49]vanitatibus ſuis,' & ego quoque [50]prouocabo eos' in eo qui non eſt populus, [51]in gẽte ſtulta irritabo eos.'
Quoniam ignis [52]ſuccenſus eſt' in furore meo, & exardeſcet [53]ad infimos inferos vſq;, [54]deuorabitque terram cum fructu eius,' & inflammabit fundamenta montium.
[54] Cõgregabo' ſuper eos mala, ſagittas meas [55]euacuabo' in eos.

¶25 vl, prouocãs nidũ ſuũ. i. pullos ſuos. cõtinens pro cõtẽto. ¶26 vl, aſſumit illũ. ſub. nidũ. i. pullos ſuos. ¶27 quũ ſcilicet ſũt adhuc volãdi expertes. ¶28 Sub audiẽdũ aduerbiũ ſimilitudinis[sic.] ¶29. i. ſol[9] deduxit Iacob. neq; iuuit illum vllus deorũ alienigenarum. ¶30 Heb. Equitare fecit eũ ſuper excelſa. i. in regione excelſa & alta. Hoc dicit, quòd Terra ſancta ſit in medio climate mũdi. Poſuit igitur eũ in ſũma parte orbis. Obiter hîc deſcribit ſitũ Terræ ſanctæ.

¶31 Hic præterita pro futuris poſita ſũt: quia eſt prophetia. Fœcũditatem Terræ ſanctæ deſcribit. In rupibus apes & oliuæ, & oleũ ex oliuis. q. d. Illic nullus locus eſt infœcundus & vacuus reb[9] bonis & ſuauib[9]: nam in rupibus ipſis ſunt oliuę & mel.

[56] Aduſti[9] fame, [57]& conſumpti ardenti lue, & amara ægritudine,' quin & dentes beſtiarum immittã in eos, [58]cum furore ſerpentium in puluere.'
Foris orbabit gladius, [59]in penetralibus' terror, tã iuuenẽ quàm [60]virginẽ,' lactentem cum viro cano.

¶32 Butyrũ bouis. Sub. fecit vt comederet. ¶33 Heb. & arietes filios Baſan, & hircos, vnà cũ adipe renũ[vl, teſtiũ] tritici. Sub. comedit. q. d. comedit arietes educatas in Baſã regiõe fertiliſſima, & hircos, cũ farina granorũ tritici, quæ præ ſe ferũt ſpeciẽ teſtis & renũculi. Hoc eſt, cũ farina optima tritici. ¶34 bibiſti merũ. Succũ vuæ vocat ſãguinẽ, quòd propter colorẽ videatur ſanguis. Merũ autẽ per appoſitionẽ poſitũ, Merum vinum bibiſti, pro bibes. Præterita pro futuris, vt dictum eſt. Hoc eſt, vinum optimum & rubeum. ¶35 ſucculentus, & recalcitrauit. i. Deo rebellis fuit. ¶36 operuiſti, & dereliquit &c. Mutatio perſonæ eſt, operuiſti pro operuit. ſubaudiẽdum, cor ſuum. i. Animus eius pinguedine ſuffocatus eſt. ¶37 & depreſſit dignitatem Dei ſalutis ſuæ. i. deprimere conatus eſt Deum qui ſeruauerat ipſum. ¶38 vl, Ad æmulationem prouocauerunt eum in extraneis. Sub. dijs. i. colendo deos alienos. hoc eſt, Dederunt operam vt inuideret Deus dijs alienis: nam ſummo ſtudio coluerunt eos. Vel, Non ſtetit per eos quin iraſceretur dijs alienis Dominus qui immutabilis eſt. ¶39 propter abominationes. Colẽdo ſcilicet idôla. ¶40 non dijs. i. qui non erant dij, quorum nullus eſt Deus. ¶41. i. quorum vires non erant experti. ¶42 Hoc eſt, quorum fama non eſt antiqua: quorum nomen nuper ad homines ipſos peruenit.
¶43 Dei. Vox Hebræa S V R, vt ſupra in principio cantici dictum eſt, proprie petram ſignificat: quæ pro Deo accipitur propter firmitatem. ¶44 vl, oblitus es Dei qui &c. Hæc leguntur admiratiue. q. d. Qui fieri potuit, ô Iſrael, vt dederis obliuioni Deum qui parturiuit te, & genuit te? ¶45 Cum autem vidiſſet Dominus, abominatus eſt præ ira filios ſuos & filias ſuas. i. viros & mulieres. ¶46 & videbo quid ad extremum. Sub. facient. q. d. Si fuerint in calamitate aliqua, velabo oculos meos, ne videã calamitatem eorum: & videbo quid accidet illis ad extremũ. Aut, quid ad extremũ facturi ſint. ¶47 inconſtans. inſtabilis. i. quæ huc atque illuc ſtatim vertitur. ¶48 me inuidere fecerunt ei qui non eſt Deus. i. Non ſtetit per eos quin inuiderem ijs qui non erant dij. ¶49. i. idôlis ſuis vanis. ¶50 ſub. ad inuidiam. i. faciam vt inuideant populo ei qui non eſt populus Dei. nam faciã vt ij qui non ſunt populus Dei fœliciter viuãt: ipſe autẽ popul[9] Dei affligatur. ¶51. i. efficiã vt gẽs imperita & ſtulta vincat eos, & ſuperet: & ſic iraſcẽtur, ob fœlicitatem huius gẽtis. ¶[52] ſuccẽdetur. i. valde iraſcar. ¶53. i. vſque ad terræ infimũ & penetralia. Hyperbole eſt, pro, Etiã profunda & infima terræ loca vertã in ſterilitatem. ¶51 Hoc eſt quod dixerat prius, Dabo terrã eorũ ſulphur. Vertã fœcũditatẽ eius in ſummã ſterilitatẽ. ¶54 vl, Immittã. aut, Extẽdã. ¶55 vl, cõſumã. i. mittã in eos omnes ſagittas meas. ¶56 ſub. erũt. i. Peribũt fame. ¶57 & deuorabũtur carbũculis & excidione amariſſima. i. morbo calido percutiã eos qui ſtatim enecabit. peſte itẽ acerba, ſiue morbo exitiali. ¶58 cũ veneno reptãtiũ in terra. Hoc eſt, cũ animalib[9] venenatis. ¶59. i. domi. q. d. Nõ ſolũ cruciabũtur qui erũt in bello, ſed terrebũtur etiã qui erũt in cubiculis. ¶60 puellã,

[61]Statueră quidem quòd diſijcere vellem eos per angulos[terræ,] [62]tollerẽque memoriam eorũ è mortalibus,
Niſi [63]ferociam hoſtium veritus eſſem: ne fortè hoſtes eorum[64]ſibi id arrogarent, ne fortè dicerent, [65]Manus noſtra excelſa, & non Domin⁹ operatus eſt[66]vniuerſum hoc.
Quoniam gens eſt [67]quæ perdit cõſilia, neq; eſt eis intelligentia aliqua.
[68]O ſi ſaperent intelligerẽtque hoc, expenderẽntque quid tandem futurum ſit ipſis.
[69]Quomodo perſequeretur vnus mille, & duo fugarent decem millia, niſi Petra eorum vendidiſſet eos, & Dominus concluſiſſet eos?
Nam [70]Petra eorum nõ eſt vt Petra noſtra, [71][ſhuiúſque reſ] & hoſtes noſtri iudices ſunt.
[72]Quoniã de vinea Sodomorũ vitis eorum, atq; [73]de aruis Amorrhæ: [74]vua eorũ vua fellis, botrus amariſſimus eis.
[75]Virus draconum vinum eorum, & fel aſpidum [76]ſæuum.
Annõ [77]hoc repoſitum eſt apud me, & obſignatũ [78]in theſauris meis?
[79]Vltio[enim]mihi eſt & [80]repenſio ad tempus, labetur pes eorũ: appropinquat dies quo perdantur ipſi, & [81]feſtinant quæ imminent eis.
Quoniã [82] iudicab t Dominus populum ſuũ, [83]& in ſeruis ſuis ſe ſolabitur: nam videbit vires eorum abijſſe, & in nihilum abijſſe cõcluſum & derelictum.
[84]Et dicet, vbi ſunt dij eorum, [85]petra in quem ſperauerunt,
Quorum adipem ex ſacrificijs comederunt, & quorum vinum in libaminibus biberunt? ſurgant & opitulentur vobis, [86]ſint vobis in latibulum.
[87]Videte igitur q; ego, ego inquam ipſe ſum Dominus, & non eſt Deus præter me: ego [88]occido, & rurſus viuifico: ego vulnus inſligo, & ego medeor, nec eſt qui è manib⁹ meis eripere poſſit.

Et dixi, Vbinam ſunt? ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum:
Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent, Manus noſtra excelſa, & non Dominus, fecit hæc omnia.
Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia.
Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.
Quomodo [a]perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nõnne ideo quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos? B
Non enim eſt Deus noſter vt dij eorum: & inimici noſtri ſunt iudices.
De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi.
Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.
Nõnne hæc cõndita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?
Mea eſt vltio, & ego retribuam[b] eis in tempore, vt labatur pes eorum: iuxtà eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.
Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur: videbit quòd infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique cõſumpti ſunt.
Et dicet, Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam,
De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. F
Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: [ego occidam, & ego viuere faciã: percutiam, & ego ſanabo,] & nõ eſt qui de manu mea poſſit eruere.

¶ [a]perſequatur

Vltio, Dei eſt. eccli 28.a.ro. 12.d.heb.10.c Miſericordia

Deus noſter, De⁹ ſolus eſt. 1.Re.2.b.tob. 13.a.ſap.16.b.

¶61 Dixiſſem, Detrudam eos &c. Id eſt, Decreuiſſẽ apud me in hũc modum, Abigam hanc gentem Iſraeliticam à me in angulũ orbis, & eximam ex hominib⁹ memoriam eorum: [Gallice, Ie les enuoyeray ſi loing, qu'on n'orra iamais parler d'eulx:] niſi timuiſſem inimicũ iratũ & infenſum illi populo meo, ne non ille inimicus agnoſceret me illud feciſſe, aut ſimularet ſe non agnoſcere quis id feciſſet. q. d. Iam decreuiſſẽ omnino perdere eam gentẽ: niſi viderem q; inimicus hoc ſibi tribueret quod mihi tribuendum eſt: ſe inimicos ſuos Iſraelitas viciſſe, quos ego ipſe deleuiſſem. ¶62 ceſſarẽque faciam ¶63 Heb. Iram inimici timerem: ¶64 non agnoſcant, & dicant, ¶65 Id eſt, Noſtris viribus ſuperauimus hanc gentem. ¶66 excidium ſcilicet Iſraelitarum. ¶67 Heb. periens conſilijs. Id eſt, gens perditi conſilij eſt hoc eſt, inconſulti ſunt inimici Iſraelis. ¶68 Si ſapuiſſent, intellexiſſent iſtud, finem[quoque]ſuũ intellexiſſent. i. Si prudentes fuiſſent, intellexiſſent vi diuina factum eſſe, nõ humana, nempe quòd ego gentem hanc meã perdiderim, non ipſi: intellexiſſent præterea quis finis ſiue exitus eos maneat: intellexiſſent eadẽ ſibi euẽtura propter peccata propria, quæ ipſi meæ genti acciderunt. ¶69 vl, Qui fieri potuiſſet vt vnus perſequeretur mille[ſub. homines Iſraelitas,] & duo vertiſſent in fugã decem millia: niſi quòd Deus eorum vendiderat eos, & Dominus tradiderat eos? Subaudi hoſtibus. Melius per futurum, quòd prophetiam contineat nondum impletam, Quomodo perſequetur[olim]vnus[Gentilis]mille [Iſraelitas.] & duo verterent in fugam decem millia, niſi quòd Deus eorum vendiderit eos, & Dominus tradiderit eos? Hæc intelliguntur de ſupplicio quod tandẽ ſumet Dominus de Iſraelitis idololatris. ¶70 deus eorum non eſt vt Deus noſter, ¶71 quòd ſcilicet dij eorum nõ ſunt ſimiles Deo noſtro omnipotenti. ¶72 q. d. Sicuti deus hoſtium noſtrorum non eſt cõferendus cum Deo noſtro: ita ipſi nobis non ſunt cõparandi: quia nati ſunt patribus iniquis, quales erant Sodomitæ & Gomorrhæi. vel, quia ſtudia Sodomitarum imitãtur. Doctioribus magis placet hęc interpretatio. ¶73 ex vitibus. ſub. eſt vitis eorũ. ¶74 racemi eorum ſunt racemi venenati, & vuæ amaritudinum ſunt illis. Id eſt, ferunt vuas amariſſimas. Peſſima ſunt eorum opera. ¶75 Id eſt, Vinum eorũ eſt ſimile felli draconũ. Repetitio eſt verbis mutatis, idem tamen ſignificãtibus. ¶76 crudele. Id eſt, cito enecat. ¶77 Subaudi vinum. Quaſi dicat, Certe vinũ eorum conditum eſt apud me: hæc omnia noui, & eorũ memor ero ſuo tempore. ¶78 Id eſt, in pectore meo: ita vt mihi excidere non poſſit. ¶79 vl, Vltio mea eſt. Id eſt, Sumã de illis pœnas, quũ id tẽpus exiget. ¶80 retributio in tempore quo nutabit pes eorum. Id eſt, vlciſcar, quum nutare cœperit pes eorum, quum corruere debebunt: id autem fiet propediẽ. ¶81 feſtinabũt quæ euentura ſunt illis. Id eſt, propediem interibunt: cito accident quæ euentura ſunt illis. ¶82 Hoc eſt, vlciſcetur Dominus populum ſuum de inimicis ſuis. Conſolatio ſuccedere ſolet mœrori in prophetijs. ¶83 Solari eſt explere cupidinem vlciſcendi. Rectius ſic vertas, & ſuper ſeruos ſuos pœnitebit eum: quum videbit quòd abierit manus, & quòd non ſit clauſus & derelictus. Hoc eſt, mutabit ſententiam, quum videbit populum ſuum redactum eſſe in iſtam ſummam miſeriam, nempe quum videbit manum, id eſt robur populi ſui abijſſe, hoc eſt, deſtitutum eſſe viribus: quum præterea videbit neminem eſſe clauſum in arcibus, quòd omnes ſint expugnatæ: & neminem derelictum, qui non abductus ſit in captiuitatem. ¶84 Et [quum] dicet. Id eſt, Quum dicet hoſtis ridendo vos, Vbi ſunt dij &c. plurali numero vtuntur hoſtes, ignorantes vnitatem Dei. ¶85 Deus inquam in quo &c. ¶86 Heb. ſit ſuper vos protectio. Id eſt, deus ille protegat vos. ¶87 Videte nunc. Quaſi dicat, Vos qui ita dicitis, videte quòd ego ipſe ſum ſolus Deus & præter me non eſt alius. Id eſt, quòd non habeam parem & conſortem diuinitatis. ¶88 vl, occido & vitæ reſtituo. Signa diuinitatis ſunt iſta & ſummæ potentiæ.

Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum,
Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionē hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

2. Mach. 7. b.

¶Laudate gentes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur: & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui.

¶Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba cantici huius in auribus populi, ipſe & Ioſue filius Nun. Compleuítque omnes ſermones iſtos,
G
loquēs ad vniuerſum Iſrael. Et dixit ad eos, Ponite corda veſtra in omnia verba mea quæ ego teſtificor vobis hodie: vt mandetis ea filijs veſtris cuſtodire & facere, & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt in volumine legis huius: Quia non in caſſum præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerent, quæ facientes longo perſeueretis tempore in Terra ad quam Iordane tranſmiſſo ingredimini poſſidendam.

Cor ad verba Dei.

¶Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen in eadem die, dicens, Aſcende in montem iſtum Abarim, id eſt tranſituum, in mōtē Nebo, qui eſt in Terra-Moab contra Iericho: & vide Terram-Chanáan, quam ego tradam filijs Iſrael obtinendam. Et morere in monte, quē conſcendens iungēris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis: Quia præuaricati eſtis contra me in medio filiorum Iſrael ad Aquas-contradictionis in Cades deſerti Sin: Et non ſanctificaſtis me inter filios Iſrael. E cōtra videbis Terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filijs Iſrael.

Moyſes ſcandit montem Abarim, conſyderaturus Terram promiſſam.
Nu. 20. d. 33. e
Nu. 20. a. 27. c

## CAP. XXXIII.

Moyſes moriturus benedicit ſingulis tribubus Iſrael.

HAEc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei filijs Iſrael ante mortē ſuam. Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cū eo ſanctorum millia: in dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyſes,

A Deo docentur qui ei ſe ſubmittunt.
Sap. 3. b.

[89]Quoniam ſublata manu mea in cælum, dicā, Viuo ego in æternum,
[90]Quum exacuero[91]fulgorē gladij mei,[92]tū manus mea apprehendet iudiciū, rependámque vltionem hoſtibus meis, ſimúlque odientibus me rependam.
[93]Imbuā ſagittas meas ſanguine. &[94]gladi⁹ me⁹ deuorabit carnes, [95]propter ſanguinem occiſorū, propterq; captiuos,[96]vt hoſti ſummatim vltiones[rependam,]
[97]Excitate ô gentes ad iubilū populū eius: quoniam ſanguinem ſeruorum ſuorū vlciſcetur, & vindictam rependet hoſtibus ſuis, & [98]propitius erit terræ ſuæ & populo ſuo.

¶Veniens itaque Moſes, loquutus eſt omnia verba cantici huius[99]in auribus populi, ipſe & Hoſea filius Nun.[100]Et quum finem feciſſet Moſes, quúmq; loquutus eſſet omnia verba hæc ad vniuerſum populum Iſrael, Dixit ad eos, [101]Ponite cor veſtrum ad omnia verba quæ ego[102]teſtificor vobis hodie,[103]præcipietiſque ea filijs veſtris, vt cuſtodiant & faciant omnia verba legis huius: [104]Nec ſit vobis hic ſermo vanus, quoniam eſt vita veſtra, & in hoc verbo prolongabitis dies ſuper terrā, ad quā vos trāſmiſſo Iordane proficiſcimini vt eā poſſideatis. ¶Et loquutus eſt Dominus ad Moſen eodem die in hæc verba. Aſcēde montem iſtum Abarim,[105]mōtem Nebo, qui eſt in terra Moab e regione Iericho, & contemplare terram Chanaan quam do filijs Iſrael poſſidendam. Et [106]morere in monte in quem tu aſcendis, [107]colligeriſque ad populos tuos, quēadmodū mortuus eſt Aharon frater tuus in mōte Hor, & collectus eſt ad populos ſuos, Eo quòd præuaricati eſtis contra me in medio filiorum Iſrael iuxta [108]aquas Meruba in Kades deſerti Zin, Quòd[109]me non ſanctificaſtis in medio filiorum Iſrael. E regione ſpectabis terram hanc, illuc autem nō venies, ad terram inquam quam ego do filijs Iſrael.

## CAP. XXXIII.

H[1]AEc eſt benedictio qua benedixit Moſes[2]vir Dei filios Iſrael[3]ante mortē ſuā. dixitq; Dominus[4]de Sina venit, & ortus eſt eis ex Seir.[5]illuxit de mōte Pharā, [6]& venit cū decem millib⁹ ſanctorum.[7]à dexteris ignea lex ad eos.[8]Et vehemēter diligit populos, omnes ſācti ei[9] ſunt in manib⁹ tuis.[10]Et ipſi inſerti intra pedes tuos, accipiēt ex verbis tuis. Legem[11]præcepit nobis Moſes

¶89 Cū eleuauerim in cælū manum meā, & dixerim, Viuo &c. Vel, Cū eleuauero manum meam in cælum. More iurantis. Per ſe ipſum jurare ſolet Deus: ad Heb. 6. Præcedēti verſui hic verſus iungitur, Nō eſt qui de manu mea poſſit eruere, quum eleuauerim manum &c. Id eſt, quū iurauero per me viuum & victurum in ſecula. ¶90 Si exacuero ¶91 i. gladium meū fulgentem. ¶92 Heb. & arripuerit manus mea iudicium, reddam &c. i. & cœpero ſemel iudicium facere: ſumam pœnas de hoſtibus meis. ¶93 Heb. Inebriabo. i. Tingam ſagittas meas ſanguine ſub. inimicorū q. d. Conficiam ſagittis inimicos meos. ¶94 Id eſt, corpora eorū perdam. ¶95 ſanguine interfectorū & captiuorū. Inebriabo inquam ſagittas meas ſanguine vulneratorū, qui abduci ſolēt quòd vulnere accepto non interierint. ¶96 de capitibus hoſtium [in]vltionibus inimici. Id eſt, quum ſumam vindictā de hoſtibus meis, tunc gladius meus deuorabit carnes de capitibus ipſorum hoſtiū. Hoc eſt, enſe amputabo capita hoſtiū meorū. Verti poteſt, in principio [in]vltionibus inimici. Aut, in principio vindictarum inimici. Hoc eſt, cum primùm ſumā pœnas de inimicis meis. ¶97 Laudate igitur gentes populum eius. Id eſt, Dei tanti. Verba ſunt Moſis. ¶98 vt, parcet ¶99. i. audiente populo. ¶100 Heb. Et quum finiſſet Moſes recitare omnia &c. ¶101 Hebraiſmus, pro, Attendite ad omnia verba mea. ¶102 teſtificor aduerſum vos. Vt ſcilicet ſint aliquando vice teſtimonij aduerſum vos. ¶103 vt præcipiatis ¶104 Nō enim eſt res vana vobis, ſed eſt vita veſtra, & hac re longo viuetis tēpore in terra ad &c. Prior pars verſi poteſt, Nō enim eſt res vilior quàm vt illam audiatis. ¶105. i. vt eas in montē Nebo. Eſt autē Nebo, pars mōtis Abarim. ¶106 Imperatiu⁹ pro futuro. ¶107 & apponēre populis tuis. i. maioribus tuis. ¶108. i. Aquas iurgij, aut contentionis. ¶109. i. non impēdiſtis mihi honorē, quū nō credidiſtis me omnia poſſe.

XXXIII.

¶1 Hæc autē eſt benedictio. Hoc caput continet in principio & fine benedictionē vniuerſalē totius populi: in medio benedictionem particularem, & cōmendationem beneficiorū Dei quæ cōtulit in patriarchas. ¶2 Id eſt, vir propheta, ſpiritu prophetico præditus. ¶3 ſub mortem ſuam. Hoc eſt, paulo antè quàm moreretur. Dicunt Hebræi has benedictiones factas fuiſſe die mortis Moſis. Ex contextu tamen non liquet vtrum ipſo die quo mortuus eſt, benedixerit filijs Iſrael, an pridie ſui obitus, an pluribus antè diebus. ¶4 in Sinai venit, & ortus eſt in Seir. Id eſt, Dominus cœpit exercere vires ſuas, & oſtendere virtutem ſuam quando in Sinai dedit legē ſuam: & in monte Seir qui eſt in finibus Idumæorum, oſtendit claritatem ſuam vt ſol quando apparere ſolet mundo. Ex hoc monte alloquutus eſt Dominus Moyſen, quum illi præcepit vt ſerpentem æreum fabricaret. Nume. 21. b. ¶5. i. oſtendit gloriam ſuam in monte Pharan. Ex hoc mōte alloquutus eſt Dominus Moſen quū illi coturnices eſt pollicitus. Nume. 11. g. ¶6 venit inquam cum myriadibus ſanctitatis. Id eſt, cum multis myriadibus ſanctorum angelorum. ¶7 [& in]dextera eius erat ignis legis illis. Hoc eſt, lex ignea quam daturus erat illis: quæ data fuit in fulgure cum ſignis mirabilibus: vt oſtenderet eam terrere homines, non aliter quàm ignis cæleſtis. ¶8 Etiam diligit populos. Id eſt, veros Iſraelitas. ¶9 ſub. Domine. q. d. tutaris illos. ¶10 Ipſi adiūxerūt ſe pedib⁹ tuis, & ſuſceperūt de verbis tuis. i. Ipſi quoq; ſectati ſunt veſtigia tua, & memoriæ mādauerūt bonā partē verborū tuorū, ¶11 Vt eam ſcilicet cuſtodirent.

¶13 hæreditaté &c. Hoc per appoſitioné poſitum: id eſt, quę quaſi iure hæreditario tráſiret ad poſteros Iacob: quá ſeruaret ſibi ſynagoga tăquá ad ſe pertinentem iure hæreditatio.

¶13 Fuit autem [ſub. Moyſes] in Iſraele [tăquă] rex, quando cógregata ſunt &c. [ſub. ad eú]

¶14 & [non] ſit populis ei° numerus. Hoc eſt, Ruben viuat in hoc mundo, & non moriatur morte æterna: ſintque nepotes eius innumeri. ¶15 vl. Sic autē benedixit Iudam: & dixit. ſiue, dicēdo. ¶16 vl. Exaudi Domine deprecationem Iudæ.

[13]hæreditatiam[13]cætui Iacob. [13]Et fuit æquabilis
rex, quum ſe congregarent[13] capita populi, ſimúlque
tribus Iſrael.
Viuat Ruben, & non moriatur, [14]ſintque homines
illius pauci numero.
[15]Et hæc fuit [benedictio] Iuda: & dixit, [16]Audi
Domine vocé Iuda,[16] & [17]ad populum ſuum duc
eum: manus eius[18] multæ erunt ei,[18] & tu opem
ei feres contra hoſtes ſuos.
Et[19] [ad] Leui[19] ſic dixit, [19]Thumim ſút tui, tui ſút
Vrim, viróque qui in te pius fuerit, quem tentaſti
in Maſſa, & quem ad contentionem prouocaſti[19]
ad aquas Meriba. [20]Qui dicit patri ſuo & matri
ſuæ, Nó vidi eum, & fratres ſuos non cognoſcit,
neque filios ſuos agnoſcit: quoniam[21] cuſtodiuerunt[21]
eloquia tua, & fœdus tuum tenaciter
ſeruauerunt. [22]Docebunt ipſum Iacob iudicia
tua, & Iſraelem legem tuam: incenſum ponent
coram naribus tuis, & holocauſtú in aram tuá.[22]
Benedic Domine[23]opibus eius,[23] & opus manuum
eius tibi[24] probetur. [25]Contunde lumbos eorum
qui inſurgunt aduerſus eum, & eorum qui odio
eum habent ne inſurgant.
[26] Ad Béiamin dixit, [27]Dilect° Domini ſecurus
habitabit iuxta eú, inumbrabit ſuper eum tota
die, & inter humeros eius habitabit.
[18]Ad Ioſeph[18] dixit [19]Benedicta eſt à Domino
terra eius à delicatiſſimis & dulciſſimis fructib°
cæli, à rore, & ab abyſſo inferne cubante, [20]A delicatiſſimis
& dulciſſimis fructib° ſolis, & à dulciſſimis
ac delicatiſſimis fructibus menſium,[20] Et
[21]à capitibus montium Orientalium, & à delicatiſſimis
fructibus collium qui iam olim fuerunt,
A fructu delicatiſſimo terræ, & à copia eius.
[22]& fauor habitantis in rubo, veniat in caput
Ioſeph, & in verticem nazaræi inter fratres
ſuos. [23]Decor eius vt primogeniti bouis illius,[23]
&[24]cornua[24] illius vt cornua vnicornis, quibus populos [25]deturbabit[25] pariter vſque ad fines terræ.

hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectiſſimum
rex, congregatis principibus populi
cum tribubus Iſrael.
Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero. — Ruben.
Hæc eſt Iudæ benedictio, Audi Domine vocé — Iuda.
Iudæ, & ad populum ſuum introduc eum: ma- — B
nus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius cótra
aduerſarios eius erit.
Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua — Leui.
a viro ſancto tuo, qué probaſti in tentatione, &
iudicaſti ad Aquas-contradictionis. Qui dixit patri
ſuo, & matri ſuæ, Neſcio vos: & fratribus ſuis,
Ignoro illos: & neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt
eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerút,
iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſrael:
ponent thymiama in furore tuo, &[*]holocauſtu[*] — ¶ [*]holocauſtum
ſuper altare tuum. Benedic Domine fortitudini
eius, & opera manuú illius ſuſcipe. Percute dorſa
inimicorum eius: & qui oderunt eum, non
conſurgant.
Et Beniamin ait, Amantiſſimus Domini ha- — Beniamin.
bitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota
die morabitur, & inter humeros illi° requieſcet.
Ioſeph quoque ait, De benedictione Domini — Ioſeph.
terra eius, de pomis cæli, & rore, atq; abyſſo ſub — C
iacente. De pomis fructuú ſolis ac lunæ, de vertice
antiquorú montiú, de pomis collium æternorú.
Et de frugibus terræ, & de plenitudine ei°.
benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat — Exod. 3. a.
ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem nazaræi
inter fratres ſuos. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo
eius, cornua rhinocerôtis cornua illi°,
in ipſis véntilabit Gentes vſq; ad terminos terræ.

¶17 i. da illi partem Terræ ſanctæ quam daturus es illi. Aut reduc eum cum exierit in bellum, quaſi dicat, ſit victor. ¶18 ſufficient illi. q. d. non egebit humano auxilio, modo illi faueas. neminem timebit, modo illi auxilieris aduerſus hoſtes eius. ¶19 vl. de Leui. Aut. de tribu Leui ¶19 Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ fuerunt viro miſericordi tuo, [vel, ſancto tuo,] quem tentaſti in Maſſa, & permiſiſti vt contenderet &c. Hoc eſt, Dediſti veſtem ſacerdotalem viro Aaroni, qui fuit ſanctus tuus, id eſt vir ſanctiſſimus: veſtem inquam in qua erant perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ, id eſt Vrim & Thummim: Leuiti. 8. b. qui vir fuit ſanctiſſimus, præterquam quód lapſus eſt in loco qui dicitur Maſſa, qui propterea dictus eſt Aquæ Meriba, id eſt Aquæ-contradictionis. Quaſi dicat, Tu dederas dignitatem ſacerdotalem homini Leuitici generis, Aaroni, qui erat alioqui vir ſanctiſſimus: præterquam quód peccauit in hoc, quód contendit apud Aquas-cótradictionis. ¶20 Qui dixiſſet de patre ſuo & de matre ſua ſe nó agnoſcere illos, & qui non agnouiſſet fratres ſuos, neque filios ſuos. hi cuſtodierunt &c. q. d. erat iudex æquiſſimus, nó accipiebat perſonam litigantis: etiam ſi pater & mater, fratres, aut filij eius contendiſſent, ipſo iudice, eos iudicaſſet, ſi iniuſta fuiſſet eorum cauſa. ¶21 Moſes ſcilicet & Aaron. ¶22 Ad totam tribum Leui refertur, verú rectius per præteritum vertes: vt de Moſe & Aarone intelligatur. Docuerunt iudicia tua ipſum Iacob, [ſ. i. omnes Iſraelitas,] & legé tuam ipſum Iſraelem: poſuerunt ſuffitum in nare tuo, & holocauſtum in altari tuo. q. d. Moſes & Aaron obtulerút coram te incenſum. ¶23 ſubſtantiæ eius. Scilicet tribus Leuitici generis. Hoc intelligitur de tota tribu. Quaſi dicat, Auge gratias tuas in ea tribu. & opus manuum eius accepta. ¶24 vl. gratum ſit & acceptum. ¶25 Vulnera in renibus aduerſarios eius, & oſores eius, ita vt poſtea inſurgere nequeant. ¶26 vl. Et de Beniamin ait. Subticetur benedictio Simeonitarú, quód fuerint idololatræ, quód perdiderint ducem: quód etiam benedictio Leuitarum videtur ad eos pertinere. etenim Iacob illis ſimul benedixit. ¶27 Charus Domino habitabit ſecurus iuxta illum: ſit integens eum tota die, & inter humeros eius habitet. q. d. Vtinam Dominus habitet in medio Beniamin, & protegat eum omni tempore: faciat præterea vt in medio tribus Beniamin ædificetur templum Domini: quod factum eſt. Eſt autem Hebraiſmus, inter humeros, pro, in medio. nam quod eſt inter humeros, eſt in medio. ¶18 vl. De Ioſeph ¶19 Benedicta ſit [vl, erit] à Domino terra [vel, patria] eius, ob delicias cæli, ob rorem & ob abyſſum cubantem ſubter. Delicias cæli vocat rorem. quaſi dicat, Benedicta erit terra eius ob rorem delicatiſſimum quo ſuperne irrigabitur, tempore id exigente: item ob fontes è terra ſcaturientes & erumpentes. ¶20 Et propter delicias prouentuum ſolis, & ob delicias influentiæ lunæ. Id eſt, propter fructus optimos qui prouenire ſolent beneficio caloris ſolis: & ob fructus delicatiſſimos quorum maturitatem iuuat luna quæ ſingulis menſibus oritur: nam luna humectat nocte fructus qui torrentur die à ſole. ¶21 ob delicias cacuminú montiú antiquorum, & ob delicias collium æternorú, Et ob delicias terræ arabilis, plenitudinémque eius. i. ob fructú prouenientem in cacuminibus montium & colliú qui fuerunt ab initio múdi. More ſuo repetit eandé ſententiá alijs verbis, cú dicit, Ob delicias colliú æternorú: quum prius dixerit, Ob delicias cacuminú &c. ¶22 Item propter fauoré eius qui habitauit in rubo, veniat [ſub. benedictio hæc] in caput Ioſeph, & in verticem ſeparati à fratribus ſuis. Hoc eſt, propter fauorem Dei altiſſimi qui apparuit Moſi in rubo, vtiná benedictio hæc veniat ſuper totam tribú Ioſeph, qui ſeparatus fuit à fratribus ſuis, quú ab eis venditus fuit Iſmahelitis, & abductus in Ægyptum. ¶23 Heb. Primogenitus bos eius decor erit ei. i. Ephraim primogenitus ipſius Ioſeph, erit tá robuſtus q́ bos, erit etiá illuſtriſſimus. ¶24 Per cornua intelligit fortitudiné. q. d. erit inſuperabilis. ¶25 inuadet. Hoc eſt, ea fortitudine inuadet populos, & dilatabit imperiú ſuú vſque ad finé terræ.

hæ ſunt multitudines Ephráim, & hæc millia Manaſſe.

Zabúlon. Et Zabúlon ait, Lætare Zabúlon in exitu tuo, & Iſſachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ: qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum.

Gad. Et Gad ait, Benedictus in latitudine, Gad: quaſi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. Et vidit principatum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus: qui fuit cũ principib' populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudicium ſuum cum Iſrael.

Dan. D Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Baſan.

Nephthali. Et Nephthali dixit, Nephthali abũdantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & Meridiem poſſidebit.

Aſer. Aſer quoq; ait, Benedictus in filijs Aſer, ſit placens fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuũ. Ferrũ & æs calceamentũ eius: ſicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. ¶ Nõ eſt deus alius vt Deus rectiſſimi: aſcẽſor cæli auxiliator tuus: magnificentia eius diſcurrunt nubes. Habitaculum eius ſurſum, & ſubter, brachia ſempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicétq;, Conterere.

Iere. 33. b. ¶ Habitabit Iſrael confidenter & ſolus. oculus Iacob, in terra frumenti & vini, cælique caligabũt rore. Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino? ſcutũ auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

## CAP. XXXIIII.

Moyſes monte conſcenſo conſyderat terram promiſſam. 2. Macch. 2. a.

AScendit ergo Moyſes de cãpeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga

[36] atque hæc ſunt decem millia Ephraim, & iſta millia Manaſſe.

Ad Zebulõ ait, Lætare Zebulon [37] in exitu tuo, & [38] Iſſachar i tabernaculis tuis. Populos ad [39] mõtem vocabunt, vbi ſacrificabunt [40] ſacrificia iuſtitiæ: [41] quoniam inundationem marium ſugẽt, & reconditos theſauros arenæ.

Et [42] ad Gad dixit, Benedict' qui [43] dilatat Gad, [44] vt leo moratur, qui lacerat brachium cũ vertice. [45] Primũ ſibi proſpexit, quòd illic eſſet portio legiſlatoris laqueati, & veniet cum principibus populi, & faciet iuſtitiam Domini, atque iudicia eius cum Iſraele.

Ad Dã ait, Dã [46] catulus leonis, deſilit à Baſan.

Et [47] ad Naphtali dixit, Naphtali [48] ſatur eſt [diuino] beneplacito, atque plenus benedictione Domini. Occidentem & Meridiem occupabit.

[49] Ad Aſer quoque ait, Aſer benedictus [50] ob filios, gratus fratrib' [51] ſuis, [52] in oleo tinget pedẽ ſuum. Ferrum & æs [53] ſub calceamẽtis tuis. [54] & lõgæuus eris in ſenectute tua. ¶ [55] Non eſt [deus] vt Deus Iſraelis, qui cælos inequitat, [56] auxiliator tuus, & magnificentia eius æther eſt, [57] Qui iam olim habitatio Dei eſt, & inferne brachia in mũdo [extendit.] Et expellet ante faciem tuam hoſtem, & dicet, [58] Vaſtato. [59] Habitabit itaque ſolus Iſrael [60] ſecurus, [61] oculus Iacob [62] ad terram frumenti & vini: quin & [63] cæli eius ſtillabũt rorẽ. Beatus es tu ô Iſrael, quis tui ſimilis ô popule? [64] ſaluus in Domino, qui eſt clypeus auxilij tui, & gladius [65] gloriationis tuæ: [66] & mentiẽtur tibi inimici tui, & tu calcabis in excelſis eorum.

## CAP. XXXIIII.

A [1] Scendit itaq; Moſes ex campis planis Moab in montem [2] Nebo, in verticẽ collis [ipſius]

¶36 erũt enim decem millia Ephraim, & millia Manaſſe. Tribuuntur myriades ipſi Ephraim primogenito benedictione, & chiliades ipſi Manaſſe primo genito natura: quòd Ephráim maior futurus erat fratre ſuo Manaſſe, & infinitis populis dominaturus. Lege Gen. 48. vbi de benedictiõe Ephráim & Manaſſe. ¶37 vel, cũ egrederis. Sub. ad bellum. ſignificat eum futurũ bellicoſum. q.d. promitto tibi victoriam quũ ad bellum proficiſcẽris. ¶38 q.d. tu Iſſachar eris amator pacis & quietis. ¶39 Dei ſcilicet. i. alias tribus inuitabunt vt eant ſecum ad montem Domini, vt eum adorent & colant. ¶40 Id eſt, ſacrificia quæ ſecundum legem fieri debent. ¶41 quoniam affluentiam maris ſugent, & theſauri abditi in arena. Sub. erunt illis. Ac ſi diceret, erunt opulentiſſimi ratione maris, ita vt è terra effodiant theſauros abditos in arena. Vel, tantis opibus abundabunt, vt etiam in arena abdant opes ſuas. Sunt qui hoc referant ad fodinas, è terra arenoſa effodient aurum. ¶42 vel, de Gad ¶43 vel, dilatare fecerit Gad. i. qui ceſſerit ipſi Gad: qui non reſtiterit ei. ¶44 ſimilis leoni habitabit: rapiet brachium & caput. Hoc eſt, in terra ſua non erit aliter atque leo, quem reliqua animalia timent: erit omnibus formidoloſus: præterea interficiet principes & reges qui ei reſiſtent. ¶45 Et vidit primitias, quia illic erat portio legiſlatoris tecta: veniet autem &c. Hoc eſt, iam petiuit à me portionem & partem terræ quam habitaret, nẽpe terram Sehon regis Amorrhæorum, & Og regis Baſan, quæ citra Iordanem eſt ad Oriẽtem Terræ ſanctæ: quòd illic videret multas arces tectas materia pretioſa: erant enim illic palatia legiſlatoris. i. principum. Per legiſlatorẽ intelligit principem: quòd principis ſit condere leges. Non habitabit autem illic antè quàm veniat vnà cum principibus ad ſubiugandam terram quam Dominus eſt pollicitus fratribus eius Iſraelitis: vt faciat iuſtitiam & iudicium Dei cum ipſis. i. vt quemadmodum illi præceperat Dominus vt faceret cum fratribus, faciat. Præceperat autẽ illi Dominus vt comitaretur fratres ſuos in Terram ſanctam, & iuuaret eos in debellandis Chananæis, quod ſe facturum receperat. Facere igitur iudicium & iuſtitiam Dei, eſt facere quod præcepit Deus, & vt Deo promiſimus nos facturos. ¶46 [ſicut] catulus leonis [qui] proſilit è Baſan. In Baſan erant fortiſſimi leones. Dicit autem Dan futurum fortiſſimum vt leones Baſan, & bellicoſiſſimum. ¶47 vel, de Nephthali ¶48 Per vocatiuum verti debet, ſatur [vel plene] fauore, & replete benedictione Domini. i. benedictione diuina. Fauorẽ, vocat Dei gratiam. ¶49 De Aſer ¶50 [ſub. eris vel eſt] ob nepotes. ¶51 Trãſitus à ſecũda perſona ad tertiã. ¶52 & tinget in oleo. Id eſt, abũdabit oleo. erit oleũ viliſſimũ in patria eius, præ abundantia. ita vt etiam in eo lauet pedes. ¶53 calceamenta tua. Id eſt, calcatio tua. inſtrumentum pro actione. q.d. Quicquid calcaueris calceamentis tuis, erit ferrum & æs. Eſt autem Hebraiſmus, pro, In regione tua erunt metalla ferri & æris. ¶54 Heb. & iuxta dies tuos erit fortitudo tua. Hebraica phraſis, pro, quandiu vixeris eris fortis: vires tuæ tandiu durabũt, quandiu viues. ¶55 Nullus eſt ſimilis Deo, ô recte. Rectus, cognomentum fuit Iacob. Hic pro Iſraelitico populo accipitur. Incipit cõmendare Deũ. ¶56 in auxilium tuũ, & in magnificentia ſua nubes. ſub. equitat. q.d. Non eſt deus ſimilis Deo tuo: nam Deus tuus habitat in cælo, vnde fert tibi opem. Nubes conſcendit. & illis inſidet, vt properet ad opem tibi ferendam. Maieſtatem ſuam oſtẽdendo inſidet nubibus, ſiue cælis. ¶57 [Vel] habitaculum eſt Deus æternus & ſubter, brachia ſempiterna. i. infatigabilia. q.d. Deus æternus protegit populum ſuum, velut tugurium defendit habitatores ſuos ab iniuria cæli: ſub populo Iſraelitico ſunt brachia infatigabilia. A vertice ad calcem diligenter cuſtodit totũ Iſraelẽ Dominus. ¶58 Dele [illum]. i. permittet vt deleas illũ. ¶59 Hoc eſt, Non admiſcebitur alijs gẽtibus. ¶60. i. neminẽ timebit. ¶61 fons Iacob. Per appoſitionem vocat Iſraelem, fontem Iacob, & progeniem. q.d. populus Iſraeliticus qui eſt velut riuus deductus à Iacob qui eſt fons. ¶62 in terra ¶63. i. de cælo cadent imbres in terrã illã, vt fœcũdent eã. ¶64 ſeruate. vel, qui ſeruaris in Domino. i. ope diuina. ¶65 vel, excellentiæ tuæ. i. clypeus eſt vnde prouenit tibi auxilium, & gladius quo paratur tibi gloria, maieſtas & ſplendor. ¶66 propterea ſubijcientur inimici tui tibi, tu autem ſuper excelſa eorum ambulabis. Per excelſa intelligit principes. q.d. Tu calcabis ceruicem regum inimicorum tuorum.

XXXIIII. ¶1 vel, Aſcẽdit ergo. Dicũt Hebræi, hoc capue ſcriptũ fuiſſe à Ioſue, ſpiritu prophetico. ¶2 Nebo eſt pars montis Abarim: eius vertex dicitur Phaſga, qua parte reſpicit Iericho: qua autẽ parte reſpicit Moabitidem regionem, dicitur Gal, id eſt vallis.

¶ 3 Subaudienda eſt præpoſitio, à Galaad vſque Dan. ¶ 4 .i. mare Occidẽtale & Mediterraneum, quod in parte Occidẽtali erat reſpectu Terræ ſanctæ. ¶ 5 planitiẽ vallis Iericho, vrbis palmarum. ſubaudiendæ ſunt dictiões aliquot, hoc modo, planitiem vallis in qua ſita eſt Iericho vrbs quæ abũdat palmis. ¶ 6 .i. Nepotib⁹ tuis. ¶ 7 Heb. feci vt oculis tuis videres illã. ¶ 8 Sic dicit, quòd vertex montis erat in terra Moab. ¶ 9 vel, ad verbũ Domini. Vel, de ſententia Domini. Dixerat enim Dominus, Aſcende in montem, & morières.

qui eſt eregione Iericho, oſtenditque illi Dominus vniuerſam terram, ³Gilead vſque Dan, ³Et omnem Naphtali, & terram Ephraim atque Manaſſe, & omnem terram Iuda vſque ad ⁴mare nouiſſimum. ⁴ Meridiem denique, & campeſtrem ⁵planitiem Iericho, quæ eſt ciuitas palmarum, vſque Zoar. Et ait Dominus ad eum, Hæc eſt terra quam iuraui Abrahamo, Iſaac & Iacob, & dixi, ⁶Semini tuo dabo eam. ⁷oſtendi tibi eã vt oculis tuis videres, ⁷illuc verò nõ introibis. ¶ Mortuus igitur eſt Moſes ſeruus Domini ⁸in terra Moab ⁸iuxta os Domini. ⁹Et ¹⁰ſepeliuit eũ in valle, in terra Moab contra ¹¹domum Peor, & nullus hominum cognouit ¹²ſepulchrum eius in hunc vſque diem. Erat autem Moſes natus centum & viginti annos quum moreretur: oculi ei⁹ non caligarant, ¹³maxillæ eius nihil defecerant. Defleruntque itaque filij Iſrael Moſen in planitie campeſtri Moab triginta diebus: & completi ſunt dies fletus & luctus Moſis. ¶ Iehoſua verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapiẽtiæ, eo quòd ¹⁴poſuerit Moſes manus ſuas ſuper eum, obedierúntque filij Iſrael ei, & ¹⁵fecerunt ſicut præceperat Dominus Moſi. Et ¹⁶nõ ſurrexit propheta amplius in Iſrael ſicut Moſes, ¹⁷quem noſſet Dominus facie ad faciem, Secundum omnia ſigna & prodigia, propter quæ miſerat eum Dominus, vt faceret in terra Ægypti, coram Pharaone & omnibus ſeruis eius, atque coram vniuerſa terra eius, ¹⁸Et ſecũdum cunctam manum robuſtam, & omnem terrorem magnum quem fecit Moſes in oculis totius Iſraelis.

contra Iericho: ⁶oſtenditque ei Dominus omnẽ Terram-Galaad vſque Dan, Et vniuerſum Nephthali, Terrámque Ephraim & Manaſſe, & omnẽ Terram *vſque ad mare nouiſſimum, & Auſtralem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum, vſque Segor. Dixitque Domin⁹ ad eum, ‖ Hæc eſt terra, pro qua iuraui Abrahã Iſaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eã. vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. ¶ Mortuúſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini, in Terra Moab, iubente Domino. Et ſepeliuit eum in valle Terræ-Moab contra Phogor: & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem. Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus eſt: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt. Fleuerúntque eũ filij Iſrael in cãpeſtribus Moab triginta diebus: & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen. ¶ Ioſue verò filius Nun repletus eſt Spiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eũ manus ſuas: & obedierunt ei filij Iſrael, feceruntq́; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et non ſurrexit vltrà propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quẽ noſſet Dominus facie ad faciem, In omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum, vt faceret in Terra-Ægypti Pharaoni, & omnib⁹ ſeruis eius, vniuerſæque terræ illius, Et cunctam manum robuſtam, magnáque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

5. 3. d. — * Iuda — Ge. 12. b. 15. d. — B — Moritur Moyſes & ſepelitẽ à Domino. Iudæ c. — C — Flet Moyſes ab Iſraelitis. Ioſue ſubſtituitur. — D

¶ 10 Aut actiuum pro paſſiuo hic poſitum eſt, Sepultus eſt. aut ſubaudiendũ [Deus,] vel [angelus Dei.] In Gai ſepultus fuit, id eſt in valle quæ erat in vertice montis Nebo, qua parte reſpicit terram Moab, non Terram ſanctam, eregione phani Phogor idoli Moabitarum. Quidam Hebræorum dicit, ſepeliuit ſemetipſum. i. ingreſſus eſt ſpeluncam quæ fuit illi loco ſepulchri, quum ſe prius cõpoſuiſſet. ¶ 11 phanum. vel, ædes ¶ 12 vel, locum ſepulturæ ¶ 13 nec emarcuerat vigor eius. Quaſi dicat, ſenectus nullum incommodum ei attulit: valebat adhuc acie oculorum, & facies ei fuit ſemper ſucculenta. Gallice, Il auoit touſiours le viſage frais. Solet enim ſenectus eſſe ſicca. ¶ 14 poſuerat. Per impoſitionem manuum Moſis Ioſue acceperat Spiritum ſanctum. ¶ 15 .i. paruerunt ipſi Ioſue tanquam principi & ſubſtituto à Moſe de mandato Domini. ¶ 16 Hoc eſt, non natus eſt. ¶ 17 qui cognouerat Dominum facie ad faciem, In omnibus ſignis & prodigijs, ad quæ miſerat eum Dominus, facienda in terra &c. Vel, Propter omnia ſigna & prodigia, propter quæ facienda miſerat eum Dominus in terram Ægypti. Noſſe Dominum facie ad faciem, eſt de facie cum noſſe, & cum eo conſuetudinẽ habere. Ante hæc verba, In omnibus ſignis: ſubaudienda ſunt præcedentia, Non ſurrexit inquam vllus propheta ſimilis Moſi in omnibus ſignis &c. ¶ 18 [ſub. quem inquam cognouit] Et propter omnem manum fortem, & propter omnem terrorem magnum, quæ [ſub. omnia] fecit Moſes &c. Manum fortem dicit ob ea quæ facta ſunt in Mari-rubro. Terrorem autem, propter legem quam Dominus dedit in monte Sinai.

# Liber Ioſûe, Hebraice Iehoſûa.

## CAP. I.

¶ 1 Pendet principiũ huius libri à fine Deuteronomij: quòd Ioſue qui hunc librũ ſcripſit, ſcripſerit quoq; finẽ Deuteronomij, ab eo ſcilicet loco vbi Scriptura cõmemorat mortuũ Moſen. Et hinc eſt quòd hic liber incipit à coniũctione copulatiua. Ingreſſus filiorũ Iſrael in Terrã ſanctã hic deſcribitur quæ cœlũ adũbrat. Fides promiſſorũ Chriſti oſtenditur Ioſue Chriſtũ adumbrat qui fuit tribus Ioſeph. Chaldæus paraphra. Poſteaquam mortuus eſt Moſes &c. ¶ 2 ſub. Dabo regionem quæ eſt à deſerto &c. ¶ 3 .i. quẽ conſpicitis, aut inclyto. ¶ 4 Ex ſeptẽ populis ponitur vnicus Hethæorũ, quòd in enumeratione eorũ ſeptẽ populorũ hic ſit primus, & quòd in Occidẽte habitarent Hethæi. ¶ 5 .i. Nemo tibi reſiſtet. ¶ 6 nõ dimittã te. Eſſe cũ aliquo, eſt illi adeſſe, hoc eſt fauere. Chaldæus paraphr. adiuuabo.

FActũ verò eſt poſt mortẽ Moſis ſerui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iehoſuã filium Nun miniſtrum Moſis in hanc ſententiam, Moſes ſeruus meus mortuus eſt: ſurge itaque, & traijce Iordanem iſtum, tu & omnis populus iſte, in terram quam ego do eis, nempe filijs Iſrael. Omnem locum quẽ calcauerit planta pedis veſtri, tradidi vobis, quemadmodum loqutu⁹ ſum ad Moſen, ²A deſerto ³& Libano ³iſto, vſque ad fluuium magnum, fluuium inquã Euphratẽ: omnis terra ⁴Hithæorũ vſq; ad mare magnũ cõtra occaſum ſolis erit limes veſter. ⁵Non ſe ſtatuet quiſquam cõtra faciem tuam cunctis diebus vitæ tuæ: quemadmodum fui cum Moſe, [ſic] ero tecum, ⁶non faciam te remiſſum, neque

ET factum eſt poſt mortem Moyſi ſerui Domini, vt loqueretur Dominus ad Ioſue filiũ Nun, miniſtrũ Moyſi, & diceret ei, Moyſes ſeruus meus mortuus eſt: ſurge & tranſi Iordanem iſtum tu & omnis populus tecũ, in Terram quam ego dabo filijs Iſrael. ‖ Omnem locũ quem calcauerit veſtigiũ pedis veſtri, vobis tradam, ſicut locutus ſum Moyſi. A deſerto & Libano vſque ad fluuium magnum Euphraten, omnis Terra Hethæorum vſque ad mare magnum contra ſolis occaſum erit terminus veſter. Nullus poterit vobis reſiſtere cũctis diebus vitæ tuæ: ſicut fui cũ Moyſe, ita ero tecũ: ‖ nõ dimittã nec

Dominus inflammat Ioſue ad inuadendam Terrã promiſſam. — Termini Terræ promiſſiõis. deut. 11. c. — Heb. 13. a.

B derelinquam te. Confortare & eſto robuſtus: tu enim ſorte diuides populo huic Terrã pro qua iuraui patribus [a] tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur, & eſto robuſt⁹ valde: vt cuſtodias, & facias omnem legẽ quam præcepit tibi Moyſes ſeruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis. Nõ recedat volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tũc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi, cõfortare, & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere: quoniam tecum eſt Dominus

C Deus tuus in omnibus ad quæcũque perrexeris. ¶ Præcepitque Ioſue principibus populi, dicẽs, Tranſite per medium caſtrorũ, & imperate populo, ac dicite, Præparate vobis cibaria: quoniã poſt diem tertium tranſibitis Iordanem, & intrabitis ad poſſidendã Terrã quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. ¶ Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait, Mementote ſermonis, quem præcepit vobis Moyſes famul⁹ Domini, dicens, Dominus Deus veſter dedit vobis requiem, & omnem Terram. Vxores veſtræ, & filij, ac iumenta manebunt in Terra quã tradidit vobis Moyſes trans Iordanem: vos autem tranſite armati ante fratres veſtros, omnes for-

D tes manu, & pugnate pro eis, Donec det Domin⁹ requiem fratribus veſtris ſicut & vobis dedit, & poſſideant ipſi quoque Terram quam Dominus Deus veſter daturus eſt eis: & ſic [b] reuertimini in Terram poſſeſſionis veſtræ, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyſes famulus Domini trãs Iordanem contra ſolis ortum. Reſpõderũtque ad Ioſue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepiſti nobis, faciemus: & quocũque miſeris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantum ſit Dominus Deus tuus tecũ, ſicut fuit cum Moyſe. Qui cõtradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter age.

CAP. II.

Miſit igitur Ioſue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abſcondito: & dixit eis, Ite, & conſyderate Terram, vrbẽmque Iericho. Qui pergentes ingreſſi ſunt domũ mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. ¶ Nũtiatũmque eſt regi Iericho, & dictum, Ecce viri ingreſſi ſunt huc per noctem de filijs Iſrael, vt explorarẽt Terram. Miſitque rex Iericho ad Rahab, meretricem, dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingreſſi ſunt domum tuam: exploratores quippe ſunt, & omnem Terram conſyderare venerunt. Tollénſque mulier viros, abſcondit, & ait, Fateor venerunt ad me, ſed neſciebam vnde eſſent. Cúmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, ne-

[a] ſuis

Præcipit continuã lectionem Deuteronomij.

Iubet Ioſue cibaria præparari.

Tribũ Rubẽ, Gad, & dimidiã Manaſſe hortatur ad auxilium iterum. Nume. 32. d.

[b] reuertemini

Ioſue mittit exploratores in Iericho. Iac. 2. d. heb. 11. f.

Abſconduntur à Rahab.

deſeram te. Sis igitur fortis & robuſtus: tu enim diuides in hæreditatem populo huic terrã quam iuraui patribus eorũ, [7] vt darem [eam] illis, [8] Modo tu ſis fortis & admodum robuſtus, vt cuſtodias & agas ſecundum vniuerſam legem quam præcepit tibi Moſes ſeru⁹ meus. ne recedas [9] ab ea neque [10] ad dexteram, neque ad ſiniſtram, vt [11] prudẽter agas [12] in omnibus in quibus incedis. Nõ recedet liber legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo die noctúq́; vt cuſtodias & agas iuxta omne illud quod ſcriptum eſt in eo: tunc enim proſperũ reddes iter tuum, tunc [13] prudẽter ages. [14] Annon præcepi tibi, Sis fortis & robuſtus, ne formides, nẽve animo frangaris? quoniã ego Dominus Deus tuus adſum tibi in omnibus ad quæ tu ꝓficiſceris. ¶ Præcepit igitur Iehoſua præfectis populi, dicens, Tranſite per media caſtra, & præcipite populo in hãc ſententiam, Parate vobis viaticum: adhuc enim [15] intra tres dies traijcietis Iordanem hũc, [16] vt veniatis in terrã, eámque occupetis, quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis vt poſſideatis eã. ¶ Ad Rubenitas quoque & Gaditas, atque ad dimidiam tribum Manaſſe loquutus eſt Iehoſua, dicẽs, [17] Meminiſſe [oportet] verbi quod præcepit vobis Moſes ſeruus Domini hiſce verbis, Dominus Deus veſter quietem dedit vobis, deditque vobis terram hãc, Vxores veſtræ, pubes veſtra, & pecora veſtra manebũt in terra quam dedit vobis Moſes cis Iordanem: vos autem [18] quicunque viri ſunt fortes, tranſibitis [19] in primipilari ordine ante fratres veſtros, auxiliúmque illis feretis, Donec Dominus [20] requiem dederit fratribus veſtris ſicut vobis, & poſſideant quoque ipſi terram quam Dominus Deus veſter dat eis, & tũc redibitis ad terram hæreditatis veſtræ, poſſidebitíſque eã, quam dedit vobis Moſes ſeruus Domini cis Iordanem ad ſolem orientem. Et reſponderunt ipſi Iehoſuæ dicẽtes, Omnia quæ præcepiſti nobis faciemus. & ad omnia ad quæ miſeris nos ibimus: Sicut obediuimus in omnibus Moſi, ſic quoque obediemus tibi, [21] modo ſit Dominus Deus tuus tecũ ſicut fuit cum Moſe. Quicunque rebellis fuerit ori tuo, & verbis tuis non obedierit in omnibus quæ ei mandaueris, [22] interficiatur, [23] modo age fortiter & ſtrenue.

CAP. II.

Miſit itaque Iehoſua filius Nun de [2] Sittim duos viros, [3] qui arte quadam & occulte explorarent, hiſce mandatis, Ite & perſpicite terram [4] atque Iericho. Qui abeuntes diuerterunt in domum cuiuſdam mulieris [5] quæ erat cauponaria meritoria, cui nomẽ fuit Rahab, & [6] quieuerũt illic. ¶ Annũtiatũ eſt autẽ regi Iericho hiſce verbis, En venerũt huc viri iſta nocte de filijs Iſrael, vt terram explorent. Miſit itaq; rex Iericho ad Rahab huiuſmodi mandatis, Profer viros qui [7] tecũ diuerterunt, quique ingreſſi ſunt domum tuã: venerũt enim vt vniuerſam terrã explorẽt. ([8] Tollens autẽ mulier duos viros, abſcondit eos) dixitque, Sic eſt, venerunt quidem viri ad me, [9] ſed ignoraui vndenã eſſent: [10] Quúmq; iã teneſceret, claudẽdáque iã eſſet porta, egreſſi ſunt viri, nec

¶7 me daturũ ¶8 Tantũmodo eſto fortianimo

¶9 vl, ab eo. ſubaudi, Moſe. ſiue libro legis. ¶10 Ire ad dexteram, eſt addere verbo Dei. Ire ad ſiniſtrã, detrahere.

¶11 fœlix ſis. Vox Hebræa SACHAL, proprie ſignificat intelligere. at qui ſapiũt, aſſequũtur vota, ob id proſperari ſignificat. Qui prudẽtes ſunt, fœliciter res ſuas adminiſtrant, atque hoc pacto voti compotes euadunt.

¶12 In omniſtio co, ad quẽ perrexeris.

¶13 fœlix eris.

¶14 Vox Hebræa HALO, adhortãtis potius quàm interrogantis. Repetit: quoniam humana fides eſt infirma.

¶15 vl, poſt triduum trãſituri eſtis .i. parati eritis tranſire, non comprehenſo ſcilicet die promulgationis.

¶16 vt intretis ad poſſidendã terram.

¶17 Mementote eius rei quã

¶18 omnes potentes virtute. .i. quotquot viribus valent.

¶19 armati

¶20 vl, ſedes quietas ¶21 Heb. tantum ¶22 vl, adiudicabitur morti. ſub. à iudicibus. ¶23 Heb. tantum corroborare & viriliter age. i. eſto forti ac robuſto ſiue infracto animo. II. ¶1 Miſerat autem ¶2 Nomen loci in campeſtribus Moab non longe à Iordane. ¶3 Heb. exploratores clam. Chaldæus paraphra. in ſecreto. Alij vertunt, qui explorarent tecte. Alij, qui explorarent cogitationem populi. i. quo animo eſſent. Vox enim Hebræa ſignificat & cogitare. ¶4 vl, præſertim Iericho. ¶5 cauponariæ. ſiue, hoſpitæ. In hac ſignificatione Vox Hebræa ZONA, à ZVN, id eſt frumento ſiue ſpecie frumenti, aut eſca: quòd hoſpita eſcas præparet & vendat. Chaldæus paraphraſtes ſic exponit. Poteſt & ZONA, à ZANA deduci, quod fornicari ſignificat: tunc meretricem ſignificabit. ¶6 vl, iacuerunt. ſiue, dormierunt ¶7 ad te ¶8 Acceperat autẽ mulier duos viros illos, & abdiderat vnũquenque eorũ. Nam ſeorſum eos abdiderat. Per parentheſin hæc legenda. ¶9 nec tamen ſciebã ¶10 Heb. Et fuit porta ad claudendum in tenebris. vl, Quum iam nox eſſet atra. id eſt, Cum autem eſſet claudenda porta. ſubaudi, vrbis, vel domus Rahab, quòd nox eſſet atra.

ſcio quò abierint viri illi. Inſequimini eos feſtinanter, apprehenderetis nimirum eos. At ipſa [11]duxit eos' ſurſum ſuper tectum, [12]abſconditq́; 'eos [13]ſub cauliculis lini' qui ſtructi erant [14]ei ſub tecto.' Ciues verò inſequuti ſunt eos per viam Iordanis ad vada vſq;. porta autẽ clauſa eſt [15]poſteaquam' egreſſi ſunt qui eos inſequebãtur. ¶ Porrò antequam [16]quieti ſe dediſſent' viri illi, [mulier] aſcendit ad eos ſupra tectum. Dixitque ad viros, Noui quòd Dominus tradiderit vobis hãc terram: [17]irruit enim' terror veſter ſuper nos, omnéſque terræ huius habitatores [18]conſternati' ſunt metu veſtri. Siquidem audiuimus qualiter exiccauerit Dominus aquas maris carectoſi ante vos quum exiretis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum, qui vltra Iordanem fuerunt, nẽpe ipſi Sihon & Og, quos omnino excidiſtis: Quo audito, [19]liquefactũ' eſt cor noſtrũ, neque [20]perſtat' ampli⁹ ſpiritus in quoquam metu veſtri: quoniam Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus in cælis ſuperne, & ſubtus in terra. Nũc igitur iurate mihi quæſo per Dominum, quandoquidem ego [21]in vos benigna fui,' vos quoque beneficiũ ſitis præſtituri domui patris mei, [huiúſque rei] detis mihi [22]ſymbolum haud fallax. [23]conſeruate in vita' patrem meum & matrem meam, fratres meos & ſorores meas, & quidquid illi habent, [24]eripite' animas noſtras à morte. Viri verò illi reſpõderunt ei, [25]Animas noſtras pro vobis morti [deuouem⁹] præſtituros' nos & [26]beneficium' & [27]fidem' tibi, quum Dominus tradiderit nobis terram iſtam, [28]modo ne' prodatis [29]negotium noſtrũ. ¶ Demiſit itaque eos fune per feneſtram, quandoquidem domus eius erat [30]iuxta mœnia [vrbis] habitabat enim ipſa propter murum.' Dixit autẽ ad eos, Ite mõtem verſus, ne forte obuiam vobis fiant qui vos ſunt inſequuti: ibique abſcõditi latitate tres dies, donec perſequutores redierint, tum demũ perſequemini iter veſtrum. Viri verò illi dixerũt ad eam, Nos [31]fidem noſtram liberabim⁹ ab hoc iuramento quo nos adegiſti,' Si ingreſſis nobis in regionem, coccinũ iſtum funem ligaueris in feneſtra per quam nos [32]demittis,' inque domum tuam congregaueris ad te patrem tuum, matrẽ tuam, & fratres tuos, quin & totam familiã patris tui. Quicunque egreſſus fuerit foras extra oſtia domus tuæ, [33]huius ſanguis ſit ſuper caput eius.' & nos [34]innoxij' erimus: quicũque verò tecum fuerit in domo, [35]ſi huic vis inferatur,' ſanguis eius ſit ſuper caput noſtrum. Quòd [36]ſi hoc negotium noſtrum prodis,' liberati erimus ab hoc iuramento tuo, [37]quo nos adegiſti.' Et reſpõdit, Quemadmodum loquuti eſtis, ſic fiat. ¶ Et dimiſit eos, abierúntque, ipſa verò ligauit funem coccinum in feneſtra. Abeuntes autem peruenerunt in mõtem, ibique delituerunt tres dies, donec rediiſſent perſequutores. quæſierant autem eos perſequutores per omnem viam, nec inuenerant. Conuerſi ergo duo illi viri, deſcenderũt de monte, traijcientéſque venerunt ad Iehoſuã filium Nun, & narrauerunt ei omnia [38]quæ eis acciderant.' Dixerunt autem ad Iehoſuam, Dominus tradidit vniuerſam hanc terram in manum noſtram, [39]metu noſtri omnes habitatores terræ iſtius diffluxerunt.

CAP. III.

S[1]Vrgente' verò diluculo Iehoſua, mouerunt è Sittim, perueneruntque ad Iordanem, ipſe &

ſcio quò abierũt: perſequimini cito, & comprehendetis eos. Ipſa autem fecit aſcẽdere viros in ſolarium domus ſuæ, operuitque eos ſtipula lini, quæ ibi erat. Hi autem qui miſſi fuerant, ſecuti ſunt eos per viam quæ ducit ad 'vadum' Iordanis: illiſque egreſſis ſtatim porta clauſa eſt. B ¶' vada

¶ Necdũ obdormierãt qui latebant, & ecce mulier aſcendit ad eos, & ait, Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terrã: etenim irruit in nos terror veſter, & elãguerũt omnes habitatores Terræ. Audiuimus quòd ſiccauerit Dominus aquas Maris-rubri ad veſtrũ introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto: & quæ feceritis duob⁹ Amorrhæorum regibus qui erãt trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfeciſtis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum: Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum. Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum, ita & vos faciatis cũ domo patris mei: detiſque mihi verum ſignum, 'vt' ſaluetis patrem meum & matrem, fratres ac ſorores meas, & omnia quæ illorũ ſunt, & eruatis animas noſtras à morte. Qui reſponderunt ei, Anima noſtra ſit pro vobis in mortem: ſi tamen nõ prodideris nos. cũque tradiderit nobis Dominus Terram, faciemus in te miſericordiã & veritatem. ¶ Demiſit ergo eos per funẽ de feneſtra: dom⁹ enim eius hærebat muro. Dixitque ad eos, Ad montana conſcendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus donec redeãt, & ſic ibitis per viam veſtram. Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iuramẽto hoc quo adiuraſti nos, Si ingredientibus nobis Terram, ſignum fuerit funiculus iſte coccine⁹, & ligaueris eum in feneſtra, per quam demiſiſti nos: & patrem tuum ac matrem, fratréſque, & omnem cognationem tui congregaueris in domum tuam. Qui oſtiũ domus tuæ egreſſus fuerit, 'reus ſibi erit,' ſanguis ipſius erit in caput eius, & nos erim⁹ 'alieni.' cunctorum autẽ ſanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit. Quòd ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramẽto quo adiuraſti nos. Et illa reſpondit, Sicut locuti eſtis, ita fiat. ¶ Dimittẽnſque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineũ in feneſtra. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manſerunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant perſecuti: quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos. Quibus vrbẽ ingreſſis, reuerſi ſunt, & deſcenderunt exploratores de monte: & tranſmiſſo Iordane venerũt ad Ioſue filiũ Nun, narrauerúntque ei omnia quæ acciderant ſibi, Atque dixerũt, Tradidit Domin⁹ omnem Terrã hanc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cũcti habitatores eius.

CAP. III.

IGitur Ioſue de nocte cõſurgẽs mouit caſtra: egredientéſq; de Setim, venerũt ad Iordanem

Rahab agnoſcit Deũ Iſrael eſſe ſummum Deum.

Nume. 21. e.

Petit Rahab, ſui & ſuorũ rationẽ haberi, expugnata Iericho.

C ¶' &

D ¶' innoxij.

Reuertuntur exploratores

Venit Ioſue cum populo ad Iordanẽ.

¶11 aſcendere fecerat eos ¶12 abdiderátque ¶13 Heb. in linis ſtipulæ. Inuerſæ dictiones, pro, in ſtipula lini .i. in culmis, ſiue ſtipulis lineis. ¶14 à ſe in ſolario. ſiue tecto. ¶15 vl, paulo pòſt quàm ¶16 vl, cœpiſſent dormire ¶17 Heb. & quòd ceciderit &c. i. territi ſumus propter vos. ¶18 vl, diſſoluti. i. præ timore ſunt animo remiſſo. ¶19 vl, diſſolutum ¶20 remanſit ¶21 Heb. feci vobiſcum miſericordiã. i. prior contuli in vos beneficium. ¶22 vl, ſignũ verũ: ¶23 & vita donabitis ¶24 & eripietis ¶25 Heb. Anima noſtra pro vobis ad moriẽdũ, & faciem⁹ &c. i. ſeruabim⁹ vos, etiãſi nobis ſit moriẽdũ, faciemúſq; vobiſcũ miſericordiam &c. ¶26 miſericordiam. Præſtat miſericordiam qui prior confert beneficiũ. ¶27 veritatem. Præſtat veritatẽ, q beneficiũ refert. ¶28 ea lege ſi non ¶29 vl, hos ſermones noſtros. qb⁹ ſcilicet polliceamur nos ſeruaturos te & domum patris tui. ¶30 Heb. in pariete muri, & in muro ipſa habitabat. i. dom⁹ ei⁹ hærebat vrbis muro, & in ea parte dom⁹ habitabat quæ proxima erat muro vrbis. ¶31 Hebraice legit quaſi dicas Latine, deobligari erimus à iureiurãdo iſto tuo quo adiuraſti nos. ¶32 demiſiſti, ¶33 i. erit cauſa ſuæ mortis. ¶34 vl, inſontes ¶35 Heb. ſi man⁹ fuerit in eũ. i. ſiquis eũ læſerit. ¶36 i. ſi leges iſtas reuelaueris. ¶37 quo nos adiuraſti. ¶38 Heb. quæ inuenerant ipſos. ¶39 Heb. & etiam à facie noſtra conſternati [vl, proſtrati] ſunt omnes habitatores terræ.

III. ¶1 Nona die Martij ſcilicet. Aſſerunt Hebræi Moſen mortuum fuiſſe ſeptima die Februarij. & ſeptima Martij ſequẽtis, nẽpe ſub finẽ triginta dierũ luct⁹, Dominũ allocutũ Ioſue, & eodẽ die promulgationẽ factã populo de parãdis cibis. Quinta verò die eiuſdẽ miſſos fuiſſe exploratores, & octaua ipſos reuerſos fuiſſe. Nona autem die filios Iſrael profectos à Sittim, & deueniſſe ad ripas Iordanis. Ac decima illos tranſiſſe Iordanẽ ipſum.

Arcã portãt Leuitæ præcedentes populum.

ipſe,& omnes filij Iſrael,& morati ſunt ibi per
tres dies. Quibus euolutis tranſierunt præcones
per caſtrorum medium , & clamare cœperunt,
Quando videritis arcam fœderis Domini Dei ve
ſtri,& ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portãtes eam,
vos quoque conſurgite,& ſequimini præceden-
tes:Sitque inter vos & arcam ſpatium cubitorũ
duũm millium :vt procul ˋmagis' videre poſſi-
tis,& noſſe per quam viam ingrediamini : quia
prius non ambulaſtis per eam.& cauete ne ap-
B propinquetis ad arcam.¶Dixitque Ioſũe ad po
pulum,Sanctificamini:cras enim faciet Domin⁹
inter vos mirabilia.Et ait ad ſacerdotes,Tollite
arcam fœderis,& præcedite populum. Qui iuſſa
complentes,tulerunt, & ambulauerũt ante eos.

Miraculis oſtẽdit De⁹ ſe eſſe cũ Ioſũe, & deducere populum.

¶Dixitque Dominus ad Ioſũe, Hodie incipiam
exaltare te coram omni Iſrael:vt ſciant quòd ſi-
cut cum Moyſe fui,ita & tecũ ſim.Tu autẽ præ-
cipe ſacerdotibus qui portant arcam fœderis, &
dic eis.Cum ingreſſi fueritis partem aquæ Ior-
danis,ſtate in ea.Dixitque Ioſũe ad filios Iſrael,
Accedite huc, & audite verbum Domini Dei ve-
ſtri.Et rurſum,In hoc,inquit, ſcietis quòd Do-
minus Deus viuẽs in medio veſtri eſt,& diſper-
C det in conſpectu veſtro Chananæum & Hethæũ,
Heuæum & Pherezæum, Gergeſæum quoque &
Iebuſæum,& Amorrhæũ.Ecce,arca fœderis Do-
mini omnis terræ antecedet vos per Iordanẽ.
Parate duodecim viros de ˋduodecim' tribubus
Iſrael, ſingulos per ſingulas tribus. Et cum po-
ſuerint veſtigia pedũ ſuorũ ſacerdotes qui por-
tant arcam ˋfœderis' Domini Dei vniuerſæ ter-
ræ in aquis Iordanis,aquæ quæ inferiores ſunt,
decurrent atque deficiẽt:quæ autem dẽſuper ve-
niunt, ſin vna mole conſiſtent. ¶Igitur egreſ-
ſus eſt populus de tabernaculis ſuis,vt tranſiret
Iordanem:& ſacerdotes qui portabant arcã fœ-
D deris pergebant ante eũ. Ingreſſiſque eis Iorda
nẽ,& pedibus eorum in parte aquæ tinctis:(ſIor
danis autem,ripas aluei ſui tempore meſſis im-
pleuerat ) Steterunt aquæ deſcendentes in loco
vno,& ad inſtar montis intumeſcentes appare-
bant procul ab vrbe quæ vocatur ᵃEdom' vſque
ad ᵇlocum' Sarthan.quæ autem inferiores erãt,
in Mare-ſolitudinis ( quod nunc vocatur mor-
tuũ) deſcenderunt vſquequo omnino deficerẽt.
Populus autem incedebat contra ᶜIordanem:'&
ſacerdotes qui portabant arcam fœderis Domi-
ni, ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Ior-
danis accincti, omniſque populus per arentem
alueum tranſibat.

Pſal.113.a. Trãſit populus Iordanẽ. act.7.f. Eccli 14.c. Siccatur alue⁹ Iordanis.

¶ᵃ Adam ¶ᵇ latus ¶ᶜ Iericho:

CAP. IIII.

Quibus tranſgreſſis dixit Dominus ad Ioſũe,
Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas
tribus , Et præcipe eis vt tollant de me-
dio Iordanis alueo,vbi ſteterunt pedes ſacerdo-
tum,duodecim duriſſimos lapides,quos ponetis
in loco caſtrorum vbi fixeritis hac nocte tento-
ria.Vocauitque Ioſũe duodecim viros, quos ele-
gerat de filijs Iſrael ſingulos de ſingulis tribub⁹,

Duodecim lapides ex alueo erigũtur in monimentum ſiccati Iordanis.

cũcti filij Iſrael, pernoctarũntque ibi priuſquã
traijcerent.[1]Poſt tertium diem tranſibant præ-
cones'per media caſtra, præceperũntque popu-
lo hiſce verbis,Quum videritis arcã fœderis Do-
mini Dei veſtri,& ſacerdotes Leuitas illã feren-
tes,ſoluetis & vos è loco veſtro, proficiſcemini-
que poſt illam : Sic tamen, vt ſpatium ſit inter
vos & illam, circiter duo millia cubitorũ[3]in mẽ
ſura.'ne ad eam[4]appropinquetis:' vt ſciatis qua
via vobis ſit incedendum:nam hac via ˋantea' nõ
inceſſiſtis. ¶[6]Dixitque' Iehoſua ad populũ,[7]Cõ
ſecrate' voſipſos:nã cras faciet Dominus in me-
dio veſtri admiranda quædã. [8]Loquutus eſt de-
inde Iehoſua'ad ſacerdotes hiſce verbis, Tollite
arcam fœderis,& tranſite ante populum.hi au-
tem tollentes arcam fœderis,præceſſerũt popu-
lum.¶[9]Et dixit'Dominus ad Iehoſuã,Hodie in-
cipiam te magnificare in oculis totius Iſraelis,
vt intelligant me tecum fore quemadmodũ fui
cum Moſe,[10]Et tu præcipies' ſacerdotibus feren
tibus arcam fœderis,in hanc ſententiam, Cũ ve
neritis [11]ad primam partem'aquarum Iordanis,
conſiſtetis[12]in ipſo Iordane.' Dixitque Iehoſua
ad filios Iſrael,Huc adeſte,& audite verba Domi
ni Dei veſtri.Et addidit Iehoſua,[13]In hoc'cogno
ſcetis quòd Deus viuens ſit in medio veſtri. [13] &
omnino expellat'ante vos Chananæũ,& Hithæ-
um,& Hiuæum, & Pherizæũ, & Girgeſæum, &
Amorrhæũ,& Iebuſæum.Ecce arca fœderis do-
minatoris totius terræ [14]tranſit' ante vos in Ior
danem.Nunc igitur tollite vobis duodecim vi-
ros ex tribubus Iſrael, ex ſingulis tribubus ſin-
gulos viros Et quum conſtiterint plantæ pedũ
ſacerdotum qui portant arcã Domini domina-
toris vniuerſæ terræ intra aquas Iordanis,aquę
Iordanis [15]ſcindentur,' & aquæ illæ quæ ſuper-
ne defluunt,conſiſtent[16]inſtar muri.¶[17]Factum
eſt autem quũ proficiſceretur populus è taber-
naculis ſuis vt tranſiret Iordanem, [ibant] ante
populum ſacerdotes qui portabant arcam fœde
ris.'Quũmque hi,qui arcam [fœderis] portabãt,
ingrederentur Iordanem,pedẽſque ſacerdotum
qui arcam ferebant,tincti eſſent in prima parte
aquarũ,([18]ſolet enim Iordanis ſuper omnes ri-
pas ſuas cunctis diebus meſſis effundi)'Conſtite
rũt aquæ quæ ſuperne defluebãt[19]inſtar muri,'
valde procul à ciuitate Adam,quæ erat à latere
Zarthan:quæ verò [20]infra erant [aquæ,]deflue-
bant ad mare ſolitudinis,mare ſcilicet ſalis,ſe-
paratæ defecerũt,' tranſiitque populus e regio-
ne Iericho.Stabant autem ſacerdotes,qui porta
bant arcam fœderis Domini, [21]in ſicco'in medio
Iordane [22]præparati,'& cunctus Iſrael tranſibat
in ſicco,donec vniuerſus popul⁹[23]perfecte trãſ-
iſſet' Iordanem.

CAP. IIII.

Contigit autem poſteaquam vniuerſa multi
tudo plene Iordanem tranſiſſet, ([1]vt loque-
retur'Dominus ad Iehoſuã,dicens,Tollite ex po
pulo duodecim viros, de ſingulis tribubus vnũ,
Et præcipite illis in hanc ſententiam,Tollite vo
bis hinc de medio Iordanis, à loco vbi ſtant pedes ſacerdotum [2] præparatorum,' duodecim lapi-
des,quos transferetis vobiſcum,& [3]relinquatis eos eò loci,vbi hac nocte eſtis permanſuri.)[4]Voca-
uitque' Iehoſua duodecim viros, quos ordinauerat de filijs Iſrael,ſingulos de ſingulis tribubus.

¶1 vł, A fine triũ dierũ traſierũt præfecti. A promulgatione ſcilicet de parandis cibis.

¶3 vł, ad mẽſurã.ſub. ſacrã, vel regiam.

¶ 4 accedatis propius.Prohibet Domin⁹ vt non nimiũ vel accedãt vel recedãt ab arca: vt & ad montẽ Sinai non permittuntur accedere,nec longius recedere: vt ſcilicet vbique Domino debitũ exhibeant honorem.

¶5 Heb.ab heri & nudiuſtertiᵒ q.d. non enim ſolliti eſtis trãſire per hanc viam.

¶6 Dixeratq́. cũprimũ ſcilicet deuenerũt ad Iordanem.

¶7 vł,Sanctificate.i.Operam date ſanctimoniæ:ſitis parati,nequid vos ĩpediat à trãſitu Iordanis.

¶8 Decima ſcilicet Die Martij

¶9 Dixerat autẽ.antequã ſcilicet Ioſue alloqueretur ſacerdotes.

¶10 Tu igitur præcipe

¶11 vſq; ad extremum.i.ad vlteriorem ripam Iordanis.

¶12.i.in alueo Iordanis iam ſiccato. ¶13.i. Hac ratione. ſiue Hoc pacto

¶13 Heb.expellendo expellet

¶14 tranſibit.q.d.vobis cõmonſtrabit viã. ¶15 vł.deficient. aut, intercidentur, ¶16 in vna mole. vł aceruo vno.
.i.aſſurgent,ſiue intumeſcent inſtar montis.Poſtea dicit.Aſſurrexerũt in aceruũ vnũ. ¶17 q.d. Cũ primum ſacer-
dotes cœperunt moueri,tunc ſecutus eſt populus. ¶18 Heb.(porrò Iordanis erat plenus vltra ripas ſuas toto tẽpo
re meſſis.)q.d.erat maximus,nec poterat capi alueo ſuo:quod miraculo erat.flumen in æſtate non capi ſuo alueo.
¶19 Heb.[&]aſſurrexerunt in aceruũ vnum.i.intumuerũt inſtar mõtis. ¶20 defluebant[vł,deſcẽdebant]in mare cã
peſtriũ mare ſalſum,defecerũt.[&] conſumptæ ſunt.q.d.totus alueus ab eo loco vſque ad mare mortuũ ſiccat⁹ eſt.
¶21 ſub.alueo. ¶22.i.deinduſtria.Aut verte, pede fixo. ¶23 finẽ feciſſet tranſeundi IIII. ¶1 dixerat autem.Principiũ parentheſis. ¶2 vł,ſtantium pede fixo, ¶3 collocetis eos in hoſpitio in quo pernoctabitis nocte.
ſub.ſequente.i.in quo figetis tentoria nocte ſequenti.Finis eſt parentheſis. ¶4 Tunc vocauit

¶5.i.quod reuocabit vobis in memoriam tātū beneficiū. ¶6 cúmque interrogabunt ¶7 .i.poſthac. in futurum. ¶8 vobis? ¶9 Quòd defecerūt.vł.interciſæ ſunt ¶10 vł,defecerunt ¶11 proinde erunt ¶12 vł, vice memorialis ¶13.i.illi duodecim qui erāt è filijs Iſrael. ¶14 ad diuerſorium. vł,in eum locum in quo caſtrametati ſunt, ¶15 fuerúntque illic ¶16 Moſes enī præceperat Ioſue vt per omnia Deo parēret. ¶17.i.cœpit moueri loco. ¶18 [ſub. qui erant] ante populū.Vel vt quidam Hebræorū volūt, [ante populū] ſignificat inſpectante populo. ¶19 armati ¶20 Heb.magnificauit ¶21 Dixerat autem ¶22.i.Venite in ripam vlteriorem.' ¶23 [&] tranſlatæ.i.quū exceſſiſſent ex alueo. ¶24.i.vt antea. ¶25.i.Martij. ¶26 vł,ꝓpter vos ¶27 Heb. Suph.i.rubro. ¶28 Heb. quòd fortis ſit .i.Vt cognoſcerent vires Domini eſſe ſummas.

Et dixit eis Iehoſua, Tranſite arcam Domini Dei veſtri per medium Iordanis,& tollat quiſq; veſtrum lapidem vnum ſuper humerū ſuum, iuxta numerū tribuum filiorum Iſrael, Vt ſit hoc inter vos [5]ſignum: [6]vt quum interrogauerint filij veſtri [7]cras' patres ſuos, dicentes, Quid tibi volunt hi lapides [8]apud vos?' Reſpondebitis eis, [9]Quomodo interciſæ fuerint' aquæ Iordanis,ante arcam fœderis Domini. Quū enim illa tranſiret Iordanem,[10]ſciſſæ ſunt' aquæ Iordanis.[11]factique ſunt' lapides iſti[12]in monimentum' filijs Iſrael perpetuo. Fecerunt autem[13]filij Iſrael' ſic, quemadmodum præceperat Iehoſua.& ſuſtulerunt duodecim lapides de medio Iordanis, ſicut Dominus loquutus fuerat ad Iehoſua, iuxta numerum tribuum filiorum Iſrael, tranſtulerúntque illos ſecum[14]ad locum vbi pernoctarunt,'& repoſuerūt eos illic. Duodecim quoque lapides erexit Iehoſua in medio Iordane, eo loci vbi ſteterant pedes ſacerdotū qui portabāt arcam fœderis,[15]vbi manent' in hunc vſque diem. Sacerdotes verò ferentes arcam cōſiſtebant in medio Iordane, donec perficeretur quidquid præceperat Dominus Iehoſuę, vt loqueretur ad populū, iuxta omnia[16]quæ præceperat Moſes Iehoſuæ,' & feſtinātes populi tranſierunt. Quúmque iam tranſiſſet omnis populus,[17]tranſiuit' & arca Domini & ſacerdotes [18]ante populum.' Tranſierunt autem filij Ruben, filij Gad, dimidiáque trib⁹ Manaſſe [19]primipilares' ante filios Iſrael, quemadmodū præceperat eis Moſes: Circiter quadraginta millia accincti ad bellum, tranſierūt ante Dominum ad pugnā ad planitiē Iericho. ¶ Eodem die [20]illuſtrem fecit' Domin⁹ Iehoſuam in oculis totius Iſraelis, timuerūtque eum ſicut timuerant Moſen cunctis diebus vitæ eius.[21] Et dixit' Dominus ad Iehoſuam hiſce verbis, Præcipe ſacerdotibus portantibus arcam teſtimonij, vt aſcendant è Iordane. Præcepit ergo Iehoſua ſacerdotibus dicens,[22]Aſcendite è Iordane.' Factúmque eſt cum aſcēdiſſent ſacerdotes ferentes arcā Domini è medio Iordanis,[23]extractæque' eſſent plantæ pedū ſacerdotū in ſiccum, reuerſæ ſunt aquæ Iordanis in locum ſuum, inundarúntque ſuper omnes ripas eius[24]ſicuti heri & nudiuſtertius. ¶ Aſcenderunt verò populi è Iordane decima die mēſis [25]primi,' poſuerúntque caſtra in Gilgal in extremitate Orientali Iericho. Et duodecim iſtos lapides, quos tulerant de Iordane, erexit Iehoſua in Gilgal. Loquutúſque eſt ad filios Iſrael hiſce verbis, Quum interrogauerint [7]cras' filij veſtri patres ſuos,& dixerint, Quid [ſibi volunt] lapides iſti? Declarabitis filijs veſtris dicentes, Iſrael in iſto Iordane per ſiccum tranſiuit. Nā exiccauit Domin⁹ Deus veſter aquas Iordanis [26]ante vos' donec tranſiretis, quemadmodum prius fecerat Dominus Deus veſter in mari [27]carectoſo, ' quod exiccauit ante nos donec tranſiremus, Vt cognoſcerent omnes populi terræ manū Domini,[28]quæ tam valida eſt,'& vt timeretis Dominum Deum veſtrū cunctis diebus.

Et ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei veſtri ad Iordanis medium,& portate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris, iuxta numerū filiorum Iſrael, Vt ſit ſignum inter vos:& quando interrogauerint vos filij veſtri cras, dicentes, Quid ſibi volunt iſti lapides? Reſpondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, Cum tranſiret eum: idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monimentum filiorum Iſrael vſque in æternum. Fecerunt ergo filij Iſrael ſicut præcepit eis Ioſue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Iſrael, vſque ad locum in quo caſtrametati ſunt, ibique poſuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterūt ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis [a]Domini,' & ſunt ibi vſque in præſentem diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam, ſtabant in Iordanis medio, donec omnia complerētur quæ Ioſue, vt loqueretur ad populū, præceperat Dominus,[b]& dixerat ei Moyſes. feſtinauítque populus,& tranſijt. Cúmq; tranſiſſent omnes, tranſiuit & arca Domini, ſacerdotes quoque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben,& Gad, & dimidia tribus Manaſſe, armati præcedebant fratres ſuos filios Iſrael ſicut eis pręceperat Moyſes: Et quadraginta pugnatorum millia per turmas,& cuneos, incedebant per plana atque campeſtria vrbis Iericho. ¶ In die illo magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſrael, vt timerent eum, ſicut timuerant Moyſen dum adhuc viueret. Dixitque ad eum, Præcipe ſacerdotibus qui portant arcam fœderis [a]Domini' vt aſcēdant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens, Aſcendite de Iordane. Cúmque aſcendiſſent portantes arcam fœderis Domini,& ſiccam humum calcare cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquæ in alueū ſuum,& fluebant ſicut ante conſueuerant. ¶ Populus autē aſcendit de Iordane decimo die menſis primi,& caſtrametati ſunt in Galgalis cōtra Orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo ſumpſerant, poſuit Ioſue in Galgalis,& dixit ad filios Iſrael, Quando interrogauerint filij veſtri cras patres ſuos,& dixerint eis, Quid ſibi volunt lapides iſti? Docebitis eos, atque dicetis, Per arentem alueum tranſiuit Iſrael Iordanem iſtum, ſiccāte Domino Deo [a]noſtro aquas eius in conſpectu noſtro,' donec tranſiretis: ſicut fecerat prius in Mari-rubro, quod ſiccauit donec tranſiremus: Vt diſcant omnes terrarū populi fortiſſimā Domini manum, vt & vos timeatis[b]Deum veſtrum omni tēpore.

B ¶[b] vt

C Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manaſſe armati præcedunt fratres ſuos.nu.32.d.

Iordanis in alueū reuertitur.

D ¶[a] veſtro a. e.in c.veſtro Exo.14.e. ¶[b] Dominū

C A P. V.

QVúmque omnes reges Amorrhæorum, qui erant [1]trans' Iordanem ad Occidentem, omnéſq; reges Chananæorū qui erant [2]ad mare,' audiſſent quòd exiccaſſet Domin⁹ aquas Iordanis ante filios Iſrael, donec tranſiſſent,[3]liquefactū' eſt cor eorū, nec fuit amplius ſpiritus in eis[4]metu' filiorū Iſrael. ¶ Tūc tēporis dixit Dominus ad Iehoſuā, Fac tibi [5]cultros acutos,& effice

C A P. V.

POſtquā ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabāt trans Iordanem ad Occidētalem plagam,& cūcti reges Chanaā, qui propinqua poſſidebāt magni maris loca, quòd ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filijs Iſrael donec tranſirēt, diſſolutū eſt cor eorum,& non remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filiorū Iſrael. ¶ Eo tempore ait Dominus ad Ioſue, Fac tibi cultros lapideos,& circū-

Incolæ Chanáan timent aduētū Iſraelitarū, audítis mirabilibus Dei.

Secunda circunciſio ſub Ioſue, & quā ob rem.

V.

¶1 vltra ¶2.i. in parte Occidētali. ¶3 vł, diſſolutū.i.cœperūt animo eſſe remiſſo & ſoluto. ¶4 Heb.à facie.i.propter filios Iſrael.ſiue,ob aduētū filiorū Iſrael. ¶5 Heb.cultros acierū.& reuertere,& circūcide filios Iſrael ſecūdo.i.reſume circūciſionē iandiu intermiſſam, quæ fuerat omiſſa poſt celebratū paſcha ſecūdo anno egreſſiōis. Trāſierunt filij Iſrael Iordanē incircūciſi, ne hoc ſuæ circūciſioni & meritis tribuerent. Cultros acierum vocat cultros præditos acie acutiſſima. Chaldæus paraphraſtes vertit nouaculas acutas.

¶[a] Fecitque

cide ſecūdò filios Iſrael. [a]Fecit quoque' quod iuſ
B ſerat Dominus, & circuncidit filios Iſrael in Col
le-præputiorum. Hæc autem cauſa eſt ſecundæ
circuncisionis, Omnis populus qui egreſſus eſt
de Ægypto generis maſculini, vniuerſi bellato
res viri, mortui ſunt in deſerto per longiſſimos
viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant. Popu
lus autem qui natus eſt in deſerto, per quadra-
ginta annos itineris latiſſimæ ſolitudinis, incir
cunciſus fuit: donec conſumerentur qui nō au-
dierant vocem Domini, & quib[us] ante iurauerat

¶[b] vt non

[b]vt' oſtenderet eis Terram lacte & melle manan
tem. Horum filij in locum ſucceſſerunt patrum,
C & circuncisi ſunt à Ioſûe: quia ſicut nati fuerāt,
in præputio erant, nec eos in via aliquis circun
ciderat. Poſtquam autem omnes circūciſi ſunt,
manſerunt in eodem caſtrorum loco, donec ſa-
narentur. Dixitque Dominus ad Ioſûe, Hodie
abſtuli opprobrium Ægypti à vobis. vocatúm-

Galgala.

que eſt nomen loci illius Galgala, vſque in præ-
ſentem diē. ¶Manſerúntque filij Iſrael in Gal-
galis, & fecerunt Phaſe quartadecima die men-
ſis ad veſperum in cāpeſtribus Iericho: & come-
derunt de frugibus Terræ die altero, & azymos

Deficit manna.

panes, & polentam eiuſdē anni. Defecitque mā-
D na poſtquā comederunt de frugibus Terræ, nec
vſi ſunt vlterà cibo illo filij Iſrael, ſed comede-
runt de frugibus præſentis anni Terræ Chanā-

Angelus Domini q præſcturus erat exercitui Iſraelitico. exod. 23. c.

an. ¶Cum autem eſſet Ioſûe in agro vrbis Teri-
cho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem con
tra ſe, euaginatū tenētem gladium, perrexitque
ad eū, & ait, Noſter es, an aduerſariorū? Qui re-
ſpōdit, Nequaquā, ſed ſum princeps exercit[us] Do
mini, & nūc venio. cecidit Ioſûe pron[us] in terrā:
& adorās ait, Quid Domin[us] me[us] loquitur ad ſer
uum ſuū? Solue, inquit, calceamentū tuū de pedi
bus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanct[us] eſt. Fecit-
que Ioſûe vt ſibi fuerat imperatū. CAP. VI.

Deus dat vrbem Iericho Ioſûe.

IEricho autem clauſa erat atque munita, timo
re filiorum Iſrael, & null[us] egredi audebat aut
ingredi. Dixitque Dominus ad Ioſûe, Ecce dedi
in manus tuas Iericho, & regem eius, omnéſque
fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores
ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus. Septimo
autem die ſacerdotes tollant ſeptem buccinas,
quarum vſus eſt in Iubileo, & præcedant arcam
fœderis: ſeptiéſque circuibitis ciuitatē, & ſacer-
dotes clangēt buccinis. Cúmque inſonuerit vox
tubæ longior atque conciſior, & in auribus ve-
ſtris increpuerit, conclamabit omnis populus
vociferatione maxima, & muri funditus cor-

Ioſûe, cū ſacerdotib[us], inuadit Iericho.

ruent ciuitatis, ingredientúrque ſinguli per lo-
cum contra quem ſteterint. ¶Vocauit ergo Io-
ſûe filius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos, Tollite
arcam fœderis: & ſeptem alij ſacerdotes tollant
ſeptem iubileorum buccinas, & incedant ante
arcā Domini. Ad populum quoque ait, Ite, & cir
cuite ciuitatem, armati præcedentes arcam Do
mini. Cūque Ioſûe verba finiſſet, & ſeptē ſacer-

denuo vt filij Iſrael ſecundò circuncidātur.' Et
Iehoſua fecit ſibi cultros acutos, & circuncidit
filios Iſrael in [6] Colle-præputiorum.' Hæc ve-
rò cauſa eſt cur circuncidit Iehoſua vniuerſum
populum qui egreſſus fuerat ex Ægypto, ma-
res videlicet, [quòd] omnes viri bello apti mor-
tui erāt in deſerto, in itinere [7] cum egrederen-
tur' ex Ægypto. Circūciſi enim erant omnes de
populo qui egreſſi erant: cunctus autem popu-
lus qui nati fuerant in deſerto, in ipſo itinere
[7]quum ex Ægypto egrederentur,' nō erant cir
cūciſi. Nam filij Iſrael quadraginta annos ober
rarunt in deſerto, donec tota gens virorum bel
lo aptorum qui ex Ægypto egreſſi fuerant, con
ſumpta eſſet: eo quòd non audierant vocem Do
mini, [&] quòd Dominus iurauerat illis, [8]ſe non
oſtenſurum illis' terram quam iurauerat patri-
bus eorum, [9]vt daret' nobis terram fluentem la-
cte & melle. Filios itaque illorum, [10]quos ſuſci-
tauit pro eis,' circuncidit Iehoſua, quoniam ha-
bebant adhuc præputia, [11]nec fuerant in itinere
circunciſi.' Factum eſt autem cum iam [12]tota na-
tio plene circūciſa eſſet,' manſerunt in eodē lo-
co in caſtris donec ſanarentur. Et ait Dominus
ad Iehoſuam, [13]Deuolui hodie à vobis probrum
Ægypti.' hinc loci illius nomen appellatum eſt
Gilgal in hunc vſque diē. ¶ [14]Manſerunt itaque'
filij Iſrael in Gilgal, & celebrarunt Paſah deci-
moquarto die [15]menſis' ad veſperā, in planis cā-
pis Iericho. Comederunt quoque de frumento
ſuperioris anni huius terræ, idque [16] poſtridie
paſchatis,' placentas infermentatas, & ſpicas no
uas toſtas, ipſo eodem die. Et deſijt Man poſtri-
die [17]eius diei,' quo cœperant [18]comedere' de fru-
mēto terræ, nec habuerūt vltra filij Iſrael Man,
ſed de prouētu terræ Chanaan anno illo come-
derunt. ¶Contigit autem, quum eſſet Iehoſua
prope Iericho, vt ſublatis oculis ſuis videret vi-
rum ſtantem contra ſe, habentem gladium di-
ſtrictum in manu ſua. [19]abijt' autem Iehoſua ad
eum, & dixit ei, [20]Nobiſne' [aduenisti] an aduer-
ſarijs noſtris? Et dixit, Nō: etenim ego dux exer-
cit[us] Domini nunc adueni. & procidens Iehoſua
pron[us] in terrā adorauit, dixitq; ad eū, Quid Do
minus meus [21]loquitur' ad ſeruū ſuū? Reſpondit
dux exercit[us] Domini, Iehoſuæ, Tolle calceamē-
tū tuū de pede tuo: locus enim in quo ſtas [22]ſan
ctuariū eſt.' fecitque ſic Iehoſua. CAP. VI.

E[1]Rat autē Iericho clauſa, probe inquā clau-
ſa erat' metu filiorū Iſrael, ita vt nemo nec
egredi nec ingredi poſſet. Et [2]dixit' Dominus ad
Iehoſuam, En Iericho & regem eius [3]viros' fortiſ
ſimos in manum tuam tradidi. Circundabitis
autem vrbem omnes qui bello apti ſunt, circū-
eundo ſcilicet vrbem [4]ſemel,' idque facietis ſex
diebus. Et ſeptem ſacerdotes ferant ſeptem cor-
nua arietina [5]ante arcam:' ſeptimo verò die cir
cūibitis ciuitatem ſepties, claſſicúmque canent
ſacerdotes cornibus. Cúmque cornu arietino [6]ſo
num increpuerint,' vóſque ſonum cornu audie-
ritis, [7] vociferetur' vniuerſus populus [8] magno claſſico, ' tunc [9] corruet murus vrbis ſubtus ſe,' aſ-
cendátque populus, quiſque [10] ante ſe. ¶Vocans igitur Iehoſua filius Nun ſacerdotes, dixit ad
eos, Tollite arcam fœderis, & ſeptem ſacerdotes ferant ſeptem [11]cornua arietina' ante arcam Domi
ni. Ad populum autem dixit, Tranſite & circundate ciuitatem, [12]primipilaris autē ordo tranſeat'
ante arcā Domini. Poſteaquam autem Iehoſua loquutus eſſet ad populum, tulerunt ſeptem ſacer-

¶6 Nomen loci ſic denominati ob ſolennem iſtam circunciſionem.
¶7 poſteaquā egreſſi eſſent
¶8 Heb. eos nō viſuros
¶9 ſe daturum illam
¶10 vl, quos ſuffecit in locū eorum.
¶11 quòd non circuncidiſſent illos in ipſo itinere.
¶12. i. vniuerſus popul[us] circuncisus eſſet.
¶13. i. Abſtuli opprobriū ſiue ignominiam Ægypti, hoc eſt præputiū, cui ignominiæ obnoxij eratis ꝓpterea quòd diu habitaueratis in Ægypto. Quid.i Hebræorū interpretat[ur] [ignominiæ] opinionem quam alij habebāt quòd deos Ægyptiacos coleretis. Poti[us] interpretaberis ignominiam & probrū quod Ægyptij iaciebāt in Iſraelitas, nempe Dominum eduxiſſe ipſos Iſraelitas vt eos perderet. quod verū non fuit, & ceſſauit probrum quum ipſe Dominus induxit eos in terram promiſſam.
¶14 Caſtrametati autē erant
¶15 ſub. primi. i. Martij.
¶16. i. decimaſexta Martij. nā nox eſt diei ſequentis. Poteſt tamē poſtridie paſchæ accipi pro decimaquinta, vt in Numeris, cap. 33. a. dicitur eductos fuiſſe filios Iſrael decimaquinta die menſis, poſtridie paſchæ.
¶17 ſcilicet paſchæ. ¶18 Nō licebat Iudæis veſci frugib[us] nouis antequā obtuliſſent ex ipſis primitias Domino. ¶19 acceſſit ¶20 vl, Pro nobis. Quidā Hebræorū dicunt id accidiſſe ipſi Ioſue per viſionē, dū ſcilicet ipſe cogitaret de expugnāda vrbe. ¶21 dicturus eſt ¶22 ſanctitas eſt. ſiue, ſanctus eſt. ſub. ob meam præſentiam.

VI. ¶1 Heb. Et Iericho erat claudens ſe & clauſa. i. diligētiſſime clauſa erat. ¶2 ſub. per angelū. ¶3 ſubaudiēda coniūctio, & viros ¶4 ſingulis ſcilicet dieb[us]. ¶5 vl, præcedētes arcā: ¶6 prolixius clanxerint, ¶7 vl, vociferabitur ¶8 vociferatione ingenti, ¶9. i. abſorbebitur murus à terra. ¶10. i. per partē ſibi oppoſitā. ¶11. i. tubas factas ex cornu arietino. ¶12 & armati præcedant &c. i. Tribus Ruben & Gad, & dimidia Manaſſe.

dotes ſeptẽ cornua arietina, & tranſeuntes ante arcam Domini clanxerũt cornibus, ſequebatúrque eos arca fœderis Domini. Et [13] primipilares, præcedebant ſacerdotes, [14] qui claſſicum canebãt cornibus, (extremum autẽ agmen ibat poſt arcam) eundo & clangendo cornibus.' Et [15] præcepit Iehoſua populo hiſce mãdatis, [16] Ne iubilum aliquem, aut ſonum voce edatis,' neque egrediatur vel verbum ex ore veſtro, vſque ad eum diẽ quo dixero vobis, Vociferamini: tum iubilũ edite. Circũduxit itaque arcam Domini circumeũdo ciuitatẽ [17] ſemel: & redeuntes in caſtra, pernoctarunt in caſtris. [18] Sub lucem ſurrexit Iehoſua, tulerúntque ſacerdotes arcam Domini: ſeptem quoque ſacerdotes ferẽtes ſeptem cornua arietina, præcedebant arcam Domini, & claſſicũ canebãt cornibus, [13] primipilares verò præcedebãt eos, & extremum agmen arcam Domini ſequebatur, [19] quæ præcedebat cũ clãgore cornuum.' Circuierunt ergo vrbem & altero die ſemel, & reuerſi ſunt in caſtra: fecerúntque ſic ſex diebus. Illuceſcente ſeptimo die, mane ſurrexerunt quũ aurora exoriretur, & circumierunt ciuitatẽ ([20] vt conſtitutum erat) ſepties, dũtaxat videlicet hoc die circumierunt ciuitatem ſepties. Quúmque iam ſeptimo fieret, clangebant ſacerdotes cornibus: [21] dixerat enim' Iehoſua ad populum, Vociferamini, quia tradidit Dominus vobis ciuitatem. Sit verò vrbs [22] hæ rem' Domino, ipſa vrbs ſcilicet, & omnia quæ in ea ſunt: duntaxat Rahab [23] caupona meritoria' in vita ſeruetur, ipſa videlicet & omnes qui ſunt cum ea in domo: nã abſcondit nuntios quos miſeramus. Veruntamẽ vos cauete ab [24] hærem, 'ne forte [25] vaſtantes capiatis' de hærem, faciatiſque caſtra Iſraelitica [26] hærẽ,' turbetiſque ea. Quicquid eſt argenti, auri, æreorum atque ferreorum vaſorum, [27] conſecratum ſit Domino, atque [in] theſaurũ Domini veniat. [28] Iubilans igitur populus clanxerunt cornibus: quúmque audiſſet populus ſonum cornu, vociferabatur & ipſe populus iubilo magno, & corruit' murus [29] ſubter ſe. [30] aſcenditque populus in vrbem, quiſque [31] ſuo loco,' & ceperunt ciuitatẽ. Trucidarunt quoque gladio omnia quæ erãt in ciuitate, tam viros quàm mulieres, tam pueros quàm ſenes, boues, pecudes & aſinos. Duobus autem viris qui terram explorauerãt, præcepit Iehoſua, Introite domum mulieris [32] meritoriæ,' ducitéq; illinc mulierẽ ipſam, & omnia quę habet, quemadmodũ ei iureiurãdo affirmaſtis. Ingreſſi itaq; iuuenes illi exploratores, eduxerunt Rahab & patrẽ eius, matrẽ ei⁹, fratres ei⁹, & omnia quæ habebat, ſed & omnes [33] familiæ' ei⁹ eduxerũt, & repoſuerũt eos extra caſtra Iſraelitica. Porrò ciuitatẽ ipſam ſuccẽderunt igni, cũ omnibus quæ fuerũt in ea: dũtaxat argentũ & aurũ, vaſa ænea & ferrea poſuerunt in [34] theſaurũ' domus Domini. Rahab verò cauponã & domũ patris eius, & omnia quæ habebat, [35] ſeruauit' Iehoſua: habitauitq; ipſa inter Iſraelitas in hũc vſq; diẽ, eo quòd abſcõdiſſet nũtios quos miſerat Iehoſua ad explorandũ Iericho. ¶ Tũc tẽporis [36] iurauit Iehoſua hiſce verbis, [37] Execrat⁹' vir corã Domino,

dotes, ſeptem buccinis clangerent ante arcã fœderis Domini, 'Omniſque popul⁹ præcederet armati' exercitus, reliquum vulgus arcam ſequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Ioſũe populo, dicẽs, Non clamabitis, nec audietur vox veſtra, neque vll⁹ ſermo ex ore veſtro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate & vociferamini. Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem ſemel per diem, & reuerſa in caſtra, manſit ibi. Igitur Ioſũe de nocte conſurgente, tulerunt ſacerdotes arcam Domini, & ſeptem ex eis, ſeptem buccinas, quarũ in Iubileo vſus eſt. præcedebántque arcam Domini ambulantes atque clangentes, & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquũ ſequebatur arcam, & buccinis perſonabat. Circuierúntque ciuitatem ſecundo die ſemel, & reuerſi ſunt in caſtra. Sic fecerunt ſex diebus. Die autem ſeptimo diluculo conſurgentes, circuierũt vrbem, ſicut diſpoſitum erat, ſepties. Cúmque ſeptimo circuitu clangerent buccinis ſacerdotes, dixit Ioſũe ad omnem Iſrael, Vociferamini: tradidit enim vobis Domin⁹ ciuitatem. Sitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea ſunt, Domino. ſola Rahab meretrix viuat cum vniuerſis qui cũ ea in domo ſunt: abſcõdit enim nuntios quos direximus. Vos autem cauete ne de his quę præcepta ſunt vobis' quippiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint atque turbentur. Quicquid autẽ auri,' aut argẽti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino cõſecretur, repoſitum in theſauris eius. Igitur omni populo vociferãte, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonitúſque increpuit, muri ilico corruerũt: & aſcendit vnuſquiſque per locum qui cõtra ſe erat: ceperúntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierẽ, ab infante vſque ad ſenem. Boues quoque & oues, & aſinos in ore gladij percuſſerũt. Duobus autem viris, qui exploratores miſſi fuerant, dixit Ioſũe, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illi⁹ ſunt, ſicut illi iuramento firmaſtis. Ingreſſique iuuenes, eduxerũt Rahab, & parẽtes ei⁹, fratres quoque, & cunctam ſupellectilem ac cognationẽ illius, & extra caſtra Iſrael manere fecerunt. Vrbem autem & omnia quæ inuẽta ſunt in ea, ſuccenderunt: abſque auro & argento, & vaſis æneis, ac ferro quæ in ærariũ Domini conſecrarunt. Rahab verò meretricem, & domum patris ei⁹, & omnia quæ habebat, fecit Ioſũe viuere, & habitauerũt in medio Iſrael vſq; in præſentem diẽ: eo quòd abſcõderit nũtios quos miſerat vt explorarẽt Iericho. ¶ In tẽpore illo imprecatus eſt Ioſũe, dicẽs, Maledictus vir coram Domino,

B
¶ 'Omniſque præcederet armatus
O
ſ.t.b.
¶ & 
Iericho capitur. heb. 11. f.
2. Mach. 12. c.
Seruat Rahab meretrix.
ſ. 2. c. heb. 11. f.
D
Heb. 11. f.
Iericho cõburitur.
Rahab cum ſuis habitat inter Iſrael.
Maledictus qui reædificat vrbis Iericho. 3. Re. 16. g

¶ 13 qui erant armati,
¶ 14 qui clãgebãt tubis: (cũ populus qui erat in extremo agmine ſequebatur arcam) eũdo & clangẽdo tubis. i. interea dũ ibant ſacerdotes & clangebant tubis. Aut verte, ibant & clãgebant tubis. ſub. ſacerdotes. tunc infinitiu⁹ eſt apud Hebræos pro præterito. Extremũ agmen, (vt ait Chaldę⁹ paraphr.) erat tribus Dan, vt etiã ex 10. cap. Nume. videre eſt, vbi ſic legitur ex Hebręo, Profectum eſt & vexillum caſtrorum filiorũ Dan, colligens omnia agmina.
¶ 15 præceperat
¶ 16 Heb. Nõ vociferabimini, neque audietur vox veſtra,
¶ 17 prima die ſcilicet.
¶ 18 vſ, Summo mane
¶ 19 & incedebant, & clangebãt tubis. ſub. ſacerdotes.
¶ 20 Heb. ſecundum modum hunc. vſ, iuxta hunc morem,
¶ 21 & dixit
¶ 22 Vox eſt Hebræa, quã Græca voce reddere ſolẽt interpretes, nempe anathema. Vrbẽ autem eſſe anathema, eſt eã prorſus deleri, perdi, deſtrui, ac exterminari. ¶ 23 Vide annotationem in principio ſecundi capitis. ¶ 24 anathemate, ¶ 25 aliquid de anathemate contingatis, & tollatis ¶ 26 in anáthema. i. ne ſitis cauſa perditionis caſtrorum Iſrael. ¶ 27 Heb. ſanctitas ſunt Domino, [in] ærariũ Domini deuenient. Id eſt, tanquam conſecrata Domino, in ærarium eius inferentur. ¶ 28 Conclamauit igitur populus poſtquã clanxerant (ſacerdotes) cornibus: acciditque, quum popul⁹ audiſſet ſonum tubæ, & vociferatus eſſet vociferatione maxima, corruit &c. ¶ 29. i. in loco ſuo: hoc eſt, abſorptus eſt in terram. ſic ſ. verſu 4. Chaldæus paraphraſtes, cecidit murus ciuitatis, abſorptúſque eſt infra ſe. ¶ 30 vſ, tunc ingreſſus eſt ¶ 31 Heb. e regione ſui. Id eſt, per partem ſibi oppoſitam. ¶ 32 cauponariæ, ¶ 33. i. affines & cognatos. ¶ 34 ſiue, ærariũ, ¶ 35 Heb. viuificauit. i. ſeruauit incolumia. alij referunt ad victũ. q. d. verùm ipſũ Rahab dedit vnde viuere poſſet. ¶ 36 adiurauit (ſubaudi, filios Iſrael) Ioſũe, dicendo. i. imprecando. vſ, imprecatus eſt Ioſũe, dicendo, ¶ 37 Maledictus erit. vſ, ſit

Maledicitur reædificator vrbis Iericho. 3. re. 16. g

qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho: in primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo Dominus cũ Ioſue, & nomen eius vulgatum eſt in omni Terra.

CAP. VII.

Achan vſurpat de anathemate. I. 22. d.

Exploratur Hai.

Filij autem Iſrael præuaricati ſunt mandatũ, & vſurpauerunt de anathemate. nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratúſque eſt Dominus contra filios Iſrael. ¶ Cúmque mitteret Ioſue de Iericho viros contra Hai, quæ eſt iuxta Beth-auen, ad Orientalem plagam oppidi Beth-el, dixit eis, Aſcẽdite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hai. Et reuerſi dixerunt ei, Non aſcendat omnis populus, ſed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes pauciſſimos? Aſcenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui ſtatim terga vertentes, percuſſi ſunt à viris vrbis Hai, & corruerũt ex eis triginta & ſex homines: perſecutique ſunt eos aduerſarij de porta vſque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitq; cor populi, & ad inſtar aquę liquefactũ eſt.

Populus Hai percutit Iſraelem.

Ioſue flet corã Domino.

¶ Ioſue verò ſcidit veſtimẽta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperam, tam ipſe quàm omnes ſenes Iſrael: miſerúntque puluerem ſuper capita ſua, & dixit

B

Conqueritur Ioſue coram Domino Iſraelem ſuperari.

Ioſue, Heu Domine Deus, quid voluiſti traducere populum iſtum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, manſiſſemus trans Iordanẽ. Mi Domine Deus, quid dicam, vidẽs Iſraelem hoſtibus ſuis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circũdabũt nos, atque delebũt nomẽ noſtrum de Terra: & quid facies magno nomini tuo? Dixitque Dominus ad Ioſue, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum: tulerúntque de anathemate, & furati ſunt atq; mentiti, & abſconderũt inter vaſa ſua. Nec poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eóſque fugiet: quia pollutus eſt anathemate. nõ ero vltrà vobiſcum, donec cõteratis eum qui huius ſceleris reus eſt. Surge, ſanctifica populum, & dic eis, Sãctificamini in craſtinum: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, Anathema in medio tui eſt Iſrael: non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc cõtaminatus

C

eſt ſcelere. Accedetiſque mane ſinguli per tribus veſtras: & quamcunque tribum ſors inuenerit, accedet per cognationes ſuas, & cognatio per domos, domúſque per viros. Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua: quoniam præuaricatus eſt pactum Domini, & fecit nephas in Iſrael. ¶ Surgens itaque Ioſue mane, applicuit Iſrael per tribus ſuas, & inuẽta eſt tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias ſuas eſſet oblata, inuenta eſt familia Zare: illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi. Cuius domum in ſingulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Ioſue ad Achan, Fili mi, da gloriã Domino Deo Iſrael, & cõfitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abſcondas.

Cõburi iubet Deus furẽ rerũ anathemati addictarum.

[18] qui ſurrexerit & reædificauerit' vrbẽ hãc, nẽpe Iericho: in primogenito ſuo fundamẽtũ eius iaciet, & in minimo natu ſuo [19] collocabit' portas ei[s]. Fuit itaq; Dominus cũ Iehoſua, & fama eius euulgata eſt per vniuerſam terrã.

CAP. VII.

Præuaricati ſunt autẽ filij Iſrael præuaricationẽ, idq; in [1] hęrẽ.' Achan enim filius Charmi, filij Zabdi, filij Zerah de tribu Iuda abſtulit de hærem, & exarſit ira Domini cõtra filios Iſrael. ¶ [2] Miſitq; 'Iehoſua viros de Iericho ad [3] Hai,' quæ erat iuxta Beth-auen ab Oriẽte ipſi Beth-el, & dixit ad eos hæc verba, Aſcendite & explorate terrã. aſcenderũt ergo viri illi, & explorauerunt Hai. Et reuerſi ad Iehoſuã, dixerunt ei, Ne aſcendat vniuerſus populus, ſed aſcẽdant circiter duo aut [4] circiter' tria millia virorũ [5] qui feriẽt Hai;' ne fatiges[mittẽdo]populũ' vniuerſum[vſque] illuc: quia illorũ pauci ſunt. Aſcẽderunt itaq; illuc de populo circiter tria millia virorũ, & fugerunt à facie virorũ Hai. Percuſſerũntq; ciues Hai ex illis circiter trigintaſex viros, perſecutique ſunt eos à porta vſque Sebarim, trucidarũntq; eos [7] in deſcẽſu.' cor ergo populi liquefactũ eſt, factũmq; quaſi aqua. ¶ Et Iehoſua ſcindẽs veſtimenta ſua, procidit in faciẽ ſui ſuper terrã corã arca Domini vſq; ad veſperam, ipſe & ſeniores Iſraelis: & [8] ſparſerunt puluerẽ' ſuper capita ſua. Dixitq; Iehoſua, Ah Domine Deus, cur ſic traduxiſti populum tuũ iſtũ vltra Iordanem, vt traderes nos in manũ Amorrhęi, [9] & perderes' nos? [10] O ſi libuiſſet nobis manere' cis Iordanẽ. Quid dicã mi Domine, poſteaquã Iſrael corã hoſtibus ſuis terga vertit? Vt audient' Chananæi & omnes habitatores terræ huius, [12] circũuallabũt nos,' & excindẽt nomen noſtrũ de terra, & [13] quid facies nomini tuo magno?' Et dixit Dominus ad Iehoſuam, Surge, cur ſic cadis ſuper faciẽ tuã? Iſrael peccauit, fœdúſque meũ quod præcepi eis tranſgreſſi ſunt, & etiam acceperunt de [14] hærem,' & etiam furati ſunt, & etiam mentiti, [15] reponẽtes in ſupellectili ſua,' Et[ideo] nõ poterunt ſtare filij Iſrael coram hoſtib⁹ ſuis, ſed terga vertẽt ante inimicos ſuos, [16] eo quòd hærẽ facti ſunt,' nec amplius ero poſthac vobiſcũ, [17] ſi non excideritis hęrem' de medio veſtri. Surge, ſanctifica populum, & dic, [18] Sãctificate' vos in craſtinũ diẽ, quoniã ſic iuſſit Dominus Deus Iſrael, [19] hærem' in medio tui ô Iſrael, [idcirco] ſtare aduerſum hoſtes tuos nequaquam poteris, donec abſtuleritis hærẽ de medio veſtri. Accedite ergo mane [20] ſecundum' tribus veſtras, & tribus [21] quã deprehenderit Dominus' accedet ſecundũ familias ſuas, & familia quã deprehenderit Dominus accedet [22] ſecundũ domos: & domus' quã deprehenderit Dominus accedet viritim. Et qui deprehẽſus fuerit [23] in hærẽ,' igni cõburetur ei ipſe quàm omnia quę habet, eo quòd tranſgreſſus eſt fœdus Domini, & quòd perpetrauerit ſcelus in Iſraele. ¶ Mane igitur conſurgens Iehoſua, [24] applicuit' Iſraelẽ ſecundum tribus ſuas, & deprehenſa eſt tribus Iuda. Deinde quũ applicaret [25] familias' Iuda, deprehẽdit familiam Zarhitarũ: rurſum applicans familiã Zarhitarũ viritim, deprehenſus eſt Zabdi. Et applicans domũ eius viritim, deprehenſus eſt Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zerah de tribu Iuda. Et dixit Iehoſua ad Achan, Fili mi, [26] da quæſo gloriam Domino Deo' Iſraelis, & [27] da illi cõfeſſionem,' indicáq; mihi quid feceris, ne celes me.

¶ 18. i. qui ſtudebit, ſiue conabitur inſtaurare ¶ 19 vl, ſtatuet. aut, appendet q. d. quũ incipiet eã inſtaurare, etiã ſi tum multos liberos habuerit, quũ tamẽ ſinẽ operi imponet, paucos habebit, aut certe vnicum: hoc eſt, euadet orbus, & priuabitur liberis: quemadmodum accidit ipſi Hiel, 3. Reg. 16.

VII.

¶ 1 anathemate, ¶ 2 vl, Miſeratque ¶ 3 Duplex eſt Hai, altera Amorrhęorũ, altera Ammonitarum: Amorrhæorum hæc fuit, quæ maior erat, propterea tam diligenter eius ſitũ deſcribit. ¶ 4 ad ſummum ¶ 5 & expugnabunt ¶ 6 vl, ne cogat ire populum ¶ 7. i. in loco decliui. ¶ 8 more ſcilicet lugẽtiũ ¶ 9 vt perdat ¶ 10 vl, vtinã voluiſſemus habitare ¶ 11 Audientq; ¶ 12 vertẽt ſe in nos. vl, impetũ facient in nos, ¶ 13 qui ſcilicet pollicit⁹ es te daturũ nobis terrã hanc, dicẽntq; gẽtes te nõ potuiſſe id facere. q. d. cõſule nomini tuo. ¶ 14 anathemate. ¶ 15 Heb. & etiã repoſuerũt inter vaſa ſua. i. cũ ſupellectile ſua. ¶ 16 quoniã fuerunt in anathemate. i. polluti ſunt, retinendo de anathemate. Paulò pòſt dicit, Anathema eſt in medio tui Iſrael. ¶ 17 vl, niſi diſperdatis anáthema ¶ 18 vl, Præparati eſtote ¶ 19. i. aliquid de anathemate. ¶ 20 ad. vl, per ¶ 21. i. quæ deprehẽdetur indicãte Domino, accepiſſe de anathemate. hoc eſt, ſuper quã ſors tẽperata à Domino ceciderit. ¶ 22 vl, per cognationes: & cognatio ¶ 23. i. habere quod de anathemate reſeruatum eſt. ¶ 24 vl, accedere fecit. ſub. corã arca Domini. ¶ 25 tribum ¶ 26 q. d. glorifica Deum cuius nutu cecidit ſors ſuper te. ¶ 27. i. fatere peccatum in gloriam eius & laudem.

Reſpondens Achan dixit ad Iehoſuam in hanc ſententiã, Reuera ego peccaui contra Dominum Deum Iſraelis, ſic enim & ſic feci. Vidi inter ſpolia chlamydem Babylonicam vnã eamq; pretioſam, ducentos ſiclos argenti, &[11]linguam' aureã vnam, cuius põdus erat quinquaginta ſiclorum: hæc cõcupiſcens rapui, & ecce abſcõdita ſunt ſub terra in medio tentorij mei, & pecunia eſt[9]ſub illis. ¶Miſit itaque Iehoſua nuncios: qui quum cucurriſſent ad tentoriũ eius, ecce abſcondita latebant in tẽtorio eius, & pecunia ſub illis.' Tollentes igitur ea ex tentorio, attulerunt ad Iehoſuã, & ad cunctos filios Iſrael, ponẽtes[10]ante Dominum.' Tollens igitur Iehoſua Achan filium Zerah, & pecuniã, & chlamydẽ, & linguã aureã, filios quoque eius & filias eius, boues eius, & aſinos eius, & oues eius, tentorium quoq; eius, quin omnia quæ habuit, [11]vnà cum vniuerſo Iſraele,' deduxerunt ea in vallem Achor. Et ait Iehoſua, [12]Quandoquidẽ conturbaſti nos, conturbabit' te Dominus in die iſto. lapidibúſque eos obruẽtes cuncti Iſraelitæ exuſſerunt eos igni: &[13]quum eos lapidibus adobruiſſent, Erexerunt' ſuper eos aceruũ lapidũ magnum, [qui durat] in hunc vſq; diem. & reuerſus eſt Dominus ab ira furoris ſui, & ob hoc vocatũ eſt nomen loci illius Vallis[14]Achor' in hunc vſque diem.

CAP. VIII.

AIt autem Dominus ad Iehoſuã, Ne metuas, neque animo frangaris, tolle tecum omnem populum militiæ aptũ, & conſurgens aſcende ad Hai, [1]en' tradidi in manum tuã regem Hai, atque populum eius, ciuitatem eius, atque terrã eius, Tu fac Hai atque regi eius, quemadmodũ Iericho & regi eius feciſti: [2]prædam tamen' eius, & iumenta eius diripietis vobis, pones quoq; inſidias ciuitati [3]poſt eam. ¶Surrexit itaque Iehoſua & omnis populus qui bello aptus erat, vt aſcenderet in Hai, & delegit Iehoſua triginta millia virorũ[4]fortium,' dimiſitque eos noctu. Præcepitque eis dicẽs, [5]En' collocabitis inſidias vrbi, ſed poſt vrbẽ, nec tamen nimis remote ab vrbe, ſitiſque omnes parati: Ego verò & cunctus populus qui mecũ eſt, appropinquabimus vrbi: quúmque illi exierint vt occurrant nobis, quẽadmodũ antea fecerunt, fugiemus nos coram eis. Illi autẽ exibũt, nóſque inſequentur, [6]nóſq; eliciemus' illos ex vrbe. nam dicturi ſunt, Fugiũt à facie noſtra ſicut antea. nã nos fugiemus corã eis. Vos verò interim cõſurgẽtes ex inſidijs' occupabitis vrbẽ: tradet enĩ eã Domin⁹ De⁹ veſter in manũ veſtrã. Quúmq; obtinueritis vrbẽ, icẽdetis eã igne, iuxta verbũ Domini facietis: [8]ecce, præcepi vobis. [9]Miſit igitur' illos Iehoſua, qui abeũtes ad locũ inſidiarũ, mãſerũt inter Beth-el & inter Hai, ab Occidẽte vrbis Hai: Iehoſua verò manſit nocte illa in medio populi. Et conſurgens ſummo mane Iehoſua, recenſuit populũ, aſcẽditq; ipſe & ſeniores Iſrael ante populum cõtra Hai. Omnes quoque ex populo qui bello apti erant, qui ſcilicet cũ eo erant, aſcenderũt, accedẽteſq; venerunt [10]ad vrbẽ,' caſtra ponẽtes[11]ab Aquilone Hai, [12]vt eſſet' vallis inter eos & inter Hai. Et accepit fermè virorũ quinq; millia, collocauitq; eos in inſidijs inter Beth-el & inter Hai ab Occidua plaga vrbis. [13]Et populi collocarũt omnia caſtra quæ erãt ab Aquilone vrbi, & inſidias ſuas [quæ erant] ab Occidẽte, contra vrbẽ,' & profectus eſt Iehoſua [14]eadem nocte' in mediũ vallẽ. Quúmque id videret rex Hai, feſtinanter cõſurrexerunt, idque mane, & ciues illius vrbis erumpentes, occurrerunt Iſraeli vt pugnarent, tam ipſe quàm omnis populus eius, ad

ſcondas. Reſponditque Achan Ioſue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic & ſic feci. vidi enim inter ſpolia pallium coccineũ valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulámque auream quinquaginta ſiclorum: & cõcupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque foſſa humo operui. ¶Miſit ergo Ioſue miniſtros: qui currentes ad tabernaculum illius, reppererũt cuncta abſcõdita in eodẽ loco, & argentũ ſimul. Auferentéſque de tentorio tulerũt ea ad Ioſue, & ad omnes filios Iſrael, proiecerúntque ante Dominũ. Tollens itaque Ioſue Achan filium Zare, argentúmque & pallium, & auream regulam, filios quoq; & filias eius, boues & aſinos & oues, ipſúmq; tabernaculum, & cũctam ſupellectilem: (& omnis Iſrael cum eo) duxerunt eos ad Vallẽ-achor, vbi dixit Ioſue, Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. lapidauítque eum omnis Iſrael: & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt. Congregauerúntque ſuper eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. & auerſus eſt furor Domini ab eis. vocatúmque eſt nomen loci illius, Vallis-achor, vſque hodie.

*Achan ipſius furtũ de anathemate.*

*Achan lapidat. & omnes facultates ipſius cõburũt.*

CAP. VIII.

DIxit autem Dominus ad Ioſue, Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuã regem eius, & populum, vrbẽmque, & terram. Faciéſque vrbi Hai, & regi eius, ‖ſicut feciſti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone inſidias vrbi poſt eam. ¶Surrexitque Ioſue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt aſcenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortiũ miſit nocte, præcepitque eis, dicens, Ponite inſidias poſt ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum eſt, [a]aſcendemus' ex aduerſo contra vrbẽ. cúmque exierint cõtra nos, ſicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus: donec perſequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere ſicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidijs, & vaſtabitis ciuitatẽ: tradétq; eam Dominus Deus veſter in manus veſtras. Cúmque ceperitis*, ſuccẽdite eam, & ſic omnia facietis vt iuſſi. Dimiſitq; eos, & perrexerunt ad locum inſidiarum, ſederúntq; inter Beth-el & Hai, ad Occidẽtalem plagam vrbis Hai: Ioſue autem nocte illa in medio manſit populi, ſurgénſque diluculo recenſuit ſocios, & aſcendit cum ſenioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. Cúmq; veniſſent, & aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis, ſteterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. Quinque autem millia viros elegerat, & poſuerat in inſidiis inter [c]Bethauen' & Hai ex Occidentali parte eiuſdem ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonẽ aciem dirigebat, ita vt nouiſſimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerẽt. abiit ergo Ioſue nocte illa, & ſtetit in vallis medio. Quod cum vidiſſet rex Hai, feſtinauit mane, & egreſſus eſt cum omni exercitu ciuitatis,

*Deus dat vrbẽ Hai in manus Ioſue.*

ſ.6.d.

*Ioſue cõpoſito exercitu proficiſcitur ad Hai.*

B

¶[a]accedemus

¶[*]vrbem

C

¶[c]Beth-el

¶18 ligulã. laminam ¶19 ſub illa. ſub. chlamyde. ¶10 .i. ante arcam Domini. ¶11 & vniuerſus Iſrael, ¶12 Quare turbaſti nos? turbet ¶13 Heb. & lapidauerunt eos lapidibus. Et erexerũt &c. vl, poſteaquam lapidibus ea obruiſſent. Et erexerunt .i. combuſſerunt illos. ſiue illa, poſteaquã lapidaſſent. Alij exponunt, Et coniecit in eũ vniuerſus Iſrael lapides, dũ ſcilicet duceretur ad ſupplicium, & combuſſerunt eos igni, & coniecerunt ſuper illos .i. ſuper cineres illorũ magnũ vim lapidũ. ¶14 .i. turbationis.

VIII.

¶1 Heb. vide. cõſydera, ¶2 verũtamen prædam ¶3 vl, à tergo eius. i. ad plagam Occidentalem. ¶4 ſtrennorũ, .i. arte militari clarorum. ¶5 Heb. Videte. Attendite, ¶6 Heb. donec abduxerimus ¶7 Heb. expelletis [habitatores] ciuitatis. i. ciues qui relicti fuerint præſidio. ¶8 attendite [quòd] præceperim vobis ¶9 Miſerat inquam ¶10 e regione vrbis, ¶11 vl, ad partem Septẽtrionalẽ vrbis Hai, ¶12 & erat

¶13 Heb. Et propius acceſſit ad vrbem populus, [id eſt] vniuerſus exercitus qui erat in parte Septentrionali, & inſidiæ eius quæ erat ad Occaſum vrbis. i. coniunxerunt ſeſe inſidiæ quinque millium cum caſtris, ne alij exiſtimarent eſſe alias inſidias. ¶14 qua ſcilicet propius vrbem acceſſerant.

Ioſůe fugam ſimulat.

direxitque aciem contra deſertũ, ignorans quòd poſt tergũ laterent inſidiæ. Ioſůe verò, & omnis Iſrael ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis viam. At illi vociferantes pariter, & ſe mutuo cohortantes, perſecuti ſunt

D eos. Cúmq; receſſiſſent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth-el remanſiſſet qui non perſequeretur Iſrael (ſicut eruperant aperta oppida relinquentes,) dixit Dominus ad Ioſůe, Leua clypeum qui in manu tua eſt contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. cúmque eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis, inſidiæ quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & ſuccenderunt eam. Viri autem ciuitatis qui perſequebantur Ioſůe, reſpicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vſque conſcendere, non potuerunt vltrà huc illúcque diffugere: præſertim cum hi qui ſimulauerant fugam, & tendebant ad ſolitudinem, con-

E tra perſequentes fortiſſimè reſtitiſſent. ¶ Vidénſque Ioſůe & omnis Iſrael quòd capta eſſet ciuitas, & fumus vrbis aſcenderet, reuerſus percuſſit viros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & ſuccenderant ciuitatem, egreſſi ex vrbe cõtra ſuos, medios hoſtium ferire cœperunt. Cum ergo ex vtraque parte aduerſarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine ſaluaretur, Regẽ quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Ioſůe. Igitur omnibus interfectis qui Iſraelem ad deſerta tendentem fuerant perſecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuerſi filij Iſrael percuſſerunt ciuitatem. Erant autem qui in eodẽ die conciderant à viro vſque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. Ioſůe verò non contraxit manum, quam in ſublime porrexerat, tenens clypeum, donec in-

F terficerentur omnes habitatores Hai. Iumenta autẽ & prædam ciuitatis diuiſerũt ſibi filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Ioſůe. Qui ſuccendit vrbem, & fecit eam tumulum ſempiternum: Regem quoque eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam & ſolis occaſum: præcepitque Ioſůe, & depoſuerunt cadauer eius de cruce: proiecerúntque in ipſo introitu ciuitatis, congeſto ſuper eum magno aceruo lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. ¶ Tunc ædificauit Ioſůe altare Domino Deo Iſrael in monte Hebal, ſicut præceperat Moyſes famulus Domini filijs Iſrael, & ſcriptũ eſt in volumine legis Moyſi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrũ non tetigit: & obtulit ſuper eo [9]holocauſtum' Domino, immolauitque pacificas victimas. Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomiũ legis Moyſi, quod ille digeſſerat corã filijs Iſrael. Omnis autẽ populus, & [a]omnes' maiores natu, ducéſq; ac iudices ſtabãt ex vtraq; parte arcæ, in cõſpectu ſacerdotũ qui portabãt arcã fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorũ iuxta mõtẽ Garizim, & media iuxta mõtẽ Hebal, ſicut præceperat Moyſes famul⁹ Domini. Et primùm quidẽ benedixit populo Iſrael. Poſt hæc legit omnia verba benedictiõis & maledictionis, & cũcta quæ ſcripta [b]fuerãt' i legis volumine. Nihil ex his quæ Moyſes iuſſerat reliquit intactũ, ſed vniuerſa replicauit corã omni multitudine Iſrael, mulieribus ac paruulis & aduenis q inter eos morabãtur.

Hai ſuccenditur.

Deus cõſulit ſpũ Ioſůe qd agat.

Hai populus occiditur.

Rex Hai cõprehẽſus ducitur ad Ioſue.

Duodecim millia occiſa.

Præda diuiditur.

Rex Hai ſuſpenditur.

[illegible] altare [illegible] ſcribit Deuteronomium.

Exod. 20. d. deut. 27. a.

¶ [9]holocauſta

Ioſůe benedicit populo Iſrael.

¶ [b]erant

legenda per ſacerdotes

præſtitutum tempus ante planitiem, ignorans quòd inſidiæ ei eſſent collocatæ poſt vrbem. Iehoſua verò & vniuerſus Iſrael [15]ſimularũt ſe cæſos' ante illos, fugerúntque per viam [16]ſolitudinis.' Et conuocati ſunt omnes populi qui erant in ciuitate, vt inſequerentur eos, inſequutique ſunt Iehoſuã, pellecti ſcilicet ex vrbe, Vt non reliquus eſſet vir, ne vnus quidẽ, in Hai & Beth-el, qui non egreſſus eſſet poſt Iſraelẽ: dimiſerúntque ciuitatem apertã, & inſequuti ſunt Iſraelẽ. Et ait Dominus ad Iehoſuam, [17]Extende [18]telum' quod eſt in manu tua [19]contra Hai,' quoniam in manum tuam tradã eam. & [20]extendit Iehoſua telum quod habebat in manu ſua contra vrbem, Et illico conſurgentes qui in inſidijs erant de loco ſuo, [21]prouolarunt quum extẽderet' ille manum ſuam, venerúntque in vrbem, occuparunt eam, & illico incenderunt eam igne. Porrò ciues Hai retroſpectãtes viderunt fumum ciuitatis in cælum vſque aſcendentem, neque facultas fuit illis fugiendi neque huc neque illuc: & populus qui fugiebat verſus ſolitudinem, cõuerſus eſt in perſequẽtes. ¶ Iehoſua verò & omnis Iſrael animaduertentes quòd inſidiæ cepiſſent ciuitatẽ, & quòd fumus ciuitatis in ſublime iret, conuerſi ſunt, & percuſſerunt viros Hai. Et illi egreſſi ſunt ex vrbe obuiã illis, [22]vt eſſent [hoſtes] inter Iſraelitas,' illis illinc, iſtis verò iſthinc exiſtentibus. Et percuſſerũt eos donec nullus ex eis ſupereſſet, neque effugeret. Regẽ verò Hai viuũ ceperunt, & adduxerũt eũ ad Iehoſuã. Quúmq; ceſſarẽt Iſraelitæ trucidare cunctos ciues Hai in planitie [23]ſolitudinis,' vbi perſequuti erãt eos, & cecidiſſent vniuerſi gladio [24]ad internecionẽ vſq;,' reuerſi ſunt omnes Iſraelitæ in Hai, & percuſſerũt eã quoque gladio. Cunctorũ verò qui eo die ceciderũt, tam virorũ quàm mulierũ, fuerũt duodecim millia, [25]& illi homines omnes fuerũt ex Hai.' Iehoſua verò non reduxit manum ſuam [26]quam cum telo extenderat' donec funditus vaſtaſſet omnes habitatores Hai. Veruntamẽ iumẽta & ſpolia ciuitatis illius diripuerunt Iſraelitæ ſibi, iuxta verbum Domini quod mãdauerat Iehoſuæ. Et exuſſit Iehoſua Hai, redegitque eam in [27]aceruum perpetuum, [& in] ſolitudinem' in hunc vſque diem. Regem verò Hai [28]in arborem' ſuſpendit vſque ad tempus veſpertinũ: [29]quúmque ſol occideret,' iuſſit Iehoſua vt cadauer eius deponerent de arbore, & proijcerent ipſum ad fores portæ vrbis, excitarẽntque ſuper ipſum aceruum magnum lapidum, qui [manet] vſque in præſentem diem. ¶ [30]Tum' extruxit Iehoſua arã Domino Deo Iſraelis in monte Ebal. [31]Sicut præceperat' Moſes ſeruus Domini filijs Iſrael, & ſicut ſcriptum eſt in libro legis Moſis, aram videlicet de lapidibus [32]integris,' ſuper quos nemo ferrũ leuauit, ſacrificauerúntque ſuper eam holocauſta Domino, & ſacrificauerunt hoſtias [33]gratulatorias.' Scripſit quoq; ibi ſuper lapides [34]ſecundariam legem Moſis, [35]quam ſcripſerat' ante filios Iſrael. Et omnis Iſrael atque ſeniores eius, præfecti & iudices ſtabant vtrinque circa arcam coram ſacerdotibus Leuitici generis portãtibus arcam fœderis Domini, [36]aduenæ quoque & indigenæ.' Dimidia pars illorum [ſtabat] verſus mõtem Gerizim, & dimidia pars illorum verſus mõtem Ebal, quemadmodum Moſes ſeruus Domini antea præceperat, nempe vt benedicerent populo Iſrael primum. Poſtea [37]legit' omnia verba legis, benedictiones & execrationes, iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in libro legis. Nec fuit vllum verbum ex omnibus quæ præceperat Moſes, quod non legerit Iehoſua coram tota congregatione Iſraelis, [ſtantibus] mulieribus & paruulis atque peregrinis [38]aduenientibus' in medio eorum.

¶ 15 Heb. percuſſi ſunt. i. finxerunt ſe reſiſtere non poſſe. ¶ 16. i. quæ ducit ad deſertũ. ¶ 17 vl, Eleua. Erige ¶ 18 haſtam. lanceam. in qua ſcilicet erat ſignum. ¶ 19 in ſignum ſcilicet inſidijs. ¶ 20 erexit Ioſue haſtã [lanceam] quã &c. ¶ 21 cucurrerũt quũ eleuaſſet ¶ 22 i. intercepti fuerunt ab Iſraelitis. ¶ 23 Heb. in deſerto. vt ſic vertas, in planitie, id eſt in deſerto. ſiue ſolitudine. ¶ 24 Heb. donec conſumerentur. ſiue finirentur. ¶ 25 Heb. omnes homines Hai. i. erãt omnes illi habitatores Hai. ¶ 27 vl, quã lanceã extenderat ¶ 27 Heb. aceruũ ſempiternum, deſolationem vſque &c. i. in aceruũ, hoc eſt deſolationem perpetuã, quæ durauit vſque &c. ¶ 28 in ligno. i. cruci affixit. ¶ 29 Vide Deuteron. 21. ¶ 30 expugnata ſcilicet vrbe. ¶ 31 Vide Deuteron. 27. ¶ 32 .i. naturalibus, non politis, non cæſis. ¶ 33 pacificas. ¶ 34 .i. decalogũ qui habetur in Deuteronomio. ¶ 35 Alii referũt hoc ad Ioſue, alii ad Moſen. Qui ad Ioſuã, legunt ſcripſit ¶ 36 vl, vt indigenæ ita & peregrini. ¶ 37 vl, curauit ¶ 38 incedentibus. i. qui verſabantur inter illos, & conuerſi erant ad fidem illorum.

I X.

¶1 ſiue, vltra. re ſpectu campeſtrium Moab.
¶2 .i. in toto illo tractu qui adiacet mari mediterraneo, & reſpicit Libanon, qui ſcilicet eſt in parte Septentrionali.
¶3 .i. Aſtu & ipſi vſi ſunt vt & Ioſue fuerat vſus aſtu in expugnatiōe Hai.
¶4 Heb. oſtendentes ſe legatos eſſe .i. finxerunt ſe eſſe legatos.
¶5 .i. ſtrauerant aſinos ſuos ſaccis putridis.
¶6 colligatos. propter rupturas ſcilicet.
¶7 reſarta .i. quæ varia fruſta corij aſſuta habebant, Gallicè, raboblinez.
¶8 vel, putrida
¶9 Heb. panis viaticum eorū,
¶10 [in] Galgal. .i. quæ erant in Galgalis.
¶11 Heb. Et reſpondit vir Iſrael. Singulare pro plurali.
¶12 .i. Gabaonitis qui erant Hiuæi.
¶13 .i. In hac terra quā Dominus mihi poſſidendam dedit.
¶14 Subaudiendum potius [regnabant.]
¶15 Heb. Iſte [eſt] panis noſter, calidum pro viatico, accepimus è domibus noſtris &c. i. ex eo adhuc calēte viaticum adornauimus.
¶16 vel, nunc autem ſane
¶17 ſub. præ vetuſtate.

CAP. IX.

FActúmque eſt vt audirent hæc cuncti reges qui erant [1]trans' Iordanē, in mōtanis & locis planis, atque in vniuerſo litore maris magni [2]è regione Libani,' nēpe Hithæi, Amorrhæi, Chananæi, Pherezæi, Hiuæi & Iebuſæi, Cōgregati ſunt vnà, vt pugnarēt cōtra Iehoſuā & contra Iſraelem vno conſenſu. ¶ Gibeonitæ verò quū audiuiſſent quæ fecerat Iehoſua ipſi Iericho & Hai, [3]Egerūt & ipſi vafritie' quadā: abierāt enim [4]præ ſe ferentes actū peregre miſſi veniſſent, [5]ferentes ſaccos veteres in aſinis ſuis,' vtrēſq; vini veteres, laceros & [6]reſartos,' Calceamēta quoque vetera & [7]cōmaculata' in pedib9 ſuis, veſtimēta deniq; habentis [8]vetera' ſuper ſe, & [9]omnis panis, [quē pro] viatico ſuo [acceperant,]' aridus erat & mucidus. Venerunt ergo ad Iehoſuā in caſtris [10]Gilgal,' dixerūntq; ad eū, & ad viros Iſrael, Venim9 ex terra admodū remota: pāgite ergo nobiſcū fœdus. [11]Reſpōdit quiſpiā ex Iſraelitis' ipſi Hiuæo,' Fortè tu habitas [12]in medio mei:' quomodo ergo fœdus tecū feriā? Et dixerunt ad Iehoſuā, Nos ſerui tui ſumus. Quibus rurſum ait Iehoſua, Quinā eſtis vos? & vnde venitis? Reſpōderunt ei, Serui tui venerunt de remotis valde terris propter famā Domini Dei tui: ſiquidē famā eius audiuimus, & quæcūq; in Ægypto fecit, Sed & cuncta quæ fecit duob9 regib9 Amorrhæorū, qui fuerūt vltra Iordanē, [nēpe] Sihon regi Heſbon, & Og regi Baſan qui [13][fuit]' in Aſtaroth, vnde dixerunt nobis ſeniores noſtri, & omnes inhabitatores terræ noſtræ in hanc ſentētiā, Tollite in manu veſtra viaticū ad iter, & ite illis obuiā, dicitéq; illis, Serui veſtri ſumus, pangite ergo nobiſcū fœdus. [15]Hic panis noſter quo aluimus noſipſos interim dū abſumus à domib9 noſtris, calid9 fuit' eo die quo egrediebamur vt proficiſceremur ad vos, [16]& ecce nūc' arid9 eſt & mucidus. Iſti quoq; vtres vini quos nouos impleuimus, ecce [17]rupti ſunt:' ſed & veſtimēta hæc noſtra atq; calceamēta noſtra vetuſtate detrita ſunt [18]ob iter tā longū & immēſum.' Et [19]acceperūt viri illi [Iſraelitæ] de viatico illorū [20]incōſulto Domino.' Fecit itaq; Iehoſua cum eis pacē, & ferijt cum eis fœdus, [21]vt ſeruaret eos viuos,' & principes cœtus iurauerūt eis. ¶ Exactis tribus diebus poſteaquā fœdus icerant, audierunt illos eſſe vicinos ſuos, habitaréq; in medio ipſorū. Et profecti filij Iſrael, peruenerunt tertio die ad ciuitates illorū, (erāt autem ciuitates eorū, Gibeon, Kephira, Beeroth & Kiriath-iearim.) Nec percuſſerūt eos filij Iſrael, eo quòd eis principes cœtus per Dominū Deum Iſraelis iuraſſent. [22]& murmurabat' totus cœtus contra principes. Dixerūt verò cuncti principes ad vniuerſum cœtū, Nos iurauimus illis per Dominū Deum Iſraelis, idcirco non poſſumus [23]in eos irruere.' Hoc verò faciemus eis, ſeruabimus eos viuos, ne veniat ſuper nos [24]indignatio' propter iuramentū quod iurauimus eis. [25]Dixerūntque rurſus ad eos' principes, Viuāt, [26]& ſint calones & lixæ' pro toto cœtu, quemadmodū loquuti ſunt [27]eis' principes. Et vocatis eis Iehoſua, loquut9 eſt ad eos in hūc ſētētiā, Quare impoſuiſtis nobis hiſce verbis, Valde remoti habitamus à vobis: quū tamē in medio noſtri habitetis? Execrati igitur eritis vos, nec excindetur è vobis ſeruus & qui ligna cædant, & aquā hauriant domui Dei. Qui reſpondentes Iehoſuæ, dixerunt, Quoniam

C A P. I X.

QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui verſabantur in montanis & campeſtribus, in maritimis ac litore Magni-maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanū, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebuſæus Congregati ſunt pariter, vt pugnarent cōtra Ioſue & Iſrael vno animo, eadémque ſententia. ¶ At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Ioſue, Iericho & Hai: Et callidè cogitantes tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos atque conſutos, Calceamentáque perantiqua quæ ad indiciū vetuſtatis pittacijs conſuta erant, Induti veteribus veſtimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erāt, & in fruſta comminuti. Perrexerúntque ad Ioſue qui tunc morabatur in caſtris Galgalæ, & dixerunt ei, atque ſimul omni Iſraeli, De terra longinqua venimus, pacem vobiſcū facere cupientes. Reſponderúntque viri Iſrael ad eos, atque dixerunt, Ne fortè in Terra quæ nobis ſorte debetur, habitetis, & non poſſimus fœdus inire vobiſcum. At illi ad Ioſue, Serui, inquiunt, tui ſumus. Quibus Ioſue ait, Quinā eſtis vos? aut vnde veniſtis? Reſponderunt, De Terra longinqua valde, venerunt ſerui tui in nomine Domini Dei tui: audiuimus enim famam potētiæ eius, Cuncta quæ fecit in Ægypto, ‖& duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanē, Sehon regi Heſebon, & Og regi Baſan, qui erant in Aſtaroth: dixerúntque nobis ſeniores, & omnes habitatores Terræ noſtræ, Tollite in manibus *cibaria ob lōgiſſimā viam, & occurrite eis, & dicite, Serui veſtri ſumus, fœdus inite nobiſcū. En panes, quando egreſſi ſumus de domibus noſtris vt veniremus ad vos, calidos ſumpſimus: nunc ſicci facti ſunt, & vetuſtate nimia cōminuti. Vtres vini nouos impleuimus, núc rupti ſunt & ſoluti. veſtes & calceamēta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita ſunt, & penè conſumpta. Suſceperunt igitur de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt. ‖Fecitque Ioſue cū eis pacē, & inito fœdere pollicitus eſt vt non occiderētur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. ¶ Poſt dies autē tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarēt, & inter eos futuri eſſent. Moueruntque caſtra filij Iſrael, & venerunt in ciuitates eorū die tertio, quarū hæc vocabula ſunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariath-iarim. Et non percuſſerunt eos, eo quòd iuraſſent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Iſrael. Murmurauit itaq; omne vulgus contra principes [Iſrael.]' Qui reſponderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Iſrael, & idcirco non poſſumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis, Reſeruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, ſi peierauerimus*: Sed ſic viuāt, vt in vſus vniuerſæ multitudinis ligna cædant, aquáſque comportent. Quibus hæc loquētibus, vocauit Gabaonitas Ioſue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluiſtis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cum in medio noſtri ſitis? Itaq; ſub maledictione eritis, & nō deficiet de ſtirpe veſtra ligna cædens, aquáſque comportans in domum Dei mei. Qui reſponderunt, Nunciatum eſt nobis ſeruis

Congregantur reges aliquot contra Ioſue.

Gabaonitæ callidè petūt pacem a Ioſue.

D

Num. 21. c.

*veſtris

C

2. Reg. 21. a.

*eis

Gabaonitæ præficiuntur D lignis cædendis & aquæ portandæ.

¶18 Heb. præ longinquitate viæ admodum. ¶19 .i. comederunt de viatico eorum in ſignum fœderis initi. ¶20 Heb. & os Domini non interrogauerunt. ¶21 Heb. ad viuificandū eos, ¶22 vel, murmurauit itaque ¶23 vel, eos attingere. ¶24 ſub. Domini. ¶25 vel, Et addiderunt illis ¶26 vel, dummodo ſint cæſores lignorum & hauſtores aquarum ¶27 de illis

tuis quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus Moyſi ſeruo ſuo vt traderet vobis omnem Terram, & diſperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur valde, & prouidimus animabus noſtris, ve ſtro terrore compulſi: & hoc cõſilium iniuimus. Nunc autem in manu tua ſumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Ioſue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Iſrael, vt non occiderentur. Decreuitque in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportãtes, vſque in præſens tempus, in loco quem Dominus elegiſſet.

CAP. X.

Gabaonitis bellũ inferũt Amorrhæi, eo q cũ Ioſue pacẽ feciſſẽt.

Qvæ cum audiſſet Adoni-ſedec rex Ieruſalẽ, quòd ſcilicet cepiſſet Ioſue Hai, & ſubuertiſſet eam (ſicut enim fecerat Iericho & regi eius, ſic fecit Hai, & regi illius) & quòd trãſfugiſſent Gabaonitæ ad Iſrael, & eſſent fœderati eorum, Timuit valde: vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnéſque bellatores eius fortiſſimi. Miſit ergo Adoni-ſedec rex Ieruſalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, Ad me aſcẽdite, & ferte præſidium, vt expugnemus Gabaon, quare tranſfugerit ad Ioſue, & ad filios Iſrael. Cõgregati igitur aſcenderunt quinque reges Amorrhæorum: rex Ieruſalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eã.

B Gabaonitæ petunt auxiliũ a Ioſue.

Habitatores autem Gabaon vrbis obſeſſæ miſerunt ad Ioſue, qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum: aſcende cito, & libera nos, ferque præſidium: conuenerunt enim aduerſum nos omnes reges Amorrhæorum qui habitant in montanis. ¶ Aſcenditque Ioſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo [a]viri fortiſſimi. Dixitque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus enim ex eis tibi reſiſtere poterit. Irruit itaque Ioſue ſuper eos repente, tota nocte aſcendens de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus à facie Iſrael: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Beth-horon, & percuſſit vſque Azeca & Maceda.

¶ [a]viriſque Ioſue expugnat Amorrhæos.

C Pluit lapides.

Cúmque fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Beth-horon, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſque ad Azeca: & mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſrael. ¶ Tunc locutus eſt Ioſue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis, §Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra Vallem-Aialon. Steterúntque ſol & luna, donec vlciſceretur ſe gẽs de inimicis ſuis. Nónne ſcriptũ eſt hoc in libro iuſtorum? Stetit itaque in medio cæli, & nõ feſtinauit occũbere ſpatio vnius diei. Non fuit antea &

Siſtitur ſol, & prolongat dies. Eſa. 38. f. eccli 46. a

certiſſime indicatũ eſt ſeruis tuis quòd præcepiſſet Dominus Deus tuus Moſi ſeruo ſuo, quòd daturus eſſet vobis vniuerſam hanc terrã, & quòd exciſurus eſſet cunctos habitatores terræ ante vos: ob hoc timuimus vehementer animabus noſtris à vobis, & fecimus rem iſtam, [18]En ſumus in manu tua, quod tibi videtur bonum & rectũ nobis facere, hoc facito. Et fecit eis ſic, liberauitque eos è manu filiorũ Iſrael vt non occiderent eos. Et cõſtituit eos Iehoſua eodem die vt eſſent lignatores & aquatores in cœtu, & pro ara Domini in hunc vſque diẽ, in loco quẽ [19]elegerit.

CAP. X.

Qvũ verò Adoni-zedek rex Hieroſolymorũ audiſſet quòd Iehoſua obtinuiſſet Hai, & eã vaſtaſſet ([1]& vt feciſſet Iericho & regi ei, ita quoq; Hai & regi eius feciſſet,) quódque pacẽ iniJſſent ciues Gibeon cũ Iſraelitis, & eſſent inter eos, Timuerũt valde, quoniã Gibeon vrbs fuit magna, ſicut vna ex regalibus vrbibus, [3]maior Hai, & ciues eius omnes viri erãt fortiſſimi. Miſit ergo Adoni-zedek rex Hieroſolymorũ ad Hoham regẽ Hebron, & ad Piream regẽ Iarmuth, & ad Iaphiam regẽ Lachis, & ad Debir regẽ Eglon, huiuſmodi mandatis, Aſcendite ad me, & auxilio mihi ſitis, vt percutiamus Gibeon, quoniã pacem inierũt cũ Iehoſua & cũ filijs Iſrael. Congregati igitur aſcenderũt quinque reges Amorrhæorũ, rex Hieroſolymorũ, rex Hebrõ, rex Iarmuth, rex Lachis, rex Eglon, iſti cũ vniuerſis caſtris ſuis caſtrametati ſunt cõtra Gibeon vt oppugnarẽt eã. Miſerũt ergo ciues Gibeon ad Iehoſuã in caſtra quæ erãt in Gilgal, hiſce mandatis, Ne retrahas manũ tuã à ſeruis tuis, aſcẽde illico ad nos, & ſerua nos, opẽmq; fer nobis, quoniã cõgregati ſunt cõtra nos omnes reges Amorrhæorũ qui habitãt in montibus. ¶ Et aſcẽdit Iehoſua ex Gilgal, ipſe & totus populus qui bello aptus erat cũ eo, & cũcti viri fortes. Et ait Dominus ad Iehoſuã, Ne timeas ab eis, quoniã tradidi eos in manũ tuã, nec ſtabit quiſpiã ex eis corã te. [4]Venit autẽ Iehoſua ſubito ad illos: (nã aſcẽderat tota nocte ex Gilgal.) Et [5]conturbauit eos Dominus [6]ante Iſraelitas, percuſſitque eos cæde magna [7]in Gibeon, & inſequutus eſt eos per viam [8]aſcenſus Bethoron, percuſſitq; eos vſq; in Aſexa & Maxeda. Quũq; fugerẽt [9]ante Iſraelitas, & eſſẽt in deſcẽſu Bethoron, deiecit Dominus ſuper eos lapides grãdes de cælo, vſq; in Aſexa: mortuiq; ſunt multo plures eorũ qui [10]lapidib' grãdinis interierũt, quàm fuerint illorũ quos interfecerant filij Iſrael gladio. ¶ [11]Tũ loquutus eſt Iehoſua ad Dominum eo ſcilicet die quo Dominus [12]tradidit Amorrhæũ ante Iſraelitas. [13]& ait præſentibus Iſraelitis, Sol ſiſte gradum [14]in Gibeon, & luna in valle [15]Aialon. [16]Conſtitit itaque ſol, & luna ſtetit, donec ſe [17]gens de hoſtibus ſuis vlciſceretur. an non [18]hoc in libro [19]iuſti ſcriptum eſt? [20]Conſtitit itaque ſol [21]in medio cæli, nec feſtinauit ad occaſum ferè integro die. Nec fuit talis dies ante

¶18 Heb. Nunc ergo ecce ſum' ¶19 ſub. Dominus.

X.

¶1 expugnaſſet ¶2 Heb. quemadmodum enim fecerat Iericho & regi eius, ſic fecit Hai & regi eius. Hæc per parẽtheſin legenda ſunt. ¶3 Heb. & quoniam maior erat ¶4 vel, Aggreſſus eſt autem eos Ioſue repente: ¶5 vel, fregit ¶6 .i. aggrediẽtib' Iſraelitis. ¶7 .i. iuxta Gabaon. ¶8 qua aſcenditur ¶9 vel, perſequente Iſraele, ¶10 .i. grandine quæ erat inſtar lapidum. ¶11 Chaldæus paraph. Tunc laudauit Dominum. vel, gratias egit Domino ¶12 .i. effecit vt Amorrhæi venirẽt in poteſtatem filiorum Iſrael. ¶13 dixerat autem .i. fuderat hanc orationẽ præſentib' Iſraelitis. Sol &c. q.d. permitte vt ſol & luna nõ deſerãt nos luce ſua, donec deuicerimus hoſtes noſtros. ¶14 .i. in agro Gabaonitarũ. Hoc dixit in meridie. ¶15 Aialon erat in tribu Dan: Gabaon autem in tribu Beniamin. Hoc dixit aduentante nocte. ¶16 Quidam Hebræorum dicunt hic eſſe initium cantici. ¶17 ſub. Iſraelitica. ¶18 .i. canticum illud. ¶19 Iaſar .i. rectitudinis, ſiue æquitatis. Quidam dicunt canticum illud hic non memoratum, ſed in libro Iaſar, qui quidẽ periJt in captiuitate. Alij verò dicunt initiũ cantici eſſe, Et ſtetit ſol &c. Chaldæus paraph. dicit librum rectitudinis, eſſe librum legis: nam quæ ſunt in lege, recta ſunt. Doctus inter Hebræos dicit eſſe Exod. 14. b. hoc canticum, vbi ſic legitur, Faciã mirabilia quædam quæ creata nõ ſunt in vniuerſa terra. Ait enim illud prædicere iſtud miraculum. ¶20 Stetit ergo ¶21 .i. in linea illa Septentrionali, in medio ſcilicet Orientis & Occidentis .i. in Meridie. Quidam inter Hebræos exiſtimant ſolem & lunam reuera non ſtetiſſe, ſed quòd viſi fuerint ſtetiſſe, ob breuitatem ſcilicet temporis quo Iſraelitæ deuicerunt hoſtes ſuos, quod quidem erat negotium multorũ dierũ. q.d. Da Domine vt hoc tam breui interuallo vlciſcamur de hoſtibus noſtris, quare ſol hodie ſtabit ſupra Gabaon, & luna hac nocte ſupra Aialon. Doctior inter eos ait hoc nõ debere referri ad breuitatem, ſed reuera ſolem conſtitiſſe. Et idem per diem perfectum, ſiue integrum, intelligit diem longiſſimam, quanta ſcilicet eſt in ſolſtitio æſtiuali.

¶22 vl, in qua exandiret
¶23 petẽtis ſcilicet curſũ naturę immutari
¶24 pugnabat
¶25 vl. fuerat. Hic verſus dicitur per anticipationem, & repetitur in fine capitis, nempe negotio cõfecto. Rectiſſime ſic vertetur, Itaque reditum adornabat Ioſue.
¶16 Fugerant
¶17 non mouit quiſquam linguam ſuam .ſ. nemo, vel verbo auſus eſt lædere Iſraelitas.

¶18 Heb. virorum bellatorũ, .ſ. militum.
¶19 poſuerunt pedes ſuos ſup colla eorum.
¶20 eſtote fortes & robuſti. ſ. nolite eſſe animo fracto.
¶21 vl, pugnaturi eſtis.
¶22 vl, patibulis, ¶23 quo ſcilicet iuſſit interfici reges.
¶24 Heb. cum eis & omnem animam quæ erat in ea. ſ. interfecit regem vnà cum propugnatoribus eius, & omnes homines qui erant in vrbe.

¶25 .i. propugnatores eius.

¶26 .i. ei ſubditas.
¶27 deleuit

illum nec poſt illũ,[22]vt exaudiret Dominus[23]vocem hominis: quoniã Dominus[24]pugnauit pro Iſraele. ¶Reuerſúſque [25]eſt Iehoſua & omnis Iſrael cũ eo ad caſtra in Gilgal.[16]Fugerunt autem quinque reges iſti, & abſcondit delituerũt in quadã ſpelũca in Maxeda. Et nũciatũ eſt Iehoſuæ hiſce verbis, Inuẽti ſunt quinque reges abſcõditi in ſpelũca in Maxeda. Et ait Iehoſua, Voluite lapides grandes ad os ſpelũcæ, & conſtituite viros circa eam qui eos cuſtodiant, Vos verò ne conſiſtatis, ſed inſequimini hoſtes veſtros, & cædite extremum agmen, neque permittatis vt ingrediantur ciuitates ſuas, quia tradidit eos Dominus Deus veſter in manum veſtram. Et factũ eſt, quũ ceſſaſſet Iehoſua atque filij Iſrael à cædendo illos valde ingenti cæde ad internecionẽ vſque, vt reliqui qui ex illis ſupererant, ingrederentur in vrbes munitas. Et reuerſus eſt vniuerſus populus ſaluus in caſtra ad Iehoſuam in Maxeda,[17]vt nemo vel mutierit lingua ſua cõtra filios Iſrael. Dixit autẽ Iehoſua, Aperite os ſpeluncæ, & educite ad me ex ſpelunca quinque iſtos reges. Et fecerunt ſic, eduxerũntque ad eum ex ſpelunca quinque iſtos reges, nempe regem Ieroſolymorũ, regẽ Hebron, regẽ Iarmuth, regem Lachis, & regẽ Eglon. Quũmque educerent reges iſtos ad Iehoſuã, vocauit Iehoſua cunctos viros Iſrael, dixitque ad principes[18]qui præerãt bello, quique cũ eo profecti erant, Huc adeſte, & ponite pedes veſtros ſuper colla regũ iſtorũ. illi ergo accedẽtes[19]reſtiterunt pedibus ſuis in ceruicibus regũ iſtorum. Et ait ad eos Iehoſua, Ne metuatis, neque pauеatis,[20]quin viriliter & fortiter agatis: quoniam ſic faciet Dominus cũctis inimicis veſtris contra quos[21]pugnatis. Poſt hæc trucidauit eos Iehoſua, & interfectos ſuſpendit in quinque[22]arborib⁹, & manſerunt ſuſpenſi in arboribus vſque ad veſperã. Quũ tẽpus appeteret vt ſol occideret, iuſſit Iehoſua vt depoſitos de arborib⁹ proijcerẽt eos in ſpeluncã in qua delituerãt, & poſuerũt lapides grãdes ad os ſpelũcæ, qui [manent] in hũc vſq; diẽ. ¶Et Maxeda cepit Iehoſua[23]eodẽ die, & percuſſit eã gladio, regẽmq; ei⁹ interfecit,[24]cũ omni eo quod in ea viuebat: nihil fecit reliquũ, ſed fecit regi Maxeda quẽadmodum fecerat regi Iericho. ¶Tranſiuit deinde Iehoſua & cũctus Iſrael cũ eo à Maxeda in Libna, pugnauitque cõtra Libna. Et Dominus tradidit eã & regẽ eius in manũ Iſraelis, quã percuſſit gladio, ſimulq; quidquid i ea vitã habebat: nihil fecit in ea reliquũ, ſed fecit regi eius quemadmodũ regi Iericho fecerat. ¶Tranſijt deinde Iehoſua & omnis Iſrael cũ eo à Libna in Lachis, caſtráque fixit cõtra eã, & oppugnauit eam. Et tradidit Dominus Lachis in manũ Iſraelis, qui capiẽs eã poſtero die, percuſſit[25]eam gladio, & quicquid viuũ in ea erat, quemadmodum fecerat in Libna. ¶Tunc aſcẽdit Horam rex Geſer vt ſuppetias ferret ipſi Lachis, quẽ percuſſit Iehoſua & populũ eius, ita vt nemo ex eis reliqu⁹ eſſet. ¶De Lachis trãſiuit Iehoſua & omnis Iſrael cũ eo ad Eglon, poſitiſque caſtris cõtra eã, oppugnarunt eã. Et expugnata ea eodẽ die, percuſſerũt eã gladio, atque omne illud quod in ea vitam habebat interemit eodẽ die, quemadmodũ fecerat in Lachis. ¶Aſcendẽs autẽ Iehoſua & omnis Iſrael cũ eo de Eglon in Hebron, oppugnarũt eã, captámque percuſſerũt gladio, regẽ ſcilicet ei⁹, & cũctas ciuitates[26]eius, quidquid denique in ea viuebat, nec fecit quidquã reliquum, ſed fecit ei iuxta omnia quæ fecerat Eglon. Et[27]perdidit eã, & quidquid fuit in ea viuũ. ¶Et reuerſus Iehoſua atque omnis Iſrael cum eo in Debir, oppugnauit eam. Quũmque eam cepiſſet, & regem eius, atque cuncta

poſtea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael. ¶Reuerſúſque eſt Ioſue cum omni Iſrael in caſtra Galgalæ. Fugerant enim quinque reges, & ſe abſconderãt in ſpelunca vrbis Maceda. Nuntiatúmque eſt Ioſue quòd inuenti eſſent quinq; reges latentes in ſpelunca [a]vrbis Maceda. Qui præcepit socijs, & ait, Voluite ſaxa ingentia ad os ſpeluncæ, & ponite viros induſtrios qui clauſos cuſtodiant. Vos autem nolite ſtare, ſed perſequimini hoſtes, & extremos quoſque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium ſuarum intrare præſidia, quos tradidit Dominus Deus in manus veſtras. Cæſis ergo aduerſarijs plaga magna, & vſq; ad internecionẽ penè cõſũptis, hi qui Iſrael effugere potuerũt, ingreſſi ſunt ciuitates munitas. Reuerſúſque eſt omnis exercitus ad Ioſue in Maceda, vbi tũc erãt caſtra, ſani & integro numero: nullúſq; cõtra filios Iſrael mutire auſus eſt. ¶Præcepítque Ioſue, dicens, Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinq; reges qui in ea latitãt. Fecerúntque miniſtri vt ſibi fuerat imperatum: & [b]adduxerunt ad eum quinque reges de ſpelũca, regem Ieruſalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regẽ Eglon. Cúmque [c]adducti eſſent ad eum, vocauit omnes viros Iſrael, & ait ad principes exercitus qui ſecum erãt, Ite, & ponite pedes ſuper colla regum iſtorum. qui cum perrexiſſent, & ſubiectorum colla pedibus calcarent, Rurſum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini & eſtote robuſti: ſic enim faciet Dominus cũctis hoſtibus veſtris aduerſum quos [d]dimicabitis. Percuſſitq; Ioſue, & interfecit eos, atq; ſuſpẽdit ſuper quinq; ſtipites: fuerũtq; ſuſpenſi vſque ad veſperum. Cúmque occumberet ſol, præcepit ſocijs vt deponerent eos de patibulis. qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncam in qua latuerant, & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quæ permanent vſque in præſens. ¶Eodẽ die Macedam quoque cepit Ioſue, & percuſſit in ore gladij, regẽmque illius interfecit, & omnes habitatores eius: nõ dimiſit in ea ſaltẽ paruas reliquias: fecitque regi Maceda ſicut fecerat regi Iericho. ¶Trãſiuit autem cum omni Iſrael de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. Quam tradidit Dominus cum rege ſuo in manus Iſrael: percuſſerúntque vrbẽ in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiſerunt in ea vllas reliquias. fecerúntque regi Lebna ſicut fecerant regi Iericho. ¶De Lebna trãſiuit in Lachis cum omni Iſrael: & exercitu per gyrum diſpoſito oppugnabat eam. Tradiditque Dominus Lachis in manus [e]filiorum Iſrael, & cepit eam die altero, atque percuſſit in ore gladii, omnémque animam quæ fuerat in ea, ſicut fecerat Lebna. ¶Eo tempore aſcendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percuſſit Ioſue cum omni populo eius vſque ad internecionem. ¶Trãſiuitque de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die: percuſſitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. ¶Aſcendit quoque cum omni Iſrael de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: cepitque, & percuſſit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuerſáſque animas quę in ea fuerant cõmoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Eglon, ſic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, conſumens gladio.
¶Inde reuerſus in Dabir, cepit eam, atque vaſtauit: regem quoque eius atque omnia per cir-

Reges quinque latitãtes in ſpelunca.
D
¶[b]eduxerunt
¶[c]educti
E
¶[d]dimicatis.
Quinque reges ſuſpenduntur.
Maceda vrbs capitur.
F
Lebna.
ſ.6.
Lachis.
Horã rex Gazer occidit.
Expugnatur Eglon.
Hebron.
G
Dabir.

cultum oppida percuſſit in ore gladij: non dimiſit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, ſic fecit Dabir & regi illius. Percuſſit itaque Ioſue omnem Terram montanam & Meridianam, atque campeſtrem, & Aſedoth cum regibus ſuis: non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat interfecit, ſicut præceperat ei Dominus Deus Iſrael à Cadeſ-barne vſque Gazam. Omnem Terram-Goſen vſque Gabaon, vniuerſóſque reges & regiones eorum vno impetu cepit atq; vaſtauit: Dominus enim Deus Iſrael pugnauit pro eo. Reuerſúſque eſt cum omni Iſrael ad locum caſtrorum in Galgala.

Deus pugnat pro Ioſue.

CAP. XI.

Cōgregātur aliquot reges cōtra Ioſue.

Quæ cum audiſſet Iabin rex Aſor, miſit ad Iobab regem Madon, & ad regē Semeron, atque ad regē Achſaph: ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planicie contra Meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoque & regionibus Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebuſæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in Terra-Maſpha. Egreſſique ſunt omnes cum turmis ſuis, populus multus nimis ſicut arena quæ eſt in litore maris, equi quoque & currus immenſæ multitudinis. Conuenerúntque omnes reges iſti in vnum

B ad Aquas-meron, vt pugnarent contra Iſrael. ¶Dixitq; Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes iſtos vulnerandos in conſpectu Iſrael: equos eorum ſubneruabis, & currus igne combures. ¶Venitq; Ioſue, & omnis exercitus eius cum eo aduerſus illos ad Aquas-meron ſubitò, & irruerunt ſuper eos. Tradiditque illos Domin⁹ in manus Iſrael: qui percuſſerunt eos, & perſecuti ſunt vſque ad Sidônem magnam & Aquas-maſerephoth, campúmque Maſphe, qui eſt ad Orientalē illius partem: itaque percuſſit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: fecitque ſicut præceperat ei Dominus, equos eorum ſubneruauit, currúſque combuſſit igni. Reuerſúſque ſtatim cepit Aſor: & regem eius percuſſit gladio. Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc, principatum tenebat. Percuſſitque omnes animas quæ ibidē mo-

De⁹ tradit Ioſue omnes reges qui cōiurauerāt i eū.

Ioſue occidit Heuæos, Iebuſæos, & reliquos.

Vrbs Aſor percutitur.

C rabantur: non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed vſque ad internecionē vniuerſa vaſtauit, ipſámque vrbē peremit incendio. Et omnes per circuitum ciuitates, reges quoque earū cepit, percuſſit atque deleuit, ſicut præceperat ei Moyſes famulus Domini. Abſque vrbib⁹ quæ erant in collibus & in tumulis ſitæ, cæteras ſuccēdit Iſrael, vnam tantū Aſor munitiſſimā flamma conſumpſit. Omnémque prædā iſtarū vrbium ac iumēta diuiſerunt ſibi filij Iſrael, cūctis hominibus interfectis. ſSicut præceperat Domin⁹ Moyſi ſeruo ſuo, ſita pręcepit Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa cōpleuit: non prætérijt de vniuerſis mādatis, nec vnū quidem verbum quod iuſſerat Dominus Moyſi. ¶Cepit itaque Ioſue omnē Terram, montanam & Meridianam: Terrámque Goſen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montémque Iſrael, & cāpeſtria eius: & partē montis, quæ aſcendit Seir

¶ combuſſit

Deut. 7. a.

Prædam partiūtur inter ſe Iſraelitæ.

Exod. 14. b.

Deut. 7. a

Ioſue oīa implet quæ pręcepit ei Moyſes.

oppida eius, percuſſerunt eos gladio, & internecioni dedit quidquid in ea viuū fuit: nihil fecit reliquū: quemadmodū fecerat Hebron, ſic faciebat & Debir, & regi eius: & quemadmodū fecerat Libna & regi eius. [18]Et percuſſit' Iehoſua vniuerſam regionem mōtanam, & Meridianam, [19]& valles fluuiales,' & cunctos reges eorum: nihil fecit ex eis reliquum, quidquid ſpirauit dedit internecioni, quemadmodū præceperat Dominus Deus Iſraelis. Percuſſit autē eos Iehoſua à Kadeſ-barnea vſque ad Azam, & vniuerſam terram [40]Goſen' vſque Gibeon. Cunctos hos reges & terram eorum cepit Iehoſua [41]'ſemel:' quoniam Dominus Deus Iſraelis pugnauit pro Iſraele. Et reuerſus eſt Iehoſua atque omnis Iſrael in caſtra quæ erant[42]'in Gilgal.'

CAP. XI.

Qvum [hæc] audiſſet Iabin rex Hazor, miſit ad Iobab regem Madon, & ad regem Simron, & ad regem Achſaph, ſed & ad reges qui erant ad Aquilonem in montanis & loco campeſtri contra Meridiem [1]'Cineroth,' & in locis [2]'planis,' atque in[3]'regionibus' Dor ab Occidente, [Et ad] Chananæum qui erat ab Oriēte & Occidente, & ad Amorrhæum, Hithæum, Pherizæum & Iebuſæum in montanis, & ad Hiuæum qui erat ſub Hermon in terra Mizpa. Illi egreſſi ſunt atque vniuerſa caſtra cū eis, populus multus nimis, vt arena quæ eſt in litore maris, [4]'equites' & currus valde multi. Iſti reges omnes congregati ſunt, & veniētes iunxerunt caſtra apud aquas Merom, vt congrederentur cū Iſraelitis. ¶Et ait Dominus ad Iehoſuā, Ne metuas ab illis, quoniam cras [5]'iuxta hoc tempus' ego tradā eos omnes ſaucios coram Iſraele, equis eorum [6]'neruos' incides, & currus eorum igni cōbures. ¶Venit itaque Iehoſua & cunctus populus bello aptus cū eo, aduerſum illos iuxta aquas Merom, repente irruentes in eos. Et tradidit eos Dominus in manū Iſraelis, percuſſerúntque eos, & inſequuti ſunt eos vſque Zidonē [7]'maiorē,' & vſq; ad[8]'calefactiones aquarū,' & vſque ad vallē Mizpa, quæ eſt ad Orientem, percutientes eos, [9]'ita vt neminem ex eis reliquum facerent.' Fecitque eis Iehoſua quemadmodū præceperat ei Dominus, equis eorum [10]'neruos' incidit, & currus eorum igne combuſſit. Et reuerſus Iehoſua eodem tempore cepit Hazor, & regē eius ferijt. Etenim Hazor[11]'ante fuerat' caput omnium iſtorum regnorum. Percuſſerunt inſuper gladio[12]'quidquid in ipſa vitæ habebat,' [cuncta] vaſtantes: [13]'nihil reliquum facientes quod ſpirabat,' Hazor quoque ipſam igne ſuccēdit. Omnes quoq; ciuitates regum iſtorum, & vniuerſos reges earū cepit Iehoſua, & percuſſit eos gladio, & internecioni dedit eos, quemadmodum præceperat Moſes ſeruus Domini. Veruntamen omnes vrbes quæ ſtabant[14]'in tumulis ſuis' non combuſſit Iſrael, pręter Hazor ſolam quā incendit Iehoſua. Et vniuerſa ſpolia ciuitatū iſtarū atque iumenta diripuerunt ſibi filij Iſrael: omnes tamen homines percuſſerūt gladio, donec excinderēt eos, nec quidquam quod ſpirabat reliquū fecerunt. Quemadmodum Dominus præceperat Moſi ſeruo ſuo, ſic Moſes præceperat Iehoſuæ, & Iehoſua ſic fecit, [15]'ita vt non dempſerit quidquā ex omnibus quæ præceperat Dominus Moſi.' ¶Occupauit itaq; Iehoſua vniuerſam terrā illā, mōtanā & vniuerſam Meridionalē, atq; omnē terrā Goſen, decliuia atq; campeſtria loca, mōtē quoq; Iſrael & loca eius humiliora. A mōte[16]'diuiſionis,' qui[17]'aſcēdit in Seir,'

¶18 Percuſſit itaque

¶19 & campeſtrem, & decliuia. ſiue decliuitatem .i. regionem quæ erat in decliuitate montiū.

¶40 Altera erat terra Goſen in Ægypto.

¶41 .i. vnico bello, non interrupto.

¶42 .i. ad locū caſtrorum, vbi ſcilicet erat tabernaculum, vt illic ageret gratias Deo de tanta victoria.

XI.

¶1 .i. maris Geneſareth.

¶2 vel, humilioribus,

¶3 climatibus. tractibus

¶4 vel, equi

¶5 vel, hac ipſa hora

¶6 vel, ſuffragines. ſiue, crura. Gallicè, Tu leur couperas les iarets. ne poſthac ſcilicet vtaris illis in bello & fiduciam ponas in eis.

¶7 vel, populoſam.

¶8 .i. vſque ad ſalinas. Doctus inter Hebræos exponit etiā aquas calidas .i. locū in quo ſcaturiunt aquæ calidæ: & hac ratione locū iſtū vocatū fuiſſe Miſrephothmaim.

¶9 Heb. ita vt non reliquerit eis reliquias. i. nullū reliquit ſuperſtitem.

¶10 vel, crura. ſiue, ſuffragines

¶11 vel, olim erat

¶12 Heb. omnes animas quæ fuerunt in ea .i. omnes perſonas.

¶13 Heb. non remanſit vlla anima,

¶14 .i. vt ſitæ erant. Verti poteſt, in robore ſuo .i. quæ non erant adhuc dirutæ.

¶15 q.d. non prætermiſit quicquam quod non faceret vt imperatū erat à Moſe.

¶16 Halec .i. glabro, ſiue detonſo, in quo nullæ erant arbores. Chaldæus paraph. A monte diuiſo.

¶17 .i. aſſurgendo tēdit verſus Seir: quem dicunt eſſe in deſerto Sin, per ſade. ſic cap. ſequenti, verſu 7.

¶11 ad radices montis ¶19 vł, obruleſit ¶20 vt induraret ¶21 Heb. nam [ hoc factum eſt vt] deleret eos. ¶21.i.gigantes. ſiue tyrannos fortiſſimos. ¶13 omnino vt dixerat ¶14 .i. à bello inferendo.

XII.

¶1 vltra. Reſpectu loci in quo erant caſtra Ioſue. ¶2 vł. campeſtrium .i. cui adiacet planities magna. ¶3 ſub de liuitate Piſgaſmõtis].i.ad radices mõtis Phaſga. ¶4 Geſſuræorũ & Machathæorum, ¶5 dimidium Gilead. ¶6 vł. planitie ¶7 Halac .i. glabrũ, ſiue deron ſum. hoc eſt, in quo nullæ erāt arbores. ¶8.i. aſſurgendo tendit. ¶9 vł. campeſtribus, ¶10 locis decliuibus, ¶11 Iſta ſunt nomina vrbiũ metropolitanarum quæ habebant alias ſub ſe. ¶12 Laſaron ¶13.i.quæ erat iuxta Meron. ¶14 Charmeli .i. quæ erat iuxta Charmel. ¶15 prouinciæ Dor ¶16 vł. Gentiũ

XIII.

¶1 Heb. & veniſſet in dies ſuos. Veniſſe in dies, eſt conſenuiſſe, & eſſe cõfectũ ſenio. ¶2 Heb & veniſti in dies, ¶3 ad poſſidẽdam eam.i.Supereſt maxima pars Terræ quæ debellanda eſt, & poſtea diuidenda. ¶4 ſub. debellanda.

vſque ad Baal-gad in conualle Libani[18] infra ad montẽ Hermon: cũctos quoque reges earũ cepit, percuſſit eos atque trucidauit eos. Diebus multis bellum geſſit Iehoſua cũ omnibus regibus iſtis. Nec fuit vlla ciuitas quæ pacem [19]inierit cũ filijs Iſrael, exceptis Hiuæis qui habitabãt in Gibeon, [ſed] bello omnes [ciuitates] obtinuerunt. Siquidem à Domino [hoc] fuit,[20] qui confortabat cor illorum, vt bello reſiſterent Iſraeli, vtque illi eos internecioni darẽt, nec vlla eis miſericordia exhiberetur,[21] ſed exscinderentur, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. ¶Eodem verò tempore venit Iehoſua, & excidit[22] Enakim ex mõtibus ab Hebron, Debir, Anab, & de cunctis mõtanis Iehuda, & de cunctis montanis Iſrael, vaſtauit inquam [eos] Iehoſua cum ciuitatibus eorum. Nullus ex Enakim relict⁹ eſt in terra filiorum Iſrael, duntaxat in Aſa, Gath, & in Aſdod relicti ſunt. Cepit itaq; Iehoſua vniuerſam terrã,[13] iuxta omnia quæ loquutus fuerat Dominus ipſi Moſi. Et Iehoſua tradidit eã Iſraelitis in hereditatẽ iuxta diuiſiones & tribus eorũ: quieuitque terra[14] à bellis.

CAP. XII.

HI ſunt reges terræ illius quos percuſſerũt filij Iſrael, & poſſederũt terram eorũ[1] cis Iordanẽ ad exorientẽ ſolẽ, à torrente Arnon vſque ad montẽ Hermon, & ad omnẽ planitiẽ Orientalem. Sihon rex Amorrhæorũ qui habitabat in Heſbon, & imperitabat ab Aroer, quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnon, & à medio torrentis, & dimidia Gilead vſque ad Iabok torrentem, qui eſt limes filiorum Ammon. [A] planitie quoque vſque ad mare Cineroth, ad Orientẽ, & vſque ad mare [2]ſolitudinis, mare inquam ſalis ad Orientem, via Beth-ieſimoth, & à Meridie [3]ſubter ſcatebras collium. Et limitem Og regis Baſan, qui reliquus erat ex Rephaim, habitabátque in Aſtaroth & Edrai. Et imperitabat in monte Hermon, & in Salcha atque in vniuerſa Baſan, vſq; ad limitem[4] Geſſuri & Maachati, & [5]dimidio [monte] Gilead, qui limes erat Sihon regis Heſbon. Hos percuſſerunt Moſes ſeruus Domini & filij Iſrael, tradiditque illam [terram] Moſes ſeruus Domini poſſidẽdam Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe. ¶Iſti verò ſunt reges terræ quos percuſſit Iehoſua & filij Iſrael vltra Iordanem ad Occidentẽ à[6] Baal Gad quæ eſt in valle Libani vſq; ad montẽ [7]diuiſionis, qui[8] aſcendit in Seir, quã dedit Iehoſua Iſraeli poſſidẽdã per portiones ſuas. In montibus &[9] couallibus, in planitie, &[10] fluuijs, in deſerto, & in Meridie, Hithæus, Amorrhæ⁹, Chananæus, Pherizæ⁹, Hiuæus & Iebuſæus. Rex[11] Ierichó vnus, rex Hai, quæ eſt à latere Beth-el, vnus: rex Hieroſolymorũ vnus, rex Hebron vnus, rex Iarmuth vnus, rex Lachis vn⁹, rex Eglon vnus, rex Gæzer vnus, rex Debir vnus, rex Geder vnus, rex Horma vnus, rex Arad vnus, rex Libna vn⁹, rex Adulla vn⁹, rex Makeda vnus, rex Beth-el vnus, rex Tapua vnus, rex Hepher vnus, rex Aphek vnus, rex[12] Saron vnus, rex Madon vnus, rex Hazor vnus, rex Simron [13]Meron vnus, rex Achſaph vn⁹, rex Taanach vnus, ex Megido vnus, rex Kedeſch vnus, rex Iakneam[14] de Charmel vnus, rex Dor [15]de regione Dor vnus, rex [16]Golm in Gilgal vnus, rex Thirza vnus. Omniũ regum triginta vnus.

CAP. XIII.

QVũ aũt Iehoſua cõſenuiſſet, [1]prouectaq; eſſet ætatis, dixit Dominus ad eũ, Tu iã ſenex fact⁹ es[2] prouectaq; ætatis, reſtatq; adhuc admodũ multa terra [3]quã occupetis. Hæc verò eſt terra quæ adhuc [4]reſtat, Omnes limites

vſque Baal-gad per planitiẽ Libani ſubter montem Hermon: omnes reges eorũ cepit, percuſſit, & occidit. Multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos. Non fuit ciuitas quæ ſe non traderet filijs Iſrael, præter Heuæũ qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim ſententia fuerat, vt indurarẽtur corda eorũ, & pugnarent contra Iſrael, & caderent: & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ¶In illo tempore venit Ioſue, & interfecit enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Iſrael, vrbeſque eorum deleuit. Non reliquit vllum de ſtirpe enacim, in Terra filiorũ Iſrael: abſque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus ſolum relicti ſunt. Cepit ergo Ioſue omnem Terrã, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſſionem filijs Iſrael ſecundum partes & tribus ſuas: quieuitque Terra à prælijs.

CAP. XII.

HI ſunt reges quos percuſſerunt filij Iſrael, & poſſederunt Terrã eorũ trans Iordanem ad ſolis ortũ, à Torrente-Arnon vſque ad montem Hermon, & omnẽ Orientalem plagã quæ reſpicit ſolitudinẽ. Sehon rex Amorrhæorũ, qui habitauit in Heſebon, dominatus eſt ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripã Torrentis-Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, vſq; ad Torrentẽ-Ieboc qui eſt terminus filiorũ Ammon. Et à ſolitudine vſque ad Mare-Ceneroth contra Orientem, & vſque ad Mare-deſerti, quod eſt mare ſalſiſſimum, ad Orientalẽ plagam per viam quæ ducit Beth-ſimoth: & ab Auſtrali parte, quæ ſubiacet Aſedoth vſque Phaſga. Terminus Og regis Baſan, de reliquijs raphaim, qui habitauit in Aſtaroth, & in Edrai, & dominatus eſt in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuerſa Baſan, vſque ad terminos Geſſuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, & terminos Sehon regis Heſebon. Moyſes famulus Domini, & filij Iſrael percuſſerunt eos, tradiditque Terrã eorũ Moyſes in poſſeſſionẽ Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe. ¶Hi ſunt reges Terræ, quos percuſſit Ioſue & filij Iſrael trans Iordanẽ ad Occidentalẽ plagã, à Baal-gad in campo Libani, vſque ad montẽ Libani, cuius pars aſcendit in Seir: tradiditque eam Ioſue in poſſeſſionẽ tribubus Iſrael, ſingulis partes ſuas, tam in mõtanis quàm in planis atq; campeſtribus. In Aſeroth, & in ſolitudine ac in Meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebuſæus. Rex Iericho vnus: rex Hai, quæ eſt ex latere Beth-el, vnus: rex Ieruſalẽ vnus, rex Hebron vnus, rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader vnus, rex Herma vn⁹, rex Hered vnus, rex Lebna vnus, rex Adullam vnus, rex Maceda vn⁹, rex Beth-el vnus, rex Taphũa vnus, rex Opher vnus, rex Aphec vnus, rex Saron vnus, rex Madan vnus, rex Aſor vnus, rex Semerõ vnus, rex Acſaph vnus, rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, rex Cedes vnus, rex Iachanam Charmeli vnus, rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentiũ Galgal vnus, rex Therſa vnus: omnes reges triginta vnus.

CAP. XIII.

IOſue ſenex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuiſti, & longæuus es, Terráque latiſſima derelicta eſt, Quæ necdum ſorte diuiſa eſt: omnis videlicet Galilæa Phili-

D Heuæus. Induratæ à Deo Gentes. Enacim interfecti.

Catalog⁹ regũ pcuſſorũ à filijs Iſrael trãs Iordanẽ Sehon. ¶habitabat B Og. ¶terminum C Reges à Ioſue occiſi, 31. ¶Aſedoth D ¶Hepher ¶Laſaron ¶Madon ¶Meron

Iubet Dominus Ioſue vt diuidat reliquam Terrã Iſraelitis.

ſthijm. & vniuerſa Geſſuri, A fluuio turbido qui irrigat Ægyptum, vſque ad terminos Accaron cõtra Aquilonem, Terra-Chanáan: quæ in quinque regulos Philiſthijm diuiditur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad Meridiem verò ſunt Heuæi, omnis Terra-Chanáan, & Maara Sidoniorũ, vſque Apheca & terminos Amorrhæi, eiúſque confinia. Libani quoque regio contra Oriẽtem à Baal-gad ſub monte Hermõ, donec ingrediaris Emath. Omniũ qui

¶habitant

[a]habitabant in monte à Libano, vſque ad Aquas-maſerephoth, vniuerſique Sidonij: ego ſum qui delebo eos à facie filiorum Iſrael. veniat ergo in partẽ hæreditatis Iſrael, ſicut præcepi tibi. ¶Et

B

nunc diuide Terram in poſſeſſionem nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe, cum qua Ru-

Nume.32.f.

ben & Gad poſſederũt Terram, quã tradidit eis Moyſes famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad Orientalem plagam, ab Aroer quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuerſaque cãpeſtria Medaba, vſque Dibon: Et cunctas ciuitates Sehõ regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon vſque ad terminos filiorum Ammon. Et Galaad, ac terminum Geſſuri & Machati, & omnem montẽ Hermon, & vniuerſam Baſan, vſque ad Salecha, Omne regnum Og in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, ipſe fuit de reliquijs raphaim: percuſſitque eos Moyſes, atq; deleuit.

Geſſuri. Machati. Tribui Leui nõ datur poſſeſſio. num. 18.c. Poſſeſſio filiorũ Ruben.

Noluerúntque diſperdere filij Iſrael Geſſuri & Machati: & habitauerunt in medio Iſrael vſque in præſentem diem. Tribui autem Leui nõ dedit poſſeſſionẽ: ſed ſacrificia & victimæ Domini Dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas, ſicut locutus eſt illi. ¶Dedit ergo Moyſes poſſeſſionẽ tribui filiorum Ruben iuxta cognationes ſuas. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa tor-

C

rentis Arnon, & in valle eiuſdem torrentis media: vniuerſam planitiẽ, quæ ducit Medaba, & Heſebon, cunctóſque viculos [b]earum qui ſunt in

¶[b]eius

campeſtribus: Dibon quoque, & Bamoth-baal, & oppidũ Baal-meon, & Iaſſa, & Cedimoth, & Mephaath, & Cariathaim, & Sabama, & Sarathaſar in mõte cõuallis Beth-phogor & Aſedoth, Phaſga & Beth-ieſimoth, Et omnes vrbes campeſtres, vniuerſáque regna Sehon regis Amorrhæi, qui

Nume.31.a.

regnauit in Heſebon, quem percuſſit Moyſes cũ principibus Madian: Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & [c]Rebe duces Sehon habitatores Terræ. Et

¶[c]Reba Balaam occiſus.

Balaam filium Beor ariolũ occiderũt filij Iſrael gladio cum cæteris interfectis. Factúſque eſt terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc eſt poſſeſſio Rubenitarum per cognationes ſuas vrbium & viculorũ. ¶Deditque Moyſes tribui Gad

Poſſeſſio tribus Gad.

& filijs eius per cognationes ſuas poſſeſſionẽ, cuius hæc diuiſio eſt: Terminus Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partẽ Terræ filiorũ

D

Ammon: vſque ad Aroer quæ eſt contra Rabba. Et ab Heſebon vſque [d]Ramoth, Maſphe & Betonim: & à Manaim vſque ad terminos Dabir. In

¶[d]Ramath,

valle quoque Beth-aram, & Beth-nemra, & Socoth, & Saphon reliquam partẽ regni Sehon regis Heſebon. huius quoque finis, Iordanis eſt vſque ad extremam partẽ maris Cenereth trãs Iordanẽ ad Orientalẽ plagã. Hæc eſt poſſeſſio filiorũ Gad per familias ſuas, & ciuitates, & villæ earũ.

Philiſtinorũ, &[5]vniuerſa Geſſuri, [6]De Schihor qui eſt corã Ægypto, vſque ad limitem Ækron ad Aquilonẽ, quę inter Chananæos reputatur, [7]quinque ſcilicet ſatrapiæ Paleſtinorũ, nẽpe Aſathæa, Aſdodæa, Aſcalonæa, Gethæa, Ækronæa & Auæa. Ab Auſtrali quoque parte tota terra Chananæorũ, &[8]decliue latus ad Zidonios vſq; Aphek, [9]ad limitẽ Amorrhæi. Et terra Giblæorũ, & vniuerſus Liban⁹ ad orientẽ ſolẽ, à Baal-gad[10]ſubtus mõtẽ Hermon, donec ventũ eſt ad Hemath, Omnes habitãtes in mõtanis à Libano vſque ad [11]calefactiones aquarũ, omnes Zidonios ego exterminabo à facie filiorũ Iſrael, [12]modo tu ſorte eam diuidas Iſraelitis, vt hæreditatẽ accipiãt] quẽadmodũ præcepi tibi. ¶Tu itaque diuide terram iſtã in hæreditatem nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe. [14]Cum ea enim Rubenitæ & Gaditæ acceperũt hæreditatẽ ſuam quã dedit eis Moſes[15]cis Iordanẽ ad Orientem, quemadmodũ tradidit eis Moſes ſeruus Domini. ab Aroer quæ eſt ad ripã torrentis Arnon, &[16]ab vrbe quæ eſt in medio torrentis, & vniuerſam planitiẽ Medeba vſq; Dibon. Omnes quoque ciuitates Sihõ regis Amorrhæorũ qui regnauit in Heſbõ, vſq; ad limitem filiorũ Ammon. Gilead quoque, & limitẽ Geſſuri atque Maachati, & omnẽ mõtẽ Hermõ, cũ vniuerſa Baſan vſque ad Salcha, Totũ regnũ Og[17]in Baſan, qui regnauit i Aſtaroth & Edrai, quiq; ſuperfuit ex reliquijs[18]Rephaim, hos inquã pcuſſit Moſes & expulit eos. [19]Geſſuri autẽ & Maachati non expulerũt filij Iſrael, ſed habitauit [20]Geſſur & Maachat inter Iſraelitas in hũc vſq; diem. [21]Tribui vero Leui non dedit hæreditatem, [ſed]ſacrificia Domini Dei Iſraelis quæ igne conſiũt hæreditas ei⁹ eſt, ſicut [22]loquutus eſt[23]illi. ¶Dedit autẽ Moſes tribui filiorũ Ruben[24]iuxta familias ſuas, [25]Vt eſſet limes eorũ ab Aroer, quæ ſita eſt ad ripã torrẽtis Arnon, &[26]ab vrbe quę eſt in medio torrentis, & tota planities vſq; Medeba. Heſbon cũ vniuerſis oppidis ſuis [27]quæ ſunt in planitie, Dibon, & Bamoth-baal, Beth-baal-meõ, Iaza, Kedemoth, Mephaath, Kiriathaim, Sibma, & Zereth-ſahar[28]in mõte vallis. [29]Domũ Peor, & [30]ſcatebras collis. ſed & Beth-ieſimoth. Omnes quoq; ciuitates planitiei, & vniuerſum regnũ Sihon regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſbon, quẽ percuſſerat Moſes cũ principibus Midiã, Eui, & Rekẽ, Zur, Hur atq; Reba, qui principes fuerũt Sihonis, habitãtes in ea terra. Bileã quoque filiũ Beor diuinatorẽ occiderunt filij Iſrael gladio[31]cũ interfectis eorũ. Et fuit limes filiorũ Rubẽ Iordanis[32]cũ termino ſuo. Hæc fuit hæreditas filiorũ Ruben ſecundũ familias ſuas [id eſt] ciuitates & villæ earũ. ¶Dedit inſuper Moſes tribui Gad, nẽpe filijs Gad, per familias ſuas. Fuit autẽ limes eorũ Iazer, & omnes ciuitates Gilead, &[33]dimidia pars terræ filiorũ Ammon, vſque ad Aroer quæ eſt corã Rabba. Et ab Heſbon vſq; Ramath[34]Mitzpe, & Bethonim, & à Mahanaim vſq; ad limitẽ Debir. [35]In valle quoq; Beth-arã, & Beth-nimra, Succoth, & Zaphon[36]reliquæ regni Sihõ regis in Heſbõ. [37]ad Iordanẽ & limitẽ ei⁹ vſq; ad extremitatẽ maris Cinnereth[38]cis Iordanẽ ad Oriẽtem. Hæc eſt hæreditas filiorum Gad per familias ſuas, ciuitates & villæ earum.

¶5 ſub. regio Geſſuræorum, ¶6 vl, Ab amne turbido. i. fluuio quodã Nili, qui ſcilicet influit in mare Peluſiacum ad Gazã. Vel à Nilo qui eſt cõtra Ægyptum. i. qui terminat eam partẽ Terræ ſanctæ quæ reſpicit Ægyptum, ab Auſtro ſcilicet. Sic Hebræi. ¶7 Recẽſet ſex ſatrapias, quũ dicat eſſe quinq; Auæam autẽ, ſiue Heuæam nõ eſſe de ſatrapijs Palæſthinis. Alij dicunt enumerari quinque præſtãtiores, Auæam eſſe ignobiliorẽ. quod doctis nõ pbatur. ¶8 Mehara quæ [erat] Sidoniorum ¶9 Subaudienda cõiunctio, & vſq; ad limitẽ &c. Aut per appoſitionem dictum eſt, vſque ad Aphek, hoc eſt vſque ad limites Amorrhæi. ¶10 vl, quæ eſt ad radices montis Hermon, ¶11 vl, exuſtiões. Heb. Miſrephoth-maim. i. ſalinas, vt ait Chaldæus paraphr. ¶12. i. propter Iſraelitas. vel ad aduẽtum filiorum Iſrael. ¶13 Heb. tãtum cadere facias eam. i. tãtũ miſſis ſortibus diuide eã. ¶14 i. Cum alia dimidia tribu Manaſſe. ¶15 vltra ¶16 vrbẽ ipſam ¶17. i. quã habebat ſoliũ ſuũ in Baſan. ¶18 vl, gigãtũ. ¶19 vl, Nec Geſſuræos nec Machathæos expulerunt ¶20. i. Geſſuræi & Machathæi ¶21 Tantũ tribui. vl, Verũ tribui &c. ¶22 dixerat ¶23 ſub. Moſi. Vel potius illi tribui. ſiue de illa tribu Leui. ¶24 ſingulis nempe pro rata parte. ¶25 Fuitque illis limes ¶26 vrbs ¶27 & omnes in planitie ſitæ, ¶28 vl, quæ ſita eſt in tumulo plano, ¶29 Et Beth-peor, ¶30 Aſdoth-phaſga, ¶31. i. vnà cum alijs à ſe trucidatis. ¶32. i. cum regione illi adiacente. ¶33 quam ſcilicet aliquando Sihon ceperat, quæ fuerat olim Ammonitarum. ¶34. i. regionis Miſpe. eſt enim & alia Ramath. ¶35 vl, Et planitiem Beth-arã. ¶36 Subaudienda coniunctio, & reliquiæ. q. d. & vt vno verbo dicam, reliquiæ &c. ¶37 Iordanis & limes [eius] ¶38 trans

¶ 38 ſub. hæreditas aſſignata ¶ 40 ſub. qui regnabat i Baſan ¶ 41. i. nepotum Machir. ſub. fuerũt. ¶ 42. i. qua parte nõ procul diſtat à Ierichõ te ¶ 43. i. eſt illis vice hæreditatis. ¶ 44 vt dixit de illis.

X I I I I.

¶ 1 Heb. Per ſortem hæreditatis ſuæ. Hoc tũ gitur præcedẽti verſui. i. quæ poſſederũt miſſis ſortib⁹, ſiue per ſortẽ, quæ aſſignabat ſingulis ſuam hæreditatẽ. ¶ 2 He. In manu Moſis .i. Moſe internuntio. ¶ 3 vſ, vt darent hæreditatẽ ¶ 4 ſub. Inter quas non cõprehenditur tribus Leui, & tamen ſupſunt adhuc nouem. ¶ 5 nec dederũt ¶ 6 gregibus ¶ 7 ſub. diuidẽdo. vſ. in diuiſione terræ. ¶ 8 & ſi ita] partiti ſunt ¶ 9 diſſoluerũt. i. ademerũt illis animum. ¶ 10 Heb. adipleui [volũtatẽ, eũdo] poſt Dominũ &c. i. adimpleui voluntatẽ Domini, eundo poſt eum, hoc eſt ſequẽdo ipſum. Feci volũtatem Domini dũ conatus ſum animos addere populo. ¶ 11 Heb. Si non. Sub. diſperea. aut aliquid ſimile, ſi non terra &c. ¶ 12 Heb. adimpleſti [volũtatẽ, eũdo] poſt Dominũ ¶ 13 fuerat, ¶ 14 [cũ] quo vagatus eſt Iſrael per deſertũ. vſ, quib⁹ [quadragintaquinq; annis] vagat⁹ eſt Iſrael &c. ¶ 15 & nũc ſane ¶ 16 Heb. Adhuc hodie ſum [ita] fortis, ¶ 17. i. ad iter capeſſendũ. Gallice, Soit a aller, ſoit a venir. ¶ 18 gigantes ¶ 19 Benedicere hic pro collaudare poni videtur. ¶ 20 nẽpe agrũ & prouinciã cum vrbib⁹ quæ erãt ſub ei⁹ ditione. nã Hebron fuit vrbs perfugij. ¶ 21 vſ, maximus gigantum. i. clariſſimus inter eos. ¶ 22. i. non fuit amplius vexata præliis, ſed quieuit ad tempus.

X V. ¶ 1 ſ. à] deſertũ Sin &c. Idumæi & deſertũ Sin erãt pro termino Auſtrali. ¶ 2 in extremitate Auſtri. i. in latere illo quod aſpicit Auſtrum. q. d. tribus illa à parte Auſtrali habuit pro limite Idumæam & deſertum Sin. per Sade.

¶ Dedit inſuper Moſes dimidiæ tribui Manaſſe, & [39] fuit dimidiæ tribui filiorũ Manaſſe per familias ſuas. limes eorum fuit à Mahanaim, vniuerſa Baſan, totum regnum Og regis Baſan, omnéſque vici Iair, qui ſunt in Baſan, ſexaginta ciuitates. Dimidia quoq; Gilead, Aſtaroth, & Edrai ciuitates regni Og [40] in Baſan, [41] filiorũ Machir, filij Manaſſe, dimidię ſcilicet partis filijs Machir iuxta familias ſuas. Hæc ſunt quæ hæreditate diſtribuit Moſes in cãpeſtribus locis Moab cis Iordanem [42] [e regione] Iericho ad Oriẽtem. Tribui verò Leui non dedit Moſes hæreditatem, [quoniam] Dominus Deus Iſrael [43] eſt hæreditas eorũ, [44] vt pollicitus eſt eis.

CAP. X I I I I.

¶Cũmq; adhuc eſſet in Ephra quæ eſt familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum ſeptem, deſtruéſque aram Baal quæ eſt patris tui: & nemus quod circa arã Báal eſt, ſuccide. Et ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius, ſuper quam antè ſacrificium poſuiſti: tolléſque taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum quæ de nemore ſucciderìs. Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. timens autem domum patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed omnia nocte compleuit. Cúmque ſurrexiſſent viri oppidi eius mane, viderunt deſtructam aram Báal, lucúmque ſucciſum, & taurum alterum

F impoſitum ſuper altare quod tunc ædificatũ erat. Dixerúntque adinuicem, Quis hoc fecit? Cúmque perquirerent authorem facti, dictum eſt, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerunt ad

Ioas pater Gedeonis callidè ſaluti filij ſui cõſulit.

Ioas, produc filium tuum huc, vt moriatur: quia deſtruxit aram Baal, & ſuccidit nemus. Quibus ille reſpondit, Nunquid vltores eſtis Báal, vt pugnetis pro eo? qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequam lux craſtina veniat. ſi deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius. Ex illo die vocatus eſt Gedeon, Ierobáal: eo quòd dixiſſet Ioas, Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui ſodit arã eius.

Gedeon, Ierobáal dictus.

¶Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregati ſunt ſimul. & tráſeuntes Iordané caſtrametati ſunt in Valle-Iezrael. Spirit' autẽ Domini induit Gedeon, qui clangẽs buccina cõuocauit domũ Abiezer, vt ſequeretur ſe. Miſitque nũtios in vniuerſum Manaſſen, qui & ipſe ſequutus eſt eum: & alios nuntios in Azer & Zabúlon & Nephthali, qui occurrerunt ei. Dixitque Gedeon ad [a]Dominum, Si ſaluum [b]facis per manũ meam populum Iſrael, ſicut locutus es, ponã hoc vellu[s] lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quòd per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael. Factúmque eſt ita. & de nocte cõſurgens expreſſo vellere, concham rore impleuit. Dixitque rurſus ad [a]Dominum, Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tentauero, ſignũ quærens in vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madẽs. Fecitque [c]Dominus nocte illa vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas i[n] ſolo vellere, & ros in omni terra.

Spiritu Dei indutus Gedeõ, procedit ad bellũ.

¶[a]Deum,
¶[b]facies
Fides eius in promiſſionẽ Dei, ſigno in vellere, corroboratur.
¶[a]Deum,
¶[c]Deus

CAP. VII.

Igitur Ierobáal qui & Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis populus cũ eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem caſtra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelſi. Dixitque Dominus ad Gedeon, Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madiã in manus eius: ne glorietur cõtra me Iſrael, & dicat, Meis viribus liberatus ſum. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica, ‖Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur. Receſſerúntque de mõte Galaad, & reuerſi ſunt ex populo vigintiduo millia virorũ, & tantũ decẽ millia remanſerũt.

Deus volens omnia ſibi ſoli tribui, iubet bellatorũ numerũ minui.

Deut.20.b. 1.mach.3.g.

in Opra[t]h [44]patris Ezri. ¶Factũmq; eſt [45]eadem nocte vt Dominus diceret ad eum, Accipe iuuencum [46]ex armentis patris tui, & [47]alium iuuencũ [48]ſeptem annorũ, & dirue arã Baal quam habet pater tuus: lucũ quoq; qui eſt iuxta eã ſuccide. Et extrue arã Domino Deo tuo in vertice [49] huius rupis [50]in loco apto: tollénſque iuuencũ [51]alium, ſacrifica eum in holocauſtum [52]ſuper ligna luci, quem ſuccides. Accepit itaque Gedeon decem viros ex ſeruis ſuis, & fecit quemadmodum iuſſerat eum Dominus. metuens autẽ id facere interdiu, ob domum patris ſui, & ob homines illius ciuitatis, fecit nocte. Mane quum ſurrexiſſent homines illius ciuitatis, ecce ara Baal erat diruta, lucúſque iuxta ipſam ſucciſus, iuuẽcus quoque ſecundus in holocauſtum ſacrificatus ſuper ara extructa. Dixerunt ergo alter ad alterum, Quis fecit rem iſtam? Et quum [53]inquirerent & interrogarent, [54]dixerunt, Gedeon filius Ioas fecit hanc rem. Ciues ergo illius ciuitatis dixerunt ad Ioas, Educ filium tuum vt interficiatur, quoniam deſtruxit aram Baal, & lucum qui fuit iuxta eam ſuccidit. Reſpondit Ioas omnibus illis qui iuxta ſe ſtabant, Num vos [55]agetis cauſam Baal? [56]vóſne ſeruabitis ipſum? qui cunque [57]egerit cauſam Baal, [58]antequam luceſcat, moriatur. ſi deus eſt, [59]vindicet ſeſe de eo qui diruit aram eius. Vocatus eſt itaque illo die Ierubaal: eo quòd dixiſſet, [60]Vindicet ſeſe Baal de eo qui diruit aram eius. ¶Vniuerſi autẽ Madianitæ, Amalecitæ & Orientales cõgregati ſunt pariter: & [61]tranſeuntes, caſtra poſuerunt in valle Iiſreel. Spiritus autem Domini induit Gedeonem, & cum cornu claſſicum cecini[ſſ]et, [62]vocatus eſt Abieſer vt ſequeretur eũ. Miſit præterea nũtios ad vniuerſũ Manaſſen, qui [63]& ipſe vocatus, ſequutus eſt eum. deinde miſit nũtios ad Aſer, Zebulon & Naphtali, qui aſcenderunt [64]illis obuiam. Et dixit Gedeon ad Deum, Seruabiſne Iſraelem per manum meam, ſicut loquutus es? En ego ponam vellus lanigerum in area: quòd ſi ros fuerit duntaxat in vellere, reliqua humo ſicca manente, tunc cognoſcam [65]Iſraelem liberandum eſſe per manum meam quemadmodum loquutus es. Atque ita factum eſt: nam quum poſtero die mane ſurgeret, [66]excutiens vellus illud, expreſſit rorem ex vellere phialam plenam aqua. Ait autem Gedeon rurſus ad Deũ, Ne quæſo excandeſcat ira tua aduerſum me, [67]ſi adhuc ſemel loquar. [68]nam tentabo adhuc ſemel illo vellere: ſit quæſo ſiccitas in ſolo vellere, & ſuper vniuerſam terram ſit ros. Fecitque Deus ſic nocte iſta: nam fuit ſiccitas in ſolo vellere, & in omni terra fuit ros.

CAP. VII.

Mane conſurgẽs Ierubaal qui idẽ & Gedeõ, & omnis populus qui erat cũ eo, caſtrametati ſunt iuxta En-harod, [1]caſtra autẽ Madianitarũ erant illis à Septentrione [2]à colle More in valle. Dixitq; Dominus ad Gedeonem, [3]Populus qui tecũ eſt, maior eſt quàm vt tradam Madianitas in manum eorum. ne fortè glorietur Iſrael contra me, dicátque, [4]Manus mea liberauit me. Clama igitur audiente populo, & dic, [5]Qui timidus eſt aut formidoloſus, reuertatur, Summóq; mane abeat [6]à monte Gilead. & [7]reflexerunt ex populo vigintiduo millia, relictis decẽ millibus.

¶44 ſcilicet Ioas Abiezeritæ.
¶45 inſequẽte
¶46 Heb. bouis quẽ pater tu[us]. ſub. alit. i. taurum illum inſignem iã grãdem & adultũ quẽ curat alendũ pater tuus vt ſcilicet tandem ſacrificetur idolo Baal.
¶47 ſecũdum. ſub. ab illo: hoc eſt ſecundæ notæ, non ita magnũ nec cõferendum cum primo.
¶48 vel, vt Chaldæus paraph. qui à ſeptẽnio ſaginatur.
¶49 vel, arcis huius
¶50 in planitie ad libellam æquata. Gallice, Miſe au niueau.
¶51 ſecũdum,
¶52 cũ lignis
¶53 Inueſtigarent & requirerent. i. cum diligẽter perquiſiſſent.
¶54 illi ſcilicet qui renunciarunt.
¶55 litigabitiſ pro Baal? i. litigare debetis.
¶56 ſub. an ipſe Baal.
¶57 Heb. litigabit pro eo. i. Qui tantum ſibi ſumet vt audeat litigare pro eo.
¶58 Heb. vſque mane. i. craſtina die mane. q.d. interficietur, ſed non ante diem craſtinã. ita Chaldæus paraph.
¶59 Heb. litiget ſibi: quoniam ſubuertit aram ſuam. i. cauſam ſuam tueatur quòd ara eius ſit euerſa. q.d. ſi deus eſt vt vos exiſtimatis, non eget veſtro patrocinio. ¶60 Litiget contra illũ Baal. quòd &c. ¶61 ſub. Iordanem. ¶62 congregatus eſt. i. adiunxit ſe illi familia Abiezeritarum. ¶63 aggregatus eſt etiam ipſe poſt eum. ¶64 qui ſcilicet iam congregati erant. ¶65 q[uod] ſeruaturus es Iſraelem ¶66 comprimens ¶67 ſaltem [adhuc] hac vice. vel, certe hac vice ¶68 Heb. tentabo nunc tantum VII. ¶1 vel, fontem Harod, ¶2 vel, citra collem ¶3 .i. Numerus populi. ¶4 .i. Memet meis viribus me ſeruaui. ¶5 Heb. Quis timidus eſt & formidoloſus? ¶6 qui ſcilicet erat in tribu Manaſſe citra Iordanem reſpectu Ieruſalem. ¶7 reuerſa ſunt

¶8 ſecernam. vl, probabo eũ
¶9 ſub. ſeparabis. ¶10 vl, lãbendo biberũt,
¶11 ſub. reliqu⁹
¶12 vl, tubas ſuas,
¶13 ſub illo. id eſt, in loco demiſſiore quàm eſſet exercitus Gedeon.
¶14 nocte inſequente
¶15 contra caſtra. ſub. Madianitarũ. Inuade caſtra Madianitarũ. Deſcendas dicit, quòd caſtra Madianitarũ eſſent in valle, vt dictum eſt.
¶16 ſub. vt pugnes.
¶17 vl, famul⁹
¶18 Vt audias
¶19 Heb. & deſcendas in caſtra. i. vt quum fuerint confortatę manus tuæ, deſcendas vt oppugnes caſtra.
¶20 Heb. ad partem armatorum qui erãt in caſtris. i. ad partem illam caſtrorum vbi erãt armati milites. ſi enim hi qui tam probe armati erant, & in quibus tota ſpes exercitus erat repoſita, tantum ſibi timebant: quo animo eſſent reliqui, facile erat colligere.
¶21 præ multitudine. i. inſtar immenſę multitudinis locuſtarum.
¶22 ſicut [neq;] arenæ quæ eſt iuxta litus maris, præ multitudine.

¶Et dixit Dominus ad Gedeonem, Adhuc populus mult⁹ eſt, deduc eos ad aquas, & illic[8] ſeparabo[9] tibi: de quocunque dixero tibi, Iſ tecum ibit: tecum eat. de quocunque verò dixero, Iſ nõ proficiſcetur tecum: ne proficiſcatur. Deduxit itaq; populum ad aquas, & ait Dominus ad Gedeonẽ, Quicunque lingua ſua lamberit aquas quemadmodum canis lambit, eum ſeorſum ſtatues: & omnẽ qui procumbet pronus ſuper genua ſua vt bibat. Fuerunt ergo lambentium aquam manu ad os admota: numero trecenti viri, totus verò reliquus populus curuatis genibus ſuis aquã bibebat. Et ait Dominus ad Gedeonem, Trecentis iſtis viris qui [10]lamberunt ſeruabo vos, tradamque Madianitas in manum tuã: omnis autem[11] populus abeat, quiſq; ad locum ſuũ. ¶Sũpſerũt itaque populus viaticum in manus ſuas, &[12] cornua ſua, dimiſitq; omnes Iſraelitas, quéque ad tentoria ſua, & retinuit trecẽtos illos viros: caſtra autem Madianitarum erant[13] ei infra in valle. Factúmque eſt [14]nocte illa vt Dominus ei diceret, Surge, deſcẽde[15] in caſtra: quoniã tradidi ea in manũ tuã. Quòd ſi [16]deſcẽdere times, deſcẽde tu & Pura [17]puer tu⁹ ad caſtra. [18]Audies enim quid iſti loquãtur, & tũ corroborabuntur man⁹ tuæ, [19]vt in caſtra deſcendas. deſcẽdit itaq; ipſe & Pura puer eius [20]ad armatos qui erãt in finib⁹ caſtrorũ [excubantes.] Midiã autẽ & Amalec, & omnes Orientales iacebãt fuſi in valle inſtar locuſtarum[21] multi, & cameli eorum innumeri erãt, [22] & multi veluti arena quæ eſt in litore marino. ¶Quũque acceſſiſſet Gedeon, vir quidam recenſebat proximo ſuo inſomnium, & dicebat, Ecce ſomnium ſomniaui, [23]& ecce ſtrepitus panis hordeacei ſeſe deuoluẽtis ad caſtra Madianitarum, venitq; [24]ad tentorium, & percuſſit illud ita vt caderet, & ſubuertit illud[25] ſuperne, & cecidit tentorium. Reſpondit proximus eius, & dixit, Nihil hoc aliud eſt niſi gladius Gedeonis filij Ioas Iſraelitæ: tradidit nanque Deus Madianitas in manũ eius, & omnia caſtra. ¶Quũ verò Gedeon audiſſet enarrationem ſomnij ſimúlque [26] interpretationem eius, [27]adorauit: reuerſúſque in caſtra Iſraelitarũ, ait, Surgite: [28]quoniã tradidit Dominus caſtra Madianitarum in manum veſtram. Et diſtributis trecentis viris in tres ordines, tradidit cornua in manus ſingulorum, & [29]vacuos cados, in cadorum autem medio faces. Dixit autem ad eos, [30]Me ſpectetis, & ſic agite: ecce ergo, quum venero ad primam partem caſtrorum, quod fecero, hoc idem & vos facite. [31]Quúmque cornu claſſicũ cecinero ego, omnéſque qui mecum ſunt, & vos cornibus claſſicum canetis per ambitum omnium caſtrorũ, dicetiſque, [32]Domino & Gedeoni. Venit itaque Gedeon, & [33]cum eo centũ viri ad primam caſtrorum partẽ ab initio mediæ vigiliæ, [34]ſubito excitantes vigiles: [35]clãgentéſque cornibus, collidentéſque cados quos manu ſua [geſtabãt.] Clãxerunt itaque tres iſti ordines cornibus, & [36]cõfringebãt cados, tenẽtes ſiniſtra ſua manu[37] faces, dextra verò manu ſua cornua quibus clãgebãt, & clamabãt, [38]Gladius Domini & Gedeonis. [39]Stabant autem quiſque ſuo loco per ambitum caſtrorum: concurrerunt autem omnia caſtra

¶Dixitque Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus eſt: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat: quẽ ire prohibuero, *reuertatur. Cúmq; deſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeõ, Qui manu & lingua lambuerint aquas, ſicut ſolẽt canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorũ qui manu ad os proijciente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autẽ reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autẽ reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. ¶Sumptis itaque pro numero cibarijs & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. caſtra autem Madian erãt ſubter in valle. Eadem nocte dixit Dominus ad eũ, Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua. Sin autem ſolus ire formidas, deſcẽdat tecum Phara puer tuus. Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. deſcendit ergo ipſe & Phara puer eius in partem caſtrorũ, vbi erãt armatorum vigiliæ. Madian autẽ & Amalec, & omnes Oriẽtales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo: cameli° autẽ innumerabiles erant, ſicut arena quæ iacet in litore maris. ¶Cúmque veniſſet Gedeon, narrabat aliquis ſomniũ proximo ſuo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi ſomniũ, & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cúmque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Reſpondit is cui loquebatur, Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madiã, & omnia caſtra eius. ¶Cúmque audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait, Surgite, tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian. Diuiſitq; trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero, ſectamini. Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. Ingreſſúſque eſt Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem caſtrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperũt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Cúmque per gyrum caſtrorũ in tribus perſonarent locis, & hydrias cõfregiſſent, tenuerũt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamauerúntque, Gladius Domini & Gedeonis: Stãtes ſinguli in loco ſuo per circuitũ caſtrorũ hoſtiliũ. omnia itaq; caſtra turbata ſunt,

B Probãtur ad aquas, quos velit Domin⁹ pergere cum Gedeone. *ipſe

C Gedeon cum trecentis procedit ad bellum contra Madianitas. Deſcẽdit Gedeon in caſtra Madian.

D

°quoque

Audita ſomnij interpretatione victoriã omnino ſibi promittit Gedeon.

E Gedeoni qui comitabãtur trecenti viri tradit Deus Madianitas.

F

¶23 .i. viſus ſum audire ſtrepitũ panis hordeacei voluentis ſe &c. ¶24 q.d. ad tentoriũ elegantiſſimũ omniũ & fortiſſimũ. ¶25 ab imo ſurſum, ¶26 Heb. fractionẽ eius. Metaphora à nuce. i. enucleationẽ & expoſitionẽ. ¶27 .i. Deo gratias egit. ita Chaldæ⁹ paraph. ¶28 q.d. Rũpite moras, cito capite arma. ¶28 .i. nã proculdubio tradita eſt. ¶29 hydrias vacuas, & tædas [vel, titiones ardentes] intra hydrias. ¶30 Heb. Ex me videbitis. i. Vt me videbitis facere, ita facite. ¶31 Clangam enim buccina ego, ¶32 ſub. ſit vľ erit victoria. Vincet Dominus & Gedeon. ¶33 Heb. centum viri quos ſecum [ducebat,] ad partem caſtrorum, in capite. i. principio. ¶34 verùm ſuſcitauerant iam. ſub. illi quorum intererat. i. iam excitatis vigilijs qui ſecundæ vigiliæ præerant. ¶35 clanxerũtq; tubis, & ruperũt hydrias quas ¶36 vľ, quum fregiſſent hydrias, apprehenderunt ¶37 vľ, titiones, ¶38 ſub. vincet inimicos. ¶39 ſub. illi trecenti. i. Conſtiterunt vt erant.

Pſal.82.c.

¶[a]Beth-ſeta,

G

Oreb & Zeb principes oc cidūtur.eſa. 10.f.pſal.82.c

Viri Ephrá-ím inſurgūt in Gedeoné, quos lenit laudādo eos.

¶[b]Deus

Socothitę ne gāt panes Ge deoni perſe-quenti Zébee & Salmana.

B

Ironia.

Negant & ci ues Phanuel.

C

Oſee 10.d.

Socothitæ lu unt pœnas immiſericor diæ ſuæ.

D

& vociferantes, vlulantéſque fugerunt: & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. Immiſitque Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabāt, fugiétes vſque ad[a]Beth-ſeta, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath. Conclamātes autem viri Iſrael de Nephthali & Aſer, & omni Manaſſe perſequebantur Madian. Miſitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephráim, dicens, Deſcendite in occurſum Madiā, & occupate aquas vſque Beth-bera atque Iordané. clamauitque omnis Ephráim, & præoccupauit aquas atque Iordané vſque Beth-bera. Apprehenſóſque duos viros Madian, Oreb & Zeb. interfecit Oreb in Petra-oreb, Zeb vero in Torculari-zeb. Et perſecuti ſunt Madiā, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

CAP. VIII.

Dixerúntque ad eum viri Ephráim, Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cum ad pugnā pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propé vim inferentes. Quibus ille reſpondit, Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nō ne melior eſt racemus Ephráim, vindemijs Abi-ézer? In manus veſtras[b]Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cū locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorū, quo tumebant contra eum. ¶Cúmque veniſſet Gedeon ad Iordanem, trāſiuit eum cum trecentis viris qui ſecū erant: & præ laſſitudine, fugientes perſequi non poterāt. Dixitque ad viros Socoth, Date, obſecro, panes populo qui mecum eſt, quia valde defecerunt: vt poſſimus perſequi Zébee & Salmana reges Madian. Reſpōderunt principes Socoth, Forſitan palmæ manuum Zébee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit Dominus Zébee & Salmana in manus meas, & cum reuerſus fuero victor in pace, conteram carnes veſtras cū ſpinis, tribuliſque deſerti. ¶Et inde conſcendés, venit in Phanuel: locutúſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui & illi reſponderunt ſicut reſponderant viri Socoth. Dixit itaque eis, Cum reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrim hanc. ¶Zébee autem & Salmana requieſcebāt cum omni exercitu ſuo. Quindecim enim millia viri remāſerant ex omnibus turmis Orientalium populorū, cæſis centum viginti millibus bellatorum, & educétium gladium. ¶Aſcendénſque Gedeon per viam eorū qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe, & Iegbaa, percuſſit caſtra hoſtium, qui ſecuri erant, & nihil aduerſi ſuſpicabantur. Fugerúntque Zébee & Salmana, quos perſequens Gedeon comprehédit, turbato omni exercitu eorū. ¶Reuerténſque de bello ante ſolis ortum, apprehédit puerū de viris Socoth: interrogauitque eum nomina principum & ſeniorum Socoth, & deſcripſit ſeptuagintaſepté viros. Venitque ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicentes, Forſitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis ſunt, & idcirco poſtulas vt demus viris qui laſſi ſunt & defe-

vociferantes & fugientes. Trecenti autē illi clangebant cornibus, direxitque Dominus cuiuſque gladium in proximum ſuū,[40] idque per omnia caſtra. Et fugit turma vſque ad Beth-ſita in Zeredath, vſque ad limitem[41] Abel-mehola,[42] & vſque in Tabbath. [43] Euocati itaque Iſraelitæ de Naphtali, & de Aſer, & de omni Manaſſe, perſequuti ſunt Madianitas. Miſit quoq; Gedeon nūtios ad vniuerſum mōtem Ephraim hiſce mandatis, Deſcendite,[44] præuertite Madianitas, & præripite eis aquas vſque ad Beth-bara & Iordanem. &[45] conuocati omnes ex Ephraím,[45] ceperunt aquas vſque ad Beth-bara & Iordané. Apprehenderūt autem duos principes Madianitarum Oreb & Zeeb, & occiderunt Oreb[46] in petra Oreb, & Zeeb interfecerunt in[47] torculari-zeeb: inſequuti ſunt autem Madianitas,[48] allatis capitibus Oreb & Zeeb ad Gedeonem trans Iordané.

CAP. VIII.

E[1]Phraimitæ autē dixerūt ad eum,[2] Quid hoc eſt quod nobis feciſti, vt nos nō vocares quū proficiſcereris in prælium contra Madianitas? & vehementer[3] expoſtularunt cum eo. Quibus ille reſpondit, Quid ego nunc feci[4] quod veſtro facto æquari poſſit? annon racematio[5] Ephraim præſtantior eſt vindemiæ Abieſer? Deus tradidit in manus veſtras Oreb & Zeeb principes Madiā: [6] quid verò ego facere potuiſſem quod huic facto veſtro ſimile eſſet? Tunc[7] remiſit ſpiritus illorum ab illo quū loqueretur hoc verbum. ¶Venit itaque Gedeon ad Iordanem, vt trāſiret ipſe & trecēti viri qui erāt cum eo,[8] fatigati quidem & inſequentes. Et dixit ad ciues Succoth, Date quæſo populo[9] qui comitatur me[10] globos panū: [11] laſſi enim ſunt: vt ego perſequar Sebah & Zalmuna reges Madianitarum.[12] Reſponderunt autē primores vrbis Succoth, Num[13] vola Sebah & Zalmuna iā eſt in manu tua, vt demus exercitui tuo panes? Gedeon ait, Quum[14] igitur Dominus tradiderit Sebah & Zalmuna in manū meā,[15] atteram carnē veſtram ſpinis ac tribulis deſerti. ¶ Aſcendit autem illinc in Pnuel, loquutúſque eſt ad eos eiſdem verbis. Et reſpōderunt ei ciues Pnuel quēadmodū reſponderant ciues Succoth. Dixit autem & ad ciues Pnuel in hāc ſententiā, Quum reuerſus fuero[15] ſalu⁹, diruā turrim iſtā. ¶Erant autē Sebah & Zalmuna in[16] Carcor, habentes ſecum caſtra ſua circiter quindecim millia [virorum,] qui omnes reliqui fuerant ex vniuerſis caſtris Orientaliū:[17] quū cecidiſſent cētum & viginti millia virorū, ſtringentium gladiū. Et aſcendens Gedeon per viā eorum qui degebant in tentorijs ab Oriétali plaga Noba & Iagbeha, percuſſit exercitū:[18] erat enim exercit⁹ ſecurus. Et quum fugerent Sebah & Zalmuna, inſequut⁹ eſt eos, apprehéſiſq; duobus regibus Madianitarum Sebah & Zalmuna,[19] diſturbauit vniuerſum exercitum. ¶Et reuerſus eſt Gedeō filius Ioas é prælio[20] à loco accliui ad Orientalem plagam. Cepit autem puerum quendam ex ciuibus Succoth, &[21] interrogans eum,[22] annotauit illi primores Succoth & ſeniores eius, nempe ſeptuagintaſepté viros. Ingrediens autem ad ciues Succoth, dixit, En [vobis] Sebah & Zalmuna,[23] qui mihi inſultando dixiſtis, Num vola Sebah & Zalmuna nunc eſt in manu tua,[24] vt demus panes ſo-

¶40 & in vniuerſū exercitū .i. effecit Dominus vt mutua cæde ſe perimerēt. ¶41 Chaldæus paraph. planitiei Mehola, ¶42 in Tabbath.i.quę erat i, vel iuxta Tabbath. ¶43 vl, Congregati ¶44 vt occurratis Madianitis, & occupate vada ¶45 præoccupauerūt vada ¶46.i. in rupe quæ poſt ſic vocata eſt ab interfecto ibi Oreb. ¶47 Chaldæ⁹ parap. planitie ¶48 Hæc per occupationem dicuntur.

VIII.

¶1 Hæc etiā videtur dicta per anticipationé. ¶2 q.d. Cur adeò nos cōtépſiſti, vt &c. ¶3 vl, rixati ſūt ¶4 He. ſicut vos? tale quale vos feciſtis? ¶5.i. Gedeonis. q.d. maioré gloriā reportabitis ex hoc certamine vos qui aduenistis cōfecto bello, q̄ ego qui illud incœpi. Chaldæ⁹ paraph. Infirmiſſimi tribus Ephraim præſtātiores ſūt robuſtiſſimis familiæ Abiezer. ¶6 Heb. ſed qd potui facere ſicut vos? ¶7 vl, ceſſere cœpit ira eorū in illū .i. cœperūt eſſe aio æquiore erga illū hoc dicto. ¶8 q.d. qui vt feſſi erāt, adhuc tamē pſequeb.it. ¶9 He. q eſt in pedibus meis.i. quē duco. ¶10 vl, buccellas ¶11.i. præ nimia fatigatiōe, pene deliquiū animi patiūtur. ¶12 Singularis numeri eſt verbū, Reſpōdit: vt ſubaudiēdū ſit [.vnus.] Reſpōdit autē vn⁹ ex principib⁹. Alij dicūt ſingulare eſſe pro plurali. ¶13 man⁹. q.d. Videris loqui quaſi iā victor euaſeris, quū nōdū eos viceris. nōdū illos viciſti, vt audeas petere à nobis dari exercitui tuo panē. ¶14.i. quia renuitis. ¶15 vl, triturabo. aut. cōteram.i. percutiā corpus, veſtrū nudū ſpinis. Chaldæus paraph. legit, ſuper ſpinas. ¶15 Heb. in pace. ¶16 Erat vrbs vltra Iordanē ad Oriētē. ¶17 qui autē ceciderant, erāt ¶18.i. nihil tale ſuſpicabatur. ¶19 vl, terruit ¶20 ante aſcēſum ſolis.i. anteq̄ ſol aſcēderet ſup orizontē. Chaldæ⁹ paraph. antequā exort⁹ eſſet ſol. Hoc bellū vna nocte fuit incœptū & cōfectū. quod refertur ad laudē Dei. ¶21 ſub. quinam eſſent principes & ſenatores vrbis. ¶22 Heb. ſcripſit ¶23 ſuper quibus exprobraſtis mihi dicendo, ¶24 Heb. quia [poſtulas] vt demus &c.

cijs tuis defatigatis? Accepit itaque ſeniores ciuitatis, ſpinas atque tribulos deſerti, &[15]docuit illis ciues Succoth. Turrim quoq; Pnuel diruit, & interfecit ciues vrbis. ¶Dixit autẽ ad Sebah & Zalmuna, [16] Quales fuerunt viri illi quos interfeciſtis in Thabor? Et reſponderũt, [17] Tibi ſimiles erant illi, vnus forma ſimilis regis filijs. Et dixit, Fratres mei fuerunt, & [18] filij matris meæ: viuit Dominus, ſi viuos ſeruaſſetis eos, nõ trucidarem vos. Dixit ergo ad Iether primogenitũ ſuũ, Surge, trucida eos. puer autẽ non diſtrinxit gladiũ ſuũ, [19]meticuloſus nẽpe, quia puer. Et ait Sebah & Zalmuna, Surge tu, & irrue in nos: [20] vt enim vir eſt, [ſic] eſt fortitudo eius. Surgẽs itaq; Gedeõ, interfecit Sebah & Zalmuna, tulitq; [21]oreas bullatas quæ erãt in collis camelorũ eorũ. ¶Dixerũt verò Iſraelitæ ad Gedeonẽ, [22] Imperita nobis, & tu & fili⁹ tuus atq; nepos tuus: quoniã liberaſti nos de manu Madianitarũ. Gedeon autem reſpõdit illis, Nõ imperitabo ſuper vos, neq; fili⁹ me⁹ imperitabit vobis. Dominus[23]imperitabit vobis. Et dixit ad eos Gedeon, Poſtulationẽ à vobis poſtulo, vt detis mihi quiſque inaurẽ è ſpolio ſuo: ([24]habebãt enim inaures aureas quum eſſent Iſmaelitæ.) Et reſpõderũt, Omnino dabimus. & expandentes veſtem, proiecerũt illuc quiſque inaurem ex ſpolio ſuo. Fuitque põdus inauriũ aurearum quas poſtulauerat, mille & ſeptingentorũ [25]aureorũ, præter[26]bullas &[27]collaria, veſtẽſque purpureas, quas habuerãt reges Madian, & præter torques quæ fuerant in collis camelorum ipſorũ. Fecit autẽ Gedeon ex illis ephod, & repoſuit illud in ciuitate ſua Ophra. ſortatique ſunt [38]poſt ipſum omnes Iſraelitæ in loco iſto, & factum eſt ipſi Gedeoni & domui eius in offendiculũ. ¶Subactus eſt itaque Madian corã filijs Iſrael, nec ampli⁹ erexerũt caput ſuũ, [39]quieuitq; terra quadraginta annis in dieb⁹ Gedeõis. Abiens igitur Ierubaal filius Ioas, habitauit in domo ſua. Habuit autẽ Gedeon ſeptuaginta filios, qui egreſſi erãt ex femore eius: habuerat eni plures vxores. Et cõcubina eius quæ erat in Sechẽ peperit ei quoque filium, & impoſuit ei nomẽ Abimelech. ¶Mortuus verò eſt Gedeõ fili⁹ Ioas[40]in ſenectute bona, ſepultúſq; in ſepulchro Ioas patris ſui in Ophra[41] quę fuit patris Eſritarũ. ¶Cõtigit autẽ poſt mortẽ Gedeonis vt auerterentur filij Iſrael, & ſcortarentur poſt Baalim, poſuerúntque ſibi Baal-berith in deum. Nec recordati ſunt amplius Iſraelitæ Domini Dei ſui, qui liberauerat eos de manu cunctorũ hoſtiũ ſuorum qui erant circum ipſos. [42] Nec præſtiterũt beneficia in domum Ierubaal Gedeonis, [43]iuxta omne bonũ quod ipſe præſtiterat Iſraelitis.

CAP. IX.

Abiẽs autẽ Abimelech filius Ierubaal in Sechẽ ad fratres matris ſuæ, loquutus eſt cum eis, &[1]cũ vniuerſa familia domus patris matris ſuę in hæc verba. [2]Loquimini quæſo audientibus cũctis[3]ciuibus Sechem, Quid vobis præſtabilius, an vt dominentur vobis ſeptuaginta viri omnes filii Ierubaal, an vt imperet vobis vir vnus? memineritis [interim] [4]me eſſe os veſtrũ, carnẽmq; veſtram. Loquuti ſunt itaque auunculi eius de eo in aures omnium[5]ciuium Sechem vniuerſos ſermones iſtos: [6] inclinatúmque eſt cor eorum poſt Abimelech, ita vt dicerent, Frater noſter eſt. Dede-

cerunt, panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & cõtriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanuel ſubuertit, occiſis habitatorib⁹ ciuitatis. ¶Dixitque ad Zebee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt, Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius regis. Quibus ille reſpõdit, Fratres mei fuerũt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderem. Dixitque Iether primogenito ſuo, Surge, & interfice eos. qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixerúntque Zebee & Salmana, Tu ſurge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari ſolẽt. ¶Dixerúntque omnes viri Iſrael ad Gedeon, Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian. Quibus ille ait, Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur[*]Dominus. Dixitque ad eos, Vnã petitionẽ poſtulo à vobis. Date mihi inaures ex prędaveſtra. (inaures enim aureas Iſmaelitę habere conſueuerant.) Qui reſponderũt, Libẽtiſſimẽ dabimus. expandentéſque ſuper terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: & fuit pondus poſtulatarũ inauriũ, mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamẽtis, & monilibus, & veſte purpurea, quib⁹ reges Madian vti ſoliti erãt, & pręter torques aureas camelorũ. Fecitque ex eo Gedeon ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra. fornicatúſque eſt omnis Iſrael in eo, & factum eſt Gedeoni & omni domui eius in ruinã. ¶Humiliatus eſt autem Madian coram filijs Iſrael, nec potuerũt vltrà ceruices eleuare: ſed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit. Abijt itaq; Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo ſua: habuitq; ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores. Concubina autem illius, quã habebat in Sichem, genuit ei filiũ nomine Abimelech. ¶Mortuúſque eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, & ſepult⁹ eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezri. ¶Poſtquã autẽ mortuus eſt Gedeon, auerſi ſunt filij Iſrael, & fornicati ſunt in Baalim. Percuſſerúntq; cũ Baal fœdus, vt eſſet eis in Deũ: nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorũ omnium per circuitum. Nec fecerũt miſericordiã cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Iſraeli.

CAP. IX.

Abijt autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnẽ cognationem domus patris[*]matriſq; ſuæ dicens, Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis eſt melius, vt dominẽtur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vobis vnus vir? ſimúlque conſyderate quòd os veſtrũ, & caro veſtra ſum. Locutique ſunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichẽ vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorũ poſt Abimelech, dicẽtes, Frater noſter eſt. Dede-

Phanuel habitatores occiduntur.

Zebee & Salmana interficiuntur.

E Pſal. 82. c.

Dominari Iſraeli Deũ, nõ ſe, vult Gedeon.

¶*vobis

Dantur inaures aureæ Gedeoni à populo.

F

Ephod Gedeonis in offendiculum Iſraeli.

70 filij Gedeonis.

G

Abimelech. Moritur Gedeon.

Abimelech filius Gedeonis occidit 70 fratres ſuos.

¶*matris

¶15 vl, erudiuit. Aut potius, notum fecit per illas ciuib⁹ Succoth. ſub. peccatum ſuum. i. ita cæſi nouerunt peccatum ſuũ. Alij vertũt, contriuit illis ciues &c. ¶16. i. Quali vultu, vel quo oris habitu. Chaldæ⁹ paraph. Qualiter ſe habebãt? vl, Quales erant? ¶17 vl, Qualis tu, tales & ipſi, vna [ſpecies:] vt ſpecies filiorũ regis. i. erãt tibi ſimillimi, ſpecies eadẽ erat omnib⁹ erant formoſi vt filij regũ. Chaldæus paraph. vertit. vnus ex eis æquabat filios regum. ¶18. i. ex parte matris erãt fratres mei. ¶19 Heb. timebat enim. i. prętimore. ¶20. i. robur reſpondet ætati & ſtaturæ: ille eſt paruus, nõ habet id roboris vt poſſit nos interficere. ¶21 monilia. torques. bullas quæ referebant ſpeciem lunæ. ¶22 q. d. Dignus es qui cũ poſteris domineris in nos. ¶23 vl, dominabitur. i. erit tantũmodo rex veſter. ¶14 ſub. hoſtes victi. ¶25 ſub. ſiclorũ. Sicl⁹, aut aliud põderis nomen frequẽter omittitur ab Hebręis: quod & Latinis familiare eſt. ¶26 vl, torques ¶27 monilia. Alij thecas aureas vertunt in quibus ſcilicet geſtabãt balſamum, quo mederetur omnib⁹ vulneribus. ¶38 ſub. Gedeonem. i. mortuo Gedeone. vl, poſt ipſum ephod. i. fuit cauſa idololatriæ Iſraelitis. ¶39 i. fuit ſumma pax & trãquillitas. ¶40. i. iam ſenio confectus. ¶41 Heb. Abiezræi. ad Ioas refertur. i. qui erat de cognatione Abiezer. ¶42 Heb. Nec fecerũt miſericordiam cum domo &c. i. Neque rependerunt beneficium acceptum familiæ Gedeonis. ¶43 vl, iuxta omnia beneficia quæ &c.

IX. ¶1. i. ad cognatos ſuos ex parte matris. ¶2. i. Habete cõcionem. ¶3 dominis. i. proceribus vrbis Sichem. ¶4 Chaldæus paraph. me propinquum veſtrum, & cognatum. ¶5 dominorum ¶6. i. præpoſuerunt eum potius quàm alium quempiam, quòd eſſet cognatus ipſorum.

rúntque illi ſeptuaginta pódera argenti de phano Baal-berith. qui conduxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſecutíque ſunt eum. Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros, ſuper lapidem vnum: remanſítque Ioatham filius Ierobáal minimus, & abſconditus eſt. ¶Congregati ſunt autē omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello: abierúntque, & cōſtituerunt regem Abimélech, iuxta quercū quæ ſtabat in Sichem. Quod cum nuntiatum eſſet Ioatham, iuit, & ſtetit in vertice mōtis Garizim: eleuatáque voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos [a]Dominus. Ierunt ligna, vt vngerēt ſuper ſe regē: dixerúntque oliuæ, Impera nobis. Quæ reſpondit, Núquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur, & homines: & venire vt inter ligna promouear? Dixerúntque ligna ad arborem ficum, Veni, & ſuper nos regnū accipe. Quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meā, fructúſque ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? Locutáque ſunt ligna ad vitem, Veni, & impera nobis. Quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere vinum meū, quod lætificat deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixerūtq; omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera ſuper nos. Quæ reſpondit eis, Si verè me regē vobis cōſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhāno, & deuoret cedros Libani. Nūc igitur ſi rectè, & abſq; peccato conſtituiſtis ſuper vos regem Abimélech, & bene egiſtis cū Ierobáal, & cū domo eius, & reddidiſtis vicē beneficijs eius (Qui pugnauit pro vobis, & animam ſuā dedit periculis vt erueret vos de manu Madian, Qui nūc ſurrexiſtis cōtra domū patris mei, & interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros ſuper vnum lapidē, & cōſtituiſtis regem Abimélech filiū ancillæ eius ſuper habitatores Sichem, eo quòd frater veſter ſit.) Si ergo rectè, & abſq; vitio egiſtis cum Ierobáal, & domo eius, hodie lætemini in Abimélech, & ille lætetur in vobis. Sin autem peruerſè, egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidū Mello: egrediatúrque ignis de viris Sichē, & de oppido Mello, & deuoret Abimélech. Quæ cum dixiſſet, fugit, & abijt in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimélech fratris ſui. ¶Regnauit itaque Abimélech ſuper Iſrael tribus annis. Miſitque [a]Dominus ſpiritum peſſimū inter Abimélech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eū deteſtari, Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobáal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimélech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerāt. Poſuerúntque inſidias aduerſum eum in ſummitate montium: & dum illius præſtolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereūtibus. nūtiatúmque eſt Abimélech. ¶Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit

Ioatham minimus latitat. Abimélech cōſtituit rex.

Ioatham, B propoſita lignorum parabola, prædicit interitū Sichimitarum & Abimélech.

¶ [a]Deus.

C

Dominus immittit ſpiritū odij inter Sichimitas & Abimélech, eique inſidiantur.

¶ [a]Deus D

Gaal pugnat cōtra Abimélech.

runt inſuper ei ſeptuaginta [7]argēteos ex phano Baal-berith, quibus cōduxit Abimelech [8]perditos & [9]vagos homines, qui eū ſequuti ſunt. Et veniens in domum patris ſui in Ophra, trucidauit fratres ſuos filios Ierubaal, [10]ſeptuagita nēpe viros ſuper lapide vno: reliquus verò factus eſt Iothā filius Ierubaal minimus natu, [11]qui abſcōditus fuit. ¶Collectis autē oibus [12]ciuibus Sechē, [13]vniuerſaque domo Millo, abierūt, elegerúntq; Abimelech regem [14]ſub quercu [15]prope Sechē ura. Quod quū Iotham nuntiaſſent, abijt, & ſtās in vertice mōtis Garizim, ſublata voce ſua clamauit, dixitque ad eos, Audite me, ô viri Sechē, audiatq; vos Deus, Ibāt aliquādo arbores vt regē ſuper ſe inungerēt: dixerūt ergo ad oleā, Imperita nobis. Olea autē reſpōdit eis, [16]Num relicta pinguedine mea, [17]quā in me & dij & hoies magnificiūt, [18]ibo & ſatagā ſuper arbores? Dixerūt ergo arbores ad ficū, Age tu, imperita ſuper nos. Quibus ficus reſpōdit, Num deſerta dulcedine mea & fructū meo bono, ibo vt [19]ſatagā ſuper arbores? Arbores ergo ad vineā dixerūt, Age tu, imperita nobis. Quibus dixit vinea, Num deſerto muſto meo quo exhilaro & deos & homines, vadā vt [19]ſatagam ſuper arbores? Dixerūt ergo vniuerſæ arbores ad [20]dumū, Veni tu, & imperita nobis. Reſpōdit dumus arboribus, Si [21]bona fide [22]vngitis me vobis regē, venite, & cōfidite ſub [23]vmbra mea: quòd ſi minus, exeat ignis ex dumo, & deuoret [24]cedros Libani. Nūc igitur ſi [25]bona fide & cādide agitis in cōſtituendo Abimelech regē, & ſi bene egiſtis cū Ierubaal & cū domo eius: & ſi [26]pro merito ſuo rependitis ei (Quandoquidē pater meus pro vobis pugnauit, & [27]obiecit animā ſuam ex oppoſito, eripuitq; vos de manu Madianitarum, Et vos inſurrexiſtis cōtra domum patris mei hodie, trucidaſtiſq; filios eius, viros nēpe ſeptuaginta ſup [28]vno lapide, & præfeciſtis ſuper [29]ciues Sechem regē Abimelech filiū ancillæ eius, eo quòd frater veſter eſt.) Si inquā [30]bona fide & candide cum Ierubaal & cū domo eius hodie egiſtis, lætamini [31]cū Abimelech, lætetúrque ipſe [32]vobiſcū: ſin minus, egrediatur ignis ab Abimelech, & deuoret ciues Sechē, atq; [33]domū Millo: egrediatur ruſſus ignis de viris Sechem & de domo Millo, & deuoret Abimelech. Diſcedēs igitur Iothā fugit, & abijt Beera, māſitq; ibi metu Abimelech fratris ſui. ¶Quūmq; Abimelech iā tribus annis dominiū exercuiſſet in Iſraelitas, [34]Miſit Deus ſpiritū malū inter Abimelech & iter ciues Sechē, ita vt ciues Sechē deficerēt ab Abimelech, [35]Vt ſcilicet iniuria [illata] ſeptuaginta filiis Ierubaal veniret, & vt [36]ſanguinē eorū [37]deuolueret [Deus] ſuper Abimelech fratrē eorū qui eos occiderat, adeóq; & ſuper ciues Sechē, [38]qui manus eius roborauerāt vt occideret fratres ſuos. Collocarūt autem ei Sechimitæ [39]inſidias in verticibus montiū, [40]diripiētes eos oēs qui illac apud eos trāſirēt. nunciatū eſt autē hoc ipſi Abimelech. ¶Et venit Gaal filius Aebed cū fratribus ſuis, [41]trāſierúntq;

¶7.i. ſiclos argenti. ¶8 vacuos. otioſos ¶9 Chaldæus paraph. contēptibiles. i. nihili. ¶10 ſub. circiter. nō enim interfecit Iothā, nec ſe. ¶11 quia abdidiſſet ſe. ¶12 principibus ¶13.i. oibus principibus ad quos negotia publica referebātur, qui ſolebāt cōgregari in loco dicto Beth-millo. Gallice, La maiſon de la ville. Poteſt hic accipi conſeſſū pro cōtinente, locus pro viris .i. vniuerſa curia. Millo poteſt hic accipi pro loco comitiorū vbi de negotiis publicis conſulebatur, vt erat in Ieruſalem. Alij aiūt Millo vrbē fuiſſe propinquam Sichem. ¶14 in planitie ſtatuæ .i. in platea in qua erat quædā ſtatua. nomen loci. ¶15 Heb. in Sichē. Quidā vertūt, quæ erat in ſagro iuxta Sichem. ¶16 Deſererēne poſſum [aut, deſeram] pinguedinem meā .i. oleum meū. vſ, Deſtituámne ſ. & Efficiámne vt priuer] pinguedine mea, &c. q.d. Debeóne ergo abijcere ſortem meā quæ optima eſt, quæ &c. ¶17 qua à me honore proſequūtur Deū [in lucernis ſcilicet & oblationibus] & hoies. i. ornātur munera regibus. ¶18 & ibo vt promouear ſuper &c. vſ. tranſcendā alias arbores? Chaldæus paraph. vt adminiſtrē reſp. arborū? Per oleā intelligūt Othonielem: vt per ficū, Deborā. ¶19 promouear. Vinea, Gedeō erat. Alij dicūt, Oleā, ficū, & vitē ſignificare filios Gedeonis. ¶20 rhāmum. Genus rubi odorati ferētis roſas. Gallice, Englātier. ¶21 Heb. in veritate. i. ſerio. ¶22 vſ. vncturi eſtis ¶23.i. protectione mea. ¶24.i. vos oēs, & optimos quoſque. ¶25 Heb. in veritate & ſimplicitate ¶26 Heb. iuxta retributioné manuū eius &c. i. ſi rependitis vicē pro beneficijs acceptis. ¶27 Heb. proiecit animā ſuam longè à ſe. i. & ſe periculo mortis expoſuit. ¶28 vſ, eundē lapidem, ¶29 Heb. dominos ¶30 Heb. in veritate & ſimplicitate. ſub. cordis. ¶31 de Abimelech, ¶32 de vobis, ¶33 Vide ſuprà numerum decimumtertium. ¶34.i. Oborta eſt magna diſcordia inter illos, Deo permittēte, vt puniret vtroſque. ¶35.i. Vt iniuriam illam cōferret in caput Abimelech: hoc eſt, puniret eum propter iniuriam illatam. ¶36.i. crimen cædis. ¶37 poneret ¶38.i. qui adiuuerant illum in cæde fratrum. ¶39 vt ſcilicet illum occiderent, ſi illac pertranſiret. ¶40 Heb. & latrocinia exercuerunt in omnem tranſeuntem. ¶41 relicta ſcilicet priore habitatione.

in Sechem,[42]quo viro ciues Sechem confidebāt.'
[43]Egreſſi' ergo in agrum, vindemiauerūt vineas
ſuas, atque calcarūt,[44]hymnóſque cōcinnebāt:'
ingreſſique phanum deorū ſuorum[publicis epu
lis inſtitutis]comederunt & biberunt,&[45]'male-
dixerunt ipſi Abimelech.'Gaal autē filius Aebed
dixit,[46]Quis eſt Abimelech,&quis eſt Sechem vt'
ſeruiamus [47]ei?' annon eſt filius Ierubaal & Se-
bul præfectus eius?ſeruite[potius][48]viris Hemor'
patris Sechem:cur enim ſeruiremus illi?[49]Vtinā
detur populus iſte ſub meā poteſtatem,[50][mox]
tollā'Abimelech.¶[51]Et dixit'ipſi Abimelech,[52]Au
ge copias tuas,& egredere.' Audiēs autem Sebul
præfectus vrbis verba Gaal filij Aebed, incaluit
[53]naſus eius,'Et[54]clàm'miſſis nuntijs ad Abime-
lech,huiuſmodi ei ſignificauit, En Gaal fili' Ae-
bed & fratres eius venerunt in Sechem,&[55]occu-
pāt ciuitatem cōtra te.' Surge igitur noctu,tu &
populus qui tecum eſt,& colloca inſidias[56]in cā-
po.[57]Quúmque mane ſol illuxerit, diluculo con
ſurgas, & ad vrbem tendas:' ipſe verò & popul'
quem ſecum habet egrediētur contra te,[58]facias
ergo vt vſus feret. ¶Surgens itaque Abimelech
& omnis populus qui cū ipſo fuit,noctu, colloca
runt inſidias cōtra Sechem[59]quatuor ordinibus.'
Egreſſus ergo Gaal filius Aebed , ſtetit in forib'
portæ ciuitatis:ſurrexitque Abimelech & popu-
lus qui cum eo erat,ex inſidijs.Et videns Gaal po
pulum, dixit ad Sebul, En populus deſcendit de
verticibus montium.Sebul autem dixit ad eum,
[60]Vmbrā mōtium tu vides quaſi homines.' Gaal
verò ruſus loquutus eſt,& dixit,En populus de-
ſcendit [61]è medio' terræ , ad hæc acies vna venit
de via[62]querceti augurum.'Cui reſpondit Sebul,
[63]Vbi nunc eſt os tuum,quo dicebas,'Quis eſt A-
bimelech, vt ſeruiamus ipſi?annon hic populus
eſt quem[64]cōtempſiſti?'egredere nunc,& pugna
aduerſus eum. Egreſſus itaque Gaal [65]ante vicos
Sechem,' pugnauit contra Abimelech. Et perſe-
quutus eſt eum Abimelech,[66]fugitque ante eū,'
& ceciderūt multi vulnerati vſque ad fores por
tæ.[67]Et habitauit'Abimelech in Aruma,& Sebul
eiecit Gaal & fratres ei',ne[poſthac]habitarēt in
Sechem.¶Contigit poſtero die vt populus egre-
deretur[68]in campū,[69]idque nuntiarunt Abime-
lech.[70]Qui tollēs populū,'diſtribuit eum in tres
turmas,& collocauit inſidias in campo.Et quum
videret,en populus egrediebatur è ciuitate, con-
ſurgēnſq; cōtra eos, percuſſit eos. Et Abimelech
quidem &[71]turmæ' quæ cum ipſo erant,[72]exten
derunt ſe,'ſteterúntq; in forib' portæ ciuitatis:
[73][aliæ] verò duæ turmæ'irruerunt ſuper omnes
qui in cāpo erant, & percuſſerūt eos.Et Abime-
lech quum toto illo die oppugnaſſet ciuitatem,
cepit eam, trucidauitque populū qui in ea erat,
ciuitatēmque ipſam diruit, & [74]ſale eam ſemi-
nauit. ¶Quod audiētes[75]cuncti ciues qui erāt in
turri'Sechem,[76]ingreſſi ſunt arcē phani dei Be-
rith.'Nūtiatúmq; eſt Abimelech, omnes[77]ciues
turris'Sechē cōgregatos eſſe:aſcēdit ergo Abime
lech montē Zalmon,ipſe & omnis popul' qui cū
eo erat,accepitq; Abimelech ſecures in manū ſuā, & ſuccidit[78]arborū ramos, quos ſublatos impo-

in Sichimam.Ad cuius aduentū erecti habitato-
res Sichem, egreſſi ſunt in agros vaſtātes vineas,
vuáſque calcantes.& factis cantātium choris in-
greſſi ſunt phanum dei ſui,& inter epulas & po-
cula maledicebant Abimēlech, clamāte Gaal fi-
lio Obed, Quis eſt iſte'Abimēlech,& quæ eſt Si-
chem,vt ſeruiamus ei? nūquid non eſt filius Ie-
robáal,& cōſtituit principem Zebul ſeruum ſuū
ſuper viros Emor patris Sichem? cur ergo ſeruie
mus ei?Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub
manu mea, vt auferrem de medio Abimēlech.
¶Dictúmque eſt Abimēlech, Congrega exerci-
tus multitudinē,& veni. Zebul enim princeps ci
uitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed,iratus
eſt valde, Et miſit clām ad Abimēlech nuntios,
dicens,Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam
cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ci-
uitatem.Surge itaque nocte cum populo qui te-
cum eſt,& latita in agro.Et primo mane orien-
te ſole,irrue ſuper ciuitatem.illo autem egrediē
te aduerſum te cum populo ſuo, fac ei quod po
tueris . ¶Surrexit itaque Abimēlech cum omni
exercitu ſuo nocte,& tetēdit inſidias iuxta Sichi
mam in quatuor locis. Egreſſúſque eſt Gaal fili'
Obed,& ſtetit in introitu portæ ciuitatis: ſurre-
xit autem Abimēlech, & omnis exercitus cū eo
de inſidiarū loco.Cúmque vidiſſet populū Gaal,
dixit ad Zebul,Ecce de mōtibus multitudo deſcē
dit.Cui ille reſpōdit,Vmbras montiū vides qua-
ſi capita hominum, & hoc errore deciperis Rur
ſúmque Gaal ait,Ecce populus de vmbilico terræ
deſcēdit,& vnus cuneus venit per viā quæ reſpi-
cit quercum.Cui dixit Zebul,Vbi eſt nūc os tuū,
quo loquebaris , Quis eſt Abimēlech vt ſeruia-
mus ei?nónne hic populus eſt, quē deſpiciebas?
egredere,& pugna cōtra eum. Abijt ergo Gaal,
[a]expectante'Sichimorū populo,& pugnauit con
tra Abimēlech, Qui perſecutus eſt eum fugien-
tem,& in vrbē compulit: ceciderúntque ex par-
te eius plurimi,vſque ad portā ciuitatis.Et Abi-
mēlech ſedit in Ruma.Zebul autem, Gaal, & ſo-
cios ei' expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt cōmo
rari.¶Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in
cāpum.Quod cum nuntiatū eſſet Abimēlech,tu-
lit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas,ten
dens inſidias in agris.Vidénſque quòd egredere-
tur popul' de ciuitate, ſurrexit,& irruit in eos,
cum cuneo ſuo,oppugnans & obſidens ciuitatē:
duæ autem turmæ palantes per campū, aduer-
ſarios perſequebantur . Porrò Abimēlech omni
die illo oppugnabat vrbem:quam cepit, interfe
ctis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt
ſal in ea diſpergeret. ¶Quod cum audiſſent qui
habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt
phanū dei ſui,Berith,vbi fœdus cum eo pepige-
rant,& ex eo locus nomē acceperat,qui erat mu
nitus valde.Abimēlech quoque audiēs viros tur-
ris Sichimorum pariter cōglobatos, aſcendit in
montē Selmon cū omni populo ſuo : & arrepta
ſecuri præcidit arboris ramū,impoſitúmq; terēs

Expugnatur exercit' Gaal ab Abimēlech.

[a]ſpectante

Gaal eijcitur F ex Sichē.

Abimēlech deſtruit vrbē Sichē, interfe ctis habitatoribus eius.

Turris Sichē cum 1000 hominibus cō buritur.ſ.l.g.

¶42 He.& ſpem ſuā poſuerunt in eo ciues Sichem.i. erecti ſunt in ſpem maiorē aduētu illius. ¶43 ij ſcilicet qui pri' ſe continebāt in vrbe. ¶44 Heb. fecerūtq; lætitias.i. choros, vt fieri ſolet tēpore vindemiarū. ¶45 inter epulas ſcilicet. ¶46 q.d. Præſtantióne eſt Abimelech ipſo Sechē,vt &c. Tātiſne eſt &c. ¶47 ſcilicet Abimelech. ¶48.i.ijs qui traxerūt origi nē ab Hemor. ¶49 Heb. Quis det vt iſte popul' ſit ſub manu mea? pro,O ſi contingeret mihi imperiū ſuper populū iſtū! ¶50 abigerē tūc ¶51 Dicebātq; &c.abſenti ſcilicet tāquam præſenti inſultās, vel coram præfecto eius. ¶52.i.Cape tecū quantūlibet magnū exercitū,& decerne mecū armis. ¶53 furor eius.i.vehemēter iratus eſt. ¶54 vl,caute,& fraudulenter. Alij legunt in Thorma.vt eadē ſit vrbs quæ Aruma. ¶55 Gallice,Ilz tiēnent la ville forte cōtre toy. ¶56 vl, in agris.i.extra vrbē delitēſce. ¶57 Et primo mane ad exortū ſolis[vl, exoriente ſole]

ſurgēs inuades vrbē: ¶58 & facies illi vt inueniet manus tua.i.quod facere poteris. ¶59 cū quatuor turmis.i.diuiſi in quatuor turmas. ¶60 q.d.Falleris,tātū eſt vmbra quæ refert hoīes. ¶61 Heb.de vmbilico.i.de eminentiore loco,ex vertice mōtiū.Nā mōtes ſunt in ſummo,vt eſt in hoie vmbilic'. ¶62 planitiei Mehonenim. ¶63 Chaldæus parap.Vbinā ſūt verba tua.q.d.Vbinā illa tua magnifica verba qb' te tātopere iactabas? ¶64 cōtēnebas? ¶65.i.ſpectā te populo Sichem. ¶66.i.poſteaquā fugere cœperat,verſum in fugā. ¶67 Remanſitque ¶68 in agros.Ad ſua ſcilicet negotia peragēda. ¶69 quod iā renuntiauerāt futurū ipſi Abimelech. ¶70 vl,Itaq; aſſumēs milites[ſuos.]cum ſcilicet populū egreſſurū ſciret. ¶71 Heb.capita.i.principes qui cū eo erāt.q.d.nobiliſſimi milites, ac bellicoſiſſimi. ¶72 impetū fecerūt.i.impetu facto cōtenderūt recta ad portas vrbis. ¶73 Heb.[aliæ]verò duo capita ¶74 ne ſcilicet poſtea illic aliquid naſceretur,& eſſet ſterilis. ¶75 Heb.oēs domini arcis.vl,habitatores. vrbē ſcilicet eſſe captā. ¶76 vl,receperunt ſe in arcē Beth-el.pro fœdere.ita Chaldæus paraph.i.vt inirent fœdus cum illis qui erāt in arce. ¶77 dominos arcis ¶78 Heb.ramū arborum,[.i.vnius arboris,]quem ſublatum ſuperpoſuit

humero,dixit ad ſocios,Quod me vidiſtis facere,
cito fa-ite. Igitur certatim ramos de arboribus
C præcidétes,ſequebátur ducem. Qui circundantes
præſidiũ,ſuccenderũt:atque ita factum eſt,vt fu
mo & igne mille hominũ necarentur, viri pari-
Abimélech oppugnás ciuitatem Thebes, à muliere vulnerat. ter & mulieres,habitatorũ turris Sichem.¶Abi
mélech autẽ inde proficiſcẽs venit ad oppidum
Thebes,quod circũdans obſidebat exercitu. Erat
autem turris excelſa in media ciuitate,ad quam
cõfugerãt ſimul viri ac mulieres,& omnes prin-
cipes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper
turris tectũ ſtãtes per propugnacula. Accedénſ-
que Abimélech iuxta turrim, pugnabat forti-
ter:& appropinquãs oſtio,ignẽ ſupponere nite-
2.Reg.11.c. batur: & ecce vna mulier fragmen molæ deſu-
per iaciẽs,illiſit capiti Abimélech,& cõfregit ce-
rebrũ eius.Qui vocauit cito armigerũ ſuũ,& ait
ad eum,Euagina gladium tuũ,& percute me:ne
forte dicatur ꝙ à fœmina interfect⁹ ſim.qui iuſ
ſa perficiens,interfecit eũ.Illo quoque mortuo,
omnes qui cũ eo erant de Iſrael, reuerſi ſunt in
ſedes ſuas:Et reddidit Deus malum quod fecerat
Abimélech contra patrem ſuum, interfectis ſe-
ptuaginta fratrib⁹ ſuis.Sichimitis quoque quod
operati erant,retributum eſt, & venit ſuper eos
maledictio Ioatham filij Ierobáal. CAP. X.

Thola, dux Iſrael conſtituitur. Poſt Abimélech ſurrexit dux in Iſrael Thola
fili⁹ Phua patrui Abimélech, vir de Iſſachar,
qui habitauit in Samir montis Ephráim:Et iudi
cauit Iſraelẽ viginti & tribus annis,mortuúſque
Huic ſuccedit Iair. eſt,ac ſepultus in Samir.¶Huic ſucceſſit Iair Ga
laadites, qui iudicauit Iſraelẽ per viginti & du-
os annos. habẽs triginta filios ſedentes ſuper tri
ginta pullos aſinarũ,& principes triginta ciuita
tum,quę ex nomine eius ſunt appellatæ Auoth-
Iair, id eſt oppida Iair, vſque in præſentẽ diem
Ob idololatriã filij Iſrael traduntur in manus Philiſthinórum. B in Terra-galaad. Mortuúſque eſt Iair ac ſepul-
tus in loco cui eſt vocabulũ Camon. ¶Filij autẽ
Iſrael peccatis veteribus iungẽtes noua, fecerũt
malũ in conſpectu Domini,& ſeruierunt idólis,
Baalim & Aſtaroth, & dijs Syriæ ac Sidónis &
Moab & filiorũ Ammon & Philiſthijm: dimiſe-
rúntq; Dominum,& non coluerũt eum. Contra
quos Dominus iratus,tradidit eos in manus Phi
liſthijm & filiorũ Ammon.Afflictique ſunt,& ve
hemẽter oppreſſi per annos decẽ & octo, omnes
qui habitabant trans Iordanem in Terra-Amor
rhæi,quæ eſt in Galaad Intantũ vt filij Ammon
Iordane tranſmiſſo vaſtarent Iudam & Ben-ia-
Confitẽtes Deo peccatũ ſuũ, clamant ad ipſum. C min & Ephráim:afflictúſq; eſt Iſrael nimis.¶Et
clamantes ad Dominũ,dixerunt,Peccauimus ti-
bi,quia dereliquimus Dominũ Deum noſtrũ,&
ſeruiuimus Baalim.Quibus locutus eſt Domin⁹,
Arguit Iſraelitas ingratitudinis De⁹. Nũquid nõ Ægyptij & Amorrhæi,filiique Am-
mon & Philiſthijm,Sidonij quoque & Amalec &
Chanáan oppreſſerunt vos:& clamaſtis ad me,&
erui vos de manu eorũ?Et tamen reliquiſtis me,
& coluiſtis deos alienos:idcirco nõ addam vt vl-
tra vos liberẽ.Ite, & inuocate deos quos elegiſtis:
Non ceſſantiũ cõfiteri peccatũ, & ſemp clamantiũ, miſeretur De⁹. ipſi vos liberẽt in tẽpore anguſtiæ.Dixerúntque
D filij Iſrael ad Dominũ. Peccauimus,redde tu no
bis quicquid tibi placet:tãtũ nũc libera nos.Quæ
dicẽtes,omnia de finib⁹ ſuis alienorũ deorũ idó
la proiecerũt, & ſeruierũt Domino Deo: qui do-

ſuit humeris ſuis.Dixitq; populo qui cũ eo erat,
Quod me vidiſtis facere,vos feſtini facite quẽad-
modũ ego feci.[79]Succidẽtes igitur cuncti illi vi-
ri qui erãt in populo,ramos,ſequuti ſunt Abime
lech:& admouerũt ad arcẽ, incẽderúntq, [80]hiſce
ramis arcem igni,[81]ita vt morerentur etiam o-
mnes viri qui erant in turri Sechẽ,[82] fermè viro-
rum & mulierũ mille. ¶Abijt ergo Abimelech
ad [83]Thebetz, & poſuit caſtra contra Thebetz,&
expugnauit eam.Erat autẽ in medio illius vrbis
turris fortiſſima,quò confugerunt omnes viri &
mulieres,& omnes ciues vrbis,clauſiſque poſt ſe
oſtiis,aſcenderunt tectũ turris. Veniens autẽ A-
bimelech ad turrim oppugnabat eam: & quũ ac
ceſſiſſet ad oſtium turris, vt eam igni incende-
ret, deiecit mulier quædã fragmen[84]lapidis mo
laris in caput Abimelech,cõfregitque illi calua-
riam.Qui mox accerſito puero ſuo armigero,di
xit ad eum,Diſtringe gladium tuum,& interfice
me:ne forte dicãt de me,Mulier interfecit eum.
perfodit itaque eũ puer eius,& mortuus eſt. Vi-
dẽtes autem Iſraelitæ mortuum eſſe Abimelech,
abierũt,quiſque ad locum ſuum. Rependit itaq;
Deus Abimelech malum quod cõtra patrẽ ſuum
deſignarat,interficiendo ſeptuaginta fratres ſu-
os. Sed & cunctum malũ ciuium Sechem reddi-
dit Deus in caput eorũ,venitque ſuper eos[85]exe-
cratio Iothan filij Ierubaal. CAP. X.

Svrrexit autem poſt Abimelech[1] Thola filius
Puah,[2]filius Dodo,vir de Iſaſchar ad ſeruan-
dum Iſraelem: habitauitque in Samir in monte
Ephraim.Et iudicauit Iſraelem viginti trib⁹an-
nis,& mortuus,ſepultus eſt in Samir.¶Poſt hũc
ſurrexit Iair Gileadites,qui iudicauit Iſraelẽ vi-
ginti duob⁹ annis.Hic habuit triginta filios.qui
vehebantur ſuper triginta[3]pullis:[4]habuerunt &
triginta oppida, quæ vocantur Hauoth-Iair in
hũc vſq; diẽ,& ſunt in terra Gilead. Mortuus eſt
autẽ Iair,& ſepultus in Camon.¶Filij autem Iſ
rael rurſus fecerunt malũ in oculis Domini, co-
luerúntque Baalim,&[5]Aſtaroth, & deos[6]Aram,
deos Zidon, & deos Moabitarum, & deos filiorũ
Ammõ,deos denique Paleſthinorũ,deſeruerúnt-
que Dominum, & non ſeruierunt ei.Et incaluit
[7]naſus Domini aduerſus Iſraelem, ita vt vẽderet
eos in manum Paleſthinorũ, & in manũ filiorũ
Ammon.Et attriuerũt ac confregerunt filios Iſ-
rael[8]illo anno, idque decẽ & octo annis,cunctos
ſcilicet filios Iſrael qui erãt cis Iordanẽ, in ter-
ra[9]Amorrhæi quæ eſt in Gilead.Sed & filij Am-
mon traiecerunt Iordanẽ vt dimicarent contra
Iudam,Beniamin,& domũ Ephraim.[10]freſſi itaq;
Iſraelitarũ ſupra modũ anguſtę fuerũt. ¶Et cla
mauerũt filij Iſrael ad Dominũ hiſce verbis.Pec
cauimus tibi,[11]& ſane deſeruimus Deũ noſtrum,
coluimúſque Baalim.Dixit itaque Domin⁹ ad fi-
lios Iſrael, Annõ[12]Ægyptij,Amorrhæi,filij Am
mon,& Paleſthini,[13]Sed & Zidonij,& Amalec,&
Maon afflixerũt vos,& liberaui vos de manu eo-
rũ,quũ ad me clamaretis? At vos me dereliqui-
ſtis,& coluiſtis deos alios: hac de cauſa vos vltra
nõ eripiã.Ite &clamate ad deos[14]quos elegiſtis,
ij vos[15]ſeruẽt in tẽpore afflictionis veſtræ. Et filij
Iſrael dixerũt ad Dominũ,[16]Peccauimus, fac tu
nobis[17]quidquid tibi viſũ fuerit,[18]modo eripias

nos[19]de præſenti periculo. Abſtulerũt verò à ſe deos alienos, &[20]ſeruierũt Domino,[21]vt anim⁹ eius

¶79 Succidit itaq; etiã cũctus populus, quiſque ramũ ſuũ,] ſequutique
¶80 Heb. ſupra illos arcẽ. i.ſuccenderunt arcẽ in qua ipſi erãt incluſi. Verti poteſt,cũ illis arcẽ &c. ¶81.i. vt ciues Sichẽ mortui fuerũt. Aut,quẽadmodũ & hi cũ his qui ſeruabant eã arcẽ,mortui ſunt. ¶82.i.circiter mille homines vtriuſq; ſexus. ¶83 Ea defecerat, propinqua ipſi Sichem. ¶84 molæ ſuperioris
¶85 maledictio .i.ita accidit vt fuerat imprecatus illis.

X.

¶1 vl,Succeſſit autem ipſi Abimelech ¶2 vl, filij Dodo, hominis de ſtribu] Iſſachar
¶3 ſub.aſinarũ. vehebãtur mulis egregiis & iuuenib⁹. ¶4.i. præerãt triginta vrbibus.
¶5 Aſtaroth, idola erãt quæ habebãt ſpeciẽ ouiũ. ¶6 Arã, Syriã interpretantur. ¶7 furor.i.grauiſſime iratus eſt.
¶8 quo ſcilicet deſciuerunt à cultu diuino. Alij, quo mortuus eſt Iair.
¶9 ſub.ꝗ olim fuerat. ¶10 Heb. fuit itaque afflictio Iſraeli valde ſiue,atq; ita vehementer afflict⁹ fuit Iſrael. ¶11 Heb. & quia deſeruim⁹ Deũ noſtrũ,& quia coluimus

¶12 Heb.de Ægypto,& ab Amorrhæis,& Ammonitis & à Paleſthinis,ſub.liberaui vos?Apoſiopeſis irato cõueniẽs.
¶13 Heb.Et Sidonij,& Amalecitæ,& Maonitæ oppreſſerũt vos,& clamauiſtis ad me,& liberaui vos de eorũ manu vl,
poteſtate. ¶14.i.quos mihi antepoſuiſtis. ¶15 liberabũt.Hoc dicit ironice.Aut ſubaudi,& videte an ipſi liberabunt
vos.Exprobratio eſt. ¶16 vl,Fatemur nos peccaſſe, ¶17 Heb.iuxta omne bonũ in oculis tuis, ¶18 vl,citũ ¶19 Heb.
die hac. ¶20 toto corde ſcilicet. ¶21 Heb.& abbreuiata eſt aĩa ei⁹ ꝑpter laborẽ &c.i.doluit ſuper afflictione Iſraelis.
q.d.nõ potuit vltra æquo aĩo ferre miſeriã Iſraelis.id cui opponit lõganimitati ac patiẽtiæ:& eſt anthropopathia.

eis remitteret propter afflictionē Iſraelis. ¶ [12] Cōuocati' autem filij Ammon caſtrametati ſunt in Gilead, ſed & filij Iſrael congregati caſtrametati ſūt in Mizpa. [13] Et dixerūt primores populi de Gilead, quiſque ad proximū ſuum, [14] Quicūque bellū contra Ammonitas auſpicabitur, is caput erit ſuper cūctos habitatores Gilead.

CAP. XI.

IEphte Gileadites heros fuit[1] fortis,' fili[us] cuiuſdam mulieris[2] meretricis,[3] ſuſcepit hunc Iephte, Gilead.' Sed & vxor Gilead filios ei pepererat, qui quū adoleuiſſent, Iephte eiecerūt, dixerūntque ad eū, Nō eris[4] hæres in domo patris noſtri. filius enim es ex aliena muliere. Fugiens igitur Iephte metu fratrum ſuorum, habitauit in terra Tob, collectique ſunt ad eū homines[5] perditi qui cū eo[6] egrediebātur. ¶ Factūq; eſt vt poſt dies [ali]quot Ammonitæ pugnarent contra Iſraelitas. Quūmque pugnarēt Ammonitæ aduerſus Iſraelem,[7] profecti ſunt ſeniores Gilead, vt reducerēt Iephte de terra Tob. Dixerūntq; ad Iephte, Veni, & ſis dux noſter, vt bellum geramus cōtra Ammonitas. Iephte reſpondit ſeniorib[us] Gilead, Annon vos eſtis [8] qui me odiſtis, adeòque me è domo' patris mei eieciſtis? quid ergo nūc ad me venitis quum in afflictione eſtis? Dixerūt ſeniores Gilead ad Iephte, Et hanc ob cauſam iā reuerſi ſumus ad te,[9] vt eas nobiſcū, & bellū geras cōtra Ammonitas, ſiſque nobis caput, omnibus ſcilicet qui in Gilead habitamus. Reſpōdit Iephte ſenioribus Gilead, Si me reducitis vt bellū gerā cōtra Ammonitas, tradideritque eos Dominus[10] coram me,' egòne ero caput veſtrum? Dixerunt autem ſeniores Gilead ad Iephte,[11] Audiat Domin[us] inter nos, ſi non fecerimus iuxta ſermonē tuū.' Abijt itaque Iephte cum ſenioribus Gilead, præfecitque eū populus ſibi in caput & in principē: [12] Loquutúſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos' [13] corā Domino' in Mizpa. ¶ Miſit itaque Iephte legatos ad regē Ammonitarum hiſce mandatis, Quid mihi eſt negotij tecū quòd ad me veniſti, [14] vt belligeras in terra mea? Rex autē Ammonitarū reſpondit legatis Iephte, Quoniā Iſrael occupauit terram meā quum ex Ægypto aſcēderet, ab Arnone ſcilicet vſq; ad Iaboc, & vſque ad Iordanē, nunc ergo reſtitue eas[15] in pace.' Iephte rurſum miſit alios legatos ad regē Ammonitarū, Dixitque illi, Sic dixit Iephte, Iſrael nō accepit terrā Moab, nec terrā filiorū Ammō, ſed quū ipſi aſcēderēt ex Ægypto, proficiſcereturque Iſrael per deſertū ad mare' [16] carectoſum,' venit in Cades. Tū Iſrael legatos miſit ad regē Edō, qui dicerent, Liceat mihi quæſo tranſire per regionē tuam: ſed noluit audire rex Edom. Miſit quoque [legatos] ad regē Moab: neq; is voluit. manſit itaque Iſrael in Cades. Cúmque proficiſceretur per deſertū, circumiuit terrā Edom, & terrā Moab & veniēs ab exortu ſolis ad terrā Moab, caſtrametatus eſt cis Arnonē, nec voluit ingredi limitem Moab (ſiquidē Arnon limes eſt Moab.) Miſit itaque Iſrael legatos ad Sihon regē Amorrhæorū, [&] regē Heſbō, ſignificauitq; illi Iſrael hiſce verbis, Liceat quæſo nobis tranſire per regionē tuā, donec veniamus ad locū noſtrū. At Sihon[17] nō fidit Iſraeli, vt daret ei trāſitum per limitē ſuū:' quin Sihon cōgregās vniuerſum populū ſuum, caſtrametatus eſt in Iahza, & pugnauit contra Iſraelē. Dominus ergo Deus Iſraelis tradidit Sihonem & vniuerſum populū eius in manum Iſraelis. Iſrael itaque[18] percuſſit' eos, & occupauit vniuerſam terrā Amorrhæi, qui terrā illam incoluit.

luit ſuper miſerijs eorū. ¶ Itaque filij Ammon conclamantes, in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Iſrael, in Maſpha caſtrametati ſunt. Dixerūntque principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad. Habuit autē Galaad vxorē, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creuerant, eiecerūt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de [a] adultera' matre natus es. Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra-tob: congregatique ſunt ad eū viri inopes, & latrocinantes, & quaſi principem ſequebātur. ¶ In illis diebus pugnabāt filij Ammon cōtra Iſrael. Quibus acriter inſtantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerēt in auxilium ſui Iephte de Terra-tob: Dixerūntque ad eum, Veni, & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille reſpondit, Nónne vos eſtis qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei, & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi? Dixerūntque principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, & pugnes contra filios Ammon, ſiſque dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoque dixit eis, Si verè veniſtis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Domin[us] in manus meas, ego ero veſter princeps? Qui reſponderūt ei, Dominus qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt quòd noſtra promiſſa faciemus. Abijt itaque Iephte cum principib[us] Galaad, fecitq; eū omnis populus principem ſui. Locutúſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos corā Domino in Maſpha. ¶ Et miſit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex perſona ſua dicerent, Quid mihi & tibi eſt, quia veniſti contra me, vt vaſtares terrā meā? Quibus ille reſpondit, ‖ Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit de Ægypto à finibus Arnon vſque Ieboc atque Iordanē: nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rurſum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerēt regi Ammon, Hæc dicit Iephte, Non tulit Iſrael Terram-moab, nec Terram filiorum Ammon: ſed quādo de Ægypto conſcenderūt, ambulauit per ſolitudinem vſque ad Mare-rubrum, & venit in Cades. ‖ Miſitque nūtios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt trāſeam terrā tuā. Qui noluit acquieſcere precibus eius. Miſit quoque ad regem Moab, qui & ipſe tranſitū præbere contempſit. manſit itaque in Cades, & circuiuit ex latere Terram-Edom, & Terram-moab: venitque [b] ad' Orientalem plagam Terræ-moab, & caſtrametatus eſt trans Arnō: ‖ nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe cōfinium eſt Terræ-moab. Miſit itaque Iſrael nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebō, & dixerūt ei, Dimitte vt tranſeam per terram tuam vſque ad fluuiū. Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciēs, non dimiſit eū tranſire per terminos ſuos: ſed infinita multitudine congregata egreſſus eſt cōtra eū in Iaſa, & fortiter reſiſtebat. Tradiditque eum Dominus in manus Iſrael cum omni exercitu ſuo, & percuſſit eum. & poſſedit omnē Terrā Amorrhæi habitatoris regionis illius, Et vniuerſos

Occuparūt inſuper omnē limitē Amorrhæi,

Iephte, meretrice matre nat[us], occidit fratres ſuos.

¶ [a] altera

Iephte cōſtituitur ſuper Iſraelem.

B

Petit Iephte per nuntios ab Ammonitis quare Iſraelitas affligant.

C

Nume. 21. f.

Ammon repetit terras ſuas.

Num. 20. c.

¶ [b] contra

Nū. 21. c. & e.

D

¶12 Cōgregati ¶13 Dixitq; populus [&] principes ¶14 Hebraice per interrogationē, Quis ille eſt qui incipiet præliari cōtra Ammonitas, [ſit] erit in principē omnibus habitatoribus Galaad?

XI.

¶1 Heb. potens viribus. vel, virtute bellica, ¶2 i. cōcubinæ. Meretrices dicebantur cōcubinæ: nulla autē obſeruatiōe ceremoniarū recipiebantur à viris: quæ in legitima vxore adhibebantur: hoc excepto erant vxores legitimæ. Chaldæus paraph. vertit, cauponariæ. ¶3 Heb. genueratque Galaad ipſum Iephte. ſub. ex illa muliere. ¶4 Omnes filij erant hæredes, exceptis filijs ancillarum. ¶5 Heb. vacui. i. otioſi. ¶6 egreſſi ſunt. i. ſecuti ſunt eū, & comites illi fuerunt. ¶7 miſſi ſcili. et ab alijs ¶8 i. qui præ odio, & iniuſte expuliſtis me de domo &c. ¶9 vt pergas &c. i. vt reducamus te in patriā. ¶10 i. in poteſtatē meā. ¶11 q.d. De[us] qui audit oia, erit teſtis arbiter huiuſce rei quā tibi pollicemur: ſumētque debitas de nobis pœnas, ſi nō præſtiterimus. ¶12 i. Recenſuit ōnia verba ſupradicta, & cōditiones prædictas. ¶13 i. p[ro] cōcione & audiēte populo. Vbi ſunt duo aut tres cōgregati in nomie meo, ibi ſū in medio eorū. ¶14 vt oppugnares patriā meā? vel, bellū inferres patriæ meæ? ¶15 i. ſine bello. ¶16 Suph, ¶17 i. non tantū credidit Iſraeli vt fineret eū trāſire per patriam ſuam. ¶18 vel, deuicit

ſos fines eius de Arnon vſque Ieboc, & de ſolitudine vſque ad Iordanem. Dominus ergo Deus Iſrael ſubuertit Amorrhæum, pugnãte contra illũ populo ſuo Iſrael, & tu nunc vis poſſidere terram eius? Nónne ea quæ poſſedit Chamos Deus tuus, tibi iure debẽtur? quæ autẽ Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedẽt poſſeſſionẽ.

Num. 22. a.

Niſi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus ſit contra Iſrael, & pugnauerit cõtra eum, Quando habitauit in Heſebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos. quare tãto tempore nihil ſuper hac repetitione tẽtaſtis? Igitur nõ ego pecco in te, ſed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iuſta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Iſrael, & inter filios Ammon.

¶ Arnon.

Ammonitæ ſuperbi.

Noluitque acquieſcere rex filiorũ Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mãdauerat. ¶ Factus eſt ergo ſuper Iephte Spiritus Domini, & circuiẽs Galaad & Manaſſe, Maſpha quoq; Galaad, & inde tranſiẽs ad filios Ammon, votũ vouit Domino, dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas: Quicũq; primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertẽti cum pace à filijs Ammon, eum holocauſtum offerã Domino.

Spiritu Dei accẽſus Iephte, inuadit Ammonitas. Votũ Iephte.

F

Tranſiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret cõtra eos quos tradidit Dominus in manus eius. Percuſſitque ab Aroer vſque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vſque ad Abel, quæ eſt vineis conſita, plaga magna nimis. humiliatique ſunt filij Ammon à filijs Iſrael.

Vincuntur Ammonitæ ab Iephte.

¶ Reuertenti autẽ Iephte in Maſpha domũ ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cum tympanis & choris. nõ enim habebat alios liberos. Qua viſa ſcidit veſtimẽta ſua, & ait, Heu me filia mi, decepiſti me, & ipſa decepta es. aperui enim os meum ad Dominũ, & aliud facere nõ potero.

Iephte reuertenti occurrit filia ipſius.

G

Cui illa reſpondit, Pater mi, ſi aperuiſti os tuũ ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi vltione atque victoria de hoſtibus tuis. Dixitque ad patrem, Hoc ſolũ mihi præſta quod deprecor, dimitte me vt duobus menſibus circũeam montes, & plãgam virginitatẽ meam cum ſodalibus meis. Cui ille reſpondit, Vade. & dimiſit eam duobus menſibus. Cúmque abiiſſet cum ſocijs ac ſodalibus ſuis flebat virginitatẽ ſuã in montibus. Expletiſque duobus menſibus, reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei ſicut vouerat, quæ ignorabat virũ. Exinde mos increuit in Iſrael, & conſuetudo ſeruata eſt, Vt poſt anni circulũ conueniant in vnum filiæ Iſrael, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

ab Arnon vſque ad Iaboc, & à deſerto vſque ad Iordanem. Dominus ergo Deus Iſrael eiecit Amorrhæos ante populũ ſuum Iſrael, & tu [19]conaris poſſidere eũ? Quòd ſi daret tibi aliquid poſſidendum Chamos Deus tuus, an tu id non poſſideres? [20]poſſidebimus ergo & nos quæ nobis poſſidenda tradidit Dominus Deus noſter corã nobis. An verò tu [21]plus iuris habes quàm Balac filius Zipor rex Moab? [22]num litẽ habuit is cum Iſraele? num pugnauit contra eos? Ad hæc Iſrael trecẽtis annis inhabitauit Heſbon & viculos eius, Aroer & viculos eius, omnes deniq; ciuitates quæ ſunt ad ripas Arnonis, cur tum non [23]aſſeruiſtis eas? Ego itaque in te nihil peccaui, tu verò inique mecum agis pugnãdo contra me, iudicet Dominus, [24]qui iudex eſt, hodie inter filios Iſrael, & inter filios Ammon. At rex Ammonitarum non audijt verba Iephte, quæ per legatos ei mandauerat. ¶ [25]Factus verò eſt ſuper Iephte Spiritus Domini, [26]vt tranſiret ad Gilead atque ad Manaſſe, & hinc tranſijt ad Mizpa Gilead, à Mizpe Gilead tranſiuit ad Ammonitas. Vouit autem Iephte votũ Domino, & ait, Si omnino tradideris Ammonitas in manũ meam, [27]Quodcũque egreſſum fuerit mihi obuiam è foribus domus meæ, quum ab Ammonitis [28]ſaluus rediero, [29]Domini erit, [30]ſacrificabóque illud holocauſtum. Trãſiuit itaque Iephte ad filios Ammon, vt bellum contra eos inſtitueret, tradiditque Dominus eos in manũ eius. Et percuſſit eos cæde admodũ magna, ab Aroer vſquedũ venias in Minnith viginti ciuitates, & vſq; [31]Abel Keramim, ſubactiq; ſunt Ammonitæ corã filijs Iſrael. ¶ Veniens autẽ Iephte in Mizpa ad domũ ſuam, en filia eius egreditur ei obuiam cum tympanis & choris, [32]quam vnicam & dilectam habebat, [33]nec enim habuit alios liberos. Quũ hanc vidiſſet, ſcidit veſtimẽta ſua, & dixit, Heu mi filia, [34]omnino proſternis me & perturbas me: [35]etenim aperui os meũ ad Dominum, neque recantare poſſum. Quæ reſpondit illi, Mi pater, [ſi] aperuiſti os tuũ ad Dominum, fac [36]mihi iuxta id quod egreſſum eſt de ore tuo, [37]quãdoquidem Dominus vltus eſt te de hoſtibus tuis, nempe de Ammonitis. Dixitque ad patrem ſuũ, [38]Fiat mihi hæc res, [39]ſed abſtine à me duobus mẽſibus vt eam, [40]deſcendámque ad mõtes, deplorémque [41]virginitatem meam, ego ſcilicet cũ ſodalibus meis. Qui ait, Vade. dimiſitque eã duobus menſibus. Abijt igitur illa cũ ſodalibus ſuis, & deplorauit virginitatem ſuam in montibus. Exactis duobus menſibus, reuerſa eſt ad patrem ſuum, qui [42]fecit ei iuxta votum ſuum quod vouerat. [43]Et ipſa virum non cognouit: & facta eſt conſuetudo in Iſraele, Vt [44]annua vice venirent filiæ Iſrael vt [45]differerent cum filia Iephte Gileaditæ, quatuor ſcilicet diebus in anno.

¶19 poſſidebis eum? i. illos: nẽpe patriam Amorrhæorum. q.d. quum Dominus expulerit Amorrhæos ſub aduentũ Iſraelitarum, túne debes tibi vẽdicare eã patriam? non certe. ¶20 Heb. ſic poſſidebimus omnem quẽ expulit &c. q.d. ſic patriam omnium quos expulerit Deus noſter propter nos, dicemus noſtrã eſſe iure hæreditario. ¶21 Heb. bonus bonus es plus quàm &c. i. Nũquid melior es, ſiue præſtãtior quàm &c. ¶22 nũquid rixãdo rixatus eſt cũ Iſraele? nunquid præliatus eſt cõtra eos? ſub. Iſraelitas. q.d. nunquid prima iſta eſt ab eo controuerſia? ¶23 eripuiſtis. vel, tentaſtis eripere ¶24 i. ad quẽ pertinet omniũ rerũ iudiciũ & arbitriũ. ¶25 i. Cœpit agitari ſiue duci Spiritu Do. ¶26 & tranſiuit. q.d. Actus Spiritu Dei pertrãſiuit. Chaldæus paraph. vertit, ſpiritus fortitudinis. i. effecit Dominus vt ille fortiori animo inuaderet ipſos Ammonitas. ¶27 vel, Quicunque egreſſus fuerit ¶28 Heb. in pace. i. incolumis, victis Ammonitis. ¶29 i. conſecrabitur Domino. vel, dicabitur cultui diuino. perpetuo ſeruiet Domino. ¶30 aut certe ſacrificabo. Votum iſtud eſt conditionale, ſub diſiunctione. nã homines non ſacrificabãtur Domino, nec id Deus vult. nec eſt anáthema nam hoc fiebat imperante Domino. ¶31 i. planitiem vinearum. ¶32 Heb. & tantũ erat ea, ſolitaria. Hæc duo dicũtur ad maiorẽ expreſſionẽ. q.d. quam vnicã habebat. ¶33 Heb. non erat illi ex ſe filius aut filia. i. alius filius, aut alia filia. ¶34 Heb. deprimẽdo depreſſiſti me, & tu es de deturbãtibus me. Acſi dicat, erã nuper elatus ea victoria quam reportauerã de Ammonitis ſuperatis: tu verò depreſſiſti me, imò verò prorſus perdidiſti, ac exterminaſti: actũ enim eſt de poſteritate mea. ¶35 vel, quũ ego aperuerim os meũ Domino, neq; potero retractare. i. mutare ſententiam. Aperire os ſuum Domino, pro vouere. ¶36 vel, de me vt exiuit &c. i. vt vouiſti. ¶37 quando. vel, poſteaquam ¶38 i. Cõcedatur hoc mihi quod à te peto. ¶39 dimitte me. vel, ſine me ¶40 i. pergámque in mõtes. Alij aiunt domum Iephte fuiſſe in arduo monte: aut interceſſiſſe vallem inter domum eius & montem. ¶41 quam ſcilicet perpetuò ſum ſeruatura. Nam vt nõnulli volunt, fuit recluſa. ¶42 i. dicauit eam cultui diuino. ¶43 vel, Itaq; ipſa virũ non &c. i. perpetuam ſeruauit virginitatem, innuptáque manſit. ¶44 Heb. de diebus in dies. i. de anno in annum: hoc eſt, quotannis. ¶45 loquerentur. ſiue, colloquerentur. Alij, conſolarentur filiam &c. quòd ſcilicet eſſet coacta, propter votum patris, ſeruare perpetuam virginitatem. Quatuor enim diebus in anno patebat ad eam acceſſus. Alij vertunt, ad lamentandum filiam &c. ſiue, vt plangerent filiam &c.

CAP. XII.

C[1]Onuocati viri Ephraim, tranſierunt verſus Aquilonē, & dixerūt ad Iephte, Quare profectus es in prælium cōtra Ammonitas, nos verò non appellaſti, vt proficiſceremur tecum? incendemus domum tuā tecum igne. Quibus reſpondit Iephte, [2]Grauis diſceptatio fuit mihi & populo meo cum Ammonitis: & quum vocarem vos, non [3]aſſeruiſtis me de manu eorum. Videns verò quòd tu [4]ſeruator non eſſes, [5]poſui animā meam in manum meam, & tranſiui contra filios Ammon, tradidítque eos Dominus in manum meā. cur ergo hodie contra me aſcendiſtis, vt bellum mihi inferatis? Congregans ergo Iephte vniuerſos viros Gilead, pugnauit contra Ephraim, percuſſerūtq; viri Gilead Ephraim, q [6]dixiſſent, Vos [7]fugitiui eſtis Ephraim, [8]vos inquā Gileaditæ inter Ephraim & inter Manaſſe. Ceperúntque Gileaditæ vada Iordanis [9]ante Ephraim: & fiebat, [10]quum dicerent hi qui ex Ephraim [11]effugiſſent, [12]Traiiciam: [13]dixerunt ei viri Gilead, Eſne Ephratæus? Dicebátque is, Nō. Tunc dicebāt ad eū, Profer quæſo [14]Schiboleth: tūc dixit, [15]Siboleth. [16]nō enim rectè enūciare poterat. tum apprehēſo eo, trucidabāt eum apud vada Iordanis: cecidérūntque ex Ephraim eodē tempore quadragintaduo millia. ¶Iudicauit autē Iephte Iſrael ſex annis, mortuúſque eſt Iephte Gileadites, & ſepult[9] [17]in ciuitatibus Gilead. ¶Poſt hūc iudicauit [18]Ibzan de Beth-lehem Iſraelē. Habuítq; triginta filios, & triginta filias, quas elocauit foras, & ab externis triginta filias filijs ſuis acceríuit: iudicauítq; Iſraelē ſeptem annis. Et mortuus Ibzan, ſepultus eſt in Beth-lehē. ¶Poſt eū iudicauit Iſraelē Elō Zebulonites, iudicauítque Iſraelē ſeptē annis. Et mortu[9] eſt Elō Zebulonites, atq; ſepult[9] in Aialon in terra Zebulon. ¶Poſt hūc iudicauit Iſraelem Abdō filius Hillel Pirhathonites. Hic habuit quadraginta filios, & triginta nepotes, [19]vecti ſuper ſeptuaginta [20]pullos. iudicauítque Iſraelem octo annis. Mortuus eſt autē Abdon filius Hillel Pirhathonites, & ſepultus eſt in Pirhathō in terra Ephraim in monte Amalec.

CAP. XIII.

F[1]Ilij Iſrael rurſus [1]deſignarunt malū in oculis Domini, traditítque eos Dominus in man[9] Paleſthinorū quadraginta annis. ¶Erat autē vir quidam de Zarah, de familia Dan, nomen eius erat Manoah: cuius vxor ſterilis fuit, [2]nec peperit. Huic mulieri apparuit angelus Domini, dixitque ad eā, Ecce tu ſterilis es, nec [3]paris, concipies verò & paries filium. [4]Caue ergo ne vinum bibas aut ſiceram, & nihil quod immundum eſt comedas: Quoniā tu [5]impregnata paries filium, [6]cuius capiti nouacula nulla admoueatur: nam puer ille, [7]naſir Dei erit [8]ex ipſo vtero, [9]is icipiet ſeruare Iſraelē de manu Paleſthinorū. Veniēs autē mulier illa narrauit [hæc] marito ſuo eiuſmodi verbis, [10]vir Dei venit ad me, cui[9] aſpect[9] erat quemadmodum aſpectus angeli Dei admodum

CAP. XII.

ECce autem in Ephráim orta eſt ſeditio. nam tranſeuntes contra Aquilonē, dixerūt ad Iephte, Quare vadēs ad pugnam cōtra filios Ammon, vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? igitur incendemus[*] domū tuam. Quibus ille reſpōdit, Diſceptatio erat mihi & populo meo cōtra filios Ammon vehemēs: vocauiq; vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis. Quod cernens, poſui animam meam in manibus meis, trāſiuiq; ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. quid cōmerui, vt aduerſum me conſurgatis in præliū? Vocatis itaq; ad ſe cūctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephráim: percuſſerúntque viri Galaad Ephráim, quia dixerat, Fugitiuus eſt Galaad de Ephráim, & habitat in medio Ephráim & Manaſſe. Occupauerúntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephráim reuerſurus erat. Cúmque veniſſet ad ea de Ephráim numero, fugiēs atque dixiſſet, Obſecro vt me tranſire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephratæus es? Quo dicente, Non ſum: interrogabāt eum, Dic ergo Schibbóleth. quod interpretatur ſpica. Qui reſpondebat, Sibbóleth: eadē litera ſpicam exprimere non valens. Statimque apprehēſum iugulabant in ipſo Iordanis trāſitu. & ceciderunt in illo tēpore de Ephráim quadraginta duo millia. ¶Iudicauit itaque Iephte Galaadites Iſrael ſex annis: & mortuus eſt, ac ſepultus in ciuitate ſua Galaad. ¶Poſt hunc iudicauit Iſrael Abeſan de Beth-lèhē. Qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittēs foras, maritis dedit, & eiuſdem numeri filijs ſuis accepit vxores, introducens in domū ſuā. qui ſeptem annis iudicauit Iſrael. Mortuúſque eſt, ac ſepultus in Beth-lèhem. ¶Cui ſucceſſit [*]Ahialon Zabulonites: & iudicauit Iſrael decē annis. Mortuúſque eſt ac ſepultus in Zabûlon. ¶Poſt hunc iudicauit Iſrael Abdon, filius Elel Pharathônites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarū, & iudicauit Iſrael octo annis. Mortuúſq; eſt ac ſepultus in Pharathon terræ Ephráim, in monte Amalec.

Seditio Ephraim contra Iephte.

¶* te &

D

Pugna Iephte contra Ephráim.

G

Moritꝰ Iephte.

Abeſan iudicat Iſraelem.

D

Elon ei ſuccedit.

¶*Elon

Abdon ſuccedit Elon.

CAP. XIII.

R Vrſúmque filij Iſrael fecerunt malū in conſpectu Domini: qui tradidit eos in man[9] Philiſthinorū quadraginta annis. ¶Erat autē quidam vir de Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habēs vxorem ſterilem. Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & abſque liberis: ſed concipies & paries filiū. Caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immūdum quicquā comedas: Quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infātia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſthinorum. Quæ cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habēs vultum angelicum, terri-

Idololatræ filij Iſrael traduntur Philiſthæis.

Samſonis natiuitas prænuntiat Manue patri ei[9]

Samſon nazaræus liberatur[9] Iſraelem.

XII.

¶1 vl. Cōgregati porrò ¶2 Heb. Vir rixæ fui ego & populus meus, & filij Ammō valde. i. Magna cōtrouerſia orta eſt inter me & populares meos, & Ammonitas. ¶3 ſeruaſtis ¶4 vl. nolles ferre [mihi] auxiliū. ¶5 Hebraiſmus, pro, expoſui vitam mei periculo. ¶6 ſub. antea. vl. dicere ſoliti eſſent antea. ¶7 abiecti. q.d. abiectiſſimi eſtis, hoc eſt peſſimi ex filijs Ephraim, qui habitatis Galaad. ¶8 vos eſtis Galaaditæ. q.d. nihil aliud eſtis quàm Galaaditæ. Galli è, Vous eſtes Galaadites, pour tout potage. hōines obſcuri & ignobiles, ac nullius nominis, habitātes inter duas tribus clariſſimas & nobiliſſimas, ac maximi nominis. ¶9 ipſi Ephraim. ne ſcilicet recipere ſe poſſent in patriā ſuā. ¶10. i. quū diceret aliquis ex his qui euaſerant. ¶11 ſub. ex eo prælio. ¶12 vl. Liceat nobis tranſire: ¶13 dicebant ¶14 Hæc vox Hebræa cū ש ſin, & puncto dextro ſcribitur apud Hebræos, quod ſonat vt noſtrū S in principio dictionis ſignificat autē dicta vox, decurſum aquarū cū impetu. ni ex re præſente tētabāt eos. ש verò cū pūcto ſiniſtro, ꝓfertur vt S noſtrū inter duas vocales in medio dictionis, vt muſa. ¶15 Hæc vox Hebræa per ס ſamech ſcribitur, quod quidē ſamech proferebatur vt ש cū puncto ſiniſtro, hoc eſt vt S noſtrum inter duas vocales in medio dictionis, quaſi pronuntiares Ziboleth: quum fuiſſet pronuntiandū Siboleth, vt ſolemus noſtrū ſ in principio dictionū. ¶16 Heb. & nō rectificabat loqui ſic. i. nō exactè pronūtiabat. ¶17. i. in vna ciuitatum. ¶18 Hic dicitur fuiſſe Booz. ¶19 vl. equitantes ¶20 Vox Hebræa A O I A R I M, ſignificat equos ſiue aſinos iuuenes. XIII. ¶1. i. perpetrarunt rem ingratam Domino omnia intuenti. ¶2 nec pepererat. ſub. hactenus. ¶3 peperiſti. Hoc fecit Dominus in gratiam eorū qui non inciderant in idololatriam: quos tamen omnino nō liberauit. ¶4 Heb. Et nūc caue nunc ne &c. pro, Nunc igitur caue poſthac ne &c. Cū res ita habeat, caue poſthac &c. ¶5 prægnans eris [vl. cōcipies] & paries &c. ¶6 Heb. & nouacula nō aſcendet ſuper caput eius. i. nouacula nō radentur capilli capitis eius. Alij legunt, nō faciet aſcendere nouaculā. ſub. tonſor. ¶7 vl. nazaræus ¶8. i. ab ortu, ſiue natiuitate. ¶9 q.d. primus omnium liberabit Iſraelem. Hic videtur oſtendere, hanc liberationem nō abſolutum iri ab eo. ¶10. i. Diuinus quidam propheta.

B bilis nimis. quem cum interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: Sed hoc reſpondit, Ecce concipies & paries filium: caue ne vinum bibas nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ.

*Petit Manue qd agere debeat de filio naſcituro.*

¶ Orauit itaq; Manue Dominũ, & ait, Obſecro Domine, vt vir Dei quẽ miſiſti, veniat iterũ, & doceat nos qd debeamus facere de puero qui naſcitur* eſt. Exaudiuitque *Dominus* deprecãtẽ Manue, & apparuit rurſum angelus Dei vxori eius ſedẽti in agro. Manue autẽ maritus eius nõ erat cũ ea.

¶ *Deus*

*Angelus apparet Manue*

Quæ cũ vidiſſet angelũ, feſtinauit, & cucurrit ad virũ ſuum: nuntiauitque ei, dicẽs, Ecce apparuit mihi vir quem antè viderã. Qui ſurrexit, & ſecutus eſt vxorem ſuam: veniẽnſque ad virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit, Ego ſum. Cui Manue, Quãdo, inquit, ſermo tuus

C fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit? Dixitque angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram non bibat, nullo veſcatur immũdo: & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat. *Dixit itaque* Manue ad angelum Domini, Obſecro te vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.

¶ *Dixitque*

*Angelus nõ vult ſibi offerri holocauſtum, ſed Deo.*

Cui reſpondit angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: ſi autẽ vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue quòd angelus Domini eſſet. Dixitque ad eum, Quod eſt tibi nomen, vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille reſpondit, Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram offerẽs Domino qui facit mi-

*Manue offert Deo holocauſtum.*

D rabilia: ipſe autẽ & vxor eius intuebantur. Cũmque aſcenderet flamma altaris in cælum, angelus Domini pariter in flamma aſcendit. quod cum *vidiſſet* Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram. Et vltrà eis non apparuit angelus Domini: ſtatimque intellexit Manue angelum Domini eſſe. Et dixit ad vxorem ſuam, Morte moriemur, quia vidimus *Dominum*. Cui reſpondit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtẽdiſſet nobis hæc omnia, neque ea quæ ſunt ventura, dixiſſet.

¶ *vidiſſent*

¶ *Deum.*

*Naſcitur Sãſon.*

¶ Peperit itaque filiũ, & vocauit nomen eius Samſon. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. Cœpitque Spiritus Domini eſſe cũ eo in caſtris Dan inter Saraa & Eſthaol.

CAP. XIIII.

*Samſon ducit vxorẽ de filiabus Philiſthijm.*

DEſcendit ergo Samſon in Thamnátha. vidẽnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthijm, Aſcẽdit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater ſua, Nunquid nõ eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philiſthijm, qui incircuncisi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum, Hãc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius neſciebãt quòd res à Domino fieret, & quæreret occa-

[11]venerãdus:' nec interrogaui eũ vndenam eſſet, nec ipſe nomen ſuũ indicauit mihi. Is dixit mihi, Ecce tu concipies & paries filiũ: [12]ne ergo bibas' vinum aut ſicerã, & nihil immũdi comedas, quoniã puer iſte [13]ex vtero naſir' erit Dei, vſq; ad diẽ mortis ſuę. ¶ Precatus eſt itaq; Manoah Dominũ, & dixit, Mi Domine, vir Dei quẽ miſiſti, rurſum quæſo veniat ad nos, doceátq; nos quid faciamus puero [14]nato.' Exaudiuit autẽ Domin* vocẽ Manoah: venit enim angelus Dei denuo ad mulierem illã [15]dum eſſet' in agro: Manoah marito eius abſente. Feſtinãs ergo mulier cucurrit, & nuntiauit marito ſuo, dicens ad eũ, En vir ille qui hodie ad me venerat, apparuit mihi. Et ſurgens Manoah, ſequutus eſt vxorẽ ſuã, veniẽnſque ad virum illum, ait illi, Es tu vir ille qui loquutus es ad hanc mulierem? Is ait, Ego ſum. Dixit Manoah, Fiat igitur quod dixiſti, [ſed] quod erit [16]præſcriptũ' pueri & opus eius? Reſpõdit angelus Domini ipſi Manoah, Cauebit vxor ab omnibus de quibus loquutus ſum ei. Quidquid de vite vinifera exit, ipſa non edet: vinum & ſiceram non bibet, nihil immundi comedet: [in ſumma,] quidquid præcepi ei, obſeruabit. Manoah dixit ad angelum Domini, Sine quæſo, vt te detineamus, interim [17]parabimus' corã te hœdum ex capris. Angelus autẽ Domini reſpondit Manoah, [Etiam] ſi detineas me, non [tamen] comedam de [18]pane tuo:' quòd ſi holocauſtũ facere volueris, [19]Domino ſacrifica illud. [20]Neſciebat autem Manoah ipſum eſſe angelum Domini.' Dixit ergo Manoah rurſum ad angelũ Domini. [21]Quod eſt nomen tuum? [22]vt honorare te poſſimus quum euenerit quod dixiſti.' Reſpondit angelus Domini, [23]Quur hoc quæris de nomine meo,' quũ ipſum ſit [24]reconditũ?' Tulit itaq; Manoah hœdũ ex capris, & [25]ſacrificium cibariũ,' & ſacrificauit ſuper petrã Domino, & [26]mirifice egit,' videntibus Manoah & vxore eius. Factũ eſt enim quũ flamma aſcenderet ex ara cælum verſus, vt angelus Domini in flamma aræ aſcenderet, videntibus [id] Manoah & vxore eius, qui & in faciẽ ſuam corruerunt ſuper terrã. Angelus autẽ Domini denuo non apparuit Manoah & vxori eius: tunc cognouit Manoah quòd angelus Dei fuiſſet. Et dixit Manoah ad vxorẽ ſuam, [27]Certiſſime moriemur:' nam Deum vidimus. Cui vxor ſua reſpondit, Si voluiſſet Dominus nos occidere, non accepiſſet de manu noſtra holocauſtum & [28]cibarium ſacrificium, [29]neque oſtẽdiſſet nobis iſta omnia,' neque [30]ſecundũ tempus' nuntiaſſet nobis hoc. ¶ Peperit itaque mulier illa filium, & [31]vocauit' nomen eius Samſon. Creuitque puer, & benedixit eum Dominus. Et cœpit [32]Spiritus Domini [33]per vices eum agitare in caſtris Dan,' inter Zarea & Eſthaol.

CAP. XIIII.

SAmſon deſcendit in Thimnath, vidẽnſque in Thimnath mulierẽ de filiab* Paleſthinorum, Aſcendit & indicauit patri ſuo atque matri ſuæ hiſce verbis, Vidi in Thimnath [1]de filiabus Paleſthinorũ, [2]quam [precor] mihi adiungatis vxorẽ.' Ad quẽ ait pater ſuus & mater ſua, An nulla eſt inter filias fratrum tuorũ, & in vniuerſo populo meo mulier, [3]vt tu vadas' accipere vxorem de Paleſthinis incircũciſis iſtis? Reſpondit Samſon patri ſuo, Adiunge mihi illam, quoniam placet mihi. Pater autẽ eius & mater eius nõ ſciebãt quòd hoc eſſet à Domino, & quòd occaſionẽ ipſe quæ-

¶ 11 Heb. terribilis:
¶ 12 nunc ergo ne bibas
¶ 13 vel, à natiuitate nazaræus
¶ 14 vel, naſcituro.
¶ 15 ea autem ſedebat &c. i. ruſticabatur.
¶ 16 Heb. ius. i. quænã erit ratio educationis pueri? & quod opus eius? i. qd de eo faciem*? ſiue, quomodo tractabimus eum?
¶ 17 vel, faciemus .i. hœdum coctum offeremus tibi de quo comedes.
¶ 18 .i. cibis tuis
¶ 19 ſub. non mihi, nec idolis.
¶ 20 Hęc iũguntur cũ precedente, Sine vt te detineamus, interim parabimus coram te hœdum.
¶ 21 Truncata locutio Hebraice pro, Quis eſt & quod eſt nomen tibi?
¶ 22 Heb. quoniã veniet verbum, & honorabimus te.
¶ 23 vel, Quamobrem quæris nomẽ meum?
¶ 24 vel, occultum? i. quũ non ſit familiare ac notum hominibus? ſiue, inter homines.
¶ 25 oblationẽ. vel, munus,
¶ 26 Heb. mirificauit facere. ſub. angelus .i. fecit miraculũ, nã de petra eduxit ignem.
¶ 27 Heb. Moriẽdo moriemur: q.d. Actũ eſt de nobis, breui mortui ſum*. Erat hæc vulgi opinio.

¶ 28 .i. non eduxiſſet nobis videntibus ignẽ ex petra. ¶ 29 tempore iſto. i. nõ prædixiſſet nobis talia. ¶ 30 ſub. mater. Verbum fœmininum apud Hebræos. ¶ 31 .i. ſpiritus fortitudinis. hoc eſt, donauit eum Dominus robore. cœpit agi Spiritu diuino. ¶ 32 eum agitare in Mahone Dan. Hic locus dictus eſt Caſtra Dan quòd Danitæ quum in vrbem Lais educerent exercitum, in eo caſtra poſuerunt. XIIII. ¶ 1 ſub. quam depereo. ¶ 2 Heb. nunc ergo capite eam mihi in vxorem. ¶ 3 vel, quòd tu eas

¶4.i.inuadēdi Paleſthinos. ¶5 Videtur ſeceſſiſſe aliquō Sāſon, aut certe præcedebat parentes. ¶6 irruit in eū. Chaldæus paraph. vocat ſpiritū fortitudinis.q.d.roboratus eſt à Deo. factus eſt ſolito audacior & robuſtior. ¶7.i.quum careret omnibus armis. ¶8 vl, narrauit ¶9 de muliere. ſub. apud parentes eius. ¶10 & placuit Samſoni.q.d. acquieuit precibus eius. Hebræi aiūt Samſonē cōuertiſſe ad fidē Iſraelis eam mulierē. ¶11 cadauere ¶12 mel cū cera ¶13 Deſcendit itaque.Præceſſerat pater vt nuntiaret nurui vt ſe præpararet. ¶14 qui ſcilicet ducebant vxores. ¶15 nēpe ciues ei⁹ vrbis. ¶16 nunc ¶17 ſub. ſolutionem eius. ¶18 vl, deuorante ¶19 ſub. hebdomadis.i. quarto ab ænigmate, & quarto conuiuij: nā ſabbathū incidebat in diem quartū cōuiuij. ¶20 Blādire viro tuo. vl, blādis verbis perſuade viro tuo, q.d. Allice virū tuū vt indicet tibi ænigma, quod tu poſtea renūties nobis.

reret[4] à Paleſthinis.' nam eo tempore Paleſthini imperitabant Iſraelitis. ¶Deſcēdit itaq; Samſon cum patre ſuo & matre ſua in Thimnath: quū̄mque veniſſent ad vineta Thimnath, en catulus leonis adultior rugiebat [5]occurrens ei.' Et Spiritus Domini[6] proſpere egit in eo,' ita vt diſcerperet eum, vti ſolet diſcerpi hœdus,[7] nec quidquā habebat in manu ſua.' Et non[8] indicauit' neque patri ſuo, neque matri ſuæ quod fecerat. Deſcendens autē loquutus eſt [9]cū muliere:[10] placuit enim Samſoni.' Reuerſus autē poſt aliquot dies, vt illam acciperet, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in[11] 'corpore' leonis&[12] mel.' Quod accipiēs in manus ſuas abijt, edens inter eundum: & perueniens ad patrem ſuum & matrem ſuam dedit eis vt & ipſi cōederent: nec indicauit eis quōd accepiſſet mel ex corpore leonis. ¶[13] Et deſcendit' pater eius ad mulierem. & Samſon parauit ibi conuiuium: ſic enim [14]iuuenes facere ſolebant.' Factūmque eſt quum[15] 'illi' vidiſſent eum, acceperūt triginta ſodales qui eſſent cum eo. Et dixit ad eos Samſon, Proponā vobis[16] quæſo' ænigma, ſi plane ipſum mihi ſeptem diebus conuiuij aperueritis, &[17] 'inueneritis,' dabo vobis triginta ſindones, & triginta veſtes mutatorias. Si verò explicare mihi non poteritis, dabitis vos mihi triginta ſindones, & triginta veſtes mutatorias. qui reſponderunt ei, Propone nobis ænigma tuum, vt audiamus ipſum. Et ait ad eos, De[18] 'comedente' exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec potuerunt explicare ænigma illud tribus diebus. [19]Septimo ergo die' dixerunt ad vxorem Samſonis, [20]Induc maritū tuū,' vt nobis ænigma iſtud aperiat, ne igne te & domum patris tui incēdamus: an verò nos huc vocaſtis[21] vt ad inopiā nos redigeretis?' Et fleuit vxor Samſonis [22]apud eū,' & dixit, Dūtaxat odis me, nec diligis me: quandoquidem ænigma propoſitū populo meo, mihi non explicas. Qui ait, Ecce patri meo & matri meæ non indicaui, & tibi indicarem? Fleuit itaque apud eum [23]ſeptem diebus, [24]quibus conuiuium durabat:' ſeptimo verò die indicauit ei, quandoquidem [25]vrſit eum:' ipſa verò enarrauit ænigma populo ſuo. Septimo ergo[26] die' antequā ſol occideret, ciues vrbis dixerunt ad illum, Quid dulcius melle? quid leone[27] fortius?' Qui ait ad eos, [28]Niſi vitula mea araſſetis, non inueniſſetis ænigma meum.' Et Spiritus Domini [29]proſpere egit in eo, vt deſcenderet' in Aſcalon[30] & cæderet' ex eis viros triginta, [31]exuuiáſque' eorum tolēs, mutatorias veſtes his qui ænigma explicuerant dedit. & incaluit[32] naſus eius,' aſcenditque in domum patris ſui. Vxor verò Samſonis[33] data eſt alij ex æqualibus ſuis, quem ſodalem ſibi habuerat.

CAP. XV.

Contigit poſt dies aliquot in diebus triticeæ meſſis, vt Samſon inuiſeret vxorem ſuā[1] cum hœdo' caprarum, diceretque, Ingrediar ad vxorē meā in [2]cubiculū.' at pater vxoris nō permiſit ei vt ingrederetur. Dixit autē pater vxoris, [3]Omnino mihi perſuaſerā, te illā certo odiſſe:' dedi ergo eā ſodali tuo: ſoror verò ei⁹ minor natu annō pulchrior iſta eſt? habeas ergo eā loco illius. Sāſon

ſionē contra Philiſthijm. eo enim tempore Philiſthijm dominabantur Iſraeli. ¶Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha: cúmque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem, quaſi hœdū in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcenditque, & locutus eſt mulieri quæ placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examē apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quem cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: veniénſque ad patrem ſuum & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quōd mel de corpore leonis aſſumpſerat. ¶Deſcendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium. ſic enim iuuenes facere cōſueuerant. Cum ergo ciues loci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cū eo. Quibus locutus eſt Samſon, Proponam vobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidem tunicas. Sin autem non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei, Propone problema, vt audiamus. Dixitque eis, De comedēte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec potuerūt per tres dies propoſitionem ſoluere. Cúmque adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad vxorem Samſon, Blandire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema. quod ſi facere nolueris, incēdemus te, & domū patris tui. an idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis? Quæ fundebat apud Samſon lachrymas, & querebatur dicens, Odiſti me, & non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septem igitur diebus cōuiuij flebat ante eum: tandémq; die ſeptimo cū ei eſſet moleſta, expoſuit. quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitū, Quid dulci⁹ melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meā. ¶Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditq; Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros: quorum ablatas veſtes dedit ijs qui problema ſoluerant. iratúſque nimis aſcendit in domum patris ſui. Vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

Poſt aliquantulum autem temporis, cum dies triticeæ meſſis inſtarent, venit Samſon inuiſere volens vxorem ſuam, & attulit ei hœdū de capris. Cúmque cubiculum eius ſolito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, Dicens, Putaui quōd odiſſes eam, & ideo tradidi illam amico tuo: ſed habet ſororem, quæ iunior & pulchrior illa eſt, ſit tibi pro ea vxor. Cui Samſon reſpon-

B

Samſon leonis catulum dilacerat.

Mel cum apū examine in corpore leonis.

Nuptiæ Samſonis.

C

Samſon ſodalib⁹ ſuis ꝓponit ænigma de leone quē occiderat, è cuius cadauere mel enatū fuerat.

D

Vxori exponit ænigma.

Vxor Sāſonis alteri datur.

Samſon propter ablatā vxorē, ſegetes Philiſthinorū exurit.

¶21 Ita Chaldæus paraph. Hebraice legitur, vt poſſideretis nos?i. ſubſtantiam noſtram? hoc eſt, vt ſpoliaretis nos? ¶22 ſuper[vl, iuxta] eum, ¶23.i. vſq; ad ſeptimū diē. nam incœperat quarto flere. ¶24 Heb. quo[tempore]erat illis conuiuiū.i. celebrabatur ab eis conuiuiū nuptiale. ¶25 vl, premebat eum. aut, moleſta erat ei: ¶26 cōuiuij ſcilicet. ¶27 in genere nēpe animantiū. ¶28.i. Niſi vxoris meæ opera fuiſſetis vſi, nō potuiſſetis inuenire ſolutionē problematis mei. ¶29 Heb. irruit in eū, [vl, inuaſit eum,]& venit &c.i. tum factus eſt fortior ſolito & audacior. ¶30 & interfecit ¶31.i. veſtes. ¶32 ira eius.i. vehementer iratus eſt quōd vxor ſua reuelaſſet ſolutionē ænigmatis. ¶33 Heb. fuit ſodali eius quē aſſociauerat ſibi.i. quem ſibi adiunxerat ſocium ac comitem. hoc eſt viro qui antea chariſſimus fuerat Samſoni. XV. ¶1.i. ferens hœdum. ¶2 ſecretius ſcilicet. ¶3 Heb. Dixi [in corde meo] quōd odiendo odiſſes eam.i. Putaui quōd odiſſes eam, idcirco &c.

dit. Ab hac die non erit culpa in me cõtra Phi-
liſthæos: faciam enim vobis mala. ¶Perrexitque
& cepit trecentas vulpes, caudáſque earũ iunxit
ad caudas, & faces ligauit in medio: Quas igne
ſuccendens dimiſit vt huc illúcque diſcurrerent:
quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum:
quibus ſuccẽſis, & comportatæ iam fruges,
& adhuc ſtantes in ſtipula, concrematæ ſunt, intantum
vt vineas quoque, & oliueta, flamma cõ-
B ſumeret. Dixerúntque Philiſthijm, Quis fecit hãc
rem? Quibus dictum eſt, Samſon gener Thamnathæi:
quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit,
hæc operatus eſt. Aſcenderúntque Philiſthijm:
& combuſſerunt tam mulierem quàm patrem
eius. Quibus ait Samſon, Licet hæc feceritis, tamẽ
adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quieſcam.
Percuſſitque eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes
ſuram femori imponerent. Et deſcendens
habitauit in ſpelunca petræ Etam. Igitur aſcendentes
Philiſthijm in Terram-Iuda caſtrametati
ſunt in loco, qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt
maxilla: vbi eorũ fuſus eſt exercitus. Dixerúntque
ad eos de tribu Iuda. Cur aſcendiſtis aduerſum
nos? Qui reſponderunt, Vt ligemus Sam-
C ſon venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus
eſt. Deſcenderunt ergo tria millia virorum
de Iuda, ad ſpecum ſilicis Etam, dixerúntque
ad Samſon, Neſcis quòd Philiſthijm imperent
nobis? quare[a] hoc facere voluiſti? Quibus ille
ait, Sicut fecerũt mihi, ſic feci eis. Ligare, inquiunt,
te venimus, & tradere in manus Philiſthinorum.
Quibus Samſon, Iurate, ait, & ſpondete
mihi quòd non occidatis me. Dixerunt, Non te
occidemus, ſed vinctum trademus. Ligauerúntque
eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum
de petra Etam. Qui cum veniſſet ad locum Maxillæ,
& Philiſthijm vociferantes occurriſſent ei,
irruit Spiritus Domini in eum: & ſicut ſolent ad
[b]odorem ignis ligna[b] conſumi, ita vincula quibus
ligatus erat, diſſipata ſunt & ſoluta. Inuentámque
maxillam, id eſt mandibulam aſini, quæ
D iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, &
ait, In maxilla aſini, in mandibula pulli aſinarũ
deleui eos, & percuſſi mille viros. Cúmque hæc
verba canens compleſſet, proiecit mandibulam
de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathlechi,
quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitiénſq;
valde, clamauit ad Dominũ, & ait, Tu dediſti
in manu ſerui tui ſalutẽ hanc maximã atq;
victoriã: & en ſiti morior, incidámque in manus
incircũciſorũ. Aperuit itaq; [c]Dominus[c] molarẽ dentem
in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquę.
Quibus hauſtis refocillauit ſpiritũ, & vires recepit.
Idcirco appellatũ eſt nomẽ loci illius, Fontinuocãtis-de-maxilla,
vſq; in præſentẽ diẽ. Iudicauitq;
Iſrael in dieb⁹ Philiſthijm viginti annis.

Comburitur vxor Samſonis à Philiſthæis.

Samſon ligatus traditur Philiſthæis.

¶[a]ergo

Maxilla aſini, Spiritu Dei motus, mille viros occidit.

¶[b]ardorem ignis lina

victoriã Deo tribuit.

¶[c]Deus Aquis è dẽte molari aſini fluẽtibus, ſitim leuat.

dixit ad eos, [4]Innocentior ſum ſemel Paleſthinis,
vt eis malum inferã. ¶Abijt ergo Samſon,
& cepit trecentas vulpes, acceptíſque [5]facibus,[5] &
[6]coniunctis earum caudis,[6] poſuit [7]facem[7] vnam
inter duas caudas, Accenſiſque facibus igni, miſit
[vulpes] in ſtantes ſegetes Paleſthinorum, &
incendit non [8]aceruos[8] modo, ſed & ſtantem ſegetem,
& [9]vineas[&] oleas.[9] Et dixerunt Paleſthini,
Quis hoc fecit? Et [10]dixerunt,[10] Samſon gener
[11]Thimnæi,[11] quòd abſtulerit vxorem eius, dederitque
eam ſodali [12]ſuo.[12] Aſcendentes itaque Paleſthini,
combuſſerunt eam & patrem eius igne.
Quibus ait Samſon, [13]Quandoquidem hoc feciſtis,
vindictam de vobis ſumam, & tandem ceſſabo.
[14]Et percuſſit[14] eos [15]ab armo ad femur vſque[15]
cæde magna: & deſcendens ſedit [16]in prærupta
petra[16] Etham. Aſcenderunt ergo Paleſthini,
& caſtrametati ſunt in Iuda, [17]ſparsi[17] in [18]Lehi,[18]
Et dixerunt viri Iehuda, [19]Quare aſcendiſtis ad
nos?[19] Reſponderunt, Vt [20]ligemus[20] Samſonem aſcendimus,
vt faciamus illi quemadmodum ipſe
nobis fecit. Deſcenderunt ergo tria millia virorũ
de Iehuda [21]ad prærupta petræ[21] Etham, & dixerunt
ad Samſonem, Annõ ſcis quòd Paleſthini
nobis dominẽtur? cur igitur nobis id feciſti?
Reſpondit eis, Sicut fecerunt mihi, ſic ego feci
eis. Ad quem illi dixerunt, Nos deſcendimus vt
te ligemus, & tradamus te in manum Paleſthinorum.
Reſpõdit eis Samſon, Iurate mihi [22]quòd
vos non ſitis irruituri in me.[22] Et dixerunt ei,
Non: ſed [23]omnino ligabimus te,[23] & trademus te
in manum eorum, [24]at te plane non interficiemus.[24]
ligauerúntque eum duobus nouis funibus,
[25]educentes eum de petra.[25] Cúmque ipſe veniſſet
vſque ad Lehi, & Paleſthini iubilarent ei obuiam
venientes, Spiritus Domini [26]proſpere egit
in ipſo,[26] factiq; ſunt funes [27]qui erant in brachijs
eius,[27] [28]vt lina igne combuſta,[28] & [29]diſſluxerunt[29]
vincula eius è manibus eius. Et inueniens
maxillam aſini [30]putreſcentem,[30] miſſáque manu
ſuſtulit illam, & percuſſit cum ea mille viros.
Et ait Samſon, Maxilla aſini [31][trucidaui] aceruum[
hoſtium,] imò duos aceruos,[31] aſini maxilla
cecidi mille viros. Cúmque finiſſet ſermones,
abiecit mandibulam è manu ſua, & vocauit locum
illum [32]Ramath-lehi.[32] Quum autem vehementer
ſitiret, clamauit ad Dominum, & ait, Tu
effeciſti magnam hãc ſalutem per manum ſerui
tui, & nunc [33]ſiti [34]enecor, & incido[33] in manum
incircunciſorum iſtorum. Tum [35]diſſecuit[35]
Dominus [36]molarem qui erat[36] in Lehi, [37]vt profluerent[37]
ex eo aquæ, quas dum biberet, [38]refocillatus
eſt,[38] & reuixit. Et hinc vocatum eſt nomen
eius, Fons [39]inuocantis:[39] qui in Lehi eſt vſque
in hunc diem. Iudicauitq; Iſraelem in diebus
Paleſthinorum viginti annis.

¶4 Innocens ero hac vice à Philiſthæis: facturus ſum enim illis malum. i. culpa carebo poſthac, etiam ſi perdã Philiſthæos. Teſtor innocẽtiam meam, quicquid facturus ſum poſthac Paleſthinis, id iure feciſſe videar, vtpote ab his læſus. Verti etiã poteſt poſterior pars, Cũ faciam illis malũ. aut, Innocens ero hac vice apud Philiſthæos, ſi fecero &c. i. ſi iniuriam acceptam retulero: fui enim prior laceſſitus ab illis. ¶5 vl. titionib⁹. ¶6 Heb. conuerſis caudis ad caudas. ¶7 vl. titionem ¶8 .i. fruges poſitas per aceruos. ¶9 vl. vineas iunctas oliuetis. ¶10 ſub. alij. ¶11 .i. ciuis è Thimna. ¶12 illius. ¶13 Heb. Si feciſſetis rem talẽ: ſed [vl. niſi] vlciſcar de vobis, & poſtea ceſſabo. Verba hominis irati, ob id multa ſubintelligẽda, hoc modo, Si feciſſetis tale quid initio quum primũ ſcilicet adempta fuit mihi vxor mea, fuiſſem placatus: certe non mihi ſatisfecero, niſi pœnas adhuc de vobis ſumpſero. Vl, ſed vlciſcar me de vobis prius quàm deſiſtam. Chaldæus paraph. vertit, Percuſſit ex eis tam pedites quàm equites. quod doctis nõ probatur. ¶14 Percuſſit ergo ¶15 Heb. [in] crure, vnà cum femore .i. tam in cruribus quàm in femoribus. q.d. vehementer & acriter. Gallice dicimus, Il les batit dos & ventre. ¶16 in promontorio ſaxi. i. in parte rupis quæ excurrebat longius. ¶17 vl, effuſi ¶18 nomen loci, qui ita poſtea fuit vocatus ab euentu rei. ¶19 .i. Quare cepiſtis arma contra nos? ¶20 .i. ligatum abducamus. ¶21 in promontorium rupis ¶22 Heb. ne irruatis in me vos. i. ne quum ligatus fuero, irruatis in me. ¶23 Heb. ligãdo ligabimus te. i. diligẽter te ligabimus. ¶24 Heb. at occidendo nõ occidemus te. ¶25 & aſcẽdere fecerũt de rupe. i. abduxerunt. ¶26 irruit in eũ. i. factus eſt ſolito fortior. ¶27 .i. quibus erant brachia eius conſtricta. ¶28 .i. ſimilia funibus ex lino vſtulato. ¶29 diſſoluta ſunt i. diſſoluta diſſilierũt. ¶30 humentẽ. recentẽ. i. adhuc ſucculentã, & nondũ ſiccã maxillã aſini mortui. ¶31 Heb. aceruus [vnus factus eſt, &] acerui duo. i. Feci vnũ & alterũ cumulũ cadauerum. Vl, aceruum vnum & alterũ, ſub. feci ex hominibus quos occidi. ¶32 .i. proiectionem maxillæ. ¶33 in quam ſcilicet incidi interficiendo Paleſthinos. ¶34 vl, morior, & incidam ¶35 vl. rupit ¶36 concauitatem quæ erat &c. vl, locũ concauum qui erat &c. Locus ille referebat mortarium ſiue pilam. Chaldæus paraph. vertit petram, quæ ſcilicet ſimilis erat mortario, hoc eſt ſaxum quoddã concauum. Alij cauitatem interpretantur locum in quo erat dens molaris quæ erat in maxilla. ¶37 & exierunt ¶38 Heb. reuerſus eſt Spiritus eius, &c. i. recepit vires & recreatus eſt. ¶39 vl, implorantis. ſub. opem diuinam.

XVI.

¶1 cauponariã. Nulla fit métio q Samſon hác amarit: ob id vertẽdum cauponaria.
¶2 ad quam di uertit. ¶3 Heb. dicendo. Deeſt verbũ [renũtiatum eſt] vt intelligat ilico fuiſſe renuntiatũ. Gazitis (inquit) renuntiatũ eſt dicendo.
¶5.i. Collocãtes inſidias p loca. vl. Muniẽtes loca per quæ poſſet euadere.
¶4 in porta.i. claudẽdo portam vrbis.
¶5 cõticuerũt. quaſi ſcilicet eſſent muti, nullum tumultũ fecerunt, ne id ſentiret Sãſon.
¶6 Heb. dicentes, vſque ad lucem maneſ[ſub. expectabimus:] tum demũ interficiemus eũ.
¶7 detulit illa
¶8 ſignificat vectem tranſuerſariũ quo fores occluduntur. Gallicè. La barre. ¶9 impoſitáq; ¶10 illa
¶11 in Nahal-ſorec.i. in valle Sorec.
¶12 Hebræi aſſunt Dalilã fuiſſe edoctam à Samſone legẽ Moſis, antequã cõmercium haberet cum ea.
¶13 Decipe illũ blanditiis.
¶14 Heb. vide.ſ.

CAP. XVI.

ABiens Samſon in Gaſa, vidit illic mulierem [1]meretricẽ, [2]ingreſſúſque eſt ad eã. Aſothæis autẽ [3]dictum eſt, Venit Samſon huc. [4]Circumeũtes ergo, inſidiaſque ei ſtruentes tota illa nocte [4]in portis ciuitatis, [5]ſimularũt ſe mutos & ſurdos tota illa nocte, [6]hoc cõſilio, vt cũ mane ſub lucem occiderent. Dormiens itaque Samſon ad mediũ vſque noctis, media nocte ſurrexit, & apprehendens fores portæ ciuitatis cũ duobus poſtibus, [7]amouit eas vnà cum [8]vecte, [9]impoſitáſq; humeris ſuis, portauit [10]eas in cacumen montis, qui eſt e regione Hebron. ¶Contigit poſt hæc vt amaret mulierem quandã [11]iuxta torrentem Sorec, cuius nomen erat [12]Dalila. Ad quam quum aſcẽdiſſent principes Paleſthinorum, dixerũt ad eam, [13]Illecta eum verbis, &[14]experire in quo ſit robur eius tam magnum, & qua in re poſſimus ei eſſe ſuperiores, vt ligatum affligamus: dabitque tibi quiſque noſtrũ mille & centum [15]argenteos. Dixit ergo Dalila ad Samſonẽ, Indica mihi, quæſo, in quo ſit robur tuũ tam magnũ, &[16]quo poſſis ligari [17]atque ſubigi. Reſpõdit ei Samſon, [18]Si ligauerint me ſeptẽ [19]funibus recẽtibus qui nondum ſicci ſunt, [20]ero debilis ſicut cæteri homines. Attulerunt ergo ad eam principes Paleſthinorum ſeptem recẽtes reſtes, qui nondũ ſicci erant, illaq; ligauit eum hiſce [reſtibus]. ([21]Inſidiantes interim ſedebãt ipſi Dalilæ in cubiculo) dixit ergo [Dalila] ad eum Paleſthini [22]imminẽt tibi à Samſon. [23]qui ilico rupit funes illos, vt rumpi ſolet funiculus ſtupeus dum ignẽ ſentit: [24]neq; cognitũ eſt robur eius. ¶Dixitq; Dalila ad Samſonẽ, En feſelliſti me, & loquutus es mihi mẽdacia, indica ergo [25]nunc mihi quo poſſis vinciri. Et dixit ad eã, Si me fortiter vinciant [26]rudentibus nouis, quibus nihil operis adhuc factũ ſit, [27]ero infirmus, & ſicut [28]alius quiſpiã. Accepit igitur Dalila rudẽtes nouos, & vinxit eũ illis, dixitq; ad eũ, Paleſthini [29]imminẽt tibi à Sãſon: (erant autẽ inſidiæ delitefcẽtes in cõclaui) & abrupit eos à brachiis ſuis tanquã filũ. ¶Dixitque Dalila ad Samſonẽ, Hactenus fallis me, & mẽdaciis mecũ agis. [30]Indica mihi quo poſſis vinciri. At ille ait ad eam, Si ſeptem cincinnos capitis mei [31]iugo textorio intexueris. [1]Infigens illa clauũ, [32]dixit ad eum, Paleſthini [33]imminẽt tibi à Samſon. Et expergiſcens è ſomno ſuo, clauum [34]texturæ cũ iugo extraxit. ¶Dixitque rurſus ad eum, Quomodo dicis, Amo te: quum [35]cor tuum non ſit mecum? Iam ter me feſelliſti, nec indicaſti mihi in quo ſit robur tuũ ingens. Factũmque eſt, quũ illa verbis ſuis ſingulis diebus [36]vrgeret eum, [37]negotiũmque ei faceſſeret, vt anima eius tantum non enecaretur. Indicans ergo ei totum cor ſuũ, dixit ei, Nouacula nunquã [38]admota eſt capiti meo, ſum enim [39]nazir Dei

CAP. XVI.

ABiit quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierẽ meretricẽ, ingreſſúſque eſt ad eam. Quod cum audiſſent Philiſthijm, & percrebruiſſet apud eos, intraſſe vrbẽ Samſon, circundederunt eum, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus & ibi tota nocte cũ ſilentio præſtolantes, vt facto mane exeũtem occiderent. Dormiuit autẽ Samſon vſque ad mediũ noctis: & inde conſurgens apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis & ſera, impoſitáſque humeris ſuis portauit ad verticẽ montis qui reſpicit Hebron. ¶Poſt hæc amauit mulierẽ, quæ [a]habitauit in Valle-ſorec, & vocabatur Dalila. Veneruntque ad eam principes Philiſthinorũ, atque dixerũt, Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinẽ, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctũ affligere. quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centum argenteos. Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon, Dic mihi, obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligatus erumpere nequeas. Cui reſpondit Samſon, Si ſeptem neruiceis funibus necdum ſiccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntque ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, Latentibus apud ſe inſidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitque ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon. qui rupit vincula, quomodo ſi rũpat quis filum de ſtupa tortum ſputamine, cum odorem ignis acceperit: & non eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius. ¶Dixitque ad eum Dalila, Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille reſpondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis. Quibus rurſum Dalila vinxit eum, & clamauit, Philiſthijm ſuper te Samſon, in cubiculo inſidijs præparatis. qui ita rupit vincula quaſi fila telarum. ¶Dixitque Dalila rurſum ad eum, Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtende quo vinciri debeas. Cui reſpondit Samſon, Si, inquit, ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circũligatũ terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum feciſſet Dalila, dixit ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno extraxit clauum cum crinibus & licio. ¶Dixitque ad eũ Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, cum animus tuus non ſit mecũ? per tres vices mẽtiens es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cúmq; moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietẽ nõ tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt. Tũc aperiens veritatem rei, dixit ad eã, Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia nazaræus, id eſt conſecratus [b]Domino ſum

Sãſon ingreditur ad mulierẽ meretricẽ.

Portas Gazæ in montem defert.

¶[a]habitabat

Samſõ amat Dalilã, quam ſæpe deludit petẽtẽ in quo eſſet eius maxima fortitudo.

B

C

D

Samſon tandem indicat Dalilæ in quo ſit ſua fortitudo, & decipitur.

¶[b]Deo

diſce ab eo. ¶15 ſub. ſiclos. Chaldæus paraph. argẽteos ſiclos. ¶16 in quo.i. qua ratione. ¶17 Heb. ad affligendũ te.i. ita vt facile ſit te affligere. ¶18 ſub. Potero ſuperari ſi &c. ¶19 vl. vinculis. Vincula ſunt intorta quę ex lino cõficiũtur adhuc viridi. Doctus inter Hebræos vincula talia fieri dicit ex arbore molli, & lẽta, qualia ſunt quibus colligũtur faſciculi. ¶20 Heb. & ero ſicut vnus ex hominibus. ¶21 Inſidiæ autẽ erant diſpoſitæ [vl. delitefcebãt] apud illã in penetrali. ¶22 Heb. ſuper te. q.d. Serua te, nam en Paleſthini volũt irruere in te. Hoc dicit vt terreat & periculũ faciat an poſſit rũpere vincula. ¶23 qui rupit vincula illa. ¶24.i. non potuit deprehendere qua re cõſtaret fortitudo eius. ¶25 vl. tandem ¶26 funibus craſſioribus. qui ſcilicet tribus funiculis aliis conſtent. ¶27.i. deſtituar virtute mea. ¶28 Heb. vnus ex hominibus. ¶29 Heb. ſuper te.i. parati ſunt te inuadere, conſule tibi. ¶30 Heb. indica nunc [ſ.l. tandem] mihi ¶31 cum tela quæ eſt inuoluta circũ iugũ liciatorium, &c. Iugũ textoriũ ſignificat lignũ teres quo textores telã cõfectã inuoluunt. Crines habebat Samſon oblongos, & criſpos, intricatos & cõtortos. Septẽ cincinnos vocat partẽ capillorũ cõglobari. ¶32 Heb. [ſub. Et ita attexuit] & ſtabiliuit clauo.i. Obfirmauit iugũ liciatoriũ vecte, ſiue clauo. (Gallice, d'vne cheuille) ne ſcilicet cõmoueretur. facile enim rotatur. ¶33 vl. exclamauit. ¶34 iugi liciatorii, & telã inuolutã circũ iugũ, abſtulit. q.d. traxit ſecũ omnia. ¶35 vl. ſis alieno à me animo? ¶36 coartaret. pene cogeret. perg[ere]ret verbis eſſe moleſta, ¶37 obtũderétq; eũ: tũc elanguit animus eius ad moriendũ.i. cœpit animo eſſe remiſſiore ſolito, ita vt optaret mortẽ. cœpit eum tædere vitæ. ¶38 reſecando ſcilicet capillos. ¶39 vl. nazaræus.i. ſeparatus.

de vtero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meū, recedet à me fortitudo mea, & deficiā, erôque ſicut cæteri homines. Videnſq; illa quòd cōfeſſus ei eſſet omnē animum ſuum, miſit ad principes Philiſthinorū ac mandauit, Aſcendite adhuc ſe-
E mel, quia nunc mihi aperuit cor ſuū. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quā promiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitque tonſorem, & raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit: dixitq;, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo, Egrediar ſicut antè feci, & me excutiā. neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus. Quem cum apprehendiſſent Philiſthijm, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctū catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. ¶Iámq; capilli eius renaſci cœperant, & principes Philiſthinorū conuenerunt in vnū vt immolarent hoſtias magnificas Dagon deo ſuo, & epularentur, dicentes,
F Tradidit deus noſter inimicū noſtrū Samſon in manus noſtras. Quod etiā populus vidēs, laudabat deum ſuum, eadémque dicebat, Tradidit deus noſter aduerſariū noſtrū in manus noſtras, qui deleuit terram noſtrā, & occidit plurimos. Lætātéſque per conuiuia, ſumptis iam epulis, præceperūt vt vocaretur Samſon, & ante eos luderet. qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regēti greſſus ſuos, Dimitte me, vt tāgam columnas quibus omnis imminet domus, & recliner ſuper eas, & paululum requieſcam. Domus autē erat plena virorū ac mulierū, & erant ibi omnes principes Philiſthinorum, ac de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſque ſexus ſpectantes ludentē Samſon. At ille inuoca-
G to Domino ait, Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam Deus meus, vt vlciſcar me de hoſtib' meis, & pro amiſſione duorum luminum vnam vltionē recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alterámque earum dextera, & alteram leua tenens, Ait, Moriatur anima mea cum Philiſthijm. Concuſſiſque fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat. Multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. Deſcendentes autem fratres eius, & vniuerſa cognatio, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt inter Saraa & Eſthaol in ſepulchro patris ſui Manue: iudicauitq; Iſrael viginti annis.

Samſoni deficit fortitudo.

Apprehēſum Samſonē excæcant Philiſthijm.

Dagoni idôlo tribuunt Gazitæ, q captus ſit Samſon.

Illudūt Samſoni Philiſthijm.

Orat Sāſō reddi ſibi fortitudinē.

Moritur cū principibus Philiſthinorū & reliqua multitudine.

CAP. XVII.

Fvitque eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas qui dixit matri ſuę, Mille & centum argenteos quos ſeparaueras tibi, & ſuper quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me ſunt. Cui illa reſpondit, Benedictus filius meus Domino. Reddidit ergo eos matri ſuæ, quæ dixerat ei, Conſecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea ſuſcipiat filius meus, & faciat ſculptile atque con-
B flatile: & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri ſuæ: quæ tulit ducentos argenteos,

Michę mater curat ſibi facienda idôla duo: alterum conflatile, alterum ſculptile.

ab vtero matris meæ: ſi fuero raſus, recedet à me robur meum, [38]infirmatúſque ero ſimilis omnibus cęteris hominibus.' Animaduertens autē Dalila, quòd ei totū cor ſuum indicaſſet, miſit accerſitum principes Paleſthinorū hiſce verbis, [37]Aſcēdite' adhuc ſemel, quoniā indicauit mihi totum cor ſuum. aſcenderunt igitur principes Paleſthinorum, ferētes [38]pecuniam' in manu ſua. Effecit autem [Dalila] vt dormiret ſuper genua eius, & vocato [39]viro, [40]detondet' ſeptē [41]cincinnos capitis eius,' cœpitque affligere eum, & receſſit robur eius ab eo. Et ait, Paleſthini [42]imminēt tibi' ô Samſon. Qui è ſomno ſuo expergiſcens, cogitauit, Egrediar [43]etiam nunc ſicut aliâs, [4?]vt excutiam [me,] [44]ignorans quòd Dominus receſſiſſet ab eo:' Apprehendentes autem eum Paleſthini, effoderunt oculos eius. Duxerúntque eum in Gaſa, & vinxerunt eū duobus [45]æneis catenis,' vt moleret in loco vinctorū. ¶Cœpit verò capillus capitis ſui renaſci, [46]vt raſus fuerat.' Satrapæ autem Paleſthinorū congregati, vt ſacrificiū magnum ſacrificarent deo ſuo Dagon, & vt lætarētur, dixerūt, Tradidit deus noſter in manus noſtras Samſonē hoſtē noſtrū. Et populus quoq; quū vidiſſent eum, laudauerunt deum ſuū, dicētes, Deus noſter tradidit hoſtem noſtrū in manū noſtram, & vaſtatorē terræ noſtræ, [47]qui ex nobis multos interfecit.' Cōtigit autem, quum cor eorum lætum eſſet, vt dicerent, Vocate Samſonē, [48]vt riſum nobis exhibeat.' Vocarunt ergo Samſonem è carcere, & ludebat coram eis: collocaruntque eū [49]inter columnas.' Et ait Samſon ad puerum qui ducebat eum manu ſua, Duc me [50]vt attingam columnas' quibus domus ſuſtinetur, vt innitar eis. Porrò dom' ipſa referta erat viris & mulieribus, aderántque omnes ſatrapæ Paleſthinorū, quin & ſuper tectū erāt ferè tria millia virorum & mulierū ſpectantiū ludentē Samſonē. Samſon autē clamās ad Dominū, dixit, Domine Deus, memēto mei quæſo, & corrobora me quæſo [51]vel nūc' ô Deus, [52]vt vnam vltionem ſumā de Paleſthinis pro duobus oculis meis.' Complexus itaque eſt Samſon duas columnas intermedias, quibus domus ipſa nitebatur, [53]& quibus fulciebatur, [54]alteram' dextera ſua, alterā ſiniſtra ſua, Simúlque dixit Samſon, [55]Moriectur' anima mea cum Paleſthinis. Et quum ſe [56]toto robore' inclinaret, cecidit domus ipſa ſuper ſatrapas, ſupérq; omnē populū qui erant in ea. Fuerúntq; eorum plures quos moriēs interfecit, quàm quos in vita ſua occiderat. [57]Deſcēderúntq;' fratres eius, & vniuerſa domus patris eius, & tulerūt eū, [58]ducētéſque eū' ſepelierunt [59]inter Zarea & inter Eſthaol' in ſepulchro Manoah patris ſui. Et ipſe quidem iudicauerat Iſraelē viginti annis. CAP. XVII.

Vir fuit de mōte Ephraim, cuius nomē Micha, qui dixit [1]ad matrē ſuam, 'Mille & centū argentei qui ſurrepti ſunt tibi, & tu [2]diris deuouebas, [3]loquebariſque me audiente:' en inquam, ea pecunia apud me eſt, ego ſurripui eā. Et ait mater eius. [4]Benedictus ſis Domino' mi fili. Quúmque reſtituiſſet mille & centū illos argēteos matri ſuæ, ait mater eius, [5]Conſecraui' hanc pecuniā Domino de manu mea [6]tibi' filio meo, vt facias ſculptile & ſuſile [ſimulachrū:] nunc igitur eā tibi reſtituo. Quum verò ille matri ſuæ pecuniam [denuo] [7]reſtituiſſet, [8]accepit' mater eius ducentos

¶36.i.fortitudo mea minuetur, neq; erūt mihi maiores vires, q cęteris hominib'. ¶37 Hoc verbo videt habitaſſe Sāſon i loco ſuperiore, aut certe intermedi' erat mōs. ¶38.i.argentū promiſſum ipſi Dalilæ. ¶39 ſub. tōſore. ¶40 totondit. vl, radi iuſſit ¶41 qb' ſcilicet conſtabat tota ei' cæſaries. erat eni diſtincta in ſeptē cincinnos. .i. capillos oblōgos & cōtortos. ¶42 Heb. vt vice [alia,] hac quoq; vice, ¶43 ſub. de manibus eorum. ¶44 .i. neſciebat ſe deſtitutū robore illo quod habuerat à Deo. ¶45 compedib'. ſub. ferreis. Chaldæus paraph. catenis ferreis. ¶46 vl, poſtquā tonſus fuit. ¶47 Heb. qui multiplicauit occiſos noſtros. ¶48 Heb. vt ludat corā nobis. Gallice, A fin q̄ nous en prenions noſtre paſſetemps. ¶49 inter [duas] columnas. vt ſcilicet eum ſpectarēt, & deluderent. ¶50 vl, ad colūnas. Admoue me columnis ¶51 aut, tantū hac vice ¶52 Heb. vt vlciſcar vltionē de vno ex duob' oculis meis ex Paleſthinis. .i. vt ſumā vindictā de altero ex oculis meis: hoc eſt, de amiſſione vnius ex oculis meis. ¶53 & innixus eſt illis. ¶54 ſub. tenebat. ¶55 vl potius, Moriatur ¶56 Heb. cum virtute. i. cū magno nixu impelleret. ¶57 vl, Deſcēderūt ergo ¶58 Heb. aſcēdentéſq;. vl, reuerſiq; ¶59 Hæ ſunt in tribu Dan. XVII. ¶1 ſub. cōquerētē de ſublata pecunia. Quidā Hebręorū dicit hoc accidiſſe mortuo Sāſone, dū interregnū eſſet. alij tēpore Othonielis. ¶2 Heb. maledixiſti. i. ꝓpter quos dira imprecata es. ¶3 [idq;] dixiſti in aurib' meis. i. me audiēte, ei ſcilicet q ſurripuerat. ¶4. i. Omnia tibi fauſta eueniāt, authore Deo. ¶5 Heb. Cōſecrādo ſanctificaui. i. Dudū cōſecrauerā. ¶6. i. Decreuerā tibi filio meo tradere eā pecuniā cōſecratā Domino. ¶7 Reddidit pecuniam ne videret reus furti, aut q nollet ex ea fieri ſimulachrū. ¶8 ſub. ex illa pecunia.

⁹argenteos,' & dedit eos fuſori, qui fecit ex eis ſculptile [ſimulachrum] & fuſile, fuitque illud in domo Micha. Fuit & apud virũ illũ Micha ædes ſacra [10]Dei:' fecit quoque'[11]ephod' & [12]theraphim,' &[13]cõſecrauit'manum vnius ex filijs ſuis, qui factus eſt ei ſacerdos. In iſtis diebus nõ erat [14]magiſtratus legitimus' in Iſraele, ſed quiſque quod ſibi rectũ videbatur,'[15]faciebat. ¶Fuit autẽ adoleſcens de Beth-lehẽ Iuda, de [16]familia'quoque Iuda, & hic Leuita erat,[17]cõmorabatúrque' ibi. Hic abijt de ciuitate Beth-lehem Iuda, vt cõmoraretur vbi[ locũ]inuenirer: & venit in montẽ Ephraim vſque ad domũ Micha,[18]vt pergeret via ſua.' Ad quẽ dixit Micha, Vnde venis? Cui reſpondit Leuites, Ego[19]ſum de' Beth-lehem Iuda, & vado vt cõmorer vbicũque[20]poſſim.' Ad quem Micha ait, Mane apud me, & eſto mihi[21]pater & ſacerdos,' ego verò dabo tibi decem [22]argenteos [23]cum fuerit opus,' &[24]demẽſum' veſtimentorũ, & alimoniã tuã: &[25]iuit'Leuita. Et Leuita[26]conſtituit in animo ſuo quòd vellet manere'cũ viro illo, factúſque eſt ei puer ille ac ſi fuiſſet quiſpiã ex filijs ſuis. Et[1]conſecrauit' Micha manum Leuitæ, factúſque eſt ei adoleſcẽs ille[27]ſacerdos,[28]& fuit' in domo Micha. Dixit autem Micha, Nunc ſcio quòd benefaciet mihi Dominus, quòd Leuita[29]factus eſt ſacerdos meus.

CAP. XVIII.

ILlis diebus (inquam) non erat'magiſtratus legitimus' in Iſraele, & tribus Dan iiſdẽ diebus quærebat ſibi poſſeſſionẽ in qua habitaret:[2]nam hactenus ſibi[ſors hæreditatis]non ceciderat' inter tribus Iſrael. Miſerũt ergo filij Dan ex familia ſua quinq; viros è finibus ſuis, viros inquam fortes ac ſtrenuos, de Zarea & de Eſthaol, qui terram explorarẽt atq;[3]perueſtigarẽt eã: dixerúntque ad eos, Ite, & explorate terrã. Qui quum veniſſent ad mõtẽ Ephraim, vſq; ad domũ Micha, pernoctarunt illic.[4]Quúmq; veniſſent ad domũ' Micha, agnouerunt vocem adoleſcentis Leuitæ: quúmq; illuc diuertiſſent, dixerũt ad eũ, Quis te huc adduxit? & quid hic agis? & qd tibi hic [negotij?][5]Reſpondit eis, Sic & ſic fecit mihi Micha, mercedéq; me cõduxit vt ſim ei ſacerdos. Et illi dixerũt ad eũ, Interroga, quæſo,[6]Deũ,'vt intelligamus an[7]proſperũ ſit'iter noſtrũ quo proficiſcimur.' Reſpõdit eis ſacerdos, Ite[8]in pace,[9]Dominus præſens eſt itineri veſtro' in quo proficiſcimini. ¶Abierũt ergo quinq; illi viri, & venerũt in Lais, viderúntque populũ qui in ea erat ſecure habitantẽ, iuxta morẽ Zidoniorũ, otioſum ac [10]ſecurũ, [11]nemo erat in ea regione qui pudefaceret[quenquã aliqua] in re, nec erat apud quem eſſet rerũ ſumma: deinde erant dirempti'à Zidonijs, [12]nec erat eis negotiũ' cũ quoquã hominũ. ¶Veniẽtes itaq; [exploratores] ad fratres ſuos in Zareah ac Eſthaol, dixerũt ad eos fratres eorũ,[13]Quid vos?'Illi dixerũt,[14]Surgite,'aſcẽdemus cõtra eos, contẽplati ſumus iſtam regionẽ, & ecce admodũ bona eſt: vos autẽ[15]deſidetis,[16]ne ſitis ignaui,

& dedit eos argentario, vt faceret ex eis ſculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculã quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit ephod, & theraphim, id eſt veſtẽ ſacerdotalem, & idola: impleuitq; vnius filiorũ ſuorũ manum, & factus eſt ei ſacerdos. In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectũ videbatur, hoc faciebat. ¶Fuit quoque[~]in tẽpore illo' alter adoleſcens de Beth-lehem Iuda ex cognatione eius: eratque ipſe Leuites, & habitabat ibi. Egreſſúſq; de ciuitate Beth-lẽhẽ, peregrinari voluit vbicunq; ſibi cõmodũ reperiſſet. Cúmq; veniſſet in montẽ Ephraim iter faciẽs, & declinaſſet parumper in domũ Michæ, interrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpõdit, Leuita ſum de Beth-lehem Iuda, & vado vt habitẽ vbi potuero, & vtile mihi eſſe proſpexero. Dixitque Michas, Mane apud me, & eſto mihi parens ac ſacerdos: dabóq; tibi per annos ſingulos decẽ argenteos, ac veſtẽ duplicẽ, & quæ ad victũ ſunt neceſſaria. Acquieuit, & manſit apud hominem, fuitque illi quaſi vnus de filijs. Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerũ ſacerdotem apud ſe, Nunc ſcio, dicens, quòd benefaciet mihi[a]Deus' habenti Leuitici generis ſacerdotem.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſſionem ſibi, vt habitaret in ea. vſque ad illum enim diem inter cæteras tribus ſortem non acceperat. Miſerunt ergo filij Dan, ſtirpis & familiæ ſuæ quinque viros fortiſſimos de Saraa & Eſthaol, vt explorarent terram, & diligenter inſpicerent: dixerúntque eis, Ite, & conſyderate terram. Qui cum pergentes veniſſent in montem Ephraim, & intraſſent domum Michæ, requieuerunt ibi: & agnoſcentes vocem adoleſcentis Leuitæ, vtentéſque illius diuerſorio, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? Qui reſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi Michas, & me mercede conduxit vt ſim ei ſacerdos. Rogauerunt autem eum vt conſuleret[b]Dominum,' & ſcire poſſent an proſpero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui reſpõdit eis, Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtram, & iter quo pergitis. ¶Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: viderúntque populũ habitantẽ in ea abſq; vllo timore, iuxta conſuetudinem Sidoniorum, ſecurum & quietum, nullo ei penitus reſiſtẽte, magnarúmq; opum, & procul à Sidõne atque à cunctis hominibus ſeparatum. ¶Reuerſique ad fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, & quid egiſſent ſciſcitantibus reſponderunt, Surgite, & [c]eamus' ad eos. vidimus enim terram valde opulentam & huberem: nolite ne-

C

Adoleſcẽtem Bethlehemitã ſumit ſibi Michas in ſacerdotem.

D

¶[a]Dominus

Tribus Dan quærit ſibi poſſeſſionẽ ampliorem.

Ingrediũtur exploratores in domum Michæ.

¶[b]Deum,

Veniũt Lais.

C

Reuerſi. fratribus narrãt qd egiſſent.

¶[c]aſcẽdamus

¶9 ſub. ſiclos. ¶10 deorum. ¶11 Per ephod, intelligunt oẽs veſtes ſacerdotales. Hic Michas erat parti veri Dei cultor, partim idololatra. ¶12 Theraphim, erãt imagines referẽtes ſpeciẽ humanã. Poteſt hic intelligi omne inſtrumẽtũ iſtius religionis falſæ. ¶13 Heb. impleuit. offerendo ſcilicet ſacrificia opera illi⁹. hoc eſt, conſtituit eũ ſacerdotẽ. ſignificat enim Implere manũ alicui⁹, introducere eũ in poſſeſſionẽ alicuius rei, Gallice, Mettre en poſſeſſion ¶14 Heb. rex. i. erat velut interregnũ, null⁹ erat Iudex i Iſraele. ¶15 ſub. ipune. ¶16 vl, tribu. De tribu Iuda cohæret cum Bethlehẽ Iuda, ad maiorẽ expreſſionẽ, népe quæ erat ſita in tribu Iuda. ¶17 peregrinatúſque fuerat q.d. qui quũ Leuita eſſet, habitauerat tanquã peregrinus ibi. ¶18 Heb. ad faciendum iter ſuum. i. vt illac tranſiret. hoc eſt, cœpit iter facere iuxta domum Micha. ¶19 ſum, [ſub. & venio] de ¶20 inuenero. ſub. ſedem commodam. ¶21. i. vice patris & ſacerdotis. ¶22 ſub. ſiclos. ¶23 Heb. ad dies. i. in ſingulos annos. ¶24 Heb. ordinem. i. duas veſtes hybernam alteram, & alteram æſtiuam. Chaldæus paraph. par veſtium. ¶25. i. ſequutus eſt illum. ¶26 Heb. acquieuit [voluit] habitare ¶27 in ſacerdotem, ¶28 vl, itaque habitauit ¶29 Heb. ſit mihi in ſacerdotem. i. propterea quòd habeam ſacerdotem Leuitici generis. XVIII. ¶1 rex. i. erat velut interregnum. ¶2 Heb. quia non ceciderat illi [tota hæreditas] vſq; in eũ diem. i. ſorte non erat illi aſſignata tota hæreditas. nam vt vides Ioſue 19, fines Danitarum breuiores erant quàm vt capere eam tribum poſſent. ¶3 vl, ſcrutarentur ¶4 Qui quum eſſent iuxta domum &c. ¶5 q.d. quamobrẽ hic latitas? ¶6 vl, deos. ſiue ſimulachra tua. hæc idola exiſtimabant facta eſſe in honorem Dei. ¶7 ſecundet. vel potius, proſperabitur. i. vt ſciamus an futura ſit proſpera & fœlix peregrinatio noſtra quam ſuſcepimus. ¶8 q.d. bonis auibus. ¶9 Heb. coram Domino eſt iter veſtrum. i. fauet veſtræ peregrinationi. ¶10 vl, confidentem, ¶11 [quòd] nemo eſſet in ea regione qui ignominia eos afficeret vlla in re, [& quòd nõ eſſet] qui poſſideret regnũ, deinde [quòd] erãt remoti ¶12 & [quòd] negotiũ nullũ eſſet illis ¶13 ſub. dicitis? aut, boni affertis? ¶14 Imperatiu⁹ pro aduerbio hortãtis. vel eſt ſingulare apud Hebræos pro plurali, aut eſt infinitiuus pro futuro. ¶15 Heb. ſiletis. i. ceſſatis, quieſcitis, aut ſegnes eſtis. ¶16 Heb. nolite tardi eſſe vt eatis ad pergẽdũ ad poſſidẽdũ &c. i. nolite cũctari quin eatis & ingrediamini terrã, vt poſſideatis eam.

¶[*]Deus
Proficiſcũtur
ſeo de cogna
tione Dan in
Lais.
¶[*]id eſt
¶[*]Et

gligete, nolite ceſſare. eamus, & poſſideamus eã,
nullus erit labor. Intrabimus ad ſecuros in re-
gionem latiſſimã, tradétque nobis[*]Dominus' lo-
cum, in quo nullius rei eſt penuria, eorum quæ
gignuntur in terra. ¶Profecti igitur ſunt de co-
gnatione Dan,[*]de Saraa & Eſthaol ſexcenti viri
accincti armis bellicis, aſcendentéſque manſerunt
in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempo-
re Caſtrorum-Dan, nomẽ accepit, & eſt poſt ter-
D gum Cariath-iarim.[*]Inde tranſierunt in mon-
tem Ephraim. cúmque veniſſent ad domum Mi-
chæ, Dixerunt quinque viri, qui prius miſſi fue-
rant ad conſyderandã Terrã Lais, cæteris fratri-
bus ſuis, Noſtis quòd in domibus iſtis ſit ephod,
& theraphim, & ſculptile atque conflatile: vide-
te quid vobis placeat. Et cum paululũ declinaſ-
ſent, ingreſſi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ,
qui erat in domo Michæ: ſalutauerúntque eum
verbis pacificis. Sexcenti autem viri ita vt erant
armati, ſtabant ante oſtium. At illi qui ingreſſi
fuerant domũ iuuenis, ſculptile & ephod & the-
E raphim, atque conflatile tollere nitebantur, & ſa-
cerdos ſtabat ante oſtium, ſexcentis viris fortiſ-
ſimis haud procul expectantibus. Tulerunt igi-
tur qui intrauerant, ſculptile, ephod, & idola, at-
que conflatile. quibus dixit ſacerdos, Quid fa-
citis? Cui reſponderunt, Tace, & pone digitum
ſuper os tuum: veníque nobiſcum, vt habeamus
te patrem ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, vt
ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu
& familia in Iſrael? Quod cũ audiſſent, acqui-
euit ſermonibus eorum, & tulit ephod & idola
ac ſculptile, & profectus eſt cum eis. Qui cũ per-
gerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iu-
menta, & omne quod erat pretioſum, iámque à
domo Michæ eſſent procul, viri qui habitabant
F in ædibus Michæ cõclamantes ſecuti ſunt, & poſt
tergũ clamare cœperunt. Qui cũ reſpexiſſent, di-
xerunt ad Micham, Quid tibi vis? cur clamas? Qui
reſpõdit, Deos meos quos mihi feci, tuliſtis, & ſa-
cerdotẽ, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi
eſt? Dixerúntq; ei filij Dan, Caue ne vltrà loqua-
ris ad nos, & veniãt ad te viri animo concitati, &
ipſe cũ omni domo tua pereas. Et ſic cœpto iti-
nere perrexerũt. Vidẽs autẽ Michas quòd fortio-
res ſe eſſent, reuerſus eſt in domũ ſuã. ¶Sexcenti
autẽ viri tulerũt ſacerdotem, & quæ ſuprà dixi-
mus: venerúntque in Lais ad populũ quieſcentẽ
atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gla-
dij: vrbémque incendio tradiderunt, nullo pe-
G nitus ferente præſidium, eo quòd procul habita-
rent à Sidõne, & cum nullo hominum haberent
quicquam ſocietatis ac negotij. Erat autem ci-
uitas ſita in regione Rohob: quam rurſum ex-
truentes habitauerunt in ea, vocato nomine ci-
uitatis Dan, iuxta vocabulũ patris ſui quem ge-
nuerat Iſrael, quæ prius Lais dicebatur. Poſue-
rúntque ſibi ſculptile, & Ionathan filiũ[*]Gerſam'
filij Moyſi, ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan,

Auferũt idõ-
la Michæ, &
ſacerdotem
eius.

Lais incẽdũt,
quã rurſum
extruẽtes ha
bitant in ea.

¶[*]Gerſom

quin proficiſcamini, vt veniatis & occupetis' iſtã
terram.[17]Quum fueritis profecti,' venietis ad po
pulum ſecurũ. [18]& regio ipſa ſpatioſa eſt vtrin-
que, & hanc dabit' Deus in manus veſtras: locus
inquam eſt[19]in quo nihil deſyderatur quod eſt
in terra. ¶Soluentes itaque ex Danitis illinc de
Zareah & Eſthaol viri ſexcẽti, accincti armis bel-
licis, aſcenderũt caſtrametantes in Kiriath-iea-
rim, quæ eſt in Iuda, vnde & [20]locus ille nomen
accepit,' Caſtra Dan, ad hunc vſq; diẽ,[21]poſt' Ki-
riath-iearim. Illinc tranſeũtes in montẽ Ephra-
im, venerunt vſque ad domũ Micha. Reſpõderũt
verò quinque illi viri qui ierant ad explorandũ
terram Lais, & dixerunt ad fratres ſuos,[22]Noſtis'
quòd in domibus iſtis eſt ephod, & theraphim,
& ſculptile & fuſile ſimulachrũ?[23]deliberate' er-
go quid[24]faciatis.' Et[25]cõcedẽtes' illuc venerũt in
domũ adoleſcẽtis Leuitæ,[26]nempe in domũ' Mi-
cha, &[27]interrogauerunt eũ num recte haberẽt
[omnia.]' Porrò ſexcenti illi viri Danitæ accincti
armis ſuis bellicis cõſiſtebant[28]ad oſtiũ' portæ.
Et aſcendẽtes quinque illi viri, qui ierant explo-
ratũ terrã, venerũt illuc, & acceperũt ſculptile, &
[29]ephod,' & theraphim & fuſile ſimulachrũ, ſtãte
ſacerdote in oſtio portæ, iuxta ſexcẽtos illos vi-
ros qui erant inſtructi armis bellicis. Introeun-
tes igitur illi domũ Micha, tulerunt[30]ſculptile,'
ephod, theraphim, & fuſile. ad quos ait ſacer-
dos, Quid vos facitis? Cui reſponderunt, Tace,
[31]impone manũ ori tuo,' & veni nobiſcum, vt ſis
pater & ſacerdos noſter: num melius eſt vt ſis ſa
cerdos domus vnius hominis, an vt ſacerdos ſis
tribus & familiæ Iſraeliticæ?[32]Collibuit ergo a-
nimo' ſacerdotis, & accipiẽs ephod, & theraphim
& ſimulachrũ,[33]profectus eſt cum populo.' Con-
uerſi verò abierunt, ordinarúntq; [34]pubem,' pe-
cora &[35]impedimenta' ante ſe. Quúmque iã pro-
cul à domo Micha veniſſent,[36]cõuocati ſunt' vi-
ri[37]qui fuerant' in domibus quæ fuerunt prope
domũ Micha, & inſequebantur Danitas. Clamã-
tibus igitur eis poſt Danitas, vertentes illi facies
ſuas, dixerunt ad Micha, Quid tibi vis,[38]quòd ſic
quiritaris?' Et reſpondit, Deos meos quos[39]feci'
abducitis vnà cũ ſacerdote, & abitis,[40]quid ve-
rò mihi vltra eſt?[41]& quid hoc quod dicitis mi-
hi, Quid tibi vis?' Ad quẽ dixerũt Danitæ,[42]Ca-
ue nequis audiat vocẽ tuam poſt nos:' ne fortè
[43]milites qui ſunt animo amarulẽto' irruant in
vos, & [44]perdas ſimul vitã tuã' & vitam familiæ
tuæ. Quúmq; Danitæ proficiſcerẽtur itinere ſuo,
& Micha videret quòd fortiores ſe eſſent, cõuer-
ſus redibat domũ ſuã. ¶Illi igitur auferentes ea
quæ fecerat Micha, vnà cum ſacerdote quem ille
habuerat, venerunt in Lais, ad populũ[45]otioſum'
&[46]ſecurum,' percuſſerúntq; eos gladio, ciuita-
témq; exuſſerũt igni, nec erat qui eos liberaret,
quoniã lõge aberãt à Zidone,[47]nec fuit eis nego
tium cũ quoquam hominũ:' ſitáque erat in valle
[48]quæ [protenditur ad] Beth-rehob.' Et inſtaurã-
tes ibidem ciuitatem, habitarunt in ea. Vocarunt
autem nomen ciuitatis illius Dan, iuxta nomen Dan patris ſui, qui natus fuerat ipſi Iſraeli, quum
antea nomen ciuitatis illius Lais fuerit. Filij autem Dan erexerunt ſibi ſimulachrum ſculptile.[49]Io-
nathan' autem filius Gerſom, filij[50]Manaſſe,' ipſe atque filij eius fuerunt ſacerdotes in tribu Dan,

¶17 Cũ ſeceſſperueneritis,
¶18 & terrã latã ſitu: quãdoquidẽ tradidit eã
¶19 Heb. nulla eſt penuria vllius rei quæ in terra ſit.
¶20 vocauerũt locum illum
¶21 ſub. locus iſte eſt.
¶22 Scitiſne
¶23 vſ, videte
¶24 aut, facturi ſitis.
¶25 vſ, declinãtes ¶26 [quæ erat in] domo
¶27 Heb. interrogarũt ad pacem. Vel poti⁹, imprecati ſunt illi pacem. ſiue ſalutem.
¶28 in introitu
¶29 per hanc veſtem extimã, & aliæ veſtes intelliguntur.
¶30 .i. ſimulachrum in cuius honorem factæ fuerant veſtes ſacerdotales.
¶31 .i. digito cõpeſce labellũ.
¶32 Heb. Et lætatũ eſt cor &c. q.d. Quo audito, cœpit eſſe animo hilari.
¶33 Heb. venit ĩ mediũ populi. ingreſſus eſt turbam.
¶34 paruulos,
¶35 ſiue, ſupellectilem
¶36 cõgregati ſunt ¶37 qui habitabant
¶38 quòd congregatus es?
¶39 vſ, curaui faciendos
¶40. i. quid mihi putatis eſſe reliquum? q.d. abſtuliſtis quæ erant mihi chariſſima.
¶41 q.d. habeo iuſtã expoſtulãdi occaſionem. ¶42 Heb. Ne audire facias vocẽ tuam apud nos. vſ. Ne attollas vocẽ tuã nobiſcum. i. nobis audientibus. q.d. Tace ſi ſapis. ¶43 viri animo amari. i. animo concitati, hoc eſt iracundi, qui facile iraſcũtur. Gallice, Gens de cholere. ¶44 Heb. recolligas animam tuam &c. i. ne Deus recolligat apud ſe animam tuã: hoc eſt, ne ſis cauſa quòd pereas cum tota familia tua. ¶45 vſ, quieſcentem. ſiue, ceſſatorem ¶46. i. nihil tale timentẽ. ¶47 Heb. nec erat illis commercium cum quouis homine: ¶48 vſ, quæ [eſt in regione] Beth-rehob. ¶49 adoleſcẽs ſcilicet ille Leuita. ¶50 imitatione quidem, non natura. fuit enim etiam cultor idolorum. Hebræi Moſen intelligunt, cuius filius fuit Gerſom. Nam in hac dictione מנשה, ponitur נ ſupra dictionem משה. nam hic erat nepos Moſis. Et vt conſulerent honori Moſis, adiecerunt נ in dictione משה. & dicitur filius Manaſſe, non quidem (vt dictum eſt) natura, ſed imitatione. nam Manaſſe fuit etiam idololatra.

vſque ad diem[1] tranſmigrationis terræ.' Erexerũt inquam ſibi ſimulachrum Micha, quod ipſe fecerat, [5] cunctis diebus quibus domus Dei fuit in Silo.

CAP. XIX.

IN diebus quibus nullus legitimus magiſtratus erat in Iſraele,' fuit Leuites quidã[2] qui commorabatur aduena[3] in lateribus' montis Ephraim, duxitq; vxorẽ concubinã de Beth-lehem Iuda. Et ſcortata eſt cõcubina eius[4] cõtra eum,' diſceſſitq; ab eo ad domum patris ſui in Beth-lehẽ Iuda. manſitq; illic[5] dies aliquot, nempe quatuor mẽſes.' Surgens itaq; vir eius, ſequutus eſt eam, [6] vt amice loqueretur ad eã,' eámque reduceret, habẽs ſecum puerũ ſuũ, & duos aſinos. Illa ergo introduxit eũ in domũ patris ſui: vidẽnſque eũ pater puellæ, lætus ei occurrit. Et [7] retinuit' eum ſocer eius, pater ſcilicet puellæ, manſitque cũ eo tres dies, comedẽtes, bibẽtes, ac ibidẽ pernoctantes. ¶ Die tertio quũ mane ſurrexiſſent, ſurrexit & Leuita vt abiret pater autẽ puellæ dixit ad generũ ſuũ, Corrobora [8] cor tuũ buccella panis,' & tum demũ ibitis. Cõſedentes igitur comederũt & biberũt duo illi ſimul: dixitque pater puellæ ad virũ illũ, [9] Aſſenti quæſo, vt hîc pernoctes, iucundũmque ſit cor tuũ.' Quũ verò vir ille ſurgeret vt abiret, coegit eum ſocer eius, [10] vt reuerſus illic ea nocte maneret.' Quinto die mane cõſurgẽs vt abiret, ait pater puellæ, Corrobora quæſo [11] cor tuũ. [12] morã itaque nectũt' donec inclinaret dies. [13] ſimúlq; ederũt duo iſti.' Cõſurgit autẽ vir ille, vt abiret ipſe & cõcubina ei[9], atq; puer eius: dixit itaq; pater puellæ ſocer ei[9] ad eũ, En [14] dies [15] remiſit, [16] ſvergitq; ad veſperã, ¶ pernoctate quæſo: en [17] dies occũbit,' pernocta hîc, vt [18] lætũ ſit' cor tuũ: cras ſurgetis mane, vt proſequamini iter veſtrũ: ibitiq; cras [19] in tentoria tua.' At vir ille noluit pernoctare, ſed ſurgens abijt, venitq; [20] prope Iebus,' quæ eſt Ieroſolyma: & cũ eo erãt [21] biiuges' aſini, & cõcubina eius. Quúmque eſſent [22] apud' Iebus, dies deſcẽderat valde. dixitque puer ad dominũ ſuum, [23] Veni quæſo,' diuertamus ad ciuitatẽ iſtã Iebuſæorũ, vt pernoctemus in ea. Reſpõdit ei dominus eius, Non diuertemus [14] in vrbem alienã, [eorum] qui' nõ ſunt ex filijs Iſrael, ſed trãſibimus vſque Gibea. Et dixit puero ſuo, Age, accedamus ad alterũ [iſtorum] locorum, vt pernoctemus in Gibea, aut in Rama. ¶ Trãſeũtes igitur iuerunt, & occubuit eis ſol iuxta Gibea, quæ eſt Beniamitarũ. [25] Diuertentes ergo illuc, ingreſſi ſunt vt in Gibea pernoctarẽt:' & introiens ſedit in platea ciuitatis, nec erat qui [26] reciperet' eos in domũ in qua pernoctarent.' Et ecce' vir quidam ſenex veniebat ſub veſperi ab opere ſuo è rure, qui & ipſe erat de monte Ephraim, peregrinúſque commorabatur in Gibea: ciues autem illius loci [28] filij Iemini erant.' Is itaque ſublatis oculis ſuis, vidit virũ iſtum [29] qui de via venerat,' in platea ciuitatis: dixitq; ſenex ille, Quò vadis? & vnde venis? Reſpondit ei, Tranſimus de Beth-lehem Iuda ad [30] latera' mõtis Ephraim, vnde ego ſum,

vſque ad diem captiuitatis ſuæ. Manſitque apud eos idôlum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Iſrael.

CAP. XIX.

FVit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephráim, qui accepit vxorẽ de Beth-lehem Iuda: quæ reliquit eum, & reuerſa eſt in domum patris ſui in Beth-lẽhem, manſitque apud eum quatuor menſibus. Secutúſque eſt eam vir ſuus, volens reconciliari ei, atque blandiri, & ſecum reducere, habens in comitatu puerum & duos aſinos: quæ ſuſcepit eum, & introduxit in domum patris ſui. Quod cum audiſſet ſocer eius, eúmque vidiſſet, occurrit ei lætus, & amplexatus eſt hominem. Manſitque gener in domo ſoceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter. ¶ Die autem quarto de nocte conſurgens, proficiſci voluit. quem tenuit ſocer, & ait ad eum, Guſta prius puſillum panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſcêris. (B) Sederúntque ſimul, ac comederunt & biberunt. dixitque pater puellæ ad generum ſuum, Quæſo te vt hodie hîc maneas, paritérque lætemur. At ille conſurgens, cœpit velle proficiſci: & nihilominus obnixè eum ſocer tenuit, & apud ſe fecit manere. Mane autem facto, parabat Leuites iter. cui ſocer rurſum, Obſecro, inquit, vt paululum cibi capias, & aſſumptis viribus, donec increſcat dies, poſtea proficiſcaris. comederunt ergo ſimul. Surrexítque adoleſcens, vt pergeret cum vxore ſua & puero. cui rurſum locutus eſt ſocer, Conſidera quòd dies ad occaſum decliuior ſit, & propinquat ad veſperum: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras (C) proficiſcêris vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquieſcere ſermonibus eius: ſed ſtatim [*] perrexit,' & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem, ducens ſecum duos aſinos onuſtos, & concubinam. Iámque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixítque puer ad dominum ſuum, Veni, obſecro, declinemus ad vrbem Iebuſæorum, & maneamus in ea. Cui reſpondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filijs Iſrael, ſed tranſibo vſque Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. ¶ Tranſierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuítque eis ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Beniamin: diuerterúntque ad eam, vt manerent ibi. quò cum intraſſent, (D) ſedebant in platéa ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hoſpitio. Et ecce, apparuit homo ſenex, reuertens de agro & de opere ſuo veſperi, qui & ipſe de monte erat Ephráim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines autẽ regionis illius erãt filij Iemini. Eleuatíſq; oculis, vidit ſenex ſedentẽ hominẽ cũ ſarcinulis ſuis in platéa ciuitatis: & dixit ad eũ, Vnde venis? & quò vadis? Qui reſpõdit ei, Profecti ſumus de Beth-lẽhẽ Iuda, & pergim[*] ad locũ noſtrũ, qui eſt in latere mõtis Ephráim,

Vxor cuiuſdã Leuitæ reuertitur in domũ patris.

Reducit eam maritus.

Iebus quæ & Ieruſalem.

¶ [*] ſurrexit,

Diuertunt in Gabaa, & ſuſcipiuntur à ſene quodam.

¶1 captiuitatis terræ .i. quo abducti fuerunt captiui qui habitabãt in Terra ſancta. Hoc intelligitur de captiuitate quando arca fuit capta tempore Heli. quo tempore multi ex filijs Iſrael abducti fuerunt captiui. Quod ex ſequẽti verſu cognoſcitur. Hoc idolũ Samuel deiecit.

¶2 q.d. tandiu manſit idolum illud, nẽpe vſque ad tempora Heli.

XIX.

¶1 In diebus illis, quũ nõ eſſet rex in Iſrael. vel, quum in Iſraele eſſet velut interregnum.

¶2 vt peregrinus habitans

¶3 .i. in vno laterum.

¶4 vel, apud ipſum .i. quũ apud illum maneret. Aut, eo vidente fornicata eſt alij. Illa quum fornicata eſſet, & id viro innotuiſſet, & ab eo increpata, abiit. Alij vertunt, & ſpreuit illum cõcubina ſuã. Chaldæus paraph. quæ ſpreuit illum.

¶5 vel, annum vnum, [&] menſes quatuor.

¶6 Heb. vt loqueretur ad cor ei[9] .i. vt blãdiretur ei.

¶7 Heb. apprehẽdit .i. amplexatus eſt eũ. ¶8 vel, ſtomachũ tuũ puſillo cibo. ¶9 Heb. Velis nunc pernoctare, vt lætetur cor tuũ. q.d. Placeat tibi adhuc hodie in lætitia pernoctare apud me. ¶10 Heb. & conuerſus pernoctauit ibi .i. nolentẽ & inuitum retinuerunt. ¶11 vel, ſtomachum tuum. ¶12 tardauerunt itaque ¶13 q.d. bibendo pene diem tranſegerũt. ¶14 Per diem intelligit aut ſolem, aut calorem diei. ¶15 ſiue, remiſſior facta eſt, ¶16 Heb. ad occidendum .i. ita vt dies propinqua ſit veſperi. ¶17 Heb. manſio diei eſt .i. tempus quo dies conuertet ſe ad hoſpitium. q.d non procul abeſt occaſus ſolis. aut, propinquat dies ad veſperam, quo tempore ſolent homines diuertere ad hoſpitiũ. Occaſum ſolis vocat manſionem: nam ſol videtur diuertere ad hoſpitium quum occidit. ¶18 exhilaretur ¶19 .i. in vrbem tuam. ¶20 Heb. vſque ad latus Iebus .i. venit vſque ad locum qui erat e regione Iebus. relinquebat Iebus ad latus. ¶21 clitellati. onuſti. ſtrati. Gallicè, Sanglez & batez. ¶22 iuxta ¶23 .i. Eia. vel, Age, ¶24 ad vllam vrbem alienigenarum quæ &c. q.d. Non diuertemus ad vrbem iſtam, neque ad vllam aliã eum quæ non ſint filiorum Iſrael. ¶25 Heb. Et diuerterunt vt ingrederentur ad pernoctandum .i. vt ingreſſi vrbem, ibi pernoctarent. ¶26 Heb. colligeret ¶27 vel, Interea autem ¶28 .i. erant de tribu Beniamin. ¶29 viatorem ¶30 vel, latus, aut, fines

vn le ieramus in Beth-lèhē: & nunc vadimus ad

¶ Domini,

domum Dei, nulluſque ſub tectum ſuū nos vult

E recipere, Habētes paleas & fœnū in aſinorū pabulū, & panē ac vinū in meos & ancillę tuę vſus, & pueri qui mecum eſt: nulla re indigemus, niſi hoſpitio. Cui reſpondit ſenex, Pax tecum ſit, ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt: tantū quæſo, ne in platea maneas. Introduxitque eū in domum ſuā, & pabulū aſinis præbuit: ac poſtquam lauerunt pedes ſuos, recepit eos in conuiuium.

Gabaonitæ abutunt vxore Leuitæ.

¶ Illis epulātibus, & poſt laborē itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filij belial, id eſt abſque iugo, & circundantes domū ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominū domus, atque dicentes, Educ virum qui ingreſſus eſt domū tuā, vt abutamur

F eo. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitiū meum, & ceſſate ab hac ſtultitia. Habeo filiā virginem, & hic homo habet concubinam. educā eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinē cōpleatis: tantum, obſecro, ne ſcelus hoc contra naturā, operemini in virum. Nolebat acquieſcere ſermonibus illius: quod cernēs homo, eduxit ad eos cōcubinam ſuam, & eis tradidit illudendā: qua cū tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad oſtium domus, vbi manebat

Moritur vxor Leuitæ.

dominus ſuus, & ibi corruit. ¶ Mane facto, ſurrexit homo, & aperuit oſtium, vt cœptam expleret

G viam: & ecce concubina eius iacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus. Cui ille, putans

¶ &

eam quieſcere, loquebatur, Surge, vt ambulemus. Qua nihil reſpondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam, & impoſuit aſino. Reuerſuſque eſt in domū ſuā: quā cum eſſet ingreſſus,

Maritus in duodecim partes eā partitur, mittēs eas ad filios Iſrael.

arripuit gladium, & cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. Quod cum vidiſſent ſinguli, conclamabant, Nunquam res talis facta eſt in Iſrael ex eo die quo aſcenderūt patres noſtri de Aegypto, vſque in præſens tempus: ferte ſententiam, & in commune decernite quid facto opus ſit.

CAP. XX.

Filij Iſrael cōgregātur in Maſpha, ob vxorē Leuitæ. oſee 10. c.

¶ omnēſque

¶ quadringenta

EGreſſi itaque ſunt omnes filij Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus, de Dan vſque Ber-ſabee, & Terra-Galaad ad Dominū in Maſpha: omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tribus Iſrael in eccleſiam populi Dei conuenerunt quadraginta millia peditū pugnatorū. (Nec latuit filios Beniamin quòd aſcendiſſent filij Iſrael in Maſpha) interrogatúſque Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet, Reſpondit, Veni in Gabaa Beniamin, cum vxore mea, illúcque diuerti. Et ecce, homines ciuitatis illius circūdederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt. Quam arreptam, in fruſta concidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ: quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael. Adeſtis omnes filij Iſrael, decernite quid facere debeatis. ¶ Stánſque omnis populus, & quaſi vnius hominis ſermone reſpondit,

& profectus ſum in Beth-lehem Iuda: nūc verò ad domum Domini vado, nec eſt qui me hoſpitio accipiat. [11]Habemus nos & paleas & pabulū pro aſinis noſtris, deinde panis & vinū eſt mihi & ancillæ tuæ, & puero qui eſt cum ſeruo tuo. nihilque deeſt. Vir ille ſenex dixit, [12]Bono ſis animo, ego ſarciā quidquid tibi deeſt, modo ne in platea pernoctes. Introducens igitur eum in domum ſuam, præbuit pabulum aſinis, & [13]lauātes pedes ſuos, comederunt atq; biberūt. ¶ Quū nq; exhilararent cor ſuū, ecce viri ciuitatis, [14]qui erant filij belial, circundātes domū, [15]impetu ferebantur ad oſtiū, dixerúntque ad virum illum ſenem, ad [16]patrem familias ſcilicet, hiſce verbis, Profer virū iſtum qui ingreſſus eſt in domū tuā, vt [17]cognoſcamus eum. Et egreſſus vir ille, [18]pater nēpe familias, & dixit ad eos, Ne quæſo fratres, ne hoc malū deſignetis: [19]quandoquidē vir ille ingreſſus eſt domū meā, ne deſignetis ſcelus hoc horrendum. En filia mea virgo, & concubina eius, educam nūc eas, [40]has humiliate, & facite eis quod vobis videtur, modo [41]in virū hunc ne tam horrendum ſcelus deſignetis. At viri illi audire eum noluerunt: apprehendens itaque vir ille concubinā ſuam, eduxit [eam] foras ad eos: qui cognóſcentes eam, [42]illuſerunt ei tota nocte vſque mane, cum aurora exoriretur eam dimittētes. Sub lucem venit mulier, & cecidit ante oſtiū domus viri illius in qua erat maritus eius, donec illuceſceret. ¶ Mane itaq; conſurgens [43]herus eius, aperuit fores domus, egreſſúſque eſt vt proficiſceretur itinere ſuo, & en [44]vxor cōcubina eius iacebat ante oſtiū domus, manúſq; eius ſuper inferū limen. Dixitque ad eā, Surge, vt eamus. quæ non reſpondit. Vir ergo ille ſublata ea ſuper aſino, ſurrexit, & abijt in locū ſuū. Veniens autē in domum ſuā, accepto cultro, prehenſáque concubina ſua, in fruſta cōcidit [45]cū oſſibus ſuis, nempe in duodecim fruſta, & miſit eā in omnes terminos Iſraelis. Fiebat verò vt quicūq; videret, diceret, Nihil tale neq; factū eſt neque viſum, ab eo tempore quo aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti in hunc vſq; diē, [46]expendite hāc rem, [47]conſulite, [48]loquimini.

CAP. XX.

EGreſſi ſunt itaq; omnes filij Iſrael, & concio ad vnū coacta eſt, à Dan vſq; Beer-ſeba [1]vſq; ad terrā Gilead, ad Dominū in [2]Mizpa. Et [3]ſtatuerūt ſe [4]anguli totius populi, omniū ſcilicet tribuū Iſrael, in cōcionē populi Dei, nēpe quadringenta millia peditū [5]bello aptorū. (Audierūt autem Beniamitæ quòd filij Iſrael aſcendiſſent in Mizpa.) [6]dixerúntq; Filij Iſrael, dicite [7]quomodo factū ſit malū illud. Et reſpondēs vir Leuita, maritus mulieris interfectæ, ait, Ego veni in Gibea Beniamitarū vnà cū concubina mea, vt illic pernoctarē. Inſurgentéſq; aduerſus me ciues Gibea, cinxerunt [8]me & domum noctu, [9]præ ſe ferentes aciē vellent me interficere, quin cōcubinā meā oppreſſerunt ita vt mortua ſit. Arripiēs itaq; concubinā meā, conſcidi eam in fruſta, circūmiſique eam in omnē regionē poſſeſſionis Iſrael, quoniā fecerūt ſcelus & nephandū flagitium in Iſraele. Ecce vos omnes filii eſtis Iſrael, [10]curate negotiū hoc, & deliberate in rē præſentē. ¶ Surrexit itaq; [11]ad vnū vniuerſus popul9, & dixerūt,

¶ 11 Heb. Et etiā palea &c. pro, Cum etiā palea & pabulum ſit mihi. ¶ 12 Heb. Pax tibi, tantū omnis indigentia tua ſup me: tantum ne &c. q. d. Salue, de nulla re ſis ſolicitus, dabo tibi omnia neceſſaria, ſi modo nolis hic manere. ¶ 13 lauerūt pedes ſuos, comederúntq; &c. vel, lauerūt pedes eorum. ſub. famuli. ¶ 14. i. homines nebulones, & improbi. Gallice, Gens qui ne valent rien. ¶ 15 inſolenter pulſauerūt fores, ¶ 16 Heb. dominū dom9 ¶ 17 Hoc ſignificat venerem maſculam. ¶ 18 dominus domus, ¶ 19 poſteaquā ¶ 40 abutimini illis. vel, vim inferatis eis, ¶ 41 huic viro ne faciatis rem ignominię huius .i. ignominioſam hāc rē. tātum obſecro ne exerceatis tam nefariam venerem. ¶ 42 vel, abuſi ſunt illa. i. op9 abominabile fecerunt in ea in coitu. ¶ 43 maritus ¶ 44 mulier ¶ 45 vel, mēbratim. ¶ 46 Heb. apponite [cor] veſtrū ſuper illud, ¶ 47 date conſilium, ¶ 48 vel, dicite. ſub. veſtrā ſententiam. i. adhibito diligenter conſilio decernite quid facto opus ſit.

XX. ¶ 1 & [ſi] terra Gilead. ſub. vſque ad mare mediterraneum. ¶ 2 Cum quid decernendum erat, conueniebant Iſraelitæ in Miſpa, quòd Dominus illic operatus eſſet ſalutem quū reges in eo loco pugnarent contra Iſraelitas. Erat ibi prætereà locus orationis, & menſa Domini vt aiunt. ¶ 3 vel, affuerunt ¶ 4. i. primores, & capita populi. nam vt anguli in domo ſunt præcipui, ſic primates in populo. ¶ 5 Heb. educentiū enſem. ¶ 6 ſub. principes. ¶ 7 vel, qua ratione ¶ 8 Heb. ſuper me domum. i. in meā perniciem. ¶ 9 Heb. cogitantes me interficere. i. abuti me præpoſtera libidine vſq; ad mortem. ¶ 10 Heb. date vobis verbum & cōſilium hic. Redūdat [vobis.] i. ferte ſententiam & date conſilium quid ſit opus facto. ¶ 11 Heb. ſicut vir vnus. i. vnanimi conſenſu.

Nō ibim⁹ quiſq; in tētoriū ſuū, nec[12]recedemus' hinc quiſq; in domū ſuā. Quin hoc faciem⁹,[13]cō tra Gibea[aſcendemus]contra eā per ſortē.'Accipiemus decimū quenq; ex cētū per ſingulas tribus Iſrael, & ex mille centeſimū quenq;, ex decē millibus milleſimū quenq;.[14]qui accipiāt'cōmeatū pro populo[15]qui hoc facturus eſt, qui veniat cōtra' Gibea Beniamitarū[16]propter vniuerſum hoc ſcelus quod perpetrauit' in Iſraele. Et congregati ſunt omnes Iſraelitæ cōtra vrbē,[17]ad vnum cōſociati.'Miſerunt autē tribus Iſrael viros[18]per vniuerſam tribū' Beniamin, qui dicerent, Quod eſt hoc malū quod factū eſt[19]in vobis?' Tradite igitur viros illos filios belial, qui ſunt in Gibea, vt occidam⁹ eos, &[20]excindamus'malū ex Iſraele. at Beniamitę noluerunt audire vocē fratrum ſuorū filiorū Iſrael. Quin cōgregati ſunt Beniamitę ex ciuitatib⁹[alijs]i Gibea, vt egreſſi pugnarent cōtra filios Iſrael.[21]Recēſiti' ergo ſunt[22]eodē die' filij Beniamin ex ciuitatibus[alijs,]viginti ſex millia virorū,[23]qui bello fuerunt apti,'exceptis habitatorib⁹ Gibea.[24]quorū cēſi ſunt'ſeptingenti viri electi. In vniuerſo autē populo illo ſelecto, fuerūt ſeptingenti viri,[25]quorū dextra manus inepta erat,' & illi omnes iaculādo è funda lapidē, pilū capitis ferire potuiſſent, nec aberraſſent. Seorſim deinde recēſiti ſunt Iſraelitarum, præter Beniamin, quadringēta millia virorū, qui gladiū diſtringere poterāt: hi omnes milites fuerūt bellorū gnari. Conſurgētes itaq; aſcēderūt[26]domū Dei,'conſuluerūntq; Deū, & dixerūt filij Iſrael, Quis aſcendet nobis,[27]quo duce geramus bellū'cōtra Beniamitas? & reſpōdit Dominus, Iehuda[28]erit in primo pilo. ¶Surgētes igitur filij Iſrael mane, poſuerūt caſtra cōtra Gibea. Egreſſi enim erāt filij Iſrael vt pugnarēt cū Bēiamin: & Iſraelitæ inſtruxerūt aciē bellicā cōtra eos iuxta Gibea. Egreſſi verò Beniamitę de Gibea, ex Iſraelitis eo die virorū vigintiduo millia ad terram proſtrauerūt. ¶Et corroborās ſeſe populus Iſraeliticus, rurſus inſtruūt aciē in eo loco, quo primo die aciē inſtruxerāt.[29]Aſcenderant autē filij Iſrael, & fleuerāt corā Domino vſq; ad veſperā, & cōſuluerāt Dominū hiſce verbis, An rurſ⁹ cōgrediar cū fratre meo, nēpe filijs Beniamin? Et dixerat Dominus, Aſcendite cōtra eū. Congreſſi ſunt ergo Iſraelitæ cū Beniamitis poſtero die, Egreſſis Beniamitis obuiā illis de Gibea poſtero die, & ex filijs Iſrael adhuc decē & octo millia virorū in terrā proſtrauerūt,[30]qui omnes diſtringere gladiū potuerūt. ¶Aſcēderūt igitur omnes filij Iſrael, atq; vniuerſus populus, & venerūt in domū Dei flētes & ſedētes illic corā Domino: ieiunauerūt denique die illo vſq; ad veſperā, ſacrificarūt quoq; holocauſta & pacifica in conſpectu Domini. Et interrogauerūt Iſraelitæ Dominum (erat enim illis diebus illic arca fœderis Domini Dei: Et Pinhas fili⁹ Eleazari filij Aharonis ſtabat in cōſpectu[31]eius' illis diebus,) hiſce verbis, Rurſúmne egrediar in prælium aduerſus fratrē meū, filios nēpe Beniamin, an ceſſabo? Dominus ait, Aſcēdite, quoniā cras tradā eū in manū tuā. Collocauit itaq; Iſrael inſidias per circuitū Gibea: & aſcēdentes filij Iſrael contra filios Beniamin die tertio, aciē inſtruxerūt cōtra Gibea[32]quēadmodū ſemel atq; iterū.' Et egreſſi filij Beniamin obuiā populo, extracti ſcilicet ex vrbe, cœperūntq; populū ferire atq; vulnerare[33]ſicut ſemel atq; iterū' fecerant in ſemitis, quarū vna aſcēdit Beth-el, & altera in Gibea 'per agrū,' circiter triginta viros

Non recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſquā intrabit domū: Sed hoc contra Gabaa in cōmune faciemus, Decē viri eligātur è centū, ex omnibus tribub⁹ Iſrael, & centū de mille, & mille de decē millibus, vt comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro ſcelere quod meretur. Cōuenitque vniuerſus Iſrael ad ciuitatē, quaſi homo vnus eadem mente, vnóque conſilio, Et miſerunt nuntios ad omnē tribum Beniamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertū eſt? Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Iſrael. qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum: Sed ex cunctis vrbibus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populū Iſrael dimicarent. Inuentique ſunt vigintiquinque millia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, Ita ſiniſtra vt dextra prælиantes: & ſic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoque Iſrael, abſque filijs Beniamin, inuenta ſunt'quadraginta' millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt in Silo: conſuluerúntque Dominum, atque dixerunt, Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus reſpondit Dominus, Iudas ſit dux veſter. ¶Statímq; filij Iſrael ſurgentes mane, caſtrametati ſunt iuxta Gabaa: & inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem oppugnare cœperunt. Egreſſique filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Iſrael die illo vigintiduo millia virorū. ¶Rurſum filij Iſrael & fortitudine, & numero cōfidentes, in eodē loco in quo prius certauerāt, aciem direxerunt: ita tamen vt prius aſcenderent, & flerent coram Domino vſque ad noctē: conſulerēntque eum, & dicerent,'Debemus'vltrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres'noſtros,'an nō? Quibus ille reſpondit, Aſcendite ad eos, & inite certamen. Cúmque filij Iſrael altera die contra filios Beniamin ad præliū proceſſiſſent, Eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati ſunt, vt decem & octo millia virorum educentiū gladiū proſternerent. ¶Quam ob rem omnes filij Iſrael venerūt in domū Dei, & ſedentes flebant corā Domino: ieiunauerúntque die illo vſque ad veſperam, & obtulerunt ei holocauſta, atque pacificas victimas. Et ſuper ſtatu ſuo interrogauerūt: (eo tempore ibi erat arca fœderis Domini, Et Phinees filius Eleazari filij Aaron præpoſitus domus.) conſuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dominus, Aſcēdite: cras enim tradā eos in manus veſtras. Poſuerúntque filij Iſrael inſidias per circuitum vrbis Gabaa: & tertia vice, ſicut ſemel & bis, contra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduerſarios longius perſecuti ſunt: ita vt vulnerarent ex eis ſicut primo die & ſecundo, & cæderent per duas ſemitas vertentes terga, quarū vna ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa, atque proſternerent triginta circiter viros.

B

Beniaminitę negāt ſe daturos homines qui ſcel⁹ perpetraſſent, ſed cōtrà defendūt Gabaonitas.

25700 ex Beniamin.

C

¶'quadrīgēta 400000 Iſraelitæ.

Iſraelitæ cōſulūt Deū cōtra Beniamin pugnaturi, & vincūtur.

Rurſum conſulto Domino, vincunt.

D

¶'Debeo

¶'meos.

Tertiò conſulūt Deum, & tradūt Beniaminitæ i manus ipſorū.

E

¶12 ſub. priuſquam vlti fuerimus hoc ſcelus. ¶13 propter Gabaa, cōtra eam ſorte. ſub. aſcēdemus .i. mittemus ſortem quinā ſint pugnaturi contra eam. ¶14 ad afferendum. vl, vt cōportent ¶15 Heb. vt faciat[ſub. populus] cum peruenerit ad ¶16 Heb. iuxta omnem hanc ignominiam quam fecit .i. quemadmodū admiſerūt hāc ignominiā &c. hoc eſt, vt reddant filij Iſrael illis quod merentur pro tanto ſcelere. ¶17 Heb. tanquam vir vnus, ſocij. ſub. in ea re .i. vnanimi cōſenſu, & eadem mente. ¶18 per omnes tribus. ſiue cognationes. Erant in tribu Beniamin duodecim familię. ¶19 inter vos? ¶20 auferamus ¶21 Numerati .i. Habit⁹ eſt delectus. ¶22 vl, eo tempore ¶23 Heb. educentium gladium, ¶24 qui numerati ſunt ¶25 Heb. clauſi [vl, capti]manu dextera. i. vtentes ſiniſtra pro dextera. ¶26 .i. in Silo, vbi erat tabernaculū. ¶27 initio ad bellum ¶28 [ſub. aſcendet]initio. i. tribus Iuda prima omniū dimicabit. ¶29 vl, Prius tamen aſcēderāt. ſub. in domum Dei. Filij Iſrael peſſierāt quòd permiſiſſent coli ſimulachrum Michæ in tribu Dan. ¶30 .i. qui erant viri bellatores. ¶31 nempe Domini. i. fungebatur dignitate ſacerdotali. ¶32 vl, vt alias, & hac quoque vice. ¶33 in agro,

Putauerũt enim ſolito eos more cædere: qui fugam arte ſimulantes inierunt conſilium vt abſtraherent eos de ciuitate, & quaſi fugiẽtes ad ſupradictas ſemitas perducerent. Omnes itaq; filij Iſrael ſurgentes de ſedibus ſuis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baal-thamar: inſidiæ quoque quæ circa vrbem erãt, paulatim ſe aperire cœperunt, & ab Occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorum de vniuerſo Iſrael, habitatores vrbis ad certamina prouocabant: ingrauatúmque eſt bellum contra filios Beniamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis inſtaret interitus. Percuſſítq; eos Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium. Filij autem Beniamin cum ſe inferiores eſſe vidiſſent, cœperunt fugere. quod cernentes filij Iſrael, dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas inſidias deueniréẽt, quas iuxta vrbem poſuerant. qui cum repente de latibulis ſurrexiſſent, & Beniamin terga cædentibus daret, ingreſſi ſunt ciuitatem, & percuſſerunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Iſrael his quos in inſidijs collocauerant, vt poſtquam vrbem cepiſſent, ignem accenderent: vt aſcendente in altum fumo, captam vrbem demonſtrarent. Quod cum cernerent filij Iſrael in ipſo certamine poſiti (putauerũt enim filij Beniamin eos fugere, & inſtantius perſequebantur, cæſis de exercitu eorum triginta viris) Vt viderunt quaſi columnam fumi de ciuitate conſcendere, Beniamin quoque reſpiciens retro, cum captam cerneret ciuitatem, & flammas in ſublime ferri: Qui prius ſimulauerant fugã, verſa facie fortius reſiſtebant: quod cum vidiſſent filij Beniamin, in fugam verſi ſunt, & ad viam deſerti ire cœperunt, illuc quoque eos aduerſarijs perſequentibus. ſed & hi qui vrbem ſuccenderant, occurrerunt eis. Atque ita factum eſt, vt ex vtraque parte ab hoſtibus cæderentur, nec erat vlla requies morientium: ceciderunt, atq; proſtrati ſunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa. Fuerunt autẽ qui in eodem loco interfecti ſunt, decem & octo millia virorum, omnes robuſtiſſimi pugnatores. Quod cum vidiſſent qui remãſerant de Beniamin, fugerunt in ſolitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulũ eſt Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuerſa tendentes, occiderunt quinque millia viros. Et cum vlterà tenderent, perſecuti ſunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. Et ſic factum eſt, vt omnes qui ceciderant de Beniamin in diuerſis locis, eſſent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptiſſimi. Remanſerunt itaq; de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in ſolitudinem ſexcenti viri: ſederũtq; in Petra-remmon menſibus quatuor. Regreſſi autem filij Iſrael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſque ad iumenta gladio percuſſerũt, cunctáſque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma conſumpſit.

Ex filijs Beniamin. 600 tãtũ ſupereſſũt.

CAP. XXI.

[1]Iurauerant quoq; filij Iſrael in Maſpha, & dixerũt, Nullus noſtrũ dabit filijs Beniamin de filiabus

¶Iurauerũt filij Iſrael iurãt, ſe nõ daturos filias ſuas reliquis filijs Beniamin.

de Iſrael. Nam dixerant filij Beniamin, [34]Corruẽt' ante nos vt antea: & filij Iſrael dixerant, Fugiemus &[35] proritabimus' eos ex vrbe [36]in ſemitas.' Surgentes itaque omnes Iſraelitæ de loco ſuo, aciẽ inſtruxerunt in Baal-thamar: ſed & inſidiæ Iſraelitarum egreſſæ ſunt de loco ſuo, nẽpe de[37] vireto' Gaba. Venerunt itaq; contra Gibea decem millia virorũ electorum ex omni Iſraele, & præliũ[38] incendebatur,' nec norant illi tãtum ſibi imminere periculũ. Percuſſit itaq; Dominus Beniamitas ante Iſraelitas, & trucidarũt filij Iſrael de Beniamin in die illa virorũ viginti quinque millia & centũ, qui omnes [39]apti erant bello. [40]Quum igitur vidiſſent filij Beniamin quòd corruiſſent (dederant enim Iſraelitæ Beniamitis locum: nam fiſi ſunt inſidijs quas collocauerant prope Gibea: & qui in inſidijs fuerũt, feſtinãtes extenderunt ſe verſus Gibea, extracti ſcilicet ex inſidijs, & trucidarunt totam vrbẽ gladio. Symbolum enim conſtitutũ fuerat inter Iſraelitas, & inter eos qui collocati erant in loco inſidiarum, vt ipſi [interficerent] gladio, quũ illi excitarent eleuationem fumi ab vrbe. Verſi enim ſunt filij Iſrael in pugna,) cœpit Beniamin trucidare vulneratos' ex Iſraelitis circiter triginta viros: [41]dixerũntque,' Profecto[42] corruunt' ante nos[43] vt antea.' Cum verò fumus cœpiſſet aſcendere ex vrbe, [44]columna [ſcilicet fumi,]' reſpiciebat Beniamin poſt ſe, & ecce [45]vniuerſa ciuitas aſcendebat' cælum verſus. Quúmq; verterentur Iſraelitæ, territi ſunt Beniamitæ, videntes ſibi imminere periculũ. [46]Verſis ergo coram Iſraelitis verſus viam deſerti, prælium inſequutũ eſt eum grauiter:' & qui de vrbibus [exierãt,] trucidabant eos in medio ipſius: Circũdederant enim Beniamitas[47] ſtrenue eos inſequentes, [48]viã præripientes eis, ne tutum locũ inuenirent, vſque ad Gibea' ab exortu ſolis. Ceciderunt verò ex Beniamitis decẽ & octo millia virorũ, qui omnes fuerant ſtrenui milites. [49]Verſi ergo fugerunt' deſertum verſus ad Petrã-rimon. Et [50]racemationẽ fecerunt ex ipſis in ſemitis,' virorũ quinque millia, &[51] adhæſerunt illis vſque' in Gideom, percutientes ex ipſis duo millia virorum. Omniũ autem virorum qui ceciderũt ex Beniamitis ea die [52]fuerunt' viginti quinque millia, qui ſtringere gladium potuerũt, quique omnes ſtrenui fuerũt milites. Verſi itaque fugerunt in deſertũ ad Petram-rimon, ſexcenti ſcilicet viri, manſerũntq; in Petra-rimon quatuor menſibus. Porrò Iſraelitæ reuerſi ſunt[53] ad filios Beniamin,' & percuſſerũt eos gladio, tam homines in vrbibus quàm iumenta, quidquid demum inueniebatur, [54]& in' omnes ciuitates [55]inuentas' immiſerunt ignem.

CAP. XXI.

I[1]Vrauerunt' autẽ Iſraelitæ in Mizpa hiſce verbis, Nemo ex nobis[2] elocet' filiã ſuã Beniamitis

¶34 Heb. Cæſi ſunt. q.d. Superiores ſumus. ¶35 abducẽm*. auellemus ¶36 vſq; ad biuium illud. vl, ad coniunctiones ſemitarũ. ¶37 vox Hebræa propriè ſignificat locũ herboſum. ¶38 vl. acrius agi cœperat, ¶39 Heb. erant educentes gladium. ¶4 Ex Hebræo tres ſequentes verſus ſic verti debẽt, Viderunt autẽ [.i. Intellexerunt] filij Beniamin quòd caſi eſſent: [.i. Inferiores eſſent.] dederant autẽ filij Iſrael locũ ipſi Beniamin: nam confidebant in inſidijs quas diſpoſuerant cõtra Gabaa: Quæ quidem inſidiæ feſtinãter irruerunt in Gabaa, ipſæque cœperunt clangere [ſub. buccina. alij, proripuerũt ſeſe,] & percuſſerunt vrbẽ totam gladio. Tempus autem conſtitutum erat viris Iſrael cũ his qui fuerant collocati in inſidijs, multiplicare vt aſcendere facerent combuſtionem [vl. incendium, aut columnam] fumi [.i. vt diligenter excitarent quammaximã poſſent flammam permiſtam fumo] de vrbe. Verterãt autem terga viri Iſrael in pugna, [ſiue, primo cõflictu,] & Beniamin cœperat percutere vulneratos &c. ¶41 dicebant enim ¶42.i. inferiores ſunt. ¶43 Heb. ſicut in conflictu priore. ¶44.i. ſumus qui præſeferebat ſpeciẽ columnæ. ¶45 aſcenderat incẽdiũ totius vrbis ¶46 Heb. Verterũntq; ſeſe [.i. Dederũt terga] corã Iſraelitis verſus deſertũ, & præliũ attigit eos.i. milites aſſecuti ſunt eos. ¶47 vl, perſequi eos faciẽtes .i. hortãtes ſe mutuo ad conculcandos eos. ¶48 in loco quietis, magna diligẽtia conculcauerũt, vſque [ad locũ qui erat] è regione Gibea. Locũ quietis vocat in quo prius quieſcebãt. Legi poteſt, à loco quietis abduxerũt eos vſq; &c.i. coegerũt eos fugere vſque &c. ¶49 vl. Dãtes ergo terga, fugere cœperunt ¶50.i. palantes & in diuerſa loca tendẽtes trucidauerunt. ¶51 perſequuti ſunt illos vſque &c.i. fugiẽtes perſequẽdo vſque ad Gideom aſſecuti ſunt. ¶52 Omittit centũ qui fuerunt enumerati in ſumma vniuerſali, quòd paruus eſſet numerus, quódque id iam dixerat. Omittuntur item mille qui fuerant enumerati in ipſo delectu, qui ceciderant in prioribus prælijs duobus. ¶53 qui ſcilicet reliqui erant. ¶54 etiam in &c. ¶55.i. quæ adhuc extabant. XXI. ¶1 vl, Iurauerant ¶2 vl, dabit

¶[3] .i.in Silo. ¶4 manſerunt ¶5 vſ, deficiat hodie in Iſrael ¶6 & ædificauerunt ibi altare [nouum,] & obtulerunt holocauſtũ & hoſtias pacificas. Cum Dominum conſulere volebant, nouum altare ſolebant extruere. ¶7 in congregationem ¶8 pro eo [vſ, de eo] qui non aſcendiſſet ¶9 Heb. dicendo, Morte morietur .i. iurauerãt ſe interfecturos eos q non affuiſſent cœtui Domini. ¶10 .i. pœnituit eos ſe interfeciſſe Beniamin. ¶11 .i. qua ratione dabimus eis vxores? ¶12 non daturos nos ¶13 Dixerunt inquam, ¶14 cœtum. ſiue. congregationem. ¶15 Numeratus autem fuerat ¶16 Heb. ex filijs virtutis. i. q erãt fortiſſimi milites. ¶17 vſ, Tamen hoc ¶18 Heb. in cõcubitu virili. i. quæ non habuerant commercium cum viris. ¶19 quæ erant. caſtra refert. i. ad caſtra quæ ex tota cõgregatione remãſerant vltra in terra Chanaan.

vxorem. Veniſque populus [3]in domum Dei,' & [4]fleuerunt' illic vſque ad veſperam coram Deo, ſublatáque voce ſua fleuerunt fletu magno, & dixerunt, O Domine Deus Iſrael, quur factum eſt iſtud in Iſrael, vt [5]deſideretur hodie de Iſrael' vna tribus? ¶ Poſtero die mane ſurrexerunt populi, [6]vt extruerent aram illic, ſacrificarêntque holocauſta & gratulatoria.' & dixerunt filij Iſrael, Quis eſt qui non aſcendit [7]in comitia' ad Dominum ex omnibus tribubus Iſrael? (erat enim factum iuramentum magnum [8]illi qui non aſcenderet' ad Dominum in Mizpa, [9]nempe, quòd is morte mulctaretur.) Et' [10]pœnitudine ducti ſunt Iſraelitæ propter Beniamin' fratrem ſuum, & dixerunt, Exciſa eſt hodie tribus vna de Iſrael. Quid faciemus eis qui relicti ſunt, [11]vt vxores habeant?' Nos iurauimus per Dominum, [12]ne demus' illis filias noſtras vxores. [13]Et dixerunt,' Eſtne aliquis de tribubus Iſrael qui non aſcendit ad Dominum in Mizpa? Et ecce ex Iabes-Gilead ne vir quidem venerat in caſtra & in [14] comitia. [15](Numeratus enim eſt' populus, & en ne vir quidem aderat ex habitatoribus Iabes-Gilead.) Miſerunt ergo illuc exercitum, nempe duodecim millia virorum, [16]qui erant ſtrenui milites,' præceperúntque eis, dicentes, Ite & trucidate habitatores Iabes-Gilead gladio, tam mulieres quàm pubem. [17]Sic autem' facietis, Omnem marem, atque omnem mulierem quæ experta eſt concubitum viri, excindetis. Inuenerunt autem de habitatoribus Iabes-Gilead quadringentas puellas virgines, quæ non cognouerant virum [18]concubitu maris,' has adduxerunt ad caſtra [in] Silo, [19]quæ erant' in terra Chanaan. Miſerunt itaque tota concio, [20]loquuti' ad filios Beniamin qui erant in Petra-rimon, [21]reuocauerúntque eos in pace.' Reuerſi ſunt igitur Beniamitæ in tempore illo, & dederunt eis vxores, quas viuas ſeruauerant ex mulieribus Iabes-Gilead, [22]ſed nõ ſuffecerũt eis. ¶ Et doluit populus propter Beniamin, [23]quòd Dominus rupturã feciſſet in tribubus Iſrael. [24]Dixerũt itaque' ſeniores multitudinis, Quid faciem⁹ reliquis, [25]vt & ipſi vxores habeãt? [26]muliebris enim ſexus in Beniamin vaſtatus erat.' Et dixerunt, [27]Hæreditas in Beniamin eorũ erit qui euaſerunt,' & non delebitur tribus [vna] ex Iſraele. Porrò nos non poterimus eis dare vxores de filiabus noſtris. ([28]Iurauerant' enim filij Iſrael hiſce verbis, Execratus qui dederit Beniamitæ vxoré.) [29]Dixerunt' ergo, Ecce quotannis [30]ſolennitas Domini eſt' in Silo, [31]quæ eſt ab Aquilone ipſi Beth-el,' Et ad exortum ſolis ad viam quæ aſcẽdit de Beth-el in Sechem, & à Meridie Lebona. Præceperunt ergo filiis Beniamin hiſce verbis, Ite & ponite inſidias [32]in vineis. [33]Et quum videritis filias egredientes Silo, & 'choros ducẽtes.' exibitis vos è vineis, & rapietis vobis, quiſque ſcilicet ſibi vxoré de filiabus Silo, [34]ibitiſq; in terrã Beniamin.' Et cum venerint patres earũ, aut fratres earũ nobiſcũ expo-

ſuis vxorem. Venerúntque omnes ad domũ Dei in Silo: & in conſpectu eius ſedẽtes vſque ad veſperam leuauerũt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes, Quare Domine Deus Iſrael factum eſt hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? ¶ Altera autem die diluculo conſurgentes, extruxerunt altare: obtulerúntq; ibi holocauſta, & pacificas victimas, & dixerunt, Quis non aſcendit [a]in exercitum' Domini de vniuerſis tribubus Iſrael? (grandi enim iuramento ſe conſtrinxerãt, cum eſſent in Maſpha, interfici eos qui defuiſſent.) Ductiq; pœnitentia filij Iſrael ſuper fratre ſuo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata eſt tribus vna de Iſrael, vnde vxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus non daturos nos his filias noſtras. Idcirco dixerunt, Quis eſt de vniuerſis tribubus Iſrael, qui non aſcendit ad Dominum in Maſpha? Et ecce inuenti ſunt habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu non fuiſſe. (Eo quoque tempore cum eſſent in Silo, nullus ex eis ibi repertus eſt.) Miſerũt itaque decem millia viros robuſtiſſimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorum. Et hoc erit quod obſeruare debebitis. Omne generis maſculini, & mulieres quæ cognouerũt viros, interficite, [b]virgines autẽ reſeruate.' Inuentæque ſunt de Iabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ neſcierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad caſtra in Silo, in Terram-Chanáan. Miſerúntque nuntios ad filios Beniamin qui erant in Petra-remmon, & præceperunt eis vt [c]eas' ſuſciperent in pace. Venerúntque filij Beniamin in illo tempore, & datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non repererunt, quas ſimili modo traderẽt. ¶ Vniuerſúſq; Iſrael valde doluit, & egit pœnitentiã ſuper interfectione vnius tribus ex Iſrael. Dixerúntque maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? omnes in Beniamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura ingentique ſtudio prouidendum eſt, ne vna tribus deleatur ex Iſrael. Filias enim noſtras eis dare non poſſumus, conſtricti iuramento & maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus ſuis vxoré Beniamin. Ceperúntque conſilium, atque dixerunt, Ecce ſolennitas Domini eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad Septentrionem vrbis Beth-el, Ad Orientalẽ plagã viæ quæ de Beth-el tẽdit ad Sichimã, & ad Meridié oppidi Lebona. Præceperúntque filijs Beniamin, atq; dixerũt, Ite, & latitate in vineis. Cúmq; videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repẽte de vineis, & rapite ex eis ſinguli vxores ſingulas, & pergite in Terrã-Beniamin. Cúmq; venerint patres earũ, ac fratres, & aduerſum vos queri cœperint, atque iurgari, di-

¶[a] in exercitu

B

Habitatores Iabes-Galaad percutiuntur.

Virgines eorũ 400 dãtur Beniamin.

¶[c] eos

E

Filij Iſrael dolent ſuper interfectiõe Beniamin.

Virgines Silo rapiuntur à Beniamin.

D

¶20 [ſub. legatos] qui verba facerent ¶21 Heb. appellarunt eos in pace. i. de pace cum illis egerunt. ¶22 Heb. & non inuenerunt [ſub. filij Iſrael] ſic. i. omnibus vxores. ¶23 .i. quòd perdidiſſet vnam ex tribubus Iſrael. ¶24 Hæc dicuntur per recapitulationem, de omnibus illis ſuperſtitibus ſcilicet: & tunc in fine ſequentis tertij verſus ab iſto ſubintelligentur quæ prius dicta fuerunt de hac materia. Vel iſta intelliguntur de ducentis illis reliquis tantum, qui non habuerunt vxores vnà cum alijs: & ita in hoc verſu [reliquis] interpretaberis, ducentis ſcilicet. ¶25 Heb. pro vxoribus? i. vt demus illis vxores? ¶26 Heb. deleta eſt enim de Beniamin mulier. ¶27 Heb. Hæreditas euaſionis ſit ipſi Beniamin. i. Studendũ eſt, vel Conemur vt ex tribu Beniamin aliquot ſeruentur qui ſint vice hæreditatis ipſi Iacob. ¶28 .i. maledictione ſe aſtrinxerãt. ¶29 ſub. ſeniores. Omittitur id, quo pacto iis fuerint traditæ vxores Iabes-Galaad. ¶30 vſ, feſtum Domini celebrari ſolet ¶31 [in loco] qui eſt ad Aquilonem domus Dei. i. ipſius Silo. Deſcribunt eis locum in quo virgines ſolebant ducere choros: vbi poſſent deliteſcere & rapere virgines. non autem deſcribunt ſitum vrbis Silo, quam omnes norant. ¶32 ſub. propinquis ei loco. ¶33 Heb. Et conſyderate: ecce autem, quum egredientur filiæ Silo ad ſaltandum in choris. i. ad ducendum choros. ¶34 q.d. hoc facto recipietis vos in patriam veſtram.

cemus eis, Miſeremini eorū: nō enim rapuerunt eas iure bellātiū atque victorū, ſed rogātibus vt acciperēt, nō dediſtis. & à veſtra parte peccatum eſt. Fecerúntq; filij Bēiamin vt ſibi fuerat imperatum: & iuxta numerum ſuum rapuerunt ſibi de his quæ ducebant choros, vxores ſingulas: abierúntque in poſſeſſionem ſuam, ædificantes vrbes & habitātes in eis. Filij quoq; Iſrael reuerſi ſunt per tribus, & familias in tabernacula ſua. In diebus illis non erat rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.

ſtulaturi, dicemus ad eos,[15] Impartite eis hanc gratiam: quandoquidē nos in[16] prælio illo non accepimus vnicuique vxorem:[17] nec vos dediſtis eis, ita vt hoc tempore[18] delinquatis. Fecerunt ergo ſic filij Beniamin, acceperúntque vxores iuxta numerum ſuum, rapientes ex his quæ choros ducebant, & abeuntes, reuerſi ſunt ad hæreditatem ſuam, & inſtaurantes ciuitates, habitarunt in illis.[19] Abierunt quoque inde eodē tempore filij Iſrael, quiſque ad tribū ſuam, & ad familiam ſuam, ſinguli exeuntes illinc, quiſque ad ſuam hæreditatem. Iſtis diebus[40] non erat legitimus magiſtratus in Iſraele, quiſque[41] quod ſibi videbatur rectum, faciebat.

¶15 Miſeremini noſtri pro illis q.d. Non potuimus alia ratione dare illis vxores. Aut verte, Date nobis illas. ſub. mulieres pro eis. q.d. Sinite in gratiam totius Iſraelis illos habere eas mulieres. ¶16 quod ſcilicet geſtū[?]ſuit in Iabes-Galaad, in eo non accepimus tot virgines quot ſunt viri. ¶17 & quia vos nō dediſtis &c. ¶18 deliqueritis. ¶19 Abierunt itaque illinc Iſraelitæ eo tempore. i. his geſtis. ¶ 40 null' erat rex. i. erat velut interregnum. ¶41 Heb. quod rectum erat in oculis ſuis. i. quod ſibi placebat, id ſolebat facere.

# Liber Ruth.

## CAP. I.

Elimélech Bethlchemita cū vxore Noemi & duobus filijs peregrinat in regione Moabitide. Moritur Elimélech.

Noemi defūcto marito & duobus filijs reuertitur in patriam.

q'mi, & abite:

Ruth adhæret ſocrui ſuæ reuertenti.

IN DIEBVS vnius iudicis, quando iudices præerant, facta eſt fames in Terra. abiitque homo de Beth-lēhem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cū vxore ſua, ac duobus liberis. Ipſe vocabatur Elimélech, & vxor ei' Noemi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlēhem Iuda. Ingreſſique regionem Moabitidem, morabātur ibi. Et mortuus eſt Elimélech maritus Noemi: remanſitque ipſa cū filijs. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarū vna vocabatur Orpha, alteráque Ruth: manſerúntq; ibi decem annis. Et ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet & Cheliō: remāſitque mulier orbata duobus liberis ac marito. ¶ Et ſurrexit vt in patriam pergeret cū vtraque nuru ſua de regione Moabitide: audierat enim quòd reſpexiſ- B
ſet Dominus populū ſuum, & dediſſet eis eſcas. Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ cū vtraque nuru: & iam in via reuertendi poſita in Terrā-Iuda, Dixit ad eas, Ite in domū matris veſtræ. faciat vobiſcū Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis & mecū. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis. & oſculata eſt eas. quę eleuata voce flere cœperunt, Et dicere, Tecū pergemus ad populum tuū. Quibus illa reſpōdit, Reuertimini filiæ mi, cur venitis mecū? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimini filiæ Moabitæ: iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali. etiā ſi poſſem hac nocte cōcipere, & párere filios. Si eos ex
C pectare velitis donec creſcant, & annos pubertatis impleāt, antè eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ mi facere hoc: quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt man' Domini contra me. Eleuata igitur voce, rurſum flere cœperūt: Orpha oſculata eſt ſocrū, ac reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ. Cui dixit Noemi, En reuerſa eſt cognata tua ad populū ſuū, & ad deos ſuos, vade cū ea. Quæ reſpōdit, Ne aduerſeris mihi vt relinquā te & abeam: quocūq; enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. popul' tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Quæ te terra morientē ſuſceperit, in ea moriar: ibiq; locū accipiam ſepulturæ.

IN[1] DIEBVS iudicum fames exorta eſt in terra: & abiit vir quidā de Beth-lehē Iehuda, vt peregre habitaret[2] in regione Moab, ipſe & vxor eius atque duo filij eius. Erat autē nomē viri illius Elimélech, & nomen vxoris ſuæ Naemi: & nomina duorum filiorum eius Mahlon & Chilion: Ephrataei erant de Beth-lehem Iehuda: venientéſque [in][3] regionē Moab,[4] degebāt illic. Et mortuo Elimélech marito Naemi, ſuperſtes manſit ipſa, & duo filij eius. Et duxerūt ſibi vxores Moabitidas: nomen vnius erat Orpha, & nomen alterius Ruth,[5] habitauerúntque illic fermè decem annis. Mortui ſunt & duo illi Mahlon & Chilion,[6] relictáque fuit vidua illa poſt duos filios ſuos, & poſt maritum ſuū. ¶ Conſurgēs ergo ipſa cum nuribus ſuis, reuerſa eſt[7] è regionibus Moab. audierat enim[8] in regionibus Moab, quòd Dominus inuiſiſſet populū ſuum,[9] cibúmque eis dediſſet. Egreſſa eſt itaque è loco [in] quo degerat, duæque nurus eius cum ea[10] profectę in via, vt redirent[11] ad terram Iehuda. Dixit autem Naemi duab' nurib' ſuis, Ite, reuertimini, quæque in domū matris ſuæ. Domin'[12] benefaciat vobis, quemadmodum vos [pietatem] exhibuiſtis &[13] mortuis & mihi. Det vobis Dominus vt requiē inueniatis, quæq; in domo[14] mariti ſui. & oſculata eſt eas: illę verò ſublata voce ſua fleuerūt. Dixerúntque ad eam, Reuertemur tecum ad populum tuum. Et ait Naemi, Reuertimini filię meæ, cur mecū iretis? num filij mihi ſunt in vtero vltra, qui vobis eſſe poſſint mariti? Reuertimini filiæ meæ, & abite, quoniam ſenior ſum quàm vt [vxor] ſiā marito.[15] & ſi maximè ſ[dicerē], Spes mihi eſt vt hac nocte nubā viro, ſimúlque filios pariā, Num vos expectabitis eos donec adoleſcāt? num vos[16] ſuperſtites manebitis propter eos, quo minus nubatis viris? minime, filiæ meæ: nā[17] alioqui plus ſatis doleo veſtri gratia, quòd manus Domini[18] me diuexauit. Illæ autem ſublata voce rurſum fleuerunt, & Orpha oſculata eſt ſocrum ſuam, Ruth verò[19] hæſit ei. Et [ſocrus] ait, En[20] fratria tua reuerſa eſt ad populum ſuum, & ad deos ſuos,[21] ſequere & tu fratriam tuam. Et reſpōdit Ruth[22] Ne obſtes mihi vt te deſerta reuertar, quin quocūque ieris, ego quoque ibo: & vbicunque deges, ego quoque degam: populus tuus popul' meus, & De' tuus[23] Deus me': Vbi tu mortua fueris, ibi & ego moriar, ibiq; ſepeliar:[24] ſiqui-

¶1 Heb. Et accidit in diebus quibus iudicabant iudices, ſūc fuit fames in terra. ſub. Iuda. ¶2 Heb. in agris. i. in regione. ¶3 Heb. agros. i. regionē. ¶4 habitauerunt ¶5 ſub. filij. ¶6 Heb. & relicta eſt mulier illa à duob' gnatis ſuis & à marito ſuo. pro, remāſit mulier orbata duobus filiis & marito. ¶7 ab agris ¶8 Heb. in agro ¶9 Heb ad dare illis panē. pro, vt daret. vel dādo illis cibum. ¶10 & ambulauerunt per viā, .i. cōmittentes ſe itineri. ¶11 nempe in Beth-lehem. ¶12 Heb. faciat vobiſcū miſericordiā. vl. clementiā. ¶13. i. in filios meos maritos veſtros ¶14 ſub. futuri ¶15 etiam ſi hac nocte eſſem cū viro, & etiā párerem filios. ¶16 retardabimini ¶17 He. amaritudo [eſt], vel eſſet mihi valde [magis] q̄ vobis. i. plus mihi doleret q̄ vobis. ¶18 Heb. egreſſa eſt in me. i. quia afflixit me Domin'. ¶19. i. comitata eſt eā, nec receſſit ab ea. ¶20 cognata tua. i. vxor fratris mariti tui. ¶21 reuertere & tu poſt cognatā tuā. ¶22 Heb. Ne roges me vt te deſerā, & recedā à te. Alij legūt, Ne occurras mihi vt &c. i. Ne ſuadeas mihi vt te &c. ¶23 ſub. erit. ¶24 Heb. ſic faciat mihi Dominus, & ſic addat [ſub. ſi deſeruero te:] quoniā mors ipſa [ſola] ſeparabit inter me & te. vl, ſeparabit me à te.

dem Dominus ſic mihi fecerit, porrò q; facturus eſt:[ſola] mors me à te ſeparabit.' Videns itaque [15] illá firmiter apud ſeſe ſtatuiſſe quòd vellet ire cum ea, deſtitit loquédo ei obſtrepere. ¶ Ibát ergo duæ illæ donec venirét Beth-lehem: factúmq; eſt, vt introeuntibus eis Beth-lehē, vrbs tota[ſtrepitu quodam] illarū gratia cõmoueretur,[16] vt dicerent, 'Annon hæc eſt Naemi? Quæ reſpõdit eis, Ne vocetis me Naemi, quin potius[17] Maram' me vocetis, quòd ſupra modum Omnipotés[18] me diuexauerit.' Ego[19] opulenta abibam.' vacuā me reduxit Dominus: quid ergo me Naemi[20] vocatis,' quū Dominꝰ[21] me deiecerit, & Omnipotés me diuexauerit?[22] Sic ergo reuerſa eſt' Naemi & Ruth Moabitis nurus eiꝰ cum ea, reuerſa inquam[23] ex regione' Moab, veneruntque Beth-lehem quum meſſis hordeacea inciperet. CAP. II.

H[1]Abuit auté maritꝰ Naemi cõſanguineū quédā fortē opulētúmq;,' qui ſcilicet erat de familia Elimelech, cuius nomen erat Boas. Et dixit Ruth Moabitis ad Naemi, Liceat mihi quæſo vt eā rus, & colligā ſpicas, poſt[eū ſcilicet] in cuiꝰ oculis gratiā impetrarim. & illa reſpondit ei, Vade filia mea. ¶ Abiés igitur peruenit[in agrū,] & collegit in agro poſt meſſores:[2] fortéq; fortuna in agrū Boas inciderat qui[erat]' de familia Elimelech. Et ecce Boas veniés è Beth-lehé, dixit ad meſſores, Dominꝰ vobiſcū. & reſpõderunt ei, Benedicat tibi Dominꝰ. Boas rurſū dixit ad puerū ſuū, qui[3] ſtabat iuxta meſſores, 'Cuiꝰ eſt hæc puella? Reſpõdit puer qui[4] aſtabat meſſoribus,' & ait, puella eſt Moabitica, quæ reuerſa eſt cū Naemi [5]ex regione' Moab.[6] Dixitq;,' Liceat quæſo mihi colligere & congregare[ſpicas] inter manipulos poſt meſſores. & ingreſſa, perſtat iā inde à mane vſq; nūc:[7] q ſedit in tuguriolo perpuſillū eſt.' Dixit auté Boas ad Ruth, Audiſne filia mea?[8] ne vadas vt colligas i alio agro, neq; hinc trāſeas,[8] ſed potiꝰ hic hæreas' puellis meis. Oculi tui ſint ad agrū quē demetūt, ſequêris eas:[9] præcepi enī pueris ne te[10] lędāt:' proinde ſi ſitieris, vade ad vaſa, & bibe de eo quod hauſerint pueri. Illa auté prõcidés in faciē ſuā[11] prona inclinat,' dixitque ad eū, [12] Cur gratiā impetraui' in oculis tuis, q tu me agnoſcis, quū ſim aliena? Et reſpõdens Boas, dixit ad eā, Indicando indicatū eſt mihi totū illud qđ feciſti ſocrui tuæ poſt obitū mariti tui, q ſcilicet patre tuo & matre tua. quin &[13] patrio ſolo tuo' deſertis, cõceſſeris ad populū qué nõ cognouiſti [14]antea.' Repēdat Dominus operi tuo, & fiat merces tua[15] ſolida' à Domino Deo Iſraelis, quæ veniſti vt[16] ſub alas eius confugeres.' Illa verò dixit, [17] Impetré gratiā corā te, mi domine, qui cõſolatus es me, & loquutus es in cor' ancillæ tuæ, quū ego ne quidé ſim vt vna ex ancillis tuis. Et dixit ei Boas, Quū tēpus eſt edēdi, cõcede huc, & comede de pane, & intingito[18] bucellā tuā' in acetū. ſedit itaq; illa à latere meſſorū, &[19] porrexit' ei[ſtar] toſtū: quæ comedit ad ſatietaté, & reliquū fecit. ¶ Ruſꝰ ſurrexit vt colligeret: Boas auté præcepit[20] pueris' ſuis hiſce verbis,[21] Et iter manipulos ipſos ei colligere liceat,' neque eā[22] pudefaciatis.' Quin &[23] de induſtria ei trāſmittite' ex manipulis,[24] & relinquite vt colligat, neq; eā increpetis.' Collegit igitur illa i agro vſq; ad veſperā, & ex-

hæc mihi faciat 'Deus,' & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. Vidēs ergo Noemi, q obſtinato aīo Ruth decreuiſſet ſecū pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltrà reditū perſuadere. ¶ Profectæq; ſunt ſimul, & venerūt in Beth-lēhē: quibꝰ vrbē ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebántq; mulieres, Hæc eſt illa Noemi. Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id eſt pulchrā: ſed vocate me Mara, id eſt amarā, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuā reduxit me Dominus. cur ergo vocatis me Noemi, quā Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru ſua, de terra peregrinatiõis ſuę ac reuerſa eſt in Beth-lēhē, quādo primùm hordea metebantur. CAP. II.

ERat auté viro Elimēlech conſanguineus, homo potens, & magnarū opū, nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuā, Si iubes, vadā in agrū, & colligā ſpicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patriſfamiliâs reperero gratiam. cui illa reſpondit, Vade filia mi. ¶ Abijt itaq;, & colligebat ſpicas poſt terga metētium. Accidit autem vt ager ille haberet dominū nomine Booz, qui erat de cognatione Elimēlech. Et ecce, ipſe veniebat de Beth-lēhē, dixitque meſſoribus, Dominus vobiſcum. qui reſponderūt ei, Benedicat tibi Dominꝰ. Dixitque Booz iuueni qui meſſoribus præerat, Cuius eſt hæc puella? Cui reſpõdit, Hæc eſt Moabitis quæ venit cū Noemi, de regione Moabitide, & rogauit vt ſpicas colligeret remanētes, ſequens meſſorū veſtigia: & de mane vſq; nūc ſtat in agro, & ne ad momētum quidem domum reuerſa eſt. Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendū, nec recedas ab hoc loco: ſed iungere puellis meis, Et vbi meſſuerint, ſequere. mādaui enim pueris meis vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibūt. Quæ cadens in faciem ſuā, & adorās ſuper terram, dixit ad eū, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille reſpondit, Nunciata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui: & quòd reliqueris parētes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populū quem antea neſciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael, ad quē veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. Quæ ait, 'Inueni' gratiam apud oculos tuos domine mi, qui cõſolatꝰ es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarū tuarū. Dixitq; ad eā Booz, Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panē, & intinge buccellam tuā in aceto. ſedit itaq; ad meſſorum latus, & congeſſit polentā ſibi, comeditque, & ſaturata eſt, & tulit reliquias. ¶ Atque inde ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret: præcepit autem Booz pueris ſuis, dicēs, Etiā ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eā: Et de veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria, & remanere permittite, vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Colligit ergo in agro vſque ad veſperam: & quæ col-

¶ Dominus. D

Veniunt in Beth-lēhem.

Ruth colligit ſpicas in agro Booz cognati Elimēlech.

D

Ruth inuenit gratiā corā oculis Booz. Benignitas Booz erga Ruth.

C

¶ Inueniam

D Ruth collectas ſpicas excutit.

¶14 Heb. quòd indurata eſſet ad eundū ſecū, deſijt loqui ad illā. ¶16 & dixerūt, ¶17 Mara. i. amaram. Naemi, ſignificat dulcem, iucundam & ſuauē. ¶18 amaritudine me affecerit. vł moleſtia. ¶19 Heb. plena [ſub. diuitijs & filijs] abij. ſub. hinc. ¶20 vł, vocabitis, ¶21 Heb. locutus ſit[vł, teſtatus ſit] cõtra me, & malefecerit mihi? i. afflixit me? Huiuſmodi genera dicendi leguntur plurima in libro Iob. ¶22 Et reuerſa eſt. ſub. alia quadam vice. ¶23 Hebr. ab agris

II.

¶1 Heb. At ipſi Naemi cognatus[erat] ex viro ſuo, vir potens diuitijs, ¶2 He. & euenit euētꝰ eius. portio agri [erat] ipſi Boaz, qui[Boaz erat] &c. i. cõtigit forte vt incideret in eam partē agri quæ erat ipſiꝰ Boaz. ¶3 cõſtitutus erat ſuper meſſores, ¶4 cõſtitutus erat ſuper meſſores, ¶5 He. ab agris ¶6 ſub. in corde ſuo. i. Cõſtituit apud ſe vt colligeret &c. ¶7 Heb. iſta[eſt] ſedere eius[in] domo pauco tēpore. vł, hęc eſt ſeſſio eius &c. q. d. Hinc apparet eā non diu domi deſidere. ¶8 Heb. & hic adhæreas &c. i. ne diſcedas à puellis meis. ¶9 Hebraice per interrogationé, quę vehemēter aſſeuerat. Annō pręcepi &c. q. d. certiſſime præcepi. ¶10 Heb. tāgāt: ¶11 Heb. incuruauit ſe ad terrā. ¶12 Vnde hoc, q inueni gratiā &c. ¶13 Heb. terra natiuitatis tuæ ¶14 Heb. ab heri & nudiuſtertiꝰ. ¶15 plena. perfecta. integra ¶16 ſperares ſub alis eiꝰ. ¶17 Heb. Inueniā gratiā in oculis tuis, mi domine, quia cõſolatꝰ es me, & quia loquutꝰ es ſup cor &c. q. d. Optarim me tibi perpetuò gratā eſſe, & me ſemp à te adamari, ſiue nanciſci perpetuā apud te gratiā: nā cõſolatus es me, & placentia admodū locutus es mecū. ¶18 i. fruſtū cibi tui. ¶19 ſub. quiſpiā ex meſſoribus. ¶20 vł, ſeruis ¶21 Etiā inter manipulos colligat. ¶22 Pudefacere pro ꝓhibere: qui enī prohibēt aut negāt, faciūt vt petētes rubore ſuffundātur. ¶23 Heb. dimittēdo dimittite. vł, porrigendo porrigite ¶24 Heb. & deſeretis[eam,] & colliget.

legerat virga cædẽs & excutiens, inuenit hordei quaſi ephi mẽſurã, id eſt tres modios. Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi ſui quo ſaturata fuerat. Dixitq; ei ſocrus ſua, Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? ſit benedictus qui miſertus eſt tui. Indicauitq; ei apud quẽ eſſet operata: & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. Cui reſpõdit Noemi, Benedictus ſit à Domino: quoniam eandẽ gratiã quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. Rurſúmque ait, Propinquus noſter eſt homo. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur. Cui dixit ſocrus, Melius eſt filia mi, vt cũ puellis eius exeas ad metendũ, ne in alieno agro quiſpiã reſiſtat tibi. Iuncta eſt itaque puellis Booz: & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticũ in horreis conderentur.

*Ruth rurſum ad agrum Booz reuerſa, ſpicas colligit.*

CAP. III.

Poſtquã autẽ reuerſa eſt ad ſocrum ſuã, audiuit ab ea, Filia mi, quæram tibi requiẽ, & prouidebo vt bene ſit tibi. Booz iſte, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noſter eſt, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimẽtis, & deſcende in aream. nõ te videat homo, donec eſum potúmque finierit. Quando autẽ ierit ad dormiendum, nota locũ in quo dormiat: veniẽſq;, & diſcooperies palliũ quo operitur à parte pedũ, & proijcies te, & ibi iacebis: ipſe autem dicet tibi

B quid agere debeas. Quæ reſpõdit, Quicquid præceperis, faciã. Deſcenditque in aream, & fecit omnia quæ ſibi imperauerat ſocrus. ¶Cúmq; comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetque ad dormiẽdũ iuxta aceruũ manipulorũ, venit abſcõditẽ, & diſcooperto pallio à pedibus eius, ſe proiecit. Et ecce, nocte iam media expauit homo, & cõturbatus eſt: viditque mulierẽ iacentẽ ad pedes ſuos, & ait illi, Quæ es? Illáque reſpondit, Ego ſum Ruth ancilla tua: expãde palliũ tuum ſuper famulã tuã, quia propinquus es. Et

C ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiã poſteriore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes pauperes, ſiue diuites. Noli ergo metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit enim oĩs populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis. Nec abnuo me propinquũ, ſed eſt ali9 me propinquior. Quieſce hac nocte: & facto mane, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt: ſin autem ille noluerit, ego te abſq; vlla dubitatione ſuſcipiã, viuit Dominus. dormi vſque mane.

D ¶Dormiuit itaq; ad pedes ei9, vſq; ad noctis abſceſſum: ſurrexit itaque antequã homines ſe cognoſcerẽt mutuo, & dixit Booz, Caue nequis nouerit quòd huc veneris. Et rurſum, Expande, inquit, palliũ tuum, quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extẽdente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſſa eſt ciuitatẽ, & venit ad ſocrũ ſuam:

*Ruth ſocrus ſuæ ſuaſu proficiſcitur ad Booz.*

*Dormit ad pedes Booz.*

*Booz agnoſcit ſe eſſe propinquũ ipſi Ruth.*

*Ruth ſex hordei modios refert ad ſocrum.*

triuit id quod collegerat, fuitque ferè epha hordei. Et baiulãs ingreſſa eſt ciuitatẽ: quũq; ſocrus ei9 vidiſſet quod collegerat,[15] protulit [Ruth.] & id quoq;[16] quod refecta reliquũ fecerat, dedit ei. Socrus autẽ eius dixit ad eã, Vbi collegiſti hodie? & vbi operata es? ſit ille qui te agnouit benedictus. Indicauit autẽ illa ſocrui ſuæ,[17] quo pacto ſe geſſiſſet erga eum, dixitque, Nomẽ viri apud quem hodie opus feci, eſt Boas. Et ait Naemi ad nurũ ſuam, Sit ille benedictus à Domino, qui nõ[18] deſtitit à pietate ſua neque erga viuos, neque erga mortuos. & rurſum dixit ad eã Naemi, Propinquus noſter eſt vir ille, &[19] ex his qui vindices ſũt noſtri. Dixit ergo Ruth Moabitis, Loquutus eſt inſuper ad me, Hæreas pueris meis quos habeo, donec plene meſſuerint totã meſſem meã. Et reſpõdit Naemi Ruth nurui ſuæ,[19] Placet filia mea quòd cũ puellis eius egrederis, nequis tibi in agro obſtet.[30] Hæſit itaq; [Ruth] puellis Boas colligendo [ſpicas] donec meſſis hordeacea & meſſis triticea plene perficeretur. cæterum apud ſocrũ ſuam[31] verſabatur.

CAP. III.

Et dixit ad eã Naemi ſocrus eius,[1] Quærã tibi ô mea filia requiem, vt bene ſit tibi. An ergo non Boas propinquus noſter eſt, cũ cuius puellis tu fuiſti? En is ventilat[2] in area hordeũ hac nocte. Lauabis igitur, & te inũges, amicieriſq;[3] veſtimẽtis tuis & deſcẽdes in horreũ,[4] vt nemo ſentiat te [adeſſe,] donec ille[5] plene ederit & biberit.[6] Quũq; ille quieti ſe dabit,[7] animaduerte locũ in quo[8] recũbet, & illuc accedes, diſcooperieſq;[9] locũ pedũ ei9, & [ibi] iacebis, ipſe verò indicabit tibi quod facias. Ad quã illa dixit, Quæcũque mãdaueris mihi, faciã. Deſcendens itaque in areã, fecit quæcũq; præceperat illi ſocrus ei9. ¶Et cũ comediſſet Boas & bibiſſet,[10] exhilaratũ que cor ſuũ, & ingreſſus eſſet vt dormiret in extrema parte[11] aceruí, venit illa clàm, & retexit [circa] pedes eius,[12] accubuitque. Et factũ eſt circa medium noctis, vt expaueſceret vir ille: & quũ[13] contrectaſſet, ecce mulier iacebat ad pedes eius. Dixítque, Quis es tu? Reſpondit illa, Ego ſum Ruth ancilla tua,[14] expãde alam tuã ſuper ancillã tuam, quia[15] vindex es. At ille ait,[16] Benedicta tu filia mea Domino,[17] ampliaſti pietatẽ tuã poſteriorem ſupra priorẽ, quum nõ ſequuta es adoleſcẽtes, ſiue pauperes fuerint ſiue diuites. Ne ergo metuas filia mea, quæcũq; dixeris faciã tibi: ſiquidẽ[18] totũ forũ populi mei nouit quòd mulier ſis[19] virtute prædita. Nunc[20] itaque verũ eſt quòd ego ſũ vindex, eſt tamẽ & alius[21] vindex me propinquior. Pernocta igitur [hic] hac nocte: fietque quũ illuceſcet, ſi is tibi ius[22] vindicis præſtiterit, bene, præſtet: ſi vero ei non placuerit vt tibi ius vindicis præſtet, ego ius vindicis præſtabo. viuit Domin9: quieſce igitur vſq; mane. ¶Quieuit itaq; iuxta pedes ei9 vſq; mane, & ſurrexit anteq̃ quiſquã[23] aliũ noſſe poſſet. dixit autẽ ille,[24] Ne palã fiat mulierẽ veniſſe in horreũ. Et addidit,[25] Adhibe palliũ[26] quod ſuper te eſt, & tene illud. & quũ illud teneret [Ruth, Boas] demẽſus eſt ſex [epha] hordei, & imponẽs[27] ei, ingreſſus eſt ciuitatẽ. Quúmq; illa veniſſet ad ſocrũ ſuã, dixit [ſocr9 ei9,]

¶15 vł, excuſſit. ſub. ex ſucco. Hebraice legit, fecit exire. ¶16 Heb. quod reliquerat de ſaturitate ſua .i. quod de prandio ſuo reliquerat ſaturata. ¶17 Heb. id quod fecerat cũ illo. ¶18 deſeruit [vł dereliquit] miſericordiã ſuã &c. i. qui clemẽter egit non ſolũ cũ viuẽtibus, ſed etiã cũ mortuis. ¶19 Heb. ex redẽptorib9 noſtris ipſe [eſt] .i. ex propinqs. ex his qui ſecũdum legẽ debẽt ſuſcitare ſemẽ marito tuo. Propinqui vocantur redẽptores, vt ait doct9 inter Hebræos, quòd ad illos pertineret ius redemptionis. ¶29 Melius eſt, filia mea, vt cũ puellis illius egrediaris, [ſub. ad colligendũ,] ne occurrãt tibi [viri] in agro alio. vł, ne irruant in te viri &c. ¶30 vł, hæſit ſe igitur ¶31 habitauit.

III.

¶1 Hebraice per interrogationẽ legitur. Nónne quærã &c. vt magis affirmet. Requiẽ vocat nuptias. ¶2 Heb. areã hordeorũ .i. hordeũ quod eſt in area. ¶3 ſub. elegantiorib9, quibus ſcilicet vteris diebus feſtis. ¶4 [& vide] ne te notam facias viro illi. ¶5 Heb. finierit edere & bibere. ¶6 Erit autẽ, quũ ille cubuerit. ¶7 ſcito. cognoſce ¶8 iacebit. ¶9 Heb. pedes. i. inferiorẽ partẽ lecti. ¶10 Heb. bonũmq; eſſet cor eius. i. exhilaratúmque eſſet &c. ¶11 vł, areæ. ¶12 ſub. iuxta pedes illius. ¶13 inclinaſſet ſe. vł, cõuertiſſet. ¶14 Alã expandere ſuper aliquẽ, metaphora eſt ſumpta à volucrib9, eſt eum in tutelã ſuã ſuſcipere. ¶15 redẽptor. i. tu ille es qui marito meo defuncto debes ſuſcitare ſemen. ¶16 .i. Dominus fauore ſuo te proſequatur. ¶17 Heb. meliorẽ feciſti gratiã tuam poſteriorẽ priore. vł potius, præſtãtiorem reddidiſti pietatem tuã poſteriorem priore, &c. ¶18 He. omnis porta. In portis erant iudicia & fora. i. omnis ſenat9. ¶19 fortitudine. robore ¶20 [ſub. agnoſco] quod verum eſt, quòd certe redẽptor ſum. ſiue propinquus, ¶21 redemptor. ſiue, propinquus ¶22 redemptoris. Heb. ſi redimet te, bonũ eſt, redimat: & ſi non voluerit te redimere, redimã te. q. d. ſi te voluerit accipere in vxorem, tanquam qui illud facere debeat iure propinquitatis: recte eſt. ſi verò nolit te ducere &c. ¶23 ſocium ſuũ agnoſcere poſſet. ¶24 vł, Ne cognoſcatur. i. Da operam nequis reſciſcat te huc veniſſe. ¶25 Affer ¶26 .i. quo te inuoluiſti. ¶27 ſuper eam.

¶18 Quæ ſes tu ¶19 Boas ſcilicet. ¶10 Ne ire ris ¶11.i.Sis quieta. ¶12 donec ¶13 cadet.i.qualem exitū habiturum ſit hoc negotium.

IIII.

¶1 redemptor. vl, propinquus ¶2 Hebraice, Pe loni Alemoni. voces quæ nihil ſignificant apud Hebræos: ſed eorū vice alicuius ꝓprij nōis ponūtur quod tacet, quaſi dicas corrupto ſermone, tu talis ſede. Vide 1.Reg.21.a.

¶3 vl, accedens ¶4 illū redēptorē.vl,ꝓpiquū, ¶5 Heb. dixi, [ſub.apud me,] Reuelabo aurē tuā. ¶6 Heb.acquireres illū agrū corā ſedētibus illis & corā ſeniorib⁹ populi mei ſi redimere vis redimendo.Sedētes vocat eos qui cū eo ſedebant, aut iudices. Alij vertūt, corā habitatoribus. ¶7 redimere ¶8 redimere poſſit, ¶9 Redimā. ¶10 acquiſieris ¶11 acquiſieris.vl,acquiſiuiſti ¶12 vl, erigas ¶13 ad poſſeſſionē ei⁹. ¶14 redēptor. vl,propinquus, ¶15 redimere, ¶16 vl, perdam ¶17.i. poſteros meos. ¶18 redime tibi tu redēptionē mei, .i.redime tibi agrū illū quem iure redimere poſſū. ¶19 redimere ¶20 redēptione. ¶21 hoc fuit teſtimoniū.ſub.ceſſionis.

[18] Quid tibi' filia mea? & hæc expoſuit ei quæcūque fecerat ei vir[19] ille.' Et dixit, Sex [ſepha]hordei iſta dedit mihi: nam dixit ad me,[10] Non venies' vacua ad ſocrum tuam. Tum illa ait,[11] Sede' filia mea,[12] dum' reſciſcas quomodo[13] cadat' hæc res: ſiquidē vir ille haudquaquā conquieſcet, donec hoc ipſo die negotiū effecerit. CAP. IIII.

AScendēs autem Boas ad portam, conſedit illic, & ecce præterijt[1] vindex' ille de quo Boas dixerat, cui ait, Accede,[2] quiſquis tandē ſis,' & ſede hic. qui[3] concedens' ſedit. Et acceptis decē viris ex ſenioribus vrbis, dixit, Conſedete hic. & conſederunt. Dixitque ad[4] vindicē,' Partem illius agri qui habuit frater noſter Elimelech, vendere [cogitur] Naemi, quæ redijt de regiōe Moab: ego verò[5] cogitaui vt hæc tibi ſignificarem,' dicerémque vt[6] vendicares: ſi ergo vēdicare volueris, vēdica corā ſedētibus illis, & corā ſenioribus populi mei:' ſi verò[7] vendicare' nolueris, indica mihi vt ſciā: nō eſt enim præter te qui[8] vendicet,' & ego poſt te. & dixit.[9] Vendicabo.' Addidit Boas, Eodē die quo agelliū[10] poſſederis' de manu Naemi,[11] poſſidebis' & Ruth Moabitidem vxorem defuncti, vt[12] exuſcites' nomē demortui[13] in hæreditate ſua.' Reſpondit[14] vindex,' Non poſſum mihi[15] vēdicare,' ne forte[16] vaſtem[17] hæreditatem meā,'[18] vēdica tu tibi ius propinquitatis meæ,' quoniam ego[19] vēdicare' non potero. Erat autē iam olim hæc [cōſuetudo] in Iſraele, in[20] vendicatione,' & in cōmutatione ad firmandū negotiū quodcūque, vt aliquis detraheret calceū ſuum, darétque proximo ſuo: &[21] hæc fuit obteſtatio' in Iſraele. Dixit igitur propinquus ad Boas,[22] Poſſide' tibi. ſimúlque detraxit calceamentū ſuū. Et ait Boas ad ſeniores. & ad cunctū populū, Teſtes vos eſtis hodie, ꝙ[23] poſſederim' omnia quę fuerūt Elimelech, & omnia quæ fuerūt Chiliō & Mahlon de manu Naemi, ſed & Ruth Moabitidē vxorē Mahlō acquiſiui mihi vxorē, vt ſuſcitē nomen defuncti in hæreditate ſua, vt nō excindatur nomen demortui de fratribus ſuis, & de porta loci eius: teſtes (inquā) vos eſtis hodie. Et dixerūt omnes qui ex populo erāt in porta cū ſeniorib⁹, Teſtes. Dominus faciat huic mulieri quæ ingreditur domum tuam, ſicut Raheli & Leæ, quæ duæ ædificauerūt domum Iſrael, & tu[24] ſtrenue age' in Ephrata, &[25] ſīas magni nominis' in Beth-lehē. Fiat domus tua vt domus Pærez (quē peperit Thamar ipſi Iudæ) de ſemine quod tibi Dominus ex hac puella dederit. ¶Duxit itaque Boas Ruth, & facta eſt ei vxor. Et quum ingreſſus eſſet ad eā, dedit[26] ei Dominus vt cōciperet, parerétque filiū. Et dixerunt mulieres ad Naemi, Laudandus Dominus, qui nō[27] permiſit vt deficeret tibi hodie vindex, quo minus vocaretur' nomē eius in Iſraele.[28] Qui ſit tibi reductor animæ tuæ,' & qui[29] ſuſtētet' ſenectutem tuam: quoniā nurus tua quæ te dilexit, genuit ei, & hæc ipſa[30] melior' eſt tibi quàm ſeptē filij. Accipiens autem Naemi filiū, poſuit eum in gremiū ſuum. fuitque[31] nutrix' ei⁹. Et vicinæ[32] imponebāt' ei nomē, dicētes, Natus eſt Naemi fili⁹.[33] vocarūntq;' nomē eius Obed. Ipſe eſt pater Iſai patris Dauidis. ¶Sūt autē iſtæ generationes Pærez. Pærez genuit Hezrō. Hezrō autē genuit Rā: Ram autē genuit Amminadab. Amminadab verò genuit Nahaſſon: Nahaſſon autē genuit Salma. Salma genuit Boas: Boas genuit Obed. Porrò Obed genuit Iſai, & Iſai genuit Dauid.

quæ dixit ei, Quid egiſti filia? Narrauitq; ei oīa quæ ſibi feciſſet homo. Et ait, Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuā te reuerti ad ſocrū tuā. Dixitq; Noemi, Expecta filia, donec videam⁹ quē res exitū habeat. neq; enim ceſſabit homo niſi cōpleuerit qđ locut⁹ eſt. C. IIII.

AScendit ergo Booz ad portā, & ſedit ibi. Cūque vidiſſet propinquum prætereire, de quo prius ſermo habit⁹ eſt, dixit ad eū, Declina pauliſper, & ſede hic: vocās eū nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. Tollens autem Booz decē viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. quibus reſidētibus Locutus eſt ad propinquū, Partē agri fratris noſtri Elimelech[a] vēdet' Noemi, quæ reuerſa eſt de regiōe Moabitide. quod audire te volui, & tibi dicere corā cūctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. ſi vis poſſidere iure propinquitatis: eme, & poſſide. ſin autē diſplicet tibi hoc ipſum, indica mihi, vt ſciā quid facere debeā. null⁹ enim eſt propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui ſecundus ſum. at ille reſpondit, Ego agrū emam. Cui dixit Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidē, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomē propinqui tui in hæreditate ſua. Qui reſpōdit, Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatē familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. ¶Hic autē erat mos antiquit⁹ in Iſrael inter propinquos, vt ſiquando alter alteri ſuo iuri cedebat: vt eſſet firma cōceſſio, ſoluebat homo calceamētum ſuum, & dabat[b] propinquo' ſuo. hoc erat teſtimoniū ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz, Tolle calceamentū[c]. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo, Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, ꝙ poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi: & Ruth Moabitidē, vxorē Mahalō, in cōiugiū ſumpſerim, vt ſuſcitem nomē defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulū eius de familia ſua, ac fratribus & populo deleatur. vos, inquā, huius rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos teſtes ſum⁹: faciat Domin⁹ hanc mulierē, quæ ingreditur domum tuā, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerūt domū Iſrael: vt ſit exēplū virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth-lehē: Fiatq; domus tua, ſicut domus Phares, (quē Thamar peperit Iudæ,) de ſemine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. ¶Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorē: ingreſſúſque eſt ad eā. & dedit illi Dominus vt cōciperet, & pareret filiū. Dixerúntq; mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui nō eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen ei⁹ in Iſrael: Et habeas qui cōſoletur animā tuā, & enutriat ſenectutē. de nuru enī tua nat⁹ eſt, qui te[d] diliget:' & multo tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. Suſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autē mulieres cōgratulātes ei, & dicētes, Nat⁹ eſt fili⁹ Noemi: vocauerūt nomē ei⁹ Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid. ¶Hæ ſunt generationes Phares: Phares genuit Eſron. Eſrō genuit[e] Aram, Arā genuit Aminadab. Aminadab genuit Nahaſſon. Nahaſſō genuit Salmon. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obeb, Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid.

Booz accipit Ruth in vxorem.

¶[a] vendit

B

Deut.25.b.

Calceamētū ſuū ſoluere.

¶[b] proximo

¶[c] tuum

C

Aedificare domum.

Gene.38.

D

Ruth parit filium Obed nomine.

¶[d] diliges

Ex quibus ortus Dauid. matth.1.a.

¶[e] Ram, Ram

¶22 Acquire. Cōpara ¶23 acquiſierim. comparauerim ¶24 compara facultates. Aut potius, virū te fortē & ſtrenuū præbe vocans tibi famā. ¶25 Heb. voca nomen. i. cōpara tibi nomen, acquire tibi famā. i. Chaldæus paraph. ſis vocās tibi famam. ¶26 ſub. mulieri. ¶27 Heb. ceſſare fecit tibi redemptorem [vl, propinquum] hodie, & vocabitur &c. vl, ſed vocabitur nomē eius &c. celebre erit nomē ei⁹ in Iſraele. ¶28 Heb. Et erit in reuocitem animum tuū. i. reuocabit tibi animum, deſperanti de prole quā nunquā ne ſperaſſes quidem. ¶29 nutriat ¶30 vl, præſtantior ¶31 in nutricem. vl, vice nutricis ¶32 impoſuerunt ¶33 vocauerunt inquam

# Liber primus Samuelis, quem nos primum Regum dicimus.

Duos hoſce priores libros vocant Hebræi libros Samuelis, quòd cõtineant conceptionem, natiuitatem, & res geſtas Samuelis: poſteriores verò vocant libros Regum, quòd complectantur res geſtas regum Iſraelis. Quatuor hoſce vocant Latini libros Regum, quòd in prioribus, vt in poſterioribus, regum geſta narrentur. Dicunt hunc librum ſubiectum libro Iudicum, quòd Eli & Samuel fuerint duo poſtremi iudices, Hebræi tamen afferunt alias rationes.

## V.

CAP. I.

Elcana duas vxores habet, Annã & Phenẽnam.

FVit vir vnus de Ramathâim-ſophim, de mõte Ephrâim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephrathæus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntq; Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini.

Ophni & Phinees, filij Heli

¶ Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cũctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnã triſtis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam eius. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, intantũ vt exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius: Sicque faciebat per ſingulos annos, cum redeunte tempore aſcenderẽt ad templũ Domini: & ſic prouocabat eã. porrò illa flebat, & nõ capiebat cibũ. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna cur fles? & quare non comedis: & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filij? Surrexit autem Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. & Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus Domini, cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit, dicens, Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ

Phenẽna exprobrat Annæ ſterilitatem

Anna petit à Domino filiũ

## N.

CAP I.

F[1]Vit vir[1] quidã ex [2]Ramathaim Zophim, [3]ex monte Ephraim, cuius nomen [4]Elcana, [5]fili[5] Ieroham, filij Elihu, filij Tohu, filij Zuph, [5]Ephratæus.[5] Et is duas habuit vxores, nomen vnius fuit Hanna, alterius nomen Peninna. Peninna filios habuit, Hannæ nulli fuerunt liberi. [6]Aſcendit vir ille [6] quotannis, [6]de ciuitate ſua, vt adoraret & ſacrificaret Domino [7]exercituum [7]in Silo, vbi erant duo filij Eli, Hophni & Pinhas ſacerdotes Domini. ¶ [8]Et quũ eſſet dies ille [feſt[8],] immolauit Elcana, deditque Peninnæ vxori ſuæ & cunctis filijs eius, atque filiabus eius [9] partes.[9] Hannæ verò vnam duntaxat [10]partem dabat [10] demiſſo vultu: [10]nam diligebat Hannam. [11]Dominus autẽ concluſerat [11] vterum eius. [12]Porrò diuexatrix eius etiã ad iram concitauit eã, propterea quòd Dominus clauſerat [12] vterum eius. [13]Quũmque is annua vice ſic faceret, quum iſta quoque aſcenderet ad domum Domini, illam quoq; diuexabat: quæ flebat, [13] nihilque comedebat. Dixit autẽ ad eã Elcana maritus eius, Hãna cur fles? & quare nõ edis? quid verò [14]turbatur [14] cor tuũ? annon ego [15]apud te potior ſũ quàm decẽ filij? Surrexit itaque Hanna poſtquã [16]comediſſet in Silo, & poſtquam bibiſſet, & Eli [16] ſacerdos ſedebat ſuper [17]ſolium [18]iuxta poſtem [19]templi Domini. [19] Ipſa verò quum eſſet [20]mœſto [20] animo, [21]precata eſt [21] Dominum, abũdẽque fleuit. Votũ deinde vouit, dicẽs, Domine exercituum, ſi [22]reſpexeris [22] afflictionem ancillæ tuæ, & recordatus fueris mei, neque fueris oblitus ancillæ tuæ, ſed dederis ancillæ tuæ

¶1 vl, Erat vir &c. ¶2 Ramathâim nomen eſt dualis numeri iuxta Hebræos: vt intelligamus duo fuiſſe oppida eiuſdem nominis. Dilucide ſic vertas, Erat vir quidam de altera Rama, nempe de ea quæ dicebatur Sophim. i. ſpeculatorum, in qua habitabãt ſpeculatores, hoc eſt prophetæ & ſtudioſi viri. Præpoſitio enim Hebræa מ. quæ p de præpoſitione ponitur, repetẽda eſt, de Ramatha de Sophim. Chaldæus paraph. vertit, de altero oppidorum Ramoth vbi habitabant diſcipuli prophetarum. Pro [Sophim] alij vertũt, de altero oppidorum Rama mutuo ſeſe reſpicientium. Duo enim erant oppida Ramoth, quæ ſophoth. i. ſpeculabantur ſiue reſpiciebant ſeſe. ¶3 vl, in monte. q. d. qui habitabat in tribu Ephraim. ¶4 Fuit vir iſte Leuita de nepotibus Core cuius maiores ipſe enumerat vt oſtendat eum fuiſſe Leuitam, ſimúlque doceret habitaſſe in monte Ephraim. Genealogia eius ſcribitur 1. Paralip. 6. ¶5. i. qui erat de tribu Ephraim & habitabat in ipſo mõte Ephraim vt & maiores ſui. Alij vertunt Ephratæi, plurali numero. i. quorum maiores habitauerunt in monte Ephraim. ¶6 Aſcẽdebat. ſub. ter. Aſcẽdebat quidẽ ter in anno, ad tabernaculũ fœderis, vt ex Deuteronomij cap. 16. liquet, aſcendere mares cogebantur: ſed ſemel dũtaxat in anno ducebat ſecũ omnẽ familiam. ¶6 Chaldæus paraph. vertit, ſtato tempore anni. ¶7 nempe cœleſtium & terreſtriũ. q. d. Deo cui omnia ſubiecta ſunt tam cæleſtia quam terreſtria. ¶7 vl, ſacerdotes Domino. i. qui illic fungebantur officio ſacerdotali. ¶8 Quum autẽ veniſſet dies ille. Quo ſcilicet ſolebat Elcana curare immolari hoſtias pacificas. Quidam dicunt fuiſſe feſtũ tabernaculorũ. ¶9 vl, portiunculas. Offerentes edebant partẽ hoſtiarũ corã Domino. i. in atrio eregione tabernaculi fœderis. ¶10 Heb. partẽ facierum [vl, vultus] dabat. i. partem ſelectam & honorabilẽ, vt ſcilicet eã exhilararet: ſciebat enim eſſe triſtẽ ꝙ eſſet ſterilis. Chaldæus paraph. electã. ſub. ſumma diligẽtia ex alijs omnibus, in quam ſcilicet oculos coniecerat. vl, quæ etiam in conuiuio lauto apponi poſſet coram claris conuiuis. Alii, partẽ irarũ vertunt. i. quã cum triſtitia dabat & mœſtus. Alij portionẽ iræ interpretantur. i. portionẽ quæ daretur illi ad alienandam iram. ¶11 vl, quamuis Dominus concluſiſſet &c. i. quãuis Dominus eam reddidiſſet infœcundam ad tempus. ¶12 Heb. Prouocabat autem eam æmula ſua etiam ira, [. i. identidem ad iram,] vt triſtitia [& mœrore] afficeret eam quòd Do. concluſiſſet &c. ¶13 Heb. Sic autem facere ſolebat [ſub. Elcana] annuatim: [&] quum illa [Phenenna] aſcendiſſet in domum Domini, ſic prouocare ſolebat eam [ſub. Annam:] flebat ergo, &c. i. ſic quotannis Elcana aſcẽdebat ad tabernaculum Domini, & illic ſacrificabat. ¶14 vl, affligitur. i. cur es animo ægro? ¶15 melior ſum tibi &c. q. d. nõnne deberes me pluris facere quàm decẽ filios? Aut, nõnne poſſum multo plura in te beneficia conferre quàm decẽ liberi? ¶16 comediſſent in Silo & bibiſſent: Eli autẽ &c. Victimæ pacificæ non edebantur in atrio, ſed extra atrium, vbicũque viſum fuerat ijs qui ſacrificium pacificorum curauerant. ¶17 vl, ſedem. ſiue. in magno ſolio. erat enim ſummus pontifex. ¶18. i. ad alterum ex poſtibus. ad alterum atrij latus. ¶19. i. loci in quo erat tabernaculum Domini. Per E C H A L, intellige atrium, aut totum illud ædificiũ quod atrium & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neque edere, neq; ſedere licebat in atrio, ſed extra atriũ. ¶20 Heb. amaro ¶21 ſub. in atrio ante tabernaculum fœderis. ¶22. Heb. videndo videris. i. ſi dignatus fueris contemplari.

[23]filium,[24]dedicabo eum Domino cunctis diebus vitæ ſuæ,[25]neque nouacula admouebitur capiti eius. Quúmque[16] conſtanter oraret coram Domino, Eli obſeruabat[17] os eius. Hanna autem loquebatur in corde ſuo, & duntaxat labia eius mouebantur, vox autem eius non audiebatur: Eli ergo eā temulentā eſſe iudicabat. Dixitque ad eam Eli,[18] Quouſq; ebria eris? depone vinū tuū à te. Reſpōdit Hanna, & ait, Minime mi domine. ego mulier ſum [19]ægro animo: vinū & [20]ſiceram non bibi: ſed [21]effudi animū meū corā Domino. [22] Ne cōnumeres me ancillā tuam inter filias Belial: nam[23] ex multitudine meditationis meæ & turbationis meæ hactenus loquuta ſum. Cui Eli reſpondēs, ait, Vade in pace, Deus Iſrael præſtet tibi petitionem tuam quā petiſti ab eo. Quæ ait, [23]Impetret ancilla tua gratiā apud te. ¶ Abiens ergo mulier itinere ſuo, comedit,[24] neq; fuit amplius mœſta.[25] Conſurgentes igitur mane, adorauerunt [26]coram Domino: & reuerſi venerunt in domum ſuam in Ramatha. cognouit itaque Elcana Hannā vxorē ſuam, & Dominus [37]recordatus eſt eius. Nam factum eſt, vt[38] reuolutis aliquot diebus, conciperet Hāna, & filium pareret, cuius nomen vocauit Samuel, [dicens nempe,] Quoniā à Domino poſtulaui eū. ¶ Aſcendit autem vir ille Elcana, & tota familia eius, vt ſacrificaret Domino ſacrificium [40]dierum, &[41] votū ſuum. Hanna verò nō aſcendit, ſed dixit marito ſuo,[42] Quum puer fuerit ablactatus, tunc ducam eum, vt[43] appareat coram Domino, & maneat ibi perpetuò. Reſpondit ei Elcana maritus eius, Fac [44]quod tibi videtur, mane donec ablactes eum, modo Dominus [45]firmet verbū ſuum. ¶ Manſit itaq; mulier, & lactauit filiū ſuum, donec eū ablactaret. Quúmque ablactaſſet eum, duxit illum ſecum, cum tribus iuuencis, & epha farinæ, atq; vtre vini, & introduxit eum in domum Domini in Silo, erátque admodum puer.[46] Mactātes autem iuuencum, adduxerunt puerum ad Eli. Ipſáq; dixit, Mi domine,[47] viuit anima tua mi domine, ego ſum mulier illa, quæ hîc ſtabam [48]corā te, vt orarem ad Dominū. Pro puero iſto oraui, deditque mihi Dominus petitionem meam, quam ab eo petieram. Et ego quoque[49] mancipaui eū Domino [50]cunctis diebus quibus ipſe mancipatus erit Domino. &[51] gratias egit Domino.

ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Factum eſt autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus nō audiebatur. æſtimauit ergo eā Heli temulentā, Dixitque ei, Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego ſum, vinúmque & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animā meam in conſpectu Domini. Ne reputes ancillam tuā quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta ſum vſq; in præſens. Tūc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Iſrael det tibi petitionē tuā, quam rogaſti eū. At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. ¶ Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultúſque illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Et ſurrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuerſíque ſunt, & venerunt in domum ſuam in Ramátha. cognouit autem Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus. Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, & peperit filiū, vocauitque nomen eius Samuel: eo quòd à Domino poſtulaſſet eum. ¶ Aſcēdit autē vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſolēnem, & votum ſuum. Et Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo, Non vadam, donec ablactetur infans: & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir ſuus, Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque vt impleat Dominus verbum ſuum. ¶ Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, &[a] tribus modijs farinæ & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. puer autem erat adhuc infantulus: & immolauerunt vitulum, & obtulerūt puerum Heli. Et ait Anna, Obſecro mi domine, viuit anima tua [b] ego ſum illa mulier quæ ſteti coram te hîc orans Dominum. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum. Idcirco & ego commodaui eum Domino cūctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. & adorauerunt ibi Dominum. & orauit Anna, & ait,

Oratio ī corde.

C

Heli reputat Annā ebriā.

Anna parit filiū, quē vocauit Samuel

D

Offertur à matre puer Samuel Domino, iuxta votum.

¶[a] vno modio

¶[b] domine,

¶23 Heb. ſemen virile. i. maſculum. Chaldæus paraph. vertit, ſemen inter filios hominum. ¶24 vt ſcilicet Domino ſeruiat quandiu vixerit. ¶25 .i. capillus eius nūquā radetur. q.d. nazaræorū viuendi modū ſectabitur. Templi miniſter fuit Samuel, & nazaræus. Chaldæus paraph. pro [nouacula] vertit terrorē. tunc vox Hebræa haberet aleph in fine מורא, q̄ ſignificat terrorem. terror nō aſcendet &c. i. imperium hominis. nā imperium eſt terror homini . i. nemini vnquam ſeruiet præter quàm Deo. Rectius tamē verteris [nouacula.] ¶16 Heb. multiplicaret ad orādum . i. quādiu oraret corā Deo. hoc eſt verſus eam partem in quā Domin⁹ ſe pręſētē exhibebat ¶17 .i. eā orātē ¶18 .i. Quandiu prætereſes temulentiā? Gallice, Iuſques a quād feras tu de l'yurongne? Excute hāc temulentiā. ¶19 Heb. dura ſpiritu. i. ægra animo: quæ grauatè fert ſortē ſuā, nēpe ſterilē ſe eſſe. ¶20 Doctiſs. inter Hebræos ait Sicerā poſſe eſſe vinū confectū ex fructibus. Gallicè, du citre. Chaldæus paraph. vertit, neque vinum nouum, neque vinū vetus bibi: ¶21 .i. deprōpſi quicquid habebam in animo. ¶22 Heb. Ne ponas me coram filia impia. i. Ne compares me filiæ improbæ. q.d. Noli me habere pro muliere temulenta, & improba. ¶23 præ multitudine querelarū [querimoniarū] mearū & ægritudinis [animi] mei, &c. q.d. multa querens, & ægreferens ſterilitatem meam, tandiu oraui. ¶23 q.d. Ineam tecum hanc gratiā, vt pro me ores. ¶24 Heb. neque vultus fuerūt ei amplius. ſub. triſtes vel collapſi. i. exinde exuit omnē triſtitiam. Vultū vocat faciem illā vultuoſam quæ præ ſe fert mœſtitiā ac triſtitiā. ¶25 ſub. die altera. ¶26. i. cōuerſi ad eā partē in qua erat arca Domini. ¶37 Verbis mox ſequētib⁹ ſeipſum declarat. ¶38. i. poſt aliquot dies, ſiue mēſes. ¶39 Etymologiæ nō ſunt ſemper exigendæ ad regulas grāmatices. Aliter autē cōponūtur nomina ab Hebræis, aliter à Latinis. Aliquādo enim in cōpoſitis Hebraicis cernūtur tantū primæ literæ vocum è quibus vocabulū cōponitur, vt ex hoc nomine Samuelis eſt clarū, quod impoſitum eſt à muliere, & non à viro docto: retinétq; primā tantū literā verbi שאל. quod poſtulauit ſignificat. ¶40. i. quod facere ſolebat ſingulis annis. ¶41 ſub. offerret. ¶42 Heb. Nō aſcendā donec ablactatus fuerit infans vt deducā &c. ¶43 vl, cōſpiciatur . i. ſtatuatur ante Dominum. ¶44 Heb. quod bonū eſt in oculis tuis, ¶45 adimpleat. q.d. Peto tantum à Deo vt non infirmet quod nobis promiſit per Heli. Hic habenda eſt ratio totius orationis Annæ. ¶ Chaldæus paraphr. erat adhuc lactens. ¶46 Immolato autem iuuenco, ¶47 Aſſeuerationis genus. q.d. Tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verū eſt te viuere. Gallicè dicimus, Auſſi vray que tu es icy ou la. vel Tam vera ſunt quæ ego dictura ſum, quàm verum eſt quòd ego opto vitam tuam. ¶48 iuxta te, [vel, apud te,] ad orandum. aut, orando ¶49 commodaui. vl, mutuaui. i. vt mihi à Deo donatus eſt, ita etiā ego illi ipſum dono. vel, decreui, & voui me traditurum illum vtendum Domino. ¶50 omnibus diebus quibus erit commodatus Domino. i. quandiu erit ſuperſtes, profecto datus eſt Domino. ¶51 ſub. Heli. q.d. tunc Heli acquieuit precibus mulieris quæ petebat vt ipſe Deo gratias ageret. ille gratias egit de beneficio quod illa accepiſſet.

Canticũ Annæ, in quo gratias agit Deo quòd ex ſterili fœcũda reddita ſit

¶ [a]Domino:

¶ [b]ſaturati

Deute. 32. f. Tob. 13. a. ſap. 16. b.

Chriſti regnum.

CAP. II.

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatũ
eſt cornu meum in [a]Deo [b]meo: dilatatum eſt
os meũ ſuper inimicos meos: quia lætata ſum
in ſalutari tuo.
Non eſt ſanctus vt eſt Dominus: neq; enim eſt
alius extra te, & nõ eſt fortis ſicut Deꝰ noſter.
Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes
recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſciẽtia
rũ Dominꝰ eſt, & ipſi præparantur cogitatiões.
Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti
ſunt robore.
[b]Repleti prius pro panibꝰ ſe locauerũt: & famelici
ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos:
B & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.
[§]Dominus mortificat & viuificat, deducit ad in-
feros & reducit.
Dñs pauperẽ facit & ditat, humiliat & ſubleuat.
Suſcitat de puluere egenũ, & de ſtercore eleuat
pauperem: vt ſedeat cum principibus, & soliũ
gloriæ teneat: Domini enim ſunt cardines ter
ræ, & poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in
tenebris conticeſcent: quia non in fortitudi-
ne ſua roborabitur vir.
Dominum formidabunt aduerſarij eius, ſuper
C ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fi-
nes terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſubli
mabit cornu Chriſti ſui.
¶Et abijt Elcana in Ramátha, in domum ſuam:
puer autem erat miniſter in conſpectu Domini

CAP. II.

O[1]Rauit ergo Hanna, & ait,
[2]Exultat cor meum [3]in Domino, [4]cornu'
meum exaltatur in Domino: [5]dilatatum eſt'
os meum ſuper inimicos meos, quoniam læ-
tata ſum [6]in ſalute tua.
[7]Non eſt ſanctus vt eſt Dominus, quoniam [8]ni-
hil eſt' præter te, & nõ eſt petra'[9]vt Deꝰ noſter.
[10]Ne ſitis multi in loquendo magnifica ac ſu-
perba, [11]ceſſet aſperior ſermo' ex ore veſtro,
quia Deus [12]ſcientiarum' Dominus eſt, & [13]co-
natus eius perficiuntur.
[14]Arcus fortium contritus eſt,' & [15]qui impinge-
bant accinxerunt robur.
[16]Saturi cibo, coacti ſunt pro mercede ſeruire:'
& famelici [17]ceſſarũt, [18]donec ſterilis peperit
ſeptem, & quæ aucta erat liberis, infirmaretur.'
Dominus [19]neci dat, & vitæ reſtituit: deijcit in
[extremum] barathrum, [rurſúſque] euehit.'
Dominus [20]pauperem facit, & locupletat: [21]de-
ijcit & ſublimem facit.
[22]Excitat [23]e puluere [24]tenuem,' & inopem [25]è
ſtercore' extollit, vt collocet cum principibus,
facitq; [26]vt hæreditate capiant ſolium gloriæ'
quoniam Domini ſunt columnæ terræ, & [27]po
ſuit ſuper eas orbem.'
Pedes [28]bonorum ſuorum ſeruabit,' impij verò
in tenebris [29]compeſcentur:' quoniam non in
robore [30]validus erit' quiſpiam.
[31]Hoſtes Domini cõterẽtur,' & ſuper [32]ipſos [33]in cæ
lis' tonabit: Dñs [34]iudicat fines terræ,' & dabit ro
bur [35]Regi ſuo,' exaltabitq; [36]cornu Chriſti ſui.
¶[37]Abijt itaque Elcana in Ramath ad domum ſuam: puer verò miniſtrabat Domino

¶1 q.d. Orauerat Anna, hoc eſt à Deo petiuerat filium, quem quia ab eo acceperat, nunc dicit, ſiue gratias agit. Aut, Precata eſt Deum Anna vt acceptũ haberet Samuelem. poſtea gratias agit de tanto beneficio accepto. vel, Orauit antẽ. i. Fudit preces, & gratias egit &c.

¶2 i. Animus meus repletus eſt lætitia ſpirituali & diuina.

¶3 vl, per Dominum. i. authore Domino, & illius beneficio.

¶4 Cornu pro gloria. Metaphora ab animalibus cornigeris quæ cornibus tutantur vitam ſuam, vnde & propter cornua gloriari ſolent. Cornua igitur proprie robur ſignificant: & quia fortitudine illa gloriari ſolent animalia, ideo gloriam etiã ſignificãt q.d. gloria mea nunc magna eſt Dei beneficio. materiam gloriãdi habeo ope tua, ô Deus. ¶5 dilatauit ſeſe. q.d. habeo quod reſpondeam nunc inimicis meis, ſi obijciant mihi ſterilitatẽ meã: prius habebam os clauſum. ¶6 vel, per ſalutẽ tuã. i. beneficium. q.d. quoniã maximum beneficiũ accepi à te, beneficio tuo fœcũda facta ſum, vnde maxime lætor. ¶7 vel, Nullus eſt &c. q.d. Nullus alius coli debet præter Dominũ: nã eſt clementiſſimꝰ &c. Per ſanctitatẽ intelligit miſericordiã, clemẽtiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes. ¶8 nullus eſt &c. vel, imò [aut, certe] nullus eſt præter te. q.d. tu ſolus ſanctus es, clemens, &c. qui pro ſalute inuocãdus ſit. ¶9 vl, fortis. Per petram, omnipotẽtia Dei declaratur. ſolus eſt potentiſſimus. ¶10 Heb. Ne multiplicetis vt loquamini ſublime, ſublime. ſub. verbum. i. Ne poſthac loquamini ſuperba contra Dominum, q non ſit omnipotens. ¶11 [neque] egrediatur [verbũ] arrogãs &c. ¶12 vl, cognitionũ. i. omnia nouit, opera & cogitationes hominũ. ¶13 Heb. ipſi præparantur [. i. ordine fiũt ab eo] opera magnifica. hoc eſt, mirabiliũ operum eſt patrator & deſignator. Alij vertunt, & ipſi numerãtur opera. i. ab eo põderantur & examinãtur opera omniũ. Poteſt & ſic verti, ſecundũ aliã lectionẽ, & nõ numerantur opera eius. i. nullo numero cõprehendi poſſunt opera eius. ¶14 Arcus [&] fortes cõfracti ſunt. q.d. Arma nihil proſunt fortibus: iã qui modo videbãtur ſuperiores, ſtatim vincũtur: & cõtrà, qui prius videbãtur pene victi ac ſuperati, tandẽ euadũt ſuperiores ita volente Deo. ¶15 debiles [infirmi] accinxerunt ſe robore. vl, viribus. i. qui videbãtur eſſe multo inferiores, ſuperãt viribus. ¶16 Heb. Saturi pro pane ſe locauerũt. q.d. Qui prius veſcebantur ad ſaturitatem vſq;, laborarunt inopia vſqueadeo, vt pro victu habẽdo locauerint operam ſuam. ¶17 vl, deſierunt. ſub. locare operã ſuam. i. qui fame pene cõficiebãtur, habuerũt quod ederẽt. Annumerat ſe inter egẽtes Anna, q ante Dei beneficiũ erat ſterilis. ¶18 adeò vt ſterilis pepererit ſeptẽ, & quæ multiplicabat liberos, infirmata ſit. i. Quæ prius erat ſterilis, multos liberos habuit: quæ verò multos habebat liberos, facta eſt tandẽ orba & ſine liberis. ¶19 Heb. mortificat & viuificat: deſcẽdere facit ad inferos, & aſcendere facit. i. Dominus interficit quos vult, & ſeruat à morte quos vult: facit aliquando vt quis ita morbo laboret, vt de vita eiꝰ deſperetur, & iã pene ſit in ſepulchro: quẽ tamẽ ſanat. Bis idẽ dicit, mutatis verbis. Inferi pro ſepulchro. Deus eſt Dominꝰ vitæ & necis. Poteſt hic verſus intelligi de diuerſis vel de vno, vt etiam ſequẽs verſus, Interficit vnum, alterum autem ſanat de cuius vita deſperabatur: vel, Iſtum interficit & eundem reuocat ad vitam. ¶20. i. author eſt diuitiarum & paupertatis. Chaldæus paraphra. intelligit hoc canticum tanquam prophetiam: propterea vertit omnia per futurum. ¶21 deprimit & exaltat. i. quem vult deprimit & de gradu deijcit: eundem, ſi lubet, afficit honoribus. ¶22 Erigit ¶23. i. de gradu ſiue ordine infimo. ¶24. i. tenuis fortunæ hominem. ¶25 Sordes intelligit p ſtercus. q.d. ex ſtatu ſordido eleuat egenũ, clarũ & nobilẽ reddit ſordidũ. ¶26. i. vt vnuſquiſq; illorũ poſſideat ſolium glorioſum. i. conſtituit eos in honoribus & ſummis magiſtratibus ¶27 vl, ſuffulcit illis orbem terrarum. q.d. creauit Dominus ac fundauit terram ipſam, eſtque dominus eius ac omnium quæ in ea ſunt. ¶28 ſanctorum ſuorum ſeruat. i. Seruat pios qui ipſum colunt. ¶29 conticeſcent. vl, conticeſcunt. i. intereunt ac pereunt. Impij quum moriuntur, demigrãt hinc in tenebras, non in lucem vt pij. ¶30 roboratur. i. nemo viribus ſuis poteſt ſeipſum ſeruare. ¶31 Heb. Dominus frãgentur aduerſarij eius. vl, rixæ eius. q.d. Qui cũ Deo diſceptãt & rixãtur, ſiue cõtendere volũt, conteruntur ab eo. ¶32 Heb. ipſum. i. ſuper vnumquẽq; ipſorũ. ¶33 de cælis. Præpoſitio vna pro altera apud Hebræos. q.d. tacti de cælo peribunt. ¶34. i. iudiciũ exercere poteſt in homines qui ſunt in tota terra quando volet. Vel per futurũ legas, iudicabit, ſiue iudicaturus eſt: vt de extremo iudicio intelligas, aut de tẽpore Meſſiæ. ¶35. i. Meſſiæ. Etiã Chaldæus paraph. hunc locum de Meſſia intelligit. q.d. Dominus mittet Meſſiã, & illum glorioſiſſimum & potentiſſimum faciet. ¶36. i. gloriam Chriſti ſui. ¶37. i. Redijt quum gratias egiſſet.

[58] coram Eli [59] ſacerdote.' Porrò filij Eli, filij erant [40] Belial,' nec [41] cognouerunt Dominū, [42] nec ius quod ſacerdotes habuerunt erga populum: quicunque ſacrificabat ſacrificium, mox aderat puer ſacerdotis quum [43] caro[adhuc] [44] coquebatur,' fuſcinulam tridentem manu ſua geſtans. [45] Quam incutiebat in lebetem aut ahenum, in cacabum aut ollam,' quidquid ergo fuſcinula educebat, [46] accipiebat' ſacerdos [47] ſibi.' ad hūc modum faciebant omnibus Iſraelitis qui veniebāt in Silo. [48] Etiam antequam [49] adolerent [50] adipē,' veniebat puer ſacerdotis, & dicebat ſacrificanti, Da [51] carnem vt coquam ſacerdoti: neque enim accipiet à te carnem coctam, ſed crudam. Vir immolans reſpondebat ei, [52] Omnino incendent adipem,' iuxta hoc quod hac die ſolet, & tunc accipe tibi iuxta animi tui deſiderium. qui [53] reſpōdet, [54] Quin iā dabis: ſin minus, vi tollā. Fuit itaque peccatū [55] puerorū grande nimis corā Domino, quòd homines [56] deſpicatui haberent' ſacrificiū Domini. ¶Samuel verò puer [57] miniſtrabat' corā Domino, amictus [58] ephod' lineo. [59] Faciebātque' ei mater eius [60] interulam paruam,' & ſingulis annis afferebat quum aſcenderet cum viro ſuo, vt immolaret victimam [61] dierum. [62] Eli autē bona imprecatus eſt' Elcanæ & vxori eius hiſce verbis, Det tibi Domin⁹ ſemē de iſta vxore [63] pro iſta petitione quam poſtulauit à Domino.' abieruntque ad locū ſuū. ¶ [64] Etenim' Dominus viſitauit Hannam, vt conciperet & pareret tres filios & duas filias: creuitque puer Samuel [65] corā Domino.' Eli autem erat valde ſenex, audiuitq; omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli, & quòd dormirent cum mulieribus [66] quæ excubabant' ad oſtium tentorij conſtitutionis, dixitque ad eos, Quamobrem facitis res iſtas? quas ego audio ab vniuerſo populo iſto [67] negotia' veſtra mala. [68] Ne filij mei:' non enim bona eſt fama quam audio, [69] [quòd] tranſgredi facitis populū Domini.' Si peccauerit [70] homo in hominē, [71] iudices de hoc iudicāt: q ſiquis cōtra Dominū [72] peccat, quis ſeſe arbitrum interponet?' ſed non audiuerunt vocem patris ſui, quia Dominus voluit eos interficere. Puer autē Samuel [73] proficiēdo creſcebat, [74] meliórque euadebat' ei apud Deū quàm apud homines. ¶Venit autem [75] vir Dei' ad Eli, & ait ad eum, Sic dicit Dominus, Annon domui patris tui manifeſte reuelatus ſum quum [76] eſſent' in Ægypto, in domo Pharaonis? Eligendo ſcilicet eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi

ante faciē Heli ſacerdotis. Porrò filij Heli filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum ad populum: ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabū: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebant vniuerſo Iſraeli venientium in Silo. Etiam antequā adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnē, vt coquam ſacerdoti: non enim accipiā à te carnem coctam, ſed crudam. Dicebátque illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcūque deſyderat anima tua. qui reſpondēs aiebat ei, Nequaquā: nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis corā Domino: quia detrahebant homines ſacrificio Domini. ¶Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. Et tunicā paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolennem & votum ſuum.' Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei, Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti Domino. & abierut in locum ſuū. ¶Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum. Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia quæ faciebāt filij ſui vniuerſo Iſraeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabāt ad oſtium tabernaculi, & dixit eis, Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim eſt bona fama quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virū, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierūt vocē patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos. Puer autē Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quàm hominib⁹. ¶Venit autē vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Domin⁹, Nunquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cū eſſet in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eū ex omnibus tribubus Iſrael mihi in

¶38.i.de mandato Eli. in his quæ illi præcipiebat Eli, pro ætatula, canendo & pulſando inſtrumenta muſica, docēte Eli, Diſcebat Samuel legē Domini & muſicē ¶39.i.ſummo pontifice.
¶40 improbi. deſtituti religione, pietate, & omni probitate. ¶41 agnoſcebant .i. legi eius non parebant.
¶42 principiū verſus apud Hebræos: ſic autē vertendū, Conſuetudo recens inducta à ſacerdotibus cū populo, [talis erat,] Quicunq; &c. q.d. Hanc nouam cōſuetudinem introduxerit populo filij Eli & alij ſacerdotes, legē Dei immutantes. nam ſecūdum legem Domini ſacerdotes è pacificis hoſtijs tantum accipere debebāt armū & pectuſculū: iſti maiorē portionem accipiebant. Leuit. 7.
¶43 ſub. hoſtiæ pacificæ.

Filij Heli, filij nequam.
Peccatum filiorū Heli ſacerdotis.
D
Samuel miniſtrat Domino.
Benedictio Heli.
E Anna parit tres filios & duas filias.
Heli corripit filios ſuos.
F
Arguitur Heli indulgentia erga filios.
¶ eſſent

¶44 ſiue, elixabatur. ¶45 Heb. Et percutiebat [ſub. carnes quæ erāt] in cōcha, aut olla, aut lebete, aut cacabo, &c. i. conabatur arripere, aut apprehendebat carnes &c. ¶46 vl, capere ſolebat ¶47 ex eo. i. ex illis carnibus. ¶48 vl, Adhæc. Præterea ¶49 cremauiſſent ¶50 ſub. victimæ pacificæ. ¶51 carnes quas aſſemus ¶52 Heb. Incendendo [ſiue Cremando] incendāt hodie adipem. ſub. hoſtiæ. q.d. Quum ſacerdotes cremauerint adipem, vt ſecundum conſuetudinem adoleri ſolet: tunc accipies &c. Moris erat vt ſacerdos carnem elixam acciperet ab offerente. ¶53 reſpōdebat ¶54 Heb. Nequaquam: ſed nunc ¶55 .i. filiorum Eli. ¶56 vl, inciperent abhorrere. ab offerendis ſcilicet victimis, conſpecta auaritia ſacerdotū. ¶57 .i. fungebatur ſuo officio ſine culpa. ¶58 Ephod erat veſtis breuiſſima qua vel ſolebāt qui miniſtrabant Domino, non quidem omnino diſſimilis ſuperhumerali ſummi ſacerdotis, ſed neque etiam prorſus illi ſimilis. ¶59 Fecerátque ¶60 tunicam breuem. ſiue. pallium breue. habita ratione pueri quo ornaret feſtis diebus. ¶61 .i. ſolenē. ¶62 vl, Et benedicere ſolebat Eli ¶63 vl, loco iſtius petitionis. [hoc eſt Samuelis] quē vterq; veſtrū petiuit à Domino. Verti etiam poteſt, pro commodato quod commodauit [vterq; veſtrum] Domino. i. pro Samuele quē tradidiſtis Domino. ¶64 Redundat hæc vox, quæ pro כִּי Hebraico poſita eſt. aut vertē dū, Viſitauit autē Dominus. Niſi mauis aliquid ſubaudire, hoc pacto, Et reuerſi ſunt domū læti. quia ſcilicet crediderunt verbis Eli quæ adhibuerat benedictioni illi de futura prole ſuſcipienda. ¶65 Heb. cum Domino. vl, apud Dominum. i. miniſtrans Domino. ¶66 Heb. congregatis. turmatim ſcilicet. Hebræi intelligunt puerperas quæ veniebant turmatim vt purgarentur & orarent Deum. ¶67 geſta ¶68 ſub. ita faciatis. Apoſiopeſis quæ iratis conuenit. ¶69 vl, [q] abigitis [hinc] populū Do. i. efficitis ne huc populus oblatum veniat victimas. Alij legūt, fama quā audio, [quam] errantire facit, i. ſpargit] populus Domini. ſub. de vobis. ¶70 vl, quis in alium, ¶71 Iudicabit ipſum iudex. q.d. Si vocetur in ius, habebit etiam patronum qui defendat eum coram iudice. Alij legunt minus rectè, iudicabit eū Deus. ¶72 peccauerit, quis homo diſceptabit pro illo? q.d. nullus eſt excuſationi locus quum peccatur in Dominum. Alij legunt, quis rogabit pro eo? ¶73 Heb. ambulabat & creſcebat. i. promouebat annis & bonitate, bonaq; fama creſcebat. ¶74 Heb. & bonus erat ¶75 .i. vir quidā miſſus à Deo, propheta quidā. i. vir diuinus Quidam aiunt fuiſſe Eliā, alij angelū ſpecie humana. Hebræi aiunt fuiſſe Phinees. alij Elcanā. ¶76 ſub. filij Iſrael. Incipit à commemoratione beneficiorum, vt oſtendat eum ingratum: quod fere fit in huiuſmodi imprecationibus.

ſacerdotē, vt aſcenderet ad altare meum & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael. Quare calce ᶠabiecistis victimam meā, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? Propterea ait Dominus Deus Iſrael, Loquens locutus ſum vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſempiternum. nunc autem dicit Dominus, Abſit hoc à me: ſed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt

G me, erunt ignobiles. Ecce dies veniūt, & præcidā brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. Et videbis æmulū tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael: & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Veruntamē non auferam penitus virū ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua. & pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit. Hoc autem erit tibi ſignum quod venturum eſt duobus filijs tuis Ophni & Phinees, In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram chriſto meo cunctis diebus. Futurum eſt autem vt quicunque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteū. & tortam panis. dicátque, Dimitte me obſecro ad vnā partem ſacerdotalem, vt comedam bucellam panis.

CAP. III.

PVer autem Samuel miniſtrabat Domino corā Heli. (& ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta.) Factum eſt ergo in die quadam, Heli iacebat in ᵃlectulo ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur (Samuel autē dormiebat) in tēplo Domini, vbi erat arca Dei. Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpōdens ait, Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit, Non vocaui te fili: reuertere. & dormi. & abijt, & dormiuit.

Et adiecit Domin⁹ ruſum vocare Samuelem. Conſurgénſque Samuel abijt ad Heli, & dixit,

ᶠabijcitis

1.Reg.2.c.

Sadoc ſacerdos fidelis corā vncto Dei Salomone.

Tēpore Heli in Iſrael rari prophetæ, & qui voluntatem Dei prædicarēt.

ᵃ loco

Quater vocat Samuel à Domino, vt ſit propheta ipſius.

in ſacerdotem, vt offerret ſuper ara mea, & adoleret incēſum, atque portaret ephod [77] corā me, & dedi domui patris tui [78] omnia ſacrificia filiorum Iſrael quæ igne conſiunt. Quare [79] conculcatis ſacrificium meum, & [80] ſacrificiū meū cibarium, quæ [81] præcepi in [82] habitaculo. & honoraſti filios tuos plus quam me, vt ſaginaretis vos de primitijs [83] omnium ſacrificiorum populi mei Iſrael? Propterea dicit Dominus Deus Iſrael, Omnino ita [84] decreueram, [quòd] domus tua & domus patris tui [85] incederet coram me perpetuò: iam verò dicit Dominus, Abſit à me, [86] quin honore proſequar eos qui me honore proſequuntur: & qui me contemnunt, [87] ignominia afficiētur. Ecce dies venient, [88] vt ſuccidam brachium tuum, & brachium patris tui, [89] vt non ſit ſenex in domo tua. Et aſpicies æmulum [90] in habitaculo, [91] in omnibus in quibus benefecerit Iſraeli, [92] nec erit ſenex in domo tua cūctis diebus. Nec tamē virum tibi de ara mea [93] excindam, vt [94] deficiant oculi tui, animúſque tuus tabeſcat. & omnes qui in domo tua multiplicantur, viri morientur. [95] Et hoc erit tibi ſignum quod eueniet duobus filijs tuis: Hophni & Pinhas vno die morientur ambo. Suſcitabóque mihi [96] ſacerdotē fidum, qui iuxta cor meum, & iuxta animū meū agat, & ædificabo ei domum [97] fidelem, [98] incedétque coram chriſto meo cunctis diebus. Et erit, vt quicunque reſiduus manſerit in domo tua, [99] veniat vt ſeſe illi proſternat pro obolo argenteo, & [100] globo panis, dicátque, [101] Coopta me quæſo vni alicui [102] ex ſacerdotijs, vt comedā bucellam panis.

CAP. III.

PVer autem Samuel miniſtrabat Domino [1] coram Eli. (& ſermo Domini [2] pretioſus erat in diebus illis, neq; viſio [3] vulgaris.) Factum eſt autē [4] quodam tēpore, [5] vt Eli iacēret [6] in loco ſuo, (oculi autē eius incipiebāt caliginoſi eſſe, ita vt [7] videre non poſſet,) [8] Et Samuel iacēret, in templo Domini in quo fuit arca, antequā lucerna Dei extingueretur. Vocauit itaque Dominus Samuelē. qui ait, Ecce adſum. Et currens ad Eli, dixit, Ecce adſum, quoniam vocaſti me. Qui dixit, Non vocaui, reuertere, [9] quieſce. qui abijt & quieti ſe dedit. Rurſum vocauit Dominus Samuelem: & conſurgens Samuel abijt ad Eli, dixitque,

¶77.i. in tabernaculo meo.

¶78.i. portionem quandam ex victimis omnibus quas filij Iſrael oblaturi erant, qui ego volui pertinere ad ſacerdotem.

¶79 vl, quaſi calcibus abiecistis. i. contēpſiſtis & paruifeciſtis.

¶80 oblationē meam, &c. vl, Quare abigitis à domo mea eos qui offerūt victimas & oblationes, &c.

¶81 ſub. offerri

¶82 vl, tabernaculo [meo:]

¶83 Heb. omnis doni [vl, oblationis] Iſrael ante populum meum. i. maiore honore affeciſti filios tuos, ante populum meū, hoc eſt vidēte populo meo.

¶84 Heb. dixeram dicendo, .i. ita ſtatuerā.

¶85 ambularent coram me .i. fungerentur officio ſūmi pontificis in tabernaculo meo &c.

¶86 vel, ſed.

aut, nā ¶87 Heb. vileſcent. erunt viles & abiecti ſua culpa. ¶88 vl, [In quibus] præcidam. i. Inſtat tempus quo adimā tibi dignitatem ſacerdotalem, qua plurimum cōfidis & ſuperbis. Brachium pro fortitudine. ¶89.i. ne perueniat ad ſenium familia tua. Vel per ſenium ſapientem intelligit. ¶90 in tabernaculo. ſub. meo. Videbis, in poſteris tuis ſcilicet. q.d. poſteri tui videbunt alium fungi officio ſummi ſacerdotis. qui non erit de familia tua, nempe Sadoc. ¶91.i. quando Dominus multis beneficijs afficiet populū ſuū Iſraelem. ¶92.i. neque etiam vllus erit ſenex &c. ¶93 vl, exterminabo penitus. q.d. ſed ſemper aliquis è poſteris tuis famulabitur in altari meo. ¶94 tabeſcere faciam oculos tuos, & dolore afficiam animum tuum. & omnis educatio domus tuæ morientur viri. Tabeſcere ſiue marceſcere inquit, faciam oculos tuos, & affligam animū tuum in poſteris tuis, quum videbunt alium fungi officio ſummi pontificis, quod ad tuam familiam pertinebat: & quotquot in familia tua fuerint educati, morientur in ætate virili, non iuuenes. ¶95.i. Et iſtud ſignum quod eueniet duobus filijs tuis, erit tibi ſignū quòd quæ dico vera ſunt. ¶96 nempe Sadoc, depulſo Abiathar. ¶97 firmam. i. dabo illi familiam ampliſſimam & ſtabilem. ¶98.i. fungetur officio ſacerdotali coram rege cui regnū dedero. ¶99 ſupplicaturus ſcilicet tanquam maiori. ¶100 buccella. ſub. in ſingulos dies. ¶101 vl, Adiūge me ¶102 vl, ex officijs ſacerdotalibus. q.d. Præfice me vni ex officijs minorum ſacerdotum, vt mihi victum parem. III. ¶1.i. præmonſtrante & inſtruente eum Eli. Chaldæus paraph. viuente Eli. ¶2 vl, rarus. i. rari erant prophetæ qui verbum Domini annuntiarent populo, rarò Dominus reuelabat arcana ſua. Hoc dicit vt quodammodo exaltetur Samuel, & hoc per parentheſin. ¶3 aperta. Chaldæus paraphr. non erat prophetia quæ publice innoteſceret. ¶4 Heb. eo die. Nox comprehenditur nomine diei. Chaldæus paraph. Fuitque in diebus illis. Dies pro tēpore. ¶5 quum Eli dormiret ¶6.i. in interiore parte atrij quæ erat propinquior tabernaculo Domini. In interiore, ſiue penitiore parte atrij, hoc eſt in propinquiore tabernaculo dormiebant ſacerdotes: in poſteriore Leuitæ, quæ magis aberat à tabernaculo. ¶7 ſub. bene. Hoc dictum eſt ad commendandam diligentiam Samuelis qua officioſe admodum famulabatur ipſi Eli, qui tum magis indigebat miniſterio alicuius. ¶8 Heb. Et lucerna Dei priuſquam extincta erat. & Samuel dormiebat, in templo Domini vbi erat arca Dei: Tunc vocauit &c. Ordo inuerſus ſic conſtruitur, Et quum lucernæ quæ erant in templo Domini vbi erat arca Dei: necdum extinctæ eſſent, & Samuel [adhuc] dormiret: Tunc vocauit &c. q.d. tempore nocturno quum adhuc Samuel dormiret, vocauit &c. Periphraſis eſt noctis, Quum lucernæ quæ erant in templo Domini, vbi erat arca Dei, necdum extinctæ eſſent. Tota enim nocte ardebant lucernæ. ¶9 dormi.

¶10 .i. necdum erat aſſuet⁹ audire Dominum loquentẽ nondũ nouerat nomen Domini quum alloquitur ſuos prophetas.
¶11 Chaldæus paraph. verbũ prophetiæ Domini. ¶12 ſub. ille qui pri⁹ te vocauit.
¶13 .i. paratus eſt tibi obſequi. q. d. ego attendo.
¶14 .i. In atrio Leuitarũ: quod non erat illud de quo fit mẽtio in lege, ſed appẽdix ad tabernaculum.
¶15 .i. aſtitit illi. & apparuit i forma quadã.
¶16 Hebr. vt [alia] vice, & hac[quoque.]
¶17 qui qui audierit, tinniẽt illi ambæ aures. i. quę incutiet terrorẽ audienti. Prædicit captiuitatẽ arcæ fœderis.
¶18 .i. rẽ ipſam incipiã, & deducam ad finẽ. præſtabo reipſa, quod verbis minitor.
¶19 Indicabo. quũ ſcilicet ſignum quod dixit illi propheta, euenerit.

En preſto ſum, vocaſti enim me. qui dixit, Nõ vocaui fili mi, reuertere & dormi. Samuel autem [10]nondum nouerat Dominum, nec adhuc reuelatum fuerat ei [11]verbum Domini. Et Domin⁹ tertiò vocauit Samuelem. qui ſurgens abijt ad Eli, & ait, En adſum, vocaſti enim me. & intellexit Eli quòd Dominus vocaſſet puerũ. Dixit igitur Eli ad Samuelem, Vade & quieſce: quòd ſi denuo [12]vocauerit te, dices, Loquere Domine, quoniam [13]audit ſeruus tuus. abijt ergo Samuel, & quieuit [14]in loco ſuo. Venit itaque Domin⁹ & [15]ſtetit, & vocauit [16]vt ſemel atque iterum, Samuel, Samuel. Reſpõdit Samuel, Loquere Domine, quoniã audit ſeruus tuus. Et ait Dominus ad Samuelem, En ego faciã rem in Iſraele, [17]vt quicunque audierit, ambæ aures eius tinniant. In illa die ſuſcitabo contra Eli omnia quæ loquutus ſum ſuper domum ei⁹: [18][ab initio] incipiam & perficiam. [19]Indicaui autem ei [20]quòd iudicaturus ſim domum eius perpetuò, propter iniquitatem quam ipſe non ignorauit, quòd ſcilicet filij eius [21]contemptores fuerunt, [22]nec ipſe mœrore eos affecit. Et hác ob cauſam iuraui domui Eli, [23]quòd iniquitas domus Eli non ſit expianda perpetuò, neque victimis, neque [24]ſacrificio cibario. ¶Dormiuit autẽ Samuel vſque mane, aperuit quoque oſtia domus Domini. Et Samuel quidem veritus eſt indicare viſionem ipſi Eli. Vocans ergo Eli Samuelem, dixit, Samuel fili mi. Qui reſpondit, Præſto ſum. Dixit ille, Quod eſt verbum [25]quod loquutus eſt ad te? Ne quæſo me celes: [26]ſic faciat tibi Deus, & ſic addat, ſi [27]celes me vel verbũ ex omni ſermone quem loquutus eſt ad te. Indicauit itaque Samuel ei omnia verba, & nihil celauit eum. qui ait, Ipſe eſt Dominus, quod ſibi bonum videtur faciat. [28]Creuit autem Samuel, & Dominus fuit cum eo, neque [29]proiecit in terrã ex omnibus verbis ſuis. Cognouit autẽ omnis popul⁹ à Dan vſq; ad Beerſeba, quòd Samuel fidelis eſſet [30]propheta Domini. Dominus [31]porrò apparuit in Silo, [32]quoniã reuelatus eſt Dominus Samueli in Silo [33]per verbum Domini.

CAP. IIII.

FVit autem verbum Samuelis ad omnẽ Iſraelẽ: & egreſſus eſt Iſrael obuiam Paleſthinis in prælium, caſtraq; metati ſunt prope [2]Aben-ezer: Paleſthini autem caſtrametati ſunt in Aphec. Et aciem inſtruxerunt Paleſthini cõtra Iſraelem: [3]extentòque prælio, [4]corruit Iſrael corã Paleſthinis, percuſſeruntque in acie [5]per campum circiter quatuor millia virorũ. Et veniente

Ecce ego: quia vocaſti me. Qui reſpõdit, Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi. Porrò Samuel necdum ſciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei ſermo Domini. Et adiecit Domin⁹, & vocauit adhuc Samuelẽ tertiò. qui cõſurgens abijt ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelẽ, Vade, & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit ſicut vocauerat ſecũdò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Iſrael, quod quicunq; audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli, omnia quæ locutus ſum ſuper domũ eius: incipiam & complebo. Prędixi enim ei quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatẽ, eo quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum. ¶Dormiuit autem Samuel vſque mane, aperuitq; oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi? Qui reſpondẽs, ait, Præſtò ſum. Et interrogauit eũ, Quis eſt ſermo quem locutus eſt Dominus ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem, ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi. Indicauit itaque ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcõdit ab eo. Et ille reſpõdit, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Creuit autem Samuel, & Dominus erat cũ eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan, vſque Ber-ſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini. Et addidit Dominus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

CAP. IIII.

ET factum eſt in diebus illis, cõuenerunt Philiſthijm in pugnã. egreſſus eſt nãque Iſrael obuiam Philiſthijm in præliũ, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidem-adiutorij: porrò Philiſthijm venerunt in Aphec. Et inſtruxerunt aciẽ contra Iſrael. inito autẽ certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis & cęſa ſunt in illo certamine paſſim p agros, quaſi quatuor millia virorũ. Et reuerſus

B
Heli docet Samuelẽ quid reſpõdeat Domino vocãti.
C
Prædicit De⁹ Samueli pœnam Heli ob peccatum filiorum.
D
Indicat Samuel viſionẽ ipſi Heli.
Cædit Iſrael à Philiſthæis.

¶20 .i. quòd ego ſum pœnas expetiturus iuſte de familia eius. ¶21 contemnebant ſeipſos. i. contemptibiles ſe reddebant. Prius ſcriptum erat apud Hebræos, contemnebant enim me. i. anteponebant honorem ſuum, & propriam vtilitatem honori meo. ſed quia hoc durum erat, & nimium detrahens honori Dei, correxerunt illud ſcriptores Hebræi, & ſcripſerunt vt ſuprà dictum eſt. ¶22 Heb. & non prohibuit eos. i. non reprehendit eos acriter. ¶23 Heb. Si expiabitur [vel, condonabitur] iniquitas familiæ Eli ¶24 oblatione. ¶25 ſub. ille qui vocabat te noctè. ¶26 Formula eſt adiurandi & obteſtãdi apud Hebræos. ſenſus eſt, Ita te tractet vt me erat tractaturus, quin grauius puniat, ſi me celes. vel, male tibi contingat, ſi &c. ¶27 Heb. abſcondas à me ¶28 q. d. Vt ſtatura promouit, ita gratia & fauore Dei. ¶29 Heb. cadere fecit. i. nullum verbum protulit Samuel quod eſſet vanum & inane: impleta fuerunt quæcunque dixit. Alij referunt ad Deum, Non permiſit vt vllum verbum eius irritum fieret. Metaphora à liquidis. quæ ſi effundantur in terram, pereũt. aut ab ædificiis collapſis. ¶30 vt eſſet propheta Domini i. quòd aptus eſſet ac idoneus qui aliquando euaderet in prophetam. Chaldæus paraph. vertit, quòd eſſet fidelis in prophetia Domini. quod doctis minus probatur. ¶31 rurſum ¶32 apparuerat enim. vel, apparuit enim ¶33 vel, in verbo Domini. Antecedens loco relatiui, pro, cum verbo ſuo. i. annũtians illi arcana quædam, vel præcipiens Samueli quædam dicere Iſraeli. IIII. ¶1 .i. Mox Samuel dixit vniuerſo Iſraeli quæ audiuerat à Domino, nempe de reſiſtendo Palæſthinis, & ſuſcipienda expeditione aduerſus eos. Nonnulli Rabinorum hic dicunt Samuelem conſuluiſſe Dominum an deberent Iſraelitæ ſuſcipere expeditionẽ aduerſus Palæſthinos inuadentes filios Iſrael. Dominum autem reſpondiſſe vt Palæſthinis occurrerent: atque id dicunt eſſe quod hic dicitur, Et factum eſt verbum &c. Hinc poſtea dicunt ſeniores Iſrael, Cur percuſſit nos Deus? &c. q. d. quum nos hic expeditionem ſumpſerimus Deo ſic iubente, cur iam nos affligit? ¶2 Hoc dicitur per anticipationem. nam ille locus ſic poſtea dictus eſt ab euentu, Lapis-adiutorij. ¶3 dilatatáque acie. i. quũ cœpiſſent ſeſe dilatare & explicare milites ipſi. ¶4 percuſſus eſt. i. cœpit Iſrael terga vertere Palæſthinis. ¶5 .i. in ipſo campo conflictus.

Affertur arca in caſtra.

eſt populus ad caſtra: dixerúntque maiores natu
de Iſrael, Quare percuſſit nos Domin[9] hodie coram
Philiſthijm? afferamus ad nos de Silo arcã
fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt
ſaluet nos de manu inimicorũ noſtrorum. Miſit
ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam
fœderis Domini exercituum ſedẽtis ſuper cherubim:
erántque duo filij Heli cum arca fœderis
[a]Domini,'Ophni & Phinees. Cúmque veniſſet
arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt omnis
Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra.
Et audierunt Philiſthijm vocem clamoris, dixerúntque,
Quænam eſt hæc vox clamoris magni
in caſtris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca
Domini veniſſet in caſtra. Timuerúntq; Philiſthijm,
dicentes, Venit Deus in caſtra. & ingemuerunt,
dicẽtes, Væ nobis: non enim fuit tanta
exultatio heri & nudiuſtertius: Væ nobis, quis
nos[b]ſaluabit'de manu Deorum ſublimium iſtorum?
hi ſunt Dij qui percuſſerunt Ægyptum omni
plaga, in deſerto. Cõfortamini, & eſtote viri,
Philiſthijm: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi
ſeruierũt nobis: cõfortamini, & bellate. ¶ Pugnauerunt
ergo Philiſthijm, & cæſus eſt Iſrael, & fugit
vnuſquiſque in tabernaculum ſuum: & facta
eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael
triginta millia peditũ. Et arca Dei capta eſt: duo
quoq; filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.
Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit
in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere
caput. Cúmq; ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper
ſellam contra viam [c]expectans.' erat[d]autem'
cor eius pauẽs pro arca Dei. vir autem ille poſtquam
ingreſſus eſt, nuntiauit vrbi: & vlulauit
omnis ciuitas. Et audiuit Heli ſonitum clamoris,
dixitque, Quis eſt hic ſonitus tumultus huius?
At ille feſtinauit, & venit, & nuntiauit Heli.
Heli autem erat nonaginta & octo annorum, &
oculi eius caligauerant, & videre non poterat. Et
dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio, & ego
qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum
eſt fili mi? Reſpondens autem ille qui nũtiabat,
Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſtijm, & ruina
magna facta eſt in populo: inſuper & duo filij
tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta
eſt. Cũmque ille nominaſſet arcam Dei, cecidit
de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus
mortuus eſt. ſenex enim erat vir & grãdæuus:
& ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis.
¶ Nurus autem eius vxor Phinees, prægnãs
erat, vicináq; partui: & audito nũtio quòd capta
eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir
ſuus, incuruauit ſe & peperit. irruerant enim in
eam dolores ſubiti. In ipſo autẽ momento mortis
eius, dixerunt ei[e]qui'ſtabant circa eam, Ne timeas,
quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit
eis, neque animaduertit. Et vocauit puerum,

¶[a]Dei,

Clamor magnus i aduẽtu arcæ. B

Timent Philiſthijm audiẽtes arcam Dei eſſe cum Iſraelitis.

¶[b]ſeruabit

Secundò cæduntur Iſraelitæ.

Arca capit. Ophni & Phinees cæſi. C

Nũtiatur ciuitati & ipſi Heli arcã eſſe captam.

¶[c]ſpectans.

¶[d]enim

D

Moritur Heli

Naſcitur Ichabod.

¶[e]quæ

populo in caſtra, dixerũt ſeniores Iſraelis, Quare
[6]ſtrauit'nos hodie Domin[9] coram Paleſthinis?
[7]adducemus'ad nos de Silo arcã fœderis Domini,
vt illa veniens inter nos, ſeruet nos de manu
hoſtis noſtri. Miſit itaque populus in Silo, & attulerũt
illinc arcam fœderis Domini exercituũ,
[8]ſedentis inter cherubim.' Erant quoque ibi duo
filij Eli iuxta arcam fœderis Dei, Hophni ſcilicet
& Pinhas. Factúmque eſt quum veniſſet arca fœderis
Domini in caſtra, vociferatus eſt cunctus
Iſrael magno iubilo, ita vt terra tremeret. Audiẽtes
autem Paleſthini vocem iubili, dixerunt,
[9]Quænam eſt vox iſtius magnæ vociferationis'
in caſtris Ebræorum?[10]& innotuit eis'quòd arca
Domini veniſſet in caſtra. Metuẽtẽſq; Paleſthini
[11]dixerunt,[12]Venit'Deus[13]in caſtra.' rurſúmq; dixerunt,
[14]Væ nobis,'quoniam non[15]erit ſicut heri'
& nudiuſtertius: Væ nobis, quis eruet nos è manu
Deorum iſtorũ fortium? iſti ſunt Dij, qui percuſſerunt
Ægyptum [16]tot plagis [17]in deſerto.
[18]Confirmamini,' eſtóque [19]viri,'ô Paleſthini, ne
quando ſeruire cogamini Ebræis, quẽadmodum
ipſi ſeruierunt vobis:[20]eſte ergo'viri, & pugnate.
¶ Pugnauerũt itaque Paleſthini, & Iſraelitæ
cæſi ſunt, fugerúntque ſinguli in tentoria ſua, &
cædes facta eſt vehementer magna, ita vt caderẽt
ex Iſraele triginta millia peditum. Sed & arca
Dei capta fuit, & duo filij Eli mortui, Hophni
ſcilicet & Pinhas. Currens autẽ quidam ex Beniamin
de acie, venit eodem die in Silo, cuius veſtes
ſciſſæ erãt, & terra ſuper caput eius. [21]Quũque
veniret, ecce' Eli ſedebat ſuper ſellam [22]reſpiciens
verſus viam:'cor enim eius erat[23]cõſternatũ'
propter arcam Dei. & vbi vir ille veniſſet in
ciuitatem & nũtiaſſet, vociferata eſt tota ciuitas.
Et audiens Heli vocem clamoris, dixit,[24]Quæ eſt
vox'huius tumultus? Vir autẽ ille feſtinanter venit
& indicauit Eli. Erat autẽ Eli natus nonaginta
& octo annos,[25]ſtabántque'oculi ei[9], ita vt nõ
poſſet[26]videre.'Et ait vir ille ad Eli, [27]Ego venio
de acie, ego inquã hodie fugi ex acie.' Et ait ille,
Quid rei fuit fili mi? Reſpondit nuntius ille, &
ait, Fugit Iſrael corã Paleſthinis, & etiam cædes
magna facta eſt in populo: ſed & duo filij tui Hophni
& Pinhas mortui ſũt, & arca Dei capta eſt.
Et factũ eſt, ſimul ac ille arcę Dei mentionem faceret,
vt caderet retrorſum è ſella [28]ponè portã,'
fractáq; ceruice moreretur: erat enim vir ſenex
& [29]grauis.'iudicaueratq; Iſraelem quadraginta
annis. ¶ Nurus autẽ eius vxor Pinhas, [30]quæ ad
partum grauida erat,' audiens rumorẽ quòd & arca
Dei capta eſſet. quódq; mortu[9]eſſet ſocer ſuus
& maritus ſuus,[31]incuruauit ſe'& peperit:[32]verſi
enim erant in eam anxij dolores eius.[33]Quũmq;
adeſſet tẽpus vt moreretur ipſa,'dicebant quę ei
aſtabãt.[34]Ne metuas,'quoniã peperiſti filiũ. Sed
non reſpõdit, [35]nec appoſuit cor ſuũ.' Et vocauit

¶ 6 percuſſit. i. permiſit vt cæderemur, & eſſemus
inferiores Palęſthinis?
¶ 7 Heb. capiamus.
i. mittamus i Silo qui adducãt huc arcam fœderis.
¶ 8 Hoc dicit, ppter propitiatorium in quo
erant duo cherubim.
¶ 9 Quid ſibi vult ſtrepit[9] vociferationis ingentis huius
¶ 10 cognouerũt autẽ ¶ 11 dixerunt eniſ exploratores,] Venit Deus in caſtra,) dixerunt,
Vę. &c. ¶ 12 Verba ſũt exploratorũ q hęc in caſtris Hebræorũ
audierãt. nam dicitur Venit, non, Venerunt: quod eſt idololatrarũ, qui credebant Iſraelẽ
colere deos & idola. ¶ 13 ſub. Hebræorum.
¶ 14 q.d. Actũ eſt de nobis.
¶ 15 fuit tale quidpiam heri .i. non fuit heri talis exultatio i caſtris Hebræorum.
q.d. ratio bellandi mutata eſt, nã pugnabamus antea cum hominibus. nunc
cũ Deo pugnabimus.
¶ 16 Heb. in omni plaga. i. multis plagis.
¶ 17 Subaudiẽda coniũctio.

[ô] in deſerto. i. in mari Rubro quod ſcilicet adiacebat deſerto. Chaldæus paraph. quũ hic locus videretur repugnare his quæ ſunt in lege, addidit aliquot verba. Et populo ſuo in deſerto fecit multa miracula. Quidã aiũt במדבר ſignificare דבר. i. verbo. quod pulchre conuenit. q.d. qui ſolo verbo ſuo percuſſit Ægyptios. In ea ſignificatione Cantic. 4. accipitur, Eloquiũ tuum dulce. ¶ 18 vl, Eſtote fortes, ¶ 19 .i. animo virili & forti. vl, Oſtẽdite vos viros. ¶ 20 eſte inquam. ¶ 21 Venit inquã, & ecce &c. ¶ 22 Heb. in loco viæ aſpiciens. i. iuxta viam quæ ducebat ad caſtra, reſpiciens & expectans nuntium. ¶ 23 Heb. timidum. i. timebat ex animo arcæ Dei. ¶ 24 Quid ſibi vult ſonitus ¶ 25 vl, extabant. i. cœperant fugere retrorſum. ſolent enim in ſenio nerui contrahi. Alij rectius vertunt, caligare cœperant. i. iam habebat oculos hebetes. ¶ 26 ſub. exacte. ſiue, bene. ¶ 27 q.d. Sum vera dicturus: nam ſpectator earum rerum fui quæ dicturus ſum. ¶ 28 iuxta locum oſtij. i. in loco qui adiacebat oſtio: hoc eſt iuxta oſtium. ¶ 29 vl, non agilis, vt ſolent ſcilicet ſenes eſſe. Aut, obeſo, ſiue ſucculento corpore. ¶ 30 quæ prægnans erat & vicina partui. ita Chaldæus paraph. Alij, vicina eiulatui. i. proxima clamoribus quos ſolent emittere mulieres parturientes. ¶ 31 vl, decubuit. compoſuit corpus ſuum in modum parturientis, ¶ 32 quoniam effuſi erant ſuper eam dolores ſui. i. ſubitis partus doloribus erat oppreſſa. Metaphora ſumpta ab aqua quæ ex alto & ſubito effunditur. ¶ 33 vl, Tempore autem quo moriebatur. ſiue, Sub articulum temporis quo mortua eſt, ¶ 34 q.d. Extra periculũ es. ¶ 35 .i. nec viſa eſt verbis illorum moueri.

¶16 vl, Tranſlata eſt. ſiue, Exulat ¶17 & q mortuus eſſet ſocer ei⁹ & maritus eius. ¶18 Dixit inq̃. ¶19 Verba ſunt authoris hui⁹ hiſtori.

V.

¶1 vl, abduxerunt illam ab Aeben-æſer. i. à Lapide-adiutorij. Loci nomẽ q ab euẽtu poſtea ſic dict⁹ eſt. Vide infra cap. 7. c. ¶2 vl, apud ſe. Dagõ diminutiuum erat à dag: quonià infima parte erat forma piſcis, q. d. ſola ea pars idoli q̃ referebat piſcẽ remanſerat. Chaldæus paraphra. tantummodo corp⁹ .i. trũcus eius remanſerat, tãtũ truncus ſine capite & manib⁹ ¶3 Iſtud refertur ad tempus quo iſte liber fuit ſcriptus. ¶4 .i. Cœpit Dominus affligere Azotios. ¶5 vitijs ſedis. ſiue podicis. Vox Hebræa עפל, ſignificat partẽ extãtẽ & pminẽtẽ. Diciturq; Doctus inter Hebræos ita vocari per antiphraſin, quòd minime extet. Medici tamẽ dicũt eũ extare propter morbũ, nempe quãdo pcidit. ¶6 Aſdod & omnes fines ei⁹. .i. ciues Azoti,

puerum I-chabod, dicẽs, [16] Tranſmigrauit' gloria de Iſraele (ob captam arcam Dei, [17] ob ſocerũ eius & maritum eius.) [18] Et rurſum ait, 'Tranſmigrauit gloria de Iſraele. [19] quoniam capta eſt arca Dei.

CAP. V.

Porrò Paleſthini accepta arca Dei, 'duxerũt illam ab Aeben-æſer' in Aſotũ. Rurſum ſumpſerunt Paleſthini arcam Dei, & introduxerunt eam in domum Dagon, collocauerúntque eam iuxta Dagon. Et quum Aſotij poſtero die mane ſurrexiſſent, ecce Dagon iacebat ante eã in terra, nempe ante arcam Domini: tollentéſque Dagon reſtituerunt eum in locum ſuum. Et quum poſtera luce iterum mane ſurrexiſſent, ecce iacebat Dagon coram ea in terra, coram arca ſcilicet Domini, & caput Dagon atque duæ palmæ manuum eius reciſæ erant ſuper limen, duntaxat Dagon relictus erat 'in eo.' Hinc ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur phanum Dagon, nõ calcant limen Dagon in Aſoto, 'in præſentem vſque diem. [4] Manus autẽ Domini grauis fuit in Aſotios, '& perdidit eos, percuſſítque eos 'in podicibus,' non Aſotum duntaxat, ſed & limites eius. ¶ Et vidẽtes ciues Aſoti' ſic fieri, 'dixerunt, Ne maneat arca Dei Iſraelis nobiſcum, [8] quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum.' Mittentes itaq; congregauerũt omnes ſatrapas Paleſthinorũ ad ſe, dixerũntque, Quid faciemus 'arcæ Dei' Iſraelis? Reſponderunt, [10] Tranſeat' arca Dei Iſraelis in Gath. [11] circũduxerunt' ergo arcam Dei Iſraelis. Et factum eſt quum eam tranſtuliſſent, [12] vt manus Domini immineret vrbi admodũ vehementi impetu,' percuterétque homines vrbis illius, [13] nõ obſcuros modo & humiles, ſed & magnos, vt laterent eis morbi. ¶ Miſerunt ergo arcã Dei in Accaron: cúmque arca Dei veniſſet Accaron, clamarunt ciues Accaron hiſce verbis, [14] Circunduxerunt' arcã Dei Iſraelis ad me, vt me & populum meum interficiant. Miſerunt ergo & cõgregarunt omnes ſatrapas Paleſthinorum, dicẽtes, Amandate arcam Dei Iſraelis, vt redeat in locum ſuum, [15] 'neque' perdat me & populũ meum. (fuit enim [16] graſſatio' mortis [17] in tota ciuitate, 'nimiſque illic inualuerat [18] manus' Dei.) Porrò viri qui non moriebantur, [19] multati ſunt in podicibus, 'ita vt clamor ciuitatis [20] in cælos vſque aſcenderet.

CAP. VI.

Fuit ergo arca Domini in agro Paleſthinorũ ſeptem menſibus. Et vocãtes Paleſthini' ſacerdotes' & diuinos, dixerunt, Quid faciemus [2] arcæ' Domini? indicate nobis [3] quocum remittamus' illam ad locum ſuum. Qui dixerunt, Si [4] remittetis' arcã Dei Iſraelis, ne [5] vacuã' eã remittatis, ſed omnino reddetis ei ſacrificiũ expiatorium pro delicto, tum demum ſanabimini, notúmque fiet vobis cur manus eius non receſſerit à vobis. Et dixerunt, [6] Quod verò ſacrificium illud expiatoriũ pro delicto erit quod illi reddem⁹?' Reſponrecedat manus eius à vobis. Qui dixerunt, Quid eſt quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſpõ-

I-chabod, dicens, Tranſlata eſt gloria ʻDomini' de Iſrael, (quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo.) *Ait, Trãſlata eſt gloria ab Iſrael. eo quòd capta eſſet arca Dei. ¶ * Et

CAP. V.

Philiſtijm autem tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt eam à Lapide-adiutorij in Azotum. Tulerúntque Philiſthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cúmque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum. Ruſúmque mane die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon & duæ palmæ manuũ eius abſciſſæ erant ſuper limen porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. D Propter hanc cauſam non calcãt ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediũtur tẽplum eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in hodiernum diem. Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & percuſſit in ſecretiori parte natium Azotũ, & fines eius. ʻEt ebullierũt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate.' ¶ Vidẽtes autem viri Azotij huiuſcemodi plagam, dixerunt, Nõ maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniam du- O ra eſt man⁹ eius ſuper nos, & ſuper Dagon deũ noſtrũ. Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſponderúntque Gethæi, Circũducatur arca Dei Iſrael. & circunduxerunt arcam Dei Iſrael. Illis autem circũducentibus eam, ſiebat manus Domini ʻDei' per ſingulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis, à paruo vſque ad maiorem, & computreſcebant prominentes extales eorum. ʻInierúntque Gethæi cõſilium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.' ¶ Miſerũt ergo arcam Dei in Accaron. cũque veniſſet arca Dei in Accarõ, exclamauerũt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos arcã Dei Iſrael, vt interficiat nos & populum noſtrum. Miſerũt itaque & congregauerũt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui dixerunt. ʻDimitte' arcam Dei Iſrael vt reuertatur in locum ſuum, & non interficiat nos cum populo noſtro. Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbib⁹, & grauiſſima valde manus Dei. Viri quoq; qui mortui nõ fuerãt, percutiebãtur in ſecretiori parte natiũ: & aſcẽdebat vlulat⁹ vniuſcuiuſque ciuitatis in cælum.

CAP. VI.

Fuit ergo arca Domini in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus. Et ʻpoſt hæc' vocauerunt Philiſthijm ſacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittam⁹ eã in locũ ſuũ. Qui dixerũt, Si remittitis arcã Dei Iſrael, nolite dimittere eã vacuam, ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis quare non

Arca iuxta Dagon à Philiſthæis collocata, corruit ipſe Dagon.

Pſal. 77. d. Percutiũtur mariſcis Philiſthæi.

Arcã reijciũt de finib⁹ ſuis D Accaronitæ.

¶ ʻDimittite

Philiſthæi cõſulũt ſacerdotes ſuos quid de arca Dei faciẽdum ſit.

& habitãtes in agro Aſdod, ſiue Azoti. ¶7 quòd ſic eſſet. rem ſic habere. ſe ſcilicet confici ſedis vitijs. ¶8 .i. quòd nos mire affligat & deũ noſtrũ. ¶9 vl, de arca Dei. ¶10 Abducatur. vl, Deuoluatur ¶11 abduxerũt reuerti fecerũt ¶12 Heb. vt manus Domini contra ciuitatem fuerit [cum] contritione quammaxima. vl, [&] contritio. aut, [in] cõtritione. i. fuit plaga in ciues vrbis Gath ita vt attererentur. Statim ſeipſum exponit, cum dicit, percuteréťque &c. ¶13 Heb. à paruo vſque ad magnũ, & abſcondita ſunt illis ſedis vitia. i. exorta ſunt illis vitia in parte ſecretiore inteſtini recti. laborauerunt vitijs ſedis in parte ipſius ſedis non patente, tam parui quàm magni. ¶14 Abduxerũt. i. Amandauerunt à ſe ad nos. ¶15 & non ¶16 contritio. vl, tractio. i. maxima lues, & morbus lethalis graſſabatur, multi mortui erant in ciuitate. ¶17 Quidam legunt, in omni ciuitate. acſi morbus fuiſſet in omnibus vrbibus Palæſthinorum, quod doctioribus minus probatur. ¶18 .i. plaga. hoc eſt, grauiſſime affligebat Dominus eã vrbem. ¶19 percuſſi ſunt vitijs ſedis. ſiue procidentia ani. ¶20 Hyperbole: pro, exaudit⁹ eſt eiulat⁹ maximus ciuiũ ei⁹ vrbis.

VI. ¶1 ſubaudi, Dagon. ¶2 de arca ¶3 cum quo [vl, qua ratione] remittere debeamus ¶4 vl, remiſſuri eſtis. i. Si ſtatuiſtis remittere. ¶5 .i. ſine donarijs. ¶6 .i. Quam oblationem dabimus illi pro peccato?

Ani aurei. Mures aurei.

derúntque illi, Iuxta numerum prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & ſatrapis veſtris. Facietiſque ſimilitudines anorum veſtrorũ, & ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terram, & dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi fortè releuet manũ ſuam à vobis, & à dijs veſtris, & à terra veſtra. Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nõnne poſtquam percuſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plauſtrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi. Tolletiſque arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea quæ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. Et aſpicietis: & ſi quidem per viam finium ſuorũ aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande, ſin autem minime: ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. ¶ Fecerũt ergo illi hoc modo: & tollẽtes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plauſtrum, vitulóſque earum concluſerunt domi. Et poſuerunt arcam ᶠDei ſuper plauſtrum, & capſellam quę habebat mures aureos & ſimilitudinem anorum. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Beth-ſames, & itinere vno gradiebantur, pergẽtes & mugientes: & non declinabant neq; ad dexteram neque ad ſiniſtram: ſed & ſatrapæ Philiſthijm ſequebantur vſque ad terminos Beth-ſames. Porrò Bethſamitæ metebant triticũ in valle: & eleuantes oculos ſuos, viderũt arcam, & gauiſi ſunt cum vidiſſent. Et plauſtrum venit in agrum Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccáſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino. Leuitæ autem depoſuerũt arcam ᶠDei, & capſellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea, & poſuerunt ſuper lapidem grandem. viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, & immolauerũt victimas in die illa Domino. Et quinque ſatrapæ Philiſthinorum viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa. Hi ſunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philiſthijm pro delicto, Domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Aſcalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum. Et mures aureos ſecũdum numerum vrbium Philiſthijm, quinq; prouinciarum, ab vrbe murata, vſque ad villam quæ erat abſq; muro, & vſque ad Abel-magnum ſuper quem poſuerunt arcam Domini, quæ erat vſq; in die illa

Exod.11.d.

B

Vaccæ reducunt arcam.

¶ f Domini

E

Bethſamitæ viſa arca lætantes holocauſta offerunt.

¶ f Domini.

Quinque ani aurei Paleſthinorũ, & D mures aurei totidem.

derunt, Iuxta numerum ſatraparum Paleſthinorum quinque podices aureos, & quinque mures aureos: eadẽ enim plaga eſt omnibus & principibus veſtris. Facietis igitur [7]imagines anorũ veſtrorum, & imagines [8]murium veſtrorum qui vaſtant terram, & [9][ita] dabitis gloriam Deo Iſraelis, [10] ſi fortè remittat manus eius à vobis, à dijs veſtris, & à [11]terra veſtra. Cur induratis cor veſtrum, quẽadmodum Ægyptij & Pharao ipſe indurarunt cor ſuum? annon [12]quũ illuſiſſet eis, [tandem] dimiſerunt eos vt abirent? Capite igitur & facite plauſtrum vnum nouum, & bucculas duas [14]lactantes, [15]quibus iugum nondum eſt impoſitum: iungite [16] bucculas illas plauſtro, reducitéque vitulos earum [17]ab eis domum. Tolletis deinde arcam Domini, & imponetis illam plauſtro, ſimúlque vaſa aurea, quæ [18]redditis ei [19]ſacrificium expiatoriũ, ponite in arculam ad latus eius, & dimittetis eam vt abeat. Et [20]videte, [21]ſi via termini ſui aſcenderit in Beth-ſemes, [22]ipſe nos omni malo hoc ingenti affecit: ſin minus, certi ſumus manum eius nos non [23]multaſſe, ſed [24]caſu nobis hoc accidiſſe. ¶ Fecerunt ergo viri illi ſic, tollentes duas bucculas lactantes, iunxerúntque eas plauſtro, vitulóſque earũ [25]domi incluſerunt. Porrò arcam Domini impoſuerunt plauſtro, [26]arculam quoque cum muribus aureis, atq; cum imaginibus [27]colorum ſuorum. Bucculæ ergo rectà per viam incedebãt, per viam ſcilicet [quæ ducebat ad] Beth-ſemes, & quidem [28]eadem ſemita incedebant, eundo & [29]mugiendo, [30]ita vt neque ad dexteram neque ad ſiniſtram deflecterẽt: ſed & ſatrapæ Paleſthinorum ſequebantur eas vſque ad limitem Beth-ſemes. Bethſemeſitæ verò demetebãt meſſem tritici [31]in valle, ſublatiſque oculis ſuis [32] viderunt arcam, gauiſiq; ſunt quum vidiſſent. Venit itaque plauſtrum in agrum Iehoſuæ Bethſemetitæ, & illic cõſtitit: fuit enim illic lapis magnus. Et concidentes ligna plauſtri atq; bucculas, [33]obtulerunt holocauſtum Domino. Porrò Leuitæ [34] depoſuerunt arcam Domini, & arculam quæ penes eam erat, in qua erant [35]aurea illa inſtrumẽta, poſuerúntque ſuper lapidem magnum: ciues autem Beth-ſemes ſacrificarunt holocauſta, & immolauerunt [36]victimas Domino eodem die. [37]Quod vidẽtes quinque principes Paleſthinorum, Accaron eodem die reuerſi ſunt. [38]Et iſti ſunt ani aurei quos [39]reſtituerũt Paleſthini Domino pro ſacrificio expiatorio delicti. Pro Aſoto vnum, pro Gaſa vnum, pro Aſcalõ vnum, pro Gath vnum, & pro Accaron vnum. Et mures inſuper aureos iuxta numerum omnium ciuitatum Paleſthinorum, [40]nempe ſecundum quinque ſatrapas, [41]tam vrbium quæ munitæ fuerunt, quàm pagorum qui non fuerunt muniti. ad [Lapidem] vſque luctus magnum, ſuper quem repoſuerant arcam Domini, [42]vſq; in præſentem diem

¶ 7 vl. ſimulachra ¶ 8 Percuſſerat Dominus Palæſthinã nõ ſolum vitijs ſedis, ſed etiã muribus qui terrã ipſam ſuffodiebant, & ita ineptã reddebant frugib⁹ gignẽdis. ¶ 9 .i. ita fatebimini vos victos fuiſſe à Deo Iſrael, cuius honori detraxiſtis quum cepiſtis arcam eius: ita reſtituetis gloriam Deo Iſraelis, & illũ honore afficietis.

¶ 10 Heb. forte leuiorẽ faciet manũ ſuam. i. forte deſiſtet vos affligere. vl. leuius vos affliget.

¶ 11 Hinc licet itelligere terrã interea dũ hæc fiunt, fuiſſe à muribus ſubeutam.

¶ 12 Hebr. Sed quare aggrauabitis. i. quare obſtinate & pertinaciter reſiſtetis, retinendo obfirmate arcã iſtã? q.d. nolite pertinaciter retinere arcã, vt Ægyptij populum Iſraeliticũ retinuerunt.

¶ 13 quando mira operat⁹ eſt ĩ eos, tum demũ dimiſerũt eos, & abierunt? .i. nõne quãdo vires ſuas deprõpſit in eos, tandẽ etiam inuiti dimiſerunt filios Iſrael, & abierunt? ¶ 14 vl. fœtas. ¶ 15 .i. quæ nunquam traxerint iugũ. ¶ 16 vl. vaccas ¶ 17 Heb. à tergo ipſarũ. i. ſequẽtes ipſas. ¶ 18 exoluitis ¶ 19 [pro] expiatione peccati, ¶ 20 vl. conſyderate. ſub. quod eueniet. ¶ 21. i. ſi recta pergendo, verſus terminos ſuos & fines terræ Iſrael, aſcenderit ipſa arca in vrbẽ Bethſemes. ¶ 22 ſub. Dominus Deus Iſraelis. ¶ 23 tetigiſſe, ¶ 24 Heb. accidens eſt [quod accidit] nobis. vl. caſus eſt &c. ¶ 25. i. in ſtabulo ſolito: vt vaccæ memores vitulorum, reuerterẽtur ad locum ſuum. ¶ 26 vl. capſulam. in qua ſcilicet erant donaria. ¶ 27 Plurale eſt à colon, quod inteſtinum craſſius rectum ſignificat. Verte potius, ſediũ ſuarũ. ſub. affectarum. ſiue anorũ ſuorũ. ſub. affectorũ. ¶ 28 Heb. itinere vno ¶ 29 memores ſcilicet ſuorum vitulorũ, quos inuitæ relinquebãt. ¶ 30 neque declinabant ad dexterã, neque ad ſiniſtram: ¶ 31 q.d. in amœniſſima illa valle in qua erat Beth-ſemes. ¶ 32 ſub. deſcẽdentẽ è loco ſuperiori. ¶ 33. i. ex vaccis obtulerũt holocauſtũ in honorẽ Domini. ¶ 34 i. i depoſuerant ¶ 35. i. donaria illa. ¶ 36. i. hoſtias pacificas. ¶ 37 nẽpe arcã Domini ſe recepiſſe Beth-ſemes. ¶ 38 q.d. Hæc autẽ ſunt donaria & anathemata quæ pr̨ ſe ferebãt ſpeciẽ anorũ quæ exoluerũt pro expiatione peccati. ¶ 39 reddiderũt. exoluerunt ¶ 40 [pertinẽtiũ] ad quinque ſatrapas. i. in quib⁹ habitabãt quinq; ſatrapæ. ¶ 41 [præterea] ab vrbe munita vſq; ad villã ruſticã, & vſq; ad lapidẽ magnũ, &c. q.d. etiã omnes vrbes & villæ vicinę Beth-ſemes vſq; ad locũ in quo ſubſtitit arca, dederũt donaria. Alij vertũt, & vſq; ad planitiẽ [lapidis illius] magni. i. in qua erat lapis ille magn⁹, &c. Alij, vſque ad Abel-magnũ. locũ ſcilicet ita dictũ ob luctũ magnũ illic editũ, vt infra dicetur. ¶ 42 Sub. Is autẽ. nẽpe lapis, vſq; in pr̨ſentẽ diẽ viſitur & extat in agro illo.

¶ 43 .i. aliquot ex ciuibus.
¶ 44 q.d. videtur exigere à nobis ſanctimoniam maximam.

in agro Iehoſuæ Bethſemeſitæ. ¶Porrò[43] ciues Bethſemes percuſſit [Domin⁹:] quòd introſpexiſſent in arca Domini, percuſſit inquã in populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia virorum. Populus verò luxit, quòd Dominus populum tanta clade percuſſiſſet. Dixerũt ergo ciues Beth-ſemes, Quis ſtare poterit coram Domino Deo iſto [44] ſancto? & ad quem aſcendet à nobis? Et miſſis nuntiis ad ciues Kiriath-iearim dixerunt, Paleſthini reduxerunt arcam Domini, deſcendite ergo, & deducite eam ad vos.

VII.

¶ 1 vel, abducẽtes ¶ 2 [qui habitabat] in Gabaa. Gabaa, pars erat vrbis Cariath-iearim, nẽpe collis. Eſt deſcriptio vrbis: vel hoc additur, quia multi erant alij hoc nomine.
¶ 3 Heb. ſanctificauerũt. Chaldæus paraphr. præfecerũt cuſtodiæ arcæ.
¶ 4 Hebr. & lamẽtata eſt vniuerſa dom⁹ Iſrael poſt Dominum. i. vniuerſi Iſraelitæ pœnitentia ducti, cõuerſi ſunt ad Dominum.
¶ 5 Baalim, maſculinum eſt: Aſtaroth, fœmininum: & vidẽtur his vocibus ſignificari dij deæq; Gẽtium.
¶ 6 In Miſpha Deo iuuãte reges deuicerunt Iſraelitæ: ob id congregantur illic nam præponitur voci Miſpha, apud Hebræos litera quæ illis eſt vice articuli, quaſi dicas, in illa Miſpha, quæ in ſignis eſt ea victoria quæ legitur in Ioſue, cap. 11.

CAP. VII.

VEnerũt itaque ciues Kiriath-iearim, & [1] reducentes arcam Domini, introduxerũt eam in domum Abinadab [2] in Gibea, & Eleazar filium eius [3] conſecrarunt, vt cuſtodiret arcam Domini. (Et factum eſt à die quo mãſit arca in Kiriath-iearim, vt multi tranſirent dies, viginti nempe anni. [4] & lamentatione quadam poſt Dominum vniuerſa dom⁹ Iſrael anhela fuit.) ¶Et dixit Samuel ad vniuerſam domum Iſrael hiſce verbis, Si toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos & Aſtaroth è medio veſtri, & præparate cor veſtrum ad Dominum, & ei ſoli ſeruite, tum liberabit vos è manu Paleſthinorum. Abſtulerunt ergo filij Iſrael [5] Baalim & Aſtaroth, & ſoli Domino ſeruierunt. Dixit verò Samuel, Cõgregate vniuerſum Iſraelem in [6] Mizpa, & orabo pro vobis ad Dominũ. Qui quum conueniſſent in Mizpa, [7] hauſerũt aquam, & effuderunt [eam] coram Domino: ieiunauerũtq; die illo, & dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Et [8] iudicauit Samuel filios Iſrael in Mizpa. ¶Audiẽtes autem Paleſthini quòd congregati eſſent filij Iſrael in Mizpa, aſcenderunt principes Paleſthinorum [9] ad Iſrael. quod quum audirent Iſraelitæ, timuerunt à Paleſthinis. Dixerũtque filij Iſrael ad Samuelem, Ne ſileas [10] quo minus clames pro nobis ad Dominum Deum noſtrum, vt ſeruet nos de manu Paleſthinorũ. Et Samuel accepto agno lactenti vno, ſacrificauit illum Domino, holocauſtum [11] integrum: clamauitq; Samuel ad Dominũ pro Iſraele. & exaudiuit eum Dominus. Factúmque eſt quum Samuel ſacrificaret holocauſtũ, vt Paleſthini appropinquarẽt congreſſuri cũ Iſraelitis: at Dominus ingenti ſonitu illo die ſuper Paleſthinos intonuit, & [12] cõturbauit eos, vt cęderentur coram Iſrael. Egreſſi igitur filij Iſrael de Mizpa, inſequuti ſunt Paleſthinos, & percuſſerũt eos vſque ad locum qui eſt ſub Beth-car. Samuel autem accepit lapidem [13] quendam, & poſuit eum inter Mizpa & inter [14] Sechẽ, & vocauit nomẽ ei⁹ Eben-æzer, dicẽs, Hucuſq; auxiliatus eſt nobis Dominus. Et humiliati ſunt Paleſthini, nec venerũt ampli⁹ in limitẽ Iſraelis. [15] Fuitq; man⁹ Domini cõtra Paleſthinos cũctis dieb⁹ Samuelis. Reſtitutæ quoq; ſunt Iſraelitis ciuitates quas abſtulerãt Paleſthini Iſraelitis, ab Accaron vſq; Gath cum terminis earũ: [16] aſſeruitq; eas Iſrael de manu Paleſthinorũ.

in agro Ioſue Bethſamitis. ¶Percuſſit autem Dominus de viris Bethſamitib⁹, eo quòd vidiſſent arcam Domini: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percuſſiſſet plebem plaga magna. Et dixerũt viri Bethſamitæ, Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcendet à nobis? Miſerũtq; nuntios ad habitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerunt Philiſthijm arcã Domini, deſcendite, & reducite eam ad vos.

Bethſamitæ percutiuntur quòd itra arcam aſpexiſſent.
Sanctus Deus Iſrael.
¶ ducite

CAP. VII.

VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini. Et factũ eſt, ex qua die manſit arca Domini in Cariath-iarim, multiplicati ſunt dies: erat quippe iam annus viceſimus: & requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum. ¶Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicens, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthijm. Abſtulerũt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. Dixit autem Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphath, vt orem pro vobis Dominum. Et conuenerunt in Maſphath: hauſerũtq; aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atq; dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitq; Samuel filios Iſrael in Maſphath. ¶Et audierunt Philiſthijm quòd congregati eſſent filij Iſrael in Maſphath, & aſcenderũt ſatrapæ Philiſthinorum ad Iſrael. quod cum audiſſent filij Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorum. Dixerũtq; ad Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominũ Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorũ. Tulit autem Samuel agnũ lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. Factum eſt autem, cum Samuel offerret holocauſtum, Philiſthijm inire prælium contra Iſrael: intonuit autẽ Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Egreſſiq; filij Iſrael de Maſphath perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerũt eos vſq; ad locum qui erat ſubter Beth-car. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis-adiutorij. Dixitq;, Hucuſq; auxiliat⁹ eſt nobis Dominus. Et humiliati ſunt Philiſthijm, nec appoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaq; manus Domini ſuper Philiſthæos, cũctis diebus Samuelis. Et redditæ ſunt vrbes quas tulerãt Philiſthijm ab Iſrael, Iſraeli, ab Accaron vſq; Geth, & terminos ſuos: liberauitq; Iſrael de manu Philiſthinorũ.

Reducũt viri Cariath-iarim arcã in domum Abinadab.
Samuelis oratio ad populum lugẽtẽ.
Cor.
Seruiendum ſoli Deo. deu. 6.c. mat. 4.b.
B
Orat Samuel pro populo.
Ieiunium & lachrymæ.
Cõfeſſio pec.
Philiſthæi aſcendũt contra Iſrael, & à Deo percutiuntur.
C
Orãs Samuel ꝓ Iſraelitis, exauditur.
Eccli 46.d.
¶ viri
¶ eius,
D

¶ 7 Doctus inter Hebræos dicit hanc hauſionem & effuſionem aquæ fuiſſe in ſignum fidei remiſſionis peccatorum, dicẽtes, Euaneſcant peccata noſtra vt hæc aqua, dele peccata noſtra. Alius inter eos, in ſignũ humiliationis, inquit. q.d. certe nos ſumus coram te ſicut aqua iſta effuſa. Qui doctiores ſunt, Chaldæum interpretem ſequuntur, qui ſic ait, hauſerunt aquas è puteo cordis ſui, & abunde lachrymati ſunt coram Domino, reſipiſcentes. ¶ 8 .i. diremit lites & cõtrouerſias quæ erant inter Iſraelitas. ¶ 9 contra Iſraelem. ¶ 10 Heb. à nobis, clamãdo &c. i. Ne ceſſes orare pro nobis. ne deſtituas nos ope tua quam præſtare potes clamando ad Dominum. ¶ 11 .i. prorſus vſtulatum, in quo tota hoſtia flammis abſumi ſolebat. Curauit illum offerendum Samuel per ſacerdotem aliquem: nõ enim erat ſacerdos. Suprà cap. 3. videmus Samuelem fuiſſe ianitorem templi: quod munus ad Leuitas quidem pertinebat, ſed non ad Aaronitas. ¶ 12 atteriuit [confregit] eos, percuſſique ſunt. i. fuſi fugatique ſunt ab Iſraele. ¶ 13 vnum, ¶ 14 Promontorium, ſiue pars rupis quæ procurrebat longius. ¶ 15 .i. Quandiu vixit Samuel, Iſraelitæ fuerunt ſuperiores Palæſthinis. ¶ 16 eripuitque

Pax i Iſrael.
¶[7] iudicauit

Erátque pax inter Iſrael & Amorrhæum.[7]Iudicabat quoque Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ: & ibat per ſingulos annos circuiés Bethel & Galgale & Maſphath, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis. Reuertebatúrque in Ramátha. ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

CAP. VIII.

Samuel cõſtituit filios ſuos iudices ſuper Iſraelẽ.
Iudices auari.
Regẽ petunt Iſraelitæ abiicientes Deũ
Oſee 9.b.11.c. act.13.c.

FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices[1] in' Iſrael. Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen ſecũdi Abia, iudicum in Ber-ſabee. & non ambulauerunt filij illius in vijs eius: ſed declinauerũt poſt auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelem in Ramátha. Dixerúntq; ei, Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: [3]conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes. Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis,

B eo quòd dixiſſent, Da nobis regẽ, vt iudicet nos.

Orat Samuel

Et orauit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Iuxta omnia opera ſua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de Aegypto vſque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi: veruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe regem, & ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt

Regis ius.

C vobis, Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facíetque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos & cẽturiones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoq; veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges[·] quoque' veſtros addecimabit, vóſque eritis ei

D ſerui. Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri quem elegiſtis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa,[·] quia petiſtis vobis regẽ.' Noluit

Gẽtium more regẽ volũt habere.

autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, Nequaquam. rex enim erit ſuper nos, Et erimus nos quoque ſicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus eſt ea in auribus Domini. Dixit autẽ Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & cõſtitue ſuper eos regem. Et ait Samuel ad viros Iſrael, Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

CAP. IX.

Saul fili[9] Cis quærit aſinas patris.

ET erat vir de Béiamin, nomine Cis fili[9] Abiel, filij Seor, filij Bechorath,[·] filij Sareth,' filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore: & erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filijs Iſrael melior illo: ab humero & ſur-

Et fuit pax inter Iſraelem &[17]Amorrhæum.' Iudicauit autem Samuel Iſraelem cũctis diebus vitæ ſuæ. Ibat verò ſingulis ãnis, & circuibat Bethel, Gilgal & Mitzpa,[18]iudicauitque' Iſraelem [19]in cunctis hiſce locis.' Redibátque in Rama quoniã illi: erat domus ei[9], & ibi quoq;[20]iudicauit' Iſraelẽ, &[21]ædificauit' ibi arã Domino.

CAP. VIII.

FActum eſt autẽ vt Samuel poſteaquam iam ſenuiſſet,' filios ſuos iudices conſtitueret ſuper Iſraelem: Fuitque nomen primogeniti filij ſui Ioel, & nomen ſecundi Abia: hi erant iudices in Beer ſeba, nec inceſſerunt in vijs eius, ſed declinarunt poſt auaritiã, accipientes munus. & [2]peruertẽtes iudicium.' Congregati ſunt igitur cuncti ſeniores Iſrael, & acceſſerunt ad Samuelẽ in Rama. Dixerúntque ad eum, En tu ſenuiſti, & filij tui non incedunt in vijs tuis: conſtitue igitur nobis regem, qui nos iudicet,[3]iuxta morem omnium gẽtiũ.' Diſplicuit autẽ ſermo iſte Samueli, quòd dixiſſent, Da nobis regem qui nos iudicet. &[4]precatus eſt Samuel Dominum.' Dixitque Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ[5]dicunt tibi,' nõ enim te[6]reprobant,' ſed me reprobarunt ne regnem ſuper eos. Secundum omnia opera quæ fecerunt ab eo die quo eduxi eos ex Aegypto in hunc vſque diẽ,[7](quum ſcilicet me dereliquerẽt, & diis alijs ſeruirent,') ita [8]tibi quoque faciunt.[9]Audi igitur' vocẽ illorum, veruntamẽ [10]ſancte obteſteris eos,[11]ióſq;' regis qui regnaturus eſt ſuper illos,[12]indicato' illis. Et dixit Samuel cuncta verba Domini populo, qui regem ab eo poſtulauerat.[13]Et dixit,' Hoc erit[14]ius' regis qui regnabit ſuper vos. Filios veſtros accipiet, &[15]ponet eos ſibi in currum ſuũ,[16]vt ſint equites eius,' & currant ante currũ eius. Ponet quoque eos ſibi in tribunos, & quinquagenarios, & qui arent agros ſuos, & metant meſſem ſuam, atque qui conficiãt arma bellica, & inſtrumenta[17]currus eius.' Filias deinde veſtras tollet, vt ſint vnguentariæ,[18]cupedinariæ & piſtrices.' Agros quoq; veſtros, vineta veſtra, & oliueta veſtra optima tollet, & tradet ſeruis ſuis. Semina veſtra, & vineas veſtras decimabit, dabitque eunuchis ſuis ac ſeruis ſuis. Seruos veſtros, & ancillas veſtras, iuuenes quoque veſtros[19]elegantes,' & aſinos veſtros accipiet, illiſque ſua opera conficiet. Quin & gregem veſtrum decimabit,[20]eritiſque' ei ſerui. Et clamabitis eo die[21]propter regem veſtrum' quem elegeritis vobis, & Dominus nõ exaudiet vos illo die. Popul[9] verò noluit audire vocẽ Samuelis, ſed dixerunt,[22]Minime,' ſed regẽ habebimus nos, Et erimus nos quoque vt [reliquæ] omnes gentes,[23]vt ius dicat nobis' rex noſter, &[24]exeat ante nos, & bella noſtra gerat.' Audiuit itaque Samuel cunctos ſermones populi,[25]retulitq;' eos ad aures Domini. Et ait Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & præfice eis regẽ. & dixit Samuel ad Iſraelitas, Ite quiſque ad ciuitatem ſuam.

CAP. IX.

VIr quidam erat de Béiamin cuius nomẽ Kis, filius Abiel, filij Zeror, filij Becorath, filij Aphiah, filij' viri Iemini,[2]heros fortis,' qui filiũ habebat cui nomẽ Saul, iuuenis erat & pulcher, nec erat inter filios Iſrael illo pulchrior: [nam]

¶17 Amorthæi nomen generale eſt, & pro omnibus Palæſthinis hic poni videtur.
¶18 iudicabátq;
¶19.i. iudicabat habitatores iſtarũ triũ vrbiũ, & etiã earum quæ erãt i circuitu.
¶20 iudicabat
¶21 ædificarat

VIII.

¶1 q.d. Cum autem non eſſet adeò valens vt ita circuire poſſet vrbes Iſraelis, reddendi iuris gratia, quẽadmodum antea facere ſolebat: conſtituit &c.
¶2.i. ita factum eſt vt male iudicarent.
¶3 ſicut omnes gẽtes. ſub. regẽ habent.
¶4.i. conſuluit Dominum præmiſſa oratione.
¶5 dixerint tibi. vł, petierint à te.
¶6 vł. reiiciũt.
¶7 vł, dereliquerũt autẽ me, & coluerũt deos alienos. A quibus ſcilicet nulla beneficia acceperunt.
¶8.i. deſerũt te, & petũt alium iudicem.
¶9 Nunc ergo audi
¶10 quũ fueris conteſtatus diligenter [ſub. Deũ & homines] in eos.
¶11 vł. iudiciũ. aut conſuetudinem.i. mores. Hac ratione volebat Deus deterrere eos à rege petendo, vt nonnulli Hebræorũ dicũt. Alij exiſtimant hæc regib[9] eſſe licita.
¶12 vł, annũtia. aut. prædic
¶13 Dixit inquã.
¶14 vł, iudiciũ. q.d. His moribus & hac conſuetudine vtetur erga vos reges.
¶15.i. præficiet currui ſuo militari, faciet aurigas ſuos.
¶16 & inter equites ſuos.i. ex eis faciet equites.
¶17 vł, curruum ſuorum.i. fabros lignarios faciet.
¶18 vł, focariæ [ſiue coquinariæ] & panificæ.
¶19 Hebr. bonos.i. elegantes, formoſos, & præſtantes.
¶20 & eritis. q.d. & vt vno verbo dicam, eritis ei ſerui.
¶21 Hebr. à facie regis veſtri.i. propter iniurias quibus afficiet vos rex veſter.
¶22 vł, Nequaquã. ſub. mutabimus ſententiam,
¶23 & iudicabit nos.i. reget nos ſuis legibus.
¶24 egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra.i. erit nobis imperator & dux quum erunt bella gerenda.
¶25 Hebr. dixit.i. expoſuit, vel retulit ea Deo in oratione ſua.

IX.

¶1.i. de tribu Beniamin.
¶2 fortis robore.i. bellicoſus, & diſciplina militari clarus.

¶3 ſurſum verſus ¶4 eminebat ſuper vniuerſū populū.
¶5 vl, famulis,
¶6 Chaldæ[us] paraph. in terram Auſtralem.
¶7 .i. tribus Bēiamin.
¶8 Chaldæ[us] paraph. in terram in qua erat propheta. Sunt qui dicant regionē in qua erat Ramath-ſophim, vocatam fuiſſe Suph. Terra in qua habitabat Samuel, vocabatur Suph.
¶9 He. ab aſinabus, ¶10 nēpe Ramath-ſophim. ¶11 vl, clar[us]. inſignis,
¶12 Heb. omnia quæ dixerit, veniendo veniēt:
¶13 Hebr. forte indicabit nobis viam noſtram per quam ambulauimus. i. cauſam viæ noſtræ ob quā hoc iter ſuſcepim[us]. q.d. indicabit nobis vbi ſint aſinæ patris tui quarum cauſa hoc iter ſuſcepimus.
¶14 putabāt enim prophetā Dei accipere munera, ſicut diuini eorū faciebant.
¶15 Hebr. panis enim abijt è vaſis. i. ſumus deſtituti cibo.
¶16 q.d. nihil.

ab humero ſuo &[3] ſupra[4] procerior erat omni populo. Perierant autem aſinæ Kis patris Saul, dixitque Kis ad Saul filiū ſuū, Aſſume quæſo tecum aliquē è [5]pueris, & conſurgēs vade ac quære aſinas. ¶Trāſiuit ergo montē Ephraim, deinde trāſiuit[6] per terram Saliſa, & non inuenerunt. tranſierunt igitur per terram Schaalim, & non [erit:] & tranſierunt per terram [7]Iemini, nec inuenerunt. Quum verò veniſſent [8]in terrā Zuph, dixit Saul puero ſuo quem ſecū habebat, Veni, reuertamur, ne fortè pater meus [9][relicta cura] aſinarū, de nobis ſit ſolicitus. Qui dixit ei, En nūc vir Dei eſt [10]in iſta ciuitate, & vir eſt [11]honorabilis, [12]quidquid loquitur, certiſſime euenit: eamus ergo illuc, [13]ſi fortè indicet nobis viā noſtrā quā eamus. Reſpōdit Saul puero ſuo, Ibim[us] ergo. quid verò [14]feremus viro? [15]panis enim nullus eſt amplius in vaſis noſtris, nec munus eſt quod feramus viro Dei, [16]quid enim habemus? Rurſum ergo reſpōdit puer Sauli hiſce verbis, En [17]inuenta eſt in manu mea quarta [pars] ſicli argēti, quā dabo viro Dei, vt indicet nobis [18]viā noſtrā. (Sic dicebat olim quiſq; in Iſraele, [19]qui inquiſitur[us] Deū proficiſcebatur, Venite, [20]ibimus ad videntē. qui enim hodie propheta dicitur, anteà [[21]dictus eſt] vidēs.) Dixit ergo Saul ad puerū ſuum, [22]Rectè loqueris, age, [23]ibimus. profecti ſunt itaque in ciuitatē in qua erat vir Dei. [24]Commodū aſcenderēt cliuum vrbis, quū inuenirēt puellas egrediētes ad hauriendū aquā: quib[us] dixerūt, Eſtne hoc in loco vidēs? Quæ reſpōdētes eis, dixerūt, Eſt, en ante te eſt: feſtina ergo, quoniā hodie [25]venit in ciuitatē: ſiquidē ſacrificiū eſt hodie [26]populo [27]in excelſo: quūmq; [28]veneritis in ciuitatē, illico inuenietis eū antequā aſcēdat ad excelſum, [29]vbi comedet: neque enim comedit populus donec ipſe [30]veniat. Ipſe enim [31]cōſecrat ſacrificium, & poſt hoc comedunt inuitati: nūc igitur aſcēdite, quoniā [32]hodie inuenietis eū. ¶Aſcēderūt ergo ad ciuitatē, [33]venerūntque in mediū vrbis, & ecce [34]Samuel exijt eis obuiā aſcenſur[us] in excelſum. (Porrò pridie quàm veniſſet Saul, [35]indicauerat Dominus Samueli ad hūc modū. Cras [36]iuxta iſtud tēpus mittā ad te virū de terra Beniamin, quem vnges in principē ſuper populū meū Iſrael, [37]vt liberet populū meū de manu Paleſthinorū, quoniā reſpexi [38]populū meū, quandoquidē [39]clamor eorū venit ad me.) Quūmq; Samuel [40]vidiſſet Saulē, [41]ſuggeſſit ei Domin[us], En hic eſt vir de quo tibi dixerā, is [42]cōtinebit populū meum. Accedens ergo Saul ad Samuelem [43]in media porta, dixit, Indica quæſo mihi vbi ſit domus vidētis. Samuel reſpōdit Sauli, & dixit, Ego ſū vidēs, aſcēde [44]mecū in excelſum, & epulamini hodie mecū: [45]cras

ſum eminebat ſuper omnem populum. Perierāt autem aſinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium ſuum, Tolle tecum vnum de pueris, & cōſurgens vade, & quære aſinas. ¶Qui cū trāſiſſent per mōtem Ephraim, & per Terram-ſaliſa, & nō inueniſſent, trāſierunt etiam per Terram-ſalim, & non erant: ſed & per Terram-Iemini, & minime reppererunt. Cum autem veniſſent in Terrā-Suph, dixit Saul ad puerum[a] qui erat cum eo, Veni, & reuertamur, ne forte dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. Qui ait ei, Ecce vir Dei eſt ī ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra propter quam venimus. Dixitque Saul ad puerum ſuum, Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ciſtarcijs noſtris: & ſportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rurſum puer reſpōdit Sauli, & ait, Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtatēris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtram. (Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque, vadens conſulere Deum, Venite, & eamus ad videntem. qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.) Et dixit Saul ad puerum ſuum, Optim[us] ſermo tuus: veni, eamus. & ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. Cúmque aſcēderent cliuum ciuitatis, inuenerūt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hic eſt videns? Quæ reſpondentes, dixerunt illis, Hic eſt: ecce ante te. feſtina nūc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie[b] populi in excelſo. ingredientes vrbem, ſtatim inuenietis eum antequam aſcēdat excelſum ad veſcendum. neque enim comeſturus eſt populus donec ille veniat. Quia ipſe[c] benedicet hoſtię, & deinceps[d] comedent qui vocati ſunt. nunc ergo cōſcendite, quia hodie reperietis eum. ¶Et aſcenderunt in ciuitatem. cúmque[e] ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis vt aſcenderet in excelſum. (Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diē quàm veniret Saul, dicēs, Hac ipſa hora, quę nūc eſt, cras mittā virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.) Cúmque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce, vir quē dixerā tibi, iſte dominabitur populo meo. Acceſſit autē Saul ad Samuelē in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi eſt domus vidētis. Et reſpōdit Samuel Sauli, dicēs, Ego ſum vidēs. aſcēde ante me in excelſum, vt[f] comedas mecū hodie, & di

¶[a] ſuum
Pueri ſuaſu vadit ad Samuelem.
B
Propheta, olim dicebat Videns.
Saul conſulturus Videntē, aſcendit.
¶[b] populo
¶[c] benedicit
¶[d] comedunt
Samuel occurrit Sauli.
¶[e] illi
Samueli præcipit De[us] vt Saulē vngat in regē. Act.13.c.
C
Samuel per Spiritum Dei cognoſcit Saulem.
¶[f] comedatis

¶17 inuenitur. i. eſt. ¶18 .i. id cuius gratia hoc iter ſuſcepimus. ¶19 vt conſuleret Deum, ¶20 & eamus vſque ad ¶21 [vocabatur] ¶22 Heb. Rectus eſt ſermo tuus. ¶23 pergamus. ¶24 Cum autem aſcenderēt cliuum vrbis, inuenerunt ¶25 .i. egreditur de domo vt eat ad cœnam, ad conuiuium publicum, in vrbem. ¶26 vl, à populo. i. quia populus celebraturus eſt hodie conuiuium ex reliquijs hoſtiarum pacificarum quas immolauit Domino. ¶27 ſub. loco, in quo fiebant conuiuia publica. Vox Hebræa Bama, locus erat prope altare, ſitus in parte editiore vrbis, aut ædificij eminentis, vbi de hoſtia immolata epulaturi accumbebant. ¶28 ingreſſi fueritis ¶29 Heb. ad comedendū: ¶30 venerit. ¶31 Heb. benedicet ſacrificio: poſt hoc comedent. i. gratias aget Deo hoſtiæ pacificæ nomine. Agebant gratias Deo Hebræi ante prandium. præterea moris erat apud eos vt qui gratias egerat, præſentium ciborū cauſa, illos frangeret & diſtribueret. Hic verò tātū mētio fit gratiarū actionis, ꝗ propter morē, fractio & diſtributio facile ſubaudiantur. Chaldæus paraph. fractionis tātū meminit, cū dicit, Ipſe enim diuiſurus eſt victimā. Ad hūc locū pertinere videtur locus Lucæ, cap. 14. e, vbi de Chriſto profecto in Emmaunta legitur, Dū recūberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. ¶32 He. ſecūdū diē. i. hac ipſa hora, hoc ipſo tēporis articulo. ¶33 ipſiq; erāt ingreſſi mediū ¶34 .i. occurrit illis Samuel egreſſus vt aſcēderet in excelſum. [exijt] refertur ad [aſcēſur[us]]. ¶35 Heb. reuelauerat Dominus aurē Samueli. i. indicauerat Samueli aduentū Saulis. Reuelare aurē alicui, eſt ei indicare ſecretū aliquod, vt quæ dicuntur in aurem. ¶36 hoc ipſo tempore ¶37 qui ſeruaturus eſt ¶38 .i. afflictionē populi mei. ¶39 ſub. implorantium opem meam. ¶40 vl, oculos conieciſſet in Saulem, ¶41 Heb. dixit illi ¶42 dominabitur populo meo. ¶43 intra portam. In vrbe ipſa, non procul tamen à porta vrbis incurrit Samuel in Saulē. ¶44 ante me. i. Præcede me. ¶45 ſummo mane

Sauli indicat Samuel aſinas inuētas, & ipſum regem futurū.

mittam te mane: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuētæ ſunt. & cuius erunt optima quæque Iſrael? nonne tibi & omni domui patris tui? Reſpondens autem Saul, ait, Nunquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi ſermonē iſtum? ¶ Aſſumēs itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quaſi triginta viri. Dixitque Samuel coco, Da partē quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. (Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul.) dixitque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede. quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. & comedit Saul cum Samuele in die illa. Et deſcenderūt de excelſo in oppidum, & locutus eſt cum Saule in ſolario: ~ſtrauitque Saul in ſolario, & dormiuit. ¶ Cúmq; mane ſurrexiſſent, & iam dies luceſceret, vocauit Samuel Saulē in ſolario, dicēs, Surge, vt dimittam te. & ſurrexit Saul: egreſſique ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel. Cúmq; deſcenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & tráſeat: tu autem ſubſiſte paulisper, vt indicem tibi verbum Domini.

Samuel & D loco & cibo honorat Saulem.

¶ eluceſceret,

¶ &

¶ Dei.

CAP. X.

Saul vngitur in regē ſup Iſrael. act. 13 c. oſee 9. d.

¶ Cum

Signa quib' credat Saul ſe à Deo vnctum in regem.

¶ tibi

Prophetæ laudē Deo cā nētes inſtrumētis mu ſicis.

Spiritus Dei innouat corda.

¶ Deus

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eū, & ait, Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatē ſuam in principē, ~& liberabis populū ſuū de manibus inimicorū eius qui in circuitu eius ſunt. & hoc tibi ſignū, quia vnxit te Deus in principē. Cúmq; abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrū Rachel in finib' Beniamin, in Meridie, dicēntque tibi, Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirēdas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cúmq; abieris inde, & vltra tráſieris, & veneris ad quercū Thabor, inuenient te tres viri aſcendētes ad Deū in Beth-el, vnus portās tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenā vini. Cúmque te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Poſt hæc venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum. Et cum ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum deſcendētium de excelſo, & ante eos pſalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſóſque prophetātes. Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cū eis, & mutaberis in virū aliū. Quādo ergo euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcūq; inuenerit manus tua, quia Dominus tecū eſt. Et deſcēdes ante me in Galgala: ego quippe deſcendam ad te, vt offeras oblationē, & immoles victimas pacificas.

dimittam te. [&] quidquid eſt in corde tuo, indicabo tibi. De aſinabus verò [46] perditis tibi dic ab hinc tertio, [47] ne ſis anxius in corde tuo, nā ſunt inuētæ. ad quem verò [attinet] [48] quidquid expetibile eſt in Iſraele? annon tibi & toti domui patris tui? Reſpondit autem Saul, & dixit, Annon [49] filius Iemini ego ſum, [50] de minima tribu Iſrael? ſed & familia mea minor eſt omnibus familijs tribus Beniamin, cur igitur [51] talia mecū [52] loqueris? ¶ Apprehendens itaque Samuel Saulē & puerum eius, introduxit eos in [53] cameram, dedit que eis locum [54] præcipuum inter eos qui inuitati erant, quorum fermè erant triginta viri. Dixit autem Samuel ad [55] coquum, Da partem quā dedi tibi, de qua dixeram vt eam [56] apud te repo neres. ([57] Suſtollēs itaque coquus [58] armū & quod ſuper ipſum erat, appoſuit Sauli.) & ait [Samuel,] Ecce quod [59] reliquum eſt, pone ante te & comede: nam ad tempus conſtitutum ſeruatū eſt tibi, [60] quum dicerē, Inuitaui [61] populū. epulatus eſt igitur Saul eo die cum Samuele. Et quū deſcēderent de excelſo in ciuitatem, loquutus eſt cū Saule [62] ſuper tectū. ¶ Mane quū ſurrexiſſent, aurora exoriente, vocauit Samuel Saulē ſuper tectū, & dixit, [63] Surge, vt dimittā te. & Saul [64] ſurrexit, egreſſiq; ſunt ambo ipſe & Samuel foras. Et deſcēdētibus ipſis [65] parte aliqua ciuitatis, dixit Samuel ad Saul, Loquere ad puerum vt antecedat nos, & prætereat. Et tu cōſiſte [66] ad tempus vt indicem tibi verbum Dei.

CAP. X.

Accipiens verò Samuel [1] vaſculum olearium, fudit ſuper caput eius, & oſculatus eſt eum, dixitque, [2] Annon Domin' vnxit te ducem ſuper hæreditatem ſuam? Hodie, ſimul atque à me diſceſſeris, [3] reperies duos viros ad ſepulchrū Rahel, in limite Beniamin in Zelzal, qui dicēt ad te, Aſinæ ſunt inuentæ quas tu quæſitum ieras: paterq; tuus [4] abiecta aſinarum ratione, ſolicitus eſt pro vobis, vt dicat, Quid faciam [5] de filio meo? [6] Illinc pgreſſus porrò, venies ad quercetū Thabor, vbi incident in te tres viri aſcēdentes [7] ad Deū Beth-el, vnus portans tres hœdos, alter ferēs tres [8] globos panis, tertius geſtans lagenam vini. Qui te ſalutato in pace, dabunt tibi duos panes, quos accipies de manu eorum. Poſt hæc venies ad collē [10] Dei, vbi ſunt [11] ſtationes Paleſthinorum. Quūmque ingreſſus fueris illuc [in] vrbem, obuium habebis chorum [12] prophetarum deſcendentium [13] de excelſo, antéque eos [14] pſalterium, tympanum, tibia & cithara, & hi [15] prophetabunt. Et Spiritus Domini [16] prompte te inuadet, vt [17] prophetes & tu cum eis, [18] muteriſque in virum alium. Quum itaque tibi hæc ſigna euenerint, [19] fac tibi quæcūque in manum tuam inciderint, quoniam Deus [20] eſt tecum. [21] Deſcēdes quoq; ante me in Gilgal, & ecce ego [22] deſcendam ad te, vt ſacrificem holocauſta, & vt immolē [*] ſacrificia gratulatoria.

¶46 quę periere tibi. i. quas vt pdidiſti requiris. ¶47 Heb. de eis ne ponas in cor tuū. i. ne cures de aſinabus. ¶48 Heb. omne deſyderium Iſraelis? q. d. tu futur' es rex Iſraelis. ¶49. i. Beniaminita. ¶50 Heb. de minimis trib' ¶51 Heb. iuxta verbum hoc ¶52 dixiſti? ¶53 triclinium, ¶54 Heb. i capite inuitatorū, ¶55 qui ſcilicet diuiſerat hoſtiā ¶56. i. ſeorſum, vt eam diligēter ſeruares. ¶57 Suſtolléſq; ¶58 Vox Hebręa S O C. per ſin. ppriè ſignificat crus, cui armus eſt ppinquus. ¶59 vſ. ſeruatū erat, ¶60 quū dixi. ſub. lanio. ¶61. i. alios præter hos triginta. ¶62 in ſolario. vt ſcilicet familiarius illi loqueretur. ſolebāt autē deābulare præcipue poſt cœnā in tecto. nā erant plana tecta, nō ſimilia noſtris. ¶63. i. Para te itineri. ¶64. i. accinxit ſe itineri. ¶65 i extrema parte. i. quū iā deueniſſet i extremā partē vrbis. ¶66 Heb ſe cūdūtēp'. i. paulisper. vſ. nunc.

X

¶1 phialā paruā olei. ſiue vnguēti aromatici, hoc eſt phialā plenā balſamo. Hebræi aiūt Saulē nō fuiſſe vnctū oleo vnctionis, quo illi ſoli vncti ſūt qui fuerūt è domo Dauid. ¶2 q. d. Vngo te nomine Dei, & vngendo, ducē te cōſtituo. ¶3 [ſub. qui nūc ſūt] iuxta &c. ¶4 deſeruerat negotiū aſinarū, [antequā ſcilicet eſſent inuētæ,] & cœperat eſſe ſolicit' de vobis, [vſ. pro vobis.] dicēdo, ¶5 vſ. ppter filiū meū? q. d. Timeo ne fili' meus perierit. ¶6 Cūmq; inde abieris, & vltra pceſſeris, ac veneris in planitiē Thabor, tūc inuenient te [ſiue occurrēt tibi] ¶7. i. vt orēt Deū in Beth-el, vbi erat adhuc altare Iacob. & quia tabernaculū erat deſolatū, licebat illic ſacrificare: neq; ſolū illic, ſed & priuatim. ¶8 tortas ¶9. i. Qui vbi iprecati fuerint tibi ſalutē. ¶10. i. vrbis Cariath-iearim vbi eſt nūc arca Dei. ¶11 præfecti. vſ. præſidia. i. vbi erat adhuc præſidiū &c. Cariath-iearim erat vrbs Iſraelitarū, non Paleſthinorū, licet illi adhuc in ea haberent præſidiū. ¶12 Chaldæus paraph. diſcipulorū pphetarū qui operā dant legi. Sic Rabini etiā intelligunt. ¶13. i. de loco cōuiuij publici. ¶14 lyra, ¶15 Chaldæus paraph. laudabūt. i. canēt encomia, pſalmos & hymnos in honorē Dei. ¶16 inſiliet in te, ¶17. i. laudes Deū in hymnis & canticis. ¶18 vſ. mutaberiſq. i. aliā mentem accipies à Deo, maiorē ſapiētiam & magnanimitatē. ¶19 Heb. fac tibi quod iuenerit manus tua. Vacat [tibi,] hoc loco. i. ne timeas bellum ſuſcipere contra hoſtes. ¶20. i. erit tibi auxilio. ¶21 Verba Samuelis remittētis Saulem qui illum proſequutus fuerat aliquouſq. q. d. Recipies te in Galgal, &c. Hæc videntur dicta per anticipationē. nā dixerat hæc in Galgal Samuel. nec tamen expectauit, ſed ſacrificauit ſolus ſine Samuele: ob id regnum eius non fuit ſtabile. ¶22. i. reuertar. ¶* victimas pacificas.

ſeptē dies expectabis, donec ego venerim ad te, [23]oſteſtetimq; tibi quid facias. Factū eſt itaq; quū ille ve[rti]ſſet humerū ſuū, abiſſetq; a Samuele, vt Deus[24]cor ei⁹ aliter immutaret, [?]veniréntq; omnia ſigna illa in die illo. ¶Et quū veniſſet illuc, népe[25]ad collē,[?] ecce chor⁹[?] ꝓphetarū venit ei obuiā,[26]promptéq; eū inuaſit Spiritus Dei,[27]vt propheraret inter eos. Factúmq; eſt vt omnes qui eū ab heri & nudiuſtertius nouiſſent, aſpicerēt eū, & ecce prophetabat cū prophetis. dixit ergo populus, népe quiſque ad proximū ſuū, [10]Quid eſt hoc, quod factū eſt filio Kis? nū & Saul[11]inter prophetas? Et quidā [?]illinc reſpōdēs dixit, Et quis eſt pater[?]eorū? propterea ceſſit in prouerbiū, [?]Nū & Saul eſt inter ꝓphetas? Ceſſauit autē[?] prophetare, & venit[16]ad excelſum. ¶Et[17]patru⁹ Saulis dixit ad eū & ad puerū ei⁹, Quò abieratis? Reſpōdit, Quæſitū aſinas: quúmque vidiſſemus q̄ nō eſſent, [venimus ad Samuelē. Et ait patruus Saulis, Indica quæſo mihi quid dixit vobis Samuel. Reſpōdit Saul patruo ſuo, [?]Conſtāter affirmabat nobis aſinas eſſe inuentas. Cæterū de negotio regni, de quo loquutus fuerat Samuel,[?]nihil indicauit ei. ¶Et cōuocauit Samuel populum ad Dominū in Mizpa. Dixitque ad filios Iſrael, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, [40]Ego eduxi Iſraelem de Ægypto, & liberaui vos de manu Ægyptiorū, & de manu omnium[41]regnorū qui vexarunt vos. Vos autem[42]reprobaſtis hodie Deū veſtrum, qui vos[43]ſeruauit ex cūctis afflictionibus veſtris, & preſſuris veſtris, & dixiſtis [44]ei, Præfice nobis regem.[45]nunc ergo ſtate[46]coram Domino ſecūdum tribus veſtras, & ſecundū chiliades veſtras. Et quum Samuel[47]applicaſſet cunctas tribus Iſrael,[48]deprehenſa eſt tribus Beniamin. Et quum rurſum applicaſſet tribū Beniamin[49]iuxta familias ſuas,[50]deprehenſa eſt familia Matri,[51] deprehenſúſque Saul filius Kis. Quúmque illū quæſiſſent, non eſt inuentus.[52]Interrogauerunt igitur rurſus Dominū, an adhuc[53]vir [ille] venturus eſſet illuc. Et reſpōdit Domin⁹, Ecce[54]inter arma latitat. Currētes igitur, tulerūt eū inde, & cōſtitutus in medio populi, ſuper omnē populū ab humero[55]& ſupra[56]eminebat. Dixitq; Samuel ad vniuerſum populū, Videtiſne quē[57]elegit Dominus, [58]& quòd ei nō ſit ſimilis in omni populo? & iubilāt vniuerſus populus, dixerūt, [59]Viuat rex. Et loquutus eſt Samuel ad populū [60]ius regni, & ſcripſit in libro, repoſuitque[61]corā Domino, & dimiſit Samuel vniuerſum populum, quenque ad domum ſuam. Sed & Saul abijt in domum ſuam in Gibea, &[62]comitati ſunt eum de exercitu ij quorū De⁹ cor tetigerat. Porrò filij[63]Belial dixerūt, [64]Quid iſte nos ſeruaret? Et contemnentes eum,

ſeptem diebus expectabis, donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias. Itaque cum auertiſſet humerum ſuum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa. ¶Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarū obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? Reſponditque alius ad alterum, dicens, Et Cis pater eius? Propterea verſum eſt in prouerbium, [Num & Saul inter prophetas? Ceſſauit autem prophetare, & venit ad excelſum. ¶Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quò abiſtis? Qui reſponderunt, Quærere aſinas: quas cum non reperiſſemus, venimus ad Samuelē. Et dixit ei patruus ſuus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum ſuum, Indicauit nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel. ¶Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maſpha. Et ait ad filios Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Ego eduxi Iſrael de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos. Vos autem hodie proieciſtis Dominum Deum veſtrum qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris: & dixiſtis, Nequaquam, ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors ſuper tribum Beniamin. Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit ſors ſuper cognationē Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inuentus illic. Et conſuluerunt poſt hæc Dominum vtrumnam venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus, Ecce abſconditus eſt domi. Cucurrerunt itaque, & tulerūt eum inde: ſtetitq; in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. Et ait Samuel ad omnem populum, Certe videtis quem elegit Dominus, quoniā non ſit ſimilis illi in omni populo. & clamauit omnis populus, & ait, [Viuat rex. Locutus eſt autem Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & dimiſit Samuel omnem populum, ſingulos in domum ſuam. Sed & Saul abiit in domum ſuam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Filij verò Belial dixerūt, Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum,

Cor Saulis imutat De⁹. Prophetat Saul.
¶ Dei,
¶ quis pater C eorum?
Prouerbiū. 3.19.d.
Docet populum Samuel quā grauiter peccarit petēdo regem.
D
¶ tribus
Eligitur Saul in regem.
¶ cognatio
Viuat rex. 3.2.c.
Corda tāgit Deus.

¶23 & oſtendā .i. dicā tibi an regnum tuum firmum ſit futurū. ¶24 q.d. immiſit illi mētem aliā, & cor regium, ſiue regios ſpiritus. ¶25 & euenerūt ¶26 ſub. Cariath-iearim. ¶27 Per ꝓphetas Hebræi intelligunt diſcipulos prophetarum, ſtudioſos Sacrarū literarum. ¶28 & inſiluit [vel irruit] in eū .i. cœpit agi Spiritu diuino. ¶29 & prophetauit. Chaldæ⁹ paraph. & laudabat Deum vnà cum illis, & canebat cantica in honorem Dei. ¶30 vel, Quidnam accidit ¶31 ſub. erat antea. q.d. qui fit vt nunc prophetet, qui non erat antea propheta? hæc mutatio fuit admodum repētina. ¶32 .i. de illo loco, qui illic aderat, ex populo illo, qui ſciebat antea Saulem nō fuiſſe prophetam. ¶33 aliorū ꝓphetarum ſcilicet. quis docuit eos prophetiā? quis fuit magiſter eorum? nō putatis eum propterea eſſe prophetam q̄ pater eius non ſit propheta? an patres aliorum fuerunt prophetæ, vt ſit neceſſe iſtius patrem eſſe prophetam vt ſit propheta? Chaldæus paraph. ſic interpretatur, Et quis eſt magiſter eorum? q.d. qui docuit illos, potuit & Saulem docere: qui dedit aliis ſpiritum prophetiæ, potuit & dare Sauli. ¶34 vel, Nunquid etiam &c. Prouerbium in eos qui quum prius eſſent obſcuri, fiunt clari & nobiles. q.d. poteſt Dominus docere quos vult, & donare ſpiritu prophetico. ¶35 i. dicere laudes Deo, & canere cantica in laudem Dei. ¶36 .i. in domū conuiuij. ¶37 Chaldæus paraphra. frater patris &c. Quidam aiunt patruum Saulis fuiſſe in loco illo Cariath-iearim. alij aiunt Scripturam reticere multa, quomodo illinc abierit. ¶38 Heb. Indicando indicauit ¶39 Hoc tribuitur modeſtiæ Saulis. ¶40 ſub. & non alius. ¶41 ſub. hominum. ¶42 repudiaſtis. ſpreuiſtis ¶43 ſeruat. vel, eripere ſolet ¶44 ei, [Non,] ſed præfice &c. q.d. Nequaquā acquieſcemus verbis tuis, ſed &c. Chaldæus paraph. minus recte, Nō poterimus reſiſtere inimicis noſtris, niſi regem conſtituas. ¶45 quoniam ſcilicet noluiſtis acquieſcere monitis meis. ¶46 Hoc dicit q̄ hæc fierent coram altari: aut q̄ adduxerit arcam: aut quòd ſacerdos aderat. ¶47 accedere feciſſet. admouiſſet ¶48 capta eſt. vel, ſorte electa eſt ¶49 ſub. proiecit ſortes ſuper eas, &c. ¶50 .i. ſors cecidit ſuper cognationem Matri. ¶51 .i. ſorſque cecidit ſuper Saulem. ¶52 vel, Conſuluerunt ¶53 .i. electus Saul. ¶54 Hebr. inter vaſa. i. impedimenta & ſupellectilē. ¶55 ſurſum verſus ¶56 vel, altior erat. ¶57 q.d. virū fortiſſimum. ¶58 Heb. nō enim eſt ſimilis illi ¶59 Chaldæus paraph. Sit fœlix rex. Cedant omnia regi fœliciter. ¶60 .i. ius quod habet in ſubditos qui regiam dignitatem obtinet. ¶61 .i. ad latus arcæ Domini. Hic liber periit cum multis alijs. non continebat iura tyranni ij, ſed iura regni & æquæ adminiſtrationis. ¶62 Chaldæus paraph. abijt cum eo pars populi quæ timebat Dominū, & in cuius cor immiſerat Dominus timorem ſui. ¶63 .i. improbitatis, filij improbi ¶64 [In] quo ſeruabit nos iſte? i. Qua ratione tuebitur & defendet nos iſte qui eſt infimæ ſortis?

¶ [a] verò

& non attulerunt ei munera: ille [a] enim dissimulabat se audire.

CAP. XI.

Naas Ammonites obsidet Iabes-Galaad.

ET factũ est quasi post mẽsem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes-Galaad. Dixerũtque omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriã vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Iſrael.

Iabenitæ petunt auxiliũ à Saule.

Et dixerunt ad eum seniores Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nũtios ad vniuersos terminos Iſrael: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerũt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti sunt ver-

B

ba hæc audiente populo: & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit.

Saul Spiritu Dei accẽsus, promittit Iabenitis auxiliũ. ¶ [a] Dei.

Et ecce Saul veniebat, sequens boues de agro, & ait, Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerunt ei verba virorũ Iabes. Et insiliuit Spiritus [a] Domini in Saul, cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumens vtrũque bouem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Iſrael per manum nuntiorum, dicens, Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius.

Timor Dei.

C

Numerus bellatorum.

Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus. Et recensuit eos in Bezec: fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia, virorũ autem Iuda triginta millia. Et dixerunt nuntijs qui venerant, Sic dicetis viris qui sunt in Iabes-Galaad, Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris Iabes: qui lætati sunt. Et dixerũt, Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.

Saul occidit Ammonitas.

Et factum est, cum dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, &

D

percussit Ammon vsque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur [a] in eis duo pariter.

¶ [a] ex T.10.d.

Vindictã prohibet Saul, & victoriã Deo tribuit.

Et ait populus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul num regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul, Nõ occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Iſrael.

Innouatio regni Saulis.

Dixit autem Samuel ad populũ, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regẽ Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino: & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.

CAP. XII.

Samuel iudex integer.

Boni iudicis siue pricipis exemplum. eccli 46.d.

DIxit autem Samuel ad vniuersum Iſrael, Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regẽ: & nũc rex graditur ante vos. Ego autẽ senui, & incanui (porrò filij mei vobiscũ sunt) itaq; cõuersatus corã vobis ab adolescẽtia mea vsque ad hãc diẽ. Ecce præstò sum, loquimini de me coram Domi-

[65] non obtulerunt ei munus. Is verò fuit [66] tãquã dissimulans.

CAP. XI.

A [1] scenderat autẽ Nahas Ammonites, & castra fixerat contra Iabes-Gilead. dixerunt ergo omnes ciues Iabes ad Nahas, [2] Feri nobiscum fœdus, seruiemúsque tibi. Respondit eis Nahas Ammonites, Hac lege fœdus vobiscum feriam, si omnium vestrum oculum dextrum [3] effodero, [4] probrũmq; hoc vniuerso Iſraeli impegero. Ad quẽ seniores Iabes dixerũt, [5] Inducias da nobis septẽ dies, [6] & mittemus nuntios in omnes limites Iſraelis: & si nemo fuerit qui [7] afferat nos, [8] egrediemur ad te. Veniẽtes igitur nuntij in Gibea Saulis, loquuti sunt hæc verba in auribus populi: omnisque populus sublata voce sua fleuit. Et ecce Saul veniebat ex agro [9] post pecus, & ait Saul, Quid est populo quòd [sic] flent? & recensuerunt ei verba virorum Iabes. [10] Prompte ergo innasit Spiritus Dei Saulẽ, quum huiusmodi verba audisset, & [11] incaluit nasus eius vehementer. Assuménsque par boum, in frusta conscidit eos, & misit per omnes limites Iſraelis per manum nũtiorum, dicens, Quicunque non fuerit egressus post Saulẽ & post [12] Samuelẽ, sic fiet bob⁹ ei⁹. & [13] cecidit pauor Domini super populũ, egressique sunt [14] ad vnũ vsque. Et recẽsuit [15] eos [16] in Besec, fuerũntq; filiorũ Iſrael trecẽta millia, & virorũ Iehuda triginta millia. Dixerũntq; ad nuntios qui venerãt, Sic dicetis ciuibus Iabes-Gilead, Cras cũ sol incaluerit, erit vobis salus. Et venerũt nũtij, indicaueruntque ciuibus Iabes, & gauisi sunt. Et dixerũt ciues Iabes, Cras [17] egrediemur ad vos, [18] & facietis nobis iuxta omnia quæ vobis bona videntur. Postero die factũ est vt Saul ordinaret populum [19] in tria capita, [20] veniẽtésq; in media castra [21] in vigilia matutina, percusserunt Ammonitas, donec [22] incalesceret dies, quiq; reliqui fuerũt, adeò sparsi sũt, vt ne duo quidẽ ex eis [23] simul relinquerẽtur. Dixitq; populus ad Samuelẽ, Quis est [24] qui dixit, [25] Regnarétne Saul super nos? Date viros illos, & interficiem⁹ eos. Et dixit Saul, Nõ interficietur quisquã hoc die. quoniã hodie [26] salutẽ operatus est Dominus in Iſraele. Dixit autẽ Samuel ad populũ, Venite, eamus in Gilgal, [27] & innouemus ibi regnũ. Et iuit vniuersus popul⁹ in Gilgal, & [28] inaugurarũt illic Saulẽ regẽ [29] corã Domino in Gilgal. sacrificarũntq; ibi [30] sacrificia gratulatoria corã Domino: & lætati sunt ibi admodũ Saul & cuncti Iſraelitæ.

CAP. XII.

SAmuel verò dixit ad vniuersum Iſraelẽ, Ecce [1] auscultaui voci vestræ in omnib⁹ quæ loquuti estis ad me, & præfeci vobis regem: nunc igitur ecce rex ipse [2] incedit ante vos. Etenim ego senex sum & canus, (filij verò mei [3] vobiscũ sunt,) & [4] versatus sum coram vobis à pueritia mea in hunc vsque diem. [5] En ego, [6] testificabimini de me [7] coram Domino, & coram [8] vncto eius, cuius

¶65 sub. vllum tanquam regi, quo eum regẽ agnoscerent. Chaldæus paraphr. non venerunt eum salutatũ. Hoc de prima salutatione intelligi debet, quæ fieri non debebat sine muneribꝰ. ¶66 tacens. vl, rem dissimulabat. q.d. ille probe hoc dissimulauit. Verti potest, fuit veluti surdus. obsurduit Saul ad omnia quæ dicebantur ipsi de hostibus suis.

XI.

¶1 Postquã scilicet fuit constitutus rex. Quidam aiunt Iſraelitas regẽ petiisse, quòd audirent hunc regẽ copias parare in se. ¶2 q.d. Parati sumus nos dedere, si velis nos habere cõfœderatos. ¶3 vl, eruero. ¶4 Heb. & ponam illud probrũ super omnẽ Iſrael. i. hac ratiõe ignominia afficiã Iſraelem. ¶5 Ita Chaldæus paraphra. Hebraice legitur, Dimitte nos septem dies. ¶6 vt mittamus ¶7 defendat ¶8 i. dedemus nos tibi. ¶9 vl, sequens boues, ¶10 Irruit ergo Spiritus Dei in Saulem. Chaldæus paraph. spiritus fortitudinis missus est à Deo in Saulem. i. reddidit eum Deus fortiorem quàm prius erat. ¶11 iratus est furor eius. i. excanduit vehementer. ¶12 Adiicit Samuelem, quòd nondum esset rex approbatus ab omnibus. ¶13. i. terruit eos Deus, quo factum est vt secutus sit populus Saulem, timens Deum. ¶14 Heb. quasi vnus vir. i. vnanimi cõsensu. ¶15 sub. qui fuerant egressi ad bellum. ¶16 sic recte. Alij minus recte vertunt per calculos. i. iniectis in vnum aceruũ calculis quos numerauit postea Saul. ¶17. i. faciemus deditionem. ¶18 vt faciatis ¶19 in tres turmas, ¶20 vl, impressionẽmq; faciẽtes. vl, inuadẽtésq; ¶21 Nox apud Hebræos modo in quatuor vigilias diuiditur, modo in tres, vt hoc loco. Vigiliã matutinam vocat vltimam, nẽpe sub aurora. ¶22. i. vigeret æstus solis. ¶23 sub. fugientes. ita Chaldæus paraph. ¶24 qui dicebat nuper. Hoc dicitur ironice. qui dicebat ante partam victoriam. ¶25 Regnabit &c. q.d. nequaquam. ¶26. i. dedit claram & insignẽ victoriam Iſraeli de hostibus suis. Exemplum clementiæ regni Saulis. ¶27. i. vt tribuamus denuo Sauli dignitatem regiam, & confirmemus eum regem. ¶28 constituerunt ¶29. i. coram altari Domini quod erat constructum in Galgal. ¶30 victimas pacificas

XII.

¶1. i. acquieui petitioni vestræ. ¶2 gradietur. i. remp. vestram est moderaturus me sene. ¶3. i. succedent in locum meum: poteritis eos consulere. ¶4 Hebraismus, pro, rẽp. vestrã administraui ¶5 vl, Adsum. q.d. Paratus sum reddere rationẽ officij mei. ¶6 testificamini. vl, incusetis me. sub. si potestis. q.d. paratus sum audire accusationes vestras, si accusare me vultis. ¶7 siue, apud Deum, ¶8. i. Saule quem eius iussu vnxi in regem.

bonum [9]accepi?' cuius verò aſinum accepi? [10]cui vim intuli?' aut quem [11]contriui?' de cuius verò manu accepi [12]munus expiatorium, [13]vt ei oculis meis conniuerem?' & reſtituam vobis. Dixerunt, Non [14]intuliſti nobis vim,' nec [15]confregiſti' nos, nec accepiſti [16]quidquam' de manu vllius hominis. Et dixit ad eos, Teſtis eſt Dominus cõtra vos, & teſtis eſt vnctus eius in die hac, quòd non inueniſtis in manu mea quidquã. Et ait [17]populꝰ, ]Teſtis. ¶Dixitq; Samuel ad populum, Dominus, [18]qui fecit Moſen & Aharonẽ,' & qui eduxit patres veſtros ex terra Ægypti. Nunc igitur ſtate, [19]ſiſtamque me iudicio' vobiſcum corã Domino de omnibus [20]iuſtitijs' Domini quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris. Quũ Iacob ingreſſus eſſet Ægyptũ, & clamaſſent patres veſtri ad Dominum, [21]miſit' Dominus Moſen & Aharonẽ, qui eduxerunt patres veſtros ex Ægypto, [22]collocarúntque' eos in iſtum locum. Et quum obliti eſſent Domini Dei ſui, vendidit eos in manum Siſeræ ducis exercitus Haſor, & in manum Paleſthinorum, & in manũ regis Moab, qui bellũ geſſerunt cum eis. Et clamauerunt ad Dominũ, dixerúntque, Peccauimus, quoniã deſeruimus Dominũ, & coluimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo eripe nos de manu hoſtiũ noſtrorũ, & ſeruiemus tibi. Tunc miſit Dominus Ierubaal, & Bedã, Iephte, & Samuel, & eripuit vos de manu hoſtiũ veſtrorum qui circũ vos erant, [23]vt tuto habitaretis.' [24]Sed & vidiſtis' ꝙ Nahas rex filiorũ Ammon venit cõtra vos, [25]& dixiſtis' ad me, [26]Non,' ſed rex imperitabit nobis. quũ tamẽ Dominꝰ Deꝰ veſter rex veſter eſſet. Nũc igitur en rex veſter, quẽ elegiſtis, quẽ poſtulaſtis, en Dominꝰ cõſtituit ſuper vos regem. Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, atque vocẽ eius audieritis, neque rebelles fueritis [27]ori' Domini, tam vos quam rex qui imperat vobis, [28]eritis poſt Dominũ Deum veſtrum.' Quòd ſi vocem Domini non audieritis, oríque Domini rebelles fueritis, [29]erit manus Domini contra vos, [30]&' contra [31]patres' veſtros. Sed & nunc conſiſtite, & ſpectate rem iſtam grandem, quam Dominus [32]facit' coram oculis veſtris. [33]Annon hodie meſſis eſt triticea? [34]Clamabo' ad Dominum, & edet tonitrua & pluuiam, vt cognoſcatis & videatis quòd malitia veſtra magna ſit, quam feciſtis in oculis Domini, poſtulãdo vobis regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & edidit Dominus tonitrua & pluuiam in die illa, vniuerſúſque populus vehementer timuit Dominũ & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelẽ, Precare pro ſeruis tuis ad Dominum Deũ [35]tuum,' ne moriamur: quoniam omnibus peccatis noſtris [hoc] malum adiecimus vt peteremꝰ nobis regẽ. Et ait Samuel ad populum, Ne metuatis, (vos quidem vniuerſum hoc [36]malum' deſignaſtis, veruntamen [37]ne recedatis à Domino,' quin potius ſeruite Domino in toto corde veſtro. Ne [38]recedatis inquã [præſertim] poſt vana, quæ

no, & coram chriſto eius, vtrum bouẽ cuiuſquã tulerim, aut aſinum, ſi quẽpiam calũniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituámque vobis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiã. Dixitque ad eos, Teſtis eſt Dominus aduerſum vos, & teſtis chriſtus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Teſtis. ¶Et ait Samuel ad populũ, Dominus qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de Terra-Ægypti, "adeſt.' Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendam aduerſum vos corã Domino de omnibus miſericordijs Domini, quas fecit "Dominus' vobiſcum, & cum patribus veſtris: ‖Quomodo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamauerunt patres veſtri ad Dominum: & miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. ‖Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manus Siſaræ magiſtri militiæ "regis' Haſor, & in manu Philiſthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduerſum eos. Poſtea autem clamauerunt ad Dominum, & dixerũt, Peccauimus quia dereliquimꝰ Dominum, & ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi. Et miſit Dominus Ierobáal & Badan "& Samſon, & Barac,' & Iephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter. Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi, Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo præſtò eſt rex veſter, quẽ elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus regem. Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & nõ exaſperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominũ Deũ veſtrum. Si autem nõ audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros. Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. Numquid nõ meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias: & ſcietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in cõſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelẽ, Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. addidimꝰ enim vniuerſis peccatis noſtris malũ, vt peteremꝰ nobis regẽ. Dixit autẽ Samuel ad populũ, Nolite timere, (vos feciſtis vniuerſum malũ hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro. Et nolite declinare poſt vana, quæ non prode-

Arguit Samuel populũ ingratitudinis erga Deũ, quòd ꝓ Deo rege, hominẽ regem petierit.

B

Gene. 46. a.

Iudicũ 4. a.

C

Deus miraculo cogit dura corda fateri peccatũ.

Lex.

D

Oratio.

Pœnitentia

Fides.

Opera.

¶9 ſub. ſ vſum meum. ¶10 quem calũniatus ſum? i. quem ſuis opibus calumnia priuaui? ¶11 vl. pulſaui? ſiue, pulſãdum curaui? i. quem læſi aut in pecunia, aut ĩ corpore ipſo? ¶12 redemptionẽ. i. munꝰ pro redemptione. ¶13 Heb. & texi oculos meos ꝓpter illum? vt ſcilicet diſſimularem me videre peccatum eius. ¶14 calũniatus es nos, ¶15 vl. contriuiſti. ſub. in corpore. ¶16 ſub. quod eſſet noſtrum. ¶17 vl. vnus ꝓ oibus. aut verendum dixerunt, ſub. omnes vna voce. ¶18. i. qui reddidit eos claros & nobiles, ſiue magnificauit eos, & docuit. Chaldæus paraphraſt. qui fecit miracula ꝑ eoſdem. Eſt autem eclipſis, deeſt enim, eſt teſtis. q. d. habeo innocẽtiæ meæ Deum teſtem grauiſſimum, qui Moſen clarum &c. ¶19 Heb. diſceptabóque. vl, vt diſceptem. i. vt contendam aduerſum vos iudicio, ipſo Deo iudice. ¶20. i. beneficijs. Iuſtitiam pro beneficio Hebræi aliquando accipiunt, ſiue pro eleemoſyna: ꝙ homines iuſtos declaret. ¶21 miſertus videlicet illorum. ¶22 habitaréque fecerunt. i. fuerunt cauſa per doctrinam ſuam vt iſtuc veneritis. ¶23 & habitaſtis ſecuri. i. in magna ſecuritate animi. ¶24 Et[ſi tamẽ] quũ vidiſſetis ¶25 dixiſtis, ſine cõiunctione. ꝓpter[ſi tamẽ] præcedens. ¶26 vl, Nequaquam. ſub. acquieſcemus tibi. quum ſcilicet dehortarer vos à rege petendo. ¶27. i. mandatis. ¶28. i. diu permanebitis, ſiue diutiſſime viuetis colentes Deũ veſtrũ. ¶29 hoc eſt, affliget vos vt maiores veſtros quãdo fuerunt inobedientes. Chaldæus paraphr. vertit, plaga Domini cõtra vos. ¶30 & pro vt ſimilitudinis. ¶31 Quidam Hebræorum interpretantur patres, reges: nam quod eſt pater filio, id rex debet eſſe ſubdito. ¶32 facturus eſt ¶33 Hebræi aiunt tempore meſſis non ſolere pluere in Terra ſancta. Alij, à XVII Martij vſque ad mẽſem Octobrem non pluere. vtcunque res habeat, erat ſudum quum hæc dicebantur. ¶34 ſub. Et [tamen] clamabo ¶35 Non dicit noſtrum: quòd eum offendiſſent. ¶36 Chaldæus paraphraſt. hoc intelligit de pluuia. q. d. fuiſtis cauſa huius tantæ pluuiæ & tonitrui. Doctus inter Hebræos, intelligit petendo regem, Feciſtis grande malum petendo regem. ¶37. i. ne deſtiteritis ſequi Dominũ. ¶38 recedatis, inquam, [à Domino] poſt vana: [quia tum ſequeremini, ſiue adhæreretis] poſt vanitatem. i. deos vanos. Alij vertunt, Et ne recedatis poſt deos vanos. i. ne adhæreatis cultui eorum.

[redacted]
Oratio.
Via recta.
Seruire Deo.

runt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt. Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum. Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis. & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete Dominum, & ſeruite ei in veritate`&' ex toto corde veſtro. vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit`Dominus.'Quòd ſi perſeuerauerítis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

CAP. XIII.

Percutiũtur Philiſthæi à Saule & Ionatha. j.r.d.

FIlius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. & elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cũ Saul duo millia in Machmas, & in mõte Beth-el: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterum populum remiſit vnunquenque in tabernacula ſua. Et percuſſit Ionathas ſtationem Philiſthinorũ, quæ erat in Gabaa. quod cum audiſſent Philiſthijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi. Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam, Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthijm. clamauit ergo populus poſt Saul in Galgala. ¶Et Philiſthijm congregati ſunt ad prælìandum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. & aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad Orientem Beth-auen.

¶ autem Philiſthæis rurſum congregatis, pauidi Iſraelitæ abdunt ſe in cauernas. B

Quod cum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos, (afflictus enim erat populus) abſconderũt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis. Hebræi autem tranſierunt Iordanem`in' terrã Gad & Galaad. Cúmque adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum. Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitum Samuelis, & nõ venit Samuel in Galgala, dilapſúſq; eſt populus ab eo. ¶Ait ergo Saul, Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. & obtulit holocauſtum. Cúmque cõpleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obuiã ei, vt ſalutaret eũ. Locutúſque eſt ad eum Samuel, Quid feciſti? Reſpõdit Saul, Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu nõ veneras iuxta placitos dies, porrò Philiſthijm cõgregati fuerãt in Machmas: Dixi, Nũc deſcẽdẽt Philiſthijm ad me in Galgala, & faciẽ Domini nõ placaui. neceſſitate cõpulſus, obtuli holocauſtum`Domino.'Dixitque Samuel ad Saul, Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, iã nũc præparaſſet Domin⁹ regnũ tuũ ſuper Iſra

Saul elatus, relinquitur à ſuis.

Saul contra præceptum Dei, nõ expectato Samuele ſacrificat, vnde & abijcitur à Deo.

C

nil proderunt, nec eripient, quandoquidem[39] vana' ſunt.) Etenim Dominus non deſeret populũ ſuum, idque [40] propter nomen ſuum magnum. [41] quandoquidem animum adiecit[ad hoc] Dominus, vt vos ſibi faciat in populum.'Et à me quoque procul abſit, vt peccem cõtra Dominum, [42]. ceſ ſemque' pro vobis ſupplicare: [43] quin potius dirigam vos in via bona & recta, Modo timeatis Dominum, & ſeruiatis ei in veritate,'in toto corde veſtro. etenim conſyderate [44] quàm magnifica vobis fecerit.'Quòd ſi pergitis maleſacere, & vos & rex veſter peribitis.

CAP. XIII.

S [1]Aul fuit in regno ſuo[quemadmodum]puer [vni⁹] anni, ([2]ſicque regnauit duobus annis ſuper Iſraelem.) [3]elegit autem' ſibi Saul tria millia ex Iſraele, duo millia fuerũt cum Saule in Michmas, & in monte Beth-el, mille verò fuerunt cũ Ionathan in Gibea-beniamin: reliquum verò populum amandauit, quenque [4]ad tentoria ſua.' Et Ionathan percuſſit [5]ſtationem Paleſthinorũ quæ erat in colle,' audierũntque id Paleſthini: & Saul cornu claſſicum canebat per vniuerſam terram, dicẽs, [6]Audiãt'[hoc]Ebræi. Et omnes Iſraelitæ audierunt quòd diceretur, [7]Percuſſit'Saul[8]ſtationẽ' Paleſthinorum, & etiam quòd [9]fœteret' Iſrael apud Paleſthinos. conuocatus eſt itaque populus poſt Saulem in Gilgal. ¶Et Paleſthini quidẽ cõgregati ſunt vt pugnarent cum Iſraelitis, triginta ſcilicet millia[10] curruum,'ſex millia equitum, & populus[multus]quaſi harena quæ eſt in littore maris, præ multitudine: aſcenderũntque & caſtrametati ſunt in Michmas[11] ex oppoſito[12] Bethauen.'Viri autem Iſraelitæ videntes ſeſe in anguſtias redactos, (populus enim [13]preſſus' erat.) abſcondit ſe populus in ſpelũcas, in[14] ſpineta,'in petras, in[15] arces,'atque in [16]foueas. [17]Porrò tranſIordanes' traiecerunt Iordanem[18] in terram' Gad & Gilead. Saul autem[19] adhuc' erat in Gilgal, omniſque populus[20] ſequutus eum territus eſt.' Et expectauit ſeptem dies [21]vſque ad tẽpus conſtitutũ à Samuele, [22]ſed nõ venit Samuel in Gilgal. diffluxitq; popul⁹ ab eo. ¶Et dixit Saul, Afferte ad me holocauſtũ & pacifica ſacrificia. & ſacrificauit holocauſtũ. Quũmq; iã cõfeciſſet holocauſta, [23]Samuel venit,'& egreſſus eſt Saul ei obuiã. [24]vt gratularetur aduentui eius.'Samuel ergo ait, Quid feciſti? Reſpõdit Saul, Quãdoquidẽ vidi q populus à me dilaberetur, neq; tu venires ad tẽpus[25] dierũ,'& q Paleſthini cõgregati eſſent in Michmas, Cogitaui, Deſcendent nunc Paleſthini ad me in Gilgal, [26] necdũ Dominũ conſuluerã, [27]auſus ergo ſum[vel inuitus]ſacrificare holocauſtũ.'Et ait Samuel ad Saul, Stultus[28] factus es, [29]non obſeruaſti' præceptũ Domini Dei tui quod ille tibi[30] præcepit. [31]equidẽ parauerat' Domin⁹ regnũ tuũ ſup Iſrae-

¶39 vſ, mera vanitas ¶40.i. propter famã ſuam celebrẽ. nam bene audit apud Gẽtes apud quas male audiret ſi deſereret vos. ¶41 Hebr. quia voluit Domin⁹ facere vos ſibi in populum. i. ſtatuit vos ſibi eſſe populum. q.d. ꝓpter nomen ſuum magnũ inter Gẽtes quæ audiunt quòd ipſe voluit vos facere ſibi in populum. ¶42 ceſſãdo ¶43 [ſub. orabo quidẽ ꝓ vobis]& docebo vos [incedere] per viam bonã & rectam: Verũ tamen timete Dominũ, & colite illum in veritate. i. ſine ſimulatione. ¶44 Hebr. quæ magnificauit facere vobiſcũ. .i. videte mirabilia quæ fecit ante vos, vel in gratiam veſtri.

XIII.

¶1 ſub. vnctionis. ¶2 veni, ¶3 ex filijs.i. decreui creare mihi regẽ ex filijs eius vnũ. ¶4 vl, intellexerit. ¶5 Heb. vitulã boũ.i. ex armento. ¶6 ſub. hanc vitulam. ¶7.i. ad cõuiuium quod fiet de carnibus victimæ. Chaldæus paraphra. vertit, conuiuium. ¶8 ego verò ¶9.i. ad mandatum meum. ¶10 trepidauerunt.i. trepidãtes occurrerunt ei. timebãt enim ne Samuel huc aduentaſſet vt grauiſſime animaduerteret in quempiã. Quidã Hebræorũ vertunt, admirantes occurrerunt ei. Chaldæus paraphr. congregati ſunt in occurſum eius.i. confertim obuiã ei proceſſerunt honoris cauſa. ¶11 Pacificúſne eſt aduentus tuus? ¶12 Heb. Pacificus. ¶13.i. Præparate vos vt veniatis. ¶14.i. ad conuiuiũ de victima. ¶15.i. præparatos eſſe iuſſit Iſai & filios eius, & inuitauit eos ad conuiuium quod facturus erat de carnibus victimæ. ¶16 dixitque, ¶17 q.d. Dominus quammaxime fauet chriſto ſuo. Aut, Dominus erit cum chriſto ſuo. Vl, Coram Domino ſit chriſtus eius.i. Cuſtodiat Dominus chriſtum ſuum. Chaldæus paraphra. Pulchre prouidit Deus de Meſſia. ¶18 repudiaui eum: ¶19 vl. aſpicere ſolet. ſub. aſpicio, ſiue conſydero. ¶20 ſubiectum eſt, ¶21 tranſire fecit.i. iuſſit illum prodire in conſpectum Samuelis. ¶22 vl, Produxit itaque Iſai ſeptẽ filios ſuos ¶23 Heb. Nunquid finiti &c. q.d. Nullum præter iſtos habes filium? ¶24 ſub. nuntios. ¶25 ſub. aliquem qui vocaret eum. ¶26 introduxit ¶27 pulcher oculis, & eleganti ſpecie. ¶28 ſub. quem volo regnare. ¶29 ſub. vnctionis. ¶30.i. vnum ex omnibus fratribus. ¶31 Spiritum fortitudinis, prophetiæ & prudentiæ intelligit.

¶11 ſub.bonus ¶12 territauit-que.vſ, exagitauit. aut exagitaréque cœpit ¶14.i. ita permittéte Domino aut immittente. Mox dicit, ſpiritus Domini malus pro eodem.i. qui facit voluntatem Dei, aut creatus à Deo. ¶15 diſcruciat. exagitat ¶16 Hoc modo ſi transferas, Lamed Hebraicum ſubintelligitur. Doctioribus magis ꝓbatur vt hæc ꝓ parentheſin legãtur, ſ[n]aſſerui tui ante te) .i. præſto adſunt ad imperata facienda. ¶17.i. leuius feras. ¶18 adducite ¶19 fortis robore, ¶40 Heb. aſinũ panis.i. onuſtũ pane. ¶41 i. aſtitit illi miniſtrando. ¶42.i. Mihi adſit & miniſtret: eſt enim mihi gratiſſimus. ¶43 pſallebat .i. ad citharam carmina quædam canebat.

XVII.

¶1 in occurſũ .i. vt eſſent parati occurrere ¶2.i. ex vna parte. ¶3 Heb. intermedius.i. qui ſtare ſolebat inter duo caſtra. ¶4 vſ. palmorũ triũ. ¶5 vſ. ærea ¶6 ſquamis æreis operta ¶7 vſ. æris, ¶8 Heb. Et ocreæ ferreæ erãt ſuper pedes ei⁹

ſurgẽs verò Samuel abijt in Rama. Porrò à Saule receſſit [11]ſpiritus Domini, [12]turbauitque eũ ſpiritus malus [14]à Domino. Et dixerunt ſerui Saulis ad eum, En ſpiritus Dei malus [15]turbat te. Dicat quæſo dominus noſter [16] ſeruis tuis qui corã te ſunt, vt quærant aliquẽ qui norit cithara canere: vt quũ fuerit ſup te ſpiritus Dei malus, ille ludat manu ſua, & [17]bene ſit tibi. Reſpõdit Saul ſeruis ſuis, Diſpicite ergo mihi aliquẽ qui egregie moduletur, & [18]afferte [eum] ad me. Reſpõdit autem vnus ex pueris, dicens, En vidi filium Iſai Bethlehemitam, qui pſallẽdi peritus eſt, ad hæc [19]vir fortis, virtute præditus, ſtrenuúſque bellator, prudens in[gerendis] rebus, vir denique formoſus, & cũ quo eſt Dominus. Miſit igitur Saul nuntios ad Iſai hiſce mandatis, Mitte ad me Dauidem filium tuum, qui cum ouibus eſt. ¶Accipiens ergo Iſai [40]aſinum, panem, & lagenã vini, hœdúmque vnum ex capris, miſit ad Saulem per manum Dauidis filij ſui. Veniens autem Dauid ad Saulem, [41]ſtetit coram eo, & dilexit eum valde, factúſque eſt armiger eius. Mittens autem Saul ad Iſai, ait, [42]Stet quæſo Dauid coram me: inuenit enim gratiam in oculis meis. Factũ ergo eſt, quoties ſpiritus Dei erat ſuper Saulẽ, Dauid accepta cithara, [43]pulſabat manu ſua, & tũ refrigerium fiebat Sauli, meliúſque habebat, recedebátque ab eo ſpiritus malus.

CAP. XVII.

Congregãtes Paleſthini copias ſuas ad præliũ, collecti ſunt ĩ Socho, quę eſt in Iehuda. poſuerúntque caſtra inter Socho, & inter Aſeca in termino Dammim. Sed & Saul & viri Iſraelitici cõgregati ſunt, caſtrametatiq; ſunt in valle quercus, & inſtruxerũt aciẽ [1]aduerſ[us] Paleſthinos. Et Paleſthini quidẽ ſtabãt ſuper montẽ [2]hinc, Iſraelitæ autẽ ſuper montẽ ſtabãt illinc, erátque vallis inter eos. ¶Egreſſus aũt eſt vir [3]inter duas acies ex caſtris Paleſthinorum, Goliath erat nomen eius de Geth, altitudo eius erat ſex cubitorum & [4]palmi. Galea [5]chalybęa erat in capite ei⁹, & lorica [6]ſquamata induebatur: pondus autẽ loricæ habuit quinque millia ſiclorum [7]chalybis, [8]Ocreas chalybeas habuit in pedibus ſuis, [9]clypeus chalybęus erat inter ſcapulas eius. [10]Cõtus lanceæ eius vt iugum texentium, lamina verò lãceæ eius habuit ſexcentos ſiclos ferri: præcedebátque ante eum ferens [11]haſtã. Qui ſtãs prouocabat ordines Iſraeliticos, & dixit eis, Cur [12]egreſſi eſtis, congredi ſcilicet prælio? annon ego ſum Paleſthinus [13]ille & vos ſerui Saulis? eligite [14]vobis virum [15]qui ad me deſcendat. Si poterit pugnã inire mecum, & me trucidare, erimus ſerui veſtri: ſi autem ego ſuperaro eũ, percuſſeróq; eũ, eritis vos ſerui noſtri, ſeruietiſq; nobis. Addiditq; Paleſthin⁹, Ego hodie probro affeci caſtra Iſraelitica, [dicẽs,] Date mihi virũ, vt pugnã ſimul ineamus. Audiẽs autẽ Saul cunctiq; Iſraelitæ verba iſta Paleſthini, perculſi ſunt pauore, timuerúntq; vehemẽter. ¶Dauid autẽ erat fili⁹ cuiuſdã Ephratæi de Beth-lehẽ Iehuda, cui⁹ nomẽ erat Iſai, qui habuit octo filios, erátq; [16]hic vir in diebus Saulis ſenex, & [17]veniebat inter homines. Profecti autẽ erant tres filij Iſai maiores [natu] ſequuti Saulẽ in militiã, & nomina trium filiorũ

ceps: ſurgénſque Samuel abijt in Ramátha. Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam, à Domino. Dixerúntque ſerui Saul ad eum, Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. Iubeat dominus noſter rex, & ſerui tui qui coram te ſunt, quærent hominem ſcientem pſallere cithara: vt quando arripuerit te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & leuius feras. Et ait Saul ad ſeruos ſuos, Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallentem, & adducite eum ad me. Et reſpondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virũ bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus eſt cum eo. Miſit ergo Saul nuntios ad Iſai, dicens, Mitte ad me Dauid filium tuũ, qui eſt in paſcuis. ¶Tulit itaque Iſai aſinũ plenum panibus, & lagenã vini, & hœdum de capris vnum, & miſit per manum Dauid filij ſui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. Miſitque Saul ad Iſai, dicẽs, Stet Dauid in conſpectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quãdocũq; ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

CAP. XVII.

Congregãtes autem Philiſthijm agmina ſua in prælium, conuenerunt in Sochot Iudæ: & caſtrametati ſunt inter Sochot & Azeca in finibus Dommim. Porrò Saul & filij Iſrael cõgregati venerunt in Vallem-terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthijm. Et Philiſthijm ſtabant ſuper montem ex parte hac, & Iſrael ſtabat ſuper montem ex altera parte, valliſq; erat inter eos. ¶Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi: Et caſſis ærea ſuper caput eius: & lorica hamata induebatur: porrò pondus loricæ eius, quinq; millia ſiclorum æris erat. Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clype⁹ æreus tegebat humeros ei⁹. Haſtile autem haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium. Ipſum autem ferrum haſtæ eius ſexcentos ſiclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. Stánſque clamabat aduerſum phalangas Iſrael, & dicebat eis, Quare veniſtis parati ad præliũ? nunquid ego nõ ſum Philiſthæus, & vos ſerui Saul? eligite ex vobis virum, & deſcẽdat ad ſingulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. Et aiebat Philiſthęus, Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, Date mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Iſraelitæ ſermones Philiſthæi huiuſcemodi, ſtupebant, & metuebãt nimis. ¶Dauid autẽ erat filius viri Ephrathæi, de quo ſuprà dictum eſt, de Beth-lẽhem Iuda, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandæuus inter viros. Abierũt autẽ tres filij eius maiores poſt Saul in præliũ: & nomina triũ filiorũ

Deus immittit ſpiritum malũ i Saulẽ.
Pſaltes quæritũ pro Saule
¶[9]Dei
Dauid laudat D
Dauid armiger Saulis.
Pſallẽte Dauide recedit ſpirit⁹ à Saule.
¶[9]Dei arripiebat
Philiſthijm congregãtur cõtra Iſraelẽ
¶[1]Socho
Goliath qualis, & arma ipſius.
Goliath ſuperbus prouocat ad ſingulare certamen.
B
Timidi Iſraelitæ.
ſ.16.a.
Dauid humilis & abiect⁹.
Tres filij Iſai bellatores.

.i. crura eius muniebantur ocreis quæ etiam tegebant pedes eius. MISEHATH Hebræis dictæ quòd haberent ſimilitudinem frontalium. Alij, Et lamina lata. ¶9 vſ, clypeus æreus.i. humeri eius tegebantur clypeo æreo. caſſis enim ſiue galea illa habebat appendicẽ quandam quæ demittebatur vſque ad humeros. vel hoc erat ei vice clypei. Vox enim Hebręa ſignificat partem illã quæ tuetur dorſum.q.d. erat à tergo optime armatus. ¶10 Haſtile.i. æquabat craſſitie iugum liciatorium. ¶11 ſcutũ. clypeum. parmam. ¶12 egrediminiſ[vſ, exitis] ad inſtruendũ aciem?.i. Quare prodiitis inſtructa acie ad belliũ?q.d. Non eſt opus vt egrediamini omnes. ¶13 ſub. clariſſimus. ¶14 ex vobis ¶15 ad ſingulare certamen ſcilicet. ¶16 nẽpe Iſai. ¶17.i. grandæuus erat inter homines.q.d. annumerabatur ſenibus, erátque de numero ſenũ ac debiliũ. Chald. paraph. annumeratus inter electos.i. inter fortes atq; inclytos.

eius qui perrexerunt ad bellum. Heliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertius quoque Sãma. Dauid autẽ erat minimus. tribus ergo maioribus ſecutis Saulem, Abijt Dauid, & reuerſus eſt à Saul. vt paſceret gregem patris ſui in Beth-lehem.

Dauid paſcit greges patris.

¶Procedebat verò Philiſthæus mane & veſpere, & ſtabat quadraginta diebus. Dixit autem Iſai ad Dauid filium ſuum, Accipe fratribus tuis ephi polẽtæ. & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos, & decem formellas caſei, has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce.

Dei prouidẽtia mittit E Dauid ab Iſai ad fratres.

Saul autem, & illi, & omnes filij Iſrael, in Valle terebinthi pugnabãt aduerſum Philiſthijm. Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem cuſtodi: & onuſtus abijt, ſicut præceperat ei Iſai. & venit ad locum Magála, & ad exercitum qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Iſrael, ſed & Philiſthijm ex aduerſo fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos.

Dauid currit ad caſtra.

Cúmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens, Goliath nomine, Philiſthæus, de Geth, de caſtris Philiſthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid. Omnes autem Iſraelitæ, cum vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. Et dixit vnus quiſpiam de Iſrael, Nũ vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandũ enim Iſraeli, aſcendit. virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael.

Premiũ percuſſori Goliath.
D

Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum, dicens, Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tulerit opprobriũ de Iſrael? quis eſt enim hic Philiſthæus incircũciſus qui exprobrauit 'aciem' Dei viuentis? Referebat autem ei populus eundem ſermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percuſſerit eum.

¶ acies
Dauid Spiritu tract⁹ quęrit occaſionẽ vt à rege vocetur contra Goliath.

Quod cum audiſſet Heliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus eſt contra Dauid, & ait, Quare veniſti, & quare dereliquiſti paucıculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, deſcendiſti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid nõ verbum eſt? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem ſermonem. & reſpondit ei populus verbum ſicut prius. Audita ſunt autem verba quæ locutus eſt Dauid, & ãnuntiata in conſpectu Saul.

Dauid, fratris inuidiã & cõtumeliã contemnit.

¶Ad quem cum fuiſſet adductus, locutus eſt ei, Non concidat cor cuiuſquam in eo: ego ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduerſus Philiſthæum. Et ait Saul ad Dauid, Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcẽtia ſua.

Dauidis fides & Saulis diffidentia.

Dixitque Dauid ad Saul, Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis. Et perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum. & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámq; eos.

Dauidis fides experta Dei adiutoriũ cõtra leonẽ & vrſũ nõ diffidit adfuturum ei contra Goliath. eccli 47.a.

eius qui ad bellum profecti erãt, Eliab primogenitus, ſecundus Abinadab, tertius verò Samma: Dauid autem erat minimus[natu.] profecti itaq; erant tres maiores poſt Saulẽ. Porrò Dauid'[18]iuerat' & redierat à Saule. vt paſceret oues patris ſui in Beth-lehẽ. ¶'[19]Acceſſit' itaque Paleſthinus ille mane quũ illuceſceret dies, ſimúlque ſub veſperam, '[20]ſtatuebátque ſe'[ſic] dies quadraginta. Dixit autem Iſai ad Dauidem filiũ ſuũ, Cape quæſo[21]'fratribus tuis' epha[22] toſti huius frumẽti,' decẽmq; panes iſtos, & defer cito in caſtra ad fratres tuos. Decẽ inſuper iſtos lacteos caſeos fer tribuno millieñ, inuiſeq; fratres tuos, [23]'nũ rectè valeant, accipe denìq; diuerſi generis quædã quæ illis[adferas.] Porrò Saul, illi & omnes Iſraelitæ erant in valle quercus belligerantes cum Paleſthinis. Conſurgens autem Dauid mane, dimiſit oues[24]'cuſtodi.' & acceptis[his,] abijt, quemadmodum Iſai præceperat ei, venitque[25] in vallũ[26] caſtrorum. egreſſus enim erat exercitus' vt acies inſtruerent, claſſicũmque canebãt [27]ad pugnam.' Inſtruxerant inquam tam Iſraelitæ quàm Paleſthini aciem, vt eſſet acies contra aciem. Dauid ergo[28] abiectis armis à ſe in manum cuiuſdã cuſtodientis arma, cucurrit' in aciem: veniẽſque interrogat de fratrib⁹ ſuis num ſalui eſſent. Loquente autem illo cum eis, ecce vir ille intermedius: nomẽ eius erat Goliath, Paleſthin⁹ de Gath: aſcendebat'[29] ex ordinibus' Paleſthinorum, loquebatúrque[30] huiuſmodi verba' quæ audiebat Dauid. Quicunque autem ex Iſraelitis virum illũ vidiſſent, fugerunt à facie eius, timuerúntque vehementer. Et dixit quiſque ex Iſraelitis, Annon [31]vidiſtis' virum illum[32] aſcẽdentem, [33]nẽpe quòd aſcendit vt probrum obijciat Iſraeli? Et rex quidẽ ditabit eũ magnis opibus, qui iſtũ trucidarit, tradétque ei filiã ſuã, tum & domũ patris ſui[34] libertate donabit.' Dixit ergo Dauid ad viros qui ſtabãt [35]cũ eo' in hanc ſententiã, [36]Quid fiet viro illi' qui percuſſerit iſtũ Paleſthinũ, probrúmque abſtulerit ab Iſraele? nã quis Paleſthinus iſte incircuncifus, [37]qui' cõtumelijs afficit[38] ordines' Dei viuentis? Reſpõdit ei populus[39] ſecundũ iſtud verbũ,' dicendo, Sic fiet tali viro qui eũ percuſſerit. Audiens autẽ Eliab frater eius maior natu illũ loquentẽ cũ viris illis, ſuccẽſuit ira Eliab in Dauidẽ, & dixit, Cur huc deſcẽdiſti? & apud quẽ ab [re]liquiſti paucas illas oues in deſerto? ego noui arrogãtiam tuã, malitiãmque cordis tui, [40]q' in hoc ſcilicet deſcẽdiſti vt præliũ ſpectares. Et dixit Dauid, [41] Quid igitur' fecit? [42] annon is ſermo eſt? [43]'Verſus igitur ab illo, obuiã fit alij,' & loquut⁹ eſt[44] vt antea.' reſponderũtq; ei ſquidã [ſ]è populo iuxta priorẽ ſermonẽ. auditáq; ſunt verba quæ [45]'loquebatur' Dauid, quæ relata ſunt corã Saule, q & accerſiuit eũ. ¶ Et ait Dauid ad Saulẽ, [47]Ne cõcidat vllius hominis cor i ſeſe,' ſeru⁹ tuus[48] ibit' & depugnabit cũ Paleſthino iſto. Et dixit Saul ad Dauidẽ, Nõ poteris ire aduerſus Paleſthinũ illũ, vt cum eo cõgrediaris, quoniã adoleſcens es tu, ipſe autẽ vir eſt bellãdi gnarus, idq; ab adoleſcẽtia ſua. Reſpondit Dauid ipſi Sauli, Seruus tuus paſcebat oues patris ſui, irruit autẽ leo & vrſus, abripuitque pecudẽ de grege. Egreſſus ego poſt illũ, trucidaui eũ, [49]eripuiq;' ex ore eius: quũmq; inſurgeret aduerſũ me, apprehendi eũ fortiter barba cũ mãdibula, percuſſi eum, & interfeci eum.

¶18 ſub. ad Saulem. ¶19 Accedebat ¶20 ſub. inter duas acies ¶21 i. vt feras ad fratres tuos ¶22 vel, polentæ iſtius. ¶23 Heb. in pace. & pignus eorum tolle. i. vt ſcias qua ſint valetudine: & ſi defuerit eis pecunia, acceperintque mutuo dato pignore, redimes pignus. Alij vertunt, & commiſtionem eorum capies. i. ſcies ſub quo militent. non eſt tamen veriſimile patrẽ eorum neſciſſe ſub quo militarẽt. Chaldæus paraphr. vertit, negotia eorum.
¶24 iuxta cuſtodem. i. commendauit gregem cuſtodi.
¶25 i. ad locũ in quo tẽtoria fixerant Iſraelitæ. ¶26 ad exercitum, qui egreſſus erat. vel, ad vallum: exercitus autẽ egreſſus erat &c. ¶27 In acie ipſa.
¶28 dereliquit ſarcinam [depoſitam] de ſuper ſe i manu cuſtodis vaſorum, & cucurrit &c. i. depoſuit ſarcinam ſuam apud eũ qui pręerat impedimentis cuſtodiendis.
¶29 de copiis ¶30 i. quæ ſupradicta ſunt. ¶31 vel, videtis ¶32 i. qui quotidie prodit?

¶33 nam vt probro afficiat Iſraelẽ, aſcendit. ¶34 faciet liberam. i. immunem à tributo. Chaldæus paraphr. claram & nobilem. ¶35 iuxta ipſum ¶36 i. Quid conſequetur vir ille. ¶37 quòd ¶38 vel, acies ¶39 i. eadem verba ſupra dicta, Dabuntur ei qui &c. ¶40 nam ¶41 Quid nunc ¶42 nónne ſermo eſt? ſub. quod dixi? q.d. Meus ſermo eſt quem dixi: de hac re verbum tantum feci, nihil geſſi. ſermo eſt ſine facto. ¶43 Diuertit igitur ab illo verſus aliũ, .i. Eo relicto acceſſit ad alium. ¶44 Heb. ſecundum verba iſta. i. eadem interrogauit. ¶45 dixerat ¶47. i. Nemo ſit animo remiſſo. ¶48. i. paratus eſt inire ſingulare certamen. ¶49 ſub. ouem.

¶50 Heb.Etiam leonem, etiam vrſum ¶51.i. tam facile interficiet, quàm alterũ iſtorũ.
¶52 probro affecit exercitum
¶53 Heb.de manu leonis,& de manu ¶54 vl, gladiũ ſuum
¶55.i.ita his rebus onuſtus.
¶56 vl,nõ aſperos.politos
¶57 & in pera. Et, pro Id eſt poſitum. nã inſtrumentũ paſtorale iterpretatur peram. Sunt tamẽ qui dicunt eum geſtaſſe ſacculum præter peram.
¶58 vl, proceſſitque ¶59 clypeum ¶60 nẽpe Palæſthinũ
¶61 quòd eſſet
¶62 rufus
¶63 vl,maledixitque ſiue male precatus eſt] Dauidi p deos ſuos.tanquam diceret,Dagon aut alius deus meus te perdat
¶64 vl,vt dem
¶65.i.congreſſurus tecũ,fretus ope diuina
¶66 vl, copiarum Iſrael quas probro & ignominia affeciſti. ¶67 Tradet ¶68 cadauer ca.Pal.i.tuum cadauer q es Palæſthinus
¶69 Heb.& cognoſcet vniuerſa terra.i.habitatores hui⁹ regionis. ¶70.i. q Iſrael Deum habeat qui ſuos eripiat à periculis.
¶71 vl,ſeruare ſolet ¶72 vl, enſe & lancea:

[50]Non leonem ergo duntaxat, ſed & vrſum interfecit ſeruus tuus:erit itaq; Paleſthinus iſte incircunciſus[51]tanquam vnus ex illis,quoniã [52]cõtumelioſe inſultauit ordinibus viuẽtis Dei.Addidítq; Dauid,Dominus qui liberauit me[53]de violentia leonis,& de ferocia vrſi, is eripiet quoque me è manu Paleſthini iſti⁹.Et dixit Saul ad Dauidẽ,Vade, & Domin⁹ ſit tecũ.Et induit Saul Dauidẽ veſtimentis ſuis,impoſuitque capiti eius galeã chalybeã,induitque eũ lorica.Cinxit quoque Dauid[54]gladium eius ſuper veſtimẽta ſua,conatúſque eſt incedere,quandoquidem periculũ nũquam fecerat.Et dixit Dauid ad Saulem,Nõ poſſum[55]in iſtis incedere, quandoquidem periculũ nunquam feci.Abiecit ergo Dauid à ſe iſta,Et accepto baculo ſuo in manũ ſuã,elegit ſibi quinq; [56]leues lapides è torrente, poſuitq; eos in inſtrumentum paſtorale quod habuit, [57]inq; perã,& funda ei⁹ erat in manu eius,[58]acceſſitq; ad Paleſthinũ.¶Ibat & Paleſthin⁹,incedẽs & appropinquans ad Dauidẽ,virq; ferens[59]haſtã præcedebat [60]eũ.Quumq; Paleſthin⁹ intuitus eſſet,vidiſſetq; Dauidẽ,deſpexit eũ:[61]fuit enim iuuenis &[62]rubicundus cum formæ elegãtia:Aitque Paleſthinus ad Dauidẽ,Nũ ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculis?[63]deuouitq; Paleſthinus Dauidẽ dijs ſuis.Dixitq; Paleſthinus ad Dauidẽ, Accede ad me,[64]& dabo carnẽ tuã volatili cæli,& beſtiæ agri. Dixit Dauid ad Paleſthinũ,Tu[quidem]venis ad me cũ gladio, lancea & clypeo:ego autẽ venio[65]ad te in nomine Domini exercituũ, qui Deus eſt [66]ordinum Iſraeliticorum, cui tu inſultaſti. [67]Concludet te Dominus hoc die in manũ meã, percutiámq; te,atq; auferam caput tuum à te,& trad.i[68]cadauera caſtrorũ Paleſthinorum hodie volucribus cæli, & feris terræ, [69]vt ſciant oẽs qui ſunt ſuper terrã, [70]q Deus eſt in Iſraele.Sciet inſuper vniuerſa cõgregatio iſta, q Dominus nõ[71]ſeruat [72]gladio & haſta:etenim [73]Domini eſt prælium,iſque tradet vos in man⁹ noſtras.Factúq; eſt quũ[74]cõſurrexiſſet Paleſthin⁹ vt proficiſceretur,[75]cõgrederetúrq; cũ Dauide,feſtinauit & Dauid,& [76]cucurrit in cõflictũ obuiã Paleſthino.Mittẽs ergo Dauid manũ ſuã in perã, tulit inde lapidẽ[vnũ,][77]fundãq; cõtorſit,feritq; Paleſthinũ [78]in frõte ei⁹,[79]inſeditq; lapis in frõte eius,concidítq; in faciẽ ſuã ſuper terrã. Superiórq; euaſit Dauid Paleſthino funda &[80]lapide, feritq; Paleſthinũ,interfecitq; eũ,quũ non eſſet gladi⁹ in manu Dauidis.Currẽs præterea Dauid, ſtetit ſuper Paleſthinũ,& accipiẽs gladiũ illius, extrahénſque ipſum è vagina ſua,interfecit eũ, eodẽque caput ei⁹ abſcidit. vidẽtes autẽ Paleſthini q mortuus eſſet gigas eorũ,fugerũt.Surgẽtes itaque viri Iſrael & Iehuda,[81]clamore bellico inſequuti ſunt Paleſthinos, donec venias [82]in vallẽ,& vſq; ad portas Accarõ,cecidérũtq; vulnerati ex Paleſthinis in via Saarim,vſq; ad Gath & Accarõ.Et reuerſi filij Iſrael[83]ab inſequutiõe Paleſthinorũ, [84]vaſtarũt caſtra eorũ.¶Tollẽs itaq; Dauid caput Paleſthini, portauit illud i Ieruſalẽ: arma verò ei⁹ poſuit[85]in tabernaculo ſuo.Quũq; Saul vidiſſet Dauidẽ[86]prodire obuiã Paleſthino,

Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus.erit igitur & Philiſthæus hic incircũciſus, quaſi vnus ex eis. Nunc vadam & auferam opprobrium populi: quoniam quis eſt iſte Philiſthæus incircunciſus? qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis.Et ait Dauid,Domin⁹ qui eripuit me de manu leonis,& de manu vrſi,ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Dixit autẽ Saul ad Dauid,Vade,& Dominus tecũ ſit. Et induit Saul Dauid veſtimẽtis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius,& veſtiuit eũ lorica.Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtẽ ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebat conſuetudinem.Dixitque Dauid ad Saul,Non poſſum ſic incedere,quia non vſum habeo.Et depoſuit ea,Et tulit baculum ſuum quem ſemper habebat in manibus: & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem quam habebat ſecum,& fundam manu tulit: & proceſſit aduerſum Philiſthæum. ¶Ibat autẽ Philiſthæus incedẽs, & appropinquans aduerſum Dauid: & armiger eius ante eum. Cúmque inſpexiſſet eum Philiſthæus, & vidiſſet Dauid,deſpexit eũ. erat autẽ adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu. Et dixit Philiſthæus ad Dauid, Nunquid ego canis ſum,quòd tu venis ad me cũ baculo?Et maledixit Philiſthæus Dauid in dijs ſuis. Dixitque ad Dauid,Veni ad me,& dabo carnes tuas volatilibus cæli & beſtijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philiſthæum, Tu venis ad me cum gladio, & haſta & clypeo:ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminũ Iſrael,quibus exprobraſti hodie, & dabit te Dominus in manu mea,& percutiam te,& auferam caput tuum à te: & dabo cadauera caſtrorũ Philiſthijm hodie volatilibus cæli,& beſtijs terræ:vt ſciat omnis terra q eſt Dominus Deus in Iſrael.Et nouerit vniuerſa eccleſia hæc quia non in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus:ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras. Cum ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnã ex aduerſo Philiſthæi.Et miſit manum ſuam in perã,tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circunducens percuſſit eum in fronte:& infixus eſt lapis in fronte eius,& cecidit in faciem ſuam ſuper terram. ¶Præualuitque Dauid aduerſum Philiſthæũ in funda & lapide, percuſſúmque Philiſthæum interfecit.Cúmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladiũ eius,& eduxit eum de vagina ſua:& interfecit eum,præciditque caput eius. videntes autem Philiſthijm quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt. Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt, & perſequuti ſunt Philiſthæos vſquedum venirẽt in vallem,& vſque ad portas Accaron,cecideruntque vulnerati de Philiſthijm in via Saráim, & vſque ad Geth,& vſque ad Accaron. Et reuertentes filij Iſrael poſtquam perſecuti fuerãt Philiſthæos,inuaſerũt caſtra eorũ.¶Aſſumens autem Dauid caput Philiſthæi,attulit illud in Ieruſalem:arma verò eius poſuit in tabernaculo ſuo.Eo autẽ tẽpore quo viderat Saul Dauid egredientẽ cõtra Philiſthæũ,

¶ᵃ quia
Dauid reiectis armis Saulis,Dei potentia confiſus, procedit cõtra Philiſthæum cum baculo & lapidibus.
F
Maledicit Goliath Dauid.
Arma Dauid, potẽtia Dei.
¶ᵇ.Hodie dabit
De⁹ abſq; gladio ſaluat.
Interficit Goliath, & caput eius abſcinditur.
G
¶ᶜ Philiſthæũ
1. Mach.4.d. pſal.77.d.
Fugiẽtes Philiſthæi occiduntur ab Iſraelitis.
Caput Goliath in Ieruſalem delatum

¶73.i.à Domino eſt victoria, quæ ſcilicet reportatur ex bello.ita Chald.paraph.cui vult,dat De⁹ victoriã. ¶74 vl, procedere cœpiſſet ¶75 Heb.& accederet in occurſum Dauidis.i.accederet contra Dauidem. ¶76.i.prodijt in medium certaturus cum ipſo. ¶77 quem funda cõiecit.ſub.in illum. ¶78.i. in parte inermi.ete xerat enim partem illam galeæ quæ tegit frontem.Vl,in parte armata.i.cuius arma non potuerunt reſiſtere ictui lapidis. ¶79 vl,in fixúſque eſt ¶80 quem ſcilicet primum eduxerat è pera. ¶81 vociferati ſunt,& cœperunt perſequi.vl,ſublato clamore perſequuti ſunt ¶82.i.vſque ad introitum vallis in qua ſita erat Accaron. ¶83 à perſequendo Palæſthinos, ¶84 diripuerunt ¶85.i.in domo ſua quæ erat in Beth-lehem. ¶86 vt ſcilicet congrederetur cum Palæſthino.

¶[6] Abner

ait ad Abner principẽ militiæ ſuæ, De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens? Dixitque Abner, Viuit anima tua, rex, ſi noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer. Cúmque regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentẽ in manu ſua. Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adoleſcens? Dixitque Dauid, Filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum.

Dauid coram Saule.

CAP. XVIII.

Ineunt fœd' Dauid & Ionathas amiciſſimi.

ET factum eſt: cum compleſſet loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi animã ſuã. Tulitque eum Saul in die illa, & nõ conceſſit ei vt reuerteretur in domum patris ſui. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quaſi animam ſuam. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimẽta ſua vſque ad gladium & arcum ſuum, & vſque ad baltheum. ¶ Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcũque miſiſſet eum Saul, & prudẽter ſe agebat: poſuitque eũ Saul ſuper viros belli, & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximéque in conſpectu famulorum Saul. ¶ Porrò cum reuerteretur percuſſo Philiſthæo Dauid, & ferret caput eius in Ieruſalem, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael, cantãtes, chorósque ducẽtes in occurſum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in ſiſtris. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes, Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque, Dederunt Dauid decẽ millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps. ¶ Poſt diem autẽ alterã, inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid autem pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies. Tenebátque Saul lanceã, & miſit eã, putans quòd configere poſſet Dauid cũ pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecundò. Et timuit Saul Dauid: eo quòd Dominus eſſet cũ eo, & à ſe receſſiſſet. Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eum tribunũ ſuper mille viros: & egrediebatur, & intrabat in conſpectu populi. In omnibus quoque vijs ſuis Dauid prudenter agebat, & Domin' erat cũ eo. Vidit itaque Saul quòd prudẽs eſſet nimis, & cœpit cauere eum. Omnis autẽ Iſrael & Iuda diligebat Dauid: ipſe autẽ ingrediebatur & egrediebatur ante eos. ¶ Dixitq; Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipſã dabo tibi vxorem: tantummodo eſto vir fortis & prœliare bella Domini. Saul autẽ reputabat,

Dauid prudens, amat' à populo. B

Mulieres occurrũt Sauli & Dauidi cũ tympanis. eccli 47.a.

C

Inuaditur Saul à ſpiritu malo. Pſallit Dauid Saul tentat occidere Dauidẽ, & quare.

D

Dauid prudẽs cum quo Deus erat, diligit' à pplo. ¶[6] enim Promiſſi Dauidi Merob, alteri dat Saul.

dixerat ab Abner imperatorem exercitus, [17] Cuius filius eſt adoleſcens ille ô Abner? Reſpondit Abner, [18] Viuit anima tua ô rex, ſi noui. Dixitq; rex, Interroga tu cuius filius ſit adoleſcens ille. Quum verò reuerteretur Dauid à cæde Paleſthini, tulit eum Abner, & duxit eum in conſpectũ Saulis, habẽtem caput Paleſthini in manu ſua. Et ait ad eum Saul, Cuius filius es tu adoleſcẽs? Reſpõdit Dauid, Filius ſum ſerui tui Iſai Bethlehemitæ.

CAP. XVIII.

POſteaquã ceſſaſſet [Dauid] loqui ad Saulem, [1] animus Ionathan conglutinatus eſt animo Dauidis, vt diligeret eum Ionathan vt animam propriam. Accepitque eum Saul eodem die, neque permiſit eum redire in domũ patris ſui. Ferijt itaque Ionathan & Dauid fœdus, quum diligeret eum vt propriam animam. Exuit autem Ionathan tunicã [2] qua erat indutus, & dedit eã Dauidi, [3] ſed & interiorem veſtem ſuam deinde, [4] & gladium ſuum & arcum ſuum cum baltheo ſuo. ¶ Et egreſſus Dauid, quocunque illum mittebat Saul, [5] prudenter [rem] geſſit, & præfecit eũ Saul militibus, erátque acceptus in oculis totius populi, ſimúlque in oculis ſeruorum Saulis. ¶ Factum autẽ eſt, quum ipſi [6] venirẽt, redirẽtque Dauid à cæde Paleſthini, [7] egreſſę ſunt mulieres ex cunctis ciuitatibus Iſrael [8] cum cciticis & tibijs, obuiam Sauli regi, cum tympanis, [9] cum lætitia & [10] fidibus. [11] Alternis autem canebant mulieres ludentes, & dixerunt, [12] Percuſſit Saul ſuos mille, & Dauid ſuos decẽ mille. Hoc Sauli vehementer iram commouit, diſplicuitque hóc verbum in oculis ei', ita vt diceret, Dederunt Dauidi decem millia, mihi autem dederunt millia, [13] & porrò profectò illi regnum. Saul ergo [14] malignè intuebatur Dauidẽ ex hoc die, & deinceps. ¶ Poſtero die contigit vt ſpiritus Dei malus Saulem inuaderet, vtque [15] prophetaret intra domum, Dauid autem pſalleret manu ſua, ſicut cæteris diebus, & eſſet lancea in manu Saulis. [16] Tollens igitur Saul lanceam, [17] cogitauit, [18] Traiecto Dauide infigam lanceam parieti. declinauit autem Dauid à facie eius bis: Timuitque ſibi Saul à Dauide, quòd Dominus eſſet cum eo, receſſiſſétque à Saule. Amandauit igitur Saul eũ à ſe, conſtituitque eum tribunum militum, [19] vt egrederetur & ingrederetur coram populo. Dauid autem [20] in omnibus vijs ſuis prudẽter agebat, Dominúſque erat cum ipſo. Quũmq; vidiſſet Saul [21] quòd ſupra modum prudens eſſet, metuit ſibi ab eo. Vniuerſus autem Iſrael & Iuda diligebat Dauidem, [22] quoniam ipſe egrediebatur & ingrediebatur ante eos. ¶ Et ait Saul ad Dauidem, Ecce dabo Merob filiam meam maiorem natu tibi vxorem, [23] modo ſis mihi vir fortis, [24] belligerẽſque bella Domini. Saul tamen cogitabat,

¶17 Dauid nõ ſatis erat not' Sauli, quod frequẽter rediret ad oues paſcendas. Præterea ſunt obliuioſi principes, vt q detineant' multis negotijs. Alij referunt ad perturbationẽ animi Saulis. Aut certe rogat cuius ſit trib', & ex qua familia. quod ſatis intelligitur ex poſtremo verbo huius capitis, cum dicit, Bethlehemitæ. Alioqui ſi quæſiſſet ſolum de patre, ſatis erat dicere. Iſai ſe eſſe filium.

¶18. i. Iura per animam tuam quòd non &c.

XVIII

¶1 Heb. anima Ionathę alligata eſt animæ Dauidis, & dilexit eum &c. Anima pro toto homine. Anima Ionathæ. i. ipſe Ionathan. Dilexit eum vt animam ſuam. i. vt ſeipſum.

¶2 Heb. quæ ſuper eum.

¶3 ſed & [alias] veſtes ſuas. ſub. dedit inquam.

¶4 Heb. vſque ad enſem

¶5 proſpere [rẽ] gerebat. vl, magna fœlicitate negotium conficiebat. ¶6 redirent. ſubaudi, ex bello. ¶7 tunc egreſſæ ¶8 Hebr. ad canendum, & fiſtulæ. ſub. in manibus eorum. i. tenentes fiſtulas. q. d. canentes ore & fiſtulis carmina in laudem victoriæ Dauidis. ¶9 cum [ſub. organis] lætitiæ. i. muſicis, quibus excitari ſolet lætitia. ¶10 ſiſtris. vl, cimbalis. Vox Hebræa ſignificat inſtrumenta quæ conſtant tribus fidibus. Alij aiunt eſſe carmina eximia. ¶11 Præcinebántque mulieres canẽtes, ¶12 q. d. Multos quidẽ pcuſſit Saul, at Dauid multo plures. Quidã vertunt, Dauid percuſſit in myriadibus. q. d. Tot homines percuſſit quaſi fuiſſet adiutus hominum myriadibus. ¶13 Heb. & vltra illi tãtummodo regnum. ſub. ſupereſt. Chaldæus paraphraſtes, nihil relinquitur & ſupereſt habendum præter regnum. ¶14 vl, toruo oculo ¶15 Prophetare dicuntur ſtulti, quòd non intelligunt ea quæ dicunt: quales ſunt vaticinationes prophetarum, quæ abſurdæ & ridiculæ videntur ijs qui Spiritu Dei carent. Chaldæus paraphraſtes, deſipiebat. i. more deſipientium aliena atque abſurda loquebatur. quòd prophetæ videantur etiam abſurda dicere, quæ ſcilicet à nobis haud facile intelligũtur. ¶16 Contorquẽs. vl, iaculatus ¶17 ſub. apud ſe. ¶18 Heb. Percutiam in Dauidem & in parietem. i. Vno ictu cõfoſſo Dauide lanceam parieti infigam. ¶19 Heb. & egrediebatur, & ingrediebatur ante populum. i. educebat populũ ad bellum, & reducebat, vt imperatores ſolent facere. ¶20. i. in negotijs quæ gerebat, erat mire fœlix. ¶21 vl, quòd proſpere admodum res gereret. Aut, maxima fœlicitate negotia conficeret, ¶22. i. quòd copias eorum fœliciſſime ac magno ſucceſſu educeret ad bellum, & inde reduceret. ¶23 tantum mihi eſto &c. i. ea lege vt ſis dux & imperator mei exercitus. ¶24 ſub. contra Palæſthinos.

Aug. 2. ad Simpli. q. 1.

[15]Non erit manus mea contra eum, ſed manus Paleſthinorum erit contra eum.' Et ait Dauid ad Saulem, Quis ſum ego, & quæ vita mea, aut familia patris mei in Iſraele, vt gener fiam regis? Factúmque eſt in tẽpore quo danda erat Merob filia Saulis ipſi Dauidi, vt daretur Adrieli Meholathitæ vxor. ¶ Amauit autẽ Dauidem Michal filia Saulis, indicarũtque id Sauli: quæ res placuit Sauli. Dixit ergo Saul, Dabo eam illi, vt ſit ei in [16]laqueũ, [17]vtque ſit cõtra eum manus Paleſthinorum.' Dixitque Saul ad Dauidem, [18]In alterutra' eris mihi gener hodie. Mãdauitque Saul ſeruis ſuis, Loquimini clàm ad Dauidẽ in hanc ſententiam, En [19]fauet tibi' rex, omnéſque ſerui eius amant te: ſias ergo gener regis. Et loquuti ſunt ſerui Saulis verba iſta in auribus Dauidis. Dixitque Dauid, Num verò leue vobis videtur, generum fieri regis, quũ ego ſim vir pauper & [20]obſcurus?' Et renunciarunt ſerui Saulis ipſi, dicentes, Iuxta hæc verba loquutus eſt Dauid. Et ait Saul, Sic dicetis Dauidi,' Rex non delectatur donatione propter nuptias, niſi centũ' præputijs Paleſthinorum, vt vindicta ſumatur de hoſtibus regis. Saul autem cogitabat [21]hoc effectum vt Dauid per manum Paleſthinorũ proſterneretur.' Quũq; ſerui eius indicaſſent verba iſta Dauidi, placuit hæc res in oculis Dauidis, vt gener fieret regis. [23]necdũ exacti erãt dies. ¶ [24]Dauid ſurrexit & abiit 'vnà cũ viris ſuis, & percuſſit ex Paleſthinis ducẽtos viros, quorum præputia Dauid attulit & [25]impleuerunt' ea regi, vt ſcilicet gener fieret regi: deditque Saul Michal filiam ſuam ei vxorẽ. Vidẽs autẽ Saul, animaduertẽſq; quòd Dominus eſſet cũ Dauide, quòdq; Michal filia Saulis eũ diligeret, Plus metuit ſibi Saul à Dauide, fuitque Saul hoſtis Dauidi [16] cunctis diebus.' Et [17]egreſſi' ſunt principes Paleſthinorũ: quũque egrederentur ipſi, Dauid [18]prudẽtius egit' quàm omnes ſerui Saulis, [19]vt fieret nomen eius valde illuſtre.

CAP. XIX.

Et loquutus eſt Saul ad Ionathan filium ſuũ, & ad cunctos ſeruos ſuos, vt occiderent Dauidem: ſed Ionathan fili' Saulis 'egregio fauore Dauidem proſequebatur.' Nũtiauit itaque Ionathan Dauidi, dicens, Saul pater meus quærit [occaſionem] vt te interficiat: 'caue igitur quæſo vſque mane. 'ſedẽnſque' in occulto abſconde te: Ego verò egrediar, & [4]ſtabo ad manum patri meo' in agro in quo tu 'fueris,' loquárque [6]pro te ad patrem meum, & ſiquid videro, indicabo' tibi. ¶ 'Loquutúſque eſt' Ionathan bonum [7]pro Dauide' ad Saulem patrem ſuum, & dixit ad eũ, [9]Ne peccet rex in ſeruum ſuum Dauidem, 'quoniam nihil deſignauit aduerſus te, ſed [10]opera eius valde vtilia tibi fuerunt: [11]Poſuit enim animam ſuam in manum ſuam,' & percuſſit Paleſthinũ, & fecit Dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli: tu [12] vidiſti' & gauiſus es, cur ergo peccares contra [13]ſanguinem innocẽtem,' vt interficeres Dauidem abſque cauſa? [14]Audiens' autem Saul vocem Ionathan, iurauit, [15]Viuit Dominus, ſi interficiatur.' Et Ionathan vocans Dauidem, indicauit ei cuncta verba iſta, introduxitque Dauidem ad Saulem, [16]vt eſſet coram eo' ſicut heri & nudiuſtertius. ¶ Factum eſt autem rurſus bellum, & egreſſus Dauid pugnauit contra Paleſthinos, percuſſitque eos cæde magna, fu-

dicens, Nõ ſit manus mea in eũ, ſed ſit ſuper eũ manus Philiſthinorum. Ait autẽ Dauid ad Saul, Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam gener regis? Factum eſt autẽ tẽpus cũ deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Molathitæ vxor. ¶ 'Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul altera.' & nunciatum eſt Saul, & placuit ei. Dixitque Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum man' Philiſthinorum. Dixitq; Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul ſeruis ſuis, Loquimini ad Dauid clã me, dicẽtes, Ecce places regi, & omnes ſerui ei' diligũt te: nunc ergo eſto gener regis. Et locuti ſunt ſerui Saul in aurib' Dauid omnia verba hæc: & ait Dauid, Num parum videtur vobis generum eſſe regis? ego autem ſum vir pauper & tenuis. Et renuntiauerũt ſerui Saul, dicentes, Huiuſcemodi verba locutus eſt Dauid. Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Nõ habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid i manꝰ Philiſthinorũ. Cũque renũtiaſſent ſerui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit ſermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. ¶ Et poſt paucos dies ſurgens Dauid, abiit 'in Accaron' cũ viris qui ſub eo erant. Et percuſſit ex Philiſthijm ducẽtos viros: & attulit eorũ præputia, & annumerauit ea regi, vt eſſet gener eius. dedit itaque Saul ei Michol filiã ſuã vxorem. Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus eſſet cũ Dauid: Michol autem filia Saul, diligebat eum. Et Saul magis cœpit timere Dauid: factúſque eſt Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et egreſſi principes Philiſthinorum. à principio autem egreſſionis eorũ, prudentius ſe gerebat Dauid, quàm omnes 'viri' Saul, & celebre factum eſt nomen eius nimis.

CAP. XIX.

Locutus eſt autẽ Saul ad Ionathan filiũ ſuũ, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderent Dauid. porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meꝰ occidere te: quapropter obſerua te quæſo mane, & manebis clam, & abſcõdẽris. Ego autem egrediens, ſtabo iuxta patrẽ meũ in agro, vbicũque 'fuerit:' & ego loquar de te ad patrẽ meũ: & quodcũque videro, nunciabo tibi. ¶ Locutus eſt ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem ſuum: dixitque ad eum, Ne 'peccet rex in ſeruum tuũ' Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde. Et poſuit animam ſuam in manu 'tua,' & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnã vniuerſo Iſraeli vidiſti, & lætatꝰ es. quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid, qui eſt abſque culpa? Quod cum audiſſet Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit, Viuit Dominus, quia nõ occidetur. Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eũ, ſicut fuerat heri & nudiuſtertius. ¶ Motum eſt autem rurſum bellũ: & egreſſus Dauid, pugnauit aduerſum Philiſthijm: percuſſitque eos plaga magna,

¶15 q.d. Nõ occidã eũ, ſed interficietur à Palæſthinis.
¶16 vl, offendiculum. ruinã. .i. ꝓpter eã corruet, occaſio erit ruinæ & exitij. Hoc dicit ꝓpter Palæſthinos quos erat interfecturus ante nuptias.
¶17 q.d. ita veniet in poteſtatẽ Paleſthinorũ, ſicq; occidetur.
¶18 vl, Per alterã. ſub. filiarũ &c. i. Cõtrahes mecũ affinitatem in altera duarũ filiarum mearum.
¶19 vl, deamat te
¶20 Heb. deſpectus, vilis, deſpicabilis?
¶21 Heb. Nõ beneplacitum eſt regi i dote, ſed in cẽtum &c. i. Rex nõ quærit aliã dotẽ, q̃ cẽtum præputia Philiſthinorũ. Nõ delectatur alia dote quàm centum &c.
¶22 Heb. tradere, [vl, cõijcere] Dauiĩ in manũ Paleſthinorũ.
¶23 .i. nõdum autem impletũ erat tẽpꝰ præſtitutũ dandi præputia illa.
¶24 Quum ſurrexiſſet Dauid, abiit &c.
¶25 vl, ad plenũ tradiderũt .i. numerauerũt ea omnia. q.d. nũero plecto & cõpleto tradiderũt ea.
¶16 ſub. poſtea
¶17 vt ſcilicet bellũ inferrẽt Iſraelitis.
¶18 fœlicius rẽ adminiſtrauit
¶19 proinde celebre fuit nomen eius admodum.

Hypocriſis Saul.
B
¶ 'Dilexit autẽ Michol filia Saul altera, Dauid: Michol promittitur Dauidi.
F
Saul petit à Dauide cẽtũ præputia Philiſthinorũ.
Affert ea Dauid ad regẽ, & accipit Michol vxorẽ.
G
Deus cũ Dauide, vnde eſt metus à Saule.
¶' ſerui
Saul iubet occidi Dauidẽ. Ionathas indicat Dauidi patris inſidias.
¶' fueris
Saul iurat ſe nõ occiſurũ Dauidem.
¶' peccet rex in ſeruũ ſuũ
¶' ſue,
B
Dauid percutit Philiſthæos.

XIX. ¶1 Heb. cõplacuit admodum in Dauide. i. deamabat Dauidem. ¶2 nunc ergo caue tibi obſecro craſtina die [mane, ¶3 manẽnſque ¶4 q.d. aſtabo lateri patris mei. Poriꝰ vertẽdũ, in loco patris mei. i. in loco ad quẽ exire ſolet mane pater meꝰ animi cauſa. ¶5 ſub. deliteſcẽs. ¶6 de te ad patrẽ meũ, & videbo quid reſpõdeat mihi, ]& renũtiabo ¶7 Locutꝰ eſt igitur ¶8 de Dauide ¶9. i. Ne faciat iniuriã ſeruo ſuo Dauidi ¶10. i. ſingula quæ geſſit, profuerũt tibi plurimũ. ¶11 i. Expoſuit ſe periculo. ¶12 ſub. quæ dico. ¶13 Sanguinẽ innocentem vocat hominẽ inſontem, qui nullo pacto læſit. ¶14 i. Acquieſcens monitis. ¶15 Formula iurandi Hebraica, Si pro Non. ¶16 & fuit in conſpectu eius. i. aſtitit, ac miniſtrauit ei

Saul nitit cõ fodere Dauidẽ pſallentẽ.

& fugerunt à facie eius. ¶ Et factus eſt ſpiritus Domini malus in Saul: ſedebat autem in domo ſua, & tenebat lanceam: porrò Dauid pſallebat manu ſua. Niſúſque eſt Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul:

Fugit Dauid.

lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in parietẽ. & Dauid fugit, & ſaluat⁹ eſt nocte illa.

Michol prudẽtia Dei ſeruat Dauidẽ, per feneſtrã illum demittens.

¶ Miſit ergo Saul ſatellites ſuos ˋnocteˊ in domum Dauid vt cuſtodirent eum, & interficeretur mane. Quod cũ annũtiaſſet Dauid Michol vxor ſua, dicens, Niſi ſaluaueris te nocte hac, cras morièris: depoſuit eum per feneſtram: porrò ille abijt & aufugit, atque ſaluatus eſt. Tulit autem Michol

C ſtatuam, & poſuit eã ſuper lectũ, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eã veſtimẽtis. Miſit autẽ Saul apparitores qui raperent Dauid: & reſponſum eſt quòd ægrotaret. Rurſúmque miſit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicẽs, Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cúque veniſſent nuntij, inuentum eſt ſimulacrum ſuper lectũ, & pelles caprarum ad caput eius. Dixitque Saul ad Michol, Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicũ meũ vt fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul, Quia ipſe locut⁹ eſt mihi, ˋdicẽs,ˊ Dimitte me, alioquin interficiam te.

Dauid fugiẽs venit ad Samuelem.

¶ Dauid autem fugiens, ſaluatus eſt, & venit ad Samuel in Ramátha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierũt ipſe & Samuel, & morati ſunt in Naioth.

Saul, & miniſtri ei⁹ perſequẽtes Dauidẽ, ꝓphetarũt cum prophetis.

¶ Nuntiatũ eſt autem Sauli à dicẽtibus, Ecce Dauid in Naioth in Ramátha. Miſit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid qui

D cum vidiſſent cuneũ prophetarum vaticinãtiũ, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini ˋin illis,ˊ & prophetare cœperũt etiam ipſi. Quod cum nũtiatum eſſet Sauli, miſit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. & rurſum miſit Saul tertios nuntios: qui & ipſi prophetauerunt. ˋEt iratus iracundia Saul,ˊ abijt etiam ipſe in Ramátha, & venit vſq; ad ciſternam magnam quæ eſt in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco ſunt Samuel & Dauid? Dictũmque eſt ei, Ecce in Naioth ſunt in Ramátha. Et abijt in Naioth in Ramátha, & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus ˋDomini,ˊ & ˋambulauitˊ ingrediens, & prophetabat vſquedũ veniret in Naioth in Ramátha. Et expoliauit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & ˋcecinitˊ nudus tota die illa & nocte. vnde & exiuit prouerbium, § Num & Saul inter prophetas?

¶ˊ ſuper nũtios Saul,

¶ˊ Dei,

¶ˊ ambulabat

¶ˊ cecidit

Prouerbiũ. S.10.c.

CAP. XX.

Dauid cõqueritur apud Ionathan.

FVgit autẽ Dauid de Naioth quæ eſt in Ramátha, veniéſq; locutus eſt corã Ionatha, Quid feci? quę eſt iniquitas mea, & quod peccatũ meũ in patrem tuum, quia quærit animã meã? Qui dixit ei, Abſit ˋà teˊ non morieris: neq; enim faciet

gerántque coram eo. ¶ [17] Factus eſt autem ſpiritus Domini malus in Saule,ˊ ſedebátque in domo ſua, habens lanceã in manu ſua, Dauid verò [18] ludebatˊ manu. Et conatus eſt Saul traiecto Dauide lanceã defigere in parietẽ: at ille [19] ſubduxit ſe coram eo,ˊ & defixit lãceam in parietẽ, & Dauid fugiens, ereptus eſt eadem nocte. ¶ Miſit ergo Saul nũtios ad domũ Dauidis, qui cũ [10] obſeruarent,ˊ atque mane eum interficerent. indicauit [hoc] Dauidi Michal vxor eius hiſce verbis, [11] Niſi tu ſerues animã tuamˊ hac nocte, cras interfect⁹ eris. Demiſit ergo Michal Dauidem per feneſtram, qui abiens effugit, atque ereptus eſt. Tollens autem Michal [12] imagines,ˊ poſuit ſuper lectum, & [13] vittam ex pellibus caprinis ad capita ipſarum, [14] operuítqueˊ veſte. Et quũ Saul miſiſſet nuntios vt tollerent Dauidem, dicebat illa, Ægrotus eſt. Rurſum miſit Saul nuntios [15] vt viderentˊ Dauidem, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt eum interficiam. Quúmque nuntij eſſent ingreſſi, ecce [16] imagines iacebantˊ in lecto, & [17] vitta ex pellib⁹ caprinis ad capita ipſarum.ˊ Ait autẽ Saul ad Michal, Cur mihi ſic impoſuiſti, & dimiſiſti inimicum meum vt euaderet? Reſpõdit Michal Sauli, Quoniam ipſe dixit mihi, Omitte me, [18] ne forte te interficiã. ¶ Dauid igitur fugiens ereptus eſt, & venit ad Samuelem in Rama, indicauítque ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abijt ipſe & Samuel, & habitauerunt in [19] Naioth. ¶ Nuntiatúmque eſt Sauli hiſce verbis, Ecce Dauid eſt [10] in Naioth in Rama.ˊ Et miſit Saul [11] nuntiosˊ qui adducerent Dauidem. & [12] viditˊ cuneum prophetarum [13] prophetantium,ˊ & Samuelem ſtantem [14] antiſtitẽ ſuper eos: [15] factúſque eſtˊ Spiritus Dei ſuper nũtios Saulis, vt & ipſi prophetarent. Et nuntiarunt [hoc] Sauli. is miſit alios nũtios, [16] qui & ipſi prophetarũt:ˊ Saul autem rurſus miſit tertios nũtios, & hi quoque prophetarũt. Abiens ergo & ipſe in Rama, venit ad puteum magnũ qui eſt in Sechu, & interrogans ait, Vbi ſunt Samuel & Dauid? Et reſpondit [quidã,] Ecce in Naioth in Rama. Et abijt illuc in Naioth in Rama: & venit ſuper ipſum quoque Spiritus Dei, & [17] eundo ibat atque prophetabat, ˋdonec veniret in Naioth i Rama. Ipſe quoque exutis [18] veſtibus ſuis, [19] coram Samuele prophetauit,ˊ & [40] procidit ˋnudus tota illa die, & tota nocte. hinc dicitur, [41] Eſtneˊ Saul inter prophetas?

CAP. XX.

FVgiẽs verò Dauid de Naioth in Rama, venit & dixit corã Ionathã, Quid feci? quæ iniquitas mea? aut quod peccatũ meũ ˋcorã patre tuo, [2] quòd quærit animam meã?ˊ Qui dixit ei, Abſit, nequaquam morieris: en pater me⁹ nihil ˋfacitˊ

¶17. i. Inuaſit autẽ Saulẽ ſpiritus Do. mal⁹ .i. à Domino immiſſus.

¶18 vł, pulſabat citharam. vt ſcilicet leniret dolorẽ Saul Per Dauidem, velut per inſtrumentum, ſedabat Deus dolorem Saulis.

¶19 vł, declinauit à facie ei⁹,

¶ 10 ne ſcilicet exiret.

¶11. i. Niſi fuga cõſulueris tibi.

¶12. i. vnam ex imaginib⁹: hoc eſt imaginem vnam. Vox Hebræa hic pro quauis effigie referente ſpeciem hominis accipitur, ſiue ſit lignea, ſiue argẽtea, ſiue lapidea. Alibi in malam partem accipitur.

¶ 13 paruũ puluinar caprinũ poſuit ceruical ei⁹. i. puluinar ex pilis caprinis factum, vel ex pelle adhuc villoſa, ſuppoſuit vice ceruicalis ipſi imagini ſiue ſtatuæ. Chaldæus paraphra. vertit ꝓ puluinari, vtrem: quòd puluinar referat vtrem. Hoc faciebat vt interim Dauid cõſuleret ſaluti ſuæ in loco tuto.

¶14 ne ſcilicet quum ingreſſi eſſent milites, deprehenderent eſſe ſtatuam. ¶15 an ſcilicet ægrotaret. ¶16 potius, ſimulachrũ ſiue ſtatua iacebat ¶17 puluinar caprinũ [erat] ceruical eius. ſub. ſtatuæ. i. quod erat ipſi ſimulachro pro ceruicali. ¶18 Heb. quare interficiam te? i. alioqui te interficiam. ¶19 Naioth locum eſſe ſitum in agro Ramah, aiunt quidam Hebræorum. alij locum vicinum Ramah. ſignificat autem locum ſtudioſorum. ¶10. i. in agro vrbis Ramah. ¶11 vł, lictores ¶12 ſub. maximus lictorum, vel ſinguli viderunt. ¶13 Chaldæus paraph. laudantiũ Deum. ¶14 [&] præfectum illis. i. docentẽ eos. vł, Samuel præfectus illis ſtans docebat eos. ¶15. i. irruitq;. ¶16 & prophetarunt etiam ipſi. i. celebrarunt & laudarunt Deum. ¶17. i. inter eundum prophetabat. ¶18 Quidam Hebræorum intelligunt hoc de ornatu regio. Alij aiunt abieciſſe omnia veſtimenta, & recte. Spiritus Dei adimit omnem pudorem iis quos poſſidet. ¶19 Samuel tamen non inuiſit, neque adijt illum, neque etiam dignatus eſt eum alloqui, iuxta id quod prius dixerat Samuelem vltra non viſurum illum ante mortem ſuam. ¶40 cecidit. ſub. in terram. humi iacuit, vt & alij qui correpti erant ac poſſeſſi Spiritu illo diuino. nõ enim fungebantur ſenſus exteriores officiis ſuis. ¶41 Nunquid etiam &c. Hoc prouerbium pertinet ad ſummam laudẽ potentiæ Dei, quũ volumus oſtẽdere ipſum multa facere præter hominum opinionem. De re quæ prima fronte videbatur abſurda, dicebatur hoc prouerbiũ. Senſus eſt, Nõnne Saul prophetauit, & Spiritu Dei arreptus eſt, quum prophetas vellet perdere? q.d. prophetauit. Vel, Num Saul propheta erat quum coram Samuele in Rama prophetauit? XX. ¶1 vł, contra patrem tuũ, ¶2. i. quòd vult me perdere? ¶3 vł, facere ſolet. q.d. pater meus non decreuit te interficere: alioqui enim indicaſſes mihi. quod ſi te voluit interficere, tum erat correptus malo ſpiritu.

ſiue magnum ſit ſiue paruum, [4] quod auri meæ non reuelet. [5]quomodo ergo clàm haberet' me pater meus hâc rem? nequaquam hoc. Et Dauid [6]rurſum iurauit,' dicens, Scit plane pater tuus [7]quòd gratus ſum tibi,' ideo cogitat, Ne reſciſcat hoc Ionathan, ne fortè dolore afficiatur. & profectò viuit Dominus, & viuit anima tua, [8]vix paſſus inter me & mortem interceſſit.' Et ait Ionathan ad Dauidem, [9]Quidquid pro voto deſideras, faciam tibi.' Reſpōdit Dauid ipſi Ionathan, Ecce cras Neomeniæ erunt, quum'[10]omnino deberem cum rege ad menſam diſcumbere:' tu verò dimittas me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperam tertiæ diei. Si pater tuus [11]accurate de me perquiſierit,' dicas, Obnixe precat' eſt à me, vt ei liceret feſtinato ire in Beth-lehem ciuitatem ſuam: quoniā ſacrificium gentilitium[12]eſt ibi ſolenne' toti familiæ. Si ſic dixerit, Bene eſt: [13] rectè habent res ſerui tui. ' Quòd ſi ira fuerit concitatus, [14]plane noueris apud ipſum cōſummatam eſſe maliciam. [15] Hoc ergo beneficium præſta' ſeruo tuo, quoniam [16]in fœdere Domini adduxiſti ſeruum tuū ad te. ' quòd ſi eſt aliqua iniquitas in me, interfice tu me. [17]quid enim ad patrem tuū me introduceres?' Et dixit Ionathā, [18]Abſit à te,' quoniā ſi cognouero cōſummatam eſſe malitiā patris mei, vt ſuper te veniat, annō [putas] quòd tibi ſim indicaturus? Et dixit Dauid ad Ionathan, Quis mihi[19]indicabit?' aut ſi dure reſpōderit tibi pater tuus? Et ait Ionathan ad Dauidē, Age, egrediamur[20]in agrū.' egreſſique ſunt ambo in agrū: & dixit Ionathā ad Dauidē, [21] Dominus Deus Iſrael, [22] ſi explorauero patrē meū cras iuxta hoc tēpus,' aut perendie, [23]iſque beneuolum ſe erga Dauidē [oſtenderit,] ſi non tū miſero ad te, reuelaroque tibi.' Dominus inquā faciat ſic Ionathā, [24]ſicque addat,' quòd[25] ſi viſum fuerit patri meo, vt te malis [afficiat,] id quoq; ei bi reuelabo, [26]Dimittāque te [27]vt in pace abeas, [28]ſitq;' Domin' tecū quemadmodū fuit cū patre meo. [29] Si id non præſtitero, nec mihi viuo, nec mortuo beneficiū Domini præſtiteris. [30]Et ſi nō [fecero] hoc, ſuccidas beneficentiā tuam à domo mea perpetuò: ſi inquā nō [fecero] hoc, quū Dominus exciderit hoſtes Dauidis è terra, [31] Excindat & Dauid Ionathā vnà cū domo [ſua,] requiratq; [id] Dominus' de manu hoſtiū Dauidis. [32]Adhæc iurauit Ionathan Dauidi, per dilectionē nempe qua illum diligebat.' diligebat autem eū vt propriam animam. Et dixit ei Ionathan, Cras ſunt Neomeniæ, tuq́ue[33]deſideraberis, [34]vacabit enim locus in quo tu accūbere ſoles. [35]Tertio autē die deſcēdes continuo,' veniéſque in locū vbi latitaueras [36]die profeſto, [37]ſedebiſque pone lapidem

pater meus quicquam grande vel paruum, niſi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit `à' me pater meus ſermonem tantummodo? nequaquā `enim' erit iſtud. Et iurauit rurſum Dauidi: & ille ait, Scit profectò pater tuus quia inueni gratiā in oculis tuis, & dicet, Neſciat hoc Ionathas, ne forte triſtetur. quinimò viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantū (vt ita dicam) gradu, ego morſque diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcūque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce Calēdæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcēdum: dimitte ergo me vt abſcondar in agro vſque ad veſperā diei tertiæ. Si `reſpiciēs' requiſierit me pater tuus, reſpōdebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Beth-lēhem ciuitatem ſuam: quia victimæ ſolēnes ibi ſunt vniuerſis contribulibus ſuis. Si dixerit, Bene: pax erit ſeruo tuo. Si autem fuerit iratus, ſcito quia completa eſt malitia eius. Fac ergo miſericordiam in ſeruū tuū: quia fœdus Domini me famulum tuum tecū inire feciſti. ſi autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuū ne introducas me. Et ait Ionathas, Abſit hoc `à me:' neque enim fieri poteſt, vt ſi certe cognouero completā eſſe patris mei malitiam cōtra te, nō annuntiē tibi. Reſponditque Dauid ad Ionathā, Quis renūtiabit mihi, ſiquid forte reſponderit tibi pater tuus dure `de me?' Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur `foras' in agrū. Cúmque exiſſent ambo in agrū, ait Ionathas ad Dauid, Domine Deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiam patris mei craſtino vel perendie: & aliquid boni fuerit ſuper Dauid, & non ſtatim miſero ad te, & notū tibi fecero, hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc `augeat.' Si autē perſeuerauerit patris mei malitia aduerſum te, reuelabo autem tuā. Et dimittam te, vt vadas in pace, & ſit Domin' tecū, ſicut fuit cū patre meo. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini: ſi verò mortuus fuero, nō auferes miſericordiā tuam à domo mea vſque in ſempiternum, quādo eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnūquenque de terra: Auferat Ionathan de domo ſua. & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. Pepigit ergo `Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requiſiuit Dominus de manu inimicorū Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: ſicut enim animā ſuā, ita diligebat eum. Dixitque ad eū Ionathas, Cras Calēdæ ſunt, & requirēris: requiretur enim ſeſſio tua vſque perendie. deſcēdes ergo feſtin', & venies in locū vbi celādus es in die quando operari licet, & ſedebis iuxta lapidem, cui nomē eſt

Rurſum init fœdus Ionathas cum Dauide.

Fallit Dauid Saulem.

B

¶' à te

Signo triū ſagittarū, promittit Ionathas Dauidi ſe indicaturū voluntatē patris.

C

¶' addat.

D

¶4.i.quod nō indicet mihi, & mecū cōmunicet. ¶5 quare ergo celaret ¶6.i. eadē adhibito iuramēto cōfirmauit. ¶7 Heb.q inueni gratiā i oculis tuis.i.pſpectā habet amicitiam noſtrā. ¶8 Heb. quòd quaſi paſſus vnus eſt inter me & inter mortē. Hoc eſt, vno tātū paſſu ego morſq; diuidimur: paruo interuallo ſeiūgitur à me mors. q.d.parū abeſt quin iterficiar. ¶9 Hebr. Quid dicit anima tua, & faciā tibi?q.d.Quid cupis me facere tui cauſa, & faciā tibi? ¶10 Hebr.ego ſedere ſoleo cū rege ad veſcendū: ¶11 recordādo recordatus fuerit mei. Chaldæ' paraphrā.ſi quærat vbi ſim. ¶12 ſolēne[vl,annuale] futurum ſit ibi ¶13 Heb. pax ſeruo tuo. ¶14.i.ſcito illū omnino decreuiſſe me perdere. ¶15 vl, Hāc ergo miſericordiā fac cū &c. ¶16 in fœd' Domini adduxiſti ſeruū tuū tecū. .i. quia mecū qui ſum ſeruus tuus, percuſſiſti fœd' corā Domino. ¶17 q.d.ne me adducas ad patrem tuū. ¶18 quod ſcillicet ſuſpicaris. ¶19 vl, renūtiabit?ſub.ſi bono animo fuerit pater tuus in me. ¶20 vt ſcilicet tutius colloquamur. ¶21 ſub. viuit. vel, Sic faciat mihi &c. Verſus iſte cū ſequenti, obſcuri admodū apud Hebræos. ¶22 quòd percontabor patrem meum cras hac ipſa hora.i.ſcrutabor animū vel ſententiam patris. ¶23 Heb.& certe ſi bene [loquatur] de Dauide, nōnne tunc mittam ad te, & reuelabo aurē tuam?.i.certiſſime indicabo tibi, ſiquid bene loquatur de te. ¶24 & hoc addat.i. aliquid addat grauius.q.d.diſpeream, imò aliquid grauius mihi accidat. ¶25 Heb. ſi bonum fuerit patri meo[ſub.inducere] malum ſuper te, aperiā aurē tuā.i.ſi decreuerit pater meus te perdere, indicabo tibi. ¶26.i.Iubebo te abire. ¶27 Heb.& ibis in pace.i.diſcedes hinc incolumis & ſaluus. ¶28 & erit &c.ſub.in bellis, quum eris rex. ¶29 Vide diligenter hunc verſum cū duobus ſequētibus, qui ſic ex Hebræo legi debent, Et non[ſub. petam à te] ſi fuero adhuc viuēs: nō enim[vereor quin] facturus ſis mecū miſericordiā Domini, [ſ.i. qualé facere ſolet Dominus,] nec moriar. ¶30 Heb.Sed[petam vt] ne reſcindas miſericordiā tuam à familia mea vſque in ſeculum, ne tum quidē quū exterminabit Dominus inimicos Dauidis vſque ad vnū, de ſuperficie terræ. ¶31 Itaq; pepigit fœdus Ionathan cū domo Dauid, [dicens,] Requirat Dominus &c.i. pollicitus eſt ſe ſeruaturū quandiu viueret, totā familiā Dauidis, dicēdo, Requirat Do.de manu inimicorū Dauidis.i.de manu mea, ſi mea culpa acciderit aliquod malū vlli ex familia Dauidis. ¶32 Heb.Et addidit Ionathan vt adiuraret ipſū Dauidē, eo q diligeret ipſū. ¶33 Heb.memoraberis.i. memor tui erit pater meus.requirēris à patre meo. ¶34 Heb.quoniā vacuus erit loc' tuus.vl.quū futurus ſit inanis locus tuus.i.in quo ſedere ſoles. ¶35 Heb.Tertiabis igitur, & deſcēdes valde.i.Tribus dieb' abdes te in loco humili atque demiſſo valde. ¶36 Heb.die operis.i.iuſiurandi, ſiue promiſſionis qua iureiurādo adhibito pollicit' eſt pater meus te non interfecturū. ¶37 vl, moraberis iuxta lapidem viæ.i. indicē itineris. Lapidē Mercurialem intelligit.

Ezel. Et ego tres ſagittas mittã iuxta eũ, & iaciã quaſi exercẽs me ad ſignum. Mittam quoque & puerum, dicẽs ei, Vade, & affer mihi ſagittas. ſi dixero puero, Ecce ſagittæ intra te ſũt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil eſt mali, viuit Domin⁹. Si autem ſic locutus fuero puero, Ecce ſagittæ vltra te ſunt. vade in pace, quia dimiſit te Dominus. De verbo autem quod locuti ſumus ego & tu, ſit Dominus inter me & te, vſque in ſempiternum. ¶ Abſconditus eſt ergo Dauid in agro, & venerunt Calendæ. & ſedit rex ad comedendum panẽ. Cúmque ſediſſet rex ſuper cathedrã ſuam (ſecundũ conſuetudinem) quę erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuúſque apparuit locus Dauid. Et nõ eſt locutus Saul quicquã in die illa: cogitabat enim quòd forte eueniſſet ei vt nõ eſſet mũdus, nec purificatus. Cũque illuxiſſet dies ſecũda poſt Calẽdas, rurſus apparuit vacu⁹ locus Dauid: dixitque Saul ad Ionathan filiũ ſuum, Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendũ? Reſponditque Ionathas Sauli, Rogauit me obnixe vt iret in Beth-lẽhem. Et ait, Dimitte me, quoniã ſacrificiũ ſolẽne eſt i ciuitate mea, vnus de fratribus meis accerſiuit me: nunc ergo ſi inueni gratiã in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. ob hanc cauſam nõ venit ad menſam regis. Iratus autem Saul aduerſum Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virum vltrò rapientis, nunquid ignoro quia diligis filiũ Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ? Omnibus enim diebus quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. itaque iam nunc mitte & adduc eũ ad me: quia filius mortis eſt. Reſpõdẽs autem Ionathas Sauli patri ſuo, ait, Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceã vt percuteret eũ: & intellexit Ionathas quòd definitũ eſſet à patre ſuo vt interficeretur Dauid. ¶ Surrexit ergo Ionathas à mẽſa in ira furoris, & nõ comedit in die Calendarũ ſecũda panem. contriſtatus eſt enim ſuper Dauid, eo quòd cõfudiſſet eum pater ſuus. Cũque illuxiſſet mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cũ eo, Et ait ad puerũ ſuũ, Vade, & affer mihi ſagittas quas ego iacio. cũq; puer cucurriſſet, iecit aliam ſagittam trans puerũ. Venit itaque puer ad locũ iaculi, quod miſerat Ionathas: & clamauit Ionathas poſt tergum pueri, & ait, Ecce ibi eſt ſagitta porrò vltra te. Clamauitque iterũ Ionathas poſt tergum pueri, dicens, Feſtina velociter, ne ſteteris. collegit autẽ puer Ionathæ ſagittas, & attulit ad dominũ ſuũ: & quid ageretur, penitus ignorabat: tãtũmodo enim Ionathas & Dauid rem nouerãt. Dedit ergo Ionathas arma ſua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatẽ. ¶ Cúmq; abiiſſet puer, ſurrexit Dauid de loco qui vergebat ad Auſtrũ, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & oſculãtes ſe alterutrum, fleuerũt pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcũque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus ſit inter me & te, & inter ſemen tuum & ſemen meum vſque in ſempiternum. Et ſurrexit Dauid, & abiit: ſed & Ionathas ingreſſus eſt ciuitatem.

Abſcõſus Dauid, requiritur à Saule.

E

Ionathã excuſantẽ Dauidẽ vult Saul occidere.

F

q⁹ iterficeret Ionathas tribus miſſis ſagittis liberat Dauidem à morte.

G

Poſt oſcula data Ionathæ aufugit Dauid.

Aſel, Iaciámque tres ſagittas ad [39] latus, iaciẽdo ſcilicet mihi [40] ad ſcopũ. Mittã deinde [41] puerũ, [cui dicã,] Vade, [42] quære iacula. ſi igitur dixero ad puerũ, En ſagittæ [43] à te [iacent] huc verſus, cape [44] eũ, & veni: [45] res enim tuæ ſaluæ ſunt, & nihil eſt negotij, [46] viuit Dominus. Quòd ſi ſic dixero adoleſcẽti, En ſagittæ à te & vltra [promiſſæ iacẽt:] vade, [47] quoniã amandauit te Domin⁹. Porrò, verbi quod ego & tu loquuti ſum⁹, [48] ſit Dominus inter me & inter te [teſtis] perpetuò. ¶ Latuit ergo Dauid in agro, & factæ ſũt Neomenię, diſcubuitq; rex vt ederet panẽ. Sedebat autẽ rex in ſolio ſuo, quẽadmodum aliàs, in ſolio [49] ſcilicet ad parietẽ: & [50] ſurrexit Ionathan, ſeditque Abner ad latus Sauli, vacauitq; loc⁹ Dauidis. Illo die nihil loquut⁹ eſt Saul: cogitabat enim, [51] Forte accidit ei quidpiã, vt nõ ſit mũdus. Contigit autẽ craſtino, hoc eſt altero die poſt nouã lunã, vt vacaret locus Dauidis, dicerétque Saul ad Ionathan filiũ ſuum, Quare nõ venit fili⁹ Iſai, nec heri nec hodie [52] ad panẽ? Et reſpõdit Ionathan Sauli, Obnixe precatus eſt à me Dauid, vt liceret ei ire in Beth-lehẽ. Dixit enim, Dimitte me quæſo, habet enim ſacrificiũ familia noſtra in ciuitate, & [hoc ipſum] [53] mãdauit mihi frater me⁹: ſi igitur [52] hãc gratiã impetro apud te, [53] ſine quæſo vt abeã, inuiſámque fratres meos. & hæc cauſa eſt cur non venerit ad menſam regis. [54] Incaluit autẽ naſus Saulis cõtra Ionathan, dixitque ad eũ, Fili mulieris [55] rebellis, annon id intelligo, te filiũ Iſai [56] elegiſſe, [57] vt & te & matrẽ tuã ignominioſe pudefacias? Nã cũctis diebus quibus filius Iſai ſuper terrã vixerit, neque tu firmaberis, neque regnũ tuum. mitte igitur & affer eũ ad me, quoniam [58] morti eſt obnoxi⁹. Reſpõdit autem Ionathan Sauli patri ſuo, & dixit ad eũ, Cur occidetur? quid fecit? Iecit ergo Saul contra eũ lanceam, vt eũ transfigeret: animaduertitque Ionathan quòd omnino conſtitutum eſſet à patre ſuo, interficere Dauidẽ. ¶ Surrexit ergo Ionathã à mẽſa vehemẽter iratus, neque comedit panẽ altera die poſt nouam lunã: erat enim dolore affect⁹ propter Dauidẽ, & quod pater ſuus [59] pudefeciſſet eũ. Mane facto egreſſus eſt Ionathã in agrũ [60] ad locũ quẽ Dauidi cõſtituerat, eratq; puer paru⁹ cũ eo. Et ait ad puerũ ſuũ, Curre, & quære ſagittas quas eiaculor. cũq; curreret puer, ipſe [61] ſagittas traijciebat vltra puerũ. Veniẽte autẽ puero ad locũ ſagittæ quã [62] torquebat Ionathan, clamauit Ionathã poſt puerũ, & dixit, Annõ ſagitta [63] vltra te eſt? Et rurſũ clamauit Ionathã poſt puerũ, Feſtina celeriter, ne ſtes. colligẽs ergo puer Ionathã ſagittas, venit ad dominũ ſuũ. (Porrò puer nihil hui⁹ nouerat, dũtaxat Ionathã & Dauid rẽ nouerãt.) Tradidit itaque Ionathan arma ſua puero qui cũ eo erat, dixitque ei, Vade, & fer in ciuitatẽ. ¶ Et quũ abiiſſet puer, ſurrexit Dauid [64] à parte Meridionali, cadenſq; pronus in terrã, ter inclinat: & mutuo oſculãtes, fleuerũt quiſq; corã altero, [65] quouſq; Dauid plus fleret. Dixit ergo Ionathã ad Dauidẽ, Vade in pace, [66] & quæ nos ambo iurauimus per nomẽ Domini hiſce verbis, Domin⁹ ſit inter me & inter te, inter ſemen meum, & inter ſemẽ tuũ, [67] [firma ſint] perpetuò. Surgens igitur [Dauid] abijt, Ionathan verò ingreſſus eſt ciuitatẽ.

¶ 38 ſub. lapidis ¶ 39 Vacat mihi. ¶ 40. i. ad illũ lapidẽ tanquam ad ſcopum. ¶ 41 ſub. quem mecũ duxero. ¶ 42 Heb. inueni. i. quære ſagittas quas im miſi. ¶ 43. i. citra te. ¶ 44 ſub. puerũ. ¶ 45 Heb. quoniã pax tibi, [.i. ſalus,] & non eſt quidquã, (ſub. mali,) ¶ 46 q.d. iuro per Deum quod nequaquam te fallam. ¶ 47 q.d. hoc erit ſignum quod Domin⁹ iubeat te diſcedere. ¶ 48 vel, erit. q.d. ſis memor fœderis noſtri. ¶ 49 Heb. parietis. i. in ſolio adiũcto parieti. ¶ 50 aſſurrexit. ſub. veniẽti Abner. ¶ 51 Heb. Accidẽs eſt, præterquã quod eſt pur⁹, [aut] quòd non eſt purus. i. Accidit Dauidem nõ veniſſe propter occupationes, præterquã quòd eſt purus q.d. eſt quidem purus, ſed accidit eum eſſe occupatum ac impeditum negotijs: aut certe impurus eſt, pollutione nocturna ſcilicet. ¶ 52. i. ad prandiũ ad mẽſam regiã? ¶ 53 vel, præcepit. Minores fratres parebãt maioribus natu. ¶ 52 Heb. inueni gratiã in oculis tuis, ¶ 53 Heb. elabar nũc. i. vadã illuc. ¶ 54 Irat⁹ eſt autẽ furor

¶ 55 vel, peruerſæ. q.d. Imitaris mores matris tuæ quæ nõ parebat mihi. ¶ 56 ſub. i amicũ. ¶ 57 Heb. in cõfuſionẽ tuã, & in cõfuſionẽ pudoris matris tuæ q.d. nõ videris fili⁹ me⁹, ſed poti⁹ adulterę, quod nõ pareas mihi. ¶ 58 Heb. fili⁹ mortis eſt ipſe. i. dign⁹ eſt qui moriatur. ¶ 59 ignominia affeciſſet ¶ 60 ad tẽp⁹ condictũ Dauidi. ¶ 61 Heb. iaculatus eſt ſagittã [ſub. illã primã] vltra eũ. ſub. ſcopũ. q.d. ea virtute eiaculat⁹ eſt vt ſcopum trãſcẽderit. ¶ 62 iaculatus fuerat ¶ 63 Heb. eſt à te & vltra? ¶ 64 ſub. lapidis viatorij. Ionathã miſerat ſagittas ad lat⁹ Septẽtrionale, ne puer incurreret in Dauidẽ. ¶ 65 Heb. ita vt Dauid magnificauerit. ſub. fletũ. i. abũde fleuerit. ¶ 66 Eclipſis quæ mire cõuenit dolẽtib⁹. ſub. & eſto memor eorũ quæ &c. ¶ 67 Hæc nõ erũt ſubaudiẽda, ſi in priore parte ſubintelligas, memor ſis.

¶1 vł, Perueniſt auté ¶2 trepidās veniſt illi obuiā. ¶3 Hebraice legitur Peloni-alemoni. quæ duæ voces idem ſignificāt Hebræis, nēpe quod Græcis δεῖνα.i.quendā, aliquē, vł, talē. q.d.ad locū talē & talē quē inpræſētia non nominabo. locū certum ſignificat ſiue domū certi cuiuſdā hominis, quē tamen non nominarit. ſubaudi autem, vbi reperiam eos. vide Ruth vltimo. Gallice dicim⁹, La maiſon d'vng quidā. His nominibus vtuntur Hebræi, quū nominibus proprijs parcere volūt. ¶4 Heb. eſt ſub manu tua?.i.quid habes ad manū? ¶5 i. nō ſacer. q.d. Nō habeo panē prophanū, ſed ſacrū. Dicunt eū confeſtim obtuliſſe illi panes propoſitionis, q̄ ſciret eum magna fame preſſum. ¶6 ſi tamen ſeruauerint ſe &c. Honoris cauſa tā-

CAP. XXI.

ET [1]venit' Dauid in Nob ad Ahimelech ſacerdotē: Ahimelech autē [2]occurrens Dauidi, obſtupuit,' dixitque ad eū, Cur ſolus es tu, nemóq; tecū? Et ait Dauid ad Ahimelech ſacerdotē, Rex mādauit mihi quoddam negotium, dixitque mihi, Nemo quidquā reſciat huius rei, ob quā te amādo, & quam tibi mandaui: ad hæc pueris indicaui locum [3]quendam certum.' Nūc igitur quid [4]habes in poteſtate tua? Da mihi panes quinque in manum meam, vel quidquid inuentum fuerit. Et reſpondens ſacerdos Dauidi, ait, Non eſt panis [5]laicus' ſub manu mea, ſed duntaxat ſacrum habeo panem: [6] ſi ſeruati ſint' pueri, præſertim [7]à mulieribus.' Reſpondit Dauid ſacerdoti, & ait ad eum, [8]Mulieres quidem recluſę nobis fuerūt,' tam heri quàm nudiuſtertius quum exirem: fueruntque [9]vaſa' puerorum ſancta. [10]& hic publicus mos eſt,' quantò verò magis hodie [11]ſanctificatur' [panis] in vaſe? Dedit itaque ei ſacerdos ſacrum [panē:] nec enim erat ibi panis alius quàm panes [12]facierum,' qui erant amoti à conſpectu Domini, vt ponerentur panes [13]recentes' eo die quo illi amouebantur. Erat autē ibidem quidā ex ſeruis Saulis [14] eodem die [15]detentus' coram Domino, cuius nomen erat Doeg, [16]Aedomæus, [17]præfectus præpotens' paſtorum quos habebat Saul. Ait autē Dauid ad Ahimelech, Annon eſt hic [18]in manu tua' lancea aut gladius? gladium enim meum & arma mea nō accepi in manum meam. nam [19]verbis regis feſtinatum erat.' Et dixit ſacerdos, Gladius quidem Goliath Paleſthini, quem tu trucidaſti in valle quercus, en inuolutus eſt velo quodam [20]poſt ephod,' ſi illum vis tibi accipere, accipe, quia præter illū nullus alius hic eſt. & ait Dauid, [21]Non eſt huic ſimilis,' da eū mihi. ¶ Et ſurgēs Dauid die illa, fugit à facie Saulis, venitque ad Achis regem Gath. Dixerunt autem ſerui Achis ad eum, Annon hic eſt Dauid rex [22]terræ?' annō huic canebant in choris huiuſmodi verbis, Percuſſit Saul ſuos mille, & Dauid ſuos decem mille? [23]Voluebat' autem Dauid hæc verba in corde ſuo, & timuit valde à facie Achis regis Gath. Et [24]immutauit habitū ſuū' in oculis eorū, ſimulauitque ſe [25]furere' inter manus eorum, [26]exarauitque [vnguibus]' in valuis portarū [27]defluēs' ſaliuā ſuā in barbā ſuam. Dixit itaq; Achis ad ſeruos ſuos, En [28]videtis' hominem [29]veſanorū more ſeſe affligentē,' cur ergo induxiſtis eū ad me? Nū furioſis ego [30]careo, [31]vt adduceretis iſtum quoque, vt veſanorum more ſeſe affligaret? [32]num is veniet in domum meam?

CAP. XXI.

VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimélech ſacerdotem: & obſtupuit Achimélech, eo quòd veniſſet Dauid, & dixit ei, Quare tu ſol⁹, & nullus eſt tecum? Et ait Dauid ad Achimélech ſacerdotē, Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit, Nemo ſciat rē propter quam miſſus es à me, & cuiuſmodi pręcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illum & illum locum. Nunc ergo ſiquid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mūdi ſunt pueri, maxime à mulieribus mundi ſunt. Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei, Et quidē ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. porrò via hęc, polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur i vaſis. ¶ Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatū panem. neque enim erat ibi panis, niſi tantū panes propoſitionis, qui ſublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi. Erat autē ibi vir quidam de ſeruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus potentiſſimus paſtorum Saul: hic paſcebat mulas Saul. Dixit autem Dauid ad Achimélech, Si habes hic ad manū haſtam aut gladium? da mihi, quia gladium meum, & arma mea nō tuli mecum. ſermo enim regis vrgebat. Et dixit ſacerdos, Ecce hic gladius Goliath Philiſthæi, quē percuſſiſti in Valle-terebinthi, eſt inuolutus pallio poſt ephod: ſi iſtū vis tollere, tolle. neque enim hic eſt alius abſque eo. & ait Dauid, Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eū. ¶ Surrexit itaque Dauid, & fugit i die illa à facie Saul. & venit ad Achis regē Geth, dixerūntque ſerui Achis ad eū cum vidiſſent Dauid, Nunquid non iſte eſt Dauid rex Terræ? nōnne huic cantabant per choros, dicentes, Percuſſit Saul mille, & Dauid decē millia? Poſuit autem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os ſuū corā Achis, & collabebatur inter man⁹ eorū: & impingebat in oſtia portæ, defluebántq; ſaliuæ eius in barbā. Et ait Achis ad ſeruos ſuos, Vidiſtis hominem inſanū: quare adduxiſtis eū ad me? An deſunt nobis furioſi, quòd introduxiſtis iſtū, vt fureret me præſente? ingrediatur domum meam.

Dauid fugiēs venit in Nobe ad Achimélech.

Laicus panis

B

Dauid comedit panes propoſitionis. exponitur loc⁹ iſte à Chriſto. matt. 12. a

Doeg.

C

Arma requirit Dauid qui ſub protectione Dei erat.

Ephod.

Dauid apud regem Achis

D inſaniam ſimulat

¶ ergo

¶ ei.

¶ hiccine ingredietur

tū mentionē facit famulorū Dauidis Ahimelech. nā per ſeruos Dauidē intelligit. ¶7 .i. à pollutione quæ contrahitur cum muliere. ¶8 Heb. Certe mulier prohibita fuit nobis.i. remota fuit & procul à nobis. q.d. Quòd ad mulieres attinet, abſtinuimus ab illis. ¶9 .i. veſtes. q.d. curauim⁹, more eorū qui volunt itineri ſe cōmittere, veſtes ſeruorum noſtrorum ſanctificari. ¶10 cum tamen via ſit prophana.i. quanuis hanc profectionē ſiue peregrinationem negotij prophani cauſa inſtituerimus. ¶11 ſanctificabitur. q.d. licet hāc viā negotij prophani cauſa ſuſciperemus, tamē curauimus vt veſtes noſtrę purificarētur: quāto magis ergo hodie ſeruabitur in puritate ac ſanctimonia ſua panis ille in vaſe ipſo in quo reponetur? hoc eſt, maiore diligentia ſeruabimus in puritate ſua vaſa noſtra. vł, curabim⁹ vt panes ſancti quos accipiemus à te, puriſſime aſſeruētur. Alij, quāto magis hodie ſanctificabitur [via noſtra] in vaſis ipſis? ¶12 vł, propoſitionis. ¶13 Heb. calidi. Nō licebat mēſam illam aureā vacuā eſſe panibus propoſitionis. ¶14 quo ſcilicet hęc geſta fuerūt. ¶15 qui cōtinebat ſeſe &c. vt ſcilicet adoraret ad tabernaculū fœderis. Quidā aiunt legis diſcēdæ gratia. alij religionis. ¶16 habitatione, nō genere. qui habitauerat vel habitabat in Idumæa: illic domum habebat. ¶17 princeps. vł, potentiſſimus ¶18 .i. in promptu. ¶19 Heb. mandatum [vł, negotium] regis vrgebat.i. cogebat me diſcedere. ¶20 .i. poſt eum locum in quo reponitur ephod, hoc eſt veſtes ſacerdotales. Alij intelligunt de veſte pontificis. ¶21 .i. Quum nullum alium habeas, &c. ¶22 vł, huius regionis?.i. ad quē pertinet regnū hui⁹ regionis, propter deuictū Goliath? ea enim lege pugnatū erat, vt victor poſſideret regionē victi. q.d. quū ad iſtum videatur regnum tuum, ô Achis, pertinere, cur admittis? ¶23 Poſuit.i. alta mente repoſita manſerunt verba iſta Dauidi. ¶24 Heb. mutauit illum ſenſum ſuum. vł, mutabat. Relatiuū ante ſuum antecedens, pro mutauit ſenſum illum ſuum, vel mētem ſuam.i. finxit inſaniam. ¶25 ſtultū eſſe ¶26 vł, pingebat. ſiue, ſcribebātque, more ſcilicet ſtulti. ¶27 demittens ¶28 vidiſtis ¶29 inſanientē. furentē. ¶30 vł, deſtituor. quaſi dicamus Gallice, N'ay ie point aſſez de ſots ou inſenſez &c. ¶31 q̄ introduxiſtis iſtū vt inſanū ageret me præſente? ¶32 .i. hiccine dign⁹ eſt qui ingrediatur domū meā? q.d. procul hūc hominē abigite: non enim eſt dignus qui in regiā meā ingrediatur.

CAP. XXII.

Ad Dauidem latitantẽ, ære alieno oppreſſi cõgregantur.

ABijt ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. quod cum audiſſent fratres eius, & omnis domus patris eius, deſcenderũt ad eum illuc. Et cõuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo: & factus eſt eorum princeps: fuerũtque cũ eo quaſi quadringenti viri.

Fugit ad regẽ Moab, cũ quo habitauerũt parentes ipſius.

¶Et profectus eſt Dauid inde in Maſpha, quæ eſt Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam quid faciat mihi De⁹. Et reliquit eos ante faciẽ regis Moab: manſerũtque apud eũ cũctis diebus quibus Dauid fuit in præſidio.

Gad prophetæ monitu fugit ĩ Hareth.

¶Dixitque Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in Terram-Iuda. & profectus eſt Dauid, & venit in Saltũ-hareth. Et audiuit Saul quòd apparuiſſet Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore quod eſt in Rama, haſtam manu tenẽs, cunctiq;

B ſerui eius circũſtarent eũ, ait ad ſeruos ſuos qui

Saul ſuos accuſat coniurationis.

aſſiſtebant ei, Audite me nunc filij Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos, & cẽturiones. Quoniã coniuraſtis omnes aduerſum me, & non eſt qui mihi renunciet, maximè cũ & filius meus fœdus inierit cũ filio Iſai? non eſt qui vicẽ meã doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi: eo quòd ſuſcitauerit filius meus ſeruũ meũ aduerſum me, inſidiantẽ mihi vſque hodie.

Doeg Dauidis innocentis proditor.

Reſpondẽs autem Doeg Idumæus qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſeruos Saul, Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimẽlech filiũ Achitob ſacerdotem. Qui conſuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: ſed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi.

Accerſitus Achimẽlech, accuſat cõiurationis à Saule impio.

¶Miſit ergo rex ad acceꝛſendũ Achimẽlech ſacerdotem filiũ Achitob, & omnem domum patris eius, ſacerdotum, qui erãt in Nobe, qui vniuerſi venerunt ad regẽ. Et ait Saul ad Achimẽ-

C lech, Audi fili Achitob. qui reſpõdit, Præſto ſum domine. Dixitque ad eum Saul, Quare cõiuraſtis aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladiũ, & conſuluiſti pro eo Dominũ, vt conſurgeret aduerſum me, inſidiator vſque hodie permanẽs? Reſpõdẽnſque Achimẽlech regi, ait, Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergẽs ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo conſulere Dominum? Abſit hoc à me: ne ſuſpicetur rex aduerſus ſeruum ſuũ rem huiuſcemodi, in vniuerſa domo patris mei. nõ enim ſciuit ſeruus tuus quicquã ſuper hoc negotio, vel modicum vel grande.

¶Deum.

¶Deum?

Dixitque rex, Morte morieris Achimẽlech, tu, & omnis dom⁹ patris tui.

Occiduntur ſacerdotes ꝙ ſuſcepiſſent Dauidem.

Et ait rex emiſſarijs qui circũſtabant eum, Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nam manus eorum cũ Dauid eſt: ſcientes quòd fugiſſet, & non indicauerunt mihi. noluerũt autem

D ſerui regis extẽdere man⁹ ſuas in ſacerdotes Domini. Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in ſacerdotes Domini. Conuerſúſque Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros veſtitos ephod lineo.

Nobe percutitur à Saule. Fuga Abiathar ad Dauidem.

Nobe autẽ ciuitatem ſacerdotũ percuſſit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactẽtes, bouẽmq; & aſinũ, & ouẽ in ore gladij. ¶Euadẽs autẽ vnus filius Achimẽlech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid. & annunciauit ei quòd occidiſſet Saul ſacerdotes Domini.

CAP. XXII.

DAuid ergo inde abiens, effugit in ſpeluncã Adullam: audiẽtes id fratres eius, & vniuerſa domus patris eius, illuc ad eum deſcenderũt. [1]Confluxerũntque ad eum omnes viri afflicti, & [2]quicũque obærati erant alieno ære, cuncti deniq; qui amaro erant animo, factúſque eſt eorũ princeps: habuit itaque ſecũ circiter quadringẽtos viros ¶Et abiẽs inde Dauid in Mizpe Moab, dixit ad regẽ Moab, Egrediatur quæſo pater me⁹ & mater mea[3]ad vos, donec ſciam quid facturus ſit[4]mihi Deus. Et duxit eos in conſpectum regis Moabitici, habitarũntque cum eo cunctis diebus quib⁹ Dauid fuit [5]in arce. ¶Dixit verò Gad propheta ad Dauidẽ, Noli deſidere in arce iſta, age, proficiſcere ĩ terrã Iehuda. abiens ergo Dauid, venit in ſyluam Hareth. Audiuit autem Saul[6]prodijſſe Dauidem, viróſque qui cũ eo erant. Saul autem[7]ſedebat in Gibea ſubter arborẽ [8]in Rama, habens lanceam ſuã in manu ſua, & cuncti ſerui ſui ſtabãt iuxta eũ. Dixitque Saul ad ſeruos ſuos qui eũ circunſtabãt, Auſcultate obſecro[9]filij Iemini. [10]nũ dabit filius Iſai omnibus vobis agros & vineas, & cõſtituet omnes vos tribunos & centuriones? Quandoquidẽ cõſpiraſtis vos omnes contra me, nec eſt qui reuelet auribus meis[11]quòd & filius meus[fœdus] pepigerit cum filio Iſai: nemo inſuper ex vobis eſt [12]quẽ id mecũ male habeat, quiq; indicet mihi ꝙ fili⁹ me⁹ excitauit ſeruum meũ contra me, vt ſtruat inſidias, [13]quẽadmodũ hodie[videre eſt.] Reſpõdens Doeg Aedumæus, (qui & ipſe[14]ſtabat inter ſeruos Saulis,) dixit, Vidi filiũ Iſai venientẽ in Nob ad Ahimelech filium Ahitob, Qui conſuluit pro eo Dominum, deditq; ei cõmeatũ, dedit ei inſuper gladiũ Goliath Paleſthini. ¶Mittẽs autẽ rex vt acceꝛſerent Ahimelech filiũ Ahitob ſacerdotẽ, & omnem domum patris eius, ſacerdotes videlicet qui erant in Nob: venerũntque omnes ad regẽ. Tunc dixit Saul, Audi quæſo fili Ahitob. & dixit, En adſum domine. Et ait ad eũ Saul, Quare cõſpiraſtis aduerſum me, tu & filius Iſai, in hoc quòd dediſti ei panẽ & gladium, cõſuluiſtique pro eo Deum, vt inſurgeret aduerſum me, [15]ſtrueretq; inſidias, vt hodie[eſt videre?] Reſpõdit Ahimelech regi, & ait, Et quis eſt inter omnes ſeruos tuos fidelis vt Dauid, qui & gener regis eſt, [16]qui ad iuſſa tua receſſit, inclytúſque eſt in domo tua? Nũ hodie[primum] cœpi pro eo[17]conſulere Deum? Abſit hoc à me, ne imputet rex rem [hãc] ſeruo tuo[18]in vniuerſa domo patris mei. [19]nihil enim ſciuit ſeru⁹ tu⁹ de toto iſto negotio nec paruũ nec magnũ. Et ait rex, Omnino morieris Ahimelech, tu & omnis domus patris tui. Dixitque rex ad[20]emiſſarios qui ſtabãt iuxta eum, Circũdate[illos,] & interficite ſacerdotes Domini, quoniã &[21]illorũ manus eſt cũ Dauide, & quũ cognoſcerẽt ipſum fugiſſe, nõ reuelarunt id mihi. at ſerui regis noluerunt inferre manus ſuas, vt irruerent in ſacerdotes Domini. Tunc ait rex ad Doeg, Verte tu, &[22]irrue in ſacerdotes. Et verſus Doeg Aedumæus, irruit in ſacerdotes, interfecitq; eodẽ die octogintaquinque viros, [23]ferentes ephod lineum. Ipſam quoq; Nob percuſſit gladio, tam viros quàm mulieres, infantes quoque & lactentes, boues & aſinos, pecudes quoque gladio. ¶[24]Seruatus eſt autẽ[25]fili⁹ vnus Ahimelech[26]filij Ahitob, Abiathar, fugitq; poſt Dauidẽ. Et nũciauit Abiathar Dauidi quomodo Saul occidiſſet ſacerdotes Domini.

¶1 vl, Cõgregaerũntque ſeſe &c. vt ſcilicet ſolamen aliqđ inuenirent. ¶2 Heb. omnis vir cui erat creditor, ¶3.i. vt maneãt vobiſcum. ¶4 vl, de me ¶5.i. in Maſpha, quæ erat firmiſſima. ¶6 quòd notus eſſet Dauid & hoĩes &c.i. Audiuit famã eſſe aliquot hoĩes adiũxiſſe ſe Dauidi. ¶7 vl, habitabat ¶8.i. in loco edito illi⁹ vrbis qui dicebatur Rama. ¶9.i. Beniamitæ. ¶10 Heb. etiã datur⁹ eſt. Ironia eſt. q.d. non eſt mirum ꝙ cum Dauide aduerſum me coniuraſtis: nã creditis vos plura beneficia accepturos ab eo, quàm à me. ¶11 quum filius me⁹ pepigerit [fœdus] cũ &c. ¶12 qui doleat propter me, ¶13 Heb. vt hodie. ſub. res habet. ¶14 cõſtitut⁹ erat ſuper &c. ¶15 Heb. in inſidijs. i. ſtruẽtis inſidiis. ¶16 Heb. & qui pergit ad obedientiã tuã. vl, ad mandatum tuũ. i. qui prõptus eſt ad tibi parendum. ¶17 quũ ſcilicet erat deductur⁹ copias tuas aliquò. ¶18 [3]toti familiæ ¶19 non enim agnoſcit ſeru⁹ tuus ĩ omni ea re rem paruam aut magnã. i. in omnib⁹ quę dicis, nõ agnoſcit ſeruus tuus crimẽ aliquod paruũ aut magnum quod admiſerit contra te. ¶20 curſores ¶21.i. fauerunt Dauidi. ¶22 Heb. circui ¶23 Non quòd tum ferrent quum interficerentur, ſed quòd eſſent in ea ætate, eóque ordine vt ferre poſſent: hoc eſt vt miniſtrarent in ſacerdotio Domini. ¶24 vl, Euaſit ¶25.i. ex filijs Abimelech. ¶26 filio

¶17 quia ibi eſſet ¶18 Hebr. cauſam præbui in omnem animam familiæ &c. ¶19 q.d. cõmunem habemus hoſtẽ Saulem: qui nititur pdere me, quæret & te perdere.
¶20 He.[Et] quoniam cuſtodia ſ.I, depoſitũ ſtu eris apud me.i. ego te perinde ſeruabo atque meipſum, velũt que rẽ depoſitam apud me.

XXIII.

¶1 Vrbs eſt in tribu Iuda.
¶2 areas.
¶3 q.d. Nos quidem hic in media tribu timemus, quanto magis timebimus quũ perrexerimus i Ceilã vt defendamus eã à Paleſthinis? ¶4 aduerſus ¶5 Heb. cum hominib⁹ ſuis ¶6 è Paleſthina ſ. ſi licet nam illuc vſq; fugientes perſequutus fuerat. vſ. pecora quæ ſecum adduxerant ad alendum exercitũ. ¶7 vſ. incideret. q.d. forte fortuna, & non dedita opera ſe eum detulerat ephod, & poſuerat inter ſarcinas ſuas.
¶8 Heb. ingrediendo in vrbẽ portarum & vectis q.d. actum eſt de eo, nam ingreſſus eſt vrbẽ clauſam portis & vectibus.
¶9 vſ. Explica. aut, Admoue. In ephod erat rationale, in quo erãt Vrim & Thummim.

Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam eo die[17] quum illic eſſet Doeg Aedumæus, quòd certiſſime eſſet nuntiaturus Sauli, ego[18] occaſio fui omnium interfectorum ex domo patris tui. Mane apud me, ne metuas: [19] quicũque enim animã meã quæſierit, animam quoque tuam quæret: [20] nam apud me cuſtoditus eris. CAP. XXIII.

NVntiauerunt autẽ Dauidi dicentes, En Paleſthini oppugnant[1] Keilam, & diripiũt[2] horrea. Cõſuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Vadámne & percutiam Paleſthinos iſtos? Et Dominus reſpõdit Dauidi, Vade, tu percuties Paleſthinos, liberabiſque Keilam. Et dixerũt viri qui erãt cum Dauide ad eum, [3] Ecce nos hic in Iehuda metuimus, quanto magis ſi Keilam profecti fuerimus[4] ad exercitum Paleſthinorũ? Dauid ſecundò cõſuluit Dominum, reſponditque ei Domin⁹, & dixit, Surge, deſcende in Keilã: dabo enim Paleſthinos in manum tuã. Abijt ergo Dauid [5] & milites eius in Keilam, pugnauitque contra Paleſthinos, & abegit[6] pecora eorum, & percuſſit eos cæde magna: ſeruauitq. Dauid ciues Keila. ¶ Quũ autem Abiathar filius Ahimelech fugiſſet ad Dauidem in Keilam, contigit vt & ephod in manu eius[7] deſcenderet. ¶ Nuntiatũ eſt ergo Sauli Dauidem veniſſe in Keilam, & ait Saul, Tradidit eũ Deus in manũ meã, quoniam cõcluſus eſt, [8] quũ ſcilicet venit in ciuitatem valuis & vectibus [munitam.] Saul ergo [per præcones] conuocauit vniuerſum populum ad prælium, vt deſcenderent in Keilam, obſidioneq; cingerent Dauidẽ militeſq; eius. Animaduertens autẽ Dauid quòd Saul contra eũ meditaretur malũ, dixit ad Abiathar ſacerdotem, [9] Applica ephod. Aitq; Dauid, Domine Deus Iſraelis, ſeruus tuus certo audiuit quòd Saul conetur venire cõtra Keilã, vt perdat ciuitatem propter me. Tradẽtne[10] ciues Keilæ me in manũ eius? deſcẽdẽtne Saul, quẽadmodum audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael, indica quæſo ſeruo tuo. Et dixit Dominus, [11] Deſcendet. Dixitque Dauid, Tradẽtne[10] ciues Keilæ me & milites meos in manũ Saulis? & reſpondit Domin⁹, Tradent. Surrexit ergo Dauid & milites eius fermè ſexcenti viri, & egreſſi ſunt de Keila, profectiq; ſunt[12] quocunque proficiſcebantur. quũmq; nũtiatum eſſet Sauli Dauidẽ è Keila effugiſſe, [13] deſtitit ab expeditione. ¶ Manebat autẽ Dauid in deſerto in[14] arcibus, habitauitque in monte in deſerto Ziph, & quærebat eum Saul cunctis diebus, ſed non tradidit eum Deus in manum eius. Vidẽs itaque Dauid quòd egreſſus eſſet Saul, [15] quæreretque animã eius, manebat ipſe Dauid in deſerto Ziph in ſylua. Conſurgens autẽ Ionathan filius Saulis, profectus eſt ad Dauidem in ſyluã, [16] cõfirmauitq; manũ ei⁹ in Deo. Dixitque ad eũ, Ne metuas, quoniam non deprehendet te manus Saulis patris mei, & tu quidem regnabis ſuper Iſraelẽ, & ego ero à te ſecundus. [17] & hoc certum eſſe nouit pater meus. Pepigeruntque ambo iſti fœdus[18] corã Domino: Dauid autem manſit in ſylua, & Ionathã rediit in domũ ſuã. ¶ Aſcẽderunt autem Ziphæi ad Saulẽ in Gibea, dicẽtes, Annõ Dauid ſeſe occultat apud nos i arcib⁹ in ſylua, quæ eſt iuxta collẽ Achila, qui eſt à dextra [deſerti] Ieſimon? [19] Deſcẽde igitur ô rex, poteris enim pro omni voto tuo deſcẽdere, nos verò tradẽmus eũ in manũ regis. Dixitq; Saul, [20] Lau-

Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam enim in die illa, quòd cum ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annũtiaret Sauli: ego ſum reus omnium animarum[*] patris tui. Mane mecum, ne timeas: ſiquis quæſierit animam meam, quæret & animã tuam, mecũmque ſeruaberis. CAP. XXIII.

ET annuntiauerũt Dauid dicentes, Ecce Philiſthijm oppugnant Ceilam, & diripiunt areas. Cõſuluit ergo Dauid Dominũ, dicens, Num vadam, & percutiam Philiſthæos iſtos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philiſthæos, & Ceilam ſaluabis. Et dixerunt viri qui erãt cum Dauid, ad eum, Ecce nos hic in Iudæa cõſiſtentes timemus: quãto magis ſi ierimus in Ceilam aduerſum agmina Philiſthinorũ? Rurſum ergo Dauid conſuluit Dominum. qui reſpondens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philiſthæos in manu tua. Abijt ergo Dauid, & viri ei⁹ in Ceilã, & pugnauit aduerſum Philiſthæos, & abegit iumenta eorum, & percuſſit eos plaga magna: & ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ.
¶ Porrò eo tẽpore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, ephod ſecum habẽs deſcenderat. ¶ Nuntiatum eſt autem Sauli quòd veniſſet Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum[*] Dominus in manus meas, cõcluſuſq; eſt introgreſſus vrbẽ in qua portæ & ſeræ ſunt. Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnã deſcenderet in Ceilam, & obſideret Dauid & viros eius. Quod cum Dauid reſciſſet quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem, Applica ephod. Et ait Dauid, Domine Deus Iſrael, audiuit famã ſeruus tuus quòd diſponat Saul venire in Ceilã, vt euertat vrbẽ propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait Domin⁹, Deſcendet. Dixitque rurſum Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecũ, in man⁹ Saulis? & dixit Dominus, Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atque illuc vagabãtur incerti: nuntiatũmque eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid de Ceila & ſaluat⁹ eſſet: quã ob rem diſſimulauit exire. ¶ Morabatur autẽ Dauid in deſerto in locis firmiſſimis, manſitque in mõte ſolitudinis Ziph in monte opaco, quærebat eũ tamen Saul cũctis diebus: & nõ tradidit eum[*] Dominus in man⁹ eius. Et vidit Dauid quòd egreſſus eſſet Saul vt quæreret animã eius. porrò Dauid erat in Deſerto-Ziph in ſylua. Et ſurrexit Ionathas filius Saul, & abijt ad Dauid in ſyluam, & confortauit manus eius in Deo. Dixitque ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus, ſed & Saul pater meus ſcit hoc. Percuſſit ergo vterque fœdus corã Domino: manſitque Dauid in ſylua, Ionathas autẽ reuerſus eſt in domũ ſuam. ¶ Aſcenderunt autẽ Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nõnne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ, in Colle-hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti? Nunc ergo ſicut deſyderauit anima tua vt deſcẽderes, deſcende: noſtrum autem erit vt tradamus eum in manus regis. Dixitque Saul, Benedicti

¶* domus

Dauid cõſulto bis Domino, liberat Ceilã à Philiſthæis.

Abiathar cũ ephod in Ceila.

B Saul deſcendit contra Dauid in Ceilam.

¶* Deus

Cõſult⁹ à Dauide Domin⁹ reſpõdet eos quos ipſe liberaſſet, tradituros ipſum Sauli niſi fugeret.

Morat Dauid in ſolitudine Ziph.

C ¶* Deus

Cõſolatur Ionathas Dauidem.

Percutit fœdus cũ Ionatha.

Proditur à Ziphæis.

¶* qui

¶10 Heb. domini.i. primores. magiſtratus. Gallice, Les ſeigneurs. ¶11 vſ, Parat deſcẽdere. ¶12 vſ, quò pergebant.i. huc atque illuc vagabãtur incerti. quò viſum erat pergebant, nec vllam certam viam tenebant.
¶13 Heb. ceſſauit egredi. ¶14 vſ. petris inacceſſis.i. in locis natura munitis. ¶15 vt perderet ¶16 fortificauitque.i. iuſſit eum bono eſſe animo ac forti, quòd Deum haberet ſibi fauentem. ¶17 Heb. & etiam Saul pater meus ſciebat.i. nouit ita futurũ. ¶18.i. Domino teſte. ¶19 Heb. Nũc igitur iuxta omne deſyderiũ animæ tuæ, ô rex, deſcendẽdo deſcende.i. prout cupis deſcẽdere, deſcende. ¶20 Heb. Benedicti.i. Domin⁹ proſequetur vos ſingulari fauore.

vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & curioſi[9] agite, & conſyderate locum vbi ſit pes eius velociter, vel quis viderit eum ibi, vbi dixiſtis. re-
D cogitat enim de me, quòd callidè inſidier ei. Cõſyderate, & videte omnia latibula eius, in quibus abſconditur: & reuertimini ad me ad rem certã, vt vadam vobiſcum. quòd ſi etiam in terram ſe obſtruxeris, perſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda.

*Perſequitur Saul Dauidẽ.*

¶ At illi ſurgẽtes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in Deſerto-maõ, in campeſtribus ad dexteram Ieſimon. Iuit ergo Saul & ſocij eius ad quærendum eum: & nũciatum eſt Dauid, ſtatimque deſcẽdit ad petram, & verſabatur in Deſerto-maon. Quod cum audiſſet Saul, perſecutus eſt Dauid in Deſerto-maõ. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erãt in latere montis ex parte altera: porrò Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modũ coronæ cingebãt Dauid & viros eius, vt caperẽt eos.

*Immiſſis Philiſthæis cõtra Saulem, liberat Deus Dauidem.*

Et nuntius venit ad Saul, dicens, Feſtina, & veni, quoniã infuderũt ſe Philiſthijm ſuper terrã. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtẽs perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Philiſthinorum. propter hoc vocauerunt locũ illum Petram-diuidentem.

## CAP. XXIIII.

*Dauid habitat i En-gaddi.*

Aſcendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutiſſimis En-gaddi. Cúmque reuerſus eſſet Saul, poſtquã perſecutus eſt Philiſthæos, nũtiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deſerto eſt En-gaddi.

*Ipſum perſequitur Saul.*

Aſſumens ergo Saul tria millia electorumvirorum ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigãdum Dauid & viros eius, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicib[9] peruiæ ſunt. Et venit ad caulas ouiũ, quæ ſe offerebant vianti. erátque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul, vt purgaret vẽtrem:

*Latet Dauid in ſpelunca cum ſuis.*

porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Et dixerunt ſerui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus eſt Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicũ tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis.

*Dauid timẽs Deũ, pro malo reddit bonũ inimico Sauli in manus ei[9] à Deo tradito.*

ſurrexit ergo Dauid, & præſcidit oram chlamydis Saul ſilẽter. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid,
B eo quòd abſcidiſſet orã chlamydis Saul. Dixitque ad viros ſuos, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hãc rem domino meo chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum, quia chriſtus Domini eſt. Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut deſcendens in prælium perierit: propitius mihi ſit Dominus vt non mittam manum meam in chriſtũ Domini.

*Verbis blãdis prohibuit Dauid ne Saul occideretur à ſuis.*

Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus iſtis, & nõ permiſit eos vt conſurgerent in Saul: porrò Saul exurgẽs de ſpelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autẽ Dauid poſt eum: & egreſſus de ſpelunca, clamauit poſt tergum Saul, dicens, Domine mi rex. & reſpexit Saul poſt ſe: & inclinans ſe Dauid pronus

*Dauid oſtendit miſericordiã ſuam Sauli.*

in terram, adorauit, dixitque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in

dendi vos à Domino, quòd vos mei miſeret: Ite quæſo, &[21]adhuc apparate, animaduertite & videte locũ eius[22]in quo fuerit pes eius, [&] quis viderit eum ibi: [23]mihi enim dictũ eſt. eum eſſe vehementer callidum. Conſiderate ergo, & [24]recognoſcite [25]omnia latibula in quibus ſeſe abſcondit. tunc redite ad me, [26]ad certum [tempus,] & ibo vobiſcum: ſi [27]in terra fuerit, ſcrutabor eum [28]per omnia millia Iehuda. ¶ Surgẽtes illi abierunt in Ziph ante Saulem, Dauid verò & milites eius erant in deſerto Maon, in planitie quæ eſt[29]ad dexteram Ieſimon. Profectus eſt & Saul cum viris ſuis ad quærendum: & [30]nuntiauerunt Dauidi, hinc deſcendit[31]in petram, habitauitque in deſerto Maon. Quod cum audiſſet Saul, inſequutus eſt Dauidem[32]in deſertum Maon. Ibat itaq; Saul ex latere montis vno, & Dauid cum viris ſuis in latere montis altero, [33]feſtinauitque Dauid præcipitanter vt effugeret ante Saul, ſed Saul & viri eius cingebant Dauidẽ & milites eius vt eos apprehenderent. Venit autem nuntius ad Saulem, dicens, Illico veni, quoniam impetu quodam irruerunt Paleſthini in terram. [34]Verſus ergo Saul ab inſequutione Dauidis, profectus eſt obuiam Paleſthinis: ob hoc nomen adeptus eſt locus ille [35]Sela Hamahelecoth.

## CAP. XXIIII.

Tunc[1]aſcendit illinc Dauid, & habitauit in[2]arcib[9] En-gedi. Contigit verò quum Saul reuerteretur [3]ab inſequutione Paleſthinorum, vt nuntiarent [quidam] ei, dicentes, En Dauid eſt in deſerto En-gedi. Aſſumptis igitur tribus millibus delectorũ militum ex omni Iſraele, Saul abijt vt inueſtigaret Dauidem & viros ei[9] in ſummitatibus rupium[4]quas conſcendũt rupicapræ. Veniens itaque ad ſepta ouium [quæ erant] in itinere, vbi erat ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul [5]exonerandi vẽtris gratia, Dauid autem & milites ſui in lateribus ſpelũcæ ſedebant. Dixerũt ergo viri Dauidis ad eũ, En hic eſt dies de quo loquutus eſt ad te Dominus, Ecce ego[6]trado hoſtes tuos in manus tuas, faciéſq; ei quod viſum fuerit tibi. ſurgens autẽ Dauid, clam abſcidit[7]alam paludamenti quod habebat Saul. Poſt hoc[8]reprehendit Dauidem cor ſuum, quòd abſcidiſſet[7]alam [paludamẽti] Saulis. Dixitque ad viros ſuos, [9]Seruet me Dominus, ne rem iſtã deſignem cõtra dominum meum meſſiã Domini. vt ſcilicet inferã ei manũ meã: eſt enim vnct[9] Domini. [10]Auulſit itaque Dauid milites ſuos verbis, nec permiſit vt inſurgerent cõtra Saulem. porrò Saul ſurgens è ſpelunca, abijt itinere [ſuo.] Poſt hæc ſurrexit & Dauid, & egreſſus è ſpelunca, clamauit[11]poſt Saulem hiſce verbis, Domine mi rex. & quũ Saul reſpexiſſet poſt ſe, Dauid inclinato vertice pron[9] ſeſe incuruat. Dixitq; Dauid ad Saulem, [12]Cur audis verba hominum qui ita loquuntur, Ecce Dauid quærit malũ cõtra te? En hodie viderũt oculi tui, quòd Dominus hodie te in manũ meam in ipſa

¶ 21. i. diligẽter & exacte diſquirite adhuc. ¶ 22. i. vbi habitet. ¶ 23 Hebr. dixit enim mihi ſub. animus meus] quòd callendo callidus eſt. i. quòd aſtu & calliditate ſua vtetur erga nos. præſagit mihi animus, eum calliditate ſua elapſurum. Chaldæus paraph. vertit, dixerunt. i. renũtiatũ eſt mihi. Alij, dixit enim mihi, ſub. Dauid, quòd magno aſtu & calliditate vti ſoleat in re militari. ¶ 24 vl, perpendite

¶ 25 vl, ex omnibus latibulũ in quo nunc deliteſcat.

¶ 26 cum te certa. i. cum certo nuncio. ¶ 27. i. in ea regione.

¶ 28 cum omnibus millibus &c. i. aſſumptis millibus Iuda inquirã eum.

¶ 29. i. ad Meridionalem partem. ¶ 30 aduẽtũ ſcilicet Saulis. ¶ 31 in rupem. Vallis erat media ex eo loco in quo erat Dauid in rupem in quã volebat ire. q. d. deſcendit in vallẽ quæ erat inter locum in quo erat ipſe Dauid, & rupẽ illam. ¶ 32. i. in rupe illa.

¶ 33 feſtinabãtque. i. quanta poterat feſtinatione parabat diſcedere à Saule. ¶ 34 Itaque reuerſus Saul à perſequendo Dauide, ¶ 35. i. Rupes diuiſionum. vl, diſtractionũ. i. variarum ſententiarum. Quidam hoc referunt ad Saulem, cuius animus diſtrahi ebatur in partes varias, capturúſne eſſet prius Dauidem, an Paleſthinis occurſurus. Alij referũt ad milites Saulis qui diuerſa ſentiebant.

XXIIII. ¶ 1. i. diſceſſit. ¶ 2 vl, munitionibus deſerti quod dicebatur En-gaddi. ¶ 3 à Paleſthinis. i. de prælio quo coegit Palæſthinos recipere ſe in patriam ſuam. ¶ 4 ibicum. vl, caprarum. i. in quibus ſolent habitare ibices. hoc eſt ſuper rupes abruptiſſimas, ſolis ibicibus peruias. ¶ 5 Heb. vt tegeret pedes ſuos. Hac forma loquendi exprimit geſtum & habitũ egerentis. ¶ 6 vl, traditurus ſum ¶ 7 oram ¶ 8 Heb. percuſſit cor Dauid eum, ¶ 9 Heb. Abſit mihi à Domino, ſi fecero hanc rẽ &c. i. Prohibeat Dominus ne id faciam, vel ne permittat vt id faciam: diſpeream ſi fecero rem iſtam domino meo vncto Domini. ¶ 10 vl, Cõfregit. aut, Reuocauit. i. Depulit eos de ſentẽtia. Legi poteſt, Pacauit. ¶ 11 vl, à tergo Saulis ¶ 12 q. d. Cur credis delatoribus dicentibus, &c.

Aug. ex ... f. 35.

¶11 Heb. dixit. ſub. qui mecũ erat i adhortati ſunt me qui mecum erant. ¶14 peperci. ſub. ais mea, vel ocul⁹ meus.

¶15 etiam vide oram. ¶16 orã ¶17 Heb. quòd non eſt in manu mea malũ, neque præuaricatio, neq; peccaui tibi.

¶18 i. more venãtium inſidiaris animæ meæ. ¶19 & manus &c. i. nunquam afferã tibi manus violentas. ¶20 Heb. Vt dicit parabola antiquorum antiqui, Ab impijs &c. pro, Ab impijs egredietur, vel egreditur, ſiue egredi ſolet impietas: vt eſt in vetuſto prouerbio. q. d. Suo ſe gladio iugulabunt impij: cõmittẽt aliquid ob quod peribũt. acſi dicat, Tu tibi tandem eris cauſa interitus, niſi reſipueris. Vel vt alij, Scio impios impie acturos. tanquã dicat, Tametſi ſciam te impie acturum, non tamen vim tibi inferam.

¶21 Heb. & manus mea non erit in te. q. d.

ſpelunca tradiderit: &[13] fuerunt quidam qui dicerent vt te occiderem, at[14] parcitum eſt tibi: dixi enim, Non inferam manum meã domino meo, quandoquidẽ vnctus Domini eſt. Vide pater mi, [15] vide quoque alam paludamenti tui in manu mea: abſcidi enim [16] alam paludamẽti tui, nec tamen te occidi: cognoſce igitur & vide [17] quòd nihil mali molior, nihil præuaricationis, nihil in te pecco: tu verò [18] venaris animam meam, vt tollas eam. Iudicet Dominus inter me & te, vindicétq; me Dominus à te, [19] vt manus mea in te nõ ſit. [20] Quemadmodũ veteri prouerbio dicitur, Ab impijs egreditur impietas: [21] manus itaque mea non ſit in te. Poſt quẽ egreſſus eſt rex Iſraelis? [22] aut quem demũ perſequitur? [nimirum] mortuum canẽ, & pulicem [23] aliquem. [24] Sit igitur arbiter Dominus, & iudicet inter me & te, ipſe inſpiciat, & agat cauſam meã, [26] liberétq; me è manu tua. Factum eſt autẽ quum Dauid compleſſet loqui hæc verba ad Saulem, vt Saul diceret. Annõ hæc vox tua fili mi Dauid? ſublatáq; voce ſua Saul fleuit. Et dixit ad Dauidẽ, Tu es me iuſtior, retribuiſti enim mihi bonũ, quum ego te malis affecerim. Et tu quidẽ [27] hodie ſatis indicaſti quãta bonitate ſis me proſequutus, q me, quum Dominus me in manum tuã concluſiſſet, nõ interfeceris. [28] Etenim, quis deprehenſo hoſte ſuo, incolumem eũ abire permittit? Dominus repẽdat tibi bonum pro iſto die, [29] quo mihi benefeceris. [30] Equidem ſcio quòd certiſſime regnaturus ſis, quòdque firmũ futurum ſit regnum Iſraelis in manu tua. iura igitur mihi per Dominum, quòd nõ excides ſemẽ meũ poſt me, neque delebis nomen meũ de domo patris mei. Iurauit itaq; Dauid Sauli. & abijt Saul in domum ſuã, ſed & Dauid atque milites ſui aſcenderunt [31] in arcem.

CAP. XXV.

Mortuus eſt autẽ Samuel, & congregati ſunt omnes Iſraelitæ, & planxerũt eum, ſepeliẽtes eum in domo ſua in Rama. ſurgens autẽ Dauid abijt in deſertũ Parã. ¶ [1] Et erat vir quidã in Maon, [2] cuius operæ fuerũt in Carmelo, erátq; vir ille [3] præpotens, habens ouium tria millia, milléque capras. factúmque eſt vt oues ſuas tonderet in Carmel. Porrò nomẽ illius viri erat Nabal, & nomen vxoris ſuæ Abigail: fuitque mulier illa [4] claro ingenio, & venuſta forma: vir autem erat [5] durus, & [6] malis ſtudijs præditus, erátque [7] Calebita. [8] Audiuit itaque Dauid in deſerto quòd Nabal tonderet oues ſuas. Miſit ergo Dauid decẽ pueros, & ait ad pueros ipſos, Aſcẽdite in Carmel, & veniẽtes ad Nabal, [9] ſalutabitis eum meo nomine, Dicetiſque, [10] Vitam, pacẽ & incolumitatem [optamus] & tibi & domui tuę, omnibúſq; quæ habes. [11] Audiui igitur q tonſores ha-

ſpelunca: & cogitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendã manum meam in dominũ meũ, quia chriſtus Domini eſt. Quin potius pater mi, vide & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniã cum præſcinderem ſummitatẽ chlamydis tuæ, nolui extẽdere manũ meam in te. animaduerte, & vide quoniã non eſt in manu mea malũ, neq; iniquitas, neque peccaui in te: tu autẽ inſidiaris animæ meæ vt auferas eã. Iudicet Dominus inter me & te, vt vlciſcatur me Dominus ex te: manus autem mea non ſit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, Ab impijs egredietur impietas: manus ergo mea non ſit in te. Quẽ perſequeris rex Iſrael? quem perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicem vnũ. Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet cauſam meam, & eruat me de manu tua. Cũ autẽ cõpleſſet Dauid loquens ſermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocẽ ſuam, & fleuit. Dixitque ad Dauid, Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, ego autẽ reddidi tibi mala. Et tu indicaſti mihi hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manũ tuam, & nõ occideris me. Quis enim cũ inuenerit inimicum ſuũ, dimittet eũ in via bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hãc pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnatur⁹ ſis, & habitur⁹ in manu tua regnum Iſrael: iura mihi in Domino ne deleas ſemẽ meũ poſt me, neque auferas nomen meũ de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. abijt ergo Saul in domum ſuã: & Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

Mortuus eſt autẽ Samuel, & congregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerũt eum nimis, & ſepelierunt eũ in domo ſua Ramátha: conſurgẽnſq; Dauid deſcẽdit in deſertũ Pharan. ¶ Erat autẽ vir quiſpiã in Solitudine maon. & poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magn⁹ nimis: eràntq; ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tõderetur grex ei⁹ in Carmelo. Nomẽ autẽ viri illi⁹ erat Nabal: & nomẽ vxoris ei⁹, Abigáil. erátq; mulier illa prudẽtiſſima & ſpecioſa. porrò vir ei⁹ durus, & peſſimus, & malicioſus: erat autem de genere Caleb. Cum autẽ audiſſet Dauid in deſerto quòd tondẽret Nabal gregẽ ſuum, miſit decẽ iuuenes, & dixit eis, Aſcẽdite in Carmelũ, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eũ ex noĩe meo pacifice. Et ſic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcũq; habes, ſit pax. Ex multis annis ſaluos faciẽs tuos, & omnia tua. Audiui quòd tonderẽt paſtores

C — Vindictã Deo reſeruat Dauid. — Prouerbiũ. — ¶ egreditur — D — Saul cũ fletu agnoſcit Dei manũ, Dauidis innocentiã, ſuámque iniquitatẽ. — ¶ dimittit — Iurat Dauid Sauli. — Moritur Samuel. eccli 46.d. — Nabal ipius. — Abigáil ſapiens & pulchra. — ¶ ergo — Dauid mittit ſeruos ſuos ad Nabal precibus. — B

Tametſi ſciam te improbum eſſe, & te impie agere, non tamen afferam tibi manus violentas. ¶22 quem perſequeris? ¶23 vnum. q. d. hominem debiliſſimum & abiectiſſimum, ſi tecum conferatur, perſequeris. ita Chaldæus paraph. ¶24 vl. Erit ergo iudex Do. & iudicabit &c. ¶26 Heb. & iudicabit me de manu tua. i. ſuo iudicio liberabit me. ¶27 Heb. indicaſti hodie quomodo feciſti bonum mecum. ¶28 Heb. Nunquid [vl. Anne] inueniet quiſpiã inimicum ſuum, & dimittet eum per viam boni? i. An ſinet eum redire ſaluum & incolumem? ¶29 Heb. quem feciſti mihi i. pro eo quod feciſti mihi hodie. ¶30 Heb. Et nũc, (noui enim te regnaturum, & fore ſtabile ac firmum apud te regnum Iſrael) nunc inquam iura ¶31 quò ſcilicet ſe recipere ſolebant. XXV. ¶1 vl. Habitabat autem quidam in Maon. Nomen loci iuxta deſertum Pharan. ¶2 cuius opus in Carmelo. vl. cui⁹ opes in &c. Alij, cuius peculium, ſiue pecudes erãt in Carmelo. ¶3 ditiſſimus, ¶4 Heb. bona intellectu. i. prudens. ¶5 vl. difficilis, ¶6 Heb. malus operibus, ¶7 i. de genere Caleb. ¶8 Tunc audiuit ¶9 Heb. quæretis in nomine meo ad pacem. i. optate, ſiue dicite illi verbis meis ſalutem. ¶10 Heb. Sic [tibi] viuenti. & pax tibi, & familiæ tuæ pax, & omnibus quæ tua ſunt ſit pax. i. Ita tibi viuo ſiue viuenti proximo anno contingat facere, nempe vt incolumis tõdeas oues: ſiſque ſaluus & familia tua, quicquid præterea tuum eſt, ſit ſaluum. Hoc genere ſermonis longiorem vitã imprecari ſolent Hebræi vt & Galli quum dicunt, Ie prie a Dieu que d'auiourdhuy en vng an vous en puiſſiez faire autant. Vel vt alij, Sic tibi accidat quandiu vixeris, nempe vt ſis ſaluus, & familia tua ſit ſalua, & quicquid habes ſit ſaluum. vel [&] ſiue Vau Hebraicum, expoſitiue vertatur. Aut, Tale bonum ſit tibi per vitam tuam, his opibus abundes quandiu vixeris: ſiſque ſaluus &c. ¶11 Nunc autem intellexi

tui greges tuos qui erant nobiſcum in deſerto: nunquam eis moleſti fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiſcum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. nunc ergo inueniãt pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcũque inuenerit manus tua, da

Superba Nabal reſponſio ſeruis Dauidis.

ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. ¶Cũq; veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & ſiluerunt. Reſpondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui qui fugiũt dominos ſuos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tõſorib⁹ meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint?

Deſcẽdit Dauid vt vlciſcatur ſe de impio Nabal ¶viris

C

¶Regreſſi ſunt itaq; pueri Dauid per viã ſuam, & reuerſi venerunt, & annunciauerunt ei omnia verba quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris ſuis, Accingatur vnuſquiſque gladio ſuo. & accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctuſq; eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri: porrò ducenti remanſerunt ad

Iuſtitia Dauidis, à reb⁹ fratrum etiã in neceſſitate abſtinentis.

ſarcinas. ¶Abigáil autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris ſuis, dicens, Ecce Dauid miſit nuncios de deſerto, vt benedicerent domino noſtro, & auerſatus eſt eos. Homines iſti, boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti: nec quicquam aliquando periit omni tempore quo fuimus conuerſati cum eis in deſerto. Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem conſydera, & recogita quid facias: quoniam completa eſt malitia aduerſum virum tuum, & aduerſum domum tuam, & ipſe eſt fili⁹ Belial, ita

Abigáil ſtobuiam Dauidi cũ cibariis.

vt nemo poſſit ei loqui. ¶Feſtinauit igitur Abigáil, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ & ducentas maſſas caricarũ, & poſuit ſuper aſinos, dixitque pue

D

ris ſuis, Præcedite me, & ecce, ego poſt tergum ſequar vos. viro autem ſuo Nabal non indicauit. Cum ergo aſcendiſſet aſinum, & deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occurrit.

Humanus Dauidis affect⁹.

Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnib⁹ quæ ad ipſum pertinent vſque mane, mingentem ad

Oratio Abigail ad Dauid.

parietem. ¶Cum autem vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, Et cecidit ad pedes eius, & dixit, In me

beas,[12] nunc autem paſtores quos habes [13]fuerũt apud nos, quos nunquã [14]ignominia affecimus, neque illis quidquam [15]defuit cunctis dieb⁹ quibus fuerunt in Carmel. Interroga pueros tuos, qui id indicabũt tibi. inueniãt ergo hi pueri gratiam in oculis tuis, quãdoquidẽ [16]opportuno tẽpore venim⁹, da obſecro quidquid [17]deprehẽderit manus tua, ſeruis tuis, & filio tuo Dauidi. ¶Quũque veniſſent pueri Dauidis, loquuti ſunt ad Nabal omnia verba iſta nomine Dauidis, &[18] ſiluerũt. Et reſpondẽs Nabal ſeruis Dauidis, ait, Quis eſt Dauid? &[19] quis eſt filius Iſai? (multi ſunt hodie ſerui qui ſeſe ab heris ſuis[20] abrũpũt). Nũ acciperem panẽ meum, aquas meas, &[21] obſonium meũ quod mactaui tõſoribus meis,[22] & darẽ viris qui vnde ſunt neſcio? ¶Verſi igitur pueri Dauidis[23] itinere ſuo, redierũt, &[24] veniẽtes indicarunt ei[25] omnia verba iſta. Et ait Dauid ad viros ſuos, Accingat quiſq; gladiũ ſuũ. & accincti ſunt ſinguli gladio ſuo, ſed & Dauid accinctus eſt gladio ſuo, &[26] ſequuti ſunt Dauidẽ ferme quadringẽti viri, ducẽti autẽ manſerũt apud[27] impedimẽta. ¶Porrò puer quidã ex [reliquis] pueris indicauit Abigail vxori Nabal hiſce verbis, En miſit Dauid nũcios ex deſerto[28] ſalutatũ herũ noſtrũ, qui[29] inuectus eſt in eos.[30] Homines verò illi magno vſui nobis fuerunt,[31] nec nos pudefecerunt, neq;[32] defuit nobis quidquã cunctis diebus quib⁹ conuerſati ſumus cũ eis: dum fuimus[33] in agro. Fuerunt nobis vice muri & nocte & interdiu, cũctis diebus quibus cũ eis oues pauimus. Nunc igitur[34] delibera & diſpice quid facias: nã[35] malum plene conceptũ eſt cõtra herũ noſtrum, & cõtra vniuerſam domũ ei⁹.[36] & ipſe perdit⁹ homo eſt, nec ſana ratione præditus, ita vt nemo cum illo vel loqui audeat. ¶Feſtinãs ergo Abigail, accepit ducẽtos panes, duos vtres vini, quinque oues paratas, & quinque ſata[37] toſti farris, cẽtum deni que[38] ligaturas vuarũ paſſarũ, & ducentas[39] maſſas ficuum, & impoſuit [illa] aſinis. Et ait ad pueros ſuos, Præcedite faciem meam, en ego vos ſequar: marito autem ſuo Nabal non indicauit. Et[40] conſcẽſo aſino, deſcendit[41] clàm per montẽ: & en Dauid & milites eius deſcendebant ei obuiam, ipſaq; obuia facta eſt illis.[42] Dixerat autẽ Dauid, Profecto[43] vanũ eſt quòd cuſtodiui oia quæ habet ille in deſerto, vt nihil deſideratũ ſit ex omnib⁹ quæ habet. & is repẽdit mihi malũ[44] pro bono.[45] Sic faciat Deus hoſtibus Dauidis, ſicque addat,[46] ſi ad matutinũ vſq; mingentẽ ad parietẽ reliquũ fecero ex oib⁹ quæ habet. ¶Quũq; Abigail vidiſſet Dauidẽ, illico deſcẽdit ab aſino, procidẽſq; prona corã Dauide, incuruauit ſe ad terrã vſq;: Procidẽs inquã ad pedes ei⁹, dixit, Mi do

¶12 Iam paſtores &c. Gallice, Or tes paſteurs &c. Ita ſolemus incipere cauſã. ¶13 vl, nobiſcũ verſati ſunt, ¶14 vl, pudore .i. quum petiuerũt à nobis aliqui, nõ ſunt paſſi repulſam. Cõmemorant ſe ut Dauidis beneficiũ collatũ in paſtores Nabal, vt illũ benigniorem erga Dauidẽ reddant. ¶15 vl, periit ¶16 He. in die bona. i. ad diẽ lętã, hoc eſt ad diẽ qua liberalitatẽ tuã exerces erga tõſores ouiũ tuarum. ¶17 inuenerit. i. quod habebis in promptu. ¶18 Heb. quieuerunt. i. deſierũt loqui. Aut, deſederũt aliquantiſper donec daretur occaſio conueniendi hominẽ durũ. ¶19 q.d. eſt ſeruus fugitiuus: tollã ergo panem &c.? ¶20 ſubducũt, Vt tollam panẽ &c. præcedentibus iungendum. interpoſita parentheſi, & quis eſt fili⁹ Iſai, vt tollam &c. ¶21 eſcam meã quã præparaui ¶22 & dem ¶23 vl, per viam qua venerant.

¶24 ſub. ad Dauidẽ. ¶25 Heb. ſecũdum omnia. i. omnino vt audierant. ¶26 Heb. aſcenderunt poſt Dauidẽ, ¶27 vl, ſarcinas. ¶28 Heb. vt benediceret ¶29 vl, auerſatus eſt eos. i. ſua reſpõſione abire coegit. ¶30 Et tamen illi homines benigni [fuerunt] erga nos valde, ¶31. i. ſi quidquam petebamus ab illis, nũquam paſſi ſumus repulſam. Aut vertendũ, neque fuimus ignominia affecti: ob rem ſcilicet amiſſam, aut ablatam ab eis tanquam prædonibus. ¶32 deſiderauimus. vl, requiſiuimus. vt perditum ſcilicet. i. neque perdidimus quicquã. ¶33. i. in deſerto ipſo vbi paſcebamus oues. ¶34 Heb. ſcito ¶35 Heb. completa eſt malitia. vl, decretũ eſt malum. ſub. vt veniat. q.d. certiſſime venturus eſt. vel, alioqui actũ eſt de hero noſtro, & eius familia. ¶36 Heb. quum ſit filius improbitatis magis quàm vt liceat eum alloqui. ¶37 vl, farinæ hordeaceæ. ¶38 vl, faſciculos vuarũ ſiccatarum. in clibano ſcilicet aut ad ſolẽ. Gallice, Moiſſines de raiſins cuicts. ¶39 carycarum. ſub. maſſas, vel libras. Carycas vocat ficus aridas, ſiccatas ad ſolem. Chaldæus paraph. libras maſſarum carycarum. ¶40 vl, ſedente ea ſuper aſinum, ¶41 Heb. per partẽ montis occultam. Chaldæus paraph. per latus mõtis. non enim vidit procul Dauid veniẽtem. ¶42 priuſquam ſcilicet itinerarii ſe accingeret, aut in ipſo itinere. ¶43 fruſtra cuſtodiui ¶44 vl, pro beneficio accepto. ¶45 Imprecandi modus, in quo eſt defectio, pro, Sic faciat mihi Deus vt opto, nempe vt me interficiat, aut multo deteriora faciat. Conuertit autem imprecationẽ à prima in tertiam perſonam. ¶46 Heb. ſi reliquero ex omnibus quæ ſunt eius vſque ad diem craſtinam, mingẽtẽ ad parietem. q.d. Perdat me Dominus ſi nõ euertero omnia quæ habet Nabal intra lucem craſtinam: & ſi reliquero inquam meientẽ ad parietem: ne canibus quidem eius (hi ad parietem ſolent meiere) ſi quos habet, parcam. vl, & filiis eius qui iam poſſunt ad parietem meiere, nõ parcam. Melius hic locus intelligitur de canibus cuſtodibus. Gallice dici ſolet, L'on n'y a laiſſé ne chien, ne chat.

mine, [47]in me ſit hæc iniquitas,' ſine loquatur famula tua in auribus tuis, & audi verba ancillæ tuæ. Ne ponat quæſo dominus meus cor ſuũ contra virum iſtum [48]belial,' contra Nabal inquam, [49]nam nomini ſuo reſpondet:' Nabal eſt nomen eius, & ſtultitia eſt cum eo: ego verò ancilla tua non videram pueros domini mei quos miſeras. Nunc ergo mi domine, [50]viuit Dominus, & viuit anima tua: [51]en prohibuit te Dominus, [52]ne euſque erumperes, vt ſanguinem funderes, ſeruauitque tibi manum tuam.' ſint igitur quemadmodũ Nabal hoſtes tui, & quicũque machinãtur domino meo malum. Nunc igitur [53]donum hoc quod' attulit famula tua domino meo, detur pueris [54]qui à pedibꝰ ſunt' domini mei: remitte obſecro trãſgreſſionem famulæ tuæ, nam omnino [55]domũ firmã' faciet Dominus domino meo: nã dominus meus bella gerit Domini, nihil mali [56]hactenus dum vixiſti,' inuentũ eſt in te. [57]Inſurgat licet homo vt te perſequatur, inquirátq; vitæ tuæ, erit tamẽ' anima domini mei [58]ligata in faſciculo viuentiũ cum Domino Deo tuo,' animã verò hoſtiũ tuorũ [59]eiaculabitur [60]in media vola' fundæ. [61]Quũmq; Dominꝰ proſequutus fuerit dominũ meũ omni bonitate, quemadmodũ tibi pollicitꝰ eſt,' præceperitq; tibi vt dux ſit ſuper Iſraelem, Tunc erit tibi domino meo [62]hoc' in [63]vacillationẽ,' & offendiculum cordis, [64]vt ſcilicet effunderes' ſanguinẽ [65]abſq; cauſa, [66]dominꝰ meꝰ ſe ſeruet: [67]quũq;' benefecerit Dominus domino meo, memineris ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, [68]Laudãdus' Dominꝰ Deus Iſrael, qui effecit vt mihi hodie obuiam venires. [69]Gratiã habeo moribꝰ tuis [feſtiuiſſimis,] tibiq; beneficiũ debeo,' quæ me hodie [70]coercuiſti' quominꝰ ſanguinẽ funderẽ, [71]liberaſtìmq; me manu mea.' Etenim, viuit Dominꝰ Deꝰ Iſrael, qui prohibuit me ne malo te afficerẽ: nã ſi non feſtinaſſes, veniſſeſq; mihi obuiã, [72]vſque ad matutinã nõ factꝰ fuiſſet reliquus ipſi Nabal mingẽs ad parietem.' Suſcepit ergo Dauid de manu eiꝰ quod attulerat ei, ſimúlque dixit ei, [73]Aſcẽde in pace in domũ tuã, [74]en' exaudiui vocẽ tuã, [75]ſuſcepique faciẽ tuã. ¶Venit itaq; Abigail ad Nabal, & en habebat is conuiuiũ in domo ſua [76]veluti cõuiuiũ regiũ,' & cor ipſius Nabal erat hilare in ipſo, erátq; [77]ſatis' ebrius: ipſa verò non [78]indicabat' ei quidquã, nec paruũ nec magnũ vſq; ad lucẽ [79]poſteri diei.' Factũ eſt igitur mane, [80]quum Nabal vinũ cõcoxiſſet,' retulit ei vxor eius [81]negotiũ illud,' emortuũmq; eſt cor eius in ipſo, ita vt fieret tãquã lapis. Poſt decem deinde dies percuſſit Dominꝰ ipſũ Nabal, ita vt moreretur. Dauid autẽ quũ audiret mortuũ eſſe Nabal, ait, Laudãdus Dominus, qui vindicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruũ ſuũ ꝓhibuit à malo, repẽ-

ſit domine mi hæc iniquitas: loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus rex cor ſuum ſuper virũ iſtum iniquũ Nabal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autẽ ancilla tua nõ vidi pueros tuos domine mi, quos miſiſti. Nunc ergo domine mi viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærũt domino meo malum. Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequũtur te dominum meũ. aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelẽ, quia prælia Domini domine mi tu prœliaris: malitia ergo nõ inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim ſurrexerit aliquando homo perſequens te, 'vel' quærens animam tuã, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, apud Dominũ Deum tuũ: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia "hæc' quæ locutus eſt bona de te, & cõſtituerit te ducẽ ſuper Iſrael, Non erit tibi hoc in ſingultũ, & in ſcrupulum cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ," & tu bene facies ei.' Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominꝰ Deꝰ Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meũ, & benedictum eloquiũ tuũ, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ, & vlciſcerer me manu mea. Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerẽ tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſque ad lucẽ matutinã, mingẽs ad parietẽ. Suſcepit ergo Dauid de manu eiꝰ omnia quæ attulerat ei, dixitque ei, Vade pacifice in domũ tuã. ecce, audiui vocẽ tuã, & honoraui faciem tuã. ¶Venit 'autẽ' Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuiũ in domo eius quaſi conuiuium regis, & cor Nabal iucũdum: erat enim ebrius nimis: & nõ indicauit ei verbũ puſillum aut grande vſque mane. Diluculo autẽ cũ digeſſiſſet vinũ Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. Cúmque pertrãſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt. Quod cum audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuũ cuſtodiuit à malo,

F Deus obſtitit ne Dauid occideret Nabal.

Benedictio ꝓ muneribus.

Peccatũ viri transfert in ſe Abigail.

¶°&

P

Gratias agit Deo ipſe Dauid quòd ꝓhibuerit ne Nabal occideret.

¶°ergo Nabal ebriꝰ.

G

Nabal occiditur à Deo.

Gratiarũ actio Dauidis, ob mortuũ Nabal.

¶47.i. reputa me peccaſſe: eſto peccarim, tamen audi me. Hebraice legiſ, In me, ego domine, [ſub. peccaui,] iniquitas. q.d. In me (ego enim peccaui) ſit iniquitas ô domine. ¶48 improbũ. ¶49 Heb. nã iuxta nomen ſuũ ſic eſt. ¶50 ſub. res ita habet. q.d. per Deũ viuum non vidi pueros tuos. ¶51 Hebr. [viuit inquam] Dominus qui prohibuit ¶52 Heb. ne venires in ſanguinem, & ne ſeruaret te manus tua. i. ne effunderes ſanguinẽ innocentẽ, & ne vlciſcereriſ te manus tua. Alij vertunt, qui ſeruauit manum tui ne effunderes ſanguinẽ. ¶53 Heb. iſta benedictio quam ¶54 Heb. qui ambulãt in pedibus. i. miniſtrant domino meo. q.d. iube illud excipi à famulis tuis q inſeruiunt tibi. ¶55 i. familiam regiam. ¶56 Heb. à diebus tuis. i. ex quo viuis. ¶57 Heb. Et [tamen] ſurrexit quidã [nempe Saul] vt perſequatur te, & quærat animã tuam: [.i. vt te perdat.] ſed erit ¶58.i. dominus meus diutiſſime viuet colendo Dominũ Deum. Alij vertũt, apud Dominũ. i. in vita æterna. Minus probatur doctis. Vel, dabit tibi Dominus prolem quæ diutiſſime viuet, & diu ſedebit ſuper ſoliũ tuum. ¶59 vel, quaſi funda procul emittet. ſub. ex hac vita. ¶60 in medio ſedis. Partem fundæ latiorẽ intelligit, ad quam religantur duo funes. ¶61 Heb. Eueniet autẽ, quum fecerit Dominus domino meo iuxta omne quod locutus eſt bonum ſuper te. i. quum Dominus te affecerit ſummo illo beneficio quod tibi eſt pollicitus, hoc eſt, quum te regẽ conſtituerit. ¶62.i. effuſio ſanguinis. ¶63 offendiculum. ſiue, offenſionem. i. non te anget q̃ profuderis ſanguinem innoxiũ, & quòd ſumpſeris pœnas de hoſtibus tuis. ¶64 vt effundas. i. q̃ effuderis &c. ¶65.i. innocẽtem. ¶66 Heb. & vt ſe dominus meus ſeruet. i. vlciſcatur. ſub. de inimicis ſuis. i. & q̃ ipſe te vltus fueris de &c. ¶67 cum ergo. i. cũ te regẽ conſtituerit. ¶68 Heb. Benedictus ¶69 Heb. Et benedicta prudentia tua, benedictáque tu, &c. Vox Hebræa ſignificat prudẽtiam, conſilium, ſermonem, & etiam guſtum. Chaldæus paraph. vertit prudentiam. ¶70 prohibuiſti ¶71 Heb. & [ne] ſeruaret me manus mea. i. ne vlciſcerer me manu mea. ¶72 Heb. non remanſiſſet ipſi Nabal vſque ad lucem matutinam meiens ad parietem. i. interfeciſſem totã familiã Nabal, neq; reliquus factus fuiſſet canis vllus qui ſolet meiere ad parietẽ. ¶73.i. Recipe te in domũ tuã ſalua & incolumis. ¶74 Heb. vide. cõſidera. ¶75 q.d. acquieui petitioni tuæ, cõdonauiq; tibi omnia, quũ ſis mihi gratiſſima. vel, gratiſſima mihi fuerũt quæ dixiſti, & quæ attuliſti. ¶76.i. tale quale regi alicui celebrari ſolet. q.d. celebrabat domi ſuæ cõuiuiũ ſplendidiſſimũ. ¶77 valde ¶78 indicauit ¶79 matutinã. i. vſq; in ſequentẽ diẽ, donec ſcilicet exhalaſſet crapulã. ¶80 Heb. quum vinũ exiſſet à Nabal. i. quum crapulã edormiſſet. ¶81 verba iſta. i. quæ ſupradicta ſunt.

& malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. miſit ergo Dauid, & locutus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam ſibi in vxoré. ¶Et venerũt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicẽtes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem. Quæ cõſurgẽs adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail, & aſcẽdit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierũt cum ea pediſequæ eius, & ſecuta eſt nuncios Dauid: & facta eſt illi vxor.

*Dauid ducit Abigail in vxorem.*

Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam ſuam vxorem Dauid alio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

*Achinoam. Michol, vxor Dauid, datur Phalti.*

CAP. XXVI.

ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid abſconditus eſt in Colle-hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit Saul, & deſcendit in Deſertum-Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in Deſerto-Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa-hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via: Dauid autem habitabat in deſerto. videns autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum, miſit exploratores, & didicit quòd illuc veniſſet certiſſime. Et ſurrexit Dauid clã, & venit ad locum vbi erat Saul: cúmque vidiſſet locũ in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulem dormiẽtem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitũ eius, ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicẽs, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? dixitque Abiſai, Ego deſcendam tecũ. ¶Venerũt ergo Dauid & Abiſai ad populũ nocte, & inuenerunt Saul iacẽtem & dormientem in tentorio, & haſtam fixã in terra ad caput eius: Abner autem & populũ dormientes in circuitu eius. Dixitque Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicũ tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lãcea in terra, ſemel, & ſecundò opus non erit. Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in chriſtum Domini, & innocẽs erit? Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcendens perierit. Propitius ſit mihi Dominus ne extendam manum meam in chriſtum Domini. nunc igitur tolle haſtam quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus. Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput eius, & abierunt: & non erat quiſquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. ¶Cúmque tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longe, & eſſet grande interuallum inter eos, Clamauit Dauid ad populũ, & ad Abner filium Ner, dicens, Nõnne reſpondebis Abner? & reſpondẽs C Abner, ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominũ tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem dominum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſti: viuit Dominus quoniã filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtum

*Ziphæi produnt Dauidẽ Sauli. ¶ qui Saul Dauidẽ perſequitur.*

*Parcit ſecundò Dauid inimico Sauli dormiẽti, ablata haſtã & ſcyphũ eius auferens.*

*Prouidentia Dei opprimitur ſomno Saul cũ ſuis. ¶ Saul, Dauid exprobrat Abner ſomnolẽtiã.*

ditque malitiam Nabal Dominus in caput ipſi⁹. Miſit inſuper Dauid, loquutúſque eſt cum Abigail, vt acciperet eam ſibi in vxorem. ¶Veniẽtes itaq; ſerui Dauidis ad Abigail in Carmel, loquuti ſunt cum ea in hãc ſententiã, Dauid miſit nos ad te, vt ducat te ſibi vxorem. Quæ [12] ſurgẽs pronam ſeſe incuruat, dicens, Ecce [13] ſit ancilla tua famula vt lauet pedes ſeruorũ domini mei. Ilico ergo ſurgens Abigail, inſcẽdit aſinũ, [14] ſequutæque ſunt veſtigiũ eius quinque puellæ eius, ipſa autẽ ſequuta eſt nũtios Dauidis, & facta eſt ei vxor. Sed & Ahinoã duxit Dauid de Ieſreel, fuerũtq; ambæ vxores eius. Saul enim dederat Michal filiam ſuam Dauidis vxoré, Phalti filio Lais, qui fuit de Gallim.

CAP. XXVI.

ZIphæi venerũt ad Saulem in [1] Gibea, dicentes, Annon Dauid abdidit ſeſe in colle Hachila, quæ eſt e regione deſerti? Surgens igitur Saul, deſcendit in deſertum Ziph, habens ſecum tria millia virorum delectorũ ex Iſraele, vt quæreret Dauidem in deſerto Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in colle Hachila, qui eſt e regione [2] deſerti iuxta viã. Dauid autẽ manebat in deſerto. [3] viditque quòd Saul inſequeretur eum in deſertũ. Miſit igitur Dauid exploratores, intellexitq; Saulẽ [4] ad certum [negotiũ] veniſſe. Et ſurgẽs Dauid, venit ad locũ vbi Saul caſtra poſuerat, [5] viditq; Dauid locũ in quo [6] dormiuit Saul & Abner filius Ner imperator exercit⁹ eius: Saul autẽ dormiebat intra vallũ, populus verò in caſtris erãt circũ eũ. Et reſpõdẽs Dauid, ait ad Ahimelech Hethæũ, & ad Abiſai filium Zeruia fratrem Ioab in hæc verba, Quis deſcendet mecũ ad Saulẽ in caſtra? & dixit Abiſai, Ego deſcẽdã tecũ. ¶Venit itaq; Dauid & Abiſai ad populũ noctu, & ecce Saul dormiens iacebat intra vallum, & lãcea eius fixa erat in terra [7] ad caput eius. Abner autem & populus iacebant circũ eum. Ait ergo Abiſai ad Dauidem, Tradidit Deus hodie hoſtem tuũ in manum tuam, [8] ſine obſecro vt vno ictu defigam eũ lancea in terram, nec iterem. Dixit autẽ Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim [9] impune manum ſuam inferret vncto Domini? Addiditque Dauid, [10] Viuit Domin⁹, niſi Dominus percutiat eum, aut dies eius veniat vt obeat, aut in prælium deſcendens intereat. [11] Seruet me Dominus, ne manum meam inferam vncto Domini: quin lanceam quæ [12] ad caput eius eſt accipe, & vrceum aquarium, [13] & abibimus. Tulit itaque Dauid lanceam & vrceũ aquarium de capite Saulis, & abierunt illi, nemine vidente, nemine id aduertente, neminéque euigilãte: quoniã omnes dormiebãt, ni [14] grauiſſimus ſopor à Domino in eos irruerat. ¶Et tranſiẽs Dauid [15] in vlteriorem locum, ſtetit in vertice montis eminus, exiſtẽte multo ſpatio inter eos. Et clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filiũ Ner, in hæc verba, [16] Nihil reſpondes Abner? reſpondit Abner, & dixit, Quis es tu, qui clamas [17] ad regem? Et dixit Dauid ad Abner, Annon [18] vir es tu? & quis ſimilis tui in Iſraele? Cur igitur nõ cuſtodiuiſti dominũ tuum regẽ? ingreſſus enim eſt quiſpiã ex populo, vt perderet dominum tuũ regem. Hoc omnino bonum non eſt quod feciſti: viuit Dominus, [19] digni eſtis extremo ſupplicio, quòd non cuſtodiuiſtis dominum veſtrum, nempe vnctum

¶ 12 vel, aſſurgẽs ſub. ſeruis Dauidis. ¶ 13 Heb. ancilla tua, vt ſit ancilla ad lauãdum &c. q.d. parata eſt ancilla tua vt miniſtra ſit lauãdis pedibus &c. ¶ 14 Hebr. & quinque puellæ [quæ] incedebãt ad greſſum ei⁹ .i. pediſequæ.

XXVI.

¶ 1 Beniamin ſcilicet. ¶ 2 Ieſimon ¶ 3 cognouitque. ſiue, intellexitq; ¶ 4 pro certo. Chaldæus paraph. pro vero. ¶ 5 .i. deſignauit oculis. ¶ 6 iacebat. vel, dormiret ¶ 7 ad ceruical eius: ¶ 8 Hebr. nunc ergo percutiã eũ obſecro haſta, & in terrã vno ictu, & nõ iterabo illi. i. vt ipſo tranſfoſſo haſta, infigã haſtã ipſã terræ, vt non ſit opus ferire eũ denuo. ¶ 9 He. & erit innocẽs, ¶ 10 Heb. Viuit Deus: ſed Dominus percutiet eum, aut dies eius veniet, & morietur: aut in prælium deſcendet, & interficietur. q.d. Iuro ego per Deum viuentẽ. ſub. quòd non mittes manum in chriſtũ Domini: ſed Domin⁹ ipſe percutiet eum, aut periodus vitæ eius veniet, &c. Alij vertunt. Viuit Do. quòd Dominus percutiet &c. q.d. Non eſt opus vt eum interficias: nã breui morietur &c. ¶ 11 Heb. Abſit à me à Domino, vt manum &c. i. Ne permittat Dominus vt occidã vnctum Domini. ¶ 12 ad ceruical ¶ 13 & diſcedam⁹. Dauid hæc accipit: nam timebat ne Abiſai afferret illi manus violentas. ¶ 14 Heb. ſopor Domini. i. immiſſus à Do. vel, ſopor magnus, vt Chaldæus paraph. vertit. nam omnia fortia & magna Deo tribuuntur: vt montes Dei. i. excelſi. ¶ 15 in latus oppoſitum, ¶ 16 Videtur ſæpius vocaſſe Abner. ¶ 17 iuxta regem? Chaldæus paraph. ad caput regis. i. qui tuo clamore obtundis regem? aut, qui audeas excitare regem? ¶ 18 q.d. clarus & inſignis. Ironia. ¶ 19 Heb. filij eſtis mortis. i. digni morte.

¶10 iuxta ceruical ¶11 fecit vel, quid cõmiſit? ¶12. i. quid admiſit ¶13 vel, incitauerit
¶24 vel. olfaciat ſacrificiũ. i. ſit mihi propitius quum offeram illi munera. Aut. olfaciet ſacrificiũ. i. placabo irã eius ſacrificio. ¶15. i. apud Dominũ. ¶16 ne habitem in hæreditate &c. i. cogũt me diſcedere ex hac hæreditate Domini, ex hac Terra ſancta. ¶17 dicendo. i. quaſi dicerent. q. d. Perinde faciunt ac ſi dicãt mihi, Vade &c. ¶18. i. Nunquã obliuiſcat Dominus ſanguinis mei effuſi in terrã, ſi interficias me, ſed ſit ſemper in cõſpectu eius, & requirat illud, & vlciſcatur. ¶19. i. magno æſtimata apud te. hoc eſt, eo quod peperceris mihi. ¶20 perſequẽdo ſcilicet hominẽ Deo gratum. ¶21 Heb. reddat vnicuique ſui iuſtitiã & fidem ſui i. habeat rationẽ viri qui iuſte & fideliter vixerit, qui iuſte egerit, & fidem ſeruauerit vt ego ſeruaui. ¶22 vel, & tamẽ ¶23. i. vita tua magno æſtimata fuit.

Domini. nunc igitur vide vbi ſit lancea regis, &
vas aquariũ, quæ[10] ad caput eius erit. Et cognoſcens Saul vocem Dauidis, ait, Annõ hæc vox tua
eſt fili mi Dauid? Et dixit Dauid, Vox mea eſt domine mi rex. Et ait, Quare Dominus meus ſic perſequitur ſeruũ ſuũ? quid enim [11]deſignauit? [12]quid
verò mali eſt in manu mea? Nunc ergo audiat
quæſo dominus meus rex verba ſerui ſui. Si Dominus [13]incitat te contra me, [14] odoretur ſacrificium placatoriũ: ſi autem filij hominũ, execrati ſint [15]in cõſpectu Domini: nam eiiciũt me hodie, [16]ne cõſociare me poſſim hæreditati Domini, [17]in hoc quod dicunt, Vade, cole deos alios.
[18]Ne itaq; cadat ſanguis meus in terrã corã Domino, quoniam egreſſus eſt rex Iſraelis, vt pulicem
vnum quærat, perinde ac ſi quis perdicẽ in mõtibus perſequatur. Et dixit Saul, Peccaui. reuertere
fili mi Dauid, nihil mali tibi vltra inferam, eo quod
anima mea [19]precioſa hodie fuerit i oculis tuis:
en ſtulte egi, & [20]erraui admodũ valde. Et reſpondens Dauid, ait, En lancea regis, tranſeat vnus ex
pueris, & tollat eã. Dominus autẽ [21]rependat vnicuiq; iuxta iuſtitiã ſuã, & iuxta fidẽ ſuã: quoniã
tradiderat te Dominus hodie in manũ meam,
[22]ego verò nolui manũ meam inferre vncto Domini. Et ecce quẽadmodũ [23]anima tua hodie magnifica fuit in oculis meis, ſic magnifica ſit anima mea in oculis Domini, [24] qui eripiat me ex
omni afflictione. Et dixit Saul ad Dauidẽ, [25]Laude dignus es tu fili mi Dauid: & [26]facies, & omnino perficies. Dauid autem abijt itinere ſuo, &
Saul in locũ ſuum reuerſus eſt. CAP. XXVII.

COgitauit autẽ Dauid in corde ſuo, [1]Incidam
vna dierũ in manũ Saulis: ideo [2]nihil mihi
cõſulti, [3] quàm vt fuga euadã in terrã Paleſthinorũ, vt Saul à me abſiſtat, neq; vltra me per omnes terminos Iſraelis inueſtiget, effugiámq; manus eius. Surgẽs itaq; Dauid, trãſijt ipſe & ſexcẽti
viri qui cũ ipſo erãt, ad Achis filiũ Maoch regẽ
Gath. Et habitauit Dauid apud Achis in Gath, ipſe & milites eius, quiſq; cũ domo ſua: ſed & duæ vxores eius, Ahinoã Ieſreelitis, & Abigail Carmelitis, vxor ſcilicet ipſius Nabal. Nũtiatũmq; eſt Sauli quod Dauid fugiſſet in Gath, nec vltra [4]inueſtigauit eũ. ¶ Dixit autẽ Dauid ad Achis, Si nunc inueni [5]fauorem in oculis tuis, detur mihi locus in aliqua [6]vrbe in agro, vt ibidẽ habitẽ: cur enim habitaret ſeruus tuus tecũ in vrbe regia? Dedit itaq;
ei Achis in die illa Ziclag. hinc Ziclag facta eſt
regũ Iehuda vſq; in hũc diẽ. Fuit verò numerus
dierũ quibus cõmorabatur Dauid in agro Paleſthinorũ, [7]quatuor mẽſes & dies aliquot. ¶ Aſcẽdit autem Dauid & milites eius, & irruperunt in
Geſſuræos, Girſæos, & Amalecitas: hæ enim gentes [8]iam olim regionẽ iſti incoluerant, vbi itur
in Sur vſq; ad terrã Ægypti. Et [9]percuſſit Dauid
regionẽ, [10]nõ permiſit viuere nec virũ, nec mulierem: abegit quoque oues & boues, aſinos atque camelos & veſtes: & reuerſus venit ad Achis.
Et ait Achis, [11] Vbi feciſtis hodie impreſſionem?
Et dixit Dauid, Ad Meridiẽ Iehuda, & ad Meridiẽ

Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi
ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autẽ Saul vocem Dauid, & dixit. Nũquid vox
hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. Et ait, Quam ob cauſam dominus
meus perſequitur ſeruũ ſuũ? quid feci? aut quod
eſt malũ in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui. Si Dominus incitat
te aduerſum me, odoretur ſacrificium. ſi autẽ filij hominũ: maledicti ſunt in conſpectu Domini: [*]qui eiecerunt me hodie, vt nõ habitẽ in hæreditate Domini, dicẽtes, Vade, ſerui dijs alienis. ¶[*]quia D
Et nunc non effundatur ſanguis meus in terra
corã Domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quærat pulicẽ vnum, ſicut perſequitur perdix in mõtibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: Agnoſcit
nequaquam enim vltrà tibi malefaciã, eo quòd Saul peccatum,
precioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: & miſe-
apparet enim quòd ſtultè egerim, & ignorauerim ricordiam à
multa nimis. Et reſpondens Dauid, ait, Ecce Dauide ſibi
haſta regis: tranſeat vnus de pueris regis, & tol- factam.
lat eam. Dominus autem [*]retribuet vnicuique ſe- ¶[*]retribuat
cundum iuſtitiã ſuam & fidem: tradidit enim te
Dominus hodie in manũ meam, & nolui extendere manum meã in chriſtũ Domini. Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic
magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potẽs poteris. Abijt autem Dauid
in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuũ.

CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo. Aliquando incidã Dauid in an-
vna die in manus Saul: nõnne melius eſt vt guſtia cor-
fugiam, & ſaluer in Terra-Philiſthinorũ, vt de- dis conſtitu-
ſperet Saul, ceſſetque me quærere in cũctis fini- tus, fugit ad
bus Iſrael? fugiam ergo manus eius. Et ſurrexit Achis regem
Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad A- Geth.
chis filium Maoch regem Geth. Et habitauit Dauid cũ Achis in Geth, ipſe & viri eius, [*] & domus ¶[*]vir
eius, [*] & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, ¶[*]Dauid
& Abigail vxor Nabal Carmeli. Et nuntiatũ
eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid in Geth, & nõ ad- B
didit vltrà quærere eum. ¶ Dixit autẽ Dauid ad Siceleg ciui-
Achis, Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi tas datur Da-
locus in vna vrbium regionis huius, vt habi- uidi in habi-
tem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate tationem.
regis tecũ? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam facta eſt Siceleg regũ
Iuda, vſque in diem hanc. Fuit autẽ numerus dierũ quibus habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium. ¶ Et aſcendit Dauid, C Dauid
& viri eius, & agebãt prædas de Geſſuri, & de Ger- excurrit ad
zi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabãtur in prædam, Phi
terra antiquitus, euntibus Sur vſque ad Terram- liſthæos oc-
Ægypti. Et percutiebat Dauid omnẽ terram [*]illorum, nec relinquebat viuẽtem virum & mu- cidens.
lierẽ tollẽſq; oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis.
Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Dauid fallit
Reſpondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ, & regẽ Achis.

¶14 & eripiat ¶15 Heb. Benedictus es tu. i. Summa laude dignus es, aut Fœliciſſimus es. ¶16 Heb. faciendo facies. i. præclara opera facies, res præclaras geſturus es. ¶17 Heb. valendo valebis. i. magnis viribus pollebis.

XXVII. ¶1 Heb. Tandem abſumar quadam die per manum &c. i. Tãdem vitæ meæ finem inueniam, incidens in manum Saulis. ¶2 Heb. nullum eſt mihi bonum. ſub. hic. i. nulla eſt mihi quies, nuſquam conquieſcit animus meus Gallice, Ie n'ay point de bien ici. ¶3 Heb. ſi euadam [vel, effugero, ſalutis ſcilicet cauſa] in terram Palæſthinorum, tum demum deſperabit de me Saul [ſub. ſe me conſequuturum] vt non quærat me vltra per omnem terminum Iſraelis: & [ita] ſeruam me de manu eius. vel, ſeruabo me de poteſtate eius. ¶4 vel, quæſiuit ¶5 gratiam. i. Si tibi ſum gratus & charus. ¶6 vrbium agreſtium, ¶7 vel, annus vnus & menſes quatuor. ¶8 Heb. habitabant terram [vel, regionem] quæ fuerat à ſeculo, [ſ. i. antiquam, & ideo populoſam,] ex quo intras in &c. Chaldæus paraph. ab ingreſſu. ¶9 percutiebat ¶10. i. non parcebat viris, &c. ¶11 vel, Quò irruiſtis hodie?

D contra Meridiem Ierameel. & contra Meridiem Ceni. Virum & mulierem nõ viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne fortè loquantur aduerſum nos. Hæc fecit Dauid. & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philiſthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus eſt cõtra populum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

CAP. XXVIII.

*Dauid cõſtituitur cuſtos regis Achis i bello.*

FActum eſt autem in diebus illis cõgregauerunt Philiſthijm agmina ſua, vt præpararẽtur ad bellũ contra Iſrael: dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito quoniam mecũ egredieris in caſtris tu & viri tui. Dixitque Dauid ad Achis, Nũc ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus. ¶ Samuel autem mortuus eſt, planxitque eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramátha vrbe ſua. Et Saul abſtulit magos & hariolos de Terra: & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre. Cõgregatiq; ſunt Philiſthijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregauit autẽ & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelbóe. Et vidit Saul caſtra Philiſthijm, & timuit. & expauit cor eius nimis. Cõſuluitque Dominũ, & non reſpondit ei neq; per ſomnia, neque per ſacerdotes, neq; per prophetas. Dixitque Saul ſeruis ſuis, Quærite mihi mulierem habentẽ pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illã. Et dixerũt ſerui ei⁹ ad eũ, Eſt mulier pythonẽ habẽs, in En-dor. Mutauit ergo habitũ ſuum, veſtitúſque eſt alijs veſtimentis. & abijt ipſe, & duo viri cũ eo. venerúntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quẽ dixero tibi. Et ait mulier ad eum, Ecce tu noſti quãta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occidar? Et iurauit ei Saul in Domino, dicẽs, Viuit Dominus quia nõ eueniet tibi quicquã mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier, Quẽ ſuſcitabo tibi? qui ait, Samuelem mihi ſuſcita. Cum autẽ vidiſſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. Dixitque ei rex, Noli timere: quid vidiſti? & ait mulier ad Saul, Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitq; ei, Qualis eſt forma eius? quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. & intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. ¶ Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer? & ait Saul, Coarctor nimis: ſiquidem Philiſthijm pugnant aduerſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit neq; in manu prophetarum, neque per ſomnia: vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te, &

*Samuel mortuus. S. 25. a.*
*Saul aufert magos & hariolos.*
*Saul Philiſtheis cõtra ſe cõgregatis nihil ipſi reſpõdẽte Deo, pythoniſſam conſulit.* B
*Suſcitatus Samuel annũtiat Sauli mortẽ, & Philiſtheos victoria potituros* C
*¶ Deum*
*Eccli 46. d.*

[11]Ierahmeel. & ad Meridiem Kenæi. Nec virum, nec mulierẽ viuos ſeruabat Dauid, vt [12]induceret in Gath: [13]hoc nempe conſilio, Fortè annunciarent de nobis [aliquid,] dicendo, Sic fecit Dauid. & hic mos eius erat omnibus diebus quibus cõmorabatur in regione Paleſthinorum. Et [15]credidit Achis ipſi Dauidi, cogitans, [16]Omnino ſordet illi gens ſua Iſraelitica, eritque ſeruus meus perpetuò.

CAP. XXVIII.

COntigit vt in diebus illis Paleſthini congregarent [1]turmas ſuas, exercitúmque [cõſcriberent,] vt pugnarent cõtra Iſraelitas. dixit ergo Achis ad Dauidẽ, [2]Perſuaſiſſimum hoc tibi eſto, quòd mecũ egreſſurus ſis in prælio, tu & viri tui. Et ait Dauid ad Achis, [3]Cognoſces ergo & tu quid facturus ſit ſeruus tuus. Ruſúmque dixit Achis ad Dauidẽ, [4]Ponam igitur te cuſtodẽ capitis mei cunctis diebus. ¶ Porrò Samuel mortuus erat, planxerántque eũ omnes Iſraelitæ, ſepelierántque eũ in Rama [5]ciuitate ſua. [6]Et Saul eiecerat è terra [7]pythones & diuinos. Cõgregati igitur Paleſthini, venerunt & caſtrametati ſunt in Sunem: cõgregauitque & Saul vniuerſum Iſraelẽ, & caſtrametati ſunt in Gilboa. Videns autem Saul caſtra Paleſthinorũ, timuit, & expauit cor eius ſupra modũ. Quũmque Saul cõſuluiſſet Dominum, non reſpondit ei Dominus, neq; per ſomnia, neq; [8]per Vrim, neq; per prophetas. Dixit ergo Saul ad ſeruos ſuos, Quærite mihi mulierem quæ habeat pythonem, vt vadam ad eam, [9]ſciſciterque ex ea. Et dixerunt ſerui eius ad eũ, Ecce eſt mulier in En-dor, quæ ſpiritũ habet pythonis. Saul ergo cõmutato habitu, indutus eſt aliis veſtimentis, abijtque ipſe & duo viri cũ eo, venerúntque ad mulierẽ illã noctu, & ait, Diuina mihi quæſo [10]in pythone, & [11]fac mihi aſcendere quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum, En tu noſti quid fecerit Saul, quomodo exciderit [12] è terra pythones & diuinos: cur ergo [13]tu laqueum tendis vitæ meæ, vt me mortis periculo exponas? Et iurauit ei Saul per Dominum, dicens, Viuit Dominus, [14]ſiquid culpæ tibi hac ex re imputetur. [15]Et dixit mulier, Quem [16]euocabo tibi? reſpondit, [17]Euoca mihi Samuelẽ. Et videns mulier [18]Samuelem ſublata voce clamauit: dixitque mulier illa ad Saulem hæc verba. Cur fefelliſti me? tu enim es Saul. Et ait ad eam rex, Ne metuas: quid vidiſti? dixit mulier ad Saulem, [19]Deos vidi aſcendentes de terra. Qui dixit ei, Quæ eſt forma eius? & dixit illa, Vir ſenex aſcendit, iſque amictus eſt pallio. intellexit autem Saul quòd Samuel eſſet, [20]inclinauitque pronus, & procidit. Dixit autem [21]Samuel ad Saulem, Cur [22]inquietum me reddidiſti vt me reduceres? & dixit Saul, Valde ſum anxius, nam Paleſthini pugnant contra me, & Deus receſſit à me, nec vltra reſpondet mihi, neque [23]per manus prophetarum, neque per ſomnia, & euocaui te, vt oſtendat mihi quid ſim facturus. Et ait Samuel, Et quare me interrogas, quum Dominus à te receſſerit,

¶ 11 vrbs tribus Iuda in latere Meridionali. ¶ 13 vel, adduceret ¶ 14 Heb. dicẽdo, ¶ 15 credebat. ſub. dicẽti Dauidi, ad plagã Meridianã Iuda &c. ¶ 16 Heb. Fecit fœtere [ſub. opera ſua] in populo ſuo Iſraeli. i. Reddidit opera ſua inuiſa, ſeq; odioſum Iſraelitis ſuis. Fecit quæ diſplicent popularib⁹ ſuis. Vel, Reddidit ſe fœtidũ in populo ſuo. i. inuiſum & odioſum, quòd abhorream⁹ à re fœtida, putida, & male olente.

XXVIII. ¶ 1 copias ſuas militares. vel, ad militiam ¶ 2 Heb. Sciendo ſcias. i. Certo ſcias. ¶ 3 Propterea tu videas. q. d. Si ita decreueris, vide quid me velis facere. ¶ 4 Idcirco ponam &c. Hac de cauſa quoniam video te paratum eſſe ad obſequium. ¶ 5 Heb. in vrbe ſua. i. in ea Rama in qua habitabat. nam erant duæ vrbes eodem nomine. Alij referũt hoc ad verbum remotius Planxerunt eum in Rama & in vrbe ſua Iſraelitæ. q. d. tam in Rama, q̃ in aliis vrbib⁹. Alij, ſepelierunt eũ in ipſa vrbe Rama, non extra vrbẽ. ¶ 6 Saul autẽ expulerat. vel, abſtulerat ¶ 7 vel, magos ¶ 8. i. per ſacerdotes. Nã ſũmus põtifex gerebat Vrim & Thummim in hoſen ſiue pectorali, ante pectus. ¶ 9 ſub. qd facto opus ſit. ¶ 10. i. ope ſpiritus pythonici quo es prædita. ¶ 11 vel, ſuſcita mihi ¶ 12. i. ex hac regione. ¶ 13 Heb. ſtudes eſſe offẽdiculo animæ meæ vt cures me interficiendã? ¶ 14 [quòd] non eueniet tibi pœna [vel, punitio] propter hanc rem. i. nihil mali continget tibi ob id. ¶ 15 Dixit ergo ¶ 16 ſuſcitabo. vel vt Hebraice, faciam aſcendere tibi? ¶ 17 Fac aſcendere. vel, Suſcita. Hebræi aiunt nõ vere Samuelẽ ſuſcitatum: hoc enim erat ſpectrum quod apparuit: quod ſentit & B. Auguſtinus. ¶ 18. i. ſpectrum & ſimilitudinẽ Samuelis. ¶ 19 Deũ vidi aſcendentẽ. i. hominẽ quendam diuinum. Relatiuum ſingulare quod ſequitur, oſtendit Elohim plurale, vertendum eſſe per ſingulare, Deum, non Deos. ¶ 20 Heb. inclinauitque ſeſe in faciem in terrã, & adorauit. i. inclinato in terrã vultu adorauit. ¶ 21. i. ſpiritus pythonicus qui induerat ſpeciem Samuelis. Samuel tunc viſus eſt dicere Sauli. Mulier videbat Samuelem, neque tamen audiebat eum alloquentem Saulem: ſicuti nec Saul videbat Samuelem, hoc eſt illuſionem illam diabolicam quæ videbatur illis Samuel. Ita Hebræi. ¶ 22 mihi fuiſti moleſtus [vel, commouiſti me] vt me aſcendere faceres, vel, curando me ſuſcitandum? ¶ 23 Gallice, Par le moyen des prophetes.

¶14 Chaldæus paraph. ſubaudit præpoſitionē cū, hoc modo, & ſit cū hoſte tuo? vel, cum æmulo tuo? .i. faueat illi?
¶15 poſſūt hæc verti per futurū, faciet, & ſcindet. vel, auferet
¶16 .i. per me.
¶17 Quemadmodum
¶18 .i. quod præceperat iratus cōtra Amalec.
¶19 Heb. de plenitudine ſtaturæ ſuæ .i. corruit vt erat erectus & ſtabat. Gallice, Il cheut de ſa haulteur.
¶20 Alij vertūt, etiā robur non erat in eo .i. nō erant illi vires qb⁹ ſe erigeret.
¶21 Heb. nō cōederat panem.
¶22 vel, conturbatū.
¶23 Heb. & poſui animā meā in manu mea .i. diſcrimini me expoſui.
¶24 .i. parui verbis tuis.
¶25 & erit
¶26 coegerunt

XXIX.

¶1 Quidā aiūt nomē loci eſſe ī Iezrahel: alij fontē vertunt.
¶2 Heb. Quid Hebræi iſti? .i. Quid ſibi volunt &c.
¶3 Heb. iā diebus, vel iā annis? .i. dies aliquot, imò vero annos aliquot? .i. & quē ego cognoſco iam à multis annis? Quidā Hebræorū exponit, Et eū tā bene noui, q̄ ſi māſiſſet apud me annos aliquot.
¶4 nec
¶5 ſub. à Saule ad me.
¶6 redibit [vel, redire poterit] in gratiam cum domino ſuo? annon per capita &c.

[14]factúſque ſit hoſtis tuus?[15] Dominus quidem [16]fecit quēadmodū loquutus eſt [16]in manu mea, & ſcidit Dominus regnū de manu tua, deditque illud proximo tuo Dauidi. [17]Quādoquidē enim non obediuiſti voci Domini, nec perfeciſti [18]iram furoris eius in Amalec, idcirco fecit tibi Dominus hodie rem iſtā. Tradétque Dominus Iſraelē tecū in manum Paleſthinorum, & cras tu & filij tui mecum erunt: ſed & caſtra Iſraelitica tradet Dominus in manū Paleſthinorum. Et ilico corruit Saul in terrā [19]quantus quātus erat, timuítque vehementer à verbis Samuelis, [20]ita vt nullū robur eſſet amplius in eo, tota enim die totáq; nocte [21]nihil cōederat. ¶Veniens autē mulier ad Saul, vidénſque eū vehemēter [22]territū, ait ad eū, Ecce obediuit famula tua voci tuæ, [23]& denoui vitam meā, [24]audiuiq; verba tua quæ ad me loquutus es. Audi igitur & tu obſecro vocē ancillæ tuæ, proponā tibi buccellā panis, vt comedas, [25]vt ſit in te robur, vt via tua proficiſcaris. Qui renuens ait, Non edam. At ſerui eius ſimul cum muliere [26]flagitando effecerunt vt obtemperaret eis. Surgens itaque de terra, ſedit ſuper lectum. Habuit autē mulier illa domi vitulum pinguem, quem ilico mactauit: acceptáq; farina, ſubegit, coxítq; ex ea azymos panes. Attulitque ante Saul & ante ſeruos eius: & quum comediſſent, ſurrexerunt, & profecti ſunt nocte illa.

CAP. XXIX.

Congregatis itaq; Paleſthinis cū vniuerſis copijs ſuis in Aphec, Iſraelitæ caſtrametati ſunt in [1]Ain, quæ eſt in Ieſreel. Porrò principes Paleſthinorū incedebāt per centurias & chiliades: Dauid & milites eius incedebāt in poſteriori [agmine] cum Achis. Dixerunt ergo principes Paleſthinorū, [2]Qui ſunt Ebræi iſti? Reſpōdit Achis principibus Paleſthinorū, Annon hic Dauid eſt ſeruus Saulis regis Iſrael, qui mecum fuit [3]hiſce diebus aut hiſce annis? [4]non deprehendi in eo quidquam, ab eo die quo [5]defecit, vſque in hunc diē. Et irati ſunt cōtra eum ſatrapæ Paleſthinorum: dixerūntq; ad eum ſatrapæ Paleſthinorū, Remitte virum iſtū, vt redeat ad locū ſuum quē illi deſtinaſti, nec deſcendat nobiſcū in prælīū, ne ſit nobis in prælio aduerſarius. qua enim re [6]ſeſe gratum exhiberet domino ſuo? annon capitibus virorū iſtorum? Annō hic eſt Dauid, [7]de quo alternis canebant in choris huiuſmodi verbis, Percuſſit Saul millia ſua, & Dauid decē millia ſua? Vocauit itaq; Achis Dauidē, & ait ad eū, Viuit Domin⁹ quoniā rect⁹ [8]fuiſti tu & bon⁹ corā me, ſiue exires, ſiue ingredereris mecū ī caſtris, nec deprehendi in te malū, à die quo veniſti ad me, vſq; in hunc diē: at [9]in oculis principū tu nō es bon⁹. Reuertere igitur, & abi in pace, nec mali quidpiā [10]deſignes in oculis principū Paleſthinorū. Et ait Dauid ad Achis, Quid feci? quid deprehendiſti in ſeruo tuo, à die quo verſatus ſum tecū in præſentē vſq; diē, vt nō proficiſcar & bella geram aduerſus hoſtes domini mei regis? Et reſpondens Achis ait ad Dauidē, [11]Scio quòd bonus es, in oculis meis perinde ac angelus Dei: at principes Paleſthinorū dixerunt, Non aſcendet is nobiſcum in prælium. Surge igitur ſummo mane, & ſerui domini tui qui venerunt tecum, & mane cōſurgentes quum illuxerit, abite. Surrexit igitur Dauid mane, ipſe & milites eius, vt abirent, reuerterentúrque in terram Paleſthinorum: Paleſthini autem aſcenderunt in Ieſreel.

tranſierit ad æmulū tuū? Faciet enim tibi Dominus ſicut locut⁹ eſt ī manu mea, & *ſcindet regnū tuū de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: Quia nō obediſti voci Domini, neq; feciſti irā furoris ei⁹ in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Et dabit Dominus etiā Iſrael tecū in manus Philiſthijm: cras [a]autē tu & filij tui mecū eritis: ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthijm. Statimq; Saul cecidit porrectus in terrā: extimuerat enim [a] verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. ¶Ingreſſa eſt itaque mulier illa ad Saul, [a] conturbatus enim erat valde; dixitque ad eū, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & poſui animā meā in manu mea: & audiui ſermones tuos quos locutus es ad me. Nūc igitur audi & tu vocē ancillæ tuæ, & ponā corā te buccellam panis, vt comedens conualeſcas, & poſſis iter agere. Qui renuit, & ait, Nō comedam. coegerunt autē eum ſerui ſui & mulier, & tandem audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in domo, & feſtinauit, & occidit eum: tollénſque farinā, miſcuit eam, & coxit azymas. Et poſuit ante Saul, & ante ſeruos eius: qui cum comediſſent, ſurrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

CAP. XXIX.

Congregata ſunt ergo Philiſthijm vniuerſa agmina in Aphec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt ſuper fontē qui erat in Iezrahel. Et ſatrapæ quidē Philiſthijm incedebāt in cēturijs & millibus. Dauid autē & viri eius erāt in nouiſſimo agmine cū Achis. Dixerūntq; principes Philiſthijm ad Achis, Quid ſibi volūt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthijm, Nūquid ignoratis Dauid, qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt apud me, multis dieb⁹ vel annis? & nō inueni in eo quicquam mali ex die qua tranſfugit ad me, vſque ad diem hanc. Irati ſunt autem aduerſus eū principes Philiſthijm, & dixerunt ei, *Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo, in quo cōſtituiſti eū: & non deſcēdat nobiſcū in prælīū, ne fiat nobis aduerſarius, cū præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominū ſuū, niſi in capitibus noſtris? Nōnne iſte eſt Dauid cui cātabāt in choris, dicētes, Percuſſit Saul in millib⁹ ſuis, & Dauid in decē millibus ſuis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in cōſpectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecū eſt in caſtris: & non inueni in te quicquā mali ex die qua veniſti ad me, vſq; in diē hanc: ſed ſatrapis nō places. Reuertere ergo, & vade in pace, & nō offendas oculos ſatraparū Philiſthijm. Dixitq; Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo à die qua fui in cōſpectu tuo vſq; in diē hāc, vt nō veniā, & pugnē cōtra inimicos domini mei regis? Reſpōdens autē Achis, locutus eſt ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut angel⁹ Dei: ſed principes Philiſtinorū dixerūt, Nō [a]aſcendet nobiſcū in prælium. Igitur cōſurge mane, tu & ſerui domini tui, qui venerūt tecū: & cū de nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere, pergite. Surrexit itaq; de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſcerentur mane, & reuerterentur ad Terram-Philiſthijm: Philiſthijm autem aſcenderunt in Iezrahel.

*3.15.f.

Saul quare abiect⁹ à Deo Ira furoris Dei.
B
¶[a]enim
Saulis anguſtia & deſperatio.
¶[a]valde
¶[a]& vidit.

Dauid cū Philiſtheis cōtra Saulē pugnatur[a], ab exercitu remittiē prouidentia Dei.
B
*1. Para. 12.d.
Dauid laudatur ab Achis.
C
D
¶[a]aſcendat
Gentilis hic meminit Dei veri & angeli.

¶7 vel, cui cantabant &c. .i. quē laudabant.
¶8 es & bonus in oculis meis, [&] egreſſus tuus & ingreſſus in caſtra. ſub. placent. .i. Per Deum viuū quem colis, habeo te pro viro probo & integro: & commercium tuum, ſiue conuerſatio tua & vita quam in caſtris meis vixiſti, mihi grata fuit.
¶9 .i. ſatrapis meis non es gratus.
¶10 vel, facias .i. nec feceris aliquid quod non ſit gratum principibus meis.
¶11 .i. Scio te mihi eſſe tam gratum & videri tam bonum, quàm angelus Dei eſt.

CAP. XXX.

Dauid Siceleg ſuccēſam inuenit.

CVmq; veniſſent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetū fecerāt ex parte Auſtrali in Siceleg, & percuſſerant Siceleg, & ſuccenderant eam igni. Et captiuas duxerāt mulieres ex ea, à minimo vſq; ad magnū: & non interfecerant quenquā, ſed ſecū duxerāt, & pergebant itinere ſuo. Cum ergo veniſſet Dauid & viri eius ad ciuitatē, & inueniſſent eā ſuccēſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas, Leuauerūt Dauid & popul⁹ qui erat cū eo, voces ſuas, & plāxerunt donec deficerēt in eis lachrymæ. Siquidē & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerāt, Achinoam Iezrahelitis, & Abigāil

Vxores Dauidis captæ.

B vxor Nabal Carmeli. Et cōtriſtatus eſt Dauid valde: volebat enim eū populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſq; viri ſuper filijs ſuis, & filiabus: cōfortatus eſt autē Dauid in Domino Deo ſuo. Et ait ad Abiathar ſacerdotem filium Achimelech, Applica ad me ephod. & applicauit Abiathar ephod ad Dauid, Et cōſuluit Dauid Dominum, dicens. Perſequar latrunculos hos, & cōprehendam eos, an non? Dixitq; ei "Dominus," Perſequere. abſque dubio enim comprehendes eos, & excuties prędā. ¶ Abijt ergo Dauid ipſe & ſexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vſq; ad Torrentē-beſor: & laſſi quidam ſubſtiterunt.

Lapidare.

Confortatur Dauid in Domino.

Dauid cōſulto Domino, perſequitur Amalecitas ſuccenſores.

C Perſecutus eſt autem Dauid ipſe & quadringēti viri "cum eo:" ſubſtiterant enim ducenti, qui laſſi tranſire non poterant Torrentem-beſor. Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederúntque ei panem vt comederet, & biberet aquā, Sed & fragmē maſſæ caryçarum, & duas ligaturas vuæ paſſæ. Qui cum comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? "& quò pergis?" Qui ait, Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem

Prouidentia Dei occurrit ſeru⁹ Amalecitæ, qui Dauidē ducit ad eos q ſuccenderant Siceleg.

D me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius. Siquidem nos erupimus ad Auſtralem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiē Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni. Dixitque ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum iſtum? Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum iſtum. "Et iurauit ei Dauid." ¶ Qui cum duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ comedentes & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem, pro cuncta præda & ſpolijs quæ ceperāt de Terra-Philiſthijm, & de Terra-Iuda. Et percuſſit

Ægyptius meminit Dei veri.

Dauid occiſis Amalecitis, reducit prædam.

E eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam alterius diei, & non euaſit ex eis quiſquam, niſi "tantum" quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit. Nec defuit 'quiſquam' à paruo vſque ad magnū, tam de filijs quàm de filiabus, & de ſpolijs: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuerſos greges & armenta, & minauit ante faciem ſuam: dixerúntque, Hæc eſt præda Dauid. ¶ Venit autem Dauid ad ducentos viros,

¶ quicquam

CAP. XXX.

QVum autē veniſſet Dauid & milites eius in Ziclag [1]tertio die, Amalexitæ irruperāt in Meridiē, & ad Ziclag, [2]percuſſerántque Ziclag, & incenderāt eā igni. Porrò mulieres quę in ea erant abduxerāt captiuas, [3]à parua ad grādem vſque, neminem tamen occiderant, ſed abegerant, [4]itérque ſuū profecti erant. Venit itaq; Dauid & milites eius ad oppidum, & ecce erat igne exuſtum, vxores verò eorū, filij eorū, atque filiæ eorū erāt abactæ. Dauid itaque & populus qui cū eo erat, voce ſua ſublata adeò fleuerūt, vt nullū eſſet amplius in eis robur flēdi. Duæ quoque vxores Dauidis captæ erant, nēpe Ahinoam Ieſreelitis, & Abigail vxor Nabal Carmelitæ. Et Dauid [5]fuit valde anxius, nam populus cogitabat quomodo eum lapidibus obrueret, erat enim populus vniuerſus animo exacerbato, quiſque propter filios ſuos, & propter filias ſuas, Dauid autem [6]corroborauit ſeſe in Domino Deo ſuo. [7]Aitq; Dauid ad Abiathar ſacerdotē filiū Ahimelech, [8]Applica quæſo mihi ephod. & Abiathar [9]applicuit ephod ad Dauidē. [10]Et Dauid interrogat Dominū, dicēs, Inſequárne turbā iſtā militarem? aſſequáne eam poſſum? Et dixit ei, Inſequere, nā certiſſime apprehēdes, & [11]plane aſſeres. ¶ Profectus itaq; eſt Dauid, ipſe & ſexcenti viri qui cum eo erant, & venerunt vſque ad torrentem Beſor: reliqui autem conſtiterunt. Inſequutus eſt itaq; Dauid cū quadringētis viris, ducēti autē viri conſtiterūt, [12]nēpe qui reſederūt ne tranſirēt torrentē Beſor. Et [13]deprehēderūt virū Ægyptiū in campo, quē captū adduxerūt ad Dauidē, dederúntque ei panē vt comederet, dederūt quoque ei bibere aquā. Dederūt ei inſuper [14]fragmentū maſſæ caryçarū, & duas ligaturas vuarū paſſarū. Quúmq; comediſſet, [15]redijt ad ſeſe: nā neq; panē ederat, nec aquā biberat tribus diebus & tribus noctib⁹. Et ait ad eū Dauid, Cuius es tu? & vnde tu? Reſpōditq; iuuenis Ægyptius, Seruus ſum cuiuſdā Amalexitæ, & dereliquit me herus meus, quòd tribus dieb⁹ ęgrotaſſem. [16]Vaſtatores nos irrupimus ad Meridiē, & ad eā partē [17]quæ eſt Iehuda, & ad Meridiē Caleb, incēdimúſq; Ziclag igni. Et ait ad eum Dauid, [18]Poteſne me deducere ad turmā illā militarē? Et ait, Iura mihi per Deū ne me interficias, néve me tradas in manū heri mei, & deducā te ad turmā illā. ¶ Deduxit ergo eū, & ecce [19]diſiecti iacebāt ſuper vniuerſam terrā, comedētes & bibētes, atq; feſtū agētes diē propter vniuerſā illā prędā ingentē, quā abduxerāt è terra Paleſthinorū, & è terra Iehuda. Et percuſſit eos Dauid [20]à crepuſculo vſq; ad veſperā [ſpoſterioris diei, & vſq;] ad craſtinū illarū, ita vt ne vn⁹ quidē ex eis elaberetur, pręter quadringētos iuuenes, qui camelos cōſcēderāt & effugerāt. Et [21]aſſeruit Dauid omnia quę abduxerāt Amalexitæ, ſed & duas vxores ſuas liberauit Dauid, [22]Vt nihil deſyderaretur eis neq; paruū neq; magnū, tā de filijs quàm de filiab⁹, de præda ac omnib⁹ quæ eis abſtulerāt, omnia iſta reduxit Dauid. Et tulit Dauid omnes [23]greges & armēta, duxerūtq; ea [24]ante res illas, & dixerūt, [25]Hęc eſt prędа Dauidis. ¶ Venit autē Dauid ad ducētos viros,

XXX.

¶1 ab egreſſu eius ſcilicet.

¶2 .i. vaſtauerāt. Meminit mulierū ſolū, quia viri iuerāt cum Dauide ad exercitum.

¶3 à paruo vſque ad magnū.

¶4 .i. reuerſi ſu erāt.

¶5 anguſtijs affect⁹ eſt: nam populus cogitauerat

¶6 .i. reſumpſit animum, fretus ſpe ac fiducia in Deū.

¶7 Dixit autē

¶8 .i. Profer in medium.

¶9 admouit. i. attulit, ſiue protulit in mediū

¶10 Conſuluit ergo Dauid

¶11 Heb. eruendo erues. ſub. eos quos ſecum ducunt. erues prædā de manibus eorum.

¶12 qui laſſi fuerāt vſqueadeo vt non poſſent trāſire &c. Vel, qui pigriores fuerunt, præ ſ[…]ta laſſitudine ſcilicet. qui ſimulabāt tantā laſſitudinem vt nō poſſent trāſire &c. Vox eiuſ Hebræa ſignificat laſſū eſſe & remiſſum: ſignificat & pigrum eſſe.

¶13 illi ſcilicet qui illic ſubſtiterant, aut alij.

¶14 vſ. fruſtum

¶15 Heb. reuerſus eſt ſpiritus eius in eum:

¶16 Nos feceramus impetum [vſ. Nos irrupimus] in partem Auſtralē Cheretheorū. Gens eſt in Palęſthina.

¶17 .i. quæ ptinet ad tribū Iuda. hoc eſt in agrū Iuda.

¶18 Heb. Deducēſne me

¶19 vſ. ſtrati. ſiue, diffuſi

¶20 ſub. nocturno. i. percuſſit eos à veſpera vſque ad veſperā diei ſequētis & vſq; in craſtinā diē illarū veſperarum, hoc eſt vſque ad diē ſequentē duas illas veſperas. q. d. toto triduo percuſſit eos.

¶21 eripuit

¶22 Nec defuit illis à minimo vſque ad maximū,

¶23 Intelligit ea quæ Amalecitæ abegerant de Iuda & alijs regionibus.

¶24 ante pecus. i. ante greges & armenta quæ abegerant Amalecitæ de Siclag. Diſtribuerant greges in duas partes, nempe eos quos abegerant Amalecitæ ex Iuda & alijs vrbibus, & in eos quos abegerant ex Siclag. Gregem autē Siclag non appellabant prædam: nam ea reſtituebantur ſuis dominis.

¶25 q. d. Præter veſtra quæ reſtituuntur vobis, hęc adducit Dauid.

¶16 q laſſi erãt ita vt nõ poſſent ſequi &c. vl, quos piguerat ſeq Dauidẽ. Hoc eſt, q præ laſſitudine ſiue vera ſiue ficta non fuerãt ſequuti &c.
¶17 ad cuſtodiẽdas ſcilicet ſarcinas. ¶18.i. Peſſimi quique.
¶19 eruimus,
¶20.i. commilitones. Loquitur more imperatorum.
¶21 Heb. qualis eſt pars deſcẽdentis in prælium, [ſub. talis eſſe debet eius q remanet ad ſarcinas:] & qualis portio remanentis ad ſarcinas, [ſub. talis eſſe debet eius qui deſcẽdit in certamẽ: ſimul] pariter partientur. i. ex æquo partiri ac diuidere prædam ſolent, vel debent. Verti etiam poteſt, qualis eſt pars deſcendẽtis in prælium, talis & portio [eſſe debet] remanẽtis ad ſarcinas.
¶22 Heb. Fueratq; ab eo die & ſuprà, & poſuit illud in ſtatutũ & conſuetudinẽ &c. i. Id obſeruatũ fuerat ab initio mũdi vſque in eum diẽ: & Dauid conſtituit ab eo die eam legẽ, quæ conſuetudo ſeruatur & hodie quoque in Iſraele.
¶23 vl, ſodalib⁹
¶24 Heb. benedictio .i. munus.

[16]qui reſederant ne ſequerentur Dauidem, quos [17]manere iuſſerant ad torrentem Beſor, & qui egreſſi ſunt obuiã Dauidi, obuiámque populo qui cũ illo erat. Acceſſit ergo Dauid ad populũ, ſalutauitque illos in pace. [18]Iniqui autẽ & perditi inter milites qui cũ Dauide profecti erãt, reſpõdentes dixerunt, Quandoquidẽ hi nobiſcũ non ſunt profecti, nihil dabimus eis de præda quam [19]aſſeruimus, niſi cuique vxorẽ ſuã, & filios ſuos, quos abducãt & abeãt. Et ait Dauid. Ne ſic feceritis [20]fratres mei de his quæ dedit nobis Domin⁹, qui ſeruauit nobis, militarẽ iſtam turbã quæ in nos irruit, tradidit in manus noſtras. Quis verò audiret vos hac in re? etenim [21]æqua debet eſſe pars & eorũ qui deſcendunt in præliũ, & eorum qui manent ad impedimenta: ſimul partiantur. [22]Fuit enim ab hoc die & ſic olim conſtitutus hic mos & ritus in Iſraele vſque in præſentẽ diem. ¶Veniens autẽ Dauid in Ziclag, miſit de præda ſenioribus Iehuda, nẽpe [23]amicis ſuis, huiuſmodi mandatis, En vobis [24]donũ de præda hoſtiũ Domini. His videlicet qui in Beth-el, & in Ramoth ad Meridiem, & iis qui erant in Iathir. His quoque qui erãt in Aroer, & qui in Siphemoth, & in Eſthemoa. His denique qui erant in Rachal, & qui in ciuitatibus Ierahmeel, & qui in ciuitatibus Kenæi. vel & his qui erant in Horma, & qui in Bor-aſan, & qui in Athach. Et his qui in Hebron, & in omnibus locis in quibus erat verſatus Dauid & milites eius.

CAP. XXXI.

Paleſthini autẽ cõgreſſi ſunt cũ Iſraelitis, fugerúntque viri Iſraelitæ corã Paleſthinis, & corruerũt vulnerati in monte Gilboa. Paleſthini autẽ ſectati Saulẽ & filios eius, [1]percuſſerũt Paleſthini Ionathan, Abinadab atque Malchiſua filios Saulis. Inualeſcebat autẽ præliũ cõtra Saulẽ, & [2]deprehenderũt eum iaculatores, [3]hi ſcilicet qui arcu valebant, [4]vulneratúſque grauiter eſt à ſagittarijs. Dixit ergo Saul ad armigerum ſuũ, Diſtringe gladiũ tuũ, & eo me tranſfodias, ne præputiati iſti venientes, me tranſfodiant, mihique cũ probro illudant. Armiger autẽ eius nolebat, quoniã vehemẽter metuebat. accepto igitur gladio Saul, [5]irruit in eũ. Videns autẽ armiger eius Saulẽ [6]mortuũ, ruit & ipſe in enſem ſuũ, & obijt cũ eo. Mortuus itaque eſt Saul & tres filij eius, armiger eius, omnes denique [7]viri eius eodẽ die ſimul. Et vidẽtes Iſraelitæ qui erãt citra vallem, quique erant [8]citra Iordanẽ, quòd fugiſſent Iſraelitæ, quódque mortui eſſent Saul & filij eius, relictis vrbibus, fugerunt. venientes igitur Paleſthini inhabitarunt eas. ¶Contigit verò poſtero die, vt venirẽt Paleſthini ad exuẽdũ interfectos. Inuenerũt ergo Saulẽ & tres filios eius, iacentes in mõte Gilboa. Et præcidẽtes caput eius, exuentéſque arma eius, miſerũt ad terrã Paleſthinorũ circũquaque, vt nũciarent [9][id] in phano idolorũ ſuorũ, atq; in populo. Et reponẽtes arma eius in phanum Aſtaroth, corpus eius in muro Beth-ſan [10]ſuſpenderunt. Audientes hoc [11]ciues Iabes [in] Gilead quod fecerant Paleſthini Sauli, Surrexerunt omnes viri fortes, profectique ſunt tota illa nocte, & abſtulerũt corpus Saulis, atque corpora filiorum eius de muro Beth-ſan, & venientes in Iabes [12]combuſſerunt ea ibi. Accipientéſque oſſa eorum, ſepelierunt [13]ſubter arborem in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

qui laſſi ſubſtiterãt, nec ſequi potuerãt Dauid, & reſidere eos iuſſerat in Torrẽte-beſor: qui egreſſi ſunt obuiã Dauid, & populo qui erat cũ eo. Accedens autẽ Dauid ad populũ, ſalutauit eos pacificè. Reſpondénſque omnis vir peſſimus, & iniquus de viris qui ierant cũ Dauid, dixit, Quia nõ venerũt nobiſcũ, non dabimus eis quicquam de præda quã eruimus: ſed ſufficiat vnicuiq; vxor ſua & filij, quas cũ acceperint, recedant. Dixit autẽ Dauid, Non ſic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduerſum nos, in manus noſtras. Nec audiet vos quiſquã ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcendentis ad præliũ, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diuident. Et factũ eſt hoc ex die illa, & deinceps cõſtitutũ & præfinitũ, & quaſi lex in Iſrael vſq; in diẽ hanc. ¶Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit dona de præda ſenioribus Iuda proximis ſuis, dicẽs, Accipite benedictionẽ de præda hoſtiũ Domini: His qui erant in Beth-el, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Gether, Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Eſthamo, Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, Et qui in °Rama, & qui in lacu Aſan, & qui in Athach, Et qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

CAP. XXXI.

Philiſthijm autẽ pugnabãt aduerſum Iſrael: & fugerũt viri Iſrael ante faciẽ Philiſthijm, & ceciderunt interfecti in monte Gelbóe. Irrueruntque Philiſthijm in Saul & in filios eius, & percuſſerũt Ionathan & Abinadab & Melchiſua filios Saul. Totúmque pondus prælij verſum eſt in Saul: & conſecuti ſunt eum viri ſagittarij, & vulneratus eſt vehementer à ſagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerum ſuum, Euagina gladiũ tuũ, & percute me: ne fortè veniant incircuncisi iſti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladiũ ſuum, & irruit ſuper eum. Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul, irruit etiã ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cũ eo. Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuerſi viri eius in die illa pariter. Videntes autem °filij Iſrael qui erant trans vallem & trans Iordanem, quòd fugiſſent viri Iſraelitæ, & quòd mortuus eſſet Saul, & tres filij eius, reliquerunt ciuitates ſuas, & fugerunt: veneruntq; Philiſthijm, & habitauerunt ibi. ¶Facta autem die altera, venerunt Philiſthijm vt expoliarent interfectos. Et inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miſerũt in Terram-Philiſthinorũ per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum°, & in populis. Et poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth, corpus verò eius ſuſpenderũt in muro Beth-ſan. ¶Quod cũ audiſſent habitatores Iabes-Galaad, quæcũque fecerant Philiſthijm Saul, Surrexerũt omnes viri fortiſſimi, & ambulauerũt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Beth-ſan: veneruntque viri Iabes-Galaad, & combuſſerunt ea °igni: & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

F Salutans pacificè.
Prædã ex æquo diuidi iubet Dauid.
G
Ex præda gratificatur Dauid omnibus amicis.
¶° Harama.
Philiſthijm occidũt Iſraelitas. 1. paral. 10. a.
Saul & filij ei⁹ occiduntur.
B
Saul ſeipſũ occidit.
Armiger Saulis ſeipſum occidit.
Iſraelitæ fugientes.
¶° viri
C
Philiſthijm ſpoliato Saule, deferunt caput in terram ſuam.
¶° ſuorum
D
Habitatores Iabes-galaad cõburũt Saulẽ, & oſſa ſepeliũt. 2. reg. 2. a.
¶° ibi:
Sepultura.
Ieiunium.

XXXI.
¶1.i. interfecerunt. ¶2 inuenerunt. i. telis ſuis appetiuerunt Saulẽ. ¶3 Heb. homines cum arcu. i. periti artis ſagittandi, certiſſimi ſagittarij. Vel, cũ arcu. i. geſtantes arcũ. ¶4 timuitq; ſibi admodũ à iaculatoribus. ¶5 vl, incubuit ¶6 vl, pene mortuum, ¶7.i. qui in eo certamine erãt illi propinqui. ¶8 vltra ¶9 vl, [victoriam] ¶10 affixerũt. clauis ſcilicet. ¶11 quos ſcilicet obſidione liberarat Saul initio regni ſui. ¶12 carnem ſcilicet vſq; ad oſſa. erant enim putrida corpora, plena vermibus. ¶13 ſub illa arbore. inſigni ſcilicet, & pulcherrima. Alij vertunt, ſub vlmo

# Secundus liber Samuelis, quem nos ſecundum Regum dicimus.

## V.

CAP. I.

Veſtis cõſciſſa. & puluis ſurſũ iactat[9]. ſigna luctus.

Annunciatur Dauidi mors Saulis & Ionathæ.

FACTVM eſt autẽ poſtquam mortuus eſt Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autẽ tertia apparuit homo veniẽs de caſtris Saul veſte conſciſſa, & puluere cõſperſus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit ſuper faciem ſuam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, De caſtris Iſrael fugi. Et dixit ad eũ Dauid, Quod eſt verbum quod factum eſt? indica mihi. qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui ſunt: ſed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitque Dauid ad adoleſcentẽ qui nuntiabat ei, Vnde ſcis quia mortu[9] eſt Saul & Ionathas filius ei[9]? Et ait adoleſcens qui nunciabat ei, Caſu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam: porrò currus & equites appropinquabant ei, & conuerſus poſt tergum ſuũ, vidẽnſque me vocauit. cui cum reſpondiſſem, Adſum: Dixit mihi, Quiſnam es tu? & aio ad eum, Amalecites ego ſum. Et locutus eſt mihi, Sta ſuper me, & interfice me: quoniã tenẽt me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt. Stánſque ſuper eum, occidi illum: ſciebam enim quòd viuere non poterat poſt ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominũ meum huc. Apprehendẽs autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omnẽſque viri qui erãt cũ eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerũt vſque ad veſperã ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populũ Domini, & ſuper domum Iſrael, eo quòd corruiſſent gladio. Dixitque Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? qui reſpõdit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego ſum. Et ait ad eum Dauid, Quare nõ timuiſti mittere manũ tuã vt occideres chriſtũ Domini? Vocánſq; Dauid vnũ de pueris ſuis, ait, Accedẽs irrue in eũ. Qui percuſſit illũ, & mortu[9] eſt. Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus ſuper caput tuũ: os enim tuũ locutũ eſt aduerſum te, dicens, Ego interfeci chriſtũ Domini. ¶ Plãxit autẽ Dauid planctũ huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionathan filiũ eius: (Et præcepit vt docerẽt filios Iuda planctũ, ſicut ſcriptũ eſt in Libro iuſtorũ.) Et ait, Cõſydera Iſrael pro his qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati.

Dauidis triſtitia ob mortẽ Saulis & Ionathæ. Fletus. Ieiunium.

Occidi iubet Dauid eũ qui mentitus fuerat ſe occidiſſe Saulẽ. pſal. 104. b.

¶ arcum.

Lamentatio Dauidis ſup Saulẽ, & Ionathan.

Inclyti Iſrael, ſuper mõtes tuos interfecti ſunt:
quomodo ceciderunt fortes?
Nolite annunciare in Geth, neque annũtietis in
cõpitis Aſcalõnis: ne fortè lætentur filiæ Philiſthijm, ne exultent filiæ incircunciſorum.

## N.

CAP. I.

CONTIGIT autem, vt poſt mortẽ Saulis Dauid reuerteretur de cæde Amalec, manſitque duos dies in Ziclag. Contigit ergo die tertio, vt veniret quidam [1]ex caſtris ab ipſo Saule, cuius veſtimenta ſciſſa erant, terráq; ſuper caput eius: quũmq; veniſſet ad Dauidẽ, procidit in terram, & [2]honorẽ exhibuit. [3]Dixit autem ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, Ex caſtris Iſraeliticis. Dixit ergo Dauid ad eum, [4]Quid verò rei fuit? indica obſecro mihi. Is reſpõdit, Populus fugit è prælio, multique ex populo ceciderunt, & mortui ſunt: adhæc mortuus eſt Saul & Ionathan filius eius. Ait ergo Dauid ad adoleſcentẽ illum qui ſibi hæc nuntiabat, Qui ſcire potes quòd Saul mortuus ſit, Ionathánque filius eius? Reſpondit adoleſcens qui nuntiabat ei, Fortè fortuna delatus ſum in montẽ Gilboa, & ecce Saul [5]innixus erat haſtæ ſuæ, inſequentibus eum curribus & [6]equitũ præfectis: quũmq; verſus retro ſpectaſſet, vidẽs me, vocauit me dixitq;, Ecce præſto ſum. Et dixit mihi, Quis es tu? dixiq; ad eum, Ego ſum Amalecita. Ruſúſque dixit ad me, [7]Inſiſte mihi quæſo, & trucida me, apprehẽdit enim me [8]corona, enimuero tota adhuc anima mea eſt in me. Inſtiti ergo ei, & trucidaui eum: ſciebam enim quòd nõ eſſet victurus [9]poſteaquam cecidiſſet. & accepi [10]coronã quæ erat in capite eius, & armillam [11]quæ fuit in brachio eius, & apportaui ea huc ad dominũ meũ. Dauid autem apprehenſis veſtimentis ſuis, ſcidit ea, ſimilique omnes viri qui cum ipſo erant. Luxerũt ergo & fleuerunt, ieiunauerúntque vſque ad veſperam propter Saulem, & propter Ionathan filiũ eius, propter populũ deniq; Domini, & propter domum Iſrael, quòd gladio corruiſſent. Et dixit Dauid ad adoleſcentẽ qui ei [hæc] nuntiabat, [12]Vnde es tu? & reſpõdit, Ego ſum filius [13]exteri cuiuſdã, nempe Amalecitæ. Dixitque ad eũ Dauid, Quomodo verò nõ veritus es inferre manum tuam ad perdendum chriſtum Domini? Dauid ergo vocato vno ex iuuenibus, dixit, Adeſto, & [14]impetũ fac in illũ. Percuſſit ergo eum, & mortuus eſt. Et dixit ad eũ Dauid, [15]Sanguis tuus ſuper caput tuũ: quandoquidẽ os tuum teſtatũ eſt contra te, dicens, Ego interfeci [16]chriſtũ Domini. ¶ Lamẽtatus eſt autẽ Dauid huiuſmodi lamentatione Saulẽ & Ionathan filiũ eius: [17]Et dixit, vt docerent filios Iehuda arcu: ecce [id] ſcriptum eſt [18]in libro iuſti,.
[19]Decus Iſraelis, [20]in excelſis tuis vulneratũ eſt,
quomodo corruerunt [21]heroes?
Ne nuntietis [22][iſta] in Gath, ne prædicetis in plateis Aſcalon: ne fortè lætentur [23]filiæ Paleſthinorum, ne fortè exultent filiæ incircunciſorum.

¶1 .i. à caſtris in quibus egerat cum Saule. ¶2 incuruauit ſe. honoris ſcilicet cauſa. ¶3 vel, Quid rei accidit? ¶4 veni. vel, erã ¶5 incũbebat. Latine, vbi oſtendi Saulẽ incumbentẽ haſtæ ſuæ. ¶6 equitib[9]. vel, turmis militũ ¶7 Heb. Sta ſuper me. i. Stando ſuper me, interfice me. ¶8 equitũ ſcilicet. Forius vertendũ, tremor, vel trepidatio. ¶9 Heb. poſt caſum ei[9]. i. poſteaquã incubuerat ſuper gladium ſuum. ¶10 vel, diadema ¶11 quam geſtabat in brachio ſuo. ¶12 .i. Quonam i loco habitas? ¶13 vel, aduenæ, ſiue, proſelyti ¶14 vel, irrue ¶15 .i. Sanguis quẽ effudiſti, cauſa eſt tuæ mortis. Chaldæus paraph. Peccatum cædis à te commiſſæ reuertit in caput tuũ. ¶16 vel, vnctum .i. Saulẽ vnctũ iuſſu Domini in regem. ¶17 Sed [prius] dixit, &c. Sed antè hortatus eſt viros tribus Iuda vt docerent filios ſuos artẽ bellicam: & ne deſperarent propter mortẽ Saulis & Ionathæ: quòd eſſent adhuc futuri clari arte bellica, vt habetur Gene. 48. Nomine arcus, artem militarem intelligit. ¶18 in Sepher-iaſar. i. in eo libro qui ſic dicitur, nec extat. Alij vertunt, In libro legis: quòd contineat quæ recta ſunt & vera. Iaſar enim, rectum ſignificat. Alij, in libro Geneſis: quòd in eo cõtineantur geſta patriarcharũ qui fuerunt recti & probi. ¶19 vel, Gloria, ſiue, Deſyderium. Initium lamentationis, & terrã alloquitur. i. O inclyta terra Iſrael. Lamentatio hæc, eſt difficilis: nam multa ſunt ſubaudienda, pleraque mutata ſunt, vtpote quæ dicantur ab homine amicorum morte turbato. ¶20 [ſub. an ceciderũt] ſuper colles tuos interfecti? vel, [quomodo ceciderunt] ſuper tumulos vel excelſa tua interfecti? viri ſcilicet alioqui inuictiſſimi. ¶21 vel, fortes? q.d. fieri non poteſt vt hoc fuerit factum ope humana, ſed diuina vltione. nam illi erant fortiſſimi, & erant in loco eminentiore. Deſcribit primo locum belli, deinde virtutem ducum. ¶22 caſum ſcilicet tantorum ducum. q.d. Vtinam id eos lateret qui habitant in vrbibus Paleſthinorum. ¶23 Meminit mulierum: quia recitabãt carmina alijs de his rebus. q.d. Ne fiant carmina de hac victoria, quæ recitent mulieres in choris ſuis.

[14]Montes Gilboa, ne [veniat] ſuper vos ros, neq; pluuia, neq; [15]agri oblationum.'quoniam illic clypeus heroum [16]ignominioſe abiectus eſt,' clypeus Saulis,'[17]acſi non eſſet vnctus oleo.'

A ſanguine [18]vulneratorum,'á [19]pinguedine heroum,[20]arcus' Ionathan nunquam[21]reflexit,' neque gladius Saulis'[22]rediјt vacuus.'

Saul & Ionathan[23]amabiles & iucūdi' in vita ſua, in morte quoque ſua non ſunt ſeparati: [24]velociores' fuerunt aquilis, fortioréſq; leonibus.

Filiæ Iſrael flete Saulem, qui vos veſtiebat coccino, idque [25]delicate,' quique veſtimentis veſtris [26]inducebat' aurea ornamenta.

Quomodo ceciderunt heroes in medio prælio, [37]Ionathan,' in excelſis tuis'[38]vulneratus [cadit.]

[39]Doleo tui cauſa' frater mi Ionathan, [40]fuiſti mihi ſupra modum iucundus,[41]mihi præſtantior fuit amor tuus, quàm amor mulierum.'

Quomodo ceciderunt[42]heroes,' & perierunt[43]arma bellica?

CAP. II.

Poſt hæc factum eſt vt Dauid conſuleret Dominum hiſce verbis, Aſcendámne in vnā ex ciuitatib⁹ [1]Iehuda?' Et ait Domin⁹ ad eū, Aſcēde. rurſúmque ait Dauid, Quó aſcendā? & dixit, In Hebron. Aſcendit igitur illuc Dauid, & etiā duæ vxores eius, Ahinoam Ieſreelitis, & Abigail quę fuerat vxor Nabal Carmelitæ. Adduxit quoque Dauid viros qui cum eo fuerant, ſingulos cū familia ſua, & habitauerūt in ciuitatibus Hebron. Et veniētes [2]viri Iehuda' vnxerūt Dauidē in regē ſuper domū Iehuda. nūtiarúntque Dauidi [3]hiſce verbis, Viri Iabes-Gilead ſunt qui ſepelierūt Saulem. [4]Miſit ergo Dauid legatos' ad ciues Iabes-Gilead, dixitq; ad eos, [5]Laudati vos Domino,' qui hāc pietatē exhibuiſtis domino veſtro, nēpe Sauli, & ſepelijſtis eū. [6]Dominus igitur & vos beneficio & veritate proſequatur:' ſed & ego beneficiū [7]tale' præſtabo vobis[8]qui hāc rē feciſtis: cōfirmētur ergo manus veſtræ, ſitiſq; [9]filij fortes,' quādoquidē mortuus eſt dominus veſter Saul, mēq; vnxerūt ſuper ſe regē hi q de domo Iehuda ſūt. ¶Abner autē filius Ner imperator exercit⁹ quē habuerat Saul, tulit Iſ-boſeth filiū Saulis, & trāſtulit illū in Mahanaim, Conſtituitque eū regem ſuper Gilead, &[10]ſuper Aſuri,' & ſuper Ieſreel, Ephraim, Bēiamin, &[11]ſuper totum Iſraelē.' Quadraginta annos natus fuit Iſ-boſeth filius Saulis, cum regnare inciperet ſuper Iſraelē, regnauítque duob⁹ annis: dūtaxat domus Iehuda ſequebatur Dauidē. Fuit autē numerus dierū quib⁹ Dauid rex fuit in Hebrō ſuper domū Iehuda, ſeptē annorū & ſex mēſiū. ¶Egreſſúſque Abner fili⁹ Ner, & ſerui Iſ-boſeth filij Saulis de Mahanaim in Gibeon. Ioab verò filius Zeruia, ſeruique Dauidis egreſſi obuiam facti ſunt illis iuxta'[12]piſcinam' Gibeon[13]pariter,' conſtiterúntque

Montes Gelbōe, nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos, neque ſint agri primitiarum: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo.

A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquam rediјt retrorſum, & gladius Saul non eſt reuerſus inanis.

Saul & Ionathas amabiles, & decōri 'valde' in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

Filiæ Iſrael ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro.

Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionatha in excelſis tuis occiſus 'eſt?'

Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum.

'Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam.'

Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

CAP. II.

Igitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominū, dicens, Num aſcendā in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum, Aſcēde. dixítque Dauid, Quó aſcendam? & reſpondit ei, In Hebron. Aſcendit ergo Dauid, & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & Abigāil vxor Nabal Carmeli: ſed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid ſingulos cū domo ſua: & manſerunt in oppidis Hebron. ¶Venerúntque viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domum Iuda. & nunciatū eſt Dauid, quòd viri Iabes-Galaad ſepeliſſēt Saul. Miſit ergo Dauid nūtios ad viros Iabes-Galaad, dixitq; ad eos, Benedicti vos 'a' Domino, qui feciſtis miſericordiā hāc cū domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eū. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiā & veritatē: *& ego reddā gratiā, eo quòd feciſtis verbū iſtud. Cōfortentur manus veſtræ, & eſtote filij fortitudinis: licet enim mortuus ſit dominus veſter Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regē ſibi. ¶Abner autē filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Iſ-boſeth filiū Saul, & circunduxit eū per Caſtra, Regémq; cōſtituit ſuper Galaad, & ſuper Geſſuri, & ſuper Iezrahel, & ſuper Ephrāim, & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael vniuerſum. Quadraginta annorum erat Iſ-bōſeth filius Saul, cū regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit: ſola autem domus Iuda ſequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum quos commoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſuper domum Iuda, ſeptem annorū, & ſex mēſiū. ¶Egreſſúſque eſt Abner filius Ner, & pueri Iſ-bōſeth filij Saul de Caſtris in Gabaō. Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſſi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinam Gabaon. & cum in vnum conueniſſent, eregione ſederūt,

D

¶*es secunda perſona.

Dauid cōſulto Domino, aſcendit in Hebron.

Vngit in regē ſup Iudā. 1.mach.2.f

Miſericordia Iabenitarū. 1.reg.31.d.

B

¶*ſed

Iſ-boſeth cōſtituit rex ſuper Iſraelē.

C

Dauid quandiu regnauit ſuper Iudā.

¶14 Maledicto loco. ¶15 ſub. ſint in vobis. i. ne ſint vobis agri fertiles, ferētes fructū ex quibus fiāt oblationes Deo. ¶16 vl, proiect⁹ fuit. tanquā ſcilicet res abominabilis, poſteaquam fuerunt illic interfecti. ¶17. i. quaſi Saul non præparaſſet clypeum ſuū ad bellum, quaſique non ſtrenue reſtitiſſet hoſtibus. Solebāt eni vngere clypeos illos coriaceos, vt facilius reſiſterēt ictib⁹. Alij, acſi Saul nō fuiſſet vnctus in regē oleo vnctionis. Hoc doctiorib⁹ magis placet. ¶18 interfectorū. i. interficiēdorū. ¶19 adipe fortium. ¶20 Chaldę⁹ paraph. ſagittę arcus. ¶21 rediјt, .i. ſagittæ cōtactis armatorū corporibus nō reuertebāt, ſed penetrabāt corpora illorum in quos coniectæ fuerāt. q.d. Ionathan ſuis ſagittis multos interfecit. ¶22 vl, ſolebat reuerti inanis. Hoc eſt, inuulnerato hoſte. ¶23 dilecti & amati. vel chari. i. q ſe plurimū amauerūt quādiu vixerūt. ¶14 in perſequēdis ſcilicet inimicis. ¶25 cū voluptatibus .i. & alijs veſtibus delicatis & precioſis quas habere ſolent mulieres in delicijs. ¶16 Heb. aſcēdere faciebat. q.d. ornabat veſtes veſtras ornamentis aureis quæ ex victis hoſtib⁹ referebat. ¶37 Vocatiuus eſt, & ſubaudiēdū, quomodo cecidiſti. ¶38 interfectus. ſub. es. q.d. in patria tua, in loco eminētiore, meliore ac tutiore, quā eſſes alioqui vir inuictiſſimus, interfectus es. ¶39 Heb. Anguſtia mihi propter te ¶40 Heb. dulcuiſti mihi valde. i. dulcis, iucundus & charus fuiſti mihi. ¶41 Heb. mirabilior facta eſt mihi dilectio tua amore mulierū. i. amor tui, quo te diligebā, maior fuit, hoc eſt mag^is te diligebā, q̄ vllā mulierem. Vl, amore mulierū. i. amore quo ſolēt mulieres amare viros ſuos & liberos. Nā amor actiue & paſſiue accipi poteſt. ¶42 vl .homines alioqui fortiſſimi. Idē ſæpius repetit more lamētātiū. ſunt enim verba hominis turbati. ¶43 Saulē & Ionathan vocat arma bellica, q̄ eſſent admodū ſtrenui. q.d. quomodo perierūt viri fortiſſimi: imò plane periјt omnis gloria bellica Iſraelis. II. ¶1 Hoc dicit, q̄ ipſe Dauid eſſet Iudæus. ¶2. i. viri qui erant de tribu Iuda. ¶3 Poteſt & ſic legi ex Hebræo, hiſce verbis viri Iabes-Galaad quòd ſepeliuiſſent Saulem. ¶4 Audita ſcilicet humanitate & officio erga principē ſuū. ¶5 Heb. Benedicti eſtis Domino. i. apud Dominum. q.d. Vos digni eſtis quos Dominus ſuo fauore proſequatur. ¶6 Heb. Nunc ergo faciet Dominus vobiſcū miſericordiā & fidē. i. Poſthac ergo Dominus rependet vobis hoc beneficium, & hanc fidem præſtitā & ſeruatam domino & regi veſtro. ¶7 quale ſcilicet præſtitiſtis Sauli. ¶8 quoniā ¶9 Heb. filij roboris. i. eſtote forti & bono animo. ¶10 Chaldæus paraph. vertit, ſuper domū Aſer. Alij aliud intelligunt. ¶11 excepta ſcilicet tribu Iuda. ¶12 vl, ciſternā ¶13. i. vbi fuerūt oēs cōgregati.

Duci exercitus temeritas.

hi in vna parte piſcinæ, & illi ex altera. Dixitque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. & reſpondit Ioab, Surgant. Surrexerũt ergo, & tranſierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Iſ-boſeth filij Saul, & duodecim

Vincunt viri exercitus Dauidis.

D de pueris Dauid. Apprehenſóque vnuſquiſq; capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt ſimul: vocatúmque eſt nomẽ loci illius, Ager-robuſtorũ, in Gabaon. Et ortũ eſt bellum durũ ſatis in die illa: fugatúſque eſt

Abner fugat.

Abner, & viri Iſrael à pueris Dauid. ¶Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor velociſſimus fuit, quaſi 'vnus' de capreis quæ morantur in ſyluis. Perſequebatur autem Aſael Abner, & non declinauit ad dexteram neque ad ſiniſtrã omittens perſequi Abner. Reſpexit itaque Abner poſt tergum ſuũ, & ait, Túne es Aſael? qui reſpondit, Ego ſum. Di-

¶ vna ſeæ. g. Aſael perſequitur ipſũ Abner.

E xitque ei Abner, Vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, & apprehende vnum de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. noluit autem Aſael omittere quin vrgeret eum. Ruſúmque locutus eſt Abner ad Aſael, Recede, & noli me ſequi, ne fortè compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuũ. Qui audire contempſit, & noluit declinare: percuſſit ergo eũ Abner auerſa haſta in inguine, & tranſfodit, & mortuus eſt in eodẽ loco: omnéſque qui tranſibant per locum illum in quo ceciderat Aſael, & mortuus erat, ſubſiſtebant. ¶Perſequentibus autem Ioab & Abiſai fugientem Abner, ſol

Aſael velocitate ſua cõfiſus occiditur.

F occubuit: & venerunt vſque ad Collem-aquæductus, qui eſt ex aduerſo vallis '&' itineris deſerti in Gabaon. Congregatique ſunt filij Beniamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, ſteterunt in ſummitate tumuli vnius. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num vſque ad internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non dicis populo vt omittat perſequi fratres ſuos? Et ait Ioab, Viuit 'Dominus,' ſi locutus fuiſſes, mane receſſiſſet populus perſequẽs fratrẽ ſuũ. Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit omnis exercitus. nec

Ioab & Abiſai perſequũtur ipſũ Abner.

¶ Deus,

G perſecuti ſunt vltrà Iſrael, neque iniêre certamen. Abner autem & viri eius abierũt per campeſtria 'Moab,' tota nocte illa: & tranſierũt Iordanem, & luſtrata omni Beth-horon, venerunt ad Caſtra. Porrò Ioab reuerſus omiſſo Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Aſaele. Serui autem Dauid percuſſerunt de Beniamin, & de viris qui erant cum Abner trecentos ſexaginta, qui & mortui ſunt. Tulerúntque Aſael, & ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Beth-lẽhem: & ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

¶ viros

Sepeliũt Aſael

CAP. III.

Sors regni Saulis & Dauidis.

Filij Dauid in Hebrõ. 1. Paral. 3. a.

FActa eſt ergo longa concertatio inter domũ Dauid, & inter domũ Saulis: Dauid proficiens & ſemper ſeipſo robuſtior, domus autẽ Saul decreſcẽs quotidie. ¶Natiq; ſũt filij Dauid in Hebrõ: fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinóam Iezrahelitide. Et poſt eum Cheleab de Abigáil

hi ad piſcinã hinc, & illi ad piſcinã illinc. Dixitque Abner ad Ioab, Cõſurgant quæſo adoleſcẽtes, & '[13]ludant' coram nobis. & dixit Ioab, Cõſurgant [ſanè.] Conſurrexerunt ergo, & '[15]tranſierũt [16]numero' duodecim de Beniamin & de Iſ-boſeth filio Saulis, rurſus duodecim ex ſeruis Dauidis. Apprehendit autem quiſque caput proximi ſui, [fixitque] enſem ſuum in latus comparis ſui, '[17]conciderúntque pariter: [18]vocatúſque eſt locus ille '[19]Helcat-hazurim,' qui eſt in Gibeon. [20]Factúmque eſt' prælium ſatis acre eodem die: [21]nam inferior fuit' Abner & milites Iſraelis coram ſeruis Dauidis. ¶[22]Fuerũt illic' tres filij Zeruiæ, nempe Ioab, Abiſai & Aſael: Aſael autẽ erat velox pedibus ſuis, quemadmodum caprea in aperto campo. Et inſequutus eſt Aſael ipſum Abner, nec declinabat eundo, neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã, [23]quin Abner hæreret.' Abner autem [24]verſus retroſpexit,' & ait, Annon tu es Aſael? reſpondit, Ego plane. Ait ad eum Abner, Declina ſiue ad dextram tuã, ſiue ad ſiniſtrã tuam, & apprehende tibi aliquẽ '[25]ex adoleſcentibus, [26]vt capias tibi armaturã eius.' & Aſael noluit '[27]deſiſtere à perſequendo eum.' Ruſſúſque dixit Abner ad Aſaelẽ, Recede à me, [28]quid enim te humi ſternam? quomodo verò '[29]attollerẽ' faciem meã corã fratre tuo Ioab? Quũ verò nollet abire, feriit eũ Abner [30]poſteriore parte lanceæ [31]ad viſcera vitalia,' ita vt exiret lancea à tergo eius. cecidit ergo ibidẽ, locóque ſuo mortuus eſt. Fiebat autem, vt quicunque venirent ad locũ illũ vbi ceciderat, mortuúſq; fuerat Aſael, cõſiſterẽt. ¶Ioab autẽ & Abiſai inſequuti ſunt ipſum Abner, occubuitq; ſol quũ veniſſẽt ad collẽ '[32]Amma,' qui eſt e regione Giah, iuxta viam deſerti Gibeon. Congregatique ſunt filij Beniamin poſt Abner conglobati in agmen vnũ, ſteterúntque in vertice cuiuſdã collis. Clamans verò Abner ad Ioab, dixit, [33]An perpetuò deuorabit gladius? ignoras amaritudinem tandem ſequuturã? quouſque non dices populo vt reuertatur ab inſequẽdo fratres ſuos? Et ait Ioab, Viuit Deus, '[34]niſi loquutus fuiſſes, iádudum ſubductus fuiſſet populus quiſque ab inſequutione fratris ſui.' Receptui ergo cecinit Ioab cornu, & conſtitit vniuerſus populus, nec vltra inſequutus eſt Iſraelitas, nec vltra pugnauit. Porrò Abner & milites eius abierunt per '[35]campum planũ' tota illa nocte, traiecerúntq; Iordanem, & '[36]profecti ſunt per' vniuerſam Bithron, venerúntque '[37]Mahanaim.' Ioab quoque reuerſus ab inſequendo ipſum Abner, quum congregaſſet cunctũ populũ, '[38]deſiderati ſunt' ex ſeruis Dauidis vndeuiginti viri, '[39]&' Aſael. Serui autẽ Dauidis trucidarãt ex Beniamitis & '[40]militib' Abner trecentos viros & ſexaginta, qui mortui erant.' Et tollentes Aſaelem, ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Beth-lehem: & '[41]profecti ſunt' tota nocte Ioab & viri eius, '[42]& diluculabat eis [quũ veniſſent] in Hebron.

CAP. III.

DIutinum itaque bellum fuit inter domum Saulis, & inter domum Dauidis: '[1]promouit interim Dauid & confortabatur,' domus Saulis autẽ '[2]magis magiſque attenuabatur.' Porrò Dauidi nati ſunt filij in Hebron, primogenitus eius fuit Ammon ex Ahinoam Ieſreelitide. Secundus [filius] eius fuit '[3]Chileab' ex Abigail, quæ fuerat

¶13 .i. deſcẽdam in ſingularẽ certamẽ, vt oſtendant an ſint periti rei gladiatoriæ. ¶15 vl, prodierunt in medium ¶16 vl, certo numero ¶17 .i. mortui ſũt, cõfoſſi mutuis vulnerib⁹. ¶18 Heb. & vocauit [ſub. is qui nomen indidit] locũ illũ ¶19 .i. Ager acierũ gladij. vl, Ager robuſtorum. ¶20 vl, Proinde ortum eſt ¶21 & cæſus eſt ¶22 Erant autẽ ibi. i. in eo prælio. ¶23 Heb. poſt Abner. i. à tergo Abner. ¶24 reſpexit poſt ſe, ¶25 ſub. qui me ſequũtur, vt ſit tibi comes in reditu tuo. ¶26 & cape exuuias eius. q. d. quòd ſi tibi ab eo timeas, detrahe illi arma ſua. Chaldæus paraph. perizoma, ſiue cingulum eius. i. enſem quo eſt accinctus. ¶27 declinare ab eo. ſiue, recedere ¶28 Heb. quare te percutiã in terram? q. d. ne forte cogar te interficere. ¶29 ſub. ſi id fecero. q. d. poſthac nõ audebo aſpicere fratrem tuum. ¶30 .i. auerſa lancea. ¶31 Heb. ad quintã coſtam. i. ad partẽ illã corporis in qua eſt quinta coſta, quæ ſedes eſt fellis & iecoris. ¶32 Nomen loci, ſignificat aquæductum, ſiue riuum. ¶33 .i. Deſiſtéſne tãdem à cæde ad internecionem vſque cædes hunc populum? intelligiſne quòd tandẽ finis belli erit amarus? ¶34 quòd niſi dixiſſes, [ſub. Surgant pueri &c. i. niſi prouocaſſes me,] quòd inquam iam inde à matutino tempore aſcendiſſet [.i. receſſiſſet] populus quiſq; à tergo fratris ſui. ¶35 deſertũ. Chaldæus paraph. ¶36 peragrarũt ¶37 vbi ſcilicet erat Iſ-boſeth. ¶38 vl, defuerũt ¶39 vl, præter ¶40 [ſub. aliquot, vel multo plures:] trecenti & ſexaginta viri perierunt. ¶41 iter fecerunt ¶42 & illuxit illis in Hebron. i. prima luce, ſiue diluculo peruenerunt in Hebron. III. ¶1 Heb. & Dauid ibat, & confortabatur. i. porrò Dauid ſubinde fortior euadebat. ¶2 Heb. ibat, & attenuabatur. i. quotidie debilior fiebat. ¶3 Hic 1. Paral. 3. vocatus Daniel: habuit ergo duo nomina,

¶4 Egla nõ erat nobilis, nec vllo alio nomine nota, nec celebris, niſi quòd vxor eſſet Dauidis. neque hęc eſt Michol, nã Michol nullos liberos genuit Dauidi.

¶5.i.dũ regnaret ſuper Iudã in Hebron.

¶6 viriliter ageret pro domo Saulis. ſub. defendenda.i. ſũma ope defenderet, totis viribus niteretur defendere domum Saulis.

¶7 concubinã

¶8 quem ſcilicet ſuſpicabatur habere cõmercium cum Riſpa. Non eſt autem certum an Abner rem habuerit cum Riſpa: nihil enim traditur in Scriptura.

¶9 canũ ſingularc, pro plurali, qui ad tribum Iudæ ſub. pertinentẽ hodie feci miſericordiã cũ domo Saulis patris tui, cum fratribus eius, & amicis eius. q.d. Egóne ſum pręfectus canum qui ad tribum Iuda pertinẽt, hoc eſt, canum Dauidis inimici tui, qui eſt de tribu Iudæ ſũmque tam vilis & abiecti officii, quòd me tam acriter increpas? non pluris me facis quàm cuſtodem canum hoſtis tui. Multa contuli in patrem tuum beneficia: & tamẽ ita me paruipẽdis, acſi nulla cõtuliſſem in ipſum beneficia.

vxor Nabal Carmelitæ: tertius Abſolom filius Maacha filiæ Thalmai regis Geſſur. Quart⁹ Adonia filius Haggith: quintus Sephatia filius Abital, & ſextus Iithream de [4]Egla vxore Dauidis. iſti nati ſunt Dauidi [5]in Hebron. ¶Quũmq; eſſet bellũ inter domum Saulis, & inter domũ Dauidis, factũ eſt vt Abner [6]confortaret ſeſe in domo Saulis. Habuerat autẽ Saul [7]pellicẽ nomine Rizpa, quæ fuit filia Aia. dixit ergo [Iſ-boſeth] ad [8]Abner, Quare ingreſſus es ad [7]pellicem patris mei? Abner autẽ vehementer commotus eſt propter verba Iſ-boſeth, & dixit, Num caput [9]canis ego ſum, qui cõtra Iehudã hodie beneficiis proſequor domũ Saulis patris tui, fratres ei⁹ & amicos eius? neque tradidi te in manũ Dauidis, & tu [10]inquiris hodie in me iniquitatẽ huius mulieris. Sic faciat Deus ipſi Abner, ſicque [11]addat ei, [12]quoniã ſicut iurauit Dominus Dauidi, ſic faciã ei, vt [13]transferatur regnũ de domo Saulis, [14]firmetúrq; ſoliũ Dauidis ſuper Iſraelẽ & ſuper Iehuda, à Dan vſq; Beer-ſeba. Et ne verbum quidẽ potuit vltra reſpõdere ipſi Abner, quandoquidẽ eum metuebat. ¶Miſit itaque Abner nuntios ad Dauidẽ [15]pro ſe hiſce mãdatis, [16]Cuius eſt terra? quique dicerẽt, Feri fœdus tuũ mecũ, & ecce [17]manus mea erit tecũ, & reducã ad te vniuerſum Iſraelẽ. Qui ait, [18]Bene, feriã tecũ fœdus, veruntamen rem vnã poſtulo ego à te, nempe, [19]Ne videas faciem meã, ni prius adducas Michol filiam Saulis, [20]cũ veneris videre faciẽ meã. ¶Miſit pręterea Dauid nũtios ad Iſ-boſeth filiũ Saulis hiſce mãdatis, Redde vxorẽ meã Michol, [21]quã mihi centum præputiis Paleſthinorũ deſpondi. Miſit ergo Iſ-boſeth, & tulit eam à marito, nempe à Palthiel filio Lais. Maritus autẽ eius profectus eſt cũ ea, [22]eundo videlicet flens poſt eam vſque Bahurim: & ait ad eũ Abner, Vade, reuertere. & reuerſus eſt. ¶Porrò Abner ſermonẽ habuit cũ ſenioribus Iſrael in hanc ſententiã, [23]Tam heri quàm nudiuſtertius hoc agebatis vt Dauid eſſet rex veſter. Nunc igitur [24]facite, quoniã Dominus loquutus eſt ad Dauidẽ hiſce verbis. Per manum ſerui mei Dauidis ſeruabo populũ meũ Iſrael de manu Paleſthinorũ, & de manu omniũ inimicorũ eius. [25]Neque ſolum loquutus eſt Abner [hæc] in auribus Beniamin: ſed & abiit Abner [26]vt loqueretur in auribus Dauid in Hebron, quidquid viſum fuerat Iſraelitis, & vniuerſæ domui Beniamin. ¶[27]Et venit Abner ad Dauidẽ in Hebron, & cum eo viginti viri. Dauid autem apparauit ipſi Abner & viris qui cũ eo venerãt cõuiuium. Dixitque Abner ad Dauidem, Surgã, ibo & congregabo ad dominũ meum regẽ cunctum Iſraelem, vt tecum fœdus feriant. [28]& tu omnib⁹ pro omni animi tui voto imperes. & amandauit Dauid ipſum Abner, abiitq; [29]in pace. [30]Et ecce ſerui Dauidis & ipſe Ioab veniebat [31]ab excurſione, afferentes ſecũ magnã prædã: [32]& Abner nõ erat cum Dauide in Hebron: nam amandauerat eũ, abierátque in pace. ¶Quũmque Ioab atque

vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Abſalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur. Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus Saphatia, filius Abital. Sextus quoque Iethraam de Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron. ¶Cum ergo eſſet prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domũ Saul. Fuerat autem Sauli cõcubina nomine Reſpha, filia Aia, ingreſſúſque eſt ad eam Abner. Dixitque Iſ-bóſeth ad Abner, Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Iſ-boſeth, ait, Nunquid caput canis ego ſum aduerſum Iudã hodie, qui fecerim miſericordiã ſuper domum Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requiſiſti in me quod argueres pro muliere hodie? Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi quomodo iurauit Dominus Dauid, ſic faciã cum eo, vt transferatur regnũ de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael, & ſuper Iudã, à Dan vſque Ber-ſabee. Et nõ potuit reſpõdere ei quicquã: quia metuebat illũ. ¶Miſit ergo Abner nũtios ad Dauid in Hebrõ, pro ſe dicentes, Cuius eſt terra? & vt loquerẽtur, Fac mecũ amicitias, & erit manus mea tecum, & reducã ad te vniuerſum Iſrael. Qui ait, Optimè: ego faciã tecũ amicitias: ſed vnã rẽ peto à te, dicens, Non videbis faciẽ meã antequã adduxeris mihi Michol filiam Saul: & ſic venies, & videbis me. ¶Miſit autẽ Dauid nũtios ad Iſ-bóſeth filiũ Saul, dicens, Redde vxorẽ meã Michol quã deſpondi mihi centũ præputiis Philiſthijm. Miſit ergo Iſ-bóſeth, & tulit eam à viro ſuo Phaltiel, filio Lais. Sequebatúrq; eã vir ſu⁹, plorãs vſq; Bahurim: & dixit ad eũ Abner, Vade, & reuertere. qui reuerſus eſt. ¶Sermonẽ quoq; intulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicẽs, Tã heri quàm nudiuſtertius quærebatis Dauid vt regnaret ſuper vos. Nũc ergo facite: quoniã Domin⁹ locutus eſt ad Dauid, dicens, In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populũ meum Iſrael de manu Philiſthijm, & omniũ inimicorum eius. Locutus eſt autẽ Abner etiã ad Beniamin: & abijt vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Iſraeli & vniuerſo Beniamin. ¶Venitq; ad Dauid i Hebrõ cũ viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris ei⁹ qui venerãt cũ eo, conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid, Surgã, vt congregẽ ad te dominũ meum regem omnẽ Iſrael, & ineam tecũ fœdus, & imperes omnibus, ſicut deſyderat anima tua. Cum ergo deduxiſſet Dauid Abner, & ille iſſet in pace, ſtatim pueri Dauid & Ioab venerunt cæſis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autẽ nõ erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiſerat eũ, & profectus fuerat in pace. ¶Et Ioab &

B Iſ-boſeth iraſcitur Abner.

Abner ſentit pro Dauide.

Abner tránſfugit ad Dauid C

Dauid repetit Michol vxorẽ ſuã. 1.Reg.18.g.

Hortatur Abner Iſraelitas vt ſuſcipiãt Dauidẽ.

D

Conuiuiũ ei celebrat Dauid.

Ioab occidit ipſũ Abner. 3.reg.2.a.

¶10 Heb. viſitas.i.& tamẽ increpatione dignũ duxiſti me, quòd rem habuerim cum muliere, quum debueris ad hoc connivere. Vel, ita me increpas quaſi verũ ſit me rem habuiſſe cum ea. ¶11 .i. multo grauiora faciat. Verba irati, ideo ſubticet reliqua. q.d. niſi fecero quæ dicturus ſum: nẽpe quòd vt iurauit. vel, certe vt iurauit &c. ¶12 nempe quòd vt iurauit Dominus Dauidi, quòd inquam ſic faciã &c. ¶13 transferam. vel, curem transferendum. ſub in domum Dauidis. ¶14 & confirmem ¶15 vel potius, ſecretò. Aut, de loco ſuo. Gallice, Sans bouger de ſa place. ¶16 q.d. Hæc regio tua eſt, nõ liberorum Saulis. ¶17 .i. te iuuabo pro virili vt reducam ad te &c. ¶18 q.d. Placet conditio. ¶19 .i. Ne ſtudeas me inuiſere, quin prius &c. ¶20 .i. quum voles me inuiſere. ¶21 .i. quam magno mihi compaui, nempe datis centum præputiis &c. ¶22 Heb. eundo & flendo. i. plorãdo inter eundũ. ¶23 i. Antea deſyderaſtis &c. ¶24 facite. ſub. vt regnet ſuper vos: nunc licet. ¶25 Heb. Locutus eſt etiam Abner in auribus Beniamin. i. Habuit orationẽ ad Beniaminitas, apud quos erat dignitas regia. ¶26 .i. vt diceret præſente Dauide omnia quæ placebant Iſraeli. ¶27 Venit itaque ¶28 & tu regnes in omnibus quæ concupiſcit anima tua. i. In omnibus quæ voles. Vertere potes, vt percuſſo cum illo fœdere, regnes &c. ¶29 .i. ſaluus & incolumis. ¶30 q.d. Statim atque abijt Abner, venerunt ſerui Dauidis &c. ¶31 è caſtris. ¶32 Abner autem

omnis exercitus qui erant cum eo, poſtea venerant: nunciatum eſt itaque Ioab à narrantibus.
B Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eũ, & abiit in pace. Et ingreſſus eſt Ioab ad regem, & ait, Quid feciſti? ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abiit & receſſit? Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te vt deciperet te, & ſciret exitum tuum & introitum tuum, & noſſet omnia quæ agis? Egreſſus itaque Ioab à Dauid, miſit nuncios poſt Abner, & reduxit eum à Ciſterna-ſira, ignorante Dauid. Cumque rediiſſet Abner in Hebron, ſeorſum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius.

*Dauid maledicit ipſi Ioab ob occiſũ Abner.*

¶ Quod cum audiſſet Dauid rẽ iam geſtam, ait, Mundus ego ſum, & regnum meum apud Deũ vſq; in ſempiternũ à ſanguine Abner filii Ner,

*¶ Dominũ*

Et veniat ſuper caput Ioab, & ſuper omnem do-
F mum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerunt Abner, eo quòd occidiſſet Aſael fratrem eorum in Gabaõ in prælio.

*Occiſum Abner plangit Dauid cum populo.*

¶ Dixit autẽ Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid ſequebatur feretrũ. Cúmque ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. Plangẽſq; rex & lugẽs Abner, ait, Nequaquam vt mori ſolẽt ignaui, mortuus eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui nõ ſunt aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere corã filiis ini-
G quitatis, ſic corruiſti. congeminanſq; omnis populus fleuit ſuper eum. Cúmque veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens,

*Iurare.*

Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quicquam. Omniſque populus audiuit, & placuerũt eis cuncta quæ fecit rex in cõſpectu totius populi. Et cognouit omne vulgus, & vniuerſus Iſrael in die illa quoniam nõ actum fuiſſet à rege vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoque rex ad ſeruos ſuos, Nũ ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Iſrael? Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò viri iſti filii Saruiæ duri ſunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.

CAP. IIII.

*Iſrael turbatur ob mortuum Abner*

Audiuit autem Iſ-boſeth filius Saul quòd cecidiſſet Abner in Hebron, & diſſolutæ ſunt manus ei⁹, omniſq; Iſrael perturbatus eſt. Duo autẽ viri principes latronũ erãt filio Saul, nomen vni

omnis exercitus qui cum eo erat veniſſent, nunciarunt ipſi Ioab dicẽtes, Venit abner filius Ner ad regem, & dimiſit eũ, abiitque ſaluus. Veniẽs ergo Ioab ad regem, dixit, Quid feciſti? ecce[33] venit Abner ad te, cur ergo[34] dimiſiſti eum vt abiret? Tu noſti Abner filium Ner, quòd iccircò venerit vt tibi imponat, reſciatque[35] exitũ tuum & introitum tuum, omniáque quæ tu agis[36] expiſcetur. Egreſſus itaque Ioab à Dauide, miſit nuncios poſt Abner, qui reduxerunt eum de puteo Sira, ignorante Dauide. Quũmque Abner reuerſus eſſet in Hebron, abduxit eum Ioab ad mediũ portæ vt cum eo[37] inſidioſe loqueretur, feriitque eum ibi[38] in vitalia viſcera, & mortuus eſt[39] propter ſanguinẽ Aſael fratris[40] eius. ¶ Hoc quũ Dauid poſtea reſciret, dixit,[41] Innocens ego ſum, & regnum meum[42] à Domino in perpetuum, à ſanguine Abner filii Ner.[43] Recidat in caput Ioab, & ſuper vniuerſam domum patris ſui,[44] ita vt non excindatur è domo Ioab[45] fluxum patiens, & leproſus, & qui[46] baculo innitatur, cadens gladio, & pane deficiens. Ioab igitur & Abiſai frater ei⁹ occiderunt Abner, quòd is occidiſſet fratrem eorum in Gibeon in prælio. ¶ Dixit autẽ Dauid ad Ioab & ad cũctum populum qui ſecum erat, Diſcindite veſtimẽta veſtra, & accingite vos ſaccis, & plangite[47] Abner: rex verò Dauid ibat poſt feretrũ. Et ſepelierunt Abner in Hebron, attollẽſque vocem ſuam rex, fleuit ad ſepulchrum Abner, fleuit etiam omnis populus. Et lamentabatur rex ipſum Abner,[48] & ait, Num Abner morte[49] ſtultorũ[50] morietur? Manus tuæ[51] non ſunt vinctę, nec pedes tui compedibus[52] cõtracti, [ſed] ſicut quis cadit ante iniquos homines, ſic cecidiſti. & vniuerſus populus rurſum deplorauit[53] ipſum. Cũmq; vniuerſus populus veniſſet[54] vt comederet panem cum Dauide, clara adhuc die iurauit Dauid, dicẽs, Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, ſi ante occaſum ſolis guſtem panem, vel aliud quidquam. Vniuerſus ergo populus[55] cognouit & placuit[hoc] in oculis eorum,[56] & quidquid rex faciebat, bonũ videbatur in oculis totius populi. Et omnis populus atque vniuerſus Iſrael cognouerunt eodẽ die, nõ eſſe à rege quòd Abner filius Ner occiſus eſſet. Et ait rex ad ſeruos ſuos, Annon cognoſcitis quòd imperator & quidem magnus cecidit hodie in Iſraele? Ego autẽ[57] etiãnum[58] tener ſum, & rex vnctus. & viri iſti filii Zeruia[59] mihi ſatis duri ſunt:[60] rependat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.

CAP. IIII.

Quũmque audiſſet filius Saulis mortuum eſſe Abner in Hebron, [1] remiſerunt manus eius, omnẽſque Iſraelitæ territi ſunt. Habuit autem filius Saulis duos viros qui erant præfecti [2] latronum: vnius fuit nomen Baana,

¶33 vſ, venerat ¶34 vſ, permiſiſti illum abire? ¶35 .i. quomodo te geras. ¶36 vſ, exploret? ¶37 pacifice. vſ, quiete & blande. i. verbis ac ſermonibus blandis. ¶38 i. inguine. Hebraice, ad quintam coſtã, ¶39 vſ, in ſanguine. i. propterea quòd interfeciſſet. ¶40 Ioab ſcilicet. ¶41 vſ, Mundus ¶42 vſ, ſũ Domino. i. teſte Domino. q. d. Dominus ſcit me non eſſe cõſcium cędis Abner. ¶43 vſ, Maneat. ſanguis ſcilicet Abner. Adſcribatur hoc crimẽ Ioab, dẽtque pœnas ob hanc cędem. ¶44 & non deficiat ¶45 ſub. ſeminis. ¶46 præ morbo ſcilicet pedum. ¶47 Heb. ante Abner. i. ante funus Abner. ¶48 dicendo. ¶49 .i. ignauorum, ſiue improborum. ¶50 Futurum pro præterito, mortuus eſt? vſ, mori debuit? ¶51 non erant &c. ſub. quare ergo nõ te defendiſti?

¶52 admoti. vſ, vincti. q. d. cur ergo, ſi eras inferior, non fugiebas? ¶53 Heb. ſuper ipſum. i. propter illius mortem. ¶54 vt cibaret Dauidem pane. i. efficeret vt Dauid comederet. ¶55 ſub. rem illam non fuiſſe factam conſilio regis. ¶56 Heb. vt omnia quæ faciebat rex, [ſub. placebant populo: ita hoc quoque] bonum &c. quòd ſcilicet tam ægre tulit eius mortem. ¶57 hodie ¶58 vſ, tenellus. q. d. Nunc primum mihi videor hodie eſſe rex: quaſi hodie primum vnctus ſum in regem. Nam Abner conuerterat mentem Iſraelitarum ad Dauidem. Ego (inquit) hodie ſum tenellus & exiguarum virium, quamuis vnctus ſim rex ſuper Iudam. & quũ notum ſit me non eſſe potentem viribus, tamẽ iſti filii Saruiæ ſunt inclementiores quàm exiguitati viriũ mearum conueniat: quod non poteſt non impedire ſucceſſum regni mei. Quidam aiunt metaphoram ſumptam eſſe à ramis tenellis qui facile franguntur: ob id debebat regia Dauidis poteſtas ſeruari nequid indecens fieret. Alii vertũt, facilis vel clemens ſum, quamuis vnctus ſim in regẽ: at illi qui ſunt tantum nepotes mei, inclementiores me ſunt: ego enim peperceram ipſi Abner, illi autem non pepercerunt. Doctis probatur hæc interpretatio. Vox nanque Hebræa RACH, pro qua vertimus tenellum & CASA, pro qua duriorem: opponuntur pro facili ſiue clemente, & difficili ſiue duro. Hoc dicit de nepotibus ſuis, quòd ſibi plurimũ metueret ab illis. ¶59 duriores ſunt [vel, inclemẽtiores] quàm conueniat mihi. i. rationibus meis, vel quàm pro negotio meo deceat eſſe. ¶60 vſ, rependet. q. d. rependet illis iniuriam illatã ipſi Abner. IIII. ¶1 vſ, diſſolutæ ſunt. i. cœpit deſpõdere animum. ¶2 copiarum. Latrones olim dicti, qui nunc milites mercenarii, qui in cæde & ex cæde viuunt maleficiis, & ſcelere paſcuntur.

¶3 vſ, reputantur in Beniamin. aut, tribuuntur ipſi Béſiamin. Hoc addidit, quód hęc vrbis eſſet in termino tribus Beniamin.
¶4 Audita ſcilicet morte Saulis, metu Palæſthinorum.
¶5 ſub. mortis.
¶6 ſub. é brachijs eius.
¶7 Poſtquã ſcilicet cõiurarãt de nece domini ſui.
¶8 Heb. in cubili meridiei. i. in quo ſolebat dormire meridiano tẽpore. Vſ, dormiebat dormitionem meridianam. Chaldæus paraph. vertit, dormitionem regum. i. eo tempore quo dormire ſolent reges.
¶9 Heb. Ingreſſi ſunt autẽ in mediũ domus, habitu mercatorũ tritici. i. Ingreſſi ſunt in penitiorẽ vſq; partem dom᷑. habitu & ſpecie mercatorũ tritici. Alij, ſeũ mercatoribus tritici.
¶10 in inguine. Heb. in quintam coſtam. Paulo. is deſcribit mortẽ Iſ-boſeth, poſt ea pluribus. Hoc autem per anticipationẽ dicitur.
¶11 In penetrali cubiculi ſui.
¶12 Heb. quærebat animam tuam:

alterius verò nomẽ erat Rechab: filij erant Rimmõ Berrothitæ, de filijs Beniamin ſiquidẽ & Beerothitæ[3] cenſi ſunt ad Beniamin.[4] Fugerant[4] autem Beerothitæ illi in Gitthaim, commoratique ſunt illic vſq; in hunc diẽ. ¶ Habuit quoque Ionathan filius Saulis filiũ clauſũ pedibus, quinq; natum annos quum[5] fama[5] Saulis & Ionathã veniſſet ex Ieſreel: tollẽſque eum nutrix ſua fugit in fuga autẽ quũ feſtinaret, [6] cecidit[6] [puer,] claudus effectus, huius nomẽ erat Mephiboſeth. ¶[7] Profecti autẽ filij Rimmon Beerothitæ, nempe Rechab & Baana, ingreſſi ſunt, quum ferueret dies, domum Iſ-boſeth, qui[8] ſuper lectũ ſuũ meridie[8] quieſcebat.[9] Venerunt autem ad mediũ domus accepturi triticum,[9] & percuſſerũt eum [10] in viſcera vitalia. Rechab autẽ & Baana frater eius fuga elapſi ſunt. Quũ enim ingreſſi fuiſſent domũ, iacebat ille ſuper lecto ſuo[11] in cubiculo vbi cubare ſolebat,[11] & trucidantes illum interfecerunt, abſciderũtq; caput eius, & capite accepto, abierunt tota nocte per viam campeſtrem, attuleruntque caput Iſ-boſeth ad Dauid in Hebrõ, dicentes ad regem, Ecce caput Iſ-boſeth filij Saulis inimici tui, qui[12] inſidiatus eſt vitę tuæ:[12] equidem Dominus vltus eſt hodie dominum meũ regem de Saule & de ſemine eius. Reſpondens autem Dauid Rechab & Baana fratri[13] eius filijs Rimmõ Beerothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus, qui redemit animam meã de omni afflictione, Quoniam quum quidam nuntiaret mihi & diceret, En Saul mortuus eſt, ([13] & is quidem ſibi videbatur fauſtum quiddam nuntiare) hunc apprehẽſum trucidaui in Ziclag, [14] vt darem[14] ei præmiũ pro nuntio, Quanto magis[15] quum viri impij occiderint[15] virum iuſtum in domo ſua, & ſuper lectũ ſuum?[16] annon requirerem[16] ſanguinem eius de manu veſtra, & vos é terra[17] exciderem?[17] Pręcepit itaque Dauid iuuenibus, qui interfecerunt eos, abſciderũtque manus eorum atque pedes, & ſuſpenderunt ſuper piſcinam[18] in Hebron,[18] caput verò Iſ-boſeth acceperũt, & ſepelierũt in ſepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

Venerunt itaque omnes tribus Iſrael ad Dauidem in Hebron, dicentes,[1] Ecce nos ſumus os tuũ, & caro tua.[1] Sed & heri & nudiuſtertius, quum Saul regnaret ſuper nos, tu eras educens &[2] introducens[2] Iſraelem: aitque Dominus ad te, Tu[3] paſces[3] populum meum[nempe] Iſrael, & tu eris princeps ſuper Iſraelem.[4] Venerũt ergo[4] omnes ſeniores Iſraelis ad regem in Hebron, & pepigit rex Dauid fœdus cum eis in Hebron[5] coram Domino,[5] & vnxerunt Dauidem regem ſuper Iſraelẽ. Dauid erat natus triginta annos quũ rex fieret, regnauitq; quadraginta annis. In Hebrõ regnauit ſuper Iehudã ſeptem annis & ſex mẽſibus: Ieroſolymis autem regnauit triginta tribus annis ſuper vniuerſum Iſraelẽ & Iehudã. ¶ Abijt autẽ rex & viri eius in Ieruſalem[6] ad Iebuſæum habitatorem eius regionis, qui loquutus eſt ad Dauidem dicens,[7] Non ingredieris huc,[7] niſi abſtuleris[8] cæcos & claudos,[9] qui dicunt,[9]

Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filijs Beniamin: ſiquidem & Beroth reputata eſt in Beniamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerũntque ibi aduenæ vſque ad tempus illud. ¶ Erat autẽ Ionathę filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nũtius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaque eum nutrix ſua, fugit: cúmq; feſtinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus eſt. habuitque vocabulũ Miphibóſeth. ¶ Venientes igitur filij Remmõ Berothitæ, Rechab & Baana, ingreſſi ſunt feruẽte die domũ Iſ-bóſeth: qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cum autem ingreſſi fuiſſent domum, ille dormiebat ſuper lectum ſuum in conclaui, & percutientes interfecerũt eum: ſublatóque capite eius, abierunt per viã deſerti tota nocte, & attulerũt caput Iſ-bóſeth ad Dauid in Hebron. dixerúntque ad regẽ, Ecce caput Iſ-bóſeth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuã: & dedit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de ſemine eius. Reſpõdens autẽ Dauid Rechab, & Baana fratri eius filijs Remmõ Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni anguſtia, Quoniam eum qui annuntiauerat mihi, & dixerat, Mortu᷑ eſt Saul: qui putabat ſe proſpera nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio: Quanto magis nunc cum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo ſua, ſuper lectum ſuum, nõ quæram ſanguinem eius de manu veſtra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque Dauid pueris ſuis, & interfecerunt eos: præcidentéſque manus & pedes eorũ, ſuſpenderunt eos ſup piſcinã in Hebrõ: caput autẽ Iſ-bóſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

Et venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuũ, & caro tua ſumus. Sed & heri & nudiuſtertius cum eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſrael: dixit autem Dominus ad te, Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. Venerunt quoque & ſeniores Iſrael ad regem in Hebron, & percuſſit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron corã Domino: vnxerũtq; Dauid in regẽ ſuper Iſrael. Filius triginta annorũ erat Dauid, cũ regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit ſuper Iudam ſeptẽ annis, & ſex menſibus: in Ieruſalem autem regnauit triginta tribus annis ſuper omnẽ Iſrael & Iudam. ¶ Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ieruſalem ad Iebuſæum habitatorem terræ: dictũmque eſt Dauid ab eis, Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos, dicentes,

Baana. Rechab. Beroth.
Miphibóſeth fili᷑ Ionathæ.
B
Baana & Rechab occidũt Iſ-bóſeth.
C
Caput Iſ-bóſeth qui afferunt ad Dauidem, iuſſu ei᷑ occiduntur.
Liberator Deus.
D 1.Reg.
Suſpendere. Sepelitur Iſ-bóſeth.
Vngit᷑ Dauid in regẽ ſuper Iſraelẽ. 1.paralip.11.a
Paſcere populum.
3.Reg.2.c

¶13 Heb. is autem erat vt nuntius in oculis ſuis. i. videbatur ſibi nuntius rei lætæ. ¶14 Heb. qui [venerat] vt darem &c. ¶15 [curabo interficiendos] homines improbos [qui] interfecerunt ¶16 Heb. nunc ergo, nónne requiram. i. debebne requirere ſanguinem &c. hoc eſt vos interficere, quód occideritis illum? ¶17 tollam? ¶18. i. quæ erat in agro Hebron. V. ¶1. i. cognati tui ſumus. Chaldæus, paraph. propinqui tui. Precantur veniam, quód fauerint Iſ-boſeth. nec crearint ipſum regẽ paulo poſt mortem ipſius Iſ-boſeth. ¶2 reducens. ſub. à bello parta victoria. q. d. tu eras princeps ſuper Iſraelem. ¶3 vſ, reges ¶4 Venerant autem &c. antequam ſcilicet tribus venirent. ¶5. i. coram arca Domini. Aut, Deo teſte & eo in teſtimonium vocato. Aut, coram Domino: nam vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. ¶6 aduerſus Iebuſæum ¶7. i. Non poteris capere hanc arcem. ¶8 quibus ſcilicet tradidimus arcem defendendã contra tuas vires & copias. Ironia. q. d. tam munita eſt arx iſta vt poſſit propugnari & defendi à ſolis cæcis & claudis. perdis igitur operam: tuo quantũuis forti exercitui, non opponentur fortes, ſed tantum debiles & inualidi: quód locus ipſe munitiſſimus per ſe, pauco præſidio tutari ſe poſſit. ¶9 Heb. dicendo. i. quaſi dicerent.

B

Dauid capit arcem Sion. Præmiũ occi denti Iebu. Prouerbium Ciuitas Dauid. De⁹ cũ Dau.

1.Paral. 14.a. Domus Dauidi confirmato ędificatur

Nõ ingredietur Dauid huc. Cepit autẽ Dauid arcẽ Sion, hęc eſt ciuitas Dauid. Propoſuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percuſſiſſet Iebuſæum, & tetigiſſet domatum fiſtulas, & abſtuliſſet cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus nõ intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinſecus. Et ingrediebatur proficiens atque ſuccreſcens, & Domin⁹ Deus exercituũ erat cũ eo. ¶ Miſit quoque Hirã rex Tyri nuntios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificéſque lapidũ ad parietes: & ædificauerunt domũ Dauid. ¶ Et cognouit Dauid quoniam confirmaſſet eum Dominus regẽ ſuper Iſrael, & quoniam exaltaſſet

C

Ducit vxores Filij eius in Ieruſalẽ nati 1.para.3.b.

Cõſulto Domino, pfligat Philiſthæos. 1.pa.14.b.c.d

Eſa.28.f.

regnum eius ſuper populum ſuum Iſrael: Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ieruſalem, poſtquam venerat de Hebron: natique ſunt Dauid & alij filij & filiæ: Et hæc nomina eorum qui nati ſunt ei in Ieruſalem, Samua & Sobab & Nathan & Salomon & Iebahar & Eliſua & Nepheg & Iaphia & Eliſama & Elioda & Eliphálet. ¶ Audierũt ergo Philiſthijm quòd vnxiſſent Dauid in regem ſuper Iſrael: & aſcenderunt vniuerſi vt quærerent Dauid. quod cum audiſſet Dauid, deſcẽdit in præſidium. Philiſthijm autem venientes, diffuſi ſunt in Valle-raphaim. Et conſuluit Dauid Dominum, dicens, Si aſcendã ad Philiſthijm? & ſi dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Aſcende, quia tradens dabo Philiſthijm in manu tua. ¶ Venit ergo Dauid in Baal-pharaſim, & percuſſit eos ibi, & di

D

q⁹ diuiduntur

Rurſum conſulto Domino percutit Philiſthæos.

Deus inſtruit Dauidem ad prælium, & Philiſthæos ipſe percutit.

xit, Diuiſit Dominus inimicos meos coram me, ſicut diuidũtur aquæ. Propterea vocatum eſt nomen loci illius Baal-pharaſim. Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua: quæ tulit Dauid, & viri eius. ¶ Et addiderũt adhuc Philiſthijm vt aſcẽderẽt, & diffuſi ſunt in Valle-raphaim. Conſuluit autẽ Dauid Dominum, Si aſcẽdam contra Philiſthæos, & tradas eos in manus meas? qui reſpondit, Nõ aſcendas contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex aduerſo pyrorum. Et cũ audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat caſtra Philiſthijm. Fecit itaque Dauid ſicut præceperat ei Dominus, & percuſſit Philiſthijm de Gabaa, vſque dum venias Gezer.

CAP. VI.

Reducit Dauid arcam de domo Abinadab, neglectã à Saule. 1.paralip.13.b.

q⁹ quæ ſub. domus.

Congregauit autem rurſum Dauid omnes electos ex Iſrael, triginta millia. ¶ Surrexitq; Dauid, & abijt, & vniuerſus populus qui erat cũ eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, ſuper quam inuocatum eſt nomẽ Domini exercituũ, ſedentis in cherubim ſuper eã. Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrũ nouum: tulerúntq; eã de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autẽ & Ahio filij Abinadab, minabãt plauſtrũ nouũ.

[10] Non veniet huc Dauid. Cepit ergo Dauid arcẽ Zion, [11] quæ ciuitas eſt Dauidis. Et ait Dauid eodem die, Quicunque percuſſerit Iebuſæũ, & [12] acceſſerit ad imbrices, & claudos ac cæcos [percuſſerit] [13] odioſos animę Dauidis. ob hoc [14] dixerũt, Cæcus & claudus non introibit [15] domum. Habitauit autem Dauid in arce illa, vocauitq; ipſam Ciuitatem Dauidis. & ędificauit per circuitum à [16] Millo & intra. [18] Promouit itaq; Dauid, & promouẽdo magnus fit, & Dominus exercituũ erat cũ eo. ¶ Miſit quoque Hiram rex [19] Zor ad Dauidem [20] legatos, ſimúlq; ligna cedrina, fabros lignarios & [21] latomos ac murarios fabros, qui extruxerunt [22] domũ Dauidi. ¶ Et cognoſcẽs Dauid quòd Dominus confirmaſſet eum regem ſuper Iſraelẽ, & quòd [23] exaltatum eſſet regnũ eius propter populũ eius Iſrael, duxit Dauid adhuc cõcubinas & vxores de Ieruſalẽ, poſtquã venerat de Hebron, natique ſunt Dauidi adhuc filij & filiæ. Et hæc ſunt nomina eorũ qui nati ſunt ei in Ieruſalem, Sammua, Sobab, Nathan, & Solomon: Gibhar, Eliſua, Næpheg, Iaphia: Eliſama, Eliada, & Eliphalet. ¶ Audiẽtes autẽ Paleſthini quòd vnxiſſent Dauidem regem ſuper Iſraelem, aſcenderunt cuncti Paleſthini [24] vt quærerent Dauidem, quod quum audiſſet Dauid, deſcendit in arcem. Venerunt autem Paleſthini, & diffuderunt ſe in valle Rephaim. Cõſuluit igitur Dauid Dominũ, dicens, Aſcendámne contra Paleſthinos? tradéſne eos in manum meam? Dominus autem reſpondit ipſi Dauidi, Aſcende, quoniam certiſſime tradam Paleſthinos in manus tuas. Veniens itaque Dauid [25] in Baal-perazim, percuſſit eos ibi Dauid, & dixit, [26] Diſſipauit Domin⁹ hoſtes meos coram me [27] inſtar aquarum quæ diſſipãtur: ideo nomẽ loci illius vocatum eſt [28] Baal-perazim. Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua, quæ tulit Dauid & viri eius. ¶ Rurſum aſcẽderũt Paleſthini, [29] diffuderúntque ſe in vallem Rephaim. Et quũ Dauid conſuluiſſet Dominum, reſpondit, Non aſcẽdes, ſed circumeas poſt eos, veniéſque ad eos e regione mororum. Quúmque audieris ſonitum [30] inceſſus in apicibus mororum, tum [31] gnauiter rem geras: nam tũc [32] Dominus egreſſus erit ante cõſpectum tuum, vt percutiat caſtra Paleſthinorum. Et Dauid fecit ſic quemadmodum ei præceperat Dominus, & percuſſit Paleſthinos à Gaba, vſquedum venias in [33] Gaſer.

CAP. VI.

Dauid autẽ congregauit rurſum omnẽ dele[ctũ] [militẽ] in Iſraele, nẽpe triginta millia. Et exurgens Dauid, abijt vnà cum omni populo quem ſecũ habebat ex Baale Iehuda, [2] vt tranſferret illinc arcam Dei, [3] cuius nomen vocatur nomen Domini exercituum, [4] habitantis ſuper ipſam inter cherubim. Vexerunt ergo arcam Dei ſuper plauſtro nouo, & tulerũt eã de domo Abinadab. quæ erat [5] in colle: Vſa autem & Ahio filij Abinadab deducebant plauſtrum illud nouũ.

¶ 10.i. Non expugnabit hanc arcem. ¶ 11.i. quæ poſtea dicta eſt ciuitas &c. ¶ 12 attigerit fiſtulas. vl, canales quibus pluuia tecti excipitur. i. poſteaquam murum conſcenderit.

¶ 13 vl, quos odio habet anima &c. Omittit præmiũ, vt in Geneſi pœna eius qui occiderit Cain. ſubaudienda ſunt verba quæ 1 paralip. 11, legũtur, nempe hæc, is caput erit & princeps. ſub. militiæ. ¶ 14 vl, dicere ſolent, ¶ 15. i. ĩ arcẽ. q. d. Dauid nunquã ſinet ingredi in arcem cæcũ aut claudum. Aut, ſtatuerũt ne poſtea in eã arcem ingrederetur cæcus & claudus.

¶ 16 Quidã Hebræorum dicunt Millo ſignificare locũ comitiorum, quia illic congregaretur populus ad conſultandum de rebus agendis. Alij intelligũt aggerem qui cingebat arcem. Alij aiunt fuiſſe foſſã circum arcẽ, quòd aqua impleretur. ¶ 17 & introrſum. ¶ 18 Heb. Ibat autem Dauid eundo & creſcendo. i. Exinde quotidie fortior euadebat. ¶ 19 Tyrũ exponunt. ¶ 20 qui ſcilicet congratularentur ei. ¶ 21 Heb. artifices lapidũ [aptorum ad] [muros] [extruendos.] ¶ 22. i. regiam. ¶ 23 exaltaſſet regnũ eius propter populum ſuũ, nempe Iſraelem. ¶ 24. i. vt certarent cum Dauide, aut inuaderent eum. ¶ 25 Chaldæus paraphr. in planitiem gigãtum. Voces Hebrææ, Baal-peraſim, ſignificant Planitiem rupturarum. Nomen loci ab euentu poſtea ſic impoſitum. ¶ 26 Fregit ¶ 27 iuxta aquarum fracturam. i quemadmodum aquæ omnia perrumpunt. ſolet enim aqua tẽpore inundationis ſuæ ripas aluei ſui rumpere. ¶ 28. i. Planities fracturarum. ſiue rupturarum. in memoriam videlicet præteritæ victoriæ. ¶ 29. i. caſtrametati ſunt. ¶ 30 vl, greſſus in cacuminibus &c. ¶ 31 mouebis te i. procedes. ¶ 32. i. angelus Domini egreſſus præcedet te. ¶ 33 vrbẽ ſcilicet quã tũ occupabant Palæſthini erat tamen in tribu Beniamin. VI. ¶ 1 Vrbs erat in tribu Iuda, quæ alias dicitur Cariath-iearim, vt exponitur Ioſue 15. c. Baala, quæ alio nomine dicitur Cariath-iearim. Dicitur & Baalim, plurali numero. ¶ 2 [quò iuerãt] vt tranſferrent ¶ 3 Heb. [ſuper] quam inuocatur nomen, nomen inquam &c. i. quæ vocatur arca Domini. ¶ 4 Quia illic dabat reſponſa. ¶ 5 in Gabaa. pars erat vrbis Cariaath-iearim: ita dicta, quia ille locus erat eminentior in ea vrbe.

[6]Quúmq; ducerent illud cum arca Dei de domo Abinadab quæ erat in colle, præcedebat Ahio arcam ipſam, Dauid verò & vniuerſa domus Iſraelitica ludebant coram Domino[8]variis inſtrumẽtis[ligneis abiegnis, citharis, nablis, tympanis, ſiſtris, & cymbalis. Quúmque veniſſent in aream paratam, miſit Vſa[manum] ad arcam Dei, [10]tenuitque eam, [11]declinabant enim boues. Et incanduit furor Domini in Vſam, percuſſitque eũ ibi Deus propter[12]temeritatem iſtam præcipitẽ, & mortuus eſt ibi[13]coram arca Dei. [14]Et exæſtuauit Dauid dolore, quòd Dominus[15]dirupiſſet rupturã in Vſa, & vocauit locum illum Perez-Vſæ vſque in hunc diem. Et timens Dauid Dominum in die illa, dixit, Quomodo[16]ad me veniret arca Domini? ¶ Noluit itaq; Dauid deducere ad ſe arcam Domini, [id eſt]in ciuitatẽ Dauidis, ſed abduxit eam Dauid in domũ Obed-edom[17]Githęi. Et manſit arca Domini in domo Obed-edom Githæi tribus menſibus, [18]fortunauitque Dominus Obed-edom, & vniuerſam domũ eius. ¶ Nunciatúmque eſt regi Dauidi in hæc verba, Dominus fortunauit domũ Obed-edom & omnia quæ habet, propter arcam Dei. & abiens Dauid, [19]adduxit arcam Dei de domo Obed-edom, in Ciuitatẽ Dauidis cum lætitia. Et factũ eſt, quum progreſſi eſſent illi qui ferebant arcã Domini[20]ſex paſſibus, ſacrificauit bouẽ, & pecus pingue. Dauid autem[21]ſaltauit toto robore corã Domino, erátque Dauid amictus ephod lineo. Dauid igitur & omnis domus Iſrael ducebant arcam Domini cũ iubilo & voce tubæ. Contigit autem quum arca Domini veniret in ciuitatem Dauidis, vt Michol filia Saulis proſpiceret per feneſtram, & videret regem Dauidem[22]gnauiter ſaltantem coram Domino, vilipenditque eum in corde ſuo. Et introducentes arcam Domini, collocauerunt eam in locum ſuum, in medio tentorii, quod tetenderat ei Dauid. & ſacrificauit Dauid holocauſta & [23]gratulatoria ſacrificia [24]corã Domino. Quũq; Dauid abſoluiſſet holocauſta & ſacrificia gratulatoria, bene imprecatus eſt populo in nomine Domini exercituum. Et diſtribuit vniuerſo populo, & vniuerſæ multitudini Iſraelis, tam viris quàm mulieribus, ſingulis placẽtã panis vnã, & fruſtum carnis vnum, [25]pultem vnam: & abiit omnis populus, quiſque in domum ſuam. ¶ Reuerſus eſt autẽ Dauid [26]vt ſalutaret domum ſuam, & egreſſa Michol obuiã Dauidi, ait, [27]Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael, q hodie [28]nudus inceſſit coram ancillis ſeruorum ſuorum, [29]acſi leuiſſimus quiſque nudus incederet! Et ait Dauid ad Michol, Coram Domino[ſcilicet] ludam, qui me elegit præ patre tuo atque vniuerſa domo eius, [30]quique mihi mandauit vt eſſem princeps ſuper populum Domini, nempe ſuper Iſraelem. Quin & vilior[31]ero quàm nunc, [32]eróq; humilis in oculis meis: & [33]cum ancillis de quibus dixiſti, cũ illis inquã[34]glorioſ' ero. Ipſi Michol ergo[35]non fuit filius vſque in diem mortis ſuæ.

¶Cúmq; tuliſſent eã de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſtodiens arcã Dei Ahio præcedebat arcam Dei: Dauid autem, & omnis Iſrael ludebãt coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris. & cymbalis. ¶Poſtquam autẽ venerũt ad Areã Nachor, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues & declinauerunt eam. Iratúſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei. Contriſtatus eſt autem Dauid, eo quòd percuſſiſſet Dominus Ozam, & vocatum eſt nomen loci illius, Percuſſio-Ozæ: vſque in diem hanc. Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini? ¶ Et noluit diuertere ad ſe arcam Domini in Ciuitatem Dauid: ſed diuertit eam in domum Obed-edom Gethæi. Et habitauit arca Domini i domo Obed-edom Gethæi tribus menſibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius.

¶¶Nuntiatúmq; eſt regi Dauid quòd benedixiſſet Dominus Obed-edõ, & omnia eius propter arcam Dei. Dixitque Dauid, Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. abijt ergo Dauid, & adduxit arcã Dei de domo Obed-edom in Ciuitatẽ Dauid cum gaudio: Et erant cũ Dauid ſeptem chori, & victima vituli. Cũque tranſcendiſſent, qui portabant arcam Domini ſex paſſus, immolabat bouem & ouem & arietem, & Dauid percutiebat in organis armigatis, & ſaltabat totis viribus ante Dominum: porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et Dauid, & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamenti Domini, in iubilo, & in clãgore buccinæ. Cũque intraſſet arca Domini in Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regem Dauid ſubſilientem, atque ſaltantẽ coram Domino: & deſpexit eum in corde ſuo. Et introduxerunt arcam Domini, & impoſuerunt eam in loco ſuo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocauſta, & pacifica coram Domino. Cúmque compleſſet offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituũ. Et partitus eſt vniuerſæ multitudini Iſrael tam viro quàm mulieri ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo: & abijt omnis populus, vnuſquiſque in domum ſuã. ¶Reuerſúſque eſt Dauid vt benediceret domui ſuæ: & egreſſa Michol filia Saul in occurſũ Dauid, ait, Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiẽs ſe ante ancillas ſeruorũ ſuorũ, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris! Dixitque Dauid ad Michol, Viuit Dominus quia ludam, Ante Dominum qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael, & ludam, Et vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.

1.Reg.7.a. Ludit Dauid coram Domino in inſtrumentis.
¶ Nachon, Oza occidit à Deo. 1. paral. 13. b.
B
Ducitur arca in domũ Obed-edom. Benedictio Dei.
Ducit Dauid arcam in arcem Siõ cum gaudio. 1. paralip. 15. d.
C
Dauid ſaltantem deſpicit Michol.
Holocauſta. Benedicit Dauid populo. ¶ holocauſtũ
D
Michol arguit Dauidẽ quòd coram Domino ſaltauerit.

¶6 Heb. Tulerũt inquã illam de domo Abinadab quæ erat i Gabaa, cum arca Domini. [il-lam]relatiuum eſt pro antecedente, quod capſulam refert in qua erant repoſita donaria ſiue anathemata Palæſthinorũ. i. capſam tulerunt cũ arca Domini. ¶7 vl, exultabant Chaldæ paraph. laudabant ¶8 Heb. cum omnibus lignis abiegnis. i. omnibus inſtrumentis muſicis quę ſolent fieri ex abiete. ¶9 in Gorẽ-nachon, ¶10 ne ſcilicet caderet ¶11 calcitrabãt. i. calcitrando delecturi videbantur arcam in terrã. Chaldæus paraphr. agitabãt eam. Vox Hebręa SAMETV, paſſiue accipitur, vt ait doctiſſ. inter Hebræos, q quaſi membratim diſcerpi ſiue dearticulari viderẽtur boues præ ſancti monia ſcilicet arcæ. i. quòd fatiſcerent ſub onere arcæ. ¶12. i. ignorantiam. Punitur qui ignorans peccauerat. ¶13 iuxta arcã ¶14 Et ægre tulit Dauid quòd &c. ¶15. i. interfeciſſet Vſã. ¶16. i. in vrbem meam. q. d. Timeo mihi pluri mũ ab arca: quò ergo introducã eã? ¶17 Gethæ dict, quòd aliquãdo peregrinatus fuiſſet in Geth, Leuita erat oſtiarius & cautor. ¶18 benedixitque. q. d. omnia illi proſpere ceſſerũt eo tẽpore. ¶19 ſub. per Leuitas. ¶20 ab eo ſcilicet loco vnde cœperant geſtare arcam Leuitæ. ¶21 tripudiabat ¶22 exultãtem [vel, geſtientẽ præ lætitia]& tripudiãtem ¶23 pacificas hoſtias ¶24. i. coram arca ipſa. ¶25 lagenam. ſub. vini. ¶26 Heb. vt benediceret domui ſuæ. i. vt bene precaretur ſuis ſicuti populo bene precatus fuerat. ¶27 Hoc ironice dicitur. q. d. Quàm decẽter ſe geſſit hodie rex Iſrael! ¶28 nudauit ſe ¶29 vt nudaret ſe vnus ex otioſis. vl ſcurris. i. vt nudare ſe ſolent viliſſimi & abiectiſſimi quique. ¶30 præcipiẽdo mihi. ſiue, ita vt præciperet mihi ¶31 Heb. fiã adhuc hac. ſub. vilitate. i. dabo operam vt in vilitatẽ incurrã maiorẽ hac: ſi vilitas dici debet. Loquitur enim iuxta ſentẽtiã Michol. acſi dicat, Exiſtimas me vilem fuiſſe: dabo operam vt vilior videar quàm viſus ſim. ¶32. i. ſummiſſius me geram & magis me deijciam quàm fecerim. ¶33 vl, apud ancillas de quibus loquuta es, apud illas inquam &c. ¶34 vl, glorioſior apparebo. ſiue laudabilis. q. d. non contemnar ab illis, ſed laudabor. ¶35. i. nunquam habuit liberos.

CAP. VII.

Dauid cogitat ædificare domum Domino. 1. paralip. 17. a.
Dauid prohibetur per Nathan, ædificare domũ Domino.

FActum eſt autem cum ſediſſet rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis, dixit ad Nathan prophetam, Vidéſne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit in medio pellium? Dixitque Nathan ad regem, Omne quod eſt in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecũ eſt. ¶ Factú eſt autem in illa nocte: & ecce ſermo Domini ad Nathan dicens. Vade, & loquere ad ſeruum meũ Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandũ? Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi *Iſrael de Terra-AEgypti, vſque in diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. Per cuncta loca quæ tráſiui, cum omnibus filijs Iſrael, nunquid loquens locutus ſum ad vnam de tribubus Iſrael, cui præcepi vt paſceret populum meum Iſrael, dicens, Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinã? Et nũc hæc dices ſeruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges, vt eſſes dux ſuper populum meum Iſrael: & fui tecum in omnibus vbicunque ambulaſti, & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Et ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum, & *habitabo cum eo, & non turbabitur amplius: nec addẽt filij iniquitatis vt affligant eũ ſicut prius, Ex die qua conſtitui iudices ſuper populũ meum Iſrael: & requiẽ dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitq; tibi Dominus quòd domum faciat tibi Dominus. Cúmq; cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliã thronum regni eius vſque in ſempiternum. EGO ERO EI IN PATREM, & ipſe erit mihi in filiũ: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominũ. Miſericordiam autem meam non auferã ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie *mea. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid. ¶ Ingreſſus eſt autẽ rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquum: iſta eſt enim lex adam Domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuum Domine Deus. Propter verbum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti omnia magnalia hæc: ita vt notũ faceres ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es Domine Deus,

¶ *filios

[redacted]

1. Reg. 16. c. B
Commemoratione beneficiorũ oſtendit De⁹ ſe omnia hominibus præſtare
¶ *habitabit ſub eo,

4. Reg. 8. e.

3. Reg. 5. a.
1. para. 22. c.
Promittitur CHRISTVS qui ædificaturus erat eccleſiã. heb. 1. b
¶ *tua. C

Laudat fidelis Dauid benignitatem Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum.

[redacted]

CAP. VII.

FActum eſt autẽ vt rex ſederet [1]in domo ſua, dederatque illi Dominus requiem circũquaque ab vniuerſis inimicis eius. Ait ergo rex ad prophetam Nathan, En ego nunc habito in domo cedrina, arca autẽ Domini manet [2]intra aulæũ. Et dixit Nathã ad regẽ, Vade, & fac [3]quidquid eſt in corde tuo, quoniam Dominus eſt tecum. ¶ Factũ eſt autem eadẽ nocte, vt fieret verbum Domini ad Nathan in hãc ſententiam. Vade & dic ſeruo meo Dauidi. Sic ait Dominus, Nũ tu extrues mihi domũ vt ego [illic] habitem? Etenim non habitaui in domo ab ea die qua eduxi filios Iſrael ex AEgypto in hũc vſq; diẽ, ſed [4]fui deambulans in tentorio & tabernaculo. Et in omnibus [locis] in quibus ambulaui cũ omnibus filijs Iſrael, num loquutus ſum verbum vnum cum aliqua tribuum Iſraelis cui præceperim vt paſceret populum meum Iſrael, vt dicerẽ, Quare non ædificaſtis mihi domũ cedrinam? Nunc ergo hoc dices ad ſeruum meum Dauidem, Sic ait Dominus exercituum, Ego tuli te de [5]ſepto quũ ſequereris oues, vt eſſes princeps ſuper populũ meum, nempe ſuper Iſraelem, & fui tecum in omnibus [locis] quocũq; ambulaſti: excidi inſuper omnes hoſtes tuos ante te. feciq; tibi nomẽ [6]celebre, vt nomen [habent] celeberrimi in terra. Cõſtituã quoque [7]locum populo meo Iſraeli, & plãtabo eũ, vt habitet [8]in loco ſuo: neq; [9]tumultuabitur amplius, filij quoq; iniqui vltra eũ nõ affligent vt antea, Ab ea ſcilicet die qua conſtituerã iudices ſuper populũ meum Iſrael. requiẽ inſuper tibi dabo ab omnib⁹ hoſtibus tuis: prætereа Dominus tibi nunciat quòd [10]& tibi quoq; facere domum velit Dominus. Quũ exacti fuerint dies tui, dormieriſque cũ patribus tuis, [11]excitabo ſemen tuũ poſt te, quod egredietur de vtero tuo, regnũmq; ei⁹ firmabo. Is extruet domũ nomini meo, & ego cõfirmabo ſoliũ regni eius perpetuò: EGO ERO EI [VT] PATER, & ipſe erit mihi [vt] filius: quẽ quũ inique egerit, caſtigabo virga [12]virorũ, & verberibus filiorũ hominũ, [13]Beneficentia autẽ mea nõ recedet ab eo, quẽadmodũ abſtuli à Saule, quẽ ſuſtuli [14]à facie tua. Et firmabitur domus tua & regnũ tuũ perpetuò [15]corã facie tua, firmũmq; erit ſoliũ tuũ perpetuò. [16]Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnem hanc viſionẽ, ſic loquutus eſt Nathã ad Dauidẽ. ¶ Ingreſſus itaq; Dauid, ſedit [17]corã Domino, & dixit Quis ſum ego Domine De⁹, & quę [18]domus mea, quòd [19]me tãtopere euchis? Quin & [20]hoc tibi parum adhuc viſum eſt Domine Deus, [21]niſi & porrò in lõginquum pollicitationẽ facias ad domũ ſerui tui, & hæc eſt directio ipſius adæ Domine De⁹. [22]Quid verò vltra addere poteſt Dauid vt ad te loquatur? & tu cognouiſti ſeruũ tuũ Domine De⁹. [23]Omnia iſta magnifica feciſti [24]propter verbũ tuũ, & [25]iuxta cor tuum, vt [26]nota faceres ea ſeruo tuo. [27]Idcirco [28]magnificatus es Domine De⁹:

¶ 1 ſiue, in regia ſua. ¶ 2. i. tẽtorio contecto pellibus. q. d. nõ decet hominẽ habitare in domo cedrina, Deum verò in tugurio: cupio igitur extruere domum Domino. ¶ 3. i. quicquid in animo verſas.

¶ 4. i. vagatus ſum manẽs in tentorio.

¶ 5 vł, caula ouium. q. d. Licet mihi nõ ſis ædificaturus tẽplum, tamẽ nõ propterea tibi perſuadere debes te à me nõ amari: nam quàm mihi charus ſis, arguunt plurima beneficia quæ à me accepiſti.

¶ 6 Heb. magnũ ſecundum nomen magnorũ qui ſunt in terra. i. dedi tibi famam quę æquaret fama & nomine maximos quoſque.

¶ 7 inſignem ſcilicet & felicem. ¶ 8 apud ſe. Gallice, Chez ſoy.

¶ 9 cõmouebitur. vł, agitabitur ¶ 10 tibi facere domum &c. Facere domũ, Hebraica locutione, eſt dare ſobolem & ampliare familiam. q. d. datus eſt tibi prolẽ quæ accipiat

dignitatem regiam. ¶ 11 vł, erigam ¶ 12. i. qua homines patres ſolent caſtigare filios ſuos, hoc eſt humano more, pœna humana & clementi. ¶ 13 vł, Miſericordia autem mea. q. d. interim miſerebor eius. ¶ 14. i. vt regnares. ¶ 15. i. te viuente & vidente. ¶ 16 q. d. Fideliter Nathã retulit omnia verba Dei ad Dauidẽ. ¶ 17. i. in loco vbi erat arca Domini. Nemini licebat ſedenti orare Deum, præterquam regi. ¶ 18. i. familia patris mei Gratiarum actio Dauidis. exaltat autem Dei beneficia. ¶ 19 Heb. me adduxeris vſque huc? i. ad tantam dignitatem? ¶ 20 nempe quòd dederis mihi regnum. ¶ 21 Heb. & loquutus es etiam de domo ſerui tui in futurum: & hæc eſt lex [vł, conditio] hominis &c. Dilucidius ſic vertas, niſi etiam loquereris de his quæ euentura ſunt poſteris meis. Aut, niſi etiam pollicereris regnũ poſteris meis: quæ lex, ſiue cõditio & ſors eſt magni viri & excellẽtis, hoc eſt fortis viri præclari & excellẽtis, non hominis vilis & abiecti qualis ego ſum. q. d. quod locutus es, ſolũ decet hominem præclarum & inſignem. ¶ 22 q. d. Plura dicere non poteſt ſeruus tuus, quum tu noueris ſeruum &c. ¶ 23 Vniuerſam amplitudinem hanc. i. dignitatem regiam. ¶ 24. i. vt impleres promiſſiones tuas. ¶ 25 hoc eſt, pro arbitrio tuo, imò vltro: quoniã ita tibi placuit. ¶ 26 Heb. ſcire faceres ſeruum tuum. i. vt notam faceres ſeruo tuo eam amplitudinem & dignitatem. ¶ 27. i. Propterea quòd intelligo mentem tuam. ¶ 28 ſub. apud me. i. magnus mihi viſus es.

quoniam non eſt ſimilis tui,& non eſt Deus præter te, [17]Iuxta omnia quæ audiuimus aurib⁹ noſtris.[19]Quæ verò gens eſt in terra, quemadmodum populus tuus Iſrael,cuius Deus iret vt' ſibi [20]in populũ' redimeret,ſibique nomẽ [21]poneret,' faceretque [22]vobis' magnifica & ſtupenda opera [24]in terra tua,' propter populũ tuum quẽ redemiſti tibi ex AEgypto,[25]Gentẽ cũ iudicibus ei⁹? [26]Firmaſti' tibi populũ tuũ Iſrael,vt eſſet populus tuus perpetuò, & tu Domine fact⁹ es eorum Deus. Nũc igitur Domine Deus, [37]verbum quod loquutus es ad ſeruum tuum,'& ad domum ei⁹, [38]excita in ſeculum,'& fac[39] quod' loquutus es: Sic enim magnificabitur nomẽ tuũ perpetuò, [40]vt dicatur,'Dominus exercituum eſt Deus ſuper Iſraelẽ:& domus ſerui tui Dauidis firma erit ante faciem tuam. Tu enim Domine exercituũ Deus Iſrael,reuelaſti auri ſerui tui hæc verba, [41]Domum' extruam tibi. [&] ob hanc cauſam ſeruus tuus inuenit:[42]corde ſuo,vt oraret ad te' iſtã precationem. Nũc ergo Domine Deus,(tu es[43]Deus,' & verba tua erunt vera,[44]qui loquut⁹ es' ad ſeruum tuum bonum hoc,) [45] Et nunc adijce animũ,& benedic' domui ſerui tui, vt [46] perpetuò ſit' ante faciẽ tuam,(quoniam tu Domine Deus [47]loquutus es,') & benedictione tua [48]benedicetur domus ſerui tui perpetuò.

CAP. VIII.

POſt hæc percuſſit Dauid Paleſthinos,&'ſubegit'eos,ademitq; Dauid'Frænũ-frõtis'de manu Paleſthinorũ.Percuſſit quoq; Moabitas,menſuſq; eſt eos fune,'proſtrauit'eos in terrã,&'mẽſus eſt eos duob⁹ funiculis ad interficiendũ ſcilicet,& integrũ funem ad ſeruandũ in vita,'factiq; ſunt Moabitæ Dauidi ſerui pendẽtes vectigal. ¶Adhæc percuſſit Dauid Hadaræſer filium Rehob regem Zoba,quũ proficiſceretur vt'reduceret potentiã ſuã'ad Euphraten.Cepit autẽ Dauid ex eis mille & ſeptingentos equites,& viginti millia virorum peditum:adhæc[6]inutiles reddidit' Dauid omnes currus, [7]centũ tamen curr⁹ ex eis reliquos fecit.Quũque veniſſet[8]Aram Damaſci,'vt opem ferret ipſi Hadaræſer regi Zoba, percuſſit Dauid ex Syris vigintiduo millia virorum.Et conſtituit Dauid præfectos in Syria Damaſci,factique ſunt Syri ſerui Dauidi, tributáque ei penderunt . & ſeruauit Dominus Dauidẽ in omnibus [locis]ad quæ profectus eſt.Accepit quoq; Dauid clypeos aureos quos habuerãt ſerui Hadaræſer, & intulit eos Ieroſolymã. De Betha autem & Berothai ciuitatibus Hadaræſer,tulit rex Dauid æs admodũ multũ.¶Audiens autẽ Thoi rex Hemath quòd Dauid percuſſiſſet omnes copias Hadaræſer, Miſit Thoi Ioram filiũ ſuũ ad regẽ Dauidem[9]pro ambienda pace, gratulatúmque quòd' bello adort⁹ eſſet Hadaræſer, quòdq; trucidaſſet eum:quoniã Thoi hoſtis erat

quia non eſt ſimilis tui,neque eſt Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus aurib⁹ noſtris.Quæ eſt autem vt populus tuus Iſrael,gens in terra, propter quam iuit Deus vt redimeret eam ſibi in populum, & poneret ſibi nomen, faceretque eis magnalia,& horribilia ſuper terram à facie populi tui,quem redemiſti tibi ex AEgypto,*Gẽtem,& deum' eius?Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempiternũ: & tu Domine Deus factus es eis in Deum. Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es ſuper ſeruũ tuũ, & ſuper domum eius , ſuſcita in ſempiternum:& fac ſicut locutus es.Vt magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum,atq; dicatur, Dominus'Deus' exercituum, Deus ſuper Iſrael. & domus ſerui tui Dauid erit ſtabilita corã Domino.Quia tu Domine exercituũ Deus Iſrael reuelaſti autẽ ſerui tui.dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te oratione hac.Nũc ergo Domine Deus, (tu es Deus,& verba tua erũt vera:locut⁹es enim ad ſeruum tuũ bona hæc.)Incipe ergo,& benedic domui ſerui tui, vt ſit in ſempiternum corã te:quia tu Domine Deus locut⁹ es, *benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſempiternum.

CAP. VIII.

FActum eſt autẽ poſt hæc percuſſit Dauid Philiſthijm,& humiliauit eos,& tulit Dauid Frenum-tributi de manu Philiſthijm . Et percuſſit Moab,& menſus eſt eos funiculo,coæquans terræ:menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum,& vnum ad viuificandum:factúſq; eſt Moab Dauid ſeruiẽs ſub tributo. ¶Et percuſſit Dauid Adarézer filium Rohob regem Soba, quando profectus eſt vt dominaretur ſuper flumen Euphrátem.Et captis Dauid ex parte ei⁹mille ſeptingentis equitibus,& viginti millibus peditũ,ſubneruauit omnes iugales curruum:dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoq; Syria Damaſci , vt præſidium ferret Adarézer regi Soba:& percuſſit Dauid de Syria vigiti duo millia virorum.Et poſuit Dauid præſidiũ in Syria Damaſci : factáque eſt Syria Dauid ſeruiens ſub tributo:ſeruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcũque profectus eſt.Et tulit Dauid arma aurea,quæ habebant ſerui Adarézer,& detulit ea in Ieruſalẽ.Et de Bete,& de Beroth ciuitatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multũ nimis,'de quo fecit Salomon omnia vaſa ærea in tẽplo:& mare æneũ,& colũnas,& altare.'¶Audiuit autẽ Thou rex Emath, quòd percuſſiſſet Dauid omne robur Adarézer,& miſit Thou Ioram filium ſuũ ad regẽ Dauid,vt ſalutaret eũ cõgratulãs,& gratias ageret:eo quòd expugnaſſet Adarézer , & percuſſiſſet eum. Hoſtis quippe erat

D

¶* Gentibus & dijs

Vt promiſſiones ſuas impleat, orat Dauid Dominum.

[redacted]

¶* &

Dauid vincit Philiſthæos. 1.paral. 18.a.

Percutitur Adarézer.

B

Syria Dauidi tributaria.

Thou rex Emath,petit à Dauide pacem.

C

[redacted]

¶19 vl, quẽadmodũ audiueram⁹ alijs narrantibus.
¶20 Hebr. Et quis ſimilis populo tuo, [id eſt] ſimilis Iſraeli?gens vna in terra,propter quam iuit Deus vt &c.
¶21.i. vt eſſet illi populus.
¶22 vl, excitaret. vt celebris fieret & glorioſus. ¶23 ſub.ô Iſraelitæ.
¶24 propter terrã tuã. In Paralipomenis ſub auditur eijciẽdo Gẽtes & ſubſequit,propter populũ tuum. Mutat numerũ. ¶25[& de] Gentib⁹,& [de] dijs eius?ſub. AEgypti. Alij, [& percuſſiſti] Gentes & deos earũ. Alij,[qui redemiſti,ſiue in libertatẽ aſſeruiſti tibi ex AEgypto]Gentes [.i. Iſraelẽ, q̃ cõſtet pluribus tribub⁹ ac familijs,]ac deos earũ.i.viros magnos & primores. Alij,& Deũ earum.i. teipſum,q̃ videaris affligi quum tui affliguntur.
¶26 vl,Stabiliſti ¶37.i.promiſſionẽ quã promiſiſti ſeruo tuo.
¶38 adimple.
cõfirma. ¶39 Heb.ſecundũ quod ¶40 vl,vt dicant.ſub.poſteri.ita vt dicturi ſint. ¶41.i.Familiã regiã.q.d.Dabo tibi regnum perpetuum. ¶42 cor ſuum [ſub. paratum] ad orandũ coram te ¶43 ſub.verus. ¶44 & locutus es.i. feciſti hanc bonam promiſſionẽ. ¶45 Nunc inquã velis,& benedic.i.placeat tibi benedicere. ¶46.i.permaneat;& perpetuò regnũ obtineat domus mea. ¶47 vl,dixiſti.ſub.id futurum. ¶48 vl.benedicatur VIII ¶1 humiliauit ¶2 Heb. Metheg-amma.Eſt nomẽ vrbis aut regionis,ita dictæ à fræno riui.i.aquæductu.Chaldæ⁹ parap.inſtauratio aquæductus.In Paralipomenis, dicitur Gath & oppida eius.Frenũ riui dicitur ab Hebræis aquæduct⁹.nã per canalẽ ducimus aquã quò volum⁹,vt fræno equũ. ¶3 proſtratos. vl,coæquãdo eos terræ.q.d.Subiugauit Moabitas, & mẽſurauit eos fune,hoc eſt,eos mẽſura certiſſima,numeróque certiſſimo,& eo numero quo voluit interfecit,& veluti ad funiculum exegit eos quos interficere voluit.Gallice, Il les a tuez a la meſure qu'il luy a pleu.
¶4 q.d.duas partes interfecit:tertiæ parti pepercit. ¶5 produceret terminũ ſuum.i. vt inſtauraret imperium ſuũ in flumine Euphrate , ſiue vt vendicaret ſibi regionem adiacentem Euphrati quam antea ceperat. ¶6 ſubneruauit.i.fregit crura omnib⁹ equis curruum,hoc eſt eam cruris partem quæ eſt neruoſa, ne eſſent tam celeres & apti ad bellum,non autem vt ne omnino graderentur. ¶7 .i.quadringentos equos. ¶8.i. Syria in qua eſt Damaſcus, hoc eſt habitantes in Syria. ¶9 Heb.vt ſalutaret eum pacifice,& benediceret ei quòd &c.i.vt ſalutem illi diceret,& congratularetur ei,vel offerret munera ampliſſima propterea quòd &c.

Thon Adarézer. & in manu eius erant vaſa aurea. & vaſa argẽtea, & vaſa ærea: Quæ & ipſa ſanctificauit rex Dauid Domino cum argẽto & auro, quæ ſanctificauerat de vniuerſis gẽtib⁹ quas ſubegerat De Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philiſthijm, & Amalec, & de manubijs Adarézer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque ſibi Dauid nomen cũ reuerteretur capta Syria in Valle-ſalinarum, cæſis decem & octo millib⁹: & in

*Idumæa ſeruit Dauid.*

D Gebelé ad viginti tria millia. Et poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitque præſidium: & facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiẽs Dauid. & ſeruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus eſt. ¶ Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael: faciebat quoque Dauid iudicium & iuſtitiã omni populo ſuo. Ioab autem filius Saruiæ erat ſuper exercitum: porrò Ioſaphat filius Ahilud, erat à commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant ſacerdotes. & Saraias, ſcriba: Banaias autem fili⁹ Ioiadæ ſuper Cerethi & Phelethi. filij autẽ Dauid, ſacerdotes erant.

CAP. IX.

*Siba ſeruus Saul.*

ET dixit Dauid, Putáſne eſt aliquis qui remãſerit de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam propter Ionathan? Erat autem de domo Saul, ſeru⁹, nomine Siba: quem cũ vocaſſet rex ad ſe, dixit ei, Túne es Siba? & ille reſpõdit, Ego ſum ſeruus tuus. Et ait rex, Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei? Dixitque Siba regi, Supereſt

B filius Ionathæ, debilis pedibus. Vbi, inquit, eſt? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo eſt Machir filij Ammiel in Lo-dabar. Cum autem veniſſet Miphibóſeth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem ſuam, & adorauit. Dixitque Dauid, Miphibóſeth? qui reſpondit, Adſum ſeruus tuus. Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionathan patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul

*Dauid Miphibóſeth filio Ionathæ omnes Saulis agros reſtituit.*

C patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper. Qui adorans eum, dixit, Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canẽ mortuum ſimilem mei? Vocauit itaque rex Sibã puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcũque fuerunt Saul, & vniuerſam domum eius, dedi filio domini tui. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & ſerui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur: Miphibóſeth autẽ filius domini tui comedet

D ſemper panem ſuper menſam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti ſerui. Dixitque Siba ad regem, Sicut iuſſiſti domine mi rex ſeruo tuo, ſic faciet ſeruus tuus: & Miphibóſeth comedet ſuper menſam meã quaſi vnus de filijs regis. Habebat autem Miphibóſeth filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ ſeruiebat Miphibóſeth. Porrò Miphibóſeth habitabat in Ieruſalem. quia de mẽſa regis iugiter veſcebatur: & erat claudus vtroque pede.

*Micha.*

CAP. X.

*Mittit Dauid ſeruos ad cõſolãdum Hanon. 1. para. 19. a.*

FActũ eſt autẽ poſt hæc, vt moreretur rex filiorũ Ammon, & regnauit Hanon filius ei⁹ pro eo. dixitque Dauid, Faciã miſericordiam cũ Hanon filio Naas, ſicut fecit pater eius mecum

Infenſus ipſi Hadaræſer: [10] erántq; in manu ei⁹ vaſa argentea, vaſa aurea, & vaſa ænea. Quæ dedicauit Dauid rex Domino, cum auro & argento quod dedicauerat ex omnibus gentibus quas ſubegerat, Nempe de Syris, de Moabitis, de Ammonitis, de Paleſthinis, de Amalecitis, & de præda Hadaræſer filij Rehob regis Zoba. Quũq; Dauid reuerteretur, percuſſiſſétque ex Syris decẽ & octo millia in valle ſalis, [11] illuſtrauit [ſibi] nomẽ. Conſtituit denique Dauid præfectos in AEdom, per totam AEdom inquã præfectos conſtituit, [12] ita vt omnes AEdomitæ ſerui eſſent Dauidis. & ſeruauit Dominus Daudem in omnib⁹ [locis] ad quæ proficiſcebatur. ¶ Regnauitq; Dauid ſuper vniuerſum Iſraelem, [13] diceb átque Dauid ius, & adminiſtrabat iuſtitiam vniuerſo populo ſuo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus, Ioſaphat autẽ filius Ahilud [14] erat à cõmentarijs. Zadoc fili⁹ Ahitub, & Ahimelech filius Abiathar, erant ſacerdotes, Seraia [15] ſcriba. Benaia fili⁹ Iehoiada erat ſuper [16] Creti & Pleti: & filij Dauidis erant [17] primores.

CAP. IX.

DIxit autem Dauid. Eſtne quiſpiã adhuc reliquus de domo Saulis, vt benefaciã illi propter Ionathan? Erat verò in domo Saulis ſeruus quidã, cuius nomen Ziba: quem quum vocaſſent ad Dauidem, ait rex ad eum, Túne es Ziba? qui ait, Seruus tuus. Et dixit rex, Nemóne amplius reliquus eſt ex domo Saulis, cui exhibeam [2] beneficentiam Dei? dixitque Ziba ad regẽ, Reſtat adhuc filius Ionathan, claudus pedib⁹. Dixit ergo ad eum rex, Vbi verò is eſt? Dixit Ziba ad regem, En eſt i domo Machir filij Ammiel de Lo-debar. Miſit itaque rex Dauid, & tulit eũ de domo Machir filij Ammiel de Lo-debar. Veniens autẽ Mephiboſeth fili⁹ Ionathan filij Saulis ad Dauidẽ, procidit in faciem ſuam incuruatus. Et ait Dauid, Mephiboſeth? qui reſpondit, En præſto ſum ſeruus tuus. Ait ad eum Dauid, Ne metuas: omnino enim benefaciam tibi propter Ionathã patrem tuum, reſtituámque tibi cũctos agros Saulis [3] patris tui, túque [4] comedes panem ad mẽſam meam perpetuò. Et reuerenter ſe inclinans, dixit, [6] Quis eſt ſeruus tuus, quòd reſpicis ad canẽ mortuum, qualis ego ſum? Vocauit itaque rex Zibam ſeruum Saulis, & dixit ad eũ, Quæcunque Saulis fuerunt, totiúſque domus eius, tradidi [7] filio domini tui. Coles igitur fundum illius, tu, filij tui, & ſerui tui, [8] colligéſque [ſprouẽtus,] vt cedant [9] filio domini tui in cibum de quo edat: cæterum Mephiboſeth filius domini tui perpetuò edet panem in menſa mea. erant autẽ ipſi Ziba quindecim filij, & viginti ſerui. Aitque Ziba ad regem, Iuxta omnia quæ [10] præceperit dominus meus rex ſeruo ſuo, ſic faciet ſeruus tuus. [11] [Dixit rex,] Mephiboſeth edet in mẽſa mea, quemadmodum [quiſpiam] ex filijs regis. Habebat inſuper Mephiboſeth filium paruum nomine Micha: quidquid verò habitabat in domo Ziba, mãcipatum erat ſeruitio Mephiboſeth. Porrò Mephiboſeth habitabat in Ieruſalẽ, quoniã comedebat iugiter ſuper menſam regis, & erat claudus vtroque pede.

CAP. X.

¶ 10. l. ferebat ipſe Ioram ſecũ &c. ¶ 11. vl, cõparauit [ſibi] famam. ¶ 12 & fuerunt omnes Idumæi ſerui ¶ 13 Heb. faciebátq; Dauid iudicium & iuſtitiam. i. ius ſuũ vnicuique reddebat, neq; quẽ quem lædebat. Iudiciũ ad eos inter quos lis erat, refertur: iuſtitia verò æquitatẽ & beneuolentiã erga oẽs ſignificat. Vel, fuit ſeuerus in quos oportuit, & in quos oportuit miſericors. ¶ 14. i. ſcribebat res geſtas. ¶ 15. i. ſcribebat leges. ¶ 16 Duæ cognationes quæ nũquã recedebãt ab aula Dauidis. illis enim erat commiſſa cura corporis regii. Quidam dicunt Cerethæos fuiſſe ſagittarios. Phelethæos autẽ, fundibularios. ¶ 17 vl, principes & magnates. ſiue aulæ primarij.

IX.

¶ 1. ſub. ſum. q. d. ſum Siba, ſeruus tuus. ¶ 2 miſericordiam Dei? l. beneficium optimum & maximũ. & quod erit Deo gratũ? ¶ 3 Chaldæ⁹ paraphr. vniuerſam poſſeſſionẽ. Ea erat fiſco addicta, ꝓpter rebellionẽ Iſboſeth. ¶ 4. l. aui.

COntigit poſt hæc vt moreretur rex Ammonitarum, regnauitque Hanun filius eius pro eo, aitque Dauid, [1] Beneficentia proſequar Hanonem filium Nahas, quemadmodum pater eius me

¶ 5. l. eris mihi aſſiduus conuiua. ¶ 6 Quid &c. q. d. Nõ ſum tanti vt ſiã tuus cõuiua. ¶ 7. l. nepoti. ¶ 8 Heb. inferẽſq;. ſub. in horrea prouẽtũ terræ. ¶ 9. l. nepoti. hoc eſt, eo prouẽtu aletur Miphiboſeth. ¶ 10 vl, præcepit ¶ 11 Heb. Et [ſ. l. Quãquam] Miphiboſeth edere ſoleret de menſa mea tanquam vnus ex &c. q. d. Quãuis hactenus aluerim regio more Miphiboſeth. X. ¶ 1 Heb. Faciã miſericordiã cũ Hanon filio Nahas, quẽadmodum pater eius fecit mecum miſericordiam. l. Benigne agam cum Hanone filio Nahas, ſicut benigne egit pater eius mecum, tunc quum ſeruauit vnum ex fratribus meis, eo tempore quo rex Moab occidebat parentes meos & fratres. Ita Hebræi.

¶3 Heb. ſeruos
¶3 honore afficit patrẽ tuũ in oculis tuis, quia miſit ad te cõſolatores? .i. Putas quòd honore affecerit Dauid patrem tuũ, quũ miſit &c. In oculis tuis id eſt tua ſententia.
¶4 mediam
¶5 in medio. Gallice, par la belle moitié.
¶6 Heb. quòd fœtidi eſſent in [naribus] Dauidis. i. q̃ rem plane ingratã Dauidi admiſiſſent.
¶7 Beth-rhob & de Aram-ſoba ¶8 Iſ-tob, ea eſt regio quæ Tob dicitur vnde accerſitus Iephte.
¶9 ex omnib⁹ electis qui erãt
¶10 inſtruxitque [aciem] in occurſum Ammonitarum .i. vt pugnaret cõtra Ammonitas. ¶11 ſuperiores,
¶12 pugnemus fortiter,
¶13 q.d. det victoriam cui volet. ¶14 .i. accerſiuit ad ſe.
¶15 Nomine fluminis in Scriptura intelligitur Euphrates.
¶16 in Helam,
¶17 .i. milites qui illis curribus vehebãtur.
¶18 ſiue, omnes reguli: qui ſcilicet fauebant ip.i Hadaræſer

XI.

¶1 .i. ſequente anno. ¶2 ſub. ad bellum. i. tẽpore æſtiuo.
¶3 & vaſtarunt Ammonitas, & obſiderunt
¶4 poſtq̃ ſcilicet ſomnũ meridianũ ſiue pomeridianũ dormierat, vt dicitur ſuprà de Iſ-boſeth. ¶5 Tecta Terræ-ſanctæ plana ſunt, vt ex Deuteronomio videmus, cap. XXII b, vbi legimus tectum domus muro eſſe muniendum, nequis decideret. ¶6 i. e. feneſtram nempe domus in qua lauabat ſe mulier.

proſequutus eſt beneficentia.' Miſit itaque Dauid legatos ſuos, vt conſolarentur [eum] propter [mortẽ] patris ſui. ¶Venerunt itaque legati Dauidis in regionem Ammonitarum. Dixerunt ergo principes Ammonitarum ad Hanonem herũ ſuum, Num Dauid 'conſolatores ad te miſit, vt patrem tuum honoret coram te?' annon magis miſit Dauid ſeruos ſuos ad te in hoc vt exploret atque perſcrutetur vrbem, ſubuertátque eam? Tulit itaque Hanon ſeruos Dauidis, raſitque partem 'quandam' barbæ eorum, & præſcidit indumenta eorum 'partim' ad nates eorum vſque, & amandauit eos. Quod quum nunciaſſent Dauidi, miſit obuiã eis (erant enim viri illi magna ignominia affecti) dixitq; rex, Manete in Iericho, donec repullulet barba veſtra, tum reuertimini. ¶Animaduertentes autẽ Ammonitæ 'inuiſos ſe eſſe Dauidi,' miſerũt iidem Ammonitæ, & mercede conduxerunt Syros de [7]domo Rehob & Syros Zoba' viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab[8] Iſ-tob' duodecim millia virorum. Quod quum audiſſet Dauid, miſit Ioab & vniuerſum exercitum ſtrenuorum bellatorum. Egreſſi autem Ammonitæ, aciem inſtruxerunt ad oſtium portæ, erántque Syri de Zoba & Rehob, & Iſ-tob, & Maacha ſeorſum in campo. Videns autem Ioab prælium & à fronte & à tergo ſibi imminere, delegit "ex omni iuuentute quæ erat' in Iſraele, & inſtruxit [aciem] contra Syros. Reliquum verò populum tradidit ſub manum Abiſai fratris ſui, [10] eúmque inſtruxit contra Ammonitas,' atque, Si fuerint Syri me' validiores,' opem mihi feres: ſin ſi illi Ammon tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus. Sis ergo fortis, quin & nos 'fortes ſimus' pro populo noſtro, & pro ciuitatibus Dei noſtri: cæterum Dominus "faciat quod ſibi bonum videatur.' Acceſſit itaque Ioab & popul⁹ quem ſecum habebat, vt manum cõſereret cum Syris, illi autem conſpecto eo fugerunt. Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugiſſent, fugerũt & ipſi à facie Abiſai, venerúntque in ciuitatẽ. ¶Reuerſus ergo Ioab à filijs Ammon, venit Ieroſolyma. Et videntes Syri ſeſe coram Iſraelitis corruiſſe, rurſus collecti ſunt. Mittenſq; Hadaræſer, [14]eduxit' Syros qui erant trans [15]flumium,' & venerũt [16]cum copijs ſuis,' præcedente eos Sobach, qui erat imperator exercit⁹ Hadaræſer. Hoc quum nunciatum eſſet Dauidi, cõgregauit vniuerſum Iſraelem, & traiecto Iordane venit in Helam: Syri autẽ inſtruentes aciem aduerſus Dauidem, pugnam inferunt cum eo. Syrus autem fugit coram Iſraele, percuſſitque Dauid ex Syris ſeptingentos [17]currus,' & quadraginta millia equitum, ipſum quoque Sobach imperatorem exercitus illius percuſſit, qui & ibi mortuus eſt. Videntes autem [18]vniuerſi reges,' ſerui ſcilicet Hadaræſer, quòd corruiſſent corã Iſraele, pace inita cũ Iſraelitis, ſeruierunt eis, veritique ſunt Syri opem ferre ampli⁹ Ammonitis.

CAP. XI.

FActum eſt autem [1] anno reuertente, [2]ſub id tempus quo ſolent reges 'egredi,' vt mitteret Dauid Ioab atque ſeruos ſuos cum eo, quin & vniuerſum Iſraelẽ, [3]vt vaſtarent Ammonitas, oppugnarẽntque' Rabba Dauid verò remãſit in Ieruſalẽ. ¶Contigit autem ſub tempus veſpertinũ vt ſurgeret Dauid [4]de lecto ſuo,' deambularétq; ſuper [5]tectũ' dom⁹ regis, & [6]videret de tecto

miſericordiam. Miſit ergo Dauid, conſolans eũ per ſeruos ſuos ſuper patris interitu. ¶Cum autem veniſſent ſerui Dauid, in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum ſuum, Putas quòd propter honorem patris tui miſerit Dauid ad te conſolatores, & non ideo vt te inueſtigaret, & exploraret ciuitatẽ, & euerteret eam, miſit Dauid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaque Hanõ ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias vſque ad nates, & dimiſit eos. Quod cum nuntiatum eſſet Dauid, miſit in occurſum eorũ (erant enim viri confuſi turpiter valde,) & mandauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec creſcat barba veſtra, & tũc reuertimini. ¶Videntes autẽ filij Ammon, quòd iniuriam feciſſent Dauid, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Iſ-tob [1]decem millia virorum. Quod cum audiſſet Dauid, miſit Ioab & omnem exercitũ bellatorum. Egreſſi ſunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipſum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Iſ-tob, & Maacha ſeorſum erant in cãpo. Videns igitur Ioab quòd præparatum eſſet aduerſum ſe præliũ, & ex aduerſo & poſt tergum, elegit ſibi ex omnibus electis Iſrael, & inſtruxit aciem contra Syrum: Reliquam autem partẽ populi tradidit Abiſai fratri ſuo, qui direxit aciẽ aduerſus filios Ammon. & ait Ioab, Si præualuerint aduerſum me Syri, eris mihi in adiutorium: ſi autem filij Ammon præualuerint aduerſum te, auxiliabor tibi. Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri: Dominus autẽ faciet quod bonũ eſt in conſpectu ſuo. Inijt itaque Ioab & populus qui erat cũ eo, certamen contra Syros qui ſtatim fugerũt à facie eius. Filij autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fugerũt & ipſi à facie Abiſai, & ingreſſi ſunt ciuitatem: reuerſúſq; eſt Ioab à filijs Ammon, & venit Ieruſalẽ. ¶Videntes igitur filij Ammon quoniam Syrus expauit, & quoniam corruiſſent' coram Iſrael, cõgregati ſunt pariter. Miſitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorũ exercitũ: Sobach autem magiſter militiæ Adarezer, erat princeps eorum. Quod cum nuntiatum eſſet Dauid, contraxit omnem Iſraelẽ, & tranſiuit Iordanem, venitque in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerſo Dauid, & pugnauerũt cõtra [1]Iſrael.' Fugerúntque Syri à facie Iſrael, & occidit Dauid de Syris ſeptingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principẽ militiæ percuſſit, qui ſtatim mortuus eſt. Videntes autẽ vniuerſi reges qui erant in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſrael, expauerũt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſrael. & fecerunt pacem cum Iſrael: & ſeruierunt eis, timuerúntque Syri auxiliũ præbere [*]filijs Ammon.

CAP. XI.

FActum eſt [*]autem, 'vertente anno, eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab, & ſeruos ſuos cum eo, & vniuerſum Iſrael, & vaſtauerunt filios Ammon, & obſederunt Rabba. Dauid autem remanſit in Ieruſalẽ. ¶Dum hæc agerẽtur, accidit "quadam die' vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ: viditq;

Miſericordia.
Conſolari.
Ignominia affecti remittuntur.

D

Ammonitæ cum Syria cõgregãtur in prælium contra Dauidẽ, quos debellat Dauid.
¶[1] duodecim

O

¶Videntes igitur Syri quo Dauidem corruiſſent
Sobach princeps exercit⁹ Adarezer, occiditur cũ exercitus.

¶[1] eum.

Syri ſeruiunt Dauidi.
¶[*] vltra

¶[*] ergo.
Rabba obſidetur. 1. pa. 20. a.

Dauidis adulterium cum Beth-ſabee.

Vriã ab exercitu reuocat Dauid, vt cũ vxore dormiat, & celetur adulterium eius. B

¶ˋ autem

C

Vrias perfert literas ſuæ mortis.

Ioab impius timet perdere principis gratiam.

Mors Vriæ.

Nunciꝰ Ioab nũtiat Dauidi mortem Vriæ.

Iudic. 9. g.

¶ˋ Ierobeſeth

D

mulierem ſe lauantem, ex aduerſo, ſuper ſolarium ſuũ: erat autem mulier pulchra valde. Miſit ergo rex, & requiſiuit quæ eſſet mulier. Nunciatúmque eſt ei quòd ipſa eſſet Beth-ſabee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi. Miſſis itaque Dauid nũtijs tulit eam: quæ cum ingreſſa eſſet ad illũ, dormiuit cum ea. ſtatímque ſanctificata eſt ab immũditia ſua: & reuerſa eſt in domum ſuã Concepto fœtu: mittẽnſque nunciauit Dauid, & ait, Concepi. ¶ Miſit autem Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Vriam Hethæũ. Miſitque Ioab Vriã ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid, quæſiuítque Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populꝰ, & quo modo adminiſtraretur bellũ. Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egreſſus eſt Vrias de domo regis, ſecutúſq; eſt eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias ante portam domus regiæ, cum alijs ſeruis domini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam. Nunciatũque eſt Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domum ſuam. & ait Dauid ad Vriam, Nunquid non de via veniſti? quare non deſcendiſti in domum tuã? Et ait Vrias ad Dauid, Arca ˋDei’ & Iſrael, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ manent: & ego ingrediar domũ meam, vt comedam & bibam, & dormiã cum vxore mea? per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ tuæ non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam, Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. manſit ˋVrias in Ieruſalem in die illa & altera. Et vocauit eum Dauid vt comederet corã ſe & biberet, & inebriauit eum. Qui egreſſus veſpere, dormiuit in ſtratu ſuo cum ſeruis domini ſui, & in domum ſuam nõ deſcendit. ¶ Factum eſt ergo mane, & ſcripſit Dauid epiſtolã ad Ioab: miſitque per manum Vriæ, ſcribẽs in epiſtola, Ponite Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſſimũ eſt prælium: & derelinquite eũ, vt percuſſus intereat. Igitur cum Ioab obſideret vrbem, poſuit Vriam in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos. Egreſſique viri de ciuitate, bellabant aduerſum Ioab, & ceciderunt de populo ſeruorum Dauid, & mortuꝰ eſt etiam Vrias Hethæus. Miſit itaque Ioab, & nũtiauit Dauid omnia verba prælij, præcepítque nuntio, dicens, Cum compleueris vniuerſos ſermones belli ad regem, Si eum videris indignari, & dixerit, Quare acceſſiſtis ad murũ, vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa deſuper ex muro tela mittantur? Quis percuſſit Abimelech filiũ ˋIerobaal’ nonne mulier miſit ſuper eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? Quare iuxta murum acceſſiſtis? dices, Etiam ſeruus tuus Vrias Hethæus occubuit. Abijt ergo nũtiꝰ, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. Et dixit nũtius ad Dauid, Præualuerunt aduerſum nos viri, & egreſſi ſunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu perſecuti eos ſumus vſque ad portam ciuitatis. Et direxerunt iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper: mortuique ſunt de ſeruis regis, quinetiã ſeruꝰ tuus Vrias Hethæꝰ mortuus eſt. Et dixit Dauid ad nuntiũ, Hæc dices Ioab, Nõ te frãgat iſta res: varius enim euẽtus eſt belli, & nunc hunc, & nũc illũ conſumit gladius: conforta bellatores tuos aduerſus vrbẽ,

mulierẽ quandã [7] lauantẽ ſe,’ quæ forma erat ſupra modum venuſta. Et miſit Dauid, ſciſcitãs [8] de muliere illa, [9] dicens,’ Eſtne hæc Bath-ſaba filia Elihã, vxor Vriæ [10] Hithæi? Et miſſis nuntijs Dauid, tulit eam: quę quum ingreſſa eſſet ad eum, dormiuit ille cum ea: ipſa autem [11] ſanctificauerat ſe’ ab immunditia ſua, reuerſáque eſt in domum ſuam. [12] Hæc mulier concepit, & mittẽs indicauit [hoc]’ Dauidi hiſce verbis, Grauida facta ſum. ¶ Et miſit Dauid ad Ioab [hiſce mandatis,] Mitte ad me Vriam Hithæum. miſit itaque Ioab Vriam ad Dauidem. Veniens autem Vrias ad eũ, interrogauit eum Dauid [13] quomodo valeret Ioab populúſque. & num rectè haberet bellũ.’ Et ait Dauid ad Vriam, Deſcende in domum tuam, & laua pedes tuos. Egreſſo autem Vria de domo regis, ſequutum eſt eum [14] donũ regis.’ Dormiuitq; Vrias iuxta oſtium domus regiæ, [cum] omnibus ſeruis domini ſui, neque deſcẽdit in domũ ſuam. Hoc quum nuntiaſſent Dauidi, dicentes, Vrias non deſcendit in domum ſuam: ait Dauid ad Vriam, [15] Annon ex itinere veniſti? cur ergo non deſcendiſti in domũ tuã?’ Reſpõdit Vrias Dauidi, Arca & Iſrael, & Iehuda ſunt ſub tẽtorijs, & dominus meus Ioab atque ſerui domini mei [iacent] in ſuperficie cãpi, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, atque dormiam cum vxore mea? [16] per vitam tuam, & per vitam animæ meę, rem iſtam non faciam.’ Et ait Dauid ad Vriam, Mane hîc etiam hũc diem, cras amandabo te. & manſit Vrias in Ieruſalem eodem die & craſtino. Et quum [17] vocaſſet’ eum Dauid, comedit coram eo, & bibit. [18] inebriauitque eum.’ Et egreſſus eſt veſpere vt dormiret in ſtrato ſuo cum ſeruis domini ſui, domum verò ſuã non deſcendit. ¶ Mane facto, ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, quam miſit per manum Vriæ. Scripſit autem in epiſtola huiuſmodi verba, Cõſtituite Vriam è regione imminẽtis [19] validæ pugnæ,’ vóſque recedite [20] poſt eum,’ vt trucidetur, & moriatur. Factum ergo eſt, quum Ioab [21] obſeruaret’ ciuitatem, [22] vt poneret’ Vriam in eum locum vbi [23] perſuaſum haberet’ viros eſſe fortiſſimos. Egreſſi ergo ciues illius vrbis, pugnauerunt cum Ioab, cecidérúntque [aliquot] de populo, [id eſt] de ſeruis Dauidis: mortuus eſt etiã Vrias Hithæus. Et mittens Ioab nuntiauit Dauidi de omnibus negotijs belli, Præcipiẽs nuntio dicẽs, Quum ceſſaueris loqui ad regem de cunctis negotijs belli, [24] Si contingat regem vehementi ira commoueri,’ dixeritque tibi, Cur pugnando tam prope ad vrbem acceſſiſtis? annon exploratum habuiſtis iaculaturos eos è muro? Quis [25] ferije’ Abimelech filium Ierubeſeth? annon mulier deiecit fragmentum [26] lapidis molaris’ è muro, & [27] interibat’ in Thebez? Cur acceſſiſtis ad murum? tum dices, Etiam ſeruus tuus Vrias Hithæus mortuus eſt. Abijt ergo nuntius, & veniens nũtiauit Dauidi omnia, propter quæ illum miſerat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauidẽ, [28] Vehementi impreſſione in nos irruerunt hoſtes,’ egreſſi ad nos in campum, nos verò illos [inſequuti] ſumus vſque ad fores portarum, Et [29] deiecerunt’ iaculatores in ſeruos tuos è muro, mortuíſque ſunt aliquot de ſeruis regis, mortuúſque eſt ſeruus tuus Vrias Hithæus. Et ait Dauid ad nuntium, Sic dices ad Ioab, [30] Ne tibi diſpliceat hæc res,’ ſic enim, & ſic [31] deuorat’ gladius, [32] Intende bellum tuum’ contra vrbem, vt

¶7 ſub. ſeptimo die immũditiæ ſuæ. Leuitici 15. i. domi ſuæ lauacro purgantẽ immunditiã menſtruorum.
¶8 quænam ea eſſet ſcilicet
¶9 & dixit quidam. cui ſcilicet cõmiſſa erat ea prouincia.
¶10 Hethæũ dicit aut habitatione: aut genere, ſed qui poſtea fuiſſet conuerſus ad fidẽ Iſraeliticam.
¶11 purgauerat ſe. ſubaudi, à pollutione menſium. q.d. commiſit tantum adulteriũ, non autẽ peccauit quòd rẽ habuerit cum muliere immũda: iam enim ſe purgarat. quod peccatũ fuiſſet duplex.
¶12 vel, Quę cũ ſentiret ſe concepiſſe, miſſo nuntio indicauit [rẽ] &c. Hoc curabat, ne lapidaretur.
¶13 Heb. de ſalute Ioab, & ſalute populi, & ſalute [virorũ] belli. i. militũ.
¶14 ferculũ regiũ. Chaldæus paraph. cibus.
¶15 q.d. Quum ſis fatigatꝰ ex itinere, debebas deſcendere in domũ tuã.
¶16 q.d. iuro ego per ſalutẽ tuã & ſalutem animæ tuæ me optare vt diſpereã, ſi id fecero. Per ſalutẽ tuã. i. per authorẽ ſalutis tuæ. Vel, quàm verum eſt me optare tibi vitam præſentẽ & futurã &c.

¶17 inuitaſſet. ſub. ad cœnã. ¶18 vt vel ea nocte peteret domũ ſuam ſcilicet. ¶19 prælij acerrimi. i. Obijcite militibus fortiſſime pugnantibus. ¶20 à tergo eius, ¶21 Chaldæus paraph. obſideret ¶22 poſuit ¶23 ſciebat ¶24 Si cœperit iraſci rex, ¶25 interfecit ¶26 molæ ſuperioris ¶27 mortuus eſt ¶28 Præualuerũt aduerſum nos viri, ¶29 iaculati ſunt ¶30 i. Ne hoc tibi ſit moleſtũ. Ne ægre feras. ¶31 abſumere ſolet. q.d. variꝰ eſt belli euentus, vt ij nunc cædantur, nunc alij. ¶32 fortifica [vel, robora] milites tuos. i. iube eos eſſe bono animo.

¶ 13 népe Ioab, verbis tuis. ¶ 14 vl, introduxitque. aut, recepitq; ¶ 15 vl, fecerat

XII.

¶ 1 apud eum. ¶ 2 comedebat ¶ 3 .i. portione ¶ 4 bibebat. ¶ 5 .i. diligebat eam vnice tanquã filiam. Hoc dicit, q Vrias eſſet ea natu maior. ¶ 6 peregrinus ¶ 7 Heb. pepercit .i. noluit accipere de ouib[9] ſuis & de bob[9] ſuis, vt pararet [cœnam] ¶ 8 Heb. Et iratus eſt furor ¶ 9 vl. Et reddet agnam bis quadruplicatã, .i. pro agna illa reddet bis quaternas oues. Rabbini dicunt eũ dediſſe pœnas in quatuor liberis. Fures tenebantur reddere quadruplũ: hic autem quoniã diues erat, addit alterũ quaternarium numerũ, nam reddit octo oues. ¶ 10 de Egla & Michal, vel Riſpha & Michal intelligunt Hebræi. ¶ 11 Heb. & ſi puſillum. ſub. expectaſſes, nec peccaſſes. ¶ 12 Heb. ſecũdum hæc, & ſecũdũ hæc. .i. maiora his dediſſem. ¶ 13 q.d. gladio incircũciſorũ quæ magna eſt iniuria. ¶ 14 .i. Tui peribunt enſe. ¶ 15 ſpreueris me. ¶ 16 vl, ſuſcitaturus ſum ¶ 17 ſodali tuo .i. filio. ¶ 18 .i. palàm, & publicè. ¶ 19 blaſphemare feciſti inimicos Dominum. vl. Domini .i. feciſti vt Dominus male audiret apud inimicos ſuos: dicent enim eum conſtituiſſe regem improbiſſimum populo ſuo. Chaldæus paraphraſtes, quia aperiendo aperuiſti os inimicorum Domini, in hoc negotio .i. dediſti anſam inimicis Domini, loquendi contra ipſum propter hanc rem. ¶ 20 & grauiter ægrotauit. ¶ 21 .i. & conati ſunt erigere illum. ¶ 22 ſubaudi, à natiuitate. ¶ 23 ſub. apud ſe, vel inter ſe. ¶ 24 Heb. dicemus illi, Mortuus eſt puer: & faciet malum [ſibi] q.d. ſi dixerimus ei, mirum in modum ſe affliget.

eam ſubruas, & corrobora [15]eum. Audiens autem vxor Vriæ quòd mortuus eſſet Vrias marit[9] eius, luxit maritum ſuũ. Quúmque luctus tranſiiſſet, miſit Dauid, [14]tranſtulitque eam in domum ſuam, factaque eſt ei vxor, & peperit ei filium. at hæc res quam [15]deſignauit Dauid, diſplicuit Domino.

CAP. XII.

MIſit autem Dominus Nathan ad Dauidem: qui veniens ad eum, dixit ei, Erant duo viri in ciuitate eadẽ, alter diues, alter autem pauper. Diues habebat oues & boues admodum multos. Pauper verò nihil habebat omnino, præter vnicam ouiculam, quam emerat, quamque nutrierat, adoleueratque hæc [1]cum eo, ſimúlque cum liberis ſuis: [2]comedit de [3]bucella eius, & de poculo eius [4]bibit, [5]ſed & dormiebat in gremio eius, eratque ei inſtar filiæ. Quúmque veniret [6]quiſpiam iter faciens ad virum diuitem, [7]pepercit ille ouibus & bobus ſuis, ne caperet de his ad mactandum peregre venienti ad ſe, quin rapuit ouiculam viri illius pauperis, & præparauit eã viro qui peregre venerat ad ſe. [8]Exæſtuauit autem naſus Dauidis vehementer aduerſus hunc virum, & dixit ad Nathan, Viuit Dominus, is qui hoc deſignauit morte dign[9] eſt. [9]Reddátque ouiculam quadruplo, quòd hãc tantam rẽ deſignauit, quódque non abſtinuit. Dixit autẽ Nathan ad Dauidem, Tu es vir ille. ſic dixit Dominus Deus Iſraelis, Ego vnxeram te regem ſuper Iſraelem, eripuerámque te de manu Saulis, Ego dederam tibi domum domini tui, & [10]vxores domini tui in gremium tuum dederam inſuper tibi domum Iſrael & Iehuda: [11]hoc ſi parum fuerit, adiecissem tibi [12]multo plura. Cur ergo tam leue æſtimaſti verbum Domini, vt coram eo malum faceres? Vriam Hitthæum gladio truci ſaſti, & vxorem illius duxiſti tibi vxorem: interfeciſti autem eum [13]gladio Ammonitarũ. [14]Non igitur recedet gladius de domo tua perpetuò, eo quòd [15]non digne æſtimaueris me, & rapueris vxorem Vriæ Hithæi, vt eſſet tibi vxor. Sic dicit Dominus, Ecce ego [16]exuſcito ſuper te malũ de domo tua, accipiámque vxores tuas te vidẽte, & dabo [eas] [17]amico tuo, qui dormiet cum vxoribus tuis [18]in conſpectu ſolis huius. Tu quidem clàm [hoc] deſignaſti, ego verò faciã rẽ iſtã corã toto Iſraele, & corã ſole hoc. Dixit ergo Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Et ait Nathan ad Dauidẽ, Et Dominus tráſtulit peccatũ tuũ, nõ morieris. Quãdoquidẽ verò te iſta [19]omnino hoſtibus Domini occaſionẽ dediſti blaſphemandi, morietur etiã certiſſime filius qui natus eſt tibi. ¶ Abiit verò Nathan in domũ ſuã, & Domin[9] percuſſit puerũ quem pepererat vxor Vriæ Dauidi, [20]ita vt de eo actũ eſſet. Dauid autem flagitauit Deũ pro puero, ieiunauitq; Dauid ieiuniũ, & ingreſſus pernoctauit dormiẽs in terra. Cõſurrexerũt autẽ ſeniores domus ſuæ ad eum [21]vt erigerẽt eũ è terra: at ipſe noluit, nec voluit cibum cũ eis capere. [22]Septimo autẽ die puer moritur, nec audebãt ſerui ei nunciare q puer eſſet mortu[9]: [23]dicebãt enĩ, Quũ puer adhuc viueret, loquuti ſum[9] ad eũ, nec voluit audire vocẽ noſtrã: quomodo ergo [24]ſi dixerim[9] ad eũ, Puer mortu[9] eſt? quin grauiter feret. Animaduertẽs autẽ Dauid

vt deſtruas eam, & exhortare eos. Audiuit autẽ vxor Vriæ quòd mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eum. Tranſactóque luctu miſit Dauid, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitque ei filium: & diſplicuit verbũ hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

CAP. XII.

MIſit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cũ veniſſet ad eum, dixit ei, [a]Reſpõde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate vna, vn[9] diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulã quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eũ cũ filiis eius ſimul, de pane illius comedẽs, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens: eratque illi ſicut filia. Cũ autem peregrin[9] quidam veniſſet ad diuitẽ, parcens ille ſumere de ouib[9] & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad ſe. Iratus autẽ indignatione Dauid aduerſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniã fili[9] mortis eſt vir qui fecit hoc. Ouem reddet § in quadruplum, eo quòd fecerit verbum iſtud, & nõ pepercerit. Dixit autẽ Nathan ad Dauid, Tu es ille vir [b]qui feciſti hãc rẽ. Hæc dixit Dominus Deus Iſrael, Ego vnxi te in regẽ ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, Et dedi tibi domũ domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domũ Iſrael & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adiiciã tibi multo maiora. Quare ergo contẽpſiſti verbum Domini vt faceres malũ in conſpectu meo? Vriam Hethæũ percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eũ gladio filiorũ Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternũ, eo quòd deſpexeris me, & tuleris vxorẽ Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua. Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, § & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis hui[9]. Tu enim feciſti abſcõditè: ego [c]autẽ faciam verbum iſtud in cõſpectu omnis Iſrael, & in cõſpectu ſolis [d]hui[9]. Et dixit Dauid ad Nathan, § Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid, Domin[9] quoq; tranſtulit peccatũ tuum: nõ morieris. Verũtamẽ quoniam blaſphemare feciſti inimicos [e]nomen Domini propter verbum hoc: filius qui nat[9] eſt tibi, morte morietur. ¶ Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam: percuſſit quoq; Dominus paruulum quẽ [f]peperit vxor Vriæ Dauid, & deſperatus eſt. Deprecatúſque eſt Dauid [g]Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram. Venerunt autẽ ſeniores domus eius, cogentes eũ vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec comẽdit cum eis cibũ. Accidit autem die ſeptima vt moreretur infans: et timuerũntque ſerui Dauid nũciare ei quòd mortuus eſſet paruulus. dixerunt enim, Ecce cũ paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eũ, & non audiebat vocẽ noſtrã: quantomagis ſi dixerimus, Mortuus eſt puer, ſe affliget? Cum ergo Dauid [h]audiſſet ſeruos ſuos muſſitãtes, intellexit quòd

Propoſita ſimilitudine pauperis & diuitis, Nathan à Dauide extorquet ſentẽtiã aduerſus ipſũ.

B

Exod. 22. a.

Lex.

Contemnere verbum Dei.

C

Pœna & crux Dauidis, impoſita à Deo. ¶ 16. d.

¶ [c] verò

Dauidẽ pœnitet peccati. eccli 47. b.

Peccatũ condonatur reſeruata cruce.

¶ [f] pepererat

Ægrotat infans.

¶ [g] Deum

Orat, & ieiunat Dauid.

Moritur infans.

E

¶ [h] vidiſſet

¶[a] veſtes.

mortuus eſſet infantulus: dixitque ad ſeruos ſuos, Num mortuus eſt puer? qui reſponderūt ei, Mortuus eſt. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctúſque eſt: cúmque mutaſſet[a] veſtem, ingreſſus eſt domum Domini: & adorauit, & venit in domum ſuam, petiuitque vt ponerēt ei panē, & comēdit. Dixerūt autem ei ſerui ſui, Quis eſt ſermo quem feciſti? propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunaſti & flebas: mortuo autem puero ſurrexiſti, & comediſti panē. Qui ait, Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis ſcit ſi fortè donet eū mihi Dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno? nunquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me. ¶ Et conſolatus eſt Dauid Beth-ſabee vxorem ſuā: ingreſſúſque ad eā, dormiuit cum ea. quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. Miſitque[b] eum in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis-Domino: eò quod diligeret eum Dominus. ¶ Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. Miſitque Ioab nūtios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduerſum Rabbath, & capienda eſt Vrbs-aquarum. Nunc igitur cōgrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam: ne cum à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo aſcribatur victoria. Congregauit itaque Dauid omnem populum, & profectus eſt aduerſum Rabbath: cúmque dimicaſſet, cepit eam. Et tulit diadēma regis eorum de capite eius (pōdo auri talentum, habens gēmas pretioſiſſimas,) & impoſitum eſt ſuper caput Dauid. ſed & prædam ciuitatis aſportauit multam valde. populum quoque eius adducens ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum: ſic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuerſus eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.

Naſcitur Salomon. Matth. 1. a.

F

Expugnatur Rabbath. 1. paral. 20. a.

G

Ammonitarum peregrinis afflictio.

CAP. XIII.

Inceſtus Amnon filij Dauid cum Thamar ſorore Abſalom.

FActum eſt autē poſt hæc, vt Abſalom filij Dauid ſororem ſpecioſiſſimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid. & deperiret in eam[a] valde, Ita vt propter amorē eius ægrotaret: quia cum eſſet virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhoneſte ageret cum ea. Erat autē Amnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudēs valde. Qui dixit ad eū, Quare ſic attenuaris macie fili regis, per ſingulos dies? cur non indicas mihi? dixitque ei Amnon, Thamar ſororem fratris mei Abſalom amo. Cui reſpondit Ionadab, Cuba ſuper lectum tuum, & languorem ſimula: cúmque venerit pater tuus vt viſitet te, dic ei, Veniat, oro, Thamar ſoror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmētum, vt comedam de manu eius. ¶ Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit. cúmque veniſſet rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad regem, Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiūculas, & cibū paratū capiā de manu eius. Miſit ergo Dauid ad Thamar domū, dicēs, Veni in domū Amnon fratris tui, & fac ei pulmētū. Venitque Thamar in domū Amnō fratris ſui, (ille autē iacebat) quæ tollens farinā commiſcuit, & liquefaciēs, in oculis eius coxit ſorbitiūculas.

D

quòd ſerui ſuiſ inter ſe] muſſitarēt, intellexit infantē eſſe mortuū, dixitq; Dauid ad ſeruos ſuos, Mortuus eſtne puer? illi autem dixerunt, Mortuus eſt. Surgens ergo Dauid è terra, lauit, & vnxit ſe, cōmutata veſte ſua, & ingreſſus domū Domini[16] adorauit. veniēs deinde in domū ſuā, [17] poſcit: & appoſuerunt ei panē, & comedit. Tunc dixerunt ad eum ſerui eius, Quid hoc eſt quod feciſti? propter infantem, quum adhuc viuus eſſet, ieiunaſti & fleuiſti te dediſti: quo mortuo, ſurgis & comedis panem. Qui ait, Viuēte adhuc puero ieiunaui & fleui, ſic cogitans, Quis ſcit, ſi miſereatur mei Deus vt puer viuus maneat? Nunc autem quum ſit mortuus, quid ieiunarem? num potero eum [8] reuocare vltra? ego vado ad eū. at ille nō redibit ad me. ¶ Et cōſolatus eſt Dauid Bath-ſabā vxorem ſuā: ingreſſúſque ad eam, dormiuit cū ea: quæ peperit filiū, [19] vocauitque nomen ei⁹ [10] Solomo, & Domin⁹ dilexit eum. [11] Miſitque per manum Nathan prophetę: & [12] vocauit nomē ei⁹ Iedidia, [13] propter Dominū. ¶ Porrò Ioab pugnabat cōtra Rabba filiorum Ammon, [14] obtinuitq; vrbē [15] regni. Et miſit Ioab nuntios ad Dauidem hiſce verbis, Pugnaui contra Rabba, & cepi [16] vrbem aquarum. Nunc igitur cōgrega reliquū populū, & pone caſtra ad vrbē ipſam, vt tu capias eā: ne ego capiā vrbem, voceturque [17] meo nomine. Cōgregauit igitur Dauid cūctum populum, profectúſque eſt contra Rabba, oppugnauitque eā, & cepit eam. Et tulit coronam regis eorum de capite eius, (cuius pondus erat talentum auri, erántque in ea lapides pretioſi) impoſitáque fuit capiti Dauidis: quin & prædā valde ingentem è ciuitate aſportauit. Populū verò qui in ea erat eduxit, & [18] poſuit ſub ſerras, & ſub tribulas ferreas, ſub ferreas ſecures, cōiecitq; eos in fornacē [19] calcariā. ſic fecit vniuerſis ciuitatib⁹ Ammonitarū. reuerſúſque eſt Dauid cum vniuerſo populo Ieroſolyma.

CAP. XIII.

POſthæc contigit vt Amnon filius Dauidis deperiret ſororē Abſolomis filij Dauidis venuſtā, nomine Thamar. [2] Quæ res ita cruciabat Amnonē, vt ſororis ſuę Thamar gratia ſeſe in morbū cōiiceret: [3] erat enim virgo, [4] impoſſibiléq; videbatur Amnoni vt faceret ei quidquā. Habebat autē Amnon amicū nomine Ionadab, filium Simea fratris Dauidis, erátq; Ionadab vir valde [5] vafer. Is dixit ei, Cur tu ô fili regis, ſic macilētus es, idque ſingulis [diebus] [6] mane? annō indicabis mihi? reſpōdit ei Amnon, Ego amore Thamar ſororis Abſolomi fratris mei captus ſum. Dixit ergo ad eū Ionadab, Recumbe ſuper lectum tuum, & aſſimula te ægrotū: quumque venerit pater tuus vt te inuiſat, dic ad eum, Veniat quæſo Thamar ſoror mea, vt me cibo reficiat, faciátque me ſpectāte [7] iuſculū, vt quum [8] videro, edā è manu eius. ¶ Decubuit ergo Amnon & morbū ſimulauit, venitque rex vt eum inuiſeret. ait autē Amnon ad regem, Veniat quæſo Thamar ſoror mea, & coquat me ſpectāte duo [9] liba, quæ comedā è manu ei⁹. Miſit ergo Dauid ad Thamar [10] in domū ei⁹, [11] & ait, [12] Vade quæſo in domū Amnonis fratris tui, & para ei [13] iuſculū. Abiit ergo Thamar in domū Amnonis fratris ſui, [14] (qui decubuit) & accepta farina ſubegit, & coxit eo vidēte, coxit inquā [15] li

¶16 ſub. Dominū. ¶17 ſub. eſcā ſibi apponi. ¶18 ſub. in vitā. ¶19 ſub. Beth-ſabæ. Vel iuxta aliam lectionē Hebraicam, Dominus. ¶10 Selomo, ſignificat ſtudioſum pacis. ¶11. i. Id enim mādauerat Dominus Dauidi per Nathā prophetam. 1. Paralip. 22. ¶12 ſub. Dauid ſua ſponte. ¶13. i. quia Dominus diligebat eum. ¶14. i. oppugnatam, vel pugnando expugnauit. ¶15 regiam. i. quæ erat ſedes regni, ſine qua vix poterat capi Rabbath. ¶16. i. vrbem regiam, paruam quidē vrbem, ſed quæ inexpugnabilis pene erat propter ingentem vim aquarum qua cingebatur. ¶17 nomē meū ſuper eam. i. ne ſi forte vrbē cepero, mihi tribuat victoria. ¶18. i. ferris ſecuit, tribulis ſiue trahis quæ ab equis trahebātur, proterēdos curauit, & ſecuribus interfecit. ¶19 tegulariā. ſiue, lateritiam.

XIII.

¶1 Heb. Factum autem poſtea quū Abſalom filio Dauidis eſſet ſoror [ex eadem matre ſcilicet] formoſa, nomine Thamar, vt deperiret eam Amnō filius Dauidis, [ex alia vxore ſcilicet.] Eadem Maaca genuerat Abſalom & Thamar. hæc Maaca capta fuit in bello: quam cognouit Dauid antequā conuerſa eſſet ad fidem Iſraeliticam, poſtea duxit eā vxorem: vnde Abſalom genitus. Hæc Hebræi. ¶2 Heb. Et anguſtiis affectus eſt Amnon, ita vt ¶3 q. d. quæ domi continebatur more virginum. ¶4 arduúmque ¶5 Hebr. prudēs. i. aſtutus & callidus. ¶6 propter nimiam ſcilicet cogitationem qua noctu vexabatur, magis macer videbatur. ¶7 Vox Hebræa ſignificat omnem cibum. ¶8 paratam ſcilicet ab ea eſcam. ¶9 lagana, ¶10 in qua ſcilicet habitabat. ¶11 qui dicerent, ¶12 I nunc ¶13 eſcam. ¶14 (ipſe autem iacebat) ¶15 lagana

¶16 ſub. lagana. ea tvt qui. ſi He brorū atterpri' deiiciebātur in aquā feruētem, deinde frigebā tur i ſartagine. ¶17 Aſſer eſc i i cubiculū ſecre-tū'. ¶18 laganis quæ præparaue rat ¶19 offerret ¶20 Heb. ne facias ſtultitiam hāc. ¶21 Heb. abire faciā opprobriū meū? q.d. Quomodo me probro libera bo, ſi mecū rē habueris? ¶22 ſtultorum ¶23 ſed quùprę valeret ei, &c. ¶24 He. Ne[ſit.it] cauſæ mali hu ius magni magis q̄ quod feciſti mihi, vt eijciasme. i. Ne cō mittatur cauſæ mali hui' quod futurū eſt mai' altero quod ad miſiſti aduerſū me, eiiciendo me, hoc eſt qd admittes ſi me eiieceris. iungit enim cū præcedēti. ¶25 Heb. fruſtorū. ſiue, particularū. i. variorum & di uerſorum colorū. ¶26. i. Rem habuit tecum? ¶27 Heb. ne ponas cor tuū ad hāc rē. ¶28 vel, ſolitaria ¶29 veniat ¶30. i. ſuo. Mutatio perſonæ. ¶31 vl. Ne fili mi, ne ingrediamus &c.

¶32 He. cūmq; cogeret eū, noluit venire: ſed beneprecatus eſt illi. Et dixit Abſalō. Quòd ſi [ſub. nō iis vēturus.] veniat obſecro nobiſcū Amnon frater me'. ¶33 Heb. cogeret eum ¶34 tū trucidaute ¶35. i. nōnne id eſtis facturi meo imperio?

ba.' Et tollens ſartaginem, [16] effudit' coram eo: ipſe verò nolebat edere. dixitque Amnon, Expellite omnes viros à me. & egreſſi ſunt omnes viri ab eo. Et dixit Amnō ad Thamar,' Infer iuſculū in cubiculum, 'vt edā è manu tua. acceptis igitur [18] libis quæ coxerat' Thamar, intulit Amnoni fratri ſuo in cubiculū. Et quū ea illi [19] admoueret' vt ederet, apprehēdit ille eā, atque ad eā, veni. dormi mecum ſoror mea. Illa autē reſpondit ei, Nequaquam. frater mi. ne opprimas me quoniam ſic non fit in Iſraele. [20] ne ſceleſtum hoc facinus deſignes.' Quò enim [21] cōfugerē cū probro meo?' quid & tu fieres quemadmodum [22] ſceleſtorū' aliquis in Iſraele. nunc ergo loquere quæſo ad regem: non enim negabit me tibi. At ille noluit audire vocem eius, [23] quin ea apprehenſa' oppreſſit eam, atque concubuit cum ea. Et exoſam habuit eam Amnon vehemēti & ingenti odio, ita vt odium quo eam proſequebatur, maius eſſet amore quo eam amauerat dixit ergo Amnon ad eā, Surge, & abi. Quæ reſpondit ei, [24] Quamobrem? hoc malum maius eſt altero quod in me admiſiſti, q me expellis.' at ille noluit illi auſcultare, Sed accerſito puero ſuo, qui ei miniſtrabat, ait, Amanda iſtā à me foras. & obſerato oſtium poſt eam. Habebat autem[ Thamar]tunicam [25] variam' ſuper ſe: talibus enim palliis indutæ erant filiæ regis virgines. & expellens eam miniſter eius foràs, obſerauit oſtium poſt eā. ¶ Thamar verò accepto cinere, poſuit ſuper caput ſuum: & tunicā illam [25] variam,' qua erat induta, ſcidit, & poſita manu ſua ſuper caput ſuum, celeriter ibat & vociferabatur. Et ait ad eam Abſolom frater eius, Annon Amnon frater tuus [26] fuit tecum?' nunc ergo tace ſoror mea, frater tuus eſt, [27] ne magnopere crucies te propter hāc rem.' & manſit Thamar [28] deſolata' in domo Abſolomis fratris ſui. Rex verò Dauid audiens iſta omnia, vehementer indignatus eſt. Abſolom autem neque mali quippiam, neque boni loquutus eſt cum Amnone. odio enim proſequebatur Amnonem, propterea quòd Thamar ſororem ſuam cōpreſſiſſet. ¶ Poſt duos autem annos contigit vt Abſolom haberet tonſores in Baal-hazor, quæ eſt iuxta [tribum] Ephraim, inuitauitque Abſolom omnes filios regis. Venit quoque Abſolom ad regē ipſum, & ait, En ſeruus tuus habet tonſores, [29] eat' quæſo rex & ſerui eius cum ſeruo [30] tuo.' Reſpōdit rex Abſolomi, 'Non fili mi, nō ibimus' omnes. ne grauemus te. [32] quùmque ille flagitando ei inſtaret, neque vellet ire, Abſolom valedixit ei. Et dixit, An ergo non iret nobiſcum Amnon frater meus?' & reſpondit ei rex, Cur iret tecum? Et quum [33] inſtaret ei' Abſolom, dimiſit cum eo Amnonem, & cūctos filios regis. Præceperat autē Abſolom pueris ſuis, dicens, Obſeruate quæſo quum Amnon à vino hilari fuerit animo, quùmque ego vobis dixero, Percutite Amnonem, [34] vt interficiatis' eū neque metuatis, [35] annon ego præcepi vobis? [36] cōfortamini' ergo, & eſtote [37] viri fortes.' Fecerūt ergo pueri Abſolomis Amnoni ſicut præceperat Abſolom. ſurgentes itaque omnes filii regis, inſcēderunt quiſque mulū ſuū & fugerūt. Quùmque eſſent adhuc in itinere, rumor peruenit ad Dauidem, hiſce verbis. Percuſſit Abſolom omnes filios regis, vt ne vnus quidē ex eis ſit reliquus. Surgens itaque Dauid diſcidit veſtimenta ſua, & [38] iacuit in terra:' aſtabántque ei omnes ſerui ei' diſciſſis veſtibus. Reſpondens autē Ionadab filius Simeah fratris Dauidis, ait. Ne dicat domin' me' q omnes filios regis interfecerint: nā ſolus Amnō mortu' eſt. [39] ad præceptū enim Abſolomis cō

Tollénſque quod coxerat, effudit, & poſuit corā eo, & noluit comedere: dixitque Amnon, Eiicite vniuerſos à me. cúmque eieciſſent omnes, Dixit Amnon ad Thamar, Infer cibum in conclaui, vt veſcar de manu tua. tulit ergo Thamar ſorbitiūculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem ſuum in conclaui. Cúmque obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait, Veni, cuba mecum ſoror mea. Quæ reſpondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me neque enim hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi vnus de inſipientibus in Iſrael: quin potius loquere ad regem, & nō negabit me tibi. Noluit autē [m] Amnon' acquieſcere precibus eius, ſed præualens viribus oppreſſit eam, & cubauit cum ea. Et exoſam eam habuit [n] odio magno nimis: ita vt maius eſſet odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. dixitque ei Amnō, Surge, & vade. Quæ reſpondit [o], Maius eſt hoc malum quod nunc agis aduerſum me, quàm quod antè feciſti, expellens me. & noluit audire eam. Sed vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras: & claude oſtium poſt eam. Quæ induta erat talari tunica: huiuſcemodi enim filię regis virgines veſtibus vtebantur. eiecit itaque eam miniſter illius foras: clauſitque fores poſt eā. ¶ Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque manib' ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans. Dixit autem ei Abſalom frater ſuus, Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt: neque affligas cor tuum pro hac re. manſit itaque Thamar contabeſcens in domo Abſalom fratris ſui. Cum autem audiſſet rex Dauid verba hæc, contriſtatus eſt valde, [p] & noluit contriſtare ſpiritū Amnon filii ſui, quoniā diligebat eum, quia primogenitus erat ei.' Porrò non eſt locutus Abſalom ad Amnon nec malum, nec bonum: oderat enim Abſalom Amnon, eo quòd violaſſet Thamar ſororem ſuam. ¶ Factū eſt autem poſt tempus biēnii, vt tonderētur oues Abſalom in Baalhaſor, quæ eſt iuxta Ephraim: & vocauit Abſalō omnes filios regis, venitque ad regem, & ait ad eum, Ecce tondētur oues ſerui tui: veniat oro rex cum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuū. Dixitque rex ad Abſalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. cum autem cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei. Et ait Abſalom [q] ad Dauid,' Si non vis venire, veniat obſecro nobiſcū ſaltem Amnon frater meus. dixitque ad eū rex, Nō eſt neceſſe vt vadat tecum. Coegit [r] itaque' Abſalom eum, & dimiſit cum eo Amnon & vniuerſos filios regis. [s] Fecerátque Abſalom conuiuium quaſi conuiuium regis.' Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens, Obſeruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eū, & interficite: nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri fortes. Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom: ſurgentéſque omnes filii regis aſcenderūt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt. Cúmque adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens, Percuſſit Abſalom omnes filios regis, & non remanſit ex eis ſaltem vnus. Surrexit itaque rex [t] Dauid,' & ſcidit veſtimenta ſua, & cecidit ſuper terram: & omnes ſerui illius qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſtimenta ſua. Reſpondens autē Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æſtimet domin' me' rex, quòd omnes pueri [u] regis occiſi ſint. Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in' odio' Abſalom e-

C

Amnō expellit ipſā Thamar cū ingēti odio.

¶[m] Amnon

¶[o] ei

D

Thamar dolēs, cinere aſperſa caput manet apud Abſalom.

E

Abſalom cōuiuio celebrato in tonſione ouiū, occidit fratrem ſuum Amnon.

¶[r] autem

F

Triſtis Dauid ob mortem Amnonis.

¶[u] filii

¶[v] ore

¶36. i. eſtote bono animo. ¶37 Heb. filii fortitudinis. ¶38 in ſignum ſcilicet mœroris. ¶39 quoniā in ore Abſalom erat poſita, ſub. cædes Amnon. i. decreuerat interficere illum.

erat poſitus ex die qua oppreſſit Thamar ſororē
eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex ſu-
per cor ſuum verbum iſtud, dicēs, Omnes filij re
gis occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mortuus
*Fugit Abſalom.* eſt. Fugit autem Abſalom. & eleuauit puer ſpecu
lator oculos ſuos, & aſpexit, & ecce populus mul-
tus veniebat per iter deuiū ex latere montis. Di-
xit autem Ionadab ad regem, Ecce filij regis ad-
ſunt. iuxta verbum ſerui tui ſic factum eſt. Cūm-
que ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filij regis: &
intrantes leuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt:
ſed & rex & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu
magno nimis. Porrò Abſalom fugiens, abijt ad
Tholomai filium Ammiud regem Geſſur. Luxit
*¶ cunctis* ergo Dauid filium ſuum Amnon multis dieb⁹.
Abſalom autem cum fugiſſet, & veniſſet in Geſ-
ſur, fuit ibi tribus annis. Ceſſauitque rex Dauid
perſequi Abſalom, eo quòd conſolatus eſſet ſu-
per Amnon interitu.

CAP. XIIII.

*Aſtu mulieris Thecuitidis reuocat Abſalom.*

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quòd cor
regis verſum eſſet ad Abſalom, miſit Thecuā,
& tulit inde mulierem ſapiētem, dixitque ad eā,
Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne
vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier iam plurimo tē
pore lugens mortuum: & ingrediēris ad regem,
& loquēris ad eum ſermones huiuſcemodi. (po-
ſuit autem Ioab verba in ore eius.) Itaque cū in-
greſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regem, cecidit
coram eo ſuper terram, & adorauit, & dixit, Ser-
ua me rex. Et ait ad eam rex, Quid cauſæ habes?
Quę reſpondit, Heu mulier vidua ego ſum: mor-
tuus eſt enim vir meus. Et ancillæ tuæ erant duo
B filij: qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro, nullúſ-
que erat qui eos prohibere poſſet: & percuſſit al-
ter alterum, & interfecit eum. Et ecce conſurgēs
vniuerſa cognatio aduerſum ancillam tuam, di-
xit, Trade eum qui percuſſit fratrem ſuum, vt oc
cidamus eum pro anima fratris ſui quem inter-
fecit, & deleamus hæredē. Et quærunt extingue-
re ſcintillam meam quæ relicta eſt, vt non ſuper
ſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram. Et
ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & e-
go iubebo pro te. Dixitque mulier Thecuitis ad
regem, In me domine mi rex ſit iniquitas, & in
domū patris mei: rex autē & thronus eius ſit in-
nocens. Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc
C eū ad me, & vltrà non addet vt tāgat te. Quæ ait,
Recordetur rex Domini Dei ſui, vt nō multiplicē-
tur proximi ſanguinis ad vlciſcendū, & nequa-
quā interficiāt filiū meū. Qui ait, Viuit Dominus,
quia nō cadet de capillis filij tui ſuper terrā. Di-
xit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominū
meū regē verbū. & ait, Loquere. Dixitq; mulier,
Quare cogitaſti huiuſcemodi rē cōtra populum

ſtitutū fuit, ab eo die quo Amnō oppreſſit Tha-
mar ſororē eius. [40] Ne ſit igitur rex ſolicitus de
hoc, vt dicat, Omnes filii regis mortui ſunt. nam
ſolus Amnō perijt. Et Abſolom fugit. ſublatis au
tem oculis ſuis puer qui erat in ſpecula, circūſpe
xit, & ecce turba multa veniebat [41] in via poſt eū
de latere mōtis. Et ait Ionadab ad regē, Ecce filij
regis veniūt: ſic eni habet res quēadmodū ſeru⁹
tuus dixit. Quúmque ceſſaſſet loqui, ecce filij re-
gis venerunt, & ſublata voce ſua fleuerunt: ſed &
rex ipſe, cūctique ſerui eius fleuerūt fletu admo
dū magno. Porrò Abſolom fugit, & abijt ad Thal
mai filiū Ammihud regē Geſſur: & [Dauid] luxit
propter filiū ſuū [42] cunctis diebus. Abſolom verò
quū fugiſſet, veniſſétque in Geſſur, fuit ibi tribus
annis. Et [43] ceſſauit [ira] Dauidis, ne vltra educeret
exercitum ad quærendum Abſolom: conſolatio-
nem enim acceperat ſuper Amnone [44] qui mor-
tuus erat.

CAP. XIIII.

ANimaduertit autē Ioab cor regis [pronū] eſ-
ſe ad Abſolō, mittēs igitur Ioab in Thecoa,
tulit inde mulierē [2] vafrā, dixitque ad eā, Simula
quæſo te lugētē, deinde & veſtibus lugubrib⁹ in-
duere, nec oleo vngaris, quin poti⁹ ſimilis ſis mu
lieri, [3] quæ ſe pro mortuo diebus multis luctu cō
fecit: ingreſſa autē ad regē, loquaris cū eo in hāc
formā, [4] præiuit autē Ioab verbis quæ loquere-
tur. [5] Loquuta eſt ergo mulier illa Thecoitis ad
regē, prócidēs ſcilicet ſuper faciē ſuā in terrā, [6] &
reuerentiam exhibēs regi, ait, [7] Serua ô rex. Ad
quā rex ait, Quid tibi vis? Reſpōdit illa, Equidem
mulier vidua ego ſum, & marit⁹ meus obijt. Ha-
buit autē ācilla tua duos filios, hique duo rixati
inter ſeſe in agro ſūt, [8] neminéq; præſente qui[ſi-
tē] inter eos dirimeret, percuſſit alter alterum, &
interfecit eū. Et ecce inſurrexit vniuerſa familia
aduerſus ancillā tuā, & dicūt, Trade illū qui inter
fecit fratrē ſuū, vt ſuppliciū de eo ſumamus, pro
vita fratris ſui quē trucidauit, īſuper excindam⁹
etiā [9] hæredē. Sic extinguere[conantur] [10] ſcintillā
meam quę reliqua eſt, [11] ne ſuperſint marito meo
nomē & reliquiæ ſuper terrā. Et ait rex ad mulie
rem, Vade in domū tuā, [12] ego cauſa tui mādabo.
Dixitque mulier illa Thecoitis ad regē, Domine
mi rex, [13] ſcel⁹ hoc mihi imminet domuiq; patris
mei, rex & thron⁹ ei⁹ ſine culpa erūt. Et ait rex,
[14] Siquis vel verbo cōtra te egerit, duc illum ad
me, [efficiā] nequid te āplius [15] lędat. Quę ait, [16] Iu
ret quęſo rex per Dominū Deū tuū (ſiquidē multi
ſunt vindices ſanguinis, qui perdere[tētant]) ne
excindāt filiū meū. Et reſpōdit [rex,] [17] Viuit Do-
minus, ſi ceciderit de capillo filij tui in terrā. Ait
mulier, Liceat quæſo ancillæ tuæ verbū loqui ad
dominū meū regē. & ait, Loquere. Dixit mulier,
[18] Cur ergo cogitaſti huiuſmodi aduerſus populū

¶40 Heb. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex i corde ſuo verbum, dicendo. i. ne credat quod ſequitur, Omnes &c.

¶41. i. per viam quæ erat poſt mōtem per latus mōtis. Cœpit eos ſpeculator videre, quū fuerunt in latere montis. erat enim veniendum illac in vrbem.

¶42 quibus ſcilicet luxit: hoc eſt tribus annis. Alij, multo tempore.

¶43 Heb. deſyderauit [ſub. anima] Dauidis regis egredi propter Abſalom, .i. cœpit rex teneri maximo deſyderio Abſalomis abſentis: ſubinde ſuſpirabat quum meminerat filij. Quidam Hebræorum (quod doctis minus probatur) dicit, Et deſyderare fecit Dauidem [ſub. vxor ſua] filium abſentē, vt egrederetur aliquis quem mitteret vt reuocaret Abſalom exulem.

¶44 q mortu⁹ eſſet. i. ſup Amnone mortuo.

XIIII.

¶1 Hebr. eſſe [illegible] Abſalom. i. q teneretur deſyderio Abſalom. ¶2 Heb. prudētem. ¶3 Heb. quæ iam inde à multo tēpore luget ſuper mortuum. ¶4 Heb. poſuitque Ioab verba in ore eius. i. dixit illi quæ eſſet dictura regi. ¶5 Legitur & Hebraice, Ingreſſa eſt ¶6 Heb. & adorās. vel, incuruās ſe, ¶7 vel, Fer mihi opē ¶8 Heb. & quū nō eſſet liberator inter eos. i. qui litē cōponeret ortā inter eos. & prohiberet quominus inter ſe ſæuirēt. Querimoniā huius mulieris iuſtā facit, quòd fratrem frater interfecit ſine teſtibus. Lex autē vetat nequis interficiatur ſine duorū teſtimonio. Deut. 16. ¶9. i. illū ſuperſtitē qui alioqui eſt futurus hæres. ¶10 prunas meas quæ relictæ ſunt. ¶11 Heb. vt non ponant viro meo nomen & reliquias. i. vt deleatur memoria viri mei quæ in filio poterit cōſeruari. ¶12. i. iubebo filio tuo nihil mali fieri, præcipiámq; cognatis tuis ne ſint tibi moleſti. ¶13 pœna iniquitatis ſit in me & in familiā patris mei: & rex & thronus ei⁹ [ſūt] innocēs. i. exors pœnæ iniquitatis. q. d. ſiquid mihi iterim acciderit, te negligente querimoniā meā, lues tu pœnas, ſiquid ſiniſtri accidat filio meo. Retorſit enim in ſe, quod erat tribuendū regi, honoris cauſa. ¶14 Qui dixerit aliquid cōtra te: adduc tu &c. Verbū iſtud adduc, ad vnū è pueris Dauidis refertur, quē alloquitur, quēq; dat mulieri comitē. eſt eni ſecūdæ perſonæ maſculinū verbū apud Hebræos. ¶15 Heb. attingat. ¶16 Heb. Memineris quæſo, ô rex, Domini Dei tui, ne multiplices propinquos mortui, ad perdēdū, nève diſperdāt &c. Vult regē promiſſionē ſuā iureiurādo cōfirmare. q. d. ſi interdixeris vni tantū, ſtatim emerget alius qui filiū meū occidat: ita eris cauſa q vltores ſāguinis effuſi exiſtāt multi. Sit ergo rex, edictū tuū generale, & iureiurādo firmetur, Prohibe in vniuerſum iureiurādo adhibito, nequis occidat filiū meū. ¶17. i. Per Deū viuentē, ne pilus quidē cadet de capite filij tui. ¶18 q. d. Quomodo cogitas populū tuū talia ſentire, nempe eos velle interficere filium meū? quū illud damnes, cur igitur idem facis, neque animaduertis te locutum contra teipſum? non enim reuocas Abſalom.

¶19 loquitur e-nim ſ.i.loqui tine dicere vide tur]rex verbũ hoc quaſi im-prudens.[quòd ſcilicet nõ in-terficiant filiũ meũ,] eo quòd nõ reuocet rex expulſum ſuũ. .i.Abſalom qui ſibi indixit exi lium.q.d.non aduertis teipſũ condemnare, qui non reuo-ces Abſalom.
¶20 Heb.moriẽ do morimur.i. breui morie-mur.q.d.ne quæſo accele-res mortẽ Abſa lom,citò enim ſatis morietur. vita hominum fluxa eſt.
¶21 effundũtur
¶22 nõ recolli-gẽt.q.d.anima noſtra breuiter a bit à nobis,ne-que reuertetur in corpus ante reſurrectionẽ.
¶23 Heb. neque ſuſcipiet Deus [ſub.faciem,vel perſonam] cu-iuſquam.ſub. vt nõ moriat. q.d. nemini, cuiuſcũq; for-tis ſit,parcet De' quominus moriatur. Ani-ma p perſona.
¶24 Heb.ſed co gitauit cogita-tiones vt nõ re pellat à ſe re-pulſũ .i.ſanxit

Dei ¹⁹annõ rex delinquit quũ loquitur tale verbũ, ne reducat rex expulſũ ſuũ? Siquidẽ ²⁰certiſſime morimur,& inſtar aquæ quæ in terrã ²¹defluũt, quæ colligi nõ poſſunt: ²³nec auferet De' animã, ²⁴ſed omnino cogitat,vt nõ reijciat à ſe qui reie ctus eſt. Veni it.q; vt loquerer ad regẽ dominũ meũ ſermonẽ hũc, etiãſi deterruerint me quidã e populo. at ancilla tua dixit,Loquar nunc ad regẽ,ſi fortè faciat rex hoc quod poſtulat ancilla tua. Quoniã exaudiet rex,vt liberet ancillã ſuã de manu illius viri,qui excludere vult me & fi-liũ meũ ſimul ex hæreditate Dei.Dixitq; ancilla tua,Sit quæſo verbũ domini mei regis ad tran-quillitatẽ:quoniã ſicut angel' Dei,ſic eſt domi-nus meus rex,vt audiat bonũ & malũ,& erit Domin' Deus tuus tecũ.Et reſpondit rex,& dixit ad mulierem,Ne quæſo celes à me quidquã quod ego te interrogo.& ait mulier,Loquatur do-minus meus rex.Et dixit rex,Annon hæc omnia agis auſpicio ac cõſilio Ioab? Reſpõdens mulier ait,Per vitã animæ tuæ domine mi rex, nõ eſt quiſpiã niſi Ioab ſeruus tuus, per omnia quẽad-modũ loquutus eſt domin' meus rex: ipſe præ cepit[mihi,] ipſeque poſuit in os ancillæ tuæ om nes ſermones iſtos, Vtque ſic circuirẽ ſchemate iſtius orationis,hoc effecit Ioab ſeru' tuus.& do minus meus ſapiẽs eſt iuxta ſapiẽtiã ãgeli Dei, vt ſciat omnia quæ ſunt in terra.Et dixit rex Ioab,En feci rẽ hãc,vade & reuoca puerũ Abſo lõ.Procidit Ioab ſuper faciẽ ſuã in terrã,& gra tijs actis valedixit regi.Dixitque Ioab,Hodie co gnouit ſeruus tuus q impetrarim fauorẽ in o-culis tuis domine mi rex,ſiquidem præſtitit rex petitionẽ ſerui ſuo. ¶ Surgẽs itaq; Ioab abijt in Geſur,& reduxit Abſolom in Ieruſalẽ.Et ait rex, Abeat in domũ ſuã,neque videat faciẽ meã. re-uerſúſque eſt Abſolom in domũ ſuã,neque vidit faciẽ regis.Nõ fuit vir tã elegans vt Abſolom in omni Iſraele, qui [ſic] laudaretur ſupra modũ. à plãta pedis ſui in verticẽ vſque nõ fuit quid-quã reprehẽſibile in eo. Quum tonderet caput ſuũ, quod fiebat ſingulis annis ad finẽ anni, quòd ſcilicet tõderet,eo q [capillitiũ] grauaret i-pſum, pẽdebat capillitiũ capitis ſui ducẽtis ſi-clis,põdere regio.¶ Natiq; ſunt Abſolom tres fi-lij,& filia vna,cuius nomẽ erat Thamar: fuit hæc mulier pulchro aſpectu.Manſit itaque Abſolom in Ieruſalem duobus annis, vt faciem regis non videret.Miſit ergo Abſolom ad Ioab,vt mitteret eum ad regem: at [Ioab] noluit venire ad eum, neque quum ſecundò [ad eum] miſiſſet, venire voluit. Dixit ergo [Abſolom] ad ſeruos ſuos, En

Dei,& locutus eſt rex verbũ iſtud vt peccet, & nõ reducat eiectum ſuum?Omnes morimur,& quaſi aquæ dilabimur in terram,quæ non reuertũtur: Nec vult Deus perire animam,ſed retractat, co-gitans ne penitus pereat qui abiectus eſt Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regẽ verbũ hoc præſente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad regem , ſi quo modo faciat rex verbũ ancillæ ſuæ.Et audiuit rex verba,vt liberaret an-cillam ſuam de manu omnium qui volebant de hæreditate Domini delere me,& filium meum ſi mul.Dicat ergo ancilla tua,vt fiat verbum Domi ni mei regis ſicut ſacrificiũ. Sicut enim angelus Domini, ſic eſt dominus meus rex,vt nec bene-dictione,nec maledictione moueatur:vnde & Do minus Deus tuus eſt tecum.Et reſpõdens rex,di-xit ad mulierem, Ne abſcõdas à me verbũ quod te interrogo. dixitque ei mulier,Loquere domi-ne mi rex.Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecũ eſt in omnibus iſtis?Reſpondit mulier,& ait,Per ſalutem animæ tuæ domine mi rex,nec ad ſini-ſtram, nec ad dexteram eſt ex omnibus his quæ locutus eſt dominus meus rex:ſeruus enim tuus Ioab,ipſe præcepit mihi,& ipſe poſuit in os an-cillæ tuæ omnia verba hæc.Vt verterem figuram ſermonis huius,ſeruus enim tuus Ioab præcepit iſtud: tu autem domine mi rex, ſapiens es,ſicut habet ſapientiam angelus Dei,vt intelligas om-nia ſuper terram. Et ait rex ad Ioab,Ecce placa-tus feci verbum tuum:vade ergo,& reuoca pue-rum Abſalom.Cadẽnſque Ioab ſuper faciẽ ſuam in terra,adorauit, & benedixit regi: & dixit Io-ab,Hodie intellexit ſeruus tuus quia inueni gra tiam in oculis tuis domine mi rex : feciſti enim ſermonẽ domine mi rex ſerui tui.¶ Surrexit er go Ioab,& abijt in Geſſur,& adduxit Abſalom in Ieruſalem.Dixit autem rex,Reuertatur in domũ ſuam, & faciem meam non videat. reuerſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem re-gis non vidit. Porrò ſicut Abſalom , vir non e-rat pulcher in omni Iſrael , & decorus nimis: à veſtigio pedis vſque ad verticem non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillum (ſe-mel autem in anno tondebatur , quia grauabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui du centis ſiclis pondere publico.¶ Nati ſunt autem Abſalom filij tres: & filia vna,nomine Thamar, elegantis formæ. Manſitque Abſalom in Ieruſa-lem duobus annis,& faciem regis non vidit. Mi-ſit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regẽ: qui noluit venire ad eum.Cúmque ſecundò miſiſſet, & ille noluiſſet venire ad eum , Dixit ſeruis ſuis,

Ezec.18.g.33. c.

D

¶ Dei

¶ Dei.

¶

David renuit videre Abſa-lom.

Pulcher Ab-ſalom.

Cæſaries eius.

Thamar,filia Abſalom.

leges,nõ repellẽdi à ſe electũ.De' vult extorres,eos qui exulãt ad tẽpus propter ſcelus aliquod,reuocari,vt etiã eſt in Lege.Hoc ad vrbes refugij debet referri. ¶25 Nũc ergo[ſquod]ſi veni vt loquerer cũ rege domino meo rẽ hãc.[ſub in-uoluero ſcilicet,cauſa eſt]quòd terruerat me populus,[ſub.qui dicebat]ſi ũ rẽ aperte tibi declararẽ,fore vt excãdeſceres. ¶26 Proponã ſcilicet illi hiſtoriã de filijs meis. ¶ Audiet eni.ſub.verba mea,ſiue parabolã meã. ¶27 nã filio meo ex-tincto,nõ diu ſuperuiuã. ¶28 in quietẽ.ſub.mihi & filio meo.i.iubeat nos eſſe ſaluos. ¶29.i.ad ponẽdũ diſcrimẽ inter cauſam iuſtũ & iniuſtũ. ¶30 ſit.q.d.faueat tibi Deus ſi feceris quod poſtulo. ¶31 vel,à te petitur' ſũ. ¶32 ſub. quod velit. ¶33 Heb.manus Ioab tecũ fuit in omnib' iſtis?.i.Nũquid Ioab in omnibus iſtis præſtitit tibi operã ſuã? ¶34 Heb.nõ eſt[vel,licet]vtrique[ſub.declinare]neque ad dexterã,neque ad ſiniſtrã ab omnib' quæ &c.q.d.Quũ tu ſis ſa gaciſſimus,& acutiſſimus,qui ſtatim deprehendas mẽdaciũ: nõ oportet te quicquã celare: veritatẽ igitur reſpondebo de oibus quæ interrogas.Gallice,Ie ſcay qu'il fault marcher droict deuãt toy,ſans aller ça & la.Verti etiã poſſet,Nemo alius[ſub.præcepit mihi]vt declinarem aut ad dexterã aut ad ſiniſtram ex omnibus[ſub.quæ dixi tibi.][quemadmo-dum loquutus eſt dominus meus rex,[ita res habet].i.ex ſententia aliorum nihil adieci:ſolus ſeruus tuus Ioab &c. ¶35 Heb.nã ſeruus tuus Ioab ipſe præcepit.ſub.mihi,vt hæc tibi dicerẽ. ¶36 Heb.verterẽ faciem ſermonis.i.vt tibi proponerem ſermonẽ figuratũ.Vel,verteret tibi faciem rei.i.vt poneret tibi ante oculos rem ipſam,hoc eſt negotiũ Abſalõ.q.d.vt tacite & velut aliud agẽs, rẽ ipſam tibi indicaret Ioab,dúmque hoc narrarẽ,intelligeres fabulã de te narrari:miſit me ad te. ¶37.i.qui angelũ Dei æquat ſapiẽtia. ¶38 q.d.nõ ſolũ negotia ſua,ſed etiã aliena quæcũq; geruntur. ¶39 ſub.quã petis. ¶40 Heb.& incuruauit ſe.& benedixit regi. ¶41 Heb.inuenerim gratiã ¶42 deſle-xitque.vel,recep itq; ſe ¶43 Heb.ad laudãdũ[ſcil].i.ita vt laudarẽt eũ homines vehemẽter.hoc eſt,cui dignus eſſet vt maxime laudaretur. ¶44 in eo macula.ſiue,vitiũ. ¶45 vel,cæſariem ſuam. ¶46 Heb.terãtque in fine anni in an-nũ quòd tõdebat eam:quòd grauaret ipſum,curabat tondendam eam,vel.ſolebat autem quotãnis tondere eam,quo-niam grauis illi eſſet. ¶47 tunc ponderabat cæſariem

Abſalō meſſem Ioab ſuccendit.

Abſalom oſculat Dauid.

Abſalom ambiens regnū, animos populi ſibi conciliat.

Abſalom ementitur ſacrificium & votum, dum hypocriſi & fraude regnū quærit.
Coniuratio Abſalom.
¶ Regnauit

¶,cum immolaret victimas,& facta

Fugit Dauid à facie Abſalom.

¶ impellat

¶ exequemur.fut.tēp.

G Scitis agrū Ioab iuxta agrū meū, habentē meſſem hordei:ite igitur,& ſuccendite eū igni.ſuccenderunt ergo ſerui Abſalom ſegetem igni. Et venientes ſerui Ioab,ſciſſis veſtibus ſuis,dixerūt, Succenderunt ſerui Abſalom partem agri igni. Surrexitque Ioab, & venit ad Abſalom in domū eius,& dixit,Quare ſuccenderunt ſerui tui ſegetem meam igni? Et reſpondit Abſalom ad Ioab, Miſi ad te obſecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regē,& diceres ei, Quare veni de Geſſur?melius mihi erat ibi eſſe:obſecro ergo vt videam faciem regis: quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ,interficiat me.Ingreſſus itaque Ioab ad regem,nuntiauit ei omnia:vocatúſque eſt Abſalom, & intrauit ad regem, & adorauit ſuper faciem terræ coram eo:oſculatúſque eſt rex Abſalom.

CAP. XV.

IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus & equites,& quinquaginta viros qui præcederent eū.Et mane cōſurgēs Abſalō,ſtabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Abſalom ad ſe, & dicebat, De qua ciuitate es tu? qui reſpondens aiebat, Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus.Reſpondebátque ei Abſalom, Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege. Dicebátque Abſalom, Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuſtè iudicem? Sed & cum accederet ad eum homo vt ſalutaret illum, exten-
B debat manum ſuam,& apprehendens,oſculabatur eum. Faciebátque hoc omni Iſrael venienti ad iudiciū vt audiretur à rege,& ſollicitabat corda virorum Iſrael. ¶Poſt quadraginta autē annos,dixit Abſalom ad regem Dauid, Vadam, & reddam vota mea quæ voui Domino,in Hebron. Vouens enim vouit ſeruus tuus,cum eſſet in Geſſur Syriæ,dicens,Si reduxerit me Dominus in Ieruſalem,ſacrificabo Domino.Dixitque ei rex Dauid,Vade in pace.& ſurrexit,& abiit in Hebron. Miſit autem Abſalom exploratores in vniuerſas tribus Iſrael,dicēs, Statim vt audieritis clangorem buccinæ,dicite, Regnabit Abſalom in Hebron. Porrò cum Abſalom ierunt ducēti viri de Ieruſalem vocati, euntes ſimplici corde, & cau-
C ſam penitus ignorantes. Acceſſiuit quoque Abſalom Achitóphel Gilonitem conſiliarium Dauid,de ciuitate ſua Gilo.cúmque immolaret victimas: facta eſt coniuratio valida, populúſque concurrēs augebatur cum Abſalom.¶Venit igitur nuntius ad Dauid,dicens, Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom. Et ait Dauid ſeruis ſuis qui erant cum eo in Ieruſalem, Surgite,fugiamus neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom:feſtinate egredi,ne fortè veniens occupet nos, & impleat ſuper nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladii. Dixerúntque ſerui regis ad eum, Omnia quæcunque præceperit dominus noſter rex, libenter exequimur ſerui tui. Egreſſus eſt ergo rex, & vniuerſa domus eius pedibus ſuis: & reliquit rex decem mulieres con-
D cubinas ad cuſtodiendam domum. Egreſſúſque rex & omnis Iſrael pedibus ſuis, ſtetit procul à domo: & vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta

agrum Ioab [48]quem habet penes me, in quo eſt hordeum, ite & ſuccendite eum igne. ſuccēderūt ergo ſerui Abſolomis agrum igne.Surgens itaque Ioab venit ad Abſolom in domum eius, dixitque ad eum, Quare ſuccenderunt ſerui tui agrum meum igni?Reſpondit Abſolom ipſi Ioab, En miſi ad te,dicens, Veni huc, vt mittam te ad regem:[49]dixi enim, Cur veni de Geſur?ſatius eſſet me adhuc illic eſſe, [effice]igitur vt videā faciem regis:quòd[50]ſi eſt in me iniquitas,interfice me.Venit igitur Ioab ad regem,&[51] indicabat ei[hoc.] vocauit itaque [rex] Abſolom, & is venit ad regem, inclinatáque facie ſua terram verſus, corā rege,rex oſculat eſt Abſolom.

CAP. XV.

POſt hæc cōtigit vt Abſolom pararet ſibi[1]currum & equitatum, & quinquaginta [2]celeres qui eum ſtiparent.[3]Ante lucem verò ſurgēs Abſolom, ſtabat ad latus [4]viæ quo itur ad portas, omnémque virū qui cauſam habebat, veniebátque ad regē [5]vt diſceptaret,[6]accerſebat Abſolom ad ſe,& dicebat,E qua ciuitate es tu? cūmque is reſponderet, Ex [7]aliqua tribuum Iſrael eſt ſeruus tuus,[8]Ait ad eum Abſolom,[9]En,tu habes bonam & iuſtam cauſam, at nemo eſt à rege [conſtitutus] qui te audiat. [10] Dixitque Abſolom, O ſi ego eſſem iudex in terra,vt ad me veniat quicunque litem habet [11]& ius petit,[12]vt pro eo ſententiam dicam.Ad hæc,quum quis adiret[eum,]& inclinaret ſe ei,[13]exerta manu prehenſabat eum,oſculabatúrque eum.Ad hunc modum [14]fecit Abſolom cunctis Iſraelitis,qui veniebant ad regem [15] diſceptandi gratia: [16]furatúſque eſt Abſolom cor virorum Iſrael. ¶Contigit autem[17]appetente āno quadrageſimo,vt diceret Abſolom ad regem,Liceat quæſo mihi vt eam & perſoluam votum meum in Hebron, quod Domino voui: Vouit enim ſeruus tuus votum quum degerem in Geſur in Syria,hiſce verbis,Si Dominus me omnino reduxerit in Ieruſalem,[18]cultum exhibebo Domino. Dixitque ad eum rex, [19]Vade in pace. qui ſurgens,profectus eſt in Hebron.Miſit autem Abſolom exploratores per omnes tribus Iſrael hiſce mandatis, Quum audieritis ſonum buccinæ,dicetis, [20]Regnat Abſolom in Hebron. Porrò cum Abſolom abierant de Ieruſalem ducenti viri [ab eo]vocati, ierántq; in ſimplicitate ſua, [21]nihil omnino ſcientes.Accerſiuit quoque Abſolō Ahitophel Gilonitā,qui erat à cōſiliis Dauidis, è ciuitate ſua Gilo,interim dum ipſe ſacrificabat ſacrificia.factáque eſt cōſpiratio valida, [22]populus [enim] confluxit ad Abſolom,auctúſque eſt. [23]Venit quidam qui [hæc]nuntiaret Dauidi.hiſce verbis, Cor Iſraelitarū [inclinat]poſt Abſolom. Tū ait Dauid cūctis ſeruis ſuis qui erant cū eo in Ieruſalē,Surgite,fugiamus:[24]nā nullus noſtrū euadet ſi expectauerim Abſolō: properate vt abeamus, ne fortè ipſe properās nos apprehēdat, [25]periculóq; nos inuoluat, feriatq; vrbē gladio. Dixerunt ergo ſerui regis ad regem,En ſerui tui præſto ſunt ad omnia[26] quę domino regi placēt. Egreſſus eſt ergo rex cum tota domo ſua,[27]& qui dē pedibus ſuis. & reliquit rex decē mulieres cōcubinas,vt cuſtodirēt[28]domū.[29]Egreſſus itaq; rex & omnis populus[27]pedibus ſuis,[30]ſteterunt procul à domo, cuncti autem ſerui eius tranſibant

¶48 vl,qui eſt vicinus loco meo, ¶49 vt dicas, ¶50.i. ſi iniquè egi interficiendo Amnon, q violaſſet ſororem meam. ſi conuincar cædis. ¶51 tenuntiauit.ſub.prędicta.

XV.

¶1 Singulare pro plurali,currus. ¶2 viros qui currebant ante eū.i.qui præcedebant eum.Gallice,A uātcoureurs pour deſcouurir le pais. Celeres vocauerūt Latini,quos nunc ſatellites dicim. ¶3 Mane ¶4 viæ portæ.i.ſecus viam portæ regiæ. ¶5 pro iudicio,.i.ad ius audiendum. ¶6 vocare ſolebat ¶7 vna ¶8 Dicebat ¶9 Hebr.Vide, ſermones tui ſunt boni & recti, ¶10 Dicebátque Abſalom,Quis conſtituat me iudicem ¶11 & cōtrouerſiam ¶12 & iuſte iudicem illum.i. dirimam rectè cauſas illorū. ¶13 extenſa ¶14 faciebat ¶15 ad iudiciū.ſub. audiendū. ¶16.i. his dolis & artibus inibat gratiam ab Iſraelitis, & animos Iſraelitarum ſibi conciliabat ¶17 Hebr.à fine quadraginta annorū.i.Exactis autem quadraginta ānis.

ex eo ſcilicet tempore quo petierunt Iſraelitæ regem à Samuele.decimo anno Samuelis,triceſimoſeptimo regni Dauidis.nam tribus annis ante Dauidem,Iſraelitæ petierant regem. ¶18 Heb.ſeruiam Domino.ſacrificādo illi ſcilicet. ¶19 q.d.Sit fauſta tua profectio. ¶20.i.Abſalom creatus eſt rex. ¶21 eorum ſcilicet quæ Abſalom moliebatur. ¶22.i.ſubinde maior multitudo ſequebatur Abſalom. ¶23 Venitque nuntius ad Dauidem dicens, ¶24 Hebr.non enim erit nobis effugium à facie Abſalom: ¶25 Hebr.impellátque ſuper nos malum.i.magno impetu nos perdat. ¶26 Heb.quæ elegerit dominus meus rex. ¶27 Heb.ad pedes eius.i.cum eo.quem tota familia ſequuta eſt. ¶28 vl, regiam, ¶29 Egreſſus eſt inquam. ¶30 Heb.ſubſtiterunt in loco remoto.ſub.ab vrbe.

¶31 ad latus eius.i.iuxta filiũ. ¶32 vel,Cherethæi & Phelethæi. Dicunt Hebræi Cherethæos & Phelethæos fuiſſe duas cognationes in Iſraele quę iugiter verſabantur in aula, & quibus cõmiſſa erat cuſtodia corporis regij. Chaldęus paraph. vertit, ſagittarios & fundibularios. Alij dicunt eos fuiſſe homines doctos ac legiſperitos: & illos fuiſſe vocatos Cherethæos, quòd decernerent de omnibus: hos verò Phelethæos, ꝙ cognoſcerent de rebus arduis ac difficilibus. ¶33 Gethæi, ſecundum quoſdam, fuerunt Gentiles cõuerſi ad fidem Iſraeliticam alij aiunt fuiſſe Iudæos in Geth natos Cum Dauid pugnaret i Palæſthinos,cõſedit in Siceleg, vnde illis Gethæos adduxit. ¶34 Hebr. ad pedes eius.i. cũ eo Dauide, vt opẽ illi ferrent. nam non conſtat ex Scriptura quando venerunt de Gath. Vel, cum illo. nempe Ithai: vt ſit relatiuum pro antecedẽte. ¶35 q.d. Nõ venies.

[31]ad manum eius.’ ſicut & omnes [32]Crethi,atque omnes Plethi,’ & omnes [33]Githæi,’viri nẽpe ſexcenti,qui venerãt [34]pedites’ de Gath,qui præcedebãt faciẽ regis. ¶Dixitq; rex ad Ithai Githæum, [35]Cur & tu proficiſceretis’ nobiſcum? reuertere,& mane cũ [36]rege: [37]es enim aduena. [38]ſimulq; exul [39]extra patriã tuã.’ Heri aduenisti,[40]cur te vt nobiſcũ proficiſcereris,hodie excirẽ? ego quidẽ proficiſcor [41]quocũque tandẽ profectus fuero:’ tu reuertere,& reduc [42]fratres’ tuos, [43]tecũ bonitas & fides.’ Ithai reſpõdit regi,dicẽs,Viuit Deus,& viuit dominus meus rex,vbicũque fuerit dominus me’ rex,[44]ſiue hoc ad mortẽ ſiue ad vitã [ſuerit,] illic erit & ſeruus tuus. Tũ dixit Dauid ad Ithai, Veni igitur,& trãſito.trãſijt itaque Ithai Githæ’ omnẽſque milites ei’,omniſq; pubes quę cũ ipſo erat. Et fleuit tota terra voce magna,omniſque populus trãſibat deinde & rex ipſe trãſijuit torrentẽ [45]Kidron,’ & omnis popul’ trãſibat via quæ ducebat ad defertũ. ¶Et ecce Zadoc & omnes Leuitæ cũ eo ferebãt arcã fœderis Dei,[46] collocarúntque’ arcã fœderis Dei.aſcẽdit autẽ Abiathar,donec cũctus populus plene trãſijſſet ex vrbe.Et ait rex ad Zadoc,Reduc arcã Dei in vrbẽ,ſi nact’ fuero fauorẽ corã Domino,me reſtituet, oſtẽdétque mihi[47]& ſe & habitaculũ ſuum.’ Quòd ſi dixerit [48] Nihil te delector.’ præſto ſum, faciat mecum quod ſibi bonũ viſum fuerit.Et dixit rex ad Zadoc ſacerdotẽ,[49]Annon es tu vidẽs?’ reuertere tu incolumis in vrbẽ, ſintque duo filij veſtri vobiſcũ,nẽpe Ahimaaz fili’ tuus,& Ionathã fili’ Abiathar: diſpicite,ego[50]morã necto’ in cãpis deſerti, donec nũtiũ à vobis venerit,quod me certiorem reddat. Reduxit ergo Zadoc & Abiathar arcã Dei in Ieruſalẽ,& manſerũt illic. Porrò Dauid aſcendit cliuũ[mõtis]olearũ,[51]aſcẽdẽs videlicet & flẽs,’ incedẽs[52]operto capite’ & nudis pedibus:quin & omnis populus quẽ ſecũ habebat,operuerũt quiſque caput ſuũ & aſcenderũt,aſcendendo flentes. ¶Nũtiauit autẽ quiſpiã Dauidi,dicẽs,Ahitophel quoque eſt cum his qui conſpirarunt cum Abſolom.tum ait Dauid,[53]Irritum fac’ ô Domine cõſiliũ Ahitophel. Quũmque perueniſſet Dauid ad [54]verticẽ,’vt illic adoraret Deum. venit ei obuiã Huſai Archites,[55]diſciſſáque fuit eius veſtis,’ humũ habẽs ſuper caput ſuũ.Ad quem ait Dauid,Si mecũ[56]trãſmiſeris,’eris mihi oneri:Si verò redieris in vrbẽ, dixeriſque ad Abſolom, Seruus tuus [57]ero’ ô rex,quẽadmodũ[58]hactenꝰ’ ſeruus fui patris tui,ſic ero nũc’ ſeruus tuus:hac ratione irritum facies[59]mihi’ cõſiliũ Ahitophel. Annon illic tecũ erit Zadoc & Abiathar ſacerdotes? quidquid ergo[60]ẽ domo’ regis audieris,nuntiabis Zadoc & Abiathar ſacerdotibus: cũ his quoque illic ſunt duo filij eorum, Ahimaaz, qui eſt ipſius Zadoc, & Ionathan, qui eſt ipſius Abiathar: per illorum manus mittetis ad me quidquid audieritis.

cũ,& legiones Cerethi & Phelethi,& omnes Gethæi “pugnatores validi’ ſexcenti viri qui ſecuti eum fuerant de Geth pedites,præcedebant regẽ. ¶Dixit autẽ rex ad Ethai Gethæũ.Cur venis nobiſcum? reuertere,& habita cum rege,quia peregrinus es,& egreſſus es de loco tuo. Heri veniſti, & hodie compelleris nobiſcum egredi? ego autem vadam quò iturus ſum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos,& Dominus faciet tecum miſericordiam & veritatem,“quia oſtendiſti gratiam & fidem.’ Et reſpondit Ethai regi, dicens, Viuit Dominus,& viuit dominus meus rex:quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, ſiue in morte,ſiue in vita,ibi erit ſeruus tuus. Et ait Dauid Ethai,Veni,& tranſi.& tranſiuit Ethai Gethæus,& omnes viri qui cum eo erant,& reliqua multitudo. Omnẽſque flebant voce magna, & vniuerſus populus tranſibat:rex quoque trãſgrediebatur Torrentem-cedron, & cunctus populus incedebat contra viam “oliuæ’ quæ reſpicit ad deſertum. ¶Venit autem & Sadoc “ſacerdos,’ & vniuerſi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam fœderis Dei: & aſcẽdit Abiathar,donec expletus eſſet omnis populus qui egreſſus fuerat de ciuitate.Et dixit rex ad Sadoc. Reporta arcam Dei in vrbem:ſi inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam & tabernaculum ſuum.Si autem dixerit mihi,Non places:præſtò ſum,faciat *quod bonum eſt coram ſe. Et dixit rex ad Sadoc ſacerdotem,O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filij veſtri, ſint vobiſcum. Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti,donec veniat ſermo à vobis,indicans mihi.Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ieruſalem, & manſerunt ibi. Porrò Dauid aſcendebat Cliuum-oliuarum, ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, ſed & omnis populus qui erat cum eo,operto capite aſcendebat plorans. ¶Nũtiatum eſt autem Dauid quòd * Achitophel eſſet in coniuratione cum Abſalom,dixitque Dauid,Infatua quæſo Domine cõſilium Achitophel. Cũmque aſcenderet Dauid ſummitatem montis in quo adoraturus erat “Dominum,’ ecce occurrit ei Chuſai Arachites, ſciſſa veſte,& terra pleno capite. Et dixit ei Dauid, Si veneris mecũ,eris mihi oneri:Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Abſalom, Seruus tuus ſum *rex, “patere me viuere:’ ſicut fui ſeruus patris tui,ſic ero ſeruus tuus:diſſipabis conſilium Achitophel.’ Habes autem tecum Sadoc & Abiathar ſacerdotes:& omne verbũ quodcũq; audieris “in’ domo regis,indicabis Sadoc & Abiathar ſacerdotib’.ſunt enim cũ eis duo filij eorũ Achimaas fili’ Sadoc, & Ionathã fili’ Abiathar:& mittetis per eos ad me omne verbũ quod audieritis.

Ethai proſelytus,ſequitur Dauidem fugientem.

Sadoc ſacerdotem in vrbem remittit Dauid.

¶ Vera ſui mortificatio,& abnegatio.

¶* mihi

¶* & Oratio Dauidis cõtrà Achitophel.

¶* Deum, Chuſai remittit Dauid in Ieruſalẽ.

¶* ego

¶* de

¶36 nouo ſcilicet,& nuper creato Abſalõ. ¶37 alienigena es.nat’ ſcilicet in Gath.aut ꝙ eſſet Gẽtilis, aut proſelytus. ¶38 & etiam vagus.ſiue profugus,certas ſedes non habens, qui nondum apud nos habitationẽ tuã ſatis confirmaſti.huc commigraſti longioris habitationis cauſa:ne ergo me ſequaris. ¶39 in locum tuum ſub.reuertere inquam.i.in Ieruſalem,vbi nuper habitare cœpiſti. ¶40 Heb.& hodie mouere te faciam loco nobiſcum ad eundum?.i.te abducam nobiſcum? ¶41 Heb.quò vado.i.proficiſcor ad locum neſcio quẽ. ¶42.i.milites. ¶43 tecum erit miſericordia & veritas.vel,fides.q.d. rependã tibi poſtea,memor ſcilicet beneficij in me collati, & fidei quã ſeruaſti mihi,ꝙ volueris me ſequi etiam fugientem.Vel potius, tecum eſt miſericordia & veritas.i.mihi nota eſt gratitudo animi tui,& fides. ¶44.i.ſiue fueris in loco pleno diſcriminis,ſiue tuto. ¶45 Cedron.ita dicitur ab obſcuritate.Torrens Cedron erat ſitus in loco aliquo opaco,obſcuro,& vmbroſo. Recta tetendit populus ad deſertum Dauid autem parum deflexit,vt tranſiret per torrentem Cedron. ¶46 vel,depoſuerũtq;.i.collocarũt in loco idoneo. ¶47 & ei[ſub.arcã].& domiciliũ eius.i.in quo reponitur arca. ¶48 Heb.Nõ eſt mihi beneplacitũ in te.i.Nõ es mihi gratus. ¶49 vel,videſne?.i.Valeſne cõſilio?q.d.Si valeas cõſilio,reuertere plus enim profueris mihi redeũdo,quàm manẽdo.Chaldæ’ paraphr.Propheta es?.i.Si Dominus à te conſultus reſpõderit tibi redeundum eſſe domum,redito. ¶50 ſubſiſtam.vel,remanſurus ſum,ſub.aliquot dies. ¶51 vel,aſcẽdens flendo, ¶52 more ſcilicet lugẽtiũ. ¶53 vel,Infatua.aut,Perde ¶54 ſcilicet montis. ¶55 ſciſſam habens tunicã ſuã. ¶56 tranſieris.i.Si me ſequaris. ¶57 ſub.poſthac. ¶58 Heb.fui ſeru’ patris tui ex tũc,[.i.ex multo tẽpore,]& nũc.i.poſthac. ¶59.i.in cõmodũ meũ. ¶60 vel,in aula

Veniente ergo Chuſai amico Dauid in ciuitatē, Abſalom quoque ingreſſus eſt Ieruſalem.

CAP. XVI.

Sibæ mēdaci, Dauidi occurrenti, dantur bona Miphibóſeth.

¶ vtre

¶.19.c.

Semei maledicit Dauidi fugienti.

3.reg.2.b.

Mortificata voluntas.

Fides.

¶ nunc Dauid iniuriā q̄ à Deo eſſet, nō vlciſcitur.

Afflictio.

¶ refocillatus eſt

Chuſai iuxta Dauidis cōſiliū deficit ad Abſalom.

Conſiliū Achitóphel.

CVmque Dauid tranſiſſet paululùm mōtis verticem, apparuit Siba puer Miphibóſeth, in occurſum eius, cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centū alligaturis vuæ paſſæ, & centū maſſis palatharū, & 'duobus vtribus' vini. Et dixit rex Sibæ, Quid ſibi volūt hæc? Reſpōditque Siba, Domine mi rex, aſini, domeſticis regis vt ſedeant, & panes & palathæ ad veſcendū pueris tuis: vinum autem vt bibat ſiquis defecerit in deſerto. ¶Et ait rex, Vbi eſt filius domini tui? Reſponditque Siba regi, Remāſit in Ieruſalem, dicens, Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei. Et ait rex Sibæ, Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphibóſeth. Dixitq; Siba, Oro vt inueniam gratiā corā te domine mi rex. ¶Venit ergo rex Dauid vſque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebátque egrediens, & maledicebat. Mittebátq; lapides contra Dauid: & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuerſi bellatores à dextro & à ſiniſtro latere regis incedebāt. Ita autem loquebatur Semei cū malediceret regi, Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinē domus Saul: quoniam inuaſiſti regnum pro eo, & dedit Domin⁹ regnū in manu Abſalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniā vir ſanguinū es. Dixit autē Abiſai filius Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadā, & amputabo caput eius. Et ait rex, Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ? dimittite eū vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecerit? Et ait rex, Abiſai, & vniuerſis ſeruis ſuis, Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animā meā: quāto magis hic filius Iemini maledicet mihi? dimittite eū vt maledicat iuxta præceptū Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionē meā, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. Ambulabat itaq; Dauid, & ſocij eius per viam cum eo: Semei autē per iugū montis ex latere, cōtra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduerſum eū, terrámq; ſpargēs. Venit itaq; rex Dauid, & vniuerſus populus cum eo laſſus, & refocillati ſunt ibi. Abſalom autem & omnis populus eius ingreſſi ſunt Ieruſalē, ſed & Achitóphel cū eo. ¶Cum autem veniſſet Chuſai Arachites amicus Dauid ad Abſalom, locutus eſt ad eū, Salue rex, ſalue rex. Ad quē Abſalom, Hæc eſt, inquit, gratia tua ad amicū tuum? quare non iuiſti cum amico tuo? Reſponditq; Chuſai ad Abſalom, Nequaquam: quia illius ero quē elegit Dominus, & omnis hic populus & vniuerſus Iſrael, & cum eo manebo. Sed vt & hoc inferā, cui ego ſeruiturus ſum? nónne filio regis? ſicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. ¶Dixit autē Abſalom ad Achitóphel, Inite conſiliū, quid agere debeamus. Et ait Achitóphel ad Abſalom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendum do-

[1]Venit itaq; Huſai amicus Dauidis in ciuitatem: venit & Abſalom in Ieruſalem.

CAP. XVI.

QVum verò Dauid paululū trāſiſſet [1]è vertice, en Ziba [2]puer Mephiboſeth venit ei obuiā, ſimúlq; par aſinorū ſtratorū, ſuper quos erant ducenti panes, centū ligaturæ vuarū paſſarum, & centū [maſſæ] [3]fructuū æſtiuorū, & lagena vini. Et ait rex ad Ziba, [4]Quid tibi hæc? Reſpondit Ziba, Aſini ſunt pro domo regis, [5]vt eis vehantur, panes verò & [6]fructus æſtiui ſunt pro pueris vt edāt: vinū vt bibāt [7]qui fatigati ſunt in deſerto. Aitq; rex, Vbi eſt filius domini tui? [8]Reſpōdit Ziba regi, En [9]ſedet in Ieruſalē: quoniam dixit, Hodie reſtituent mihi Iſraelitæ regnū patris mei. Dixit ergo rex ad Ziba, En [10]tua ſint quæcūque habet Mephiboſeth. Et ait Ziba, [11]Gratias ago, nāciſcar fauorē i oculis domini mei regis. ¶Venit itaq; rex Dauid [12]Bahurim vſque: & ecce illinc egrediebatur quidā de familia domus Saulicæ, nomine Semei, filius Gera, is egrediēdo egrediebatur, & [13]maledixit. Adhæc lapidib⁹ petijt Dauidē, omnéſq; ſeruos regis Dauidis: [14]omnē populū, heroéſq; omnes, qui erant ei à dextra & à ſiniſtra. Sic autē dicebat Semei quū malediceret ei, Egredere, egredere [15]ſāguinarie, tu vir belial. Dominus rependit tibi vniuerſum ſanguinē domus Saulitica, cuius loco tu regnaſti, tradiditq; Dominus regnū in manum filij tui Abſolomis, [16]idq; tuo malo, quoniā ſanguinarius es. Ait autē Abiſai filius Zeruia ad regē, Cur maledicit [17]canis iſte mortuus domino meo regi? ſine obſecro vt abeā, & tollā caput ei⁹. Et ait rex, [18]Quid mihi vobiſcum negotij filij Zeruia? maledicit ſic, quoniā Dominus iuſſit ei vt Dauidi maledicat: quis igitur dicat, Cur ſic feciſti? Dixitq; Dauid ad Abiſai & ad omnes ſeruos ſuos, Ecce filius meus qui egreſſus eſt è viſcerib⁹ meis inſidiatur vitæ meæ, quāto igitur magis [19]fili⁹ iſte Iemini permittite ei vt maledicat, quoniā Dominus præcepit ei. Fortaſſe Domin⁹ reſpiciet afflictionē meā, rependétq; mihi Domin⁹ bonū pro maledictis illi⁹ hoc eodē die. Quúmq; Dauid & viri eius per viā incederēt, ibat Semei in latere mōtis [20]eregione illi⁹, ibat inquam & maledicebat, iaciebátque lapides contra eum, ſimúlque ſpargebat puluerem. Venerunt autem rex & cunctus populus qui erat cum eo fatigati, & ibi [21]refecit ſeſe. Abſolom autem & omnis populus [22]Iſraeliticus venerunt in Ieruſalem, cúmque eo Ahitophel. ¶Quúmq; veniſſet Huſai Archites amicus Dauidis ad Abſolom, dixit Huſai ad Abſolom, [23]Viuat rex, viuat rex. Dixit autem Abſolom ad Huſai, [24]Hoccine beneficium tuum amico tuo [rependis]? cur non profectus es cum amico tuo? Reſpōdit Huſai ipſi Abſolom, Nequaquam, ſed quem elegerit Dominus & populus iſte, nempe vniuerſus Iſrael, illius ero. & cum illo manebo. [25]Adhæc cui ego [26]inſeruirem, annon [27]coram filio [28]eius? quemadmodum ſeruiui coram patre tuo, ſic ero corā te. ¶Et dixit Abſolom ad Ahitophel, Agitedum proferte conſilium, quid faciamus. Et dixit Ahitophel ad Abſolom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas reliquit vt domum cuſto-

¶61 q.d. Statim autē vt ingreſſus eſt Chuſai amicus Dauidis in vrbē, ingreſſus quoque eſt Abſalom in Ieruſalem.

XVI.

¶1 vl, vltra verticē, ¶2 vl, famulus ¶3 carycarum, ¶4 Gallice, Que veulx tu faire de ceci? ¶5 Heb. ad equitandū. i. ſuper quos equitabunt familiares regis, & vxores. ¶6 carycæ ¶7 ij qui defecerint ¶8 mētiens ſcilicet. ¶9 remāſit. affectans nēpe regnū. ¶10 q.d. do tibi quæ here⁹ tu⁹ poſſidet. ¶11 Supplex oro, ineam gratiā apud te, domine mi rex. nam qui gratias agunt, aliquo ſigno exteriore ſolent animi gratitudinē oſtēdere. Chaldæus paraph. Gratias ago, iueniā &c. q.d. vtinā ſēper ita me ames. ¶12 .i. agrū Bahurim hoc eſt, quū iā nō lōge abeſſet à Bahurim. Hic locus dicitur in Paralip. Almah. Hoc verò p anticipationē dicitur: nam quæ pri⁹ illi acciderit, exponūtur. ¶13 maledicebat. vl. cœpit maledicere. ¶14 omnis autem populus & omnes potētes [ſiue fortes] erāt à dextra ei⁹

& à ſiniſtra. i. omnes viri militares erant ad dextrū latus Dauidis & ad ſiniſtrū. ¶15 Heb. vir ſanguinum, & vir impie. i. homicida & improbe. ¶16 Heb. & ecce in malo tuo. i. calamitate & afflictione opprimeris, quoniam ſanguinem humanum effudiſti. ¶17 q.d. abiectiſſimus iſte homo, qui non pluris eſt quam canis mortuus. ¶18 q.d. Quid habeo commune vobiſcum? Gallice, Vous n'auez que faire de mon cas. ¶19 .i. Beniaminita? ¶20 Heb. eregione eius. i. cum eſſet eregione illius. ¶21 vl, refocillatus eſt. ¶22 Heb viri Iſrael. per appoſitionem dictum. ¶23 Chaldæus paraph. Proſpera fortuna vtatur rex. ¶24 Heb. Hæc eſt gratia tua in amicum tuum? q.d. Hæc rependis amico tuo pro beneficiis? vl, Eſtne hæc gratia erga amicum tuum? ¶25 Heb. Et ſecunda. ſub. ratio. ¶26 ſeruiturus ſum? ¶27 Vacat iſtud [coram] & duo ſequentia. ¶28 ſub. amici mei.

dixit: audiétque vniuerſus Iſrael [9] quòd odioſus ſis factus patri tuo: ſic roborabuntur manus omniũ [10] qui tecum ſunt.' Tetenderunt ergo ipſi Abſolom tentorium ſuper [11] tectũ,' & ingreſſus eſt Abſolom ad concubinas patris ſui in oculis totius Iſraelis. Etenim conſilium quod dedit Ahitophel illis diebus, [12] fuit' acſi quis conſuluiſſet [13] oraculũ' Dei: ſic fuit omne cõſiliũ Ahitophelis, tam apud Dauidem, quàm apud Abſolom. CAP. XVII.

Ait verò Ahitophel ad Abſolom, Deligã nunc duodecim millia virorum, & conſurgẽs perſequar Dauidẽ noctu, Irruámque in eum (quum ipſe ſit laſſus & [1] remiſſis manib[us]) terrebóq; eum, vt fugiat omnis populus qui cũ eo eſt, feriámque ſolum regem. Populum verò vniuerſum reducã ad te [2] (quũmque omnes viri quos tu cupis ad te reducti fuerint, pax erit vniuerſo populo.) [3] Is ſermo [3] viſus eſt rectus in oculis ipſius Abſolom, & in oculis omniũ ſeniorum Iſraelis. Dixit autem Abſolom, Voca quæſo & ipſum Huſai Architen, vt audiamus ipſum quoque [4] quid dicat.' Quũmque veniſſet Huſai ad Abſolom, loquutus eſt Abſolom ad eum, dicens, [5] Sic' loquutus Ahitophel, obſequemúrne conſilio eius? Sin minus, [6] dic tu.' Tum dixit Huſai ad Abſolom, Conſiliũ quod [7] in præſens' dedit Ahitophel, non eſt bonum. Additque Huſai, Tu noſti quòd pater tuus militéſque eius viri ſint ſtrenui & fortes, adhæc [8] amaro animo,' non ſecus ac vrſus in campo [catulis ſuis] orbatus. [9] Iam' pater tuus vir eſt bellandi gnarus, nec pernoctat cum populo. En ipſe iam latitat, ſiue in aliqua ſpelunca, ſiue in alio quopiã [10] loco. [11] Si iam ad primum congreſſum ex eis cadant aliqui, omnino fama hæc ſpargetur, & dicetur cladem factam eſſe in exercitu Abſolomis. [12] Hinc fiet, vt & hi qui fortes alioqui ſunt, & qui pectora habent leonina, molleſcãt ac liqueſcant:' nam hoc Iſraelitis omnibus exploratiſſimũ eſt, patrẽ tuum virũ eſſe fortẽ, [13] militéſque eius viros belliçoſos. [14] Etenim ego cõſulo' vt ad te citiſſime cõgregetur vniuerſus Iſrael, à Dan vſq; ad Beer-ſeba, [15] qui multitudine arenæ maris æquat. [16] deinde, vt tu ipſe præſens adſis in conflictu:' Tum [17] irruemus in eum, vbicunque tandem locorũ fuerit inuentus: irruemus inquam in eum,' quemadmodum ros cadit ſuper terram, nec vnũ quidem, neque ex eo, neque ex his qui cum eo ſunt, faciemus reliquum. Quòd ſi ſe receperit in vrbẽ aliquã, [18] admonebunt omnes Iſraelitæ funes illi vrbi,' & trahemus eam vſque ad torrentem, vt ne lapillus ibi inueniatur. Ait itaque Abſolom & omnes Iſraelitæ, Conſiliũ Huſai Arachitæ melius eſt quàm conſilium Ahitophelis. Siquidem Dominus [19] ordinauerat vt cõſilium Ahitophelis bonum irritũ fieret,' vt Dominus induceret malum ſuper Abſolom. ¶ Dixit verò Huſai ad Zadoc & Abiathar ſacerdotes, Sic & ſic conſuluit Ahitophel ipſi Abſolom & ſenioribus Iſrael: tale verò conſilium ego dedi. Ilico ergo [20] per nũtios indicate' Dauidi huiuſmodi verba, Ne pernoctes hac nocte in campeſtribus locis deſerti, ſed mox tranſi, ne forte abſorbeatur & rex, & vniuerſus populus qui cum ipſo eſt. Porrò Ionathan & Ahimaas ſtabant iuxta [21] Fontem-rogel, [22] abijt ergo [23] ancilla' quædam, & [24] indicauit' eis,

niã: vt cũ audierit omnis Iſrael quòd fœdaueris
patrẽ tuum, roborentur tecum manus eorũ. Te- Abſalom in
tenderunt ergo Abſalom tabernaculum in ſola- cõcubinis pa
rio, ingreſſúſque eſt ad concubinas patris ſui co- tris cõcubit.
ram vniuerſo Iſrael. Conſilium autem Achitó- ſ.11.c.
phel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis con-
ſuleret Deum: ſic erat omne conſilium Achitó-
phel, & cum eſſet cum Dauid, & cum eſſet cũ Ab-
ſalom. CAP. XVII.
Dixit ergo Achitóphel ad Abſalom, Eligam Cõſiliũ Achi
mihi duodecim millia virorum, & conſur- tóphel.
gens perſequar Dauid hac nocte. Et irruẽs ſuper
eum (quippe qui laſſus eſt, & ſolutis manibus)
percutiam eum: cúmque fugerit omnis populus
qui cum eo eſt, percutiam regem deſolatũ. Et re-
ducam vniuerſum populum, quomodo vnus ho-
mo reuerti ſolet: vnum enim virum tu quæris: &
omnis populus erit in pace. Placuítque ſermo e-
ius Abſalom, & cunctis maioribus natu Iſrael.
Ait autem Abſalom, Vocate [a] Chuſai Arachiten, ¶a &
& audiamus quid etiam ipſe dicat. Cúmque ve-
niſſet Chuſai ad Abſalom, ait Abſalom ad eum, B
Huiuſcemodi ſermonem locutus eſt Achitóphel:
facere debemus an non? quod das cõſilium? Et di-
xit Chuſai ad Abſalom, Non eſt bonum conſi- Diſſipatur à
liũ quod dedit Achitóphel hac vice. Et rurſum Deo conſiliũ
intulit Chuſai, Tu noſti patrem tuum, & viros Achitóphel
qui cum eo ſunt eſſe fortiſſimos & amaro ani- per Chuſai.
mo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat.
Sed & pater tuus vir bellator eſt, nec morabitur
cum populo. Forſitan nunc latitat in foueis, aut
in vno quo voluerit loco: & cum ceciderit vnus
quilibet in principio, audiet quicunque audierit,
& dicet, Facta eſt plaga in populo qui ſequeba- C
tur Abſalom. Et fortiſſimus [b] quiſque,' cuius cor ¶b ipſe,
eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur: ſcit enim om-
nis [c] populus' Iſrael fortem eſſe patrem tuum, &
robuſtos omnes qui cũ eo ſunt. Sed hoc mihi vi-
detur rectum eſſe conſilium, Congregetur ad te Conſilium
vniuerſus [d] populus' Iſrael, à Dan vſque Berſa- Chuſai.
bee, quaſi arena maris innumerabilis: & tu eris
in medio eorum. Et irruemus ſuper eum in quo-
cunque loco inuentus fuerit: & operiemus eum,
ſicut cadere ſolet ros ſuper terram: & non relin-
quemus de viris qui cum eo ſunt, ne vnum qui-
dem. Quòd ſi vrbem aliquã fuerit ingreſſus, cir-
cundabit omnis Iſrael ciuitati illi funes, & tra-
hemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne D
calculus quidem ex ea. Dixítque Abſalom, & om-
nes viri Iſrael, Melius eſt conſilium Chuſai Ara-
chitæ, conſilio Achitóphel. Domini autem nutu
diſſipatum eſt conſilium Achitóphel vtile, vt in-
duceret Dominus ſuper Abſalom malũ. ¶ Et ait Chuſai, con-
Chuſai Sadoc & Abiathar ſacerdotibus, Hoc & ſilium Achi-
hoc modo cõſilium dedit Achitóphel Abſalom, tóphel Daui-
& ſenioribus Iſrael: & ego tale & tale dedi con- di aperit.
ſilium. Nunc ergo mittite cito, & nunciate Da-
uid, dicentes, Ne moréris nocte hac in campeſtri-
bus deſerti, ſed abſque dilatione tranſgredere:
ne fortè abſorbeatur rex, & omnis populus qui
cũ eo eſt. Ionathan autẽ & Achimaas ſtabant iu- E
xta Fontem-rogel: abijt ancilla & nunciauit eis:

¶10 Heb. quòd fœtidum te & male olẽtẽ reddideris patri &c. i. quòd ſerio deteceris à patre. ¶10. i. q[uas] tuas partes ſequũtur. ¶11 ſub. regiæ domus. ¶12 dabat ¶13 erat ¶14 Heb. verbũ &c. i. tantæ erat authoritatis, quãtæ eſt reſpõſum & oraculũ diuinum.

XVII.

¶1 Heb. debilis manibus. i. remiſſo animo. ¶2 [ſc.] quũ reuerſi fuerint, [ſi nõ] vir ille eſt is quẽ quæris, omnis populus erit ſaluus. vt, nã is quẽ quæris, eſt vir ipſe, .i. caput & dux. q.d. tu enim ſolum principem & ducẽ quæris. ¶3 .i. placuit. nã quæ recta ſunt placent. ¶4 Heb. quid ſit in ore etiam ipſius. ¶5 Heb. Iuxta hũc ſermonẽ. i. Talia conſuluit. ¶6 ſub. ſententiã tuã de hac re. ¶7 hac vice ¶8 .i. maxime irati. ¶9 vt. Præterea ¶10 ſub ſecreto. ¶11 Heb. quũmque [ſub. milites ſui] irruerint i[n] eos initio, & audierit qui audiet [ſub. tumultũ tuorũ qui primo impetu perierint:] tum dicet, Facta eſt plaga in populo qui ſequitur Abſalom. i. Victꝰ eſt populus qui ſequitur partes Abſalom.

¶12 Heb. Et etiã ſi ſit [ſub. ille qui audierit] vir fortis, cuius cor ſit ſicut cor leonis, liqueſiẽdo liqueſcet. Quidã Hebræorũ hoc intelligũt de Achitophel, hoc modo, & ipſe Achitophel, quantũuis ſit fortiſſimus, trepidabit. ¶13 Heb. eóſque qui cum eo ſunt, eſſe robuſtiſſimos. ¶14 Sed conſuluerim ¶15 Heb. tanquã arena maris quæ eſt ad mare, præ multitud. ne. i. ſi multitudinẽ ſpectes. ¶16 Heb. & facies tuæ eant ad prælium. ¶17 Heb. veniemus ad eum ad quẽdam locum in quo repertus fuerit, & irruemus in eum. ¶18 Heb. comportabunt omnes Iſraelitæ funes ad eam vrbem. ¶19 præceperat [ſub. angelis] vt diſſiparent conſilium Achitophel quod bonum erat. ¶20 mittite [ſub. filios veſtros] & renunciate ¶21 En-rogel. i. fontem fullonis. ¶22 quũ abijt &c. ¶23 miſſa ſcilicet ab illis pontificibus. ¶24 ſupradicta ſcilicet.

E & illi profecti ſunt, vt referrent ad regem Dauid nuncium: nō enim poterant videri, aut introire ciuitatē. Vidit autem eos quidā puer, & indicauit Abſalom: illi verò concito gradu ingreſſi ſunt domū cuiuſdā viri in Bahurim, qui habebat puteū in veſtibulo ſuo, & deſcenderunt in eū. Tulit autē mulier, & expādit velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas: & ſic latuit res. Cúmq; veniſſent ſerui Abſalom in domū ad mulierē, dixerūt, Vbi eſt Achimaas & Ionathan? Et reſpōdit eis mulier, Tranſierūt feſtinanter, guſtata paululum aqua. at hi qui quærebāt, cū nō reperiſſent, reuerſi ſunt in Ieruſalē. Cúmq; abijſſent, aſcēderūt illi de puteo, & pergentes nunciauerunt regi
F Dauid, & dixerūt, Surgite, & tranſite cito fluuiū: quoniā huiuſcemodi dedit conſilium contra vos Achitóphel. Surrexit ergo Dauid & omnis populus qui cū eo erat, & tranſierunt Iordanē, donec dilueſceret, `antequā denudaretur verbū:' & ne vnus quidem reſiduus fuit qui nō tranſiſſet fluuiū. ¶Porrò Achitóphel videns quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuū, ſurrexitque, & abijt in domum ſuam & in ciuitatem ſuam: & diſpoſita domo ſua, ſuſpendio interijt, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. ¶Dauid autem venit in Caſtra, & Abſalom tranſijt Iordanem, ipſe & omnes viri Iſrael cum eo. Amaſam verò conſtituit Abſalom pro Ioab ſuper ex-
G ercitum: Amaſa autem erat filius viri, qui vocabatur Iettra de Ieſraeli, qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas, ſororem Saruiæ quæ fuit mater Ioab. Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Abſalom in Terra-Galaad. ¶Cúmq; veniſſet Dauid in Caſtra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorū Ammon & Machir fili' Ammiel de Lo-dabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, Obtulerūt ei ſtratoria & tapetia, & vaſa fictilia, frumentū & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentē, & frixum `oleo' cicer, Et mel & butyrum, oues & pingues vitulos. dederúntque Dauid, & populo qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſpicati enim ſunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto.

Achimaa & Ionatha abſconſis in puteo, fallūt ſerui Abſalom.

Achitóphel laqueo mortē ſibi cōſciſcit.

Abſalom perſequitur Dauidem.

Amaſa.

Prouidentia Dei, cibi afferūtur ad Dauidem in deſertum.

CAP. XVIII.

IGitur conſyderato Dauid populo ſuo cōſtituit ſuper eos tribunos & centuriones. Et dedit populi tertiam partem ſub manu Ioab, & tertiam partē ſub manu Abiſai filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem ſub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitque rex ad populum, Egrediar & ego vobiſcum. Et reſpondit populus, Non exibis: ſiue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit ē nobis, non ſatis curabunt: quia tu vnus `ſolus' pro decem millibus computaris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe præſidio. Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciā. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebatúrque populus per turmas ſuas centeni & milleni. Et præcepit rex Ioab & Abiſai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerum Abſalom. Et omnis populus audiebat præcipiētem regē cunctis principibus pro Abſalom.

Præparat Dauid exercitū cōtra Abſalō.

Dauid præcipit ne occidatur Abſalō. B

[25]ipſiq; abeuntes indicauerunt regi Dauid: illi enim palàm vrbē ingredi nō audebāt. `Vidēs autē eos puer, nūtiauit ipſi Abſolō: atq; illi duo properāter abierūt, veneruntq; in domū cuiuſdā viri in Bahurim, qui puteum habebat in atrio ſuo in quē deſcēderunt. Tollēnſq; velū quoddam [26]mulier, `expādit ſuper puteū, & ſparſit ſuper ipſum, [27]hordeū cōtuſum, [28]ne res hæc innoteſceret.' Et venientes ſerui Abſolom in domum ad [29]mulierē, `dixerunt, Vbi eſt Ahimaaz & Ionathan? Reſpōdit eis mulier, Traiecerūt [30]vadum' aquarum. quúmq; quæſiuiſſent, & non inueniſſent, reuerſi ſunt in Ieruſalem. Factū ergo eſt, poſtquam illi abijſſent, vt aſcēderent hi de puteo, itēntq; & nūtiarent regi Dauidi, dixerūtque ad Dauidē, Surgite, & propere traijcite [31]aquas: `quoniā ſic conſuluit contra vos Ahitophel. Surrexit itaque Dauid & omnis populus qui erat cū eo. & traiecerunt Iordanē [32]antequā aurora exoriretur, `ita vt ne vnus quidē [33]deſideraretur' qui nō trāſiſſet Iordanē. ¶Porrò Ahitophel videns non [34]ſucceſſiſſe' conſiliū ſuum, ſtrauit aſinū, & cōſurgens abijt in domum ſuam, [35]& ad ciuitatem ſuā,' & [36]diſpoſita domo ſua, [37]ſtrangulatus eſt,' & mortuus, ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. ¶Dauid verò venit in Mahanaim, & Abſolom Iordanē tranſmiſit, ipſe & cum eo omnes Iſraelitæ. Et conſtituit Abſolom Amaſam pro Ioab ſuper exercitū. fuit autem Amaſa filius cuiuſdā [38]viri' Iſraelitæ nomine [39]Iithra, [40]qui ingreſſus erat ad Abigail' filiā Nahas ſororē Zeruia matris Ioab. Caſtrametatus eſt itaq; Iſrael & Abſolom in terra Gilead. ¶Cúmq; veniſſet Dauid in Mahanaim, [attulerūt] [41]Sobi' filius Nahas de Rabba Ammonitarū, Machir filius Ammiel de Lo-debar, & Barſillai Gileadites de Roglim, Lectos, [42]pelues, `vaſa fictilia, triticū, & hordeū, farinā & [43]ſpicas toſtas, `fabas, lētem atq; [44]far toſtum, `Mel, butyrū, oues, & caſeos vaccinos, quæ attulerunt Dauidi & populo qui cum eo erat, vt comederent: dixerant enim, Populus ille famelicus eſt, & delaſſatus, & ſitim patitur [45]in deſerto.

CAP. XVIII.

DAuid recenſuit populum quem ſecum habebat, & conſtituit ſuper eos tribunos & centuriones. Porrò tertiam populi partē miſit ſub manū Ioab, rurſus tertiam partem ſub manum Abiſai filij Zeruia fratris Ioab, & tertiam deinde partem ſub manum Ithai Githæi: & ait rex ad populum, [1]Omnino & ego vobiſcū egrediar.' Populus verò dixit, Nequaquam egredieris. nam ſi nos fugerimus, [2]nullam noſtrum habebunt rationem:' quin ſi ex nobis dimidia pars perierit, [3]non multum penſi habebunt: [4]etenim noſtrum fermè ſunt decem millia, [5]&' melius eſt vt tu nobis ex vrbe opem feras. Dixit ergo ad eos rex, Quod vobis bonum videtur faciam. Cōſtitit itaque rex [6]apud portam, `egrediente vniuerſo populo per cēturias & chiliades. Et præcepit rex ipſi Ioab, Abiſai & Ithai, dicēs, Leniter [agatis] [7]mihi' cū puero Abſolom. Audiuit hoc omnis populus quòd rex præciperet omnib' ducibus [8]de Abſolō.

¶25 ipſi autem iturī erant, & renūciaturi regi Dauid: non enim poterant ſeſe oſtendere ingrediē[do] vrbē. i. ſtabant ad fontē Rogel, nō enim audebant ingredi vrbē, ne viderentur. ¶26 vl, vxor [ſi]lius.] ¶27 grana frumēti cōtuſi, ¶28 Heb. & non deprehenſa fuit hæc res. i. fraus iſta. ¶29 matrē familiā, ¶30 riuū. decurſū. Chaldæus paraph. Iordanem ¶31 i. Iordanē. ¶32 Heb. vſque dū illuxit mane, ¶33 deſuerit ¶34 factū fuiſſe ¶35 i. quæ erat in vrbe ſua. nā habebat alias domos, quæ ſitæ non erāt in eadem vrbe. ¶36 Heb. præceptis datis familiæ ſuæ. i. quū mandaſſet aliqua de his quæ vellet fieri ſe mortuo. ¶37 ſtrangulauit ſeſe, ¶38 i. magnatis ¶39 Iithra iſte erat Iſraelita genere, & habitatione Iſmaelita: ita enim vocatur in libro Paralipomenō: quòd ſcilicet aliquando habitaſſet apud Iſmaelitas. ¶40 Forte ante nuptiales cęremonias genuerat Amaſā: incertū tamē eſt. Doctiores ſic exponūt, qui rē habuerat cū ea, vt vir cū vxore ſua. hoc eſt, qui duxit vxorē Abigail. ¶41 Aiūt Hebræi Sobi fuiſſe Iſraelitā qui in Rabbath remāſerat ea expugnata à Dauide. Alij, fratrē Nahas, quē ſuperauerat Dauid in Rabbath. Alij, filiū Hanon. ¶42 vl, hydrias, ¶43 polentā triticeā, ¶44 polentā ex leguminibus, ¶45 vl, ex deſerto. i. ex itinere facto per deſertum.

XVIII. ¶1 Heb. Egrediendo egrediar etiam ego vobiſcū. ſub. ad prælium. ¶2 Heb. non apponēt ad nos cor ſuū. ſub. hoſtes. i. nō curabunt magnopere, non arbitrabūtur ſe feciſſe rē præclarā. ¶3 Heb. non ponent ſuper nos cor. q.d. non magnifaciēt eā victoriā, nihil curabunt. ¶4 Heb. nunc autē es ſicut nos decē millia. i. pro decē millibus nobis ſimilib' cōputaris. q.d. te ſaluū tanti faciūt quāti facerēt decē millia hominū ſimilium nobis. Quidā Hebræorū nimis coacte, Etiā ſi nunc perierint decē millia virorū ſimilium nobis, nō curabūt: etiam ſi numerus interfectorū aſcendat vſq; ad decē millia. ¶5 igitur. q.d. præſtat igitur vt precibus & cōſilio feras nobis opē ex vrbe. ¶6 Alij, in loco portæ. i. in eo loco vbi ſedere ſolebāt ſpectaturi tranſeūtes. ¶7 i. in meā gratiā. q.d. Leniter mea cauſa incurrite in illum, nolite ſæuire in illum, ſed parcite illi. ¶8 ne ſcilicet eum perderent.

¶ Egreſſus eſt itaque populus in campum congreſſurus cũ Iſraelitis: factũmque eſt prælium in ſylua[9] Ephraim. Corruit autem illic populus Iſrael coram ſeruis Dauidis, & facta eſt illic clades magna eodem die, nempe viginti millium. Diſperſo prælio illic ſuper faciem vniuerſæ terræ: pluréſq; è populo[10] ſylua perdidit eo die, quàm vorarit gladius. ¶[11] Datus eſt autẽ Abſolom conſpectui ſeruorum Dauidis, qui Abſolom vehebatur ſuper mulũ, mulúſque ipſe venit ſubter[12] dẽſam quercum, eámque magnã:[13] qua quercu caput eius retentum eſt, vt penderet ipſe inter cælum & inter terram,[14] tranſeunte mulo cui inſederat. Quod quum quidam vidiſſet, nuntiauit ipſi Ioab, & dixit, Ecce vidi Abſolom pendentem ad quercum. Dixit ergo Ioab ad virum qui[hoc] nuntiauerat ſibi,[15] Si vidiſti, cur non illic ad terram eum[16] proſtrauiſti?[17] ego dediſſem tibi decẽ argenteos[ſiclos,] & baltheum vnum. Vir autem ille dixit ad Ioab,[18] Nequaquam ego, ſi penderes in manus meas mille argenteos[ſiclos,] non inquam inferrem manum meam filio regis: nobis enim audiẽtibus rex præcepit tibi, Abiſai, & Ithai, hiſce verbis, Cauete, ne quis[lædat] puerum Abſolom.[19] Aut ſi feciſſem, cur mentirer cum periculo vitæ meæ,[20] quum regem nihil celari poſſit, an verò tu ex oppoſito te collocares? Et dixit Ioab,[21] Non ſic expectabo corã te: & tollẽs[22] tria ſpicula manu ſua, defixit ea in[23] cor Abſolõ, quũ adhuc viueret, in medio quercus. Et[24] circundãtes decem adoleſcentes, armigeri ſcilicet Ioab, percuſſerunt Abſolõ, & interfecerunt eum. Quũque buccina receptui cecinisſet Ioab, reuerſus eſt populus ne inſequeretur Iſraelẽ,[25] quoniam pepercit Ioab populo. ¶ Accepto autẽ Abſolõ, abiecerunt eum in foueam[26] magnam in ſylua, &[27] poſuerunt ſuper eum aceruum lapidũ ingentem, fugerúntque omnes Iſraelitæ in tabernacula ſua.[28] Et Abſalõ dũ adhuc viueret, accepta pyramide, collocauit eam ſibi, quæ eſt in Valle-regis:[29] dixerat enim, Nõ eſt mihi filius,[30] vt relinquam memoriam nominis mei. vocauitque pyramidem illi ſuo nomine: vocata enim eſt[31] Monumẽtum Abſolomis, in hunc vſque diẽ. ¶ Ahimaaz autẽ filius Zadoc dixit,[32] Liceat mihi queſo vt curram & nuntiẽ regi, quòd Dominus[33] eũ aſſeruit de manu hoſtiũ eius. Et ait ad eũ Ioab, Hodie[34] non eris fauſtus nuntius, nuntiabis[35] alio die: hac die non nũtiabis, quandoquidẽ fili᷒ regis mortu᷒ eſt. Et ait Ioab ad[36] Chuſi, Vade tu, & ſignifica regi quæ videris. Incuruãs ergo ſe[37] Chuſi corã Ioab, cucurrit. Ahimaaz fili᷒ Zadoc rurſus dixit ad Ioab,[38] Quid verò fieret, ſi & ego poſt Chuſi currerem? ait Ioab, Fili mi cur tu curreres?

¶ Itaque egreſſus eſt populus in campum cõtra Iſrael, & factũ eſt prælium in ſaltu Ephraim. Et cæſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu Dauid, factáque eſt plaga magna in die illa, viginti millium. Fuit autẽ ibi prælium diſperſum ſuper faciem omnis terræ, & multò plures erãt quos ſaltus cõſumpſerat de populo, quàm hi quos vorauerat gladius in die illa. ¶ Accidit autẽ vt occurreret Abſalom ſeruis Dauid, ſedens mulo: cúmq; ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnã, adhæſit caput eius quercui: & illo ſuſpenſo inter cælum & terrã, mulus cui inſederat, pertranſiuit. Vidit autem hoc quiſpiã, & nũtiauit Ioab, dicens, Vidi Abſalõ pendẽre de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidiſti, quare non cõfodiſti eum cũ terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & vnum baltheũ? Qui dixit ad Ioab, Si appẽnderes in manib᷒ meis mille argenteos, nequaquã mitterẽ manum meã in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abiſai, & Ethai, dicens, Cuſtodite mihi puerũ Abſalom. Sed & ſi feciſſem cõtra animã meam audacter, nequaquã hoc regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo. Et ait Ioab, Nõ ſicut tu vis, ſed aggrediar eum corã te. Tulit ergo tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalõ: cúmq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerũt eum. Cecinit autẽ Ioab D buccina, & retinuit populum, ne perſequeretur fugientem Iſrael, volens parcere multitudini. ¶ Et tulerũt Abſalom, & proiecerũt eum in ſaltu, in foueam grandem, & cõportauerunt ſuper eum aceruum lapidũ magnum nimis: omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua. Porrò Abſalom erexerat ſibi, cũ adhuc viueret, titulum, qui eſt in Valle-regis: dixerat enim, Nõ habeo filiũ, & hoc erit monimẽtum nominis mei. Vocauitq; titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus-abſalom: vſq; ad hãc diem. ¶ Achimaas autem filius Sadoc, ait, Curram, & nũtiabo regi quia iudiciũ fecerit ei Dominus de manu inimicorũ eius. Ad quẽ Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, ſed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, fili᷒ enim regis eſt mortuus. Et ait Ioab Chuſi, Vade, & nũtia regi quæ vidiſti. adorauit Chuſi Ioab, & cucurrit. Rurſus autem Achimaas fili᷒ Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit ſi etiam ego curram poſt Chuſi? dixitque ei Ioab, Quid vis currere fili mi?

Vincitur exercitus Abſalom.

Abſalom de quercu pendens cõfodi- tus à Ioab.

C

D

Monumentũ Abſalom.

E Chuſi nũtiat Dauidi victoriam, & mortuũ Abſalom.

¶ 9 Sylua hæc, Ephraim dicebatur, q transmiſſo Iordane Ephratæi illuc paſtum pecora deducebant: quod vetitum nõ erat. ¶ 10 Alii aiunt feras multos diſcerpſiſſe: alii, ob crebras ſcrobes multos occubuiſſe. ¶ 11 Forte fortuna incidit Abſalõ in ſeruos ¶ 12 Heb. denſitatem quercus, .i. dẽſos & perplexos ramos querc᷒. ¶ 13 He. & adhæſit cæſaries eius infra[mis perplexis] querc᷒. ¶ 14 vſ. mulus autẽ qui erat ſub eo ſ.i. quo vehebatur] iam prætereierat. ¶ 15 Heb. Et ecce vidiſti. ſ. Cum videris. ¶ 16 Heb. percuſſiſti? .i. ita percuſſiſti vt ad terram decideret? ¶ 17 Heb. & ſuper me dare, pro, tum meũ fuiſſet dare ¶ 18 Heb. Etiam ſi ego appẽderem in manib᷒ meis. .i. ſi iã appẽſos numerarẽ in manib᷒ &c. ¶ 19 Heb. Aut feciſſem contra animã meam rem iniquam. ſiue facinus occultum & latens. vel poti᷒, Sed & ſi feciſſem. [feciſſem] in perniciem meã rem iniquam. Nam cõtraueniſſem præcepto regis. ¶ 20 Heb. & omnis res non abſcõditur à rege, & tu ſtares eminus. .i. nihil latere ſolet regem, omnia reſcit: & eum quod feciſſem, nihil illum latuiſſet: nec acceſſiſſes propius ad liberandum me de manibus ipſius regis, ſed ſiuiſſes me interfici. ¶ 21 Heb. Non eſt bonum[vſ. rectum, quòd] expectem coram te. ſub. vt interficiã eum, ne eripias eum. vſ, Non eſt bonum quòd præſentia tua reuocet me à cæde Abſalom. q.d. Interficiam Abſalom, neque verebor tuam præſentiam. Verti etiam poteſt, Non ſic. [ſub. faciam vt tu feciſti. non] morabor etiam te ſpectante. ſub. interficere Abſalom. q.d. Sine mora interficiã Abſalom, te etiam præſente vt ſcias me non exigere à te quod facere nolim. ¶ 22 vſ. tria tela. aut, tres lanceas ¶ 23 Cor pro ſede cordis, hoc eſt pectore. tranſfixit pectus Abſalom in medio quercus, quum adhuc ipſe viueret. ¶ 24 ſub. arborem. ¶ 25 quoniam prohibuerat Ioab populum. vſ, continuerat. .i. dederat ſignum populo vt ſe reciperent. ¶ 26 vſ. altam. ſiue, profundam ¶ 27 erexerunt ¶ 28 Heb. Ceperat autem[ſub. hoc conſilium] Abſalom, & erexerat ſibi in vita ſua arcum triumphalem[vſ pyramidem] qui ſitus eſt &c. .i. inito cõſilio erexerat ſibi &c. Hoc citat obiter author huius libri vt oſtendat manifeſto argumento Abſalom fuiſſe ſuperbum, & laudis nimis quàm auidum. Aut ironice hæc dicuntur, quòd congeſtis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Dauidis, multo alia ab ea quam ſibi dum viueret, excitauerat. ¶ 29 .i. cogitauerat. ¶ 30 qui conſeruet. Chaldæus paraph. Non habeo filium ſuperſtitem. ¶ 31 Heb. Locus ¶ 32 Heb. Curram nunc ¶ 33 Heb. iudicauit eum .i. ſuo iudicio liberauit. ¶ 34 Heb. non es homo nuntii. .i. non es aptus hodie ad perferendum nuntiũ. ¶ 35 vbi ſcilicet euenerit nuntium lætius. ¶ 36 Æthiopem. .i. viro cuidam Æthiopi. aut natione, aut propter nigrorem faciei. Non eſt nomen proprium. ¶ 37 Æthiops ¶ 38 Heb. Sit quicquid ſerit,] curram nunc ego poſt Æthiopem. q.d. In omnem euentum curram. Gallice, Aduienne comme il en pourra aduenir.

veni huc,'non eris boni nuntij baiulus. Qui reſpondit, Quid enim ſi cucurrero? & ait ei, Curre. currens ergo Achimaas per viā cōpendij, tranſiuit Chuſi. Dauid autē ſedebat inter duas portas: ſpeculator verò qui erat in faſtigio portæ ſuper murū, eleuans oculos, vidit hominē currentē ſolum. Et exclamans indicauit regi: dixitque rex, Si ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore eius. Properante autē illo, & accedēte propius, vidit ſpe-
F culator alterū hominē currentē, & vociferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currens ſolus. dixitq; rex, Et iſte bonus eſt nūtius. Speculator autē, Cōtemplor, ait, curſum prioris, quaſi curſum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus eſt: & nuntiū portans bonū venit. Clamans autē Achimaas, dixit ad regem, Salue rex. & adorans regē coram eo pronus in terrā, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerunt manus ſuas contra dominū meū regē. Et ait rex, Eſtne pax puero Abſalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultū magnū, cum mitteret Ioab ſeruus tuus, ô rex, me ſeruū tuū:
G neſcio aliud. Ad quem rex, Tranſi, ait: & ſta hic. Cúmque ille tráiſſet, & ſtaret, apparuit Chuſi: & veniens ait, Bonum apporto nuntiū domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui ſurrexerunt cōtra te. Dixit autem rex ad Chuſi, Eſtne pax puero Abſalom? Cui reſpondens Chuſi, Fiant, inquit, ſicut puer, inimici domini mei regis, & vniuerſi qui cōſurgūt aduerſus eum in malum. Contriſtatus itaq; rex, aſcendit in cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic loquebatur, vadens, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Abſalom fili mi, fili mi Abſalom?

Dauid accepto nuntio mortis Abſalom, plāgit.

CAP. XIX.

Ioab cōſolat regē flentem Abſalō filiū.

NVntiatum eſt autē Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium ſuum. Et verſa eſt victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex ſuper filio ſuo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare ſolet populus verſus, & fugiens de prælio. Porrò rex operuit caput ſuū, & clamabat voce magna, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi*. Ingreſſus ergo Ioab ad regem in domum, dixit, Confudiſti hodie vultus omniū ſeruorum tuorum qui ſaluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & oſtendiſti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de ſeruis tuis: & verè cognoui modò, quia ſi Abſalom viueret, & omnes nos occubuiſſemus, tunc placeret tibi. Nūc
H igitur ſurge & procede: & alloquens ſatiſfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt ſuper te ab adoleſcentia tua vſque in præſens. Surrexit ergo rex, & ſedit in porta: & omni populo nuntiatū eſt quòd rex ſederet in porta: venitque vniuerſa multitudo coram rege, Iſrael autem fugit in tabernacula ſua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicēs, Rex liberauit nos de manu

¶* fili mi

Dauid ſedet i porta ciuitatis i ſignū luctus depoſiti.

[39]nihil præmij de iſto nuntio referes. [40][Rurſus dixit,] [41]Quid verò ſi curram?' ait ad eum, Curre. cucurrit igitur Ahimaaz per [42]iter campeſtre,'& anteuortit ipſum Chuſi. Porrò Dauid conſidebat inter duas portas, & iérat ſpeculator ſuper tectū portæ[43]in muro:'attollens autē oculos ſuos vidit, & ecce quidā currebat ſolus. Clamauit ergo ſpeculator, & nuntiauit regi: dixitque rex, Si ſolus eſt, [44]nuntiū eſt in ore eius. [45] is verò celerrime ibat, & cominus appropinquabat.'Speculator vidit alium quendā currentem, clamauitque ſpeculator ad portæ cuſtodē, dicens, Ecce vir quidam ſolus currit. & dixit rex, Et hic nuntius eſt. Addidit ſpeculator, Video curſū prioris acsi eſſet curſus Ahimaaz filij Zadoc. Rex ait, Hic bonus vir eſt, venitque [46]vt fauſta nuntiet.'Clamās itaque Ahimaaz dixit ad regē, Salus. ſimúlque procidit coram rege in terrā, dixitque, Laudandus Dominus Deus tuus, qui concluſit viros illos, qui manus ſuas contra dominū meum regem ſuſtulerunt. Dixitque rex, Saluúſne eſt puer Abſolom? Reſpondit Ahimaaz, Vidi[47]magnū tumultum' quum Ioab[48]ſeruus regis mitteret ſeruum tuum,'nec ſcio quid[49][fuerit.]'Dixit autem rex, [50]Circumi'& colloca te illic. [51]circumiuit' ergo & cōſtitit. [52]Et ecce venit Chuſi, dixitq; Chuſi, [53]Gaudeat dominus meus rex de fauſto nuntio, quoniam' Dominus hodie[54]vindicauit' te de manu omnium qui contra te inſurrexerant. Dixit ergo rex ad[55]Chuſi,'Saluúſne eſt puer Abſolom? reſpōdit Chuſi, Fiant quemadmodum puer ille, hoſtes domini mei regis, omnéſq; qui inſurgunt aduerſum te [56]vt noceant.' Tum rex commotus aſcendit in cœnaculum portæ, & fleuit, eundóq; ſic dicebat, O fili mi Abſolom, fili mi, fili mi Abſolom, vtinam pro te mortuus eſſem, Abſolom fili mi, fili mi.

CAP. XIX.

NVntiatum eſt autē ipſi Ioab, Ecce rex flet & [1]luctu ſe cōficit' propter Abſolem. Cōuerſa itaq; eſt[2]ſalus'illius diei in luctū vniuerſo populo: audiuit enim populus eodē die[3]vt diceretur,' Dolore afficitur rex ob filiū ſuū.[4]Subduxit ergo ſe furtim popul⁹ eo die ingrediēdo vrbē, perinde ac popul⁹ ſubducere ſe ſolet, qui pudore afficitur quū terga vertit in prælio.' Porrò rex [5]obuoluta facie' clamauit, idq; magna voce, Fili mi Abſolom, Abſolō fili mi, fili mi. Ingreſſus ergo Ioab domū ad regē, ait, Pudefeciſti hodie vultus omniū ſeruorū tuorū, qui hodie eripuerūt animam tuā, & animā filiorū tuorum, & filiarū tuarum: deinde animā vxorum tuarum, & animam concubinarū tuarū, Diligendo videlicet eos qui te odio proſequuti ſunt, & odiēdo eos qui te diligūt: etenim[6]declaras hodie nihil tibi eſſe principes & ſeruos'equidem intelligo hodie, ſi Abſolom modò viueret, etiam ſi nos omnes hodie interfecti eſſemus, [7]tum demum tuo iudicio rectè habere.' Surge igitur, egredere, & [8]demulce verbis cor'ſeruorū tuorum: nam id tibi iuro per Dominum, ſi non egreſſus fueris, ne vnus quidē hac nocte tecum hærebit: atq; hoc malum plus [9]incommodabit' tibi, quàm omnia mala quæ tibi euenerunt à iuuentute tua in hunc vſque diē. Surrexit itaq; rex, & cōſedit[10]in porta:'quod indicatū eſt vniuerſo populo hiſce verbis, En ſedet rex in porta. venit itaq; cūctus populus ad regē:[11]Iſrael'autē fugerat quiſq; in tētoria ſua. Factū eſt autē vt omnis populus[12]diſceptaret' in omnib⁹ tribubus Iſrael, dicerētq;, Rex liberauit nos è manu

¶39 Heb. nō erit tibi nūtiū ſeiē offerens. i. ouū nullum habens nuntium quod ſeſe tibi offerat perferendū? Ita Chaldæus paraph. Doct⁹ inter Hebræos, cū nulla tibi merces pro hoc nūtio erit parata? q.d. curris gratis. ¶40 ſubaudiēdum tuit iſtud, aut, Cui reſpondit Ahimaas, ¶41 Heb. Sit qequid erit, curra.i. In omnē euētū curră. ¶42 nempe facilius & compendioſius. ¶43.i. ſuper eo tonū qua cingebatur murus. ¶44.i. nuntiū affert. ¶45 Heb. & ibat eundo, & accedēdo.i. ſubinde propius accedebat. ¶46 cū bono nuntio. q.d. ſolet afferre mihi bonū nuntium. ¶47 turbā magnam, ſiue, multitudinem congregatam ¶48 mitteret ſeruū regis[.i. AEthiopē] & ſeruū tuū.i. me. ¶49 vl, ſeu eneric vltra.] ¶50 Diuerte. ad laterū alterū. ¶51 diuertit ¶52 Et ſtatim venit AEthiops, dixitq; AEthiops, ¶53 Nuntiū accipiat dominꝰ meꝰ rex, quòd ¶54 Heb. indicauit. i. iudicio ſuo eruit. ¶55 AEthiopē, ¶56 Heb. in malum.

XIX. ¶1 lugere videtur. vl. præ ſe fert luctū. ingentis habitū præ ſe fert ¶2 vl, victoria ¶3 vl, aliquē dicentē, ¶4 Hoc eſt, Vrbē furtim ſunt ingreſſi, non cū triūpho vt victores ſolent, ſed vt ij qui fuga elapſi ſunt, & victi. ¶5 præ pudore ſcilicet, ne videretur flere. ¶6.i. viſus es renuntiare quòd ſerui tui nō ſine tibi curæ. ¶7 quòd tūc ea res recta eſſet in oculis tuis.i. grata tibi eſſet. ¶8 Heb. loquere ad cor.i. loquere quæ futura ſint grata ſeruis tuis. ¶9 Heb. diſplicebit. vl, moleſtū erit ¶10 ſub vrbis.i. in eo loco quò omnes conuenire ſolebant. ¶11.i. omnes qui ſequuti fuerāt partes Abſalom. ¶12.i. certatim contenderet, de reducendo rege ſcilicet.

¶11 ſiue, eripuit ¶14 & nup in-gerat ¶15 ſub. literas, vel nun tios. ¶16 eri-tis. venietis ¶17 q.d. dũ hæc dictaret nũtijs, accepit literas ab alijs. Alij le-gunt ſine paré theſi, hoc mo-do, in domum ſuã, verbũ autẽ vniuerſi Iſrae-lis venit ad re-gem in domũ ſuam? .i. quum omnes alij Iſ-raelitæ iã miſe rint nuntium de reuocando rege in patriã? ¶18 .i. conſan-guinei. ¶19 os meñ. & caro mea? ¶20 .i. Hac ra-tione alter pó-tificum, Sadoc, vel Abiathar flexit animos omniũ virorũ Iuda in vnam ſententiam de reducendo re-ge in patriam ſuã, ita vt ne-mo repugna-ret. Quidã He-bræorũ de A-maſa exponit. Alij de Dauide, q̃ ſcilicet hac oratione quam miſit ad Sadoc & Abiathar fle xit animos o-mnium. ¶21 ſub. in pa-triam tuam. ¶22 .i. vt comi-taretur regem tranſeuntẽ. vel iuuaret regem in tranſeundo Iordane. ¶23 .i. de tribu Beniamin. ¶24 & Siba. vel, præterea Siba ¶25 Heb. & trãſ ierunt Iorda-nẽ corã rege.

hoſtium noſtrorũ, idémque[13] aſſeruit nos de ma-nu Paleſthinorum: [14] iam verò cogitur fugere è terra metu Abſolomis, Et Abſolom quem vnxe-ramus ſuper nos, mortuus eſt in prælio: cur igi-tur ceſſatis, quo minus regẽ reſtituatis? ¶ Rex ve rò Dauid [15] miſit ad Zadoc, & ad Abiathar ſacer-dotes, hiſce mandatis, Loquimini ad ſeniores Ie-huda in hanc ſententiam, Quare vos [16] eſtis poſt-remi ad reducendum regem in domum ſuam? ([17] ſiquidem ſermo totius Iſraelis venit ad regem in domum ſuam) fratres mei vos eſtis, [18] os meũ & caro mea vos eſtis, quare ergo [16] eſtis vos poſt-remi in reducendo regẽ? Cæterum ad Amaſam dicite, Annõ tu quoque es [19] de oſſe meo, & de car ne mea? Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, ſi non imperator exercitus ſis futurus corã me loco Io-ab cũctis diebus. [20] Et flexit cor omniũ virorum Iehuda, veluti viri vnius, ita vt mitterẽt ad regẽ [hiſce mandatis,] [21] Reuertere tu, & omnes ſerui tui. Reuerſus eſt igitur rex, & venit ad Iordanẽ vſq;: Iehuda autẽ venit in Gilgal, vt deſcenderet obuiã regi, [22] traduceréntque regẽ per Iordanem. ¶ Porrò Semei filij Gera, [23] filij Iemini, qui erat de Bahurim, propere deſcẽdit cum viris Iehuda obuiã regi Dauidi. Cúmq; eo mille viri ex Ben-iamin: [24] iam Ziba puer domus Sauliticæ, atque quindecim filij eius, & viginti ſerui ei⁹ cum eo, [25] proſpere traiecerũt Iordanẽ ante regẽ. [26] Trãſ-iuit deinde nauis, vt traduceret familiam regis, vtque faceret quod [27] ei placeret: Semei verò fi-lius Gera procidit corã rege quũ ille [28] traijceret Iordanẽ. Et dixit ad regẽ, Ne imputet mihi do-minus meus iniquitatẽ, neque memineris eorũ quæ peruerſe egit ſeruus tuus eo die quo egreſ-ſus eſt dominus me⁹ rex de Ieruſalẽ, [29] vt rex hoc corde voluerit. Etenim ego ſeruus tuus agnoſco me peccaſſe, & hodie primus veni ex omni [30] do-mo Ioſeph, vt deſcenderem obuiã domino meo regi. Abiſai autẽ filius Zeruia reſpondens dixit, An [31] ob hanc rem Semei nõ interficeretur, [32] quòd ſcilicet maledixit chriſto Domini? Dauid ait, [33] Quid mihi vobiſcũ filij Zeruiæ? eſtis enim mihi hodie impedimẽto, num hodie quiſpiã in Iſrae-le interficeretur? [34] annõ agnoſco me hodie regẽ in Iſraele? Dixitq; rex ad Semei, Nõ morieris. & iurauit ei rex. ¶ Porrò Mephiboſeth filius Sau-lis deſcendit obuiã regi, non lauerat pedes ſuos, neq; raſerat [35] barbam ſuã, ſed & veſtes ſuas non eluerat, ab eo videlicet die quo egreſſus erat rex, vſque in eũ diẽ quo rex ſaluus rediret. Quúmq; veniſſet Ieroſolyma obuiã regi, dixit rex ad eũ, [36] Quare non profectus es mecum Mephiboſeth? Reſpõdit, Domine mi rex, ſeruus meus dolo me-cum egit, [37] quoniam dixerat ſeruus tuus, Sternã mihi aſinũ, & equitabo illo, ibóq; ad regẽ, (nam claudus eſt ſeruus tuus.) Sed [falſò] traduxit [me] ſeruũ tuũ corã domino meo rege. equidẽ domi-nus meus rex eſt [38] quẽadmodũ angelus Dei: fac igitur [39] quod tibi videtur. Nam vniuerſa domus patris mei obnoxia fuit morti coram domino meo rege, tu verò poſuiſti ſeruũ tuũ inter cõui-uas menſæ tuæ: quid igitur [40] iuris vltra habeo, vt conquerar amplius aduerſus regem? Et dixit ei rex, [41] Quid opus eſt pluribus verbis? pronũtiaui

Increpat po-pul⁹ ſtultitiã ſuã, q̃ Abſa-lom conſti-tuiſſet regẽ.

inimicorum noſtrorũ, ipſe ſaluauit nos de ma-nu Philiſthinorũ: & nunc fugit de terra propter Abſalom: Abſalom autẽ quẽ vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello: vſquequo ſiletis, & non re-ducitis regẽ? Et conſilium totius Iſrael venit ad regẽ. ¶ Rex verò Dauid miſit ad Sadoc & Abia-thar ſacerdotes, dicẽs, Loquimini ad maiores na-tu Iuda, dicentes, Cur venitis nouiſſimi ad redu- C
cẽdũ regẽ in domũ ſuã? Sermo autem omnis Iſ-rael peruenerat ad regẽ in domo eius, quia di-xerat rex, Hæc dicetis ad populum Iuda, Fratres mei vos, os meũ, & caro mea vos: quare nouiſſimi reducitis regẽ? Et Amaſæ dicite, Nõnne os meũ, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc ad-dat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me o-mni tẽpore pro Ioab. Et inclinauit cor omnium virorũ Iuda, quaſi viri vnius: miſerũntque ad re-gem, dicentes, Reuertere tu, & omnes ſerui tui. Et reuerſus eſt rex: & venit vſque ad Iordanem, & omnis Iuda venit vſque in Galgala, vt occur-reret regi, & traduceret eum Iordanẽ. ¶ Feſtina-uit autem Semei filius Gera filij Iemini de Bahu rim, & deſcendit cũ viris Iuda in occurſum regis Dauid Cum mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti ſerui erant cum eo: & irrumpentes Iordanem, D
ante regem. Trãſierunt vada, vt traducerent do-mum regis, & facerent iuxta iuſſionem eius. Se-mei autem filius Gera proſtratus corã rege, cum iam tranſiſſet Iordanem, Dixit ad eum, Ne re-putes mihi domine mi iniquitatẽ, neque memi-neris iniuriarum ſerui tui in die qua egreſſus es domine mi rex de Ieruſalem, neq; ponas rex in corde tuo. Agnoſco enim ſeruus tuus peccatum meũ: & idcirco hodie primus veni de omni do-mo Ioſeph, deſcendíq; in occurſum domini mei regis. Reſpondens verò Abiſai filius Saruiæ, di-xit, Nunquid pro his verbis nõ occidetur Semei, quia maledixit chriſto Domini? Et ait Dauid, Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſatan? ergóne hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me factum regem ſuper Iſrael? Et ait rex Semei, Non morieris. iu-rauítque ei. ¶ Miphiboſeth quoq; filius Saul de-ſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & in-tonſa barba: veſtéſque ſuas nõ lauerat à die qua egreſſus fuerat rex, vſque ad diẽ reuerſionis eius in pace. Cúmque ✱ occurriſſet regi, dixit ei rex, Quare nõ veniſti mecũ Miphiboſeth? Et reſpon-dens ait, Domine mi rex, ſeruus meus cõtempſit me: dixiq; ei ego famulus tuus vt ſterneret mi-hi aſinum, & ✱ deſcẽdens abirem cum rege: clau-dus enim ſum ſeruus tuus. Inſuper & accuſauit me ſeruũ tuum ad te dominũ meum regem: tu autem domine mi rex, ſicut angelus Dei es, fac quod placitũ eſt tibi. Neque enim fuit domus pa tris mei, niſi morti obnoxia domino meo regi: tu autẽ poſuiſti me ſeruũ tuũ inter cõuiuas mẽ-ſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſſum vltra vociferari ad regẽ? Ait ergo ei rex, Quid vltra loqueris? fixũ eſt quod locutus ſum:

O Iudã hortat Dauid de ſe reducendo.

Amaſa cõſti-tuitur prin-ceps p̃ Ioab.

Iuda reducit regem. 3. Reg. 2. b.

Semei occur-rit Dauidi.

Veniã rogat Semei, & iu-rat ei rex ſe nõ occiſurũ eũ. S. 16. c.

Miphiboſeth regi occurrit.

¶ ✱ Ieruſalem

¶ ✱ aſcendens S. 16. a.

S. 16. a.

.i. vt irent in conſpectũ regis, ſiue ſalutatũ regem qui erat in vlteriore ripa Iordanis. Vel, perruperũt, mulis ſcilicet, aut equis. ¶26 ſub. in vlteriorẽ ripã. ¶27 nẽpe regi. ¶28 pararet trãſire. paulò ante quam tranſiret. ¶29 Heb. vt ponat rex in corde ſuo. ſub. eã iniuriã. i. vt curet de iniuria accepta. ¶30 Per domũ Ioſeph quidã intelligũt Iſraelẽ. q.d. primus omniũ deſcendi. nã Ioſeph videtur fuiſſe author domus Iſrael. Alij intelligunt tribũ Ephraim, Benia-min & Manaſſe: quæ tribus militabãt ſub vexillo quod geſtabatur ab Ephraim tribu. q.d. prim⁹ eorũ qui militãt ſub vexillo Ioſeph, primus triũ tribuũ veni. Vtrũque probari poteſt. ¶31 .i. propter hanc ſupplicationẽ. ¶32 maledixit enim ¶33 Heb. Quid mihi & vobis, filij Saruiæ, quòd ſitis mihi hodie aduerſarij? ¶34 q.d. mihi enim hodie eſt reſti-tutũ regnũ Iſrael. ¶35 ſub. ſuperioris labri. ¶36 .i. Quare nõ es abeuntẽ ſecutus? ¶37 vel, nã dicebat ¶38 ſub. quod ad ſapientiã attinet. ¶39 Heb. quod bonũ eſt in oculis tuis. ¶40 iuſtitiæ, vel, iuſtæ querelæ, i. quid poſſum vltra de te cõqueri? ¶41 Heb. Quid loqueris vltra verba tua? q.d. Stat ſententia.

tu & Siba diuidite poſſeſſiones. Reſponditq; Miphiboſeth regi, Etiā cuncta accipiat, poſtquā re-
F uerſus eſt domin⁹ me⁹ rex pacifice in domū ſuā.

9. Reg. 3. b. Berzellai vir nobilis & diues non vult ſibi quicquā repēdi ꝓ beneficijs ſuis erga regem. ¶ 1.17. g.

¶ Berzellai quoq; Galaadites, ^senex valde,' deſcendens de Rogelim, traduxit regem Iordanē, paratus etiā vltra fluuium proſequi eum. ^Erat autem Berzellai Galaadites ſenex valde, id eſt octogenarius, & ipſe præbuit alimenta regi, cum moraretur in Caſtris: fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaque rex ad Berzellai, Veni mecum, vt requieſcas ſecurus mecum in Ieruſalem. Et ait Berzellai ad regē, Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendā cum rege in Ieruſalem? Octogenarius ſum hodie: nūquid vigent ſenſus mei ad diſcernendū ſuaue aut amarū? aut delectare poteſt ſeruum tuū cibus ^aut' potus? vel audire poſſum vltrà vocē cantorum atque cantatricū? quare ſeruus tuus ſit oneri domino regi? Paululum ^procedam' famulus tuus ab Iordane tecū: non indigeo hac viciſſitudine. Sed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, ^& ſepeliar' iuxta ſepulchrum patris mei & matris meę. Eſt autem ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonū
G videtur. Dixit itaque ei rex, Mecum trāſeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me impetrabis. Cūmq; tranſiſſet vniuerſus populus & rex Iordanē, ^reſtitit:' oſculatus eſt rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuerſus eſt in locū ſuū. ¶ Tranſiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cū eo: omnis autem populus Iuda traduxerat regē, & media tātum pars affuerat de populo Iſrael. Itaq; omnes viri Iſrael cōcurrentes ad regē dixerunt ei, Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda, & traduxerunt regem & domū eius Iordanē, omnēſque viros Dauid cum eo? Et reſpondit omnis vir Iuda ad viros Iſrael, Quia mihi propior eſt rex: cur iraſceris ſuper hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data ſunt? Et reſpōdit vir Iſrael ad viros Iuda, & ait, Decē partibus maior ego ſum apud regē, magiſq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur feciſti mihi iniuriā, & nō mihi nuntiatum eſt priori, vt reducerem regem meum? durius autem reſponderūt viri Iuda viris Iſrael.

¶ & — ¶ procedat

Chamaā fili⁹ Berzellai comitat regē. Oſculum.

Iſrael cū Iuda cōtēdit, q nō fuerit vocat⁹ ad reducendū regē.

CAP. XX.

Seba ſeparat Iſraelē à Dauide.

ACcidit quoque vt ibi eſſet vir belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai: ^reuertere' in tabernacula ^tua' Iſrael. Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutúſque eſt Seba filium Bochri: viri autē Iuda adhæſerūt regi ſuo à Iordane vſq; Ieruſalē. ¶ Cūmque veniſſet rex in domum ſuā in Ieruſalem, tulit decem mulieres cōcubinas, quas dereliquerat ad cuſtodiendam domum, & tradidit eas in cuſtodiam, alimenta eis præbens: & non eſt ingreſſus ad eas, ſed erant clauſæ vſq; in
B diem mortis ſuæ in viduitate viuentes. ¶ Dixit autem rex Amaſæ, Conuoca mihi omnes viros

¶ ſua

Concubinas ſuas decē includit Dauid

Amaſa cō uocat Iudācō tra Sebam.

vt tu & Ziba[42] agros' diuidatis. Et ait Mephiboſeth ad regem, [43] Quin' ipſe vniuerſos accipiat, poſteaquā domin⁹ meus rex incolumis rediit in domū ſuam. ¶ Sed & Barſilai Gileadites deſcenderat de Roglim, & tranſierat cū rege in Iordanē, vt eum[44] per Iordanē' deduceret. Eratq; Barſilai admodū ſenex, nempe octoginta natus annos, qui[45] cibos adminiſtrauerat regi quū maneret in Mahanaim, erat enim vir[46] præpotēs.' Dixit itaque rex ad Barſilai, Tu tranſi mecū, & alam te apud me in Ieruſalē. Et ait Barſilai ad regē, [47] Quales' ſunt dies annorū vitæ meæ, vt aſcē derē cū rege Ieroſolyma? Natus ſum hodie annos octoginta, num diſcernere poſſum [48] inter bonū & malū? [49] num ſeruus tuus guſtare poterit quæ comedo & quæ bibo? [50] num audirē amplius vocem cantorū & cantatricū? cur verò ſeruus tuus domino meo regi poſthac oneri eſſet? Seruus tuus tranſibit paululum Iordanem cum rege, [51] cur enim' tantā retributionē mihi rependeret rex? Liceat quæſo ſeruo tuo vt redeā, vtque moriar in ciuitate mea apud ſepulchrum patris mei & matris meæ: en eſt ſeruus tu⁹ Chimham, is tranſeat cum domino meo rege, huic fac quod tibi bonū viſum fuerit. Dixit itaq; rex, Tranſeat ergo Chimham mecū, & ego faciā ei quod mihi bonū viſum fuerit: quidquid verò tu[52] poſtulaueris à me,' faciā tibi. Trāſiuit itaq; vniuerſus populus Iordanē, ſed & rex trāſiuit atq; oſculatus eſt rex ipſe Barſilai, &[53] valedixit ei:' iſque reuerſus eſt ad locū ſuū. ¶ Tranſiit ergo rex in Gilgal, & Chimham trāſiit cū eo: atq; cūctus popul⁹ Iehuda [54] deduxerūt' regē, ſimúlq;[55] dimidia pars' populi Iſrael. Et ecce omnes viri Iſrael veniebāt ad regē, dixerūntq; ad regē, Quare viri Iehuda fratres noſtri [56] furtim te ſubduxerunt,' traduxerúntque regē & familiā eius vltra Iordanē, & omnes viros Dauidis cū eo? [57] Reſpondit quiſq; ex Iehuda Iſraelitis, [58] Rex eſt mihi arctiori amicitia iunctus,' cur verò hæc res bilem tibi mouit? [59] nū cibos à rege accepimus nos? num verò donatiuū aliquod nobis [60] accepimus?' Dixerunt verò Iſraelitæ ad Iudæos huiuſmodi verba, [61] Ego habeo in rege decem portiones,' & in ipſo quoque Dauide [62] te ſupero,' cur igitur me ſpreuiſti? annon ego prior verba feci de reducendo rege meo? at ſermo virorū Iehuda[63] vehementior' fuit quàm ſermo Iſraelitarum.

CAP. XX.

IBi oblatus fortè fortuna vir quidā [1] belial,' cui⁹ nomen Seba, qui fuit filius Bichri, [2] vir Iemini,' is claſſicū cecinit tuba, ſimúlque ait, [3] Non eſt nobis pars in Dauide, neq; hęreditas in filio Iſai, [recipiat] ſe quiſq; [4] ex Iſrael' in tētoria ſua. Aſcēdit itaq; omnis Iſrael [5] ab ipſo Dauide,' & ſequebatur Seba filiū Bichri: qui autē erāt ex Iehuda, adhærebant regi ſuo à Iordane vſq; Ieruſalem. ¶ Venit itaq; Dauid in domū ſuā in Ieruſalē, acceptq; rex decē mulieres cōcubinas, quas ad cuſtodiendā domū reliquerat, & [6] tradidit eas in domum quandā cuſtodiendas,' cibúmq; adminiſtrauit eis, ſed non eſt ingreſſus ad eas, manebántq;

¶ 42. i. hæreditatē paternam. ¶ 43 Heb. Etiam &c. q. d. Placet mihi. ¶ 44 vltra Iordanem ¶ 45 vl. alimēta præbuerat ¶ 46 vl. diues admodum. Hæc fuerunt dicta antequā tranſirēt Iordanem. ¶ 47 Quot ¶ 48 Vel potius, inter ſuaue & inſuaue? hoc enim refertur ad ſenſum corporis, non mētis. ¶ 50 i. an poſſum diſcernere quod edo & bibo? q. d. nō: guſtus meus iā eſt obtuſus. Hęc faciunt ad oſtēdendam ætatē affectā. acſi dicat, iā non vigēt ſēſus mei. ¶ 50 an audire poſſē. q. d. hæc ætas non capitur his quæ audiuntur in aulis principum. ¶ 51 vl, ſed & cur ¶ 52 Heb. elegeris. i. quæ volueris me facere. ¶ 53 Heb. benedixit ei. i. bene precatus eſt. ¶ 54 traduxerunt. ſub. Iordanem. ¶ 55 vl. aliqua pars &c. hi fūt qui ſecuti fuerant Dauidē dū fugeret, & mille illi de Beniamin, quos adduxerat Simei. ¶ 56 Heb. furati te ſūt. i. ſoli clā nobis fuerunt tibi comites in te reducendo?

concluſæ vſq; ad diem mortis ſuæ, [7] viuentes viduæ. ¶ Ait autē rex ad Amaſam, Conuoca mihi viros

¶ 57 Heb. Reſpō dit omnis vir Iuda viro Iſrael. i. Reſponderunt omnes viri Iuda omnibus Iſraelitis. ¶ 58 Heb. Quoniam propinquus eſt rex nobis. Hoc dicunt, quòd Dauid habitaret in tribu Iuda. ¶ 59 q. d. non debetis indignari: nam ex hac re nihil emolumenti accepimus à rege. ¶ 60 dedit? Gallice, Nous a il faict quelque gratieuſetē plus qu'a vous pour cela? ¶ 61. i. Decē partibus ad nos pertinet rex. ſumus enim decē tribus, ſuper quas regnat. ¶ 62 Heb. ſupra te. ſub. complaceo. i. præterea Dauidē diligo magis quàm tu, tametſi nō ſit de tribu mea, ſed de tua. ¶ 63 durior. i. arrogātius Iudæi loquuti ſunt quàm cæteri qui erant ex alijs tribubus. XX. ¶ 1. i. iniquus & nebulo. ¶ 2. i. de tribu Beniamin. ¶ 3 q. d. Illi dicunt, aut facto oſtendunt Dauidem ad nos nulla ratione pertinere: abeant ergo ſinguli noſtrum in ſua tentoria: & Dauidem, tanquā rem alienam, abijciamus. ¶ 4 ô Iſrael ¶ 5 Heb. à tergo Dauidis. i. relicto Dauide ſecuti ſunt Seba. ¶ 6 Heb. poſuit eas in domo cuſtodiæ. i. carcere. ¶ 7 Heb. in viduitate vitæ. i. viuente marito ſuo Dauide. Alia enim eſt viduitas mortis, quum moritur maritus.

Iehuda in diem tertium, & tu quoque hic adſis. Abijt igitur Amaſa vt cõuocaret Iehudã,[8] diſtulitq; vltra tẽpus quod ei conſtitutũ erat. Tũc dixit Dauid ad Abiſai, Seba filius Bichri magis nũc incommodabit quàm Abſolom: tu igitur accipe ſeruos domini tui, & eum inſequere, ne[9] occupet ciuitates munitas, & ſubducat ſe conſpectui noſtro. Egreſſi ſunt itaq; poſt eũ viri Ioab, & Crethi & Plethi, & fortiſſimi quique: egreſſi ſunt autem è Ieruſalem, vt inſequerentur Seba filiũ Bichri. ¶ Quũmque eſſent apud lapidem magnum qui eſt in Gibeon, & Amaſa præcederet eos, erat Ioab accinctus tunica ſua[10] qua erat indutus, ſuper quam ſuccinctus erat gladio,[11] qui in vagina iugi in modum ad lumbos eius pendebat, ſic vt facile exiret & excideret. Et ait Ioab ad Amaſam, Num recte vales frater mi? & tenuit dextera ipſius Ioab barbam Amaſæ [12] vt oſcularetur eum. Amaſa verò[13] non obſeruabat gladiũ, quẽ manu tenebat Ioab. & ferijt eum gladio[14] in vitalia viſcera, & effudit viſcera eius in terrã, neque iterauit in eũ ictum,] & cõcidit. Porrò Ioab & Abiſai frater eius inſequuti ſunt ipſum Seba filium Bichri. Conſtitit autẽ quidam ex pueris Ioab[15] apud interfectum,[16] & dixit, Qui fauet ipſi Ioab, quique Dauidi, ſequatur ipſum Ioab. Amaſa autem[17] volutabatur in ſanguine in media via. videns autem[18] quidam quòd omnis populus conſiſteret, amoto Amaſa ex itinere in agrum, proiecit ſuper eum veſtimẽtum: quandoquidem videbat quòd omnes venientes iuxta illum conſiſterent. ¶ Cũmque iam è via amotus eſſet, præterijt quiſque[19] ſequutus Ioab ad inſequendum Seba filium Bichri. Et[20] pertranſijt omnes tribus Iſrael, Abel & Beth-maacha, & omnia [loca quæ dicebantur] Berim.[21] Iſti verò congregati inſequuti ſunt[22] eum. Venientes igitur obſederunt eum in Abel [quæ erat iuxta] Beth-maacha, & effuderunt aggerẽ ad vrbem:[23] & ſtetit mulier ſapiens in propugnaculo, (omnis autem populus qui cum Ioab erat, volebant vaſtare & deijcere murũ,) Et clamauit ex vrbe, Audite, audite, dicite quæſo ad Ioab, Accede huc propius vt loquar tecum. Qui cum acceſſiſſet ad eã, dixit mulier, Eſne tu Ioab? reſpondit, Ego ſum. quæ dixit ad eum. Audi verba ancillæ tuæ. & reſpondit, Audio. Illa rurſum loquuta eſt in hanc ſententiam,[24] Omnino primum loquendum erat cum Abel, deque repetundis agendum, ſicq; peragẽda poſtulatio. Ego ſum ex pacificis &[25] fidelibus Iſrael, tũque quæris interficere ciuitatem, & [quidem][26] matrem in Iſraele, cur [moliris][27] deuorare[28] hæreditatem Domini? Reſpondit Ioab, dicens, Abſit, abſit procul à me,[29] vt vel deuorem, vel vaſtem: Res non ſic habet, ſed homo quidam de monte Ephraim, cuius nomen eſt Seba, filius Bichri, ſuſtulit manum ſuam aduerſus regem, nempe contra Dauidem, hunc vnum date, & abſcedam ab vrbe. Ait ergo mulier ad Ioab, En caput eius deijcietur ad te è muro. Et[30] venit mulier illa ad cunctum populum cũ ſapiẽtia ſua: illi ergo abſciſſo capite Seba filij Bichri, deiecerunt ad Ioab: qui cũ buccina receptui cecinet, [milites][31] diuulſi ſunt ab vrbe, quiſq; in tentorium ſuum, Ioab Ieroſolyma ad regẽ reuerſo.

Iuda in diem tertium, & tu adeſto præſens. Abijt ergo Amaſa vt cõuocaret Iudam, & moratus eſt extra placitum quod ei cõſtituerat rex. Ait autem Dauid ad Abiſai, Nunc magis afflicturus eſt nos Seba filius Bochri, quàm Abſalom: tolle igitur ſeruos domini tui, & perſequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egreſſi ſunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi: & omnes robuſti exierũt de Ieruſalem ad perſequendum Seba filium Bochri.

C

¶ Cúmque illi eſſent iuxta lapidem grandẽ qui eſt in Gabaon, Amaſa veniens occurrit eis. porrò Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui, & deſuper accinctus gladio dependente vſque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaq; Ioab ad Amaſam, Salue mi frater. & tenuit manu dextera mentum Amaſæ, quaſi oſculans eũ. Porrò Amaſa non obſeruauit gladium, quẽ habebat Ioab: qui percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terrã, & mortuus eſt, nec ſecundum vulnus appoſuit. Ioab autem, & Abiſai frater eius perſecuti ſunt Seba filium Bochri.

D

Interea quidam viri, cum ſtetiſſent iuxta cadauer Amaſæ, de ſocijs Ioab, dixerunt, Ecce qui eſſe voluit pro Ioab comes Dauid. Amaſa autem cõſperſus ſanguine, iacebat in media via. vidit hoc quidam vir quòd ſubſiſteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amaſam de via in agrum: operuitque eum veſtimẽto, ne ſubſiſterẽt tranſeuntes, propter eum. ¶ Amoto ergo illo de via, tranſibat omnis vir ſequens Ioab ad perſequendum Seba filium Bochri. Porro ille tranſierat per omnes tribus Iſrael vſque in Abelam, &

E

Beth-maacha: omnẽſque viri electi congregati fuerunt ad eum. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Beth-maacha, & circũdederunt munitionibus ciuitatem, & obſeſſa eſt vrbs: omnis autẽ turba quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere muros. Et exclamauit mulier ſapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecũ. Qui cum acceſſiſſet ad eam, ait illi, Tu es Ioab? & ille reſpõdit, Ego. ad quẽ ſic locuta eſt. Audi ſermones ancillæ tuæ. qui reſpondit, Audio. Rurſumq; illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, Qui interrogant, interrogent in Abela: & ſic proficiebant. Nõnne ego ſum quæ reſpondeo veritatem in Iſrael, & tu quæris ſubuertere ciuitatem, & euertere matrem in Iſrael? quare præcipitas hæreditatem Domini? Reſpondẽnſque Ioab, ait, Abſit, abſit hoc à me: non præcipito, neque demolior. Non ſic ſe habet res, ſed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum ſuam contra regẽ Dauid: tradite illum ſolũ, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier

G

ad Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per murum. Ingreſſa eſt ergo ad omnẽ populum, & locuta eſt eis ſapienter: qui abſciſſum caput Sebæ filij Bochri proiecerũt ad Ioab. & ille cecinit tuba, & receſſerunt ab vrbe, vnuſquiſq; in tabernacula ſua: Ioab autẽ reuerſus eſt Ieruſalẽ ad regẽ.

Amaſa cõuocat Iudã contra Sebam.
Abiſai perſequitur Sebã.
Ioab doloſe interficit Amaſam.
Sebã perſequitur Ioab.
¶ fuerant
Obſidetur Abela.
Caput Sebæ tradit Ioab.

¶ 8 moratúſque eſt ¶ 9 Heb. inueniat ſibi ¶ 10 Heb. veſtimenti ſui. i. ſago quo indui ſolebat in expeditione militari. ¶ 11 adhęrẽte lũbis eius in vagina ſua: is ergo egreſſus eſt & cecidit. ¶ 12 i. ſimulans ſe oſculari. ¶ 13 nõ cauebat ſibi à gladio. ¶ 14 in inguine. in latere. in quinta coſta. ¶ 15 iuxta ipſũ. ſub. Amaſam mortuum. ¶ 16 q dicebat, Quis eſt qui amet Ioab, & qs eſt qui ſit [vel, vellit eſſe] p Dauide poſt Ioab. ſub eat. q. d. Qui amat Dauidem. & fouet partes Dauidis, ſequatur Ioab. ¶ 17 volutauerat ſeſe. vel, Amaſa qui verſarat ſe in ſanguine ſuo, erat in media via. ¶ 18 vir ille ¶ 19 qui ſequebatur ¶ 20 ſub. Ioab, vel Seba. ¶ 21 ſub. Iſraelitæ. ¶ 22 ſub. Ioab. ¶ 23 Heb. & ſtetit [ſub. bellum] in antemurali: & omnis populus qui erat cũ Ioab. moliebatur ſubruere murum. Et exclamauit mulier quædam, prudens &c. Stetit bellũ, id eſt milites cœperũt pugnare in antemurali. ¶ 24 Heb. Loquendo loqui ſolent initio, dicendo, [ſi] interrogando interrogaſſent in Abel: & ſic finiuiſſent. Multa ſubaudiẽda, Qui veniunt oppugnatũ aliquã vrbẽ, ſolent loqui antequã oppugnent eã, interrogãdo nũ velint recipere leges pacis, Deuteronomij ¶ 20 ſcriptæ, & ſe dedere. Si interrogaſſent duces, ſiue milites tui, ciues vrbis Abel quã oppugnas, tũc ſic, id eſt ſtatim, ſiue iandudum finiuiſſent bellum, hoc eſt tradidiſſent ſe poteſtati tuæ, & recepiſſent leges pacis antè propoſitas.
¶ 25 i. qui fidem ſeruarunt regi. q. d. Perſtiti in fide, nec deſciui à rege: cur ergo me oppugnas? Loquitur in perſona vrbis vel ſua. ¶ 26 i. metropolitanã. ¶ 27 vel, euertere ¶ 28 q. d. & nos quidem pertinemus ad Deum, quemadmodũ & alij. ¶ 29 Heb. ſi diſperdere & ſi euertere volo. ſub. diſpeream. ¶ 30 q. d. conuocata concione egregiam & prudentem habuit orationem. ¶ 31 i. receſſerunt ab obſidione vrbis.

Ordo aulæ Dauidis. 3.8.d.

¶Fuit ergo Ioab ſuper omnẽ exercitũ Iſrael: Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. Adurã verò ſuper tributa: porrò Ioſaphat filius Ahilud, à commẽtarijs. Siua autem, ſcriba. Sadoc verò & Abiathar, ſacerdotes. Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid. CAP. XXI.

Fames trium annorum, ob violatã à Saule cũ Gabaonitis fidẽ, ſedatur morte ſeptem filiorum Saulis. Ioſue 9.c.

FActa eſt quoque fames in diebus Dauid trib[*] annis iugiter: & conſuluit Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus, Propter Saul, & domum ˋeius' ſanguinum, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filijs Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum: ¶filij quippe Iſrael iurauerant eis. Et voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filijs Iſrael & Iuda.) Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? & quod erit veſtri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? Dixerúntque ei Gabaonitæ, Nõ eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ˋſed' contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Iſrael. Ad quos ˋrex' ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixerunt regi, Virum qui atteriuit nos & oppreſſit inique, ita delere debemus, vt ne vnus quidem reſiduus ſit de ſtirpe eius in cunctis finibus Iſrael. Dentur nobis ſeptẽ
B viri de filijs eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa-Saul quondam electi Domini. Et ait rex, Ego dabo. Pepercítque rex Miphiboſeth filio Ionathæ filij Saul, ¶propter iuſiurandum[*] quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filiũ Saul. Tulit itaq; rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboſeth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, Et dedit eos in manum Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi ſeptem ſimul occiſi in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei. ¶Tollens autẽ Reſpha filia Aia, cilicium, ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem. Et nunciata
C ſunt Dauid quæ fecerat Reſpha, filia Aia, cõcubina Saul. ¶Et abijt Dauid, & tulit oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius à viris Iabes-Galaad, qui furati fuerãt ea de platea Beth-ſan, ¶in qua ſuſpenderant eos Philiſthijm cũ interfeciſſent Saul in Gelboe. Et aſportauit inde oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius: & colligentes oſſa eorũ, qui affixi fuerant, Sepelierunt ea cũ oſſibus Saul, & Ionathæ filij eius in Terra-Beniamin, in Latere, in ſepulchro Cis patris eius: fecerúntq; omnia quæ præceperat rex. & repropitiatus eſt Deus terræ poſt hæc. ¶Factum eſt autẽ rurſum prælium Philiſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcendit Dauid & ſerui eius cũ eo, & pugnabant contra Philiſthijm. Deficiente autẽ Dauid, Ieſbi-benob, qui
D fuit de genere arapha (cuius ferrũ haſtæ trecẽtas vncias appendebat, & accinctus erat enſe nouo,)

David præſtat iuramẽtũ quod Ionathæ iurauerat. 1.Reg.18.a.

¶*Domini

Septem filij Saulis ſuſpẽduntur.

Reſphæ materna viſcera

Dauid ſepelit oſſa Saulis & Ionathæ. 1.Reg.31.c.

Quatuor inſigula bella Dauid cõtra Philiſthæos.

¶[1] Præfect[*] autẽ fuit Ioab vniuerſo exercitui Iſraelitico, Benaia autẽ filius Iehoiada ſuper [13] Cerethi & Plethi.' Adoram [14] fuit quæſtor ærarius,' Iehoſaphat filius Ahilud fuit à cõmentarijs. Sena autẽ ſcriba, Zadoc atq; Abiathar ſacerdotes. Et etiã Ira Iairæ[*] fuit [15] ſacerdos' Dauidis. C. XXI.

DAuidis temporibus oborta eſt fames, idque annos tres continuos. conſuluit autem Dauid Dominum. Dixitque Dominus, [1] Propter Saulem, & propter domum [eius] ſanguinariam,' eo quòd interfecit Gibeonitas. Vocatis itaq; Gibeonitis rex, loquutus eſt cũ eis. (Gibeonitæ verò nõ fuerũt de filijs Iſrael, ſed de reliquijs Amorrhæorum, quibus filij Iſrael iurauerant. Saul autem molit[*] eſt eos occidere, [2] zelo videlicet quodam, [quẽ habuit] pro filijs Iſrael & Iehuda.) Dixit autem' Dauid ad Gibeonitas, Quid faciam vobis. & qua re [3] expiabo, [4] vt fauſta imprecentur' hæreditati Domini? Reſponderunt ei Gibeonitæ, [5] Non [poſcimus] nobis aurum aut argentũ à Saule' & à domo eius, [6] neque hoc vrgemus, vt aliquis ex Iſraele interficiatur.' Ait ille, Quid ergo dicitis quod faciam vobis? Reſponderunt regi, [7] Virum illum' qui perdidit nos, & [8] cogitauit inſidioſe' cõtra nos, [9] perdemus, ne extet in omnibus terminis Iſrael.' Dẽtur nobis ſeptẽ viri de [10] filijs' eius, quos agemus in crucẽ [11] Domino' in Gibeath-Saulis, [12] electi Domini.' Dixit rex, Ego dabo. Pepercit autẽ rex Mephiboſeth filio Ionathan filij Saulis, propter iuramẽtum Domini quod fuit inter eos, inter Dauid ſcilicet & Ionathan filiũ Saulis. Sed accepit rex duos filios Rizpæ filiæ Aiæ, quos pepererat Sauli, nẽpe Armoni & Mephiboſeth, deinde & quinq; filios Michol filiæ Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barſillai Meholothitæ, Tradiditq; eos in manũ Gibeonitarũ, & egerunt eos in crucem in monte coram Domino, [13] ceciderúntque' ſeptem illi pariter: [14] occidebantúrq; in diebus meſſis ab initio, quum primum meterẽtur hordea. ¶Tollẽs autẽ Rizpa filia Aia [15] ſaccum,' expandit eum ſibi [16] ſuper petram' ab initio meſſis, donec [17] ſtillauit' aqua ſuper eos de cælo, nec permiſit volucrẽ cæli ſuper eos deſidere interdiu, aut [18] beſtias agri' noctu. Nunciatúmque eſt Dauidi [19] quid feceret' Rizpa filia Aia cõcubina Saulis. ¶Abijt ergo Dauid, & tulit oſſa Saulis, atque oſſa Ionathan filij eius à ciuibus Iabes-Gilead, qui clã tulerant eos de [20] platea' Beth-ſan, in qua ſuſpenderant eos Paleſthini eo tempore quo Paleſthini percuſſerant Saulẽ in Gilboa, Suſtulit inquã oſſa Saulis & oſſa Ionathan filij eius, & oſſa eorum qui ſuffixi erant collegerunt, Sepeliérúntq; oſſa Saulis & Ionathan filij eius, in terra Beniamin in Zela in ſepulchro Kis patris eius, & fecerunt omnia quæ præceperat rex: poſt hæc Deus [21] propitius factus eſt' terræ. ¶Rurſus factum eſt præliũ Paleſthinorũ contra Iſraelitas, [22] deſcenditque' Dauid & ſerui eius cum eo, & bellum geſſerunt cũ Paleſthinis, Dauid autem fatigatus eſt. Et [23] Iiſbi in Nob,' qui [24] natus fuit ex rephaim,' (põdus lanceæ eius habebat trecẽtos ſiclos [25] chalybis,' ipſéq; [26] nouo' [gladio] accinct[*] erat:)

¶12 Hoc dicit quũ regnũ recepit Dauid, vt antea cum fuit rex pacificus. Aut hoc repetit, quia Dauid pollicitus erat ſe Amaſã præfecturum militibus.

¶13 Cerethæos & Phelethæos.

¶14 erat ſuper tributũ. i. præerat pecuniæ recipiendæ.

¶15 princeps cõſiliarius. Gallice, Le premier gẽtil hõme de ſa chãbre. Vel, amicus intim[*] & conſiliarius.

XXI.

¶1. i. Propter Saulẽ homicidã, qui effudit ſanguinẽ inocẽtẽ.

¶2 .i. quũ vellet hæreditatẽ Gabaonitarũ adijcere ad tribũ Iudæ, & alias.

¶3 Dixit inquã

¶3 placabo. ſub. vos.

¶4 Heb. & benedicetis

¶5 Heb. Nõ eſt nobis [quæſtio] de pecunia aut auro cum Saule &c. q.d. Noſtra cõtrouerſia non verſatur circa pecuniam & aurũ. Chaldæus paraph. Non eſt mihi op[*] vt argentũ aut aurũ det mihi familia Saulis. Vnus loquit[*] p[ro] oibus. q.d. non quærim[*] pecuniam ab Saule, nec eò paupertatis deuenim[*]

¶6 Heb. nec nobis vir ad interficiẽdum. i. neq; vll[*] eſt quẽ velimus interficere. ¶7 Vir ille. ſub. eſt Saul. ¶8 machinat[*] eſt ¶9 [&] deleti ſum[*], ita vt nõ [poſtea] ſubſiſtamus in vllo termino Iſrael. Vl, ita quòd deleti ſumus, vt [poſtea] nõ cõſiſtamus &c. ¶10. i. nepotibus. ¶11. i. ad placandũ Dominũ. ¶12 q.d. qui tamẽ iuſſu Domini electus fuerat rex. ¶13. i. mortui ſunt. Qui moriuntur, dicũtur cadere: vnde & Cadauer Latinis. ¶14 illi autẽ mortui [vl, interfecti] ſunt tempore meſſis, in primis diebus, in principio meſſis hordei. quæ ſcilicet eſt prima. ¶15 ciliciũ, ¶16 in rupe. Ex illo cilicio fecit ſibi tentoriũ propter æſtum: erat enim illic totos dies & totas noctes, vt peteret à Domino vt ſupplicio filiorũ ſuorum oſtenderet ſe placatũ eſſe. ¶17 ſtillaret. i. donec nubes ſoluta fuit in aquam. Fames euenerat propter ſiccitatem: vnde placatũ Deum nouit Riſpha ex pluuia. ¶18 ſub. dilaniare eos. ¶19 quæ feciſſet ¶20 Chaldæus paraph. muro. Fortaſſe erat platea adiacens muro in qua fuerunt ſuſpenſi. ¶21 placatus eſt. vl, reconciliatus ¶22 ſub. in certamen. ¶23 Iſbi-benob, ¶24 erat de filijs gigantis, ¶25 æris. i. cuius ferrum haſtæ pendebat 300 ſiclos æreos: qui maioris erant ponderis, quàm ſicli ferrei. ¶26 i. optimo, Gallice, fraiz forgẽ & eſmoulu.

¶ 16 quem ſcilicet videbat laſſum, & cedentē ex acie. ¶ 17 nēpe Iſbi-benob. ¶ 18 .i. ne tecum pereat gloria & ſplendor Iſraelis. Chaldæus paraph. ne pereat tecum regnum Iſrael. ¶ 19 ex filijs gigantis. i. Palæſthini nomine gigantis. vel, ex filijs gigātū. i. gigas, Per gigātes, intellige homines ingētis proceritatis & fortitudinis. ¶ 20 ſub. qui dicebatur Orgim ¶ 21 .i. fratrē Goliath Githæi. vel potius, alterū Goliath Githæum, qui æquabat priorē robore. ¶ 22 liciatorij. i. æquabat craſſitie liciatorium textorum. ¶ 23 Heb. mēſuræ. i. ſtaturæ proceræ. ¶ 24 gigante. i. ex Palæſthino illo cognominato gigas. ¶ 25 giganti. i. hi filij erant illi⁹ gigātis qui habitabat in Gath.

XXII. ¶ 1 Loquut⁹ eſt ergo Dauid &c. .i. Propterea agendo gratias Deo cecinit cāticū hoc in gloriam Domini. Refert hic acceptas Deo victorias ſuas Dauid. Iſte idem pſalmus, eſt decimuſſeptimus ſecundū LXX, ſiue decimuſoctauus ſecūdū Hebræos, in ordine Pſalmorū Dauidis: illinc petēdæ ſunt tibi annotationes.

is dixerat ſe occiſurum[16] Dauidem. Sed Abiſai filius Zeruiæ tulit ei opem, percuſſitque[17] Paleſthinum, eúmque interfecit. tunc viri Dauidis iurantes dixerunt, Nunquā poſthac egredieris nobiſcum in pugnam,[18] ne extinguas lucernā Iſraelis. ¶ Poſt hæc contigit vt inſtauraretur bellum in Nob cū Paleſthinis, tūc trucidauit Sibbechai Huſathites ipſum Saph, qui erat[19] ex rephaim. ¶ Factum deinde & aliud prælīū in Gob cū Paleſthinis, vbi Elhanan filius Iaare[20] Orgim Bethleemites,[21] Goliath quendam Githæum trucidauit, cuius haſtæ lignū erat inſtar[22] iugi textorij. ¶ Aliud deinde fuit prælium in Gath: fuit illic vir quidam[23] monſtroſa magnitudine, qui digitos manuum habuit duodecim, & pedū digitos item duodecim, numero videlicet viginti quatuor, qui & ipſe natus erat ex[24] rephaim. Is cum probra iaceret in Iſraelitas, trucidauit eū Ionathan fili⁹ Simea fratris Dauidis. Quatuor iſti nati ſunt ipſi[25] Rapha in Gath: ceciderúntque per manū Dauidis, & per manū ſeruorū eius. CAP. XXII.

P[1]Orrò Dauid loquutus eſt ad Dominum verba huius cantici, eo tempore quo eripuerat eum Dominus è manu omniū hoſtium eius, & de manu Saulis: Et dixit,

Dominus petra mea, propugnaculum meum & ereptor meus.

Deus rupes mea, illo nitar, clypeus meus, & cornu ſalutis meæ. arx mea, & aſylū meum, ſeruator meus, à violentia aſſeres me.

Dominum laude dignum inuocabo, & ab inimicis meis ſeruabor.

Quum circundediſſent me mortales cōtritiones, torrentéſque belilaal terruiſſent me,

[Quum] me funes foueæ cinxiſſent, laqueique mortis me præuertiſſent:

[Quum] anguſtum eſſet mihi, inuocabam Dominum, atque ad Deum meū clamabā, & exaudiuit de tēplo ſuo vocem meam, vt primum clamor meus ad aures eius [peruenit,]

Commouebatur & contremiſcebat terra, fundamenta cælorū fremebant & conquaſſabantur, quoniam ipſe iraſcebatur.

Aſcēdebat fumus è naribus ipſius, & vorās ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incēderētur.

Flectebat cælos ac deſcendebat, ſub pedibus eius caligo.

Vehebatur ſub cherub, & volabat, ferrique videbatur alis pernicibus.

Circūquaque iuxta ſe tenebras poſuerat inſtar tabernaculorū, aquas atras, & dēſiſſimas nubes.

De fulgore qui coram eo erat, prunæ ardentes incendebantur.

Tonabat è cælis Dominus, Altiſſimúſque edebat vocem ſuam.

Sagittas eiaculabatur, diſſiciebátque eos, fulgur mittebat, & conſternatos reddidit eos.

Tum apparebāt profundiſſima aquarū receptacula, retegebantur orbis fundamēta ab increpatione Domini, à reſpiratiōe flatus naſi ſui.

E ſublimi demiſſa [manu] arripiebat me, atque extrahebat ex aquis vehementibus.

Eripiebat me ab hoſtibus potētibus, nēpe de oſoribus meis, qui me ſuperiores erant:

Qui me tēpore calamitatis meæ præuerterāt, at Dominus fuit mihi fulcrum.

Educebat me in locū ſpatioſum, eripiebat me, fauebat enim mihi.

Rependebat mihi Domin⁹ iuxta iuſtitiā meā, & iuxta puritatē manuū mearū retribuebat mihi:

Obſeruaueram enim vias Domini, neque impie defeceram à Deo meo.

Ante enim oculos meos cuncta inſtituta eius tenèo, & mores eius à me non abijcio.

niſus eſt percutere Dauid. Præſidióque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum Philiſthæum interfecit. tunc iurauerūt viri Dauid, dicētes, Iam non egredieris nobiſcū in bellum, ne extinguas lucernā Iſrael. ¶ Secūdū quoque bellum fuit in Gob contra Philiſthæos: tunc percuſſit Sobochai de Huſathi, Saph de ſtirpe arapha de genere gigantū. ¶ Tertiū quoque fuit bellum in Gob contra Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodat⁹ filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cuius haſtile haſtæ erat quaſi liciatoriū texētium. ¶ Quartū bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelſus qui ſenos in manibus pedibúſque habebat digitos, id eſt viginti quatuor, & erat de origine arapha. Et blaſphemauit Iſrael: percuſſit autē eum Ionathan fili⁹ Samaa fratris Dauid. Hi quatuor nati ſunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & ſeruorum eius.

CAP. XXII.

LOcutus eſt autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorū, & de manu Saul. Et ait,

Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator meus.

Deus Dominus fortis meus ſperabo in eum: ſcutum meū & cornu ſalutis meæ: eleuator me⁹, & refugium meum ſaluator meus, de iniquitate liberabis me.

Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

Quia circundederūt me contritiones mortis: torrentes belial terruerunt me.

Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

Cōmota eſt & contremuit terra, fundamēta mōtium concuſſa ſunt & conquaſſata, quoniam iratus eſt eis.

Aſcēdit fumus de narib⁹ eius, & ignis de ore ei⁹ vorauit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

Et inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

Et aſcendit ſuper cherubim, & volauit: & lapſus eſt ſuper pennas venti.

Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulum: cribrans aquas de nubibus cælorum.

Præ fulgore in conſpectu eius, nubes ſuccenſi ſunt carbones ignis.

Tonabit de cælo Dominus, & Excelſus dabit vocem ſuam.

Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgur, & conſumpſit eos.

Et apparuerūt effuſiones maris, & reuelata ſunt fundamēta orbis ab increpatione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.

Miſit de cælo, & aſſumpſit me, & extraxit me de aquis multis.

Liberauit me ab inimico meo potētiſſimo, & ab his qui oderāt me: quoniā robuſtiores me erāt.

Præuenit me in die afflictionis meæ, & fact⁹ eſt Dominus firmamentum meum.

Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.

Retribuet mihi Dominus ſecūdum iuſtitiā meā, & ſecundum munditiam manuū mearum reddet mihi,

Quia cuſtodiui vias Domini, & non egi impiè à Deo meo.

Omnia enim iudicia eius in conſpectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

Ieſbi-benob interficitur.

II

1. Parall. 20. c.

Saph.

III

Goliath.

IIII

Canticū Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis.

Pſal. 17. a.

¶ vorabit.

B

¶°cum — Et ero perfectus °coram' eo, & cuſtodiam me ab iniquitate mea.
C Et reſtituet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundũ munditiam manuum mearum, in conſpectu oculorum ſuorum.
Cum ſancto ſanctus eris, & cũ robuſto perfect⁹.
Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruertéris.
Et populum pauperem ſaluum facies, oculiſque tuis excelſos humiliabis.
Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.
In te enim curram accinctus, in Deo meo tranſiliam murum.
Deus, immaculata via ei⁹, eloquiũ Domini igne examinatũ: ſcutũ eſt omnium ſperãtiũ in ſe.
Quis eſt Deus præter Dominũ: & quis ¨Deus' fortis, præter Deum noſtrum?
¶°accingit — Deus qui °accinxit' me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam,
Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me.
Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.
¶°tua — Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ, & manſuetudo °mea' multiplicauit me.
Dilatabis greſſus meos ſubtus me, & non deficiẽt tali mei.
D Perſequar inimicos meos, & conteram, & nõ conuertar donec conſumam eos.
Conſumam eos & confringã, vt non conſurgãt: cadent ſub pedibus meis.
¶°incuruabis — Accinxiſti me fortitudine ad prælium, ° incuruaſti' reſiſtentes mihi ſubtus me.
Inimicos meos dediſti mihi dorſum: odientes me, & diſperdam eos:
Clamabunt, & non erit qui ſaluet, ad Dominũ, & non exaudiet eos.
Delebo eos vt puluerem terræ: quaſi lutum platearum comminuam eos atque confringam.
Abiectio Iudæorũ, & Gẽtium electio. — Saluabis me à contradictionibus populi mei: cuſtodies me in caput Gentiũ: populus quẽ ignoro, ſeruiet mihi.
Filij alieni reſiſtent mihi, auditu auris obedient mihi.
Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in anguſtijs ſuis.
¶°exaltetur — Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & °exaltabitur' Deus fortis ſalutis meæ.
Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos ſub me.
Qui educis me ab inimicis meis, & à reſiſtentib⁹ mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
ₐ Rom.xv.b. — Propterea confitebor tibi Domine in Gentibus, & nomini tuo cantabo,
¶°Magnificãs ſalutes regis ſui, & faciens — °Magnificanti ſalutem regis ſui, & facienti' miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius in ſempiternum.

CAP. XXIII.

HAec autem ſunt verba nouiſſima quæ dixit Dauid filius Iſai: dixit vir cui conſtitutum eſt de chriſto Dei Iacob, egregius pſaltes Iſrael.
Spiritus Dei locutus eſt ꝑ Dauidem. — Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguã meã. Dixit Deus Iſrael mihi, locutus eſt Fortis Iſrael, Dominator hominũ, iuſtus dominator in timore Dei. ° Sicut lux auroræ
¶°Et

Integre & candide verſor corã illo, & ſeruo me nequid praui deſignem.
Rependit itaq; mihi Domin⁹ iuxta iuſtitiã meã, iuxta puritatem meam coram oculis eius.
Qui bonitati ſtudet, ei benigne facies: & erga virum ſimpliciter integrũ, integrum te exhibes.
Cũ candido cãdide agis: cũ eo verò qui prauus & incuruus incedit, tu quoque peruerſe incedis.
Etenim populũ afflictũ tu ſeruas, oculi verò tui ſuper elatos vt eos deprimas.
Tu ſiquidem lucerna mea es ô Domine, tenebras meas illuſtrat Dominus.
Quoniam in te cuneos militares perrũpo, & in Deo meo tranſilio murum.
Dei via integra eſt, eloquiũ Domini repurgatũ, ſcutum eſt omnium in ſe ſperantium.
Quis enim Deus præter Dominũ? aut quis eſt petra præter Deum noſtrum?
Deus eſt qui me virtute roborat, & facit viã meam expeditam:
Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, & in editis meis collocat me.
Inſtruit manus meas ad pugnã, dátque vt arcũ chalybæum brachijs meis confringam.
Tu protendis mihi clypeũ ſalutis tuæ, & ex manſuetudine tua auguſtum me facis:
Dilatas paſſum meũ ſubtus me, ne vacillent vertebræ meæ.
Perſequebar hoſtes meos, & excindebam eos, nec reuertebar donec eos internecioni darem.
Fũdit⁹ perdebã eos, ac vulnerabã [adeo,] vt ſubſiſtere nõ poſſent, caderẽtq; ſubt⁹ pedes meos.
Virtute heroica me ad bellũ inſtruis, & proſternis ſub me quotquot contra me inſurgunt.
Efficis vt terga mihi vertãt hoſtes mei, & vt perdam oſores meos.
Quocunque ſe vertunt, non eſt qui ſeruet eos: ad Dominum, nec reſpondet eis.
Cõtundo eos vt puluerem terræ, vt lutum platearum comminuo eos, atteróque eos.
Tu eripis me de contentionibus populi mei, ſeruas me vt ſim caput Gentium, populi quos nõ noueram ſeruiunt mihi.
Exteri mendaciter ſeſe mihi [ſubſ]ciebant:] mox vt auribus percipiebant, ſeruiliter mihi ſupplices fiebant.
Alienigenæ marceſcebant, pauebántque in penetralibus ſuis.
Viuat Domin⁹, & laudatus ſit qui eſt petra mea, altus vehatur Deus, qui eſt petra ſalutis meæ.
Is inquam Deus, qui donat mihi vt vltionem ſumam, & ſubijcit mihi populos.
Qui educit me ex hoſtibus meis, tu [ô Domine] in ſublime ducis me ab his qui contra me inſurgunt, eripis me ab eo viro qui mihi vim & iniuriam intentat.
Hanc ob cauſam gratias tibi agam inter Gentes ô Domine, & nomini tuo pſallam,
Propter magnitudinẽ ſalutis qua regẽ tuũ [ditas,] & ꝙ beneficijs proſequeris chriſtũ tuũ Dauid, & ſemen eius in perpetuum.

CAP. XXIII.

HAec ſunt verba ¹quæ Dauid poſtremis tẽporibus locutus eſt:' dixit Dauid filius Iſai, & ait vir ille ²qui conſtitutus erat vt eſſet vnctus' Dei Iacob, ³gratiſſimus pſaltes in Iſraele.' Spiritus Domini ⁴loquutus eſt per me, ⁵& eloquiũ ei⁹ ⁵[fuit] in lingua mea. 'Deus Iſrael ⁶dixit mihi, 'loquutus eſt ¨Petra' Iſraelis, ⁷dominator ſuper homines iuſtus ſit, dominator [habeat] timorem Dei.' Et ſicut

¶1 Dauidis nouiſſima. i. Hæc ſunt quæ poſtquã edidit oẽs pſalmos, dixit Dauid. Aſſerit ſe oẽs pſalmos ſcripſiſſe ꝑ Spiritum Dei, & ſe diuina volũtate creatũ regẽ. ¶2 qui eſt cõſtitutus [à Deo] in loco ſublimi, [.i. in magna dignitate.] cõſtitutus inquã vnctus &c. ¶3 ſuauiſſimus in canticis Iſrael. i. ſuauiſſimus pſaltes Iſraelis. nã cõpoſuit pſalmos ſuauiſſimos quib⁹ in laudãdo Deo vtitur Iſrael. ¶4. i. me organo vſus eſt in pſalmis. ¶5 per linguã meã. ſub. factũ eſt. i. loquutus eſt per me pſalmos Spiritus ſanct⁹. ¶6 ſub. prius quàm eſſem rex cõſtitutus. q. d. Pollicit⁹ fuerat ſe cõſtituturum me regem Dominus per Samuelẽ. ¶¨ ſiue, rupes. i. Deus fortiſſimus quem Iſrael colit. ¶7 imperabit hominibus iuſtus & dominãs in timore Dei. i. prædixit me futurum regem iuſtum & timentem Deum.

¶8 lumen temporis matutini orto iam ſole, temporis inquam matutini non nubiloſi, [& quod nō cōſtat] ex ſplendore & pluuia [deſcendente ſup] gramen [quod egreditur] è terra. i. dixit inquā ſplendorē regni mei fore ſimil luminini temporis matutini quod magis ſubinde fit, & lucidius, quódque non cōſpurcatur aduentu nubium, & quod nō conſtat ſplendore & pluuia deſcēdēte ſuper gramen quod germinat, vel egreditur è terra: hoc eſt, in quo ſol partim lucet, partim nō lucet: ſiue quod partim eſt ſplēdidum, partim nebuloſum, cadēte pluuia ſuper gramē. Loquitur de pluuia quæ nō eſt grata herbis, ſed quæ eſt cauſa productionis earū.

[8]lux matutæ quum ſol oritur, matuta inqui quę non habet nubes præ fulgore ſuo, propter pluuiam videlicet quæ herbam è terra [elicit.] Non [9]inquam ſic erit domus mea cum Deo, quoniam fœdus perpetuum pepigit mecum, quod per omnia [10]ordinatum eſt & [11]ſeruatum: quādoquidem omnis [12]ſalus mea [13]& omnis voluntas [firma eſt,] [14]neque vt [germen] creſcit. Contrà [15]vir perditus erit vt ſpina in vniuerſum euulſa, [16]qui nemo manu attrectat. Quòd ſiquis eas [17]attingere [cogatur,] armet [manum ſuam] ferro, aut ligno haſtæ, aut certe igne quo eas in ſtirpe ſua exurat. ¶Hæc ſunt nomina [18]heroum, quos habuit Dauid [19]quum ſederet in ſolio [20]ſapientiæ, præcipuus inter tres hic fuit, qui [21]excitabat haſtā ſuā ſemel ſuper octingētos vulneratos. Huic ſuccedit Eleaſar filius Dodi [22]filij Ahohi, [23] inter tres heroes [qui fuerūt] cum Dauide, quum [24]probris laceſſerent Paleſthinos, [25]collecti ſcilicet illic ad præliū aſcendētibus Iſraelitis. [26]Is exurgēs percuſſit Paleſthinos, donec defatigaretur man⁹ ei⁹, [27]obrigeſceretq; manus eius ad gladiū. atque illo ipſo die Dominus [28]magnā ſalutē edidit, [29]reuerſúſque eſt populus ipſum ſequut⁹, duntaxat ad prædā excurrēs. ¶Poſt hūc Samma fili⁹ Age Hararites, [30]congregatis Paleſthinis in globum: [31]fuit ibi ager lentium plenus, fugitque populus metu Paleſthinorum. Tum is conſtitit in medio agro, & eripuit [32]populum, trucidauitq; Paleſthinos, [33]edente Domino ingētem ſalutē. ¶[34]Deſcēderunt verò tres [35]principes, qui erant ex triginta præcipuis ducibus, venerúntq; tempore meſſis ad Dauidem in ſpelūcam Adullā: agmen verò Paleſthinorū caſtra ſua habuit in valle [36]Rephaim. Dauid tum erat in [37]arce, & præſidium Paleſthinorū tum erat in Beth-lehē. [38]Accenſus ergo Dauid deſiderio quodam dixit, [39]Vtinā quiſpiā mihi ex aqua fontis illius qui eſt in Beth-lehem ad portam potū ferat! Tum tres illi heroes penetrarunt caſtra Paleſthinorum, haurientéſque aquā è fonte Beth-lehemitico qui erat ad portā, ferebāt illā, & attulerūt ad Dauidē: ipſe verò noluit eam bibere, ſed [40]libauit eā Domino, dicēs, [41]Procul

oriente ſole, mane abſque nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra. Nec tanta eſt domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. cuncta enim ſalus mea, & omnis volūtas: nec eſt quicquam ex ea quod nō germinet. Præuaricatores autē quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi: quæ nō tollūtur manibus. Et ſiquis tāgere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lāceato. ignéque ſuccenſæ cōburētur vſque ad nihilū. ¶Hæc nomina fortium Dauid. Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingētos interfecit impetu vno. Poſt hunc Eleazar filius Patrui-eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philiſthijm, & congregati ſunt illuc in præliū. Cúque aſcendiſſent filij Iſrael, ipſe ſtetit & percuſſit Philiſthæos donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio: fecitque Dominus ſalutē magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuerſus eſt ad cæſorum ſpolia detrahenda. Et poſt hunc, Semma filius Age de Arari: & congregati ſunt Philiſthijm in ſtatiōe: erat quippe ibi ager lente plenus. cúmq; fugiſſet populus à facie Philiſthijm, Stetit ille in medio agri, & tut⁹ eſt eū, percuſſitque Philiſthæos: & fecit Dominus ſalutem magnā. ¶Necnon & antè deſcēderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerāt tēpore meſſis ad Dauid in ſpeluncam Odollam: caſtra autem Philiſthinorum erant poſita in Valle-gigantum. Et Dauid erat in præſidio: porrò ſtatio Philiſthinorum tunc erat in Beth-lēhem. Deſyderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait, O ſiquis mihi daret potū aquæ de ciſterna quæ eſt in Beth-lēhem iuxta portam! Irruperūt ergo tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerūt aquam de ciſterna Beth-lēhē, quæ erat iuxta portam, & attulerūt ad Dauid: at ille noluit bibere, ſed libauit eam Domino, dicens, Propitius ſit mi

¶ eo

Catalog⁹ fortium Dauid. 1. para. 11. b.

Eleazar percuſſit Phi-liſthæos. B

¶ viri

Semma.

Victoria Deo tribuitur.

Dauid ſitiens nō vult bibere aquā quā principes cū vitæ periculo hauſerāt inter Philiſthæos. C

¶9 enim ſic ſe habet familia mea apud Deum. i. Nō talem promiſſionem imperfectam fecit Deus familiæ meæ. ¶10 Hoc dicit vt opponat tempori matutino quod cōſpurcatur interuentu nubium. Omnia hæc ſunt intelligenda de Chriſto. ¶11 vſ, inuiolabile: ¶12 ſub. ipſe eſt. ¶13 & omne deſyderiū meum. ſub. pono in eo. q.d. totus à Deo pendeo. ¶14 quoniā nō producet. vſ, creabit, aliū ſcilicet in regem qui nō ſit de familia mea. q.d. Regnum ſemper manebit in familia mea. Hoc dicit propter Chriſtum qui manet in æternū. ¶15 [homines] improbitatis ſicut ſpinæ quæ propellūtur [pede ſcilicet vel baculo] vniuerſi. q.d. Nepotes mei quia permanebūt in fide, perpetuò regnabunt: at impij qui inter filios meos & nepotes impij erūt, caſtigabuntur à Deo: tamen non auferet à familia mea miſericordiā ſuam. ¶16 nam nequaquā manu capere ſolent. ſub. ſpinas. q.d. vt homines tractare nō ſolent manibus ſpinas, imò illas à ſe propellunt: ſic Deus depellet à ſe eos qui è filijs aut nepotibus meis impij fuerūt. ¶17 attingere velit, repletur ferro & haſtili lanceæ, & igni comburentur in loco ſuo. i. ſiquis velit eas attingere, capiet inſtrumentū ferreum quo ſuccidat illas, aut haſtile lanceæ quo abigat eas. nec aſportantur: ſed in ipſo loco in quo ſunt comburit eas. ſic tractātur impij, & talis erit eorū finis. ¶18 vſ, virorum fortium, ¶19 ſedens in cathedra. more eorū ſcilicet qui alijs conſulūt. ¶20 ſapiens, caput principū [vſ, princeps primus] fuit Adino Heſnæus. Iſtum militē prius à ſapientia cōmendat, deinde à virtute bellica. q.d. conſilio valebat & virtute bellica. ¶21 Heb. fuit ſuper octingentos occiſos vice vna. i. qui in vno prælio manu ſua trucidauit octingentos. ¶22. i. Ahohæus, ſiue de familia Ahohæorum. ¶23. i. qui vnus fuit trium fortiū qui erant &c. ¶24 irruerent cum periculo vitæ in Palæſthinos. Vox Hebræa H A R A P H, ſignificat diſcrimini ſe exponere. ¶25 qui congregati erāt ibi &c. i. qui Palæſthini cōgregati erāt vbi erat Dauid, vt dimicarent cū Iſraelitis, quum iam aſcendiſſent, hoc eſt aufugiſſent ipſi Iſraelitæ. ¶26 q.d. Is autem ſine mora, vbi ſuos populares vidit fugiſſe, ſurrexit & occidit &c. ¶27 adhæreſceretque. q.d. præ nimio labore, manus quæ gladium tenebat, ſpaſmum cōtraxit, ita vt finito conflictu, vix potuerit educi è manu eius gladius. Spaſmus eſt tendonum contractio, quæ aliquando fit inanitione, hoc eſt, quum præ nimio ſudore tendones ſicceſcunt, & contrahuntur. ¶28. i. magnam dedit victoriam. Hæc victoria tribuitur Deo, vt reliquæ omnes tribui debent. ¶29 Heb. & reuerſus populus ſequutus eſt illum. tātum ad detrahenda ſpolia. ſub. cæſis. ¶30 cōgregati enim erant Palæſthini in villa. i. in pago quodā iuxta quē hæc geſta ſunt. ¶31 erátq; illic poſſeſſio agri [. i. ager] plena lente, & populus fugerat à facie &c. i. ſub aduētum Palæſthinorum. ¶32 eam. ſub. lenticulam, quæ erat in agro illo. ¶33. i. dante per illum inſignem victoriam Iſraelitis. ¶34 Deſcenderántq;. Hic ternio aliorū triū fortiſſimorū deſcribitur. ¶35 de principib⁹ primarijs. i. qui primū locū obtinebant apud Dauidē. ¶36 gigantū. quæ non procul diſtabat à ſpelūca Adullā. ¶37. i. loco munito in rupe. ¶38 Heb. Et deſyderauit [præ cupiditate ſcilicet] Dauid. & dixit. ¶39 Heb. Quis potabit me aqua de ciſterna Beth-lehē quæ eſt iuxta portā [ſub. vrbis] i. Vtinā aliquis efficeret vt biberem &c. ¶40. i. coniecit eā in terrā, in honorem Dei. ¶41 Heb. Abſit à me, ô Domine, vt hoc cōmittā

hi Dominus, ne faciam hoc: num ſanguiné hominum iſtorum qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. hæc fecerũt tres robuſtiſſimi. ¶ Abiſai quoq; frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de trib⁹ *: ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam cõtra trecẽtos, quos interfecit, nominatus in *tribus, & inter tres nobilior, erátque eorum princeps, ſed vſque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortiſſimi, magnorum operum de Cabſeel: ipſe percuſſit duos leones Moab, & ipſe deſcendit, & percuſſit leonem in media ciſterna in diebus niuis. Ipſe quoque interfecit virũ Ægyptium, virum dignum ſpectaculo, habẽtem in manu haſtam: itaque cum deſcẽdiſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtam de manu Ægyptij, & interfecit eum haſta ſua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ: & ipſe nominatus inter tres robuſtos, Qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vſque ad tres non peruenerat: fecitque eum ſibi Dauid auricularĩũ, à ſecreto. ¶ Aſael frater Ioab inter triginta, Elehanan filius Patrui-eius de Beth-lehẽ, Sẽma de Harodi, Elica de Harodi. Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua. Abi-ezer de Anathoth, Mebonnai de Huſati. Selmõ Ahohites, Maharái Netophathites. Heleb filius Baana, & ipſe Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorũ Bẽiamin, Banáia Pharathonites, Heddai de Torrẽte-gaas. Abi-albon Arbathites, Azmáueth de Beromi. Eliaba de Salaboni: filij Iaſſen Ionathan. Semma de *Orodi, Ahiam filius Sarar Ararites. Eliphẽlet filius Aaſbai filij Machati, Eliam filius Achitõphel Gelonites. Heſrái de Carmelo. Pharái de Arbi. Igaal filius Nathan de Soba. *Bonni de Gadi. Selec de Ammoni, Naharái Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. Ira Iethrites, Gareb & ipſe Iethrites. Vrias Hethæus: omnes triginta ſeptem.

Abiſai.
¶ *iſtis
¶ *illis
Banaias
D
¶ *Orori,
¶ *Bani

## CAP. XXIIII.

Cõmouetur Dauid à Deo vt numeret populũ, vnde puniat ipſe popul⁹, cõtra quẽ irat⁹ erat ipſe De⁹
¶ *numerate

ET addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, cõmouitque Dauid in eis dicẽtem *ad Ioab, Vade, numera Iſrael & Iudã. Dixitq; rex ad Ioab principẽ exercitus ſui, Perambula omnes tribus Iſrael à Dan vſque Ber-ſabee, & *numera populum, vt ſciam numerum eius. Dixitque Ioab regi, Adaugeat Domin⁹ Deus tuus ad populũ tuũ, quantus nunc eſt, iterũmque centuplicet in conſpectu domini mei regis: ſed quid ſibi dominus meus rex vult in re huiuſcemodi? Obtinuit autẽ ſermo regis verba Ioab, & principum exercitus: egreſſúſque eſt Ioab, & principes militum à facie regis, vt numerarent populũ Iſrael. Cúmque pertranſiſſent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ eſt in Valle-gad: & per Iazer tranſierunt in Galaad, & in terrã inferiorem

ſit hoc à me Domino adiuuante, ne iſtud cõmittam: [42] annon hic ſanguis eſt virorum, qui cũ periculo vitæ ſuæ [illuc] profecti ſunt? [43] Nec volebat eam bibere. & hæc quidem fecerunt hi tres [44] heroes. ¶ Porrò Abiſai frater ipſius Ioab fili⁹ Zeruia [45] caput ternarij: is [46] excitauit lanceã ſuã ſuper trecentos, [47] quos ſtrauit, & in iſta triade [præcipuum] habuit nomen. [48] In triade iſta excelluit inquã gloria, erátque eis princeps: at non pertigit ad tres [priores.] Benaia deinde fili⁹ Iehoiada, [49] filius cuiuſdã ſtrenui hominis, [50] inclytus rebus geſtis, de Kabzeel is percuſſit [51] duos leones Moab: [52] is ipſe deſcendit atq; percuſſit leonẽ in media fouea, [53] quũ eſſet temp⁹ niuis. Et is idẽ percuſſit Ægyptiũ quẽdam præſtanti forma virũ: erat autẽ in manu Ægyptij haſta, is autem deſcẽdit ad eũ cũ baculo: & vi rapta haſta de manu Ægyptij, ferijt eum haſta ipſius. Hæc patrauit Benaia filius Iehoiada, habuitq; nomẽ inter tres [54] heroes. Ex [55] triginta præſtãtiſſimus fuit, ad [56] tres autẽ nõ peruenit. hũc cõſtituit Dauid [57] vt eſſet audiens ei. ¶ Aſael quoq; frater ipſius Ioab [58] inter triarios [recẽſetur.] Elhanan filius Dodo Bethlehemites. Sãma Harodæus, Elica Harodæus. Halez Paltites, Ira fili⁹ Ikeſch Thecoites. Abiezer Anethotites, Mebunnai Huſatites. Salmon de Ahoha, Maharai Netophathites. Heleb filius Baana Netophathites, Ithai fili⁹ Ribai de Gibeath filiorũ Bẽiamin, Benaia Pirathonites, Hiddai [59] de torrentibus Gaas. Abialbon Arbatites, Aſmaueth Barhumæus, Eliahba Saalbonæus, [60] filij Iaſen Iehonatan. Samma Hararites, Ahiam filius Sarar Hararites. Eliphelet filius Ahaſbai, [61] filij Maachati, Eliam filius Ahitophel Gilonites. Hezrai Carmelites, Paarai Arbites. Igal filius Nathã de Zoba, Bani Gadites. Zalec Ammonites, Naharai Beerothites, qui armiger fuit Ioab filij Zeruia. Ira Iithrites, Gareb Iithrites. Vria Hitthæ⁹. [62] vniuerſi, triginta ſeptem.

## CAP. XXIIII.

FVror Domini [1] rurſus cõcitatus eſt aduerſus Iſraelem, & [2] incitauit Dauidẽ [3] in eis, vt diceret, Vade, numera Iſraelem & Iehudã. Ait itaque rex ad Ioab imperatorem exercitus [4] quẽ habuit, Circumi Iſraelem à Dan vſq; ad Beer-ſeba, & recẽſete populum, vt ſciã numerum populi. Et dixit Ioab ad regem, Adijciat Dominus Deus tuus ad populum [6] aliquot centurias, quas oculi Domini mei regis videãt: cur verò Domin⁹ meus rex iſti⁹ rei cupidine flagrat? At regi [7] imperiũ erga Ioab & duces exercitus [8] præualebat. egreſſus itaq; eſt Ioab vnà cũ ducibus exercitus à conſpectu regis vt recenſerent populũ Iſrael. Et tranſeuntes Iordanem, manſerunt in Aroer, ad dexterã ciuitatis [9] quæ eſt in medio torrẽte Gad, [10] & ad Iaaſer. Deinde venerunt in Gilead & [11] in terrã inferiorẽ

¶ 42 nunquid [bibam] ſanguinem. i. aquã allatam cum diſcrimine vitæ &c. ¶ 43 Itaque noluit bibere de illa. ¶ 44 ſiue, fortes. ſecũdæ ſcilicet triadis. ¶ 45. i. primas tenebat inter illos tres poſteriores fortes. ¶ 46 vl, vibrauit haſtam ¶ 47 Heb. occiſos. i. quos occidit. ¶ 48 Heb. Tribus ? õnne glorioſior erat? vl. Triũ ſane nobiliſſimus fuit: & illorum princeps: &c. ¶ 49 vl, filij viri robuſti, ¶ 50 Heb. mult⁹ circa opera. i. magnarum rerum patrator. ¶ 51 duas arces. vl, duo loca fortiſſima expugnauit, quorũ vterque dicebatur Ariel. i. fortis locus. percuſſit homines qui habitabãt ĩ arcibus fortiſſimis regionis Moabitarum. Chaldæus paraph. duos viros fortes. ¶ 52 & idem ¶ 53 quo tempore leones ſunt maxime robuſti. ¶ 54 illos fortes. i. annumerabatur inter tres illos fortes poſteriores. vl, dignus erat fere qui annumeraretur inter tres illos fortes qui attulerunt aquã. Sic vertunt qui eum ſeptimum conſtituunt: nam fuit medius inter illos ternarios, & triginta ſequentes. ¶ 55 eorum ſcilicet qui ſequuntur. ¶ 56 ſub. priores. q.d ad gloriam & dignitatem triũ priorum fortium nõ peruenit. ¶ 57 ſuper [viros] obedientiæ ſuæ. i. præfecit eum viris ſibi obediẽtibus, hoc eſt Cerethæis & Phelethæis, qui hic dicũtur viri obedientiæ eius. Quidam minus recte exponũt, fecit eum cõſulem, auriculariũ, & à ſecretis. ¶ 58 inter triginta [fuit:]. i. fuit vnus ex triginta fortibus qui ſequuntur. ¶ 59 de torrente. i. de loco qui dicebatur Torrens-gaas. ¶ 60 [ex] filijs. i. filius. ¶ 61 filius Maachatitarũ. i. vir Maachatites. ¶ 62. i. tot fuerũt viri illuſtres & fortes qui militauerũt cũ Dauide. Sex fortes duarũ illarũ triadũ, & hi triginta & vnus, cõſtituunt numerũ triginta & ſeptem virorum fortiũ. Hæc opinio optima eſt omnium, & contextui ſacro maxime conſentanea.

XXIIII. ¶ 1 vt ſcilicet paulo ante quũ immiſerat famem ob Gabaonitas. ¶ 2 Permiſit Dominus vt Dauid tentaretur à diabolo, & succũberet, vt ipſe Deus puniret Iſraelem, vt ex 21. cap. Paralip. apparet. Hebræi referũt hoc ad hominẽs: nam homines proni ſunt ad peccandum, niſi ſtatim gratia Dei reuocẽtur. Quidã Hebræorum non male ſubaudit cor: Incitauit cor Dauidis Dauidẽ. q.d. Dauid à propria concupiſcentia fuit tentatus. ¶ 3. i. in eorũ perniciem. ¶ 4 ſub. exercitum. Aut verte, qui Ioab erat cum eo. ¶ 5 Diſcurre nunc [vl quæſo] Per omnes tribus Iſrael, ¶ 6 Heb. ſicut hi & ſicut hi, centũ vicibus. i. centies maiorẽ quàm nunc eſt. q.d. reddat tribum Iuda centies maiorẽ quàm nũc eſt, & reliquas tribus centies maiores quàm nũc ſunt. ¶ 7 verbum ¶ 8 præualuit. i. vicit verba Ioab & omnes qui eũ dehortabãtur. ¶ 9 [in loco] qui erat ¶ 10. i. nõ procul à Iaaſer. Alij exiſtimant eſſe vnam dictionem, & El-iaazer. ¶ 11 in regionem Tahtim-hodũ:

¶ri .i.ad loca q̄ erant circa Sidonem. ¶13 ad Mibſar-ſor, ¶14 Heb. nūerū numeri. vl ſupputationis. i. numerum ſiue ſummā populi numerati. ¶15 Heb. educētiū gladiū. i. q poterāt educere enſem & geſtare arma. ¶16 Heb. percuſſit eū cor eius, .i. ſtatim cœpit torqueri in animo ſuo ob factum ſuum. ¶17 quia[hoc] feci, ¶18. i. condona hoc peccatū ſeruo tuo. ¶19. i. qui prædicebat Dauidi voluntatē Dei. ¶20 Heb. impono. i. Vnū ex tribus impono tibi, hoc eſt affero ad te. Facio tibi poteſtatem eligēdi vnū ex trib⁹. ¶21. i. Viſne fames vigeat ſeptē annis. In Paralip. fūt tres anni: quorū tres prætericrant antequā hæc dicerētur: vltimo verò anno nō poterat fieri quin eſſet fames vſque ad meſſem. hoc pacto ſunt ſeptē. ¶22 q.d. eligo peſtē. ¶23. i. vſque adveſperā: nā eo tēpore offerebātur holocauſta, vt & mane. Hoc cōmēdat miſericordiam Dei, qui pro diebus tribus, vnum tantum diē immiſerit peſtem. ¶24 vl, pararet extendere ¶25 perderet, ¶26 perdentem ¶27 Satis eſt nūc, cohibe

Hadſchi: 'tū venerūt in Dan-Yaan, &[12] 'circū Zidō.' Venerūntque[13] 'ad munitionem Tyri,' & ad cūctas ciuitates Hiuæorū & Chananæorum, egreſſi ad Meridiem Iehuda in Beer-ſcba. ¶ Quūmq; peragraſſent vniuerſam terrā, reuerſi ſunt Ieruſalē exactis nouē menſibus & viginti diebus. Deditque Ioab [14] numerū & ſummam' populi ipſi regi: fuit autem[ſumma] Iſraelis octingenta millia virorum fortium[15] bello aptorū: 'virorum autem Iehuda fuerūt quingēta millia virorū. Poſteaquam autē Dauid populum ſic numeraſſet, [16] doluit corde ſuo,' aitque Dauid ad Dominū, Inſigniter peccaui[17] in hoc quod feci: 'nūc ergo[18] trāſfer quæſo ô Domine, iniquitatē ſerui tui,' quoniā vehementer ſtulte egi. ¶ Quūmq; mane ſurrexiſſet Dauid, factum eſt verbū Domini ad Gad prophetā, [19] qui erat vidēs ipſius Dauidis. 'in hāc ſententiā, Vade, & loquere ad Dauidem hiſce verbis, Sic dicit Domin⁹, Tria tibi[20] defero. 'tu ex his vnum tibi eligito, quod tibi faciam. Veniens igitur Gad ad Dauidem, nuntiauit ei, dixitq; ad eū, [21] Viſne vt veniant tibi ſeptem anni famis' in terra tua? an vis vt fugias tribus menſibus corā hoſtibus tuis & te perſequantur? an vt ſit peſtis tribus diebus in terra tua? delibera nūc, & diſpice quid referam ei qui me miſit. Ait ergo Dauid ad Gad, Supra modum angor, [22] incidam quæſo in manum Domini,' (quoniam multę ſunt miſerationes eius,) in manus hominū ne cadam. Miſit itaque Dominus peſtilētiam in Iſraelem à mane[23] vſq; ad tēpus definitū:' & mortui ſunt ex populo à Dan vſq; Beer-ſeba ſeptuaginta millia virorū. Et quū[24] extēdiſſet' angel⁹ manū ſuā ſuper Ieruſalem, vt illam quoq; [25] affligeret,' pœnitudine ductus eſt Domin⁹ ſuper malo, & dixit ad angelum[26] vaſtantem' populum, [27] Sat iam, remitte' manum tuā. & angelus Domini[ſiam] erat iuxta [28] horreū' Araſnæ Iebuſæi. Dixitq; Dauid ad Dominū quum vidiſſet angelum percutientem populum, dixit inquam, Ego peccaui, ego inique egi: [29] oues autem iſtæ' quid fecerunt? ſit quæſo manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et venit Gad ad Dauidem in[30] die illa, '& ait ad eū, Aſcende, [31] excita' aram Domino in area Araſna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid iuxta verbum Gad quod præceperat Dominus. [32] Reſpiciēnſq;' Araſna. vidit regem & ſeruos eius trāſeuntes ad ſe, &[33] egreſſus' Araſna incuruauit ſe coram rege pron⁹ in terrā. Et dixit Araſna, Cur venit dominus meus rex ad ſeruū ſuum? reſpōdit Dauid, Vt emam à te[34] horreum, 'vt extruā aram Domino, &[35] arceatur' clades à populo. Tunc dixit Araſna ad Dauidē, Accipiat & ſacrificet dominus meus rex quod ei bonū videtur: en boues in holocauſtum, &[36] plauſtra, '&[37] inſtrumenta' boum in ligna. Omnia[38] dedit' rex[39] Araſna[40] regi. [41] dixitq; Araſna' ad regē, Domin⁹ Deus[42] ſit tibi propiti⁹.' Et dixit rex ad Araſnam, Nequaquā, ſed omnino emam à te pretio, nec[43] ſacrificabo' Domino Deo meo holocauſta[44] gratis.' Emit itaq; Dauid[45] horreū' &[46] bouē[47] quinquaginta ſiclis argēteis.' Et extruens ibi arā Domino Dauid, ſacrificauit holocauſta &[48] gratulatoria, [49] propitiūſque fact⁹ eſt' Domin⁹ terræ, & cohibita eſt[50] clades' ab Iſraele.

Hadū, & venerunt in Dan ſyluestria. Circūeūteſque iuxta Sidōnē, trāſierūt prope mœnia Tyri, & omnē terrā Heuæi & Chananæi, venerūntque ad Meridiē Iuda i Ber-ſabee. ¶ Et luſtrata vniuerſa terra affuerūt poſt nouē menſes & viginti dies, in Ieruſalē. Dedit ergo Ioab numerū deſcriptionis populi regi, & inuenta ſunt de Iſrael octingenta millia virorū fortiū, qui educerēt gladiū: & de Iuda quingēta millia pugnatorum. Percuſſit autē cor Dauid eū, poſtquā numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominū, Peccaui valde in hoc facto: ſed precor Domine, vt trāſferas iniquitatē ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. ¶ Surrexit itaq; Dauid mane, & ſermo Domini factus eſt ad Gad prophetā & videntem Dauid, Dicens, Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Triū tibi datur optio, elige vnū quod volueris ex his, vt faciam tibi. Cūmq; veniſſet Gad ad Dauid, nūtiauit ei, dicēs. Aut ſeptē annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequētur: aut certè tribus dieb⁹ erit peſtilētia in terra tua. nunc ergo delibera, & vide quē reſpondeā ei, qui me miſit, ſermonem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: ſed melius eſt vt incidam in man⁹ Domini (multæ enim miſericordiæ ei⁹ ſunt) quàm in manus hominū. Immiſitq; Dominus peſtilentiā in Iſrael, de mane vſq; ad tēpus conſtitutū, & mortui ſunt ex populo à Dan vſque ad Ber-ſabee ſeptuaginta millia virorū. Cūmque extēdiſſet manum ſuā angel⁹ Domini ſuper Ieruſalē vt diſperderet eā, miſertus eſt Dominus ſuper afflictionē, & ait angelo percutiēti populū, Sufficit: nūc contine manum tuā. erat autē angelus Domini iuxta aream Areuna Iebuſæi. Dixitque Dauid ad Dominū cum vidiſſet angelū cædētē populum, Ego ſum qui peccaui, & ego inique egi: iſti qui oues ſūt, quid fecerūt? vertatur obſecro man⁹ tua contra me, & cōtra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei, Aſcende, & cōſtitue altare Domino in area Areuna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid iuxta ſermonē Gad, quē præceperat ei Dominus. Cōſpiciēnſque Areuna, animaduertit regem & ſeruos eius trāſire ad ſe: & egreſſus adorauit regē prono vultu in terram, & ait, Quid cauſæ eſt vt veniat dominus meus rex ad ſeruū ſuum? cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex, ſicut placet ei: habes boues in holocauſtum, & plauſtrū & iuga boum in vſum lignorum. Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad regē, Dominus Deus tuus ſuſcipiat votū tuū. Cui reſpōdens rex, ait, Nequaquā vt vis, ſed emā pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti ſiclis quinquaginta: & ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica. & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

B 800000 viri Iſrael. 500000 viri Iuda. Pœnitet Dauidem. Ipſi tria pœnarū genera ꝓponuntur. Fames. Bellum. Peſtis. C Peſtē eligit. Septuaginta millia virorum cadunt peſte. Dolet Dauid ꝓpter ſe occiſū populū, cū ipſe ſit q peccauerit. D Ceſſat peſtis, oblatione à Dauide facta. Gratis nō accipit Dauid, aut aufert quod offerat Deo.

¶28 areā. Hæc erat Ieroſolymis, ſita in mōte Moria, in quo Abrahā voluit immolare filiū ſuū Iſaac. lege 1. Paralip. 21. ¶29 iſti autē[qui ſunt] oues ¶30 prima ſcilicet ſub veſperā. ¶31 vl, extrue ¶32 exerto ſcilicet capite aſpexit. nā delitescebat metu angeli. ¶33 ſub. de loco in quo delitescebat. ¶34 areā iſtā. ¶35 vl. cohibeatur. i. ne vltra puniatur popul⁹. ¶36 vl, tribulæ. Vox Hebræa ſignificat inſtrumēta quib⁹ teritur triticū. & terræ glebæ [illegible] minuūtur. ¶37 ſub. alia. ¶38 vl, dat ¶39 Araſna, ſiue Arauna, erat rex Iebuſæorū antequā Ieruſalē caperetur, verū erat tributari⁹. ¶40. i. tibi qui nūc es rex. ¶41 vl, addiditq; Araſna, dicēdo ¶42 Heb. cōplaceat tibi. i. te gratū habeat, & tua ſacrificia ſint illi accepta. ¶43 offerā ¶44. i. ex reb⁹ alienis. ¶45 areā ¶46 Singulare ꝓ plurali, boues. ¶47 Heb. argēto[id eſt] quinquaginta ſiclis. ſub. argēteis. Aiūt ſingulas trib⁹ dediſſe quinquagita ſiclos. Alij aiūt emiſſe ſolū eā partē cū bobus, in qua altare ædificaret: deinde reliquā partē eius areæ. quoniā in Paralip. legitur ſexcentis ſiclis. ¶48 pacificas hoſtias, ¶49 reconciliatūſque eſt ¶50 vl, plaga. hoc eſt, peſtis quæ graſſabatur in Iſraelem.

# Liber Regum tertius: ſecundum Hebræos, primus Malachim.

Hi duo libri appellantur libri Regum, quòd vt priores continent res geſtas duorum regum tantum, ſic hi multorum regum geſta complectuntur.

## V.

### CAP. I.

Seni Dauidi frigido dat Abiſag puella, quæ eũ iacentem calefaciat.

¶ tuo,

ET REX Dauid ſenuerat, habebátq; ætatis plurimos dies: cúmque operiretur veſtib[9], non caleſiebat. Dixerunt ergo ei ſerui ſui, Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiátque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrum regem. Quæſierunt igitur adoleſcẽtulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerũt Abiſag Sunamitidẽ, & adduxerũt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum rege, & miniſtrabat ei, rex verò non cognouit eam. ¶ Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. fecítq; ſibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerẽt ante eũ. Nec corripuit eũ pater ſuus aliquãdo, dicẽs, Quare hoc feciſti? erat autẽ & ipſe pulcher valde, ſecundus natu poſt Abſalom. Et ſermo eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar

Adonias inſcio patre, ſine Dei verbo occupat regnũ, immolatis victimis.

¶ ei

¶ Rei

B ſacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Sadoc verò ſacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathã propheta, & Semei, & Cerethi & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid nõ erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuerſis pinguibus iuxta Lapidem-zoheleth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios regis, & omnes viros Iuda ſeruos regis. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quoſque, & Salomonem fratrem ſuũ nõ vocauit. ¶ Dixit itaque Nathan ad Bethſabee matrem Salomonis, Num audiſti quòd regnauerit Adonias fili[9] Haggith, & dominus noſter Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalua animam tuam, filíjque tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nónne tu domine mi rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam poſt te,

Conſilio Nathan, Bethſabee indicat Dauidi Adoniam regnare.

C & complebo ſermones tuos. Ingreſſa eſt itaque Beth-ſabee ad regem in cubiculo: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat ei. Inclinauit ſe Beth-ſabee, & adorauit regẽ. ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? Quæ reſpon-

## N.

### CAP. I.

QVVM Dauid iã ſenex eſſet[1] prouectúſque ætatis, texerunt eum veſtimẽtis,[2] at non potuit caleſieri. Dixerũt igitur ei ſerui ſui,[3] Quærant domino meo regi puellã[4] virginẽ, quę[5] aſtet regi, & eum[6] foueat, dormiátque in gremio tuo, vt caleſiat dominus meus rex. Quærentes itaque puellam pulchram in omnibus terminis Iſrael, inuenerunt Abiſag[a] Sunamitidẽ, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem hæc puella admodũ venuſta, fuítque[7] fotrix regis, & miniſtrauit ei.[8] & rex non cognouit eam. ¶ Porrò Adonias filius Hagith ſeſe efferens[9] dixit, Ego regnabo. fecítque ſibi currus & equites, & quinquagita viros[10] celeres ante ſe. Pater verò ipſius[11] noluit eum mœrore afficere toto æuo ſuo, vt diceret, Cur ſic feciſterat[12] etiam valde pulchro aſpectu,[13] genuerátque eũ[14] poſt Abſolom.[15] Communicabat autẽ res ſuas cum Ioab filio Zeruia & cũ Abiathar ſacerdote, qui[16] opẽ ſuam tulerũt ipſi Adoniæ.[17] Zadoc autem ſacerdos, & Benaias filius Iehoiada, Nathan propheta, Simei atq; Rei, & proceres quos habuit Dauid non ſteterunt ab Adonia. Mactans autem Adonias oues & boues, & pinguia pecora iuxta lapidem Soheleth, qui ſit[9] erat pone fontem Rogel, inuitauit omnes fratres ſuos, filios ſcilicet regis, atq; cunctos viros Iehuda ſeruos regis. Nathã verò prophetam, & Benaiam & alios[18] proceres, & Solomonẽ fratrẽ ſuũ nõ inuitauit. ¶ Dixit igitur Nathan ad Bath-ſabam matrem Solomonis in hãc ſententiã, Annõ audiuiſti q[19] regnat Adonias filius Hagith, ignorante id domino noſtro Dauide? Adſis ergo, & dabo tibi cõſilium,[20] vt ſerues animã tuã, & animã filij tui Solomonis. Vade & ingredere ad regem Dauidẽ, & dic ad eum, Domine mi rex, annon iuraſti famulæ tuæ hiſce verbis, Solomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſoliũ meum? cur ergo regnat Adonias? Ecce te adhuc loquente ibi ad regem, ingrediar ego poſt te, &[21] colophonem addã verbis tuis. Ingreſſa eſt itaq; Bath-ſaba ad regẽ in cõclaue,[22] erátq; rex valde ſenex, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat regi. Bath-ſaba[23] inclinato vertice procũbit regi: dixítq; rex, Quid tibi ſpetis? Re

¶ 1 Heb. veniſſétque in dies. .i. confectus eſſet ſenio. Tum erat ſexagenarius Dauid, qui tam cito ſenuerat, propter labores quos tulerat perſequẽte Saule, & alia bella. Anno CCCCLXXVII, ab exitu de Ægypto, hæc geſta ſunt.

¶ 2 Heb. & non calor illi. q.d. & tamen non caleſiebat: nam calor natiuus in eo penè erat extinctus.

¶ 3 q.d. Liceat nobis per te quæramus. vl, Iube quæram[9]

¶ 4 Hoc dicit quòd virgines plus caloris habeant quàm quæ pepererunt.

¶ 5 Chaldæus paraph. ſeruiat vel miniſtret regi,

¶ 6 .i. calefaciat. Verti poteſt, vtilitatem afferat illi. calefaciendo illum ſcilicet. Chaldæus paraph. ſit ei propinqua. i. admoueat ſe, ſiue corpus ſuum corpori regis vt eum calefaciat. Quidam Hebræorum interpretantur, vt cuſtodiat theſauros eius. ¶ a .i. è Sunem vrbe tribus Iſſachar. ¶ 7 Heb. fouens regem. pro, fouebat regem, & miniſtrabat ei. ¶ 8 vl, verùm rex non cognoſcebat eã. Aiunt Dauidem tunc habuiſſe decem & octo vxores, vltra quem numerũ nõ licebat habere. Verùm & hoc pertinet ad laudem Dauidis. ¶ 9 q.d. affectauit regnum, decumbente patre. ¶ 10 currentes &c. i. ſatellites, qui præcedẽtes eũ, geſtarẽt arma, vt qui ſunt à corpore regio. ¶ 11 Hebr. nõ cõtriſtauit eum à diebus ſuis. Gallicè, de ſa vie. i. aliquando. q.d. non increpauit eum pater ſuus quandiu vixit. Taxat nimiam indulgentiam Dauidis. ¶ 12 vt ſcilicet Abſalom. ¶ 13 ſub. Haggith. ¶ 14 iam nato ſcilicet Abſalome, qui erat mortuus. Ad hunc ergo videbatur pertinere regnum: ſed Deus dat quibus vult. ¶ 15 Heb. Fuerúntque verba eius cum &c. ¶ 16 Heb. adiuuerunt poſt Adoniam. i. fauebant Adoniæ ſequendo partes eius. ¶ 17 Ad iſtum tranſtulerat ſummum pontificatum Dauid, reiecto Abiathar. ¶ 18 Heb. fortes. i. robur militiæ Dauidis. ¶ 19 Heb. regnauit. i. regnum occupauit. ¶ 20. i. quo poteris ſaluti tuæ & filii conſulere. ¶ 21 complebo verba tua. i. proſequar iam cœptum ſermonem de inuaſo regno ab Adonia. ¶ 22 q.d. debilis erat admodum, præ ſenio. ¶ 23 inclinauit ſe [demittendo ſcilicet caput,] & incuruauit ſe regi. totum nempe corpus incuruando. i. ſtatim atque ingreſſa eſt cubiculum regium, verticem inclinauit honoris cauſa: & quum parum progreſſa eſſet, etiam totum corpus incuruauit. q.d. ſummo honore affecit Dauidẽ, ſumma cũ abiectione ſui. Prima vox Hebræa CADAD, ſignificat verticem demittere. Orientales non poſſunt tam facile aperire caput, quàm nos aperimus, quòd aliter ornent & tegant illud quàm nos. Secunda vox, HISTAHAVA, à SAHA. eſt totum corpus incuruare. Alia eſt vox BARACH, quæ ſignificat genu flectere noſtro more. Pſalmus 94, continet hæc tria genera exhibendi honorem.

¶24 Heb. Tu autem, domine mi rex, [noſti] quòd oculi totius Iſraelis ſuper te [ſunt.] vł, Nũc autem oculi &c. in hac ſcilicet ætate vicina morti. q. d. Vniuerſus Iſrael conijcit oculos in te vt ſciat quis ſit poſt te regnaturus. ¶25 Heb. ſimus. i. quaſi peccatores peribimus, & interſiciet nos Adonias, ſi ante mortẽ non deſignaris regem. Hebræi exponunt, erimus falſi & fruſtrati, hoc eſt fruſtrabimur ſpe noſtra, quaſi aberrantes à ſcopo. filius nõ regnabit vt ſperabamus. Alij exponunt, Tũc dicent filium meum nõ fuiſſe dignum regno propter culpã noſtrã, ꝙ tibi nupſerim viro viuente. ¶26 ingreſſus eſt. ſub. atriũ. ¶27. i. recumbunt cum eo. ¶28. i. Iuro per Deum viuentem. ¶29 vł, eruit ¶30 vł, Demiſit ergo caput Beth-ſeba prona in terrã, ¶31 Heb. incuruaſſet totum corpus regi, ¶32. i. meos. ¶33 Nulli licebat vehi mula regia niſi rex eſſet: neque viliſceptrum cõtingere licebat niſi regi.

ſpondit ei, Domine mi, tu iuraſti per Dominum Deum tuum famulæ tuæ, Solomon filius tuus regnabit poſt me, ipſéq; ſedebit ſuper ſoliũ meũ: & en Adonias occupat nunc regnum, & nunc domine mi rex [hæc] ignoras. Nam mactauit boues, ſaginatum pecus, & oues multas, inuitauitq; omnes filios regis, Abiathar ſacerdotem, & Ioab imperatorem exercitus, Solomonem autem ſeruũ tuum non inuitauit. [24]Ad te autem domine mi rex oculi omnium Iſraelitarũ intenti ſunt,' vt indices eis quis ſedere debeat ſuper ſolium domini mei regis poſt ipſum. Alioqui futurũ eſt, quũ dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, vt & ego & filius meus Solomon peccatores [25]reputemur.' Quúmq; adhuc loqueretur illa cũ rege, en Nathan propheta[26]venit.' Et nuntiauerunt regi, dicentes, En propheta Nathan adeſt. & quum ad regem ingrederetur, procubuit ante regem pronus facie ſua verſus terram. Atque Nathan, Domine mi rex, túne dixiſti, Adonias regnabit poſt me, ipſéq; ſedebit ſuper ſoliũ meũ? Deſcendit enim hodie & mactauit boues, & saginatum pecus, & oues multas, inuitauitq; omnes filios regis, & duces exercitus, ſed & Abiathar ſacerdotem, & ecce[27]epulantur & bibunt corã eo,' dixerúntque, Viuat rex Adonias. Me verò ſeruũ tuum, & Zadoc ſacerdotem, Benaiam filiũ Iehoiada, & Solomonẽ ſeruum tuũ non inuitauit: nũ à domino meo rege negotiũ hoc mãdatum eſt, nec indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus ſit ſuper ſolium domini mei regis poſt eum? Et reſpõdens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bath-ſebam. quæ ingreſſa in conſpectum regis, ſtetit ante regem. Et iurauit rex, dicens, [28]Viuit Dominus,' qui[29]redemit' animã meam ab omni afflictione, Quòd ſicut iuraui tibi per Dominum Deũ Iſraelis, dicẽdo, Fili⁹ tuus Solomon regnabit poſt me, ipſéq; ſedebit ſuper ſoliũ meum loco mei, ꝙ inquã ſic faciã hodierno die. [30]Inclinauit ergo ſe Bath-ſeba facie verſus terrã,' &quũ[31]genu flexiſſet regi,' dixit, Viuat Domin⁹ me⁹ rex Dauid in ſeculũ. Et ait rex Dauid, Vocate mihi ipſum Zadoc ſacerdotẽ, Nathã prophetã, & Benaiã filiũ Iehoiada. Et quum veniſſent ad regẽ, dixit rex eis, Sumite vobiſcum ſeruos[32]domini veſtri,' & vehite Solomonem filium meum [33]mula mea,' & deducite eum[34]ad Gihon.' Illicque vngat eum Zadoc ſacerdos & Nathan propheta regem ſuper Iſraelem, clangetiſque cornu, dicentes, Viuat rex Solomon. Vos autem aſcẽdetis[35]poſt eum,' vt veniat & ſedeat in ſolio meo. [36]nam ipſe regnabit' pro me: [37]nã de illo mando' vt ſit princeps ſuper Iſraelem, & ſuper Iehudã. Reſpondit ergo Benaias filius Iehoiada ipſi regi, & dixit, [38]Amen. [39]ſic dixit' Dominus Deus domini mei regis. Quemadmodum Dominus fuit cũ domino meo rege, ſic ſit cũ Solomone, [40]auguſtiúſq; faciat' ſoliũ eius, ꝙ fuerit ſoliũ domini mei regis Dauidis. ¶ Deſcẽdit itaq; Zadoc ſacerdos, Nathã propheta, Benaias fili⁹ Iehoiada, Crethi atq; Plethi, & vexerunt Solomonẽ ſuper mula regis Dauidis, duxerúntq; eũ[41]ad Gihõ.' Et tollẽs Zadoc ſacerdos cornu[42]olei' ex tẽtorio, vnxit Solomonem: clãxerúntq; cornu, omniſq; popul⁹ clamauit, Viuat rex Solomon.

dẽs ait, Domine mi* rex, tu iuraſti per Dominũ Deũ tuũ ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorãte. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque ſacerdotem, & Ioab principem militiæ, Salomonẽ autem ſeruum tuũ non vocauit. verũtamen domine mi rex, in te oculi reſpiciũt totius Iſrael, vt indices eis quis ſedere debeat in ſolio tuo domine mi rex poſt te. Eritque, cũ dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ego & filius meus* peccatores. Adhuc illa loquẽte cum rege, Nathan propheta venit. Et nũtiauerunt regi, dicentes, Adeſt Nathan propheta. cúmque introiſſet in cõſpectum regis, & adoraſſet eum pronus in terram, dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixiſti, Adonias regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronum meũ? Quia deſcendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuerſos filios regis, & principes*, Abiathar quoque ſacerdotem: illiſq; veſcentibus & bibentibus coram eo, & dicẽtibus, Viuat rex Adonias. Me ſeruum tuum & Sadoc ſacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuum nõ vocauit. nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper thronum domini mei regis poſt eũ? Et reſpondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Beth-ſabee. quæ cũ fuiſſet ingreſſa corã rege, & ſteriſſet ante eum, iurauit rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animam meã de omni anguſtia, Quia ſicut iuraui tibi per Dominũ Deum Iſrael, dicens, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum pro me: ſic faciã hodie. Summiſſóque Beth-ſabee in terram vultu, adorauit regẽ, dicẽs, Viuat dominus meus Dauid in æternũ. Dixit quoq; rex Dauid, Vocate mihi Sadoc ſacerdotẽ, & Nathan prophetam, & Banaiã filium Ioiadæ. Qui cum ingreſſi fuiſſent coram rege, dixit ad eos, Tollite vobiſcum ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonem filiũ meum ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon. Et vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathã propheta in regẽ ſuper Iſrael: & canetis buccina, atq; dicetis, Viuat rex Salomon. Et aſcẽdetis poſt eum, & °venietis' in Ieruſalem,' & ſedebit ſuper ſoliũ meũ, & ipſe regnabit pro me: illique præcipiã vt ſit dux ſuper Iſrael & ſuper Iudam. Et reſpondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens, Amen: ſic loquatur Domin⁹ Deus domini mei regis. Quomodo fuit Dominus cũ domino meo rege, ſic ſit cũ Salomone, & ſublimius faciat ſoliũ eius à ſolio domini mei regis Dauid. ¶ Deſcẽdit ergo Sadoc ſacerdos & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & impoſuerũt Salomonẽ ſuper mulã regis Dauid, & adduxerũt eũ in Gihõ. Sumpſitque Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerũt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon.

¶*Salomon

D

¶*exercitus

Dauid præcipit Salomonem vngi in regem ſuper Iudam & Iſraelem.

¶°veniet

Salomon vngitur i regẽ.

¶34 Chaldæus paraph. ad Siloe. Alij, ad fontem Siloe, qui fons erat in parte Occidentali vrbis Dauid, cuius aqua erat perennis. ab extrahendo ſic dictus. quòd eius aquis rigarentur horti. Iuſſit Dauid Salomonem vngi in regem, iuxta fontem Gihon, cuius aqua (vt dictum eſt) erat perennis, vt votum ſuum vel hac ratione aperiret: optabat enim vt regnũ Salomonis eſſet perpetuum & perenne. quaſi Dauid dicat, O Domine fac vt regnum filij mei Salomonis ſit perenne. In Euangelio ſit mentio Siloe, quia eſt Chaldaica dictio, non Gihon: quorum nominum eadem eſt ſignificatio. ¶35 ſequentes eum ſcilicet. ¶36 & ipſe idem regnabit ¶37 nam ſ[iam] illi præcepi ¶38. i. Veritas ſit. ſiue, Ita ſit. ¶39 ita dicat. i. iubeat euenire ita vt præcipis. q. d. vtinam quod dicis & iubes, dicat & iubeat iuxta Domini ſententiam & decretum. vt Salomon vnctus in regem, poſſit in regno permanere. ¶40 Heb. reddátque maius ¶41. i. in Siloe. ¶42 ſub. vnctionis.

Fugit Adonias, audiens Salomonem vnctũ in regem.

F Et aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, & populus canentium tibijs, & lætãtium gaudio magno, & inſonuit terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerãt ab eo, iamque conuiuium finitum erat: ſed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. Reſponditque Ionathan Adoniæ, Nequaquam: dominus enim noſter rex Dauid regẽ conſtituit Salomonem. Miſitq; cum eo Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam regis. Vnxerũntque eum Sadoc ſacerdos, & Nathã propheta regem in Gihon: & aſcẽderunt inde lætantes, & inſonuit ciuitas. hæc eſt vox quam audiſtis. Sed & Salomon, ſedet ſuper ſolium regni. Et ingreſſi ſerui regis benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuũ, & magnificet thronũ eius ſuper thronũ tuũ. & adorauit rex in lectulo ſuo. Inſuper & hæc locutus eſt, Benedict[us] Domin[us] Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentẽ in ſolio meo, vidẽtibus oculis meis. Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam. Adonias autem timẽs Salomonem, ſurrexit, & abijt in tabernaculum Domini, tenuitq; cornu altaris. Et nũtiauerũt Salomoni, dicẽtes, Ecce Adonias timẽs regẽ Salomonem tenuit cornu altaris, dicẽs, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd nõ interficiat ſeruum ſuũ gladio. Dixitque Salomon, Si fuerit vir bonus, nõ cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: ſin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Miſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomon, Vade in domum tuam.

¶ tenet

CAP. II.

Mandata dat Dauid filio Salomoni.

APpropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio ſuo, dicens, Ecce ego ingredior viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir fortis. Et obſerua cuſtodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & cuſtodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunque te verteris: Vt confirmet Domin[us] ſermones ſuos, quos locutus eſt de me, dicens, Si cuſtodierint filij tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael. ¶ Tu quoq; noſti quæ fecerit mihi Ioab fili[us] Saruiæ, quæ fecerit duobus principib[us] exercitus Iſrael, Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether: quos occidit, & effudit ſanguinem belli in pace,

Deut. 17. d.

¶ viam ſuã,

Ioab occidi præcipit.
2. Reg. 3. e.
2. Reg. 20. c.

Aſcẽditque poſt ipſum omnis populus, & populi canebãt tibijs, lætabãtũrque gaudio magno, [43]ita vt terra præ clamore illorũ dehiſceret. Et audiuit Adonias, omnẽſque inuitati qui erant cũ eo, qui iã edendi finẽ fecerãt: audiuit & Ioab ſonitũ cornu, & ait, [44]Cur vrbs ſic ſtrepitu tumultuatur? Adhuc eo loquẽte, en Ionathã fili[us] Abiathar ſacerdotis venit, ad quẽ dixit Adonias, Ingredere, quoniã vir es [45]frugi, & [46]nimirũ fauſta nuntias. Reſpõdẽs Ionathã dixit Adoniæ, [47]Profectò dominus noſter rex Dauid conſtituit regẽ Solomonẽ. Miſitque cũ eo rex Zadoc ſacerdotẽ, & Nathan prophetã, atque Benaiã filiũ Iehoiada, ſed & Cerethi & Pelethi, & vexerunt eũ mula regia. Vnxerũt denique eũ [48]in Gihon Zadoc ſacerdos & Nathan propheta, vt ſit rex: & aſcẽderũt inde lætantes, & [49]cõmota eſt ciuitas: & hic ſtrepitus eſt quẽ audiſtis. Sedit inſuper Solomon ſuper ſoliũ regni. Quin & ſerui regis venerũt, vt [50]gratularẽtur domino noſtro regi Dauidi, dicẽtes, [51]Decoret Deus tuus nomẽ Solomonis ſupra nomẽ tuũ, & [52]auguſtius reddat ſoliũ eius, quã fuerit ſoliũ tuũ. & [53]procubuit rex ad lectũ. [54]Sicq; loquutus eſt rex. Laudãdus Dominus Deus Iſraelis, qui dedit hodie [aliquẽ] qui ſedeat in ſolio meo vidẽtibus oculis meis. Illi verò territi ſunt, & ſurrexerũt omnes inuitati qui cum Adonia erãt, [55]abierũtq; quiſq; ſua via. Porrò Adonias metuẽs faciẽ Solomonis, ſurrexit & abijt, [56]tenuitque cornua [57]aræ. Nũtiatũmque eſt Solomoni hiſce verbis, En Adonias metuit regẽ Solomonẽ: nã tenet cornua aræ, dicẽs, Iuret mihi hac ipſa die rex Solomon, quòd nõ trucidet ſeruũ ſuũ gladio. Et dixit Solomon, Si fuerit [58]homo frugi, nihil cadet de capillitio eius in terrã: ſi verò malũ fuerit in eo deprehẽſum, morietur. Miſit itaque rex Solomon, & abduxerunt eum ab ara: & veniens [59]gratias egit regi Solomoni. Dixitque ad eum Solomon, Vade in domum tuam.

CAP. II.

APpropinquauerunt autẽ dies Dauidis vt moreretur, [1]præcepitque Solomoni filio ſuo, dicẽs, Ego vado [2]viam vniuerſæ terræ, fortis eſto, & ſis vir. [3]Obſerua obſeruationẽ Domini Dei tui, [4]vt ambules in vijs eius, [5]& cuſtodias ſtatuta atque [6]præcepta ei[us], iudicia eius, atque [7]teſtimonia ei[us], quẽadmodum ſcriptũ eſt in Lege Moſis, vt [8]prudenter agas quæcũque acturus es, & [9]ad quæcunque te illic verteris, [Et] vt Dominus [10]ratum habeat verbũ ſuũ quod loquut[us] eſt ad me hiſce verbis. Si cuſtodierint [11]filij tui [12]viã ſuã, vt corã me ambulẽt [13]bona fide, toto ſcilicet pectore & toto animo, [14]hoc affirmo, quòd tibi non excindetur [15]vir de ſolio Iſraelis. ¶ Iã tu noſti quid Ioab filius Zeruia mihi fecerit, quæ ſcilicet fecerit duobus imperatoribus exercituum Iſrael, nempe ipſi Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether, [16]quos occidit, [17]ſanguinem bellicum fundens in pace,

¶ 43. i. terra videbatur ſcindi clamore excitato.
¶ 44 Heb. Quare ſonitus iſte ſtrepitus vrbis tumultuantis?
¶ 45 Heb. virtutis. i. ſtrenuus & probus.
¶ 46 bonũ annuntiabis.
¶ 47 Ita Chaldæus paraphr. Alij, [Non nuncio proſpera.] at verò dominus &c.
¶ 48. i. in fonte Siloe.
¶ 49 vl, ſtrepitu repleta eſt
¶ 50 Heb. benedicerent. i. bene precarentur.
¶ 51 Hebr. Bonum reddat. i. Illuſtriorem reddat famam, Clarius reddat nomẽ Salomonis &c.
¶ 52 maius
¶ 53 adorauit [ſub. Deum] rex in lecto. Agendo ei gratias, tanquã rẽ gratiſſimã audiret
¶ 54 Sic etiam
¶ 55. i. quiſq; recepit ſe in domum ſuam.
¶ 56 vl, arripuit
¶ 57 quod ſcilicet Dauid extruxerat in vrbe ſua. nã altare quod curauerat Moſes extruẽdum in deſerto, adhuc erat in Gabaon. 1. Paralip. 21. d.
¶ 58 Hebr. filius virtutis. i. amãs virtutis, hoc eſt prob[us]. Chaldæ[us] paraph. Si fuerit homo timẽs peccare. Vel, Si ſit forti animo ad ſuperãdas animi perturbationes: ſi poſſit imperare animo ſuo, & mihi parẽre.
¶ 59 Heb. Incuruauit ſe &c. i. ſummo honore affecit eum, totum corpus curuando ei.

II. ¶ 1. i. mãdata aliqua dedit. ¶ 2 hoc eſt, viã habitãtiũ in terra. q. d. Moriturus ſũ vt cæteri homines. ¶ 3 vl, Cuſtodi cuſtodiã. i. præcepta quæ iuſſit cuſtodiri & obſeruari De[us]. ¶ 4. i. vt illũ imiteris, & ſis illi ſimilim[us], quãtũ poteſt homo Deo aſſimilari. ¶ 5 vl, cuſtodiẽdo ¶ 6. i. leges. ¶ 7 Teſtimonia ſunt ea quæ reuocãt nobis in memoriã Dei beneficia, vt ſũt ſabbatha, &c. ¶ 8 fœlix ſis ac beat[us], in oibus quæ &c. Ita Chald. paraph. ¶ 9 in oib[us] [locis] ad quæ te verteris illuc. i. ad quæ te cõtuleris. Vacat [illuc] more Hebraico. ¶ 10 vl, adimpleat. cõfirmet promiſſionẽ quã fecit mihi. ¶ 11. i. nepotes. ¶ 12. i. Si perpetuò retinuerint viã bonã. ¶ 13 He. in veritate. i. ſine hypocriſi. ¶ 14 Heb. hiſce inquã verbis, Nõ auferet &c. ¶ 15 ex nepotib[us] ſcilicet. q. d. Sẽper erit aliquis de nepotib[us] tuis qui ſedeat in ſolio regio. ¶ 16 He. & interfecit eos. pro, id eſt quòd interfecerit eos. ¶ 17. i. quos interfecit in pace, hoc eſt incautos, & dũ nihil tale ſuſpicarentur & poſuit ſanguinem eorum. [ſanguinem] belli. i. cædem eorum non minus ſibi licitam reputauit, quàm ſi interfeciſſet eos in prælio. Vel, interfecit eos in pace, tanquam in bello fuiſſet. Alij, & effudit ſanguinem prælij in pace. Aut vt exponit doctus inter Hebræos, effudit ſanguinem belli, hoc eſt reputauit cædem factam in conflictu, nempe cædem fratris ſui Aſael quẽ Abner interfecerat: tãquã factam in pace. i. quaſi interfectus fuiſſet tẽpore pacis. q. d. vltus eſt nomẽ fratris ſui qui interfect[us] fuerat in cõflictu, nõ minore ſtudio quàm ſi interfectus fuiſſet tẽpore pacis.

¶18.i.enſe quo faceret cædem, deinduſtria ſe accinxit. ¶19 ſub. poſuit ſanguinem.i. occidit eos in ipſo loco, ita vt mortui corruerint ad pedes eius. ¶20 in ſepulchrū.i.non ſines eū ſenio cōfectum mori morte naturali ¶21 Heb.fac miſericordiam, .i.magnis beneficijs cumules. ¶22 ex cōuiuis ¶23 Heb. ſic enim. nempe cum muneribus magnis. ¶24.i.Beniamitæ. ¶25 at ipſe idem deſcēdit ¶26 Hebr. Et nūc ne abſoluas eū.i.quum nūc ſis rex, ne ſinas eū impunitū. ¶27 q.d. quū ſis ſapiēs, cauſam iuenies qua poſſis eum plectere. ¶28.i.per cædē. q.d.illū licet ſenē cura interficiendum. ¶29 p. Cui ſucceſſit Salomō, ¶30 vl, ſtabilitum eſt. quòd ſcilicet vnctus fuerit in regē patre viuente, & à ſummo pōtifice, fortiſſimiſque exercitus Iſrael. Vel dicitur per anticipationem, mortuis nempe inimicis eiꝰ, vt eſt i fine huius capitis.

[18]ponēſque ſanguinem bellicum in baltheo ſuo qui erat ſuper lumbos ſuos,' atque [19]in calceamento ſuo' quod erat in pedibus ſuis. Tu facies pro ſapiētia tua, ne deducas canos eius [20]in foueā in pace. ¶Porrò filiis Barzillai Gileaditæ [21]benefacias,' vt ſint [22]conuiuæ' menſæ tuæ: [23]illi enim' ad me venerunt quum fugerem præ metu Abſolom fratris tui. ¶Deinde tecum eſt Simei filiꝰ Gera [24]filij Iemini' de Bahurim, qui maledixit mihi acerbiſſima maledictione, eo die quo proficiſcebar Mahanaim: [25]deſcendit tamen' obuiam mihi ad Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicēs, Nō interficiam te gladio. [26]Verū ne illi ſinas hoc inpune abire. [27]quandoquidem vir ſapiens es tu, nō ignarus qualiter illi facere debeas,' vt deducas canos eius in ſepulchrū [28]in ſanguine. ¶Dormiuit itaque Dauid cū patribus ſuis, ſepultúſque eſt in ciuitate Dauidis. Porrò dies quibus regnauit Dauid ſuper Iſraelē, fuerunt quadraginta anni: ſeptē annis regnauit in Hebron, in Ieruſalē autē regnauit trigintatribus annis. [29]Sedit igitur Solomon in ſolio Dauidis patris ſui,' & [30]firmatum eſt' regnū eius vehemēter. ¶Venit autē Adonias filius Hagith ad Bath-ſabā matrē Solomonis, dixitq; illa, [31]Veniſne pacatꝰ? qui reſpōdit, [32]Pacatꝰ. Simúlque dixit, [33]Eſt mihi aliquid quod loquar tecū.' ipſa ait, Loquere. Et dixit, Tu noſti quòd regnū mihi debebatur, [34]húcque reſpexiſſe cūctos Iſraelitas, vt ego regno inaugurarer,' at regnū trāſlatū eſt, obuenitque fratri meo: nā à Domino [35]ordinatū eſt ei. [36]Peto ergo' à te petitionē [37]quādā, [38]ne mihi eā neges.' quæ ait ad eū, Loquere. Et dixit, Loquere quæſo cū Solomone rege ([39]qui tibi nihil negat)' vt det mihi Abiſag Sunamitidē vxorē. & ait Bath-ſaba, Bene, loquar pro te cum rege. Venit ergo Bath-ſaba ad regē Solomonē, vt loqueretur ei pro Adonia. rex ſurgit vt ei obuiā iret, & [40]honoris gratia ſe ei inclinat.' ruſúſque conſedit in ſolio ſuo, & [41]poſitū eſt ſoliū pro matre regis,' cōſeditq; ad dexterā ei. Quę ait, Petitionē quandā paruulā ego peto à te, [42]quā ne neges mihi obſecro.' dixitq; rex ei, Poſtula mater mea, neque enim [43]negare poſſum.' Quæ dixit, Detur Abiſag Sunamitis vxor fratri tuo Adoniæ. Et reſpōdit rex Solomon, dixitque ad matrē ſuā, Cur poſtulas Abiſag Sunamitidē Adoniæ? [44]poſtula ei & regnū:' nā ipſe eſt frater meus natu maior me. [45]& habet à ſe Abiathar ſacerdotē, atq; Ioab filiū Zeruia.' Iurauitque rex Solomō per Dominū, dicēs, [46]Sic faciat mihi Deꝰ, & ſic addat,' quoniam [47]contra animam ſuam' loquutus eſt Adonias verbū iſtud. Nunc igitur viuit Dominus, qui [48]ordinauit me,' atque collocauit me ſuper ſolium Dauidis patris mei, & qui [49]fecit mihi domum,' quemadmodum pollicitus fuerat, interficietur hodie Adonias. Miſit igitur rex Solomon

& poſuit cruorem prælij in baltheo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento ſuo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. ¶Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in menſa tua: occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Abſalō fratris tui. ¶Habes quoq; apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cum tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, Non te interficiam gladio: Tu noli pati eum eſſe innoxium: vir autem ſapiens es, vt ſcias quæ facies ei, deduceſque canos eius cum ſanguine ad inferos. ¶Dormiuit igitur Dauid cū patribꝰ ſuis, & ſepultꝰ eſt in Ciuitate-Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt: in Hebron regnauit ſeptem annis: in Ieruſalem*, triginta tribus. Salomon autē ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatum eſt regnū eius nimis. ¶Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Beth-ſabee matrem Salomonis, quæ dixit ei, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? qui reſpōdit, Pacificus. Addiditque, Sermo mihi eſt ad te. cui ait, Loquere. Et ille, Tu, inquit, noſti quia meum erat regnū, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem: ſed tranſlatum eſt regnū, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutum eſt ei. Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciē meā. quæ dixit ad eum, Loquere. Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neq; enim negare tibi quicquam poteſt) vt det mihi Abiſag Sunamitidem vxorem. & ait Bethſabee, Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Beth-ſabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum eius, adorauitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſitúſque eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eiꝰ. Dixitque ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. & dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas eſt vt auertam faciē tuam. Quæ ait, Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Reſponditque rex Salomon, & dixit matri ſuæ, Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum: ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filium Saruię. Iurauit itaque rex Salomon per Dominum, dicēs, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam ſuā locutus eſt Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias. Miſitque rex Salomon per manum Ba-

B Berzellai filijs reddi gratiā præcipit. 2.Reg.19.f. Semei occidi præcipit. 2.Reg.16.b. 2.Reg.19.d. ¶* & ſcies Morſ Dauid act.2.c.11.e. 1.Paral.29.f. ¶* verò 2.Reg.5.a. C Adonias petit Abiſag in vxorem. D Occiditur Adonias.

¶31 Heb. Pacificúſne eſt aduentus tuus?.i. Veniſne pacis ergô? ¶32 Pacificus. ¶33 Heb. Verbum eſt mihi ad te. ¶34 Heb. & in me poſuerant vniuerſus Iſrael faciem ſuam.i.coniecerant in me oculos, ſperantes me fore regem. ¶35 erat Ioſius.i.ita volente ac iubente Domino fuit fratris mei. Verti poteſt, à Domino enim factum eſt ſi- ſtud] illi.i.tradidit illi regnum. ¶36 Nunc autem petiturus ſum ¶37 vnam, ¶38 Heb. ne reuerti facias faciē meā. .i. ne reijcias me more denegantium. ¶39 Heb. non enim reuerti faciet faciem tuam.i.nō patieris ab eo repulſam. Facere reuerti faciem alicuius, eſt eum reijcere & repellere, quaſi remittere illum vacuum, & denegare quod petit: cui contrarium eſt Suſcipere faciem eius. ¶40 inclinauit ſe ei.toto ſcilicet corpore. ¶41 Hebr. poſuit ſedem matri regis.i.ſuæ. ¶42 Heb. ne reuerti facias faciem meam. q.d. vide ne patiar abs te repulſam. ¶43 Hebr. reuerti faciam faciem tuam.i.concedam tibi quicquid poſtulaueris. ¶44 vl, quin potius pete pro illo regiam dignitatem. q.d. hac ratione vult ſibi vendicare regnum. ¶45 Heb. & illi eſt [conſilium] & Abiathar ſacerdoti, & Ioab filio Saruiæ.i. communicat conſilia ſua cum Abiathar & cum Ioab: quorum conſilio omnia facit. Vel potius verte, ſpete] illi [inquam ſregnum] & Abiathar ſacerdoti, & Ioab filio Saruiæ. quorum ſcilicet conſilio nititur inuadere regnum. q.d. Si daretur illi Abiſag, omnes intelligerent ad eum debere pertinere regnum. Hebræi etiam aiunt nemini licere tangere mulierem quæ cum rege cubuiſſet, niſi rex eſſet. ¶46.i. Hæc patiar, & multo grauiora, grauiſſimas quaſque pœnas luā: ſumat de me Deus alias atque alias pœnas, hoc eſt grauiſſimas. Genus dicēdi Hebraicū. ¶47.i. in perniciem ſuam ¶48 ſtabiliuit [vl, cōfirmauit] me. ſub. in regno meo. ¶49.i. dedit mihi familiam claram & inſignem.

naiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus
Abiathar priuatur ſacerdotio. eſt. ¶Abiathar quoque ſacerdoti dixit rex, Vade
in Anathoth ad agrum tuum, & quidẽ vir mor-
E tis es: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti
arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, &
ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus labo-
rauit pater me⁹. Eiecit ergo Salomon Abiathar,
1. Reg. 2. f. vt non eſſet ſacerdos Domini, ‖vt impleretur ſer
mo Domini quem locutus eſt ſuper domum He-
¶ᵃ Ioab li in Silo. ¶Venit autẽ nũtius ad ᵃSalomonẽ quòd
Interficitur Ioab. Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Salomo-
nem non declinaſſet: fugit ergo Ioab in taberna
culum Domini, & apprehendit cornu altaris. Nũ
tiatúmque eſt regi Salomoni quòd fugiſſet Ioab
in tabernaculum Domini, & eſſet iuxta altare:
miſitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ, di-
cens, Vade, interfice eum. Et venit Banaias ad ta-
bernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit rex, E-
gredere. qui ait, Non egrediar, ſed hic moriar. Re
nuntiauit Banaias regi ſermonem, dicens, Hæc
¶ᵃ reſpondit locutus eſt Ioab, & hæc ᵃlocutus mihi. Dixitque ei
rex, Fac ſicut locutus eſt: & interfice eum, & ſepe-
li, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effu-
ſus eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei. Et red
det Dominus ſanguinem eius ſuper caput eius,
F quia interfecit duos viros iuſtos, melioréſque ſe:
& occidit eos gladio, patre meo Dauid ignoran
2. Reg. 3. e. te: ‖Abner filium Ner principem militiæ Iſrael,
2. Reg. 20. c. &‖Amaſam filium Iether principẽ exercitus Iu-
da: & reuertetur ſanguis illorum in caput Ioab,
& in caput ſeminis eius in ſempiternum: Dauid
autem & ſemini eius, & domui & throno illius
ſit pax vſque in æternum à Domino. Aſcendit i-
taque Banaias filius Ioiadę, & aggreſſus eum in-
terfecit, ſepultúſque eſt in domo ſua in deſerto.
Et conſtituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo
ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit pro
Semei interficitur. Abiathar. ¶Miſit quoque rex, & vocauit Semei,
dixitque ei, Ædifica tibi domum in Ieruſalem,
& habita ibi: & non egredieris inde huc, atque
illuc. Quacunque autẽ die egreſſus fueris, & trãſ
ieris Torrentem-cedron, ſcito te interficiẽdum:
ſanguis tuus erit ſuper caput tuum. Dixitque Se-
mei regi, Bonus ſermo: ſicut locutus eſt dominus
meus rex, ſic faciet ſeruus tuus. habitauit itaque
Semei in Ieruſalem diebus multis. Factũ eſt au-
G tem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad
Achis filium Maacha regem Geth: nuntiatúm-
que eſt Semei quòd ſerui eius iſſent in Geth. Et
ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum, iuitque
ad Achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos, &
adduxit eos de Geth. Nuntiatum eſt autem regi
Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalẽ,
& rediſſet. Et mittens vocauit eum, dixitque il-
li, Nõnne teſtificatus ſum tibi per Dominum, &
¶ᵃ ieris prædixi tibi, Quacunque die egreſſus ᵃfueris huc
& illuc, ſcito te eſſe moriturum? & reſpõdiſti mi
hi, Bonus ſermo quem audiui. Quare ergo non

[50]per manum Benaiæ filij Iehoiada, & irruit in
eum, atque mortuus eſt. ¶Porrò ad Abiathar ſa
cerdotem dixit rex, [51] Vade in Anathoth [52] ad a-
gros tuos: es enim [53] morti obnoxius: verùm ho
die non interficiam te, quoniam portaſti arcam
Domini Dei corã Dauide patre meo, deinde [54] af-
flictus es in omnibus quibus afflictus eſt pater
meus. [54] Eiecit ergo Solomon Abiathar ne eſſet
ſacerdos Domini, vt perficeretur verbum Domi-
ni quod loquutus fuerat [55] ſuper domum Eli in
Silo. ¶Venit autem [56] rumor vſque ad Ioab. (nam
& Ioab declinauerat poſt Adoniam, [57] licet poſt
Abſolom non declinarit,) fugitque Ioab ad ten-
torium Domini, & [58] tenuit cornua aræ. Nuntia-
túmque eſt regi Solomoni, ꝙ fugiſſet Ioab ad tẽ
torium Domini, & quòd eſſet [59] pone aram: miſit
que Solomon Benaiam filiũ Iehoiada hiſce man
datis, Vade, & [60] impetum fac in eum. Ingreſſus i-
gitur Benaias [61] templum Domini, dixit ad eum,
Sic præcipit rex, Egredere. qui ait, Nõ, ſed hic mo
riar. Benaias retulit regi hoc verbum, dicens, Sic
loquutus eſt Ioab, & ſic reſpondit mihi. Dixitque
ei rex, Fac ſicut loquutus eſt, impetu irrue in eũ,
atque [62] ſepeli eum, & amoue [63] ſanguinem à me
& [64] à domo patris mei, quem temere ac ſine cau
ſa effudit Ioab. [65] Reddétque Dominus [66] ſangui-
nem eius ſuper caput eius, qui impetu facto ir-
ruit in duos viros, qui eo iuſtiores & meliores e-
rant, feriens eos gladio, ignorante Dauide patre
meo. nempe ipſum Abner filium Ner imperato-
rem exercitus Iſraelis, & Amaſa filiũ Iether im-
peratorem exercitus Iuda. Reuertetur itaq; [67] ſã-
guis eorum in caput Ioab, & in caput ſeminis
ſui [68] perpetim. ſuper Dauidẽ autẽ, & ſuper ſemẽ
eius, atque ſuper ſoliũ eius erit perpetuò [69] pax à
Domino. Aſcendens igitur Benaias filius Ieho-
iada, irruit in eum, atque interfecit eum, & ſepul
tus eſt in domo ſua [70] in deſerto. Conſtituitque
rex Benaiam filiũ Iehoiada loco eius ſuper exer
citum, & Zadoc ſacerdotẽ cõſtituit rex pro Abia-
thar. ¶Et mittens rex acceſſiuit Simei, dixitque
ad eum, Ædifica tibi domũ in Ieruſalem, & ha-
bita ibi, nec egrediaris illinc ſiue huc, ſiue illuc.
Quacunque enim die egreſſus fueris, trãſierísque
[71] torrẽtem Kidron, id certiſſime ſcias quòd [72] oc
cidione occidẽris, [73] erítque ſãguis tuus ſuper ca-
put tuum. Et ait Simei ad regem, [74] Rectè habet
res, quemadmodum loquutus eſt domin⁹ meus
rex, ſic faciet ſeruus tuus. habitauit itaque Simei
Ieroſolymis multis diebus. Contigit autem poſt
tres annos, vt aufugerent ipſi Simei duo ſerui,
ad Achis filiũ Maacha regẽ Gath: quod nũtiarũt
[quidã] Simei, dicẽtes, En ſerui tui ſunt in Gath.
Et ſurgens Simei inſtrato aſino ſuo, profect⁹ eſt
in Gath ad Achis, vt quæreret ſeruos ſuos. [75] pro-
fectus eſt itaque Simei, & reduxit ſeruos ſuos ex
Gath. Nũtiatũ eſt autẽ Solomoni quòd abiiſſet Si
mei ex Ieruſalẽ in Gath, rediiſſétq;. Tũ rex miſit
& acceſſiuit ipſũ Simei, & dixit ad eum, Annon
[76] iureiurãdo te adſtrixi per Dominũ, [77] obteſtatúſq; ſum te, dicẽs, Quacũq; die egreſſus fueris, & huc
ſeu illuc ieris, certo certius ſcias ꝙ [71] occidione occidaris? & dixiſti ad me. [74] Bene habet res, [78] audiui.

¶50 Hebraica phraſis, pro, Miſit rex Banaiam vt interficeret Adoniã.
¶51 vl, O ſvir] Anathoth vade. ſiue, O Anathothites vade
¶52 q.d. recipe te in domum tuã.
¶53 Hebr. vir mortis. i. dign⁹ es morte.
¶54 Heb. afflixiſti teſtiue, laboraſti. aut, laborẽ ſuſtinuiſti ĩ oib⁹ qbus afflixit ſe. ſiue, laborem ſuſtinuit
¶54. i. Priuauit eum dignitate ſacerdotali.
¶55 vl, de familia
¶56 ſub. cædis Adoniæ factæ iuſſu Salomonis.
¶57 at poſt Abſolom non declinauerat. q.d. Ioab fidelis fuerat inter initia regni Dauidis, tandem tamen in eum coniurauit.
¶58 more ſcilicet confugientium ad aras.
¶59 iuxta aram:
¶60 vl, irrue. i. interfice eum.
¶61 tentorium
¶62 ſub. in ſepulchro maiorum ſuorum.
¶63 Sanguis ꝓ culpa. i. libera me & poſteros omnes Dauidis culpa cędis perpetratæ. efficе ne poſthac mihi aut patri imputetur cædes illorum ducũ.
¶64. i. ab iis q mecum originem ducunt à Dauide.

¶65 Heb. Reuertique faciet ¶66. i. cædem ab eo factam. q.d. Peribit ob cædem à ſe factam. ¶67. i. pœna cædis eorũ. ¶68 in ſeculum. ¶69 Nomine pacis intelligit fauſta & proſpera omnia. q.d. Dauidi, familiæ eius, & regno eius omnia accident proſpera. ¶70. i. extra vrbem, in loco nec arabili nec conſito arboribus. Hoc enim ſignificat etiam vox Hebræa M I D B A R, pro qua deſertũ vertũt interpretes. ¶71 Hic locus indicat torrẽtem Cedron nõ fuiſſe procul ab vrbe. ſitus autem erat in loco opaco, obſcuro & vmbroſo: vnde dicitur Torrens Cedron. id eſt obſcuritatis. Nomina Hebræa in ſyntaxi habent ſpeciem nominum eorum quæ à Latinis dicuntur compoſita. quare cenſent doctiores Torrens-cedron ſcribi debere per maccaph. ¶72 Heb. morte morieris. i. certo ſcias te moriturum. ¶73. i. caput tuũ ſãguine tuo fœdabitur & intingetur. q.d. ſi aliter feceris, iubebo te interfici: eriſque cauſa mortis tuæ. ¶74 Heb. Sermo bonus eſt hic. i. Placet mihi quod dicis. Sermo eſt conciſus. ¶75 abiit inquam ¶76 adiuraui te. i. curaui vt iurares mihi per &c. ¶77 teſtificatúſque ſum contra te. i. teſtes conuocaui aduerſum te. vl, teſtibus adhibitis dixi tibi. ¶78. i. intellexi quæ præceperis.

¶10.i.tuū quo iuraſti per Dominum.
¶ 11 & cõuertit. Hebraice legit quaſi dicas, reciprocare fecit.i.effecit Dominus vt dares pœnas de ſcelere tuo.
¶ 12.i.fauente Domino q.d.faciet Dominus vt diu bene adminiſtrem regnum quod à patre meo accepi. Vl, corã Domino,.i.ſub cælo, hoc eſt in terra. nã videtur De° ex alto proſpectare in terram.
¶ 13 & mortu° eſt.ſine periijt.
¶ 14 q.d.tũc poſito omni metu tenuit regnũ Iſrael Salomon, occiſis Adonia, Ioab & Semei: hoc eſt ſine æmulis regnare cœpit.

III.

¶ 1 Hebr. finem faceret extruẽdi.i.compleret ædificare.
¶ 2 q.d. Tunc tãtum. vl, Cæterũ populus immolabat victimas [Deo] in excelſis.i.altaribus arte extructis & ad id ordinatis.
¶ 3 ſub. vlla.
¶ 4.i.in honorẽ Domini.
¶ 5 vl, ambulando
¶ 6 vl, præſcriptis quę tradiderat illi pater ſub tempus mortis ſuæ.

Cur igitur nõ ſeruaſti iuramentum [10] Domini, & præceptum quod tibi præcepi? Et dixit rex ad Simei, Tu noſti omne malum, cuius cõſcium eſt cor tuum, quod commiſiſti in patrem meum Dauidem, [11] rependet igitur Dominus malũ in caput tuum, rex autem Solomon benedictus, & ſolium Dauidis erit firmum [12] in conſpectu Domini perpetuò. Præcepit itaque rex ipſi Benaiæ filio Iehoiada, qui egreſſus irruit in eum [13] vt moreretur. [14] & cõfirmatum eſt regnum in manu Solomonis.

CAP. III.

Solomon autẽ affinitatẽ cõtraxit cũ Pharaone rege Aegypti: duxit enim filiã Pharaonis, & introduxit eã in ciuitatem Dauidis, donec [1] plene ædificaret domũ ſuã & domũ Domini, atque muros Ieruſalẽ circũquaque, [2] Tantũ populus ſacrificabat in excelſis, quoniã nõdũ erat extructa [3] domus [4] nomini Domini vſq; ad dies illos. Solomon autẽ dilexit Dominum, [5] ambulans in [6] inſtitutis Dauid patris ſui, [7] dũtaxat in excelſis ſacrificabat & adolebat. ¶ Ibat autẽ rex in Gibeõ, ([8] illud enim erat [9] præcipuũ excelſum,) & ſacrificabat illic, mille holocauſta ſacrificabat Solomõ ſuper illa ara. Dominus autẽ viſus eſt Solomoni in Gibeon per ſomniũ in ipſa nocte, dixitq; Deus, Poſtula quod dem tibi. Et dixit Solomon, Tu [10] ingẽtibus beneficijs proſequut° es ſeruũ tuũ Dauidẽ patrẽ meũ, [11] quẽadmodũ & ipſe ambulauit corã te [12] in veritate, [13] in iuſtitia & rectitudine cordis [14] tecũ, & ſeruaſti illi magnã hãc beneficentiã, [15] vt dares illi filiũ qui ſederet in ſolio eius, [16] vt hæc dies [declarat.] Nũc igitur Domine Deus meus, tu cõſtituiſti ſeruũ tuũ regẽ pro Dauide patre meo. [18] ego verò puer ſum paruus, [19] ignorãs egredi & introire. [At [tamẽ] ſeruus tuus [20] eſt in medio populi tui quẽ elegiſti, & quidẽ populus eſt multus, qui numerari nõ poteſt, nec [21] recẽſeri pre multitudine. Da igitur ſeruo tuo [22] cor audiẽs, [23] ad iudicãdum populũ tuũ, [&] vt diſcernã [24] inter bonũ & malũ: quis enim [25] populũ hunc tuũ tã præcellentem & amplũ iudicare poſſet? Placuit hæc res corã Domino, quòd Solomon poſtulaſſet rẽ huiuſcemodi. Et dixit Deus ad eũ, Quãdoquidẽ poſtulaſti rẽ talẽ, & nõ poſtulaſti tibi dies multos, neque petiſti tibi diuitias, neque petiuiſti [26] animam hoſtiũ tuorum, ſed poſtulaſti tibi [27] vt intelligeres, vt audire poſſes iudicium, En ego feci iuxta verba tua, en ego dedi tibi cor ſapiens & intelligens, [28] ita vt ſimilis tui ante te non fuerit, neque poſt te talis ſurrecturus ſit qualis tu es. Quin & quæ nõ poſtulaſti dedi tibi, nẽpe diuitias & gloriã, adeo vt tui ſimilis nullus fuerit inter reges cũctis dieb° tuis. Quòd ſi in vijs meis ãbulaueris, [29] cuſtodierisque ſtatuta & præcepta mea, quẽadmodum ambulauit pater tuus Dauid, progabo dies tuos.

cuſtodiſti iuſiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? Dixitque rex ad Semei, Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum. & rex Salomon benedictus. & thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino vſque in ſempiternum. Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui *aggreſſus, percuſſit eum, & mortuus eſt.

¶ * egreſſus

CAP. III.

Confirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi Aegypti: accepit nãque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum ſuam, & domum Domini, & murum Ieruſalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelſis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. ¶ Abijt itaque Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximũ: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomniũ nocte, dicẽs, Poſtula quod vis vt dem tibi. Et ait Salomon, Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in cõſpectu tuo in veritate & iuſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum *, ſicut eſt hodie. Et nũc Domine Deus *, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: ego autẽ ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum. Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malũ: quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo ſermo coram Domino, quòd Salomon poſtulaſſet huiuſcemodi rem. Et dixit *Dominus Salomoni, Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: Ecce feci tibi ſecũdum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, intantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. Sed & hæc quę non poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulauit * pater tuus, longos faciam dies tuos. Igi

3.Paral.1.a. Salomon ducit filiã Pharaonis in vxorem.

Excelſa.

Dilectio Dei.

Oratio Salomonis, qua petit à Deo ſapientiã ſibi dari.

B ¶ * eius
¶ * meus

¶ * Deus

Exponit hũc quod Matth. 6, Primum C quærite regnũ Dei, &c. ſapien.7.b.

¶ * Dauid

¶ 7 vl, cæterum. Hoc loco non taxatur Salomon. tunc enim illi licebat, quòd in altari Moſaico immolare non poſſet quod erat in Gabaon. ¶ 8 ſub. quod illic erat. ¶ 9 Heb. maximum.i. præſtantiſſimũ altare, nempe altare illud æreum quod curauerat Moſes faciendum iuſſu Domini. ¶ 10 Hebr. magna miſericordia ¶ 11 Hebraiſmus eſt, pro, ſicut pater meus ambulauit coram te, ſic etiam in illum multa beneficia cõtuliſti. ¶ 12.i. colẽdo te citra ſimulationẽ vllã. ¶ 13 Proximũ reſpicit. q.d. præſtãdo ſe æquũ & bonũ erga ſubditos. ¶ 14.i. in ijs quæ ad honorẽ tuũ pertinẽt. Deũ reſpicit. ¶ 15 Heb. & dediſti.i. quòd dederis. q.d. quæ beneficẽtia eſt, quòd dediſti &c. ¶ 16 Heb. ſecundum diem hanc.i. vt hodie reuera apparet. ¶ 17 nempe me. ¶ 18 vl, & quãuis ſim puer, ſiue paucos natus annos. vt poſtea ſequatur, tamẽ ſeruus tuus eſt in medio &c. ¶ 19.i. neſciens quomodo me gerere debeam in adminiſtratione tanti regni ac tantæ Reip. Egredi & ingredi: ſumpta metaphora à paſtoribus qui egrediuntur domo ante gregem: & ante gregem domum ingrediuntur. Aut à ducibus militaribus. ¶ 20 Eſſe in medio populi, eſt populi curam habere. ſumpta metaphora ab epiſcopis operum. ¶ 21 vl, ſupputari ¶ 22 vl, mentem docilem.i. Deo & ſpiritui monenti audientem. ¶ 23.i. vt lites populi tui dirimere valeam. ¶ 24.i. inter cauſam iuſtam & iniuſtã. ¶ 25 poſſet iura reddere [ex ſe] populo copioſo huic? ſub. ſine te. q.d. nullus. ¶ 26.i. interitum inimicorum. ¶ 27 intelligentiam ad audiendum [.i. intelligendum] iudicium. Quæ intelligimus, audiuimus prius. Inde factũ vt audire pro intelligere accipiatur.i. vt populo ius reddas ex æquo & bono. ¶ 28 q.d. ſuperabit omnes reges Iſrael ſapientia. Nõ enim comparat Salomonem omnibus, ſed regibus tantum, vt ex ſequentibus videre eſt. non eſt igitur quærendum an fuerit ſapientior Moſe: quem quidem Salomonem Hebræi aiunt in rebus naturalibus, non diuinis, fuiſſe prudentiorem. ¶ 29 vl, cuſtodiendo

Iudiciũ ·-us de duab⁹ meretricibus.

tur euigilauit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomnium: cúmque veniſſet Ieruſalem, ſtetit corã arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. ¶ Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, ſteterúntq; coram eo, quarum vna ait, Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eã in cubiculo. Tertia autem die poſtquã ego peperi, peperit & hęc: & eram⁹ ſimul, nullúſq; alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppreſſit eum. Et cõſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filiũ, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cúmque ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non

D eſſe meum quem genueram. Reſponditque altera mulier, Non eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. econtrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. atque in hunc modum contẽdebant coram rege. Tũc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: & iſta reſpondit, Nõ, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. Cúmque attuliſſent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus, ad regem, (cõmota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpondit rex, & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt⁹ autem' mater eius. Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex, & timuerunt regem, vidẽtes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

¶⁹ enim

CAP. IIII.

Salomonis principes & præfecti.

¶⁹ ſacerdos:

ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael: & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc⁹ ſacerdotis: 'Elihóreph & Abia filij Siſa, ſcribæ: Ioſaphat filius Ahilud, à cõmentarijs. Banaias filius Ioiadæ, ſuper exercitum: Sadoc autem & Abiathár, ſacerdotes. Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant regi: Zabud filius Nathã, ſacerdos amic⁹ regis. Et Ahiſar prępoſitus dom⁹: & Adonirã filius Abda ſuper tributa.

Quúmque Solomon euigilaſſet,[30] & en fuit ſomnium, 'venitque Ieroſolyma, &[31] ſtetit' coram[32] arca' fœderis Domini, ſacrificans holocauſta, & faciens hoſtias pacificas, inſtruxitque conuiuiũ cũctis ſeruis ſuis. ¶[33] Tunc' venerunt duæ mulieres[34] meretrices' ad regem, ſteterúntque coram eo, aitque vna ex his mulieribus, Domine mi rex, ego & iſthæc mulier iiſdem ædibus cohabitabamus, peperiq; apud eam domi. Contigit autem tertio die quã ego peperiſſem, vt & hæc eadem etiã páreret: habitabamúſque ſimul nos, nec[35] alius quiſpiam' nobiſcum erat in domo,[36] vtriſq; nobis exceptis. 'Mortuus eſt autem filius mulieris huius noctu,[37] quũ ipſa incubuiſſet ſuper eũ.' Hæc autem nocte media conſurgens, tulit filium meum[38] de me, 'ancilla tua dormiẽte, poſuitque eum in gremium ſuum, filium autem ſuũ mortuum poſuit in gremium meum. Quúmque ſurrexiſſem mane vt filium meum lactarẽ, en mortuus erat:[39] quúmque mane illuceret, diligenter eo conſiderato, intellexi meum non eſſe filium' quẽ ego pepereram. Porrò altera mulier dixit, Nõ, ſed[40] filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. 'rurſum verò illa ait, Nõ, ſed[41] filius tuus mortuus eſt, meus autem filius viuit:' ſicque altercabantur coram rege. Rex verò ait, Hæc dicit,[42] Is filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: illa dicit, Haudquaquam, ſed[43] filius tuus mortuus eſt, meus autem filius viuit.' Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. & attulerunt gladium ad regem. Tum rex ait, Diſſecate puerum[44] viuum' in duas [partes,] & date dimidium vni, & dimidium alteri. Et dixit mulier ea, cuius filius[45] erat viuus, 'ad regem, ([miſeratione] enim[46] incaluerant' viſcera eius ob filium ſuum) dixit inquam, Obſecro[47] mi domine,' date huic puerum viuũ, occidione ne occidatis eum: contrà altera dixit, Neque mihi, neque tibi detur, ſed[48] diſſecetur.' Et rex reſpondens, dixit, Date illi natum viuũ, neque occidione occidatis eum: hæc enim eſt mater eius. Audierunt itaque omnes Iſraelitæ iudicium illud quod iudicauerat rex, &[49] timuerunt[50] à rege, 'quòd viderent ſapientiam Dei eſſe in eo[51] in iudicando.

CAP. IIII.

F[1] Actus eſt itaque rex Solomon rex ſuper omnem Iſraelem. 'Hi verò fuerunt principes[2] eius, '[3] Azarias[4] filius Zadoc[5] ſacerdotis. 'Eli-horeph & Ahiha filij Siſa,[6] ſcribæ: 'Iehoſaphat filius Ahilud'[7] à commentarijs.' Benaias filius Iehoiada erat[8] ſuper exercitum,' & Zadoc atque[9] Abiathar[10] ſacerdotes.' Azarias filius Nathan[11] erat ſuper præfectos,' & Zabud filius Nathan[12] ſacerdos familiaris' regis. Porrò Ahiſar erat[13] præfectus prætorio,' & Adonirã filius Abda[14] erat ſuper tributa.'

¶30 .i. deprehẽdit ſe ſomniaſſe. expergefactus cœpit meminiſſe ſõnij tam magnifice promittentis. Oſtendit hic locus ſomnia nõ ſemper eſſe vana & affinia mẽdacio: ſimúlque Deum aliquando vera prædicere per ſomnium. ¶31 Deo ſcilicet acturus gratias ¶32 In Ieruſalem erat arca, ſed tentorium quod curarat extruendũ Moſes, erat in Gabaon. ¶33 poſtquam ſomniauit ſcilicet. ¶34 Chaldæus paraphr, cauponariæ. Doctiores exiſtimant has mulieres fuiſſe artis cauponariæ, quarum mariti tum forte abierant, negotiationis ergò. Vox Hebræa, & meretricem & cauponariam ſignificat. Si verò hæ mulieres erant meretrices, pepererunt pręter meretricum conſuetudinẽ: quæ certe párere nõ ſolent: quòd ſi pariant, fœtũ necare cõſueuerũt. Hæ verò præter aliarũ morẽ & pariẽt, & fœtus ſuos amãt. ¶35 Heb. externus vllus ¶36 Heb. [nõ erat inquam] præter nos duas in ea domo ¶37 He. quia dormiebat ſup eũ. i. quia dormiẽs ſuffocauit eũ. ¶38 He. de iuxta me, Gallice, D'aupres de moy. ¶39 He. & cõſyderaui diligẽtiſſime illũ mane, & ecce nõ erat fili⁹ meus ¶40 filius meus[eſt is]qui viuit, & filius tuus[eſt is]qui mortuus eſt. ¶41 filius tuus[eſt is]qui mortuus eſt, & filius meus[eſt is]qui viuit: ¶42 Fili⁹ meus[eſt iſte]qui viuit, at filius tuus[eſt ille]qui mortuus eſt: ¶43 tuus eſt filius[is qui]mortu⁹ eſt, & filius meus[eſt is]qui viuit. ¶44 eũ qui viuit. ¶45 erat is qui viuebat, ¶46 vel, commota fuerãt. i. inflammata fuerãt, amore erga filiũ. ¶47 ſub. parce puero. Reticet reliqua. Poſtea cõuertit ſermonẽ ſuũ ad ſatellites, date &c. ¶48 He. diuidite, ſub. ô miniſtri. ¶49 ſub. male facere. ¶50 vl, propter regem. propter ſapientiam regis. ¶51 ad faciendum iudicium. IIII. ¶1 q. d. Magno omniũ conſenſu regnauit, fuitq; illi vniuerſus Iſrael ſubiectus. Quidam referunt ad Dauidem, nempe regnauit ſuper totum Iſraelem initio ſui regni, quod non contigit Dauidi. ¶2 illi. i. quos habebat in comitatu ſuo. ¶3 ſub. fuit prim⁹ princeps ex principibus aulæ Salomonis. ¶4 Azarias erat filius Achimaas, qui erat filius Sadoc: igitur filius, id eſt nepos. ¶5 Potius verte, princeps. ſub. principum. i. primus ex principibus aulæ Salomonis. ¶6 vl, ab epiſtolis. Gallice, Secretaires des commandemens. Lege Eſter 1. cap. officium ſcribæ. ¶7 ſub. erat illi. Hic omnia redigebat in acta. Le greffier. Hiſtoriographus, qui mãdabat literis res geſtas Salomonis. ¶8 Gallice, Le conneſtable. ¶9 Hic Abiathar, alius erat ab Abiathar expulſo. ¶10 .i. principes ſacerdotum. Duo erant ſummi pontifices, vt alter alterum ſubleuaret: quorum alter, pontifex primarius dicebatur: alter, pontifex qui obtinebat ſecundas partes. Gallice, Le ſuffragant. ¶11 .i. præerat duodecim præfectis qui præerant toti Iſraeli. ¶12 princeps ſocius. vl, ſodalis. Gallice, Le mignon du Roy. ¶13 Heb. ſuper domum. i. præpoſitus domus. Gallice, Le preuoſt de l'hoſtel, ou le grand maiſtre. ¶14 .i. præerat tributis exigẽdis. Gallice, Qui auoit la charge du recouuremẽt des deniers, General des finãces

Habuit autem Salomon duodecim præfectos ſuper cunctum Iſraelem,[15] qui annonam parabant pro rege & domo eius,[16] ſinguli videlicet ſingulis menſibus anni annonam pro victu adminiſtrabant. Hæc autem ſunt nomina eorum,[17] Filius Hur[18] in monte Ephraim.[19] Filius Dæker in Macaz, & in Saalbim, atque Beth-ſemes, Elō & Beth-hanan.[20] Filius Heſed in Aruboth,[21] cuius erat & Socho, atque vniuerſa terra Hepher. Filius Abinadab[22] in vniuerſo termino Dor, q Taphath filiam Salomonis habuit vxoré. Baana filius Ahiludi [erat ſuper][23] Taanach &[24] Megiddo, & ſuper totam Beth-ſan, quæ eſt iuxta Zarthanā ſubter Ieſreel, à Beth-ſan vſque ad planitiem Mehola,[25] vſque ad locum qui eſt cis Iacmeam. Filius Gæber in Ramoth-gilead, cuius erāt & oppida Iair filij Manaſſe, quæ ſunt in Gilead: ad eum quoq; pertinebat tractus[26] Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitates magnæ, muris, repagulis[27] & feris [munitæ.] Ahinadab filius Hiddo [præfectus erat] Mahanaim. Ahimaaz in Naphtali: qui etiā duxit Baſmath filiam Solomonis vxorem. Baana filius Huſai,[28] in Aſer atque Aloth. Et Iehoſaphat fili⁹ Paruah in Iſaſchar. Simei filius Ela in Bēiamin. Gæber fili⁹ Vri in terra Gilead,[29] [id eſt] terra Sihō regis Amorrhæorū, & Og regis Baſā. adhæc erat præſes vnus ſuper eam [terram.] Erant enim Iehuda & Iſrael multi[ſaucti videli. eti] vt arena[30] maris, comedentes, bibētes & lætātes. Dominabatur itaque Solomon ſuper vniuerſa regna à[31] fluuio illo, [vſque ad terrā][32] Paleſthinorum,[33] & ad limitem Ægypti: & ferebant munera, ſeruiebántque Solomoni cunctis diebus vitæ eius. ¶ Fuit autē cibus Solomonis[34] pro die vno, triginta cori[35] ſimilaginis, & ſexaginta cori farinæ. Decem boues ſaginati, & viginti boues[36] paſcuales, centúmque oues, præter ceruos, capreas,[37] ibices,[38] ſaginata & altilia. Quoniam ipſe imperabat in omni regione[39] trans fluuium, à Tipſa vſq; ad Aſa, [id eſt] ſup omnes reges[40] trās fluuiū, pacémque habuit[41] cum omnibus ſeruis ſuis p circuitū. Degebat quoq; Iehuda & Iſrael[42] in tuto, quiſque videlicet[43] ſub vite ſua, atque ſub ficu ſua, à Dan vſque Beer-ſeba cuncto tempore quo vixit Solomō. Habuit inſuper Solomō[44] quadraginta millia ſepta equorum ad rē ſuā curulem, & duodecim millia equorū cataphractorum. Atque hi præfecti[45] annonam ſuppeditarunt regi Solomoni, & omnibus qui veniebāt ad menſā regis Solomonis, quiſq; ſuo mēſe,[46] vt nihil deeſſet. Hordeū quoq; & paleas equis &[47] iumentis aducebant ad locū vbi erat [rex,] quiſq;[48] iuxta demēſum ſuū. ¶[49] Cōceſſit De⁹ Solomoni ſapientiam & prudentiā ampli, &[50] latitudinem cordis,[51] perinde ac arenā quæ eſt in litore ma-

Habebat autem Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael qui præbebant annonā regi, & domui ei⁹: per ſingulos enim mēſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant. Et hæc nomina eorū: Ben-hur, in monte Ephráim. Bē-décar, in Macces, & in Salebim, & in Bethſames & in Elō, & in Beth-hanán. Beth-héſed in Aruboth: ipſius *enim* erat Socho, & omnis terra Epher. Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxoré. Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuerſam Bet-ſan, quæ eſt iuxta Sárthana ſubter Iezrahel, à Beth-ſan vſque Abel-mehula è regione Iecmaam. Ben-gáber in Ramoth-galaad: habebat Auoth-iair filij Manaſſe in Galaad, ipſe *erat* in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus magnis atq; muratis, quæ habebant feras æreas. Ahinadab fili⁹ Addo præerat in Manáim. Achimáas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Baſemath filiam Salomonis in cōiugio. Baana filius Huſi, in Aſer, & in Baloth. Ioſaphat filius Pharúe, in Iſſachar. Semei fili⁹ Ela, in Beniamin. Gaber filius Vri, in terra Galaad, *& in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Baſan, ſuper omnia quæ erāt in illa terra. Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætātes. Salomon autem erat in ditione ſua, habens omnia regna *ſecum,* à flumine Terræ-Philiſthijm vſque ad terminum Ægypti: offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis diebus vitæ eius. ¶ Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ. Decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearū, atque bubalorū, & auium altilium. Ipſe enim obtinebat omné regionem quę erat trans Flumé, *quaſi* à Thaphſa vſque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatq; Iuda & Iſrael abſq; timore vllo vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſq; Berſabee cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta millia, præſepia, equorū currilium, & duodecim millia equeſtriū. Nutriebātq; eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria mēſæ regis Salomonis cū ingenti cura præbebant in tēpore ſuo. Hordeū quoq;, & paleas equorū & iumentorū deferebāt in locū vbi erat rex, iuxta cōſtitutū ſibi. ¶ Dedit quoque Deus ſapientiā Salomoni, & prudentiā multā nimis: & latitudinē cordis, quaſi arenam quæ eſt in litore maris. Et

B

¶ *præerat

C

Eccli 47.e.

Apparatus ciborum Salomonis.

Pax ſub ipſo. Null⁹ timor.

Numerus equorum.

2. Paral. 9. f.

D

Dona Dei in Salomonem collata.

eccli 47.e.

¶15 Heb. qui alebant regem & domum ¶16 Heb. vno menſe ſingulis annis erat ſuper vnumquémque eorum nutrire. ſub. regé & domū eius. i. ſinguli ſpatio vnius mēſis quotannis alebant &c. ¶17 Subticetur huius nomen qui vocatur nomine patris, q eſſet notior pater. ¶18 ſub. præerat. ¶19 vl, Bē-dekar ¶20 vl, Ben-heſed ¶21 ſub. ditionis. i. ad ditionē ei⁹ pertinebat. regebat ſiue adminiſtrabat & Socho. ¶22 [ſub. eius erat] tota regio Dor, ¶23 Hęc erat i tribu Manaſſe. ¶24 Hęc in tribu Iuda. ¶25 vſque trās ¶26 Chaldæus paraphr. Traconitidis, ¶27 ęneis. Per repagula ænea intellige portas firmatas repagulis. ¶28 ſub. pecuniam exegit ad regem alendum. ¶29 q.d. in tota regione Sihō & Og fuit vnicus præfectus. Hic eſt duodecimus præfectus. Salomon diuiſit Terram ſanctā in duodecim præfecturas: qua in re non habuit rationē diuiſionis Ioſue, ſed facultatū ſingularum tribuū: vnde fit aliquando in hac diuiſione vt vrbes aliarū tribuū alijs adijciantur tribubus. Quidā legunt, Præterea erat vnus qui præerat in [tota] terra. ſub. Iſrael, nēpe cui ſubiecti erāt XII præfecti illi. ¶30 Heb. quæ eſt ad mare in multitudine. i. plurima. ¶31 Nomine fluuij, Euphraté intelligit. Deſcribit latitudo imperij Salomonis, ab Euphrate q eſt ad Orientē Terrę ſanctæ. ¶32 Hæc eſt pars Occidētalis. ¶33 [& à terra Palæſthinorū] vſq; ad terminū Ægypti. Hæc eſt pars Meridionalis. Septētrionalis paulo poſt mētio fit. ¶34 [in] ſingulos dies, ¶35 i. farinæ tenuioris. Corus continet triginta ſata ſiue modios paruos. ¶36 i. nō ſaginati, quales redeūt à paſcuis. ¶37 vl, boues ſyluestres, ¶38 vl, capos ſaginatos. Alij aues Barbaras. i. è Barbaria allatas. Chaldæus paraphra. aues altiles. ¶39 quæ erat vltra fluuium. i. Euphraté. ¶40 vltra fluuiū. hoc eſt Euphratē. ¶41 Heb. ex omnibus lateribus eius. i. ex omni parte. q.d. vicini eius non audebant quicquam moliri aduerſus eū. ¶42 in fiducia. i. in magna animi ſecuritate. ¶43 comedendo videlicet fructus earum. Hoc oſtendit Iudæos tum temporis non timuiſſe ſibi ab hoſtibus: nam qui ab hoſtibus ſibi timent, non verſantur ruri tam libere támque intrepide. ¶44 quadragies mille equorum, [ſ. in] equilibus, pro curribus ſuis. In quolibet equili, decē equi erant. hoc pacto quatuor millia equiliū habuit, vt ſcribitur in Paralipomenis. ¶45 Heb. aluerūt regē &c. ¶46 Heb. non faciebant deeſſe quicquā. ¶47 vl, dromedarijs ¶48 iuxta conſtitutum ſibi. ſiue, pro more ſuo. ¶49 Dedit ¶50. i. capaciſſimū animū, multa comprehendētem ſua intelligentia. ¶51 In cōparatione hac reſpicit locum quem arena cōtinet. q.d. tam amplā mentem, quàm amplum locum occupat arena quæ eſt iuxta mare. vl, ſua capacitate dedit mentem illi Deus multa intelligentem & complectentem inſtar arenæ quæ ſpatioſum locum obtinet.

Sapiẽtia Salomonis.

præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiã omnium Orientalium, & Ægyptiorum, Et erat ſapientior cunctis hominibus: ſapientior Ethan Ezraite, & Hemã & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gẽtibus per

Numerus parabolarũ & carminum.

circuitum. Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia. Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopũ quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis & volucrib⁹, & reptilibus & piſcibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapiẽtiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapiẽtiam eius.

CAP. V.

Hirã mittit ſeruos vt gratulentur Salomoni.

Salomõ petit ligna ab Hirã in ædificationẽ tẽpli.

¶ potuerit

¶ Dominus

2. Reg. 7. b.

1. para. 22. c.

¶ Dominus

Miſit quoque Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipſum vnxiſſent regem ſuper Iſrael pro patre eius. quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. Miſit autem Salomon ad Hiram, dicens, Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei. & quia non potuit ædificare domum nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedum eius. Nũc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum: & non eſt ſatan, neque occurſus malus. Quam ob rem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium tuum, ipſe ædificabit domũ nomini

B meo. Præcipe igitur vt præcidãt mihi ſerui tui cedros de Libano, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis: mercedem autem ſeruorum tuorũ dabo tibi quãcunque petieris: ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cædere

Hirã Gentilis agnoſcit nomen Dei.

ſicut Sidonij. ¶ Cum ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valde, & ait, Benedict⁹ Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapiẽtiſſimum ſuper populum hunc plurimũ. Et miſit Hiram ad Salomonem, dicens, Audiui quęcũque mandaſti mihi: ego faciam omnem voluntatẽ tuam in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponẽt ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vſque ad locum quem ſignificaueris mihi, & applicabo ea ibi, &

C tu tolles ea: præbebiſque neceſſaria mihi, vt detur cibus domui meæ. ¶ Itaque Hirã dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autẽ præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros puriſſimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per ſingulos annos.

3. 1. b.

Numerus artificum.

Dedit quoque Dominus ſapientiã Salomoni, ſicut locut⁹ eſt ei: & erat pax inter Hirã & Salomonẽ, & percuſſerunt ambo fœdus. Elegitq; rex

D Salomon operarios de omni Iſrael, & erat indictio triginta millia virorũ. Mittebâtque eos in Libanũ, decem millia per mẽſes ſingulos viciſſim, ita vt duobus mẽſibus eſſent in domib⁹ ſuis,

ris.[12] Ita vt excelleret ſapientia Solomonis omnium qui eum antecellerant ſapientiã, ſimúlq; omnem ſapientiam Ægypti: Quin cunctis hominibus ſapientior fuit, etiam ipſo Ethan [13] Ezraita, & ipſo Heman, & Chalcol, atque Darda filijs [14] Mahol: fuitque nomẽ eius in omnibus gẽtibus circũquaque.[15] Loquutus quoq; eſt ter mille [16] parabolas, & [17] carminum eius fuerunt quinque ſupra mille. Diſſeruit etiã ſapienter de [18] lignis, à cedro [19] quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſſopum quæ progerminat ex pariete: ſimúlque diſſeruit de animantibus, de volucribus, de reptilibus atque piſcibus, Ita vt venirent ex cunctis populis auditum ſapientiam Solomonis, [60] ex omnibus etiam regibus orbis, ad quos fama ſapientiæ eius peruenerat.

CAP. V.

Miſit quoque Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Solomonem: audiuerat enim quòd vnxiſſent eum regem pro patre ſuo: etenim Hiram dilexerat Dauidem cunctis dieb⁹. Tum miſit Solomon ad Hiram hiſce mandatis, Tu noſti quomodo Dauid pater meus nõ potuit ædificare ædem nomini Domini Dei ſui ob bella quæ eum vndique cinxerãt, donec Dominus [3] hoſtes eius pedibus eius ſubegerit. Nunc verò requiem præſtitit mihi Dominus Deus meus circunquaque, ita vt non ſit [4] qui ſe mihi opponat, aut malum obijciat. [5] Et en ego ſtatui quòd velim ædificare ædem Domini Dei mei, quemadmodum loquutus eſt Dominus ad Dauidem patrem meũ, hiſce verbis, Filius tuus quẽ pro te collocabo in ſolium tuum, ipſe ædificabit ædem illam nomini meo. [6] Iube igitur nunc vt ſuccidant mihi cedros ex Libano: erunt autem ſerui mei ſeruis tuis iuncti, daboque ego tibi mercedem pro ſeruis tuis quidquid tu ipſe dixeris. tu enim haud ignarus es, neminem inter nos eſſe [7] qui cædendorum lignorum gnarus ſit quemadmodũ Zidonij. ¶ Quũ igitur Hiram verba Solomonis audiſſet, vehementer gauiſus eſt, dixitque, Laudandus Dominus hodie, qui dedit Dauidi filium ſapientẽ, vt præſit populo huic tam ingenti. [8] Miſitque Hiram ad Solomonem huiuſmodi mandatis, Intellexi ea quæ ad me miſiſti, ego faciam quæcũque tibi grata ſunt, cũ lignis ſcilicet [9] cedrinis, & lignis [10] piceis. Serui mei deuehẽt [ea] ex Libano ad mare, tum componam ea in rates, [vehens] ea in mari ad eum vſque locũ quẽ tu mihi ſignificaueris, illic ea [11] exponã, túq; tolles: tu ruſſus facies [12] quæ mihi grata ſunt, ſi cõmeatũ mihi dederis. ¶ Factũ itaq; eſt, vt Hiram daret Solomoni ligna cedrina, & ligna [13] picea pro omni voto eius. Solomon verò [14] daret Hirã viginti mille coros tritici in cibũ pro domo ei⁹ & viginti coros olei [15] cõtuſi: hæc dabat Solomõ ipſi Hirã [16] ſingulis annis. Dedit quoq; Domin⁹ ſapientiã Solomoni, quẽadmodum ei pollicitus fuerat: fuitq; pax inter Hiram & inter Solomonem, pepigerúntque duo illi fœdus inter ſe. [17] Extraxit quoque Solomõ ſummam ex omni Iſraele, fuitque ſumma illa triginta millia virorum, Quos miſit in Libanum, decẽ millia videlicet per mẽſem alternatim: quũ per mẽſem fuiſſent in Libano, manebãt duobus mẽſib⁹ domi ſuæ: Adoni-

¶12 Heb. Et multiplicata eſt [.i. maior euaſit] ſapientia Salomonis ſapientia omnium filiorũ Oriẽtis. i. ſapientior fuit omnibus Oriẽtalibus. ¶13 i. filio Ezrah. ¶14 i. Ezrah. fuit enim binomi⁹. nã & Mahol & Ezrah dicebatur ¶15 vł, Dixit quoq; .i. Fecit, ſiue Cõpoſuit. ¶16 i. ſentẽtias obſcuras. Perierunt nobis hi libri. ¶17 Liber odarũ Salomonis quẽ ediderat, cõplectebatur mille & quinque odas. ¶18 arborib⁹. i. de natura ſtirpiũ, ſiue arborũ. ¶19 i. quæ plurima creſcit in Libano. ¶60 [miſſi] ab omnibus regibus

V.

¶1 i. legationẽ, quę illi gratularetur, & offerret omnia ſua, vt ſolent reges. ¶2 [viros] belli [.i. bellatores] quibus premebat̃ vndique. Probabilis eſt hæc ratio, tamen hæc non eſt vera: noluit enim detegere peccatum patris. ¶3 Heb. poſuit illos [ſub. viros bellatores] ſub plãtis pedum ei⁹. ¶4 vllus aduerſarius aut occurſus malus.

.i. qui infeſtet patriam meam incurſionibus. non eſt quiſquam qui me inuadat & cuius occurſum timeam. ¶5 vł, Quapropter ego meditor extruere ædem nomini Do. i. in honorem Dei quem colo. ¶6 ſub. ſeruis tuis. ¶7 .i. qui tanta arte, tam ſcite & appoſite nouerint ſcindere ligna. ¶8 ſub. nuntios. ¶9 .i. quod ad materiã cedrinã ſpectat. ¶10 vł, abiegnis. ¶11 diſſoluam. i. curabo diſſoluenda & extrahenda in litus. ¶12 Heb. voluntatem meam, dãdo cibum domui meę. i. quo poſſim nutrire eos ex familia mea qui tibi ligna cædent. ¶13 vł, abiegna ¶14 dabat ¶15 .i. puriſſimi & optimi, nempe quod ſua ſponte defluit contuſis oleis, exprimitúrque citra operam preli. ¶16 quandiu ſcilicet eguit illius opera, dum extrueret templum. ¶17 Heb. Et aſcendere fecit rex Salomon tributum ex vniuerſo Iſraele, & fuit tributum &c. i. indixit tributum hominum, hoc eſt vt ex omni Iſraele darentur illi viri triginta millia.

¶11 Heb. illi tri buto. i. omnib⁹ illis. ¶19 ij de ferebant lapides è latumijs ad locum ex quo curribus euchi poſſent. Per montē ſignificat latumias & lapicidinas. ¶10 latomorum. excindentium lapides. Hi latomi & baiuli erant proſelyti: quia erant ſeruilia. ¶11 Heb. principes præfectorū Salomonis qui [erant] ſuper opus. i. Præter principes & præfectos quos Salomon præfecerat operi. ¶12 populo qui ¶13. i. optimos & magni ꝓtij. ¶14 Heb. ad iacienda fundamenta domus, & lapides dolatos, [vl, politos] Quos dolauerunt architecti &c. ¶15. i. ciues Gibla, qui erant optimi latomi. ¶16 & [alij] pararunt

VI.

¶1 vl, poſtquā egreſſi ſunt filij Iſrael

ram autem [18] huic ſummæ præerat. Habuit inſuper Salomon ſeptuaginta millia eorum [19] qui baiulabant onera, & octoginta millia [10] fabrorū in monte: Præter [11] eos quos Solomon habuit præfectos operi, nēpe tria millia & trecenti, qui præerant [12] multitudini quę faciebat opus. Præcepitque rex vt adueherent lapides magnos, lapides [13] pretioſos, [14] lapides deniq; politos pro fundamēto ædis. Quos ſcalpſerūt ædificatores Solomonis, & ędificatores Hirā, & [15] Giblim, [16] parabántq; ligna & lapides ad ædificādū ædē.

CAP. VI.

FActum itaque eſt in anno octogeſimo ſuper quadringenteſimum [1] ab egreſſu filiorum Iſrael de terra ÆGypti, anno quarto [2] (menſe Sif, is eſt menſis ſecundus) quo Solomon regnauit ſuper Iſraelem, ædificare cœpit ædem Domini. Et ea quidem ædes quā ædificauit rex Solomon [3] Domino, habuit ſexaginta cubitos ſua longitudine, viginti latitudine ſua, atq; triginta cubitos altitudine ſua. ¶ [4] Porticus erat ante [5] ſtructurā ædis, cuius longitudo viginti cubitorū erat [6] ſecūdum latitudinem ædis: latitudo autē eius decem fuit cubitorū [7] ante ædem. Fecit inſuper [8] ædi feneſtras lumina videlicet valuata. ¶ Extruxit [9] deinde ad parietē ędis ambitus circunquaq; cū parietib⁹ ędis circunquaq;, tā ipſi tēplo quàm ipſi adyto: & fecit [10] latera circunquaq;. [11] Ambitus infimus quinq; fuit cubitorū latitudine ſua, [12] medij latitudo ſex habuit cubitos: [13] tertius verò latitudine ſua ſeptem habuit cubitos: nā foris defectiones ædi fecerat per ambitū, ne [14] apprehenderent parietes ædis. Cæterū ipſa ædes quū extrueretur, extruebatur lapide integro [15] vt erat aduectus, ita vt in extruēda ea, neq; mallei, neq; ſecures i æde audirētur, nihil deniq; ferreorū inſtrumentorū. ¶ Oſtiū [16] lateris intermedij erat in dextro ædis latere, aſcēdebatúrq; per cochleas ad [17] intermedium, & ab intermedio in tabulata ſuperiora. ¶ Extruxit itaque ædē [18] abſoluitq; eā, [19] concamerauitq; ædē fornicis in modū ordinibus [aſſerū] cedrinorū. [20] Ædificauit quoq; ad toti illā ædē ambitus, altitudine quinq; cubitorū hærentes ædi lignis cedrinis. ¶ Et [21] factum eſt verbum Domini ad Solomonem in hanc ſententiam, Hæc ædes quā extruis tu, ſi ambulaueris

& Adonirā erat ſuper huiuſcemodi indictionē. ¶ Fuerūt itaque Salomoni ſeptuaginta millia eorū qui onera portabant, & octoginta millia latomorū in monte: Abſque præpoſitis qui præerant ſingulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos: Quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

CAP. VI.

FActum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorū Iſrael de Terra-Ægypti, in anno quarto (menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domum Domino. Domus autem quam ædificabat rex Salomō Domino, habebat ſexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. ¶ Et porticus erat ante tēplum viginti cubitorum longitudinis, iuxta menſuram latitudinis templi & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecitque in templo feneſtras obliquas. ¶ Et ædificauit ſuper parietem tēpli tabulata per gyrū, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi: & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod ſubter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatū ſeptem habens cubitos latitudinis. Trabes autē poſuit in domo per circuitum forinſecus, vt nō hærerent muris templi. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ędificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo cum ædificaretur. ¶ Oſtiū lateris medij in [a] pariete erat domus dextræ: & per cochleam aſcēdebant in medium cœnaculum, & à medio in tertiū. ¶ Et ædificauit domum, & conſummauit eā: texit quoque domum laquearibus cedrinis. Et ædificauit tabulatum ſuper omnem domū quinque cubitis altitudinis, & operuit domū lignis cedrinis. ¶ Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem, dicens, Domus hæc quam ædificas, ſi ambulaueris

¶ Fuerúntq;

1. Paralip. 3. a

Fabrica & forma tēpli.

¶ [a] parte

B

Diuturn⁹ domus ſplēdor Salomoni à Deo promittitur, ſi leges eius ſeruauerit.

¶1. i. menſe Aprili: qui Zio vel Zif Hebraice dicitur à ſplendore. Eſt autem menſis ſecūdus apud Hebræos. Chaldæus paraph. vocat menſem apertionis florum. ¶3. i. in honorem Domini. ¶4 aut, Veſtibulum. Tota ſtructura diuidebatur in duas partes, nempe D E V I R. i. adytum, ſiue oraculum, quod alio nomine dicitur Sanctum ſanctorum: in quo erat arca fœderis. Altera pars peculiari vocabulo dicebatur H E C H A L, id eſt templum. quod in tabernaculo ſanctum appellabatur, in quo candelabrum, altare thymiamatis, & panes propoſitionis. ¶5 tēplum ædis eius. i. ante ſecundam partem ædis. ¶6 ante faciē longitudinis ædis vel domus. Id eſt, reſpondebat latitudini ædis. q. d. Tā longū erat veſtibulum q̄ erat lata domus ipſa. ¶7 ante frontem domus. i. ſumendo latitudinem ſecundum longitudinem templi. ¶8 in domo feneſtras apertas clauſas. vl, arctas. i. laxiores intrinſecus, extrinſecus arctas. Hebræi contrario modo exponunt. ¶9 etiam iuxta murum domus appēdicem per circuitum, iuxta inquā parietes domus, per circuitū templi & oraculi. Oraculū vocat, quod in tabernaculo Sanctū ſanctorum: in quo arca teſtamenti. Cū domū dicit, præcipue Sanctum & Sanctum ſanctorum intelligit, vt hoc loco vides. ¶10 thalamos per circuitum. ſub. templi & oraculi. ¶11 Appendix inferior. Id eſt, Appendicis infimæ pars. ¶12 mediæ partis. ſub. appēdicis. ¶13 tertia verò pars. nam retractiones poſuerat in domo per circuitū parte externa. Retractiones ſiue contractiones aut reductiones vocat quando murus reducitur introrſum, ita vt inferior muri pars latior ſit & promineat magis quàm ſuperior. Gallice, Les retraictes d'une muraille. ¶14. ſub. capita trabiū. i. ne eſſet neceſſe facere foramina in pariete ſiue muro in quæ inducerentur & conderentur capita trabium. ¶15 Heb. lapide adductionis. i. vt allati fuerant lapides. Cū eſſent integri lapides, foramen nullum erat in quod capita trabium immitterentur: alioqui integri non fuiſſent. Dolabantur autem lapides in lapicidinis, & parabantur: vnde opus non fuit vt in extruenda domo vterentur inſtrumētis ferreis. ¶16 appēdicis medij. i. mediæ partis appēdicis. ¶17 mediā [appēdicē,] & à media ad tertiam. i. manſionē tertiā. ¶18 Hoc ptinet ad parietes, nō ad tabulata. Epilogus eſt præcedentiū. ¶19 & texit domū trabibus incuruis, & lignis cedrinis ordine diſpoſitis. Ligna hîc accipiūtur pro ijs quæ Gallice dicimus Soliueaulx. Texit inquit ſuperiorē partē domus trabibus inſtar fornicis icuruatis & arcuatis, quæ videbant cōtra pōdus ſurgere, & lignis cedrinis ſup trabes illas diſpoſitis. ¶20 Ædificauerat & appēdicē circū domū, [vl, vnà cū domo,] cuius altitudo erat quinq; cubitorū: apprehendebátq; domū per ligna cedrina. i. capita trabiū cedrinarū illarū appendicū continebāt domū: nā collocata erāt ſuper retractiones ſiue reductiōes muri domus. Altitudo ſingularū manſionū appendicis quæ erant tres, erat quinq; cubitorū. ideo quindecim erant cubiti. Occupatio eſt vt intelligatur qua ratione potuerint eſſe feneſtræ: quod intelligitur ex altitudine murorum. ¶21 Hebraiſmus, pro, locutus eſt Dominus ad Salomonem. Subaudiendum, per Ahiam prophetam.

2.Reg.7.c.
1.par.22.b.c.

in præceptis meis,& iudicia mea feceris,& cuſto
dieris omnia mandata mea,gradiens per ea: fir
mabo ſermonem meum tibi, quẽ locutus ſum
ad Dauid patrem tuum. Et habitabo in medio fi
liorum Iſrael,& non derelinquam populũ meũ
Iſrael. ¶ Igitur ædificauit Salomon domũ,& cõ
ſummauit eã. Et ædificauit parietes domus in-
trinſecus, tabulatis cedrinis: à pauimento dom⁹
vſque ad ſummitatem parietum,& vſque ad la-
quearia, & operuit lignis cedrinis intrinſecus:
& texit pauimentũ domus tabulis abiegnis. Æ-
dificauitque viginti cubitorum ad poſteriorem
partem templi tabulata cedrina, à pauiméto vſ-
que ad ſuperiora: & fecit interiorem domũ ora
culi in Sanctũ ſanctorũ. Porrò quadraginta cubi
torũ erat ipſum templũ pro foribus oraculi. Et
cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, ha
C bens tornaturas, & iuncturas ſuas fabrefactas,
& cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis
veſtiebantur, nec omnino lapis apparere pote-
Oraculum. rat in pariete. ¶ Oraculũ autem in medio dom⁹,
in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcã fœ
deris Domini. Porrò oraculum habebat viginti
cubitos longitudinis,& viginti cubitos latitudi
nis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit il-
lud atque veſtiuit auro puriſſimo. ſed & altare
veſtiuit cedro. Domum quoque ante oraculum
operuit auro puriſſimo, & affixit laminas cla-
uis aureis. Nihilque erat in templo quod nõ au
ro tegeretur ſed & totũ altare oraculi texit au-
ro. ¶ Et fecit i oraculo duos cherubim de lignis
oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quin-
que cubitorum ala cherub vna,& quinque cubi-
torum ala cherub altera: id eſt decem cubitos ha
bentes, à ſummitate alæ vnius vſque ad alæ al-
terius ſummitatem. Decem quoque cubitorum
erat cherub ſecundus: in menſura pari, & opus
vnum erat in duobus cherubim, id eſt altitudi-
nem habebat vnus cherub decem cubitorum, &
ſimiliter cherub ſecundus. Poſuitque cherubim
in medio templi interioris: extendebant au-
tem alas ſuas cherubim, & tangebat ala vna pa
rietem, & ala cherub ſecundi tangebat parietem
alterum: alæ autem alteræ in media parte té-
D pli ſe inuicem contingebant. Texit quoque che
rubim auro. Et omnes parietes templi per circui
tum ſculpſit varijs cælaturis & torno: & fecit in
eis cherubim,& palmas,& picturas varias, quaſi
prominentes de pariete,& egredientes. Sed & pa
uimentum domus texit auro intrinſecus & ex-
trinſecus. ¶ Et in ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola de lignis oliuarum, poſtéſque angulorũ quinque.

in [12] inſtitutis meis, & [13] iuſta mea feceris, ſeruaue
riſque præcepta mea, incedendo videlicet in eis,
[14] firmabo ego verbum meum tecũ, quod loquu-
tus ſum ad Dauidem patrem tuum. [15] Habitabõ-
que in medio filiorum Iſrael, neque deſerã po-
pulũ meũ Iſrael. ¶ Extruxit itaq; Solomõ ædẽ,
& abſoluit eam. Et [16] extruxit parietes ædis intus
tabulis cedrinis, à pauimento ædis [17] ad conti-
gnationem vſque laquearem obduxit ligno in-
tus, ipſum pauimentũ obduxit intus lignis [18] pi
ceis. Ædificauit etiã viginti [19] cubitis à lateribus
ædis aſſeribus cedrinis à pauimento ad parietes,
interius ad adytũ Sancti ſanctorum. Ædes ipſa
habuit quadraginta cubitos, [20] nẽpe ipſũ ſanctũ
per ſe. [21] Porrò [aſſeres] ipſi cedrini qui erãt intus
in ædes extrudebãt nodos ꝓminulos, floréſq; a-
pertos: omnia [22] ex cedro erãt, vt lapis nullus vi-
deretur. ¶ Iã adytũ ipſũ intra ædẽ interius præ-
parauit. vt illic poneret arcam fœderis Domini.
[23] Quod adytũ per ſe habuit viginti cubitos lõgi
tudinis,& viginti cubitos latitudinis,& viginti cu
bitos altitudinis, quod [24] obduxit auro [25] optimo:
& [26] arã obduxit cedro. [27] Obduxit etiã Solomõ æ-
dẽ ipſam ab intus auro optimo, [28] traducens re-
pagula auro obducta ante adytũ, & obduxit [pa-
rietem] illum auro. Quin totã ædem auro obdu-
xit, [29] donec totam ædem abſolueret: ſed & totã
aram quæ erat [30] pone adytũ obduxit auro. ¶ Fe-
cit inſuper in ipſo adyto duos cherubim ex li-
gnis [31] pineis, altitudo vtriuſq; decẽ fuit cubito-
rum. Vna ala vnius cherub habuit quinque cubi
tos, altera quoque ala ipſius cherub quinque cu
bitos, ita vt eſſent decẽ cubiti [32] ab extremitate a-
larum eius, ad extremitatem alarum eius. Sic &
alter cherub decem habuit cubitos: erat enim v-
trique cherubim [33] eadem ſtatura, eadẽmque for-
ma. Nam altitudo vnius erat decem cubitorum,
ſicque alterius cherub. Collocauit autem ipſos
cherubim [34] intra domum interiorem, expande
bántque cherubim alas [35] ſuas: vnius ala [36] attigit
parietẽ, alterius deinde cherub ala [36] attigit al-
terum parietem, alæque eorum altera alteram
[36] attigit in medio ædis. Obduxit inſuper cheru
bim auro. Et omnes parietes ædis [37] circũducẽs ex
culpſit ſculpturis excãtibus, nẽpe cherubim, &
palmis, [38] floribúſq; apertis, & int⁹ & foris. Quin
& pauimentũ ædis auro obduxit [39] intus ſcilicet
& foris. ¶ Porrò ad oſtium adyti fecit [40] fores de
lignis pineis, limine & poſtibus quinquangulis.

¶ 12 vl. decretis ¶ 13 vl., leges meas ¶ 14.i. adimplebo ꝓmiſſionẽ meã quam promiſi Dauidi patri tuo. ¶ 15.i. Adero toti Iſraeli omni tẽpore, & illi fauebo. ¶ 16.i. veſtiuit tabulis cedrinis mira arte parietes dom⁹ internẽ. Gallice, Il lambriſſa. ¶ 17 vſq; ad parietes tecti [vl, tabulati] veſtiuit ligno intrinſecus.i.à ſolo domus vſq; ad tectũ, quod erat planum. Tabulatum & tectum pro eodem accipiuntur. ¶ 18 abiegnis. ¶ 19 cubitos à latere extremo dom⁹ tabulis cedrinis, à pauimento vſque ad parietes [ſub. tecti:] ædificauitque ſibi in domo oraculum [vt eſſet] ſanctũ ſanctorum. Id eſt, ex ſexaginta cubitis longitudinis, viginti ſeparauit à parte extrema ſiue poſteriore domus, tabulis cedrinis, quæ à pauimento vſq; ad tectum pertingebant: vt eſſet oraculum ſiue Sanctum ſanctorum in quo arca teſtamenti poneretur. In domo dicit, pro, in parte domus interna. ¶ 20 ea eſt templum oppoſitũ. Sub. oraculo. Id eſt, reliqua pars domus erat quadraginta cubitorũ: quæ templum ſiue ſanctum dicebatur. Erat autem oppoſitũ oraculo. Verti poteſt, erat in interioribus ſiue in interiori parte. reſpectu ſcilicet veſtibuli, non oraculi. ¶ 21 Heb. Porrò cedrus erat ſuper domum, parte interna, habẽs cælaturas cucurbitarũ agreſtiũ & cælaturas florũ. Id eſt domus internè erat veſtita tabulis cedrinis, ornatis ſculptura inſtar cucurbitarũ agreſtium,& ſculptura variorũ florũ. Per cucurbitã intellige fructum & truncum ipſum. Gallice, Ouurage de courges. ¶ 22 Heb. cedrus erant. q.d. tota domus veſtita erat tabulis cedrinis. ¶ 23 In parte igitur interna erat oraculum illud quod habebat &c. ¶ 24 vl, veſtiuit. Hic loquitur de parte altitudinis quæ erat tecta auro: vt dicunt doctiſſimi Hebræorum. nam viginti cubiti erant tecti ſolo auro: alij decem erant tecti lapillis pretioſis. ¶ 25 Aurũ quod ſit defæcatiſſimũ, S E G [illegible] R vocant Hebræi, ita fortaſſe dictũ quòd ab auaris claudatur & cuſtodiatur. ¶ 26 Sub. thymiamatis. ¶ 27 Texit igitur ¶ 28 & occluſit oſtiũ oraculi [vl, oraculum] catenis aureis: obduxitq; auro. Sub. ſeptũ illud quod diſtinguebat oraculũ à reliqua parte domus. Catenis aureis clauſit vice peſſulorũ. ¶ 29.i. ita q̃ tota domus fuerit veſtita auro. ¶ 30 ante oraculum.i. ante oſtiũ oraculi. erat enim altare thymiamatis eregione oſtij oraculi. oſtiũ autem oraculi erat in medio ſepti tranſuerſarij. ¶ 31 Chaldæus paraph. oliuarum. ¶ 32.i. ab extremitate alæ vnius vſq; ad alæ alterius eiuſdẽ cherub extremitatẽ. ¶ 33 quantitas vna, & ſculptura vna.i. erãt eiuſdẽ ſtaturæ ambo cherubim,& eodẽ modo ſculpti erant. ¶ 34.i. intra oraculũ. ¶ 35 Heb. cherubim. Antecedens pro relatiuo, Cherubim extendebant alas cherubim, pro, alas ſuas. ¶ 36 Rectius vertas per præteritũ imperfectũ, attingebat. ¶ 37 per circuitũ ſculpſit cælaturis ſculpturarũ.i. cælaturis & ſculpturis. Hoc eſt ornauit varijs ſculpturis & cælaturis. ¶ 38 ſculpturiſque florũ intrinſecus & extrinſecus.i. in parte interna. in oraculo: & in parte externa, tẽplo & ſancto. ¶ 39.i. tam in adyto ſiue oraculo, q̃ in tẽplo & ſancto. ¶ 40 valuas oleagineas, ſuperliminare & poſtes: omnia illa fecit pentagona.i. quinq; laterũ. Gallice. De cinq quarres Vel, Omnia illa fecit ex quinta parte.i. latitudo eorũ omniũ erat æqualis quintæ parti valuarũ. Gallice, De la largeur de la cinqieme parcie du bois de la porte. Chaldæus paraph. vertit valuas pineas.

[55]Duæ ianuæ erant de lignis pineis, exculpſitque in eis extantes cherubim & palmas, apertos flores,' obduxitq; auro, & obduxit cherubim & palmas [52]bracteis aureis tenuibus.' Sic quoque fecit ad oſtium [53]baſilicę,' nempe poſtes de lignis [54]pineis, ſed [55] quadrangulos.' Duæ [56]ianuæ' erant de lignis [57] piceis.'[&]duo latera [58]volubilia vnius ianuæ, & duo latera volubilia alterius ianuæ.' In his exculpſit cherubim, palmas, [59]flores apertos.' obduxitque [60] antepagmenta auro iuſtificato. [61] Extruxit inſuper atriũ interius tribus ordinib⁹ lapidum [62]politorum,' & vno ordine [63]cedrorũ dedolatarũ. ¶[64]Quarto anno' in mẽſe [65]Sif, [66]fũdata eſt' ædes Domini. Et in anno vndecimo, in menſe [67]Bul', (is eſt mẽſis octauus,) abſoluta eſt ædes [68]ſecundum omnes rationes ſuas, & ſecundum omnia quæ' ad eam pertinebãt, ædificauitque eam [69]ſeptem annis. CAP. VII.

S[1]Olomon extruxit etiam [2]ſuam domum,' idq; tredecim annis,' abſoluẽs totam domum ſuam. Extruxit quoque [3]domum ſaltus Libani,' cuius longitudo centum fuit cubitorũ, latitudo verò eius quinque cubitorum, altitudo eius triginta cubitorum, [4]ſuper quatuor ordines columnarum cedrinarum,' erantque cedrinæ trabes dedolatæ ſuper columnas. [5]Contabulatũmque fecit cedrinũ ſuperne ad illas trabes quę fuerunt' poſitæ ſuper colũnas quadragintaquinque: nã vnuſquiſque ordo habuit quindecim. [6]Lumina' deinde erãt triplici ordine, vt feneſtra [7]feneſtræ eſſet iuncta,' idque tribus [8]parietibus. [9]Omnia foramina feneſtrarum poſtéſque quadrata erant, feneſtráque feneſtræ vicinæ iuncta tribus parietibus.' Et fecit porticum [10] columnarum,' cuius longitudo fuit quinquaginta cubitorum, latitudo verò eius triginta cubitorum : [11] & porticus erat ante ipſas, columnæque & trabes craſſę ante eas.' Et porticum [12]fecit ſolii, vbi ius diceret, nempe porticum iudicij,' & [13] contignauit eam cedro à pauimento ad pauimentum. [14]Domus verò eius in qua habitabat, aliud atrium habuit à domo ad porticũ ſimili opere. domum quoque ædificauit filiæ Pharaonis quam duxerat Solomon, [15] quemadmodum porticum illam. Om-

Et duo oſtia de lignis oliuarũ: & ſculpſit in eis picturam cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera auro. Fecitque in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos: & duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: & vtrunque oſtium duplex erat. & ſe inuicem tenens, aperiebatur. Et ſculpſit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et ædificauit atriũ interius tribus ordinibus lapidum politorũ, & vno ordine lignorũ cedri. ¶Anno quarto fũdata eſt dom⁹ Domini in mẽſe Zio: Et in anno vndecimo mẽſe Bul (ipſe eſt mẽſis octau⁹) perfecta eſt dom⁹ in omni opere ſuo, & in vniuerſis vtẽſilib⁹ ſuis: ædificauitque eam annis ſeptem. CAP. VII.

Atriũ interi⁹

DOmum autem ſuam ædificauit Salomõ tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit. Aedificauit quoq; domum ſaltus Libani cẽtum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorũ altitudinis: & quatuor [*]deambulatoria inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. Et tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram, quæ quadragintaquinque columnis ſuſtẽtabatur. vnus autem ordo habebat columnas quindecim Contra ſe inuicem poſitas, & e regione ſe reſpiciẽtes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis : & alteram porticum in facie maioris porticus : & columnas, & epiſtylia ſuper columnas fecit. Porticum quoq; ſolij, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem. Et domuncula in qua [*]ſederetur ad iudicandum, erat in media porticu ſimili opere. domum quoque fecit filiæ Pharaonis, (quã vxorẽ duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticũ. Omnia

Aedificatio domus Salomonis in ſaltu. 3.9.b.

¶*deambulacra

¶*ſedebatur

Domus filiæ Pharaonis. 3.3.a.

¶51 Hebraiſm⁹ eſt, qui ſic verti debet, Porrò duabus valuis oleagineis [vel pineis] ſculpſit ſculpturas cherubimorum & palmarum, & cælaturas florum, ¶52 Heb. auro. ¶53 templi, ¶54 v.. oleagineis, ¶55 I. i. eſt quatuor laterũ, figura quadrata. vl. ex quarta parte. i. Latitudo poſtiũ erat æqualis quartæ parti valuarum. ¶56 valuæ ¶57, vl, abiegnis, ¶58 valuæ vnius erãt rotunda, facta opere tornatili., & duo latera valuæ alterius rotũda .i. facta opere tornatili, nempe ex colũnellis. ¶59 cælaturas florum, ¶60 auro miro artificio poſito ſuper id quod inſculptum erat. Id eſt, ita vt etiã apparerẽt ſculpturæ illæ. ¶61 Deſcribit quartã partẽ tẽpli. Atriũ iſtud, ſacerdotũ erat, quod interi⁹ vocabatur, reſpectu atrij magni in quo populus orabat. ¶62 vl, ſectorũ. aut. cæſorũ, ¶63 trabiũ cedrinarũ. ¶64 regni ſcilicet Salomonis. ¶65 vl, Zio. i. Aprili. ¶66 fundari cœpit ¶67. i. Octobri. ab imbre dicitur hic mẽſis Bul, quaſi מבול. i. diluuium. ¶68 cũ omnibus vtenſilibus ei⁹, & omnibus quæ &c. ¶69 Supple & ſex mẽſibus. ſed hi ſex mẽſes nõ pertinẽt ad annum vndecimũ, ſed ad annum duodecimũ. Hic ſex mẽſes ſubticẽtur, vt etiã ſupra cap. 2, ſex alij ſubticẽtur, vbi agiẽ de regno Dauid in Hebrõ. VII. ¶1 vl, regiã ſuã. aut, regias ſuas. nã regias ſuas & quicquid ædificauit, cõſtruxit intra tredecim annos. ¶2 Poſt abſolutũ ſcilicet tẽplum. prius enim templum quàm domũ ſuam extruxit. Cõſumpſit autẽ viginti annos in conſtructione vtriuſque, vt infra videbis cap. IX. ¶3 Vocat domũ ſalt⁹ Libani, non q̃ in monte Libano fuerit ſita: ſed quia locus ille amœnitate & pulchritudine certare poterat cum Libano. vel q̃ locus ille ob copiã materiæ cedrinæ, Saltus Libani dici poterat. Hanc domum fuiſſe ædificatam a Dauide aduerſus æſtum teſtatur Chaldæus paraphraſtes. Locus iſte non procul erat à Ieruſalẽ. ¶4 In ſingulis ordinibus erant quindecim columnæ: quod probari poteſt ex tabulato primo primæ mãſionis. nã dicit in mãſione ſuperiori fuiſſe quindecim columnas. totidem ergo erant in ſingulis ordinibus. Trabes erant diſpoſitæ ſecundum latitudinem, non ſecundum longitudinem. ¶5 vl, Et erat tecta cedro ſurſum ſuper trabes quæ erant &c. i. ſuper columnas erant collocatæ trabes: ſuper trabes tigna, quæ Gallice Soliueaulx appellamus: ſuper tigna autẽ erant tabulę cedrinæ. In inferiori parte dom⁹ erãt quatuor ordines columnarũ, vt poſſent ſuſtinere pond⁹: in ſuperiori verò erãt tres tãtum ordines, quia futurũ erat vt multi conuenirent ad regem, oportebãtque propterea locum eſſe capaciorem. impediunt autẽ columnæ. ¶6 Feneſtræ ¶7 ad feneſtram eſſet, ¶8 vicibus. i. tres erant feneſtrarum ordines qui reſpondebant ternis ordinibus feneſtrarum in altera parte. ¶9 Heb. Et omnes portæ & poſtes erant quatuor laterũ cum feneſtris: & e regione feneſtra erat ad feneſtram tribus vicibus. Id eſt, omnia ſuperliminaria portarum & poſtes cũ lignis feneſtrarum erãt figuræ quadratæ : omniáque ligna feneſtrarum ſibiinuicẽ reſpondebãt triplici ordine. nã in ſingulis lateribus erant terni ordines feneſtrarũ, quę reſpondebant alterius lateris feneſtris. ¶10. i. domus Libani quæ conſtabat multis columnis. ¶11 erat itaq; porticus illa ante faciẽ illarũ, & columnæ & trabes erant ante faciẽ illarũ. Subaudi columnarũ. Hebraiſmus eſt, p. porticus illa cõſtabat colũnis & trabibus, quę quidẽ colũnæ & trabes erãt in cõſpectu colũnarũ domus ſaltus. hoc eſt, porticus illa obiecta erat domui illi ſaltus Libani. ¶12 ſolij. in qua iudicaturus eſſet, id eſt porticũ iudicij fecit. Hanc porticũ fecit iuxta regiã quæ erat in Ieruſalẽ. ¶13. i. texit tabulis cedrinis ab imo vnius parietis vſq; ad imum alterius parietis. q. d. omnes parietes cũ tabulato fuerunt tecti tabulis cedrinis. ¶14 Et in domo eius in qua habitabat, atrium alterum intra porticũ illã, iuxta opus hoc erat. i. factũ ſimili opere quo facta erat portic⁹ ſolij. Cũ alterũ dicit, oportuit duas fuiſſe porticus in regia. Ex domo igitur regia ingrediebatur atriũ, ex atrio in porticũ ſolii intrabat & domũ. ¶15. i. opere ſimili operi porticus illius iudicij ſcilicet. Domus hæc filiæ Pharaonis non erat coniuncta cum ipſa regia, ſed ab illa exiguo interuallo ſeparata.

B lapidibus pretioſis, qui ad normam quádam atque menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant: à fundamento vſque ad ſummitatem parietum, &[a] intrinſecus[b] vſque ad atriū maius. Fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorū. Et deſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ ſecti erāt, ſimiliterque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus. ¶ Miſit quoq; rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, Filiū mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificē ærariū, & plenum ſapientia & intelligētia, & doctrina ad faciendū omne opus ex ære. Qui cū veniſſet ad regē Salomonē, fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas, decē & octo cubitorum altitudinis columnam vnā: & linea duodecim cubitorū ambiebat columnam vtrāque. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerētur ſuper capita columnarū, fuſilia ex ære: quinq; cubitorum altitudinis capitellū vnū, & quinq; cubitorū altitudinis capitellū alterum: Et quaſi in modum retis, & catenarum ſibi inuicem miro opere contextarum: vtrunque capitellum columnarum fuſile erat: ſeptena verſuum retiacula in capitello vno, & ſeptena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines (per circuitum retiaculorum ſingulorum, vt tegerent capitella quæ erant ſuper ſummitatem) malogranatorum: eodem modo fecit & capitello ſecundo. Capitella autem quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant, in porticu, quatuor cubitorū. Et rurſum alia capitella in ſummitate columnarū deſuper iuxta menſurā columnę cōtra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli ſecūdi. Et ſtatuit duas columnas in porticu templi: cūmque ſtatuiſſet columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: ſimiliter erexit columnam ſecundam, & vocauit nomen eius Booz. Et ſuper capita colūnarum opus in modum lilij poſuit: perfectūmque eſt opus columnarum. D ¶ Fecit quoque mare fuſile decem cubitorum à labio vſque ad labium rotundum in circuitu: quinque cubitorum

¶[a] extrinſec⁹

Atriū maius templi.

Atrium interius templi.

Hirā artifex fundit pro Salomone.

Forma colūnarū æneatū

Iere. 52. c.

Porticus tēpli.

Iachin.

Booz.

Mare fuſile.

nia illa fuerunt [16] ex lapidibus pretioſis, [17] & ad normam veluti expolitis ſeu quadratis, ſerráq; ſectis, [18] tam intus quàm foris, à fundaméto [19] vſq; ad ſuggrūdia, ſic extra vſq; ad atriū magnū. Fuit verò fundatū lapidibus [20] pretioſis lapidibuſque magnis, è quibus quidā lapides decē erāt cubitorū, quidā octo cubitorum: [21] Superne erāt lapides pretioſi, & ad quandam normā quadrati, atq; cedri. [22] Atriū quoq; magnū circunquaq; triplici ordine quadratorū lapidū, ordinéque vno dolatatū cedrorum: [ſic erat] & atrium ædis Domini [23] interi⁹, & [24] porticus ædis. ¶ Miſitq; rex Solomō, acceſſiuitq; Hiram de Tyro, Qui erat filius viduæ de tribu Naphtali, pater eius fuit vir Tyrius: fabrum ærariū, imbutum ſapientia, intelligentia & ſcientia in faciūdo omni opere ex ære: is venit ad Solomonē regē, & fecit vniuerſum opus ei⁹. Finxit autem is duas colūnas æneas, altitudo columnæ [15] vnius erat decem & octo cubitorum: & [16] vtranque columnā ambiebat [17] circulus duodecim cubitorum. Fecit & duo [18] epiſtylia ſphærica, quæ ponerētur ſuper capita colūnarū quæ fuſa erant ex ære: quinq; cubitorū erat altitudo vnius epiſtylij, quinq; cubitorū altitudo alterius epiſtylij. [Fecit inſuper] cancellos opere reticulato, & [19] zonas opere cōcatenato ad epiſtylia quæ [10] erant in cono columnarū, ſeptenas videlicet vtriq; epiſtylio. [11] Quúmq; feciſſet columnas, addidit operi reticulato alterius [colūnæ] duos ordines malorum punicorum, [12] quæ ambirēt & tegerent epiſtylia quæ erant in ſummo [colūnarū:] [ſimili ratione epiſtylio alterius [colūnæ.] Epiſtylia quæ [13] erant in cono columnarū, opus habebāt floſculentum, quale fuit in porticu, quatuor cubitis. [14] Habuerunt & epiſtylia quæ erant ſupra duas columnas, deſuper è regione ventris citra opus reticulatū, ordines ducētorū malorū punicorū, idque per ambitū vtriuſque epiſtylij. Erexit deinde columnas illas ante [15] porticū baſilicæ: quúmq; erigeret columnā dexteram, vocauit nomen eius [16] Iachin: erigens verò columnā ſiniſtrā, vocauit nomē eius [17] Boas. In faſtigio columnarū erat opus [18] floſculentū: ſicq; abſolutū eſt opus columnarū. ¶ Porrò mare fecit fuſum, decē cubitorū à labio ei⁹ ad labiū eius, rotundū [19] per ambitū. altitudo ei⁹ erat quinq; cubitorū,

¶16. i. ex optimis lapidib⁹, & cōmendatiſſimis. ¶17 Heb. ſecūdū mēſuras [lapidum] exciſionis ſerratorum ſerra. i. lapidibus quæ habebant lapidum exciſorū & quadratorū magnitudinē. Quam autē magnitudinem haberēt hi lapides, incertū eſt ¶18. i. non ſolū parte interna ædificij, ſed etiam externa. ¶19 vſque ad lapides quibus incūbūt trabes, & extrinſec⁹. Lapides quibus incūbunt trabes, Gallice vocamus Corbeaux. q. d. parte interna omnia conſtructa erāt lapidibus arte ſūma elaboratis, vſque ad lapides quibus incumbebant trabes: & parte externa vſque ad eam partem quę reſpiciebat atrium magnū in quo popul⁹ orabat. ¶20. i. optimis ¶21 At ſurſum verſus erant lapides pretioſi iuxta quantitates lapidū ſerratorum, & cedrus. i. ſuper fundamentum erant lapides pretioſi, hoc eſt optimi, qui habebantur in pretio, & tabulæ cedrinæ. ¶22 At in porticu magna per omnia latera tres erant ordines lapidum ſerratorum, & ordo vnus trabiū cedrinarū. Porticus iſta magna erat in qua populus orabit: quæ non erat tecta, quod 2 Paralip. 4, dicitur Atrium magnum. ¶23. i. atrium ſacerdotum. ¶24. i. atriū quod erat ante tabernaculum in veſtibulo templi. Docti exiſtimant veſtibulum, atrium ſacerdotum, & atrium populi fuiſſe continua ſiue continentia ædificia. ¶15 Quod de vna columna dicitur, de altera quoque eſt intelligendum. ¶16 ſc. ſecūdā. Intellige etiam primā cinxiſſe. Ea enim erat craſſities vnius quæ alterius. Peripheria. i. linea ambiens, erat duodecim cubitorū: & diameter. i. linea dimetiēs, erat quatuor. q. d. in gyro ſunt duodecim cubiti, in diametro ſunt quatuor. eſt enim à peripheria ad diametrū proportio tripla, hoc eſt continet ter menſurā diametri, & ſeptimam eius partē, vt 22 ad 7. ¶17 linea. vſ, filū ¶18 vſ. coronamēta. ſiue. capitella. ¶19 vſ. funes ¶10 ſuperponerentur capiti columnarū. ¶11 Fecit igitur colūnas, & duos &c. De prædictis colūnis intelligit. eſt enim recapitulatio. ¶12 Heb. in circuitu in retiaculo vno: [idem de ſecundo intelligēdum] ad tegenda capitella quæ erant in ſummitatib⁹ [colūnarum, & in] malogranatis. i. vt duobus ordinibus malorū granatorū tegeretur pars media capitellorū. ¶13 erāt columnis impoſita, opere erant liliorum, tali quale vititur in veſtibulis [domorum elegantium,] per quatuor cubitos. Id eſt per duos inferiores & duos ſuperiores: & medium erat ſparſum malogranatis. Ex quinque partibus quatuor erant opertæ lilijs. ¶14 Hebraice ſic legitur, Ipſa capitella quę erant ſuper duas columnas, etiam deſuper è regione ventris capitelli, qui venter eſt e regione retiaculi [ſub. habebant malogranata:] nam malogranata ducēta erant in ordinibus duobus per circuitum in capitello ſecundo. q. d. nō ſolum lilia, ſed etiam malogranata erant in capitellis. Deſcribit autem quid eſſet in cubito quinto omiſſo. præterea quoniam ſuperius non explicarat vbi eſſent malogranata, hic explicat. Ventrē capitelli vocat partē laxiorem quæ magis prominet in pila. Quum ſecundum capitellū dicit, intelligit & primū, acſi dicat, in vtroq; capitello. ¶15 veſtibulū templi. ¶16 Hæc vox ſignificat Confirmet. quaſi diceret, Vtinam confirmet aut ſartam tectam ſeruet Dominus hanc domum. ¶17 Significat hæc vox fortitudinē & vigorem. quaſi diceret, Vtinam ſit in ea domo vigor perpetuō, ſit in fortitudine. i. ſtabilis ſit & permanens. Eodem tendit vtriuſque columnę nomen. ¶18 Heb. lilij. i. capitellum quod erat fere ſparſum lilijs. ¶19. i. tam in parte ſumma quàm in ima. Hoc mare erat rotundū à ſummo ad imum. nam ſi fuiſſet in imo quadratum, non addidiſſet rotundum.

& [40] linea triginta cubitorum cingebat ipſum per ambitum. [41] Sub labio eius erāt nodi per ambitum qui cingebant ipſum mare, decem vno cubito, duo ſcilicet ordines nodorum, qui erant fuſi cum ipſo mari. Stabat ſuper duodecim boues, tres reſpiciebant ad Aquilonem, tres reſpiciebāt verſus mare, tres item vertebant facies ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientem: ſuper his ſtabat mare deſuper: poſteriora autem eorum omnia erant introrſus. Craſſities eius palmũ habebat, & labiũ eius [42] erat fabrefactũ vt labiũ crateris germinante lilio, capiebátque duo millia batorũ. ¶ Et fecit decem [43] machinas æneas, cuiuſque [44] machinæ longitudo quatuor fuit cubitorum, latitudo eius quatuor cubitorum, & altitudo eius trium cubitorum. [45] Sic verò fabrefactæ fuerunt machinæ. Abacos habuerunt intra limbos concluſos, [46] Atque in abacis illis intra limbos incluſis, leones erant, boues, & cherubim. ſupra limbos pes erat ſuperne, ad cuius infimam partem item leones erant & boues, tum etiam additamenta quædam opere bracteato. Singulæ [47] machinæ habebant rotas æneas quatuor, & tabulas æneas deinde erant in quatuor angulis [48] eius [49] humeri [50] ſub labro ipſo ad latera vniuſcuiuſque, qui humeri fuſi erant, quiſq; è regione alterius pone additamentum. Os eius [51] intra coronamentum & ſupra cubitum habebat, óſque eius rotundum erat vt opus pedis, habens ſeſquicubitum: & ſupra os eius erant extantes noduli, quorum abaci quadrati erant nō rotundi. Quatuor illæ rotæ [52] erant ſub abacis, axéſque rotarum in machina ipſa: [53] altitudo rotæ erat ſeſquicubiti. Erat autem factura rotarũ vt factura rotæ currus: [54] axes earum, modioli earum, radij earum, & canthi earum: omnia hæc [55] fuſa erant. Quatuor inſuper [56] humeri ad quatuor angulos [57] machinæ cuiuſlibet: [58] atque hi humeri eius ex machina procedebant. [59] Et ſupra machinā altitudo erat ſeſquicubiti rotunda circunquaque, & in ſummo machinæ limbi eius & abaci eius ex ipſa. [60] Exculpſerat enim ſuper tabulas limbos, & ſuper abacos eius cherubim, leones & palmas, quemadmodum in abaco quolibet & additamento circunquaque. Ad hunc modum fecerat decem [61] machinas, eodem modo fuſas, eadem menſura, eadémque [62] formatura omnibus. ¶ Fecit præterea decem labra ærea, ſingula labra capiebant quadraginta batos, ſinguláque labra quatuor erant cubitorum.

altitudo eius, & reſticula triginta cubitorũ cingebat illud per circuitum. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines ſculpturarum iſtriatarum erant fuſiles. Et [a] ſtabant ſuper duodecim boues, è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare ſuper eos deſuper erat: quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant. [¶ [a] ſtabat ſingulum.] Groſſitudo autem lutēris, trium vnciarum erat: labiúmque eius, quaſi labium calicis, & folium repandi lilii: duo millia batos capiebat, & tria millia metretas. ¶ Et fecit decē baſes æneas, quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. [Baſes æneæ.] Et ipſum opus baſium, interraſile erat: & ſculpturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & [c] in iuncturis ſimiliter deſuper: & ſubter leones & boues quaſi lora ex ære depēdentia. [¶ [c] inter iuncturas] Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei: & per quatuor partes quaſi humeruli ſubter lutērem fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. [Luter.] Os quoque lutēris intrinſec' erat in capitis ſummitate: & quod forinſecus apparebat, vnius cubiti erat, totũ rotundum, pariterque habebat vnum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos baſis erāt, cohærebant ſibi ſubter baſim: vna rota habebat altitudinis cubitũ & ſemis. Tales autem rotæ erant quales ſolent in curru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fuſilia. Nā & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius, ex ipſa baſi fuſiles & coniuncti erant. In ſummitate autem baſis erat quædā rotūditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter deſuper poſſet imponi, habens cælaturas ſuas, variáſque ſculpturas ex ſemetipſa. Sculpſit quoque in tabularis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, vt non cælata, ſed appoſita per circuitū viderentur. In hunc modum fecit decem baſes, fuſura vna, & menſura, ſculpturáque conſimili. ¶ Fecit quoq; decē lutēres æneos: quadraginta batos capiebat luter vn', erátq; quatuor cubitorũ [Lutēres decē ænei.]

¶ 40 vl. reſticula ¶ 41 Et tubercula ſimilia cucurbitis ſubter labium eius per circuitũ cingebāt illud mare, dena per ſingulos cubitos cingebāt mare ipſum per circuitũ: in duob' ordinib', tubercula illa erant fuſa fuſiōe illius. i. fuerunt fuſa quando mare illud fuit fuſum. q. d. non fuerunt aduentitia, ſiue appoſititia. trecenta tubercula fuerunt. ¶ 42 erat ſecundum op' labij calicis, & floris lilij. Id eſt, ſimile erat flori lilij. ſunt enī lilij flores curuati. Alij vertunt, & flos lilij erat i eo. i. mare illud erat ſparſum floribus lilij. ſic Chaldæus paraph. ¶ 43 baſes. quæ ſcilicet ſuppoſitæ erant decem conchis. ¶ 44 baſis ¶ 45 Iſtud autē eſt opus baſis, cincturæ erāt illis, quæ cīcturæ erāt inter prominentias. q. d. Singularũ baſiũ apparatus erat huiuſmodi. Singulæ baſes habebāt ſingulas cincturas: & ſingulæ cincturæ erant inter prominentias duas, imā ſcilicet, & ſummā. Prominentias vocat quæ ſpondis lectorũ veteri forma ſtructorũ erāt ſimiles. Gallicè, Bors larges par le hault & par le bas. ¶ 46 Et ſuper illas cincturas quæ erant inter prominentias illas, ſigilla[quædam deformata in ſpeciem leonum, boum, & cherubimorum: & ſuper prominentias[ſ. i. in ſumma parte baſis magnæ]erat parua alia baſis deſuper, & ſubter erant leones & boues: erant etiam additamenta quædam opere extenſo. Id eſt, adiectitia tubercula, quæ erant vice baſium quibus incumbere videbantur ſigilla illa, ſiue animalia quæ erant vice baſium. Secundo loco omiſit cherubimos: ſubintelliguntur tamen. Prominentias vocat, les bors & mouleures. Subter autem, hoc eſt in magna baſi. ¶ 47 baſes ¶ 48 ſub. baſis. ¶ 49 humeruli. ſiue, fulcra quædam ¶ 50 Hebr. & ſubter labrum illa fulcra erant fuſa eregione ſingulorum additamentorum. Hoc eſt in fundo, ac parte ima ipſius labri. ¶ 51 erat intra capitellum ipſum: & ſurſum, in cubito (orificium autem eius capitelli erat rotundum inſtar baſis) vnius cubiti & dimidii: erāt item ſuper os ipſum cælaturæ quædam cum cincturis ſuis, quæ quadratæ erant, non rotūdæ. Surſum inquit, in cubito &c. i. ſiquis ad vmbilicũ eius metiri velit illam columnellam mēſura cubitali, habebit cubitum & dimidium latitudinis. Cincturas quadratas fuiſſe dicit, vt ſunt zonæ latæ: non rotundas, vt ſunt zonæ rotundæ. ¶ 52 infra cincturas erant axes autem rotarum erant in baſe ipſa. Axes non ſupponebantur baſi, verũ in ipſa baſe erant. ¶ 53 i. ſingulæ rotæ habebant cubitum & dimidium. ¶ 54 Declarat quomodo rotæ baſis ſimiles erant rotis curruum, nam, inquit, axes habebant, radios, &c. ¶ 55 vl. ex ære fuſa erāt. ¶ 56 ſiue, ſuſtentacula ¶ 57 baſis ¶ 58 ex ipſa autem baſe erant ipſa ſuſtentacula. ſiue fulcra. Id eſt, malleis producebantur ex ipſa maſſa æris vnde factæ erant baſes, nec erant adiectitia. Gallice, De la meſme piece. ¶ 59 In ſummitate autem baſis iſtius[quadratæ]erat dimidiũ cubiti in altitudine, rotundũ per circuitũ, & in ſummitate baſis[paruæ]erāt prominentiæ & cincturæ eius, quæ ex ea erant. i. In baſi illa quadrata erat colũnella quædā rotūda, cuius altitudo erat dimidij cubiti: & in colũnella illa parua quæ ſuperpoſita magnæ baſi erat, erant prominentiæ & cincturæ ex ipſa baſi productæ, non adiectitiæ. Gallice, Faictes de la meſme piece. ¶ 60 Fecit & cælaturas in tabulis prominētiarũ eius [ſub. paruæ baſis,] & in cincturis[ſub. ſingularum paruarum baſium ſculpſit] cherubimos, & leones, & palmas, eregione cuiuſque additamentorũ circũquaq;. Vl, quæ erant per circuitũ. Per tabulas prominentiarũ intelligit ſpatia quædam ornata elegantibus ſculpturis quæ erant inter prominentias ipſas. ¶ 61 baſes, ¶ 62 ſculptura

ſingulos quoque luteres per ſingulas, id eſt decē baſes, poſuit. Et conſtituit decē baſes, quinq; ad dexterā partem tēpli, & quinq; ad ſiniſtrā: Mare autē poſuit ad dexterā partē tēpli contra Orientē ad Meridiem. Fecit ergo Hiram lebetes, & ſcutras, & amulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in tēplo Domini. Colūnas duas, & funiculos capitellorū ſuper capitella colūnarum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarum. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos verſus malogranatorum in retiaculis ſingulis, ad operiendos funiculos capitellorū qui erant ſuper capita columnarum. Et baſes decem, & luteres decem ſuper baſes. Et mare vnū, & boues duodecim ſubter mare. Et lebetes, & ſcutras, & amulas. omnia vaſa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant. In campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra, inter Sochoth & Sarthan. Et poſuit Salomon omnia vaſa in domo Domini: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. Fecitq; Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureum, & mēſam ſuper quā ponerentur panes propoſitionis, auream: & candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtram contra oraculum ex auro puro: & quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas: & forcipes aureos, Et hydrias, & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro puriſſimo: Et cardines oſtiorum domus interioris Sancti ſanctorum, & oſtiorum domus tēpli, ex auro erāt. ¶ Et perfecit omne opus quod faciebat Salomō in domo Domini, & intulit quę ſanctificauerat Dauid pater ſuus, argentū, & aurū, & vaſa, repoſuitq; i theſauris domus Domini. CAP. VIII.

TVnc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Iſrael ad regem Salomonē in Ieruſalem: vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id eſt de Sion. Conueniitq; ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe Bethanim in ſolenni die, ipſe eſt menſis ſeptimus. Veneruntque cuncti ſenes de Iſraël, & tulerunt arcā ſacerdotes, & portauerunt arcā Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa ſanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Iſrael quæ conuenerat ad eū, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabāt oues & boues abſque æſtimatione & numero.

¶ quoque ¶ lebetas, ¶ primos 2. Paral. 5. a. ¶ rex 2. Par. 5. a. Collocatur arca in tēplo. ¶ Ethanim

[63] ſingulisque machinis ſingula labra impoſuit. Et collocauit quinq; [64] machinas ad latus ædis dextrum, & quinque ad latus ædis ſiniſtrū. [66] Lacum verò poſuit [67] à latere ædis dextro ad Orientem, Meridiem verſus. Fecit quoque Hiram [68] lebetes, ſcopas, [69] peluꝰ ſparſorios. & abſoluit vniuerſum opus quod ipſi Solomoni fecit pro æde Domini, Nempe columnas duas, [70] & epiſtylia rotunda cum coronamentis ſuper capita columnarum duarum, retia duo quæ tegerēt duos globos coronatos in ſummo colūnarum. Mala quoque punica quadringenta ſuper duo [71] retia, duos ſcilicet ordines malorū punicorum in quolibet [72] reti, [73] vt tegerent globos duos coronatos in ſummo columnarum. [74] Machinas itē decem & labra decem ſuper [74] machinas, Mare vnum, & boues duodecim ſub mari. Lebetes quoque, & ſcopas, pelues ſparſorios, & omnia vaſa huiuſmodi quæ fecit Hiram regi Solomoni pro æde Domini ex ære [75] polito. [76] In æquore plano Iordanis fudit ea rex, in argilla denſa, inter Succoth & Zarthan. [77] Et reliquit Solomon omnia vaſa, [78] quòd vehementer multa eſſent, nec æris pondus inueſtigari potuerit. Fecit itaque Solomon omnia vaſa quæ pertinebant in ædem Domini, [79] arā auream, & menſam ſuper quam erant panes [80] facierum, ex auro. Candelabra quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram ex auro puriſſimo [81] ante adytum: & [82] flores, [83] lampades, & emunctoria ex auro: [84] Crateres, falces, pelues ſparſorios, cochlearia, & ignis receptacula ex auro puriſſimo: Cardines quoq; ianuarū ædis interioris, Sancti ſcilicet ſanctorū, & pro valuis [85] ędis baſilicæ, ex auro [fecit.] Abſoluit itaque vniuerſum opus quod [86] fecit rex Solomon [87] in æde [88] Domini, & [88] intulit ea [89] Solomō quæ dedi auo et pater eius, argentum ſcilicet, aurū, atque vaſa, tetpoſuitque ea in theſauros ædis Domini.

CAP. VIII.

TVnc conuocauit Solomon ſeniores Iſraelis, omnia capita tribuū [id eſt] eos qui primores erant patrum [1] filiorum Iſrael ad regē Solomonē [2] Ieroſolyma, vt adducerent arcā fœderis Domini, de ciuitate Dauid, [3] ea eſt Ziō. Cōgregatiq; ſunt ad regem Solomonē omnes viri Iſraelis in mēſe [4] Ethanim in die feſto: is eſt mēſis ſeptimꝰ. [5] Veneruntq; cuncti ſeniores Iſraelis, & ſacerdotes [6] tulerūt arcā. Et adduxerunt arcā Domini, & tentoriū [7] cōſtitutionis, & omnia vaſa ſacra quæ erant in tētorio. adduxerūt inquā ea [8] ſacerdotes & Leuitæ. Et rex Solomō atq; vniuerſus cœtus Iſraelis, qui ad eū conuenerant, cū eo [erant] ante arcam, ſacrificantes oues & boues, qui præ multitudine nec numerari nec [9] recenſeri potuerunt.

¶ 63 Heb. cōcha vna ſuper baſim vnam per decem baſes. Id eſt, in ſingulis baſibus quæ decem erant, ſingulas conchas poſuit. ¶ 64 baſes ¶ 65 domꝰ. Id eſt, atrij ſacerdotū qđ erat tēplo cōiunctū. ¶ 66 Mare ¶ 67. i. iuxta fores tēpli in latere quod opponitur Meridiei: hoc eſt qđ dicit, in latere dextro. Ingreſſus templi ad Oriētem erat. Mare, primùm occurrebat, deinde cōchæ. Neque in mari lauabant ſeſe ſacerdotes, neque in conchis holocauſta lauabantur. verùm ſacerdotes aqua quā per ſalientes hauriebāt ex mari ipſo, abluebāt manꝰ & pedes: holocauſta autem tantum abluebant frigida ſūpta ex conchis per ſalientes. ¶ 68 conchas. ¶ 69 Vaſa erant è quibus ſpargebatur aqua aut ſanguis. ¶ 70 & vaſa rotunda capitellorum quę [ſcilicet capitella] erāt in ſummitate colūnarū,

duo: & retiacula duo ad tegēda duo rotunda vaſa capitellorum, quæ capitella erāt ſuper caput colūnarum. Vaſa rotūda duo vocat bina hemiſpheria, dimidiatas pilas, ſiue dimidiatos globos. ¶ 71 retiacula. ¶ 72 retiaculo, ¶ 73 ad tegenda bina vaſa rotunda [vł, bina hemiſpheria] quæ erant ſuper faciē colūnarum. Hic accipit faciē pro capite. ¶ 74 Baſes ¶ 75 vł, terſo. ¶ 76 In planitie Iordanis curauit illa fundenda rex, ¶ 77 Heb. Dimiſit autem. i. neglexit. ſub. pōderare. ¶ 78 præ multitudine nimia, nō [fuit] diſquiſitū pōdus æris. ¶ 79 Hæc ara erat in Sācto. ¶ 80 vł, propoſitionis. i. qui proponebantur faciei Dei, hoc eſt arcæ. ¶ 81 vł, ante oraculum. alias dicebatur Sanctum ſanctorum. ¶ 82 vł, lilia, ¶ 83 & lucernas, & forcipes ex auro: ¶ 84 Hydrias & pſalteria. ſiue inſtrumenta, ¶ 85 domus. [id eſt] templi, ¶ 86 vł, curauit faciendum ¶ 87 pro domo ¶ 88 ſub. in templum. ¶ 89 Heb. Solomon ſanctitates patris ſui. VIII. ¶ 1 Primores, ſiue duces patrum, ſunt duces familiarum antiquarum. ¶ 2 Antecedens pro relatiuo, ad ſe. ¶ 3 vł, quæ alio nomine dicitur Sion. ¶ 4. i. fortium. Mēſis eſt Septembris, qui ſic dicitur propter fructus arborū & fruges, quæ collectæ, eo menſe reponuntur in horrea. fructibus ſiquidē confirmatur cor hominis, humana quoq; vita roboratur. Vel propter crebra & magna feſta quæ in ipſo menſe celebrantur, feſtum nēpe tabernaculorū, dies expiatorios, & feſtum dedicationis. ¶ 5 Venerūt inquā ¶ 6 ſub. in Sanctū ſanctorū. Sacerdotes ter arcā fœderis tulerunt, Cū tranſierūt Iordanē, Cū circuierūt Iericho, Et cū eam reduxit Dauid, Quarto hic in tēplum. nā erat Leuitarum hoc deferendę arcæ fœderis munꝰ: nō licebat autem illis intrare in Sanctū ſanctorū. q ſi potuiſſet pōtifex ſolus deferre, nō fuiſſet vſus opera ſacerdotū. In Paralipomenis dicitur Leuitas arcā intuliſſe: quod nomē eſt generale tā ad ſacerdotes, quàm ad alios. Vel Leuitæ tulerūt vſq; ad Sanctū ſanctorū, poſtea intulerūt ſacerdotes. ¶ 7 fœderis. quod Moſes curarat extruendū in deſerto. Vel, cōuentꝰ. quòd illuc frequēter conuenirēt filij Iſrael, aut quòd illic Deus ſuā exhiberet præſentiā, haberētq; cōmerciū cū hominibus. ¶ 8 Sacerdotes intulerūt arcam, & Leuitæ reliqua. Aut Leuitæ tulerūt arcam in Sanctū, & ſacerdotes in Sanctū ſanctorum. ¶ 9 ſupputari

¶10 tegebántq; ¶11 Et extraxerūt. ſub. in partem anteriorē adyti, vt cōſpicerētur extrema. illi erãt in extremitatibus arcæ per longitudinē, nō per latitudinē diſpoſiti. Inter eos vectes oportebat pontificē ingredi. prohibitū enim erat ne toti omnino extraherentur.
¶12 Heb. è ſanctuario
¶13.i. in ingreſſu adyti.
¶14 i. nō excedebãt oraculū.
¶15 ſub. ex libro legis. q. d. Ex tota lege nihil continebatur in ea arca præter præcepta. non enim excludit virgã Aaron & vrnã in qua erat mã na, quę in arca erãt repoſita.
¶16 quod [fœd⁹] pepigerat &c. Tabulas vocat fœdus ſiue conditiones fœderis. Aut verte, quãdo pepigit [fœdus] Dominus &c. Aut [in quibus continebatur fœdus] quod pepigerat, &c. Chald. paraph. in quibus erat deſcriptū fœd⁹ quod pepigit &c.
¶17 egreſſi eſſent

Intuleruntque ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, in adytum ædis, in Sanctum ſanctorū ſubter alas cherubim. Nam cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, [10] circundabántque' cherubim tam arcam quàm vectes eius è ſupernis. [11] Effecerunt quoq; vt prominerent' vectes, ita vt viderétur capita vectium [12] de ſancto [13] ante adytū, [14] foris autē non videbantur,' fuerúntq; ibi in hūc vſque diē. In arca [15] nihil erat niſi duæ tabulæ lapideæ, quas illic repoſuerat Moſes in Horeb, [16] quas exciderat' Dominus cum filijs Iſrael, quum ipſi [17] exirēt' è terra Aegypti. ¶Quúmq; egrederétur ſacerdotes [18] ex ſancto, [19] nubes' impleuit domū Domini. Nec potuerunt ſacerdotes ſtare ac miniſtrare propter nubē: nam impleuerat [20] gloria Domini domū Domini.' Tum dixit Solomon, Dominus [21] dixit' ſe habitaturū in caligine. Omnino ædificaui domum habitationē tibi, vt habites [ibi] [22] perpetuò.' Et [23] verſa' facie ſua rex, [24] collaudauit, bonáq; imprecatus eſt' vniuerſæ cōgregationi Iſraelis, totáque congregatio Iſrael [25] ſtetit:' [26] dixitq;,' Laudandus Dominus Deus Iſrael, qui ore ſuo loquutus eſt ad Dauidē patrē meum, [27] manúq; ſua [28] exequutus eſt,' dicens, Ab eo die quo eduxi populū meū Iſraelem ex Aegypto, nō elegi ciuitatē ex omnibus tribubus Iſraelis ad ædificandum domū, [29] in qua eſſet nomē meū, [30] ſed Dauidem elegi,' vt præeſſet populo meo Iſrael. [31] Equidem pater meus Dauid corde ſuo cōceperat' extruere ſcilicet ædem [32] pro nomine Domini Dei' Iſrael, Sed Dominus dixit ad Dauidē patrē meū, Quãdoquidem [33] ſtatueras in corde tuo' extruere ædem nomini meo, bene quidē feciſti quòd hoc [34] corde tuo ſtatueras.' Attamen tu nō extrues ædem, ſed filius tuus qui de lumbis tuis egredietur, is extruet ædē nomini meo. [35] Cōfirmauit itaq; Dominus verbū ſuū quod loquutus eſt,' & ſurrexi ego pro Dauide patre meo, ſedēs in ſolio Iſrael, quēadmodū loquut⁹ eſt Domin⁹, & ędificaui domū nomini Domini Dei Iſraelis. Poſui quoq; ibi locū pro arca, in qua eſt [36] fœdus Domini,' quod pepigit cū patribus noſtris, quū ipſe [37] educeret' eos ex Aegypto. [38] Conſtitit' autē Solomō [39] ante arã Domini,' corã vniuerſo cœtu Iſraelis: & expandēs manus ſuas in cælū. Dixit, Domine De⁹ Iſraelis, nō eſt tibi ſimilis deus neq; in cælis ſuperne, neq; in terra inferne, qui ſeruas fœdus & [40] beneficētiã' ſeruis tuis ambulãtibus corã te toto corde ſuo, Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quæ pollicit⁹ es ei, quæ loquutus es ore tuo, [41] manu' tua præſtitiſti, vt [teſtatur] hæc dies. Nūc igitur Domine Deus Iſraelis, ſerua Dauidi patri meo ſeruo tuo, quæ pollicitus es ei, hiſce verbis, Non [42] excindetur' tibi vir corã me, qui ſedeat in ſolio Iſraelis, [43] ſi modo' filij tui

Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, in oraculum templi, in Sãctum ſanctorum ſubter alas cherubim. Siquidem cherubim expandebant alas ſuper locū arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius dēſuper. Cúmque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinſecus, qui & fuerunt ibi vſque in præſentem diem. In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filijs Iſrael, cum egrederentur de Terra-Aegypti. ¶Factū eſt autem, cum exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit domum Domini, & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. ¶Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula. Aedificans ædificaui domum & habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum. Conuertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael: omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat. & ait Salomon, benedictus Dominus Deus Iſrael qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens, A die qua eduxi populum meum Iſrael de Aegypto, nō elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meū ibi: ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. ¶Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael: Et ait Dominus ad Dauid patrem meum, Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti hoc ipſum mente tractans. Veruntamen tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo. Confirmauit Dominus ſermonem ſuum, quem locutus eſt. ſtetique pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael. Et conſtitui ibi locū arcæ, in qua fœdus Domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris quando egreſſi ſunt de Terra-Aegypti. ¶Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum, Et ait, ¶Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui deus in cælo dēſuper, & ſuper terram deorſum: qui cuſtodis pactum & miſericordiã ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nūc igitur Domine Deus Iſrael, cōſerua famulo tuo Dauid patri meo quę locutus es ei, dicēs, Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi

Quid ex Pentateucho fuerit in arca. Heb. 9. a. Exod. 34. d.

Nebula implet templum. 2. Par. 6. a.

B

¶ in

Salomon benedicit congregationi, pòſt gratias agit Deo.

¶ manu ſua

Elect⁹ Dauid 2. Reg. 7. a.

Promiſſiones ſuas implet Deus.

C

Oratio Salomonis vt exaudiatur orãtes in tēplo. 2. Macab. 2. b.

2. Reg. 7. b. c.

¶18.i.ex ſancto ſanctorum, vel adyto. ¶19 per nubē & caliginem indicare voluit Deus præſentiã ſuã. ¶20.i. præſentia eius domum ſuam. Antecedēs pro relatiuo. ¶21.i. decreuit & ſtatuit. q.d. per hãc nubē intelligo Deū delegiſſe ſibi hūc locum, & ſedē hanc, tãquam ſibi gratiſſimam. Chaldæus paraph. Deus ſtatuit vt maieſtas ſua habitet in Ieruſalē.i. in tēplo extructo Ieroſolymis. ¶22 Heb. in ſeculum.i. per multa ſecula. ¶23 ſub. ad populum. ¶24 Heb. benedixit.i. bene precatus eſt. ¶25 aderat. vſ, adſtabat: ¶26 ſub. poſtea Salomon. ¶27.i. liberalitate ſua. vel, potentia ſua ¶28 vſ, adimpleuit. ſub. quod pollicitus fuerat. ¶29 vt eſſet nomen meū ibi.i. quæ dicaretur nomini meo, & in qua inuocarer. ¶30 ſub. vſque ad hoc tempus quo elegi Dauidem.i. Ieruſalem in qua Dauid ædificaret mihi templum. Vel, ſed elegi Ieruſalem vt in ea colerer, quã electionē oſtendi opera Dauidis. Vel dic orationē eſſe cōciſam, & ſubaudiri hoc loco quæ 2. Paral. 6. a, exprimūtur. ¶31 Heb. Fuit autē cum corde Dauidis patris mei.i. Cogitauerat Dauid &c. Vide 1. Paral. 22. a. ¶32 .i. in honorē & gloriam Dei. ¶33 Heb. erat cum corde tuo ¶34 Heb. fuit cū corde tuo. ¶35.i. Stetit promiſſis. ¶36.i. tabulæ in quibus erant præcepta, & cōditiones fœderis. ¶37 eduxiſſet ¶38 genibus ſcilicet flexis in atrio orationis populi. ¶39.i. coram altari magno quod erat in atrio ſacerdotum. ¶40 vſ, miſericordiam .i. qui ſeruas pactum quod nobiſcum iniſti per tuam miſericordiam. ¶41.i. liberalitate, vel potius potentia. ¶42 vſ, auferetur.i. Nō deerit de prole tua in Iſraele quem oculis meis intueri ſoleo. Sic Comedere coram Domino, Deuter. 12, eſt comedere in Ieruſalem, qui locus erat in quem Deus conijcere ſolebat oculos ſuos.
¶43 vſ, ita duntaxat. aut, ita tamen ſi &c.

cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. Et nunc "Domine' Deus Iſrael firmentur verba tua quæ locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergóne putandum eſt quòd verè Deus habitet ſuper terram? ſi enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quã ædificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnũ & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie, Vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc

Deute.12.b. nocte ac die: ſuper domum de qua dixiſti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, vt exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrael, quodcunque orauerint in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & cum exaudieris, propitius eris.

D ¶ Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum

Iuramentum. quo teneatur aſtrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, Tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuã ſuper caput eius, iuſtificánſque iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam.

Bellum. ¶ Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos quia peccaturus eſt tibi: & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: Exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Iſrael, & reduces eos in terram quã dediſti patribus eorũ.

Pluuia. ¶ Si clauſum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orãtes in loco iſto pœnitẽtiam egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionem ſuã: Exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorũ, & populi tui Iſrael: & oſtende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam ſuper terrã* quam dediſti populo tuo in poſſeſſionẽ.

¶* tuam

Fames. Peſtis. Aerugo. ¶ Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilẽtia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locuſta, vel rubigo, & afflixerit eũ inimicus eius portas obſidens, omnis plaga, vniuerſa infirmitas, Cũcta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Iſrael: ſiquis cognouerit plagã cordis ſui, & expãderit man⁹ ſuas in domo hac, Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuiq; ſecundũ omnes vias ſuas, ſi

E

Corda Deus ſolus nouit. cut videris cor ei⁹ (quia tu noſti ſol⁹ cor omniũ filiorũ hominũ) Vt timeãt te cunctis diebus qui b⁹ viuũt ſuper faciem terræ quã dediſti patribus noſtris.

Alienigena. ¶ Inſuper & alienigena, qui non eſt de

obſeruauerint viam [44] ſuam, vt ambulent corã me, quẽadmodũ tu ambulaſti in cõſpectu meo. [45] Nunc igitur ô Deus Iſraelis, [46] firmũ quæſo ſit verbũ tuum quod loquutus es ad ſeruum tuum Dauidem patrẽ meum. [47] Itáne verè Deus habitat [48] in terra? En cæli, cæliq; cælorum te non capiunt, quãto minus ædes iſta quã extruxi? At tu [49] reſpicies ad orationẽ ſerui tui, & ad precationem eius Domine Deus me⁹, [50] vt audias votum & orationẽ, quam ſeruus tuus orat hodie coram te, [51] Vt ſint oculi tui aperti ad domum iſtam nocte & die, ad locum ſcilicet hũc de quo dixiſti, [52] Erit nomen meum illic: [53] [vt] audias orationem quã [54] orat ſeruus tuus in loco iſto. Audies quoque precationem ſerui tui, & populi tui Iſrael: [55] quũ orauerint in loco iſto, [56] exaudieſq; in loco habitationis tuæ [57] in cælis [neq; exaudies tantũ, ſed] & [58] propitius eris. ¶ [59] Quũ peccauerit quiſpiã aduerſus proximũ ſuũ, [60] ſuſceperitq; ſuper ſe iuramẽtũ, quo ſeſe obſtringit, veneritq; [61] iuramẽtũ corã ara tua i hac domo, Tu quidẽ [62] audies in cælo, & facies atq; ius dices ſeruis tuis, vt impiũ oſtẽdas eũ qui impi⁹ eſt, [63] dãdo ſcilicet viã ei⁹ in caput eius: [64] vtq; iuſtũ pronũties iuſtũ, dãdo ſcilicet ei iuxta iuſtitiã eius. ¶ Quũ corruerit populus tuus Iſrael corã hoſte, eo quòd peccauerint in te: [65] reuerſi autẽ fuerint ad te, & [66] laudauerint nomen tuum, orauerint atque ſuppliciter rogauerint te i domo iſta, Tu exaudies i cælis, [67] propitiúſque eris peccato populi tui Iſrael, & [68] reduces eos in terrã quã dediſti patrib⁹ eorũ. ¶ Quũ cælũ fuerit clauſum ita vt non ſint pluuiæ, eo quòd in te [69] peccauerint, ſi precati fuerint [70] hoc in loco, [71] cõfeſſiq; fuerint nomini tuo, [72] reuerſi ſcilicet à peccatis ſuis, quãdoquidẽ eos affligis, Tu exaudies in cælis, propitiúſq; eris peccato ſeruorũ tuorũ, [73] atq; populo tuo Iſrael, [74] dirigẽs eos in viã bonã qua [75] incedãt, dabiſq; pluuias ſuper terrã tuã, quã dediſti populo tuo i hæreditatẽ. ¶ Porrò ſi fames fuerit i terra aut peſtilentia, aut ſi fuerit [76] robigo, [77] aurigo, locuſta, [aut] bruc⁹ ſi fuerit, [aut] ſi hoſtis eius eũ obſederit [78] in terra portarũ ſuarũ, [in ſumma] quæcunq; tãdẽ afflictio, aut quicũq; morb⁹ [inciderit,] Omnem orationẽ omnẽq; ſupplicationem quæ facta fuerit [79] à quocũq; homine [80] ex vniuerſo populo tuo Iſrael: [81] vt quiſq; norit afflictionẽ corde ſuo, ſi expãderit man⁹ ſuas ad domũ iſtã, Tu exaudies in cælis, [nempe] in habitaculo mãſionis tuæ, propitiúſque eris, & facies, & dabis vnicuiq; iuxta omnes vias ſuas, ([83] quãdoqdẽ tu cor eius noſti:) tu eni ſol⁹ noniſti cor omniũ filiorũ hominũ, [84] Vt ſcilicet timeãt te cũctis diebus quib⁹ ipſi viuũt in ſuperficie terræ quã dediſti patribus noſtris. ¶ [85] Sed & alienũ qui nõ eſt de

¶ 44. i. quã cuſtodire debent, quæ eſt vt ambulẽt corã me. ¶ 45 Nunc inquã ¶ 46 Heb. verificetur quæſo. i. confirmetur & eueniat. ¶ 47 vel, Veríumne eſt quòd De⁹ habitatur⁹ ſit &c. Dictiones præpoſtero ordine poſitæ hoc loco apud Hebræos. Mirabundus exclamat. ¶ 48. i. In hoc puſillo tẽplo? ¶ 49 vel, reſpice ¶ 50 exaudiẽdo clamorẽ. vel, laudẽ. aut orationẽ quæ fit clara voce. ¶ 51 ſub. Fac, vel Præſta. Petitio eſt. ¶ 52. i. Illic colar. Vide Deuteron. 12. a. q. d. Ego operabor in eo mirabilia. illic gloria mea agnoſcet. ¶ 53 [&] audias ¶ 54 orabit. ſiue, oratur⁹ eſt ¶ 55 qui oraturi ſunt ¶ 56 vel, exaudi tu inquam ¶ 57 [id eſt] de cælo: ¶ 58 condonabis. vel, cõdona: parce peccatis. ¶ 59. i. Si aliqs depoſitũ ne[gauerit] ¶ 60 Heb. & detulerit illi [iudex] iuſiurandum, exigendo ab eo [illud]. i. ſententia ſua iudex ſtatuerit illum iuraturum, ita vt cogat eum iurare. ¶ 61 Heb. [vis] iuramẽti. i. is qui per ſententiam iudicis iurare debet. ¶ 62 exaudi. ſubaudi, orationem eius qui iuſtam cauſam habuerit. ¶ 63. i. reddẽdo ei iuxta malum meritum, affligendo eum pro malo merito. ¶ 64 Heb. iuſtificando iuſtum. i. abſoluendo eum qui iuſtam habet cauſam. ¶ 65 ſub. illi qui domi remanſerit Ieroſolymis, alijs i bellũ profectis, ſi audita ſuorũ fuga cõuerſi fuerint ad te. & Deũ laudauerint. ¶ 66 agnoſcẽdo ſcilicet ſcelera ſua. ¶ 67 parcẽſq; peccato &c. ob quod ſcilicet cæſus fuit ab hoſte. ¶ 68. i. reuerti facies captiuos. ¶ 69 ſub. incolæ eius regionis. ¶ 70 Chaldæ⁹ paraph. verſus locũ hunc. i. conuerſi ad hunc locum. ¶ 71. i. te agnouerint Deũ, & laudarint te. Tã in proſperis, quàm aduerſis laudãdus Deus. ¶ 72 Heb. & à peccato reuerſi fuerint, quum locutus fueris ad eos. ſub. per prophetas. A peccato inquit, ob quod cælum clauſum fuerat: & conuerſi fuerint ad vocẽ prophetæ, per quem eos redargueris. ¶ 73 Heb. & populi tui &, pro id eſt. ¶ 74 Heb. quũ docueris eos viã. q. d. exaudies inquã eos, poſteaquam edocti fuerint à te per prophetas. ¶ 75 ambulaturi ſint. i. docebis eos quid agere debeant. ¶ 76. i. vitium ſpicarum, quum vertuntur ſpicæ in cinerem ſordidũ vento Orientali. Gallice, quãd le blé eſt niellé. ¶ 77 Vox Hebræa ſignificat vitiũ ſegetum grauius priore, quum tota ſeges perit, nullas prorſus ſpicas producens. ¶ 78. i. in propria regione. ¶ 79 Hoc intelligitur de priuata & peculiari oratione. ¶ 80 Heb. [&] ab vniuerſo. de publica oratione intelligit. ¶ 81 Heb. qui ſentiet quiſque plagã cordis ſui. vel, quum quiſque ſenſerit dolorem &c. Plagam cordis vocat dolorem animi non mediocrem. Suſcipimus enim orationem, quum ſentimus nos dolore affici. ¶ 83 (cuius tu noſti cor:) ¶ 84 ſubaudi, exaudias inquam. ¶ 85 q. d. Quinetiam quod ad alienigenã attinet, ſiue exteras gẽtes. Hactenus de populo Iſraelitico, nũc pro exteris.

populo tuo Iſrael, qui è lõginqua regione[86] propter nomen tuum' venerit: ([87]Audient enim' nomen tuum magnum, manum tuam robuſtam, atque[88] brachium tuum extentum) [89]veniéntque orauerit[90] in domo iſta, 'Audies tu in cælis [nempe] in habitaculo manſionis tuæ, faciéſq;[91] omnia pro quibus' alienigena clamauerit ad te, vt cognoſcant vniuerſi populi terræ nomen tuum, & timeant te ſicut populus tuus Iſrael, ſciántq;[92] quod nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum iſtã quã ædificaui. ¶Si egreſſus fuerit populus tuus Iſrael ad bellum cõtra hoſtem ſuum, ea ſcilicet via qua tu eos mittis, orauerintq; ad Dominum [93]verſus vrbem' quam tu elegiſti, & verſus domũ quam ædificaui nomini tuo, tu in cælis exaudies orationẽ eorũ, & ſupplicationẽ eorum, [94]dicéſq; eis ius. ¶Si [95]peccauerint' in te, (quandoquidem non eſt homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, tradideriſque eos coram hoſtibus, ita vt abducant ij qui eos capiũt, in terram hoſtiũ, ſiue id procul fuerit, ſiue prope, [96]reuocauerintque ad cor ſuũ, 'in terra in quam captiui abducti ſunt: ſi inquam reſipuerint, ſupplicauerintque tibi in terra eorum qui eos captiuos tenent, dixerintque, Peccauimus, peruerſe egim', impie fecimus. Cõuerſiq; [inquam] fuerint ad te toto corde ſuo, totóque animo ſuo in terra hoſtium ſuorũ, qui eos captiuos abduxerunt, & orauerint ad te verſus terram ſuã quam dediſti patribus eorum, [id eſt] verſus ciuitatem quam elegiſti, & verſus ædem quã ædificaui nomini tuo. Tu exaudies in cælis, [nempe] in habitaculo firmo manſionis tuæ orationem eorum, atque ſupplicationem eorum, [94]& ius reddes eis, [97]Propitiúſque eris' populo tuo, qui peccauerat contra te, & omnibus præuaricationibus eorum, quibus præuaricati ſunt contra te, &[98] cõciliabis eis gratiam coram illis qui eos captiuos tenent, vt miſericordia erga eos moueantur. [99]Ipſi enim ſunt populus tuus & hæreditas tua, 'quos eduxiſti ex Ægypto è medio fornacis[100] ferreæ: [101]Sint ergo' oculi tui aperti ad precationẽ ſerui tui, atque ad precationẽ populi tui Iſrael, vt exaudias eos [102]in omnib' pro quibus' ad te clamauerint, Quoniam tu [103]ſegregaſti' eos tibi [104]in hæreditatem [105]ex omnibus' populis terræ, [106]quemadmodum loquutus es per manum ſerui tui Moſis, [107]quando eduxiſti' patres noſtros de Ægypto Domine Deus. ¶Quũmq; Salomõ ceſſaſſet orare ad Dominum vniuerſam orationẽ & precationem iſtã, ſurrexit'[108] ante aram Domini, nec vltra flexit genua ſua, [109]nec manus ſuas expandit in cælum, Sed ſtans bene precatus eſt' vniuerſæ eccleſiæ Iſraelis magna voce, dicens, [110]Laudandus' Dominus, qui dedit[111] requiẽ populo ſuo Iſrael, [112]iuxta omnia quæ loquutus eſt, [113]non cecidit verbũ vllum ex omni ſermone eius bono, quẽ loquutus eſt per' Moſen ſeruũ ſuum. [114]Sit Dominus Deus noſter nobiſcum, quemadmodum fuit cum patribus noſtris, ne derelinquat nos, neque deſerat nos. Vt inclinet cor noſtrum ad ſe, vt ambulemus in vijs eius, [115]& 'cuſtodiamus præcepta eius, ſtatuta eius atque iudicia eius, quæ præcepit patribus noſtris. [116]Veniántque verba mea iſta qui-

populo tuo Iſrael, cũ venerit de terra lõginqua propter nomẽ tuum (Audietur enim nomen tuũ magnũ, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, Tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt diſcant vniuerſi populi terrarũ nomen tuũ timere, ſicut popul' tuus Iſrael, & probẽt quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam ædificaui. ¶Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum cõtra inimicos ſuos, per viam, quocũque miſeris eos, orabunt te contra viã ciuitatis quam elegiſti, & cõtra domũ quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cælo orationes eorũ, & preces eorũ, & facies iudicium eorum. ¶Quòd ſi peccauerint tibi (nõ eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terrã inimicorum longè vel propè, & egerint pœnitentiã in corde ſuo in loco captiuitatis, & cõuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua dicẽtes, Peccauim', iniquè egimus, impiè geſſim': Et reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorũ ſuorũ, ad quã captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viã terræ ſuæ quam dediſti patribus eorũ, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo: Exaudies in cælo, in firmamẽto ſolij tui orationes eorũ, & preces eorũ, & facies iudiciũ eorũ, Et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorũ quib' præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiã coram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis. Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de Terra-Ægypti, de medio fornacis ferreæ. Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatẽ de vniuerſis populis terræ, ſicut locutus es per Moyſen ſeruum tuum, quando eduxiſti patres noſtros de Ægypto Domine Deus. ¶Factum eſt autem, cum cõpleſſet Salomon orans Dominũ omnem orationẽ, & deprecationem hanc, ſurrexit de cõſpectu altaris Domini: vtrunque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum. Stetit ergo, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce magna, dicẽs, Benedictus Dominus qui dedit requiẽ populo ſuo Iſrael, iuxta omnia quæ locutus eſt: nõ cecidit ne vnus quidẽ ſermo ex omnibus bonis quæ locut' eſt per Moyſen ſeruũ ſuũ. Sit Dominus De' noſter nobiſcũ ſicut fuit cũ patribus noſtris, nõ derelinquẽs nos, neque proijciens. Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis vijs eius, & cuſtodiamus mãdata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcũq; mãdauit patribus noſtris. Et ſint ſermones mei

Nomen Dei vbique auditum.

Bellatores orãtes victoriam.

Pctõres oẽs. 2.pa.6.g.3.io. 1.d.eccles 7.c

Popul' captiuus ductus.

Confeſſio.

Salomon rurſum benedicit omni Iſrael.

¶86.i.audita fama eorũ quæ facis. ¶87 Cum intellexerint &c. Vox Hebræa audire ſignificat, hic pro intelligere accipiendum: nam auditus eſt miniſter intellectus. ¶88 .i. promptitudinẽ ferendi auxilij.i. & alacritatẽ ad ferẽdum auxilium qua præditus es. ¶89 venerit in quam oratur'. vel. & fuderit preces ¶90 ad domũ iſtã.i. vel, verſus domum iſtã, vt ait Chal. paraphr. nam nõ licebat exteris ingredi templum, ne populo quidẽ Iſraelitico, ſed in atrio orabant. ¶91 omnino vt ¶92.i.quòd domus hæc dicitur tua: intelligant hanc eſſe domũ tuam, & eam de nomine tuo dici. Inuocari nomen Dei ſuper aliquem, eſt ipſũ' dici. ¶93 Heb. ad viam vrbis ¶94 Heb. & facies iudiciũ eorum.i. vlciſcere iniurias eorum. ¶95 ſub. Iſraelitæ. ¶96.i. meminerintque peccatorum ob quæ fuerit abducti ¶97 vel, Pœniteatque ¶98 Heb. dabis eos i miſericordias corã eis qui captiuos duxerint eos.i. efficies vt miſericordiam ab ijs qui eos captiuos duxerint, conſequãtur. ¶99 q.d. Nõ fundo preces pro exteris, ſed pro ijs quos beneficijs tuis ſummis affeciſti. ¶100.i. quæ aſſiduo igni ita ĩduruit vt duritiẽ ferri æquet, hoc eſt, de loco in quo fuit probatus grauibus afflictionibus. ¶101 Vt ſint.i. Vt reſpicere digneris ad orantem ſeruum tuum. ¶102 in omni [tempore] quo ¶103 vel, ſeparaſti ¶104.i. vt eſſent tui quaſi hæreditario. ¶105 vel, præ omnibus ¶106 q.d. huius rei habeo authorem grauiſſimum & teſtimonium. ¶107 quum eduxiſſes ¶108 à conſpectu altaris à genuflectendo ſuper genua ſua.i. deſijtque eſſe flexis genibus. ¶109 Heb. & palmæ eius expanſæ erant verſus cælum. Et ſtetit, benedixitque. vel, Stánſque benedixit &c. Cũm Salomon oraret, erat oculis fixis in altare. Cũm verò orandi finem fecit, erexit ſe, & obuertit ſe verſus populum, illique bene precatus eſt. ¶110 Præmiſit gratiarum actionem benedictioni. ¶111 vel, ſedes quietas ¶112 prorſus vt promiſerat. ¶113.i. non fuit irritum verbum vllum, ex omnibus promiſſionibus bonis quas pollicitus erat per &c. ¶114 Hic bene precatur populo. ¶115 & pro id eſt. ¶116 Heb. Sintque verba mea iſta quibus deprecatus ſum, appropinquantia Domino Deo noſtro &c.i. Sit memor orationis huius qua modo vſus ſum.

i.ſi quibus deprecatus ſum corā Domino, appropinquantes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per ſingulos dies: & ſciant omnes populi terræ quia Dominus ipſe eſt Deus, & nō eſt vlterā abſque eo. Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie. ¶ Igitur rex & omnis Iſrael cum eo, immolabant victimas coram Domino. Mactauitque Salomon hoſtias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centū viginti millia: & dedicauerunt templum Domini rex & filij Iſrael. In die illa ſanctificauit rex medium atrij quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocauſtum ibi, & ſacrificium, & adipē pacificorum; quoniam altare æreū quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocauſtum, & ſacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrē, & omnis Iſrael cū eo, multitudo magna ab introitu Emath vſq; ad Riuum-Ægypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus & ſeptem diebus, id eſt quatuordecim diebus. Et in die octaua dimiſit populos, qui benedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes, & alacri corde ſuper omnib⁹ bonis quæ fecerat Dominus Dauid ſeruo ſuo, & Iſrael populo ſuo.

CAP. IX.

Factum eſt autem cū perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, Apparuit ei Dominus ſecundò ſicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; Dominus ad eum, Exaudiui orationē tuam & deprecationē tuam, quā deprecatus es corā me: ſanctificaui domum hanc quam ædificaſti, vt ponerem nomen meū ibi in ſempiternū, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque ſi ambulaueris corā me, ſicut ambulauit pater tuus, in ſimplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea ſeruaueris, Ponā thronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternū, ſicut locutus ſum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſrael. Si autem auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri, nō ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea, & ceremonias quas propoſui vobis, ſed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: Auferam Iſrael de ſuperficie terræ quam dedi eis, & templum quod ſanctificaui nomini meo proijciam à conſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. Et domus

¶ vt

Mactātur victimæ.

¶ omnes

Dedicatur templum.

Fit ingens celebritas.

Deus ſecūdò per quietem apparet Salomoni. 2. paralip. 7. c. 3. 4. a.

¶ Dauid

2. Reg. 7. b. c. 1. par. 22. b. c.

B

bus precatus ſum coram Domino ad Dominum Deum noſtrum die ac nocte,[119] vt ius dicat ſeruo ſuo & populo ſuo Iſraeli [1]ſingulis diebus iuxta rationem ſuam. Vt ſciant vniuerſi populi terræ, quòd Dominus eſt [2] Deus, & non alius.[120] Sit igitur cor veſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro,[121] vt ambuletis in ſtatutis eius &[122] cuſtodiatis præcepta ei⁹, vt hodierno[123] die. ¶ Porrò rex & omnis Iſrael cū eo immolabāt hoſtias coram Domino. Et ſacrificauit Solomon[124] ſacrificium gratulatorium quod ſacrificauit Domino, nempe duo & viginti millia boum, & centum atque viginti millia ouium, &[125] initiarunt domum Domini rex, & cuncti filij Iſrael. Eodē die[126] ſāctificauit rex mediū atrij quod erat ante ædē Domini: quoniā fecit illic holocauſta &[127] cibarium ſacrificium, & adipes[128] pacificorum: eo quòd[129] ara ærea quæ erat coram Domino, minor erat quam vt caperet holocauſta, & ſacrificia cibaria, atque adipes pacificorum.[130] Et fecit Solomon eodem tempore ſolēnitatem, omniſque Iſrael cum eo, cœtus magnus,[131] ab eo quo itur in Hemath vſque ad torrentem Ægypti,[132] coram Domino Deo noſtro[133] ſeptenis diebus, nempe[134] quatuordecim diebus. Octauo verò die[135] dimiſit populum, ipſique[136] gratulantes regi,[137] abierūt in tentoria ſua lætātes & hilari corde, pro vniuerſis beneficiis[138] quæ cōtulerat Dominus Dauidi ſeruo ſuo, & Iſraeli populo ſuo.

CAP. IX.

Qvúmque Solomon abſoluiſſet ædificium ædis Domini, & ædes regias, vniuerſúmque quod Solomō facere voluit,[1] viſus eſt Dominus Solomoni ſecundò, quēadmodū apparuerat ei in Gibeon. Dixitq; Dominus ad eū, Exaudiui orationē tuā & precationē tuā, quā precatus es in cōſpectu meo: ſanctificauiſ enim domū iſtā quā ædificaſti,[3] vt ponerē nomen meū ibi in æternū,[4] eruntque ibi oculi mei & cor meū cunctis diebus. Et tu ſi ambulaueris corā me, quēadmodum ambulauit Dauid pater tu⁹ in integritate cordis & in æquitate,[5] & feceris omnia quæ præcepi tibi, ſeruaueriſq; ſtatuta mea, & iudicia mea, Cōfirmabo ſolium regni tui ſuper Iſraelē perpetuò, quēadmodū pollicitus ſum Dauidi patri tuo hiſce verbis, Non ſuccidetur[6] ex te vir de ſolio Iſraelis. Quòd ſi omnino auerſi fueritis vos & filij veſtri à me, & nō cuſtodieritis præcepta mea & ſtatuta mea quæ propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alios, eóſq; adoraueritis, Succidam ego Iſraelē è ſuperficie terræ,[7] quā tradidi eis, & domum hāc quam ſanctificaui nomini meo, abijciam à conſpectu meo,[8] eritque Iſrael prouerbiū & fabula apud omnes populos. Et dom⁹

¶ 119 vt iudiciū faciat ſerui ſui, & iudicium populi ſui Iſraelis. i. vt det mihi neceſſaria ſeruo &c.

¶ 120 Hebr. rem diei in die ſuo. i. pro dierū ratione, vt ſingula fiant ſuo tēpore. ¶ 120. i. De⁹ ille verus.

¶ 121. i. Toto corde & ex animo eū colite.

¶ 122 ambulando ¶ 123 cuſtodiendo

¶ 123 ſub. facietis, ſic etiam in poſterum.

¶ 124 hoſtias pacificas quas mactabat

¶ 125 dedicauerunt ¶ 126. i. ſanctificandum curauit pro ſacrificiis interiorem partē atrij ſacerdotū, quæ erat ante veſtibulum templi. Latini videntur intelligere de altari Salomonis. Hebræi verò aiunt pauimentum lapideū atrij ſacerdotum fuiſſe conſecratū: nam altare nequaquam potuiſſet tantam copiam victimarum continere.

¶ 127 oblationes. vl. ſacrificia. ¶ 128 vl. hoſtiarum pacificarum:

¶ 129 altare lapideum intellige, veſtitum ære. Hoc Latini intelligunt de altari Moſis quod erat in veſtibulo. Hebræi non ſine ratione aliter ſentiunt, hoc debere intelligi de magno altari Salomonis, nam nominatim in Paralipomenis dicitur & exprimitur altare æneum Salomonis. ¶ 130 Fecit itaque Salomō tempore illo, nempe dedicationis templi. ¶ 131 [qui conuocatus fuerat] ab introitu &c. Hemath eſt terminus Septentrionalis. Torrens quidam qui dicebatur Torrens-Ægypti, erat in termino Auſtrali. his deſcripſit lōgitudinem Terræ-ſanctæ. Ex tota igitur colerat populus Ieruſalem. ¶ 132. i. colendo Dominum Deū noſtrum. ¶ 133 ſeptem diebus, & ſeptem diebus. i. ſeptem diebus ob dedicationem, & ſeptē ob feſtum tabernaculorum. Intra ſeptem dies feſtiuitatis dedicationis templi, euenerat dies expiationū, in quo ita permittente Domino, & cum eis diſpenſante, vt veriſimile eſt, comederunt etiā hoſtias pacificas. Alii dicūt eos immolaſſe quidem, ſed non comediſſe vſque ad veſperam & diem ſecuentem. ¶ 134 ab initio feſti tabernaculorum ſcilicet. ¶ 135. i. fecit populo abeundi poteſtatem pro concione. nō enim eo die, ſed poſtero abijt populus. Octauo die à ſcenopegia fiebat concio, & pro concione rex aut qui populo præerat, admonebat populū ſui officij. 2. Paral. 7. ¶ 136 Heb. benedicentes. i. bene precantes. ¶ 137 poſtero ſcilicet die, nempe viceſima tertia. ¶ 138. i. quòd impleuiſſet Dominus promiſſionem factam Dauidi, quòd permiſiſſet templum ædificari à Salomone, ſicuti pollicitus fuerat Dauidi. 2. Reg. 7. IX. ¶ 1 domum regiam, ¶ 2 ſub. per quietem, ſecunda vice. ¶ 3. i. ponendo, hoc eſt vocando ædem iſtam ædem meam, ſiue de nomine meo. ¶ 4. i. conijciam oculos meos in eam, ſemper habebo rationem eorum quæ fient in hac domo, & erit mihi ſemper chara. ¶ 5 faciēdo ¶ 6. i. de genere tuo, & ſtirpe tua. Hoc eſt, ſemper erit aliquis de genere tuo qui ſit rex ſuper Iſraelē. ¶ 7 q. d. non ſolum regnum ei auferam, ſed etiam regionem ipſam. ¶ 8 q. d. alij populi vtentur parabola Iſraelitarum, quum volent loqui de miſeris quibuſdam & infœlicibus hominibus, & iugiter de eis fabulabuntur, ſiue loquentur.

¶9 erit.i. quæ vſque ad tempus futura eſt in ſummo honore, tandẽ deſtructur, ita vt quicunque &c. ¶10.i. præ ſtupore proſequetur illam ſibilis. Etiam nos Galli in admiratione velut ſibilare ſolem*. ¶11.i. magno ſtudio cœperũt colere. ¶12 Fuit autem, elapſis viginti annis quibus ædificauit Salomõ duas illas domos, nempe domum Domini, & domum regiam, (Hiram rex Tyri donauerat. vl, cumulauerat &c. ¶13 abiegna, ¶14 Heb. ſecundum voluntatem eius.i. tantã vim auri dedit ei. quantam voluit. ¶15 Heb. & non fuerunt rectæ in oculis eius. ¶16 Heb. Quid. .i. Quãti putas eſſe. ¶17.i. regionem lutoſam luto tenaci. Alij, regionẽ arenoſam.i. infertilem, quæ appellatio durat vſq; in hic diem. ¶18 Miſerat autẽ. prius ſcilicet quàm accepiſſet illas vrbes.

iſta quæ excelſa [9]erat:' quicunque eam prætererit, '[10]obſtupeſcet & ſibilabit,' dicẽntque, Cur Dominus huic terræ & huic domui ſic fecit? Reſpõdebitúrque, Eo quòd dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra AEgypti, & [11]apprehenderunt' deos alios, adorauerúntque eos, & ſeruierunt eis, propterea inquã induxit Dominus ſuper eos vniuerſum malũ iſtud. ¶ [12]Et poſt viginti annos, quum Solomon abſoluiſſet extructionem vtriuſque ædis, nẽpe ædis Domini, & ædis regiæ, (Hirámque rex Tyri attuliſſet' Solomoni ligna cedrina, ligna [13]picea,' aurũ, [14]& quidquid ille deſiderabat) tũc Solomon rex dedit ipſi Hiram viginti ciuitates in terra Galilææ. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro vt videret ciuitates quas dederat ei Solomon, [15]nec placuerunt ei.' Dixitque, [16]Quæ' ſunt iſtæ ciuitates quas dediſti mihi frater? vocauitque eas [17]terram Chabul' in hunc vſque diem. [18]Miſitq;' rex Hiram regi centum & viginti talenta auri. ¶[19] Et hæc ſumma eſt vectigalis quod Solomõ rex exegit quum' ædificaret ædem Domini, [20]& ædes ſuas,' deinde &[21]Millo,' & murum Ieruſalem, Hazor, & Megiddo, atque Gazer. (Pharao [autem] rex AEgypti aſcenderat, & ceperat Gazer, ignique eam ſuccenderat, Chananæũ præterea, qui inhabitator erat vrbis, interfe. erat, tradiderátque eam [22]nomine dotis' filiæ ſuæ vxori Solomonis. Solomon itaque rurſus extruxit Gazer, & Beth-horon inferiorem. Baalath quoque & Thadmor in deſerto[23]in terra.' Adhæc omnes ciuitates theſaurorum quas habuit Solomõ, ſed & ciuitates[24]curruũ,' & ciuitates[25]equitũ, [26]quidquid denique pro voto ſuo Solomõ ædificare voluit' in Ieruſalem, in Libano, & in vniuerſa terra imperij ſui.) Omnibus populis qui reliqui fuerũt ex Amorrhæis, Hithæis, Pherifæis, Hiuæis, Iebuſæis, qui non fuerũt ex filijs Iſrael, Filijs inquam eorũ qui reliqui facti ſunt in terra poſt eos, quos[27]excindere' filij Iſrael non potuerant, [28]His Solomon tributum ac ſeruitutem imperauit' in hunc vſque diem. Porrò ex filijs Iſrael Solomon neminem in ſeruitutem redegit, quin potius milites erant, miniſtri eius, principes eius, duces eius, principes curruum eius, & equites eius. [29]Et hi præfecti erant & præpoſiti à Solomone ſuper opus, quingẽti nẽpe & quinquaginta, [30]qui regebant populum, & operas imperabant. ¶Cæterũ filia Pharaonis aſcẽdit de ciuitate Dauid in ædes ſuas quas ædificauerat ei [Solomon:] [31]ædificauit' etiam tunc Millo. Et [32]ſacrificauit' So-

hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit & ſibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic? Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deũ ſuum, qui eduxit patres eorũ de Terra-AEgypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malum hoc. ¶Expletis autem annis viginti poſtquã ædificauerat Salomon duas domos, id eſt domum Domini & domum regis, (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat:) tunc dedit * Salomon Hiram viginti oppida in Terra-Galilææ. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. Et ait, Hæcine ſunt ciuitates quas dediſti mihi, frater? Et appellauit eas Terram-chabul, vſque in diem hanc. Miſit ergo Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. ¶Hæc eſt ſumma expenſarũ, quã obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum ſuam, & Mello, & murum Ieruſalẽ, & Heſer, & Mageddo, & Gazer. (Pharao rex AEgypti aſcendit, & cepit Gazer, ſuccenditque eã igni: & Chananæum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. AEdificauit ergo Salomon Gazer, & Beth-horon inferiorem, & Baalath & Palmirã in terra ſolitudinis. Et omnes vicos qui ad ſe pertinebant, & erant abſque muro, muniuit. & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit vt ædificaret in Ieruſalẽ, & in Libano & in omni terra poteſtatis ſuę.) Vniuerſum populum qui remanſerat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebuſæis, qui nõ ſunt de filijs Iſrael: Horum filios, qui remanſerãt in terra, quos ſcilicet non potuerant filij Iſrael exterminare: Fecit Salomon tributarios, vſque in diem hanc. De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quẽquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius & principes & duces, & præfecti curruum & equorum. Erant autẽ principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti, quingenti quinquaginta qui habebant ſubiectum populum, & ſtatutis operibus imperabãt. ¶Filia autẽ Pharaonis aſcendit de Ciuitate-Dauid in domum ſuam quam ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello. Offerebat quoque

Deut. 29. d. Iere. 22. c.

Salomon dat oppida Hiri regi. 2. paral. 8. a.

¶*rex

c

¶quoque 120 talẽta auri.

Gazer ſucceſſa, Chananæo occiſo.

Gazer, Beth-horon, Baalath, Palmira

Facit Salomõ Chananæos & reliquos tributarios.

550 præfecti. 2. Par. 8. b.c.

Mello.

¶19 Heb. Et hæc eſt res quam aſcendere fecit rex Salomon quum &c. Vel, Hæc eſt res tributi, propter quam exegit rex Salomon &c. nempe vt ædificaret. i. Hæc eſt autem cauſa ob quam tributũ exegit, id eſt vt ædificaretur. Vel potius, Hæc eſt ratio tributi quod indixit Chananæis Salomon, nempe vt ædificaret &c. q. d. Hac via conſequutus eſt Salomon pecuniam reliquam quam impendit in domum Domini. Verſus iſte pertinet ad verſum ſequẽtem, cuius initiũ eſt Omnibus populis &c. ¶20 & domum ſuam, ¶21 Locus erat in Ieruſalem in quem populus Iſrael conueniebat, quum de rebus ad publicam vtilitatem pertinentibus erat conſultãdum. à verbo Hebraico M A L E. i. plenus, quòd loc* populo repleretur. Locus erat ſine tecto & ædificio. ¶22 Heb. pro muneribus. ſiue, muneris loco, ¶23. i. quod erat iuxta Terram-ſanctam. ¶24 in quib* ſcilicet currus illi falcati ſeruabantur tempore pacis. ¶25 in his alebantur equites præſidiarij tempore pacis. ¶26 Heb. & omne deſyderium Salomonis [.i. ſuũ] quod deſyderauit ædificare. i. omnia ædificia quæ optauerat ædificare &c. vl, & vt vno verbo dicam, quidquid habebat in votis, & ædificare volebat tam in Ieruſalem quàm in ſaltu &c. ¶27 vl, exterminare. ſiue, expellere ſedibus ¶28 Heb. Hos aſcendere fecit in tributum ſeruile. i. tributarios reddidit, exigens ab eis partim operas, partim nummos. ¶29. i. Sequitur numerus præfectorum quos præfecit operi Salomon. ¶30 Heb. qui præerant populo laboranti in eo opere. i. qui continebant turbam operarum in officio, in illis ædificijs extruendis. Hebræi ſcribunt in conſtructione templi præfectorum operum fuiſſe tres ordines: Infimum, qui conſtabat ter millenis & trecentis, ſuprà cap. quinto, in fine. Hic autem ordo qui erat numeroſiſſimus, conſtabat proſelytis. Mediũ, qui capiebat trecentos etiam proſelytos. Et ſupremum, in quo numerabantur ducenti & quinquaginta, qui erant Iſraelitæ. Comprehendit ergo numerus huius capitis medium & ſupremum ordinem. nam ſi trecentis addes 250, conſtitues 550. Ita conciliatur 2. Paral. 8, huic capiti. Etiam in Paralip. numerantur 550 præfecti. nam 2. Paralip. 2, recenſentur 3600 præfectorum: de quo numero trecenti deducendi ſunt, qui pertinent ad medium ordinem. Numerus igitur præfectorum operum fuit trium millium, trecentorum & quinquaginta. ¶31. i. cinxit muro. ¶32 offerebat

Salomonis oblationes.

Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta, & pacificas victimas ſuper altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino, perfectúmque eſt templū. ¶ Claſſem quoque fecit rex Salomon in Aſion-gáber, quæ eſt iuxta Ailath in litore Maris-rubri, in Terra-Idumææ. Miſitque Hirā in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris, cū ſeruis Salomonis. Qui cùm veniſſent in Ophir, ſumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

Mittit claſſē cauſa auri.

420 talenta auri.

CAP. X.

Regina Saba venit ad audiendum ſapientiam Salomonis. 2. paral. 9. a. mat. 12. d. luc. 11. d.

¶ *propoſuerat:

SEd & regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. Et ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas, venit ad regem Salomonem, & locuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ *propoſuit: non fuit ſermo qui regem poſſet latère, & non reſponderet ei. Videns autem regina Saba omnē ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, Et cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſtéſque eorū, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltrà ſpiritum. Dixitq; ad regem, Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: Et non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit: maior eſt ſapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui.
B Beati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant corā te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quòd dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiā. Dedit ergo regi centū viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas: non ſunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. (Sed & claſſis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gēmas pretioſas. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas, lyráſque cantoribus: non ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina, neque viſa vſque in præſentem diem.) Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his

Dat Salomoni munera.

lomon ter in anno holocauſta & pacifica ſuper aram quā extruxerat Domino: &[13] adoleuit præter iſta, ſuffimenta quæ erant coram Domino [poſteaquam] abſoluiſſet [14] ædē. ¶ Parauit inſuper rex Solomon naues in [15] Ezeon-gæber, quæ eſt iuxta [16] Eloth ad litus maris [17] carectoti, in terra Edom. [18] Quibus Hiram ſeruos ſuos miſit nautas, & gnaros maris, cum ſeruis Solomonis. Qui [19] proficiſcentes in [40] Ophir, tulerunt illic auri talēta [41] quadringēta & viginti, aduexerúntque ad regem Solomonem.

CAP. X.

POrrò regina Saba poſteaquam audiſſet [1] famā Solomonis ex nomine Domini, venit vt tentaret eum [2] acutis quæſtionibus. Venit autem Ieroſolyma cum exercitu maximo, cum camelis portantibus odores, & magnā vim auri, lapides quoque pretioſos. Quúmque veniſſet ad Solomonē, locuta eſt cum eo quidquid [3] corde ſuo conceperat. Et expoſuit ei Solomō omnia verba eiꝰ: [4] nihil omnino fuit abſconditum regi, quod ei non explicaret. Quúmq; regina Saba [5] vidiſſet omnē [6] ſapientiam Solomonis, & domum quam [7] ædificauerat, Sed & cibum menſæ eius, [8] manſionem ſeruorum eius, & [9] ſtatum eorum qui ei miniſtrabant, & veſtes eorū, & [10] potum eius, & holocauſta eius quæ ſacrificabat in æde Domini, [11] nō erat vltrà ſpiritus in ea. Dixitque ad regem, [12] Vera fuit fama quàm [13] audiui in terra mea, de rebꝰ tuis, atque de ſapientia tua, [14] Nec fidem habui, donec venirem, viderántque oculi mei, & ne dimidium quidē mihi nuntiatū eſt, [15] adeò excellis ſapientia & elegantia, vltrà famā quam audierā. Beati [16] viri tui, & beati ſerui illi tui qui aſtant iugiter corā te, & audiunt [17] ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus [18] laudādus, [19] qui te fauore cōplexus eſt, vt poneret te ſuper ſoliū Iſraelis, [20] certe quòd Dominus dilexit Iſraelē in perpetuum, & [21] conſtituit te regem, vt ius diceres, & iuſtitiā adminiſtrares. Adhæc dedit regina illa regi centū & viginti talenta auri, & odoramentorū magnā vim, lapides quoque pretioſos: [22] huiuſmodi odores tantáque copia quales dedit regina Saba regi Solomoni, vltra nunquā venerūt. (Porrò claſſis Hirā quæ [23] portabat aurū de Ophir, aduehebat & ligna [24] almugim valde multa ex Ophir, ſimúlq; lapides pretioſos. Rex autem fecit [25] ex lignis almugim [26] fulcra [27] pro æde Domini, próque ædibꝰ regijs, citharas quoque & nabla cantoribus: [28] non venerunt vnquam huiuſmodi ligna almugim, nec viſa ſunt vſq; in hūc diem.) Iā rex Solomō reginæ Saba dedit [29] quod

¶ 13 cremabat ſuper illud [ſub audi altare aureum. Relatiuū pro antecedente] aromata, quod erat corā &c. i. in templo Echal, quod erat proximum oraculo.

¶ 14 Chaldæus paraph. omnē cultum domꝰ.

¶ 15 Vrbs eſt in litore maris Rubri in ſinu Ellanitico, quæ Stephano dicitur αἰλλανον, ſoluta diphthōgo. ſecundum Dionyſium eſt in Arabia Aila non. Doctiores exiſtimant propter interuallum quod erat inter mare Syriacum & Rubrum, dicendū eſſe Hiram miſiſſe ſeruos in claſſe, non à Tyro, quæ adiacebat mari Mediterraneo, ſed de vrbe aliqua quæ erat in ſinu Ellanitico iuxta mare Rubrum. Aut intelligendū eſſe fuiſſe quādam inſulam finitimam mari Rubro quæ erat ipſius Hirā regis Tyri, in qua erat claſſis, de qua hic ſcribitur.

cunque pro voto ſuo expetiſſet, & quidquid poſtulaſſet, præterquam quod donauit ei Solo-

¶ 16. i. Ellanan. ¶ 17 vel, Rubri, ¶ 18 Cum claſſe. vel, In illa claſſe ¶ 19 peruenientes ¶ 40 Ophir, inſula eſt remotiſſima à ſinu Ellanitico: nam tertio demum anno reuertebātur inde. Vocatur hodie Spagniola, ſic nominata à Chriſtophoro Columbo: in Occidente eſt, in terra inuenta nuper. eſt enim illic aurum laudatiſſimum. ¶ 41 2. Paral. 8. numerantur triginta talenta vltra hanc ſummam, quæ fuerunt abſumpta in vſus nauticos: iſta autem in manus Salomonis peruenere. X. ¶ 1. i. famam eorum quæ faciebat in nomine Domini, non idolorum ope. ¶ 2 vel, obſcuris. i. interrogando eum de rebus admodum obſcuris & difficilibus. ¶ 3 Heb. erat in corde ſuo. vel, animo. ¶ 4. i. nihil eum latuit quod non ei &c. ¶ 5 vel, conſyderaſſet diligenter ¶ 6 vel, peritiam ¶ 7 ſub. in honorem Domini. ¶ 8. i. quo ordine ſederent in menſa. alij referunt ad habitationem. ¶ 9. i. quo habitu & geſtu aſtarent miniſtrando ei. ¶ 10 pincernas eius. Chaldæus paraph. pocula. vaſa potoria. ¶ 11. i. extra ſe rapta eſt præ admiratione & ſtupore. ¶ 12. Heb. Veritas eſt ſermo ille quem ¶ 13 audieram ¶ 14 Nec tamen credebam, donec ego ipſa veni, & viderunt ¶ 15 Heb. addidiſti ſapientiā & bonitatem ſuper famam. q. d. ſane ſapientia tua & benignitas tua ſuperant &c. ¶ 16 ſub. qui tecū habitāt. ¶ 17. i. ſermones tuos ſapiētiſſimos. ¶ 18 laudatus. q. d. omni laude digniſſimus eſt. ¶ 19 Heb. qui cōplacuit in te. vel, cui complacitum eſt in te. i. qui te tāto amore proſequutus eſt vt te poſuerit &c. ¶ 20 eo quòd Dominus [ſ. i. ipſe] dilexerit ¶ 21 conſtituerit ¶ 22 Heb. non venit ſicut aromata iſta præ multitudine, quam dedit regina Saba regi Salomoni. i. non venit poſtea in Iudæam tanta copia aromatum, quantam dedit &c. ¶ 23 attulerat. aduexerat ¶ 24 coraliorum. Doctus inter Hebræos exiſtimat vocem Hebræam ſignificare Gallice du breſil. ¶ 25. i. ex coralijs. ¶ 26 quæ ſcilicet vtraque parte gradus ſuſtinent. ¶ 27 in domū. ſub. quibus aſcendebatur in domū &c. ¶ 28 non venit inquam tanta copia coralij. vel, non venerunt tam magna coralia, ¶ 29 Heb. omnem voluntatem ſuam, & quidquid petiuit. i. quidquid habuit in votis.

¶10 Heb. manu regia. ¶11 obueniebat
¶12 ſexcenta & ſexaginta
¶13 [obueniebat illi] ¶14 & negotiatione aromatariorũ,
¶15 terrę. ſub. Iſraeliticæ.
¶16 ductos clypeos. Gallice, Targes. clypei maiores.
¶17 vel, optimo & ſequaci,
¶18 Heb. ſexcentos aureos inſũpſit in clypeos ſingulos.
¶39 ſcuta erãt quaſi lunata.
¶40.i. libras. Mina aliquando pro centum aureis accipitur, vt ait doctus inter Hebręos. ¶41 vel, puriſſimo:
¶42 Gallice, au doſſier.
¶43 in loco ſedis erant fulcra. Gallice, appuis. quibus nitebantur brachia regis.
¶44 qui ſcilicet ſuſtinebant fulcrum.
¶45 iuxta fulcra.i. in extremo fulcrorum.
¶46 ſuper ſex illos gradus
¶47.i. nulla erant vaſa argẽtea inter illa, ꝑ pro nihilo duceretur.
¶48 Tarſis. Inſula eſt hoc loco i Oceano ad

mon [10] pro regia munificentia [ac liberalitate.] verſa igitur abijt in regionem ſuam, ipſa videlicet & ſerui eius. ¶ Porrò pondus auri quod [11] venit Solomoni ſingulis annis, fuit [12] ſexcena & ſexagena ſex talenta auri. Excepto eo quod [[13] accepit] à mercatoribus, [14] à negotiatoribus atque aromatarijs, ab omnibus regibus Arabiæ, & principibus [15] terrarum. ¶ Fecit quoque Solomon [16] ducentas haſtas ex auro [17] ductili, ſingulæ haſtæ habebant ſexcenas [18] [minas] auri. Et trecenta [39] ſcuta ex auro ductili, ternas [40] minas auri inſumpſit ad ſingula ſcuta. quæ repoſuit rex in domo ſaltus Libani. ¶ Fecit deinde rex ſolium magnum eburneum, obduxitque illud auro [41] optimo: Sex gradus [aſcẽdebatur] ad ſolium, & ſummum ſolij rotundum erat [42] à tergo, vtrinque [43] ad locum ſedis, reclinatoria erant, & [44] bini leones ſtabant [45] pone reclinatoria. Stabant quoq. duodeni leones illic [46] in ſex gradibus vtrinque: huiuſmodi factum non eſt in vniuerſis regnis. ¶ Omnia denique pocula regis Solomonis aurea erant, ſic & cuncta vaſa domus ſaltus Libani ex auro erãt puro. nam tẽporibus Solomonis [47] non erat argentũ: quippe nihili penſum. Siquidem claſſis [48] marina regi erat in mari cũ claſſe Hiram: ternis annis ſemel [49] veniebat claſſis in mari, referẽs aurũ, argentũ, ebur, ſimias, & pauones. Et pręcelluit rex Solomon omnes reges orbis cũ diuitijs tũ ſapiẽtia. [50] Vniuerſa terra quærebat vultũ Solomonis, vt audiret ſapientiam eius, quam indiderat Dominus cordi eius. Et hi quidem afferebant quiſque munus ſuum, nempe vaſa argentea, vaſa aurea, veſtimenta, arma bellica, odores, equos & mulos, [51] idque ſingulis annis. Congregauit Solomon currus & equites, [52] vt eſſent ei mille & quadringẽti currus, & duodecim millia equitum, [53] quos poſuit in ciuitates curruum, & cum rege in Ieruſalẽ. Et [54] aduexit rex argentũ Ieroſolyma vt lapides, & cedros [55] aduexit vt moros, [56] quæ in planis campis abundant. [57] Porrò equi Solomoni educti ſunt ex Ægypto: [58] nã ſocietas mercatorũ regiorũ accipiebat byſſum per cõmutationẽ. [59] Aſcẽdit itaque & exiuit quadriga ex Ægypto [60] ſexcẽtis argẽteis, & [61] celes centũ & quinquaginta, [62] ſic educebãt manibus ſuis omnibus regibus Hithæorũ, & regibus Arã.

CAP. XI.

ADamauit verò rex Solomon mulieres alienigenas multas, [1] & filiam Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Zidonias, & Hithęas. [2] De gentibus ſcilicet de quibus præceperat Dominus filijs Iſrael, [3] Ne ingredimini ad eas, & hę nõ ingrediantur ad vos (profecto inclinabũt corda veſtra

quæ vltrò obtulerat ei munere regio. quæ reuerſa eſt, & abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. ¶ Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri, Excepto eo quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores, vniuerſique ſcruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, duceſque terræ. ¶ Fecit quoque rex Salomõ ducẽta ſcuta de auro puriſſimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæque minæ auri vnam peltam veſtiebant: poſuitque eas rex in domo ſaltus Libani. ¶ Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis. Qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde: non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. ¶ Sed & omnia vaſa, de quibus potabat rex Salomõ, erant aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſaltus Libani de auro puriſſimo: non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, quia claſſis regis per mare cũ claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde aurum & argentũ, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos. Magnificatus eſt ergo rex Salomon ſuper omnes reges terræ diuitijs & ſapientia. Et vniuerſa terra deſyderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. Et ſinguli deferebant ei munera, vaſa argentea & aurea, veſtes & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos, per annos ſingulos. Congregauitque Salomõ currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cũ rege in Ieruſalem. Fecitque vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum: & cedrorũ prębuit multitudinẽ quaſi ſycomoros, quę naſcuntur in campeſtribus. Et educebãtur equi Salomoni de Ægypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebãt de Coa, & ſtatuto pretio perducebant. Egrediebatur autẽ quadriga ex Ægypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centũ quinquaginta. Atque in hũc modũ cũcti reges Hethęorum & Syriæ equos venundabant.

CAP. XI.

REx autem Salomon [adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas: de gẽtibus ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael, [Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: certiſſimè enim auertent corda veſtra vt

Cenſus pecuniæ Salomonis annuus.
666 talenta auri.
200 ſcuta.
Thronus Salomonis.
Omnia vaſa aurea.
Argentũ nihili æſtimatũ tempore Salomonis.
1400 currus.
12000 equites
Deut. 17.d.
eccli. 47.c.
Amore excæcatus Salomõ idololatriam fert in Terra ſancta.
Exod. 34.b.

Occidentem. Chaldæus paraph. claſſis Aphrica.i. rex habebat claſſem quæ per ipſum Oceanum ibat in Tarſis cum claſſe Hiram. ¶49 ire ſolebat in Tarſis, ¶50.i. Vniuerſæ terræ incolæ magno ſtudio viſebãt Salomonẽ. ¶51 Heb. rem anni in anno. ¶52 & habuit ¶53 & deduxit illa ¶54 poſuit rex argentum in Ieruſalem &c.i. effecit vt eſſet tãta copia argenti quanta & lapidum. ¶55 dedit. vel, poſuit.i. effecit vt tanta copia cedrorum eſſet, quanta & ſycomororum. ¶56 vel, quæ ſunt[.i. creſcunt] in campęſtribus. præ copia. Vt poſtrema verba referantur ad præcedens, Dedit cedros vt ſycomoros præ copia, quæ creſcunt in campeſtribus. ¶57 Heb. Porrò egreſſus equorum ipſi Selomo[erat] ex &c. Salomon curabat deduci ſibi optimos quoſque equos ex Ægypto. ¶58 & congregatio ſiue turma[quòd turmatim incedere ſoleant] mercatorum regiorum capiebant congregationem equorum pretio.i. mercatores capere ſolebant ex Ægypto magnam copiam equorum dato pretio. Potius ſic vertẽdus totus verſus, Porrò egreſſus equorum ipſi Selomo erat ex Ægypto, & tela byſſina: mercatores regij capiebant telam byſſinam pretio. Negotiatores miſſi à rege Salomone afferebant telam byſſinam pretio quod conuenerat inter emptores & venditores. Permittebat Pharao Salomoni vt mitteret mercatores ſuos in Ægyptum, qui equos adducerent, & telas byſſinas quæ erant in maximo pretio eo tempore. Gallice. Il luy bailloit traicte de cheuaulx & de fines toilles de lin. ¶59 Cæterum aſcendebat & egrediebatur ¶60 ſub. datis.i. pretio certo, nempe ſexcentorum aureorum. ¶61 equus.i. ſinguli equi emebantur centenis & quinquagenis argenteis. ¶62 Heb. & ſic omnes reges Hethæorum, & reges Syriæ: nam per manum eorũ educebant.i. hoc pacto reges illi accipiebant, habebantque equos ex Ægypto: nã opera illorũ mercatorũ curabant ſibi adducẽdos equos. XI. ¶1 vel, maxime. aut, præſertim. quòd ea præcipuas partes teneret in auertẽdo eo à vero Dei cultu. ¶2 vel, De quibus gẽtibus ¶3 Chald. paraph. Nõ miſcebitis vos cũ illis,

700 vxores Salomonis. 300 côcubinę

Aſtarthe.

B

Chamos. Moloch. Vxores quidē ſacrificaue-runt idolis, nō Salomō. Iratus Deus Salomoni q contra præcepta fecerit. 3.9.a. ĩ6.b. Salomonis regnum diuidendum. ĵ. 11.d.

C

Suſcitat dominus Adad aduerſarium Salomoni. 2.Reg.8.d.

Adad fugit à facie Dauidis vaſtantis Idumæam.

D

Aded reuertitur in Iſrael.

Razon aduerſarius Dauidi ſuſcitatur à Deo.

ſequamini deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore. Fueruntque ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterūt mulieres cor eius. Cúmque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectū cū Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deū Moabitarum, & Moloch idolū Ammonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & nō adimpleuit vt ſequeretur Dominū, ſicut Dauid pater eius. ¶ Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab, in monte qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch idolo filiorū Ammon. Atque in hunc modū fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis quæ adolebant thura & immolabant dijs ſuis. ¶ Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecūdò, Et præceperat de verbo hoc ne ſequeretur deos alienos, & non cuſtodiuit quæ mandauit ei Dominus. Dixit itaque Dominus Salomoni, Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Verūtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuū: de manu filij tui ſcindā illud, nec totum regnū auferam, ſed tribū vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meū, & Ieruſalem quam elegi. ¶ Suſcitauit autem Dominus aduerſarium Salomoni Adad Idumæum de ſemine regio, qui erat in Edom. Cū enim eſſet Dauid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ ad ſepeliendū eos qui fuerant interfecti, & occidiſſet omne maſculinū in Idumæa (Sex enim mēſibus ibi moratus eſt Ioab, & omnis Iſrael, donec interimeret omne maſculinū in Idumæa) Fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cū eo, vt ingrederetur Aegyptū: erat autem Adad puer paruulus. Cúmq; ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque ſecum viros de Pharan, & introierunt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti: qui dedit ei domū, & cibos cōſtituit, & terrā delegauit. Et inuenit Adad gratiam corā Pharaone valde, intantū vt daret ei vxorē, ſororē vxoris ſuæ germanam Taphnes reginæ. Genuitq; ei ſoror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis: eratque Genubath habitās apud Pharaonem cum filijs eius. ¶ Cúmque audiſſet Adad in Aegypto, dormiſſe Dauid cum patribus ſuis, & mortuum eſſe Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me vt vadā in terram meam. Dixitque ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? at ille reſpondit, Nulla: ſed obſecro te vt dimittas me. ¶ Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer

poſt deos ſuos:[4] iis inquam adhæſit Salomon amore.[5] Habuitque vxores reglas ſeptingentas, & concubinas trecentas: itaque vxores ei[*] cor eius auerterunt. Nam quum iam ſenio confectus eſſet Solomō, vxores eius[6] inclinarūt cor eius poſt deos alios, ita vt cor eius non eſſet[7] ſyncerum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Nam[8] abijt Solomon poſt Aſthoreth deum Zidoniorum, & poſt[9] Milcom[10] abominationem Ammonitarum. Deſignauitque Solomon quod diſplicuit Domino,[11] neque perfecte ſequutus eſt Dominum, quemadmodum pater eius Dauid. ¶ Tunc ædificauit Solomon excelſum ipſi Chamos abominationi Moab, in monte qui eſt e regione Ieruſalem, & Molech abominationi filiorum Ammon. Et in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant, & ſacrificabant dijs ſuis. ¶ Iratus ergo eſt Dominus contra Solomonem, quòd auerſum eſſet cor eius à Domino Deo Iſraelis, qui ei bis apparuerat, Déq; hac re ei præceperat, ne ſequeretur deos alios, & non ſeruauerat quod mandauerat ei Domin⁹. Dixit itaque Dominus ad Solomonem, Quandoquidem[12] hoc apud te fuit, nec ſeruaſti fœdus meum, & ſtatuta mea quæ tibi præcepi,[13] omnino reſcindam à te regnū, & tradā illud ſeruo tuo. Verūtamen[14] te viuēte illud non faciam, propter Dauid patrem tuum: at de manu filij tui ſcindam illud. Nec tamen totū regnum ſcindā, ſed[15] tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum, & propter Ieruſalem quam elegi. ¶ Et excitauit Dominus Solomoni aduerſarium, nempe Hadad Edomæum, qui erat de regio ſemine, qui erat in Edom. Quum enim Dauid eſſet in Edom, & aſcenderet Ioab imperator exercitus vt[16] ſepeliret interfectos,[17] percuſſit ille omnes mares in Edom. (Nam ſex menſibus habitauit ibi Ioab & omnis Iſrael, donec excinderet omnem marem in Edom.)[18] Et fugerat Hadad ipſe[19] & viri Edomæi de ſeruis patris eius cū eo, vt venirent in Aegyptum: erátque Hadad puer paruus. Et ſurgentes de Midian, venerunt in Paran: tollentéſque ſecum viros de Paran, venerunt in Aegyptum ad Pharaonem regē Aegypti, qui dedit ei domum, &[20] conſtituit ei cibum, inſuper & regionem aſſignauit ei. Nactus eſt ergo Hadad plurimum fauoris coram Pharaone, adeò vt daret ei ſororem vxoris ſuæ vxorem, ſororem inquam Thaphenes[21] reginæ. Peperit autem ei ſoror Taphenes Genubath filium ſuum, quem[22] educauit Taphenes[23] intra domū Pharaonis, erátque Genubath[24] de familia Pharaonis inter filios Pharaonis. ¶ Quúmque audiſſet Hadad in Aegypto, quòd dormiſſet Dauid cū patribus ſuis, quódque mortuus eſſet Ioab imperator exercitus, dixit Hadad ad Pharaonem,[25] Dimitte me vt vadam ad terram meam. Cui dixit Pharao, Quid verò[26] defuit tibi apud me? Et en [occaſionem] quæris eundi in terram tuam. qui reſpondit,[27] Nihil, verū omnino me dimittas. ¶ Excitauit ei inſuper Deus aduerſariū Raſon filiū Eliada, qui[28] fugerat ab hero ſuo Hadadæſer

¶4 .i. miſcuit ſe illis ita vt eas diligeret.
¶5 reginas. vſ. principes. Salomon primum peccauit quòd duxiſſet vxores alienigenas: deinde q effrenē numerū vxorum duxiſſet: poſtremò q illas ita amauerit, vt ſuerit ab illis cōſtrui aras in honorem deorū ſuorum. Legitur 2.Reg.3. Dauidem habuiſſe ſex vxores. Regibus Iſrael licuit ducere vxores vſque ad ſeptenariū, Hebræorum ſententia: ſed effrenē & immodicum vxorum numerum habere nō licuit.
¶6 Hoc dicitur non quòd Salomon idola coluerit, illiſque ſacrificauerit: ſed quòd ſiuerit illis aras cōſtrui in Palæſtina ab vxoribus ſuis alienigenis. Inclinarūt igitur cor eius, .i. effecerunt vt ille ſineret conſtrui &c.
¶7 vſ. perfectū .i. non coluit prorſus ex animo Dominum vt Dauid.
¶8 .i. ſequutus eſt Salomō cultum idolorum, hoc eſt permiſit vt vxores ſuæ Sidoniæ extruerent aras idolis ſuis.
¶9 Infrà vocatur Molech.

¶10 .i. Idolū: quòd ab idolo abhorrere debeamus. ¶11 Heb. neque adimpleuit, vt iret poſt &c. i. non adimpleuit præceptum Domini ſequendo Dominum. q.d. non permanſit in vero illius cultu. ¶12 nempe peccatum. propterea q peccatum inuentum eſt apud te. ¶13 vſ. abrumpam. ſiue, euellam ¶14 Heb. in diebus tuis ¶15 Tribus Iuda & tribus Beniamin reputabātur pro vna tribu, quòd tribus Beniamin permiſta eſſet tribui Iuda. ¶16 .i. curaret ſepeliendos Idumæos interfectos. ¶17 & percuſſiſſet. i. poſteaquam percuſſerat. ¶18 Tunc aufugerat ¶19 .i. comitatus viris Idumæis ſeruis patris ſui. ¶20 Heb. eſcam imperauit ei. ¶21 .i. principis. Hæc omnia dicit vt oſtēdat eum maximo odio proſequutum Iſraelitas. ¶22 ablactauit. i. ablactatum eum, & ab hubere depulſum, educauit. ¶23 Heb. in medio domus. i. in regia ipſa. ¶24 Heb. in domo. i. verſabatur in aula. ¶25 q.d. Da mihi facultatē vt abeam in patriam meam. ¶26 deeſt. i. Qua re nunc indiges apud me, quòd nunc optas reuerti in patriam tuam? ¶27 Heb. Non. Nequaquam. ſub. acquieſcam verbis tuis. ¶28 .i. reliquerat herum ſuum in conflictu, quum videret inclinatam eſſe aciem.

rege Zoba, collectiſque ad ſe viris, factus eſt dux turmæ militaris, quū Dauid[29] percuteret eos,[30] abierſúntque Damaſcum, habitarúntque illic, regnarúntque in Damaſco. Fuit is aduerſarius Iſraeli cunctis[31] diebus Salomonis,[32] cū ea afflictione quam[ei intulit]Hadad,[33] qui mulcauit Iſraelē, regnauitq;[34] ſuper Arā. ¶ Ieroboā quoque filius Nebat[35] Ephratæ[36] de Zaredatcui matris nomen erat Zeruha, mulier fuit vidua)[37] ſeruus Solomonis leuauit manū ſuā cōtra regem.[37] Et hęc fuit cauſa quòd manū ſuſtulit contra regē: [38] Solomon[39] ædificabat Millo, claudens[40] rupturā ciuitatis Dauidis patris ſui. Et vir iſte Ieroboā robuſtus erat & ſtrenuus: vidénſque Solomon adoleſcentē, quòd is[41] faciundo operi[inſtaret,][42] præfecit eum vniuerſo[43] oneri domꝰ Ioſeph. ¶ Factū eſt illo tempore vt Ieroboam egrederetur Ieroſolymis, inueníŕtque eum Ahia Silonites propheta in ipſa via, & erat[44] is opertus pallio nouo, eránrque ambo illi ſoli in agro. Et apprehendens Ahia pallium illud nouū quo erat amictus, diſcidit illud in duodecim fruſta, Dicens ad Ieroboam, Cape tibi decem[45] partes, quoniam ſic ait Dominus Deus Iſraelis, Ecce ego[46] ſcindo regnū de manu Solomonis, & dabo tibi decē tribus: habebitque[47] ille[48] vnā duntaxat tribum, idque propter Dauidē ſeruum meū, & propter Ieruſalem ciuitatem quā ex omnibus tribubus Iſraelis elegi, Eo quòd me deſerto, adorauerint Aſthoreth deum Zidoniorū, & Chamos deum Moab, atque Malchom deū Ammonitarum, neque ambulauerint in vijs meis, [49] vt facerent quod rectū eſſet i oculis meis, nēpe ſtatuta mea &[50] iudicia mea, ſicut Dauid pater eius. [51] Non tollā [52] totū regnū de manu eius, ſed ducem ponā eum cunctis diebus vitę eius, propter Dauidem ſeruū meū quem elegi,[53] qui cuſtodiuit præcepta mea atque ſtatuta mea.[54] Tollā autē regnum de manu filij eius, & dabo ipſum tibi, nempe decē tribus. Et filio eius dabo tribum vnā, vt ſit[55] lucerna Dauidi ſeruo meo cunctis diebus ante faciem meā in Ieruſalem, ciuitate quā elegi mihi,[56] vt ponerē nomē meum illic. Porrò te aſſumā, & regnabis[57] iuxta omnia quæ deſiderat anima tua, & eris rex ſuper Iſraelem. Quòd ſi audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, feceriſque quod rectū eſt in oculis meis,[58] vt cuſtodias ſtatuta mea & præcepta mea, quéadmodū fecit Dauid ſeruus meꝰ, ero tecū, & ædificabo tibi[59] domū firmā, quēadmodū Dauidi ędificaui, & tradā tibi Iſraelē, Et affligā ſemē Dauidis propter hoc, attamē[60] nō cūctis diebꝰ. ¶ Quæliuit ergo Solomō vt interficeret Ieroboā, ſurgens itaq; Ieroboā, fugit in Ægyptū ad Siſac regē Ægypti, manſitq; in Ægypto vſque ad mortē Solomonis. Reliqua autē verborū ac geſtorū Solomonis, & omnia quæ fecit, & ſapientia eius, annon ſcripta ſunt in libro[61] rerum Solomonis? Porrò dies quibus Solomon

regem Soba dominum ſuum: & congregauit cōtra eum viros, & factus eſt princeps latronū cum interficeret eos Dauid: abierúntque Damaſcum, & habitauerunt ibi, & conſtituerunt eum regem in Damaſco, erátque aduerſarius Iſraeli cunctis diebus Salomonis: & hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſrael, regnauitque in Syria. ¶ Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, ſeruus Salomonis, (cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua) leuauit manum contra regem. Et hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui. Erat autē Ieroboam, vir fortis & potens: vidénſque Salomō adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium, conſtituerat eū præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph. ¶ Factū eſt igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ieruſalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantum in agro. Apprehendénſque Ahias pallium ſuum nouum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes. Et ait ad Ieroboam. Tolle tibi decē ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, *Ego ſcindam regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò vna tribus remanebit ei propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatē quam elegi ex omnibꝰ tribubus Iſrael: Eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in vijs meis vt faceret iuſtitiam coram me, & præcepta mea, & iudicia ſicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius, ſed ducem ponam eū cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauid ſeruum meum quē elegi, qui cuſtodiuit mandata mea & præcepta mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus coram me in Ieruſalem ciuitate quā elegi vt eſſet nomen meum ibi. Te autem aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſyderat anima tua, eriſque rex ſuper Iſrael. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum eſt coram me, cuſtodiens mandata mea & præcepta mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domū, & tradam tibi Iſrael: Et affligā ſemē Dauid ſuper hoc, veruntamē non cunctis diebus. ¶ Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui ſurrexit & aufugit in Ægyptum ad Seſac regem Ægypti, & fuit in Ægypto vſque ad mortē Salomonis. Reliquum autē verborū Salomonis, & omnia quæ fecit, & ſapientia eius: ecce vniuerſa ſcripta ſunt in Libro verborum dierum Salomonis. Dies autem

E

Ieroboam rebellis Salomoni.

Ahias ꝓpheta tradit decē tribus Ieroboam.

F

¶* Ecce

G

Fugit Ieroboam Salomonem.

Moritur Salomon.

¶29 interfeciſſet eos. quū potitus eſſet victoria contra Hadaræſer & milites eius. Relatiuum ſine antecedente.

¶30 .i. inuaſerūt Damaſcū, qua expugnata regnauerūt i ea. præcipua erat vrbs Syriæ quæ erat Dauidis.

¶31 quibus ſcilicet Salomon fauit idololatrię.

¶32 & malū fuit [ſ. ū malo] quod [fecit] Hadad. i. afflictio eiꝰ adiuncta fuit cū afflictione quā fecit Hadad. q. d. Ipſe quoque Razon afflixit Iſraelē vnà cū Hadad. Poteſt referri ad verbum præcedēs Suſcitauit &c. vnà cū moleſtia quam fecit Hadad Iſraeli.

¶33 & abhorruit ab Iſraele. vl, contemptui habuit Iſraelē. .i. Razon ſpreuit Iſraelem, & ſemper contra eum exercuit inimicitias.

¶34 i Syria. quę antea parebat Salomoni.

¶35 .i. de tribu Ephraim.

¶36 q. d. quum eſſet ſeruus Salomonis, rebellis fuit aduerſus eum.

¶37 Potius. Et hoc eſt verbū [ſunc, ſermo] quo manum &c. i. ita obloquutus eſt Salomoni. ¶38 Nomine proprio regis vtitur per contemptū. Verba ſunt Ieroboam rebellantis contra Salomonē. ¶39 ædificauit. q. d. iuſte ſcilicet putat ſe prudentiorem patre ſuo, qui contra libertatem publicam ædificauit domos aliquot ad familiam filiæ Pharaonis in platea Mello, in qua figebat tentoria populꝰ cum conueniebat: & poſticum obturauit quo poterat elabi inſurgente populo. poſticum vocat Gallice la poſterne. Hoc pacto volebat odiū populi concitare in Salomonem. ¶40 poſticū ¶41 Hebr. faciens opus [eſſet.] i. quòd operoſus eſſet, laborioſus, & diligentiſſimus in rebus agendis. ¶42 præfecerat ¶43 tributo. quod ſcilicet exigebatur a tribu Ephraim & Manaſſe. ¶44 nempe Ahia. ¶45 Heb. fragmenta. fruſta. diuiſiones, ¶46 .i. rūpam, præſens pro futuro. ¶47 .i. proles eius & nepotes. ¶48 Tribus Iuda & Beniamin pro vna reputantur, quòd eſſent permiſtæ. ¶49 vl, faciendo ¶50 vl, leges meas. ¶51 Nō tamen tollam ¶52 quicquam regni eius. q. d. Sinam eum regnare quandiu vixerit. ¶53 quique ¶54 Sed tollam ¶55 Lucerna pro regno, vt ait Chaldæus paraph. i. vt habeat ſemper aliquem ex nepotibus ſuis qui regnet in Ieruſalem me conſpiciente. ¶56 .i. quæ diceretur mea, & in qua inuocaretur nomen meum. ¶57 Heb. in omnibus quæ deſyderabit &c. i. vbicunque libuerit. ¶58 cuſtodiendo ¶59 .i. familam ſuperſtitem quæ longo tempore permaneat. hoc eſt nepotes qui ſufficiantur in locum tuū, ſuccedéntque tibi in regno. ¶60 .i. non perpetuò ſpoliabo ſemen Dauidis regno duarum tribuum. ¶61 Heb. verborum. i. in libro ſcripto de geſtis eius?

quos regnauit Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt. Dormiuitq; Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate David patris ſui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

Regnat Roboam.

CAP. XII.

Roboam cõſtituitꝰ rex à populo. 2. paralip. 10. a.

Venit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis populus Iſrael ad conſtituendum eum regem. At verò Ieroboam filius Nabat, cum adhuc eſſet in Ægypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuerſus eſt de Ægypto. Miſerúntque, & vocauerunt eum: venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam, dicentes, Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. Qui ait eis, Ite vſq; ad tertiã diẽ, & reuertimini ad me. ¶ Cúmque abiiſſet populus, iniit conſilium rex Roboã

Petit populꝰ à Roboam vt tributũ à Salomone indictũ minuat.

Conſilium ſenum.

B cum ſenioribus, qui aſſiſtebant coram Salomone patre eius, cum adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi conſilium, vt reſpondeam populo huic? Qui dixerunt ei, Si hodie obedieris populo huic, & ſerieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutúſque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſerui cũctis diebus. Qui dereliquit conſilium ſenũ quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes qui nutriti fuerãt cum eo, & aſſiſtebãt illi, Dixitque ad eos, Quod mihi datis conſilium, vt reſpondeam populo huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugum quod impoſuit pater tuus ſuper nos? Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cũ eo, Sic loquere populo huic, qui locuti ſunt ad te, dicentes, Pa-

Conſiliũ iuuenum.

C ter tuus aggrauauit iugum noſtrum, tu releua nos: ſic loquêris ad eos, Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Et nũc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem addã ſuper iugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. ¶ Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboã die tertia, ſicut locutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. Reſponditque rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum quod ei dederant, Et locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addã iugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcor-

Eccli 47. d.

Roboam ſecutus cõſiliũ iuuenum, duris verbis cũ populo agit.

D pionibus. Et non acquieuit rex populo: quoniam auerſatus fuerat eum Dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabat. ¶ Vidẽs itaque populꝰ quòd noluiſſet eos audire rex, reſpõdit ei, dicẽs, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nunc vide domum tuam Dauid. & abiit Iſrael in tabernacula ſua. Super filios autem Iſrael, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboã. ¶ Miſit ergo rex Roboam Adurã qui erat ſuper tributa: & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuꝰ eſt. porrò rex Roboam feſtinus

3. r. f. Sciſſio regni Iſrael.

Roboam regnat ſuper Iudam. Aduram lapidatus.

E aſcendit currum, & fugit in Ieruſalem, receſſitque Iſrael à domo Dauid, vſque in præſentẽ diẽ.

regnauit in Ieruſalem ſuper omnem Iſraelem, fuerunt quadraginta anni. [6] Dormiuitque Solomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauidis patris ſui: regnauitque Rehabeam filius eius pro eo.

CAP. XII.

Profectus eſt autem Rehabeã in Sechem, quoniam vniuerſus Iſrael [1] veniebat in Sechem, vt eum [2] regno inaugurarent. Et factum eſt, quũ id audiret Ieroboam filiꝰ Nebat (qui adhuc erat in Ægypto: fugerat enim metu Solomonis regis, habitabátque in Ægypto.) [3] Miſerũt & accerſerunt eum. venerunt ergo Ieroboam & omnis cœtus Iſraelis, & loquuti ſunt ad Rehabeam in hunc modum, Pater tuus adgrauauit iugum noſtrũ, [4] tu itaque [5] remitte aliquid de prædura illa ſeruitute, & de iugo illo graui [6] quibꝰ nos preſſit, tibique ſeruiemus. Qui ait ad eos, Ite adhuc tres dies, & reuertimini ad me. abiit ergo populus. ¶ Iniit autẽ conſilium rex Rehabeam cũ ſenioribus qui coram Solomone patre ſuo, quum adhuc viueret, [7] miniſtrauerant, & ait, Quid conſulitis vos, quod reſpondeam huic populo? Et loquuti ſunt ad eum, dicentes, Si hodie [8] morẽ geſſeris iſti populo, eique inſeruieris, & reſpondendo eis, verba [9] bona eis fueris loquutꝰ, inſeruient tibi cunctis diebus. At is derelicto conſilio ſeniorum quod ei dederant, iniit conſilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant, quique coram eo [10] miniſtrabant, Aitque ad eos, Quid vos conſulitis quod reſpondeam huic populo? [11] quandoquidem dixerunt ad me hæc verba, [12] Remitte quidpiã de iugo quod pater tuus poſuit ſuper nos. Iuuenes verò qui cum eo [13] adoleuerant loquuti ſunt ad eum in hanc ſententiam, Sic loquêris ad populum iſtum, qui loquutus eſt ad te huiuſmodi ſermones, Pater tuus [14] aggrauauit iugum noſtrũ, tu verò remitte nobis aliquid: ſic inquã loquêris ad eos, [15] Exiguum meum craſſius erit lumbis patris mei. Pater itaq; meus [16] preſſit vos onere, & impoſuit vobis graue iugum, ego [quid dam] adiiciam iugo veſtro: præterea pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem caſtigabo vos [17] flagris aculeatis. ¶ Venit itaque Ieroboã & vniuerſus populus ad Rehabeam die tertio, quemadmodum loquutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertio. Et reſpondit rex populo aſpere, relicto conſilio ſenum quod ei dederant: Loquutus eſt autem ad eos iuxta conſilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego verò adiiciã iugo veſtro: pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem caſtigabo vos flagris aculeatis. Neque auſcultauit rex populo, quoniam fuit [18] reuolutio à Domino, vt cõfirmaret [19] verbum ſuum, quod loquutus fuerat Dominus miniſterio Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nebat. ¶ Videns itaque vniuerſus populus quòd rex eis nõ adquieuiſſet, reſpondit populus regi ſermonem dicentes, Quæ [20] pars nobis in Dauide? non eſt [21] hæreditas in filio Iſai: [22] ad tentoria tua ô Iſrael: prouide nũc domui tuę [23] Dauid. & abiit Iſrael in tentoria ſua. Porrò Rehabeam regnauit ſuper filios Iſrael qui habitabãt in ciuitatibꝰ Iehuda. ¶ Miſit autẽ rex Rehabeã Adoram qui erat [conſtitutus] ſuper vectigal, quem cuncti Iſraelitæ lapidibus obruerunt, ita vt moreretur. rex autem Rehabeam [24] ſategit vt conſcenderet currum, & fugeret Ieroſolyma. [25] Defecerunt ergo Iſraelitæ à domo Dauidis in hunc vſque diem.

¶ 6 1. i. Mortuus eſt ſicut & maiores ſui.

XII.

¶ 1 conuenerat ¶ 2 regem conſtituerent.

¶ 3 Miſerant autem & accerſiuerant eũ. [ſub in Sichem.] venit Ieroboam

¶ 4 tu autem nunc. i. in principio regni tui

¶ 5 vl, minue aliquid

¶ 6 Hebr. quod poſuit ſup nos,

¶ 7 Hebr. ſteterant. i. famuli eius fuerant.

¶ 8 Heb. ſeruus fueris. i. obſecutus fueris.

¶ 9 vl, lenia. i. reddideris eis reſponſum lene. ¶ 10 Hebr. ſtabãt, ¶ 11 qui

¶ 12 vl, Minue aliquid de tributo quod impoſuit nobis pater tuus.

¶ 13 vl, creuerãt. i. educati fuerãt. ¶ 14. i. curauit vt graue tributũ nobis imponeretur per præfectos ſuos. Vide ſ. ca. 4. ¶ 15. Heb. Minimus [digitorum] meorum craſſior eſt. vl, Minimum [mẽbrorum] meorum craſſius erit lũbis &c. i. toto corpore. q. d. Dignitas ac maieſtas mea eſt multo excellentior dignitate ac maieſtate patris mei, multo fortior ſum patre meo.

¶ 16 Heb. aggrauauit vos graui iugo. i. quod dicitis eſſe graue. ¶ 17 vl, tribis aculeatis. Gallice, eſglantiers. Chaldæus paraphr. ſpinis. ¶ 18 cauſa. i. proueniebat cauſa authore & ita volente ac permittente Domino. ¶ 19. i. promiſſionem ſuã. ¶ 20 portio nobis in Dauide? &c. i. Quid poſthac lucri aut emolumenti ſperemus nobis in genere Dauidis? q. d. nihil. Alii, Quid ad nos ſpectat? ſvl, pertinet] genꝰ Dauidis? ¶ 21 Pars ſiue portio & hæreditas pro vtilitate & emolumento. affert enim hæredi vtilitatem portio hæreditaria. ¶ 22 Verba ſunt ſeniorum. ¶ 23 Nomen aui pro nomine nepotis, ô nepos Dauid Roboam. ¶ 24 Hebr. roborauit ſe. i. aſſumpto animo aſcendit currum. vl, animo præſente vſus eſt aſcendendo &c. ¶ 25 Heb. Præuaricati ſunt

¶Et factũ eſt, quũ audiſſet vniuerſus Iſrael quòd reuerſus eſſet Ieroboã, miſerũt & vocauerunt eũ in cœtu, cõſtituerũntque eũ regẽ ſuper vniuerſum Iſraelẽ, nec fuit vlla tribus quę ſequeretur domũ Dauidis, præter[16] ſoli tribũ Iehuda. ¶Quúmq; venisset Rehabeã Ieroſolymam, cõgregauit vniuerſã domũ Iehuda, & tribũ Bẽiamin, cẽtũ ſcilicet & octoginta millia electorũ[17] qui bellũ gerere potuerũt,[17] vt pugnaret cõtra domũ Iſrael, & reduceret regnũ ad Rehabeã filiũ Solomonis. Factus eſt ergo ſermo Dei ad Semahiã[18] virum Dei in hãc ſententiã, Dic ad Rehabeã filiũ Solomonis regẽ Iehuda, & ad cũctã domũ Iehuda atq; Beniamin, & ad reliquũ populũ huiuſmodi verba, Sic dicit Dominus, Ne aſcẽdatis, neque pugnetis contra fratres veſtros filios Iſrael, reuertimini quiſq; in domũ ſuã, hæc enim res à me facta eſt. audierunt ergo verbũ Domini, & reuerti ſunt, vt abirẽt iuxta verbũ Domini. ¶[19]Aedificauit autẽ Ieroboã Sechem in monte Ephraim, habitauitque in ea, & egreſſus illinc ædificauit Penuel. Cogitauit autẽ Ieroboam in corde ſuo, Reuertetur[20] nunc regnũ ad domũ Dauid, Si populus iſte aſcenderit ſacrificatũ in domo Domini in Ieruſalẽ,[21] reuertetúrq; cor populi iſtius ad dominũ ſuũ, ad Rehabeam regẽ Iehuda, & occidẽt me, reuertẽtúrq; ad Rehabeã regẽ Iehuda. Cõſilio ergo inito, rex fecit duos vitulos aureos, dixitque ad eos,[22] ſatis iam aſcendiſtis Ieroſolymam, en[23] dii tui qui te aſcẽdere fecerũt de terra Aegypti. Poſuit autẽ vnũ in Beth-el, & alterũ poſuit in Dan.[24] Deditque hæc res occaſionem peccato[25] nã populus abijt corã vno vſque in Dan. Fecit etiam domum excelſorũ, & fecit ſacerdotes[26] de fece populi, qui non fuerunt de filijs Leui. Inſtituit quoque Ieroboã ſolennitatẽ in menſe[27] octauo, nẽpe decimoquinto die mẽſis,[28] iuxta ſolẽnitatẽ quæ eſt in Iehuda, & ſacrificabat ſuper ara: ſic[29] fecit in Beth-el, vt ſacrificaret vitulis quos fecerat, cõſtituitque in Beth-el ſacerdotes ex elſorũ quæ fecerat.[40] Sacrificabat inſuper holocauſta ſuper ara quam fecerat in Beth-el decimoquinto die menſis octaui, in mẽſe videlicet quem ipſe in corde ſuo excogitauerat, fecitque ſolennitatem filijs Iſrael, & ſacrificauit in ara, adoleuitque incenſum.

CAP. XIII.

Et ecce vir Dei,[1] iuſſu Domini venit de Iehuda in Beth-el, ſtantéque Ieroboã ad arã vt adoleret. Clamauit cõtra arã ex mãdato Domini, & ait, Ara, ara, ſic dicit Dominus, Ecce filius[2] naſcitur domui Dauidis, Ioſias nomine, qui ſuper te ſacrificabit ſacerdotes excelſorum, qui thura ſuper te adolent, & humana oſſa ſuper te[3] comburent. Dedit inſuper[4] eodem die[5] portentum,[6] dicens, Hoc eſt portẽtum quod loquutus eſt Dominus, ecce ara[7] ſcindetur, effundetúrque cinis qui

¶Factum eſt autẽ cum audiſſet omnis Iſrael q̃ reuerſus eſſet Ieroboam, miſerunt, & vocauerũt eum congregato cœtu, & conſtituerunt eum regem ſuper omnem Iſrael, nec ſecutus eſt quiſpiam domum Dauid pręter tribum Iuda ſolam. — Ieroboam regnat ſuper Iſraelem.

¶Venit autem Roboam Ieruſalem, & congregauit vniuerſam domum Iuda, & tribũ Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarẽt contra domum Iſrael, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. — Roboam dehortat Deus, ne bellet cõtra fratres Iſraelitas. 2. Parali. 11. a.

Factus eſt autem ſermo[a] Domini ad Semeiam virum Dei, dicẽs, Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicẽs, Hæc dicit Dominus, Non aſcẽdetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael: reuertatur vir in domum ſuam. à me enim factũ eſt verbum hoc. audierunt ſermonem Domini, & reuerti ſunt de itinere ſicut eis præceperat Dominus. — [a] Dei

¶Aedificauit autem Ieroboã Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egreſſus inde ædificauit Phanuel. Dixitque Ieroboam in corde ſuo, ¶Nũc reuertetur regnum ad domum Dauid, Si aſcẽderit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem: & cõuertetur cor populi huius ad dominũ ſuum Roboã regem Iuda, interficientq; me, & reuertentur ad eum. Et excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà aſcẽdere in Ieruſalem, ¶ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerũt te Terra-Aegypti. Poſuitq; vnũ in Beth-el, & alterum in Dan: Et factum eſt verbum hoc in peccatũ: ibat enim populus ad adorãdum vitulum, vſque in Dan. Et fecit phana in excelſis, ¶ & ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Cõſtituitque diẽ ſolennem in menſe octauo, quintadecima die menſis, in ſimilitudinem ſolennitatis quæ[c] celebratur in Iuda. Et aſcendens, altare ſimiliter fecit in Beth-el, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: conſtituitque in Beth-el, ſacerdotes excelſorum quæ fecerat. Et aſcendit ſuper altare quod extruxerat in Beth-el, quintadecima die menſis octaui, quem finxerat de corde ſuo: & fecit ſolennitatem filijs Iſrael, & aſcẽdit ſuper altare, vt adoleret incenſum. — Sichem. Ieroboam beneficij Dei immemor facit duos vitulos aureos. 3. n. ſ. Exod. 32. b. G. 2. Parali. 11. c. [c] celebrabat

CAP. XIII.

Et ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Beth-el, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus iaciente. Et exclamauit cõtra altare in ſermone Domini, & ait, Altare, altare, hæc dicit Dominus, ¶Ecce filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & imolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nũc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominũ ſuper te incẽdet. Deditq; in illa die ſignũ, dicẽs, Hoc erit ſignũ quòd locutus eſt Dominus, Ecce altare ſcindetur, & effundetur cinis qui — Ieroboam ſacrificãs vitulis, increpat à propheta. Ioſias rex prænuntiat. 4. reg. 23. d. Signum.

¶16 quæ tamẽ comprehendebat etiam tribũ Beniamin: quod ſequente verſu facilè deprehenditur. ¶17 Heb facientiam bellum. i. aptorum bello ¶18. i. diuinũ. piũ admodũ, qui colebat verum Deum. ¶19. i. Præclaris ædificijs ornauit. Vel, Cinxit muro fortiore. ¶20. i. mox. q. d. Niſi conſuluero reb[9] meis, facilè regnum ad Iudam redibit. ¶21 Conuẽtio [quę] vacat. cõuertetur. i. facilè reconciliabit ¶22 Hebr. Satis ſit vobis q̃ aſcẽdiſtis. i. ſatis hactenus itum eſt a vobis in Ieruſalem. Chaldæ[9] paraph. Lõgior eſt via quã vt eatis. i. Non ſine magno labore itis quotãnis &c. ¶23 vt, deus tuus. hac ratione fecit illis fucũ, Hi vituli referũt Deũ qui eduxit vos. quod fecit & Aarõ, volẽs exprimere præſẽtiã Dei. Hi vituli erãt facti vt admonerẽt eos Dei: qui pro Deo poſtea coli cœperũt. ¶24. i. Ob id lapſ[9] eſt Iſrael in Idololatriã. ¶25 q. d. ita vt irent adoratum alterũ eorum, ex Beth-el in Dan: & vice verſa, ex Dan in Beth-el. Studium idololatriæ populi deſcribit, quibus quũ fuiſſent poſiti in duobus terminis vituli, accederẽt potius ad remotiorẽ à ſe: vt qui de Dan eſſet, iret in Beth-el: qui de Beth-el, curreret adoratum vitulum qui erat in Dan. ¶26 partem populi. Vt rem populo gratam faceret, creauit ſacerdotes ex aliqua parte vulgi, reiectis Leuitis. Verti poteſt, de extremitatibus populi. i. de extremis or finibus populi: tã de diuitibus, quàm de pauperibus conſtituit ſacerdotes. Quidã aiunt expulſos Leuitas quòd noluiſſent immolare vitulis. ¶27. i. Octobris. ſolennitatem tabernaculorum quæ ſeptimo menſe celebrari debebat, octauo mẽſe inſtituit: quia electus fuerat rex circa ea tempora. Aut ne obloquerẽtur qui vellent ire in Ieruſalem, quòd eo tempore diſtinerentur feſto in Iſrael, quum eſſet eundum in Ieruſalem. ¶28. i. feſtum ſimile ei quod celebrabatur Ieroſolymis. ¶29 nempe feſtum. ¶40 Heb. Aſcenderat autem ad altare quod fecerat in Beth-el, decimaquinta die menſis octaui, [id eſt] menſe quẽ eduxerat de corde ſuo, & faciebat feſtum filijs Iſrael, aſcenderat inquam ad altare vt adoleret thura. Quem eduxerat è corde ſuo. i. menſe quem finxerat vltra ſolennitatem quæ erat mandata in lege. XIII. ¶1 Hebr. de verbo Domini. i. mandato. vt, cum verbo Domini. Beth-el de qua hic loquitur, non eſt ea quæ aliter dicitur Luza. nam illa eſt in tribu Beniamin: quum hæc ſit in regno decem tribuum. ¶2 præſens pro futuro, naſcetur ¶3 ſub. iuſſu Ioſiæ. Hæc quidam intelligunt de oſſibus Ieroboam. ¶4. i. tum. vel, mox. ¶5. i. adiecit ſignum quo probaret ſua verba nõ eſſe ficta ab homine. ¶6 ſub. ſe daturum. ¶7 rumpet ſeſe, ſua ſcilicet ſponte, nullo deturbante.

Extenſa manus Ieroboā in prophetā, areſcit.

in eo eſt. Cúmque audiſſet rex ſermonem hominis Dei quē inclamauerat contra altare in Beth-el, extendit manum ſuam de altari, dicens, Apprehendite eum. & exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam
B ad ſe. Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædixerat vir Dei in ſermone Domini. Et ait rex ad virum Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur man⁹ mea mihi. Orauit vir Dei faciem Domini, & reuerſa eſt man⁹ regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat. Locutus eſt autem rex ad virum Dei, Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Reſponditque vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: Sic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præci-
C pientis, Non comedes panem, neque bibes aquā, nec reuertêris per viam qua veniſti. Abijt ergo per aliam viam, & non eſt reuerſus per iter quo venerat in Beth-el. ¶ Propheteſ autem quidā ſenex habitabat in Beth-el, ad quem venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerunt patri ſuo. Et dixit eis pater eorum, Per quam viam abijt? Oſtêderunt ei filij ſui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Iuda. & ait filijs ſuis, Sternite mihi aſinum. qui cum ſtrauiſſent, aſcendit, Et abijt poſt virum Dei, & inuenit eum ſedentem ſubtus terebinthum: & ait illi, Túne es vir Dei qui veniſti de Iuda? reſpondit ille, Ego ſum. Dixítque ad
D eum, Veni mecum domum, vt comedas panem. Qui ait, Non poſſum reuerti, neque venire tecū, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: Quia locutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens, Nō comedes panem, & nō bibes aquam ibi, nec reuertêris per viam qua ieris. Qui ait illi, Et ego propheta ſum ſimilis tui: & angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. fefellit eum. Et reduxit ſecum: comedit ergo panem in domo ei⁹, & bibit aquam. Cúmque ſederent ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad prophetam qui redu-
E xerat eum. Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus, Quia nō obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mādatū quod præcepit tibi Domin⁹ De⁹ tu⁹: Et reuerſus es, & comediſti panē, & bibiſti aquā in loco in quo præcepit tibi ne comederes panē, neq; biberes aquā, nō inferetur cadauer tuū in ſepulchrū patrū tuorū. Cúmq; cōmediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinū ſuū prophetæ quē reduxerat. Qui cū abiiſſet, inuenit eū leo in via, & occidit, & erat cadauer ei⁹ proiectū in itinere: aſin⁹ autē ſtabat iuxta illū, & leo ſtabat iuxta cadauer. Et ecce, viri trāſeūtes viderūt cadauer proiectū in via, & leonē ſtantē iuxta cadauer. Et venerūt, & diuulgauerūt in ciuitatē in qua prophetes ille ſenex habitabat. Quod
F cū audiſſet propheta ille qui reduxerat eū de via, ait, Vir Dei eſt, qui inobediēs fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & cōfregit eū, & occidit iuxta verbū Domini quod locut⁹ eſt ei. Dixitque ad filios ſuos, Sternite mihi aſinū. qui cū ſtrauiſſēt, & ille abijſſet, iuenit cadauer ei⁹ proiectū in via, & aſinū & leonē ſtātes iuxtā cadauer:

Orante propheta, reſtituit. manus Ieroboam.

¶ Orauitque

Propheta nihil ſuſcipit à contemnēte verbum Dei.

Mendax propheta.

¶ venit fili⁹ ſuus, & narrauit

¶ Et

¶ Dixit

Propheta verbo Dei inobediens, occidit à leone immiſſo à Deo.

¶ prophetæ ſadiuuus.

Prouidentia Dei nō fortuna. occiſus à leone propheta ſeruatur ab aſino & leone ipſo.

ſuper eā eſt. Quum ergo rex audiſſet verbum viri Dei, qui clamauerat contra aram in Beth-el, exerta manu ſua Ieroboam de ara, dixit, Apprehendite eum: & manus eius quam contra eū extenderat, areſcebat ita vt eam ad ſe retrahere nō poſſet. Ara inſuper ſciſſa eſt, & effuſus cinis ex ara iuxta portentum quod dederat vir Dei ¹⁰ſecū dum verbum Domini. ¹¹Reſpondens autem rex, dixit ad virum Dei, Precare obſecro faciem Domini Dei tui, & ſupplica pro me, vt reſtituatur mihi manus mea. Et precatus eſt vir Dei faciem Domini, reuerſáque eſt manus regis ad eum, & facta eſt vt ātea. Et loquutus eſt rex ad virū Dei, Veni mecum domum ¹² vt reficiaris, munúſque tibi dabo. Et dixit vir Dei ad regem, Si dares mihi dimidium domus tuæ, non irem tecum, nec ederem panem, nec aquam biberem in loco iſto, Quoniam ſic ¹³ præceptum eſt mihi per verbum Domini in hanc ſentētiam, Ne comedas panem, neque bibas aquam, neque reuertaris per viam qua ¹⁴ veniſti. Abijt itaque per aliam viam, nec eſt reuerſus via qua venerat in Beth-el. ¶ ¹⁵Habitauit autem in Beth-el ſenex quidam ¹⁶propheta, cuius filius venit, & narrauit totum negotiū quod fecerat vir Dei eo die in Beth-el, [deinde &] verba quæ loquutus fuerat ad regem, hæc ¹⁷narrarunt patri ſuo. Dixit ergo pater eorū ad eos, Qua via abijt? & ¹⁸oſtenderunt ei filij ſui viā qua abierat vir Dei qui venerat de Iehuda. qui ait ad filios ſuos, Sternite mihi aſinum. & ſtrauerunt ei aſinum, inſcenditque eum. ¹⁹Sequutus ergo virum Dei inuenit eum ſedentem ſub ²⁰ipſa quercu, dixitque ad eum Es tu vir Dei qui veniſti de Iehuda? qui dixit, Ego. Et dixit ad eū, Proficiſcere mecum domum, ²¹& ede panem. Reſpondit, ²² Non eſt mihi integrum vt reuertar tecum, & vt tecum proficiſcar. adhæc nec edam panē, nec bibam aquam tecum in loco iſto, ²³Quoniam mādatum habeo ex verbo Domini, Ne comedas panem, nec bibas aquam ibi, nec reuertaris vt proficiſcaris ea via qua ²⁴veniſti. Qui dixit ad eū, Et ego propheta ſum ſicut tu, loquutúſq; eſt ad me angelus iuſſu Domini in hanc ſentētiam, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panē, & bibat aquā. [at] mētitus eſt ei. Reuerſus eſt itaque cum eo, & comedit panem in domo eius, atque bibit aquam. Quúmque ſederent ad mēſam, factum eſt verbum Domini ad prophetā qui reduxerat eum. Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehuda, Sic dixit Dominus, Quādoquidē rebellis fuiſti ori Domini, neq; cuſtodiuiſti præceptum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, Sed ²⁵reuerſus es, & comediſti panem, atque bibiſti aquam in loco de quo Dominus tibi dixerat, ne ederes panem, neque aquam biberes: non veniet ²⁶funus tuum in ſepulchrum patrum tuorum. Poſteaquam igitur comediſſet panem, bibiſſetque aquam ille, ſtrauit ei aſinum propheta ille qui reduxerat eum. Quúmque abiiſſet, inuenit eum leo in via, & interfecit eum. ²⁷contigit ergo quum eſſet funus eius ſtratum in via, aſinúſque ²⁸aſtaret iuxta ipſum, aſtarétque & leo iuxta funus. ²⁹Vt viri tranſirent, viderēntque funus ſtratū in via, & leonē aſtantē iuxta funus: qui ³⁰venientes, dixerunt [hæc] in ciuitate in qua propheta ſenex habitabat. Audiens autem propheta qui eū de via reduxerat, dixit, Hic vir ³¹Dei rebellis fuit ſermoni Domini. ideo tradidit eū Dominus leoni, qui diſcerpens eum interfecit eum, iuxta verbū Domini quod ³²loquutus eſt ad eum. Loquutúſque ad filios ſuos, dixit, Sternite mihi aſinum. qui ſtrauerunt. Ille verò abiens, inuenit funus eius ſtratū in via, aſinus autē & leo aſtabant iuxta funus,

¶ 8 extendens manum ſuam Ieroboam [retractam] de altari. i. quam habebat ſuper altare. Manu ſignū dabat populo vt apprehenderetur vir Dei. ¶ 9 rupit ſeſe ſpōte ſua. ¶ 10 Heb. in verbo Domini. i. verbis Dei.
¶ 11 Loquut⁹ eſt autē rex, & dixit ¶ 12 & prāde. vſ. vt prandeas. vt confortes vires corporis eſca. Vult aliquo officio cōpenſare beneficium, nō tamē reſipiſcit.
¶ 13 præcepit. ſub. angel⁹ qui mihi apparuit. ¶ 14 iueris ſub. illuc. ¶ 15 Habitabat
¶ 16 Erat pſeudopropheta, qui verum prophetam decepit.
¶ 17 Colligitur inde eū habuiſſe multos filios ¶ 18 Hebr. viderunt. i. explorauerunt. ¶ 19 vſ. Inſequutus
¶ 20 Inſignē arborem ſignificat. quidā vertunt vlmum.
¶ 21 vſ. vt comedas ¶ 22 Nō potero reuerti tecū, nec tecū proficiſci. ¶ 23 Heb. Quoniā verbū ad me de verbo Domini. i. Quoniā mādatū mihi fuit iuſſu Domini.
¶ 24 iueris.
¶ 25 ſub i Beth-el. ¶ 26 vſ. cadauer tuum. q. d. morieris extra patriā, antequā reuertaris i Iudæā. ¶ 27 & erat cadauer ei⁹ ¶ 28 aſtabat iuxta ipſum, aſtabátq; ¶ 29 Et ecce quidā trāſeūtes [illac] viderunt cadauer ¶ 30 ſub. in vrbem. ¶ 31 vſ. Deſſeſt, qui interfectus eſt, ] quoniam rebellis fuit ¶ 32 ſub. per me.

[13]vt leo neque funus deuoraret, nec aſinum diſcerpſerit.'Tollens ergo propheta funus viri Dei, impoſuit illud aſino,& reduxit illud. Et venit ſenex ille propheta [14]in ciuitatē,' vt lugeret & ſepeliret eū. Poſuit autē corpus eius in ſepulchrū ſuū,& [15]planxerunt' eū,ſdicentes,] Heu frater mi. Quúmq; ſepeliiſſet eū, loquutus eſt cū filijs ſuis, dicens, Quum ego mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchrum in quo vir Dei ſepultus eſt, reponite oſſa mea iuxta oſſa illius. Nā certiſſime eueniet hoc ipſum quod clamauit [16]in ſermone Domini' contra aram quæ eſt in Beth-el,& contra omnes domos excelſorū quæ ſunt in vrbibus Samariæ. ¶Poſt hoc negotiū Ieroboam non receſſit à via ſua mala, ſed conuerſus fecit ſacerdotes excelſorum [18]de fece plebis:'&'[19]qui ei placebat, illum cō ſecrabat vt fieret ſacerdos excelſorū.' Quę res ceſſit in [40]peccatum' domui Ieroboam, [41]vt excinderet & deleret[eam]'è terra. CAP. XIIII.

EOdem tempore [1]ægrotabat' Abia filius Ieroboam. Tum dixit Ieroboam ad vxorem ſuā, Surge quęſo, [2]tēque alii ſimula,' ne cognoſcāt te eſſe vxorē Ieroboā, proficiſcerēq; in Silo: illic enim eſt Ahia ille propheta, qui loquutus eſt mihi quòd futurus eſſem rex ſuper populū iſtum. [3]Accipe autem in manu tua panes decem,& [4]placentas,' atque [5]vaſculum' mellis,& vade ad eum, vt indicet tibi quid euēturū ſit puero. ¶Vxor Ieroboam ſic fecit, ſurrexit enim & abijt in Silo, venitque in domum Ahia: Ahia autem non poterat videre, quoniam [6]obriguerant' oculi eius præ ſenecta eius. Dixerat autem Domin⁹ ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam veniet vt ſciſcitetur à te verbū pro filio ſuo, (ægrotat enim.) tu igitur ſic & ſic loquaris ad eam. [7]contigit ergo quum ingrederetur ipſa, vt alienam ſe ſimularet.' Quum verò Ahia audiſſet ſtrepitū pedum eius quæ ingrediebatur per oſtium, ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare te ſimulas alienam? [8]ego verò aſperā legationem affero.' Vade dic ad Ieroboam, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, Quandoquidem euexi te è medio populi,& cōſtitui te principem ſuper populum meum Iſrael, [9]Sciditque' regnū de domo Dauidis,& tibi tradidi, tu verò nō fuiſti ſicut Dauid ſeruus meus, qui cuſtodiuit præcepta mea, quique ambulauit poſt me toto corde ſuo, vt faceret duntaxat [10]quod rectum erat in oculis meis.' Tu verò [11]malum deſignaſti ſuper omnes' qui fuerūt ante te: iuiſti enim ac feciſti tibi deos alios,& fuſiles, vt irritares me,& ꝓieciſti me poſt tergum tuū. Ob hoc en ego adduco afflictionem ſuper domum Ieroboam,& excindam ipſi Ieroboā [12][vſque ad] mingentem ad parietem, [13]clauſum & derelictū' in Iſraele,& [14]expurgabo' poſteros domus Ieroboam, quemadmodū ſtercus [15]expurgatur,' donec [16]plene conſumetur.' Qui mortuus fuerit ipſi Ieroboam in ciuitate, hunc comedēt canes: & qui mortu⁹ fuerit in agro, hūc comedēt aues cæli, quoniā Domin⁹ [17]loquutus eſt.' Tu itaque ſurge,& vade in domū tuā. quū ingreſſus fuerit pes tuus in ciuitatē, morietur puer,& lugebūt eū omnes Iſraelitę,& ſepeliēt eū: ſolus enim ille de Ieroboā in ſepulchrū veniet, quòd boni aliquid in [18]eo' inuētū ſit erga Dominū Deū Iſraelis

non comedit leo de cadauere, nec læſit aſinū. Tulit ergo prophetes cadauer viri Dei,& poſuit illud ſuper aſinum, & reuerſus intulit in ciuitatē [a]prophetæ ſenis,' vt plangerent eū. Et poſuit cadauer ei⁹ in ſepulchro ſuo:& planxerūt eū, Heu [b]heu' mi frater. Cúmque planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos, Cū mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Profectò enim veniet ſermo quē prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Beth-el,& contra omnia phana excelſorū quæ ſunt in vrbibus Samariæ. ¶Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed econtrario fecit de nouiſſimis populi ſacerdotes excelſorum: quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum. Et propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, & euerſa eſt,& deleta de ſuperficie terræ. CAP. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ieroboam vxori ſuæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboam:& vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta qui locutus eſt mihi quòd regnaturus eſſem ſuper populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes,& cruſtulam,& vas mellis, & vade ad illum: ipſe enim indicabit tibi quid euenturū ſit puero huic. ¶Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam:& conſurgens abijt in Silo,& venit in domū Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ ſenectute. Dixit autem Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboā ingreditur, vt cōſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat: hęc & hæc loqueris ei. cum ergo illa intraret,& diſſimularet ſe eſſe quæ erat, Audiuit Ahias ſonitum pedū eius introeuntis per oſtium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quia exaltaui te de medio populi,& dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael: Et ſcidi regnū domus Dauid,& dedi illud tibi,& nō fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mādata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo: Sed operatus es male ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proieciſti poſt corpus tuum: Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam,& percutiam de Ieroboā mingentem ad parietem,& clauſum, & nouiſſimum in Iſrael: & mundabo reliquias domus Ieroboā, ſicut mundari ſolet fimus vſque ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli: quia Dominus locutus eſt. Tu igitur ſurge,& vade in domū tuā:& in ipſo introitu pedū tuorū in vrbē, morietur puer, & plāget eū omnis Iſrael,& ſepeliet: iſte eni ſolus infeterur de Ieroboā in ſepulchrū, quia inuētus eſt ſup eo ſermo bon⁹ [c]à Domino Deo' Iſrael,

Sepelitur propheta.
[a] propheta ſenex.
Planctus.
Sepultura.
B
Ieroboā impius non conuertitur.
Vxor Ieroboam conſulit Ahiam prophetam ſuper filio ſuo ægroto.
3.u.f.
C
Ieroboam ſe fundit⁹ euerſurū propter idololatriam prædicit De⁹ per prophetam.
Laudatur Dauid à Deo.
Signum, moritur⁹ Abia.
D
[c] ad Dominum Deum

¶13 Hebr. non comedit leo cadauer[ſub. hominis,] neque interfecit aſinū. ¶14 Heb. ad vrbem prophetæ antiqui [.i.ſuam.] ¶15 ſub. ipſe cū ſuis. ¶16.i. verbis Dei. ¶18 Vide ānotationē capite præcedenti, numero 96. ¶19 quem volebat, conſecrabat manum ſuam, erátque de[numero] ſacerdotum excelſorum. ¶40.i. hæc idololatria fuit imputata familiæ Ieroboam: nā Dominus eam poſtea excidit,& euertit funditus. Vel peccatum, pro pœna peccati. q.d. ob hoc periit domus Ieroboā. ¶41 ad extirpādam & perdendam[eam]

XIIII.

¶1 ægrotauit. vel, ęgrotare cœpit ¶2 Heb. tēque ipſam muta.i. veſtes tuas & ornatū. Gallice, Deſguiſe toy. ¶3 Ferebāt munera cō ſulturi ꝓphetas. ¶4 cruſtula. aut, dulciarios panes. Gallice, des gauffres. nam ſolebāt illis imprimere formam quandā in qua erāt foramina. ¶5 vel, lagenā. anguſti oris ſcilicet. ¶6 caligauerant. ita Chald. paraph. ¶7 Heb.& erit, quum veniet ipſa, & ipſa erit diſſimulās ſe. vel, aliā ſe oſtendet.i. diſſimulabit ſe eſſe quæ ſit, dabitque operā ne à te agnoſcatur. Gallice, elle ſera deſguiſee. ¶8 Heb. cū ego miſſus ſim ad te cum viſione durā.i. vt tibi dura renuntiem ¶9 Chaldæus paraph. Tranſtulique ¶10.i. quod mihi erat gratiſſimum. ¶11 vel, peſſime feciſti omnium ¶12.i. omnes meientes ad parietem. vel, omnia animalia, vſque ad canes. ne canibus quidem parcā. ¶13 ſub. in munitionibus.i. opes quæ recludūtur: & peculiū, hoc eſt oues & boues, quæ relinquūtur in agro. q.d. nō ſolū liberos, ſed & omne peculium. Alij, quinetiam eos qui claudūtur in munitionibus, & qui relicti fuerint vſque ad finem belli.i. reliquias familiæ tuæ. q.d. tandē omnes peribūt. ¶14 eijciā ¶15 eijci ſolet, ¶16 Heb. finiatur.i. donec finē eijciendi fecerit qui illud eijcit. q.d. tā diligenter quàm eijcere ſolent ex domib⁹ ſtercora, ita exterminabo vt nihil remaneat. ¶17.i. ita ſtatuit. ¶18 ſub. filio mortuo. Bonum illud quod fecerit filius Ieroboam, non exprimitur in Scriptura. Vel, in eo.i. in familia Ieroboam. quod exprimitur in fine iſtius verſus.

in domo Ieroboam. Conſtituet autem ſibi Dominus regem ſuper Iſrael, qui percutiet domũ Ieroboam in hac die, & in hoc tempore: & percutiet Dominus De⁹ Iſrael, ſicut moueri ſolet arũdo in aqua: & euellet Iſrael de Terra bona hac, quã dedit patribus eorum, & ventilabit eos trãs Flumen: quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarẽt Dominum. Et tradet Dominus Deus Iſrael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael. ¶Surrexit itaque vxor Ieroboã, & abiit, & venit in Therſa: cúmque illa ingrederetur limẽ domus, puer mortuus eſt, & ſepelierunt eum. Et planxit eum omnis Iſrael iuxta ſermonẽ Domini, quẽ locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ. ¶Reliqua autẽ verborum Ieroboã, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit,

Iſrael perituru pꝓpter idololatriam.

Abia, filius Ieroboã moritur.

E ecce ſcripta ſunt in Libro verborũ dierum regum Iſrael. Dies autẽ quibus regnauit Ieroboam, vigintiduo anni ſunt. & dormiuit Ieroboam cum patrib⁹ ſuis: regnauitq; Nadab filius eius pro eo. ¶Porrò Roboã filius Salomonis regnauit in Iuda: quadraginta & vnius anni erat Roboam, cum regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnauit in Ieruſalem ciuitate, quam elegit Dominus vt poneret nomen ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autẽ matris eius Naama Ammanitis.

Moritur Ieroboam.

Regnat Nadab.

2. Par. 12. d.

F Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerunt eũ ſuper omnibus quæ fecerãt patres eorũ in peccatis ſuis quæ peccauerũt. Ædificauerunt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam: Sed & effœminati fuerunt in terra, fecerúntque omnes abominationes Gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorũ Iſrael. ¶In quinto autẽ anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalẽ, & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit: Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon: pro quibus fecit rex Roboam ſcuta ærea: & tradidit ea in manum du-

Idololatria Iudæ.

Seſac, rex Ægypti, diripit domũ Domini.

3. 10. c.

G cum ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtiũ domus regis. Cúmque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebãt officiũ: & poſtea reportabant ad armamentariũ ſcutariorũ. ¶Reliqua autem ſermonũ Roboam, & omnia quę fecit, ecce ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regũ Iuda. Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid: nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

Moritur Roboam.

CAP. XV.

IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Nabat, regnauit Abiam ſuper Iudam. Tribus annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Maacha filia Abeſſalom. Ambulauitque in omnib⁹ peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eũ: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eũ, & ſtatueret Ieruſalem: Eo quòd feciſſet Dauid rectum

Abiã impius regnat ſuper Iudam.

Laus Dauidis.

in domo Ieroboam. Suſcitabit inſuper Domin⁹ ſibi regem ſuper Iſraelem, qui excindet domum Ieroboam[9] quæ hodie eſt: quid verò ſi iam? Percutiet enim Dominus Iſraelem, vt ſi arundo agitetur[10] in aquis, & euellet Iſraelem de terra hac bona quam dederat patribus eorum, & diſperget eos vltra[11] fluuium, eo quòd fecerint ſibi lucos, qui ad iram prouocauerunt Dominũ.[12] Tradétque Iſraelem propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & qui peccare fecit Iſraelẽ. ¶Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abijt & venit in[13] Thirza: quúmque veniſſet ad limen domus, mortuus eſt puer. Et ſepelientes eum, planxerunt eũ omnes Iſraelitæ, iuxta verbũ Domini quod loquutus fuerat per Ahiam prophetã. ¶Reliqua geſta Ieroboam, nempe qualiter bella geſſerit, quomodóq; regnauerit, en hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis. Porrò dies quibus regnauit Ieroboam, ſunt vigintiduo anni. quum[14] obdormiuiſſet cũ patribus ſuis, regnauit ꝑ eo Nadab filius eius. ¶Rehabeã autem filius Solomonis regnauit in Iehuda: quadraginta vnum annos fuit Rehabeam natus quum eſſet rex factus, regnauitque ſeptendecim annis in Ieruſalem, ciuitate quã[15] elegit Dominus,[16] vt ibi poneret nomen ſuum præ omnibus tribubus Iſrael. nomen matris eius fuit Naama[17] Ammonitis. Et fecit Iehuda malum in oculis Domini, & irritauerunt eum[18] ſuper omnia quæ deſignauerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt. Nã extruxerunt etiam ipſi ſibi excelſa, ſtatuas & lucos in omni colle alto, & ſubter omnem[19] frondoſam arborem. Fuerunt etiam[20] catamiti in terra, fecerúntque iuxta omnes abominationes Gentium, quas profligauit Dominus[21] ante filios Iſrael. ¶Factũ eſt autem anno quinto regis Rehabeam, vt aſcenderet[22] Siſac rex Ægypti contra Ieruſalem, tulitque theſauros ædis Domini, & theſauros dom⁹ regiæ,[23] & vniuerſa diripuit. Accepit deniq;[24] omnia ſcuta aurea quæ fecerat Solomon. Rehabeã fecit illorum loco ſcuta chalybæa,[25] commiſitque manibus[26] eorum, qui præerant ſatellitibus obſeruantibus oſtium domus regiæ. Et factũ eſt, vt ſatellites ea portarẽt[27] quoties rex ingrederetur in ædem Domini,[28] & tum reponebant ea in thalamum ſatellitũ. ¶Reliquum geſtorum Rehabeam, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in annalibus regũ Iehuda? Fuit autem bellum inter Rehabeam & inter Ieroboam[29] cunctis diebus. Dormiuitque Rehabeã cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cũ patribus ſuis in ciuitate Dauid: nomẽ matris ei⁹ fuit Naama, quæ fuit Ammonitis. regnauitque pro eo filius eius Abiam.

CAP. XV.

ANno decimooctauo regis Ieroboam filij Nebat[1] regnauit Abiã ſuper Iehuda. Is regnauit tribus annis Ieroſolymis: nomẽ matris eius fuit Maacha, filia fuit[2] Abiſalõ. Ambulauit autẽ [Abiã] in omnibus peccatis patris ſui quæ fecerat[3] ante eum, nec fuit cor eius perfectũ cũ Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris ſui. At propter Dauidẽ dedit ei Dominus Deus eius[3] lucernam in Ieruſalẽ,[4] vt ſuſcitaret filiũ eius poſt eũ,[5] vtque firmaret Ieruſalẽ, Quòd Dauid feciſſet quod rectũ

¶[9] & id quoq; quod futurum eſt. i. q̃ familiã iſtam quæ nũc eſt, & qui poſtea naſcentur liberos Ieroboã occidet. Aut verte, delebit domũ Ieroboã hoc tempore, [.i. breui. vl, eo tẽpore quo ſuſcitabit Dominus hoſtem.] ſed quid eſt etiam nunc? .i. ſed quanti debet fieri hæc tribulatio propter filium laborantẽ morbo? q. d. parua eſt iactura quã accipit Ieroboam in filio mortuo, ſequẽtes erunt multo grauiores. ¶[10] .i. in aqua decurrente. q. d. ꝑcutietur ab omnib⁹ hoſtib⁹ vt ab omni vento agitatẽ arũdo. Aut aſſiduitatẽ percuſſiõis itelligit, vt arũdo eſt in aſſiduo motu. ¶[11] .i. Euphratẽ. ¶[12] ſub. ĩ maledictionẽ & deſolationẽ. .i. Perdet Iſraelem. ¶[13] Fortaſſe mutauerunt locum habitationis: & puer inciderat in morbum in ea vrbe. ¶[14] .i. vita functus, illatus fuiſſet in ſepulchrum maiorum. ¶[15] ſelegerat ¶[16] .i. vt diceretur vrbs Dei. ¶[17] Erat Gentilis eius mater vnde eius meminit: & fuit deditus idololatriæ, religionẽ matris imitatus. ¶[18] præ omnibus. i. magis quàm fecerãt maiores eorũ. ¶[19] virẽtẽ ¶[20] vl, ſcorta maſcula ¶[21] vl, propter ¶[22] Quidã aiunt hunc fuiſſe Pharao Necho, qui magno deſyderio tenebatur ſolij eburnei quod extruxerat Salomon, vt quidã dicũt. ¶[23] vl, & vt ſemel finiã, omnia cepit. ¶[24] vl, omnes peltas aureas quas ¶[25] vl, tradidit ¶[26] principum curſorũ [vl, ſtipatorum] qui cuſtodiebant &c. i. eorum qui erant à corpore regio, qui ſtipabant regem euntem & redeuntẽ. ¶[27] vl, quo tẽpore ¶[28] quæ referebant in cubiculũ curſorũ. i. in locum in quẽ ſe recipiebant curſores regreſſo rege de templo. ¶[29] .i. quandiu vixerunt, præterquam initio.

XV ¶[1] cœpit regnare ¶[2] Hic & Abſalom dicitur, filius Salomonis. 2. Para. 11. d. ¶[2] .i. ante eius tẽpora. ¶[3] .i. filium qui regnaret in tribu Iuda. ¶[4] .i. dando filio eius regnum eo mortuo. ¶[5] vl, cõfirmando, aut, ſtabiliendo in ſtatu priſtino

¶6 H.b.negotio.i. in cæde Vriæ Hethæi.q.d. hoc vno excepto quódfuit cauſa necis Vriæ Hethæi.
¶7 Fuerat
¶8 vitæ illius. ſub.Roboã, qui conabatur per premó recipere regnum quod occupauerat Ieroboam: vnde ortum eſt bellum inter reges Iudææ & Iſrael. ¶9 vt ſcilicet inter patrem & Ieroboam.
¶10 vſ, auiæ eius quæ erat impia. q.d.hic fuit educatus apud aulam impiã,nec tamen eius mores retinuit.
¶11.i.proauus.
¶12 maſcula ſcorta ¶13.i.ſimulachra.
¶13.i.aulam.
¶14 vſ,priceps.i.ne haberet i regno ſuo authoritatẽ vllã regnandi aut imperandi:priuauit eam omni dignitate. Gallice, Luy oſta la regence du pais.
¶15 ſimulachrũ Priapi in luco. Vox Hebræa ſignificat tremorem mẽbrorum,& timorẽ animi:q idololatræ deos ſuos timeant ac reuereantur.
¶16 vſ,exterminauit ¶17 Heb.

erat in oculis Domini,à nulloq; deflexiſſet quod ei præceperat, idque omnibus diebus vitæ ſuæ, præterquam in [6]facinore' quod commiſit aduerſum Vriam Hithæum. [7]Fuit' autem bellum inter Rehabeam, & inter Ieroboam cunctis diebus [8]vitæ ſuæ.' Reliquum rerum Abiam, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iehudæ? [9]Fuítque bellum inter Abiam & inter Ieroboam.' Dormiuit autem Abiã cum patribus ſuis,ſepelierũntq; eum in ciuitate Dauidis,regnauitq; Aſa filius eius pro eo. ¶Anno itaque vigeſimo ipſius Ieroboã,regnauit Aſa ſuper Iehudã.Regnauit autẽ annis quadraginta vno in Ieruſalem.nomen [10]matris eius' Maacha filia Abiſalom.Aſa autem fecit quod rectum fuit in oculis Domini,quemadmodum Dauid [11]pater' eius. Suſtulit enim [12]catamitos'è terra, & amouit cunctas [13]fœditates' quas fecerant patres eius. Sed & Maacha [13]matrem' ſuam loco mouit, ne [14]domina' eſſet, eo quòd fecerat [15]lucum ipſi Miplæzæth,' & [16]excidit' Aſa [17]Miplæzæth matris ſuæ,' & exuſſit iuxta torrentem Kidron.Veruntamen [18]excelſa' non ſuſtulerunt, [19]duntaxat' cor Aſa [20]perfectum fuit cum Domino omnibus diebus ſuis.' Intulit quoque [21]ſanctificata patris ſui,' & ſanctificata ſua in ædem Domini,aurum, argentum, & [22]vaſa. ¶Fuit autẽ bellũ inter Aſa & inter Baaſa regem Iſraelis cunctis diebus eorum. [23]Aſcendit autem Baaſa rex Iſrael contra Iehuda,[24]& muniuit' Rama,[25]nec dedit commeatum ad Aſam regẽ Iehuda.' Et tollens Aſa omne argentum & aurum, quod reliquum erat in theſauris ædis Domini,& [26]theſauros' domus regię, tradiditque ea in manus ſeruorum ſuorũ,miſitque eos rex Aſa ad Ben-hadad filiũ Tab immõ, filij Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, hiſce mandatis.[27]Fœdus eſto inter me & inter te,vt [fuit] inter patrem meum,& inter patrem tuum:' & en mitto ad te [28]munus argenti atque auri, [29]vt venias irritúmque facias' fœdus tuum cum Baaſa rege Iſraelis,vt is [30]à me abſcedat.' Morem itaque geſſit Ben-hadad regi Aſa,& miſit imperatores exercituũ quos habuit,contra ciuitates Iſraeliticas, & [31]percuſſit' Hion, & Dan, atque Abel, Beth-maacha, & vniuerſam [regionem] Cineroth, cũ omni terra Naphtali.Quúmque hoc audiſſet Baaſa, ceſſauit munire Rama, manſitque in Thirza. Porrò rex Aſa [32]diuulgauit [hoc] per vniuerſum' Iehuda, [33]nemo exẽptus fuit.' & ſuſtulerunt lapides atq; ligna de Rama, quibus [34]munierat' Baaſa,& ædificauit cũ eis rex Aſa collem Beniamin & Mizpa. Reliquum omnium geſtorum Aſa, [35]& vniuerſa magnificentia eius,' atque omnia quę fecit,& ciuitates quas ædificauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iehudæ? veruntamen tempore ſenectæ ſuæ ægrotauit pedibus ſuis.Dormiuitque Aſa cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis patris ſui, [36]regnóque

in oculis Domini,& non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei,cunctis diebus vitæ ſuæ, §excepto ſermone Vriæ Hethæi.Attamẽ bellum fuit inter [a]Abiam' & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reliqua autẽ ſermonum Abiam,& omnia quæ fecit,nónne hæc ſcripta ſunt §in Libro verborum dierum regum Iuda? Fuitque prælium inter Abiam & inter Ieroboam. Et dormiuit Abiã cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum in Ciuitate-Dauid:regnauitq; Aſa filius eius pro eo.¶In anno ergo viceſimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda: & quadraginta & vno anno regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Maacha,filia Abeſſalom.Et fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini,ſicut Dauid pater eius:& abſtulit effœminatos de terra,purgauitque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerãt patres eius. Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi,& in luco eius quẽ conſecrauerat:ſubuertitque ſpecum eius,& confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in Torrente-cedron:excelſa autem non abſtulit. Veruntamen cor Aſa perfectum erat cum Domino [b]Deo ſuo' cunctis diebus ſuis:& intulit ea quę ſanctificauerat pater ſuus,& vouerat, in domum Domini, argentum & aurum, & vaſa.¶ Bellum autem erat inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum. Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam,& ædificauit Rama,vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iudæ.Tollens itaque Aſa omne argentum & aurum quod remanſerat in theſauris domus Domini,& in theſauris domus regiæ,dedit illud in manus ſeruorum ſuorum: & miſit ad Ben-adad filium Tabremon filij Hezion,regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco,dicẽs, Fœdus eſt inter me & te,& inter patrem meũ & patrem tuum: ideò miſi tibi munera,argentum & aurum:& peto vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cum Baaſa rege Iſrael, & recedat à me. Acquieſcens Ben-adad regi Aſa,miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſerũt Ahiõ & Dan & Abel-domũ-maacha, & vniuerſam Genneroth, omnem ſcilicet Terram-Nephthali. Quod cum audiſſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt in Therſa.Rex autem Aſa nuntiũ miſit in omnem Iudam,dicẽs,Nemo ſit excuſatus. & tulerunt lapides de Rama,& ligna eius,quib[us] ædificauerat Baaſa,& extruxit de eis rex Aſa Gabaa-Beniamin, & Maſpha. Reliqua autẽ omniũ ſermonum Aſa, & vniuerſæ [c]fortitudines' eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? veruntamẽ in tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes.Et dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate-Da-

D
2.Reg.11.2.
¶[a]Roboam
1.Para.13.2.
Moritur Abiã
Succedit pi[us] Aſa.2.para.14.a.
C
Bellũ inter Aſa & Baaſa.
Rama ædificatur.
Aſa, miſſis muneribus, petit auxilium à Ben-adad.
D
Ben-adad oppugnat Iſraelem.
E
Deſtruit Rama.
Gabaa Beniamin.
¶[c]fortitudinis:geni.caſ[us]
Maſpha.
Moritur Aſa.

idolum eius, ¶18 Excelſa erant altaria priuata,in quibus fiebant ſacrificia etiam in honorem Dei, maxime ex eo tempore quo fuerat tabernaculum in Silo vſque ad templũ Salomonis. Hic autem rex in hoc falſus eſt qui ea reliquit:nã ea quę erãt idolis conſecrata,euertit:quæ autẽ in honorẽ Dei,reliquit.debuerat enim in vniuerſum omnia euertere,ne in alio loco fierẽt ſacrificia q̃ in loco à Deo pręſcripto,nẽpe in tẽplo Salomonis. ¶19 attamẽ ¶20.i.Deũ puro corde coluit:neque putauit ſe peccare q relinqueret excelſa in quib[us] licuerat aliquãdo immolare Deo. ¶21.i. quę donarat Deo pater ſuus. ¶22.i.tam argentea q̃ aurea vaſa. ¶23.i.Cõſcripſit milites,& exercitũ eduxit vt arcẽ extrueret inexpugnabilem propè,quæ ab altitudine vocabatur Rama.i.arx. Aut certe eſt nomen propriũ. Hæc per anticipationẽ dicũtur,quoniã Baaſa regnauit mortuo Nadab qui ſucceſſerat Ieroboã. ¶24 vt ædificaret ¶25 Heb. vt non permitteret egredientẽ & ingredientem[de regno]Aſa regis Iudæ.i.vt prohiberet ne quiſpiam ab Aſa egredi poſſet,aut Aſam adire. ¶26 vſ,[in]theſauris ¶27 vſ,Fœdus eſt inter me & te,quod etiam[fuit]inter patrem meũ & tuum.q.d.nõ nouum,ſed antiquum. ¶28 vſ,vice muneris argentum & aurum, ¶29 Heb. vade,diſſipa ¶30.i. deſinat me oppugnare. ¶31.i.expugnauit. ¶32 congregauit[vſ, conuocauit]vniuerſum &c. ¶33 vſ,nemine excepto: ¶34 ædificauerat.i.quæ inſumpſerat Baaſa in extruenda Rama. ¶35 Heb.& omne robur eius.Robur militare intelligit.i.quantas copias conſcribere potuerit.2.Para.14.b. ¶36 regnauitque

uid patris ſui. regnauitque Ioſaphat filius eius
F pro eo. ¶Nadab verò filius Ieroboam regnauit
ſuper Iſrael anno ſecũdo Aſa regis Iuda: regna-
uitque ſuper Iſrael duobus annis. Et fecit quod
malum eſt in cõſpectu Domini, & ambulauit in
vijs patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare
Baaſa occidit Nadab, regnátq; pro eo. fecit Iſrael. Inſidiatus eſt autem ei Baaſa filius
Ahiæ de domo Iſſachar, & percuſſit eum in Geb-
bethon, quæ eſt vrbs Philiſthinorũ: ſiquidem Na
dab, & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. In-
terfecit ergo illum Baaſa in anno tertio Aſa re-
Domus Ieroboã deſtruit. gis Iuda, & regnauit pro eo. Cúmque regnaſſet,
percuſſit omnem domum Ieroboam: non dimi-
ſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, do
S.14.c. nec deleret eum ſiuxta verbum Domini quod lo
G cutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis,
Propter peccata Ieroboã quę peccauerat, & qui-
bus peccare fecerat Iſrael: & propter delictũ quo
irritauerat Dominum Deum Iſrael. Reliqua au-
tem ſermonum Nadab, & omnia quæ operatus
eſt: nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum
dierum regum Iſrael? Fuitque bellum inter Aſa
& Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorũ. Anno
tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa fili⁹ Ahiæ,
ſuper omnem Iſrael in Therſa vigintiquatuor
annis. Et fecit malum coram Domino, ambula-
uitque in vijs Ieroboam, & in peccatis eius qui-
bus peccare fecit Iſrael.

CAP. XVI.

Iehu prædicit Baaſæ interitũ ꝓpter idololatriã. FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filiũ
Hanani cõtra Baaſa, dicens, Pro eo quòd exal
taui te de puluere, & poſui te ducem ſuper popu
lum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ie
roboam, & peccare feciſti populum meũ Iſrael,
vt me irritares in peccatis eorũ: Ecce, ego deme-
tam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius:
& faciam domum tuam ſicut domum Ieroboam
S.15.g. filij Nabat. Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciui
tate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit
ex eo in regione, comedent eum volucres cæli.
Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcunque
B fecit, & prælia eius: nónne hęc ſcripta ſunt ſin Li
2.Para.16.a. bro verborum dierum regum Iſrael? Dormiuit
ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt in
Baaſa mortuo, ſuccedit Ela. Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo. ¶Cum
autem in manu Iehu filij Hanani prophetę, ver
bum Domini factũ eſſet contra Baaſa, & contra
domũ eius, & cõtra omne malũ quod fecerat co-
ram Domino ad irritandũ eum in operibus ma-
nuum ſuarum, vt fieret ſicut domus Ieroboam:
ob hanc cauſam occidit eum, "hoc eſt Iehu filiũ
Hanani, prophetam." ¶Anno viceſimoſexto A-
ſa regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſ
rael in Therſa duobus annis. Et rebellauit cõtra
eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equi
Zambri occidit Elam. tũ: erat autẽ Ela in Therſa bibẽs, & temulentus, i
C domo Arſa præfecti Therſa. ſirruẽs ergo Zãbri,
4.Reg.2.g.

inauguratus eſt' pro eo Iehoſaphat filius eius.
¶Nadab verò filius Ieroboã regnauit ſuper Iſ-
raelẽ ſecundo anno ſregniſ Aſa regis Iehuda, re
gnauitq; ſuper Iſraelẽ[17] annis duobus.' Et[18] fecit
malũ in oculis Domini, [19] ambulãs in via patris
ſui, atque in peccato ei⁹ quo peccare fecit Iſrae-
lẽ.' Cõtra eum cõſpirationẽ fecit Baaſa fili⁹ Ahia,
qui erat[40] de domo' Iſaſchar, percuſſitque eum
Baaſa i Gibethõ quæ[4] eſt' Paleſthinorũ: (quoniã
Nadab & omnis Iſrael obſidebãt Gibethon.) In-
terfecit autẽ eũ Baaſa anno tertio Aſa regis Ie-
huda, & regnũ occupauit pro eo. Factúmque eſt
quũ ipſe regnaret, vt percuteret vniuerſam do-
mũ Ieroboam [42] ita vt nihil ſpirans de Ieroboã
faceret reliquũ,' donec deleret eum, iuxta verbũ
Domini quod loquutus fuerat per Ahi i Siloni-
ti ſeruum ſuũ, Propter peccata ſcilicet Ieroboã
quæ ipſe fecerat, & quibus peccare fecerat Iſrae
lem, proptérque[43] irritationem' ſuã, qua irritaue
rat Dominũ Deũ Iſraelis. Reliquũ geſtorum Na-
dab & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt
in libro annalium regum Iſraelis? Fuitque bel-
lum inter Aſa & inter Baaſa regem Iſraelis cun-
ctis diebus eorum. Anno igitur [44] tertio' Aſa re-
gis Iehuda regnauit Baaſa filius Ahiæ ſuper o-
mnem Iſraelem in Thirza vigintiquatuor an-
nis. Et fecit malum in oculis Domini, ambulans
in via Ieroboam & in peccato eius quo peccare
fecerat Iſraelem.

CAP. XVI.

F'Actum eſt autem verbum Domini ad Iehu
filium' Hanani contra Baaſa in hũc modum,
Quãdoquidẽ euexi te de[1] cœno,' & poſui te prin-
cipem ſuper populum meum Iſrael, tu autẽ am-
bulaſti in via Ieroboã, & feciſti peccare populũ
meum Iſrael, 'vt prouocares me in peccatis eo-
rum,' En ego[4] excindam poſteros Baaſa, & poſte
ros domus eius,' & ponã domũ tuã ſicut domum
Ieroboã filij Nebat. Qui de Baſa mortuus fuerit
'in ciuitate,' hunc[6] comedẽt canes: & qui ei mor
tuus fuerit in agro, hunc comedent volucres cæ
li.' Reliquũ rerũ Baaſa, & quæ fecit, atq;[7] virtus'
eius, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium
regum Iſrael? Dormiuit itaq; Baaſa cũ patribus
ſuis, & ſepultus eſt in Thirza, regnauitq; Ela fi-
lius eius loco eius. ¶Porrò etiam verbũ Domini
[8] per Iehu filij Hanani prophetæ fuit ſuper Baa-
ſa, & ſuper domum eius, atq; ſuper omne malũ
quod[9] fecit' i oculis Domini, [10] vt irritaret eũ' ope
re manuũ ſuarũ, [11] vt fieret ſicut dom⁹ Ieroboã,
& quoniã occiderat eũ. ¶Anno[12] vigeſimoſexto'
Aſa regis Iehuda regnauit Ela fili⁹ Baaſa ſup Iſ
raelẽ in Thirza, [13] duobus videlicet annis.' Et fecit
cõiurationẽ cõtra eũ ſeruus eius Simri princeps
ſuper mediã partẽ curruũ, erátque ſElaſ i Thirza
bibẽs, & inebriatus eſt'[14] in domo Arza,' qui præ
fect⁹ erat pętorio in Thirza.[15] Veniẽsq; Simri,

¶17 pacifice quidem duob⁹ annis: & octo annis in afflictione. ¶18.i. fecit quod erat ingratũ Domino, non paruit legibus eius. ¶19.i. imitatus eſt impietatem paternam. ¶40.i. de tribu ¶41 erat.i. quę tum occupabatur à Palæſthinis. ¶42 Heb. non reliquit vllam animam ipſi Ieroboã, .i. neminem reliquit ſuperſtitem. ¶43.i. idololatriam.

¶44 ſub. bellorum quæ geſſit Aſa rex Iuda contra Iſraelẽ. Non intelligitur de initio regni eius. nam ſub Aſa decem annis quieuit terra. In Paralip. quæ dicuntur, de exordio regni eius ſũt intelligenda.

XVI.

¶1 v⁹. Proinde locutus eſt De⁹ cum Iehu filio &c. ¶2 vſ. pul uere.i. ſtatu & ordine infimo ¶3 prouocãdo me per peccata eius. ſub. populi Iſraelitici ¶4 Heb. à tergo expellam Baaſa, & à tergo ſexpellamſ familiam eius .i. propellendo eos à tergo, tollere è terra paratus ſum: perdam domum tuam non aliter quàm familiam Ieroboam cuius ſtudia imitatus es. ¶5 ſub. regia in qua tu regnas. ¶6 Hoc genere dicendi ſignificat eos cariturus ſepultura. q. d. nullus ſepelietur. ¶7 fortitudo. i. quæ egregiè & fortiter geſſit. ¶8.i. Prædixerat etiã Iehu interitũ filij eius, Ieroboam ſcilicet Quidam Hebræorum refert hæc verba ſdomum eiusſ ad Ahiam. q. d. non ſolum per Iehu interitus familiæ huius fuit prædictus, ſed & per Ahiam. ¶9 fecerat ¶10 prouocando eum ad iram ¶11 ſprædixit verbum Deiſ ſiue vt eſſet ſimilis domui Ieroboam, & propterea quòd percuſſiſſet illũ. Nadab ſcilicet: vl, quòd futura eſſet familia Baaſa vt familia Ieroboam, & quòd percuſſiſſet &c. Minatus eſt Deus extremum exitium familiæ Baaſa duabus de cauſis: primum ob idololatriam: deinde quòd ille Nadab dominum ſuũ interfeciſſet. Pater pro filio aliquando ponitur. Ergo illum. i. Ieroboam, hoc eſt filium Ieroboam Nadab. Vel dicendum eſt eſſe relatiuum ſine antecedente expreſſo. ¶12 ſub. ab geſtis bellis. ſiue initio ſumpto ab eo anno quo Aſa cœpit gerere bellum cum Zara, id eſt XXXVI regni Aſa. ¶13 pacificè ſcilicet. nam regnauit reuera decem annos: Scriptura reticet annos turbulentos. ¶14 Chaldæus paraphr. vertit in templ Arza ſ.i. idoli quod colebat Elaſ quod templum erat iuxta regiam. Hebræi Arza dicũt fuiſſe nomen proprium præfecti aulæ regiæ. ¶15 ſub. in locum vbi Ela erat temulentus.

**Amri.**
**Achab.**

¶16 vl, ſuo, ¶17 .i. nullum marē reliquit. vl, omnia perdidit, etiam ipſos canes. hyperbole. ¶18 vl, ſocios ¶19 prouocando ad iram ¶20 vl, Reliqua geſta ¶21 Heb. contra .i. vt obſideret Gibethō quæ tunc occupabatur à Palæſthinis. ¶22 .i. locum regiæ fortiſſimū & tutiſſimum. ¶23 cōcuſſit ſuper ſe domum ¶24 peccare faciendo ¶25 vt conſtituerent eum ¶26 mortuꝰ eſt autē Thibni, & regnauit ¶27 Hoc intelligitur de regno pacifico. A triceſimoſeptimo vſque ad quadrageſimū primum interiacentes anni non numerantur propter bella. Notandum eſt melius eſſe vt accipiantur omnes iſtæ ſupputationes regis Aſa ſimpliciter vt in Scriptura legūtur: quódque locus libri Paralip. vbi dicitur quód Baaſa rex Iſrael ædificauit Rama anno X X X V I regni Aſa regis Iuda, intelligatur de anno X X X V I à diuiſione regni, ſiue morte Salomonis, quo tēpore ſcilicet regnabat Aſa rex Iuda: erátque annus ille annus X V I regni ipſius.

percutiens eum interfecit eum anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iehuda, & regnum occupauit illius loco. Et factum eſt, quum ipſe regnaret, ſederetque in ſolio[16] eius,' vt percuteret omnem domum Baaſa,' [17]nec reliquum ex ea faceret mingentem ad parietem,' propinquos quoq; eius &[18] amicos' eius. Deleuit itaque Simri omnem domū Baaſa, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat contra Baaſa per Iehu prophetam, Propter vniuerſa ſcilicet peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, quæ peccauerant, quibúſque peccare fecerant Iſraelem, [19]vt irritarent' Dominum Deum Iſraelis in vanitatibus ſuis. [20]Reliquæ res' Ela, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regū Iſrael? ¶Anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iehuda, regnauit Simri ſeptem diebus in Thirza: populus interea caſtra fixerat [21]oppugnando' Gibethon Paleſthinorum. Audiuit autem populus[qui erat]in caſtris huiuſmodi verba, Simri fecit coniurationem, & etiā trucidauit regem, ob id conſtituerunt omnes Iſraelitæ ipſum Amri imperatorem exercitus, regem ſuper Iſraelem eodē die in caſtris. ¶Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gibethon, & obſederunt Thirzam. Quúmque Simri videret captam ciuitatem, ingreſſus eſt [22] palatium domus regiæ,' & [23] combuſſit ſe & domum' regiam igni, & mortuus eſt, Propter peccata ſcilicet ſua quæ peccauit, faciendo malum in oculis Domini, & ambulando in via Ieroboam, atque peccatis eius quæ fecit, [24]& quibus peccare fecerat' Iſraelem. Reliqua geſta Simri, & conſpiratio eius quam excitauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis? Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes, dimidiū populi ſequebatur Thibni filiū Ginath, [25]cōſtituens eum' regem: & aliud dimidium iuit poſt Amri. At præualuit populꝰ qui ſequebatur Amri, præ alio qui ſequebatur Thibni filium Ginath: [26] mortuóq; Thibni, regnauit' Amri. ¶Anno [27]trigeſimoprimo Aſa regis Iehuda,' regnauit Amri ſuper Iſraelē duodecim annis, in Thirza regnauit ſex annis. Hic emit montē [28]Schomrō' ab quodā [29]Schæmer' duobus talētis argēti, [30]ædificauitq;' montē, & vocauit nomē ciuitatis quā ædificauit, iuxta nomē [29]Schæmer,' qui dominꝰ fuerat mōtis [28]Schomrō.' Fecit autē Amri [31] quod diſplicuit Domino, [32]peiórque fuit omnibꝰ' qui eum præceſſerant. Nā [33] ambulauit in omni via Ieroboam filij Nebat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iſraelē, vt ad iracundiam incitaret Dominū Deum Iſraelis in vanitatibus[34] ſuis.' Reliqua rerū Amri, & omnia quæ fecit, ac fortitudo eiꝰ quā [35]oſtendit,' annō hæc ſcripta ſunt in libro annaliū regū Iſrael? Dormiuit itaq; Amri cū patribꝰ ſuis, & ſepultus eſt in Schomrō, regnauitque Ahab filius eius pro eo. ¶Regnauit ergo Ahab filius Amri ſuper Iſraelē anno trigeſimooctauo Aſa regis Iuda, regnauit inquā Ahab filiꝰ Amri ſuper Iſraelē in Schomrō vigintiduobꝰ annis. Et fecit Ahab filiꝰ Amri [36]quod diſplicuit' oculis Domini, ſuper omnes qui ante eū fuerāt. [37]Nā leue ducebat incedere in peccatis Ieroboā filij Nebat, accepit inſupꝰ' vxorē Iſæbel filiā Ethbaal regis Zidoniorū, [38] iuitq;' & coluit' [39]Baal, & [40]adorauit

percuſſit, & occidit eum anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cúmque regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſoliū eius, percuſſit omnem domū Baſa, & non dereliquit ex ea mingētē ad parietē, & propinquos & amicos eius. Deleuitque Zambri omnē domū Baaſa, iuxta verbū Domini quod locutus fuerat ad Baaſa in manu Iehu prophetæ, Propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerūt Iſrael, prouocantes Dominum Deū Iſrael in vanitatibus ſuis. Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quæ fecit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? D

¶Anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porrò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum. Cúmque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regē, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris. ¶Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa. Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt in peccatis ſuis, quæ peccauerat faciens malum corā Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael. Reliqua autem ſermonū Zābri, & inſidiarū eius, & tyrānidis, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborū dierum regū Iſrael? E

Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum regem: & media pars, Amri. Præualuit autē populus qui erat cū Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuúſque eſt Thebni, & regnauit Amri. ¶Anno triceſimoprimo Aſa regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Therſa regnauit ſex annis. Emitque montem Samariæ a [*]Somer' duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quā extruxerat nomine Semer domini montis Samariæ. Fecit autem Amri malū in cōſpectu Domini, & F operatus eſt nequiter ſuper omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitque in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iſrael: vt irritaret Dominū Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. Reliqua autem ſermonū Amri, & prælia eius quæ geſſit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierū regum Iſrael? Dormiuitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo. ¶Achab verò filius Amri, regnauit ſuper Iſrael anno triceſimo octauo Aſa regis Iuda. & regnauit Achab filius Amri ſuper Iſrael in Samaria vigīti & duobꝰ annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes G qui fuerunt ante eum. Nec ſuffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filii Nabat: inſuper duxit vxorē Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & abijt, & ſeruiuit Baal, & adorauit eum.

Zābri regnās pro Ela, delet domum Baaſa.

Contempto Zambri, eligitur Amri.

Zābri ſuccendit ſeipſum.

Thebni.

¶*Semer

Samaria.

Morit Amri.

Achab impiꝰ ſuccedit Amri.

Ducit in vxorem Iezabel.

¶28 Dictio eſt triſyllaba Someron, quæ montem, vrbem, & regiam ſignificat. ¶29 potius, Semer. ¶30 Chaldæus paraph. muniuit ¶31 Heb. malum in oculis Domini. ¶32 vl. peſſime omnium fecit ¶33 q.d. per omnia imitatus eſt illum. ¶34 Heb. eorum. nempe Ieroboam & aliorum idololatrarū. ¶35 Heb. fecit. i. quæ egregie & fortiter geſſit. ¶36 malum in &c. ¶37 Heb. Factū eſt autem, (nam nōnne leue fuit illi vt ambularet in peccatis Ieroboam?) factum eſt inquā vt acciperet &c. vl. nōne parui momenti viſum eſt illi vt &c. q.d. parum curauit ſi imitaretur peccata &c. Alij legūt, Nunquid vileſ[vel, turpe] fuit illi .i. exiſtimauit turpe &c. Vt accipiatur interrogatio negatiue. ¶38 Sub. Sidonem. ¶39 Baal, nomē eſt appellatiuum, non proprium, idolum ſiue ſimulachrū ſignificat in genere: quód illud habeamus vice Dei. ¶40 inclinauit ſe[.i. totum corpus ſuum] illi.

Et poſuit arã in tẽplo Baal, quod ędificauerat in Samaria, & plãtauit lucũ: & addidit Achab in opere ſuo, irritãs Dominũ Deũ Iſrael ſuper omnes reges Iſrael, qui fuerũt ante eũ. ¶In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Iericho: in Abirã primitiuo ſuo fũdauit eã, & in Segub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius iuxta verbum Domini quod locut[9] fuerat in manu Ioſue filij Nun.

*Reædificatur Iericho.*

*Ioſue 6.d.*

CA. XVII

*Elias famem prædicit ipſi Achab. eccli 48.a. iaco.5.d*

*Vt fugiat hos tatur Eliam Deus.*

*Prouidentia Dei. Elias paſcit a coruis.*

ET dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba. ¶Et factũ eſt verbum Domini ad eum, dicens, Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere in Torrente-carith, qui eſt contra Iordanem, & ibi de torrente bibes: coruiſque præcepi vt paſcant te ibi. Abijt ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cũmque abijſſet, ſedit in Torrente-carith, qui eſt cõtra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane, ſimiliter panem & carnes veſperi, & bibebat de torrẽte. ¶Poſt dies autẽ aliquantos ſiccatus eſt torrens. non enim pluerat ſuper terram.

*Mittitur ad mulierẽ Sareptham pauperrimam. luc.4.d.*

B Factus eſt ergo ſermo Domini ad eum, dicens, Surge, & vade in Sarepta Sidoniorũ, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sarepta Sidoniorum. Cũmque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eam, dixitque ei, Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Cũmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicẽs, Affer mihi obſecro & buccellam panis in manu tua. Quæ reſpondit, Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait, Noli timere, ſed

C vade, & fac ſicut dixiſti: veruntamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbũ Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinę nõ defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbũ Domini quod locutum fuerit in manu Eliæ. ¶Factum eſt autem poſt verba hæc, ægrotauit filius mulieris matriſfamiliãs, & erat languor *fortiſſimus, ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliã, Quid mihi & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filiũ meũ? Et ait ad

*Oratione Eliæ ſuſcitatur filius hoſpitæ ſuæ.*

*¶ *eius*

D eam Elias, Da mihi filium tuum. tulitque eum de ſinu ei[9], & portauit in cœnaculũ vbi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectulũ ſuũ, & clamauit ad Dominũ, & dixit, Domine Deus meus, etiámne + viduam apud quam ego vtcunque ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius? Et expãdit ſe, atq; menſus eſt ſuper puerũ tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait, Domine Deus meus reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera ei[9]. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri huius intra viſcera eius.

eum. Extruxit etiam ipſi Baal aram in phano Baal, quod extruxerat in [41]Schomrõ. Fecit inſuper Ahab lucos: adiecit quoque Ahab facere ea quibus irritaret Dominum Deũ Iſraelis, plus omnibus regibus Iſraelis qui ante eum fuerãt. ¶In dieb[9] eius extruxit Hiel [42]Bethelites Iericho, [43]in Abiram primogenito ſuo [44]fundau eam, & in Segub minimo natu ei[9] [45]poſuit fores ei[9], iuxta verbum Domini, quod loquutus fuerat per Iehoſua filium Nun.

C A P. XVII.

DIxit autem Elias Thiſbites ex inquilinis Gilead ad Ahab, [1]Viuit Domin[9] Deus Iſraelis, coram quo [2]miniſtro, ſi fuerit hiſce annis ros & pluuia, niſi iuxta [3]os meũ. ¶Factũmque eſt verbũ Domini ad eum in hanc ſententiam. Vade hinc, & diuerte ad plagã Orientalẽ, & abſcondere in torrente Chrith, qui eſt e regione Iordanis. [4]Eritque vt bibas de torrente, ego verò coruis mãdaui vt te illic paſcant. Abijt itaq; & fecit iuxta verbũ Domini: abijt inquam, & [5]ſedit iuxta torrentem Chrith, qui eſt e regione Iordanis. Corui verò [6]attulerunt ei panem & carnem mane, ſimiliter panem & carnem veſpere, & bibebat de torrẽte. ¶Poſt aliquot dies exiccato torrẽte, tũ [7]nihil plueret ſuper terram, Factũ eſt verbũ Domini ad eum in hanc ſententiam, Surge, & vade in Sareptam quæ eſt [8]Zidonis, & illic commorare, en præcepi ibi mulieri viduæ vt te alat. Surgens itaque abijt in Sareptam: quúmq; veniſſet ad portam ciuitatis, en erat illic mulier vidua colligens [9]ligna, & vocans eam, dixit, Affer mihi obſecro paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Illa autẽ abeunte vt ferret, clamauit ille poſt eam, dicens, Fer quæſo mihi & buccellã panis in manu tua. Quæ dixit, [10]Viuit Dominus Deus tuus, ſi eſt mihi panis [11]coctus, [12]pugillum plenum farinæ habeo in cado, & parum olei in lecytho: & en colligo ligna [13]duo, [14]vt ingrediar & apparẽ ipſum mihi atq; filio meo, comedamúſque ipſum, deinde moriamur. Dixitque ad eam Elias, Ne timeas, vade & [15]fac iuxta verbum tuum, veruntamen fac mihi prius inde paruum ſubcinericiũ panem, & exporta ad me, tibi verò & filio parato poſtea. Quoniam ſic dicit Dominus Deus Iſraelis, [16]Farina cadi non deficiet, & oleum lecythi non minuetur, vſque ad eum diem quo Dominus pluuiam dederit ſuper faciem terræ. Abijt itaque illa, & fecit ſecundum verbum Eliæ, comeditq; ipſa & ipſe, & domus eius [17]multo tẽpore. [16]Neque ceſſauit farina cadi, nec oleũ lecythi [18]defecit iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per Eliã. ¶Poſt hæc geſta contigit vt ægrotaret filius mulieris illius quæ erat domina dom[9], fuitque morbus eius tã grauis, vt ne [19]flatus quidem in eo reliquus eſſet. Dixitque illa ad Eliam, [20]Quid mihi tecum eſt, vir Dei? veniſti ad me [21]vt reuocares ad memoriã iniquitatem meam, [22]interficerẽſque filium meum? Dixit ad eam, Da mihi filium tuum. & ipſe tulit eum de gremio ei[9], portauitque eum in cœnaculum, vbi ipſe ſolitus erat habitare, poſuitque eum [23]in lectum ſuum, clamãſque ad Dominũ, ait, Domine Deus me[9], tu etiam viduã illam, apud quam [24]aduena maneo, [25]affligis interficiendo filium eius? Et admẽſus eſt ſeſe [26]ad puerũ ter, clamauitque ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, redeat quæſo anima pueri huius intra viſcera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ, reuerſaque eſt anima

¶41 ſiue, Samaria. ¶42 vel, Bethlaus. ¶43 vel, ſub Abiram ¶44 fundauit .i. viuebat adhuc primogenitus eius quũ cœpit inſtaurare Iericho. Peccatũ imputat Achab q; ſub eo reædificata fuerit Iericho quã inſtaurari vetuerat Dominus Ioſue 6.d. ¶45 poſuit portas. Ponere portas, hoc loco eſt imponere finẽ ædificationi.

XVII.

¶1.i. Iuro tibi per Deum viuẽtem. Prædicit Elias penuriã pluuiæ, vt minatus erat De[9] in lege ſiquidẽ Deũ reliquiſſẽt ¶2 Heb. ſteti. Stare corã aliquo, pro inſeruire illi. ¶3 vel, verbũ.i. niſi prædixero fore, Deo mihi reuelante. ¶4 vel, Bibes autem de torrẽte, & coruis præcepi ¶5 vel, manſit ¶6 vel, afferebant ¶7.i. iam aliquot diebus nõ pluerat in ea regione. ¶8.i. in regione Sidoniorũ. ¶9 ligna quædam, ea nempe quæ prima obuiam habebat. ¶10.i. Iuro tibi per Dominum Deũ quẽ colis. ¶11 ſub cinericius. ¶12.i. tantum farinæ quantũ manu capi poteſt. ¶13.i. pauxilla. ¶14 .i. vt hinc profecta pinſam panem mihi & filio meo: vt cum comederimus illud, moriamur. nam nihil amplius ſupereſt. ¶15.i. coque panem tibi & filio vt dixiſti. ¶16 Heb. Hydria farinæ non deficiet, & lenticula olei. Pro, Farina hydriæ non deficiet, & oleum lenticulæ &c. Tribuit continenti quod contento erat tribuendum. ¶17 Heb. diebus. ſub. aliquot. ¶18 imminutum fuit ¶19 ſiue, halitus ¶20 ſub. commune. q.d. Qua in re te vnquam læſi? ¶21 vt [Deum] memorem faceres. q.d. forte non ſum tibi famulata pro officio. ¶22.i. eſſes cauſa mortis filij mei? ¶23 ſuper lectum ¶24 diuerſor, ¶25 vel, affligere voluiſti ¶26 ſuper puerum.i. incubuit puero.

+ [illegible]

¶ 17 in viſcera eius. ¶ 18 vl, Conſydera

XVIII.

¶ 1 ab eius ſcilicet diſceſſu de torrẽte Carith. ¶ 2 Heb. & dabo ¶ 3 erat autẽ vehemẽs fames in Samaria. ¶ 4 dom' eius. ¶ 5 in ſingulis ſpelũcis, ¶ 6. i. qua paſcamus equos. ¶ 7 vl, ſeorſũ. ſub. ab Abdia. ¶ 8 vl, ſeorſũ. ſub. ab Achab. ¶ 9 Tũne iſte es. vl, Tũne ille es, domine mi, Elias? ¶ 10 peccaui, ¶ 11 traditurus es ¶ 12. i. reges & gentes ad quas miſerat nũtios ¶ 13 Heb. Accidet autẽ vt quũ &c. ¶ 14 Heb. ſeruus autem tuus timet Dominũ ab adoleſcentia ſua. ¶ 15 in ſingulis ſpeluncis. ¶ 16 & iterficiet me. ¶ 17. i. ſub cuius imperio ſunt omnia, & cui omnia parẽt. ¶ 18 Heb. ſteti. i. cui famulor. ¶ 19 ſub. ſi prædixeris. ¶ 20 ſub. aduentũ Eliæ. ¶ 21 iuitque ¶ 22 nam prædixerat Elias futuram penuriam aquæ. ¶ 23 turbaui ¶ 24 Idola. Tu, inquit, ante alios: ob id vtitur ſingulari. ¶ 25 ſub. nũtios q. d. Ergo quia dicis me cõturbare Iſraelem, volo probare te eum eſſe. ¶ 26. i. quib' victum dat Iezabel. ¶ 27 alter vtri[more claudorum] innitimini duabus pſuaſionib' vl,

pueri[17] in eum,' reuixitq;. Et tollens Elias puerũ, detulit eum de cœnaculo in domũ interiorẽ, & tradidit eũ matri eius. Simúlq; dixit Elias, [18] En' viuit filius tuus. Et ait mulier ad Eliam, Nũc demũ noui quód vir Dei es, & [quód] verbum Domini [quod eſt] in ore tuo, verum eſt.

CAP. XVIII.

MVltis diebus elapſis,' tertio demum anno' factum eſt verbum Domini ad Eliã in hãc ſententiam, Vade, & te ipſi Ahab trade conſpiciẽdũ: dabo enim' pluuiã ſuper terram. Abijt itaq; Elias, vt ſe conſpiciẽdum daret ipſi Ahab: nã vehemẽs fames erat in Schomron. Vocauit autem Ahab Abdiã, qui erat præfectus[4] prætorio.' (Abdias autem vehementer timens fuit Domini: nã quum Iſæbel excinderet prophetas Domini, tulit Abdias centum prophetas, abſconditque eos quinquagenos viros 'in ſpeluncis,' aluitque eos pane & aqua.) Et dixit Ahab ad Abdiã, Vade per regionem, ad cunctos fontes aquarum, & ad omnes torrentes, ſi fortè inueniamus gramen, [6] vt viuos cõſeruemus equos & mulos, ne nos deſtituamur iumentis. Diuiſerunt ergo ſibi regionem, vt eam peragrarent. Ahab [7] ſolus' ibat vna via, altera via ibat[8] ſol' Abdias. ¶ Quũq; Abdias eſſet in itinere, obuiũ habuit ſibi Eliam: & quum agnouiſſet eum, procidit ſuper faciem ſuam, & dixit, [9] Annon tu es dominus meus Elias?' Reſpõdit ei, Sum: vade & dic hero tuo, En Elias [adeſt.] Qui ait, Quid [10] cõmerui,' q'[11] tradis' ſeruum tuũ in manum Ahab, vt me interficiat? Viuit Dominus Deus tuus, ſi gens ſit aut regnum, quó non miſerit dominus meus te quæſitũ: quúmque dixiſſent, Non [adeſt,] [12] regnum & gentem' iuramento obſtrinxit q te non inueniſſet. Nunc verò dicis, Vade, & dic hero tuo, En adeſt Elias. [13] Quúmq;' ego à te receſſero, Spiritus domini te tollet ad locum aliquem quem ego ignoro: ego verò veniens & nuntians ipſi Ahab, quum ille te non inuenerit, occidet me, [14] ego autem ſeruus tuus metuo Dominum a pueritia mea.' Annon indicatum eſt [tibi] domino meo quid ego fecerim, quum Iſæbel occideret prophetas Domini, quód abſconderim de prophetis Domini cẽtum viros, quinquagenos [15] 'in ſpeluncis,' & eos pane & aqua aluerim? Nunc tamen dicis tu, Vade & loquere ad herũ tuum, En Elias adeſt, [16] vt ſcilicet occidat me.' Et dixit Elias, Viuit Domin'[17] exercituum,' coram quo [18] miniſtro,' hodie [19] videbor illi. ¶ Abijt igitur Abdias obuiam ipſi Ahab, & [20] indicauit ei: [21] venitq;' Ahab obuiã Eliæ. Quúmque Ahab videret Eliam, dixit Ahab ad eum, Annon tu es ille qui [22] conturbat' Iſraelem? Qui reſpondit, Ego nõ [23] turbo' Iſraelẽ, ſed tu & domus patris tui, quum deſerueritis præcepta Domini, & tu incedis poſt [24] Baalim. [25] Mitte' igitur & cõgrega ad me omnẽ Iſraelem in montem Charmelũ, & prophetas Baal quadringentos & quinquaginta: prophetas quoque lucorũ quadringentos, [26] qui edunt de menſa Iſæbel.' Miſit igitur Ahab ad omnes filios Iſrael, & cõgregauit prophetas in montem Charmelum. Et accedẽs Elias ad omnem populũ, ait, Quouſq; tandem [27] claudicatis vos in duas partes?' Si Domin'[28] eſt De',' ſequimini eum: ſi Baal, ite poſt ipſum. populus autẽ ne verbũ quidẽ reſpondit. Dixit ergo Elias rurſum ad populũ, Solus ego [29] reliquus ſum propheta Domini, prophetarũ autẽ Baal ſunt quadringẽti & quinquaginta: dẽtur itaq; nobis duo boues, eligãt verò illi ſibi bouẽ [30] vnũ,' ſecẽtq; eũ in fruſta, ponãtque ſuper ligna, at ignẽ nullũ ſupponãt:

anima pueri intra eũ, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & depoſuit eũ de cœnaculo in inferiorẽ domum, & tradidit matri ſuæ, & ait illi, En viuit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam, Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbũ Domini in ore tuo verũ eſt. CAP. XVIII.

POſt dies multos factũ eſt verbum Domini ad Eliam, in anno tertio dicens, Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. Iuit ergo Elias vt oſtẽderet ſe Achab: erat autem fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam diſpẽſatorem domus ſuæ. (Abdias autẽ timebat Dominum 'Deum' valde. nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua.) Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles: ſi fortè poſſimus inuenire herbã, & ſaluare equos & mulos, & nõ penitus iumẽta intereant. Diuiſerúntque ſibi regiones, vt circuirent eas. Achab ibat per viã vnã, & Abdias per viam alterã ſeorſum. ¶ Cúmque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cũ cognouiſſet eũ, cecidit ſuper faciẽ ſuã, & ait, Nũ tu es, domine mi, Elias? Cui ille reſpondit, Ego. 'Et dixit,' Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam' trades' me ſeruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? Viuit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum, quó non miſerit dominus meus te requirẽs: & reſpõdẽtibus cũctis, Nõ eſt hic: adiurauit regna ſingula & gẽtes, eo quód minime reperireris. Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. Cúmque receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te in locũ quem ego ignoro: & ingreſſus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Dominũ ab infantia ſua. Nunquid non indicatum eſt tibi domino meo quid fecerim cum interficeret Iezabel prophetas Domini, quód abſcõderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias, vt interficiat me. Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituũ, ante cuius vultũ ſto, quia hodie apparebo ei. ¶ Abijt ergo Abdias in occurſum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occurſum Eliæ. Et cũ vidiſſet eum, ait, Tũne es ille qui conturbas Iſrael? Et ille ait, Nõ ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mãdata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. Verũtamen nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in mõte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetáſque lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel. Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autẽ Elias ad omnẽ populum 'Iſrael,' ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eũ: ſi autem Baal, ſequimini illum. & non reſpondit ei populus verbũ. Et ait rurſus Elias ad populum, Ego remanſi propheta Domini ſolus: prophetæ autem Baal, quadringẽti & quinquaginta, 'prophetæque lucorum quadringenti' viri ſunt. dentur nobis duo boues, & illi eligãt ſibi bouẽ vnũ, & in fruſta cædẽtes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponãt,

Elias mittit ad Achab.

Prouidentia Dei etiã erga ingratos.

Abdias diſpẽſator domus

Achab, mittitur ad inueſtigandam herbam.

Achab quærit herbam.

B

¶ tradis

Abdias timẽs vitæ ſuæ, nõ vult renũtiare Achab adeſſe Eliam.

C

Elias miſſus à Deo, confidẽter arguit Achab.

Eo falſi prophetæ.

D

Elias corripit falſos prophetas, q Deo & Baalim ſeruirent. oſtẽdẽs Deum Iſrael, eſſe verũ Deũ

Zelus Eliæ p Deo.

Quouſq; eádẽ claudicabitis in duas cogitationes? aut opiniones? modo ſcilicet credẽdo Dominũ, modo Baal, eſſe verũ Deũ. ¶ 28 vl, eſt [verus ille] Deus, ¶ 29 vl, relict'. i. Solus ſũ qui hic tueatur gloriã & honorẽ Domini. ¶ 30 vl, alterũ,

& ego faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem nõ ſupponam. Inuocate nomina deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei: & Deus qui exaudierit per ignẽ, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait, Optima propoſitio quam locutus eſt Elias. Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite vobis bouem vnũ, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuo-

*Dominus exaudiet per ignem.*

E cate nomina deorum veſtrorum, ignẽmque non ſupponatis. Qui cum tuliſſent bouẽ quem dederat eis, fecerũt: & inuocabant nomen baal de mane vſque ad meridiem, dicẽtes, Baal exaudi nos. & non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebántque altare quod fecerant. Cũmque eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: deus enim eſt, & forſitã loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna, & inciſebant ſe iuxta ritum ſuũ cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. Poſtquam autem tranſijt meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes: Dixit Elias omni populo, Venite ad me. & accedẽte ad ſe populo, curauit altare Domini quod deſtructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuũ filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicẽs, Iſrael erit nomen tuum. Et ædificauit de lapidibus al-

*Irridet Elias baal.*

*Altare reſtituit, & offert holocauſtũ. Gene.32.f.*

F tare in nomine Domini: fecitque aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & compoſuit ligna: diuiſitque per membra bouẽ, & poſuit ſuper ligna, & ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna. rurſúmque dixit, Etiam ſecundò hoc facite. qui cum feciſſent ſecundò, ait, Etiam tertiò idipſum facite. fecerúntque tertiò. Et currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. Cũmque iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias propheta, ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptũ tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte quia tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aquæductu lambens. Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Dixitque Elias ad eos, Apprehendite prophetas baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi. ¶ Et ait Elias ad Achab, Aſcẽde, comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua,

*Oratio Eliæ.*

*Igne de cælo miſſo qui cõſumpſit holocauſtũ, oſtẽdit Deus ſe verum Deũ.*

*Elias interfecit omnes prophetas baal*

*Impetrat pluuiam.*

alterum bouem ego parabo, ponámque ſuper ligna, & ignem nullũ ſupponam. Tum inuocabitis nomen deorũ veſtrorũ, & ego inuocabo nomen Domini, hac conditione, vt Deus ſit ille qui per ignem reſponderit. Et reſpondit vniuerſus populus, dicẽs, Recte habet res. Dixit ergo Elias ad prophetas baal, Eligite vobis bouem vnum, & facite primum: veſtrum enim plures ſunt, & inuocate nomen deorum veſtrorum, ſed ignem ne ſupponatis. Acceperunt ergo bouem vnum, quem dedit eis, & parauerunt, inuocauerúntque nomen baal, à ſumma luce ad meridiẽ vſque, dicentes, O baal exaudi nos. ſed nec vox erat, neque qui reſponderet. porrò ipſi ad arã quã fecerant, ſaltitabant. Adueniente meridie, Elias illuſit eis, dicens, Clamate ſublata voce, (quãdoquidem deus eſt) fortaſſis colloquium habet, aut negotium aliquod, aut eſt in profectione, aut dormit, & expergiſcetur. Clamauerunt itaque ingenti voce, & inciſebant ſeſe cultris & lanceolis ſuo more, donec ſanguinem effunderent ſuper ſe. Factum ergo eſt, quũ tranſiiſſet meridies, vt prophetarent vſque ad tempus ſacrificij veſpertini, & non erat vox, neque reſpondens, neque auſcultans. Tum dixit Elias ad vniuerſum populum, Accedite ad me. & acceſſerunt omnis populus ad eum. Is verò refecit arã Domini quæ diruta erat. Elias autem acceptis duodecim lapidibus iuxta numerum tribuũ filiorũ Iacob, ad quẽ factus fuerat ſermo Domini hiſce verbis, Iſraeli erit tibi nomen, extruxit ex lapidibus aram in nomine Domini. Fecit inſuper elices circum aram qui capiebant duo ſata ſeminis. Struxit deinde ligna, & in fruſta concidit bouem, impoſuitque lignis. Et ait, Implete quatuor cados aqua, & fundite ſuper holocauſtum, atque ſuper ligna. & dixit, Denuo hoc facite. & denuo fecerunt. & dixit, Facite hoc tertio. fecerúntque tertio. Currebant itaque aquæ circum aram, impleuitque aqua elices. Factúmque eſt, quũ adeſſet tempus vt ſacrificaretur holocauſtum, acceſſit Elias propheta, & ait, Domine Deus Abraham, Iſaac & Iſraelis, fiat hodie manifeſtum quòd tu ſis Deus in Iſraele, & quòd ego ſim ſeruus tuus, & quòd tuo iuſſu hæc omnia fecerim. Exaudi me Domine, exaudi me, vt populus iſte cognoſcat te ſolum eſſe Dominum Deũ, quódque tu tandem reduxiſti cor eorum. Tũ decidit ignis Domini, & deuorauit holocauſtũ, ligna, lapides, & puluerem: ſed & aquas quæ erant in elicibus lambuit. Hoc quum vidiſſet vniuerſus populus, prociderunt in facies ſuas, & dixerũt, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Et ait Elias ad eos, Comprehendite prophetas baal, ita vt nullus ex eis euadat. & apprehẽderũt eos, duxitque eos Elias ad torrentem Kiſon, & trucidauit eos ibi. ¶ Tum dixit Elias ad Ahab, Aſcende, comede, & bibe: quoniam impetum ingentis pluuiæ audio. Aſcẽdit itaque Ahab vt comederet & biberet, Elias autem aſcendit in verticem Charmeli, & proſternens ſe in terram, poſuit faciem ſuam inter genua.

¶ Heb. in nomine ¶ ſub. verus. ¶ i. demittendo ignem de cælo, qui conſumat holocauſtũ. ¶ Heb. Bonum eſt verbũ. i. Aliquũ eſt quod proponis ¶ ſub. Achab, vel is qui addixerat. ¶ i. nulla vox exaudiebatur.

¶ vſ, exaudiret. ¶ tranſiliebant ſuper aram quam fecerat. ſub. vnus eorũ, vſ Achab. Vſ, inſiliebant. aut, ſaltabant tanquã mente capti, iuxta altare quod fecerat. ¶ vſ, irriſit eos.

¶ 40 vſ, elata ¶ 41 ſub. vt aſſeritis, & audire poteſt, ſed vox veſtra eſt demiſſior. ¶ 42 Heb. quoniam negotium eſt illi ſub. cũ aliquo. ¶ 43 Heb. inſecutio illi. vſ, perſecutio. i. forſitan eſt occupatus in perſequendis hoſtibus fugientibus. ¶ 44 via eſt illi. i. foras abijt aliquò peregre. ¶ 45 ſub. veſtro clamore. ¶ 46 i. de more religionis ſuæ. ¶ 47 vſ, perfunderent ſe cruore. ¶ 48 Heb. & prophetaſſent. i. inuocaſſent nomen baal, inſiliendo in altare, & inciſẽdo

ſe. ¶ 49 curauit Metaphora ab ægrotis. ¶ 50 q.d. qui quũ Iacob diceretur, dictus eſt à Domino Iſrael. ¶ 51 vſ, ædificauit lapides in altare. i. ædificando altare, inſumpſit lapides &c. ¶ 52 vſ, aquæductum. ſiue, canalem ¶ 53 Heb. ſecũdũ domũ [i. locũ, ſiue ſaccum] duorũ ſatorũ &c. hoc eſt tantæ capacitatis quãtæ eſt ſaccus capax duorũ ſatorũ. Domus hoc loco pro ſaccoſiue & alio loco Domus manuũ pro chirothecis. ¶ 54 vſ, hydrias ¶ 55 & etiã aquæductũ curauit implendũ aqua. ¶ 56 quũ offerri ſolebat ſacrificiũ veſpertinũ, ¶ 57 ſub. verus. ¶ 58 quòd tu ô Domine es Deus. ſub. ille verus. ¶ 59 Heb. quódque conuertiſti cor eorũ retrorſũ. i. quòd permiſiſti eos relinquere te. vſ, permiſiſti eos propter peccata ſua incidere in idololatriam. ¶ 60 in canali linxit. ¶ 61 ſub. ille verus. ¶ 62 Repetitio ad maiorem affirmationẽ. ¶ 63 ne ſcilicet ſanguine eorum contaminaretur terra ſancta. ¶ 64 Achab tũ erat in torrẽte, hoc eſt loco demiſſiore, aut eius tentoriũ erat in loco altiore Quidam Hebræorum dicit Achab ſe confeciſſe inedia, vt impetraret à Deo pluuiam. q.d. eſto bono animo: nam Deus dabit pluuiam. ¶ 65 Heb. ſtrepitus multitudinis pluuiæ. ſub. exauditur. i. iam mihi videor exaudire. vel, mox auditurus es ſtrepitum vehementis pluuiæ. ¶ 66 Hoc pertinet ad humilitatem orantis, & maiorem attentionem orationis.

¶67 filium nẽpe mulieris Sareptanæ. ¶68 Hic N A, vox Hebræa hortantis eſt. Age, aſcende. ¶69 magnitudine volæ hominis, ¶70 ſub. puero ſuo. ¶71 i. Vbi deſcẽderis è Carmelo, aſcende in eum locum vbi eſt Achab. ¶72 Heb. Iunge currũ. q.d. Cura currum tuũ apparãdũ. Intelligit ſe exauditum: ob id mittit puerum ad Achab, vt feſtinanter domum repetat. ¶73 intercipiat. Chaldæus paraph. ne remoretur te. ¶74 Heb. Et fuit vſq; huc & vſque huc. i. Dum autem, vel Interim dũ hæc gererẽtur. Chaldæus paraph. Dũ iungerentur equi currui, & ille deſcenderet. ¶75 & ventus. ſub. obortus eſt ¶76 Hæc Ieſreel eſt in regno decem tribuum: altera ab ea eſt in tribu Iuda. ¶77 i. dedit robur & vires Eliæ, confirmauit Eliam. ¶78 Heb. donec venias Ieſrahel i. ad eũ locũ quo ingrediaris Ieſrahel. Chaldæ[9] paraph. donec venit.

Dixitque ad[67] puerum ſuum, Aſcende[68] quæſo, & ſpecta verſus mare. & aſcendens ſpectauit, dixitque, Nihil eſt. qui rurſum ait. Redito ſepties. Factum eſt autem, quum ſeptimò [iret] vt diceret, En parua nubecula,[69] ac ſi eſſet hominis manus, aſcendit de mari. qui[70] dixit,[71] Aſcende, & dic ipſi Ahab,[72] Iunge equos currui, & deſcende, ne te[73] cohibeat pluuia.[74] Interea cæli tenebreſcebãt nubibus[75] & vento, & facta eſt pluuia magna. aſcendenſq; Ahab venit in[76] Ieſreel. Et[77] man[9] Domini facta eſt ſuper Eliam, vt accinctis lumbis ſuis præcurreret Ahab,[78] quouſq; veniret in Ieſreel.

CAP. XIX.

AHab indicauit Iſabeli omnia quæ fecerat Elias, &[1] vniuerſum id, quòd omnes prophetas enſe interfecerat. Miſſo igitur nuntio ad Eliam, Iſabel dixit,[2] Sic faciant dij, ſicque addant,[3] ſi non cras iuxta id tempus poſuero animã tuã ſicut animam alicuius ex illis. Quod quũ vidiſſet, ſurrexit, & abijt[4] quocunque eum animus [ferebat,] & venit Beer-ſeba, quæ eſt [in ſeribu] Iehuda,[5] vbi puerum ſuum reliquit. Ipſe verò ibat in deſertum itinere diei, & veniens ſedit ſubter iuniperum[6] quandam, cupiuitque animæ ſuæ vt moreretur, & dixit,[7] Satis[8] iam ô Domine, tolle animã meam: quoniam nõ ſum[9] melior patribus meis.[10] Iacẽs autẽ ſubter vnã iuniperũ, obdormiuit, & ecce ſtatim angel[9] tetigit eũ,[11] ſimúlq; dixit ei, Surge & comede. Quũmque reſpexiſſet, ecce erat[12] ad caput eius placentula ſuper prunas cocta, & vas aquæ: edit itaque & bibit, & rurſum obdormijt. Reuerſúſque angelus Domini ſecundò tetigit eum, dicens, Surge, ede: nam[13] multum itineris tibi reliquum eſt. Surgens ergo edit, & bibit,[14] profectúſque eſt virtute illius cibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſq; in mõtẽ Dei[15] Horeb. ¶[16] Quũq; illuc perueniſſet in ſpeluncã, pernoctauit illic, factũmq; eſt verbum Domini ad eũ, & dixit ei, Quid hîc tibi Elia? Qui dixit,[17] Zelo quodã zelatus ſũ pro Domino Deo exercituũ,[18] quòd filij Iſrael fœdus tuum dereliquerunt, aras tuas diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderũt, & ego ſolus reliqu[9] ſum, quærũtq; animã meam, vt eam tollant. Dixitq;, Egredere,[19] & ſta in mõte corã Domino. & en Dominus[20] tranſiens, & vẽtus ingẽs ac fortis diſſindẽs montes, & confringens[21] petras coram Domino: at Dominus[22] non eſt in vento. & poſt ventũ illũ[23] commotio:[24] ſed non in commotione Dominus. Et poſt[25] commotionem ignis: neque in igne [erat] Dominus. poſt ignẽ autẽ[26] ſibilus tranquillus & tenuis.[27] Quem quũ audiſſet Elias, operuit faciem ſuã pallio ſuo:[28] & egreſſus ſtetit ad oſtiũ ſpeluncæ, &[29] ecce vox facta eſt ad eum in

Et dixit ad puerum ſuum, Aſcẽde, & proſpice cõtra mare. qui cum aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam. & rurſum ait illi, Reuertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice, Ecce nubecula parua quaſi veſtigiũ hominis aſcendebat de mari. qui ait, Aſcẽde, & dic Achab, Iunge currum tuum & deſcende, ne occupet te pluuia. Cúmque ſe verteret huc atque illuc, ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis. aſcendens itaque Achab abijt in Iezrahel, & manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio. Miſitque Iezabel nũtium ad Eliã, dicẽs, Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animã vnius ex illis. Timuit ergo Elias, & ſurgens abijt quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum. & perrexit in deſertum viam vnius diei. Cúmque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animam meam neq; enim melior ſum quàm patres mei. Proiecitque ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede.* Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſúſque eſt angelus Domini ſecũdò, & tetigit eum, dixitque illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb. ¶ Cúmque veniſſet illuc, manſit in ſpelũca: & ecce ſermo Domini ad eũ, dixitq; illi, Quid hic agis Elia? At ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituũ, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eã. Et ait ei, Egredere, & ſta in monte coram Domino: & ecce Dominus tranſijt, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in ſpiritu Dominus. & poſt ſpiritũ commotio: non in cõmotione Dominus. Et poſt commotionem, ignis: non in igne Dominus. & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Quod cum audiſſet Elias, operuit vultũ ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eum,

Elias anteuertit Achab pſciſcenti Iezrahel.
Iezabel pſequitur Eliam.
Elias fugit Iezabelem.
Mori optat Elias.
Ab angelo paſcitur.
B ¶*Et
Eliæ ieiuniũ
Queritur ſe ſolũ ex prophetis Dei relictum eſſe. Rom. 11. a.
¶ tuum
¶ tranſit.
C Signa Dei aduentantis.

IX. ¶1 prorſus. vel, omnino q. d. præſertim quòd &c. ¶2 i. Hæc mihi eueniant, imò grauiora, niſi vlciſcar mortẽ pphetarũ: quia &c. ¶3 Heb. quia cras hac hora ponã &c. Galliсe, A telle heure que ſera demain à ceſte heure. Chaldæus paraph. niſi hoc tẽpore ponã &c. poti[9] ſubaudiẽdũ aliquid, cuiuſmodi, vlciſcar mortẽ: quia cras &c. ¶4 Heb. ſecundũ animã ſuã. i. ſibi. Chaldæus paraphr. vt animæ ſuæ cõſuleret. ¶5 i. in tribu Simeon. nã tribus Simeõ eſt permiſta cũ tribu Iuda. ¶6 vel, vnicam. Quidã aiunt fuiſſe illic vnicã iuniperũ. ¶7 ſub. vixi. ¶8 nũc ¶9 vel, præſtãtior maioribus meis. ſub. qui in ea ætate in qua nunc ſum, mortui ſunt. ¶10 Proſtratus ¶11 vel, hoc ipſo articulo ¶12 ad ceruical. quod erat lapis ſuppoſitus capiti. ¶13 Heb. maius eſt à te iter. i. maius eſt quàm pro viribus tuis: ſiue q̃ vt illud iſtis virib[9] cõficere poſſis. ¶14 & ambulauit ¶15 in quo ſcilicet data fuit lex. ¶16 Et ibi ſubijt ſpeluncam, & pernoctauit ¶17 i. Mira zelotypia teneor pro Domino &c. q. d. Crucior in honorẽ Dei quadã quaſi zelotypia: & quaſi ſuſtinerem Dei perſonam crucior quum videam eccleſiam quæ veluti ſponſa eſt, deficere à Deo. ¶18 quoniam ¶19 i. vt ſtes coram Domino: quia tranſiturus eſt in monte Horeb. q. d. ſenties Deũ prætereuntẽ. Conſolatur Eliã Dominus præſentia ſua: poſtea prædixit illi puniendos fore idololatras. ¶20 tranſibat. vel, tranſiturus erat. ¶21 rupes. Tam vehemẽs erat ventus vt montes ſubuertere poſſet, & petras confringere. vel tã vehemens, q̃ vehemẽs eſſe ſolet ventus montes ſubuertens. Signa horrẽda quæ terribilẽ Dei præſentiã ſignificãt. Eadẽ fere leguntur facta ante aduẽtũ Spiritus ſancti. ¶22 nõ erat. cũ vento non erat De[9], ſed hęc eũ præcedebãt. ¶23 vel, tremor. ſiue, cõcuſſio. ſub. mõtis. ¶24 nec in tremore erat &c. ¶25 vel, concuſſionẽ. i. terræ motũ ſequebatur ignis. ¶26 vox tacita [vel, ſubmiſſa] & gracilis. Cũ omnia illa præterierunt, audita eſt vox ſubmiſſa, gracilis, & tenuis. ¶27 Cum autem audire cœpiſſet. ſub. ſigna illa quæ præcedebant Dominum. ¶28 iam autem egreſſus erat, [ſub. de ſpelunca,] & ſtabat ¶29 q. d. audire cœpit vocem dicentem, &c.

Subetur inũgere Hazael, Iehu, & Eliſeũ in vltionem idololatriæ Iſrael. D 4.Reg.9.a. et ſi 41.a. Roma.11.a

¶[a] vniuerſorum

Eliſeus ex agricultura ad propheticũ vocat à Deo.

¶[b] Oſculer, Eliſeus, relictis omnib[us], ſequi tur vocantẽ Deum, miniſtrátq; Eliæ.

Obſidetur Samaria.

¶[a] obſidebat

¶[b] obſedit

Achab deſperãs ſubmittit ſe Ben-adad

dicens, Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituũ, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam. Et ait Dominus ad eum, Vade & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: cúmque perueneris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam. Et Iehu filium Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum autẽ filium Saphat, qui eſt de Abel-meula, vnges prophetam pro te. Et erit, quicúnque fugerit gladiũ Hazael, occidet eũ Iehu: & quicunq; fugerit gladiũ Iehu, interficiet eũ Eliſ. Et derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ millia [a] virorum quorũ genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eũ oſculans manum. ¶Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſeum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boũ, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cúmque veniſſet Elias ad eum, miſit pallium ſuũ ſuper illum. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliã & ait, [b] Oſculor, oro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. dixitque ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi. Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgénſque abiit, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

CAP. XX.

Porrò Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnẽ exercitum ſuum, & triginta duos reges ſecũ, & equos, & currus: & aſcendens [a] pugnabat contra Samariã, & [b] obſidebat eam. Mittenſq; nuntios ad Achab regem Iſrael in ciuitatem, Ait, Hæc dicit Ben-adad, Argentum tuum & aurum tuum meum eſt: & vxores tuæ, & filij tui optimi, mei ſunt. Reſponditque rex Iſrael, Iuxta verbũ tuũ domine mi rex, tuus ſum ego, & omnia mea. Reuertentéſque nuntii, dixerũt, Hæc dicit Ben-adad, qui miſit nos ad te, Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadẽ hora mittam ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domũ tuam, & domũ ſeruorũ tuorum: & omne quod eis placuerit, ponẽt in manibus ſuis, & auferent. ¶Vocauit autẽ rex Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniam inſidietur nobis. miſit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento & auro: & nõ abnui. Dixerúntque omnes maiores natu, & vniuerſus populus ad eum, Nõ audias, neque acquieſcas illi. [c] Reſponditque nuntiis Ben-adad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruũ tuũ in initio, faciam: hanc autẽ rem facere nõ poſſum. reuerſique nuntij retulerunt ei. ¶Qui remiſit, & ait, Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, ſi ſuffecerit

B

¶[c] Reſpondit itaque

hunc modò, [40] Quid hic tibi Elia? Reſpondit, Zelo quodam zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quòd tibi Iſrael relicto fœdere tuo aras diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderũt, & ego ſolus [41] reliquus ſum, quærúntq; animam meam vt tollant eam. Et dixit Dominus ad eũ, Vade, & reuertere per viam [42] tuam, [43] per deſertum in Damaſcum, [44] & ingredere vt vnges Hazaelem [45] regem ſuper Syriam. Et Iehu filiũ Nimſi vnge regem ſuper Iſraelẽ, Eliſæũ autem filiũ Saphat de Abel-mehola vnge vt ſit ꝓpheta pro te. Erit autẽ qui ſeruatus fuerit à gladio Hazaelis, hunc interficiet Iehu: & qui euaſerit gladiũ Iehu, hunc interficiet Eliſæus. Porrò in Iſraele [19] ſeruabo reliquos ſeptem millia, [20] quorũ omnium neque genua incuruata ſunt ante Baal, neque os oſculatum eſt eũ. ¶Abiens itaque illinc, inuenit Eliſæum filiũ Saphat agrũ colentẽ, habẽtemque ante ſe duodecim iuga boũ, ipſe quoque ex duodecim erat. tranſiens autem Elias [42] corã eo, [43] proiecit palliũ ſuũ ſuper eum. Qui dimiſſis bobus, [44] cucurrit poſt Eliam, dixitque, Liceat quæſo mihi [45] oſculari patrem meum & matrem meam, tum te ſequar. ad quem ille dixit, Vade, & reuertere: quid enim [46] feceriẽ tibi? [47] Qui quum diſceſſiſſet ab eo, tulit par boum, & mactauit illud: cum [48] inſtrumentis verò boum coxit eorum carnes, deditque [49] populo vt comederẽt. tum [50] ſurrexit, & ſequutus eſt Eliam, & [51] miniſtrauit ei.

CAP. XX.

Porrò Ben-hadad rex Syriæ congregauit omnes copias ſuas, cúmque eo triginta duo reges cum equis & curribus: [1] ſic aſcendens obſedit Samariam, [2] belliúmq; indixit ei. [3] Et miſſis nũtiis ad Ahab regem Iſraelis in ciuitatem, [4] Dixit ei, Sic dixit Ben-hadad. [5] Argentum tuum, & aurũ tuum meum eſt, ſed & vxores tuæ, & liberi tui elegantes mei ſunt. Et reſpondens rex Iſraelis, dixit, [6] Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus ſum ego, & [7] quidquid habeo. Legati autẽ reuerſi ſunt, & dixerunt, Sic dicit Ben-hadad, dicens, [8] Miſeram ad te iſtiuſmodi mandata, vt argentũ tuũ, & aurũ tuum, vxores tuas & liberos tuos daret mihi. [9] Veruntamen cras [10] iuxta id tẽpus mittam ad te ſeruos meos, qui ſcrutabuntur domũ tuã, domúſq; ſeruorũ tuorũ, & quidquid deſiderabile eſt in oculis tuis, accipiẽt in manus ſuas, & tollent. ¶[11] Conuocatis igitur omnibus ſenioribus Iſraelis, rex dixit, [12] Cognoſcite & videte quæſo, quòd [13] malum is quærat: quandoquidẽ ad me miſerat pro vxoribus meis, pro liberis meis, pro argento meo & pro auro meo, neque negaui ei. Et dixerunt ad eum omnes illi ſeniores & vniuerſus ille [13] populus, Ne audias eum, neque acquieſcas ei. Dixit ergo ad legatos Ben-hadad, Dicite domino meo regi, [14] Quidquid ſmiſſis legatis] ſeruo tu primum poſtulaueras, facturus eram: iſti autem rem facere nequaquã poſſum. abierunt itaque nuntii, retulerúntque reſponſum. ¶Ben-hadad rurſum miſit ad eũ, & dixit, Sic faciant mihi dij, & ſic addant, ſi ſuffecerit puluis Sa-

¶40.i. Quid habes hic negotii? ¶41 vt ſcilicet ſeruiunt idolis. ¶41 vel, relict[us] qui tuetur honorem tuum palàm & publicè.

¶42.i. vnde venis. Reuertere aliquouſq; quà veniſti. ſiue quà dicemus & poſt ea vade in deſertum Damaſci.

¶44 in deſertum Damaſci. ¶45 Heb. & venies, & vnges pro, cũ eò perueneris, vnge &c. ¶46 vel, in regem Syriæ.

¶17 vel, in locũ tuum. ¶18 relinquam. i. efficiã vt maneãt mihi ſuperſtites quamplurimi qui non adorarunt Baal. ¶19.i. multa. ¶20 Heb. [hoc eſt] omnia genua quæ non curuauerunt ſeſe ipſi Baal, & omne os quod non dedit illi oſcula. Hos ſeruat Deus ad cõſolationem prophetæ.

Obediẽtiæ cauſa ſolemus oſculari manũ aut aliud eius ſub cuius ditione ſumus.

¶41 & ipſe erat in duodecimo .i. ipſemet arabat & ducebat duodecimum iugum boum. ¶42 iuxta illum.

¶43 Per impoſitionem pallij afflatus fuit Spiritu. ¶44 vt ſcilicet illum aſſequeretur. ¶45.i. oſculanda petere facultatem abeundi. ¶46 ſcil. ſub. propter quod me ſequi debeas? Hoc dicit cum quadam ſimulatione, volens extorquere ab eo quidnam haberet in animo, & intelligere quo ſpiritu eſſet afflatus. ¶47 Hebr. Et reuerſus eſt à tergo illius, & tulit &c. i. Relicto Elia reuerſus eſt ad parentes: poſt accepit par &c. ¶48 Inſtrumenta boum vocat aratra, ſiue ligna aratri. ¶49.i. popularibus ſuis qui ſequebantur eum abeuntem: hoc eſt patri, matri, ſeruis aratoribus, & reliquæ ſuorum multitudini. ¶50 facto ſcilicet conuiuio. ¶51.i. fuit miniſter ac famulus eius.

XX. ¶1.i. qui è curribus pugnant. ¶2 & oppugnauit ſcil. oppugnare cœpit eã. ¶3 ſub. vnus ex nũtiis illis. ¶4 Poteſt etiam legi interrogatiue, Annon argentũ tuũ, &c. quaſi dicas Gallice, Ne ſont ils pas à mon commandement? ¶5.i. Vt dicis. q.d. Quæcunque poſſideo ſunt in tua poteſtate. ¶6 q.d. ero tibi tributarius, ſi voles. ¶7 ſub. ad regem Iſrael. ¶8 Heb. Mitto ad te, dicendo, Argentum &c. i. Per nuntios hæc tibi ſignifico. ¶9 vel. Sed q.d. Dabis illa quidẽ, ſed non propterea ſatiſfeceris mihi. Sic Ben-adad videbatur quærere occaſionẽ belli. ¶10 hac hora ¶11 Heb. Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ, [i. patriæ,] & dixit. ¶12.i. anſam belli inferendi. ¶13 qui ſ[ci]l[ic]et conuocatus fuerat. ¶14 Heb. Omnia quæ mandaſti ſeruo tuo principio, [i. in prima legatione,] paratus ſum facere.

mariæ, [15]vt ex vniuerſo populo qui me ſequitur, quiſq; vel pugillum capiat.' Reſpondens autem rex Iſrael, dixit, Dicite, Ne glorietur qui accingit [16][baltheū,] vt qui iam [17]ſoluit.' Factum eſt autē quum audiſſet ſermonē iſtum, potaretque cum regibus in tentorijs, vt diceret ad ſeruos ſuos, [18]Inſiſtite.' & [19]inſtiterunt' aduerſus ciuitatem.

¶Et [20]en' propheta quidam acceſſit ad Ahab regē Iſraelis hiſce mandatis, Sic ait Dominus. Vidiſti turbam hanc maximam? en ego tradā eā in manum tuam hoc die, [21]vt ſcias me eſſe Dominum.' Et dixit Ahab, [22]Per quem?' qui ait, Sic dixit Dominus, Per adoleſcentes principum [23]prouinciarum.' qui rurſum dixit, Quis inſtruet [24]prælium?' & reſpōdit, Tu. ¶Recēſuit ergo adoleſcētes principum prouinciarum, quorum fuerunt ducenti triginta duo. poſt hos recenſuit quoque vniuerſum populum, [id eſt] omnes filios Iſrael, ſeptem ſcilicet millia. [25]Egreſſique ſunt' meridie. porrò Bē-hadad [26]potans ebrietati indulſit' in tētorijs, ipſe videlicet & reges, nempe trigintaduo reges qui ei auxilio venerant. Egreſſi ſunt' itaq; 'adoleſcentes principum prouinciarum primi. [27]miſeratque' Ben-hadad: qui renuntiarunt ei, dicentes, Egreſſi ſunt [29]viri' de Samaria. Qui ait, [30]Seu ad pacem ſint egreſſi, ſeu ad pugnandum, apprehendite eos viuos.' Hi autem egrediebantur, nēpe adoleſcētes principum prouinciarum, & [31]exercitus' poſt eos. Tum percuſſit quiſq; [32]virū ſuū.' Syrique fugerunt, perſequentibus Iſraelitis, euaſitque rex Syriæ Ben-hadad [33]cum equis [34]& equitibus.' Rex verò Iſrael [35]egreſſus eſt' & percuſſit equos & currus, percuſſit quoq; Syros magna clade. (Accedens autem propheta ad regem Iſraelis, [36]dixit' ad eum, Vade, & [37]corroborare,' ſcito ac [38]vide quid facturus ſis:' quoniam [39]anno reuertente [40]aſcendet' rex Syriæ contra te.) [41]Etenim ſerui regis Syriæ dixerant' ad eū, Dij [42]mōtium' ſunt dij eorum, ideo nobis facti ſunt ſuperiores. [43]Sed ſi pugnandum nobis ſit cum eis in æquore plano, [44]certè ſuperiores illis erimus.' Sic igitur facies, [45]Deme' reges, quēque è ſuo [46]loco,' ſufficēque pro eis duces, [47]Recenſeque' tibi exercitum qualis fuit exercitus qui tibi cecidit, [48]equos vt [priores] equos:' ſic & currus quemadmodùm [priores] currus, & dimicabimus cum eis in patenti campo, [49]nimirum illis erimus ſuperiores.' is autem audita eorū voce fecit ſic. ¶Vertēte anno Ben-hadad Syros recenſet, aſcenditque in [50]Aphec' dimicaturus contra Iſraelem. Sed & filij Iſraelis [51]recenſiti ſunt:' & ſumpto commeatu. profecti ſunt illis obuiam, poſuerūntque filij Iſrael caſtra contra eos, [52]acſi eſſent duo denudati greges caprarum:' Syri autem replerant terrā. (Et accedens vir Dei, [53]dixit' ad regem Iſraelis, dixit inquam, Sic dicit Dominus. Quandoquidem Syri dixerunt, Dominus eſt Deus mōtium, non Deus vallium: tradam vniuerſam iſtā multitudinem ingentem in manum tuam, vt cognoſcatis me eſſe Dominum.) Poſuerūt autem illi caſtra [54]pone iſtos' ſeptem diebus, ſeptimóque

pulus Samariæ pugillis omnis populi qui ſequitur me. Et reſpōdens rex Iſrael, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æque vt diſcinctus. Factū eſt autem cum audiſſet Ben-adad verbum iſtud, bibebat ipſe & reges in vmbraculis, & ait ſeruis ſuis, Circundate ciuitatem. & circundederunt eā. ¶Et ecce ꝑpheta vnus accedēs ad Achab regē Iſrael, ait ei. Hæc dicit Dominus, Certè vidiſti omnem multitudinē hāc nimiā? ecce, ego tradā eā in manum tuā hodie: vt ſcias quia ego ſum Dominus. Et ait Achab, Per quem? dixitq; ei, Hæc dicit Dominus, per pediſequos principum prouinciarum. & ait, Quis incipiet præliari? & ille dixit, Tu. ¶Recenſuit ergo pueros principum prouinciarū, & reperit numerum ducentorum triginta duorum: & recenſuit poſt eos populum, omnes filios Iſrael, ſeptem millia: & egreſſi ſunt meridie. Ben-adad autem bibebat temulentus in vmbraculo ſuo, & reges trigintaduo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. Egreſſi ſunt autem pueri principum prouinciarum in prima frōte. miſit itaque Ben-adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egreſſi ſunt de Samaria. At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: ſiue vt prælientur, viuos eos capite. Egreſſi ſunt ergo pueri principum prouinciarū, ac reliquus exercitus ſequebatur*. Et percuſſit vnuſquiſque virū qui contra ſe veniebat: fugerúntque Syri, & perſecutus eſt eos Iſrael. fugit quoq; Ben-adad rex Syriæ in equo cum equitibus ſuis. Necnon egreſſus rex Iſrael percuſſit equos & currus: & percuſſit Syriam plaga magna nimis. (Accedens autem propheta ad regem Iſrael, dixit ei, Vade, & confortare, & ſcito, & vide quid facias: ſequenti enim anno rex Syriæ aſcendet contra te.) Serui verò regis Syriæ dixerunt ei, Dij montium ſunt dij eorū, ideò ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. Tu* ergo verbū hoc fac, Amoue reges ſingulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: Et inſtaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos ſecundum equos priſtinos, & currus ſecundum currus quos antè habuiſti, & pugnabimus contra eos in campeſtribus, & videbis quòd obtinebimus eos. credidit conſilio eorum, & fecit ita. ¶Igitur poſtquā annus tranſierat, recenſuit Ben-adad Syros, & aſcendit in Aphec, vt pugnaret contra Iſrael. Porrò filij Iſrael recenſiti ſunt, & acceptis cibarijs profecti ex aduerſo, caſtráq; metati ſunt cōtra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. (Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Iſrael, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montium eſt Dominus, & non eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinē hāc grandē in manu tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus.) Dirigebántque ſeptem diebus ex aduerſo hi, atque illi acies, ſeptima autem die commiſ

Prophetam mittit Deus ad Achab, in deſperatis rebus promittens ſalutē.

B

Achab iuxta Dei verbum, vicit Ben-adad, quem conuertit in fugam.

D

¶*eos

Propheta præmonet Achab rurſū Bē-adad præliaturum.

Blaſphemia.

¶*verò

Inſtaurato exercitu rurſum præliatur contra Iſraelem Ben-adad.

E

Propheta annuntiat ipſi Achab victoriā de Syris. Cadit exercitus Bē-adad ob blaſphemiam.

¶15 Heb. pugillis vniuerſi populi qui eſt in pedibus meis. i. ad implēdas manus populi quem mecum duco. q.d. magna multitudine vos oppugnabo. Qui in pedibus meis eſt. i. quem duco. vel, poſt pedes meos. i. qui ſequitur pedes meos. ¶16 vl, [ſe gladio.] pugnatur' vincit cet. q.d. Ne canat epinicium ante victoriā. ne glorietur q initur' eſt prælium, perinde atq; is qui iam vicit. ¶17 ſub. baltheū. ¶18 Admonete. ſub. machinas bellicas ad vrbem expugnandam ¶19 promouerunt. ſub. eas machinas. ¶20 quū ſcilicet gererent hæc. ¶21. i. vt hac ratione cognoſcas me eſſe omnipotentem ¶22 ſub. daturus es hos in poteſtatē meā, quū nulli ſint mihi milites? ¶23 ſub. tibi ſubditarū. Liberi principū ſolent educari in aulis regum. ¶24 vl, aciē. i. Quis erit dux? Hoc petit quido lolatra eſſet, ſcirētque ſe odioſū eſſe Deo. Hebraice ad verbū, Quis ligabit aciem? Metaphora ab

iis qui iungūt boues aut equos operis cauſa. ¶25 Egreſſi ſunt itaque ¶26. i. iā biberat ad ebrietatē vſq;. ¶27 inquā ¶28 ſub. nūtios vt ſcirēt q eſſent. ¶29 q.d. pauci aliquot. ¶30 Heb. Si pacis cauſa egreſſi ſint, capite eos viuos: & ſi belli inferēdi cauſa egreſſi ſint, viuos cōprehēdite eos. ¶31 Hic exercit* cōſtabat plebe Iſraelitica. ¶32. i. hoſtē ſuū cōtra ſe veniētē. ¶33 ſup equū. i. opera equi. ¶34 & equites. i. aliquot equites cū eo. ¶35 Aiūt regē egreſſū ex vrbe poſtremū verſis iā in fugā hoſtib*. ¶36 dixerat. ante egreſſū ei* ſcilicet. ¶37 vl, eſto animo forti. ¶38. i. vide vt interficias quotquot venerint in manū tuā. Alij, vide parta victoria vt recedas ab idololatria: nā Syri vt te perdāt reuertētur. ¶39 vl, reuoluto anno ¶40 ſub. ſi illū nō interfeceris. ¶41 Serui autē regis dixerūt ¶42. i. in cuius poteſtate ſunt mōtes. ¶43 vl, veruntamē ¶44 Heb. ſi nō ſuperabim* eos. Sub. videbis. vl, cura nos perdēdos ſi nō eos ſuperemus. ¶45 vl, Amoue. ſub. qui ſtatim fugerūt, nimis vitæ ſuæ timētes. ¶46. i. dignitate. ¶47 vl, Numera. aut, Conſcribēque ¶48. i. tot equos quot erāt in priore exercitu. ¶49 Heb. [& videbis] ſi non præualebimus illis. ¶50 Aphec eſt tribus Iuda. Ben-adad autem erat amicus regis Iſrael. ¶51 Hebraice perinde legit acſi dicas, & omni tati. i. omnes inuēti. ſub. ſunt qui in priore bello fuerāt. ¶52 q.d. exercitus Iſrael erat ſimilis duobus gregibus caprarum: nam erat diuiſus in duas partes exiguas, nobiles nempe & populum. ¶53 dixerat ¶54 e regione iſtorum

ſum eſt bellum: percuſſerúntq; filij Iſrael de Syris centum millia peditum, in die vna. Fugerūt autē Syri qui remanſerant in Aphec, in ciuitatē: & cecidit murus ſuper viginti ſeptē millia hominū qui remanſerant. porrò Ben-adad fugiēs ingreſſus eſt ciuitatē, in cubiculū quod erat intra cubiculū. ¶ Dixerúntq; ei ſerui ſui, Ecce, audiuimus q reges domus Iſrael clemētes ſint: ponamus itaq; ſaccos in lūbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad regē Iſrael: fortiſſā ſaluabit animas noſtras. Accinxerūt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerūt funiculos in capitibus ſuis, venerúntq; ad regē Iſrael, & dixerūt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. & ille ait, Si adhuc viuit, frater meus eſt. Quod acceperunt viri pro omine: & feſtinātes rapuerunt verbū ex ore eius, atq; dixerūt, Frater tuus Bē-adad viuit. & dixit eis, Ite, & adducite eū ad me. Egreſſus eſt ergo ad eū Ben-adad, & leuauit eū in currū ſuū. Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddā: & plateas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam à te. pepigit ergo fœdus, & dimiſit eū. ¶ Tunc vir quidā de filijs prophetarū dixit ad ſociū ſuū in ſermone Domini, Percute me. at ille noluit percutere. Cui ait, Quia noluiſti audire vocē Domini, ecce, recedes à me, & percutiet te leo. cúmq; paululū receſſiſſet ab eo, inuenit eū leo, atq; percuſſit. Sed & alterū inueniens virū, dixit ad eū, Percute me. qui percuſſit eū, & vulnerauit. Abijt ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aſperſione pulueris os & oculos ſuos. Cúmq; rex tranſiſſet, clamauit ad regē, & ait, Seruus tuus egreſſus eſt ad præliandum comminus: cúmq; fugiſſet vir vnus, adduxit eū quidā ad me, & ait, Cuſtodi virū iſtum: qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentū argēti appendes. Dū autē ego turbatus huc illúcq; me verterē, ſubitò nō cōparuit. Et ait rex Iſrael ad eū, Hoc eſt iudiciū tuū, quod ipſe decreuiſti. At ille ſtatim abſterſit puluerē de facie ſua, & cognouit eum rex Iſrael quòd eſſet de prophetis. Qui ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Quia dimiſiſti virū dignū morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuerſus eſt igitur rex Iſrael in domū ſuam, audire contēnens, & furibundus venit in Samariam.

Bē-adad miſericordiā orat ab Achab. F

Achab nō agnoſcēs Dei victoriā, ſeruat Bē-adad contra Dei præceptum.

Achab ſententia ſua ſe iugulat. G

Inf. 22. d.

## CAP. XXI.

Poſt verba autē hæc, tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, quæ erat in Iezrahel, iuxta palatiū Achab regis Samariæ. Locutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineā tuā, vt faciam mihi hortū olerū, quia vicina eſt, & prope domū meam, dabóq; tibi pro ea vineam meliorē: aut ſi cōmodius tibi putas, argenti pretiū quantum digna eſt. Cui reſpondit Naboth, Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatē patrū meorum. Et proijciens ſe in lectulum ſuum, auertit

Naboth vineā ſuam negat regi Achab.

Triſtatur Achab. H

die [46]manus prælio conſeruerunt, percuſſerúntque filij Iſrael ex Syris vno die peditum, cētum millia. Reliqui fugerūt in Aphec in vrbē, corruitque murus ſuper ſeptē & viginti millia virorū, qui reliqui facti fuerāt. Bē-hadad autē fugiens venit in ciuitatem [56]de penetrali in penetrale. ¶ Dixerūt autē ad eū ſerui eius, En audiuimus de regibus Iſraelis q ſint [57]faciles reges: accingamus igitur lūbis noſtris [58]ſaccos, & capita noſtra reſtibus inſeramus, egrediamúrq; ad regē Iſraelis, [59]ſi fortè te vita donet. Accinxerunt itaq; lūbos ſuos ſaccis, inſeruerúntq; capita ſua reſtibus, venientéſq; ad regē Iſraelis, dixerūt, [60]Seruus tuus Bē-hadad dicit, [61]Vita quæſo donetur mihi. qui ait, Viuitne adhuc? [62]frater meus eſt. At viri illi [63]fauſtū omen interpretati, arripuerūt cōfeſtim hoc ab eo, dixerūtq;, [64]Frater tuus Bē-hadad. & ait, Ite, adducite eū. Et egreſſus eſt ad eū Ben-hadad. [65]Iuſſitq; aſcēdere eū in currū. [66]Dixitq; ad eū, Vrbes quas pater meus patri tuo ademit, reſtituā, [67]ponáſq; tibi plateas [68]in Damaſco, quēadmodū pater meus poſuit in Samaria. [69]Itéq; pacto dimittā. & pepigit cū eo fœdus, dimiſitq; eū. ¶ Vir quidā de filijs prophetarum dixit ad proximum ſuum, [70]Iuſſu Domini, Cæde me obſecro. vir autē ille nolebat eū cædere. Tū dixit ad eū, Quādoquidē vocē Domini nō audiuiſti, en vt primum à me abieris, feriet te leo. factúmq; eſt quū ab eo diſceſſiſſet, offendit eum leo, & ferijt eū. Inuenit deinde virum aliū, ad quē dixit, [71]Cæde me quæſo. vir autē ille cecidit eum, & [72]vulnus [cædēdo] inflixit. Abiēs igitur propheta, ſtatuit ſe ante regē [73]in itinere, immutauitq; ſeſe [74]puluere quē aſperſerat faciei ſuæ. Quúmque tranſiret rex, clamauit ad regem, & dixit, Seruus tuus [75]egreſſus eſt [76]in præliū, & en [77]receſſerat vir quē quidam ad me duxit, dicēs, Cuſtodi virū iſtū: ſi [78]fuerit amiſſus, erit anima tua pro anima illius, aut talentū argēti pēdes. Quūmq; ſeruus tuus [79]huc & illuc ſe verteret, [80]is nuſquā fuit. Et dixit ad eū rex Iſraelis, Sic erit iudiciū tuū, tu [81]pronūtiaſti. Is autē extemplo abſterſit [82]puluerē à facie ſua, quē rex Iſraelis agnouit, q [ſcilicet] ex prophetis eſſet. Et dixit ad eum, [83]Sic dicit Dominus, Quādoquidē dimiſiſti è manu tua virū [84]quē ego excindere iuſſerā, [85]erit anima tua loco animæ illius, & populus tuus loco populi eius. Abijt verò rex Iſrael in domū ſuā, [86]abalienatus & indignabundus, venitq; Samariam.

## CAP. XXI.

Poſt hæc geſta Naboth Ieſreelita vineā habebat in Ieſreel pone palatiū Ahab regis Samariæ. Loquutúſq; eſt Ahab cū Naboth, dicēs, Da mihi vineā tuā, vt ſit mihi [1]hortus [2]olerū: quandoquidē vicina eſt [&] contigua ædibus meis, dabóq; tibi illius loco vineā iſta meliorē: aut ſi mauis, dabo tibi pecuniæ pretiū pro ea. Et ait Naboth ad Ahab, [3]Seruet me Dominus, ne dem tibi hæreditatem patrū meorū. Venit ergo Ahab domū ſuum [4]abalienatus & indignabūdus, propter ſermonem quem ei reſpōderat Naboth Ieſreelites, q dixiſſet, Non dabo tibi hæreditatem patrū meorum: decumbénſque in lecto ſuo, [5]vertit

¶ 46 Heb. appropinquauit prælium. i. præliati ſunt. ¶ 56 in cubiculū quod erat cōtra cubiculū. i. in intimū cubiculū. ¶ 57 miſericordes. clementes. ¶ 58 vel, cilicia. ¶ 59 Heb. ſi forte viuam ſeruet animā tuam. ¶ 60 Agnoſcit ſe victorem. ¶ 61 Heb. Viuat quæſo anima mea. ¶ 62 i. eſt mihi perinde charus atque frater. ¶ 63 augurum more diligēter obſeruabant: [ſub. nū ab eo excideret verbū aliquod amicū] & feſtinauerūt & ac. eleuauerunt. vel vt aliter Hebraice legitur, pro omine acceperūt & feſtinarūt capere [ſub. verbū] ab eo. i. ex ore eius. Ita Chald. paraph. ¶ 64 ſub. viuit. ¶ 65 i. admittit eū in currum ſuū. ¶ 66 ſub. Ben-adad. ¶ 67 i. fora rerū venaliū cōſtitues tibi ex quibus vectigalia accipies quaſi nundinas. ¶ 68 q.d. in vrbe regia: & hac re agnoſcā te ſuperiorem. ¶ 69 Heb. ego verò [hoc] fœdere ſinam te abire. Verba Achab q.d. his legibus & pactionibus, vt reddas mihi vrbes, & q Damaſcus erit mihi tributaria, ſinā te abire ô Ben-adad. ¶ 70 Heb. verbis Domini. Parabola qua Deus oſtēdit Achab moriturū, & in primis Deo eſſe obediendū. ¶ 71 ſub. Dominus enim ita iubet. ¶ 72 i. ita pcuſſit vt vulneraret eū. ¶ 73 ſiue, in via ipſa, qua trāſibat. ¶ 74 amictu capitis ſup oculos. i. reddidit ſe ignotū amictu capitis demiſſo ſuper oculos. ¶ 75 ſub. vrbe, vel domo. ¶ 76 in mediū præliū. ¶ 77 recedens aliquis [è conflictu.] adduxit ad me quendā [captiuū] dicendo, &c. Propheta ſuſtinet perſonā Achab cui dicit, ad me. cui Deus tradiderat Ben-adad. nā Achab nō iuerat in præliū. ¶ 78 Heb. deſiderādo deſideretur. i. ſi tibi dilabatur, aut aufugiat. ¶ 79 Heb. eſſet faciens hic & illic. i. occupatus eſſet circa multa. ¶ 80 Heb. & nō fuit. i. diſparuit, aut aufugit. ¶ 81 ſub. ſententiā contra te. ¶ 82 amictū capitis. ¶ 83 i. Per hoc quod geſſi vult ſignificare tibi Dominus. ¶ 84 Heb. anathematis mei, ſiue occiſiōis meæ. i. quē volebā occidi, & funditus deleri. ¶ 85 i. pro eo morieris, & populus tuus pro populo eius. ¶ 86 cōmotus. vel, mutatus. ſub. à ſe.

XXI. ¶ 1 in hortū. ¶ 2 Vox Hebræa ſignificat herbas virentes, & etiā odoriferas. ¶ 3 Heb. Abſit mihi à Domino, i. Precor Dominū vt efficiat ne dem &c. ¶ 4 Heb. mutatus à ſe. vel, cōmotus. ¶ 5 auertit. ſub. ab ijs qui erant in cubiculo, & conuertit ad parietem.

¶6 ſub. præ ira ¶7 commotus eſt. ¶8 ſub. aliá quandam.

¶9 Túne nunc .i. hac via, & ratione, rogando ſcilicet. q. d. Regi nequit vt diu regnes, ſi ita ad ſtudium ſub.ilitorum tuorum te demiſeris. nõ eſt regis rogare & precari, regis eſt imperare. Aut ironice legendũ, vt nulla ut interrogatio. ¶10 certos intelligit, quos ipſa ſciebat eſſe impios, & etiã ſibi morigeros. ¶11 .i. qui habitabant in eadem ciuitate ĩ qua Naboth. ¶12 Hoc dicit q die ieiunij ſolerent inquirere flagitia & facinora populi, & de ipſis & perditis hominibus pœnas ſumere. poteſt legi, Cõuocate cõcionem.

¶13 Heb. in capite populi .i. ſtatuite inter primos populi, hoc eſt, primates vrbis.

¶14 Heb. belial .i. improbos, vel impios.

¶15 .i. eregione ipſius.

¶16 Heb. Benedixiſti Deo & regi .i. Maledixiſti. ¶17 ſub. ex vrbe.

¶18 .i. conciues ſui. ¶19 vſ. ma ximi natu & nobiliſſimi. vſ optimates

¶20 .i. Decreuerũt fieri quodã die.

faciẽ ſui, neque comedit panem. ¶ Veniens autem ad eum Iſabel vxor eius, dixit ad eum, Cur animus tuus ſic abalienatus eſt, cúrque cibum non vis ſumere? Ad quam ille ait, [Hac de cauſa,] quòd loquut⁹ ſum cum Naboth Ieſreelita, & dixi ad eum, Da mihi vineam tuam pro pecunia: aut ſi mauis, dabo tibi vineam pro ea: is verò reſpondit, Non dabo tibi vineam meam. Dixitque ad eum Iſabel vxor eius, Tu nunc exercere regnum ſuper Iſraelem? ſurge, ede cibum, hilare ſit cor tuum, ego dabo tibi vineam Naboth Ieſreelitæ. ¶ Scripſit itaq; literas nomine Ahab, & conſignauit eas annulo eius ſignatorio, & miſit literas illas ad ſeniores & viros generoſos qui erãt in ciuitate eius habitantes cũ Naboth. Scripſit autẽ literas huiuſmodi verbis, Indicite ieiuniũ, & collocate ipſum Naboth primo loco in populo: collocate inſuper duos viros perditos aduerſus eũ, qui teſtes ſint cõtra eum, ſicq; loquãtur, Blaſphemaſti Deũ & regẽ: & tũ educite eũ, atq; lapidibus eũ petite, vt moriatur. Fecerunt ergo ciues vrbis ſuæ, nẽpe ſenes & generoſi qui habitabãt in vrbe eius, quemadmodũ miſerat ad eos Iſabel, [&] quemadmodũ ſcriptũ erat in literis quas miſerat ad eos. Indixerunt ergo ieiuniũ, collocarũntq; Naboth inter primores populi. Veniẽtes deinde duo viri perditi, ſederũt eregione ipſius: tulerũntq; viri illi perditi teſtimonium contra Naboth corã populo, dicentes, Naboth blaſphemauit Deum & regem. educentes ergo eum foras extra ciuitatem, lapidibus eũ obruerunt, & mortuus eſt. ¶ Deinde miſerunt ad Iſabelem, dicentes, Lapidibus obrutus eſt Naboth, atque mortuus. Vt autem Iſabel audiuit Naboth lapidibus interemptum eſſe, dixit eadem Iſabel ad Ahab, Surge, poſſide vineam ipſius Naboth Ieſreelitæ, quam tibi pro pecunia dare noluit, quoniam Naboth nõ viuit, ſed mortuus eſt. Audiẽs Ahab mortuũ eſſe Naboth, ſurrexit Ahab vt deſcenderet in vineam Naboth Ieſreelitæ, & poſſideret illam. ¶ Factum eſt autem verbum Domini ad Eliã Thiſbiten in hãc ſententiam, Surge, deſcende obuiam Ahab regi Iſraelis qui eſt in Samaria, en in vinea eſt Naboth, in quam deſcendit vt eam poſſideat, Et loquere ad eũ hiſce verbis, Sic dicit Dominus, Interfeciſtine, & poſſidebis etiam? tum rurſum loquẽris ad eum hiſce verbis, Sic dicit Dominus, Eodem loci quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lingent quoque canes ſanguinem tuũ, tuum inquam. Et ait Ahab ad Eliam, Deprehendiſti me hoſtis meus? qui ait, Deprehendi, quandoquidem teipſum vendidiſti malũ deſignare in oculis Domini. en ego abducã ſuper te malum, & expurgabo poſt te, & excindã ipſi Ahab mingentem ad parietem, recluſum & derelictum in Iſraele. Et tradam domum tuam vt domum Ieroboam filij Nebat, & ſicut domũ Baaſa filij Ahiæ, propter irritationem qua irritaſti, & effeciſti vt peccaret Iſrael. ¶ Sed & de Iſabele loquutus eſt Dominus in hanc ſententiam, Canes comedent Iſabelem in propugnaculo Ieſreel. Qui ipſi Ahab mortuus fuerit in ciui-

faciem ſuam ad parietem, & non comedit panẽ. ¶ Ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel vxor ſua, dixitque ei, Quid eſt hoc, vnde anima tua contriſtata eſt? & quare nõ comedis panem? Qui reſpondit ei, Locutus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam tuam, accepta pecunia: aut ſi tibi placet, dabo tibi vineã meliorem pro ea. & ille ait, Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grãdis authoritatis es, & bene regis regnum Iſrael. ſurge, & comede panem, & æquo animo eſto, ego dabo tibi vineã Naboth Iezrahelitæ. ¶ Scripſit itaque literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo ei⁹, & miſit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabãt cum Naboth. Literarum autem hæc erat ſententia, Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi, & ſubmittite duos viros filios belial cõtra eum, & falſum teſtimonium dicant, Benedixit Deum & regem. & educite eum, & lapidate, ſicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabãt cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in literis quas miſerat ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum: at illi, ſcilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eũ teſtimoniũ corã multitudine, Benedixit Naboth Deũ & regem. quã ob rẽ eduxerũt eum extra ciuitatẽ, & lapidibus interfecerũt. ¶ Miſerúntque ad Iezabel, dicentes, Lapidatus eſt Naboth, & mortu⁹ eſt. Factũ eſt autẽ, cũ audiſſet Iezabel lapidatũ Naboth, & mortuũ, locuta eſt ad Achab, Surge, & poſſide vineã Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquieſcere, & dare eã accepta pecunia: nõ enim viuit Naboth, ſed mortu⁹ eſt. Quod cũ audiſſet Achab, mortuũ videlicet Naboth, ſurrexit, & deſcẽdebat in vineã Naboth Iezrahelitæ, vt poſſideret eã. ¶ Fact⁹ eſt igitur ſermo Domini ad Eliã Theſbitẽ, dicẽs, Surge, & deſcẽde in occurſum Achab regis Iſrael qui eſt in Samaria. ecce ad vineã Naboth deſcẽdit, vt poſſideat eã: & loquẽris ad eũ, dicẽs, Hæc dicit Dominus Deus, Occidiſti, inſuper & poſſediſti. & poſt hæc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerũt canes ſanguinẽ Naboth, lingent quoq; ſanguinẽ tuũ. Et ait Achab ad Eliã, Nũ inueniſti me inimicũ tibi? qui dixit ei, Inueni, eo q venũdatus ſis vt faceres malũ in cõſpectu Domini. Hæc dicit Domin⁹, Ecce ego inducã ſup te malũ, & demetã poſteriora tua, & interficiã de Achab mingentẽ ad parietẽ, & clauſum, & vltimũ in Iſrael. Et dabo domũ tuam ſicut domũ Ieroboã filij Nabat, & ſicut domũ Baaſa filij Ahia: quia egiſti vt me ad iracũdiã prouocares, & peccare feciſti Iſrael. ¶ Sed & de Iezabel locut⁹ eſt Dominus, dicẽs, Canes comedẽt Iezabel in agro Iezrahel. Si mortu⁹

Impia Iezabelis conſolatio.

Iezabel ſubmiſſis falſis teſtibus lapidari iubet Naboth.

Achab approbat factum à Iezabel vxore ſua.

Elias increpat Achab, prædicẽs illi mortem.

inimicũ mihi

4. Reg. 9. b.

3. Reg. 14. c. 3. Reg. 16. a.

Prædicit & mortẽ Iezabel. 4. Re. 9. b.

¶21 Heb. Benedixit Naboth Deo & regi .i. Maledixit. ¶22 vſ, qui ¶23 Gallice, pour en prẽdre poſſeſſion. ¶24 vſ. dicẽris, ¶25 Nõne occidiſti, & poſſediſti? q. d. Nõ ſatis tibi fuit occidiſſe illũ, niſi & poſſeſſionẽ eius inuaderes? Vel, Nõne ſatis tibi eſſe debuit, occidiſſe Naboth, niſi &c. ¶26 Nõ de eodẽ loco particulari, ſed vniuerſali intelligit. q. d. In hac patria id tibi cõtinget quod cõtigit Naboth. Alij legũt, Propterea q linxerũt &c. ¶27 Heb. etiã tuũ. Gallice, voire de toy. ¶28 Heb. Nũ inueniſti inimice mi? .i. Nũquid inueniſti in me quod carpere poſſis tu qui ſemper mihi aduerſaris? ¶29 .i. quaſi te vendideris ad hoc ipſum, dediſti operã, & propenſo ſemper animo fuiſti ad ea perpetrãda quæ Deo ingrata erãt. Gallice, tu t'es abãdonné a &c. ¶30 Heb. ad faciendum malum ¶31 vſ. calamitatem, ſiue, afflictionem. ¶32 auferam .i. mox tollam te de medio velut à tergo te propellens. ¶33 .i. de domo Achab. ¶34 q. d. excindã omnia de domo Achab, ita vt ne canibus quidẽ eius cõdonaturus ſim vllã. ¶35 .i. eos qui ſe receperint in arces munitiſſimas, & ſiquis forte fortuna derelictus ſit ac contẽptus. hoc eſt omnes tuos ſiue ſint in dignitate cõſtituti, ſiue non: ſiue ſummi ordinis, ſiue infimi. ¶36 ſub. me. ¶37 vſ. in antemurali, aut, iuxta antemurale, ſiue foſſam, quæ ſcilicet duci ſolet circum mœnia. Gallice, es foſſez de la ville. ¶38 .i. de domo Achab.

Elias.

fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Igitur nō fuit alter talis ſicut Achab, qui venūdatus eſt vt faceret malum in cōſpectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor ſua. Et abominabilis factus eſt, intantum vt ſequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael.

Agit pœnitentiam. ¶ ambulabat

¶ Itaque cū audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimēta ſua, & operuit cilicio carnē ſuam, ieiunauitq;, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbiten, dicens, Nonne vidiſti humiliatum Achab corā me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

4. Reg. 9. f.

CAP. XXII.

Ioſaphat petit ab Achab ſuppetias ad vrbis Ramoth-Galaad. 2. par. 18. a

¶ ſicut populus meus, & populus tuus, & ſicut equi mei, ita & equi tui.

quo pſeudoprophetæ.

Tranſierunt igitur tres anni abſque bello inter Syriam & Iſrael. In anno autem tertio, deſcendit Ioſaphat rex Iuda ad regē Iſrael. (Dixitque rex Iſrael ad ſeruos ſuos, Ignoratis quòd noſtra ſit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?) Et ait ad Ioſaphat, Veniéſne mecum ad prælianandū in Ramoth-Galaad? Dixitque Ioſaphat ad regem Iſrael, Sicut ego ſum, ita & tu: populus meus, & populus tuus vnum ſunt: & equites mei, equites tui. Dixitque Ioſaphat ad regem Iſrael, Quære, oro te, hodie ſermonē Domini. Congregauit ergo rex Iſrael prophetas, quadringētos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellādum, an quieſcere? qui reſponderunt, Aſcende, & dabit eam Dominus in manu regis. ¶ Dixit autem Ioſaphat, Non eſt hic propheta Domini quiſpiam, vt interrogemus per eū? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Remāſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominū: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonū, ſed malum, Michæas filius Iemla. cui Ioſaphat ait, Ne loquaris ita rex.

Ioſaphat requirit verbū Dei.

Michæā vatē Dei pro pheta odit Achab, quòd vera dicat.

Vocauit ergo rex Iſrael eunuchum quendam, & dixit ei, Feſtina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Iſrael & Ioſaphat rex Iuda ſedebāt vnuſquiſque in ſolio ſuo veſtiti cultu regio, in area iuxta oſtium portæ Samariæ, & vniuerſi prophetæ prophetabāt in conſpectu eorum. Fecit quoque ſibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabant, dicentes, Aſcende in Ramoth-Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus regis. ¶ Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus eſt ad eum dicens, Ecce ſermones prophetarū ore vno regi bona prædicant: ſit ergo ſermo tuus ſimilis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. ¶ Venit itaque ad regē, & ait illi rex, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad prælianadum, an ceſſare? cui ille reſpōdit, Aſcende, & vade proſpere, & tradet Dominus in manus regis. Dixit autē rex ad eū, Iterum atq; iterum adiuro te, vt non

Sedecias falſus propheta imitatur veros pphetas.

Propheta Dei verbum Dei loquitur.

¶ ° &

Iemla C
Michæas & imitatio pſeudopropheta.

tate, hūc canes comedēt: qui verò in agro fuerit mortuus, hunc comedent aues cæli. Verūtamen nullus fuit Ahab ſimilis, qui ſeſe vēderet malū deſignare in oculis Domini, eo quòd incitaret eū Iſabel vxor ſua. Is enim fecit ſupra modum res abominandas, qui impura ſtercora ſequutus eſt, iuxta omnia quæ fecerūt Amorrhæi, quos eiecit Dominus ante filios Iſrael. ¶ Factū eſt autē quum audiret Ahab verba iſta, vt ſcīderet veſtibus ſuis, & carni ſuæ ſacco impoſito ieiunaret, dormirétq; in ſacco, & nudis pedib^9 ince deret. Tum factus eſt ſermo Domini ad Eliā Thiſbitem in hunc modū, Annon vidiſti quòd Ahab humilis ſit factus coram me? quādoquidē ergo humilis factus eſt corā me, non inducā afflictionem illam ſuis diebus, [ſed] in diebus filiorum ſuorū adducā afflictionem ſuper domum eius.

CAP. XXII.

SEderunt ergo tribus annis, vt nullum eſſet bellum inter Syros & inter Iſraelē. Anno autem tertio factū eſt vt Ioſaphat rex Iuda deſcenderet ad regē Iſraelis. Tū dixit rex Iſrael ad ſeruos ſuos, Sciti ſne quòd noſtra ſit Ramoth-Gilead? Nos autem ſocordes ſumus, quòd nō tollimus eam de manu regis Syriæ. Et ait ad Ioſaphat, Viſne proficiſci mecum bellaturus cōtra Ramoth-Gilead? Ioſaphat reſpōdit regi Iſraelis, Quēadmodū ego, ſic & tu: quemadmodū populus meus, ſic & populus tuus: quemadmodum equi mei, ſic & equi tui. Dixitque Ioſaphat ad regē Iſraelis, Conſule quæſo hodie verbum Domini. Congregans ergo rex Iſrael prophetas ferè quadringētos viros, dixit ad eos, Proficiſcárne in bellum contra Ramoth-Gilead, an omittā? illi dixerunt, Aſcende: nam tradet [eam] Dominus in manū regis. ¶ Et ait Ioſaphat, Eſtne adhuc hic propheta Domini, vt per eum inquiramus? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Eſt adhuc vir quidā per quē poſſemus Dominū quærere, (at ego proſequor eum odio, quoniam nunquā prophetat mihi bonum, ſed duntaxat malum) nempe Micheas filius Iemla. dixitque Ioſaphat, Ne loquatur rex ſic. Vocauit itaque rex Iſraelis quendam ex cubiculariis, & dixit, Adduc confeſtim Micheā filium Iemla. Cæterum rex Iſrael & rex Ioſaphat rex Iehuda conſidebant vterq; in ſolio ſuo, indu ti veſtibus, in area iuxta oſtium portæ Samariæ, vniuerſiq; prophetæ prophetabant in conſpectu eorū. Fecerat autē Zedekias filius Chnaana ſibi cornua ferrea, & ait, Sic dicit Dominus, Iſtis feries tu Syros, donec in vniuerſum eos conficias. Omnes quoque prophetæ ad hunc modū prophetabant, dicentes, Aſcendito in Ramoth-Gilead, & feliciter ages, quoniam tradet [eā] Dominus in manū tuam. ¶ Porrò nūtius qui ierat Micheā vocatum: loquutus eſt ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno ore fauſta regi ſpræ dicūt. ſit quæſo verbū tuum cōſonū illorū verbis, vaticinare & tu fauſta. Micheas dixit, Viuit Dominus, quòd quodcunq; dixerit Dominus ad me, hoc loquar. ¶ Et venit ad regē, dixitq; rex ad eū, Michea, proficiſcemúrne bellaturi contra Ramoth-Gilead, an omittemus? Is verò dixit ad eū, Aſcende, feliciter rē geres: tradet enim Dominus [eam] in manū regis. Dixitque ad eum rex, Quoties te iureiurando adigā, vt nō

¶ 39 .i. carebit ſepultura.
¶ 40 vſ, Certe
¶ 41 vēdiderit .i. qui non coactus, ſed ſua ſpōte ſeipſum tradiderit malo faciēdo, quod ingratiſſimū eſt Domino.
¶ 42 Heb. et fecit poſt idola .i. eūdo poſt idola, colendo ea.
¶ 43 à facie ſ. liceum &c. i. quos expulit patria, vt eam daret filiis Iſrael.
¶ 44 Vox Hebræa SAC, ſignificat vilē veſtem & aſperam, vt quæ cō texta ſit ex ea materia è qua contexi ſolent ſacci.
¶ 45 ita vertit Chaldæus paraph. Alij legūt ex Hebræo, ſenſim. i. ne. pedetentim & lente, more ſ. illicet lugentium ac mœrentium.
¶ 46 vſ, deiecit ſeſe. Alij dicūt deiectionē, ſiue pœnitentiam Achab fuiſſe veram, alij dicūt perſonatam. Fuit hæc pœnitentia vera, ſed temporaria.

XXII.

¶ 1 Habitarunt .i. A fœdere inito cū Ben-adad fuit pax i Iſraele trib^9 annis. Anni pars pro toto anno hic accipitur.
¶ 2 Heb. tacem^9 ab accipiendo eam &c. vſ, ſilemus, ſiue ceſſamus tamē tollere illam &c. Ramoth fuerat occupata à regib^9 Syriis ante patrē Ben-adad. vnde ex fœdere nō tenebatur Ben-adad eam reddere.
¶ 3 q. d. Idem ſum facturus quod tu. populus meus ſcutus eſt quò populus tuus, vel populus meus & tuus idē ſunt: equi mei ibunt quò tui ſunt ituri, erit nobis cōmune periculū.
¶ 4 .i. Dominū.
¶ 5 Ioſaphat diſſimulat hic ſe ſcire pphetas Achab eſſe falſos & adulatores prophetas.
¶ 6 ſub. verbū Domini.
¶ 7 cōſulere,
¶ 8 q. d. Vaticinabitur proſpera.
¶ 9 eunuchū,
¶ 10 ſub. regiis.
¶ 11 ſub. cornib^9.
¶ 12 Chald. paraph. itertictes Syros,
¶ 13 ſub. quaſi. Tā ppe vrbes erāt area, ob incurſiones hoſtiū.
¶ 14 ſub. neq; ferire deſines, donec memoriā eorū aboleas.
¶ 15 .i. expugnabis eā.
¶ 16 Heb. & dabit ei Dominus in manū regis .i. tui.
¶ 17 ſermoni vni^9 eorū,
¶ 18 Heb. & vaticinare felicia. & pro id eſt, poſtea.
¶ 19 vſ, deſiſtem^9?
¶ 20 Hoc ironice dixit.
¶ 21 Heb. Vſq; ad quot vices .i. Quoties patieris me adiurare te. q. d. Iterū atq; iterum te adiuro vt Domini

loquaris ad me præter veritatem, [11] in nomine
Domini? Tū dixit [Micheas,] Vidi vniuerſum Iſ
raelē diſperſum in montibus veluti oues quibus
nō eſt paſtor. [12] dixitq; Dominus, Illi non habēt
dominū: reuertatur quiſque domū ſuam [13] inco-
lumis. (Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Annon [14] di
xeram tibi, Is nihil [15] boni vaticinatur mihi, ſed ma
lum duntaxat?) Tū dixit, Audi ergo verbū Domi
ni, Vidi Dominū ſedētem in ſolio ſuo, & [17] omnis
exercitus cælorū ſtabat iuxta eum ad dexteram
eius, & ad ſiniſtrā eius. Dicebátq; Dominus, Quis
perſuadebit Achab vt aſcendat & [18] cadat in Ra-
moth-Gilead? [19] quúmq; alius aliud diceret, [20] e-
grediebatur ſpiritus quidā, & ſtans coram Domi
no, ait, Ego [21] perſuadebo ei. aitq; Dominus ad eū,
Qua in re? Is ait, Egrediar, eróq; ſpiritus mēdax
in ore omnium prophetarū eius. [22] Dixit ergo,
[23] Perſuadebis, ſimúlq; efficies: egredere itaq; &
fac ſic. Et nunc, en Dominus dedit ſpiritū mēda
cē in os omniū prophetarum tuorum iſtorum,
loquutuſq; eſt Dominus ſuper te malum. Ac-
cedens autem Zedexias filius Chnaana, [24] percuſ
ſit Micheam in maxillam, & ait, [25] Vbinam tran
ſiuit Spiritus Domini à me, vt tibi loqueretur?
Et ait Micheas, Ecce tu videbis ipſo eodem die,
[26] quando de penetrali in penetrale fugeris vt
abſcondaris. Ait itaque rex Iſrael, Tolle Mi-
cheam, & [27] reduc eum ad Amon præfectum ci-
uitatis, & ad Ioas filium regis, dicéſque, Sic ait
rex, Conijcite hunc in carcerem, & [28] date ei ci-
bum, panem & aquā, vt ſolet afflictis, donec ego
incolumis rediero. Tum dixit Micheas, Si reuer-
ſus fueris incolumis & ſaluus, [29] Dominus nō eſt
loquutus per me. & ſimul dixit, [30] Audite omnes
populi. ¶ Aſcendit itaque rex Iſrael, & Ioſaphat
rex Iehuda in Ramoth-Gilead. Dixitq; rex Iſra-
el ad Ioſaphat, [31] Mutandus eſt habitus, & eun-
dum in bellum, tu verò indue [32] veſtimenta tua.
[33] immutauitque rex Iſrael, & ingreſſus eſt bel-
lum. Rex verò Syriæ præceperat ducibus curru-
um, quos habebat triginta duos, dicens, Ne com-
ſeratis manus neque cum magno, neque cū par
uo, præterquam cum ſolo rege Iſraelis. Quum
igitur duces curruum viderent Ioſaphat, dixe-
runt, Profectò is eſt rex Iſrael. & cōceſſerunt ad
eum, vt cum eo pugnarent, [34] clamauitque Ioſa-
phat. Quum verò duces curruum viderent quòd
non eſſet rex Iſrael, diuerterunt ab eo. Qui-
dam autem [35] intendens arcum, quàm maxime
potuit, ferijt regem Iſraelis [36] inter iuncturas
[thoracis,] & inter loricam. Et dixit aurigæ ſuo,
[37] Verſa manu tua, educ me [38] ex caſtris, quo-
niam [39] vulneratus ſum. [40] Et deſijt prælium eo
ipſo die porrò rex ſuffultꝰ ſtabat in curru pro-
pe Syros, & mortuus eſt [41] veſpere, effluxitque
ſanguis ex vulnere in [42] ſinum currus. Tranſijt au-
tem [43] ſibilus per caſtra, ſub occaſum ſolis in hūc
modum, Quiſque in ciuitatē ſuam, & quiſque in
[44] terram ſuam. [45] Rex autem mortuus eſt, venitq;

loquaris mihi niſi quod verū eſt, in nomine Do-
mini. Et ille ait, Vidi cunctum Iſrael diſperſum
in mōtibus quaſi oues non habentes paſtorē: &
ait Dominus, Non habēt iſti dominum: reuerta-
tur vnuſquiſque in domū ſuam in pace. (Dixit
ergo rex Iſrael ad Ioſaphat, Nunquid nō dixi ti-
bi quia nō prophetat mihi bonū, ſed ſemper ma-
lū?) Ille verò addēs, ait, Propterea audi ſermonē
Domini, Vidi Dominū ſedentē ſuper ſolium ſuū,
& omnē exercitū cæli aſſiſtentem ei à dextris &
à ſiniſtris. Et ait Dominus, Quis decipiet Achab
regē Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth-Ga-
laad? & dixit vnꝰ verba huiuſcemodi, & alius ali-
ter. Egreſſus eſt autē ſpiritus, & ſtetit corā Domi
no, & ait, Ego decipiā illū. cui locutus eſt Domi-
nus, In quo? Et ille ait, Egrediar, & ero ſpiritus
mendax in ore omniū prophetarum eius. Et di-
xit Dominus, Decipies, & præualebis: egredere,
& fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus ſpiri
tū mendacij in ore omniū prophetarū tuorum,
qui hic ſunt, & Dominus locutus eſt contra te
malum. Acceſſit autem Sedecias filius Chanaa-
na, & percuſſit Michæam in maxillam, & dixit,
Mēne ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus
eſt tibi? Et ait Michæas, Viſurus es in die illa
quando ingredieris in cubiculum intra cubicu-
lum, vt abſcondaris. Et ait rex Iſrael, Tollite Mi
chæam, & maneat apud Amon principem ci-
uitatis, & apud Ioas filiū *amelech, & dicite eis,
Hæc dicit rex, Mittite virum iſtum in carcerem,
& ſuſtentate eum pane tribulationis & aqua an
guſtiæ, donec reuertar in pace. Dixitque Michæ-
as, Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in
me Dominus. & ait, Audite populi omnes. ¶ A-
ſcendit itaque rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda in
Ramoth-Galaad. Dixit itaque rex Iſrael ad Io-
ſaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & in-
duere veſtibus tuis. porrò rex Iſrael mutauit ha
bitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. Rex autem
Syriæ præceperat principibus curruum trigin-
taduobus, dicens, Nō pugnabitis contra minorē
& maiorē quempiā, niſi cōtra regem Iſrael ſolū.
Cū ergo vidiſſent principes curruū Ioſaphat, ſu-
ſpicati ſunt quòd ipſe eſſet rex Iſrael, & impetu
facto pugnabant contra eū: & exclamauit Ioſa
phat. Intellexerúntq; principes curruū quòd nō
eſſet rex Iſrael, & ceſſauerūt ab eo. Vir autē qui-
dam tetēdit arcū, in incertum ſagittam dirigēs,
& caſu percuſſit regem Iſrael inter pulmonē &
ſtomachū. At ille dixit aurigæ ſuo, Verte manū
tuā, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulne-
ratus ſum. Cōmiſſum eſt ergo prælium in die il-
la, & rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Sy-
ros, & mortuus eſt veſpere: fluebat autem ſan-
guis plagæ in ſinum currus, & præco inſonuit
in vniuerſo exercitu antequam ſol occumberet,
dicens, Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem*, &
in terram ſuam. Mortuus eſt autem rex & per-
latus eſt in Samariam: ſepelierúntque regem in

Prædicit diſpergendū populū in prælio, & Achab occidendum.

Deus operā pſeudoprophetarū, ſeducit interdum eos qui verbum eius oderunt.

D

Percutitur Michæas propheta.

¶* Appellatiuū nomē eſt, nō propriū, ſ. filiū amelech, id eſt filiū regis.

Incarceratus Michæas.

Achab pugnās contra Ramoth-Galaad, iuxta verbum Dei occiditur.

E

Achab moritur.

¶* ſuam

¶11 Hæc verba iungenda ſunt cū præcedentibus [iureiurādo adigam] i. Quoties patieris me te adiurare per nomē Domini, vt non loquaris mihi niſi quod verū fuerit? Sentit fraudē Achab, qui nō addidit hoc, Hæc dicit Dominus, vt ve ri prophetæ ſolēt. ¶12 ſub. mihi. ¶13 Heb. in pace. ¶14 vel, prædixeram ¶15 vl. fœlicia, ſed infœlicia, aut, aduerſa ¶17 per exercitū cæli hoc loco intellige tantū angelos bonos. Parabola autē eſt qua indicatur, ſinente & cōniuēte Deo, nobis iponi à Satana. ¶18 i. moriatur. ¶19 Heb. & dixit vnus ſic, & aliꝰ dicebat ſic. Gallice, ainſi & ainſi. ¶20 ſub. de loco ſuo. nō enim erat cum exercitu illo cœleſti. ſpiritꝰ malus nō habet locū cū ſpiritibꝰ bonis. Iob 1. a. ¶21 imponam ¶22 ſub. Dominus. ¶23 impones. ¶24 incuſſit colaphū Michæ ¶25 Q. ſub. via. Chal. paraph. Qua hora. i. Quādo. ¶26 Heb. quo ingredieris [de] cubiculo in cubiculum. i. in intimū cubiculū. quoniā nō inuenies locū in quo poſſis ſatis tutus eſſe præ metu hoſtiū. ¶27 ſub. in vrbē. Alij aiūt eū fuiſſe antea i carcere. ¶28 Heb. cibate eū pane tribulationis & aqua anguſtię. vel, afflictionis. i. exiguo pane & exigua aqua. Chaldæus paraph. pane qui erit in afflictione: hoc eſt, non ad ſaturitatē, ſed ad neceſſitatē tantū. ¶29 q.d. tunc plane fatebor Dominū nō eſſe locutū per me. ¶30 Vocauit populū in teſtē, Audite omnes quæ dico: vt quū quæ prædixi euenerit, intelligatis me dixiſſe iſpiratione diuina. ¶31 Mutabo habitū, & ingrediar ¶32 ſub. regia. ¶33 ſub. veſtē ſiue paludamentū. ¶34 ſub. ad Dominū, viſis hoſtibus. ¶35 Heb. emiſit ſagittā in ſimplicitate ſua. i. in incertū citra propoſitū feriendi regē. ¶36 i. inter annulos quibus cōſtabat lorica. q.d. forte fortuna allapſa eſt ſagitta in foramen quod erat inter annulos. Vel, inter laminas quæ dependent à ſolida lorica. Doctioribus magis probatur iſta interpretatio. Gallice, entre les ioinctz des cuiſſōt. q.d. fuit percuſſus in inguine, vbi laminæ hærēt loricæ ſolidæ qua totū corpus munitur. ¶37 i. Flexa habena. ¶38 i. de exercitu. ¶39 Heb. ægrotare factꝰ ſum. i. dolore aut morbo correptus ſum. vel potius, dolet mihi vulnus quod accepi. non ſimulat ſe nō accepiſſe vulnus. ¶40 Heb. & inualuerat autē bellū in die illo, & rex erat ſtans in ipſo curru, e regione Syrorū. i. Acre autem prælium cōmiſſum fuerat eo die quo vulnus accepit Achab, & ipſe conſtantiſſime pugnabat contra Syros. vnde illum ſagitta petere fuit facile. ¶41 ſub. veſperam. ſub occaſum ſolis. ¶42 Sinus eſt res quæ aliquid capit. ¶43 vel, clamor. i. Proclamatum fuit voce præconis in caſtris. ¶44 ſub. reuertatur. ¶45 Rex inquam

Et Samaria, Et lauerũt currũ ei⁹ in piſcina Sama-
B riæ, & linxerũt canes ſanguiné eius, & habenas la
3.Re.21. uerunt, iuxta verbũ Domini quod locutus fue-
rat. ¶Reliqua autẽ ſermonum Achab, & vniuer-
ſa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit,
cunctarũmque vrbium quas extruxit, nónne hęc
ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum
Ochozias, rex Iſrael? Dormiuit ergo Achab cum patribus ſuis,
Iſrael. & regnauit Ochozias filius eius pro eo. ¶Ioſaphat
Ioſaphat pi⁹ verò filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudã an-
no quarto Achab regis Iſrael. Trigintaquinque
annorum erat cum regnare cœpiſſet, & viginti-
quinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen
matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in o-
mni via Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea:
fecitque quod rectum erat in conſpectu Domini.
Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim
populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in
excelſis. Pacémque habuit Ioſaphat cum rege Iſ
rael. ¶Reliquã autem verborum Ioſaphat, & o-
pera eius quæ geſſit, & prælia, nónne hæc ſcripta
C ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Sed
& reliquias effœminatorum, qui remanſerant in
Ioſaphat mit diebus Aſa patris eius, abſtulit de terra. Nec erat
tit in Ophir tunc rex cõſtitutus in Edom. Rex verò Ioſaphat
pro auro. fecerat claſſes in mari, quæ nauigarent in Ophir
Ioſaphat mo propter aurum: & ire non potuerant, quia confra
ritur. ctæ ſunt in Aſion-gaber. Tunc ait Ochozias fili⁹
Succedit Iorã Achab ad Ioſaphat, Vadant ſerui mei cum ſeruis
Ochozias im tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat. Dormiuítq;
pius. Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum
eis in Ciuitate-Dauid patris ſui: regnauítque Io-
ram filius eius pro eo. ¶Ochozias autẽ filius A-
chab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria,
anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda, re-
gnauítq; ſuper Iſrael duobus annis. Et fecit ma-
lum in conſpectu Domini, & ambulauit in via
patris ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filij
Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Seruiuit quoque
Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominũ Deum
Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Samariam, ſepelierúntque regem in Samaria.
[56]Quidam autem perfudit currum in piſcina Sa
mariæ, linxerúntque canes [57]ſanguiné eius, [58]me
retricéſque lauerũt[currum,] iuxta verbũ Domi
ni quod loquut⁹ erat. ¶Reliquũ geſtorũ Ahab, &
quæcũque fecit, domus quoque eburnea quã ex-
truxit, & omnes ciuitates quas ædificauit, annon
hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iſraelis?
Dormiuit itaque Ahab cũ patribus ſuis, & regna
uit Ahazias filius eius pro eo. ¶Porrò Ioſaphat
fili⁹ Aſa regnare cœpit ſuper Iehuda quarto an
no Ahab regis Iſraelis. Fuitque Ioſaphat natus
trigintaquinque annos quũ regnare cœpiſſet, &
regnauit vigintiquinq; annis Ieroſolymis. No-
mẽ matris eius fuit Azuba filia Silhi. Ambulauit
autem in omni via Aſa patris ſui, nec declinauit
ab ea, faciẽs quod rectũ erat in oculis Domini: ve
rutamẽ excelſa nõ ſũt demolita, adhuc enim po-
pulus ſacrificabat & adolebat in excelſis. Pacem
quoq; fecit Ioſaphat cũ rege Iſraelis. ¶Reliquũ
geſtorum Ioſaphat, & fortitudo eius [59]qua præ-
ditus fuit, & bella quæ geſſit, annon hæc ſcripta
ſunt in libro annaliũ regũ Iehuda? [60]Reliquias
quoque catamitorũ, qui remãſerant in diebus
Aſa patris ſui, ipſe ſuſtulit è terra. [61]Tũc nõ fuit
rex in Edõ, qui præfectus eſſet regno. Ioſaphat
[62]fecit quoque decẽ[63]naues, quæ per mare venie
bát in Ophir, vt aurũ[aducherent:] ſed nõ[64]pro-
fectæ ſunt, quoniã fractæ fuerunt naues illæ [65]in
Ezion-gaber. [66]Tunc ait Ahazias filius Ahab ad
Ioſaphat, Eant ſerui mei cũ ſeruis tuis[67]in naui-
bus: at Ioſaphat noluit. Dormiuit itaque Ioſa-
phat cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt cũ patribus
ſuis in ciuitate Dauidis patris ſui: regnauítque
Iorã filius eius pro eo. ¶Ahazias filius Ahab[68]re
gno Iſraelitico in Samaria inauguratus eſt an-
no decimoſeptimo Ioſaphat regis Iehuda: regna
uitq; duobus annis ſuper Iſraelẽ. Deſignauit au-
tem malum in conſpectu Domini, [69]ambulauit-
que in via patris ſui, in via matris ſuæ, atque in
via Ieroboam filij Nebat, qui effecerat vt ſcelera
te ageret Iſrael. Nam coluit Baal, & adorauit eũ,
irritauítque Dominum Deum Iſraelis, [70]iuxta omnia quæ deſignauerat pater eius.

¶56 Hebr. Et la uit [auriga] ¶57 ſub. cum aqua. nã lãbebant canes ſanguinẽ cũ aqua qui veniebant bibitũ in piſcinã. Cum ſuprà, cap. 21. Elias dicit, in loco in quo linxerunt canes ſanguinẽ Naboth, tuum lingẽt. locus pro regione ponit. 4. Reg. 9. docet prophetiam Eliæ de lambẽdo ſanguine Naboth, impletã fuiſſe in Iorã. ¶58 & arma ei⁹ lauerũt. ſub. quibus mãdatũ fuit illud negotium. ¶59 Heb. quã fecit. i. quæ ſtrenue geſſit. ¶60 Porro reliqua ſcorta maſcula quæ ¶61 q. d. Tẽpore huius Idumæa erat ſubiecta regibus Iudæ: & reges illic cõſtituebãt præfectũ qui vices regis gereret. ¶62 fecerat ¶63 vel, naues marinas, [aut vt quidã, Africas] vt irent in Ophir. i. naues Africanas, hoc eſt quæ irẽt in Africã per mare Rubrũ, vt irẽt in Spagniolã. Vel, naues Africanas. i. tales quales erãt in Africa. Verius eſt vt Tharſis accipiatur pro mari: fecit marinas naues, ad differẽtiã fluuialiũ. Tharſis, ſiue Tarſis, tria ſignificat in Scriptura, Africã: inſulã auriferam ſitã in Oceano ad Occidentẽ Terræ ſanctæ: & mare ipſum, vt hic. ¶64 iuit, ¶65. i. in portu Ezion-gaber. vel, nõ procul à portu vrbis Ezion-gaber. ¶66 claſſe ſcilicet Ioſaphat attrita. ¶67 ſub. quæ proficiſcuntur in Ophir. ¶68 regnauit ſuper Iſraelem in Samaria. Hic anni ſynecdochicè accipiuntur, pars anni pro toto ãno. ¶69. i. ſectatus eſt impietatem paternam & maternam. ¶70. i. prorſus, ſiue omnino vt fecerat &c.

# Liber Regum ſecundus, quem nos quartum Regum dicimus.

CAP. I.

Defectio Moabitarũ & lapſus Ochoziæ è cœnaculo. Eliam quærit interficere prętextu pietatis.

PRÆVARICATVS eſt autem Moab in Iſrael, poſtquam mortuus eſt Achab. Cecidítque Ochozias per cãcellos cœnaculi ſui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: miſítq; nũtios, dicẽs ad eos, Ite, cõſulite Beel-zebub deũ Accaron, vtrũ viuere queam de infirmitate mea hac. ¶Angelus autẽ Domini locutus eſt ad Eliam Theſbitẽ, dicẽs, Surge, & aſcẽde in occurſum nũ-

CAP. I.

[1]DEFECIT autem Moab ab Iſraele poſt mortẽ Ahab. [2]Decidítq; Ahazias per [3]cãcellos [4]cœnaculi ſui quod habuit in Samaria. quũmque ægrotaret, miſit nuntios, mandauítque eis, Ite, & conſulite [5]Baal-zebub deum [6]Ecron, ũmne conualiturus ab hoc morbo meo. ¶Angelus autem Domini loquutus eſt ad Eliam Thiſbitem, Surge, aſcende obuiam nuntijs

¶1. i. Defecerunt Moabitę pẽdere tributũ regib⁹ Iſrael mortuo Achab. Pœnas ſuæ idololatrię dat Ochozias duobus modis: nam ab eo defecerunt Moabitæ, & decidit in cœnaculum quum deambularet in tecto per feneſtram qua immittebatur lumen in cœnaculum. ¶2 quibus ſcilicet immittebatur lumen in cubiculum regium. Feneſtram intelligit quæ obſtructa erat lignis cancellatim & tranſuerſim intertextis. ¶3 in cœnaculum ſuum. Cœnaculum vocant tabulatum ſuperius Hebraice AALIAH dictum, quòd ad illud aſcendatur. ¶4 ſub. ex caſu. ¶5 Baal-zebub. i. dominus muſcæ, deus amoliens letales & pernicioſiſſimas muſcas, quæ incolas agri Accaronitici infeſtabant. Ita doctiores. Alij, rationem nominis ſumunt à copia muſcarum quam hoſtiarũ copioſiſſimus ſanguis gignebat. ¶6. i. quẽ colunt Accaronitæ.

regis Samariæ, & loquere ad eos, [7]Annõ eſt De[8] in Iſraele, quòd vos proficiſcimini[9] conſultũ Baal-ſebub deum Ecron? Atq; ob id ſic dicit Dominus, De lecto[9] quem aſcendiſti[6] non deſcẽdes, ſed moriendo morieris. Cum ſique abijt Elias. Quũmque reuerſi eſſent nuntij ad[9] eũ, dixit ad eos, Quid ita reuertimini? Reſponderunt ei, Aſcendit vir quidã obuiã nobis, dixitque ad nos, Ite & reuertimini ad regẽ qui miſit vos, & loquimini ad eũ, Sic dicit Dominus, Annon eſt Deus in Iſraele, quòd tu mittis conſultũ Baal-ſebub deũ Ecrõ? Idcirco de lecto quem aſcendiſti non deſcẽdes, ſed moriẽdo morieris. Qui dixit ad eos, Quis habitus viri illius qui vobis obuiã factus, taliaque verba loquutus eſt? Et reſponderũt ei, Vir ille[11] piloſus[6] fuit, & lũbis ſuis accinctus zona coriacea. Tũ ait, Elias eſt Thiſbites. ¶ Miſitq; [12]ad eũ principẽ ſuper quinquaginta, & quinquaginta quos habuit ſub ſe. Is[14] aſcendit ad eum, & ecce ſedebat in vertice montis: loquutúſque eſt ad eum, O [15]vir Dei, rex mandauit vt deſcendas. Reſpondit Elias, & dixit ad principẽ ſuper quinquaginta, [16]Si vir ſum Dei ego, [17]deſcẽdat ignis de cælo, deuorétq; te, & quinquaginta tuos. Tũ [18]deſcendebat ignis de cælo, deuorauitq; eũ & quinquaginta eius. Rex rurſus miſit ad eum altũ principem quinquagenariũ cum quinquaginta viris quos ſub ſe habuit. is quoque [9]reſpondit, & dixit ad eũ, O vir Dei, ſic dixit rex, Deſcende confeſtim. Quib[9] reſpõdens Elias dixit, Si vir Dei ego ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, atq; quinquaginta tuos. [20] deſcẽdebat autem ignis Dei de cælo, & deuorabat eũ cum quinquaginta ſuis. Rurſus miſit [rex] tertium principẽ quinquagenariũ cum quinquaginta quos ſub ſe habuit. & aſcẽdens quinquagenarius ille princeps tertius, incuruauit ſe ſuper genua ſua ante Eliam, obſecrauitq; eũ, & dixit, [21]O vir Dei, [1] precioſa ſit quæſo anima mea, & anima ſeruorum tuorũ, nẽpe quinquaginta iſtorũ, in oculis tuis. Ecce [1]deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios priores cũ quinquagenis eorum. [24]Sit itaq; anima mea in pretio ante oculos tuos. Et loquutus eſt angelus Domini ad Eliam, Deſcẽde cũ eo, [1]ne formides ab eo. qui cũ ſurgens deſcendit cũ eo ad regem. Loquutúſque eſt ad eum, Sic dicit Dominus, Quãdoquidẽ miſiſti nuntios ad conſulendum Baal-ſebub deum Ecron, [16]acſi non eſſet Deus in Iſraele: de lecto quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed moriendo morieris. ¶ Mortuus eſt itaque [17]iuxta verbũ Domini, quod Elias loquutus fuerat, & [18]regno inauguratus eſt eius loco [19]Iorã [anno ſcilicet ſecũdo [20]Iorã filii Ioſaphat regis Iehudæ] quoniã non habuit filium. Reliquũ geſtorũ Ahaliæ quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis?

CAP. II.

FActum eſt autem quum Dominus [1]ſubuehere vellet Eliam [2]turbine in cælum, vt iret Elias cum

tiorum regis Samariæ, & dices ad eos. Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beel-zebub deum Accarõ? Quam ob rem hæc dicit Dominus, De lectulo ſuper quem aſcendiſti, nõ deſcendes, ſed morte morieris. & abijt Elias. Reuerſique ſunt nuntij ad Ochoziam. qui dixit eis, Quare reuerſi eſtis? At illi reſponderũt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, [a]reuertimini ad regẽ qui miſit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus, Nũquid quia nõ erat Deus in Iſrael, mittis vt conſulatur Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo ſuper quem aſcendiſti nõ deſcẽdes, ſed morte morieris. Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus eſt vir ille qui occurrit vobis, & locutus eſt verba hæc? At illi dixerunt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. qui ait, Elias Theſbites eſt. ¶ Miſitq; ad eum quinquagenarium principẽ, & quinquaginta qui erant ſub eo. Qui aſcendit ad eũ: ſedentique in vertice mõtis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt deſcendas. Reſpondénſque Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei [a]ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. deſcendit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum & quinquaginta qui erant cum eo. Rurſúmque miſit ad eum principem quinquagenariũ alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus eſt illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Feſtina, deſcende. Reſpondẽs Elias, ait, Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. deſcendit ergo ignis [a]de cælo, & deuorauit illũ, & quinquaginta eius. Iterum miſit principẽ quinquagenariũ tertiũ, & quinquaginta qui erant cum eo. qui cũ veniſſet, curuauit genua contra Eliã, & precatus eſt eum, & ait, Homo Dei, noli deſpicere animam meam & animas ſeruorum tuorũ qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: ſed nũc obſecro vt miſerearis animæ meæ. Locutus eſt autem angelus Domini ad Eliã, dicens, Deſcende cũ eo, ne timeas. ſurrexit igitur, & deſcendit cum eo ad regẽ. Et locutus eſt ei, Hæc dicit Dominus, Quia miſiſti nũtios ad conſulendũ Beel-zebub deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcẽdes, ſed morte morieris. ¶ Mortuus eſt autẽ iuxta ſermonem Domini quẽ locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ: non enim habebat filiũ. Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus eſt, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael?

CAP. II.

FActum eſt autẽ cũ leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, [a]ibant Elias &

Eliſeus

B

¶ [a]&

Habitus Eliæ.

Quinquagenarij ad Eliam miſſi conſumũtur igne.

¶ [a]ego

C

¶ [a]Dei

D

Elias increpat Ochoziam.

Moritur Ochozias.

Succedit Iorã frater ei[9].

Eliſeus Eliæ indiuiduus comes.

¶ [a]ibat

¶ 7 Heb. Nónne ob non eſſe Deum in Iſraele, proficiſcimini &c. i. Nónne propterea quòd nullius opinione veſtra ſit Deus in Iſraele, &c. ſiue, eo quòd rex veſter non putat vllum eſſe Deum in Iſraele.

¶ 8 ſub. morbo coactus.

¶ 9 Ochoziam ſcilicet.

¶ 10 vl, Carnũ. ſiue, Quamobrem ¶ 11 Heb. Nõne propterea quòd nõ ſit Deus in Iſraele, tu &c. vide ſuprà numerũ ſeptimum.

¶ 12 vl, hirſut[9]

¶ 13 ſub. cõprehendendum

¶ 14 Elias confugerat in verticem montis: quia ibi timebat. ¶ 15 Hæc videntur dici per ironiam. q. d. qui te iactas eſſe virum diuinum.

¶ 16 vt ſcilicet reuera ſũ: quẽ quam virũ Dei me irridendo appelles, q. d. Non putas me eſſe virum Dei, verũmq; prophetam, ſed Deus comprobabit igne.

¶ 17 q. d. rogo Deum vt ignis deſcendat &c. & cõprobet me ſuum eſſe prophetam.

¶ 18 deſcendit

¶ 19 i. verba facere cœpit. ¶ 20 deſcendit autẽ ignis Dei de cælo, & abſumpſit &c. Ignis Dei, i. miſſus à Deo. ¶ 21 q. d. Fateor ſerio te eſſe prophetã Dei. ¶ 22 Solemus parcere rei charæ. q. d. ne deſpicias vitam meam, & ſeruorum tuorũ, parce vitæ meæ, & meorũ ne perdas me, & milites qui mecum ſunt. In Pſalmis, 116, Precioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorũ eius. i. Deus magnifacit ſuorũ mortem. ¶ 23 ſub. ad preces tuas. ¶ 24 i. cõdona mihi vitam. ¶ 25 Timebat, quia aduerſa regi prædixerat: propterea Iezabel mater regis ſummo eũ odio proſequebatur. ¶ 26 Heb. Nónne quia non eſſet Deus in Iſraele ad interrogandum ſermonem eius? idcirco de lecto &c. i. nónne eo quòd nõ putares eſſe vllum Deum in Iſraele quem conſuleres? propter infidelitatem tuam igitur, de lecto &c. ¶ 27 i. quẽadmodũ prædixerat Dominus per Eliã. ¶ 28 regnauit ¶ 29 per cõtractionẽ dictũ, pro Iehoram: quemadmodum & Ioſue pro Iehoſua. Hic fuit frater Ochoziæ. ¶ 30 Iorã filius Ioſaphat cœpit regnare cum patre ſuo, anno XVII regni eius, quo etiam anno regnare cœpit Ochozias. Hic Ochozias regnauit duobus annis perfectis: pars decimiſeptimi pro anno, & pars decimioctaui pro anno. Quòd per annũ ſecundum hic intelligere debeamus annum decimumoctauũ regni Ioſaphat, docet initium tertij capitis ſequentis. Ioſaphat XXV annos regnauit. Anno XVII Ioſaphat regnare cœpit Ioram filius eius. ergo VIII annis & ſuprà, id eſt nouem, ſynecdochicos regnauit cum patre. ¶ II. ¶ 1 vl, ſublaturus eſſet ¶ 2 in illo turbine, per quem ſcilicet ſublatus fuit.

Quæ loca adierit Elias priuſquã viſo illo vehementiſſimo raperetur in aulam.

Eliſeus de Galgalis. Dixitque Elias ad Eliſeum, Sede hic, quia Dominus miſit me vſque in Beth-el. cui ait Eliſeus, Viuit Domin⁹, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque deſcendiſſent Beth-el, egreſſi ſunt filij prophetarũ, qui erãt in Beth-el, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? qui reſpondit, Et ego noui: ſilete. Dixit autem Elias ad Eliſeum, Sede hic, quia Domin⁹ miſit me in Iericho. & ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque veniſſent Iericho, acceſſerunt filij prophetarũ qui erãt in Iericho, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia Domin⁹ hodie tollet dominũ tuũ à te? & ait, Et ego noui: ſilete. Dixit autẽ ei Elias, Sede

D hic, quia Domin⁹ miſit me vſque ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt econtra, longè: illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem. Tulitque Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtranque partẽ, & tranſierunt ambo per ſiccum. ¶ Cùmque tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum, Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. dixitque Eliſeus, Obſecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. Qui reſpondit, Rem difficilem poſtulaſti: attamẽ ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem nõ videris, nõ erit. ¶ Cùmque pergerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque: & aſcendit Elias per turbinẽ in cælũ. Eliſeus autẽ videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus

C Iſrael & auriga eius. & non vidit eũ amplius: apprehenditque veſtimẽta ſua, & ſcidit illa in duas partes. ¶ Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuerſúſque ſtetit ſuper ripam Iordanis. Et pallio Eliæ quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſæ: & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ, etiã nunc? percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt huc atque illuc, & tranſijt Eliſeus. Videntes autem filij prophetarum qui erant in Iericho econtra, dixerunt, Requieuit Spiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerũt eũ proni in terram, dixerũntque illi, Ecce, cũ ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eũ Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montiũ, aut in vnam vallium. qui ait, Nolite mittere. Coegerũntque eum, donec acquieſceret, & diceret, Mittite. Et miſerunt quinquaginta viros: qui cum quæſiſſent tribus diebus, nõ inuenerũt.

Elias diuidit aquas pallio.

Duas partes gratiæ Eliæ petit Eliſeus, non totã aut maiorem.

Rap⁹ ẽ in cælum Elias. Eccli 48.a.

Eliſe⁹ pallio Eliæ diuidit aquas.

g⁹ eum

Quæſitus Elias nõ inuentus.

Eliſeo de[1] Gilgal.[2] Dixitq; Elias ad Eliſeũ, Mane quæſo hic, quoniã Dominus miſit me in Beth-el. dixit ergo Eliſeus, [3] Viuit Dominus, viuitque anima tua, ſi deſeram te. deſcẽderũntq; in Beth-el. Et egreſſi[4] filij prophetarum qui erãt in Beth-el ad Eliſeum, dixerunt ei, Noſtine quòd Dominus hodie tollet dominum tuum, [5] ne ſit poſthac magiſter tuus? & ait, Etiã, [7] noui ego: tacete. Dixit curſus ad eũ Elias, Eliſæe, [8] mane hic quæſo, quoniam miſit me Dominus in[9] Iericho. qui ait, Viuit Dominus, viuitque anima tua, ſi deſerã te. venerúntque Iericho. Acceſſerúntque [10] filij prophetarum qui erant in Iericho ad Eliſeum, & dixerant ad eum, Noſtine quòd Domin⁹ hodie tollet à te dominum tuum? Qui reſpondit, Etiam ego noui: tacete. Dixit Elias ad eum, Mane quæſo hic, quoniam Dominus miſit me ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, ſi deſeram te. Iérũtq; duo illi. Porrò quinquaginta viri ex filijs prophetarum [11] venerunt, & ſteterunt à longe e regione. duo autem illi [12] ſteterunt iuxta Iordanem. Et ſumens Elias pallium ſuum, & [13] inuoluens illud, percuſſit aquas, diuiſæque ſunt huc & illuc, vt ambo tranſirent [14] in ſicco. ¶ Quũmque tranſiſſent, dixit Elias ad Eliſeum, Poſtula [15] quod tibi faciam, antequam tollar à te. & ait Eliſeus, Sit quæſo [16] duplex portio tui Spiritus ſuper me. Qui dixit, Rem [17] difficilem poſtulaſti ſi videris me [18] tolli à te, fiet tibi [19] ſic: ſi minus, [20] nõ erit. ¶ [21] Factũ itaque eſt quum ita proficiſcerentur & confabularentur, vt [22] currus igneus atque equi ignei vtroſque diuellerent, aſcenderétque Elias turbine [23] in cælum. Eliſeus verò videns clamabat, [24] Pater mi, pater mi, [25] currus Iſraelis & equites eius, neq; vidit eũ amplius, apprehẽſis autẽ veſtimẽtis ſuis, ſcidit ea i duas partes. ¶ Leuatóque pallio Eliæ quod ceciderat ab illo, reuerſus eſt, & ſtetit ad ripã Iordanis. Tollẽſq; palliũ Eliæ quod ceciderat ab illo, [26] percuſſit aquas, ac dixit, [27] Vbi eſt Domin⁹ Deus Eliæ, [28] etiã ipſe? quùm que percuſſiſſet aquas, [29] diuiſę ſũt huc atq; illuc, & tranſijt Eliſeus. Vidẽtes autẽ eũ [30] filij prophetarũ qui [31] erãt in Iericho [32] à longe, dixerunt, [33] Spiritu Eliæ quieſcit ſuper Eliſeo. venerũntq; ei obuiã, [34] prociderũntque in terrã corã eo. Dixerũntque ad eũ, Ecce [35] ſunt cũ ſeruis tuis quinquaginta viri fortes, eant quæſo illi & quærãt dominũ tuũ, [36] fortaſſis ſuſtulit eũ Spiritus Domini, proiecítq; eum in aliquem montem, aut in vallem aliquã. qui ait, Ne mittatis. At illi [37] flagitarunt eum donec pudore perpelleretur, [38] vt diceret, Mittite. Miſerunt ergo quinquaginta viros, qui quæſierunt eum tribus diebus, ſed non inuenerunt eũ.

¶ 1 Elias, ante obitũ, adijt primum Galgala, deĩde Beth-el, tum Iericho, poſtremò Iordanem.

¶ 4. i. Iuro per Deum viuentẽ, & per animam tuam. ¶ 5 ſons diſcipuli prophetarũ, vt patres pro magiſtris accipiuntur. ¶ 6 Hebr. de capite tuo .i. à te. Pars pro toto. Gallicè d'e nec tor. Aut doctor eſt diſcipulo velut corona & ornamentũ. Ergo. A capite tuo .i. dominũ tuũ qui tibi nõ aliter ornamento eſt, atque corona capiti. ¶ 7 q.d. Dominus mihi reuelauit.

¶ 8 Hoc forte ſic clare faceret periculum an diligeretur an Eliſeo. ¶ 9 Illic multi erant ſectatores prophetarum, viri pij. ¶ 10 .i. diſcipuli.

¶ 11 .i. proſequuti ſũt eos abeũtes, vt viderent finem. ¶ 12 nã deerat nauiculã qua trãſmitterẽt fluuium. ¶ 13 vt, complicans ¶ 14 vt, per ſiccũ. ſub. vadum.

¶ 15 vt, quid velis vt faciam tibi. ¶ 16 Heb. duorum. i. duplex mẽſura. hoc eſt, Da vt duæ partes tui Spiritus diuiſi in tres partes, ſint mecum. noluit petere tãtam ſibi fieri gratiam, quantam magiſtro. q.d. Noli me efficere tantum quantus es, ſed da ſaltem mihi duas partes tui Spiritus. ¶ 17 vt, arduam ¶ 18 quum tollar. i. ſi videris me abeũtem. ¶ 19 .i. quod poſtulas. ¶ 20 hoc eſt, non eris voti compos. ¶ 21. i. Cum autem alternis progreſſi eſſent inter fabulãdum. ¶ 22 Elias fuit ſublatus turbine: currus autem & equi apparuerunt inter vtrũque ipſi Eliſeo, vt intelligeret Eliam fuiſſe Iſraeli vice multorum curruũ falcatorum, & multorum equitum. ¶ 23. i. in aerẽ, & locum aliquem tranquillitatis plenum. i. in ſinum Abrahæ, qui in aere potius collocandus videtur quam in terra: nõ autẽ raptus fuit in ipſũ paradiſum: quia eò nondum apertus fuerat aditus à Chriſto. 1. Corinth. 15. Primitiæ dormientium Chriſtus. In locum cæleſtem aliquem raptus fuit, deſtinatum olim ſpiritibus pijs firma fide expectãtibus Meſſiam, qui paradiſi aditũ aperturus erat. corpus etiam ipſum Eliæ raptum fuit, ſed immutatum & incorruptibile redditũ. Vide Eccleſiaſtes 11. ¶ 24. i. Magiſter. nam ſunt magiſtri diſcipulis vice parentum. q.d. Vale præceptor. ¶ 25. i. qui plus iuuabas Iſraelem oratione, quàm magna curruum & equitum multitudo. ¶ 26 ſub. nec eſt diuiſa. ¶ 27 q.d. Cur non diuiduntur aquæ quum eum Deum colam quem coluit Elias? ¶ 28 etiam ipſũ. ſub. factum eſt miraculum. i. etiam in gratiam Eliſei Deus edidit miraculum. ¶ 29 vt, diuiſerunt ſeſe hinc & hinc. ¶ 30 qui ſcilicet ſubſtiterant. ¶ 31 vt, [habitabant] ¶ 32 ex aduerſo. vnde ſcilicet videre poterant Ieruſalẽ. ¶ 33. i. afflatus eſt Spiritu Eliæ Eliſeus. nã viderũt eũ redeũtẽ per Iordanem pede ſicco. ¶ 34 honoris videlicet cauſa, caput demiſerunt. vt, inclinauerunt ſeſe ¶ 35 q.d. habem⁹ hîc quinquaginta homines robuſtos qui poterunt ferre itineris moleſtiam. Sciebant Deum ſublaturum eſſe Eliam, ſed neſciebant an ad tempus, an in perpetuũ. ¶ 36 ne tulerit eum Spiritus Domini, & demiſerit eũ ¶ 37 rogarũt vehementer tandiu dum coactus eſt. ſub. permittere illis vt mitterent. nam non ſtatim annuit illis. ¶ 38 & dixit,

¶39 is autẽ habitabat &c. ¶40 vl.ſitus vrbis huius elegãtiſſimus eſt, ¶41 vl.noxiæ ¶42 Heb.orbat. vel.perimit. ſub. habitatores ſuos.q.d. propterea loc⁹ eſt inſalubris. Doctores exiſtimant aquas totius regionis Ierichũtinæ fuiſſe inſalubres. ¶43 vl.Reddidi ſalubres.aut, Volo has aquas eſſe ſalubres, ¶44 Heb.& nõ erit illinc vltrà mors,& orbãs. .i. non erunt poſthac letales aquæ. neq; hic locus ſuos incolas interimet. ¶45 ſub. quæ ducebat in Beth-el. ¶46 Repetitio habet irriſionem. ¶47 ſub. ex illis.

III.

¶1 Heb.ab illo. ſub. peccato. vel,ab illa idololatria. Relati uum ſingulare, antecedens [peccatis] plurale. ¶2 Heb. erat paſtor. Chald.paraph. alebat multos greges.i. diues erat pecoris. ¶3 .i.noluit pẽdere tributum ſolitum regi. ¶4 illo tempore.ſub.rebellionis Moabitarũ. ¶5 .i.Cum properaret ad locum in quo factus eſſet delectum militum.

Quùmque reuerſi eſſent ad eum, (39 qui māſerat in Iericho,) dixit ad eos, Annon dixerā vobis, Ne eatis? ¶Porrò viri ciuitatis dixerunt ad Eliſæum, En [40] habitatio ciuitatis huius commoda eſt,'vt domin⁹ meus videt:at aquæ [41] malæ ſunt, & terra [42] ſterilis.'Tum dixit, Afferte mihi phialam nouã,& ponite in eam ſal.& attulerunt ad eum. Egreſſus autem ad ſcaturiginẽ aquarum, proiecit illuc ſal,& ait,Sic dicit Domin⁹, [43] Sanaui aquas iſtas, [44] ita vt poſthac ex illis neq; mors ſit,neque ſterilitas.'Sanatæ itaque ſunt aquæ vſque in diem hunc,iuxta verbum Eliſæi quod loquutus eſt. ¶Aſcendit deinde illinc in Beth-el: quùmque [45] per viam aſcenderet, exierunt pueruli ex vrbe,illudentes ei,dicẽteſq; ad eũ, [46] Aſcende calue,aſcende calue.'Et reſpiciens poſt ſe, vidit eos, & execratus eſt eos in nomine Domini. egreſſæ ergo ex ſylua duæ vrſæ,diſcerpſerũt ex eis quadraginta duos [47] pueros.'Abijt inde in mõtem Charmelũ, & inde reuerſus eſt in Samariã.

CAP. III.

Ioram filius Ahab rex factus eſt ſuper Iſraelem in Samaria,anno decimooctauo Ioſaphat regis Iehuda,regnauitq; duodecim annis.Fecit autem malum in oculis Domini, attamen nõ ſicut pater eius,& mater eius:nã abſtulit ſtatuas baal, quas fecerat pater eius.Veruntamẽ hæſit in peccatis Ieroboam filij Nebat,qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael,nec receſſit [1] ab eis.¶Porrò Meſa rex Moabitarum [2] armentarius erat,'pendebatq; [3] vectigal regi Iſraelitico. nempe centum millia agnorum,& centum millia arietum cum lana. Mortuo autem Ahab, rex Moabitarum defecit à rege Iſraelis. ¶Egreſſus ergo rex Ioram [4] quodã die' de Samaria,recenſuit vniuerſum Iſraelẽ,'Et abiens [5] miſit ad Ioſaphat regẽ Iehuda hiſce mandatis,Rex Moabitarũ perfide defecit à me.profi ciſcerisne mecum contra Moabitas in prælium? reſpondit, Aſcendam: [6] vt enim ego ſum, ſic tu es: & ſicut populus meus,ſic & populus tuus: ſicut equi mei,ſic equi tui.'Et ait, Qua via aſcendemus?et ille reſpõdit, [7] Via deſerti Edõ. ¶Profectus eſt itaque rex Iſrael,& rex Iehuda,atque [8] rex Edom:'quùmque circumiiſſent in itinere ſeptem diebus,non habuerunt aquam exercitui & iumentis [9] quæ eos ſequebantur.' Dixitque rex Iſrael, [10] Ahha,'nimirũ Dominus vocauit tres iſtos reges, vt tradat eos in manus Moabitarum. Dixit verò Ioſaphat, Annon eſt hic [11] propheta Domini.' vt ſciſcitemur [12] Dominum' per eum? reſpondit quidam ex ſeruis regis Iſraelis, & ait, Eſt hic Eliſæus filius Saphat [13] qui aquas fudit ſuper manus Eliæ.'Dixitque Ioſaphat, [14] Apud hũc eſt verbum Domini.'deſcenderunt ergo ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat. atque rex Edom . Tum ait Eliſæus ad regem Iſraelis , Quid mihi [15] tecum?' vade ad prophetas patris tui , & ad prophetas [16] matris tuæ.'atque ad eũ rex Iſrael, [17] Ne ſic, [18] quandoquidem inuitauit' Dominus tres iſtos reges , vt tradat eos in manus Moabitarum .

Et reuerſi ſunt ad eũ:at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid nõ dixi vobis, Nolite' mittere? ¶Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliſæum , Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tuipſe Domine' proſpicis:'ſed aquæ peſſimæ ſunt,& terra ſterilis.At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal. quod cũ attuliſſent,Egreſſus ad fontẽ aquarum,miſit in illum ſal,& ait,Hæc dicit Dominus,Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors,neque ſterilitas.Sanatæ ſunt ergo aquæ vſque in diem hanc,iuxta verbum Eliſei quod locutus eſt.¶Aſcendit autẽ inde Eliſeus in Beth-el: cúmque aſcenderet per viam,pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate,& illudebant ei,dicentes, Aſcende calue, aſcende calue.Qui cũ reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu,& lacerauerũt ex eis quadragintaduos pueros.Abiit autem inde in mõtem Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam.

CAP. III.

Ioram verò filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Samaria anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ.Regnauitque duodecim annis. Et fecit malum corã Domino,ſed non ſicut pater ſuus & mater : tulit enim ſtatuas baal quas fecerat pater eius.Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael,adhæſit,nec receſſit ab eis. ¶Porrò Meſa rex Moab, nutriebat pecora multa,& ſoluebat regi Iſrael centũ millia agnorum, & centum millia arietũ cum velleribus ſuis.Cúmq; mortuus fuiſſet Achab,præuaricatus eſt fœdus quod habebat cum rege Iſrael. ¶Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria,& recenſuit vniuerſum Iſrael . Miſitque ad Ioſaphat regẽ Iuda,dicens,Rex Moab receſſit à me,veni mecum contra eum ad prælium.qui reſpondit,Aſcendam qui meus eſt,tuus eſt: populus meus,populus tuus: & equi mei,equi tui. Dixitque, Per quam viam aſcendemus? at ille reſpondit, Per deſertum Idumææ. ¶Perrexerunt igitur rex Iſrael, & rex Iuda,& rex Edom, & circuierunt per viam ſeptẽ dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ ſequebantur eos. Dixitque rex Iſrael,Heu heu heu,'cõgregauit nos Dominus tres reges,vt traderet in manu Moab.Et ait Ioſaphat,Eſtne hic propheta Domini,vt deprecemur Dominum per eum? & reſpondit vnus de ſeruis regis Iſrael, Eſt hic Eliſeus filius Saphat,qui fundebat aquã ſuper manus Eliæ. Et ait Ioſaphat, Eſt apud eum ſermo Domini. deſcenditque ad eum rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda,' & rex Edom. Dixit autem Eliſeus ad regem Iſrael,Quid mihi & tibi eſt?vade ad prophetas patris tui , & matris tuæ. & ait illi rex Iſrael, Quare congregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab?

¶ire? Aquæ mortiferæ,immiſſo per Eliſeũ ſale,ſalubres redduntur. ¶perſpicias

Pueri Eliſeũ irridentes,lacerantur. 1.mach.2.f.

Ioram,filius Achab,impius.

Meſa rex Moab tributarius regi Iſrael.

B

Trib⁹ regib⁹ Iſrael , Iuda & Edom, pugnaturis contra Moab,deficiunt aquæ. Eliſeus pluuiam eis promittit,& de Moabitis victoriam.

¶6 q.d. tu & ego vnum ſumus,idem facturus ſum quod & tu:& meo populo & meis equis æquè vti poteris atque tuis.quò tu cum populo tuo & equis ire voles , illuc paratus ſum ego ire vnà cum populo meo & equis.Similitudinem ſortis,conditionis,voluntatis aut dignitatis ſignificat geminatio illa caphin Hebraicarum literarum quæ pro aduerbijs ſimilitudinis ſumuntur. ¶7 Hoc dicit quòd ſecum vellet aſſumere regem Idumææ. ¶8 Hic erat prorex Idumææ, qui tum regebat vice regis Iuda. ¶9 Heb.quæ erant in pedibus eorum. ¶10 vl.Ohe. Vox eſt admirãtis & deſperantis.q.d. Hei mihi,res ita habet quòd inuitauit nos Deus &c.i. videtur nos conuocaſſe ac excitaſſe,vt &c.Chald⁹ paraph.væ. ¶11 vl.aliquis ex prophetis Domini, ¶12 Heb. [os] Domini.i.ſermonẽ.hoc eſt, vt conſulamus Dominũ.Rex pius & ab idolorum cultu alienus,confugit ad Deum in tribulatione. ¶13 Chaldæus paraph.qui famulabatur Eliæ .nã ſolent miniſtri fundere aquã manibus dominorum quũ eas lauare volunt. ¶14 .i.Eſt verus propheta Dei.Hoc affirmatiue,non interrogatiue dictum.q.d.Si fuerit famulus tanti prophetæ, per eum conſulere poterimus Dominũ. ¶15 ſub. eſt commune. ¶16 quæ ſcilicet alebat prophetas lucorum. ¶17 .i.Ne dicas talia,miſſa facito hæc, ô domine.ne reijcias nos. ¶18 ſubaudienda quædam,ſic[Nam verum eſt]quòd vocauit &c.i.videtur nos conuocaſſe,vt &c.

Dixitque ad eum Eliſeus, Viuit Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quòd ſi non vultū Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.
C Núc autem adducite mihi pſalté. cúmque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eū manus Domini, & ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueū torrentis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dominus, Non videbitis ventum, neque pluuiam: & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra. Parúmque eſt hoc in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctóſque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum eſt igitur mane, quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom, & repleta eſt terra aquis. Vniuerſi autem Moabitæ audientes quòd 'deſcendiſſēt' tres reges vt pugnarent aduerſum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo deſuper, & ſteterunt in terminis. Primóque mane ſurgentes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarum,
D viderūt Moabitæ ecōtra aquas rubras, quaſi ſanguinem, Dixerúntque, Sanguis gladij eſt: pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nūc perge ad prædam Moab. Perrexerúntque in caſtra Iſrael: porrò conſurgens Iſrael, percuſſit Moab: at illi fugerunt coram eis. venerunt igitur qui vicerant, & percuſſerūt Moab, Et ciuitates deſtruxerunt: & omnem agrum optimum, mittétes ſinguli lapides, repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructifera ſucciderunt, ita vt muri tantum fictiles remanerent: & circundata eſt ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percuſſa. Quod cum vidiſſet rex Moab, præualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecū ſeptingentos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt. Arripiénſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtū ſuper murum: & facta eſt indignatio magna in Iſrael, ſtatímque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

Pſalte canēte, prophetat Eliſeus.

[a] aſcendiſſent

Vincuntur Moabitæ.

Rex eorū ſacrificat filiū ſuum.

Eliſeus ait, Viuit Dominus exercituum, [9]in cuius conſpectu ſto,' niſi faciem Ioſaphat regis Iehuda [10]reuererer,' non dignarer vt te vel aſpicerem: nunc verò [11]pſaltem' mihi adhibete. quúmque caneret pſaltes, [12]facta eſt ſuper eum manus Domini.' Et ait, Sic dicit Dominus, [13]Facite iuxta hunc alueum multos elices,' Quoniā ſic dicit Dominus, Non [14]videbitis' ventum vllum, neque pluuiam videbitis, nihilo tamen minus [15]alueus' iſte aquis inundabit, vt & vos bibatis, & pecora veſtra, atque [16]iumenta' veſtra. [17]Idque leue erit in oculis Domini:' dabit inſuper Moabitas in manum veſtram, [18]Ferietiſque' omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, atque vniuerſas arbores [19]electas' deijcietis, omnes fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum fertilem lapidibus [20]inutilem reddetis.' Factum autē eſt mane [21]iuxta id tempus, quo ſolebat ſacrificari ſacrificium cibarium,' vt aquæ venirent per viam Edom, [22]terráque ipſa inundaret aquis.' Cū audiſſent autem Moabitæ audientes quòd aſcendiſſent reges vt pugnarent contra eos, [23]conuocarunt omnes qui expediti erant,' & ſuprà, ſteterúntque [24]ad fines. [25]Et mane quum ſol oriretur ſuper aquas, viderunt' Moabitæ [26]è regione' aquas rubras veluti ſanguinem. Et dixerunt, Sanguis eſt [37]iſtud, [38]vaſtando vaſtati ſunt' reges, [39]mutuo ſeſe confecerunt: [40]ad prædam' nunc igitur ô Moab Quúmque [41]perueniſſent' ad caſtra Iſraelis, inſurrexerunt Iſraelitæ, & percuſſerunt Moabitas, ita vt fugerent coram eis: [42]at iſti inſequuti eos, percuſſerunt Moabitas.' Et ſubuerterunt vrbes, & in ſingulos agros fertiles ſinguli proiecerunt lapides ſuos, & impleuerunt eos, omnes fontes aquarum obſtruxerunt, & omnem arborem [43]bonam' deiecerunt, [44]dūtaxat in Kir-hareſeth reliquos fecerunt lapides eius: [45]funditores' verò circumierūt [eam.] & percuſſerunt eam. Videns autem rex Moabitarum quòd bellum [46] grauius eſſet quàm quod ipſe ſuſtinere poſſet,' tulit ſecum ſeptingētos [47]qui gladio vti poterant, [48] vt irrumperent aduerſus regē Edom,' ſed nō potuerūt. Arripiens igitur primogenitū ſuū, qui regnaturus erat pro eo, [49]ſacrificauit eū holocauſtū [50]ſuper murū,' factáque eſt magna indignatio [51]cōtra Iſraelē.' ſoluerunt ergo ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuā.

¶9.i. cui ſeruio. nam famuli ſtare ſolent coram dominis ſuis, vt eis inſeruiant. hinc ſtare in alicuius conſpectu, eſt ei famulari. ¶10 Heb. ſuſciperē. q.d. quæ faciā, agā in gratiā Ioſaphat. Gallice, N'eſtoit l'honneur de Ioſaphat, ie ne te daigneroye regarder. ¶11 vl, citharœdū. qui canat aliquas laudes Dei [illegible] animū meū excitādū, & eleuādū intētionem animi mei ad Deū. nō eni vtebantur muſica prophana, ſed ſancta. ¶12.i. afflatus fuit Spiritu Domini. Chaldæus paraphr. requieuit ſup eū prophetia. ¶13 Hebr. Facite v[illegible]em iſtam foſſas & foſſas. Tunc erat in quadā valle. Replete ſcrobibus hūc vallem: Facite in torrēte hoc crebras foſſas. Nā repetitio frequentē multitudinē intelligit & demōſtrat. ¶14.i. ſentietis. tribuit ſenſui vni quod eſt alterius. ¶15 torrēs ¶16 quæ ſcilicet vehūt ſarcinas veſtras. ¶17 vl, Hoc autē eſt res facilis corā Domino. i. Id autē facile faciet Domin[9]. ¶18 vl, Euertetis, aut, Expugnabitis ¶19 Heb. bonas. i. fructiferas. ¶20 vl, affligetis. i. obruetis. nā lapides ſunt quædā peſtes agrorū. ¶21 Hebr. quando offertur ſacrificium. vl, oblatio matutina: ad differētiam veſpertinæ. ¶22.i. locus ille replet[9] fuit aquis. ¶23 Heb. congregati ſunt [ſub. ad vocem præconis] ab omni accingēte ſe baltheo. i. ab ea ætate qua ſolet geſtare enſem. ¶24 ſub. ſuæ regionis, vt eorum exciperēt impetum. ¶25 Summo autem mane ſurrexerunt, & ſol ortus erat ſuper aquas, viderúntque &c. i. Quum iam ſol mitteret ſuos radios ſuper illas aquas. ¶36 vl, eminus ¶37 ſub. quod videmus. ¶38 digladiando digladiati ſunt. i. dimicauerunt inter ſe. ¶39 Hebr. interfecit quiſque ſociū ſuū: ei. mutuis vulneribus ſe interfecerunt. Per verbum Hebraicum deſignatur quædam cauſa digladiationis. q.d. oborta ſeditione, vel aliam ob cauſam compulſi ſunt gladios exerere, & confodere ſe mutuo. ¶40 ſub. curcite. q.d. ampliſſima præda parta eſt. ¶41 ſub. ordinib[9] nō ſeruatis, & acie nō inſtructa: feſtinātes enim venerūt. ¶42 Heb. & percuſſerunt eis [ſub. congregationem.] & ceciderūt Moabitas. Doctus inter Hebræos propter relatiuum fœmininum ſubaudit [vrbem] & [venit,] hoc modo, & ingreſſus eſt vrbē, & percuſſerunt percutiendo Moabitas. i. Ingreſſus eſt Iſrael ſingulas vrbes ad quas ſe receperāt Moabitæ præſidij cauſa, & percuſſerunt ipſos Moabitas. ¶43.i. frugiferā. ¶44 Heb. ita vt relinquerent tantum lapides eius in Kir-haraſeth. q.d. ita omnia euerterāt in ea vrbe, egregia Kir-haraſeth, vt reliquerint ſolum muros. omnia quæ erant in circuitu deſtruxerunt, ita vt ſoli muri remanerent: nondum vrbē acceperant, ſed omnia vicina perdiderāt. ¶45 Vox Hebræa K A L A I M, non ſolum ſignificat eos qui funda lapides mittunt, ſed etiam tormentis excutiunt ingentes lapides in muros. ¶46 Hebr. præualeret ſibi, ¶47 Heb. viros educentes enſem. i. magnanimos & bellicoſos. ¶48.i. vt rupta acie impetu facto pugnarent aduerſus regem Edom qui non procul erat ab vrbe. ¶49 ſub. rex Moab. Alii non ſatis rectè, de filio regis Edom intelligunt, quem in eruptione cepiſſet. ¶50 ſub. vrbis Kir-haraſeth. In honorem Dei ſui filium ſuum immolauit, confugiens ad deos ſuos viribus ſuis deſtitutus. quo viſo Iſraelitæ commoti abierunt. ¶51 Hebr. in Iſraele. i. ob tam crudele facinus vehementer indignati ſunt Iſraelitæ. q.d. miſerti ſunt eius, quòd vidiſſent eū redactum vt immolaret filium.

CAP. IIII.

MVlier quædam de vxoribus [1]filiorum[1] prophetarum clamauit ad Eliſæum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, tu verò noſti quòd ſeruus tuus metuens fuit Dei. iam verò venit creditor vt tollat duos filios meos ſibi in ſeruos. Ad quam dixit Eliſæus, Quid faciam tibi? indica mihi quid habeas domi. Quæ dixit, Ancilla tua nihil habet domi quàm [2]lecythũ[2] olei. Cui ait, Vade, & [3]poſce tibi vaſa foris, [id eſt] ab omnibus vicinis tuis, vacua [inquam] vaſa, [4]eáque[4] nõ pauca. [5]Quúmque fueris ingreſſa, claude poſt te, póſtque filios tuos ianuam, & funde [oleum] in omnia vaſa iſta: quodque fuerit repletũ, [6]ſepone.[6] Abiit itaq; mulier ab eo, & clauſit ianuam poſt ſe & poſt filios ſuos, qui [7]adhibebãt[7] ei [vaſa.] Ipſáq; infundebat. Quumque iam vaſa impleta eſſent, dixit ad filiũ ſuũ, [8]Adhibe[8] mihi adhuc [aliud] vas. Is autẽ ait ad eã, Nullũ eſt amplius vas. [9]cõſtitítque[9] oleũ. Venit hæc, & nũtiauit [8]viro Dei.[8] qui ait, Vade & vẽde oleum ipſum, & redde creditori: tu & filii tui [10]cũ eo quod ſupereſt viti ſuſtinete. ¶Cõtigit autem quodã tempore vt Eliſæus tranſiret Sunem, illic erat mulier quædã [11]inſignis,[11] quæ [12]retinuit[12] eũ vt ederet cibũ: vnde factum eſt, vt quoties tranſiret, diuerteret illò vt ederet cibum. Tum ait illa ad maritũ ſuũ, [13]En quæſo,[13] noui quòd is qui [14]ſubinde[14] apud nos præterit, vir Dei ſanctus eſt: faciamus quæſo cœnaculũ [15]paruo pariete,[15] & ponamus ei in eo lectũ, menſam, [16]ſellã[16] atque candelabrũ vt quũ ad nos venerit, illuc diuertat. ¶Factũ ergo eſt quodã die, vt veniret illuc, & diuerteret in cœnaculũ illud, dormirétque in eo. Tũ dixit [Eliſæus] ad puerũ ſuũ, Voca Sunamitidẽ illã. quúmque eam vocaſſet, ſtetit ipſa coram eo. Rurſúmque ait [17]illi ad eũ.[17] Dic ad eã, [18]Inſeruiiſti[18] nobis omni [19]ſtudio iſto ac diligentia,[19] [20]quid faciemus[20] tibi? [21]eſtne tibi negotiũ aliquod apud regẽ, aut imperatorẽ? Quæ reſpondit, [22]Ego habito in medio populi mei. Dixit ille, Quid ergo ei faciẽdũ? reſpõdit Gehaſi, [23]Profectò non habet filiũ, & maritus eius ſenex eſt. Dixit [Eliſæus,] Voca eam. & is vocauit eã, & [mulier] ſtetit ad oſtiũ. Dixítque ille, [24]Ad tẽpus hoc cõſtitutũ iuxta tẽpus animãtis, tu amplexaberis filiũ. at illa dixit, [25]Ne illudas famulæ tuæ mi domine vir Dei. Concepit ergo mulier, & peperit filium [26]ad tẽpus hoc præſtitutũ iuxta tempus animãtis quod definierat ei Eliſæus. ¶Cúmq; puer adoleuiſſet, factum eſt quodam die vt egrederetur ad patrẽ ſuum, [27]ad meſſores. Dixítq; ad patrẽ ſuũ, [28]Caput meũ, caput meũ [doleo.] & [29]ille ait ad [30]puerum quẽdã, Fer eum ad matrem ſuam. Qui cũ tuliſſet eũ, adduxiſſétque eum ad matrem ſuam, ſedit ſuper genua eius vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Illa verò [31]aſcendẽs, poſuit eum ſuper lectum viri Dei, & obſeratis [foribus] [32]circa eum, exiit. Et vocato marito ſuo, ait, Mitte quæſo mecũ aliquẽ ex pueris, [33]& aſinã: vt propere proficiſcar ad virũ Dei, & reuertar. Qui ait, Cur proficiſceris ad eum hodie, quum nec ſit [34]noua luna, nec ſabbatum? Reſpondit illa, [35]Vale. Strato aſino dixit ad puerum, Duc & [36]proficiſcere, [37]ne moram nectas mihi, quo minus vehar, niſi quũ dixero tibi. Profe-

CAP. IIII.

MVlier autem quædã de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeũ, dicẽs, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cum intrinſecus fueris tu & filii tui, & mitte inde in omnia vaſa hæc: & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clauſit oſtiũ ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebãt vaſa, & illa infundebat. Cúmque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas. & ille reſpondit, Non habeo. ſtetítque oleum. Venit autẽ illa, & indicauit homini Dei. & ille, Vade, inquit, vende oleũ, & redde creditori tuo: tu autem & filii tui viuite de reliquo. ¶Facta eſt autem quædam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam ciuitatem: erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panẽ: cúmque frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panẽ. Quæ dixit ad virũ ſuũ, Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrũ, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. ¶Facta eſt ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixítque ad Giezi puerum ſuum, Voca Sunamitidem iſtam. qui cum vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo, dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eã, Ecce, ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis; quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpondit, In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? dixítque Giezi, Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt. Præcepit itaque vt vocaret eam: quæ cũ vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eã, In tempore iſto, in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium. at illa reſpondit, Noli quæſo domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et cõcepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Eliſeus. ¶Creuit autem puer: & cum eſſet quædam dies, & egreſſus iſſet ad patrem ſuum, ad meſſores, ait patri ſuo, Caput meum doleo, caput meum doleo. at ille dixit puero, Tolle, duc eum ad matrem ſuam. Qui cum tuliſſet, & duxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Aſcendit autem, & collocauit eum ſuper lectulum hominis Dei, & clauſit oſtium: & egreſſa vocauit virũ ſuũ, & ait, Mitte mecum, obſecro, vnum de pueris, & aſinam, vt excurram vſque ad hominẽ Dei, & reuertar. Qui ait illi, Quã ob cauſam vadis ad eũ? hodie non ſunt calendæ, neque ſabbathum. Quæ reſpondit, Vadam. Strauítque aſinam, & præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. Profecta

Paupercula viduæ dat Deus oleum per Eliſeum, cuius ope æs alienum diſſoluit.

B

Mulier diues ſuſcipit hoſpitio Eliſeũ.

Eliſeus hoſpitæ ſterili impetrat à Deo filiũ pro munere.

C

¶ ei

Filio mortuo, hoſpita currit ad Eliſeum.

D

¶1 i. diſcipulorũ. ¶2 vel, lagenam ¶3 Hebraice, quaſi dicas, ne pauciſices. i. ne pauca mutuò poſce, ſed quæ paret tibi. ¶4 ſub. & iube alia apportari. ¶5 vel, admouebãt ¶6 vel, Admoue ¶7 vel, ſtare deſiit ¶8 i. Eliſeo. ¶9 debita. i. diſſolue æs alienũ quod conflarat tuus vir ¶10 Heb. viue de reliquo. ¶11 He. magna, i. prædiues & opulẽta. Chald. paraph. cauens ſibi à peccato. ¶12 Heb. vim fecit, compulit ¶13 Hebr. Ecce nũc ¶14 Heb. ſẽper ¶15 Heb. ex parietibus [quatuor] paruũ. q. d. faciamus cœnaculũ ſemotũ ab aliis ædificiis. Alii [quod parũ probatur doctis] exponunt cœnaculum ex pariete perpetuo, paruum, & itelligũt fornicẽ, nullã feneſtrã habentem. ¶16 ſedem ¶17 ſub. Eliſeus, ad eũ. i. Giezi famulũ. ¶18 Ecce ſolicita es pro nobis. i. ſeduló nobis miniſtras, magnum ſumis laborẽ vt nobis inſeruias. ¶19 iſta ſollicitudine. ¶20 q. d. [ſub. oportet] vt faciam? ¶21 Hebr. Eſtne [tibi opus] vt alio quatur [aliquis] pro te regẽ, aut ducẽ exercitus? ¶22 q. d. Inter conſãguineos meos habito, q poſſunt mihi eſſe interpretes apud regẽ ſiquid negotii habuerim propter quod ſit cõueniẽdus. ¶23 q. d. Hac opera tua nõ eſt illi opus: ſed roga Deũ vt filiũ habeat. nõ enim ſpes eſt eã poſſe habere, quòd maritus eius ſenex ſit. ¶24 Heb. In tẽpore iſto, hac ipſa hora, viuẽte. vel, viuẽte te. i. Anno proximo, mẽſibus geſtationis vteri reuolutis, hoc ipſo die [Gallice, en ceſte ſaiſon] vel cõſimili, quãdo tu eris ſana & icolumis, aut, eris viuẽs [& ſana,] & ãplexaberis &c. Oratio cõciſa. ¶25 vel, Ne fallas ãcillã tuã ¶26 eo tẽpore, ea ipſa hora, vita comite, qua dixerat ¶27 ſub. qui ierat vt inuiſeret meſſores. ¶28 q. d. Vehementer doleo ob radios ſolis. ¶29 ſub. pater. ¶30 vel, miniſtrum. qui fortaſſe erat illi comes. ¶31 ſub. in cœnaculũ. ¶32 ſuper eũ. i. eo incluſo. ¶33 He. & vnã aſinarũ, vt curram ¶34 His dieb. ſolebãt cõuenire, aut cõſulere prophetas. ¶35 He. Pax. q. d. Rectè quidẽ ſe habẽt omnia: boni cauſa illũ adire cupio. ¶36 vel, præcede, ¶37 Heb. ne remoreris mihi vt aſcendam. i. ne remoreris in meam gratiã illam aſinam vt aſcendam ſuper eam. Ducebat aſinam Eliſei cauſa, non vt ipſa veheretur.

Profecta eſt igitur, & venit ad virũ Dei in mõtẽ Carmeli: cũmque vidiſſet eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum ei⁹, & dic ei, Rectène agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? quæ reſpondit, Recte. Cúmque veniſſet ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: & acceſſit Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei, Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nunquid petiui filium à domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiã, nõ reſpõdeas illi: & pones baculũ meũ ſuper faciẽ pueri. Porrò mater pueri ait, Viuit Domin⁹, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & ſecutus eſt eã. Giezi autẽ præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri: & nõ erat vox, neque ſenſus: reuerſúſque eſt in occurſum eius, & nunciauit ei, dicens, Non ſurrexit puer.

*Giezi cũ baculo ſuo mittit Eliſeus ad ſuſcitandum puerum.*

*Neminẽ per viam ſalutare. Luc. 10.*

¶ Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingreſſúſq; clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad Dominũ. Et aſcẽdit, & incubuit ſup puerũ: poſuitque os ſuũ ſup os ei⁹, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulabat in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuitque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum. qui ait, Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram, tulitque filium ſuũ, & egreſſa eſt. & Eliſeus reuerſ⁹ eſt in Galgala.

*Oratione Eliſeus ſuſcitat filium hoſpitæ.*

¶ Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo. dixitque vni de pueris ſuis, Pone ollam grandem, & coque pulmẽtum filijs prophetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrum vt colligeret herbas agreſtes: inuenitque quaſi vitẽ ſylueſtrẽ, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium ſuum, & reuerſus concidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet. Infuderunt ergo ſocijs, vt comederent: cúmque guſtaſſent de coctione, clamauerunt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille, Afferte, inquit, farinam. cũmque tuliſſent, miſit in ollam, & ait, Infunde turbæ, vt comedãt. & nõ fuit amplius quicquã amaritudinis in olla.

*Eliſeus amarũ pulmentũ dulce reddit.*

¶ Vir autem quidam venit de Baal-ſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera ſua. at ille dixit, Da populo, vt comedat. Reſponditque ei miniſter eius, Quantum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? rurſum ille ait, Da populo, vt comedat. hæc enim dicit Dominus, Comedent, & ſupererit. poſuit itaque coram eis: qui comederunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini.

*¶ & miſit*

*Paucis panibus plurimi hic ſaturant precibus Eliſei.*

CAP. V.

NAaman[a] princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominũ ſuũ, & honorat⁹

*¶ autem Naaman Syrus per Eliſeum curatur à lepra, ad gloriã Dei Iſraelis.*

Profecta itaq; venit ad virũ Dei in mõtẽ Charmelum. quũmque vir Dei eã vidiſſet procul, dixit ad Gehaſi puerũ ſuum, En [38]Sunamitis iſta, Curre quæſo ei obuiã, & dic ad eã, [39]Valéſne tu? valétne maritus tuus? valétne puer? quæ reſpõdit, [40]Valent recte. Venit [41]autem ad virum Dei in mõtem, & apprehendit pedes eius. acceſſitque Gehaſi vt eam depelleret. & dixit vir Dei, Sine eã, quādoquidẽ mœſto eſt animo, [42]quod Dominus me celauit, neque reuelauit mihi. At illa dixit, Poſtulauíne ergo filium à domino meo? annon dicebam, Ne fallas me? Et dixit (Eliſæus) ad Gehaſi, [43]Accinge lũbos tuos, & tolle baculũ meum in manũ tuam, & [44]vade. quòd ſi quiſpiam obuius tibi fact⁹ fuerit, [45]ne eum ſalute impertias: ſi quiſpiam te ſalutauerit, [46]ne reſpondeas ei, & pone [47]baculum meũ ſuper faciem pueri. Tũ dixit mater pueri, Viuit Dominus, & viuit anima tua, ſi dimiſero te. Surgens ergo ſequutus eſt eũ. Porrò Gehaſi præceſſerat eos, & poſuerat baculũ ſuper faciem pueri, ſed nec vox erat, nec [48]ſenſus: reuerſus eſt ergo ei obuiam, indicauitq; ei, dicens, Puer [49]non euigilauit. Quũmque Eliſæus veniſſet in domũ, ecce puer dormiẽtis in morem iacebat mortuus ſuper lectum eius. ¶ Ingreſſus ergo clauſit oſtiũ [50]poſt vtrúque, & precatus eſt Dominum. Et aſcendens iacuit ſuper puerũ, ponens os ſuũ ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, manúſque ſuas ſuper manus eius: [51]quúmq; ſic proſtratus incumberet ei, calefacta eſt caro pueri. Et [53]rediens deambulabat in domo, iam huc, iam illuc: deinde aſcendit, & rurſus incubuit ei. tum puer ſternutauit ſepties, aperuitque oculos ſuos. (Eliſæus) autẽ vocato Gehaſi ait, Voca Sunamitidẽ hãc. vocauit igitur eã. quæ quũ ingreſſa eſſet ad eũ, dixit (ille) ad eã, Tolle filiũ tuũ. Ingreſſa itaq; procidit ad pedes ei⁹ [54]incuruata terram verſus. tollénſq; filium ſuum, egreſſa eſt. ¶ Eliſæus autẽ reuerſus eſt in Gilgal, fuitque fames in terra. & [55]filij prophetarum [56]verſabantur apud eũ. Tũ dixit ad puerum ſuũ, [57]Appone ollam magnã, & coque [58]pultem [59]filijs prophetarum. Egreſſus ergo vnus in agrũ vt colligeret [60]herbas virides, inueniénſq; [61]fruticem agreſtem, collegit ab ea [62]colocynthidas agreſtes, [63]impleuitq; veſtẽ ſuã. & rediẽs incidit in ollam [64]pultem, [65]neq; enim compertum habebat. Et [66]effudit viris vt comederent: quũmque de coctione illa ederent, clamabant dicẽtes, [67]Mors eſt in olla ô vir Dei: nec potuerũt comedere. At ille ait, Afferte farinã. quam inſperſit in ollã. & ait, Effunde populo vt comedãt: tũ nihil mali ãplius fuit in olla. ¶ Porrò vir quidã veniebat de Baal-ſaliſa, ferens ad virũ Dei panes primitiarũ, nẽpe viginti panes hordeaceos, & [68]frumentũ recens in folliculis ſuis, dixitque, Da populo vt comedat. Et reſpõdit miniſter eius, Quid verò dabo iſtud centũ viris? rurſum ait ille, Da populo vt comedat: nã ſic ait Domin⁹, Comedẽt, & ſupererit. poſuit itaq; ãte eos. & illi comedẽtes, [69]reliquũ fecerunt [70]iuxta verbũ Domini.

CAP. V.

NAaman imperator exercit⁹ regis Syriæ fuit vir [1]clarus ac ſpectatiſſimus in cõſpectu do-

¶38 q.d. iſta quæ ſolet nos hoſpitio excipere. ¶39 Heb. Pacne eſt tibi &c. ¶40 Heb. Pax eſt. i. Omnia recte habent. ¶41 ergo. vel, inquam ¶41 & Domin⁹ ¶43 q.d. Cinge te, ſuccinge veſtẽ itineris cauſa. ¶44 ſub. in Sunem.

¶45 Heb. ne benedic illi: & ſi benedixerit tibi quiſpiã, &c. q.d. hoc vnũ age, vt eas recta ad puerum. Vide idẽ Luc. 10. de non reſalutando in via. ¶46 i. ne reſalutes eum. ¶47 Iuſſit Eliſeus vt Giezi acciperet ſcipionem: vt ſi forte ſanitati reſtitueretur puer, hac via meritum nõ tribueretur Giezi, ſed Deo. Eãdem ob rem iuſſit Eliſeus vt Nahaman ſe ablueret in Iordane. ¶48 attentio. q.d. neque loquebatur puer, neque videbatur audire quæ dicebantur.

¶49 vel, non eſt excitatus. ¶50 ſuper ambos. i. ſuper ſe & ſuper eum puerum. ¶51 vel, inhians puero. ¶52 & extẽdit ſeſe ſuper illum, & calefacta eſt caro pueri. ſub. calore prophetæ.

¶53 auerſus. ſub. à puero. i. viciſſim & per interualla relicto puero inambulabat huc & illuc, cogitabũdus: poſtea extendebat ſe ſuper puerũ. ¶54 vel, incuruata in terram vſque. ante illum ſcilicet Eliſæũ. ¶55 i. diſcipuli. ¶56 Heb. ſedebant coram eo. vt ſcilicet aliquid diſcerent ab eo. nam illum colebant tanquam ſummum prophetam. ¶57 vel, Diſpone. aut, Præpara ¶58 vel, pulmentum ¶59 i. diſcipulis, ijs qui mihi ſemper adſiſtunt, & me tam ſedulò colũt. ¶60 Quidam exiſtimant vocem Hebræam ſignificare erucam, ab O R A. i. lumen, quòd conferat claritati oculorum, vt ſcribit Plinius lib. 20. cap. 13. ¶61 vitem &c. i. herbam ſimilem viti agreſti. ¶62 vel, cucurbitas. ¶63 Heb. plenitudinem veſtis. ¶64 pulmenti. i. conciſas colocynthidas iniecit in ollam. ¶65 i. neſciebat colocynthidas eſſe ſaporis amari. ¶66 ſub. in vaſa, ſiue ſcutellas. ¶67 q.d. Aliquis coniecit venenum in ollam. exiſtimabant ſubeſſe venenum, ob amaritudinem. ¶68 ſpicas triticeas cum folliculis &c. nondum grana erant excuſſa ex folijs. ¶69 reliquerunt. ſub. aliquid. ¶70 i. quemadmodum Dominus reuelarat prophetæ. V. ¶1 Heb. magnus

mini ſui: nam Dominus dederat ſalutem Syriæ per eū, fuitque vir [2]ſtrenuus, ſed leproſus. Egreſſi autem erant Syri [3]graſſatores, & captiuam duxerant de terra Iſrael paruam quandam puellam, [4]quæ miniſtrabat vxori ipſi[us] Naaman. Hæc dicebat ad dominam ſuam, [5]Vtinam herus meus eſſet apud prophetam qui eſt in Samaria, [6]tum enim ſanaret eum à lepra ſua. Et ingreſſus expoſuit [hæc] domino ſuo, dicens, Sic & ſic loquuta eſt puella quæ eſt ex terra Iſrael. Tum dixit rex Syriæ, [7]Vade & ingredere, mittamque literas ad regem Iſraelis. Is autem profectus accepit in manum ſuam decem argenti talēta, & auri ſex millia, decem inſuper veſtes [8]mutatorias. Tulitque literas ad regem Iſraelis in hanc ſententiā, [9]Quū peruenerint literæ iſtæ ad te, en ego miſi ad te Naaman ſeruum meum, vt [10]cures eum à lepra ſua. Contigit autem vt rex Iſrael perlecta epiſtola, ſciderit veſtimenta ſua, dixeritque, Egóne Deus ſum, vt interficiam, & rurſus vitæ reſtituā? [11]Is mittit ad me, vt curē hominem à lepra ſua? enimuero aduertite quæſo & videte, [12]quam anſam captet contra me. Quū verò Eliſæus vir Dei audiſſet quòd rex Iſrael [13]conſcidiſſet veſtē ſuā, miſit ad regem huiuſmodi verbis, [14]Quare conſcidiſti veſtes tuas? veniat igitur ad me, experietur certe prophetam eſſe in Iſraele. Venit itaque Naaman cum equitatu ſuo, & curru ſuo, & conſtitit ad fores domus Eliſæi. Miſitque Eliſæus nuntium ad eum hiſce mādatis, Vade, & laua ſepties in Iordane, & [15]reſtituetur tibi caro tua, Adeóque munda erit. Naamā indignatione commotus, abijt & dixit, En, cogitaram apud me, Omnino exibit, & ſtans inuocabit nomen Domini Dei ſui, [16]motabitque manum ſuam ad locum, & curabit lepram. Annon præſtant Abana & Parpar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſraelis? [17]annon ſi lauero in eis, mundus ero? [18]verſus itaque abijt indignabundus. ¶Accedentes autem ſerui eius, loquuti ſunt ad eum, & dixerunt, [19]Mi pater, ſi propheta [20]magnam rem tibi mandaſſet, annon feceres? quanto magis quum dixit ad te, Laua, & mundus eris? Deſcendit igitur, & [21]tinxit [ſe] ſepties in Iordane iuxta verbum viri Dei, [22]mutatáque eſt caro eius ſicut caro pueri parui, & mundatus eſt. Rediens igitur ad virum Dei ipſe & omnis comitatus eius, ſtetit ante eum, & dixit, [23]En obſecro, noui quòd non ſit Deus in vniuerſa terra, niſi in Iſraele: cape quæſo munus à ſeruo tuo. Ille autem dixit, Viuit Dominus, ante quem ſto, ſi accepero. Cúmque is [24]flagitaſſet, renuit ille. Tum dixit Naaman, [25]Annon dari poterit ſeruo tuo de humo hac onus, quātum par mulorum [26]ferre? ſiquidem ſeruus tuus poſthac non ſacrificabit holocauſtum aut ſacrificium dijs alijs, ſed ſoli Domino. [27]Hac in re propitius ſit Dominus ſeruo tuo, Quum ingreſſus fuerit dominus meus phanum Rimmon, ibique adoraturus, innixus fuerit ſuper manum meam, ſi & ego [28]procidero in phano Rimmon: [29]ſi inquam & me procidere contigerit in phano Rimmon, hac in re [30]propitius ſit Dominus ſeruo tuo.

per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ: erat autem vir fortis & diues, ſed leproſus. Porrò de Syria egreſſi fuerant latrunculi, & captiuā duxerant de Terra-Iſrael puellam paruulā, quæ erat in obſequio vxoris Naaman. Quæ ait ad dominam ſuam, Vtinam fuiſſet dominus meus ad prophetam qui eſt in Samaria: profectò curaſſet eum à lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaque Naaman ad dominum ſuum, & nuntiauit ei, dicens, Sic & ſic locuta eſt puella de Terra-Iſrael. Dixitque ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regē Iſrael. Qui cum profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mutatoria veſtimētorum: Detulit literas ad regem Iſrael, in hæc verba, Cum acceperis epiſtolam hanc, ſcito quòd miſerim ad te Naaman ſeruum meum, vt cures eum à lepra ſua. Cúmque legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Nūquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare, quia iſte miſit ad me, vt curem hominē à lepra ſua? animaduertite, & videte quòd occaſiones quærat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſeus vir Dei, ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua, miſit ad eum, dicens, Quare ſcidiſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe prophetam in Iſrael. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei. Miſitque ad eum Eliſeus nuntium, dicens, Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & munder? ¶Cum ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans, acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & locuti ſunt ei, Pater, ſi rem grandē dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nūc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt. Reuerſúſque ad virum Dei cū vniuerſo comitatu ſuo, venit, & ſtetit coram eo, & ait, Verè ſcio quòd non ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. obſecro itaque vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. At ille reſpondit, Viuit Dominus ante quem ſto, quia non accipiam. Cúmque vim faceret, penitus non acquieuit. Dixitque Naaman, Vt vis: ſed, obſecro, concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorū burdonum de terra: non enim faciet vlterà ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam dijs alienis, niſi Domino. Hoc autem ſolum eſt de quo depreceris Dominum pro ſeruo tuo, Quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmō, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Domin[us] ſeruo tuo pro hac re.

Captiua in gloria Dei.

B

C

D Lauatur Naaman in Iordane, & ſanatur. Luc. 4. e.

Confitetur Deū Iſrael, & adorat.

E Eliſeus nō accipit munera, ne videatur donū vēdere.

¶1 potens robore. i. bellicoſus. ¶3 Heb. exercitus. i. cum aliquot turmis militum. ¶4 Heb. quæ erat coram vxore &c. i. quæ poſtea miniſtrauit vxori &c. ¶5 Hebr. Orationes domini mei ſint corā propheta &c. i. Si dominus meus rogarit prophetam Samariæ: ſanabit eum. Chaldæus paraphr. Fœlix eſſet dominus meus ſi ſtaret coram propheta. i. ſi iret ad prophetam qui eſt &c. ¶6 tum ſanabit ¶ ſub. Naamā ¶7 i. vade. ¶8 vſ. ad mutandum. i. quibus vteretur propheta quum veſtem quotidianā mutare vellet. Veſtes elegātiores & pretioſiores intelligit, quibus vtimur in publico & diebus ſolennibus. ¶9 Hebr. Nunc ergo cum venerint ad te literæ iſtæ, ſane miſi &c. q.d. Vbi receperis has literas, cura ſanandum hunc ſeruum meum Naamā. nā &c. ¶10 Alij, remoueas, vel eripias eum à lepra ſua. Alij, vt recolligas eū. i. reuoces eum in cōgregationem ſanorum à lepra. nam leproſi extra commercium cæterorum degebant. ¶11 quòd iſte mittit ¶12 quòd occaſionem quærat ¶13 audita ſcilicet blaſphemia Syri. ¶14 q.d. Non debueras ſcindere veſtimenta: neſciebas Deum ſolere ſuſcitare mortuos ad preces hominum, præſertim fidelium? ¶15 vſ. reuertetur ¶16 eleuánſque manum ſuam tanget locum affectum, ¶17 admiratiue. q.d. certe non puto. ¶18 vſ. Et quum ſe vertiſſet. ¶19 i. Magiſter mi. Chaldæus paraphraſt. Domine mi. ¶20 i. arduam. ¶21 vſ. lauit. aut merſit ¶22 vſ. reuerſaque eſt ¶23 vſ. Nunc demum ſcio quòd ¶24 Heb. vim faceret vt caperet. ¶25 Hebr. Et non: detur quæſo ſeruo &c. i. quantuis recuſes munus meum, detur tamen quæſo &c. ¶26 ferre poteſt ¶27 vſ. Pro hac re parcat &c. ita Chaldæus paraphr. q.d. Fac precib[us] tuis vt condonet mihi Dominus incuruationem illam quā cogor ex officio præſtare regi oranti in templo Remmon. Soleo enim illi tremulo & imbecilli eſſe vice ſcipionis, quum incedit, ſtat, aut ſedet. ¶28 vſ. incuruauero me. vt ſcilicet accommodem me domino meo inclinanti ſeſe. ¶29 Heb. in adoratione mea. i. & ego quoque incuruauero me. ¶30 vſ. condonet. i. condonet Dominus ſeruo tuo hāc adorationem. ſum enim regi vice ſcipionis. Exiſtimant doctiores Naaman abſtinuiſſe à commercio regis per id tempus quo lepra laborauit.

¶ terræ
Giezi mē- F
dacijs mune-
ra accipit,
quæ renuerat
domin⁹ eius
à gloriā Dei.

Qui dixit ei, Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tempore. Dixitq; Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quē cum vidiſſet ille currētem ad ſe, deſilijt de curru in occurſum ei⁹, & ait, Rectēne ſunt omnia? Et ille ait, Rectè. dominus meus miſit me ad te, dicens, Modo venerunt ad me duo adoleſcentes de mōte Ephraim, ex filijs prophetarum: da eis talentū argēti, & veſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman, Melius eſt vt accipias duo talenta. & coegit eum, ligauitq; duo talenta argēti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus
G pueris ſuis, qui & portauerunt coram eo. Cúmq; veniſſet iam veſperi, tulit de manu eorum, & repoſuit in domo, dimiſitque viros, & abierunt. Ipſe autem ingreſſus, ſtetit coram domino ſuo. & dixit Eliſeus, Vnde venis Giezi? Qui reſpōdit, Non iuit ſeruus tuus quōquā. At ille ait, Nonne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur

Giezi cū libe
ris ſuis lepra
percutitur.
¶ leproſus
quaſi nix.

accepiſti argentū, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & ſeruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo, vſque in ſempiternum. & egreſſus eſt ab eo quaſi nix leproſus.

C A P. V I.

Eliſeus ferrū
ſecuris nata
re facit, virtu
te verbi Dei.
¶ tollamus

Dixerunt autem filij prophetarum ad Eliſeū, Ecce, locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus vſque ad Iordané, & tollant ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. qui dixit, Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum ſeruis tuis. Reſpondit, Ego veniam. Et abijt cum eis. cúmque veniſſent ad Iordanem, cædebant ligna. Accidit autem, vt cum vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam: exclamauitque ille, & ait, Heu heu heu domine mi,

¶ Ehеu

& hoc ipſum mutuò acceperam. Dixit autem ho
B mo Dei, Vbi cecidit? at ille monſtrauit ei locum. præcidit ergo lignum, & miſit illuc: natauitque ferrum. Et ait, Tolle. Qui extendit manum,

Syri moliunt
inſidias ad-
uerſus Iſrae-
lē: quod indi
cat Deus re-
gi Iſrael per
prophetam.

& tulit illud. ¶ Rex autem Syriæ pugnabat contra Iſrael, conſiliúmq; iniit cum ſeruis ſuis, dicens, In loco illo & illo ponamus inſidias. Miſit itaque vir Dei ad regem Iſrael, dicens, Caue ne tranſeas in locum illum: quia ibi Syri in inſidijs ſunt. Miſit itaq; rex Iſrael ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel neq; bis. Cōturbatúmq; eſt cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei ſit apud regē Iſrael? Dixitque vnus ſeruorū eius,

Ad quē ille ait, [31]Vade in pace. Quúmque profectus eſſet ab eo [32]iugerū aruī, dixit Gehaſi famulus Eliſæi viri Dei [ intra ſe, ] En [33]dominus meus pepercit [rebus] huius Syri Naaman, quo minus acciperet de manu eius quæ attulerat, viuit Dominus, ſi non cucurrero poſt ipſum, & accepero aliquid ab eo. Sequutus eſt ergo Gehaſi ipſum Naaman: quem Naaman videns poſt ſe currentem, ſtatim deſilijt de quadriga, [34]occurrēs ei, & dicens, [35]Rectēne [omnia?] Reſpondit ille, Rectè. en dominus meus miſit me, dicens, En venerūt modo ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim, qui ſunt ex [36]filijs prophetarū, da quæſo eis talentum argēti, & duas [37]veſtes mutatorias. Et ait Naaman, [38]Bono ſis animo, cape duo talēta. [39]coegitque eum, [40]vt ligaret duo talenta argenti in duos ſacculos, ſimúlque duas veſtes mutatorias, & [41]impoſuit [illa] duobus pueris ſuis, vt portarent ante [42]ipſum. Veniens autē [43]in locum quendam ſecretū, acceptis his de manu ipſorū, [44]repoſuit in domo, [45]& viros amandauit vt abirēt. Porrò ipſe ingreſſus ſtetit corā domino ſuo: dixitque ad eum Eliſæus, Gehaſi vnde? qui ait, Nuſquā abijt ſeruus tuus. Ille verò dixit ad eū, [46]An non cor meum iuit, quum reuerſus eſt homo de curru ſuo tibi obuiam? [47]Num tempus eſt [48]corradendi argentum, & accipiendi veſtes, olineta, vineas, oues & boues, ſeruos & ancillas? [49]Adhærebit igitur lepra ipſius Naaman tibi & ſemini tuo ſemper. & egreſſus eſt à conſpectu eius [50]leproſus ſicut nix.

C A P. V I.

Dixerunt autē [1]filij prophetarū ad Eliſæum, Ecce, locus in quo tecū habitamus, anguſtior eſt quam vt nos capiat. Liceat ergo nobis quæſo vt eamus ad Iordanē, & tollamus inde ſinguli trabē vnam, faciamúſq; nobis locū in quo habitemus. & reſpōdit, Ite. Dixit autē vnus, [2]Adijce animū quæſo vt eas cū ſeruis tuis. & reſpondit, Ego ibo. Et profectus eſt cum eis: qui venientes ad Iordanē, ſecuerunt [3]ligna. Contigit autē quum vnus [ex ipſis] [4]arborem deijceret, vt ſecuris caderet in aquam, clamarétq; & diceret, Heu mi domine, [6]hæc [ſecuris] mutuo accepta eſt. Vir Dei ait, Quò cecidit? is oſtendit ei locum. qui [7]præcidens lignum, [8]proiecit illuc, & natauit [9]ſecuris. Dixit ergo, Tolle. qui extenſa manu ſua, extraxit eam. ¶ Rex Syriæ geſſit bellū contra Iſraelē, & inito conſilio cum ſeruis ſuis, dixit, [10]Alicubi ad certum locum caſtra mea erūt. Miſit ergo vir Dei ad regem Iſraelis, & dixit, Caue tranſeas hūc locum: nam Syri [11]illic demiſſi [ latitant. ] Tum [12]miſit rex Iſraelis ad eū locū de quo dixerat vir Dei, [13]& diſpoſitis cuſtodijs, obſeruari eum iuſſit, idque ſæpius. Turbatū igitur eſt cor regis Syriæ [14]huius rei gratia: vocatiſq; ſeruis ſuis, dixit ad eos, [15]An igitur mihi nō indicaretis quis ex nobis regis Iſraelis [ſit?] Tū dixit vnus ex ſeruis eius,

¶31 q.d. Domine mi cōuiua bis ei, bi id: quādoquidē nō id ſtudio idololatriæ feciſti. ¶32 vnū miliare, ¶33 prohibuit heřus me⁹ N. aman Syrū hūc vt acciperet de manu ei⁹ quæ attulerat. q.d. noluit dominus meus quē quam accipere è muneribus quæ attulit Naaman. ¶34 vt occurreret illi, ¶35 Heb. Annō pax? Et dixit, Pax. ¶36 i. diſcipulis. ¶37 mutatorias veſtes, quibus vtimur in publico, quas mutamus & deponimus quū domum venimus, ad differentiā earum quibus domi vtimur, mutatorias dicit. ¶2 Heb. Velis [&] cape. i. Rogo te vt capias. Rē mihi gratā feceris, ſi acceperis &c. Gallice, Voſtre plaiſir ſoit de prēdre &c. ¶39 i. precibus eum adegit vt duo talēta acciperet. ¶40 & ligauit. conſtrinxit ¶41 ſub. Naamā ¶42 ſub. Giezi. ¶43 in munitionē. vſ, arcē, i. ad locū editū vnde ipſe videri nō poſſet,

ait Chaldæus paraph. ¶44 i. tradidit ſeruāda in quadā domo. ¶45 dimiſerat autē homines illos, & abierat. ſub. antequā deponeret. ¶46 q.d. Mentiris: nā nū tūc aderā ſpiritu, quū &c. ¶47 q.d. non. ¶48 accipiēdi. ſub. ab iſto. q.d. Nō debueras ab iſto q nō eſt Iudæus, accipere quicquā, quo tibi emeres oliueta, vineas, &c. ¶49 i. Laborabis lepra incurabili. ¶50 i. præ lepra cādidus vt nix. V I. ¶1 i. diſcipuli Eliſei & reliquorū prophetarū. Dicūt Hebræi ſtudioſos prophetarū homines familiarius verſatos fuiſſe cū Eliſeo abiecto Giezi, quàm antea: q Giezi ſectatoribus prophetæ eſſet acerbiſſimus. ¶2 Heb. Velis nūc & veni. i. Rogamus te vt venias &c. ¶3 vſ, ligna. ¶4 trabē ¶5 i. ferrū bipennis. ¶6 Apoſiopeſis. q.d. perijt ferrum ſecuris quam mutuo acceperā. ¶7 Dolauit manubriū alterū ex ligno ſicco, nō ex viridi. ¶8 ſub. manubrium illud alterū. ¶9 i. ferrū ſecuris. Duo miracula: alterum quòd ſecta manubrium incidit in foramen ferri: alterū verò fuit quòd manubriū fecit natare ferrum. ¶10 Heb. In loco peloni & almoni caſtra erūt. i. In loco illo & illo. Dicūt Hebræi quū nomē propriū loci alicuius aut perſonæ nō ſuccurrit, aut quū illud exprimere nolūt, licet ſuccurrat, apponūt hæc verba Peloni & almoni. Galli dicunt, Tel & tel. Sunt enim ſingularis numeri. Non eſt dubium quin rex Syriæ expreſſerit nomen propriū loci, in quo caſtrametaturus erat: ſed nomen loci illius non ſuccurrebat hiſtoriographo quum hæc ſcripſit. Conſtituerat rex Syriæ ponere aliquos in inſidijs. ¶11 illuc deſcenderunt. i. illic caſtrametati ſunt. ¶12 ſub. exploratores. i. rex fecit periculum an propheta Dei vera diceret. ¶13 Heb. & admonuerat eum: & cauit [ne iret] illuc, non ſemel, neque duabus vicibus. ¶14 quum ſcilicet reſciſſet ſua conſilia prodita eſſe regi Iſraeli. ¶15 Annon indicabitis mihi

¶16 ſub. ab exploratoribus quum reuerſi eſſent.
¶ i exercitus qui cõſtabat equitib. & curribus falcatis.
¶ vſ. Aha
¶ ſub angelos qui nobis ſunt auxilio.
¶ vt ſcilicet eum interrogaret. Videtur tũc Eliſeum fuiſſe egreſſum vrbe.
¶ vſ. cæcitate. aut hebetudine oculorum.
¶ nẽpe poſtquam rogatus fuerat ab eis.
¶ i. deprehenderunt ſe eſſe inter medios hoſtes.
¶ i. magiſter vel domine.
¶ Heb. nunquid quos cepiſti captiuos gladio tuo & arcu tuo, interficere ſoles? q. d. ſi hos percute es, nõ percute es homines victos tua opa, ſed opera Dei.
¶ ſub. propheta.
¶ copiæ [vel, exercitus] Syrorum. i. deſierũtque ea tẽpeſtate inuadere terram Iſraeliti. d. Vox [vltra] non excludit totum tempus futurum, ſed hoc dicit, quãdiu rex ille vixit. Syri non inuaſerunt terram ſanctam.
¶ Exiſtimant doctores Ben-adad fuiſſe nomen commune regum Syriæ, vt Pharao

Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſæus propheta qui eſt in Iſraele, is indicat regi Iſrael. eico verba quæ tu loqueris in penetrali cubiculi tui. Qui ait, Ite & videte vbinam ſit, vt mittã & tollã eum. Indicatum eſt ergo ei his verbis, En eſt in Dothan. Miſit igitur illuc equos & currus, & exercitum grauem, qui nocte venientes circũſederunt ciuitatem. Conſurgens autem mane miniſter viri Dei vt egrederetur, en exercitus circunſedebat ciuitatẽ cum equis & curribus. tum dixit puer ei ad eũ, Heu domine mi, quid faciemus? Qui reſpondit, Ne metuas: nam eorum qui nobiſcum, plures ſunt quàm eorum qui cum illis. Orauitque Eliſæus, & ait, Aperi quæſo Domine oculos eius vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, viditque, & ecce mons plenus erat equis & curribus igneis circum Eliſæum. Cũmque illi deſcenderẽt ad eum, orauit Eliſæus ad Dominum, & dixit, Feri quæſo gentẽ iſtam cæcutientia. & ferijt eos cæcutientia iuxta verbũ Eliſæi. Dixit ergo ad eos Eliſæus, Hæc non eſt via, neque hæc vrbs eſt, ſequimini me, ducámq; vos ad virum quem quæritis. duxit autem eos in Samariam. Factúmq; eſt quum veniſſent in Samariã, vt diceret Eliſæus, Domine aperi oculos iſtorum vt videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, viderúntque, & ecce erant in medio Samariæ. Dixit autem rex Iſrael ad Eliſæum quũ eos vidiſſet, Annõ trucidando trucidabo pater mi? Reſpõdit, Ne trucides, quos verò tu gladio tuo & arcu tuo ceperis, hos trucida: quin appone eis panem & aquam, vt comedãt & bibant, abeántque ad dominum ſuũ. Apparauit itaque eis ſplẽdidum apparatum: quũmque comediſſent & bibiſſent, dimiſit eos. illi verò abierunt ad dominum ſuum: nec vltra venerunt graſſatores Syri in terram Iſraeliticam. ¶ Poſt hæc cõtigit, vt Ben-adad rex Syriæ cõgregato vniuerſo exercitu ſuo, aſcenderet, oppugnarétque Samariam. Fuit verò fames magna in Samaria, (& ecce illi obſederunt eam) donec caput aſini veniret octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſterquilinij columbini quinq; argenteis. Quũmque rex Iſrael tranſiret ad murum, clamauit mulier quædam ad eum, & dixit, Fer opem domine mi rex. Qui ait, Quandoquidem Dominus tibi non fert opem, vnde ego tibi ferrem opem? de horreóne, an de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi [vis]? reſpondit, Iſta mulier dixit ad me, Da filium tuum vt comedamus eum hodie, filium autem meum cras comedemus: coximus igitur filium meum, & comedimus eum. poſtero die dixi ad eam, Da filium tuum vt comedamus eum. illa verò abſcondit filium ſuum. Quum ergo rex audiſſet verba mulieris illius, ſcidit veſtimenta ſua, (tranſibátque per murũ. vidente hoc populo: porrò penitius ſuper carnẽ ſuã ſaccũ habebat.) Dixitq;, Sic faciat mihi Deus, ſicq; addat, ſi caput Eliſæi filij Saphat ſteterit hodie ſuper eo (Porrò Eliſæ ſedebat domi ſuę, ſedebántque cum eo ſeniores.) & præmiſit [rex] quendam ante ſe: qui nuntius antequã veniret ad eum, dixit [Eliſæus] ad ſeniores, Annõ vidiſtis quòd

Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba quæcunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitque eis, Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiam eum. annuntiauerunt ei, dicentes, Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem. Conſurgens autem diluculo miniſter viri Dei, egreſſus eſt, viditque exercitũ in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitque ei, dicens, Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille reſpondit, Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quam cum illis. Cúmq; oraſſet Eliſeus, ait, Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit. & ecce mons plenus equorum, & curruũ igneorum, in circuitu Eliſei. Hoſtes verò deſcenderunt ad eum: porrò Eliſeus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obſecro, gentem hãc cæcitate. percuſſitque eos Dominus, ne viderẽt, iuxta verbum Eliſei. Dixit autẽ ad eos Eliſeus, Non eſt hæc via, neque iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtendã vobis virum quem quæritis. duxit ergo eos in Samariã: Cúmque ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſeus, Domine aperi oculos iſtorum, vt videant. aperuitque Dominus oculos eorũ, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ. Dixitq; rex Iſrael ad Eliſeum, cum vidiſſet eos, Nunquid percutiã eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: ſed pone panẽ, & aquam corã eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominũ ſuũ. Appoſitáque eſt eis ciborum magna præparatio. & comederunt & biberũt, & dimiſit eos, abierúntque ad dominũ ſuum: & vltrà non venerunt latrones Syriæ in Terrã-Iſrael. ¶ Factum eſt autẽ poſt hæc, congregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuerſum exercitum ſuũ, & aſcendit, & obſidebat Samariã. Factáque eſt fames magna in Samaria: & tãdiu obſeſſa eſt, donec venũdaretur caput aſini octoginta argẽteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarũ, quinque argenteis. Cúmque rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens, Salua me domine mi rex. Qui ait, Non te ſaluet Dominus: vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? quæ reſpondit, Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. coximus ergo filium meum, & comedimus. dixique ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eum. quæ abſcondit filium ſuum. Quod cum audiſſet rex, ſcidit veſtimenta ſua, & tranſibat per murum: viditque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus. Et ait rex, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. Eliſeus autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cũ eo. præmiſit itaque virum: & antequam veniret nuncius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quòd

C
¶ annũtiauerũntque Miſit rex Syriæ qui caperent Eliſeum.
¶ Eheu
Eliſeus fidẽs Deo nihil timet.
D Protegit Eliſe a Deo.
Syri percuſſi cęcitate, introducũt in mediã Samariã.
E Rex Iſrael Syros hoſtes ſuos cõuiuio excipit autore Eliſeo.
Syri obſident Samariam.
Fames ingẽs. Caput aſini. Stercus colũbinum.
F
Mulier coquit filium.
G Iorã minatur mortẽ Eliſeo.

nomen eſt cõmune regũ Ægypti: aut certe multi eo nomine fuerunt. ¶ q. d. Propter obſidionem orta eſt fames magna in Samaria. ¶ obſidebant ¶ vſ, ita vt caput &c. ¶ ſub. nũmis. ¶ cabus eſt ſexta pars ſati, quæ eſt tertia pars ephi. ¶14 ſtercoris colũbarũ. Quidã Hebræorũ exiſtimat eos ſtercore columbino vſos eſſe vice ligni ad ignẽ fouendũ. ¶ per mœnia. luſtrãdo ſcilicet vrbẽ. ¶ Heb. Ne ſeruet te Dominus, vnde ſerã opẽ tibi? q. d. Diſpereas. quare petis à me cibũ, quũ ſcias me omni re carere? ¶ q. d. nec triticũ, nec vinũ habeo, quod tibi dare poſſim: omnia mihi deſunt. ¶ i. Quid habes, quare me appellas? ¶ vſ, dixerat ¶40 i. luſtrabat vrbem per mœnia iter faciens. ¶41 Heb. deprehenditque populus, & ecce ſaccus erat ſuper carnem eius interinſecus. i. deprehendit regem geſtare cilicium ſub veſte regia. ¶43 Ita loquuntur Hebræi, quũ genus pœnę non exprimũt. Subaudiẽda ſunt quædã, eiuſmodi. Si Eliſe vellet iuuare oratione populũ, poſſet prohibere tantã inediã, in qua mulieres alioqui miſericordes ſuos partus comedũt: quare diſpereat &c. ¶ vſ, iuxta illũ ¶44 ſub q præcideret caput Eliſeo. ¶ videtis

miſerit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo, cum venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire: ecce enim ſonitus pedum domini eius poſt eum eſt.

*Iorã agnoſcit apud Eliſeũ Deũ authorẽ eſſe famis.*

Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à Domino eſt: quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

*Eliſeus prædicit Samariæ abundantiã.*

Dixit autem Eliſeus, Audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus, In tẽpore hoc cras modius ſimilæ vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno in porta Samariæ.

*Incredulus dux verbo Dei.*

Reſpondens vnus de ducibus, ſuper cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leproſi iuxta introitum portæ: qui dixerunt adinuicem, Quid hic eſſe volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: ſiue manſerimus hic, moriendum nobis eſt: venite ergo, & tranſfugiamus ad caſtra Syriæ. ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi autem occidere voluerint,
B nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo veſperi vt venirent ad caſtra Syriæ. cúmque veniſſent ad principium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. (Siquidem Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ, curruũ, & equorum, & exercitus plurimi: dixerúntque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Gethæorum, & Aegyptiorum, & venerunt ſuper nos. Surrexerunt ergo, & fugerũt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris, fugerúntq́, animas tantum ſuas ſaluare cupiẽtes.) ¶Igitur cum veniſſent leproſi illi ad principium caſtrorũ, ingreſſi ſunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tulerúntque inde argentum, & aurum, & veſtes, & abierunt, & abſconderunt: & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum, & inde ſimiliter auferentes abſconderunt. Dixerúntque
C ad inuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuntij eſt. ſi tacuerimus, & noluerimus nũtiare vſque mane, ſceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis. ¶Cúmq; veniſſent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad caſtra Syriæ, & nullum ibidẽ reperimus hominẽ, niſi equos, & aſinos alligatos, & fixa tẽtoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerũt in palatio regis intrinſecus. Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciũt quia fame laboramus, & idcirco egreſſi ſunt de caſtris, & latitãt in agris, dicentes, Cum egreſſi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tũc ciuitatẽ ingredi poterimus. Reſpondit autẽ vnus ſeruorũ eius, Tollamus quinq; equos, qui remãſerũt in vrbe (quia ipſi tantum ſunt in

*¶ audire tactitum.*

*Fugatur Syri à Deo.*

*¶ Hethæorũ.*

*Sine hominũ manu, Domin' ab obſidione & fame liberat Iſraelẽ*

*Leproſi annũciant prouidentiam Dei Iſraelitis.*

*Dei ordinationem non agnoſcunt.*

[47] latro iſte miſerit vt tollat caput meũ? obſeruate, quũ venerit nũtius claudite oſtiũ, & [48] premite eum oſtio: annon ſtrepitus pedum heri ſui ſequitur eum? Adhuc eo cum illis loquente, ecce nuntius [49] deſcendit ad eũ, & [50] dixit, En hæc afflictio à Domino eſt, quid vltra [51] expectarẽ Dominum?

CAP. VII.

Dixit autẽ Eliſæus, Audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus, Cras [1] iuxta hoc tẽpus ſatum ſimilaginis ſiclo [ſemetur,] & duo ſata hordei vno ſiclo in porta Samariæ. Reſpondit triarius quidã, [4] à quo pendebat rex, viro Dei, & dixit, Ecce ſi Dominus [5] faceret feneſtras in cælo, nũ fieret res iſta? [Eliſæus] dixit, En tu videbis [id] oculis tuis, ſed ex eo [6] non comedes. [7] Fuerunt autẽ quatuor viri leproſi ad [8] oſtium portæ, qui dixerunt inter ſe, Quid hic ſedemus donec moriamur? [10] Si ſtatuerimus vrbẽ hanc ingredi, quandoquidem fames eſt in vrbe, moriemur in ea: ſi verò hic manebimus, itidẽ moriemur: agite igitur [11] deficiamus ad copias Syrorum: [12] ſi nos vita donabunt, viuemus: ſin interficient, moriemur. Surrexerunt ergo in [13] crepuſculo, vt irent in caſtra Syrorum, & venientes ad prima caſtra Syrorum, ne vir quidẽ illic erat. (Effecerat enim Dominus vt in caſtris Syrorum audiretur ſtrepitus curruũ, ſonitus equorũ, [id eſt] ſtrepitus ingẽtis exercitus, ita vt diceret quiſque ad alium, En rex Iſrael cõduxit aduerſum nos reges Hithæorũ, & reges Aegyptiorũ, vt veniant cõtra nos. [14] Et ſurgẽtes fugerunt in [15] crepuſculo, relinquẽtes tẽtoria ſua, equos ſuos, aſinos ſuos, [id eſt] caſtra ipſa vt erant, fugerũntq; [16] quò voluntas tulit.) ¶Quũ igitur leproſi ad prima caſtra veniſſent, ingreſſi tentoriũ vnũ, comederunt & biberũt, tulerũntq; illinc argentum, aurũ, & veſtes, & abeuntes abſconderunt: & reuerſi ingreſſi ſunt aliud tentoriũ, & illinc quoque tulerunt, & abeũtes abſcon derunt. Dixerunt autem quiſque ad proximum ſuũ, Non rectè facimus, hodie dies eſt fauſti nuntij, [17] & nos diſſimulamus, ſi expectauerim' ad auroră vſque, deprehẽdet nos [18] iniquitas: agite igitur, ingrediamur, & annuntiemus domui regis. ¶Veniẽtes igitur clamauerũt ad cuſtodes portæ ciuitatis, indicarũntque [19] illis dicentes, Venimus in caſtra Syrorũ, & ecce ne vir quidẽ vllus illic erat, nec vox hominis, ſed equi ligati, & aſini [20] ligati, cæterũ caſtra ipſa [21] vt erant. [22] Cuſtodes itaque portarũ clamauerũt, & indicauerunt hoc intus domui regis. Rex ergo noctu ſurgens [23] ait ſeruis ſuis, Indicabo vobis quid fecerint nobis Syri, ſciunt quòd fame laboramus: egreſſi ergo ſunt è caſtris, vt alicubi in agro ſeſe abſcõdãt, [24] hoc cõſilio, vt nos, ſi vrbem egreſſi fuerimus, viuos capiãt, vrbẽmq; ipſi occupẽt. Tũ reſpõdẽs vnus ex ſeruis eius, dixit, [25] Accipiãtur quinq; equi qui reliqui ſunt in vrbe, ([26] hi enim tãtũ efficiẽt quãtũ

¶47 Heb. filius homicidæ. i. filius Achab homicidæ, cuius conſenſu Nabal eſt occiſus. q. d. iſte q imitatur mores paternos.

¶48 reprimite illum in oſtio: .i. repellite eũ opera oſtij, nolite ſinere eum ingredi.

¶49 deſcendebat. q. d. viderũt ipſi nuntiũ deſcendentem.

¶50 ſub. rex, q anteuertit nuntio quem miſerat. Hic locus oſtendit regem Iudæ protinus mutaſſe ſententiam ſuam, illúmque nuntio quem miſerat anteuertiſſe, ita vt illi nõ liceret Eliſeo præcidere ceruicem.

¶51 expectabo q. d. nulla eſt ſpes.

VII.

¶1. i. quod reuelauit mihi Deus.

¶2 vſ, hoc articulo temporis

¶3. i. qui tertius erat à rege. vſ, vnus ex ducibus regis.

¶4 Heb. ſuper cuius manũ innitebatur rex,

¶5 ſub. & per illas triticũ demitteret, num poſſet eſſe tanta vilitas? q. d. Etiã ſi Deus demittat de cælo triticum, vt olim mãna, non tamen poſſet eſſe tam vile triticum. ¶6 ſub. ob incredulitatem. ¶7 Erant ¶8 ſub. vrbis, in qua erat habitaculum leproſorum, aut qua ibatur ad caſtra. ¶9 vſ, habitare volumus ¶10 Heb. Si dixerimus, Eamus in vrbem, ¶11 vſ, transfugiamus ¶12 Heb. ſi viuificauerint nos, viuemus: & ſi mortificauerint, &c. ¶13 ſub. nocturno. i. prima nocte. ¶14 Surrexerunt itaque, & fugerunt ¶15 ſub. nocturno. ¶16 Heb. pro anima ſua. Chaldæus paraph. vt ſeruarent animã ſuã. i. vitam. Vſ, & fugerunt ſibi. i. fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. ¶17 quòd ſi tacemus, & expectemus donec illuceſcat, ¶18 Iniquitas pro pœna quæ iniquitati debetur. ¶19. i. ianitori, & illis qui cũ illo erãt. ¶20 ſub. præſepib'. ¶21 ſub. inſtructa prius. ¶22 Heb. Et clamauit [ſub. vnus ex] ianitoribus, & indicauerunt in aula regis intrinſecus. i. vnus ex ianitoribus clamauit vt excitaret ianitorẽ aulæ regiæ. i. ianitores clara voce retulerunt ianitoribus aulæ, qui regi indicarũt rẽ. ¶23 ſuſpicãs ſcilicet fraudẽ factã. ¶24 Heb. dicentes, Cũ egreſſi fuerint de vrbe, tunc capiemus illos viuos, & in vrbẽ introibimus. ¶25 Heb. Capiãt quæſo quinq; ex equis reſiduis qui remanſerunt in ea. ſub. ciuitate. q. d. Mittãtur ex nobis quinq; cũ quinq; equis. Vel vt doctus inter Hebræos interpretatur, Capiãt aliquot ex illis quinq; equis qui ſoli remanſerunt &c. ¶26 Heb. (ecce ipſi [ſunt] ſicut omnis multitudo Iſrael quæ remãſit in ea: ecce ipſi [ſunt] ſicut vniuerſa multitudo Iſrael quæ iam periit.) i. ſiquidẽ illi laborãt inedia, & iã pene cõſumpti ſunt fame, ſicut vniuerſa multitudo quæ eſt in vrbe, fame pene cõfecta eſt: & illi quidẽ propediem morituri ſunt fame, non aliter quàm vniuerſa illa multitudo Iſraelis quæ iã periit. q. d. nõ magnã iacturã faciemus ſi perierint illi equi. nam etiam ſi in vrbe remanſerint, morituri ſunt.

¶10 ſub.an ſi- ſtcla ſit fuga. ¶11 duos equos vectarios. ¶19 vl.dum tre pidantes fugerét. ¶20.i.precio ſtateris vnius. ¶21 præfece at principem. vel ducé illum. ¶22 Heb. manu i.i. cui innitebatur dum ſuccederet. ¶23 portæ.dati nus verbi præfecerat. Conſtituerat eum ſuper portá qua egrediebatur populus ad diripienda caſtra Syrorum. ¶24 mortuus eſt. ¶25 Cum enim loqueretur vir Dei cũ rege ¶26 hac hora. hoc tempore ¶27 Et reſponderat ¶28 & cõculcauit.Et,pro Id eſt poſitum.

VIII.

¶1.i. Cito diſcede. ¶2.i.inuitauit.Metaphora ab ijs qui alios ad conuiuium inuitat. hoc eſt,miſſurus eſt famem. ¶3 Heb.& etiã venit ſeſ, veniet. Aut, certe ſequutura eſt] in terra ſepté anni. ¶4 ſic. vt clamaret ad regem pro domo ſua & pro agro ſuo.i.vt conquereretur apud regem quod domum ſuam quam quum ipſa abeſſet, quidam vacuá reperientes, occupaſſent. ¶5 Heb.omnia magnalia.i. res inſignes, hoc eſt miracula.

vniuerſa multitudo Iſraelitica. ſi ſeruentur: ruſſus perinde erunt vt tota multitudo Iſraelitica, ſi pereunt,[9] quos mittemus, &[17] explorabimus. Acceperunt ergo[11] equos ad duos curſus,[1] quos miſit rex vt ſequerentur caſtra Syrorũ,hæc mandans. Ite & explorate. Abeuntes illi ſequuti ſunt eos vſq; ad Iordané, & ecce omnes viæ plenæ erant veſtibus & vaſis,quæ Syri abiecerant[19] in feſtinatione ſua.[1] reuerſi igitur nuntij,nũciarunt hæc regi.Et egreſſus populus,diripuerunt caſtra Syrorum. tum factũ eſt vt ſatum ſimilaginis veniret[20] ſiclo,[1] & duo ſata hordei ſiclo,iuxta verbũ Domini.Porrò rex[21] conſtituit triarium illũ principem,[1] cuius[22] humeris[1] innitebatur,[23] ad portã,[1] conculcauitque eũ populus in porta, &[24] moriebatur, iuxta verbũ quod loquutus fuerat vir Dei cum rex deſcenderet ad eum. [25] Factum inquam eſt quẽadmodum loquutus erat vir Dei ad regé in hũc modum,Duo ſata hordei ſiclo[vẽdentur.] & ſimilaginis ſatũ ſiclo erit[26] iuxta id tempus[1] in porta Samariæ.[27] Ad quod reſponderat[1] princeps ille viro Dei, & dixerat. Si Dominus faceret feneſtras in cælis,num res illa fieret? Dixeratque ille, En tu videbis oculis tuis, ſed inde non comedes.Factum eſt ergo ei ſic,[28] conculcauitque[1] eum populus in porta,& mortuus eſt.

CAP. VIII.

Loquutus eſt autẽ Eliſæus ad mulierem illá, cuius filiũ vitæ reſtituerat,hiſce verbis, [1]Surge & vade,[1] tu & domus tua, & peregre commorare vbicũque commorari potes:quoniam [2]vocauit[1] Dominus famem[3] quæ hiſce ſeptem annis veniet ſuper terram.[1] Surrexit itaq; mulier illa, & fecit iuxta verbũ viri Dei,abijtq; tam ipſa quàm domus eius, & peregre cõmorata eſt in terra Paleſtiina ſepté annis. ¶Quũmq; exacti eſſent ſepté anni, reuerſa eſt mulier è terra Paleſthina, egreſſaq; [4]vt poſtularet apud regem domũ ſuá & agrum ſuum.[1] Rex autẽ loquutus eſt cũ Gehaſi miniſtro viri Dei in hæc verba , Narra quæſo mihi[5] egregie geſta[1] quæcũq; fecit Eliſæus. Narrabat ergo ille regi,quomodo vitę reſtituiſſet mortuũ: interim autẽ mulier cui[9] filiũ vitæ reſtituerat,[6] poſtulauit apud regé domum ſuá & agrum ſuũ:[1] dixitq; Gehaſi,Domine mi rex,hæc eſt mulier, atq; hic eſt filius eius quẽ vitæ reſtituit Eliſæus.Quũmq; rex interrogaſſet mulieré,recẽſebat illa ei:dedítq; ei rex[7] cubicularium[1] quendã,dicens.[8] Reſtitue ei[1] omnia quæ ſua ſunt,atq; cunctos prouentus agri, à die quo dereliquit terrá, vſque in præſens [tẽpus.] ¶Porrò Eliſæus profectus eſt in Damaſcũ, ægrotãte Bẽ-hadad rege Syriæ:quod nuntiatũ eſt regi his verbis,Vir Dei venit huc. Tum dixit rex ad Haſaelé, Tolle in manu tua munus,& vade obuiã viro Dei, vt cõſulas Dominũ per eũ hiſce verbis,Cõualituruſne ſum ab hoc morbo meo? Profectus eſt Haſael ei obuiam,accepto munere in manum ſuã,[9] omnique bono Damaſci,[1] onere ſcilicet quod quadraginta [ferrent]cameli: & veniẽs ſtetit ante eum, dixitque, Filius tuus Bẽ-hadad rex Syriæ miſit me ad te hiſce mãdatis, Cõualituruſne ſum ab hac infirmitate mea? Eliſæus dixit ad eũ,Vade & dic ei,[10] Certiſſime conualeſces:[1] oſtẽdit tamen mihi Domin[9] quod certiſſime moritur[9] ſit.Porrò vir Dei[11] firmata facie ſua ſtetit[12] donec pudefieret.[13] nã fleuit.[1] Tũ dixit Haſael,Quare flet dominus me[9]? qui reſpõdit, Quoniã noui quæ tu facturus ſis mala filijs

vniuerſa multitudine Iſrael, alij enim conſumpti ſunt: & mittentes,explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos,miſitq; rex in caſtra Syrorum,dicens,Ite,& videte.Qui abierunt poſt D eos vſque ad Iordanem: ecce autẽ omnis via plena erat veſtibus, & vaſis, quæ proiecerát Syri cũ turbarentur.reuerſique nuntij indicauerunt regi.Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ: factúſque eſt modi[9] ſimilæ ſtatére vno,& duo modij hordei ſtatére vno,iuxta verbũ Domini. Porrò rex ducem illum, in cuius manu [1]incubuerat[1] cõſtituit ad portam:quem conculcauit turba in introitu portæ,& mortuus eſt, iuxta[9] quod locutus fuerat vir Dei,quãdo deſcenderat rex ad eũ. Factũmque eſt ſecũdum ſermonem viri Dei,quẽ dixerat regi,quando ait,Duo modij hordei ſtatére vno erunt,& modius ſimilæ ſtatére vno,hoc eodem tẽpore cras in porta Samariæ:Quando reſponderat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiam ſi Dominus fecerit cataractas in cælo,nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei,Videbis oculis tuis,& inde non comedes.Euenit ergo ei ſicut prædictum erat, & conculcauit eum populus in porta,& mortuus eſt.

CAP. VIII.

Eliſeus autẽ locutus eſt ad mulierem ſcuius viuere fecerat filium,dicens, Surge,vade,tu & domus tua, & peregrinare vbicunque reperęris: [1]vocabit[1] enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſepté annis . Quæ ſurrexit, & fecit iuxta verbũ hominis Dei & vadẽs cum domo ſua,peregrinata eſt in terra Philiſthiim diebus multis. ¶Cũmque finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa eſt mulier de terra Philiſthiim : & egreſſa eſt vt interpellaret regem pro domo ſua & pro agris ſuis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei,dicens,Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſeus. Cũmque ille narraret regi quomodo mortuũ ſuſcitaſſet, apparuit mulier cuius viuificauerat filiũ, clamans ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis: dixitq; Giezi, Domine mi rex, hæc eſt mulier,& hic eſt filius eius quẽ ſuſcitauit Eliſeus.Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei[*]vera eſſe. Deditque ei rex eunuchũ vnũ, dicens,Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt,& vniuerſos reditus agrorum à die qua reliquit terrã, vſque ad præſens. ¶Venit quoq; Eliſeus Damaſcũ, C & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nũtiaueruntque ei,dicẽtes,Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael. Tolle tecũ munera, & vade in occurſum viri Dei,& conſule Dominũ per eum,dicẽs,Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occurſum eius, habẽs ſecũ munera,& omnia bona Damaſci,onera quadraginta camelorũ. cũmq; ſetiſſet corã eo,ait,Fili[9] tuus Ben-adad rex Syriæ,miſit me ad te,dicẽs,Si ſanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei Eliſeus, Vade,dic ei,Sanaberis.porrò oſtẽdit mihi Dominus quia morte morietur.Stetitque cum eo,& cõturbatus eſt vſque ad ſuffuſionem vultus:fleuitque vir Dei. Cui Hazael ait,Quare dominus me[9] D flet?at ille dixit,Quia ſcio quæ facturus ſis filijs

Dux qui verbo Dei incredul[9] fuerat, conculcatur à turba.

¶[1]incũbebat

¶[*]verbum

Prædicenti Eliſeo famẽ ſeptem annorũ,Sunamitis credula fugit in Aegyptum.

§ 4.f.

¶[1]vocauit

Reuerſæ mulieri reddũtur poſſeſſiones propter Eliſeum.

Ben-adad ægrotus conſulit Eliſeũ.

Flet Eliſeus

¶6 Heb.clamauit ad regem pro domo ſua & agro ſuo: ¶7 Heb.eunuchum.i.principem quendam: quia eunuchi magnæ authoritatis erant apud principes. ¶8.i.Cura reddi ei. ¶9.i.precioſioribus quibuſque Damaſceni agri. ¶10 Heb.Viuendo viues.q.d.dic ei tũ vis quòd victurus ſit:eſt tamen moriturus.Quidam Hebræorum ſubaudiunt Negationem,Viuendo non viues. ¶11 ſtatuit vultum ab eo.Statuit,ſ. h.in altero latere.i. auertit faciem: nam volebat ſe continere a lachrymis,& diſſimulare mœrorem animi ſui. ¶12 Heb.& appoſuit,donec moraretur.ſiue cunctaretur ipſe.i.manus ſuas appoſuit vultui ſuo,& illis vultum texit, diſſimulans triſtitiam aliquandiu, donec erupit in lachrymas. ¶13 & fleuit.

Hazaeli prædicit quæ mala ipſe facturus eſſet Iſraeli.

Iſrael mala, ciuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorū interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitque Hazael, Quid enim ſum ſeruus tu⁹ canis, vt faciam rem iſtam magnam? & ait Eliſeus, Oſtendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. Qui cum receſſiſſet ab Eliſeo, venit ad dominum ſuũ: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliſeus? at ille reſpondit, Dixit mihi, Recipies ſanitaté. ¶ Cúmque veniſſet dies altera, tulit ſtragulū, & infudit aquā, & expandit ſuper faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. ¶ Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſrael, regnauit Iorā filius Ioſaphat rex Iuda. Trigintaduorum annorū erat cum regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit in Ieruſalem. Ambulauitque in vijs regum Iſrael, ſicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini. Noluit autem Dominus diſperdere Iudam propter Dauid ſeruū ſuū, ſicut promiſerat ei, vt daret illi lucernam, & filijs eius cunctis diebus. ¶ In diebus illis receſſit Edom, ne eſſet ſub Iuda, & cōſtituit ſibi regem. Venitque Ioram Seira, & omnis exercitus cum eo: & ſurrexit nocte, percuſſitque Idumæos qui eū circūdederant, & principes curruum, populus autē fugit in tabernacula ſua. Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Iuda, vſque ad diem hanc. tunc receſſit & Lobna in tēpore illo. ¶ Reliqua autē ſermonum Ioram, & vniuerſa quæ fecit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regū Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cum eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Iorā filij Achab regis Iſrael regnauit Ozochias filius Ioram regis Iudæ. Vigintiduorum annorū erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Athalia filia Amri regis Iſrael. Et ambulauit in vijs domus Achab: & fecit quod malū eſt coram Domino, ſicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. ¶ Abijt quoq; cū Ioram filio Achab, ad prælandū contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eū Syri in Ramoth præliantē cōtra Hazael regē Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, deſcendit inuiſere Ioram filiū Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

Hazael ſuffocat Benadad, & p eo regnat.

Regnat Iorā filius Ioſaphat. 2. Pa 21. b.

B

¶ & Ioſaphat regis Iuda

2. Reg. 7. b.

Edom recedit à Iuda, cōſtituto ſibi rege.

¶ omnes F currus

Lobna.

Mortuo Iorā ſuccedit Ochozias fili⁹ impius. 2. Pa 22. a.

G

Bellū Iorā & Ochoziæ cōtra Hazael.

¶ Rama

CAP. IX.

ELiſeus autem propheta vocauit vnum de filijs prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lēticulā olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth-Galaad. Cúmque veneris illuc, videbis Iehu filium Ioſaphat filij Namſi: & ingreſſus ſuſcitabis eū de medio fratrū ſuorū, & introduces in interi⁹ cubiculū. Tenēſq; lēticulā olei, fūdes ſuper caput ei⁹, & dices, Hæc dicit Do-

Iehu vngitur in regem Iſrael.

3. Reg. 19. c.

Iſrael [nam] munitiones eorum [14] igne combures, & iuuenes eorum gladio trucidabis, infantes eorum [15] allides, & prægnātes eorum diſſecabis. Dixit ergo Haſael, [16] Quid enim? canis-ne eſt ſeruus tuus, vt deſignet ſcelus illud tā grande? reſpondit Eliſæus, Dominus oſtendit mihi te futurum regem ſuper Syriam. Abijt itaque ille ab Eliſæo, & venit ad dominū ſuum. ad quem ille dixit, Quid dixit tibi Eliſæus? reſpondit, Dixit mihi quod certiſſime tu cōualeſcas. ¶ [17] Poſtero die accepit [Haſael] [18] ſtragulū, & [19] immerſum aquæ expandit ſuper faciē [20] eius [21] vt moreretur: regnauitque Haſael pro eo. ¶ Anno quinto Ioram filij Ahab regis Iſraelis, [22] & Ioſaphat regis Iehudæ, regnum accepit Ioram filius Ioſaphat regis Iehuda: trigintaduos annos natus erat [23] quū inaugurraretur regno, regnauitq; octo annis Ieroſolymis. Ambulauit in via regum Iſrael, ſicut fecerunt hi qui fuerunt de domo Ahab. nam filia Ahab erat vxor eius, fecitque malum [24] in oculis Domini: [25] ſed Domin⁹ noluit excīdere Iehudam propter Dauidem ſeruū ſuum, ſicut promiſerat ei, quòd daturus eſſet ei [26] lucernam de [27] filijs ſuis cunctis diebus. ¶ [28] Eodē tempore defecit Edom, [29] quū eſſet ſub manu Iehudæ: [30] nam conſtituerunt ſuper ſe regē. Tranſiuit ergo Ioram [31] Zair, ipſe & omnes [32] currus eius ſecum: cōſurgēnſque noctu percuſſit Edomæos qui eū circunſederant [33] vnà cum principibus curruum, & fugit populus in tētoria ſua. [35] Sic defecit Edom quo min⁹ eſſet ſub poteſtate Iehudæ vſq; in hūc diem. [36] Tunc etiam defecit Libna eodem videlicet tempore. ¶ Reliquū geſtorū Ioram, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in Libro annalium regū Iehudæ? Dormiuit itaq; Ioram cū patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis, regnúmque obtinuit pro eo Ahaſias filius eius. Anno duodecimo Iorā filij Ahab regis Iſrael [37] regno inauguratus eſt Ahaſias filius Iorā regis Iehuda: natus erat vigintiduos annos Ahaſias quum [38] regnare cœpiſſet, regnauitque [39] anno vno Ieroſolymis. nomen matris eius erat Athalia, quæ fuit [40] filia Amri regis Iſraelis. [41] Ambulauit autē in via domus Ahab, fecitque malum in oculis Domini, ſicut domus Ahab: erat enim [42] affinitate iūctus domui Ahab. ¶ Profectus eſt quoque Iorā filius Ahab in bellum contra Haſaelem regem Syriæ in Ramoth-Gilead, percuſſerúntq; Syri ipſum Ioram. Reuerſúſque eſt Ioram rex vt mederetur in Ieſreel vulnerib⁹ quæ inflixerāt Syri ante Ramoth [Gilead,] quū bellū geſſerat contra Haſaelem regē Syriæ, deſcendítque Ahaſias filius Ioram rex Iehuda, vt inuiſeret Ioram filium Ahab in Ieſreel: nā [illic] ægrotabat.

CAP. IX.

ELiſæus propheta vocato quodā [1] ex filijs prophetarū, ait illi, [2] Accinge lumbos tuos, & accipe [3] vaſculum illud oleariū in manum tuam, & vade in Ramoth-Gilead. Et quum illuc veneris, diſpice illic vbi ſit Iehu filius Ioſaphat filij Nimſi: cæterum ingreſſus, iube vt ſurgat e medio [4] fratrum ſuorum, & introduc eum [5] in abſtruſiſſimum aliquem locum, deinde accipe vaſculum [6] olei, & effunde ſuper caput eius, & dic, Sic ait Do-

¶ 14 Heb. conijcies in ignem. Ordo pr, poſterus, pro, conijcies igne munitiones eorū. ¶ 15 ſub. ad parietē, vel, ad ſolum. ¶ 16 Heb. Quid enim eſt. ſeru⁹ tu⁹ canis vt faciat hanc rem magnam? Subaudiēdum eſt aliquid, cuiuſmodi, Ne dicas hoc ſeruo tuo: quantus enim eſt ſeruus tuus qui non pluris faciēdus eſt quam canis mortuus, ſeru⁹ tuus abiectiſſim⁹, q dicis me facturū rē tam grādē? ¶ Heb. viuēdo viues, i. conualeſces. ¶ 17 q ſcilicet ille redierat. ¶ 18 vſ. pānum craſſū. ¶ 19 Laborabat febre ardentiſſima. hoc igitur fecit vt ardor febris leniretur. ¶ 20 vſ. ſuā. nā alij referunt ad Ben-adad, qui ipſe rogarit vt daretur ei pannus intinct⁹ in aquā frigidā, quo ipſe vulcā faum tegeret, vt inueniret refrigerium. Alij ad Haſaelē referunt. Docti inter Hebræos aiū hoc Haſaelē feciſſe de induſtria. Alij, per imprudētiam, quū quæreretur rex de calore febris, porrexiſſe pānū humectū. ¶ 21 & mortuus eſt: ¶ 22 Heb. Io-

ſaphat autē rex Iuda, ſub. mortuus erat. Per parētheſin legēdum. ¶ 23 Heb. quū regnare cœpit, ¶ 24 i. ſpectāte Domino, quē nihil latet. ¶ 25 vſ., noluit tamē Domin⁹ ¶ 26 i. ſplēdorē regiū. dignitatē regiā. ¶ 27 i. nepotib⁹. ¶ 28 Heb. Bi⁹. i. Eo regno ite. ¶ 29 Heb. de ſub manu Iuda. i. ab imperio Iuda. deſijt eſſe ſubdita regi Iuda. ¶ 30 Heb. & conſtituerūt ¶ 31 in Seir. ſub. montem. ¶ 32 ſub. falcati. ¶ 33 vſ. & principes curruū. ſub, falcatorū percuſſerunt Idumæos. ¶ 34 ſub. Idumæorū. ¶ 35 Heb. Et defecit [ſub. iterū] Edom de ſub manu Iuda ¶ 36 hac poſteriore ſcilicet defectione. ¶ 37 regnare cœpit ¶ 38 hoc fuit viuēte patre. ¶ 39 ſub. ſol⁹, ſine ſocio, nēpe mortuo patre, & tūc erat XLII annorū. ¶ 40 i. neptis. ¶ 41 i. Imitatus eſt idololatriā familiā Achab. ¶ 42 Heb. gener. i. duxerat vxorem de familia Achab.
XI. ¶ 1 i. ex diſcipulis. ¶ 2 i. Prępara te itineri, da operā vt cito eas. hoc enī feſtinationē quādā deſignat. Iſtud etiā dicit, quòd tā ren abeſſet. ¶ 3 Heb. philalā olei [vſ, vnguēti] hāc. vel, huius. Hic locus nō intelligitur de vnguēto vnctionis, ſed de opobalſamo. nā ſoli reges de tribu Iuda vngebātur vnguēto vnctionis. ¶ 4 Qui hīc fratres dicūtur, paulo inferius principes appellātur. i. è medio collegarū ſuorū. ¶ 5 vſ, in cubiculū ſecretiſſimū, ¶ 6 vſ, opobalſami.

¶7 Heb. & non expectabis. vt ſcieret quicquã dicat tibi.
¶8 Heb. puer, puer inquam prophetæ.
¶9 vſ. pricipes
¶10 vſ. p incepe
¶11 Heb. in domum. i. in cubiculũ aliquod domus intimũ
¶12 q.d. Scito te fore regem hac effuſione balſami.
¶13 .i. cædem.
¶14 Peribitque
¶15 & extermi-nabo
¶16 .i. tam eos qui receperint ſe in arces munitas, quàm eos qui derelicti fuerint à militibus ob eorũ obſcuritatem: hoc eſt tã eos qui poſſunt ſe recipere in arces, quàm eos qui non habẽt arces quò ſe recipiant.
¶17 .i. Non aliter perdam familiam Achab quàm familiã Ieroboam.
¶18 vbi ſcilicet fuerat occiſus Naboth.
¶19 Heb. Pázne eſt? i. Prædiciſne proſpera? nam prophetæ vt plurimum prædicunt aduerſa.
¶20 vſ. furioſus. Prophetæ ſemper habiti pro fatuis: quòd cum eſſent acti Spiritu, nec audiebãt, nec ſentiebant.
¶21 & ſermonẽ eius. i. quid ſoleat dicere.

minus, Vnxi te regẽ ſuper Iſraelẽ. aperitóq; oſtio fuge, [7]nec morã nectas. Abijt itaq; [8]miniſter prophetæ in Ramoth-Gilead, & quũ eſſet ingreſſus, ecce [9]imperatores exercitus cõſidebant, & dixit, Habeo aliquid quod tecũ loquar ô [10]imperator. Tũ dixit Iehu. Ad quẽ ex omnib' nobis? qui dixit, Ad te imperator. Et ſurgens ingreſſus eſt [11]in cubiculum, fuditque ille oleũ ſuper caput eius, & dixit ad eum, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, [12]Vnxi te regẽ ſuper populũ Domini, nempe ſuper Iſraelẽ: tu trucidabis domum Ahab domini tui, vt vleiſcar [13]ſanguines ſeruorũ meorũ prophetarũ, & ſanguines cunctorũ ſeruorũ Domini de manu Iſabelis. [14]Interibit nãq; vniuerſa domus Ahab: [15]excindã enim ipſi Ahab mingentẽ ad parietẽ, [16]concluſum & derelictum in Iſraele. [17]Ponámque domũ Ahab ſicut domum Ieroboam filij Nebat. & ſicut domum Baaſa filij Ahia. Porrò Iſabelẽ comedent canes [18]in agro Ieſreel, nec erit qui ſepeliat. & aperuit oſtium & fugit. ¶Iehu verò egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui, & dixit [quidam] ei. [19]Rectène res habẽt? quã ob cauſam ingreſſus eſt ad te [20]væſanus ille? Qui ait eis. Nouiſtis hominem illum, [21]& quæ ſit loquacitas eius. Dixerunt illi. [22]Mẽtiris. Indica nobis. at ille ait, [23]Sic & ſic loquutus eſt ad me, dicens, Sic ait Dominus, Ego vnxi te regem ſuper Iſraelem. Mox acceperunt quiſque veſtem ſuam, & poſuerunt [24]ſubter eum [25]ad tumulũ quò aſcẽderet, clanxerũntque cornu & dixerunt, Iehu [26]regnat. ¶Coniurationẽ itaq; fecit Iehu filius Ioſaphat filij Nimſi contra Ioram, [27]quum Iorã obſideret Ramoth-Gilead, ipſe & vniuerſus Iſrael [28]corã Haſaele rege Syriæ. Reuerſúſq; [29]eſſet rex Iorã vt mederetur in Ieſreel vulnerib' quæ inflixerant ei Syri, quũ dimicaret contra Haſaelem regẽ Syriæ.) Dixit ergo Iehu. [30]Si vobis cordi eſt, nemo exibit nec euadet [31]ex vrbe, qui vadat & [32]nuntiet in [33]Ieſreel. Aſcẽdens itaq; Iehu currũ, abijt in Ieſreel [34]vbi Ioram decumbebat. Deſcenderat quoque Ahaſias rex Iehuda illuc, vt inuiſeret Iorã. Porrò ſpeculator qui ſtabat in turri Ieſreel, vidit [35]globũ Iehu incedentẽ, & dixit, Ego video globũ. & ait Ioram. Accipe [36]equitẽ, & mitte eis obuiã, [37]qui experiatur num rectè habeant res. Profectus eſt itaq; eques obuiã ei. & dixit, Rex quærit, [38]nũ pax ſit. & dixit Iehu, [39]Quid tibi cũ pace? [40]reflecte poſt me. Speculator autẽ nuntiauit dicens. Nuntius venit vſq; ad illos, nec reuertitur. Miſit igitur aliũ equitem, qui veniens ad eos ait. Sic dicit rex. Eſtne pax? reſpondit Iehu, Quid tibi & paci? [41]retrocede poſt me. Rurſus nuntiauit ſpeculator, dicens, Et is ad eos venit, nec reuertitur: inceſſus autẽ eſt vt inceſſus ipſius Iehu filij Nimſi, nã [42]inſane incedit. [43]Dixit Iorã, [44]Iunge equos. & iunxit equos currui ſuo, egreſſúſque Ioram rex Iſrael, & Ahaſias rex Iehuda, quiſque ſuo curru: exierunt inquam obuiam ipſi Iehu, [45]deprehendentes eum in agro Naboth Ieſreelitæ. Et factum eſt, quũ vidiſſet Ioram ipſum Iehu. dixit, [46]Eſtne pax Iehu? qui reſpon-

mini, Vnxi te regẽ ſuper Iſrael. aperieſq; oſtiũ, & fugies, & nõ ibi ſubſiſtes. Abijt ergo adoleſcẽs puer prophetæ in Ramoth-Galaad, & ingreſſus eſt illuc: ecce autem principes exercitus ſedebãt, & ait, Verbum mihi ad te ô princeps. Dixitq; Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? at ille dixit, Ad te ô princeps. Et ſurrexit, & ingreſſus eſt cubiculum: at ille fudit oleum ſuper caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Vnxi te regẽ ſuper populum Domini Iſrael, & percuties domũ Achab domini tui, & vleiſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Domini, de manu Iezabel. Perdámque omnem domum Achab: & interficiã de [a]domo Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael. Et dabo domum Achab, ſicut domũ Ieroboam filij Nabat, & ſicut domũ Baaſa filij Ahia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui ſepeliat eam. aperuítq; oſtiũ & fugit. ¶Iehu autem [b]ingreſſus eſt ad ſeruos domini ſui: qui dixerunt ei, Rectène ſunt omnia? quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis, Noſtis hominem, & quid locutus ſit. At illi reſponderunt, Falſum eſt, ſed magis narra nobis. qui ait eis, Hæc & hæc locutus eſt mihi: & ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regẽ ſuper Iſrael. Feſtinauerunt itaque, & vnuſquiſq; tollens pallium ſuum poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerũt tuba. atque dixerunt, Regnauit Iehu. ¶Coniurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filij Namſi contra Ioram: porrò Ioram obſederat Ramoth-Galaad, ipſe & omnis Iſrael contra Hazael regem Syriæ: Et reuerſus fuerat vt curaretur in Iezrahel, propter vulnera, quia percuſſerant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et aſcendit, & profectus eſt in Iezrahel. Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda deſcenderat ad viſitandum Ioram. Igitur ſpeculator qui ſtabat ſuper turrim Iezrahel, vidit globũ Iehu venientis, & ait, Video ego globum. dixitque Ioram, Tolle currum, & mitte in occurſum eorum, & dicat vadens, Rectène ſunt omnia? Abijt ergo qui aſcenderat currum, in occurſum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne ſunt omnia? dixitq; Iehu, Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. Nuntiauit quoque ſpeculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Miſit etiam currum equorũ ſecundum: venitque ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax eſt? & ait Iehu, Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. Nuntiauit autẽ ſpeculator, dicens, Venit vſq; ad eos, & non reuertitur: eſt autẽ inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi: præceps enim graditur. Et ait Iorã, [c]Iungite currũ, [d]Iunxerúntq; currũ eius, & egreſſus eſt Ioram rex Iſrael, & Ochozias rex Iuda, ſinguli in curribus ſuis, egreſſíq; ſunt in occurſum Iehu, & inuenerũt eũ in agro Naboth Iezrahelitæ. Cúmq; vidiſſet Iorã Iehu, dixit, Pax eſt Iehu? at ille reſpõ-

Fuga.
B
Iezabel.
3. Reg. 21. f.
Achab.
3. Reg. 15. g.
3. Reg. 16. a.
Iehu conſtituitur rex.
¶[b]egreſſus
C
Iehu interficit Iorã regẽ Iſrael, & Ochoziã regẽ Iuda. 3. 1. g.
D
¶[c]Iunge ſingu. nu.
¶[d]. ... .ique

q. d. quod mihi dixit, parum eſt firmum & ſtabile. nullius momenti rem. ¶22 vſ. Falſum dicis. q. d. Non dicis quæ dixit. ¶23 q. d. Inter alia quæ dixit, hoc quoque dixit. ¶24 ſub. ſedentem. ¶25 in faſtigio graduum. i. in ſupremo gradu. in eminentiſſimo & præſtantiſſimo loco. ¶26 .i. deſignatus eſt rex. ¶27 Heb. porrò Ioram erat cuſtodiens &c. i. paulo ante hanc coniurationem defenderat ipſam vrbem, quæ tum erat in poteſtate Iſraelis. ¶28 vſ. propter Hazaelem regem ¶29 erat ¶30 Heb. Si eſt voluntas veſtra. i. Si optatis vt regnem. ¶31 ſub. Ramoth-Galaad. ¶32 ſub quod geſtum ſit. ¶33 illic enim erat rex. ¶34 Heb. nam Ioram iacebat ægrotus illic. ¶35 vſ. turmam. aut, comitatum ¶36 curſorem equeſtrem, ¶37 Heb. dicátque. Num eſt pax? i. Pacatáne ſunt omnia? ¶38 .i. num pacata ſint omnia. ¶39 ſub. cõmune. ¶40 i. ſequere me à tergo, ſequere me vnà cũ comitatu. ¶41 q. d. recipe te in comitatũ meum. ¶42 præceps ſolet incedere. Gallice. Il cheuauche roide. Minus rectè Chaldæus paraph. quoniam lente incedit. ¶43 ſub. aurigæ. ¶44 ſub. currui. ¶45 Heb. inuenientes eum ¶46 .i. Pacatáne ſunt omnia?

dit, Quę pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Conuertit autē Ioram manū ſuā, & fugiens ait ad Ochoziā, Inſidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcū manu, & percuſſit Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagitta per cor eius, ſtatímq; corruit in curru ſuo. Dixitque Iehu ad Badacer ducē, Tolle, proiice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quādo ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrē huius, quòd Dominus onus hoc leuauerit

3.Reg.21.f. ſuper eum, dicēs, Si non pro ſanguine Naboth,

F & pro ſanguine filiorū eius, quē vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro iſto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proiice eum in agrum iuxta verbū Domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viā domus horti: perſecutúſque eſt eū Iehu, & ait, Etiā hunc percutite in curru ſuo. Et percuſſerunt eum in aſcenſu Gaber qui eſt iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi. Et impoſuerūt eum ſerui eius ſuper currum ſuum, & tulerunt in Ieruſalem: ſepelierúntque eū in ſepulchro cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid. ¶Anno vndecimo Ioram filij Achab regis Iſrael, regnauit Ochozias ſuper Iudam, venítq; Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit per feneſtrā ingredientem Iehu per portā, & ait, Nunquid pax poteſt eſſe Zambri, qui interfecit dominū ſuū?

Præcipitata Iezabel, moritur.

3.Reg.16.c.

G Leuauitque Iehu faciem ſuam ad feneſtrā, & ait, Quæ eſt iſta? & inclinauerūt ſe ad eū duo vel tres eunuchi, & dixerunt, Hæc eſt illa Iezabel. At ille dixit eis, Præcipitate eam deorſum. & præcipitauerunt eam, aſperſúſque eſt ſanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. Cūmque introgreſſus eſſet vt comederet, biberétque, ait, Ite, & videte maledictam illā, & ſepelite eam: quia filia regis eſt. Cúmque iſſent vt ſepelirent eam, non inuenerunt niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus. Reuerſíque nunciauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo Domini eſt, quē locutus eſt per ſeruum ſuum Eliam Theſbiten, dicens, In agro Iezrahel comedēt canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciē terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant, Hæccine eſt illa Iezabel?

Comeditur à canib⁹, iuxta verbum Dei.

3.Reg.21.f.

CAP. X.

Erant autem Achab ſeptuaginta filij in Samaria. ſcripſit ergo Iehu literas, & miſit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, Statim vt acceperitis literas has, (qui habetis filios domini veſtri, & curr⁹ & equos, & ciuitates firmas, & arma,) Eligite meliorē, & eū qui vobis placuerit de filijs domini veſtri, & eum ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. Timuerunt illi vehemēter, & dixerunt, Ecce duo reges

Iehu occidit ſeptuaginta filios Achab, & omnē domū Achab.

dit, [47]Quæ pax, quū adhuc [ſuperſint] Iſabelis matris tuæ artes meretriciæ, & veneficia eius tā multa? Tum Ioram [48]manibus ſuis vertis, fugit, & ſimul ad Ahaſiam dixit, [49]Proditio eſt ô Ahaſia. Iehu autem [50]prehenſo arcu manu ſua, ferijt Ioram inter ſcapulas, [51]vt penetraret ſagitta cor eius, conciderétque ipſe incuruus in currum ſuū. Tum dixit [Iehu] ad Bidcar [52]triarium ſuū, Tolle, & deijce eum [53]in partem agri Naboth Ieſreelitæ: [54]memini enim: quū ego & tu [55]ſimul curru vecti ſequeremur Ahab patrem eius) Dominum [56]ſuſtuliſſe onus hoc ſuper eum, quū diceret Dominus, [57]Nimirū ſanguines Naboth, & ſanguines filiorum eius, quos heri vidi, ait Dominus, rependam tibi in prædio iſto. tolle igitur eum, & abijce eum in agrum iuxta verbū Domini. Porrò Ahaſias rex Iehuda hoc videns, fugit [58] per viā domus horti, quē [59]inſequutus Iehu, dixit, Ferite & hūc in quadriga, in [60]cliuo Gur iuxta Ibleā: qui fugiens Megiddo, ibidem defunctus eſt. Serui autem eius [61]vexerūt eum curru Ieroſolymā, ſepelierúntque eum illic cum patrib⁹ ſuis in ſepulchro ſuo in ciuitate Dauidis. ¶[62]Anno vndecimo, anno ſcilicet Ioram filij Ahab, [63]regnauerat Ahaſias ſuper Iehudā. Quúmq; proficiſceretur Iehu ad Ieſreel, audiuit hoc Iſabel, [64]fucóq; pinxit faciem ſuam, & [65]ornauit caput ſuū, proſpiciens è [66]feneſtra. Et ingrediente Iehu portā, dixit illa, [67]Num proſpere ceſſit hoc Simri, quòd trucidauit herū ſuum? Ille verò ſublata facie ſua verſus feneſtram, dixit, Quis eſt [68]apud me, quis? [69]hoc attenderunt duo vel tres eunuchi, Quibus dixit, Præcipitate eā. & præcipitarūt eā, ita vt de ſanguine eius ſpargeretur ad parietem, & [70]ad equos, & [71]cōculcauit eā. [72]Ingreſſus verò comedit & bibit, dixítq;, Inuiſite [73]obſecro execratam hanc, & ſepelite eā, quia filia regis eſt. Abeuntes itaq; vt eā ſepelirent, nihil inuenerunt de ea, niſi caluariā, & pedes, atq; [74]volas ambarū manuum. Reuerſi igitur nūtiauerunt ei. qui ait, Verbū Domini hoc eſt, quod loquut⁹ eſt per ſeruū ſuū Eliā Thiſbiten, dicēs, In agro Ieſreel comedent canes carnē Iſabelis. Fuit itaque cadauer Iſabelis quaſi [75]ſtercus ſuper faciē agri in prædio Ieſreel, ita vt nemo dicere poſſet, Hæc eſt Iſabel.

CAP. X.

Habuit verò Ahab ſeptuaginta filios in Samaria, ſcripſítq; Iehu literas, & miſit in Samariā ad primores Ieſreel, ad ſeniores, & ad nutritios Ahab, huiuſmodi mādatis. Mox quū venerit hæc epiſtola ad vos (penes quos ſunt filij domini veſtri, item currus atque equi ſunt apud vos, habetis inſuper vrbem munitā & arma,) Diſpicite quis ſit [1]melior & [2]æquior ex filijs domini veſtri, hūc ponite in ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. Timuerūt ergo illi admodum vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges

¶47 Heb. Quæ pax [peruenire poſſit] vſq; ad fornicationes Iezabelis matris tuæ, & c. i. Quæ cōditio pacis peruenire debeat vſque ad &c q.d. neq; tu vlla pace dignus es, neque mater tua venefica & perniciosiſſima mulier, quæ nō minus nocet q̃ mulier quæuis venefica. ¶48 vertēs manū ſuam. i. habenas equorum ſuorum. ¶49 vſ. Inſidiæ ſunt. ſub. paratæ nobis. ¶50 Heb. repleuit manū ſuam arcu. i. adduxit neruū arc⁹ quā tū potuit & percuſſit. ¶51 Heb. & egreſſa eſt ſagitta è corde eius, & corruit ſtatim mortu⁹ in curru ſuo. ¶52 i. tertium à rege, aut alio. vel, ducem, ſiue principem. ¶53 i. hæreditatē ¶54 memento. Chaldæ⁹ tamē paraph. ego recordor ¶55 equitabāt cū ijs qui equitabāt bini [i. ſimul ſiue pariter] poſt Achab &c. i. quū eram aliquādo in comitatu Achab. ¶56 i. prędixiſſe aduerſū hūc hāc prophetiā.

¶57 Heb. [Non habeat poſthac veram] ſi non cædē Naboth & cædē filiorū eius viderim heri, dicit Dominus: itaq; reddā &c. i. niſi memor ſim ſanguinis Naboth nuper effuſi: propterea tu in eodē agro interficieris in quo tu eum occidi iuſſiſti. Licet 3. Reg. 21. nulla fiat mentio cædis filiorū Naboth, hic tamen locus indicat Naboth habuiſſe filios qui etiam interfecti ſunt à Iezabele: alioqui patri mortuo illi ſucceſſiſſent, neque vineam optatam conſecutus fuiſſet Achab. ¶58 i. per hortos, per viam arboribus conſitam, ideo ſecretiorē. ¶59 ſub. vſque in Samariam. ¶60 vſ. aſcenſu Gur, qui ſit ſ... iuxta Ibleam: ¶61 impoſuerunt eum in currum [vt illum deferrent] in Ieruſalem. ¶62 vſ. Anno autem. id eſt vndecimo anno Ioram &c. Repetitur hoc, vt intelligamus eum propter ſcelera non diu regnaſſe. ¶63 regnare cœpit ¶64 Alij, & ornauit fuco oculos ſuos. Quidam aiunt vt placeret Iehu. Alij vt dignitatem regiam vſq; ad mortem tueretur, ſe ornaſſe. quod doctis magis placet. nam erat iſta ſuperba & arrogantiſſima: itaque quaſi exprobrans hoc dicit. ¶65 ſub. more regio. ¶66 qua ſcilicet poterat conſpicere Iehu intrantem in vrbem. ¶67 Vel, ne pacis ergo, [ô tu qui es alter] Zimri, interfector domini ſui? ¶68 mecum. i. pro me. q. d. Quis ille cum illa qui à parte mea ſtet? ¶69 Heb. & reſpexerunt ad eum. i. per feneſtram exhibuerunt ſe videndos, oſtendentes ſe eius partibus fauere. ¶70 i. ad equum cui inſidebat Iehu, & ad reliquos qui erant in comitatu eius. ¶71 ſub. Iehu. ¶72 ſub. palatium, vel vrbem. ¶73 vſ. agedum ¶74 extremitates ¶75 vſ. fumus. q. d. Inſepultum manſit cadauer.

X. ¶1 vſ. præſtantior ¶2 qui magis placet. i. aptiſſimum regno. Hoc ſerio non dixit Iehu, ſed vt tentaret animos eorum qui erant cum filijs Achab.

¶3 Heb. q erat ſuper domum. [ſub. regiā] & ſu per ciuitatem. ¶4 vl, maiores natu. conſultiſ ſimi. ¶5 hoc tē pore. hac hora ¶6 Noctu hæ capites ſunt al- latæ q autē ea deferebāt, por- tā clauſā inue- nerāt. vnde ille q portæ præe- rat, miſit q de- nunciaret hoc regi. tēpeſtiue enim claudunt portæ vbi res ſunt nouæ. ¶7 q. d. Putatis vos eſſe iuſtos. & me iniuſtū q cōiurauerim cō tra dominum meum. Oratio cōciſa, deeſt, vt hos nō interfe- ciſtis, ſed Domi nus: ſic dominū meū nō inter- feci, ſed Domi- nus. ¶8 q. d. nō fui, ſed vos. ¶9 Heb. nō ca- det i. nihil erit irritū. q. d. cer- te hoc totū fa- ctū eſt de volū tate Domini. Metaphora ab iis reb⁹ quę vbi deciderūt, per- eūt: vt ſunt mi- næ, & ea quæ in fluuiū, aut aliō quopiam deci- dunt, & colligi nequeunt. ¶11 q. d. lq; D- mi-⁹ ¶12 vl fa miliares & ne- ceſſarios ¶13 Heb. Is autē erat iuxta do- mū ligationis paſtorū quæ e- rat in via. Do- mus ligationis vocat tōſtrinā. In qua ligabāt oues tondēdæ. Chald. paraph. vocat domum cōgregationis.

non potuerunt ſtare corā eo, quomodo nos ſta- remus? Miſit ergo præfectus prætorio, & qui ci- uitati præerat, & ⁴ſeniores, & nutricij ad Iehu huiuſmodi mandatis, Serui tui ſumus, quidquid mādaueris nobis, faciemus, neq; regē eligemus, tu quod tibi bonum videtur, facito. Scripſit ergo ſecundò literas ad eos huiuſmodi verbis, Si mei eſtis, ſique voci meæ vultis obtemperare, tollite capita virorum qui ſunt filij domini veſtri, & ve nite cras ⁵iuxta id tempus ad me in Ieſreel. erāt autem filij regis ſeptuaginta viri, erántq; apud magnates vrbis qui eos educabant. ⁶Quúmque e- piſtola veniſſet ad eos, tulerūt filios regis, & tru- cidarunt ſeptuaginta viros, poſuerúntque capi- ta eorum in ſportis, & miſerūt ad eū in Ieſreel. Veniens itaque nuncius, indicauit ei, dicens, ⁶At- tulerunt capita filiorum regis. qui ait, Ponite ea in duos aceruos in introitu portæ vſque mane. Mane facto egreſſus eſt, & ſtans dixit ad vniuer- ſum populum, ⁷Vos eſtis iuſti, ecce ego conſpi- raui contra dominū meum, occidique eum, ⁸quis verò illos omnes trucidauit? Hic diſcite, quòd ſer mo Domini quē loquutus eſt ſuper domū Ahab, ⁹non irritus ſit. ¹⁰quandoquidem Dominus fecit quæ loquut⁹ eſt per ſeruū ſuū Eliā. Percuſſit itaq; Iehu omnes qui reliqui erant de domo Ahab in Ieſreel, omnes magnates eius, omnes ¹¹notos ei⁹, & ſacerdotes eius, ita vt nemo reliquus ei ſuper- eſſet. ¶ Surgēs deinde, profect⁹ eſt, & venit in Sa- mariā: ¹²erat ibi i itinere caſa paſtoralis, Vbi de- prehēdit Iehu fratres Ahaziæ regis Iehuda, aitq;, Qui eſtis vos? & dixerūt, ¹⁴Fratres ſumus Ahaziæ, deſcēdimúſq; vt ſalutemus filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Prehendite eos viuos. quos quū cepiſſent viuos, trucidarunt eos iuxta ¹⁶puteum ¹⁵caſæ paſtoralis, nēpe quadragintaduos viros, nec fecit quenquā ex eis reliquū. ¶ Diſcedens in- de, inuenit Ionadab filiū Rechab ſibi obuiū, ſalu tatóq; eo, dixit ad eū, ¹⁷Eſtne cor tuū rectū, ſicut cor meū rectū eſt cum corde tuo? reſpondit Io- nadab, ¹⁸Omnino eſt. Cedo igitur [inquit,] ma- num tuam. & præbuit ei manum ſuam. Tū iuſ- ſit eum aſcendere ad ſe in currum, Et dixit, Ve- ni mecum, & vide zelum meum ¹⁹pro Domino: ²⁰vexerúntq; eū in curru ſuo. Quúmq; veniſſet Samariā, trucidauit omnes qui de Ahab reliqui erāt in Samaria, donec deleret ²¹eū, iuxta verbū Domini quod loquutus fuerat ad Eliā. ¶ Congre- gatis verò Iehu vniuerſum populū, dixit ad eos, Ahab parum coluit ipſum baal, Iehu autē ²²au- guſtius eū colet: vocate igitur mox ad me omnes prophetas baal, omnes cultores eius, atque cun- ctos ſacerdotes eius, ne quiſquam deſit, quoniam magnum eſt mihi ſacrificium [peragendum] ipſi baal: quicunq; igitur defuerit, nō viuet. Hoc au tē aſtu fecit Iehu, vt perderet cultores baal. Di- xitque Iehu, ²³Indicite cœtū ipſi baal: & cōuoca- runt. Miſit deinde Iehu in omnē Iſraelem, & ve- nerūt omnes cultores baal, nec defuit quiſquam qui non veniſſet: ingreſsique ſunt phanum baal, & repletum eſt phanū baal ²⁴vndiq;. Tum dixit ad eum qui præfectus erat ſacris veſtibus, Profer veſtes omnibus cultorib⁹ baal. & protulit eis ²⁵ve ſtes. Ingreſſus itaque Iehu & Ionadab filius Re chab phanum baal, dixit ad cultores baal, Diſpi-

non potuerunt ſtare coram eo, & quomodo nos valebimus reſiſtere? Miſerunt ergo præpoſiti do mus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nu- tritij, ad Iehu, dicentes, Serui tui ſumus, quæcum que iuſſeris faciemus, nec conſtituemus nobis re- gem: quæcunque tibi placent fac. Reſcripſit au- tem eis literas ſecundò, dicens, Si mei eſtis, & o- B
bedītis mihi, tollite capita filiorum domini ve- ſtri, & venite ad me hac eadē hora cras, in Iez- rahel. (porrò filij regis, ſeptuaginta viri, apud o- primates ciuitatis nutriebantur.) Cúmque veniſ- ſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occide- runt ſeptuaginta viros, & poſuerūt capita eorū in cophinis, & miſerūt ad eū i Iezrahel. Venit au tē nuncius ad eū, & indicauit ei, dicens, Attule- runt capita filiorum regis. qui reſpondit, Poni- te ea ad duos aceruos iuxta introitū portæ vſque mane. Cúmque diluxiſſet, egreſſus eſt, & ſtās di- xit ad omnem populum, Iuſti eſtis: ſi ego con- iuraui contra dominum meum, & interfeci eū, quis percuſſit omnes hos? Videte ergo nunc quo- niam nō cecidit de ſermonibus Domini in ter- ram, quos locutus eſt Dominus ſuper domū A- 1. Reg. 21. g.
chab, & Dominus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui Eliæ. Percuſſit igitur Iehu omnes qui re C
liqui erāt de domo Achab in Iezrahel, & vniuer- ſos optimates eius, & notos & ſacerdotes, donec nō remanerēt ex eo reliquiæ. ¶ Et ſurrexit & ve- Occidit & 42
nit in Samariam: cúmque veniſſet ad Cameram fratres Ochoziæ regis.
paſtorū, in via inuenit fratres Ochoziæ regis Iu da, dixitque ad eos, Quinam eſtis vos? qui reſpō- derunt, Fratres Ochoziæ regis ſumus. & deſcen- dimus ad ſalutandos filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Comprehendite eos viuos. quos cum cō- prehendiſſent viuos, iugulauerūt eos in ciſterna iuxta Camerā, quadragintaduos viros, & nō re- liquit ex eis quenquam. ¶ Cúmque abiſſet inde, Ionadab fili⁹
inuenit Ionadab filiū Rechab in occurſum ſibi. Rechab pius.
& benedixit ei. & ait Iehu ad eum, Nunquid eſt D iūgit ſibi
cor tuum rectum cum corde meo, ſicut cor meū Iehu ad delē
cum corde tuo? & ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit, dam idolola
da mihi manum tuam. qui dedit ei manū ſuā: triam.
at ille leuauit eum ad ſe in currum. Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Do- mino. & impoſitū in curru ſuo, Duxit in Sama- riam & percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vſque ad vnum, iuxta verbū Omnes ſacer
Domini quod locutus eſt per Eliam. ¶ Congre- dotes baal, a-
gauit ergo Iehu omnē populum, & dixit ad eos, ſtutia Iehu
Achab coluit baal parū, ego autē colā eū amplius. interficiuntur.
nunc igitur omnes prophetas baal, & vniuerſos 3. reg. 16. g.
ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat: ſacrificium e- nim grande eſt mihi baal: quicunque defuerit, E
non viuet. (porrò Iehu faciebat hoc inſidioſe, vt diſperderet cultores baal.) Et dixit, Sanctificate diem ſolennem baal, vocauitque. Et miſit in vni- uerſos terminos Iſrael, & venerunt cuncti ſerui baal: non fuit reſiduus ne vnus quidem qui non veniret. & ingreſſi ſunt templum baal: & repleta eſt domus baal, à ſummo vſque ad ſummum. Di xítq; his qui præerant ſuper veſtes, Proferte ve- ¶ erant
ſtimenta vniuerſis ſeruis baal. & protulerūt eis veſtes. Ingreſſúſque Iehu, & Ionadab filius Re- chab templum baal, ait cultoribus baal, Perqui-

q. ad illuc coirent paſtores, oniū tōdendarū cauſa. ¶13. i. nepotes ex fratribus. Vt pater & auus eſt, ita frater & ne- pos. ¶14. i. Nepotes. ¶15 vl, ciſternā ¶16 Heb. domus ligationis. i. tōſtrinæ ouium. ¶17. i. Amáſne me ex animo vt ego te? ¶18 Heb. Eſt eſt. q. d. Proculdubio te diligo ex animo. ¶19 erga Dominum. i. quāta ſim facturus in honorē Domini. ¶20 & impoſuerunt eum in currū eius. i. iunxerūt famuli conſcendentē. ¶21 i. totā eius familiā. ¶ baal, appellatiuū eſt nomē, ſignificās idolū in genere. Hæ autē, & 3. Reg. 16, & 22. pro inſigni illo idolo Sidoniorū accipiē, quod dic. Aſtarthe. ſiue Aſthoreth. ¶22 Heb. multū. i. erit plurimū ad ſtudium cultui eius. ¶23 ſub. ā ſacerdotes baal. ſub ea vt cōſtituto die cultores baal parati ſint ſacrificij cauſa. ¶24 Heb. ab ore ad os. vl, ab ora ad orā. Meta- phora à vaſis quæ replētur aqua aut vino. Gallicè, De bort a bort. ¶25. i. veſtes quibus vti ſolebant qui colebāt baal.

rite, & videte nequis fortè vobiſcū ſit de ſeruis Domini, ſed vt ſint ſerui baal ſoli. Ingreſſi ſunt igitur vt facerent victimas & holocauſta: Iehu autem præparauerat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus veſtras, anima eius
F erit pro anima illius. Factum eſt autē cum completum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. percuſſerúntq; eos in ore gladij, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi baal. Et protulerunt ſtatuam de phano baal, & combuſſerunt, Et comminuerunt eam: deſtruxerunt quoque ædem baal, & fecerūt pro ea latrinas, vſque in diem hanc. Deleuit itaque Iehu baal de Iſrael. Veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, nō receſſit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan. ¶ Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia ſtudioſe egiſti quod rectū erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab: filij tui vſ-
G que ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael. Porrò Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Iſrael. ¶ In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſſitque eos Hazael in vniuerſis finibus Iſrael, A Iordane contra Orientalem plagam, omnem Terram-Galaad & Gad & Ruben & Manaſſe, ab Aroer quæ eſt ſuper Torrentem-Arnon, & Galaad & Baſan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Iehu cum patribus ſuis, ſepelierúntque eū in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu ſuper Iſrael, viginti & octo anni ſunt, in Samaria.

*Baal comminuitur. Et eius téplo latrinas facit Iehu.*

*Mercedē temporalem dat Deus ipſi Iehu. 3.q.c.*

*Iſrael percutitur ab Hazael.*

*Iehu moritur. Succedit Ioachaz.*

CAP. XI.

Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuū filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regiū. Tollens autē Ioſaba filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, Ioas filiū Ochoziæ, furata eſt eū de medio filiorū regis qui interficiebātur, & nutricē eius, de triclinio: & abſcōdit eū à facie Athaliæ, vt nō interficeretur. Erátque cū ea ſex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit ſuper terrā ſeptē annis. ¶ Anno autē ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumens centuriones, & milites introduxit ad ſe in templū Domini, pepigítq; cū eis fœdus: & adiurās eos in domo Domini, oſtēdit eis filiū regis. Et præcepit illis, dicens, Iſte eſt ſermo quem facere debetis. Tertia pars veſtrum
B introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portā Sur: & tertia pars ſit ad portam quæ eſt poſt habitaculum Scutariorū. & cuſtodietis excubias domus, Meſſa.

*Athalia interficit omne ſemē regiū. 2.paral. 22.d.*

*Ioas filius Ochoziæ, abſconditur. 2.Para.23.a.*

*Ioas fit rex.*

*¶ Sur:*

cite & videte ne forte hic ſit inter vos quiſquam ex cultoribꝰ Domini, ſed ſoli cultores ipſius baal. Cúmque ingreſſi eſſent vt facerēt ſacrificia & holocauſta, [16]collocauit Iehu foris octoginta viros, quibus dixit, Quicunque euaſerit de viris illis quos ego [17]adduxi in manus veſtras, erit anima illius pro anima eius. Quum verò [18]abſoluiſſet ſacrificia holocauſtorum, dixit Iehu ſatellitibus & ducibus, [19]Ingredimini & trucidate eos, nequis euadat. & percuſſerunt eos gladio, abieceruntque [cadauera eorum] [20]ſatellites & duces, & abierunt [21]in ciuitates [ſuas, vbi erant] templa baal. Et efferentes ſtatuas ædis baal, combuſſerūt eas. Confregerunt quoque ſtatuā baal, & diruerunt ædem baal, & fecerunt eam [22]latrinam vſq; hodie. Sic deleuit Iehu ipſum baal de Iſraele, veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt Iſrael ſcelerate ageret, nō receſſit Iehu quo minus ea ſequeretur, nempe vitulos aureos qui erāt in Beth-el & in Dan. ¶ Dixit ergo Dominus ad Iehu, Quandoquidem [23]ſtudio quodā rectum feciſti in oculis meis, [&] iuxta omnia quæ fuerunt in corde meo, feciſti domui Ahab, ſedebunt tibi filij ſuper ſolium Iſraelis in quartam vſque generationem. Cæterum Iehu non obſeruauit vt ambularet in lege Domini Dei Iſraelis toto corde ſuo, nec receſſit à peccatis Ieroboam, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael. ¶ Sub id tempus cœpit Dominus [24]truncare Iſraelem, [25]percuſſitque eos Haſael in omnibus terminis Iſraelis, A Iordane ad exortum ſolis, omnem terram Gilead, Gaditas, Rubenitas, & qui erant de Manaſſe, ab Aroer [26]vſque ad torrentem Arnonem, Gilead nempe & Baſan. Reliquum geſtorum Iehu, & omnia quæ fecit, atque [27]robur eius, nonnè hæc ſcripta ſunt in Libro annalium Iſrael? Dormiuitque Iehu cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Samaria, & regnauit Iehoahaz filius eiꝰ pro eo. Porrò dies quibꝰ regnauit Iehu ſuper Iſraelem in Samaria, viginti & octo ſunt anni.

CAP. XI.

Porrò Athalia mater Ahaſiæ vidēs quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit & perdidit omne ſemen regium. Tollens autem Iehoſeba filia regis Ioram, ſoror Ahaſiæ, ipſum Ioas filium Ahaſiæ, clàm ſuſtulit eum è medio filiorum regis qui [1]occiſi erant, [2]ipſum ſcilicet & nutricem eius [3]in cubiculo lectorum, & abſcōderūt eum metu Athaliæ, itaque nō eſt occiſus. Fuit autem [4]apud eam abſconditus in domo Domini ſex annis, regnante Athalia ſuper terram. ¶ Anno deinde ſeptimo miſit Iehoiada, & [5]accerſiuit [6]centuriones [7]vt milites eſſent & celeres: & introduxit eos ad ſe in domum Domini, iniit cum eis fœdus, iureque iurando eos [8]adſtringens in domo Domini, [9]oſtendit eis filium regis. Præcepitque eis, dicēs, Hoc eſt quod [10]facere debetis. Tertia pars veſtrū [11]ingredientur ſabbatho, & [12]excubabūt excubias ædis Domini. Et tertia pars erit in [13]porta Sur, tertia deinde pars ad portam [14]poſteriorem quæ eſt celerū, & cuſtodietis cuſtodiam domus [15]maſſa.

¶16 collocauerat ſibi
¶17 venire faciā. q.d. Qui reliquerit, ſiue ſiuerit quempiam abire, is morietur pro eo.
¶18 ſub. ſummꝰ ſacerdos baal.
¶19 vl. Irrūpite
¶20 Heb. curſores. i. milites leuioris armaturæ.
¶21 vſq; ad vrbē ſani baal. i. vſque ad vrbē quādā viciniā Samariæ in qua templū habebat baal.
¶22 latrinas. i. loca in quibus populus ſoluebat aluum.
¶23 Heb. benefeciſti vt faceres quod rectū eſt &c. i. ſtudioſe feciſti quod &c.
¶24 vl. pręcidere. Authore Domino res Iſraelitię fuerūt acciſæ.
¶25 vl. ſuperauit. i. in omni termino Iſraeł expugnauit aliquas vrbes.
¶26 quæ eſt ad torrentem
¶27. i. quæcūq; ſtrenue & fortiter geſſit.

XI.

¶1 occidebant.
¶2 ſubaudi ex 2.Para.22. & abdidit ipſū &c.
¶3 q.d. i aliquo penetrali vbi erāt lecti. Locꝰ erat vbi dormiebāt ſacerdotes Leuitę inter appendices tēpli.
¶4 cū ea. ſub. nutrice.
¶5 vl. aſſumpſit
¶6 Hi erant de genere Leuitarū. ¶7 duces & curſores. i. milites leuis armaturæ. ¶8 quòd ſcilicet cōſilia nō proderēt. ¶9 nō enim ſciebat eū viuere. ¶10 vl. facturi eſtis. Hic habēda eſt ratio functurorū officio, & defunctorū. Qui obituri erāt ſuā hebdomadā, non fuerunt diuiſi in varias portas ſed pars eorū cōſtituta fuit portæ qua aditus patebat ad regiā, id eſt portæ atrij Septentrionali: pars verò altera dedit operā tēplo. Qui verò iam functi fuerāt ſua hebdomada, diſtributi ſunt in duas claſſes: nā ex iis alij præfecti ſunt portæ Orientali, alij verò portæ Auſtrali. Omnes igitur ſacerdotes & Leuitæ fuerunt diuiſi in tres partes, qui tamē per vices fungebātur ſuo officio per hebdomadā, vt teſtis Lucæ dicitur de Zacharia. ¶11 Heb. [eſt] intraturorū ſabbathū. i. eorū qui functuri ſunt officio ſuo proximo ſabbatho, ſiue proxima hebdomada. ¶12. i. obſeruabūt portā qua qui habitant in regia, ſolent ingredi in atriū populi: obſeruabunt inquam nequi prodeant è regia, cum rex coronabitur, & illum interficiant. ¶13 Porta Sur, porta fundamēti dicitur. i. præcipua: maxima porta atrij: initio hæc ſola, poſtea duæ illi additæ, Meridionalis & Aquilonaris. ¶14 quæ eſt poſt portā curſorū. i. militū & ſatellitū. Portā Auſtralē intelligit. Præterea milites eos q foris cuſtodiebāt & cingebāt tēplū, hoc eſt hecal & debir. ¶15 à deſertione. i. cauebitis diligenter nequis locū deſerat aſſignatū in ordine.

¶16.i. omnes qui officio ſuo defuncti fuerint ea hebdomada. Hos, qui minus erant occupati, diuidit in duas turmas. ¶17 obſeruabunt. vel, cuſtodient ¶18 ſuper regẽ. i. cuſtodient diligẽter regem quũ erit in templo. ¶19 in ordines ipſos. i. in vos ſic diſpoſitos, in aciẽ ita inſtructam. ¶20 Heb. quum egredietur [ſcil. templo,] & quum ingreditur. ſub. templum. ¶21 vel, ſummus pontifex. ¶22 i. qui functuri erant officio ſuo in templo proximo ſabbatho. ¶23 exierant. i. qui iam defuncti erãt ſua hebdomada. ¶24 pontifex ¶25 i. quæ conſecrauerat Dauid Domino.

¶26 vel, curſores ¶27 i. à latere Meridionali in qua parte erat oſtium atrij ſacerdotum.

¶28 i. Septentrionale. ¶29 i. circum templũ & partem in qua erat magnũ altare Salomonis Chaldæus paraph. per templum, ſiue domũ, intelligit deuir. ¶30 i. in circuitu regis.

Duę verò partes ex vobis,[16] omnes ſcilicet qui ſabbato exeunt,[17] obſeruabitis cuſtodiã domus Domini[18] iuxta regem. Et circundabitis regẽ circũquaq;, quiſq; habeat arma in manu ſua: quicũq; verò[19] intra ſepta fuerit ingreſſus, trucidetur vt ſitis cum rege[20] ſiue fuerit egreſſus ſiue ingreſſus. Fecerunt ergo cẽturiones iuxta omnia quæ præceperat Iehoiada[21] ſacerdos, acceperũtque ſinguli viros ſuos[22] qui ſabbato ingreſſuri erãt, cum his qui ſabbato[23] exituri erant, & venerunt ad Iehoiada ſacerdotem. Dedit autem[24] ſacerdos centurionibus haſtas & ſcuta regis Dauidis[25] quę erant in domo Domini. Steterũntque[26] celeres, & habuit quiſque arma ſua in manu ſua,[27] à latere domus dextero, vſque ad latus domus[28] ſiniſtrum,[29] iuxta altare & templum circum regem,[30] per circuitum.[31] Educens autem filiũ regis, impoſuit ei[32] coronã, & dedit ei[33] teſtimonium, & regem eum conſtituerunt,[34] vngentes eum, & cõploſis manibus dixerunt.[35] Viuat rex. ¶ Audiẽs autẽ Athalia[36] vocẽ currẽtis populi, ingreſſa eſt ad populũ in tẽplum Domini. Quũmque[37] vidiſſet, ecce rex ſtabat pro more[38] prope columnam,[39] cãtores verò & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur & clangebat tubis. tum Athalia ſciſſis veſtimentis ſuis, clamauit,[40] Coniuratio, coniuratio. Præcepit ergo Iehoiada ſacerdos centurionibus qui præfecti erãt exercitui, & dixit ad eos, Educite eam extra templum[41] ad ſepta, & ſiquis eam fuerit[42] ſequutus, interficiatur gladio: præceperat enim ſacerdos ne interficeretur in templo Domini. Fecerũt ergo ei[43] ſpatium,[44] & venit in viam per quam equi ingrediebantur in domum regis, & illic eſt interfecta. ¶ Pepigit autẽ Iehoiada fœdus inter Dominum & inter regem atque inter populum,[45] vt ſcilicet eſſet populus Domini.[46] deinde & inter regem & populum. Et ingreſſus eſt vniuerſus populus in phanum baal, & diruerunt illud, altaria quoque eius, & imagines eius[47] fruſtillatim confregerunt. Mathan quoque[48] ſacrificum baal occiderunt coram altaribus. & poſuit[49] ſacerdos[50] cuſtodiam ſuper domum Domini. Tulit deinde centuriones, duces & ſatellites, atque cũctum populum terræ, & deduxerũt regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ[51] ſatellitum ad domum regis, ſeditque ſuper ſoliũ regum. Et lætatus eſt cunctus populus terræ,[52] conquieuitque ciuitas,[53] interfecta Athalia gladio iuxta domũ regis. Iehoas[54] quum regno inaugurarectur, natus erat ſeptem annos.

CAP. XII.

ANno ſeptimo ipſius Iehu[1] inauguratus eſt Iehoas regno, quadraginta autẽ annis regnauit in Ieruſalẽ. Nomen matris eius fuit Zibia de Beer-ſebi. Fecit autẽ Iehoas[2] rectũ in oculis Domini cũctis diebus ſuis quibus eum[3] direxit Iehoiada[4] ſacerdos: attamen excelſa[5] non recedebant: populus enim adhuc[6] immolabat & adolebat in excelſis. ¶ Dixit autẽ Iehoas ad ſacerdotes, Omnem pecuniam[7] ſanctificatorum quæ[8] illata eſt in domum Domini, nẽpe pecuniam virorũ qui in cẽſum

Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes ſabbatho, cuſtodiant excubias domus Domini circa regem. Et vallabitis eum habentes arma in manibus veſtris: ſiquis autem ingreſſus fuerit ſeptũ tẽpli, interficiatur: eritiſque cum rege introeũte & egrediente. Et fecerunt cẽturiones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada ſacerdos: & aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur *ſabbathum, cum his qui egrediebantur è ſabbatho, venerunt ad Ioiadam ſacerdotem. Qui dedit eis haſtas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua a parte tẽpli dextera, vſq; ad partem ſiniſtram altaris, & ædis, circũ regem. Produxitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu, dixerunt, Viuat rex. ¶ Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingreſſa ad turbas in tẽplum Domini, vidit regem ſtantem ſuper tribunal iuxta morem, & cantores & *turbas prope eũ, omnẽmque populum terræ lætantem, & canẽtem tubis: & ſcidit veſtimenta ſua, clamauitque, Coniuratio, coniuratio. Præcepit autem Ioiada * centurionibus qui erant ſuper exercitum, & ait eis, Educite eam extra ſepta templi, & quicunque eã ſecutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos, Non occidatur in templo Domini. Impoſueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium*, & interfecta eſt ibi. ¶ Pepigit ergo Ioiada fœdus inter *Deum & regem, & inter populum, vt eſſet populus Domini, & inter regẽ & populum. Ingreſſuſque eſt omnis populus terræ templum baal, & deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. Mathan quoque ſacerdotẽ baal, occiderũt corã altari. Et poſuit ſacerdos cuſtodias in domo Domini. Tuliſque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnẽ populum terræ, deduxerũntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thronum regum. Lætatuſq; eſt omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit: Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis. Septẽmque annorum erat Ioas, cum regnare cœpiſſet.

CAP. XII.

ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ieruſalẽ. Nomẽ matris eius Sebia, de Ber-ſabee. Fecitque Ioas rectũ corã Domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada ſacerdos. verũtamen excelſa nõ abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum. ¶ Dixitq; Ioas ad ſacerdotes, Omnem pecuniã ſanctorum quæ illata fuerit in templum Domini à præiereũtibus, quæ offertur

¶ *ſabbatho,

C

Occiditur Athalia.

¶ *tubas

¶ *ſacerdos

¶ *regis

D Fœdus in quo Ioas & populus promittũt ſe obſequuturos Deo, & populus ſe morigerum fore regi.

¶ *Dominum

Mathan ſacerdos baal interficitur. Lætitia.

Ioas pius, magiſtro Ioiada pio.

Iubet Ioas ſacerdotes inſtaurare templum.

¶31 ſub. de loco in quo delitescebat. ¶32 quo ſcilicet reges domus Dauidis coronabantur. ¶33 ornamẽtum. ſub. regium. veſtem regiã. ¶34 Filij regũ non vngebantur, erãt enim vncti in patribus: ſed hunc vnxerunt, quòd controuerſia eſſet de regno: Athalia enim volebat regnare. hoc pacto vnctus fuit & Salomon. ¶35 Chaldæus paraphr. Omnia proſpere ſuccedant huic nouo regi. ¶36 ſtrepitum militum [&] populi. ¶37 vel, circumſpiceret cœpiſſet. ¶38 i. in ſolio regio quod erat iuxta columnã quandam inſignẽ, in quo ſolebant ſedere reges & magnates. ¶39 principes. vel, magnates ¶40 q.d. Iſti cõiurauerunt in me. ¶41 per medios ordines. ſiue acies. ſub. militũ. ¶42 ſub. vt ei opituletur. ¶43 locum. ſub. per acies. ¶44 quum iret per ¶45 i. ſe futuros morigeros Domino. ¶46 Hoc fœdere rex promittebat ſe recturũ omni æquitate populũ: populus verò iurabat ſe facturũ quæ imperaret. ¶47 exactè. vel, diligenter ¶48 principem ſacerdotum ¶49 vel, pontifex ſummus ¶50 præfectos ¶51 vel, militũ. ſiue, curſorum ¶52 vel, pacatáque fuit. hoc eſt, ſine tumultu. ¶53 Athaliã autẽ iam interfecerant gladio in [introitu] regiæ. ¶54 quum creatus eſt rex. XII. ¶1 regnare cœpit Ioas, ¶2 i. quod erat gratiſſimũ Domino. ¶3 docuit ¶4 ſummus pontifex: ¶5 i. non fuerunt ſublata. ¶6 in honorem ſcilicet Dei, quod tamen non erat gratũ ipſi Deo. ¶7 i. quæ conſecratur Domino. ¶8 inferri ſolet

pro pretio animæ, & quã ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini: Accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint inſtauratione. Igitur vſque ad viceſimũtertium annum regis Ioas, non inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta tẽpli. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam põtificem & ſacerdotes, dicẽs eis, Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinẽ veſtrũ, ſed ad inſtaurationem tẽpli reddite eã. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta domus. Et tulit Ioiada pontifex gazophylaciũ vnum, aperuitq; foramen deſuper, & poſuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domũ Domini, mittebántq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebãt oſtia, omnẽ pecuniã quę deferebatur ad tẽplum Domini. Cúmque viderẽt nimiam pecuniã eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis & põtifex, effundebántq;, & numerabant pecuniã quæ inueniebatur in domo Domini: & dabãt eam iuxta numerũ atque mẽſuram in manu eorum qui præerãt cæmẽtarijs domus Domini: qui impendebant eã in fabris lignorum, & in cæmẽtarijs ijs qui operabantur in domo Domini, & ſartatecta faciebãt: & in ijs qui cædebant ſaxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebãtur: ita vt impleretur inſtauratio domus Domini in vniuerſis quæ indigebant expenſa ad muniendã domum. Veruntamen nõ fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureũ & argenteũ, de pecunia quæ inferebatur in tẽplum Domini. Ijs enim qui faciebant opus, dabatur, vt inſtauraretur tẽplum Domini: & non fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebant pecuniam vt diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tractabant eam. Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebãt in templum Domini, quia ſacerdotũ erat. ¶Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciẽ ſuam vt aſcenderet in Ieruſalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia ſanctificata, quæ conſecrauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat: & vniuerſum argentũ quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: miſitque Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalem.

Ioas, ſacerdotibus non curãtib' tẽplum inſtaurari, curat ipſe.

¶ templi.

¶ ex ea

Hazael, accepta grãdi pecunia à Ioas, deſiſtit oppugnare Ieruſalem.

¶ conſecrauerant

¶ aurum

transeũt, pecuniam animarũ[quam quiſq; dat] pro æſtimatione ſua, omnem pecuniam denique [10]quam ſinguli ſponte conferunt in domũ Domini. Accipiant ſibi ſacerdotes [11]quiſque de noto ſuo, & hi inſtaurent [12]ſarta tecta ædis, vbicunque inuenitur aliqua ruina. Factum eſt autẽ vt in anno vigeſimotertio regis Iehoas ſacerdotes [12]ſarta tecta ædis non inſtaurassent. Vocans igitur rex Iehoas Iehoiadam pontificem & ſacerdotes, dixit ad eos, [13]Cur non inſtaurastis ſarta tecta ædis? ne igitur accipiatis vos pecuniam de [14]notis veſtris, ſed ad ſarta tecta ædis conſeruanda date eam. [16] Obſignatũ itaque eſt ſacerdotibus ne acciperent pecuniam a populo, neq; inſtaurarẽt ſarta tecta ædis, ſed [17]ſacerdos Iehoiada accepta arcula [18]vnius, in operculo eius foramẽ perfora uit, poſuitque eã iuxta aram ad dexterã [19]vbi ingreſſus eſt in templum Domini, poſuerúntq; illuc ſacerdotes, [20]qui limen obſeruabant, omnẽ pecuniam quæ illata erat in ædem Domini. Contigit autem vt quum pecuniam viderẽt multã eſſe in arcula, aſcẽderet ſcriba regius & ſummus ſacerdos, qui numeratam pecuniã inuentã in æde Domini, [21]colligarunt, pecuniámq; [22]certam dederunt in manus eorum qui faciebant opus, [23]& eorũ qui inſpectores erant ędis Domini, qui expendebãt eam fabris lignariis, & ſtructorib' qui reficiebant ædem Domini, [24]murariis quoque fabris, lapicidis, & his qui cõparabant ligna, & lapidum ſcalptoribus, [25]quibus cõſeruarẽtur ſarta tecta ædis Domini. [In ſumma,] ad omne [26]quod pertinebat ad inſtaurationem tẽpli. Veruntamẽ de pecunia illa illata in ædem Domini nõ fiebãt [27]phialæ argenteæ, nec muſica inſtrumenta, nec pelues [ſparſorij], nec tubæ: nullũ inquam vas neque aureum neq; argẽteum [28]fiebat pro templo Domini, [29]Quoniã dabant eã [pecuniam] his qui faciebãt opus, & qui ea reficiebant ædem Domini. Nec ratio exigebatur à viris huiuſmodi, in quorũ manus pecuniæ illæ datæ erant, vt ipſi darent eam his qui faciebant opus: nam bona fide [30]agebant. Cæterum [31]pecunia pro delicto, & pecunia pro peccatis, nõ inferebatur in ædem Domini, quòd ſacerdotũ eſſet. ¶[32]Tunc aſcendit Haſael rex Syriæ, & bellum geſſit contra [33]Gath, cepitque eam, [34]ſtatuitque apud ſe Haſael aſcendere cõtra Ieruſalẽ. Tũ Iehoas rex Iehuda tulit [35]omnia ſãctificata quæ cõſecrauerãt Ioſaphat, Ioram, & Ahaſias patres eius reges Iehuda, [36]quæque ipſe cõſecrauerat, atq; omne aurũ quod repertũ fuit in theſauris ædis Domini, & in domo regis, miſitq; Haſaeli regi Syriæ, & [37]receſſit à Ieruſalẽ.

¶9 Heb. tranſeũtis, hominis pecuniã animarũ æſtimationis ei', &c. Pecuniã tranſeũtis, ſiue tranſeũtiũ, ſub. in numerũ, ſiue inter numeratos. i. qui numeratur cũ alijs, hoc eſt qui iã attigerit viceſimũ annũ. hi dabãt in ſingula capita dimidiũ ſicli, vnde cõparabant victimas quib' fiebat ſacrificiũ illud iuge & perpetuũ. Vocat pecuniã cẽſus quã dabant qui reputabantur inter numeratos. Pecunia hominis animarũ æſtimationis eius, ſiue pecunia pretij animarũ cuiuſque hominis. i. pecunia qua quiſq; redimebat ſeipſum. Triplex pecunia inferebatur in tẽplũ. Prima eorũ qui attigerant viceſimũ annũ. Secũda, eorũ quam quiſq; ſoluere tenebatur quũ vouiſſet votum Domino ſe daturũ quãtũ æſtimat' eſſet à ſacerdote. Leuit. 27. quæ vota fiebant potiſſimũ in periculis. Tertia erat, quæ ex liberalitate Iſraelitarum dabatur. ¶10 Heb. quæ aſcenderit in cor viri inferre &c. ¶11 ſinguli à familiaribus ſuis, ¶12 ſciſſuras. rupturas. Iam agebatur annus cẽteſimus quinquageſimusquintus ex quo tẽpliũ fuerat extructũ vnde aliquib' in locis minari ruinã poterat. Quidã aiũt tẽplũ tum fuiſſe laceratũ & pene dirutũ ab Athalia, & ei' filijs: hóſq; aiũt quicquid erat pretioſum in domo Domini, detuliſſe in ædẽ baal. Vide in Paral. vbi dicitur Athaliã feciſſe rupturas ĩ domo Domini. ¶13 q.d. Nõ recte agitis. Ioas ſuſpectos habuit ſacerdotes, q nõ inſtaurassent rupturas tẽpli: ppterea iuſſit ĩ gazophylaciũ pecuniã inferri. ¶14 vl. familiarib' ¶15 pro rupturis dom'. ſub. inſtaurãdis. ¶16 Morẽ itaq; geſſerũt [vl. Cõſenſerũt itaq;] ſacerdotes ¶17 põtifex ¶18 i. cuiuſdã ſacerdotis. ¶19 quã quis ingreditur tẽplũ &c. Dextrũ tẽpli eſt proprie ea pars tẽpli quæ pertinet ad Auſtrum: vt ſiniſtra pars proprie ea eſt quæ pertinet ad Aquilonẽ. ¶20 i. qui habebãt cuſtodiã tẽpli. Alij legũt, qui vaſa cuſtodiebãt. i. ſupellectilẽ templi. ¶21 ſub. in faſciculos. ¶22 ſignatã. vel, numeratã ¶23 qui præfecti erãt domui Dei. Cõ ſtructio &, auferẽda. dederũt pecuniã in man' operarũ, ſiue architectorũ qui præfecti erãt operi templi. Gallice, A ceulx qui auoẽt entrepris l'oeuure. ¶24 cæmẽtarijs. i. ijs qui diſponebãt lapides. ¶25 ad inſtaurãdas rupturas ¶26 quod inſumebatur pro domo ad reparãdã eã. ¶27 vl. pateræ ¶28 ſub. tũc. ¶29 vl. Nã ¶30 i. diſtribuebant eã pecuniã. ¶31 i. pecunia quæ ſupererat empta victima pro delicto. Qui vouerat in lõginqua regiõe, aliquid pro peccato, inferebãt pecuniã ad vnũ ex ſacerdotib' qui victimã emebat: & quod reliquũ erat pecuniæ, empta victima, id cedebat in vtilitatẽ ſacerdotũ. ¶32 Mortuo ſcilicet Ioiada põtifice, quũ Ioas credẽs aulicis, deditus fuit idololatriæ. Ioas interfecit Zachariã filiũ Ioiadæ, q eũ & aulicos carperet ob idololatriã. atq; mortuo Ioiada, vt ſcribitur in Paral. quæ cauſa fuit, neſpe idololatria, vt affligeretur. ¶33 Vrbs erat ſub poteſtate regũ Iuda, quã Dauid ceperat. ¶34 Heb. & poſuit Hazael faciẽ ſuã. i. cõuertit ſe ea victoria elat', vt aſcẽderet &c. cœpit adornare profectionẽ in Ieruſalẽ. ¶35 oẽs cõſecrationes. omnia donaria ¶36. i. omnia donaria ſua. ¶37. i. deſtitit venire ad oppugnãdũ Ieruſalẽ nõ enim venit in Ieruſalẽ. Sequẽti tamẽ anno Hazael rediit oppugnatũ Ioas cui quũ occurriſſet, ab eo eſt vulneratus. cumque in lectica referretur Ieruſalem, coniuratione facta interemptus eſt à ſeruis Hazaelis. 2. Paralip. 24.

CAP. IIII.

Mulier quædam de vxoribus 'filiorum' prophetarum clamauit ad Eliſæum, dicēs, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, tu verò noſti quòd ſeruus tuus metuens fuit Dei. Iam verò venit creditor vt tollat duos filios meos ſibi in ſeruos. Ad quam dixit Eliſæus, Quid faciam tibi? indica mihi quid habeas domi. Quæ dixit, Ancilla tua nihil habet domi quàm lecythū olei. Cui ait, Vade, & poſce tibi vaſa foris, [id eſt] ab omnibus vicinis tuis, vaſa [inquam] vacua, eaque nō pauca. Cúmque fueris ingreſſa, claude poſt te, poſtque filios tuos ianuam, & funde [oleum] in omnia vaſa iſta: quodque fuerit repletū, ſepone. Abijt itaque mulier ab eo, & clauſit ianuam poſt ſe & poſt filios ſuos, qui adhibebāt eiſ vaſa, [i]pſaque infundebat. Cúmque iam vaſa impleta eſſent, dixit ad filiū ſuū, Adhibe mihi adhuc [aliud] vas. Is autē ait ad eā, Nullū eſt amplius vas. Conſtititque oleū. Venit hæc, & nūtiauit viro Dei, qui ait, Vade & vēde oleum ipſum, & redde creditori tuo: tu & filij tui cū eo quod ſupereſt vitā ſuſtinete. ¶Cōtigit autem quodā tempore vt Eliſæus tranſiret Sunem, illic erat mulier quædā inſignis, quæ retinuit eū vt ederet cibū: vnde factum eſt, vt quoties tranſiret, diuerteret illūc vt ederet cibum. Tum ait illa ad maritū ſuū, En quæſo, noui quòd is qui ſubinde apud nos præterit, vir Dei ſanctus eſt: faciamus quæſo cœnaculū paruo pariete, & ponamus ei in eo lectū, menſam, ſoliū atque candelabrū: vt quū ad nos venerit, illuc diuertat. ¶Factū ergo eſt quodā die, vt veniret illuc, & diuerteret in cœnaculū illud, dormiretque in eo. Tū dixit [Eliſæus] ad puerū ſuū, Voca Sunamitidē illā. Quúmque eam vocaſſet, ſtetit ipſa coram eo. Rurſúmque ait [Gieſi] ad eū, Dic ad eā, Inſeruiſti nobis omni ſtudio iſto ac diligentia, quid faciemus tibi? Eſtne tibi negotiū aliquod apud regē, aut imperatorē? Quæ reſpondit, Ego habito in medio populi mei. Dixit ille, Quid ergo ei faciēdū? Reſpōdit Gehazi, Profectò non habet filiū, & maritus eius ſenex eſt. Dixit [Eliſæus,] Voca eam. & is vocauit eā, & [mulier] ſtetit ad oſtiū. Dixitque ille, Ad tēpus hoc cōſtitutū iuxta tēpus animātis, tu amplexaberis filiū. at illa dixit, Ne illudas famulæ tuæ mi domine vir Dei. Concepit ergo mulier, & peperit filium ad tēpus hoc præſtitutū iuxta tempus animātis quod definierat ei Eliſæus. ¶Cúmque puer adoleuiſſet, factum eſt quodam die vt egrederetur ad patrē ſuum, ad meſſores. Dixitque ad patrē ſuū, Caput meū, caput meū [doleo.] & ille ait ad puerum quēdā, Fer eum ad matrem ſuam. Qui cū tuliſſet eū, adduxiſſétque eum ad matrem ſuam, ſedit ſuper genua eius vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Illa verò aſcendēs, poſuit eum ſuper lectum viri Dei, & obſeratis [foribus] circa eum, exijt. Et vocato marito ſuo, ait, Mitte quæſo mecū aliquē ex pueris, & aſinarū vnā: propere proficiſcar ad virū Dei, & reuertar. Qui ait, Cur proficiſcēris ad eum hodie, quum nec ſit noua luna, nec ſabbatum? Reſpondit illa, Vale. Strato aſino dixit ad puerum, Duc & proficiſcere, ne moram nectas mihi, quo minus vehar, niſi quū dixero tibi. Profe-

¶1 i. diſcipulorū. ¶2 vel, lagenam ¶3 Hebraice, quaſi dicas, ne pauciſſices. i. ne pauca mutuer, ſiue petes tibi. ¶4 ſub. & iube alia apportari. ¶5 vel, admouebāt ¶6 vel, Admoue ¶7 vel, ſluere deſijt ¶8 i. Eliſeo. ¶9 debita. i. diſſolue æs alienū quod conflarat tuus vir. ¶10 Heb. viue de reliquo. ¶11 He. magna. i. prædiues & opulēta. Chald. paraph. cauens ſibi à peccato. ¶12 Heb. vim fecit. compulit ¶13 Hebr. Ecce nūc ¶14 Heb. ſēper ¶15 Heb. ex parietibus [quatuor] paruū. q. d. faciamus cœnaculū ſemotū ab alijs ædiū eius. Alij quod parū probatur dominis, exponunt cœnaculum ex pariete perpetuo, paruum, & itelligūt forni ce, nullū feneſtrā habentem. ¶16 ſedem ¶17 ſub. Eliſe⁹, ad eū. i. Giezi famulū. ¶18 Ecce ſollicita es pro nobis. i. ſedulò nobis miniſtras, magnum ſumis laborē vt nobis inſeruias. ¶19 iſta ſollicitudine. ¶20 q. d. [ſub. op⁹ eſt] vt faciam ¶21 Hebr. Eſtne [tibi op⁹] vt alloquatur [aliquis] pro te regē, aut ducē exercitus? ¶22 q. d. Inter conſanguineos meos habito, qui poſſunt mihi eſſe interpretes apud regē ſiquid negotij habuerim propter quod ſit cōueniēdus. ¶23 q. d. Hac opera tua nō eſt illi opus: ſed roga Deū vt filiū habeat. nō enī ſpes eſt eā poſſe habere, quòd maritus ei⁹ ſenex ſit. ¶24 Heb. In tēpore iſto, hac ipſa hora, viuēte vel, viuēte te. i. Anno proximo, mēſibus geſtationis vteri reuolutis, hoc ipſo die: [ſi illi ee, eu eſte ſaiſon] vel cū ſimilis, quādo tu eris ſana & incolumis, aut, eris viuēs [& ſana,] & amplexaberis &c. Oratio cōciſa. ¶25 vel, Ne fallas ancillā tuā ¶26 eo tēpore, eo ipſa hora, vita comite, qua dixerat ¶27 ſub. qui iuerat vt inuiſeret meſſores. ¶28 q. d. Vehementer doleo ob radios ſolis. ¶29 ſub. pater. ¶30 vel, miniſtrum, qui fortaſſe erat illi comes. ¶31 ſub. in cœnaculū. ¶32 ſuper eū. i. eo incluſo. ¶33 He. & vnā aſinarū, vt curram ¶34 illis dieb⁹ ſolebāt cōuenire, aut cōſulere prophetas. ¶35 He. Pax. q. d. Rectè quidē ſe habēt omnia: boni cauſa illū adire cupio. ¶36 vel, præcede. ¶37 Heb. ne remoreris mihi vt aſcendam. i. ne remoreris in meam gratiā illam aſinam vt aſcendam ſuper eam. Ducebat aſinam aſſici cauſa, non vt ipſa veheretur.

CAP. IIII.

Mulier autem quædā de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeū, dicēs, Seruus tuus vir meus mortu⁹ eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cum intrinſecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in omnia vaſa hæc: & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clauſit oſtiū ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebāt vaſa, & illa infundebat. Cúmque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas. & ille reſpondit, Non habeo. Stetítque oleum. Venit autē illa, & indicauit homini Dei. & ille, Vade, inquit, vende oleū, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo. ¶Facta eſt autem quædam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam ciuitatem: erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panē: cúmque frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panē. Quæ dixit ad virū ſuū, Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponam⁹ ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrū, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. ¶Facta eſt ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitque ad Giezi puerum ſuum, Voca Sunamitidem iſtam. qui cum vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo, dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eā, Ecce, ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpondit, In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? dixitque Giezi, Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt. Præcepit itaque vt vocaret eam: quæ cū vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eā, In tempore iſto, in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium. at illa reſpondit, Noli quæſo domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et cōcepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Eliſeus. ¶Creuit autem puer: & cum eſſet quædam dies, & egreſſus iſſet ad patrem ſuum, ad meſſores, ait patri ſuo, Caput meum doleo, caput meum doleo. at ille dixit puero, Tolle, duc eum ad matrem ſuam. Qui cum tuliſſet, & duxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Aſcendit autem, & collocauit eum ſuper lectulum hominis Dei, & clauſit oſtium: & egreſſa vocauit virū ſuū, & ait, Mitte mecum, obſecro, vnum de pueris, & aſinam, vt excurram vſque ad hominē Dei, & reuertar. Qui ait illi, Quā ob cauſam vadis ad eū? hodie non ſunt calendæ, neque ſabbathum. Quæ reſpondit, Vadam. Strauitque aſinam, & præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. Profecta

Paupercula viduæ dat Deus oleum per Eliſeum, cuius ope æs alienum diſſoluit.

B

Mulier diues ſuſcipit hoſpitio Eliſeū.

Eliſeus hoſpitæ ſterili impetrat à Deo filiū pro miniſtratio.

C

¶* ei

Filio mortuo, hoſpita currit ad Eliſeum.

D

eſt igitur, & venit ad virū Dei in mōtē Carmeli: cúmque vidiſſet eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum ei*, & dic ei, Rectène agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? quæ reſpondit, Recte. Cúmque veniſſet ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius. & acceſſit Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei, Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nūquid petiui filium à domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. ſi occurrerit tibi homo, non ſalutes eum. & ſi ſalutauerit te quiſpiā, nō reſpōdeas illi: & pones baculū meū ſuper faciē pueri. Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittā te. ſurrexit ergo, & ſecutus eſt eā. Giezi autē præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri: & nō erat vox, neque ſenſus: reuerſúſque eſt in occurſum eius, & nunciauit ei, dicens, Non ſurrexit puer.

Giezi cū baculo ſuo mittit Eliſeus ad ſuſcitandum puerum. Neminē per viam ſalutare. Luc. 10.

¶ Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, & ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingreſſúſque clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad Dominū. Et aſcēdit, & incubuit ſup puerū: poſuitque os ſuū ſup os ei*, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulabat in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuitque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum. qui ait, Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram, tulitque filium ſuū, & egreſſa eſt, & Eliſeus reuerſ* eſt in Galgala.

Oratione Eliſei ſuſcitatū filius hoſpitæ.

¶ Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, dixitque vni de pueris ſuis, Pone ollam grandem, & coque pulmētum filijs prophetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrum vt colligeret herbas agreſtes: inuenitque quaſi vitē ſylueſtrē, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium ſuum, & reuerſus conſcidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet. Infuderunt ergo ſocijs, vt comederent: cúmque guſtaſſent de coctione, clamauerunt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille, Afferte, inquit, farinam. cúmque tuliſſent, miſit in ollam, & ait, Infunde turbæ, vt comedāt. & nō fuit amplius quicquā amaritudinis in olla.

Eliſeus amarū pulmentū dulce reddit.

¶* & miſit

¶ Vir autem quidam venit de Baal-ſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera ſua. at ille dixit, Da populo, vt comedat. Reſponditque ei miniſter eius, Quantum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? rurſum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dominus, Comedent, & ſupererit. poſuit itaque coram eis: qui comederunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini.

Paucis panibus plurimi hic ſaturant precibus Eliſei.

C A P. V.

NAaman* princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominū ſuū, & honorat*

¶* autem Naaman Syrus per Eliſeum curaturā lepra, ad gloriā Dei Iſraelis.

Ea itaque venit ad virū Dei in mōtē Charmelum. quúmque vir Dei eā vidiſſet procul, dixit ad Gehaſi puerū ſuum, En [38] Sunamitis iſta. Curre quæſo ei obuiam, & dic ad eā [39] Valéſne tu? valétne maritus tuus? valétne puer? quæ reſpōdit, [40] Valent recte. Venit [41] autem ad virum Dei in mōtem, & apprehendit pedes eius. acceſſitque Gehaſi vt eam depelleret. & dixit vir Dei, Sine eā, quādoquidē mœſto eſt animo, [42] quod Dominus me celauit, neque reuelauit mihi. At illa dixit, Poſtulauíne ego filium a domino meo? annon dicebam, Ne fallas me? Et dixit (Eliſæus) ad Gehaſi, [43] Accinge lūbos tuos, & tolle baculū meum in manū tuam, & [44] vade. quòd ſi quiſpiam obuius tibi fact* fuerit, [45] ne eum ſalute impertias: ſi quiſpiam te ſalutauerit, [46] ne reſpondeas ei. & pone [47] baculum meū ſuper faciem pueri. Tū dixit mater pueri, Viuit Dominus, & viuit anima tua, ſi dimiſero te. ſurgens ergo ſequutus eſt eā. Porrò Gehaſi præceſſerat eos, & poſuerat baculū ſuper faciem pueri, ſed nec vox erat, nec [48] ſenſus. reuerſus eſt ergo ei obuiam, indicauitque ei, dicens, Puer [49] non euigilauit. Quúmque Eliſæus veniſſet in domū, ecce puer dormiētis in morem iacebat mortuus ſuper lectum eius. ¶ Ingreſſus ergo clauſit oſtiū [50] poſt vtrūque, & precatus eſt Dominum. Et aſcendens [51] iacuit ſuper puerū, ponens os ſuū ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, manúſque ſuas ſuper manus eius: [52] quúmque ſic proſtratus incumberet ei, calefacta eſt caro pueri. Et [53] rediens deambulabat in domo, iam huc, iam illuc: deinde aſcendit, & rurſus incubuit ei. tum puer ſternutauit ſepties, aperuitque oculos ſuos. (Eliſæus) autē vocato Gehaſi ait, Voca Sunamitidē hāc. vocauit igitur eā. quæ quū ingreſſa eſſet ad eū, dixit (ille ad eā,) Tolle filiū tuū. Ingreſſa itaque prōcidit ad pedes ei* [54] incuruata terram verſus. tollénſque filium ſuum, egreſſa eſt. ¶ Eliſæus autē reuerſus eſt in Gilgal, fuitque fames in terra. & [55] filij prophetarum [56] verſabantur apud eū. Tū dixit ad puerum ſuū, [57] Appone ollam magnā, & coque [58] pultem [59] filijs prophetarum. Egreſſus ergo vnus in agrū vt colligeret [60] herbas virides, inueniénſque [61] fruticem agreſtem, collegit ab ea [62] colocynthidas agreſtes, [63] impleuitque veſtē ſuā, & rediēs incidit in ollam [64] pultem, [65] neque enim compertum habebat. Et [66] effudit viris vt comederent: quúmque de coctione illa ederent, clamabant dicētes, [67] Mors eſt in olla ô vir Dei: nec potuerūt comedere. At ille ait, Afferte farinā. quam inſperſit in ollā, & ait, Effunde populo vt comedāt. tū nihil mali āplius fuit in olla. ¶ Porrò vir quidā veniebat de Baal-ſaliſa, ferens ad virū Dei panes primitiarū, nēpe viginti panes hordeaceos, & [68] frumentū recens in folliculis ſuis, dixitque, Da populo vt comedat. Et reſpōdit miniſter eius, Quid verò dabo iſtud centū viris? rurſum ait ille, Da populo vt comedat: nā ſic ait Domin* Comedēt, & ſupererit. poſuit itaque āte eos. & illi comedētes, [69] reliquū fecerunt [70] iuxta verbū Domini.

C A P. V.

NAaman imperator exercit* regis Syriæ fuit vir clarus ac ſpectatiſſimus in cōſpectu do-

¶38 q.d. iſta quæ ſolet nos hoſpitio excipere. ¶39 Heb. Pacne eſt tibi? &c. ¶40 Heb. Pax eſt. i. Omnia recte habent. ¶41 ergo. vſ. ſi quam ¶42 & Domin* ¶43 q.d. Cinge te, ſuccinge veſtē itineris cauſa. ¶44 ſub. in Sunem.

¶45 Heb. ne benedic illi: & ſi benedixerit tibi quiſpiā, &c. q.d. hoc vnū agas, vt eas recta ad puerum. Vide idē Luc. 10. de non reſalutando in via. ¶46 i. ne reſalutes eum. ¶47 Iuſſit Eliſeus vt Giezi acciperet ſcipionem: vt ſi forte ſanitati reſtitueretur puer, hac via miraculum nō tribueretur Giezi, ſed Deo. Eidem ob rem iuſſit Eliſeus vt Naaman ſe ablueret in Iordane. ¶48 attentio. q.d. neque loquebatur puer, neque videbatur audire quæ dicebantur.

¶49 vſ. non eſt excitatus. ¶50 ſuper ambos. i. ſuper ſe & ſuper eum puerum. ¶51 vſ. incubuit puero, ¶52 & extēdit ſeſe ſuper illum, & calefacta eſt caro pueri. ſub. calore prophetæ.

¶53 auerſus. ſub. à puero. i. viciſſim & per interualla relicto puero inambulabat huc & illuc, cogitabūdus: poſtea extendebat ſe ſuper puerū. ¶54 vſ. incuruata in terram vſque. ante illum ſcilicet Eliſæū. ¶55 i. diſcipuli. ¶56 Heb. ſedebant coram eo. vt ſcilicet aliquid diſcerent ab eo. nam illum colebant tanquam ſummum prophetam. ¶57 vſ. Diſpone. aut. Præpara ¶58 vſ. pulmentum ¶59 i. diſcipulis, ijs qui mihi ſemper adſiſtunt, & me tam ſedulò colūt. ¶60 Quidam exiſtimant vocem Hebræam ſignificare erucam, ab O R A. i. lumen, quòd conferat claritati oculorum, vt ſcribit Plinius lib. 20. cap. 11. ¶61 vitem &c. i. herbam ſimilem viti agreſti. ¶62 vſ. cucurbitas, ¶63 Heb. plenitudinem veſtis. ¶64 pulmenti. i. conciſas colocynthidas iniecit in ollam. ¶65 i. neſciebat colocynthidas eſſe ſaporis amari. ¶66 ſub. in vaſa, ſiue ſcutellas. ¶67 q.d. Aliquis coniecit venenum in ollam. exiſtimabant ſubeſſe venenum, ob amaritudinem. ¶68 ſpicas triticeas cum folliculis &c. nondum grana erant excuſſa ex folijs. ¶69 relinquerunt. ſub. aliquid. ¶70 i. quemadmodum Dominus reuelarat prophetæ. V. ¶1 Heb. magnus

mini ſui: nam Dominus dederat ſalutem Syriæ per eũ, fuitque vir[2] ſtrenuus,[3] ſed leproſus. Egreſſi autem erant Syri[3] graſſatores,[3] & captiuam duxerant de terra Iſrael paruam quandam puellam,[4] quæ miniſtrabat vxori ipſi[4] Naaman, Hæc dicebat ad dominam ſuam,[5] Vtinam herus meus eſſet apud prophetam[5] qui eſt in Samaria,[6] tum enim ſanaret[6] eum à lepra ſua. Et[7] ingreſſus[7] expoſuit [hæc] domino ſuo, dicens, Sic & ſic loquuta eſt puella quæ eſt ex terra Iſrael. Tum dixit rex Syriæ,[7] Vade & ingredere,[7] mittamque literas ad regem Iſraelis. Is autem profectus accepit in manum ſuam decem argenti calẽta, & auri ſex millia, decem inſuper veſtes[8] mutatorias,[8] Tulitque literas ad regem Iſraelis in hanc ſententiã,[9] Quũ peruenerint literæ iſtæ ad te, en ego miſi[9] ad te Naaman ſeruum meum, vt[10] cures eum à lepra ſua.[10] Contigit autem vt rex Iſrael perlecta [epiſtola] ſciderit veſtimenta ſua, dixeritque, Egóne Deus ſum, vt interficiam, & rurſus vitæ reſtituã?[11] Is mittit[11] ad me, vt curẽ hominem à lepra ſua: enimuero aduertite quæſo & videte,[12] quam anſam captet[12] contra me. Quũ verò Eliſæus vir Dei audiſſet quòd rex Iſrael[13] conſcidiſſet[13] veſtẽ ſuã, miſit ad regem huiuſmodi verbis,[14] Quare conſcidiſti veſtes[14] tuas? veniat igitur ad me, experietur certe prophetam eſſe in Iſraele. Venit itaque Naaman cum equitatu ſuo, & curru ſuo, & conſtitit ad fores domus Eliſæi. Miſitque Eliſæus nuntium ad eum hiſce mãdatis, Vade, & laua ſepties in Iordane, &[15] reſtituetur[15] tibi caro tua, Adeòque munda erit. Naamã indignatione commotus, abijt & dixit, En, cogitaram apud me, Omnino exibit, & ſtans inuocabit nomen Domini Dei ſui,[16] mouebitque manum ſuam ad locum,[16] & curabit lepram. Annon præſtant Abana & Parpar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſraelis?[17] annon ſi lauero in eis, mundus ero?[18] verſus itaque,[18] abijt indignabundus. ¶ Accedentes autem ſerui eius, loquuti ſunt ad eum, & dixerunt,[19] Mi pater,[19] ſi propheta[20] magnam[20] rem tibi mandaſſet, annon faceres? quanto magis quum dixit ad te, Laua, & mundus eris? Deſcendit igitur, &[21] tinxit [ſe][21] ſepties in Iordane iuxta verbum viri Dei,[22] mutatáque eſt[22] caro eius ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt. Rediens igitur ad virum Dei ipſe & omnis comitatus eius, ſtetit ante eum, & dixit,[23] En obſecro, noui quòd[23] non ſit Deus in vniuerſa terra, niſi in Iſraele: cape quæſo munus à ſeruo tuo. Ille autem dixit, Viuit Dominus, ante quem ſto, ſi accepero. cúmque is[24] flagitaſſet,[24] renuit ille. Tum dixit Naaman,[25] Annon dari poterit ſeruo[25] tuo de humo hac onus, quãtum par mulorum [[26] ferre] ſiquidem ſeruus tuus poſthac non ſacrificabit holocauſtum aut ſacrificium dijs alijs, ſed ſoli Domino.[27] Hac in re propitius ſit[27] Dominus ſeruo tuo, Quum ingreſſus fuerit dominus meus phanum Rimmon, ibique adoraturus, innixus fuerit ſuper manum meam, ſi & ego[28] procidero[28] in phano Rimmon:[29] ſi inquam & me procidere contigerit[29] in phano Rimmon, hac in re[30] propitius ſit[30] Dominus ſeruo tuo.

per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ: erat autem vir fortis & diues, ſed leproſus. Porrò de Syria egreſſi fuerant latrunculi, & captiuã duxerant de Terra-Iſrael puellam paruulã, quæ erat in obſequio vxoris Naaman. Quæ ait ad dominam ſuam, Vtinam fuiſſet dominus meus ad prophetam qui eſt in Samaria: profectò curaſſet eum à lepra quã habet. Ingreſſus eſt itaque Naaman ad dominum ſuum, & nuntiauit ei, dicens, Sic & ſic locuta eſt puella de Terra-Iſrael. Dixitque ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regẽ Iſrael. qui cum profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mutatoria veſtimẽtorum: Detulit literas ad regem Iſrael, in hæc verba, Cum acceperis epiſtolam hanc, ſcito quòd miſerim ad te Naaman ſeruum meum, vt cures eum à lepra ſua. Cúmque legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Nũquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare, quia iſte miſit ad me, vt curem hominẽ à lepra ſua? animaduertite, & videte quòd occaſiones quærat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſeus vir Dei, ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua, miſit ad eum, dicens, Quare ſcidiſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe prophetam in Iſrael. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei. Miſitque ad eum Eliſeus nuntium, dicens, Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & munder? ¶ Cum ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans, acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & locuti ſunt ei, Pater, ſi rem grandẽ dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nũc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt. Reuerſúſque ad virum Dei cũ vniuerſo comitatu ſuo, venit, & ſtetit coram eo, & ait, Verè ſcio quòd non ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. obſecro itaque vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. At ille reſpondit, Viuit Dominus ante quem ſto, quia non accipiam. cúmque vim faceret, penitus non acquieuit. Dixitque Naaman, Vt vis: ſed, obſecro, cõcede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorũ burdonum de terra: non enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam dijs alienis, niſi Domino. Hoc autem ſolum eſt de quo deprecéris Dominum pro ſeruo tuo. Quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmõ, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus ſeruo tuo pro hac re.

Captiua in gloriã Dei.

B

C

D

Lauatur Naaman in Iordane, & ſanatur. Luc. 4. c.

Confitetur Deũ Iſrael, & adorat.

E

Eliſeus nõ accipit munera, ne videat Dei donũ vẽdere.

¶1 potens robore. i. bellicoſus. ¶2 Heb. exercitus. i. cum aliquot turmis militum. ¶4 Heb. quæ erat coram vxore &c. i. quæ poſtea miniſtrauit vxori &c. ¶5 Hebr. Orationes domini mei ſint corã propheta &c. i. Si dominus meus rogarit prophetam Samariæ: ſanabit eum. Chaldæus paraphr. Fœlix eſſet dominus meus ſi ſtaret coram propheta. i. ſi iret ad prophetam qui eſt &c. ¶6 tum ſanabit ¶7 ſub. Naamã ¶7 i. vade, ¶8 vl. ad mutãdum. i. quibus vteretur propheta quum veſtem quotidianã mutare vellet. Veſtes elegãtiores & precioſiores intelligit, quibus vtimur in publico & diebus ſolennibus. ¶9 Hebr. Nunc ergo cum venerint ad te literæ iſtæ, ſane miſi &c. q. d. Vbi receperis has literas, cura ſanandum hunc ſeruum meum Naamã. nã &c. ¶10 Alij, remoueas, vel eripias eum à lepra ſua. Alij, vt recolligas eũ. i. renoces eum in cõgregationem ſanorum à lepra. nam leproſi extra commercium cæterorum degebant. ¶11 quòd iſte mittit ¶12 quòd occaſionem quærat ¶13 audita ſcilicet blaſphemia Syri. ¶14 q. d. Non debueras ſcindere veſtimenta: neſciebas Deum ſolere ſuſcitare mortuos ad preces hominum, præſertim fidelium? ¶15 vl. reuertetur ¶16 eleuánſque manum ſuam tanget locum affectum, ¶17 admiratiue. q. d. certe non puto. ¶18 vl. Et quum ſe vertiſſet, ¶19 i. Magiſter mi. Chaldæus paraphraſt. Domine mi. ¶20 i. arduum. ¶21 vl. lauit. aut merſit ¶22 vl. reuerſáque eſt ¶23 vl. Nunc demum ſcio quòd ¶24 Heb. vim faceret vt caperet, ¶25 Hebr. Et non: detur quæſo ſeruo &c. i. quamuis recuſes munus meum, detur tamen quæſo &c. ¶26 [ferre poteſt] ¶27 vl. Pro hac re parcat &c. ita Chaldæus paraphr. q. d. Fac precib' tuis vt condonet mihi Dominus incuruationem illam quã cogor ex officio præſtare regi oranti in templo Remmon. Soleo enim illi tremulo & imbecilli eſſe vice ſcipionis, quum incedit, ſtat, aut ſedet. ¶28 vl. Incuruauero me. vt ſcilicet accommodem me domino meo inclinanti ſeſe. ¶29 Heb. in adoratione mea. i. & ego quoque incuruauero me. ¶30 vl. condonet. i. condonet Dominus ſeruo tuo hãc adorationem. ſum enim regi vice ſcipionis. Exiſtimant docti Naaman abſtinuiſſe à commercio regis per id tempus quo lepra laborauit,

¶*terræ Giezi mē- daciſs mune- ra accipit, quæ renuerat domin⁹ eius à gloriā Dei.

Qui dixit ei, Vade in pace. Abijt ergo ab eo ele-
F cto*tempore. Dixitq; Giezi puer viri Dei, Peper-
cit dominus meus Naaman Syro iſti, vt non acci
peret ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia cur
ram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. Et ſecu-
tus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quē cum vi-
diſſet ille currētem ad ſe, deſilijt de curru in oc-
curſum ei⁹, & ait. Rectène ſunt omnia? Et ille ait,
Rectè. dominus meus miſit me ad te, dicens, Mo-
do venerunt ad me duo adoleſcentes de mōte E-
phraim, ex filijs prophetarum: da eis talentū ar-
gēti, & veſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naa-
man, Melius eſt vt accipias duo talenta. & coegit
eum, ligauitq; duo talenta argēti in duobus ſac-
cis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus
G pueris ſuis, qui & portauerunt coram eo. Cúmq;
veniſſet iam veſperi, tulit de manu eorum, & re-
poſuit in domo, dimiſitque viros, & abierunt.
Ipſe autem ingreſſus, ſtetit coram domino ſuo.
& dixit Eliſeus, Vnde venis Giezi? Qui reſpōdit,
Non iuit ſeruus tuus quoquā. At ille ait, Nōnne
cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt
homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur
accepiſti argentū, & accepiſti veſtes, vt emas oli-
ueta, & vineas & oues & boues & ſeruos & ancil-
las. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemi-
ni tuo, vſque in ſempiternum. & egreſſus eſt ab
eo *quaſi nix leproſus.'

Giezi cū libe ris ſuis lepra percutitur. ¶*leproſus quaſi nix.

CAP. VI.

Eliſeus ferrū ſecuris nata re facit, virtu te verbi Dei. ¶*tollamus

Dixerunt autem filij prophetarum ad Eliſeū,
Ecce, locus in quo habitamus coram te, an-
guſtus eſt nobis. Eamus vſque ad Iordanē, & *tol-
lant ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædifi-
cemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui di-
xit, Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum
ſeruis tuis. Reſpondit, Ego veniam. Et abijt cum
eis. Cúmque veniſſent ad Iordanem, cædebant li
gna. Accidit autem, vt cum vnus materiam ſuc-
cidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam: excla-
mauitque ille, & ait. *Heu heu heu' domine mi,
& hoc ipſum mutuò acceperam. Dixit autem ho
B mo Dei, Vbi cecidit? at ille monſtrauit ei locum.
præcidit ergo lignum, & miſit illuc: natauit-
que ferrum. Et ait, Tolle. Qui extendit manum,
& tulit illud. ¶Rex autem Syriæ pugnabat con-
tra Iſrael, conſiliúmq; init cum ſeruis ſuis, di-
cens, In loco illo & illo ponamus inſidias. Miſit
itaque vir Dei ad regem Iſrael, dicens, Caue ne
tranſeas in locum illum: quia ibi Syri in inſidijs
ſunt. Miſit itaq; rex Iſrael ad locum quem dixe-
rat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit
ſe ibi non ſemel neq; bis. Cōturbatúmq; eſt cor
regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis,
ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei
ſit apud regē Iſrael? Dixitque vnus ſeruorū eius,

¶*Ehev

Syri moliunt inſidias ad- uerſus Iſrae- lē: quod indi cat Deus re- gi Iſrael per prophetam.

Ad quē ille ait, [11]Vade in pace.' Quúmque profe-
ctus eſſet ab eo [12]iugerū arui,' dixit Gehaſi famu
lus Eliſæi viri Dei [intra ſe.] En [13]dominus meus
pepercit [rebus] huius Syri Naaman, quo minus
acciperet de manu eius quæ attulerat, viuit Do-
minus, ſi non cucurrero poſt ipſum, & accepero
aliquid ab eo. Sequutus eſt ergo Gehaſi ipſum
Naaman: quem Naaman videns poſt ſe curren-
tem, illico deſilijt de quadriga, [14]occurrēs ei,' & di
cens, [15]Rectène [omnia?] Reſpondit ille, Rectè' en
dominus meus miſit me, dicens, En venerut mo-
do ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim,
qui ſunt ex [16]filijs' prophetarū, da quæſo eis ta-
lentum argēti, & duas [17]veſtes mutatorias.' Et ait
Naaman, [38]Bono ſis animo, cape' duo talēta.[39] co
egitque eum, [40]vt ligaret' duo talenta argenti in
duos ſacculos, ſimúlque duas veſtes mutatorias,
& [41]impoſuit' [illa] duobus pueris ſuis, vt porta-
rent ante [42]ipſum.' Veniens autē [43]in locum quen
dam ſecretū,' acceptis his de manu ipſorū, [44]re-
poſuit in domo, [45]& viros amandauit vt abirēt.'
Porrò ipſe ingreſſus ſtetit corā domino ſuo: di-
xitque ad eum Eliſæus, Gehaſi vnde? qui ait, Nuſ
quā abijt ſeruus tuus. Ille verò dixit ad eū, [46]An
non cor meum iuit, quum' reuerſus eſt homo de
curru ſuo tibi obuiam? [47]Num tempus eſt [48]cor-
radendi' argentum, & accipiendi veſtes, oliueta,
vineas, oues & boues, ſeruos & ancillas? [49]Adhæ-
rebit igitur lepra ipſius Naaman tibi & ſemini
tuo ſemper.' & egreſſus eſt à conſpectu eius [50]le-
proſus ſicut nix.

CAP. VI.

Dixerunt autē [1]filij prophetarū ad Eliſæum,'
Ecce, locus in quo tecū habitamus, anguſtior
eſt quam vt nos capiat. Liceat ergo nobis quæ-
ſo vt eamus ad Iordanē, & tollamus inde ſingu-
li trabē vnam, faciamúſq; nobis locū in quo ha-
bitemus. & reſpōdit, Ite. Dixit autē vnus, [2]Adijce
animū quæſo vt eas' cū ſeruis tuis. & reſpondit,
Ego ibo. Et profectus eſt cum eis: qui venientes ad
Iordanē, ſecuerunt [3]ligna.' Contigit autē quum
vnus [ex iis] [4]arborem' deijceret, vt ſecuris' cade-
ret in aquam, clamaretq; & diceret. Heu mi do-
mine, [6]hæc [ſecuris] mutuo accepta eſt.' Vir Dei
ait, Quò cecidit? is oſtendit ei locum. qui [7]præci-
dens lignum, [8]proiecit illuc,' & natauit [9]ſecuris.'
Dixit ergo, Tolle. qui extenſa manu ſua, extra-
xit eam. ¶Rex Syriæ geſſit bellū contra Iſraelē,
& inito conſilio cum ſeruis ſuis, dixit, [10]Alicubi
ad certum locum caſtra mea erūt.' Miſit ergo vir
Dei ad regem Iſraelis, & dixit, Caue tranſeas hūc
locum: nam Syri [11]illic demiſſi [latitant.]' Tum
[12]miſit' rex Iſraelis ad eū locū de quo dixerat vir
Dei, [13]& diſpoſitis cuſtodijs, obſeruari eum iuſſit,
idque ſæpius.' Turbatū igitur eſt cor regis Syriæ
[14]huius rei gratia:' vocatiſq; ſeruis ſuis, dixit ad

eos, [15]An igitur mihi nō indicaretis' quis ex nobis regis Iſraelis [eſſet?] Tū dixit vnus ex ſeruis eius,

¶11 q.d. Domin⁹ cōdonabit ei hoc id: quādoqui dē nō id ſtudio idololatriæ fe ciſti. ¶12 vnū miliare.

¶13 prohibuit herus me⁹ Naa man Syrū hūc vt acciperet de manu ei⁹ quæ attulerat. q.d. noluit domi- nus meus quic quam accipe re è muneribus quæ attulit Na aman. ¶14 vt occurreret illi. ¶15 Heb. Anne pax? Et dixit, Pax: ¶16.i. diſ ſcipulis.

¶17 mutatorias veſtes, quibus vtimur in pu- blico, quas mu tamus & depo nimus quū do mum venimus, ad differentiā earum quibus domi vtimur, mutatorias di- cit. ¶37 Heb. Velis [&] cape. i. Rogo te vt capi as. Rē mihi gra tā feceris, ſi ac- ceperis &c. Gal lice, Voſtre plai ſir ſoit de prē- dre &c.

¶38 i. precibus eum adegit vt duo talēta ac- ciperet.

¶40 & ligauit, conſtrinxit ¶41 ſub. Naamā ¶42 ſub. Giezi. ¶43 in muni- tionē. vl, arcē, i. ad locū edi- tū vnde ipſe vi deri nō poſſet,

ait Chaldæus paraph. ¶44 i. tradidit ſeruāda in quadā domo. ¶45 dimiſerat autē homines illos. & abierat. ſub. antequā deponeret. ¶46 q.d. Mentiris: nā nū tūc aderā ſpiritu, quū &c. ¶47 q.d. non. ¶48 accipiēdi. ſub. ab iſto. q.d. Nō debueras ab iſto q nō eſt Iudæus, accipere quicquā, quo tibi emeres oliueta, vineas, &c. ¶49 i. Laborabis lepra incurabili. ¶50 i. præ lepra cādidus vt nix. VI. ¶1 i. diſcipuli Eliſei & reliquorū prophetarū. Dicūt Hebræi ſtu dioſos prophetarū homines familiarius verſatos fuiſſe cū Eliſeo abiecto Giezi, quàm antea: q Giezi ſectatorib⁹ pro- phetæ eſſet acerbiſſimus. ¶2 Heb. Velis nūc & veni. i. Rogamus te vt venias &c. ¶3 vl, ligna. ¶4 trabē ¶5 i. ferrū bipennis. ¶6 Apoſiopeſis. q.d. perijt ferrum ſecuris quam mutuo acceperā. ¶7 Dolauit manubriū alterū ex ligno ſicco, nō ex viridi. ¶8 ſub. manubrium illud alterū. ¶9 i. ferrū ſecuris. Duo miracula: alterum quòd recta manu- brium incidit in foramen ferri: alterū verò fuit quòd manubriū fecit natare ferrum. ¶10 Heb. In loco peloni & almoni caſtra erūt. i. In loco illo & illo. Dicūt Hebræi quū nomē propriū loci alicuius aut perſonæ nō ſuccurrit, aut quū illud exprimere nolūt, licet ſuccurrat, apponūt hæc verba Peloni & almoni. Galli dicunt, Tel & tel. Sunt enim ſingularis numeri. Non eſt dubium quin rex Syriæ expreſſerit nomen propriū loci, in quo caſtrametaturus erat, ſed nomen loci illius non ſuccurrebat hiſtoriographo quum hæc ſcripſit. Conſtituerat rex Syriæ ponere ali- quos in inſidijs. ¶11 illuc deſcenderunt. i. illic caſtrametati ſunt. ¶12 ſub. exploratores. i. rex fecit periculum an propheta Dei vera diceret. ¶13 Heb. & admonuerat eum: & cauit [ne iret] illuc, non ſemel, neque duabus vicibus. ¶14 quum ſcilicet reſciſſet ſua conſilia prodita eſſe regi Iſraeli. ¶15 Annon indicabitis mihi

Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſæus propheta qui eſt in Iſraele, is indicat regi Iſraeli tibi verba quæ tu loqueris in penetrali cubiculi tui. Qui ait, Ite & videte vbinam ſit, vt mittã & tollã eum. [16]Indicatum eſt ergo ei his verbis, En eſt in Dothan. Miſit igitur illuc equos & currus, & exercitum grauem, qui nocte venientes circunſederunt ciuitatem. Conſurgens autem mane miniſter viri Dei vt egrederetur, en exercitus circunſedebat ciuitatẽ [17] cum equis & curribus. Tum dixit puer ei' ad eũ, [18]Heu domine mi, quid faciemus? Qui reſpondit, Ne metuas: nam eorum qui nobiſcum, plures ſunt quàm eorum qui cum illis. Orauitque Eliſæus, & ait, Aperi quæſo Domine oculos eius [19]vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, viditque, & ecce mons plenus erat equis & curribus igneis circum Eliſæum. Cùmque illi [20]deſcenderẽt ad eum, orauit Eliſæus ad Dominum, & dixit, Feri quæſo gentẽ iſtam [21]cæcutientia. & ferijt eos cæcutientia iuxta verbũ Eliſæi. [22]Dixit ergo ad eos Eliſæus, Hæc non eſt via, neque hæc vrbs eſt, ſequimini me, ducámq; vos ad virum quem quæritis. duxit autem eos in Samariam. Factũmq; eſt quum veniſſent in Samariã, vt diceret Eliſæus, Domine aperi oculos iſtorum vt videant. aperuitque Dominus oculos eorum, viderúntque, & ecce [23]erant in medio Samariæ. Dixit autem rex Iſrael ad Eliſæum quũ eos vidiſſet, Annõ trucidando trucidabo [24]pater mi? Reſpõdit, Ne trucides, [25]quos verò tu gladio tuo & arcu tuo ceperis, hos trucida: quin appone eis panem & aquam, vt comedãt & bibant, abeántque ad dominum ſuũ. Apparauit itaque eis ſplẽdidum apparatum: quũmque comediſſent & bibiſſent, [26]dimiſit eos. illi verò abierunt ad dominum ſuum: nec vltra venerunt [27]graſſatores Syri in terram Iſraeliticam. ¶ Poſt hæc cõtigit, vt [28]Ben-adad rex Syriæ cõgregato vniuerſo exercitu ſuo, aſcenderet, oppugnarétque Samariam. [29]Fuit verò fames magna in Samaria, (& ecce illi [30]obſederunt eam) [31]donec caput aſini veniret octoginta [32]argenteis, & quarta pars [33]cabi [34]farraginis columbinæ quinq; argenteis. Quũmque rex Iſrael tranſiret [35]ad murum, clamauit mulier quædam ad eum, & dixit, Fer opem domine mi rex. Qui ait, [36]Quandoquidem Dominus tibi non fert opem, vnde ego tibi ferrem opem? [37]de horreóne, an de torculari? Dixitque ad eam rex, [38]Quid tibi [vis]? reſpondit, Iſta mulier [39]dixit ad me, Da filium tuum vt comedamus eum hodie, filium autem meum cras comedemus: coximus igitur filium meum, & comedimus eum. poſtero die dixi ad eam, Da filium tuum vt comedamus eum. illa verò abſcondit filium ſuum. Quum ergo rex audiſſet verba mulieris illius, ſcidit veſtimenta ſua, ([40]tranſibátque per murũ, [41]vidente hoc populo: porrò penitius ſuper carnẽ ſuã ſaccũ habebat.) Dixitq;, [42]Sic faciat mihi Deus, ſicq; addat, ſi caput Eliſæi filij Saphat ſteterit hodie ſuper eo (Porrò Eliſæ' ſedebat domi ſuę, ſedebántque [43]cum eo ſeniores.) & præmiſit [rex] [44]quendam ante ſe: qui nuntius antequã veniret ad eum, dixit [Eliſæus] ad ſeniores, Annõ [45]vidiſtis quòd

Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba quæcunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitque eis, Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiam eum. Annuntiauerunt ei, dicentes, Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem. Conſurgens autem diluculo miniſter viri Dei, egreſſus eſt, viditque exercitũ in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitque ei, dicens, Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille reſpondit, Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quam cum illis. Cúmq; oraſſet Eliſeus, ait, Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruũ igneorum, in circuitu Eliſei. Hoſtes verò deſcenderunt ad eum: porrò Eliſeus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obſecro, gentem hãc cæcitate. percuſſítque eos Dominus, ne viderẽt, iuxta verbum Eliſei. Dixit autẽ ad eos Eliſeus, Non eſt hæc via, neque iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtendã vobis virum quem quæritis. duxit ergo eos in Samariã: Cúmque ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſeus, Domine aperi oculos iſtorum, vt videant. aperuítque Dominus oculos eorũ, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ. Dixitq; rex Iſrael ad Eliſeum, cum vidiſſet eos, Nunquid percutiã eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: ſed pone panẽ, & aquam corã eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominũ ſuũ. Appoſitáque eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberũt, & dimiſit eos, abierúntque ad dominũ ſuum: & vltrà non venerunt latrones Syriæ in terrã Iſrael. ¶ Factum eſt autẽ poſt hæc, congregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuerſum exercitum ſuũ, & aſcendit, & obſidebat Samariã. Factáque eſt fames magna in Samaria: & tãdiu obſeſſa eſt, donec venũdaretur caput aſini octoginta argẽteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarũ, quinque argenteis. Cúmque rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens, Salua me domine mi rex. Qui ait, Non te ſaluet Dominus: vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? quæ reſpondit, Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. dixique ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eum. quæ abſcondit filium ſuum. Quod cum audiſſet rex, ſcidit veſtimenta ſua, (& tranſibat per murum: viditque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus.) Et ait rex, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. (Eliſe' autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cũ eo.) præmiſit itaque virum: & antequam veniret nuncius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quòd

C

¶ annũtiauerúntque

Miſit rex Syriæ qui capiant Eliſeum.

¶ Eheu

Eliſeus fidẽs Deo nihil timet.

D Protegit Eliſe' a Deo.

Syri percuſſi cæcitate, introducũt in mediũ Samariã.

E Rex Iſrael Syros hoſtes ſuos conuiuio excipit autore Eliſeo.

Syri obſident Samariam.

Fames ingẽs. Caput aſini. Stercus columbinum.

F

Mulier coquit filium.

G Iorã minatur mortẽ Eliſeo.

¶16 ſub. ab exploratoribus quum reuerſi eſſent.
¶17 i. exercitus qui cõſtabat equitib' & curribus falcatis.
¶18 vel, Aha
¶19 ſub. angelos qui nobis ſunt auxilio.
non potuerunt ſtare coram eo, & quomodo nos valebimus reſiſtere? Miſerunt ergo præpoſiti domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes, Serui tui ſumus, quæcumque iuſſeris faciemus, nec conſtituemus nobis regem: quæcunque tibi placent fac. Reſcripſit autem eis literas ſecundò, dicens, Si mei eſtis, & obedītis mihi, tollite capita filiorum domini veſtri, & venite ad me hac eadē hora cras, in Iezrahel. (porrò filij regis, ſeptuagita viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur.) Cùmque veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerūt capita eorū in cophinis, & miſerūt ad eū in Iezrahel. Venit autē nuntius ad eū, & indicauit ei, dicens, Attulerunt capita filiorum regis. qui reſpondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitū portæ vſque mane. Cùmque diluxiſſet, egreſſus eſt, & ſtās dixit ad omnem populum, Iuſti eſtis: ſi ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eū, quis percuſſit omnes hos? Videte ergo nunc quoniam nō cecidit de ſermonibus Domini in terram, quos locutus eſt Dominus ſuper domū Achab. & Dominus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui Eliæ. Percuſſit igitur Iehu omnes qui reliqui erāt de domo Achab in Iezrahel, & vniuerſos optimates eius, & notos & ſacerdotes, donec nō remanerēt ex eo reliquiæ. ¶ Et ſurrexit & venit in Samariam: cúmque veniſſet ad Cameram paſtorū, in via inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos, Quinam eſtis vos? qui reſpōderunt, Fratres Ochoziæ regis ſumus, & deſcendimus ad ſalutandos filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Comprehendite eos viuos. quos cum cōprehendiſſent viuos, iugulauerūt eos in ciſterna iuxta Camerā, quadragintaduos viros, & nō reliquit ex eis quenquam. ¶ Cùmque abiſſet inde, inuenit Ionadab filiū Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei, & ait Iehu ad eum, Nunquid eſt cor tuum rectum cum corde meo, ſicut cor meū cum corde tuo? & ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit, da mihi manum tuam. qui dedit ei manū ſuā: at ille leuauit eum ad ſe in currum. Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. & impoſitū in curru ſuo, Duxit in Samariam. & percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vſque ad vnum, iuxta verbū Domini quod locutus eſt per Eliam. ¶ Congregauit ergo Iehu omnē populum, & dixit ad eos, Achab coluit baal parū, ego autē colā eū amplius. nunc igitur omnes prophetas baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat: ſacrificium enim grande eſt mihi baal: quicunque defuerit, non viuet. (porrò Iehu faciebat hoc inſidioſe, vt diſperderet cultores baal.) Et dixit, Sanctificate diem ſolennem baal. vocauitque, Et miſit in vniuerſos terminos Iſrael, & venerunt cuncti ſerui baal non fuit reſiduus ne vnus quidem qui non veniret. & ingreſſi ſunt templum baal: & repleta eſt domus baal, à ſummo vſque ad ſummum. Dixitq; his qui [a]præerant ſuper veſtes, Proferte veſtimenta vniuerſis ſeruis baal. & protulerūt eis veſtes. Ingreſſúſque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum baal, ait cultoribus baal, Perqui-

1. Reg. 21. g.

Occidit & 42 fratres Ochoziæ regis.

Ionadab fili⁹ Rechab pius, D... iūgit ſe ipſi Iehu ad delendam idololatriam.

Omnes ſacerdotes baal, aſtutia Iehu interniciunt. 3. Reg. 16. g.

¶[a] erant

¶12 i. nepotes ex fratribus. Vt pater & auus eſt, ita frater & nepos. ¶14 i. Nepotes. ¶15 vł, ciſternæ ¶16 Heb. domus ligationis. i. tōſtrinæ ouium. ¶17 i. Amáſne me ex animo vt ego te? ¶18 Heb. Eſt eſt. q. d. Proculdubio te diligo ex animo. ¶19 erga Dominum. i. quāta ſim facturus in honorē Domini. ¶20 & impoſuerunt eum in currū eius. i. iuſſerūt famuli conſcendentē. ¶21 i. totā eius familiā. ¶ baal, appellatiuū eſt nomē, ſignificās idolū in genere. Hic autē. & 3. Reg. 16, & 22, pro inſigni illo idolo Sidoniorū accipitur, quod dicebatur alias Aſtarthe, ſiue Aſthoreth. ¶23 Heb. multū. i. erit plurimū addict⁹ cultui eius. ¶24 ſub. ô ſacerdotes baal. indicite vt cōſtituto die cultores baal parati ſint ſacrificij cauſa. ¶25 Heb. ab ore ad os. vł, ab ora ad oram. Metaphora à vaſis quæ replētur aqua aut vino. Gallice, De bort a bort. ¶26 i. veſtes quibus vti ſolebant qui colebāt baal.

rite, & videte nequis fortè vobiſcũ ſit de ſeruis Domini, ſed vt ſint ſerui baal ſoli. Ingreſſi ſunt igitur vt facerent victimas & holocauſta: Iehu autem præparauerat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus veſtras, anima eius
F erit pro anima illius. Factum eſt autẽ, cum completum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. percuſſeruntq; eos in ore gladij, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi baal. Et protulerunt ſtatuam de phano baal, & combuſſerunt. Et comminuerunt eam: deſtruxerunt quoque ædem baal, & fecerũt pro ea latrinas, vſque in diem hanc. Deleuit itaque Iehu baal de Iſrael. Veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, nõ receſſit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan. ¶ Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia ſtudioſe egiſti quod rectũ erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab: filij tui vſ-
G que ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael. Porrò Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Iſrael. ¶ In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſſitque eos Hazael in vniuerſis finibus Iſrael, A Iordane cõtra Orientalem plagam, omnem Terram-Galaad & Gad & Ruben & Manaſſe, ab Aroer quæ eſt ſuper Torrentem-Arnon, & Galaad & Baſan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Iehu cum patribus ſuis, ſepelieruntque eũ in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu ſuper Iſrael, viginti & octo anni ſunt, in Samaria.

Baal comminuitur. Ex eius téplo latrinas facit Iehu.

Mercedẽ temporalem dat Deus ipſi Iehu. ¶ 3.15.c.

Iſrael percutitur ab Hazael.

Iehu moritur. Succedit Ioachaz.

CAP. XI.

Athalia interficit omne ſemẽ regiũ. 2. paral. 22. d. Ioas filius Ochoziæ, abſconditur. 2. Para. 23. a. Ioas fit rex.

ATHALIA verò mater Ochoziæ, videns mortuũ filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regiũ. Tollens autẽ Ioſaba filia regis Iorã, ſoror Ochoziæ, Ioas filiũ Ochoziæ, furata eſt eũ de medio filiorũ regis qui interficiebãtur, & nutricẽ eius, de triclinio: & abſcõdit eũ à facie Athaliæ, vt nõ interficeretur. Erãtque cũ ea ſex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit ſuper terrã ſeptẽ annis. ¶ Anno autẽ ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumens centuriones, & milites introduxit ad ſe in templũ Domini, pepigitq; cũ eis fœdus: & adiurãs eos in domo Domini, oſtẽdit eis filiũ regis. Et præcepit illis, dicens, Iſte eſt ſermo quem facere debetis, Tertia pars veſtrum
B introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portã Sur: & tertia pars ſit ad portam quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorũ: & cuſtodietis excubias domus, Meſſa.

¶ Sur:

cite & videte ne forte hic ſit inter vos quiſquam ex cultorib⁹ Domini, ſed ſoli cultores ipſius baal. Cúmque ingreſſi eſſent vt facerẽt ſacrificia & holocauſta, [16] collocauit Iehu foris octoginta viros, quibus dixit, Quicunque euaſerit de viris illis quos ego [17] adduxi in manus veſtras, erit anima illius pro anima eius. Quum verò [18] abſoluiſſet ſacrificia holocauſtorum, dixit Iehu ſatellitibus & ducibus, [19] Ingredimini & trucidate eos, nequis euadat. & percuſſerunt eos gladio, abieceruntque [cadauera eorum] [20] ſatellites & duces, & abierunt [21] in ciuitates [alias, vbi erant] templa baal. Et efferentes ſtatuas ædis baal, combuſſerũt eas. Confregerunt quoque ſtatuã baal, & diruerunt ædem baal, & fecerunt eam [22] latrinam vſq; hodie. Sic deleuit Iehu ipſum baal de Iſraele, veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt Iſrael ſcelerate ageret, nõ receſſit Iehu quo minus ea ſequeretur, nempe vitulos aureos qui erãt in Beth-el & in Dan. ¶ Dixit ergo Dominus ad Iehu, Quandoquidem [13] ſtudio quodã rectum feciſti in oculis meis, [&] iuxta omnia quæ fuerunt in corde meo, feciſti domui Ahab, ſedebunt tibi filij ſuper ſolium Iſraelis in quartam vſque generationem. Cæterum Iehu non obſeruauit vt ambularet in lege Domini Dei Iſraelis toto corde ſuo, nec receſſit à peccatis Ieroboam, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael. ¶ Sub id tẽpus cœpit Dominus [14] truncare Iſraelem, [15] percuſſitque eos Haſael in omnibus terminis Iſraelis, A Iordane ad exortum ſolis, omnem terram Gilead, Gaditas, Rubenitas, & qui erant de Manaſſe, ab Aroer [16] vſque ad torrentem Arnonem, Gilead nempe & Baſan. Reliquum geſtorum Iehu, & omnia quæ fecit, atque [17] robur eius, annõ hæc ſcripta ſunt in Libro annalium Iſrael? Dormiuitque Iehu cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Samaria, & regnauit Iehoahas filius ei⁹ pro eo. Porrò dies quib⁹ regnauit Iehu ſuper Iſraelem in Samaria, viginti & octo ſunt anni.

CAP. XI.

PORRÒ Athalia mater Ahaſiæ vidẽs quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit & perdidit omne ſemen regium. Tollens autem Iehoſeba filia regis Ioram, ſoror Ahaſiæ, ipſum Ioas filium Ahaſiæ, clàm ſurripit eum è medio filiorum regis qui [1] occiſi erant, [2] ipſum ſcilicet & nutricem eius [3] in cubiculo lectorum, & abſcõderũt eum metu Athaliæ, itaque nõ eſt occiſus. Fuit autem [4] apud eam abſconditus in domo Domini ſex annis, regnante Athalia ſuper terram. ¶ Anno deinde ſeptimo miſit Iehoiada, & [5] acceriuit [6] centuriones [7] vt milites eſſent & celeres: & introductis iis ad ſe in domum Domini, Iniit cum eis fœdus, iuréque iurando eos [8] adſtringens in domo Domini, [9] oſtendit eis filium regis. Præcepitque eis, dicẽs, Hoc eſt quod [10] facere debetis, Tertia pars veſtrũ [11] ingredientur ſabbatho, & [12] excubabũt excubias ædis Domini. Et tertia pars erit in [13] porta Sur, tertia deinde pars ad portam [14] poſteriorem quæ eſt celerũ, & cuſtodietis cuſtodiam domus [15] maſſa.

¶ 16 collocauerat ſibi ¶ 17 venire faciã. q.d. Qui relliquerit, ſiueritve quempiam abire, is morietur pro eo. ¶ 18 ſub. ſumm⁹ ſacerdos baal. ¶ 19 vl, Irrũpite ¶ 20 Heb. curſores. i. milites leuioris armaturæ. ¶ 21 vſq; ad vrbẽ ſani baal. i. vſque ad vrbẽ quãdã vicinã Samariæ in qua templũ habebat baal. ¶ 22 latrinas. i. loca in quibus populus ſolueret aluum. ¶ 13 Heb. benefeciſti vt faceres quod rectũ eſt &c. i. ſtudioſe feciſti quod &c. ¶ 14 vl, præcidere. Authore Domino res Iſraeliticæ fuerũt acciſæ. ¶ 15 vl, ſuperauit. i. in omni termino Iſrael expugnauit aliquas vrbes. ¶ 16 quæ eſt ad torrentem ¶ 17. i. quæcũq; ſtrenue & fortiter geſſit.

X I.

¶ 1 occidebant. ¶ 2 ſubaudi ex 2. Para. 22, & abdidit ipſũ &c. ¶ 3 q.d. i aliquo penetrali vbi erãt lecti. Loc⁹ erat vbi dormiebãt ſacerdotes Leuitæ inter appendices tẽpli. ¶ 4 cũ ea. ſub. nutrice. ¶ 5 vl, aſſumpſit ¶ 6 Hi erant de genere Leuitarũ. ¶ 7 duces & curſores. i. milites leuis armaturæ. ¶ 8 quòd ſcilicet cõſilia nõ proderẽt. ¶ 9 nõ enim ſciebãt eũ viuere. ¶ 10 vl, facturi eſtis. Hic habẽda eſt ratio functurorũ officio, & defuncturorũ. Qui obituri erãt ſuã hebdomadã, non fuerunt diuiſi in varias portas ſed pars eorũ cõſtituta fuit portæ qua aditus patebat ad regiã, id eſt portæ atrij Septentrionali: pars verò altera dedit operã tẽplo. Qui verò iam functi fuerãt ſua hebdomada, diſtributi ſunt in duas claſſes: nã ex iis alij præfecti ſunt portæ Orientali, alij verò portæ Auſtrali. Omnes igitur ſacerdotes & Leuitæ fuerunt diuiſi in tres partes: qui tamẽ per vices fungebãtur ſuo officio per hebdomadã: vt initio Lucæ dicitur de Zacharia. ¶ 11 Heb. [eſt] intraturorũ ſabbathũ. i. eorũ qui functuri ſunt officio ſuo proximo ſabbatho, ſiue proxima hebdomada. ¶ 12. i. obſeruabũt portã qua qui habitant in regia, ſolent ingredi in atriũ populi: obſeruabunt inquam nequi prodeant è regia, cum rex coronabitur, & illum interficiant. ¶ 13 Porta Sur, porta fundamẽti dicitur. i. præcipua: maxima porta atrij: initio hæc ſola, poſtea duæ illi additæ, Meridionalis & Aquilonaris. ¶ 14 quæ eſt poſt portã curſorũ. i. militũ & ſatellitũ. Portã Auſtralẽ intelligit. Præterea milites eos q foris cuſtodiebãt & cingebãt tẽplũ, hoc eſt hecal & deuir. ¶ 15 a deſertione. i. cauebitis diligenter nequis locũ deſerat aſſignatũ in ordine.

pro pretio animæ, & quā ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini: Accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint inſtauratione. Igitur vſque ad viceſimūtertium annum regis Ioas, non inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta tēpli. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pōtificem & ſacerdotes, dicēs eis, Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinē veſtrū, ſed ad inſtaurationem tēpli reddite eā. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta [a] domus. Et tulit Ioiada pontifex gazophylaciū vnum, aperuitq; foramen deſuper, & poſuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domū Domini, mittebántq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebāt oſtia, omnē pecuniā quę deferebatur ad tēplum Domini. Cúmque viderēt nimiam pecuniā eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis & pōtifex, effundebántq;, & numerabant pecuniā quæ inueniebatur in domo Domini: & dabāt eam iuxta numerū atque mēſuram in manu eorum qui præerāt cæmētarijs domus Domini: qui impendebant eā in fabris lignorum, & in cæmētarijs ijs qui operabantur in domo Domini, & ſartatecta faciebāt: & in ijs qui cædebant ſaxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebātur: Ita vt impleretur inſtauratio domus Domini in vniuerſis quæ indigebant expenſa ad muniendā domum. Veruntamen nō fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureū & argenteū, de pecunia quæ inferebatur in tēplum Domini. Ijs enim qui faciebant opus, dabatur, vt inſtauraretur [b] tēplum Domini: & non fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebant pecuniam vt diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tractabant eam. Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebāt in templum Domini, quia ſacerdotū erat. ¶ Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciē ſuam vt aſcenderet in Ieruſalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia ſanctificata, quæ [c] conſecrauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat: & vniuerſum [d] argentū quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: miſitque Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalem.

Ioas, ſacerdotibus non curātib' tēplum inſtaurari, curat ipſe.

B

¶ [a] templi.

C

¶ [b] ex ea

Hazael, accepta grādi pecunia à Ioas, deſiſtit oppugnare Ieruſalem.

D

¶ [c] conſecrauerant

¶ [d] aurum

[9] tranſeūt, pecuniam animarūſquam quiſq; dat] pro ęſtimatione ſua, [e] omnem pecuniam denique [10] quam ſinguli ſponte conferunt in domū Domini, Accipiant ſibi ſacerdotes [11] quiſque de noto ſuo, & hi inſtaurent [12] ſarta tecta ædis, vbicunque inuenitur aliqua ruina. Factum eſt autē vt in anno vigeſimotertio regis Iehoas ſacerdotes [13] ſarta tecta ædis non inſtauraſſent. Vocans igitur rex Iehoas Iehoiadam pontificem & ſacerdotes, dixit ad eos, [13] Cur non inſtauraſtis ſarta tecta ædis? ne igitur accipiatis vos pecuniam de [14] notis veſtris, ſed [15] ad ſarta tecta ædis conſeruanda date eam. [16] Obſignatū itaque eſt ſacerdotibus ne acciperent pecuniam à populo, neq; inſtaurarēt ſarta tecta ædis, ſed [17] ſacerdos Iehoiada accepta arcula [18] vnius, in operculo eius foramē perforauit, poſuitque eā iuxta aram ad dexterā [19] vbi ingreſſus eſt in templum Domini, poſuerúntq; illuc ſacerdotes, [20] qui limen obſeruabant, omnē pecuniam quæ illata erat in ædem Domini. Contigit autem vt quum pecuniam viderēt multā eſſe in arcula, aſcēderet ſcriba regius & ſummus ſacerdos, qui numeratam pecuniā inuentā in æde Domini, [21] colligarunt, pecuniámq; [22] certam dederunt in manus eorum qui faciebant opus, [23] & eorū qui inſpectores erant ędis Domini, qui expendebāt eam fabris lignariis, & ſtructorib' qui reficiebant ædem Domini, [24] murarijs quoque fabris, lapicidis, & his qui cōparabant ligna, & lapidum ſcalptoribus, [25] quibus cōſeruarētur ſarta tecta ædis Domini. [in ſumma,] ad omne [26] quod pertinebat ad inſtaurationem tēpli. Veruntamē de pecunia illa illata in ædem Domini nō fiebāt [27] phialæ argenteæ, nec muſica inſtrumenta, nec pelues [ſparſorij], nec tubæ: nullū inquam vas neque aureum neq; argēteum [28] fiebat pro templo Domini, [29] Quoniā dabant eā [pecuniam] his qui faciebāt opus, & qui ea reficiebant ædem Domini. Nec ratio exigebatur à viris huiuſmodi, in quorū manus pecuniæ illæ datæ erant, vt ipſi darent eam his qui faciebant opus nam bona fide [30] agebant. Cæterum [31] pecunia pro delicto, & pecunia pro peccatis, nō inferebatur in ædem Domini, quòd ſacerdotū eſſet. ¶ [32] Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & bellum geſſit contra [33] Gath, cepitque eam, [34] ſtatuitque apud ſe Haſael aſcendere cōtra Ieruſalē. Tū Iehoas rex Iehuda tulit [35] omnia ſāctificata quæ cōſecrauerat Ioſaphat, Iorā, & Ahaſias patres eius reges Iehuda, [36] quæque ipſe cōſecrauerat, atq; omne aurū quod repertū fuit in theſauris ædis Domini, & in domo regis, miſitq; Haſaeli regi Syriæ, & [37] receſſit à Ieruſalē.

¶ 9 Heb. trāſeūtis, hominis pecuniā animarū æſtimationis ei', &c. Pecuniā tranſeūtis, ſiue tranſeūtiū. ſub in numerū, ſiue inter numeratos. i. qui numerātur cū alijs, hoc eſt qui iā attigerāt viceſimū annū. hi dabāt in ſingula capita dimidiū ſicli, vnde cōparabant victimas quib' fiebat ſacrificiū illud iuge & perpetuū. Vocat pecuniā cēſus quā dabant qui reputabantur inter numeratos. Pecunia hominis animarū æſtimationis eius, ſiue pecunia pretij animarū cuiuſque hominis. i. pecunia qua quiſq; redimebat ſeipſum. Triplex pecunia inferebatur in tēplū. Prima eorū qui attigerant viceſimū annū. Secūda, eorū quam quiſq; ſoluere tenebatur quā vouiſſet votum Domino ſe daturū quātū æſtimat' eſſet à ſacerdote. Leuit. 27. quæ vota fiebant potiſſimū

In periculis. Tertia erat, quæ ex liberalitate Iſraelitarum dabatur. ¶ 10 Heb. quæ aſcenderit in cor viri inferre &c.
¶ 11 ſinguli à familiaribus ſuis, ¶ 12 ſciſſuras. rupturas. Iam agebatur annus cēteſimus quinquageſimuſquintus ex quo tēplū fuerat extructū vnde aliquib' in locis minari ruinā poterat. Quidā aiūt tēplū tum fuiſſe laceſū & pene dirutū ab Athalia, & ei' filijs: hóſq; aiūt quicquid erat pretioſum in domo Domini, detuliſſe in ædē baal. Vide in Paral. vbi dicitur Athaliā feciſſe rupturas i domo Domini. ¶ 13 q. d. Nō recte agitis. Ioas ſuſpectos habuit ſacerdotes, q nō inſtauraſſent rupturas tēpli: ppterea iuſſit i gazophylaciū pecuniā inferri. ¶ 14 vl. familiarib' ¶ 15 pro rupturis dom'. ſub. inſtaurādis. ¶ 16 Morē itaq; geſſerūt [vl. Cōſenſerūt itaq;] ſacerdotes ¶ 17 pōtifex ¶ 18. i. cuiuſdā ſacerdotis. ¶ 19 quū quis ingreditur tēplū &c. Dextrū tēpli eſt proprie ea pars tēpli quæ pertinet ad Auſtrum: vt ſiniſtra pars proprie ea eſt quæ pertinet ad Aquilonē. ¶ 20. i. qui habebāt cuſtodiā tēpli. Alij legūt, qui vaſa cuſtodiebāt. i. ſupellectilē templi. ¶ 21 ſub. in faſciculos. ¶ 22 ſignatā. vel, numeratā ¶ 23 qui præfecti erāt domui Dei. Cō ūctio &, auferēda. dederūt pecuniā in man' operarū, ſiue architectorū qui præfecti erāt operi templi. Gallice, A ceulx qui auoyēt entreprins l'oeuure. ¶ 24 cæmētariis. i. iis qui diſponebāt lapides. ¶ 25 ad inſtaurādas rupturas ¶ 26 quod inſumebatur pro domo ad reparādā eā. ¶ 27 vl. pateræ ¶ 28 ſub. tūc. ¶ 29 vl. Nā ¶ 30. i. diſtribuebant eā pecuniā. ¶ 31. i. pecunia quæ ſupererat empta victima pro delicto. Qui vouerāt in lōginqua regiōe, aliquid pro peccato, mittebāt pecuniā ad vnū ex ſacerdotib' qui victimā emebat: & quod reliquū erat pecuniæ, empta victima, id cedebat in vtilitatē ſacerdotū. ¶ 32 Mortuo ſcilicet Ioiada pōtifice, quū Ioas credēs aulicis, dedit' fuit idololatriæ. Ioas interfecit Zachariā filiū Ioiadæ, q eū & aulicos carperet ob idololatriā, idq; mortuo Ioiada, vt ſcribitur in Paral. quæ cauſa fuit, nēpe idololatria, vt affligeretur. ¶ 33 Vrbs erat ſub poteſtate regū Iuda, quā Dauid ceperat. ¶ 34 Heb. & poſuit Hazael faciē ſui. i. cōuertit ſe ea victoria elat', vt aſcēderet &c. cœpit adornare profectionē in Ieruſalē. ¶ 35 oēs cōſecrationes. omnia donaria ¶ 36. i. omnia donaria ſua. ¶ 37. i. deſtitit venire ad oppugnādū Ieruſalē nō enim venit in Ieruſalē. Sequēti tamē anno Hazael ſe iſſe oppugnatū Ioas cui quū occurriſſet, ab eo eſt vulneratus cūque in lectica referretur Ieruſalem, coniuratione facta interemptus eſt à ſeruis Hazaelis. 2. Paralip. 24.

Reliquum geſtorum Iehoas, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iehuda? Inſurrexerunt autẽ ſerui eius, & cõiurantes conſpirarũt, trucidarũntque Iehoas in [18]Beth-millo, quum deſcenderet in Silla. [19]Ioſabar filiꝰ Simeath, & Iehoſabad filius Somer ſerui eius trucidarunt eum, & mortuus eſt, ſepelierũtque eũ cũ patribus ſuis in ciuitate Dauidis, regnauitq; pro eo filius eiꝰ Amazias. C. XIII.

ANno vigeſimotertio [1]Ioas filij Ahaſiæ regis Iehuda, Iehoahas filius Iehu ſuper Iſraelẽ in Samaria regnauit decem & ſeptẽ annis. Deſignauitq; malum in oculis Domini [incedẽs poſt peccata Ieroboam filij Nebat, (qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael,) nec deſtitit ab eis. [3]Et iratus furor Domini contra Iſraelitas, tradidit eos in manum Haſael regis Syriæ, & in manũ Benhadad filij Haſaelis [4]cũctis diebꝰ. ¶ Precatus eſt ergo Iehoahas faciem Domini, & exaudiuit eũ Dominꝰ, quoniã [5]aſpexit afflictionẽ Iſraelis [6]qua rex Syriæ afflixit eos, [deditq; Dominus Iſraeli [7]ſeruatorem, [8]ne plus ſubeſſent manui Syrorũ, habitaueruntq; Iſraelitæ [9]in tẽtorijs ſuis, [10]quẽadmodum retro temporibus. Verũtamen nõ receſſerũt à peccatis domus Ieroboã, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael, ſed [11]ambularunt in eis. adhæc [12]perſeuerauit lucus in Samaria.) Nã non [13]fecit reliquũ ipſi Iehoahas populum, niſi quinquaginta equites, & decẽ currꝰ & decẽ millia peditũ, quãdo quidẽ rex Syriæ perdidit eos, & [14]redidit eos velut puluerem exterẽdo. Reliquũ geſtorum Iehoahas, & quidquid fecit, deinde & [15]robur eius, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iſrael? Dormiuit ergo Iehoahas cum patribus ſuis, ſepelierũntque eũ in Samaria, & regnauit pro eo Ioas filius eius. ¶ Anno triceſimo ſeptimo Ioas regis Iehuda regnauit Iehoas filiꝰ Iehoahas ſuper Iſraelẽ in Samaria [16]ſedecim annis. Et deſignauit malũ in oculis Domini, [id eſt] nõ receſſit ab omnibꝰ peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael, [ſed] [17]in his ambulauit. Reliquum geſtorum Ioas, & quæcũq; fecit, ac robur eiꝰ quo bellũ geſſit cõtra Amaſiã regẽ Iehuda, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iſrael? Dormiuit itaq; Ioas cũ patribus ſuis, [18]occupauitque Ieroboam ſedẽ eiꝰ, & ſepultꝰ eſt Ioas in Samaria cũ regibus Iſraelis. ¶ [19]Porrò Eliſæus laborabat morbo ſuo, quo & mortuus eſt, [20]deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flens coram eo, dixit, [21]Pater mi, pater mi, [22]currus & equites eiꝰ. Tum dixit ad eũ Eliſæus, Accipe arcũ [aliquem] & ſagittas. & accepit ſibi arcũ & ſagittas. Dixit ergo ad regẽ Iſraelis, [23]Dirigito arcũ manu tua. direxitque manu ſua: Eliſæꝰ autẽ [24]poſitis manibus ſuis ſuper manus regis, [25]Ait, Aperi [26]feneſtram Oriẽtẽ verſus. quũq; aperuiſſet, [27]dixit Eliſæus, Eiaculare. & iaciente eo ſagittã, [dixit Eliſæus,] Sagitta [28]ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis cõtra Syros: nã tu per-

Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborũ dierum regum Iuda? ¶ Surrexerunt autẽ ſerui eius, & coniurauerũt inter ſe, percuſſerũtq; Ioas in Domo-mello in deſcenſu Sella. Ioſachar namque filius Semaath, & Iozabad filius Somer ſerui eius, percuſſerunt eum, & mortuus eſt: & ſepelierunt eum cũ patribus ſuis in Ciuitate-Dauid, regnauitq; Amaſias filiꝰ eius pro eo. C. XIII.

*Ioas interficitur à duobꝰ ſeruis ſuis.*

*Succedit Amaſias.*

ANno vigeſimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria, decem & ſeptem annis. Et fecit malum corã Domino, ſecutúſque eſt peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & nõ declinauit ab eis. Iratúſque eſt furor Domini cõtra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filij Hazael, cunctis diebus. ¶ Deprecatus eſt autẽ Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiã Iſrael, quia attriuerat eos rex Syriæ: (& dedit Dominus ſaluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ: habitaueruntque filij Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius. Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauerunt: ſiquidem & lucus permãſit in Samaria.) Et non ſunt derelicti Ioachaz de populo, niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditũ: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. Reliqua autẽ ſermonum Ioachaz, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? Dormiuitque Ioachaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Samaria: regnauitque Ioas filius eius pro eo. ¶ Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filiꝰ Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim annis. Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amaſiam regẽ Iuda, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autẽ ſedit ſuper ſolium eius. porrò Ioas ſepultꝰ eſt in Samaria cum regibus Iſrael. ¶ Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat corã eo, dicebátque, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Et ait illi Eliſeus, Affer arcũ & ſagittas. cúmq; attuliſſet ad eum arcũ & ſagittas, Dixit ad regem Iſrael, Pone manum tuam ſuper arcũ. & cũ poſuiſſet ille manum ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis, Et ait, Aperi feneſtrã Orientalem. cúmque aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittã. & iecit. & ait Eliſeus, Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis cõtra Syriã: percutieſq; Sy-

*Ioachaz cũ populo Iſrael traditur à Deo in manus Syrorũ.*

*Orante rege, liberat eos Deus.*

B

*Mortuo Ioachaz, ſuccedit Ioas filꝰ.*

*Ioas mortuo regnat Ieroboam.*

C *Eliſeus ægrotꝰ prædicit regi Ioas quoties victor futurus eſſet contra Syros.*

¶18 Nõ loquitur de cipo Millo qui erat in Ieruſalẽ, ſed aberat ab vrbe. q.d. vt intelligamꝰ, adijcit, quũ deſcenderet in Silla. q.d. in Beth-millo qui locus erat in cliuo loci nũcupati Silla: vt intelligatur Beth-millo fuiſſe in edito. ¶19 Vel vt alij legũt, Iozachar

XIII.

¶1 Hebraice legit Ioas & Iehoas pro eodẽ filio Iehoahas. ¶ Heb. regnare cœpit Iehoahas filius Iehu ſup Iſraelẽ in Samaria: [regnauitq;] decẽ &c. ¶2 i. ab vilo peccatorũ eius. ¶3 Proinde iratus &c. i. vehemẽter iratus eſt. ¶4 toto illo tempore. i. quãdiu regnauit Ioachaz. ¶5 vel, cõſyderauit ¶6 Heb. nã affligebat eos rex Syriæ, ¶7 nempe filiũ huiꝰ vindicem. Hæc pars verſiculi, deditq; Dominus &c. refertur ad verba præcedẽtia, exaudiuit eum &c. ¶8 Heb. & exierũt de ſub manu Aram. ¶9 i. in domibꝰ ſuis ruſticis, ſine metu. ¶10 He. ſicut heri & nudiuſtertius. ¶11 Heb. in eo ambulauit. In eo, ſub. peccato. i. in ſingulis peccatis Ieroboã ambulauit Iſrael. ¶12 i. lucũ plãtatũ in honorẽ baal, nõ exciderunt. ¶13 reliquerat. Verſus reſpõdet paulo ſuperiori verſui in quo dicitur, aſpexit afflictionẽ Iſraelis qua rex Syriæ afflixit eos &c. ¶14 Heb. poſuerat eos veluti puluerẽ ad triturãdũ. vel cõculcidũ. i. cõculcauit eos veluti lutũ platearũ cõculcari ſolet. ¶15 i. egregia eiꝰ facinora. ¶16 ſubaudiẽdũ, regnauitq;. ¶17 vel, in eo. ſub. peccato Ieroboã. q.d. coluit & iuſſit coli vitulos quos erexerat Ieroboã. ¶18 & Ieroboã ſederat ſuper ſedẽ &c. vel iã ſedere cœperat. vnde aiunt eũ regnaſſe viuẽte patre. nõ enim ait, regnauit mortuo patre. ¶19 vel, Cum autẽ Eliſeus ægrotaret infirmitate ſua qua mortuus eſt, deſcẽdit ad &c. ¶20 deſcendit. ſub. de regia ſua vt eũ inuiſeret. ¶21 i. Magiſter. Repetitio pertinet ad affectũ. q.d. Domine mi, quare deſeris nos? Apoſiopeſis. ¶22 i. cuiꝰ oratio plus iuuat Iſraelẽ, quã currus & equites quos habet. vel, qui oratione plꝰ potes, quã omnes milites armis ſuis. ¶23 Heb. Equitare facito manũ tuã ſuper arcũ. & equitare fecit manũ ſuã ſuper arcũ. i. Superpone manũ tuã arcui. & ſuperpoſuit manũ ſuã arcui. ¶24 poſuit manus ſuas ſuper manꝰ regis, vt ſcilicet ſignũ ipſum cõfirmaret, & prædictionẽ et ſigno iſto doceret prædictionẽ ioreret i. ¶25 Dixerat verò. ſub. regi antequã rex impoſuiſſet manũ arcui. vel, Et dixit. ſub. Eliſeus cuidã aſtãti. ¶26 i. feneſtram illã quæ ſpectat ad Orientẽ, hoc eſt ad Syriã, quæ ad Orientẽ erat. ¶27 ſub. regi. ¶28 vel, ſalutifera Domino. ſub. erit iſta Iſraeli. i. ſignificat Dominum fore auxiliatorem Iſraelitarum contra Syros.

riam in Aphec, donec conſumas eam. Et ait, Tolle ſagittas. qui cum tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute iaculo terram. & cum percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, Iratus eſt vir Dei contra eum, & ait, Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad cõſummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. ¶ Mortuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierunt eũ. latrunculi autẽ de Moab venerũt in terram in ipſo anno. Quidã autem ſepeliẽtes hominem, viderunt latrũculos, & proiecerunt cadaver in ſepulchro Eliſei. Quod cũ tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. ¶ Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz: & miſertus eſt Dominus eorũ, & reuerſus eſt ad eos propter pactũ ſuum quod habebat cũ Abraham & Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neque proijcere penitus, vſque in præſens tẽp⁹. Mortuus eſt autem Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. Porrò Ioas fili⁹ Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-adad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij: tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

Morſ Eliſei. — Ad cõtactum oſſiũ Eliſei, ſuſcitat mortuus. eccl. 48.b. — Promiſſionũ ſuarum memor miſeret Iſraelis De⁹. — Hazael rex Syriæ moritur, regnat Ben-adad pro eo.

CAP. XIIII.

IN anno ſecũdo Ioas filij Ioachaz regis Iſrael regnauit Amaſias filius Ioas regis Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet: viginti autem & nouem annis regnauit in Ieruſalem. nomen [a]matris eius Ioadan, de Ieruſalẽ. Et fecit rectum coram Domino, verumtamen nõ vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus fecit. Niſi hoc tãtum quod excelſa nõ abſtulit: adhuc enim populus [b]immolabat & adolebat inceſſum in excelſis. Cúmq; obtinuiſſet regnũ, percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant regẽ patrẽ ſuũ: filios autẽ eorum qui occiderãt, nõ occidit, iuxta quod ſcriptũ eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus, dicens, Non morientur patres pro filijs, neque filij [c]pro patribus: ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. Ipſe percuſſit Edom in Valle-ſalinarum, decem millia, & apprehendit Petram in prælio, vocauitque nomen eius [d]Iectehel, vſque in præſentem diem. ¶ Tunc miſit Amaſias nuntios ad Ioas filiũ Ioachaz, filij Iehu regis Iſrael, dicens, Veni, & videamus nos. Remiſitque Ioas rex Iſrael ad Amaſiam regem Iuda, dicẽs, Carduus Libani miſit ad cedrum, quæ eſt in Libano, dicens, Da filiam tuã filio meo vxorem. tranſieruntque beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & conculcauerunt carduũ. Percutiens inualuiſti ſuper Edom, & ſubleuauit te cor tuum: contentus eſto gloria, & ſede in domo tua. quare prouocas malũ, vt cadas tu & Iudas tecum? Et non acquieuit Amaſias: aſcenditque Ioas rex Iſrael, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias

Amaſias rex Iuda interficit occiſores patris ſui. 4. para. 25. a. — ¶ [a]autem — ¶ [b]immolabat & adolebat — Deut. 24. c. ezech. 18. e. — ¶ [c]morientur. — Amaſias percutit Edom. — ¶ [d]Iectehel, — Capitur à Ioa rege Iſrael.

cuties Syros in [9]Aphec, donec eos penitus perdas. Rurſus ait, Accipe [10]ſagittas. & quum cepiſſet, dixit ad regem Iſraelis, [11]Feri terrã. ferijtq; ter, & [12]tum deſtitit. Tum vir Dei indignatus ei, dixit, [13]Si feriſſes quinquies aut ſexies, percuſſiſſes Syros ad internecionem vſque: nunc verò ter [14]percuties Syros. ¶ Mortuo Eliſæo ſepelierunt eum: eodẽ ipſo anno [15]graſſatores Moabitæ irruerũt in terrã. Contigit autẽ, quũ [16]quidã ſepelirẽt hominẽ, [17]viderẽntq; globũ graſſatorũ, vt proijcerent hominẽ illũ in [18]ſepulchrum Eliſæi, [19]qui deuolutus attigit oſſa Eliſæi, & reuixit, [40]erectũ in pedes ſuos. ¶ Porrò Haſael rex Syriæ afflixit Iſraelitas cunctis diebus Iehoahas. [41]Domin⁹ autẽ benigne fecit eis, miſertúſque illorum reſpexit eos, idq; propter fœdus ſuũ cũ Abrahamo, Iſaac & Iacob, neq; voluit eos excindere, neq; abijcere eos [42]à facie ſua vſq; nũc. Mortu⁹ eſt autem Haſael rex Syriæ, regnauitq; Bẽ-hadad fili⁹ eius pro eo. Et [43]verſus Iehoas filius Iehoahas, tulit vrbes de manu Ben-hadad filij Haſaelis, quas ille acceperat de manu Iehoahas patris ſui in bello: nã ter [44]percuſſit eum Ioas, & [45]reſtituit ciuitates Iſraeli.

CAP. XIIII.

ANno ſecundo Ioas filij Iehoahas regis Iſrael, [1]inauguratus eſt regno Amaſias filius Ioas regis Iehuda. Vigintiquinque annos fuit nat⁹ quũ cœpiſſet regnare, & regnauit viginti nouem annis in Ieruſalem. nomẽ matris eius Ihoadan [2]de Ieruſalem. Is [3]fecit quod rectum erat in oculis Domini, [4]at nõ vt Dauid pater eius: iuxta omnia quæ fecerat Ioas pater eius, fecit. Duntaxat excelſa [5]non receſſerant, [nam] populus adhuc ſacrificabat & adolebat in excelſis. Quum que regnum [6]firmatum eſſet in manu eius, percuſſit ſeruos ſuos qui trucidauerant regem patrẽ ſuũ, cæterum filios homicidarum nõ interfecit, quẽadmodum ſcriptũ eſt in libro legis Moſis, in quo præcepit Dominus hiſce verbis, Ne interficiantur patres pro filijs, neque interficiãtur filij pro patribus, ſed quiſque ob peccatũ ſuum morietur. Is etiam percuſſit Idumæorum decem millia in valle Salis, & [7]obtinuit [8]petram in bello, & vocauit nomen eius [9]Iectehel vſque in hũc diem. ¶ [10]Tũc miſit Amaſias legatos ad Iehoas filium Iehoahas filij Iehu regem Iſraelis, hiſce mandatis, Age [11]ſpectemus nos mutuo coram. Tum miſit Iehoas rex Iſrael ad Amaſiam regẽ Iehuda huiuſmodi reſponſionem, [12]Annon carduus qui eſt in Libano, miſit ad [13]cedrũ quæ eſt in Libano huiuſmodi verbis, Da filiam tuã filio meo vxorẽ? & præteriit fera agri quæ in Libano [14]erat, & conculcauit [15]carduum illum. Cædens cecidiſti Edom, hinc eleuatũ eſt cor tuum: [16]gloriare itaque, & mane domi tuæ: [17]cur enim tuo malo prouocas tantã ferociã, vt cadas tu & Iehuda tecũ? Nec obtẽperauit Amaſias: aſcẽdit ergo Iehoas rex Iſrael, & [18]ſeſe mutuo corã ſpectarũt, ipſe & Ama

¶ 28 Hæc vrbs erat trib⁹ Iuda, in qua Achab vicerat Syros occiſis cẽtũ millib⁹ peditũ. q. d. Inſignẽ cladẽ acceperũt Syri: ita quoque ab te cadẽt. 3. reg. 20. e. ¶ 10 ſub. ſã tibi oblatas. ¶ 11. i. Percute ſagittis terrã. ¶ 12 poſtq̃ ſcilicet ter iaculat⁹ eſt. ¶ 13 He. Percutere ſdebueras] ¶ 14. i. ſuperabis. q. d. quia forte nõ credidiſti te totics Syros ſuperaturũ quoties ſagittas habebas, idcirco vinces eos ſolum ter. ¶ 15 cæpit milites Moab ¶ 16 ipſi Iſraelitæ] vellent ſepelire quendã, ¶ 17 derepente vi derũt copias illas ſub. Moabitarũ,] & proiecerũt ¶ 18 q. d. quod forte fortuna erat ſepulchrum Eliſei. ¶ 19 He. & abijt, & tetigit. i. q̃ cadauer deuenit in fũdum, & tetigit &c. ¶ 40 & erexit ſeſe ¶ 41 Tandẽ miſertus eſt Dominus eorũ. i. Iſraelitarum. ¶ 42. i. de terra in qua ei⁹ maieſtas habitabat. vl, neq; effecit vt exularẽt, & aliò trãſmigrarẽt. ¶ 43 vl. reuerſus eſt & iuſſit. Fortaſſe eũ

ob rẽ q̃ cũ patre pugnaſſet cũ Syris. vl, Itaq; cõuerſus eſt. i. direxit aciẽ cõtra Syros. q. d. Itaq; motus verbis Eliſei, eduxit exercitum aduerſus Syros. ¶ 44. i. vicit. ¶ 45 recepit vrbes Iſraeli. i. quas reſtituit regno Iſraelitico.

XIIII. ¶ 1 regnare cœpit ¶ 2. i. Ieroſolymitana. ¶ 3. i. fecit quæ recta erãt probãte etiã Domino. ¶ 4 q. d. nõ tamen peruenit ad bonitatẽ Dauidis aui ſui. ¶ 5 vl, nõ erãt ſublata, ¶ 6 Gallice, quãd il en fut bien paiſible. ¶ 7 cepit. ſub. vi bellica. ¶ 8 vl, rupẽ. aut, arcẽ in vertice cuiuſdã rupis ſitã. ¶ 9 ſic appellauit arcẽ ab eo qui eam expugnauit. ¶ 10 parta ſcilicet victoria illa celebri. ¶ 11 Heb. videamus nos facie. Chaldæ⁹ Paraph. veni, & ſtatuto die cõlligamus. q. d. Tui diripuerũt vrbes meas, veni igitur cõfligamus inter nos. Aiũt Amaſiã ouũ milites Iſrael cõdt xiſſet, illos adhortãte propheta miſſos feciſſe: qua re milites indignati, diripuerũt vrbes. ob id motus Amaſias hæc ſcripſit iniuria laceſſitus. ¶ 12 Hebraica litera ה, præpoſita voci חוח quæ ſignificat carduum, hoc loco non interrogat, nec amplificat rẽ, ſed diminuit. q. d. carduus abiectiſſimus omniũ qui naſcũtur in Libano. Parabola eſt qua ſe rex Iſrael cõfert cedro, regẽ Iuda carduo, beſtias militib⁹. q. d. Etiã ſi miſiſſes legationẽ pacis cauſa, nõ excepiſſem honorifice tuos: nã es abiectiſſimus. ¶ 13 Hebraice præponitur voci cedri, ה quod amplificat. q. d. ad cedrũ excellentiſſimam omnium cedrorũ. ¶ 14 aut, verſatur. ¶ 15 q. d. nõ es dignus qui à me in amicitiã recipiaris: quomodo ergo me auderes ad bellũ prouocare? ¶ 16 ſub. propter victoriã de Idumæis. per me licebit vt glorieris quãtũ libebit, modo te domi cõtineas. ¶ 17 Heb. ſed quare te immiſcebis in malo, vt cadas &c. i. quare te cõijcere cupis in miſeriã vltro, & in periculũ? ¶ 18 Heb. præbuerunt ſe viſendos facie ad faciem. i. deſcenderunt in certamen ſtatuta die.

ſias rex Iehuda, in Beth-ſemes[9] quæ eſt in Iehuda. 'Corruit autem Iehuda coram Iſraele, fugerúntque quiſque in tentoriũ ſuum. Sed & Amaſiam regẽ Iehuda filium Ioas filij Ahaſiahu, apprehẽdit Iehoas rex Iſraelis in Beth-ſemes. poſt hæc venit Ieroſolyma, & rupit murum Ieroſolymorum à porta[10] Ephraim' vſque ad portam[11] anguli,' quadringentis cubitis. Et accepit omne aurum & argẽtum, omnia vaſa quæ inueniebãtur in domo Domini, & in theſauris dom⁹ regis, [12]filios quoque obſides,' & reuerſus eſt in Samariã. Reliqua geſtorum Iehoas quæ egit, & [13]fortitudo eius,' & qualiter bellum geſſerit cõtra Amaſiam regẽ Iehuda, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iſrael? Dormiuitque Iehoas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria iuxta reges Iſraelis, regnauitque Ieroboã fili⁹ eius pro eo. ¶ Vixit autẽ Amaſias fili⁹ Ioas rex Iehuda poſt mortem Iehoas filij Iehoahas regis Iſrael quindecim annis. Reliqua geſtorũ Amaſiæ annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iehuda? Fecerunt autem cõtra eum conſpirationem in Ieruſalem, & quum[14] confugeret Lachis, miſerunt poſt eum in Lachis, & illic trucidarunt eum. Tollẽteſque eum ſuper equis, ſepult⁹ eſt in Ieruſalem in ciuitate Dauidis cum patrib⁹ ſuis. ¶ Vniuerſus itaque populus Iehuda accepit[15] Aſariam' (qui natus erat ſedecim annos,) & cõſtituerunt eum regẽ pro Amaſia patre ſuo. Is ædificauit[16] Elath,' & reduxit eã ad Iehudam poſteaquã rex dormiſſet cũ patribus ſuis. ¶ Anno decimoquinto Amaſiæ filij Ioas regis Iehuda, regnauit Ieroboã fili⁹ Ioas ſuper Iſraelẽ in Samaria quadragintavnũ annos. Et deſignauit malũ in oculis Domini, nec receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael. Is[17] reſtituit[18] terminum Iſrael, ab eo quo itur Hamath, vſq;[19] ad mare ſolitudinis,' iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael quem loquutus[20] eſt' per ſeruũ ſuũ Ionã filiũ Amithai prophetæ, qui fuit de[21] Gath-hepher.' Siquidẽ Dominus [22]viderat' afflictionem Iſraelitarũ valde[23] acerbã,[24]& ꝙ peſſum iſſent recluſi & derelicti, quódq; nemo eſſet qui auxiliũ ferret Iſraeli.' Nec[25] loquutus erat' Dominus quòd vellet delere nomen Iſraelis ſub cælo, [26]ideo' ſeruauit eos per manum Ieroboã filij Ioas. Porrò reliqua geſtorũ Ieroboam, & omnia quæ fecit, atq; fortitudo eius qua belligeratus eſt, deinde qualiter reſtituerit Iudæ &[27] Iſraeli' Damaſcũ & Hemath, annõ hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iſraelis? Dormiuitq; Ieroboã cũ patribus ſuis, cum regibus Iſraelis, regnauitq; Zacharias filius ei⁹ pro eo.

CAP. XV.

ANno viceſimoſeptimo Ieroboã regis Iſraelis [1]regno inauguratus eſt' Aſarias filius Amaſiæ regis Iehuda. Sedecim ãnos nat⁹ erat quũ regnũ capeſſeret, regnauitq; in Ieruſalẽ quinquaginta duob⁹ annis: nomẽ matris ei⁹ Iecholeia[2] de Ieruſalẽ.' Hic fecit quod rectũ erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pater ei⁹. Verũ tamen excelſa[3] nõ recedebãt,' quin adhuc popul⁹ ſacrificaret & adoleret in excelſis. Dominus autẽ afflixit regem lepra, fuitq; leproſus vſque ad diem obitus ſui, habitans in domo[4] libera:' cæterum Iothã filius regis præfectus erat[5] prætorio,'

ſias rex Iuda in Beth-ſames oppido Iudæ. Percuſſúſque eſt Iuda corã Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in tabernacula ſua. Amaſiam verò regẽ Iuda filium Ioas filij Ochoziæ, cepit Ioas rex Iſrael in Beth-ſames, & adduxit eum in Ieruſalẽ: & interrupit murum Ieruſalem, à porta Ephraim vſque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum & argentum, & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris regis, & obſides, & reuerſus eſt in Samariã. Reliqua autẽ verborũ Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amaſiam regẽ Iuda, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regum Iſrael? Dormiuitque Ioas cum patribus ſuis, & ſepult⁹ eſt in Samaria cum regibus Iſrael: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. ¶ Vixit autẽ Amaſias, fili⁹ Ioas, rex Iuda, poſtquã mortuus eſt Ioas filius Ioachaz regis Iſrael 'vigintiquinque' annis. Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? Factáque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem: at ille fugit in Lachis. Miſerúntque poſt eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. Et aſportauerunt in equis, ſepultúſque eſt in Ieruſalem cum patribus ſuis in Ciuitate-Dauid. ¶ Tulit autẽ vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum ſedecim, & cõſtituerũt eum regẽ pro patre eius Amaſia. Ipſe ædificauit 'Ailam,' & reſtituit eam Iudæ, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. ¶ Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria, quadraginta & vno anno: & fecit quod malum eſt coram Domino. Non receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſque ad Mare-ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael, quem locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi 'prophetam' qui erat de Geth quæ eſt in 'Opher.' Vidit enim Dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & ꝙ cõſumpti eſſent vſque ad clauſos 'carceris' & extremos, & non eſſet qui auxiliaretur Iſraeli. Nec locutus eſt Dominus vt deleret nomen Iſrael de ſub cælo, ſed ſaluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem ſermonum Ieroboam, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum, & Emath Iudæ in Iſrael: nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? Dormiuitque Ieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

CAP. XV.

ANno viceſimoſeptimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda. Sedecim annorum erat, cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Iechelia, de Ieruſalem. Fecitq; quod erat placitum corã Domino, iuxta omnia quæ fecit Amaſias pater eius. Veruntamẽ excelſa non eſt demolitus: adhuc popul⁹ ſacrificabat, & adolebat incẽſum in excelſis. ¶ Percuſſit autem Domin⁹ regẽ, & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ, & habitabat i domo libera ſeorſum: Ioatham verò filius regis gubernabat palatium,

D

Diripitur à Ioa templũ Domini.

E Ioas moritur.

Succedit Ieroboam fili⁹ eius.

¶ quidecim

Occiditur Amaſias.

F Azarias filius eius cõſtituitur rex. 2.para.26.a.

¶ Elath,

Per Ieroboã liberat Deus Iſraelẽ ab afflictionibus.

G

¶ prophetæ

¶ Hepher.

¶ carcere

Zacharias ſuccedit Ieroboam patri ſuo.

Azarias rex Iuda, leproſus.

2.Para. 26.d.

¶ 9 i. quæ ad tribũ Iuda pertinet. Hoc adiicit vt intelligam⁹ regẽ Iſrael veniſſe obuiã vſq; ad regnũ alterius. ¶ 10 i. per quã intrabant Ephraimitæ. ¶ 11 anguli illius. ſub. noti. ¶ 12 i. filios nobiliũ qui erant dati obſides regi Iuda. ita Chaldæus paraph. ¶ 13 i. egregia ei⁹ factã. ¶ 14 facta ſcilicet cõiuratiõe. ¶ 15 Qui hic Hazaria dicitur, in Paralip. vocatur Huziah. itaque hic duo nomina habuit cõſimilia, Conſilium Domini, & auxiliũ Dei. ¶ 16 i. Elanon, à qua dicitur Sinus Elanicus. Dauid totã Idumæam tributariã reddiderat, quæ tamẽ defecit poſtea à regibus Iuda. ¶ 17 Hic quanq̃ fuerit impius, tamẽ Deo iuuãte, liberauit Iſraelẽ: vnde miſericordia Dei colligitur. ¶ 18 i. totã eã patriã quæ eſt à lacu Aſphaltite, vſque ad fines Syriæ. ¶ 19 i. ad lacum Aſphaltiten. Hamath eſt in finib⁹ Syriæ, nõ procul à Damaſco: hæc occupauerãt reges Syriæ. ¶ 20 vſ. fuerat. Hæc prophetia non legitur apud Ionã, ꝙ quæcũque ille prædixit, literis mãdata nõ fuerit. ¶ 21 Hepher addidit ad differentiã Gath quæ eſt in Palæſthina. ¶ 22 ſub. oculo miſericordiæ. ¶ 23 mutabilem. i. quæ ſubinde grauior euadebat. Chaldæus paraph. fortẽ. i. grauẽ. ¶ 24 Heb. (& nõ erat clauſus, neq; derelictus, neq; erat qui ferret opem Iſraeli.) q.d. nullus erat qui etſi in loco munitiſſimo, eſſet tutus: neq; pauper aliquis derelictus, cui etiã parcere ſolent milites: &c. ¶ 25 i. ſtatuerat. ¶ 26 vſ. ſed ¶ 27 In Iſraele. Iſrael hoc loco etiã tribũ Iuda complectitur. Ieroboam rex Iſrael reſtituit Damaſcum & Hemath tribui Iuda. ita vt eſſent ditionis Iſrael. i. Iudæ, vt antea fuerant.

XV. ¶ 1 regnare cœpit ¶ 2 i. Ieroſolymitana. ¶ 3 vſ. nõ fuerũt ſublata, ¶ 4 liberæ. ſub. habitationis. i. in domo aliqua ſeparata à commercio hominum. ¶ 5 vſ. palatio,

& iudicabat populũ terræ. Reliqua autẽ ſermonũ Azariæ, & vniuerſa quæ fecit, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborũ dierum regũ Iudæ? Et

Moritur Azarias, pro quo regnat Ioatham. B

dormiuit Azarias cum patrib⁹ ſuis: ſepelierũntque eum cũ maioribus ſuis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo. ¶ Anno triceſimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam ſuper Iſrael in Samaria, ſex mẽſibus. Et fecit quod malũ eſt coram Domino, ſicut fecerant patres eius: non receſſit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael.

Zacharias occiditur à Sellum.

Coniurauit autẽ contra eũ Sellũ filius Iabes: percuſſitque eum palàm, & interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autẽ verborum Zachariæ, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regum Iſrael? Iſte eſt ſermo Domini quẽ locut⁹ eſt ad Iehu, dicẽs, Filij tui vſque ad quartã generationem ſedebunt de te ſuper thronũ Iſrael. factũmq; eſt ita.

Promiſſio facta Iehu, ĩpleta. ſ.10.f. C

Sellũ regnat p Zacharia.

¶ Sellũ filius Iabes regnauit triceſimonono anno Azariæ regis Iudæ: regnauit autẽ vno mẽſe in Samaria. Et aſcendit Manahẽ filius Gadi de Therſa: venitq; in Samariã, & percuſſit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitque pro eo.

Sellũ interficitur à Manahem.

Reliqua autẽ verborũ Sellũ, & coniuratio eius per quã tetendit inſidias, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regũ Iſrael? Tunc percuſſit Manahẽ Thapſam, & omnes qui erãt in ea, & terminos eius de Therſa: noluerãt enim aperire ei: & interfecit omnes prægnãtes eius, & ſcidit eas.

Thapſa ciuitas percutitur. Prægnantes occiſæ. D

Manahẽ rex Iſrael.

¶ Anno triceſimonono Azariæ regis Iudæ regnauit Manahẽ filius Gadi, ſuper Iſrael decem annis in Samaria. Fecitq; quod erat malũ coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Aſſyriorũ in ᵃTherſam, & dabat Manahem Phul mille talẽta argenti, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret regnum eius. Indixitq; Manahem argẽtum ſuper Iſrael cũctis potẽtibus & diuitibus, vt daret regi Aſſyriorũ, quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos: reuerſúſque eſt rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in ᵇTherſa. Reliqua autẽ ſermonũ Manahem, & vniuerſa quæ fecit, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regum Iſrael? Et

¶ᵃ terram,

¶ᵇ terra.

dormiuit Manahem cũ patribus ſuis: regnauitq; Phaceia filius eius pro eo.

Mortuo Manahẽ ſuccedit Phaceia. E

¶ Anno quinquageſimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia fili⁹ Manahem ſuper Iſrael in Samaria, biennio. & fecit quod erat malũ corã Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Cõiurauit autem aduerſus eũ Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſſit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta ᶜArieh: & cum eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarũ, & interfecit eũ, regnauitq; pro eo.

Phaceia interficitur à Phacee.

¶ᶜ Arie:

Reliqua autẽ ſermonũ Phaceia, & vniuerſa quæ fecit, nõnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regũ Iſrael? ¶ Anno quinquageſimoſecũdo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee fili⁹ Romeliæ ſuper Iſrael in Samaria, viginti annis. Et fecit quod erat malũ coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael.

Phacee, rex Iſrael. F

In dieb⁹ Phacee regis Iſrael venit Theglath-phalaſar rex Aſſur, & cepit Aion, & Abel-domum-maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæam, & vniuerſam terrã Nephthali: & tranſtulit eos in Aſſyrios. Coniurauit autem, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percuſſit eum, & interfecit: regnauitque pro eo viceſimo anno Ioatham filij Oziæ. Reliqua autẽ ſermonũ Phacee,

Phacee interficitur ab Oſee.

iúſque dicebat populo terræ. Reliquũ geſtorum Aſariæ, & oia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iehuda? Dormiuit itaque Aſarias ⁶cũ patribus ſuis, ſepelierũntq; eũ ad patres ſuos in ciuitate Dauidis, regnauitq; Iothã filius eius pro eo. ¶ Anno triceſimooctauo Aſariæ regis Iehuda, regnauit Zacharias fili⁹ Ieroboã ſuper Iſraelẽ in Samaria ſex mẽſibus. Et deſignauit malum in oculis Domini, ſicut fecerant patres eius: non receſſit à peccatis Ieroboã filij Nebat, ⁷qui occaſio ſcelerate agendi fuit Iſraelitis. Cõtra hunc coniurauit Sallũ filius Iabes, & percutiẽs eum ⁸præſente populo interfecit eum, regnũmq; loco eius occupauit. Reliquũ geſtorum Zachariæ, ⁹en' hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iſraelis. Et ¹⁰hoc eſt verbũ Domini quod loquutus erat ad Iehu, dicẽs, Sedebũt tibi filij in ſolio ¹¹in quartã vſq; generationẽ. & ita factum eſt. ¶ Porrò Sallũ fili⁹ Iabes regnũ occupauit anno triceſimonono Aſariæ regis Iehuda, & regnauit ¹²mẽſem dierũ in Samaria. Aſcẽdens verò Menahem filius Gadi de Thirza, venit Samariam, & percuſſit Sallũ filium Iabes in Samaria, & interfecit eũ, occupauitq; regnũ pro eo. Reliquum geſtorũ Sallum, & cõiuratio eius qua coniurauit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iſraelis. Tũc percuſſit Menahẽ ¹³Thipſa, & omnes qui erãt in ea, etiam limites eius ¹⁴à Thirza: percuſſit autem eã, eo quòd non ¹⁵aperiebãt ſei, & omnes grauidas ei⁹ diſſecuit. ¶ Anno triceſimonono Aſariæ regis Iehuda regnauit Menahẽ filius Gadi ſuper Iſraelẽ, decẽ annis ¹⁶in Samaria. Et fecit malum in oculis Domini: nõ receſſit à peccatis Ieroboã filij Nebat, (qui peccãdi occaſio fuit Iſraelitis,) cunctis diebus ſuis. Venit autẽ Phul rex Aſſur ¹⁷in terrã, & dedit Menahem ipſi Phul argenti mille talenta, ¹⁸vt ei ſuppetias ferret, ¹⁹vt cõfirmaret regnũ in manu eius. ²⁰Emulgebat autẽ Menahem hoc argẽtũ ex Iſraele, ²¹ex omnibus opulẽtis, ex ſingulis capitib⁹ quinquaginta ſiclos argenti, quod daret regi Aſſyrio: reuerſúſque eſt rex Aſſyrius, nec manſit illic ²²in terra. Reliquũ geſtorum Menahem, & quæcũq; fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iſraelis? Dormiuit itaq; Menahem cum patribus ſuis, & ſucceſſit in regno Pecahia fili⁹ ei⁹. ¶ Anno quinquageſimo Aſariæ regis Iehuda, regnauit Pecahia filius Menahem ſuper Iſraelẽ in Samaria duobus annis. Et deſignauit malum coram oculis Domini, non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui peccandi occaſio fuit Iſraelitis. Coniurauit autẽ aduerſus eum Pæca fili⁹ Romeliæ, qui erat ²³tertiarius princeps eius, is percuſſit eũ in Samaria in ²⁴palatio ædis regiæ ²⁵cũ Argob & Ariæ, & cũ eo erãt quinquaginta viri ex filijs Gilheaditarũ, ²⁶& interfecit eũ, regnauitque pro eo. Reliqua geſtorũ Pecahiæ, & omnia quæ fecit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iſrael. ¶ Anno quinquageſimoſecũdo Aſariæ regis Iehuda regnauit Pæca fili⁹ Romeliæ ſuper Iſraelẽ in Samaria viginti annis. Et deſignauit malũ i oculis Domini: nõ receſſit à peccatis Ieroboã, qui Iſraelitis occaſio peccãdi fuerat. In diebus Pæca regis Iſrael venit Tiglat-pileſer rex Aſſyriorũ, & cepit Iiõ, Abel, Beth-maacha, Ianoah, Kædes, Hazor, Gilead, & Galilã, atq; vniuerſã terram Naphtali, & trãſtulit eos in Aſſyrios. Et fecit coniurationẽ Hoſea filius Ela aduerſus Pæca filiũ Romeliæ, & percutiẽs eum, interfecit eum, regnauitque ipſe pro eo, anno videli. et viceſimo Iotham filij Vziæ. Reliquum geſtorum Pæca,

¶6 .i. quemadmodum & patres eius mortui ſunt. ¶7 .i. qui propoſuit Iſraelitis adorandos vitulos. ¶8 .i. palàm, ſiue publice. ¶9 Hebræi HINNE aduerbio demonſtrandi vtũtur loco affirmãdi. ¶10 q. d. hæc ita euenerũt, quia ſupra cap. 10. Domin⁹ per prophetã prædixerat. ¶11 Heb. quartani .i. quartæ generatiõis filij. ¶12 .i. menſem conſtantẽ ſuis omnibus diebus, hoc eſt integrũ mẽſem. ¶13 Hæc vrbs non procul diſtabat à Thirſa. ¶14 nam ager eius vrbis pertinebat vſque ad Thirſa. ¶15 aperuerat. ſub. portas ꝑpoſitis legibus pacis, ſolicitata prius ad pacẽ. ¶16 ſub. regnauit. ¶17 ſub. ſanctam. ¶18 Heb. vt eſſent manus eius cum eo. ¶19 q. d. redemit ſuum regnũ pecunia, vt tali munere, retinere poſſet ſuum regnũ illius fauore. ¶20 Heb. Exire fecit. i. Indixit, aut Exegit eam pecuniã ab Iſraele, & eã imperauit. ¶21 ab omnibus ſubſtantia potẽtibus, à ſingulis &c. ¶22 .i. in ea regiõe. ¶23 Vox Hebræa ſignificat eũ qui eſt à rege tertiæ dignitatis, accipitur & pro nobili duce. ¶24 vt. arce. i. in parte munitiſſima totius domus in qua habitabat rex. ¶25 q. d. ſiet⁹ auxilio Argob & Ariæ, quos habuit ſocios cõiurationis. ¶26 vt, cúmq; interfeciſſet eum, regnauit

¶17.i.in eo tantum peccauit ꝙ eo regnante ſacrificabatur in altarib⁹ ſup quæ nolebat Domin⁹ ſibi ſacrificari. ¶18 ſacrificabat & adolebat. ¶19 Intelligendū eſt de portis atrij, non templi Salomonis: verū quū hæc eſſent cōtigua, dicunt templū, quū fit mentio de portis domus Do. Etsi vbi in Actis fit mentio portæ ſpecioſæ, nō eſt intelligendū de tēplo, ſed de atrio illo in quo populus orabat, quę dicitur tēpli: nam oīa illa, atriū, deuir, & hecal, dicūtur tēplū. ¶10 nēpe ſub mortē Iothā. vl. Eo mortuo &c. Parentheſis eſt. Aliquando enim verſus qui poſtponi debet, præponitur in Sacris libris. ¶11 Dormierat enim. i. iā mortuus erat.

XVI.

¶1 regnare cœpit ¶2.i.suus ¶3 q.d. ita vt etiā propriū filiū ſacrificarit idolis, cremādo eū in honorem idoli Moloch. Alij, trāſire fecit per ignē. i. luſtrauit igne, per medios ignes, ꝓ mediū duorū ignium ſcilicet. In Paral. legit' filios ſuos i. vnū ex filijs ſuis.

& omnia quæ fecit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis. ¶Anno ſecundo Pæca filii Romeliæ regis Iſrael regnare cœpit Iotham filius Vſiæ regis Iehuda. Vigintiquinq; annos fuit natus quū cœpiſſet regnare, & regnauit ſedecim annis Ieroſolymis: nomen matris eius fuit Ieruſa filia Zadoc. Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Vſias pater eius, ipſe quoq; fecit: Veruntamen excelſa non [17]receſſerant,' quin populus adhuc in excelſis[18]ſacrificaret & adoleret.' is quoq; ædificauit[19]portam domus' Domini ſuperiorē. Reliquū geſtorū Iothā, & oīa quę fecit, annō hęc ſcripta ſunt i libro annaliū regū Iehudæ?[10]Sub idē tēpus' cœpit Domin⁹ mittere in Iehudā Rezin regem Syriæ, atq; Pæca filium Romeliæ.)[11]Dormiuit verò' Iotham cū patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis patris ſui, regnauitq; pro eo filius eius Ahas. CAP. XVI.

ANno decimoſeptimo Pæca filij Romeliæ[1]regno inauguratus eſt'Ahas filius Iotham regis Iehuda. Viginti annos fuit natus Ahas quum regnare cœpiſſet, & regnauit ſedecim annis in Ieruſalē, & nihil fecit quod rectū eſſet in oculis Domini Dei ſui, quēadmodum [rectum fecerat] Dauid[2]pater' eius, Sed ambulauit in via regū Iſraelis:[3]quin & filium ſuum traduxit per ignem' iuxta abominationes Gentium, quas excidit Dominus[4]ante' filios Iſrael. Sacrificauit pręterea & adoleuit in excelſis & ſuper colles, & ſub omni arbore[5]frondoſa. ¶[6]Tunc' aſcendit Rezin rex Syriæ, & Pæca filius Romeliæ rex Iſrael Ieroſolyma, vt bellum gererēt & obſiderent Ahas, ſed nō potuerunt eum expugnare. Eodē tempore recuperauit Rezin rex Syriæ [7]Elath ipſis Aſſyrijs.' & expulit Iudæos ex Elath: quin Syri venientes in [8]Eloth,' habitauerunt illic vſque ad hæc tēpora. Tum Ahas legatos miſit ad Tiglat-pileſer regē Aſſyriorum hiſce mādatis, [9]Seruus tuus & filius tuus ego ſum.' aſcende & aſſere me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſraelis, qui[10]inſurgunt cōtra me.' Tollēnſque Ahas argentū & aurū quod inueniebatur in æde Domini, & in theſauris domus regiæ, miſit regi Aſſyriæ[11]munus.' Obſequutus eſt ergo ei rex Aſſyrius, & aſcendit rex Aſſyrius cōtra Damaſcum: & quum eam cepiſſet, tranſtulit eam[12]in Kir, [13]& interfecit ipſum Rezin.' Profectus eſt autē rex Ahas obuiam ipſi Tiglat-pileſer regi Aſſyrio in Damaſcum. Illic'[14]viſa ara' quæ erat in Damaſco, miſit rex Ahas ad Vriam '[15]ſacerdotem' ſimilitudinē &[16]deformationē' illius aræ '[17]iuxta omnem fabrefactionē eius.' Vrias autem ſacerdos extruxit aram iuxta omnia quæ miſerat rex Ahas ex Damaſco: ſic inquam fecit Vrias ſacerdos, [18]donec' veniret rex Ahas ex Damaſco. Veniens itaque rex de Damaſco, vidit aram, & acceſſit rex ad eā, ſacrificauitque in ea. Incendit[19]holocauſtū ſuum.' &[20]cibariū ſacrificiū ſuū,' fudit libamē ſuū, ſparſitq; ſāguinē[21]gratulatoriorū ſacrificiorū' ſuorū,[22]iuxta arā.[23]Altare' quoq; æneū quod [24]corā Domino' erat, [25]admouit extra faciē' ædis inter[26]altare'

& vniuerſa quæ fecit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? ¶Anno ſecūdo Phacee filii Romeliæ regis Iſrael, regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius, Ieruſa filia Sadoc. Fecitque quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ[a]fecit' Ozias pater ſuus, operatus eſt. Verūtamen excelſa non abſtulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incēſum in excelſis: ipſe ædificauit portam domus Domini ſublimiſſimam. Reliqua autem ſermonum Ioatham, & vniuerſa quæ fecit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? (In diebus illis cœpit Domin⁹ mittere in Iudam Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.) Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cū eis in Ciuitate-dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo. CAP. XVI.

ANno decimoſeptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Viginti annorū erat Achaz cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non fecit quod erat placitū in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in via regum Iſrael: inſuper & filium ſuum cōſecrauit, transferens per ignem ſecundum idola Gētium, quæ diſſipauit Dominus coram filijs Iſrael. Immolabat quoque victimas, & adolebat incenſum in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frōdoſo. ¶Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael '[b]ad præliandum in Ieruſalem:' cúmque obſiderent Achaz, nō valuerunt ſuperare eum. In tēpore illo reſtituit Raſin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi & Syri' venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vſque in diem hanc. Miſit autem Achaz nuntios ad Theglath-phalāſar regē Aſſyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego ſum: aſcende, & ſaluū me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui conſurrexunt aduerſum me. Et cum collegiſſet[c]argentū & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in theſauris regis, miſit regi Aſſyriorum munera. Qui & acquieuit voluntati eius: aſcēdit enim rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtauit eam: & tranſtulit habitatores eius Cyrenen, Raſin autem interfecit. Perrexitque rex Achaz in occurſum Theglath-phalāſar regi Aſſyriorum in Damaſcum. cúmque vidiſſet altare Damaſci, miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotē exemplar eius, & ſimilitudinē iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias ſacerdos altare: iuxta omnia quę præceperat rex Achaz, de Damaſco, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſco. Cúmque veniſſet rex de Damaſco, vidit altare, & veneratus eſt illud: aſcēditque, & immolauit holocauſta, & ſacrificiū ſuū, & libauit libamina, & fudit ſanguinē pacificorū quæ obtulerat ſuper altare. Porrò altare æreū, quod erat corā Domino, trāſtulit de facie tēpli, & de loco altaris, & de

Ioatham rex Iuda. 2. para. G 2.7.a.

¶[a]fecerat

Mortuo Ioatham ſuccedit Achaz.

Achaz idololatra conſecrat filiū in igne. 2. para. 28.a.

Ieruſalē obſidetur à Raſin & Phacee. eſa. 7. a.

¶[b]in Ieruſalē ad præliandum:

B Achaz petit auxiliū à rege Aſſyriorum.

¶[c]Achaz

Damaſc⁹ vaſtatur.

Raſin interficitur.

C

Achaz ī gratiā regis Aſſyriorū, ablato Dei cultu, dijs Syriæ ſacrificat.

¶4 vl. propter &c. i. vt earū regionem illis daret. ¶5 vl. viridi. ¶6 Regnāte ſcilicet Achaz, & colēte idola. Hoc refert ad ſuperiora. ¶7 Hæc vrbs erat i Idumæa, ſubiecta regi Syriæ. Hinc ait Elath reſtitutā Syriæ. ¶8 Duo nomina eiuſdē vrbis, Elath & Eloth. ¶9 q.d. Habeo te ꝓ patre. Cauſa cur relicta fuerit obſidio Ieruſalē. ¶10.i. aduerſant' mihi. q.d. hoſtiū meorū. ¶11 vl. pro munere. ¶12.i. in regionē Cyrenaicā. ¶13 q.d. ciuib⁹ pepercit, regē interfecit. ¶14 eximiā quādā arā itelligit nā ita veriſimile eſt fuiſſe, quū eſſet metropolis. Narrat obiter hui⁹ impietatē. ¶15 principē ſacerdotū ¶16 vl. exēplar. Gallice, Le patron. ¶17 vl. cū omni eius opificio. Gallice, Sans rien oublier de ſa facon. ¶18 vl. priuſquam ¶19 ſub. matutinum. Vide paulo infra, vbi dicit, Incende holocauſtū matutinum &c. Duo ſacrificia quotidie. exod. 29. nume. 28. a. ¶20 oblationem ſuā. i. holocauſtum veſpertinū. ¶21 pacificorum ¶22 Hoc non licebat facere. ¶23 ſub. Salomonis. ¶24. i. ante veſtibulū domus Domini. ¶25 Heb. & appropinquare fecit ante faciē. i. illam ſuam arā poſuit in viciniore loco, quàm ea quæ erat ante templē. i. propius conſtitui eam quàm eſſet ea quam ædificarat Salomon. ¶26 ſub. Salomonis.

loco templi Domini: poſuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem. Præcepit quoque rex Achas Vriæ ſacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocauſtum matutinum, & ſacrificium veſpertinum, & holocauſtum regis, & ſacrificium eius,
D & holocauſtum vniuerſi populi terræ, & ſacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem ſanguinem holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimæ ſuper illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achas. Tulit autem rex Achas cælatas baſes, & luterem, qui erat deſuper: & mare depoſuit de bobus æreis, qui ſuſtentabant illud, & poſuit ſuper pauimentum ſtratum lapide. Muſach quoque ſabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingreſſum regis exterius, conuertit in templum Domini propter regem Aſſyriorum. Reliqua autem verborum Achas & omnia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Achas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

Mortuo Achas, regnat Ezechias.

CAP. XVII.

Anno duodecimo Achas regis Iuda, regnauit Oſee filius Ela in Samaria ſuper Iſrael nouem annis. Fecitque malum coram Domino: ſed non ſicut reges Iſrael qui ante eum fuerunt. Contra hunc aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum, & factus eſt ei Oſee ſeruus, reddebatque illi tributa. Cùmque deprehendiſſet rex Aſſyriorum Oſee, quòd rebellare nitens, miſiſſet nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præſtaret tributa regi Aſſyriorum ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, & vinctum miſit in carcerem. Peruagatúſque eſt omnem terram: & aſcendens Samariam, obſedit eam tribus annis. Anno autem nono Oſee, cepit rex Aſſyriorum Samariam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſuitque eos in Halam, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum. Factum eſt enim, cum peccaſſent filij Iſrael Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de Terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos. Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium quas conſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & regum Iſrael: quia ſimiliter fecerant. Et irritauerunt filij Iſrael verbis non rectis Dominum Deum ſuum: & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis à Turre-cuſtodum vſque ad Ciuitatem-munitam. Feceruntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignum nemoroſum: Et adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem Gentium quas tranſtulerat Dominus à facie eorum: feceruntque verba peſſima irritantes Dominum. Et coluerunt immunditias de quibus præcepit eis Dominus ne facerent

Oſee rex Iſrael regi Aſſyriorum tributarius.

Samaria capitur à rege Aſſur. Tob. I.c.

¶ Hala,

Cauſa captiuitatis Iſrael, idololatria. D

¶ operuerūt

¶ præceperat

& inter templum Domini, poſuitque illud ad latus aræ [10]verſus Aquilonem. Et præcipiens rex Ahas ipſi Vriæ [11]ſacerdoti, dixit, In ara [12]magna incende holocauſtum matutinum, & cibarium ſacrificium veſpertinum, holocauſtum quoque regis, & [13]cibarium eius ſacrificium, vnà cum [14]holocauſto totius populi [15]terræ, & cum [16]cibario eorum ſacrificio, & cū libaminibus eorum, & omnem ſanguinem holocauſti, atque omnem ſanguinem hoſtiæ ſparges iuxta aram illam: [24]de altari verò æneo ego curabo. Fecit autem Vrias ſacerdos iuxta omnia quę præceperat ei rex Ahas. Reſecuit etiam rex Ahas [15]abacos machinarum, & amouit ab eis labra, deinde depoſuit [16]lacum à bobus æneis qui erant ſubter ipſum, [17]poſuitque ipſum ſuper pauimentum lapideum. [18]Pulpitū quoque ſabbati, quod [19]ædificauerant [20]in æde, & [21]tranſitum regis [22]exteriorem [23]conuertit ad domū Domini [44]in gratiā regis Aſſyrij. Reliquum geſtorum Ahas quæ fecit, nonnè hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuitque rex Ahas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis, [45]regnóque inauguratus eſt Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XVII.

Anno duodecimo Ahas regis Iehuda regnauit Hoſeas filius Ela in Samaria ſuper Iſraelem nouem annis. Et deſignauit malum in oculis Domini, ſed non ſicut reges Iſraelis qui fuerunt ante eum. Contra hunc aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum, factúſque eſt ei Hoſeas ſeruus, & pendit ei tributum. Deprehendit autem rex Aſſyrius coniurationem in Hoſeamam miſerat legatos ad So regem Ægypti, nec pendebat quotannis tributum regi Aſſyrio: obſedit eum rex Aſſyrius, & vinctum eum cōiecit in carcerē. [10]Aſcenditque rex contra omnem terrā, & aſcendens contra Samariam, oppugnauit eam tribus annis. Anno nono Hoſeæ cepit rex Aſſyrius Samariam, & tranſtulit Iſraelem in Aſſyrios, collocans eos in Hala & Habor iuxta fluuium Goſan, & in ciuitatibus Medorum. Nam quum filij Iſrael [11]peccarent Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, & [12]timerent deos alios, [13]Ambularent inſuper [14]in ceremonijs ſtatutis ac moribus Gentium, quas eiecerat Dominus [15]à facie filiorum Iſrael, [& in inſtitutis] regū Iſraelis quæ ipſi fecerant: Quúmque filij Iſrael [16]clam verſarent animo res prauas contra Dominum Deum ſuum, ita vt ædificarent ſibi excelſa in omnibus ciuitatibus ſuis, [17]ſiue turres eſſent quibus cuſtodes adhibentur, ſiue vrbes munitæ: Erigerent denique ſibi ſtatuas & lucos in omni colle excelſo, & ſubter omnem arborem frondoſam, Adolerentes illic ſuffitum in omnibus excelſis ritu Gentium quas

¶17.i. ad dextram introeuntibus in téplū. ¶18 pontifici. ¶19.i.maior, quātitate vel dignitate maiore. ¶10 oblationē eius.i. holocauſtum veſpertinum. ¶11.i.ſacrificio matutino. ¶12.i. regionis huius. ¶13 oblatione eius. ſub. veſpertina. ¶14 Heb. altare verò æreum erit meū ad inuiſendum. vel, requirendū. i.mihi ſeruabitur vt quū venerit mihi in mentem, illic ſacrificem. q.d. in illo ſalomonico poſthac nulla ſacrificia fient. ¶15 limbos baſium.i. peripherias ſiue cincturas illarū baſiū, elaboratas à Salomone. intelligit extremitates columnarū quæ velut continebāt & apprehendebant cōchas ſuperpoſitas. ¶16 mare ¶17.i.ſuperpoſuit baſi lapideæ. ¶18 Tentorium. Erat tentorium ſub bathi, ſub quo totū ſabbathū quieſcebāt qui hebdomada ſua perfuncti erant, & poſtridie abituri.

Dominus tranſtulerat ante eos. [In ſumma,] deſignarent res peſſimas ad prouocandum Dominum, Serulentes [fœdiſſimis] idolis, de quibus Dominus dixerat eis, Ne committatis [18]rem tam nepha-

¶19 Actiuum pro paſſiuo, extructum erat

¶40.i. In atrio ſacerdotum. ¶41 ſub.delecit, vel depoſuit. ¶42.i. per quem ingredi quiuis poterat regiam, nō ingrediendo téplū. Regia prius habebat duplicē ingreſſum, externū & internū. ¶43 Ita vt non liceret ingredi domū eius, niſi prius téplū adiretur. ¶44 vel, metu regis Aſſur. Dicit hoc feciſſe Achaz adulādi cauſa: alij metu, vt ſe in téplū cōijceret, ſi rex Aſſyriæ regē oppugnaret. ¶45 regnauitque. X V I I. ¶1 Hoc intelligitur a rebellione ipſius Oſee contra regem Aſſyrium, excuſſo ſcilicet iugo illius. Nam inuaſerat eum rex ille Aſſyriorum anno primo regni eius, ac redegerat eū in poteſtatem ſuam: qui quidem erat annus quartus regni Achaz: & ideo nō dicitur regnaſſe hic octo annis illis quibus fuit tributarius. ¶2 regnare cœpit ¶3 aſcenderat.i.quarto anno regni Achas inuaſerat eum &c. ¶4 fuerat ¶5 pendebat. ſub. vſque ad octauum annum, quo tempore Scriptura dicit eum non regnaſſe. ¶6 Heb. muo. ¶7.i. vt quotānis facere ſolebat. Hebraice ad verbum, ſicut anno [præterito, ita] anno [præſenti] ¶8 Heb. & clauſit.i. coniecit in carcerem. Per anticipationem hæc dicūtur. ¶9 & ligauit eum in domo carceris.i.in carcere. ¶10 Iam autem aſcenderat. q.d. Iam totam patriam ſubegerat cum aſcendit in Samariam. ¶11 peccaſſent ¶12 timuiſſent. vel, venerati eſſent ¶13 Ambulaſſent ¶14 in ſtatutis Gentium. vel, decretis ¶15.i.ſub aduentum. ¶16 Heb. occulte dixiſſent verba quæ non erāt vera ¶17 Heb. à turre cuſtodum, vſque ad vrbem præſidij.i.in vrbibus tam magnis, quàm paruis. Turrim intelligit quæ ædificari ſolet in agris ad cuſtodiendos fructus adhuc pendentes, & maxime vuas. ¶18 Heb. hanc rem.i. Ne colatis idola.

Iſa.1.

¶19 Hebr. Tunc teſtatus eſt Dominus cõtra Iſraelem &c. i. teſtes inuocauit cælum & terrã &c. Vocatis teſtibus admonuit Iudã vt reſipiſceret. ¶20 Et non ſunt obſequuti. ¶21 vl, Et contempſerunt ¶22 & teſtimonia eius quę teſtificatus fuerat contra illos. i. vocationes teſtiũ, hoc eſt admonitiones factas à Deo teſtibus adhibitis. ¶23 i. mẽdaces cultores, falſæ regionis ſectatores. ¶24 de quibus præceperat illis Dominus. ¶25 Aeſtandem] deſeruerunt

¶26 i. Comburẽtes liberos ſuos in honorẽ idolorum ſuorũ. ¶27 Heb. & diuinarunt diuinationes. i. fuerunt diuini & augures. ¶28 Heb. & tradiderũt ſeſe vt facerent malũ. i. dedita opera malũ fecerunt. Gallice, ils ſe ſont abandonnez a tout mal ¶29 i. curauit eos transferendos è Terra-ſancta in qua habitabat ipſe, & in qua habebat templum dicatum ſuæ maieſtati. ¶30 Tribum etiam Beniamin intelligit quæ erat appendix tribus Iudæ. ¶32 ſtatutis Iſrael quæ obſeruauerant. i. Eadem fecerunt quæ aliæ decem tribus.

rlam. [19] Quûmque Dominus ſanctè obteſtaretur Iſraelem & Iehudam per omnes prophetas, per omnes[inquam] videntes, huiuſmodi verbis, Reuertimini à vijs veſtris malis, & cuſtodite præcepta mea, & inſtituta mea, iuxta omnem legẽ quã præcepi patribus veſtris, & quam miſi ad vos per ſeruos meos prophetas, [20] Noluerunt audire, ſed indurarunt ceruicem ſuam, quemadmodum patres eorum ceruicem[indurauerãt,] qui nunquã crediderunt Domino Deo ſuo. [21] Auerſati enim ſunt ſtatuta eius, & fœdus eius quod pepigerat cum patribus eorum, [22] & conteſtationes eius, quibus conteſtatus eſt erga illos, ſectantes vanitatem, vnde & ipſi [23] vani facti ſunt, ſectantes Gentes quæ circa ipſos vndique erant, [24] quum Dominus vetuiſſet, ne illarum ritu facerent, [25] Derelinquentes omnia præcepta Domini Dei ſui, facientes ſibi fuſile, [nempe] duos vitulos, facientes & lucum, adorantes cunctam militiam cælorum, ſeruientéſque ipſi baal, [26] Traducentes inſuper filios ſuos & filias ſuas per ignem, [27] vſi diuinationibus & veneficijs, [28] mancipantes ſe ſceleribus perpetrandis in oculis Domini, vt ipſum ad iram prouocarent. Et iratus eſt vehementer Dominus cõtra Iſraelitas, & [29] eiecit eos à facie ſua, nihil reliquum fuit præter [30] ſolam tribum Iehuda. Sed & Iehuda nõ ſeruauit præcepta Domini Dei ſui, ſed ambulauerunt in [32] moribus & inſtitutis Iſraelitarum, quæ illi fecerant. [31] Faſtidiuit ergo Dominus vniuerſum ſemẽ Iſraelis, & [33] afflixit eos, tradiditque eos in manus [34] diripientium, donec abijceret eos [35] à cõſpectu ſuo. [36] Abſcidit enim Iſrael à domo Dauidis, & cõſtituerunt ſibi regem Ieroboam filium Nebat. [37] abſtraxit autem Ieroboam Iſraelem, quominus ſequeretur Dominũ, & fecit eos peccare peccatum grande. Et filij Iſrael ambulauerunt in omnibus peccatis Ieroboam quæ ille [38] fecerat, nec receſſerunt ab eis, Donec[tandem] amoueret Dominus Iſraelem [35] à cõſpectu ſuo, quẽadmodum minitatus fuerat per omnes ſeruos ſuos prophetas: tranſlatúſque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in hodiernum diem. ¶ Præterea adduxit rex Aſſyriorũ[homines] de Babel, de Chutta, de Aua, de Hemath, & de Sepharuáim, & [39] collocauit eos in ciuitatibus Samariæ loco filiorum Iſrael: qui [40] poſſederunt Samariam, & habitauerunt in ciuitatibus eius. Factum eſt autem principio quum illic habitare cœpiſſent, vt non timerent Dominũ, [41] mitteretque Dominus [42] leones in eos, qui eos occidebant. Dixerunt ergo ad regem Aſſyrium, Gentes illæ quas tranſtuliſti & collocaſti in ciuitatibus Samariæ, non nouerunt [43] ritum deorum huius terræ: & immiſit in eos leones, & en interficiunt eos, eo quòd ignorant ritum deorum huius terræ. Præcepit ergo rex Aſſyrius hiſce mandatis, Adducite illuc aliquẽ ex ſacerdotibus quos inde tranſtuliſtis, [44] qui eant & habitent illic, & [45] doceant eos ritum deorum huius terræ. Venit itaque quidam ex ſacerdotibus quos tranſtulerãt de Samaria, & habitauit in Beth-el, docebátque eos qualiter [46] timerent Dominum. Fecerunt verò ſingulæ gentes ſibi deos ſuos, & repoſuerunt in templis excelſorum quæ fecerant Samaritæ, ſingulæ gentes in ciuitatibus ſuis in quibus habitabant. Qui ex Babel erant, [fecerunt ſibi] [47] Succoth Benath: & viri qui ex Chut venerant, fecerunt

verbum hoc. Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda per manum omnium prophetarum & videntium, dicens, Reuertimini à vijs veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi patribus veſtris: & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorũ meorum prophetarum. Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrũ ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo. Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorũ, & teſtificationes quibus conteſtatus eſt eos: ſecutique ſunt vanitates, & vane egerunt: & ſecuti ſunt Gentes quæ erant per circuitum eorum, ſuper quibus præceperat Dominus eis vt non facerẽt ſicut & illæ faciebãt. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei ſui: fecerúntque ſibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuerſam militiam cæli: Seruierúntque baal, Et conſecrauerunt filios ſuos, & filias ſuas per ignẽ: & diuinationib' inſeruiebãt & augurijs: & tradiderunt ſe vt facerent malum corã Domino, vt irritarent eum. Iratúſque eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda tãtummodo. Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui: veruntamen ambulauit in erroribus Iſrael, quos operatus fuerat. Proiecitque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientiũ, donec proijceret eos à facie ſua: ex eo iam tẽpore, quo ſciſſus eſt Iſrael à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Ieroboã filium Nabat: ſeparauit enim Ieroboam Iſrael à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non receſſerunt ab eis, Vſquequo Dominus auferret Iſrael à facie ſua, ſicut locutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorum prophetarũ: tranſlatúſque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, vſque in diem hanc. ¶ Adduxit autem rex Aſſyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Iſrael: qui poſſederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Cúmque ibi habitare cœpiſſent, non timebãt Dominum: & immiſit eis Dominus leones qui interficiebãt eos. Nuntiatúmque eſt regi Aſſyriorum, & dictum, Gentes quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in ciuitatib' Samariæ, ignorãt legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus leones: & ecce, interficiunt eos, eo quòd ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem rex Aſſyriorum, dicens, Ducite illuc vnum de ſacerdotibus quos inde captiuos adduxiſtis, vt vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cum veniſſet vnus de ſacerdotibus his qui captiui ducti fuerãt de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dominũ. Et vnaquæque gens fabricata eſt deũ ſuũ: poſuerúntq; eos in phanis excelſis quæ fecerãt Samaritæ, gẽs & gens in vrbibus ſuis in quib' habitabat. Viri enim Babylonij fecerũt Soccoth-benoth: viri autẽ Cuthęi fecerũt

Iere. 25. b.
C
¶ teſtificatus
Vituli aurei.
Filios conſecrãt per ignẽ
Diuinatiões.
¶ verũ
D
3. Reg. 12. c.
Ieroboam.
Iere. 25. b.
¶ Aua. Aſſyrijs habitãtibus Samariã pro Iſraelitis, immittit Deus leones.
¶ in eos
E
¶ &
Varij Gẽtium dij.
Socoth-benoth.

¶31 Abhorruit. vl, Contemptui habuit ¶33 vt ſcilicet admoneret eos ſui peccati. ¶34. i. hoſtium. ¶35. i. è terra in qua habebat templum, in quo colebatur, & præſentiam ſuam exhibebat. ¶36 ſub. Dominus. i. Detraxit decem tribus de dominio familiæ Dauidis, cui omnes Iſraelitæ parebant. ¶37 depulit. ſub. de via, quum ſequeretur Dominum. ¶38 vl, facere ſolebat. ſub. dum viueret. ¶39 vl, habitare fecit ¶40 Forte in eo loco ſementa fecerunt, aut vineas plantarunt. nam vrbs erat euerſa. ¶41 propterea immiſit ¶42 leones immanes ¶43. i. quo cultu coli velit Deus eius terræ. ¶44 & eant. ſub. Aſſyrij cum eo ſacerdote. nam voluit deduci alios in locum interfectorum à leonibus. ¶45 doceat. ſub. ille ſacerdos. ¶46 vl, venerarentur ¶47 Voces Syriacæ & Chaldaicæ quæ ſignificant gallinam cum pullis.

Nergel, Aſima. Nebahaz Tharthac. F Adramelech. Anamelech.

Nergel: & viri de Emath fecerunt Aſima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, cōburebant filios ſuos igni, Adramélech & Anamélech dijs Sepharuaim. Et nihilominus colebant Dominum: fecerūt autem ſibi de nouiſſimis ſacerdotes excelſorum, & ponebant eos in phanis ſublimibus. Et cū Dominum colerent, dijs quoque ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem Gentium, de quibus tranſlati fuerant Samariam. Vſque in præſentem diem morem ſequuntur antiquum: non timent Dominum, neque cuſtodiunt ceremonias eius, atque iudicia & legem & mandatum quod præceperat Domin⁹ filijs Iacob, [quem cognominauit Iſrael: & percuſſerat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & nō adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis. Sed Dominum Deum veſtrum qui eduxit vos de Terra-Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento: ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate. Ceremonias quoque, & iudicia & legem & mandatum quod ſcripſit vobis, cuſtodite, vt faciatis cunctis diebus: & nō timeatis deos alienos. Et pactum quod percuſſit vobiſcum, nolite obliuiſci: nec colatis deos alienos. Sed Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. Illi verò non audierunt, ſed iuxta conſuetudinem ſuā priſtinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus & idôlis ſuis ſeruientes: nam ⁿfilij eorum, & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt vſque in præſentem diem.

Deo & dæmonib⁹ ſeruiūt.

Gene. 32. f.

G

Deus timendus, adorandus, & ei immolandum.

Pacti Dei memores.

Deo & idôlis ſeruiunt.

¶ⁿ &

CAP. XVIII.

Regnat Ezechias pius poſt impiū Achaz patrē. 2. Par. 29. a.

¶ᵃ Abi

ANno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet: & viginti nouē annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius ᵃAbiſa filia Zachariæ. Fecitque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, [quem fecerat Moyſes: ſiquidem vſque ad illud tēpus filij Iſrael adolebant ei incenſum: vocauitque nomen eius ᵇNoheſtan. ᶜEt in Domino Deo Iſrael ſperauit: itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neque in his qui ante eum fuerūt: & adhæſit Domino, & non receſſit à veſtigijs ei⁹, B fecitque mandata eius quæ præceperat Dominus Moyſi. Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellauit quoque contra regem Aſſyriorum, & nō ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit Philiſthæos vſq; ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre-cuſtodum vſque ad Ciuitatem-munitā. ¶ Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſrael, aſcendit Salmanáſar rex Aſſyriorum in Samariam, & oppugnauit eam. Et cepit. [nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechiæ, id eſt nono anno Oſee regis Iſrael, capta eſt Samaria: & tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios, collocauitque eos in ᵈHaila, & in Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorum: Quia non

Serpens Moyſi æneus cōfrigitur, quē adorabat populus. Num. 21. c.

Laus Ezechiæ

¶ᵇ Nehuſtan.

Salmanáſar capta Samaria transfert Iſraelem in Aſſyrios. 2. 17. a.

¶ᵈ Hala

⁴⁸Nergal: ⁴⁹viri ex Hemath fecerunt ⁴⁹Aſimai: Auitæ fecerunt ⁵⁰Nibhaz & ⁵¹Tharthac. & Sepharuitæ cōburebāt filios ſuos igne ipſi ⁵² Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim. Timebāt itaq; Dominū: & ordinarunt ſibi ⁵³ex obſcuris hominibus qui inter eos erant ſacerdotes excelſorum, qui illis in phanis excelſorum ſacrificarent. Et Dominum quidem metuebant, deos verò ſuos colebāt iuxta ritum Gentium ⁵⁴quæ illos illinc tranſtulerant. Vnde etiamnum hodie ⁵⁵iuxta priſtinos ritus faciunt, vt neque Dominū ⁵⁶timeāt, neque ſuos ipſorum ritus & ceremonias obſeruent, neque agant ſecundū legem & præcepta, quæ mandauerat Dominus filijs Iacob, cui nomen dedit Iſraeli. Pepigerat quidem Dominus cum eis fœdus, præceperátque eis dicens, Ne timueritis alios deos, neque adoretis eos, ⁵⁷nec colatis eos, neq; ſacrificetis eis, Sed Dominum, qui eduxit vos de terra Ægypti magna virtute & brachio extento, hunc timete, hunc adorate, huic ſacrificate. ⁵⁸Statuta, iudicia, legem & præcepta quæ præſcripſit vobis, ſeruate, ⁵⁹vt faciatis [ea] cūctis diebus, ⁶⁰neque timueritis deos alios. Inſuper & fœdus quod excidi vobiſcum, ne obliuiſcamini, neque deos alios timueritis, Quin Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe liberabit vos de manu omniū inimicorum veſtrorum. At illi non obtemperarūt, ſed iuxta priſtinam conſuetudinem ſuam egerunt. Gentes itaque illæ timuerunt Dominum, & ſimul ſeruierunt ſculptilibus ſuis: ⁶¹filij eorū & nepotes eorum haud ſecus fecerunt quàm patres eorum, ſic quoque faciūt in hunc vſque diē.

CAP. XVIII.

FActum eſt autem ¹anno tertio Hoſeæ filij Ela regis Iſraelis, ²vt regno inauguraretur Ezechias fili⁹ Ahas regis Iehuda. Vigintiquinque ānos natus erat quum cœpiſſet regnare, regnauitque viginti nouem annis in Ieruſalem. ³nomen matris eius fuit Abi, quæ filia fuit Zachariæ. Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid ⁴pater eius. Is ſuſtulit excelſa, confregit ſtatuas, ſuccidit lucos, contriuit denique ſerpentem æneum quem fecerat Moſes: nam ad hæc vſque tempora adolebant ei filij Iſraelis, & vocatum fuit nomen eius ⁵Nehuſtan. Fiduciam collocauit in Domino Deo Iſraelis: nō fuit eius ſimilis [ante eum nec] poſt eum in omnibus regibus Iehuda. Adhærebat enim Domino, nec deflexit ab eo, ſeruans præcepta eius quæ mandauit Dominus Moſi. Et fuit Dominus cum eo, ⁶vt proſpere ageret in omnibus ad quæ egrediebatur. ⁷rebellis fuit regi Aſſyrio, & non ſeruiuit ei. Percuſſit quoque Paleſthinos vſque Gaſa & terminos eius, ⁸ſiue turres eſſent quibus cuſtodes adhibentur, ſiue vrbes munitæ. ¶ Factū eſt ergo anno quarto regis Ezechiæ is eſt annus ſeptimus Hoſeæ filij Ela regis Iſraelis, aſcenderet Salmanaſar rex Aſſyriorū contra Samariā, ⁹& oppugnaret eam. ¹⁰Ceperúntque eam, ¹¹exactis tribus annis: anno ſcilicet ſexto Ezechiæ, qui nonus erat annus Hoſeæ regis Iſraelis, capta eſt Samaria. Tranſtulit autem rex Aſſyrius Iſraelē in Aſſyrios, collocauitq; eos in Hala & Habor iuxta fluuium Goſan, & in ciuitates Medorū, Eo quòd

¶48 i. gallum gallinaceum. ſiue, gallinā ſyluestrem.
¶49 i. hircum ſyluestrē, vel lanā. ¶50 Vox Hebræa quæ canem ſignificat, quòd latrare ſoleat, aut ſtatus eueræ dentes.
¶51 Lingua Syriorum eſt aſinus. ¶52 Simplices voces Syræ, quarum prior ſignificat mulum, aut pauonem: altera verò equū aut phaſianum.
¶53 Hebr. parte ſuorum. i. aliquot è ſuorum numero.
¶54 quas tranſmigrare fecerant inde. i. Gentiliū quos tranſtulerant è Samaria Iſraelitæ hoc eſt Chananæorum.
¶55 Hebr. iuxta prima. i. vt prius faciebant Samaritani, hoc eſt Iſraelitæ, qui priuſquam egrederentur è terra ſua, colebant cum Deo idola.
¶56 perfecto & vero timore. nā illi ſoli nō ſeruiebant.
¶57 neque
¶58 vſ. Ceremonias, ¶59 faciēdo ¶60 i. neque habebitis alios pro dijs.
¶61 vſ. faciunt.
¶62 Heb. quinetiam filij eorum. vſ. ſed & filij &c.

XVIII.

¶1 à rebellione ſcilicet eius. i. regni eius liberi. Oſeas XVII annis regnauit: octo annis fuit tributarius & XII anno regni Achaz exuit iugum. Poſtea regnauit ſex annis. Exinde bellum geſſit in eum rex Aſſyrius tribus annis. ¶2 vt regnare inciperet ¶3 Aſcribitur nomen matris: quia clara erat illis temporibus. ¶4 i. auus. ¶5 i. res ænea: vile quoddam æs & contemnendum. diminutiuum eſt quod vim habet contemptus. q. d. quid putatis eſſe diuinitatis in hoc ſerpente, qui nihil aliud eſt quàm æs? ¶6 Heb. in omnibus ad quæ egrediebatur, fœlix erat vſ. prudens. q. d. prudenter cuncta aggrediebatur. aut, fœliciter cadebant illi omnia quæ aggrediebatur. ¶7 i. deſijt illi eſſe tributarius. ¶8 Hebr. à turre cuſtodum, vſque ad vrbem munitam. q. d. expugnauit omnes vrbes tam paruas quàm magnas. ¶9 & obſedit eam, ¶10 ſub. ipſe & milites eius. ¶11 in fine trium annorum.

non audierant vocem Domini Dei ſui, ſed tranſ-
greſſi fuerant fœdus eius,[id eſt]cũcta quæ præ-
cepit Moſes famulus Domini, nec audierant nec
fecerant. ¶Anno igitur decimoquarto regis E-
zechiæ aſcẽdit Sanherib rex Aſſyrius contra o-
mnes ciuitates munitas, & cepit eas. [11]Mitítque'
Ezechias rex Iehuda ad regẽ Aſſyriũ in Lachis
huiuſmodi mãdatis, [12]Peccaui:' reuertere à me,
& quæcunque mihi impoſueris, ferã. Impoſuit
ergo rex Aſſyriorũ Ezechię regi Iehuda trecen-
ta talenta argenti, & auri triginta talenta. [14]De
dit itaque' Ezechias omne argentum quod inue
niebatur in æde Domini, & in theſauris domus
regis. Eodem tempore [15]expoliauit' Ezechias ia-
nuas templi Domini & [16]poſtes quos obduxerat'
Ezechias rex Iehuda, & dedit [17]ea' regi Aſſyriorũ.
¶ [18]Tũ miſit' rex Aſſyrius Thartan, & Rab-ſaris,
& Rab-ſaxe de Lachis ad regẽ Ezechiã cum exer
citu [19]graui' contra Ieruſalẽ: qui aſcẽdentes vene
rũt Ieroſolyma. aſcẽdẽtes [20]autẽ' venerunt & cõ
ſtiterũt [21]ad aquæductum piſcinę ſuperioris,' qui
eſt in [22]via [23]agri fullonis. [24]Et quũ clamaſſent ad
regẽ,' egreſſus eſt ad eos Eliaκim filius Hilκiæ,
qui erat præfectus [25]prætorio,' Sobna [26]ſcriba, atq;
Ioah filius Aſaph [26]à cõmentarijs.' Tũ dixit ad
eos Rab-ſaxe, Dicite quęſo Ezechiæ, Sic dicit rex
magn᷑, rex nẽpe Aſſyriorũ, [27]Quæ' tandẽ eſt hæc
fiducia qua tu fidis? [28]Dicis, Certe verbis labiorũ,
at cõſilio & fortitudine[opus erit]gerẽdo bello.'
quo itaq; nũc cõfidis q à me [29]defeciſti? [30]An ni
teris fulcro' iſto arundineo [31]confracto,' nẽpe AE-
gyptio: cui ſi quiſpiã innixus fuerit, manũ eius
[32]penetrat,' & eam perforat? Talis eſt Pharao rex
AEgypti omnibus qui illo nitũtur. Quòd ſi mihi
dixeritis, Nos fidim᷑ Domino Deo noſtro. annõ
is eſt, cuius excelſa atq; aras ſuſtulit Ezechias? &
dixit ad Iehudã & ad Ieruſalẽ, Corã altari iſto
adorabitis Ieroſolymis. Sed nunc quæſo, [33]obſi-
des da domino meo regi Aſſyrio,' daboq; ego ti
bi equorũ duo millia, [34]nũ tu illis equites impo
nere poteris?' Quomodo ergo [35]retũdes' faciẽ vni᷑
ducis vel minimi inter ſeruos domini mei [36]vt fi
das' AEgyptijs propter currus & equites? [37]Num
verò citra conſiliũ & iuſſum Domini' hunc in lo
cũ, vt eum vaſtem, aſcendi? quin Dominus dixit
ad me, Aſcende in hanc terrã, & vaſta eam. Tum
dixit Eliaκim filius Hilκiæ, Sobna, & Ioah ad
Rab-ſaxe, Loquere quæſo ad ſeruos tuos Syria
cè, nam [38]callemus' nos, nec loquaris nobiſcum
Iudaicè, [39]vt popul᷑ iſte audiat' qui in muris eſt.
Dixitque ad eos Rab-ſaxe, Num ad dominum
tuum & ad te miſit me dominus meus, vt hæc
verba loquerer? annõ potius ad [40]miſeros iſtos
qui in muris excubãt, [41]quo minus ſtercora ſua
edere, & vrinam ſuam vobiſcũ bibere cogantur?'

audierunt vocem Domini Dei ſui, ſed præter-
greſſi ſunt pactum eius: omnia quæ præceperat
Moyſes ſeruus Domini, non audierunt, neque fe
cerunt. ¶Anno quartodecimo regis Ezechiæ, a-
ſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum, ad vniuer
ſas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Tunc mi
ſit Ezechias rex Iuda nũtios ad regem Aſſyrio-
rum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & o-
mne quod impoſueris mihi, feram. Indixit ita-
que rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecen-
ta talenta argenti, & triginta talenta auri. De-
ditque Ezechias omne argentum quod repertũ
fuerat in domo Domini, & in theſauris regis. In
tempore illo confregit Ezechias valuas tẽpli Do
mini & laminas auri quas ipſe affixerat, & dedit
eas regi Aſſyriorum. ¶Miſit autem rex Aſſyrio
rũ Tharthan, & Rab-ſaris, & Rab-ſacẽ de Lachis
ad regem Ezechiam cum manu valida, Ieruſa-
lem: qui cũ aſcendiſſent, venerunt Ieruſalem, &
ſteterunt iuxta aquæductum piſcinæ ſuperio-
ris, quæ eſt in via Agri-fullonis. Vocaueruntque
regem: egreſſus eſt autem ad eos Eliacim filius
Helciæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioa
he filius Aſaph, à commentarijs. Dixitq; ad eos
Rab-ſaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex ma
gnus, rex Aſſyriorum, Quę eſt iſta fiducia qua ni
teris? Forſitan iniſti conſilium, vt præpares te ad
prælium. In quo confidis, vt audeas rebellare? an
ſperas in baculo arundineo atq; confracto, AE-
gypto, ſuper quem ſi incubuerit homo, commi-
nutus ingredietur manum eius, & perforabit eã?
Sic eſt Pharao rex AEgypti, omnibus qui confi-
dunt in ſe. Quòd ſi dixeritis mihi, In Domino
Deo noſtro habemus fiduciam: nõnne iſte eſt cu
ius abſtulit Ezechias excelſa & altaria: & præce-
pit Iudæ & Ieruſalem, Ante altare hoc adorabi
tis in Ieruſalem? Nunc igitur tranſite ad domi-
num meũ regem Aſſyriorũ, & dabo vobis duo
millia equorum, & videte an habere valeatis a-
ſcenſores eorum. Et quomodo poteſtis reſiſtere
ante vnum ſatrapam, de ſeruis domini mei mi-
nimis? An fiduciã habes in AEgypto ꝓpter cur-
rus & equites? Nunquid ſine Domini voluntate
aſcendi ad locum iſtum, vt demolirer eum? Do-
minus dixit mihi, Aſcende ad terrã hanc, & de-
molire eam. Dixerunt autem Eliacim filius Hel-
ciæ, & Sobna ſcriba, & Ioahe, Rab-ſaci, Preca-
mur vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriacè: ſiqui
dem intelligimus hanc linguam: & non loqua-
ris nobis Iudaicè audiente populo qui eſt ſuper
murũ. Reſponditq; eis Rab-ſaces, dicẽs, Nũquid
ad dominum tuum, & ad te miſit me dominus
meus, vt loquerer ſermones hos, & non potius
ad viros qui ſedent ſuper murum, vt comedant
ſtercora ſua, & bibant vrinam ſuam vobiſcum?

C
Ezechias ſe ſubmittit regi Aſſyriorũ. 2. paral. 32. a. eſa. 36. a. eccli 48. c.
Sennacherib minatur Ezechiæ.
D
Blaſphemia.
E
F

¶11 Miſit ergo ¶13 quum ſcilicet à te defeci. ¶14 Dedit præterea ¶15 abſcidit vel, concidit. Chaldæus paraphraſt. decorticauit. i. detraxit à valuis laminas quibus ſuperficies valuarum erat obducta. ¶16 vel, limina quæ obduxerat. ſub. laminis aureis vel argenteis. i. detraxit laminas quibus tecti erant poſtes. ¶17. i. eas laminas, vt diſcederet ab eo. ¶18 Miſit autẽ. Elapſis aliquot annis, poſtquã iterum renuit pendere tributum, venit Sennacherib vſque in Lachis vnde hos miſit. Ex præcedẽtibus & ſequẽtib᷑ colligi poteſt Sennacherib inuaſiſſe ter Iudam. ¶19 vel, numeroſo ¶20 inquam ¶21. i. ad canalem in quem deriuabatur aqua è piſcina ſuperiore. ¶22 Viam ſtratã lapidib᷑ intelligit. hoc ſignificat vox Hebræa. Gallice, Vne chauſſee. ¶23 Fullones ex aqua piſcinæ lauabant veſtes, vnde nomen loco. Chaldæus paraph. ait ſolitos fuiſſe fullones ibi expandere pannos madidos. ¶24 Et quum vocaſſent [ſub. ad colloquium] regem. ¶25 vel, regiæ, ¶26. i. qui præerat monimẽtis: qui edicta eius & geſta literis mãdabat. ¶27 vel, Quanta ¶28 Heb. Dixiſti[apud te,] Certe ſermo labiorũ[eſt mihi,] conſilium, & magnanimitas ad[gerendũ]bellum. q. d. Tu ſuperbis nimium, dixiſti apud te. Facundia eſt mihi ad cohortandos milites, conſiliũ ad ſubitas res, & fortitudo ad ſuſtinẽdam vtranq; fortunã: putas te his tribus, quæ in imperatore eſſe debent, poſſe reſiſtere: at falleris. ¶29 non ſoluendo mihi tributũ ſcilicet. ¶30 Nunc ſane ſpe raſti[vel, cõfiſus es][ſcipione. vel, baculo ¶31 Vox Hebræa nõ tãtum ſignificat fractũ, ſed etiã fragile: vt ellychniũ extinctũ, quod facile extingui poteſt. ¶32 vel, perforat. q. d. falleris ſi ſperas in Pharaone, qui facile frangi poteſt, vt arundo, & vinci. Homines quibus fidimus, ſunt ſimiles fragili arundini culus, quum frangitur, fragmenta acuta ſolent lædere innitentem ipſi: ſic homines plus tandem incommodi nobis afferunt, quam commodi. ¶33 Heb. depoſito pignore certa cũ domino meo, [id eſt] cũ rege Aſſyrio, ¶34 ſi poſſis dare ſeſſores ſuper eos. i. qui more ſeſſorum peritorum eos agere poſſint. q. d. Non poſſes inuenire in regno tuo bis mille equites: quomodo ergo poteris &c. ¶35 Heb. reuerti facies. i. quomodo reſiſtere poteris vel minimo ducum &c. ¶36 &[tamen]confidis. i. auſus es deficere, quoniam fidebas curribus AEgyptijs. ¶37 Heb. Et iam[vel, Denique]nunquid ſine Domino &c. i. ſine mandato Domini. q. d. Non mittor ab alio rege quàm à veſtro Deo qui eſt iratus cõtra vos. ¶38 intelligimus ¶39 Heb. in auribus huius populi. i. audiẽte populo. ¶40 Heb. homines qui ſedẽt ſuper murũ. i. qui cuſtodiũt muros. ¶41 Heb. vt comedãt excrementa ſua, & bibãt aquã pedum ſuorũ vobiſcum? Aqua pedũ, pro vrina, quæ mittitur ad pedes.

*Sennacherib blaſphemus probris afficit Deum viuentem.*

Stetit itaque Rab-ſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni, regis Aſſyriorum. Hæc dicit rex. Non vos ſeducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. Neque fiduciam vobis tribuat ſuper Dominum, dicẽs, Eruens liberabit nos Dominus, & nõ tradetur ciuitas hæc in manu regis Aſſyriorum. Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Aſſyriorum, Facite mecum quod vobis eſt vtile, & egredimini ad me: & comedet vnuſquiſque de vinea ſua, & de ficu ſua: & bibetis aquas de ciſternis veſtris, Donec veniam, & transferam vos in terrã

C quæ ſimilis eſt terræ veſtræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum, & olei ac mellis: & viuetis, & non moriemini. nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij Gentium terram ſuam de manu regis Aſſyriorũ? Vbi eſt deus Emath & Arphad? vbi eſt deus Sepharuáim, Ana & Aua? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinam illi ſunt in vniuerſis dijs terrarum, qui eruerũt regionẽ ſuam de manu mea, vt poſſit eruere Dominus Ieruſalẽ de manu mea? Tacuit itaque populus, & non reſpondit ei quicquam: ſiquidẽ præceptum regis acceperant vt non reſpõderent ei. Venitque Eliacim filius Helciæ, præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cõmentarijs, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

## CAP. XIX.

*Mittit Ezechias nũtios ad Eſaiã, ob Sẽnacherib. Eſa. 37. a.*

QVæ cum audiſſet Ezechias rex, ſcidit veſtimẽta ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſúſque eſt domum Domini. Et miſit Eliacim præpoſitum domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis, ad Eſaiam prophetã filium Amos. Qui dixerũt ei, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blaſphemiæ dies iſte: venerunt filij vſque ad partum, & vires non habet parturiẽs. Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuerſa verba Rab-ſacis, quẽ miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ repertæ ſunt. ¶ Venerunt ergo ſerui regis Ezechiæ ad Eſaiam. Dixitq; eis Eſaias, Hæc di-

D cetis domino veſtro, Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie ſermonum quos audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum me. Ecce ego immittam ei ſpiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram ſuam, & deijciam eum gladio in terra ſua. ¶ Reuerſus eſt ergo Rab-ſaces, & inuenit regem Aſſyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd receſſiſſet de Lachis. Cúmq; audiſſet de Tharáca rege Æthiopiæ, dicentes, Ecce, egreſſus eſt vt pugnet aduerſum te: & iret contra eum: miſit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda. Non te ſeducat Deus tuus, in quo habes fiduciã: neq; dicas, Nõ tradetur Ieruſalẽ in manus regis Aſſyriorũ.

*Promittit Deus victoriã Ezechiæ, & regis Aſſyriæ mortem prædicit.*

*Blaſphemia Sẽnacherib.*

Stans itaque Rab-ſaxe, clamauit voce magna Iudaicè, loquutúſque eſt hiſce verbis, Audite verbũ regis magni, regis Aſſyrij: Sic dicit rex, Ne imponat vobis Ezechias, quoniam non poterit vos[42] afferre de manu mea. [43] Nec eſt vt vos Ezechias fidere iubeat Domino, dicẽs, Indubie liberabit nos Dominus, ne tradatur vrbs iſta in poteſtatem regis Aſſyrij. Nolite audire Ezechiam, quoniam ſic pollicetur rex Aſſur, [44] Si mihi obſequuti fueritis, vt exeatis ad me, [45] comedet quiſque de vite ſua, & de ficu ſua, & bibet quiſq; aquas putei ſui, Donec veniam & abducam vos ad terrã quæ veſtræ terræ ſimilis eſt, terram quæ habet frumẽtum & vinũ, terrã quę habet panẽ & vineas, terrã quę habet [46] oleas, oleũ & mel, [47] vt viuatis & non moriamini. [48] ne audiatis Ezechiam, quoniam ſeducit vos quum dicit, Dominus liberabit nos. Num liberando liberauerunt dij Gentium, quiſque terram ſuam de manu regis Aſſyrij? vbi eſt de⁹ [49] Hamath & Arphad? vbi eſt de⁹ [50] Sepharuaim, Hena, & Ichuda? potuerũtne iſti liberare Samariã de manu mea? Aut quis eſt ex omnibus dijs [51] nationum, qui regionem ſuam de manu mea afferre potuerit, [52] quòd Dominus liberaret Ieruſalẽ de manu mea? Tacuit autem populus, nec reſpõderunt ei verbum: præceptum enim regis erat, qui dixerat, Ne reſpõdeatis ei. [53] Venit autẽ Eliakim fili⁹ Hilkiæ, qui erat præfectus [54] prætorio, Sobna ſcriba, & Ioah filius Aſaph à commẽtarijs ad Ezechiam, ſciſſis veſtibus, & commemorarunt ei verba Rabſaxe.

## CAP. XIX.

ET factum eſt, vt rex Ezechias, audito hoc ſermone, ſcinderet veſtimenta ſua, & operiret ſe [1] ſacco, ingrederetúrque ædem Domini. Miſit interim Eliakim qui erat præfect⁹ prætorio, Sobnam ſcribam, & ſeniores ſacerdotum indutos ſaccis ad Ieſaiam prophetam filium Amoz, qui dicerent ad eum, Sic dicit Ezechias, Hæc dies eſt dies anguſtiæ, correptionis & [2] irritationis, [3] vt quum fœtus ad procinctum partus venit, & parientem vis enitendi deficit. [4] Nimirum audiuit Dominus Deus tuus omnia verba Rab-ſaxe, quem rex Aſſyriorum, dominus eius, miſit vt probra iaceret in Deum viuentem, & criminaretur verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus. tu ergo [5] intendes orationẽ pro reliquijs quæ [7] adhuc ſuperſunt. ¶ [8] Venerunt ergo ſerui regis Ezechiæ ad Ieſaiã. Quibus Ieſaias reſpondit, Sic dicetis ad dominum veſtrum, Sic dicit Dominus, Ne timeas propter verba quæ audiuiſti, quibus contra me ſerui regis Aſſyrij contumelioſe loquuti ſunt. Ecce ego [9] mittam in eum ventum, cuius ſonitum protinus vt audierit, reuertetur in terram ſuã: ego verò curabo vt in terra ſua gladio corruat. ¶ Rab-ſaxes autẽ reuerſus, offẽdebat regem Aſſyriorum oppugnantẽ Lobnam: reſciuerat enim quòd [10] à Lachis ſe[ſe] profect⁹ eſſet. Rumor enim erat de Tharhaca rege Æthiopũ, quòd profectus eſſet ad pugnandum contra eum. [11] qui quum reuerſus eſſet, miſit [alios] legatos ad Ezechiam cum hiſce mãdatis. Sic referetis Ezechiæ regi Iehudæ, Ne te

ſeducat Deus tuus, quo tu fidis, vt dicas, Ieruſalem non tradetur in poteſtatem regis Aſſyriorum.

¶42 eruere ¶43 Et ne vos faciat fidere Ezechias in Domino, ¶44 Heb. Facite mecum bene dictionẽ, & egredimini ad me. Chaldæus paraph. Pacem recipite, vel leges pacis quas vobis offero, & dedite vos mihi. ¶45 q.d. permittam vobis vt libere ex ire poſſitis vrbe veſtra, & tum concedere vuarũ cauſa & ficuũ ¶46 Hebr. oleas olei. i. ferentes oleum, hoc eſt frugiferas. ¶47 & viuetis & nõ moriemini. ¶48 vel, & nolite obſequi Ezechiæ. ¶49 q.d. vrbes iſtas expugnaui, nec liberauerũt eas dij earum. ¶50 Vrbium nomina aut prouinciarũ quas debellauerat Aſſyrius. ¶51 vel, prouinciarũ. ſub. quas ſuperaui. ¶52 i. vt dicere poſſis quòd Dominus eruet &c. ¶53 audita ſcilicet oratione Rab-ſacis. ¶54 regiæ,

XIX. ¶1 i. veſte viliſſima, qua animi dolorẽ indicabant Iudæi. ¶2 blaſphemiæ. vel, conuicij. Dies pro tẽpore. q.d. Sum⁹ nunc in maxima anguſtia: quia Sennacherib minatur obſidionem, & inimici noſtri increpant nos propter rebellionem: præterea in Deum probra iactans, dicentes quòd Deus non poterit nos eripere de manu regis Aſſyriæ. ¶3 Hebr. nam venerũt fœtus vſque ad anguſtias vteri parturientes, & vires non ſunt parturienti. Hac allegoria ſignificauit maximum periculum, & letalem calamitatem imminere Ieruſalem. q.d. vix ex hac tribulatione euadem⁹. Vox Hebræa pro qua vertimus, anguſtias vteri parturientis, ſignificat ſellam in qua ſedent parturientes, & os vteri ſeu matricis, ad quod quum peruenit fœtus, multa patitur fœtus ipſe, mulíérque incõmodi. ¶4 Heb. Forte audiet. i. ſigno aliquo declarabit ſe audiſſe. ¶5 vel, increparet nos ¶6 Heb. leues orationẽ. i. ora. ¶7 Heb. inuentũtur. Reliquias appellat duas trib⁹, Iuda & Beniamin nã aliæ decẽ iã deductæ fuerãt in Aſſyriã. ¶8 Heb. Iã autẽ venerãt. vel. Cũ veniſſet & dixiſſet ſupradicta, Eſaias dixit illis. ¶9 Heb. poſiturus ſũ in eo ſpiritũ, & audiet auditũ, & reuertetur &c. i. datur⁹ ſum illi volũtatẽ reuertẽdi in patriã audito rumore belli quod in eũ geret rex Æthiopię. ¶10 vnde ſcilicet miſerat legatos rex Aſſyriæ. ¶11 Multa ſũt ſubaudiẽda, cuiuſmodi, Quod quũ audiſſet, ſoluta obſidiõe vertit exercitũ in regẽ Æthiopiæ: quo deuicto, rurſũ obſedit Ieruſalẽ. Reuerſus igitur, miſit &c.

¶11 literas, quę ſcilicet continebãt tales blaſphemias.
¶12 in qua ſcilicet erant blaſphemię. Apud Hebræos, plurale eſt epiſtolas: relatiuum autẽ eſt ſingulare, vt intelligas vnam ex illis in qua erant blaſphemiæ. Aut dic ſingulare eſſe pro plurali. ¶14 habitas [ſuper] cherubim,
¶15 vl. in omnibus regnis
¶16 Heb. miſit eum vt probra iaceret. Relatiuũ ſine antecedẽte, miſit eum, pro, miſit legatum.
¶17 i. exaudiui orationẽ tuam
¶18 Præterita pro futuris, quæ eſt prophetia. Contremuet te, ſubſãnabit te. Verba Domini prædicentis futura regi Syrię eũmque alloquentis.
¶19 Virginẽ vocat Ieruſalem, quòd tũ à nullo fuiſſet expugnata. ¶20 agitabit. quum ſcilicet videbit conatus tuos eſſe irritos, & te abire re infecta.

Tu enim audiuiſti quænam fecerint reges Aſſyriorum omnibus nationibus eas excindẽdo, & tu euaderes? Num liberarunt dij Gẽtium eas quas expugnauerunt maiores mei, Goſan, Haran, Reſeph, & filios Eden qui erãt in Thalaſſar? Vbi eſt rex Hamath, rex Arphad, rex ciuitatis Sepharuaim, Hena, & Aua? ¶ Accepit ergo Ezechias [11]epiſtolam de manu legatorum: & quum legiſſet eam, aſcendit in ædem Domini, & expãdit [12]eam Ezechias coram Domino. Orauitque Ezechias coram Domino in hunc modum, Domine Deus Iſraelis, qui [14]cherubim inhabitas, tu ſolus Deus es [15]omnium regnorum terræ: tu enim feciſti cælũ & terram. Præbe Domine aurẽ tuã & auſculta, aperi oculos tuos & inſpice, & expende verba Sãherib, qui [16]legatione miſſa probra iecit in Deum viuentem. Equidem verum eſſe agnoſco Domine, quòd reges Aſſyrij vaſtauerint Gentes & regiones earum, Quòdque deos eorum igni tradiderint. quandoquidem iſti non erant dij, ſed opus manuũ humanarũ è ligno aut lapide, vnde & perdiderunt eos. Nunc ergo Domine De⁹ noſter, ſerua nos quæſo de manu Sanherib, vt cognoſcant omnia regna terræ te ſolum eſſe Dominum Deum. ¶ Miſit autẽ Ieſaias filius Amoz ad Ezechiam [nuntios] cum huiuſmodi mãdato, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, Ea quæ orando petiuiſti à me ſup Sãherib rege Aſſyriorũ, [17]audiui. Et hoc eſt verbum quod Dominus cõtra eũ reſpondet, [18]Cõtempſit ac ſubſannauit te [ô rex] [19]virgo filia Zion, poſt te caput [20]mouit filia Ieruſalẽ. Tu verò cui opprobraſti? cui maledixiſti? in quem [21]edidiſti vocem? [22]contra quem ſuſtuliſti faſtum oculorum tuorum? contra ſanctum Iſraelis. [23]Miſſis enim legatis tuis contumelias iecisti in Dominum, & dixiſti, Copia [24]equitatus mei in iuga montium [25]aſcendam, ad [26]latera videlicet Libani, & [27]ſuccidã excelſa cedrorũ eius, [28]electas pinus eius, introibo in habitaculum [29]ſummitatis eius, [30]ad ſaltum agrorum eius cultorum. Ego [31]fodiam, & bibam aquas alienas, & exiccabo plantis pedum meorum omnes [32]riuos qui pro munitione ſunt. [33]Annõ audiuiſti quòd hoc [negotium] iam olim fecerim, retròque temporibus formauerim illud? iam verò adduco illud, nempe vt vaſtem vrbes munitas, & redigam eas in aceruos & ruinas. Quarum habitatores [34]vt manci trepidabunt, ac erubeſcent, ſimiles erunt gramini agri, oleri viridi, & fœno tectorum, quod antequam [35]enaſcatur, plerunque

C
Tu enim ipſe audiſti quæ fecerunt reges Aſſyriorũ vniuerſis terris, quomodo vaſtauerũt eas: [a]num ergo ſolus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij Gẽtium ſingulos, quos vaſtauerũt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thelaſſar? Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuáim, Ana & Aua? ¶ Itaque cum accepiſſet Ezechias literas de manu nũtiorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conſpectu eius, dicẽs, Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim, tu es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feciſti cælum & terram. Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui miſit vt exprobraret [b]nobis Deum viuentem. Verè Domine diſſipauerunt reges Aſſyriorum gentes, & terras [c]omnium. Et miſerunt deos eorum in ignem: non enim erant dij, ſed opera manuum hominũ ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noſter, ſaluos nos fac de manu [d]eorum, vt ſciãt omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus ſolus. ¶ Miſit autem Eſaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quæ deprecatus es me ſuper Sennacherib rege Aſſyriorum, audiui. Iſte eſt ſermo quem locutus eſt Dominus de eo, Spreuit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion: poſt tergum tuum caput mouit, filia Ieruſalem. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? contra Sanctum Iſrael. Per manũ ſeruorum tuorum exprobraſti Domino, & dixiſti, In multitudine curruum meorum aſcendi excelſa montium, in ſummitate Libani, & ſuccidi ſublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingreſſus ſum vſque ad terminos eius, & ſaltũ Carmeli eius ego ſuccidi. Et bibi aquas alienas, & ſiccaui veſtigijs pedum meorum omnes aquas clauſas. Nunquid non audiſti quid ab initio fecerim? ex diebus antiquis plaſmaui illud, & nũc adduxi: eruntque in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ. Et qui ſedẽt in eis, humiles manu: contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ areſacta eſt antequam veniret ad

¶ a tu
Petit Ezechias auxilium contra regẽ Aſſur vt cognoſcat Deum Iſrael eſſe Deus ſolum.
D
¶ d eius,
Eſaias conſolatur Ezechiã, victoriã nuncians.
E

¶21 exaltaſti ¶22 & eleuaſti in altum oculos tuos? contra ſanctum Iſrael. i. contra Deum quem ſanctè colit Iſrael, vel cuius nomen eſt ſanctificatum in Iſrael. Hoc dicit quòd eduxerit eum ex Ægypto. ¶23 Heb. Per legatos tuos &c. Reſpondre. ¶24 curruũ meorũ. ſub. fretus. ¶25 aſcendi. i. expugnaui vrbes poſitas in iugis montium. Vel per futurum potius, Multitudine curruum meorum aſcendam in altitudinem montium. i. expugnabo Ieruſalem: quæ erat in loco editiſſimo totius Terræ ſanctæ in monte Moria. ¶26 Per Libanum intelligit Ieruſalem: & per latera Libani, alias vrbes expugnatas. ¶27 i. excindam proceres Ieruſalem & optimates. ¶28 electionẽ abietũ eius. i. electas abietes, hoc eſt nobiliſſimos quoſq;. ¶29 Heb. finis eius. i. extremũ habitaculũ. hoc eſt tẽplũ ipſum in quo habitat Dominus eius. ¶30 & ſaltũ campi eius. i. campũ eius conſitũ arboribus frugiferis. hoc eſt, ſacerdotes eius. Vox Hebræa Charmel, pro qua vertimus campũ, ſignificat locum aptũ ſementi & ſerendis arboribus. ¶31 i. fodiẽdo venã aquarũ perquiro in loco ſiticuloſo. q. d. tantã habeo multitudinẽ, vt in loco carente aquis, efficiam puteos vnde hauriam aquas antea ignotas & latentes ſub terra ipſa. Nihil eſt mihi impoſſibile. ¶32 Heb. fluuios oppugnationis. i. vrbium obſeſſarum. q. d. opera militum quos mecum traho, auerto curſus amnium. Alij, traho tantam multitudinem militum, vt aquæ fluuij non ſufficiant militibus meis: vnde cogor fodere puteos.
¶33 Heb. Nõnne audiuiſti à longo tempore? eam feci. à diebus antiquis? & plaſmaui eam: nunc euenire feci eam, & fuit ad deſtruendum in aceruos deſolatos ciuitates munitas. i. O Sẽnacherib nunquid à longo tempore ſiue iam olim audiuiſti ſententiam quam pronuntiaram in Gentes, me perditurum regna partim tuo tẽpore, partim aliorum regum Aſſyriæ? quod igitur ſtatueram me facturum, adimpleui. nõnne inquã audiſti à diebus antiquis quod ſtatueram facere hoc tempore? illud decretum ego hodie impleui. noli igitur tibi vendicare tot victorias quibus potitus es me duce & authore. Prædictionem illam quam prædixeram per prophetas meos, euenire feci, quæ dicebat fore vt vrbes munitiſſimæ redigerentur in aceruos deſtructos: vt ex illis vrbibus nihil præter aceruos relinqueretur. ¶34 Heb. abbreuiati manu [ſub. facti. i. redditi imbelles] cõſternati & pudore ſuffuſi ſunt, ¶35 enadat in ſegetem, tangitur rubigine. q. d. non eſt mirum quòd eos viceris, quoniam ademeram illis animum, reddideram eos ſimiles herbæ quæ naſcitur in tectis planis &c.

F maturitatem. Habitaculum tuum, & egreſſum tuum, & introitum tuum, & viā tuam ego præſciui, & furorem tuum contra me. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quā veniſti. Tibi autē Ezechia hoc erit ſignum. Comede hoc anno quæ reperetis: in ſecundo autē anno quæ ſponte naſcuntur: porrò in tertio anno ſeminate & metite: plantate vineas, & comedite [a]fructum earum. Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorſum, & faciet fructū ſurſum. De Ieruſalem quippe egredientur reliquiæ, & quod ſaluetur de monte Siō: zelus Domini exercituum faciet hoc. Quā ob rē hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam ſagit-

G tam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. Per viam qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Protegámque vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. ¶ Factum eſt igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centū octogintaquinque millia. cúmque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum. Et recedens abiit, & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & manſit in Niniue. Cūmque adoraret in templo Neſroch deum ſuum, Adramélech & Saraſar filii eius percuſſerūt eum gladio, fugerúntque in terram Armeniorū, & regnauit Aſar-haddon filius eius pro eo.

Signū futuræ victoriæ.

¶ [a] fructus

Angelus Domini occidit exercitū Sennacherib. tob.1.d. eccli 48.d. eſa.37. g. 1.mac.7.f. 2.mac.8.e.

Occidit Sennacherib à filiis ſuis.

CAP. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: & venit ad eum Eſaias filius Amos, propheta, dixitque ei, Hæc dicit Dominus [b]Deus, Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, dicens, Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitū eſt coram te fecerim. fleuit itaque Ezechias fletu magno. ¶ Et antequā egrederetur Eſaias mediā partē atrii, factus eſt ſermo Domini ad eū, dicēs, Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, [c]vidi lachrymam tuam: [d]& ecce, ſanaui te, die tertio aſcendes templum Domi-

B ni. Et addam diebus tuis quindecim annos. ſed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Dixitque Eſaias, Afferte maſſam ficorum. Quam cum attuliſſent, & poſuiſſent ſuper vlcus eius, curatus eſt. [e]Dixerat autem Ezechias ad Eſaiā, Quod

Ægrotanti Ezechiæ prædicit Eſaias mortē. 2.par. 32.f. eſa.38.a. eccli 48.d.

Oratio Ezechiæ.

Ambulare in veritate.

Fletus.

Tempus vitæ Ezechiæ prolongatur.

¶ [d]&

[redacted]

¶ [e]Dixit

exerc.[35] Ego[36] conuerſationem tuam, ego profectionem tuam, & reditū tuum noui, æque[37] furorem tuum contra me. Quandoquidem ergo[38] furis contra me, aſcendit[39] ſecura opulentia tua in aures meas, ob id[40] inferam hamum meum naribus tuis, & lupatum meū in labra tua, quo te retro agam ea via qua veniſti. Et hoc ſit tibi ſō Ezechia ſignū, Hoc anno comedes[41] repoſita, proximo anno quæ ſponte[42] naſcētur: tertio verò anno [43]ſemētē facietis & metetis, vineas quoque plātabitis, & fructum earum edetis. [44]Ruſúmque in vnū coibit quod euadet de domo Iehuda, iactáque deorſum radice quod reliquū eſt fructum ſurſū reddet. Quoniam[45] prodibunt reliquiæ de Ieruſalem, &[46] ſeruati de monte Zion: hæc faciet[47] zelus Domini exercituum. Propterea[48] ſic promittit Dominus de rege Aſſyriorum, Nequaquā ingredietur in vrbem iſtam, neque [49]ſpiculū huc iaculabitur, non [50]occurret ei clypeus, neque excitabitur contra eam agger. Ea via qua venit, redibit, & in iſtam vrbem non introibit, dicit Dominus. [51]Propugnabo enim vt ſeruem vrbē iſtā, propter meipſum, & propter Dauid ſeruū meū. ¶ Egreſſus itaque eadē nocte angelus Domini, percuſſit in caſtris Aſſyriorū centena octoginta quinque millia: quúmque mane ſurgerent, ecce [52]omnes iacebant mortui. Soluit ergo iſthinc, & abiit Sanherib rex Aſſyriorum, & manſit in Niniue. Factum eſt autem, quum aliquando adoraret in æde Niſroch dei ſui, vt Adramælech, & Sarezer filii eius ipſum trucidarent gladio, & cō fugerēt in terram [53]Ararat, regnarétque Eſarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XX.

QVodā tempore [1]ægrotabat Ezechias letaliter, veniebat ergo ad eū Ieſaias filius Amos propheta, & dicebat ad eū, Sic dicit Dominus, [2]Māda domui tuæ: [3]morieris enim & nō viues. Vertebat ergo [Ezechias] faciem ſuam [4]ad parietem, & orans ad Dominum, dixit, [5]Memento quæſo Domine quòd [6]ambulaui coram te [7]in fide, & integro corde, & quæ tibi placent feci. fleuitque Ezechias [8]magno fletu. ¶ Antequā verò Ieſaias egreſſus eſſet medium atrii, factus eſt ſermo Domini ad Ieſaiam in hunc modum, Reuertere, & dicito ad Ezechiam principem populi mei, Sic dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Exaudiui precationem tuam, [9]vidi lachrymas tuas, ecce ego te ſanabo, ita vt tertio die aſcenſurus ſis in ædem Domini. Addam ad dies tuos quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum liberabo te & vrbem hanc, & protegam vrbem iſtam [10]propter me, & propter Dauidem ſeruū meum. Et ait Ieſaias, Accipite [11]maſſam ficuum: quam captam poſuerunt ſuper vlcus, & conualuit. [12]Dixit autē Ezechias ad Ieſaiam, Quodnā

¶36 Heb. ſeſſionem tui. egreſſum tuū & introitum &c. i. noui quę cōſilia ceperis quū eſſes in patria tua, quot milites eduxeris dum es egreſſus. & introitū tuum in hanc terram noui. q. d. me neſciente nihil egiſti. ¶37 vel, bilem tuam. i. noui etiam quomodo interminatus ſis mihi velut idolis. ¶38 iratus es. vel, concitatiore animo me iniuria affeciſti. ¶39 tumultus tuus. i. verba tua plena tumultus & arrogantiæ peruenerūt ad me ¶40. i. velut hamo iniecto & fręno impoſito reducam te &c. ¶41 ſponte nata. Vox Hebræa ſignificat id quod naſcitur ſuperiore anno meſſe facta nullo poſtea iacto ſemine, è granis caducis. q. d. his duobus annis nulla fiet ſementis, & tamen habebitis vnde viuatis. ¶42 renaſcentur. nulla præcedente meſſe nec ſemente. ¶43 q. d. tū aberit metus hoſtilis.

¶44 Heb. Et addet euaſio domus Iuda quæ remanſit, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum. i. Qui è domo Iuda euaſerint & remanſerint in Terra ſancta, agent parte ima altius radices. ¶45. i. multi erunt ſuperſtites ex tribu Iuda & Beniamin in Ieruſalē, & multi euadent de monte Sion ſoluta obſidione. ¶46 Heb. euaſio. i. qui euaſerint, egredientur de monte Sion. ¶47 vel, nimius amor. ſub. in vos. Magnus ille amor Dei omnipotentis faciet vt ſoluta obſidione libere egrediantur. ¶48 Heb. dicit ¶49 vel, ſagittam ¶50 vel, præueniet eam. i. neque milites tecti clypeis eam inuadent. ¶51 Sed protegam vrbem iſtam & ſeruabo eam, ¶52 Heb. cadauera mortua. ¶53. i. Armeniorum. XX. ¶1 nempe ſub tempus aduentus regis Aſſyriæ. ¶2 vel, Da mandata. Conſule rebus tuis domeſticis. Manda domeſticis tuis quæ fieri velis te mortuo. Ezechias ægrotauit duos dies, alterum naturalē, alterum verò artificialem. Secundo die venit ad ipſum Eſaias, & admonuit eum mortis inſtantis. Eſa. 38. ¶3 q. d. actum eſt de te, neque conualeſces ex hoc morbo. ¶4 ſub. lecti. Chaldæus paraphra. ad parietem templi, verſus templum, vt ſcilicet maiore attentione animi oraret Dominum, auertēdo faciē ſuam ab his quæ aſtabant. ¶5 Heb. Obſecro Domine memento quæſo ¶6 Ambulare coram Deo, eſt præcepta eius ſeruare. Dedi operam vt præcepta tua facerē. ¶7 in veritate. i. citra hypocriſin. ¶8 vt ſcilicet Deus vitam ei prorogaret. ¶9. i. lachrymæ tuæ fuerunt mihi gratæ. ¶10. i. ob honorem nominis mei quod Sennacherib ignominia affecit: & ob fœdus quod iniui cum Dauide, vt appaream verax. ¶11 vel, caryceas. Scribūt ficus aridas habere vim excalfaciendi: vnde dura tubercula concoquunt, & ſtatim digerunt. Ex caryceis fecerūt cataplaſma. ¶12 Dixerat autem. Antequā ſcilicet imponeretur cataplaſma. Hæc præcedunt quę dicta ſunt verſu ſuperiore: vnde vertendum per pluſquam perfectum.

ſignum erit quòd Dominus ſanaturus ſit me, & quòd ſim tertio die aſcenſurus in ædem Domini? Reſpondit Ieſaias, Hoc erit tibi ſignum à Domino, quòd facturus ſit rem iſtam Dominus quã promiſit, Viſne vt vmbra[11] decem gradibus progrediatur, an vt decẽ gradibus retrogrediatur? Reſpõdit Ezechias, Facile ſit[14] vt declinet vmbra decem gradibus: [15] at non vt retrocedat decẽ gradibus. Clamauit itaque Ieſaias propheta ad Dominum, &[16] retraxit vmbram [17] per gradus quibus deſcenderat in hora Ahas. ¶ Eodẽ tempore miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniæ literas &[18] donarium ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet Ezechias. [19] Et lætatus eſt Ezechias ſuper illis, & oſtendit eis[20] omnes cellas aromatum, [21] argẽti, auri, odorum, vnguẽtorum optimorum, [22] vniuerſum armamentariũ ſuum, & quidquid erat in theſauris ſuis: nihil erat quod non oſtenderet eis Ezechias, cũ domi ſuæ, tum per omne regnũ ſuũ. ¶ Venit autem Ieſaias propheta ad regẽ Ezechiã, dixitque ad eum, Quid[23] dixerunt viri illi? aut vnde venerunt ad te? cui reſpondit Ezechias, [24] De terra lõginqua venerunt ad me, à Babylone. Tũ ille rurſum dixit, Quid inſpexerunt[25] domi tuæ? reſpondit Ezechias, Quidquid eſt domi meæ inſpexerunt, nihil[26] eſt in theſauris meis quod non oſtẽderim eis. Tunc dixit Ieſaias ad Ezechiam, Audi [17] verbum Domini. Ecce venient dies, vt Babylonem auferatur quidquid eſt domi tuæ, & quidquid repoſuerunt patres tui vſque ad hunc diẽ, nec quidquam fiet reliquũ, [28] ait Dominus. Quin & ex[29] filijs tuis qui ex te prodibunt, quos gẽnerabis, [30] auferent, & erunt [31] eunuchi in aula regis Babylonij. Dixit autem Ezechias ad Ieſaiã, [32] Bene vertat cõſilium Domini quod expoſuiſti. & dixit, [33] Modo pacatæ ſint atque tutæ res diebus meis. Reliquum geſtorũ Ezechiæ, &[34] omne robur eius, & quòd fecerit piſcinam & aquæductum, introduxeritque aquas in[35] ciuitatem, an non hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuitque Ezechias cũ patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.

CAP. XXI.

DVodecim annos natus [1] fuit Manaſſes quum inaugurraretur regno, regnauitque quinquaginta annis in Ieruſalem. nomẽ matris eius fuit Hephziba. [2] Deſignauit autem quod diſplicuit Domino iuxta abominationes Gentium, quas eiecerat Dominus ante filios Iſrael. Nam

erit ſignum quia Dominus me ſanabit, & quia aſcẽſurus ſum die tertia templum Domini? Cui ait Eſaias, Hoc erit ſignum à Domino, quòd facturus ſit Dominus ſermonem quẽ locutus eſt: Vis vt aſcendat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidẽ gradibus? Et ait Ezechias, Facile eſt vmbram creſcere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur retrorſum decem gradib9. Inuocauit itaque Eſaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decẽ gradibus. ¶ In tempore illo miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas & munera ad Ezechiã: audierat enim quòd ægrotaſſet Ezechias. Lætatus eſt autem in aduentu eorum Ezechias, & oſtendit eis domum aromatũ, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. non fuit verbum quod non monſtraſſet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua. ¶ Venit autẽ Eſaias propheta ad regem Ezechiã, dixitque ei, Quid dixerunt viri iſti? aut vnde venerũt ad te? cui ait Ezechias, De terra lõginqua venerunt ad me, de Babylone. At ille reſpõdit, Quid viderunt in domo tua? ait Ezechias, Omnia quæcunque ſunt in domo mea, viderunt: nihil eſt enim quod non monſtrauerim eis in theſauris meis. Dixit itaq; Eſaias Ezechiæ, Audi ſermonem Domini, Ecce dies venient, & auferẽtur omnia quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vſque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquã, ait Dominus. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos generabis tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Eſaiam, Bonus ſermo Domini, quem locutus es: ſit tantum pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo ei9, & quomodo fecerit piſcinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.

CAP. XXI.

DVodecim annorũ erat Manaſſes cũ regnare cœpiſſet, & quinquagintaquinq; ãnis regnauit in Ieruſalẽ. nomẽ matris ei9 Haphſiba. Fecitq; malũ in cõſpectu Domini, iuxta idôla Gẽtium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Iſrael.

Signũ ſanitatis accipit Ezechias in horoſcopo. ¶ an

C
Recipit munera à rege Merodach. eſa. 39. a. ¶ Berodach

¶ mõſtraret

Increpatur ab Eſaia ob oſtẽtatos theſauros.

¶ quæ
Captiuitatẽ D Babyloni cã prædicit ei

¶ tollent.
¶ Dixitque
Pacem & promiſſum vitæ tempus XV annorũ petit

Succedit Manaſſes.

Impius Manaſſes inſtaurat idôla. 1. paral. 33. a.
[redacted]

¶ 13. i. conficiat decem gradus per quos totidem horæ deſignantur. Chaldæus paraph. decẽ horas. Loquitur de horologio quod ad vmbram ſolis noſcuntur horæ: cuius lineæ dicuntur MAALOTH Hebraice. id eſt grad9 per quos horæ deſignantur. ¶ 14. i. vt declinando cõficiat decẽ gradus: nam talis inclinatio ſequitur motũ ſolis. ¶ 15 Heb. [nequaquam] id volo, [ſed volo] vt reuertatur vmbra retrorſus decem gradib9. vel, horis. i. volo reuertatur à decima ad primam lineã: nam aiũt eam tum fuiſſe horam quã vmbilicus præmõſtrabat. Accipio autẽ decimam horã ab ortu ſolis. nã in his horologijs deſignantur horæ inæquales propter dies lõgiores: vel æquales, vt nos qui à media nocte diẽ accipimus, illi autem ab ortu ſolis diem naturalem: ob id quidam aiunt diem fuiſſe productam decem horis, alij viginti, alij XXXII. Doctus inter Hebræos ait decẽ horis: quia in momento fuit vmbra reducta. Doctioribus verò magis placet æqualem fuiſſe diem cum alijs: nam in horologio erant ſolum duodecim lineæ, quæ tot horas deſignabant. Miraculum fuit vmbram retroceſſiſſe procedente tamen ſole, nec ſecutam eſſe vmbram motũ ſolis. & hæc reductio fuit momentanea: quãdiu autem illic ſteterit, neſcimus: vmbra autem poſtea ſequuta eſt motum ſuũ poſtquam hoc innotuit regi & eius ſeruis. ¶ 16 reduxit. ſub. Dominus. ¶ 17 Heb. in ſolario in quo deſcenderat, in cochlea [quam fecerat] Achaz. retrorſum decem gradibus. i. in horologio ſolario in quo deſcenderat ſol, ſiue vmbra quam fecerat ſol obiectu vmbilici, quod horologium erat affixũ in ſummitate cochleæ quã fecerat Achaz: reduxit inquã retrorſum decẽ lineis. ¶ 18 vel, munera. vt ſcilicet gratularetur ei de valetudine recuperata. ¶ 19 Heb. Et acquieuit illis Ezechias. Petiuerãt enim vt oſtenderet quæ viſu erãt digna in domo ſua. In Paralip. legitur, Et gauiſus eſt propter eos. i. propter eorum aduentũ. ¶ 20 Heb. omnem domum deſiderabiliũ. i. eã partem domus in qua precioſa quæque erant repoſita. Gallice, Le cabinet de ſes ioyaulx. ¶ 21 argentum, aurum, & aromata, & oleum bonũ. i. vnguenta odorifera, opobalſamum quo vngebantur reges & ſacerdotes. ¶ 22 Heb. domũ inſtrumẽtorum ſuorum. ſub. bellicorũ. ¶ 23 vel, dicunt. i. Quid noui afferunt. ¶ 24 q. d. Ut intellexerũt q̃ clarum ſit regnũ meum, propterea venerunt. ¶ 25 vel, in regia tua? ¶ 26 fuit ¶ 27. i. quod facturus eſt tibi Dominus: ſententiam quam Dominus ob ſuperbiam & oſtentationẽ opũ tulit in te. ¶ 28 q. d. quod dico fore, eueniet: nã illud per me dixit Dominus. ¶ 29. i. nepotibus. ¶ 30 vel, abducent. ſub. in Babylonẽ. ¶ 31 vel, principes. Sic Chaldæus paraph. Vox Hebræa ſignificat eunuchũ & eum qui fungitur officio eunuchi. i. principem. hoc eſt de primarijs ſeruis regis. ¶ 32 Heb. Bonus eſt ſermo Domini quem locutus es. q. d. Faciat Dominus pro arbitratu ſuo, dummodo ſtatus regni mei ſit ſtabilis. ¶ 33 Heb. Nonne [ſub. bonus eſt ſermo iſte] ſi pax & veritas futura ſit tempore meo? i. Cur non bonus ſit ſermo Domini, modo fruar pace, & res regni mei ſint futuræ in ſtatu ſtabili? ¶ 34. i. quæcunque geſſit ſtrenue. ¶ 35 ſub. Ieruſalem.

XXI. ¶ 1 erat Manaſſes quũ regnare cœpit. ¶ 2 Heb. Et fecit malum in oculis Domini, [id eſt] ſecũdum abominationes. i. fecit abominanda non aliter quàm Gentes, coluit idola more Gentium.

Conuerſúſque eſt, & ædificauit excelſa quæ diſſipauerat Ezechias pater eius & erexit aras baal, & fecit lucos ſicut fecerat Achab rex Iſrael: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam. Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ieruſalē ponā nomē meū. Et extruxit altaria vniuerſæ militiæ cæli in duob' atrijs templi Domini, & traduxit filiū ſuum per ignem: & ariolatus eſt, & obſeruauit auguria, & fecit pythones, & aruſpices multiplicauit, vt faceret malum coram Domino, & irritaret eū. Poſuit quoque idolum luci quem fecerat, in templo Domini, ſuper quo locutus eſt Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, In templo hoc & in Ieruſalem quā elegi de cunctis tribubus Iſrael, ponam nomen meum in ſempiternum. Et vltrà non faciam commoueri pedem Iſrael de terra quam dedi patribus eorum: ſi custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuerſam legem quam mandauit eis ſeruus meus Moyſes. Illi verò non audierunt: ſed ſeducti ſunt à Manaſſe, vt facerent malum ſuper Gentes quas contriuit Dominus a facie filiorum Iſrael. Locutúſque eſt Dominus in manu ſeruorum ſuorum prophetarum, dicens, Quia fecit Manaſſes rex Iuda abominationes iſtas peſſimas, ſuper omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiā Iudam in immundicijs ſuis: Propterea hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego inducā mala ſuper Ieruſalem, & Iudam: vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. Et extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: delens vertam, & ducam crebrius ſtylum ſuper faciem eius. Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, eruntque in vaſtitatem, & in rapinam cunctis aduerſarijs ſuis, Eo quòd fecerint malū coram me, & perſeuerauerint irritantes me, ex die qua egreſſi ſunt patres eorum ex Ægypto, vſque ad hanc diem. Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multū nimis, donec impleretur Ieruſalem vſque ad os: abſque peccatis ſuis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malū coram Domino. Reliqua autem ſermonum Manaſſe, & vniuerſa quæ fecit, & peccatū eius quod peccauit: nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? Dormiuítque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo. ¶Viginti duorū annorum erat Amon cum regnare cœpiſſet: duobus quoque annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Meſſalemeth filia Harus de Ieteba. Fecítque malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Et ambulauit in omni via per quā ambulauerat pater eius: ſeruiuítque immunditijs, quibus ſeruiebat pater eius, & adorauit eas. Et dereliquit Dominum Deum patrum ſuorum, & non ambulauit in via Domini. Tetenderúntque ei inſidias ſerui ſui, & interfecerunt regem in domo ſua. Percuſſit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & conſtituerunt ſibi regē Ioſiā filiū eius pro eo.

2.Reg.7.b. Duo atria.

B

2.Reg 7.b. 3.reg.8.b.

¶ tamen

Iere.15.a.

C

¶ Impleretur

Moritur Manaſſes.

D

Amon impij patris impi' filius regnat pro Manaſſe.

¶ Ieteba.

¶ ſeruierat

A ſeruis interficit Amō.

[3]verſus extruxit excelſa quæ demolit' fuerat Ezechias pater eius, & erexit aras ipſi baal, fecit lucum quemadmodum fecerat Achab rex Iſraelis, [4]adorauit omnem exercitum cæli, & coluit illa. Ædificauit quoque altaria in æde Domini, de qua dixerat Dominus, In Ieruſalem ponam nomen meū. Extruxit inſuper aras pro omni militia cæli in duobus atrijs domus Domini, traduxit filium ſuum per ignem, [10] vacabat arti ariolandi & augurijs, inſtituit pythones & diuinos, & ingentia mala deſignauit in oculis Domini, [11]vt illum ad iram concitaret. Poſuit [12]ſculptile luci quem fecerat, in domo de qua dixerat Dominus ad Dauidem, & ad Solomonem filium eius, In domo iſta & in Ieruſalē quam elegi ex omnibus tribubus Iſraelis, ponam nomē meum [14]perpetuò. Nec[15] vltra ſinā vt Iſrael emigret ex hac terra quā tradidi patribus eorū, modo cuſtodiant & faciant iuxta omnia quæ præcepi eis, & iuxta vniuerſam legem quam mādauit eis ſeruus meus Moſes. At illi non audierunt: [17]nā ſeduxit eos Manaſſes, vt facerent peiora quàm Gētes quas deleuit Dominus à facie filiorū Iſrael. [18]Et loquutus eſt Dominus per ſeruos ſuos [19]prophetas in hanc ſententiā, Eo q Manaſſes rex Iehuda fecit abominationes iſtas, [20]& in his omnibus malitia ſuper ait Amorrhæos qui ante eū fuerunt, quòdque effecit vt Iehuda peccaret idolis ſuis. Idcirco ſic dicit Dominus Deus Iſraelis, Ecce ego [21]adduco [22]malū ſuper Ieruſalē & Iehudam, [23] (tale) vt ei qui illud audierit, ambæ aures eius tinniant. Et extēdam ſuper Ieruſalem [24]regulam Samariæ, & pondus domus Ahab, & detergam Ieruſalem, quemadmodum quis [26]patinam detergit, [27]& eam vertit. Deſerā reliquias [28]hæreditatis meæ, & tradam eas in manum hoſtium ipſorum, & patebunt direptioni & depopulationi omnium hoſtium ſuorū. Eo quòd malum deſignarint in oculis meis, & quòd irritauerint me, ab eo die quo egreſſi ſunt patres eorum de Ægypto vſque in hunc diem. Sed & [30]ſanguinis innoxij plurimum fudit Manaſſes, donec impleret Ieruſalem [31] ad ſummum vſque, [32]ſupra peccatum quo peccare fecit Iehudā, [33]vt faceret malum in oculis Domini. Reliqua geſtorum Manaſſis, & omnia quæ fecit, & peccatū ei' quod peccauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuítque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto dom' ſuæ, in horto Vſæ, [34]regnóque inauguratus eſt Amō filius eius pro eo. ¶Vigintiduos annos natus erat Amon [35]quum regno fuit inauguratus, & regnauit duobus annis in Ieruſalem: fuitque nomen matris eius, Meſullemeth filia Haruz de Iotba. Deſignauit autem malitiam in oculis Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Ambulauítque in omni via in qua ambulauit pater ei', colens idola quæ & pater eius coluerat adorauerátque. Et dereliquit Dominum Deum patrum ſuorū, & non ambulauit in via Domini. Conſpirantéſque cōtra eum ſerui Amon, interfecerūt regem in domo ſua. Et percuſſit populus [36]terræ omnes qui cōiurauerāt cōtra regē Amō. & cōſtituit populus terræ regē Ioſiam filiū eius pro eo.

¶3 cōuerſus eſt & ædificauit. i. iterum ædificauit, ſiue inſtaurauit. ¶4 adorauerūtque ¶5 .i. planetas. ¶6 .i. In tēplo quod extruxerat in Ieruſalem, inuocabitur nomen meum, & dicetur templum meū, vocabitúrque de nomine meo. ¶7 Extruxit in quam ¶8 .i. in honorem non Dei, ſed ſtellarum, ſiue planetarū. ¶9 Erat atrium ſacerdotū vnū, alterū verò in quo orabat popul'. ¶10 Heb. obſeruauit tempora & augurat' eſt .i. ex conſtitutione ſtellarū futura prædixit, & diuinauit. ¶11 Heb. multiplicauit facere malū .i. quāplurima fecit mala quib' ad irā prouocauit Deum. ¶12 vt, prouocando eū ad iracundiam. ¶13 .i. lucū ſculptū, ſiue lucum magno artificio ſculptum. Poſuit i domo Domini lucum ſculptilem. ¶14 .i. vt maneat ibi longo tempore. ¶15 Heb. addā vt commoueri faciam pedē Iſrael ¶16 Heb. faciendo .i. modo ſint ſoliciti facere omnino vt præcepi. ¶17 vt, ſed errare fecit ¶18 vt, Itaque loquut' eſt ¶19 hoc intelligēt de Ioele, Nahū, & Malachia. ¶20 Heb. & peius fecit q Amorrhæi ¶21 pſens p futuro, inducā, vt adducturꝰ ſū. ¶22 .i. afflictionē & calamitatē. ¶23 .i. immittā tātā calamitatē, vt ſtupidos & attonitos reddat eos q ei intellexerint. ¶24 vt, lineā Samariæ. Chald. para. lineā deſolationis Samariæ. Similitudine vtit architecti, q deſignat linea quod demoliturus eſt. q.d. vt curaui Samariā perdendā, ita etiā perdam Ieruſalē. ¶25 perpendiculū. ſub. extēdā. Metaphora à latomis. q.d. nō aliter perdā Ieruſalē, quàm perdidi familiā Achab. ¶26 vt, ſcutellā ¶27 Heb. ſicut quū deterſerit, vertit eā in faciē ſuā .i. inuertit e.i. q.d. Repurgabo vrbē veſtrā ab hominibus ſceleratis, quos vbi fugauero, inuertā illā vt inuerti ſolet à ruſticis ſcutella repurgata. ¶28 .i. Nō iuuabo poſthac. ¶29 tribū Iuda & Beniamin intelligit. ¶30 .i. quamplurimos innocētes occidit. ¶31 Heb. de ore ad os .i. ad orificiū vſque. Gallice, de bort à bort. Chaldæus paraphr. ab extremitate ad extremitatem. Metaphora à vaſis quæ aqua aut alio humore impleri ſolent. ¶32 præter peccatū .i. idololatriā. ¶33 vt, faciendo ¶34 regnauitque ¶35 quādo regnare cœpit. ¶36 .i. ipſius regionis.

¶1 regnare cœpit. ¶2 ad domum ¶3 Heb. vt pűciat. ſub. conflare .i. perfecte & exacte conflet argentű rude & nődű percuſſum. Alij, vt perficiat. i. perfecte exigat argentum ab ędituis &c. ¶4 Vt ponans eá ¶5 .i. qui pręſunt operi templi. ¶6 ad inſtaurandas ſimas. vl, ruptuas ¶7 cęmétarijs, ¶8 roborandű ¶9 Heb. Tãtum nő ſupputetur eis argentum quod datur ad manum eorű: nam cum fide facient. i. ne exigat ab eis ratio datæ pecuniæ: nam eam fideliter diſpéſabunt. ¶10 ſiue, Librű continenté legem. Hic locus indicat impiű Manaſſen ſuſtuliſſe libros ſacros é medio, adeó vt Ioſias non habuerit librű legis ante eum qué inuenit Helcias. ¶11 Heb. rem. i. reſponſum. ¶12 Conflauerunt. Hic locus oſtendit argentű, rude fuiſſe & nő percuſſű. ¶13 requirite. i. cőſulite Dominű. ¶14 Heb. in domo doctrinę .i. in ea parte vrbis in qua erat gymnaſiű. Locus erat in quo dabaꝉ opera literis nő ſacris, ſed alijs. ni tű nulli erãt libri ſacri Ieroſolymis. Aut eſt nomé vici. ¶15 vl. curauit

Reliquum geſtorum Amon quæ fecit, annő hæc ſcripta ſunt in libro annalium regű Iehuda? Sepeliuit autem eum[populus]in ſepulchro ſuo in horto Vſæ, & regnauit Ioſias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

OCto annos natus fuit Ioſias quű [1]regno inaugurareтur, [2]regnauitque triginta annis & vno in Ieruſalé. Nomen matris eius fuit Iedida, quę filia fuit Adaiæ de Bozcath. Hic fecit quod rectum erat in oculis Domini, ambulauitque in omni via Dauid patris ſui: non receſſit neq; ad dexteram neque ad ſiniſtrã. ¶ Factúmq; eſt in anno decimooctauo regis Ioſiæ, vt mitteret rex Saphan filium Azaliæ filij Meſullam ſcribam in domo [3]Domini huiuſmodi mandato. Aſcende ad Hilkiam ſacerdotem magnum, [4]vt in ſummam redigant [5]pecuniam quæ illata eſt in domű Domini, quam collegerunt cuſtodes liminis, à populo, [6]Dentque eam in manus eorum qui opus faciunt, [7]qui cőſtituti ſunt ſuper domum Domini, tradántque eam ijs qui faciűt opus in domo Domini, [6]ad inſtauranda ſarta tecta templi, Fabris nempe[ſſ lignarijs.]ſtructoribus, & [7]murarijs, ad comparandum ligna & lapides ſcalptos, ad [8]inſtaurandum templum. [9]Veruntamen non exigatur ratio ab illis, in quorum manus pecuniæ illæ dantur, ſed bona fide agant. Dixit autem Hilkias ſacerdos ſummus ad Saphan ſcribã, [10]Codicem legis inueni in domo Domini. tradi ditque Hilkias codicem ipſi Saphan, vt eum legeret. Veniens autem Saphan ſcriba ad regem, retulit ad regem [11]hoc negotium, & ait, [12]Ordinarunt ſerui tui pecuniam quę inuenta eſt in templo, & tradiderunt eam in manum eorum qui opus faciunt præfectis ædi Domini. Indicauit quoque Saphan ſcriba regi, dicens, Hilkia ſacerdos dedit mihi codicem, legitque in eo Saphan coram rege. Et factű eſt, quum audiſſet rex verba codicis legis, ſcidit veſtimenta ſua. Et mandauit rex ipſi Hilkiæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achbor filio Michæ, & Saphan ſcribæ, atque Aſaiæ miniſtro regio, dicens, Ite, & [13]ſciſcitamini Dominum pro me, pro populo, & pro vniuerſo Iehuda de verbis huius codicis inuenti: quoniã furor Domini magnus ſuccéſus eſt in nos, ꝙ patres noſtri nő audierint verba codicis huius, vt facerét iuxta omne illud quod ſcriptű eſt nobis. Abiit itaq; Hilkias ſacerdos, & Ahicã, & Achbor, & Saphan, atq; Aſaia ad Huldã propheiſſam vxorem Sallum filij Ticua, filij Harham cuſtodis veſtiű, quæ habitabat Ieroſolymis [14]in altera parte, & loquuti ſunt cum ea. Quæ dixit ad eos, Sic dixit Dominus Deus Iſraelis, Dicite viro qui vos ad me miſit. Sic dixit Dominus, Ecce ego adduco calamitatem ſuper locum iſtum, & ſuper eos qui eum inhabitant, [nēpe]omnia verba huius codicis quę [15]legit rex Iehuda, eo quód dereliquerűt me, & thus incenderunt dijs alijs, vt irritarent me in omni opere manuű ſuarű, [16]& accendetur furor meus contra locum iſtum, & non extinguetur. Porró ad regem Iehuda, qui miſit vos vt conſuleretis Dominum, ſic dicetis, Sic dicit Dominus Deus [17]Iſraelis, Quandoquidé propter verba quæ audiſti emollitű eſt cor tuű, & humilis factus es coram Domino, quando audiuiſti quæ minatus ſum cőtra locum iſtum, & contra habitatores eius, [18]vt fierent in deſolationem & execrationem, & conſcidiſti veſtimenta tua, fleuiſtique coram facie mea, en & ego exaudiui, dicit Dominus. Idcirco ecce ego [19]colligam

Reliqua autem ſermonum Amő quæ fecit, nőnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? Sepelierűntque eum in ſepulchro ſuo, in horto Oza: & regnauit Ioſias filius eius pro eo.

Ioſias, filius Amon conſtituitur rex.

CAP. XXII.

OCto annorum erat Ioſias cum regnare cœpiſſet, & trigintavno anno regnauit in Ieruſalem. Nomé matris eius Idida, filia [a]Phadaia de Beſecath. Fecitque quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris ſui: non declinauit ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. ¶ Anno autem octauodecimo regis Ioſię, miſit rex, Saphan filium [b]Aſſia, filij Meſſulã ſcribam templi Domini, dicens ei, Vade ad Helciam ſacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata eſt in templum Domini, quam collegerűt ianitores templi à populo, Dentúrque fabris per præpoſitos [c]domus Domini: qui & diſtribuant eã his qui operantur in templo Domini, ad inſtaurãda ſartatecta tẽpli: Lignarijs videlicet & cæmentarijs, & his qui interrupta componűt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis ad inſtaurandum templum Domini. Veruntamen nő ſupputetur eis argentum quod accipiunt, ſed in poteſtate habeãt, & in fide. ¶ Dixit auté Helcias pontifex ad Saphan ſcribam, Librum legis reperi in domo Domini. Deditque Helcias volumen Saphan ſcribæ, qui & legit illud. Venit quoque Saphan ſcriba ad regem, & renunciauit ei quod præceperat, & ait, Conflauerunt ſerui tui pecuniam, quæ reperta eſt in domo Domini: & dederunt vt diſtribueretur fabris [d]ac præfectis operű templi Domini. Narrauit quoque Saphan ſcriba regi, dicens, Librum dedit mihi Helcias ſacerdos. Quem cum legiſſet Saphan corã rege, & audiſſet rex verba libri legis Domini, ſcidit veſtimenta ſua. Et præcepit Helciæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio [e]Micha, & Saphan ſcribæ, & Aſaiæ ſeruo regis, dicẽs, Ite, & cőſulite Dominű ſuper me, & ſuper populo, & ſuper omni Iuda de verbis voluminis iſtius quod inuentum eſt: magna enim ira Domini ſuccenſa eſt contra nos: quia non audierunt patres noſtri verba libri huius, vt facerent omne quod ſcriptum eſt nobis. Ierunt itaque Helcias ſacerdos, & Ahicã, & Achobor, & Saphan, & Aſaia ad Holdam propheridem vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas cuſtodis veſtium: quæ habitabat in Ieruſalem, in Secunda: locutique ſunt ad eam. ¶ Illa reſpődit eis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dicite viro qui miſit vos ad me, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego adducam mala ſuper locum iſtű, & ſuper habitatores eius, omnia verba legis quę legit rex Iuda: quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt dijs alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum ſuarum: & ſuccendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi autem Iuda qui miſit vos vt conſuleretis Dominum, ſic dicetis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Pro eo ꝙ audiſti verba voluminis, & perterritű eſt cor tuum, & humiliatus es corã Domino, auditis ſermonibus contra locű iſtű, & habitatores eius, ꝙ videlicet fierent in ſtuporé & in maledictű: & ſcidiſti veſtiméta tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, ait Dominus: Idcirco colligã

Ioſias pius. 2. pa. 34. a.

¶[a] Adaia

Ioſiæ cura, in inſtaurando templo.

¶[b] Aſalia, Hebraice.

¶[c] in domo

B

Deuteronomiű reperit.

¶[d] à præfectis

¶[e] Michaia, C

Ioſias cőſulit Dominű per Holdã prophetiſſã, de libro Deuteronomij neglecto à patribus.

D

Ioſias credulus verbis Dei, exaudit.

Fletus.

legendű ¶16 Aut vacat &: aut ſic verte, propterea inquã ¶17 Heb. Iſraelis. verba quæ audiuiſti. ſub. dum legeretur liber legis, euentura quidem erant. Nunc ſequitur alius verſus, Verű quia emollitű &c. ¶18 .i. ꝙ locus iſte deſolaretur & ſubiaceret diuinæ maledictioni. ¶19 .i. ſepeliam te cum maioribus tuis, & deferent te in ſepulchrum tuum.

te ad patres tuos, & colligêris ad ſepulchrû tuû in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum.

CAP. XXIII.

ET renunciauerunt regi quod dixerat. Qui miſit: & congregati ſunt ad eum omnes ſenes Iuda & Ieruſalem. Aſcenditque rex templû Domini, & omnes viri Iuda, vniuerſique qui habitabant in Ieruſalê cum eo ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vſque ad magnû: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus eſt in domo Domini. Stetitque rex ſuper gradum: & fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cuſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & ſuſcitarent verba fœderis huius, quæ ſcripta erant in libro illo. acquieuitque populus pacto. ¶Et præcepit rex Helciæ pontifici, & ſacerdotibus ſecundi ordinis, & ianitoribus, ut proijcerent de templo Domini omnia vaſa quæ facta fuerant baal, & in luco, & vniuerſæ militiæ cæli: & combuſſit ea foris Ieruſalem in Conualle-cedron, & tulit puluerem eorum in Beth-el. Et deleuit aruſpices quos poſuerant reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ieruſalem: & eos qui adolebant incenſum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cæli. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ieruſalem in Conualle-cedron: & combuſſit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit ſuper ſepulchra vulgi. Deſtruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebât quaſi domunculas luci. ¶Congregauitque omnes ſacerdotes de ciuitatibus Iuda, & contaminauit excelſa, vbi ſacrificabant ſacerdotes, de Gabaa vſque Berſabee: & deſtruxit aras portarum in introitu oſtij Ioſuê principis ciuitatis, quod erat ad ſiniſtram portæ ciuitatis. Verumtamen non aſcendebant ſacerdotes excelſorum ad altare Domini in Ieruſalem: ſed tantum comedebát azyma in medio fratrum ſuorum. ¶Contaminauit quoque Thopheth, quod eſt in Côualle-filij-Ennom: vt nemo conſecraret filiû ſuum aut filiá per ignê, Moloch. ¶Abſtulit quoq; equos quos dederant reges Iudæ, Soli, in introitu têpli Domini, iuxta exedram Nathan-melech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis côbuſſit igni. Altaria quoq; quæ erât ſuper tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs têpli Domini, deſtruxit rex: & cucurrit inde, & diſperſit cinerê eorû in Torrentê-cedron. ¶Excelſa quoque quæ erât in Ieruſalem ad dexteram partê Montis offenſionis, [quæ ædificauerat Salomon rex Iſrael,

Ioſias legit Deuteronomiû corá populo. 2. paral. 34. c.

Fœdus percuſſit cû Domino, cuius conditio eſt obſeruatio legis.

Demolitur idola.

Vaſa dicata baal. eccli 49. a.

B

Sacerdotes baal.

Sol.

Luna.

Lucus.

Excelſa.

C

Thopheth.

Equi & curr. Solis.

Altaria idolorum.

Excelſa.

3. Reg. 11. b.

te ad patres tuos, & tu colligêris ad ſepulchra tua in pace, vt oculi tui non videât vniuerſum malum quod ego adduco ſuper locum iſtum. hi veró hanc reſponſionem retulerunt regi.

CAP. XXIII.

QVúmque rex [1] miſiſſet, [2] côgregati ſunt ad eû omnes ſeniores Iehuda & Ieruſalê. Aſcendit autê rex in ædê Domini, vnà [3] cum omnibus viris Iehuda, & cunctis habitatoribus Ieruſalê, cum ſacerdotibus & cum [4] prophetis & omni populo, à minore ad maiorem vſque, legitque audiêtibus ipſis omnia verba libri fœderis, qui repert' fuerat in æde Domini. Et rex ſtitit [5] iuxta columnam, pepigit fœdus coram Domino, [6] nempe vt ambularent poſt Dominû, & obſeruarent præcepta eius, teſtimonia eius, atq; ſtatuta eius, toto corde, totáque anima, [7] vt eam haberent verba fœderis huius quæ ſcripta erant in libro illo. [8] ſtabátque vniuerſus populus in fœdus illud. ¶Præcepit inſuper rex Hilkiæ ſacerdoti magno, & ſacerdotib' [9] poſterioris ordinis, atque cuſtodibus liminis, vt efferrent ex templo Domini cuncta vaſa quæ facta fuerant ipſi baal, luco, & vniuerſæ militiæ cæli, & côbuſſit ea extra Ieruſalem in campis Kidron, [10] tulitque puluerem eorum in Beth-el. Aboleuit quoque [11] camarim, [12] quos fundauerant reges Iehuda, vt thura incéderêt in excelſis & ciuitatib' Iehuda [13] circumeuntes Ieruſalem: ſimúlque eos qui adolebant ipſi Baal, Soli, Lunæ, [14] influentijs, [15] & omni militiæ cæli. Ejecit quoque [16] lucû de domo Domini extra Ieruſalem ad torrentem Kidron, & combuſſit eum ibi ad torrentem Kidron, comminuitque in puluerem, & proiecit puluerem eius ſuper ſepulchra [17] filiorû populi. Diruit deinde domos [18] caramitorum quæ erant [19] iuxta domum Domini. [20] vbi mulieres texebât [21] domûculas ipſi luco. ¶Et [22] adduxit omnes ſacerdotes ex ciuitatibus Iehuda, & [23] côtaminauit excelſa vbi ſacerdotes adoleuerant, à [24] Geba vſque ad Beer-ſeba, & diruit excelſa [25] portarum, quæ erant ad oſtium portæ Iehoſuæ præfecti vrbis, quæ ad ſiniſtram erant [26] cuique in porta ciuitatis. Verûtamen [27] non aſcenderant ſacerdotes excelſorum [28] ad aram Domini in Ieruſalem, ſed comedebát placêtas infermêtatas [29] inter fratres ſuos. ¶Porrò & Tophet prophanauit quod eſt in valle filiorû Hinnô, nequis traduceret filiû ſuum aut filiá ſuá p ignê ipſi Moloch. ¶Aboleuit denique equos quos dederât reges Iehuda ſoli in introitu têpli Domini, iuxta cœnaculû Nethan-melech [30] eunuchi [31] qui erat in Paruarim: etiá [32] quadrigas ſoli igne combuſſit. Sed & altaria quæ erât ſuper tectû cœnaculi Ahas, quæ fecerant reges Iehuda, & altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs domus Domini confregit rex, & [33] curſus inde proiecit puluerê in torrentê Kidrô. ¶Excelſa quoq; quæ

erât è regione Ieruſalê, [id eſt] ad dexterá montis [34] vaſtationis, quæ [35] ædificauerat Solomô rex Iſrae

XXIII.

¶1 ſub. nuntios qui côuocarêt.

¶2 Heb. & congregauerunt. ſub. illi nuntij.

¶3 Hoc intelligi debet de maiore parte.

¶4 Chaldæus paraph. ſcribis. Aiunt, ô fuiſſent prophetæ, quòd non côſuluiſſent ſerui regis Oldá prophetiſſam. Alij aiunt eum abfuiſſe, ſed conuocatos poſtea à rege. Vnde Chaldæus vertit ſcribæ.

¶5 iuxta quam ſcilicet ſtare ſolebat rex in têplo. Vel, in ſuggeſto, aut ſedêtiue ſolio. Columnam vocat ſuggeſtum, q eſſet paululum à terra ſubleuata.

¶6 Heb. vt ire. i. quo pollicebatur ſe ambulaturum poſt Dominû, &c. ſequentia verba leguntur etiam ſingulari numero.

¶7 Heb. vt adimpleret. vel, & impleturum

¶8 Heb. & ſtetit omnis populus in fœdere. i. perſtitit, vel acquieuit vniuerſus populus in eo fœdere.

¶9 ſecundi ordinis. ſub. à pontifice.

¶10 i. iuſſit deferendum cinerem in Beth-el, vt altare ibi

extructum pollueret. ¶11 ſacerdotes. ſub. fanorum: priuauit ſacerdotali dignitate. ¶12 conſtituerant ¶13 Heb. & in circuitibus ¶14 ſignis. i. Arieti, Tauro, Leoni & reliquis quæ ſolent notari in Zodiaco. ¶15 q. d. & vt vno verbo dicam, omni militiæ cæleſti. ¶16 i. ſimulachrum luci ſculpti. ¶17 i. vulgi, qui ſcilicet adorauerat lucû illû. ¶18 vel, ſcortorum maſculorum, ¶19 Heb. in domo. i. in atrio populi. Non ſolum Hechal vocat templum, ſed etiam atrium populi. ¶20 in quibus &c. Adeò inualuerat cultus luci vt fuerint extructæ ædiculæ in templo fœminis quæ texerent cortinas luci, & etiam ſacerdotibus luci quos ſcorta vocat. intelligens de fornicatione ſpiritali. ¶21 vel, cortinas ¶22 accerſiuit ¶23 i. polluta declarauit. ¶24 Hæc erat in tribu Beniamin. ¶25 i. quæ erant ad portas. ¶26 ſub. introeunti. ¶27 ſub. ex eo têpore. Sacerdotes excelſorum erât de Leuitis & veris ſacerdotibus. ¶28 vt ſcilicet illic ſacrificarent. ¶29 i. vnà cû alijs ſacerdotibus comedebant de oblatis, priuati tamen dignitate ſacrificandi in Ieruſalem. ¶30 vel, principis ¶31 quod erat in ſuburbijs. quæ ſcilicet erát Orientem verſus. Equi de quibus hic loquitur, erant inſtar veredorú, quibus curſores equeſtres vtuntur, & illis vehebâtur, qui quotidie ſolem orientê ſalutabát iuſſu regis. ¶32 Per currus ſolis fortaſſe intelligêdi ſunt currus quibus vehebâtur cultores eius dû quotidie illi obuiá procederêt. Quidá intelligût de ſtatuis in quibus erát ſculpti currus. ¶33 i. quàm citiſſime potuit diſceſſit illinc. ¶34 vel, deſtructionis. i. Oliueti. ita dictus ob idololatriá quæ illic exercebatur. ¶35 i. p miſerat extrui.

is ipſi Aſtoreth [16]idolo'Zidoniorum, & ipſi Chamos idolo Moab, & ipſi [17]Milchom' idolo filiorũ Ammõ, prophanauit rex. Cõfregitque ſtatuas, & ſuccidit lucos, & ipleuit locũ eorũ[18]oſſibus humanis.'Sed & altare quod erat in[39]Beth-el,'& excelſum quod fecerat Ieroboã filius Nebat, qui Iſraelitis occaſio peccandi fuit: altare inquã illud & excelſum confregit, & cõbuſſit excelſum, comminuitque in puluerẽ, & ſuccendit lucum. ¶Verſus autem Ioſias[40]vidit'ſepulchra quæ illic erãt in monte, mittẽſque tulit oſſa de ſepulchris, & concremauit[ea]ſuper altari,[41]vt prophanaret'illud iuxta verbum Domini quod præceperat vir Dei, qui verba illa[42]prædicauerat.'Dixit enim,[43]Quæ hæc' ſtatua quã ego video? reſpõderunt ei ciues[44]vrbis,'Sepulchrum eſt viri Dei, qui venit de Iehuda, &[45]prædicauit' hæc verba quæ feciſti ſuper aram Beth-el. Qui ait, Sinite eum quieſcere. nemo loco moueat oſſa ei⁹. ita[46]ſeruata ſunt' oſſa eius cum oſſibus[47]prophetæ,'qui de Samaria venerat. Omnes denique domos excelſorum quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quas fecerant reges Iſraelis ad irritandũ[Dominũ]abſtulit Ioſias, fecitq; eis[48]quẽadmodũ fecerat omnibus'in Beth-el. Et mactauit cunctos ſacerdotes excelſorum qui erant ibidẽ ſuper altaribus, atque cõbuſſit oſſa humana ſuper illis, reuerſúſq; eſt Ieroſolyma. ¶Et præcepit rex vniuerſo populo, dicens, Celebrate Paſſah Domino Deo veſtro, ſecũdum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius. Nec[49]fuit' tale Paſſah à diebus Iudicũ qui iudicauerunt Iſraelẽ, & cunctis diebus regum Iſraelis, atq; regũ Iehuda. Anno decimooctauo regis Ioſiæ factum eſt Paſſah illud Domino in Ieruſalem. ¶Sed & pythones, magos,[50]idola,'atq; cunctas abominationes quæ cõſpiciebantur in terra Iehuda & ĩ Ieruſalẽ expurgauit Ioſias, vt[51]rata haberet' verba legis quæ ſcripta erãt in codice, quẽ repererat Hilkias ſacerdos ĩ domo Domini. Ante eũ non fuit talis rex, qui conuerſus fuerit ad Dominũ toto corde ſuo, tota anima ſua, totiſq; virib⁹ ſuis, iuxta vniuerſam legẽ Moſis. nec exortus eſt poſt eũ talis. Verũtamẽ Dominus nõ eſt auerſus ab æſtu vehemẽti furoris ſui, quo cõcitatus erat furor ei⁹ aduerſus Iehudã, propter cũctas irritationes quibus prouocauerat eũ Manaſſes. Dixitq; Dominus, Iehudã quoq; auferã à conſpectu meo, quẽadmodũ abſtuli Iſraelem, &[52]auerſabor'ciuitatẽ iſtam quam elegeram, nẽpe Ieruſalẽ, & ædẽ de qua dixeram, Nomen meũ erit illic. Reliquũ rerum Ioſiæ, & omnia quæ geſſit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iehuda? ¶In diebus eius aſcendit Pharao Necho rex Aegypti contra regem Aſſyriorũ ad fluuiũ Euphraten, cui dum [53]obuiam proficiſcitur' rex Ioſias,[54]eo conſpecto' occidit eũ in[55]Megiddo.[56]Serui eius deuehentes eum mortuũ de Megiddo,[57]vexerunt' eum Ieroſolyma, & ſepelierunt eũ in ſepulchro ſuo. ¶Porrò populus terræ accepit filiũ Ioſiæ ipſum Iehoahaz, quẽ vnctum conſtituerũt regẽ pro patre ſuo. Vigintitres annos natus fuit Iehoahas[58]quum regno inauguraretur,' regnauitq; tribus menſibus in Ieruſalẽ. nomen matris eius fuit Hamuel, filia fuit Ieremiæ de[59]Libna.'Is deſignauit malũ in oculis Domini, iuxta omnia quæ deſignauerãt patres ſui.

*Aſtaroth' idolo Sidoniorum, & Chamos offenſioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. Et contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos: repleuitque loca eorũ oſſibus mortuorũ. ¶Inſuper & altare quod erat in Beth-el, `&'excelſum quod fe erat Ieroboã filius Nabat, qui peccare fecit Iſrael: & altare illud excelſum deſtruxit atque combuſſit, & cõminuit in puluerem, ſuccenditque etiam lucum. ¶Et conuerſus Ioſias, vidit ibi ſepulchra quæ erant in monte: miſitque & tulit oſſa de ſepulchris, & combuſſit ea ſuper altare, & poſuit illud iuxta verbũ Domini quod locut⁹ eſt vir Dei, qui prædixerat verba hæc. Et ait, Quis eſt titulus ille quẽ video? reſponderũtque ei ciues vrbis illius, Sepulchrũ eſt hominis Dei, ¶qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ feciſti ſuper altare Beth-el. Et ait, Dimittite eum, nemo commoueat oſſa eius. & intacta manſerunt oſſa illius, cũ oſſibus prophetæ qui venerat de Samaria. Inſuper & omnia phana excelſorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Iſrael ad irritandum Dominum, abſtulit Ioſias: & fecit eis ſecundum omnia*quæ fecerat in Beth-el. Et occidit vniuerſos ſacerdotes excelſorum, qui erant ibi ſuper altaria: & combuſſit oſſa humana ſuper ea: reuerſúſque eſt Ieruſalem. ¶Et præcepit omni populo, dicens, Facite phaſe Domino Deo veſtro, ſecũdum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius. Nec enim factum eſt phaſe tale à diebus iudicũ, qui iudicauerunt Iſrael, & omniũ dierũ regum Iſrael, & regum Iuda, ſicut in octauodecimo anno regis Ioſiæ factum eſt phaſe iſtud Domino, in Ieruſalem. ¶Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda, & Ieruſalem, abſtulit Ioſias: vt ſtatueret verba legis, quæ ſcripta ſunt in libro quem inuenit Helcias ſacerdos in templo Domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominũ in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Veruntamen nõ eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudam: propter irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque Dominus, Etiam Iudam auferã à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael: & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ieruſalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua autem ſermonum Ioſiæ, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? ¶In diebus eius aſcendit Pharao*Nechao' rex Aegypti contra regem Aſſyriorum ad flumen Euphraten: & abiit Ioſias rex`Iuda'in occurſum eius: & occiſus eſt in Mageddo cũ vidiſſet eum. Et portauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ieruſalem, & ſepellerunt eum in ſepulchro ſuo. ¶Tulitque populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ: & vnxerunt eum, & conſtituerunt eum regẽ pro patre ſuo. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

¶*Aſtoreth
3.Reg.13.g. Altare Ieroboam.
D
Oſſa mortuorum.
Oſſa prophetæ Dei ſeruãtur. 3.Reg.13.a.
¶*opera
Occidit oẽs ſacerdotes baal
E
Celebrat phaſe. 2.par.35.a. 1.eſd.1.a.
Pythones. Arioli.
Laus Ioſiæ. Toto corde conuerſus ad Deum.
F
Prædicitur hic euerſio Iuda, de qua ĩ.24.a.
Occiditur Ioſias. 2.paral.35.a.
¶*Necho
Succedit fili⁹ ei⁹ Ioachaz. 2.par.36.a.
G

¶16 Heb. abominationi ¶17 Milchom & Molech ſunt nomina eiuſdẽ idoli. 3 Reg.11. ¶18 vt ſcilicet ea magis eſſe polluta ſignificaret. nam contactu cadaueris aut oſſium, ſacra loca contaminabantur. ¶39 Intelligit eã Beth-el quæ eſt in regno Iſrael. 3.Reg.13. ¶40 Verba huius verſus poſſunt verti per pluſquam perfectum, viderat &c. ¶41 & polluerat ¶42 vl, prædixerat. ¶43.i. Quid ſibi vult hæc. &c. ¶44 ſub. Beth-el. ¶45 vl, prædixit ¶46 liberauerunt. i. effecerunt vt oſſa eius intacta remanerent, hi nempe qui illa regi dixerant. ¶47 Hic pro pſeudopropheta ponitur. ¶48 Heb. iuxta omnia opera quæ fecerat. i. eadem fecit his quæ fecerat illis quæ erant in Beth-el. ¶49 ſub. celebratum cum tanta ſanctitate. ¶50 Heb. theraphim. ſunt propriè dij penates. ¶51 vl. rata eſſe iuberet i. cõfirmaret, aut conciliaret robur verbis legis. ¶52 vel, abominabor ¶53 metuens ſcilicet ne aliud agens inuaderet Ieruſalem. ¶54 ſub. in armis. i. quum intellexiſſet eum paratum eſſe ad pugnandum. Pharao proficiſcebatur in Carcemith vrbem ſitam apud Euphraten, de qua regem Syriæ expulerat rex Aſſyriæ, quam hic Pharao dum vellet reſtituere regi Syriæ, conſcripſit copias aduerſus regem Aſſyriæ, & tranſiuit per Iudã. Quod neſciens, aut forte diſſimulans ſe ſcire Ioſias, congreſſus eſt cũ Pharaone in tribu Iuda, & ab ipſo Pharaone interfectus fuit. ¶55 Erat vrbs in tribu Iuda. ¶56 Heb. Et impoſuerunt eum in currum ſerui eius mortuum è Megiddo, ¶57 & peruexerunt ¶58 quum regnare cœpit, ¶59 Erat vrbs Iuda.

¶ Rebla. Capitur Ioachaz à Pharaone. Subſtituitur Eliacim ſiue Ioacim.

Vinxitque eũ Pharao Nechao in Reblatha, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem, & impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. ¶ Regẽmq; conſtituit Pharao Nechao Eliacim filium Ioſiæ, pro Ioſia patre eius: vertitq; nomen eius Ioacim. Porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptum. Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cũ indixiſſet terræ per ſingulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquenque iuxta vires ſuas, exegit, tam argentum quàm aurũ de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao. Viginti quinque annorũ erat Ioacim cũ regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

¶ Zebuda

CAP. XXIIII.

Ioacim fit ſeruus regi Babylonis.

IN diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis: & rurſum rebellauit contra eum. Immiſitq; ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorũ Ammon: & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eũ iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas. Factũ eſt autem hoc per verbum Domini contra Iudã, vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit. Et propter ſanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentiũ: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. Reliqua autem ſermonũ Ioacim, & vniuerſa quæ fecit, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierũ regum Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis: & regnauit Ioachin filius eius pro eo. Et vltrà non addidit rex Ægypti vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Ægypti, vſque ad fluuium Euphraten omnia quæ fuerant regis Ægypti. ¶ Decem & octo annorũ erat Ioachin cũ regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Noheſtha filia Elnathan de Ieruſalem. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tempore illo aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Ieruſalem, & circundata eſt vrbs munitionibus. Venitque Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatem cum ſeruis ſuis vt oppugnarent eam. Egreſſúſque eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius. & ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui. Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini iuxta verbum Domini. Et tranſtulit omnem Ieruſalẽ, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatẽ, & omnem artificem & incluſorem:

B

Moritur. Succedit Ioachin.

¶ Nehuſta

Ieruſalẽ obſidetur à Babyloniis. danie. 1. a. C

¶ quum ſerui eius oppugnarent Ioachi ſe tradit regi Babyloniorum.

D

[60] vinxit autẽ eum Pharao Necho in Ribla[quæ erat] in regione Hamath, [61] quòd regnũ occupaſſet Ieroſolymis: impoſuit inſuper mulctã ſuper terram, argenti centũ talenta, auri vnum. ¶ Tũ conſtituit Pharao Necho regẽ ipſum Eliakim filium Ioſiæ pro Ioſia patre eius, mutauitq; ei nomen Iehoiakim. Porrò ipſum Iehoahaz tulit, qui veniens in Ægyptum, illic moritur. Iehoiakim autẽ [62] pendit Pharaoni argentum hoc & aurum, [63] indicto tamen ſtipendio regioni, vt daretur pecunia iuxta imperiũ Pharaonis. à quoque [64] iuxta æſtimationem exigens argentum & aurum, idque ab[vniuerſo] populo terræ, vt daret[hoc] Pharaoni Necho. Vigintiquinque annos natus fuit Iehoiakim [65] quum inauguraretur regno, regnauitque vndecim annis Ieroſolymis. nomen matris eius fuit Sebuda, quę fuit filia Pedaia de Ruma. Et is deſignauit [66] malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ deſignauerãt patres eius.

CAP. XXIIII.

ASCENDIT in diebus eius Nebucad-nezar rex Babyloniorum, cui ſeruus eſt factus Iehoiakim trib[us] annis. ſed verſus defecit ab eo. Miſit autẽ in eũ Dominus graſſatores Chaldæos, graſſatores Syros, graſſatores Moabitas, & graſſatores ex Ammonitis, quos miſit in Iehudã vt eum perderent, iuxta verbũ Domini quod loquutus erat per ſeruos ſuos prophetas. Verũtamen iuxta os Domini hoc factũ eſt cõtra Iehudã, vt tolleret[eum] à facie ſua, eũ propter peccata Manaſſis, iuxta omnia quæ deſignauerat. Tum etiam propter ſanguinem innocentem, quem effuderat, repleueratq; Ieruſalem ſanguine innoxio, ideo Dominus noluit propitius eſſe. Reliquum geſtorũ Iehoiakim, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehudæ? Dormiuit itaque Iehoiakim cũ patribus ſuis, & regnauit Iehoiachin filius eius pro eo. Porrò rex Ægypti amplius non egreſſus eſt terram ſuam, quoniam rex Babylonis occupauerat omnia quæ erant regis Ægypti, à fluuio Ægypti, vſque ad fluuium Euphraten. ¶ Iehoiachin natus erat decẽ & octo annos quum cœpiſſet regnare, regnauitq; [10] tribus mẽſibus Ieroſolymis. nomen matris eius Nehuſta, quæ filia fuit Elnathan de Ieruſalem. Deſignauit & is malũ in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. Sub idẽ tẽpus aſcenderũt ſerui Nebucad-nezar regis Babylonij cõtra Ieruſalẽ, venitq; ciuitas in obſidionẽ. Sed & Nebucad-nezar rex Babel venit cõtra vrbẽ, [11] & oppugnabãt ſerui eius. Egreſſus eſt ergo Iehoiachin rex Iehuda ad regẽ Babyloniũ, ipſe & mater eius, ſerui eius, principes eius, atq; eunuchi eius. & tulit eũ rex Babyloniæ anno octauo regni ſui. Et extulit [13] illinc omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regis, & [14] cõcidit omnia vaſa aurea quæ fecerat Solomõ rex Iſraelis in æde Domini, ſicut [15] loquut[us] fuerat Domin[us]. Trãſtulit deinde omnẽ Ieroſolymã, oẽs proceres, & omnes heroes fortes, nẽpe decẽ millia, [16] in captiuitatẽ, omnes artifices atq; [17] incluſores:

¶ 60. i. Coniecit eum in vincula. ¶ 61 Duplex eſt lectio apud Hebræos, in regnã do in Ieruſalem. vel, a regnando in &c. i. dum regnaret. vel ne poſtea regnaret in Ieruſalem.

¶ 62. i. effecit vt Pharao reciperet mulctam indictam.

¶ 63 Heb. verò æſtimare fecit terram, vt daret pecuniam &c. q. d. Nõ detrectauit tributum, ſed cenſuit facultates habitantium in ea regione, vt daret pecuniã.

¶ 64 ſub. facultatum. i. pro ratione facultatũ. ¶ 65 quum regnare cœpiſſet. ¶ 66 Malum in hoc genere dicendi, aut cædem ſignificat, aut idololatriam.

XXIIII.

¶ 1. i. ſub finem tertij anni regni eius. Daniel. 1. a. Vel, Quarto anno ab eo quo regnare cœperat Ioacim, venit Nabuchodonoſor, & expugnauit Ieruſalem. Iere. 25.

¶ 2 q. d. cũ Nabuchodonoſor tenuiſſet Ioacim annum vnum in vinculis, poſtea eum reſtituit regno priſtino, tributo pacto quod poſt tres annos negauit. vnde rurſus duxit Nabuchodonoſor copias contra Ieruſalem, & expugnauit eam anno vndecimo Ioacim, quo anno ipſe mortuus eſt dum abduceretur in Ieruſalem, & ſepultura caruit. Iere. 22. 2. Paral. 36. non traditur quòd abductus ſit Babylonẽ vſque, ſed quòd vinxerit Nabuchodonoſor illũ catenis vt abduceret in Chaldæam. nam in ſecunda captiuitate non peruenit in Chaldæam, verũ in itinere ipſo mortuus eſt Ioacim. Sic Hebræi. ¶ 3 turmas. vel, exercitus ¶ 4 vel, ſententiã. i. lata ſententia de ore Domini. Ore ſuo tulerat ſententiã qua prædixerat ſe abducturũ Iudam in captiuitatẽ. ¶ 5 repleuerat enim ¶ 6 parcere. ¶ 7 Hic locus ſimpliciter pertinet ad mortẽ Ioacim, non etiã ad ſepulturã: quia ſepultura aſinorũ ſepultus eſt. Iere. 22. ¶ 8 ſub. vt veniret in Terram-ſanctam. ¶ 9 ſub. mortuo patre. Cũ attigiſſet octo annos regnare cœpit cum patre ſuo Ioachim, & cũ illo decẽ annos regnauit, quo defuncto tantũ tres menſes regnauit. Anni quibus regnãt filij cũ parẽtibus, aliquando ñ illis tribuuntur. ¶ 10 ſub. mortuo patre. i. ſolus. ¶ 11 quũ obſiderent eã ſerui eius. ¶ 12 Egredi hic pro dedere ſe ponitur, & in poteſtatẽ victoris venire. ¶ 13 nẽpe de Ieruſalẽ. ¶ 14 vel, cõcidit fruſtillatim ¶ 15 . i. prędixerat per Eſaiã, cap. 20 huius libri. ¶ 16 captiuorũ. ¶ 17 Chaldęus paraph. ianitores. i. cuſtodes vrbis. vel vt ait doctus inter Hebræos, eos qui ſtringebant enſem, hoc eſt milites. Aut potius, incluſores, ſub. caſtrorũ. i. peritos caſtrametãdi. Vide Iere. 24.

¶18 Heb. paupertatem populi ¶19 Heb. fortes. i. principes.

¶20 Heb. omnes fortes bellum facientes. i. bello aptos, ſiue bellicoſos.

¶21 quum cœpiſſet regnare, ¶22 Heb. Nā cū ira Domini, erat [congregatio] in Ieruſalē & Iuda, donec proiecit eos à facie ſua: tum rebellauit &c. .i. Nam inuito & ægreſcente Domino, congregatio eorū qui euaſerant, nec abducti fuerāt in captiuitatem, erat in Ieruſalē & Iuda: donec eiecit eos de Terra ſancta in qua erat templum Domini, à quo facies ipſius Domini erat, ſiue in quo præſentiam ſuam exhibebat: proinde rebellauit Sedecias. hoc eſt, permittente Deo vt rebellaret Sedecias, abducti fuerunt. Verti etiā poteſt, Nā propter iram Domini quæ fuit contra Ieruſalem & Iudam, donec proiecit eos à facie ſua, defecit Sedecias &c. i. Nam tantum iram cōceperat Do. contra Ieruſalem, vt permiſerit rebellare Sedeciam, quo fieret vt abducerentur à terra ſua in captiuitatem.

nihil fuit reliquū præter [18]inopem plebē terræ. Trāſtulit & Iehoiachin in Babylonem, & matrē regis, vxores regis, eunuchos eius atque [19]potentes terræ, hos abduxit in captiuitatē de Ieruſalē in Babylonē. Omnes denique viros bello aptos, nēpe ſeptem millia: itē artifices & [7]incluſores mille, &[20]quidquid roboris erat bello aptum duxit rex Babylonis in captiuitatē Babylonē. Conſtituit autē regē rex Babylonis Mathaniā patruū eius pro eo, & mutauit ei nomen Zedekias. ¶ Viginti vnū annos natus erat Zedekias [21]quū inaugurаretur regno, regnauitque vndecim annis in Ieruſalē. nomē matris eius fuit Hamital, quæ filia fuit Ieremiæ de Libna. Deſignauit autē malum in oculis Domini iuxta omnia quæ fecerat Iehoiakim. [22]Etenim iuxta furorē Domini actum eſt contra Ieruſalem & Iehudā, donec proiiceret eos à conſpectu ſuo, & rebellis fuit Zedekias aduerſus regem Babylonis.

CAP. XXV.

ET factum eſt anno nono quum regnaret [Zedekias,] mēſe decimo, decima [die] menſis, vt veniret Nebucad-nezar rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius contra Ieruſalem: is obſedit eam, & [1]excitauit aduerſus eam [2]munitiones per circuitū. Obſeſſaque eſt vrbs vſque in vndecimum annū [3]Zedekiæ regis. [4]Nona menſis inualuit fames in vrbe, [adeò] vt non eſſet cibus populo terræ. [5]Sciſſa igitur vrbe, [fugerūt] noctu omnes viri bellatores, ea via quæ eſt ad portā[6]inter duos muros [7]iuxta hortos regios (Chaldæis vrbē circūſedentibus) [8]abierūntque verſus campeſtria. [9]Inſequutus autem exercitus Chaldæorum, apprehendit regē [Zedekiam] in cāpis Iericho, quum vniuerſus exercitus eius [10]diſſipatus eſſet ab eo. Comprehēſum ergo regem, adduxerunt eum in Reblā ad regem Babylonium, [11]vbi iure damnauerūt eum. Porrò filios Zedekiæ trucidarunt in cōſpectu eius, & oculos Zedekiæ [12]excæcauit, vinxitque eum duabus catenis, & perduxit eū Babylonē. ¶ Menſe quinto, ſeptima [13]die menſis, (is erat annus decimusnonus regis Nebucad-nezar regis Babyloniæ,) venit Nebūſar-adan præfectus [14]rerū capitaliū, ſeruus regis Babyloniæ Ieroſolyma. Et incendit ædē Domini, & domū regis, omnes denique domus Ieroſolymitanas, & cūctas ædes [15]magnificas incēdit igne. Muros inſuper Ieroſolymorū qui ambiebāt [vrbē,] diruit vniuerſus exercitus Chaldæorū, qui erat [16]cū præfecto rerū capitalium. Qui verò reliqui de populo in vrbe facti erant, quique profugerant ad regem Babylonis, & qui reliqui facti erant ex vulgo, hos inquam tranſportauit Nebuſar-adan præfectus [14]rerum capitalium. [17]Pauperes autem terræ reliquit Nebuſar-adan præfectus [14]capitalium rerum, vt vineas & agros colerent. Porrò columnas æreas quæ erant in æde Domini, [18]machinas, & mare æneum quod erat in æde Domini, comminuerunt Chaldæi, & omne [19]æs ex illis tulerunt Babylonem. Lebetes, ſcopas, [20]cultros, cochlearia, & omnia vaſa ænea quibus miniſtrabatur, tulerunt,

nihilque relictū eſt, exceptis pauperibus populi terræ. ¶ Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonē, & matrē regis, & vxores eius, & eunuchos regis: & iudices terræ duxit in captiuitatē de Ieruſalem in Babylonē. Et omnes viros robuſtos, ſeptē millia, & artifices & incluſores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. ¶ Et conſtituit Matthaniam patruum eius pro eo: impoſuitque nomen ei Sedeciam. ¶ Viceſimum & primū annum ætatis habebat Sedecias cū regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Iraſcebatur enim Dominus contra Ieruſalem & cōtra Iudam, donec proiiceret eos à facie ſua: receſſitque Sedecias à rege Babylonis.

CAP. XXV.

FActum eſt autem anno nono regni eius, mēſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clauſa eſt ciuitas atque vallata, vſque ad vndecimū annum regis Sedeciæ, Nona die menſis, præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viā portæ, quæ eſt inter duplicē murū ad hortum regis (porrò Chaldæi obſidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis. Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum, regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. Apprehenſum ergo regem duxerūt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudicium. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitque eum catenis, & abduxit in Babylonem. ¶ Mēſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardā princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis, in Ieruſalem. ¶ Et ſuccendit domum Domini, & domum regis: & domos Ieruſalem, omnémque domum combuſſit igni. Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militū. Reliquam autem populi partem, quæ remanſerat in ciuitate, & perfugas qui tranſfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. ¶ Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & baſes, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtulerūt æs omne in Babylonem. Ollas quoque æreas, & trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant, tulerunt.

Ioachin trāſfertur in Babylonem. Eſth. 2. a. ¶ eius: Mathanias, qui & Sedecias. Iere. 37. a. & 52. a. ¶ Mathaniā

Rebellāte Sedecia, Ieruſalē obſidetur à Nabuchodonoſor. Iere. 39. a. & 52. a. Fames.

B

Sedeciæ capto effodiuntur oculi, & filij occiduntur.

Succenditur Ieruſalē & tēplum. pſal. 37. b. ¶ omnes C ¶ magnā

Iere. 27. d.

XXV. ¶1 excitauerunt. vel, extruxerunt. ſub. fabri. ¶2 turres ligneas. ad tela ſcilicet & ſaxa in vrbem conijcienda. ¶3 vel, regni Sedeciæ. ¶4 ſub. quarti. Vide Ierem. 39. ¶5 crebris ſcilicet ictibus arietum. Omittitur verbum, vt intelligamus fugam fuiſſe præcipitem. nam in Ieremia dicitur, fugerunt & exceſſerunt nocte cum diē inſequente. ¶6 ſub. quæ porta erat inter &c. Hæc porta erat occulta duobus muris. ad hunc modū poſtica vrbium fieri conſueuerunt. Gallice dicimus, Vne poſterne. Per duos muros, intelligit murum & antemurale. ¶7 ſub. qui murus erat &c. ¶8 abijtque per viam ſolitudinis. i. per regionem campeſtrem. ¶9 Inſequuti ſunt autem exercitus Chaldæorum regem, & aſſecuti ſunt eum ¶10. i. eo relicto dilapſus eſſet. ¶11 Heb. & loquuti ſunt cum eo iudicium. i. acriter eum increpauerunt quòd fidem datam regi violaſſet. ¶12 vel, excæcauit, ¶13 Antecedens pro relatiuo, pro, die eiuſdem. ¶14 Heb. laniorum. Chaldæus paraph. militum. Hebræi vocant milites lanios, ob cædem. vt nos Galli dicimus de cæde ingenti, On a faict vne grande boucherie. ¶15 magnatum ¶16 cū principe laniorum. ¶17 Heb. De paupertate terræ. i. Ex pauperrimis eius regionis aliquot reliquit &c. ¶18 baſes, ¶19 ab eorū. i. vnde illa erant facta, & conſtabant. ¶20 pſalteria,

D Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ: id eſt columnas duas, mare vnum, & baſes quas fecerat rex Salomon in templo Domini, non erat pondus æris omnium vaſorum. ¶Decé & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æneum ſuper ſe altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilem & colũna ſecunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam ſacerdoté primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores. Et de ciuitate eunuchũ vnum qui erat præfectus ſuper bellatores viros: & quinque viros de his qui ſteterant coram rege, quos

E reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & ſex viros é vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollés Nabuzardan princeps militũ, duxit ad regem Babylonis in Reblátha. Percuſſitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in terra Emath: & tranſlatus eſt Iuda de terra ſua. ¶Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, qué dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. Quod cũ audiſſent omnes duces militum, ipſi & viri qui erant cũ eis, videlicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: venerunt

F ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Carée, & Saraia filius Thanehúmet Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij eorum. Iurauitque Godolias ipſis & ſocijs eorum, dicens, Nolite timere ſeruire Chaldæis: manete in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum eſt autem in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo: percuſſerúntque Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maſpha. Cõſurgénſque omnis populus à paruo vſque ad magnum, & principes militum ve-

G nerunt in Ægyptũ timentes Chaldæos ¶Factũ eſt verò in anno triceſimoſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iudæ, menſe duodecimo, viceſimaſeptima die menſis: ſubleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. Et locutus eſt ei benigné: & poſuit thronum eius ſuper thronum regũ qui erant cum eo in Babylone. Et mutauit veſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius cunctis diebus vitæ ſuæ. Annonam quoque cõſtituit ei, ſine intermiſſione, quę & dabatur ei à rege per ſingulos dies omnib⁹ diebus vitæ ſuæ.

4. Reg. 7. b. Iere. 52. c. 1. Paral. 3. d.

¶ſexaginta

Godolias præfectus ſuper eos qui remãſerant in Ieruſalem, occiditur. Iere. 40. b. c.

Ioachin eductus è carcere, exaltatur & nutritur à rege Babylonis.

[21]Receptacula ignis, pelues ſparſorias. [22]quarum alia aurea erant, alia verò argentea, tulit præfectus [23]rerũ capitaliũ. Columnarũ ambarũ, maris autem vnius, & machinarum, omniũmque vaſorum illorum quæ fecerat Solomon pro æde Domini, pondus æris rationem ſuperabat. [24]Erat enim columnæ vnius altitudo decem & octo cubitorum: erátque [25]epiſtylium æneum ſuper ipſam, & altitudo epiſtylij trium erat cubitorum: ſuper epiſtylio erat [26]reticulatum opus, & mala punica per ambitum: omnia erãt ænea. [27]ad hũc modum erat & altera columna cum reti. Tulit quoque Nebuſar-adan præfectus [28]capitalium rerum Sariam primarium ſacerdotem, & Zephoniam ſacerdotem [29]ſecundum ab eo, tréſque cuſtodes [30]liminis. Ex vrbe autem tulit eunuchum vnum, qui erat magiſter militum, & quinq; viros [31]miniſtros regis, qui inueniebantur in vrbe: [32]ſcribam denique exercitus, ex populo terræ in militiam conſcribendi officio præfectum, cũ ſexaginta viris de populo terræ inuentis in vrbe. Tulit hos inquã Nebuſar-adan præfectus [33]rerum capitalium, & abduxit eos in Rebla ad regem Babylonis. [34]Et percuſſit eos rex Babylonis & occidit eos in Rebla in terra Hamath: [35]ſic abduxit Iehudã captiuũ é terra ſua. ¶Reliquo autem populo, quem reliquum fecit Nebucad-nezar rex Babylonis in terra Iehuda, præfecit Godoliam filiũ Ahicam filii Saphan. Audientes autẽ omnes proceres [36]exercit⁹, ipſi ſcilicet & [37]cæteri viri, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam, venerunt ad Godoliam in Mizpa. [38]Nempe Iſmael filius Netianiæ, Iohanan filius Karex, Seraia filius Tanhumet Netophathites, & Iaaſanias [39]filius Maachathi, hi [40]cum militibus ſuis. Iurauitque illis Godolias & militibus eorũ, & dixit ad eos. Ne metuatis à ſeruis Chaldæorũ, habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum eſt autem menſe ſeptimo, vt veniret Iſmael filius Nethaniæ filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo, qui trucidauerunt Godoliam ita vt moreretur: Iudæos quoque & Chaldæos qui fuerãt cum eo in Mizpa. [41]Conſurgénſque omnis populus, à minori ad maximum vſque, cum ducibus exercitus, profecti ſunt in Ægyptũ: metuerũt enim à [42]Chaldæis. ¶Factũ verò eſt in triceſimoſeptimo anno captiuitatis Ieboiachin regis Iehuda, menſe duodecimo, viceſimaſeptima die [43]menſis. [44]vt Euil-merodach rex Babylonis ipſo anno regni ſui reſtitueret capitis diminutioné Ieboiachin regis Iehudæ, & educeret eũ de carcere. Loquutus quoque eſt cum eo [45]humaniter, & conſtituit ſolium eius ſuper ſolium [reliquorum] regũ qui [46]cum eo erant in Babylone. Mutauit & veſtes [47]captiuitatis eius. Cibum quoque ſumebat [48]apud eum perpetuò cunctis diebus vitæ eius. [49]Victus quoque perpetuus dabatur ei à rege certo demenſo in ſingulos dies vitæ eius.

¶21 vl, acerras. ¶22 Heb. quæ aurea, aurea: quæ argentea, argẽtea. i. tã aurea quàm argẽtea tulit. ¶23 Heb. Colũnas duas cepit, mare vnum, & baſes quæ fecerat Salomon, nullũ erat pondus [certum] omnium iſtorũ vaſorũ. i. immẽſum erat põd⁹. ¶24 Vt probet fuiſſe pondus æris immẽſum, deſcribit colũnarum magnitudinem. ¶25 vl, capitellum ¶26 retiaculum, ¶27 & ſimilia his erãt in altera colũna vnà cum retiaculo. ¶28 vl, ſecundi ordinis i. vicarium ſummi pontificis. ¶29 vaſorum. ſub. templi. ¶30 Heb. ex his qui aſpiciebant faciem regis. i. qui regi aſtabant. Hĩc quinque enumerantur, quòd eſſent nobiliores duob⁹ prætermiſſis. ¶31 Heb. principem militiæ, qui colligere faciebat populum terræ. i. primarium ſcribã militiæ qui cõſcribebat exercitum è populo ei⁹ regionis. ¶32. i. Quos percuſſit ad mortẽ rex Babylonis &c. ¶33 & demigrauit Iuda de terra ſua. q. d. atque ita completa fuit prophetia, & quæ illis interminatus fuerat Deus per prophetas. ¶34 vl, copiarum. ¶35 viri. ſub. eorum. i. cum viris ſuis qui erant illis ſubditi. ¶36 vl, Inter quos ¶37 Non eſt nomen proprium, ſed gentile. i. qui erat de Maacha. ¶38 vl, cũ comitatu ſuo. Hebraice, cum viris ſuis. ¶39. i. Confeſtim igitur ¶40 quòd ſcilicet ſcirent regẽ Babylonis iratũ ob cædem Godoliæ præfecti. ¶41 menſis eiuſdem, ¶42 Heb. leuauit Euil-merodach rex Babylonis anno [primo] quo regnare cœpit, caput Ioachin regis Iudæ de domo carceris. i. exemit eum é carcere, & affecit magnis honoribus. ¶43 Heb. bona. i. blande eſt eum alloquutus. ¶44 ſub. capti. ¶45 carceris. i. quibus veſtibus ſolebat clauſus in carcere. ¶46 Heb. coram eo. i. in mẽſa eius. ¶47 Heb. Cibus eius, cibus aſſiduitatis dabatur illi à rege, dabatur inquã ei à rege res cuiuſque diei in die ſuo, omnibus diebus vitæ eius. i. Cibus quotidianus, ſiue continuus & ſine intermiſſione, qui illi erat neceſſarius in ſingulos dies, dabatur ei à rege quandiu vixit ipſe Ioachin, vel Euil-merodach. Res cuiuſque diei. i. Cibus & portio. In die ſuo. i. ſuo tempore.

# Liber Paralipomenon primus: Hebraice, Dibre haiamim.

Hic liber à Græcis dicitur Liber παραλειπομένων, id eſt Liber derelictorũ, quòd cõtineat quædã prætermiſſa in libris Regum. Hebræi verò, DIBRE HAIAMIM inſcribunt. i. Verba dierum: Latine dicas, Diaria, ſiue Annales, aut Liber annalium, quòd annalibus ſit ſimilis. Vnus eſt autem liber apud ipſos, ſed diuiſus à noſtris. In primo agitur de regno Iſrael nondum diuiſo: in ſecundo verò de regno iam diuiſo. Huius libri author ignoratur & is de quo fit frequens mentio in libris Regũ, non eſt iſte, ſed illius fortaſſe velut epitome. eſt enim breuiſſimus, & totius Sacræ hiſtoriæ compendium. Ponitur ab Hebræis poſt librum Ezræ, quòd exiſtiment illum ſcriptum ab Ezra eo tempore quo populus Iudaicus poſt captiuitatẽ Babylonicam duce Zorobabele & ſacerdote Ioſua, redierat in Ieruſalem. id quod colligunt ex fine huius libri.

N.

CAP. I.

ADAM, [1]Seth, [2]Enos, Kenan, Mahalaleel, Iared, Hanoch, Metuſala, Lamech, [3]Noe, Sẽ, Ham, & Iaphet. ¶ Filij Iaphet, [3]Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mæſech, Thiras. Filij Gomer, [4]Aſkenaz, [5]Diphath, & [6]Thogarma. Filij Iauã: [8]Eliſcha, Tharſiſa, Kithim, & [9]Dodanim. ¶ Filij Ham: [10]Cuſch, Mizrai, Put & Chanaã. Filij Cuſch, [11]Seba, Hauila, Sabtha, Raema, & Sabthecha. Filij Raema, [12]Seba & Dedan. Porrò Cuſch genuit Nimrod: hic cœpit eſſe [13]heros violentus in terra. [14]Mizraim genuit Ludim, Anamim, Lehabim, Naphtuhim, Patruſim, & Chaſluhim, [15]è quib⁹ egreſſi ſunt Paleſthini & Capthorim. Chanaan genuit Zidon primogenitum ſuũ, & Heth, & [16]Iebuſæum, Amorrhæu, Girgeſæum, Hiuæũ, [17]Arkæum, atque Sinæum. Denique [18]Aruadæũ, Zemaræum, & Hamathæum. ¶ Filij Sem fuerunt Elam, [19]Aſſur, Arphachſad, Lud, Aram, Vz, Hul, Gether atque Maſech. Arphachſad genuit Salah, Salah genuit [20]Eber. Porrò ipſi Eber geniti ſũt duo filij, nomen vnius erat Peleg, quòd in diebus ei⁹ [21]diuiſa fuiſſet terra: nomen verò fratris ſui erat Iactan. [22] Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth, Iera, Hadoram, Vſal, Dicla, Ebal, Abimael, Seba, Ophir, Hauila, & Iobab: hi omnes fuerunt filij Iactan. [23] Sem, Arphachſad, Salah, Eber, Peleg, Reu, Serug, Nahor, Tharah, Abram, qui & Abraham ¶ Filij Abrahæ, Iſaac & Iſmael. Et hæ ſunt generationes eorũ, Primogenit⁹ Iſmael, Nebaioth, Kedar, Adbeel, Mibſã, Miſma, Duma, Maſa, Hadad, Thema, Ietur, Naphis & Kedma. Iſti ſũt filij Iſmaelis. Filij autem Keturæ [24]cõcubinæ A-

V.

CAP. I.

ADAM, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathuſale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth. ¶ Filij Iapheth: Gomer & Magog & Madai & Iauan, Thubal, Moſoch, Thiras. Porrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thogorma. Filij autem Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. ¶ Filij Cham: Chus & Meſraim & Phut & Chanaan. Filij autẽ Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabathacha. Porrò filij Regma: Saba & Dadan. ¶ Chus autem genuit Nemrod: iſte cœpit eſſe potens in terra. Meſraim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim, Phetruſim quoq;, & Caſluim, de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm & Caphtorim. Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum quoque, & Iebuſæum & Amorrhæum, & Gergeſæum, Heuæumque, & Aracæum, & Aſinæum, Aradium quoque, & Samaræum, & Hemathæum. ¶ Filij Sem: Aelam & Aſſur & Arphaxad & Lud & Aram. Filij Aram: Hus & Hul & Gether & Mes. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipſe genuit Heber. Porrò Heber nati ſunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratris ei⁹ Iectã. Iectã autẽ genuit Elmodad & Saleph & Aſarmoth & Iare, Adorã quoque & Vzal & Decla, Hebal etiã & Abimael & Saba, necnõ & Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. Sẽ, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Serug, Nachor, Thare, Abram, iſte eſt Abrahã. ¶ Filij autẽ Abraham, Iſaac & Iſmahel. Et hæ generationes eorũ. ¶ Primogenitus Iſmahelis, Nabaioth & Cedar & Adbeel & Mabſã & Maſma & Duma, Maſſa, Hadad & Thema, Iachur, Naphis, Cedma. hi ſunt filij Iſmahelis. Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham,

Breuis repetitio totius genealogiæ Adã vſque ad filios Eſau & Iacob. gene. 1. b. 4. d. 5. b.

Filij Iapheth gen. 10. a.

Cham.

Nemrod. gen. 10. b.

Philiſthijm.

Filij Chanaã

B

¶ Sinæum

¶ Hamathæũ

Sem. gen. 10. d. 11. b.

¶ Moſoch.

Phaleg.

Iectan.

Filij Abrahã. gene. 25. d.

Filij Iſmahelis. gene. 25. b.

C ¶ Ietur,

¶ 1 Hic non ſubaudit genuit, hoc modo, Adã genuit Seth, Seth genuit Enos: ſed apud Hebræos ita partiri debet, Adam, Seth filius eius, Enos filius eius, vt & infrà legés. Et quodque horũ ſi referatur ad ſuperiora, ſignificat filiũ: ſi ad inferiora, patrem.

¶ 3 ſub. genuit tres filios, q. d. Sem, Ham & Iapheth, fuerunt filij Noe. Meminit autem triũ filiorum Noe, quãuis non ex omnibus deſcẽderit Chriſtus aut Abraham: ſed ad indicãdam dignitatẽ Noe & ei⁹ filiorũ qui poſt diluuiũ occupauerunt & repleuerũt tres partes orbis terrarũ, Aſiam, Africam, & Europam. Itẽ iſti quatuor quaſi in vna & eadẽ linea ſunt, ſic, Noe, Sem, Ham & Iapheth, nõ in diuerſis lineis, vt ſuperiores & cõtrario ordine vtitur: nã incipit à Iapheth filio, quem vltimum poſuerat. ¶ 3 Ab hoc Galathæ: à Magog, Scythæ: à Madai, Medi: à Iauan, Iones ſeu Græci: à Thubal, Hiſpani, ſeu Iberi: à Mæſech, Cappadoces: à Thiras, Thraces deſcenderunt. ¶ 4 ab hoc Sarmathæ ſeu Germani deſcenderũt. ¶ 5 Diphath, per daled legi debet: quãuis in Geneſi legatur per res Riphath: ab hoc Paphlagones. ¶ 6 ab hoc Phryges. noſtro tẽpore Turciam vocant Iudæi Togharmah. ¶ 7 Omiſit filios Magog & Madai: trãſit ad filios Iauan. ¶ 8 ab Eliſa, Aeoles: à Tharſis, Cilices: nã & Tharſis eſt metropolis Ciliciæ: à Kithim, Cypri habitatores deſcenderũt. ¶ 9 Rodanim legẽdũ per res, quãuis in Geneſi per daled legatur: ab hoc Rhodij deſcẽderunt. ¶ 10 ab hoc Aethiopes deſcẽderũt: à Miſraim, Aegyptij: à Put, Aphrici. ¶ 11 ab hoc Arabes Sabæi, fœlicis Arabiæ icolæ: ab Hauila, Gethuli: à Sabtha, Sabatheni populi. ¶ 12 ab hoc ciuitas Aethiopiæ vnde regina Saba: à Dedã, Aethiopes quidã. ¶ 13 vl, tyrann⁹ .i. cœpit imperare & regnare in terra in qua degebat, hoc eſt exercere tyrãnidẽ. Nimrod, quẽ prius oſtẽderat ꝓpter inſignẽ nequitiã & improbitatẽ, fuit author cõdẽdæ turris Babel. ¶ 14. i. Miſraim fuit pater Lydiorũ, Libycorũ, &c. Sunt populi aut Aegypti, aut Aegypto vicini. ¶ 15. i. è quib⁹ orti ſunt, quaſi eſſent colonia eorũ, & ab illis ſpõte migraſſent. ¶ 16. i. Iebuſæos. popul⁹ qui habitabat in Ieruſalẽ. ¶ 17 Arac, à quo Araxæi, cõdidit v. bẽ in Phœnicia, quã Stephan⁹ vocat Arxen. ¶ 18 Aradus, inſula eſt in mari Sidonio. ¶ 19 Aſſur iſte Niniuẽ cõdidit: à quo Aſſyrij: à Lud, Lydi: ab Arã, Syri, quorũ metropolis eſt Damaſc⁹. ab Vs, illi qui inter Celoſyriã & Iudeã, ſeu Palæſthinã: ab Hul, Armenij: à Iether, Acarnanes: à Maſech, Pæones ſeu Mæones. ¶ 20 ab hoc dicti ſunt Ebræi. ¶ 21. i. diuiſi fuiſſent habitatores terræ ſecũdũ diuiſionẽ linguarũ, vt ſcribitur Gen. 11. i. natus eſt tẽpore quo diuiſio hæc facta eſt. vl Eber, ꝓpheta erat qui indidit nomẽ filio à re quæ euẽtura erat ei⁹ tẽpore. ¶ 22 Filij Iactã, habitauerũt in Oriẽte, & occupauerunt maiorẽ partẽ Indiæ, ſic dictæ à fluuio Indo. ¶ 23 Repetitio eſt qua oſtẽdit per quos deſcẽderit Abrahã ex Sem. quare cæteris omiſſis iterrupta ſeries nõ eſſet. ſi diceres ſic, Noe, Sẽ, Arphaxad, Selah, &c. Tã diligẽter exponitur genealogia Chriſti, vt ſciam⁹ Chriſtũ verũ hominẽ fuiſſe ex poſteritate Adæ natũ. ¶ 24 Hęc Gen. 25, dicit vxor. Cõcubina non ſumitur in malã partẽ, verũ vxorẽ ſecundariã ſignificat, id eſt ſecundæ notæ ac dignitatis, inferiorẽ nota & dignitate à prima vxore. Tales autem ducebantur citra dotem & ſponſalia, ducique poterant etiam prima viuente, ſed eius conſenſu. erant enim veræ vxores. At אִשָּׁה, erat vxor prima quæ ſolenni apparatu ducebatur cum dote.

Gene. 25. a.
Iſaac. ge. 25. c
Filij Eſau.
gen. 36. b.
¶ Homam.
¶ Diſon:
Reges Edom
D
¶ Bala
¶ Phal.

quos genuit: Zamrã, Iecſan, Madan, Madian, Ieſboc, & Sue. Porrò filij Iecſã: Saba, & Dadã. Filij autẽ Dadã: Aſſurim & Latuſſim & Laomim. Filij autẽ Madian: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ. Genuit autẽ Abraham Iſaac: cuius fuerũt filij Eſau & Iſrael. ¶ Filij Eſau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelõ & Core. Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gathã, Cenez, Thamna, Amalec. Filij Rahuel: Nahath, Zara, Sãma, Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Aua, Diſon, Eſer, Diſan. Filij Lotan: Hori, 'Ahohimã.' ſoror autẽ Lotan fuit Thamna. Filij Sobal: Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi & Onam. Filij Sebeõ: Aia & Ana. Filij Ana: Diſon. Filij Diſon: Hamrã, & Eſeban & Iethran & Charã. Filij Eſer: Balaã & Zauan & Iacan. Filij 'Diſan:' Hus & Aran. ¶ Iſti ſunt reges qui imperauerũt in Terra-edõ, antequã eſſet rex ſuper filios Iſrael. 'Bale' filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denaba. Mortuus eſt autem 'Bale,' & regnauit pro eo Iobab fili⁹ Zare de Boſra. Cúmq; & Iobab fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Huſam de Terra-themanorũ. Obijt quoq; & Huſam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in Terra-moab: & nomẽ ciuitatis eius Auith. Cúmq; & Adad fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Semla de Maſreca. Sed & Semla mortuus eſt, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnẽ ſita eſt. Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanã fili⁹ Achobor. Sed & hic mortuus eſt, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit 'Phau,' & appellata eſt vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.

¶ Adad autẽ mortuo, duces pro regibus in Edõ eſſe cœperũt: dux Thãna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabſar, dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

CAP. II.

Filij Iacob.
gen. 29. g. 30.
a. 35. c. d.
Filij Iudæ.
gen. 38. a. 46.
b. 1. 4. a.
matth. 1. a.
¶ Chalchol
¶ Dara.
Ioſue 7. a.
Heſron.
¶ Calubal.
Ruth 4. d. B
Filij Iſai.
1. reg. 16. b.
17. b.
¶ Abinadab.
Filij Saruiæ.
Caleb filius
Heſron. C
Iair.

Filij autẽ Iſrael: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſſachar, & Zabulon, Dan, Ioſeph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aſer. ¶ Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. hi tres, nati ſunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autẽ Her primogenitus Iuda, mal⁹ corã Domino, & occidit eum. Thamar autẽ nurus ei⁹ peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinque. Filij autẽ Phares: Heſron & Hamul. Filij quoque Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, 'Chalchal' quoque, & 'Darda,' ſimul quinque. Filij Charmi: Achar, qui turbauit Iſrael, & peccauit i furto anathematis. Filij Ethan: Azarias. Filij autem Heſrõ qui nati ſunt ei: Ierameel & Ram & 'Calubi.' Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahaſſon principẽ filiorũ Iuda. Nahaſſon quoque genuit Salma, de quo ortus eſt Booz. Booz verò genuit Obed, qui & ipſe genuit Iſai. Iſai autem genuit primogenitũ Eliab, ſecundũ 'Aminadab,' tertium Simmaa, quartũ Nathanael, quintum Raddai, ſextũ Aſom, ſeptimũ Dauid. quorum ſorores fuerunt, Saruia & Abigail. Filij Saruiæ: Abiſai, Ioab & Aſael, tres. Abigail autem genuit Amaſa, cui⁹ pater fuit Iether Iſmahelites. ¶ Caleb verò filius Heſrõ accepit vxorẽ nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntque filij eius Iaſer & Sobab & Ardon. Cúmque mortua fuiſſet Azuba, accepit vxorem Caleb, Ephratha, quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Beſeleel. Poſt hæc ingreſſus eſt Heſron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cum eſſet annorũ ſexaginta: quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit Iair, & poſſedit viginti tres ciuitates in Terra-galaad. Cepitque Geſſur & Aram oppida Iair, & Canath & vi-

brahæ: hæc genuit Zimrã, Iacſan, Medã, Midian, Iiſbac & Sua. Filij Iacſan [fuerũt,] Seba & Dedan. Filij Midiã, Epha, Epher, Hanoch, Abida, Eldaah: iſti omnes fuerunt filij Ketura. [15] Abraham autem genuit 'Iſaac. porrò filij ipſius Iſaac, [16] Eſau' & Iſrael. ¶ Filij Eſau, Eliphas, Rehuel, Iehus, Iaclam, Corah. Filij Eliphas, [17] Theman,' Omar, Zephi, Gaetham, Kenan, [18] Thimna,' & Amalec. Filij Rehuelis, Nahath, Særa, Sama, & Miſa. Porrò filij [19] Seir,' Lotan, Sobal, Zibeon, Ana, Diſon, Ezer, & Diſan. Filij verò Lotan, Hori, Homam: ſoror autem Lotan, Thimna. Filij Sobal, Alian, Manahath, Ebal, Sebi, & Onam. Filij Zibeon, Aia & Ana. Filij Ana, Diſon. Filij Diſon, Hamran, Aſban, Ithran & Cheran. Filij Ezer, Bilhan, Saauã, & Iaecan. Filij Diſon, Vz & Arã. ¶ Iſti verò ſunt [20] reges' qui regnauerũt in terra Edõ, antequã regnaret rex aliquis ſuper filios Iſraelis. Bela fili⁹ Beor: noménque ciuitatis ei⁹ fuit Dinhaba. Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab fili⁹ Sera de Bozra. Mortuus autem eſt Iobab, regnauitque pro eo Huſam, de terra Themanorũ. Et mortuus eſt Huſam, regnauitque pro eo Hadad filius Bedad, qui percuſſit Madianitas in terra Moabitarũ: nomen ciuitatis ei⁹ erat Auith. Mortuo Hadad ſucceſſit ei in regno Samla de Maſreca. Mortu⁹ quoque Sãla, & regnauit pro eo Saul de [21] Rehoboth' fluminis. Mortuo Saul, regnauit pro eo Baal-hanan filius Achbor. Mortuus eſt & Baal-hanan, regnauitque pro eo Hadad, cui⁹ vrbis nomen [22] Pahi:' nomen verò vxoris eius Mehetabel filia Matred, filij Meſaba. ¶ Mortuo Hadad, duces facti ſunt in Edom. Dux Thimna, dux Alia, dux Ietheth, dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon, dux Kenas, dux Theman, dux Mibzar, dux Magdiel, dux Iram. hi fuerunt duces Edom.

CAP. II.

Iſti ſunt filij Iſrael, Ruben, Simeõ, Leui, Iehuda, Iſaſchar, Zebulon, Dan, Ioſeph, Beniamin, Naphtali, Gad & Aſer. ¶ Filij Iehuda, Er, Onã & Sela: tres iſti nati ſunt ei ex filia 'Sua' Chananitide. Fuit autẽ Er primogenit⁹ Iehuda, malus [2] coram Domino,' ob id occidit eũ. Porrò Thamar nurus [3] eius' peperit ei Pærez & Sara, vt omnes filij Iehuda eſſent quinque. Filij Pærez, Hezron & Hamul: filij verò Sara, Simri, Ethã, Hemã, Chalchal & Dara: omnium fuerũt quinq;. Filij Charmi, Achar, qui turbauerat Iſraelẽ, [4] quũ præuaricaretur in hærẽ.' Filij verò Ethã, Aſarias. Filij deinde Hezrõ qui nati ſunt ei, Ierahmeel, [5] Ram,' & [6] Chelubai.' Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon principem filiorũ Iehuda. Naaſon autẽ genuit Salma, Salma verò genuit Boas, Boas genuit Obed, & Obed genuit Iſai. [7] Iſai genuit primogenitum ſuum Eliab, ſecũdum Aminadab, tertium Simea, quartum Nethaneelem, & Raddai quintum, ſextum Ozem, ſeptimum Dauidem.' Sorores autem eorum erãt Zeruia & Abigail. Filij Zeruia, Abiſai, Ioab, & Aſahel, tres nẽpe. Porrò Abigail genuit Amaſam, pater autem Amaſæ Iether [8] Iſmaelites. ¶ Chaleb autẽ filius Hezron genuit Aſubam [9] ex vxore,' & Ierihoth: ſúntque hi filij [10] eius,' Ieſer, Sobab, Ardon. Mortua autem Aſuba duxit Chaleb ipſam [11] Ephrath,' quæ peperit ei Hur. Cæterum Hur genuit Vri. Vri autẽ genuit Bezaleel. [12] Poſtea' venit Hezron ad filiam Machir [13] patris Gilead, [14] duxitq;' eã quũ eſſet ipſe natus ſexaginta annos, illáque peperit ei Segub. Segub autẽ genuit Iair, [15] qui habuit viginti tres ciuitates' in terra Gilead. [16] Cepitq; Geſur & Arã Iair ab eis: Kenath quoque

¶ 15 Abrahã ſiquã genuit. vſ, Iã autẽ Abraham genuerat ¶ 16 Eſau, diſſyllabũ. ¶ 17 Ab hoc Auſtrales Iudææ. ¶ 18 An ſit nomen viri, an verò mulieris, nihil certi afferri poteſt. ¶ 19 .i. Horæi, q ante Eſau, Idumæam tenuit. ¶ 20 Reges, ſunt cũ diademate, quo carebant duces. Duces autem proximã regiæ poteſtati dignitatẽ habebãt. ¶ 21 Nomẽ loci. ¶ 22 Gene. 36. d, dicitur Pahu.

II.

¶ 1 Hic Sua erat pater vxoris Iuda. Filios Iuda potiſſimũ receſſet, q ex eo deſcendit Saluator. ¶ 2 .i. corã Domino, quem nihil latet. ¶ 3 .i. Iudæ. ¶ 4 vſ, quia præuaricatus fuerat in anathemate. Manubiarũ ſcilicet Iericho. Ioſue 7. ¶ 5 Hic à Matthæo dicitur Arã. ¶ 6 Alio nomie dicitur Caleb. ¶ 7 Hic enumerãtur filij naturales Iſai, qui tãtũ erãt ſeptẽ nã octauus erat adoptiuus. ¶ 8 Hic erat genere Iſraelita: habitatiõe verò & incolatu erat Iſmahelita. ¶ 9 Iſa, nomẽ mulieris. vt tres ſint, Azuba, Iſa, & Ierioth. ¶ 10 ſcilicet Azubæ. ¶ 11 Hæc dedit nomẽ vrbi Ephrata. ¶ 12 nẽpe poſtquã iſti geniti fuerũt. ¶ 13 .i. principis regiõis Galaad.

¶ 14 ſub. in cõcubinã, vel in vxorẽ. ¶ 15 .i. qui fuit Domin⁹ vigintitriũ vrbiũ quas illi dederũt cognati auiæ ei⁹ filij Machir. ¶ 16 vſ, Ceperũt autẽ Geſſuræi & Aramæi oppida Iair ab illis .i. ſub. filijs Iair incolis earũ, quas poſtea recepit Dauid ipſe.

¶17.i.viculos. ¶18 ὑπήκοοι ſub. vrbes, ſiue fuerunt filiorũ ¶19 Nomen eſt vrbis à viro & vxore: ea eſt Beth-lehem Ephratha. ¶20.i.qui poſtea fuit priceps vrbis Thecoa. ¶21 filij Onam ſcilicet. ¶22.i. nō fuerunt filij viuentes tẽpore patris: nam vn⁹ nomine Ahalai, ſuprà recenſitus, mortuus eſt ante patrẽ.q.d. Mortuus reliquit ſi[lios] huius hæredes. ¶23 Redit ad generationem Caleb fratris Ierahmeel & Rá ſiue Aram filiorũ Eſrō. ¶24.i. princeps habitantiu in Ziph, & filiorum Mareſa.i.cinerum eius vrbis.& pater.i.princeps Hebron. ¶25 fuit ergo Harā frater Gazez, & pater al terius Gazez. ¶26.i.principẽ. ¶27 Iſta erat al tera ab ea quæ erat in tribu Iuda. ¶28 alter Caleb fuit filius Hur, primogeniti Ephratha filiæ prioris Caleb filij Eſrom, qui auus erat hui⁹, & hic illius nepos. ¶29.i.primus filius Hur, fuit Sobal princeps Cariath-iearim. ¶30. i. princeps ciuiũ Beth-lehem. ¶31 vl.qui contemplabatur.i. curā gerebat,ſiue princeps erat dimidij loci qui dicebatur Manahitarum.

&[17]filias[17] eius, oppida ſexaginta. omnes[18] iſti fuerunt filij[18] Machir patris Gilead. Quũmque mortuus eſſet Hezron, apud[19]Chaleb Ephrata:[19] vxor Hezron Abia genuit ei Aſſur,[20]patrem Thecoa.[20] ¶Fuerũt autẽ filij Ierahmeelis primogeniti Hezrō, primogenit⁹ Ram, Buna, Oren, Ozé, & Ahia. Obtigit autem ipſi Ierahmeeli vxor alia nomine Athara, quæ fuit mater Onam. Et filij Ram primogeniti Ierahmeelis fuerunt Maaz, Iamin & Exer. Filij autem Onam fuerũt Sammai & Iada: filij Sammai Nadab atque Abiſur. Porrò nomen vxoris Abiſur Abihail, peperitque ei Alıban, & Molid. Filij Nadab, Seled & Appaim. Mortuúſque eſt Seled abſque liberis, & filij Appaim Iiſhi:& filij Iiſhi, Seſan:& filij Seſan, Ahlai. Filij autem Iada fratris[21]Sammai,[21] Iether, & Ionathan: mortuúſque eſt Iether abſque filiis. Porrò filij Ionathan, Peleth & Saſa: hi fuerunt filij Ierahmeelis.[22]Seſan nō habuit filios, ſed filias:[22] habuit quoque Seſan ſeruum Ægyptiũ nomine Iarha. Deditque Seſan filiã ſuam ſeruo ſuo Iarha vxorem, quæ peperit ei Athai. Athai autẽ genuit Nathan, Nathan genuit Sabad, Sabad genuit Ephlal, Ephlal genuit Obed. Obed verò genuit Iehu, Iehu genuit Aſariam. Aſarias genuit Halez, Halez genuit Eleaſa. Eleaſa genuit Siſmai, Siſmai genuit Salum. Porrò Salum genuit Iecamiã, Iecamias verò genuit Eliſama. ¶[23]Filii autẽ Chaleb fratris Ierahmeel, Meſa primogenitus eius, qui[24]pater fuit Siph, & filij Mareſa patris[24] Hebrō. Filij Hebrō, Cora, Tapua, Rexem, & Samma. Samma genuit Raham patrem Iarcam, Rexem verò genuit Samai. Cæterum filius Samai, Maon: Maon deinde fuit pater Beth-zur. Porrò Epha concubina Chaleb genuit Haran, Moza & Gaſes:[25]Haran autem genuit Gaſes.[25] Filij autem Iahdai, Regem, Iotham, Geſchan, Pelet, Epha & Saaph. Cõcubina Chaleb Maacha, de qua genuit Seber & Thirhana. Peperit quoque eadem Saph[26]patrem[26] Madmana, & Seua[26]patrem[26] Machbena, &[26]patrem[27]Gibea.[27] Filia autem Chaleb fuit Achſa. Iſti fuerũt filij[28]Chaleb filij Hur[29]primogeniti Ephratæ, Sobal pater Kiriath-iearim.[29] Salma[30]pater Beth-lehẽ,[30] & Hareph pater Beth-gader. Fuerũt quoq; ipſi Sobal patri Kiriath-iearim filij,[31]qui videbat dimidium Manahitarũ.[31] Familiæ autẽ Kiriath-iearim ſunt Iethritæ, Haputhitæ, Haſſumathitæ, & Hamiſraitæ. ex quibus[32]egreſſi ſunt[32] Zarathitæ & Eſtaulitæ. Filij Salma, Bethlehemitæ, & Netophatitæ[33]coronæ[33] domus Ioab, & dimidium Manahitarum[34]Zareitarum.[34] Familiæ porrò[35]ſcribarum[35] inhabitantium Iahbez Tirathæi, Simathæi, Suchathæi. Hi ſunt Kenæi, venientes ab Hamath patre domus Rechab.

CAP. III.

HI fuerunt filij Dauidis, qui nati ſunt ei in Hebron: Amnon primogenitus ex Ahinoã Ieſreelitide, ſecũdus erat[1]Daniel[1] ex Abigail Carmelitide. Tertius Abſalom filius Maacha filiæ Thalmai regis[2] Geſſur:[2] quartus Adonias filius Haggith. Quintus Sephatia ex Abital: ſextus Ithream ex[3]Aegla[3] vxore ſua. Sex illi nati ſunt ei in Hebron, regnauitque illic ſeptem annis & ſex menſibus: in Ieruſalem verò regnauit triginta tribus annis. Porrò in Ieruſalẽ nati ſunt ei iſti, Simea, Sobab, Nathan, & Solomon, quatuor ex

culos eius ſexaginta ciuitatum. omnes iſti, filij Machir patris Galaad. Cum autem mortuus eſſet Heſron, ingreſſus eſt Caleb ad Ephratha: habuit quoque Heſrō vxorẽ Abia, quæ peperit ei Aſhur patrem Thecuæ. ¶Nati ſunt autẽ filij Ierameel primogeniti Heſron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran, & Aſom & Achia. Duxit quoq; vxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerũt Moos, Iamin & Achar. Onam autẽ habuit filios Semei &[a]Iadan:[a] filij autem Semei: Nabad & Abiſur. Nomen verò vxoris Abiſur, Abihail quæ peperit[b] Ahobban, & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Appháim: mortuus eſt autem Saled abſque liberis. Filius verò Appháim, Ieſi: qui Ieſi, genuit Seſan. Porrò Seſan genuit Oholai. Filij autẽ[c]Iadai[c] fratris Semei: Iether & Ionathã: ſed & Iether mortuus eſt abſque liberis. Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Iſti fuerunt filij Ierameel[~]primogeniti Eſrom.[~] Seſan autem nō habuit filios, ſed filias: & ſeruum Ægyptium, nomine Ieraa. Deditque ei filiã ſuam vxorem: quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, Zabad quoque genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed. Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariã. Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elaſa. Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi genuit Sellũ. Sellum genuit[d]Ieamiam, Ieamia[d] autem genuit Eliſama. ¶Filij autem Caleb fratris Ierameel: Meſa primogenitus ei⁹, ipſe eſt pater Ziph: & filij Mareſa patris Hebron. Porrò filij Hebron, Core & Taphua & Recem & Samma. Samma autem genuit Raham patrẽ Iercaam, & Recem genuit Sãmái. Filius[*]Sammái, Maon: & Maon pater Beth-ſur. Epha autem concubina Caleb peperit Haran & Moſa & Gezez: porrò Haran genuit Gezez. Filij autẽ Iahaddái: Regom & Ioathã & Geſan & Phalet & Epha & Saaph. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrẽ Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achſa. Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephrátha, Sobal pater Cariath-iarim, Salma pater Beth-lehem, Hariph pater Beth-gader. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariath-iarim, qui videbat dimidiũ Requietionũ. Et de cognatione Cariath-iarim, Iethrei &[e]Aphuthei[e] & Semathei & Maſerei. Ex his egreſſi ſunt Saraitæ & Eſthaolitæ. Filij Salma: Beth-lehem, & Netophathi, coronæ domus Ioab, & dimidiũ Requietionis Sarai. Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes, Canentes atque Reſonantes, & In-tabernaculis-cõmorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAP. III.

DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati ſunt in Hebron: primogenitũ Amnon ex Achinoã Iezrahelitide: ſecũdũ Daniel de Abigáil Carmelitide, Tertiũ Abſalō filiũ Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur, quartum Adoniam filium Aggith, Quintum Saphatiam ex Abital, ſextum Iethrahã de Egla vxore ſua. Sex ergo nati ſunt ei in Hebron, vbi regnauit ſeptẽ annis & ſex mẽſibus: triginta autẽ & tribus annis regnauit in Ieruſalẽ. ¶Porrò in Ieruſalẽ nati ſunt ei filij Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomō, quatuor de

D

Ierameel.

¶[a]Iada:

¶[b]ei

E

¶[c]Iada

¶[d]Icamiam, Icamia

F

Filij Caleb filij Heſron.

¶[*]autem Epha.

Maacha.

Achſa.

G

¶[e]Phuthei

Filij Dauid. 2.reg.3.a.

B 2.Reg.5.e.

.i.requietionum. Forte à fertilitate agri & amœnitate loci ita dictus. Hic enim videre, ſiue aſpicere & contemplari, principem eſſe ſignificat. nam principis eſt ſuos contẽplari. ¶32 Iſta egreſſio aut ſignificat cognationem, & genus: aut colonias ab iſtis deductas. ¶33 vl, diademata ¶34 Aſſorhi. In Aſſorhi erat dimidia pars eorũ qui habitabant Manahat. ¶35.i.iuriſperitorũ. hi abſtinebant à vino, vt vides apud Ieremiã. III. ¶1 Iſte dicitur 2.reg.3.a, Chileab. Matrẽ dicit fuiſſe Carmelitidẽ, q fuiſſet vxor Nabal Carmelitæ. Quæ hoc capite ſcribũtur, propter genealogiã Chriſti præcipue ſcripta ſunt. ¶2 Hæc nō procul aberat à Damaſci Syria. ¶3 Hæc fuit vxor eius primaria & præcipua. In libris Regum dicitur Michol filia Saul.

¶'Beth-ſua
¶'Eliſama

'Beth-ſabee'filia Ammiel: Iebaar quoq; &'Eliſua' & Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, necnõ Eliſama & Eliada & Eliphelet, nouem. Omnes hi, filij Dauid, abſque filijs cõcubinarũ: habuerũntque ſororem Thamar. ¶Filius autẽ Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Aſa: de hoc quoque natus eſt Ioſaphat pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus eſt Ioas. Et huius Amaſias filius, genuit Azariam: porrò Azariæ filius Ioatham, Procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus eſt Manaſſes. Sed & Manaſſes genuit Amon patrem Ioſiæ. ¶Filij autem Ioſiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, ſecundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum. ¶De Ioacim natus eſt Iechonias & Sedecias. Filij Iechoniæ fuerunt, Aſir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Senneſer & Iecemia, 'Sama' & Nadabia. De Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Moſollam, Hananiam, & Salomith ſororem eorum: Haſabã quoque & Ohol & Barachiam, & Haſadiam, Ioſabheſed, quinque. Filius autem Hananiæ Phaltias pater Ieſeiæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnan, de quo natus eſt Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filiꝰ Sechemiæ, Semeia: cuiꝰ filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, '& Seſa.' ſex numero. Filius Naariæ, Elioenai & Ezechias & Ezricã, tres. Filius Elioenai, Oduia & Eliaſub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia, & Anani, ſeptem.

Reges Iudæ à Salomone, vſque ad Sedeciam.

C

Filij Ioſiæ.

Matth.1.b.

¶'Hoſama

D

CAP. IIII.

Geneslogia filiorũ Iuda. Supra. gen. 38. d. 46. b.
¶'cognationes

Filij Iuda: ¶Phares, Heſron & Charmi & Hur & Sobal. Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati ſunt Ahumai & Laad. hæ generationes Sarathi. Iſta quoque ſtirps Etam: Iezrahel & Ieſema & Iedebos. Nomen quoque ſororis eorũ, Aſalelphuni. Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hoſa, iſti ſunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Beth-lehẽ. ¶Aſſur verò patri Thecuæ erãt duæ vxores, Halaa & Naara. Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahaſthari. iſti ſunt filij Naara. Porrò filij Halaa: Sereth, & Sahar & Ethnan. ¶Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filij Arum. ¶Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit nomẽ illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore. Inuocauit verò Iabes Deum Iſrael, dicens, Si benedicens

Aſſur.

B

Iabes.
Oratio Iabes.

[4]Bath-ſua'filia Ammiel: Ibhar quoque &[5]Eliſama, Eliphalet.' Noga, Nepheg, Iaphia, Eliſama, Eliada, & Eliphelet, nouem. Omnes filij Dauidis, [6]exceptis filijs concubinarum, 'eratque Thamar [7]ſoror eorũ. ¶Filius autem Solomonis Rehabeã, [[8]cuius] filius fuit Abias, & huius filius Aſa, cuius filius Ioſaphat, is habuit filium Ioram, huius filius Ahaſias, deinde Ioas filius illius, huius filiꝰ Amaſias, huiꝰ filius Aſarias, huius filius [9]Iothã.' Huius filius Ahas, huius filius Ezechias, Huius filius Manaſſes, huius filius Amon, huius filius Ioſias. ¶Porrò filij Ioſiæ, primogenitus[10]Iohanã,' ſecundus Iehoiaxim, tertius Zedexias, &[11]quartus Sellum'. Filij autem Iehoiaxim, Iechonias filius eius,[12]&Zedexias filius eius. 'Filij Iechoniæ, Aſir,[13]& Sealthiel filius eius, [14]Malxiram quoque'& Pedaia, Senazar, Iecamia, Hoſama, & Nedabaia. Filij autem Pedaia,[15]Serubabel'& Semei. [16]Filius Serubabel,[17]Meſullam, 'Hanaia, &[18]Selomith ſoror eorum: 'Haſuba quoque, Ohel, Berechia, Haſadia, & Iuſaheſed,[19]quinq;.[20]Filius'verò Hananiæ Pelatia & Eſaia:[21]filij Rephaia, filij Arnan, filij Obadiæ, filij Sechaniæ. Filij deinde Sechaniæ, Semaia: & filij Semaia, Hatus, Igeal, Bariah, Nearia & Saphat,[22]ſex.[23]Filius'Neariæ, Eliohenai, Hiſxia, Aſricam, tres. Filij autem Eliohenai, Hodias, Eliaſchib, Pelaia, Accub, Iohanan, Delaia, & Anani, ſeptem.

CAP. IIII.

Filij Iehuda, Perez,[1]Hezrõ,'Charmi, Hur & Sobal. Reaia verò filius Sobal genuit Iahath, Iahath genuit Ahumai atque Lahad. & hæ ſunt familiæ Zareathitarum.[2]Ele pater Etham,' Iiſreel, Iiſma, & Iidbas: nomen ſororis eorũ Hazlelponi. Penuel pater fuit Gedor, Eſer pater Huſa: & hi filij[3]Hur primogeniti Ephratæ patris Beth-lehẽ. ¶[3]Aſſur'verò pater Tecoe duas habuit vxores, Helea & Naara. Peperitq; ei Naara Ahuzã, Hepher, [4]Themni & Ahaſthari.' iſti ſunt filij Naara. Filij verò Helea, Zereth, Iezohar & Ethnan. ¶[4]Porrò Coz genuit Anub & Zobeba,' & familiam Aharhel filij Harũ. ¶Et fuit [5]Iabez' honorabilior fratribus ſuis: vocauitque mater eius nomẽ eius Iabez, dicens, Quia in dolore peperi eũ. Et inuocauit Iabez Deum Iſraelis, dicẽs,[6]Si benedicẽdo

¶4 2.Reg.11, dicitur Bath-ſeba. erat ergo bi nomia: & illic pater eiꝰ dicit Eliam, hic vero Ammiel. Hic Salomon quartus eſt ex filijs Bath ſua: ſed tres priores fuerũt filij Vriæ adoptati à Dauide. ſolꝰ autẽ Salomon fuit vnus & ſolus filꝰ naturalis Dauidis ex Bath-ſua. Prior qui natꝰ eſt ex adulterio, & mortuus eſt die octauo, non recẽſetur inter filios Dauid. ¶5 Eliſama & Eliphelet bis hic repetũtur: quod mirũ videri poteſt: nã & hac re offenſi Græci, diſtinxerunt hæc nomina. Reuera fuerũt nouem. Cũ enim Dauid vni è filijs ſuis indidiſſet nomẽ Eliſama, ſtatim poſt natiuitatẽ eiꝰ mortuus eſt: ob id primus poſt illũ mortuũ natus, eodẽ vocatꝰ eſt noĩe. Idẽ de Eliphelet dicẽdum. Hic igitur enumerãtur omnes filij mortui ac viuẽtes: in Regibꝰ, viuẽtes tãtum. ¶6 Hic nõ reprehẽduntur filij concubinarum. ¶7 ex parte patris. nã ſolius Abſalom fuit vxor vterina. ¶8 Voces iſtæ quæ ſequũtur, [cuius] vel [huius:] nõ legũtur Hebraice, ſubaudiẽdæ tamen. ¶9 Iothã fuit ex nepotibus Azariæ, nõ filius: ſed vox Hebræa B E N, filium ſignificat & nepotẽ. ¶10 Hic dicitur 4.reg.23, Iohahaz, erátq; minor natu ipſo Iehoiaxim. Primogenitus igitur, dicitur nõ natiuitate, ſed dignitate: quia adeptus eſt regnũ ante fratrem ſuũ Iehoiaxim ſiue Eliaxim maiorẽ natu. Primogeniti nomẽ duobꝰ modis accipitur, natura. aut dignitate. ¶11 In libris Regũ, lib.4.cap.23, tribuũtur Ioſiæ tantũ tres filij. nã illic omittitur Sellum, q nõ ſit affecutus dignitatẽ illã regiã. ¶12.i.cuius Iechoniæ filius fuit Sedexias, qui nõ fuit rex Iſrael. ¶13.i.cuius Aſſur filius fuit Sealthiel. Iechonias fuit auus Sealthiel, non pater reuera: auus autẽ dicitur gignere nepotẽ, quia eius patrẽ genuit. ¶14 Heb. Et Malchiram &c. Oratio eſt manca: in fine verſus ſubaudiẽdũ, filij eius, Sealthiel ſcilicet, filij fuerũt iſti, nẽpe Malchirã, Pedaia, &c. ¶15 Matthæꝰ dicit Salathiel genuiſſe Zorobabelem: hic verò Zorobabel filius Pedaiæ dicitur. Doctiores dicunt vocẽ Hebræã B E N. i. filiũ, pro nepote accipi: & qui patrem genuerit, filiũ quoque videri genuiſſe. neque dicendũ eſt Salathielẽ & Pedaiam eundẽ eſſe. ¶16 Singulare pro plurali, Filij Zorobabel. ¶17 Alio nomine dicitur Abiud. ¶18 Hæc fuit ſoror duorũ præcedẽtium, nõ ſequentiũ: propterea ſeparauit eam à reliquis. ¶19 ſub. fuerunt filij Zorobabel. ¶20 Singulare pro plurali, Filij &c. ¶21 Enumerat filios cũ patribus, aut patres cũ filijs. q.d. Rephaia, Arnan, &c. cũ filijs eorum dicũtur filij Hananiæ: nã & nepotes dicũtur filij. ¶22 cõprehenſo ſcilicet patre Semaia. nam quinq; filios eius tantũ enumerat. Aut dic nomen vnius eſſe omiſſum. ¶23 Singulare pro plurali. IIII. ¶1 Hic fuit filius Perez, non Iudæ. Solus Perez eſt filius, reliqui nepotes. ¶2 Heb. Et iſtæ ſunt [familiæ] patris. i. principis Ethã. nomẽ loci. Verti etiã poteſt, Iſti autẽ ſunt [filij] principis &c. Pater pro principe etiã in ſequentibus. ¶3 Hur dicitur hic primogenitus matris, nõ patris Caleb: quia ex alia vxore alium habuit primogenitũ. Item hic vocatur princeps Beth-lehem, cũ fuerit eius filiꝰ Salma: ſed principatus filij tribuitur patri. ¶3 Aſſur filius fuit poſthumus Eſrom ex Abia vxore: cuius filij fuerunt principes Tecoah, non ipſe pater. ¶4 nomina gentis, nõ autem propria. q.d. Themaneos & Ahaſthareos. ¶4 Deſcribit generationem Kos, quãuis patrẽ eius nõ exprimat, nec antea meminerit. ¶5 Iabes ſignificat dolorẽ: à matre ita dictus: à patre autẽ nominatus fuit Othoniel. Fuit autem clariſſimus, tum quia percuſſit ciuitatem Sephor, vt habetur Iudicum primo: tum quòd doctor fuit inſignis, & dedit nomen vrbi in qua habitabant ſcribæ & leguleij, vt ſuprà dictum eſt. ¶6. i. Si cœptis meis aſpiraueris, & faueris mihi.

¶7.i.tuleris mihi opem in hoc bello. ¶8 feceriſque[ſliberationem]à malo, vt non afficiar dolore.i. liberaueris me à periculo, ne afficiar dolore. Vel ſi ita iungas, & feceris vt non dolea[m] ob malum.i accepto da[m]no & incómodo. Eſt enim duplex cõſtructio apud Hebręos. ſub. fac.i talia & talia. nam omittitur votum & promiſſum.
¶9 Heb. & euenire fecit.i. dedit illi talem euentum qualẽ optabat. ¶10.i. princeps.
¶11 Hic Eſthon cõditor fuit vrbis Eſthon, cui[us] principẽ dixerat Chelub vel Mahir. ¶12 Hic fuit vitricus Caleb, aut patru[us] apud quẽ educatus eſt. ¶13.i. vallis artificũ. Haras, ſignificat artificem ſiue fabrum cuiuſcunque materiæ, ligni, ferri, & cæterarũ. Iſte Ioas, nõ eſt ille Ioas princeps militiæ, cuius fit mentio in libris Regũ. ¶14 ſub. illic.
¶15 Hic alio nomine dicitur Eſron.
¶ Plurale pro ſingulari, Fili[us]. q.d. vnicus.

benedixeris mihi,[7] & dilataueris terminũ meũ, [7]fueritque manus tua mecum,[8]feceriſque me [ſliberum]à malo, vt nõ noceat mihi.[9]dedit itaque Deus quę poſtulauerat. Chelub autem frater Sua genuit Mehir: qui fuit [10]pater Eſthon. [11]Eſthon genuit Beth-rapha, Faſeah, & Thehinna patrem ciuitatis Nahas. hi ſunt viri Recha. ¶Filij autem [12]Kenas, Othniel & Seraia: & filij Othniel, Hathath. Porrò Meonothai genuit Ophram, & Seraia genuit Ioab patrem[13]Geharaſim:[14]fuerunt enim fabri. ¶Filij autẽ Chaleb, filij[15]Iephune, Iru, Ela, & Naam. Filij Ela, Kenas. Filij autẽ Iehalelel, Siph & Sipha, Thiria, & Aſarel. Filij Eſra, Iather & Mæred, Epher & Ialon:[16]peperitq; Miriam & Sammai, atque Iiſbah[17]patrem Eſthemoa. Et vxor eius Iehudia peperit Iæred patrẽ Gedor, & Heber patrem Socho, atque Iecuthiel patrẽ Sanoah: & iſti ſunt filij Bithiah, filiæ Pharaonis,[18]quã duxerat, Mæred. Et filij vxoris[19]Hodia ſororis Naham patris Kehila, Garmi, & Eſthemoa Maachathites. Filij verò Simon, Ammon & Rinna, Ben-hanã & Thilon. filij verò Iiſhi, Zoheth, & Ben-zoheth. ¶Filij Sela, filij Iehuda, Er pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & familiæ domus[20]operationis lini in domo Aſbea. Ioxin quoque & viri[21]Chozeba, Ioas & Saraph, qui[22] dominati ſunt in Moab. & Iaſubi-lahem: & [23]verba iſta vetera ſunt. Iſti ſunt figuli illi[24]habitantes Netaim & Gedera cum rege in opere ei[us] ibidem commorantes. ¶Filij Simeon, Nemuel, Iamin, Iarib, Zara & Saul, Sallum filius eius, Mibſam filius eius, & Miſma filius eius. Porrò filij Miſma, Hamuel filius eius, Sachur filius eius, Simei filius eius. Habuit autem Simei ſedecim filios, & ſex filias. fratres autem eius non habuerunt filios multos,[25]ſed & vniuerſa familia eorũ nõ eſt aucta vſque ad[numerum]Iehuda. Habitaueruntq; in Berſabea, Molada & [26]Hazar-ſual, in Bilha, in Ezem, in Tholad, in Bethuel, in Horma, in Ziclag, in Beth-marcaboth, in Hazar-ſuſim, in Beth-birei, atque in Saraim. [27]iſtæ ſunt ciuitates eorum, vſque dum Dauid regnauit. Et villæ eorum, Etham & Ain. Rimmon, Thochen, & Aſan, oppida quinque. Et vniuerſi viculi eorum qui fuerunt circum iſtas ciuitates vſque ad Baal. Hæc[28]eſt habitatio eorum, atque [29]propagatio ipſorum, Meſobab, & Iamlech atque Ioſa filius Amaziæ. Et Ioel, atque Iehu fili[us] Ioſibia, filij Seraia, filij Aſiel. Et Elioenai, Iaacoba, Ieſohaia, & Aſaia, Adiel, Ieſimeel, & Benaia. Et Siſa fili[us] Siphi, filij Allon. filij Iedaia, filij Simri, filij Semaia.[30]Iſti ſunt [31]inclyti principes per familias ſuas, qui vehemẽter inſtaurarũt domũ patrũ ſuorũ.[32]Et abierunt dũ itur Gedor vſq; ad Orientalẽ plagã vallis, quæſitũ paſcua gregi ſuo. Inuenerunt autem pinguia & bona paſcua,[33]& terram vtrinque ſpatioſam, quietã inſuper & felicem.

benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit man[us] tua mecũ, & feceris me à malitia non opprimi. & præſtitit Deus quæ precat[us] eſt. Caleb autem frater Sua, genuit Mahir, qui fuit pater Eſthon. Porrò Eſthon genuit Beth-rapha & Pheſſe & Tehinna patrẽ vrbis Naas. hi ſunt viri Recha. ¶Filij autẽ Cenez: Othoniel & Saraia. C
Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia autẽ genuit Ioab patrẽ Vallis-artificum: ibi quippe artifices erãt. ¶Filij verò Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. [*]filij quoq; Ela: Cenez. Filij quoq; Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria & Aſrahel. Et filij Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon. genuitq; Mariam & Sãmai & Ieſba patrem Eſthamo. Vxor quoque eius Iudaia, peperit Iared patrẽ Gedor, & Heber patrẽ Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autẽ filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quã accepit, Mered. Et filij vxoris Odaiæ ſororis Nahã patris Ceila, Garmi, & Eſthamo qui fuit de Machathi. Filij quoq; D
Simon: [*]Amon & Rimma filius Hanan, & Thilõ. & filij Ieſi Zoheth & Ben-zoheth. ¶Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & cognationes domus operantiũ byſſum in Domo-iuramẽti. Et Qui ſtare fecit ſolẽ, viriq; Mendacij, & Securus & Incẽdens, qui principes fuerunt in Moab, & Qui [*]reuerſi ſunt in Lahẽ. hæc autem verba vetera. Hi ſunt figuli habitantes in Plantationibus & in Sepibus, apud regẽ in operibus eius, cõmoratique ſunt ibi. ¶Filij Simeõ: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. Sellum filius eius, Mabſam fili[us] eius, Maſma fili[us] eius. Filij Maſma: Hamuel fili[us] eius. Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autẽ eius non habuerũt filios multos, & vniuerſa cognatio non potuit adæquare ſummã filiorum Iuda. Habitauerunt autẽ in Ber-ſabee & Molada & Haſar-ſuhal, & in Bala, & in Aſom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Beth-marchaboth, & in Haſar-ſuſim, & in Beth-berai, & in Saarim. hæ ciuitates eorũ vſque ad regẽ Dauid. Villæ quoque eorũ Etam & Aen, Remmon & Thochen & Aſan, ciuitates quinque. Et vniuerſi viculi eorum per circuitũ ciuitatum F
iſtarum vſque ad Baal. hæc eſt habitatio eorum, & ſedium diſtributio. Meſobab quoque & Iemlech, & Ioſa fili[us] Amaſiæ, & Ioel, [*]Iehu filius Ioſabiæ filij Saraiæ filij Aſiel, Et Elioenai & Iacoba & Iſuhaia & Aſaia & Adiel & Iſmiel & Banaia. Ziza quoque filius Sephei filij Allõ filij Idaia filij Semri filij Samaia. Iſti ſunt nominati principes in cognationibus ſuis, & in domo affinitatum ſuarũ multiplicati ſunt vehemẽter. Et profecti ſunt vt ingrederẽtur in Gador vſque ad Orientem vallis, & vt quærerent paſcua gregibus ſuis. Inueneruntque paſcuas huberes & valde bonas, & terram latiſſimam & quietã & fertilem, G

Caleb filius Iephone.
¶[*]filiique
¶[*]Amnõ & Rinna
Filij Sela. gen. 38.a.
¶[*]reuerſi
Genealogia filiorum Simeon. gene. 8 40.b.
Habitatio eorum.
¶[*] &

¶16 ſub. ea quæ peperit, vxor nẽpe Caleb, vel potius Ezræ, quaſi diceret eũ duas habuiſſe vxores, ex quarũ altera ſuſcepit Miriam &c. ¶17.i. principem. ¶17 ſub. Caleb. ¶18 quam duxerat. ſub. Caleb in vxorem, ex qua genuit vnicum filium, Mered. ¶19 Nomen viri. ¶[?].i. princeps. ¶20 vel, opificij. quod opificium exercebatur in domo Aſbea. q.d. illæ familiæ deſcenderunt à Iuda. ¶21 Nomẽ loci, aut vrbis. ¶22 vel, dominati ſunt Moab, ¶23.i. iſta nomina ſunt virorũ veterũ. ¶24 & qui habitabit inter plãtas & ſepes &c.i. qui verſabãtur in hortis cũ rege ipſo: propter opus eius, vt opus regium adiuuarent, ibi habitauerunt. Aut locorũ ſunt nomina à ſepibus & hortis, vt doctioribus magis placet. Iſti ſunt figuli illi clari qui fuerũt in magno precio tẽpore Dauidis, qui propter opus regis habitabant Netaim & Gedera. ¶25 Heb. & omnem familiam ſuam non multiplicauerũt vſque ad filios Iuda. ¶26.i. vico vulpis. ¶27.i. hic habitauerunt vſque ad tẽpus quo regnauit Dauid, qui eas reſtituit Iudæ. ¶28 fuit. q.d. fuit vna habitatio. ¶29 Heb. genealogia eorum ipſis. q.d. hæc habitatio in genealogia &c.i. hæc fuit vna habitationum eorum. ¶30 ſub. ſupradicti iam enumerati à verbis iſtis, Meſobab, & Iamlech, &c. ¶31 Heb. qui venerunt per nomina principes in familijs ſuis, & in domo patrum ſuorũ multiplicati ſunt in multitudinem. Venerunt per nomina principes. i. nominatim deſignati ſunt principes in cognationibus ſuis & domo maiorum ſuorum, multiplicatique ſunt vehementer. ¶32 Abierunt itaq;[ſub. propter multitudinem]ad introitũ Ghedor vſq; ad Orientẽ vallis illius. ſub. infignis quæ erat iuxta Ghedor. ¶33 Heb. (terra autẽ illa erat lata ſpatijs, quieta præterea & tranquilla.) Per parenthesim hæc ſunt legenda, Terra in qua ſcilicet inuenerunt paſcuum agrum.

Cham ſtirps deleta à filijs Simeon.

Amalecitæ percuſſi à filijs Simeon.

Genealogia Ruben. gen. 35.d. 49.a.

Regnū datū Iudæ, & ius duplicis portionis ipſi Ioſeph.

Gen. 46.b. exod. 6.c. numeri 26.a.

Beera.

Habitatio filiorū Rubē.

Agareni interfecti.

Filiorū Gad, habitatio.

¶ Ahi filius

¶ princeps

Ruben, Gad, & Manaſſe filij quales.

Orantes in fide, dū præliātur vincunt Agarenos.

Spolia opima.

in qua antè habitauerāt de ſtirpe Cham. Hi ergo venerunt quos ſuprà deſcripſimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percuſſerunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerūt eos vſque in præſentē diē: habitaueruntque pro eis, quoniā vberrimas paſcuas ibidem repererunt. De filijs quoque Simeō abierūt in montem Seir viri quingenti, habētes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Ieſi: & percuſſerunt reliquias quæ euadere potuerāt, Amalecitarum, & habitauerūt ibi pro eis vſque ad diem hanc. CAP. V.

Filij quoque Ruben primogeniti Iſrael (ipſe quippe fuit primogenitus eius: ſed cum violaſſet thorum patris ſui, data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph filij Iſrael, & nō eſt ille reputatus in primogenitū. Porrò Iudas qui erat fortiſſimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primogenita autem reputata ſūt Ioſeph.) Filij ergo Rubē primogeniti Iſrael: Enoch & Phallu, Eſrō & Charmi. Filij Ioel: Samaia fili⁹ eius, Gog fili⁹ eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia fili⁹ eius, Baal filius ei⁹, Beera filius eius, quē captiuū duxit Thelgath-phalnaſar rex Aſſyriorum, & fuit princeps in tribu Rubē. Fratres autē ei⁹ & vniuerſa cognatio eius quādo numerabātur per familias ſuas, habuerūt principes Iehiel & Zachariā. Porrò Bala filius Azaz, filij Sāma, filij Ioel, ipſe habitauit in Aroer vſq; ad Nebo & Beel-meon. Cōtra Orientalē quoque plagā habitauit vſq; ad introitū eremi & flumen Euphrāten. Multū quippe iumētorum numerum poſſidebāt in Terra-Galaad. ¶ In diebus autem Saul præliati ſunt cōtra Agarenos, & interfecerūt illos, habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorū, in omni plaga quæ reſpicit ad Orientem Galaad. ¶ Filij verò Gad e regione eorum habitauerunt in Terra-Baſan vſque Selcha: Ioel in capite, & Sapham ſecūdus: Ianai autē & Saphat in Baſan. Fratres verò eorū ſecundū domos cognationum ſuarū, Michael & Moſollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, ſeptē. Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Ieſeſi, filij Ieddo, filij Buz. ¶ Fratres quoque filij Abdiel filij Guni, ¶ principes domus in familijs ſuis. Et habitauerunt in Galaad & in Baſan & in viculis ei⁹, & in cūctis ſuburbanis Saron, vſque ad terminos. Omnes hi, numerati ſunt in diebus Ioathā regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Iſrael. Filij Ruben & Gad & dimidiæ trib⁹ Manaſſe, viri bellatores, ſcuta portantes, & gladios, & tendētes arcum, eruditiq; ad prælia, quadragintaquatuor millia, & ſeptingēti ſexaginta procedentes ad pugnam. Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt eis auxilium. Traditiq; ſunt in manus eorū Agareni, & vniuerſi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerūt cum præliarētur: & exaudiuit eos, eo quòd credidiſſent in eū. Ceperūntque omnia quæ poſſederant, camelorū

B

C

quoniā [14] ex Ham antea illic habitauerant. Veneruntque iſti qui nominatim ſcripti ſunt in diebus Ezechiæ regis Iehuda. & attriuerunt tentoria atque habitacula [15] eorum quæ inuēta ſunt illic, exciderūntque eos vſque in præſentem diē, habitaueruntque ipſi [illic] illorū loco: quòd illic eſſent paſcua pro gregibus ſuis. Adhæc profecti ſunt quidam ex eis, nēpe filij Simeon ad montē Seir, viri nempe quingenti, [16] quibus præfuerūt Pelatia, Nearia, Rephaia, Vziel, filij Iiſhi. Percuſſerūntq; reliquias quæ euaſerant ex Amalec, & habitauerunt illic in hunc vſque diē. CAP. V.

Porrò filij Rubē primogeniti Iſraelis: ſunt [1] is quum eſſet primogenitus, violaſſetque lectū patris ſui, datū eſt ius eius primogenitorum [2] filijs Ioſeph filij Iſraelis: [3] nec tamen iuxta hoc ius primogenitorum cenſa eſt familia, Quoniā Iehuda [4] præualuit fratribus, & princeps [5] fuit ex hac ſtirpe,] [6] licet ius primogenituræ [maneret] ipſi Ioſeph.) Filij inquā Ruben primogeniti Iſraelis, Hanoch & Pallu, Hezron & Charmi. Filij Ioel, Semaia filius eius, Gog filius eius, Simei filius eius, Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem [7] abduxit [8] Tilgath-pilneeſer rex Aſſyriorum: is fuit princeps inter Rubenitas. Et fratres ei⁹ [9] per familias ſuas, quando [10] genus ſuum cenſebāt, erat princeps Iehiel & Zacharias. Porrò Bela filius Aſan, filij Sema, filij Ioel ipſe habitauit in Aroer vſq; ad Nebo & Baal-meon. Ab Oriente quoque habitauit vſque [11] dum venitur in deſertū à fluuio Euphrate: [12] habuerunt enim pecora multa in terra Gilead. ¶ Et in diebus Saulis bellum geſſerūt cum [13] Hagaræis, [14] ceciderūntq; illi in manus eorū, & habitauerūt in tentorijs [15] eorū in vniuerſa ſuperficie Orientalis [plagæ] Gilead. ¶ Filij verò Gad [16] e regione eorum habitarunt in terra [17] Baſan vſque ad [18] Salcha. Erátque Ioel caput, & Saphan [19] ſecundus [ab eo,] Ianai verò & Saphat [20] in Baſan. Porrò fratres eorum [21] pro domo patrū ſuorum, Michael, Meſullam, Seba, Iarai, Iacā, Sia atque Eber, ſeptem. Iſti ſunt filij Abihail, filij Huri, filij Iaroah, filij Gilead, filij Michael, filij Ieſiſai, filij Iahdo, filij Buz. [22] Ahi fili⁹ Abdiel, filij Guni: [23] princeps fuit domus patrum ſuorum. Habitaueruntque in Gilead [&] in [24] Baſan, & in viculis eius, atque in omnibus ſuburbanis locis Sarō, [25] iuxta exitus eorū. Omnes hi recenſiti ſunt per familias ſuas in diebus [26] Iothā regis Iehuda, & in diebus Ieroboā regis Iſraelis. [Fuerūt] autem Rubenitæ, Gaditę, atque dimidia tribus Manaſſis [28] fortes viri, qui poterāt geſtare ſcutū & gladiū, & tendere arcum, [29] aſſuetique bellis, [fuerūt inquā] quadragintaquatuor millia, ſeptingēti & ſexaginta [30] bello apti. Bellū quoq; geſſerūt cū Hagaræis, [31] Iethur, Naphis, & Nodab. Et [32] adiuti ſūt aduerſum illos, datiq; ſunt Hagaræi in man⁹ eorū, omnēſq; [33] qui cū illis erāt: quoniā clamauerant ad Deū in bello, exaudiuitq; eos, quoniā fiſi ſunt illi. Et [34] ceperūt pecora eorū, & camelos eo-

¶ 14 Heb. habitatores eius ſeparāt de numero filiorum] Ham qui olim &c. ¶ 15 ſub. filiorū Ham. ¶ 16 Heb. & erant in capite eorum

V.

¶ 1 Heb. (ipſe enim [fuit] primogenit⁹: quū autē cōtaminaſſet &c. ¶ 2 ſub. quantū ad duplicē portionē, non quantū ad dignitatē. nam primogeniti duplicē portionē accipiebant. Filium Iſraelis vocat, fortaſſe quòd eſſet ipſi Iſraeli patri gratus. ¶ 3 nō tamen vt attribuerentur primogenituræ .i. nō tamen vt reputaretur Ioſeph primogenitus, quod ad dignitatem & principatū attinet. ¶ 4 fuit fortiſſimus inter fratres ſuos, Gen. 49. Nō auferetur ſceptrū de Iuda. Et, Te honorabūt fratres tui. Igitur primogenituræ ius, quod ad fructū attinet, erat Ioſeph: quod ad dignitatē, erat ipſi⁹ Iudę. ¶ 5 Heb. ex eo. ſub. erat egreſſurus. q.d. illi promiſſum fuit regnū. imò rex ille regū Chriſtus ventur⁹ erat ex tribu Iuda. ¶ 6 & primogenitura [data fuit] ipſi Ioſeph. Hic primogenitura pro fructu & duplici portione quæ debebatur primogenito. ¶ 7 vel, captiuū duxit ¶ 8 In libris Regū dicitur Tiglath-pileſer. ¶ 9 q.d. per generationes cuiuſq;. ¶ 10 recenſiti fuerūt per generationes ſuas i. quādo attributi, ſiue deſignati fuerūt generationibus ſuis. ¶ 11 ad introitū deſerti, ¶ 12 Heb. quia pecora eorū multiplicata fuerāt ¶ 13 .i. cū filijs Agar. ¶ 14 .i. perierūt manu eorū. ¶ 15 ſub. Agarenorum. ¶ 16 Quidā Hebræorū interpretāt, iuxta illos. ¶ 17 Hæc erat cōtigua regioni Galaad. ¶ 18 hæc erat in Baſan. ¶ 19 .i. ſecūdæ dignitatis à Ioel. Recēſet eos qui inter Gaditas primas obtinebāt. ¶ 20 q.d. inter filios Gad qui erāt in regione Baſanitide. ¶ 21 vel, per domos .i. per familias ſiue cognatiōes ſuas. Nūc deſcribit ſingularū familiarū principes. ¶ 22 Subaudi [&,] Et Ahi ¶ 23 He. [fuerūt] caput in domib⁹ &c. i. hi principes fuerūt in domib⁹ maiorū ſuorū. ¶ 24 Baſan dicitur & metropolis Baſanitidis & tota regio. Hic melius pro metropoli. ¶ 25 poti⁹, vſq; ad fines eorū. ¶ 26 Per cōtractionē dicitur Iothā. Integrū eſt Ioathā. Vide 4. Reg. 14. ¶ 28 He. ex filijs virtutis. [&] viris potentib⁹ &c. ¶ 29 periti belli. ſiue, artis bellicæ, ¶ 30 Heb. egrediētes ad pugnā. i. parati cōſerere man⁹ cū hoſte. ¶ 31 Hi fuerūt filij Iſmaelis. q.d. cū Iethuræis, Maphiſeis, Nodabeis. ¶ 32 ſub. à Deo. q.d. qui virtute diuina ſuperarūt Agarenos. ¶ 33 .i. qui ſequebantur partes Agarenorum. ¶ 34 prædati ſunt

¶15 Heb. & animarum humanarum. Animæ pro perſonis. ¶16 Hebr. nam interfecti multi ceciderunt, quia bellum ¶17. i. vſque ad illud tẽpus quo abducti ſunt à rege Aſſyriorum in captiuitatem. ¶18. i. familiarum ſuarum. ¶19 vſ. potentes aut, virtute præditi,

¶40 vſ. fornicando ſectantes deos

¶41 q. d. Mouit iſtum vt pararet expeditionem contra illos. Duo iſti reges non vixerunt eodem tẽpore: propterea ſeparauit eos.

VI.

¶1 q. d. iſte eſt qui in priore templo ſtrenue functus eſt officio ſacerdotis: quia reſtitit regi Oſee volẽti offerre incenſum in templo Salomonis. ¶2 vſ. tráſtulit. ſub. in Babylonem. ¶3. i. miniſtro Nabuchodonoſore. ¶4 Repetit principium capitis: quia à principio ipſo recenſuit tantum genealogiam Caath.

¶5 Gerſom. in principio capitis ſcribebatur per nun, nunc per mem: quòd hæ literæ ſint inter ſe affines.

quinquaginta millia, ouium decies & quinquaginta millia, aſinorum duo millia, [15]& hominum viuentium' centum millia: [16]multi inſuper vulnerati ceciderunt: præliũ enim' iſtud erat à Deo, habitaueruntque in locis eorũ [17]vſque ad tranſmigrationem. ¶ Et filij dimidiæ tribus Manaſſis habitauerunt in terra à Baſan vſq; ad Baal-hermon, & Senir, atque montem Hermon: vehementer [enim] creuerát. Iſtique fuerunt principes [18]domus patrum eorum, 'Epher & Iiſhi, Eliel, Aſriel, Ieremias, Hodaias atque Iahdiel viri heroes & bellicoſi, adhæc viri [19]inclyti,' & principes [18]domus patrum ſuorũ. ¶ Præuaricatores auté fuerunt aduerſus Deum patrum ſuorum, [40]ſcortantes poſt deos' populorũ terræ, quos exterminauerat Deus à facie eorum. [41]Excitauit auté Deus Iſraelis ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Tilgath-pilnæſer regis Aſſerij, qui tranſduxit eos, nempe Rubenitas, Gaditas, & dimidiã tribum Manaſſe, & duxit eos in Hala, Habor, Hara, & ad fluuium Goſan vſque in hunc diem.

CAP. VI.

Filij Leui, Gerſon, Cahath & Merari. Filij autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vſiel. Filij Amram, Aharon & Moſes, atque Maria. filij autem Aharonis Nadab, Abihu, Eleaſar, & Ithamar. Eleaſar verò genuit Pinhas, Pinhas genuit Abiſua. Abiſua genuit Buxi, Buxi genuit Vſi. Vſi auté genuit Seraia. Seraia genuit Meraioth. Meraioth genuit Amariam, Amarias genuit Ahitub. Ahitub genuit Zadoc, Zadoc genuit Ahimaaz. Ahimaaz genuit Aſariam, Aſarias genuit Iohannan. Iohannan genuit Aſariam: [1]is ſacerdotio functus eſt in domo quam extruxit Solomon' in Ieruſalem. Genuit autem Aſarias Amariam, & Amarias genuit Ahitub. Ahitub genuit Zadoc, Zadoc auté genuit Sallum. Sallum genuit Hilkiam, Hilkias genuit Aſariã. Aſarias genuit Seraia, Seraia genuit Iehozadec. Iehozadec auté abijt quum Dominus [2]captiuos abduceret' Iehuda & Ieruſalem [3]per manũ Nebucad-næzar. [4]Filij inquã Leui, [5]Gerſom,' Cahath, & Merari. Hæc verò ſunt nomina filiorum Gerſom, Libni & Simei. Filij autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vſiel. Filij Merari, Maheli & Muſi. iſtæ ergo ſunt [6]familiæ Leui [7]iuxta patres eorum. [8]Ipſius Gerſom, Libni filius eius,' Zimma fili⁹ eius, Ioah filius eius, Iddo filius eius, Sera filius eius, Ieatrai filius eius. Filij ipſius Cahath, Aminadab filius eius, Cora filius eius, Aſſir filius eius, Elcana filius eius, Ebiaſaph filius eius. & Aſſir filius eius. Thahath filius eius, Vliel filius eius, Vſia filius eius, & Saul filius eius. Filij Elcana, Amaſai & Ahimoth. Elcana, filij [9]Elcana,' Zophai filius eius, & Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. [10] Porrò filij Samuelis,' primogenit⁹ [11]Vaſni' & Abia. Filij Merari, Mahali, huius filius Libni, huius filius Simhi, huius filius Vſa, Huius filius Simha. huius filius Haggia, huius filius Aſaia. Et hi ſunt quos conſtituit Dauid [12] ſuper cantica' ædis Domini, poſtquam requiem habuit arca. Miniſtrabãt autem [13]coram tabernaculo tentorij conſtitutionis [14]canticis,' donec Solomon extrueret ædem Domini

quinquaginta millia, & ouium decies quinquaginta millia, & aſinos duo millia, & animas hominum centũ millia: vulnerati autem multi corruerunt. fuit enim bellũ [a]Domini: 'habitaueruntque pro eis vſque ad tranſmigrationem. ¶ Filij quoque dimidiæ tribus Manaſſe poſſederunt terram à finibus Baſan vſque Baal, Hermon & Sanir, & montem Hermon. ingens quippe numerus erat. Et hi [b]fuerunt' principes domus cognationis eorum, Epher, [c]Ieſi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortiſſimi & potentes, & nominati duces in familijs ſuis. ¶ Reliquerunt autem Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt deos populorum terræ, quos abſtulit Deus corã eis. Et ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgeth-phalnáſar regis Aſſur: & tranſtulit Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vſque ad diem hanc.

CAP. VI.

Filij Leui: ‖Gerſõ, Caath, & Merari. Filii Caath: Amram, Iſaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram: Aaron, Moyſes & Maria. filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abiſue. Abiſue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi. Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas. Achimaas genuit Azariã Azarias genuit Iohanan. Iohanan genuit Azariam: ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo, quam ædificauit Salomon in Ieruſalẽ. Genuit auté Azarias Amariã, & Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum. Sellũ genuit Helciã, & Helcias genuit Azariã. Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Ioſedec. Porrò Ioſedec egreſſus eſt, quãdo tranſtulit Dominus Iudã & Ieruſalẽ per manus Nabuchodonoſor. Filij ergo Leui: ‖Gerſom, Caath, & Merari. Et hæc nomina filiorum Gerſom: Lobni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebrõ, & Oziel. Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ autem [d]generationes' Leui ſecundũ familias eorum. Gerſom, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius. Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara fili⁹ eius, Iethrái filius eius. Filii Caath. Aminadab fili⁹ eius, Core filius eius, Aſir filius eius. Elcana filius ei⁹. Abiaſaph fili⁹ eius, Aſir filius eius. Tháhath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius. Saul filius eius. Filij Elcana: Amaſai, & Achimoth. Et Elcana, filii Elcana. Sophái filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel: primogenitus Vaſſeni, & Abia. Filij autem Merari, Moholi: Lobni filius eius. Semei filius eius, Oza filius eius. Sãmaa filius eius. Haggia filius eius, Aſaia filius eius. Iſti ſunt quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini, ex quo collocata eſt arca: & miniſtrabant coram tabernaculo teſtimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini

D ¶[a]Dei: Filiorũ dimidiæ trib⁹ Manaſſe, habitatio. ¶[b]fuerunt ¶[c]&

Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe, veniũt in poteſtaté Aſſyriorum, ob idololatriã.

Filij Leui. ge. 46. b. ‖. 21. b. Filij Caath. Filij Aaron.

Azarias.

E Ioſedec.

Exod. 6. c. Gerſom.

¶[d]cognationes

Caath.

Merari. C

Cantores.

¶6 vſ, cognationes Leuitarum. Hic Leui, pro Leuitis ſumitur, nomen eſt gentile, non proprium. ¶7 Subaudiendum [domus.] iuxta domum patrum ſuorum. i. per familias ſuas. ¶8. i. Gerſomis filius fuit Libni. ¶9 Hic ponitur antecedens pro relatiuo. Elcana. filij eius. ſub. fuerunt qui ſequuntur. Hic Elcana videtur fuiſſe filius Aſſir. ¶10 Samuel fuit filius Elcanæ. potuit igitur aliquid ſubaudiri, cuiuſmodi, Filius autem eius fuit Samuel. vt poſtea ſequatur, Porro filij Samuelis, &c. ¶11 In libro Regum dicitur Ioel. ¶12 Heb. rationibus cantici. vſ, locis cantici. aut. officijs cantici. i. cantorum. q. d. Iſti ſunt quos Dauid præfecit cantoribus, poſteaquam poſita eſt arca in tabernaculo quod fecerat illi Dauid. ¶13 vſ. coram tentorio tabernaculi conuentus. Ita dicebatur quòd omnes eò cõuenirent ad colendum Deum. ¶14 ſub. diuinis.

mini in Ieruſalem: ſtabant autẽ iuxta ordinem ſuum in miniſterio. Hi verò ſunt qui aſſiſtebant cum filijs ſuis, de filijs Caath,

*Heman de Caath.*

Heman cãtor filius Ioel, filij Samuel filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thohu, Filij Suph, filij Elcana, ˋfilij Ioel,ˊ filij Mahath, filij Amaſai, Filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, Filij Thahath, filij Aſir, filij Abiaſaph, filij Core, Filij Iſaar, filij Caath, filij Leui, filij Iſrael.

*Aſaph de Gerſon.*

Et frater eius Aſaph, qui ſtabat à dextris eius, Aſaph filius Barachiæ, filij Samaa, Filij Michael, filij Baſaiæ, filij Melchię, Filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, filij Ethã,

D filij Zamma, filij Semei, Filij Ieth, filij Gerſom, filij Leui.

*Ethan de Merari.*

Filij autẽ Merari fratres eorum, ad ſiniſtrã: Ethã filius Cuſi, filij Abdi, filij Maloch Filij Haſabiæ, filij Amaſiæ, filij Helciæ, Filij Amaſai, filij Boni, filij Somer, Filij Moholi, filij Muſi, filij Merari, filij Leui.

*Leuitæ.*

¶ Fratres quoque eorũ Leuitæ, qui ordinati ſunt in cunctũ miniſterium tabernaculi domus ˋDomini.ˊ

*¶ Dei.*

*Aaron.*

Aaron verò, & filij eius adolebãt incẽſum ſuper altare holocauſti, & ſuper altare thymiamatis, in omne opus Sãcti ſanctorũ: & vt precarentur pro Iſrael iuxta omnia quæ præceperat Moyſes ſeruus Dei.

*Filij Aaron.*

Hi ſunt autẽ filij Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eiꝰ, Abiſue filius eius. Bocci filius eius, Ozi filiꝰ eius, Zarahia filius eius. Meraioth filꝰ eius, Amarias filius eius. Achitob filiꝰ eius, Sadoc filiꝰ eius, Achimaas filius eius.

*Habitacula filiorũ Aaron.*

¶ Et hæc habitacula eorũ per vicos atque cõfinia, filiorum ſcilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarũ: ipſis enim ſorte cõtigerant.

E Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & ſuburbana eius per circuitũ: agros autẽ ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone.

*Caleb habitatio. Ioſ. 21.b.*

*Ciuitates filiorũ Aarõ.*

Porrò filijs Aaron dederũt ciuitates ad cõfugiẽdũ, Hebrõ & Lobna, & ſuburbana eius, Iether quoq; & Eſthemo cũ ſuburbanis ſuis, ſed & Helon & Dabir cũ ſuburbanis ſuis, Aſan quoq; & Beth-ſemes & ſuburbana earũ. De tribu autẽ Bẽiamin: Gabee & ſuburbana eius, & Almath cũ ſuburbanis ſuis, Anathoth quoque cum ſuburbanis ſuis. omnes ciuitates, tredecim, ˋcũ ſuburbanis ſuis,ˊ per cognationes ſuas.

*Caath.*

Filijs autẽ Caath reſiduis de cognatione ſua dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionẽ vrbes decẽ.

*Gerſom.*

Porrò filijs Gerſõ per cognatiões ſuas de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali, & de tribu Manaſſe in Baſan, vrbes tredecim.

*Merari.*

Filijs autẽ Merari per cognationes ſuas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulõ, dederũt ſorte ciuitates duodecim.

F Dederunt quoque filij Iſrael Leuitis ciuitates, & ſuburbana earũ: Dederũtq; per ſortẽ, ex tribu filiorũ Iuda, & ex tribu filiorum Simeõ, & ex tribu filiorũ Beniamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus ſuis, Et his qui erãt de cognatione filiorum Caath, (fuerũtque ciuitates in terminis eorũ de tribu Ephraim.)

*Vrbes refugij. Ioſ. 21.b. Caath.*

¶ Dederũt ergo eis vrbes ad confugiẽdum, Sichem cũ ſuburbanis ſuis in monte Ephraim: & Gazer cum ſuburbanis ſuis, Iecmaam quoque cum ſuburbanis ſuis, & Beth-horon ſimiliter, Necnõ &ˋHelonˊ cum ſuburbanis ſuis, & Geth-remmõ in eundẽ modum.

*¶ Aialon*

Porrò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana eius, Balaam & ſuburbana eius: his videlicet qui de cognatiõe filiorũ Caath reliqui erãt.

*Gerſom.*

Filijs autem Gerſom de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulõ in Baſan, & ſuburbana eius,

mini Ieroſolymis, ſteterũntq; in miniſterio ſuo [15]ˋiuxta ritum eiꝰ [præſcriptũ.]ˊ Hi autẽ aſſiſtebant cum filijs ſuis, de filijs Cahathitarũ, Heman cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thoa, Filij Zuph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amaſai, Filij Elcana, filij Ioel, filij Aſaria, filij Zeponia, Filij Thahath, filij Aſir, filij Abiaſaph, filij Cora, Filij Lizhar, filij Cahath, filij Leui, filij Iſrael. Et[16] fraterˊeius Aſaph ſtabat ad dexterã eiꝰ: & fuit Aſaph filꝰ Berechię, filij Simha, Filij Michaelis, filij Baaſeia, filij Malxia, Filij Ethni, filij Særa, filij Adaia, Filij Ethã, filij Sima, filij Simei, Filij Iahath, filij Gerſom, filij Leui. Porrò[17] filij Merariˊfratres eorũ erant ad ſiniſtrã, nẽpe Ethan filꝰ Kiſi, filij Abdi, filij Malluch, Filij Haſabiæ, filij Amaſiæ, filij Hilkię, Filij Amzi, filij Bani, filij Samer, Filij Mahli, filij Muſi, filij Merari, filij Leui. ¶ Et fratres[18] eorũ[19] Leuitæ[20] donatitij ad omne miniſterium tabernaculi ædis Dei. Aharon verò & filij eius adolebãt incẽſum ſuper altare holocauſti, atque ſuper altare [21]incẽſũ, [22]ad omne opꝰ[23] Sãcti ſanctorum,ˊ &[24] ad expiãdũ pro Iſraelitis,ˊ iuxta omnia quę præceperat Moſes famulus Dei. Iſti autẽ ſunt filij Aharonis, Eleaſar, cuius filꝰ Pinhas, & huius filius Abiſua, Huius filius Buki, huius filꝰ Vſi, huius filius Seraie, Huiꝰ filius Meraioth, huius filꝰ Amaria, huiꝰ filius Ahitub, Huius filius Zadoc, huiꝰ filius Ahimaas. ¶ Et iſtæ ſunt habitationes eorum per[25] caſtellaˊeorũ, [26]atq; terminos eorũ,ˊ filiorũ ſcilicet Aharonis [27]per familiãˊCahathitarũ. nã illis fuit hæc[28] ſors. [29]Dederũt enimˊeis Hebrõ in terra Iehuda & ſuburbanos agros eius circũ illam. Agrum autẽ ciuitatis & villas eius dederũt Chaleb filio Iephune. Filijs verò Aharonis dederunt ciuitates refugij, Hebron videlicet, & Libna cũ ſuburbanis ſuis: [30]Iathirˊ& Eſtemoa cum ſuburbanis ſuis: [31]HilenˊquoQue cũ ſuburbanis eius, Debir cum ſuburbanis eius: Aſan & ſuburbana eius, Beth-ſemes & ſuburbana eius. ˋDe tribu verò Bẽiamin, Geba cũ ſuburbanis eiꝰ, [32]Allemethˊ cum ſuburbanis eius, Anathoth & ſuburbana eius: omnes ciuitates eorum[33] tredecimˊ ciuitates, per cognationes ſuas. Reliquis filijs Cahath[34] de familia tribus, de dimidia tribu dimidij Manaſſe, in ſorteˊ ciuitates decẽ. Et [35]filijs Gerſomˊ per familias ſuas, ex tribu Iſaſchar, ex tribu Aſer, ex tribu Naphtali, & ex tribu Manaſſe in Baſan ciuitates tredecim. Et [36]filijs Merariˊ per familias ſuas, ex tribu Ruben, & ex tribu Gad, & ex tribu Sebulõ[37] in ſorteˊduodecim ciuitates. [38]Dederũtqueˊfilij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana eorũ loca. Dederunt inquã per ſortem ex tribu filiorũ Iehuda, & ex tribu filiorum Simeõ, atque ex tribu filiorum Bẽiamin ciuitates iſtas [39]quas nominibꝰ vocauerũt.ˊ Et his qui erãt ex familijs filiorũ Cahath, (fuerũt[autẽ][40] ciuitates[41] & terminꝰ eorũˊex tribu Ephraim.) ¶ Dederũtq; eis[42] ciuitatesˊrefugij, Sechẽ & ſuburbana eius in mõte Ephraim, Geſer & ſuburbana eiꝰ, Et Iocmeam, & ſuburbana eius, Beth-horõ & ſuburbana eius, Et Aialon & ſuburbana eius, Gath-rimmon & ſuburbana eiꝰ. Ex dimidia autẽ tribu Manaſſe, [43]Anerˊ& ſuburbana eius, Bileam & ſuburbana eius pro familia filiorum Cahath, qui reſidui erant. Filijs autem Gerſom ex familia dimidiæ tribus Manaſſe, Golan in Baſan & ſuburbana eius,

¶ 15 iuxta morem ſuũ. i. pro ratione dignitatis ſuæ, quem morẽ nacti erant tẽpore tabernaculi. q. d. manſerũt in eo ordine & ſtatu quẽ nacti erant tempore tabernaculi Dauidis. ¶ 16. i. cognatꝰ. nã habuerũt hi duo eũdem auum, nẽpe Leui. ¶ 17. i. Meraritæ. ¶ 18 ſub. cantorũ ſupradictorum. ¶ 19 ſub. alij. ¶ 20 fuerũt traditi. vł deputati ¶ 21 vł, thymiamatis, ¶ 22 i. in oi opere, vł officio. ¶ 23 Sãctũ ſctõrũ aliquãdo accipitur ꝓ adyto, aliquando ꝓ partibꝰ tẽpli in quibꝰ verſabãtur ſacerdotes. ¶ 24. i. ad reddẽdũ Deũ propitiũ Iſraeli. ¶ 25 Vox Hebræa ſignificat domos lapide factas, & domos inſignes. ¶ 26 in finibus ſuis. vł terminis. Gallice. En leur quartier. nã regio quælibet eſt certis limitibus & finibꝰ diſtincta. ¶ 27 vł. in cognatiõe. nã Aarõ deſcẽdet ex Caath. ¶ 28 ſub. quæ cecidit ſuper vrbes Iudæ. nam miſſis ſortibus acquiſitæ fuerũt vrbes filijs Leui. ¶ 29 Dederũt itaque. ſub. filij Iſrael filij Aaron. ¶ 30 Additur à Ioſue, & ſuburbana eiꝰ. ¶ 31 Dicitur à Ioſue Holẽ, propter affinitatẽ hirie & holem. ¶ 32 Hæc dicitur Almon à Ioſue. ¶ 33 Notãdũ hic omitti duas vrbes, quũ hic dicit tredecim. Vide Ioſue. ¶ 34 Multa ſubaudiẽda, hoc modo, [dederũt] de cognatione tribus [Leui] de dimidia tribu, [id eſt] de media [parte] Manaſſe, per ſortem. vł, miſſis ſortibus &c. ¶ 35 ſub. dederunt. ¶ 36 ſub. dederunt filij Iſrael. ¶ 37 vł, ductis ſortibus ¶ 38 Dederunt inquam ¶ 39 q. d. dederunt vrbes ſupradictas. ¶ 40 ſub. aliquot. ¶ 41 terminorũ eorum &c. q. d. habitarunt etiã in tribu Ephraim. Parentheſis eſt. ¶ 42 vł, de vrbibus ¶ 43 Hæc vocatur à Ioſue Tahana.

¶44 A Ioſue di cit Hen-gannim. ¶45 Elcath dicitur à Ioſue. ¶46 Hamath-dor, in Ioſue. ¶47 Aliàs dicitur Cartã apud Ioſue. ¶48 Iordanis Iericho dicitur, quia fluit circum Iericho.

VII.

¶3.i. vtraq; manu vtentes in miſſione lapidum funda, & miſſione ſagittarū arcu. q.d. optime mittebat lapides & ſagittas. ¶4.i. ex contribulibus & cognatis. ¶5 vſ, Princeps ¶6 vſ, fortis inter triginta. ſub. fortiſſimos. ¶7.i. preerat illis. ¶8 Coritæ.i. de cognatione Coræ. ¶9 ſeparauerūt ſeſe. ſub. à Saule, & profugerunt ad &c. ¶10 vſ, ad arcē. ſiue, ad præſidiū ¶11 potentes viribus. ſub. bellicis. ¶12 Heb. ad bellū. ſub. gerendū apti. ſiue, ad inſtruendā aciem. ¶13 Heb. diſponentes clypeum & ſcutū.i. in acie vtentes clypeo & ſcuto. ¶14 dux. ſub. illorū fuit. ¶15 Heb. vnus [ex illis] pro centū, nempe minimus: & maximus pro mille.i. minimus illorū poterat reſiſtere centū: maximus verò poterat reſiſtere mille. ¶16.i. omnes qui habitabāt in vallib⁹ ad Orientē Iordanis, & ad Occidentē. nihil eos terruit plenus Iordanis: qui circa meſſem nō ſolet capi ſuis ripis. Vide Ioſue 3. ¶17.i. loquutus eſt. ¶18 pacē.i. pacis cauſa. ¶19 erit mihi ſuper vos animus in vnū.i. ero vobiſcū eiuſdē animi, eadē erit mihi voluntas quæ vobis. vſ, ſit animus meus vobiſcū. q.d. percutiamus ſimul fœdus. ¶20 Heb. propter aduerſarios meos.i. in gratiā aduerſariorū meorum. ¶21 Heb. abſq; iniquitate in manibus meis.i. quū nihil inique agam. ¶22 & arguat. ſiue increpet. ¶23 ſub. audaciæ. ¶24 vſ, illorū potentium, ¶25.i. Tecum. ſub. ſumus. ¶26.i. tibi fauebimus.

hūc cōſtituit Dauid[57] vt eſſet audiēs ei. ¶[58] Fuerūt & illi heroes fortiſſimi, 'Aſael frater Ioab, Elhanan filius Dodo de Beth-lehem. Samoth Harodites, Helez Pelonites. Ira filius Ikes Tecuites, Abiæſer Anthotites. Sibchai Huſathites, Ilai Ahohites. Naharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites. Ithai fili⁹ Ribai de Gibeath filiorū Beniamin, Benaia Pirathonites. Hurai de[59] torrentibus Gaas, ' Abiel Arbathites. Aſmaueth Baharumites, Eliaba Saalbonites. Filij Haſem Giſonites, Ionathan filius Sage Hararites. Ahiam fili⁹ Sachar Hararites, Eliphal filius Vr. Hepher Mecherathites, Ahia Pelonites. Hezro Carmelites, Naari filius Aſbai. Ioel frater Nathan, Mibhar fili⁹ Hagri. Zelec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioabi filij Zeruia. Ira Iethrites, Gareb Iethrites. Vrias Hithæus, Sabad filius Ahelai. Adina filius Siſa Rubenita, princeps Rubenitarū, & cū eo triginta. Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mithnites. Vzias Aſterathites, Sama & Iehiel filij Hotam[60] Aroerites. 'Iediheel fili⁹ Simri, & Ioha frater eius [61]Hatizites.' Eliel [62]Mahauimes,' Ieribai atq; Ioſauia filij Elnaam, & Ithma Moabites. Eliel & Obed, atque Iaaūel[63] Mezobaiatites.'

## CAP. XII.

HI venerūt ad Dauidem in [1]Ziclag, 'quum adhuc concluſus eſſet' metu Saulis filij Kis: Erántque [2]ex heroibus qui auxiliares [ei] fuerunt in rebus bellicis. 'Inſtructi autem erant arcu, [3]vtraq; valentes manu in lapidibus, & iaculis arcu, [4]de fratrib⁹ Saulis, [id eſt] ex Beniamin. [5]Præcipuus' erat Ahieſer & Ioas filij Semaa Gibeathitæ, Ieziel atq; Pelet filij Aſmaueth, Beracha & Iehu Anthotites. Iiſmaia Gibeonites [6]fortis inter illos triginta, '& [7]ſuper triginta:' Iirmeia, Iahaziel, Iohanan, & Ioſabad Gederathites. Elhuſi, Ierimoth, Bealia, Semarias, & Sephatias Haruphites. Elcana, Iiſia, Aſreel, Ioæſer, Iaſabeam [8]Hacorhim.' Ioela, Sebadia, filij Ieroham de Gedur. ¶De Gaditis quoque [9]ſegregati ſunt' quidā ad Dauidē [10][cum eſſet] in præſidio' deſerti, [11]heroes fortes,' & viri militares [12]bello apti, [13]inſtructi lancea & conto: 'quorū facies, leonum facies referebant, & celeritate capreas in mōtibus. Eſer[14] præcipuus,' Obadia ſecundus, Eliab tertius, quartus Maſmana, Ieremias quintus, Athai ſextus, Eliel ſeptim⁹, Iohanan octauus, Elſabad nonus, Ieremias decimus, Machbonai vndecimus. Hi fuerunt ex filijs Gad principes exercitus, [15]minor ſuper centū, maior ſuper mille.' Hi ſunt qui traiecerunt Iordanē menſe primo quū exundaret omnibus ripis ſuis, & fugarunt[16] omnes [habitatores] valliū ad Ortū & ad Occaſum. ' Venerunt quoque ex filijs Beniamin atq; Iehuda ad præſidiū Dauidis. Et Dauid obuiā eis egreſſus, [17]reſpondit' & dixit ad eos, Si ad[18] ſalutē & ad auxiliū ferendū veniſtis ad me, [19]erit & cor meū vnitum vobiſcū: ſi verò vt circūueniatis me, [20]hoſtibúſq; meis [tradatis,] [21](quū ſim iniuriæ expers,) 'inſpiciat Deus patrum noſtrorū, [22]atque [id] aperte prodat.' Tum[23] ſpiritus' induit ipſum Amaſai ducē [24]inter triginta, '[vt diceret,] [25]Tibi' ô Dauid, & [26]tecū [erimus]' ô fili Iſai,

poſuit autem eū Dauid ad auriculā ſuā. ¶Porrò fortiſſimi viri in exercitu, Ahaſel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui eius de Beth-lehem. Sammoth Arorites, Helles Phalonites. Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites. Sobbochai Huſathites, Ilai Ahohites, Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites. Ethai fili⁹ Ribai de Gabaath filiorū Beniamin, Banaia Pharatonites. Hurai de Torrēte-Gaas, Abiel Arbathites. Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. Filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites. Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr. Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites. Heſro Carmelites, Naarai filius Azbai. Ioel frater Nathan, Mibahar filius Hagarai. Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. Ira Iethræus, Gareb Iethræus. Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi. Adina fili⁹ Siza Rubenites princeps Rubenitarū, & cum eo triginta. Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites. Ozia Aſterothites, Samma & Iehiel filij Hotham Arorites. Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thoſaites. Eliel Mahumites, & Ieribai & Ioſaia filij Elnaem, & Iethma Moabites. Eliel & Obed, & Iaſiel de Maſobia. A

## CAP. XII.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, Qui erant fortiſſimi & egregij pugnatores, tendentes arcum, & vtraque manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas: de fratribus Saul ex tribu Beniamin. Priceps Ahiezer, & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Baracha & Iehu Anathotites. Samaias quoq; Gabaonites fortiſſim⁹ inter triginta & ſuper triginta. Ieremias & Iehezicl & Iohanan & Iezabad Gaderothites. Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria & Saphatia Haruphites. Elcana & Ieſia & Azareel & Ioezer & Ieſbaam de Carehim. Ioela quoque & Zabadia filij Ieroham de Gedor. B
¶Sed & de Gaddi tranſfugerunt ad Dauid, cum lateret in deſerto, viri robuſtiſſimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & haſtam: facies eorū quaſi facies leonis, & veloces quaſi capreæ in montibus. Ezer princeps, Obdias ſecundus, Eliab tertius, Maſmana quartus, Ieremias quintus, Ethi ſextus, Eliel ſeptimus, Iohanan octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Machbanai vndecimus. Hi de filijs Gad principes exercit⁹: nouiſſimus, centum militibus præerat, & maximus mille. Iſti ſunt qui tranſierūt Iordanē menſe primo, quando inundare cōſueuit ſuper ripas ſuas: & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidentalē. ¶Venerūt autem & de Beniamin & de Iuda ad præſidium in quo morabatur Dauid. Egreſſúſque eſt Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meū iūgatur vobis. ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeā, videat Deus patrum noſtrorum, & iudicet. Spiritus verò Domini induit Amaſai principē inter triginta, & ait, Tui ſumus ô Dauid, & tecū fili Iſai. C

Qui trāſierit ad Dauid. cū adhuc fugeret Saulem.

Pax. Adiutor Dauidis, Deus.

Pax, pax tibi, & pax adiutorib⁹ tuis. te enim ad-
iuuat Deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid, & con-
ſtituit principes turmæ. ¶ Porrò de Manaſſe tráſ-
fugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Phili-
ſthijm aduerſus Saul, vt pugnaret: & non dimi-
cauit cum eis, § quia inito conſilio remiſerunt eũ

1. Reg. 29. b.

principes Philiſthinorũ, dicentes, Periculo capi-
tis noſtri reuertetur ad dominũ ſuũ Saul. Quãdo
igitur reuerſus eſt in Siceleg, tranſfugerunt ad
D eum de Manaſſe, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, &
Michael & Ednas & Iozabad, & Eliu, & Salathi,
principes millitũ in Manaſſe. Hi præbuerunt au-

¶ millium

xilium Dauid aduerſus latrunculos: omnes enim
erãt viri fortiſſimi, & facti ſunt principes in ex-
ercitu. ſed & per ſingulos dies veniebant ad Da-
uid ad auxiliandum ei, vſque dum fieret gran-
dis numerus, quaſi exercit⁹ Dei. ¶ Iſte quoque eſt
numerus principum exercitus, qui venerunt ad
Dauid, cum eſſet in Hebron, vt transferrent re-
gnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini. Filij
Iuda portantes clypeum & haſtam, ſex millia o-
ctingenti expediti ad prælium. De filijs Simeon
virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem
millia centum. De filijs Leui, quatuor millia ſex-

Numer⁹ eorũ q erant cũ Dauide vt cõſtituerent eũ regem.

E centi. Ioiada quoque princeps de ſtirpe Aaron,
& cum eo tria millia ſeptingenti. Sadoc etiam
puer egregiæ indolis, & domus patris eius, prin-
cipes vigintiduo. De filijs autẽ Beniamin fratri-
bus Saul, tria millia. magna enim pars eorũ ad-
huc ſequebatur domum Saul. Porrò de filijs E-
phráim viginti millia octingenti, fortiſſimi ro-
bore, viri nominati in cognationibus ſuis. Et ex
dimidia tribu Manaſſe, decem & octo millia, ſin
guli per nomina ſua venerunt vt conſtituerent
regem Dauid. De filijs quoque Iſſachar viri eru-
diti qui nouerant ſingula tempora, ad præcipiẽ-
dum quid facere deberet Iſrael, principes ducẽ-
F ti: omnis autem reliqua tribus, eorum conſiliũ
ſequebatur. Porrò de Zabulon qui egrediebantur
ad præliũ, & ſtabãt in acie instructi armis belli-
cis, quinquaginta millia venerũt in auxiliũ, nõ
in corde duplici. Et de Nephthali, principes mil-
le: & cum eis inſtructi clypeo & haſta, triginta &
ſeptem millia. De Dan etiam præparati ad præ-
lium, vigintiocto millia ſexcenti. Et de Aſer e-
gredientes ad pugnã, & in acie prouocãtes qua-
draginta millia. Trans Iordanem autem de fi-
lijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Ma-
naſſe inſtructi armis bellicis, centum viginti mil
G lia. Omnes iſti viri bellatores expediti ad pugnã
dum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt cõ-
ſtituerent regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael:
ſed & omnes reliqui ex Iſrael, vno corde erant
vt rex fieret Dauid. Fuerúntque ibi apud Dauid
tribus diebus comedentes & bibentes. præpara-
uerant enim eis fratres ſui. Sed & qui iuxta eos
erant, vſq; ad Iſſachar & Zabulon & Nephthali,
afferebant panes in aſinis, & camelis, & mulis, &
bobus ad veſcendũ: farinã, palathas, vuã paſſam,

Numer⁹ exercit⁹ Dauidis 312812.

[17] Pacem [optamus,] pacẽ inquam tibi, & pacẽ au-
xiliaribus tuis: quandoquidẽ & Deus tuus auxi-
lio tibi eſt. Suſcepit ergo eos Dauid, & conſtituit
eos [18] capita manipulorũ. ¶ [19] Ceciderunt & qui-
dam de Manaſſe ad Dauidem, quum veniret cum
Paleſthinis in prælium contra Saulẽ, tametſi o-
pem [20] illis non [21] ferrent, quia ſatrapæ Paleſthi-
norum [22] conſulto cum remittebãt, dicentes, [Pe-
riculo] capitum noſtrorum [23] deficiet ad dominũ
ſuum Saulem. Ergo ex Manaſſitis ad eum [24] defe-
cerũt quum proficiſceretur in Ziclag, Adna, Io-
ſabad, Iediael, Michael, Ioſabad, Elihu, & Zilthai
[25] tribuni Manaſſitarum. Et hi opem tulerũt Da-
uidi contra [26] graſſatores: quandoquidem omnes
illi [27] heroes fortes fuerunt, factique ſunt impe-
ratores exercitus. [28] & tum ſingulis diebus veni-
ebãt ad Dauidem qui ei ſuppetias ferrent, [39] do-
nec fieret exercitus ingens inſtar exercitus Dei.
¶ [40] Atq; hic eſt numerus principũ [41] qui inſtru-
cti erãt ad præliũ, quique venerũt ad Dauidẽ in
Hebron, vt [42] reducerent regnũ Saulis ad eum iu-
xta imperiũ Domini. Filiorũ Iehuda qui ferebãt
[43] lanceã & contum, ſex millia & octingenti, ac-
cincti armis ad præliũ. Filiorum Simeon [44] he-
roum fortium ad pugnã, ſeptem millia cẽtum.
De filijs [tribus] Leui, quatuor millia ſexcẽti. Ie-
boiada quoq; [45] princeps [de ſtirpe] Aharonis, &
cum eo tria millia ſeptingenti. Et Zadoc iuuenis
[46] heros fortis, & domus patris eius [47] principes
vigintiduo. De filijs Beniamin [48] fratribus Saulis,
tria millia: adhuc enim [49] & vſque ad illud tẽpus
multi ex eis [50] obſeruabãt cuſtodiã dom⁹ Saulis.
Porrò de filijs Ephraim, viginti millia & octingẽ
ti [51] heroũ fortiſſimorũ, qui inſignes fuerunt [52] in
domo patrũ ſuorũ. Ex dimidia tribu Manaſſe,
decẽ & octo millia [virorũ,] qui [53] recenſiti nomi-
bus venerunt ad inaugurandũ Dauidẽ regẽ. Ex
filijs Iſaſchar item ducẽti principes gnari [54] tem-
porũ, & periti quid faciendũ eſſet Iſraeli, à quo-
rum ore omnes fratres eorũ [55] [pendebant,] De Ze
bulon verò quinquaginta millia, eorũ qui ad bel
lum egredi [poterant,] [56] & inſtructi erant omni
armorũ bellicorũ genere, ad congreſſum, idque
haud duplici corde. De Naphtali [venerũt] prin-
cipes mille, cũmque eis trigintaſeptẽ millia cum
lancea & haſta. Ex Danitis [57] eorum qui inſtructi
erãt ad bellũ, vigintiocto millia, & ſexcenti. De
Aſer verò, eorũ qui apti erant bello, & [58] inſtructi
in aciẽ, quadraginta millia. Porrò trans Iordanẽ
de Rubenitis, Gaditis, atq; dimidia tribu Manaſ-
ſe, centum & viginti millia, omni armorũ belli-
corum genere [inſtructa.] Hi omnes viri bellicoſi
& [58] inſtruentes aciẽ, corde [59] integro venerunt in
Hebron, vt conſtituerent Dauidẽ regem ſuper o-
mnem Iſraelem. quin & cuncti reliqui Iſraelitæ
[60] [venerunt] vno corde, vt conſtituerent Dauidẽ
regem. Fuerũntq; [61] illic apud Dauidẽ tribus die-
bus, edẽtes & bibẽtes: [62] præparauerant enim eis
[63] fratres eorũ. Sed & qui illis vicini erãt vſq; ad
Iſaſchar, Zebulon & Naphtali, afferebant panem
aſinis, camelis, mulis & bobus, [64] cibũ farinaceum, maſſas [65] ficuum, & ligaturas vuarum paſſarum,

¶17 Heb. Pax, pax tibi, [ſub. eſt,] & pax adiutori tuo. i. Multa pax tibi eſt, ſiue ſit. q. d. Res tuæ ſunt i optimo ſtatu, & res eorũ qui ſtant à te.

¶18 Heb. inter principes turmæ. ſiue exercitus. ſub. illius qui cũ eo erat. Multitudinem eorum qui confugerant ad Dauid, vocat Gedud. i. turmam ſiue exercitũ.

¶19 Trãſfugerunt

¶20 ſub. Palæſthinis.

¶21 ſub. Dauid, & qui cum eo erãt.

¶22 conſilio inito

¶23 trãſfugiet. ſub. à nobis.

¶24 transfugerunt

¶25 Heb. principes millium

¶26 turmam illã. ſub. Amalecitarũ. loquitur de turma nota & inſigni, népe ea quæ ſpoliauerat Siceleg.

¶27 Heb. potentes viribus

¶28 etenim

¶39. i. vſquedũ exercitus eius factus eſſet exercit⁹ maxim⁹.

¶40 Deſcribũt qui ex ſingulis tribubus defecerunt ad Dauidem. Deſcribũtur autẽ hic numeri particulares, nõ vniuerſales.

¶41 qui lõbos inſtructos armis habebant

¶42 vl, transferrent ¶43 clypeum & haſtam, ¶44 præditorum viribus. i. fortiſſimorum. ¶45 ſub. Aaronitarum.
¶46 potens viribus, [ſub. venit:] & [de] domo &c. ¶47 ſub. venerunt. ¶48. i. cognatis & cõſanguineis. ſub. venerũt.
¶49 Heb. & ecce ¶50. i. ſequebãtur partes domus Saulis. ¶51 potentium viribus, ¶52. i. in ſuis familijs. ¶53 deſignati fuerant nominibus. i. qui nomina dederant. Gallice, Qui eſtoyent enroolez. ¶54 vt venirent ad conſtituendum ¶55 vl, occaſionum. i. ſcientes quo tempore quidque eſſet gerendũ, captatis occaſionibus. ¶55 ſubaudiendum potius, operabantur. ¶56 Heb. diſponentes bellum cum omnibus inſtrumentis belli, & erant ad pugnandum abſque corde & corde. i. in acie pugnantes omnibus armis bellicis: quique parati erãt pugnare abſque duplicitate cordis, hoc eſt puro & ſyncero corde. ¶57 Heb. ad diſponendã aciem. i. qui in acie ordinata pugnarent. hoc eſt qui nouerant pugnare in ordine ſuo acie inſtructa. ¶58. i. ordinem ſuum in acie inſtructa ſeruantes. vl, in acie inſtructa pugnantes. ¶59 vl, perfecto. i. candido. Gallice, Tous bien deliberez. ¶60 Heb. vnum cor erat [ei] ad conſtituendũ &c. q. d. Reliquus populus conſentiebat vt Dauid conſtitueretur rex. ¶61 ſub. in Hebron. ¶62 ſub. cibos. ¶63. i. alij Iſraelitæ. ¶64 in cibum: [&] farinam, ¶65 ſiue, caryearum.

¶66 in magna copia. ¶67 ſub. magnum.

XIII.

¶1 Heb.cũ principibus milliũ, ¶2 Heb.per oẽs principes. q.d. nullo excepto. ¶3.i.placuerit Domino,ſiue ei rei fauerit quã molimur.

¶4 Heb. diuidemus,mittemus .i.varios ac diuerſos nuncios mittemus. q.d. mittemus nũcios huc & illuc. ¶5 cũ illis autẽ [remanſerũt,vel ſunt] ſacerdotes & Leuitæ in vrbibus ſuburbanorũ ipſorũ. vel, in vrbibus [&] ſuburbanis ſuis.Omnes ſacerdotes ſunt Leuitæ, nõ contrà.non enim omnes Leuitæ ſacerdotes. propterea dicit ſacerdotes & alios Leuitas.

¶6 Vt reducamus ¶7 .i.in Ieruſalem.

¶8 tẽpore &c. Nam ſub Saule fuit capta & deducta i Semes. Vide 1.Reg.7.

¶9.i.ita eſſe faciendum.

¶10 Heb. recta [fuit]res in oculis totius populi.i. ſummopere placuit populo. ¶11 ſub. per nuncios.

¶12.i.Niger & turbid9.ita dicitur Nilus. q aquas turbidas trahere ſolent.

vinum & oleum,boues & oues[66] abunde ſatis.[']erat enim[67] gaudiũ[']in Iſraele. CAP. XIII.

DAuid autẽ iniit conſiliũ [1]cũ tribunis[']& centurionibus.[2]& cũ omnibus principibus.[']Dixitq; Dauid ad omnẽ cœtũ Iſraelis, Si vobis bonũ [videtur] & [3]à Domino Deo noſtro [eſt,][4]paſſim mittemus[']ad fratres noſtros qui reliqui ſunt in omnibus terris Iſraeliticis,([5]& cũ his ad ſacerdotes & Leuitas qui ſunt in ciuitatibus ſuis ſuburbanis[']) vt cõgregẽtur ad nos,[6]Reducamúſq;[']arcã Dei noſtri[7]ad nos:[']quoniã nõ requiſiuimus eã [8]à diebus[']Saulis.Dixerũt autẽ omnes qui erãt in cœtu, [9]vt faceret ſic:[']nã[10]id videbatur rectũ vniuerſo populo.¶[11]Cõuocauit[']ergo Dauid vniuerſum Iſraelẽ a[12]Sihor[']Ægypti, vſq; [13]dũ venitur[']Hamath,vt adducerẽt arcã Dei[14]de Kiriath-iearim.[']Aſcẽdit ergo Dauid & omnis domus Iſrael [15]in aſcẽſu Kiriath-iearim,[']quæ eſt in Iehuda,vt [16]illinc[']transferrent arcã Domini Dei habitantis inter cherubim,[17]vbi nomẽ [eius] inuocatur.[']Vexerunt autẽ arcã Dei ſuper plauſtro nouo de domo Abinadab.[18]Vſa verò & Ahio[']duxerunt plauſtrum. Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael[19]ludebãt [20]corã Deo[']totis viribus, cãticis,citharis,nablis, tympanis,cymbalis atq; tubis.Quũmq; veniſſent in [21]areã Chidon,[']miſit Vſa manũ ſuã ad arcã vt [22]teneret[']eã,([23]declinabãt enim boues,)& incanduit furor Domini in Vſam,[24]percuſſitque[']eum, quòd miſiſſet manũ ſuã in arcam, mortuúſq; eſt ibi[25]coram Deo.[']Et[26]exæſtuauit Dauid dolore,[']q [27]Dominus dirupiſſet rupturã[']in Vſa:&[28]vocauit[']locũ eundẽ[29]Perez Vſæ,in hũc vſq; diẽ.Et timẽs Dauid Dominũ eodẽ die,dixit, Quomodo introducerẽ ad me arcã Dei ? & nõ deduxit Dauid arcam ad ſe.id eſt in ciuitatẽ Dauidis,ſed abduxit eam ad domũ Obed-edom Githæi.Et manſit arca ipſius Dei[30]in domo Obed-edom, nẽpe in domo eius[']tribus menſibus:& fortunauit Dominus domum Obed-edom,& omnia quæ habebat.

CAP. XIIII.

MIſit autẽ Hiram rex Zor legatos ad Dauidẽ, ſimúlq; ligna cedrina,fabros[1]murarios,[']& fabros lignarios,ad ædificandũ[2]ei[']domũ.Et [3]cognoſcens[']Dauid quòd Dominus cõfirmaſſet eum regẽ ſuper Iſraelẽ,quódq;[4]exaltatũ eſſet[']regnũ eius propter populũ ſuum Iſraelem, Duxit Dauid adhuc vxores in Ieruſalem,& genuit Dauid [5]plures[']filios & filias.Et hæ ſunt nomina natorum quos habuit in Ieruſalẽ: Sammua, Sobab, Nathan,& Solomon. Gibhar,Eliſua,Elpalet,Noga,Negeph,Iaphia.Eliſama,[6]Beeliada[']& Eliphalet.¶Audiẽtes autẽ Paleſthini quòd vnctus eſſet Dauid rex ſuper vniuerſum Iſraelẽ,aſcenderunt cũcti Paleſthini[7]vt quærerẽt[']Dauidẽ.hoc quũ audiſſet Dauid,egreſſus eſt ante eos.([8]Venerunt ergo Paleſthini,& diffuderũt[']ſe i valle Rephaim.) Cõſuluit igitur Dauid Dominũ,dicẽs, Aſcẽdãne

vinum,oleum, boues, arietes ad omnẽ copiam. gaudium quippe erat in Iſrael. CAP. XIII.

INiit autem conſilium Dauid cũ tribunis & centurionibus, & vniuerſis principibus, & ait ad omnem cœtum Iſrael,Si placet vobis,& à Domino Deo noſtro [*]egreditur[*] ſermo quem loquor: mittamus ad fratres noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael,& ad ſacerdotes & Leuitas qui habitãt in ſuburbanis vrbiũ,vt congregentur ad nos,Et reducamus arcam Dei noſtri ad nos: non enim requiſiuimus eã in diebus Saul.Et reſpõdit vniuerſa multitudo vt ita fieret: placuerat enim ſermo omni populo.¶Congregauit ergo Dauid cunctũ Iſrael à Sihor Ægypti, vſque dum ingrediaris Emath,vt adduceret arcã Dei de Cariath-iarim.Et aſcendit Dauid & omnis[*]vir[*] Iſrael ad collem Cariath-iarim,qui eſt in Iuda,vt afferret inde arcam Domini Dei ſedẽtis ſuper cherubim, vbi inuocatum eſt nomen eius. Impoſuerúntq; arcam Dei ſuper plauſtrum nouum,de domo Aminadab : Oza autem, & frater eius minabant plauſtrum. Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael, ludebant coram Deo omni virtute,in canticis & in citharis,& pſalterijs,& tympanis,& cymbalis, & tubis. Cum autem perueniſſent ad Aream-chidon,tetendit Oza manũ ſuam,vt ſuſtentaret arcam: bos quippe laſciuiens,paululum inclinauerat eam.Iratus eſt itaque Dominus contra Ozã, & percuſſit eum,eo quòd tetigiſſet arcã, & mortuus eſt ibi coram Deo. Contriſtatúſque eſt Dauid,eo quòd diuiſiſſet Dominus Ozam: vocauitque locum illum Diuiſio-Ozæ,vſque in præſentem diem.Et timuit Deum tunc temporis, dicẽs, Quomodo poſſum ad me introducere arcã Dei? Et ob hanc cauſam non adduxit eam ad ſe, hoc eſt in Ciuitatem-Dauid, ſed auertit in domum Obed-edom Gethæi.Manſit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mẽſibus:& benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

CAP. XIIII.

MIſit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid,& ligna cedrina, & artifices parietum lignorũmque:vt ædificarent ei domum.Cognouitque Dauid eo quòd confirmaſſet eum Dominus in regem ſuper Iſrael,& ſubleuatum eſt regnum ſuum ſuper populum eius Iſrael.Accepit quoq; Dauid alias vxores in Ieruſalẽ: genuitque filios & filias. Et hæc nomina eorũ qui nati ſunt [*]in Ieruſalem: Samua & Sobab,Nathan & Salomõ,Iebahar, & Eliſúa,& Eliphálet,Noga quoq;, & Napheg,& Iaphia.Eliſama,& Baal-iada, & Eliphálet. ¶Audientes autẽ Philiſthiim eo quòd vnctus eſſet Dauid in regẽ ſuper vniuerſum Iſrael,aſcẽderunt omnes vt quærerent eũ:quod cũ audiſſet Dauid,egreſſus eſt obuiã eis.(Porrò Philiſthiim veniẽtes,diffuſi ſunt in Valle-raphaim.) Conſuluitque Dauid Dominũ, dicens,Si aſcendã

Reductio arcæ de Cariath-iarim.

¶[*]egreditur ipræſ.tem.

B

2.Reg.6.a.

C

Oza occiſus à Deo,q arcã D attigiſſet. nume.4.b.

Hirã mittit ligna & artifices,ad extructionem domus Dauidis. 2.reg.5.b.

Dauidis plures vxores.

B ¶[*]ei

Dauid cõſulto Domino vincit Philiſthæos.2.reg. 5.c.d.

¶13 ad introitum ¶14 de filia Iearim .i. de Gabaa vrbe quæ proxima erat vrbi quæ dicebatur Iearim,& illinc deducta fuit in Gabaa. Forte Gabaa erat ſub ditione Iearim: propterea vocat filiã Iearim. ¶15 ad Bahala,[id eſt]in filiã Iearim. Filia Iearim aliter dicebatur Bahala,vt videre eſt ex Ioſue cap.15. & 2.Reg.6,hęc eadẽ vrbs dicitur Bahale Iuda. ¶16.i.ex ea regione. ¶17 Heb.ſuper quam inuocatum eſt nomen.ſub Domini. ¶18 Iſti fuerunt fratres Abinadab. ¶19.i.lætitiã magnam geſtibus corporũ præ ſe ferebant. ¶20.i.ante arcã Dei. ¶21 2.Reg. 6.a,dicitur Area Nachon. ¶22 vel,ſuſtentaret ¶23 q.d.non incedebant recta via, propterea videbatur arca nutare. Chaldæus paraph.quia inclinari arcam fecerant boues. Interpretes tamen Hebræorum exponunt, quia diſſoluebantur boues,aut viribus deſtituebantur:vel,quia videbantur deſtitui viribus, & non poſſe ferre arcam. hoc dicit, quia Leuitarum erat ferre arcam. ¶24.i.interfecit. ¶25.i.coram arca Dei. ¶26 ægretulit Dauid ¶27 diuiſiſſet Dominus diuiſionem.i.intercemiſſet Deus Vſam,ſeparãdo animam eius à corpore. ¶28 ſub.ille qui vocauit. ¶29.i.diuiſio Vſæ.q.d.locus in quo Vſa vitam amiſit. ¶30 Alij ſic,in familia Obed-edom,in domo eius. ¶31 Heb.benedixit &c.q.d. tota familia vnà cum re domeſtica,bene habuit propter arcam Dei. XIIII. ¶1 vel,parietum.i. lapidum quibus conſtabant parietes. ¶2 ſub.Dauidi. ¶3 agnoſcens ¶4 eleuatum eſſet ſurſum verſus.i. eleuatã in magnam dignitatem. ¶5 Heb.adhuc ¶6 Hic dicitur Eliada,2.Reg.5.b. ¶7 q.d.vt inuentum regno pellerent. ¶8 potius,Venerant,& diffuderant &c.vel,palantes irruerant.i.palantes graſſabantur in valle gigantum.

ad Philiſthæos,& ſi trades eos in manu meaᵱ & dixit ei Dominus, Aſcende,& tradam eos in manu tua. Cúmque illi aſcendiſſent in Baal-pharaſim, percuſſit eos ibi Dauid,& dixit,Diuiſit Deus inimicos meos per manum meam,ſicut diuiduntur aquæ.& idcirco vocatum eſt nomen illius loci,Baal-pharaſim.Dereliqueruntq; ibi deos ſuos, quos Dauid iuſſit exuri. ¶ Alia autem vice Philiſthijm irruerũt, & diffuſi ſunt in valle. Conſuluitque rurſum Dauid Deum: & dixit ei Deus,Nõ aſcendas poſt eos,recede ab eis, & venies contra illos ex aduerſo pyrorum. Cúmque audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tũc egredieris ad bellum. egreſſus eſt enim Deus ante te,vt percutiat caſtra Philiſthijm.Fecit ergo Dauid ſicut præceperat ei Deus,& percuſſit caſtra Philiſthinorũ,de Gabaon vſq; Gazera.Diuulgatũq; eſt nomẽ Dauid in vniuerſis regionibus,& Dominus dedit pauorẽ eius ſuper omnes gentes. XV.

Rurſum præliante Deo, debellat eos.

D

FEcit quoq; ſibi domos in Ciuitate Dauid : & ædificauit locum arcæ Dei,tetenditque ei tabernaculum.Tunc dixit Dauid,Illicitum eſt vt à quocũque portetur arca Dei,niſi à Leuitis:quos elegit Dominus ad portandum eam,& ad miniſtrandum ſibi,vſque in æternum.Congregauitque vniuerſum Iſrael in Ieruſalẽ , vt afferretur arca Dei in locum ſuum quem præparauerat ei. Necnõ & filios Aaron & Leuitas.De filijs Caath, Vriel princeps fuit:& fratres eius centum viginti.De filijs Merari, Aſaia princeps: & fratres eius ducẽti viginti.De filijs Gerſom, Ioel princeps:& fratres eius centũ triginta.De filijs Eliſaphã,Semeias princeps:& fratres eius ducẽti.De filijs Hebrõ Eliel princeps:& fratres eius octoginta. De filijs Oziel,Aminadab princeps:& fratres eius cẽtũ duodecim.Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar ſacerdotes,& Leuitas, Vriel,Aſaiã, Ioel,Semeiã, Eliel,& Aminadab:Et dixit ad eos,Vos q̃ eſtis principes familiarum Leuiticarum, ſanctificamini cum fratribus veſtris , & afferte arcam Domini Dei Iſrael ad locum qui ei præparatus eſt: neſi vt à principio, quia non eratis præſentes, percuſſit nos Dominus: ſic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. ¶ Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes & Leuitæ,vt portarent arcam Domini Dei Iſrael.Et tulerunt filij Leui arcam Dei,ſicut præceperat Moyſes iuxta verbum Domini, humeris ſuis in vectibus.Dixitque Dauid principibus Leuitarum vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum,nablis videlicet,& lyris & cymbalis,vt reſonaret in excelſis ſonitus lætitiæ. Conſtitueruntque Leuitas : Heman filium Ioel.& de fratribus eius Aſaph filium Barachiæ.de filijs verò Merari,fratribus eorum:Ethã filium Caſaiæ. Et cum eis fratres eorum , in ſecundo ordine Zachariam & Ben & Iaziel & Semiramoth,& Iahiel,& Ani, Eliab & Banaiam &

Soli Leuitæ arcam geſtare debebant. Num.4.a.b.

¶ Domini

B

Ex.25.d

Arca reducit à Leuitis cũ canticis. Nume.4.b.

contra Paleſthinos? tradẽſne eos in manũ meã? tũ Dominus dixit ei,Aſcende,& dabo eos in manus tuas.[9] Aſcẽdit itaq; in [10] Baal-perazim, & illic [11] percuſſit eos Dauid: & dixit Dauid,[12] Diſſipauit Dominus hoſtes meos per manum meã [13] quẽadmodum aquæ diſſipantur: ob hoc vocarũt nomen illius loci Baal-perazim. Reliquerunt autẽ illic deos ſuos,dixitque Dauid [14] vt comburerẽt eos igni.Rurſum autem quum [15] facerẽt irruptionem Paleſthini in vallẽ, Cõſuluit & Dauid rurſus Deum. tũ dixit ei Deus,Ne aſcẽdas poſt eos, ſed [16] reflecte ab eis,vt venias ad eos e regiõe mororum.Quũmq; audieris [17] ſonitũ inceſſus in apicibus mororũ, tum erũpe in prælium:na[m][ſtũ]egreſſus erit [18] Deus ante te,vt percutiat caſtra Paleſthinorũ.Dauid ergo fecitquẽadmodũ præceperat ei Deus,& percuſſerũt caſtra Paleſthinorũ a Gibeõ vſque Gaſra.Celebre itaq; factum eſt nomẽ Dauidis in omnibus illis terris,[19] deditque Dominus pauorem eius ſuper omnes gẽtes. CAP. XV.

FEcit autem ſibi domos in ciuitate Dauidis,& parauit locum arcæ Dei,& tetendit ei [1] tentorium. Tunc [2] dixit Dauid, Arca Dei portari nõ debet niſi à Leuitis: illos enim elegit Dominus vt portent arcã Domini, & miniſtrẽt ei perpetuò. Et congregauit Dauid vniuerſum Iſraelem Ieroſolyma,vt transferret arcam Domini ad [4] locũ ſuum[quem]præparauerat ei. Collegit quoq; Dauid filios Aharonis & Leuitas . Ex filijs Cahath [5] [ſerai]Vriel princeps & [6] fratres eius,centum atq; viginti.Ex filijs Merari,Aſaia princeps & fratres eius,ducenti atque viginti.Ex filijs Gerſom,Ioel princeps & fratres eius,cẽtum & triginta.Ex filijs Elizaphã, Semaia princeps & fratres eius,ducenti. De filiis Hebron, Eliel princeps & fratres eius,octoginta.[7] De filijs Vſiel, Aminadab princeps & fratres eius,centũ atq; duodecim.Porrò Dauid vocauit Zadoc & Abiathar ſacerdotes, atq; Leuitas,Vriel, Aſaiã,Ioel,Semaiam,Eliel atq; Aminadab,Et dixit ad eos,Vos qui eſtis [8] præcipui patres inter Leuitas [9] ſanctificate voſipſos atque [10] fratres veſtros, & trãſferte arcam Domini Dei Iſraelis ad[locum]quem ei præparaui. Quandoquidẽ enim [11] hoc ab initio non[feciſtis,] [12] rupturã in nobis fecit Dominus Deus noſter,quia nõ [ſolicite]requiſiuimus [13] eum quemadmodũ oportuit. ¶ Sanctificati igitur ſunt ſacerdotes & Leuitæ,vt [14] adducerent arcam Domini Dei Iſraelis. Portarũntque [15] filij Leuitarũ arcã Dei, ſicut [16] præceperat Moſes iuxta verbũ Domini,humeris ſuis impoſitis vectibus.Præcepit inſup Dauid [17] principibus Leuitarũ, vt conſtituerent de fratribus ſuis qui cãtarent inſtrumẽtis muſicis,nablis ſcilicet,citharis & cymbalis,ſonitũ ederent,attollerẽntque vocem [18] in lætitia. Conſtituerunt autẽ Leuitæ ipſum Hemã filium Ioel,& de [19] fratribus eius Aſaph filiũ Berechiæ.& de filijs Merari & fratribus eorum Ethan filiũ Cuſaia. Et cũ eis,

fratres eorum [20] ſecundi ordinis, Sachariã [21] filiũ Iaaſielis, Semiramoth,Iehiel,Vnni,Eliab, Benaia

¶ 9 Heb. Aſcenderunt,ſub.Dauid & milites eius. ¶ 10 Hic p anticipatione ſic vocatur locus: nã poſtea imponitur nomẽ.ſignificat autẽ idolũ diuiſionũ.Chaldæus paraphr. planitiem rupturarũ. ¶ 11.i. interemit . ita Chaldæus paraphr. ¶ 12 Diuiſit Deus.i.Fregit & rupit Deus aciẽ inimicorũ meorũ mea opera. ¶ 13 inſtar rupturæ aquarũ.q.d. vt amnis inũdãs rupto aggere obruit agros vicinos,ſic Dauid oppreſſit exercitum Paleſthinorum. Chaldæus paraphr. per diuiſionẽ aquarũ intellexit vas fictile plenũ aqua,ſic, vt frangi ſolet vas teſtaceũ plenũ aqua : nẽpe quo rupto aqua effũditur. ¶ 14 & cõbuſſerũt &c. ſubaudiendũ, ſic dixit ſiue præcepit Dauid vt cõburerentur , & cõbuſti ſunt ſecũdũ præceptũ eius. ¶ 15 palãtes graſſarẽtur Palæſthini in ea valle. ¶ 16 vel, diuerte ¶ 17.i.ſtrepitũ angelorũ incedentium. ¶ 18.i.angelus Domini,vt exponit Chaldæus paraph.nã quod Deus p angelos facit,dicit id facere. ¶ 19.i.fecit vt omnes illæ gẽtes timerẽt ſibi à Dauide:reddidit eum formidabilẽ. XV. ¶ 1 Iſtud fuit aliud ab eo quod fecerat Moſes in deſerto. ¶ 2 ſub. apud ſeſe. ¶ 3 Hoc dicit quòd deportaſſent arcam plauſtro ex Gabaath,& Oza auſus fuiſſet attingere eam,vnde & mortuus. ¶ 4 Intelligit tabernaculũ quod præparauerat verſu primo. ¶ 5 potius,[collegit]Vriel principẽ &c.ſic in ſequentibus. ¶ 6.i. cognati. ¶ 7 q.d.Ex alijs nepotibus Vziel,nempe qui non deſcenderunt ab eo per Eliſaphan.nam Eliſaphan, cuius modo meminerat,fuit filius Vziel. Hic enumerantur nepotes trium filiorum Leui,Caath,Merari & Gerſom.deinde tranſit ad nepotes filiorũ Caath,Eliſaphan,Hebron,& Vziel. ¶ 8 principes patrum.i.familiarũ. ¶ 9 q.d.abſtinete vos ab vxoribus veſtris & ab omnibus inquinamentis. ¶ 10 fratres veſtri.ſub. ſanctificẽt ſeſe. ¶ 11 ab initio nõ adfuiſtis.i.non portaſtis arcam. ¶ 12 q.d.graſſatus eſt in nos.i.interfecit aliquot ex nobis,nempe Ozã ¶ 13 vel,illam [ſub.arcam.]rite.i.iuxta ritum qui ſeruari debet.q.d.quia non ſumus proſequuti eam arcam eo honore quo debebamus proſequi. ¶ 14 vel,inferrent.ſub.in locũ à Dauide præparatum. ¶ 15.i.Leuitæ ipſi.modo enim Leuitæ dicũtur, modo filij Leuitarum. ¶ 16 Vide Nume.4. vbi præcipit Moſes arcam per Leuitas deportari. ¶ 17 nempe Vrieli, &c. ¶ 18 vel,in lætitiã.i.in ſignum lætitiæ. ¶ 19.i.cognatis Hemã. ¶ 20.i.ſecundæ ab illis dignitatis. ¶ 21 Ben,& Iahaziel,

Maaſeia, Mathitia, Eliphale, Micneia, Obed-edõ, & Iehiel ianitores. Cãtores igitur, Hemã, Aſaph, & Ethan reſonabant cymbalis æneis. Sacharias autẽ, Aſiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Maaſeia, & Benaia, in nablis ſuper alamoth. Porrò Mathithias, Eliphale, Micneia, Obed-edõ, Iehiel & Aſaũa[ludebant] citharis ſuper octaua ad incitandum. Kenania princeps erat Leuitarum in [26] latione: ipſe enim [27] moderabatur lationẽ, quoniam prudens erat. Berechias autem & Elcana erant ianitores arcę. Et Sebanias, Iehoſaphat, Nethaneel, Amaſai, Sacharias, Benaia & Eliezer ſacerdotes canebãt tubis coram arca Dei. Obed-edõ & Iehia erant ianitores arcæ. ¶ Dauid autem & ſeniores Iſraelis atque tribuni profecti ſunt vt adducerent arcã fœderis Domini de domo Obed edom cum lætitia. Quúmque Deus ad iuuiſſet Leuitas portantes arcam fœderis Domini, immolauerunt ſeptem boues & ſeptẽ arietes. Porrò Dauid indutus erat linea veſte, omnes quoque Leuitæ portantes arcam, cantores deinde, & Chenania princeps lationis cum cantoribus: ſuper Dauide inſuper ephod erat lineum. Vniuerſi itaque Iſraelitæ deducebãt arcam fœderis Domini cum clangore & voce buccinæ atque tubarum, cymbalis, nablis atque citharis cõcrepantes. Quúmque arca fœderis Domini veniret in ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis proſpiciẽs per feneſtram, vidit regem Dauidem ſaltantem & [40] ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

CAP. XVI.

Introducta igitur arca Dei, collocarũt eam in medio tentorij quod Dauid pro ea tetẽderat, & obtulerunt holocauſta & gratulatoria ſacrificia corã Deo. Quúmque Dauid finem faceret offerendi holocauſta & ſacrificia gratulatoria, bona imprecatus eſt populo in nomine Domini. Diſtribuit præterea vniuerſis Iſraelitis tam viris quàm mulieribus, cuique libum vnum panis, fruſtum carnis, & pultem. ¶ Et cõſtituit ante arcam Domini miniſtros ex Leuitis, qui recolerẽt, confiterentur, & laudarẽt Dominum Deum Iſraelis. Aſaph præcipuus erat: poſt eum Sacharias: Iehiel, Semiramoth, Iehiel, Mathitia, Eliab, Benaias, Obed-edom, & Iehiel, [hi ludebant] inſtrumentis muſicis nablis, & citharis, Aſaph cõcrepabat cymbalis. Benaias, Iahaſiel ſacerdotes iugiter[clangebant] tubis corã arca fœderis Dei. Hoc autem in primis conſtituit eodem tempore Dauid, vt per Aſaph & fratres eius laudaretur Dominus.

Celebrate Dominum, inuocate nomen eius, vul-

Maaſiam & Mathathiam & Eliphalu & Macenia & Obed-edom & Iehiel, ianitores. Porrò cantores, Heman, Aſaph, & Ethã, in cymbalis æneis cõcrepãtes: Zacharias autẽ & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maaſias & Banaias in nablis arcana cãtabant. Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edõ & Iehiel & Ozaziu in citharis pro octaua canebant epinicion. Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens. Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. Porrò Sebenias & Ioſaphat & Nathanael & Amaſai & Zacharias & Banaias & Eliézer ſacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei. Et Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ. ¶ Igitur Dauid & omnes maiores natu Iſrael & tribuni, ierunt ad deportãdam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia. Cúmq; adiuuiſſet Deus Leuitas qui portabant arcã fœderis Domini, immolabantur ſeptem tauri & ſeptẽ arietes. Porrò Dauid erat indutus ſtola byſſina, & vniuerſi Leuitæ qui portabant arcam, cantoréſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cãtores: Dauid autem [*] indutus erat ephod lineo. Vniuerſúſq; Iſrael deducebant arcã fœderis Domini in iubilo, & ſonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes. Cúmq; perueniſſet arca fœderis Domini vſq; ad Ciuitatem-Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtrã, vidit regem Dauid ſaltantẽ atque ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

CAP. XVI.

Attulerunt igitur arcam Dei, & conſtituerũt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocauſta & pacifica coram Deo. Cúmque compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. Et diuiſit vniuerſis per ſingulos, à viro vſque ad mulierem tortam panis, & partem aſſæ carnis bubalæ, & frixam oleo ſimilã. ¶ Conſtituitque coram arca Domini de Leuitis, qui miniſtrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Iſrael: Aſaph principem, & ſecundum eius Zachariã. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel ſuper organa pſalterij & lyras: Aſaph autem, vt cymbalis perſonaret. Banaiam verò & Iaziel ſacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis [*] Domini. ¶ In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Aſaph, & fratres eius,

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius:

C
Cantores. Heman, Aſaph, Ethan.

D
Lætitia ingẽs in reducẽda arca. 2. Re. 6. c.

¶ * etiam

Dauid ſaltãs deſpicitur à Michol.

Collocata arca, bene precatur populo Dauid. 2. Reg. 6. d.

Cõſtituit qui laudent Deũ in inſtrumẽtis muſicis.

¶ * Dei.

Laudat Dominũ. pſal. 104. b. eſa. 12. a.

¶ 12 Heb. cum cymbalis æreis ad attollendã vocẽ. ¶ 21 Nomen inſtrumẽti muſici. ¶ 24. i. vnà cũ ſidibus. cũ inſtrumẽto muſico octo chordarũ. Alij dicunt vocẽ Hebræam, SEMINITH ſpeciẽ eſſe harmoniæ. ¶ 25 ad præualendum. i. ad attollẽdã vocẽ ita vt vincantur alij. ¶ 26 vel, exaltatiõe. ſub. vocis. i. principatum tenebat in cãtu illo ſublimiore: præerat ex altatiõi vocis. Gallice, il tenoit la haulte contre. Poteſt etiã recte verti in prophetia. i. præſcribebat prophetias quas canerent. ¶ 27 Heb. principatu tenebat in prophetia. vel, præerat ex altatiõi vocis. ¶ 28 vel, intelligens. i. erat peritiſſimus artis muſicæ, vel in prophetijs. ¶ 29. i. fungebãtur officio ianitorũ in deducẽda arca. indicat enim eos fuiſſe ianitores i via. ¶ 30 Duo illi priores ianitores præcedebãt: hi duo poſteriores ſequebantur. aut certe per vices illi fungebantur bini officio ianitorum in via dum arca deduceretur. ¶ 31 detrahendo ſcilicet onus arcæ. Hebræi enim dicunt Leuitas tunc non ſenſiſſe vllum onus arcæ: & hoc miraculo excitatos immolaſſe. ¶ 32 tunc immolabãt ¶ 33 ſtola byſſina, ¶ 34 ſub. erant induti ſtolis byſſinis. ¶ 35 eleuationis vocis cãtorũ. vel prophetiæ cãtorũ. i. quã ipſi cãtores canebãt. ſub. erat indutus ſtola byſſina. ¶ 36. i. indutus erat ſuperhumerali lineo. ¶ 37 Heb. & cymbalorum. ¶ 38 ſonũ edentes. ¶ 39 veniſſet ¶ 40 ſub. præ lætitia, ante arcam. XVI. ¶ 1 pacificas hoſtias. Ex his ſacrificijs partem habebat Deus, partẽ ſacerdos, & partem is qui offerebat. vnde pacifica dicta. ¶ 2 feciſſet ¶ 3. i. inuocato fauore Dei. q. d. precatus eſt Deũ vt fauore ſingulari proſequeretur populũ ſuum. ¶ 4 vel, maſſam[ſiue tortam] vnã ¶ 5 lagenam. ſub. vini. ¶ 6 Heb. narrarent. i. qui prædicarent beneficia Dei erga populum Iſraeliticum. ¶ 7. i. glorificarent. ¶ 8 princeps erat. ſub. illorum cantorũ. ¶ 9 Heb. ſecundus eius. i. vicarius. Aſaph erat præcentor, & Zacharias ſucceſſor. ¶ 10 Scribitur per ain in ſecũda ſyllaba. ¶ 11 Per heth ſcribitur in ſecunda. ¶ 12 & hoc nomen per ain ſcribitur in ſecunda. Aut duo hic recenſentur eiuſdem nominis: aut diſtinguendum poſt Obed-edom: vt ſequatur, Iehiel autem &c. q. d. conſtituit principem cantorum Aſaph & vicarium eius Zachariam & alios. Iehiel autem, ſub. & ſocij eius. i. qui poſt eum enumerantur, nempe Semiramoth, &c. ſonos muſicos edebant cum nablis & citharis. ¶ 13 nablorum. erant varia genera nablorũ, parua & magna: propterea ſic loquit. ¶ 14 Heb. In illa die tũc dedit Dauid initio ad cõfitẽdum Domino per manũ Aſaph & fratrũ eius. Hic[tũc]expoſitionis gratia ponitur. tũc, id eſt in initio laudũ. q. d. quũ primũ peruenit arca Dei in tabernaculum quod illi præparauerat Dauid, dedit pſalmum qui ſequitur, ad laudandum Dominum per Aſaph & fratres eius. Vel potius, poſuit Dauid in manu Aſaph & fratrũ eius pſalmũ ſequentẽ ad laudãdũ Deũ.

notas facite in populis adinuentiones eius.
Cantate ei, & pſallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.
Laudandus Deus. F — Laudate nomen ſanctum eius, lætetur cor quærẽtium Dominum.
Quærendus Deus. — Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius ſemper.
Recordamini mirabilium eius quæ fecit: ſignorum illius, & iudiciorum oris eius.
Iſraelitę, populus Dei. — Semen Iſrael ſerui eius: filij Iacob electi eius.
Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.
Promiſſiões. — Recordamini in ſempiternum pacti eius: ſermonis quem præcepit, in mille generationes.
Quem pepigit cum Abraham: & iuramẽti illius cum Iſaac.
Et conſtituit illud Iacob in præceptũ: & Iſrael in pactum ſempiternum,
Dicens, Tibi dabo Terram-Chanáan, funiculum hæreditatis veſtræ.
Cum eſſent pauci numero, parui, & coloni eius
Et tranſierunt de gente in gentẽ, & de regno ad populum alterum.
Cuſtodit Deꝰ populũ ſuũ quem vnxit. — Non dimiſit quenquam calumniari eos: ſed increpauit pro eis reges,
Pſal. cc. a. C — Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Prędicandus Deus. — Cantate Domino omnis terra: annũtiate ex die in diem ſalutare eius:
Narrate in Gentibus gloriam eius: & in cũctis populis mirabilia eius.
Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis ſuper omnes deos.
Omnes enim dij populorum, idôla: Dominus autem cælos fecit.
Laus Deo. — Confeſſio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.
Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.
Date Domino gloriam nomini eius, leuate ſacrificium, & venite in conſpectu eius: & adorate Dominum in decore ſancto.
Cõmoueatur à facie eius omnis terra: ipſe enim fundauit orbem immobilem.
Exultandum in Deo. — Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.
Tonet mare & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc laudabunt ligna ſaltus corã Domino: quia venit iudicare terram.

gate inter populos[15] ſtudia eius.
[16]Canite ei, pſallite ei, [17]diſſerite de omnibus admirandis geſtis illius.
[18]Gloriamini in nomine ſancto eius: lætetur cor eorum qui ſtudioſe inquirunt Dominum.
Quærite Dominum &[19]robur eius, [20]inquirite faciem eius aſſidue.
Memores eſtote admirandorũ operum eius quæ patrauit, prodigiorum eius, & iudiciorũ, quæ ore ſuo [pronuntiauit,]
O ſemẽ Abrahæ ſerui eius, ô filij Iacob electi eiꝰ.
Ipſe eſt Dominus Deus noſter, iudicia eius [ſunt] in vniuerſa terra.
Memores eſtote per omne æuum [21]fœderis ſui, & verbi quod[22]præcepit in mille ſecula.
[23]Quod[24]excidit cum Abrahamo, & iuriiurandi ſui[25]cum Iſaac,
Quod confirmauit ipſi Iacob[26]ſtatuto, & Iſraeli [27]fœdere ſempiterno:
Tibi, inquiens, dabo terram Chanaan, [28]funiculum hæreditatis veſtræ:
Quum eſſetis[29]homunculi admodum exiguo numero, & in ea [terra] aduenæ,
Et[30]migrarent ex vna natione in aliam, ex vno regno ad populum alterius [regni:]
Nunquam tamen permiſit vt quiſquam[31]vim illis faceret, quin potius illorum gratia reges [32]caſtigauit:
Ne attigeritis [inquiẽs] [33]vnctos meos, & [34]prophetis meis nolite quicquam mali facere.
[35]Canite Domino omnis terra, [36]euangelizate in dies[37]ſalutem eius:
Enarrate in Gentibus[38]gloriam eius, apud omnes populos[39]ſtupenda opera eius:
Quoniam magnus eſt Dominus, & vehementer laudandus: & is etiam tremendus eſt præ omnibus[40]dijs.
Nam cuncti dij populorum, [41]nihili ſunt, Dominus autem cælos condidit.
[42]Celebritas & magnificentia eſt corã ipſo, [43]potentia & hilaritas in loco eius.
Tribuite Domino ô familiæ populorum, tribuite Domino gloriam & potentiam.
Tribuite Domino gloriam [[45]quæ reſpondet nomini ipſius,] ferte[46]munus, & venite in cõſpectum eius: proſternite vos coram Domino[47]in magnifico & ſplendido ſanctuario.
Metuite[48]ab ipſo quotquot habitatis in terra, etiam[49]orbis firmatus eſt, vt nutare nequeat.
[50]Lætentur cæli, & geſtiat terra, [51]dicántque in exteris nationibus, Dominus [52]regnat.
[53]Reboet mare & quidquid in eo eſt, [54]exultet ager & [55]quidquid in eo continetur.
Tunc[56]iubilum edent arbores ſylue coram Domino, quoniam[57]venit vt iudicet terram.

¶15 opera.i. miracula quæ fecit in gratiam populi ſui narrate in ipſis populis, vt cõuertitur ad ipſum ¶16 q.d. Canite pſalmos in laudẽ eius, & pſallite inſtrumentis muſicis. ¶17 loquimini .i. colloquimini inter vos. ¶18 vl. Iactate voſipſos. aut Laudate. q.d. Exiſtimate vos beatiſſimos qui habeatis Deũ tã propitium. ¶19.i. arcã Dei, in qua oſtẽdit potẽtiam ſuã, vt viſum eſt de Vſa, ſiue Oza qui interfectus eſt. ¶20 q.d. venite in eum locum vbi arca Domini collocata eſt, & ibi eũ orate. Videbatur Dominꝰ habitare in arca, q illic exerceret potiſſimũ poteſtatẽ ſuam. ¶21 ſub. quod pepigit vobiſcum, aut quod cum illo pepigiſtis. ¶22 ſub. obſeruandum. ¶23 ſub. fœdus, ¶24 pepigit ¶25 ad Iſaac. q.d. promiſſionẽ eius quam interpoſito iureiurãdo cõfirmauit in gratiã Iſaac ¶26 in ſtatutũ, q.d. confirmauit illud in gratiam Iacob, vt ſit ſemper ratum & firmum quemadmodũ ſolent eſſe firma & rata ſtatuta & decreta regia. ¶27 in fœdus ſempiternũ. Idẽ dicit: nã Iacob & Iſrael idẽ fuit. Dicit promiſſiones Dei fore immutabiles. ¶28.i. vt ſit funiculus &c. hoc eſt portio. Funiculus pro ſorte & portiõe ponit. q terra Chanãi per funem Iſraelitis diſtributa ſit, vt in Ioſue videmus. ¶29 homines numeri, pauco [tẽpore] fuiſtis habitantes in ea. Homines numeri vocat, qui numerari poſſunt, hoc eſt paucos. Vau quod pręponitur verbis [fuiſtis habitãtes] redũdat. ¶30 ambulauerũt. Mutatio pſonæ pro ambulauiſtis. ¶31 vl. opprimeret eos. ¶32 corripuit. vt de Pharaone legimus. ¶33 l. patriarchas. ¶34 Heb. & in pphetis meis ne malignemini. i. nolite affligere pphetas meos, dãno aut incõmodo afficientes eos. ¶35 Inuitat omnes ad laudãdũ Dominũ. Sũt hæc ex pſalmo XCVI, ſecundũ Hebræos, vſque ad verſum cuius initiũ eſt Celebrate Dominũ. ¶36 annunciate ¶37 vl. ſalutare. i. auxiliũ eius ſalutare. vl. ſalutẽ eius. i. gratiã quã aſſecuti ſunt omnes pij per Chriſtũ. ¶38.i. egregia & eximia opera eius. ¶39 quæ ſcilicet egit in Ægypto in gratiã populi Iſraelitici. ¶40 ſub. alijs qui dicũtur dij. ¶41 idola. Vox Hebræa ſignificat rem nullius momenti. ¶42 Potentia & decus ſunt &c. i. Potentiſſimus eſt & omni laude digniſſimus. ¶43 robur ¶45 nominis eius. q.d. nolite ſubijcere gloriã qua dignũ eſt nomẽ eius. ¶46 vl. ſacrificia. i. venite cũ hoſtiis vt immoletis. ¶47 Heb. in decore ſanctitatis. i. in tabernaculo illo ſancto. ¶48 Heb. à cõſpectu eius ¶49 firmabitur orbis ne cõmoueat. i. erit firmus & ſtabilis, pace perpetua fruetur ne cõmoueatur: nulla procella bellorum, aut aliarũ calamitatũ agitabitur & quatietur. Ergo timor Domini parit tranquillitatẽ & animi & corporis. ¶50 vl. Lætabũtur cæli, & exultabit terra. Cæli, pro incolis cæli, & ſpiritibus cæleſtibus. Terra, incolæ terræ. q.d. Tunc erit pax in cælo & in terra. ¶51 vl. dicentq; in Gentibus. quæ ſcilicet nũc colũt idola. ¶52.i. dignus eſt qui regnet per totũ orbẽ terrarũ. ¶53 vl. Tonabit .i. Piſces maris præ lætitia tumultuabũtur. Piſces: homines ſunt. Mare: mundus. ¶54 vl. lætabitur ¶55.i. feræ quæ ſunt in eo. ¶56 pſallent. Sylua, ſiue ſaltus: mundus. Arbores: homines. ¶57 venturus eſt. i. quia Dominus viſitaturus eſt per gratiam hunc mundum. Hunc locum non intelligunt Hebræi de extremo iudicio.

Maaſeia, Mathitia, Eliphale, Micneia, Obed-edō, & Iehiel ianitores. Cātores igitur, Hemā, Aſaph, & Ethan[22] reſonabant cymbalis æneis. Sacharias autē, Aſiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Maaſeia, & Benaia, in nablis ſuper [23]alamoth. Porrò Mathitias, Eliphale, Micneia, Obed-edō, Iehiel & Aſaſia[ludebant] citharis [24]ſuper octaua[25] ad incitandum. Kenania princeps erat Leuitarum in [26]latione: ipſe enim[27] moderabatur lationē, quoniam[28] prudens erat. Berechias autem & Elcana erant ianitores arcę. Et Sebanias, Iehoſaphat, Nethaneel, Amaſai, Sacharias, Benaia & Elieſer ſacerdotes canebāt tubis coram arca Dei. Obed-edō & Iehia erant [30]ianitores arcæ. ¶ Dauid autem & ſeniores Iſraelis atque tribuni profecti ſunt vt adducerent arcā fœderis Domini de domo Obed edom cum lætitia. Quúmque Deus[31] adiuuiſſet Leuitas portantes arcam fœderis Domini,[32] immolauerunt ſeptem boues & ſeptē arietes. Porrò Dauid indutus erat[33] linea veſte.[34] omnes quoque Leuitæ portantes arcam, cantores deinde, & Chenania princeps [35]lationis cum cantoribus:[36] ſuper Dauide inſuper ephod erat lineum. Vniuerſi itaque Iſraelitæ deducebāt arcam fœderis Domini cum clangore & voce buccinæ atque tubarum,[37] cymbalis, nablis atque citharis [38]cōcrepantes. Quúmque arca fœderis Domini[39] veniret in ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis proſpiciēs per feneſtram, vidit regem Dauidem ſaltantem &[40] ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

CAP. XVI.

INtroducta igitur arca Dei, collocarūt eam in medio tentorij quod Dauid pro ea tetēderat, & obtulerunt holocauſta &[1] gratulatoria ſacrificia corā Deo. Quúmque Dauid finem[2] faceret offerendi holocauſta & ſacrificia gratulatoria, bona imprecatus eſt populo[3] in nomine Domini. Diſtribuit præterea vniuerſis Iſraelitis tam viris quàm mulieribus, cuique [4]libum vnum panis, fruſtum carnis, & pultem. ¶ Et cōſtituit ante arcam Domini miniſtros ex Leuitis, qui[6] recolerēt,[7] confiterentur, & laudarēt Dominum Deum Iſraelis. Aſaph[8] præcipuus erat: [9]poſt eum Sacharias:[10] Iehiel, Semiramoth,[11] Iehiel, Mathitia, Eliab, Benaias, Obed-edom, &[12] Iehiel, [hi ludebant] inſtrumentis muſicis [13]nablis, & citharis, Aſaph cōcrepabat cymbalis. Benaias, Iahaſiel ſacerdotes iugiter[clangebant] tubis corā arca fœderis Dei.[14] Hoc autem in primis conſtituit eodem tempore Dauid, vt per Aſaph & fratres eius laudaretur Dominus.

Celebrate Dominum, inuocate nomen eius, vul-

Maaſiam & Mathathiam & Eliphalu & Maceniā & Obeb-edom & Iehiel, ianitores. Porrò cantores, Heman, Aſaph, & Ethā, in cymbalis æneis cōcrepātes: Zacharias autē & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maaſias & Banaias in nablis arcana cātabant. Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edō & Iehiel & Ozazin in citharis pro octaua canebant epinicion. Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens. Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. Porrò Sebenias & Ioſaphat & Nathanael & Amaſai & Zacharias & Banaias & Eliézer ſacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei. Et Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ. ¶ Igitur Dauid & omnes maiores natu Iſrael & tribuni, ierunt ad deportādam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia. Cúmque adiuuiſſet Deus Leuitas qui portabant arcā fœderis Domini, immolabantur ſeptem tauri & ſeptē arietes. Porrò Dauid erat indutus ſtola byſſina, & vniuerſi Leuitæ qui portabant arcam, cantoréſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cātores: Dauid autem[*] indutus erat ephod lineo. Vniuerſúſque Iſrael deducebant arcā fœderis Domini in iubilo, & ſonitu buccinę, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes. Cúmque perueniſſet arca fœderis Domini vſque ad Ciuitatem-Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtrā, vidit regem Dauid ſaltantē atque ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

CAP. XVI.

ATtulerunt igitur arcam Dei, & conſtituerūt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocauſta & pacifica coram Deo. Cúmque compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. Et diuiſit vniuerſis per ſingulos, à viro vſque ad mulierem tortam panis, & partem aſſæ carnis bubalæ, & frixam oleo ſimilā. ¶ Conſtituitque coram arca Domini de Leuitis, qui miniſtrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Iſrael: Aſaph principem, & ſecundum eius Zachariā. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel ſuper organa pſalterij & lyras: Aſaph autem, vt cymbalis perſonaret. Banaiam verò & Iaziel ſacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis[*] Domini. ¶ In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Aſaph, & fratres eius,

¶ Confitemini Domino, & inuocate nomen eius:

C

Cantores, Heman, Aſaph, Ethan.

D

Lætitia ingēs in deducēda arca. 2. Re. 6. c.

¶ * etiam

Dauid ſaltās deſpicitur à Michol.

Collocata arca, bene precatur populo Dauid. 2. Reg. 6. d.

Cōſtituit qui laudent Deū in inſtrumētis muſicis.

¶ * Dei.

Laudat Dominū. pſal. 104. b. Eſa. 12. a.

¶ 21 Heb. cum cymbalis æreis ad attollendā vocē. ¶ 22 Nomen inſtrumēti muſici. ¶ 24. i. vnà cū fidibus. cū inſtrumēto muſico octo chordarū. Alii dicunt vocē Hebræam, SEMINITH ſpeciē eſſe harmoniæ. ¶ 25 ad præualendum. i. ad attollēdā vocē ita vt vincantur alij. ¶ 26 vel, exaltatiōe. ſub. vocis. i. principatum tenebat in cantu illo ſublimiore: præerat ex altatiōi vocis. Gallice, il tenoit la haulte contre. Poteſt etiā recte verti in prophetia. i. præſcribebat prophetias quas canerent. ¶ 27 Heb. principatu tenebat in prophetia. vel, præerat ex altatiōi vocis. ¶ 28 vel, intelligens. i. erat peritiſſimus artis muſicæ, vel in prophetiis. ¶ 29. i. fungebātur officio ianitorū in deducēda arca. indicat enim eos fuiſſe ianitores i via. ¶ 30 Duo illi priores ianitores præcedebāt: hi duo poſteriores ſequebantur. aut certe per vices illi fungebantur bini officio ianitorum in via dum arca deduceretur. ¶ 31 detrahendo ſcilicet onus arcæ. Hebræi enim dicunt Leuitas tunc non ſenſiſſe vllum onus arcæ: & hoc miraculo excitatos immolaſſe. ¶ 32 tunc immolabāt ¶ 33 ſtola byſſina, ¶ 34 ſub. erant induti ſtolis byſſinis. ¶ 35 eleuationis vocis cātorū. vel prophetiæ cātorū. i. quā ipſi cātores canebāt. ſub. erat indutus ſtola byſſina. ¶ 36. i. indutus erat ſuperhumerali lineo. ¶ 37 Heb. & cymbalorum. ¶ 38 ſonū edentes. ¶ 39 veniſſet ¶ 40 ſub. præ lætitia, ante arcam. XVI. ¶ 1 pacificas hoſtias. Ex his ſacrificijs partem habebat Deus, partē ſacerdos, & partem is qui offerebat. vnde pacifica dicta. ¶ 2 feciſſet ¶ 3. i. inuocato fauore Dei. q. d. precatus eſt Deū vt fauore ſingulari proſequeretur populū ſuum. ¶ 4 vel, maſſam[ſiue tortam] vnā ¶ 5 lagenam. ſub. vini. ¶ 6 Heb. narrarent. i. qui prædicarent beneficia Dei erga populum Iſraeliticum. ¶ 7. i. glorificarent. ¶ 8 princeps erat. ſub. illorum cantorū. ¶ 9 Heb. ſecundus eius. i. vicarius. Aſaph erat præcentor, & Zacharias ſuccētor. ¶ 10 Scribitur per ain in ſecūda ſyllaba. ¶ 11 Per heth ſcribitur in ſecunda. ¶ 12 & hoc nomen per ain ſcribitur in ſecunda. Aut duo hic recenſentur eiuſdem nominis: aut diſtinguendum poſt Obed-edom: vt ſequatur, Iehiel autem &c. q. d. conſtituit principem cantorum Aſaph & vicarium eius Zachariam & alios. Iehiel autem, ſub. & ſocij eius. i. qui poſt eum enumerantur, nempe Semiramoth. &c. ſonos muſicos edebant cum nablis & citharis. ¶ 13 nablorum. erant varia genera nablorū, parua & magna: propterea ſic loquitur. ¶ 14 Heb. In illa die tūc dedit Dauid initio ad cōfitēdum Domino per manu Aſaph & fratrū eius. Hæc[tūc] expoſitionis gratia ponitur, tūc, id eſt in initio laudū. q. d. quū primū perueniſſet arca Dei in tabernaculum quod illi præparauerat Dauid, dedit pſalmum qui ſequitur, ad laudandum Dominum per Aſaph & fratres eius. Vel potius, poſuit Dauid in manu Aſaph & fratrū eius pſalmū ſequentē ad laudādū Deū.

notas facite in populis adinuentiones eius.
Cantate ei, & pſallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.
Laudandus Deus. I — Laudate nomen ſanctum eius, lætetur cor quærẽtium Dominum.
Quærendus Deus. — Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius ſemper.
Recordamini mirabilium eius quæ fecit: ſignorum illius, & iudiciorum oris eius.
Iſraelitæ populus Dei. — Semen Iſrael ſerui eius: filij Iacob electi eius.
Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.
Promiſſiões. — Recordamini in ſempiternum pacti eius: ſermonis quem præcepit, in mille generationes,
Quem pepigit cum Abraham: & iuramẽti illius cum Iſaac.
Et conſtituit illud Iacob in præceptũ: & Iſrael in pactum ſempiternum,
Dicens, Tibi dabo Terram Chanáan, funiculum hæreditatis veſtræ.
Cum eſſent pauci numero, parui, & coloni eius:
Et tranſierunt de gente in gentẽ, & de regno ad populum alterum.
Cuſtodit De⁹ populũ ſuũ quem vnxit. Pſal. 104. a. C — Non dimiſit quenquam calumniari eos: ſed increpauit pro eis reges,
Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Prędicandus Deus. — Cantate Domino omnis terra: annũtiate ex die in diem ſalutare eius:
Narrate in Gentibus gloriam eius: & in cũctis populis mirabilia eius.
Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis ſuper omnes deos.
Omnes enim dij populorum, idôla: Dominus autem cælos fecit.
Laus Deo. — Confeſſio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.
Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.
[illegible] — Date Domino gloriam nomini eius, leuate ſacrificium, & venite in conſpectu eius: & adorate Dominum in decore ſancto.
Cõmoueatur à facie eius omnis terra: ipſe enim fundauit orbem immobilem.
Exultandum in Deo. — Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.
Tonet mare & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc laudabunt ligna ſaltus corã Domino: quia venit iudicare terram.

gate inter populos[13] ſtudia eius.
[16] Canite ei, pſallite ei,[17] diſſerite de omnibus admirandis geſtis illius.
[18] Gloriamini in nomine ſancto eius: lætetur cor eorum qui ſtudioſe inquirunt Dominum.
Quærite Dominum &[19] robur eius,[20] inquirite faciem eius aſſidue.
Memores eſtote admirandorũ operum eius quæ patrauit, prodigiorum eius, & iudiciorũ, quæ ore ſuo [pronuntiauit,]
O ſemẽ Abrahæ ſerui eius, ô filij Iacob electi eius.
Ipſe eſt Dominus Deus noſter, iudicia eius [ſunt] in vniuerſa terra.
Memores eſtote per omne æuum[21] fœderis ſui, & verbi quod[22] præcepit in mille ſecula.
[23] Quod[24] excidit cum Abrahamo, & iuriſiurandi ſui[25] cum Iſaac,
Quod confirmauit ipſi Iacob[26] ſtatuto, & Iſraeli[27] fœdere ſempiterno:
Tibi, inquiens, dabo terram Chanaan,[28] funiculum hæreditatis veſtræ:
Quum eſſetis[29] homunculi admodum exiguo numero, & in ea [terra] aduenæ,
Et[30] migrarent ex vna natione in aliam, ex vno regno ad populum alterius [regni:]
Nunquam tamen permiſit vt quiſquam[31] vim illis faceret, quin potius illorum gratia reges[32] caſtigauit:
Ne attigeritis [inquiẽs][33] vnctos meos, & [34] prophetis meis nolite quicquam mali facere.
[35] Canite Domino omnis terra,[36] euangelizate in dies[37] ſalutem eius:
Enarrate in Gentibus[38] gloriam eius, apud omnes populos[39] ſtupenda opera eius:
Quoniam magnus eſt Dominus, & vehementer laudandus: & is etiam tremendus eſt præ omnibus[40] dijs.
Nam cuncti dij populorum,[41] nihili ſunt, Dominus autem cælos condidit.
[42] Celebritas & magnificentia eſt corã ipſo,[43] potentia & hilaritas in loco eius.
Tribuite Domino ô familiæ populorum, tribuite Domino gloriam & potentiam.
Tribuite Domino gloriam [[44] quæ reſpondet nomini ipſius,] ferte[46] munus, & venite in cõſpectum eius: proſternite vos coram Domino[47] in magnifico & ſplendido ſanctuario.
Metuite[48] ab ipſo quotquot habitatis in terra, etiam[49] orbis firmatus eſt, vt nutare nequeat.
[50] Lætentur cæli, & geſtiat terra,[51] dicántque in exteris nationibus, Dominus[52] regnat.
[53] Reboet mare & quidquid in eo eſt,[54] exultet ager &[55] quidquid in eo continetur.
Tunc[56] iubilum edent arbores ſyluæ coram Domino, quoniam[57] venit vt iudicet terram.

¶13 opera. i. miracula quæ fecit in gratiam populi ſui narrate in ipſis populis, vt cõuertãtur ad ipſum ¶16 q. d. Canite pſalmos in laudẽ eius, & pſallite inſtrumentis muſicis. ¶17 loquimini. i. colloquimini inter vos. ¶18 vl. Iactate voſipſos, aut Laudate. q. d. Exiſtimate vos beatiſſimos qui habeatis Deũ tã propitium. ¶19. i. arcã Dei, in qua oſtẽdit potẽtiam ſuã, vt viſum eſt de Vſa, ſiue Oza qui interfectus eſt. ¶20 q. d. venite in eum locum vbi arca Domini collocata eſt, & ibi eũ orate. Videbatur Domin⁹ habitare in arca, q̃ illic exereret potiſſimũ potẽtiã ſuam. ¶22 ſub. quod pepigit vobiſcum, aut quod cum illo pepigiſtis. ¶23 ſub. obſeruandum. ¶23 ſub. fœdus, ¶24 pepigit ¶25 ad Iſaac. q. d. promiſſionũ eius quas interpoſito iureiurãdo cõfirmauit in gratiã Iſaac ¶26 in ſtatutũ, q. d. confirmauit illud in gratiam Iacob, vt ſit ſemper ratum & firmum quemadmodũ ſolent eſſe firma & rata ſtatuta & decreta regia. ¶27 in fœdus ſempiternũ. Idẽ dicit: nã Iacob & Iſrael idẽ fuit. Dicit promiſſiones Dei ſore immutabiles. ¶28. i. vt ſit funiculus &c. hoc eſt portio. Funiculus pro ſorte & portiõe ponit̃: q̃ terra Chanaã per funes Iſraelitis diſtributa ſit, vt in Ioſue videmus. ¶29 homines numeri, pauco [tẽpore] fuiſtis habitantes in ea. Homines numeri vocat, qui numerari poſſunt, hoc eſt paucos. Vau quod præponitur verbis [fuiſtis habitãtes] redũdat. ¶30 ambulauerũt. Mutatio pſonæ pro ambulauiſtis. ¶31 vl, opprimeret eos, ¶32 corripuit, vt de Pharaone legimus. ¶33. i. patriarchas. ¶34 Heb. & in prophetis meis ne malignemini. i. nolite affligere prophetas meos, dãno aut incõmodo afficientes eos. ¶35 Inuitat omnes ad laudãdũ Dominũ. Sũt hæc ex pſalmo X C V I, ſecundũ Hebræos, vſque ad verſum cuius initiũ eſt Celebrate Dominũ. ¶36 annunciate ¶37 vl, ſalutare. i. auxiliũ eius ſalutare. vl, ſalutẽ eius. i. gratiã quã aſſecuti ſunt omnes pij per Chriſtũ. ¶38. i. egregia & eximia opera eius. ¶39 quæ ſcilicet egit in Aegypto in gratiã populi Iſraelitici. ¶40 ſub. alijs qui dicũtur dij. ¶41 idola. Vox Hebræa ſignificat rem nullius momenti. ¶42 Potentia & decus ſunt &c. i. Potentiſſimus eſt & omni laude digniſſimus. ¶43 robur ¶45 nominis eius. q. d. nolite ſubtrahere gloriã quã dignũ eſt nomẽ eius. ¶46 vl, ſacrificia. i. venite cũ hoſtiis vt immoletis. ¶47 Heb. in decore ſanctitatis. i. in tabernaculo illo ſancto. ¶48 Heb. à cõſpectu eius ¶49 firmabitur orbis ne cõmoueat. i. erit firmus & ſtabilis, pace perpetua fructur ne cõmoueatur: nulla procella bellorum, aut aliarũ calamitatũ agitabitur & quatietur. Ergo timor Domini parit tranquillitatẽ & animi & corporis. ¶50 vl, Lætabũtur cæli, & exultabit terra. Cæli, pro incolis cæli, & ſpiritibus cæleſtibus. Terra, incolæ terræ. q. d. Tunc erit pax in cælo & in terra. ¶51 vl, dicantq; in Gentibus. quæ ſcilicet nũc colũt idola. ¶52. i. dignus eſt qui regnet per totũ orbẽ terrarũ. ¶53 vl, Tonabit. i. Piſces maris præ lætitia tumultuabũtur. Piſces: homines ſunt. Mare: mundus. ¶54 vl, lætabitur ¶55. i. feræ quæ ſunt in eo. ¶56 pſallent. Sylua, ſiue ſaltus: mundus. Arbores: homines. ¶57 venturus eſt. i. quia Dominus viſitaturus eſt per gratiam hunc mundum. Hunc locum non intelligunt Hebræi de extremo iudicio.

¶57.i.propter bonitatē eius. Hæc ex pſalmo cēteſimoſexto, ſupputatione Hebræorum.
¶59 vl, miſericordia eius in ſeculū. ¶60 freti ſcilicet boni tate & miſericordia eius.
¶61 ſub.in vnū ¶62 ſub.quęco ſunt aliū à vero Deo. ¶64.i. vt tū demū reputem[*] nos eſſe fœlices & laude affici quum nomē tuū glorificabitur & laudabitur.
¶65 Heb.Benedictus ſit.i.Omnibus laudibus afficiatur.
¶66 Heb.& dixerunt ¶77 Veritas[ſit,]&laus [ſit]Domino.q.d.Ita ſit vt dicis,& laus vbiq; ſit Domino.
¶68 ſub. Dauid ¶69.i.cognatos. ¶70 Heb. in re diei i die ſuo.i.faciendo ſingulis dieb[*] quod per ſingulos dies faciendum eſt.
¶71 Et[reliquit] Obed-edom & fratres eorū ſexagita octo: & Obed-edō filiū Iedithū & Hoſa i ianitores.
¶72 ſacerdotē ¶73 ſubaudiēdū poſt[*],reliqt ¶74 vl, [id eſt] ¶75 Et cum eis [reliquit]Hemā & Iedithun,& reſiduū electorū qui expoſiti ſunt nominibus .i. qui erāt magni nominis & famæ. ¶76 Et cū eis[inquā reliquit]Hemā & Iedithū [cū]tubis & cymbalis vt vocē ederēt[muſicā,]&[cū] inſtrumētis cantici diuini:& filios Iedithun[reliquit]ad portā.

Celebrate Dominum, [58]quoniam bonus eſt,' [&]
quoniam [59]bonitas eius perpetua eſt.'
Et[60]dicite,'Serua nos ô Deus ſalus noſtra.[61]'cōgrega nos,'& libera nos ex[62]Gentibus,'vt celebremus nomen tuum ſanctum, & [64]gloriemur in laude tua.
[65]'Laudandus' Dominus Deus Iſraelis ab æterno vſque in ſempiternum,[66]& dicat'omnis populus.[67]Amen, & laudet Dominum.
[68]Dimiſit'itaque ibi coram arca fœderis Domini Aſaph &[69] fratres'eius,vt corā arca aſſidue miniſtrarent,[70]iuxta eum morem [quem conſtituerat]de die in diem. [71]Cæterū Obed-edom & fratres eorum ſexagintaocto erant: & Obed-edom filius Iedithun , & Hoſa ianitores erant.' Zadoc autem[72]ſacerdos'& fratres eius ſacerdotes[73][erāt] in cōſpectu tabernaculi Domini.i excelſo quod erat in Gibeon, Vt ſacrificarent holocauſta Domino in ara holocauſti,idque iugiter[74][&] mane & veſpere, & iuxta omne quod ſcriptum eſt in lege Domini quam pręcepit Iſraeli.[75]Erántq; cum eis Hemā & Iedithun,& reliqui electi quorum nomina expreſſa ſunt,' ad celebrandū Dominum, quòd ſempiterna ſit eius bonitas. [76]Et iuxta eos Heman & Iedithun [canentes] tubis & cymbalis, concentum facientes muſicis inſtrumentis & canticis diuinis,filij verò Iedithun ianitores erant.'Et abierunt cunctus populus,quiſque domum ſuam , & verſus eſt Dauid vt bona imprecaretur domui ſuæ.

CAP. XVII.

Contigit autem quum habitaret Dauid in domo ſua, [1] vt diceret Dauid'ad Nathan prophetā,En ego habito in domo[2]cedrina,'arca autem fœderis Domini[3]ſub auleis.' Dixit ergo Nathā ad Dauidem, Fac quidquid eſt in corde tuo, quoniam Deus[4]tecum eſt.¶[5]Eadem nocte'fiebat verbū Dei ad Nathan in hunc modū.Vade & dic ad Dauidem ſeruum meum.Sic ait Dominus,[?] tu non ædificabis mihi[6]domū illam'vt[illic]habitē. Etenim nō habitaui in vlla domo ab eo die quo [7]eduxi'filios Iſraelis vſque in hunc diem,ſed fui [[8]tranſiens][9]de tentorio in tentorium , & de tabernaculo[in tabernaculū.][10]In omnibus in quibus'ambulaui cum omni Iſraele,num verbū loquutus ſum ad aliquē ex iudicibus Iſraelis, quibus præcepi vt paſcerent populum meum , [11]vt dixiſſem,'Quare non extruxiſtis mihi domū cedrinam?Nunc ergo dices ad ſeruum meum nēpe Dauidē.Sic dicit Dominus exercituū.Ego tuli te[12]de ſepto [13]quū oues ſequereris,'vt eſſes princeps ſuper populū meū Iſrael. Et fui tecum [14]in omnibus' quocunque ambulaſti: excidi inſuper omnes hoſtes tuos ante te,fecique tibi nomē celebre.vt nomē[habēt]celeberrimi in terra. [15]Cōſtituam quoq;'locū populo meo Iſraeli,&'[16]plātabo'eum'[17]vt habitet in loco ſuo:'neque'[18]tumultuabitur'amplius: filij quoque iniqui vltra eum non '[19]affligent' vt antea , Et ab eo tempore quo [20]conſtitueram iudices' ſuper populum meum Iſraelem, [21]humiliabo inſuper cunctos'hoſtes tuos, & [22]indicabo tibi quòd Dominus ædificaturus

Cōfitemini Domino,quoniam bonus: quoniam in æternum miſericordia eius.
Et dicite,Salua nos Deus ſaluator noſter: & congrega nos.& erue de Gentibus,vt confiteamur nomini ſancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.
Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno vſq; in æternū:& dicat omnis populus,Amē,& hymnum[*]Deo.'
Dereliquit itaque ibi corā arce fœderis Domini Aſaph & fratres eius:vt miniſtrarét in cōſpectu arcæ iugiter per ſingulos dies. & vices ſuas. Porrò Obed-edō , & fratres eius ſexaginta octo: & Obed-edom filium Idithun , & Hoſa cōſtituit ianitores:Sadoc autem ſacerdotem,& fratres ei[*] ſacerdotes,coram tabernaculo Domini in excelſo quod erat in Gabaon:Vt offerrent holocauſta Domino ſuper altare holocautomatis iugiter, mane & veſpere, iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in lege Domini,quā præcepit Iſraeli. Et poſt eū Heman & Idithun,& reliquos electos,vnūquenque vocabulo ſuo,ad cōfitendum Domino,Quoniam in æternum miſericordia eius.Hemā quoque & Idithun canētes tuba , & quatientes cymbala : & omnia muſicorum organa ad canendū [*]Domino:'filios autem Idithun fecit eſſe portarios.Reuerſúſque eſt omnis populus in domum ſuā & Dauid , vt benediceret etiam domui ſuæ.

CAP. XVII.

Cum autem habitaret Dauid in domo ſua,dixit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autē fœderis Domini ſub pellibus eſt.Et ait Nathan ad Dauid,Omnia quæ in corde tuo ſunt fac:Deus enim tecū eſt.¶Igitur nocte illa fact[*] eſt ſermo[*]Domini'ad Nathā, dicens,Vade,& loquere Dauid ſeruo meo,Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domū ad habitandum.Neque enim manſi in domo ex eo tempore quo eduxi Iſrael[~]de Terra-Ægypti'vſque ad diem hanc : ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manēs cum omni Iſrael. Nunquid locutus ſum ſaltem vni iudicū Iſrael,quibus præceperā vt paſcerent populum meum, & dixi,Quare nō ædificaſtis mihi domū cedrinam?Nūc itaque ſic loqueris ad ſeruū meū Dauid,Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te,cum in paſcuis ſequereris gregem: vt eſſes dux populi mei Iſrael. Et fui tecum quocunque perrexiſti: & interfeci omnes inimicos tuos corā te,fecique tibi nomen quaſi vnius magnorum qui celebrantur in terra.Et dedi locum populo meo Iſrael:plantabitur,& habitabit in eo, & vltrà non commouebitur:nec filij iniquitatis atterent eos, ſicut à principio,Ex diebus quibus dedi iudices populo meo Iſrael,& humiliaui vniuerſos inimicos tuos.annūtio ergo tibi,quòd

Bonus. Miſericors. Orandus ſaluator.
D
¶[*]Domino.
¶[*]Deo
Non vult Dominus domū ſibi conſtrui à Dauide.
1.reg.7.a.
¶[*]Dei
[redacted] De[*].
Paſcere populum.
D
Cōmemoratione beneficiorum, oſtēdit De[*] ſe omnia omnibus pręſtare, & à nemine quicquam accipere.

XVII. ¶1 conſulēdo ſcilicet Dominū. ¶2 q.d.eleganti. ¶3 q.d.in tētorio tecto pellibus. ¶4.i.fauet tibi & erit adiutor tuus. ¶5 In illa nocte.i.In ea nocte quæ inſecuta eſt diem qua dixerat illa Dauidi ipſe Nathā.vl, Ea nocte qua Dauidi hæc dixit. ¶6 quā ſcilicet decreueras ædificare mihi. ¶7 ſub.ex Ægypto. ¶8 vl,[ambulās] ¶9 q.d.habitaui in tabernaculo nō illo quidem fixo & permanēte,ſed quod ſubinde locū mutabat.Hic nō ſignificat varietatē tabernaculi, ſed loci in quo erat tabernaculū. ¶10 In omni[loco]ad quē &c. ¶11 dicendo, ¶12.i.à caſa illa paſtorali in qua degebas.q.d.Perueniſti ad regnum nō tuis meritis,ſed ſola mea gratia. ¶13 Heb.depoſt gregem, ¶14 in omni[loco] ¶15 Et poſui.vl,deſignaui ¶16 plātaui.i.dedi ſedes firmas,& fixas. ¶17 & habitat apud ſe.i.nō in regione externa, peregrina & aliena. ¶18 vl,commouebitur.i. neque alió vltra demigrabit. ¶19 conſument ¶20 Heb. præcepi vt eſſent iudices ¶21 humiliaui omnes ¶22 annuntiaui tibi,Domum ædificabit tibi Dominus. De ſe loquitur in tertia perſona,pro, Dabo tibi familiam numeroſam & magnam.

Promittit IESVS CHRISTVS qui ædificaturus erat eccleſiã. C

ædificaturus ſit tibi Dominus domum. Cûmque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te, quod erit de filijs tuis: & ſtabiliam regnum eius. Ipſe ædificabit mihi domũ, & firmabo ſolium eius vſque in æternũ. EGO ERO EI IN PATREM, & ipſe erit mihi in filiũ: & miſericordiã meã nõ auferã ab eo, ſicut abſtuli ab eo qui ante te fuit. Et ſtatuã eũ in domo mea, & in regno meo vſq; in ſempiternũ: & thronus eius erit firmiſſimus in perpetuum. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuerſã viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid.

Laudat Dauid benignitatẽ Dei, ob promiſſũ ſibi Chriſtum.

¶ Cúmque veniſſet rex Dauid, & ſediſſet corã Domino, dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideóq; locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum: & feciſti me ſpectabilẽ ſuper omnes homines Domine Deus. Quid vltra addere poteſt Dauid, cum ita glorificaueris ſeruum tuum, & cognoueris eũ? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnem magnificẽtiam hanc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. Domine non eſt ſimilis tui: & non eſt alius Deus abſque te, ex omnibus quos audiuimus auribus noſtris. Quis *enim eſt alius vt populus tuus Iſrael, gẽs vna in terra, ad quam perrexit Deus vt liberaret, & faceret populum ſibi, & magnitudine ſua, atq; terroribus eijceret nationes à facie eius, quem de Ægypto liberarat? Et poſuiſti populum tuũ Iſrael tibi in populũ vſque in æternũ, & tu Domine factus es Deus ei*.

¶*autem D Miſericordia Dei populus Iſrael factus Dei populus.

Orat Dauid Deũ vt promiſſiones ſuas præſtet.

Nũc igitur Domine, ſermo quem locutus es famulo tuo, & ſuper domũ ei*, confirmetur in perpetuũ, & fac ſicut locutus es. Permaneátque, & magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum: & dicatur, Dominus exercituum Deus Iſrael, & domus Dauid ſerui eius permanens corã eo. Tu enim Domine Deus me* reuelaſti auriculam ſerui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit ſeruus tuus fiduciam vt oret coram te. Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad ſeruum tuum tanta beneficia. Et cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

Benedictio Dei.

## CAP. XVIII.

Victi à Dauide Philiſthæi. 2.Reg.8.a. Moabitæ tributarij.

FActum eſt autem poſt hæc, vt percuteret Dauid Philiſthijm, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias ei* de manu Philiſthijm: percuſsítq; Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid, offerentes

---

eſt tibi domum.'Quin & hoc erit, quũ exacti fuerint dies tui,[11]vt vadas cum patribus tuis,'excitabo ſemẽ tuum poſt te, quod erit ex filijs tuis, regnúmq; eius firmabo. Is extruet mihi domũ, & ego confirmabo ſolium eius perpetuò. EGO ERO EI PATER, & ipſe erit mihi filius:[14]bonitatem'quoque meam non adimam ei, quẽadmodum ademi[15]'ab eo'qui fuit ante te. Sed firmabo eum in domo mea, atque in regno meo perpetuò, firmũ que erit ſolium eius in ſempiternum. Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnẽ hãc viſionẽ,[16]ſic loquutus eſt' Nathan ad Dauidem. ¶[17]'Ingreſſus itaque'Dauid rex[18]ſedit'corã Domino, & dixit, Quis ſum ego Domine Deus, & quæ domus mea,[19]quòd me tantopere euehis? Quin hoc tibi parum viſum eſt ô Deus,[20]niſi & porrò in longinquum pollicitationem facias ad domũ ſerui tui,'&[21]reſpicias me vt reſpici ſolẽt homines pręſtantes'Domine Deus. Quid verò vltra addere poteſt Dauid [ſit loquatur] ad te,[22]quod accedat ad gloriam ſerui tui: & tu[23]cognouiſti ſeruum tuum.'Domine[24]propter ſeruum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti'omnem hanc[25]magnificentiam,'vt notas faceres cunctas[26]magnificentias.' Domine non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus præter te, iuxta omnia quæ[27]audiuimus'auribus noſtris.[28]Quæ verò gens eſt in terra quẽadmodum populus tuus Iſrael, cuius Deus iret' ſibi redimere[39]populum,'vt poneres tibi[40]nomen magnum & tremendum,'eijciendo Gentes ante populum tuum quem redemiſti ex Ægypto? Tu poſuiſti populum tuum, nempe Iſraelem tibi in populum vſque[4] in ſempiternũ:' & tu Domine[42]fuiſti eorum'Deus. Nunc igitur Domine, verbum tuum quod loquutus es de ſeruo tuo, & de domo eius[43]ratũ ſit'perpetuò,[44]vt facias'quod pollicitus es.[45]Ratum inquam fiat, vt magnificetur'nomen tuum in ſempiternum, vt dicatur, Dominus exercituum eſt Deus Iſraelis, Deus inquam eſt[46]Iſraelis,'domúſque ſerui tui Dauidis[47]firma erit' coram te. Quandoquidem tu Deus meus,[48]indidiſti ſeruo tuo,[49]vt extrueres'ei domum: idcirco[50]auſus fuit ſeruus tuus orationem inſtituere'in conſpectu tuo. Nũc igitur Domine,[51]tu es ipſe Deus, qui loquutus es de ſeruo tuo bonũ hoc.'Adijce igitur animum vt benedicas domui'ſerui tui, vt perpetuò duret ante faciẽ tuã:[53]cui enim tu benedixeris Domine, is in æternũ benedictus eſt.

## CAP. XVIII.

POſt hæc geſta'percuſſit'Dauid Paleſthinos, & ſubegit eos, cepítque[2]Gath'&'filias eius' de manu Paleſthinorum. Percuſſit & Moabitas, & facti ſunt Moabitæ ſerui Dauidi[4] qui penderent

---

¶13.i. vt moriaris. ¶14 vl, miſericordiã ¶15.i. à Saule. ¶16 loquutus fuerat ¶17 ſub. tentoriũ. ¶18 vl, manſit. Dicunt Hebræi ſolitos fuiſſe homines in Scriptura orare ſtantes: vt & angeli dicũtur ſtare dũ orant. hic igitur dicũt aliquos orare ſedentes, alios ſtantes. Doctiores hunc nodũ facile diſſoluunt, cum vertunt, & manſit &c. ¶19 Heb. quòd adduxiſti me vſque ad hunc locum? .i. quòd ad regnum peruenerim? ¶20 & locutus es ſuper domum ſerui tui in longinquum [tẽpus,] .i. in futurũ. q. d. etiam pollicitus es tam olim ante multa ſecula mihi & poſteritati meæ regnũ & Chriſtũ ex me oriturum. ¶21 aſpexiſti me iuxta diſpoſitionem hominis, [hominis] inquam excellentiæ. i. excellentis. hoc eſt, præuidiſti me futurũ hominẽ excellentem: iã inde ab initio ô Deus, cognouiſti me fore de ordine virorum præcellentium. ¶22 propter gloriam &c. i. vt des gloriã ſeruo tuo? q. d. quem maiorem honorem petere poſſet abs te Dauid ſeruus tuus? Summo enim honore affeciſti illum quum voluiſti filium tuum ſumere carnem de ſanguine ipſius Dauidis. ¶23.i. noſti gratitudinem animi mei, qui noſti intima cordium. ¶24.i. vt me afficeres tanto honore, pro voluntate tua & vltro feciſti &c. Alij autẽ, quia me elegiſti, exponunt, referentes ad electionẽ. ¶25 magnitudinẽ. ¶26 magnitudines .i. omnia iſta beneficia maxima. ¶27 ſub. de te. ¶28 Et quis eſt ſicut populus tuus Iſrael, gens vna, ad quem perrexit Deus ¶39.i. vt poſtea eſſet populus eius. ¶40 Heb. nomen, magnitudines & mirabilia, ¶41 Hoc refertur ad Iſraelem ſpiritualem. ¶42 factus es illis. q. d. affeciſti illum ſummis beneficijs & qualibus Deus afficere ſolet populum ſuum: oſtendiſti te verum eſſe Deum Iſraelis. ¶43 ſit verum. i. firmum & ſtabile. q. d. ſta promiſſis. ¶44 faciendo. Expoſitio eſt præcedentis. ¶45 Et permaneat & magnificetur. i. ſubinde maior fiat fama nominis tui. ¶46 ſuper Iſraelem. q. d. oſtendit beneficijs ſe eſſe Deum Iſraelis quem ſeruat & fouet. ¶47 ſit permanens. vl ſtabilis & fixa. q. d. permaneat te vidente & protegente familia Dauidis ſerui tui. ¶48 Heb. reuelaſti aurem ſerui tui. i. indicaſti mihi ſeruo tuo audienti: dixiſti audiente me ſeruo tuo. Chaldæus paraphra. vertit indicaſti. ¶49 vt ædificares .i. te ædificaturum familiam, ſiue poſteritatem. q. d. promiſiſti te daturum poſteritatem. De Chriſto intellige. ¶50 Heb. inuenit ſeruus tuus [ſub. cor ſuũ] vt oraret &c. i. propterea ſeruus tuus orat ex animo coram te. ¶51.i. tu hoc magnum beneficium vltro cõtuliſti ſeruo tuo. ¶52 Heb. Nunc autem voluiſti benedicere familiæ &c. Chaldæus paraphr. vertit, cœpiſti benedicere familiæ &c. ¶53 Heb. quia tu Domine benedixiſti [ſub. ſeruo tuo] & benedictus erit in æternum. vl, benedixiſti familiæ eius, & benedicta erit &c. XVIII. ¶1.i. deuicit. ¶2 Dicitur & Metheg in Regibus. ¶3.i. vicos illi ſubditos. ¶4 Heb. afferentes munus. i. pendentes tributum quotannis.

¶5 ſub. fugientem. ¶6 terminum ſuum. vl, fines ſuos. vl, vt collocaret præſidium ſuũ &c. Voluerat rex iſte prorogare fines ſuos vſq; ad regionem conterminam fluuio Euphrati. quanquam relatiuum Hebraicum poteſt referre Dauidẽ, quòd Dauid vellet producere imperium ſuum vſque ad Euphraten.
¶7 Heb. ſubneruauit præterea Dauid
¶8 i. quadringentos equos ſaluos & integros reliquit.
¶9 vl, curauit deportandos
¶10 In Regib. dicitur Betah, tranſpoſita vna litera.
¶11 i. interemiſſet. ¶12 Dicitur Ioram in Regibus.
¶13 Heb. vt rogaret eum de pace. i. quomodo valeret.
¶14 Heb. quia vir præliorum Thou erat cum Hadarezer. i. quia ipſe Hadarezer erat vir præliorum Thou. i. aduerſarius ipſi Thou. ¶15 Heb. [& miſit] ad eũ omnia vaſa aurea & argentea, & ænea. Vel, [& in manu eius]erant omnis generis vaſa &c.
¶16 Heb. Etiam illa dedicauit &c.

vectigal. ¶Adhæc percuſſit Dauid Hadaræſer regem Zoba ad Hamath, 'quum proficiſceretur vt ſtatueret[6] potentiam ſuam' ad fluuium Euphratẽ. Cepit autem Dauid ex eis mille currus, ſeptẽ millia equitũ, atque viginti millia virorũ peditũ: 'reddidit prętereà Dauid inutiles' omnes currus, [8]centum tamen currus ex eis reliquos fecit. ¶Quũmq; veniſſet Syria Darmaſci, vt opẽ ferret Hadaræſer regi Zoba, percuſſit Dauid ex Syris virorũ vigintiduo millia. Et cõſtituit Dauid [præfectos] in Syria Darmaſci, factiq; ſunt Syri ſerui Dauidi vectigal pẽdẽtes. ſeruauit enim Dominus Dauidẽ in omnibus ad quæ profectus eſt. Porrò Dauid accepit clypeos aureos quos habuerãt ſerui Hadaræſer, & 'intulit' eos Ieroſolyma. De [10]Tibhath' verò, & de Chun ciuitatibus Hadaræſer tulit æs admodum multũ, de quo Solomõ fecit æneũ mare, colũnas & vaſa ænea. ¶Audiens autẽ Thohu rex Hamath, quòd Dauid' percuſſiſſet' omnes copias Hadaræſer regis Zoba. Miſit' Hadoram' filiũ ſuum ad regẽ Dauidem, 'pro ambienda pace, 'gratulatũmq; quòd bello adortus eſſet Hadaræſer, quòdq; illũ percuſſiſſet: [14]quoniam Thohu hoſtis erat infenſus ipſi Hadaræſer. [15]omnia verò vaſa aurea, argentea, & ærea [16]Dedicauit' Dauid rex Domino, cũ argento & auro quod tulerat ex omnibus [17]gentibus,' nẽpe de Edom, de Moab, de filijs Ammõ, de Paleſthinis & Amalecitis. ¶Porrò [18]Abiſai' filius Zeruia percuſſit [19]Edom' in Valle ſalis, [20]decẽ & octo videlicet millia. [21]Conſtituit' prætereà præfectos in Edom, factiq; ſunt omnes Edomęi ſerui Dauidi: ſeruauit enim Dominus Dauidẽ in omnibus ad quæ profectus eſt. Regnauitq; Dauid ſuper vniuerſum Iſraelẽ, dicebátq; ius, & adminiſtrauit iuſtitiã vniuerſo populo ſuo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus: Iehoſaphat filius Ahilud erat à cõmentarijs. Zadoc autẽ filius Ahitub, & Abimelech filius Abiathar erãt [22]ſacerdotes, 'Sauſa ſeriba. Benaia autẽ filius Iehoiadæ fuit ſuper Chereti & Peleti: & filij Dauidis erãt primores [23]ad manum regis.

CAP. XIX.

Contigit poſthæc vt moreretur rex Ammonitarũ Nahas, regnauitq; loco eius Hanon filius eius. Atque Dauid, 'Beneficentia' proſequar' Hanonem filium Nahas, quoniã pater eius 'me quoq; proſequutus eſt beneficentia.' Miſit itaque Dauid legatos qui conſolarẽtur eũ ſuper patre ſuo. venerũt itaq; legati Dauidis in terram Ammonitarum ad Hanonem, vt eum conſolarentur. Dixerunt autẽ proceres filiorũ Ammon ad Hanonẽ, 'Num Dauid conſolatores ad te miſit, vt honoret patrẽ tuũ corã te?' annon magis venerunt ad te ſerui eius, vt perſcrutentur & explorent terrã, ſubuertántq; eã? Tollẽs igitur Hanon ſeruos Dauidis, raſit eos, & pręcidit indumẽta eorũ [4]partim ad nates vſq;' & amidauit eos. Illiq; abierunt. nũtiarunt autem Dauidi de viris illis: qui [5]miſit' eis obuiã. (erant enim viri illi magna ignominia affecti,) dixitq; rex, Manete Iericho, donec [6]repullulet' barba veſtra, tũ reuertimini.

ei munera. ¶Eo tempore percuſſit Dauid etiam Adarẽzer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperiũ ſuum vſque ad flumẽ Euphrãtem. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & ſeptem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum: ſubneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis quas reſeruauit ſibi. ¶Superuenit autem & Syrus Darmaſcenus, vt auxiliũ præberet Adarẽzer regi Soba: ſed & huius percuſſit Dauid viginti duo millia virorũ. Et poſuit milites in Darmaſco, vt Syria quoque ſeruiret ſibi, & offerret munera. adiuuitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas habuerant ſerui Adarẽzer: & attulit eas in Ieruſalem. Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarẽzer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vaſa ænea. ¶Quod cum audiſſet Thou rex Hemath, percuſſiſſe videlicet Dauid omnem exercitũ Adarẽzer regis Soba, Miſit Adoram filium ſuum ad regem Dauid, vt poſtularet ab eo pacem, & congratularetur ei quòd percuſſiſſet, & expugnaſſet Adarẽzer: aduerſari[9] quippe erat Thou Adarẽzer. ſed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea Cõſecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuerſis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filiis Ammon, quàm de Philiſtijm & Amalec. ¶Abiſai verò filius Saruiæ percuſſit Edom in Valle ſalinarum, decem & octo millia: & conſtituit in Edõ præſidium, vt ſeruiret Idumæa Dauid: ſaluauitq; Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid ſup vniuerſum Iſrael, & faciebat iudiciũ atque iuſtitiã cuncto populo ſuo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum, & Ioſaphat filius Ahilud à cõmẽtariis. Sadoc autem filius Achitob, & 'Achimelech' filius Abiathar, ſacerdotes & Suſa, ſcriba. Banaias quoq; fili' Ioiadæ ſuper legiones Cerethi & Phelethi: porrò filij Dauid, primi ad manum regis.

CAP. XIX.

Accidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. Dixitque Dauid, Faciã miſericordiã cum Hanõ filio Naas: præſtitit enim mihi pater eius gratiam. Miſitque Dauid nuntios ad conſolandum eum ſuper morte patris ſui. qui cum perueniſſent in terram filiorum Ammon, vt conſolarentur Hanon, dixerunt principes filiorũ Ammon ad Hanõ, Tu forſitan putas quòd Dauid honoris cauſa in patrem tuum, miſerit qui conſolarentur te: nec animaduertis quòd vt explorẽt, & inueſtigent, & ſcrutentur terram tuam venerint ad te ſerui eius. Igitur Hanõ pueros Dauid decaluauit & raſit, & præcidit tunicas eorum à natibus vſque ad pedes, & dimiſit eos. Qui cum abijſſent, & hoc mandaſſent Dauid, miſit in occurſum eorum (grandem enim contumeliam ſuſtinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec creſceret barba eorũ, & tũc reuerterẽtur.

Adarẽzer percutitur à Dauide.
B
Syria tributaria Dauidi.
Adiutor Dauidis Deus.
C
Thou rex Hemath petit à Dauide pacẽ.
D
Idumæa ſeruit Dauidi.
Dauid cuſtoditur à Deo.
¶[9]Abimẽlech
Dauid mittit ſeruos ad cõſolandũ Hanon.
1. Reg. 10. a.
Miſericordia
Conſolari.
Ignominia affecti remittuntur.
B

¶17 ſub. alijs quas bello ſuperauerat. ¶18 Quia Abiſai vnus fuit ex ducibus Dauidis, proptereà quæ illius hic recenſentur præclara facinora, tribuuntur Dauidi. ¶19 Liber Samuelis meminit Aram, non Edom. conueniunt tamẽ: nã Idumæi & Aramæi coniunxerãt copias. ¶20 Pſal. 60, hæc victoria tribuitur Ioab. Prætereà tantum ponuntur duodecim millia. Doctiores inter Hebræos ita ſoluunt: Primùm congreſſum eſſe aiunt Abiſai vicarium ipſius Ioab, & interfeciſſe ſex millia: deinde ſuperueniſſe ipſum Ioab præfectum militiæ Dauidis, & cæſa fuiſſe adhuc duodecim millia. Itaque tribus poteſt hæc victoria tribui, Dauidi, Ioab, & Abiſai. ¶21 ſub. Abiſai. ¶22 ſub. ſummi. ¶23 i. quorum opera in primis vtebatur rex. XIX. ¶1 Heb. Faciam miſericordiam. i. Colã amicitiam cum Hanone &c. ¶2 Heb. fecit mecũ miſericordiã. i. affecit me multis beneficijs. ¶3 Heb. Nunquid honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quia miſit ad te conſolatores? q. d. Putáſne Dauidem honore ideo proſequi patrem tuum quòd miſit qui conſolentur te ſuper morte patris tui? ¶4 Heb. per medium vſque ad verenda, ¶5 ſub. legatos, vl nuntios. ¶6 creuerit

Ammonitæ cū Syris congregatur cō tra Dauidē.

¶Videntes autem filij Ammon quòd iniuriam feciſſent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miſerunt mille talenta argenti, vt conducerent ſibi de Meſopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxerúntque trigintaduo millia curruum, & regem Maacha cū populo eius. qui cum veniſſent, caſtrametati ſunt e regione Medaba. filij quoque Ammon congregati de vrbibus ſuis, venerunt ad bellū.

C

Ammonitæ & Syri vincūtur à Dauide

Quod cum audiſſet Dauid, miſit Ioab & omnem exercitum virorum fortium. Egreſſique filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius venerant, ſeparatim in agro ſteterunt. Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerſo & poſt tergum, cōtra ſe fieri, elegit viros fortiſſimos de vniuerſo Iſrael, & perrexit contra Syrum. Reliquam autem partem populi dedit ſub manu Abiſai fratris ſui: & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: ſi autem ſuperauerint te filij Ammon, ero tibi in præſidium. Confortare, & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Dominus autem quod in conſpectu ſuo bonum eſt [1]faciat.

Deo omnia cōmittūtur. ¶[1]faciet.

D

Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. Porrò filij Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipſi quoque fugerunt Abiſai fratrem eius, & ingreſſi ſunt ciuitatem, reuerſúſque eſt etiam Ioab in Ieruſalem. ¶Videns autem Syrus quòd cecidiſſet corā Iſrael, miſit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans Fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum. Quod cum annuntiatum eſſet Dauid, congregauit vniuerſum Iſrael, & tranſiuit Iordanem, irruitq; in eos, & direxit ex aduerſo aciem, illis contrà pugnantibus. Fugit autem Syrus Iſrael: & interfecit Dauid de Syris ſeptem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem ſerui Adarezer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos, tranſfugerunt ad Dauid, & ſeruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxilium præbere filijs Ammon.

Sophach princeps exercit⁹ Adarézer occiditur à Dauide cū exercitu.

Syri ſerui Dauidis.

CAP. XX.

Rabba vrbs deſtruitur. 2.Reg.10.a.

FActum eſt autem poſt anni circulum, eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere, cōgregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vaſtauit terram filiorum Ammon: perrexitque, & obſedit Rabba. porrò Dauid manebat in Ieruſalem, quando Ioab percuſſit Rabba, & deſtruxit eam. Tulit autem Dauid coronam Melchom de

B

capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentū, & pretioſiſſimas gēmas, fecitque ſibi inde diadema: manubias quoque vrbis plurimas tulit. Populū autem qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpēta tranſire, ita vt diſſecarētur & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorū Ammon: & reuerſus eſt cum omni populo ſuo in Ieruſalem. ¶Poſt hæc, initum eſt bellum in Gazer aduerſum Philiſthæos: in quo percuſſit Sobochai Huſathites, Saphai, de genere raphaim, & humiliauit eos. ¶Aliud quoque bellum geſtum eſt aduerſus Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus [1]Beth-lehemites fratrē Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignum erat quaſi liciatorium texentium.

Ammonitarum grauis afflictio.

Philiſthæi vincuntur à Dauide. C 2.Reg.21.d.

Lehemites gigas occiditur ¶[1]Lehemitē

¶Animaduertentes autē Ammonitæ[7] inuiſos ſe eſſe Dauidi, miſit Hanon & filij Ammon argenti mille talenta, vt conducerent ſibi de Meſopotamia, & de Syria Maacha, atque de Zoba currus & equites, [8]Conducentes ſibi trigintaduo millia curruum, & [9]regem Maacha atque populū eius: qui venientes caſtrametati ſunt ante Medaba: quin & Ammonitæ congregati ſunt de ciuitatibus ſuis, & venerunt ad bellandū. Dauid[illic] audiens, miſit Ioab atque omnē exercitū ſtrenuorum militū. [11]Egreſſique Ammonitæ aciem inſtruxerunt [12]ad oſtiū portæ: reges verò qui [13]venerant, ſeorſim erāt [14]in cāpo. Videns autem Ioab [15]ſibi imminere prælīū & à frōte & à tergo, delegit [16]ex omni iuuentute quæ erat in Iſraele, & inſtruxit aciē contra Syros: [17]Reliquū verò populum tradidit ſub manū Abiſai fratris ſui, inſtructa acie cōtra Ammonitas. [18]Aitq;, Si fuerint Syri me validiores, [19]opē mihi feres: ſin Ammonitæ tibi præualuerint, adero ego tibi auxiliū laturus. Sis ergo fortis, quin & nos ſimus fortes pro populo noſtro, atq; pro ciuitatibus [20]Dei noſtri: cęterū Dominus faciat quod ſibi bonū videatur. Acceſſit itaque Ioab & populus quem ſecū habebat, vt manus cōſereret cum Syris: illi autē conſpecto eo, fugerunt. Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugiſſent, fugerunt & ipſi à facie Abiſai fratris eius, venerúntque in [21]ciuitatem, Ioab verò [22]venit Ieroſolyma. ¶Videntes autē Syri ſeſe corā Iſraelitis corruiſſe, miſſis legatis eduxerunt Syros qui erant trans [23]fluuium, præcedente eos Sophach, qui erat imperator exercitus Hadarezer. Hoc quū nunciatū eſſet Dauidi, congregauit vniuerſum Iſraelē, & traiecto Iordane venit ad eos, & inſtruxit aciem contra eos. quūmque Dauid inſtruxiſſet aciem contra Syros, inierunt & ipſi præliū cum eo. At Syrus fugit à facie Iſraelis, interfecitque Dauid ex Syris [24]ſeptē millia curruū, & quadraginta millia virorum peditum: trucidauit quoque Sophach imperatorē exercitus. Vidētes itaque ſerui Hadarezer quòd corruiſſent ante Iſraelitas, pace inita cum Dauide, facti ſunt ſerui eius nec voluit Syrus opem ferre amplius Ammonitis.

CAP. XX.

FActum autem [1]vertente anno ſub id tempus quo ſolent reges egredi, duxit Ioab [2]copias exercitus, & deuaſtauit terrā Ammonitarum. veniens autē circūſedit Rabba, manente Dauide Ieroſolymis, Ioab autem [3]percuſſa Rabba ſubruit eam. Porrò Dauid accepit coronam regis eorū de capite eius, & inuenit eam habentem pondus talenti auri, erántque in ea lapides pretioſi, impoſitáque fuit capiti Dauidis. quin & prædam valde ingentem è ciuitate [4]aſportauit. Populum verò qui erat in ea, eduxit, & [5]afflixit eos ſerra, & [6]raſtris ferreis, ſerriſque. Eodem modo [7]fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorū Ammon, reuerſúſque eſt Dauid & omnis populus Ieroſolyma. ¶Poſt hæc factum eſt vt exurgeret bellum in Gaſer cū Paleſthinis, & percuteret Sibechai Huſathites [8]Sippai, qui erat de filijs [9]rephaim: qui fuerunt ſubacti. ¶Rurſum factū eſt bellum cum Paleſthinis, [10]& percuſſit Elhanā filius Iair Lahmi fratrē Goliath Gethæū, cuius haſtę lignum inſtar iugi[erat] quo vtūtur textores.

¶7 quòd reddidiſſent ſe abominabiles apud Dauidem, ¶8 Heb. ex Syria duorū fluuiorū, ¶9 Conduxerunt itaq; ¶10. i. regem Syriæ Maacha. ¶11 ſub. è caſtris ſuis. ¶12 in introitu vrbis: ¶13 ſub. cum Ammonitis. ¶14. i. in agro vrbis Medeba. ¶15 Heb. quòd eſſet facies belli ad eū. ſiue contra eum ¶16 Heb. ex omni electo qui erat &c. ¶17. i. Reliquam partem exercitus. ¶18 ſub. Ioab ad Abiſai. ¶19 Heb. eris mihi in ſalutem. Vox Hebræa ſignificat ſalutem, opem etiam & auxilium. ¶20. i. in quibus colitur Deus noſter. ¶21 nempe Medeba. ¶22 vſ, reuerſus eſt ¶23. i. Euphratē ¶24 In Regibus legitur, ſeptingentos currus. i. equos ſeptingentarū quadrigarum: expreſſit numerum curruum electorum & excellentiū: hîc verò exprimitur numerus omnium. Præterea author libri Samuelis omiſit numerum pedirum, hîc verò numerum equitum.

XX.

¶1 Heb. tēpore cōuerſionis anni. i. anno iā reuoluto ab initio belli geſti cōtra ſocios Ammonitarū. ¶2 Heb. vires. i. exercitū fortiſſimū. ¶3. i. expugnata. ¶4 eduxit. i. deportādā curauit in Ieruſalē. ¶5 Heb. ſerrauit eos, ¶6 vſ, tribulis. Erant inſtrumēta quæ habebāt prominētias quaſdā quibus dilaniabātur & diſſecabātur qui ad ſuppliciū illud trahebātur. ¶7 vſ, facere ſolitus erat ¶8 accuſatiuus eſt caſus. ¶9 gigantū. nō eſt nomē propriū. i. qui erat de prole gigātea. ¶10 Doctus inter Hebræos ſic exponit hunc verſum, vt cōueniat loco, qui eſt apud Samuelē. & percuſſit Elhanā filius Iair qui erat de genere Bethlehemitarū fratrē Goliath Gethæi. Vel ſic, filij Iair cū Bethlehemita[.i. cū Dauide qui erat de Bethlehemitis. q. d. adiut⁹ opera Dauidis] fratrē &c.

¶Rurſus factũ eſt bellũ in Gath, fuitque [ibi] [11]vir monſtroſa magnitudine,' qui habebat digitos [12]ſex & ſex,' vigintiquatuor,' [13]& hic nat⁹ erat ipſi Rapha. Quũ autem [14]probra iaceret' in Iſraelem, percuſſit eũ Ionathan filius Semela fratris Dauidis. Hi nati ſunt [15]ipſi Rapha in Gath,' et deruntq; per manum Dauidis, & per manum ſeruorum eius.

CAP. XXI.

S[1]Vrrexit' autẽ ſatan cõtra Iſraelẽ, & incitauit Dauidẽ vt numeraret Iſraelẽ. [2]Dixitq;' Dauid ad Ioab & ad primores populi, Ite, numerate Iſraelem à Beer-ſeba vſque ad Dan, &[3]afferte' mihi vt ſciã numerum eorũ. Et ait Ioab, Adijciat Dominus ad populum ſuum [4]aliquot centurias,' an non domine mi rex [5]hi omnes ſerui ſunt domini mei?' cur quærit hoc dominus meus? cur [recidet] [6]hoc delictum in Iſraelem?' At [7]regis imperium erga Ioab præualebat.' egreſſus ergo Ioab profectus eſt per vniuerſum Iſraelem, reditque Ieroſolyma, deditque Ioab [8]numerum & cenſum' populi ipſi Dauidi. Fuit autem [ſumma] omnium Iſraelitarum virorum bello aptorum, [9]vndecies centena millia,' & de Iehuda quadringenta atque ſeptuaginta millia virorum [10]bello aptorũ.' Inter hos [11]in cenſum non venerunt' Leuitæ & filij Beniamin: [12]abominabatur enim Ioab imperium regis. ¶Diſplicuit autem hæc res oculis Dei, percuſſitque Iſraelem. Dixit autem Dauid ad Deum, Inſigniter peccaui, quòd deſignaui hanc rem: [13]transfer igitur quæſo iniquitatem ſerui tui,' quoniam vehementer ſtulte egi. Loquutus eſt itaque Dominus ad Gad videntem Dauidis in hanc ſententiam, Vade & loquere ad Dauidẽ in hæc verba, Sic dicit Dominus, Tria [14]inclinabo' ſuper te, ex his tu vnum elige quod faciã tibi. Et veniens Gad ad Dauidẽ, dixit ad eũ, Sic dicit Domin⁹, [15]Recipe tibi, [16]Aut tribus annis famẽ, aut vt tribus mẽſibus deficias metu' aduerſariorũ tuorum, [17]teque apprehẽdat gladius hoſtiũ tuorũ, [18]aut tribus diebus gladiũ Domini, & peſtilentiã in terra, & angelũ Domini graſſantẽ per omnes terminos Iſraelis: diſpice igitur quid referã ei qui miſit me. Tum dixit Dauid ad Gad, Supra modũ angor: incidã quæſo in manum Domini, (quoniam miſerationes eius vehementer multæ ſunt,) in manũ autem hominum non cadã. ¶Miſit igitur Dominus peſtilentiam in Iſraelem, & ceciderunt ex Iſraelitis ſeptuaginta millia virorum. Miſitque Dominus [19]angelũ' in Ieruſalẽ vt vaſtaret eam: [20]quúmque ille vaſtaret' vidit Dominus, & [21]pœnitudine ductus eſt ſuper hoc malo.' Dixitque ad angelum vaſtantem, Sat iã, remitte manum tuã. angelus autem Domini cõſtitit iuxta horreum Arnã Iebuſæi. Sublatis autem oculis ſuis Dauid, vidit angelum Domini ſtantẽ inter cælũ & inter terrã, habentem gladium diſtrictum manu ſua, [22]directũ' contra Ieruſalẽ, procidítq; Dauid & ſeniores ſaccis tecti in facies ſuas. Dixitq; Dauid ad Deum,

¶Sed & aliud bellũ accidit in Geth, in quo fuit homo longiſſimus, ſenos habens digitos, id eſt ſimul vigintiquatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe generatus. Hic blaſphemauit Iſrael: & percuſſit eũ Ionathã filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt filij Rapha in Geth, qui ceciderũt in manu Dauid & ſeruorum eius. D

CAP. XXI.

COnſurrexit autem ſatan contra Iſrael: & incitauit Dauid vt numeraret Iſrael. Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite & numerate Iſrael à Ber-ſabee, vſque Dan: & afferte mihi numerum, vt ſciam. Reſponditque Ioab, Augeat Dominus populum ſuum centuplum, quàm ſunt. nónne domine mi rex, omnes ſerui tui ſunt? quare hoc quærit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Iſraeli? Sed ſermo regis magis præualuit: egreſſúſque eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael: & reuerſus eſt Ieruſalem. Deditque Dauid in numerũ eorum quos circuierat: & inuentus eſt omnis numerus Iſrael, mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autẽ quadringenta ſeptuaginta millia bellatorũ. Nam Leui & Beniamin non numerauit: eo quòd Ioab inuit⁹ exequeretur regis imperiũ. ¶Diſplicuit autẽ Deo quod iuſſum erat: & percuſſit Iſrael. Dixitque Dauid ad Deũ, Peccaui nimis vt hoc facerem: obſecro aufer iniquitatem ſerui tui, quia inſipienter egi. Et locutus eſt Dominus ad Gad videntem Dauidis, dicens, B Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei, Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnum quod volueris elige, & faciam tibi. Cúmque veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: Aut tribus annis peſtilentiam*: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortem verſari in terra, & angelum Domini interficere in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid reſpondeam ei qui miſit me. Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed melius mihi eſt vt incidam in manus Domini, quia multæ ſunt miſerationes eius: quàm in manus hominũ. ¶Miſit ergo Dominus peſtilentiã in Iſrael: & ceciderũt de Iſrael ſeptuaginta millia virorũ. Miſit quoq; angelum in Ieruſalem, vt percuteret eam: cúmque percuteretur, vidit Dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali. Et imperauit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam ceſſet manus tua. Porrò angelus Domini ſtabat iuxta aream Ornan Iebuſæi. C Leuánſque Dauid oculos ſuos, vidit angelum Domini ſtantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & verſum contra Ieruſalem. & ceciderunt tam ipſe, quàm maiores natu veſtiti cilicijs, proni in terram. Dixitque Dauid ad Deũ,

Gigas habẽs 24 digitos percutitur à Ionathan.

Dauid autore diabolo numerat populum. 2.reg.24.a.

Pœnitet Dauidem numeraſſe populũ.

Ipſi tria pœnarum genera proponuntur.

¶*famis

Peſtilentiam elegit.

Septuaginta millia virorũ cadunt peſte.

Miſerationes Dei.

Dolet Dauid populũ ſuũ percuti, cũ ipſe ſit qui peccauerit.

¶11 Heb. vir menſuræ. ſub. magnæ. ¶12 i. ſenos. comprehẽdit & digitos pedum. ¶13 & etiam fuit natus ipſius gigãtis. i. ipſe quoque fuit de genere giganteo. ¶14 prouocando ſcilicet ad ſingulare certamen. ¶15 ex gigantibus in Gath. i. qui habitabit in Gath. Vel, nati ſunt ipſi giganti qui habitabit in Gath.

XXI.

¶1 Heb. Stetit q.d. Satan aggreſſus eſt Dauidem, perſuaſit q; illi vt &c. ¶2 vl, Dixit itaque ¶3 ſub. numerum. ¶4 Heb. ſicut ſunt, cẽtum vicibus. i. centuplo maiorem reddat q̃ ſũt. ¶5 Heb. omnes ſunt domino meo in ſeruos? .i. nónne omnes ſunt ſerui tui domine mi? ¶6 in delictum Iſraelis .i. in damnum & perniciem.

¶7 .i. nõ potuit Ioab dimouere regem à ſentẽtia. ¶8 Heb. numerũ numeri. Voces Hebrææ idẽ ſignificant. ¶9 Heb. mille millia & centũ millia. In Samuele ponitur minor numerus: nẽpe octingenta millia. Dicunt autẽ Hebræi apud Samuelem deſcriptum eſſe numerum eorum quorum catalogum Ioab Dauidi dedit: hîc autem poni numerum vniuerſi Iſraelis (tribubus exceptis tribubus, Leui, Beniamin & Iuda) ſecũdum veritatem. q.d. Et fuit vniuerſus Iſrael iuxta veritatem, mille millia &c. In numero tribus Iudæ, maior numerus ponitur in Samuele, quàm hic: quia hic (inquiunt Hebræi) non numerãtur principes, ſed reliqui armis gerendis apti. Deſunt autem hic ab illo numero 30000. Præterea in hoc verſu per Iſraelem omnes tribus intelliguntur, præter tres, quæ hîc ponuntur, Leui, Beniamin & Iuda: per Iudam verò, hîc vnicam tribum intelligere oportet. ¶10 Heb. educentiũ gladium. ¶11 non ſunt numerati ¶12 q.d. animus Ioab abhorrebat ab ea re, inuitúſque exequebatur iuſſum regis. ¶13 .i. condona mihi hanc iniquitatem. ¶14 extendo. vl, extenſurus ſum ¶15 ſub. vnum ex illis tribus quæ à me tibi proponentur. ¶16 An ſ vis vt veniãt tibi [ſ]tres anni famis, an vt tribus mẽſibus [ſis] conſumptus à facie &c. In Samuele dicit ſeptẽ annos famis: quia iam tres præterierant. Vt cõſumptus, ſiue oppreſſus. i. vt res tuæ ſint acciſæ ab hoſtibus tuis. ¶17 .i. gladio inimicorum tuorũ cadas, ſiue moriaris. ¶18 an vt tribus diebus [graſſetur, vel ſit] gladius Domini & peſtis in terra, & angelus Domini [ſit] vaſtans in vniuerſo termino Iſrael &c. pro id eſt: Gladius Domini, id eſt peſtis &c. ¶19 ſub. quendam. ¶20 quúmque pararet vaſtare eam, ¶21 .i. mutauit conſilium quod ceperat de perdenda vrbe Ieroſolymitana. ¶22 vl, extentum

Nónne ego ſum qui iuſſi vt numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui malũ feci: iſte grex quid cõmeruit? Domine Deus meus vertatur obſecro manus tua in me, & in domũ patris mei: populus autem tuus non percutiatur. ¶Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi vt aſcenderet, extrueretque altare Domino Deo in area Ornan Iebuſæi. Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonẽ Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini. Porrò Ornan cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuórque filij eius cum eo, abſconderunt ſe: nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſſit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terrã. Dixitque ei Dauid, Da mihi locũ areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. Dixit autem Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcũque ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium, omnia libens præbebo. Dixitque ei rex Dauid, Nequaquam ita fiet, ſed argentũ dabo quãtum valet. neq; enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan, pro loco, ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos. Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitque holocauſta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eũ in igne de cælo ſuper altare holocauſti. Præcepitque Dominus angelo: & conuertit gladiũ ſuum in vaginam. Protinus ergo Dauid, videns quód exaudiſſet eum Dominus in area Ornã Iebuſæi, immolauit ibi victimas. Tabernaculum autẽ Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tẽpeſtate erat in excelſo Gabaon. Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

Ceſſat peſtis oblato à Dauide holocauſto.

Angelo conſpecto terretur Ornan.

D

Gratis nõ accipit aut vi aufert Dauid quod Deo offerat.

Tabernaculũ & altare holocauſtorum in Gabaon. 2. Par. 1. a.

CAP. XXII.

Dixitque Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſrael. Et præcepit vt congregarentur omnes proſelyti de terra Iſrael, & conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. Ferrum quoque plurimũ ad clauos ianuarum, & ad commiſſuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant æſtimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerũt ad Dauid. Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus eſt & delicatus: domus autẽ quam ædificare volo Domino, talis eſſe debet vt in cũctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei neceſſaria. & ob hãc cauſam, ante mortem ſuam omnes præparauit impẽſas. ¶Vocauitque Salomonem filium ſuũ: & præcepit ei vt ædificaret domũ Domino Deo Iſrael. Dixitque Dauid ad Salomonẽ, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Domini Dei mei. Sed factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti: nõ poteris ædificare domũ nomini meo, tãto effuſo ſanguine corã me. Fili⁹ qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus: faciã enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum: & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Iſrael cunctis diebus eius. Ipſe ædificabit domũ nomini meo:

Dauid præparat neceſſaria ad ædificationem domus Dei.

¶ deportauerant

B

Iubet Dauid Salomoni vt ædificet domũ Domini.

Cur Dauid templum nõ potuit ædificare.

Quare Salomon ſic dicatur.

2. Reg. 7. b. heb. 1. a. 3. Re. 5. a.

Annõ ego ſum qui iuſſi numerari populũ? ego ipſe ſũ qui peccaui, [13]& omnino male egi, oues verò iſtæ quid fecerunt? Domine Deus meus, ſit quæſo manus tua contra me, & contra domũ patris mei, in populũ autem tuũ ne plaga [ſæuiat.] ¶Dixit ergo angelus Domini ad Gad, vt diceret Dauidi vt Dauid aſcenderet, & erigeret arã Domino in horreo Arnan Iebuſæi. [14]Aſcendit ergo Dauid iuxta mandatũ ipſius Gad, quod mandauerat ei nomine Domini. Conuerſus autem Arnan, vidit angelum, erantque cũ eo quatuor filij eius, qui abſconderunt ſe. Arnan verò exterebat triticũ. Et quũ veniſſet Dauid ad Arnan, reſpiciens Arnan vidit Dauidẽ, & egreſſus de horreo, procidit pronus in terrã ipſi Dauidi. Ait ergo Dauid ad Arnã, Da mihi [15]locũ horrei in quo extruam arã Domino, daque eundẽ mihi pro pecunia [16] quæ plene ſatiſfaciat, vt [17] coerceatur clades à populo. Dixitque Arnan ad Dauidẽ, Cape tibi, & faciat dominus meus rex quod tibi bonum videbitur: en & boues do in holocauſta, & [18]plauſtrũ dentatum in ligna, triticũ deinde in ſacrificium [19]cibarium, omnia [20]do. Tum dixit rex Dauid ad Arnan, Haudquaquã: quin emendo emi, idque pecunia [21]quę plene ſatiſfaciat: non enim rapiã [22]Domino ea quæ tua ſunt, nec ſacrificia holocauſti [23]gratis. Dedit itaque Dauid ipſũ Arnan pro loco illo ſiclos auri, pondere ſexcentos. Ædificauitq; Dauid illic altare Domino, in quo ſacrificauit holocauſta & ſacrificia [24]ſalutaria, & inuocauit Dominũ, qui [25]reſpondit ei per ignẽ de cælis in ara holocauſti. Et quũ loquutus eſſet Dominus ad angelũ, reduxit ille gladium ſuum in vaginã ſuã. Eodem tẽpore quũ videret Dauid quòd exaudiſſet eũ Domin⁹ in horreo Arnã Iebuſæi, ſacrificauit illic. Porrò tabernaculũ Domini quod fecerat Moſes in deſerto, & altare holocauſti, erãt tũ [26]in colle Gibeon. [27]Ita vt nõ potuerit Dauid [ſilluc] ire in cõſpectũ ei⁹ vt cõſuleret Deũ, q territus eſſet ob gladiũ angeli Domini. Et ait Dauid, [28]Hæc eſt domus Domini Dei, & hæc ara ad holocauſtũ Iſraelis. CAP. XXII.

Præcepit autẽ Dauid vt cõgregarẽtur aduenæ qui erãt in terra Iſrael. & cõſtituit [eos] latomos qui [1]excinderẽt lapides politos, [2]ad extruendum ædẽ Dei. Deinde & ferri multũ parauit ipſe Dauid [3]ad feras & ianuas portarũ & ad iũcturas, adhæc & multũ æris ſine põdere. Ligna quoque cedrina innumera: nã adduxerãt Zidonij & Tyrij innumera ligna cedrina ad Dauidẽ. Tũ [3]ait Dauid, Fili⁹ me⁹ Solomõ puer eſt & tener, dom⁹ autẽ ædificãda eſt Domino magnifica, [4]quæ ſublimitatẽ, nomẽ [excellẽs,] decũſq; habeat in vniuerſis nationib⁹: [5]apparabo [igitur] nũc ei. præparauit itaque Dauid [6]multa ante mortẽ ſuã. ¶Vocauit autẽ Solomonẽ filiũ ſuũ, præcepitq; ei vt extrueret ædẽ Domino Deo Iſraelis. Aitq; Dauid ad Solomonẽ, [7]Ego volui mi fili, ædificare ædẽ nomini Domini Dei mei, vt apud me ſtatuerã. At [8]verbũ Domini factũ eſt ad me in hãc ſententiã, Fudiſti multũ ſanguinis, & prælia magna geſſiſti. non ædificabis nomini meo ædẽ: ſanguinis eni multũ fudiſti in terrã corã me. Ecce filius tibi naſcetur, [9]hic vir erit tranquillus: ego enim dabo ei [10] trãquillitatẽ ab omnibus hoſtibus eius circũquaque: ſi quidem Solomon erit nomen eius: daboq; pacẽ & tranquillitatẽ ſuper Iſraelẽ in diebus eius. Ille ædificabit domum nomini meo:

¶13 Heb. & male agendo male egi,

¶14 ſub. in aream Ornã. erat enim locus ille ſublimis, & in edito magis loco quàm vrbs ipſa. ¶15 vſ, locum areæ. In qua, vel iuxta quam apparuit angelus Domini. ¶16 Heb. perfecta. vſ. plena. i. pretio integro & perfecto. Alij, argento quãtum valet, vẽde mihi. ¶17 vſ, ceſſet ¶18 vſ, tribulas. q. d. dabo tibi inſtrumenta mea ruſtica vnde facias ignẽ. ¶19 potius, pacificũ, ¶20 ſiue, parat⁹ ſum dare. ¶21 plena. vſ. perfecta: ¶22 vſ, vt offeram Domino ¶23. i. de alieno. ¶24 pacifica, ¶25 q. d. quum vidiſſet Dauid Deum ignem miſiſſe de cælo qui cõſumpſit holocauſtum, tunc ſciuit ſe eſſe exauditum. ¶26 in ipſo excelſo [quod erat] in Gabaon, ¶27 Nõ potuerat autem Dauid ¶28 q. d. Hic locus eſt Deo gratus, hic habitat & hic colitur.

XXII.

¶1. i. vt eruerẽt è lapicidinis lapides qui poſtea cæderentur & polirentur. Peregrini ſiue proſelyti erant in poſtremo gradu & ordine apud Iſraelitas: Idcirco conſtituerant eos in viliore

iſto munere. ¶2 ad clauos, ad oſtia &c. ¶3 ſub. apud ſeſe, & in animo ſuo. ¶4 Heb. ad excellentiã, ad nomẽ, & ad honorem &c. i. templũ magnificentiſſimum, excellentiſſimũ & nominatiſſimũ. ¶5 ſub. neceſſaria. ¶6 Heb. in copia. ſiue abundãtia magna ¶7 Heb. Fuit in corde meo vt ædificarem templũ nomini Domini Dei mei. At &c. i. Ego ſtatueram apud me ædificare &c. ¶8 q. d. me ſciẽte & vidẽte. ¶9 Heb. hic erit vir quietis, ¶10 ſiue, requiẽ

¶11 q.d. fauebo ei per omnia. ¶12 Heb. & fœliciter[ſiue, proſpere] agas: & ædifices ¶13 Verũtamen det ¶14 detq; tibi mandata de Iſraele. vl, vt mãdata det tibi de Iſraele, .i. vtatur Dominus opera tua quũ volet reconciliari Iſraeli. ¶15 vl, & cuſtodias ¶16 Heb. ſi cuſtodieris ad faciendũ .i. ſi cuſtodieris faciẽdo. vl, ſi cuſtodieris & feceris ¶17 Fuit paup Dauid reſpectu Salomonis. aut hoc dicit modeſtiæ cauſa. ¶18 Heb. & omnẽ peritum &c. i. omnes peritos i omnib' artibus. ¶19 q.d. ſine mora aggredere opus. ¶20 i. iſta terra patet & Domino & populo eius. ¶21 i. Nunc ergo corde & animo requirite Dominum. ¶22 Heb. ſanctitatis Dei .i. conſecrata Deo.

XXIII. ¶1 Heb. per capita ſua[ſ. per viros numerando, triginta & octo millia. ſub. Leuitarum q.d. numeratis ſingulis fuerũt &c. ¶2 Subaudienda ſunt aliquot verba, Et dixit Dauid. nã verba ſunt Dauidis iſta, Ex his[ſub. Leuitis] erunt &c.

&[11]is erit mihi filius, egóq; ero ei pater:'& firmabo ſoliũ regni eius ſuper Iſraelẽ in ſempiternũ. Nũc igitur fili mi, ſit Dominus tecum, [12]vt proſperrime tibi cedat, tu ędificabis'ædem Domino Deo tuo, ſi. ut locutus eſt de te. [13]Quin dabit'tibi Dominus intelligẽtiam & prudentiã, [14]dabitque tibi præcepta ad Iſraelẽ, [15]vt cuſtodias'legẽ Domini Dei tui: Tũ proſpere cedet tibi, [16]quũ obſeruaueris & feceris ſtatuta & iudicia quę pręcepit Dominus Moſi ad Iſraelẽ. ſis igitur fortis & robuſt', ne timeas, ne paueas. En ego[17] pro paupertate mea'paraui pro ędе Domini auri centũ millia talẽtorũ, argẽti mille millia talentorũ: porrò æris & ferri nõ eſt põd', multũ enim eſt: ligna quoq; & lapides pręparaui, quibus tu adij. cre[ſpote: is.] Habes ſi multos apud te qui opus perficiãt, latomos & ſcalptores lapidum, ac fabros lignarios, [18]multos deniq; qui induſtrij ſunt' in omni opere. Auri, argenti, æris & ferri nullus numerus: [19]ſurge & fac,'eritq; Domin' tecũ. Pręcepit prætera Dauid cunctis proceribus Iſraelis, vt auxilio eſſent filio ſuo Solomoni. Annon[ſinquit] Dominus Deus veſter eſt vobiſcum, & dedit vobis tranquillitatem circunquaque? quandoquidẽ ſub manũ meam tradidit habitatores terrę, &[20]ſubacta eſt terra corã Domino, & corã populo eius. [21]Prębete ergo cor veſtrum & animum veſtrum, vt quæratis Dominum'Deũ veſtrum: ſurgite & ędificate ſanctuariũ Domini Dei, vt adducatis arcã fœderis Domini, & vaſa[22]Dei ſancta'in ædem nomini Domini extructam. CAP. XXIII.

DAuid quum ſenio iam eſſet confectus, dierũmque ſatur, præfecit Solomonem filium ſuum regem ſuper Iſraelem. Congregauit itaque omnes proceres Iſraelis ſacerdotes & Leuitas. Et numerati ſunt Leuitæ ab eo qui triginta natus erat annos & ſuprà: fuitque numerus eorum[1]qui per capita & viritim[cenſi erant,] triginta & octo millia fortium virorum. [2]Ex his erunt' vigintiquatuor millia qui vrgebunt opus domus Domini: [3]præfectorum autem & iudicũ' ſex millia. Quatuor millia ianitorum, quatuor millia eorum qui laudabunt Dominũ in[4]inſtrumentis, [5]quæ ego feci ad laudãdum.' Diſtribuit autem eos Dauid in[6]ordines'[7]ex filijs Leui. Gerſon,' Cahath & Merari. ¶[8]De Gerſonitis, Laedã,' & Simei. Filij Laedan, [9]præcipuus'Iehiel, Sethã, & Ioel, tres. Filij[10] Simei,' Selomith, Haſiel, & Haran, tres: iſti fuerunt capita patrũ ex Laedã. Filij verò [11]Simei,'Iahath, Sina, Ieus & Beria: iſti ſunt filij Simei, nempe quatuor. Fuit autem Iahath [12]pręcipuus,'& Siſa' [13]ſecũdus. Ieus verò & Beria [14]non fuerunt aucti liberis,'ſed fuerunt [15]iuxta paternã familiã in eodem cẽſu. ¶Filij Cahath, Amram, Iizhar, Hebron, & Vziel. quatuor. Filij Amram, Aharon & Moſes: ſegregatus eſt Aharon[16]vt ſanctis præeſſet in ſancto ſanctorum,' ipſe & filij eius in ſempiternum, vt[17]adoleret' incenſum corã Domino, miniſtraret ei, atq; benediceret nomini ei' in ſempiternũ. ¶[18]Moſes quoque & filij eius appellati ſunt iuxta tribũ Leui.' Filij Moſis, Gerſõ, & Elięſer. [19]Filij Gerſom, Sebuel præcipuus. [20]Filij'autẽ Elięſer fuerũt Rehabia pręcipuus, nec fuerũt filij alij ipſi Eliæſer:

& ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmabóque ſolium regni eius ſuper Iſrael in æternum. Nunc ergo fili mi, ſit Dominus tecum & proſperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te. [a]Detque' tibi Dominus prudentiam & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem Domini Dei tui. Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moyſi vt doceret Iſrael: confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas. Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non eſt pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impẽdia. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificéſque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudẽtiſſimos In auro & argento & ære & ferro, cuius non eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Iſrael, vt adiuuarent Salomonem filium ſuum. Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos veſtros in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram Domino, & coram populo eius. Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras vt quæratis Dominum Deum veſtrum: & conſurgite & ædificate ſanctuariũ Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vaſa[a]Domino'conſecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini. CAP. XXIII.

IGitur Dauid ſenex & plenus dierum, regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. Et congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes atque Leuitas. Numeratique ſunt Leuitæ à [a]viginti' annis, & ſuprà: & inuenta ſunt trigintaocto millia virorum. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini vigintiquatuor millia: præpoſitorum autem & iudicum, ſex millia. Porrò quatuor millia ianitores: & totidem pſaltes canentes Domino in organis quæ fecerat ad canendum. ¶Et diſtribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari. ¶Filij Gerſon: Leedã, & Semei. Filij Leedan: princeps Iahiel & Zethan, & Ioel, tres. Filij Semei: Salomith & Hoziel & Aran, tres: iſti principes familiarum Leedan. Porrò filij Semei: [a]Leheth,'&[b]Ziza,' & Iaus, & Baria: iſti filij Semei, quatuor. Erat autem Leheth prior, [b]Ziza' ſecundus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnaque domo computati ſunt. ¶Filij Caath: Amram & Iſaar, Hebron & Oziel, quatuor. ¶Filij Amram, Aaron & Moyſes. ¶Separatúſque eſt Aaron vt miniſtraret in ſancto ſanctorum, ipſe & filii eius in ſempiternum, & adoleret incenſum Domino ſecundum ritum ſuum, ac benediceret nomini eius in perpetuum. ¶Moyſi quoque hominis Dei filij annumerati ſunt in tribu Leui. Filij Moyſi. Gerſom & Eliezer. Filij Gerſom: Subuel primus. ¶Fuerunt autem filij Eliezer: Rohobia primus: & nõ erãt Eliezer filij alij.

C Exhortatur Dauid Salomoné vt Deũ timeat. ¶[a]Det quoq;

D

Corda ad quærendum Deum.

¶[a]Deo

Dauid ſenex regem conſtituit Salomonem.

¶[a]triginta

Numerat Leuitas, & eiſdẽ officia aſſignat.

T.6.a.

Gerſon.

B

¶[a]Iehieth,

¶[b]Zina,

Caath familia.

Exod.2.a.6.c.

Heb.5.b.

Moyſi familia.

Exod.2.d.

¶3 præfecti & iudices. i. Iſ ſignificant. ¶4 ſub. muſicis. ¶5 Qui nihil ſubaudiunt initio præcedẽtis verſus, recte vertunt[quæ feci]ſper tertiã perſonã, licet ſit primæ, Ex his erant &c. qui vrgebãt &c. quæ fecit ad laudandũ. ſub. Dominũ. ¶6 Heb. diſtributiones ¶7 .i. filios Leui. In Gerſon, &c. ¶8 Heb. Gerſonitas, in[familiã]Laedan, &c. Hic alio nomine dicitur Libni, vt ex præcedẽti capite ſexto vides. ¶9 primus. vl, princeps ¶10 ſub. filij Laedan. ¶11 ſub. filij Gerſom. ¶12 princeps, ¶13 i. ſecundæ dignitatis. ¶14 Heb. non multiplicauerũt liberos. i. non habuerũt multos liberos. ¶15 in familiam patris, & in ſupputationẽ vnicã. q. d. duæ iſtæ familiæ reputatæ ſunt pro vnica: ex eis facta eſt vnica familia & vnicus catalogus. ¶16 Heb. vt ſanctificaret ſanctũ ſanctorũ. i. rem ſacroſanctam, vel ſacrificiũ ſacroſanctũ. ¶17 vl, adolerent. Aaron ſ. ilicet & filij eius. ¶18 Heb. Moſes autẽ vir Dei filij eius[ſ. i. Moſis autẽ viri Dei filij]vocati ſunt in tribu Leuitarũ. i. æſtimãtur de tribu Leuitarũ. ¶19 pro, Filius ¶20 Plurale pro ſingulari.

porrò filij Rohobia multiplicati ſunt nimis. Fi-
C lij Iſaar: Salomith primus. Filij Hebron: Ieriáu primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. Filij Oziel: Micha primus, Ieſia ſecundus. ¶Filij Merari: Moholi & Muſi. filij Moholi: Eleazar & Cis. Mortuus eſt autem Eleázar, & non habuit filios, ſed filias: acceperúntque eas filij Cis fratres earum. Filij Muſi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familijs ſuis, principes per vices, & numerum capitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterij domus Domini à viginti annis, & ſuprà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit Domin[us] Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Ieruſalem vſque in æternum. Nec erit officij Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrãdum. Iuxta præcepta quoque Dauid nouiſſima ſupputabitur numerus filiorum Leui à
D viginti annis & ſuprà. Et erunt ſub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in veſtibulis & in exhedris, & in loco purificatiõis, & in ſanctuario, & in vniuerſis operibus miniſterij templi[a] Domini. Sacerdotes autem, ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, & ad lagana & azyma & ſartaginem, & ad[a] torrendum, & ſuper omne pondus atque menſuram. Leuitæ verò vt ſtent mane ad confitendum & canendum Domino: ſimilitérque ad veſperam, Tam in oblatione holocauſtorum Domini, quàm in Sabbathis & Calendis & ſolennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuſcuiuſque rei, iugiter coram Domino. Et cuſtodiant obſeruationes tabernaculi fœderis, & ritum ſanctuarij, & obſeruationem filiorum Aaron fratrum ſuorum, vt miniſtrent in domo Domini.

Merari familia.

¶[a] Dei.

¶[a] feruentem ſimilam.

C A P. X X I I I I.

Porrò filijs Aaron hæ partitiones erant. filij Aaron: Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. ¶Mortui ſunt autem Nadab & Abiu ante patrem ſuum abſque liberis: ſacerdotióq; functus eſt Eleazar & Ithamar. Et diuiſit eos Dauid, [a] id eſt Sadoc de filijs Eleazari, & Ahimélech de filijs Ithamar ſecundum vices ſuas & miniſterium. Inuentique ſunt multo plures filij Eleazar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuiſit autem eis, hoc eſt filijs Eleázar principes per familias ſedecim: & filijs Ithamar per familias & domos ſuas octo. Porrò diuiſit vtraſque inter ſe [a] familias
D ſortib[us]: erãt enim principes sãctuarij, & pricipes domus Dei tã de filijs Eleázar, quàm de filijs Ithamar. Deſcripſitq; eos Semeias fili[us] Nathanael ſcriba Leuites, corã rege & principibus, & Sadoc ſacerdote, & Ahimélech filio Abiathar, principib[us] quoq; familiarũ ſacerdotaliũ & Leuiticarũ: vnã domum, quæ cæteris præerat, Eleázar: & alteram domũ, quæ ſub ſe habebat cæteros, Ithamar. Exiuit autẽ ſors prima Iojarib, ſecũda Iedei, tertia Harim, quarta Seorim, quĩta Melchia, ſexta Mai-

Aſſignat Dauid officia filijs Aaron.
Leui. 10. a.
¶[a] de

Sors.

filiorum autem Rehabia fuerunt ſupra modum plures.[11] Filij Iizhar, Selomith præcipuus. Filij Hebron, Ieria primus, Amaria ſecũdus, Iohaziel tertius, Iecamiam quart[us]. Filij Vziel, Micha primus, Ieſſia ſecundus. ¶Filij Merari, Mahli & Muſi. filij Mahli, Eleaſar & Kis. Mortuus eſt autem Eleaſar ſine liberis, filias tamen habuit, quas duxerũt filij Kis[12] fratres earum. Filij Muſi, Mahli, Eder & Ieremoth, tres. Hi ſunt filij Leui[13] ſecundum domum patrum ſuorum, [14] capita patrum iuxta officia ſua, & iuxta numerum nominũ, & ſecũdum capita eorũ, qui faciebãt opus in miniſterio domus Domini, ab eo qui natus erat [15] viginti annos & ſuprà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus populo ſuo Iſraeli, [16] vt habitet in Ieruſalem in ſempiternum. [17] Et etiam Leuitis, ne portent tabernaculũ, & omnia vaſa eius pro miniſterio eius. Quoniam [18] iuxta verba Dauidis nouiſſima, [19] erat numerus filiorum Leui ab eo qui natus erat viginti annos & ſuprà. [20] Et illorũ ſtatio erat ad iuſſum filiorũ Aharonis, pro miniſterio domus Domini, ſuper atria, exhedras, & purificationẽ in omnib[us] quæ ſancta erant, & [21] in opere miniſterij domus Dei. Deinde ad panes [22] ordinatos, [24] ſimilã, molã, ad lagana, [25] infermẽtata in ſartagine, in frixorio, & ad omnẽ mẽſurã [26] & cẽſum. Et vt [27] ſtarẽt mane ſingulis diebus ad [28] cõfitẽdũ atque laudandũ Dominũ, ſic etiã veſpere, Et ad offerẽdũ cũcta holocauſta Domino ſabbatis, neomenijs, & ſtatis ferijs, numero & ritu qui erat eis præſcriptus, [id eſt] iugiter, [39] ante cõſpectũ Domini, vtque obſeruarent cuſtodiam [40] tentorij cõſtitutionis, cuſtodiámq; [41] sãctuarij, & [42] cuſtodiam filiorum Aharonis fratrum ſuorum in miniſterio domus Domini. C A P. X X I I I I.

Filiorum autẽ Aharonis hæ ſunt diſtributiones. [1] filij Aharonis, Nadab, Abihu, Eleaſar & Ithamar. Mortuus autem eſt Nadab & Abihu [2] coram patre ſuo, [3] nec habuerunt liberos, [4] functi ergo ſacerdotio ſunt Eleaſar & Ithamar. [5] Diuiſique ſunt per Dauidem, & erat Zadoc ex filijs Eleaſar, Ahimelech verò ex filijs Ithamar, [6] ſecũdum officia ſua [ſ. & ] in miniſterio ſuo. Et inuenti ſũt [7] filij Eleaſar plures [8] iuxta capita viritim quã filij Ithamar, & [9] diuiſit eos. [10] in filijs Eleaſar [ſc. erant] primores [11] iuxta domos patrias ſedecim: & in filijs Ithamar [11] iuxta domos patrũ ſuorũ, octo. [12] Diuiſit autem eos per ſortem [13] hos ab illis: quoniam [14] fuerunt principes ſanctuarij & principes Dei de filijs Eleazar atq; de filijs Ithamar, Et deſcripſit eos Semahia filius Nethaneel ſcriba ex tribu Leui, corã rege & principibus, & Zadoc ſacerdote, atque Ahimelech filio Abiathar, & [15] præcipuis patribus, ſacerdotibus atque Leuitis [16] domus patria vna poſſeſſa fuit ab Eleaſar, & altera poſſeſſa ab Ithamar. Egreſſa autẽ ſors prior pro Iehoiarib, ſecũda ipſi Iedaia, tertia ipſi Harim, quarta pro Sehorim, quinta ꝑ Malkia, ſexta

¶11 plurale pro ſingulari.
¶12. i. cognati.
¶13 i domo maiorum ſuorum, .i. per familias ſuas.
¶14 vſ, principes familiarum in enumerationibus ſuis in numero nominũ per capita ſua. i. numerati per ſingula capita nominatim.
¶15 Antea dixit, à filio X X X annorum &c. Dicit Leuitas bis fuiſſe enumeratos. primò, à tricesimo anno & ſuprà, ſecundò, à viceſimo ãno & ſuprà.
¶16 Hebr. & habitabit. ſub. Domin[us], vel popul[us]. q. d. nõ mutabit poſtea populus ſubinde locum quẽadmodum antea.
¶17 Et etiã Leuitarũ nõ erit portare &c. .i. Leuitæ poſthac non portabunt tabernaculũ, ſicut antea ſolebant.
¶18. i. iuxta ordinationem.
¶19 eſt. vſ. fuit. Vetere etiam potes ſubaudire doſ viri[s] hoc modo, viri numerũ fuerunt. i. viri numerãdi, hoc eſt Leuitæ numerãdi fuerũt à viceſimo &c.
¶20 Hebr. Quia ſtatio eorũ ſe- erit [ad] manum &c. i. ad latus. hoc eſt, Quia

ſtatio eorũ erit e regione filiorum &c. ¶21 Hebr. omnis ſanctitatis. i. omniũ vaſorũ ſacrorũ. ¶22 ſub. erit. & erit in opere ¶23 propoſitionis. i. bene ordinatos & diſpoſitos corã Domino. ¶24 ſimilã in ſacrificiũ. i. pro ſacrificio faciẽdo. ¶25 & in ſartaginem, & in frixam. ſiue toſtam. ſub. ſimilam. ¶26 & quantitatem. Menſuram vocat diſcretorũ. Quantitatem verò liquidorum & quantitatẽ continuorum. Aut menſuram magnam, & minorẽ menſurã. ¶27 ſub. in templo. ¶28 vſ, celebrandum ¶29 Iſtud [ſ. in] cõſpectu Domini, [ ] pertinet ad illud quod præceſſit, Et vt ſtarent. vſ, ſtent. ¶40 tabernaculi fœderis, ¶41 ſanctitatis. i. rerum ſacrarum. ¶42. i. vt facerẽt quæ imperarent illis filij Aaron, id eſt ſacerdotes fratres ipſorum. X X I I I I. ¶1 Filijs autem Aaronis [ſ. i. ſacerdotibus] fuerunt ſuæ partitiones. i. fuerũt diſtributi in claſſes. ¶2. i. patre adhuc viuẽte. ¶3 q. d. põtificatus deuolutus fuit ad Ithamar &c. ¶4 ſub. in claſſes. ¶5. i. erat nepos Eleazar, ducebat originẽ ab Eleazar. ¶6 in enumeratione ſua. i. in vice ſua, ſiue præfectura. ¶7. i. nepotes. ¶8 per capita virorũ. i recẽſendo ſingulos. Alij vertunt, in principibus virorũ. i. ſi ſpectes viros principes. Verũ prior ſentẽtia doctioribus magis placet. ¶9 Heb. diuiſerunt eos. ¶10 ex filijs ¶11 in domo patrũ. i. per familias. ¶12 Diuiſerũt autem &c. ¶13 iſtos cum iſtis. i. Filios Eleazar & Ithamar, omnes ſimul collectos pariter ſũt miſſis ſortibus. ¶14. i. præfuerũt, ſiue præerãt reb[us] ſacris & diuinis. ¶15 principibus familiarũ, ſacerdorum, & Leuitarũ ¶16 Heb. [ſ. in] domum patris [ſ. i. in familiam] vnam attributam Eleazaro, & [familiam aliam] attributam, attributam inquam ipſi Ithamar. q. d. in duas familias, nempe in familiam Eleazar & familiã Ithamar.

pro Mijamin, ſeptima pro Hacoz, octaua pro Abia, nona pro Ieſua, decima pro Sechania, vndecima pro Eliaſib, duodecima pro Iaxim, decimatertia pro Huppa, decimaquarta pro Ieſebead, decimaquinta pro Bilga, decimaſexta pro Immer, decimaſeptima pro Hezir, decimaoctaua pro Hapiſez, decimanona pro Pethahia, viceſima pro Iecheſkel, viceſimaprima pro Iachin, viceſimaſecunda pro Gamul, viceſimatertia pro Delaia, & viceſimaquarta pro Maaſia. [17] Hæ ſunt ordinationes eorum iuxta miniſteria ſua, quando ingrediebātur domū Domini ſecūdū ritū eorū, ſub [8] manu Aharonis patris eorū, quēadmodū [9] præceperat ei Dominus Deus Iſraelis. ¶ Porrò [10] filij Leui reſidui ſūt, de filijs Amram fuit Subael: de filijs Subael, Iedia. De Rehabia fuitq; de filijs Rehabia [11] primus Iſſiah. De Izharitis, Selomoth: & de filijs Selomoth, Iahath. [12] Filij Ieria, Amaria ſecūdus, Iahaziel tertius, & Iecameam quartus. [13] Filij Vziel, Micha: de filijs Micha, Samir. Frater Michæ Iſſia, & de filijs Iſſiæ Zacharias. Filij Merari, Mahli & Muſi. [14] Filij Iahzia, Beno. [15] Filij Merari de Iahzia, Beno, Soham, Zaccur & Ibri. [16] De Mahli, Eleaſar, & hic nō habuit filios. [17] [De] Kis, Ierameel. Filij autem Muſi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi ſunt [17] filij Leuitarū iuxta domos patrū ſuorū. Iecerunt & iſti ſortes e regione [20] fratrū ſuorū, filiorū Aharonis corā Dauide rege, & Zadoc & Ahimelech, & [21] præcipuis patribus, ſacerdotibus & Leuitis: [22] præcipui ſcilicet patres e regione fratrum ſuorum minorum.

C A P. X X V.

Segregauerūt itaq; Dauid & principes exercitus in miniſteriū filios Aſaph, Hemā, atq; Ieduthū, [1] quū prophetarēt in citharis, nablis & cymbalis: fuitq; numerus illorū virorū qui [præfecti erāt] operi miniſterij. De filijs Aſaph, Zaccur, Ioſeph, Nethania, & Aſarela, [fuerunt] filij Aſaph, qui erāt ipſi Aſaph ad manū prophetanti iuxta regē. De [filijs] Ieduthū: filij Ieduthū, Gedalia, Zeri, Eſaias, Haſabias, Mathithias, ſex [5] ſub manu patris eorū Ieduthun prophetantis in cithara, [7] in cōfeſſionibus & laudibus Domini. De Hemā: filij Hemā, Bukia, Mathania, Vziel, Sebuel, Ierimoth, Hanania, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romāthi-eſer, Ioſbecaſa, Mallothi, Hothir, & Mahazioth. Omnes iſti filij erāt Hemā, qui regis erat vidēs in verbis diuinis, vt erigeretur cornu. deditq; Deus ipſi Hemā quatuordecim filios, & tres filias. Et hi omnes [9] erāt patri ſuo ad manū, canētes in domo Domini, in cymbalis, nablis & canoris, quando miniſterium [exequebantur] in domo Dei, ad iuſſum regis, Aſaph ſcilicet, Ieduthun, & Heman. Et fuit numerus eorum cū fratribus ſuis [10] qui inſtituti erant in canticis Domini, [11] omnium eorum qui [in his] pollebant, ducenti octogintaocto. Et iecerunt ſortes [12] cuſtodiæ viciſſim vt minoris, ſic maioris: vt intelligētis, ſic diſcipuli. Sors prima educta eſt ipſi Aſaph [13] pro Ioſeph: [14] ſecūda pro Gedalia: ipſe & fratres ſui ac filij ſui [erāt] duodecim. Tertia pro Zaccur [15] & filijs eius ac fratribus eius duo-

mā, ſeptima Accos, octaua Abia, nona Ieſua, decima Sechenia, vndecima Eliaſib, duodecima Iacim, tredecima Hoppha, decimaquarta Iſbaab, decimaquīta Belga, decimaſexta Emmer, decimaſeptima Hezir, decimaoctaua Apiſes, decimanona Aphecia, viceſima Hezeciel, viceſimaprima Iachin, viceſimaſecūda Gamul, viceſimatertia Dalaiau, viceſimaquarta Maaziau. Hæ vices eorū ſecūdū miniſteria ſua, vt ingrederētur domū Domini & iuxta ritū ſuum ſub manu Aaron patris eorum: ſicut præceperat Dominus Deus Iſrael. ¶ Porrò filiorū Leui, qui reliqui fuerant, de filijs Amram erat Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quoque Rohobiæ princeps Ieſias. Iſaari verò filius Salemoth: filiúſque Salemoth Iahath, Filiúſque eius Ieriau primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. Frater Micha, Ieſia: filiúſque Ieſiæ, Zacharias. Filij Merari: Moholi & Muſi. filius Oziau: Benno. Filius quoq; Merari: Oziau & Soam & Zaccur & Hebri. Porrò Moholi filius, Eleázar, qui nō habebat liberos. Filius verò Cis, Ierameel. Filij Muſi: Moholi, Eder & Ierimoth. Iſti filij Leui ſecundum domos familiarum ſuarum. Miſerúntq; & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron corā Dauid rege, & Sadoc, & Ahimélech, & principibus familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores. omnes ſors æqualiter diuidebat.

C A P. X X V.

Igitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerunt in miniſterium filios Aſaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & pſalterijs, & cymbalis ſecundum numerum ſuū dedicato ſibi officio ſeruiētes. De filijs Aſaph: Zacchur & Ioſeph & Nathania & Aſarela: filij Aſaph, ſub manu Aſaph [a] prophetantes iuxta regē. Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Ieſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitentes & laudantes Dominum. Heman quoque: filij Heman, Boccíau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romēthi-ēzer, & Ieſbacaſſa, Mellothi, Othir, Mahazioth. Omnes iſti filij Heman [a] vidētes regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo Domini diſtributi erāt, in cymbalis, & pſalterijs, & citharis, in miniſteria domus [a] Domini iuxta regē: Aſaph videlicet, & Idithun & Hemā. Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis qui erudiebant cāticum Domini, cuncti doctores, ducēti octogintaocto. Miſerúntq; ſortes per vices ſuas, ex æquo tā maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. Egreſſáq; eſt ſors prima Ioſeph, qui erat de Aſaph: ſecūda Godoliæ, ipſi & filijs eius & fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus

¶ [a] Phethela
C
D
Sors.
Ordinantur cantores, eorúmq; vices & ſortes.
Aſaph.
¶ [a] prophetātis
Idithun.
B
Heman.
¶ [a] videntis
¶ [a] Dei
C

¶ [4] Iſti ſūt [quorū] enumeratio [ſerat] in miniſterio ſuo, vt ingrederētur &c. Enumerationē vocat præfecturā ſeu epiſcopatū. Verti etiam poteſt, Hæ ſūt [verba] præfecturæ eorū. i. Hæc eſt præfectura eorū: Hæ ſūt vices eorum. vel, Hæc ſūt verba enūerationis eorū. i. Hæc eſt enumeratio eorū. &c. ¶ 8 vel, poteſtate ¶ 9 ei Dominus dederat ei ſacerdotij dignitatē. ¶ 10 de filijs Leui qui reliqui erant. ¶ 11 princeps ¶ 12 [De] filijs [Ida] nai fuit [I]eria. ſub. primus. ¶ 13 [De] filijs ¶ 14 [de] fil js ¶ 15 q. d. Iahzia qui deſcēdebat ex Merari. habuit quatuor filios. Beno. &c. ¶ 16 Ex [filijs] Mahli. ¶ 17 [Ex] filij[s] Kis. q. d. De filijs Kis fuit Ierameel. ¶ 19. i. Leuitæ per familias ſuas. ¶ 20. i. cognatorū. ¶ 21 principibus familiarū. ¶ 22 [ſcil.] patribus qui pricipē locū tenebat, [ſimiliter ſortes] cōtra fratrē ſuū minorē. i. cōſiſtentē in minore dignitate.

X X V.

¶ 1 ſub. domus Domini. hoc enim itelligi debet de miniſterio tēpli. Hic diſtribuūtur cātores ſeu muſici in X X I I I I claſſes. ¶ 2 qui prophetabāt. i. qui prophetias canebāt in tēplo Dei. ¶ 3 Heb. fuit autē numerus eorū [numerus] virorū operis i miniſterio ſuo. i. hominū diligēter & ſcite fungētiū munere ſuo. q. d. iſti omnes fuerūt muſici periciſſimi. ¶ 4 Heb. [fuerūt. vel, erāt autē] ſub poteſtate Aſaph qui prophetabat ad imperiū regis. i. prophetias canebat de mādato regis. ¶ 5 Sex dicit: & tātū quinq; enumerauit. Doctiores exiſtimāt illū eſſe Simei, qui decimæ claſſi præerat, vt in ſequētibus videbis. ¶ 6 ſub. & fuerūt. ¶ 7 ad cōfitēdū & laudādū Dominū. i. ad id vt celebrarēt & laudarēt &c. ¶ 8 in verbis Dei ad exaltādū cornu. q. d. hic prophetauit de Dauide quòd aſſequeretur magnā famā & magnā gloriā. Cornu, in Sacris literis dignitatē & gloriā ſignificat: robur itē & vires. acſi dicat, ad exaltādū poteſtatē & dignitatē regiā. ¶ 9 Heb. ſub manu patris ſui in cātico [in] domo Domini [canebāt] in cymbalis, nablis, & citharis in miniſteriū tēpli Dei. ſub poteſtate [vel, imperio] regis [erāt] Aſaph &c. i. ſub poteſtate patris ſui recitabant prophetias ad cymbala, pſalteria, & citharas, miniſtrādo tēplo Dei. hi tres, Aſaph. Ieduthū & Hemā præerāt oībus muſicis: rex verò præerat ipſis tribus. ¶ 10 Heb. doctis cantici [vel in cātico] Domini. i. peritis in cāticis quæ pertinebāt ad honorē Domini. ¶ 11 Heb. omnes periti ¶ 12 Heb. cuſtodia cōtra cuſtodiā: paruus ſuit ſicut magnus, doctus cū diſcipulo. i. claſſis vna cōtra aliā miſit ſortē, neq; habita fuit vlla ratio aut ætatis, aut eruditionis. ¶ 13. i. in gratiā Ioſeph filij Aſaph. ¶ 14 q. d. Gedalia præfuit ſecundæ claſſi muſicorum, in qua erant duodecim. ſic in ſequentibus intelligendū. ¶ 15 [ipſe] filij eius & fratres eius [fuerunt] duodecim. Sic in ſequentibus vertendum.

eius duodecim. Quarta Iſari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciáu, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Iſreela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Ieſaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratri-

B bus eius duodecim. Duodecima Haſabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima Ieſbacaſſæ, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellothi, filijs & fratribus eius duodecim. Viceſima Eliátha, filijs & fratribus eius duodecim. Viceſimaprima Othir, filijs & fratribus ejus duodecim. Viceſimaſecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim. Viceſimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Viceſimaquarta Romemthi-ezer, filijs & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Ordinant ianitores templi: & quæ porta cuiq; ſit aſſeruanda.

Diuiſiones autem ianitorum, de Coritis Meſelemia, filius Core, de filijs Aſaph. Filij Meſelemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel ſecundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Ælam quintus, Iohanan ſextus, Elioenai ſeptimus. Filij autem Obed-edom: Semeias primogenitus, Iozabad ſecundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Ammiel ſextus, Iſſachar ſeptimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi Dominus. Semeiæ autem filio eius nati ſunt filij, præfecti familiarum ſuarum: erant enim viri fortiſſimi. Filij ergo Semeiæ, Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortiſſimi: Eliu quoque, & Samachias. Omnes hi, de filijs Obed-edom: ipſi & filij, & fratres eorum fortiſſimi ad miniſtrandum, ſexagintaduo de Obed-edom. Porrò Meſelemiæ filij, & fratres eorum robuſtiſſimi, decem & octo.

B De Hoſa autem, id eſt de filijs Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, & idcirco poſuerat eum pater eius in principem) Helcias ſecundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hoſa, tredecim. Hi diuiſi ſunt in ianitores, vt ſemper principes cuſtodiarum, ſicut & fratres eorum miniſtrarent in domo Domini. Miſſæ ſunt ergo ſortes ex æquo, & paruis & magnis per familias ſuas in vnamquamque portarum. Cecidit ergo ſors Orientalis, Selemiæ: porrò Zachariæ filio eius, viro prudentiſſimo, & erudito, ſortitò obtigit plaga Septentrionalis. Obed-edom verò & filijs eius, ad Auſtrum: in qua parte domus, erat ſeniorum conciliū. Sephim, & Hoſa ad Occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam aſcenſionis: cuſtodia contra cuſtodiam. Ad Orientem verò, Leuitæ ſex: & ad Aquilonem, quatuor per diem: atque ad Meridiem ſimiliter in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini.

¶ Deus.

¶ autem Sortes.

decim. Quarta pro [16] Iizri, filijs eius ac fratribus eius duodecim. Quinta pro Nethania, filijs eius & fratribus eius duodecim. Sexta pro Bokia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Septima pro [17] Ieſarela, filijs eius & fratribus eius duodecim. Octaua pro Ieſaia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Nona pro Mathania, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decima pro Simei, filijs eius & fratribus eius duodecim. Vndecima pro [18] Aſreel, filijs eius & fratribus eius duodecim. Duodecima pro Haſabia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimatertia pro [19] Subael, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaquarta pro Mathithia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaquinta pro Ieremoth, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaſexta pro Hanania, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaſeptima pro Ioſbecaſa, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaoctaua pro Hanani, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimanona pro Mallothi, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſima pro Eliatha, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaprima pro Hothir, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaſecūda Giddalthi, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimatertia pro Mahazioth, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaquarta pro [20] Romamthi-eſer, filijs eius & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Partes verò ianitorū, de Coritis, Meſelemia filius Core, ex filijs [1] Aſaph. Porrò Meſelemiæ filij [erant,] Sacharia primogenitus, Iediel ſecūdus, Sabadia tertius, Iathniel quartus, Elam quintus, Iehohanā ſextus, & Eliehonai ſeptimus. [2] Filij Obed-edō, Semaia primogenitus, Iehoſabad ſecundus, Ioah tertius, Sachar quartus, Nethaneel quintus, Ammiel ſextus, Iſaſcher ſeptimus, Peulthai octauus, [4] quoniā benedixit ei Deus. De Semaia quoq; filio eius nati ſunt filij [5] habētes dominiū in domo patris ſui, erāt enim heroes ſtrenui. Filij Semaia, Othni, Raphael, Obed, & Elſabad, [6] fratres eius, filij fortes Elihu & Semachia. Omnes iſti [fuerunt] de filijs Obed-edō, ipſi & filij eorū atq; [7] fratres eorū, viri ſtrenui & fortes [8] in miniſterio, ſexagintaduo de Obed-edō. Filij quoq; Meſelemiæ & fratres [9] filij ſtrenui, decē & octo. [10] Filij Hoſa de filijs Merari Simri [11] præcipuus (licet nō fuerit primogenitus, poſuit tamē eū pater eius vt [12] caput eſſet:) Hilkia ſecūdus, Tebalia tertius, & Sacharias quartus: omnes filij & [13] fratres Hoſa, tredecim. [14] Ad hos facta eſt diſtributio ianitorū vt eſſent capita heroum [15] qui cuſtodirēt è regione fratrū ſuorū, ad miniſtrādū in domo Domini. Et iecerūt ſortes [16] tā paruo quā magno [17] iuxta domū patrū ſuorū pro ſingulis portis. [18] Cecidit q; ſors ab Oriēte ſuper Selemiā. [19] & Sachariā filiū eius qui cōſilio & intelligentia valebat, iecerunt ſortes, exiuitque ſors eius ad Septētrionē. Pro Obed-edom verò ad Meridiem: & pro filijs eius domus [20] Aſuppim. [21] Pro Suppim & Hoſa ad Occidētem cū porta [22] quæ vergit [23] ad ſemitam ſuperiorem, [24] cuſtodia è regione cuſtodiæ. Ad Orientem [25] Leuitæ ſex, ad Aquilonem [26] interdiu quatuor, ad Meridiem interdiu quatuor, & [27] ad Aſuppim [28] bini & bini.

¶16 Nō eſt nomen pprium. hic autē dicebatur in principio huius capitis Seri, proinde vertēdū, Iſrita, ſiue ipſi Iſritæ, nēpe Seri. ¶17 Hic in principio capitis dicitur Aſarela. ¶18 Suprà vocabatur Vziel. ¶19 Sebuel prius dicebatur. ¶20 Etymologia eſt, exaltaui auxiliū, ſiue opē. Ipſe, filij eius, & cognati eius fuerūt duodecim.

XXVI.

¶1 De diſtributionibus. vel vi ſibus. aut claſſibus. ¶2 Hic Aſaph, nō eſt ille celeberrimus cātor, ſed is qui Eliaſib capite nono dicitur. cōfer locum. ¶3 Ipſi Obed-edom. ſub. nati ſūt filij aliquot ¶4. i. quia fauore & amore ſingulari pſecutus eſt eū. vel, quia eo beneficio aſ fecit eū Dominus. Iſte eſt in cuius domo manſit aliquot dies arca Dei. ¶5 qui ſimiles fuerūt maioribus ſuis: fuerūt enim viri fortiſſimi. ¶6 Subaudienda cōiūctio, & fratres eius, filij roboris .i. viri fortiſſimi. ¶7 .i. cognati. ¶8 i miniſteriū. q. d. viri omnes qui iure ac merito erāt præficiēdi portis, huic miniſterio aptiſſimi. ¶9 filij roboris. i. præditi viribus. ¶10 Ipſi autē Hoſa [qui erat] de filijs Merari, ſub. fuerunt filij. ¶11 priceps (nō enim erat &c. ¶12 ſub. fratrū ſuorū. ¶13. i. cognati. ¶14 Hæ ſūt claſſes [vel vices] ianitorū per pricipes virorū. i. ex principibus virorū, hoc eſt, ex præcipuis viris. ¶15 cuſtodiæ. vel, vices ¶16 ſicut paruus ſic magnus. i. tā parui, quàm magni. ¶17 per domos maiorū ſuorū in ſingulas portas. i. vt ſcirēt qui quibus ianuis præeſſent. ¶18. i. Sorte præfuit Selemias portæ Orientali. Hic initio capitis huius dicitur Meſelemias. ¶19 Zachariæ autē filio eius cōſiliario cū intellectu [. i. prudētiſſimo & ſapiētiſſimo] miſerūt ¶20 comitiorū. vel, concilliorū. i. ſorte præfuerunt domui in quā cōgregati cōſultabāt ſeniores. ¶21 vel, Ipſi Suppim & ipſi Hoſa, ſub. egreſſa eſt ſors. ¶22 Heb. emiſſionis. i. qua emittebātur ſordes, vt nōnulli aiūt. huius meminit Eſaias. Vel, cū porta [nomine] Salexeth. ¶23 in via ſtrata aſcēdēte. i. accliui. ¶24 q. d. cuſtodiæ ſibi inuicē reſpōdebāt. ¶25 q. d. ianitores qui erāt de genere Leuitico, erāt ſex. ¶26 per diē. i. per ſingulos dies. Nō autē dicit per diē, vt opponatur nocti. ¶27 ad domū cōcilliorū. i. in domo in qua cōgregabantur ſeniores cōſultaturi de negotijs templi. Doctus inter Hebræos exiſtimat duas fuiſſe domos conciliorum: doctiores vnicam. ¶28. i. duo vno die, & duo die altero.

pro Mijamin, ſeptima pro Hacoz, octaua pro A-
bia, nona pro Ieſua, decima pro Sechania, vnde-
cima pro Eliaſib, duodecima pro Iakim, decima
tertia pro Huppa, decimaquarta pro Ieſebead,
decimaquinta pro Bilga, decimaſexta pro Im-
mer, decimaſeptima pro Hezir, decimaoctaua pro
Hapiʒez, decimanona pro Pethahia, viceſima pro
Iehezkel, viceſimaprima pro Iachin, viceſimaſe-
cunda pro Gamul, viceſimatertia pro Delaia, &
viceſimaquarta pro Maaſia.[17] Hæ ſunt ordinatio-
nes eorum iuxta miniſteria ſua, quando ingredie-
bātur domū Domini ſecūdū ritū eorū, ſub [18]ma-
nu Aharonis patris eorū, quēadmodū[19] præcepe-
rat ei Domin⁹ De⁹ Iſraelis. ¶ Porrò[20] filij Leui reli-
qui ſūt, de filijs Amrā[ſuit] Subael: de filijs Suba-
el, Iedia, De Rehabia. fuitq; de filijs Rehabia[21] pri-
mus Iſiah. De Iizharitis, Selomoth: & de filijs Se
lomoth, Iahath.[22] Filij Ieria, Amaria ſecūdus, Ia
haſiel tertius, & Iecameā quartus.[23] Filij Vziel, Mi
cha: de filijs Micha, Samir. Frater Michæ Iſſia, &
de filijs Iſſiæ Zacharias. Filij Merari, Mahli & Mu
ſi.[24] filij Iahzia, Beno.[25] Filij Merari de Iahzia. Be
no, Soham, Zaccur & Ibri.[26] De Mahli, Eleaſar, &
hic nō habuit filios.[27] [De] Kis, Ierameel. Filij au-
tē Muſi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi ſunt[28] filij Le
uitarū iuxta domos patrū ſuorū. Iecerunt & iſti
ſortes eregione [30] fratrū ſuorū, filiorū Aharonis
corā Dauide rege, & Zadoc & Ahimelech, &[31] præ
cipuis patrib⁹, ſacerdotib⁹ & Leuitis: [32] præcipui
ſcilicet patres eregione fratrum ſuorum mino-
rum.

CAP. XXV.

Segregauerūt itaq; Dauid & principes exerci
tus in miniſteriū filios Aſaph, Hemā, atq; Ie
duthū, quū pphetarēt in citharis, nablis & cym
balis: fuitq; numerus illorū virorū qui[præfecti
erāt]operi miniſterij. De filijs Aſaph, Zaccur, Io-
ſeph, Nethania, & Aſarela, [fuerunt]filij Aſaph,
qui erāt ipſi Aſaph ad manū pphetanti iuxta re
gē. De[filijs] Ieduthū: filij Ieduthū, Gedalia, Zeri,
Eſaias, Haſabias, Mathithias, ſex ſub manu patris
eorū Ieduthun pphetātis in cithara, in cōfeſſio-
nibus & laudibus Domini. De Hemā: filij Hemā,
Bukia, Mathania, Vziel, Sebuel, Ierimoth, Hana-
nia, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romāthi-eſer, Ioſ
becaſa, Mallothi, Hothir, & Mahaſioth. Omnes iſti
filij erāt Hemā, qui regis erat vidēs in verbis di-
uinis, vt erigeretur cornu. deditq; De⁹ ipſi Hemā
quatuordecim filios, & tres filias. Et hi omnes e-
rāt patri ſuo ad manū, canētes in domo Domini,
in cymbalis, nablis & canoris, quando miniſte-
rium [exequebantur]in domo Dei, ad iuſſum re-
gis, Aſaph ſcilicet, Ieduthun, & Heman. Et fuit
numerus eorum cū fratribus ſuis [10] qui inſtituti
erant in canticis Domini, [11] omnium eorum qui
[in his]pollebant, ducenti octogintaocto. Et iece
runt ſortes [12] cuſtodiæ viciſſim vt minoris, ſic ma
ioris: vt intelligētis, ſic diſcipuli. Sors prima edu
cta eſt ipſi Aſaph [13] pro Ioſeph: [14] ſecūda pro Geda
lia: ipſe & fratres ſui ac filij ſui[erāt] duodecim. Tertia pro Zaccur[15] & filijs eius ac fratrib⁹ ei⁹ duo-

mā, ſeptima Accos, octaua Abia, nona Ieſua, deci
ma Sechenia, vndecima Eliaſib, duodecima Iacim,
tredecima Hoppha, decimaquarta Iſbaab, decima
quita Belga, decimaſexta Emmer, decimaſeptima ¶ Phetheſe
Hezir, decimaoctaua Aphſes, decimanona Aphe- C
ceia, viceſima Hezeciel, viceſimaprima Iachin, vi-
ceſimaſecūda Gamul, viceſimatertia Dalaiau, vice
ſimaquarta Maaziau. Hæ vices eorū ſecūdū mini
ſteria ſua, vt ingrediātur domū Domini & iuxta
ritū ſuum ſub manu Aaron patris eorum: ſicut
præceperat Dominus Deus Iſrael. ¶ Porrò filio-
rū Leui, qui reliqui fuerant, de filijs Amram erat
Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quo-
que Rohobię princeps Ieſias. Iſaari verò filius Sa
lemoth: filiúſque Salemoth Iahath, Filiúſque ei⁹
Ieriau prim⁹, Amarias ſecundus, Iahaziel terti⁹,
Iecmaam quartus. Filius Oziel, Micha: filius Mi-
cha, Samir. Frater Micha, Ieſſa. filiúſque Ieſſiæ, Za
charias. Filij Merari: Moholi & Muſi. filius Oziau: D
Benno. Filius quoq; Merari: Oziau & Soam & Zac
chur & Hebri. Porrò Moholi fili⁹: Eleazar, qui nō
habebat liberos. Fili⁹ verò Cis, Ierameel. Filij Mu
ſi: Moholi, Eder & Ierimoth. iſti filij Leui ſecun-
dum domos familiarum ſuarum. Miſerúntq; &
ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron corā
Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principi-
bus familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum,
tam maiores, quàm minores, omnes ſors æquali Sors.
ter diuidebat.

CAP. XXV.

Igitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegrega- Ordinantur
uerunt in miniſterium filios Aſaph & Heman cantores, eo-
& Idithun: qui prophetarent in citharis, & pſal- rúmq; vices
terijs, & cymbalis ſecundum numerum ſuū dedi & ſortes.
cato ſibi officio ſeruiētes. De filijs Aſaph: Zacchur Aſaph.
& Ioſeph & Nathania & Aſarela: filij Aſaph, ſub
manu Aſaph⁹ prophetantes iuxta regē. Porrò Idi ¶ pphetātis
thun: filij Idithun, Godolias, Sori, Ieſeias, & Haſa Idithun.
bias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idi-
thun. qui in cithara prophetabat ſuper confiten B
tes & laudantes Dominum. Heman quoque: filij Heman.
Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ie-
rimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, &
Romēthi-ezer, & Ieſbacaſſa, Mellothi, Othir, Ma
hazioth. Omnes iſti filij Heman videtes regis in ¶ videntis
ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque De⁹
Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuer-
ſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo
Domini diſtributi erāt, in cymbalis, & pſalterijs,
& citharis, in miniſteria domus Domini iuxta ¶ Dei
regē: Aſaph videlicet, & Idithun & Hemā. Fuit au
tem numerus eorum cum fratribus ſuis qui eru
diebant cāticum Domini, cuncti doctores, ducēti
octogintaocto. Miſerúntq; ſortes per vices ſuas,
ex æquo tā maior quàm minor, doctus pariter &
indoct⁹. Egreſſáq; eſt ſors prima Ioſeph, qui erat C
de Aſaph: ſecūda Godoliæ, ipſi & filijs ei⁹ & fratri
bus ei⁹ duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratrib⁹

ſtituiſti que me regem loco eius. [10]Ratum' ergo
nunc ſit verbum ô Domine Deus, [quod loqu-
tus es] ad patrem meum Dauidem: quia tu con-
ſtituiſti me regem ſuper populū, cui tam mul-
tus eſt quàm puluis terra. Da mihi ergo ſapien
tiam & ſcientiam, [11]vt egredi & ingredi poſſim
corā populo iſto:' nam quis [12]iudicaret' populum iſtum tuum tam ingentem? Et dixit Deus ad So-

CAP. I.

CONFORTATVS eſt ergo Salomon fi-
lius Dauid in regno ſuo, & Dominus [a]erat
cum eo, & magnificauit eum in excelſum.
Præcepitq; Salomon vniuerſo Iſraeli, tribunis,
& centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis
Iſrael, & principibus familiarū: Et abijt cum vni-
uerſa multitudine in excelſum Gabaon, vbi erat
tabernaculum fœderis [b]Domini,' quod fecit Moy-
ſes famulus [c]Dei,' in ſolitudine. Arcam autē Dei
adduxerat Dauid de Cariath-iarim in locū quē
præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculū,
hoc eſt in Ieruſalē. Altare quoque æneum, quod
fabricatus fuerat Beſeleel filius Vri filii Hur, ibi
erat corā tabernaculo Domini: quod & requiſiuit
Salomon, & omnis eccleſia. Aſcenditq; Salomon
ad altare æneū, corā tabernaculo fœderis Domi-
ni, & obtulit in eo mille hoſtias. Ecce autē in ip-
ſa nocte apparuit ei Deus, dicens, Poſtula quod
vis, vt dem tibi. Dixitque Salomon Deo, Tu feci-
ſti cum Dauid patre meo miſericordiā magnā:
& conſtituiſti me regem pro eo. Nunc ergo Do-
mine Deus impleatur ſermo tuus, quem pollici-
tus es Dauid patri meo: tu enim me feciſti regem
ſuper populū tuū multū, qui tam innumerabi-
lis eſt, quàm puluis terræ. Da mihi ſapientiā &
intelligētiā, vt ingrediar & egrediar corā popu-
lo tuo: quis enim poteſt hūc populū tuū digne,
qui tā grādis eſt, iudicare? Dixit autē Deus ad Sa-

Oblatio Salomonis in Gabaō. 3.reg.3.a
¶a Deus eius
Tabernaculū in Gabaon.
¶b Dei,
¶c Domini
B
Exod.38.a.
Deus hortat Salomonem, vt ab ipſo petat quod velit
C
Salomō petit à Deo ſapiētiā & ſcientiā ad dirimēdas lites populi. 1.par.28.b. ſapien.9.b.

in populo hoc omni tempore vt regem decet. ¶12 vl, iudicare poſſet. ſub. ſine tuo fauore & ſumma prudentia.

lomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non poſtulaſti diuitias, & ſubſtantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, ſed nec dies vitæ plurimos: petiiſti autem ſapientiã & ſcientiam, vt iudicare poſſis populum meum, ſuper quem conſtitui te regem, Sapientia & ſcientia data ſunt tibi: diuitias autem, & ſubſtantiã, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regib' nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui. ¶Venit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Ieruſalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit ſuper Iſrael. Cõgregauitque ſibi currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos eſſe in vrbibus quadrigarũ, & cum rege in Ieruſalem. Præbuitque rex argentum & aurum in Ieruſalem quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros, quæ naſcuntur in campeſtribus multitudine magna. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, *de Coa à negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio, quadrigam equorum ſexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: ſimiliter de vniuerſis regnis ᵃCethæorũ,ᵃ & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

D — 3.Reg.10.d.

Numer' currũ & equitũ Salomonis.

Argenti, auri & cedrorum maxima copia Ieroſol. 3.reg.10.d.

¶*& ¶ᵃHethæorũ,

C A P. I I.

Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium ſibi. Et numerauit ſeptuaginta millia virorum portantiũ humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpoſitóſque eorum tria millia ſexcentos. ¶Miſit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens, Sicut egiſti cum Dauid patre meo, & miſiſti ei ligna cedrina, vt ædificaret ſibi domũ, in qua & habitauit: ſic fac mecum vt ædificẽ domum nomini Domini Dei mei, vt conſecrẽ eam ad adolendum incenſum coram illo, & fumigãda aromata, & ad propoſitionem panum ſempiternam, & ad holocauſtomata mane & veſpere, ſabbathis quoque, & neomenijs, & ſolennitatibus Domini Dei noſtri in ſempiternũ, quæ mãdata ſunt Iſraeli. Domus enim quam ædificare cupio, magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter ſuper omnes deos. Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? ſi cælum, & cæli cælorũ capere eum nequeunt: quantus ego ſum, vt poſſim ædificare ei domum? ſed ad hoc tantum, vt adoleatur incẽſum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditũ, qui nouerit operari in auro & argẽto, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui ſciat ſculpere cælaturas cũ his artificibus quos mecũ habeo in Iudæa & Ieruſalẽ, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: ſcio enim quòd ſerui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erũt ſerui mei cũ ſeruis tui, Vt parẽtur mihi ligna plurima. domus enim quã cupio ædificare, magna eſt nimis & inclyta.

Artifices Salomonis.

Mittit Salomon ad Hirã regẽ Tyri ꝑ lignis & artificib'. 3.reg. 5.a.

B

Templũ ædificatũ, vt i eo thus Deo incenderetur.

lomonem, Quãdoquidẽ iſtud fuit in corde tuo, vt non poſtulares diuitias, opes & gloriã, neq; animã inimicorũ tuorũ, ſed nec dies multos poſtulares: poſtulares autẽ tibi ſapientiã & ſciẽtiã, vt iudicare poſſes populum meũ, ſuper quem te regẽ conſtitui, Sapientia & ſcientia data eſt tibi, diuitias quoque, opes & gloriã dabo tibi, [13]qualis non fuit' in regibus qui fuerũt ante te, neque poſt te [14]fiet talis. ¶Venit itaq; Solomon ab excelſo quod erat in Gibeon Ieroſolyma à conſpectu [15]tentorij cõſtitutionis,' & regnauit ſuper Iſraelẽ. Congregauitque Solomon currus & equites, habuitq; currus mille & quadringẽtos, duodecimq; millia equitũ, quos collocauit in vrbib' curruũ, &[16]cũ rege' in Ieruſalẽ. [17]Aduexit' itaq; rex argentũ & aurum in Ieruſalẽ quaſi lapides: ſic quoq; ligna cedrina[17]aduexit' veluti ſycomoros,' [18]quorũ magna copia [creſcit] in campeſtribus.' Porrò [19]equi Solomoni educti ſunt ex Ægypto: nã ſocietas mercatorũ quos habebat rex, accipiebat byſſum per cõmutationẽ. [20]Aſcenderũt itaq; & exiuerũt ex Ægypto quadriga quæq; ſexcentis argẽteis, & eques centũ' & quinquaginta: ſic educebant[21]manibus ſuis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram.

C A P. I I.

Statuit autem [apud ſeſe] Solomon extruere ædẽ nomini Domini, deinde & [1]domum pro regno ſuo.' Numerauitq; Solomon ſeptuaginta millia virorum qui baiularent, & octoginta millia virorum[2]cæſorum' in monte, & tria millia ac ſexcentos [3]eorũ qui illis inſtarent. ¶Miſit itaq; Solomon ad Hurã regẽ Zor hiſce mãdatis, Quemadmodũ egiſti cũ Dauide patre meo, [4]cui miſiſti[5]cedros,' ex quibus ædificaret ſibi domũ[6]in qua habitaret.' En ego[7]extruã' ædẽ nomini Domini Dei mei, quã ei conſecrẽ, incenſúmq; adoleam coram eo aromaticũ, [8]& vt ordinentur[ſpecie] perpetuò,' vtque fiat holocauſtum mane & veſpere, ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs Domini Dei noſtri, [9]vtq; hoc perpetuò fit in Iſraele.' Domus verò quã ego[10]ædificabo' magna erit, quia magnus eſt Deus noſter ſupra omnes deos. [11]Quis verò tanta præditus eſt virtute, vt ædificet ei domũ,' cum[12]cæli, cælorúmq; cæli' illũ non cõprehẽdãt? quis ſum ego vt ædificẽ ei domũ?[13]ſed ad offerendũ incẽſum corã eo.' Mitte igitur mihi virũ [14]induſtriũ,' qui ſciat operari in auro & argẽto, in ære & ferro, in purpura, coccino & hyacintho, quiq; ſciat [15]ſcalpere ſcalpturas,' vnà cum [16]ſapientibus' qui ſunt mecũ in Iehuda & Ieruſalẽ, [17]quos' præparauit pater meus. Mitte quoq; mihi ligna cedrina, [18]pinea, & algumim' de Libano: ſcio enim ſeruos tuos gnaros eſſe cædẽdorũ lignorũ in Libano, & ecce ſerui mei [19][ſerũt] cũ ſeruis tuis. Vt præparent mihi ligna multa, quoniã dom' quã ego ædifico magna erit & [20]præcipua.'

¶13 quales[ſub. diuitiæ] nõ fuerunt. Vertere etiã poſſet, id quod non cõtigit regibus qui fuerunt ante te, neque ijs qui erunt poſt te, continget.

¶14 erunt ſic.i. non erunt tãtæ diuitię cuiqui.

¶15 tabernaculi fœderis,

¶16.i.ſecũ, ſiue apud ſe.

¶17 Dedit. vl, Poſuit

¶18 quæ naſcũtur in loco cãpeſtri, in copia, ſiue abũdãtia. Iſtud, in abundantia, refertur ad verbũ præcedens poſuit, vel dedit. q.d. fuit magna abundantia auri & argenti, & cedrorum.

¶19 Heb. egreſſus[vl, eductio] equorũ q erant Salomoni, [ſerat] ex Ægypto, & tela byſſina: mercatores regis congregationẽ capere ſolebant pretio. vl, permutatione .i. Salomoni educebantur equi ex Ægypto, & tela byſſina: mercatorẽſque regis Salomonis capere ſolebant congregationẽ equorũ & telæ byſſinæ pretio & permutatione aliarũ rerum quas ferebant in Ægyptũ.

¶20 Heb. Aſcendebant itaque, & educebant de Ægypto currum pro ſexcentis argenteis, & equum pro centum &c. Per currum, ſingulas quadrigas intelligit: quemadmodũ & per equum, ſingulos equos. Quadriga continebat quatuor equos: ea conſtabat ſexcentis nũmis argenteis. Singuli igitur equi conſtabant centũ quinquaginta argenteis. ¶21 Heb. omnes reges Hethæorum & reges Syriæ per manũ eorũ [ſ.i. opera mercatorũ Salomonis] quadrigas & equos ex Ægypto. II. ¶1.i. regiam. ¶2 cædentium. ſub. lapides. ¶3 præpoſitorum ſuper illos. Hic præpoſitorum treceni ponuntur vltra numerum qui eſt in Regibus. Verum illic omittuntur præpoſiti præpoſitorum. ita ſoluunt Hebræi. ¶4 vl, mittendo illi ¶5 vl, ligna cedrina, ¶6 ſub. ſic age mecũ. eſt enim locutio imperfecta. ¶7 ædificaturus ſum ¶8 Heb. & vt [diſponã] diſpoſitionẽ[panũ] iugiter. ¶9 Heb. in æternũ hoc eſt ſuper Iſraelem. i. Iſrael tenetur hoc facere perpetuò. q.d. Iſrael tenebitur offerre ſacrificia Domino Deo in æternum propter beneficia ab eo accepta. ¶10 vl, ædificaturus ſum ¶11 q.d. Nemo mortalium poterit ædificare illi domum eo dignam. ¶12 Per cælum, aerem: per cælos cælorum, corpora illa cæleſtia intelligit. ¶13 ſub. non propterea ædificabo domum illi vt ea comprehendatur Deus ille meus, ſed vt adoleam incenſum aromaticũ, &c. i. vt illum colã. Per incenſum, reliqua intelligit quæ fiunt in tẽplo. ¶14 vl, peritũ, ¶15 ſub. in auro, & lapillis pretioſis. ¶16 vl, induſtrijs artificibus ¶17 ſub. artifices. vl, quæ aurũ, argentũ, &c. ¶18 abiegna, & pinea. ſiue piceas arbores. Docti inter Hebræos dicũt vocẽ Hebræã algumim hic ſignificare coralliũ. Verũ doctioribus hoc nõ probatur, quũ de Libano loquatur, & corallium in mari naſcatur, poſtea dureſcat in lapidem. ¶19 vl, [ibunt] ¶20 vl, admirabilis. aut, inclyta.

Ecce verò pro ſectoribus & cæſoribus lignorum [11]dedi' tritici[12]contuſi' ſeruis tuis[13]cororũ' viginti millia, hordei cororum viginti millia, vini batorũ viginti millia, & olei batorũ viginti millia. ¶Reſpõdit autẽ Hiram rex Zor [14]per ſcriptũ quod' miſit Salomoni, Quandoquidem Dominus dilexit populum ſuum, poſuit te regẽ ſuper eos. Dixitque rurſus Hiram, Laudãdus Dominus Deus Iſraelis, qui fecit cælum & terram, quique dedit Dauidi regi filium ſapientem, [15]ſcientẽ, intelligentem' & prudentẽ, qui extruat domum Domino, &[16] domum pro regno ſuo.' Mitto igitur virum ſapientem & intelligentia præditum, [quo vſus eſt] pater meus Hiram, Filiũ mulieris[17] de filiabus Dan,' cuius pater fuit[18] Tyrius,' qui operari ſcit in auro & argento, in ære & ferro, in lapidibus & lignis, in purpura & hyacintho, in byſſo & coccino, [ſciens quoq;] ſcalpere ſcalpturas varias,[19]& ingenioſe excogitare omnis generis opus ingenioſum, quod' proponetur ei[20]à ſapientibus' tuis, atque à ſapientibus domini mei Dauidis patris tui. Nũc ergo triticum & hordeum, oleum & vinũ, de quo dixit dominus meus, mittat ſeruis ſuis. Nos verò ſecabimus ligna in Libano, quotquot tibi neceſſaria fuerint, adducemúſq; ea tibi in ratibus[21]per mare ad Iapho,' túq; [22]feres' ea Ieroſolyma. ¶Et numerauit Solomon omnes viros[23]aduenas' qui erant in terra Iſrael, poſt numerũ illorũ quos numerauerat pater ei⁹, inuẽtiq; ſunt centũ & quinquaginta millia, tria millia & ſexcẽti. Et fecit ex eis ſeptuagita millia onerib⁹ ferẽdis, & octoginta millia qui[24]cæderẽt' in mõte, tria deinde millia atq; ſexcẽtos[25]exactores,' qui populũ ad laborẽ vrgerent.

CAP. III.

COEpit itaq; Solomon ædificare domũ Domini Ieroſolymis in mõte Moria,[1]vbi apparuerat[ Dominus] Dauidi' patri eius, in loco quẽ parauerat Dauid in [2]horreo' Ornan Iebuſæi. Cœpit autẽ ædificare mẽſe[3]ſecũdo,[4]in ſecundo[inquã]' anno quarto regni ſui.[5]Hæc autẽ ſunt in quibus Solomon edoctus fuit vt ædificaret' domũ Dei: [6]longitudo' cubitorũ[7]fuit prima mẽſura,' cubitorũ inquã ſexaginta, latitudo verò cubitorũ viginti. Porticus quæ erat[8]ante faciem longitudinis,' ſecundum latitudinẽ ædis viginti erat cubitorũ:[9]altitudo' eius centũ & viginti, obduxitque intus auro mũdo. Domũ verò maiorẽ[10]obduxit' lignis abiegnis,[11]quæ' texit auro[12]bono,' &[13]addidit illi' palmas & [14]catenas.' Operuit præterea [15]ædem' lapidibus pretioſis ad decorem: aurũ verò erat aurum de[16]Paruaim:' obduxit inquã domum, trabes, poſtes, parietes eius & oſtia eius auro, ſculpſitque cherubim in parietibus. Fecit & domum [17]Sanctiſanctorum,' cuius longitudo erat in facie [18]latitudinis ædis' cubitorũ viginti:

¶11 vl, daturus ſum. Præteritũ pro futuro, decreui dare.
¶12 i. excuſſi flagellis e ſpicis.
¶13 Corus, menſura aridorũ, continet decies menſurã epha, quã ephi appellamus, Ezech. 45. Cæterũ cor⁹ & homer eãdẽ ſignificant mẽſurã: ephi ter menſuram ſea, quam ſatũ appellamus, cõtin. i. Bath, eadẽ mẽſura eſt quæ ephi. eſt igitur decima pars cori. Verùm bath, liquidorum eſt menſura: epha verò ſiue ephi, aridorum. Continet bath tria ſata.
¶14 vl, p epiſtolã quam
¶15 vl, præditũ intellectu
¶16 i. regiam.
¶17 i. cuius mater fuit de tribu Dan.
¶18 ſub. ciuis. Iudæus fuit de tribu Nephthali, Tyrius tamẽ, q habitaret in vrbe Tyro.
¶19 Heb. & ad excogitãdã omnẽ cogitationẽ, quæ &c.
¶20 cũ ſapientibus
¶21 ad mare Iopes. vl, ad portũ maris Iopici,
¶22 vl, deportãda curabis. ſub. ab eo portu.
¶23 vl, pſelytos
¶24 ſub. lapides
¶25 vl, præfectos,

Præterea operarijs qui cæſuri ſunt ligna, ſeruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidẽ,*olei quoque ſata viginti millia. ¶Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miſerat Salomoni, Quia dilexit Dominus populũ ſuum, idcirco te regnare fecit ſuper eũ. Et addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit cælũ & terrã, qui dedit Dauid regi filium ſapientẽ & eruditũ & ſenſatũ atque prudentem, vt ædificaret domum Domino, & palatium ſibi. Miſi ergo tibi virum prudentẽ & ſcientiſſimum Hiram patrem meum, Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byſſo & coccino: & qui ſciat cælare omnem ſculpturã, & adinuenire prudenter quodcunque in opere neceſſarium eſt cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. Triticum ergo, & hordeũ, & oleum, & vinũ, quæ pollicitus es domine mi, mitte ſeruis tuis. Nos autẽ cædemus ligna de Libano, quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratib⁹ per mare in Ioppe: tuum autẽ erit transferre ea in Ieruſalẽ. ¶Numerauit igitur Salomon omnes viros proſelytos qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationẽ quã dinumerauit Dauid pater ei⁹: & inuẽti ſunt centum quinquaginta tria millia & ſexcenti. Fecitq; ex eis ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent: tria autem millia, & ſexcentos præpoſitos operum populi.

CAP. III.

ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem, in Monte-moria, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quẽ parauerat Dauid in area Ornan Iebuſæi. Cœpit autem ædificare menſe ſecũdo, anno quarto regni ſui. Et hæc ſunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domũ Dei, longitudinis cubitos in mẽſura prima ſexaginta, latitudinis cubitos viginti. Porticũ verò ante frontẽ, quæ tẽdebatur in longũ iuxta menſurã latitudinis domus, cubitorum viginti: porrò altitudo centũ viginti cubitorũ erat: & deaurauit eam intrinſecus auro mũdiſſimo. Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totũ: ſculpſitque in ea palmas, & quaſi catenulas ſeinuicẽ cõplectentes. Strauit quoq; pauimentum templi pretioſiſſimo marmore, decòre multo. Porrò aurum erat probatiſſimũ, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & poſtes, & parietes, & oſtia: & cælauit cherubim in parietibus. Fecit quoq; domũ Sanctiſanctorũ: longitudinẽ iuxta latitudinẽ domus, cubitorum viginti:

C

¶*& vini viginti millia metretas, Hirã promittit ligna Salomoni.

D

Numerus artificum.

Templũ ædificat. 3. reg. 6. a.

2. Reg. 24. d.

1. para. 21. d.

B

III. ¶1 qui mõſtratus fuerat Dauidi ¶2 ſiue, area ¶3 i. Aprili. ¶4 ſecũda. ſub. die mẽſis. ¶5 Hæ ſunt [dimẽſiones quibus] fundatus eſt Salomon ad ædificandũ &c. vl, Hæ ſunt [diſpoſitiones quibus] innixus eſt Salomon quum iaceret fundamenta templi: aut, quibus conſilio [peritorum artificũ vſus eſt] dum pararet extruere templum. ¶6 ſub. templi, vl fundamentorũ. ¶7 erat in menſura [vl, dimenſione] priore. Hæc dicit, quòd iacta ſunt fundamenta hecal & deuir. q. d. quando deſcripſerunt prima fundamenta, non ſeparauerunt adytum ſiue oraculum à templo, id eſt hecal: ſed poſtea ſeparauerunt, ac poſtea dederunt dimenſionẽ, templo ſuam, & oraculo ſuã: vna deſignatione deſignarunt primum fundamenta duarum primarum partium templi, nempe hecal & deuir, quę fuerunt ſexaginta cubitorum. Cæterum ex L X illis cubitis, X X oraculo, & XL templo attributi ſunt. Templi longitudo ſpectatur ab Occidente ad Orientem: & latitudo à Septentrione ad Meridiem. ¶8 vl, ante longitudinẽ ipſam, ¶9 ſub. à fundamento vſque ad ſummam partem. In Regibus loquitur de altitudine vſque ad primum tabulatum. ¶10 vl, texit. Templum tres habebat partes, Vlam, hecal, & deuir. Vlam, porticus erat, ſeu veſtibulum: Hecal, templum proprie dictum. Deuir autem, oraculum ſeu adytum, ſiue ſancta ſanctorum. Domum maiorẽ intelligit hecal: quia longitudine ſuperabat reliquas duas partes, veſtibulum & oraculum. ¶11 ſub. ligna abiegna. ſiue, quas tabulas abiegnas ¶12 vl, optimo. ¶13 Heb. aſcendere fecit ſuper illud. ſub. aurum. i. inſculpſit illi auro. ¶14 nam palmæ illæ erant iunctæ opere catenato. ¶15 ſub. illam maiorẽ. ¶16 Numero duali dicitur apud Hebræos. Fortaſſe locus ille qui noſtro tempore dicitur, Le grand Peron, & le petit Peron dicuntur nam eſt maxima affinitas nominum. ¶17 Heb. ſanctitatis ſanctitatum, ¶18 i. quæ reſpondebat latitudini domus magnæ, id eſt templi.

& latitudinem ſimiliter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eã, quaſi talentis ſexcẽtis. Sed
C & clauos fecit aureos, ita vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos appenderẽt. cœnacula quoque texit auro. Fecit etiã in domo Sctiſanctorũ cherubim duos, opere ſtatuario: & texit eos auro. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alã tangeret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. Igitur alæ vtriuſque cherubim expanſæ erant, & exten
D debantur per cubitos viginti: ipſi autem ſtabant erectis pedibus, & facies eorum erãt verſæ ad exteriorem domũ. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byſſo: & intexuit ei cherubim. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorum. Necnon & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interpoſuit. Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, vnam à dextris, & alteram à ſiniſtris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad læuã, vocauit Booz.

Matth. 27. f.
Iere. 52. e. f.

CAP. IIII.

Fecit quoq; altare æneũ viginti cubitorũ longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decẽ cubitorũ altitudinis. Mare etiã æneũ fuſile decẽ cubitis a labio vſq; ad labiũ, rotundũ per circuitũ: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorũ ambiebat gyrũ eius. Similitudo quoq; boum erat ſubter illud: & decem cubitis quædam extrinſecus cælaturæ, quaſi duobus verſibus labium maris circuibant. Boues autem erant fuſiles. Et ipſum mare ſuper duodecim boues impoſitum erat, quorũ tres reſpiciebant ad Aquilonẽ, & alij tres ad Occidentẽ: porrò tres alij Meridiem, & tres qui reliqui erant, O-
E rientem, habẽtes mare ſuperpoſitum: poſteriora autẽ boum erant intrinſecus ſub mari. Porrò vaſtitas eius habebat mẽſurã palmi, & labiũ illius erat quaſi labiũ calicis, vel repandi lilij: capiebãtque tria millia metretas. ¶ Fecit quoque cõchas decẽ: & poſuit quinque à dextris, & quinq; à ſiniſtris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocauſtum oblaturi erãt: porrò in mari ſacerdotes lauabãtur. ¶ Fecit autẽ & candelabra aurea decem, ſecundũ ſpeciem qua iuſſerat fieri: & poſuit ea

Fabricatio altaris holocauſti. 3. reg. 7. c. d. e.
Mare fuſile.
¶ alueum
Boues XII fuſiles.
Cõchæ decẽ.
Candelabra decem.
¶ iuſſa erant

& latitudo eius erat cubitorũ viginti: obduxitq; ipſum auro bono, talentis ſcilicet ſexcentis. Porrò pondus [19] clauorũ habuit quinquaginta ſiclos auri: obduxit & cœnacula auro. Fecit præterea intra ſanctum ſanctorum duos cherubim opere [20] artificioſo, & [21] obduxit eos auro. Longitudo alarũ cherubim erat viginti cubitorum: vna enim ala erat quinque cubitorũ, pertingens ad parietẽ [22] ædis, & altera ala ſimiliter erat quinque cubitorum, pertingens ad [23] alam alterius cherub. Sic ala cherub alterius, quinque erat cubitorũ, pertingens ad parietem domus: & ala altera quinque cubitorum, adhærens alæ alterius cherub. Alæ itaque cherubim iſtorum erant extenſæ cubitis viginti: ipſi autem ſtabant pedibus ſuis, erántque facies eorum [24] intro [verſæ.] Fecit quoque [25] velum ex hyacintho, purpura, coccino & byſſo, & [26] induxit ei cherubim. Ante ædem fecit duas columnas longitudine cubitorum triginta quinque: [27] quod verò obductum fuit capiti eius, cubitorum quinque. Fecit inſuper catenas [28] iuxta rationem, & poſuit [29] in conum columnarum: fecitque mala punica centum, & [30] poſuit in illis catenis. Erexit autem columnas in proſpectu [31] templi, vnam à dextera, alteram à ſiniſtra: vocans nomen dexteræ Iachin, ſiniſtræ Boas.

CAP. IIII.

Et fecit altare æneum, cuius longitudo erat viginti cubitorum, latitudo eius viginti cubitorum, altitudo verò eius cubitorum decem. Fecit quoque mare fuſum, habens decem cubitos [1] à labio ſuo ad labium ſuum, rotundum circunquaque: altitudo eius quinque cubitorum, & linea triginta cubitorum cingebat ipſum per ambitum. [2] Effigies quoq; boum erat ſubter ipſum per ambitum [3] qui ambiebant ipſum, decem cubitis circumibant mare per ambitum. duo ordines erant boum fuſi [4] in fuſura eius. Stabat ſuper duodecim boues, tres vertebant faciem ad Septentrionem, tres reſpiciebant ad Occidentem, tres verò erant ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientẽ, erátque mare illis ſupra impoſitum: [5] poſteriora autem eorum omnia erant introrſus. Craſſities eius palmũ habebat, & labium eius [6] erat fabrefactum vt labium crateris germinante lilio, capiebátq; batorum [7] tria millia. ¶ Fecit inſuper decem [8] labra, & poſuit quinque à dextera, & quinque à ſiniſtra, vt lauarent & abluerent in eis [9] opus holocauſti, mare autem vt in eo lauarent ſacerdotes. ¶ Fecit quoq; decẽ aurea candelabra [10] iuxta normam eorũ, & poſuit

¶ 19 quibus ſcilicet erat opus ad obducendos parietes auro.
¶ 20 puerorum, .i. inſtar adoleſcentulorum.
¶ 21 texerunt. ſub. artifices Salomonis.
¶ 22 .i. ipſius oraculi.
¶ 23 Nota hic nomine alarũ cõprehẽdi etiã corpus ipſorũ cherubim.
¶ 24 .i. in domũ aſpiciebãt partem illam internam ſancti ſanctorum. In libris Regũ legitur, Facies vnius verſa erat in faciem alterius. Hic verò, Facies eorũ verſa, ſub. erat in domũ. quod ita intelligẽdũ eſt quaſi diceret, Facies eorũ nõ erant verſæ ad oſtium templi, ſed ad parietes illos qui erant in laterib⁹. nã cherub qui erat i parte dextra, videbatur reſpicere parietẽ lateris ſiniſtri: & cõtrà, cherub q erat in parte ſiniſtra, reſpiciebat parietẽ lateris dextri. Cõcordant igitur loci.
¶ 25 .i. propitiatoriũ. Hebraice capporeth, & parocheth. ¶ 26 Heb. aſcendere fecit. i. aſſuit, ſiue adiecit ipſi velo aliquot cherubim. ¶ 27 Heb. capitellum verò quod erat in capite eius. i. quod impoſitum erat ſummitati & vertici ſingularũ columnarum. Hoc loco, huius libri author loquitur de longitudine ambarum columnarum ſimul, verùm de longitudine apparente, non autem de vera longitudine. Ea autem vera harum columnarum longitudo ſcribitur in Regibus, vbi hæ columnæ dicuntur habuiſſe ſingulæ decem & octo cubitos in longitudine. Hic verò ambabus tribuũtur tantum trigintaquinq; cubiti: propterea quòd ſingulæ videbantur habere tantum ſeptemdecim cubitos & ſemis. nam ſingularum columnarum dimidium cubiti abſcondebatur in capitello. Conuenit igitur hic locus cum Regibus. ¶ 28 Heb. [ſicut] in adyto. q. d. In capitellis fecit catenas quales erant in oraculo. ¶ 29 ſuper caput. vſ, capitello ¶ 30 q. d. illa malogranata incluſit illis catenulis. Duo ordines erant malogranatorum: & in ſingulis ordinibus erant centum. Idcirco in Regibus numerantur ducenta malogranata in ſingulis capitellis. ¶ 31 .i. hecal, aliàs dicitur domus magna.

IIII. ¶ 1 .i. à labro ad labrum. q. d. linea dimetiens partem vaſis illius ſuperiorem habebat decem cubitos. ¶ 2 .i. Tubercula quædã efformata in ſpeciem boum, hoc eſt præ ſe ferentia capita boum. Intelligit tubercula per quæ educebantur aquæ è mari ipſo. ¶ 3 circundantium illud [mare] per decem cubitos, [&] circundantiũ mare per circuitum. Quidam exponunt [per decem cubitos] hoc modo, decem figuræ, ſiue ſimilitudines boum erant in ſingulis cubitis. i. in ſingulis cubitis erant decem capita boum. nam periſpheria erat triginta cubitorũ: cæterum habebat trecenta capita boum: quo fit vt ſinguli cubiti habeant decem capita boum. ¶ 4 in fuſione illius. ſub. maris. q. d. boues illi non erant appoſititij, ſed fuſi & efformati vnà cum ipſo mari. ¶ 5 q. d. anteriores tantum partes eorum conſpiciebantur: poſteriores latebant. ¶ 6 Heb. erat ſicut opus labri calicis [&] floris lilij. i. labrum eius erat inſtar calicis & floris lilij. ¶ 7 3. Reg. 7, ponuntur tantum duo millia. Dicendum hic addi quod prætermiſſum videbatur in libris Regum. ea enim eſt mens authoris huius libri. ¶ 8 conchas. ¶ 9 .i. victimã quæ offerenda erat pro holocauſto. ¶ 10 ſecundum ſitum ſuum. i. ea ratione qua fieri debebant.

¶11 in templo, .i.in hecal.
¶12 vl. phialas. aut,crateres
¶13 ſub.magno
¶14 vl.pro æde Domini.
¶15 ſub. Fecit inquam opus illud,nempe columnas
¶16 & hemiſphæria illa, & capitella .i.hemiſphæria capitellorum.
¶17 faſtigium
¶18 duo hemiſphæria capitellorum
¶19 reticulis.ſiue,retiaculis.
¶20 Heb.in reticulo vno.
¶21 hemiſphæria capitellorū
¶22 baſes,
¶23 & conchas poſuit ſuper illas baſes.
¶24 vl,tridétes,
¶25 nempe regis Salomonis. Hic relatiuum præcedit ſuum antecedens.Vocat autem patré Salomonis quòd cum Salomon reuerebatur,& ſingulari honore ꝓſequebatur.
¶26 vl, campeſtribus ad Iordanem
¶27 Dicũt quidam hæc magna vaſa facta fuiſſe ſine modulis.q.d.fudit hæc magna vaſa foſſis intra terram factis.
¶28 Heb.in copia valde:
¶29 ſub. quod erat Salomoni.
¶30.i. propoſitionis.hoc eſt qui ponebantur ante oraculum coram facie Dei.

[11]in templũ,'quinq; à dextris,& quinque à ſiniſtris. ¶Fecit deinde decé méſas,poſuitq; in templũ,quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: fecit [12]pelues quoq; ſparſorias' aureas centũ. ¶Fecit & atriũ ſacerdotũ,& atrium magnum, addés [13]atrio' ianuas,ianuáſq; eorũ obduxit ære. ¶Porrò mare poſuit à latere dextro ad Orientem, ex aduerſo Meridiei. Fecit quoq; Hiram lebetes, ſcopas, & pelues ſparſorias, abſoluitq; Hiram opus quod fecerat regi Solomoni[14]in æde Dei.[15]Colũnas'duas,[16]& epiſtylia rotunda cũ coronaméteis' ſuper[17]capita' columnarũ duarũ,& reticula duo ad tegendũ[18]epiſtylia duo rotũda,& coronaméta' quæ erant ſuper capita columnarũ. Mala punica quadringenta in duobus[19]retibus,'duos népe ordines malorũ punicorũ [20]vnicuiq; reti,' vt tegerent duo[21]epiſtylia & coronaméta' quæ erãt in ſummitate columnarũ. Fecit & [22]machinas,' [23]poſuitq; labra ſuper machinas.'Mare vnum,& boues duodecim ſubter ipſum. Lebetes quoq; & ſcopas,[24]fuſcinulas,'& omnia inſtrumenta eorũ fecit Hiram pater [25]eius' regi Solomoni pro æde Domini ex ære purificato.In [26]campis planis ad Iordanẽ fudit ea rex,[27]in argilla déſa' inter Succoth & Zeredatha.Fecit Solomõ vaſa iſta omnia, [28]eáq; multa admodũ:'nõ potuit enim[29]pondus æris inueſtigari.'Fecit inquã Solomon omnia vaſa quæ[pertinebãt] ad domũ Dei,& arã auream, méſas,& ſuper eas panes [30]faciei.' Candelabra quoq;,& lucernas eorũ[ex]auro puro,[1] vt lucerẽt pro more corã adyto.'Et[32]floruléta,[33]lucernæq;, atque emũctoria aurea erãt, idque ex perfectiſſimo auro. [34]Falces quoq; & pelues ſparſoriꝫ,'& cochlearia,[35]ignis receptacula'ex auro puro.[36]oſtium quoque ædis & fores eius interiores,'[quæ erant] Sanctiſanctorum , & fores[37]ædis baſilicæ aureæ.

C A P. V.

ABſolutũ eſt itaque vniuerſum opus quod fecit Solomon [1]in æde Domini,' intulitq; Solomon ea quæ cõſecrauerat Dauid pater eius,[2]vnà cũ argẽto & auro,atque omnibus vaſis,& poſuit ea' in theſauris domus Dei. Tunc cõuocauit Solomon ſeniores Iſraelis, & omnia capita tribuũ,[3]& præcipuos patres'filiorũ Iſraelis Ieroſolyma,vt adducerẽt[4]arcã fœderis' Domini de ciuitate Dauidis,ea eſt Zion. Cõgregati igitur ſunt ad regẽ omnes viri Iſraelitæ[5]in ſolénitate,[6]népe méſe ſeptimo.'Venerũnq; omnes ſeniores Iſraelis,portauerũntq; Leuitæ arcã.[7]Deduxerũt' autẽ arcã & tentorio[8]cõſtitutionis,'atque cuncta vaſa ſancta quæ fuerãt in[9]tẽtorio,'& deduxerũt ea ſacerdotes[10]Leuitici.' Rex autẽ Solomon & omnis cœtus Iſraelitarũ,qui conuenerãt ad ipſum corã arca,ſacrificarũt oues & boues,qui præ multitudine nec narrari nec numerari poſſunt. Intulerũntq; ſacerdotes arcã fœderis Domini [11] in locũ ſuum, in adytum ædis intra Sanctum' ſanctorum ſub alas cherubim. Expandebant autem cherubim [12]alas duas' ſuper locum arcæ, operuerũntque cherubim ſuperne tam arcã quàm [13]vectes' eius.

in tẽplo,quinque à dextris, & quinq; à ſiniſtris. ¶Necnon & menſas decẽ:& poſuit eas in tẽplo, quinque à dextris,& quinque à ſiniſtris:phialas quoque aureas centum. ¶Fecit etiã atrium ſacerdotũ,& baſilicã grandem:& oſtia in baſilica,quæ texit ære. ¶Porrò mare poſuit in latere dextro contra Orientẽ ad Meridiẽ. Fecit autẽ Hiram lebetes,& creagras,& phialas:& cõpleuit omne opus regis in domo Dei: Hoc eſt,columnas duas & epiſtylia,& capita,& quaſi quędam retiacula, quæ capita tegerẽt ſuper epiſtylia.Malogranata quoq; quadringenta,& retiacula duo,ita vt bini ordines malogranatorũ ſingulis retiaculis iungerentur,quæ protegerent epiſtylia,& capita columnarũ.Baſes etiã fecit & conchas,quas ſuperpoſuit baſibus. Mare vnum,boues quoq; duodecim ſub mari. Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vaſa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundiſſimo. In regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter Socoth,& Saredátha.Erat autem multitudo vaſorũ innumerabilis,ita vt ignoraretur põdus æris.Fecitque Salomon omnia vaſa domus Dei,& altare aureum: & menſas, & ſuper eas panes propoſitionis. Candelabra quoque cum lucernis ſuis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum,ex auro puriſſimo:Et florentia quædam,& lucernas,& forcipes aureos. omnia de auro mundiſſimo facta ſunt. [a]Thymiamateria' quoque, & thuribula, & phialas,& mortariola ex auro puriſſimo.& oſtia cælauit templi interioris,id eſt in[b]Sanctaſanctorum:'& oſtia templi forinſecus aurea. Sicq; cõpletũ eſt omne opus quod fecit Salomon [c]in domo' Domini.

C A P. V.

INtulit igitur Salomõ omnia quæ vouerat Dauid pater ſuus,argentũ & aurũ,& vniuerſa vaſa poſuit in theſauris domus Dei. Poſt quæ congregauit maiores natu Iſrael,& cunctos principes tribuũ,& capita familiarũ de filijs Iſrael, in Ieruſalem: vt adducerẽt arcã fœderis Domini de Ciuitate-Dauid,quæ eſt`in' Sion.Venerũt itaque ad regẽ omnes viri Iſrael in die ſolẽni mẽſis ſeptimi.Cúmq; veniſſent cũcti ſeniorũ Iſrael,portauerũt Leuitæ arcã,& intulerunt eam,& omnẽ paraturã tabernaculi.Porrò vaſa ſanctuarij,quæ erant in tabernaculo,portauerunt ſacerdotes cũ Leuitis. Rex autem Salomon,& vniuerſus cœtus Iſrael, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam,immolabant arietes & boues abſq; vllo numero:tanta enim erat multitudo victimarum.Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locũ ſuũ, id eſt ad oraculũ tẽpli,in Sãctaſanctorũ ſubter alas cherubim: Ita vt cherubim expãderent alas ſuas ſuper locum in quo poſita erat arca, & ipſam arcã tegerent cum vectibus ſuis.

Menſæ decẽ.
Phialæ cẽtũ.
Atriũ ſacerdotum.
C Baſilica.
D
Altare thymiamatis aureũ 3
¶[a]Thymiateria
¶[b]Sanctoſanctorum :
¶[c]in domum
Salomõ iſert quæ dicauerat pater in tẽplũ Dei, & arcã in locũ ſuũ.3.reg.7.8.1.4.
Arca infert B in Sanctaſanctorum.

¶31 Heb. vt accenderent [vl ardere facerent] illas ſecundum morem ante ipſum oraculum. ¶32 Heb. florẽ.ſingulare pro plurali,flores,ſub.liliorum. ¶33 Heb.& lucernas [ſub.fecit] & forcipes [ex] auro: ipſum [aurum] erat perfectiones auri .i. Ipſum autẽ aurum erat perfectiſſimum & puriſſimum. ¶34 [Fecit] & pſalteria & pelues.vl phialas.Vaſa erant quibus fundebatur ſanguis. ¶35 vl, acerras ¶36 Heb.& introiens domus fores eius.Phraſis Hebraica, pro, & fecit ianuas ſeu fores introitus eius interiores,&c. ¶37 quæ erant in templo.[ex] auro.ſub.puro. V. ¶1 vl.pro domo Domini. ¶2 & argentum & aurum & omnia vaſa dedit.i.poſuit. ¶3 Heb.& principes maiorum.i.familiarũ. ¶4 Arcam fœderis vocat,quòd in ea eſſent tabulæ quibus continebatur fœdus quod Dominus inierat cum Iſraelitis. ¶5 ſub.dedicationis. ¶6 q.d. quod feſtum celebratur menſe Septembri,qui ſeptimus eſt. Olim September,primus menſis erat. Sed poſt egreſſum ex Aegypto,fuit September ſeptimus. nam cœpit Martius dici primus: à quo ſeptimus eſt September. ¶7 ſub.de Sion. ¶8 fœderis. ¶9 Hic de tentorio,ſiue tabernaculo loquitur quod fecerat Moſes in deſerto. ¶10 [&] Leuitæ. Subaudiendum fuit[&,] vt liquet ex libro Regum. nam ſacerdotes tulerunt arcam, & Leuitæ tabernaculum & vaſa ſacra. ¶11 In locum ſuum,[id eſt] in adytum ipſius ædis,[hoc eſt]in Sanctum &c. ¶12 nempe,vnus vnam, alter alteram. ¶13.i. partem vectium productam.

Vectium autẽ quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebãt ante oraculũ: ſi verò quis paululũ fuiſſet extrinſecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vſque in præſentẽ diẽ.

Quid ĩ arca.

Nihilq; erat aliud in arca niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat Moyſes in Horeb, quãdo legẽ dedit Dominus filijs Iſrael egredientibus ex Ægypto. Egreſſis autẽ ſacerdotibus de ſanctuario (omnes enim ſacerdotes qui ibi potuerãt inueniri, ſanctificati ſunt: nec adhuc in illo tempore vices, & miniſteriorũ ordo inter eos diuiſus erat: Tam Leuitę, quàm cãtores, id eſt & qui ſub Aſaph erãt, & qui ſub Heman, & qui ſub Idithun, filij, & fratres eorũ veſtiti byſſinis, cymbalis, & pſalterijs, & citharis cõcrepabant, ſtãtes ad Orientalẽ plagã altaris, & cum eis [*]cãtores[*] centum viginti canentes tubis.

¶ * ſacerdotes

Igitur cũctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuerſi generis muſicorum cõcinentibus, & vocẽ in ſublime tollentibus, longe ſonitus audiebatur: ita vt cum Dominum laudare cœpiſſent, & dicere, Confitemini Domino quoniã bonus, quoniam in æternũ miſericordia eius:) impleretur domus Dei nube, Ne poſſent ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter caliginẽ. compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

Bonus & miſericors De[9]. Gloria Domini templum replet.

CAP. VI.

Tunc Salomon ait, Dominus pollicitus eſt vt habitaret in caligine. Ego autẽ ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuũ. Et conuertit rex faciẽ ſuam, & benedixit vniuerſæ multitudini Iſrael (nã omnis turba ſtabat intenta) & ait, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui quod locutus eſt Dauid patri meo, opere compleuit, dicens, A die quo eduxi populum meum de Terra-Ægypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Iſrael vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quẽquam alium virũ, vt eſſet dux in populo meo Iſrael: Sed elegi Ieruſalem vt ſit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt conſtituerem eum ſuper populum meum Iſrael. Cúmque fuiſſet voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domũ nomini Domini Dei Iſrael, dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit volũtas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem feciſti huiuſcemodi habere volũtatem: Sed non tu ædificabis [*]mihi[*] domum, veruntamẽ filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo. Compleuit ergo Dominus ſermonem ſuum, quem locutus fuerat: & ego ſurrexi pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael. Et poſui in ea arcam, in qua eſt pactũ Domini quod pepigit cum filijs Iſrael. ¶ Stetit ergo coram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael, & extẽdit manus ſuas. (Siquidem fecerat Salomon baſim æneam, & poſuerat eam in medio baſilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque * latitudinis, & tres cubitos altitudinis:) ſtetitque ſuper eam: & deinceps flexis genibus cõtra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cœlũ leuatis, Ait, Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo & in terra: qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum

Salomon benedicit congregationi. 3. reg. 8. b.

Gratias agit Deo q promiſſionẽ Dauidi factã cõpleuerit.

Baſis ænea. Baſilica. ¶ * cubitos

Oratio Salomonis vt exaudiãtur orãtes in tẽplo. 2. mach. 2. b.

Effecerunt quoq; vt [14]prominerent vectes, vt viderentur capita vectium [15]de arca ante adytum, [16]foris autẽ non videbantur, [17]ſuerũntque ibi in hunc vſque diẽ. In arca nihil erat niſi duæ tabulæ quas repoſuerat Moſes [ibi] in Horeb, [18]quas exciderat Dominus cum filijs Iſrael, quũ exirẽt ipſi ex Ægypto. Et factum eſt quũ egrederentur ſacerdotes ex [19]ſanctuario, (ſiquidẽ omnes ſacerdotes qui inueniebãtur, [20]ſanctificati erant, [21]nec erat vt ſeruarẽt ordines. [22]Leuitæ quoq; & cantores vniuerſi [23]ſub Aſaph, Heman, & Iedithun, vnà cum filijs eorũ & fratribus eorũ, induti byſſo, [24]in cymbalis, & nablis, & [25]canoris [pſallẽtes] ſtantes ad Orientẽ [26]aræ, & [27]iuxta eos ſacerdotes centum & viginti canentes tubis. [28]Quúmque ſic pariter tubis clangerent cantarẽntque, & perſonaret vox eorum vnà in laude & cõfeſſione Domini, extollerẽntque vocẽ cum tubis & cymbalis, aliiſque muſicis inſtrumentis: quúmq; laudarẽt Dominũ quòd bonus, & quòd bonitas eius perpetua eſſet,) impleta eſt dom[9] [29]nube, domus nẽpe Dei, Nec poterant ſacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nubem: nam [30]gloria Domini domum Dei impleuerat.

CAP. VI.

Tunc ait Salomon, Dominus [2]dixit ſe habitaturũ in caligine. Et ego ædificaui domum [3]habitationẽ [4]tibi, & habitaculũ vt habites [illic] perpetuò. Et verſa facie ſua rex, [5]collaudauit, bonáq; imprecat[9] eſt vniuerſæ cõgregationi Iſraelitico (q; cõgregatio Iſraelis [6]ſtetit,) Dixitq; Laudãdus Dominus Deus Iſraelis, qui ore ſuo loquutus eſt ad Dauidem patrem meum, manúque ſua [7]exequutus eſt, dicens, Ab eo die quo eduxi populum meũ de terra Ægypti, nõ elegi vllã ciuitatẽ ex cunctis tribubus Iſraelis, ad ædificãdum [in ea] domũ, vbi eſſet [8]nomen meum, nec elegi virũ qui eſſet princeps ſuper populũ meũ Iſrael. Ieruſalem verò elegi, vt ſit nomen meum illic, & Dauidem elegi vt [9]eſſet ſuper populum meũ Iſrael. Etenim Dauid pater meus corde ſuo conceperat, extruere ſcilicet ædẽ nomini Domini Dei Iſraelis: ſed Dominus dixit ad Dauidem patrem meum, Quãdoquidem ſtatueras in corde tuo ædificare ædem nomini meo, bene quidem feciſti quòd hoc corde tuo ſtatueras, Attamen tu nõ extrues ædẽ, ſed filius tuus qui egredietur ex lũbis tuis, is ædificabit ædem nomini meo. [10]Confirmauit itaque Dominus verbũ ſuum quod loquut[9] eſt, & ſurrexi ego pro Dauide patre meo, & ſedi in ſolio Iſraelis, quemadmodum [11]loquutus eſt Dominus, [12]ædificauique domum nomini Domini Dei Iſraelis. Et poſui illuc arcam in qua eſt fœdus Domini quod pepigit cum filijs Iſrael. ¶ Cõſtitit autem ante aram Domini, [13]coram vniuerſo cœtu Iſraelis, & expandit manus ſuas (Quoniam fecerat Salomon [14]labrum æneũ poſuerátque illud in medio [15]atrij), cuius lõgitudo quinque erat cubitorum, & latitudo eius quinque cubitorum, & altitudo eius tres cubitos habebat) [16]ad illud ſtabat & incuruabat ſe ſuper genua ſua [17]in conſpectu totius cœtus Iſraelis, & expanſis manibus in cœlum, Dixit, Domine Deus Iſrael, non eſt tui ſimilis ò Deus, neque in cœlo, neq; in terra, qui cuſtodis pactũ & [18]bonitatem

¶14 ſub. verſus frontem & ingreſſũ oraculi. ¶15 vel, ab arca ¶16 .i. extra oraculum. ¶17 ſub. vectes ¶18 quibus pepigerat fœdus Dominus cum &c. vel, quando pepigit &c. Paulus ad Corith. ſcribit in ea fuiſſe virgam Aaronis, manna, & tabulas. Hebræi dicunt in arca tũc fuiſſe tantũ fragmẽta tabularum: virgã autẽ aut mãna, cũ trãſferretur arca, fuiſſe adẽpta. ¶19 ſancto ſanctorum, ¶20 .i. præparauerant ſeſe vt miniſtrarent. ¶21 nec licebat [tũc] obſeruare vices. vel ordinẽ miniſteriorũ. ¶22 Negatio repeti debet, Neque ſeruauerũt ſuum ordinem Leuitæ cantores .i. qui fungebantur officio cantorum. ¶23 nempe Aſaph, &c. ¶24 cum cymbalis, ¶25 citharis ¶26 in qua ſcilicet ſacrificabãt Deo victimas. ¶27 cum illis ¶28 Heb. Et ſuerunt tanquam vnus tuba canẽtes & ore canentes, vt ederent vocẽ vnam [.i. cõſentientẽ] laudãdo & cõfitẽdo Domino, cũ attollerẽt vocẽ cum tubis & cymbalis & organis muſicis, quũ laudarent Dominũ, [dicẽtes,] Quoniã bonus, quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Hic finis eſt parẽtheſis, quæ cœpit, ſiquidẽ omnes &c. ¶29 ſiue, vapore, aut, caligine. Hæc præſentiã Domini ſignificabãt, & fauorẽ. ¶30 Præſentiã numinis vocat gloriã Domini.

VI. ¶1 quũ ſcilicet deprehẽdit Deũ eſſe præſentẽ. q. d. Nũc cognoui Deũ eſſe præſentẽ, ſuáq; præſentia oſtẽdit me ſibi rẽ gratã feciſſe. Præſentẽ autẽ ſcio, nam video templũ plenũ caligine, in qua dixerat præſentẽ ſeſe exhibiturũ. ¶2 vel, dixerat ¶3 habitaculi. habitationis ¶4 Mutatio perſonæ. ¶5 benedixit ¶6 ſtabat. vel, ſtans erat, ¶7 adimpleuit, ¶8 .i. gloria mea, authoritas, maieſtas, miſericordia, & cætera huiuſmodi. ¶9 ſub. dux ¶10 vel, Adimpleuit ¶11 dixerat ¶12 ædificabõque ¶13 exaduerſo totius cœtus ¶14 ſuggeſtum inſtar conchæ ¶15 ſub. magni. ¶16 ſtetit inquã ſuper illud, & cecidit ¶17 exaduerſo ¶18 miſericordiã. quã ſupple pollicitus es.

¶11 à cõſpectu meo ¶10 vl, ſtabile. firmum. i. verum.
¶11 Verúmne eſt ꝙ habitaturus ſit Deus
¶12 Et reſpicias
¶13 clamorem
¶14 vbi dixiſti te poſiturũ nomẽ tuũ illic. i. vbi pollicit⁹ es te poſiturũ gloriam nominis tui. ¶15 quam orabunt
¶16 vl, nimirũ de cælis:
¶17 exaudias inquã, & propitius ſis. i. condona illis ſua peccata.
¶18. i. Siquis iniuria affecerit alterũ retinẽdo ſcilicet quæ ei⁹ ſunt, aut denegando depoſitũ, aut faciẽdo aliquid ſimile.
¶19 Heb. & detulerit [ſub. proximus] illi iuſiurãdũ ita vt faciat eũ iurare, veneritque [vir] iuramenti
¶20 ſolebãt Iudæi iurare ante altare Dei.
¶21 ſub. preces iſtorum.
¶22 ſub. iudicium.
¶23 reddendo. vl, & reuerti facias in improbũ. ſub. ius proprium.
¶24. i. iniquitatẽ, vel pœnam.
¶25 ſub. illi qui remanſerint in Ieruſalem.
¶26. i. remittes peccatũ populo.
¶27 ſub. qui abducti fuerint in captiuitatẽ.
¶28 Cælũ dicitẽ clauſum quãdo non demittit pluuiã tẽpore ſuo. Sequẽs declarat quũ dicit, ita vt non ſint pluuiæ.

ſeruis tuis ambulantibus corã te toto corde ſuo, Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quę pollicitus es ei: quæ loquutus es ore tuo, manu tua præſtitiſti, vt [teſtatur] hæc dies. Nunc igitur Domine Deus Iſraelis, ſerua Dauidi ſeruo tuo patri meo quæ pollicitus es ei hiſce verbis, Non excindetur tibi vir [11]coram me' qui ſedeat in ſolio Iſraelis, ſi modo filij tui obſeruauerint viã meam, vt ambulent in lege mea, quemadmodũ tu ambulaſti corã me. Nunc ergo, ô Domine Deus Iſraelis, [10]ratum' ſit verbũ tuũ quod loquutus es ad ſeruũ tuũ Dauidẽ. [11](Itáne vere Deus habitat' cum homine in terra? en cæli, cælique cælorum te nõ capiunt, quanto minus ædes iſta quã ædificaui?) [12]At tu reſpicies' ad orationẽ ſerui tui, & ad precationem eius Domine Deus meus, vt audias [13]votum' & orationẽ quam ſeruus tuus orat corã te, Vt ſint oculi tui aperti ad domũ iſtam die ac nocte, ad locum ſcilicet hunc [14]de quo dixiſti, Erit nomen meũ illic,' vt audias orationem quã ſeruus tuus orat in loco iſto. Exaudies quoq; precationẽ ſerui tui, & populi tui Iſrael, [15]quã orauerint' in loco iſto, exaudiéſque tu de loco habitationis tuæ' [16]de cælis: [17]neque exaudies tantũ, ſed propitius eris. ¶[18]Quum peccauerit quiſpiã aduerſus proximũ ſuũ,' ſuſceperitq; ſuper ſe iuramentũ quo ſeſe obſtringit, veneritq; iuramentũ' coram[20] ara tua' in hac domo, Tu[21] audies' de cælo, [22]facies,' atq; ius dices ſeruis tuis, [23]vt rependas' impio, dando ſcilicet [24]viam' eius in caput eius, vtq; iuſtũ pronuncies iuſtũ, dando ſcilicet ei iuxta iuſtitiam eius. ¶Quúmq; corruerit populus tuus Iſrael corã hoſte, eo quòd peccauerint in te, reuerſi autẽ fuerint, & laudauerint nomẽ tuum, [25]orauerint & precati fuerint' coram te in domo iſta. Tu exaudies de cælis, &[26] propiti⁹ eris peccato populi' tui Iſrael, &[27] reduces eos' in terrã quã dediſti eis & patrib⁹ eorũ. ¶Quum [28]cælũ fuerit clauſum,' ita vt nõ ſint pluuiæ, eo ꝙ in te peccauerint: ſi precati fuerint [39]in loco iſto, [40]cõfeſſiq; fuerint nomini tuo,' reuerſi ſcilicet à peccatis ſuis, [41]quãdoquidẽ eos affligis:' Tu exaudies ĩ cælis, propitiúſq; eris peccato ſeruorũ tuorũ [42]atq; populi' tui Iſrael, [43]quoniã diriges eos in viã bonam vt in ea ambulẽt,' dabiſq; pluuiã ſuper terram tuã quam hæreditatem dediſti populo tuo. ¶Porrò ſi fames fuerit in terra, aut peſtilentia, aut ſi fuerit [44]robigo, [45]aurigo,' locuſta, aut bruc⁹ ſi fuerit, aut ſi hoſtis eius cũ obſederit [46]in terra portarũ ſuarũ: [in ſumma,] quæcũq; tandẽ afflictio, aut quicunq; morbus [inciderit,] Omnẽ orationẽ omnẽmque ſupplicationẽ quæ facta fuerit à quocunque homine, & ab vniuerſo populo tuo Iſrael, (vt quiſq; cognorit afflictionẽ [47]& morbũ ſuũ corde ſuo,)' ſi expãderit manus ſuas [48]ad' domũ iſtam, Tu exaudies de cælis, de loco ſcilicet habitationis tuæ, propitiúſque eris, & dabis vnicuique iuxta omnes vias ſuas, quandoquidem tu cor eius noſti (tu enim ſolus nouiſti cor filiorũ hominum,) [49]vt ſcilicet timeant te, [50]vt ambulent' in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt in ſuperficie terræ quã dediſti patrib⁹ noſtris. ¶Sed & alienum qui non eſt de populo tuo Iſrael, qui [51]venerit' è longinqua regione propter nomen tuum magnum, manum tuam robuſtam, & brachium tuum extentum, venerint inquam & orauerint in domo iſta, Tu exaudies de cælis, de habitaculo manſionis tuæ, & facies iuxta omnia pro quibus alienigena ille ad te clamauerit: vt cognoſcant vniuerſi populi terræ [52]nomen tuum,' & timeant te quemadmodum populus tuus Iſrael,

ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Qui præſtitiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiſeras, opere cõpleſti, ſicut & præſens tempus probat. Nunc ergo Domine Deus Iſrael, imple ſeruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens, Non deficiet ex te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui' vias meas,' & ambulauerint in lege mea, ſicut & tu ambulaſti corã me. Et nunc Domine Deus Iſrael, firmetur ſermo tuus quẽ locut⁹ es ſeruo tuo Dauid. (Ergóne credibile eſt vt habitet Deus cũ hominibus ſuper terrã? ſi cælũ & cæli cælorũ non te capiunt: quãto magis domus iſta quã ædificaui?) Sed ad hoc tantũ facta eſt, vt reſpicias orationẽ ſerui tui, & obſecrationẽ eius Domine Deus meus: & audias preces quas 'fudit' famulus tuus corã te: Vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtã diebus ac noctibus, ſuper locum in quo pollicitus es vt' inuocetur' nomen tuũ: & exaudires orationẽ quã ſeruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui. & populi tui Iſrael. Quicunq; orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, id eſt de cælis, & propitiare. ¶Si peccauerit quiſpiam in proximũ ſuũ, & iurare contra eum paratus venerit, ſeq; maledicto cõſtrinxerit corã altari in domo iſta: Tu audies de cęlo, & facies iudiciũ ſeruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam ſuã in caput propriũ, & vleiſcaris iuſtum, retribuens ei ſecundũ iuſtitiam ſuam. ¶Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab inimicis (peccabunt enim tibi) & cõuerſi egerint pœnitẽtiam, & obſecrauerint nomen tuũ, & fuerint deprecati' in loco iſto, Tu exaudies de cælo, & propitiare peccato populi tui Iſrael, & reduc eos in terrã quã dediſti eis, & patribus eorũ. ¶Si clauſo cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi 'tui,' & deprecati te fuerint in loco iſto, & confeſſi nomini tuo, & conuerſi à peccatis ſuis, cum eos afflixeris, Exaudi de cælo Domine, & dimitte peccata ſeruis tuis & populi tui Iſrael, & doce eos viam bonam per quã ingrediantur, & da pluuiam terræ quã dediſti populo tuo ad poſſidendum. ¶Fames ſi orta fuerit in terra, & peſtilentia, ærugo & aurugo, & locuſta, & bruchus: & hoſtes vaſtatis regionibus, portas obſederint ciuitatis, omniſque plaga, & infirmitas preſſerit: Siquis de populo tuo Iſrael fuerit deprecatus, cognoſcens plagam, & infirmitatem ſuam, & expanderit manus ſuas in domo hac: Tu exaudies de cęlo de ſublimi ſcilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique ſecundum vias ſuas quas noſti eum habere in corde ſuo: (tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum.) Vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciẽ terræ quã dediſti patribus noſtris. ¶Externũ quoq; qui non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra longinqua, propter nomen tuũ magnum, & propter manum tuam robuſtam, & brachiũ tuũ extentũ, & adorauerit in loco iſto: Tu exaudies de cælo firmiſſimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt ſciant omnes populi terræ nomẽ tuũ, & timeãt te ſicut populus tuus Iſrael,

Promiſſiones & miſericordiæ Dei, diligẽtib⁹ ipſũ.
¶ vl, ſuam.
¶ fundit
¶ inuocaret
Iuramentũ.
Bellum.
¶ te
Pluuia.
Doctor Deus.
Fames.
Peſtilentia.
3. 10. b.
Corda ſolus Deus nouit.
Alienigena.

¶[4]Domini, Cúmque introiret rex domum [4]Dei,' veniebãt ſcutarij, & tollebant eos: iterúmque referebant eos ad armamentarium ſuum. Veruntamẽ quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab eis ira Domini, nec deleti ſunt penitus: ſiquidem in Iuda

3.Reg.14.f. inuenta ſunt opera bona. ¶Confortatus eſt ergo rex Roboam in Ieruſalẽ, atque regnauit: quadraginta autẽ & vnius anni erat cum regnare cœ-

D piſſet: & decẽ & ſeptem annis regnauit in Ieruſalẽ, vrbe quam elegit Dominus vt confirmaret nomen ſuũ ibi de cunctis tribubus Iſrael: nomẽ

¶[6]Fecit autẽ autem matris ei⁹ Naama Ammanitis. [6]Fecitque' malũ, & non præparauit cor ſuum vt quæreret

Cor nõ quærens Deum. Dominũ. Opera verò Roboam prima & nouiſſima ſcripta ſunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligẽter expoſita: pugnaueruntque aduerſum ſe Roboã & Ieroboam cũctis die-

Moritur Roboã, cui ſuccedit Abia. bus. Et dormiuit Roboam cum patrib⁹ ſuis: ſepultúſq; eſt in Ciuitate-Dauid: & regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XIII.

Abia pugnat contra Ieroboam. ANno octauodecimo regis Ieroboã, regnauit Abia ſuper Iudam. Trib⁹ annis regnauit in Ieruſalẽ: (nomẽnque matris ei⁹ Michaia, filia Vriel de Gabaa:) & erat bellũ inter Abiam & Iero-

3.Reg.15.a. boam. ¶Cúmque iniſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſſimos viros, & electorũ [2]quadraginta' millia: Ieroboã [3]conſtruxit' ecõtrà aciem [4]octo-

¶[2]quadringenta

¶[3]inſtruxit

¶[4]octingẽta

Abia dehortatur exercitum Ieroboã à bello cõtra ſe, qui Deum ducẽ haberet, quẽ abiecissent. ginta' millia virorũ, qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſſimi. Stetit ergo Abia ſuper montẽ Semerõ, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboã, & omnis Iſrael, Num ignoratis quòd Dominus Deus Iſrael dederit regnũ Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & filijs eius in pactũ ſalis? Et ſurrexit Ieroboam filius Nabat, ſeruus Salomonis filij Dauid: & rebellauit contra dominum ſuũ. Congregatique ſunt ad eum viri vaniſſimi, & filij belial: & præualuerũt contra Roboam fi-

3.reg.12.c. E lium Salomonis: porrò Roboã erat rudis, & corde pauido, nec potuit reſiſtere eis. Nũc ergo vos dicitis q; reſiſtere poſſitis regno Domini, quod poſſidet per filios Dauid: habetiſque grandẽ populi multitudinem, atq; vitulos aureos quos fe-

Sacerdotes Ieroboã, qua lis. 3.reg.12.g cit vobis Ieroboam in deos. ¶Et eiecistis ſacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas. & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut omnes populi terrarum:

[4]ſubmiſſi ſunt,' non ergo perdã eos, ſed [5]vtcũq;' ſeruabo eos, nec [6]conflabitur' furor meus cõtra Ieruſalẽ per manum Seſac. Serui tamẽ eius erũt vt experiãtur qd ſit mihi ſeruire, & quid ſeruire regnis [7]nationũ. ¶Aſcendit ergo Seſac rex Aegypti Ieroſolyma, accepitq; theſauros dom⁹ Domini, & theſauros domus regis, omnia tulit: accepit & ſcuta aurea quæ Solomon fecerat. Fecitque rex Rehabeã illorum loco ſcuta chalybea, & cõmiſit [ea] manibus principum qui [8]curſoribus' præerant, qui cuſtodiebant introitũ domus regis. [9]Quotieſcunq; rex introiuit domũ Domini, venerunt celeres & tulerũt' ea, referebántque ea in cõclaue [10]celerũ.' Quúmq; ſubmiſsior factus eſſet, auerſa eſt ira Domini ab eo, vt non perderet eũ [11]in vniuerſum: [12]etenim in Iehuda res bonæ erant.' Corroboratus itaq; rex Rehabeam, regnauit in Ieruſalẽ: fuit autem Rehabeã natus quadragintavnum annos quũ [13]inauguraretur regno,' regnauitque decẽ & ſeptem annis in Ieruſalẽ ciuitate quã elegit Domin⁹, vt collocaret illic nomen ſuũ præ cũctis tribubus Iſraelis. nomen matris eius erat Naama quæ fuit Ammonitis. Deſignauit autẽ malum, eo quòd non præpararet cor ſuũ vt ſtudioſe quæreret Dominum. Et res Rehabeam priores & poſteriores, annõ hæ ſcriptæ ſunt in ſermonibus Semaij prophetæ, & Iddo videntis, [14]dũ recenſent generationũ ſeriẽ?' fuerunt etiã bella inter Rehabeam & Ieroboam cũctis diebus. Dormiuit autẽ Rehabeam cũ patribus ſuis, & ſepult⁹ eſt in ciuitate Dauidis: regnauitq; eius loco filius eius Abia.

CAP. XIII.

ANno decimooctauo regis Ieroboã, regnum accepit Abia ſuper Iehudam, regnauitq; tribus annis in Ieruſalẽ: (fuit nomen matris ei⁹ Michaia, quæ fuit filia Vriel de Gibea:) fuitq; bellũ inter Abiam & Ieroboã. [1]Congregauit autẽ Abia ad prælium viros ſtrenuos & heroes aptos ad bellum, [nempe] quadringenta millia' electorũ virorum: Ieroboã autem inſtruxit aciem cõtra eum cum octingentis millibus virorũ electorum qui erãt ſtrenui & fortes. Et cõſurgens Abia [2][aſcẽdit] montem Zemaraim,' qui eſt in mõtibus Ephraim, & dixit, Audite me Ieroboã & omnis Iſrael, [3]An vobis eſt ignotum,' Dominum Deum Iſraelis dediſſe regnũ ipſi Dauidi ſuper Iſraelitas, idque perpetuò, ei & [4]filiis eius [5]fœdere ſalis?' Surrexit autẽ Ieroboã filius Nebat ſeruus Solomonis filij Dauidis, & rebellauit contra dominũ ſuum: ad hunc cõglobati ſunt viri [6]perditi' filij [7]belial,' & [8]inualuerũt' cõtra Rehabeam filiũ Solomonis, [9]quum Rehabeã eſſet puer' & [10]tenero corde,' [11]qui coram illis ſe tueri non poſſet'. Nunc ergo' [12]dicitis' vos,' [13]fortiores vos eſſe cõtra regnũ' Domini, quod eſt in manu filiorum Dauidis: & veſtrum quidem magna copia eſt, habetiſque vobiſcum vitulos aureos, [deos ſcilicet] quos vobis fecit Ieroboam. Annon expuliſtis ſacerdotes Domini,' [14]filios' ſcilicet Aharonis, & [15]Leuitas,' & feciſtis vobis ſacerdotes [aliquos] quẽadmodũ & [16]gẽtes nationũ,

¶4 q.d. Agnouerũt culpam, & reſipuerunt. ¶5 breui ¶6 effundetur. ſub. diu, vel vltra. ¶7 vſ, prouinciarũ. ſub. aliarũ. ¶8 Hic loquitur de curſoribus qui erant à corpore regis: q; pedib⁹ ſequerentur regem, ſic dictis. ¶9 Heb. Erat autẽ, ex quo ibat rex [in] domum Domini, veniebant curſores illi, & geſtabãt &c. ¶10 curſorum. ¶11 Heb. ad conſumptionem: ¶12 Heb. & etiam in Iuda fuerunt res bonæ. i. fœlices & proſperæ. q. d. res quoque Iuda bene ſe habuerũt. Iſtud pendet ab eo quod dictũ eſt, auerſa eſt ira &c. ¶13 regnare cœpit, ¶14 vſ. dũ generationũ ſeries texitur: vl receſetur

XIII.

¶1 Heb. Inſtruxit autem Abia aciem [illam] cũ exercitu potẽtium in bello, nẽpe quadringentis millib⁹ &c. .i. Aciem illam quã cõgregauerat vt reſiſteret ipſi Ieroboã, ordinauit cũ exercitu militũ ſtrenuorũ & bellicoſorum, cũ exercitu inquam nẽpe quadringentis millibus virorum electorũ. Hic non comprehendit impedimenta: nam de electis tantũ loquitur. ¶2 Heb. è monte Semaraim. i. è cacumine mõtis. Aſcendit in faſtigiũ montis Semaraim, qui eſt vnum ex iugis Ephraim, & inde habuit orationem. ¶3 Annon veſtrum eſt ſcire, ¶4 vſ, poſteris eius ¶5 .i. fœdere firmo & inuiolabili: quòd ſal arceat corruptionem: aut quòd ſal ſoleat adhiberi ſacrificijs. q. d. fœdere percuſſo adhibitis ceremonijs fieri ſolitis in percutiendo fœdere. Apud Hebræos non feriebatur fœdus ſine ſale, id eſt ſine ſacrificio. nã nõ fiebant ſacrificia apud illos ſine ſale. Porro mactatis victimis percutiebantur fœdera nõ tantũ apud Iudæos, ſed & apud Gentes. ¶6 Heb. nihili. vſ, vacui, ſiue inanes: otioſi & inutiles. R E K I M Hebraice, vnde raca, Matth. 5. ¶7 iniquitatis. i. homines ſceleſti. ¶8 corroborauerunt ſeſe. i. totis viribus reſtiterunt ipſi Roboam. ¶9 vſ, Roboam autẽ erat iuuenis. ſub. animo. Reuera non erat iuuenis ætate: imbellem deſcribit nomine iuuenis. ¶10 .i. imbellis. ¶11 Heb. & non corroborauit ſeſe coram illis. i. non reſtitit illis forti animo. ¶12 ſub. in cordib⁹ veſtris. ¶13 Heb. roborare vos coram regno &c. i. ſtatuitis magno animo reſiſtere regno Domini. Regnũ Domini vocat regnũ Iuda, q; eius regni author fuerit Dominus. ¶14 .i. nepotes, ſiue poſteros &c. ¶15 Leuitæ qui erãt de genere Aaron, dicebantur ſacerdotes. Alij verò Leuitæ qui nõ erant de poſteris Aaronis, nomine tantũ Leuitarum cẽſebãtur. ¶16 populi terrarum ſiue, regionum, ſub. aliarum. i. alienarum nationum quæ ſcilicet colunt deos alienos.

¶17 Heb. quicũque venerit vt impleat[vel, conſecret]manum ſuã iuuenco filio bouis, [&]ſeptem arietib⁹, erit[.i. fieri ſolet] ſacerdos iis qui nõ ſũt dij. ¶18 Heb. autẽ, Dominus Deus noſter. Phraſis Hebraica, pro, Dominus autẽ eſt De⁹ noſter. vel, Nobis autẽ Dominus eſt Deus. ¶19 q.d. adhuc quotidie ſacrificant, & immolãt victimas Domino, fungẽtes omnes officio ſuo in templo. ¶20 Heb. mane mane, & veſperi veſperi. ¶21 ſub. propoſitionis. ¶22 ſuper mẽſam mũdam. ¶23 Heb. in veſpera & veſpera. i. ſingulis veſperis. ¶14 cuſtodiã. i. ceremonias. ¶25 at vos deſeruiſtis illũ. ſub. quia expuliſtis ſacerdotes ei⁹, nec obſeruatis ceremonias eius. ¶26 in caput. q.d. eſt nobis pro duce. vel, præcipuũ locum apud nos obtinet, deinde ſacerdotes ei⁹. ¶27 Heb. & tubæ vociferationis. vel clãgoris, i. quib⁹ clangere ſolent Leuitæ. ¶28 vt iubilẽt[vel, inſonẽt] contra vos. i. vt clangore ſuo pugnam in vos accendant. ¶29 q.d. ſumus ex eodẽ patre, nempe Iſraele.

[17]vt quicunque venit & conſecrat manum ſuam iuuenco filio bouis, [&]ſeptẽ arietibus, fiat ſacerdos eorum qui non ſunt dij?' Nos [18]verò ſumus Domini Dei noſtri,' & hunc nõ deſeruimus, & ſacerdotes qui miniſtrant corã Domino, filij ſunt Aharonis, & Leuitæ[19]in ipſo opere.' Qui incendũt Domino holocauſta [20]ſingulis[diebus] mane & veſpere,' deinde incenſum aromaticum [adolent,]ordinántq; [21]panes[22]menſæ mundæ,' & candelabrum aureũ[aptant] cum lucernis eius, vt ardeant ſemper[23]in veſpera:' quoniam nos obſeruamus[14]obſeruatiões' Domini Dei noſtri, [25]quas vos dereliquiſtis.' Et ecce nobiſcũ Deus, [26]caput,' & ſacerdotes, [27]& tubæ, & claſſicũ. [28]vt inſonet cõtra vos. [29]ô filij Iſrael' ne pugnetis contra Dominũ Deum patrũ veſtrorũ: nam id nõ proſpere vobis cedet. Ieroboã autẽ circunduxit inſidias, [30]vt veniret poſt eos: [31]fuerũt' itaq; [32]ante Iehudã' inſidiæ, & eos à tergo[33]ei⁹.' Et quum circũſpexiſſent Iudæi, ecce[imminebat] eis prælium à fronte & à tergo, clamabántque ad Dominum, & ſacerdotes[14]clangebant tubis.' Et[35]claſſicũ cecinerunt' Iudæi: quumque ſic[36]claſſicum canerẽt' Iudæi, contigit vt Deus funderet Ieroboã & omnem Iſraelem coram Abia & Iehuda. Fugerúntque filij Iſrael corã Iehuda, & tradidit eos Dominus in manum eorũ. Et cædebant eos Abia & popul⁹ eius cæde magna, & ceciderũt vulnerati ex Iſraele virorum electorũ quingẽta millia. Afflicti igitur ſunt filij Iſrael illo tempore, [37]inualuerúntque' filij Iehuda, eo quòd innixi eſſent ſuper Dominum Deum patrũ ſuorũ. Et perſequut⁹ eſt Abia Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Beth-el & viculos eius, Ieſanã & vicos ei⁹, Ephraim & vicos ei⁹. Nec retinuit Ieroboã amplius robur in diebus Abiæ. percuſſitque eũ Dominus, & mortuus eſt. [38]Abia autem corroboratus eſt, & duxit' vxores quatuordecim, genuitque vigintiduos filios, & ſedecim filias. Reliquum geſtorum Abiæ, [39]viæ' eius, verbáque eius ſcripta ſunt in hiſtoria Iddo prophetæ.

CAP. XIIII.

D[1]Ormiuit autem Abia cũ patribus ſuis,' & ſepelierũt eum in ciuitate Dauidis, regnauitque Aſa filius eius pro eo, & tranquilla fuit terra decem annis. Fecit autem Aſa quod bonũ & rectum fuit in oculis Domini Dei ſui, Abſtulit enim altaria[2]aliena' & excelſa, confregit ſtatuas, & ſuccidit lucos. Et dixit ad Iehudã, vt inquirerent Dominum Deũ patrum ſuorum, facerẽtq; legem & præcepta. Abſtulit præterea de omnibus vrbibus Iehuda excelſa &[3]ſimulachra,' fuitq; regnum tranquillũ[4]coram eo.' Aedificauit autẽ vrbes munitas in Iehuda, eo q pacẽ haberet terra, nec eſſet contra eum bellũ in illis diebus: ſiquidem Dominus dederat ei requiem. [5]Dixit igitur' ad Iehudã, Aedificemus ciuitates iſtas, & circunducamus muros, turres, portas, & vectes: [6]ſupereſt enim nobis terra,' eo q quæſiuimus Dominum Deũ noſtrũ: quæſiuimus, & ille dedit nobis requiem circũquaque. ædificauerunt ergo, & proſpere eis ceſſit. Habuit quoque Aſa exercitum [7]qui ferebat ſcuta & haſtas,' & de Iehuda[virorũ] trecẽta millia, & de Beniamin qui portabãt ſcuta, & tendebãt arcus, ducẽta & octoginta millia:

quicũque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum qui non ſunt dij. Noſter autem Dominus, Deus eſt, quẽ non relinquimus: ſacerdotéſque miniſtrant Domino de filijs Aaron: & Leuitæ ſunt in ordine ſuo. Holocauſta quoque offerunt Domino per ſingulos dies mane & veſpere: & thymiama iuxta legis præcepta confectũ, & proponuntur panes in mẽſa mundiſſima, eſtque apud nos cãdelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accẽdantur ſemper ad veſperã: nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri, quẽ vos reliquiſtis. Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis, & reſonant contra vos: filij Iſrael nolite pugnare cõtra Dominũ Deum patrũ veſtrorum, quia nõ vobis expedit. Hæc illo loquente, Ieroboã retro moliebatur inſidias: cúmque ex aduerſo hoſtiũ ſtaret, ignorantẽ Iudam ſuo ambiebat exercitu. Reſpiciénſque Iudas, vidit inſtare bellum ex aduerſo & poſt tergum, & clamauit ad Dominũ: ac ſacerdotes tubis canere cœperunt. Omnéſque viri Iuda vociferati ſunt: & ecce, illis clamantibus perterruit De⁹ Ieroboam, & omnẽ Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia & Iuda. Fugerũtq; filij Iſrael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorũ. Percuſſit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Iſrael[1]quinquaginta' millia virorũ fortium. Humiliatíque ſunt filij Iſrael in tẽpore illo: & vehementiſſime confortati filij Iuda, eo quòd ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorũ. Perſecutus eſt autem Abia fugientem Ieroboã: & cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius: & Ieſana cum filiabus ſuis: Ephron quoque & filias eius. Nec valuit vltrà reſiſtere Ieroboam in diebus Abia: quẽ percuſſit Dominus, & mortuus eſt. Igitur Abia, confortato imperio ſuo, accepit vxores quatuordecim: procreauitq; vigintiduos filios, & ſedecim filias. Reliqua autẽ ſermonum Abia, viarúmque & operu eius, ſcripta ſunt diligentiſſime in libro Addo prophetæ.

C

Orantib⁹ militibus Abiæ, De⁹ percutit exercitũ Ieroboam.

D

Abia ſperans in Domino, victor euadit.

¶[1]quingenta

Ieroboam occiſus a Deo.

Abiæ vxores XIIII.

CAP. XIIII.

DOrmiuit autem Abia cũ patribus ſuis, & ſepelierũt eum in Ciuitate-Dauid: regnauitque Aſa filius eius pro eo, in cuius dieb⁹ quieuit terra annis decem. Fecit[3]ergo' Aſa quod bonũ & placitũ erat in cõſpectu[4]Dei ſui, Et ſubuertit altaria peregrini cultus, & excelſa, & cõfregit ſtatuas, lucoſq; ſuccidit. Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominũ Deum patrum ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata. Et abſtulit de cunctis vrbib⁹ Iuda aras & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoq; vrbes munitas i Iuda, quia quietus erat, & nulla tẽporibus eius bella ſurrexerant, pacẽ Domino largiẽte. Dixit autẽ Iudæ, Aedificemus ciuitates iſtas, & vallemus muris, & roboremus turrib⁹, & portis, & ſeris: donec à bellis quieta ſunt omnia, eo q quæſierimus Dominum Deum patrũ noſtrorũ, & dederit nobis pacem per gyrũ. ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentũ fuit. Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portãtium ſcuta & haſtas, de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò ſcutariorũ & ſagittariorũ, ducenta octoginta millia:

Morit Abias cui ſuccedit Aſa. 3. Reg. 15. b

Aſa ſubuertit excelſa, præcipiẽs Iudæ vt quæreret Dominũ.

¶[3]autem

¶[4]Domini

D

Pax, quærentibus Deum.

Exercitus Aſa.

¶30 i. vt eos à tergo adoriret. ¶31 ſub. milites Ieroboã qui erãt in ea acie. ¶32 i. à frõte Iudæorũ. ¶33 eorũ. ſub. filiorũ Iuda. ¶14 q.d. hortabãtur clãgore tubarũ filios Iuda vt eſſẽt bono aïo. ¶35 vociferati ſũt. ſub cõflictũ ſcilicet & pugnã, initio pugnæ, de more antiquorũ. Fit autẽ hæc vociferatio initio pugnæ vt terreãtur hoſtes. ¶36 vociferarẽtur ¶37 vel, fortioréſq; facti ſũt ¶38 q.d. Cõfirmato itaq; regno Abias duxit &c. ¶39 i. mores. XIIII. ¶1 i. Poſt mortẽ appoſit⁹ eſt maiorib⁹ ſuis. ¶2 Heb. alieni. ſub. dei. i. quæ extructa erãt in honorẽ idolorũ. ¶3 ſub. ſolis. nam tũ ſolẽ colebãt, & in eius honorẽ ſimulachra erigebãt. ¶4 i. eo regnãte. q.d. hinc factum eſt vt imperauerit regno pacatiſſimo. ¶5 Iã autẽ dixerat ſic vertẽdũ. ¶6 Heb. [quũ]adhuc noſtra eſt terra. i. quũ adhuc imperiũ hui⁹ regionis ſit penes nos. vel, adhuc ea eſt[ſæpe]terra nobiſcũ. i. in poteſtate noſtra. ¶7 q.d. inſtructum clypeis & haſtis.

¶ omnes iſti Zara rex Aethiopum inuadit Aſa.

Oratio Aſa plena fiduciæ. 1. reg. 14. a.

D

Domino præliante vincit Aethiopes.

Terret Deus aduerſarios.

omnéſque iſti viri fortiſſimi. ¶ Egreſſus eſt autẽ cõtra eos Zara Aethiops cum exercitu ſuo, decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vſque Mareſa. Porrò Aſa perrexit obuiam ei, & inſtruxit aciem ad bellum in Valle-Sephátha, quæ eſt iuxta Mareſa. Et inuocauit Dominum Deũ, & ait, Domine non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noſter, in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hãc multitudinem. Domine, Deus noſter tu es, non præualeat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Aſa & Iuda: fugerúntque Aethiopes. Et perſecutus eſt eos Aſa, & populus qui cum eo erat, vſque Gerara: & ruerunt Aethiopes vſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt, & exercitu illius præliante: tulerunt ergo ſpolia multa. Et percuſſerunt ciuitates omnes per circuitũ Geraræ: grãdis quippe cũctos terror inuaſerat: & diripuerũt vrbes, & multã prædã aſportauerũt. Sed & caulas ouium deſtruẽtes, tulerũt pecorũ infinitã multitudinẽ, & camelorũ: reuerſíq; ſunt in Ieruſalẽ. C A. X V.

hi omnes viri erãt ſtrenui. ¶[8] Egreſſúſque eſt cõtra eos Zara [9] Aethiops cum exercitu mille millium, & trecentis curribus, & peruenit in Mareſa. Exiuit & Aſa contra eũ, & aciem inſtruxerũt in valle Zephatha [10] ad Mareſa. Clamauit autem Aſa ad Dominum Deum ſuum, & dixit, Domine, [11] nihil [refert] apud te auxilium feras vel multis, vel his quibus non eſt robur: fer opem nobis ô Domine Deus noſter, quoniam te nitimur, & in tuo nomine aggredimur multitudinẽ iſtam, [12] tu es Dominus Deus noſter, ne præualeat [13] tecum mortalis. Fudit itaque Dominus Aethiopes [14] coram Aſa & coram Iehuda, fugerúntque Aethiopes, Quos inſequutus eſt Aſa & populus qui cum eo erat, vſque in Gerar, corruerũtq; Aethiopes ita vt [15] nullus ex eis viuus ſupereſſet, quoniã [16] cõfracti ſunt [17] corã Domino & corã exercitu ei⁹: tuleruntque prædã valde ingentẽ. Percuſſerũt itaque omnes ciuitates circum Gerar, quoniam [18] pauor Domini erat ſuper eos, diripuerúntque omnes vrbes, [19] erãtque præda magna in eis. Percuſſerunt etiam tentoria pecorum, & abduxerũt oues multas, & camelos, reuerſíque ſunt Ieroſolyma.

¶ 8 ſub. ẽ pater ſua. ¶ 9 ille Aethiops. i. rex Aegypti.

¶ 10 vl, quę erat iuxta Mareſa.

¶ 11 Heb. nõ eſt apud te [differẽ tia] inter magnũ [.i. fortem] & eũ cui non eſt robur, ad ferendã opem. i. ſine vlla differẽtia inter ſolis opẽ & potenti & infirmo: & is cui tuleris opem, tandẽ vincet. q. d. ſumus multo inferiores numero, ſed tua ope freti, ſuperabimus.

¶ 12 vl, ô Domine, tu es

¶ 13 vl, aduerſũ te. q. d. illi fidũt viribus humanis, nos autem auxilio diuino: proinde faue nobis.

¶ 14. i. pugnante Aſa.

¶ 15 He. nõ eſſet ipſis vita. i. ceciderunt vſq; ad internecionem multi. ¶ 16 capti eſſent

¶ 17. i. pugnãte Domino & exercitu eius.

¶ 18. i. terruerat eos Deus.

¶ 19 Heb. quãdo quidem erat

## C A P. X V.

Azarias propheta prædicit regnũ Iſrael futurũ abſq; Deo vero, ſacerdote doctore & lege.

Bella & terrores à Deo, nõ quærẽtibus eum. B

Merces.

Aſa aufert idôla, ad quẽ confugiunt multi ex Iſraele, quòd Deus cum eo eſſet.

C

Iurat popul⁹ ſe Deum quæſiturũ ex toto corde. D

Azarias autem filius Oded, facto in ſe Spiritu Dei, Egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei, Audite me Aſa, & omnis Iuda & Beniamin. Dominus vobiſcum: quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eũ, inuenietis: ſi autẽ dereliqueritis eũ, derelinquet vos. Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſq; ſacerdote, abſque doctore, & abſque lege. Cúmque reuerſi fuerint in anguſtia ſua, & clamauerint ad Dominũ Deũ Iſrael, & quæſierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia. Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro. ¶ Quod cũ audiſſet Aſa, verba ſcilicet, & prophetiã Azariæ filij Oded prophetę, cõfortat⁹ eſt, & abſtulit idôla de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat, montis Ephraim: & dedicauit altare Domini quod erat ante porticum Domini. Congregauítque vniuerſum Iudam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephráim, & de Manaſſe, & de Simeõ: plures enim ad eum confugerant ex Iſrael: videntes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo. ¶ Cúmque veniſſent in Ieruſalẽ menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſa, immolauerunt Domino in die illa de manubijs & præda quam adduxerant, boues ſeptingentos, & arietes ſeptem millia. Et intrauit ex more ad corroborandũ fœdus, vt quærerent Dominum Deum patrum ſuorũ in toto corde, & in tota anima ſua. Siquis autem, inquit, non quæſierit Dominum Deum Iſrael, moriatur, à minimo vſque ad maximum, à viro vſque ad mulierem. Iurauerúntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum omnes qui erant in Iuda, cum execratione: in omni enim corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum,

Fuitque [1] Spiritus Dei ſuper [2] Azariã filiũ Oded, Qui egreſſus obuiam Aſa, dixit ad eum, Audite me Aſa & omnis Iehuda atque Beniamin, Dominus vobiſcum [3] eſt, ſi vos fueritis cum eo: & ſi quæſieritis eum, inuenietur vobis: ſi verò reliqueritis eum, relinquet & vos. [4] Et quidẽ multis diebus in Iſraele non [quæſierunt] Deum verũ, non ſacerdotem docentẽ, non legem. [5] Quum verò in anguſtijs ſuis conuerſi eſſent ad Dominũ Deum Iſraelis, [6] quærerẽntque eũ, inuẽtus eſt ab eis. Et temporibus illis [7] non erat pax neque exeũti neque ingredienti, [8] ſed tumultus ingẽtes ſuper omnes habitatores [9] terrarũ, & [10] cõteritur gẽs à gente, & vrbs ab vrbe, quoniã Domin⁹ [11] cõmouet eos omnis generis calamitatib⁹. Vos igitur eſtote fortes, ne remiſſæ fiant manus veſtræ: eſt enim merces [12] operi veſtro. ¶ Quũ ergo Aſa verba iſta atque prophetiam [13] Oded prophetæ audiſſet, [14] cõfortatus eſt, & [15] aboleuit abominanda idola ex omni terra Iehuda & Bẽiamin, atq; ex omnibus ciuitatibus quas ceperat in monte Ephraim. Et inſtaurauit altare Domini quod erat ante porticum Domini. Congregauit quoque omnẽ Iehudam & Beniamin, aduenas cum eis ex Ephraim, & Manaſſe, & Simeone: nam multi ex Iſraelitis defecerunt ad eum, videntes quòd Dominus Deus eius eſſet cum eo. ¶ Cõgregati itaque ſunt in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſæ, immolauerúntque Domino eodẽ die de ſpolijs quę adduxerant boum ſeptingenta, & ouium ſeptem millia. Inierúntque fœdus illud, [nempe] vt quærerent Dominum Deum patrum ſuorum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua: Et quicũque non quæreret Dominum Deum Iſraelis, interficeretur, ſiue paruus eſſet ſiue magn⁹, vir vel mulier. Et [16] iurauerunt Domino voce magna, atque cum iubilo, clãgentes tubis & buccinis. De huiuſmodi iuramẽto omnes Iudæi lætati ſũt, nã toto corde ſuo iurauerant, & quæſierant [eum]

X V.

¶ 1 ſub prophetícus. i. Afflat⁹ eſt Spiritu prophetico. ¶ 2 Iſtum paulo poſt vocabit Oded. erat enim binomius. Hic autẽ vocat Azariã, vt Oded filiũ intelligamus, nõ patrẽ. vterq; enim dicebatur Oded.

¶ 3 erit, cũ fueritis cũ eo. i. feret vobis auxiliũ, quũ nõ deſerueritis illũ. ¶ 4 Heb. Dies autẽ multi [fuerũt] Iſraeli abſq; Deo veritatis, & abſq; ſacerdote monẽte, & abſque lege. q. d. Iſrael lõgo tẽpore fuit ſine cultu veri Dei, ſine lege, & ſine ſacerdote docẽte legẽ. Semper fuit lex Moſis, at non eam docebãt ſacerdotes. ¶ 5 vl, Reuerſus eſt autem [Iſrael] quũ eſſet illi tribulatio illa &c. Loquitur de tribulatione certa, nota, & inſigni. q. d. quũ fuit afflictus prædicta illa tribulatione, quæ fuit ſub Zera rege Aethiopiæ paulo ante cõmemoratæ. Quidã dicũt præterita poni pro futuris, de captiuitate Babylonica intelligẽtes: minus tamen rectè. ¶ 6 requiſierúntque eum, & inuentus &c. ¶ 7. i. non erat tutũ egredi vrbe ſua, aut in eam redire, hoc eſt iter capeſſere. ¶ 8 quia ¶ 9 vl, illarum prouinciarum, ¶ 10 contritæ ſunt ¶ 11 conturbauit ¶ 12 Opus illorum vocat fiduciam quam habebant in Deum, q. d. opus veſtrum non erit ſine mercede & præmio. ¶ 13 Sũprius vocauit Azariã. ¶ 14 vl, fortificatus. i. cœpit eſſe bono ac forti animo. ¶ 15 Heb, abſtulit abominationes ipſas. ¶ 16. i. vouerunt Domino, interpoſito iureiurando.

¶17 .i. exaudiuit eos, tulit illis opem quam implorauerant
¶18 q.d. hac ratione vixerunt in ſumma pace & tranquillitate.
¶19 Exemplum & indiciũ ſummæ integritatis Aſæ.
¶20 Hebr. quia fecerat luco [vl in luco] idolum, aut ſimulachrũ. Hebræi dicunt fuiſſe idolum Priapi, quos ſequũtur Latini.
¶21 .i. idolum ipſius Maacha.
¶22 Quidam Hebræorum hoc itelligit de excelſis priuatis, nam publica ſuſtulerat Aſa.
¶23 ſub. à bello illo Aethiopico.

XVI.
¶1 .i. muniuit, cinxit muro & foſſa. ¶2 .i. qui tum habitabat in Damaſco.
¶3 q.d. Fuit magna concordia ſuper inter me & te. ¶4 vl, mitto ¶5 vadas ¶6 horrea vrbium Nephthali .i. omnes vrbes munitas tribus Nephthali. ¶7 quos ſcilicet conuexerãt in Rama vt eam munirent. ¶8 vl, inixus es ¶9 q.d. [illegible] tum viciſſes regem Iſrael, ſed etiam exercitũ regis Syriæ. ¶10 ſub. illi à te deuicti.
¶11 .i. Libyes.

tota volũtate, [17]inuentúſque eſt ab eis, [18]& dedit
eis Dominus requiem circunquaque. Sed & Maa-
cham matrem Aſæ regis hanc [19]amouit ne eſſet
domina, [20]quæ fecerat Miplæzeth in luco, & ex
cidit Aſa [21]Miplæzeth eius, comminuit & com-
buſſit in torrente Kidron. Nec tamen receſſerũt
[22]excelſa: veruntamen cor Aſæ integrum fuit
quãdiu vixit. Intulit præterea ea quæ pater ſuus
conſecrauerat, & quæ ipſe conſecrauerat in do-
mum Dei, argentum ſcilicet & aurum atque va-
ſa. Nec [23]fuit bellum vſque ad trigeſimumquin-
tum annum regni Aſæ.

CAP. XVI.

ANno trigeſimoſexto regni Aſæ, aſcendit Ba-
aſa rex Iſraelis contra Iehudã, & [1]ædificauit
Rama, ne permitteret quenquam vel egredi, vel
ingredi ad Aſam regem Iehuda. Et protulit Aſa
argentum & aurum ex theſauris ædis Domini &
domus regiæ: & miſit ad Bẽ-hadad regem Syriæ
[2]in Darmaſcum hiſce mandatis, [3]Fœdus eſt inter
me & inter te: inter patrem meum, & inter pa-
trem tuum: en [4]miſi ad te argentum & aurum, vt
[5]venias & irritum facias fœdus tuum quod ha-
bes cum Baaſa rege Iſraelis, vt is à me recedat. Et
acquieuit Ben-hadad regi Aſæ, miſitque impera
tores exercituum quos habuit ad ciuitates Iſra-
eliticas, atque hi percuſſerunt Iion, Dan, & Abel-
maim atq; [6]munitiora oppida Naphtali. Quũm
que audiſſet Baaſa, deſtitit ab extructione Rama,
intermiſitque opus ſuum. Aſa autem rex accepit
vniuerſum Iehuda, & tulerũt [7]lapides de Rama
atque ligna eius quibus ædificare volebat Baaſa,
ædificauitque cũ illis Gæba & Mizba. ¶ Sub id tẽ
poris venit Hanani videns ad Aſam regem Iehu
da, & dixit ad eum, Quandoquidem [8]innixus es re-
gi Syriæ, nec innixus es Domino Deo tuo, [9]ideo
euaſit exercitus regis Syriæ manum tuam. An-
non [10]Aethiopes & [11]Lubim habebant [12]validiſſi-
mum exercitum in curribus & valde multis equi
tibus: ſed quoniam nitebaris Domino, tradidit il
le eos in manum tuam? Nam oculi Domini [13]diſ-
currunt per vniuerſum orbem, [14]vt roboret hos
qui erga eum ſunt integro corde. Stulte egiſti in
hoc, quoniam [15]porrò bella contra te erunt. Et
iratus Aſa contra videntem, tradidit eum in car-
cerem: erat enim ſecum [16]hac de re commotus.
oppreſſit etiam Aſa eodem tempore quoſdam è
populo. ¶ Et ecce res geſtæ Aſæ [17]priores & poſte-
riores ſcriptæ ſunt in libro regum Iehuda & Iſ
rael. Aegrotauit autem Aſa anno regni ſui tri-
geſimonono [18]pedibus ſuis, [19]donec morbus ſuus
valde increſceret, [20]& in morbo ſuo non quæſi-
uit Dominum, ſed medicos. ¶ Dormiuit ergo A-
ſa cum patribus ſuis, mortuúſque eſt anno regni
ſui quadrageſimoprimo. Et ſepelierunt eum [21]in
ſepulchris eius, quæ pro ſe exciderat in ciuitate
Dauidis, & poſuerunt eum in lecticam quam [22]o-
doribus delicatiſſimis & peregrinis arte pigmẽ-
taria conditis [23]impleuerat, & [24]buſtũ ei fecerũt,
idq; magna admodũ cõbuſtione.

CAP. XVII.

REgnauit autem Ioſaphat filiꝰ eius pro eo, &
[1]inualuit contra Iſraelem. Et poſuit exercitũ
in omnibus ciuitatibus Iehuda munitis, & in ter
ra Iehuda [2]præfectos collocauitq; in ciuitatibus

& inuenerunt: præſtititq; eis Dominus requiem
per circuitum. Sed & Maacham matrem Aſa re-
gis ex auguſto depoſuit imperio, eo quòd feciſſet
in luco ſimulachrum Priapi: quod omne contri-
uit, & in fruſta comminuens combuſſit in Tor-
rente-cedron. Excelſa autem derelicta ſunt in Iſ
rael: attamen cor Aſa erat perfectum cũctis die-
bus eius. Itaque quæ vouerat pater ſuus, & ipſe,
intulit in domum Domini: argentum & aurũ, va
ſorúmque diuerſam ſupellectilem. Bellum verò
non fuit vſque ad *triceſimum annum regni A-
ſa.

CAP. XVI.

ANno autem triceſimoſexto regni eius aſcen-
dit Baaſa rex Iſrael in Iudam, & muro cir-
cũdabat Rama, vt nullus tute poſſet egredi & in-
gredi de regno Aſa. Protulit autem Aſa argen-
tum & aurum de theſauris domus Domini, & de
theſauris regijs: miſitque ad Ben-adad regẽ Sy-
riæ, qui habitabat in Damaſco, dicẽs, Fœdus in-
ter me & te eſt, pater quoque meus & pater tuus
habuere concordiam: quam ob rem miſi tibi ar-
gentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes
cum Baaſa rege Iſrael, facias eum à me recede-
re. Quo comperto Ben-adad miſit principes ex-
ercituum ſuorum ad vrbes Iſrael: qui percuſſe-
rũt Ahion, & Dan, & Abel-maim, & vniuerſas vr
bes Nephthali muratas. Quod cum audiſſet Baa-
ſa, deſijt ædificare Rama, & intermiſit opus ſuũ.
Porrò Aſa rex aſſumpſit vniuerſum Iudam, & tu
lerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificatio-
ni præparauerat Baaſa: ædificauitque ex eis Ga-
baa & Maſpha. ¶ In tẽpore illo venit Hanani pro
pheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei, Quia ha-
buiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino
Deo tuo: idcirco euaſit Syriæ regis exercitus de
manu tua. *Nonne Aethiopes & Libyes multo
plures erant quadrigis & equitibus, & multitudi
ne nimia: quos cum in Domino credidiſſes, tradi
dit in manu tua? Oculi enim Domini contemplã
tur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem
his qui corde perfecto credunt in eum. Stultè i-
gitur egiſti, & propter hoc *etiã ex præſenti tẽ-
pore aduerſum te bella cõſurgent. Iratúſque A-
ſa aduerſus videntem, iuſſit eum mitti in ner-
uum: valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus:
& interfecit de populo in tẽpore illo plurimos.
¶ Opera autem Aſa prima & nouiſſima ſcripta
ſunt in Libro regum Iuda & Iſrael. Aegrotauit
etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore
pedum vehemẽtiſſimo, & nec in infirmitate ſua
quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum ar
te confiſus eſt. ¶ Dormiuitque cũ patribus ſuis:
& mortuus eſt anno quadrageſimoprimo regni
ſui. Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo quod fo
derat ſibi in Ciuitate-Dauid: poſuerúntque eum
ſuper lectum ſuum plenũ aromatibus & vnguen
tis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte
confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione
nimia.

CAP. XVII.

REgnauit autem Ioſaphat filius eiꝰ pro eo, &
inualuit contra Iſrael. Conſtituitque militũ
numeros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erãt val-
latæ muris: præſidiáque diſpoſuit in terra Iuda,

Maachã auiã ſui imperio priuat Aſa, quòd idola coleret.

*triceſimũ quintum

Aſa, metu Baaſa regis Iſrael init fœdus cum Bẽadad rege Syriæ.

B Ben-adad percutit vrbes Iſrael.

Arguit Aſa, q hominibꝰ, nõ Deo fidat.

C *2.14.c.1.mac.9.a.

Cor plectum cũ Deo, & fides. Iohã.7.f.

Prophetã arguentem cõcarcerat Aſa.

D Aegrotãs Aſa, fidit ſolis medicis.

Mortuus cõburit Aſa cũ ingẽti põpa.

Aſæ ſuccedit Ioſaphat.

¶12 Heb. in multitudine .i. multum & copioſum. ¶13 .i. explorant vniuerſam terram. q.d. nihil eum latet. ¶14 vt oſtendat potentiam ſuam apud eos [vl cum ijs] qui &c. i. vt oſtendat ſe potentem ac fortem cum ijs qui illi perfecto corde credunt. ¶15 ex hoc tempore ¶16 .i. ob eam propheciã. ¶17 .i. quę geſſit initio regni ſui & in fine. ¶18 Hoc eſt, Laborauit podagra. Hebræi de tumore pedũ intelligũt. ¶19 Heb. vſque ſurſum .i. vſque ad ſummam partem corporis graſſatus eſt morbus. ¶20 Hebr. & tamen in &c. vl, & etiam in &c. ¶21 .i. in vno ſepulchrorum ipſius. Forteſſe quia erat magnum ſepulchrum, vocat ſepulchra numero plurali. q.d. in ſepulchro illo ampliſſimo, & multorũ cadauerũ capaci. ¶22 aromatibus & odoramẽtis [Gallice, de drogues] confectis pigmentario opere ¶23 Singulare pro plurali. Quod Latini in multis locutionibus dicere ſolent per tertiã perſonã pluralẽ, ſubaudientes dictionẽ homines, aut ſimilẽ, Hebræi efferunt per tertiam ſingularem: vt hic, repleuerat, pro repleuerant. ¶24 Heb. combuſtionẽ

XVII. ¶1 Heb. fortificauit ſe .i. robur ac vires ſuas oſtẽdit cõtra Iſraelẽ: hoc eſt, viribus vicit Iſraelẽ. ¶2 præſidia

Ioſaphat ſidit Deo.
Diuitiæ & gloria fidentibus Deo.

& in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Aſa pater eius. Et fuit Dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris ſui primis: & nõ ſperauit in baalim, Sed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael. ¶Confirmauitque Dominus regnũ in manu ei⁹: & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæque
B
ſunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. Cúmque ſumpſiſſet cor eius audaciã propter vias Domini, etiã excelſa & lucos de Iuda abſtulit. ¶Tertio autem anno regni ſui miſit de principibus ſuis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda. Et cum eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Aſahel quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniámque & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas: & cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes: Docebántque populum in Iuda, habentes librum legis Domini: & circuibant cunctas vrbes
C
Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iuda: nec audebant bellare cõtra Ioſaphat. Sed & Philiſthæi, Ioſaphat munera deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos, & hircos totidem. Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſque in ſublime: atque ædificauit in Iuda domos adinſtar turrium, vrbéſque muratas. Et multa opera[a] patrauit[b] in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores, & robuſti erant in Ieruſalem, quorum iſte numerus per domos atque familias ſingulorum. In Iuda[c] princeps[d] exercitus, Ednas dux, & cum eo[e] robuſtiſſimorum[f] viri trecenta millia. Poſt hunc Iohanan
D
princeps, & cum eo ducẽta octoginta millia. Poſt illum quoque Amaſias filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia. Poſt iſtum etiam, Iozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis, in vniuerſo Iuda.

Ioſaphat miſit prædicatores per vniuerſũ Iudã, habentes librum legis.

¶[a] paraule
¶[c] principes
¶[e] robuſtiſſimi

## CAP. XVIII.

Ioſaphat affinitate conſtringitur Achab 3.reg.22.a.

FVit ergo Ioſaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus eſt Achab. Deſcenditque poſt annos ad eum in Samariã: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo qui venerant cum eo: perſuaſitque illi vt aſcenderet in Ramoth-Galaad. Dixitque Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad. cui ille reſpondit, Vt ego, & tu: ſicut populus tuus, ſic & populus meus, tecúmque erimus in bello. Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael, Conſule obſecro impræ
B
ſentiarum ſermonem Domini. Congregauit igitur rex Iſrael prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. Dixitque Ioſaphat, Nunquid non eſt hic propheta Domini, vt ab illo etiam requiramus? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini volũtatem: ſed ego odi eum, quia nõ prophetat mihi bonum, ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas filius Iemla. Dixitque

Ioſaphat cũ Achab aſcendit ad bellũ.

400 pſeudoprophetæ.

Ioſaphat requirit verbũ Dei.

Ephraim quas ceperat pater eius Aſa. Fuit ergo Dominus cum Ioſaphat, quoniam[1] ambulauit in vijs Dauidis patris ſui primis,[2] nec quæſiuit[3] baalim,[4] Sed Deũ patris ſui quæſiuit, & in præceptis eius ambulauit, &[5] nõ iuxta opera Iſraelis. ¶Firmauitq; Dominus regnum in manu eius, & dederunt omnes Iudæi munera ipſi Ioſaphat ita vt haberet inſigniter opes & gloriam.[6] Extulit cor ſuum in[*] vijs Domini, inſuper amouit excelſa & lucos ex Iehuda. ¶Anno tertio regni ſui miſit præceres ſuos, [népe] Ben-hail, Obadiã, Sachariã, Nethaneel, Michæam, vt[7] docerent[*] in ciuitatibus Iehuda, Et cum eis Leuitas, Semeiam, Nethaniam, Sebadiã, Aſahelẽ, Semiramoth, Ionathã, Adoniã, Tobiã, & Tob-adoniam Leuitas, & cum eis Eliſama & Iehoram ſacerdotes,[8] Qui docuerunt[*] in Iehuda, habebántque ſecum librum legis Domini. circumierunt autem per omnes ciuitates Iehuda, & docuerunt populum. Irruit ergo pauor Domini ſuper omnia regna nationum quæ circunquaque erãt Iehuda, ita vt non belligerarent cõtra Ioſaphat.[9] Attulerunt[*] & de Paleſthinis munera &[10] põdera argẽti[*] ipſi Ioſaphat. Arabes quoque adducebãt ei pecudes, [népe] arietũ ſeptẽ millia & ſeptingentos, & hircorum ſeptem millia & ſeptingentos. Promouit itaque Ioſaphat & creuit in immenſum, & ædificauit in Iehuda arces & vrbes[11] ad repoſitoria.[12] Fecit pręclara opera in[*] vrbibus Iehuda, & habuit[13] milites fortiſſimos heroes[*] in Ieruſalem.[14] Porrò iſtæ ſunt præfecturæ eorum[*] ſecundum domos patrũ ſuorũ. In Iehuda tribuni [fuerunt] Adna princeps, & cũ eo[15] heroes fortiſſimi[*] ter centum mille.[16] Ad manũ ei⁹ fuit Iehohanan princeps, & cũ eo ducẽta & octoginta millia. Ad manũ quoq; eius Amaſias filius Sichri, qui ſponte ſe Domino dederat, & cũ eo ducenta millia heroũ fortiũ. Ex filijs Beniamin fortiſſimus heros Eliada, & cum eo armatorũ arcu & clypeo ducẽta millia. Ad manum ei⁹ Iehoſabad, cúmque eo cẽtum & octoginta millia[17] eorũ qui expediti erant ad militiam.[*] Iſti miniſtri erant regis, præter eos quos collocauerat rex in ciuitatibus munitis per totam Iudæam.

## CAP. XVIII.

QVúmque Ioſaphat abundaret opibus & gloria,[1] affinitate iũctus eſt ipſi Ahab.[2] Expletis autẽ [aliquot] annis,[3] deſcẽdit[*] ad Ahab in Samariã, mactauitque[*] ei[*] Ahab multas oues & boues, ſimúlq; populo quẽ ſecũ habuit,[4] perſuaſitq; illi[*] [vt ſecũ eo] aſcenderet in[5] Ramoth-Gilead.[*] Ait enim Ahab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iehuda, Viſne mecũ proficiſci in Ramoth[6] Gileadi?[*] reſpõdit ei,[7] Quẽadmodum ego, ſic & tu: quemadmodũ populus tuus, populus meus,[*] tecúmq; [proficiſcemur] in bellum. Dixit inſuper Ioſaphat ad regẽ Iſraelis, Conſule quæſo hodie[8] verbũ[*] Domini. Congregãs ergo rex Iſraelis prophetas, quadringentos nempe viros, dixit ad eos, Proficiſcemúrne in bellũ cõtra Ramoth-Gilead, an ceſſabimus? Illi dixerũt, Aſcẽde:[9] nã tradet[*] Deus in manũ regis.[10] Dixit[*] autem Ioſaphat, Eſtne[11] adhuc hic propheta Domini, vt ab eo quæramus?[*] Reſpõdit rex Iſraelis ipſi Ioſaphat, Eſt adhuc vir quidã per quẽ Dominũ poſſem[*] interrogare: at ego odio eũ proſequor, quoniã nihil boni[12] mihi[*] prophetat, ſed cũctis diebus ſuis[13] malũ:[*] is eſt Micheas fili⁹ Iẽla.

¶1 q.d. imitatus eſt Dauidẽ patrem ſuum, præſertim i ea ætate qua pie & ſancte vixit. ¶4 idola. i. non implorauit auxiliũ idolorũ. Requirere, eſt opem implorare. ¶5 q.d. Iſraelitæ erant idololatræ, hic verò coluit Deũ verum.
¶6 Heb. Et exaltatũ eſt cor ei⁹ in &c. i. nihil habuit prius quàm vt obſeruaret præcepta Domini.
¶7 ſub. populũ legem Dei.
¶8 Docuerunt itaque. ſub. populum, legem Domini ex libro quem ſecũ habebant.
¶9 vl, Adducebant ¶10 Heb. argentum tributi. vl vectigalis. i. pro vectigali. ¶11 Heb. theſaurorũ. i. vrbes muniteas quòd i vrbibus huiuſmodi ſolent reponi theſauri & quę pertinent ad munitionem vrbis. ¶12 He. Et opus multum fuit illi in &c. q.d. Et vrbes Iuda magno ſtudio ac ſumptu muniuit. ¶13 Hebr. homines belli, potẽtes viribus &c. i. milites peritiſſimos rei militaris, & fortiſſimos.
¶14 Hebr. Iſte autẽ eſt numerus eorum. ſiue ſingulorũ. Deſcribit numerũ eorũ militũ fortiũ. ¶15 He. potentes viribus ¶16. i. Iuxta eũ, proximus ab eo. ¶17. i. militũ leuis armaturæ.

XVIII. ¶1 Nã filius ipſius Ioſaphat factus eſt gener Achab regis Iſraelis. ¶2 ſub. de Ieruſalẽ. ¶3. i. in gratiã ei⁹. ¶4 vl, illexitq; eũ ¶5 Hæc erat in tribu Gad occupata autem fuerat à rege Syriæ. ¶6. i. quæ eſt in regione Galaaditide? ¶7. i. Nulla eſt differẽtia inter me & te, eiuſdẽ ſumus volũtatis, vtere opera mea vt tua, & populo meo vt tuo. ¶8. i. volũtatẽ. q.d. Paratus ſum tecũ proficiſci ſi ita Domino videatur. ¶9 Heb. & dabit ¶10 ſub. ad Achab. ¶11 hic propheta [vllus] Domino vltra vt requiram⁹ ab eo? vl per eũ. i. à quo interrogare poſſim⁹ volũtatẽ Domini? ¶12 Heb. de me ¶13 He. in malũ. q.d. infauſta ſẽper vaticinat⁹ eſt de me.

¶14 Heb. eunuchum. Olim cubicularij regũ ſemper erāt eunuchi. hinc factum eſt vt eunuchi dicantur quicũque ſunt a cubiculo regis: licet ipſi non ſint eunuchi. ¶15 ſub. regijs. ¶16 ad introitũ ¶17 ſub. quæ impoſuit capiti ſuo. Olim prædicebāt vates futura, non tantum verbis, ſed etiam ſignis, vt hic facit falſus propheta. ¶18 ſub. cornibus. ¶19 Heb. & proſperare, .i. proſpere tibi cedet. ¶20 ſub. eũ verbē. ¶21 vl. ſpol licentur] ¶22 ſicut vnius ex illis, & loquaris bonum. q.d. loquere ſimilia ijs quæ prædixerũt prophetæ illi, nempe fœlicia ac fauſta regi. ¶23 Hæc ironice dicuntur à propheta: propterea non eſt vſus formula illa verorũ prophetarum, Hæc dicit Dominus. ¶24 ſub. Syri. ¶25 .i. Quoties te dunes adiurari per nomen Do. vt nõ loquaris &c. ¶26 ſub. animo ¶27 vicinis ſcilicet ipſi Ramoth-Gilead. erat enim ea regio montoſa. ¶28 ſub. mihi. ¶29 q.d. Quia rex nõ acquieſcit verbis meis quæ vera ſunt, audite ſermonē meũ qui eſt à Domino.

Dixitque Ioſaphat, Ne loquatur rex ſic. Vocauit itaque rex Iſrael [14]cubicularium quendam, & dixit, Cõfeſtim accerſe Micheam filium Iemla. Cæterum rex Iſraelis, & Ioſaphat rex Iehuda ſedebant vterque in ſolio ſuo, induti [15]veſtibus, ſedebant autem in area [16]iuxta oſtium portæ Samariæ, omnéſque prophetæ vaticinabantur coram eis. Fecerat autem Zedekias filius Chnaana ſibi [17]cornua ferrea, & aiebat, Sic dicit Dominus, [18]Iſtis feries tu Syros, donec eos in vniuerſum perdas. Ad hunc modum omnes prophetæ vaticinabantur, dicentes, Aſcende in Ramoth-Gilead, [19]& fœliciter ages, [20]tradet Dominus in manum regis. Porrò nuntius qui vocatum ierat Micheam, loquutus eſt ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno ore fauſta [[21]prædicunt] regi. Sit itaque quæſo ſermo tuus [22]conſonus illorum ſermonibus, vt & tu fauſta loquaris. Micheas dixit, Viuit Dominus, quodcũque dixerit Dominus Deus ad me, hoc loquar. Et quum veniſſet ad regem, dixit rex ad eum, Proficiſcemúrne Michea, bellaturi contra Ramoth-Gilead, an omittemus? is verò dixit, [23]Aſcendite: res proſpere cedet vobis, [24]tradentur in manum veſtram. Dixitque ad eũ rex, [25]Quoties te iureiurando adigam in nomine Domini, ne loquaris ad me niſi veritatem? Tum dixit [Micheas,] [26]Vidi vniuerſum Iſraelem diſperſum [27]in montibus veluti oues quibus nõ eſt paſtor, [28]dixitque Dominus, Illi non habent dominum: reuertatur quiſque domum ſuam incolumis. Ait ergo rex Iſrael ad Ioſaphat, Annon dixeram tibi, is nihil boni vaticinatur mihi, ſed malum duntaxat? Tum dixit [Micheas,] [29]Audite ergo verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnis exercitus cælorum ſtabat ad dexteram eius, & ad ſiniſtram eius: dicebátque Dominus, Quis [30]perſuadebit Ahab regē Iſraelis, vt aſcendat & corruat in Ramoth-Gilead? [31]Quúmque alius aliud dixiſſet, egrediebatur ſpiritus quidam, qui ſtans coram Domino, dixit, Ego [32]perſuadebo ei. aitq; Dominus ad eũ, [33]Qua in re? Qui dixit, Egrediar, eróque ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. dixit ergo, [34]Perſuadebis, ſimúlque efficies: [35]egredere, & fac ſic: & nunc, en Dominus dedit ſpiritum mendacem in os iſtorum tuorum prophetarum, [36]loquutúſque eſt Dominus ſuper te malũ. Accedens autem Zedekias filius Chnaana, percuſſit Micheam in maxillam, & dixit, Quanam via receſſit Spiritus Domini à me, vt tibi loqueretur? Et ait Micheas, En tu videbis ipſo eodē die, quãdo è penetrali in penetrale [37]fugeris, vt abſcondaris. Ait autem rex Iſraelis, Tollite Micheam, & [38]reducite eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Ioas filium regis: Dicetíſque, Sic ait rex, Ponite hunc in carcerem, & [39]date ei cibum, panem ſcilicet & aquam, (vt ſolet afflictis,) donec ego incolumis reuerſus fuero. Tum ait Micheas, Si reuerſus fueris incolumis & ſaluus, [40]Dominus nõ eſt loquutus per me. ſimúlque dixit, [41]Audite omnes populi. ¶Aſcēdit itaq; rex Iſraelis, & Ioſaphat rex Iehuda, in Ramoth-Gilead, Dixitq; rex Iſraelis ad ipſum Ioſaphat, [42]Mutãdꝰ eſt habitꝰ, & [43]eundũ in præliũ: tu verò indue veſtimēta tua. Immutauitq; habitũ rex Iſraelis, & [44]ingreſſus eſt.

Ioſaphat, Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Iſrael vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca cito Michæam filium Iemla. Porrò rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio. ſedebāt autem in area iuxta portam Samariæ, omnéſque prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus. His ventilabis Syriam, donec cõteras eam. Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabant, atq; dicebant, Aſcende in Ramoth-Galaad, & proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. Nuntius autē qui ierat ad vocandũ Michæam, ait illi, En, verba omniũ prohetarũ vno ore bona regi annuntiant: quæſo ergo te vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquaríſque proſpera. Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regē. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quieſcere? cui ille reſpondit, Aſcendite: cuncta enim proſpera euenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras. Dixitque rex, Iterum, atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, niſi quod verum eſt in nomine Domini. At ille ait, Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore: & dixit Dominus, Nõ habent iſti dominos: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Nónne dixi tibi quòd nõ prophetaret iſte mihi quicquam boni, ſed ea quæ mala ſunt? At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab regē Iſrael, vt aſcendat & corruat in Ramoth-Galaad? Cúmque diceret vnus hoc modo, & alter alio: proceſſit ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait, Ego decipiam eũ. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? At ille reſpondit, Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. dixitq; Dominus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. Nũc igitur, ecce Dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum: & Dominus locutus eſt de te mala. Acceſſit autē Sedecias filius Chanaana, & percuſſit Michææ maxillã, & ait, Per quã viã tranſiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? Dixitque Michæas, Tu ipſe videbis in die illo, quando ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo, vt abſcondaris. Præcepit autem rex Iſrael, dicens, Tollite Michæam, & ducite eum ad Ammõ principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amelech. Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hunc in carcerē, & date ei panis modicũ & aquæ pauxillũ: donec reuertar in pace. Dixitque Michæas, Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus Dominus in me. & ait, Audite omnes populi. ¶Igitur aſcenderunt rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, in Ramoth-Galaad. Dixitque rex Iſrael ad Ioſaphat, Mutabo habitũ, & ſic ad pugnam vadam: tu autem induere veſtibus tuis. Mutatóque rex Iſrael habitu, venit ad

Michæas ſoli Dei ꝓpheta, accerſitur.

G

Propheta Dei, verbum Dei loquitur.

H Dei ironia Michææ & imitatio pſeudoprophetarũ. Adiurare. Prædicit populũ diſpergendũ. & Achab occidēdum.

I Deꝰ per ſpiritus erroris in ore pſeudoprophetarũ, ſeducit interdũ eos qui verbum ſuũ oderunt.

Percutit Michæas à pſeudopropheta.

K

q' hãmelech .i. regis. Michæas incarceratur.

Contra Achab euitare volũtatē Dei, ſuo conſilio.

¶30 decipiet ¶31 Heb. Dixitq; Iſte dicebat ſic, & iſte dicebat ſic, &. In hoc, Dixitque, ſub. Micheas: verba ſunt authoris huius libri. Verba autem Micheæ ſunt iſta, Iſte dicebat &c. ¶32 decipiã eum. ¶33 vl. Quo pacto? ¶34 Imponas, & etiam præualeas ¶35 ſub. à me. ¶36 at locutus eſt &c. q.d. pollicentur illi omnia tibi fauſta: at Dominꝰ infauſta omnia pollicetur. ¶37 ingredieris. q.d. ſubinde mutabis cubiculum, neque locum ſecurum inuenies vbi quieſcas. ¶38 Hoc dicit quòd aut euocatus fuerat è carcere, aut carceres erant extra vrbem. ¶39 Heb. facite vt edat panem afflictionis & aquam afflictionis. Chaldæus paraph. in libris Regum refert ad paucitatem cibi & potus. q.d. date illi parum panis & aquæ. ¶40 q.d. ſum falſus propheta. ¶41 q.d. Vos qui auditis quæ dico, eſtote memores horum verborum quæ dico. ¶42 Mutabo habitũ meum. Gallice, Ie me deſguiſeray. ¶43 ingrediar ¶44 ingreſſi ſunt. rex ſcilicet Iſrael, & rex Iuda.

Ioſaphat clamat ad Dominum, qui ab illo hoſtes auertit.
Percuſſus Achab moritur iuxta verbū Dei.

bellum. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui, dicens, Ne pugnetis contra minimū,
C aut contra maximum, niſi contra ſolum regem Iſrael. Itaque cum vidiſſent principes equitatus Ioſaphat, dixerunt, Rex Iſrael eſt iſte. & circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo. Cū enim vidiſſent duces equitatus quòd nō eſſet rex Iſrael, reliquerunt eum. Accidit autem vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Iſrael inter ceruicem & ſcapulas: at ille aurigæ ſuo ait, Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus ſum. Et finita eſt pugna in die illo: porrò rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros vſque ad veſperā, & mortuus eſt occidente ſole. CAP. XIX.

Ioſaphat increpatur à propheta Iehu, quod auxiliū præſtiterit impio Achab.
CONſtituerunt autem habitatores Ieruſalem Ochoziam filium eius minimũ, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eũ fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in caſtra: regnauitque Ochozias filius Iorã regis Iuda. Quadraginta duorum annorũ erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias

*Ochozias impius.*

domus Achab: mater enim eius impulit eum vt

B impie ageret. Fecit igitur malum in conſpectu Domini, ſicut domus Achab: ipſi enim fuerũt ei conſiliarij poſt mortem patris ſui, in interitum eius. ¶ Ambulauitque in conſilijs eorũ. & perrexit cum Iorã filio Achab rege Iſrael, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad: vulnerauerũntque Syri Ioram. Qui reuerſus eſt

*Bellũ Ochoziæ & Ioram cõtra Hazael regem Syriæ*

C vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat ĩ ſupradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, deſcendit vt inuiſeret Ioram filium Achab, in Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit Dei aduerſus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cum veniſſet, & egrederetur cum eo aduerſum Iehu filium Namſi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum Achab. Cũ ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. Ipſum quoq; perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductũmque ad ſe, occidit: & ſepelierunt eum, eo quòd eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominũ in toto corde ſuo. nec erat vltra

*Volũtate Dei Iehu Ochoziã occidit.*

D ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ. Siquidem Athalia mater eius videns quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & interfecit omnẽ ſtirpem regiam domus Ioram. Porrò Ioſabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis, cum interficerentur: abſconditque eũ cũ nutrice ſua in cubiculo lectulorũ. Ioſabeth autem quæ abſcõderat eum, erat filia regis Iorã, vxor Ioiadæ põtificis, ſoror Ochoziæ: & idcirco Athalia nõ interfecit eũ. Fuit ergo cũ eis in domo Dei abſcõditus ſex annis, quibus regnauit Athalia ſup Terrã. XXIII.

*Athalia mater Ochoziæ occidit ſemẽ regiũ. 4.reg. 11.a. ¶ Iuda. Ioas filius Ochoziæ abſconditur.*

ANno autem ſeptimo confortatus Ioiada, aſſumpſit cẽturiones, Azariam videlicet filium Ieroboham, & Iſmahel filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maaſiam filiũ Adaiæ, & Eliſaphat filium Zechri: & iniit cũ eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Iſrael: veneruntq; in Ieruſalẽ. Iniit ergo omnis multitudo pactũ in domo Dei cum rege: dixitque ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Domin⁹ ſuper filios Dauid. Iſte eſt ſermo quẽ facietis. Tertia pars veſtrũ qui veniũt ad ſabbathum, ſacerdotum, &

*Ioas filius Ochoziæ vngitur in regẽ 4.reg.11.a. ¶ Ieroham,*

*¶ ergo*

CAP. XXII.

CIues autem Ieroſolymitani inaugurarũt regem Ahaſiam filium eius natu minorem loco eius, quoniam graſſatores qui venerant cum Arabibus bellandi cauſa, occiderant omnes maiores natu. Regnum itaque obtinuit Ahaſias filius Ioram regis Iehuda. Quadragintaduos annos natus erat Ahaſias quũ cœpiſſet regnare, regnauitque anno vno Ieroſolymis. Nomẽ matris eius fuit Athalia filia Amri. Et hic ambulauit in viis domus Ahab, nam mater eius conſultrix ei fuit vt impie ageret. Deſignauit igitur malũ in oculis Domini, quemadmodum domus Ahabis, nam illi conſultores ei fuerunt poſt mortem patris ſui ad perditionẽ eius. ¶ Quin ipſe iuxta eorum conſilia ambulauit: profectúſque eſt cum Iorã filio Ahab regis Iſraelitici in prælium contra Haſaelem regem Syriæ in Ramoth-Gilead: & percuſſerunt Syri ipſum Ioram. Reuerſúſque eſt vt [6] ſanaretur in Ieſreel, quoniã vulnera habuit quæ [7] inflixerãt ei in Rama, quũ pugnaret cũ Haſaele rege Syrorũ. Deſcendit autẽ [8] Aſarias filius Ioram [9] regis Iehuda, vt inuiſeret Ioram filium Ahabis in Ieſreel ibi enim ægrotabat. [10] Erat autem hoc a Deo, vt conculcaretur Ahaſias, dũ veniret ad Ioram. nam quum veniſſet, ipſe egreſſus eſt cum Ioram obuiam Iehu filio Nimſi, quẽ vnxerat Dominus, vt excinderet domum Ahab. Factum eſt ergo quum Iehu [11] iudicium exequeretur contra domum Ahab, vt deprehẽderet primores Iehuda [12] atque filios fratrum Ahaſiæ, qui miniſtrabant Ahaſiæ, & interficeret eos. Quæſiuit & Ahaſiam, [13] qui ſeſe abſcõderat in Samaria, quem captum adduxerunt ad Iehu, interfecerũt eum atque ſepelierunt eum: dixerunt enim, Filius Ioſaphat is eſt, qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo: [14] nec erat domui Ahaſiæ robur vt retineret regnum. Porrò Athalia mater Ahaſiæ videns quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & perdidit omne ſemen regium in domo Iehuda: tulit autem Iehoſabeath filia regis ipſum Ioas filium Ahaſiæ. & clam ſurripuit eum è medio filiorum regis qui [15] occiſi erant, repoſuitq; eum & nutricẽ eius [16] in cubiculo lectorũ, & abſcondit eum Iehoſabeath filia regis Ioram vxor Iehoiadæ [17] ſacerdotis, [18] & ſoror Ahaſiæ metu Athaliæ, vt nõ occideret eum. Fuit itaque cũ [19] eis in [20] domo Dei abſconditus ſex annis. Athalia autem regnabat [21] in terra. CAP. XXIII.

SEptimo deinde anno Iehoiada ſumpto animo, aſſumpſit cẽturiões, Aſariã filiũ Ierohã, & Iſmaelem filiũ Iehohanã, Aſariam filium Obed, Maaſiam filium Adaiæ, & Eliſaphat filiũ Sichri, ſecum in fœdus. Circũeuntes verò Iehudã, congregauerunt [2] Leuitas ex cunctis vrbibus Iehuda, & [3] præcipuos patres Iſraelis. & venerunt Ieroſolyma. Vniuerſus autẽ cœt⁹ in domo Dei fœdus pepigit cũ [6] rege: [7] dixitq; ad eos, Ecce fili⁹ regis [8] regnabit, [9] ſicut loquut⁹ eſt Dominus de filijs Dauidis. Hoc ergo eſt quod facere debetis, Tertia pars veſtrũ [10] ingrediẽtur ſabbato ad ſacerdotes &

¶ 1 regem cõſtituerunt ¶ 2 exercitus illc. vel, turma illa. ſub. Paleſthinorũ. ¶ 3 Heb. ad caſtra illa. ſub. quæ obſederãt Ieruſalẽ. ¶ 4 Heb. præcedentes. i. ne, qui iſtũ præceſſerãt ¶ 5 ſub. mortuo patre. Oriẽ hic magna cõtrouerſia. nã in fine præcedentis capitis Iorã dicitur nat⁹ fuiſſe XXXII annos quũ regnare cœpit, & regnaſſe VIII annis: qui omnes in vnũ collecti aſcendũt ad XL annos tantũ. Hic autẽ Ochozias dicitur fuiſſe nat⁹ XLII annos cũ regnare cœpit. quare filius videretur antiquior patre. Itẽ 4. Reg. 8, natus dicitur fuiſſe annos duos & viginti cum regnare cœpit Ochozias: hic autem XLII. ſed quæ author huius libri dicit, intelligenda ſunt de adminiſtratione regni quam accepit ipſe Ochozias patre mortuo: & quæ in libro Regũ, de adminiſtratione regni quam accepit viuẽte patre: regnum autẽ patre viuẽte adminiſtrauit XX annis. atq; ob id in fine præcedẽtis capitis dicit Iorã fuiſſe inglorius. Iorã autẽ pater, rex fuit XXVIII annis. ¶ 6 curaret ſeſe ¶ 7 ſub. Syri. ¶ 8 Hic vocat Azariã, quẽ in principio capitis appellat Ahaziã, ſiue Ochoziã. ¶ 9 vel, rex Iuda. ¶ 10 Porrò à Deo fuit conculcatio Ochoziæ vt veniret &c. Per cõculcationẽ intelligit mortẽ & interitũ. ¶ 11 vel, diſceptaret ¶ 12 (filijautẽ fratrũ Ochoziæ tũc miniſtrabãt ipſi Ochoziæ) & interfecit eos. Obſeruãda eſt iſta parẽtheſis. ¶ 13 Heb. & cõprehẽderũt eũ(is autẽ delitescebat ĩ Samaria) & adduxerũt ¶ 14 & nõ erat familiæ Ochoziæ vt retinere poſſet virtutẽ ad obtinẽdũ regnũ. q.d. qui ſuperſtites fuerunt de familia Ochoziæ nõ potuerunt occupare regiam dignitatẽ. ¶ 15 morti dabantur. ¶ 16 i. vbi dormiebant ſacerdotes & Leuitæ qui fungebantur ſuo officio. ¶ 17 ſub. ſummi. i. pontificis. ¶ 18 Heb. (ipſa enim erat ſoror Ochoziæ) ¶ 19 ſub. ſacerdotib⁹. relatiuũ pro antecedẽte. ¶ 20 Per domũ Dei intelligit etiã appẽdices domus Dei, exhedræ & cellulæ. ¶ 21 ſub. Iuda. XXIII. ¶ 1 ſub. ab imperio Athaliæ, vel à morte Ochoziæ. ¶ 2 q.d. & iniit cum illis fœdus. ¶ 3 Nomine Leuitarũ hic ſacerdotes & Leuitas intelligit. ¶ 4 principes familiarum ¶ 5 Hic Iſrael pro Iudæ tribu accipitur, non pro decẽ tribubus. ¶ 6 ſub. Ioas. ¶ 7 iam autem dixerat [ſub. Iehoiada] illis. priuſquam ſcilicet fœdus iniſſent cum rege. ordo rerum geſtarum non ſemper ſeruatur in Scriptura. ¶ 8 i. regnet. ¶ 9 i. ſicut promiſit Dominus nepotibus Dauid. ¶ 10 qui venitis [vt fungamini officio veſtro] hebdomadaſſequenti, [ex ſacerdotibus & Leuitis, erit] in ianitores &c. i. præerunt portæ Meridionali atrij in quo populus orabat.

Leuitas, & cuſtodes' portarum & liminum: Tertia deinde pars [erit] [11]in domo regis,' & tertia pars ad [12]portã fundamenti,' omnis deniq; populus erit in atrijs ædis Domini. Nemo autẽ ingrediatur ædẽ Domini, niſi ſacerdotes & qui [13]miniſtrãt Leuitis,' hi ingredientur, quia ſancti ſunt: omnis autẽ populus [14]obſeruabit' cuſtodiã Domini. Et circundabũt Leuitæ regẽ circũquaq;, & habebit quiſq; arma ſua in manu ſua: quicũq; venerit in ædẽ, trucidetur: & hi ſint cum rege dũ ingredietur & dum egredietur. Fecerũt autem Leuitæ & omnis Iuda iuxta omnia quæ præceperat Iehoiada ſacerdos, aſſumpſerũtq; quiſq; viros ſuos [15]qui ſabbato ingrediebantur,' cum his qui ſabbato egrediebantur: [16]quia non diſſoluit' ſacerdos Iehoiada [17]ordines.' Dedit præterea Iehoiada [18]ſacerdos' centurionibus haſtas, clypeos, & ſcuta quæ fuerant regis Dauidis, [19]fuerántq;' in domo Dei. Et collocauit cunctũ populum, [20]vt quiſque haberet gladium in manu ſua,' à latere templi dextro, vſque ad latus templi ſiniſtrum iuxta altare & [21]templũ,' vt regem circũquaque circunſtarent. Tum [22]eduxerunt' filium regis, & impoſuerũt ei coronam, & [dederunt] ei [23]teſtimonium,' & regem eum conſtituerunt, vnxerũntq; eũ Iehoiada & filij eius, dicẽtes, Viuat rex. ¶ Audiens autẽ Athalia vocẽ currẽtis populi, & eorũ qui laudabant regẽ, venit ad populũ in ædẽ Domini. Quũmq; circũſpexiſſet, ecce rex ſtabat [24]ad columnã ſuã [25]in introitu, [26]cãtores' verò & tubæ iuxta regẽ, & cunctus populus terræ lætabatur, & clangebant buccinis, & concinebãt muſicis inſtrumentis [27]docentes' laudare: Athalia autẽ conſcidit veſtimenta ſua, dixitq;, [28]Coniuratio, coniuratio. [29]Et egreſſus Iehoiada ſacerdos ad cẽturiones qui erant copijs præfecti, dixit ad eos, Educite eã [30]extra ædẽ ad ſepta:' ſiquis eã [31]ſequitur,' trucidet gladio: præceperat enim ſacerdos, Ne interfeceritis eã in æde Domini. [32]Fecerũt ergo ei ſpatiũ vtrinq;, & venit ad portam per quã equi ingrediebantur in domũ regis,' illic interfecerunt eã. ¶ Pepigit autẽ Iehoiada fœdus inter ſe & inter cunctum populum, interq; regem [33]vt eſſent populus Domini.' Deinde ingreſſus eſt vniuerſus populus in phanum baal, & demoliti ſunt illud, aras quoq; eius, & imagines eius confregerunt, ſed & Mathan ſacrificum baal coram altaribus trucidarunt. Conſtituit deinde Iehoiada [34]officia' domus Domini ſub manu ſacerdotũ & Leuitarum, quemadmodum diſtribuerat Dauid in æde Domini,' qui ſacrificarent' holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis, cũ gaudio & cantico, iuxta ordinationem Dauidis. Conſtituit quoque ianitores iuxta portas domus Domini, nequis ingrederetur qui quacunq; ratione immundus eſſet. Accepit præterea cẽturiones & inſignes quoſq;, & qui in populo aliquid dominij habuerũt, & cunctũ populũ terræ, & deduxit regẽ de domo Domini, & veniẽtes in mediũ portæ ſuperioris domus regis, collocauerũt regẽ ſuper ſoliũ regni. Et lætatus eſt cunctus populus terræ, & vrbs quieuit,' poſtquam Athaliam' gladio occiderunt.

CAP. XXIIII.

Septẽ annos erat natus Ioas quũ regnũ caperet, regnauitq; quadraginta annis Ieroſolymis: nomen matris eius fuit Zibia de Beer-ſeba.

Leuitarum, & ianitorũ erit in portis: Tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portã quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquũ vulgus ſit in atrijs domus Domini. Nec quiſpiam alius ingrediatur domum Domini, niſi ſacerdotes, & qui miniſtrant de Leuitis: ipſi tantummodo ingrediantur, quia ſanctificati ſunt: & omne reliquum vulgus obſeruet cuſtodias Domini. Leuitæ autem circundent regem, habentes ſinguli arma ſua: & ſiquis alius ingreſſus fuerit tẽplũ, interficiatur: ſintque cum rege & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuerſus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & aſſumpſerunt ſinguli viros qui ſub ſe erant, & veniebant per ordinem ſabbathi, cũ his qui impleuerant ſabbathum, & [e]egreſſi' erant. ſiquidem Ioiada pontifex nõ dimiſerat abire turmas, quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere conſueuerant. Deditque Ioiada ſacerdos centurionibus lanceas, clypeóſq; & peltas regis Dauid, quas conſecrauerat in domo [e]Domini.' Conſtituitque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vſque ad partem templi ſiniſtram, coram altari, & templo, per circuitum regis. Et eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema, & teſtimonium, 'dederúntque in manu eius tenendam legem:' & conſtituerũt eum regem: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatique ſunt ei, atque dixerunt, Viuat rex. ¶ Quod cum audiſſet Athalia, vocem ſcilicet currentium atque laudantium regem, ingreſſa eſt ad populum in templum Domini. Cúmque vidiſſet regem ſtantem ſuper gradum in introitu, & principes turmáſq; circa eũ, omnémque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis concinentem, vocémque laudantium, ſcidit veſtimẽta ſua, & ait, Inſidiæ, inſidiæ. Egreſſus autẽ Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra ſepta templi, & interficiatur foris gladio. præcepitque ſacerdos ne occideretur in domo Domini. Et impoſuerũt ceruicibus eius manus: cúmque intraſſet portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi.

¶ Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe, vniuerſúmque populũ & regem, vt eſſet populus Domini. Itaq; ingreſſus eſt omnis popul° domũ baal, & deſtruxerunt eam: & altaria ac ſimulachra illius confregerunt: Mathan quoque ſacerdotem baal interfecerunt ante aras. Conſtituit autẽ Ioiada præpoſitos in domo Domini, ſub manibus ſacerdotum & Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, in gaudio & canticis, iuxta diſpoſitionẽ Dauid. Cõſtituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eã immundus in omni re. Aſſumpſitque cẽturiones & fortiſſimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerũt deſcẽdere regẽ de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domũ regis, & collocauerũt eũ in ſolio regali. Lætatúſque eſt omnis popul° Terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta eſt gladio.

CAP. XXIIII.

Septem annorum erat Ioas cum regnare cœpiſſet: & quadraginta ann's regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Sebia de Berſabee.

¶ [e]egreſſuri

¶ [e]Dei

Athalia iuſſu Ioiadæ põtificis interfecta.

Deſtruit populus domũ baal.

Ioas præceptore Ioiada legẽ ſeruat. 4. reg. 12. a.

¶ 11 ne ſcilicet aliqui veniant de domo regis in auxiliũ. q. d. Tertia pars pręerit portæ regiæ. ¶ 12 Intelligit portã præcipuã, nẽpe Orientalem. ¶ 13 Heb. miniſtrant [ſub. ſacerdotibus,] nẽpe Leuitæ. vł. & qui miniſtrant ex Leuitis .i. niſi etiã Leuitæ q miniſtrant ſacerdotibus. ¶ 14 vł, obſeruent. i. fungantur ſuo officio ĩ atrio illo magno. ¶ 15 venientes ad ſabbathum, &c. i. qui functuri erãt officio ſuo ea hebdomada, cũ ijs qui defuncti erant officio ſuo hebdomada præterita. ¶ 16 non enim dimiſerat ¶ 17 vł, claſſes. hi erant diſtributi ĩ duas claſſes tantum: nẽpe ĩ eos qui functi erãt ſuo officio, & qui proxima hebdomada functuri erit. ¶ 18 ſiue, pontifex ¶ 19 erántque ¶ 20 vnuſquiſq; autẽ habebat gladiũ ſuũ in manu ſua) per parentheſim legendũ. ¶ 21 adytũ. ſiue ſanctũ ſanctorum intelligit. ¶ 22 ſub. è loco in quo delitescebat in cubiculo lectorum. ¶ 23 ornamentũ. ſub. regiũ. i. veſtes regias. ¶ 24 vł, in gradu ſuo. i. in ſede ſua. ¶ 25 i. iuxta columnã quandã quæ erat in introitu templi, vbi erat ſedes regia. ¶ 26 vł, principes ¶ 27 & qui ſciebãt. aut erant periti laudandi Deũ. ſub. inſtrumẽtis muſicis. ¶ 28 ſub. cõtra me facta eſt. ¶ 29 Et educẽs Ioiada pontifex, principes cẽturiarũ præfectos exercitus, dixit &c. ¶ 30 Vertendũ, ad locũ qui eſt extra ſepta. ¶ 31 ſecutus fuerit, ¶ 32 Heb. Impoſuerunt itaq; illi manus, & ingreſſa eſt introitũ portæ domus regis. i. regiæ. ¶ 33 i. percuſſo fœdere declararunt ſe fore perpetuò ſeruos Dei. ¶ 34 præfecturas. magiſtratus ¶ 35 vt offerrent. Talis debet eſſe ordo, vt offerrent cũ gaudio & cantibus muſicis holocauſta &c. per manus. i. ſecundum diſpoſitionem Dauidis. ¶ 36 Heb. Athaliam autem

Fecitq; quod bonũ eſt corã Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. Accepit autẽ et Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias.

*Ioas inſtaurat templum Domini.*

Poſt quæ placuit Ioas vt inſtauraret domũ Domini. Congregauitque ſacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſrael pecuniã ad ſartatecta tẽpli Dei nostri, per ſingulos annos, feſtinatóque hoc facite: porrò Leuitæ egere negligentius. B Vocauitq; rex Ioiadã principẽ, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ieruſalẽ pecuniã quæ conſtituta eſt à Moyſe ſeruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Iſrael in tabernaculũ teſtimonij? Athalia enim impiiſſima, & filij eius deſtruxerũt domũ Dei, & de vniuerſis quæ ſanctificata fuerãt in tẽplo Domini, ornauerunt phanum baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcã: poſuerúntq; eam iuxta portã Domini foriſecus. Et prædicatũ eſt in Iuda & Ieruſalẽ vt deferrent ſinguli pretiũ Domino, quod conſtituit Moyſes ſeruus Dei ſuper omnẽ Iſrael, in deſerto. C Lætatiq; ſunt cuncti principes & omnis populus: & ingreſſi contulerunt in arcã Domini, atque miſerunt, ita vt impleretur. Cũmque tẽpus eſſet vt deferrent arcã coram rege per manus Leuitarũ (videbant enim multam pecuniã) ingrediebatur ſcriba regis, & quem primus ſacerdos conſtituerat: effundebántque pecuniam quæ erat in arca: porrò arcã reportabãt ad locũ ſuum: ſicq; faciebãt per ſingulos dies, & cõgregata eſt infinita pecunia. Quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus D Domini: at illi cõducebant ex ea cæſores lapidũ, & artifices operũ ſingulorũ, vt inſtaurarent domũ Domini: fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egerúntque hi qui operabantur induſtriè, & obducebatur parietũ cicatrix per manus eorũ: ac ſuſcitauerunt domum Domini in ſtatum priſtinũ, & firmiter eam ſtare fecerunt. Cũmque compleſſent omnia opera, detulerunt corã rege & Ioiada reliquã partem pecuniæ de qua facta ſunt vaſa tẽpli in miniſteriũ ad holocauſta, phialæ quoque, & cætera vaſa aurea & argẽtea: & offerebantur holocauſta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.

E ¶Senuit autẽ Ioiada plenus dierum, & mortuus eſt cũ eſſet centũ triginta annorũ: Sepeliérũtq; eum in Ciuitate-Dauid cũ regibus, eo quòd feciſſet bonũ cum Iſrael, & cum domo eius.

*Moritur Ioiada, quo mortuo declinat Ioas ad idololatriam.*

Poſtquam autẽ obijt Ioiada, ingreſſi ſunt principes Iuda, & adorauerunt regem: qui delinitus obſequijs eorũ, acquieuit eis. Et dereliquerũt templũ Domini Dei patrũ ſuorũ, ſeruierúntque lucis & ſculptilibus. & facta eſt ira Domini contra Iudã & Ieruſalem propter hoc peccatũ. Mittebátque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum: quos proteſtantes, illi audire nolebant.

*Iuſſu Ioas interficitur Zacharias propheta à Deo miſſus.*

Spiritus itaque Dei induit Zachariã filium Ioiadæ ſacerdotẽ: & ſtetit in conſpectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus. Quare tranſgredimini F præceptũ Domini, quod vobis nõ proderit: & dereliquiſtis Dominũ, vt derelinqueret vos? Qui congregati aduerſus eũ, miſerunt lapides iuxta regis imperiũ, in atrio domus Domini. Et non eſt recordatus Ioas rex, miſericordiæ quã fecerat Ioiada pater illius ſecum, ſed interfecit filium

¶ veſtri, ¶ deſtruxerant ¶ ornauerũt ¶ domus Exod. 30. b. ¶ Dei

Fecit autem Ioas rectum in oculis Domini, donec Iehoiada ſacerdos viueret. Accepit autẽ Iehoiada ei duas vxores, genuitque filios & filias. Poſt hæc contigit [1] vt Ioas corde volueret de inſtauratione ædis Domini. Congregauitque ſacerdotes & Leuitas, & dixit ad eos, [2] Exite ad ciuitates Iehuda, & congregate ex omni Iſraele pecuniam, vt inſtauretur quotannis domus Dei veſtri, & vos accelerate hoc negotiũ. at Leuitæ non accelerabant. Vocans ergo rex Iehoiadam ſummum [ſacerdotem,] dixit ei, Cur non perquiris à Leuitis, vt [3] inferant à Iehuda & Ieruſalem in tẽtorium teſtimonij [4] vectigal, quod [conſtituit] Moſes ſeruus Domini, [5] & congregatio Iſraelis? (Athalia enim impia [mulier] & filij eius diruperãt ædem Dei, quin & omnia quæ erant conſecrata pro æde Domini, impenderant [6] ipſis baalim:) [7] præcepitque rex vt facerent arculam, quam poſuerunt foris ad portam ædis Domini. Euulgarunt autem voce [præconia] in Iehuda & Ieruſalem, vt afferrent Domino [8] vectigal, quod Moſes ſeruus Dei [ſ constituerat] Iſrael. in deſerto. Et læti ſunt cũcti principes atque omnis populus, & [10] afferentes iniecerunt in arculã donec [11] impleretur. Qũmque veniret tempus vt ferrent arculam ad [12] officia regis per manum Leuitarum, (nempe quum viderent pecuniam eſſe multam,) [14] venit ſcriba regis, & qui cõſtitutus erat à ſummo ſacerdote, qui euacuata arcula [15] tulerunt eã, & reportarunt eam in locum ſuum, idque fecerunt [16] ſuo quoque die, collegerúntque pecuniam multam, Quam dedit rex & Iehoiada ſacerdos facientibus opus miniſterij in domo Domini, qui conduxerunt latomos & artifices, qui reficerent ædem Domini: fabros quoque ferrarios & ærarios, qui inſtaurarent ædem Domini. Et hi operarij fecerunt opus, aſcenditque [17] operis diſpoſitio per illorũ manus, qui collocarunt domum Dei [18] iuxta præparationem ſuam, eámque firmarunt. Qũmque abſoluiſſent, reliquum pecuniæ afferebãt ad regẽ & Iehoiadã, qui fecit ex ea vaſa ædi Domini, vaſa [19] miniſterij, [20] phialas, cochlearia, vaſa aurea & argẽtea, ſacrificabántq; holocauſta in æde Domini iugiter [21] cunctis diebus Ioiadæ. ¶Senuit autẽ Iehoiada, [22] ſaturque dierum mortu⁹ eſt: fuit autẽ dum moreretur natus annos centum & triginta. Et ſepellierunt eũ in ciuitate Dauidis [23] iuxta reges, quoniã benefecerat Iſraeli, & [24] cum Deo & domo eius. Mortuo Iehoiada, venerunt principes Iehuda, & inclinarunt ſe regi, [25] audiuitque eos rex. Et [26] deſerentes domũ Domini Dei patrum ſuorũ, ſeruierunt lucis & idolis, factáque eſt indignatio [Dei] ſuper Iehudã & Ieruſalem propter [27] hanc culpam eorum. Miſitque ad eos prophetas, qui eos reducerent ad Dominum, qui [28] obteſtati ſunt eos, [29] ſed auribus nõ perceperũt. [30] Induit autem Spiritus Dei Zachariam filium Iehoiadæ ſacerdotis, qui ſtãs [31] in populo ait ad eos, Sic dicit De⁹, Cur [32] trãſgreſſi eſtis vos præcepta Domini? nõ cedet vobis proſpere: quandoquidem enim vos dereliquiſtis Dominum, derelinquet & vos. Illi autem conſpiratione contra eum facta, lapidibus eum obruerunt, iubente hoc rege, in atrio ædis Domini: Neq; recordatus eſt Ioas rex [33] beneficentiæ eius qua eũ affecerat Iehoiada pater ei⁹, [34] quin filiũ

¶1 Heb. vt fuerit cũ corde Ioas ¶2 q.d. Relictis Ieroſolymis concedite in vrbes Iuda ¶3 vl, afferant ¶4 munus. donum, vel, oblationem ¶5 & [ſa] congregatio ne Iſraelis? ¶6 idolis. q. d. ijs omnib⁹ quæ erant dicata templo Dei, abuſi erãt in cultum idolorũ. ¶7 Subaudienda quædã Hebraice, dixit igitur rex vt facerent arcam, [& fecerunt arcam vnam] ſub. ad recipiendã pecuniam illam ¶8 munus. vl, oblationem, ¶9 Vide Exod. 30. ¶10 ſub. pecuniam, vl munus. ¶11 cõſummaſſet. q. d. donec omnes ad vnum pecuniã conſt totam cõieciſſent in arculã. ¶12 magiſtratum. vl, præfectum regium ¶13 i. iuſſu ſacerdotum & Leuitarum. ¶14 tunc veniebat ¶15 referebant eam, & reportabant ¶16 vl, de die in diem. q. d. ſic facere ſolebãt quoties arcula erat plena. ¶17 Heb. medicina ſuper op⁹ manibus illorũ. i. opera eorum ruinæ tẽpli fuerunt inſtauratæ. Metaphora tracta à corporib⁹ quæ medicina curãtur. ¶18 In diſpoſitione ſua, .i. reſtituerunt in priſtinũ ſtatum. ¶19 i. quibus miniſtrabatur. ¶20 mortariola, ¶21 q. d. quãdiu iſte pontifex pius vixit, populus Iudaicus coluit Dominũ. ¶22 vl, plenúſque. i. cum vixiſſet ad ſatietatẽ vſque. ¶23 cũ ipſis regibus. ¶24 i. fuerat plus in Deum & in templum. ¶25 i. obtemperauit eis. hoc declaratur ſequente verſu. ¶26 ſub. rex & principes. ¶27 iſtud peccatum ¶28 i. teſtes inuocarunt cælum & terrã contra eos. ¶29 & nõ auſcultauerunt eis. ¶30 i. Act⁹ autẽ fuit Spiritu Dei Zacharias. ¶31 Heb. deſuper populũ. i. in loco editiore q̃ popul⁹. q. d. aſcẽdit i ſuggeſtũ vt declamaret in mores regis & principũ eius. ¶32 trãſgredimini ¶33 vl, miſericordiæ ¶34 ſed interfecit filiũ eius.

¶x vl, Videbit Dominus, & requiret. ſub. cædem meam de manu veſtra. i. ſumet ex vobis ſupplicium propter cædem hanc factam, vt ſit prophetia. ¶16 In reuolutione ãni. ſub. vnius, vel illi[?]. i. Anno autem reuoluto. ¶17 Heb. Quia cum paucitate hominũ [ſ. i. cũ paucis homini b]venerat exercitus Syriæ, & Domin[us] dedit in manu corũ exercitum in multitudine valde. i. quàm maximum. ¶18 exercuerũt. i. Syri varijs ſupplicijs illũ affecerunt. ¶19 Hic numerus pluralis pro ſingulari. q. d. ob cædem filij Ioiada, nempe Zachariæ. aut aliquid ſubaudiri debet hoc modo, ob cædẽ vni[us] è filijs Ioiada. aut certe vtitur numero plurali, quòd hic eſſet vice multorũ filiorum ſuo patri. ¶40 Heb. Filij autem eius, & [quomodo] mul tiplicatũ fuerit vectigal illud [ſub. Moſis] apud eũ. vl pro pter eũ. i. eo au thore. fuit enĩ Ioas author eius muneris. aut, Filij autẽ eius, quòdque multiplicatum &c. De dãdo dimidio ſiclo ordinato à Moſe loquitur, quem iſte Ioas ſæpius exegit. Vide paulo ſuprà.

eius occideret. dixit autẽ ille in morte ſua, [15]Dominus inſpiciat & inquirat. ¶ [16]vertente anno aſcẽdit contra eum exercitus Syriæ, veneruntque contra Iehudam & Ieruſalem, & perdiderunt de populo omnes primores populi, & omnia ſpolia eorum miſerunt regi Darmaſci. [17]Venerat autem exercitus Syrorum cum paucis hominibus, tradiditque Dominus in manũ eorum exercitũ validiſſimum, quòd Dominũ Deum patrũ ſuorum deſeruiſſent: cum Ioas quoque iudiciũ [18]exequuti ſunt. Abeuntibus autem illis ab eo, reliquerunt eum in languoribus multis, conſpirarũtque cõtra eum ſerui ſui propter ſanguines [19]filiorum Iehoiadæ ſacerdotis, & trucidarunt eũ in lecto ſuo ita vt moreretur, ſepelierũntque eum in ciuitate Dauidis, nec ſepelierunt eum in ſepulchris regum. Iſti verò ſunt qui contra eum coniurarunt. Sabad filius Simeath Ammonites, & Iehoſabad filius Simrith Moabites. [40]Porrò de filijs eius & ingenti vectigali cõtra eum, deque fundatione domus Dei, en ſcripta ſunt ea in inuentario libri regum: regnauit autem loco eius Amazias filius eius.

CAP. XXV.

Amazias quum [1]regno inauguraretur natus erat vigintiquinque annos, regnauitq; Ieroſolymis annis vigintinouem: nomen matris eius fuit Iehoadã de Ieruſalem. Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, ſed non integro corde. ¶ [2]Quum enim regnũ eius iam firmatum eſſet, interfecit ſeruos ſuos qui trucidarant regẽ patrem ſuum: Filios autẽ eorum non interfecit: [3]quia ſic ſcriptũ eſt in lege in libro Moſis, vbi præcepit Dominus in hanc ſententiam, Nõ morientur patres propter filios, nec filij morientur propter patres, ſed vnuſquiſq; morietur [4]in peccato ſuo. ¶ Congregauit autẽ Amazias Iehudã, & conſtituit eos [5]iuxta domos patrias, tribunos & centuriones per vniuerſum Iehudi & Beniamin. & recenſuit eos ab eo qui natus erat viginti annos & ſuprà, inuenitque eorũ trecenta millia [6]electorum & qui bello apti erant, quique ferre potuerũt haſtam & clypeum. De Iſraele quoque conduxit virorũ fortium centũ millia, idq; centum talentis argẽti. Venit autem ad eum vir Dei, dicens, Ne proficiſcatur tecum ô rex, exercitus Iſraelis, quia Dominus [7]non eſt cum Iſraele, [nẽpe] cũ omnibus filijs Ephraim. [8]Quòd ſi [9]profectus fueris in præliũ ſtrenue agendo, præcipitabit te Deus corã hoſte: quoniam [10]in Deo eſt robur vel vt opẽ ferat, vel vt proſternat. Dixit autem Amazias viro Dei, Quid verò fiet cum centum talentis quæ dedi exercitui Iſraelitico? reſpondit vir Dei, [11]Habet Dominus vt det tibi his plura. [12]Separauit igitur Amazias turmam militum quæ venerat ad eũ de Ephraim, vt abirẽt in locum ſuũ, & [14]æſtuauit naſus eorũ vehemẽter contra Iehudam, reuerſique ſunt ad locũ ſuum [15]in æſtu naſi. ¶ Amazias verò [16]corroboratus, duxit populum ſuum, & profectus eſt in vallẽ Salis, percuſſitque de filijs Seir decẽ millia. Deinde ceperũt filij Iehuda viuorũ decẽ millia, & adduxerũt eos in verticẽ cuiuſdã rupis, deiecerũntque eos è vertice rupis, [17]diſſilierũntq; omnes. Porrò [18]milites quos remiſerat Amazias ne proficiſcerẽtur cũ eo in prçliũ, irruerũt i ciuitates Iehuda, à

eius. qui cum moreretur, ait, Videat Dominus & requirat. ¶ Cúmque euolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam & Ieruſalem, & interfecit cũctos principes populi, atque vniuerſam prædam miſerunt regi in Darmaſcum. Et certe cum permodicus veniſſet numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo quòd dereliquiſſent Dominum Deum patrum ſuorũ: in Ioas quoque ignominioſa exercuere iudicia. Et abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis: ſurrexerunt autem contra eum ſerui ſui, in vltionem ſanguinis Zachariæ filij Ioiadæ ſacerdotis, & occiderũt eum in lectulo ſuo, & mortuus eſt: ſepelierũntque eum in Ciuitate David, ſed non in ſepulchris regum. Inſidiati verò ſunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad fili[us] Semarith Moabitidis. Porrò filij eius, ac ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei ſcripta ſunt diligentius in Libro regum: regnauit autem Amaſias filius eius pro eo.

CAP. XXV.

Vigintiquinque annorum erat Amaſias cum regnare cœpiſſet, & vigintinouem annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ioadan de Ieruſalem. Fecitque bonum in cõſpectu Domini, verutamẽ nõ in corde perfecto. ¶ Cúmque roboratum ſibi videret imperiũ, iugulauit ſeruos qui occiderant regem patrem ſuum. Sed filios eorum non interfecit, ſicut ſcriptum eſt in Libro legis Moyſi, vbi præcepit Dominus, dicẽs, Non occidẽtur patres pro filijs, neque filij pro patribus ſuis: ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur. ¶ Congregauit igitur Amaſias Iudam, & conſtituit eos per familias, tribunóſque & centuriones in vniuerſo Iuda & Beniamin: & recenſuit à viginti annis ſurſum, inuenitque [trigin]ta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam, & tenerent haſtam & clypeum. Mercede quoque conduxit de Iſrael centum millia robuſtorum, centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſrael: non eſt enim Dominus cum Iſrael, & cunctis filijs Ephraim. Quòd ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus: Dei quippe eſt & adiuuare, & in fugam cõuertere. Dixitque Amaſias ad hominem Dei, Quid ergo fiet de centũ talentis quæ dedi militibus Iſrael? & reſpondit ei homo Dei, Habet Domin[us] vnde tibi dare poſſit multo his plura. Separauit itaque Amaſias exercitũ qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum ſuum: at illi contra Iudam vehementer irati, reuerſi ſunt in regionem ſuam. ¶ Porrò Amaſias confidenter eduxit populum ſuũ, & abijt in Vallem-ſalinarũ, percuſſitq; filios Seir, decem millia. Et alia decẽ millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerũt ad præruptũ cuiuſdam petræ, præcipitaueruntq; eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi crepuerunt. At ille exercitus quẽ remiſerat Amaſias, ne ſecũ iret ad prælium, diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda, à Samaria

Matth. 23. d.
Syri numero pauci vincũt Iudam, eo q Dominum reliquiſſet.
C
Ioas interimitur à ſeruis ſuis.
¶ regnauit
Amaſias non malus, regnat pro Ioas patre ſuo. 4. Reg. 14. a.
¶ Ioadan
Amaſias occidit ſeruos interfectores patris ſui.
Deut. 24. c.
4. reg. 4. b.
Ezech. 18. e.
D Amaſias cõgregat exercitum.
¶ trecenta
Monetur Amaſias, ne viribus humanis fidat.
Percutit Amaſias Idumæos.
¶ duxit
D

XXV. ¶1 regnare cœpit ¶2 i. Quũ regno ſuo pacifice potiretur. ¶3 vl. ſed [fecit] iuxta id quod &c. ¶4 vl. propter peccatum ſuum. ¶5 i. per familias. ¶6 Heb. egredientium ad pugnam, [&] tenentium lanceam & ſcutũ. q. d. aptorum ad militiam. & geſtantium lanceas & ſcuta. ¶7 i. non fauet Iſraeli, nẽpe filijs Ephraim. ¶8 ſub. nolis mihi credere. ¶9 Heb. veni tu, fac. fortis eſto in cõflictu ipſo, [vl ad confligendũ, tamẽ] cadere te faciet ¶10 q. d. Deus poteſt adiuuare quẽ vult, & cõtrà, perdere quẽ vult. ¶11 agendũ eſt de centum &c. ¶12 Heb. Eſt in ſpoteſtate] Domini dare &c. ¶13 i. Miſſos fecit externos milites. ¶14 vl, iratus eſt furor. i. excanduerũt. Ira apparet potiſſimũ in nare: propterea ita dicitur Hebraice. ¶15 vl, in ira furoris. i. valde irati. ¶16 i. quũ cœpiſſet eſſe animo forti & fidẽti. ¶17 rupti ſunt. i. omniũ corpora fuerunt violata & rupta. ¶18 Heb. filij illius turmæ quam &c.

¶ verò
Amaſias adorat deos Idumæorum.
Corripitur à Domino.

vſque ad Beth-horon, & interfectis tribus milli
bus, diripuit prædam magnam. ¶ Amaſias quo-
que poſt cædem Idumæorum, & allatos deos fi
liorum Seir, ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat
eos, & illis adolebat incenſum. Quam ob rem ira
tus Dominus contra Amaſiam, miſit ad illū pro-
phetam, qui diceret ei, Cur adoraſti deos qui nō
E liberauerunt populū ſuum de manu tua? Cúmq;
hæc ille loqueretur, reſpondit ei, Num conſilia-
rius regis es? quieſce, ne interficiam te. diſcedenſ-
que propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus
occidere te, qui & feciſti hoc malum, & inſuper
non acquieuiſti conſilio meo. ¶ Igitur Amaſias
rex Iuda inito peſſimo conſilio, miſit ad Ioas fi
lium Ioachaz filij Iehu regem Iſrael, dicens, Ve-
ni, videamus nos mutuo. At ille remiſit nūtios,
dicens, Carduus qui eſt in Libano miſit ad cedrū
Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorē:
& ecce, beſtiæ quæ erant in ſylua Libani tranſie-
F runt, & conculcauerunt carduū. Dixiſti, Percuſſi
Edom: & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiā,
ſede in domo tua, cur malum aduerſum te pro-
uocas, vt cadas & tu & Iudas tecū? Noluit audi-
re Amaſias, eo quòd Domini eſſet volūtas vt tra
deretur in manus hoſtium propter deos Edom.
Aſcendit igitur Ioas rex Iſrael, & mutuos ſibi
præbuere cōſpectus: Amaſias autem rex Iuda e-
rat in Beth-ſames Iudæ. Corruitque Iudas corā
Iſrael, & fugit in tabernacula ſua. Porrò Amaſi-
am regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz, cepit
Ioas rex Iſrael in Beth-ſames, & adduxit in Ie-
ruſalem: deſtruxitque murū eius à porta Ephrā
im vſque ad portam anguli, quadringentis cu-
bitis. Omne quoque aurum, & argentū, & vniuer
ſa vaſa quæ repererat in domo Dei, & apud O-
bed-edom, in theſauris etiam domus regiæ, nec-
non & filios obſidum reduxit in Samariam. Vi-
xit autem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquā
mortuus eſt Ioas filius Ioachaz rex Iſrael, quin
decim annis. Reliqua autem ſermonum Amaſiæ
priorū & nouiſſimorū ſcripta ſunt in Libro re-
gum Iuda & Iſrael. Qui poſtquā receſſit à Domi
no, tetenderunt ei inſidias in Ieruſalem. Cúmq;
fugiſſet Lachis, miſerunt & interfecerunt eum
ibi. Reportantéſque ſuper equos, ſepelierūt eum
cum patribus ſuis in Ciuitate-Dauid.

¶ quia
Volente Dei traditur Amaſias in manus hoſtiū.

¶ autem

¶ in
Occiditur Amaſias.

CAP. XXVI.

Ozias pius cōſtituitur rex pro Amaſia. 4. reg. 14. e.

OMnis autem populus Iuda, filium eius Ozi-
am annorum ſedecim, conſtituit regem pro
Amaſia patre ſuo. Ipſe ædificauit Ailath, & reſti
tuit eam ditioni Iudæ, poſtquam dormiuit rex
cum patribus ſuis. Sedecim annorum erat Ozias
cum regnare cœpiſſet, & quinquagintaduobus
annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris e-
ius Iechelia de Ieruſalem. Fecitque quod erat
rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fece
rat Amaſias pater eius. Et exquiſiuit Dominum
in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deū:
cúmque requireret Dominū, direxit eum in o-
mnibus. Denique egreſſus eſt, & pugnauit con-
tra Philiſthijm, & deſtruxit murū Geth, & murū
Iabniæ, murúmque Azoti: ædificauit quoque op
pida in Azoto, & Philiſthijm. Et adiuuit eum
Deus contra Philiſthijm, & cōtra Arabes qui ha
bitabant in Gur-báal, & contra Ammonitas.

¶ Deum

Quęrere Deū
Pugnat cōtra Philiſtijm.

¶ in

Samaria vſque ad Beth-horon, & percuſſerunt ex
eis tria millia, diripuerūntq; ingentem prędam.
¶ Quum verò Amazias rediſſet à cæde Edumæo
rum, [19]adduxit quoque deos filiorum Seir, con-
ſtituitque eos ſibi deos, procubuitque ante eos, &
adoleuit eis. Irritatus eſt autē furor Domini con
tra Amaziam, miſitque ad eū prophetam qui di
ceret ei, Cur [20]quęſiuiſti deos populi, qui non e-
ripuerūt populū ſuum de manu tua? Cōtigit au
tē quū loqueretur [21]ipſe ad eū, vt diceret ei, [22]Nū
conſtituerūt te conſiliariū regis [23]ceſſa tibi, cur
enim te [24]cædant? propheta verò [25]ceſſans dixit,
Scio q conſilium inierit Deus vt perdat te quòd
hoc feciſti, neq; acquieuiſti cōſilio meo. ¶ Ama
zias verò rex Iehuda conſilio inito miſit ad Ioas
filium Iehoahas filij Iehu regem Iſraelis huiuſ
modi mandata, Age ſpectemus nos mutuo corā.
Tum miſit Ioas rex Iſraelis ad Amaziam regem
Iehuda huiuſmodi mandata, [26]Carduus qui eſt
in Libano miſit ad cedrū quæ eſt in Libano, di-
cens, Da filiam tuam filio meo vxorem, & præ-
terijt fera quæ erat in Libano. & cōculcauit car-
duū: [27]dicis, En [28]tu percuſſiſti Edom, & extollit
te cor tuū [29]vt glorieris: mane igitur domi tuę.
cur [30]prouocas malū, vt tu cadas & Iehuda te-
cū? At Amazias non audiuit, quoniam à Deo e-
rat, vt traderet eos in manum [hoſtis,] eo quòd
[31]quæſierant deos Edom. Aſcendit itaque Ioas
rex Iſraelis, [32]& ſeſe mutuo corā ſpectarūt, ipſe
& Amazias rex Iehuda in Beth-ſemes quæ eſt in
Iehuda. Corruit autem Iehuda coram Iſraele, &
fugerunt quiſque in tentoriū ſuum. Amaziam
verò regem Iehuda filiū Ioas filii Iehoahas ap-
prehendit Ioas rex Iſraelis in Beth-ſemes, & in-
troduxit eum in Ieruſalē, & dirupit murū Ieru-
ſalem à porta Ephraim vſque ad portā [33]anguli
quadringentis cubitis. [34]Omne quoque aurum
& argentū & omnia vaſa quæ inueniebantur in
domo Dei [35]apud Obed edom, & theſauros do-
mus regis, & [36]filios obſidum [37]reduxit in Sama-
riam. Vixit autem Amazias filius Ioas rex Iehu-
da poſt mortē Ioas filij Iehoahas regis Iſraelis,
quindecim annis. Reliquū geſtorū Amaziæ prio
ra & poſtrema, annon hæc ſcripta ſunt in libro
regū Iehuda & Iſraelis? Ab eo tēpore autē quo
defecit Amazias à Domino, conſpirarunt contra
eum conſpirationē in Ieruſalē: quúmq; is [38]fu-
giſſet in Lachis, miſerūt poſt eū in Lachis, & in-
terfecerūt eum illic, Vexerūntq; eum equis, & ſe-
pelierunt eum cū patribus ſuis in [1] ciuitate Ie-
huda.

CAP. XXVI.

ACceperūt autē omnis Iehuda [1]Vſiā, qui nat[us]
erat ſedecim annos, & conſtituerūt eum re-
gē loco patris ſui Amaziæ. Is ædificauit [2]Eloth,
& reduxit eam ad Iehudam poſtquam dormi-
uit rex cum patribus ſuis. Quum [3]regno inau-
guraretur Vſias, natus erat ſedecim annos, re-
gnauitq; Ieroſolymis quinquagintaduobus an-
nis: nomē matris ei[us] fuit Iecholia de Ieruſalē.
Fecit autem quod rectū erat in oculis Domini,
iuxta omnia quæ fecit Amazias pater eius. [4]Et
factum eſt vt quæreret Deum in diebus Zacha-
riæ, [5]qui intelligens erat in videndo Deum, &
in iſtis diebus in quibus quærebat Dominū, de-
dit ei Deus proſperū ſucceſſum. Nā egreſſus pu-
gnauit cōtra Paleſthinos, & rupit murum Gath,
atque murū Iabnæ, & murū Azoti, & ædificauit ciuitates in Azoto, & in Paleſthina. Contulit quo-
que ei Deus auxilium aduerſus Paleſthinos, & contra Arabes habitātes in Gur-baal & Hameunim.

¶ 19 vl. tunc adduxit ¶ 20 conſuluiſti deos iſtius populi, ¶ 21 ſub. propheta. ¶ 22 q. d. nō. Hic rex de ſe in tertia perſona loquitur. ¶ 23 i. diſcede, ſiue abi. ¶ 24 ſub. ſatellites regij. q. d. deſine, vel dabis pœnas. ¶ 25 recedens ¶ 26 vl. Spina q ¶ 27 dixiſti. ſub. in corde tuo. ¶ 28 q. d. reportaui victoriam de Idumæis. ¶ 29 vt magnū honorem ambires. vl. vt magno honore te dignum putares: ¶ 30 Heb. contenderes vl. ſi rixaberis ſub. mecum] in malum, ¶ 31 conſuluiſſent ¶ 32 & præbuerunt ſeſe videndos de facie. i. deſcenderūt in certamen. ¶ 33 Doctus inter Hebræos dicit ita dici q præbeat ſeſe viſendam in duabus partibus. ¶ 34 ſub. cepit. ¶ 35 i. apud vnum ex nepotibus Obed-edō, qui præfuerat theſauris. ¶ 36 filios pignorum. i. filios oppigneratos. Chaldæus paraph. in Regib[us] vertit filios principum, ſiue magnatū. ita etiam exponit doctus inter Hebræos. ¶ 37 & reuerſus eſt in &c. ¶ 38 ſub. intellecta conſpiratione. ¶ 1 Hic ciuitatem Dauid, vocat vrbem Iuda, per excellentiam.

XXVI. ¶ 1 Hic vocatur in Regibus Azarias. ¶ 2 Ciuitas ad mare Rubrum, vnde ſinus Elaniticus. ¶ 3 regnare cœpiſſet ¶ 4 Heb. Et fuit in conſulendo Deo. q. d. totus in hoc fuit occupatus vt conſuleret Dominum. ¶ 5 Heb. intelligentis in viſionibus Dei. i. periti in videndis viſionibus diuinis.

Dederunt etiã Ammonitæ munus Vſiæ,& diuulgatũ eſt nomen eius donec veniret [6]ad Ægyptũ vſque:[7]nã ſupra modũ fortiter egit. Ædificauit quoque Vſias turres in Ieruſalẽ iuxta portã anguli,& iuxta portã vallis,& iuxta angulos,&[8]firmauit eas. Ædificauit turres in deſerto,&[9]effodit puteos multos, quia habuit pecora multa tã in vallibus quàm in planis locis: agricolas & vinitores non ſolũ in mõtibus, ſed & locis planis fertilibus: ſtudioſus enim fuit agriculturæ. Habuit quoque Vſias copias quæ belligerabant, & quæ turmatim in prælium egrediebantur iuxta numerũ [10]præfecturę eorũ, ſub manu Iehiel ſcribæ,& Maaſiæ præfecti,& ſub manu Hananię qui erat ex principibus regis. Omnis numerus [11]præcipuorum patrum [12]& fortiſſimorũ heroum duo millia ſexcenti. Et ſub manu eorũ fuit exercitus militaris trecẽtorũ millium, atque ſeptẽ milliũ & quingentorũ qui belligerabant [13]ſtrenua virtute, vt auxilio eſſent regi contra hoſtes. Præparauit quoq; eis Vſias omni ſcilicet exercitui clypeos, haſtas, galeas, loricas, arcus &[14]fundas pro lapidibus. Et fecit in Ieruſalẽ [15]ingenioſe excogitata quædã tormenta aut machinas, quæ eſſent in turribus & [16]mœnijs ad eiaculandũ ſagittas & lapides magnos. exijt ergo nomen eius ad remota [loca,] [17]eo quòd mirifice ſibi auxilia parauit, donec fortiſſimus fieret. ¶ [18]At in fortitudine ſua elatũ eſt cor eius, donec [ [19]omnia ]perderet: nã tranſgreſſus eſt contra Dominũ Deum ſuum, ingreſſus [20]in tẽplum Domini, vt adoleret ſuffitũ in ara incenſi. Ingreſſus eſt autẽ poſt eũ Aſarias ſacerdos, cúmq; eo [21]ſacerdotes Domini, [ſæpe] [22]virorũ ſtrenuorum octoginta. Steterúntq; iuxta Vſiã regem, & dixerunt ad eũ, [23]Nõ [licet] tibi ô Vſia, [24]vt ſuffitũ facias Domino, ſed ſacerdotũ [eſt] qui [25]filij ſunt Aharonis, qui cõſecrati ſunt ad adolendũ: egredere igitur ex ſanctuario: trãſgreſſus enim es, quod tibi ad gloriã nõ [cedet] [26]à Domino Deo. Iratus ergo Vſias, (habuit autẽ in manu ſua incenſum vt illud adoleret,) & [27]in hac ira ſua contra ſacerdotes exorta eſt lepra in fronte eius corã ſacerdotibus in domo Domini iuxta arã incenſi. Et reſpexit eũ Aſarias ſummus ſacerdos & omnes ſacerdotes, & ecce [28]leproſus erat fronte ſua, & [29]deturbarunt eũ ex illo loco, [30]cõpulſúſq; vt egrederetur: quoniã Dominus percuſſerat eũ. Fuit itaq; Vſias rex leproſus vſq; ad diẽ mortis ſuæ, habitauitq; in domo [31]libera, leproſus, quia [32]ſecluſus erat à domo Domini. porrò Iothã filius eius erat ſuper domũ regis, ius dicens populo terræ. Reliquum geſtorũ Vſiæ priora & poſteriora, ſcripſit Ieſaias filius Amoz, propheta. Dormiuitq; Vſias cũ patribus ſuis, & ſepelierunt eũ cum patribus ſuis in agro [33]ſepulturæ, qui [paratus erat] regibus. dixerunt enim, Leproſus eſt. & regnauit Iothã filius eius loco ipſius.

CAP. XXVII.

Iotham quũ [1]regno inaugurareretur natus erat vigintiquinq; annos, regnauitq; ſedecim annis Ieroſolymis: nomẽ matris eius erat Ieruſa, quæ filia fuit Zadoc. Fecit autẽ quod rectũ erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius Vſias, excepto q nõ ingreſſus eſt tẽplũ Domini: populus quoq; adhuc [2]peruerſè agebat. Is ædificauit portã domus Domini [3]ſuperiorẽ, [4]& in muri propugnaculis multa ædificauit. Ædificauit prætera ciuitates in mõtanis Iehuda, & in [5]nemo-

Appendebántque Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti, propter crebras victorias. [a]Ædificauit quoque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas, in eodem muri latere, firmauitque eas. Extruxit etiã turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tam in campeſtribus, quàm in eremi vaſtitate: vineas quoq; habuit & vinitores in montibus, & in Carmelo: erat quippe homo agriculturę deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia ſub manu Iehiel ſcribæ, Maaſiæque doctoris, & ſub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. Omniſque numerus principum per familias, virorum fortium, duorum millium ſexcentorum. Et ſub eis vniuerſus exercitus trecẽtorũ & ſeptem millium quingentorum: qui erãt apti ad bella, & pro rege contra aduerſarios dimicabant. Præparauit quoque eis Ozias, id eſt cuncto exercitui, clypeos & haſtas & galeas & loricas, arcúſque & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ieruſalem diuerſi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent ſagittas, & ſaxa grandia: egreſſúmque eſt nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illum. ¶ Sed cum roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuũ, ingreſſúſque templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statimque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi, Reſtiterunt regi, atque dixerunt, Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino: ſed ſacerdotũ, hoc eſt filiorũ Aarõ, qui cõſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium: egredere de ſanctuario, ne contẽpſeris: quia nõ reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. Iratúſque Ozias & tenens in manu thuribulum vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus: ſtatimque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cúmque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes: viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum: ſed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eo quòd ſenſiſſet illico plagam Domini. ¶ Fuit igitur Ozias rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam electus fuerat de domo Domini. porrò Ioathã filius eius rexit domum regis, & [b]iudicauit populum terræ. Reliqua autem ſermonum Oziæ priorum & nouiſſimorũ ſcripſit Eſaias filius Amos, propheta. Dormiuitq; Ozias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in agro regalium ſepulchrorũ, eo quòd eſſet leproſus: regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

CAP. XXVII.

Viginti & quinque annorum erat Ioatham cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc. Fecitque quod rectum erat coram Domino iuxta omnia quę fecerat Ozias pater ſuus: excepto quòd non eſt ingreſſus templum Domini: & adhuc populus delinquebat. Ipſe ædificauit portam domus Domini excelſam: & in muro Ophel multa conſtruxit. Vrbes quoque ædificauit in montibus Iuda: & in ſaltibus ca-

B

¶ [a]Ædificauitque

Ozias agriculturæ deditus.

Exercitus Oziæ.

C

Ozias contra Dei præcepta vſurpans officiũ ſacerdotũ percutitur lepra.

A ſacerdotib⁹ corripitur rex.

D

4. Reg. 15. a.

Ioatham filius Oziæ.

¶ [b]iudicabat

Moritur Ozias.

Regnat pius Ioathã filius Oziæ. 4. reg. 15. g.

E

¶6 Heb. ad introitum Ægypti, ¶7 Heb. fortificatus eſt vſque in excelſum. i. fortiter egit ſupramodum. ¶8 muniuit ¶9 vl, excidit ciſternas multas, ¶10 Heb. numerationis ſuæ. i. quo quiſque recenſitus fuerat. ¶11 principum familiarum ¶12 ex fratribus robore. vl, fortium robore ¶13 Heb. cũ potentia roboris, ¶14 vl, lapides fundarũ. ¶15 Heb. machinas [appoſitiu] cogitationẽ cogitãtis. i. arte doctiſſimi opificis factas. ¶16 angulis ¶17 Heb. ad iuuandum ſemetipſũ. i. ad comparandas vires quibus iuuaretur. ¶18 vl, Cum autem fortificatus eſt, exaltatum eſt cor eius, ¶19 potius ſubaudiendum [ſeſe, vl, mores ſuos] ¶20 i. ſecundã partem templi vbi erat altare thymiamatis. ¶21 ſub. aliquot. ¶22 Heb. filiorum roboris ¶23 Heb. Nõ ad te. ſub. pertinet. ¶24 adolere thus ¶25 i. nepotes. ¶26 vl, apud Dominũ Deũ. ¶27 i. quũ iraſceretur ſacerdotibus. ¶28 Heb. lepra erat in fronte eius. ¶29 Heb. feſtinare fecerunt eum. i. feſtinanter egredi coegerunt eum, hoc eſt extruſerunt eum. ¶30 ipſe quoque feſtinauit egredi: ¶31 i. ſeparata ab alijs domibus. ¶32 exciſus ¶33 vl, ſepulchrorum regiorum. Nõ ſepultus fuit in ſepulchris regijs, ſed in agro vbi erant regia illa ſepulchra.

XXVII. ¶1 regnare cœpit ¶2 Heb. corruperat vias ſuas, i. erat corruptis morib⁹. ¶3 altiſſimã. Hæc erat porta Orientalis. ¶4 & in muro turris. ſub. eius quæ Ophel ab altitudine dicitur. ¶5 ſaltibus amœnis

*Vincit Ammonitas.*

ſtella, & turres. ¶ Ipſe pugnauit contra regẽ filiorũ Ammõ, & vicit eos: dederũtq; ei filij Ammõ
B in tẽpore illo centũ talẽta argẽti, & decẽ millia coros tritici, ac totidẽ coros hordei: hęc ei præbuerunt filij Ammon in anno ſecũdo & tertio.

*Dirigere vias in conſpectu Dei.*

Corroboratúſq; eſt Ioatham, eo quòd direxiſſet vias ſuas corã Domino Deo ſuo. Reliqua autem ſermonũ Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera, ſcripta ſunt in Libro regum Iſrael & Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem.

*Mortuo Ioatham, ſuccedit Achaz.*

Dormiuitque Ioatham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

## CAP. XXVIII.

*Impietates Achaz regis Iuda. 4. reg. 16. a.*

Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpiſſet: & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non fecit rectum in conſpectu Domini ſicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in vijs regum Iſrael, inſuper & ſtatuas fudit baalim. Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in Valle-ben-ennom: & luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ritum Gentium, quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Iſrael. Sacrificabat quoque, & thymiama ſuccendebat in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo.

*Traditur in manus regis Syriæ.*

Tradiditque eum Dominus Deus eius in manus regis Syriæ, qui percuſſit eum, magnámque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damaſcum: manibus quoque regis Iſrael traditus eſt, & percuſſus plaga grandi.

*Phacee occidit bellatores Iudæ.*

¶ Occiditq; Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquiſſent Dominum Deum patrum ſuorum.

*Iſraelitæ vaſtant tribum Iudæ.*

¶ Eodem tempore occîdit Zechri vir potens ex Ephráim, Maaſiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoque ſecundum à rege. Ceperúntque filij Iſrael de fratribus ſuis ducenta millia mulierũ, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam: pertulerúntque eam in Samariam.

B

*Oded propheta arguit filios Iſrael crudelitatis in Iudam.*

¶ Ea tempeſtate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egreſſus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus patrum veſtrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus veſtris, & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret veſtra crudelitas. Inſuper filios Iuda, & Ieruſalem vultis vobis ſubijcere in ſeruos & ancillas, quod nequaquam facto opus eſt: peccaſtis enim ſuper hoc Domino Deo veſtro. Sed audite conſilium meum, & reducite captiuos quos adduxiſtis de fratribus veſtris: quia magnus furor Domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephráim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Moſollamoth, Ezechias filius Sellum, &

*¶ [a] Amaſa*

[a] Amaſias filius Adali, contra eos qui veniebant de prælio, Et dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. quare vultis adijcere ſuper peccata noſtra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum eſt, & ira furoris Domini imminet ſuper Iſrael.

*Remittit Iſrael captiuos Iudæ.*

Dimiſerúntque viri Iſrael bellatores prædam, & vniuerſa quæ ceperãt coram principibus & omni multitudine.
C Steterúntque viri quos ſuprà memorauimus: & apprehendẽtes captiuos, omnéſq; qui nudi erant, veſtierunt de ſpolijs, cúmque veſtiſſent eos, & calceaſſẽt, & refeciſſent cibo ac potu,

ribus extruxit [6]arces & turres. ¶ Is etiam bellum geſſit cum rege Ammonitarũ. quibus etiam ſuperior factus eſt, ita vt darẽt ei Ammonitę eodẽ anno centum talenta argenti, & decem mille coros tritici, atque hordei [7]decem mille. hæc tribuerunt ei Ammonitæ, & deinceps anno ſecundo & tertio. Roboratus eſt ergo Iotham, quoniam [8]præparauit vias ſuas corã Domino Deo ſuo. Reliquum geſtorum Iotham, & omnia bella eius, & viæ eius, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regum Iſraelis & Iehuda. [9]Viginti quinque annos natus erat quum regnare cœpiſſet, & regnauit ſedecim annis Ieroſolymis. Et dormiuit Iotham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauidis, & regnauit Ahas filius eius pro eo.

## CAP. XXVIII.

Ahas natus erat viginti annos quũ [1]regno inauguraretur, regnauitq; ſedecim annis Ieroſolymis, nec fecit quod rectũ erat in oculis Domini quemadmodum Dauid pater eius. Ambulauit enim in vijs regũ Iſraelis, & etiam fecit ſu[2]ſilia baalim. Is etiam adoleuit incenſum in valle Hinnam, & [3]concremauit filios ſuos igne, iuxta abominationes Gentium quas eiecerat Dominus ante filios Iſrael. Sacrificauit quoque & adoleuit in excelſis, & in collibus, atque ſub omni arbore [4]frondoſa. Tradidit ergo eum Dominus in manũ regis Syrorũ qui percuſſerunt eum, [5]& duxerũt ab eo multos captiuos, duxerúntque Damaſcũ. traditus quoque eſt in manũ regis Iſraelitici, qui percuſſit eum cæde magna. ¶ Occidit enim Pæca filius Romeliæ in Iehuda vno die [vi]rorũ centum & viginti millia, [6]qui omnes ſtrenui [fuerunt] bellatores, eo quòd deſeruiſſent Dominũ Deum patrũ ſuorum. ¶ Occidit deinde Sichri [7]heros fortis Ephraita Maaſiã filium regis, & Aſricam præfectũ prætorio: & Elcana, qui ſecundus erat à rege. Ceperũt quoq; filij Iſrael de fratribus ſuis ducẽta millia mulierum, filiorum & filiarũ, [8]diripuerúntque eis multã prædam, & aduexerunt prædã in Samariã. ¶ Fuit autẽ illic propheta Domini, cui nomen erat Oded, qui egreſſus in conſpectum exercitus introeuntis Samariam, dixit ad eos, En Dominus Deus patrum veſtrorũ [9]in furore [quo concitus eſt] aduerſus Iehudã, tradidit eos in manus veſtras, quos in ira occidiſtis, [[10]quæ res] ad cælum vſque peruenit. Quin inſuper ſtatuiſtis ſubijcere vobis Iehudã & Ieruſalem, vt ſerui ſint & ancillæ, [11]annon obnoxios culpæ vos redditis apud Dominũ Deum veſtrũ? Audite ergo me, & remittite captiuos quos cepiſtis de fratrib9 veſtris: quoniã Dominus iratus eſt vobis. Surrexerunt ergo viri de primoribus filiorũ Ephraim, Aſarias filius Iehohanan, Berechias filius Meſillemoth, Ezechias filius Sallum, & Amaſa filius Hadlai aduerſus eos qui è militia veniebant. Et dixerunt ad eos, Ne introducatis [12]captiuos huc: [13]nam ſtatuitis nobis culpam obtrudere coram Domino, vt adijciatis ad peccatum noſtrũ & ad culpam noſtram, [14]quũ alioqui ſatis delicti ſit nobis, & atrox ira contra Iſraelem. Dimiſit igitur [15]exercitus captiuos & prædam coram principibus & toto cœtu. Et ſurrexerunt viri [16]nominibus expreſſi, & apprehenſis captiuis, veſtierunt eos qui nudi inter eos erant ex ſpolijs, veſtierunt inquam eos, & induerunt eos calceos: cibum & potum dederunt

¶ 6 vel, palatia. Hebr. ædes ſumptuoſas,
¶ 7 ſub. coros.
¶ 8 vel, direxit. i. inculpate vixit coram Deo.
¶ 9 Repetit quæ dixerat i principio capitis.

XXVIII.

¶ 1 regnare inciperet,
¶ 2 idolis. quæ dicebantur baalim. Numero ſingulari vnũquodque illorũ dicebatur baal.
¶ 3 vel, luſtrauit
¶ 4 virente. vel, viridi. Per hoc intelligit lucos in quibus ſacrificabant Iudæi idolis.
¶ 5 Heb. & captiuauerunt ab eo captiuitatem magnam,
¶ 6 omnes [autem erant] filij roboris. i. robuſtiſſimi. q. d. præter impedimenta belli.
¶ 7 Heb. fortis Ephraim. i. fortiſſimus inter Iſraelitas, qui erat magnę authoritatis apud Ephraim.
¶ 8 diripuerũt inſuper
¶ 9 vel, propter iram. i. quòd in Iudæis eſſet iratus. q. d. vos nõ debetis vobis arrogare victoriam, ſed Deo illam tribuite.
¶ 10 vel, [qui furor] q. d. in furore veſtro maximo eos occidiſtis: res ea, maxima eſt, cuius extremum vſque ad cęlum peruenit.
¶ 11 Heb. nõnne verè vos vobiſcũ delictaſque[sic] dã ſunt] contra &c. q. d. peccauerunt filij Iuda, & vos quoq; peccauiſtis. Illi victi ſunt propter ſua peccata: videte ne idẽ vobis eueniat: nã nõ caretis culpa. Nõne vos eſtis [ſub. tales] vt vobiſcũ ſint peccata? ¶ 12 captiuitatem iſtã. i. filios Iuda captiuos. ¶ 13 Heb. nam in delictum contra Dominum ſuper nos. [ſub. eris.] vos ſtatuiſtis [ſub. illos adducere in Samariam,] vt addatis ¶ 14 Heb. quia multum eſt delictum noſtrum, & ira furoris [Domini] ſuper Iſraelem. ¶ 15 Heb. miles armatus ¶ 16 i. prædicti.

eis, deinde vnxerunt eos, & duxerunt aſinis eos omnes qui [17]debiles' erant, & [18]introduxerunt Iereho ciuitatẽ palmarũ ad fratres eorũ,' reuerſiq; ſunt ipſi in Samaria. ¶ Sub id tempus[19] miſit rex Ahas [20]ad reges' Aſſur, vt ei auxilio eſſent. [21]Venerunt enim rurſus Edomæi,' & ſtragẽ fecerunt in Iehuda, abduxeruntq; captiuos, ſed & Paleſthini irruperunt in ciuitates campeſtres, & [22]ad Meridiẽ Iehuda,' ceperuntq; Beth-ſemes & Aialon, & Gederoth, atque Socho & viculos eius, Thimna & viculos ei⁹, Gimzo & viculos eius, habitaueruntque ibi. Humiliauerat enim Dominus ipſum Iehuda propter Ahas regẽ [23]Iſrael,' quoniam [24]denudauerat Iehudã,' & transgreſſione transgreſſus erat aduerſus Dominũ. [25]Venit autem cõtra eũ' Thilgalt-pilneſer rex Aſſyrius, qui eũ [26]obſedit,' nec [27]roborauit eũ. [28]Tametſi Ahas partẽ de æde Domini, deq; domo regis & principũ dederit' regi Aſſyrio, nõ tamẽ tulit ei auxiliũ. [29]Porrò rex ipſe Ahas eo tempore quo eſſet in anguſtijs addidit & hoc, vt transgrederetur cõtra Dominũ,' ſacrificauit nãque dijs Darmaſci, qui eum [30]percuſſerant,' & dixit, Quandoquidẽ dij regũ Syriæ auxiliũ eis ferunt, ſacrificabo & ego eis, vt & mihi opẽ ferant: quũ tamen hi ei & toti Iſraeli [31]offendiculo' fuerint. Collegit quoque Ahas vaſa domus Dei, & [32]comminuit' vaſa domus Dei, [33]clauſit' oſtia domus Domini: & fecit ſibi altaria Ieroſolymis in omni angulo. Sed & in ſingulis vrbibus Iehuda fecit [34]excelſa' ad adolendũ dijs alijs, irritans Dominum Deum patrum ſuorum. Reliquũ rerum eius, & omnes viæ eius priores & poſteriores, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regũ Iehuda & Iſrael. Dormiuitque Ahas cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum [35]in ciuitate Ieruſalem:' non autem intulerunt eũ in ſepulchra regũ Iſrael, regnauitque pro eo Ezechias filius eius.

CAP. XXIX.

Ezechias quũ [1]regno inauguraretur' nat⁹ erat viginti quinque annos, regnauitq; viginti nouẽ annis Ieroſolymis. Nomen matris eius erat Abia, quæ erat filia Zachariæ. Is fecit quod rectũ erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid [2]pater' eius. Ipſe regni ſui anno primo mẽſe primo aperuit oſtia domus Domini, & reparauit ea. Et introduxit ſacerdotes & Leuitas, colligens eos in [3]plateam Orientalem.' Dixitque ad eos, Audite me [4]Leuitæ,' & ſanctificamini [5]nunc,' atque ſanctificate ædẽ Domini Dei patrum veſtrorum, & efferte de ſanctuario [6]immunditiam:' Nam patres noſtri transgreſſi ſunt, & malum deſignarũt in oculis Domini Dei noſtri, deſeruerunt eũ, & auerterunt facies ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt [ei]tergum. Quin & oſtia veſtibuli clauſerunt, & extinxerunt lucernas, incenſum non adoleuerunt, nec holocauſtũ ſacrificarũt in ſanctuario, Deo Iſraelis: hinc venit ira Domini ſuper Iehudam & Ieruſalem, ita vt traderet eos commouendos & vexandos, vtque ſtupori & ſibilo ſint quemadmodum cernitis oculis veſtris. Et ecce patres noſtri corruerunt [7]gladio,' filij noſtri, filiæ noſtræ, atque vxores noſtræ hanc ob cauſam in captiuitatem

vnxiſſentque propter laborẽ, & adhibuiſſent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, impoſuerunt eos iumentis, & adduxerunt [a]Iericho Ciuitatem-palmarũ ad fratres eorum, ipſique reuerſi ſunt in Samariam. ¶ Tempore illo miſit rex Achaz ad regem Aſſyriorum, poſtulans auxiliũ. Veneruntque Idumæi, & percuſſerũt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam. Philiſthijm quoque diffuſi ſunt per vrbes campeſtres, & ad Meridiem Iudæ: ceperuntque Beth-ſames, & Aialõ, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnan, & Gamzo cum viculis ſuis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quòd nudaſſet eum auxilio, & cõtemptui habuiſſet Dominum. Adduxitque contra eum Thelgath-phalnaſar regem Aſſyriorum, qui & afflixit eum, & nullo reſiſtẽte vaſtauit. Igitur Achaz ſpoliata domo Domini, & domo regum, ac principum, dedit regi Aſſyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ auxit contemptum in Dominum, ipſe per ſe rex Achaz. Immolauit dijs Damaſci victimas, percuſſoribus ſuis, & dixit, Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hoſtijs, & aderunt mihi, cum econtrario ipſi fuerint ruinæ ei, & vniuerſo Iſrael. Direptis itaque Achaz [b]omnibus' vaſis Domus Dei, atque cõfractis, clauſit ianuas templi Dei,' & fecit ſibi altaria in vniuerſis angulis Ieruſalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremãdum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominũ Deum patrum ſuorum. Reliqua autem ſermonum eius, & omnium operũ ſuorum priorum, & nouiſſimorum ſcripta ſunt in Libro regũ Iuda & Iſrael. Dormiuitque Achaz cũ patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Ieruſalem: neque enim receperunt eum in ſepulchra regum Iſrael. Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

Igitur Ezechias regnare cœpit, cum vigintiquinque eſſet annorum, & viginti nouem annis regnauit in Ieruſalem: Nomen matris eius Abia, filia Zachariæ. Fecitque quod erat placitum in conſpectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. [c]Ipſo' anno & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas. Adduxitque ſacerdotes, atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem. ¶ Dixitque ad eos, Audite me Leuitæ, & ſanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum [d]noſtrorum,' & auferte omnem immunditiam de ſanctuario. Peccauerunt patres noſtri, & fecerunt malũ in conſpectu Domini Dei noſtri, derelinquentes eum: auerterũt facies ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum. Clauſerunt oſtia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas: incenſumque non adoleuerunt, & holocauſta non obtulerunt in ſanctuario Deo Iſrael. Concitatus eſt itaque furor Domini ſuper Iudã & Ieruſalem: tradiditq; eos in commotionem, & in interitũ, & in ſibilum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. En, corruerũt patres noſtri gladijs: filij noſtri, & filiæ noſtræ, & cõiuges captiuæ

¶[a]eos

Iuda affligitur ab Idumæis & Philiſthæis propter impietates regis ſui.

D

Immolat Achaz dijs Damaſci, fruſtra ſperans auxilium ab eis.

¶[b]Dominũ

Moritur Achaz.

Impio Achaz ſuccedit pius Ezechias. 4. reg. 18. a.

¶[c]Ipſe

Inſtaurat templum Dei.

Oratio Ezechiæ ad Leuitas, qua docet populum affligi, propter neglectũ Dei cultum.

¶[d]veſtrorũ,

B

¶17 vl. vacillantes. aut, nutantes ¶18 deduxerunt[eos vſq; ad] Iericho ciuitatem palmarum iuxta fratres ſuos, &c. Ciuitatem palmarum vocat in qua erant palmæ excellẽtes. ¶19 ſub. legatos. ¶20 .i. ad vnum è regibus. ¶21 Heb. Et præterea Idumæi venerunt. ſub. contra regem Iuda. ¶22 .i. in vrbes Meridionales Iudæ. ¶23 Hic Iſrael capitur pro omnibus tribubus: & regem Iuda vocat regem Iſraelis. ¶24 ceſſare fecerat in Iuda, .i. auocauerat populum in Iuda à cultu veri Dei. Alij minus rectè, nudauerat populum. ſub. bonis operibus. ¶25 Venit itaque ad eum. i. vt ei ferret opem: erat enim oppreſſus bellis. ¶26 oppreſſit. vl. affecit angoribus, .i. fuit illi oneri, reduxitq; eũ ad ſummam penuriam pecuniæ: nam exhauſit eam totam. Docti⁹ inter Hebræos, intranſitiue exponit, & affectus eſt doloribus & angoribus. ¶27 vl, fortificauit. q. d. nec reſtituere potuit illi vrbes quas Palæſthini ceperunt. ¶28 Diuiſit enim Ahas domum[.i. opes domus] Domini, & domum regis, & principũ, & dedit. ſub. illam pecuniam. ¶29 Heb. Tempore autem quo affixerunt eum[vl doloribus & anguſtijs affectus eſt] addidit præuaricari in Dominum. ipſe eſt rex Achaz. ſub. de quo talia loquimur. ¶30 ſub. opinione ſua: nam ita ſibi perſuadebat. ¶31 vl. ruinæ ¶32 confregit ¶33 ne quis ſcilicet ingreſſus adoraret Dominum. ¶34 altaria ¶35 in ipſa vrbe, nempe Ieruſalem: XXIX. ¶1 regnare cœpit ¶2 .i. auus. ¶3 Platea erat in Ieruſalem quæ ſpectabat Orientem. ¶4 Hoc nomine comprehendit & ſacerdotes. ¶5 q. d. mortuo iam Achaz ſub quo cultus Dei fuit ſuppreſſus. ¶6 idola intelligit præſertim, & ea quibus ſacerdotes idolorum vtebantur in idolorum cultu. ¶7 vl, in gladium illum. i. in bellis illis, de quibus meminit capite præcedente.

ductæ ſunt propter hoc ſcelus. Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Iſrael, & auertet à nobis furorẽ iræ ſuæ. Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt ſtetis coram eo, & miniſtretis illi, colatiſque eum, & crematis ei incẽſum ¶Surrexerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Amaſai, & Ioel filius Azariæ, de filijs
C Caath: Porrò de filijs Merari, Cis filius Abdi, & Azarias fili⁹ Ialalee: de filijs autẽ Gerſon, Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah: At verò, de filijs Eliſaphan, Samri & Iahiel: de filijs quoque Aſaph, Zacharias & Mathanias: Necnon de filijs Heman, Iahiel & Semei: ſed & de filijs Idithun,

Leuitæ & ſacerdotes mũdãt domum Dei.

Semeias & Oziel. Congregaueruntque fratres ſuos, & ſanctificati ſunt, & ingreſſi ſunt iuxta mandatũ regis & imperium Domini, vt expiarent domũ Dei. Sacerdotes quoque ingreſſi templum Domini, vt ſanctificarent illud, extulerũt omnem immunditiam, quam intro repererant in veſtibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & aſportauerunt ad Torrẽtem-cedron foras. Cœperunt autẽ prima die menſis primi mũ
D dare, & in die octauo eiuſdẽ mẽſis ingreſſi ſunt porticum ˜domus' templi Domini: expiaueruntque templum diebus octo, & in die ſextadecima menſis eiuſdem, quod cœperant impleuerunt. Ingreſſi quoque ſunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocauſti, vaſaque eius, necnon & mẽſam propoſitionis cum omnib⁹ vaſis ſuis, Cunctamque tẽpli ſupellectilẽ quam polluerat rex Achaz in regno ſuo, poſtquã præuaricatus eſt: & ecce expoſita ſunt omnia corã altari Do-

Ezechias cũ principib⁹ ciuitatis aſcẽdit in tẽplũ ſacrificatur⁹.

mini. ¶Cõſurgenſq; diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & aſcẽdit in domum Domini: obtuleruntque ſimul tauros ſeptẽ, & arietes ſeptem, agnos ſeptẽ, & hircos ſeptẽ pro peccato, pro regno, pro ſanctuario, pro Iuda: dixitque ſacerdotib⁹ filijs Aaron vt offerrent ſuper altare Domini. Mactauerũt igitur tau-
E ros, & ſuſceperunt ſanguinẽ ſacerdotes, & fuderunt illum ſuper altare: mactauerunt etiã arietes, & illorum ſanguinem ſuper altare fuderũt:

¶ᵃImmolaueruntque

ᵃimmolauerunt' agnos, & fuderunt ſuper altare ſanguinem: Applicuerunt hircos pro peccato corã rege, & vniuerſa multitudine: impoſueruntque manus ſuas ſuper eos: Et immolauerunt illos, ſacerdotes, & aſperſerũt ſanguinem eorum ˜coram' altari pro piaculo vniuerſi Iſraelis: pro omni quippe Iſrael præceperat rex vt holocauſtũ fieret, & pro peccato. Cõſtituit quoque Leuitas in domo Domini cũ cymbalis & pſalterijs, & citharis ſecundũ diſpoſitionẽ Dauid ˜regis,' & Gad vidẽtis, & Nathan prophetæ: ſiquidẽ Domi-
F ni præceptũ fuit per manũ prophetarum eius. Steteruntq; Leuitæ tenẽtes organa Dauid, & ſacerdotes tubas. Et iuſſit Ezechias vt offerrẽt holocauſta ſuper altare: cumq; offerrẽtur holocauſta, cœperũt laudes canere Domino, & clãgere tubis, atque in diuerſis organis quæ Dauid rex Iſrael repererat, cõcrepare. Omni autẽ turba adorante, cãtores, & ij qui tenebãt tubas, erãt in officio ſuo, donec cõpleretur holocauſtũ. Cumq; finita eſſet oblatio, incuruat⁹ eſt rex, & omnes qui

Canunt Deo laudes.

Hymni Dauidis & Aſaph videntis.

erant cũ eo, & adorauerũt. Præcepitq; Ezechias, & principes Leuitis, vt laudarẽt Dominũ ſermonibus Dauid & Aſaph videntis: qui laudauerũt ᵇDeũ' magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autẽ etiam hæc addidit, Impleſtis

¶ᵇcum

[8]abductæ ſunt.] Nunc igitur [9]conſtitus[ſi]n corde meo' pangere [10]fœdus' cum Domino Deo Iſraelis, vt auertat à nobis iram furoris ſui. Filij mei, [11]nolite molles eſſe,' quia vos elegit Dominus vt ſtetis ante cõſpectum eius, & miniſtretis ei, vt ſitis eius miniſtri, & qui adoleãt incenſum. ¶Surrexerunt igitur Leuitæ, nẽpe Mahath filius Amaſai, Ioel filius Aſariæ, de filijs Cahathitarũ: de filijs verò Merari, Kis filius Abdi, & Aſarias fili⁹ Iehalelel: de filijs deniq; Gerſunitarũ, Ioah fili⁹ Zimma, & Edem filius Ioah: De filijs quoq; [12]Eliſaphan,' Simri & Iehiel: de filijs Aſaph, Zacharias & Mathanias: De filijs Heman, Iehiel, & Simei: de filijs Ieduthun, Semaia & Vziel: Hi cõgregauerũt [13]fratres ſuos,' & ſanctificauerunt ſe, veneruntq; iuxta præceptũ regis, & [14]verba Domini,' vt mũdarẽt domũ Domini. Ingreſſi autẽ ſacerdotes interiora ædis Domini vt eã mũdarẽt, extulerunt omnẽ immunditiã, quam inuenerũt in templo Domini, in atriũ domus Domini, quã receperunt Leuitæ vt efferrent foras ad torrentem Kidron. Cœperũt autem prima menſis primi ſanctificare, octauo verò die mẽſis illius venerunt ad porticũ Domini, ſanctificaueruntque ædem Domini diebus octo, die autẽ decimaſexta menſis primi perfecerũt. Introgreſſi autem ad regẽ Ezechiam, dixerũt, Mundauimus totam domũ Domini, altare holocauſti, & omnia vaſa eius, atque mẽſam [15]diſpoſitionis,' & omnia vaſa eius, Sed & cuncta vaſa quæ [16]dimiſit rex Ahas in regno ſuo,' quum eſſet [17]præuaricatus,' præparauimus & ſanctificauimus, & ecce ea ſunt coram ara Domini. ¶Cõſurgẽs ergo ſummo mane rex Ezechias, cõgregauit principes vrbis, & aſcendit in ædẽ Domini. Adduxerũt autem iuuencos ſeptẽ, arietes ſeptem, oues ſeptẽ, atq; hircos ex capris ſeptem in ſacrificium pro peccato, pro regno, pro ſanctuario, & pro Iehuda: dixitq; ad ſacerdotes filios Aharonis, vt [18]ſacrificarẽt' in ara Domini. [19]Et mactãtes' boues illos, ſacerdotes exceperũt ſanguinem, & ſparſerũt ſuper aram: ſic & arietes mactãtes ſparſerunt ſanguinem ſuper arã: mactantes denique agnos, ſparſerũt ſanguinem ſuper aram: Quumque adduxiſſent hircos pro peccato corã rege & multitudine, impoſuerũt eis manus ſuas: Mactantẽſque eos ſacerdotes, [20]expiauerunt ſanguine eorũ altare, vt recõciliarẽt' totum Iſraelem: quia pro omni Iſraele iuſſit rex fieri holocauſtum, & ſacrificium peccati. Conſtituit præterea Leuitas in domo Domini cũ cymbalis, & nablis, atque citharis, iuxta præceptum Dauidis & Gad videntis regis, atq; Nathan prophetæ: [21]nã hoc [fuit] præceptum illud per manum Domini, & per manum prophetarum eius. [22]Steteruntque' Leuitæ [23]cum inſtrumẽtis Dauidis,' & ſacerdotes cum tubis. Iuſſit autẽ Ezechias ſacrificare holocauſtũ in ara: [24]& ſub idẽ tempus quo' cœpit holocauſtũ, cœpit & canticum [25]Domini [26]& tubæ, atque inſtrumẽta' Dauidis regis Iſrael. Vniuerſus verò cœtus [27]procidebat, [28]canebãt alij cãtica, alij clãgebãt tubis,' idq; totũ [durabat] donec abſolueretur holocauſtum. Quumq; finẽ [29]facerent [30]ſacrificãdi,' proni inclinarũt & rex & omnes qui aderant cũ eo, & [31]adorarunt.' Dixit ergo rex Ezechias, & principes ad Leuitas, vt laudarent Dominum iuxta verba Dauidis & Aſaph videntis. [32]Et illi laudarunt donec gaudium [fieret,]' & inclinantes adorarunt. Ezechias [33]reſpondens,' dixit, Nunc conſecraſtis ma-

¶8 Alij ſubaudiunt, ceciderũt in eã captiuitatem. cui⁹ ſcilicet meminit capite præcedẽte. ¶9 Heb. [eſt] cũ corde meo ¶10 ſub. aliqd. ¶11 ne erretis. vł, nolite peccare per ignorantiã, ¶12. Iſte Eliſaphan fuit ex nepotib⁹ Caath vt vides 1. Paralip. 6. ¶13. i. alios Leuitas. ¶14 in ſvł, de] rebus Domini. Alij, cũ verbis Domini, ¶15. i. in qua diſponebãtur panes ꝓpoſitionis. ¶16 neglexit [repudiauit] rex Achaz tempore regni ſui, ¶17. ſub. in Dominum. ¶18 vł, offerrẽt. ſub. illa animalia. ¶19 Mactantes itaque ¶20 expiando ſparſerũt ſanguinẽ eorũ ſup altare, ad expiandũ ¶21. i. quia illud præceptũ, fuit à Domino & prophetis eius traditũ. Hebræi ſic exponũt, quia præceptũ illud, [qđ datum eſt] per manũ prophetarum Dei, eſt præceptũ datũ per manũ Dei. q.d. præcepta q̃ traduntur per ꝓphetas Dei, ſunt à Domino Deo. ¶22 ſub. in domo Dei. ¶23. i. cũ inſtrumẽtis muſicis à Dauide inuentis. ¶24 tẽpore autẽ quo ¶25. i. quo canere cœperũt Domino. ¶26 & [cum] tubis, & per manus inſtrumentorũ [muſicorũ] ¶27 vł, adorabat. ſub. Dominum. ¶28 Heb. & [dominus] cãtici, cãtabat: & [domin⁹] tubarũ, clãgebat tubis. i. cãtores canebãt, & tubicines tubis canebãt. ¶29 feciſſent ¶30 offerendi. ſub. holocauſta. ¶31 ſub. Dominum. ¶32 Laudauerunt itaque Dominũ vſque ad lætitiam. q.d. cum magna animi lætitia. ¶33 alloquens. ſub. illos.

num veſtram Domino, adeſte ergo, & inferte ſacrificia & gratiarumactiones in domũ Domini. [14]adduxitque cœt' ſacrificia & gratiarumactiones, [15]& holocauſta etiam quicunq; liberali erãt corde. Fuit autẽ numerus holocauſtorũ quæ adduxerant multitudo, boues ſeptuaginta, arietes centũ, oues ducentæ, quæ omnia erãt pro holocauſto Domini. Porrò ſanctificatorũ erant boues ſexcenti, & ouiũ tria millia. Iam ſacerdotes pauciores erãt, quàm qui poſſent omnium holocauſtorum detrahere pelles, at fratres eorũ Leuitæ opem tulerũt illis donec opus perficerent, &[16]donec ſanctificarẽt ſe ſacerdotes, nã Leuitæ maiorem cordis[17]integritatem habuerunt ad ſe ſanctificãdũ quam ſacerdotes. Fuerũt & holocauſtorũ ingẽs copia, cum adipibus pacificorũ & libaminibus holocauſti, & præparatũ eſt miniſterium domus Domini. Lætatus eſt itaq; Ezechias & omnis populus, q Deus populũ[18]præparaſſet, & quòd res ilico perfecta erat. CAP. XXX.

M[1]Iſit preterea Ezechias ad vniuerſum Iſraelẽ & Iehudã, & ſcripſit epiſtolas ad Ephraim & Manaſſe, vt venirent Ieroſolyma in ædem Domini,[2]& facerent Paſa Domino Deo[3]Iſraelis. [4]Et iniit rex conſiliũ cum principibus ſuis, atq; vniuerſo cœtu in Ieruſalem, vt facerent Paſa in menſe ſecũdo, non enim tunc tẽporis facere poterãt, eo q ſacerdotes non eſſent ſatis ſanctificati, neq; populus congregatus in Ieruſalẽ. Placuit hæc res in oculis regis, & in oculis totius multitudinis. Et conſtituerũt rem,[5]vt edita voce diuulgaretur per omnem Iſraelem, à Beer-ſeba vſque Dan, vt venientes facerẽt Paſa Domino Deo Iſraelis in Ieruſalẽ, quia [6]non ſatis fecerãt iuxta præſcriptũ. ¶Abierũt ergo curſores cũ epiſtolis quas[acceperãt]ã manu regis & principum eius per vniuerſum Iſraelẽ & Iehudã, & iuxta præceptũ regis dicebãt, Filij Iſrael, reuertimini ad Dominum Deum Abrahæ, Iſaac & Iſraelis, ipſéque reuertetur ad reliquias quæ reſiduæ vobis ſunt de manu regũ Aſſur. Nolite eſſe ſicut patres veſtri, & ſicut fratres veſtri, qui tranſgreſſi ſunt cõtra Dominũ Deum patrũ ſuorum, & tradidit eos [7]in deſolationem quẽadmodũ vos cernitis. Nũc itaque ne[8]induretis ceruicem veſtrã ſicut patres veſtri,[9]date manũ Domino, & venite in ſanctuarium eius, quod ſanctificauit in æternũ, & ſeruite Domino Deo veſtro, [10] vt recedat à vobis ira furoris ſui. Si enim reuerſi fueritis ad Dominũ, fratres veſtri & filij veſtri [11] miſerationes [inuenient] corã illis qui eos captiuos tenent,[12]reuertentúrque in terrã iſtam, quoniã clemens & miſericors eſt Dominus Deus veſter, nec auertet[13]faciem à vobis, ſi ad eum fueritis cõuerſi. Tranſibant itaq; curſores de ciuitate in ciuitatẽ in terra Ephraim & Manaſſe vſq; ad Zebulõ, at iſti deridebant eos & ſubſannabant eos. ¶Verũtamen viri quidam ex Aſer, Manaſſe atq; Zebulon ſubmiſſiores facti, venerũt Ieroſolyma. In Iehuda quoque fuit[14]manus Dei vt daret eis cor vnũ, ad exequendũ[15]præceptum regis & principũ iuxta verbum Domini.[16]Et congregati ſunt in Ieruſalem popul' multus, vt facerent ſolẽnitatem azymorum in menſe ſecũdo, [17]aderátq; cœtus maximus. Et[18]ſurgentes abſtulerũt altaria quę erãt in Ieruſalẽ, &[19]cuncta vaſa quib' adolebatur, tulerunt, & abiecerunt ea in torrentem Kidron. Et mactarunt Paſa quartadecima[20]menſis ſecundi,

manus veſtras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuerſa multitudo hoſtias, & laudes, & holocauſta mente deuota. Porrò numerus holocauſtorũ quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros[a]ſexaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificaueruntq; Domino boues ſexcẽtos, & oues tria millia. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterãt ſufficere vt pelles holocauſtorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & ſanctificarentur antiſtites: Leuitæ quippe faciliori ritu ſanctificantur, quàm ſacerdotes. Fuerũt ergo holocauſta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocauſtorum: & completus eſt cultus domus Domini. Lætatúſque eſt Ezechias, & omnis populus, eo quòd miniſterium[b]Domini eſſet expletum. derepente quippe hoc fieri placuerat. CAP. XXX.

MIſit quoque Ezechias ad omnem Iſrael & Iudam: ſcripſitq; epiſtolas ad Ephraim & Manaſſen vt venirent ad domũ Domini in Ieruſalem, & facerent phaſe Domino Deo Iſrael. Inito ergo conſilio regis, & principum, & vniuerſi cœtus Ieruſalem, decreuerunt vt facerent phaſe menſe ſecundo. Non enim occurrerant facere in tempore ſuo: quia ſacerdotes qui poſſent ſufficere, ſanctificati non fuerãt. & populus[c]nõdum congregatus fuerat in Ieruſalẽ. Placuitque ſermo regi & omni multitudini. Et decreuerunt vt mitterent nũtios in vniuerſum Iſrael de Berſabee vſque Dan, vt venirent & facerent phaſe Domino Deo Iſrael, in Ieruſalem: multi enim non fecerant ſicut lege preſcriptũ eſt. ¶Perrexerúntque curſores cum epiſtolis ex regis imperio, & principũ eius, in vniuerſum Iſrael & Iudam iuxta id quod rex iuſſerat, prædicantes, Filij Iſrael reuertimini ad Dominũ Deum Abrahã, & Iſaac, & Iſrael: & reuertetur ad reliquias quæ effugerũt manus regis Aſſyriorũ. Nolite fieri ſicut patres veſtri& fratres qui receſſerũt a Domino Deo patrũ ſuorum, & tradidit eos in interitũ, vt ipſi cernitis. Nolite indurare ceruices veſtras, ſicut patres veſtri, tradite manus veſtras Domino, & venite ad ſanctuariũ eius quod ſanctificauit in æternũ: ſeruite Domino Deo patrũ veſtrorũ, & auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuerſi fueritis ad Dominũ, fratres veſtri, & filii habebunt miſericordiã corã dominis ſuis qui illos duxerũt captiuos, & reuertẽtur in terrã hãc: pi' enim & clemẽs eſt Domin' Deus veſter, & nõ auertet faciẽ ſuã à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eũ. Igitur curſores pergebãt velociter de ciuitate in ciuitatẽ per terrã Ephraim & Manaſſe, vſque ad Zabulon, illis irridentibus & ſubſannãtibus eos. ¶Attamen quidã viri ex Aſer & Manaſſe & Zabulon acquieſcẽtes conſilio, venerũt Ieruſalẽ. In Iuda verò facta eſt manus[d]Domini, vt daret eis cor vnũ vt facerent iuxta præceptũ regis & principum, verbũ Domini. Congregatique ſunt in Ieruſalẽ populi multi, vt facerent Solennitatẽ azymorum in menſe ſecũdo. Et ſurgentes deſtruxerunt altaria quæ erãt in Ieruſalem: atque vniuerſa in quibus idolis adolebatur incẽſum ſubuertẽtes, proiecerũt in Torrentẽ-cedron. Immolauerunt autẽ phaſe quartadecima die mẽſis ſecũdi.

G Laudes.
Numerus holocauſtorũ.
¶[a] ſeptuaginta,
¶[b]Dei
Phaſe iuſſu Ezechiæ celebratur.
¶[c]necdũ congregatus erat
Exhortatio ad Iſraelẽ vt reuertatur ad Deum.
B
Manus tradere Deo.
Irridẽt Iſraelitæ exhortãtẽ regẽ vt ad Deum cõuerterentur.
¶[d]Dei,
Cor cõuertit Deus.
Congregant C populi multi ad celebrandum phaſe.

¶13 adduxit itaq; ¶15 Heb. & omnis liberalis corde [adduxit] holocauſta. q.d. quotquot erãt animo liberali, adduxerũt victimas quæ cremarẽtur in holocauſtum.
¶16 i. donec alii ſacerdotes qui nõdũ erant ſanctificati, ſanctificarentur.
¶17 vl. rectitudinem &c. q.d. Leuitæ erãt promiores ad ſanctificandũ ſeipſos, quàm ſacerdotes. ¶18 He. præparaſſet. q derepente fuerat ea res. i. q dediſſet gratiã populo vt cito perficeretur res tota.

XXX.

¶1 Ezechias quũ rex ſolius Iudæ eſſet, inuitauit tamẽ etiã Iſraelitas vt paſcha celebrarẽt ſimul. ¶2 ad celebrãdũ paſcha ¶3 Hic Iſrael, p omnibus tribubus capitur.
¶4 Conſiliũ autẽ inierat rex ¶5 Heb. vt tranſire facerent vocem. ſub. præconis. i. vt voce præconis promulgarent.
¶6 non multo [ſiam] tẽpore fecerant [ſub. paſcha.] ſicut ſcriptum erat.
¶7 vl. in ſtuporem. i. fecit vt omnes mirarẽtur calamitatẽ eorũ, ac miſeriã miſerarentur. ¶8 Metaphora à bobus iugũ detrectantibus & nõ obtemperantib'.
¶9 In ſignũ ſeruili et obedientiæ. q.d. parete. ¶10 & recedet ¶11 Heb. [erũt] in miſerationẽ. i. miſericordiã conſequentur. ¶12 vt reuertantur ¶13 i. fauorẽ. ¶14 Manus pro fauore & gratia Dei qui nos reddit aptos operib' bonis. q.d. Iudã quoque ſuo fauore & gratia proſequutus eſt De'. ¶15 nẽpe, vt celebrarẽt paſcha. ¶16 Cõgregati ſunt itaq; ¶17 vl. [in] cœtu quàmaximo. ¶18 Surgere, magnam alacritatẽ ſignificat. q.d. magna animi alacritate remouerũt altaria extructa in honorẽ idolorũ. ¶19 omnes aras in quibus &c. ¶20 Quia fuerãt prępediti menſe primo, idcirco diſtulerũt feſtũ in ſecundum menſem.

ſacerdotes quoque, atque Leuitæ tãdem ſanctificati obtulerunt holocauſta in domo Domini. Steterúntque in ordine ſuo iuxta diſpoſitionem & legem Moyſi hominis Dei: ſacerdotes verò ſuſcipiebant effundendum ſanguinem de manibus Leuitarum. Eo quòd multa turba ſanctificata non eſſet: & idcirco immolarent Leuitæ phaſe hís qui non occurrerãt ſanctificari Domino. Magna etiam pars populi de Ephráim & Manaſſæ & Iſſachar & Zabulon, quæ ſanctificata non fuerat, comẽdit phaſe, non iuxta quod ſcriptum eſt: & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitiabitur cũctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrũ ſuorum: & non imputabit eis quòd minus ſanctificati ſunt. Quẽ exaudiuit Dominus, & placatus eſt populo. Feceruntque filij Iſrael qui inuenti ſunt in Ieruſalẽ, Solennitatem azymorum ſeptem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per ſingulos

Ezechias orat pro populo nõ ſanctificato.

D

dies, Leuitæ quoque & ſacerdotes per organa, quæ ſuo officio congruebant. ¶Et locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebãt intelligentiam bonam ſuper Domino: & comederunt ſeptem diebus Solennitatis immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrum ſuorum. Placuitque vniuerſæ multitudini vt celebrarent etiam alios dies ſeptem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias [a]autem rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & ſeptem millia ouium: principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia: ſanctificata eſt ergo ſacerdotum plurima multitudo. Et hilaritate perfuſa omnis turba Iuda tam ſacerdotum & Leuitarũ, quàm vniuerſæ frequentiæ quæ venerat ex Iſrael: proſelytorum quoque de terra Iſrael, & habitantiũ in Iuda. Factáque eſt grandis celebritas in Ieruſalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrael in ea vrbe non fuerat. Surrexerunt autem ſacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita eſt vox eorum, peruenitque oratio in habitaculũ ſanctum cæli. CAP. XXXI.

¶[a]enim

Benedicũt Leuitæ pp̃lo.

Celebrato phaſe, populus ſimulachra, lucos, & excelſa demolitur.

CVmque hæc fuiſſent rite celebrata, egreſſus eſt omnis Iſrael, qui inuẽtus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt ſimulachra, ſucciderũtq; lucos, demoliti ſunt excelſa, & altaria deſtruxerũt: non ſolũ de vniuerſo Iuda & Bẽiamin, ſed & de Ephráim quoq; & Manaſſe, donec penit⁹ euerterent: reuerſiq; ſunt omnes filij Iſrael in poſſeſſiones & ciuitates ſuas. ¶Ezechias autẽ cõſtituit turmas ſacerdotales, & Leuiticas per diuiſiones ſuas. vnũquenq; in officio proprio, tã ſacerdotũ videlicet, quàm Leuitarũ, ad holocauſta & pacifica, vt miniſtrarẽt & confiterentur canerẽtque in portis caſtrorũ Domini. Pars autem regis [b]eorum erat, vt de propria eius ſubſtãtia offerretur holocauſtũ mane ſemper & veſpere, Sabbathis quoque, & Calẽdis, & Solennitatibus cæteris, ſicut ſcriptũ eſt in lege [b]Moyſi. ¶Præcepit etiã populo habitantium Ieruſalem, vt darent partes

Ezechias ſacerdotes conſtituit & Leuitas.

Confiteri & laudare Deũ.

¶[b]Domini.

Sacerdotib⁹ dari iubet decimas vt verbo Dei libe-rius vacent.

& ſacerdotes & Leuitæ[11] cum vereecundia ſe ſanctificarunt, & intulerunt in ædẽ Domini holocauſta, Stabant quoque in ſtationibus ſuis, iuxta ritum ſuũ, iuxta legem Moſis viri Dei, [&] ſacerdotes ſpargebant ſanguinem [acceptum] a manu Leuitarum. Multi enim erãt in cœtu qui nõ erãt ſanctificati, & Leuitæ [inſiſtebant] mactationi Paſa[12] pro omni eo qui nõ erat mũdus, vt ſanctificarẽt[13] [eũ] Domino. Multi eni ex populo, & plures ex Ephraim, Manaſſe, Iſaſchar & Zebulõ[14] nõ fuerũt purificati, qui tamen Paſa comederunt, [15] non ſecũdum præſcriptũ,[16] quoniam Ezechias orauit pro eis hiſce verbis, Dominus qui bonus eſt [17] expiabit omnẽ quĩ cor ſuũ præparauit ad quærẽdum Deum, Dominum inquã Deum patrũ ſuorum, etiamſi nõ ſit mundatus iuxta purificationem[18] ſanctuarij. Et Dominus exaudiuit Ezechiam,[19] ſanauitque populum. Fecerunt itaq; filij Iſrael qui præſentes erant in Ieruſalem ſolẽnitatem azymorum ſeptem diebus cum magno gaudio, & laudabant Dominũ ſingulis diebus, Leuitæ & ſacerdotes [10] inſtrumentis potẽtiam Domini [canebant.] ¶[11] Loquutúſq; eſt Ezechias in cor omniũ Leuitarum[12] qui cordati erant, qui recte ſentiebãt de Domino,[13] vt ederẽt ſtata iſta ſolennitate ſeptem diebus,[14] offerrẽntq; ſacrificia gratulatoria, & laudarent Dominũ Deum patrũ ſuorum. Inito autẽ cõſilio vniuerſus cœtus [ſtatuit] vt &[15] poſteriores ſeptẽ dies facerent,[16] quod & fecerunt, idque cum gaudio. Quoniã Ezechias rex Iehuda [ſeorſim ex munificentia] dedit cœtui mille iuuencos, & ſeptem millia ouiũ, quin & principes[17] ſeparatunt pro multitudine iuuẽcos mille, & ouium decẽ millia,[18] & multi ſacerdotum ſanctificati ſunt. Et læcata eſt vniuerſa cõgregatio Iehuda, ſacerdotes & Leuitæ, inſuper & vniuerſa congregatio quæ ex Iſraele venerat: ſed & aduenæ qui venerãt de terra Iſrael, & qui habitabant in Iehuda. Factáq; eſt lætitia magna in Ieruſalẽ, quoniã à dieb⁹ Solomonis filij Dauidis regis Iſraelis nõ fuit[19] tale [gaudiũ] in Ieruſalem. Et ſurgẽtes ſacerdotes [atq;] Leuitæ bona imprecati ſunt populo,[40] auditáq; eſt vox eorum, & oratio eorũ peruenit [41] ad firmũ habitaculũ ſanctitatis eius in cælum. CAP. XXXI.

QVúmq; hæc omnia [1] abſoluta eſſent, egreſſi ſunt omnes Iſraelitæ qui præſentes fuerãt [2] ex ciuitatib⁹ Iehuda, & cõfregerũt ſtatuas, demoliti ſunt lucos, & diruerũt excelſa atq; altaria per totã [terrã] Iehuda & Beniamin, in Ephraim quoq; & Manaſſe, donec õnia [3] abolerẽt. tũ reuerſi ſunt omnes filij Iſrael, [4] quiſq; ad poſſeſſionẽ ſuã & ciuitates ſuas. ¶Porrò Ezechias conſtituit[5] ordines ſacerdotũ & Leuitarũ[6] ad ordines ſuos quẽq; pro officio ſuo & ſacerdotes & Leuitas, [ſnẽpe vt ſacrificarent] holocauſtum,[7] gratulatoria ſacrificia, vt miniſtrarent, vt[8] cõfiterẽtur &[9] laudarent[10] in portis caſtrorum Domini. Portio verò regis de ſubſtantia eius[11] erãt quotidiana holocauſta mane & veſpere, item[12] holocauſta pro ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs, vt

ſcriptum eſt in lege Domini. ¶Præcepit etiam populo qui habitabat Ieroſolymis, vt darent partem

¶11 vel, pudore ſuffuſi. pudebat eni eos ſuæ negligentiæ, quũ viderẽt populũ tam alacrem. ¶12 Qui nõ mũdauerat ſe, abſtinebãt ab immolatiõe agni paſchalis, & pro ijs immolabat Leuitæ. ¶13 [eas] ſub. victimas. i. vt pie & ſancte offerrẽt eas Domino. Ordo eſt, Leuitæ ini ſtebãt vel præerãt mactationi, vt ſanctificarent eas Domino. ¶14 non mundauerant ſeſe, ¶15 vel, nõ agendo iuxta id qđ ſcriptum eſt, ¶16 vel, ſed ¶17 ſit propitius omni qui ¶18 ſanctitatis. vel, ſanctã. quã ſcilicet inſtituit Moſes. q. d. ſi ſpectes animũ, erãt mundi: ſi ritum & ceremonias, nõ itẽ. Dominus reſpicit internã mũditiẽ. ¶19 ſub. ab impuritate ſua. i. pro mundo & purificato habuit eum. ¶10 cũ inſtrumẽtis fortitudinis, Dominum. ſub. laudabant. Inſtrumẽta fortitudinis vocat tubas quarũ ſonitus erat vehemẽtior. ¶11. i. Allocut⁹ eſt eos lenibus verbis. ¶12 Heb. intelligentiũ intelligẽtiã bonã Domino. i. qui in arte muſica erãt periti ſſimi. Per intellectũ

bonum intelligit hîc peritiam. q. d. qui docte cõcinebãt pſalmos in honorem Domini. ¶13 Heb. comederunt itaque celebritatẽ. i. hoſtias illi⁹ ſolẽnitatis. ¶14 immolãtes ſacrificia pacifica, & gratias agẽtes Domino Deo ¶15 vel, alios. i. vt celebrarẽt feſtũ ſeptẽ alijs diebus. ¶16 & fecerunt ſeptẽ dies. ſub. alios. i. celebrarũt feſtũ ſeptẽ diebus. ¶17 obtulerunt [. i. tradiderunt] ipſi cœtui ¶18 iam autẽ ſanctificauerãt ſeſe ſacerdotes in magna copia. i. quãplurimi, vt ſatis eſſe poſſent ad immolandas victimas. ¶19 tale quippiam ¶40 exaudiuitq; [Dominus] vocẽ eorũ, ¶41. i. in ſacrũ habitaculũ Dei. hîc relatiuũ loco antecedentis, hoc eſt in cælum ipſum. XXXI. ¶1 perfeciſſent, ¶2 in ciuitatibus ¶3 Hebraice ad verbũ, compleſſent. vel, abſoluiſſent. ¶4 Ordo inuerſus. pro, in vrbes ſuas, nempe quiſque in poſſeſſionẽ ſuam. ¶5 Heb. diuiſiones. i. vices, ordines. ¶6 ſecundũ diuiſiones ſuas. vel ordines ſuos ¶7 pacifica ¶8 gratias agerent ¶9 ſub. Dominum. ¶10. i. in templo quo omnes Iudæi conueniebant. Deſcribitur hîc miniſterium ſacerdotum & Leuitarum. ¶11 potius, erat ad offerendum ¶12 [ad] holocauſta

¶13 Heb.fortifi-
carent ſeſe.i.vt
alacrius funge-
rẽtur ſuo offi-
cio, implerẽtq;
legẽ Domini.
¶14 Heb.Quum
autẽ multipli-
cata fuiſſet res
iſta.vl multi-
plicatus fuiſſet
ſermo iſte,&c.
¶15 vl,omnium
¶16 Heb.& po-
ſuerũt aceruos
aceruos.i. fece-
runt plurimos
aceruos ex illis.
¶17 Heb. funda
re aceruos illos
.i.iecerũt pri-
ma fundamẽta
illorũ aceruorũ:
hoc eſt,cœperũt
facere illos a-
ceruos decima-
rũ in victũ ſa-
cerdotũ & Leui-
tarũ. ¶18 ſub.
in templum.
¶19 Heb.benedi
xerũt. Benedi-
cere Domino,
eſt gratias illi
agere.Benedi-
cere autẽ popu
lo, eſt oĩa pro-
ſpera & fœlicia
illi precari.
¶20 Interroga-
uit itaq; ¶21.i.
qua ratione fa-
ctũ eſſet vt tot
acerui primi-
tiarũ & decima
rũ haberẽtur il
lic. ¶22 vl, Ex
quo cœperunt.
aut cœpit.ſub.
populus. ¶23 vl,
comedim⁹ & ſa
turati ſumus,&
reliquim⁹. ſub.
nos ſacerdotes.
Tria ſunt infi-
nitiua, Hebrai-
ce, pro indicati-
uis. ¶24 Heb.&

ſacerdotibus & Leuitis, vt[13]tenaces eſſent'in lege
Domini.'[14]Quúmq; hoc verbum[regis] diuulga-
tum eſſet,' auxerunt filij Iſrael primitias fru-
menti,vini,olei,mellis,& omnis prouẽtus agri:
ſed &[15]cunctas'decimas attulerunt,idq; affatim.
Filij quoque Iſrael & Iehuda, qui habitabant in
ciuitatibus Iehuda, etiã ipſi decimas boum & o-
uium, atque decimas ſanctas quæ erãt conſecra
tæ Domino Deo ſuo attulerunt,[16]& dederũt plu
res aceruos.'Mẽſe tertio cœperũt[17][dare]aceruos
vt fundamentũ iacerent,' & ſeptimo menſe ab-
ſoluerunt.[18]Venientes autẽ Ezechias & principes
viderunt aceruos, &[19]gratias egerũt' Domino &
populo eius Iſrael. [20]Interrogauit etiam' Eze-
chias à ſacerdotib⁹ & Leuitis[21]de aceruis.'Cui re-
ſpõdens Aſarias ſacerdos ſummus,de domo Za-
doc,ait,[22]Quando cœptũ eſt' afferri dona in do-
mum Domini, [23]comeſtũ eſt ad ſatietatem vſq;,
multũmque ſuperfuit,' quoniã Dominus benedi
xit populo ſuo,[24]vt reliqua ſit tãta copia.' Iuſſit
autẽ Ezechias vt pararẽt[25]cellas'in æde Domini,
& præparauerũt.Bona igitur fide intulerũt pri-
mitias & decimas,& quæ erãt cõſecrata, cõſtitu-
túſq; eſt ſuper ea Chonanias Leuita,& Semei fra
ter ei⁹[26]ſecũdus:[27]Et Iehiel,' Aſaia,Nahath,A-
ſael, Ierimoth, Ioſabad, Eliel, Iſmachias, Ma-
hath,& Benaias,præfecti erãt[28]per Chonaniã &
Semeiam fratrẽ eius'iuſſu Ezechiæ regis:[29]Aſa-
rias autem princeps erat in domo'Domini.Core
autẽ filius Iimna Leuita ianitor [30]ad Ortũ,' erat
[conſtitutus][31]ſuper ea quæ ſponte offerebantur
Deo,' & [32]ſuper ſeparata dona Domini, & ſuper
ſancta ſanctorũ.[33]Ad illius manũ'erãt Eden,Mi-
niamin,Ieſua,Semaia,Amarias,& Sechanias,in
ciuitatibus ſacerdotũ[34]ſub fide[cõſtituti,]'vt da-
rent fratribus ſuis[35]iuxta ordines,'vt maiori,ita
& minori:[36]Exceptis quos recẽſuerat in marib⁹
ab eo qui natus erat tres annos & ſuprà , omni
ſcilicet qui ingrediebatur domũ Domini, iuxta
demẽſum cuiuſq; diei: [37]pro miniſterio eorum,
pro cuſtodiis eorũ, & pro ordinib⁹ eorũ:'Et[38]his
qui inter ſacerdotes reputati erãt per domos pa
trũ ſuorũ,& Leuitis,'ab eo qui nat⁹erat annos vi
ginti & ſuprà, [39] per cuſtodias ſuas & ordines
ſuos:'Deinde[40]his qui in pube eorũ cenſebãtur,'
vxorib⁹ quoq; eorũ,filijs & filiab⁹ eorũ,[41]pro o-
mni multitudine:'nã fide illorũ[42]ſanctificaban
tur ſancta:'Filijs quoq; Aharonis ſacerdotib⁹qui
erãt in agris ſuburbanis ciuitatũ ſuarũ, per ſin
gulas ciuitates,viri qui expreſſi ſunt[43]nomina-
tim,' vt darẽt portiones omni mari in ſacerdo-
tib⁹,[44]& oib⁹ qui cẽſi erãt inter Leuitas.'Ad hũc
modũ fecit Ezechias in õni Iehuda:fecitq; quod
[45]bonum,rectũ & verum'erat corã Domino Deo
ſuo.In omni opere quod cœpit in miniſterio do
mus Dei,& in lege &[46]præceptis,quærebat Deũ
ſuum,fecitq;[illud]toto corde.'& proſpere ceſſit.

ſacerdotibus & Leuitis,vt poſſent vacare legi Do B
mini.Quod cum percrebruiſſet in auribus mul-
titudinis , plurimas obtulẽre primitias filij Iſ-
rael,frumẽti,vini,& olei,mellis quoque: & om-
nium quę gignit humus decimas obtulerũt.Sed
& filij Iſrael & Iuda, qui habitabant in vrbibus
Iuda,obtulerunt decimas boum & ouium,deci- Decimarũ ingens multitudo.
máſque ſanctorum quæ vouerant Domino Deo
ſuo:atq; vniuerſa portãtes,fecerunt aceruos plu
rimos.Menſe tertio cœperunt aceruorum iacere
fundamẽta,& menſe ſeptimo compleuerũt eos.
Cúmque ingreſſi fuiſſent Ezechias & principes
eius,viderunt aceruos, & benedixerunt Domino
ac populo Iſrael. Interrogauitque Ezechias ſa-
cerdotes & Leuitas cur ita iacerent acerui.Reſpõ
dit illi Azarias ſacerdos primus de ſtirpe Sadoc,
dicens,Ex quo cœperunt offerri primitiæ in do
mo Domini,comedimus,& ſaturati ſumus,& re
manſerunt plurima:eo quòd benedixerit Domi C
nus populo ſuo:reliquiarũ autem copia eſt iſta,
quam cernis.Præcepit igitur Ezechias vt præpa
rarent horrea in domo Domini. Quod cum fe-
ciſſent, intulerũt tam primitias quàm decimas,
& quæcunque vouerant,fideliter.Fuit autẽ præ-
fectus eorum Chonenias Leuita , & Semei frater
eius,ſecundus,Poſt quẽ Iahiel,& Azazias,& Na-
hath,& Aſael,& Ierimoth,Iozabad quoque & E-
liel,& Ieſmachias,& Mahath,& Banaias,præpo-
ſiti ſub manibus Choneniæ & Semei fratris ei⁹,
ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis
domus Dei, ad quos omnia°pertinebant.' Core
verò filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis
portæ, præpoſitus erat iis quæ ſpõte offereban-
tur°Domino,' primitiiſque & conſecratis in San ¶°Deo,
cta ſanctorũ.Et ſub cura eius Eden & Beniamin,
Ieſue & Semeias,Amarias quoque & Sechenias,
in ciuitatibus ſacerdotum:vt fideliter diſtribue-
rent fratribus ſuis partes, minoribus atque ma- D
ioribus: Exceptis maribus ab annis tribus & ſu-
prà,cunctis qui ingrediebãtur templum Domi-
ni,& quicquid per ſingulos dies°conducebant'in ¶°cõducebat
miniſterio atque obſeruationib⁹ iuxta diuiſio-
nes ſuas : ſacerdotibus per familias, & Leuitis à
viceſimo anno & ſuprà , per ordines & turmas
ſuas,vniuerſæq; multitudini tã vxoribus quàm
liberis eorum vtriuſque ſexus , fideliter cibi de
his quæ ſanctificata fuerant præbebãtur: Sed &
filiorum Aaron per agros,& ſuburbana vrbium
ſingularum diſpoſiti erant viri , qui partes di-
ſtribuerent vniuerſo ſexui maſculino, de ſacer- ¶°Fecitque
doribus & Leuitis.°Fecit ergo' Ezechias vniuerſa Ezechias to-
quæ diximus in omni Iuda:operatúſque eſt bo to corde quę
num & rectum, & verũ coram Domino Deo ſuo rens Deum
in vniuerſa cultura miniſterij domus°Domini,' proſperatur.
iuxta legem & ceremonias , volens requirere ¶°Dei
Deum ſuum in toto corde ſuo: fecitque, & pro-
ſperatus eſt.

multitudini huic reſiduæ.Ad populũ refertur.Quidã Hebræorũ minus recte ad inanimata referũt,quũ exponũt be-
nedixit reliquis his frugib⁹. ¶25 vl,horrea.exhedras.ſiue.gazophylacia ¶26.i.ſecũdæ dignitatis ab illo:hoc eſt,vi
cari⁹ ei⁹. ¶27 Iehiel autẽ. ¶28 Heb. de manu Choneniæ & Semeiæ fratris ei⁹.i.erãt inſtituti à Chonenia &c. ¶29 &
Azariæ ducis ædis &c.Quẽ hic vocat ducẽ domus Dei,ſuprà appellauit ſacerdotẽ ſummũ. ¶30 vl,ad Orientẽ.i.qui
præerat portæ Oriẽtali. ¶31 Heb.ſuper liberalitates Dei, ¶32 Heb.vt daret[vel diſtribueret]oblationes Domini,& ſan
cta ſanctorũ.i.& ea quæ Deo erant cõſecrata & dicata. ¶33.i.In poteſtate illius,& illi ſubditi⁹. ¶34 cũ fide.i.hoies
ſpectatæ fidei. ¶35 vl,per turmas.ſiue diuiſiones,& vices, ¶36 Hic verſus ex ſuperiore pẽdet,& ex Hebræo ſic vertẽ-
dus,inuerſo paulũ ordine,Rẽ diei in die ſuo[.i.portionẽ quotidianã]omni ingredienti in domũ,præter progeniẽ eorũ
in marib⁹[.i.ſexus maſculini]ab eo qui nat⁹ erat tres annos & ſuprà. ¶37 vl,propter miniſteriũ,[aut,in miniſteriũ]
eorũ,in ceremonijs[vl obſeruationib⁹]ſuis,[&]in turmis[vl diuiſionib⁹]ſuis: ¶38 Subaudiẽdum verbũ[vt diſtribue-
rẽt inquam]progeniei ſacerdotũ per familias ſuas,& Leuitarum, ¶39 vl,in obſeruationibus ſuis & in turmis ſuis:
¶40 Heb.progeniei in omnib⁹ paruulis eorũ,&c. ¶41 Heb.omni cœtui.vl,id eſt omni cœtui. ¶42 ſanctificabant
ſeſe ſanctificatione ſancta.q.d.dependebant ab illis. ¶43 nominibus.i. ſuprà nominati. ¶ 44 & omni progeniei
in Leuitis. ¶45 Bonum,reſpicit Ezechiam:Rectum,ſacerdotes:Veritas, Deum.q.d.recte ſe geſſit erga Deum & pro-
ximum. ¶46 præcepto,vt requireret Deum ſuum:ex toto corde fecit,&c.

CAP. XXXII.

*Sennacherib inuadit Iudã. 4.reg.18.c. Eſa.36.a.*

POſt quæ & huiuſcemodi veritatem, venit Sẽnacherib rex Aſſyriorum: & ingreſſus Iudã, obſedit ciuitates munitas, volẽs eas capere. Quod cum vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ieruſalem, inito cum principibus cõſilio, viriſque fortiſſimis, vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente ſententia, Congregauit plurimã multitudinem, & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui 'fluebant' in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Aſſyriorũ, & inueniant aquarum abundantiam. Ædificauit quoque agẽs induſtriè omnem murum qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres deſuper, & forinſecus alterum murum: inſtaurauitque Mello in Ciuitate-Dauid, & fecit vniuerſi generis armaturam & clypeos. Conſtituitque principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuerſos in platea portæ ciuitatis, ac locutus eſt ad cor eorum, dicens, Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regem Aſſyriorum, & vniuerſam multitudinem quæ eſt cũ eo: multo enim plures nobiſcũ ſunt, quàm cum illo. Cum illo enim eſt brachium carneum, nobiſcum Dominus Deus noſter qui auxiliator eſt noſter, pugnátque pro nobis. confortatúſque eſt popul⁹ huiuſcemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. ¶ Quæ poſtquã geſta ſunt, miſit Sennacherib rex Aſſyriorũ ſeruos ſuos in Ieruſalem (ipſe enim cum vniuerſo exercitu obſidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens, Hæc dicit Sennacherib rex Aſſyriorum, In quo habentes fiduciam, ſedetis obſeſſi in Ieruſalem? Num Ezechias decipit vos, vt tradat morti in fame & ſiti, affirmans quòd Dominus Deus veſter liberet vos de manu regis Aſſyriorum? Nunquid nõ iſte eſt Ezechias qui deſtruxit excelſa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ieruſalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipſo comburetis incenſum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cũctis terrarũ populis? nunquid præualuerunt dij Gentium, omniúmque terrarum liberare regionem ſuã de manu mea? Quis eſt de vniuerſis dijs Gentium, quas vaſtauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum ſuum de manu mea, vt poſſit etiam Deus veſter eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana perſuaſione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarũ Gẽtium atque 'regionum' liberare populũ ſuum de manu mea, & de manu patrum meorũ, conſequẽter nec Deus veſter poterit eruere vos de 'hac' manu mea. Sed & alia multa locuti ſunt ſerui eius cõtra Dominũ Deũ, & contra Ezechiam ſeruum eius. epiſtolas quoque ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominũ Deũ Iſrael, & locutus eſt aduerſum eũ, Sicut dij Gentium cæterarum non potuerunt liberare populum ſuum de manu mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere nõ poterit populum ſuum de manu iſta. Inſuper & clamore magno, lingua Iudaica, cõtra populum qui ſedebat in muris Ieruſalem, perſonabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem.

*¶ fluebat* — *Ezechias B paratis omnibus in aduerſarios, ad hortatur populũ ad fiduciã in Deũ.* — *Sennacherib per nuntios conatur auertere populũ à fiducia C in Deum.* — *Blaſphemia Sẽnacherib. D* — *¶ regnorum*

CAP. XXXII.

TVlit autem populus terræ Iehoahas filiũ Ioſiæ, conſtitueruntque eum regem pro patre ſuo in Ieruſalẽ. Vigintitres annos natus erat Iehoahas quũ cœpiſſet regnare, & regnauit [1] tribus menſibus Ieroſolymis, quem [regno] mouit rex Ægypti [2] in Ieruſalẽ, & impoſuit mulctã ſuper terrã, argenti centum talenta, & auri vnũ. ¶Cõſtituit autem rex Ægypti ipſum Eliaxim fratrẽ [3] eius regẽ ſuper Iehudã & [4] Ieruſalẽ, mutauitq; ei nomẽ Iehoiaxim, Ioahas autẽ fratrẽ eius, tulit Necho, & duxit eũ in Ægyptum. Iehoiaxim quũ [5] regno inauguraretur nat[9] erat vigintiquinque annos, regnauitq; Ieroſolymis annis vndecim, & deſignauit malũ i oculis Domini Dei ſui. Aſcendit ergo cõtra eũ Nebucad-næzar rex Babylonis, vinxitq; eũ catenis duab[9], vt duceret eũ in Babyloné. [6] De vaſis quoq; ædis Domini intulit Nebucad-næzar in Babylonem, & repoſuit ea in phano ſuo in Babylone. Porrò reliqua geſta Iehoiaxim, & [7] abominationes quas fecit, quódque [8] in eo inuentũ eſt, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regũ Iſraelis & Iehuda. regnauitq; Iehoiachin filius eius pro eo. [9] Octo annos erat natus Iehoiachin quũ [10] inauguraretur regno: [11] regnauitq; tribus mẽſibus & decẽ dieb[9] in Ieruſalẽ, & deſignauit malũ in oculis Domini. [12] Vertẽte anno miſit rex Nebucad-næzar, & duxit eũ i Babyloné, [13] vnà cũ deſyderabilibus vaſis domus Domini, conſtituitq; Zedexiam [14] fratrem eius regem ſuper Iehudam & Ieruſalem. Erat autem Zedexias quum [15] regno inauguraretur, natus vigintivnũ ãnos, regnauitq; [16] in Ieruſalẽ vndecim annis. Et [17] deſignauit malum in oculis Domini Dei ſui, [18] nec ſe ſe ſubmiſit coram Ieremia propheta [qui loquebatur] ex ore Dei. Quin & aduerſus regem Nebucad-næzar rebellis fuit, [9] qui eum ſacramento Dei adegerat: ſed ille indurauit ceruicem ſuam, & [10] obſtinauit cor ſuũ, vt nõ reuerteretur ad Dominum Deum Iſraelis. Sed & omnes [11] principes, ſacerdotes, & populus ipſe auxerunt præuaricationem, præuaricantes iuxta cũctas abominationes Gentiũ, & inquinantes domum Domini, quã [12] ſanctificauerat in Ieruſalem. Miſit autem Dominus Deus patrum eorum [13] ad eos mane ſurgendo & nuntios ſuos mittendo: quoniã parcere[ſcupiebat] populo ſuo, atque habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant [14] nuntios Dei, & contemnebant verba eius, illudentes prophetis eius, donec aſcenderet

¶51 Hebr. Et lamentatus eſt Ieremias propter Ioſiã: dixerũtque omnes cantores & cantatrices in lamẽtationibus ſuis ſuper Ioſiam. i. meminerũt Ioſiæ. ¶52 He. & verterunt illas [lamẽtationes] in ſtatutum. vl. conſuetudinẽ &c. q.d. mos fuit poſtea eas lamẽtationes cãtu celebrare. ¶53 i. ea verba lamentationũ. ¶54 in [libro] lamentationum. ¶55 vl. miſericordiæ. Intelligit beneficia quæ cõtulit in ſubditos ſuos & alios, iuxta id quod ſcriptũ eſt in lege Domini.

XXXVI.

¶1 Tertio mẽſe à morte Ioſiæ rex Necho potitus eſt vrbe Ieruſalem: nõ mirum igitur ſi Ioahas dicitur regnaſſe tantũ tribus menſib[9]: nam captus eſt à Necho. ¶2 Vel ſubaudiendũ aliquid cuiuſmodi, ne regnaret in Ieruſalẽ. Aut in Ieruſalẽ, ſignificat, quum potitus eſſet vrbe Ieroſolymitana, quum iam eſſet in Ieruſalem. ¶3 ſub. Ioahas. ¶4 Addidit Ieruſalẽ, quòd eſſet præcipua ſedes regni. ¶5 regnare cœpiſſet ¶6. i. De ſupellectile. ¶7 cultum idolorum & defectionem à vero Deo intelligit. ¶8 vl, ſuper eum. i. in corpore ei[9], quum iã mortuus eſſet. Intelligunt ſtigmata quædam impreſſa corpori eius, qualia imprimere ſolent impoſtores hominibus credulis & ſuperſtitioſis. ſolebãt ſibi imprimere notas idolorum quibus ſeruiebãt. Sic etiã Iudæi noſtri temporis ſolent ſibi quædã imprimere. ¶9 Capite 24, quarti Regũ, dicitur iſtum natũ fuiſſe annos octodecim, quũ regnare cœpiſſet. Doctiores Hebræi, dicunt Iehoiachin regnaſſe cũ patre decem annos: & ſine patre. i. mortuo patre, ſolum tres mẽſes. Natus igitur erat octodecim annos quũ regnare cœpiſſet ſolus, vt dicitur in libris Regum. tantum illic non adduntur decem dies quos hic author adiecit, tum quòd tã pauco tempore hic rex regnaſſet mortuo patre, tũ quòd id prætermiſſum eſſet in Regibus. ¶10 regnare cœpiſſet. ſub. cũ patre. ¶11 ſub. poſt mortẽ patris. ¶12 In reuolutione anni. vl, Poſt reuolutionẽ illi[9] anni: reuoluto ãno à captiuitate Iehoiachin. ¶13. i. vnà cũ pretioſiſſima ſupellectile tẽpli, quæ habebatur in maximo pretio. ¶14 i. patruũ eius, vt eſt in Regib[9]. Late enĩ patet fratris ſignificatio apud Hebræos. ¶15 regnare inciperet, ¶16. i. ſuper Iudã & Beniamin. ¶17 Hoc de idololatria intelligẽdũ. ¶18 q.d. non egit pœnitentiã adhortante eum & admonente Ieremia verbis Domini. ¶19 qui eum adiurauerat per Deum. q. d. qui pollicitus erat ipſi Nabuchodonoſor ſe ei ſeruaturum fidem interpoſito iureiurando. ¶20 Hebr. fortificauit ¶21 principes ſacerdotum, ¶22 præſentia ſua ſcilicet. & ſignis, prodigiiſque. nam illic Dominus oſtendebat ſigna præſentiæ ſuæ.
¶23 Heb. per manum nuntiorum ſuorum mane ſurgendo & mittendo. i. quotidie exhortando & admonẽdo eos per prophetas ſuos quos mittebat ad eos. Metaphora à diligenti patrefamilias. ¶24. i. prophetas.

¶25 Heb. ita vt non eſſet curatio.i. donec aſcenderet furor Dei icurabilis.
¶26.i.in tēplo ſuo. nam templū polluerāt, propterea i eo cæſi fuerunt.
¶27 ſub. Deus.
¶28 ſubaudi ex verſu præcedēti. poſuit in manu eius. vſ, & intulit omnia vaſa dom⁹ Domini,&c. omnia inquā illa intulit in Babylonem.
¶29.i. omnes ædes magnificas ac ſumptuoſas quæ in ea erāt.
¶30 Heb. & omnia vaſa deſyderiorū ei⁹, ad delendū.i. omnē ſupellectilē eius pretioſam cōbuſſerunt, ita vt delerēt & perderent omnia.

furor Domini aduerſus populū ſuum,[25]& donec nullū eſſet remediū. Adduxit enim cōtra eos regem Chaldæorum, qui occidit iuuenes eorū gladio[26]in domo ſanctuarij eorum, & non pepercit vlli iuueni, nec virgini, nec ſeni, nec decrepito, omnes[27]tradidit in manus eius. Omnia denique vaſa domus Dei, magna & parua, theſauros domus Domini, theſaurōſque regis[28]& principum eius omnia tulit Babylonem. Et combuſſerunt domū Dei, atque confregerunt murum Ieruſalem, & [29]omnia palatia eius combuſſerūt igne,[30]vaſtatis omnibus vaſis eius deſyderabilibus. Quod reliquum fuit à gladio, tranſtulit Babylonem, factique ſunt[31]ei & filijs eius, ſerui,[32]vſque dū Perſa potiebatur regno: Vt impleretur verbum Domini[33]in ore Ieremiæ, donec[34]placitum eſſet terræ in ſabbathis ſuis: cunctis enim annis deſolationis quietē egit,[35]donec implerentur ſeptuaginta[36]anni. ¶[37]Anno autem primo Cyri regis Perſarum,[38]quum conſummatum eſſet verbum Domini [prolatū] per os Ieremiæ, excitauit Dominus[39]ſpiritum Cyri regis Perſarum,[40]qui edictum diuulgauit per totum regnum ſuū,[41]idque ſcripto, in hanc ſententiam, Sic dicit Cyrus [42]rex Perſarū, Omnia regna[43]terræ dedit mihi Dominus Deus cælorum, & ipſe[44]cōmiſit mihi vt ædificem ei [45]ædem in Ieruſalem quæ eſt in Iehuda: [46]quicunque ergo in vobis eſt de vniuerſo populo eius,[47]ſit Dominus Deus cum eo,[48]atque aſcendat.

furor Domini in populū eius, & eſſet nulla curatio. Adduxit enim ſuper eos regem Chaldæorū, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij ſui: nō eſt miſertus adoleſcētis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem: ſed omnes tradidit in manibus eius. Vniuerſáque vaſa domus Domini tam maiora, quàm minora, & theſauros templi, & regis, & principū, tranſtulit in Babylonem. Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxerūntque murū Ieruſalem: vniuerſas turres combuſſerunt, & quicquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt. Siquis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Perſarum. [a]Et compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra ſabbatha ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbathū, vſque dum cōplerentur ſeptuaginta anni. ¶Anno autem primo Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, quē locutus fuerat per os Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum: qui iuſſit prædicari in vniuerſo regno ſuo, etiam per ſcripturā, dicens, Hæc dicit Cyrus rex Perſarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus De⁹ cæli: & ipſe præcepit mihi vt ædificarē ei domū in Ieruſalē, quæ eſt in Iudæa: quis ex vobis eſt in omni populo eius? ſit Dominus Deus ſuus cū eo, & aſcendat.

Ieruſalē & tēplū deſtruuntur, & popul⁹ ducitur i Babylonem.

¶[a] Vt

Cyrus remittit populū in Ieruſalē. Iere. 25.c. & 29.e 1. Eſdr. 1.a.

¶31 ſub. regi Chaldæorū. Relatiuū pro antecedente. ¶32 Heb. donec regnauit regnum Perſidis.i. donec regnum Chaldæorum tranſlatum fuit ad Perſas. Cyrus enim Perſarum rex inuaſit & obtinuit illud regnum Babylonicū. ¶33 vſ, per os. ſub. pronunciatum: nam prædixerat Dominus per Ieremiam fore, vt populus Iſrael ſeruiret ſeruitutem apud Babylonios. ¶34 perficeret terra [ſub. Iuda] ſabbatha ſua. [.i. receſſiones ſuas] omnibus diebus quibus deſolata fuit, quieuit. Terra quādiu eſt deſerta dicitur ceſſare, feriari & facere ſabbatha ſua. ¶35 vt implerentur ¶36 ſub. captiuitatis, ſeu tranſmigrationis in Babylonem. ¶37.i. quo Cyrus regnauit apud Chaldæos. ¶38 vt perficeretur ¶39.i. cor, animum. ¶40 Heb. & tranſire fecit vocem. ſub. præconis. ¶41 Heb. & etiā per ſcripturam. ſiue diplomata. ¶42 q.d. & nunc imperator Babylonis. quia nuper inuaſerat regnum Babylonicum, ideo hic retinuit nomen dignitatis priſtinæ, nempe, Rex Perſarum. ¶43 ſub. huius. ¶44 præcepit ¶45 ſub. aliquā. ¶46 Hebraice legitur interrogatiue, quis eſt ex vobis, [id eſt] ex vniuerſo populo eius, &c. ¶47 cum quo ſit Dominus eius.i. quem incitet, ſiue moneat vt reuertatur: ſub. veniat. ¶48 ſub. in Ieruſalem. q.d. facio illi poteſtatem vt aſcendat. Vide hunc finem initio 1. lib. Eſd.

# Oratio Manaſſæ regis Iuda, cum captus teneretur in Babylone.

Domine omnipotens Deus patrū noſtrorum, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo, quē omnia pauent, & tremūt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores: immēſa verò & inuueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus, longanimis, & multum miſericors, & pœnitēs ſuper [a]malitias hominum: Tu Domine, ſecundum multitudinem bonitatis tuæ promiſiſti pœnitētiam, & remiſſionem ijs qui peccauerunt tibi, & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiam peccatoribus, in ſalutem: Tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinē cæli, præ multitudine iniquitatum mearum: incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum, & non eſt reſpiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: nō feci voluntatem tuam, & mandata tua non cuſtodiui: ſtatui abominationes & multiplicaui offentiones: Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatē. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis: neque in æternum, iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in intima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me oſtendes omnem bonitatem tuam: quia indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiā tuam, & laudabo te ſemper, omnibus diebus vitæ meæ: quoniā te laudat omnis virtus cælorum, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorū. Amen.

¶[a] id eſt afflictiones

# Eſdræ liber primus.

V.

CAP. I.

Cyrus à Deo inſpirat[9] remittit populum in Ieruſalem ad ædificandũ templũ. iere. 25. c. & 29. c. 2. par. 36. d. 2. eſdræ 2. a.

¶[9] Deus

IN ANNO primo Cyri regis Perſarum, vt compleretur verbũ Domini ex ore Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum: & traduxit vocem in omni regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens. Hæc dicit Cyrus rex Perſarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi vt ædificaré ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? Sit [9]Dominus illius cum ipſo. Aſcendat in Ieruſalem quæ eſt in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael (ipſe eſt Deus) qui eſt in Ieruſalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicũque habitant, adiuuent eũ viri de loco ſuo, argento & auro, & ſubſtantia, & pecoribus, excepto quod volũtarie offerunt templo Dei, quod eſt in Ieruſalé. ¶ Et ſurrexerũt principes patrum de Iuda & Beniamin, & ſacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus ſuſcitauit ſpiritum, vt aſcenderet ad ædificandũ templum Domini, quod erat in Ieruſalem: Vniuerſique qui erant in circuitu, adiuuerũt manus eorum in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & iumentis, in ſupellectili, exceptis his quæ ſponte obtulerant. Rex quoque Cyrus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem, & poſuerat ea in templo Dei ſui. Protulit autem ea Cyrus rex Perſarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Saſſabaſar principi Iudæ. Et hic eſt numerus eorũ, Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem, Scyphi aurei triginta, ſcyphi argentei ſecundi, quadringenti decem: vaſa alia mille. Omnia vaſa aurea & argentea, quinq; millia quadringẽta: vniuerſa tulit Saſſabaſar cũ his qui aſcendebant de tranſmigratione Babylonis in Ieruſalem.

Aſcendũt ad ædificationem templi, quorũ Deus corda mouit. C

Reddit Cyrus vaſa templi quę abſtulerat Nabuchodonoſor. D

CAP. II.

Numerus reuertẽtiũ è captiuitate. 2. eſdræ 7. b. 3. eſdræ 5. a.

¶[2] Iudam,

HI ſunt autẽ prouinciæ filij, qui aſcenderunt de captiuitate quã tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babyloné, & reuerſi ſunt in Ieruſalé & [2]Iudæam, vnuſquiſq; in ciuitatem ſuã. Qui venerũt cũ Zorobabel, Ieſua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belſan, Meſphar, Beguai, Rehum, Baana. ¶ Numerus virorum populi Iſrael: Filij Pharos duo millia centum ſeptuagintaduo. Filij Sephatia, trecenti ſeptuaginta-

H.

CAP. I.

ANNO primo[1] Cyri regis Perſarũ ([2]vt perficeretur verbũ Domini ex ore Ieremiæ,) [3]excitauit Domin[9] [4]ſpiritũ Cyri regis Perſarũ, [5]ita vt diuulgari faceret vocé in toto regno ſuo, [6]idq; ſcripto in hãc ſententiã, Sic dicit Cyrus rex Perſarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, ipſeq; [7]mãdauit mihi vt [8]ædificetur ei ædes in Ieruſalé quæ eſt in Iehuda. Quicunque ergo ex vobis ex omni populo eius [ſuerit,] [9]ſit Deus eius cum eo, aſcendátque Ieroſolyma quæ eſt in Iehuda, & [10]ædificet ædé Domini Dei Iſraelis, [11](ipſe eſt Deus) [12]qui eſt in Ieruſalé. Et omnis qui [13]reliquus fuerit in omnib[9] locis in quibus [14]cõmoratus incola fuit, [15]ſuccurrant illi [16]homines loci eius argento, auro, [17]ſupellectile, & iumentis, [18]cũ munere ſpontaneo ad ædé Dei quæ eſt in Ieruſalem. ¶ Surrexerũt ergo [19]capita patrũ Iehuda & Beniamin, ſacerdotes quoque & Leuitæ, & omnes quorũ ſpiritum Deus excitarat vt aſcenderent, [20]& ædificarent ædé Domini quæ erat in Ieruſalem. Omnes præterea [21]qui circum eos erãt, [22]corroborarũt man[9] eorũ vaſis argẽteis & aureis, [23]ſupellectile, [24]iumentis atq; [25]muneribus, præter id quod ſponte quiſq; offerebat. Rex inſuper Cyrus deprõpſit vaſa ædis Domini, quæ [26]auexerat Nebucad-nezar Ieroſolymis, poſuerátque ea in phanũ Dei ſui: Deprompſit ea [inquã] Cyrus rex Perſarũ [27]ad manum Mithridatis, qui fuit à theſauris, qui [28]numerauit ea ipſi Seſbazar primario Iehuda. Erat autẽ hic numerus eorum, Phialarũ aurearũ triginta: phialarũ argentearum mille: cultrorum vndeuiginti: [29]Peluium aurearum triginta: peluiũ argentearum alterius formæ, quadringentæ decem: aliorum vaſorum, mille. Omniũ [in ſumma] vaſorum aureorum & argenteorũ erant quinque millia & quadringẽta. [hæc] omnia [30]auexit [31]Seſbazar [32]vnà cum his qui captiui fuerant, & aſcendebant è Babylone Ieroſolyma.

CAP. II.

HI autẽ filij ſunt [1]prouinciæ, qui aſcẽderũt de captiuitate [2]trãſmigrationis, quos [3]tranſtulerat Nebucad-nezar rex Babylonis in Babyloné, & reuerſi ſunt Ieroſolyma & in Iehuda, quiſq; in ciuitaté ſuã. Qui venerũt [3]cum Serobabele, Ieſu, Nehemia, Seraia, Reelaia, [4]Mardochæo, Bilſan, Miſpar, Biguai, Rehum, Baana. ¶ Numer[9] virorũ populi Iſraelis: [5]Filiorũ Pareos duo millia, centũ & ſeptuagintaduo. Filiorũ Saphatię trecẽti ſeptua-

¶[a] Vide ſinẽ 2. libri Paralip.

¶1 Is Cyrus eſt q primus deuicto Aſtyage trãſtulit regnum Medorũ ad Perſas. Agit de reductione populi Iſraelitici in patriã ſub ipſo Cyro rege Perſarũ. Primo igitur anno quo Cyrus regnare cœpit in Babylone ſup Chaldæos, qui antea regnabat in Perſide.

¶2 dũ cõpleret .i. quãdo incipiebat cõpleri prophetia Domini dicta per Ieremiã. tũc enim cœpit Dominus viſitare populũ ſuum.

¶3 ſub. quod extetat. Vide Iere. 29.

¶4 .i. voluntatem.

¶5 Heb. & trãſire fecit .i. voce preconis ſignificauit in toto imperio ſuo Babylonico.

¶6 Heb. & etiã ſcripto .i. ſcriptis literis. q. d. idé quoq; ſignificauit miſſis literis.

¶7 Quidã Hebræorũ p conſtituit accipit.

¶8 ædificem ei ædé

¶9 vl, cũ quo ſit Deus, aſcẽdat .i. q ab eo incitetur & impellatur, vt reuertatur in Ieruſalé, aſcẽdat. q. d. p me illi licet reuerti, do illi facultaté reuertẽdi. ¶10 vl, inſtauret ¶11 q. d. qui eſt verus ille ac ſolus Deus. ¶12 quæ. ſub. ædes, eſt vel erat, aut extruetur in Ieruſalé. ¶13 vl, remanſerit .i. cogetur remanere propter inopiã rerũ neceſſariarũ. ¶14 peregrinatur, .i. eſt aduena & peregrinus. ¶15 vl, dono donent eum ¶16 .i. conciues eius. Per homines loci, ſiue conciues, noſtri intelligunt Gentes. Hebræi verò Iudæos qui decreuerant remanere in Chaldæa. neminé enim cogebat Cyrus abire. ¶17 vl, ſubſtantia. ſiue, omnibus diuitijs, ¶18 .i. cum eo quod ſponte offerent. Hoc eſt, præter id quod liberaliter conciues illi mittent per manus illorum pro inſtaurando templo. q. d. non tantũ permitto vobis reditum in patriã, ſed etiã vt diſcedatis cũ muneribus amplis. ¶19 .i. qui in tribubus illis erant primæ authoritatis ac dignitatis. ¶20 ad inſtaurandũ ¶21 .i. vicini eorũ. ¶22 vl, firmauerunt .i. omnes vicini eorũ ornarunt eos donis ac muneribus: ab eis acceperunt multa dona ac munera. ¶23 opibus, ¶24 vl, pecoribus ¶25 rebus pretioſis, ¶26 vl, extulerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem, ¶27 per manum .i. opera. ¶28 .i. numero reddidit. ¶29 Crateres aurei triginta: crateres argentei ſecundi .i. alij ab illis. vl, Cochlearia aurea &c. Vaſa alia à ſupradictis ſcilicet. Hoc verſu & præcedẽte intelligit de magnis vaſis tẽpli tantũ, vt ait quidã Hebræorũ. ¶30 vl, extulit. aut, exportauit ¶31 Vox Chaldæa. ita vocabatur Zorobabel apud Chaldæos. ¶32 Heb. quum aſcendere faceret captiuitatem è Babel in Ieruſalem .i. quãdo qui tranſmigrauerunt in Babyloné, ſummo deſyderio, ſummáque diligentia, atque animi alacritate aſcenderunt vt reuerterentur in Ieruſalem. Vox Hebræa ſignificat ſtudiũ quoddã, in coniug. 2. II. ¶1 .i. qui diu habitauerunt in Chaldæa. Vel, qui nati ſiue orti erant regione Iſrael. ſignificat enim aut incolatum, aut natiuitatem. Vide Nehemiæ caput VII. ¶2 .i. eorũ qui demigrauerant in Babylonem, quos &c. ¶3 .i. ducibus Zorobabele. &c. ¶4 Quidã dicunt hunc fuiſſe patruũ Eſther. alij alium eſſe aſſerunt. ¶5 Quoties hæc dictio בני .i. filij, iungitur cum nominibus proprijs virorum, ſignificat natiuitatem: quando verò cum nominibus locorum, ſignificat habitationé. Prius enim ſignificat filios, nepotes, poſteros. Poſterius: homines, ciues, incolas.

gintaduo. Filiorũ Arah ſeptingenti ſeptuaginta
quinque. Filiorũ [6]ducis Moab, [7]de filijs Ieſua' &
Ioab duo millia octingenti & duodecim. Filiorũ
Elam mille ducẽti quinquagintaquatuor. Filio-
rum Sathu nongẽti quadragintaquinque. Filio-
rum Sachai ſeptingenti & ſexaginta. Filiorũ Ba-
ni ſexcenti quadragintaduo. Filiorũ Bebái, ſex-
centi vigintitres. Filiorum Aſgad, mille ducenti
& vigintiduo. Filiorum Adonicam, ſexcenti &
ſexagintaſex. Filiorum Bicuái duo millia quin-
quagintaſex. Filiorũ Adin quadringenti & quin
quagintaquatuor. Filiorum Ater [8]de Ezechia,'
nonagintaocto. Filiorum Bezái, trecenti viginti
tres. Filiorũ Iorà cẽtũ & duodecim. Filiorũ Haſ-
chum, ducenti & vigintitres. Filiorum Gibbar,
nonagintaquinque. [9]Filiorum' Beth-lehem, cen-
tum & vigintitres. Virorum Netopha, quinqua-
gintaſex. Virorum Anathoth, centum & viginti
octo. Filiorũ Aſmaueth, quadragintaduo. Filiorũ
[10]Kiriath-arim,' Kephira & Beeroth, ſeptingẽ-
ti & quadragintatres. Filiorum Harama & Ga-
ba, ſexcenti & vigintivnus. Virorũ Michmas, cen-
tum & vigintiduo. Virorum Beth-el & Haái, du-
centi & vigintitres. Filiorũ [11]Nebo,' quinquagin-
taduo. Filiorum Magbis, centum & quinquagin-
taſex. Filiorum Elam [12]alterius,' mille ducenti &
quinquagintaquatuor. Filiorum Harim, trecen-
ti & viginti. Filiorum Lod, Halid & Ono, ſeptin-
genti & vigintiquinque. Filiorum [13]Iericho,' tre-
centi & quadragintaquinque. Filiorum Sanaa,
tria millia ſexcenti & triginta. ¶[14]Sacerdotes' fi
liorum Iedaia [15]de domo Ieſua,' nongenti & ſe-
ptuagintatres. Filiorũ Immer, mille quinquagin
taduo. Filiorum Paſhur, mille ducenti & quadra
gintaſeptem. Filiorum Harim, mille decem & ſe
ptem. ¶Leuitæ: Filiorum Ieſua & Cadmiel [16]de
filijs Hodauiæ,' ſeptuagintaquatuor. ¶Cantores:
Filiorum Aſaph, centũ & vigintiocto. ¶Filij Ia-
nitorum: Filij Sallum, filij Ater, filij Talmon, fi-
lij Axub, filij Hatita, filij Sobai: omnes hi centũ
trigintanouem. ¶[17]Nethinæi:' filij Ziha, filij Ha-
ſupha, filij Tabbaoth. Filij Keros, filij Siaha, filij
Padon. Filij Lebana, filij Hagaba, filij Acub. Filij
Hagab, filij Salmái, filij Hanan. Filij Giddel, filij
Gahar, filij Reaia. Filij Rezin, filij Necoda, filij Ga
ſam. Filij Vſa, filij Paſeah, filij Beſái. Filij Aſna,
filij Meonim. Filij Nephuſim, filij Bacbuc, filij Ha
cupa. Filij Harhur, filij Bazluth, filij Mehira. Filij
Harſcha. Filij Barcom, filij Siſera, filij Themach.
Filij Nezia, filij Hatipha, [18]filij ſeruorũ Solomo-
nis:' filij Sotái, filij [19]Sophereth,' filij Peruda. Filij
Iaala, filij Darcon, filij Giddel. Filij Sephatia, fi-
lij Hattil, filij Pochereth, Hazbaim, filij Ami. om-
nium Nethinæorum & filiorum ſeruorum Solo-
monis, trecenti & nonagintaduo. Iſti verò aſcẽ-
derunt de Thel-melah, & de Thel-harſa, Che-
rub, Addan & Immer, & non poterant indicare
familiam patrum ſuorum, atque [19]ſemen' ſuum,
ex Iſraelóne eſſent. Filij Delaia, filij Tobia, fi-
lij Necoda, ſexcenti & quinquagintaduo. Et de
filijs ſacerdotum: filij Habaia, filij Hacoz, fi-
lij Barſillái, qui duxit de filiabus Barſillái Gileaditæ vxorem, vocatúſque eſt [10]iuxta nomen' ea-
rum. Hi quæſierunt ſcriptum [11]ſuum, vt ſeſe in familiam [aliquam] inſererent,' at non ſunt [12]inuẽ-
ti,' ideo reiecti ſunt à ſacerdotio. Dixitque [13]Hathirſchata' eis, ne ederent [14]de Sancto ſanctorum,'

duo. Filij Area, ſeptingenti ſeptuagintaquinq;.
Filij Phahath-moab, filiorũ Ioſue Ioab duo mil
lia octingenti duodecim. Filij Ælam, mille du-
centi quinquagintaquatuor. Filij Zethua, nongẽ-
ti quadragintaquinque. Filij Zachai, ſeptingenti
ſexaginta. Filij Bani, ſexcenti quadragintaduo.
Filij Bebai, ſexcenti vigintitres. Filij Azgad, mil-
le ducẽti vigintiduo. Filij Adonicam, ſexcenti ſe-
xagintaſex. Filij Beguai, duo millia quinquaginta
ſex. Filij Adin, quadrigẽti quinquagintaquatuor.
Filij Ater, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto.
Filij Beſai, trecẽti vigintitres. Filij Iora, centum
duodecim. Filij Haſum, ducenti vigintitres. Filij B
Gebbar, [9]nongentiquinque.' Filij Beth-lehem, cẽ-
tum vigintitres. Viri Netupha, quinquagintaſex.
Viri Anathoth, centum vigintiocto. Filij Azma-
ueth, quadragintaduo. Filij Cariath-iarim, Ce-
phira, & Beroth, ſeptingẽti quadragintatres. Fi-
lij Rama & Gabaa, ſexcẽti vigintivnus. Viri Mach
mas, centum vigintiduo. Viri Beth-el & Hai, du-
centi vigintitres. Filij Nebo, quinquagintaduo.
Filij Megbis, centum quinquagintaſex. Filij Æ-
lam alterius, mille ducenti quinquagintaqua-
tuor. Filij Harim, trecẽti viginti. Filij Lod-hadid
& Ono, ſeptingẽti vigintiquinque. Filij Iericho,
trecenti quadragintaquinq;. Filij Senaa, tria mil
lia ſexcenti triginta. ¶Sacerdotes: filij Iadaia in
domo Ieſue, nongenti ſeptuagintatres. Filij Em-
mer, mille quinquagintaduo. Filij Pheſhur, mil-
le ducenti quadragintaſeptem. Filij Harim, mil-
le decẽ & ſeptem. ¶Leuitæ: Filij Ieſue & Cedmiel
filiorum Odouiæ ſeptuagintaquatuor. ¶Canto-
res: Filij Aſaph, centum vigintiocto. ¶Filij Iani-
torũ: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Ac-
cub, filij Hatita, filij Sobai: vniuerſi centũ trigin-
tanouem. ¶Nathinæi: filij Siha, filij Haſupha, fi-
lij Tabbaoth. Filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, Fi
lij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, Filij Hagab, fi
lij Semlai, filij Hanan, filij Gaddel. Filij Gaher, fi-
lij Raaia, Filij Raſin, filij Necoda, filij Gazan, Filij
Aza, filij Phaſea, filij Beſee, Filij Aſena, filij Mu-
nim, Filij Nephuſim, filij Bacbuc, filij Hacupha, Fi
lij Harhur, filij Beſluth, filij Mahida, Filij Harſa,
Filij Bercos, filij Siſara, filij Thema, Filij Naſia, filij
Hatipha, filij ſeruorum Salomonis, filij Sotai, filij
Sophereth, filij Pharuda, Filij Iala, filij Dercon, fi-
lij Geddel, Filij Saphatia, filij Hatil, filij Phoche-
reth, qui erant de Aſebaim filij Ami. omnes Na-
thinæi, & filij ſeruorũ Salomonis, trecẽti nona-
gintaduo. Et hi qui aſcenderunt de Thel-mela,
Thel-harſa, Cherub, & Adon, & Emer: & non po-
tuerunt indicare domũ patrũ ſuorum & ſemen
ſuũ, vtrũ ex Iſrael eſſent. Filij Dalaia, filij Tobia,
filij Necoda, ſexcenti quinquagintaduo. Et de fi-
lijs ſacerdotũ: filij Hobia, filij Accos, filij Berzel-
lai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, D
vxorem, & vocatus eſt nomine eorum. Hi quæſie-
runt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non inue-
nerũt, & electi ſunt de ſacerdotio. Et dixit Ather-
ſatha eis vt non comederent de Sanctoſanctorũ,

¶[9]nonaginta quinque.

Sacerdotes.

Leuitæ.
Cantores.
Ianitores.
C
Nathinæi.

Genealogia.

¶[6] Pahat-moab. Nomẽ proprium viri.
¶[7] i. qui erant ex filijs, ſiue ex nepotib' Ieſua &c. vel qui originẽ ducebant, aut gen' ſuũ referebãt ad &c. Ieſua ille & Ioab fuerunt ſuo tẽpore viri inſignes & clariſſimi.
¶[8] vł, ipſi Ezechiæ. i. qui erant ex nepotib' Ezechiæ viri cuiuſdã clariſſimi, qui qdẽ erat illorum auus, vt ſuprà, verſu ſexto.
¶[9] i. Virorum, ſiue ciuium & incolarum. Nomina ſunt locorum quæ ſequuntur.
¶[10] Nomina locorum.
¶[11] Nomina ſũt virorum.
¶[12] ſub. à ſuprà enumerato. totidẽ enim fuerunt filij alterius.
¶[13] Nomina locorum.
¶[14] i. Sequitur catalogus ſacerdotũ qui reuerſi ſũt de Babylone in Ieruſalẽ. Prius eni recẽſuit filios Iuda & Bẽiamin: nunc tranſit ad filios Leui, incipiens à ſacerdotibus.
¶[15] i. q erãt de familia Ieſua, viri inſignis & clariſſimi.
¶[16] filiorũ Hodauiæ. vt ſuprà verſu ſexto.
¶[17] Ita dicti quaſi dati ſiue donati aut ordinati. i. cõſecrati miniſterio tẽpli. Ipſi enim traxerũt originẽ à Gabaonitis: fuerũntque cõſtituti primùm à Ioſue, deinde à Dauide, in hoc ſcilicet vt cæderent ligna, & comportarent aquam in vſum ſacrificiorum. ¶[18] Hi erant à reparationibus ſiue inſtauratione templi, fuerũntque annumerati cum Nathinæis. ¶[19] Videtur potius eſſe cognomẽ ita inditum vel ab euentu quodam, quàm nomen proprium viri: aut eſt nomen mulieris, matris ſcilicet illorum.
¶[19] vł, genus ¶[10] vł. de nomine ¶[11] Heb. eorum qui per genealogias deſcripti erant. vł, quorum genealogia deſcripta erat. i. diligenter ſcrutati ſunt catalogum genealogiæ ſuæ. ¶[12] ſub. in eo catalogo. ¶[13] Hattirſatha, erat nomen officij, aut dignitatis apud Chaldæos, vel nomen viri cuiuſdam apud Iudæos, puta Nehemiæ. ¶[14] de ſanctitate ſanctitatum. i. de ſacroſanctis ſacerdotum eſcis.

donec ſurgeret ſacerdos doctus atque perfectus. Omnis multitudo quaſi [3]vir vnus, quadragintaduo millia trecẽti ſexaginta: Exceptis ſeruis eorum & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti trigintaſeptem: & in ipſis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum [a]ſexcenti trigintaſex.
¶ [a]ſeptingẽti
muli eorum, ducenti quadragintaquinque. Cameli eorũ, quadringenti trigintaquinque. aſini eorum, ſex millia ſeptingenti viginti. Et de principibus patrum cum ingrederentur templũ Domini quod eſt in Ieruſalem, ſponte obtulerũt in domũ Dei ad extruendã eam in loco ſuo. Secundum vires ſuas dederũt impenſas operis, auri ſolidos [b]quadraginta millia & mille, argẽti mnas quinque millia, & veſtes ſacerdotales centũ. Habitauerunt ergo ſacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus ſuis, vniuerſuſq; Iſrael in ciuitatibus ſuis.
¶ [b]ſexaginta

CAP. III.

*Ioſue & Zorobabel ædificant altare. 2. eſd. 5. e.*

IAnque venerat menſis ſeptimus, & erant filij Iſrael in ciuitatibus ſuis: congregatus eſt ergo populus quaſi vir vnus in Ieruſalem. Et ſurrexit Ioſue filius Ioſedec, & fratres eius ſacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Iſrael, vt offerrẽt in eo holocautomata, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi viri Dei. Collocauerunt autem altare Dei ſuper baſes ſuas, deterrẽtibus eos per circuitum populis terrarũ: & obtulerũt ſuper illud holocauſtum Domino mane & veſpere. Feceruntque Solennitatẽ tabernaculorũ, ſicut ſcriptũ eſt: & holocauſtum diebus ſingulis per ordinẽ ſecundũ præceptum, opus diei in ſuo. Et poſt hæc holocauſtum iuge, tam in Calendis, quàm in vniuerſis Solennitatibus Domini quæ erant cõſecratæ, & in omnibus in quibus vltro offerebatur munus Domino.

*Celebrat ſolẽnitas tabernaculorum.*

B

*Inſtauratur templum.*

¶ A primo die mẽſis ſeptimi cœperũt offerre holocauſtũ Domino: porrò templũ [c]Dei nondũ fundatũ erat. Dederunt autẽ pecunias latomis & cæmentarijs: cibũ quoque, & potũ, & oleũ Sidonijs, Tyriiſq;, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus rex Perſarũ eis. Anno autem ſecundo aduẽtus eorum ad templũ Dei in Ieruſalẽ, menſe ſecundo, cœperũt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, & reliqui de fratribus eorũ ſacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruſalem: & cõſtituerunt Leuitas à viginti annis, & ſuprà, vt vrgerent opus Domini. Steteruntque Ioſue & filij eius & fratres eius. Cedmiel & filij ei⁹, & filij Iuda, quaſi vir vnus, vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad, filij eorũ, & fratres eorum Leuitæ. Fũdato igitur à cæmẽtarijs templo Domini, ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cũ tubis: & Leuitæ filij Aſaph in cymbalis, vt laudarẽt Deũ per manus Dauid regis Iſrael. Et concinebant
¶ [c]Domini

C

*Laus & gratiarum actio populi ob fũdatũ tẽplum.*

donec [15]ſacerdos ſtaret cũ vrim, & thummim. [16]Vniuerſæ multitudinis ad vnũ vſque, quadragintaduo millia, trecenti & ſexaginta, Præter ſeruos eorum & ancillas eorũ, quorum erant ſeptẽ millia, trecenti & trigintaſeptẽ: erántq; eis cantores & cantatrices ducenti. Equi eorum ſeptingẽti & trigintaſex: muli eorum ducenti & quadragintaquinque. Cameli eorum quadringenti trigintaquinque: aſinorum ſex millia, ſeptingenti & viginti. Et ex [17]præcipuis patribus quum veniſſent ad ædem Domini quæ erat Ieroſolymis, [18]liberales ſe exhibuerũt pro domo Dei, vt [19]collocarẽt eam ſuper baſi ſua. [20]Pro virib⁹ ſuis dederũt ad theſaurum [21]operis, aurearum drachmarũ vnum & ſexaginta millia, & argenti minas quinquies mille, & veſtes ſacerdotales centum. [22]Conſederúntque ſacerdotes illi, & Leuitæ, & [23]quidam ex populo, cãtores, & ianitores, atq; Nethinæi [24]in ciuitatibus ſuis, & cũctus Iſrael in vrbibus ſuis.

CAP. III.

QVũmq; iam [1]appeteret [2]ſeptimus menſis, eſſentque filij Iſraelis in ciuitatibus, congregatus eſt populus [3]ad vnum vſq; Ieroſolymis. Tum ſurrexit Ieſua fili⁹ Iozadec, & fratres eius ſacerdotes, atque Serobabel [4]filius Sealtielis, & fratres eius, & extruxerũt altare Dei Iſraelis, [5]vt ſacrificarẽt in eo holocauſta, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis viri Dei. Firmarunt autẽ altare illud ſuper baſes ſuas, [6]quoniã terror populorum nationum erat ſuper eos: & ſacrificarunt in eo holocauſta Domino, holocauſta [ſinquam] matutina & veſpertina. Celebrarunt etiã diem feſtum tabernaculorũ ſicut ſcriptum eſt, & holocauſta ſingulis dieb⁹ [7]pro numero & ritu & pro demenſo cuiuſque diei. [8]Deinde & holocauſtum iuge, [9]& in neomenijs, & in ſingulis ſtatis ferijs Domino conſecratis, & in omnibus quæ ſpõte & liberaliter offerebãt Domino. ¶ [10]A primo die menſis ſeptimi cœperunt ſacrificare holocauſta Domino, [11]templo Domini nondũ fundato. Dederunt autẽ pecuniam [12]latomis & artificibus, cibum, potũ, & oleũ Zidonijs & Tyrijs, vt adducerẽt ligna cedrina, de Libano [13]ad mare Iapho, [14]quemadmodum Cyrus rex Perſarũ eis indulſerat. Anno autẽ ſecundo [15]quum veniſſent ad ædem Dei in Ieruſalem, mẽſe ſecundo cœperunt Serubabel filius Sealtielis, & Ieſua filius Iozedec, & reliqui fratres eorũ ſacerdotes & Leuitæ, atque omnes qui venerant [16]ex captiuitate Ieroſolyma, & conſtituerunt Leuitas qui erant nati viginti annos & plus, vt [17]vrgerent opus ædis Domini. Stetit ergo Ieſua & filij eius atque fratres eius, Cadmiel quoq; & filij eius, filij Iehuda [18]ad vnũ vſq;, [19]vrgẽtes eos qui faciebant opus in æde Dei: [&] filij Henadad, [&] filij eorum, atque fratres eorũ Leuitæ. Quũmq; ſtructores fũdamẽta iacerent tẽpli Domini, ſtatuerunt ſacerdotes [aliquos] indutos cũ tubis, & Leuitas filios Aſaph cũ cymbalis [20]laudãtes Dominũ, [21]quẽadmodũ cõſtituerat Dauid rex Iſrael. [22]Viciſſim itaq; canebãt

¶ 15 Hic obiter prædicit aduẽtũ Chriſti qui fuit plenus ſapientia, & qui peccatũ nõ fecit. Per Vrim enim quod ſonat lumina, ſignificatur perfecta ſciẽtia ſiue ſapientia. Et per Thũmim, integritas vitæ ſiue inculpata vita. q.d. donec adueniat vnus qui dignus ſit, geſtare Vrim & Thummim, ſicut tẽpore primi tẽpli. ea enĩ poſuerat Moſes in ipſo Rationali.
¶ 16 Heb. Omnis congregatio tã quã [vir] vnus. i. ſimul, ſiue in vnũ collecta.
¶ 17 Heb. principibus patrum
¶ 18. i. ſponte ſua, liberaliter & non coacte obtulerunt de opibus ſuis munera ac dona i domum Dei.
¶ 19 vl, erigerẽt .i. vt inſtaurarẽt eã à fundamẽtis ipſis.
¶ 20 Intelligit de tota cõgregatione vnà cũ principibus, & ijs q de regno Cyri ſpõte obtulerant de opibus ſuis.
¶ 21. i. templi.
¶ 22 Habitauerunt itaque
¶ 23. i. pars aliqua populi, ſiue aliquot ex plebe.
¶ 24. ſub. ſinguli in &c.

III. ¶ 1 aduenißet ¶ 2 Is eſt mẽſis Tiſri qui reſpondet partim noſtro Septẽbri, partim Octobri. ¶ 3 Heb. tãquã vir vnus ¶ 4 nõ natura, ſed educatione. educauerat enim eũ Sealthiel patruus ſuus. erat itaq; pater ipſius nutritius. ¶ 5. i. vt cũ oblatione holocauſtorũ precarentur Dominũ. ¶ 6 [id] enim [fecerũt] ob timorẽ [qui erat] ſuper eos à populis terrarũ. i. præ timore quo tenebantur ob vicinos hoſtes populos. ¶ 7 Heb. in numero, ſecundũ cõſuetudinẽ operis diei in die ſuo. i. ſeruata ratione numeri victimarũ, pro ratione & dignitate dierũ. alia enim erant ſacrificia in ſolennitatibus, quàm in alijs diebus. ¶ 8. i. Poſt feſtũ tabernaculorũ, fecerunt, ſiue obtulerũt holocauſtum. ¶ 9 & [holocauſtũ] neomeniarũ. & [holocauſtũ] omniũ aliarũ ſolennitatũ Domini ſanctificatarũ, & [holocauſtũ] omniũ qui ſpõte offerebãt ſpontaneũ [vl munus liberale] Domino. Solẽnitates Domini ſanctificatas vocat in honorẽ Domini inſtitutas & cõſecratas. ¶ 10 q.d. Non ſolũ cœperunt à feſto illo tabernaculorum, ſed à primo die menſis. ¶ 11 q.d. attamen nondũ iacta erãt fundamẽta tẽpli Domini. ¶ 12 vl, fabris lignarijs ¶ 13. i. ad portũ maris Ioppe, quod erat proximũ ipſi Ieruſalẽ. ¶ 14 Heb. ſecundũ voluntatẽ Cyri regis Perſarũ ſuper eos. ¶ 15 ex quo venerant ¶ 16 ſub. illa Babylonica. ¶ 17 præeſſent operi tẽpli. ſub. inſtaurãdi. ¶ 18 Heb. tanquã [vir] vnus. i. ſimul. ¶ 19 vt præeſſent facientibus ¶ 20 ad laudãdũ ¶ 21 Heb. per manus Dauidis regis &c. i. recitando ac decantãdo pſalmos Dauidis. ¶ 22 Canebant itaque laudando Dominum, & confitendo Domino, [dicentes,]

in laude & confeſſionibus Domini,[23][ſæpe]quòd bonus eſſet, & quòd [24]in æternum' beneficentia eius ſuper Iſraelem. porrò vniuerſus populus vociferabatur iubilo magno [25] laudãdo Dominum quòd fundaretur ædes' Domini. Multi quoque ex ſacerdotibus & Leuitis, atque præcipuis patribus &[26]ſenioribus,'qui viderant domum prioré, quum iſta domus coram oculis eorum fundaretur, flebant voce magna: multi contrà vocé extollebant cum iubilo [27]& gaudio:'Ita vt populus non poſſet diſcernere vocem [28]iubili & gaudij' à voce fletus populi: nam populus iubilum ingentem edebat, ita vt vox procul audiretur.

CAP. IIII.

AVdiuerũt auté hoſtes Iehuda & Beniamin, q [1]hi qui ex captiuitate redierant,'ædificarent templum Domino Deo Iſraelis. Et accedentes ad Serubabelem & ad [2]præcipuos patres,' dixerunt[3] ad eos,'Ædificabimus' vobiſcum: [4]quæremus enim perinde ac vos Deum veſtrum,'& [5]ſacrificamus' ei à diebus Eſar-haddon regis Aſſyrij, qui nos huc[6]tranſtulit.' Dixit ergo eis Serubabel atque Ieſua, & reliqui præcipui patres Iſraelis, [7]Non cõuenit' vt vos nobiſcum ædificetis ædem Deo noſtro: ſed[8]nos ſimul' ædificabimus Domino Deo Iſraelis, quemadmodum præcepit nobis rex Cyrus, [9]rex Perſarum. ¶Factum ergo eſt vt populus illius regionis[10]infirmarent' manus populi Iehuda, & [11]deterrerent eos ab ædificando.' Conduxerunt inſuper contra eos [12] conſultores, [13]qui irritum faciebant' conſilium eorum cunctis diebus Cyri regis Perſarum, vſque ad regnum Darij regis Perſarum. Et in regno Aſueri, initio regni eius, ſcripſerunt [14]accuſationẽ' contra habitantes in Iehuda & Ieruſalem. [15]In diebus verò Artaxerſis' ſcripſit [16]biſlam,'Mithridates, Tabeel,[17] & reliqui eius conſilij' ad Artaxerſem regem Perſarum: eratque ſcriptura [18]exemplaris' ſcripta Syriace, & [19]explicatio quoque Syriaca.' Rehum [20]author epiſtolæ,' & Simſai ſcriba, ſcripſerunt epiſtolam quandam [21]de' Ieruſalem, ad Artaxerſem regem [22] iſto tenore. Tunc Rehum [20]author epiſtolæ' & Simſai ſcriba, & reliqui [23]cõplices' eorum, [24]Dinæi, Apharſathchæi, Tarpelæi, Apharſæi, Archauæi, Babylonij, Suſanechæi, Dehauæ, [25]Elamitæ,' Et reliqui populi quos tráſtulit[26]Aſnapar 'magnus & [27]glorioſus,' & [28]collocauit illos in ciuitatibus Samariæ, [29]vnà cum alijs qui ſunt trans flumen & vltra. Hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſerunt [30]ad Artaxerſem' regem, Serui tui, viri [ſcilicet]trans flumen [31]& vltra.'Notum ſit regi, quòd Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalẽ vrbem rebellem & peſſimã: quã ædificant, &[32]muros eius è fundamentis ducunt,'& fundamenta[33]iaciunt.'

in hymnis, & confeſſione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternũ miſericordia eius ſuper Iſrael. omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominũ, eo quòd fũdatum eſſet templũ Domini. Plurimi etiã de ſacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & ſeniores qui viderant templũ prius cum fundatũ eſſet, & hoc templũ in oculis eorũ, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabãt vocem. Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocé fletus populi: cõmixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul. CAP. IIII.

AVdierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templũ Domino Deo Iſrael. Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis, Ædificemus vobiſcum, quia ita vt vos, quærimus Deũ veſtrũ: ecce nos immolauimus victimas à diebus Aſorhaddan regis Aſſur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel, & Ioſue, & reliqui principes patrum Iſrael, Non eſt vobis & nobis vt ædificemus domũ Deo noſtro: ſed noſipſi ſoli ædificabimus Deo noſtro, ſicut præcepit nobis Cyrus rex Perſarum. ¶Factũ eſt igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando. Conduxerunt autem aduerſus eos conſiliatores, vt deſtruerent conſilium eorum omnibus diebus Cyri regis Perſarum, & vſque ad regnum Darij regis Perſarum. In regno autẽ Aſueri ipſe eſt Artaxerxes,'in principio regni eius ſcripſerunt accuſationem aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalem. Et in diebus Artaxerxis ſcripſit beſelam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in conſilio eorum, ad Artaxerxem regem Perſarum. epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriace, & legebatur ſermone Syro. Reũ Beel-teem, & Samſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolam vnam de Ieruſalem Artaxerxi regi, huiuſcemodi. REVM BEEL-TEEM, & Samſai ſcriba, & reliqui conſiliatores eorũ, Dinæi, & Apharſathachæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonij, Suſanechæi, Dieui, & Ælamitæ, Et cęteri de gentibus quas tranſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen in pace: (Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quã miſerũt ad eũ) Artaxerxi regi, ſerui tui, viri qui ſunt trans Fluuiũ, ſalutem dicunt. Notum ſit regi quia Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalẽ ciuitaté rebellẽ & peſſimã: quam ædificant extruentes muros eius, & parietes componentes.

D

Impedit ædificatio tẽpli. 3. Eſdræ 5. g.

¶ & nos ſacrificauimus

¶ Domino

3. Eſdr. 2. d.

B

Reum Beelteem & Samſai epiſtola ad regẽ Artaxerxem.

¶23 Heb. Quoniã bon⁹, quoniam &c. Principiũ eſt Pſalmi 117, ſecundũ LXX: ſecundũ Hebræos verò, 118. ¶24 ſub. appareat, vel permaneat. ¶25 i. dum decantarent pſalmum illum in honorem Domini. ¶ vel, quòd iacta eſſent fundamenta ædis ¶26 i. qui iam erant prouecta ætate. ¶27 præ lętitia: ¶28 Heb. clamoris lætitiæ .i. vociferationis. quæ erat index lætitiæ animi.

IIII.

¶1 Heb. filij erãt migrationis .i. qui tranſmigrauerant in Babylonem, & illinc redierant iubẽte ac permittente Cyro rege Perſarũ. ¶2 Heb. capita patrum, ¶3 vel, Ædificemus. ſub. templũ Domino. ¶4 i. colemus Deum veſtrum vt vos facitis. Id non dicebãt ex animo: ſed vt imponerent illis, & hac ratione impedirent illos, & auerterẽt ab ædificatione tẽpli.

¶5 ſacrificauimus ¶6 poſteaquam ſcilicet abductæ fuiſſent decem tribus in Aſſyriam per Salmanaſar. ¶7 Heb. Nihil vobis & nobis .i. nobiſcum. ſub. commune eſt. q.d. Vos eſtis idololatræ, nos autem colimus Deum verum. ¶8 ſub. Iudæi, nos omnes vnanimi conſenſu. ¶9 i. qui antequam aſſecutus eſſet regnum Babylonicum, rex erat Perſarum. ¶10 diſſoluerent .i. debiles ac remiſſas redderent. q.d. adimebant animos: conabantur ac ſtudebant auertere eos ab ædificatione. ¶11 turbarent eos, ne ædificarent. ¶12 vel, conſiliarios [quoſdam] .i. mittebant qui conſulerent vt deſiſterent ab incœpto. ¶13 vt diſſiparent, vel diſſoluerẽt .i. vt diſſuaderẽt illis ne ædificarent. ¶14 Heb, ſcripturã. ſub. odij .i. epiſtolã plenam odij & inimicitiarum. ¶15 .i. Nam tẽpore Artaxerxis .i. eſt Aſſuerus. Artaxerxes, Perſicum eſt nomen. Alij dicunt hunc fuiſſe Cambyſem filium Cyri. ¶16 in pace .i. tempore pacis, hoc eſt necdum odio detecto ac patefacto. ¶17 Heb. & reſiduum ſocietatum eius. ſub. Mithridatis. Societates vocat turmas. ¶18 [eius] epiſtolæ ¶19 expoſita [vel, explicata] Syriace. q.d. epiſtola illa ſcripta erat literis & ſermone Chaldæis. ¶20 Heb. magiſter ſapientiæ, i. qui erat à conſilijs. Gallice, Le chancellier. ¶21 contra ¶22 vel, ad hunc modum, ¶23 ſocij ¶24 Nomina ſunt populorum qui adhibiti ſunt in conſilium contra Iudæos. ¶25 Chald. Helmaiæ. ſiue, Helmæi. forte, Elamitæ. ¶26 i. Sennacherib. ¶27 vel, inclytus, ¶28 i. adduxit in locũ decem tribuum. fuerat enim antea ſedes decem tribuum. ¶29 & rel: qui populi qui habitant trans flumen & Chehẽneth. Nomen eſt gentis, ſiue populi. Flumen vocat Euphraten, per excellentiam. Euphrates ſeparabat terram Iſrael à ditione Babylonica: dicebanturque populi iſti qui tunc habitabant in vrbibus Samariæ, habitare trans Euphraten reſpectu Babyloniorum. ¶ ſub. ſcripſerunt ad regẽ ¶30 Chald. ad eum, nempe ad Artaxerxem ¶31 & Chehẽneth. ſub. ſalutem tibi dicunt. ¶32 vel, murorum fundamenta iecerunt, ¶33 Chald. Heb. conſueuunt. i. compegerunt.

C Nunc igitur notū ſit regi quia ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius inſtaurati, tributū, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vſque ad reges hæc noxa perueniet. Nos autē memores ſalis quod in palatio comedimus: & quia læſiones regis videre nefas ducimus: idcirco miſimus & nuntiauimus regi, vt recēſeas in libris hiſtoriarum patrū tuorum, & inuenies ſcriptū in commētarijs, & ſcies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis eſt, & nocēs regibus & prouincijs, & bella [e]concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rē & ciuitas ipſa deſtructa eſt. Nuntiamus nos regi quoniā ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſſionem trans Fluuium non habebis. ¶ Verbum miſit rex ad Reum Beelteem, & Samſai ſcribam, & ad reliquos qui erāt in conſilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluuium, ſalutē dicens & pacem. [a] ACCVSATIONEM quā miſiſtis ad nos, manifeſtè lecta eſt coram me. & à me præceptum eſt,

¶ [e] concitant

¶ [a] ACCVSATIO.

D & recenſuerunt, inueneruntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduerſum reges rebellat, & ſeditiones & prælia concitantur in ea. Nā & reges fortiſſimi fuerunt in Ieruſalem: qui & dominati ſunt omni regioni quæ trans Fluuiū eſt. Tributum quoque, & vectigal, & reditus accipiebant. Nūc ergo audite ſententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa nō ædificetur, donec ſi forte à me iuſſum fuerit. Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim creſcat malū cōtra reges. ¶ Itaq; exemplū edicti Artaxerxis regis lectum eſt corā Reū Beel-teem & Samſai ſcriba, & cōſiliarijs eorum: & abierūt feſtini in Ieruſalem ad Iudæos, & prohibuerūt eos in brachio & robore. Tūc intermiſſum eſt opus domus [e] Domini in Ieruſalem, & non fiebat vſque ad annū ſecūdum regni Darij regis Perſarum. CAP. V.

¶ [e] Dei

Adhortatiōe Aggæi & Zachariæ reædificatur tēplum. 1. eſd. 6. a.

PRophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias fili[us] Addo, prophetātes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ieruſalem, in nomine Dei Iſrael. Tūc ſurrexerūt Zorobabel filius Salatiel, & Ioſue filius Ioſedec: & cœperunt ædificare tēplum Dei in Ieruſalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. In ipſo autē tempore venit ad eos Thathanāi qui erat dux trās Flumē, & Stharbuzanāi, & conſiliarij eorū: ſicque dixerunt eis, Quis dedit vobis conſiliū vt domum hanc ædificaretis, & muros eius inſtauraretis? Ad quod reſpondimus eis, quæ eſſent nomina hominū authorum ædificationis illius. Oculus autē Dei eorum factus eſt ſuper ſenes Iudæorum, & nō po-

Dux Thathanai conatur inhibere ædificationem, ſed fruſtra.

Oculus Dei.

E tuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad Dariū referretur, & tunc ſatiſfacerent aduerſus accuſationem illam. ¶ Exemplar epiſtolæ quam miſit

Nunc igitur notum ſit regi, ſi ciuitas iſta reædificatur, & muri eius fuerint inſtaurati, [14] mun[us], tributum & vectigal minime dabūt: [15] idque regijs pēſionibus incōmodabit. Nunc ergo [16] quū hæc omnia præſentia ſunt, tēplum omnino deſtruximus, [17] neque potuimus ignominiā regis diutius videre, & idcirco miſimus, & regi indicauimus, vt [18] inquirat in libro hiſtoriarū patrū tuorum, & inuenies in libro hiſtoriarū, cognoſcēſque vrbem hanc rebellē eſſe, & incommodātem regibus & prouincijs, quodq; in ea vrbe [19] retro temporibus fuerūt, qui ad defectionem ſolicitarunt: quā ob cauſam & vrbs hæc vaſtata eſt. Inſuper & hoc indicamus regi, ſi vrbs hæc fuerit reædificata, & muri [40] ex fundamentis refecti, [41] nullā partem vltra flumē habebis. ¶ Miſit autem rex [42] mādatū ad Rehū qui erat [20] à cōmētarijs, Simſai ſcribā, atq; [43] reliquos eiuſdem conſilij qui habitabant [44] in Samaria, & ad reliquos qui erāt trans fluuiū, [45] Pacem [46] & lōgæuitatē, EPISTOLA quā ad nos miſiſtis, explicata eſt lectāque corā me. [47] Datum eſt autē à me decretū, & inquiſierūt atq; inuenerunt, quod ciuitas iſta [47] retro tēporib[us] ſeſe eleuauit cōtra reges, quódque in ea rebellio & defectio [48] facta eſt. Ad hæc, fuerūt in Ieruſalē reges præpotētes, [49] qui imperiū obtinuerūt in omni [regione] transfluuiana, datūq; eſt illis tributū, ſtipendiū & vectigal. Interponite ergo [50] mādatū, vt viri iſti ceſſent, neque vrbs iſta reædificetur, donec à me [51] mādetur. [52] Cauti eſtote, vt iſtud fiat: cur enim [53] [hinc] naſceretur dānum quod regibus incommodaret? [54] ¶ Mox vt exēplar epiſtolæ Artaxerſis regis lectū eſt coram Rehū & Simſai ſcriba, atque [55] alijs eiuſdē cōſilij cōplicib[us], abierūt feſtinanter Ieroſolyma ad Iudæos, & impedierunt eos [56] brachio & vi. Tum [57] impeditum eſt opus ædis Dei in Ieruſalem, [58] ceſſatúmq; eſt vſq; ad ſecundū annum regni Darij regis perſarum. CAP. V.

PRophetauit autē Haggæus propheta, & Zacharias [11] filius Iddo, qui fuerūt prophetæ ad Iudæos in Iudæa & Ieruſalē, in nomine Dei Iſraelis [1] [prophetantes] eis. Tum [2] ſurrexerūt Zerubabel filius Sealtielis, & Ieſua filius Iozadac, & cœperūt ædificare ædem Dei in Ieruſalē, erántque cum eis prophetæ Dei, [eos] [3] fulcientes. Eodē tempore venit ad eos Thathanai, qui [4] præfectus erat trans fluuiū, & præfectus militū, atq; complices eorum, & ſic dixerunt ad eos, Quis dedit vobis [5] mandatū hanc domū ædificandi, murōſq; eius à fundamētis reficiendi? Tum [6] iuxta tenorem diximus ei [7] quæ eſſent nomina virorū qui hoc ædificium reficerent. Atqui oculus Dei eorū [8] fuit ſuper ſeniores Iudæorū, [9] vt non potuerint eos impedire, [10] donec cauſa perueniret ad Darium, tum & [ipſi Iudæi] per epiſtolam reſpōderunt de hac re. Porrò exemplar epiſtolæ quam miſit

¶ 14 tributū, vectigal, & redditus annuos &c. Alij pro vectigali, cēſum vertūt qui dabatur pro ſingulis capitib[us]. Reddit[us] annuos intelligit doctus inter Hebræos illa munera quæ dari ſolēt regibus in aduentu ipſorū, aut quādo iter faciunt per aliquā regionem.

¶ 15 Chald. & tributū regū lædes. i. imminues, ſi id permiſeris. vel, lædet. ſub. hæc vrbs, ſi inſtaurata fuerit. ¶ 16 Chald. propterea quod deſtructionē templi. ſub. quod erat in Ieruſalem. i. fuimus cauſaq; templū deſtructū ſit. Verti etiam poteſt, propterea quod ſale palatij ſaliti ſumus. i. quod ſal ē palatio allatū comedim[us]. i. quod in palatio educati fuimus.

¶ 17 Chald. & cōtēptū regis nō eſt pulchrū nobis &c. i. nō decet neque cōuenit nobis.

¶ 18 ſub. aliquis mādāte ac iubēte rege

¶ 19 Chal. à diebus ſeculi. i. ab omni æuo.

¶ 40 extructi fuerint,

¶ 41 Chald. ob id, portio quæ eſt in [regiōe quæ eſt] trās fluuiū, nō erit tibi. i. nullā hæreditatē ſiue poſſeſſionē habitur[us] es in regione quæ eſt vltra Euphratē. i. in Iſraele, quā Euphrates ſeparat ab imperio Babylonico. ¶ 42 Chald. verbū. i. reſpōſum ¶ 43 ſocios eorum ¶ 44. i. in vrbibus prouinciæ Samariæ. ¶ 45. i. miſit epiſtolā qua dicebat illis ſalutē. ¶ 46 & Cheheth. i. & ad populū qui dicebat Cheheth. per cōtractionē. Paulò ſuperi[us] integre ponitur, Cheheneth. ¶ 47 vel, Lata eſt à me ſententia. q. d. ego ſtatui ac decreui quod legerētur hiſtoriæ. ¶ 48 fit. vel, fieri ſolet. ¶ 49 Chal. fuerunt domini omniū quæ habitab it [vel, omni regioni quæ eſt] vltra flumen, tributúmq; vectigal & reddit[us] annuus dabatur illis. ¶ 50 ſtatutū vt ceſſare faciatis hoīes iſtos. i. ſtatuite vel decernite vt &c. ¶ 51 præceptū poſitū ſit. vel, decretū, ſiue ſtatutū. ſub. aliud. i. donec à me aliter ſtatutū fuerit. ¶ 52 Chal. Cauete vt errorē faciatis. vel, cōmittatis. i. Videte ne erretis. ¶ 53 Chal. accreſcet deſtructio in perniciē regū? i. quare veſtra culpa, ſi id permittatis, dānū accreſcet regibus? ¶ 54 Chald. Tūc ex quo. i. Cū primū autē. ¶ 55 ſocijs eorū. vel, ſocietate ¶ 56 robore. i. vi & armis. ¶ 57 ceſſauit ¶ 58 intermiſſum eſt inquā V. ¶ 11. i. nepos. ¶ 1 Chald. ſup eos. i. qui erat cū eis. afflabantur enim ſpiritu Dei. Alij, quod inuocatū erat ſup eos. ¶ 2 mori ſcilicet adhortationib[us] prophetarū. ¶ 3 adiuuātes, ¶ 4 dux [vel, prex] eorū qui habitabāt vltra flumen [i. Euphratē,] & Setharboznái & ſocij ¶ 5 vel, decretum. ſiue ſtatutū. i. Cuius poteſtate ac edicto [ſ]reti ædificagis hoc templū? Aut, permiſſione cuius inſtauratis templū &c. ¶ 6 adhuc ¶ 7 Quæ ſunt nomina virorū qui hoc ædificium ædificant. Verba ſunt Thathanái & ſociorū ei[us]. Inducit enim author libri eos adhuc loquētes. ¶ 8 erat. Per oculū, prouidētiam & fauorē Dei intelligit. ¶ 9 q. d. Thathanái & ſocij eius nō potuerūt efficere vt illi intermitterent opus tantiſper dum negotium referretur ad Darium. ¶ 10 tantiſper dum

Thathnai præfectus vltra flumé, & [6]dux militũ cõpliceſque [7]eius Arphaſechæi, qui erát trans flu uiũ, ad Dariũ regé. [8]Et litera hoc ſcripta erat cau ſa qua miſerunt ad eũ, DARIO REGI, Pax [11]integra. Notũ ſit regi quòd profecti ſumus ad prouinciam Iudæorũ, ad domũ Dei magni, quæ ædificatur lapidibus [12]marmoribus, [13]trabes quoque ponuntur in parietibus, opuſq; ipſum fit miſra celeritate, & feliciter ſuccedit per manus eorũ. Tũc interrogauimus ſenes [15]illorũ, & hũc in modũ diximus ad eos, Quis dedit vobis mandatum reædificádi hanc domũ, & muros iſtos ex fundamẽtis reſtituendi? Sed & nomina eorũ interrogauimus ab eis, vt indicaremus tibi, & vt ſcriberem[9] nomina virorũ qui capita ſunt inter eos. Hi vero hoc modo reſpõderunt, dicẽtes, Nos ſumus ſerui illius, qui Deus eſt cæli & terræ: & ædificamus domũ quæ extructa retro temporibus [16]erat ante multos annos, quam [17]rex Iſraelis magnus ædificauerat & [18]fundauerat. Quandoquidẽ verò patres noſtri irritarunt Deũ cæli, tradidit eos in manũ Nabuchodonoſoris regis Babylonici & [19]Chaldæorũ: qui ædẽ hanc deuaſtauit, & populũ eius tranſtulit captiuũ in Babyloné. Atqui anno primo Cyri regis Babylonis rex Cyrus poſuit edictũ[11] de hac domo Dei vt reædificaretur. Quin & vaſa tẽpli Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor ſuſtulerat é tẽplo Ieroſolymitano, & abduxerat ea in phanũ quod erat in Babylone, ea ꝓtulit Cyrus rex de phano Babylonis: quæ tradita ſunt ei, cui nomẽ Seſbaſar, quẽ [2]ducem conſtituerat, Dixitque ad eũ, Tolle vaſa iſta, & abi, atque repone ea in tẽplo quod eſt Ieroſolymis: domúſque Dei ædificetur[21] in baſi ſua. Venit ergo tũ Seſbaſar iſte, & iecit fundamenta ædis Dei quæ eſt in Ieruſalẽ. [24]Abq; eodẽ tẽpore vſque in præſens ædificatur, neq; dũ abſoluta eſt. Nũc itaque [25]ſi regi videtur, perquiratur [26]in repoſitorio theſaurorũ regis, quod eſt iſthic in Babylone, ſi ne hoc à rege Cyro conſtitutũ, decretũ, [1] vt reædificetur ædes Dei in Ieruſalẽ, atque de hac re animum regis nobis mittat.

CAP. VI.

TVm conſtituit Darius rex mandatũ, [1]vt quærerẽt in Bibliotheca, in eo loco vbi theſauros reponebát in Babylone, [3]inuentúmq; eſt in [4]Ahmatha, in arce quæ eſt in regione Medorũ, volumẽ quoddá, in quo ſic memoriæ proditũ erat, ANNO PRIMO Cyri regis cõſtituit Cyrus rex [4]decretũ de tẽplo Dei in Ieruſalẽ, vt domus [5]in loco vbi ſacrificent, ædificetur, [6]& fundamẽta eius perficiantur, altitudine ſexaginta cubitorũ, & latitudine ſexaginta cubitorũ. [7]Ordines lapidũ ingentium tres, ordo verò lignorũ vnus & [10]quicquid deeſt, ex domo regis ſuppeditetur. Sed & vaſa tẽpli Dei aurea & argẽtea, quæ auxerat Nabuchodonoſor de tẽplo quod fuit Ieroſolymis, intuleratque ea Babylonem, [11]reſtituantur, inferantúrq; in templũ Ieroſolymitanum in locum ſuum, [12]collocẽturq; ea in æde Dei. Nũc itaque tu Thathnai [14]præfectus trãs fluuiũ, túq; imperator exercitus & cõplices horũ, vos Aphar

Thathanái dux regionis trans Flumẽ, & Sthar-buzanai, & conſiliatores eius Aphaſachæi qui erant trans flumen, ad Darium regem. Scriptum, quẽ miſerant ei, ita ſcriptus erat, DARIO REGI, pax omnis. Notum ſit regi, iſſe nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei magni: quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus opúſque illud diligenter extruitur, & creſcit in manibus eorũ. Interrogauimus ergo ſenes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis poteſtatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos inſtauraretis? Sed & nomina eorum quæſiuimus ab eis, vt nunciaremus tibi: ſcripſimúſque nomina eorum virorum, qui ſunt principes in eis. Huiuſcemodi autem ſermonem reſponderũt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui Dei, cæli & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos: quòd rex Iſrael magnus ædificauerat & extruxerat. Poſtquam autem ad iracundiam prouocauerũt patres noſtri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc deſtruxit, & populum eius tranſtulit in Babylonem. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex propoſuit edictum vt domus Dei ædificaretur. Nam & vaſa templi Dei aurea & argẽtea, quæ Nabuchodonoſor tulerat de templo, quod erat in Ieruſalem, & aſportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data ſunt Saſſabaſar vocabulo, quem & principem conſtituit, Dixitque ei, Hæc vaſa tolle, & vade: & pone ea in templo, quod eſt in Ieruſalem: & domus Dei ædificetur in loco ſuo. Tunc itaque Saſſabaſar ille venit, & poſuit fundamenta templi Dei in Ieruſalem, & ex eo tempore vſque nunc ædificatur, & necdum completum eſt. Nunc ergo ſi videtur regi bonum, recenſeat in bibliotheca regis, quæ eſt in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iuſſum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ieruſalem, & voluntatem regis ſuper hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

TVnc Darius rex præcepit: & recenſuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repoſiti in Babylone: & inuentum eſt in Ecbatanis, quod eſt caſtrum in Medena prouincia, volumen vnum, taliſque ſcriptus erat in eo commẽtarius, ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Ieruſalẽ, in loco vbi immolent hoſtias, & vt ponant fundamenta ſupportantia altitudinem cubitorum ſexaginta & latitudinem cubitorum ſexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & ſic ordines de lignis nouis: ſumptus autẽ de domo regis dabuntur. Sed & vaſa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor tulerat de templo Ieruſalem, & attulerat ea in Babyloné, reddantur, & referantur in templũ in Ieruſalẽ in locum ſuum, quæ & poſita ſunt in tẽplo Dei. Nũc ergo Thathanái dux regionis quæ eſt trans Flumen, Sthar-buzanái, & cõſiliarij veſtri Apharſa

Epiſtola Thathanai ad Darium regem: qua cum conſulit ſuper ædificatione templi.

C

D

Darius Cyri decretum de tẽplo extruẽdo inueniẽs, iubet & ipſe templũ extrui, & eis ...

¶ immolent...

¶11 Chald. (verba miſerunt ad eum,) & iuxta hoc ſcriptum erat in medio eius. i. Epiſtolã enim miſerãt ad eum & ſic erat ſcripta in ea. ¶12 Chald. omnis. q.d. Dario regi ſalutẽ plurimã dicunt &c. ¶13 marmoreis. ¶14 ligni. i. parietes teguntur tabulis ligneis, hoc eſt cedrinis. ¶15 vel, illos. ¶16 Heb. fuerat ante hos multos annos. vſ, multis annis ãtea. ¶17 ſub. Salomon. ¶18 vſ, perfecerat eam, cõſummauerat. ¶19 Verũtamẽ ex quo. vſ, Sed poſteaquam. ¶20 Chald. Chaldæi. i. qui regnabat in Chaldæa. ¶21 vt domum Dei hãc ædificarent. ſub. Iudæi. ¶22 ſub. transmigrationis. i. eorũ qui de captiuitate Babylonica reuertebantur in Ieruſalem ac Iudæam. ¶23 i loco ſuo. i. vbi antea fuerat. ¶24 & ex eo tempore ¶25 Chald. ſi regi bonũ eſt. i. ſi videatur, & ei placuerit. ¶26 Chald in domo theſaurorũ. Olim duplices fuerunt bibliothecæ aliæ erãt in quibus reſeruabantur libri, qui ſpectabant ad eruditionem: aliæ verò in quibus reponere ſolebant libros qui ſpectabant ad rem nũmariam. etiam alij ſunt libri rationũ, & alij libri ſapientiæ ac philoſophiæ. Hic autem loquitur de libris rationũ. ¶27 vſ, de reædificanda Ieruſalẽ. VI. ¶1 vſ, fecit Darius rex edictũ. ſub. vt requirerent an ita res haberet. ¶2 Chald. & quæſiuerunt in domo librorum theſaurorũ qui poſiti erant ibi in Babylone. i. in bibliotheca, vbi theſauros reponere ſolebãt &c. ¶3 in ſcrinio. ¶4 Alij incipiunt hic decretũ, hoc modo, Domus Dei quæ eſt in Ieruſalẽ domus inquam ædificetur. vſ, ædificabitur. ¶5 Chald. quæ eſt locus in quo immolant victimas. vſ, quæ erit locus in quo immolabũt hoſtias ¶6 & parietes eius colligarentur. Alij legunt, fundamenta eius cõtingantur. vſ, contingentur. ¶7 Parietes ex lapidibus marmoreis &c. vſ, Ordines. ſub. parietũ. ſunt, vel, erunt ex &c. ¶8 parietes verò é lignis nouis. vſ, recẽtibus. In lib. 3 Regũ dicitur, é tabulis cedrinis. ¶9 vſ, interior. ¶10 ſumptus. vſ, expenſa. q.d. Permitto vt tẽplũ Ieroſolymitanũ inſtauretur, idq; ſumptu proprio. ¶11 reſtituãt. ſub. miniſtri ac ſerui regis qui illa cuſtodiũt. ¶12 proficiſcantúrq;. ſub. vaſa illa. i. referantur. ¶13 Mutat perſonã, & conuertit ſermonẽ ad Zorobabelem. ¶14 ſocios eorũ qui ſunt trans flumẽ, Setharbozmai, & ſocij eorum. i. veſtri.

¶ domũ Dei illã ædificẽt

B chæi, qui eſtis trans Flumen, procul recedite ab illis, & dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum & à ſenioribus eorum, & domus Dei illa ædificetur in loco ſuo. Sed & à me præceptũ eſt quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, ſcilicet vt de arca regis, id eſt de tributis quæ dantur de regione trans Flumen, ſtudioſe ſumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. Quod ſi neceſſe fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocauſtum Deo cæli, frumentum, ſal, vinum, & oleum, ſecũdum ritum ſacerdotum qui ſunt in Ieruſalem, detur eis per ſingulos dies: ne ſit in aliquo querimonia. Et offerãt oblationes Deo cæli, orẽtque pro vita regis, & filiorum eius. A me ergo poſitũ eſt decretum, Vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionem, tollatur lignũ de domo ipſius, & erigatur, & configatur in eo: domus autem eius

C publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen ſuum ibi, diſſipet omnia regna, & populũ qui extenderit manum ſuam vt repugnet, & diſſipet domum Dei illam, quæ eſt in Ieruſalem. Ego Darius ſtatui decretum, quod ſtudioſe impleri volo. ¶ Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, & Sthar-buzanai, & conſiliarij eius, ſecundum quod præceperat Darius rex, ſic diligẽter executi ſunt. Seniores autem Iudæorum ædificabant, & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & conſtruxerunt, iubente Deo Iſrael, & iubẽte Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Perſarum: Et compleuerunt domum Dei iſtam, vſq; ad diem tertium mẽſis Adar, qui eſt annus ſextus regni Darij regis. ¶ Fecerunt autem filij Iſrael ſacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorũ tranſmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio. Et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vi-

D tulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Iſrael, duodecim, iuxta numerum tribuum Iſrael. Et ſtatuerunt ſacerdotes in ordinibus ſuis, & Leuitas in vicibus ſuis ſuper opera Dei in Ieruſalem, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi. ¶ Fecerunt autem filij Iſrael tranſmigrationis, Paſcha, quartadecima die menſis primi. purificati enim fuerant ſacerdotes & Leuitæ quaſi vnus omnes mũdi ad immolandum paſcha vniuerſis filijs tranſmigrationis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibi. Et comederunt filij Iſrael qui reuerſi fuerãt de trãſmigratione, & omnes qui ſe ſeparauerãt à coinquinatione Gẽtium terræ ad eos, vt quærerent Dominum Deum Iſrael. Et fecerunt ſolẽnitatem azymorũ ſeptem diebus, in lætitia: quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Aſſur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Iſrael.

Tẽplũ abſoluitur. 3.eſd. 7.a.

Dedicatur tẽplum.

Num.3.b.8.b

Celebratur paſcha.

Cor Aſſur cõuerſũ à Deo in auxilium Iſraelis.

CAP. VII.

Eſdras edicto regis Artaxerxis ſumptis comitibus aſcendit Ieruſalem. 3.eſd. 8.a.

POſt hęc autem verba in regno Artaxerxis regis Perſarũ, Eſdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ, Filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, Filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, filij Zarahiæ, Filij Sellum, filij Zadoc, filij Abitub, Filij Amariæ, filij Aſariæ, filij Meraioth, filij Se-

ſechæi qui eſtis trans fluuium, procul abſiſtite [15] iſthinc. Relinquite [16] opus ædis Dei hui⁹, [17] præfectus Iudæorum, ſeneſque ipſi Iudæorũ ædificent ædem illã Dei in loco ſuo. A me conſtitutũ eſt decretũ, [18] quid faciatis cum ſenioribus Iudæorum illis in ædificando ædem illam Dei, [nempe] vt de facultatibus regis, quas habet ex tributo trans flumen, [19] diligentiſſime expenſæ ſuppeditentur viris iſtis, [20] nec quiſquam impediat. Et quidquid neceſſarium fuerit, ſiue vituli ſint, ſiue arietes, ſiue agni ad holocauſta Deo cæli, frumẽtum, ſal, vinũ, & oleum iuxta quod dixerint ſacerdotes qui ſunt Ieroſolymis, hæc dentur eis [21] ſuo quoque die demẽſum ſuũ, idque abſq; vlla cunctatione, Vt [habeant vnde] offerant [22] ſuaueolentia Deo cæli, vtque orent pro vita regis & filiorũ eius. Eſt præterea & à me tale conſtitutũ decretũ, vt quicunque mortalium hoc edictum mutarit, [23] tollatur trabs de domo eius, in quam erectam ſuſpendatur: inſuper & domus eius huius rei gratia in ſterquilinium redigatur. Deus quoque, qui nomen ſuũ illic collocauit, extirpet omnem regẽ & populũ, qui manũ ſuam admolitus fuerit, vt vel mutet vel lædat domũ iſtam, Dei quæ eſt Ieroſolymis. Ego Darius hoc edictũ ſtatui, vt [24] diligenter & exacte fiat. ¶ Tũ Tathnai præfectus regionis tranſfluuianæ, imperator exercitus, & cæteri complices eorũ, mox [25] vt Darius rex huiuſmodi miſerat, exacte ſunt exequuti. Seniores ergo Iudæorũ ædificabãt, & proſpere illis ſucceſſit [26] per prophetiã Haggæi prophetæ, & Zachariæ filij Iddo, ædificabant inquã, [27] fundamentũ iacientes ex decreto Dei Iſraelis, & ex decreto Cyri & Darij, ([28] qui & Artaxerſes,) regis Perſarũ. Abſoluta eſt autẽ ædes iſta [29] die tertio menſis Adar, [30] anno ſexto regni Darij regis. ¶ Fecerunt itaque filij Iſrael, ſacerdotes & Leuitæ, reliquiq; qui ex captiuitate redierãt, [31] initiationẽ ædis Dei huius cũ gaudio. Obtulerũntque ad [32] initiationẽ domus Dei huius iuuencos centũ, arietes ducentos, agnos quadringentos, & [33] hircos caprarũ [34] pro expiatione totius Iſraelis duodecim, iuxta numerũ tribuũ Iſraelis. Et ſacerdotes ſtatuerunt in [34] ordinibus ſuis, & Leuitas in ſuis partitionibus [35] pro miniſterio Dei qui [colitur] in Ieruſalẽ, quemadmodũ ſcriptũ erat in libro Moſis. ¶ Celebrarunt quoque qui ex captiuitate redierant Paſa in [36] quartadecima mẽſis primi. nã & ſacerdotes & Leuitæ mũdati erant, erãtque omnes [37] pariter puri. mactarunt itaq; [38] Paſa omnibus qui è captiuitate redierãt, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibiipſis. Comederunt ergo filij Iſraelis qui è captiuitate redierãt, & quicũque [39] ſegregatus erat ab immũditia Gentiũ terræ, [venerãtq;] ad eos, vt quæreret Dominũ Deũ Iſraelis. Et fecerunt ſolẽnitatem azymorum ſeptem diebus in gaudio. quandoquidẽ exhilarauerat eos Dominus, [40] cõuerterátq; cor regis Aſſur ad eos, vt cõfortaret manus eorum in opere ædis Dei, Dei videlicet Iſraelis.

CAP. VII.

POſt hæc geſta [erat] in [1] regno Artaxerſis regis Perſarum [2] Eſras filius Seraiæ, filij Aſariæ, filij ... Filij Amariæ, filij Aſariæ, filij Meraioth, filij Se-

¶ 15 .i. ab Ieruſalẽ vbi ædificatur templũ. q. d. nolite eſſe impedimento ijs qui ædificãt tẽplũ Dei in Ieruſalẽ. ¶ 16 ſub. [vt fiat] op⁹ &c. ¶ 17 ſub. ſinite inquam vt præfectus ¶ 18 de eo quod factum eſt is .i. quid vos facere velim. ¶ 19 feſtinanter ſumptus [vel redditus] detur ¶ 20 Chald. ne faciãt ceſſare. ſub. eos qui ædificãt tẽplum. ¶ 21 per ſingulos dies, ita vt nullus ſit error. Solebãt hæc omnia adhiberi & cõmiſceri ſacrificijs, oblationibus, & libaminibus. ¶ 22 ſuffimenta ¶ 23 Chald. diruatur lignum .i. diruẽdo extrahãtur ligna ¶ 24 feſtinanter, ſiue, celeriter ¶ 25 Chald. iuxta id quod miſerat Darius rex, ſic illud &c. ¶ 26 ſecũdũ prophetiã. vel, in prophetia Aggæi &c. per quos Dominus iuſſerat ac mandauerat vt inſtaurarẽt tẽplũ. ¶ 27 perficientes illud ¶ 28 vel, & Artaxerxis. Dicunt hũc Artaxerxẽ fuiſſe filiũ Darij & tẽpore illius abſoluta fuiſſe quæcũq; pertinebant ad ornatũ templi. ¶ 29 Chald. vſq; ad diẽ tertium &c. Non fuit abſoluta vſque ad &c. Menſis Adar eſt duodecimus, qui reſpondet partim noſtro Februario, partim Martio. ¶ 30 qui erat annus ſextus ¶ 31 dedicationẽ ¶ 32 ſub. filios ¶ 33 Chald. pro peccato, pro toto Iſrael .i. in ſacrificiũ pro peccato. ¶ 34 vel, diuiſionibus. Fecerũt ex ſacerdotibus diuerſas claſſes iuxta quas viciſſim agerent rẽ ſacrã Deo in tẽplo: ſimiliter & ex Leuitis, vt ipſi per vices ſuas miniſtrarent in tẽplo ipſo. ¶ 35 Chald. ſuper opus Dei quod [faciendũ erat] in &c. ¶ 36 ſub. die. ¶ 37 Heb. tanquam vnus ¶ 38 .i. agnũ paſchalẽ. ¶ 39 vel, ſeparauerat ſeſe .i. qui de infidelitate Gentiũ conuerſi erant ad fidẽ .i. proſelyti. ¶ 40 .i. reddiderat illũ eis propitiũ qui antea erat animo infenſo in eos. Meminit autẽ hic regis Aſſyriorũ, quòd tunc qui rex Perſarum, etiã rex erat Aſſyriorum. at rex Aſſyriorũ abduxerat decẽ tribus captiuas. VII. ¶ 1 Hebræi dicũt omnes reges Perſarũ vocatos fuiſſe Arthaſaſtha, id eſt Artaxerxes. ¶ 2 Hic deſcribitur genealogia Eſdræ, quæ aſcendit vſq; ad Aaronẽ primũ illũ ac ſummũ & præcipuum ſacerdotem, à quo ille deſcendit.

¶1 vl, velox. i. legiſperitus, ſiue legiſdoctor doctiſſim⁹, exercitatiſſimus in lege Dei. hi enim ſcribæ dicebantur, quòd officium eorũ eſſet deſcribendi legem. Qui Matth. 12. & Luc. 10, legiſperitus, ſiue doctor legis, idẽ Marc. 12. dicitur ſcriba.

¶2 Heb. iuxta manum Domini Dei ſui ſuper eum. i. pro magno illo fauore quo proſequebatur Deus ipſum Eſdram, prout fauit illi Deus. ¶4 ſub. vnà cum eo aliquot

¶5 Heb. ipſe eſt annus ſeptim⁹ regis. ſub. ipſius Darij. ¶6. i. profectionis ac reditus

¶7 Heb. iuxta manum Dei ſui bonam ſuper eum. i. per gratiam &c.

¶8 Heb. præceptum & iudicium. i. præcepta iudicialia.

¶9 vl, epiſtolæ quam ¶10 cõſummato, & ipſũ Chebeneth ſub. ſalutem plurimam dicit. i. doctiſſimo, & omnibus numeris abſoluto.

¶11 vl, mitteris ¶12 vt inquiras in Iudæam & Ieruſalem propter legem &c. i. in incolas Iudææ an ſeruẽt legem quam habes in promptu.

rahela, Filij Vſi, filij Buxi, Filij Abiſua, filij Phinhas, filij Eleaſari, filij Aharonis ſacerdotis ſummi. Hic Eſras aſcẽdit de Babylone, idémq; ſcriba erat [1]promptus' in lege Moſis, quam dederat Dominus Deus Iſraeli. Huic rex dedit ('quandoquidem manus Domini Dei ſui erat cum eo,)' quidquid ipſe petebat. [4]Aſcenderúntque' de filijs Iſraelis, de ſacerdotib⁹ & Leuitis, cantoribus, ianitoribus & Nethinæis in Ieruſalem, anno ſeptimo Artaxerſis regis. Venit autem Ieroſolyma mẽſe quinto, [5]ſeptimo anno regis.' Prima enim [die] menſis primi inchoatus eſt [6]aſcenſus' è Babylone, & prima [die] menſis quinti venit Ieroſolyma, [7] quandoquidem manus Dei ſui bona erat cum eo.' Siquidem Eſras parauerat cor ſuum vt inquireret legem Domini, & vt [eam] faceret, átque doceret in Iſraele [8]ceremonias & iudiciũ.' ¶Hoc eſt autem exemplar [9]ſcripti quod' dedit Artaxerſes Eſræ ſacerdoti & ſcribæ, ſcribæ [inquã] verborũ & præceptorũ Domini, atque ſtatutorũ ei⁹ in Iſraele. ARTAXERSES rex regũ Eſræ ſacerdoti & ſcribæ legis Dei cæli, [10]incolumitatẽ & diuturnitatẽ.' Conſtitutũ eſt à me decretũ, vt quicunque ſponte voluerit in regno meo de populo Iſrael, ſacerdotibus & Leuitis, proficiſci Ieroſolyma, is tecum proficiſcatur, eo quòd tu à rege, & ſeptem cõſiliarijs eius [11]miſſus ſis, [12]vt inuiſas Iehudã & Ieruſalẽ in lege' Dei tui quæ eſt in manu tua: Et vt [tecum] feras argentum & aurum quod rex & conſiliarij eius ſponte offerunt Deo Iſraelis, cui⁹ domiciliũ eſt in Ieruſalem. Omne inſuper argentũ & aurum quod inueneris in vniuerſa prouincia Babyloniorũ, cum his quę populus ſponte dederit, quæque ſponte obtulerint ſacerdotes ad ædẽ Dei ſui quæ eſt in Ieruſalem, vt ea pecunia celeriter coemas iuuencos, arietes & agnos, deinde [13]cibaria eorũ ſacrificia,' & eorũ libamina, & [14]afferas ea ad arã' domus Dei [15]veſtri,' quæ eſt Ieroſolymis. De reliquo argenti & auri agite quod tibi & fratribus tuis viſum fuerit, iuxta voluntatẽ Dei veſtri. Et [16]vaſa quæ tradita ſunt tibi ad cultũ ædis Dei tui, reſtitue in conſpectũ Dei in Ieruſalẽ.' Porrò reliquũ quod neceſſarium fuerit pro æde Dei tui, 'quod tibi expendẽdũ [17]acciderit, [18]expendas è theſauris regis.' Equidem à me Artaxerſe rege edictum promulgatũ eſt ad omnes qui theſauris præfecti ſunt trans fluuium, vt quidquid poſtulauerit à vobis Eſras ſacerdos [19]ſcriba' legis Dei cæli, ilico fiat. Vſque ad argenti talenta centũ, & vſq; ad tritici coros centũ, ad vini batos centum, & vſque ad olei batos centũ, [20]ſal verò ne ſcribatur.' Et quidquid denique eſt quod præceptũ eſt à Deo cæli, fiat diligenter [21]domui' Dei cæli, [22]ne iraſcatur' ſuper regnũ, regem & filios eius. Et id quoque vobis notum facimus, ne [23]vobis ſumatis authoritatẽ imperãdi eis' tributũ, [24]ſtipẽdiũ aut vectigal, omnib⁹ inquã ſacerdotibus,' Leuitis, cãtoribus, ianitoribus, Nethinæis atque miniſtris ædis Dei huius. Et tu Eſra pro ſapientia Dei tui, [25]quæ eſt in manu tua,' ex me [cõſtitue] iudices & [26]cauſidicos, [27] qui iudicent' vniuerſum populũ te [ſiluuianũ], omnes eos qui nouerũt leges Dei tui: qui verò nõ nouerũt, eos [28]doceatis.' Quicũq;

rahiæ, filij Ozi, filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ſacerdotis ab initio. Ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, quam Dominus Deus dedit Iſrael: & dedit ei rex ſecundum manum Domini Dei eius ſuper eum, omnem petitionem eius. Et aſcenderunt de filijs Iſrael, & de filijs ſacerdotum, & de filijs Leuitarum, & de cãtoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerxis regis. Et venerunt in Ieruſalem menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis. Quia in primo die mẽſis primi cœpit aſcẽdere de Babylone, & ĩ primo die mẽſis quinti venit in Ieruſalẽ, iuxta manũ Dei ſui bonam ſuper ſe. Eſdras autem parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legẽ Domini, & faceret & doceret in Iſrael præceptum & iudicium. ¶Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis Domini, & ceremonijs eius in Iſrael. ARTAXERXES rex regum Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ legis Dei cæli doctiſſimo, ſalutem. A me decretum eſt, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſrael, & de ſacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ieruſalem, tecum vadat. A facie enim regis, & ſeptem conſiliatorum eius miſſus es, vt viſites Iudæã & Ieruſalem in lege Dei tui, quæ eſt in manu tua: & vt feras argẽtum & aurũ quod rex & cõſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cuius in Ieruſalem tabernaculũ eſt. Et omne argentum & aurum quodcunque inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de ſacerdotibus qui ſpõte obtulerint domui Dei ſui, quæ eſt in Ieruſalem, libere accipe, Et ſtudioſe eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & ſacrificia & libamina eorum, & offer ea ſuper altare templi Dei veſtri quod eſt in Ieruſalem. Sed & ſiquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatem Dei veſtri facite. Vaſa quoque quæ dantur tibi in miniſteriũ domus Dei tui, trade in conſpectu Dei in Ieruſalem. Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque neceſſe eſt vt expẽdas, dabis de theſauro, & de fiſco regis, & à me. Ego Artaxerxes rex ſtatui atque decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicę, qui ſunt trans Flumen, vt quodcũq; petierit à vobis Eſdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cæli, abſq; mora detis, Vſque ad argenti talenta centũ, & vſque ad frumenti coros centũ, & vſque ad vini batos centum, & vſque ad batos olei centũ, ſal verò abſque menſura. Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli: ne forte iraſcatur cõtra regnũ regis, & filiorũ eius. Vobis quoq; notũ facimus de vniuerſis ſacerdotibus & Leuitis, & cãtoribus & ianitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatẽ imponendi ſuper eos. Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, cõſtitue iudices & præſides, vt iudicent omni populo qui eſt trans Flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, ſed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non

Eſdras doctor legis.

B Edictum Artaxerxis.

C

D

¶13 oblationes eorum. ¶14 vl, offeras ſuper aram ¶15. i. qui tibi cõmunis eſt cum popularibus tuis. ¶16. i. vaſa quæ concredita ſunt fidei tuæ vt cedant in vſum templi Dei tui, depone coram Deo in Ieruſalem. vl, coram Deo Ieruſalem. i. ciuium Ieruſalem, qui colitur in Ieruſalem. ¶17 conuenerit, ¶18 q. d. cape omnia ex theſauris regis. ¶19 vl, [ſãſ] ſcriba. i. doctor ¶20 Heb. & ſal quod non ſcriptum eſt. vl, ſalis quantum non eſt ſcriptum. i. ſalis menſuram non præſcriptam, ſed quantum volet. ¶21 vl, in domo. i. in templo ¶22 Heb. cur enim [ſi õmittemus] vt ſit ira Dei &c. vl, Cur enim erit &c. ¶23 Heb. præfectus [vllus] imponat, q. d. nolo quẽpiam eſſe qui poſſit imponere illis &c. ¶24 vectigal & redditum annuũ cuiquã ex ſacerdotibus &c. q. d. volo eos omnes eſſe immunes. ¶25. i. quam habes in promptu. ¶26 vl, præſides, ¶27 vl, vt iudicent ¶28 vl, docebitis.

Gracias agit Deo Eſdras.

fecerit legē Dei tui, & legē regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in cōdemnationem ſubſtantiæ eius, vel certe in carcerem. ¶Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ eſt in Ieruſalem, Et in me inclinauit miſericordiam ſuam coram rege & conſiliatoribus eius, & vniuerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderēt mecum.

CAP. VIII.

Qui cū Eſdra aſcēderint Ieroſolymam. 1. eſd. 8. c.

HI ſunt ergo principes familiarum & genealogia eorum qui aſcēderunt mecum in regno Artaxerxis regis, de Babylone. De filijs Phinees, Gerſom. De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hattus. De filijs Secheniæ, & de filijs Pharos, Zacharias. & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta. De filijs Phahath-moab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri. De filijs Secheniæ, filius Ezechiel. & cū eo trecēti viri. De filijs Adan, Abed filius Ionathan. & cum eo quinquaginta viri. De filijs Alam, Iſaias filius Athaliæ: & cum eo ſeptuaginta viri. De filijs Saphatiæ, Zebedia filius Michael. & cum eo o-

B

ctoginta viri. De filijs Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selomith, filius Ioſphiæ. & cum eo centum ſexaginta viri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai. & cum eo viginti octo viri. De filijs Azgad, Iohanan filius Eccetan. & cum eo centum & decem viri. De filijs Adonicam, qui erant nouiſſimi, & hæc nomina eorum, Eliphēlet, & Iehiel, & Samaias: & cū eis ſexaginta viri. De filijs Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis ſeptuaginta viri. Cōgregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuiq; in populo, & in ſacerdotibus de filijs Leui, & nō

C

inueni ibi. Itaq; miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Ioiarib, & Elnathan ſapientes. Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Chaſphiæ loco: & poſui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chaſphiæ, vt adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri. Et adduxerunt nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſſimum de filijs Moholi filij Leui, filij Iſrael, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decem & octo: & Haſabiam, & cum eo Iſaiam de filijs Merari, fra-

D

Nathinæi.

trēſque eius, & filios ei⁹ viginti. Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad miniſteria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti. omnes hi ſuis nominibus vocabantur. ¶Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filijs noſtris, vniuerſæq; ſubſtantiæ noſtræ. Erubui enim petere regem auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via. quia dixeramus regi, Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eū in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquūt eum.

Prædicato ieiunio orāt à Deo viā ſuam dirigi.

autē [9]facere noluerit legē Dei tui, atque legē regis, [10]de hoc ilico fiat iudiciū, ſiue ad mortem, ſiue ad eradicationem, ſiue vt facultatibus multetur, ſiue vt vinciatur. ¶Laudādus Dominus De⁹ patrum noſtrorū, qui indidit [11]hoc cordi regis, vt ornaret ædē Domini quæ eſt Ieroſolymis: Quique inclinauit ad me [12]beneficentiā coram rege, conſiliarijs eius, atque cunctis principibus [13]& heroibus regis. porrò ego corroborat⁹ ſum, [14]quādoquidē manus Domini Dei fuit mecum, & congregaui de Iſrael [15]præcipuos quoſque qui [16]aſcēderent mecum.

CAP. VIII.

HI autem ſunt [1]præcipui patres eorū, [2]& qui genealogiam ſuā indicarunt, qui aſcenderunt mecum, [3]in regno Artaxerſis regis, de Babylone. Ex filijs Pinhas, Gerſom: de filijs Ithamar, Daniel: de filijs Dauidis, Hattus. De filijs Sechaniæ, [4]de filijs Pharos, Zacharias, & cū eo [5]qui recenſiti ſunt, virorum centum quinquaginta. De filij [6]Ducis Moab, [7]Eliehoenai fili⁹ Zerahiæ, & cū eo viri ducenti. De filijs Sechaniæ, filius [7]Iaheſiel, & cū eo trecenti viri. De filijs Adin, Ebed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta viri. De filijs Elam, Eſaias filius Athaliæ, & cū eo ſeptuaginta viri. De filijs Sephatiæ, Sabadias filius Michaelis, & cum eo octoginta viri. De filijs Ioab, Obadias filius Iehiel, & cū eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selomith, filius Ioſiphia, & cum eo centum & ſexaginta viri. De filijs Bebái, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri. De filijs Aſgad, Iohanan filius Hakatan, & cum eo centum & decem viri. De filijs Adonikam, qui erāt [8]nouiſſimi, quorum nomina hæc ſunt, Eliphælet, Iehiel & Semeia, cúmque eis viri ſexaginta: De filijs Biguái, Vthái, & Sabud, & cū eo ſeptuaginta viri. Congregaui autē eos ad fluuiū [9]qui venit ad Ahaua, manſimúſq; illic tribus diebus. quūmq; [10]conſiderarē populū atq; ſacerdotes, [11]de filijs Leui nullū ibi reperi. [12]Miſi igitur ad Elieſer, Arielē, Semeiā, Elnathan, Iarib, Elnathan, Nathā, & ad Sacharīā & Meſullā primores, deinde & ad Ioiarib & Elnathan prudentes. Et dedi eis mandatum ad Iddo [13]primorem in loco Caſpio. [14]poſuique in os eorum verba quæ loquerētur ad Iddo, [& ad] [15]fratres eius Nethinæos in loco Caſpio, vt adducerent ad nos miniſtros ædis Dei noſtri. Et adduxerūt nobis ( [16]vt manus Dei noſtri bona erat ſuper nos ) virum [17]intelligentem de [18]filijs Mahali, filij Leui, filij Iſraelis, & Serebiam, filios eius atque fratres eius decem & octo, Sed & Haſabiam, & cum eo Eſaiam de filijs Merari, fratres eius & filios eorū viginti. Et de Nethinæis, quos inſtituerat Dauid & principes, vt miniſtrarent Leuitis, Nethinæos ducentos viginti, qui omnes [19]expreſſi erant nominibus. ¶Indixi quoq; illic ieiunium ad fluuium Ahaua, vt [20]affligeremus nos coram Deo noſtro, & [21]inquireremus ab eo viā rectā, nobis, paruulis noſtris, & [22]omnibus rebus noſtris. Puduit enim me poſtulare à rege exercitū & equites, qui tutarentur nos ab hoſtibus in itinere. nam ſic dixeramus regi, [23]Man⁹ Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eū [24]in ſimplicitate: potentia verò & furor eius cōtra omnes qui derelinquūt eum.

¶9 non fecerit ¶10. i. volo vt moriatur, aut mittatur in exilium, vel multetur multa pecuniaria, aut retrudat in carcerem, pro modo peccati. ¶12 ſimile. vel, tale quidpiam ¶12 miſericordia m. i. qui me reddidit gratioſum regi. ¶13 Heb. regis potentibus. ¶14 Heb. iuxta manum Domini Dei ſuper me. i. Tunc cœpi eſſe forti animo, pro gratia & fauore quo me proſequebatur Deus meus &c. ¶15 Heb. principes. ſub. familiarū ¶16 ſub. de Babylone in Ieruſalem

VIII.

¶1 Heb. principes patrum. i. principes familiarum ¶2 & [hæc eſt] genealogia illorum ¶3. i. regnante Artaxerxe ¶4 ſub. qui erat ¶5 Heb. genealogia maſculorum &c. i. qui dux erat, & ſecum ducebat turmam 150. virorū inſigniū, & egregiorū. ¶6 Pahath-moab. ¶7 Subticet nomē proprium iſtius. ¶8. i. qui poſtremo loco ſequuti ſunt Eſdram. ¶9. i. incurrit, influit, & exonerat in Ahaua. ¶10 Gallice. Faiſant la reueue.

¶11 ſub. qui nō erāt ſacerdotes. ¶12 vl. Miſi igitur Eliezer, Arielem &c. ¶13 Heb. caput ſiue, principē in Chaſiphiah loco. i. qui præerat loco illi fortiſſimo & munitiſſimo, & fortaſſe inexpugnabili. ¶14. i. dictaui illis quæ loquerentur. Ponere aliquid in ore alicuius, pro Admonere aliquē eorū quæ dicturus ſit. ¶15 fratrē eius Nethinim in Chaſiphiah, ¶16 Heb. ſecūdū manū Dei noſtri bonā &c. i. pro fauore Dei noſtri erga nos. quo nos proſequebat. ¶17 Heb. intellectus. i. ſapientiſſimum ac prudētiſſimum. ¶18. i. nepotibus qui priores redierūt è Babylone. ¶19 deſignati, ſiue expoſiti ¶20. i. hac ratione teſtaremus nos peccatores eſſe, & peccaſſe in Dominum. ¶21 vt quæreremus & & peteremus ab eo vt oſtenderet nobis viam rectam, ¶22 vl, vniuerſæ ſubſtantiæ noſtræ. ¶23 q. d. Solet Deus noſter tueri ac protegere quotquot requirunt eum: & oſtendere fortitudinem ſuam, & furorē ſuum contra omnes qui deficiunt ab ipſo. ¶24 Heb. in bonum. vl, in bonitate.

¶33.i. fecimus petitionem noſtram ad Deum noſtrū vt oſtenderet nobis viā rectam.
¶34 vl. placat⁹ [vl.] exorat⁹ ē eſt nobis.
¶35.i.ex ijs qui inter ſacerdotes primas tenebāt. ¶36.i.Appenſam tradidi. Tradidi in pondere.
¶38 Intellige, tātude quàm ſignatum.
¶39 & vaſa illa oblationē &c. .i. quæ mihi cōcredita fuerāt, appoſitiue oblationem dom⁹ ſiue templi &c.
¶30 quam obtulerunt ¶32.i. qui erant. ſub. in Babylone.
¶33 Appēdi inquam ¶34 Quidam Hebræorū ſic exponūt, vt vaſa argentea fuerint cētum, & vas vnūquodque appenderet vnum talentū q.d. vaſa argentea cētum, totidem talentorum. Alij dicunt omnia ſimul vaſa argētea appendiſſe centum talenta &c. ¶35 vl. & cochlearia aurea
¶36 drachmarū mille, ¶37 Heb. æris fulgētis boni.i. æris fului, coloris auri precioſi & probati.

Ieiunauimus itaque, & [31] inquiſiuimus à Deo noſtro hac de re, & [32] exaudiuit nos. Tū ſeparaui [33] de principibus ſacerdotū duodecim, Serebiā, Haſabiā, & decē cū eis de fratribus eorū. [34] Appendi q; eis argentū, & aurū, & vaſa ſiue munera ædis Dei noſtri, quæ ſeparatim cōtribuerāt rex, cōſiliarij ei⁹, & principes ei⁹, vniuerſuſq; Iſrael, qui tū inuenti erāt: Et appēdi in manu eorū argēti talēta ſexcenta & quinquaginta, vaſorū argenteorū centū talēta, auri centū talenta. [35] pelues aureas viginti, [36] habētes ſolidos millenos, & vaſa [37] ænea auricoloria elegantia duo, expetibilia vt aurū. Dixiq; ad eos, Vos eſtis [38] cōſecrati Domino: [39] & vaſa quoq; ſanctificata ſunt, aurū & argētum iſtud [40] ſpōte data ſunt Domino Deo patrū veſtrorū. Vigilate & cuſtodite, quouſque [41] appenderitis corā præcipuis ſacerdotibus Leuitis, & [42] præcipuis patrib⁹ Iſraelis in Ieruſalē, in [43] gazophylacijs ædis Domini. Acceperūt itaque ſacerdotes illi & [45] Leuitæ pōdus argenti & auri, [46] atque vaſa, vt [47] ferrent Ieroſolymā in ædem Dei noſtri. ¶ Profecti autē ſum⁹ de flumine Ahaua, duodecima mēſis primi, vt iremus Ieroſolymā: [48] manúſque Dei noſtri fuit ſuper nos, & eripuit nos de manu hoſtium & inſidiatorū in itinere. Quúmque veniſſemus Ieroſolyma, manſimus ibi tribus diebus Die verò quarto [49] appēſum eſt argētū & aurū, atque vaſa illa in æde Dei noſtri per manū Meremoth filij Vriæ ſacerdotis. erātque cū eo Eleaſarus filius Phinæs atq; cū illis [erāt] Ioſabad fili⁹ Ieſuæ, & Noadia fili⁹ Binnui Leuitæ. [50] Iuxta numerū & pōdus omniū ſcriptū eſt vniuerſum illud pōdus eodē tēpore. Porrò hi qui de captiuitate [51] redierāt, obtulerunt holocauſta Deo Iſraelis, iuuēcos duodecim pro vniuerſo Iſraele, arietes nonagintaſex, oues ſeptuagintaſeptem, hircos pro peccato, duodecim, [52] omnia in holocauſtū Domini. Dederūt autem edicta regis ſatrapis [53] regis atque præfectis, qui erant trans [54] fluuiū, qui [55] ſuſceperunt populum & domum Dei.

C A P. I X.

Qvum hæc eſſent abſoluta, acceſſerunt ad me principes, licētes, [1] Populus Iſrael, ſacerdotes & Leuitæ nō ſunt ſeparati à populis [2] nationū, [quibus] iuxta earū abominationes [ſecerunt,] nempe Chananæorum, Hithæorum, Pherizæorum, Iebuſæorum, Ammonitarum, Moabitarū, Ægyptiorū, & Amorrhæorū. Duxerūt enim ſibi & filijs ſuis de filiabus eorū: & commixtū eſt ſemen ſanctum cum populis [4] nationum, & [5] manus quidē principum & magiſtratuū prima fuit in hac præuaricatione. Quum verò audiſſem hāc rē, diſcidi veſtē meā, & chlamydē meā, euulſi [6] crines capitis mei atq; barbæ meæ, ſediq; [7] deſolatus. Cōgregati ſūt itaq; ad me omnes qui formidarunt ad verba Dei Iſraelis, ob traſgreſſionem

Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrū pro hoc, & euenit nobis proſpere. Et ſeparaui de principibus ſacerdotum duodecim, Sarabiam, & Haſabiam, & cum eis de fratribus eorum decem: Appendique eis argentum & aurum, & vaſa cōſecrata domus Dei noſtri, quæ obtulerat rex & conſiliatores eius, & principes eius, vniuerſúſque Iſrael eorum qui inuenti fuerant: & appendi in manibus eorum argenti talenta ſexcenta quinquaginta, & vaſa argentea centum, auri centum talenta: & cratêres aureos viginti, qui habebant ſolidos millenos: & vaſa æris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum. Et dixi eis, Vos ſancti Domini, & vaſa ſancta, & argētum & aurum quod ſponte oblatum eſt Domino Deo patrū⁹ noſtrorum: vigilate & cuſtodite, donec appendatis coram principibus ſacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem, in ⁹ theſaurum domus Domini. Suſceperūt autem ſacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vaſorū, vt deferrent Ieruſalē in domū Dei noſtri. ¶ Promouim⁹ ergo à flumine Ahaua, duodecimo die menſis primi, vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in via. Et venimus Ieruſalem, & manſimus ibi tribus diebus: Die autem quarta appenſum eſt argentum, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri per manū Meremoth filij Vriæ ſacerdotis: & cum eo Eleazar filius Phinees: cúmque eis Iozabed filius Ioſue, & Noadaia filius Bennoi Leuitę. Iuxta numerum & pondus omnium, ⁹ deſcriptúmque eſt omne pondus in tempore illo. Sed & qui venerant de captiuitate filij tranſmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Iſrael, vitulos duodecim pro omni populo Iſrael, arietes nonagintaſex, agnos ſeptuagintaſeptem, hircos pro peccato, duodecim. omnia in holocauſtum Domino. Dederunt autē edicta regis ſatrapis qui erant de conſpectu regis & ducibus trans flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

C A P. I X.

POſtquam autem hæc cōpleta ſunt, acceſſerūt ad me principes, dicentes, Non eſt ſeparatus populus Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum. tulerunt enim de filiabus eorum ſibi, & filijs ſuis: & commiſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac, prima. Cúmque audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrēs. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Iſrael, pro tranſgreſſione eorum

E

F ¶⁹ veſtrorū

¶⁹ theſauris

Deus dux itineris Eſdræ.

G

¶⁹ deſcriptū eſt

Ægrè fert Eſdras quòd populus Iſraeliticus connubia inierit cū Gentibus. 3.Eſd.8.c.

¶38 Heb. ſanctitas Domini, & vaſa illa ſanctitas. ¶39 Heb.i. ſunt dicata ac cōſecrata Domino. q.d. Par eſt ergo vt rem conſecratā Deo curetis deferendā in templū ſuum. ¶40 vl. liberaliter ¶41 q.d. Ego committo illa fidei veſtræ. ¶42.i. in pondere tribueritis ac reddideritis & depoſueritis. ¶43 Heb. principibus familiarum ¶44 vl. exhedris ¶45 qui ſcilicet adiuncti erant illis ſacerdotibus. ¶46 vl. atque vaſorum. ¶47 vl. deferenda curarent ¶48.i. gratia, fauor, auxilium. q.d. Deus noſter auxiliatus eſt nobis. ¶49.i. in pōdere redditum ¶50 In numero & pondere per omnia: & deſcriptum fuit ¶51 ſub. Babylonica cum Eſdra. Hebraice, venientes de captiuitate filij tranſmigrationis Filios tranſmigrationis vocat eos qui tranſmigrauerant in Babylonem, vnde poſtea vna cum Eſdra reuerſi erant. ¶52 ſub. illa obtulerunt. ¶53 .i. eius. ¶54 ſub. Euphraten. ¶55 exaltauerunt. i. ſatrapæ regis & duces illi fauerunt quàm maximè populo & templo Dei ſui: ſingulari fauore proſequuti ſunt. I X. ¶1 intellige plebem & vulgum. ¶2.i. aliarum regionum ac prouinciarum, hoc eſt, Chananæorum & infidelium. ¶3 Heb. in abominationibus eorum. i. opera eorum mala ſimilia ſunt operibus Chananæorum. eadem faciunt quæ facere ſolebant Chananæi, &c. ¶4.i. terrarum infidelium. Mulieres illæ alliciebant & pertrahebāt viros ſuos ad cultum deorum alienorum. ¶5.i. principes quidem & magiſtratus, omnium primi cœperunt hoc facto tranſgredi legem Dei, & præuaricari in eam. ¶6 de pilis. i. partem pilorū ¶7 vl. ſtupens. aut. attonitus. ſub. præ admiratione. q.d. ſcidi longe veſtimentorum meorum &c. volui oſtendere ac teſtari dolorem cordis mei, & zelum quem habebam ob tranſgreſſionem legis Dei.

B qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam triſtis, vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio & tunica, curuaui genua mea & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, Et dixi, Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum, A diebus patrum noſtrorum. ſed & nos ipſi peccauimus grauiter vſque ad diem hanc, & in iniquitatibus noſtris traditi ſumus ipſi & reges noſtri & ſacerdotes noſtri in manum regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinam, & in confuſionem vultus, ſicut & die hac. Et nunc quaſi parum & ad momentum facta eſt deprecatio noſtra apud Dominum Deum noſtrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus C in loco ſancto eius, & illuminaret oculos noſtros Deus noſter & daret nobis vitam modicam in ſeruitutem noſtram: Quia ſerui ſumus, & in ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter: & inclinauit ſuper nos miſericordiam coram rege Perſarum, vt daret nobis vitam, & ſublimaret domum Dei noſtri, & extrueret ſolitudines eius, & daret nobis ſepem in Iuda & Ieruſalem. Et nunc quid dicemus Domine Deus noſter poſt hæc? Quia dereliquimus mandata tua, Quæ præcepiſti in manu ſeruorum tuorum prophetarum, dicens, Terra ad quam vos ingredimini vt poſſideatis eam, terra immunda eſt iuxta immunditiam populorum, cæterorumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vſque ad os in coinquinatione ſua. Nunc ergo filias veſtras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis D filiis veſtris, & non quæratis pacem eorum, & proſperitatem eorum vſque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona ſunt terræ, & hæredes habeatis filios veſtros vſque in ſeculum. Et poſt omnia quæ venerunt ſuper nos in operibus noſtris peſſimis, & in delicto noſtro magno, quia tu Deus noſter liberaſti nos de iniquitate noſtra, & dediſti nobis ſalutem ſicut eſt hodie, vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum iſtarum. Nunquid iratus es nobis vſque ad conſummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutem? Domine Deus Iſrael iuſtus es tu: quoniam derelicti ſumus, qui ſaluaremur ſicut die hac. Ecce coram te ſumus in delicto noſtro. non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.

CAP. X.

Sic ergo orante Eſdra, & implorante Deum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus eſt

Oratio Eſdræ cõfitentis peccata ſua & populi.

¶ pro

¶ ad

¶ paxillus

¶ in ſeruitute noſtra:

¶ ſepem

Deut. 7. a.

Populũ peccati pœnitet, & vxores alienigenas à ſe abijcit. 3. eſd. 8. g.

¶ eo,

eorum qui captiui fuerant, ſedique ego deſolatus vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi ab afflictione mea, cum ſciſſura veſtis meæ atque pallij mei, fleui genua mea, expandique manus meas ad Dominum Deum meum. Et dixi, Mi Deus, pudore ſuffundor, & erubeſco faciem meã attollere ad te Deus meus: quoniam iniquitates noſtræ caput noſtrũ tranſcendũt, & delictum noſtrum increuit ad cælos vſque, A diebus patrum noſtrorum fuimus in magna culpa in hunc vſque diem: & in iniquitatibus noſtris traditi ſumus nos, reges noſtri & ſacerdotes noſtri in poteſtatem regum nationum, in gladium, in captiuitatem, in deſpectionem, & vt pudefieremus facie, vt hac die ſtatur.] Et nunc quidem non adeo pridem ſubita miſeratione dignatus eſt nos Dominus Deus noſter, vt reliquas faceret nobis reliquias quaſdam: & vt daret nobis clauum in loco ſuo ſancto: vt illuminaret oculos noſtros Deus noſter: vtque daret nobis vel modicam reſpirationem in ſeruitute noſtra, Serui enim ſumus nos. & in ſeruitute noſtra nõ deſeruit nos Deus noſter ſed inclinauit ſuper nos beneuolentiam in conſpectu regum Perſarum, vt daret nobis viuificationem ad erigẽdum ædem Dei noſtri, & ad inſtaurandum vaſtitates eius: & vt daret nobis murum in Iehuda & Ieruſalẽ. Quid verò nũc poſt hæc dicemus Deus noſter? Quandoquidem deſeruimus mandata tua, Quæ mandaſti per manum ſeruorum tuorum prophetarum, dicẽs, Terra quam vos ingredimini vt eam poſſideatis, terra eſt immunda, propter impuritatem populorũ regionũ: propter abominationes inquam eorũ, quibus impuritatibus ſuis eam impleuerũt ad ſummum vſque. ne ergo elocetis filias veſtras filijs eorum, neque filias eorum nuptui tradatis filijs veſtris neque quæratis pacem eorũ, aut bonum eorum perpetuò. vt roboremini, & comedatis bonum terræ: vtque illam hæreditate capiatis filiis veſtris in æternum. Poſteaquam verò omnia illa ſuper nos venerunt propter opera noſtra mala, & propter ingẽtia delicta noſtra, (tu tamen ô Deus noſter pepercisti, ne[nos]deprimeres ob iniquitates noſtras: quin dediſti nobis reliquias, quemadmodum hoc[declarat,]) Nũ ergo relabemur [ſ. ? ] ... irrita faceremus præcepta tua, & affinitatem contraheremus cum populis abominationum illarum? Annon [merito] iraſceris contra nos, donec [nos]conſumas. Ita vt neque reliquiæ[ſuperſint,]nec qui euadant Domine Deus Iſrael? tu iuſtus es, quoniam relictæ ſunt nobis reliquiæ quædam, id quod hodierna dies [declarat,]ecce nos ſumus corã te in delictis noſtris, & ob id ne conſiſtere quidem poteramus in conſpectu tuo.

CAP. X.

Qvum ergo Eſras oraret, flenſque confiteretur, & proſtratus iaceret ante ædem Dei, congregati

¶8 Heb. trãſmigrationis i. eorum qui tranſmigrauerant in Babylonem, vnde tamen poſtea redierat duce Zorobabele ¶9 ſtupens, vel, attonitus ¶10 vſque ad tempus quo offerri ſolet ſacrificium veſpertinum. ¶11 i. tempore ſacrificij veſpertini. ¶12 cũque ſciſsiſſẽ veſtẽ meã & tunicã meã, ¶13 i. adeò creuerunt vt pertingerent ad cælũ ipſum. ¶14 q.d. Nõ ſolum hoc tempore cœpimus peccare in Deum &c. ¶15 rapinam, ¶16 q.d. Cũ magna & multa eſſent peccata noſtra. ¶17 Heb. iuxta paucum [vel modicum] momentum, facta eſt ſuper nos miſericordia à Domino Deo noſtro i. ſubito ac repẽte miſertus eſt Dominus Deus noſter &c. ¶18 Hebr. vt relinqueret nobis homines [euaſionis. i. vt ex nobis aliquos euaderent, ſeruarentur ac liberarentur: ¶19 vel, paxillũ. i. ſedes certas, firmas, ſtabiles, ac permanentes. ſolẽt enim qui certas & gentas ſedes incolunt, paxillos in parietibus figere & ex illis dependere veſtes & cætera huiuſmodi. ¶20 i. in Iudæa, vel Ieruſalẽ, aut tẽplo. ¶21 i. animi noſtri ac mentis noſtræ: hoc eſt, vt oſtẽderet nobis iuſtitiam ſuam ac miſericordiã, & ita agnoſceremus peccata noſtra, ac tandẽ reſipiſceremus. ¶22 Hebr. modicũ vitæ, i. reſpirationis, refrigerij, & ſolatij. ¶23 miſericordiam ¶24 vel, item, i. vt ſineret nos viuere, & aliquantulum reſpirare vt in hac vita noſtra [ſiue] nobis viuentibus, extrueretur ac erigeretur templum &c. ¶25 vel, ruinas ¶26 ſepem, i. vt tuti incoleremus Iudæam & Ieruſalem citra iniuriam hoſtium. ſolent enim ſepes arcere feras ab agris. ¶27 vel, Quum dereliquerimus ¶28 q.d. non potuimus ignorare. ¶29 Heb. quibus repleuerũt eam ab ore vſque ad os iniquitate ſua. Metaphora à vaſe quod plenum eſt ad labra vſque. ¶30 i. ne curetis ſalutem. ¶31 i. fortiores illis ſitis. vt fortiores facti, poſſitis illis reſiſtere. ¶32 Parentheſis eſt, (quia tu Deus noſter prohibuiſti ne eſſemus deorſum ob &c. i. cohibuiſti iram tuam, hoc eſt, non puniuiſti nos pro ratione peccatorum noſtrorum. ¶33 Heb. euaſionem ſecundum hoc talem, hoc eſt qualis nunc apparet. Finis eſt parentheſis. ¶34 Heb. Nunquid conuertemur ad diſſipandum. vel, Reuertemurne vt diſſipemus. Iungitur verbis præcedentibus, Poſteaquam &c. ¶35 ſub. ſi hæc fecerimus. ¶36 Hebr. quoniam reſidui ſumus euaſio. vel, euaſionis. ſub. [filij] ſecundum diem hanc. q.d. multi quidẽ ex nobis perierunt, idque iuſto Dei iudicio: aliquot tamẽ ſeruati ſunt magna ipſius Dei noſtri miſericordia, vt hodie apparet. ¶37 i. peccatores. ¶38 Hebr. non enim eſt ſtare coram te cõtra hoc. i. non licet nobis conſiſtere in conſpectu tuo contra hoc. q.d. non ſunt in nobis vires, ſiue bona opera, vt poſſimus reſiſtere tibi, & quibus tegere poſſimus hanc noſtram tranſgreſſionẽ ac prauam ſeductionem.

X. ¶1 vel, fateretur. ſub. peccata ſua & populi. ¶2 vel, deprimẽs ſeſe. vel, demittẽs. ſub. in terram. ¶3 vel, flebus

ſunt ad eum ex Iſraelitis cœtus valde magnꝰ virorum, mulierum & puerorum: quoniam populus'fleuit' magno fletu.[6]Reſpondens autem' Sechanias filius Iehiel de'filijs' Elam, dixit ad Eſrā, Nos præuaricati ſumus contra Deum noſtrum, quòd'collocauimus' [nobis]vxores exteras de populis terræ. at[7]ſpes eſt Iſraeli, quòd ad hanc rem attinet.[8]feriemus'[enim] iam fœdus cum Deo noſtro, &'eijciemus' cunctas[10]vxores,[11]cúmque ipſis & prolem'iuxta conſilium Domini, & eorum qui trement ad præcepta Dei noſtri, fiátque iuxta legem.[12]Surge,'quoniam hoc negotium [13]tibi incumbit,]nóſque tibi[14]aderimus,[15]fortis ergo ſis, &[rem]aggredere.' Surrexit itaque Eſras, &[16]ſacramento adegit'principes,[17]ſacerdotes, Leuitas' & vniuerſum Iſraelem,[18]vt agerēt iuxta hoc verbum.' & iurarunt. Surrexit itaque Eſras[19]ante ædem' Dei, & ingreſſus eſt in cameram Iehohanā filij Eliaſib: quúmque illuc eſſet ingreſſus, nec panem comedit, nec aquā bibit,[20]quòd mœſtus eſſet'ob tranſgreſſionem eorum qui è captiuitate redierant. Proclamarunt autem[21]voce'per Iehudam & Ieruſalem,[22]vt congregarentur Ieroſolymis cuncti qui abducti fuerant:'Quicunque verò non veniret intra triduum, iuxta cōſilium principum atque ſeniorum,[23]publicaretur' vniuerſa ſubſtantia eius, ipſéque ſepararetur à cœtu eorū qui è captiuitate redierunt. Cōgregati ſunt itaque omnes viri Iehuda & Beniamin Ieroſolymis intra tres illos dies, menſe nono, viceſima menſis: ſederúntque vniuerſus populus in platea domus Dei, trementes hac de re, & propter [24]pluuias.' Surgēs autem Eſras ſacerdos, dixit ad eos, Vos præuaricati eſtis,[25]collocaſtiſque'[vobis]vxores exteras, vt[26]adijceretis delicto Iſraelis.'Nunc igitur date laudem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite volūtatem eius, & ſeparemini à populis terræ, atque ab vxoribus exteris. Reſponderunt autem cuncta multitudo, & dixerunt voce magna. [27]Omnino quemadmodum loquutus es ad nos,'faciemus: At populus multus eſt, & tempus pluuium, nec poteſt[populus] ſtare in platea foris: ad hęc, opus hoc nō eſt diei vnius aut duorum.[28]nam hac re multum peccauimus.[29]Præficiantur quæſo principes noſtri vice totius cœtus:' & quicunque eſt in ciuitatibus noſtris, qui[30]collocauit' vxores exteras, veniat is præfinitis temporibus, ſintque cum eis ſeniores cuiuſlibet ciuitatis atque iudices[31]eius,'quouſque[32]auertant'furorem iræ Dei noſtri à nobis, [33]quantum ad hoc negotium attinet.' Præfecti ſunt autem huic negotio Ionathan filius Aſabelis, & Iahſia filiꝰ Thicua: quibus auxilio erant Meſullam & Sabbetái Leuites. Fecerunt ergo ſic qui è captiuitate redierāt, & ſeparati ſunt Eſras ſacerdos, & viri,[34]præcipui ſcilicet patres,[35]iuxta domos patrum ſuorū,' quiſque[36]nomine[ſuo,]'[37]ſederúntq; die prima mēſis decimi, vt[38]inquirerēt rē ipſā.' Exequuti autē ſunt [negotiū hoc]cū omnibꝰ viris q[39]collocauerāt'[ſibi]vxores exteras,[39]vſq; ad diē primū mēſis primi.' Et deprehēſi ſūt de filijs ſacerdotū qui[ſibi]collocauerāt vxores exteras. De filijs Ieſua filij Ioſedec, &[40]de fratribꝰ eiꝰ,'Maaſia & Elieſer: Iarib atq; Gedalia. Et[41]dederūt manꝰ ſuas vt eijcerēt

¶1 vl, flebat ¶3 Locutus autem ¶5.i.nepotibus ¶6 vl, duximus ¶7 Heb. nūc autem eſt ſpes Iſraeli ſuper hoc .i. Nunc autem adhuc eſt ſpei aliquid Iſraeli conuertendi ſe ad Dominum, & reſipiſcendi. q.d. Nos quidē peccatores ſumus, at Deꝰ noſter miſericors eſt. ¶8 Heb. Et nunc [nunc ergo] feriamus ¶9 abijciamus. q.d. reſipiſcamus abijciēdo ¶10 ſub. alienigenas. ¶11 Heb. & natos ex eis. i. liberos earum. ¶12 iacebat enī humi. ¶13 ad te pertinet. i. tuum eſt id facere. ¶14.i. feremꝰ tibi opē. ¶15 q.d. Forti animo aggredere rem ipſam. His verbis vtuntur Hebræi ad exhortationē. ¶16 vl, adiurauit ¶17 ſacerdotū & Leuiarū ¶18.i. vt ſic facerēt. ¶19 Heb. à cōſpectu tēpli ¶20 vl, Mœrebat enim ¶21 ſub. præconis. i. Voce præconis ſignificarunt &c. ¶22 Heb. omnibus filiis tranſmigrationis vt congregarent ſeſe in Ieruſalem. ¶23 perderetur ¶24 erat enim tunc tempus pluuioſū. ¶25 vl, duxiſtiſq; ¶26.i. vt delicta Iſrael auctiora ac maiora redderetis. ¶27 Heb. Sic ſecundū verbū tuū. ſuper [ad] nos eſt vt faciamus .i. ita vt dicis debemus ſiue tenemur facere. ¶28 Heb. quia multiplicauimus trāſgredi in hac re. i. quamplurimi ſumus qui tranſgreſſi ſumus præceptū Domini in hac re. ¶29 Heb. Stent obſecro principes noſtri in vniuerſo cœtu. i. præficiātur principes noſtri vniuerſo cœtui. ¶30 duxit ¶31 earū, ¶32 potius, auerti faciamus ¶33 vſque ad hāc rem. i. pœnitentiam noſtrā. q.d. donec propoſita reſipiſcentia noſtra, vel [per reſipiſcētiam noſtram] placemus Dominum iratum in nos. Quidam Hebræorum vertit hoc ordine. Adhuc ſtent principes noſtri in hac re .i. cognoſcant de hoc negotio, donec &c. ¶34 Heb. principes patrum, ¶35.i. per familias ſuas. ¶36 per nomina [ſua] i. nominatim ¶37.i. cœperunt ſedere ¶38.i. cognoſcerent de hoc negotio. ¶39 q.d. perſtiterunt in hoc negotio per tres menſes, nempe à prima die menſis decimi, vſque ad initium menſis primi. ¶40 fratrum eius, ¶41.i. tunc eiecerunt vxores ſuas alienigenas &c.

ad eum de Iſrael cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populꝰ fletu multo. Et reſpondit Sechenias filius Iehiel de filijs Aelam, & dixit Eſdræ, Nos præuaricati ſumꝰ in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, percutiamus fœdus cum Domino' Deo noſtro, vt proijciamus vniuerſas vxores, & eos qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui'tenent'præceptum Domini Dei noſtri: ſecundum legem fiat. Surge, tuum eſt diſcernere, nóſque erimus tecum: confortare, & fac. Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit principes ſacerdotum & Leuitarum, & omnem Iſrael, vt facerent ſecundum verbum hoc: & iurauerūt. Et ſurrexit Eſdras ante domum Dei, & abijt ad cubiculum Iohanan filij Eliaſib, & ingreſſus eſt illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim tranſgreſſionem eorum qui venerant de captiuitate. Et miſſa eſt vox in Iuda & in Ieruſalem omnibus filijs tranſmigrationis, vt cōgregarentur in Ieruſalem: Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principū & ſeniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abijcietur de cœtu tranſmigrationis. Cōuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ieruſalem tribus diebus, ipſe eſt mēſis nonus, viceſima die mēſis: & ſedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuijs. Et ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit ad eos, Vos tranſgreſſi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictum Iſrael. Et nunc date confeſſionem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius: & ſeparamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et reſpondit vniuerſa multitudo, dixitque voce magna, Iuxta verbum tuum ad nos, ſic fiat. Veruntamen quia populus multus eſt, & tempus pluuiæ, & non ſuſtinemus ſtare foris, & opus non eſt diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in ſermone iſto) conſtituantur principes in vniuerſa multitudine: & omnes in ciuitatibus noſtris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus ſtatutis, & cum his ſeniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei noſtri à nobis ſuper peccato hoc. Igitur Ionathā filius Azahel, & Iaazia filius Thecuæ ſteterunt ſuper hoc, & Meſollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: feceruntque ſic filij tranſmigrationis. Et abierunt Eſdras ſacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum ſuorum, & omnes per nomina ſua: & ſederunt in die primo menſis decimi, vt quærerent rem. Et conſummati ſunt omnes viri qui'duxerunt'vxores alienigenas, vſque ad diem primam menſis primi. Et inuenti ſunt de filijs ſacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filijs Ioſue filij Ioſedec, & fratres eius, Maaſia & Eliezer, & Iarib & Godolia: Et dederunt manus ſuas vt eijcerent vxo-

¶' timent

3. Eſd. 9. a.

B

Cōfeſſio Dei

C

¶' duxerunt

res ſuas,& pro delicto ſuo arieté de ouib⁹ offerrét.Et de filijs Emmer,Hanani & Zebedia.Et de filijs Harim,Maaſia & Elia & Semeia,& Iehiel & Ozias. Et de filijs Pheſhur,Elioenai,Maaſia,Iſmahel,Nathanael,Iozabed & Elaſa. Et de filijs Leuitarũ,Iozabed & Semei & Celaia,(ipſe eſt Calita. Phathaia,Iuda & Eliézer.) Et de cãtoribus,Eliaſib.Et de ianitoribus, Sellum & Telem & Vri. Et
D ex Iſrael,de filijs Pharos,Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliézer & Melchia & Banea.Et de filijs Ælam, Mathania,Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia.Et de filijs Zethua, Elioenai,Eliaſib,Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. Et de filijs Bebai,Iohanã,Hanania, Zabbai, Athalai. Et de filijs Bani, Moſollam & Melluch & Adaia,Iaſub & Saal & Ramoth.Et de filijs Phahath-moab,Edna & Chalal,Bananias & Maaſias, Mathanias,Beſeleel,Bennui & Manaſſe. Et de filijs Herem,Eliézer, Ieſue,Melchias,Semeias, Simeõ,Beniamin,Maloch, Samarias.Et de filijs Haſom,Mathanai,Mathatha,Zabad,Eliphelet, Iermai, Manaſſe,Semei. De filijs Bani, Maadi,Amram & Vel,Baneas & Badaias,Cheliau,Vania,Marimuth & Eliaſib.Mathanias,Mathanai,& Iaſi,& Bani & Bennui,Semei & Salmias & Nathan & Adaias,& Mechnedebai, Siſai,Sarai, Ezrel,& Selemiáu, Semeria,Sellum,Amaria, Ioſeph. De filijs Nebo,Iehiel,Mathathias,Zabad,Zabina,Ieddu,& Ioel,& Banaia.Oẽs hi acceperãt vxores,alienigenas,& fuerũt ex eis mulieres quę pepererãt filios.

vxores ſuas,'& [41]expiarent delictum ſuum ariete ouiũ.' Et [42]'de filijs Immer Honani & Sebadia.' De filijs Harim, Maaſias & Elias, Semaias, Iehiel & Vſias. De filijs Paſhur, Elioenái, Maeſia, Iſmael,Nethaneel,Ioſabad,Eleaſa.De Leuitis autẽ Ioſabad,Simei,Kelaia,([44]qui & Kelita') Petahia, Iehuda atque Elieſer:Et de cantoribus,Eliaſib.& de ianitoribus,Sallum & Tælem atque Vri. [45]Ex Iſraele.' de filijs Pharhos, Ramia,Ieſia, Malxia, Miamin,Eleaſar, Malxia,atque Benaia. De filijs Elã,Mathania, Zacharias,Iehiel,Abdi, Ierimoth & Elias.De filijs,Zatthu,Elioenái,Eliaſib,Mathanias,Ierimoth, Sabad,Aũſa. Et de filijs Bebái,Iehohanan,Hanania,Sabái & Athlái. De filijs Bani,Meſullam,Malluch,Adaia,Iaſub,Seal & Ieramoth.De filijs [46]ducis Moab,' Adna,& Chelal,Benaia,Maeſia, Mathania, Bezaleel,Binnui & Manaſſe.Filij verò Harim,Elieſer, Iiũa,Malxia, Semahia & Simeõ,Biniamin,Malluch, & Semaria: De filijs Haſum,Mathenái,Mathatha, Sabad,Eliphelet,Ieremái, Manaſſe & Semei:De filijs Bani, Maedái,Amram, & Vel,Benaia,Bedia, & Cheluhu,Vania,Meremoth,Eliaſib,Mathania, Mathenái & Iaeſái,Bani,Binnui,& Semei,Selemia, Nathi,& Adaia,Machnadbái,Saſai,& Sarái,Aſreel, Selemia & Semaria,Sallũ,Amaria,& Ioſeph.De filijs Nebo,Iehiel,Mathatias,Sabad,Sebina, Iaddái,Ioel & Benaia.Omnes iſti duxerant vxores exteras, & [47]ex his quædam erant quæ liberos pepererant.'

¶41 Heb. & delinquentes venerunt cum ariete pecorum pro delicto ſuo. vl,&[dederunt] qui deliquerát, arietem ouium [vel,gregis.i.ex ptum é grege] in expiationem delicti,quod ſcilicet admiſerát in ducendis vxoribus alienigenis.
¶43 ſub. inuenti ſunt
¶44.i. qui alio nomine dicitur Kelita.
¶45.i.de plebe, ſiue plebeis
¶46 Heb. Pahath-moab
¶47 Heb. & erát ex eis [aliquot quibus erant] vxores [alienigenæ,] & [illæ] poſuerant liberos.i.iam procreauerant liberos qui eiecti fuerunt vnà cum matribus. Alij exponunt, & expoſuerunt filios ſuos.i. expoſuerunt eos arbitrio ac voluntati iudicum vt eijcerent eos aut retinerent.

# Liber Nehemiæ,qui & Eſdræ ſecundus dicitur.

CAP. I.

Nehemias pincerna regis Artaxerxis,pro populo afflicto qui de Ieruſalẽ ſupererat, Deũ orat.
B
¶ [a] ex.

Ieiunium & oratio.
Daniel.9.a.
Promiſſio cuſtodientibus præcepta.

VERBA Nehemiæ filij Hechelię. & factũ eſt in mẽſe Caſleu,anno viceſimo,& ego eram in Suſis caſtro.Et venit Hanani vn⁹ de fratribus meis,ipſe,& viri[a] Iuda:& interrogaui eos de Iudæis qui remanſerant, & ſupererant de captiuitate,& Ieruſalem.Et dixerũt mihi,Qui remanſerunt, & derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia,in afflictione magna ſũt,& in opprobrio:& murus Ieruſalem diſſipatus eſt,& portæ eius cõbuſtæ ſunt igni.Cúmque audiſſem verba huiuſcemodi,ſedi,& fleui,& luxi diebus multis:& ieiunabam,& orabam ante faciem Dei cæli.Et dixi,¶Quæſo Domine Deus cæli fortis,magne atq; terribilis,qui cuſtodis pactũ,& miſericordiã cũ his qui te diligũt,& cuſtodiũt mandata tua.Fiãt aures tuæ auſcultãtes,& oculi tui aperti, vt audias orationẽ ſerui tui, quã ego oro
C corã te hodie,nocte & die pro filijs Iſrael ſeruis tuis:& cõfiteor pro peccatis filiorũ Iſrael,quib⁹ peccauerũt tibi:& ego,& domus patris mei peccauimus,vanitate ſeducti ſumus,& nõ cuſtodiuimus mãdatũ tuũ,'& ceremonias,& iudicia quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo. Memẽto verbi qd mãdaſti Moyſi ſeruo tuo,dicẽs,Cũ trãſgreſſi fue

CAP. I.

VERBA' Nehemiæ filij Hachaliæ. & factum eſt in mẽſe [2]Kiſleu,[3]anno viceſimo, [4]fui ego in Suſan arce,[5]venitque'Hanani vnus ex [6]fratribus'meis,ipſe[7]& viri de Iehuda,' quos interrogaui de Iudæis [8]qui reliqui erãt ex captiuitate,& de Ieruſalem.'Dixerũt autem mihi, Qui reliqui ſunt [9]relicti de captiuis, ſunt ibi per prouinciam in afflictione magna.' & in opprobrio:ad hæc, eſt murus Ieruſalẽ interrupt⁹, & portæ eius exuſtæ igne.Et factum eſt quũ hęc audiſſem, [10]ſedi [11]& fleui,' & mæſtus [aliquot] diebus:ieiunaui,& oraui coram Deo cæli, & dixi,Obſecro Domine Deus cæli,[12]Deus magne,'& terribilis, ſeruãs fœderis & beneficentiæ his qui te diligũt,& mandata tua obſeruãt,ſit quæſo auris tua attenta,& oculi tui aperti,vt audias orationẽ ſerui tui,quã ego oro coram te hodie, die noctẽq; pro filijs Iſraelis ſeruis tuis, & cõfiteor peccata filiorũ Iſraelis quę peccauimus cõtra te, quin ego & dom⁹ patris mei[13]peccauimus.[14]Omnino diſſoluti ſumus tibi,' neq; cuſtodiuimus præcepta,ceremonias & iudicia quę[15]pręcepiſti Moſi'ſeruo tuo. Memineris quæſo [16]verbi quod' mãdaſti Moſi ſeruo tuo,dicẽs,Vos quũ[17]perũde

¶1.i.Sequuntur ſermões vel geſta ¶2 is eſt mẽſis nonus, Nouẽber. ¶3 ſub. regni Artaxerxis. Hebræi dicunt fuiſſe Darium. ¶4 erã. .i.quũ eſſem in Suſis regia. vl, palatio.
¶5 ſub.in Suſan ¶6.i.ſocijs, ſiue ſodalib⁹,Iudæis. ¶7 ſub. aliquot.q.d.vnà cũ aliquot comitib⁹. ¶ Venit inqui è Iudæa,refert ad initium verſus. ¶8 Heb.euaſionis,qui remãſerit de captiuitate,[ſub.Babylonica,] & de Ieruſalẽ.i. de rebus ac ſtatu Iudæorũ qui euaſerant & ſalui redierant in Terrã ſanctã,& de ſtatu vrbis Ieruſalem. ¶9 qui remanſerũt de captiuitate ibi in ipſa prouincia,ſunt in malo magno.Prouinciã Iudæã dicit. ¶10 ſub.humi,vel in cinere,more lugentiũ. ¶11.i.deploraui miſeriam ac calamitatem fratrũ. ¶12 vl. fortis,magne ¶13 ſub.tibi. ¶14 Heb.Perdendo perdidimus tibi ſub.præcepta tua.nã qui peccãt,vidẽtur perdere ſiue corrumpere præcepta ac mãdata.Tibi inquit,id eſt in dedecus tuũ.Vertere potes,corrũpendo corrupimus.Hic pro peccare accipiẽdũ eſt verbũ Hebraicũ,Peccãdo peccauimus &c. ¶15.i.quæ tradidiſti ac præcepiſti nobis per Moſen &c. ¶16 vl,ei⁹ rei quam ¶17 trãſgrediemini.ſub.præcepta mea.Hebraice legitur,trãſgrediemini,ego vero &c.q.d.vt veſtrum eſt,& vobis peculiare præuaricari in me,& trãſgredi præcepta mea:ita meũ eſt,meáq; intereſt vos punire & affligere.

¶11 Heb. fuerit expulſio veſtra in extremo cæli. Singulare pro plurali, Si fuerint expulſi veſtri i. ſi qui à patria veſtra electi fuerit in regionem remotiſſimã, & quæ videatur contingere cælum ipſũ. nam finitor, ſiue horizon noſtri hemiſpherij, videtur contingere eam regionem quam terminat.
¶19 i. gloriam nominis mei.
¶10 ſucceſſum da proſperũ hodie ſeruo tuo. & da eũ in miſericordias coram viro iſto. ſub. Artaxerxe. i. fac vt ei miſereatur vir iſte. Finis eſt orationis: quæ quidem plena eſt pietatis, & ſanctæ eruditionis. Sequentia pertinẽt ad caput ſequens. Ego autem erã pincerna regis &c. i. eram à poculis regijs.

II.

¶1 Quidam Hebræorum exponit, attulerunt vinum.
¶2 i. calice vini pleno. ¶3 Heb. non eſt hoc niſi malum cordis. i. malitia animi. ¶4 ne ſcilicet rex quidpiam mali ac ſiniſtri de me ſuſpicaretur.
¶5 i. quam diutiſſime.

agetis, ego diſpergã vos inter Gẽtes: quod ſi reuerſi fueritis ad me, & cuſtodieritis præcepta mea, feceritiſque ea, etiamſi [18] propulſi fueritis vſque ad extremitatem cælorum, illinc congregabo eos, & adducam eos ad locum quem elegi, vt ibi collocem [19] nomen meum. Et illi qui dem ſerui tui ſunt, & populus tuus, quẽ redemiſti virtute tua magna, & manu tua valida. Obſecro Domine, ſit quæſo auris tua intenta ad orationem ſerui tui, & ad precationem ſeruorum tuorum, qui cupiũt timere nomẽ tuum: & [10] proſpere age hodie quæſo, cum ſeruo tuo, & fac vt miſericordiam inueniat coram viro illo. equidem ego eram regia poculis.

CAP. II.

Contigit ergo in menſe Niſſan, viceſimo anno Artaxerxis regis, [1] vt vinum eſſet ante eũ, egóque leuato [2] vino præberem illud regi, neque fueram [ſantea] triſtis coram eo. Tum dixit rex ad me, Cur triſtis eſt vultus tuus, quum non ægrotes? [3] non poteſt id fieri quin corde habeas quod doleat. ego verò vehementer [4] timui, Dixique ad regem, Rex viuat in æternum: quur verò vultus meus triſtis non eſſet, quum vrbs [5] domus [6] ſepulchrorum patrum meorum vaſtata ſint, portæ verò eius [7] igni exuſtæ? Tum ait rex ad me, Quid ergo tu [8] poſtulas? ego [interim] orabam ad Deum cæli. Reſpondi ego regi, Si placet regi, ſique ſeruus tuus gratiam nanciſcitur in cõpectu tuo, ſpe to vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem ſepulchrorum patrum meorum, vt illam ædificem. Dixit ergo rex ad me ſedẽte penes eũ vxore, Quantum temporis ſumet ſibi profectio tua? aut quãdo tandem redibis? placuit ergo regi. & dimiſit me, & conſtitui ei certum [10] tempus. Dixique regi, Si viſum fuerit regi, [11] dentur mihi literæ [12] ad duces qui ſunt vltra fluuium, qui me tranſducãt donec veniam in Iudæam. Deinde & [13] epiſtola ad Aſaph cuſtodem regij ſaltus, vt det mihi ligna [14] pro tignis ad portas [15] palatij [16] quod eſt iuxta tẽplum, & ad [17] muros ciuitatis, atque pro domo [18] ad quã venio. [19] dedit ergo rex mihi [20] iuxta manum Dei mei, quæ bona erat erga me. ¶ Quũ autem venirem ad præfectos trans fluuium, dedi illis epiſtolas regis, [21] miſerat autem rex mecum imperatores exercitus & equites. Quumque audiſſet Sanballat Horonites, & Tobias [22] ſeruus ille Ammonites, admodum diſplicuit eis, quòd veniſſet homo [23] qui ſtuderet commodis Iſraelitarum. ¶ Veni ergo Ieroſolyma, & manſi illic tres dies: Surrexique noctu ego, & viri pauci mecum, nec vlli hominum indicaui quid Deus meus indidiſſet cordi meo vt facerem [25] Ieroſolymis: ne iumentum quidem mecum erat, niſi iumentum cui inſidebã. Egreſſus autem portam [26] vallis noctu [27] coram Fonte draconum, ad portam ſterquilinij, conſyderaui muros Ieruſalem qui rupti erant, & portas quæ igne erant conſumptæ: Tranſiui ad portam fontis atque [28] piſcinam regis, neque locus erat iumẽto ſubter me vt tranſiret. Aſcẽdi autẽ noctu per torrẽtẽ, & [ruſus] cõſyderabã murũ ipſum: reuerſúſque veni per portã vallis, & [29] rediij.

ritis, ego diſperdã vos in populos. & ſi reuertamini ad me, & cuſtodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiã ſi abducti fueritis ad extrema cæli, inde cõgregabo vos, & reducam in locũ quem elegi, vt habitaret nomen meũ ibi. Et ipſi ſerui tui, & popul[us] tuus, quos redemiſti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Obſecro Domine, ſit auris tua attendens ad orationẽ ſerui tui, & ad orationem ſeruorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: & dirige ſeruum tuum hodie: & da ei miſericordiam ante virum hũc. ego enim eram pincerna regis.

CAP. II.

Factum eſt autem in menſe Niſan, anno viceſimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quaſi languidus ante faciem eius. Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus triſtis eſt, cum te ægrotum non videam? non eſt hoc fruſtra: ſed malũ neſcio quod in corde tuo eſt. & timui valde, ac nimis: Et dixi regi, Rex in æternum viue: quare nõ mœreat vultus meus, quia ciuitas domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt, Et portæ eius combuſtæ ſunt igni? Et ait mihi rex, Pro qua re poſtulas? Et oraui Deũ cæli: Et dixi ad regem, Si videtur regi bonum, & ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixitque mihi rex, & regina quæ ſedebat iuxta eum, Vſque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? & placuit ante vultum regis, & miſit me: & conſtitui ei tempus. Et dixi regi, Si regi videtur bonũ, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducãt me, donec veniam in Iudæam: Et epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſſim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quã ingreſſus fuero. & dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum. ¶ Et veni ad duces regionis trans Flumen, dedique eis epiſtolas regis. miſerat autem rex mecum principes militum, & equites. Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites: & contriſtati ſunt afflictione magna, quòd veniſſet homo qui quæreret proſperitatem filiorum Iſrael. Et veni Ieruſalẽ, & eram ibi tribus diebus: Et ſurrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & nõ indicaui cuiquam quid [*] Dominus dediſſet in corde meo vt facerẽ in Ieruſalem. & iumentum non erat mecum, niſi animal cui ſedebam. Et ingreſſus ſum per portã vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam ſtercoris & cõſyderabam murum Ieruſalem diſſipatum, & portas eius conſumptas igni. Et tranſiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumento cui ſedebam, vt tranſiret. Et aſcendi per torrentem nocte, & conſyderabã murum: & reuerſus veni ad portã vallis, & rediJ.

¶* diſpergã
D
Reuertentiũ ad ſe, & peccata agnoſcẽtium, miſeretur Deus.

Nehemias impetratis literis à rege Artaxerxe, venit Ieroſolymam.

Oratio.

B

Manus Dei bona.

C

¶* Deus me[us]

Nehemias cõſyderat ruinas vrbis.

¶6 i. locus, per appoſitionem dictum. ciuitas in qua ſunt ſepulcri maiores mei. ¶7 q. d. magno illo incẽdio quo expugnata quondam flagrabat, fuit. ¶8 ſub. à me. ¶9 Heb. Vſquequo erit iter tuum? i. Quãtum temporis inſumes in eo itinere faciendo. ¶10 ſub. aliquod quo reuerſurus eram. ¶11 dent mihi ſcribæ regis literas ¶12 epiſtolam. ſub. dent. ¶13 vſ. paradiſũ ¶14 Heb. ad contignandum portas. Vox Hebræa ſignificat componere tigna ſiue trabes. Templum quidem extructum erat, ſed appendices templi nondum erant extructæ. Ad extruendas portas palatij quæ &c. ¶15 vſ, domus. i. templi Dei. ¶16 quæ erant domui, ¶17 murum. i. ad portas muri quo cingitur mons Sion. In quo extructum eſt templum. ¶18 quam ingreſſus fuero. i. in qua habitem cum illuc peruenero. ¶19 ſub. epiſtolas. ¶20 i. pro fauore magno quo proſequebatur me Deus meus. ¶21 i. mandauerat vt mitterentur. ſub. qui me tuto deducerent. ¶22 q. d. ſeruus ille peſſimus qui erat de genere filiorũ Ammõ. ¶23 aliquis ¶24 Heb. vt requireret bonum filijs Iſrael. ¶25 vſ. ipſi Ieruſalem: ¶26 ſub. Ioſaphat. i. per quam itur ad vallẽ Ioſaphat. ¶27 i. ad locum qui erat e regione Fontis draconum. ¶28 vſ. aquæductum ¶29 potius pertinet ad ſequentia, hoc modo, cúmque reuerſus fuiſſem, magiſtratus &c.

Magiſtratus autem neſciebant quò abiiſſem, aut quid ego facerem: ſed & Iudæis & ſacerdotib⁹, & optimatibus, & magiſtratibus, & reliquis qui
D faciebant opus, vſque ad id loci nihil indicaueram. Et dixi eis: Vos noſtis afflictionem in qua ſumus, quia Ieruſalem deſerta eſt, & portæ eius conſumptæ ſunt igni: venite, & ædificemus muros Ieruſalem, & non ſimus vltrà opprobriũ. Et indicaui eis manũ Dei mei quòd eſſet bona mecũ, & verba regis quæ locutus eſſet mihi: & aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias ſeru⁹ Ammanites, & Goſem Arabs: & ſubſannauerunt nos, & deſpexerunt, dixerũtq; Quæ eſt hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis? Et reddidi eis ſermonem, dixique ad eos, Deus cœli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus: ſurgamus, & ædificemus: vobis autem non eſt pars, & iuſtitia, & memoria in Ieruſalem.

*Ædificant muros Ieruſalem.*

CAP. III.

ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, & fratres eius ſacerdotes: & ædificauerũt portam gregis: ipſi ſanctificauerunt eam, & ſtatuerũt valuas eius, & vſque ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt eam, vſq; ad turrim Hananeel. Et iuxta eum ædificauerũt viri Iericho, & iuxta *eos ædificauit Zacchur filius Amri. Portam autẽ piſcium ædificauerunt filij Aſnaa: ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus. Et iuxta *eum ædificauit Moſollam fi-
B lius Barachiæ, filij Meſezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana: Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorum nõ ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini Dei ſui. Et portam veterem ædificauerũt Ioiada filius Phaſea, & Moſollam filius Beſodia: ipſi texuerũt eã, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras & vectes: Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaõ & Maſpha, pro duce qui erat in regione trans Flumen: Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarii:
C & dimiſerunt Ieruſalem vſque ad murum plateæ latioris. Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ieruſalem: Et iuxta *eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domũ ſuam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Haſeboniæ. Mediã partem vici ædificauit Melchias filius Herem, & Haſub filius Phahath-moab, & turrim furnorum. Et iuxta *eos ædificauit Sellũ filius Alohes princeps mediæ partis vici Ieruſalem, ipſe & filiæ eius. Et portam vallis ædificauit Hanum, & habitatores Zanoe: ipſi ædificauerunt eã, & ſtatuerũt valuas eius, & ſeras & vectes, & mille cubitos in muro, vſq; ad portã ſterquilinij.

*Catalog⁹ eorũ qui muros ædificarunt.*

¶ *eum

¶ *eos

¶ *eos

¶ *eum

Porrò magiſtratus[10] neſciebãt quò ego abiiſſem, aut quid[11] facerem: imò nec Iudæis, nec ſacerdotibus, nec nobilibus, nec magiſtratibus, nec reliquis[12] qui opus faciebãt, haſtenus indicaueram. Dixi ergo ad eos, Vos videtis calamitatẽ in qua ſumus, quomodo Ieruſalem vaſtata ſit, & portæ eius igni exuſtæ: adeſte igitur, & ædificemus murum Ieruſalem, ne vltra ſimus probro. Indicaui præterea eis[13] manum Dei mei quòd hæc bona eſſet erga me, ſimiliter & verba regis quæ dixerat mihi. illi autem dixerunt,[14] Surgamus igitur, & ædificemus. roborauerũtque manus ſuas[15] ad bonum. Audiens autem Sãballat Horonites, & Tobias ſeruus ille Ammonites, & Gæſem Arabs, ſubſannarunt nos, & illuſerunt nobis, dicẽtes, Quæ eſt hæc res quam vos facitis? annon aduerſus regem paratis defectionem? Ego verò reſpondens illis dixi ad eos, Deus cœli[16] dat nobis proſperũ ſucceſſum,[17] & nos ſerui eius conſurgentes[18] ædificamus: vobis autem non eſt[19] pars,[40] neq; ius, neque memoria in Ieruſalem.

CAP. III.

SVrrexit autem Eliaſib ſacerdos magnus atq; fratres eius ſacerdotes, & ædificauerunt portam gregis: hi ſanctificauerunt eam, & collocarunt oſtia eius, & vſque ad turrim Mea ſanctificarũt eam, & vſque ad turrim Hananeel: Et ad manum eius ædificauerũt viri Iericho: & ad manum eius ædificauit Sachur filius Imri. Portam autem piſcium ædificauerunt filij Senaa, qui & trabes eius poſuerũt, & collocauerunt oſtia ei⁹, ſeras eius, & repagula eius: Ad manũ eorum firmauit Meremoth filius Vriæ filij Hacoz: & ad manum illorum ædificauit Meſullam filius Berechiæ filij Meſeſabeel: ad illorũ manus firmauit Zadoc filius Baana: Ad quorum manum ædificauerunt Thecoitæ:[10] magnates verò eorũ non[11] inſeruerũt collũ ſuũ in opus[12] domini ſui. Portã verò[13] veterẽ inſtaurarũt Ioiada filius Paſea, & Meſullã filius Beſodiæ: hi poſuerunt trabes ei⁹ & collocarũt oſtia eius, ſeras eius, atq; vectes eius: Ad illorũ manũ ædificauit Melatia Gibeonites, & Iadon Meronotites viri Gibeon & Mizpa,[15] pro Kiſſe præfecto trans fluuium: Ad illorũ manũ ædificauit Vziel fili⁹ Harhaia ex metallariis: ad cuius manũ ædificabat Hananias filius[17] Haraxahim: & reliquerũt Ieruſalẽ vſq; ad murũ latũ: Porrò ad manũ iſtorũ ædificauit Rephaia filius Hur, primarius dimidiæ partis Ieruſalẽ: Et iuxta illorũ manũ ædificauit Iedaia filius Harum maph, & iuxta domum eius: ad illius manum ædificauit Hattus fili⁹ Haſabnia. Alterã partẽ inſtaurauit Malchia filius Harim & Haſſub fili⁹[21] ducis Moab, atque turrim[22] Tanurim: Ad manum huius[23] ædificauit Sallũ filius[24] Halohesch primarius dimidiæ partis Ieruſalem, ipſe & filiæ ei⁹. Portam[25] vallis reparauit Hanun & habitatores Sanoah: ipſi ædificauerunt eam, & collocarunt oſtia eius, ſeras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro vſque ad portam[27] ſtercoris. Portã

¶10 neſcierũt vſ, non cognouerũt ¶11 feciſſem: ¶12 i. qui operabãtur in reparatiõe murorũ, ¶13 i. magnũ illũ fauorem quo Deus meus me proſequutus fuerat. ¶14 q.d. Sine vlla mora inſtauremus. tũc cœperũt eſſe bono & forti animo. ¶15 in bono. i. ꝓpter bonũ ipſum. propter magnũ illũ Dei fauorẽ erga ſe. Aut reſpicit beneficẽtiã, ſiue beneficium regis. hoc eſt, quũ intellexiſſent Deũ & regẽ ſibi fauere. ¶16 vſ. dabit ¶17 vſ. nos ergo ¶18 ædificabim⁹. i. ſine vlla mora inſtaurabim⁹ muros ciuitatis noſtræ. ¶19 vſ. poſſeſſio. q.d. hæc ſtructura nihil pertinet ad vos quũ ſitis Samaritani & alieni à religione noſtra. ¶40. i. neq; meritũ vllũ q.d. Nunq̃ vos benemeriti eſtis de Ieruſalẽ & nullã memoriã veſtri relinquetis in ea.

III.

¶1. i. qui erant de eadẽ familia aut tribu, aut ſocij & ſodales ei⁹. Hoc capite deſcribit quomodo & quo ordine murus Ieruſalem inſtauratus ſit, & à quibus. ¶2 Forte per hanc portã ingrediebãtur greges in vrbẽ. ¶3 i. inſignẽ & clarã ædificio reddiderũt. Alij vertũt, apparauerũt ¶4. i. cẽtum. ¶5. i. iuxta eũ. ¶6 ciues Iericho intelligit. ¶7 potius eſt cognomen ſiue agnomen q̃ nomẽ propriũ: quod tamen pro nomine proprio ponitur. ¶8 vſ. tigna eius appoſuerũt. i. tignis ac trabibus cõtexerunt ea. ¶9 Heb. fortificauit. ſub. murũ. ¶10 Heb. fortes. i. præclariſſimi & inſigniores eorũ. Quidã Hebræorũ interpretatur diuites eorũ. i. qui inter eos ditiores erant. ¶11 Heb. adduxerũt. vſ, immiſerũt. ſub. in iugũ ¶12. i. præfecti ſui, qui ſcilicet præfectus erat toti familiæ in inſtauratiõe muri vrbis. hoc eſt nõ paruerunt Domino ac præfecto ſuo mandanti ac præcipienti vt laborarent in inſtauratione muri. Metaphora à bobus & aliis iumentis qui colla ſua in iugũ inſerũt vt laborent in agro. ¶13 veteris. vſ, antiquæ. ſub. piſcinæ: cuius ſcilicet meminit Eſaias cap. 22. ¶14. i. ciues Gibeon, ¶15 pro ſolio ducis trans flumen. vſ, vſq; ad ſoliũ ducis regionis ſitæ trans Euphraten. ¶16 [qui erat de familia] Sorphim. i. aurificum, ſiue conflatorũ. nomẽ eſt familiæ. ¶17. i. aromatariorũ ſiue pigmentariorũ. nomẽ eſt familiæ. ¶18 fortificauerunt vſ, inſtaurauerunt. ¶19 Ieruſalem diſtributa erat in regiones vt Roma quoque olim: quarum dimidiæ parti iſte præfectus erat. ¶20 ſub. muri, quæ proxima erat illi quæ iã inſtaurata erat ab Hattus. ¶21 Pahath-moab ¶22. i. furnorũ, ſiue clibanorũ. Nomen turris. ¶23 inſtaurauit. ſub. murum. ¶24 Cognomen potius quàm nomen proprium, ſignificat que incantatorem. ¶25 vſ, regionis ¶26 ſub. Ioſaphat. ¶27 vſ, ſterquilinij.

¶31 regionis. vel, vici ¶39 ſignificat hortũ arborũ pomiferarũ: ab extẽſione, quod huc atque illuc extẽdat ramos ſuos ſiue propagines ſuas fructiferas. ¶32 dimidiæ regiõis. vel, dimidij vici ¶33 Nomen loci. ¶32 Loci etiã nomen. ¶33 in regione ſua: ¶34 Heb. dimidiæ regionis ¶35 Huloth-haneſec. i. aſcẽſus ſiue gradus armorũ. Fortaſſe i eo reponebãt arma. ¶36 i. iratus in ſeipſum quod nõdũ inſtauraſſet murum. ¶37 potius eſt cognomẽ quam nomen propriũ, ponitur tamen pro nomine proprio. ¶38 i. aliã portionẽ ¶39 i. qui habitabãt in planitie, ſiue in campeſtribus Iordanis habebant tamen etiam domos in vrbe Ieruſalẽ. ¶40 i. poſt vltimum ſacerdotum illorũ, ſiue ex ſacerdotibus illis. ¶41 inſtaurauit ¶42 vel, e regione dom⁹ ſuæ. ¶43 i. portionẽ alteram ¶44 ſub. illam inſignem. Poſterior iſta particula ponitur per expoſitionem, quòd nomen illud ſit generalius. ¶45 [inſtaurauit] à loco qui

verò ſtercoris reparauit Malchia filius Rechab princeps [14]collegij Beth-carem. ipſe inſtaurauit eam, & poſuit valuas eius, ſeras eius, atque vectes eius. Portam fontis reparauit Sallum fili⁹ Calhoſe, primarius [8]collegij Mizpa: is inquam ædificauit eam, cõtexit eam, collocauit oſtia ei⁹, ſeras eius, & vectes eius: ſed & murũ piſcinæ [9]Selah verſus hortum regis, & vſque ad gradus deſcẽdentes à ciuitate Dauidis. Poſt eum ædificauit Nehemias fili⁹ Aſbux, primarius [10]dimidij collegij Beth Zur, vſque ad [locum] e regione [11]ſepulchrorum Dauidis, & vſque ad piſcinam factam, & vſque ad [12]domum fortium. Poſt hunc ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Bani. & ad eius manum ædificabat Haſabia primarius [13]collegij Keila in [13]collegio ſuo. Poſt hunc ædificabant fratres eorum Bauai filius Henadad, primarius [14]collegij Kehila: Et ad hui⁹ manũ ædificabat Eſer fili⁹ Ieſua, princeps Mizpa, partẽ alterã e regione [35]aſcẽſus armamẽtarij angularis. Poſt hũc [36]idignatione quadã motus ædificauit Baruch filius Sachai alteram partem ab angulo vſque ad oſtium dom⁹ Eliaſib ſacerdotis magni. Poſt hũc ædificauit Meremoth filius Vriæ, fili⁹ [37]Hakoz [38]mẽſurã ſecũdã ab oſtio domus Eliaſib, vſque ad finem domus Eliaſib. Poſt illũ ædificauerũt ſacerdotes, [39]viri planitiei. Et [40]poſt illum [41]ædificabat Beniamin & Haſſub [42]contra domum ſuam: poſt hunc ædificauit Aſarias filius Maaſiæ filij Ananiæ iuxta domum ſuã: Poſt hunc ædificabat Binnui filius Henadad [43]menſuram ſecundam à domo Aſariæ vſque ad angulum & vſque ad [44]flexuram. Palal deinde filius Vſai [45]à conſpectu anguli & turris prominentis à domo regis [46]ſuperiori, quæ erat iuxta atrium carceris: poſt eũ Pedaias filius Pareos. Porrò Nethinæi [qui] habitabant in munitione, [inſtaurauerunt] [47]vſque ad proſpectum portæ aquarum ad Orientem, & turrim prominentem. Poſt illum ædificabãt Tecoitæ alteram [48]menſuram [49]à proſpectu turris magnæ prominentis, vſque ad murum [50]munimenti. Porrò à porta equorum ædificabant ſacerdotes, quiſque e regione domus ſuæ. [51]Poſt illum ædificabat Zadoc filius Immer e regione dom⁹ ſuæ: & poſt eũ ædificauit Semeias filius Sechaniæ cuſtos portæ Orientalis. Poſt hunc ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanũ filius Zalaph [52]ſextus, [53]mẽſurã alteram. poſt eũ ædificauit Meſchulã filius Berechiæ e regione [54]cameræ ſuæ: poſt illũ ædificauit Malchia filius [55]aurifabri vſque ad domum Nethinæorũ & negotiatorũ, cõtra portã Miphcad vſque ad [56]cœnaculũ anguli flexi: Inter cœnaculũ verò anguli flexi vſque ad portã gregis ædificauerũt [57]aurifabri & negotiatores.

CAP. IIII.

Qvũ verò audiſſet Sanballat quod ædificaremus murũ, irã mouit ei, vehementérque indignatus eſt. ſubſannans ergo Iudæos, Dixit corã fratribus ſuis & militibus Samariæ: [1]ſic autẽ dixit, Quid faciunt [2]imbecilles Iudæi? [3]nũ permittetur [hoc] eis? nũ ſacrificabunt? nũ [4][vno] die perficient? nũ lapides ex aceruis pulueris qui cõbuſti ſunt [5]excitabunt? Erat autẽ Tobias Ammonites [6]penes eum, & ait, [7]Ædificent ſanè. vulpes

Et portam ſterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Beth-acharam: ipſe ædificauit eam, & ſtatuit valuas ei⁹, & ſeras & vectes. Et portam fontis ædificauit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maſpha: ipſe ædificauit eã, & texit, & ſtatuit valuas eius, & ſeras, & vectes, & muros piſcinæ [a]Siloë in hortum regis, & vſque ad gradus qui deſcendunt de Ciuitate-Dauid. Poſt eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Beth-ſur, vſque cõtra ſepulchrum Dauid, & vſque ad piſcinam quæ grandi opere conſtructa eſt, & vſque ad Domum fortiũ. Poſt eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Bẽni: poſt [b]eos ædificauit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo. Poſt eum ædificauerunt fratres eorum Bauai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. Et ædificauit iuxta eũ Azer filius Ioſue, princeps Maſpha menſuram ſecundam, contra aſcẽſum firmiſſimi anguli. Poſt eum in monte ædificauit Baruch fili⁹ Zachai menſuram ſecundam, ab angulo vſque ad portam domus Eliaſib ſacerdotis magni: Poſt eũ ædificauit Merimuth filius Vriæ filij [c]Hattus mẽſuram ſecundam, à porta domus Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib: Et poſt eum ædificauerunt ſacerdotes viri de campeſtribus Iordanis. Poſt [d]eos ædificauit Ben-iamin & Haſub contra domum ſuam: & poſt [e]eos ædificauit Azarias filius Maaſiæ filij Ananiæ contra domũ ſuam: Poſt eum ædificauit Bennui filius Henadad mẽſuram ſecundam, à domo Azariæ vſque ad flexuram, & vſque ad angulum. Poſt eum ædificauit Phalel filius Ozi contra flexuram, & turrim quæ eminet de domo regis excelſa, id eſt in atrio carceris: poſt eum Phadaia filius Pharos. Nathinæi autẽ habitabant in Ophel, vſque contra portã aquarum, ad orientem, & turrim quæ prominebat. Poſt [f]eos ædificauerunt Thecueni menſuram ſecundam e regione, à turre magna & eminenti vſque ad murum templi. Surſum autem [g]ad portam equorum ædificauerunt ſacerdotes, vnuſquiſque contra domum ſuam: Poſt eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domũ ſuam. & poſt eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, cuſtos portæ Oriẽtalis. Poſt eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanum filius Seleph ſextus menſuram ſecundam: poſt eum ædificauit Moſollam filius Barachiæ, contra gazophylacium ſuum: Poſt eum ædificauit Melchias fili⁹ aurificis, vſque ad domum Nathinæorum, & [h]ſcruta vendentium contra portam iudicialem, & vſque ad cœnaculum anguli. Et [i]inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt [k]artifices & negotiatores.

CAP. IIII.

Sanaballat & Tobias murorũ ædificationẽ prohibent.

FActum eſt autem, cum audiſſet Sanaballat quod ædificaremus murum, iratus eſt valde: & motus nimis ſubſannauit Iudæos, et dixit corã fratribus ſuis, & frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gẽtes? Nũ ſacrificabũt, & cõplebunt in vna die? Nũquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combuſti ſunt? Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificẽt: ſi aſcẽderit vulpes,

¶a Sela ¶b eum ¶c Haccus ¶d eum ¶e eum ¶f eum ¶g à porta ¶h ſeruta ¶i vſque ad ¶k aurifices

erat e regione illius anguli, ſiue flexuræ ¶46 altæ ſiue altiſſimæ. ¶47 vel, vſque e regione portæ ¶48 vel, portionem ¶49 e regione illius ¶50 arcis. i. quo cingebatur arx illa. ¶51 i. poſt vltimũ illorũ. ¶52 filiorũ eius ſcilicet: habuerat enim Salaph multos filios, quorũ ille erat ſextus ¶53 i. portionẽ alterã quę proxima erat ei quã inſtaurauerat Hanania. ¶54 cubiculi ſui: ¶55 cõflatoris. Cognomẽ eſt, nõ nomen propriũ. ¶56 Nomẽ loci. ¶57 i. ij qui cognomine dicebãtur aurifices & negotiatores. IIII. ¶1 vel, dixit inquã, ¶2 q.d. fruſtra laborãt & perdunt operã. ¶3 Heb. nõ fortificabuntur? nũ ſuppetent illis vires ad abſoluendũ opus illud? num offerent hoſtias in dedicatione vt ſolebant? ¶4 potius ſubaudiendum, illa. i. nũ perficere poterũt die illa qua ſtatuerunt ſe perfecturos opus illud? ¶5 Heb. viuificabũt? i. reſtituẽt in priſtinũ ſtatũ? ¶6 vel, iuxta ¶7 Heb. Etiã quod ipſi ædificãt, ſi aſcẽderit vulpes [aliqua,] diruet murum lapideũ eorum. Antecedens pro relatiuo, ſi aſcenderit vulpes murũ, diruet illũ.

Oratio Nehemiæ contra inimicos

tranſiliet murum eorum lapideũ. Et dixit Nehemias, Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui: conuerte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriſerunt

B

ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vſque ad partem dimidiam: & prouocatum eſt cor populi ad operandum. Factũ eſt autem, cum audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & [a]Ammanitæ,' & Azotij, quod obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem, & quòd cœpiſſent interrupta concludi, irati ſunt nimis. Et congregati ſunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ieruſalem, & molirentur inſidias. Et orauimus Deum noſtrum, & poſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas, Debilitata eſt fortitudo portantis, & humus nimia eſt, & nos nõ poterimus ædificare murum. Et dixerunt hoſtes noſtri, Neſciant & ignorent, donec veniamus in medium

C

eorum, & interficiamus eos, & ceſſare faciamus opus. ¶ Factũ eſt autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, ſtatui in loco poſt murum per circuitũ populum in ordinem cum gladijs ſuis, & lanceis, & arcubus. Et perſpexi atque ſurrexi: & aio ad optimates & magiſtratus, & ad reliquam partẽ vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus veſtris, filijs veſtris, & filiabus veſtris & vxoribus veſtris & domibus veſtris. Factũ eſt autem, cum audiſſent inimici noſtri nuntiatũ eſſe nobis, diſſipauit Deus conſilium eorum. Et reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſque ad opus ſuum. Et factum eſt à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum: & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ: & principes poſt eos in omni domo Iuda ædificantium [b]'muros,' & portantium onera, & imponentium: vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. ædificantium enim vnuſ-

D

quiſque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reliquã partem vulgi, Opus grande eſt & latum, & nos ſeparati ſumus in muro procul alter ab altero. In loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis. Et noſipſi faciamus opus: & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra. In tempore quoque illo dixi populo, Vnuſquiſque cũ puero ſuo maneat in medio Ieruſalem, & ſint [c]'vobis' vices per noctem, & diem, ad operandum. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & cuſtodes qui erant poſt me, non deponebamus veſtimenta noſtra: vnuſquiſque tantum nudabatur ad baptiſmum.

¶ [a]Ammonitæ

Oratio.

Armati ædificant muros Ieruſalẽ.

¶ [b]in muro,

¶ [c]nobis

aſcendet, & murũ eorũ lapideum dirumpet.' Audi Deus noſter, [8]deſpecti enim'ſumus: tu repende [9]opprobrium'eorum in caput eorũ, & fac eos [10]deſpectos' in terra captiuitatis eorum. [11]Ne operias iniquitatẽ eorum,' & peccatum eorũ corã facie tua [12] nõ deleatur:' quia ad indignationem irritarũt ędificãtes ipſos. Aedificauim⁹ itaq; murũ, & [13]colligatus' eſt totus murus vſq; ad dimidiã partẽ eius, & populus animũ habuit ad ædificandũ. Factum verò eſt quum audiſſet Sanballat, & [14]Tobia,' & Arabes, Ammonitæ & Azotij quòd [15]murus Ieroſolymitanus reparatus eſſet,' quòd cœpiſſent interruptiones [16]obſtrui,' vehementer irati ſunt. Conſpirarunt itaq; pariter omnes, vt proficiſcerẽtur & oppugnarẽt Ieroſolyma, [17]negotiũmq; [18]ei' faceſſerent. At nos [19]orauimus' ad Deũ noſtrũ, & [20]cõſtituimus cuſtodiã cõtra eos,' die noctũq; [21]propter eos. [22]Dixit autem Iehuda,' Robur baiulorũ elanguit, interim [23]plurimũ rudẽris eſt,' vt non poſſimus ædificare'[24]in muro.' Ad hæc, dixerũt hoſtes noſtri, [25]Neſciãt neq; videãt,' donec venerimus inter eos, & interfecerimus eos, effecerimúſq; vt ceſſet opus. ¶ Cõtigit quoq; ut veniẽtes Iudæi qui iuxta illos habitabãt, dicerẽt nobis [26]decies, [27]'ex omnibus locis ex quib⁹ ad nos diuerterẽt.' Cõſtitui ergo ab [28]inferioribus locis' poſt murũ [29][illegible] loca munitiora,' collocaui inquã populũ per familias cũ gladijs ſuis, cũ lãceis ſuis, atq; arcub⁹ ſuis. Quũmq; [30]vidiſſem,' ſurrexi, & dixi ad nobiles & ad [31]'magnates,' & ad reliquũ populũ, Ne timueritis ab illis: memineritis potiꝰ domini magni, & [32]'terribilis,' pugnatéq; pro fratrib⁹ veſtris, filijs veſtris, filiabus veſtris, vxorib⁹ veſtris, atq; domibus veſtris. Quũ verò audiſſent hoſtes noſtri [33]rem nobis cognitã eſſe,' irritũ fecit Deus conſiliũ eorũ, nóſq; omnes reuerſi ſumus ad murũ, quiſque ad opus ſuũ. Ab eodẽ die pars iuuenum opus faciebant, pars eorũ tenebant lanceas, ſcuta, arcus & loricas: principes verò [erant][34]poſt vniuerſam'domum Iehuda. Porrò qui murũ extruebant & baiulatores, ac qui onera imponebãt, altera manu ſua opus faciebant, altera verò telũ tenebant. Et ædificantiũ ſinguli accincti erãt gladijs ſuis ſuper lumbos ſuos, ſimúlq; ædificabant: [35]clangor verò tubæ penes me erat.' Dixi autem ad nobiles & ad [36]magnates' reliquũmq; populũ, Opus hoc ingẽs eſt & amplũ, nos verò ſuper muro diſperſi ſumus lõgius quiſq; ab alio. Quocũq; ergo loco ſonitũ cornu audieritis, illuc congregemini ad nos, & De⁹ noſter pugnabit pro nobis. [37]Nos operi inſiſtemus, cæterũ pars illorũ lanceas tenebit ab aſcẽſu auroræ, donec ſtellæ oriãtur.' Tum quoq; dixi ad populũ, Quiſque cum puero ſuo pernoctet in medio [vrbis] Ieroſolymæ, vt noctu ſint nobis excubię, interdiu autẽ [38]in opus.' Porrò ego, fratres mei, pueri mei, viriq; [39]qui excubabãt retro me,' noſ[inquam] veſtes noſtras non exuebamus, [40]ne meiendi quidem gratia.

¶ 8 q. deſpectui ¶ 9 vel, ignominiã ¶ 10 prædam. i. abeãt in captiuitatẽ, & diripiãtur bona eorum.
¶ 11 q. d. verſetur tibi ſemper ob oculos.
¶ 12 .i. habe illud ſemper ante oculos vt ſẽper memineris eius. ¶ 13 vel, cõpactus
¶ 14 ſub. ſeruus ille Ammonites. ¶ 15 Heb. quòd aſcendiſſet malagma [ſiue emplaſtrũ, aut medicina] ſuper muros Ieruſalem. i. quòd inſtaurati ac reparati eſſẽt muri. Metaphora à chirurgis qui impoſito malagmate ſiue emplaſtro vulnera curant, quæ dũ coeunt, ſanantur: ita muri cũ obthurantur, inſtaurantur, & videntur ſanari.
¶ 16 vel, obthurari. i. coniungi.
¶ 17 Heb. errorẽmque. i. redderent eos palatos & errantes ac vagãtes: ſiue inopes cõſilij & neſcientes quid facturi eſſent
¶ 18 Refert relatiuũ iſtud Nehemiã, vel populum Ieroſolymitanum.
¶ 19 ego ſcilicet & principes populi. Plebs enĩ deſpõdebat animũ, & deſperabat de viribus. ¶ 20 vel, collocauimus cuſtodes iuxta &c. vel, ſuper eos. ¶ 21 Heb. à facie eorũ. ſub. qui laborabãt in inſtauratiõe tẽpli. ¶ 22. i. Dixerũt autẽ Iudæi. ¶ 23 Heb. & puluis mult⁹. i. calx cũ arena ex qua fit intritũ, cõportãda ad murũ ipſũ. ¶ 24 murũ ipſũ. ¶ 25 ſub. quid eis moliamur, neq; videãt nos, ¶ 26. i. frequẽter. Numerus certus pro incerto. ¶ 27 In omnibus locis vnde reuertemini, [volũt venire] ad nos. i. ad vos. nõ enim ſeparant ſeſe iſti ab alijs Iudæis. i. volunt adoriri imprudentes ac incautos. & nil tale cogitãtes. Vnde reuertemini, tẽpore ſcilicet quo cib⁹ capi ſolet. vel, ſub noctẽ. ¶ 28 inferioribus [partibus] loci. ¶ 29 Heb. in excelſis. i. in ipſis ſummitatib⁹ ſaxorũ. ¶ 30 ſub. aciẽ inſtructã ¶ 31 vel, magiſtratus, ¶ 32. i. qui cuiuis metũ ac terrorẽ incutere poteſt. ¶ 33. i. eorũ inſidias eſſe nobis detectas ¶ 34. i. vrgebant eos vt diligẽtius operarẽtur. vel, præerãt illis. ¶ 35 qui verò clangebat tuba, [erat] apud me. ¶ 36 magiſtratus, ¶ 37 Nos interim faciebamus opus, & media pars eorũ tenebat lãceas, ab aſcenſu auroræ vſq; ad exitũ ſtellarũ. i. vſquedũ apparere inciperent ſtellæ. Vidẽtur enim antea eſſe in cubiculis ſiue thalamis in quibus delitеſcãt. Hoc eſt, ab aurora vſq; ad noctẽ. ¶ 38. i. noctu cuſtodiãt nos, & interdiu operentur in muro. ¶ 39 Heb. cuſtodes qui erãt poſt me. i. qui ſequebãtur me. ¶ 40 Heb. cuiuſq; depoſitio [veſtiũ erat ad] aquas expiatorias ſcilicet. i. quiſque exuebat veſtes ſuas tantum quum vellet ſeſe emundare & ſanctificare. Vel, cuiuſque enſis [erat in manu ſua etiam ad] aquas. illas expiatorias ſcilicet. i. quando ibat ad aquas illas. hoc eſt, quum vellet ſeſe &c.

& terram regis Heſbon, & terrã Og regis Baſan. Filios eorum multiplicaſti vt ſtellas cæli, & introduxiſti eos in terram, de qua dixeras patrib⁹ eorum, quòd eſſent ingreſſuri & occupaturi. Ingreſſi itaque ſunt filij, & poſſederunt terrã, & tu ſubiecisti in conſpectu eorũ habitatores terræ, Chananæos, & tradidiſti eos in manum eorum vnà cum regibus eorum & populis [39]terræ, vt facerẽt cum eis pro voto ſuo. Ceperunt vrbes munitas & humum pinguem, poſſederũtque domos omni bono plenas, [40]puteos exciſos, vineas, olíueta, arbores frugiferas, [idque] in copia: comederunt & ſaturi, adeóque pingues facti, [41]delicate vixerunt in iſta tua magna bonitate. Illi autem [42]rebelles facti defecerunt à te, & abiecerunt legem tuam poſt tergum ſuum, & occiderũt prophetas tuos, qui eos [43]obteſtantes, conabantur eos ad te reducere. [In ſumma] [44]inſigniter [te] irritarunt. Tu igitur tradidiſti eos in poteſtatem hoſtium ſuorum, qui eos preſſerunt: & in tempore preſſuræ ſuæ clamauerunt ad te, túque eos e cælo exaudiſti, & in miſerationibus tuis multis dediſti eis ſeruatores, qui eos [45]aſſeruerunt de manu hoſtium ſuorum. Quàmque [data eſſet] eis requies, rurſus malum deſignarunt in conſpectu tuo: tu igitur dereliquiſti eos in manu hoſtium ſuorũ, qui tyrannidem in eos exercuerunt: quúmque iterum cõuerſi ad te clamarent, exaudiſti eos de cælo, liberaſtiq; eos iuxta miſerationes tuas, [idq;] multis tẽporibus. [46]Et obteſtat⁹ es eos, vt reduceres eos ad legem tuam, ipſi autem ſuperbe egerunt, nec audierunt præcepta tua, ſed peccarunt in iudicia tua, [47]in quibus homo, ſi faceret ea, viueret: præbuerũntque humerũ [ſuũ] [48]rebellẽ, & indurarunt ceruicẽ ſuam, [49]ne audirẽt. [50]Diſtuliſti etiã cũ eis annis multis, obteſtãs eos ſpiritu tuo per manũ prophetarũ tuorũ: ſed nõ auſcultarũt, ideo tradidiſti eos in manum populorum nationum. At pro tua ingenti miſeratione nõ perdidiſti eos totos, neque dereliquiſti eos, quòd Deus es clemens & miſericors. Nunc igitur Deus noſter, Deus magne, fortis & tremẽde, qui ſeruas fœd⁹ & [51]benignitatẽ, [52]ne ſit vulgaris in conſpectu tuo omnis hæc calamitas, quæ deprehendit & nos & reges noſtros, principes noſtros, ſacerdotes noſtros, prophetas noſtros, patres noſtros, & cunctũ populum tuũ, à diebus [53]regũ Aſſyriacorũ, in præſentem vſque diem. Equidem tu iuſtus es in omni eo quod accidit nobis: quoniam [54]fideliter egiſti, nos autem impie egimus. Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri nõ fecerunt legẽ tuam, neque attẽderũt præcepta tua, & teſtimonia tua quæ cõteſtatus es eis. Et ipſi in regno ſuo, [55]& in bonitate tua magna quã exhibuiſti eis, & in terra lata atque fertili quam dediſti coram eis, nõ ſeruierũt tibi, neque auerſi ſunt [56]à ſtudijs ſuis peſſimis. En nos hodie ſerui ſum⁹, & terra quam dediſti patribus noſtris, vt ederent fructum eius & bona eius, ecce nos ſerui ſumus in ea. Hæc prouentum ſuum [57]regibus multũ edit, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, qui dominãtur in corpora noſtra, in pecora noſtra pro ſua libidine, [58]vt ſimus in magnis anguſtijs. [59]Atque in his omnib⁹ ferimus [fœdus] ſũmũ, & ſcribim⁹, [60]idque obſignatũ [per] principes noſtros, Leuitas noſtros, & ſacerdotes noſtros.

& terram regis Heſebon, & terram Og regis Baſan. Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cæli, & adduxiſti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & poſſiderent. Et venerunt filij, & poſſederunt terram, & humiliaſti coram eis habitatores terræ, Chananæos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis ſicut placebat illis. Ceperũt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cunctis bonis: ciſternas ab *eis fabricatas, vineas, & olíueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt delicijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & proiecerunt legem tuam poſt terga ſua: & Prophetas tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntque blaſphemias grandes. Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & affixerũt eos: & in tempore tribulationis ſuæ clamauerũt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum. Cúmq; requieuiſſent, reuerſi ſunt vt facerent malum in cõſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimicorũ ſuorum, & poſſederunt eos. Conuerſique ſunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cælo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordijs tuis, multis temporibus. Et conteſtatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam: ipſi verò ſuperbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudicijs tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederũt humerum recedentem, & ceruicem ſuam indurauerũt, nec audierunt. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & cõteſtatus es eos in Spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierũt, & tradidiſti eos in manum populorum terrarũ. In miſericordijs autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos, quoniam Deus miſerationum, & clemens es tu. Nunc itaque Deus noſter magne, fortis & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges noſtros, & principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnem populum tuũ à diebus regis Aſſur, vſque in diem hanc. Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos: quia veritatem feciſti nobis, nos autem impie egimus. Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & teſtimonia tua quę teſtificatus es in eis. Et ipſi in regnis ſuis bonis, & i bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latiſſima & pingui quam tradideras in conſpectu eorum, nõ ſeruierunt tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudijs ſuis peſſimis. Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus, & terra quã dediſti patribus noſtris vt comederent panem eius & quæ bona ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris ſecundum voluntatem ſuam, & in tribulatione magna ſumus. Super omnibus ergo his noſipſi percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſignant principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

B

¶ * alijs

C

D

Iuſtus Deus & verax.

Confeſſio.

Percutit populus fœdus cũ Domino.

¶39 ſub. eius ¶40 vel, ciſternas exciſas. ¶41 Heb. delicijs affluxerũt ꝓpter bonitatẽ tuã magnam. ¶42 Heb. ad iracundiam prouocantes te, rebelles fuerunt tibi, ¶43 Heb. qui teſtificabãtur contra eos vt conuerterẽt eos ad te. i. qui admonebãt eos teſtibus adhibitis, vt conuerterent eos. Solebant prophetæ quum admonerẽt populũ, inuocare teſtes cęlũ & terram, & alios. ¶44 Heb. fecerunt conuitia grandia. ¶45 ſeruauerũt ¶46 vel, teſtificatus es cõtra eos. i. admonuiſti eos quaſi adhibitis teſtibus, ac conuocatis. ¶47 quæ faciẽs homo, viueret per ea: ¶48 Heb. recedentem. vel, refugum. i. fugiẽtem onus. hoc eſt, ſubtraxerunt humeros ſuos ab onere, more ferarum & animalium indomitorum. ¶49 Heb. & nõ audierunt. & ꝓ id eſt, poſitum. ¶50 i. ſuſtinuiſti ac expectaſti eos multo tẽpore nũ reuerterentur ac reſipiſcerent, * in miſericordiam. ¶52 ne parua res ſit. i. ne tibi videatur res parua, noli parui pendere ¶53 qui ſcilicet captiuos abduxerũt decem tribus

¶54 veritatẽ feciſti. i. merito & iuſte nos afflixiſti. ¶55 i. in bonis & opib⁹ illis ingẽtibus ¶56 ab operibus ¶57 i. in gratiã & vtilitatẽ regũ externorũ ¶58 & ſumus in tribulatione maxima q. d. in ſumma, tribulationẽ magnã ſuſtinemus. Cõmẽdat iuſtitiã Dei, & dãnat iniuſtitiã hominũ. ¶59 Et tamẽ &c. i. Quiuis magnã hãc tribulationem patiamur, nos percutimus, vel, percuſſim⁹ fœdus fidelitatis, hoc eſt de ſeruãda fidelitate cũ Deo noſtro, & ſcribimus, vel, ſcripſimus fœdus illud in libello: vel ſcripſimus libellum obligatoriũ: & in libello illo obſignato ſunt principes noſtri &c. i. deſcripta ſunt nomina principum noſtrorũ. q. d. adiecerũt ſigna ſua nominibus ſuis, ſignauerũtque libellum illum. ¶60 Heb. & in [libello] illo obſignato [ſunt] principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

CAP. X.

Signatores fœderis.

SIgnatores autem fuerunt, Nehemias, Atherſatha fili⁹ Hachelai, & Sedecias, Saraias, Azarias, Ieremias, Pheſhur, Amarias, Melchias, Hattus, Sebenia, Melluch, Harem, Merimuth, Obdias, Daniel, Genthon, Baruch, Moſollam, Abia, Miamin, Maazia, Belgai, Semaia: hi ſacerdotes. Porrò Leuitæ, Ioſue filius Azaniæ, Bennui de filijs Henadad, Cedmiel: & fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan, Micha, Rohob, Haſebia, Zachur, Serebia, Sabania, Odaia, Bani, Baninu. Capita populi, Pharos, Phahath-moab, Aelam, Zethu, Bani, Bonni, Azgad, Bebai, Adonia, Begoai, Adin, Ater, Hezecia, Azur, Odaia, Haſum, Beſai, Hareph, Anathoh, Nebai, Megphias, Moſollam, Hazir, Meſizabel, Sadoc, Ieddua, Pheltia, Hanan, Anaia, Oſee, Hanania, Haſub, Alohes, Phalea, Sobec, Rehū,
B Maaſia, Echaia, Hanan, Anan, Melluch, Harā, Baana, Et reliqui de populo, ſacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui ſe ſeparauerunt de populis terrarum ad legem Dei, vxores eorum, filij eorum, & filiæ eorū, ⁸omnes qui poterant ſapere ſpōdentes pro fratribus ſuis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & iurādum vt ambularent in lege ᵇDomini, quā dederat in manu Moyſi ſerui ᶜſui, vt facerent & cuſtodirent vniuerſa mandata Domini Dei noſtri, & iudicia eius & ceremonias eius. Et vt non daremus filias noſtras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filijs noſtris. Populi quoque terræ, qui important venalia, & omnia ad vſum, per diem ſabbathi vt vendant, non accipiemus ab eis in ſabbatho, & in die ſanctificato. Et demittemus annum ſeptimum, & exactionē vniuerſæ manus. Et ſtatuemus ſuper nos præcepta,
C vt demus tertiam partem ſicli per annum ad opus domus Dei noſtri, Ad panes propoſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum, & in holocauſtum ſempiternum in ſabbathis, in calendis, in ſolennitatibus, & in ſanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Iſrael, & in omnem vſum domus Dei noſtri. Sortes ergo miſimus ſuper oblationem lignorum inter ſacerdotes, & Leuitas, & populū, vt inferrentur in domum Dei noſtri per domos patrum noſtrorum, per tempora, à temporibus anni vſque ad annum: vt arderent ſuper altare Domini Dei noſtri, ſicut ſcriptū eſt in lege Moyſi. Et vt afferremus primogenita terræ noſtræ, & primitiua vniuerſi fructus omnis ligni ab anno in annum, in domo Domini. Et primitiua filiorū noſtrorum, & pecorum noſtrorum, ſicut ſcriptū
D eſt in lege: & primitiua boum noſtrorum, & ouium noſtrarum, vt ᵈofferantur in domo Dei noſtri, ſacerdotibus qui miniſtrāt in domo Dei noſtri. Et primitias ciborum noſtrorum & libaminum noſtrorū, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei afferemus ſacerdotibus ad gazophylacium Dei noſtri, & decimam partem terræ noſtræ Leuitis: ipſi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatib⁹ operū noſtrorū. Erit autē ſacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ ſuæ in domo Dei noſtri, ad gazophilaciū in domo theſauri. Ad gazophylacium enim deportabunt filij Iſrael, & filij Leui primitias frumen

¶ᵃ & Quid popul⁹ i fœdere Deo promiſerit.
¶ᵇ Dei
¶ᶜ Deī
¶ᵈ offerrent

CAP. X.

A[1]Tque hiſdati] ſunt ad obſignandum, Nehemias Hathirſatha, fili⁹ Hachaliæ & Zedecias. Seraias, Aſarias, Ieremias. Paſhur, Amaria, Malchia. Hattus, Sebania, Malluch. Harim, Meremoth, Obadias. Daniel, Ginthon, Baruch. Meſullā, Abia, Mijamin. Maaſias, Bilgai, & Semahia. hi ſacerdotes. Leuitæ verò Ieſua fili⁹ Aſaniæ, Binnui:[2]de filijs Henadat, Kadmiel. Et fratres eorum, Sechania, Hodia, Kelita, Pelaia, Hanā. Micha, Rehob, Haſabia. Sachur, Serebia, Sebania. Hodia, Bani & Beninu. Capita autē populi fuerūt, Parhos[3]dux Moab, Elam, Satu, Bani. Bunni, Azgad, Bebai. Adonia, Bigai, Adin. Ater, Ezechias. Aſur. Hodia, Haſum, Bezai. Hariph, Anathoth, Nebai. Magpias, Meſullā, Heſir. Meſeſabeel, Zadoc, Iaddua. Pelatia, Hanā, Anaia. Hoſea, Hanania, Haſſub. Halohes, [P]ilha, Sobec. Rehum, Haſabna, Maaſia. Ahia, Hanan, Anan. Malluch, Harim atque Baana, Et reliqui de populo, ſacerdotibus, Leuitis, ianitoribus, cātoribus & Nethinæis, &[4]quicunque erat ſeparatus à Gentibus nationū ad legē Dei, vxores eorū, filij eorū, & filiæ eorum, & quicunque intelligētia valebat,[5]Hi [6]rat[i]m habebit cum fratribus ſuis optimatibus ſuis,[7]veniebāntque in execrationem & iuramentum,[8]vt ambularēt in lege Dei, quæ data erat per manū Moſis ſerui Dei, & cuſtodirēt atque facerent cūcta præcepta Domini Dei noſtri, & iudicia eius, atque ſtatuta eius, Et quòd nō elocaremus filias noſtras populis terræ, neq;[9]duceremus filias eorū filijs noſtris. Ad hæc ſi[10]populi terræ afferrēt merces aut venale quid in die ſabbati ad vendēdum,[11]ne acciperemus ab eis in ſabbato & in die ſancto. Deinde[12]vt remiſſionē faceremus ſeptimo anno in omnis generis onerib⁹,[13]Itē vt cōſtitueremus ſuper nos præcepta, vt imponeretur nobis ſingulis annis tertia pars ſicli pro miniſterio domus Dei noſtri, Pro panibus qui[14]ordināntur, pro iugi ſacrificio, & holocauſto iugi,[15][in] ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs, pro ſanctificatis & hoſtia pro peccato ad expiandū Iſraelē, & [ad] omne opus domus Dei noſtri. Iecimus & ſortes ſacerdotes, Leuitæ & populus[16]de adductione lignorū, vt inferrētur in domū Dei noſtri, iuxta domos patrū noſtrorū, tēporib⁹ cōſtitutis ſingulis annis,[17]ad cremādū in altari Domini Dei noſtri, quemadmodū ſcriptum eſt in lege, Vtque afferremus[18]primitiuos fructus telluris noſtræ, primitiuos [ſcilicet] fructus omniū fructuū cuiuſcūque arboris, [id q;] ſingulis annis, in domū Domini. Primogenita quoq; filiorū noſtrorū, & pecorū noſtrorū, ſicut ſcriptū eſt in lege, primogenita boū noſtrorū, & ouiū noſtrarū, vt eas [ſcilicet] inferremus in domū Dei noſtri pro ſacerdotib⁹ miniſtrātib⁹ i domo Dei noſtri. Primitiua quoq;[19]ericulētorū noſtrorū, & munificarū ſeparationū noſtrarū, fructū cūctę arboris, vinū & oleū afferrem⁹ ſacerdotib⁹ in[20]penuaria dom⁹ Dei noſtri, & decimas telluris noſtræ Leuitis, vt Leuitæ decimas haberēt in oīb⁹ vrbib⁹ in quib⁹ opus noſtrū exercem⁹.[21]Et vt ſacerdos filius Aharonis cū Leuitis partē habeat in decimis Leuiticis: & Leuitæ ipſi[22]adducēt decimā partē decimæ in domū Dei noſtri,[23]in penuaria & gazophylacia. Quoniā in penuaria[24]inferre debent filij Iſrael & filij Leui

¶1 Hebr. Et ſuper ſignatos illos fuerūt &c. q. d. nomina autem eorum qui deſcripti ſunt in libello illo, hæc ſunt ¶2 i. nepotib⁹ ¶3 Pahath-moab ¶4 i. qui relictis populis alienis conuerſi fuerāt ad Deum, hoc eſt proſelyti.

¶5 Heb. ſin ſum [i]ntelligentes ſciēs & cognoſcens. i. quotquot prediti erāt cognitione & intellectu. ¶6 Hebr. Apprehēderūt. vel, Amp[l]exati ſunt. i. approbauerunt libellū illum obſignatum. ¶7 venerunt que ¶8 ad ambulandum. i. execrati ſunt & iurauerunt, ſiue promiſerunt iuramento adhibito, ſe ambulaturos ¶9 acciperemus ¶10 i. infideles ¶11 quòd non acciperemus. i. emeremus

¶12 Hebr. & q dimitteremus annum ſeptimū, & exactionem vniuerſæ manus. i. quòd anno ſeptimo nihil colligeremus, neque coleremus terrā, ſed relinqueremus pauperib⁹ quicquid terra ipſa eo anno ſponte ac vltro proferret: dimitteremus præterea omnia debita. ¶13 Et ſtatuimus ſuper nos præcepta

vt imponerent nobis tertiam partem ſicli eo anno in opus &c. i. Recepimus nos daturos ac ſoluturos hoc anno vltra ſummam, tertiam partem ſicli pro neceſſarijs templi. ¶14 Heb. diſpoſitionis. i. propoſitionum, ¶15 [in] ſabbatha, & nouilunia, & ſolēnitates, & ad ſancta, & in ſacrificia. &c. In ſabbatha. i. in omne quod fieri ſolet ſabbathis. ¶16 vl, ſuper oblationem lignorum, ¶17 i. ad fouendum ignem illum cæleſtem qui erat in altari. ¶18 Primitias terræ intelligunt Hebræi manipulum & duos panes. ¶19 p[i]ſtarum [vl, conſperſionum] noſtrarum, & oblationum noſtrarū, ¶20 vl, gazophylacia ¶21 Aderit autem ſacerdos filius Aaronis cum Leuitis quando decimam accipient Leuitæ. i. capient decimas vnà cum eis. ¶22 offerent ¶23 ad cubicula [vl, gazophylacia] in domo theſauri. Cubicula erant in templo. ¶24 Heb. afferent

[15]munificē donū quod ſeparent de frumento, vino & oleo, vbi vaſa ſunt' ſanctuarij & ſacerdotes miniſtrantes, ianitores & cantores, [16]ne derelinquamus ædem' Dei noſtri. CAP. XI.

HAbitauerunt autem principes populi in Ieruſalem : reliquus autem populus proiecit ſortem, [1]vt decimus quiſque habitaret' in Ieruſalē ciuitate ſancta, nouē autē [alias] partes in oppidis. [2]Laudabatque populus omnes viros qui ſe ſpontaneos præbuerunt' vt habitarent in Ieruſalem. Iſti autem ſunt primores prouinciæ qui habitauerūt in Ieruſalē, & in [alijs] ciuitatib' Iuda, quiſq; in poſſeſſione ſua & in ciuitatib' ſuis Iſraelitæ, ſacerdotes, Leuitę, Nethinei, & [3]filij ſeruorū' Salomonis. ¶In Ieroſalem habitauerūt [4]de filijs Iuda, 'de filijs Beniamin. de filijs Iuda, Athaia fili' vſiæ, filij Sachariæ, filij Amariæ, filij Sephatię, filij Mahalaleel, [5]de filijs Parez'. Maaſia filius Baruch, filij [6]Chalhoſe,' filij Haſaiæ, filij Adaię, filij Iolarib, filij Sachariæ, [7]filij Silonitæ.' Hi omnes filij erāt Parez, habitātes in Ieruſalē, corū quadringenti ſexagintaocto' [8]fortes viri.' ¶Iſti autem ſunt filij Beniamin, Sallu fili' Meſullam, filij Ioed, filij Pedaiæ, filij Kolaię, filij Maaſiæ, filij Ithiel, filij Iſaiæ, Et poſt eum Gabái, Sallái, nōgenti & vigintiocto. Ioel verò filius Sichri præfect' erat illis, & Iudas filius [9]Haſnua [10]erat [præfectus] ſuper alteram partē vrbis'. ¶De ſacerdotibus, Iedaia filius Ioſarib, Iachin. Seraia filius Hilkiæ, filij Meſulli, filij Zadoc filij Meraioth, filij Ahitub princeps domus Dei. Et fratres eorum facientes opus domus, octingenti & viginti duo. & Adaia filius Ieroham filij pelalia. filij Amzi, filij Zachariæ, filij Paſhur, filij Malchia. Et fratres eorum [11]præcipui patres', quorum erant ducēti & quadragintaduo. ¶Amaſſai autē filius Aſreel, filij Ahſái. filij Meſſilemoth, filij Immer. Et fratres eorum [12]heroes fortes', centum & vigintiocto: ſuper hos præfectus erat Sabdiel fili' [13]magnatum'. ¶De Leuitis Semaias filius Haſub, filij Aſricam, filij Haſabiæ, filij Buni: Et Sabethái, Ioſabad, erant ſuper opus [14]externum' domus Dei ex capitibus Leuitarū. Mathanias filius Micha, filij Sabdi, filij Aſaph, [15]præcipuus erat qui præibat in confeſſione & oratione'. Et Bacbukia [16]ſecundus' ex fratribus ſuis, & Abda filius Sammua filij Galal, filij Iedutbun. Omnium Leuitarum in ciuitate ſancta, ducenti octogintaquatuor. ¶Ianitores autem, Accub, Talmō & fratres eorum [17]cuſtodes pro portis', centum & ſeptuagintaduo. ¶Reliquorum autem Iſraelitarum, ſacerdotum & Leuitarum in cunctis oppidis Iuda, quiſque erat in hæreditate ſua. Porrò Nethinæi habitabant in [18]Ophel', & Ziba et Gipſa erant ſuper Nethinæos. Præfectus Leuitarum in Ieruſalem erat Vſi filius Bani, filij Haſabiæ, filij Mathaniæ, filij Micha. De filijs Aſaph, cātores [19]è regione operis' domus Dei. [Erat] enim præceptum regis [20]de illis, & firma [conſtitutio] de cantoribus, cuique diei ſuū demēſum'. Adhæc erat Pethahia filius Meſeſabeel [21]de filijs' Zera, filij Iuda, [22]ad manum regis in omni negotio quod cum populo [agendum erat.] [23]Et ad villas & agros eorum, de filijs' Iuda habitauerunt in Kiriath Arbe & viculis eius,

ei, vini & olei: & ibi erūt vaſa [a]Domini' ſanctificata. & ſacerdotes, & cātores, & ianitores, & miniſtri, & nō dimittem' domū Dei noſtri. CA. XI.

HAbitauerunt autem principes populi in Ieruſalē: reliqua verò plebs miſit ſortē, vt [b]tolleret' vnam partē de decem qui habitaturi eſſent in Ieruſalem ciuitate ſancta, nouem verò partes in ciuitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris qui ſe ſponte obtulerant vt habitarēt in Ieruſalem. Hi ſunt itaque principes prouinciæ qui habitauerunt in Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda, Habitauit autem vnuſquiſq; in poſſeſſione ſua, in vrbibus ſuis. Iſrael, ſacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij ſeruorū Salomonis. ¶Et in Ieruſalē habitauerūt de filijs Iuda, & de filijs Ben-iamin. de filijs Iuda. Athaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ, filij Saphatię, filij Malaleel. de filijs Phares. Maaſia filius Baruch, filius Chol-hoza, filius Haia, filius Adaia, fili' Ioiarib, fili' Zachariæ, filius Silonitis. omnes hi, filij Phares, qui habitauerunt in Ieruſalem, quadringēti ſexaginta [c]nouem' viri fortes. ¶Hi ſunt autē filij Bē-iamin: Sellu filius Moſollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Maſia, filius Etheel, filius Iſaia, Et poſt eum Gebbái, Sellái nōgēti vigintiocto. Et Ioel filius Zechri prępoſitus eorum, & Iudas filius Senua ſuper ciuitatem ſecundus. ¶Et de ſacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helciæ, filius Moſollam, fili' Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob [d]principes' dom' Dei. Et fratres eorum facientes opera templi: octingenti vigintiduo. & Adaia filius Ieroham, filius Phelelia, filius Amſi, filius Zachariæ, filius Pheſſur, filius Melchiæ, & fratres ei' principes patrum: ducenti quadragintaduo. ¶Et Amaſſai filius Azreel, filius Ahazi, filius Moſollamoth, filius Emmer. Et fratres eorum potentes nimis: centum vigintiocto. & præpoſitus eorum Zabdiel filius potētium. ¶Et de Leuitis Semeia filius Haſub, filius Azaricam, filius Haſabia, filius Boni. Et Sabathái, & Iozabed, ſuper omnia opera quæ erant forinſecus in domo Dei, à principibus Leuitarum. Et Mathania filius Micha, fili' Zebedei, filius Aſaph princeps ad laudandum, & ad cōfitendum in oratione, & Becbecia ſecundus de fratribus eius. & Abda filius Sammūa, filius Galal, filius Idithun. omnes Leuitæ in ciuitate ſancta, ducenti octoginta quatuor. ¶Et ianitores, Accub, Thelmon, & fratres eorum, qui cuſtodiebant oſtia: centum ſeptuagintaduo. ¶Et reliqui ex Iſrael ſacerdotes & Leuitæ in vniuerſis ciuitatib' Iuda, vnuſquiſque in poſſeſſione ſua. Et Nathinæi qui habitabāt in Ophel, & Siaha, & Gaſpha de Nathinæis. Et epiſcopus Leuitarū in Ieruſalem, Azzi filius Bani, filius Haſabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filijs Aſaph, cantores in miniſterio domus Dei. Præceptum quippe regis ſuper eos erat. & ordo in cantorib' per dies ſingulos. Et Phathahia filius Meſezebel de filijs Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbū ppli. Et in domib' p omnes regiōes eorū, de filijs Iuda habitauerūt i Cariath-arbe & in filiab' ei',

B

C

D

¶15 primitias frumēti, vini & olei, & ibi erūt vaſa ¶16 Heb. & non dimittemus' dom' .i. cultum templi

XI.

¶1 Heb. vt adducerent vnum è decem ad habitandū. ¶2 Heb. Benedixitque ipſe popul' omnib' viris qui ſponte ſua ſeſe obtulerunt ¶3 i. nepotes ¶4 i. aliquot ex hominibus tribus Iudæ. ¶5 .i. qui erat ex nepotibus Phares. ¶6 Cognomētum vice nominis proprij. ¶7 .i. q cognomento dicebatur Silonites, quòd eſſet è Silo. ¶8 hoc eſt. bellicoſi. aut poti' animum & ſpeciē. ¶9 vel, ſ nūa. Aut eſt nomen mulieris, aut cognomētū viri quod ponitur vice nominis pprij. ¶10 Hebr. ſuper ciuitatem ſecundus. dignitate ſcilicet à principe. vicarius princ pis. ¶11 pricipes patrum. i. familiarum. ¶12 Heb. potentes robore. i. viri bellicoſi. ¶13 i. vnius ex magnatibus, hoc eſt magnis & claris viris. ¶14 hoc eſt, quod fiebat extra templum. ¶15 Principis, [qui] ſ [initio pſal mi] cōfitebatur, ſiue laudabat i oratione. i. principis muſicorū, qui pſallēdo primus laudare ſolebat Dominū tēpore orationis publicæ. q.d. q princeps erat muſicorum & præcentor. ¶16 ſub. ab Aſaph. ¶17 vſ. qui cuſtodiebant portas. ¶18 arce. ſub. illa notiſſima quæ erat in Ieruſalem. ¶19 ſuper opus. i. præerant reparationibus tēpli ¶20 Heb. ſuper eos: & fidelitas ſuper cantores [erat] res diei in die ſuo. Ordo, & res diei in die ſuo, [erat] fidelitas ſuper cantores. i. Rex enim præceperat illis, & fidebat eis de curandis templo neceſſarijs & quæ quotidie neceſſaria erāt. cātorib' ipſis erant concredita. Vel, fidelitas ſup cātores erat, vt pieterent pecuniā è theſauro regio p his quæ quotidie neceſſaria erāt in tēplo. ¶21 i. qui erat de filijs ¶22 i. cuius opera vtebatur rex in omni re pro qua conueni:e ſolebat populum. ¶23 Et in villis, viculis ſuis habitauerunt pars filiorum. aliquot ex filijs.

Qui inſtanta in Ieruſalem habitauerint in ea.

¶[a]Domini' ſanctificata

¶[b]tollerent.

¶[c]octo.

¶[d]princeps.

& in Dibon & in filiabus eius, & in Cabſeel & in
viculis eius, & in Ieſue, & in Molada, & in Beth-
phalet, & in Haſerſual. Et in Berſabee, & in filia-
bus eius, & in Siceleg, & in Mochona, & in filia-
bus eius. Et in Remmon, & in Saraa, & in Ieri-
muth, Zanoa, Odollam & in villis earum. Lachis
& in regionibus eius. Azeca & in filiabus eius.
Et manſerunt in Ber-ſabee vſque ad Vallem-En-
nom. Filij autem Ben-iamin, à Geba, Mechmas,
& Hai, & Beth-el, & filiabus eius: Anathoth, Nob,
Anania, Aſor, Rama, Gethaim, Hadid, Seboim,
¶[8] Lod, & Neballat, * & Ono-valle-artificum. Et de Le-
uitis portiones Iudæ & Beniamin.

CAP. XII.

Numerantur ſacerdotes & Leuitę qui cū Zorobabel venerunt Ieruſalem.

HI ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ qui aſcen
derunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Io
ſue: Saraia, Ieremias, Eſdras, Amaria, Melluch,
Hattus, Sebenias, Rehum, Merimuth, Addo, Gen-
thon, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semeia, & Io-
iarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, Idaia. Iſti
principes ſacerdotum, & fratres eorū in diebus
Ioſue. Porrò Leuitæ, Ieſua, Bennui, Cedmiel, Sa-
rebia, Iuda, Mathanias, ſuper hymnos ipſi & fra
tres eorū: & Becbecia atque Hanni, & fratres eo-
rum vnuſquiſque in officio ſuo. Ioſue autem ge
nuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliaſib, & Eliaſib
genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Io
nathan genuit Ieddoa. In diebus autem Ioacim
erant ſacerdotes & principes familiarū: Saraiæ,
Maraia: Ieremiæ, Hanania. Eſdræ, Moſollam: A-
mariæ, Iohanan: Milicho, Ionathan: Sebeniæ, Io
ſeph: Haram, Edna: Meraioth, Helci: Adaiæ, Zacha
ria: Genthon, Moſollam: Abiæ, Zechri: Miamin &
Moadiæ, Phelti: Belgæ, Sammua: Semaiæ, Iona-
than: Ioiarib, Mathanai. Iodaiæ, Azzi: Sellai, Ce
B lai: Amoc, Heber: Helciæ, Haſebia: Idaiæ, Natha-
nael. Leuitæ in diebus Eliaſib, & Ioiada, & Ioha-
nan, & Ieddoa ſcripti principes familiarū, & ſa-
cerdotes in regno Darij Perſæ. Filij Leui princi-
pes familiarum, ſcripti in Libro Verborum die-
rum, & vſque ad dies Ionathan filij Eliaſib. Et
principes Leuitarum, Haſebia, Serebia & Ieſue fi
lius Cedmiel: & fratres eorum per vices ſuas, vt
laudarent & confiterentur iuxta præceptum Da
uid viri Dei, & obſeruarent æquè per ordinem.
Mathania, & Becbecia, Obedia, Moſollā, Telmon,
Accub, cuſtodes portarum & veſtibulorum ante
portas. Hi in diebus Ioacim filij Ioſue, filij Ioſe-
dec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Eſdræ ſacer-
dotis ſcribæque. ¶ In dedicatione autē muri Ie-
ruſalem requiſierunt Leuitas de omnibus locis
ſuis, vt adducerent eos in Ieruſalem, & facerent
dedicationem & lætitiam in actione gratiarum,
& cātico, & in cymbalis, pſalterijs, & citharis. Cō
gregati ſunt autem filij cantorum, de campeſtri
bus circa Ieruſalem, & de villis Netuphati, Et de
Dedicatur murus. domo Galgal, & de regionibus Geba & Azma-
ueth: quoniam villas ædificauerunt ſibi cantores
C in circuitu Ieruſalem. Et mundati ſunt ſacerdo-
tes & Leuitæ, & mundauerunt populū, & portas,
& murum. Aſcendere autem feci principes Iuda
ſuper murum, & ſtatui duos magnos choros lau
dantiū. Et ierunt ad dexterā ſuper murū ad por
tam ſterquilinij. Et iuit poſt eos Oſaias, & media
pars principū Iudæ, & Azarias, Eſdras, & Moſol-
lam, Iuda, & Ben-iamin, & Semeia, & Ieremias. Et
de filijs ſacerdotū in tubis Zacharias filius Iona-
thā, fili⁹ Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaię,

& in Dibon & viculis eius, in Iecabzeel & viculis
eius, In Ieſua, in Molada, & in Beth Palet. In[14] vil
la Sual, in Beer-ſeba atque viculis eius, in Zic-
lag & Mechona atque in viculis eius. In En Ri-
mon, in Zorha, in Iarmuth, In Zanoah, Adullā &
villis eius in Lachis & agris eius, in Aſeca & vi u
lis eius, habitarúntq; à Beerſeba vſque ad vallem
Hinnom. Et filij Beniamin[15] à Gæba, Michmas,
Aia, Bethel &[16] filiæ eius, [17] Anathoth, Nob, Ana-
nia. Hazor, Rama, Githaim. Hadid, Zeboim, Neba
lad. Lod & [18] Onoualle artificum. [19] Leuitæ vero ha
bebant poſſeſſionem tam in Iuda quàm in Be-
niamin.

CAP. XII.

ISti ſunt ſacerdotes & Leuitæ qui[1] aſcenderunt
cū Serubabele filio Sealtielis, & Ieſua: Seraia,
Ieremias & Eſras. Amaria, Malluch, Hattus. Se-
chania, Rehum, Meremoth. Iddo, Ginthoi, Abia.
[2] Mijamin, Maadia, Bilga. Semaia, Ioiarib, Iedaia.
Sallu, Amoc, Hilkia & Iedaia. Iſti fuerunt præci-
pui ſacerdotes & fratres eorum in diebus Ieſua.
Leuitæ vero, Ieſua, Binnui, Cadmiel, Serebia, Ie-
huda, Mathania ſuper[3] laudes ipſe & fratres ei⁹.
Bacbuxia & Hunni fratres eorum è regione ip-
ſorum ad Cuſtodias. Ieſua autē genuit Ioiakim,
Ioiakim genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada.
Ioiada genuit Ionathan, Ionathan genuit Ia-
dua. In diebus Ioiakim fuerūt hi ſacerdotes ca
pita patrum: [4] ipſi Seraia, Meraia: [5] ipſi Ieremiæ,
Hanania: ipſi Eſræ, Meſullam: ipſi Amariæ, Ieho-
hanan. Ipſi Melichu, Ionathan: ipſi Sebaniæ, Io-
ſeph. Ipſi Harim, Adna: ipſi Meraioth, Helcai. Ipſi
Iddo, Zacharias: ipſi Ginthon, Meſullā. Ipſi Abię,
Sichri: ipſi Miniamin & Moadia. Piltai. Ipſi Bil
ga, Sammua: ipſi Semaiæ, Iehonathan. Ipſi Ioia-
rib, Mathenai: ipſi Iedaiæ, Vſi. Ipſi Sallai, Callai:
ipſi Amoc, Eber. Ipſi Hilkiæ, Haſabia: ipſi Iedaia,
Nethaneel. Porrò Leuitæ in diebus Eliaſib, Ioia
da, Iohanan, & Iaddua [6] conſcripti præcipui pa-
tres & ſacerdotes ad regnum Darij Perſæ. Filij Le
ui[7] præcipui patres cōſcripti in libro Annalium,
& ad tēpora Iohannan filij Eliaſib. Capita Le-
uitarū, Haſabia, Serebia, & Ieſua filius Cadmiel,
& fratres eorū è regione ipſorū ad laudādum &
confitēdum iuxta præceptū Dauidis viri dei, [8] cu-
ſtodia è regione cuſtodiæ. Mathania, Bacbuxia,
Obadia, Meſullam, Talmon, Acub, [9] obſeruantes
portas, cuſtodias[corum] erat pro liminibus porta
rū. Hi fuerunt in diebus Ioiakim filij Ieſua, filij
Iozadac, & in diebus Nehemiæ præfecti, atque
Eſræ ſacerdotis & ſcribæ. ¶ Et in dedicatione mu
ri Ieruſalē[10] quæſiuerunt Leuitas de omnibus lo
cis ſuis, vt adducerēt eos Ieroſolyma, vt facerent
dedicationem, & gaudiū, [11] in gratiarum actione
& cantico, in cymbalis, nablis & citharis. Congre
gatiq; ſunt[12] filij cātorum, [13] & ex planitie circum
Ieruſalem, & ex villis Netophati, Sed & de[14] do-
mo Gilgal, & de regionibus Gæba atque Aſma-
ueth: nam cātores extruxerant ſibi villas circum
Ieruſalem. Purificati etiam ſunt ſacerdotes & Le
uitæ, & purificarūt etiam populū, portas & mu-
ros. Tum adduxi principes Iuda ſuper murum,
& conſtitui duos magnos [choros] laudantium,
[15] euntes ad dexteram ſuper murū verſus portam
[16] ſterquilinij. Poſt eos[17] ibat Hoſaia & pars prin-
cipum Iuda, Aſaria quoque, Eſras & Meſullam,
Iuda & Beniamin, Semeia & Ieremia. Et de filijs
ſacerdotum cum tubis, Sacharias filius Iona-
than, filij Semaiæ, filij Mathaniæ, filij Michaiæ,

¶14 Haſer Sual, ¶15 [habitaue-
runt] à Geba in
Michmas,
¶16 viculis ei⁹
¶17 In Hana-
thoth. ¶18 Heb.
Ono ghe haha-
raſim. nomen
loci. ¶19 Heb.
Et de Leuitis
[ſiu] diuiſionib⁹
Iuda à Benia-
min. i. Aliquot
autē ex Leuitis
habitauerūt in
confinio terræ
Iuda & Benia-
min, ea parte
qua diuiditur
terra Iuda à
terra Bēiamin.

XII.

¶1 ſub. è Baby-
lone ¶2 Is erat
ſummus ſacer-
dos. ¶3 vl. lau
dationes. Præ-
erat laudib⁹ di
uinis. i. præcen-
tor. ¶4 in[cu-
ſtodia] Seraia
[erat] Meraia. i.
i claſſe Seraiæ,
aut vice Seraiæ
erat Meraia,
princeps fami-
liarum. Sic in-
fra. ¶5 Hic e-
rat duarū claſ-
ſium: vel ſubti-
cetur nomē ei⁹
q erat in priori
claſſe. ¶6 ſ. ti-
pi[ſuerunt] prin
cipes familia-
rum ¶7 prin-
cipes familia-
rū[ſunt vl fue-
runt] in libro
verborū dierū,
vſq; ad dies
¶8 i. viciſſim.
ſiue per vices.
¶9 Heb. [erant]
cuſtodes & ia-
nitores in cu-
ſtodia ſua in li
minibus porta
rum. ſub. templi.
¶10 vl, accerſie-
runt ¶11 Heb.
In confeſſione.
i. laudibus di-
uinis ¶12 i. cā
tores, ¶13 aut
&, vacat: aut
ſic vertendum,
& [venerunt] de

planitie[quæ eſt] circum &c. ¶14 Beth-hagilgal, ¶15 & progreſſiones. ſiue progreſſus. aut proceſſiones, ſub. pri-
mi chori, progreſſæ ſunt ad dexteram &c. q. d. quorum alterum iuſſi procedere ad dexteram &c. ¶16 Gallice de
la voirie. ¶17 vl, ambulauit. ſiue, profectus eſt

rr. iiii.

¶18 ſub. Zachariæ
¶19 .i. quibus vtebatur Dauid in canēdis pſalmis.
¶20 Eſdra ſcriba [erat] ante eos. i. præcedebat.
¶21 .i. mōtis Sion
¶22 Heb. à domo
¶23 .i. vnà cū altera parte populi &c. Chorus ille ſecundus progreſſus eſt ordine oppoſito ab eo q deſcriptus fuit capite tertio.
¶24 à turri
¶25 veteris. vel, antiquæ. ſub. piſcinæ.
¶26 Heb. audire fecerūt .i. clare cecinerunt,
¶27 vſ. cubicula ſvt effentíj theſauros oblationum primitiarum & decimarū. i. in quibus reponerentur oblationes &c.
¶28 .i. quæ pertinebant ad ſacerdotes &c.
¶29 ſuper ſacerdotibus &c.
¶30 purificationis,
¶31 ab exordio
¶32 vſ. laudationum.
¶33 Heb. rē diei in die ſuo .i. quotidie.
¶34 .i. populus ipſe dabat Leuitis decimas ſacras. quæ dicatæ & conſecratæ erāt Deo (id enim hic ſignificat ſanctificare aliquem .i. dare illi rem aliquam ſacrā) cuiuſmodi ſūt decimæ & Leuitæ dabant filijs Aaronis. i. ſacerdotibus, decimas, nempe decimam ex decima.

filij Sacur, filij Aſaph. Et fratres [18]eius' Semaia,
Aſreel, Milelái, Gilelái, Maái, Nethaneel, Iehuda
atque Hanani cū inſtrumentis muſicis[19]Dauidis'
viri Dei, & [20]Eſræ ſcribæ ante eos.' Iuxta portam
fontis aſcenderunt è regione ipſorū per gradus
[21]ciuitatis Dauidis' in aſcēſu muri, ſuperne [22]ad
domū' Dauidis, vſq; ad portā aquarū ad Orientē.
Alter iam cœtus laudantiū ibat ex aduerſo quē
ego ſequebar, [23]& pars populi' ſuper murū. [24]vltra
turrim' furnorū vſq; ad murum latiorē. Et
vltra portam Ephraim, & ad portā[25]veterem,' &
ad portam piſcium, & turrim Hananeel, & turrim
Mea, vſque ad portā gregum: & conſtiterūt
ad portam cuſtodiæ. Steterunt itaque duo chori
laudantiū in domo Dei, & ego, & pars magnatum
mecū. Sacerdotes quoque, Eliacim, Maaſia,
Miniamin, Michaia, Elioenai, Sacharia, & Hanania
cum tubis. Et Maaſia, Semaia, Eleaſar, Vſi, Iehohanan,
Malchia, Elam & Aſer, & cantores[26]reſonauerunt,'
quibus erat præfectus Iizrahias.
Obtulerunt ergo eodem die magna ſacrificia, &
lætati ſunt: quoniam Deus exhilararat eos magna
lætitia: ſed & mulieres & pueri gauiſi ſunt,
audituſque eſt procul gaudiū Ieroſolymorū.
¶ Cōſtituti ſunt denique illo die viri ſuper[27]gazophylatia
ad munifica dona, ad primitias & decimas,'
quas inferebant in ea ex agris ciuitatū,
portiones [ſcilicet] legales[28]ſacerdotibus '& Leuitis.
quoniam gaudium Iehudæ fuit [29]ſacerdotibus'
& Leuitis qui ſtabant. Et obſeruabant cuſtodiam
Dei ſui, & cuſtodij[30]puram,' cantores & ianitores:
ſecundum præceptum Dauidis & Solomonis
filij eius. Quoniam temporibus Dauidis
& Aſaph [31]retro temporibus' [conſtituti fuerant]
qui cantarent canticum laudis & [32]confeſſionum'
Deo. Et omnes Iſraelitæ in dieb[9] Serubabelis atque
temporibus Nehemiæ partes dabant cantoribus
& ianitoribus[33]quoque die ſuum demenſum,
[34]& ſanctificabāt Leuitas, Leuitæ verò ſanctificabant
filios Aharonis.'

CAP. XIII.

Eodem die lectum eſt in libro Moſis audiente
populo, & inuentum eſt ſcriptum in eo,
quòd Ammonites & Moabites [1]non ingredi debeant
in cœtum Dei' perpetuò: Quòd non [2]antevertiſſent
filios Iſraelis pane' & aqua, quin [ſpopulus
ille] conduxit aduerſus [3]eum' Bileam, vt
execraretur[4][Iſraelem.]' verum Deus noſter [5]vertit
execrationem iſtam in benedictionē.' Factū
ergo eſt quum illi audiſſent legem, ſepararunt
omnem [6]commixtionem' ex Iſraele. [7]Ante verò
iſtud' Eliaſib[8]ſacerdos[9]poſitus erat in camera domus'
Dei noſtri, qui propinquus fuit ipſi [10]Tobiæ.'
Et fecit ei [11]cameram magnā,' vbi antea reponebant
ſacrificia cibaria, thus, [12]vaſa,' decimas
frumenti & vini & olei, [13]quæ ex præcepto, erāt
Leuitarum,' cantorū atq; ianitorū, item[14]Thrumas'
ſacerdotum. [15]In his autem omnibus' non
[16]fui' Ieroſolymis, quia anno triceſimoſecundo
Artaxerſis regis Babylonis veni ad regē. [17]& poſt
dies exactos[18]reuocatus ſum à rege.' Rediēs autē
Ieroſolyma, intellexi malū quod deſignauerat
Eliaſib propter Tobiā, [ſuépe] quòd feciſſet ei camerā in atrijs domus Dei. Et[19]doluit' mihi vehemēter,

filius Zechur, filius Aſaph, Et fratres ei[9] Semeia
& Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, &
Iuda, & Hanani, in vaſis cantici Dauid viri Dei:
& Eſdras ſcriba ante eos In porta Fōtis. & cōtra
eos aſcenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in
aſcenſu muri ſuper domū Dauid, & vſq; ad portam
Aquarū ad Orientē. Et chorus ſecūdus gratias
referentiū ibat ex aduerſo, & ego poſt eum,
& media pars populi ſuper murū & ſuper turrim
furnorū, & vſq; ad murum latiſſimū, Et ſuper
portā Ephráim, & ſuper portā antiquā, & ſuper
portā piſcium & turrim Hananeel, & turrim
Emath, & vſq; portā gregis: & ſteterunt in porta
cuſtodiæ, Steterūntq; duo chori laudantiū in
domo Dei, & ego, & dimidia pars magiſtratuū
mecum. Et ſacerdotes, Eliacim, Maaſia, Miamin, D
Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis, Et
Maatia, & Semeia, & Elezar, & Azzi, & Iohanā,
& Melchia, & Aelam, & Ezer. & clare cecinerunt
cantores, & Iezraia præpoſitus: Et immolauerūt
in die illa victimas magnas, & lætati ſunt: Deus
enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & vxores
corū & liberi gauiſi ſunt. & audita eſt lætitia
Ieruſalē procul. ¶ Recēſuerūt quoq; in die — Recenſentur cuſtodes theſaurorum.
illa viros ſuper gazophylacia theſauri, ad libamina,
& ad primitias, & ad decimas, vt introferrent
per eos principes ciuitatis in decōre gratiarum[9]actiones,' ſacerdotes & Leuites: quia lætificatus — ¶[9]actionis,
eſt Iuda, in ſacerdotibus, & Leuitis aſtātibus.
Et cuſtodierunt obſeruationem Dei ſui, &
obſeruationē expiationis, & cantores, & ianitores
iuxta præceptū Dauid, & Salomonis filij ei[9].
Quia in dieb[9] Dauid & Aſaph ab exordio erant
principes conſtituti cantorū in carmine laudātium,
& confitentiū Deo. Et omnis Iſrael in diebus
Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant
partes cantoribus, & ianitoribus per dies ſingulos,
& ſanctificabant Leuitas: & Leuitæ ſanctificabant
filios Aaron.

CAP. XIII.

In die autē illo lectum eſt in volumine Moyſi — Iuxta legem ſeparātur alienigenæ.
audiēte populo, & inuentū eſt ſcriptū in eo,
quòd nō debeāt introire Ammonites & Moabites — Deut. 23. a.
in eccleſiā Dei, vſq; in æternū: Eo quòd nō occurrerint
filijs Iſrael cū pane & aqua: & conduxerint
aduerſum eos Balaā ad maledicēdū eis: &
cōuertit De[9] noſter maledictionē in benedictionē.
Factū eſt autē, cū audiſſent legē, ſeparauerūt
omnē alienigenā ab Iſrael. Et ſuper hoc erat Eliaſib
ſacerdos qui fuerat præpoſit[9] in gazophylacio
domus Dei noſtri, & proxim[9] Tobiæ. Fecit
ergo ſibi gazophylaciū grande, & ibi erant ante
eum reponentes munera, & thus, & vaſa, & decimam
frumenti, vini & olei, partes Leuitarum, &
cātorū, & ianitorū, & primitias ſacerdotales. In
omnibus autē his nō fui in Ieruſalē: quia anno
triceſimoſecūdo Artaxerxis regis Babylonis veni
ad regem: & in fine dierum rogaui regem. Et
veni in Ieruſalem, & intellexi malum, quod fecerat
Eliaſib Tobiæ vt faceret ei theſaurū in veſtibulis
domus Dei. Et malū mihi viſum eſt valde.

XIII. ¶1 .i. non debeant recipi & admitti inter filios Iſrael. ¶2 veniſſent obuiam filijs Iſraelis cum pane &c. qui ſcilicet offerri ſolet hoſpitibus laſſis. ¶3 ſub. Iſraelem ¶4 Heb. eum, nempe Iſraelem. ¶5 q.d. qui venerat vt malediceret, cœpit benedicere. ita volente ac diſponente Deo. ¶6 .i. omnes alienigenas qui ſe immiſcuerant Iſraelitis. ¶7 .i. ante hanc ſeparationem ¶8 ſub. ille magnus. i. ſummus pontifex ¶9 præpoſitus fuerat cubiculo domus. i. ædis ¶10 ſub. hoſti Iudæorum. ¶11 cubiculū magnū. Sic infra vertendū. ¶12 ſub. illa quibus opus erat in templo. ¶13 Heb. præceptū Leuitarū &c. .i. quas Deus præceperat dari Leuitis &c. ¶14 oblationē ¶15 .i. Dū autē hæc fierēt. q.d. totū hoc factū eſt me abſēte ¶16 eram ¶17 Heb. & in fine dierū. i. exacto anno vno: q annus integer ac cōpletus conſtet omnibus ſuis diebus. ¶18 Heb. poſtulaui à rege. i. magnis precibus egi cū rege vt daret mihi facultatē reuertēdi in Ieruſalē. hoc eſt, vt liceret mihi per eum reuerti in Ieruſalem. Propterea voce paſſiua vertitur Hebraice. ¶19 Heb. diſplicuit

B Et proieci vaſa domus Tobiæ foras de gazophy
lacio, Præcepique, & emundauerunt gazophyla-
cium: & retuli ibi vaſa domus Dei, ſacrificium &
thus. ¶ Et cognoui quòd partes Leuitarũ nõ fuiſ
ſent datæ: & fugiſſet vnuſquiſque in regionem
ſuã de Leuitis, & cantoribus, & de his qui mini-
ſtrabant: Et egi cauſam aduerſum magiſtratus,
& dixi, Quare dereliquimus domũ Dei? Et cõgre-
gaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et om-
nis Iuda apportabat decimã frumenti, vini & o-
lei in horrea. Et cõſtituimus ſuper horrea Sele-
miam ſacerdotẽ, & Sadoc ſcribã, & Phadaiam de
Leuitis. & iuxta eos Hanan filiũ Zachur, filiũ Ma
thaniæ: quoniam fideles cõprobati ſunt, & ipſis
creditæ ſunt partes fratrum ſuorũ. Memẽto mei
De⁹ me⁹ pro hoc, & ne deleas miſerationes meas
quas feci in domo Dei mei, & in ceremonijs ei⁹.
¶ In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcula-
ria in Sabbatho, portantes aceruos, & oneran-
tes ſuper aſinos vinum, & vuas, & ficus, & omne
onus, & inferentes in Ieruſalem die Sabbathi. Et
C conteſtatus ſum vt in die qua vẽdere liceret, ven
derent. Et Tyrij habitauerũt in ea, inferentes pi-
ſces, & omnia venalia. & vendebant in Sabbathis
filijs Iuda & Ieruſalem: & obiurgaui optimates
Iuda, & dixi eis. Quæ eſt hæc res mala quam vos
facitis, & prophanatis diẽ Sabbathi? Nũquid nõ
hæc fecerunt patres ⁹noſtri, & adduxit Deus no-
ſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper ciuita
tem hanc? Et vos additis iracũdiam ſuper Iſrael
violando Sabbathum. Factum eſt autẽ, cũ quie-
uiſſent portæ Ieruſalem in die Sabbathi, dixi: &
clauſerunt ianuas. & præcepi vt non aperirent
eas vſque poſt Sabbathum: & de pueris meis con
ſtitui ſuper portas, vt null⁹ inferret onus in die
Sabbathi. Et manſerunt negotiatores, & vẽdentes
vniuerſa venalia, foris Ieruſalem ſemel & bis. Et
cõteſtatus ſum eos, & dixi eis, Quare manetis ex
aduerſo muri? ſi ſecundò hoc feceritis, manum
mittam in vos. Itaque ex tempore illo nõ vene-
runt in Sabbatho. ⁹Dixique Leuitis vt munda-
rentur, & venirent ad cuſtodiẽdas portas, & ſan-
ctificandũ diem Sabbathi. & pro hoc ergo me-
D mento mei Deus meus, & parce mihi ſecundum
multitudinẽ miſerationum tuarum. ¶ Sed & in
dieb⁹ illis vidi Iudæos ducẽtes vxores Azotidas,
Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex
media parte loquebantur Azotice, & neſciebãt
loqui Iudaice, & loquebantur iuxta linguã po-
puli & populi. Et obiurgaui eos. & maledixi. &
cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui
in Deo vt non darent filias ſuas filijs eorum, &
non acciperent de filiabus eorum filijs ſuis, & ſi-
bimetipſis, dicens. Nunquid non in huiuſcemo
di re peccauit Salomõ rex Iſrael? & certe in gẽ-
tibus multis non erat rex ſimilis ei: & dilectus
Deo ſuo erat, & poſuit eum Deus regem ſuper
omnem Iſrael: & ipſum ergo duxerunt ad pec
catum mulieres alienigenæ. Nunquid & nos in-
obedientes faciemus omne malum grande hoc,
vt præuaricemur in Deo noſtro, & ducamus vxo
res peregrinas? De filijs autẽ Ioiada filij Eliaſib
ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horoni
tes, quẽ fugaui à me. ¶ Recordare Domine Deus
me⁹ aduerſum eos qui polluũt ſacerdotiũ, iúſq;
ſacerdotale & Leuiticum. Igitur mundaui eos
ab omnibus alienigenis: & conſtitui ordines ſa
cerdotum, & Leuitarum, vnumquenque in mini
ſterio ſuo: & in oblatione lignorum in tempo-
ribus conſtitutis. & in primitijs. memento mei
Deus meus in bonum. Amen.

Dantur Leuiticis partes.

Nehemias reprehendit tranſgreſſores Sabbathi.

¶ ⁹veſtri.

¶ ⁹Dixi quoq;

Increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas.

3. Reg. 3. b.

3. Reg. 11. a.

eiecique omnia vaſa domus Tobiæ foras ex ca-
mera, Præcepique vt mundarent cameras, & re-
ſtitui illuc vaſa domus Dei, vnà cum ſacrificio
cibario & thure. ¶ Reſciui inſuper quòd partes
Leuitarum non fuerant [10] datæ, & quod Leuita-
rum & cantorũ, qui facere debebãt [11] opus, quiſ-
que fugiſſet in agrum ſuũ. Increpans ergo ma-
giſtratus, dixi, Cur derelinquitur domus Dei?
[12] congregauiq; eos, & [13] collocaui eos in gradum
ſuum: & omnis Iehuda adduxit decimas frumẽ
ti, vini & olei in repoſitoria. Conſtitui autem ſu
per theſauros, Selemiã ſacerdotem, & Zadoc ſcri
bam, & Pedaiam de Leuitis: & ad manum eo-
rum Hanan filius Sachur, filij Mathaniæ: fidi e-
nim habiti ſunt: in horum poteſtate erat diſtri
buere partes fratrib⁹ ſuis. Memineris mei ô De⁹
meus hãc ob rem, nec ſinas aboleri [14] beneficen-
tiam meã, quam exhibui in domo Dei mei, & in
[15] obſeruãtijs eius ¶ Sub idẽ tẽpus vidi [16] Iudæos
calcantes in torcularibus in ſabbato, & inferen-
tes manipulos [frugum], onerãtéſque aſinos, in-
gerentes denique die ſabbati in [vrbem] Ieruſalẽ
vinũ, vuas, ficus: [breuiter] omne on⁹: [17] quos ego
[grauiter] obteſtatus ſum eodẽ ipſo die quo ven
debant ipſi victũ. Tyrij quoq; habitabant in ea,
qui inferebant piſces, & omnis generis merces,
& vẽdebant Ieroſolymis filijs Iehuda in ſabba-
to. Tum obiurgaui optimates Iehuda, & dixi ad
eos, Quæ eſt hæc res mala quam deſignatis, pro-
phanãtes diem ſabbati? Annon idẽ fecerunt pa
tres veſtri, & adduxit Deus noſter omne malum
illud ſuper nos, & ſuper ciuitatem iſtã? vos autẽ
adijcitis iram ſuper Iſraelẽ, quum prophanatis
ſabbatũ. Cõtigit deinde vt [18] incidẽtibus vmbris
in portis Ieruſalẽ ante ſabbatum, iuberẽ oſtia
claudere: nec iuſſi reſerare ea vſque poſt ſabba-
tum: conſtitui præterea ex pueris meis quoſdã
pro portis, ne inferretur onus die ſabbati. Perno
ctarunt itaque negotiatores, & qui omnia vena
lia venum exponebant, extra Ieruſalẽ ſemel at-
que iterum. [19] Obteſtatus igitur eos, dixi eis, Cur
vos pernoctatis ante mœnia? ſi denuo feceritis,
inijciam vobis manus. ab eo tempore non vene-
runt in ſabbato. Dixi quoq; ad Leuitas vt ſe pu-
rificarent, & venientes cuſtodirẽt portas ad ſan
ctificandũ diem ſabbati. etiam [20] huius memine-
ris erga me Deus meus, & parce mihi ſecũdum
multitudinẽ [21] beneficentiæ tuæ. ¶ Vidi præterea
in diebus illis Iudæos, qui [22] collocauerant [ſibi]
vxores Azoticas, Ammoniticas & Moabiticas:
Quorũ filij loquebãtur partim Azotice, nec Iu-
daice loqui norãt, ſed [23] lingua populi ac populi.
Obiurgaui igitur eos, & execratus ſum eos, per-
cuſſiq; quoſdã ex eis, & depilaui eos, iuréq; iurã
do aſtrinxi eos [24] per Deum, Ne[unquã] dederitis
filias veſtras filijs eorũ, nec duxeritis ex filiabus
eorũ filijs veſtris & vobis. Annõ Solomon rex Iſ
raelis in illis peccauit? quũ tamen in multis gen
tibus nõ eſſet rex ei ſimilis, [nẽpe qui dilectus e-
rat Deo ſuo, & quẽ conſtituerat Deus regẽ ſuper
cunctũ Iſraelem, nihilo tamẽ ſecius exteræ mu-
lieres in peccatum pertraxerũt. [25] An verò vobis
hoc nunquã eſt auditũ, vt vniuerſum iſtud tam
grãde malũ deſignetis, & præuaricemini contra
Deũ noſtrum ducendo vxores alienigenas? De fi-
lijs porrò Ioiadæ filij Eliaſib ſummi ſacerdotis
quidã gener factus eſt ipſi Sanballat Horonitæ,
quẽ ego à me fugaui. ¶ Memineris eorũ ô Deus
meus, qui polluunt ſacerdotiũ atq; pactũ ſacer-
dotij & Leuitarum. Purificaui igitur eos ab om-
nibus extraneis, & cõſtitui cuſtodias ſacerdotum
& Leuitarũ, quenq; in ſuo opere: [26] Et pro addu-
ctione lignorum temporibus cõſtitutis: & pro primitijs. memento mei Deus meus [27] ad bonum.

¶ 10 ſub. ab Iſraelitis iuxta præceptũ Dei.
¶ 11 ſub. Dei in templo. i. cultũ diuinum.
¶ 12 ſub. cantores & Leuitas.
¶ 13. i. reſtitui eos in locum ſuum in quo iuerant antea.
¶ 14 Heb. miſericordias meas quas
¶ 15 ceremonijs
¶ 16 in Iudæa
¶ 17 Heb. & teſtificatus ſum die qua vendebant eſcas. i. adhibitis teſtibus admonui eos die qua vendebant eſcas, ne quoquo pacto id facerent.
¶ 18 Heb. cũ obtenebratæ eſſẽt portæ. i. iam appetente ac imminente ſabbatho: quod quidem incipiebat à veſpera in occaſum ſolis. Hic indicat quanta ſollicitudine ac diligentia curauerit ſeruãdum ſabbathum.
¶ 19. i. teſtes vocaui & acceſſiui contra eos, hoc eſt adhibitis teſtibus intermina⁹ ſum
¶ 20 ob id quoque
¶ 21 miſericordiæ
¶ 22 duxerãt [ſibi]
¶ 23. i. ſermone ſingulorum populorum.
¶ 24 ſub. in hũc modum.
¶ 25 Heb. Et vobis nũquid morem geremus,
¶ 26. i. Et conſtitui ordines in oblatione lignorum, ad fouendum cæleſtem illũ ignẽ perpetuum, qui perpetuo ardebat in altari.
¶ 27. i. poſtea mihi benefacias.

# Liber Eſdræ tertius, qui inter apocrypha ponitur.

N. CAP. I.

¶1.i. diem feſtum paſchatis.
¶2.i. agnū paſchalē.

CVM Ioſias agitaret ¹paſcha¹ Domino Ieroſolymis, cōſtitutiſq́;, & iuxta quotidianas functionum vices adornatis in tēplo Domini ſacerdotib⁹, ²paſcha² quartadecima luna mēſis primi immolaret, iuſſit Leuitas ſacrorum Iſraeliticorum miniſtros conſecrare ſe Domino, ad ſacram eius arcam in tēplo, quod Dauidis filius rex Salomon ædificarat, collocandam. Non erit, ait, cur eā veſtris geſtetis humeris, ſed iam inde Dominum Deum noſtrum colite, populóque eius Iſraelitico date operam. Comparate autem vos ſecundū familias & tribus veſtras, iuxta præſcriptum Dauidis regis Iſraelitici, & magnificam deſcriptionem filij eius Salomonis, inque templo prout quæque familiarum veſtrarum Leuiticarum primatum ſortita eſt, in conſpectu fratrum veſtrorum Iſraelitarum ſtantes ordine ³paſcha³ immolate, victimáſque parate ipſis, & ⁴paſcha⁴ iuxta præceptum Domini Moſi datum obite. Donauit autē Ioſias populo, quàm frequens aderat, agnorum & hœdorum triginta millia, triaque millia vitulorū, quæ de ⁵pecuarijs regijs⁵ ex polliceto data fuerunt populo, ſacerdotibus & Leuitis. Largiti ſunt item Helcias, Zacharias, & ⁶Iehiel⁶ ædiles templi, ad obeundū paſcha, ſacerdotibus ouium duo millia ſexingentas cum vitulis trecentis. Iechonias inſuper, Schamaias & Nathanael frater, & ⁷Haſchabias, & Ieiel, & Iozabad⁷ tribuni largiti ſunt ad celebrandum paſcha Leuitis, ouium quinque millia, & vitulos ⁸quingentos.⁸ Dum hæc gerebantur eleganter ſtabāt ſacerdotes & Leuitæ ſecundū tribus, & eum quē quiſque ſortitus erat à patrib⁹ primatum, tenentes in conſpectu populi panes azymos, quos Domino ſecundum præſcriptum libri Moſaici conſecrarant. ⁹Et hæc ita matutino tempore.⁹ Torrebant autem igni paſcha, vt par erat, victimas vero lixabant in ahenis & lebetibus ¹⁰odore gratiſſimo,¹⁰ totique cœtui deferebant. Poſt hæc itē ſibi, & prognatis Aarone ſacerdotibus fratrib⁹ ſuis dapem apparabant. Sacerdotes enim adolebant adipes, donec tempus opportunum exijſſet: Leuitæque ſibi, ſacerdotibúſque prognatis Aarone fratribus ſuis dapem parabant. Et ſacri cantores poſteri Aſaph ſuum munus obibant ordine, prout erat ipſis à Dauide conſtitutum, nempe Aſaph, ¹¹Zacharias, & ¹²Ieduthan¹² à rege deſignatus. Oſtiariorum autem pro ſingulis portis excubantium non licebat vlli vicem ſuam deſerere: fratres enim illorum Leuitæ dapem ipſis apparabant. Quæ igitur pertinebant ad ſacrificium Domini, paſchate agitando, victimiſque ad aram Dei immolandis die illo conſummata ſunt ſecundum mandatum regis Ioſiæ. Et egerunt Iſraelitæ, quàm frequentes aderant paſcha, diemque feſtum azymorum per ſeptem dies: nec tale paſcha celebratum eſt in Iſrael iam inde à tēporibus Samuelis prophetæ. Neque vero tale paſcha celebrauerunt vlli reges Iſraelitici, quale Ioſias egit, & ſacerdotes ac Leuitæ, Iudæi & Iſraelitæ omnes, quàm tum numeroſi Ieroſolymis commorabantur. Octauodecimo anno regni Ioſiæ celebratum eſt hoc paſcha, rectéque conformata fuerunt inſtituta Ioſiæ in conſpectu Domini ſui, quippe ex animo pleno pietatis. Cæterum hiſtoria rerum ipſi coniunctarum eſt in priſcorum ſeculorum annalibus cōſcripta de ijs qui peccauerūt, & impietate in Dominum ſuperarunt omnes gentes & regna, ¹³eáq; quib⁹ offenderunt ipſum ſtudia,¹³ adeo vt oracula Dei inualeſcerēt aduerſus Iſraelem. Et poſt omnem hunc actū Ioſiæ accidit vt rex Aegypti Pharao profectus bellū moueret aduerſus Carchamym, quæ eſt ad Euphratē: cúmq; obuiam illi proceſſiſſet Ioſias, miſit ad eū rex Aegypti qui dicerent, Quid tibi rei mecū eſt rex Iu-

¶3.i. agnū paſchalē.
¶4.i. ſolēne paſchatis.
¶5 vl, fiſco regio
¶6 ὁ ὑψηλὸς
¶7 ὁ σαβίας, καὶ ὁ χιήλος, καὶ ἰωζάβαμ.
al, Choraba.
¶8 al, ſeptingentos.
¶9 וכן לבקר & item vitulos ſcilicet offerētes, alij legerunt לבקר
¶10 בצלחות .i. in cacabis. Septuaginta à צלח .i. gratioſus fuit.
¶11 ὁ Ζαχαρίας.
¶12 Al, Ἰδιθοῦς
¶13 vl, eáq; quib⁹ offēderūt eum per cultū rerum ſenſuum.

V. CAP. I.

ET FECIT Ioſias Paſcha in Ieroſolymis Domino, & immolauit phaſe quartadecima luna primi menſis, ſtatuens ſacerdotes per vices dierum ſtolis amictos in tēplo Domini: & dixit Leuitis ſacris ſeruis Iſrael, vt ſanctificarent ſe Domino in poſitione ſanctæ arcæ Domini, in domo, quā ædificauit Salomon filius Dauid rex. Non erit vobis tollere ſuper humeros eā. Et nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis illius Iſrael, ex parte ſecundum pagos & tribus veſtras, ſecundum ſcripturam Dauid regis Iſrael, & ſecūdum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & ſecūdum particulam principatus paternam veſtrā eorum qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael. Immolate paſcha, & ſacrificia parate fratribus veſtris, & facite ſecundum præceptū Domini, quod datum eſt Moyſi. Et donauit Ioſias in plebem quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & hædorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia. hæc de regalibus data ſunt ſecūdum promiſſionem populo: & ſacerdotibus in paſcha, oues numero duo millia, ac vituli cētum. Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba in Phaſe, oues quinque millia, vitulos quingentos. Et hæc cum fierent eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus. Et ſecundum partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecūdum ea quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt: & aſſauerūt phaſe igni prout oportebat. & hoſtias coxerunt in ᵃemolis,ᵃ & in ollis cū beneuolentia: & attulerūt omnibus qui erāt ex plebe: & poſt hæc parauerūt ſibi & ſacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes, vſque dum finita eſſet hora: & Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis filijs Aaron. Et ſacri cātores filij Aſaph erant per ordinem ſecundum præceptū Dauid, & Aſaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à rege. Et oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum parauerunt illis. Et conſummata ſunt quæ pertinebant ad ſacrificium Domini. In illa die egerunt phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrificium, ſecundum præceptum regis Ioſiæ. Et egerunt filij Iſrael, qui inuenti ſunt in tempore illo, phaſe: & diem feſtū azymorum per dies ſeptem: & non eſt celebratum phaſe tale in Iſrael, à temporibus Samuel prophetæ: & omnes reges Iſrael non celebrauerūt tale paſcha, quale egit Ioſias, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in commoratione Ieroſolymis. Octauodecimo anno, regnante Ioſia, celebratū eſt phaſe. Et directa ſunt opera Ioſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuētis: & quæ circa illum quidē conſcripta ſunt in priſtinis temporibus de eis qui peccauerant, quique irreligioſi fuerunt in Dominū præ omni gēte, & qui non quæſierunt verba Domini ſuper Iſrael. Et poſt omnem actum hunc Ioſiæ, aſcēdit Pharao rex Aegypti, veniens in Charcamis ab itinere ſuper Euphrátem, & exijt obuiā illi Ioſias. Et miſit rex Aegypti ad Ioſiā, dicens, Quid mihi & tibi eſt rex Iu-

4. Reg. 23. a. 2. par. 35. a.
B
¶ᵃ amulis, vt 3. reg. 7. f
C
D

daꝰ Non ſum miſſus à Domino vt pugnem contra
te: ſuper Euphrátem enim bellum meum eſt: feſti-
nans deſcende. Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper cur
rum: ſed expugnare eum conabatur, non attédens
verbum prophetæ ex ore Domini: ſed conſtituit ad
eum bellum in campo Mageddo. Et deſcenderunt
principes ad regē Ioſiam. Et dixit rex pueris ſuis,
Amouete me à prælio: infirmatus ſum enim valde.
Et ſtatim amouerunt eum pueri ipſius de acie. Et
aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum: & perue
niens Ieroſolymam, vita functus eſt: & ſepultus eſt
in paterno ſepulchro. Et in tota Iudæa lugebant Io
ſiam: & qui præædebant, cum vxoribus lamentab it
eum vſque in hunc diem. Et datū eſt hoc fieri ſem-
per in omne genus Iſrael. Hæc autem præſcripta
ſunt in libro hiſtoriarum regum Iudæ: & ſingula
B geſta actus Ioſiæ, & eiꝰ gloria, & intellectus eius in
lege Domini: quæque geſta ſunt ab eo, & quæ non
ſcripta ſunt in libro regum Iſrael & Iudæ. Et aſſu-
mentes, qui erát ex gente Iechoniam filium Ioſiæ,
conſtituerunt regem pro Ioſia patre ſuo, cum eſſet
annorum trigintatrium. Et regnauit ſuper Iſrael
menſibus tribus. Et amouit eum rex Ægypti, ne re
gnaret in Ieroſolymis: & multauit gentem argenti
talenta centum, & auri talentum vnum. Et conſti-
tuit rex Ægypti Ioacim fratrem ipſius, regem Iu-
dæ & Ieruſalem: & alligauit magiſtratus Ioacim,
& Zaracelem fratrem ſuum, & apprehendens redu
xit in Ægytum. Annorū erat Ioacim vigintiquin-
que, cum regnare cœpiſſet in terra Iuda & Ieruſa-
lem: & fecit malum in conſpectu Domini. Poſt hæc
autem aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, &
alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babylo-
niam: & ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodono-
ſor, & tulit, & conſecrauit in templo ſuo in Babylo
nia. Nā de immunditia illius, & irreligioſitate ſcri-
F ptum eſt in libro temporum regū. Et regnauit Ioa-
chin filius eius pro eo. Cum autem conſtitutus eſſet
rex, erat annorum decem & octo. Regnauit autem
menſes tres, & dies decem in Ieruſalem, & fecit ma
lum in conſpectu Domini: & poſt annum mittens
Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babyloni-
am ſimul cum ſacris vaſis Domini. Et conſtituit Se-
deciam regem Iuda, & Ieruſalem, cum eſſet anno-
rum viginti vniꝰ. regnauit autem annis vndecim.
Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt ve-
Iere. 18. ritus à verbis quæ dicta ſunt ab Ieremia propheta
ex ore Domini: & adiuratus à rege Nabuchodono-
ſor, periurans diſceſſit: & indurata ceruice ſua, &
corde ſuo, tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſ-
rael. Et duces populi Domini multa inique geſſe-
rūt, & impie egerūt ſuper omnes immūditias gen-
tium: & polluerunt tēplum Domini, quod ſanctum
erat in Ieroſolymis. Et miſit Deus patrum ipſorum
per angelum ſuū reuocare eos, propter quod par-
ceret illis, & tabernaculo ſuo. Ipſi verò ſubſanna-
O bant in angelis ſuis: & qua die locutus eſt Dominꝰ,
erant illudentes prophetis eius. Qui vſque ad iracū
diam concitatus eſt ſuper gentem ſuam, propter ir
religioſitatem ſuam: & præcepit aſcendere reges
Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gla
dio, in circuitu ſancti templi eorum, & non peper-
cerunt iuueni, & ſeni, & virgini, & adoleſcenti: ſed
omnes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia
ſacra vaſa Domini, & regales apothecas reſumen-
tes, tulerunt in Babyloniam: & incenderunt domū
Domini, & demolierunt muros Ieruſalem: & tur-
res eius incenderunt igne, & cōſummauerunt om
nia honorifica eiꝰ, & ad nihilum redegerūt, & re-

dæ? Nequaquā aduerſus te à Domino Deo miſſus
ſum, ſed bellum ad Euphratem eſt mihi, támque
adeo mecū facit Dominus, idémque citabundus me-
cum properat. à me tibi tempera, neque obſiſtas il
li. Nō tamen auertit ſe Ioſias ad currum ſuum, ſed
parabat prælio decernere non acquieſcens reſpon-
ſis ex oraculo Domini Ieremiæ prophetæ, & pugnā
cum eo committit in campo Megeddo. cúmq; ¹⁴de- ¶14 ירדו videntur le
ſcendiſſent ad regem Ioſiam principes, ſeruis ſuis, giſſe Septu
Auferte me, clamat, è prælio: nam grauiter ſauciá- aginta pro
tus ſum. protinúſque eum ex acie ſerui eius ſuſtu- ירדו .i. iacu
lerunt. & cum aſcendiſſet currum ſuum ſecunda- lati ſunt.
rium, reuectus Ieroſolymam, vitam cum morte cō-
mutauit: & ſepultus eſt in paterno ſepulchro. Per
totam itaque Iudæam luctus ſecutus eſt Ioſiam, &
defleuit eum Ieremias etiam propheta, proceréſq;
vnà cum vxoribus lamentati ſunt eum ad hunc vſ-
que diē: traditúmque adeò mos eſt hoc faciendi per-
petuus in omne genus Iſraeliticum. Verum hæc an-
nalibus regum Iudaicorum perſcripta ſunt, quid
rerum ſingillatim patratum ſit ab Ioſia, quæ fue-
rit eius gloria, quanta demum ad legem Domini
dexteritas ingenij. Ipſius autem antefacta, & quæ
nunc commemorauimus, prodita ſunt annalibus
regum Iſraeliticorum & Iudaicorum. Porrò popu-
lares aſſumptum Ioachaz Ioſiæ filium, regem loco
patris ſui declarauerunt, vigintitres annos haben-
tem. Is tribus menſibus regnauit in Iudæa & Iero-
ſolymis, vſque dum ei regnum Ieroſolymitanū ab-
rogauit rex Ægypti, populóque talentis argenti
centum, vnóque auri multato, regem Iudææ & Ie-
roſolymæ conſtituit Ioacim fratrem ipſius, qui in
vincula coniecit magiſtratus, ipſe vero Zaracen fra
trem eius comprehenſum ¹⁵abduxit in Ægyptum.' ¶15 Septua
Cæterum annos vigintiquinque natus erat Ioa- ginta ta-
kim cum regnum Iudaicum & Ieroſolymitanum men habēt
adeptus eſt, & impie ſe geſſit erga Dominū, ador- ἀνήγαγεν
túſque eſt eum bello Nabuchodonozor rex Babylo ἐξ αἰγύ-
nis, & catenis conſtrictum Babylonem abduxit, ſa- πτου. Sed
crorúmque vaſorum Domini ablatam partem in tē haud du-
plo ſuo Babyloni collocauit. Verum huius hiſtoria, bie men-
impuritas, & ignominia regum annalibus perſcri- doſè.
pta eſt. Succeſſit autem in regnum ei Ioachim fi-
lius. Etenim octodecim iam annos habebat, cum
rex conſtitueretur. Regnauit autem menſes tres &
decem dies Ieroſolymis, & impie ſe geſſit erga Do-
minum, exactóque anno miſſis copijs tranſtulit
eum Nabuchodonozor Babylonem vnà cum ſacris
vaſis Domini, & conſtituit Zedechiam regem Iu-
dææ & Ieroſolymæ vigintiunum annos natum, qui
regnauit annis vndecim, & grauiter offendit Do-
minum, nec reueritꝰ eſt ſermones ab Ieremia pro-
pheta ex oraculo Domini pronunciatos, ſed iure-
iurando adactus in verba regis Nabuchodonozo-
ris defecit perūde, & obdurata ceruice, obfirmatóque
animo ſuo leges Domini Dei Iſraelitici viola-
uit. Adhæc principes populi ſacerdotúmque ini-
que multa perpetrauerunt, exceſſerúntque genus
omne impuritatis omnium gentium, templúmque
Domini ſacroſanctum Ieroſolymis profanauerūt.
Et miſit Deus maiorum ipſorum legatum ſuū per
quem reuocaret eos, propterea quòd parceret illis,
atque tabernaculo ſuo. At illi ridere legatos eius,
& quoties loqueretur Dominus, prophetis eius illu-
dere, donec ira commotus in populum ſuum pro-
pter impia facta, mandaret conſurgere in eum re-
ges Chaldæorum, qui iuuenes eorum per loca tem
plo ſuo ſacroſancto circumiecta gladio trucidaue-
runt. Non pepercere iuueni, non virgini, non ſeni,
non adoleſcenti, ſed vniuerſi traditi ſunt in manus
illorum. Omnia vero ſacra vaſa Domini magna ſimul & parua, inſtrumentaque arcæ Dei, ac ſublatos the-
ſauros regios Babylonem aſportauere: templum Domini ſuccenderunt, muros Ieroſolymæ demoliti ſunt,
ignem intulerunt turribus eorum, omnibúſque ornamentis vrbis conijciendo perfundatis, ſuperſti-

tes gladio Babylonem abduxerunt, vbi regi ſer-
uierunt, & filijs ipſius, vſque dum regnum occupa
rent Perſæ, vt impleretur quod Dominus per os Ie
remiæ prædixerat: vſq; dũ terra ſuauiter acquie-
uiſſet in ſabbathis ſuis, egiſſetque ſabbathum om-
ni tempore vaſtitatis ſuæ, vſque ad exactos annos
ſeptuaginta. CAP. II.

ANno primo Cyri Perſarum regis præſtaturus
quod prædixerat per os Ieremiæ Domin⁹, ex-
citauit animum eiuſdem regis Perſarum Cyri,
vt edictum in toto regno ſuo publicaret, ſcriptis ſi-
mul etiã in hæc verba diplomatib⁹, Hæc edicit Per-
ſarum rex Cyrus, Regem me cõſtituit orbi Domin⁹
Iſraeliticus, Dominus celſiſſimus: mandauitq; mihi
templũ ſibi Ieroſolymæ, quæ eſt in Iudæa, ædifican
dum. Si quis eſt itaque veſtrũ de gente ipſius, adſit
illi Dominus ille, dominus ipſius, & Ieroſolymam,
quæ eſt in Iudæa, profectus, tẽplum Domino Iſrae
litico ædificet. Hic eſt ille Dominus, qui tabernacu-
lum habuit Ieroſolymis. Quotquot igitur hinc in-
de habitant, adiuuent eos incolæ cuiuſque loci tam
auro & argento, quàm donarijs, equis, iumentis, ſi-
mul & alijs rebus in templo Domini Ieroſolymi-
tano ex voto dedicãdis. Tum principes tribuum &
familiarum Beniamin cum ſacerdotibus & Leuitis,
omnéſque adeò quorum excitauit Dominus animũ
coorti ſunt in profectionem, ad ædificãdum tem-
plum Domini Ieroſolymitanum: & vicini circũ po
puli ferebant opem omni ratione, argẽto, auro, e-
quis, iumentis, & votiuis donarijs cõpluribus mul-
torum, quibus ea mens iniecta fuerat. Rex quoque
Cyrus protulit ſacra vaſa Domini, quæ Nabucho-
donozor tráſtulerat Ieroſolymis, & in delubro ſuo
collocarat: ea inquam, prolata Cyrus rex Perſarum
Mithridati tribuno ærarii ſui tradidit, ab eóq; rur-
¶[1] ſum [1]Saſſabaſſaro præſidi Iudææ commendata fue-
שׁשׁבצר runt, quorũ hic erat numerus: Crateres argentei li-
2. Eſd. 1. baminibus dicati, mille, & itẽ mille aurei: pelues ſa
crificæ argẽteæ vigintinouẽ: phialæ aureæ triginta,
¶[2] argentearum verò [2]duo millia quadringẽtæ & de-
משׁנים cem, aliáque vaſa mille. In vniuerſum autẽ vaſorũ
2. Eſd. 1. tam aureorum quàm argenteorum quinq; millia,
quadringenta ſexagintanouem perlata fuerunt, &
à Saſſabaſſaro vnà cũ ijs qui Babylone Ieroſolymã
redierunt è captiuitate, reportata. Porrò Artaxer-
xi, quibus Perſarũ rex erat tẽporibus, Biſchlemus,
Mithridates, Tabel, Rahumus, Beelteemus, & ſcriba
¶[3] 1. Eſd. 1. [3]Semellius, eorúmque collegæ cæteri tam Samariæ
שׁמשׁי quàm aliorum locorũ incolæ ſubiectam hanc ſcri-
Vnde Græ- pſerũt epiſtolam. REGI Artaxerxi Domino ſerui
ce Semeſi⁹, tui, Rahumus à commentarijs, & ſcriba Semellius,
& corru- tum reliqui eiuſdem curiæ collegæ ipſorum, ac iu
ptius Se- dices in Cœleſyria Phœniciáque. Iam nunc Domi-
mellius. nus rex certum habeto Iudæos iſtinc ad nos profe
ctos, vbi venerunt Ieroſolymam in ciuitatem illam
perfidam & malitioſam, & ædificare fora, & muros
inſtaurare, templúmq; reſtituere. Quod ſi hæc vrbs
ædificata fuerit, murique conſummati, nequaquam
ſuſtinebunt tributũ pendere, ſed regibus reſiſtent
etiam. Et quia feruet opus circa templum, rectè fa-
ctũ arbitramur, rem talem nõ neglexiſſe, ſed Domi
no noſtro regi declaraſſe, vt ſi videatur tibi, quæ-
ratur in maiorum tuorum annalibus. Etenim inue
nies in monumentis de his ſcripta quædam, & co-
gnoſces rebellatricẽ fuiſſe ciuitatem illã, grauẽ re-
gibus ac ciuitatib⁹: ipſos quoq; Iudæos perfidos bel
lis conflãdis in ea deditos iam inde ab æuo: qui ob
cauſam & vrbs illa deuaſtata eſt. Nũc ergo ſignifica
mus tibi Domine rex, ſi vrbs hæc reſtituta fuerit,
muriq; eius inſtaurati, non datũ iri tibi poſthac in
Cœleſyriã ac Phœniciã reditionẽ. Tũc reſcripſit rex Rahumo à cõmẽtarijs, & Beelteemo, tũ ſcribæ Semellio,
cæteriſq; collegis eiuſdẽ ordinis, & incolis Samariæ, Syriæ Phœniciæq;, quæ ſubſequuntur, EPISTOLAM
quam mihi miſiſtis legi, cũq; decreuiſſem vt res inquireret, inuẽtũ eſt ciuitatẽ illã iã inde ab æuo aduerſari

liquos à gladio duxerãt in Babylonem. Et erãt ſer
ui illius vſque dum regnarent Perſæ, & in repletione Iere. 25. c.
verbi Domini in ore Ieremiæ: quouſque benigne a- & 29. c.
geret terra ſabbatha ſua, omni tempore deſertio-
nis ſuæ ſabbathizauit in applicatione annorũ ſe-
ptuagintaſeptem. CAP. II. 2. Paralip.
REgnante Cyro rege Perſarum in cõſummatio- 36. d.
ne verbi Domini in ore Ieremiæ, ſuſcitauit Do- 1. Eſdr. 1. a.
minus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicauit
in toto regno ſuo ſimul per ſcripturam, dicẽs, Hæc
dicit Cyrus rex Perſarum, Me conſtituit regem or-
bi terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, &
ſignificauit mihi ædificare domum ſibi in Ieruſa-
lem, quæ eſt in Iudæa. Siquis eſt ex genere veſtro,
dominus ipſius aſcendat cum eo in Ieruſalẽ. Quot-
quot ergo circa loca habitant, adiuuẽt eos qui ſunt
in loco ipſo, in auro & argento, in dationibus cum
equis & iumentis, cũmque alijs quæ ſecũdum vota
apponuntur in ædem Domini quæ eſt in Ieruſa-
lem. Et ſtantes principes tribuum, pagorum, & Iu-
dææ ex tribu Bẽiamin, & ſacerdotes, & Leuitæ, quos
excitauit Dominus aſcendere, & ædificare domum
Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ, & qui erant in circui-
tu eorũ, adiuuerunt in omni auro & argento eius,
& iumentis, & votis cõpluribus multi quorũ ſenſus B
excitatus eſt. Et Cyrus rex protulit vaſa ſacra Domi
ni, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis
ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idõlo ſuo. & profe-
rens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato,
qui erat ſuper theſauros ipſius. Per hunc autem tra
dita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ. Horum au-
tem hic numer⁹. Libatoria argẽtea duo millia qua-
dringenta, athiſcæ argenteæ triginta: phialæ au-
reæ triginta, item argenteæ, duo millia quadrin-
gentæ, & alia vaſa mille. omnia autem vaſa aurea
& argentea, quinque millia octingenta ſexaginta.
Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his qui
ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ieroſolymã. 1. Eſd. 4. a.
¶In Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus
ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Iudæa &
Ieruſalem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabellius, &
Rathimus, Balthemus, Samellius ſcriba, & reliqui ha
bitantes in Samaria, & cæteris locis, ſubiectam epi- C
ſtolã regi Artaxerxi. DOMINE, pueri tui Rathi-
mus ab accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui
curiæ tuæ iudices in Cœleſyria & Phœnice. Et nũc
notum ſit Domino regi quoniam Iudæi qui aſcen
derunt à vobis ad nos, venientes in Ieruſalem ciui-
tatem refugam & peſſimam, ædificant furnos eius,
& ſtatuunt muros, & templum ſuſcitant. Quòd ſi ci
uitas iſta, & muri conſummati fuerint, non tantũ
tributa non ſuſtinebunt pendere, ſed etiam regibus
reſiſtent. Et quia id agitur circa templum, rectè ha-
beri arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum: ſed
notũ facere Domino regi, vt ſi videbitur, rex, quæ-
ratur in libris patrũ tuorum, & inuenies in admo-
nitionibus ſcripta de his, & ſcies quoniam ciuitas
iſta fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens, &
Iudæi refugæ, & prælia committẽtes in ea ab æter-
no: ob quam cauſam ciuitas iſta deſerta eſt. Nũc er-
go notum facimus dõmine rex, quoniam ſi ciuitas D
hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint,
deſcenſus tibi non erit in Cœleſyriam & Phœni-
cem. Tunc ſcripſit rex Rathimo, qui ſcribebat acci-
dentia, & Balthemo, & Sabellio ſcribæ, & cæteris cõ
ſtitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ
ſubiecta ſunt. LEGI epiſtolã quam miſiſtis mihi.
Præcepi ergo inquiri, & inuentũ eſt quoniam ciui-
tas illa eſt ab æuo regibus reſiſtens, & homines re-

ſopæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortiſſimi
erant in Ieruſalem dominantes, & tributa exigen-
tes à Cœleſyria & Phœnice. Nunc ergo præcepi
prohibere homines illos ædificare ciuitatem, &
prohibere nequid vltra hæc fiat: ſed nec proce-
dant in plurimū, ex quo ſunt malitiæ, ita vt regi-
bus moleſtia importetur. Tunc recitatis his quæ
à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathimus, & Sa-
bellius ſcriba, & qui cum his conſtituti erant iun-
gentes feſtinenter venerunt in Ieruſalem cū equi-
tatu, & turba, & agmine: cœperúntque ædificantes
prohibere: & vacabant ab ædificatione templi in Ie
ruſalem, vſque ſecūdo anno regni Darij regis Per-
ſarum. CAP. III.

REx Darius fecit cœnam magnam omnibus ver
naculis ſuis, & omnib⁹ magiſtratibus Mediæ &
Perſidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & cō
ſulibus, & præfectis ſub illo ab India vſque Æthio
piam, centum vigintiſeptem prouincijs. Et cum mā
ducaſſent & bibiſſent, & ſatiati reuerterētur, tūc Da
rius rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormiuit,
& expergefactus eſt. Tūc illi tres iuuenes corporis
cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis dixerunt al
ter alteri. Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonē
qui præcellat: & cuiuſcunque apparuerit ſermo ſa-
B piētior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,
purpura cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurū
dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byſſi-
nam, & torquem circa collum: & ſecundo loco ſe-
debit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cogna-
tus Darij vocabitur. Tunc ſcribentes ſinguli ſuum
verbum ſignauerunt, & poſuerunt ſubtus ceruical
Darij regis, & dixerunt. Cúmque ſurrexerit rex, da
bimus illi ſcripta noſtra: & quodcunque iudicaue-
rit rex è tribus, & magiſtratus Perſidis, quoniam
verbum eius ſapientius eſt, ipſi dabitur victoria ſi-
C cut ſcriptum eſt. Vnus ſcripſit, Forte eſt vinum. A-
lius ſcripſit, Fortior eſt rex. Tertius ſcripſit, Fortio-
res ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veri-
tas. Et cum ſurrexiſſet rex, acceperunt ſcripta ſua,
& dederunt illi, & legit. Et mittens vocauit omnes
magiſtratus Perſarum, & Medos, & purpuratos, &
prætores, & præfectos: & ſederunt in concilio: & le-
cta ſunt ſcripta coram ipſis. Et dixit, Vocate adole-
ſcentes, & ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſunt,
& introierunt. Et dixit illis, Indicate nobis de his
quæ ſcripta ſunt. Et cœpit prior, qui dixerat de for
titudine vini, & dixit, Viri, quàm præualet vinū om
nibus hominibus qui bibunt illud? ſeducit mētem.
D Itémque regis & orphani facit mentem vanam. Itē
ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis, & omnem men-
tem conuertit in ſecuritatem & iucūditatem, & nō
meminit omnem triſtitiam & debitum, & omnia
præcordia facit honeſta, & nō meminit regem, nec
magiſtratum, & omnia per talēta loqui facit. Et nō
meminerunt, cum biberunt, amicitiam, nec frater-
nitatem: ſed non multum pòſt, ſumunt gladios: &
cum à vino merſerint & ſurrexerint, non memine
runt quæ geſſerunt. O viri, num præcellit vinū? qui
ſic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto. CAP. IIII.

ET inchoauit ſequens dicere, qui dixit de forti-
tudine regis, O viri, num præcellunt homines,
qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis
ſunt? Rex autem ſuper omnia præcellit, & domina-
tur eorum: & omne quodcūque dixerit illis, faciūt.
Et ſi miſerit illos ad bellatores, vadunt, & demoliūt
montes, & muros, & turres. Iugulantur, & iugulāt,
& regis verbum non prætereunt. nam ſi vicerint,
afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint.
Similiter & alij omnes, & quotquot non militant,
nec pugnant, ſed colunt terram: rurſum cū fuerint

regibus, & populum eius rebellionum ac bellorum
eſſe ſtudioſum, regéſque potētes ac prægraues fuiſ-
ſe Ieroſolymis in Cœleſyriam & Phœniciā tributis
exigendis dominatos. Nunc ergo præcipiendū pu-
taui, vt vrbis ædificatione prohibeatur ille popul⁹,
& prouideatur vt ne quid fiat his amplius, neque
procedat vlterius ad obturbādum regibus malitia.
Tunc recitatis ijs quæ à rege Artaxerxe ſcripta fue
rant, Rahumus & ſcriba Semellius, hiſque cooptati
collegæ cum cōſcendiſſent, Ieroſolymam feſtinarūt
cum equitatu & agmine frequenti, ædificiúmq; cœ
perunt prohibere: inhibitáque eſt ædificatio tem-
pli Ieroſolymitani vſque ad annum ſecundum re-
gni Darij regis Perſarum. CAP. III.

REgnum autem adeptus Darius, celebrauit con-
uiuium magnum popularibus ſuis omnibus, &
vernaculis, ac magiſtratib⁹ Mediæ & Perſidis, præ-
fectis, imperatoribus, & inferioribus à ſe præſidib⁹
omnibus, ab India vſq; ad Æthiopiam, per centum
vigintiſeptem prouincias. Vi cū cibo potúque ſatia
ti reuerterentur, rex quoq; Darius ſe recepit in ſuū
cubiculū, & dormiuit donec expergiſceretur. Tum
tres iuuenes ſatellites cuſtodes regij corporis dixe-
runt alius alij, Proponamus quiſque noſtrū dictum
aliquod eximium: vt cuiuſnā viſa fuerit oratio cæ-
teris ſapientior, donet eū rex Darius muneribus ac
præmijs ampliſſimis, vt induatur purpura, bibat ex
auro, in auro dormiat, infrenatis auro bigis veha-
tur, & cum cidari byſſina, colloque torquatus, ſecū-
dus à Dario propter ſapiētiam ſuam ſedeat, cogna
túſque Darij vocetur. Tum ſcriptū ſinguli dictum
ſuum cū conſignaſſent, ceruicali Darij regis ſuppo-
ſuere. Etenim dicebant, Cū experrectus fuerit rex,
hæc ei ſchedula dabitur: & quē quidē iudicarit rex
& tres principes Perſidis, de dicto ſuo ſapiētiſſimū,
ei præmium palmæ dabitur, quo ſcriptum eſt mo-
do. Scripſit autem vnus, Potentiſſima res eſt vinū.
Alter ſcripſit, Rex eſt res potentiſſima. Tertius ſcri-
pſit, Res potentiſſimæ ſunt mulieres: ante omnia ve
rò vincit veritas. Cúmque ſurrexiſſet rex, ſumptáſ-
que codicillos ei exhibuiſſent, legit eos: miſitque cō
uocatum omnes Perſidis & Mediæ proceres, præfe-
ctos, imperatores, præſides, conſules. Cúmq; pro cō
cilio ſediſſet, lecta coram illis ſchedula, Vocate, in-
quit, iuuenes ipſos, vt ſua dicta ipſi nobis ediſſerāt.
Vt ergo vocati introierūt, dixit illis, Diſſerite nobis
de ſcriptis his. Tū cœpit primus qui de potētia vi-
ni dixerat, & ita locutus eſt, Quantopere præualet,
ô viri, vinū omnibus qui bibunt illud hominibus?
Errorē enim offundit menti: regiſq; & pupilli, ſerui
& liberi, pauperis atq; diuitis vniuſmodi reddit a-
nimū, omniúmq; adeo voluntatē conuertit in oble
ctamenta conuiualia, & hilaritatē, vt nemo memi-
nerit vllius moleſtiæ, aut æris alieni. Siquidē diui-
tijs implet animos omniū, vt nemo rationē habeat
aut regis aut præfecti: & facit 'vt talentis enuncie-
mus omnia.' Præterea nō meminere, qui adbiberūt,
amicos amicis & fratrib⁹ præſtare ſe, ſed non mul-
to poſt diſtringunt gladios: cæterum vino liberati
nō recordantur quæ geſſerint. Annō igitur, ô viri,
præcellit virtute vinū, quod vim affert talia perpe-
trandi? Ita locutus conticuit. CAP. IIII.

ET orſus eſt loqui ſecūdus, cui⁹ erat dictū de re-
gia potētia, Nónne, ô viri, eximia potētia eſt ho
minum cum terrā mariq; teneant, cūctáque his cō
prehenſa? Atqui rex longe eſt potentior, vt qui do-
minetur illis & imperet omnib⁹, & quæcúnque præ-
ceperit eis, exequuntur. Si quib⁹ edixerit vt bellum
inferant alij alijs, faciunt: ſi miſerit eos in hoſtes,
eunt, demoliuntur mōtes, muros & turres, trucidāt,
& trucidātur, nec regis excedūt imperium. Quod ſi
vicerint, omnia regi tā quæ præda parta ſūt, quàm

alia quæuis deferunt. Etſi qui non militant, neque belligerāt, ſed exercēt agriculturā, hi rurſum, cū quod

Gr.i.vt omnia vocemus ad talētorū ſummā, & menſa crepemus talēta, quaſi ditiſſimi quales nobis videmur per ebrietatem. al. facit vt quis æquo pōdere loquatur omnia, id eſt citra diſcrimen, & pari pōdere. al. cū pondere, id eſt grandiloquus, & quaſi τα[illegible] omnia cū pondere & nolimine [illegible] præter linguæ [illegible] tatem. Sed primus ſenſus primo videtur quadrare.

ſeminarant meſſuerint, regi ferunt: & alij compellentes alios, vectigal pendunt eidem, quanuis ipſe ſit vnicus. Si iuſſit occidere, occidunt: ſi dimittere, dimittunt: iuſſit ferire, feriunt: iuſſit deuaſtare, deuaſtant: iuſſit ædificare, ædificant: iuſſit excindere, excindunt: iuſſit plantare, plantant: omniſque populus, & poteſtates eius, vnum audiunt. Adhæc autem ipſe recumbit, edit, bibit, & dormit: illi vero circa eum agunt vndique cuſtodiam, nec poteſtatem habet diſcedendi quiſquam, réſque ſuas agendi, quo minus dicto ſit audiens. Quid eſt, ô viri, cur non ſit rex potentiſſimus, cui tanta præſtatur obedientia? Cúmque tacuiſſet hic, tertius inde qui de mulieribus & veritate propoſuerat, (is autem erat Zorobabel,) loqui cœpit. O viri, nequaquam magni regis, aut multorum hominum, vinúe ſuprema eſt potentia. Quid igitur ſuperius eſt, aut dominatur illis? nônne mulieres? Mulieres regem ipſum, omnémque populum qui terra marique dominatur, genuerunt. Ex his nati ſunt, & ab ipſis educati ijdem illi plantatores vinearum, è quibus vinum gignitur. Hæ veſtes hominũ conficiunt, hæ decus hominibus conciliãt, nec poſſunt homines carere mulieribus. Quod ſi qui congeſſerint aurum aut argentum, aut quicquid eſt rerum conſpicuarũ, nônne mulieris vnius pulchritudine formáque præſtãtis amore capti, relictis his omnibus, ora conuertunt in eam, & hiantes reſpiciunt? omnéſque eam exoptant magis quàm vel aurum, vel argentum, aut quicquam rerum elegantium? Relinquit homo

¶[1] vel, patriam ſuã.

patrem ſuum qui enutriuit ipſum, &[1] proprium ſolum,[*] & ad vxorem ſuam adhæreſcit. Cum vxore vitam ponit, & nec patris, nec matris, neque patriæ deſiderio tangitur. Vel hinc cognoſcatis dominari vobis mulieres. Nônne laboratis & molimini, omniáque datis & defertis mulieribus? Quid? quòd homo in viam accepto gladio ſuo, ad latrocinia furtáque perpetranda, aut ad mare fluminàque nauiganda, progreditur, aut in conſpectum leonis it, aut per tenebras ambulat? dein de furando, rapiendo, compilandóque parta aſportat ad amicam, adeóque vxorem ſuã magis quàm patrem aut matrẽ homo diligit. Iámque ex aſpectu mulierũ dementes facti ſunt multi, aut propter eaſdem in ſeruitutem redacti ſunt: perierunt item, lapſi ſunt, & peccauerũt mulierum cauſa plurimi. Quapropter nũc mihi credite. Nônne rex poteſtate ſua magnus eſt? nônne omnes terræ reformidant eum tangere? Atqui ſpectabam hunc ipſum, & Apamen[2] Bartaci[*] illius admirandi filiam pellicem regiam, ſedentem

¶[2] Al, Bezacio.

ad dexteram eius, & auferẽtem diadema de capite regio, ſibique imponentẽ, atque etiam feriebat regem ſiniſtra: ille vero ſuper his contemplabatur eam ore hianti. Si arriſerit ei, ridet: ſin indignata fuerit, blanditur eidem, vt ſibi reconcilietur. Quid eſt, ô viri, cur mulieres non ſint præpotentes, cum deſignent talia? Tum rex & proceres alius aliũ intuebantur. Porrò autem aggreſſus eſt de veritate dicere. Nônne, ô viri, præpotentes ſunt mulieres, ingens autem terra, cælum excelſum, & ſol curſu rapidus? nam in orbe cæli vertitur, ruſſúmque recurrit vno die in locum priſtinum. nônne qui facit hæc magnus eſt? Atqui maior eſt veritas, & ante omnia potentiſſima. Veritatem[3] prædicat[*] vniuerſus orbis, cælum etiã ipſum celebrat, omniſque rerum natura exhorreſcit eam, & tremiſcit: nec[4] vitioſi[*] quicquam illi coniunctum eſt.[5] Vitioſum eſt[*] vinum, vitioſus rex, vitioſæ mulieres, vitioſa omnis hominum progenies, vitioſáque opera ipſorum omnia, nec eſt in eis[6] integritas,[*] vitiíſque adeò ſuo peribunt: veritas autem manet & viget in æternum, viuit, & in omne ſeculum exuperat, neque eſt apud ipſam reſpectus perſonarum aut diſcrimen, ſed quæ iuſta ſunt peragit, ab omni iniuſtitia & improbitate ſibi temperans. Facta eius nemo non approbat, neque eſt vlla in iudicio eius iniquitas. Ipſa denique & virtus eſt, & regnum, & poteſtas,

¶[3] vel, inuocat.
¶[4] vel, iniqui.
¶[5] חיח. habet Ioſephus Heb. i. Vanum.
¶[6] vel, veritas.



mittentes, afferunt tributa regi: & ipſe vnus ſolus ſi dixerit, Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittũt: dixerit, Percutite, percutiunt, dixerit, Exterminate, exterminãt: dixerit, Ædificate, ædificãt: dixerit, Excidite, excidunt dixerit, Plantate, plantant: & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & ſuper hoc ipſe recumbit, & bibit, & dormit. Hi autem cuſtodiunt in circuitu eum, & non poſſunt ire B
ſinguli, & facere opera ſua, ſed in dicto obaudiẽtes ſunt ei. Viri, quomodo non præcellit rex, qui ſic diſſamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic eſt Zorobabel,) cœpit loqui. Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinũ præcellit. Quis eſt ergo, qui dominatur eorum? Nônne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari & terræ: & ex illis nati ſunt, & ipſæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit? Et ipſæ faciunt ſtolas omniũ hominum, & ipſæ faciunt gloriam hominibus, & non poſſunt homines ſeparari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona ſpecie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conſpiciunt, & eã alliciunt magis quàm aurum & argẽtum, & omnem rem precioſam. Homo patrem ſuum relinquit qui enutriuit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit. Et cum muliere remittit animam: & neque C
patrem meminit, neque matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos ſcire, quoniam mulieres dominantur veſtri. Nônne doletis? Et accipit homo gladium ſuum: & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina, & leonẽ videt, & in tenebris ingreditur: & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili ſuæ affert. Et iterum, diligit homo vxorem ſuam magis, quàm patrẽ aut matrem. Et multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas: & ſerui facti ſunt propter illas, & multi perierunt & iugulati ſunt, & peccauerũt propter mulieres. Et nũc credite mihi, quia magnus eſt rex in poteſtate ſua: quoniã omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis, ſedentem iuxta regem ad dexteram, & auferẽtem diadema de capite eius, & imponẽtem ſibi, & palmis cædebat regem de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aperto ore intuebatur D
eam: & ſi arriſerit ei, ridet. nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. O viri, cur non ſunt fortiores mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cælũ: quis iſta agit? Et tunc rex, & purpurati intuebãtur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. O viri, nônne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cælum: & velox curſus ſolis conuertit in gyro cælum in locum ſuum in vna die. Nônne magnificus eſt qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus? Omnis terra veritatem inuocat, cælũ etiam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & nõ eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribũt: & veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias: ſed quæ iu- E
ſta ſunt facit omnibus, iniuſtis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. Et non eſt in iudicio ei᷒ iniquũ, ſed fortitudo, & regnũ, & poteſtas,

& maieſtas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. Et deſijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna eſt veritas, & præualet. Tunc rex ait illi, Pete, ſiquid vis amplius, quàm quę ſcripta ſunt, & dabo tibi, ſecundum quod inuentus es ſapientior proximis, & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi, Memor eſto voti tui, quod vouiſti, ædificare Ieruſalem, in die qua regnum accepiſti: & omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Ieruſalem, remittere. quę ſeparauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. Et tu vouiſti ædificare těplum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata eſt Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc eſt quod poſtulo Domine,
F & quod peto, hoc eſt maieſtas quod à te poſtulo, vt facias votum quod vouiſti regi cæli ex ore tuo. Tũc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum: & ſcripſit epiſtolam ad omnes diſpenſatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes aſcendentes ædificare Ieruſalem. Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano ſcripſit epiſtolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ieruſalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem. Et ſcripſit omnibus Iudæis qui aſcendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magiſtratum, & præfectum non ſuperuenire ad ianuas ipſorum, & omnẽ regionem quã obtinuerant immunem eſſe eis, & Idumæi relinquant caſtella quæ obtinent Iudæorum, & in ſtructuram templi dare per ſingulos annos talenta viginti, vſque dum perædificaretur. & ſuper ſacrariũ holocautomata vſtulare quotidie, ſicut habent pręceptum: alia talenta decem offerre per ſingulos annos, & omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt eſſet libertas tam ipſis quàm filijs eorum, & omnibus ſacerdotibus qui præcedũt. Scripſit autẽ & quantitatem, & ſacram ſtolam iuſſit dari in qua deſeruirent: & Leuitis ſcripſit dare præcepta, vſque in diem qua conſummabitur domus, & Ieruſalem extruetur: & omnibus cuſtodientibus ciuitatem, ſcripſit dari ei ſortes & ſtipendia. Et dimiſit omnia vaſa quæcunque ſeparauerat Cyrus à Babylonia: & omnia quæcunque dixit Cyrus, & ipſe præcepit fieri, & mitti Ieruſalem. Et cũ proceſſiſſet ille adoleſcens, eleuans faciem in Ieruſalẽ, benedixit regem cæli, & dixit, Abs te eſt victoria, & abs te eſt ſapientia & claritas. Et ego ſeruus tuus ſum. Benedictus es, qui dediſti mihi ſapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum noſtrorum. Et accepit epiſtolas, & profectus eſt in Babyloniam. Et venit, & nũtiauit fratribus ſuis omnibus qui fuerunt in Babylonia: & benedixerunt Deum patrum ſuorum, quoniam dedit illis remiſſionem & refrigerium, vt aſcenderent & ædificarent Ieruſalem, & templum vbi nominatum eſt nomen eius in ipſo: & exultauerunt cum muſicis & lætitia diebus ſeptem.

CAP. V.

1.Eſdr.2.a. POſt hęc autem electi ſunt, vt aſcenderent principes pagorum per domos, & tribus ſuas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & ſerui & ancillæ ipſorum, & pecora eorũ. Et Darius rex miſit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ieruſalem cum pace, & cum muſicis, & cũ tympanis & tibijs: & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul cum eis. Et hæc ſunt nomina virorũ, qui aſcẽderũt per pagos ſuos in tribus, & in partem principatus ipſorũ. ¶ Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron. Ieſus filius Ioſedec, Ioacim filius Zorobabel filii Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, qui locutꝰ eſt ſub Dario rege

& maieſtas omnium ſeculorum. Perbeatus eſt Deus veritatis. His dictis cũ conticuiſſet, cõclamauit vniuerſus populus, & pronũciauit, Ingens eſt veritas, & potẽtiſſima. Tum rex dixit illi, Pete ſiquid vis amplius etiã quàm quæ ſcripta ſunt, & tibi dabimus: propterea quòd repertus es cæteris ſapientior, & ſedebis mihi proximus, cognatuſq; meus vocaberis. Tum ille regi, Memẽto, inquit, voti illius, quod eodem, quo regnum adeptus es, die nuncupaſti pro ædificandis Ieroſolymis, próque vaſis quæ indidem ablata fuerant, remittendis, quæ Cyrus excepit (cum de excindenda Babylone vota feciſſet,) & illuc ſe remiſſurum nuncupauit. Vouiſti enim ædificaturum te templum illud quod incenderunt Idumæi, cum Iudæa à Chaldæis deuaſtata eſt. Nunc igitur hoc eſt quod abs te poſtulo Domine rex, & contendo: hæc eſt illa quam abs te peto magnificentia: oro, inquam, vt votum ſoluas, quod te regi cæli redditurum ore tuo vouiſti. Ibi tum exurrexit Darius rex, & oſculatus eſt illum: ſcripſitque in gratiam eius ad omnes diſpenſatores, præſides, imperatores & præfectos epiſtolas, vt & eum & omnes ad ædificãdam Ieroſolymam cum eo proficiſcentes deducerent. Epiſtolas item omnibus præſidibus in Cœleſyria, in Phœnicia, & in Libano ſcripſit, vt curarent ligna cedrina tranſportanda à Libano Ieroſolymã, & eum ad ædificandam vrbem adiutarent. Præterea libellum dedit immunitatis ergò Iudæis omnibus è regno in Iudæam proficiſcẽtibus, ne quiſquã poteſtatem gerens, præſes, præfectus, aut diſpenſator ad fores eorum ⁊ accederet, ⁊ ſed tota quam poſſiderent regio immunis ipſis eſſet, vtque Idumæi caſtellis Iudæorũ quæ inſidebant, decederent. In ſtructuram quoque templi vt tribuerentur vicena in ſingulos annos talenta, vſque dum perędificaretur, & ad ſacrificanda ſuper aram holocauſta ſingulis diebus (quibus immolandi ſeptenadena pręceptum habebant,) alia in ſingulos annos dena talenta. Ad hæc vt omnes ad vrbẽ condẽdam è Babylonia proficiſcentes libertatem haberent tam ipſi, quàm ipſorũ progenies, & item ſacerdotes omnes qui proficiſcerentur. Perſcripſit autẽ & ſumptum, ſacrũmque ſacris obeundis veſtitum Leuitis, donec templum abſolueretur, & Ieroſolyma extrueretur, ſuppeditandum. Cuſtodiam inſuper vrbis agentibus penſiones & ſtipendia cõſtituit, & omnia vaſa quæ Cyrus Babylone extulerat, miſſa fecit: atque adeo quæcunque Cyrus edixerat, ipſe quoque præſtanda mandauit, & Ieroſolymam emittenda. Egreſſus ergo iuuenis, ſublata in cælum facie, Ieroſolymã verſus, regem cæli ſalutauit his verbis, Abs te victoria, abs te ſapientia, & abs te gloria proficiſcitur: ego vero ſeruus tuus ſum. Tu prædicãdus es, qui ſapientiam mihi contuliſti. Itaque tibi gratias ago Domine Deus patrum noſtrorum. Cũmque ſumptis epiſtolis profectus veniſſet Babylonem, & nũcium fratribus ſuis attuliſſet omnibus, laudauerũt illi Deum maiorum ſuorum, quòd dediſſet ipſis miſſionem & laxamentum ad proficiſcẽdum, & Ieroſolymam ac templum de nomine ipſius percelebratũ ædificandum: atque exultabundi cantibus & lætitia dies ſeptem conſumpſerunt.

¶ 7 Scilicet, exigẽdi vectigalis cauſa.

CAP. V.

HIs rebus actis, delecti fuerunt in profectionem principes familiarum paternarum, iuxta tribus ſuas cum vxoribus, filijs & filiabus, ſeruis & ancillis, ac iumentis ſuis: miſitque vnà cum eis Darius mille equites, quibus commendauit deducendos illos, donec eos tuto reſtituiſſent Ieroſolymam, cum cantibus, tympanis & tibiis: omnes enim fratres ipſorum ludebant. ¶ Sacerdotes prognati Phinees filio Aaronis. Ieſus filius Ioſedec Saraiæ prognati. Et Ioachim filius Zorobabelis Salathiele nati de genere Dauidico, ex progenie Phares, tribulis autem Iudæ: qui ſub Dario rege

Perſarum ſermones ſapientes habuit, anno regni eius ſecundo, menſe primo Niſan. Hi ſunt autē Iudæi reduces ab exilio captiuitatis, quos Babylonem deduxerat Nabuchodonozor rex Babylonis, vnde reuerſi ſunt Hieroſolymam & in reliquam Iudæa, in ſuam quiſque ciuitatem profecti cū Zorobabele & Ieſu, cum Neemia &[1]Zacharia, Reeſaia,' Enenio, Mardochæo, Belſano, Miſpharaſo, Reelia, Rehumo, & Baana ducibus ſuis. ¶ Numerus gentilium, & duces eorum. Prognatorum Phareos, duo millia centum ſeptuagintaduo. Prognati Schaphatia[2]trecenti ſeptuagintaduo. Prognati Arch, ſeptingenti quinquaginta[3] ſeptem.' Prognatorum Phahathmoab, [cum prognatis Ieſchualoab,] duo millia octingenti duodecim. Prognati Eilam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Prognati Zathui, noningēti quadragintaquinq;. Prognati Corbe, ſeptingentiquinque. Prognati Bani, ſexingenti quadraginta octo.' Prognati Bibai, ſexingenti vigintitres. Prognatorum[4]Argad,' tria millia ducenti vigintiduo.' Prognati Adonicam, ſexingenti ſexaginta[5]ſeptē.' Prognatorū[6]Bagoi,' duo millia ſexagintaſex. Prognati 'Adin,' quadringēti quinquagintaquatuor. Prognati Ater ihezecia, nonaginta[8]octo.' Prognati Ceilā, & Azeta, ſexagintaſeptem. Prognati[9]Azuran, quadringenti trigintaduo.' Prognati Anania, centum. Vnus prognatorum Arom. Prognati Bazai, trecenti vigintitres.' Prognati Arſiphurith, cētum & duo. Prognatorum Meterus, tria millia quinque. Oriūdi ex Bethlehem, centū vigintitres. Oriundi ex Netophah, quinquaginta[*]quinque.' Oriundi ex Anathoth,[10]centum' vigintiocto. Oriundi ex Bethſchamos, quadragintaduo. Oriundi ex Cariathiarim, vigintiquinque. Oriundi ex Chaphirah & Beroth, ſeptingenti quadragintatres. Oriundi ex Pirah, ſeptingenti.[11]Oriūdi ex Chadias,' & Ammidioi, quadringenti vigintiduo. Oriundi ex Haramah, & Gabaa, ſexingenti vigintivnus. Oriundi ex[*]Macamos' centum vigintiduo. Oriundi ex[12]Bethel, quinquagintaduo. Oriūdi ex[13]Nebo,' centum quinquagintaſex Oriundi[*]Calamolao,' & Ono, ſeptingenti vigintiquinque. Oriundi Ierecho, trecenti quadragintaquinq;. Oriundorum[14]Sanaah,' tria millia trecēti triginta. Sacerdotes. Ab Iedaia Ieſu prognato in filios[15]Sanaſib' propagati noningenti ſeptuaginta[+] duo. Prognati[16]Emer,' mille quinquagintaduo. Prognati[17]Phaſchhur,' mille quadragintaſeptem.' Prognati[18]Charim, mille ſeptēdecim. Leuitæ. Prognati Ieſchue, & Cadmiel, & Banna, & Sula, ſeptuagintaquatuor filij. Cātores ſacri. Prognati Aſaph, centū quadragintaocto. Oſtiarij. Prognati Schalum. Prognati[19]Ater. Prognati Talmon. Prognati[10]Acub. Prognati Hateta. Prognati[11]Schobi. Vniuerſi centum tringintanouem. [12]Sacrorum miniſtri. Prognati Zcha, prognati Haſchupha, prognati Tabaoth, prognati Ceros, prognati[13]Sula,' prognati[14]Phaleu, prognati Labana, prognati Hagaba, prognati[15]Acub,' prognati Vee, prognati Ceiab, prognati Hagab, prognati[16]Sibai,' prognati Hanan, prognati[17] Cathua.' prognati.[18] Geddur,' prognati[19]Raia,' prognati[20]Dalſ.n,' prognati[21]Necoda,' prognati Chaſeba, pgnati[22]Gazema,' prognati[23]Aria,' prognati[24]Phinees,' prognati[25]Aſara,' prognati[26]Baſtal,' prognati Aſanah, prognati Meunim, prognati Naphiſim. prognati[27]Bacubuc,' prognati Hacupha, prognati Harhur, prognati[28]Pharacim,' prognati Baraloth, prognati Mehida, prognati[29]Cutha,' prognati Chareſcha, prognati[40]Barcus,' prognati[41]Aſerar.' prognati Thomoth, prognati[42]Nazib,' prognati Hatipha. Prognati[43]ſerui Salomonis.'

Et cum ſeruiremus, non fuimus derelicti à Domi-
no Deo noſtro: ſed conſtituit nos in gratia, ponens
nobis reges Perſarum dare cibum, & clarificare tem
plum Domini Dei noſtri, & ædificare deſerta Sion,
G dare nobis ſtabilitatem in Iudæa & Ieruſalem. Et
nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Tranſ-
greſſi enim ſum' præcepta tua, quæ dediſti in ma
Deute.7.a nus puerorum tuorum prophetarum, dicens, Quo-
11.d. niam terra, in quam introiſtis poſſidere hæredita-
tem eius, terra polluta eſt coinquinationibus alie-
nigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleue-
runt eam totam immunditia ſua. Et nunc filias ve
ſtras non coniungetis filijs eorum, & filias eorū non
accipietis filijs veſtris, & non inquiretis pacem ha-
bere cum illis omni tempore, vt inualeſcentes mā
ducetis optima terræ, & hæreditatem diſtribuatis fi
lijs veſtris vſque in æuum. Et quæ contingunt no-
bis, omnia fiunt propter opera noſtra maligna, &
magna peccata noſtra. Et dediſti nobis talem radi-
cem, & rurſum reuerſi ſumus tranſgredi legitima
tua, vt commiſceremur immunditiæ alienigenarū
gentium terræ huius. Nónne iraſcēris nobis per-
dere nos, quoad vſque non relinquatur radix & no
men noſtrum? Domine Deus Iſrael verax es. Dere-
licta eſt enim radix vſque in hodiernum diem. Ec-
ce, nunc ſumus in cōſpectu tuo in iniquitatibus no
1.Eſdr.10.a ſtris. Non eſt enim adhuc ſtare ante te in his. Et cū
adorando cōfiteretur Eſdras flens, humi proſtratus
ante templum, congregati ſunt ante eum ex Ieru-
ſalem turba magna valde, viri & mulieres & iuue-
nes & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipſa
multitudine. Et cum clamaſſet, Iechonias Iehelis ex
filijs Iſrael, dixit Eſdræ, Nos in Dominum peccaui-
mus, quòd collocauimus nobis in matrimoniū mu
lieres alienigenas ex gentibus terræ. Et nunc es ſu
per omnem Iſrael. In his ergo ſit iuſiurandū à Do
mino expellere omnes vxores noſtras quæ ex alie-
nigenis ſunt, cum filijs earum. Sicut tibi decretum
eſt a maioribus ſecundum legem Domini exurgēs
explica. Ad te enim ſpectat negotium, & nos tecum
ſumus. viriliter fac. Et exurgens Eſdras adiurauit
principes ſacerdotū & Leuitas, & omnem Iſrael fa-
cere ſecundum hæc: & iurauerunt.

CAP. IX.

1.Eſdr.10.a ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abijt
in paſtophorium Ionathæ filij Naſabi: & hoſpi
tatus illic non guſtauit panem, nec aquam bibit ſu
per iniquitatem multitudinis. Et facta eſt prædica
tio in omni Iudæa, & in Ieruſalem omnibus qui
erāt ex captiuitate in Ieruſalē congregari, vt qui-
cunque non occurrerit biduo vel triduo diei ſecun
dum iudicium aſſidentium ſeniorum, tollerentur
facultates ſuæ, & ipſe alienus iudicaretur à multitu
dine captiuitatis. Et congregati ſunt omnes qui e-
rant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus
in Ieruſalem. hic menſis eſt nonus, dies menſis vi-
ceſimus. Et ſedit omnis multitudo in area templi
trementes propter hyemem præſentem. Et exur-
gens Eſdras dixit illis, Vos inique feciſtis colloca
tes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt
adderetis ad peccata Iſrael. Et nunc date confeſſio-
D nem, & magnificentiam Domino Deo patrum no-
ſtrorum: & perficite voluntatem ipſius, & diſcedi-
te à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et
clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce ma-
gna, Sicut dixiſti, faciemus. ſed quoniam multi-
tudo magna eſt, & tempus hybernum, & non poſ-
ſumus in ſubdiali ſtare: & hoc opus non eſt nobis

tamen veniam aliquatenus abs te Domine conſecu
ti ſumus, vt ſupereſſet nobis radix & nomen in ſa-
croſancto loco tuo, vtq; denuo nobis effulgeret lux
in æde Domini Dei noſtri, & alimenta nobis præbe
rentur tempore ſeruitutis noſtræ. Nam ſeruientes,
abs te Deo noſtro nō fuimus deſerti, ſed reddidiſti
nos apud reges Perſarum gratioſos, vt nobis alimē
ta tribuerent, temploque Domini noſtri decernerēt
honorem, tum vt inſtauraretur deſerta Zion, ſeuēſ-
que ſtabilis in Iudæa & Hieroſolymis nobis conce-
deretur. Iam verò cum hæc nobis obtigerint, quid
dicemus? Nam violauimus præcepta tua, quę nobis
per interpretes ſeruos tuos prophetas tradidiſti, di
cens, Terra in quā poſſidendam proficiſcimini ter
ra eſt contaminata impuritate gentium terræ alie
nigenarum, quæ eā ſua fœditate repleuerunt. Qua-
propter filias eorum ne iungatis matrimonio filijs
veſtris, nec filias veſtras filijs ipſorum nuptui collo
cetis: adeóque ne pacem quidem habere cum ipſis
curetis vllo tēpore, vt cōfirmati opima terra fruamini,
eámque filijs veſtris hæreditate perpetua tra-
datis. Ergo omnes hi caſus propter improba faci-
nora, grauiaq; peccata noſtra nobis euenerunt. Tu
enim Domine alleuaſti peccata noſtra, & talem no
bis dediſti propaginem: nos autem rurſum ad vio
landam legem tuā iter reflexìmus admiſcendo nos
impuritati gentiū terræ. Nónne potuiſſes iraſci no
bis vt perderes nos adeó vt neque radix, neque ſe-
men, neque nomē nobis ſuperſtites eſſent? verax es, ô
Domine Iſraelitice. nam reliqua radix eſt etiā ho-
die. Ecce nunc in conſpectu tuo ſumus cum ſceleri
bus noſtris, neque enim poſſumus ſubſtare iam co
ram te cum hac cauſa. Hæc cum Eſdras precabun-
dus & flens atque proſtratus humi ante templū te
ſtaretur, cōgregata eſt ad eū Hieroſolymitana tur-
ba perquàm frequēs virorū fœminarū & puerorū:
ingēs enim erat ploratus multitudinis. Tū procla- ¶t ἱκανὴ ἐλπὶς quod 1. Eſd.4.e.
mat Sechonias Iehiele natus Iſraelita, Nos, inquit,
Eſdra in Dominū Deū peccauimus, vt vxores alie-
nigenas è gentibus terræ domum duxim', & nunc יִשְׁ מִקְוֶה לְיִשְׂרָאֵל
t ſuſpēſus eſt omnis populus Iſraeliticus. Domino
igitur nos hoc obſtringam' iureiurādo, repudiatu id eſt, expe
ros nos omnes, quas ex alienigenis duximus, vxo- ctatiōe ſu-
res noſtras, vnà cum liberis earum, ſi tibi videatur, ſpēſus eſt
& omnibus legi Dei obtemperantibus. Exurge & quid fiat,
rem perage. Nam tuum hoc munus eſt, & nos tibi & quomo-
aderimus: tu te fortem præbeto. Exurrexit ergo Eſ- do peccatū
dras, & iureiurādo adegit principes ſacerdotum ac hoc caſti-
Leuitarum, totiúſque Iſraelis, ſecundum hæc eſſe fa gatur.
cturos: & iuſiurandum dederunt.

CAP. IX.

POrrò Eſdras Poſtquam ab atrio templi exurre-
xit, contulit ſe in exhedram Iohanan filij Elia
ſib, ibique moratus eſt, nec panē guſtans, nec aquā ¶t, Vel ci-
bibens, quód ſuper grauibus populi criminib' luge bum iuxta
ret. Cúmque indictus eſſet publicè in tota Iudæa & Heb. לֶחֶם
Hieroſolymis omnib' à captiuitate reducibus con
uētus Hieroſolymā, & quicunq; intra biduū aut tri
duū præſto nō eſſent, iuxta primorū ſenū ſanctio-
nē, illorū iumenta cōſecrarētur, ipſique ſegregarentur
à cōmercio reducum à captiuitate, t congregati
ſunt Hieroſolymā omnes tribules Iudæ & bēiamin
intra triduum die viceſima noni menſis, & vniuer-
ſa multitudo cōſedit in area templi tremens pro-
pter vrgentē hyemem. Ibi cum exurrexiſſet Eſdras,
allocutus eſt eos, Cū vos nefas admiſeritis, eo quód
vxores duxeritis alienigenas, Iſraelē peccatis red-
dētes auctiorē, iam nunc cōfeſſione tribuite gloriā
Domino Deo patrū noſtrorū, & voluntati eius obtē
perantes voſipſos à gentib' terrę, vxoribúſq; alieni-
genis ſegregate. Tū exclamauit vniuerſa multitu-
do, & magna voce, Sic, inquit, vt monuiſti, faciem'
ſed cū multitudo frequēs ſit, & tēpeſtas hyemalis, nec
ſub dio ſtare valeam', præſertim cū nō ſit hoc nobis

¶[1] Ita rectius iuxta veterẽ interpr.
¶[2] Ita rectius vetus interpres.
¶[4] ἀγνοίας lego.
¶[5] Vet[9] interpr. Eſſes.
¶[6] & Ieeclech.
¶ 1. Eſd. vi. Iozadab.
¶[7] Vetus interpr. Elionas, & 1. Eſdr. vlt.
אליעזר
¶[8] Ita rectius vetus interpr.
¶[9] Vet[9] interpr. Mimelus.
¶[10] & Iamebias.
¶[11] Ita rectius vetus interpr.
¶[12] Ita rectius vetus interpr.
¶[13]
אלישיב
¶[14] Vetus interpr. Tebedias.
¶[15] Vet[9] interpr. Zabdias & Emẽs
¶[16] משלם
¶[17] ושאל
¶[18] Vetus interpr. Caleus
כלל
¶[19] Vetus interpr. Nunc. 1. Eſ. 10. חרם
¶[20] Ita rectius iuxta veterẽ interpr.
¶[21 22 23 24] Hic multa rectius iuxta veterem interpr. quã vis corrupta illi.
¶[25] Græcè mẽdoſum eſt εὔθυμος. Rectius vet[9] interp.
¶[26] שמעיה

vnius aut duorum dierum opus, (tã latè patet noſtrum hoc in re peccatum,) conſtituantur qui præſint multitudini: & quicunque è noſtris contubernijs vxores habẽt alienigenas, capto tẽpore præſto ſint vnà cũ loci cuiuſq; ſenioribus & iudicibus, donec placetur nobis ira Domini ſuper hoc præcepto. Suſceperunt itaque munus hoc Ionathan Aſahelis filius, & [3] Iahzias filius Thecuæ, adminiſtros ſe præbentibus Moſolla, Leui, & Sabbathai, reduceſque a deo à captiuitate ſe geſſerunt ſecundum hæc omnia. Eſdras verò ſacerdos viros ſibi cooptauit primarios è patribus ipſorum nominatim omnes, qui tum noua luna mẽſis decimi inquiſitioni huius negotij conſediſſent. cauſæ virorũ vxores alienigenas habentiũ noua luna primi menſis ad exitũ perductæ ſunt. Inuenti ſunt autem è ſacerdotibus qui ſibi alienigenas vxores adiunxerant. E prognatis Ieſu filio Iozedec, & fratribus, Maſeias, Eliazer, Iorib, & Ioadatus. Hi vxores ſuas repudiare, [4] errorẽm que ſuũ arietibus expiare aggreſſi ſunt. E prognatis Emmer, Hanani, Zabdiah, [5] Eanes, Sameias, [6] Iereel, Azarias. E pgnatis Phaſſhur, Elionai, Maaſias, Ieſmael, Nathanael, Ocidelus, & Alaſah. E Leuitis autẽ, Iozabad, Semei, Colias, (is eſt Calitas,) Patheias, Iohudas, & [7] Ionas. E ſacris cãtoribus, [8] Eliaſib, & Bacchurus. Ex oſtiarijs, Sallũ, & Tolbanes. Ex Iſraelitis è prognatis Phoros, Remias, Eddias, Melchias, [9] Malus, Eleazar, [10] Aſibias, Banaias. E prognatis Elam, Mathanias, Zacharias, Iehiel, Ieremoth, & [11] Helias. At è prognatis [12] Zathoe, Eliadas, [13] Eliſib, Mothonias, Iarimoth, Zabad, & [14] Sardaius. E prognatis Bebai, Iohanan, & Hananias, & [15] Ioſabadus, & Emantheis. E prognatis Bani, [16] Olamus, Maluch, Iedaias, Iaſub, [17] Iaſael, & Ieremoth. Et è prognatis Addin, Naathus, & Mooſias, [18] Laccunus, & Banaias, & Mathanias, & Bezelel, & Bãnui, & Manaſſes. E prognatis [19] Annas, Elionas, Aſeas, Melchias, Sammaias, Simõ Choſameos. Et è prognatis Haſam, Mathanias, Mathathias, [20] Banaias, Eliphalath, Manaſſes, Semei. E prognatis [21] Banni, Ieremias, [22] Moadi, [23] Amram, Iuel, Banaias, Bedias, [24] Ionias, Marimoth, Eliaſib, Mathnias, Mathanai, Eliaſis, Bannui, Elialei, Samei, Selemias, Nathanias. Et è pgnatis Ozora, Seſi, Ezrel, Azael, Samaros, Zambis, Ioſeph. Et è prognatis [25] Nobe, Mathithias, Zabad, Idel, Iuel, Banaias. Omnes iſti adiunxere ſibi vxores alienigenas, & eaſdẽ vnà cum liberis repudiauere. Iam autem ſacerdotes & Leuitæ, & Iſraelitæ Ieroſolymis, & in ea regione habitabant noua luna menſis ſeptimi, domiciliàque ſua incolebant. cum vnanimis cõuenit omnis multitudo in aream ad portã templi, quæ eſt obuerſa Orienti: & Eſdram ſacerdotẽ & recitatorẽ ad legem Moyſis à Domino Deo Iſraelitico traditã proferendam inuitauit. Protulit igitur Eſdras pontifex legem noua luna ſeptimi menſis, vt legẽ audiret vniuerſus cœtus tam virorũ quàm fœminarũ, & omnes ſacerdotes. & recitauit eam in prima ad ſacrã portam area, à prima luce vſq; ad meridiẽ corã viris & mulieribus, vniuerſa multitudine animũ ad legẽ attẽdente, Stabat autẽ Eſdras ſacerdos & recitator legis in præparato ſuggeſtu ligneo, & aſtabãt ei Mathathias, [6] Sanus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias & [7] Balaſamus à dextera: à ſiniſtra verò Phadaias, [8] Miſael, Malachias, [9] Autaſuphos, Nabarias: & Eſdras aſſumpto libro legis coram multitudine, (primus enim ſedebat honorificè in conſpectu omniũ, omnibus rectis inter explicandam legem ſtantibus,) Eſdras, inquam, gratulabatur Domino Deo ſummo, Deo exercituum omnipotenti vniuerſa multitudine Amen acclamante. Et ſublatis in cælum manibus, procumbentes humi Dominum a-

vnius diei, neque bidui: multũ enim in his peccauimus: ſtent præpoſiti multitudinis, & omnes qui nobiſcũ inhabitant, & quotquot habent vxores apud ſe alienigenas, & aſſiſtãt accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vſquequo ſoluãt irã Domini negotij huius. Ionathas autẽ fili[9] Ezeli, & Ozias Thecã ſuſceperunt ſecundũ hæc: & Boſoram[9], & Leuis, & Sabbathæus ſimul cooperati ſunt cũ illis. Et ſteterũt ſecũdũ hæc omnia vniuerſi qui erãt ex captiuitate. Et elegit ſibi viros Eſdras ſacerdos principes magnos de patribus eorũ ſecundũ nomina: & conſederunt nouilunio menſis decimi examinare negotium iſtud. Et determinatum eſt de viris qui habebant vxores alienigenas, vſq; ad neomeniam primi menſis: & inuenti ſunt ex ſacerdotibus permiſti qui habebãt alienigenas vxores. ¶Ex filijs Ieſu filij Ioſedec, & fratribus eius, Maſeas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, & iniecerũt manus vt expellerent vxores ſuas, & ad litãdum in exorationẽ arietẽ pro ignorantia ſua. & ex filijs Semmeri, Maſeas & Eſſes & Ieclech Azarias. & ex filijs Foſere, Limoſias, Hiſmaenis, & Nathanee, Iuſſio, Redd[9], & Talſas. & ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas. & ex ſacris cãtoribus, Eliaſib, Zaccarus. & ex oſtiarijs, Salumus, & Tolbanes. & ex Iſrael: ¶ex filijs Foro, Ozi, & Remias & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iamebias & Bannas. & ex filijs Iolamã, Chamas & Zacharias & Iezrelus & Ioddius & Erimoth & Helias. & ex filijs Zatholm, Eliadas & Liaſumus, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias. & ex filijs Zebes, Iohannes & Amanias & Zabdias & Emens. & ex filijs Bini: Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iaſub & Azabus & Ierimoth. & ex filijs Addin, Naathus & Mooſias & Caleus & Raanas, Maaſeas, Mathathias & Beſeel & Bonus & Manaſſes. & ex filijs Nuae, Noneas & Aſeas & Melchias & Sameas & Simon, Ben-iamin & Malchus & Marras. & ex filijs Aſom, Carianeus, Mathathias & Bann[9] & Eliphalach & Manaſſes & Semei. & ex filijs Banni, Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliaſib & Mathaneus & Eliaſis & Orizas & Dielus & Semedius & Zambris & Ioſephus. & ex filijs Nobei, Idelus & Mathathias Sabadus & Zecheda, Sedmi & Ieſſei, Baneas. omnes iſti coniunxerunt ſibi vxores alienigenas, & dimiſerunt eas cũ filijs. Et inhabitauerunt ſacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Iſrael in Ieruſalem, & in tota vna regione nouilunio menſis ſeptimi. Et erant filij Iſrael in cõmorationibus ſuis. ¶Et cõgregata eſt omnis multitudo ſimul in aream, quæ eſt ab oriente portæ ſacræ: & dixerunt Eſdræ pontifici, & lectori, vt afferret legem Moyſi, quæ tradita eſt à Domino Deo Iſrael. Et attulit Eſdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro vſque ad mulierem, & omnibus ſacerdotibus audire legem nouilunio menſis ſeptimi. Et legebat in area, quæ eſt ante ſacram portam templi, à prima luce vſque ad veſperam coram viris & mulieribus. Et dederũt omnes ſenſum ad legem. Et ſtetit Eſdras ſacerdos, & lector legis ſuper ligneum tribunal, quod fabricatum erat & ſteterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias & Balſamus ad dexteram: & ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malachias, Abuſthas, Sabus, Nabadias & Zacharias. Et aſſumpſit Eſdras librum coram omni multitudine: (præſidebat enim in gloria in cõſpectu omnium.) Et cum abſoluiſſet legem, omnes erecti ſteterunt: & benedixit Eſdras Dominum Deum altiſſimum, Deum Sabaoth omnipotentem. Et reſpondit omnis populus, Amẽ. Et eleuatis ſurſum manibus procidẽtes in terram,

(Right margin: C — 1. Eſd. 10. d. — 1. Eſd. vlt. — D — E — 2. Eſd. 8. a. — F)

¶[27] מעשיה ¶[28] Ita rectius iuxta veterem interp. ¶[29] Vetus interp. Abuſthas. Sabus, Nabadias, & Zacharias.

adorauerunt Dominũ. Ieſus & Banneus & Sarebias
& Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Caliches
& Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitæ,
qui docebant legem Domini, & in multitudine le-
C gebant legem Domini, & præferebant ſinguli eos,
qui intelligebāt lectionem. Et dixit Atharathes Eſ-
dræ pontifici, & lectori, & Leuitis qui docebāt mul
titudinem, dicens, Dies hic ſanctus eſt Domino. Et
omnes flebant, cũ audiſſent legem. Et dixit Eſdras,
2. Eſdr. 8. c. Digreſſi ergo mãducate pinguiſſima quæque, & bi
bite dulciſſima quæq;, & mittite munera his q non
habent. Sanctus enim eſt hic dies Domini, & nolite
mœſti eſſe. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ
denuntiabant in publico omnibus, dicẽtes, Dies hic
ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe. Et abierũt omnes mã
ducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui
nõ habebãt, vt epularẽtur. Magnificè enim ſunt ex-
altati verbis quibus edocti ſunt. Et congregati ſunt
vniuerſi in Ieruſalem celebrare lætitiam, ſecundũ te
ſtamentum Domini Dei Iſrael.

adorabant Ieſus, [10]Bani, [ ]Sarebias, Iamianus, Acub, Sa ¶10 Vet[9] in
bathai, Hudaias, Maaſaias, Calita, Azarias, Io- terpret. Ba
zabad, Hanan & [ ]Philalas[ ] Leuitæ, & edifferebant naeus.
legem Domini, quæ recitata fuerant interim illu- ¶11 ita re-
ſtrantes. Porrò Hatharſates Eſdram pontificem ac ctius vetus
recitatorem, omnéſque Leuitas populum docentes interpr.
ſic eſt allocutus, Cum hic dies Domino conſecratus
ſit, omnes autem dum legem audierunt, lachrymis
ſe dediderint, digreſſi cibos lautiores ſumite, & po-
tui dulciori indulgẽtes fercula non habentib[9] miſ-
ſitate. Nam Domino ſacer eſt hic dies, vt ne mœſti
ſitis: Dominus enim illuſtrabit vos. Eadem hæc o-
mnia Leuitæ quoque populum hortabantur dictitã
tes, Dies hic ſacer eſt eſt Domino, ne mœreatis. Ita-
que diſceſſerunt omnes vt cibum & potum ſume-
rent, & gaudia celebrarent, fercula non habenti-
bus per ſummam lætitiam miſſitantes. Adhuc e-
nim erant imbuti ſermonibus, quibus inſtituti fue-
rant, & in cœtu detenti.

# Liber Eſdræ quartus, qui inter apocrypha ponitur.

CAP. I.

2. Eſdr. 7. a. LIBER Eſdræ prophetæ ſecundus, filij Sarei,
filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sa-
doch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees,
filij Heli, filij Ameriæ, filij Aſiel, filij Marimoth, filij
Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees,
filij Eleazar, filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit capti-
uus in regione Medorũ, in regno Artaxerxis regis
Perſarum. Et factum eſt verbum Domini ad me, di-
Eſa. 58. a. cens, Vade, & nuntia populo meo facinora ipſorũ,
& filijs eorum iniquitates, quas in me admiſerunt,
vt nuntient filijs filiorum: quia peccata parẽtum i-
pſorũ in illis creuerũt. Obliti enim mei ſacrificaue
rũt dijs alienis. Nõnne ego eduxi eos de Terra-Ae
gypti de domo ſeruitutis? Ipſi autẽ irritauerũt me,
& conſilia mea ſpreuerunt. Tu autem excute comã
capitis tui, & proijce omnia mala ſuper illos: quo-
B niam non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt
indiſciplinat[9]. Vſquequo eos ſuſtinebo, quibus tãta
beneficia contuli? Reges multos propter eos ſubuer
Exod. 14. f. ti, Pharaonem cum pueris ſuis, & omnem exercitũ
Num. 21. d. eius percuſſi. Omnes gẽtes à facie eorum perdidi,
Ioſ. 8. 10. 12. & in oriente prouinciarũ duarum populos Tyri &
Sidonis diſſipaui, & omnes aduerſarios eorũ inter-
feci. Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Domi
Exod. 14. f. nus: Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & pla-
Exod. 3. b. teas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis de-
Exod. 13. d. di Moyſen, & Aaron ſacerdotem: lucem vobis per
columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci
in vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit Dominus.
Exod. 16. d. Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Coturnix vobis in
Pſal. 105. ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic mur
muraſtis: & non triumphaſtis in nomine meo de
perditione inimicorum veſtrorum, ſed adhuc nunc
vſque murmuraſtis. Vbi ſunt beneficia, quæ præſti-
Num. 14. a. ti vobis? Nõnne in deſerto cum eſuriretis, procla-
maſtis ad me, dicẽtes, Vt quid nos in deſertũ iſtud
adduxiſti interficere nos? melius nobis fuerat ſer-
uire Aegyptijs, quàm mori in deſerto hoc. Ego do-
C lui gemitus veſtros, & dedi vobis manna in eſcam.
Sap. 16. e. Panem angelorum manducaſtis. Nõnne cum ſiti-
Num. 20. b. retis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in ſaturita-
te? Propter æſtus folijs arborũ vos texi. Diuiſi vobis
terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Phili-
Eſa. 5. b. ſthæos à facie veſtra proieci: qd faciã vobis adhuc?
Exod. 15. d. dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: In
deſerto cum eſſetis in flumine Amorthæo ſitientes,

CAP. I.

LIBER ſecundus Eſdræ prophetæ, filij Saraiæ,
filij Azariæ, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Za- ¶1 Al. Ma-
doc, filij Ahhitob, filij Achiæ, filij Phinees, fi- rioth.
lij Heli, filij Ameriæ, filij Aſiel, filij[1] Marimoth,[ ] fi- ¶2 Al. Boc
lij Arna, filij Oziæ, filij[2] Borith,[ ] filij Abiſei,[ ] filij Phi- ci, filij Abi
nees, filij Eleazar, filij Aaron, ex tribu Leui, qui fuit ſchua.
captiuus in Media regione, in regno Artaxerxis
regis Perſarum. Editum eſt mihi oraculum Domi-
ni his verbis, Abi, & declara populo meo facinora
ſua, & filijs eius ſcelera quæ in me commiſerunt, vt
narrent ea nepotibus, quia peccata parẽtum ipſo-
rum in ipſis audacta ſunt. Obliti enim mei ſacrifi-
cauerunt dijs alienis. Nõnne ego eduxi eos è ter-
ra Aegypti, è domicilio ſeruitutis? Ipſi autem irri-
tauerunt me, & conſilia mea ſpreuerunt. Tu igi-
tur excute comam capitis tui, & omne genus ma-
lorum ſuper illos proijce, quoniam legi meæ non
paruerunt, ſed populus ſunt contumax. Quandiu
ferã eos, quibus tanta contuli beneficia? Reges mul-
tos ſubuerti propter eos: cecidi Pharaonem cũ ſer-
uis ſuis, & omnem eiuſdem exercitum: omnes gen
tes è conſpectu eorum profligaui, &[3] in Oriente[ ] dua ¶3 Quid ſi.
rum prouinciarum populos Tyri & Sidonis diſſipa i Orientẽ?
ui, omnéſque hoſtes eorum interfeci. Tu ergo allo
quere eos, dicens, Hæc ait Dominus, Nempe ego vos
traduxi per mare, &[4] viam[ ] vobis initio tutam exhi ¶4 plateas
bui: ducem vobis dedi Moſen, & Aaron ſacerdo-
tem: lucem vobis præſtiti per columnam igneam,
& magna inter vos edidi miracula, vos autem mei
obliti eſtis, ait Dominus. Hæc dicit Dominus om-
nipotẽs, Coturnix vobis ſigno fuit, caſtra vobis dedi
præſidio: ibi verò fremuiſtis, nec meo nomine triũ-
phaſtis de interitu inimicorũ veſtrorũ, ſed adhuc
uſq; fremuiſtis. Vbi ſunt beneficia quę præſtiti vobis?
Nõnne in deſerto cum eſurientes ad me vociferati ¶5 מרוה
eſſetis dictitantes, Cur nos in deſertum hoc induxi- corruptũ
ſti perimẽdos? præſtiterat nobis ſeruijſſe Aegyptijs, videtur. Si-
quàm in hoc deſerto mortẽ oppetere. ego dolui ge gnificat au
mitus veſtros, & manna dedi vobis eſui, panémque tem Marais
angelorum eſitauiſtis? Nonne cum ſitiretis, excidi Exod. 15. lo
petram, & profluxerunt aquæ ad ſatietatem? Ab æ- cum: vbi Iſ
ſtu folijs arborum protexi vos, terráſque vobis opi- raelitæ prę
mas diſtribui, Chananæos, Pherezæos & Philiſthæos, è amaritudi
cõſpectu veſtro profligaui: quid faciã vobis amplius? ne aquarũ
ait Domin[9]. Hæc dicit Dominus omnipotẽs, In de- ſitim paſ-
ſerto cum eſſetis ad flumen,[5] Amorthæum[ ] ſitientes ſi ſunt.

& obtrectātes nomen meū, non rependi vobis ignē
pro obtrectationibus, ſed miſſo in aquā ligno dul
ce flumen effeci. Quid tibi faciā Iacob? Obedire no-
luiſti Iuda. Transferam me ad gentes alias, quibus
cōmittam nomen meū, vt ſeruent leges meas. Quo-
niam me dereliquiſtis, ego quoque derelinquā vos.
Petentibus à me veniam vobis, non dabo: cum in-
uocabitis me, ego vos nō exaudiam. Fœdaſtis enim
ſanguine manus veſtras, & impigri ſunt pedes ve-
ſtri ad homicidia committēda. Tametſi non deſerui-
ſtis me, ſed vosipſos, ait Dominus. Hæc dicit Domi-
nus omnipotēs, Nōnne ego vos rogaui vt pater fi-
lios, vt mater filias, & vt nutrix puerulos ſuos, vt eſ-
ſetis mihi populus, ſicut ego vobis Deus? & vos mi-
hi loco filiorū, ſicut ego vobis loco patris? Ita vos
collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas. Porrò autē
quid faciam vobis? Proijciam vos à conſpectu meo.
Cū mihi munera attuleritis, auertam faciem meā
à vobis. Dies enim feſtos veſtros, neomenias, & cir-
cūciſiones repudiaui. Ego miſi ſeruos meos prophe
tas ad vos, quos abreptos interfeciſtis, & laniaſtis
corpora eorum. Horū ſanguinem ego vindicabo ait
Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus
veſtra deſerta eſt. Proijciam vos, ſicut ventus ſtipu-
lam nec filij ſobolem propagabunt: quoniā negle-
xerunt mādatum meum, & quod iniuſtum eſt mihi
perpetrauerūt. Tradam domos veſtras populo ven
turo, & qui cū me non audiāt, credant. cum eis mi
racula non ediderim, exequantur quæ præcepi: cū
prophetas non viderint, ſcelera ſua deteſtentur. Te
ſtatam volo populi venturi gratiam, cuius puerul
exultant lætabundi, qui me corporeis oculis non vi
dent, ſed animo credunt quæ locutus ſum. Nūc er-
go frater aſpice, quāta gloria, & contēplare popu-
lum ab Oriente venientem, cui dabo ductores A-
braham, Iſaac, Iacob, Oſee, Amos, Michæam, Ioel,
Abdiam, Ionam, Naum, Habacuc, Sophoniam, Ag-
gæum, Zachariam & Malachiam, qui & angelus
Domini vocatus eſt.

CAP. II.

HAEc dixit Dominus, Ego eduxi populum iſtū
è ſeruitute, & ad eum mandata dedi ſeruis meis
prophetis quos audire noluerunt, & conſilia mea
ſunt aſpernati. Mater quæ generauit eos, dicit il-
lis, Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. Edu-
caui vos cum lætitia, & cum luctu triſtitiáque ami
ſi vos, quoniam peccaſtis in Dominum Deum veſtrū
& quod diſplicet ipſi perpetrauiſtis. Nunc igitur
quid faciam vobis? Ego vidua ſum & derelicta: ite
filij, & veniam à Domino petite. Ego vero te pater
teſtor de matre filiorum, qui teſtamentum meum
ſeruare noluerunt, vt exponas eos ad ignominiam,
& matrem eorum ad direptionem, ne genus eorum
propagetur. Diſpergantur in gentes nomina eo-
rum, deleantur de terra, quoniam ſacramentum
meum ſpreuerunt. Væ tibi Aſſyria, quoniam pe-
nes te latebram præbes iniuſtis. Memoria repete
gens improba, quomodo animaduerterim in So-
domam & Gomorram, quarum terra iacet in gle-
boſo bitumine, aggeribúſque cinerum. Ita multa-
bo eos qui me non audierunt, ait Dominus omni-
potens. Hæc dicit Dominus Eſdræ, Nuncia popu-
lo meo, me daturum eis regnum Hieroſolymæ,
quod daturus eram Iſraeli, mihique gloriam ex i-
pſis comparaturum, æternáque daturum eis taber-
nacula quæ illis præparaueram. Lignum vitale re-
dolens vnguentum, præſto erit his: non labora-
bunt, nec fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate vo-
bis ad paucos redigi dies qui in mora ſunt: iam pa-
ratum eſt vobis regnum vigilate. Conteſtare cœlum
& terrā: nam aboleui malum, & creaui bonum, quia
viuo ego, ait Dominus. Amplectere filios tuos ma-
ter: educa illos cum lætitia, inſtar columbæ confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit Dominus.



& blaſphemantes nomē meū, non ignem vobis pro
blaſphemijs dedi, ſed mittēs lignum in aquam, dul
ce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluiſti o- Exod. 15.b.
bedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & da-
bo eis nomen meum, vt cuſtodiant legitima mea.
Quoniam me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam.
Petentibus vobis à me miſericordiam, non miſe-
rebor. Quando inuocabitis me, ego non exaudiam Eſa.1.d.
vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſanguine, &
pedes veſtri impigri ſunt ad committenda homi-
cidia. Non quaſi me dereliquiſtis, ſed vosipſos dicit
Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Nōnne
ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, &
vt nutrix paruulos ſuos, vt eſſetis mihi in populū,
& ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego
vobis in patrem? Ita vos collegi, vt gallina pullos Mat.23.b.
ſuos ſub alas ſuas. Modo autem quid faciam vobis? D
Proijciam vos à facie mea. Oblationē cum mihi at- Eſa.66.a.
tuleritis, auertam faciem meam à vobis. Dies enim Oſee.2.a.
feſtos veſtros, & neomenias & circunciſiones repu-
diaui. Ego miſi pueros meos prophetas ad vos, quos
acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum,
quorum ſanguinem exquirā, dicit Dominus. Hæc
dicit Dominus omnipotens, Domus veſtra deſerta
eſt. Proijciam vos ſicut ventus ſtipulam, & filij pro-
creationem non facient: quoniam mandatum meū
neglexerūt, & quod malum eſt coram me, fecerūt.
Tradam domos veſtras populo venienti, qui me nō
audientes credunt: quibus ſigna non oſtendi, faciēt
quæ præcepi. Prophetas nō viderunt, & memorabū
tur iniquitatū eorum. Teſtor populi venientis gratiā
cuius paruuli exultant cum lætitia, me non vidē-
tes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credētes quæ dixi.
& nunc frater aſpice, quæ gloria: & vide populū ve
nientem ab oriente, quibus dabo ducatum Abrahā,
Iſaac, & Iacob, & Oſee, & Amos, & Michææ, & Ioel, &
Abdiæ, & Ionæ, & Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Ag
gæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus Domini Malac.1.a.
vocatus eſt.

CAP. II.

HAec dicit Dominus. Ego eduxi populum iſtum
de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros
meos prophetas quos audire noluerunt, ſed irrita
fecerunt mea conſilia. Mater quæ eos generauit,
dicit illis, Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta.
Educaui vos cum lætitia, & amiſi vos cum luctu &
triſtitia, quoniam peccaſtis coram Domino Deo ve-
ſtro, & quod malum eſt coram eo feciſtis. Modo au
tem quid faciam vobis? Ego vidua ſum & derelicta:
ite filij, & petite à Domino miſericordiam. Ego au-
tem te pater teſtem inuoco ſuper matrem filiorū,
qui noluerunt teſtamentum meum ſeruare, vt des
eis cōfuſionem, & matrem eorum in direptionem,
ne generatio eorū fiat. Diſpergantur in gentes no-
mina eorum, deleantur à terra: quoniam ſpreuerūt
ſacramētum meum. Væ tibi Aſſur, qui abſcondis ini
quos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Gene.19.e.
Sodomæ & Gomorrhæ, quorū terra iacet in piceis
glebis & aggeribus cinerū. ſic dabo eos, qui me nō
audierunt, dicit Dominus omnipotēs. Hæc dicit Do
minus ad Eſdrā, Nuntia populo meo, quoniam da-
bo eis regnum Ieruſalem, quod daturus eram Iſ-
rael. Et ſumam mihi gloriā illorum, & dabo eis ta-
bernacula æterna, quæ præparaueram illis. Lignū B
vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabūt,
neque fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate vobis
dies paucos, vt immorentur. Iam paratum eſt vo-
bis regnum: vigilate. Teſtare cælum & terram.
Contriui enim malum, & creaui bonum, quia vi-
uo ego dicit Dominus. Mater amplectere filios tuos,
educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma
pedes eorum: quoniam te elegi dicit Dominus.

Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos: quoniã cognoui nomen meũ in Iſrael. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi dicit Dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos Iſaiam & Ieremiam, ad quorum conſiliũ ſanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim gra-

Exod.15. uatas varijs fructibus, & totidẽ fontes fluentes lac & mel, & montes immenſos ſeptẽ, habentes roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduam iuſtifica, pupillo iudica, egenti da, orphanũ tuere, nudum veſti, contractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mãcum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admitte. Senem & iuuenẽ

Tobiæ 10.d intra muros tuos ſerua. Mortuos vbi inueneris ſignans commenda ſepulchro, & dabo tibi primam ſeſſionem in reſurrectione mea. Pauſa & quieſce populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos, cõfirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requi-

C ram de numero tuo. Noli fatigari. Cũ enim venerit dies preſſuræ & anguſtiæ, alij plorabunt & triſtes erunt: tu autem hilaris & copioſa eris. Zelabũt gentes, & nil aduerſus te poterunt, dicit Dominus. Manus meæ tegent te, ne filij tui gehennam videant. Iucundare mater cũ filijs tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. Filios tuos dormiẽtes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & miſericordiam cũ illis faciam: quoniam miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vſque dum venio, & præſtem illis miſericordiam: quoniã exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. Ego Eſdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Iſrael: ad quos cum venirem, reprobauerũt me, & reſpuerunt mãdatum Domini. Ideóq; vobis dico gẽtes, quæ auditis & intelligitis, Expectate paſtorem veſtrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniã in proximo eſt ille qui in fine ſeculi adueniet. Parati eſtote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatẽ temporis. Fugite vmbram ſeculi huius: accipite iucunditatem gloriæ veſtræ. Ego teſtor palàm ſaluatorẽ meum. Cõmendatum donum accipite & iucũdamini, gratias agẽtes ei qui vos ad cæle-

D ſtia regna vocauit. Surgite, & ſtate, & videte numerũ ſignatorũ in conuiuio Domini. Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerũt, ſplẽdidas tunicas à Domino acceperunt. Recipe Sion numerũ tuum, & cõclude candidatos tuos qui legẽ Domini compleuerũt. Filiorum tuorũ quos optabas plenus eſt numerus. Roga imperiũ Domini, vt ſanctificetur populus tuus qui

Apoc.7.c. vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in mõte Sion turbam magnã, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabãt Dominũ. Et in medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus, eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autẽ miraculo tenebar. Tũc interrogaui angelum, & dixi, Qui ſunt hi Domine? Qui reſpondens, dixit mihi, Hi ſunt qui mortalẽ tunicam depoſuerunt, & immortalẽ ſumpſerunt, & cõfeſſi ſunt nomen Dei. Modo coronantur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo, Ille iuuenis quis eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et reſpondens dixit mihi, Ipſe eſt filius Dei, quẽ in ſeculo confeſſi ſunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini ſteterunt. Tunc dixit mihi angelus, Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidiſti.

CAP. III.

Anno triceſimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbẽs, & cogitationes meæ aſcendebãt ſuper cor meum: quoniã vidi deſertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabãt in Babylone. & ventila-

Et reſuſcitabo defunctos de locis ſuis, & de monumentis educam illos: quoniã agnoui nomen meũ in Iſrael. Ne quid timeas mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Mittam tibi auxilio ſeruos meos Eſaiam & Ieremiã, ex quorum conſilio conſecraui, & paraui tibi arbores duodecim varijs grauatas fructibus, totidémq; fontes fluẽtes lacte & melle, & montes immenſos ſeptem ferentes roſas & lilia, quibus filios tuos exhilarabo. Ius dicito viduæ, cauſam pupilli iudicato, eroga in egenum, orbum tuere, veſti nudum, cura contractum & infirmum, claudum ne irriſeris, mancũ tutare, & admitte cæcum in conſpectum meæ claritatis. Serua iuuenem & ſenem intra muros tuos, defunctos inuentos cõſigna ſepulchro, & dabo tibi primã in reſuſcitatione mea ſeſſionem. Manedũ, & interquieſce mi populus, quia veniet requies tua. Nutri filios tuos bona nutrix, confirma pedes eorum. Seruorũ quos tibi dedi, nemo interibit: ni ego eos de numero tuorum requiram. Ne fatigeris: cum enim venerit dies difficultatis & anguſtiarum, alij plorabunt, & mœrebunt: tu autem hilareſces, & copijs afflues. Inuidebunt gẽtes, nec quicquam valebunt aduerſus te, ait Dominus. Manus meæ te protegent, ne filij tui gehẽnam videant. Lætare mater cũ filijs tuis, quia ego ero liberator tuus, ait Dominus. Memento filiorum tuorũ dormiẽtium, quoniam ego eos educam è lateribus terræ, & clemẽter agam cum illis: quoniam miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vſque dum veniam, & prꝗſtem illis miſericordiã: quoniam fontes mei exuberant, & gratia mea non deficiet. Ego Eſdras mãdatum accepi à Domino in mõte Oreb, vt irem ad Iſraelitas, qui me, cum veniſſem, reiecerunt, mandatúmque Domini reſpuerũt. Itaque vobis dico gẽtes quæ auditis & intelligitis. Expectate paſtorem veſtrum, qui dabit vobis æternam requiẽ: quoniam in propinquo eſt ille venturus finiente ſeculo. Parati eſtote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æuum ſempiternũ. Vmbram huius mundi fugite, percipite gloriæ veſtrꝗ iucũditatem. Ego ſeruatorem meum palàm teſtor. Cõmẽdatum donum accipite, & lætamini, gratias agentes ei qui vos ad regna cœleſtia vocauit. Surgite, ſtate, & videte numerum ſignatorum in conuiuio Domini, qui ſe auerterunt ab vmbra mundi, & ſplendidas à Domino tunicas acceperunt. Recipe Sion numerũ tuũ, & circunclude candidatos tuos, qui legem Domini compleuerunt. Plenus filiorum tuorum, quos exoptabas, eſt numerus. Roga numen Domini, vt conſecretur populus tuus, qui vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in monte Sion turbam magnam & innumerabilem, quæ omnis decantabat Dominum. In medio autẽ eius erat iuuenis proceritate ſtaturæ ſupereminens omnes alios, qui coronas imponebat capitibus ſingulorum, ipſe cæteris excelſior: ego autem tenebar admiratione. Tum interrogaui angelum, & dixi, Qui ſunt hi domine? Qui reſpondens, mihi, Hi ſunt, inquit, qui depoſita mortali tunica, immortalẽ aſſumpſerũt, noménque Dei profeſſi ſunt. Ij nunc coronantur, & palmas accipiunt. Rurſum rogaui angelum, Quis eſt ille iuuenis qui coronas imponit eis, & palmas tradit in manus? Et reſpondens mihi, Is eſt, inquit, filius Dei, quem in mundo profeſſi ſunt: ego autẽ cœpi eos magnifacere, qui fortiter ſteliſſent pro nomine Domini. Tum mihi angelus, Vade, ait, annũtia populo meo, qualia & quanta Domini Dei miracula videris.

CAP. III.

Anno ab excidio vrbis triceſimo, cũ eſſem Babyloni cõturbat⁹ recumbebã ſuper cubili meo, & cogitatiões ſubibãt animũ meũ, ꝙ viderẽ vaſtationem Zion, & abũdantiã incolarũ Babylonis, & val-

de agitabar animo. Tum religioſis verbis affari cœpi altiſſimum, O rex dominator, inquam, Domine, tu præcepiſti ab initio cum fundaſſes terrã, atque adeò ſolus, & imperaſti populo, cum dediſſes Adamo corpus inanimũ, ipſum quoque manuũ tuarũ opificium: cũmque ſpiritum ei vitalem inflauiſſes, & coram te vitã adeptũ in paradiſum dextera tua antequam terra prodiret, conſitũ induxiſſes: huic, inquam, vt viã tuam obſeruaret mãdauiſti. Verum cum eã prætergiſſet, mortem protinus irrogaſti illi, ſimul & eiuſdem progeniei. Inde natæ ſunt gẽtes, nationes, populi, & innumeræ cognationes. Cũ autem vnaquæque gens ſuã ſequeretur libidinem, committerẽtque mira coram te, præceptaque tua ſpernerent, ſuperinducto rurſum ſuo tempore diluuio, habitatores orbis deleuiſti: & accidit quod mortalitate Adamo, hoc ſingulis iſtorum diluuio. Vnum tamen reliquum feciſti Noe cum domo ſua, vnde nati ſunt omnes iuſti. Accidit autem cũ multiplicari cœpiſſent incolæ orbis, creſcerẽtque numerus liberorum, populorũ, & multarum gẽtium, vt prior illorum impietas, poſteriore horum repetita ſuperaretur. Euenit igitur, cũ iniuſtè agerent corã te, vt ſeligeres tibi virum ex illis, cui nomen erat Abraham. Eum dilexiſti, tuámque volũtatem indicauiſti ſoli: conſtituiſti cum eo pactũ æternum, pollicitus ei te ſemen eius nũquam derelicturũ. Cúmque dediſſes ei Iſaac, rurſúmque Iſaac dediſſes Iacob & Eſau: delegiſti tibi Iacob, & Eſau reieciſti: & excreuit Iacob in numerũ ingentẽ. Porrò poſtquã eductum ex Ægypto ſemẽ eius, in mõte Sina perduxiſti, ibi ſummiſiſti cælos, defixiſti terrã, orbem cõmouiſti, concuſſiſti profunda, mundũ cõturbaſti, & tranſijt maieſtas tua per quatuor portas igneas cum terræmotu, vẽto & rigore, vt dares legem ſemini Iacob, & progeniei Iſraelis quod diligẽter curaret. Nõ tamen exemiſti eis animũ malitioſum, vt lex tua fructũ ab eis impetraret. Nam animo malitioſo præditus Adam ſuperatus eſt & victus, & omnes ex eo prognati: & perſedit infirmitas cõiuncta legi ad cor populi cum malitia radicis, defecitque quod bonum eſt, & relictũ eſt malum. Interim lapſa ſunt tempora, ceſſerũntq; anni, donec excitaſti tibi ſeruum nomine Dauid, cui mandauiſti vrbẽ nomini tuo ædificandã, in qua tibi thure muneribuſque ſupplicaretur. Quod vbi factũ eſt annis multis, incolæ vrbis ſtudium Adã & omnis nationis ipſius imitati defecerunt, vt qui animo præditi forẽt & ipſi malitioſo: quàobrem ciuitatem tuã in man⁹ inimicorũ tuorum tradidiſti. Sed nunquid meliora ſequũtur incolæ Babylonis, vt ideo Sioni dominẽtur? Equidem poſtquã veni huc, & impia facta vidi innumera, (nam delinquentes multos animaduerti hũc iam annũ triceſimũ,) deſpondi animũ: quoniam vidi quomodo tolerės eos peccãtes, & parcas impie agẽtibus, cum populũ tuum perdideris conſeruatis inimicis tuis, nec ſignificaris. Equidẽ non inuenio quomodo poſſit hæc expediri ratio. Nunquid meliora ſunt facta Babylonis q̃ Sionis? anne alia gẽs agnouit te præter Iſraeliticã? aut quæ nationes ſidẽ habuerũt teſtificationibus tuis, ſicut Iacob? Non comparuit merces harum, nec labor fructum adeptus eſt. Permeaui enim gẽtes, & peragrani, vidiq; florere eas, nec mãdatorum tuorum meminiſſe. Nunc ergo ſtatera ponderato ſcelera noſtra & incolarum mũdi, nec inuenietur mẽtio tui, niſi inter Iſraelitas. Aut quãdo non peccauerunt in conſpectu tuo qui terram habitant? aut quæ gens adeò mandata tua ſeruauit? Hos quidem mandata tua ſeruaſſe nominatim comperies: gentes autem non item.

CAP. IIII.

Tvm reſpondit angelus ad me miſſus, cui nomẽ erat Vriel, & dixit, Supra modum effuſæ ſunt



tus eſt ſpiritus meus valde, & cœpi loqui ad altiſſimum verba timorata, & dixi, O dominator Domine, tu dixiſti ab initio, quando plantaſti terram, & hoc ſolus, & imperaſti populo, & dediſti Adam corpus mortuũ: ſed & ipſum figmẽtum manuum tuarum erat, ‖ & inſufflaſti in eum ſpiritũ vitæ, & fact⁹ eſt viuens coram te, & induxiſti eũ in paradiſo, quẽ plãtauerat dextera tua antequam terra aduẽtaret, Et huic mãdaſti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortẽ, & in nationibus eius, & natæ ſunt gẽtes, & trib⁹, & populi, & cognationes quarum nõ eſt numerus. ‖ Et ambulauit vnaquæq; gens in voluntate ſua, & mira agebãt coram te, & ſpernebãt præcepta tua. ‖ Iterum autẽ in tempore induxiſti diluuiũ ſuper inhabitantes ſeculum, & perdidiſti eos. Et factũ eſt in vnoquoque eorum, ſicut Adæ mori, ſic his diluuiũ. Dereliquiſti autem vnũ ex his ‖ Noe cũ domo ſua, & ex eo iuſti omnes. Et factũ eſt, cum cœpiſſent multiplicari, qui habitabant ſuper terrã, & multiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœperunt iteratò impietatẽ facere plus quàm priores. Et factum eſt, cum iniquitatẽ facerent corã te, ‖ elegiſti tibi virũ ex his cui nomen erat Abrahã. Et dilexiſti eũ, & demonſtraſti ei ſoli voluntatẽ tuam: & diſpoſuiſti ei teſtamentũ æternum, & dixiſti ei vt nõ vnquã derelinqueres ſemen ei⁹. Et dediſti ei ‖ Iſaac: & Iſaac dediſti Iacob & Eſau. ‖ Et ſegregaſti tibi Iacob, Eſau autẽ ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine magna. Et factum eſt cũ educeres ſemen eius ex Ægypto, adduxiſti ‖ ſuper mõtem Sina. Et inclinaſti cælos, & ſtatuiſti terrã, & commouiſti orbẽ, & tremere feciſti abyſſos, & cõturbaſti ſeculũ, & tranſijt gloria tua portas quatuor ignis & terræmotus, & ſpiritus & gelu, vt dares ſemini Iacob legem, & generationi Iſrael diligentiã. Et nõ abſtuliſti ab eis cor malignũ, vt faceret lex tua in eis fructũ. ‖ Cor enim malignũ baiulans primus Adam tranſgreſſus & victus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. Et facta eſt permanẽs infirmitas, & lex cũ corde populi, cũ malignitate radicis: & diſceſſit quod bonũ eſt, & manſit malignum. Et tranſierũt tempora, & finiti ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruum nomine ‖ Dauid, & dixiſti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes. Et factũ eſt hoc annis multis, & ⁹dereliquerunt qui habitabãt ciuitatẽ, in omnibus facientes ſicut fecit Adam & omnes generationes eius. vtebantur enim & ipſi corde maligno. Et tradidiſti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Nũquid meliora faciunt, qui habitãt Babylonẽ: & propter hoc dominabitur Sion. Factum eſt, cum veniſſem huc, & vidiſſem impietates, quarum nõ eſt numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc triceſimo anno, & exceſſit cor meum: quoniã vidi quomodo ſuſtines eos peccantes, & pepeciſti impie agẽtibus, & perdidiſti populum tuũ, & conſeruaſti inimicos tuos, & non ſignificaſti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon, q̃ Sion? ‖ aut alia gẽs cognouit te præter Iſrael? aut quæ tribus crediderũt teſtamentis tuis, ſicut Iacob? Quarũ merces nõ comparuit, neq; labor fructificauit. Pertranſiens enim pertranſiui in gẽtibus, & vidi abundantes eas, & nõ memorantes mandatorũ tuorum. Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habitant in ſeculo: & non inuenietur nomen tuum, niſi in Iſrael. Aut quãdo non peccauerunt in cõſpectu tuo, qui habitant terrã? aut quæ gens ſic obſeruauit mandata tua? Hos quidẽ per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua, gentes autem non inuenies.

Gene. 1. b. — Gen. 6. b. — B — Gen. 7. b. — 1. Pet. 3. d. — Gen. 11. 15. — Gen. 21. a. — Rom. 9. b. — Gene. 25. e — Exod. 19. — Deut. 4. b. — C — Gene. 3. a. — 2. Reg. 16. c. — 2. Reg. 5. a. — ⁹ deliquerunt. — D — Iere. 10. d.

CAP. IIII.

ET reſpõdit ad me angelus, qui miſſus eſt ad me, cui nomẽ Vriel, & dixit mihi, Excedens exceſſit

cor tuum in ſeculo hoc, & cõprehẽdere cogitas viã altiſſimi. Et dixi, Ita Domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit. Tres vias miſſus ſum oſtendere tibi, & tres ſimilitudines proponere coram te: de quibus mihi ſi renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonſtrabo viam quam deſyderas videre, & docebo te vnde ſit cor malignum. Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem quæ præterijt. Et reſpondi, & dixi, Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? Et dixit ad me, Si eſſem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſſi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamentũ, aut qui ſunt exitus paradiſi, diceres mihi fortaſſis, In abyſſum non deſcendi, neque in infernum adhuc, neque in cælum vnquã aſcendi. nunc autem non interrogaui te niſi de igne, & vento, & die, per quem tranſiſti, & à quibus ſeparari non potes: & non reſpondiſti mihi de eis. Et dixit mihi, Tu quæ tua ſunt, tecum coadoleſcentia, non potes cognoſcere: & quomodo poterit vas tuũ capere altiſſimi viã, & iam exteriꝰ corrupto ſeculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? Et dixi illi, Melius erat nos nõ eſſe, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. Et reſpondit ad me, & dixit,

D Iudic 9.a. 2.Para.25.c. ¶Proficiſcens profectus ſum ad ſyluã lignorum cãpi, & cogitauerunt cogitationẽ, & dixerunt, Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellũ, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias ſyluas. Et ſimiliter fluctus maris & ipſi cogitauerũt cogitationem, & dixerunt, Venite aſcendentes, debellemus ſyluas campi, vt & ibi cõſummemus nobiſmetipſis aliam regionem. Et factus eſt cogitatus ſyluæ in vanum. venit enim ignis, & cõſumpſit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris. ſtetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim eſſes iudex horum, quem inciperes iuſtificare, aut quẽ cõdẽnare? Et reſpõdi, & dixi, Vtique vanã cogitationem cogitauerũt. terra enim data eſt ſyluæ, & mari locus portare fluctus ſuos. Et reſpondit ad me, & dixit. Bene tu iudicaſti: & quare non iudicaſti tibimetipſũ? Quemadmodum enim

Psa.55.c. Ioan.3.e. 2.Cor.2.b. terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibꝰ ſuis: ¶ſic qui ſuper terram inhabitant, quæ ſunt ſuper terrã intelligere ſolummodo poſſunt: & qui ſuper cælos, quæ ſuper altitudinem cælorum. Et reſpõdi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur ſenſus intelligendi. nõ enim volui interrogare de ſuperioribus tuis: ſed de his quæ pertranſeunt per nos quotidie, propter quid Iſrael datus in opprobrium gẽtibus: quẽ dilexiſti populum, datus eſt tribubus impiis, & lex patrum noſtrorum in interitum deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſquam ſunt: & pertranſiuimus de ſeculo, vt locuſtæ, & vita noſtra ſtupor & pauor: & nec digni ſumus miſericordiam conſequi.

C Sed quid faciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſuper nos? Et de his interrogaui. Et reſpondit ad me, & dixit, Si fueris plurimũ ſcrutatus, frequenter miraberis: quoniam feſtinans feſtinat ſeculum pertranſire, & non capit portare quæ in futuris tẽporibus iuſtis repromiſſa ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſeculum hoc & infirmitatibus. De quibꝰ autem interrogas, dicam: ſeminatum enim eſt malũ, & necdum venit deſtructio ipſius. Si ergo nõ inuerſum fuerit quod ſeminatum eſt: & diſceſſerit locus vbi ſeminatum eſt malum, non veniet vbi ſeminatum eſt bonum. Quoniã granum ſeminis mali ſeminatum eſt in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vſque nũc, & generat vſq; cũ veniat area? Aeſtima autem apud te granum mali ſeminis, quantũ fructũ impietatis generauit: quãdo ſecatæ fuerint ſpicæ, quarum nõ eſt numerus,

vires animi tui in hoc mundo, dum rationes altiſſimi cogitas cõprehendere. Verum, inquam, mi Domine. Et reſpondens mihi, Tres, inquit, vias miſſus ſum vt oſtendam tibi, & vt tibi proponã tres ſimilitudines: è quibus ſi vnam mihi expediueris, ego quoq; tibi commonſtrabo viã quam cupis exploratam, & docebo te vnde nã ſit animus malitioſus. Et ego, Loquere, inquam, mi Domine. Tum ille, Vade, inquit, examina mihi pondus ignis, aut flatũ venti metire mihi, aut reuoca mihi diem elapſam. Et reſpondẽs ego, Quis, inquam, mortaliũ præſtare poſſit quod à me requiris ſuper his? Rurſus ille, Si te, inquit, interrogarem dicẽs, 'Quanta' domicilia ſint in meditullio maris, aut quantæ in principio profundi ſcaturigines, aut quantæ venæ ſuper cœleſte ſolũ, aut qui ſint termini paradiſi, diceres mihi fortaſſis, In profundũ non deſcẽdi, nec ad inferos adhuc, nec in cælum aſcẽdi vnquam. nũc autem non interrogaui te, niſi de igne, & vento, diẽque quem trãſmiſiſti, à quibus abeſſe non potes, nec tamen illa mihi expediuiſti. Præterea dixit mihi, Tu quæ tua ſunt, quæ tecũ adoleſcũt, cognoſcere nõ potes, quomodo ergo poſſit vas tuũ capere rationes altiſſimi, aut corrupto iam extrinſecus mũdo intelligere patentem conſpectui meo corruptionẽ? Cui ego, Præſtiterat nobis nõ eſſe, quàm in impietate viuere ſuperſtites, & affligi, nec quamobrem intelligere. Reſpõdit ille mihi, ac dixit, Iter faciens perueni ad ſyluam campeſtrẽ, cuius arbores inibant conſilium & aiebant, Venite, profectæ inferamus bellum mari, vt cedat nobis, & alias nobis ſyluas cõſtituamꝰ. Similiter autẽ fluctus maris cõſilium ceperũt, ac dixerunt, Adeſte, aſcendamus, & debellemus ſyluas cãpi, vt & ibi vaſtatã nobiſmetipſis aliam regionem occupemus. Porrò cecidit ad irritum cõſiliũ ſyluæ. exortus eſt enim ignis, & conſumpſit eam. Similiter & conſilium fluctuũ maris. obſtitit enim arena, & inhibuit eos. Quòd ſi fores iudex horum, ſecũdũ vtrum iudicares, aut vtrum condẽnares? Tum reſpõdens ego, Vtique vanũ, inquam, cõſilium inierunt. Terra enim ſyluæ deputata eſt, & mari locꝰ quo fluctus ſuos ſuſtineat. Reſpondens ille mihi, Bene, inquit, iudicaſti: ſed cur nõ ita iudiciũ facis de temetipſo? Queadmodũ enim terra ſyluæ aſſignata eſt, & mare fluctibus ſuis, ita qui terrã habitant, quæ terrena ſunt intelligere tantũ poſſunt: & cœlites quæ ſuper altitudinem cælorũ. Et reſpondi, ac dixi, Precor abs te domine mihi dari iudicium intelligens. Non enim illa tua ſuperiora putaui ſciſcitãda, ſed ea quæ geruntur apud nos quotidie, quapropter Iſraelitæ expoſiti ſint ad opprobrium gẽtibus: cur dilectus tibi populus obiectus ſit impijs nationibus: cur lex maiorum noſtrorum adducta ſit in abolitionem, & præſcripti ritus interciderint, cur iactemur in orbe more locuſtarũ in vita noſtra pauidi & meticuloſi: nec digni iudicemur qui conſequamur miſericordiam. Sed quid faciet nomini ſuo, quo nos cenſemur? Hæc ego ſciſcitatus ſum. Reſpondens ille mihi, Quò plura ſcrutatus fueris, inquit, eo crebrior te capiet admiratio: quoniam feſtinatò properat effugere mũdus, nec capere ſuſtinet quæ in futurum tẽpus promiſſa ſunt iuſtis: quoniã plenus eſt iniuſtitia mundus hic, & infirmitate. Cæterum vt exponã ea quæ ſciſcitaris, Seminatũ quidẽ eſt malum, ſed nondũ venit eius interitus. Niſi ergo euerſum fuerit quod ſeminatũ eſt: & abolitus ſit locus vbi ſatum eſt malum, non ſuccedet quod bono conſitum eſt. Nam granum mali ſeminis iactum eſt in corde Adam ab initio, & quantum impietatis generauit vſque adhuc, & vſque dum acceſſerit meſſis, generabit? Aeſtima autem apud te granum mali ſeminis, quàm multũ impietatis fructũ attulerit: cúmq; reſecandi culmi fuerint innumeri,

¶ vel, Quot &c.

quàm ſit ampla meſſis apparanda. Tum reſpõdens ego dixi, Quomodo, aut quidnam hæc? Cur pauci ſunt, & infelices anni noſtri? Et reſpondit ille mihi, ac dixit, Ne contẽdas ſupra altiſſimum: nam fruſtra conaris ſuperare ipſum, quanuis ſit vehemens tua cõtentio. Nõnne hæc eadem ſciſcitati ſunt animi iuſtorũ in penetralibus ſuis, cum dicerẽt, Quouſque tandem ſpe tali ducor, aut quando obueniet nobis fructus metendæ mercedis noſtræ? Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus his verbis, Cũ completus fuerit numerus ſeminum in vobis. Quoniã ſtatera ponderatum eſt æuum, menſura temporum inita eſt, numero determinata ſunt ſecula, nec cõmouebuntur, aut percellentur vſque dũ impleatur ſupradicta mẽſura. Et reſpõdẽs ego, O Dominator, inqui, Domine, atqui nos omnes pleni ſumus impietate, vt forte propter nos non impleatur meſſis iuſtorum, propter peccata terrã habitantium. Rurſum reſpondit ille mihi, ac dixit, Vade & interroga prægnantem, an impletis nouem mẽſibus ſuis, adhuc poſſit matrix eiꝰ retinere partum in ſemetipſa. Et ego, Non poteſt, inquam, Domine. At ille, Apud inferos, inquit, animarũ promptuaria ſunt matrici ſimilia. Quemadmodũ enim feſtinat parturiens pariendi neceſſitatẽ euadere, ſic & illa properant reddere quæ ſibi commendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabuntur quæ cupis cognoſcere. Cui reſpondi & dixi, Si hac apud te gratia valeo, & ſi fieri poteſt, aut ego ſum idoneus, indica mihi, vtrum plus quàm præterierit futuri maneat, aut plura præterierint quàm ſint futura. Quid præterierit, ſcio: quid autem futurum ſit, ignoro. Tum ille, Cõ-

¶1 vl. interpretationẽ typicam. i. typicã interrogatæ rei declarationem.

ſiſte, inquit, ad dexteram, & [1]ſimulachrum[1] interpres tibi cõmonſtrabo. Cũmque conſtitiſſem, ſpectaui: & ecce fornax ardens tranſijt coram me: porrò autem cum eſſet præterlapſa flamma, ſpectabam, & ecce fumus ſuperabat. Poſtea præteriit corã me nubes imbre grauida, quæ demiſit pluuiam impetu multam: cum autẽ procella pluuiæ tranſijſſet, ſubſecutæ ſunt eam guttæ. Tum ille, Ratiocinare tecũ, inquit: ſicut effuſior eſt pluuia quàm guttæ, & ignis quàm fumus, ita exuperare præterlapſam portionem. Superabant autem guttæ & fumus, cum rogaui ac dixi, Cenſen me vitam vſque ad illa tempora producturum, aut quid futurum eſt illis temporibus? Reſpondẽs ille mihi, dixit, [2]Præſagitiones eorum de quibus me interrogas ex parte poſſum tibi dicere: de vita vero tua non ſum miſſus vt dicam tibi, nec habeo cognitam.

¶2 מ נִתִי ז indicia. vaticinia ſeu prædictiones.

CAP. V.

De præſagitionibus autẽ: ecce tempora venient, quibus qui terram incolunt [1]magnis copijs[1] circumuenientur, & occultabitur via veritatis, orbis laborabit ſterilitate fidei, & multiplicabitur iniuſtitia ſupra quam nũc vides, aut olim audiuiſti: eritque cum impoſito veſtigio quam nũc vides regnũ obtinere regionem videre liceat deſertam. Quod ſi tibi viuere dederit altiſſimus, videbis vt poſt tertiã tubam lumen recipiat ſubito ſol noctu, & luna ter interdiu. Sanguis ſtillabit de ligno, & lapis mittet vocem ſuam, populique commouebũtur. Regnabit quem non ſperãt incolæ terræ, volucres loca commutabunt. Mare Sodomiticum piſces eliciet, & ſonitum edet noctu multis incognitũ: ſonitum autẽ eius omnes audient. Dehiſcent multa loca, & ignis frequenter emicabit. Feræ locum mutabunt, & mulieres menſtruales monſtra parient. In dulcibus aquis inuenientur ſalſæ, & omnes amici inter ſe pugnabunt. Tunc abſcõdet ſe ſenſus, & intellectus recedet in penetrale ſuum: quæretur à multis, nec inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia & incontinẽtia ſuper terram. Interrogabit regio proximam ſibi, & dicet, Num per te tranſijt iuſtitiã ca iuſtitia? Illa verò negabit. Et accidet illo tempore vt ſperent

¶1 i. magno numero, vel magnis diuitijs.



quàm magnam aream incipient facere? Et reſpondi, & dixi, Quomodo, & quando hæc? Quare modici & mali anni noſtri? Et reſpondit ad me, & dixit mihi, Non feſtines tu ſuper altiſſimum. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nam exceſſus tuus multus. Nõnne de his interrogauerũt animæ iuſtorum in promptuarijs ſuis dicentes, Vſquequo ſpero ſic? & quando veniet fructus areæ mercedis noſtræ? Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quãdo impletus fuerit numerus ſeminũ in vobis, quoniam in ſtatera ponderauit ſeculũ, & menſura menſurauit tẽpora, & numero numerauit tempora, & non cõmouit, nec excitauit vſquedum impleatur prædicta menſura? Et reſpõdi, & dixi, O Dominator Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate. Et ne forte propter nos nõ impleantur iuſtorum areæ, propter peccata inhabitantium ſuper terram. Et reſpondit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnantem, ſi quando impleuerit nouẽ menſes ſuos, adhuc poterit matrix eiꝰ retinere partum in ſemetipſa. Et dixi, Non poteſt, Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt. Quemadmodũ enim illa feſtinat quæ parit, effugere neceſſitatẽ partus, ſic & hæc feſtinat reddere ea quæ cõmendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabitur de his quæ cõcupiſcis videre. Et reſpõdi, & dixi, Si inueni gratiã ante oculos tuos, & ſi poſſibile eſt, & ſi idoneus ſum, demonſtra mihi, ſi pluſquã præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſierũt ſupra quàm futurũ eſt. Quid pertranſiuit, ſcio: quid autẽ futurum ſit, ignoro. Et dixit ad me, Sta ſuper dexterã partem, & demonſtrabo tibi interpretationẽ ſimilitudinis. Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens tranſijt coram me. & factũ eſt, cum tranſiret flamma, vidi: & ecce ſuperauit fumus. Poſt hæc tranſiit corã me nubes plena aquę. & immiſit pluuiam impetu multã. & cum tranſiſſet impetus pluuiæ, ſuperauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me, Cogita tibi: ſicut creſcit pluuiaampliꝰ quàm guttæ, & ignis quàm fumus, ſic ſuperabũdauit quę tranſiuit menſura. Superauerunt autẽ guttæ, & fumus: & oraui, & dixi, Putas viuo vſque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis, de quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere: de vita autẽ tua non ſum miſſus dicere tibi: ſed neſcio. D

CAP. V.

De ſignis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendẽtur qui inhabitant terram in cenſu multo: & abſcõdetur veritatis via & ſterilis erit à fide regio: & multiplicabitur iniuſtitia ſuper hanc Mat. 24. 8. quam ipſe tu vides. & ſuper quam audiſti olim: & erit impoſito veſtigio quam nũc vides regnare regionem, & videbunt eã deſertam. Si autem tibi dederit altiſſimus viuere, videbis poſt tertiã tubam, & relucceſcet ſubito ſol noctu, & luna ter in die: & de ligno ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuã, & populi cõmouebuntur: & regnabit, quem non ſperant qui inhabitant ſuper terrã, & volatilia cõmigrationem facient: & mare Sodomiticum piſces reiiciet, & dabit vocem noctu, quã non nouerant multi: omnes autẽ audient vocem eius. & chaos fiet per loca multa, & ignis frequẽter remittetur: & beſtiæ agreſtes tranſmigrabunt. & mulieres menſtruatæ parient mõſtra: & in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur, & amici omnes ſemetipſos expugnabũt: & abſcondetur tunc ſenſus, & intellectus ſeparabitur in promptuarium ſuũ: & quæretur à multis, & nõ inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia, & incontinentia ſuper terrã. Et interrogabit regio proximã ſuã, & dicet. Nunquid per te pertrãſijt iuſtitia iuſtũ faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tẽpore, & ſpe-

rabunt homines, & non impetrabunt: laborabũt, & non dirigentur viæ eorũ. Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi. & ſi oraueris iterũ & ploraueris, ſicut & nunc, & ieiunaueris ſeptẽ diebus, audies iterato horum maiora. Et euigilaui, & corpus meum
B horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret: & tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in me, & cõfortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes. Et factum eſt in nocte ſecũda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus triſtis? An neſcis, quoniã tibi creditus eſt Iſrael in regione tranſmigrationis eorum? Exurge ergo, & guſta panem, & nõ derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuũ in manibus luporum malignorum. Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & receſſit à me. & ego ieiunaui diebus ſeptem vlulãs & plorans, ſicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum eſt poſt dies ſeptem, & iterũ cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde: & reſumpſit anima mea ſpiritũ intellectus, & iterum cœpi loqui corã altiſſimo ſermones, & dixi. Dominator Domine, ex omni ſylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegiſti vineã vnicam: & ex omni terra orbis, elegiſti tibi foueã vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegiſti tibi lilium vnũ: & ex omnibus abyſſis maris, repleſti tibi riuum vnũ: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, ſanctificaſti tibimetipſi Sion: & ex omnibus creatis volatilibus, nominaſti tibi columbã vnam: & ex omnibus plaſmatis pecoribus, prouidiſti tibi ouem vnã: & ex omnibus multiplicatis populis, acquiſiuiſti tibi populũ vnum, & ab omnibus probatã legem donaſti huic, quem deſyderaſti populo. Et nũc Domine, vt quid tradidiſti vnum pluribus? Et præparaſti ſuper vnam radicem
C alias, & diſperdidiſti vnicũ tuum in multis: & conculcauerunt eum, qui contradicebant ſponſionibus tuis, quique tuis teſtamẽtis non credebãt. Et ſi odiẽs odiſti populũ tuum, tuis manibus debet caſtigari. Et factum eſt, cũ locutus eſſem ſermones, & miſſus eſt angelus ad me, qui antè venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi, Audi me, & inſtruã te: & intende mihi, & adijciam corã te. Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in exceſſu mẽtis factus es pro Iſrael: an plus dilexiſti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi: Etẽ, Non Domine, ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnem horã, quærentem apprehẽdere ſemitã altiſſimi, & inueſtigare partem iudicij eius. Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrũ, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationẽ generis Iſrael? Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdũ venerãt, & collige mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus: demonſtra mihi vocis imaginẽ, & tũc oſtendã tibi laborem, quẽ rogas videre. Et dixi, Dominator Domine, quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire, niſi qui cũ hominibus habitationẽ nõ habet? Ego autẽ inſipiẽs: & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogaſti? Et dixit ad me, Quo modo nõ potes facere vnũ de his quæ dicta ſunt, ſic nõ poteris inuenire iudiciũ meũ, aut in fine charitatẽ, quã
D populo promiſi. Et dixi, Sed ecce Domine, tu prope es his qui in finẽ ſunt: & quid facient, qui ante me fuerũt, aut nos, aut hi qui poſt nos? Et dixit ad me, Coronę aſſimilabo iudiciũ meũ. Sicut non nouiſſimorũ tarditas, ſic nec priorũ velocitas. Et reſpõdi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti ſunt, & qui ſũt & qui futuri ſunt, in vnũ, vt celerius iudiciũ tuũ oſtẽdas? Et reſpõdit ad me, & dixit, Non poteſt feſtinare

homines, nec impetrent: laborent, nec inſtituta ipſorum ſuccedãt. Has eloqui tibi prædictiones permiſſum eſt mihi. quòd ſi oraueris denuo & ploraueris vt modò, ſeptémque dies ieiunio tranſegeris, rurſum his audies maiora. Tum expergefactus ſum, & corpus meum valde inhorruit, labaſcebátque animus meus, ac deficiebat: ſuſtentabat autem me cum acceſſiſſet angelus qui mecum loquebatur: is confirmauit me, & erexit in pedes. Porrò nocte inſecuta venit ad me Salathiel dux populi, & interrogauit me, Vbi fuiſti? aut cur es vultu triſti? An neſcis cõmiſſos eſſe tibi in regione peregrinitatis ſuæ Iſraelitas? Exurge ergo, & ſume cibum, nec derelinquas nos vt paſtor gregẽ ſuũ ¹inter manus luporum truculẽtorum.² Cui ego, Recede à me, nec acceſſeris ad me cominus. Hoc vbi dictũ audiuit, receſſit à me: ego vero dies ſeptem tranſegi ieiunio lamentãs & plorans, ſicut mihi mãdarat Vriel angelus. Accidit autẽ vt exactis ſeptẽ diebus, perquàm moleſtæ denuo eſſent animo meo cogitationes. Tum deintegro inceſſit mentẽ meam cupido ratiocinandi: iterúmque cœpi verba facere coram altiſſimo, & dicere, Dominator Domine, ex omni ſylua terræ, & omnibus eius arboribus vnã tibi vineam elegiſti: ex omni terra orbis optaſti tibi foueam vnã: & ex omnibus, floribus eius vnũ tibi lilium deſumpſiſti: ex omni profũdo maris repleſti tibi riuũ vnũ. & ex omnibus ædificatis vrbibus Siõ tibimetipſi cõſecraſti: vnam tibi nominaſti colũbam ex omnibus creatis volucribus: & ex omnibus formatis pecoribus ouem vnã tibi deſignaſti: vnum tibi populum comparaſti ex omni populorũ multitudine, & probatã omnibus legem huic præoptatæ genti dediſti. At nũc Domine cur vnum pluribus tradidiſti? conſtituiſti ſuper vnã radicem alias, & diſperdidiſti vnicum tuum in multos. Cõculcauerunt eũ qui cõtradicunt pollicitationibus tuis, & qui teſtificationibus tuis non credunt. Quòd ſi adeò proſequeberis odio populum tuũ, tuis debebat manibus caſtigari. Hæc cũ ſermonibus agitauiſſem, miſſus ad me angelus, qui ante mihi præſto fuerat nocte præterita, Audi me, inquit, vt inſtruam te: & attende vt te doceã pluribus. Tum ego, Loquere, inquàm, mi domine. Et ille, Supra modũ animo cõmouẽris, inquit, propter Iſraelẽ. nũ charior eſt tibi quam creatori ſuo? Cui reſpondi, Nõ Domine ſed præ dolore locutus ſum. Diſcruciantur enim viſcera mea continuò, dũ contendo cõprehendere conſilium altiſſimi, & partem iudicij eius inueſtigare. Tum ille, Nõ poteris, inquit. Cui ego, Cur inquã, Domine? Quorſum natus ſum? aut cur nõ fuit mihi vterus matris meæ ſepulchrum, ne viderem laborem Iacob, aut languorem generis Iſraelitici? Rurſum ille, Numera, inquit, mihi quæ nondum euenerunt, aut diſperſas guttas mihi collige, aut fac aridi flores mihi reuireſcant: aperi mihi clauſa penetralia, & produc incluſos in eis ventos: cõmonſtra mihi vocis imaginem, & edіſſeram tibi quod rogas, & laboras cognoſcere. Cui ego, Quis enim poteſt hæc ſcire dominator, ô Domine, niſi qui cum hominibus non habitet? Ego verò cum ſim inſipiens, quomodonam potero dicere de his, quæ à me petiuiſti? Reſpondit ille mihi, Sicut non potes præſtare vnum eorum quæ dicta ſunt, ita non poteris iudicium meum, aut vltimam quam populo promiſi benignitatem inueſtigare. Rurſum ego, Tibi verò ecce Domine, inquam præſto ſunt vltima: quid tandem fiet iis qui anteceſſerunt me, aut nobis, aut poſteris noſtris? Et dixit ille mihi, Circulo iudicium meum libet aſſimilare. vt nulla eſt ¹ poſteriorum tarditas,² ita nulla priorum velocitas. Tum reſpondi ego, ac dixi. Annon poteras eos qui fuerunt, qui ſunt, & qui futuri ſunt vnà producere, vt celerius iudicium tuum oſtenderes? Et reſpõdens mihi, Non poteſt, inquit, quod crea-

¶1. ſ. inter manus eorũ qui truculẽta lupi ſunt.

¶ אחרונים

tur præcurrere creatori, nec mundus vniuerſos in eo creandos capere. Et dixi, Quo modo docuiſti ſeruum tuū te vegetatorem in vitā produxiſſe ſimul creatum abs te opificiū, ipſūmq; ſuſtinuiſſe, ita poſſet & nunc præſentes vniuerſos capere. Et ille, Interroga, inquit, vterū mulieris his verbis, Cur vteris tractu tēporis ad pariēdum? aut roga eūdem, vt edat denos vno partu. Reſpōdi, Non vtique poterit, ſed tēporis interuallis. Tum dixit mihi, Ego quoq; diuiſi temporibus vterū terræ ſeminibus ſuperinjectis. Vt enim infans nō parit ea quæ ſenum ſunt, ita ego creatū à me tēpus diſpoſui. Rurſum interrogaui, & dixi, Cū iam indicaris mihi viā, pergam loqui corā te, Num mater noſtra quā dixiſti mihi adhuc eſſe iuuenem, propinquat ſenectuti? Reſpondens ille mihi, Interroga, inquit, parientem, vt dicat tibi. Rogabis autē eā, Quare quos peperiſti nuper, non ſunt natis ante te ſimiles, ſed ſtatura humiliores? & dicet illa tibi, Alij in vigēte iuuentute nati ſunt: alij ſub tempus ſenectutis vtero deficiente procreati. Ergo cōſidera tu quoq; humiliori eſſe ſtatura vos ijs qui vos anteceſſerunt: & rurſum poſteros veſtros q̄ vos breuiori, vtpote ſeneſcētibus rebus creatis, vigorēmque iuuētutis prætereuntibus. Et dixi, Rogo domine, ſi hanc in cōſpectu tuo naſciſcor gratiam, declara ſeruo tuo, per quem opificium tuum[4] viſites.

¶4 vl. administres: vt, cui opificii tui cōmittas inſpectionē.

CAP. VI.

Et dixit ille mihi, Ab origine orbis terrarū, & antequam termini mūdi conſtituerentur, antequam flarēt concurſus ventorum, antequam reboarent ſonitus tonitruum, antequam coruſca micarent fulgura, antequā fundamenta paradiſi confirmarentur, antequam decori flores apparerent, antequam mobiles virtutes ſtabilirentur, antequam innumerabilia colligerentur agmina angelorum, antequam extolleretur ſublimitas aeris, antequam menſuræ cælorum nominarētur, antequam æſtuarent camini in Sion, antequā præſentes anni inueſtigarentur, antequam eorū qui nunc peccant abalienarentur ſtudia, conſignarētúrque qui theſaurum fidei comparauerunt, tum hæc cogitaui, & facta ſunt per me ſolum, nec per alium: eadem per me, nec per aliū abſoluenda. Cui reſpondens ego, Quæ, inquam, erit ſeparatio tēporum? aut quando prioris finis, aut cōſequentis initium? Et ille, Ab Abraham, inquit, vſque ad Iſaac: cum ex eo nati eſſent Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneū Eſau. Finis enim huius æui Eſau, & initiū ſequētis Iacob. Hominis manꝰ inter calcaneū & manum. Aliud ne ſciſciteris Eſdra. Rurſum ego, O Dominator, inquā, Domine, ſi qua ſum tecū in gratia, abſoluas obſecro ſeruo tuo declarare prædictiones tuas, quarū partem mihi ſignificaſti nocte ſuperiori. Tum reſpōdens ille mihi, Surge, inquit, in pedes tuos, & audi vocē ſonitus pleniſſimā. Præbebitur autem ſpecies terræmotus, nec tamē cōmouebitur locus in quo cōſtiteris. Ideo dū loquitur, ne expaueas: quoniā de fine ſermo, & de fundamēto terræ intelligitur, ideóq; inter ſermonē de ipſis contremiſcit & commouetur: ſcit enim ſe tandē eſſe cōmutandū. His auditis cū exurrexiſſem in pedes meos, auſcultaui, & ecce vox loquebatur cuius ſonus erat ſimilis ſonitui aquarū multarum, & dicebat, Ecce tēpora veniunt, & erit cū aduentabo ad inquirēdum in habitatores terræ. Cum autē incipiā in eos, qui iniuſti ſua iniuſtitia pernicioſi fuerūt, quærere, & cū afflictio Sion fuerit impleta: ſeculúmq; deſignabitur quod vergat ad interitū, hæc ſigna edam. Libri aperientur in conſpectu cæli vniuerſis inſpectātibus: infantes anniculi ſuis loquentur vocibus: prægnātes abortiuos parient fœtus trimeſtres aut quadrimeſtres, & viuēt ſuſcitati. Tū loca ſeminibus cōſita ſubito apparebunt deſtituta, plenáque prom-



creaturæ ſuper creatorem, nec ſuſtinere ſeculū eos qui in eo creandi ſunt, in vnum. Et dixi, Quomodo dixiſti ſeruo tuo, quoniā viuificans viuificaſti à te creatam creaturam in vnū, & ſuſtinebat creatura, poterit & nunc portare præſentes in vnū. Et dixit ad me, Interroga matricē mulieris, & dices ad eam, Et ſi paris, quare per tēpus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi, Nō vtique poterit, ſed ſecūdum tēpus. Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui ſeminati ſunt ſuper eam per tēpus. Quemadmodū enim infans non parit ea, quæ ſenum ſunt, ſic ego diſpoſui à me creatū ſeculum. Et interrogaui, & dixi, Cū iam dederis mihi viam, loquar corā te: nam mater noſtra, de qua dixiſti mihi, adhuc iuuenis eſt, iam ſenectuti appropinquat. Et reſpōdit ad me, & dixit, Interroga eā quæ parit, & dicet tibi. Dices enim ei, Quare quos peperiſti, nunc non ſunt ſimiles his qui ante te, ſed minores ſtatura? Et dicet tibi & ipſa, Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tempore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Conſydera ergo & tu, quoniam minori ſtatura eſtis præ his qui ante vos: & qui poſt vos, minori quàm vos, quaſi iam ſeneſcētes creaturæ, & fortitudinē iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, demonſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturam tuam.

CAP. VI.

Et dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequā ſtarent exitus ſeculi, & antequam ſpirarent cōuentiones vētorum, & antequā ſonarent voces tonitruum, & antequam ſplēderent nitores coruſcationum, & antequā confirmarentur fundamēta paradiſi, & antequam viderentur decori flores, & antequam cōfirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerētur innumerabiles militiæ angelorum, & antequā extollerentur altitudines aeris, & antequā nominarētur mēſuræ firmamentorū, & antequam æſtuarent camini in Sion, & antequā inueſtigarētur præſentes anni, & antequā abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones, & cōſignati eſſent qui fidem theſaurizauerunt, tunc cogitaui, & facta ſunt per me ſolum, & non per alium: & finis per me, & nō per aliū. Et reſpondi, & dixi, Quæ erit ſeparatio tēporum? aut quando prioris finis, & ſequētis initium? Et dixit ad me, Ab Abraham vſque ad Iſaac: quādo nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau: finis enim huius ſeculi Eſau, & principium ſequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneū & manū. Aliud noli quærere Eſdra. Et reſpondi, & dixi, O Dominator Domine, ſi inueni gratiā ante oculos tuos, oro vt demonſtres ſeruo tuo finē ſignorum tuorū, quorum partem mihi demōſtraſti nocte præcedēti. Et reſpōdit, & dixit ad me, Surge ſuper pedes tuos, & audi vocem pleniſſimā ſonitus. Et erit ſicut cōmotio, nec cōmouebitur locus, in quo ſtes ſuper eum. Ideo cū loquitur, tu non expaueas: quoniam de fine verbum & fundamētum terræ intelligitur: quoniam de ipſis ſermo tremiſcit & commouetur. ſcit enim quoniā finem eorum oportet cōmutari. Et factum eſt, cū audiſſem, ſurrexi ſuper pedes meos: & audiui, & ecce vox loquēs, & ſonus eius ſicut ſonus aquarū multarum, & dixit, Ecce dies veniūt, & erit quando appropinquare incipiā, vt viſitem habitantes in terra: & quādo inquirere incipiam ab eis qui iniuſtè nocuerunt iniuſtitia ſua, & quādo ſuppleta fuerit humilitas Sion. & cū ſuperſignabitur ſeculū quod incipiet pertranſire, hæc ſigna faciā. Libri aperientur ante faciē firmamenti, & omnes videbūt ſimul: & anniculi infantes loquentur vocibus ſuis: & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor menſiū, & viuent, & ſuſcitabūtur. Et ſubito apparebūt ſeminata loca nō ſeminata, & plena prō-

Gene.25.d.

D

pluuaria ſubito inuenientur vacua: & tuba canet cū ſono, quam cū omnes audierint, ſubito expaueſcēt. Et erit in illo tēpore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expaueſcet terra cum his: & venæ fontiū ſtabunt, & non decurrent in horis tribus. & erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus iſtis quibus prædixi tibi, ipſe ſaluabitur, & videbit ſalutare meum, & finē ſeculi veſtri. Et videbūt qui recepti ſunt homines, qui mortem non guſtauerūt à natiuitate ſua, & mutabitur cor inhabitātium, & conuertetur in ſenſum aliū. Delebitur enim malū, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & oſtendetur veritas quæ ſine fructu fuit diebus tantis. Et factū eſt cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar ſuper eū ante quem ſtabā, & dixit ad me hæc, Veni tibi oſtendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterū rogaueris, & iterum ieiunaueris

C ris ſeptē diebus, iterum tibi renūtiabo horum maiora per diem quā audiui. Audita eſt enim vox tua apud Altiſſimū. vidit enim fortis directionem tuā, & prouidit pudicitiā, quam à iuuentute tua habuiſti: & propter hoc miſit me demonſtrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, & noli feſtinare cum priorib⁹ tēporibus cogitare vana, vt non properes à nouiſſimis tēporibus. Et factum eſt poſt hæc, & fleui iterū: & ſimiliter ieiunaui ſeptem diebus, vt ſuppleā tres hebdomadas, quæ dictę ſunt mihi. Et factū eſt in octaua nocte, & cor meum turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram Altiſſimo. Inflāmabatur enim ſpiritus meus valde, & anima mea anxiebatur, & dixi, O Domine, loquens loquutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens,

Gene. 1. a. Fiat cælum & terra: & tuum verbū opus perfectū. Et erat tūc ſpiritus, & tenebræ circunferebātur, & ſilentium, ſonus vocis hominis nondum erat abs te. Tūc dixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum, quo appareret opus tuū. Et die ſecūdo creaſti ſpiritū firmamenti, & imperaſti ei vt diuideret & diuiſionē faceret inter aquas, vt pars quædam ſurſum recederet, pars verò deorſum maneret. Et tertia die imperaſti aquis congregari in ſeptima parte terræ: ſex verò partes ſiccaſti & conſeruaſti, vt ex his ſint corā te miniſtrantia ſeminata à Deo, & culta. Verbū enim tuum proceſſit, & op⁹ ſtatim fiebat. Proceſſit enim ſubito fructus multitudinis immēſus, & concupiſcētiæ guſtus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramēti inueſtiga-

D bilis. & die tertia hæc facta ſunt. Quarta autem die imperaſti fieri ſolis ſplēdorem, lunæ lumen, ſtella-

Deut. 4. c. rum diſpoſitionē: & imperaſti eis, vt deſeruirēt fu-

Gene. 1. c. turo plaſmato homini. Quinto autem die dixiſti ſeptimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & piſces: & ita fiebat. aqua mutata, & ſine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conſeruaſti duas animas: nomen vni vocaſti Henoch, & nomē ſecundæ vocaſti Leuiathan, & ſeperaſti ea ab alterutro. Nō enim poterat ſeptima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. Et dediſti Henoch vnam partem quæ ſiccata eſt tertio die, vt habitet in ea: vbi ſunt montes mille. Leuiathan autem dediſti ſeptimam partē humidam, & ſeruaſti eam, vt fiat in deuorationē quibus vis, & quādo vis. Sexto autem die imperaſti terræ, vt crearet coram te iumenta, & beſtias, & reptilia: & ſuper his Adam, quem conſtituiſti ducem ſuper omnibus factis quæ feciſti, & ex eo educimur nos omnes, quēmque elegiſti populū. Hæc autem omnia dixi corā te Domine, quia propter nos creaſti ſeculum: reſiduas autem gentes ab Adam natas dixiſti eas nil eſſe, & quoniam ſaliuæ aſſimilatæ ſunt, & quaſi ſtillicidiū de vaſe ſimilaſti abundantiā eorum. Et nūc Domine, ecce, iſtæ gentes quæ in

pluuaria repēte vacua deprehēdētur, & tuba clāgore canet: qua audita, mox omnes expaueſcant. Accidet autē illo tēpore, vt belligerēt amici cū amicis vt inimicis, & expaueſcat terra cū ipſis: ſcaturigines fontiū ſubſiſtēt, & trib⁹ horis nō manabūt. Porrò quicūq; ſuperfuerit ex omnib⁹ iſtis quæ prædixi tibi, is ſeruabitur, & videbit [1]ſalutē meā, & finē ſeculi ve- ¶1 vł, opus ſalutare.
ſtri. Videbunt, inquā, qui recepti ſunt homines, qui ex quo nati ſunt, mortē non guſtauerūt. Tū mutabitur animus inhabitātiū, & ad aliā ſententiā cōuertetur. Delebitur enim malū, & dol⁹ extinguetur: florebit autē fides, corruptela ſuccūbet, & emerget veritas quæ tanto tēpore fructu caruit. Cum autē hæc mihi dicerētur, ecce paulatim reſpectabā ad ipſum corā quo conſtiterā, qui dixit mihi, Veni vt tibi tēpus futuræ noctis ſignificarē. Si ergo precatus denuo fueris, & iterū ieiunio tranſegeris ſeptē dies, alia tibi renūtiabo his maiora [2]per diē quam audi- ¶2 vł, quæ per diem audiuero.
ui. Exaudita eſt enim vox tua ab altiſſimo. nā vidit ille potēs recta facta tua, & pudicitiā quā à iuuentute conſeruaſti, perſpexit: propterea miſit me vt hæc omnia tibi declararē & eloquerer. Fac præſenti ſis animo, nec quicquā timeas, neq; te præcipites in vanam priorū ſeculorum reputationē, vt ne magis q̄ [3]poſteriora tēpora feſtines. Poſt hæc fleui denuo. ¶3 אחרונם vel, vt ne feſtinando à poſterioribus tēporibus recedas. i. à cōſideratione eorum: vł, feſtines. i. anxius ſis.
& ieiunio ſimiliter ſeptē dies peregi, vt tres hebdomadas mihi præſcriptas cōplerē. Accidit autē octaua nocte, vt animus meus rurſum perturbaretur, & ſermonē inſtituerē coram altiſſimo. Inflāmabar enim ſtudio magno, & anxius eram animo: itaq; dixi, In prima creatione diſertis verbis locutus es, ô Domine, primo die, cū præciperes, Fiat cælum & terra. & opus cōſecutū eſt imperiū tuū. Erat autē tūc ſpirit⁹ circunfuſæq; tenebræ, ac ſilētium, necdum vocis humanæ ſonus erat abs te creatus. Tūc iuſſiſti de cellis tuis prodire lumen prælucidū, quod opus tuum illuſtraret. Die ſecundo ſpiritū cæli creaſti, & imperaſti vt intercedēs aquas intercluderet: vt parte ſurſum abeunte, pars infra ſubſideret. Tertia vero die aquas in ſeptimā terræ partem cōfluere iuſſiſti: ſex vero partes cum ſiccaſſes, reſeruaſti, vt ex eis eſſent quæ tibi miniſtrarēt conſitæ diuinitus & cultæ. Nā ſimul ac verbū tuum prolatum fuerat, protinus opus ipſum agebatur. Siquidē exorta eſt ſubito copia immēſa fructuum, & oblectamēta palati multiformia, tum flores colore perēni, & odoramenta miſtis modis fragrantia. Et hæc quidē die tertia facta ſunt. Porrò die quarta illuſtre lumē ſolis & lunæ, ſtellarūmq; ſeriē imperio tuo creauiſti, ſimulac præcepiſti eis, vt opificio tuo futuro homini deſeruirēt. Quinto deinde die iuſſiſti partem ſeptimam in quā aqua confluxerat, animalia volucres ſcilicet & piſces procreare: quod ita factū eſt. Siquidē aqua muta & inanima nutu diuino iuſſa gignebat animātia, vt populi inde miracula tua haberent prædicanda. Tum quoque animantia duo paraſti, quorum vni nomē impoſuiſti Enoch, alterum vocaſti Leuiathā, & alterū ab altero ſeparauiſti: non enim poterat pars ſeptima quo aqua ſe collegerat, ea capere. Vni partē aſſignaſti Enoch, quæ tertio die ſiccata eſt, vt habitet in ea: milleq; mōtes eā intercurrūt. Leuiathā autē tribuiſti ſeptimā partē humidā, quā belluā paraſti, vt eſſet quæ deuoraret quos velles, & quādo velles. Sexto demū die imperaſti terræ, vt iumēta corā te, beſtias & ſerpētes procrearet: atque inſuper Adam, quē cōſtituiſti dominū omnib⁹ operibus abs te creatis. Ab eo ducimus omnes originē, atq; adeo populus quē elegiſti. Hæc omnia cōmemoraui corā te Domine, quia propter nos creauiſti mūdū: reliquas autē gentes prognatas ab Adā declarauiſti abs te nihilipēdi, aq; adeo ſaliuæ cōparari. Quippe ſtillæ de vaſe fluxæ opes earū putauiſti cōferēdas. Nūc tamē, ecce domine, gētes iſtæ pro

nihilo putatæ cœperunt dominio grauare nos & deuorare: nos autẽ populus tuus, quẽ primogenitũ & vnigenitum tui ſtudioſum vocaſti, traditi ſumus in manus eorũ. Atqui ſi propter nos creatus eſt mũdus, cur non habemus in eo poſſeſſionem, aut quadiu talia feremus?

CAP. VII.

His cum ego dictis finẽ impoſuiſſem, euenit vt angelus, qui prioribus ad me noctibus demiſſus fuerat, ad me mitteretur, qui me ſic eſt allocutus: Surge Eſdra, & auſculta ſermones quos veni tibi relaturus. Tum ego, Loquere, inquã, mi Deus. Et ille, Mare, inquit, poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt altum eſſet & immenſum: cõſtituatur autẽ eius in anguſto loco introitus, qui fluminib⁹ ſit ſimilis. Quis quæſo in mare colluſtrandi illius, aut in poteſtatẽ ſuam redigẽdi cauſa, affectãs iter, niſi tranſierit anguſtias, in apertũ æquor inuehi poterit? Atque iterum, Vrbs eſt ædificata, & ſita in loco campeſtri, eademq; omni bonorũ copia inſtructa: introitus eius anguſtus, inque præcipiti poſitus, arctante eũ igni à dextera, aquarũmq; altitudine à ſiniſtra, & vnica inter ea ſemita intercedente: nẽpe inter ignẽ & aquam, ſpatio tãtum veſtigii vnius hominis capace. Hæc vrbs ſi cui obtingat hæreditate, ſi ille nũquam obiectum penetrauerit periculũ, quomodo hæreditatẽ ſuã adipiſcetur? Tum ego, Ita eſt, inquã, Domine. At ille mihi, Sic ſe habet, inquit, & ſors Iſraelitarũ. Propter eos enim creaui mũdũ cum autem Adam præſcripta mea trãſgreſſus eſt, tum accidit factum huiuſmodi, & adducti ſunt introit⁹ hui⁹ mũdi in anguſtũ, vt eſſent pleni doloris & laboris, paucique ac deterrimi, tum periculoſi, & vehemẽter ærumnoſi. Nã ſpatioſi & tuti erãt æui ſuperioris introitus, fœcũdique fructu immortalitatis. Niſi ergo qui viuunt per anguſta hæc & caduca cõtenderint ingredi, non poterũt adipiſci quæ ſunt recondita. Quæſo igitur quare teipſum crucias, cũ ſis caduc⁹: aut quid cõmoueris, cũ ſis mortalis? Quare nõ pertractas animo tuo quæ futura ſunt, potius quàm præſentia? Reſpõdi, & dixi, Dominator Domine, cũ lege tua conſtitueris vt iuſti poſſiderent hæc, impij verò perirent: iuſtíne anguſta perferẽt ampla ſperãtes? Etenim & qui ſe geſſerũt impiẽ, anguſta perpeſſi ſunt, ampla tamen illa non videbunt. Et dixit mihi, Null⁹ eſt iudex Deo iuſtior, nec quiſquã ſapiẽtior altiſſimo. Pereũt enim in præſenti vita multi, propter neglectũ præſcriptæ legis diuinæ. Nã etiã atque etiã præmonuit Deus veniẽtes, quoties venerũt, quibus factis vitã adipiſcerẽtur, & quid obſeruãdo ſuppliciũ euitarent. At illi nõ acquieuerunt, ſed contradixerũt ei, confinxerũt ſibi cõmenta vaniſſima, & inſtitutis flagitioſis ſeipſos circumuenerũt. Negarũt numen altiſſimi, nec vias eius animaduerterũt, ſpreuerũt legẽ eius, & recuſarunt teſtificationes, iura eius violarũt perfidè, nec opera eius executi ſunt. Quapropter Eſdra inania inanibus, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit cũ edentur ſigna quæ tibi prædixi: & apparebit ſponſa, emergẽſq; exiſtet quæ nũc ſepulta latet ſub terra: & quiſquis ẽ prædictis malis euaſerit, ipſe miracula mea videbit. Apparebit enim fili⁹ me⁹ Ieſus cũ comitib⁹ ſuis, & gaudia celebrabũt qui reliqui fuerint, intra annos quadringẽtos. Porrò poſt annos hos morietur fili⁹ me⁹ Chriſtus, & omnes ſpiritũ trahẽtes hoĩes: & mũdus cõuertetur in antiquũ ſilentiũ diebus ſeptẽ, ſicut & ˡiudicijs priorib⁹,ˡ donec nemo ſuperſit. Eueniet autẽ poſt dies ſeptẽ, vt excitetur adhuc ſopitum ſeculũ, & corruptũ intereat. Tum terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis quæ latẽt in eo ſilentia, & promptuaria depoſitas apud ſe animas reſtituent. Apparebit pro tribunali ſedens altiſſimus, miſeriæ præteribunt, & ˡfinisˡ imponetur patientiæ: iuſtitia vero ſola remanebit, veritas ſtabit,

ꝗ i vl. fatis, vt ſcilicet fluit ante- qui conderetur, vel tẽporibus Noe.

ꝗ i אסף



nihilum deputatę ſunt, cœperunt dominari noſtri, & deuorare: nos autẽ populus tuus, quẽ vocaſti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuũ, traditi ſumus in manibus eorum: & ſi propter nos creatũ eſt ſeculum, quare non hæreditatem poſſidemus cũ ſeculo? Vſquequo hæc?

CAP. VII.

Et factum eſt, cũ finiſſem loqui verba hæc, miſſus eſt ad me angelus qui miſſus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me, Surge Eſdra, & audi ſermones quos veni loqui ad te. Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum: erit autẽ ei introitus in anguſto loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum vel dominari eius: ſi nõ trãſierit anguſtum, in latitudinem quomodo venire poterit? Itẽ aliud, Ciuitas eſt ædificata, & poſita in loca cãpeſtri: eſt autem plena omniũ bonorum: introitus eius anguſtus & in præcipiti poſitus, vt eſſet à dexteris quidẽ ignis, à ſiniſtris aqua alta: ſemita autẽ eſt vna ſola inter eos poſita, hoc eſt inter ignem & aquam, vt nõ capiat ſemita, niſi ſolummodo veſtigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatẽ, ſi nũquam ante poſitũ periculum pertrãſierit, quomodo accipiet hæreditatẽ ſuam? Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic eſt & Iſrael pars. Propter eos enim feci ſeculũ: & quando tranſgreſſus eſt Adam cõſtitutiones meas, iudicatũ eſt quod factum eſt. Et facti ſunt introitus hui⁹ ſeculi anguſti, & dolentes, & laborioſi: pauci autẽ & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti. nã maioris ſeculi introitus ſpatioſi & ſecuri, & facientes immortalitatis fructũ. Si ergo ingredientes nõ fuerint ingreſſi qui viuunt, anguſta & vana hæc, non poterũt recipere quæ ſunt repoſita. Nũc ergo quare tu conturbaris, cũ ſis corruptibilis? & quid moueris tu, cum ſis mortalis? Et quare nõ accepiſti in corde tuo quod eſt futurũ, ſed quod in præſenti? Reſpondi & dixi, Dominator Domine, ˡecce diſpoſuiſti lege tua, quoniam iuſti hæreditabũt hæc, impij autem peribũt: iuſti autem ferent anguſta, ſperãtes ſpatioſa. qui enim impie geſſerũt, & anguſta paſſi ſunt, & ſpatioſa non videbũt. Et dixit ad me, Nõ eſt iudex ſuper Deum, neq; intelligẽs ſuper Altiſſimũ. Pereũt enim multi præſentes, quia negligitur quæ anteposita eſt Dei lex. Mandãs enim mãdauit Deus venientibus, quãdo venerũt, quid facientes viuerẽt, & quid obſeruantes nõ punirẽtur. Hi autẽ non ſunt perſuaſi, & contradixerũt ei, & conſtituerũt ſibi cogitamen vanitatis, & propoſuerũt ſibi circunuẽtiones delictorũ. & ſuperdixerunt Altiſſimo non eſſe, & vias eius nõ cognouerunt, & legem eius ſpreuerunt, & ſponſiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem nõ habuerũt, & opera eius non perfecerunt. propter hoc Eſdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tẽpus veniet, & erit quando venient ſigna quæ prædixi tibi, & apparebit ſpõſa, & apparens oſtẽdetur quæ nunc ſubducitur terra: & omnis qui liberatus eſt de prædictis malis, ipſe videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus Ieſus cum his qui cũ eo ſunt, & iucundabũtur qui relicti ſunt in annis quadringẽtis. Et erit poſt annos hos, & morietur filius meus Chriſtus, & omnes qui ſpiramentum habent homines: & conuertetur ſeculũ in antiquum ſilẽtium diebus ſeptẽ, ſicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur. Et erit poſt dies ſeptem, & excitabitur quod nõdum vigilat ſeculum, & morietur corruptũ. & terra reddet quę in ea dormiũt, & puluis qui in eo ſilentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis cõmendatæ ſunt animæ. Et reuelabitur Altiſſimus ſuper ſedem iudicij, & pertranſibũt miſeriæ, & longanimitas congregabitur. Iudiciũ autem ſolũ remanebit, veritas ſtabit

Deut. 8. 8.

B

& ſides conualeſcet, & opus ſubſequetur, & merces
C oſtendetur, & iuſtitiæ vigilabūt, & iniuſtitiæ nō do-
Gene.9.d. minabūtur. Et dixi, Primus Abrahā propter Sodo-
Exod.32.c. mitas orauit, & Moyſes pro patribus qui in deſerto
peccauerunt, & qui poſt eū pro Iſrael in diebus A-
1.Reg.14. chaz, & Samuelis, & Dauid pro confractione, & Sa-
3.Para.6.c. lomon pro eis qui venerūt in ſanctificationē, & E-
3.Reg.17.a lias pro his qui pluuiā acceperunt, & pro mortuo
Iac.5.d. vt viueret, & Ezechias pro populo in diebus Senna-
4.Re.18.19 cherib, & multi pro multis. Si ergo modò quando
corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt,
& orauerūt iuſti pro impijs: quare & nunc ſic non
erit? Et reſpondit ad me, & dixit, Præſens ſeculū nō
eſt finis, gloria in eo frequēs manet: propter hoc o-
rauerūt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis tē-
poris hui⁹, & initiū tēporis futuræ immortalitatis,
in quo trāſiuit corruptela: ſoluta eſt intēperantia,
abſciſſa eſt incredulitas, creuit autē iuſtitia, orta eſt
veritas. tūc eni nemo poterit ſaluare eū qui perijt,
neq; demergere qui vicit. Et reſpōdi, & dixi, Hic eſt
ſermo me⁹ primus & nouiſſim⁹, quoniā meli⁹ erat
nō dare terrā Adā, vel cū iam dediſſet, coercere eū
vt nō peccaret. Quid eni prodeſt hominib⁹ in præ-
ſenti viuere in triſtitia, & mortuos ſperare punitio
Rom.5.b. ne? O tu quid feciſti Adā? Si enim tu peccaſti, nō eſt
factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter qui ex te adue
nimus. Quid enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt
nobis immortale tēp⁹: nos autē mortalia opera egi
mus? Et quoniā prædicta eſt nobis perēnis ſpes: nos
verò peſſimi vani facti ſumus. Et quoniam repoſita
ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis: nos
verò male conuerſati ſumus. Et quoniā repoſita eſt
gloria Altiſſimi protegere eos qui tardè conuerſati
D ſunt: nos autē peſſimis vijs ambulauimus. Et quo-
niam oſtēdetur paradiſus, cui⁹ fructus incorruptus
perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela nos verò
nō ingrediemur. in ingratis enim locis cōuerſati ſu
mus. Et quoniā ſuper ſtellas fulgebunt facies eorū
qui abſtinētiā habuerūt: noſtræ autē facies ſuper te
nebras nigræ. nō enim cogitauimus viuētes quādo
iniquitatē faciebamus, q incipiemus poſt mortem
pati. Et reſpōdit, & dixit, Hoc eſt cogitamētum cer-
taminis quod certabit qui ſuper terrā natus eſt ho-
mo, vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi autē
vicerit, recipiet quod dico: quoniā hæc eſt vita quā
Deut.30.d. Moyſes dixit cum viueret, ad populū, dicens, Elige
tibi vitā, vt viuas. Non crediderūt autem ei, ſed nec
poſt eum prophetis: ſed nec mihi qui locutus ſum
ad eos, quoniā nō eſſet triſtitia in perditionem eo-
rum, ſicut futurum eſt gaudiū ſuper eos, quib⁹ per-
ſuaſa eſt ſal⁹. Et reſpōdi, & dixi, Scio Domine, quo-
niam vocatus eſt Altiſſimus miſericors in eo, quòd
miſeretur his qui nōdum in ſeculo aduenerunt. &
quòd miſeretur illis qui cōuerſionem faciunt in le
Rom.2.a. ge eius. & lōganimis eſt: quoniā longanimitatem
præſtat his qui peccauerunt quaſi ſuis operibus: &
munificus eſt, quoniā quidem donare vult pro exi-
gentijs. & multæ miſericordiæ: quoniam multipli-
cat magis miſericordias his qui præſentes ſunt: &
qui præterierunt, & qui futuri ſunt. Si enim non
multiplicauerit miſericordias ſuas, nō viuificabitur
ſeculum cum his qui inhereditabūt in eo. & donat:
quoniam ſi non donauerit de bonitate ſua, vt alle-
uentur hi qui iniquitatem fecerunt, de ſuis iniqui-
tatibus nō poterit decies milleſima pars viuificari
hominum. & iudex ſi non ignouerit his qui curati
ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinem cōten-
tionum: nō fortaſſis derelinquerentur in innume-
rabili multitudine, niſi pauci valde.

CAP. VIII.

ET reſpondit ad me, & dixit, Hoc ſeculū fecit Al
tiſſimus propter multos, futurū autem propter
paucos. Dicam autē coram te ſimilitudinem Eſdra.

ſides confirmabitur, opus ſubſequetur, merces com
parebit, rectè facta vigebūt, ſcelerāq; dominari de-
ſinent. Tum dixi, Primus Abrahā orauit pro Sodo-
mitis, deinde Moyſes pro patribus qui peccauerūt
in deſerto, & poſteri eius pro Iſraelitis, tēporibus
Achaz & Samuelis, Dauid pro clade, Salomon pro
ijs qui venirent in ſacrū, Elias pro ijs qui pluuiam
acciperent, & pro mortuo vt reuiuiſceret, & Eze-
chias pro populo tēporibus Sennacherib, atq; adeò
multi pro multis: quòd ſi qui nunc poſtquā inua-
luerunt vitia, & iniuſtitia abundat, iuſti orauerint
pro impijs, cur nō idem effectus nūc quoque conſe
quatur? At ille mihi reſpondēs, Præſens, inquit, vita
non eſt extremum, honor in ea frequenter retine-
tur: propterea pro infirmis eſt precatio. Sed dies ברין
iudicij finis erit huius æui, & initiū futuræ immor
talitatis, quo tēpore iam ceſſarit omnis corruptela,
intēperantia exoleuerit, diffidētia fuerit amputata,
adoleuerit autē iuſtitia, & veritas exorta fuerit. Tūc
enim nemo poterit ſeruare perditū, nec victorē op-
primere. Reſpondi ac dixi, Hoc eſt ſermonis mei ini
tium & finis, præſtare nō datā eſſe terram Adamo,
aut cum data eſſet, eū coercuiſſe, ne peccaret. Quor-
ſum enim attinet homines præſentem vitam agere
in triſtitia, & mortuos ſupplicium metuere? Ah tu
quid egiſti Adam? Quod enim tu peccaſti, non in
tuum vnius caſum redundauit, ſed in noſtrū quo-
que, qui ex te orti ſumus. Quid enim prodeſt nobis
promiſſam eſſe vitam immortalem, ſi nos facinora
mortifera patrauimus? Quid propoſitam nobis eſ-
ſe ſpem perennitatis, ſi nos pernicioſa vanitate ſu-
mus obligati? Quid deſignatas eſſe nobis incolumes
& tutas habitationes, ſi nos flagitioſè viximus?
Quid repoſitam eſſe gloriam altiſſimi ad cōſeruan
dum eos qui lētā patientia vitam egerūt, ſi nos peſ-
ſimis itineribus inceſſimus? Quid patefaciendū eſſe ארך
perennem incorrupto fructu paradiſum, in quo eſt
incolumitas & ſalubritas, ſi nos non ingrediemur?
In ingratis enim locis verſati ſumus. Quid ſtellis
ſplēdidiores futuras eſſe facies eorum qui vſi ſunt
abſtinentia, ſi noſtri vultus erūt tenebris atriores?
Non enim cogitauimus in vita, dum iniuſtè ageba
mus, poſt mortem ſubeundas eſſe pœnas. Reſpōdit
ille, & dixit, Hæc eſt ratio certaminis, quo decerta-
bit homo natus in terra, vt ſi victus fuerit, patiatur
quod dixiſti: ſin vicerit, quod dico recipiat: quoniā
hæc eſt vita de qua Moyſes, cum viueret, locutus eſt
apud populum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. At
illi non crediderūt ei, ac ne ſecutis quidem eū pro-
phetis: adeòque nec mihi qui teſtatus ſum eis, non
tam in perniciem ipſorum ſpectare triſtem caſum,
quàm manere læta eos, quibus perſuaſa ſalus eſt. Re
ſpondi, & dixi, Scio Domine, miſericordem eſſe vo-
catum altiſſimū ex ea re, quòd miſereatur eorū qui
ſeculum illud nondū attigerunt, quòdq; ijs qui ver
ſantur in lege ipſius tribuat miſericordiam. Lenis
quoque eſt: quoniā lenitate vtitur erga eos qui pec-
cauerunt, vt erga opificia ſua. munificus eſt: quoniā
erogare cupit quantū opus eſt. clementia multus:
quoniā multiplici clementia ſuperat tam eos qui
nunc ſunt quàm qui fuerūt, aut ſunt futuri. Niſi e-
nim clementia ſua largus eſſet, nō viuiſceret mun-
dus cum iis qui conſequuntur in eo poſſeſſionem.
ſignoſcēs eſt: nā niſi bonitate ſua tribueret vnde le τε χαρίζ
uamentum ſcelerum præſtaretur iis qui iniquè ege ται
runt, non poſſet decies milleſima pars hominū vi-
tam retinere. & iudex ipſe niſi verbo ſuo curatis i-
gnoſceret, & copiam aboleret criminum, fortaſſis
ex inumerabili multitudine vix perpauci ſeruarē-
tur.

CAP. VIII.

TVm reſpondēs ille mihi, Hoc æuū, inquit, pro-
pter multos cōdidit altiſſim⁹, futurū autē pro-
pter paucos. Edifferā autē tibi ſimilitudinē Eſdra.

N.

Enimuero ſicut ſciſcitāti terra dicat tibi, ſe gignere perquàm copioſam quidē humū tingēdis fictilibus, paucū autem puluerē vnde fiat aurum: ita ſe habet præſentis æui negotiū, vt cū multi creati ſint, pauci tamen ſeruētur. Reſpondēs ego, Ergo anime, inqui, hauri cognitionē, & vora ſapientiā. pactus eni es obedire, & vis agere prophetā. Neq; enim tibi datum eſt amplius quam vitæ tantū ſpatiū. Ah Domine, niſi concedas ſeruo tuo, vt exoremus te, vt præſtes ſemen cordi noſtro, ſenſuiq; cultū, vnde fruct⁹ oriatur, quo viuat omnis corrupt⁹: quis ſe opponat pro homine? Solus enim es, & vnū opificiū manuū tuarū nos ſumus, ſicut ipſe locutus es. Etenim cum iam in vtero formatū eſt corpus, eique mēbra præſtitiſti, opificiū tuum igni & aqua conſeruatur, & opus formatū abs te nouem mēſibus patitur tuum in ſe creatū opificiū: ipſum autem quod continet & quod continetur, vtraq; ſeruari ſolent, ſeruatūſque tandē vterus iterū reddit quæ in ipſo adoleuerūt. Conſtituiſti enim ex ipſis mēbris, nempe mammillis lac fœtui māmillis deſtinato præbendum, vt nutriatur id quod creatum eſt aliquādiu, donec eum tuæ benignitati deſtines: enutris eū iuſtitia tua, lege tua erudis, iudicioq; tuo corripis. Interimis eū, vt rem abs te creatam: & vitā das eidem, vt opificio tuo. Si ergo perdis eū qui tātis conformatus eſt laboribus: tuo iuſſu conſtitui facile eſt, vt & id quod factum eſt ſeruetur. Nūc itaque loquar Domine. De vniuerſitate hominū tu poti⁹ videris, de populo verò tuo, ob quem doleo: de poſſeſſione tua, ob quam lugeo: de Iſraele, propter quē contriſtor: de Iacob, propter quem mœreo: de eis preces coram te inſtituam, tā pro me quàm pro ipſis: quoniam video lapſus noſtros, qui terrā inhabitamus. Sed celeritatē audi futuri iudicis. Ideo vocē meam auſculta, & ſermonem meū accipe, quem loquar coram te. ¶Initium dictorū Eſdræ antequā aſſumeretur. Qui degis æuum, inqui, Domine, qui ſublimis ſupera intueris, & aeria, cuius ineſtimabile ſoliū, & maieſtas eſt incōprehenſibilis, cui tremebūdum aſtat agmen angelorū, quorum in vento & igni verſatur cuſtodia: cuius verbum verū, & dicta ſunt conſtātia: cui⁹ imperiū vehemens, & terribilis adminiſtratio: cui⁹ aſpectus exiccat profunda, mōtiſque labefactat indignatio, vt res ipſa teſtificatur: exaudi orationē ſerui tui, opificiique tui precationē auribus accipe. Dū enim viuo, loquar: ¹vocēmq; mittā, ²dum ſentio. Ne ſpectes delicta populi tui, poti⁹ quàm tibi fideliter ſeruientes: nec attēdas impia hominū ſtudia, poti⁹ quàm eos qui teſtificationes tuas per ærūnas ſeruauerūt. Ne cōplectaris cogitatione eos qui in cōſpectu tuo mala fide verſati ſunt, potius quàm memineris eorū qui voluntatē tuā ſunt reueriti: nec velis perditos eos qui ſe geſſerūt more pecudum, poti⁹ q̃ reſpicias eos qui legē tuā præclarè docuerūt. Ne indigneris eis qui beſtijs peiores viſi ſunt, potius q̃ diligas eos qui ſemper freti ſunt tua iuſtitia maieſtateq;. Quoniā nos cū patrib⁹ noſtris talibus morbis laboramus: tu autē propter nos ſceleroſos ſoles vocari miſericors. Si enim afficiaris vt nobis præſtes miſericordiam, ita demū miſericors diceris, nobis vtique iuſta facta nō habentibus. Iuſti enim quibus ſunt opera copioſè parta, propriorū operū mercedem recipiāt. Quid tandē eſt homo, q̃ ei ſuccenſes? aut genus mortale, q̃ te tam amarū reddit? Reuera enim nemo natus eſt, qui nō impiè ſe geſſerit: nec te ¹profeſſus, ²qui nil deliquerit. Enimuero hoc ipſo prædicabitur iuſtitia, bonitāſque tua Domine, cum ignoueris eis qui rectè factorū carent ſubſtantia. Et reſpondēs ille mihi, Sunt, inquit, quæ rectè locutus es, & ſecūdum ſermones tuos res habebit: quoniāquidem non animaduertā in facta ſceleroſorū ante mortem, ante iudicium, ante interitum, ſed ſtu-

Margin: ¶: אנגה

Margin: ¶1 vel, laudesaut gratias agens.

V.

Quomodo autē interrogabis terrā, & dicet tibi, quoniam dabit terrā multam magis vnde fiat fictile, paruum autē puluerem vnde aurum fit: ſic & actus præſentis ſeculi. ‖Multi quidē creati ſunt, pauci autem ſaluabuntur. Et reſpondi, & dixi, Abſorbe ergo anima ſenſum, & deuora quod ſapit. conueniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datū eſt ſpatiū, niſi ſolummodo viuere. O Domine, ſi non permittes ſeruo tuo, vt oremus corā te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere poſſit omnis corruptus, qui portabit locum hominis? Solus enim es, & vna plaſmatio nos ſumus manuū tuarū, ſicut locutus es: & quomodo nunc in matrice plaſmatū eſt corpus, & præſtas membra: conſeruatur in igne & aqua tua creatio: & nouē menſibus patitur tua plaſmatio tuā creaturam quæ in ea creata eſt: ipſum autē quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraque ſeruabuntur: ſeruatáque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. Imperaſti enim ex ipſis mēbris, hoc eſt mamillis præbere lac fructui mamillarū, vt nutriatur id quod plaſmatum eſt vſque in tempus aliquod, & poſtea diſponas eū tuæ miſericordiæ. Enutriſti eū tua iuſtitia, & erudiſti eū in lege tua, & corripuiſti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, vt tuā creaturam: & viuificabis eū, vt opus tuum. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruaretur. Et nūc Domine dicā, de omni homine tu magis ſcis: de populo autē tuo, ob quē doleo: & de hæreditate tua, propter quā lugeo: & propter Iſrael, propter quem triſtis ſum: & de Iacob, propter quē doleo: ideo incipiā orare corā te pro me, & pro eis: quoniā video lapſus noſtros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatē iudicis qui futurus eſt. Ideo audi vocem meā, & intellige ſermonem meū, & loquar coram te. ¶Initiū verborū Eſdræ priuſquā aſſumeretur: & dixi Domine, ‖qui inhabitas ſeculum, cuius oculi eleuati in ſuperna & aere: & cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incōprehenſibilis: cui aſtat exercitus angelorū cū tremore, quorum ſeruatio in vēto & igni cōuertitur: cuius verbū verum, & dicta perſeuerātia: cui⁹ iuſſio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus areſacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas teſtificatur: exaudi orationē ſerui tui, & auribus percipe precationē figmenti tui. Dum enim viuo, loquar: & dum ſapio, reſpōdebo. Nec reſpicias populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiunt. Nec intendas impia gentiū ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cū dolorib⁹ cuſtodierūt. Nec cogites qui in cōſpectu tuo falſè conuerſati ſunt, ſed memorare qui ex volūtate tua timorem cognouerūt. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerūt: ſed reſpicias eos qui legem tuā ſplendidè docuerunt. Nec indigneris eis qui beſtijs peiores iudicati ſunt: ſed diligas eos qui ſemper in tua iuſtitia confidunt, & gloria. Quoniā nos & patres noſtri talibus morbis languemus: tu autē propter nos peccatores miſericors vocaberis. Si enim deſyderaueris vt noſtri miſerearis, tūc miſericors vocaberis, nobis autē non habētibus opera iuſtitiæ. Iuſti enim, quibus ſunt opera multa repoſita, ex proprijs operibus recipiēt mercedē. Quid eſt enim homo, vt ei indigneris: aut gen⁹ corruptibile, vt ita amar⁹ ſis de ipſo? ‖In veritate enim nemo de genitis eſt qui nō impie geſſit, & de confitētibus qui nō deliquit. In hoc enim annūciabitur iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cū miſertus fueris eis qui non habēt ſubſtantiā bonorū operū. Et reſpondit ad me, & dixit, Rectè locutus es aliqua: & iuxta ſermones tuos ſic & fiet. quoniā non verè cogitabo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt ante mortē, ante iudicium, ante perditionē: ‖ſed in-

Margin notes: Mat.20.b. 22.b. — D — Rom.11.d. — G — 1.Reg.8.g. 2.Para.6.f. — Gene.4.a.

eundabor ſuper iuſtorũ ſigmentum,& memorabor
peregrinationis quoq;,& ſaluationis,& mercedis re
ceptionis. Quomodo ergo locut⁹ ſum,ſic & eſt. Sicut
enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa,&
plãtationes multitudini plãtat, ſed non in tẽpore
omnia quæ ſeminata ſunt,ſaluãtur, ſed nec omnia
Mat.10.b. quæ plãtata ſunt,radicabũt: ſic & qui in ſeculo ſe-
minati ſunt,nõ oẽs ſaluabũtur. Et reſpõdi, & dixi,
Si inueni gratiã,loquar. Quomodo ſemẽ agricolæ
ſi nõ aſcẽderit,aut nõ acceperit pluuiã tuã i tẽpore,
aut ſi corruptũ fuerit multitudine pluuiæ: ſic perit
& ſimiliter homo qui manib⁹ tuis plaſmatus eſt, &
tu ei imago nominat⁹: quoniã ſimilatus es ei,ꝓpter
quẽ omnia plaſmaſti,& ſimilaſti ſemini agricolæ.
Nõ iraſcaris ſuper nos,ſed parce populo tuo, & mi
ſerere hæreditati tuæ. Tu autẽ creaturæ tuæ miſere
D ris. Et reſpondit ad me,& dixit, Quæ ſunt præſen-
tia præſentibus,& quæ futura futuris. Multũ enim
tibi reſtat, vt poſſis diligere meam creaturã ſuper
me: tibi autẽ frequenter & ipſi proximaui, iniuſtis
autẽ nunquã. Sed & in hoc mirabilis es corã Altiſſi
mo,quoniam humiliaſti te ſicut decet te: & nõ iudi
caſti te,vt inter iuſtos plurimum glorificeris. Pro-
pter quod miſeriæ multæ,& miſerabiles efficientur
eis qui habitãt ſeculũ in nouiſſimis: quia in multa
ſuperbia ambulauerunt. Tu autẽ pro te intellige,&
de ſimilibus tuis inquire gloriã. Vobis enim apert⁹
eſt paradiſus,plantata eſt arbor vitæ,præparatũ eſt
futurũ tempus,præparata eſt abũdantia, ædificata
eſt ciuitas, probata eſt requies, perfecta eſt bonitas
& perfecta ſapientia. Radix mali ſignata eſt à vo-
bis: infirmitas,& tinea à vobis abſcõſa eſt:& in in-
fernũ fugit corruptio in obliuione. Tranſierũt do-
lores, & oſtenſus eſt in fine theſaur⁹ immortalita-
tis. Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine
eorũ qui pereunt. Nã & ipſi accipiẽtes libertatem,
ſpreuerunt Altiſſimũ, & legem eius cõtẽpſerunt,&
vias ei⁹ dereliquerũt. Adhuc autẽ iuſtos eius cõcul-
Pſal.13.52. cauerũt,& dixerũt in corde ſuo nõ eſſe Deũ: & qui-
dem ſciẽtes quoniã moriuntur. Sicut enim vos ſu-
ſcipiẽt quæ prædicta ſunt: ſic eos ſitis & cruciatus,
quæ præparata ſunt. non enim voluit hominẽ di-
ſperdi. Sed & ipſi qui creati ſunt,coinquinauerunt
nomẽ ei⁹ qui fecit eos:& ingrati fuerũt ei qui præ-
parauit eis vitã. Quapropter iudiciũ meũ modo ap
propinquat. Quæ nõ omnib⁹ demõſtraui,niſi tibi,
& tibi ſimilib⁹ paucis. Et reſpõdi,& dixi, Ecce nunc
Domine demonſtraſti mihi multitudinẽ ſignorũ,
quæ incipies facere in nouiſſimis: ſed non demon-
ſtraſti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET reſpõdit ad me,& dixit, Metiẽs metire tẽpus
in ſemetipſo:& erit,cũ videris,quãdo tranſierit
pars quædã ſignorũ quæ prædicta ſunt,tũc intelli-
ges quoniã ipſum eſt tẽp⁹,in quo incipiet Altiſſim⁹
Mat.24.a. viſitare ſeculũ qđ ab eo factũ eſt. Et quãdo videbi-
tur in ſeculo motio locorũ, & populorũ turbatio,
tũc intelliges quoniã de his erat Altiſſim⁹ locut⁹ à
dieb⁹ qui fuerũt ante te ab initio. Sicut enĩ omne qđ
factũ eſt in ſeculo initiũ habet,pariter & cõſumma
tionẽ,& conſummatio eſt manifeſta: ſic & Altiſſimi
tẽpora initia habẽt manifeſta in prodigijs & virtu-
tibus,& cõſummationes in actu & in ſignis. Et erit
oĩs qui ſalu⁹ fact⁹ fuerit,& qui poterit effugere per
1.Tim.1.b. opera ſua,& per fidẽ,in qua credidiſtis,relinquetur
de prędictis periculis,& videbit ſalutare meũ i terra
mea,& i finib⁹ meis,quoniã ſãctificaui me à ſeculo.
Et tũc miſerebũtur qui nũc abuſi ſũt vias meas: & i
tormẽtis cõmorabũtur hi qui eas proiecerũt in cõ-
tẽptu. Qui enĩ nõ cognouerũt me, viuẽtes beneficia
cõſecuti & qui faſtidierũt legẽ meã,cũ adhuc erant
habẽtes libertatẽ, & cũ adhuc eſſet eis apertus pœ-
nitentiæ locus non intellexerũt,ſed ſpreuerũt. hos
oportet poſt mortem in cruciamento cognoſcere.

dijs iuſtorum oblectabo me, & memor ero peregri
nationis quoq;,conſeruationis,& perfruendæ mer-
cedis. Quo ergo modo locutus ſum,ita ſe res habet.
Sicut enim agricola multa ſemina terræ mandat,
plãtaſq; diſponit copioſè, nec tamen ad tẽpus ſuũ
euadunt omnia quæ ſeminata ſunt,neq; adeò quæ
plantata ſunt ſolẽt omnia radices agere: ita etiam
non omnes in mundũ editi ſeruabũtur. Tum reſpõ
dens ego, Si gratũ eſt, inquã, tibi loquar. Quãdoqui-
dem ſementis agricolæ niſi ſuccreuerit,aut pluuiã
tuã acceperit in tẽpore,aut ſi imbrium copia corru
ptũ fuerit, itidẽ perit vt homo quoq; qui manibus
tuis format⁹ eſt,cuius tu dictus es archetypus, ꝙ ad
imaginẽ tui ſit creatus, propter quem creaſti om-
nia,& ſementi agricolæ cõparaſti: ne iraſcaris no-
bis,ſed parce populo tuo poſſeſſioniſque tuæ miſe-
rere: tu enim is es qui opificij tui miſerearis. Et re-
ſpõdit ille mihi,ac dixit, Quæ ſunt præſentia præ-
ſentibus,& quæ futura futuris. Multũ enim abes,vt
me amore erga opificiũ meum ſuperes: cæterũ ad
te frequenter & ipſum propius acceſſerim, ad iniu
ſtos autem nunquã. Enimuero eo mirabilis es altiſ
ſimo,quoniã vt te decet ſummiſiſti te: nec eñ te iu-
dicaſti,qui inter iuſtos magnopere gloriareris. Et-
enim miſeriæ multæ calamitateſq; manẽt eos qui
vitã incoluerint temporib⁹ ³poſteriorib⁹,³ ꝙ ſe per- ¶3
quàm ſuperbe geſſerint. Tu autẽ diſce pro te,tuique אחרונים
ſimilium gloriã ſciſcitare. Vobis enim patet paradi nouiſſimis
ſus,vitalis arbor eſt plantata, præparatũ eſt futurũ vel poſte-
æuum,præparata abũdãtia, ædificata vrbs, requies rioribus,
explorata,perfecta bonitas,& abſoluta ſapiẽtia. Ra-
dix mali ⁴reſignata⁴ receſſit à vobis, à vobis infir- ¶4 quaſi
mitas & tinea diſperijt, corruptio proripuit ſe ad notatione
inferos in obliuionem,dolores abierunt, eadẽmque perempta.
cõparuit theſaurus immortalitatis. Ne pergas igi-
tur ſciſcitari de multitudine pereuntiũ. Nam ipſi
quoque libertatẽ adepti ſpreuerũt altiſſimum, con
tempſerũt legẽ eius,& vias eius dereliquerũt. Præ-
terea autem iuſtis eius proculcatis, corde ſuo Deũ
eſſe negarunt,& quidem ſciẽtes ſe morituros. Vt e-
nim vos excipiẽt quæ prædicta ſunt, ſic eos ſitis &
cruciatus,quæ ſunt præparata. Nõ enim voluit De⁹
perire hominem,ſed ipſi poſtquã creati ſunt, pro-
fanarũt nomẽ creatoris ſui, & in eũ qui vitã ipſis
parauerat,ingrati fuerũt. Quapropter iudicata mea
iam propinquãt,quæ nõ quibuſuis expoſui, ſed ti-
bi,paucisq; tui ſimilibus. Tum reſpondẽs ego, Ecce ¶5 vel, præ-
nũc, inquã, Domine,multa declaraſti mihi⁵miracu- dictiones.
la,⁵quæ pares deſignare ſeculis⁶poſterioribus:⁶quo ¶6
verò ſeculo,mihi non expoſuiſti. אחרונים.

CAP. IX.

AT ille mihi reſpõdẽs, ait, Dimetiẽdo cõter tẽp⁹
cũ ſemetipſo:& porro cũ videris aliquã prædi-
ctorum ¹ſignorũ¹ prateriſſe partẽ,intelliges ipſum ¶1 vel, mira
eſſe tẽpus, quo parat altiſſimus in mundũ à ſe con culorũ, vel
ditum inquirere. Cũ igitur percipietur in orbe ter- prædictio-
ræmotus,& tumultuatio populorũ,tunc intelliges num.
de his pronuntiaſſe altiſſimũ,iam inde à tẽporibus
quæ ante te fuerunt ab initio. Sicut enim quicquid
creatũ eſt in mundo,habet initium pariter & con-
ſummationẽ, & conſummatio manifeſta eſt: ſic &
tẽpora altiſſimi exordia habẽt euidẽtia prodigijs&
efficacia,& deſinunt cũ effectibus & miraculis. Por
rò quicũq; euaſerit ſalu⁹, & per opera ſua fidẽmq;
qua credidiſtis,potuerit effugere,is prædicta peri-
cula ſuperabit,& ſalutem meã videbit in terra mea
finibúſque meis,quoniã me ſanctum à mũdo rece-
pi. Tum miſerabuntur ſe, qui nunc vijs meis abuſi
ſunt: & in tormẽtis agent,qui eas contẽptim repu-
diarunt. Qui enim viui beneficia cõſecuti nõ agno-
uerũt me,quiq; legẽ meã faſtidierũt,cũ adhuc præ-
ſenti libertate fruerẽtur,& qui patentẽ etiãdum ti-
bi pœnitẽtiæ locũ noluerũt intelligere,ſed ſpreue-
runt: eos oportet poſt obitum in cruciatu erudiri.

N.

Tu vero ne ſciſciteris curioſè quomodo cruciandi
ſint impij, ſed quomodo iuſti ſeruãdi ſint inquire,
& quorũ ſit mundus, aut propter quos mundus, &
& quãdo. Et reſpondi, ac dixi, Dudum locutus ſum
quod & nũc dico, & porrò dicturus ſum, plures eſſe
qui pereant, quàm qui ſeruãdi ſint, quanto maior
eſt fluctus quàm gutta. Tum reſpõdens ille mihi,
Qualis ager eſt, inquit, talia fuerunt & ſemina: qua-
les flores, tales & colores: qualis opifex, tale & opifi
cium: & qualis agricola, talis ſuit & cultura: quoniã
mundi tẽpus erat. Sanè cum ijs qui nũc viuunt nõ-
dum creatũ mundum quẽ incolerent, pararem: ne-
mo mihi cõtradicebat, (tunc enim quiſq; ſparebat,)
at nunc creatorum in hoc cõdito mũdo mores ſe-
mẽte perpetua, & lege inexplicabili corrupti ſunt.
Exploraui autẽ mundum, & ecce periculoſus erat,
propter ſtudia quæ in eo exorta ſut quod cũ vidiſ-
ſem, peperci ei ſedulo, acinũmque de botro ſeruaui
mihi, plãtámque de gente numeroſa. Pereat ergo
fruſtra nata multitudo, ſeruetúrq; acinus & planta
mea, quã multo labore excolui. Tu autẽ ſi porrò in-
termiſeris ſeptẽ dies alios, (nõ tamen agitabis ieiu-
niũ, verum in floridũ campum, vbi nulla domus ædi
ficata ſit, profectus, de floribus cãpi tantũ comedes:
nõ guſtabis carnẽ, nec bibes vinũ ſed flores tãtum,
& precaberis altiſſimũ ſine intermiſſione,) tum ve-
niã, & loquar tecũ. Ergo profectus ſum, vt me iuſſe
rat, in campum nomine Ardath, & in floribus ibi ſe-
dens herbas agri edi, & attulit mihi cibus earũ
ſaturitatẽ. Exactis autem diebus ſeptem, cum recũ-
bẽti in herba mihi cœpiſſet animus vt antea pertur
bari, os meũ adaperui, cœpiq; loqui corã altiſſimo,
& dicere, Oſtenſurus te nobis, ô Domine, maioribus
noſtris ex Ægypto migrãtibus oblatus es in deſer
to inuio ac infructuoſo: & etiã atq; etiam præcepi-
ſti ipſis, dicẽs, Tu Iſrael audi me, ſemẽnq; Iacob at-
tẽde ſermonibus meis. Ecce enim legẽ meã ſemino
in vobis, vt fructũ in vobis afferat, & gloriã ſempi-
ternam ex eo cõſequamini. Nam patres veſtri legẽ
quã acceperũt, non ſeruauerunt, nec cuſtodierũt iura
mea, nec fructus legis cõparuit, nec potuit, quoniã
tuus erat. Nã qui acceperunt, non cuſtodito ſemine
quod ſibi mandatũ erat, perierunt. Verum ecce fieri
ſolet, vt cũ acceperit terra ſemen, vel mare nauem,
vel vas aliquod cibũ aut potũ: eo in quo ſemina-
tũ eſt, aut cui quid immiſſum eſt, pereũte, ſimul id
quod ſeminatũ eſt aut immiſſum, ſiue quę ſuſcepta
ſunt, intereat, nec iam cõprehẽſa penes nos perma
neãt. Sed in nobis hoc nõ accidit. Siquidẽ nos qui le
gem accepimus, peccãdo perijmus ſimul & cor no-
ſtrũ quod eã acceperat: verũ lex ipſa nõ interijt, ſed
retinuit vim ſuã. Hæc cũ in corde meo diſputans o-
culos meos cõuertiſſem, mulierẽ in dextera parte cõ
ſpicatus ſum, quę ecce lugebat, magnáq; voce lamẽ
tabũda cõſciſſis veſtimẽtis ſuis, capiteq; puluere cõ
ſperſo, animo ſupra modũ angebatur. Tum dimiſ
ſis quibus intẽtus eram cogitationibus, cõuerſus ad
eam, Quid fles, inquã, aut quid animo cruciaris? At
illa mihi reſpõdẽs, Sine me, inquit, mi Domine, de-
flere meipſam, doloriq; indulgere: quoniã per quã
amaro ſum animo, & ſupra modũ afflicto. Tu ſum
ego, Quid, inquã, accidit tibi? dic mihi. Reſpõdit illa
mihi, Sterilis ego fui ancilla tua, nec peperi, vſa ma
rito annis triginta. Cúmque per ſingulas horas &
dies ſingulos, annis illis triginta noctes & dies pre-
catus eſſem altiſſimũ, euenit exactis annis trigin
ta, vt exaudiret me Deus ancillam tuã, & afflictio-
nem meam reſpiceret, & attenderet ærumnã, ac daret
mihi filium. Tum gaudiũ ſuper eo magnũ celebra-
ui vnà cũ viro meo, ciuibúſq; meis omnibus, & ho
norem magnũ tribuimus omnipotẽti. Enutriui au
tem eũ multo cum labore: & cum adultus vxorem
ducendi tẽpus attigiſſet, diem epularẽ celebraui.

V.

Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe, quomodo impij B
cruciabũtur: ſed inquire quomodo iuſti ſaluabun-
tur, & quorũ ſeculum, & propter quos ſeculum, &
quãdo. Et reſpõdi, & dixi, ¶ Olim locutus ſum, & nũc 4. Eſdr. 8. a.
dico & poſtea dicã, quoniã plures ſunt qui pereũt, Matth. 20. c.
quàm qui ſaluabũtur: ſicut multiplicatur fluctus ſu
per guttã. Et reſpõdit ad me, & dixit, Qualis ager,
talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: &
qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola,
talis cultura: quoniam tempus erat ſeculi. Et nunc
cũ eſſem parans eis his qui nũc ſunt, antequam fie
ret ſeculum, in quo habitarẽt: & nemo mihi cõtra-
dixit. tunc enim quiſque. & nũc creator in mundo
hoc parato, & meſſe indeficiẽti, & lege inueſtigabi
li corrupti ſunt mores eorũ. Et conſyderaui ſeculũ,
& ecce erat periculum propter cogitationes quæ in
eo aduenerũt. Et vidi, & peperci ei valde: & ſeruaui
mihi acinum de botro, & plantationẽ de tribu mul
ta. Pereat ergo multitudo quæ ſine cauſa nata eſt,
& ſeruetur acinus meus, & plãtatio mea: quia cum
multo labore perfeci. Tu autẽ ſi adhuc intromittas
ſeptem dies alios, ſed nõ ieiunabis in eis, ibis in cã-
pum florũ, vbi domus non eſt ædificata: & mãduca
bis ſolũmodo de floribus campi, & carnẽ nõ guſta-
bis, & vinũ non bibes, ſed ſolummodo flores. depre
care Altiſſimũ ſine intermiſſione, & veniam, & lo-
quar tecũ. Et profectus ſum, ſicut dixit mihi in cã- C
pum, qui vocatur Ardath, & ſedi ibi in floribus. Et
de herbis agri mãducaui, & facta eſt eſca earũ mihi
in ſaturitatẽ. Et factum eſt poſt dies ſeptem, & ego
diſcũbebam ſupra fœnum, & cor meũ iterum tur-
babatur ſicut ante. Et apertũ eſt os meũ, & inchoa-
ui dicere corã Altiſſimo, & dixi, ¶ O Domine, te no- Exod. 19. d.
bis oſtẽdens oſtẽſus es patribus noſtris in deſerto, 24. a.
quod nõ calcatur: & infructuoſo, quando erant ex- Deute. 4. b.
euntes de Ægypto: & dicens dixiſti, Tu Iſrael audi
me, & ſemen Iacob intende ſermonibus meis. Ecce
enim ego ſemino in vobis legẽ meã, & faciet in vo-
bis fructũ, & glorificabimini in eo per ſeculũ. Nam
patres noſtri accipiẽtes legem, nõ ſeruauerũt, & le-
gitima* mea nõ cuſtodierunt, & factus eſt fructus le ¶* Tua.
gis nõ parens: nec enim poterat, quoniã tuus erat.
¶ Nam qui acceperũt, perierũt, nõ cuſtodiẽtes quod Exod. 32. f.
in eis ſeminatũ fuerat. Et ecce, conſuetudo eſt, vt cũ
acceperit terra ſemen, vel nauem mare, vel vas ali-
quod eſcam vel potũ cum fuerit exterminatũ id, in
quo ſeminatũ eſt, vel in quod miſſum eſt, ſimul id
quod ſeminatum. vel miſſum eſt, vel quæ ſuſcepta
ſunt, exterminãtur, & ſuſcepta iam nõ manẽt apud
nos. ſed nobis ſic non factum eſt. Nos quidẽ qui le- D
gem accepimus peccãtes periuimus, & cor noſtrum
quod ſuſcepit eam ¶ nã lex non perijt, ſed permãſit Pſa. 48. a.
in ſuo labore. Et cũ loquerer hæc in corde meo, re- 1. Tim. 1. a.
ſpexi oculis meis, & vidi* mulierẽ in dextera parte. ¶* 4. Eſdr.
& ecce hæc lugebat, & plorabat cũ voce magna, & 10. d.
animo dolebat valde, & veſtimẽta eius diſciſſa, & ci
nis ſuper caput eius. Et dimiſi cogitatus, in quibus
eram cogitãs, & cõuerſus ſum ad eam, & dixi ei, Vt
quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, Dimit
te me* Domine* meus, vt defleam me, & adijciã dolo ¶* domine
rem: quoniã valde amaro ſum animo, & humiliata
ſum valde. Et dixi ei, Quid paſſa es? dic mihi. Et di-
xit ad me, Sterilis fui ego famula tua. & nõ peperi,
habens maritũ annis triginta. Ego enim per ſingu
las horas, & per ſingulos dies, & annos hos trigin-
ta deprecor Altiſſimũ nocte ac die. Et factũ eſt, poſt
triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuã, &
vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi
meæ, & dedit mihi filium: & iucundata ſum ſuper
eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, &
honorificabamus valde Fortem. Et nutriui eũ cum
labore multo. Et factum eſt, cum creuiſſet, & veniſ-
ſet accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factum eſt, cum introiſſet filius meus in thalamo ſuo, cecidit, & mortuus eſt: & euertimus
omnes lumina, & ſurrexerunt omnes ciues mei ad
cõſolandum me, & quieui vſque in alium diem vſque
noctem. Et factum eſt, cum omnes quieuiſſent vt
me cõſolarentur vt quieſcerem: & ſurrexi nocte, &
fugi: & veni ſicut vides in hoc campo: & cogito iam
non reuerti in ciuitatẽ, ſed hic conſiſtere & neque
mãducare, neq; bibere, ſed ſine intermiſſione lugere,
& ieiunare uſque dum moriar. Et dereliqui ſermones
in quibus eram, & reſpondi cum iracundia
ad eam, & dixi, Stulta ſuper omnes mulieres, nõ vides
luctum noſtrũ, & quæ nobis contingunt? Quoniam
Sion mater noſtra omni triſtitia cõtriſtatur,
& humilitate humiliata eſt, & luget validiſſime. Et
nunc quoniã omnes lugemus, & triſtes ſumus: quoniam
omnes contriſtati ſumus, tu autẽ contriſtaris
in vno filio? Interroga enim terram, & dicet tibi:
quoniã hæc eſt, quæ debeat lugere caſum tãtorum
ſuper eam germinãtium. Et ex ipſa ab initio omnes
nati, & alij venient: & ecce pene omnes in perditionem
ambulant, & exterminiũ fit multitudo eorum.
Et quis ergo debet lugere magis, niſi hæc quę
tam magnam multitudinẽ perdidit, quam tu, quæ
pro vno doles? Si autẽ dicis mihi, Quoniam non eſt
planctus meus ſimilis terræ, quoniã fructum ventris
mei perdidi, quem cũ mœroribus peperi, & cũ
doloribus genui: terra autẽ ſecundum viam terræ,
abiitque in ea multitudo præſens, quo modo euenit:
& ego tibi dico, ſicut tu cum labore peperiſti,
ſi: & terra dat fructum ſuum homini ab initio ei
Hebr. 11. f. & 12. e. qui fecit eam. ¶Nunc ergo retine apud temetipſam
dolorẽ tuum, & fortiter fer qui tibi contigerũt ca-
B ſus. Si enim iuſtificaueris terminũ Dei, & cõſilium
ſuum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.
Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et
dixit ad me, Non faciam, neque ingrediar ciuitatẽ,
ſed hic moriar. Et appoſui adhuc loqui ad eam, &
dixi. Noli facere hunc ſermonẽ, ſed conſenti perſuadenti.
Quot enim caſus Sion? Conſolare propter
dolorem Ieruſalem. Vides enim quoniã ſanctificatio
noſtra deſerta effecta eſt, & altare noſtrum demolitum
eſt, & tẽplum noſtrum deſtructum eſt, &
pſalteriũ noſtrum humiliatum eſt, & hymnus conticuit,
& exultatio noſtra diſſoluta eſt, & lumen candelabri
noſtri extinctum eſt, & arca teſtamẽti noſtri
direpta eſt, & ſancta noſtra contaminata ſunt,
& nomen quod inuocatũ eſt ſuper nos, penè prophanatũ
eſt, & liberi noſtri cõtumeliam paſſi ſunt,
& ſacerdotes noſtri ſuccẽſi ſunt, & Leuitæ noſtri in
captiuitatẽ abierũt, & virgines noſtræ coinquinatæ
ſunt, & mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt, & iuſti
noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt, &
iuuenes noſtri ſeruierunt, & fortes noſtri inualidi
facti ſunt. & quod omniũ maius, ſignaculum Sion,
quoniã reſignata eſt de gloria ſua. nã & tradita eſt
in manibus eorũ qui nos oderunt. Tu ergo excute
tuã triſtitiã multam, & depone abs te multitudinẽ
dolorũ, vt tibi repropitietur Fortis, & requiẽ faciet
tibi Altiſſimus requietionẽ laborum. Et factũ eſt, cũ
loquebar ad eam, facies eius fulgebat ſubito & ſpecies,
coruſcus fiebat viſus eius, vt eſſem pauẽs valde
ad eam, & cogitarem quid eſſet hoc. Et ecce, ſubito
emiſit ſonitũ vocis magnũ timore plenũ, vt cõmoueretur
terra à mulieris ſono. & vidi: & ecce, amplius
mulier nõ cõparebat mihi, ſed ciuitas ædificabatur,
C & locus demõſtrabatur de fundamẽtis magnis: & timui,
& clamaui voce magna, & dixi, Vbi eſt Vriel angelus,
4. Eſd. 4. b. qui à principio venit ad me? quoniã ipſe me
fecit venire in multitudine in exceſſu mẽtis huius,
& factus eſt finis meus in corruptionẽ, & oratio mea
in improperiũ. Et cũ eſſem loquẽs ego hæc, ecce ve-

CAP. X.

ACcidit autẽ vt cũ filius meus introiiſſet in thalamum,
prolapſus moreretur: cúmque omnes
ciues mei euerſis lucernis ſurrexiſſent ad conſolandum
me, acquieui vſq; ad noctem diei cõſequentis:
& poſtquam omnes cõſolandi me finem fecerunt,
quieti me tradidi. Noctu vero ſurrexi, & aufugi, &
in hunc campum, vt vides, perueni: adeóque cogito
iam nõ reuerti in ciuitatem, ſed hic permanere, &
nec edens nec bibens lugere ſine intermiſſione, ieiunio
me macerando vſq; dum moriar. Tum miſſos
feci ſermones quos inſtitueram, & reſpondens ei
iracundè, Omnium, inquam, mulierum ſtultiſſima,
an nõ vides luctum noſtrũ, aut quæ nos patiamur?
Nam Sion mater noſtra ſumma triſtitia cõficitur,
& afflictione deiecta luget acerbiſſimè. Ergo ne nũc
cum lugeamus omnes, mœſtique ſimus, vt qui experiamur
triſtia, tu etiam ſuper vno filio mœreas?
Nam interroga terrã, & dicet tibi ſe eſſe illam quæ
debeat lugere caſum tam multorũ in ipſa naſcentium.
Etenim ab initio omnes ex ipſa nati ſunt, naſcentúrq;
alij. & ecce penè omnes in perditionem
abeunt. & profligatiſſima eſt multitudo eorũ. Verũ
igitur par eſt lugere magis, hanccine quæ tantam
amiſit multitudinem, an te vicem vnius dolẽtem?
Quòd ſi mihi dicis, Atqui nõ eſt plãctus terræ meo
ſimilis: quoniã ego amiſi fœtum vteri mei, quẽ peperi
cum ærũnis, & cum doloribus genui: terra autem
pro more terræ, abiitq; in ea multitudo præſens,
vt aſſolet. viciſſim ego tibi dico, Sicut tu cũ labore
peperiſti, ita terrã ferre fructum homini, qui
eam iam inde ab initio [1]exercuit.[1] Nunc ergo comprime
apud temetipſam dolorẽ tuum, & qui tibi ¶1 ἐργάζεσθαι, facere & colere, vt & עבד
caſus obuenere fortiter perferas. Si enim iuſtum iudicaris
propoſitũ Dei, cõſiliúmque ipſius ſuo tempore
admiſeris, laudem ex ea re inuenias. quapropter
in vrbem ad virũ tuum ingredere. At illa, Non
faciã, inquit, neq; ingrediar vrbem, ſed hic moriar.
Tum ſermonem rurſum inſtitui cum ea, & dixi, Ne
proſequaris dictũ hoc, ſed acquieſce ſuadẽti. Quot
enim ſunt caſus Sion? vel præ mœrore Ieroſolymæ
te conſolare. Nam, vt vides, [2]ſanctitas[2] noſtra ad ſolitudinem ¶2 vl. ſanctuarium.
eſt redacta, altare noſtrum euerſum eſt,
& tẽplum noſtrum deſtructum: pſalterium noſtrũ
elanguit, & hymnus conticuit: iacet exultatio noſtra,
& lumen lucernæ noſtræ extinctum eſt: arca
fœderis noſtri direpta eſt, ſacráque noſtra contaminata:
penè profanatum eſt numen in nos inuocari
ſolitum, & liberi noſtri contumeliam paſſi ſunt:
cremati ſunt ſacerdotes noſtri, Leuitæq; noſtri abducti
in captiuitatem: virgines noſtræ contaminatæ
ſunt, & vim paſſæ mulieres noſtræ. Abrepti ſunt
iuſti noſtri, & paruuli noſtri diſperditi: iuuenes noſtri
ſeruiũt, & fracti ſunt fortes noſtri. & quod omnium
eſt maximum, inſigne decus Sion reſignatã
ſuam amiſit gloriam: nam peruenit in manus eorum
qui nos oderũt. Tu ergo excute multam tuam
triſtitiam, & depone copiam dolorum, vt tibi reconcilietur
qui potens eſt, & requiem tibi præbeat altiſſimus,
laborúmque laxamentum. Hæc me cum
ea loquente, accidit vt ſubito refulgeret facies eius
& figura, aſpectúſque coruſcaret adeò, vt vehementer
eam expaueſcerem. Dúmque quidnam id eſſet
cogitarem, ecce repente vocem emiſit perquàm ſonoram
& terribilẽ, adeò vt terra concuteretur præ
ſonitu mulieris: & ſpectante me, ecce iam vltra mulier
nõ comparebat, ſed vrbs ædificabatur, latéque
locus pateſcebat fundamentis. Extimui, & magna
voce clamans, Vbi eſt Vriel, inquam, angelus, qui
pręſto mihi fuit à principio? quoniam ipſe me adduxit
in ſummam hanc mẽtis extremitatem, peruenitque
finis meus ad corruptionẽ, & oratio mea
ad opprobrium. Hæc adhuc loquente me, ecce ve-

ait ad me ille: cúmque vidiſſet me coram iacentem vt mortuũ, & alienatum animo, apprehẽſa dextera mea, cõfirmatum me in pedes ſtatuit, & ſic eſt allocutus, Quid tibi eſt? aut quare mẽs tua, animive tui ſenſus perturbatus eſt? aut quiobrem commoueris? At ego. Quoniã, inquam, me dereliquiſti, poſtquam ego ſanè iuſſa tua executus ſum, & exiui in cãpum, vbi vidi, ecce & video quod nõ poſſum enarrare. Tũ ille, Confiſte viriliter, inquit, & te commonebo. Loquere tu mecum, inquam, mi Domine, neq; me deſeras, vt ne temerè moriar, quoniã vidi quæ neſciebam, & ignota audio. Aut num ſenſus meus fallitur, ſublimiſve meus errat animus? Nunc ergo oro te, vt ſeruo tuo declares hoc miraculum. Reſpondẽt ille mihi, Auſculta me, inquit, vt doceam te, & diſſeram tibi de ijs quæ metuis, quoniam altiſſimus tibi reuelanda putauit multa myſteria. Vidit rectum inſtitutũ tuũ, qui pro populo tuo mœreas ſine intermiſſione, & propter Sion vehemẽter lugeas. Hæc igitur eſt interpretatio viſi, quod tibi dudũ oblatũ eſt. Quam vidiſti lugentẽ conſolari inſtituiſti: at nũc iam ſpeciẽ mulieris non vides, verum vrbs ædificari tibi viſa eſt: & quoniam narrabat tibi de caſu filij ſui, hæc eſt explicatio, Hæc mulier quam vidiſti, Sion eſt: & quod dixit tibi ea quam & nunc cernas vt vrbem ædificatã, quod inquam dixit tibi, ſe annos triginta fuiſſe ſterilem, eò pertinet, quòd triq; fuerint anni triginta, quibus nõ fuit adhuc factitatum in ea ſacrificiũ. Porrò exactis annis triginta cũ Salomon ædificaſſet vrbẽ, ſacrificiáque faceret, tum fuit tẽpus quo peperit ſterilis filium. Quod autem tibi dixit, ſe illum educaſſe cum labore, habitatio fuit Ieroſolymis. Rurſúmque quod tibi retulit filiũ ſuum ingreſſum thalamũ ſuum fortuito caſu concidiſſe mortuũ, ea eſt quæ contigit ruina Ieroſolymæ. An tibi quod vidiſti ſimulachrũ eius, quã quia filium lugebat, cõſolari inſtituiſti, & ea quæ contigerunt, quæ tibi fuerũt aperiẽda. Iam vero videns altiſſimus te cõtriſtatum eſſe ex animo, totóque corde dolere vicẽ eius, oſtendit tibi ſplẽdorem gloriæ eius, decoriſq; pulchritudinẽ. propterea enim iuſſi te manere in campo vbi domus non eſſet ædificata. Sciebã enim quòd altiſſimus hæc tibi pararet oſtendere. propterea iuſſi te venire in agrũ fundamẽto ædificij vacuum. Neq; enim poterat opus humanæ ſtructuræ ſuſtineri loco, vbi foret vrbs altiſſimi demõſtranda. Tu ergo ne ſis timidus, neq; animo tuo expaueſcas, ſed ingreſſus contẽplare ſplendorem, amplitudinémque ædificij, quantum potes oculorũ tuorũ obtutu perluſtrare: & poſtea audies quãtum vales auriũ tuarum auditu percipere. Tu enim beatus es præ multis, & inter paucos nominatus apud altiſſimum. Cæterum nocte craſtina manebis hic, & repræſentabit tibi altiſſimus viſa ſublimia rerũ earum, quas idem editurus eſt in habitatores terræ temporibus ' poſterioribus.'

¶' אחרונים vel, nouiſſimis.

CAP. XI.

Cvmque ſomno me tradidiſſem nocte illa, & craſtina, vt me iuſſerat, vidi ſomniũ, & ecce aſcendebat aquila de mari, cui duodecim erant alæ pennatæ, & tria capita. Et ſpectante me, ecce expandebat alas ſuas in omnẽ terram omnibus ventis cæli flantibus in eam, & collectis. Et vidi de pennis eius naſcẽtes alias in contrariũ pennas, quæ euadebant in pinnulas minutas & exiguas. Cæterũ capita eius quieſcebãt, & mediũ inter ea caput maius erat alijs capitibus, & ipſum tamẽ cum illis quietẽ capiens. Porrò inſpiciẽte me, ecce aquila ſubuolauit pennis ſuis, & regnauit in terra & in eius habitatoribus: vidique ſubiecta ei quæ ſub cælo ſunt omnia, nec quẽquam illi cõtradicere, ne vnũ quidem eorũ qui in terra procreati ſunt. Deinde intuente me, ecce cum aquila 'conſtitiſſet' in vngues ſuos, vocẽ miſit pennis ſuis, dicens, Ne ſimul omnes vigiletis, ſed

¶' יקם



ait ad me, & vidit me: & ecce eram poſitus vt mortuus, & intellectus meus alienat' erat, & tenuit dexterã meam, & cõfortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & dixit mihi, Quid tibi eſt? & quare conturbatus eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi, Quoniã dereliquiſti me, & ego quidẽ feci ſecũdum ſermones tuos, & exiui in campum: & ecce vidi, & video quod nõ poſſum enarrare. Et dixit ad me, Sta vt vir, & cõmonebo te. 4.Eſd.9.9.
Et dixi, Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt non fruſtra moriar: quoniam vidi quæ nõ ſciebam, & audio quæ nõ ſcio. Aut nũquid ſenſus meus fallitur, & anima mea ſomniat? Nunc ergo deprecor te, vt demõſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et reſpõdit ad me, & dixit, Audi me, & doceam te, & dicã tibi de quibus times: quoniam Altiſſimus reuelauit tibi myſteria multa. Vidit rectam viã tuã, quoniam ſine intermiſſione contriſtabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus viſionis quę tibi apparuit ante paululũ. Quam vidiſti lugentẽ, inchoaſti cõſolari eam. Nũc autẽ iam ſpeciem mulieris non vides, ſed apparuit tibi ciuitas ædificari: & quoniã enarrabat tibi de caſu filij ſui, hæc abſolutio eſt, Hæc mulier quam vidiſti, hæc eſt Sion: & quoniã dixit tibi quam & nũc cõſpicies, vt ciuitatẽ ædificatam. Et quoniam dixit tibi, quia ſterilis fuit triginta annis: propter quod erat anni ſcilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum eſt poſt annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatẽ. & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit ſterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniã nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Ieruſalem. Et quoniã dixit tibi, quòd filius meus veniens in ſuo thalamo mortuus eſſet, & contigiſſet ei caſus, hoc erat, quæ facta eſt ruina Ieruſalẽ. Et ecce, vidiſti ſimilitudinẽ eius: & quoniam filiũ lugeret, inchoaſti cõſolari eam: & de his quæ cõtigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc videt Altiſſimus, quoniã ex animo contriſtatus es, & quoniã ex toto corde pateris pro ea, oſtendit tibi claritatẽ glorię eius, & pulchritudinem decoris eius. Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus non eſt ædificata. Sciebam enim ego, quoniam Altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hæc: propterea dixi tibi vt venires in agrũ vbi non eſt fundamentum ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco, vbi incipiebatur Altiſſimi ciuitas oſtendi. Tu ergo noli timere, neq; expaueſcat cor tuũ: ſed ingredere, & vide ſplendorem & magnitudinẽ ædificij, quãtum capax eſt tibi viſus oculorũ videre: & poſt hæc audies quãtum capit auditus aurium tuarum audire. Tu enim beatus es pręmultis, & vocatus es apud Altiſſimũ ſicut & pauci. Nocte autem quæ in craſtinũ futura eſt, manebis hic: & oſtẽdet tibi Altiſſimus eas viſiones ſupremorũ, quæ faciet Altiſſimus his qui habitant ſuper terrã a nouiſſimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, ſicut dixerat mihi. D

CAP. XI.

Et vidi ſomniũ, & ecce aſcẽdebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expãdebat alas ſuas in omnem terrã, & omnes venti cæli inſufflabãt in eã, & colligebãtur. Et vidi, & de pẽnis eius naſcebantur contrariæ pennæ, & ipſæ fiebant in pẽnaculis minutis & modicis. Nam capita eius erant quieſcẽtia, & medium caput erat maius aliorũ capitum, ſed ipſa quieſcebat cũ eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in pẽnis ſuis, & regnauit ſuper terrã, & ſuper eos qui habitãt in ea. Et vidi, quoniã ſubiecta erant ei omnia ſub cælo, & nemo illi contradicebat, neq; vnus de creatura quæ eſt ſuper terrã. Et vidi, & ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, & miſit vocẽ pennis ſuis, dicens, Nolite omnes ſimul vigilare, donec

miteunuſquiſq; in loco ſuo, & per tẽpus vigilate. Capite autẽ in nouiſſimo ſeruẽtur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, ſed de medietate corporis eius. Et numeraui cõtrarias pẽnas eius, & ecce ipſæ erãt octo. Et vidi, & ecce à dextera parte ſurre

B xit vna pẽna, & regnauit ſuper omnẽ terrã. Et factũ eſt cũ regnaret, venit ei finis, & nõ apparuit locus eius. & ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multũ tenuit tẽpus. Et factum eſt cũ regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret ſicut prior. Et ecce vox emiſſa eſt illi, dicens, Audi tu quæ tanto tẽpore tenuiſti terrã, hęc annuntio tibi antequã incipias nõ apparere. Nemo poſt te tenebit tẽpus tuũ, ſed nec dimidiũ eius. Et leuauit ſe tertia, & tenuit principatum ſicut & priores: & non apparuit & ipſa. Et ſic cõtingebat omnibus alijs ſingulatim principatum gerere, & iterũ nuſquam comparere. Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennæ erigebãtur à dextera parte, vt tenerẽt & ipſæ principatũ: & ex his erant quæ tenebant, ſed tamẽ ſtatim non comparebant. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, ſed nõ tenebant principatũ. Et vidi poſt hæc, & ecce nõ cõparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula: & nihil ſupererat in corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula. Et vidi, & ecce ſex pennaculis di-

C uiſæ ſunt duæ, & manſerũt ſub capite quod eſt ad dexteram partem. Nam quatuor manſerũt in loco ſuo. Et vidi, & ecce ſubalares cogitabãt ſe erigere & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta eſt, ſed ſtatim non cõparuit. Et ſecũdæ velocius, quàm priores nõ comparuerunt. Et vidi, & ecce duæ quæ ſuperauerũt apud ſemetipſas cogitabãt & ipſæ regnare: & in eo cum cogitarẽt, ecce vnũ quieſcentiũ capitũ quod erat mediũ, euigilabat. hoc enim erat duorũ capitum maius. Et vidi quoniã cõplexa ſunt duo capita ſecum: & ecce cõuerſum eſt caput cũ his qui cum eo erãt, & comedit duas ſubalares quæ cogitabant regnare. Hoc autem caput perconterruit omnẽ terrã, & dominabatur in ea his qui habitant terram cũ labore multo, & potẽtatum tenuit orbis terrarũ ſuper omnes alas quæ fuerunt. Et vidi poſt hæc, & ecce medium caput ſubito nõ comparuit, & hoc ſicut alæ. Superauerũt autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regnauerũt ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à lęua. Et audiui vocem dicentem mihi, Conſpice cõtra te, & conſydera quod vides. Et vidi, & ecce ſicut leo concitatus de ſyl

D ua rugiens: & vidi quoniã emittebat vocẽ hominis ad aquilam. Et dixit, dicẽs, Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altiſſimus tibi, Nõnne tu es qui ſuperaſti de quatuor animalibus, quæ fecerã regnare in ſeculo meo, & vt per eos veniret finis tẽporum eorũ? Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ trãſierunt, & potẽtatu tenuit ſeculum cũ tremore multo, & omnẽ orbem cum labore peſſimo, & inhabitauit tot tẽporibus orbem terrarũ cum dolo. Et iudicaſti terram nõ cum veritate, Tribulaſti enim mãſuetos, & læſiſti quieſcentes, & dilexiſti mendaces, & deſtruxiſti habitationes eorum qui fructificabãt, & humiliaſti muros eorum qui te non nocuerunt. Et aſcendit contumelia tua vſque ad Altiſſimum, & ſuperbia tua ad Fortem. Et reſpexit Altiſſimus ſuperba tẽpora, & ecce finita ſunt, & ſcelera eius completa ſunt. Propterea nõ appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua peſſima, & capita tua maligna, & vngues tui peſſimi, & omne corpus tuum vanum, vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur libera de tua vi. & ſperet iudicium & miſericordiam eius qui fecit eam.

ſuo quæque loco dormiatis, & vigiletis per ſucceſſiones: capita vero reſeruẽtur ad extremũ. Cum autem contẽplarer, ecce vox nõ edebatur è capitibus eius, ſed de medio corporis. Tum numeraui pẽnas eius aduerſas, cúmq; animaduertiſſem eas eſſe octo, ſpectante me, ecce à dextera parte ſurrexit vna pẽna, & regnũ occupauit per omnẽ terram. Porrò cũ regnaret, aduenit finis eius, ac ne locus quidẽ eius comparuit. Tum altera exurrexit, & regnauit, longòque tẽpore rerum potita eſt. Accidit autẽ vt dum regnaret, veniret finis eius, & euaneſceret vt prior. Et ecce vox ad illam miſſa eſt, dicens, Audi tu quæ terrã tanto tempore tenuiſti. Hæc annũtio tibi antequam pares è medio faceſſere. Nemo poſt te tempus tuũ obtinebit, ac ne dimidium quidem eius. Et exorta eſt tertia, quæ principatum obtinuit ſicut & priores, & ipſa quoq; euanuit. Idem cõtigit & omnibus alijs ſingulatim, vt principatũ gererent, rurſúmque interirent. Deinde ſpectante me, ecce per interualla tẽporis ſequentes pennæ ſurrigebãtur à dextera parte, vt occuparẽt & ipſæ principatũ: verum ex eis quædã obtinebant, ſtatim tamẽ euaneſcentes: quædam autẽ ex eis erigebãtur quidẽ, ſed imperio nõ potiebantur. Poſt hæc cũ cõtemplarer, ecce non cõparebant duodecim pennæ, nec duę pinnulæ: nec quicquam ſupererat in corpore aquilæ, pręter duo capita quieſcẽtia, & ſex pinnulas. Et intuente me, ecce de ſex pinnulis duæ receſſerũt, & ſe collocauerũt ſub capite quod erat ad partẽ dexteram. nã quatuor manſerũt in loco ſuo. Porrò inſpiciente me, ecce pẽnæ ſubalares cogitabant erigere ſe, & occupare principatũ: atq; adeò vidi protinus erectam vnã, ſed ſtatim deſijt apparere. Quæ autem ſubſecutę ſunt, citius quàm priores extare deſierũt. Spectabam autẽ, & ecce duæ quæ ſupererant, apud ſemetipſas cogitabãt & ipſæ regnare: & quũ in ea cogitatione eſſent, ecce vnũ quieſcẽtium capitum quod erat mediũ, expergefactum eſt. Id enim erat maius duobus capitibus. Et vidi coniũcta eſſe cum illo duo capita, & ecce cõuerſum eſt caput illud cũ ijs quæ cum eo cõiuncta erãt, & comedit duas ſubalares regnare cogitãtes. Hoc etiã caput perterruit omnẽ terram, & in ea dominabatur habitatoribus eius cũ multa vexatione, & imperiũ tenebat orbis terrarum amplius, quam omnes alæ quę anteceſſerant. Poſt hæc dum intuebar, ecce mediũ caput interijt ſubito & ipſum ſicut alæ. Supererãt autẽ duo capita, quæ & ipſa ſimiliter imperio terrã & incolas eius tenuerũt. Deinde contẽplante me, ecce caput dexterũ deuorauit alterũ quod erat ad læuam. Tum audiui vocẽ mihi dicẽtem, Proſpice in aduerſum, & quod vides conſidera. Itaq; proſpexi, & ecce imago leonis è ſylua cõcitati rugiebat: hunc vidi mittẽtem vocem humanã ad aquilam, & loquẽtem his verbis, Audi tu, nã tecũ loquar verbis altiſſimi. Nõnne tu es illud reliquũ de quatuor animalibus (quæ deſignaui ad regnãdum in orbe meo, vt ſuaipſorum tẽpora exigerẽt,) quod quarto loco exortum deuicit omnia animalia quæ tranſierũt, & imperio perquàm horrẽdo mũdum tenuit, omnémq; orbem cũ vexatione grauiſſima, quódq; tanto tempore orbẽ terrarum fraudulẽter inhabitauit? Nam iudicẽ te præbuiſti terræ nequaquam integrũ. Vexauiſti enim mites, quietos male tractauiſti, dilexiſti mẽdaces, habitationes frugi hominũ deuaſtaſti, & deieciſti muros eorũ qui tibi nõ nocuerunt. Cõtumelia tua aſcẽdit vſq; ad altiſſimũ, & ſuperbia tua ad potẽtẽ. Deſpexit altiſſimus in tẽpora ſuperba, & ecce finita ſunt, & ſcelera eorũ conſummata. Propterea euaneſcas tu aquila vnà cũ alis tuis horribilibus, cũ pennis deterrimis, cũ capitibus malitioſis, cum vnguibus ſceleratiſſimis, adeòque cũ totius corporis tui vanitate, vt refocilletur omnis terra, & à tua violentia liberata ſe recipiat, ac in iuſtitia clementiaque conditoris ſui ſpem collocet.

N.

CAP. XII.

ACcidit autẽ leone his verbis cum aquila loquẽte, cum ego cõtemplarer, vt repẽte caput quod ſuperauerat, euaneſceret vnà cum quatuor alis illis quæ tranſierãt ad ipſum, & ad regnãdum exurrexerant. quarũ regnum erat exile ac tumultuoſum. Cum, inquam, ſpectarem, ecce abibat è conſpectu, omnéq; corpus aquilæ cõflagrabat, terra vehementer expaueſcẽte. Tum ego à perturbatione, & mẽte attonita, magnóq; timore expergefactus animum meum incuſabã, Ecce tu mihi huius rei author es, eo quòd ſcrutaris vias altiſſimi. Ecce laſſo ſum etiãdum animo, & ſpiritu vehementer imbecilli, vt ne paululũ quidẽ in me ſuperſit virtutis præ magno terrore, quo hac nocte perculſus ſum. Nunc ergo orabo altiſſimũ, vt me ad finem vſq; reddat confirmatũ. Ergo dixi, Si quã in conſpectu tuo gratiã nactus ſum dominator Domine, ſi me apud te iuſtiorem multis iudicas, aut ſi certe ſub aſpectũ tuum preces meæ valent aſcẽdere, fac me corrobores mihique ſeruo tuo viſum hoc horrendũ diſtincta interpretatione declares, vt pleniſſime cõſoleris animum meũ: quãdoquidem dignũ me, cui ' poſteriora' tẽpora repræſentares, cẽſuiſti. Tum ille, Hæc eſt, inquit, huius viſi interpretatio, Aquila quã de mari vidiſti aſcendẽtem, regnũ eſt illud quod Danieli fratri tuo per viſum repræſentatũ eſt, ſed non interpretatũ. Ideo ego tibi nũc id interpretor. Veniũt ecce tẽpora, quibus exiſtet regnũ in terra, cuius terror erit acrior omnibus regnis quæ ipſum anteceſſerint. Regnabunt autẽ in eo reges duodecim, alius poſt alium, quorũ ſecundus regnũ adeptus diutius tenebit quàm quiſquã è duodecim. Hæc eſt interpretatio duodecim alarũ quas vidiſti. Porrò vocis quam audiſti loquẽtem, nõ è capitibus eius, ſed de medio corporis editæ, hæc eſt ſignificatio, quòd exacto tẽpore regni illius exorientur cõtentiones nequaquã exiguæ, & ipſum ruina periclitabitur, necdum tamen cadet, ſed in integrũ iterũ reſtituetur. Subalariũ autẽ octo pẽnarum, quas vidiſti alis eius adhærẽtes, hæc eſt interpretatio, Exiſtẽt in illo reges octo, quorũ erunt tẽpora breuia, & anni citati. Et duo quidẽ ex ipſis peribũt, appropinquãte vero tẽpore medio quatuor ſeruabũtur ad tẽpus, donec acceſſerit tẽpus 'eius,' vt finiatur, ad extremum vero duo reſeruabũtur. Deinde triũ capitũ quieſcẽtium quæ vidiſti, hæc eſt cõiectatio, Temporibus eius nouiſſimis tria regna ſuſcitabit altiſſimus, & reuocabit in ea multa, & dominabũtur terræ & eius habitatoribus cũ vexatione graui ſuper omnia quæ ipſa anteceſſerint, propterea ipſa vocata ſunt aquilæ [illegible] pita. Nam impias fraudes eius iſta cõſummabũt, & extremũ imponẽt ei faſtigiũ. Quod autẽ caput maius euanuiſſe vidiſti, hoc innuit, vni ex eis in lecto ſuo eſſe moriẽdũ, & tamẽ cũ tormẽtis. Nã duos qui ſuperfuerint gladius hauriet. Vnius enim gladius hauriet alterũ, qui tamẽ & ipſe tandẽ occũbat gladio. Præterea duarũ pẽnarũ ſubalariũ quas ad caput in dextera parte ſitũ trãſiiſſe vidiſti, hæc eſt ſignificatio, Hi ſunt quos in finẽ ſuũ cõſeruauit altiſſimus, quorũ eſt regnũ exile turbatũmq; plenũ, vt vidiſti. Leo deniq; quẽ vidiſti de ſylua excitatũ, rugiẽtẽ, & alloquentẽ aquilã, déq; iniuſtè factis ipſius arguẽtẽ per omnes ſermones quos audiuiſti: is eſt ventus quẽ reſeruauit altiſſimus ad extremũ in illos, & impias fraudes eorũ, & redarguet eos, & regeret in eos direptiones eorũdẽ. Siſtet enim eos iudicio viuos, & in cõuictos animaduertet. Nã per ærũnas eripiet reſiduos populi mei qui in fines meos euaſerint, & oblectabit eos quoad vltima iudicij dies adueniat, de qua tibi ab initio locutus ſũ. Hoc eſt ſomniũ quo viſus es, & hæ eiꝰ interpretationes. Tu nimuero ſolus [illegible]gnꝰ es habitꝰ qui hæc ſecreta altiſſimi cognoſceres.

¶: אחרונים vel. nouiſſima.

¶: ſub. tẽporis: vel, donec acceſſerit tẽpus cuiuſque, vt, &c.

V.

CAP. XII.

ET factum eſt, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilã, & vidi: & ecce quod ſuperauerat caput, & non comparuerũt quatuor alæ illæ quæ ad eum tranſierunt, & erectæ ſunt vt regnarent: & erat regnum eorũ exile, & tumultu plenum. Et vidi, & ecce ipſa nõ apparebant, & omne corpus aquilæ incẽdebatur, & expaueſcebat terra valde, & ego à tumultu & exceſſu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi ſpiritui meo, Ecce tu præſtitiſti mihi hoc in eo, quòd ſcrutaris vias Altiſſimi. Ecce adhuc fatigatus ſum animo, & ſpiritu meo inualidus ſum valde, & nec modica eſt in me virtus à multo timore, quam expaui nocte hac. Nunc ergo orabo Altiſſimum, vt me cõfortet vſq; in finem. Et dixi, Dominator Domine, ſi inueni gratiã ante oculos tuos, & ſi iuſtificatus ſum apud te præ multis, & ſi certe aſcendit deprecatio mea ante faciẽ tuam, conforta me, & oſtẽde ſeruo tuo mihi interpretationẽ & diſtinctionem viſus horribilis huius, vt pleniſſime cõſoleris animam meam. Dignum enim me habuiſti oſtẽdere mihi tẽporum nouiſſima. Et dixit ad me, Hæc eſt interpretatio viſionis huius, Aquilam quã vidiſti aſcẽdentem de mari, hoc eſt regnum quod viſum eſt in viſione ꝗ Danieli fratri tuo. Sed nõ eſt Dan. 7.
illi interpretatũ, quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniũt, & exurget regnum ſuper terram, & erit timor acrior omniũ regnorũ quæ fuerunt ante eum. Regnabũt autem in ea reges duode B
cim, vnus poſt vnũ. Nam ſecundus incipiet regnare, & ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim. Hæc eſt interpretatio duodecim alarũ quas vidiſti. Et quã audiſti vocem quæ locuta eſt, nõ de capitibus eius exeũtem, ſed de medio corporis eius, hæc eſt interpretatio, Quoniã poſt tempus regni illius naſcẽtur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: & nõ cadet tunc, ſed iterũ conſtituetur in ſuum initiũ. Et quoniã vidiſti ſubalares octo cohærẽtes alis eius, hæc eſt interpretatio, Exurgẽt in ipſo octo reges, quorũ erũt tempora leuia, & anni citati, & duo quidẽ ex ipſis periẽt. Appropinquante autẽ tempore medio, quatuor ſeruabũtur in tempore, cum incipiet appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duæ verò in finem ſeruabũtur. Et quoniã vidiſti tria capita quieſcẽtia, hæc eſt interpretatio, In nouiſſimis eius ſuſcitabit Altiſſimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabũtur terrã, & qui habitãt in ea, cum labore multo ſuper omnes qui fuerũt ante hos. propter hoc ipſi vocati ſunt capita aquilæ. Iſti enim erũt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouiſſima eius. Et quoniã vidiſti caput maius non apparẽs, hæc eſt interpretatio eius, Quoniam vnus ex eis ſuper lectũ ſuum morietur, & tamẽ cum tormẽtis. Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gla C
dius comedet qui cũ eo: ſed tamẽ hic gladio in nouiſſimis cadet. Et quoniam vidiſti duas ſubalares traijcientes ſuper caput quod eſt in dextera parte, hæc eſt interpretatio, Hi ſunt quos cõſeruauit Altiſſimus in finem ſuũ, hoc eſt regnum exile, & turbationis plenũ. Sicut vidiſti & leonem, quẽ vidiſti de ſylua euigilãtem & rugiẽtem, & loquentẽ ad aquilam, & arguẽtem eã, & iniuſtitias ipſius per omnes ſermones eius ſicut audiſti: hic eſt ventus quẽ ſeruauit Altiſſimus in finẽ ad eos, & impietates ipſorũ, & arguet illos, & incutiet corã ipſis diſcerptiones eorũ. Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cũ arguerit eos, tũc corripiet eos. nam reſiduum populũ meum liberabit cũ miſeria, qui ſaluati ſunt ſuper fines meos, & iucũdabit eos quoadusq; veniet finis dies iudicij, de quo locutus ſum tibi ab initio. Hoc ſomniũ quod vidiſti, & hæ interpretationes. Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecretũ hoc,

Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vidiſti, & pone
ea in loco abſcondito: & docebis ea ſapientes de po
pulo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere & ſeruare
ſecreta hæc. Tu autem adhuc ſuſtine hic alios dies
ſeptem, vt tibi oſtendatur quicquid viſum fuerit Al
D tiſſimo oſtēdere tibi. Et profect⁹ eſt à me. Et factum
eſt, cū audiſſet omnis popul⁹ quoniā pertranſierūt
ſeptē dies, & ego nō fuiſſem reuerſus in ciuitatē, &
congregauit ſe omnis à minimo vſq. ad maximū:
& venit ad me, & dixerunt mihi dicentes, Quid pec
cauimus tibi, & quid iniuſte egim⁹ in te, quoniā de-
relinquens non ſediſti in loco hoc? Tu enim nobis
ſuperes ſolus ex omnib⁹ populis, ſicut botrus de vi-
nea, & ſicut lucerna in loco obſcuro, & ſicut portus
& nauis ſaluata à tēpeſtate. Aut non ſufficiunt no
bis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliquε-
ris, quanto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi &
nos cum incendio Sion? Nec enim nos ſumus melio
res eorum qui ibi mortui ſunt. Et plorauerunt voce
magna. Et reſpondi ad eos, & dixi, Confide Iſrael,
& noli triſtari tu domus Iacob. Eſt enim memoria
veſtri coram Altiſſimo, & Fortis non eſt oblitus ve-
ſtri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos, ne-
que exceſſi à vobis: ſed veni in hunc locum, vt de-
precarer pro deſolatione Sion, vt quærerem miſe-
ricordiam pro humilitate ſanctificationis veſtræ. Et
nunc ite vnuſquiſque veſtrum in domum ſuam, &
ego veniam ad vos poſt dies iſtos. Et profectus eſt
populus, ſicut dixi ei, in ciuitatem ego autē ſedi in
campo ſeptem diebus, ſicut mihi mandauit, & man
ducabam de floribus ſolummodo agri, de herbis fa
cta eſt eſca mihi in diebus illis. CAP. XIII.

ET factū eſt poſt dies ſeptē, & ſomniaui ſomniū
nocte. Et ecce, de mari vētus exurgebat, vt cōtur
baret omnes fluctus eius. Et vidi, & ecce, conualeſce-
bat ille homo cum millibus cæli: & vbi vultum ſuū
vertebat vt conſyderaret, tremebāt omnia quæ ſub
eo videbantur: & vbicunque exibat vox de ore eius,
ardeſcebant omnes qui audiebant voces eius, ſicut
quieſcit terra quādo ſenſerit ignē. Et vidi poſt hæc,
& ecce congregabatur multitudo hominum, quo-
rū non erat numerus, de quatuor ventis cæli, vt de-
bellarent hominem qui aſcēderat de mari. Et vidi,
& ecce ſibimetipſi ſculpſerat montem magnum, &
volauit ſuper eum. Ego autem quæſiui videre regio
nem, vel locū vnde ſculptus eſſet mons, & nō potui.
Et poſt hæc vidi, & ecce, omnes qui congregati ſunt
ad eum, vt expugnarēt eum, timebant valde: tamen
audebant pugnare. Et ecce, vt vidit impetum multi
tudinis venientis, nō leuauit manum ſuam, neque
phramæam tenebat, neque aliquod vas bellicoſum,
niſi ſolummodo vt vidi, quoniam emiſit de ore ſuo
ſicut flatum ignis, & de labijs ei⁹ ſpiritus flammæ,
& de lingua eius emittebat ſcintillas & tempeſtates,
& cōmiſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis, & ſpi-
ritus flammæ, & multitudo tempeſtatis: & concidit
ſuper multitudinem in impetu, quę præparata erat
pugnare, & ſuccendit omnes, vt ſubito nihil videre
tur de innumerabili multitudine, niſi ſolummo-
do puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. Et poſt
hæc vidi ipſum hominem deſcendentem de mōte,
& vocantem ad ſe multitudinem aliam pacificā, &
accedebat ad eum vultus hominū multorū quorū-
dam gaudentium, quorundā triſtantiū: aliqui verò
alligati, aliqui adducēres ex eis qui offerebantur. &
ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus
ſum, & dixi, Tu ab initio demōſtraſti ſeruo tuo mi
B rabilia hæc, & dignū me habuiſti vt ſuſciperes de-
precationē meā: & nunc demonſtra mihi adhuc in-
terpretationē ſomnij huius. Sicutenim exiſtimo in
ſenſu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis:
& multo plus væ his qui non ſunt derelicti. Qui e-
nim non ſunt derelicti, triſtes erant. Intelligo nunc
quæ ſunt repoſita in nouiſſimis diebus, & occurrent eis, ſed & his qui derelicti ſunt. Propter hoc ve-

Hæc ergo quæ vidiſti libro perſcribe omnia, & re-
conde in locum ſecretum, doceáſq; ea ſapientes po
puli tui, quorū animos ſcis hæc arcana capere poſ-
ſe, & conſeruare. Mane autem hic alios adhuc ſe-
ptē dies, vt oſtēdatur tibi quicquid altiſſimo viſum
fuerit tibi ſignificare. Tum ille à me diſceſſit. Por-
rò cū audiſſet vniuerſus populus elapſos eſſe ſeptē
dies, quibus non eſſem reuerſus in ciuitatem, cōgre
gatus à minimo ad maximū vſque vniuerſus venit
ad me, & me his verbis compellauit, Quid in te pec
cauimus, aut qua te læſimus iniuria, quod derelictis no
bis in hoc loco conſediſti? Nam tu ſolus reliquus es
nobis ex omni populo, vt botrus è vinea, vt lucerna
in obſcuro loco, & vt portus ac nauis ſeruata à tem
peſtate. Annon ſufficiunt nobis præſentes malorū
caſus? Quòd ſi tu nos dereliqueris, quanto præſtite
rat nobis vnà cū incēdio Sion conflagrauiſſe? Neq;
enim ¹felicioreſ ſum⁹ ijs qui ibi ſunt mortui, & ma-
gna voce cōplorauerūt. Tu ego reſpōdi illis, ac dixi, ¶1 vl, meliores.
Bene ſperetis Iſraelitæ, neq; triſteris tu dom⁹ Iacob.
Eſt enim memoria veſtri apud altiſſimū, & qui po-
tens eſt nō eſt oblitus veſtri in tentatione. Neq; ve
rò ego vos deſerui, aut auerti me à vobis, ſed cōceſſi
in hunc locū, vt precarer pro deſolata Sion, & veniā
peterē afflictioni veſtræ ⁴ſanctitatis. Ergo nūc domū ¶4 vl, religionis, vl ſacrarij, vl ſacroſancti loci.
ſuā redite quiſq; veſtrū. & ego poſt huſce dies ali-
quot ad vos reuertar. Tū populo vt iuſſeram, in vr-
bē reuerſo, ego reſedi in cāpo ſeptē dieb⁹, ſicut ma-
datū habebā, floribus tantū veſcens ſylueſtribus, &
herbis pro cibo vtens diebus illis. CA. XIII.

ACcidit autem poſt dies ſeptem vt viderer ſomnio
noctu. & ecce exurgebat de mari vētus, qui cir-
ret omnes fluctus eius. Cúmq; ſpectarē, ecce euade-
bat ille in hominē cū millibus cæli: cúmq; vultum
ſuū ad contemplandū conuerteret, tremebant quæ
ſub eo cernebātur omnia: & quoties vox ex ore ei⁹
ederetur, incendebantur omnes qui audiſſent ſonos
eius, ſicut terra ¹deuaſtatur, ¹cū corripitur incendio.
Deinde cū contemplarer, ecce congregabatur mul- ¶1 חשרתוף quieſcit: vl diſperit.
titudo hominū innumerabilis à quatuor ventis cæ
li, ad oppugnandum hominē qui de mari aſcende-
rat. Is autē inſpiciēte me, ecce ſibimetipſi mōtē in-
gentem exciderat, ſuper quē auolauit. Ego verò cu-
piebā videre regionē & locū vnde mons exciſus eſ-
ſet, nec potui. Porrò autem intuebar, & ecce qui ve-
nerant oppugnatū eum, omnes metuebant vehe-
menter, & tamen audebāt impugnare. At ille vbi vi
dit impetum venientis multitudinis, manū quidem
ſuam non leuauit, vt qui nec gladiū teneret, nec vl
lum inſtrumentum bellicum, ſed quantum vidi ſo
lū emiſit ex ore ſuo ſpeciē flatus igniti, & è labijs
ſuis ſpiritū flammantē, lingua ſua vibrans ſcintillas
& tēpeſtates. Hæc ſimul cōmiſta omnia, nēpe flatus
igniteus, ſpiritus flammans, & vis tēpeſtatis ingrue
runt impetu ſuper paratam pugnare multitudinē,
& concremauerunt vniuerſos, adeò vt repēte ex in
numerabili multitudine nihil præterquam puluis
tantum & fumus olidus compareret. Hæc vidēs ex
timui. Poſtea verò hominem illum vidi de monte
deſcendentem, & multitudinem aliam ad ſe vocan
tem pacificam, & accedebāt ad eum homines mul-
ti vultu alij hilari, alij verò triſti, & alij vincti, alij
quoſdam oblatos adducentes: & præ vi pauoris æ-
grotare cœpi, & expergefactus ſum, ac dixi, Tu ab
initio hęc miracula ſeruo tuo declarauiſti, & dignū
me iudicaſti cuius precationem admitteres. itaque
nunc etiam explica mihi ſomnium hoc interpreta-
tione. Quantum enim animo meo conijcio, væ ²reli ¶2 i. ſuperſtitib⁹.
ctis ²illo tempore, ſed multo magis væ ³non relictis³ ¶3 i. mortuis.
Qui enim nō ſunt relicti triſtes erāt. Intelligo nūc
quæ ſint repoſita in tempora ⁴poſteriora, & quæ e-
uentura ſint illis, ſimul & relictis, propterea quòd ¶4 אחרונים

**N.**

in magna pericula, calamitatéſq; multas deuenerũt, ſicut hæc ſomnia repræſentãt. Attamẽ tolerabilius eſt periclitantẽ in hæc incidere, & præuidere nunc quæ futura ſunt in poſterũ, quàm tranſire ſicut nubẽ è mundo. Tũ reſpondens ille mihi, Et viſum, inquit, interpretabor tibi, & ea de quibus locutus es explicabo apertius. Quandoquidem mentioné feciſti relictorũ, res ſic eſt accipienda. Qui pertulerit periculũ illo tẽpore, is ſe ſeruauerit: qui in periculũ inciderunt, ij ſunt qui præſtãt opera & fidẽ altiſſimo. Scito ergo beatiores eſſe relictos quàm mortuos. Hæ ſunt interpretationes viſũ. Quod vidiſti virũ aſcendere è medio maris, is eſt quẽ multis temporib⁹ conſeruat altiſſimus, qui per ſemetipſum liberabit opificium ſuũ, & ipſe curã capeſſet relictorũ. Quod autẽ ex ore eius vidiſti prodeuntẽ ſpeciem flatus cũ igne & tẽpeſtate: quod itẽ nec gladium tenebat, nec telũ aliud bellicũ, ſed impetu ſuo diſperdidit multitudinẽ, quæ oppugnatũ ipſum venerat, ſic eſt interpretandũ, Ecce tempora veniũt, quib⁹ ad incolas terræ liberandos accedet altiſſimus, & mentes habitatorũ orbis pauore aduẽtus ſui ſtupefaciet. Alij in alios bella molientur, ciuitas in ciuitatẽ, locus in locum, gẽs aduerſus gentẽ, & regnũ aduerſus regnũ. Cum autẽ hæc gerentur, deſignabuntur ea quæ antea tibi declaraui miracula: & tũc oſtendetur filius meus, quem vt virũ aſcendentẽ vidiſti, cuius cũ gentes omnes vocẽ audierint, eueniet vt in ſua quæque regione bellũ, quod inter ſe gerunt, omittãt. & colligetur in vnũ multitudo innumerabilis, animo parata ire ad oppugnandũ eum ſtantẽ ſuper cacumen montis Sion. Sion autem exiſtet, & parata ædificatáq; monſtrabitur omnibus ſicut vidiſti montẽ exciſum ſine manibus. Ipſe autẽ filius me⁹ arguet impia cõmenta gentium earũ, quæ propter mala ſtudia ſua deuenerunt in tempeſtatem, & cruciatus flammæ ſimiles, quibus cruciandi deſtinabuntur, nullóque negotio perdet eas per legem igni aſſimilatã. Cæterũ quod vidiſti colligere eũ ad ſe multitudinẽ aliam pacificam, hæ ſunt decem tribus quæ captiuæ abductæ ſunt è terra ſua tẽporibus Oſeæ regis, quẽ captiuum abduxit rex Aſſyriorum Salmanaſar, qui tranſtulit illas vltra fluuium, & deduxit in terrã alienam. Illæ cũ communi cõſilio decreuiſſent ſe à vulgo gentium ſubducere, & proficiſci in vlteriorẽ regionem humano generi nunquã habitatam, & vel ibi ſeruare iura ſua, quæ neglexiſſent in patria per anguſtos introit⁹ fluminis Euphratis ingreſſæ ſunt. Nam edidit eis tũ miracula altiſſimus, & ſcaturigines fluminis inhibuit, donec trãſijſſent. Lõgo enim per eã regionẽ itinere proficiſcendũ erat anno vno & dimidio: nã [c] Arſareth illa regio vocatur. Tum ibi ſedẽ acceperunt vſque ad tempus nouiſſimum: vnde cũ iam redire parabunt, altiſſimus ſcaturigines fluminis denuo ſiſtet, vt pateat ipſis trãſit⁹ hinc eſt quòd multitudinem pacificã vidiſti. At verò qui de populo tuo relicti ſunt, ij ſunt qui intra terminum meum inueniũtur. Fiet igitur vt cum aggrediatur multitudinẽ collectarum gentiũ perdere, protegat eum qui ſuperauit populũ, cui tum miracula quàmplurima oſtẽſurus eſt. Tũ ego, Dominator, inquam, Domine, declara mihi hoc, quamobrẽ mihi viſus ſit vir è medio mari aſcendere. Reſpondit ille mihi, Vt quæ ſunt in profundo maris inueſtigare nõ potes aut cognoſcere: ita non poterit quiſquam in terra videre filium meum aut comites eius, niſi tempore [d] diei illius. Hæc eſt interpretatio ſomnij quod vidiſti, & de quo ſolus hic perſpicuè doctus es. Omiſſa enim lege tua meæ vacauiſti, ac ſtuduiſti. Vitam enim tuam inſtituiſti ſapienter & intelligentiam tibi matrem nũcupauiſti, quapropter oſtendi

[c] Fortaſſis Ararath legendum .i. Armenia.

[d] היום

**V.**

nerunt enim in pericula magna, & neceſſitates multas, ſicut oſtendunt ſomnia hæc. Attamẽ facilius eſt periclitantem venire in hunc, quàm pertranſire, ſicut nubem a ſeculo, & nunc videre quæ contingunt in nouiſſimo. Et reſpondit ad me, & dixit, Et viſionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi. Quoniam de his dixiſti qui derelicti ſunt, hæc eſt interpretatio, Qui auferet periculum illo tempore, hic ſe cuſtodiuit. qui in periculo inciderunt, hi ſunt qui habent opera & fidem ad Fortiſſimum. Scito ergo quoniam magis beatificati ſunt, qui derelicti ſuper eos qui mortui ſunt. Hæ interpretationes viſionis, Quia vidiſti virũ aſcendẽtem de corde maris, ipſe eſt quẽ conſeruat Altiſſimus multis temporibus, qui per ſemetipſum liberabit creaturã ſuã: & ipſe diſponet, qui derelicti ſunt. Et quoniam vidiſti de ore eius exire, vt ſpiritum, & ignem, & tempeſtatẽ: & quoniam non tenebat phrameam, neque vas bellicoſum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expugnare eũ hæc eſt interpretatio, Ecce dies veniũt, quando incipiet Altiſſimus liberare eos qui ſuper terrã ſunt: & veniet in exceſſu mentis ſuper eos qui inhabitant terrã. Et alij alios cogitabũt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduerſus gentem, & regnum aduerſus regnum. Et erit, cum fient hæc, & cõtingent ſigna quæ ante oſtendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quem vidiſti, vt virum aſcendẽtem. Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius. & derelinquet vnuſquiſq; in regione ſua bellũ ſuum, quod habent ad alterutrum: & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, ſicut volẽtes venire, & expugnare eũ. Ipſe autem ſtabit ſuper cacumen mõtis Sion. Sion autem veniet. & oſtẽdetur omnibus parata & ædificata, ſicut vidiſti montẽ ſculpi ſine manibus. Ipſe autẽ filius meus arguet quæ adinuenerunt gentes, impietates eorum has quæ tempeſtati appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum & cruciamenta, quibus incipient cruciari: quæ aſſimilatæ ſunt flãmæ, & perdet eos ſine labore per legẽ quæ igni aſſimilata eſt. Et quoniam vidiſti eum colligentem ad ſe aliã multitudinem pacificam, hæ ſunt decem tribus, quæ captiuæ factæ ſunt de terra ſua in diebus Oſee regis, quem captiuum duxit Salmanaſar rex Aſſyriorum: & trãſtulit eos trans flumen, & trãſlati ſunt in terram aliam. Ipſi autem ſibi dederũt conſilium hoc vt derelinquerẽt multitudinem gentiũ, & proficiſcerẽtur in vlteriorẽ regionẽ, vbi nunquã inhabitauit gen⁹ humanũ: vel ibi obſeruare legitima ſua, quæ nõ fuerãt ſeruãtes in regione ſua. Per introitus autẽ anguſtos fluminis Euphrãten introierũt. Fecit enim eis tũc Altiſſim⁹ ſigna, & ſtatuit venas fluminis vſquequo tranſirent. Per eã enim regionẽ erat via multa itineris, anni vni⁹ & dimidij: nã regio illa vocatur Arſareth. Tũc inhabitauerũt ibi vſq; in nouiſſimo tẽpore: & nũc iterũ cum cœperint venire, iterũ Altiſſim⁹ ſtatuet venas fluminis, vt poſſint tranſire: propter hæc vidiſti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti ſunt de populo tuo, hi ſunt qui inueniuntur intra terminum meũ. Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinẽ earũ, quæ collectæ ſunt gentes, proteget eos qui ſuperauerunt populum: & tunc oſtendet eis multa plurima portenta. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi oſtẽde, propter quod vidi virũ aſcendentẽ de corde maris. Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel ſcrutari, vel ſcire quæ ſunt in profundo maris: ſic non poterit quiſque ſuper terram videre filium meum, vel eos qui cum eo ſunt, niſi in tẽpore diei. Hæc eſt interpretatio ſomnii quod vidiſti, & propter quod illuminatus es hic ſolus. Dereliquiſti enim tuã, & circa meam vacaſti legẽ, & quæſiſti. Vitã enim tuã diſpoſuiſti in ſapiẽtia, & ſenſum tuũ vocaſti matrẽ. & propter hoc oſtẽdi

Margin: C — Matt.24.a. — 4.Reg.17.a — D — Exod.14.c. Ioſ.3.d. — 1.Reg.1.

tibi merces apud Altiſſimum. erit enim poſt alios
tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi gra-
uia & mirabilia. Et profectus ſum, & tranſij in cam-
pum, multum glorificans & laudans Altiſſimum de
mirabilibus quæ per tempus faciebat: & quoniam
gubernat ipſum, & quæ ſunt in temporibus illata,
& ſedi ibi tribus diebus. CAP. XIIII.

ET factũ eſt tertio die, & ego ſedebam ſub quer-
cu. Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & di-
xit, Eſdra Eſdra. Et dixi, Ecce ego Domine. Et ſurre-
xi ſuper pedes meos. Et dixit ad me, Reuelãs reue-
Exod.3.a. latus ſum ſuper rubũ, & locutus ſum Moyſi, quãdo
populus meus ſeruiebat in Ægypto, & miſi eũ, & e-
duxi populum meũ de Ægypto, & adduxi eum ſu
per montẽ Sina, & detinebã eũ apud me dieb⁹ mul-
tis: & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei tem
porũ ſecreta & finẽ: & præcepi ei, dicens, Hæc in pa-
làm facies verba, & hæc abſcondes. Et nũc tibi dico,
Signa quæ demõſtraui, & ſomnia quæ vidiſti, & in-
terpretationes quas tu vidiſti, in corde tuo repone
ea: tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris reſi-
duus cũ conſilio meo & cum ſimilib⁹ tuis, vſquequo
finiantur tempora. quoniã ſeculum perdidit iuuen
tutem ſuã, & tempora appropinquãt ſeneſcere. Duo
decim enim partibus diuiſum eſt ſeculũ, & tranſie-
rũt eius decima & dimidium decimæ partis: ſuper-
B ſunt autẽ eius poſt mediũ decimæ partis. Nũc ergo
diſpone domum tuã, & corripe populum tuum, &
conſolare humiles eorũ, & renuntia iam corrupte-
læ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proij-
ce abs te pondera humana, & exue te iam infirmam
naturam, & repone in vnam partẽ moleſtiſſima tibi
cogitamenta, & feſtina tranſmigrare à temporib⁹
his: quæ enim vidiſti nunc contigiſſe mala, iterum
Matt.24.a. horũ deteriora facient. Quãtum enim inualidũ fiet
2.Ioha.2.c. ſeculum à ſenectute, tantum multiplicabũtur ſu-
per inhabitantes mala. Prolongauit enim ſe magis
veritas, & appropinquauit mendaciũ. Iam enim fe-
ſtinat uenire, quã vidiſti viſionem. Et reſpõdi, & di-
xi coram te Domine, Ecce enim ego abibo, ſicut præ-
cepiſti mihi, & corripiam præſentẽ populum. Qui
autem iterum nati fuerint, quis commonebit? Poſi-
tum eſt ergo ſeculum in tenebris, & qui inhabitant
in eo ſine lumine. Quoniam lex tua incẽſa eſt, pro-
pter quod nemo ſcit quæ à te facta ſũt, vel quæ in-
cipiẽt opera. Si enim inueni in te gratiam, immit-
te in me ſpiritum ſanctum, & ſcribam omne quod
factum eſt in ſeculo ab initio, quæ erant in lege tua
ſcripta, vt poſſint homines inuenire ſemitã: & qui
voluerint viuere in nouiſſimis, viuant. Et reſpõdit
C ad me, & dixit, Vadens congrega populũ, & dices ad
eos vt nõ quærant te dieb⁹ quadraginta. Tu autem
præpara tibi buxos multos, & accipe tecũ Sareã, Da
briã, Salemiã, Echanũ, & Aſiel, quinq; hos qui parati
ſunt ad ſcribendũ velociter: & venias huc, & ego ac
cendã in corde tuo lucernã intellect⁹, quę nõ extin-
guetur quoaduſq; finiãtur quæ incipies ſcribere. Et
tũc perfectis quædã palàm facies, quædã ſapientib⁹
abſconſe trades. in craſtinũ enim hac hora incipies
ſcribere. Et pfect⁹ ſum, ſicut mihi præcepit, & cõgre
gaui omnẽ populũ, & dixi, Audi Iſrael verba hęc: Pe
Gene.47.a regrinati ſunt patres noſtri ab initio in Ægypto,
Deut.4.f. & liberati ſunt inde: & acceperũt legẽ vitæ, quã nõ
cuſtodierũt, quam & vos poſt eos tranſgreſſi eſtis. &
data eſt vobis terra in ſortẽ, & terra Siõ, & patres ve
ſtri, & vos iniquitatem feciſtis, & non ſeruaſtis vias
Act.7.g. quas præcepit vobis Altiſſim⁹: & iuſtus iudex cum
ſit, abſtulit à vobis in tempore quod donauerat. Et
nunc vos hic eſtis, & fratres veſtri introrſum ve-
ſtrum ſunt. Si ergo imperaueritis ſenſui veſtro, &
erudieritis cor veſtrum, viui conſeruati eritis, & poſt
mortem miſericordiã conſequemini. Iudiciũ enim
poſt mortẽ veniet, quãdo iterũ reuiuiſcem⁹: & tunc

tibi ⁷præmia⁷ apud altiſſimũ. Cæterũ exactis tribus ¶7 vel, opes
dieb⁹ alijs, alia tibi diſſeri, & grauia tibi explicabo
ac mirabilia. Tũ profect⁹ recepi me in campũ, ma-
gnopere celebrans & laudans altiſſimũ ſuper rebus
mirabilibus quas peracturus eſſet per tempus, quod
ipſe diſpenſat ſimul & ea quæ incurrũt in tempo-
ra: & tribus diebus ibi reſedi. CAP. XIIII.

POrrò tertio die cum ſederẽ ſub quercu, ecce per-
lata eſt ad me vox è rubo, quæ vocabat, Eſdra,
Eſdra. Et ego, Ecce me, inquam, Domine: ſimul & in
pedes meos exurrexi. Tũ ille ſic ait, Ego manifeſtiſ-
ſimè videndum me exhibui ſuper rubum, & locutus
ſum Moyſi, cũ populus meus ſeruiret in Ægypto:
miſique eũ & ex eadẽ Ægypto eduxi populũ meũ.
In Sina montẽ perduxi eum, multiſq; diebus apud
me detinui. Multa narraui ei mirabilia ſecretáque
temporũ & finẽ ſignificaui, ac præcepi ei, dicẽs, Hæc
verba palàm facies, hæc autem celabis. Itẽ nunc ti- ¶1 vel, præ-
bi dico, ¹ſigna¹ quæ tibi monſtraui, & ſomnia quib⁹ dictiones:
viſus es, interpretationeſque quas audiuiſti, vt repo- vel, miracu
nas animo tuo. tu enim ²eximeris² ex omnibus, & in la.
reliquũ cum cõſilio meo, tuiſq; ſimilibus ³cõuerſabe- ¶2 ſcilicet
ris,³ donec tẽpora finiantur. Quoniã æuum iuuẽtu- morte.
tem ſuã amiſit, & tẽpora declinant ad ſenectutem. ¶3 ἀναστρέφῃ.
Duodecim enim partibus diuiſum eſt æuũ, elapſæq;
ſunt decẽ, partiſq; decimæ dimidiũ: ſupereſt autem
quantũ eius eſt poſt dimidiũ decimæ partis. Nũc er
go cõſule domui tuæ, caſtiga populum tuũ, cõſolare
afflictos in eo, renũcia iam corruptelæ, mortales co
gitationes miſſas facito, proijce abs te humanas mo
leſtias, infirmã tandẽ naturã exue, moleſtiſſimiſque
ſepoſitis ſeorſum meditationibus propera migrare
ex hoc ſæculo. His enim quæ vidiſti iã cõtigiſſe ma
lis alia rurſum patrabũtur deteriora. Quo enim ma
gis præ ſenectute mũd⁹ elanguerit, eo plura erunt
mala inhabitantiũ. Recedit enim magis magiſque
integritas, & accedit vanitas. Iã enim accelerat eue-
nire viſum quod cõſpicatus es. Tũ reſpondi, ac dixi
corã te Domine, Ego quidem ecce abibo, ſicut mihi
præcepiſti, & præſentem populũ caſtigabo: verũ eos
qui poſthac nati fuerint quis cõmonebit? Poſitus eſt
⁴enim⁴ mũdus in tenebris, & lumine carẽt eius in- ¶4 כִּי
colæ. Quoniã lex tua cõcremata eſt, quapropter ne-
mini nota ſunt facta tua, aut quæ futura ſint ope-
ra. Quòd ſi gratiam apud te nactus ſum, imbue me
ſpiritu ſancto, vt perſcribam omnia quæ acta ſunt
ab æuo condito, quæ in lege tua ſcripta fuerunt, vt
homines poſſint inuenire viam, & viuant qui volue
rint ⁵in poſterũ⁵ viuere. Reſpondens ille mihi, Pro- ¶5
fectus, inquit, cõuoca populum, & interdicas ei ne אחרונים
quærat te diebus quadraginta: tu autem cõpara ti-
bi tabellas buxeas quamplurimas, & adſcitis tibi Sa
rea, Dabria, Salemia, Echano, & Aſiel, hiſquinq; ſcri
ptu præceleri promptis, huc redeas: & ego accendã
in animo tuo lucernã intelligentiæ, quæ non extin
guatur, quoad abſoluta fuerint, quæ ſcribere cœpe-
ris. Ea vbi perfecta fuerint alia palàm facies, alia
clã trades ſapientibus. Porrò hac hora craſtina ſcri
bendi facies initiũ. Tum profect⁹ vt iuſſus eram, o-
mni populo conuocato dixi, Audi quæ dicã Iſrael,
Maiores noſtri ab initio peregrini fuerũt in Ægy-
pto, & inde liberati cũ legẽ vitalẽ accepiſſent, nõ ſer
uauerũt eam: atq; etiã vos eã poſt illos violauiſtis.
Cũmq; ſorte diuiſa vobis eſſet terra, & terra Sion,
& patres veſtri, & voſipſi admiſiſtis iniquitatẽ, nec
perſtitiſtis in itinerib⁹ quæ cõſtituerat vobis altiſſi-
mus. qui cũ ſit iuſtus iudex, abſtulit à vobis in præ-
ſentia quod donauerat. Nunc vero vos hic adeſtis,
& vnà vobiſcum fratres veſtri. Si ergo imperaueritis
ſenſui veſtro, & animum veſtrum in officio conti-
nueritis, conſeruabimini viui, & poſt obitum ve-
niam cõſequemini. Manet enim nos poſt obitũ iu-
dicium, cum denuo reuixerimus, tum palam fient

nomina iuſtorum , & facta impiorum proferẽtur. Nunc igitur nemo accedat ad me, nec me requirat ante exactos quadragita dies. Tũ aſcitis mihi quinque viris, vt in mandatis habebam, vnà profecti ſumus in campum, & ibi manſimus, & ecce poſt idie vox me vocauit, dicẽs, Eſdra, aperi os tuum, & bibe quod tibi dabo potui. Cúmque aperuiſſem os meũ, ecce poculum plenũ mihi porrigebatur, plenũ quidẽ illud ſicut aqua, ſed colore ſuo igni ſimile. Hoc acceptum bibi: cúmq; ex eo bibiſſem, cor meum torquebatur meditatione, & pectus meum increſcebat ſapiẽtia: nam animus meus memoria vegetabatur. Tum erupit os meum, nec eſt cõpreſſum poſtea. Altiſſimus præbuit intellectum quinq; viris, qui ſcripſerunt quæ dictabãtur mira per noctem, quæ neſciebant. Cæterum noctu cibum ſumebant, ego autem loquebar per diẽ, & noctu non tacebam. Scripti ſunt itaque per quadraginta dies ducenti quatuor libri. Exactis autẽ quadraginta dieb⁹, locutus eſt altiſſim⁹ his verbis. Priores quos ſcripſiſti palàm propone legendos dignis & indignis: poſteriores autẽ ſeptuaginta reſeruabis, vt tradas eos ſapiẽtibus populi tui. In his enim eſt ſcatebra intelligentiæ, ſapientiæ fons, & flumen ſcientiæ. Hoc ita ſum executus.

*Marginal note:* ל׳ לחם

## CAP. XV.

Ecce loquere audiente populo meo ſermones vaticinos quibus os tuum imbuero, ait Dominus, & charta ſcribẽdos accurato, quoniam *fideles ſunt & veri. Ne timeas à ſtudiis aduerſariorũ, nec turbet te frequens contradicentium diffidentia: quoniam omnis diffidens per diffidentiam ſuam morietur. Ecce ego, ait Dominus, induco ſuper orbẽ terrarũ mala, gladiũ, famem, mortẽ, interitũ, propterea q abunde polluit iniquitas omnẽ terrã, & perniciosa incolarũ facinora ad ſummũ perducta ſunt. Quapropter ait Dominus, Iam non diſſimulabo impia facta eorum quæ irreligioſe perpetrant, nec iniuſta facinora ſuſtinebo: ecce ſanguis innoxius triſtis clamores tollit ad me, & animę iuſtorũ vociferãtur perſeuerãter. Grauiter vlciſcar illos, ait Dominus, & omnem ſanguinẽ innoxiũ ab illis ad me afferam. Ecce populus meus quaſi grex ad cædem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægyptiaca, ſed manu potenti, brachióque ſublimi educam eum, omnem autem terram illam clade feriam, & deuaſtabo vt antea. Lugebit Ægyptus, & fundamẽta eius affecta clade & ſupplicio, quæ Deus illi irrogabit. Lugebunt colentes eam agricolæ, quoniam deficient eos ſemina præ vredine, præ grandine, & terribili ſideratiõe. Væ orbi & incolis eius, quia gladius imminet, & interitus eorum, & inſurget gens in prælium contra gentem, quarum manus telis armatæ ſunt. Nam ſeditione conflictabuntur homines, alij inuadent alios, nec regem ſuum reuerebũtur, principéſque rationem actuum ſuorum potentia ſua metientur. Erit enim cum quis cupiat in vrbem commeare, nec poſſit. Propter ſuperbiam enim illorum ciuitates turbabuntur, domus euertentur, & homines trepidabunt. Non miſerebitur quiſquã proximi ſui, quo minus ferro deleantur domus ſingulorum, bonáque diripiantur per penuriam panis, & multiplicem calamitatem. Ecce ego cõuoco, dicit Deus, ad me timendum omnes reges terræ, ab Oriente, ab Auſtro, ab Euro, & à Libano, vt regerantur ipſis, & reddantur quæ illis intulerunt: qualia in electos meos agunt etiam hodie, talia faciam, & rependam in ſinum ipſis. Hæc ait Dominus De⁹, Non parcet dextera mea ſceleroſis, nec deſiſtet gladius meus ab effundentibus ſanguinem innoxium in terra. Erupit ignis præ ira eius, & hauſit fundamenta terræ, & ſceleroſos quaſi ſtramen incenſum. Væ peccantibus, & mandata mea non ſeruantibus, ait Dominus: non parcam illis. Decedite poteſtate ô filij, ne contaminetis ſanctitatem meam,

*Marginal note:* *vl, certi.



Iuſtorum nomina parebunt, & impiorũ facta oſtẽdentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vſque dies quadraginta. Et accepi quinque viros, ſicut mãdauit mihi, & profecti ſumus in campum, & manſimus ibi. Et factus ſum in craſtinum, & ecce vox vocauit me, dicens, Eſdra aperi os tuũ, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plen⁹ porrigebatur mihi. Hoc erat plenũ ſicut aqua: color autem eius vt ignis ſimilis. Et accepi, & bibi: & in eo cum bibiſſem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increſcebat ſapientia. Nam ſpiritus meus conſeruabatur memoria. Et apertum eſt os meum, & non eſt clauſum amplius. Altiſſimus dedit intellectum quinque viris, & ſcripſerunt quæ dicebantur exceſſiones noctis quas non ſciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctẽ nõ tacebam. Scripti ſunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factũ eſt cũ compleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſſimus, dicens, Priora quæ ſcripſiſti, in palàm pone, & legant digni & indigni: nouiſſimos autem ſeptuaginta conſeruabis, vt tradas eos ſapiẽtibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapiẽtiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et feci ſic. B

*Marginal notes:* Ezech 3. a. Apoc. 10. b.

## CAP. XV.

Ecce loquere in aures plebis meæ ſermones prophetiæ, quos immiſero in os tuum, dicit Dominus: & fac vt in charta ſcribantur, quoniã fideles & veri ſunt. Ne timeas à cogitationibus aduerſum te, nec turbent te incredulitates dicentium: Quoniam omnis incredulus i incredulitate ſua morietur. Ecce ego induco, dicit Dominus, ſuper orbem terrarũ mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum: propter quod ſuperpolluit iniquitas omnem terrã, & adimpleta ſunt opera nociua illorũ. Propterea dicit Dominus, Iam non ſilebo de impietatibus eorũ quę irreligioſẽ agũt, nec ſuſtinebo in his quę inique exercent: ecce ſanguis innoxius & iuſtus clamat ad me, & animæ iuſtorum clamant perſeuerãter. Vindicans vindicabo illos dicit Dominus, & accipiam omnem ſanguinẽ innoxiũ ex illis ad me, Ecce populus me⁹ quaſi grex ad occiſionẽ ducitur, iam non patiar illum habitare in Terra Ægypti: ſed educam eum in manu potenti & brachio excelſo, & percutiam plaga ſicut prius, & corrumpã omnem terram eius. Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & caſtigatione quas inducet ei Deus. Lugebunt cultores operantes terrã, quoniã deficient ſemina eorũ ab vredine & grãdine, & à ſydere terribili. Væ ſæculo, & qui habitãt in eo: quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhõphæa in manibus eorum. Erit enim inconſtabilitio hominibus, & alij aliis inualeſcentes non curabunt regem ſuum, & principes viæ geſtorum ſuorum in potentia ſua. Cõcupiſcet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter ſuperbiã enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non miſerebitur homo proximum ſuum ad irritũ faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas ſubſtantias eorũ propter famem panis & tribulationẽ multam. Ecce ego cõuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendũ, qui ſunt ab Oriente, & ab Auſtro, ab Euro, & à Libano, ad cõuertendos in ſe, & reddere quæ dederunt illis ſicut faciunt vſq; hodie electis meis, ſic faciam & reddã in ſinu eorũ. Hæc dicit Dominus Deus, Nõ parcet dextera mea ſup peccatores, nec ceſſabit rhõphæa ſuper effundentes ſanguinẽ innoxium ſuper terram. Exijt ignis ab ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quaſi ſtramẽ incenſum. Væ eis qui peccant, & nõ obſeruant mandata mea, dicit Dominus non parcam illis. Diſcedite filij à poteſtate. Nolite contaminare ſanctificationem meã,

*Marginal notes:* Apoc. 6. b. 19. a. — B

quoniam nouit Dominꝰ omnes qui delinquunt in
illum. propterea tradidit eos in mortem & in occi
ſionem. Iam enim venerunt ſuper orbem terrarum
mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos
Deus, propter quod peccaſtis in eum. Ecce viſio hor-
ribilis, & facies illius ab Oriente. Et exient nationes
draconum Arabum in curribus multis, & ſicut fla-
tus, eorum numerus fertur ſuper terram, vt iam ti-
meant & trepident omnes qui illos audient carmo
nij inſanientes in ira, & exiēt vt apri de ſylua, & ad-
uenient in virtute magna, & cōſtabunt in pugnam
cū illis, & vaſtabunt portionē terræ Aſſyriorum. Et
poſt hæc ſuperualeſcēt dracones natiuitatis ſuæ me
mores, & cōuertent ſe conſpirātes in virtute magna
ad perſequendos eos. Iſti turbabūtur & ſilebunt in
virtute illorum, & conuertēt pedes ſuos in fugam,
& à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos, &
C conſumet vnū ex illis, & erit timor & tremor in ex-
ercitu illorū, & contentio in reges ipſorū. Ecce nu-
bes ab Oriente, & à ſeptentrione vſque ad meridia-
nū, & facies earum horrida valde, plena iræ & pro-
cellæ, & collident ſe inuicem, & collident ſydus co-
pioſum ſuper terram, & ſydus illorū, & erit ſanguis
à gladio vſque ad ventrem, & fimus hominis vſque
ad ſubſtramē cameli, & erit timor & tremor multꝰ
ſuper terrā, & horrebunt qui videbūt iram illam, &
tremor apprehendet illos: & poſt hæc mouebuntur
nimbi copioſi à meridiano & ſeptentrione, & portio
alia ab Occidente: & ſuperinualeſcēt venti ab Oriēte,
& recludent eā, & nubem quam ſuſcitauit in ira, &
ſydus ad faciendā exterritationem ad orientalē ven
tum & Occidentē violabitur: & exaltabuntur nubes
magnæ & validæ plenæ iræ, & ſydus, vt exterreant
omnem terrā, & inhabitantes eam, & infundent ſu-
per omnem locū altum & eminentē ſydus terribi-
le, ignem & grandinē, & rhomphæas volantes, & a-
quas multas, vt etiā impleantur omnes campi, & o-
mnes riui plenitudine aquarum multarū. & demo-
lientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & li-
gna ſyluarum, & fœnum pratorum, & frumēta eo-
rū. Et tranſibunt conſtantes vſque Babylonē, & ex-
terent eā: conuenient ad ipſam: & circuibunt eā, &
effundent ſydus & omnē iram ſuper eam, & ſubibit
puluis & fumus vſque in cælū, & omnes in circui-
tu lugebunt eam: & qui ſub ea remanſerint, ſeruiēt
his qui exterruerunt. Et tu Aſia cōcors in ſpem Ba
bylonis, & gloria perſonæ eius, væ tibi miſera pro-
pter quod aſſimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in for
nicatione ad placendum & gloriandū in amatori-
D bus tuis, qui tecum cupierūt ſemper fornicari. Odi-
bilem imitata es in omnibus operibus eius, & in ad
inuentionibus eius: propterea dicit Deus. Immittā
tibi mala, viduitatem, paupertatē, & famem, & gla-
diū, & peſtem, ad deuaſtandas domos tuas à viola-
tione, & morte, & gloria virtutis ſuæ. Sicut flos ſic-
cabitur, cū exurget ardor qui emiſſus eſt ſuper te,
infirmaberis vt paupercula plagata & caſtigata à
mulieribus, vt non poſſint te ſuſcipere potentes &
amatores. Nunquid ego ſic zelabor te, dicit Domi-
nus, niſi occidiſſes electos meos in omni tēpore, ex-
altans percuſſionē manuū, & dicens ſuper mortem
eorū, cum inebriata eſſes. Exorna ſpeciē vultus tui?
Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, propter hoc
redditionem accipies. Sicut facies electis meis, dicit
Dominꝰ, ſic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.
Et nati tui fame interient & tu rhomphæa cades,
& ciuitates tuæ contererētur, & omnes tui in campo
gladio cadent. Et qui ſunt in montibus, fame peri-
bunt, & manducabunt carnes ſuas, & ſanguinē bi-
bēt à fame panis & ſiti aquæ. Infelix per maria ve-
nies, & rurſum accipies mala. Et in tranſitu allidēt
ciuitatē occiſam, & exterent aliquam portionē ter-
ræ tuæ, & partē gloriæ tuæ exterminabunt, rurſum

quoniā nouit Dominus omnes qui delinquunt in
ipſum, propterea tradidit eos in mortē & ad occi-
ſionē. Iam enim occuperūt orbem terrarū mala, in
quibus hærebitis: nō enim liberabit vos Deus, pro-
ptereaq; in eum peccauiſtis. Ecce aſpectꝰ horribilis,
& facies illius ab Oriente. Frequēs exibit progenies
draconum Arabum cum copia curruum, quorū nu
merus more venti feretur ſuper terram, a quo ti-
meant & trepident omnes audientes illos ira veſa-
nos Carmanij: exibunt, inquam, vt apri de ſylua, &
inuadentes magna vi, congredientur in præliū cū
illis, & partem Aſſyricæ terræ vaſtabunt. Poſtea ve
rò dracones inualeſcent naturę ſuæ memores, & cō
ſpirantes magna vi ſe conuertent ad perſequendū
illos: illi autem turbabuntur, & [1]domabuntur[1] ho- ¶1 ידמו
rum potentia, pedibus ſuis in fugā conuerſi. A pri-
mis Aſſyriorum finibus oppugnator obſidebit eos,
quorum perdomitis vnis terror & horror in exer-
citum ipſorum ingruet, & in reges eorū diſſenſio.
Vrgent ecce nubes ab Oriente & Septentrione vſq;
in Auſtrū facie vehementer horrida, furioſa & pro
celloſa, quæ inter ſe colliſæ deturbabūt ſtellam plu
rimam in terram, adeòque ſidus ipſorum: ſanguis
præ cæde ventre tenus inundabit, & illuuies homi-
nis vſque ad cingulam cameli. Pauor & terror plu-
rimus inuadet terram, horrebunt qui viderint fu-
rorem illum, & tremore corripientur. Deinde mo-
uebuntur nimbi frequentes ab Auſtro Septentrio-
neq;, & alia portio ab Occidente, & inualeſcent in-
ſuper ab Oriente venti, qui [2]recludāt[2] eam, & nubem ¶2 vel, inter
illam furioſe concitatam: & ſidus exortum ad terri cludant.
tandum orientalem ventum & Occidentem viola-
bitur. & attollentur nubes ingentes, vehementes &
furioſæ, ſimul & ſidus, quæ omnem terram & ha-
bitatores eius perterreant. Effundent ſuper om-
nem locum altum & excelſum terribilem ſideratio
nem, ignem, grandinem, volantes gladios, & vim
aquarum copia ſui omnes campos & riuos omnes
inundantem. Ciuitates quoque, muros, montes, col-
les, arbores ſyluarum, fœnum pratorum & frumen
ta diſiicient. Babylonem vſque impetu continuato
permeabunt, & euertent eam, illuc collectæ circui-
bunt eā, ſiderationē & omnē iram in eā effundent,
excitabitur puluis & fumus ad cœlum vſq;, omnes
eam circumcirca lugebunt, & relicti in ea ſeruient
eiuſdem euerſoribus. Porrò autem, ô Aſia, Babyloni
cæ ſpei ſocia, & gloria perſonæ eiꝰ, væ tibi miſera,
propterea q imitata es illam, & ornaſti filias tuas
per meretriciū vt placerent, & venditarent ſe ama-
toribus tuis, quibus ſcortari tecū ſemp fuit animꝰ. ¶* vel, Odio
*Inuiſam,* per omnia facta ſtudiūq; ipſiꝰ es imita- dignam.
ta: propterea Dicit Deus, Immittā tibi mala viduita
tem, paupertatē, famē, gladiū, & peſtē, vt violatione ¶3 .i. ſcor-
domus tuæ, & cæde, & [3]ipſa virtutis tuæ gloria[3] deua tatione.
ſtētur. More floris areſcentis, cū inualuerit æſtus q
te feriat, ægrotabis vt paupercula plagis affecta, &
multata à mulieribus, vt non ſuſtineant te admit-
tere potentes & amatores. Nunquid ego tantopere
ſæuiſſem in te, ait Dominꝰ, ſi nō ictibus manuum
ex alto delatis interemiſſes electos meos omni tem ¶4 .i. Quia
pore, & inebriata poſt cædē eorū tibi dixiſſes, [4]Spe ego fron-
ciē vultꝰ tui exornat[4] Propterea præmiū ſcortatio- tē exporri
nis tuæ in ſinum tuum regeſtum recipies. Sicut ele go lætat
ctos meos tractare ſoles, ait Dominus, ita te tracta
bit Deus, & te dabit in malum. Nati tui interibunt
fame, tu verò gladio cades, & vrbes tuæ excinden-
tur. Quicunq; tuorū in cāpo fuerint, occūbent gla-
dio: qui verò fuerint in mōtibus, fame peribūt, ſuas
ipſorū carnes edent, & præ penuria [5]panis[5], ſitique ¶5 vel, cibi.
aquæ bibent ſanguinē. Infelix permeabis maria, &
mala rurſum accipies. In tranſitu allident mactatā
morte ciuitatē, & proterēt aliquā terræ tuæ portio-
nē, gloriæq; tuę partem abolebunt, euerſam denuo

N.

ſubuertentes. Diruta ſtipulæ vicem præbebis illis, & ipſi tibi viciſſim ignis: haurient te ſimul & ciuitates tuas, tum terram, montes ſyluaſque tuas omnes, & arborem fructiferam igni comburent. Filios tuos ducent captiuos, cenſum tuũ prædæ habebunt, & delebunt aſpectus tui gloriam.

CAP. XVI.

VAE tibi Babylon & Aſia, væ tibi Aegypte & Syria. Accingite vos ſaccis & cilicijs, lamentate filios veſtros, & dolete, quoniam imminet contritio veſtri. Immiſſus eſt in vos gladius, & quis auertat illum? Immiſſus eſt in vos ignis, & quis extinguat illum? Immiſſa ſunt in vos mala, & quis repellat illa? Nunquis fugabit in ſylua leonem eſurientem? aut extinguet ignem in ſtipula, vbi ſemel exarſerit? Nunquis arcebit ſagittam à robuſto miſſam ſagittario? Cum Dominus ille potens immittit mala, quis illa repellat? Ignem erumpentem ex eius iracundia, quis extinguat? Illo coruſcãte, quis non timeat? tonante, quis non expaueat? comminante, quis non funditus è cõſpectu eius diſpereat? Terra contremiſcit, & fundamenta eius: mare fluctus ciet è profundo, & vndæ eius ſimul & piſces diſturbari ſolent à conſpectu Domini, & præ potentiæ ipſius magnificentia: quoniam dextera eius qua tendit arcum, robuſta eſt, & acutæ ſagittæ quibus iaculatur, non elangueſcunt vbi ſemel in fines terræ emiſſæ, fuerint. Ecce mala mittuntur, donec ſuper terrã inciderint, nũquàm repriméda. Ignis accẽditur, donec fundaméta terræ conſumpſerit, nũquam extinguendus. Quemadmodum redire neſcit ſagitta à robuſto ſagittario miſſa, ita acta in terram mala non reprimentur. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit temporibus illis? Ingruunt dolores, & multi gemitus: ingruit fames, & frequens interitus: ingruent bella, & poteſtates formidabunt: ingruent mala, & trepidabunt omnes. In his malis quid faciam cum venerint? Ecce fames, clades, ærumna & anguſtiæ caſtigationis cauſa miſſa ſunt flagella: per omnia tamen hæc nemo ſe recipiet à ſceleribus ſuis, neq; rationem vnquam habebit flagellorum. Ecce vilis erit annona in terra, adeò vt videatur eſſe parta proſperitas: ſed tum mala pullulabunt in orbe, gladius, fames, & ingens perturbatio. Nam plurimi terram inhabitantiũ fame interibũt, reliquos autem fami ſuperſtites perdet gladius, & cadauera iacebunt vt ſtercora, nec erit qui

¶ ינחם [1]miſereatur[1] eorum. Derelinquetur enim terra deſerta, & vrbes eius euertentur. Non relinquetur qui colat terram, aut ei mandet ſemina. Arbores ferent fructus, at quis leget illos? Vua ſi maturuerit, quis calcabit illam? Magna enim erit ſolitudo locorum, homo aſpectũ hominis, & vocem quam audiat deſiderabit. Supererũt de ciuitate decem, & duo ab agro, qui delituerint in denſis nemoribus, hiatibúſque rupium, non ſecus quàm in oliueto, ſinguliſve arboribus relictæ tres aut quatuor oliuæ, aut vt racemi in vinea vindemiata à diligentibus perſcrutatoribus ipſius prætereiti: ita temporib⁹ illis tres aut quatuor relinquentur ab ijs qui domos gladio ſcrutabuntur. Relinquetur terra deſerta, obſoleſcent agri eius, viæ ſimul & omnes eius ſemitæ ſpinis germinabunt, nemine per eas commeante. Lugebunt virgines ſponſis carentes, lugebũt viris amiſſis mulieres, lugebunt & auxilio deſtitutæ earundem filiæ, quarum ſponſi conſumentur bello, & viri fame conficientur. Audite verò iſta ſerui Domini, & ea cognoſcite. Ecce verbum Domini, vos illud exci-

¶1 Al. ne diis. pites[1] nec ijs[1] credatis de quibus dicit Dominus. Ecce mala propinquant, nec cunctantur. Quemadmodum cum prægnans filium ſuum nono menſe paritura eſt duabus aut tribus horis antequam pariẽdi ſibi tempus acceſſerit, ventrem eius dolores circũueniunt. & prodeũte ex eo fœtu vno puncto non

V.

reuertentes ad Babylonem ſubuerſam. Et demolita eris illis pro ſtipula, & ipſi erũt tibi ignis: & deuorabũt te & ciuitates tuas, terram tuã & mõtes tuos, omnes ſyluas tuas & lignum fructiferum igni cõburent. Filios tuos captiuos ducent, & cenſum tuũ in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

VAE tibi Babylon & Aſia, væ tibi Aegypte & Syria. Præcingite vos ſaccis & cilicijs, & plangite filios veſtros, & dolete: quoniã appropinquauit cõtritio veſtra. Immiſſus eſt vobis gladius, & quis eſt qui auertat illũ? Immiſſus eſt in vobis ignis, & quis eſt qui extinguat illũ? Immiſſa ſunt vobis mala, & quis eſt qui repellat ea? Nũquid repellet aliquis leonẽ eſurientẽ in ſylua, aut extinguet ignẽ in ſtipula mox quando cœperit ardere? Nũquid repellet aliquis ſagittã à ſagittario forti miſſam? Domin⁹ fortis immittit mala, & quis eſt q repellat ea? Exijt ignis ex iracundia eius, & quis eſt qui extinguat eũ? Coruſcabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipſius? Terra tremuit & fundamenta eius: mare fluctuat de profundo, & fluct⁹ eius diſturbabuntur, & piſces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: quoniã fortis dextera eius quæ arcum tendit: ſagittæ eius acutæ quæ ab ipſo mittuntur, non deficient cum cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec veniãt ſuper terram. Ignis ſuccẽditur, & nõ extinguetur, donec conſumat fundamenta terræ. Quemadmodum non redit ſagitta miſſa à valido ſagittario: ſic non reuertentur mala quæ miſſa fuerint in terram. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorum & multi gemitus, initiũ famis & multi interitus, initiũ bellorũ & formidabunt poteſtates, initium malorũ & trepidabũt omnes. In his quid faciã cũ venerint mala? Ecce fames & plaga & tribulatio & anguſtia miſſa ſunt flagella in emendatione, & in his omnibus ſe non cõuertent ab iniquitatibus ſuis, neq; flagellorum memores erunt ſemper. Ecce, erit annonæ vilitas ſuper terrã, ſic vt putẽt ſibi eſſe directã pacem, & tunc germinabũt mala ſuper terrã, gladius fames, & magna cõfuſio. A fame enim plurimi qui inhabitant terrã interiẽt, & gladius perdet cæteros qui ſuperauerint à fame, & mortui ſicut ſtercora proijcientur, & non erit qui cõſoletur eos. derelinquetur enim terra deſerta, & ciuitates eius deijcientur. Nõ derelinquetur qui collat terrã, & qui ſeminet eã. Ligna dabũt fruct⁹, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illã? Erit enim locis magna deſertio. Cupiet enim homo hominẽ videre, vel vocẽ eius audire. Relinquẽtur enim de ciuitate decẽ, & duo de agro qui abſconderint ſe in denſis nemoribus, & ſciſſuris petrarũ. quemadmodum derelinquũtur in oliueto & ſingulis arboribus tres aut quatuor oliuæ, aut ſicut in vinea vindemiata racemi relinquũtur ab his qui diligenter vineã ſcrutantur: ſic relinquẽtur in diebus illis tres aut quatuor ab ſcrutãtibus domos eorũ in rhomphæa. Et relinquetur terra deſerta, & agri eius inueterabũt, & viæ eius & omnes ſemitæ eius germinabũt ſpinas, eò quòd non trãſient homines per eã. Lugebunt virgines non habẽtes ſponſos, lugebũt mulieres nõ habentes viros. lugebunt filiæ earũ non habentes adiutorium. ſpõſi earũ in bello conſumentur, & viri earũ in fame exterẽtur. Audite verò iſta, & cognoſcite ea ſerui Domini. Ecce verbũ Domini, excipite illud: ne diis credatis de quib⁹ dicit Domin⁹. Ecce appropinquãt mala, & nõ tardãt. Quẽadmodũ prægnãs cũ parit in nono mẽſe filiũ ſuũ, appropinquãte hora partus ei⁹ ante horas duas vel tres, dolores circumeũt ventrẽ eius, & prodeũte infante de ventre nõ tardabũt vno puncto: ſic non

morabuntur mala ad prodeundum ſuper terram,
& ſeculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.
Audite verbum, plebs mea, Parate vos in pugnam,
& in malis ſic eſtote, quaſi aduenæ terræ. Qui ven-
dit, quaſi qui fugiat: & qui emit, quaſi qui perditu-
rus. Qui mercatur, quaſi qui fructum non capiat: &
qui ædificat, quaſi non habitaturus. Qui ſeminat,
quaſi non metet. ſic & qui vineam putat, quaſi non
vindemiaturus. Qui nubunt, ſic quaſi filios non fa-
cturi: & qui non nubunt, ſic quaſi vidui. Propter
quod qui laborant, ſine cauſa laborant. Fructus e-
nim illorum alienigenæ metent, & ſubſtantiam
illorum rapient, & domos euertent, & filios eorum
captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant
natos ſuos. Et qui negotiantur in rapina, quantum
diu exornant ciuitates & domos ſuas, & poſſeſſio-
nes & perſonas ſuas, tanto magis adzelabor eos ſu
per peccata ſua, dicit Dominus. Quomodo zelatur
fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, ſic
zelabitur iuſtitia iniquitatem cū exornat ſe, & ac-
cuſat eam in facie, cum venerit qui defendat exqui
renté omne peccatū ſuper terram. Propterea nolite
ſimilari ei, nec operibus eius: quoniā adhuc puſillū,
& tolletur iniquitas à terra, & iuſtitia regnabit in
vos. Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam
carbones ignis comburet ſuper caput eius qui di-
cit, Non peccaui corā Domino Deo & gloria ipſius.
Eccli 16.e. ‖Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominū, &
Luc.16.c. adinuentiones illorū, & cogitationes illorū, & cor-
Gene.1.a. da illorū. Dixit enim, ‖Fiat terra, & facta eſt: fiat cæ
lum, & factum eſt. Et in verbo illius ſtellæ fundatæ
Pſal.146. ſunt, ‖& nouit numerū ſtellarū. Qui ſcrutatur abyſ
ſum, & theſauros illarū: qui menſus eſt mare, & con
ceptū eius. Qui cōcluſit mare in medio aquarum, &
ſuſpēdit terrā ſuper aquas verbo ſuo. Qui extendit
D cælum quaſi camerā, ſuper aquas fundauit eū. Qui
poſuit in deſerto fōtes aquarum, & ſuper verticem
montiū lacus ad emittendum flumina ab eminen-
ti petra, vt potaret terrā. Qui finxit hominem, & po
ſuit cor ſuū in medio corporis, & miſit ei ſpiritum,
vitam, & intellectū, & ſpiramen Dei omnipotentis
qui fecit omnia, & ſcrutinat omnia abſcōſa in ab-
ſconſis terræ. Hic nouit adinuentionem veſtram, &
quæ cogitatis in cordibus veſtris, peccantes, & volē-
tes occultare peccata veſtra. Propter quod Dominus
ſcrutinando ſcrutinauit omnia opera veſtra, & tra-
ducet vos omnes, & vos cōfuſi eritis cū proceſſerint
peccata veſtra corā hominibus, & iniquitates erunt
quæ accuſatores ſtabūt in die illo. Quid facietis? aut
quomodo abſcondetis peccata veſtra coram Deo &
angelis eius? Ecce iudex Deus, timete eū. Deſinite à
peccatis veſtris, & obliuiſcamini iniquitates veſtras
iā agere eas in ſempiterno, & Deus educet vos, & li-
berabit de omni tribulatione. Ecce enim incēditur
ardor ſuper vos turbę copioſæ, & rapient quoſdā ex
vobis, & cibabūt idōlis occiſos: & qui conſenſerint
eis, erunt illis in deriſum, & in improperium, & in
conculcationem. erit enim locis locus, & in vicinas
ciuitates exurrectio multa ſuper timentes Dominū.
Erunt quaſi inſani, nemini parcentes ad diripien-
dum & deuaſtandum adhuc timētes Dominū: quia
deuaſtabunt & diripient ſubſtantias, & de domibus
ſuis eos eijcient. Tunc parebit probatio electorum
meorum, vt aurum quod probatur ab igne. Audite
dilecti mei, dicit Dominus, Ecce adſunt dies tribu-
lationis, & de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hæ-
ſitetis: quoniā Deus dux veſter eſt. Et qui ſeruat mā-
data & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præ-
ponderēt vos peccata veſtra, ne ſuperéleuent ſe ini-
quitates veſtræ. Væ qui conſtringuntur à peccatis ſu
is, & obteguntur ab iniquitatibus ſuis, quemadmo-
dum ager conſtringitur à ſylua, & ſpinis tegitur ſe
mita eius per quam non tranſit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

ceſſant: ita mala non morabūtur, quominus in or-
bem inuadāt gemente mundo, doloribúſq; circum-
uallato. Audi verbū, mi populus, Para te in pugnā,
& te in malis ita gere, vt peregrin⁹ in terra. Qui vē
dit, quaſi fugiturus: & qui emit, quaſi perditurus.
Qui mercatur, quaſi non percepturus fructū: & qui
ædificat, quaſi nō inhabitaturus. Qui ſeminat, qua-
ſi non meſſurus: & qui putat vineā, quaſi non vin-
demiaturus. Qui ducūt vxores, quaſi nō genituri fi-
lios: & cœlibes ſint quaſi vidui: propterea quòd qui
laborant, fruſtra laborant. Fruges enim illorū me-
tēt alienigenæ, bona diripiēt, domos euertent, & ca
ptiuitate prement filios eorū: quia in captiuitate &
fame generabunt illos. Auarè negotiantes, quò diu
tius exornant vrbes, domos, poſſeſſiones, & perſonas
ſuas, eò magis excādeſcā in eos ob peccata ipſorū,
ait Dominus. Vt meretrix odit mulierē honeſtā, &
probitate præſtantē: ita iuſtitia iniuſtitiæ ſeipſam
exornanti ſuccenſebit, & palàm accuſabit eam cum
venerit qui authorē omnis peccati in terra coerceat.
Propterea ne vos conformetis ad illā, aut factis e-
ius: quoniam breui futurū eſt, vt iniuſtitia tollatur
de terra, & regnet in vobis iuſtitia. Nō dicat pecca-
tor ſe non peccaſſe: quoniā carbones igniti cōburē
tur ſuper caput eius qui dicit, Non peccaui corā Do
mino Deo, aut gloria ipſius. Ecce Domin⁹ cognoſcit
omnes actiones hominū, ſtudia, cogitationes, ſimul
& corda illorum. Nam ſimulac dixit, Fiat terra, fa-
cta eſt: fiat cælū, creatum eſt. Verbo ipſius ſtellæ fir-
matæ ſunt, ipſeq; nouit earum numerum. Qui ſcru
tatur profunda, & ¹receſſus eorū: qui menſus eſt ma ¶1
re, & eius capacitatem: qui mare concluſit in medio אוצרות
aquarum, & verbo ſuo terrā ſuſpendit ſuper aquas:
qui expandit cælum quaſi cameram, & ſuper aquas
fundauit illud: qui poſuit in deſerto fōtes aquarū,
& lacus ſuper verticem montiū, vt de celſa rupe de-
mitteret ad irrigandā terram flumina: qui finxit ho
minē, qui collocauit in medio corporis cor eius, qui
ſpiritū ei, qui vitam, qui intellectū, & ⁴diuinū affla- ¶4 vl. diui
tū immiſit omnipotēs, q creauit omnia, qui omnia nam ani-
rimatur: quæ in latebris terræ abſtruſa ſunt: hic no mam.
uit cōmēta veſtra, & quæ inſtituatis in cordibus ve-
ſtris, dū peccatis, peccatáq; veſtra cupitis occultare.
Quapropter Domin⁹ exactè ſcrutatus omnes actiōes
veſtras traducet omnes vos: & erubeſcetis palàm fa-
ctis in cōſpectu hominū peccatis veſtris, & ſcelerib⁹
ipſis illo die ad accuſationē veſtri ſtantib⁹. Quid fa-
cietis? aut quomodo peccata veſtra clā Deo & ange-
lis eius habebitis? Ecce iudex eſt Deus: eū timete, &
deſiſtite à peccatis veſtris, iniuſtáq; veſtra facinora
obliuione ſempiterna dediſcite, & Deus educet vos,
& liberabit ex omni afflictione. Ecce enim excide-
ſcit in vos ardor turbæ frequentis eorū qui rapient
aliquot è vobis, & ſimulachris in cibū mactabūt: qui
autē conſenſerint eis, erūt illis deriſui, ludibrio, &
obtritui. Erit enim ⁵locis ſingulis, & i vicinis ciuita
tib⁹ frequēs in timētes Dominū conſurrectio. Tan-
quā inſani nemini parcētes ruent ad deprædandū,
& conficiendū porrò timētes Dominū: nam deuaſta ¶5 מקום
būt & diripiēt facultates ipſorū, & domib⁹ ſuis eos למקום
eijciēt. Tū edent experimentū electorum meorū, vt
aurū igni probatur. Audite chari mihi, ait Domin⁹,
Ecce præſto ſunt tempora calamitoſa, & ex illis li
berabo vos. Ne timeatis, aut hæſitetis: quoniā Deus
dux veſter eſt. Et qui mādata mea præceptáque ſer-
uatis, ait Dominus, ne prægrauent vos peccata ve-
ſtra, nec ſcelera ſuperſcandant. Væ iis qui peccatis
ſuis conſtringuntur, ſceleribúſque ſuis operti ſunt,
quemadmodum ager impeditur ſylua, & ſpinis ob-
ducta ſemita, inuia fit, & intercluditur, ignique ea-
dem cremanda ſubijcitur.

N. CAP. I.

LIBER hiſtoriarum Tobiæ, filij Tobielis, nati Hananiele, filio [1]Aduelis qui Gabaele orti eſt è ſemine Aſaelis, è tribu Nephthalim, qui tẽporib[2] Salmanaſaris regis Aſſyriorũ captiuus fuit abductus è [3]Thiſbe, quæ eſt à dextera Cades Nephthalim in Galilæa ſupra [4]Aſer ſita. Ego Tobias omni tẽpore vitæ meæ itinerib[5] integritatis incedebã & iuſtitiæ, multáq; benignè in fratres gẽtis meæ, qui mecũ Niniuẽ, quæ eſt in Aſſyria regione, deuenerãt, erogabã. Nã cũ eſſem in patria mea, in terra Iſraelitica iuuenis adhuc, & paterna mea tribus Nephthalim vniuerſa defeciſſet à tẽplo Hieroſolymæ illius, quæ ex omnibus Iſraeliticis tribubus ad ſacrificia omniũ ſelecta fuit, vbi templũ illud domicilij altiſſimi cõſecratũ erat, & ad omnes ætates æui ædificatũ: cúmq; tribus omnes ſociæ defectionis [6]Baali illi iuuencæ, (quã Ieroboã rex Iſrael ſtatuerat,) ſacrificarẽt, atque etiã patria domus Nephthalim, ego ſolus Hieroſolymã, vt præcepto ſẽpiterno præſcriptũ eſt omni populo Iſraelitico, frequẽter cõmeabã, primitias gerẽs & decimas fructuũ, vnà cũ iis quæ primũ detõſa fuerãt, & ea ſacerdotibus poſteris Aaronis ad arã offerebã. Primas omniũ [7]fructuũ decimas tradebã ſacerdotibus prognatis Aarone miniſtrãtibus Hieroſolymæ: alteras decimas vendebã, & profectus quæ inde cõfeciſſem Hieroſolymis erogabã annis ſingulis: & tertias dabã iis quibus par erat, prout à Debbora [8]matre patris mei præceptũ habebã, vtpote pupillus à patre meo relictus. ¶ Cũ autẽ euaſiſſẽ vir, Annã vxore de ſtirpe generis mei ducta, Tobiã ex ea progenui, ſeſéq; ab infantia docui reuereri Deũ, & ab omni peccato abſtinere. ¶ Cúmq; captiuus Niniuẽ ſcũ vxore, & filio, omniq; tribu mea eſſem abductus, omnibus generis mei fratribus de cibis gentiũ edẽtibus, ego tamẽ ne veſcerer illis genio meo tẽperaui: quòd religionẽ Dei animo meo toto colerẽ. Gratioſum ergo me reddidit altiſſimus, & ſpecioſum corã [9]Salmanaſare, adeo vt me [10]opſonatore vteretur, ſdarétq; mihi poteſtatẽ eundi quocũque vellẽ, & quicquid libuiſſet faciẽdi libertatẽ. Quapropter cõmeabã ad quoſuis captiuitatis ſocios, & eos monitis ſalutarib[9] inſtituebã. ¶ In Mediã autẽ profectus Gabaeli Gabeiæ fratri, ſquẽ inter multos de genere meo tribulẽ meũ egere videbã, decẽ argenti talẽta, (quæ ex honorario munere regis habebã, accepto chirographo) cõcredidi. Porrò cum [10]Salmanaſar obiiſſet, ſucceſſit ei in regnũ filius Sennacherib: cuius cum turbulentæ res eſſent, non poteram in Mediã porrò iam cõmeare. Cæterũ & Salmanaſaris temporibus plurima vtebar in fratres meos benignitate, panes meos erogabã in eſurientes, & veſtes in nudos, atq; ſi quẽ generis mei conſpicatus eram defunctũ, circúmq; muros proiectũ in vrbe Niniue, ſepeliebã illum. & ii quos Sẽnacherib occiderat, cũ ſacceptæ clade, qua Deus eũ propter numinis obtrectationẽ ipſius affecerat, fugiens è Iudæa rediiſſet, furtim ſepulchro mandabam eos, (multos enim furor illius perdidit,) vt cum conquirerentur à rege cadauera, nõ cõparerẽt. Cum verò Niniuitarum quidam profectus indicium regi feciſſet me illos ſepelire, latitaui: & cũ ad necẽ requiri me cognouiſſem, metu perculſus ceſſi. Direptæ fuerunt itaque omnes facultates meæ, nec quicquam mihi reliqui factũ eſt, præter Annam vxorem meã, & filium Tobiam. ¶ Cæterũ nondum erãt elapſi quinquagintaquinq; dies, cum illũ duo ipſius filij interfecerunt. Cũ ergo in montes Ararath aufugiſſem, qui illi in regnũ ſucceſſerat [11]Sarchedonus eiuſdem filius, [12]Achiacharũ [12]Anaelis fratris mei filiũ præfecit omnibus patris ſui rationibus, totiq; diſpenſationi: cúmq; Achiacharus mea cauſa poſtulauiſſet, Niniuen remeaui. Nã Achiacharus à poculis erat, & ab annulo ſignatorio, tum à rationibus, ac diſpẽſator, vicariúmque ſibi Sarchedonus eum adſciuerat, nempe è fratre meo natum.

CAP. II.

PORRÒ cum rediiſſem domum meam, & Anna vxor mea, ſimul & filius Tobias mihi reſtitutus eſſet, ſolenni Pentecoſtes, quod eſt ſeptem hebdomadarum ſacrum, cum lautum mihi foret conuiuium, cibo ſumendo decubui. Ibi cum opſoniorum copiam viderem, filio meo, Abi dico, acceſſe quemuis egenum è fratribus noſtris inuentum, cui cordi ſit Dominus: interim ego te ecce expectauero. Cúmq; ab-

¶[1] In Tobia qui hodie Hebraice circumfertur eſt אריאל
¶[2] ἐνμενεσσαρ.
¶[3] Vet[9] interpres & hac, Sephet memorat. Hebr. מתרשבי
¶[4] De qua Ioſ.19. al. κυδίως τ῀ νεφθαλὶμ correctiores κυρίως, vt ſit, à dextera propriè dictæ vrbis Nephthalim.
¶[5] Vet[9] interpres, Naaſon.
¶[6] τῇ βααλ τῇ δαμάλει, al. τῆ βααλ τῇ δυνάμει.
¶[7] vl. fœtuum.
¶[8] Id eſt, auia mea.
¶[9] ἐνμενεσσάρω.
¶[10] vl. emptore, aut potius, diſpenſatore.
¶[10] ἐνεμεσσάρος.
¶[11] Al. Archirdonus. Eſa.37. Eſarhadon dicitur. vt & in Tobia qui hodie extat Hebraice.
¶[12] Hebr. אקיק ¶ חננאל

V. CAP. I.

TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ eſt in ſuperiorib[9] Galilææ ſupra Naaſſon, poſt viã quæ ducit ad Occidẽtem, in ſiniſtro habẽs ciuitatẽ Sephet: ſcũ captus eſſet in dieb[9] Salmanaſar regis Aſſyriorũ, in captiuitate tamẽ poſitus, viã veritatis nõ deſeruit: ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie cõcaptiuis fratrib[9], qui erãt ex ei[9] genere, impertiret. Cúmq; eſſet iunior omnib[9] in tribu Nephthali, nihil tamẽ puerile geſſit in opere. Deniq; cũ irent omnes ad vitulos aureos, ſquos Ieroboã fecerat rex Iſrael, hic ſolus fugiebat cõſortia omniũ: & pergebat in Ieruſalẽ ad templũ Domini, & ibi adorabat Dominũ Deũ Iſrael, omnia ſprimitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnẽ decimationẽ. Hæc & his ſimilia ſecundũ legẽ Dei puerulus obſeruabat. ſCũ verò factus fuiſſet vir, accepit vxorẽ Annã de tribu ſua: genuitq; ex ea filiũ nomen ſuũ imponẽs ei, quẽ ab infãtia timere Deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. ¶ Igitur cũ per captiuitatẽ deueniſſet cũ vxore ſua & filio in ciuitatẽ Niniuẽ, cũ omni tribu ſua & cum omnes ſederent ex cibis gentiũ, iſte cuſtodiuit animã ſuam, & nunquã contaminatus eſt in eſcis eorũ. Et quoniã memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiã in cõſpectu Salmanaſar regis: & dedit illi poteſtatẽ quocunq; vellet, ire, habẽs libertatẽ quæcũque facere voluiſſet. Pergebat ergo ad omnes qui erãt in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis. ¶ Cũ autẽ veniſſet in Rages ciuitatẽ Medorũ, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuiſſet decẽ talenta argẽti & cũ in multa turba generis ſui Gabelũ egẽtem videret qui erat ex tribu ei[9], ſub chirographo dedit illi memoratũ pondus argenti. ¶ Poſt multũ verò tẽporis mortuo Salmanaſar rege, cũ regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Iſrael exoſos haberet in cõſpectu ſuo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, diuidebátque vniculq; prout poterat, de facultatibus ſuis. eſurientes alebat, nudiſque veſtimẽta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturã ſollicitus exhibebat. ſDenique cum reuerſus eſſet rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat De[9] propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret ex filijs Iſrael, ſTobias ſepeliebat corpora eorũ. At vbi nuntiatũ eſt regi, iuſſit eum occidi, & tulit omnem ſubſtantiã eius. Tobias verò cũ filio ſuo, & cũ vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eũ. Poſt dies verò quadragintaquinq; occiderunt regem filij ipſius, & reuerſus eſt Tobias in domũ ſuã, omniſq; facultas eius reſtituta eſt ei.

CA. II.

POſt hæc verò cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prãdium bonũ in domo Tobiæ, dixit filio ſuo, Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Cúmque ab-

Tobias captiuus iter Aſſyriorũ veritatẽ nõ deſerit.
1. Reg. 7. a.
Miſericors Tobias.
3. reg. 12. f.
Fugit idola
B
Exod. 22. d.
Deut. 12. a.
Num. 36. c.
Ducit vxorẽ Annam
Filiũ infãtulũ docet Deum.
Gene. 41.
C Inuenit gratiã corã Salmanaſar.
Succurrit Gabelo egẽti.
Charitas Tobiæ i fratres.
D
4. Reg. 19. g
eccli 48. d.
Eſa. 37. g.
1. mach. 7. f.
& 2. mach. 8. e.
4. Eſdr. 2. e.
Tobias fugit à facie Sennacherib.
Reuertitur
Tobias inuitat timẽtes Deũ ad prãdium.
4. Reg. 20. g
& 2. Paral. 32. e.

*Relictis cō miuis, tollit corp⁹ mortuum domū, vt ſepeliat.*

iſſet, reuerſus nunciauit ei vnum ex filijs Iſrael iugulatum iacēre in plateā. Statimque exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollénſque illud portauit ad domum ſuam occultè, vt dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. Cúmque occultaſſet corpus, manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum ſermonem quem dixit Domin⁹ per Amos prophetam,

B

*Amos 8. c. 1. Mach. 1. d*

*Arguit Tobias à propinquis. 2. 1. d.*

Dies feſti veſtri conuertentur in lamētationem & luctum. Cum verò ſol occubuiſſet, abijt, & ſepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterū ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & medijs noctib⁹ ſepeliebat ea.

*Efficit cæcus in exēplū patientiæ poſteris.*

¶Cōtigit autē, vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam, iactaſſet ſe iuxta parietē, & obdormiſſet: & ex nido hirundinū dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretque cæcus. Hanc autem tentationē ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplū patientiæ ei⁹, ſicut & ſancti Iob.

C

*Tobiā parētes irrident, quos increpat.*

Nam cū ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata eius cuſtodierit, nō eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Nam ſicut beato Iob inſultabant reges: ita iſti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes, Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quā Deus daturus eſt his qui fidē ſuam nūquam mutant ab eo.

D

*Vxor Tobiæ textrix*

¶Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi poterat, deferebat. Vnde factum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet domi.

*Innocētia Tobiæ. Deut. 22. a.*

Cuius cum vocem balantis vir eius audiſſet, dixit, Videte ne fortè furtiu⁹ ſit: reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cōtingere.

*Vxor exprobrat ei eleemoſynas. Iob. 26.*

Ad hæc vxor eius irata reſpōdit, Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his, & alijs huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

CAP. III.

*Oratio Tobiæ ad Deū*

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cū lachrymis, dicens, Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia, & veritas, & iudicium. Et nūc Domine memor eſto mei, & ne vindictam ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum.

*Deut. 28. c.*

Quoniā non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptionē, & captiuitatē, & mortē, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus diſperſiſti nos. Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus ſecūdum præcepta tua, & non ambulauimus ſynceriter coram te. Et nunc Domine ſecūdum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

B

*Sara filia Raguelis patit improperium ab ancilla patris ſui.*

¶Eadē itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipſa audiret improperiū ab vna ex ancillis patris ſui, quoniam tradita fuerat ſeptem viris, & dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos mox vt ingreſſi fuiſſent ad eam. Ergo cū pro culpa ſua increparet puellam, reſpōdit ei, dicens, Amplius ex te non videam⁹ filium, aut filiam ſuper terrā, interfectrix virorū tuorū. Nūquid & occidere me vis,

iſſet, reuerſus, Quidam, inquit, ô pater, è gente noſtra præfocatus iacet in platea. Tum ego, priuſquā cibum guſtaſſem, exilij, & ſublatum 'domū' abdidi, donec ſol occidiſſet: deinde reuerſus laui, cibúmque meum ſumpſi cum mœrore, recordatus vaticinij Amos, vt dixiſſet, Solennia veſtra conuertentur in luctum, & omnes lætitiæ veſtræ in lamentationes. Lugens itaque poſtquam ſol occidit, abij, illúmque effoſſo ſepulchro mandaui. Tum vicini per ridiculū, Non metuit, aiebant, iſte iam interfici propter hoc facinus: qui tametſi fugam ceperat, mortuos tamē ecce rurſum ſepelit. [Ego tamē Deum magis quàm regem timens, corpora ſurripiebam occiſorum, eaque domi meæ occultata, medijs noctibus ſepeliebā.] ¶Eadē verò nocte cum reuerſus à ſepultura, pollutus ad parietē atrij me quieti tradidiſſem, nec velaſſem faciem, [2]'paſſeres,' quos in pariete latere neſciebam, ſtercus calidum in apertos oculos meos demiſerunt: vnde natis in oculis meis albuginibus, cum medicos adijſſem, nihil me iuuarunt. [Cæterum hac tentatione periclitari Tobiam Dominus ideo permiſit, vt poſteris exemplum patientiæ, quale ſancti Iob eſt, prodeſſet. Nā cum ab infantia ſua Deum ſemper eſſet reueritus, eiúſque mandata ſeruaſſet, nihil ei ſuccenſuit, quòd clade cæcitatis eſſet affectus, ſed conſtans in religione ipſius, agēdis eidem gratijs per omne vitæ ſuæ temp⁹ perſtitit. Nā ſicut beato Iob reges inſultabāt, ita vitam huius affines eius & cognati habebant ludibrio, dictitantes, Vbi eſt ſpes tua, qua [3]'exercebas beneficentiam,' & ſepeliebas? Tobias verò reprehendebat eos, dicens, Ne talia loquamini: quoniam filij ſumus ſanctorū, & vitam expectamus illā, quam Deus ijs qui fidem cū eo nunquam mutarint, daturus eſt.] Porrò Achiachar⁹ alebat me, donec in Elymaida profectus ſum. ¶Anna verò vxor mea opera muliebria factēda cōduxerat, [vnde victū parabat qua poterat induſtria:] cúmq; dominis ea miſiſſet, perſoluto illi pretio, hœdum inſuper addidere: qui poſtquam peruenit ad me, cœpitq; balare, Vnde nā eſt hic hœdus? inquio: Ecquis furtiuus eſt? reſtitue illū dominis, neq; enim furtiuū licet edere. At illa, Dono mihi ſuper mercedē additus eſt, inquit. Ego verò nō credēs illi, iubebā eum reddi dominis, atque eius cauſa erubeſcebā. Tum illa mihi reſpōdens, Vbi ſunt, inquit, benignæ erogationes illæ, iuſtéque facta tua? [4]'en vt in te cōparent omnia.' [His atque alijs huiuſcemodi verbis illa me inceſſere.]

CAP. III.

TVm contriſtatus ego, plorans ac dolēs his verbis precatus ſum, Iuſtus es Domine, & omnia facta tua, inſtitutáq; omnia [1]'miſericordia' ſunt, & integritas, iudiciúmque integrū & iuſtum exerces in perpetuum. Memento mei, & me reſpice, ne expetas à me pœnas peccatorum, aut etiā erratorum meorū, patrúmve meorum qui coram te peccauimus. Nam præceptis tuis aures occluſimus, quàobrem ad prædam & captiuitatem, ad necem & fabulā, & ad opprobrium nos omnibus, inter quos diiecti ſumus, expoſuiſti. Iā verò iuſtæ tibi cauſæ ſunt, & idoneæ multæ, cur mecū agas ſecundū peccata mea, parentúmq; meorū: quia non ſeruauimus præcepta tua, neq; nos erga te ſynceré geſſim⁹. Ergo nūc age pro volūtate tua mecū, & iube ſpiritū meū eximi, vt decedā, atq; reſoluar in terrā. Præſtat enim eſſe mortuo mihi q̄ viuere: quādoquidē audiui exprobrationes immeritas, & multo ſum in mœrore. Præcipe iā nūc me his anguſtijs excedere in locū æternū, nec auertas à me faciē tuā. ¶Eadē illa die cōtigit, vt filia Raguelis Sara [1]Ecbatanis, 'quæ ſunt in Media, contumeliā & ipſa ab ancillis patris ſui pateretur, quę ſeptē viris fuiſſet cōiuncta, & cacodæmon Aſmodæus eos, priuſquā vxorio more cōgreſſi fuiſſent cum illa, interfeciſſet. [Ergo cum quā puellā pro culpa ipſius increparet,] An neſcis, aiebāt, te viros tuos præfocauiſſe? Septē iam habuiſti viros, nec vel vnius fuiſti cognominata. Quid nos propter eos verberas. Si mortui ſunt ad illos faceſſe hinc, vt nec filium videamus ex te nec filiam in æternum. [ane num occidere nos vis,

*¶1 τῆς οἰκήμαται, ὡς τι οἴκημα*

*¶2 Heb. צפרים aues.*

*¶3 vl, erogabas ipſam petes.*

*¶4 vl, en cōparēt in te omnia. Ironice.*

*¶1 vl, benignitas, חסד*

*¶1 Al, Ragis,*

vt iam ſeptem viros occidiſti?] His auditis vehementer cõtriſtata, adeò vt præfocare ſe cogitaret, dicebat tamen, Equidẽ patri meo ſum vnica. & hoc ſi perpetrarem, probroſum ei foret, ac ſenectutem eius ad inferos cũ mœrore deducerem. Porrò autẽ [cum in cœnaculum domus ſuæ aſcendiſſet, tribus diebus, ac noctib⁹ totidem nec edit nec bibit, ſed in oratione perſiſtens, Deũ precabatur cũ lachrymis, vt ipſam ab hoc opprobrio vindicaret. Die vero tertio conſummans precationẽ, Deóque laudes agens, ac orãs iuxta feneſtrã, Celebrandus es Domine mi Deus, inquit, & numen glorioſum tuũ, ſanctũ & auguſtum illud in æuũ prædicandum eſt, [qui quamuis iratus fueris, clementẽ tamẽ te præſtare ſoleas, & tempore afflictionis inuocãtibus te peccata remittere.] Te celebrẽt omnia opera tua in perpetuũ. Ecce nũc, ô Domine, defixi oculos meos ac vultũ in te: aufer obſecro me de terra, vt ne ſim poſthac in exprobratiõe. Tu ſcis Domine integram eſſe me ab omni flagitio virili, [animámque meũ mundum ab omni concupiſcentia,] & me nec meum nomẽ nec paternum in terra captiuitatis meæ fœdauiſſe. [Nunquam ludentib⁹ miſcui me, neq; me ſociam leuitati deditis adiunxi. Viro autẽ religione tui, non per libidinẽ conſenſi nubere: & aut ego fui indigna illis, aut illi fortaſſis me non digni, quia me forſitan alij viro deſtinaſti: neque enim eſt humani capt⁹ conſiliũ tuum. Verum hoc certũ habet omnis cultor tui, vitam ſuã, ſi probata fuerit, eſſe coronandam, & liberãdam in afflictione: quòd ſi correctionem mereatur, veniã abs te poſſe conſequi. Non enim delectaris interitu noſtro, ſed tranquillitatẽ præſtas poſt tempeſtatẽ, atque effuſam à lachrymis fletúque lætitiã. Nomen tuum, ô Deus Iſrael, in æuum celebretur.] Vnigenita patri meo ſum, nec eſt ei puellus, qui hæreditatem ipſius adeat, adeóq; ne frater quidem propinquus, aut è tali natus vllus, cui me cõſeruem vxorẽ. Iam mihi ſeptẽ interierũt, quid eſt cur ego viuã? Quòd ſi tibi minus videor occidẽda, fac habeatur ratio mei, nec audiã cõtumeliã amplius. ¶ His amborũ precib⁹ à maieſtate magni Dei exauditis, Raphael ad medẽdũ vtrique miſſus eſt: ad Tobiã, vt abſtergeret albugines: ad Sarã vero filiam Raguelis, vt Tobiæ nato Tobiæ traderet vxorem, vincirétque cacodæmonem Aſmodæũ, quòd Tobiã habere eam oporteret. Eodẽ illo tempore reuerſus Tobias domũ ſuam ingreſſus eſt, & Sara filia Raguelis è cœnaculo ſuo deſcendit.

CAP. IIII.

ILla die Tobię venit in mentem argenti, quod Ragis in Media Gabaeli crediderat, & ſecum. Cum ego mortem petierim, inquit, quin filium meũ Tobiam voco priúſquam moriar commonendũ? Cúmque vocaſſet eum, dixit, [Audi mi fili quæ dicam verba, eáque corde tuo repone quaſi fundamentũ.] Defunctum me, fili, ſepelias: deinde matrem tuam ne deſpicias, ſed honorem ei præſtes per omne temp⁹ vitæ, faciáſque quod gratum ei ſit, nec contriſtes ipſam. Memento, fili, quàm multa pericula te geſtãs

ſicut iam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocẽ perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ: & tribus diebus, & trib⁹ noctibus non mãducauit, neque bibit: ſed in oratione perſiſtẽs cum lachrymis deprecabatur Deũ, vt ab iſto improperio liberaret eã. Factum eſt autẽ die tertia dũ compleret orationẽ, benedicẽs Dominũ, dixit, Benedictũ eſt nomẽ tuũ Deus patrũ noſtrorũ. qui cũ iratus fueris, miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. Ad te Domine faciẽ meã conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto Domine vt de vinculo improperij huius abſoluas me, aut certè deſuper terrã eripias me. Tu ſcis Domine quia nunquã concupiui virũ, & mundã ſeruaui animã meã ab omni cõcupiſcẽtia. Nunquam cũ ludentib⁹ miſcui me: neq; cũ his qui in leuitate ambulãt, participẽ me præbui. Virũ autẽ cum timore tuo, nõ cũ libidine mea conſenſi ſuſcipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forſitan mihi nõ fuerũt digni: quia forſitã viro alij cõſeruaſti me. Nõ eſt enim in hominis poteſtate cõſiliũ tuum. Hoc autẽ pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionib⁹ noſtris: quia poſt tẽpeſtatẽ trãquillũ facis, & poſt lachrymationem & fletũ, exultationẽ infundis. Sit nomẽ tuũ De⁹ Iſrael benedictũ in ſecula. ¶ In illo tẽpore exauditæ ſunt preces amborũ in cõſpectu glorię ſummi Dei: & miſſus eſt angelus Domini ſanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorũ vno tẽpore ſunt orationes in cõſpectu Domini recitatæ.

Oratio Saræ cũ ieiunio, vt ab imperio liberatæ.

C

Innocẽtia Saræ.

Caſtitas.

D

Dei cõſiliũ extra hoĩs poteſtatẽ.

Eodẽ tẽpore exaudiũtur preces Tobię & Saræ.

CAP. IIII.

IGitur cũ Tobias putaret orationẽ ſuam exaudiri vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiam filium ſuũ, dixitque ei. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamẽtum cõſtrue. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. memor enim eſſe debes quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Cũ autem & ipſa cõpleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eã circa me. ¶ Omnibus autẽ diebus vitæ tuæ in mente habeto Deũ: & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas pręcepta Domini Dei noſtri. ¶ Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. ¶ Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. ¶ Præmiũ enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. ¶ quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eã. ¶ Attẽde tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuã nunquam patiaris crimẽ ſcire. ¶ Superbiã nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari

Exhortatio Tobiæ ad filium.

Mater honoranda. eccli 7. c. exod. 20. b.

De⁹ in corde habendus.

B

Eleemoſ. Luc. 14. c. prouer. 3. b. eccli 4. a. & 14. b.

Eccli. 15. a.

Eccli. 24. c. Eccli 29. c.

C

Fornicatio 1. theſſ. 4. a

Superbia.

in vtero ſubierit, cúmque obierit, ipſam iuxta me eodem ſepulchro ſepelias. ¶ Fili, obſerua Dominũ Deũ noſtrum omni tempore, nec peccare inducas animum, aut præcepta ipſius neglígere, ſed per omnem vitam tuam cole iuſtitiam, nec itineribus iniuſtitiæ inceſſeris. Nam dum integritati ſtudueris, ſucceſſus tibi per omnia inſtituta tua dabitur, adeóque omnibus iuſtitiæ ſtudioſis. ¶ De facultatibus tuis [1]exerce beneficentiam, nec malignè ſe gerat oculus tuus in præſtanda benignitate. Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, vt Deo nec à te auerſuro faciem. Prout fueris ad copiam inſtructus, benignitatem exerceas: [ſi multum tibi fuerit, large tribuas: parum ſi tibi fuerit, ne verearis è paruo præſtare benignitatẽ theſaurum enim boni recondes tibi in diem neceſſitatis. [2]Beneficentia enim vindicat à morte, nec patitur te immergi tenebris. Donũ enim eximium eſt [3]beneficẽtia coram altiſſimo omnibus eã exercẽtibus. ¶ Caue tibi, fili, ab omni ſcortatione, [nec præter vxorem tuã cum vlla cõſueſcas flagitioſè,] ſed vxorẽ ante omnia ducito de ſtirpe maiorum tuorũ, nec tibi coniungas alienigenã è tribu paterna tua non ortã: ſiquidẽ prophetis propinqui ſumus: & Noe, atq; Abrahã, tũ Iſaac & Iacob noſtri ſunt priſci maiores. Hos omnes ô fili, memẽto duxiſſe vxores è cognatis ſuis, & in liberis ſuis fata felicia cõſecutos, ſemẽnq; ipſorũ terrã poſſeſſurum. Nunc itaq; fili, fratres tuos ama, nec ipſos filios filiáſve tuæ nationis aſperneris per ſuperbiam, quo minus vxorẽ tibi deſumas ex illis. [¶ Superbiã nũquã patiaris in animo aut ſermone tuo dominari.]

[1] vl. eroga i pauperes. Hebrai cuſtodex q nuper i lucem prodijt, habet צדקה .i. iuſtitiã, pro eo quod Græc⁹ paſſim habet ἐλεημοσύνην.

[2] vl. erogatio enim in pauperes.

[3] vl. erogatio i pauperes.

Gen. 9.
Merces operarij. leuit. 19.c. deut. 24.c.
Matth. 7.b
Eſuriens.
Lucæ 14.c.
Sepultura.
Cōſiliū. D
Benedicendus Deus.
Pecuniā Gabelo mutuatā indicat. s.1.c.
Paupertas cū timore Dei.
Rom. 8.d.
Tobias miſſus à patre i Rages ad Gabelum, quærit ſocium itineris.
Occurrit ei Raphael quē ad patrem introducit. B
Tobiæ patri pmittit angelus ſanitatē. E

permittas ]In ipſa enim initiū ſumpſit omnis pditio. ¶Quicū q; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercede reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat. ¶]Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquādo alteri facias. ¶Panē tuū cū eſurientibus & egenis comede: & de veſtimētis tuis nudos tege. ¶Panē tuū, & vinum tuū ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cū peccatoribus. ¶Conſiliū ſemper à ſapiente pquire. ¶Omni tēpore benedic Deū: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cōſilia tua in ipſo permaneāt. ¶Indico etiā tibi fili mi dediſſe me decē talenta argenti, dum adhuc infantulus eſſes, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo ſuprà memoratum pōdus argenti, & reſtituas ei chirographū ſuū. ¶Noli timere fili mi: pauperē quidē vitā gerim⁹, ]ſed multa bona habebimus ſi timuerimus Deū, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. C A P. V.

TVnc reſpōdit Tobias patri ſuo, & dixit, Omnia quæcunq; præcepiſti mihi faciā pater. Quomodo autē pecuniā hanc requirā, ignoro. Ille me neſcit, & ego eū ignoro: quod ſignū dabo ei? Sed neq; viam, per quā pergatur illuc, aliquādo cognoui. Tūc pater ſuus reſpōdit illi, & dixit, Chirographū quidē illius apud me habeo, quod dū illi oſtēderis, ſtatim reſtituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquē fidelē virum, qui eat tecū ſalua mercede ſua, dū adhuc viuo: vt recipias eā. ¶Tūc egreſſus Tobias, inuenit iuuenē ſplendidū, ſtantem, præcinctū, & quaſi paratū ad ambulādum. Et ignorans quòd angelus Dei eſſet, ſalutauit eū, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille reſpōdit, Ex filijs Iſrael. Et Tobias dixit ei, Noſti viā quæ ducit in regionē Medorum? Cui reſpondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & manſi apud Gabelū fratrem noſtrū qui moratur in Rages ciuitate Medorū, quæ poſita eſt in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Suſtine me obſecro, donec hæc ipſa nūtiē patri meo. ¶Tūc ingreſſus Tobias, indicauit vniuerſa hæc patri ſuo. Super quæ admirat⁹ pater, rogauit vt introiret ad eū. Ingreſſus itaque ſalutauit eum, & dixit, Gaudiū tibi ſit ſēper. Et ait Tobias, Quale gaudiū mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumē cæli nō video? Cui ait iuuenis, Forti animo eſto: in proximo eſt vt à Deo cureris. Dixit itaq; illi Tobias, Nūquid poteris perducere filium meū ad Gabelum in Rages ciuitatē Medorū? & cum redieris, reſtituam tibi mercedem tuā. Et dixit ei angelus, Ego ducam, & reducā eū ad te. Cui Tobias reſpōdit, Rogo te, indica mihi, De qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angel⁹ dixit, Gen⁹ quæris mercēnarij: an ipſum mercennariū qui cū filio tuo eat? Sed ne fortè ſolicitum te reddā, ego ſum Azarias Ananiæ magni fili⁹. Et Tobias reſpondit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris q voluerim cognoſcere gen⁹ tuū. Dixit autē illi angelus, Ego ſanum ducā, & ſanū tibi reducā filium tuū.

Nam ſuperbiæ cōiunctus eſt interitus, multáq; perturbatio, & ferocitati offenſio, atq; ingēs egeſtas: ſiquidē mater famis eſt ferocitas. ¶Ne moretur apud te merces vllius hominis, cui⁹ opera vſus fueris: ſed eam protinus illi depēde: etenim tibi quoque Deū colēti gratia referet. ¶In omnibus factis tuis circūſpectus eſto, fili, atque in omni actione vitæ tuæ cōſultus: & quod oderis ipſe, ne cui feceris. ¶Vinū ne bibas ad ebrietatem, nec illa tibi comes ſit itineris. ¶Eſuriēti impertire panem tuū, & nudis veſtiū tuarum aliquid, Quicquid redūdarit, eroga in pauperes, nec cruciet oculos tuos benigna erogatio. Effunde panes tuos ſuper ſepulchrum iuſtorū, nec illum ſceleroſis impertias. ¶Cōſiliū ſemper petas à ſapiēte, nec vllū aſpemeris vtile conſiliū. ¶Saluta Dominū Deū tuū omni tēpore, & ab eo pete vt vias tuas & veſtigia conformet, fortunétque conſilia. Neque enim conſilio pollet vlla gens, ſed ipſe Dominus omnium bonorum author eſt, & quem vult quo vult modo deprimit. Ergo nunc, ô fili, memineris præceptorū meorū, nec ex animo tuo deleantur. ¶Hoc inſuper, ô fili, nunc putaui tibi ſignificandum, me decem argenti talenta Gabaeli fratri Gabriæ Regis, quæ ſunt in Media, [te puero] concrediſſe, [atque ipſius apud me habeo chirographum. Ideo rationē inito, quo modo peruenias ad illum, & recepto ab eo ſupradicto argenti pondere, chirographū ei ſuū reſtituas.] ¶Ne tibi metū afferat, ô fili, quòd pauperem vitam egerimus: ſunt tibi bona multa, ſi Deū reueriti⁹ fueris, & quod gratū ei ſit, ſtudueris facere.

C A P. V.

TVm reſpondens Tobias, ait, Quæcūque præcepiſti mihi faciam pater: ſed quomodo hoc argentum adipiſci potero, cum ille mihi ſit ignot⁹? [aut quodnam ei ſignum dabo? Cui pater, Equidē apud me habeo chirographum illius, quod vbi primum illi oſtenderis, argentum reſtituet.] Ergo tradidit illi chirographum, &, Quære tibi hominē, inquit, qui tecum vnà proficiſcatur, dum viuam, (nam ego dabo mercedem illi,) & profectus argentum repete. ¶Cū igitur ad quærendum hominem abijſſet, Raphaelem iuuenis [ſtantem, iuuenem elegantē atque accinctum, & tanquā paratum proficiſci,] quem angelum eſſe ignorās [ſalutatum] interrogauit, [Vnde nobis aduenis bone iuuenis? Cui ille, E filijs Iſrael, reſpondit. Rurſum interrogauit eum Tobias,] Num potero te comitē habere vſq; Raga, quæ ſunt in Media? aut num locorum illorum es peritus? Et angelus, Comitem me habebis, inquit: [ego viam noui, illáque frequenter cōmeaui,] vt qui apud Gabaelem fratrem noſtrum habitauerim, [qui moratur Ragis, quæ eſt vrbs Medorum in monte Ecbatanis ſita.] Tū Tobias, Mane me, inquit, dum patri renūtiē. Et ille, Abi, inquit, & ne cuncteris. ¶Ingreſſus itaq; [rem omnē patri nuncians,] En pater, ait, inueni qui mecū proficiſcatur. Tum ille [miratus,] Voca eū, inquit, ad me, vt cognoſcā de qua tribu ſit, & an fidum ſis habiturus comitem. Cū ergo vocatus ingreſſus eſſet ille, & inter ſe conſalutaſſent, [dixit iuuenis, Precor tibi gaudium perpetuum. Cui Tobias, Quale gaudium mihi ſit, inquit, cum ſedeam in tenebris, nec lumen cæli videam? Cui iuuenis, Fac ſis forti animo: nam prope adeſt cum à Deo curaberis. Porrò interrogauit eum Tobias, Num poteris filium meum ad Gabaelem vſque Raga vrbem Mediæ perducere? cæterum vbi redieris, mercedem tuam tibi numerabo. Reſpondit illi angelus, Equidem ducam eum, & ad te reducam. Rurſum] Tobias interrogauit, Ex qua tribu, aut ex qua familia ortus es frater? explana mihi. At ille, Tribúmne & familiā, inquit, quæris, an mercenarium qui filio tuo comes ſit itineris? Cui Tobias, Velim, inquit, frater genus tuum & nomen cognoſcere. Tum ille, [Ne te ſollicitum habeam,] ego genus ab Azaria duco, & magno Anania, fratribus tuis. Ibi Tobias, Saluus ſit, ait, aduentus tuus frater, nec mihi ſuccenſeas quòd ſim genus tuum & familiam ſciſcitatus. Sanè quidem frater meus es ex honeſta bonáque progenie. Ananiam enim & Ionathan magni illius Samaiæ filios ego noui, iam tum cum Hieroſolymam vnà adorandi, & primogenita decimáſque fructuum cōſecrandi cauſa proficiſceremur: ô enim in errorem cognatorum noſtrorum abducti fuerunt. E ſtirpe magna natus es, ô frater. Sed dic quā tibi dē mercedē, an drachmā in dies ſingulos cū neceſſarijs, vt & filio meo: cæterū ſi redieritis incolumes, hāc mercedem tibi amplificabo. [Rurſum dixit illi angelus, Ego ſaluum tibi deducā filium, atq; reducam.]

Vtà cũ conueniſſet, Tobiæ dixit, Parate itineri, & fe
lix ſit veſtra profectio. Parauit itaq; fili⁹ in viam ne
ceſſaria, [& patri ſimul & matri valedixit.] Cui pa-
ter, Cũ iſthoc homine proficiſcere, inquit: cæterum
habitator cæli De⁹ felix reddat iter veſtrũ, & angel⁹
eius adiũgat ſe vobis comitẽ. ¶ Cũ ergo egreſſi am
bo proficiſcerẽtur, vnáq; cũ illis canis adoleſcẽtis,
Anna mater ei⁹ plorãs cũ Tobia expoſtulauit, Qua-
re filium noſtrũ dimiſiſti? Nónne ſcipio man⁹ erat
noſtræ, qui nos ¹vltro citróq; duceret? Argentũ non
acceſſiſſet argẽto, verum pro filio noſtro fuiſſet re-
iectaneũ. Quantum enim à Domino victui datum
eſt nobis, id nobis ſufficit, [& aſpectum filij diuitias
noſtras eſſe deputaſſemus.] At Tobias, Nihil ſolicita
ſis mea ſoror, inquit, redibit incolumis, oculiq; tui
videbunt illum. Angelus enim bonus illi comes eſt,
& viſus itinere proſpero ſaluus reuertetur. Tum [ad
hanc orationem mater adoleſcentis] finẽ fecit plo-
randi. [& tacuit.]

¶ i. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι. καὶ ἐκπορεύεσθαι.

CAP. VI.

AT illi itinere faciũdo ad Tigrim fluuiũ peruene
re veſperi, & ibi morati ſunt. Cũmq; adoleſcẽs
abluendi ſe cauſa deſcendiſſet, piſcis [immanis] è flu
uio proſilijt, abſorbere eũ conatus: [quẽ expaueſcẽs
Tobias voce magna clamauit, dicẽs, Inuadit me Do
mine.] Cui angelus, Piſcẽ, inquit, apprehẽde [bran-
chijs, & ad te extrahe.] Apprehẽſum ergo piſcẽ ado
leſcens, in terrã extraxit [ante pedes ipſius palpitã-
tẽ.] Cui rurſum angel⁹, Exentera piſcẽ, ait, & aſſum
ptũ cor & hepar vnà cũ felle tutò ſepone: [nã vſum
præſtãt vtilis medicamenti.] Et fecit adoleſcẽs vt ab
angelo iuſſus erat, piſcẽ autem aſſatũ ederunt, [in-
déq; tulerũt in viam ſecũ, ſaléq; conſperſerũt quã-
tum ipſis ſufficeret, donec Raga Medorũ vrbẽ per-
uenirent.] ¶ Cũ autẽ itinere progreſſi propinquaſ-
ſent Ecbatanis, rogauit adoleſcẽs angelũ, Quid ſibi
vult, Azaria frater, cor iſtud & hepar, atq; fel piſcis?
[aut quo remedio pollent quæ ſeruari iuſſiſti?] Cui
dixit, Corde & hepate, ſicui moleſtus ſit cacodæmõ,
aut mal⁹ genius, corã viro fœminàue ſuffitũ feciſſe
cõuenit. (neq; enim moleſtus poſtea fuerit.) Fel autẽ
oculis hominis albugines habentis illiniuiſſe: etenĩ
remediũ ſentiet. ¶ Vbi verò Ragis propinquauerũt,
[cũ Tobias interrogaſſet, Quò nam vis vt diuerta-
mur?] dixit angel⁹ adoleſcẽti, hodie, frater, Raguelis
vtemur hoſpitio. Is cognatus eſt tuus, & filiã habet
vnicã nõie Sarã, de qua verba faciã, vt tibi cõmittat
vxorẽ. [Pete ergo eã à patre ipſius, ¹vt det⁹ tibi eã in
matrimoniũ.] Nã tibi debẽtur oẽs facultates ei⁹, vt
qui ſol⁹ ſupertis ex genere ipſius: & puella pulchra
eſt & cordata. Quapropter auſculta nunc mihi, &
ego cũ patre ipſius agã, vt Ragis reuerſuri nuptias
celebremus. Nã Raguelẽ ego noui, vt qui iuxta legẽ
Moſaicã minime ſit eã collocaturus alij, aut certe ſi
bi cõtracturus perniciẽ, quoniã hæreditatẽ tibi ce-
dere cõuenit, poti⁹ q̃ vlli alij. Tũc reſpondit adole-
ſcẽs angelo, Equidẽ audiui frater Azaria, puellã in
matrimoniũ fuiſſe datã ſeptẽ viris, qui oẽs in thala
mo nuptiali perierint. Iã verò ego patri meo ſum
vnic⁹, & metuo ne ingreſſus intereã, quẽadmodũ il
li priores: q̃ dæmõ amet eã, qui neminẽ lædit, præ-
ter eos qui cũ illa cõcubuerint. Quãobrẽ nũc vereor
vt moriar, & vitã parentum meorũ cũ dolore de me
deducã ad ſepulchrũ, nec filius qui ſepeliat ipſos
eis alius. Cui rurſum angel⁹, [Audi me, & declarabo tibi in quos poteſtatem habeat cacodæmon. Sanè qui
in matrimoniũ ita conueniũt, vt Deo à ſe mentéq; ſua excluſo, equi muliq; brutorũ animaliũ more va-
cent libidini, ij ſunt in cacodæmonis poteſtate.] Annõ meminiſti præceptorũ quæ pater tibi dedit, de vxo
re ex genere tuo ducẽda? Quare nũc audi me frater, (nã vxor tua futura eſt,) nec de dæmone ſis anxi⁹, ſi-
quidẽ hac nocte in matrimoniũ tibi collocabitur. Sed ingreſſurus thalamum, [per tres dies abſtinebis ab
ea, & nihil aliud q̃ precibus cũ ea vacabis. Ipſa autẽ nocte] prunã ſumes ſuffimẽto, & impoſita de corde ac
hepate piſcis parte ſuffitũ facies, quo olfacto dæmon ille aufugiet ſempiternis ſeculorũ ætatibus nõ re-
uerſurus [Secũda verò nocte admitteris in ſocietatẽ ſanctorũ patriarcharũ: tertiáq; felicitatẽ eã cõſeque-
ris, vt incolumes è vobis liberi procreentur.] Cæterũ [trãſacta nocte tertia] cõuenturi ſurgite ambo, & mi-
ſeri cordem Deũ inuocate, qui miſertus veſtri ſeruabit vos. [Tum adiũges tibi virginem cum timore Do-

¶ i. vt, ete-nim dabit.

Reſpõdẽs autẽ Tobias, ait, Bene ambuletis, & ſit De⁹
in itinere veſtro, & angelus eius comitetur vobiſcũ.
Tunc paratis omnibus quæ erãt in via portãda, fe- D
cit Tobias vale patri ſuo & matri ſuæ & ambulaue
rũt ambo ſimul. ¶ Cúmq; profecti eſſent, cœpit ma
ter eius flere, & dicere, Baculum ſenectutis noſtræ
tuliſti, & tranſmiſiſti à nobis. Nũquam fuiſſet ipſa
pecunia, pro qua miſiſti eum. Sufficiebat enim no-
bis paupertas noſtra, vt diuitias cõputaremus, hoc
quòd videbamus filiũ noſtrũ. Dixitque eis Tobias,
Noli flere, ſaluus perueniet filius noſter, & ſaluus
reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Cre-
do enim quòd angel⁹ Dei bonus comitetur ei, & be
ne diſponat omnia quæ circa eum geruntur, ita vt
cũ gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem ceſſa-
uit mater eius flere, & tacuit.

Angelo comite proficiſcitur Tobias. 3.10.a. Flet mater, quã pater cõſolatur.

CAP. VI.

PRofectus eſt autẽ Tobias, & canis ſecutus eſt eũ,
& manſit prima manſione iuxta fluuiũ Tigris.
Et exiuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis imma-
nis exiuit ad deuorãdum eum. Quẽ expaueſcẽs To-
bias, clamauit voce magna, dicẽs, Domine, inuadit
me. Et dixit ei angelus, Apprehẽde branchiam eius,
& trahe eũ ad te. Quod cum feciſſet, attraxit eum in
ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tũc dixit
ei angelus, Exentera hunc piſcẽ, & cor eius, & fel, &
iecur repone tibi. ſunt enim hæc neceſſaria ad me-
dicamẽta vtiliter. Quod cum feciſſet, aſſauit carnes
eius, & ſecũ tulerunt in via: cætera ſalierũt quæ ſuf
ficerent eis, quouſque peruenirẽt in Rages ciuitatẽ
Medorum. ¶ Tũc interrogauit Tobias angelũ, & di- B
xit ei, Obſecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod
remediũ habebũt iſta quæ de piſce ſeruare iuſſiſti?
Et reſpõdẽs angelus, dixit ei, Cordis ei⁹ particulam
ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne
genus dæmoniorũ, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt
vltra nõ accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos o-
culos in quibus fuerit albugo, & ſanabũtur. ¶ Et di
xit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus? Reſpõdẽſq; an
gel⁹, ait, Eſt hic Raguel nomine, vir propiquus de
tribu tua, & hic habet filiã nomine Saram, ſed neq;
maſculum, neque fœminã vllam habet aliã præter
eam. Tibi debetur omnis ſubſtantia eius, & oportet
eã te accipere coniugem. Pete ergo eã à patre eius,
& dabit tibi eam in vxorẽ. Tunc reſpondit Tobias,
& dixit, Audio quia tradita eſt ſeptẽ viris, & mor- C
tui ſunt: ſed & hoc audiui, quia dæmoniũ occidit il
los. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniãt: & cũ
ſim vnicus parentibus meis, deponã ſenectutem il-
lorũ cum triſtitia ad inferos. Tũc angelus Raphael
dixit ei, Audi me, & oſtẽdã tibi qui ſunt quib⁹ præ-
ualere poteſt dæmoniũ. Hi namq; qui coniugiũ ita
ſuſcipiunt, vt Deũ à ſe, & à ſua mente excludant, &
ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, qui-
bus nõ eſt intellectus, habet poteſtatẽ dæmoniũ ſu-
per eos. Tu autẽ cum acceperis eam, ingreſſus cubi-
culũ, per tres dies cõtinẽs eſto ab ea, & nihil aliud, D
niſi orationibus vacabis cũ ea. Ipſa autẽ nocte, in-
cenſo iecore piſcis, fugabitur dæmoniũ. Secũda ve-
rò nocte, in copulatione ſanctorũ patriarcharum
admitteris. Tertia autẽ nocte benedictionẽ conſe-
quẽris, vt filij ex vobis procreẽtur incolumes. Trãſ-
acta autẽ tertia nocte, accipies virginem cũ timo-

Tobias inuaſus à piſce, liberatur ab angelo.

Angeli monitu reſeruat ſibi cor piſcis, fel, & iecur.

Rogat⁹ angelus à Tobia ad quæ medicamenta hæc cõterãt declarat.

Num.27.b. 36.a.

Hortat. Raphael Tobiã ad cõiugiũ Saræ.

Docet eum ſanctitatẽ nuptiarũ. Pſal.31.b.

te Domini, amore filiorũ magis quàm libidine du-
ctus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs
conſequaris. CAP. VII.

Ingrediuntur Raphael & Tobias domum Raguelis, à quo beniguiſſimè ſuſcipiunt.

INgreſſi ſunt autẽ ad Raguelẽ, & ſuſcepit eos Ra-
guel cum gaudio. Intuénſq; Tobiã Raguel, dixit
Annæ vxori ſuę, Quàm ſimilis eſt iuuenis iſte cõſo-
brino meo? Et cũ hęc dixiſſet, ait, Vnde eſtis iuuenes
fratres noſtri? At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali
ſumus, ex captiuitate Niniue. Dixitq; illis Raguel,
Noſtis Tobiã fratrẽ meũ? Qui dixerũt, Nouim⁹. Cũ-
q; multa bona loqueretur de eo, dixit angel⁹ ad Ra-
guelẽ, Tobias, de quo iterrogas, pater iſti⁹ eſt. Et mi
ſit ſe Raguel, & cũ lachrymis oſculat⁹ eſt eũ, & plo-
rãs ſupra collũ eius, dixit. Benedictio ſit tibi fili mi,
B quia boni & optimi viri fili⁹ es. Et Anna vxor eius,

Tobias petit filiã Raguelis ſibi dari vxorem.

& Sara ipſorũ filia lachrymatæ ſunt. ¶ Poſtquã au-
tẽ locuti ſunt præcepit Raguel occidi arietẽ, & para
ri cõuiuiũ. Cúmq; hortaretur eos diſcũbere ad prã-
diũ, Tobias dixit, Hic ego hodie nõ manducabo ne-
que bibã, niſi prius petitionẽ meã cõfirmes, & pro-
mittas mihi dare Sarã filiam tuã. Quo audito ver-
bo Raguel, expauit ſciẽs quid euenerit illis ſeptem
viris qui ingreſſi ſunt ad eã: & timere cœpit ne for
C tè & huic ſimiliter cõtingeret. Et cũ nutaret, & nõ
daret petenti vllũ reſpõſum, dixit ei angelus, Noli
timere dare eã iſti, quoniã huic timẽti Deũ debetur
cõiũx filia tua: propterea alius nõ potuit habere il

Eam tradit ei Raguel.

lam. Tũc dixit Raguel, Non dubito q Deus preces &
lachrymas meas in cõſpectu ſuo admiſerit. Et cre-
do quoniã ideo fecit vos venire ad me, vt iſta cõiun

Num. 36. c. Benedictio cõiugalis.

geretur cognationi ſuæ ſecũdum legem Moyſi: &
nunc noli dubiũ gerere q tibi eam tradã. ¶ Et ap-
prehẽdẽs dexterã filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit,
D dicens, Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & De⁹ Iacob vo-

Cõuiuium nuptiale cum laude Dei.

biſcum ſit, & ipſe cõiungat vos, impleátq; benedi-
ctionẽ ſuam in vobis. Et accepta charta, fecerũt cõ-
ſcriptionẽ coniugij. Et poſt hæc epulati ſunt, bene-
dicẽtes Deũ. Vocauitq; Raguel ad ſe Annã vxorẽ ſuã
& præcepit ei vt præpararet alterũ cubiculũ. Et in-
troduxit illuc Sarã filiã ſuã, & lachrymata eſt. Di-
xitq; ei, Forti aio eſto filia mea: Domin⁹ cæli det ti-
bi gaudiũ pro tædio qd perpeſſa es. CAP. VIII.

Tobias introductus ad Saram, aſſat partẽ iecoris. Raphael ligat dæmonium. 1. Cor. 7. a. Tobias hortatur Sarã ad orationem.

POſtquam verò cœnauerũt, introduxerunt iuue-
nẽ ad eã. Recordatus itaq; Tobias ſermonũ an-
geli, protulit de caſſidili ſuo partẽ iecoris, poſuit-
que eã ſuper carbones viuos. Tũc Raphael angelus
apprehẽdit dæmoniũ, & religauit illud in deſerto
ſuperioris Ægypti. Tũc hortat⁹ eſt virginẽ Tobias,
dixitq; ei, Sara, exurge, & deprecemur Deũ hodie,
& cras, & ſecũdũ cras: quia his trib⁹ noctib⁹ Deo iũ
gimur: tertia autẽ tranſacta nocte, in noſtro erim⁹
cõiugio. Filij quippe ſanctorũ ſum⁹, & nõ poſſum⁹
ita cõiungi ſicut gẽtes quæ ignorãt Deum. Surgẽ-
tes autẽ pariter, inſtãter orabãt ambo ſimul, vt ſa-
nitas daretur eis. Dixitq; Tobias, Domine Deus pa-
B trũ noſtrorum, benedicant te cæli & terræ, maréq;

Oratio Tobiæ. Gene. 2. b.

& fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quę in
eis ſũt. Tu feciſti Adã de limo terræ, dediſtiq; ei ad
iutoriũ Heuã. Et nũc Domine tu ſcis quia nõ luxu-

mini, liberorũ amore magis q̃ libidine ductus, vt fe
licitatẽ in liberis per ſemẽ Abrahæ cõſequaris.] Ne
metuas, quoniã ea tibi fuit ab æuo cõdito deſtina-
ta: quare conſeruabis eam, tecũmque proficiſcetur:
exiſtimóque adeò te liberos ex ea ſuſcepturum. His
auditis Tobias, amore illius captus eſt, & animũ ad
eam vehementer applicuit. CAP. VII.

CVm autẽ peruenisſent Ecbatana, & ad ædes Ra-
guelis acceſſiſſent, Sara obuiã eis egreſſa, facta
vtrinq; inter ſe ſalutatione, introduxit eos in ædes,
& Raguel ſexcepit eos cũ gaudio, intuitúſq; Tobiã,]
¹Ednæ vxori ſuæ, Quàm ſimilis eſt, inquit, hic iuue- ¶ 1 Al, Annæ. Hebr. ענרנה
nis Tobiæ cõſobrino meo: ſimúlq; rogauit eos, Vn-
de nã adeſtis fratres? At illi, A prognatis Nephtha-
lim, inquiũt, captiuis in Niniue. Rurſũ ille, Noſtiſ-
ne, inquit, Tobiã fratrẽ noſtrũ? Nouimus, inquiunt.
Et ille, Valétne? ait. Et viuit, & valet, inquiunt. Porrò
autẽ ſcũ ille multa de ipſo bona prędicaret,] Tobias,
Pater meus eſt, inquit. Tũ exiliẽs Raguel oſculatus
eſt eũ cũ lachrymis, & ſcollo eius hærẽs,] bene preca
tus eſt illi, Eia tu ſmacte felicitate,] ait, hominis pre-
clari boniq; fili. Cũ autẽ audiſſet oculorũ vſum ami
ſiſſe Tobiã, cõtriſtatus vnà cũ ¹Edna vxore ſua, Sarã- ¶ 1 Al, Anna
que filia collachrymauit. ¶ Cæterũ propẽſo animo
tractarũt illos, & mactato de grege ariete, opſonia
large appoſuerũt. Tũ Tobias Raphaeli, Inijce men-
tionẽ, inquit, Azaria frater, eorũ de quib⁹ egiſti in
itinere, vt res conficiatur. Ita ille Raguel: rẽ aperit:
ſqua intellecta Raguel expauit, ſciẽs quid ſeptẽ viris
illis ingreſſis ad eã accidiſſet, & ne fortè idẽ vſuue-
niret huic pertimeſcebat. Dubitãte ergo illo, nec vl
lũ petẽti reſpõſum dãte, angel⁹, Ne metuas, inquit,
eã iſti deſpõdere, quoniã ei, vtpote religioſo culto-
ri Dei, cõiũx filia tua debetur, ideóq; nemo ali⁹ ea
frui potuit. Tũ Raguel, Nõ dubito, ait, quin De⁹ pre-
ces & lachrymas meas reſpexerit, credóq; adeò ip-
ſum huc adduxiſſe vos, vt hæc ſecundũ legẽ Moyſi
viro cognatiõis ſuæ iũgeretur. Itaq; ne dubites iã,
quin eã ſim illi deſpõſurus.] Hortat⁹ eſt ergo Raguel
Tobiã, vt ederet & biberet, ac ſe præberet hilarẽ. Nã
te, inquit, par eſt filiã meam vxorẽ ducere. Attamẽ
qd verũ eſt tibi declarabo. Ego filiã meã ſeptẽ viris
collocaui, qui ſub eã noctẽ qua erãt cũ illa concubi
turi, interierũt: tu tamẽ ¹fac animo pręſenti ſis & lę ¶ 1 τὸ νῦν ἔχον, al, τὸ νῦν ἔχον. i. in præſentia.
to. Tũ Tobias, Equidẽ hic, ait, haud quicquã guſtaue-
ro, donec ſpetitione mea cõfirmata] huc ſtatueritis
eã, mihiq; collocaueritis. ¶ Cui Raguel, Dehinc iã,
vt par eſt, vxorẽ eã habeas, ſiquidẽ inter vos interce-
dit cognatio: porrò miſericors ille De⁹ det vobis ſuc
ceſſus proſperrimos. Vocauit ergo Sarã filiã ſuã: quã
vt ad ſe venit apprehẽſa manu, vxorem Tobiæ dica
uit, dicẽs, Hãc ecce ſecundũ legẽ Moſis habeas, & ad
patrẽ tuũ abducas: ſimul illis bene precat⁹ eſt, ſic di
xit, Deus Abrahã, Deus Iſaac, De⁹ Iacob adſit vobis,
ipſe coniũgat vos, & beneficiũ ſuũ in vobis ipleat.]
Deinde vocata ⁴Edna vxore ſua, ſumptóque libello ¶ 4 Al, Anna
ſyngraphã cõſcripſit: qua cõſignata, ſDeũ celebran-
tes] epulari cœperũt. Rurſum Raguel vocata ⁵Edna ¶ 5 Al, Anna
vxore ſua, Para ſoror, inquit, alterũ cubiculũ, & hãc
introducas. Quæ cũ feciſſet vt ille iuſſerat, & intro-
duxiſſet eam illuc lachrymãtem, lachrymas filiæ ſolata eſt, ac dixit, Bono animo eſto filia, Dominus cæli
& terræ hanc tuam triſtitiam in gaudium conuerterit, quamobrem ſecura ſis ô filia. CAP. VIII.

PEracta deinde cœna, Tobiã ad eam introduxerũt: qui abiens ſermonũ Raphaelis recordatus, cum pri-
mam ad ſuffimentũ ſumpſiſſet, ſprolato è pera ſua, &] ſuperpoſito corde piſcis ac hepate, ſuffitũ fecit,
cuius odore percepto, cacodæmon aufugit in ¹vltimã Ægyptũ, vbi angelus eũ conſtrinxit vinculis. Poſt- ¶ 1 vl, ſupremam.
quam autẽ ambo cõcluſi fuerũt, ſurrexit è cubili Tobias, ſimul &, Exurge ſoror, inquit, & Dominũ vt no-
ſtri miſereatur, precemur ſtã hodie, quàm cras & perendie, quia tribus his noctib⁹ Deo conciliãdi ſumus:
exacta vero nocte tertia, noſtro fruemur cõiugio. Liberi quippe ſanctorũ ſumus, nec fas eſt ita coniungi
nos, vt gẽtes quæ Deũ neſciũt. Cũ ergo ſurrexiſſent vnà, inſtãter orabãt ambo vt incolumitatẽ cõſequerẽ-
tur.] Ipſéq; exorſus, Celebrãdus es, inquit, ô De⁹ patrũ noſtrorũ, noménq; tuũ ſanctũ ac glorioſum in æuũ
prædicãdũ eſt. Te cæli ſ& terræ, atq; in his fõtes ac flumina,] opificiáq; tua vniuerſa celebrent. Tu creauiſti
Adã, & ei adiutricẽ Euã vxorẽ iũxiſti pro adminiculo, è quib⁹ hominũ gen⁹ ꝑgnatũ eſt. Tuũ eſt dictũ, Nõ
expedit homini viuere ſolitario, condamus ei adiumẽtum ipſi ſimile. Nunc ergo Domine, nõ cauſa libi-

dinis hanc mihi adiũgo ſororem meã, ſed ſyncero animo, [ſolóq; deſiderio poſteritatis, in qua nomen tuũ per omnes ſeculorũ ætates celebretur.] Te itaq; mihi clemẽtẽ exhibe, vt[1] cũ hac cõſeneſcã.' Tũ illa cũ eo ſubiecit, Amen. ¶ Porrò cũ illa nocte ambo cõcubuiſſent, Raguel exurrexit, [& circa galli cãtum accerſitis ſeruis ſuis,] egreſſus, ſepulchrũ effodit, q dicetet, Fortaſſis & hic mortẽ oppetierit [vt & cæteri ſeptem illi qui ad ipſam ingreſſi ſunt.] Cúmq; domum ſuã reuerſus eſſet,[2] Ednę vxori ſuę, Mitte quampiam, inquit, ancillarũ exploratum, ſi viuat ille: ſi minus, vt eũ [antequã dies illuceſcat,] ſine teſte ſepeliã. Ancilla ergo, [quã illa miſerat,] recluſo oſtio ingreſſa, dormiẽtes ambo deprehẽdit [ſaluos & incolumes,] regreſſáq; nũtiauit illis hominẽ viuere. Tũ Raguel [cũ vxore ſua] Deo gratulans, ait, Omni laude pura ſanctáq; celebrãdus es ô De[9], téq; adeò ſancti tui celebrent, opificiáq; tua vniuerſa: te omnes angeli & electi tui per omnia ſecula prædicent. Equidẽ tibi gratulor, q exhilararis me, nec acciderit mihi quod verebar, ſed q nobiſcũ clemẽter egeris, duos vnigenitos miſeratus, [aſpuleriſq; à nobis hoſtem, qui nos perſequebatur.] Porrò autẽ Domine, exhibe te benignũ his, vt vitã ſuã exigãt cum ſanitate & lætitia, tuáq; miſericordia, [vt ipſi te celebrẽt pleni[9], & ſacrificio laudis afficiãt: vnde omnib[9] gẽtibus appareat, te ſolũ eſſe Deũ per omnẽ terram.] ¶ Iuſſit ergo ſeruos ſuos ſepulchrũ obruere [priuſquã luceſceret: vxori autẽ præcepit vt cõuiuiũ inſtrueret, vtq; viaticum omne & cibos ad iter agẽdũ neceſſarios appararet. Duas quoq; vaccas pingues, & quatuor arietes mactãdos curauit, epuláſq; omnibus vicinis ſuis atq; amicis apparãdas,] & nuptias illis quatuordecim diebus celebrauit. Nam Raguel ante exactos nuptiarũ dies illos [4] iureiurãdo Tobiã adegerat, nõ diſceſſurũ,' donec iidẽ illi quatuordecim nuptiales dies fuiſſent elapſi: tum demũ accepto bonorũ ſuorũ dimidio, ad patrẽ remearet incolumis, reliquis poſt obitũ ipſius & vxoris potiturus, [cuius rei & ſyngrapham fecerat.]

¶1 ϛυγκαταγηρᾶσαι με.

¶1 Al, Annæ

¶4 vſ, iure iurãdo atfirmarat, nõ paſſurũ diſcedere Tobiã, &c.

CAP. IX.

VOcauit ergo Raphaelẽ, [quẽ hominẽ putabat,] Tobias, ac dixit, [Auſculta quæſo verbis meis, Si ego tibi famuler, nõ ſim dignus tua' prudentia:' tamen hoc te rogo,] Adiũge tibi ſeruũ, frater Azaria, & duos camelos, atq; ad Gabaelũ Raga, quæ ſũt in Media, profectus, argẽtum ab eo [reddito ipſi chirographo ſuo] recipe, ipſúmq; adducito ad nuptias. Nam deierauit Raguel me nõ diſceſſurũ: [nec poſſum iuramẽtum eius ſpernere.] Pater autẽ meus, [vt ſcis,] dies numerat: & ſi morã [vel vnius diei] interpoſuero, dolorẽ ſane quàm magnũ capiet. ¶ Raphael itaq; [aſſumptis quatuor è ſeruis Raguelis, & duob[9] camelis, Raga quæ eſt vrbs in media,] profectus eſt, & ad Gabaelũ diuertit. cúmq; chirographũ ei exhibuiſſet, loculos ille protulit obſignatos, atq; ipſi tradidit. ¶ Deinde [cũ Raphael cũ de reb[9] Tobię certiorẽ feciſſet,] mane vnà profecti venerũt ad nuptias, [& domũ Raguelis ingreſſi Tobiã inuenerũt diſcũbentẽ. cúmq; exiliſſet, atq; inter ſe cõſalutaſſent oſculo, lachrymæ Gabaelo obortæ ſunt, Deóq; gratulabũdus, Felicẽ te reddat Deus Iſraelis, inquit: quia fili[9] es optimi viri, iuſti, religioſi, & in egenos benefici. Felix dicatur vxor tua, parẽtéſq; veſtri, vt filios è vobis & filios filiorũ veſtrorũ videatis in tertiam vſque & quartã ætatem. Felicitatẽ conſequatur ſemen veſtrũ à Deo Iſraelis per omnes ſeculorum ætates regnãte. Cũmq; ſubieciſſent omnes Amen, ad cõuiuium nuptiale cum timore Domini celebrandum acceſſerunt,] & Tobias vxorem ſuam fecit grauidam.

¶1 q.d. tantũ abeſt vt æquũ ſit te mihi præſtare obſequium, aut famulari.

rie cauſa accipio ſororem meam cõiugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomẽ tuum in ſecula ſeculorum. Dixit itaque Sara, Miſerere nobis Domine, miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter ſani. ¶ Et factum eſt circa pullorum cantum, accerſiri iuſſit Raguel ſeruos ſuos. & abierunt cum eo pariter vt foderent ſepulchrũ. Dicebat enim, Ne fortè ſimili modo euenerit ei, quo & cæteris illis ſeptẽ viris qui ſunt ingreſſi ad eam. Cúmq; paraſſent foſſam, reuerſus Raguel ad vxorẽ ſuã, dixit ei, Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat ſi mortuus eſt, vt ſepeliã eum antequã illuceſcat dies. At illa miſit vnã ex ancillis ſuis. Quæ ingreſſa cubiculum, reperit eos ſaluos & incolumes, ſecum pariter dormientes. Et reuerſa, nuntiauit bonũ nuntiũ: & benedixerũt Dominũ, Raguel videlicet & Anna vxor eius, & dixerũt, Benedicimus te Domine Deus Iſrael, quia nõ contigit quemadmodũ putabamus. Feciſti enim nobiſcũ miſericordiã tuã, & excluſiſti à nobis inimicũ perſequentẽ nos. Miſertus es autẽ duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & ſacrificiũ tibi laudis tuæ, & ſuæ ſanitatis offerre, vt cognoſcat vniuerſitas gẽtiũ quia tu es De[9] ſolus in vniuerſa terra. ¶ Statimque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerẽt terra foſſam quam fecerat, priuſquã eluceſceret. Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret cõuiuiũ, & præpararet omnia quę in cibos erãt iter agentibus neceſſaria. Duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cũctiſq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiã, vt duas hebdomadas moraretur apud ſe. De omnibus autẽ quæ poſſidebat Raguel, dimidiã partem dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſupererat poſt obitũ eorum, Tobiæ dominio deueniret.

Coniugiũ propter prolem.

Oratio Saræ.

Raguel parat ſepulchrũ Tobię quem putabat mortuum.

C

Ancilla nũtiat Tobiã incolumẽ.

Gratias agit Domino Raguel & vxor ei[9].

D

Iubet Raguel parari cõuiuiũ.

Dimidiam partẽ poſſeſſiõis ſuæ dat Tobiæ.

CAP. IX.

TVnc vocauit Tobias angelum ad ſe, quẽ quidẽ hominẽ exiſtimabat, dixitq; ei. Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea. Si meipſum tradã tibi ſeruũ, non ero cõdignus prouidentiæ tuæ. Tamen obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelũ in Rages ciuitatẽ Medorum: reddáſq; ei chirographũ ſuum, & recipias ab eo pecuniã, & roges eũ venire ad nuptias meas. Scis enim ipſe quoniã numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, cõtriſtatur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cui[9] adiuramẽtum ſpernere nõ poſſum. ¶ Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatẽ Medorũ perrexit: & inueniens Gabelũ, dedit ei chirographũ ſuum, & recepit ab eo omnẽ pecuniã. Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitq; eum ſecũ venire ad nuptias. ¶ Cúmq; ingreſſus eſſet domũ Raguelis, inuenit Tobiã diſcũbentẽ: & exiliẽs, oſculati ſunt ſe inuicẽ: & fleuit Gabelus, benedixitq; Deũ, & dixit, Benedicat te Deus Iſrael: quia fili[9] es optimi viri, & iuſti, & timentis Deũ, & eleemoſynas facientis: & dicatur benedictio ſuper vxorẽ tuã, & ſuper parentes veſtros. & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, vſque in tertiã & quartam generationẽ: & ſit ſemen veſtrũ benedictũ à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorũ. Cúmque omnes dixiſſent amen, acceſſerũt ad conuiuiũ: ſed & cũ timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Angel[9] rogatu Tobiæ pergit ad Gabelũ.

B

Raphael reddit Gabelo chirographum, ipſi[9], & ab eodem pecuniã recipit.

C

Venit Gabelus cũ angelo ad Tobiæ nuptias.

D

Conuiuiũ nuptiale cum timore Dei.

CAP. X.

CVm verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarũ, ſollicit[9] erat pater eius Tobias, dicẽs, Putas quare moratur fili[9] me[9], aut quare detẽt[9] eſt ibi? Putáſne Gabel[9] mortu[9] eſt, & nemo reddet illi pecuniã?

Tobias pater cũ vxore cõtriſtãtur ob moram filij.

CAP. X.

POrrò Tobias pater dies computabat ſingulos; cúmq; præſcripti peregrinationi dies eſſent exacti, nec illi redirẽt, [Tobia morã cauſa nuptiarũ faciente, ſolicitus ait, Cur nam moratur filius meus? aut quid ipſum illic detinet?] Num forte fruſtra ſunt, inquit: aut mortuus eſt Gabael, & argẽtum illi nemo reddit?

Cœpit autē cōtriſtari nimis ipſe & Anna vxor eius cum eo:& cœperūt ambo ſimul flere, eò q die ſtatuto minimè reuerteretur filius eorū ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis,atq; dicebat,Heu heu me fili mi,vt quid te miſim^9 peregrinari,lumen oculorum noſtrorū,baculū ſenectutis noſtræ,ſolatiū vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ?Omnia ſimul in te vno habentes, te nō debuimus dimittere ire à nobis Cui dicebat Tobias, Tace,& noli turbari: ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille cū quo miſimus eum . Illa autē nullo modo cōſolari poterat,ſed quotidie exiliens circūſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes remeādi videbatur,vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientē. ¶At verò Raguel dicebat ad generū ſuū,Mane hic, & ego mittā nūtium ſalutis de te ad Tobiam patrē tuum.Cui Tobias ait,Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies cōputāt,& cruciatur ſpirit^9 eorū in ipſis. Cúmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiā,& ille eum nulla ratione vellet audire,tradidit ei Sarā,& dimidiam partem omnis ſubſtātiæ ſuæ in pueris,in puellis, in pecudibus, in camelis,& in vaccis,& in pecunia multa:& ſaluum atque gaudentē dimiſit eū à ſe,dicens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducátque vos incolumes,& inueniatis omnia rectè circa parentes veſtros,& videant oculi mei filios veſtros priuſquā moriar.Et apprehendētes parentes filiam ſuā, oſculati ſunt eam,& dimiſerūt ire: monentes eam honorare ſoceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare domum , & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

*Lamētatio matris Tobiæ.* B — *Sollicitudo eiuſdē pro filio.* — *Raguel dimittit à ſe Tobiam vna cū vxore.* C — D — *Parētes Saræ docent eā officiū vxoris,pbſ.*

CAP. XI.

Cvmque reuerterentur, peruenerūt ad Charan quæ eſt in medio itinere cōtra Niniuen,vndecimo die.Dixitq; angelus,Tobia frater,ſcis quemadmodū reliquiſti patrē tuum . Si placet itaque tibi, præcedamus,& lēto gradu inſequātur iter noſtrum familiæ,ſimul cū coniuge tua, & cum animalibus. Cúmque hoc placuiſſet vt irēt,dixit Raphael ad Tobiā, Tolle tecū ex felle piſcis:erit enim neceſſariū. Tulit itaque Tobias ex felle illo,& abierūt.¶Anna autem ſedebat ſecus viā quotidie in ſupercilio mōtis, vnde reſpicere poterat de lōginquo. Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduētum eius, vidit à longe, & illico agnouit venientē filium ſuū: curréńſq; nūciauit viro ſuo,dicens,Ecce venit fili^9 tuus.¶Dixitq; Raphael ad Tobiā , At vbi introieris domum tuā, ſtatim adora Dominum Deū tuum: & gratias agens ei,accede ad patrem tuū,& oſculare eum.Statimq; lini ſuper oculos ei^9 ex felle iſto piſcis, quod portas tecū. Scias enim quoniā mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli,& in aſpectu tuo gaudebit.¶Tunc præcucurrit canis,qui ſimul fuerat in via:& quaſi nūtius adueniens, blādimento ſuæ caudæ gaudebat . Et conſurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero,occurrit obuiam filio ſuo. Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum vxore ſua, & cœperunt ambo flere præ gaudio . Cúmque adoraſſent Deum,& gratias egiſſent, conſederunt. ¶Tunc ſumens Tobias de felle piſcis , liniuit oculos patris ſui.Et ſuſtinuit quaſi dimidiā ferè horam: & cœpit albugo ex oculis eius,quaſi membrana oui,egredi.

*Tobias, familia cum vxore relicta in medio itinere pręcedit cū angelo.* — *Admonetur ab angelo Tobias de felle.* — *Anna ſpeculans aduentum filij,tādē venientem agnoſcit.* B — *Oſculum.* — *Præcurrit canis quaſi nūtius.* C — *Suſcipit Tobias filium cū oſculo.* — *Gratiarum actio.* — *Filius,patris oculos linit ex felle piſcis,& viſum recipit.*

Cōtriſtatus eſt ergo vehemēter[vnà cū vxore: & flere cœperūt ambo,q fili^9 ipſorū die cōſtituto nō rediſſet,] dixitq; ei vxor, Actum eſt de filio,quandoquidē moram fecit.eúmq; lamentari cœpit[lachrymis irremediabilibus,]ſimul ac,Nihil iam mihi ſtudio eſt,inquit,mi fili:quandoquidē amiſi te lumen oculorū meorū, [ſcipionē ſenectutis noſtræ, vitæq; ſolatiū,& ſpem noſtrę poſteritatis.Heu me,heu mi fili,quare te peregre miſimus? omnia nobis erāt in te ſitaite à nobis dimittere nō debebamus.]At Tobias,Deſine,inquit, ne ſis ſolicita: eſt enim incolumis.[ſatis fidus eſt vir ille,quē vnà cū eo miſimus.] Cui illa,Tace,inquit,ne me ludifices: fili^9 meus interijt:[nec admittebat vllā cōſolationem.]Egrediebatur autē quotidie foras in viam qua diſceſſerāt, [& quacūq; remeandi ſpes dabatur, circūſpiciebat, an procul videre poſſet venientē.] cibū nō ſumebat interdiu,noctéſq; totas filiū ſuū Tobiā deflebat indefinēter,donec quatuordecim dies illi nuptiarum quos eū illic acturū eſſe Raguel iurarat,elapſi ſūt. ¶Ibi tū Tobias Raguel,Dimitte me,ait:quoniā parētes mei iā deſperāt ſe me viſuros.Verū ſocer hortabatur eū,Mane apud me,& ego ad patrē tuū mittam,qui faciāt eū de reb^9 tuis certiorē.Ruſum Tobias, Nequaquā,inquit:ſed ad patrem me dimitte. [Nā ſcio parentes meos cōputare dies,& animo valde cruciari.Ita quāuis Raguel multis verbis oraret Tobiā,nulla tamen ratione perſuadere illi potuit.] Exurrexit ergo Raguel, & cum ei Saram vxorē ipſius cū dimidio facultatum tam mācipiorum & iumentorū, quam argēti tradidiſſet, bene ominando dimiſit eos,dicēs, Deus cæleſtis deducat vos feliciter,[& videant oculi mei liberos veſtros,] priuſquā ego moriar. [Angelus Domini ſanctus adſit vobis comes itineris,& deducat vos incolumes,vt res parentū veſtrorum omnes integro ſtatu reperiatis.] Filiæ autē ſuæ hæc dixit, Honora ſoceros tuos,qui nūc parētes tui ſunt, & fac nuntium de te bonum accipiam.[Maritū tuum ames,cures familiā,& domū excolas,ſéque ipſam exhibeas inculpatā.] ſimul eos oſculatus eſt.Inſuper autē [1]Edna [1]ſic eſt Tobiam allocuta,Reducē te faciat,chare frater,Dominus ille cæleſtis,& det mihi videre liberos tuos è Sera filia mea,vt coram ipſo gaudeā.Ecce cōcredo tibi filiam meā tanquā depoſitum,vt ne tractes eam moleſtius.Poſt hæc profectus eſt Tobias Deo gratulās, quòd iter proſperū ſibi cōceſſiſſet.Cúmq; vale dixiſſet Raguel & [1]Ednæ [1]vxori eius,perrexit,donec[itinere faciūdo vndecimo die Charan,quæ eſt in medio itinere verſus]Niniuē propinquarēt. CAP. XI.

¶1 Al, Anna — ¶1 Al, Annæ

Tvm Raphael dixit Tobiæ , Scis frater vt patrē tuū reliqueris.[Si itaq; tibi videtur,] præcurramus vxorē tuā,& domū præparemus:[familia verò cū coniuge tua & iumētis noſtra veſtigia lento gradu ſequatur.]Cæterū vt fel piſcis ad manū habeas, [vtpote viui nobis futurū.]Itaq; prægreſſi ſūt,& canis eos ponè ſecut^9.¶Anna vero ſedebat[ſecūdū viā quotidie in ſupercilio mōtis, vnde procul poterat intueri,]filium ſuū proſpectu in viam petens,& venientē eum cōſpicata,[vt agnouit primū,]patri eius renūtiauit,Ecce fili^9 tuus aduenit vnà cū homine qui comes ei profect^9 eſt.¶Porrò Raphael,Equidem ſcio,inquit,patrē tuum viſum eſſe recuperaturum.Itaq; tu [domū tuā primum ingreſſus,vbi Dominum Deū tuum ſalutaris,actiſque ei gratijs ad patrē acceſſeris,oſculatus eum,quod habes apud te]fel hoc oculis eius illine,& cōpunctus ille detritu abolebit albugines, [protinúſq; illuſtratis oculis ſuis pater tuus lumen cæli]& te videbit.Accurrens autē Anna ſe in collum filij ſui cōiecit,dicens, Poſtquā te vidi fili,dehinc iā mori cōtēta ſum:& ambo cōplorauerūt.¶[Canis verò qui viā vnà cū illis cōfecerat,pręcurrit,& quaſi nūtio veniēs blādimēto caudæ gratulabatur.]Et Tobias[manu puero permiſſa,obuiā filio] progrediebatur ad fores offenſans,filiúſq; accurrēs eū apprehēdit:[quē ille cōplex^9,itidē vt vxor,oſculatus eſt lachrymis præ gaudio obortis:cūmq; Deū adoraſſent,gratijs actis cōſederūt. ¶Tū felle in oculos patris aſperſo,[1]iuſſit eum bono eſſe animo,[circiter ſemihoram expectās.]Cúmq; oculi cōpungi ſibi cœpiſſent,cōſticuit eos,donec ab hiſquis albugines inſtar ſquamarum [& membranarum oui] receſſerunt:

¶1 λέγων

ſquas cũ Tobias cõprehenſas ab oculis eius auulſiſſet, viſum ille recepit.] Ibi cũ filiũ ſuũ cõſpicatus, collũ ei⁹ amplexu petijt, ſimul ac, [Deum vnà cum vxore, præſentibúſq; omnibus collaudàſ,] Celebrãdus es, ô Deus, inquit, nomẽq; tuũ in æuum prædicandũ eſt. & beati ſancti angeli tui vniuerſi, quoniã me flagellaſti, & idẽ miſeratus es. q ecce filiũ meũ Tobiã aſpicio. Lætus itaq; ingreſſus filius ipſius patri narrauit ſomnia beneficia Dei per hominẽ illũ itineris ſui ducẽ ſibi præſtita, &] quæ in Media magnifica cõtigiſſẽt. ¶ Tobias ergo [poſt ſeptẽ dies, cũ Sara & omnis familia cũ ſaluis pecoribus ac camelis, & cũ multa pecunia, etiã illa à Gabaelo recepta adueniret,] obuiã nurui ſuæ Deo gratulãs ad portã Niniues egreſſus eſt. mirãtibus qui videbãt ipſum euntem, q viſum recepiſſet. Ipſe vero palàm teſtabatur omnibus Deũ ſui miſertũ eſſe: cúmq; nurui ſuæ propinquaſſet, ſalutauit eã his verbis, Saluus ſit aduẽtus tuus ô filia. Deo primũ gratulor, qui te perduxit ad nos, tũ etiã [1]tuis parentibus.' Attulit autẽ gaudiũ hæc res fratribus, qui Niniue erant omnibus, & aduenerũt [1]Achiacharus & Naſbas' filius fratris ipſius [gratulatum de omnibus beneficijs quæ Deus in ipſum cõtuliſſet,] nuptiæq; Tobiæ cũ lætitia ſeptẽ diebus celebratæ ſunt.

¶1 ὁ πατήρ σου. καὶ ἡ μήτηρ σου.

¶1 Al. Achior & Nabath.

CAP. XII.

PRorrò Tobias vocato filio ſuo Tobia, Deſpice, inquit, fili mercedẽ homini qui te comitatus eſt, atq; etiã opus auctario fuerit. At ille, Nihil grauor, inquit, pater ei dare eorũ quę attuli dimidiũ. [Nam quod præmiũ demus ei? aut quid beneficijs ipſius dignũ poſſimus ei rependere?] quandoquidẽ me tibi reduxit incolumẽ, & vxoris meæ curã habuit, [feciтque me ipſius cõpotem, deinde abacto dæmone, gaudiũ attulit parẽtibus eius, & me è faucibus piſcis eripuit.] atq; attulit argentũ meũ [à Gabaelo,] tibiq; ſanitatẽ reſtituit. [& effecit vt lumẽ cœli videres, ſumúſq; adeò per eũ bonis omnibus locupletati. Quid poterimus illi referre dignũ his? Peto ergo abs te mi pater, vt roges eum an forte dignetur dimidiũ eorũ quæ allata ſunt accipere.] Tũ ſenex, Iure debetur ei, inquit: atq; angelo accerſito, Accipito dimidiũ, ait, omniũ quæ attuliſtis, & ſalu⁹ ito. ¶ Et ille ſeuocatis ſeorſum ambob⁹, Deum celebrate, inquit, ipſique gratulamini: magnificè prædicate eum. & coram viuis omnibus quæ vobis præſtiterit fatemini. Præclara res eſt prædicare Deũ, & nomen ipſius extollere. Quamobrẽ facta Dei honorificis celebrate ſermonib⁹. nec dubiteris ei laudes agere. Arcana regis celaſſe pulchrũ eſt: cõtrà verò opera Dei palàm proferre honorificũ. Si quod bonũ eſt exercueritis, malũ vobis non accidet. Bonæ ſunt preces quæ cũ ieiunio, benignitate & iuſtitia cõiũctæ ſunt. Parũ cũ iuſtitia ſatius eſt, q̃ multũ cũ iniuſtitia. [1]Beneficentiã exercere' præſtat, q̃ aurũ theſauro recõdere. [1]Beneficẽtia vindicat à morte,' omnéq; peccatũ expiat. [atq; impetrata venia perducit ad vitã æterni.] Qui [1]exercẽt beneficentiã & iuſtitiã, vitã plenẽ cõſecuturi ſunt: ſceleroſi verò ſuæ ipſorũ vitæ ſunt inimici. Haud ego vos quicquã celaue ro. [ſed dicã quod verũ eſt.] Dixi autẽ. arcana regis celaſſe pulchrum eſſe: cõtrà verò opera Dei palàm protuliſſe honorificũ. Ego cũ tu [lachrymans,] nurúſque tua Sara oraretis, memoriam precũ veſtrarũ coram illo Sancto retuli: cúmq; defunctos ſepelires, ego tibi ſimiliter aderã: cũ item exurgere te nõ piguit, deſertóq; prandio tuo ad[abſcondẽdũ interdiu noctũq;] cõtumulandũ defunctũ abire, beneficiũ tuũ me nequaquã latuit, ſed apud te præſens aderã. [Sed quia Deo gratus eras, neceſſe fuit vt tẽtatione probareris.] Itaq; me nunc Deus ad medẽlã tibi, ſimul & ad Sarã nurũ tuã[cacodæmone liberandã] demiſit. Ego ſum Raphael vn⁹ è ſeptẽ ſanctis angelis, qui preces ſanctorũ referũt, & illius ſanctæ maieſtatis ſunt emiſſarij. Tũ illi perturbati ſunt ambo, proniq; prociderũt metu conſternati. At ille, Ne metuatis, inquit, quoniam res veſtra trãquilla erit, ſed Deo gratulamini, quia nõ veni mea gratia, ſed eiuſdem Dei veſtri volũtate, quapropter ipſum celebrate in omne æuũ. Omnib⁹ diebus ſpectrũ vobis exhibui, neq; enim edebam aut bibebã, ſed vobis ita viſum eſt: [nã ego cibo potúq; ſub aſpectũ cadẽtibus nõ vtor.] Nũc ergo agite Deo gratias, [nã ego aſcẽdo ad eũ qui miſit me,] & ſcripſis quæ geſta ſunt mãdate omnia. Porrò cũ ſurrexiſſent, nec vſquã iam ille cõpareret, [in faciẽ proſtrati per tres horas Deum laudauere: cúmq; exurrexiſſent,] opera Dei magna & admirãda celebrauerũt, ſimul & quo pacto viſus eſſet ipſis angelus Domini,

¶1 vl, erogare i pauperes. Hebraicus codex habet צדקה vt & in ſequẽ ti verſu.

¶1 Iuſtitia enim vindicat à morte, &c.

¶1 vl, Qui erogant in pauperes, &c.

Quã apprehẽdens Tobias traxit ab oculis eius, ſtatimq; viſum recepit. Et glorificabãt Deũ, ipſe videlicet & vxor eius, & oẽs qui ſciebãt eũ. Dicebátq; Tobias, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce, ego video Tobiã filiũ meũ. ¶ Ingreſſa eſt etiã poſt ſeptẽ dies Sara vxor, filij ei⁹, & oĩs familia & pecora ſana, & cameli, & pecunia multa vxoris, ſed & illa pecunia quã receperat à Gabelo: & narrauit parẽtib⁹ ſuis õnia beneficia Dei quæ feciſſet circa eũ per hominẽ qui eũ duxerat. Venerũntq; Achior & Nabath conſobrini Tobiæ, gaudẽtes ad Tobiam, & cõgratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat De⁹. Et per ſeptem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

Benedictio & laus Deo.
D
Poſt ſeptẽ dies venit Sara.

Cõgratulãtur cõſobrini Tobiæ.

CAP. XII.

TVnc vocauit ad ſe Tobias filiũ ſuum, dixitq; ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecũ? Reſpõdẽs Tobias, dixit patri ſuo, Pater, quam mercedẽ dabimus ei? aut quid dignũ poterit eſſe beneficijs ei⁹? Me duxit & reduxit ſanũ, pecuniã à Gabelo ipſe recepit, vxorẽ ipſe me habere fecit. & dæmoniũ ab ea ipſe cõpeſcuit, gaudiũ parẽtib⁹ ei⁹ fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoq; videre fecit lumẽ cæli, & bonis oĩbus per eũ repleti ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi, vt roges eũ, ſi fortè dignabitur medietatem de oĩbus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere. Et vocãtes eũ, pater ſcilicet & fili⁹, tulerũt eũ in partẽ: & rogare cœperũt vt dignaretur dimidiã partẽ omniũ quæ attulerãt, acceptã habere. ¶ Tunc dixit eis occulte, Benedicite Deũ cæli, & corã oĩb⁹ viuẽtib⁹ cõfitemini ei, quia fecit vobiſcũ miſericordiã ſuã. Etenim ſacramẽtũ regis abſcõdere, bonũ eſt: opera autẽ Dei reuelare & cõfiteri, honorificũ eſt. Bona eſt oratio cũ ieiunio: & eleemoſyna magis q̃ theſauros auri recõdere. quoniã eleemoſyna à morte liberat. & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiã & vitã æternã. Qui autẽ faciũt peccatũ & iniquitatẽ, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Manifeſto ergo vobis veritatẽ, & nõ abſcõdã à vobis occultũ ſermonẽ. Quãdo orabas cũ lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prãdiũ tuũ: & mortuos abſcõdebas per diẽ in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationẽ tuã Domino. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tẽtatio ꝓbaret te. Et nũc miſit me dominus vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui à dæmonio liberarẽ. Ego enim ſum Raphael angel⁹ vn⁹ ex ſeptẽ, qui aſtamus ante Dominũ. Cúmq; hæc audiſſent, turbati ſunt, & tremẽtes ceciderũt ſuper terrã in faciẽ ſuã. Dixitq; eis angel⁹, Pax vobis, nolite timere. Etenim cũ eſſem vobiſcũ, per volũtatem Dei erã: ipſum benedicite, & cãtate illi. Videbar qui dẽ vobiſcũ manducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hoĩb⁹ videri nõ poteſt, vtor. Tẽpus eſt ergo vt reuertar ad eũ qui me miſit: vos autem benedicite Deũ, & narrate omnia mirabilia eius. Et cũ hæc dixiſſet, ab aſpectu eorũ ablatus eſt, & vltrà eum videre nõ potuerunt. Tunc proſtrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

Tobias filius patri cõmemorat beneficia à Raphaele in ſe collata.

Tobias pater, & filius ei⁹ offerunt Raphaeli dimidiã partẽ bonorũ ſuorum.
B

Aperit eis Raphael omnẽ geſtæ rei & cõditionis ſuæ veritatem.

Oratio. Ieiunium. Eleemoſyna.
ſ.2.a.

Oportet eũ q Deo gratus eſt, tentatione ꝓbari.

Angelus.
D Pax.

Gene.18. a. 19.a.iu.13.c

CAP. XIII.

Benedicit Tobias ſenior Dominum. deut. 32.f. 1.reg. 2.a. ſapient. 16.b.

APeriēs autē Tobias ſenior os ſuū, benedixit Dominū, & dixit, Magnus es domine in æternū, & in omnia ſecula regnū tuū: quoniā tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & nō eſt qui effugiat manū tuā. Cōfitemini Domino filij Iſrael, & in cōſpectu gētiū laudate eū: quoniā ideò diſperſit vos inter gētes, quæ ignorāt eū, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos quia nō eſt alius

Deus vnus. Peccatum. Miſericordia. B

Deus omnipotēs prӕter eū. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiā ſuā. Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, & cū timore & tremore cōfitemini illi: regémq; ſeculorū exaltate in operibus veſtris. Ego autem in terra captiuitatis meæ cōfitebor illi: quoniā

Conuerſis miſericordia.

oſtēdit maieſtatē ſuā in gētem peccatricē. Conuertimini itaq; peccatores, & facite iuſtitiā corā Deo, credētes quod faciat vobiſcū miſericordiam ſuā. Ego autem, & anima mea in eo lætabimur. Benedicite Dominū omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & cōfitemini illi.

Tobiæ ſenioris C prophetia de reducenda captiuitate in Ieruſalem. Eſa. 60.a. Mat. 8.a. Act. 2.e.

¶ Ieruſalē ciuitas Dei, caſtigauit te Dominus in operibus manuū tuarū. Cōfitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum ſeculorū, vt reædificet in te tabernaculū ſuū, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia ſecula ſeculorū. Luce ſplēdida fulgebis, & omnes fines terræ adorabūt te. ¶ Nationes ex lōginquo ad te veniēt: & munera deferentes, adorabūt in te Dominū, & terrā tuā in ſanctificationē habebūt. Nomen enim magnū inuocabunt in te. Maledicti erūt qui contēpſerint te: & cōdemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te: benedictiq; erūt qui ædificauerint te. Tu autē lætaberis in

D

filijs tuis, quoniā omnes benedicētur, & cōgregabūtur ad Dominū. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudēt ſuper pace tua. Anima mea benedic Dominum, quoniā liberauit Ieruſalē ciuitatem ſuā à cunctis tribulationib⁹ ei⁹, Dominus Deus noſter. Beat⁹ ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad vidēdā claritatē Ieruſalē.

Apoc. 21.e.

¶ Portę Ieruſalē ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabūtur: & ex lapide precioſo omnis circuitus murorū eius. Ex lapide cādido, & mūdo omnes plateæ ei⁹ ſternētur: & per vicos ei⁹ hallelu-ia cātabitur. Benedict⁹ Dominus, qui exaltauit eā, vt ſit regnū ei⁹ in ſecula ſeculorū ſup eā. Amē.

CAP. XIIII.

Aetas Tobiæ ſenioris.

ET cōſummati ſunt ſermones Tobiæ. Et poſtquā illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadragintaduob⁹, & vidit filios nepotū ſuorū. Cōpletis itaq; annis centū duobus, ſepultus eſt honorifice in Niniue. Quinquaginta nāq; & ſex annorū lumē oculorū amiſit: ſexagenarius verò recepit. Reliquū vero vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cū bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

Tobias moriturus, ad ſe vocat filiū & nepotes: quibus prӕdicit B Niniue deſtructionē, & Ieruſalē reſtaurationem. 2.Eſdr. 3. 6.

¶ In hora autē mortis ſuæ vocauit ad ſe Tobiā filiū ſuum, & ſeptē iuuenes filios ſuos nepotes ſuos, dixitque eis, Propè erit interitus Niniue. non enim excidit verbū Domini: & fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertētur ad eā. Omnis autē deſerta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea ſuccēſa eſt, iterū reædificabitur: ibique reuertētur omnes timentes Deum,

CAP. XIII.

SCripſit autē Tobias [ſenior pronunciatā ore ſuo] [1] meditationē gratulatoriā his verbis, Celebrandus eſt Deus ille viuus in æternū, ſimul & regnum ipſius [omnibus ſæculis.] Quoniam ipſe flagellat & miſeratur: deducit ad inferos, & reducit, nec eſt qui manū eius effugiat. Huic laudes agite vos poſteri Iſraelis corā gentibus, quoniā ipſe vos diſperſit in eas. [1]Ibi enarrate' magnificētiam ipſius, & eū apud omnes viuos extollite, [ac docete nullū eſſe alium Deum omnipotentē quàm ipſum.] Nam ipſe Dominus & Deus noſter eſt, ipſe pater noſter per omnia ſæcula. Propter noſtram iniuſtitiā flagellabit nos, rurſúmq; miſerabitur, & nos ex omnibus gētibus, inter quas diſperſi ſumus, congregabit. Si toto corde, totóque animo ad eū cōuerſi fueritis, vt integritati corā eo detis operam, ipſe quoq; ſe cōuertet ad vos, nec faciē ſuam à vobis auertet, ſed quę vobiſcū agat, videbitis. Gratulamini ipſi pleno ore veſtro, Dominū iuſtitiæ celebrate [cū timore ac tremore, operibúſq; veſtris] extollite regē æternitatis. Ego certe in terra captiuitatis meæ laudes agā ipſi, gētiq; peccatis deditæ potētiā ei⁹ & magnificētiā ediſſerā. In viā redite ſceleroſi, & exercete corā ipſo iuſtitiā. Quis ſcit an voluntatē adijciat ad vos, tribuátq; vobis veniā? Ego extollā Deū meū, & animus me⁹ regi cæli gratulabitur. Omnes magnificētiā ipſi⁹ prædicēt, [dies lætos celebrēt,] & laudes agāt ei nomine iuſtitiæ. Te Hieroſolyma ſacroſancta ciuitas propter facta [1]filiorū tuorum' flagellabit, iuſtorúmq; filios denuo miſerabitur. Cōmemora bonitatē Domini, regémq; ſæculorū celebra, vt ſurſum extruatur in te tabernaculū eius cū lætitia, & captiuos tuos exhilaret in te, atq; calamitoſos in gratiam recipiat in omnes ſæculorū ætates. [Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabūt te.] Ad nomē Domini Dei plurimæ gētes è longinquo aduenient, afferētes donaria manib⁹, donaria regi cæleſti. Nationes crebræ laudabūt te, tibiq; gratulabūtur. [Adorabūt in te Dominū, terrámq; tuā habebūt cōſecratā: nomen enim magnum in te inuocabūt.] Omnes oſores tui merebūtur execrationē, [& dānationē omnes impiè cōtumelioſi in te,] omnes autē amātes te felicitatē ſempiternam. Lætare & exulta ſuper filijs iuſtorū: quoniā [fortunati] Dominū iuſtorū celebraturi cōuenient. O beatos diligētes te, vt qui voluptatē tranquillitatis tuæ percepturi ſint. Beati qui ſuper flagris, quæ paſſa es, indoluerūt: quoniā tua cauſa' gaudebūt cū viderint omnē gloriam tuā, & in æternū lætabuntur. Anima mea Deum regē illum magnū prædicet, [quoniā Hieroſolymā ciuitatē ſuā liberauit cunctis afflictionibus ipſius, dominus ille Deus noſter. Beatus fuero, ſi reliquię ſeminis mei ſuperauerint, quæ videāt claritatē Hieroſolymæ,] quoniā Ieruſalē ſapphiro & ſmaragdo lapidibúſq; precioſis ædificabitur. Auro puro cōſtruētur muri tui cū arcibus & propugnaculis, & plateæ Hieroſolymę beryllo, carbunculo, lapide [4]Ophirio.' Omnes vici eius Halleluia cōcinēt, & laudes agētes, Celebrādus Deus, inquiēt, qui eā per omnia ſæcula ſublimē cōſtituit, [vt regno potiatur per omnia ſæcula. Amen.] Atq; hic finem fecit Tobias gratulādi.

¶1 תפלה precationē ſignificat, & omnē de rebus diuinis cōſultationē, meditationē, ac diſputationem, à פלל iudicauit.

¶1 Al, vt ibi enarretis.

¶1 Al, manuum tuarum

¶4 Alicubi, σωφιρ vertunt Septuaginta, quod Heb. eſt Ophir.

CAP. XIIII.

CAEterum annos natus erat quinquagintaocto cū amiſit viſum, & eūdem poſt exactos annos [1]'octo' recepit, [vixitq; poſtquā cæcitate liberatus eſt, annos quadragintaduos: & completis annis cētum duobus, Niniue honorifice ſepultus eſt.] Porrò ſubleuabat inopes, & pergebat Dominū Deum religioſe colere atq; celebrare. Cum autē ad ſummā ſenectutem perueniſſet, [ſub horā mortis] vocato filio ſuo, & [2]'ſex' ex eo nepotibus, Aſſume filios tuos, inquit, ô fili, (nam ecce conſenui, & iam exceſſui vitæ vicinus ſum,) & commigra in Mediam, mi fili. [Prope iam adeſt cum interibit Niniue, neq; enim verbum Domini interciderit.] Nam [1]perſuaſa habeo' quæ Ionas propheta de Niniue vaticinatus eſt, vt euertēda ſit: in Media vero res fore ad tēpus pacatiores. Quinetiam fratres noſtros in orbē ex opima terra eſſe diſijciēdos, deſolādámque Hieroſolymam, & in ea concrematā ædem Dei, ad tempus deſerēdam. Rurſum autē Deum miſeratū illos reductorū in patriam, vbi tēplum extruant, priori tamē diſſimile, cū impletū fuerit tēpus ſæculi illius, quo exacto paſſim redeāt è captiuitate, qui magnificè Hieroſolymā ædificent: cū ædes illa Dei prӕclara ad omnes ætates ſæculorū ſtructura cōdetur in ea, quēadmodū de ipſa vaticinati ſūt prophetæ,

¶1 Al, ſex

¶2 Al, ſeptem

¶1 Vl, intellexi

N.

eum omnes gẽtes ſe conuertent ad Dominũ Deum ſyncera religione colendũ, ſimulachráq; ſua defodient, [ac Hieroſolymã venient habitatũ:] eum Dominũ celebrabũt omnes nationes, Deóque populus ipſius gratulabitur: cũ Dominus populum ſuũ euehet, & omnes Domino Deo integritate iuſtitiáque gratificantes, benignitatémq; præſtantes fratribus ſuis lætabũtur. ¶ Quamobrẽ nunc, ô fili, excedas Niniue. nã eueniẽt omnino quæ prædixit Ionas propheta. [& video fore vt interitũ afferat ipſi ſua iniquitas.] Tu vero legem præceptáque ſerues, & miſericordem te præbeas & iuſtum, vt bene tecũ agatur. [Deum in memoria habeas, & eum omni tempore ſummóque ſtudio celebres.] Me autẽ honeſtè ſepelias, & matrem tuam mecum. nec Niniue diutius moremini. Cogita fili, quomodo nutritiũ ſuũ Achiacharum tractarit Aman, quomodo eũ ex luce deduxerit in tenebras, & quam ei gratiam retulerit: cæterum Achiacharũ eſſe ſeruatum, vicem vero relatam illi, vt in tenebras ipſe deſcenderet. Manaſſes exercuit miſericordiã, & euaſit è laqueo mortifero, quem ipſi defixerãt, Aman autem incidit in laqueum, ac periit. Quare nunc vide fili, quid faciat miſericordia, & qualem ſe liberatricẽ iuſtitia præbeat. ¶ Hæc cum dixiſſet, animã expirauit in lecto, ætate annorum centũ quinquagintaocto: & ille honorificẽ ſepeliuit ipſum, atque item Annam cum mortem obijſſet, ſepulchro patris mandauit: ipſe autem vnà cum vxore liberiſque ſuis ad Raguelem ſocerũ ſuum migrauit Ecbatana. Cúmq; honorificẽ cõſenuiſſet, ſoceris ſuis, [quos admodũ ſenes inuenerat, officiiſque fuerat proſecutus,] mortuis, glorioſéque ſepultis, facultatũ ipſorum ſimul & paternarũ relictus hæres, annos ⁴ centum viginti ſeptẽ habens Ecbatanis, quæ eſt vrbs Mediæ, defunctus eſt, [poſtquam vidit nepotes ſuos in quintam vſq; ætatem.] Audiuit autẽ priuſquam moreretur interitũ Niniues, quæ à Nabuchodonoſore & Aſſuero capta eſt, & ante obitũ ſuum ſuper ea gauiſus eſt. [Omnis autẽ cognatio & progenies ipſius in probitate vitæ, ſanctiſque ſtudijs perſtitit, adeò vt tam apud Deum quàm apud homines, omnéſque incolas terræ eſſent gratioſi.]

¶ 4 Al, nonagintanouem.

V.

& relinquẽt gẽtes idôla ſua, & venient in Ieruſalẽ, & inhabitabunt in ea: & gaudebũt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Iſrael. ¶ Audite ergo filij mei patrem veſtrum: ſeruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita ſunt illi: & filijs veſtris mandate vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant eũ in omni tẽpore in veritate, & in tota virtute ſua. ¶ Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hîc: ſed quacũque die ſepelieritis matrem veſtram circa me in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finẽ dabit ei. ¶ Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ, Tobias abſceſſit ex Niniue cum vxore ſua, & filijs, & filiorum filijs, & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. Inuenitque eos incolumes in ſenectute bona: & curam eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum: & omnem hæreditatẽ domus Raguelis ipſe percepit: viditque quintam generationem, filios filiorũ ſuorum. Et completis annis nonagintanouem in timore Domini cum gaudio ſepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in ſancta conuerſatione permanſit, ita vt accepti eſſent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

Exhortatio ad ſeruiendum Deo. Deute. 6. c. C 1 et. 7. e iof. 14. c.

Tobias iunior poſt D obitum matris reuertitur ad ſoceros.

Moritũ 99. anno ætatis ſuæ.

# Liber Iudith.

## CAP. I.

CVM Arphaxad [perdomitis multis gẽtibus,] regnũ Medorum teneret Ecbatanis, & lapidibus ternos cubitos latis, longiſq; ſenos cubitos, cæſimque deformatis murũ altitudine cubitorum ſeptuaginta, ¹ quinquaginta ¹ vero cubitorũ latitudine Ecbatanis circũdediſſet, turres item in portis ipſius cẽtenorum cubitorũ ad ² ſexagenos cubitos ² latitudinis fundatas extruxiſſet ſingulas: cúmq; portas ipſius latitudine quadragenos cubitos, ad facilem exitũ potentiſſimis copijs ſuis, ordinibúſque peditum præbendum, patentes extuliſſet ad ſeptuagenorum cubitorum altitudinem, ¶ Iamque quaſi confirmatus exercitus ſui potentia, magnificẽtiáque quadrigarum ſuarum gloriaretur:] Nabuchodonoſor rex anno regni ſui duodecimo, quo in vrbe ampliſſima Niniue dominabatur, bello regem eundem Arphaxad adortus eſt in campo illo ſpatioſo, qui eſt in finibus Ragau. Cõſociarunt autem ei ſe omnes incolæ montanæ regionis, & qui accolebant Euphratem, Tigrim, Hydaſpen, & campum Arioch regis Elymeorum, multæque gentes nationis Gelod iunxere copias. Nabuchodonoſor vero rex Aſſyriorum [auctus imperio, & animo elatus] acceríuit omnes incolas Perſidis, tractúmque occidentalem tenentes omnes habitatores Ciliciæ, Damaſci, Libani & Antilibani, tum omnes agentes in ora maritima, gentéſque colẽtes Carmelum, [& Cedar,] & Galaad, & ſuperiorem Galilæam, & latum agrum Eſdrelon, & item omnes in Samaria, eiúſque vrbibus, tránſque Iordanem, Hieroſolymam vſque & Bethauen, & Chellus, & Cades, & fluuium Ægypti, & Taphnes, & Rameſſe, & vſque ad omnem terram Geſem ſedes habentes, vltra Tanim vſque Memphimque, omnéſque adeò incolas Ægypti vſque ad fines Æthiopiæ pertinentes. Omnes tamen illi terrarum iſtarum habitatores mandatum Nabuchodonoſoris regis Aſſyriorum fruſtrati ſunt, nec arma cum eo conſociarunt, quòd non metuerent ipſum. ſed vt virum vnicum deſpicerent: quapropter legatos eius infecta re ignominioſè à conſpectu ſuo remiſere.

¶ 1 Al, triginta
¶ 2 Al, vicenos pedes

## CAP. I.

ARPHAXAD itaque rex Medorum ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatẽ potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & ſectis fecit muros eius in altitudinem cubitorũ ſeptuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta: turres verò eius poſuit in altitudinẽ cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorũ pedum ſpatio tẽdebatur. poſuitque portas eius in altitudinem turrium. Et gloriabatur quaſi potens in potẽtia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum. ¶ Anno igitur duodecimo regni ſui, Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit cõtra Arphaxad: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphráten, & Tigrin, & Iadaſon in campo Erioch regis Elicorum. Tũc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatũ eſt: & miſit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano: & ad gẽtes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitãtes Galilæam in campo magno Eſdrelon: & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem vſq; ad Ieruſalem, & omnẽ terrã Ieſſe, quouſque perueniatur ad terminos Æthiopiæ. Ad hos omnes miſit nũtios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum: qui omnes vno animo contradixerunt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerũt.

Arphaxad contra Nabuchodonoſor pugnans, vincitur.

B

C

D

Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex ad omnem terrã illam, iurauit per thronũ & regnum ſuum q defenderet ſe de omnib⁹ regionib⁹ his. CAP. II.

Nabuchodonoſor totum orbẽ ſibi ſubijci per Holofernẽ mandat.

ANno terriodecimo Nabuchodonoſor regis, viceſima & ſecunda die menſis primi, factum eſt verbũ in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorũ, vt defenderet ſe. Vocauitque omnes maiores natu, omnẽſq; duces, & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſteriũ cõſilij ſui. Dixitque cogitationẽ ſuam in eo eſſe vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. Quod dictum cũ placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernẽ principẽ militiæ ſuæ, & dixit ei, Egredere aduerſum omne regnum Occidentis: & cõtra eos præcipue qui cõtempſerunt im-

B perium meum. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitã ſubiugabis mihi. Tũc Holofernes vocauit duces, & magiſtratus ¹virtutes Aſſyriorum: & dinumerauit viros in expeditionẽ, ſicut præcepit ei rex, cẽtum viginti millia peditum pugnatorũ, & equites ſagittarios duodecim millia. Omnẽmque expeditionẽ ſuam fecit præire in multitudine innumerabiliũ camelorum, cum his quæ exercitibus ſufficerẽt copioſe. boum quoq; armenta, gregẽſque ouiũ, quorum nõ erat numerus. Frumẽtum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari cõſti-

¶¹ virtutis

C tuit. Aurum verò & argentũ, de domo regis aſſumpſit multũ nimis. Et profectus eſt ipſe & omnis exercitus, cũ quadrigis & equitibus, & ſagittarijs: qui cooperuerunt faciẽ terræ, ſicut locuſtæ. Cũmq; pertranſiſſet fines Aſſyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui ſunt à ſiniſtro Ciliciæ: aſcẽditque omnia caſtella eorũ, & obtinuit omnẽ munitionem. Effregit autẽ ciuitatem opinatiſſimã Melothi, prædauitque omnes filios Tharſis & filios Iſmahel, qui erant cõtra faciẽ deſerti, & ad auſtrũ terræ Cellon.

D Et trãſiuit Euphratẽ, & venit in Meſopotamiã: & fregit omnes ciuitates excelſas quæ erãt ibi, à torrẽte Mãbre, vſquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos ei⁹, à Cilicia vſq; ad fines Iapheth, qui ſũt ad auſtrũ. Abduxitq; omnes filios Madiã, & prædauit omnẽ locupletationẽ eorũ, omnẽſq; reſiſtentes ſibi occidit in ore gladij. Et poſt hæc deſcẽdit in cãpos Damaſci in dieb⁹ meſſis, & ſuccẽdit omnia ſata, omnẽſq; arbores & vineas fecit incidi: & cecidit timor illi⁹ ſuper oẽs inhabitãtes terrã. CAP. III.

Reges ſe vltro Holoferni dedunt: attamen cunctorum regionum aras ſubuertit.

TVnc miſerũt legatos ſuos vniuerſarũ vrbiũ, ac prouinciarũ reges ac principes, Syriæ ſcilicet & Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atq; Ciliciæ,

Tunc Nabuchodonoſor ira vehemẽti aduerſus omnes terras illas cõmotus, per ſolium regni ſui iurauit, certo ſe vlturũ omnes fines Ciliciæ, Damaſci, Syriæque, ferròque ſuo peremptura omnes incolas terræ Moabiticæ, nationes Ammon, Iudæos omnes & Aegyptios, donec ad terminos duorũ mariũ penetrauiſſet. Suis itaq; copijs decertauit aduerſus Arphaxad regẽ, anno decimoſeptimo: cũmq; extitiſſet prælio ſuperior, omni exercitu Arphaxad, equitatúq; eius ac currib⁹ omnib⁹ in fugã verſis, expugnatiſq; vrbib⁹ eius Ecbatana vſq; peruaſit: cũ captis vi turribus vrbis, plateiſq; peruaſtatis, decus ei⁹ cõmutauit ignominia: cúmq; ipſum Arphaxad in mõtibus Ragau aſſecutus iaculis ſuis cõfixiſſet, poſtquã eũ illo die toto perſecut⁹ profligauit, Niniuen ipſe cũ omni turba ſuorũ, frequẽtiſſimáq; virorũ bellicoſorũ multitudine reuerſus, otia ibi cõuiuiáq; cũ exercitu ſuo per dies cẽtũ viginti agitauit. CAP. II.

POrrò anno ¹octauodecimo¹ die primi menſis viceſimaſecũda, in domo Nabuchodonoſoris regis, Aſſyriorum, habitus eſt ſermo de ſupplicio ab omni terra, vt locutus ille fuerat, expetẽdo. Cũmq; cõuocauiſſet omnes obnoxios ſibi, proceréſq; ſuos omnes, arcanáque conſilij ſui cõtuliſſet cum ipſis, atq; omnẽ terræ malitiam ore ſuo repetitã expoſuiſſet, illi cenſuerũt omnes homines imperio oris ipſius nõ obſecutos, eſſe perimendos. Euenit igitur vt finita cõſultatione ſua Nabuchodonoſor rex Aſſyrio⁹ accerſito Holopherni magiſtro copiarũ ſuarum à ſe poteſtate ſecundo hæc ediceret, Hæc imperat rex ille magnus dominus totius terræ. Ecce tu à cõſpectu meo profectus, adiũges tibi è viris robore pollentibus peditum ad centum viginti millia, equorũmq; cũ equitibus millia duodecim, & expeditione inuades omnes terras occidẽtales, quòd imperio meo nõ paruerint. Illis denũciabis, vt terras & aquas parẽt mihi, qui furore meo ſim eos inuaſurus, omnẽq; ſolũ terræ operturus pedibus copiarum mearũ, quibus ipſos daturus ſim diripiendos, ita vt ſaucij valles & torrẽtes impleãt, effuſáq; exundẽt præ cadaueribus ipſorũ flumina: tum etiam me captiuorũ gregem ex ipſis in vltimas quaſque terras abacturum. Tu verò mihi prægreſſus præoccupabis omnes fines eorũ, & dedẽtes ſe tibi in diem diſceptationis cũ ipſis mihi cõſeruabis: rebelles autem oculo tam ignoſcenti nõ reſpicies, quo minus eos in omni terra tua cædi permittas ac direptioni. [Nõ parces vlli regno, ſed omnẽ vrbẽ munitam ditioni meæ ſubiges.] Quoniã per vitam meã, regniq; mei potentiã quæ loquutus ſum, mea manu perſequar omnia. Tu verò caue vel vnũ mandatorum Domini tui prætereas, ſed ea quẽadmodum præcepi tibi, ſumma cura cõfice, nec morã quo minus exequaris ea, interpone. Tum Holophernes à cõſpectu domini ſui egreſſus, cõuocatis omnibus poteſtatibus, ducibus & copiarũ Aſſyricarum præfectis, delectum virorũ, vt à domino ſuo mandatũ acceperat, in expeditionẽ habuit, ad cẽtũ viginti millia, equitũmq; ſagittariorũ ad millia duodecim: quibus quomodo militares copiæ digeri ſolẽt, inſtructis, & magna vi camelorũ, aſinorũmq; geſtandis ſarcinis, inq; expeditionẽ ouib⁹, bobus ac capris innumerabilibus, tum cõmeatu pro vniuerſa multitudine militũ cõparatis, [præter frumẽtũ quod ex omni Syria in trãſitu cogere cõſtituerat,] ſimul & auro & argẽto de domo regia quãplurimo, ipſe cũ omnibus copijs ſuis ſe cõmiſit itineri, vt regẽ Nabuchodonoſorẽ prægreſſus omne ſolũ occidẽtaliũ terrarũ curribus & equitibus, delectiſq; peditib⁹ ſuis operiret. Profectũ eſt autẽ vnà promiſcuũ vulgus frequẽtiſſimũ inſtar locuſtarũ, & arenæ terreſtris: neq; enim erat multitudo ipſius numerabilis. Cum ergo triũ a Niniue dierũ profectione in ſolũ cãpeſtre Bectileth peruentũ eſſet, à Bectileth ad mõtẽ [Ange,] à ſiniſtra Ciliciæ ſuperioris ſitũ, caſtris promotis, indẽq; aſportatis omnib⁹ copijs ſuis pedeſtrib⁹ & equeſtribus cũ currib⁹ perrexit in mõtanã regionẽ. [cuius omnia caſtella inuaſit, munitionibúſq; expugnatis in vrbẽ celeberrimã Melothũ irrupit.] Phud & Lud excidit, omnẽſq; populos ¹Raſes¹ & Iſmael verſus deſertũ ad auſtrinũ Chellæorũ lat⁹ habitãtes peruaſtauit. Deinde Euphrate traiecto, trãſijt per Meſopotamiã, & omnes vrbes excelſas ad torrentẽ ²Arbonai² ſitas euertẽdo ad mare vſq; penetrauit, ſubegitq; fines Ciliciæ, & omnes ſibi reſiſtẽtes cõcidit. Porrò autẽ peruaſit ad fines Iapheth, obiectos Auſtro Arabiæq;, omnẽſq; populos Madiã obeũdo tabernacula ipſorũ incẽdit omnia, caſáſq; peruaſtauit: tũ deſcẽdit in cãpos Damaſci tẽpore meſſis triticeæ, igniq; omnibus agris eius illato, [ſuccitiſq; vineis & arborib⁹,] greges & armẽta abſũpſit, & vrbes ei⁹ deprædat⁹, ac populatus agros iuuenes ei⁹ oẽs cõcidit acie gladii. CAP. III.

¶¹ Al, terriodecimo Nabuchodonoſoris regis

¶¹ Al, Tharſis

¶² Al, Mãbre

INgruit ergo metus & terror ipſius incolẽtes orã maritimã Sidonios ac Tyrios, atq; itẽ in omnes incolas Sur, Ocina, & Iemnaan, ciuẽſq; Azoti & Aſcalonis illum vehemẽter expaueſcebãt. Miſerũt itaque [reges omniũ vrbium ac prouinciarum, & principes Syriæ, Meſopotamiæ, Syriæ Sobal, Lyciæ, Ciliciæque]

legatos ad ipſum, qui pacē in hæc verba peterent, Ecce nos ſerui Nabuchodonoſoris magni regis tibi ante oculos coràm ſumus propoſiti, vt nobiſcū agas prout tibi viſum fuerit. Ecce domicilia noſtra [cum montibus & collibus,] totúſque ager noſter, & cāpus frumētarius, tum greges [tam ouiū quàm caprarū,] & armēta [boum, equorū, ac camelorum,] omniáq; ſepta ſtabulorū noſtrorū, [omnes facultates & familiæ noſtræ] in poteſtate tua ſunt: quod tibi libuerit, facias. Ecce etiā vrbes noſtræ & ciues earum ſerui tui ſunt. Veniēs ita te geras erga illos, vt tibi viſum fuerit cōmodum. [Deſine nobis indignari. Præſtat enim nos ſeruire magno regi Nabuchodonoſori, tibiq; parēre viuos, quàm morientes vnà cū ſeruitutis interitu perniciē incurrere.] Cum verò hi viri perueniſſent ad Holophernem, & hæc ei mādata expoſuiſſent, ille cū copijs ſuis deſcēdit ad oram maritimam, & vrbes excelſas illas muniuit præſidijs, atq; ex omnibus delectum egit virorū auxiliariū. Tum illi [vniuerſi ciues vrbiū illarū, principes ac proceres vnà cū populis perculſi metu,] totaque circumiacens regio cū coronamentis & choreis, tympaniſq; eum excipere [obuiā egreſſi cū lampadibus & tibijs:] ipſe vero deuaſtare omnes fines eorū, lucóſque ſuccidere, [adeo animi ferocitatem eius, quāuis hæc facerent, mitigare nō potuerunt.] Erat enim decretū ei [ex mādato regis Nabuchodonoſoris,] diſperdere omnes deos terræ, vt omnes gentes colerēt ipſum ſolū & Nabuchodonoſorem, linguæque ſimul & nationes omnes deū ipſum ſalutarent. Porrò autē [cum Syriā Sobal tranſijſſet, & omnē Apameam, Meſopotamiámq;, ad Idumæam] venit in cōſpectum Eſdraelon [1] prope Dotaim, [2] quæ eſt exaduerſum [2] aditui magno Iudææ, & inter Gaba & Scythōpolin caſtrametatus, totū menſem ibi [captis vrbibus illis,] moratus eſt, dum vaſa copiarum ſuarum omnia colligeret.

¶1 al. πλησίον τῆς ἰουδαίας.
¶2 τοῦ πρίονος videtur ſignificare quod eſt חריץ Hebræis, quod alibi ſerrā interpretātur, vt Eſa. 28. g. & poteſt ſignificare aditū inter montes anguſtum: q.d. rupturam.

CAP. IIII.

Tvm incolentes Iudæam Iſraelitæ, poſtquam audierunt quæ omnia Holophernes magiſter copiarū Nabuchodonoſoris regis Aſſyriorū deſignauiſſet in gētes, vtq; omnia illarū templa deprædatus deleuiſſet, timuerūt ab eo vehementer, & propter Ieruſalem templúmq; Domini Dei ſui perturbati ſunt, [ne in hæc admitteret, qualia in alias vrbes tēpláque earū exempla ediderat,] quoniā recentes redierāt è captiuitate, & nuper vniuerſus populus cōuentum è Iudæa celebrauerat, vaſáque ſimul & altare cum tēplo fuerāt à profanatione expiata. Ergo in omnes fines ac vicos Samariæ, & Bethorō, & Belmen, & Iericho, & Choba, & Eſora, atq; in vallem Salem dimiſerūt, qui præoccupatis montiū excelſorū iugis omnibus, vicos ibi muris includerēt, & annonā in apparatū belli recōderent: nam meſſis recēs facta erat in agris ipſorū. Scripſitq; [3] Ioachim [3] pōtifex, qui tū tēporis Hieroſolymis erat, ad incolas Bethuliæ & Bethomeſthi, quæ exaduerſum Eſdraelon ſita eſt in proſpectu campi vicini Dothain, iubens vt inſiderēt aſcēſus montium, quibus in Iudæam pateret introitus, & ſubeūtes illos prohibere facile eſſet, binorū ad ſummum virorū capaci trāſitus anguſtia. Fecerunt igitur Iſraelitæ vt cōſtituerat ipſis ſacerdos Ioachim: ſenatus autem vniuerſi populi Iſraelitici, qui conſederat Hieroſolymis, omnéſque viri Iſraelitici Deum magna contentione inuocare, vitam ſuam perquàm rigide affligendo [ieiunijs & precationibus,] vnáque cum vxoribus, liberis, iumentis, inquilinis omnibus, mercenarijs, mancipijſque ſuis lumbos ſuos cilicijs accingere: virique ac mulieres omnes, vnà cum liberis, ciuéſque Hieroſolymitani ante [4] tēplum proſtrati, [4] cōſperſis puluere capitibus, in conſpectu Domini cilicia protendere. tum etiam ipſum altare cingere cilicio, & implorare Deū concētione vnanimi, ne direptioni liberos ſuos aut vxores prædæ, aut excidio vrbes ſuas hæreditarias, ſacráue profanationi ludibrióque, quod oblectationi foret gentibus, vellet expoſita. [ipſe quoque ſummus Domini pontifex Ioachim Iſraelitas omnes obambulando verbis animabat, dictitans, Scitote Dominum preces veſtras exauditurum, ſi cōſtanter in ieiunijs & precationibus coram ipſo perſtiteritis. Mementote ſerui Domini Moyſis, qui Amalec confiſum robore, potentia, exercitu, clypeis,

¶3 al. Eliachim
¶4 Partem templi quę היכל dicitur.

qui veniētes ad Holofernem, dixerūt, Deſinat indignatio tua circa nos. Melius eſt enim vt viuētes ſeruiamus Nabuchodonoſor regi magno, & ſubditi ſimus tibi, quàm moriētes cū interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtræ damna patiamur. Omnis ciuitas noſtra, omniſq; poſſeſſio, omnes mōtes, & colles, & cāpi, & armenta boum, gregéſque ouiū & caprarum, B
equorūmq; & camelorū, & vniuerſæ facultates noſtræ atq; familiæ in cōſpectu tuo ſunt. ſint omnia noſtra ſub lege tua. Nos etiā & filij noſtri, ſerui tui ſumus. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere ſeruitio noſtro, ſicut placuerit tibi. Tunc deſcendit de mōtibus cū equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatē, & omnē inhabitantē terrā. De vni C
uerſis autē vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellū. Tātúſque metus prouincijs illis incubuit, vt vniuerſarū vrbium habitatores principes, & honorati ſimul cum populis exirēt in obuiā venienti, excipiētes eū cum coronis, & lampadibus ducētes choros in tympanis & tibijs. Nec iſta tamē faciētes, ferocitatē eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum deſtruxit, & lucos eorū excidit. Præceperat enim illi Nabuchodono- D
ſor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipſe ſolus diceretur deus ab his nationibus quæ potuiſſent Holofernis potētia ſubiugari. Pertranſiens autē Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnémq; Meſopotamiā, venit ad Idumæos in terram Gabaa, accepitq; ciuitates eorū, & ſedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuerſum exercitum virtutis ſuæ. CAP. IIII.

Filij Iſrael Holofernē timentes, hortatu Eliachim Dominum implorant.

Tvnc audiētes hæc filij Iſrael, qui habitabant in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius. Tremor etiā & horror inuaſit ſenſus eorū, ne hoc faceret Ieruſalem & tēplo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & tēplis earum. Et miſerūt in omnē Samariam per circuitū vſq; Iericho, & præoccupauerūt omnes vertices mōtium. Et muris circūdederunt vicos ſuos, & cōgregauerūt frumēta in præparationē pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim ſcripſit ad vniuerſos qui erāt contra Eſdrelon, quæ eſt contra faciem cāpi magni, iuxta Dothain, & vniuerſos B
per quos viæ trāſitus eſſe poterat, vt obtinerēt aſcēſus mōtium, per quos via eſſe poterat ad Ieruſalē, & illic cuſtodirēt vbi anguſtū iter eſſe poterat inter montes. Et fecerūt filij Iſrael ſecundū quod conſtituerat eis ſacerdos Domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad Dominū inſtātia magna, & humiliauerūt animas ſuas in ieiunijs & orationibus, ipſi & mulieres eorū. Et induerūt ſe ſacerdotes cilicijs, & infantes proſtrauerūt cōtra faciē templi Domini, & altare Domini operuerūt cilicio. Et clamauerunt ad Dominū Deum Iſrael vnanimiter, ne darentur in prædā infantes eorū, & vxores eorum in C
diuiſionē, & ciuitates eorū in exterminiū, & ſancta eorū in pollutionē, & fierent in opprobriū gentibus. Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnē Iſrael, allocutúſq; eſt eos, dicēs, Scitote quoniā exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in cōſpectu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, D

Oratio cōtinua i tribulatione cum ieiunio.

Exod. 17. d. Oratione vicit Amalec.

& in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro
pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. ſic
erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in
hoc opere quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhorta-
tionem eius deprecantes Dominum, permanebant
in conſpectu Domini, ita vt etiam hi qui offerebāt
Domino holocauſta, præcincti cilicijs offerrent ſa-
crificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum.
Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt vi-
ſitaret populum ſuum Iſrael. CAP. V.

Holofernes interrogat de progenie Iudæorum. NVntiatúmq; eſt Holoferni principi militiæ Aſ-
ſyriorum, quòd filij Iſrael præpararēt ſe ad re
ſiſtēdum, ac montiū itinera concluſiſſent: & furore
nimio exarſit in iracūdia magna: vocauitq; omnes
principes Moab & duces Ammon, & dixit eis, Dici-
te mihi quis ſit populus iſte, qui mōtana obſidet:
aut quæ, & quales, & quantæ ſint ciuitates eorum:
quæ etiā ſit virtus eorum, aut quę ſit multitudo eo-
rum, vel quis rex militiæ illorū: & quare præ om-
nibus qui habitāt in Oriēte, iſti contēpſerunt nos,
& non exierunt in obuiam nobis, vt ſuſciperēt nos
Achior narrat Holoferni omnia quæ Deus egerit cum populo Iſraelitico. cum pace. ¶Tūc Achior dux omniū filiorum Am-
mon reſpondēs, ait, Si digneris audire Domine mi,
dicam veritatē in cōſpectu tuo de populo iſto, qui
in montanis habitat, & non egredietur verbū fal-
ſum ex ore meo. Populus iſte ex progenie Chal-
dæorum eſt. ¶hic primum in Meſopotamia habita-
uit, quoniam noluerunt ſequi deos patrū ſuorum,
qui erāt in terra Chaldæorū. Deſerentes itaq; cære
Iudith 11.b monias patrū ſuorum, quæ in multitudine deorū
Ge.11.d. B erant, vnū Deum cæli coluerūt, qui ¶& præcepit eis
Gen.12.a. vt exirent inde, ¶& habitarent in Charan. Cúmque
Gen.46.a. operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in
Gen.41.g. Ægyptū, ¶illícque per quadringētos annos ſic mul
tiplicati ſunt, vt dinumerari eorū non poſſet exer
citus. Cúmque grauaret eos rex Ægypti, atque in
ædificationibus vrbiū ſuarum in luto & latere ſub-
iugaſſet eos, clamauerūt ad Dominum ſuū, & per-
Exod.14.e. cuſſit totā terram Ægypti plagis varijs. ¶Cúmque
eieciſſent eos Ægyptij a ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis,
& iterū eos vellent capere, & ad ſuum ſeruitium re-
uocare, fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita
vt hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur, & iſti
pede ſicco fundū maris perambulando tranſirent.
In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægy-
ptiorū eos perſequeretur, ita aquis coopertus eſt,
vt nō remaneret vel vnus qui factū poſteris nūcia-
Exod.16.a. ret. ¶¶Egreſſus etiā mare rubrū, deſerta Sina mon-
tis occupauerūt, in quibus nūquam homo habitare
C potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fōtes ama
ri obdulcati ſunt eis ad bibendū, & per annos qua-
draginta annonam de cælo conſecuti ſunt. Vbicū-
que ingreſſi ſunt ſine arcu & ſagitta, & abſq; ſcu-
to & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.
Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando
receſſit à cultu Domini Dei ſui. Quotieſcunque au
tem præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerūt,
dati ſunt in prædam, & in gladiū, & in opprobriū.
Quotieſcūque autem pœnituerūt ſe receſſiſſe à cul
tura Dei ſui, dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtēdi.
Ioſ.12.c. Deniqueſ Chananæum regem, & Iebuſæum, & Phe-
rezæum, & Hethæum, & Heuæum, & Amorrhæum,
& omnes potentes in Heſebon proſtrauerunt, & ter
ras eorum & ciuitates eorū ipſi poſſederunt: & vſ-
que dum non peccarent in cōſpectu Dei ſui, erant
cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquita-
Iudic.2.1.4 tem, ¶Nam & ante hos annos cum receſſiſſent à via
4.Reg.15.a

curribus, equitibúſque ſuis, non ferro pugnando,
ſed ſanctis precibus inſtando debellauit. Idem acci
det omnibus hoſtibus Iſraelitarum, ſi in inſtituto
perſeueraueritis. Hac exhortatione confirmati in
precibus ad Dominū erant aſſidui.] Exaudiuit itaq;
Deus preces eorū, & reſpexit afflictionem, populo
ante ſanctuaria omnipotētis Domini dies complu
res agēte ieiunijs per totam Iudæam & Hieroſoly-
mam, Ioachim autē ſummo pontifice, & qui aſta-
bant corā Domino ſacerdotibus omnibus, iiſq; qui
miniſterio dominico fungebantur, accinctis circa
lumbos ſuos cilicijs, holocauſtúmque illud peren-
ne ſacrificantibus, vnáque cū votiuis [1] voluntariiſq; [1] ¶1 vt, gratuitis
populi donarijs, ac conſperſis puluere mitris ſuis,
Dominum ſummopere implorantibus, vt omnē do
mum Iſraeliticā benigne reſpiceret. CAP. V.

CVm autem Holopherni copiarum Aſſyricarum
magiſtro nūciatum eſſet, bellū apparare Iſrae-
litas, trāſitibúſque montiū interclúſis, ac iugis eo-
rum munitis omnibus, obſtacula c.ipſis oppoſuiſſe,
exarſit furore vehementi, omnibúſque principibus
Moab, & ducibus Ammon, atq; omnibus præfectis
oræ maritimæ conuocatis, Exponite mihi tandem,
inquit, vos Chananæi, quis ſit populus iſte monta-
nam regionē inſidens, quas, [quales & quantas] vr-
bes habitet, quāto polleat copiarū numero, in qua
re conſiſtat robur ipſius & potentia, quis nam rex
eius, aut militiæ dux ſit cōſtitutus, aut quo motus
conſilio mihi non ante omnes Occidentalium ter-
rarum incolas proceſſerit obuiam, [pacificéque nos
exceperit.] Tum Achior dux omnis nominis Am-
monitici reſpondit illi, Rem quæſo ex ore ſerui ſui
Dominus meus accipiat. etenim vera tibi narrabo
de populo hoc montanam iſtam regionē tibi vici-
nam incolente, nec proferetur ore ſerui tui men-
dacium. Populus hic à Chaldæis eſt oriūdus, & pri
mum vſus hoſpitio Meſopotamię, quòd deos pater-
nos ſuos, qui in terra Chaldæorū colebantur, ſequi
recuſaret. Cū ergo declinaſſet de via parētum ſuo-
rum, [quæ in multitudine deorū ſita erat,] & Deum
cæli, Deum ſibi notum adoraret, à cōſpectu deorum
illorum eiectus profugit in Meſopotamiam: cuius
hoſpitio longo tempore vſus eſt, donec iuſſit eum
Deus ipſius demigrare peregrinitate ſua, & profici-
ſci in terrā Chanaan. Ibi habitauit, & magnis tam
auri quàm argēti iumentorúmq; locupletatus ac-
ceſſionibus deſcendit in Ægyptum, quòd fames oc
cupaſſet totam terram Chanaan, & cōſedit ibi [per
quadringētos annos,] donec cœpit [1] diuexari. [1] Nam ¶1 διαφθείρεσθαι.
cum ibi vehemēter aucti eſſent, & iam numerū ge-
nus ipſorū excederet, commotus aduerſus eos rex
Ægypti, dolo circūuentos labore & opere lateritio
[vrbibus ædificandis] afflictauit, ſibique ſeruos ad-
ſciuit. Cum ergo Deum ſuū implorauiſſent, & is to-
tam terrā Ægyptiacam cladibus affeciſſet inſana-
bilibus, Ægyptij eos à conſpectu ſuo eiecerūt, [cla-
dibúſque liberati ruſum perſecuti ſunt eoſdem, vt
eos retraherent in ſeruitutem.] Tum Deus ille ma-
re rubrum deſiccauit coram eis, [& aquas inſtar mu
ri ſtatuit vtrinque, vt hi pede ſicco permearent va-
da maris, eodémque in loco innumerabilis perſe-
quentiū Ægyptiorum exercitus aquis obrueretur,
ita vt ne vnus quidem euaderet, qui rem narraret
poſteris;] atq; ita eos ad montē Sina Cadéſque Bar-
ne traduxit, [per loca homini inhabitabilia, vbi
fontes amari ad potum edulcati fuerūt, pérque an-
nos quadraginta exhibita de cælo cibaria.] Hi eie-
ctis omnibus incolis deſerti, ſubſedere in terra A-
morrhæorum. Cúmque omnes incolas Eſebon profligaſſent, trangreſſi Iordanem, montanam regionem
omnem poſſedere. [Quacunq; ingrediebantur, idque ſine arcu, ſagitta, ſcuto, gladio, Deus ipſorū pugna-
bat pro ipſis, ac vincebāt.] Iidem Chananæo, & Pherezæo, & Iebuſæo, & Sichem, omnibúſq; Gergeſæis [ac
potētibus Heſebon] præ ſe exactis terram illam longo tempore tenuerunt. Et quandiu quidem in Deum
ſuum non peccabant, agere feliciter, quòd Deus ille odio proſequens iniuſtitiā, faueret eis: vbi autē à via

quam præſcripſerat eis deflexere, [prætérque eum deum coluere alium,] multis bellis ſupra modum attriti ſunt, [atque expoſiti prædæ, cædi, ludibrio.] & captiui in terram alienam abducti, tum templũ Dei ipſorum ſolo æquatum eſt, vrbéſque eorum ab hoſtibus occupatæ. Nunc autẽ ad Deum ſuum conuerſi à diſperſione qua diiecti fuerant, ſe recepere: & Hieroſolyma ſede religionis ſuæ recuperata, in mõtana regione, quæ deſerta fuerat, denuo conſedere. Nam quotieſcũque ipſos deſertæ religionis Dei ſui pœnituit, confirmauit eos idẽ Deus ille cæli ad ſubſiſtendum. Nunc ergo dominator domine, an quis in hoc populo ſit error quo peccet in Deum ſuum, exploremus. Nam is erit ei offenſioni, & aſcendemus, eũmque debellabimus. [Omnino enim Deus illorum in manus tuas tradet eos, & iugo potẽtiæ tuæ ſubiicietur.] Sed ſi nulla eſt in hac gente iniuſtitia, prætereat dominus meus, ne fortẽ Domino & Deo ipſius decertante pro ea, nos totius orbis vituperationem ſubeamus. CAP. VI.

His habitis ſermonib⁹, cum cõticuiſſet Achior, vniuerſus qui tabernaculum circũſtabat populus fremere, & proceres Holophernis, omnéſque oram maritimam & Moab incolentes concidendum eſſe ipſum clamitare, [ac dicere, Quis eſt iſte qui homines inermes Iſraelitas & imbelles, artiſque militaris expertes, affirmet regi Nabuchodonoſori & copijs eius poſſe reſiſtere?] Non enim conſpectum Iſraelitarũ expaueſcemus, cum ecce populus ſit imbellis, nullóq; aduerſus validam aciẽ robore. Quapropter aſcendamus, [vt ſciat Achior ſe falſa ferre nobis, & expugnatis potentibus illorum, cũ iiſdem trãſuerberetur gladio, vt ſciant omnes gentes deũ terræ eſſe Nabuchodonoſorem, nec præter eum alium,] ſiquidem illos exercitus tuus omnis, ô domine Holophernes, abſorpſerit. Poſtquã ergo fremitus virorum conſeſſum illum circũſtantium ſedatus eſt, Holophernes copiarum Aſſyricarum magiſter, coram omni alienigenarum populo, Moabitis & ſtipendia merentibus Ephraim, Achiorem ſic eſt allocutus, Quis tãdem es tu Achior, qui prophetam egeris inter nos hodie, & gen⁹ Hieroſolymitanum bello inuictum eſſe dixeris, quòd Deus ipſius defendat illud? aut quis Deus eſt præter Nabuchodonoſorẽ? Hic miſſa potentia ſua, de ſolo terræ delebit illos, nec tuebitur eos Deus ipſorum: ſed nos ſerui eius perinde ac virum vnum eos delebimus, nec illi vim equorũ noſtrorum ſubſiſtere poterũt. His enim eos proculcabimus, & montes eorum ſanguine ipſorum inundabuntur, cãpique implebuntur cadaueribus, nec veſtigio pedum ſuorum ſubſtiterint cõſpectum noſtrum, vt quibus clade pereundum eſſe dixerit rex ille Nabuchodonoſor dominus totius terræ. Nequid, inquit, dictorum meorum cadat ad irritum. Tu vero Achior, qui ſtipendia meres Ammonitis, quandoquidẽ ſermones hos die iniuſtitiæ tuę protuliſti, ex hoc iam inde die in conſpectum meum nõ venies, donec profectorum ex Ægypto genus iſtorum vltus fuero. Tum ferrum exercitus mei, populúſque mihi ſeruiens perfodiet latera tua, & cades inter cæſos illos, cum eos in fugam conuertero. Serui enim mei te in montanam regionem abductum collocabũt in aliqua vrbium, quæ ſunt in aſcenſu, nec interibis prius quàm vnà cum illis extinguaris. Quod ſi ſpem alis animo, non fore vt expugnentur illi, non eſt cur vultu ſis adeò conſternato, [pallorem qui faciem tuam obtinet, excute, ſi hæc verba mea non putas effectum conſecutura.] Dixi, nec quicquam dictorũ meorum intercidet. Imperauit ergo Holophernes ſeruis ſuis tabernaculo ſuo aſtantibus, vt cõprehenſum Achior abducerent ad Bethuliam, & eum traderẽt in manus Iſraelitarum. Tum ſerui eius acceptũ Achiorem, & in medium campum extra caſtra eductum, in mõtanam inde regionem aſportauerunt. Cũmq; perueniſſent ad fontes Bethuliæ ſubiectos, cõſpicati eos in vertice mõtis oppidani, acceptis armis ſuis & funditoribus omnibus, in faſtigiũ montis ex oppido contẽdere, aſcenſúque occupato lapidibus illos protelare. Subierunt itaq; montẽ hi, & cum Achiorem vinculis [manibus ac pedibus iniectis ad arborem] conſtrinxiſſent, ſub radice mõtis deſeruerunt iacentẽ, & ad dominũ ſuũ reuerſi ſunt. ¶ Iſraelitæ autem cum ex oppido ſuo deſcendiſſent, circũſtantes ſoluerũt eum, abductṹque Bethuliam, ſtatuerũt principibus oppidi, qui eum temporis erant, Ozias Michmæ natus è tribu Simeon, & Chabris Gothonielis, Charmiſque Melchielis filius.

quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati ſunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorũ captiui abducti ſunt in terram non ſuã.
¶ Nuper autẽ reuerſi ad Dominum Deum ſuum, ex D
diſperſione qua diſperſi fuerant, adunati ſunt, & 1.Eſd,2,6.
aſcẽderunt montana hæc omnia, & iterũ poſſident Ieruſalem, vbi ſunt ſanctaſanctorũ. Nunc ergo mi domine, perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum in cõſpectu Dei eorum, & aſcẽdamus ad illos: quoniã tradẽs tradet illos Deus eorũ tibi, & ſubiugati erũt ſub iugo potẽtiæ tuę. Si verò nõ eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, nõ poterimus reſiſtere illis: quoniam Deus eorũ defendet illos, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ. Et factũ eſt cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrũ, Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere regi Nabuchodonoſor & exercitibus eius homines inermes, & ſine virtute, & ſine peritia artis pugnę? Vt ergo agnoſcat Achior quoniã fallit nos, aſcẽdamus in mõtana: & cũ capti fuerint potẽtes eorũ, tunc cum eiſdẽ gladio tranſuerberabitur:
vt ſciat omnis gens quoniã Nabuchodonoſor deus Blaſphemia.
terræ eſt, & præter ipſum alius nõ eſt. CAP. VI.

Factum eſt autem cum ceſſaſſent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior, Quoniam prophetaſti nobis, dicẽs, [quòd gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, vt oſtẽdam tibi quoniã nõ eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor:] cum percuſſerimus eos omnes ſicut hominem vnũ, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet: & probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſæ terræ. túncque gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſpirabis vltrà, donec extermineris cum illis. Porrò autẽ ſi prophetiam tuã veram exiſtimas, nõ concidat vultus tuus: & pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe. Vt autem noueris quia ſimul cum illis B
hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis: vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiaceas. Tunc Holofernes præcepit ſeruis ſuis vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Iſrael. Et accipientes eum ſerui Holofernis, profecti ſunt per campeſtria: ſed cũ appropinquaſſent ad montana, exierunt contra eos funditores. Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eum, & reuerſi ſunt ad dominũ ſuum. ¶ Porrò filij Iſrael deſcendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem ſoluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in mediũ populi illum ſtatuentes, percunctati ſunt quid rerum eſſet quòd illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent. C
In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.

Iratus Holofernes iubet Achiorẽ tradi Iudæis, quòd Deũ cõfeſſus eſſet.
ſ.5.f.
ſ.23.e.

Achior à ſeruis ligatur ad arborem.
Soluitur à Iudæis, benignéque ab eis ſuſcipitur.

In medio itaque ſeniorum,& in conſpectu omniũ, Achior dixit omnia quæ locutus ipſe fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum, & quẽadmodum ipſe Holofernes iratus iuſſerit eũ Iſraelitis hac de cauſa tradi: vt dũ vicerit filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diuerſis iubeat interire ſupplicijs,propter hoc quòd dixiſſet, Deus cæli defenſor eorũ eſt. Cúmque Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet,omnis populus cecidit in faciem,adorantes Dominum, & cõmuni lamentatione & fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderunt, dicẽtes, Domine Deus cæli & terræ, intuere ſuperbiam eorum,& reſpice ad noſtrã humilitatem, & faciem ſanctorũ tuorum attẽde, & oſtende quoniam nõ derelinquis præſumẽtes de te:& præſumẽtes de ſe,& de ſua virtute gloriãtes, humilias. Finito itaque fletu,& per totam diem oratione populorũ completa, cõſolati ſunt Achior, dicẽtes, Deus patrũ noſtrorũ, cuius tu virtutẽ prædicaſti, ipſe tibi hãc dabit viciſſitudinẽ, vt eorũ magis tu interitũ videas. Cũ verò Dominus Deus noſter dederit hanc libertatẽ ſeruis ſuis, ſit & tecũ Deus in medio noſtri:vt ſicut placuerit tibi, ita cũ tuis omnibus cõuerſeris nobiſcũ. Tunc Ozias, finito cõſilio, ſuſcepit eũ in domũ ſuã, & fecit ei cœnã magnã. Et vocatis omnib⁹ presbyteris, ſimul expleto ieiunio refecerũt. ¶Poſtea verò cõuocatus eſt omnis populus,& per totã noctẽ intra eccleſiã orauerũt petẽtes auxilium à Deo Iſrael.

Oratio Iſraelis.

D

Orãt Iudęi auxiliũ cõtra Holofernem.

## CAP. VII.

Holofernes autẽ altera die præcepit exercitibus ſuis vt aſcẽderent cõtra Bethuliam. Erant autẽ pedites bellatorũ centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorũ quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouincijs,& vrbibus vniuerſæ iuuentutis. Omnes parauerũt ſe pariter ad pugnam contra filios Iſrael, & venerũt per crepidinem mõtis vſque ad apicem, qui reſpicit ſuper Dothain, à loco qui dicitur Belma vſq; ad Chelmon, qui eſt cõtra Eſdrelon. ¶Filij autẽ Iſrael vt viderunt multitudinẽ illorum, proſtrauerũt ſe ſuper terrã, mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orantes vt Deus Iſrael miſericordiã ſuam oſtenderet ſuper populum ſuũ. Et aſſumẽtes arma ſua bellica, ſederũt per loca quæ ad anguſti itineris tramitẽ dirigũt inter mõtoſa,& erãt cuſtodientes ea tota die & nocte. ¶Porrò Holofernes, dũ circuit per gyrũ, reperit quòd fons qui influebat, aquæductum illorũ à parte Auſtrali extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductũ illorum. Erant tamẽ non longe à muris fontes, ex quibus furtim videbãtur haurire aquam ad refocillandum potius, quàm ad potãdum. Sed filij Ammon & Moab acceſſerũt ad Holofernem, dicentes, Filij Iſrael non in lancea, nec in ſagitta confidunt, ſed mõtes defendũt illos,& muniũt illos colles in præcipitio cõſtituti. Vt ergo ſine cõgreſſione pugnæ poſſis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis,& ſine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradẽt ciuitatem ſuam, quã putant in montibus poſitã ſuperari non poſſe.

Holofernes aſcẽdit contra Bethuliam.

3.a.b.

Filij Iſrael implorãt à Deo auxilium.

B

Holofernes conſtituit cuſtodes fõtiũ, ne hauriant filij Iſrael.

Hi cum cõuocaſſent omnes ſeniores oppidanos, iuuenẽſque omnes ipſorum, ſimul & mulieres cõcurriſſent in concionem, Ozias Achiorem in medio cœtius populi cõſtitutum, ſuper eo quod acciderat interrogauit. Tum reſpõdens Achior res actas in conſeſſu corã Holopherne, & ſermones à ſe inter principes Aſſyriæ habitos, & quæcũque cõtra templum Hieroſolymitanũ ſuperbe glorlatus eſſet Holophernes, ipſis expoſuit. [Se penè propter ſermones ſuos à populo Holophernis interfectum, atque ab irato Holopherne Iſraelitis tradi iuſſum, vt victis ipſis, ſe quoq; varijs curaret excruciãdum ſupplicijs, quòd dixiſſet, Deus cæleſtis defenſor eſt ipſorũ.] Procidit itaq; populus vniuerſus, & Deum adoratũ implorauit [cum lamẽtis & fletu] dicẽs, Intuere Domine Deus cæleſtis arrogãtiam iſtorũ, generiſque noſtri ſupplicis miſerere, & reſpice hodie faciẽ eorũ qui tibi cõſecrati ſunt, [tum declara te nunquam deſerere eos qui ſpem in te collocarint, ſua vero virtute gloriantes, & ſeipſis fretos deprimere.] Achiorem autem cõſolati ſunt, & collaudauerunt vehemẽter, [ac dixerũt, Deus patrum noſtrorum, cuius tu prædicaſti virtutem, hanc tibi vicem rependet, vt illorum tu potius interitũ videas. Cum vero Dominus Deus noſter donarit hac libertate ſeruos ſuos, adũt tibi Deus idem inter nos, vt pro voto tuo nobiſcũ cum tuis omnibus conuerſeris.] ¶Deinde cũ Ozias eum ex cõcione domũ ſuam deduxiſſet, 'cõuiuiõq;' excepiſſet cum ſenioribus, auxilium Dei Iſraelitici per totã illam noctẽ implorauerũt.

¶ משתה poculis ſine cóuiuio.

## CAP. VII.

Poſtridie vero Holophernes omni exercitui ſuo, populóque, qui arma cũ eo ſocia iunxerat, edixit vt caſtra moueret Bethuliam, aſcenſũſque montium præoccuparet, & bellũ inferret Iſraelitis. Profectũſque eſt illo die robuſtiſſimus quiſq; ipſorum, & virorum bellicoſorũ copiæ, peditum cẽtum ¹ ſeptuaginta' millia, equitũmque millia ²duodecim,' præter impedimẽta, virõſq; pedibus ſequentes perquàm frequẽti multitudine, [captiuos è prouincijs & vrbibus. Hi omnes ad pugnã parati per crepidinem montis ad apicẽ vſq; ſupra Dothain euaſere,] & caſtra locauerũt ad fontem in valle vicina Bethuliæ, &³in'Dothain vſq; Belmaim longe latẽque Bethulia vſq; Cyamonem Eſdraeloni obiectam caſtra poſuerũt. ¶Iſraelitæ vero vbi horũ videre multitudinem, perturbari vehementer, [humique proſtrati puluere capita ſua conſpergere, implorãtes Deum Iſraeliticum vnanimes, vt in populo ſuo miſericordiam ſuam declararet, & alius alij dicere, Hi nunc ⁴occupabunt' ſolum totius terræ, adeo vt nec montes excelſi, nec colles, nec valles moli ſuſtinẽdæ ſufficiant. Armis itaq; belli quiſque ſumptis [loca, quibus iter anguſtiſſimo tramite mõtes interiacebat, inſidentes,] & accenſis ignibus excubãtes per totam noctẽ illam turribus ſe cõtinuere. ¶Poſtridie vero Holophernes educto omni equitatu ſuo in conſpectum Iſraelitarũ Bethuliæ cõmorantium, explorauit aſcenſus ad vrbem ipſorũ, aquæductusſqui verſus auſtrinũ latus ex vrbe porrigebantur,] obiuit & præoccupauit, iiſque[interſcindi iuſſis] impoſito virorũ bellicoſorũ præſidio, ipſe caſtra populi ſui reperiuit. [Non procul tamen à muris fontes erãt, è quibus furtim aquas haurire videbãtur, quibus ſe refocillarẽt potius quàm ſitim extinguerẽt.] Tum adierunt Holophernẽ omnes principes poſterorũ Eſau, ſimul & populi Moabitici proceres omnes cũ ducibus oram maritimã colẽtibus, ac dixerũt, Audiat ſermonẽ dominus noſter, nequid exercitus tuus detrimẽti capiat. Nã fiducia populi iſtius Iſraelitici nõ cõſiſtit in haſtis, ſed in iugis mõtiũ quos habitat: neq; enim ad vertices montiũ[quos munierũt]ſubire facile eſt. Iam igitur vt nullus vir cadat de populo tuo, ne adoriaris eos prælio quod quidẽ inſtructa committatur acie: ſed de caſtris tuis contine, vt cõſerues omnes viros copiarũ tuarũ. Serui vero tui ⁵fontanas' aquas è radice mõtis promanãtes aſſeruẽt cuſtodijs, [aquas enim inde petũt omnes incolæ Bethuliæ,] ita ſitis enecabit eos, aut adiget ad deditionẽ vrbis, [quã nunc putãt in mõtibus ſitã, eſſe inexpugnabilẽ.] Nos autẽ cũ populo noſtro in vicinos mõtiũ vertices aſcẽdemus, ibiq; vallũ iaciem⁹ præſidio futurũ nequis vrbe egrediatur, vt cũ vxoribus & liberis ſuis cõtabeſcant fame, & antequã gladius in eos ſæuiat, intereãt in plateis domeſticis, vicẽmq; pernicioſam rependas ipſis, eo q ſeditionẽ moliti ſũt, nec nutui tuo placide obſecuti.

¶1 Al. viginti

¶2 Al. viginti duo

¶3 ἐπὶ, al. ſupra

¶4 ἐκλείξουσι, al. ingluuient

¶5 τῆς πηγῆς

Horum oratio grata fuit Holopherni, ſeruiſque ip-
ſius omnibus, adeóq; ſecūdum ipſorū dicta res de-
creuit inſtituēdas, [& cēteni vndiq; ad ſingulos fon
tes dimiſſi ſunt.] ¶Profecti ſunt ergo Ammonitæ
cū quinq; millibus Aſſyriorū: & caſtris in valle po
ſitis aquas Iſraelitarū, & aquæductus præoccupaue
runt. Genus autē Eſau & Ammonitæ aſcenderūt in
regionē mōtanam, caſtráq; locauerūt e regione Do
thaim, parte ſuorū miſſa ad Auſtrū & Subſolanum
aduerſus Ecrebel, iuxta Chuſi, quæ ſuper torrētem
Mochmur ſita eſt. Reliquus Aſſyriorū exercitus ca-
ſtra in cāpo habuit, totúmq; terræ ſolū operuit, vt
cuius latiſſime paterēt multitudine ſua tentoria &
impedimēta. Iſraelitæ autē inuocabāt Dominū Deū
ſuū collapſi animis, quòd ab hoſtibus vndiq; concluſi
¶8 Al, vi- eſſent, nec haberēt è medio ipſorū effugiū. Iamque
ginti dies [8]triginta quatuor dies' omnis multitudo Aſſyriorū
tam peditū quàm equitum cū curribus ſuis eos vn-
dique obſederat, cū aquæ defecerūt omnes incolas
Bethuliæ, vaſáq; ipſorū omnia, vt omnibus ciſternis
exhauſtis, ne in vnā quidē diē aquā haberēt biben-
dam ad ſatietatē, ſed mēſura potū acciperent. Qui-
obrem cū infantes eorū linquerētur animo, mulie
res & iuuenes præ ſiti deficerēt, atq; conciderent in
plateis vrbis portarúmq; tranſitu, nec ſupereſſet in
ipſis vllum robur, populus vniuerſus, & iuuenes, &
vnà cū liberis mulieres ad Oziam & principes ciui
tatis cōuenerūt, magnáq; voce clamitantes corā ſe-
nioribus omnib⁹, dixerūt, Diſceptet Deus inter nos
& vos, quoniā nos magna affeciſtis iniuria, qui nō
egeritis amice cū Aſſyrijs. Nunc enim nō eſt qui no
bis opē ferat, ſed Deus nos illis mancipauit, vt corā
ipſis ſiti & clade maxima occūbamus. Vel nunc igi-
tur accerſite illos, & vrbē totā populo Holophernis
& copijs eius omnibus deprædandā dedite. Præſtat
enim nos cedere direptioni illorū, quàm perire ſi-
ti. Serui enim erimus illorū, vitaq; noſtra conſer-
uabitur, nec [cum dedecore apud omnes homines]
mortē infantiū noſtrorū ante oculos, aut vxores li
beróſq; noſtros animā exhalantes intuebimur. Ob-
teſtamur autē nobis cælum & terrā, ſimul ac Deum
patrū noſtrorū peccata tam noſtra quàm patrum
noſtrorū in nos vindicātem, ne hæc in nos omnia
cōuertat hodie. [Vrbē dedatis in poteſtatē exercitus
Holophernis, vt acie gladij cito cadamus potius,
quàm ſiti lōga torridi.] Simul autē cōploratio ma
gna & concors per totū cœtum orta eſt Dominum
Deū magna voce implorātium, [ac dicentiū, Pecca-
uimus cū patribus noſtris, iniuſte egimus, admiſi-
mus iniquitatē. Tu qui clemens es miſerere noſtri,
aut iniuſtitiā noſtrā tuo flagello vindica, nec velis
eos qui te prædicant, populo qui te ignorat, tradi-
tos, vt ne dicatur inter gētes, Vbi eſt Deus eorū? Ta-
libus clamorib⁹ fletibúſq; tādē fatigati cōticuere.]
Tū Ozias [cū exurrexiſſet, obortis lachrymis] ſic eos
affatus eſt, Præſenti animo eſtote fratres, & dies ad-
¶7 πέντε huc [7]quinq;' duremus, intra quos Dominus ſuā in
nos cōuertet miſericordiā. [Forſitā enim irā ſuā re-
¶1 al, Idox mittet, & gloriā nominis ſui curabit.] neque enim
¶2 Al, O- nos omnino deſeret. Sin elapſi fuerint illi dies, nec

Et placuerunt verba hæc corā Holoferne, & corā ſa
tellitibus eius, & cōſtituit per gyrū cētenarios per
ſingulos fontes. ¶Cūmque iſta cuſtodia per dies vi C
ginti fuiſſet expleta, defecerūt ciſternæ, & collectio- Ciues Be-
nes aquarū omnibus habitātibus Bethuliam, ita vt thuliā ob
nō eſſet intra ciuitatē vnde ſatiarentur vel vna die, ſitim Holo
quoniam ad mēſuram dabatur populis aqua quo- ferni trade
tidie. Tunc ad Oziam cōgregati omnes viri, fœmi- re volunt.
næque, iuuenes, & paruuli, omnes ſimul vna voce
dixerūt, Iudicet Deus inter nos & te, quoniā feciſti Exod. 5. a.
in nos mala, nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs, &
propter hoc vēdidit nos Deus in manibus eorū. Et
ideo nō eſt qui adiuuet, cū proſternamur ante ocu
los eorū in ſiti & perditione magna. Et nunc cōgre
gate vniuerſos qui in ciuitate ſunt, vt ſponte tra-
damus nos omnes populo Holofernis. Melius eſt
enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes,
quàm moriamur, & ſimus opprobriū omni carni,
cū viderimus vxores noſtras & infantes noſtros mo
ri ante oculos noſtros. Cōteſtamur hodie cælum & D
terrā, & Deum patrū noſtrorum, qui vlciſcitur nos
ſecūdum peccata noſtra, vt iam tradatis ciuitatem
in manu militiæ Holofernis, vt ſit finis noſter bre-
uis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate
ſitis. Et cū hæc dixiſſent, factus eſt fletus & vlulatus Oratio ve-
magnus in eccleſia omnibus, & per multas horas hemens cū
vna voce clamauerūt ad Deum, dicentes, Peccaui- fletu & cō-
mus cū patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatē feſſiōe pec
fecimus. Tu quia pius es, miſerere noſtri: aut in tuo cati.
flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere Pſal. 105. a.
cōfitentes te populo qui ignorat te, vt nō dicāt in-
ter gētes, Vbi eſt Deus eorū? Et cum fatigati his cla-
moribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgens
Ozias, infuſus lachrymis, dixit, Æquo animo eſto- Differri p
te fratres, & hos quinque dies expectemus à Domi quinque
no miſericordiā. Forſitan enim indignationē ſuā dies ſuadet
abſcindet, & dabit gloriā nomini ſuo. Si autē tranſ- Ozias.
actis quinq; diebus nō venerit adiutoriū, faciemus
hæc verba quæ locuti eſtis. CAP. VIII.

ET factū eſt, cū audiſſet hæc verba Iudith vidua Reprehēdit
quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioſeph, fi- Iudith ſa-
lij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Ra- cerdotes
phaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij quinto die
Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben: & ciuitatem
vir eius fuit Manaſſes, qui mortuus eſt in dieb⁹ meſ tradere vo
ſis hordeaceæ. Inſtabat enim ſuper alligātes mani- lētes, & mi
pulos in campo, & venit æſtus ſuper caput eius, & ſericordiæ
mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua, & ſepultus eſt Dei termi-
illic cum patribus ſuis. Erat autem Iudith relicta num ſta-
eius vidua iam annis tribus, & menſibus ſex. Et in tuentes.
ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretū cubiculū,
in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habēs
ſuper lumbos ſuos ciliciū, ieiunabat omnibus die-
bus vitæ ſuæ, præter ſabbatha, & neomenias, & fe-
ſta domus Iſrael. Erat autem eleganti aſpectu ni-
mis, cui vir ſuus reliquerat diuitias multas & fami
liam copioſam, ac poſſeſſiones armentis boum &
gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus
famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde.

ziæ, filij E- auxiliū nobis feratur, poſtulata veſtra curabo. Ita dimiſſo ad vallū ſuū populo, in muros & turres vrbis
lai, filij Iā- abiere ſinguli, vxoribúſq; & liberis domos ſuas remiſſis, ſeipſos in vrbe vehemēter afflictauerūt. CA. VIII.
nor, HÆc audiuit temporibus illis Iudith filia Merari, filij [1]Ox.' filij Ioſeph, filij [2]Oziel, filij Helciæ, filij
¶3 Al, Achi Ananiæ, 'filij Gedeon, filij Raphaim, filij [3]Acitho, filij Eliæ, filij Eliab, filij Nathanael, filij Samaliel, fi
tob, filij lij Salaſadai, filij Iſraelis.' Huius vir fuit Manaſſes eiuſdem cū ea tribus & familiæ, qui tēpore meſſis hor-
Melchiæ, fi deaceæ mortem obierat. Cum enim inſtaret in agro manipulos legētibus, ingruēs in caput eius æſtus in
lij Enan, fi lectum cōiecit eum, & in vrbe Bethulia mortuus eſt, interq; maiores ſuos ſepultus in agro qui interia-
lij Natha- cet Dothaim & Balamo. Egerat ergo Iudith domi ſuæ vidua tres annos & [4]quatuor' mēſes: & tabernaculo
niæ, filij Sa in cœnaculo domus ſuæ ſibi cōſtructo, [in quo cū puellis ſuis clauſa morabatur,] accincta circa lumbos
lathiel, filij ſuos cilicio, veſtéſq; viduitatis ſuæ gerēs, dies omnes, quib⁹ fuerat vidua, ieiunijs trāſegerat, exceptis ſab-
Simeon, fi- bathis, & dieb⁹ ſabbatha nouáſq; lunas proxime præcedētibus, tū dom⁹ Iſraeliticæ ſolēnibus, ac hilarib⁹,
lij Ruben. Erat autē elegāti forma, eximiáq; ſpectāda pulchritudine. Præterea reliquerat ei marit⁹ ipſius Manaſſes
¶4 Al, ſex aurū & argētum, ſeruos & ancillas, iumēta & agros, quæ poſſidebat: [erátque probatæ per omnia famæ,]

5.7.c. nec erat qui loqueretur de illa verbũ malum. ‖Hæc
itaq; cum audiſſet quoniã Ozias promiſiſſet q̃ tranſ-
acto quinto die traderet ciuitatẽ, miſit ad preſbyte
B ros Chabri & Charmi. Et venerũt ad illã, & dixit il
lis, Quod eſt hoc verbũ, in quo cõſenſit Ozias, vt tra
dat ciuitatẽ Aſſyrijs, ſi intra quinq; dies nõ venerit
vobis adiutorium? Et qui eſtis vos, qui tẽtatis Domi
num? Nõ eſt iſte ſermo qui miſericordiã prouocet:
ſed poti⁹ qui irã excitet, & furorẽ accẽdat. Poſuiſtis
vos tẽpus miſerationis Domini, & in arbitrium ve-
ſtrum diẽ cõſtituiſtis ei. Sed quia patiens Dominus
eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgẽtiã eius fuſis
lachrymis poſtulemus. non enim quaſi homo, ſic
Deus cõminabitur: neq; ſicut filius hominis ad ira-
cũdiam inflámabitur. Et ideo humiliemus illi ani-
mas noſtras: & in ſpiritu cõſtituti humiliato, ſer-
uiẽtes illi d[?]amus flentes Domino, vt ſecundũ vo-
luntatẽ ſuam ſic faciat nobiſcũ cito miſericordiam
ſuã: vt ſicut cõturbatum eſt cor noſtrũ in ſuperbia
eorũ, ita etiã de noſtra humilitate gloriemur, quo-
niam nõ ſumus ſecuti peccata patrũ noſtrorũ qui
dereliquerũt Deum ſuum, & adorauerũt deos alie-
Iudic.2.b. nos:‖pro quo ſcelere dati ſunt in gladiũ, & in rapi
4.a.6.a. nam, & in cõfuſionẽ inimicis ſuis. nos autẽ alterũ
C deum neſcimus præter ipſum. Expectemus humi-
les cõſolationem eius, & exquiret ſanguinẽ noſtrũ
de afflictionibus inimicorũ noſtrorũ: & humiliabit
omnes gẽtes, quæcunq; inſurgũt cõtra nos, & faciet
Adhorta- illas ſine honore Domin⁹ Deus noſter. Et nũc fra
tur ſacerdo tres, quoniã vos eſtis preſbyteri in populo Dei, & ex
tes vt popu vobis pẽdet anima illorũ, ad eloquiũ veſtrũ corda
lum ad pa- eorũ erigite, vt memores ſint‖quia tẽtati ſunt patres
tientiã ani noſtri, vt probarẽtur ſi vere colerẽt Deũ ſuũ. Memo
mẽt exem- res eſſe debẽt, *quomodo pater noſter Abraham tẽ
plo patrũ. tatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei
Deut.8.a. amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic‖Iacob, ſic Moyſes: &
2.par.20.f. omnes qui placuerũt Deo, per multas tribulationes
* Gen.22.a. traũſierũt fideles. Illi autẽ qui tẽtationes nõ ſuſcepe
Gen.28.b. rũt cũ timore Domini. & impatiẽtiam ſuam, & im
properiũ murmurationis ſuæ cõtra Dominũ protu
1.Cor.10.b. lerũt, ‖exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſer-
pẽtibus perierunt. Et nos ergo non vlciſcamur nos
Rom.8.d. pro his quæ patimur: ‖ſed reputãtes peccatis noſtris
D hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, qui
bus quaſi ſerui corripimur, ad emẽdationẽ, & nõ ad
perditionẽ noſtrã eueniſſe credamus. ¶Et dixerunt
illi Ozias & preſbyteri, Omnia quæ locuta es, vera
ſunt, & nõ eſt in ſermonibus tuis vlla reprehenſio.

nec erat qui in ea quicquã daret crimini, q̃ Deum
religioſe coleret. Hæc ergo cũ ſermones populi ad
principẽ habitos audiſſet, q̃ eſſet fracto præ inopia
aquarũ animo, cum, inquã, intellexiſſet Iudith om-
nem orationẽ quã habuiſſet Ozias ad populũ, qua
iuraſſet ei ſe poſt exactos quinq; dies vrbẽ deditu-
rum Aſſyrijs, miſſa ancilla ſua, quæ omnibus facul-
tatibus ipſius præerat, acceſſiuit Ozium, Chabrim,
& Charmim ſenatores ciuitatis: cũmque veniſſent,
ſic eos allocuta eſt, Audite principes populi Bethu-
liam incolentis, Minime recta eſt oratio veſtra quã
habuiſtis hodie coram populo, interpoſitóque inter
Deũ & vos iureiurãdo conſtituiſtis, ac dixiſtis, vrbẽ
vos hoſtibus noſtris eſſe dedituros, ni intra dies ho
ſce Dominus ſe ad ferendã nobis opẽ cõuerterit. At
qui tãdem eſtis vos, qui Deũ hodierno die tẽtandũ
putaueritis, Deiq; partes inter genus humanũ præ-
occupãdas? ſNon eſt iſte ſermo qui miſericordiam
impetret, ſed iram excitabit potius, & accẽdet indi
gnationẽ. Võſne Domino tẽpus præſcribere miſe-
rationis? vos pro arbitrio veſtro diẽ ei conſtitueretiſ]
Quõd ſi nũc in diſquiſitionẽ vocetis omnipotentẽ
Dominũ, nihil [?]noſcetis in æternũ. Cum profun
da cordis humani perueſtigare, & rationes mentis
eius cõprehendere nõ poſſitis, quomodo penetretis
in notitiã Dei creatoris horũ, perdiſcatis mentem
ei⁹, aut rationes deprehẽdatis? Nullo modo fratres.
itaq; Dominũ Deũ noſtrũ ne prouocetis ad irã. Nã
ſi minus voluerit intra quinq; dies hoſce nobis opi
tulari, poteſtatẽ habet ipſe quibus vult, omnibúſq;
adeo diebus protegẽdi nos, aut etiã ante oculos ho
ſtium noſtrorũ diſperdẽdi. Vos autẽ ne obſtringa-
tis cõſilia Domini Dei noſtri: quoniã non eſt vt ho
mo Deus, qui minis moueatur, nec vt homine na-
tus, qui ſubeat iudiciũ. Quin potius ſquãdoquidem
patiẽs eſt Dominus, ob hoc ipſum agamus pœnitẽ-
tiam, ]ab ipſo ſalutẽ expectãtes opem eius implore
mus, vt ſi viſum ipſi fuerit, vocẽ noſtram exaudiat.
ſIdeo ſummittamus illi animos noſtros, & demiſſis
ſpiritibus ad ſeruiẽdum ei prõpti ſupplicemus cũ
lachrymis, vt pro ſua voluntate nobis impertiatur
miſericordiã ſuam: vt ſicut animus noſter ſuperbia
illorũ cõſternatus eſt, ita rurſum ex afflictione no-
ſtra cõſequamur gloriam.] Quoniã nõ extitit æta-
te noſtra, nec extat hodie tribus aut familia, aut po
pulus, aut ciuitas è nobis, quæ adoret deos manu fa
ctos, vt cõtigit tẽporibus ſuperioribus, propter quæ
patres noſtri, ſqui Deo ſuo relicto, deos alienos ado
rauerãt,] ad cædem & prædam fuerũt expoſiti, cla-
dẽque magna corã hoſtibus noſtris occubuerũt. Nos vero deũ alium nõ agnouimus, vt ſperare debeamus
ipſum nos nõ eſſe neglecturum, nec quẽquam è noſtro genere, ſſed ſanguinẽ noſtrum vindicaturum ab
oppreſſione hoſtiũ noſtrorũ, ac domiturum omnes gẽtes quæ in nos cõſurrexerint, Dominúmq; Deũ no-
ſtrum effecturũ eas inglorias.] Neque vero nomen ſuum, vbi capti fuerimus, manebit Iudææ, ſed ſacra no
ſtra diripientur, & Deus profanationẽ ſuam ab ore noſtro vindicabit, tum metũ fratrum noſtrorũ, ſimul
& emancipationẽ terræ, poſſeſſioniſque noſtræ deſertionem nobis repẽdet in caput noſtrũ inter gentes,
quo ſeruitum ierimus, & offenſionẽ ac dedecus apud omnes dominos noſtros ſubibimus. Neque enim ad
gratiam euaſerit ſeruitus noſtra, ſed Dominus ille Deus noſter infamẽ eam reddiderit. Quãobrem nũc
fratres, ſqui populi Dei ſenatores eſtis,] exẽplum præferamus fratribus noſtris, quoniam à nobis pendet
illorum animus, ſacráque ſimul & tẽplum, altaréque nobis nititur: ſquapropter animos illorum noſtro
alloquio erigamus.] Ante autẽ hæc omnia gratias agamus Domino Deo noſtro, qui tentat nos, quẽadmo
dum & maiores noſtros, ſan vere Deum ſuũ colerent.] Mementote quæ cũ Abraham egerit, ſqui per mul-
tas afflictiones probatus, amicus eius factus eſt:] quibus modis probarit Iſaac, & quot caſus Iacob paſcẽ-
tis oues Laban auunculi ſui in Meſopotamia Syriaca: ſquot item Moſis, & omniũ qui Deo placuerunt, per
quàm multas ærumnas fideles penetrauerint. Nam qui tentationes nõ ſuſceperunt cũ religione Domini,
ſed prodiderunt impatientiam ſuã, & indignum contra Dominum fremitũ, ij à peremptore deleti ſunt,
& à ſerpẽtibus diſperditi. Et nos ergo ne vlciſcamur nosipſos pro ijs quæ patimur, ſed reputãtes hæc ipſa
ſupplicia eſſe flagella Domini peccatis noſtris minora, quibus quaſi ſerui caſtigamur, credamus ad emen
dationẽ illa, & nõ ad diſperditionem noſtri pertinere. ' Etenim' ſicut illos expiriũdi cordis ipſorum gra- ¶ὅτι ὣ, 
tia, ita probat nos, & nõ vlciſcitur, ſed cõmonitionis cauſa Domin⁹ plectit aſpirãtes ad ipſum. ¶Reſpõdit lego.
illi Ozias, Quæcũq; dixiſti, ex animo bono profecta ſunt omnia, nec eſt qui ſe tuis opponat ſermonibus.
quoniam nõ hodie primum ſe prodit tua ſapientia, ſed omnis populus tuã intelligẽtiam à primis tem-
poribus habet cognitã, quõd bona ſit animi tui cõmentatio. Sed populus magna ſitis cruciatus ſecundum
ea quæ diximus, nos ſecum coegit agere vt nos obſtringeremus iureiurando, quod minime violabimus.

Quare tu nunc, cum mulier pia ſis, pro nobis ſupplica, vt Dominus pluuiam demittat implendis lacunis noſtris, ne ſiti deficiamus. Rurſum Iudith, Audite me, inquit, & facinus edam, quod ad poſteros generis noſtri continuis ætatibus perueniat. [Sicut autem quod loqui mihi datũ eſt, eſſe diuinũ agnouiſtis, ita quod agere conſtitui à Deo ne proficiſcatur, perpendite, & orate eum vt conſilium meũ ratum faciat.] Vos ad portã hac nocte ſtabitis, egóque cum ancilla mea egrediar [vobis orãtibus,] vt intra dies poſt quos dixiſtis vos vrbẽ hoſtibus noſtris eſſe dedituros, Dominus Iſraelitis per manũ meã ſubueniat. Vos autẽ quid ego ſim actura ne ſciſcitemini: neq; enim vobis, priuſquã confectũ fuerit, quid decreuerim agere declarauero. [Interim nil aliud inſtituatur, prærerquã pro me ad Dominum Deum noſtrum precatio.] Cui Ozias, ſimul & proceres reſpõderunt, Abi feliciter, & Dominus Deus præeat tibi ad vltionẽ hoſtium noſtrorum: ſimul cõuerſi è tabernaculo, ad ſtationes ſuas diſceſſerũt. CAP. IX.

Tvm Iudith [illis abſcedentibus, dicatam precibus ædiculam ſuam ingreſſa,] in faciem procubuit: cúmque caput ſuum conſperſiſſet puluere, nudato quo induta erat cilicio, cum iam odores illius veſperæ adolerẽtur in æde Domini Hieroſolymis, magna voce exclamãs, dixit, Domine Deus patris mei Simeonis, cui tradidiſti gladiũ ad vlciſcendum alienigenas, qui virginis vtero ad fœditatẽ recluſo, & ad turpitudinẽ nudato femore, locos probro profanarãt, (tu enim interdixiſti ne id fieret,) & ea patrarant, ob quæ ad cædem expoſuiſti principes eorum, vt decepti ſtratum ſuum ¹rigarẽt¹ ſanguine, tum ſeruis ſuper principes, principibúſque in ſedibus ſuis trucidatis, vxores eorũ in prædam, inque captiuitatẽ filias, & omnia ſpolia tradidiſti diuidẽda charis tibi filijs, ijs qui indignatione tua accenſi oblatũ ſanguini ſuo vitiũ abominati ſunt, & opem tuã implorauerũt: tu Deus ille mi Deus me etiam exaudi viduam. Tu enim & ea quæ priora ſunt illis, & illa, & quæ ſecuta ſunt deſignaſti: tu præſentia quoque & futura præmeditatus es. Tibi aſtant quorũ iniſti cõſilium, & ecce præſto ſumus, inquiunt. In expedito enim ſunt inſtituta tua, & prouiſa iudicia. [Intuere nunc caſtra Aſſyriorũ, ſicut olim Ægyptiorum caſtra intueri dignatus es, quãdo ſeruos tuos armati perſequebãtur, freti quadrigis & equitatu ſuo, militúmq; multitudine. Vbi vero ſuper caſtra eorũ deſpexiſti, tenebræ fatigarunt illos, pes eorũ hæſit in profundo, & aquis obruti ſunt. Hoc idem his quoque cõtingat Domine.] Ecce Aſſyrij ſua potẽtia multi ſunt, equóque ſimul elati & equite, tum lacertis peditum inſoleſcentes, ſcuto, geſo, arcu, fundáq; fidunt, nec agnoſcunt te Dominum bellorũ eſſe diſſipatorẽ, nomine tuo Dominum. Tu robore tuo infringe vires eorũ, [exere vt olim, brachiũ tuum,] itáq; tua cõquaſſa potentiam. Nam decreuerũt profanare ſacra tua, & tabernaculum ſedem nominis tui glorioſi polluere, cornúque altaris tui ferro deturbare. Superbiam ipſorum intuẽs demitte iram tuã in capita ipſorũ, inferóq; viduæ manui meæ robore, quod animo cõcepi, per labia ¹falſa¹ mea ſeruum ſuper principẽ, ſupérque principẽ ſeruum trucidando, manu fœminæ frãge ipſorũ ferociam. [Iugula ſuperbũ illum gladio ſuo, & fac vt per me capiatur laqueo oculorũ ſuorum. Cõfirma animũ meũ, vt contẽnam illum, & qua perdã illum virtute me corrobora. Pertinebit enim hoc ad memoriã nominis tui, ſi eũ fœminea manus proſtrauerit.] Non enim in multitudine ſitum eſt robur tuum, ¹neq; potẽtia tua in robuſtis:¹ [equorum vires nõ expetis, nec vnquã ſuperbi tibi placuerunt,] ſed humiliũ es Dominus, inferiorũ adiutor, præſidiũ infirmorũ, deploratorũ defenſor, ac ſeruator deſperatorum. Eia age mi paterne Deus, Deus poſſeſſionis Iſraeliticæ, Domine cælorũ & terræ, creator aquarũ, rex rerum abs te creatarũ omniũ, tu exaudi preces meas, [quæ miſericordia tua freta ſum, & fœderis tui Domine memẽto,] cõnecte ſermonẽ meum in fraudẽ, & vulnus, ac flagellum eorũ, qui contra teſtamẽtum tuũ, contraq; ædem ſacrã tuã, cõtra verticẽ Sion, cõtra domum poſſeſſam à filijs tuis dira ceperunt cõſilia. [Cõfirma cõſilium in animo meo, vt ædes tua religionẽ tui tueatur.] Prode exẽplũ in omni gẽte, tribúq; tua, quo palàm fiat, te omnis virtutis & potẽtiæ Deum eſſe, nec aliũ præter te defenſorẽ gẽtis Iſraeliticæ.

¶1 προδιώξαντο. al. ἐδιώξαντο.

¶1 ἀπάτης. al. ἀγάπης.

¶1 οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχύουσι:

Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei eſſe cognoſcitis: ita quod facere diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt: & orate vt firmum faciat Deus conſilium meum. Stabitis vos ad portam nocte iſta, & ego exeam cum abra mea: & orate, vt ſicut dixiſtis, in diebus quinque reſpiciat Dominus populum ſuũ Iſrael. ¶Vos autem nolo vt ſcrutemini actum meũ: & vſque dum renũtiem vobis, nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deũ noſtrum. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & Dominus ſit tecũ in vltionem inimicorũ noſtrorum. Et reuertẽtes abierunt. CAP. IX.

Cõſiliũ Iudith in vltionem inimicorum.

j.10.b.

Qvibus aſcendentibus, Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induẽs ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens. ¶Domine Deus patris mei Simeon, ¶qui dediſti illi gladiũ in defenſionẽ alienigenarum qui violatores extiterũt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem: & dediſti mulieres illorũ in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnẽ prædam in diuiſionẽ ſeruis tuis qui zelauerunt zelum tuum: ſubueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ. Tu enim feciſti priora, & illa, põſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt quod ipſe voluiſti. Omnes enim viæ tuæ paratę ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti. Reſpice caſtra Aſſyriorũ nũc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuos armati currebant, cõfidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorũ, & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorũ abyſſus, & aquæ operuerunt eos. Sic fiant & iſti Domine qui cõfidũt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur, & neſciunt quia tuipſe es Deus noſter qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi. Erige brachium tuum, ſicut ab initio: & alliſe virtutem illorũ in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua qui promittũt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deijcere gladio ſuo cornu altaris tui. Fac Domine, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur, capiatur laqueo oculorũ ſuorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meæ. Da mihi in animo cõſtantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, ¶cum manus fœminæ deiecerit eum. ¶Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cælorum, creator aquarũ, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. Memento Domine teſtamẽti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione tua permaneat: & omnes gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.

Intrat Iudith ſecretum cubiculũ: & cilicio induta & cinere cõſperſa, Deũ orat, cõmemorãs beneficia ipſius & promiſſiones, quibus eũ prouocet ad miſericordiam.

B

Gene.14.b.

Gen.14.d.

C

D

Iudic.4.d. 5.d.

2.Par.14.c. 16.b.20.a.

Iudic.7.a.

CAP. X.

*Oratiõe abſoluta, Iudith exornat ſe, vt Holofernẽ vincat in Dei gloriã.*

FActum eſt autẽ, cum ceſſaſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco in quo iacuerat proſtrata ad Dominũ. Vocauitque abram ſuã, & deſcendens in domum ſuã, abſtulit à ſe ciliciũ, & exuit ſe veſtimẽtis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinẽ capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimẽtis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamẽtis ſuis ornauit ſe.

*Pulcherrima Iudith*

Cui etiã Dominus cõtulit ſplendorem: quoniam omnis iſta cõpoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pẽdebat: & ideo Dominus hãc in illã pulchritudinẽ ampliauit, vt incõparabili decôre omniũ oculis ap-

B pareret. Impoſuit itaq; abræ ſuæ ⁰aſcopam⁰ vini, & vas olei, & polentã, & palathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt. Cũmque veniſſent ad portam ciuitatis, inuenerũt expectantẽ Oziam, & preſbyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eã, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinẽ eius. Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerũt tranſire, dicentes, Deus patrũ noſtrorum det tibi gratiã, & omne conſiliũ tui cordis ſua virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomẽ tuum in numero ſanctorũ & iuſtorum. Et dixerũt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat fiat. Iudith verò orans Dominũ, tranſiuit per portas ipſa & abra eius.

*q' aſcoperã, vel aſcopretnam. 8.8.*

*Deprehẽſa ab exploratorib' deducitur ad Holofernem. ẽ.j.c.*

¶ Factum eſt autẽ, cum deſcenderet mõtem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Aſſyriorũ, & tenuerũt eam, dicentes,

C Vnde venis? aut quò vadis? Quę reſpõdit, Filia ſum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorũ, quoniã futurum agnoui quòd dẽtur vobis in deprędationẽ, pro eo quòd cõtemnentes vos, noluerunt vltro tradere ſeipſos, vt inuenirẽt miſericordiam in cõſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecũ, dicens, Vadam ad faciẽ principis Holofernis, vt indicem illi ſecreta illorum, & oſtendã illi quo aditu poſſit obtinere eos: ita vt nõ cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi verba eius, cõſyderabant faciẽ eius: & erat in oculis eorum ſtupor, quoniã pulchritudinem eius mirabãtur nimis. Et dixerunt ad eã, Conſeruaſti animã tuã, eo quòd tale reperiſti cõſilium,

D vt deſcenderes ad dominum noſtrũ. Hoc autẽ ſcias, quoniã cum ſteteris in conſpectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſſima in corde eius. Duxerũntque illam ad tabernaculũ Holofernis, annunciantes eã. Cũmque intraſſet ante faciẽ eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. Dixerũntque ad eũ ſatellites eius, Quis cõtemnat populum Hebræorũ qui tã decoras mulieres habent, vt nõ pro his merito pugnare cõtra eos debeamus? Vidẽs itaque Iudith Holofernem ſedentẽ in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum: & cũ in faciem eius intẽdiſſet, adorauit eũ, proſternens ſe ſuper terrã. Et eleuauerũt eam ſerui Holofernis, iubente domino ſuo.

CAP. XI.

*Holofernes ad ſe adductã Iudith confortat, quęrẽs quã te venerit.*

TVnc Holofernes dixit ei, Æquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo: quoniã ego nũquã nocui viro qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor regi.

CAP. X.

CVm autẽ Deum Iſraeliticũ inuocandi finẽ feciſſet, & hęc verba peregiſſet omnia, ſurrexit procubitu: & ancilla ſua vocata, cũ in domicilium, vbi ſabbathis & diebus feſtis ſuis verſabatur, deſcendiſſet, detracto quo fuerat induta cilicio, veſtibúſque viduitatis ſuæ depoſitis, corpus aqua prius ablutũ, vnguento pingui perunxit, cum capillis capitis ſui digeſtis mitra ſuperimpoſita, veſtes feſtiuas ſuas, quib' ornari viuo Manaſſe viro ſuo ſolebat, induit: cũmque ſandalia ſumpſiſſet pedibus, atq; armillas, brachialia, annulos, inaures, mũdúmque ſuũ omnẽ aſſumpſiſſet, vultum ad capiẽdos intuentiũ eam virorum oculos perquàm venuſte cõpoſuit. [Cõtulerat autẽ ipſi Dominus quoque ſplẽdorem, quòd omnis ornatus iſte nõ ex laſciuia, ſed ex virtute proficiſceretur.] Poſtremo cum vinariũ vtrem vino, & lagenam oleo plenã ancillæ ſuę tradidiſſet, pera farina, maſſa carycarũ, [caſeo,] puriſque panibus impleta, & omnibus vaſis ſuis cõuolutis, eiſdẽmq; impoſitis, egreſſæ ad portã Bethulię vrbis, Oziam & ſenatores ciuitatis Chabrim & Charmim ſtantes ibi repererunt: qui vt viderunt eã, & vultum eius alium, habitúmque immutatũ, pulchritudinẽ eius admirati vehementer, ſic eã allocuti ſunt, Deus, Deus ille patrũ noſtrorũ reddat te gratioſam, & inſtituta tua perducat ad gloriã Iſraelitarum, & excellẽtiam Hieroſolymæ, [vt nomẽ tuum in numero ſanctorũ & iuſtorum celebretur. Et qui tum aderãt, omnes vna voce ſubiecerunt, Eſto, fiat,] ſimúlq; Deũ adorauerũt. At illa, Portam vrbis, inquit, iubete aperiri mihi, vt egrediar, & ſermones quos mecũ habuiſtis, re comprobẽ. Tum illi iuuenibus imperarũt vt aperirent, quẽadmodum illa poſtularat. Quod cũ feciſſent illi, Iudith vnà cũ ancilla ſua egreſſa eſt, oculis proſequentibus eã oppidanis, cum de monte [circa lucis ortum] deſcẽderet, donec vallem peruadẽtem eã e cõſpectu amitterẽt. ¶ Ita profectæ ſunt illæ recta per vallem, donec in Aſſyrios, qui in ſtatione pro caſtris erãt, inciderẽt: qui cõprehenſam ⁰interrogauerũt eã, Cuias es? & vnde venis, aut quò tẽdis? Et illa, Hebræis orta ſum, & tranſfugi ab ipſis, quoniã vobis tradentur diripiẽdi, [propterea quòd cõtemptis vobis vltro ſe dedere, vt veniam à vobis impetrarent, noluerunt.] In cõſpectum autẽ Holophernis magiſtri copiarũ veſtrarum venio, vt ei vera dicta referam, viámque cõmonſtrem ante oculos, per quam ingreſſus tota mõtana regione potiatur, nec vllius corporis militum ſuorum, aut animalis ſpiritus [illegible]tiatur incõmodum. His verbis eius auditis, viri illi cõtemplati vultum ipſius, admirationéq; vehemẽti pulchritudinis eius capti, dixerunt illi, Conſeruaſti vitam tuã, quæ [tali vſa cõſilio,] in cõſpectum domini noſtri properaris deſcendere. Quapropter nunc perge ad tabernaculũ eius: deducẽt enim te aliquot è nobis, donec te in manus eius tradiderint. Verum vbi coram eo conſtiteris, ne cõſterneris animo, ſed ſecũdum hæc dicta tua perage narrationẽ, & bene tractabit te, [eriſque animo ipſius gratiſſima.] Selegerũt ergo ex ſe viros cẽtum, qui iuncto ipſi ſimul & ancillæ curru, ad tẽtorium Holophernis eã aſportauerunt. Tum cõcurſu totis caſtris facto, quòd fama aduentus ipſius permanauiſſet in tabernacula, turba venientium circunfundere ſe illi, extra tabernaculũ Holophernis expectãti, dum illi de ipſa afferretur nuncius, & mirari pulchritudinẽ ipſius, adeòque propter ipſam ſtupere Iſraelitas, & alius alij dicere, Quis autem contẽnat populũ iſtum, qui tales alit apud ſe mulieres? [pro quibus non immerito cũ illis depugnemus.] Sanè nõ eſt vtile vel vnũ relinqui virũ ex illis, qui dimiſſi facile queant totũ orbẽ in fraudem pellicere. Porrò progreſſi excubitores Holophernis & omnes ſerui ei', introduxerũt illã in tabernaculũ. Fortè tũ Holophernes quieſcebat ſuper lecto ſuo in conopæo intertexto purpura, auro, ſmaragdo, lapidibúſq; pretioſis: cũmque accepiſſet de illa nũtium, prodiit in veſtibulũ tabernaculi, præcedẽtibus eum lãpadibus argẽteis. Ibi cum Iudith in cõſpectum eius, & miniſtrorũ ipſius veniſſet, omnes venuſtatẽ vultus eius mirati ſunt, [& aſpectu primo captus Holophernes:] illa vero procubuit in faciẽ, & eũ adorauit.

*[illegible]*

CAP. XI.

CVmque ſerui Holophernis releuauiſſent eã, ipſe ſic eſt eam allocutus, Bene ſpera mulier, nec expauefcas animo, neque enim ego quenquã afflixi, qui regi totius terræ Nabuchodonozori ſeruire voluit.

Quod niſi me contẽpſiſſet populus iſte tuus monta nã regionem inſidens, non vtique erexiſſem haſtã meam aduerſus eũ: ipſe autẽ horũ ſibi cauſa eſt. Iã verò dic tu mihi qua de cauſa transfugeris ab illis, & huc adueneris: venis enim ſalutariter. Bono animo eſto, vtpote victura hac nocte, atque deinceps. neq; enim eſt qui tibi faciat iniuriã, ſed bene tractaberis, quemadmodũ tractari ſolent ſerui domini mei regis Nabuchodonozoris. Cui reſpondit Iudith, Accipe dicta ancillæ tuæ, vt famula tua coram te verba faciat: nec mendacium hac nocte domino meo enuntiauero. Quòd ſi ancillæ tuæ monita ſecutus fueris per omnia, Deus rẽ tecum conficiet, nec dominus meus excidet inſtitutis ſuis. Teſtor enim vitã regis totius terræ Nabuchodonozoris, & potẽtiã eius qui te miſit ad reſtitutionẽ viuorũ omniũ, non ſolũ fore vt homines illi 'per te' ſeruiant, ſed feræ quoque agreſtes, & pecudes, volucrẽſque cæli per potentiam tuã ſub Nabuchodonozoris totiúſq; domus ipſius viuãt imperio. Nã ſapientiã tuam, & calliditatem animi tui nos audiuimus, totáq; terra diuulgatũ eſt, te ſolũ eſſe eximiũ in omni regno ſcientiáq; præſtantẽ, & diſciplina militari admirãdũ. Iam verò ſermonẽ quoq; quẽ in conſeſſu tuorũ Achior habuit, & quæ verba fecerit intelleximus. [tum etiam quibus eum modis tractãdum curaris.] Adepti ſunt enim eum incolæ Bethuliæ, quibus omnia quæ apud te locut[us] eſſet, retulit. Quapropter monita eius domine dominator, ne fueris aſpernatus, ſed corde tuo recõdas ea, quoniã vera ſunt. Nõ enim obnoxium eſt ſupplicio genus noſtrũ, nec valet aduerſus ipſum gladius, niſi peccatis Deũ ſuum offenderit. [Conſtat autem eũ iam peccatis noſtris ſic eſſe offenſum, vt per prophetas ſuos mãdata dederit ad populum, ſe propter peccata pœnis eũ eſſe dediturum. Et quoniã Iſraelitę ſciunt ſe Deũ ſuum infenſum tibi reddidiſſe, timore tui correpti ſunt.] Iam verò ne dominus meus ſpe decidat, néve diſcedat infecta re, ſed mors faciem illorũ impetat, tale peccatum inuaſit eos, quo irritabunt Deũ ſuũ, ſi nefas admiſerint. Quoniã enim defecerunt eos alimẽta, & laborant inopia aquarũ, iumenta ſua decreuerunt inuadere, [& bibere ſanguinẽ illorũ,] & quorumcunque cibo Deus legibus ſuis interdixit illis, ea conſumere ſtatuerũt: primitiáſque adeò frugũ, & decimas vini atque olei, quas cõſecratas reſeruarant ſacerdotibus Hieroſolymis in conſpectu Dei noſtri miniſtrantibus, eas conſicere conſtitutũ habent: cum eas ne manibus quidem fas ſit quenquã è populo contingere. Miſerunt autem Hieroſolymam, (nam & ipſius incolę patrauere talia) qui ſibi licentiam referant à ſenatu. Accidet igitur vt, cum hoc accepto reſponſo fecerint, illa die tibi tradantur ad interitũ. Quapropter ego ancilla tua cognitis his omnibus, transfugi ab ipſis, & miſit me Deus [iratus illis] ad conficiendã tecum rẽ, quæ terras omnes, ad quas ea fama permanarit, ſtupore afficiat. Religioſa enim eſt ancilla tua, Deúmq; colit noctes & dies. Quare nũc apud te morabor domine, & egredietur ancilla tua in vallem noctu, Deúmque ſupplicabo, vt mihi renuntiet quando peccata ſua commiſerint: tum accedam, & rẽ ad te referam, & erũpes cum omnibus copijs tuis, nec erit quiſquam illorum qui tibi reſiſtat, egóque te ducam per mediã Iudæã, 'donec peruenias in conſpectum Hieroſolymæ, ſedẽmque tuam in medio illius collocẽ. Ita illas vt oues paſtore deſtitutas ages, ac ne canis quidẽ lingua ſua tibi obganniet. Hæc enim mihi per prænotionẽ dicta ſunt & enuntiata, tibiq; renuntiatũ ea miſſa ſum. Hi ſermones eius placuerunt Holopherni, & miniſtris ipſius omnib[us], & ſapientiã eius mirati ſunt, dicentes, Nõ eſt mulier 'ab extremo ad extremũ terræ' venuſtate vultus & peritia dicendi ſimilis: ſimul Holophernes eam ſic eſt allocutus, 'Bene fecit 'Deus ille, qui te præmiſit iſti populo, vt afferres robur manib[us] noſtris, cõtemptoríbúſque domini mei perniciem. Sanè quidẽ tu venuſta es aſpectu, & ad dicendũ bene cõparata: quòd ſi perfeceris quæ pollicita es, De[us] erit mihi deus ille tu[us]: tu verò ſedebis in domo regis Nabuchodonozoris, & per totã terrã celebraberis.

q: διὰ σοῦ

q: κατ' ἄκρης ἕως ἄκρου τῆς γῆς

q: εὖ ἐποίησεν

C A. XII.

Tum iuſſit eam introduci in cellam argenteę ſuæ ſupellectilis, déque cibarijs ſuis menſam ei cõſternendam, & potum de vino ſuo præbendum conſtituit. At Iudith, De his non edam, inquit, ne qua cõtrahatur offenſio, ſed de eis quæ mecum delata ſunt, mihi miniſtrabitur. Cui Holophernes, Si verò defecerint hæc quæ penes te ſunt, vnde petemus quæ tibi demus his ſimilia? Nihil enim nobis è genere tuo ſuppetit. Reſpondit illi Iudith, Vt animam tuam mi domine viuere verũ eſt, ita non conſumet ancilla

Populus autem tuus ſi non contempſiſſet me, nõ aleuaſſem lanceam meam ſuper eum. Nunc autẽ dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ tuæ: quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectã rem faciet Dominus tecum. Viuit enim Nabuchodonoſor rex terræ, & viuit virtus eius quę eſt in te ad correptionem omnium animarũ errantium: quoniam non ſolum homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi. Nuntiatur enim animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatũ eſt omni ſeculo quoniam tu ſolus bonus & potẽs es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouincijs prædicatur. Nec hoc latet quod locutus eſt Achior, nec illud ignoratur quod ei iuſſeris euenire. Conſtat enim Deum noſtrũ ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per prophetas ſuos ad populum, quòd tradat eũ pro peccatis ſuis. Et quoniam ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuũ filij Iſrael, tremor tuus ſuper ipſos eſt. Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos cõputantur. Denique hoc ordinant, vt interficiãt pecora ſua, & bibant ſanguinẽ eorũ: & ſancta Domini Dei ſui quæ præcepit Deus, non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impẽdere, & volunt conſumere quæ nec manibus deberent cõtingere. ergo quoniam hæc faciũt, certum eſt quòd in perditionem dabũtur. Quod ego ancilla tua cognoſcẽs, fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quãdo eis reddat peccatũ ſuũ, & veniẽs nuntiabo tibi, ita vt ego adducã te per mediã Ieruſalem, & habebis omnẽ populum Iſrael, ſicut oues quibus non eſt paſtor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hęc mihi dicta ſunt per prouidentiã Dei. Et quoniã iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nuntiare tibi. Placuerunt autẽ omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterũ, Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborũ. Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus qui miſit te ante populum, vt des illum tu in manibus noſtris. & quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & deus meus, & tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuũ nominabitur in vniuerſa terra.

Iudith ve-neris cauſã aſtute Holoferni aperiẽs, illi imponit.

B

5.5.a.

C

D

C A. XII.

Tunc iuſſit eam introire vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſſit illic manere eã, & conſtituit quid daretur illi de cõuiuio ſuo. Cui reſpondet Iudith, & dixit, Nunc nõ potero mãducare ex his quę mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autẽ quæ mihi detuli, mãducabo. Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi iſta quæ tecũ detuliſti, quid faciem[us] tibi? Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniã nõ expẽdet omnia hæc ancilla

Holofernes iubet introduci Iudith in locum theſaurorum.

Gene. 41. f. dan. 11. b. tob. 1. b.

tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ co-
B gitaui. Et induxerunt illam ſerui eius in taberna-
culum quod præceperat. Et petijt dum introiret, vt
daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi fo-
ras ad orationem, & deprecandi Dominum. Et præ
cepit cubiculariis ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret &
introiret ad adorandum Deum ſuum per triduum.
Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptiza-
bat ſe in fonte aquæ. Et vt aſcendebat, orabat Do-
minum Deum Iſrael, vt dirigeret viam eius ad libe
rationem populi ſui. Et introiens, munda manebat
in tabernaculo, vſque dum acciperet eſcam ſuã in
C veſpere. ¶ Et factũ eſt in quarto die Holofernes fe-
cit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum
ſuum, Vade, & ſuade Hebræam illam vt ſponte con
ſentiat habitare mecum. Fœdum eſt enim apud Aſ
ſyrios, ſi fœmina irrideat virum agendo, vt immu-
nis ab eo tranſeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith,
& dixit, Non vereatur bona puella introire ad do-
D minũ meũ, vt honorificetur ante faciem eius, vt mã
ducet cũ eo, & bibat vinũ in iucũditate. Cui Iudith
reſpondit, Quæ ego ſum, vt contradicam domino
meo? Omne quod erit ante oculos eius bonũ & opti
mũ, faciam. Quicquid autẽ illi placuerit, hoc mihi
erit optimũ omnibus diebus vitæ meæ. Et ſurrexit,
& ornauit ſe veſtimẽto ſuo, & ingreſſa ſtetit ante fa
ciẽ eius. Cor autẽ Holofernis cõcuſſum eſt. erat enim
ardẽs in cõcupiſcẽtia eius. Et dixit ad eã Holofernes,
Bibe nũc, & accumbe in iucũditate: quoniã inueniſti
gratiã corã me. Et dixit Iudith, Bibã domine, quo-
niã magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus
dieb' meis. Et accepit, & manducauit, & bibit corã ipſo
ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucũdus factus
eſt Holofernes ad eã, bibitque vinũ multum nimis,
quãtũ nunquã biberat in vita ſua. CA. XIII.

Petit Iudith ſibi dari facultatẽ nocte & ante lucem foris orandi.

Mittit Vagao ad Iudith vt ſuadeat ei cõſentire Holoferni.

Venit Iudith ad Holofernẽ.

Ebrius Holofernes.

VT autem ſero factũ eſt, feſtinauerũt ſerui illius
ad hoſpitia ſua, & cõcluſit Vagao hoſtia cubicu
li, & abiit. Erãt autẽ omnes fatigati à vino. Erátque
Iudith ſola in cubiculo: porrò Holofernes iacebat in
lecto, nimia ebrietate ſopitus. Dixitq; Iudith puellæ
ſuæ vt ſtaret foris ante cubiculũ, & obſeruaret. Ste-
titque Iudith ante lectũ, orãs cum lachrymis, & la-
biorũ motu in ſilẽtio, dicens, Confirma me Domine
Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuũ
mearũ, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalẽ ciuitatem tuã e-
rigas: & hoc quod credens per te poſſe fieri cogita-
ui, perficiã. Et cum hæc dixiſſet, acceſſit ad colũnam,
quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui
in ea ligatus pendebat, exoluit. Cúmque euaginaſ-
ſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait, Cõ
firma me Domine Deus in hac hora. & percuſſit bis
in ceruicẽ eius, & abſcidit caput eius, & abſtulit co-
nopæũ eius à columnis, & euoluit corpus eius trun
cum. Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holo
fernis ancillæ ſuæ, & iuſſit vt mitteret illud in pe-
ram ſuã. Et exierunt duæ, ſecundum conſuetudinẽ
B ſuam, quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra: &
gyrãtes vallẽ, venerũt ad portã ciuitatis. ¶ Et dixit
Iudith alonge cuſtodibus murorũ, Aperite portas,
quoniã nobiſcũ eſt Deus qui fecit virtutẽ in Iſrael.

Eccli 12. Holoferne ebrietate ſopito, & puella oſtiũ obſeruante, Iudith caput eius præſcidit, & ciuib' ſuis defert.

1. Reg. 17. 1. mach. 7.

tua quæ mihi ſunt, priuſquam Dominus per manũ
meã conſiliũ ſuũ fuerit executus. Introduxerũt igi-
tur eã ſerui Holophernis in tabernaculum: vbi cũ
in mediam vſq; noctẽ dormiuiſſet, ſub matutinã vi-
giliã exurrexit, & miſit ad Holophernẽ qui diceret,
Iubeat iã Dominus meus ancillã ſuã emitti ad pre-
cationem. Cúmq; edixiſſet Holophernes ſtipatori-
bus corporis ſui, ne prohiberẽt ipſam, manſit in ca-
ſtris trib' diebus, noctu in vallẽ Bethuliæ egrediẽs,
& aqua ſe abluẽs in fonte qui erat in caſtris: cúmq;
aſcenderet, orabat Dominũ Deum Iſraeliticũ vt in-
ſtitutũ ſuum ad leuandũ genus populi ſui feliciter
proueheret: & regreſſa, in tabernaculo munda per-
manebat, donec cibũ ſuũ caperet ſub veſperã. ¶ Eue
nit autẽ die quarto vt celebraret Holophernes cõui
uiũ cũ ſeruis ſuis ſolis, nec ad cœnationẽ quẽquã
inuitaſſet eorũ qui præerãt negotiis. Tũ Holopher
nes Bagoæ eunucho præfecto facultatibus ſuis om-
nib'. I, ait, perſuade iſti mulieri Hebrææ quæ penes
te eſt, vt veniat ad nos, & nobiſcũ edat ac bibat. Nã
ecce perſonæ noſtræ fuerit ignominioſũ, ſi talẽ mu
lierẽ ſine habita cum ea cõſuetudine prætermiſe-
rimus: & ſi minus eã attraxerimus, nos irridebit e-
tiã. Egreſſus ergo à cõſpectu Holophernis Bagoas,
& ad illam ingreſſus, Ne pigeat, inquit, ancillã for
moſam hanc adire dominũ meũ, coramque eo de-
corari gloria, cum vinũ nobiſcũ bibere ad hilarita-
tẽ, & hac die more filiarum Aſſyriarũ, quæ in do-
mo Nabuchodonozoris aſſiſtunt, ſe gerere. Cui Iu-
dith, Quænã ego ſum, vt quid domino meo denegẽ
quin quicquid ei placuerit, gratúmque fuerit, pro-
pere faciam, quod mihi vſque ad diẽ obitus mei ſit
gloriationi: ſimul exurgens ſe veſtitu, & omni mun
do muliebri exornauit: acceſſitq; ancilla eius, & ex
aduerſo Holopherni ſtrauit ei pelles humi, quas à
Bagoa in vſum quotidianũ ſuũ acceperat, vt ſuper
iis recumbens cibũ caperet. Cúmque acceſſiſſet Iu-
dith, ac diſcubuiſſet, exarſit cor Holophernis in eam,
animúſque cõmotus eſt, vt congreſſum ipſius vehe-
menter appeteret. Iam enim ex quo primũ die cõ-
ſpicatus eã fuerat, obſeruabat occaſionẽ, qua eã [a]bu ¶4 ἀπα-
teretur. [a]Hortabatur igitur eã Holophernes, Bibe iã, τῆσαι.
& præbe te nobiſcum hilarem, [quoniam nacta es
apud me gratiam.] Et Iudith, Sanè bibam, inquit,
domine, quoniam magnificẽtiam adepta eſt in me
hodie vita mea maiorem, quàm illo ex quo nata
ſum tẽpore. ſimul edere coram eo biberéque cœpit,
quæ ſibi ab ancilla ſua parata fuerant. Lætatus eſt
itaque propter eam Holophernes, & vini quamplu
rimum bibit, quantũ nunquã aliàs biberat vno die
ex quo natus fuerat. CAP. XIII.

משתה

CVm autem iam ſerum eſſet, feſtinarunt ſerui ei'
ſe recipere, & Bagoas foris occluſit tabernaculũ,
præſentéſque omnes à cõſpectu domini ſui dimiſ-
ſi, ſua quiſq; cubilia petiere, quòd omnes defeſſi eſ-
ſent lõga cõpotatione. Relicta eſt itaque Iudith in
tabernaculo ſola, & Holophernes proiectus in lecto
ſuo, quòd perfuſus eſſet ebrietate. Iuſſerat autẽ Iu-
dith ancillam ſuam aſtare extra cubiculũ, & ſe pro
quotidiano more obſeruare exeũtem. Dixerat enim
ſe exituram ad precationẽ ſuam, & in eandẽ ſenten
tiam cũ Bagoa loquuta fuerat. Cũ ergo omnes è conſpectu ipſius diſceſſiſſent, nec quiſquam relictus eſſet
in cubiculo paruus aut magn', Iudith apud lectum illius ſtans in animo ſecum, Domine Deus omnis vir-
tutis, inquit, reſpice hac hora ad opera manuũ [1]mearũ, [1]vt extollatur Hieroſolyma ſicut promiſiſti] Quo- ¶1 μου.
niã nunc tẽpus eſt adiuuãdi poſſeſſionẽ tuã, & [orta ex fiducia in te] inſtituta [1]mea[1] perficiendi, ad cõquaſ- ¶1 μου αὐ-
ſationẽ hoſtiũ, qui in nos coorti ſunt: ſimul acceſſit ad columellã lecti quæ erat [1]ad caput[1] Holophernis, & τῶ
acinacẽ illius inde deſumpſit. Cúmq; lecto ſe applicuiſſet, coma capitis ei' apprehẽſa, Corrobora me ho ¶πρὸς κε-
die Domine Deus Iſraelis, inquiẽs: inflixit duos ictus in ceruicẽ eius quantũ poterat, & caput amputauit: φαλῶν
tũ deinde corpore eius de ſtrato deuoluto, ablatoq; de columnis conopæo, paulo poſt egreſſa caput Holo
phernis ancillæ ſuæ tradidit: quod cũ illa in perã cibariã ſuã immitiſſet, egreſſæ ſunt ambæ ſimul, quò ad
precationẽ more ſolebãt. Ita è caſtris euadẽtes vallẽ illã ambierũt, mõtẽmq; Bethuliæ cõſcẽderũt. ¶ Cúmq;
ad portas ei' perueniſſent, Iudith procul clamauit portarũ vigilib', Aperite agite portã, aperite: adeſt nobis
Deus De' ille noſter, robur adhuc exercẽs Hieroſolymis, & cõtra hoſtes potẽtiã, quẽadmodũ fecit & hodie.

Hac voce ipſius exaudita,oppidani ad portam vrbis ſuæ propere deſcenderunt. cúmq; ſenatores ciuitatis conuocaſſent, concurſu vnà omniũ à minimo vſque ad maximũ facto, (quoniã inſperatus erat ipſi' reditus,)igníque cauſa lucis accẽſo,aperta porta receptas illas circũſteterũt. Ipſa verò(cum in æditũ locum aſcendiſſet,ſilentio facto)magna voce, Laudate Deũ,inquit,& prædicate eum,quoniã miſericordiã ſuã Iſraeliticæ domui non ſubſtraxit,[nec deſeruit ſperãtes in ſe,]ſed hoſtes noſtros hac nocte mea manu conquaſſauit. Simul caput è pera prolatũ illis oſtẽdebat,dicẽs, Ecce caput Holophernis magiſtri copiarum Aſſyricarũ,ecce & conopæũ in quo recubabat ebrius, cũ eum Dominus manu fœminea cæderet. Viuũ illum Dominũ,qui me per viam qua ſum ingreſſa cõſeruauit,teſtor illũ mea facie deceptum in pernicié ſuam,nullũ in me fœdum aut turpe patrauiſſe flagitiũ. [Domin' me vobis lætã,victricem & incolumem liberatis vobis reſtituit. Ipſum prædicate omnes,quia benignus eſt, & miſericordia ei' ſempiterna.]Tũ popul' vehemẽter obſtupuit:cúmq; Deũ inclinat' adoraſſet,ſimul omnis, Celebrãdus es Deus noſter,inquit, qui hoſtes populi tui hodierno die ad nihilũ redegeris. Illi verò dixit Ozias,Beneficio Dei altiſſimi felix es, ò filia ſupra omnes mulieres terræ, & celebrãdus eſt Domin' Deus ille cæli terræq; conditor, qui te direxit ad caput ducis hoſtiũ noſtrorũ conquaſſandũ. Quoniã non abſcedet vnquam[q] ſpes tua ab animo hominum potentiam Dei cõmemorantium. Hoc ergo tibi cõferat Deus ad ſempiternam excellentiã[r] vt te bonis locupletet, eo quòd vitæ tuæ non pepercisti,cum affligeretur genus noſtrum,ſed rectam coram Deo noſtro viã ingreſſa,ruinæ noſtræ ſubueniſti. Et ſubiecit vniuerſus populus. Eſto,fiat.

q i. id eſt, memoria ſpei tuæ.
r i. vt, adſit tibi beneuolus.

CAP. XIIII.

PORrò autẽ allocuta eſt eos Iudith, Audite me fratres. & acceptũ caput hoc in pinna murorũ noſtrorũ ſuſpendite: cúmq; diluxerit dies, ac ſol ſuper terrã emerſerit,arma belli veſtra quiſq; capietis,& ex vrbe viri valẽtes omnes cũ duce vobis dato erumpetis,vt in campũ deſcenſuri ad primã ſtationẽ Aſſyriorũ,nec tamẽ deſcendẽtes. Tũ illi ſumptis vniuerſis armis ſuis, cõtendent in caſtra ſua,duces copiarũ Aſſyricarum excitaturi,& ad tabernaculũ Holophernis curſum dirigẽt:quo nõ inuento[ſnisi trũco in ſanguine volutato,]terror ingruet in illos,& à conſpectu veſtro diffugient. Tum vos inſequentes vnà cũ omnibus qui fines Iſraeliticos incolunt,per vias ſuas illos proſternite. [Dominus enim pedibus veſtris cõculcandos eos ſubiiciet.]¶Verũ antequàm hæc fiant, accerſite mihi Achiorẽ Ammonitam illũ miſſum ad nos eiquam ad interitum vt conſpectũ agnoſcat domus Iſraeliticæ contemptorem. Vocatus eſt ergo Achior ex domo Oziæ, qui vt venit, & caput Holophernis in manu viri cuiuſdã in cõcione populi vidit, in faciẽ prolapſus eſt, & defectus animo:releuatúſq; accidit ad pedes Iudith,&cũ faciem eius adoraſſet,dixit,Celebranda es per omnia Iudę tabernacula, & apud omnes gentes, quæ fama nominis tui commotæ fuerint. Sed recenſe mihi nũc quæ per hos dies geſſeris. Et recitauit ei Iudith in media cõcione quæcũque geſſiſſet, ex qua primum die fuerat egreſſa,vſque ad tempus quo loquebatur apud illos. [Deus Iſraeliticus,inquit,quem tu teſtatus es ſe vindicaturum de inimicis ſuis, is hac nocte caput omnium impiorum amputauit mea manu:quod ita eſſe probat caput hoc Holophernis,qui ſuperbo cõtemptu vituperauit Deum Iſraeliticum, & interitũ tibi minatus eſt cum diceret, Expugnato populo Iſraelitico, præcipiam latera tua gladio trãſuerberari.] Poſtquam autem dicendi finem fecit, popul' magna voce iubilans,lætos per vrbem ſuã clamores iactauit. ¶Achior verò quæ Deus Iſraeliticus feciſſet videns omnia, Deo magnopere fiſus eſt,carnéq; præputii ſui circũciſa,cõiunct' domui Iſraeliticæ [cũ omni generis ſui poſteritate] vſque in præſentẽ diem. ¶Cũ autem dies illuxiſſet,capite Holophernis de muris ſuſpenſo, omnes viri ſumptis armis in ſpiram circumeuntes ad deſcenſum mõtis egreſſi ſunt:

Et factum eſt,cũ audiſſent viri vocem ei', vocauerũt presbyteros ciuitatis. Et occurrerũt ad eam omnes, à minimo vſque ad maximũ: quoniam ſperabant eã iam nõ eſſe venturam. Et accendẽtes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi: illa autem aſcendẽs in eminẽtiorem locum iuſſit fieri ſilentiũ. Cúmque omnes tacuiſſent, dixit Iudith, Laudate Dominũ Deũ noſtrũ qui nõ deſeruit ſperantes in ſe:& in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiã ſuam, quã promiſit domui Iſrael:& interfecit in manu mea hoſtẽ populi ſui in hac nocte. Et proferens de pera caput Holofernis,oſtendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militiæ Aſſyriorum: & ecce conopæũ illius,in quo recũbebat in ebrietate ſua,vbi per manum fœminæ percuſſit illũ Dominus Deus noſter. Viuit autẽ ipſe Dominus,quoniã cuſtodiuit me angelus eius & hinc eũtem,& ibi cõmorantem, & inde huc reuertentẽ:& non permiſit me Dominus ancillam ſuã coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentẽ in victoria ſua,in euaſione mea,& in liberatione veſtra.]Confitemini illi omnes,quoniã bonus,quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Vniuerſi autẽ adorantes Dominũ,dixerunt ad eã, Benedixit te Dominus in virtute ſua,quia per te ad nihilũ redegit inimicos noſtros. Porrò Ozias princeps populi Iſrael,dixit ad eam,Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulierib' ſuper terrã. Benedictus Dominus qui creauit cælum & terrã, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ noſtrorũ,qui hodie nomẽ tuum ita magnificauit, vt nõ recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus nõ pepercisti animæ tuæ propter anguſtias & tribulationẽ generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectũ Dei noſtri. Et dixit omnis popul', Fiat fiat. ¶Porrò Achior vocatus venit,& dixit ei Iudith, Deus Iſrael cui tu teſtimoniũ dediſti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omniũ incredulorũ incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita eſt,ecce caput Holofernis,qui in cõtẽptu ſuperbiæ ſuæ Deũ Iſrael cõtempſit,& tibi interitũ minabatur,dicens, Cũ captus fuerit populus Iſrael,gladio perforari præcipiã latera tua. Videns autẽ Achior caput Holofernis,anguſtiatus præ pauore cẽcidit in faciẽ ſuam ſuper terrã,& æſtuauit anima eius. Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt,prócidit ad pedes ei',& adorauit eã,& dixit, Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob,quoniã in omni gẽte quę audierit nomen tuũ, magnificabitur ſuper te De' Iſrael.

Hortatur Iudith populum ad laudẽ Dei ob partã victoriam de Holoferne.

C

Pſal. 105.a. & 106.a.

D

CA. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnẽ populũ, Audite me fratres. [Suſpẽdite caput hoc ſuper muros noſtros:& erit,cum exierit ſol,accipiat vnuſquiſq; arma ſua,& exite cum impetu:nõ vt deſcendatis deorſum,ſed quaſi impetum facientes. Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principẽ ſuum excitãdum ad pugnã. Cúmq; duces eorum cucurrerint ad tabernaculũ Holofernis, & inuenerint eum trũcum in ſuo ſanguine volutatũ,dẽcidet ſuper eos timor. Cúmq; cognoueritis fugere eos,ite poſt illos ſecuri, quoniam Dominus cõteret eos ſub pedibus veſtris. ¶Tũc Achior vidẽs virtutẽ quã fecit Deus Iſrael,relicto gentilitatis ritu,credidit Deo, & circũcidit carnẽ præputii ſui,& appoſitus eſt ad populũ Iſrael,& omnis ſucceſſio generis eius vſque in hodiernũ diẽ. ¶Mox autẽ vt ortus eſt dies,ſuſpẽderunt ſuper muros caput Holofernis,accepitq; vnuſquiſq; vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu.

Caput Holofernis in muro ſuſpenditur. 1. mach. 15. e

B

Achior credit Deo & circũcidit'. Iudæi facto armorũ ſtrepitu Aſſyrios inpetunt.

Quod vidẽtes exploratores, ad tabernaculũ Holofernis cucurrerũt. Porrò hi qui in tabernaculo erãt venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepẽtes, excitandi gratia, inquietudiné arte moliebantur, vt nõ ab excitãtibus, ſed à ſonantib⁹ Holofernes euigilaret. nullus enim audebat cubiculũ virtutis Aſſyriorũ pulſando aut intrando aperire. Sed cũ veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis Aſſyriorũ, dixerũt cubiculariis, Intrate, & excitate illũ: quoniam egreſſi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prælium. Tunc ingreſſus Vagao cubiculũ eius, ſtetit ante cortinã, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illũ cũ Iudith dormire. Sed cũ nullum motũ iacentis ſenſu aurium caperet, acceſſit proximãs ad cortinã, & eleuans eã,

*Vagao Holofernem mortuum deprehendit.*

D videnſq; cadauer abſq; capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactũ iacẽre ſuper terrã, exclamauit voce magna cũ fletu, & ſcidit veſtimẽta ſua. Et ingreſſus tabernaculũ Iudith, nõ inuenit eã, & exiliit foras ad populũ, & dixit, Vna mulier Hebræa fecit confuſionẽ in domo regis Nabuchodonoſor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo. Quod cũ audiſſent principes virtutis Aſſyriorũ, ſciderunt omnes veſtimẽta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valde. Et factus eſt clamor incõparabilis in medio caſtrorum eorum.

CAP. XV.

*Holoferne mortuo Aſſyrii fugã capiunt.*

Cvmq; omnis exercitus decollatũ Holofernẽ audiſſet, fugit mens & conſiliũ ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidiũ ſumunt, ita vt nullus loqueretur cũ proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnib⁹, euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierãt, fugiẽtes per vias camporũ & ſemitas colliũ. Vidẽtes itaq; filii Iſrael fugiẽtes, ſecuti ſunt illos. Deſcẽderũtq; clangẽtes tubis, & vlulãtes poſt ipſos. Et quoniã Aſſyrii nõ adunati, in fugã ibãt præcipites: filii autẽ Iſrael

B vno agmine perſequẽtes, debilitabãt omnes quos inuenire potuiſſent. Miſit itaq; Ozias nũtios per omnes ciuitates & regiones Iſrael. Omnis itaq; regio, omniſq; vrbs, electã iuuẽtutẽ armatã miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladii, quouſq; peruenirẽt ad extremitatẽ finiũ ſuorũ. Reliqui autẽ qui erãt in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorũ, & prædã quã fugiẽtes Aſſyrii reliquerãt, abſtulerũt, & onuſti ſunt valde. Hi verò qui victores reuerſi ſũt ad Bethuliã, omnia quæ erant illorũ abſtulerũt ſecũ, ita

*Filii Iſrael ſpoliis Aſſyriorum ditãt.*

C vt nõ eſſet numer⁹ in pecoribus, & iumẽtis, & vniuerſis mobilib⁹ eorũ, vt à minimo vſq; ad maximũ omnes diuites fierẽt de prædationibus eorũ. ¶ Ioachim autẽ ſumm⁹ põtifex, de Ieruſalẽ venit in Bethuliã, cũ vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cũ exiſſet ad illũ, benedixerũt eã oẽs vna voce, dicẽtes, Tu gloria Ieruſalẽ, tu lætitia Iſrael, tu honorificẽtia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & cõfortatũ eſt cor tuũ, eo quòd caſtitatẽ amaueris, & poſt

*Benedicitur Iudith à pontifice & populo.*

D virũ tuũ, alterũ neſcieris. ideò & man⁹ Domini cõfortauit te, & ideò eris benedicta in æternũ. Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. Per dies autem triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorũ à populo Iſrael. Porrò autẽ vniuerſa quę Holophernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederũt Iudith in auro, & argẽto, & veſtib⁹, & gẽmis, & omni ſupellectili, & tradita ſũt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebãt cũ mulierib⁹, & virginib⁹, & iuuenib⁹, in organis, & citharis.

quos cõſpicati Aſſyrii, nuncios ad centuriones ſuos dimittere, illiq; porrò contẽdere ad duces & tribunos, omnẽſq; principes ſuos: qui cũ ad tabernaculũ Holophernis perueniſſent, curatori omnis ſupellectilis ei⁹ dicere, Excita verò dominũ noſtrũ: quoniã ſerui iſti ad nos in pugnã deſcẽdere auſi ſunt, vt deleãtur funditus. [Porrò ante veſtibulũ cubiculi tumultuãtes, cauſa illius excitandi ſtrepitũ edebãt de induſtria, vt nõ excitantiũ, ſed perſtrepẽtium opera potius excitaretur. nemo enim cubiculum Aſſyricæ maieſtatis pulſare audebat, aut vt introiret aperire. Tum ingreſſus Bagoas pulſauit atriũ tabernaculi, quòd eũ cũ Iudith dormire ſuſpicaretur. Cum autẽ eũ nemo exaudiret, dimotis forib⁹ in cubiculũ ingreſſus: vt inuenit illũ proiectũ in lecto, & adẽpto capite mortuũ, exclamãs voce magna cũ fletu, gemitu, vociferationẽq; valida veſtimẽta ſua dilacerat, atq; in tabernaculũ etiã, vbi Iudith ſolebat recũbere, ingreſſus, vbi nec eã inuenit: ad populũ proſiliit vociferãs, Nefas admiſere ſerui, vnà mulier Hebræa ignominiã in domũ regis Nabuchodonozoris intulit. nã ecce humi proſtrat⁹ Holophernes, trũcuſque capite. Hæc verba cũ audiſſent principes exercitus Aſſyrici, dilacerauerũt tunicas ſuas, & animo vehemẽter cõſternati ſũt, clamórq; & vociferatio magna in mediis caſtris exorta eſt.

CAP. XV.

TVm etiam qui in tabernaculis erant, hoc audito facinore, [animo conſiliòq; deſtituti, ]obſtupeſcere, ingruente in eos metu & terrore, nec iam eſſe quiſquam qui in conſpectu alterius perſiſteret, ſed ſimul omnes perculſi, per omnes vias tam campeſtris quàm montanæ regionis diffugere, [deiecto capite, relictiſque rebus omnibus, Hebræos, quos inſtare armatos acceperant, effugere feſtinantes.] atque ii quoq; qui circa Bethuliam in mõtoſo loco ſe vallo munierant, in fugam conuerſi ſunt. Tunc ergo bellicoſiſſimi quique Iſraelitarum ſe in eos effuderũt, [cum clãgore tubarum & clamore: & quoniã Aſſyrii palantes in fugã ruebant præcipites, Iſraelitæ autem eos agmine iuncto perſequebantur: conficiebant quoſcunque poſſent apprehẽdere.] Et miſit Ozias Bethomaſtam, Bebai, Chobai, Cholam, & in omnes fines Iſraeliticos, qui perferrẽt geſtæ rei nũcium, vt ad cædem hoſtium cuncti prorumperent. Quo accepto nũtio Iſraelitæ, ſimul omnes irruerũt in illos, & cædendo vſque Choba perſecuti ſunt. Aduenerunt item & Hieroſolymitani, & ex tota montana regione, (nam ad eos quoq; nuntius rerum in caſtris hoſtium geſtarum peruenerat,) atque etiam Galaaditæ & Galilæi, qui eos magna clade vltra Damaſcũ vſque & fines ipſius exterminarunt. Reliqui verò incolæ Bethuliæ caſtra Aſſyriorum inuaſerũt, & ex præda illorũ magnas adepti ſunt diuitias. Reliquiis potiti ſunt Iſraelitæ à cęde reuerſi, vicique ac ciuitates tam montanæ quàm campeſtres magnam vim obtinuerunt ſpoliorum, quorum ingẽs erat copia. ¶ Venerũt autẽ Ioachim põtifex maximus, & ſenatus Iſraelitarum Hieroſolymis cõmorantium, 'cõfirmaturi beneficia' quib⁹ Deus Iſraelitas affecerat: tum etiam viſuri Iudith, benignẽque ſalutaturi: qui ad ipſam ingreſſi vno ore gratulati ſunt ei, ac dixerunt, Tu excellentia Hieroſolymæ, tu ingens Iſraelitarum lætitia, tu præclara generis noſtri gloriatio, tu hæc omnia confeciſti manu tua hiſque Iſraelitas affeciſti beneficiis, & Deus ea fauore ſuo proſequutus eſt. [Cõfirmatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, nec poſt virũ tuum admiſeris aliũ, ideo manus Domini te confirmauit.] Beata ſis apud Deum omnipotentẽ in æuum ſempiternum. Et ſubiecit vniuerſus populus, Eſto. Cæterũ populus caſtra diebus triginta deprædatus, tabernaculum Holophernis & omne argẽtum, lectos, pelues, omnẽmque ſupellectilem eius dicauit Iudith: quæ accepta, illa mulæ ſuæ, iunctiſque plauſtris cõgeſta impoſuit. Tum concurrere viſandæ eius cauſa mulieres omnes Iſraeliticæ, & prædicare illã, vnáque chorum illi ſtatuere: ipſaq; thyrſos manibus acceptos, mulieribus, quæ vnà ſecum aderant, diſtribuit: & impoſita ſibi 'ſociæque ſuæ' corona oleagina, choream coram vniuerſo populo ducens, præibat mulieribus omnibus, ſubſequẽtibus armatis omnibus viris Iſraeliticis cum coronis, [organis, citharis] & hymnis, quos ore decantabant.

*¶ i. id eſt, teſtata redditurі.*

*¶ τῇ μετ' αὐτῆς.*

CAP. XVI.

PRæiuit autẽ Iudith hoc carmẽ gratulatoriũ inter omnes Iſraelitas, & vniuerſus populꝰ hãc laudem clara voce decantauit, cœpitque Iudith,

Ordimini Deo meo tympanis, Dominóq; meo cymbalis incinite: modulamini carmen ei, extollite laudem, & nomen eius inuocate.

¶1 ὁ θλίβ. Quoniam profligator bellorũ eſt Dominus, qui [1]poſuit in medio populi caſtra ſua, & me vindicauit de manu perſequentium.

Venit Aſſyrꝰ è mõtibꝰ ab Aquilone, venit cũ copiarũ ſuarũ myriadibꝰ, quarũ multitudo torrẽtes interclusit, vallẽſque equitatus operuit.

Aiebat ſe fines meos igni vaſtaturum, iuuenibúſque meis gladio peremptis, alliſiſque ſolo lactentibꝰ, prædæ daturum infãtes meos, abacturúmque virgines. Dominꝰ omnipotẽs manu fœminæ fruſtratus eſt eos.

Neque enim iuuenum opera robuſtus occubuit, nec ceciderunt eũ nati Titanibus, nec excelſi gigãtes aggreſſi ſunt, ſed Iudith Merari filia pulchritudine faciei ſuæ diſſipauit ipſos.

¶2 πονέν-των. Cum enim exuiſſet veſtitũ viduitatis ſuæ, [veſtéſque feſtiuas induiſſet,] vt [2]laborantes Iſraelitas eueheret, facie ſua vnguento peruncta, & redimitis mitra capillis ſuis, ſtoláque quam ſumpſit lineam, decepit illum.

Sandalium eius oculum hominis rapuit, & pulchritudine huiꝰ captus eſt illius animus, ceruicem ipſius penetrauit acinacis.

Perſæ exhorruerunt audaciam eius, ſtupuerúntque Medi fiduciam.

Tum iubilauerunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt [ſiti torridi,] territique ſunt illi, & ſublato clamore in fugam conuerſi.

Filij puellarũ cõfoderũt illos, & vt ſeruos fugitiuos vulnerauerũt prælio Domini Dei mei diſperditos

Carmẽ & laudẽ cãtabo Domino. Magnus es Domine & glorioſus, admirandus viribus, & inuictus.

Tibi ſeruiat vniuerſum opificium tuum, quoniam iuſſiſti, & extitit: miſiſti ſpiritum tuum, & prodijt, nec eſt quod voci tuæ reſiſtat.

Mõtes enim à fundamentis emouebuntur cũ aquis, petræque in modum ceræ liqueſcent à conſpectu tuo, cum ſis ijs qui te metuunt propitius.

Quoniam paruũ eſt omne quamuis gratum odore ſacrificium, omniſque holocauſto crematus adeps minimus, præ eo qui reueretur Dominum, & per omnia magnus eſt.

Væ gentibus in genus meum cõſurgentibus, Dominus omnipotens vindicabit eas die iudicij, cũ immittet corporibus eorum ignem & vermes quorum perpetuo ſenſu lugeant.

¶Vt autẽ venerunt Hieroſolymã, adorauerũt Dominũ, & luſtrato populo holocauſta ſua, gratuitáq; donaria, ac munera obtulerunt. Et dedicauit Iudith omnẽ ſupellectilẽ Holophernis à populo ſibi traditã, & conopœũ quod ipſa cubiculo eiꝰ abſtulerat, donariũ Domino cõſecrauit. Cúmq; populus celebrando lætitiam, Hieroſolymis in cõſpectu ſacrorũ tres mẽſes peregiſſet, Iudith ibidẽ permanſit. Exactis autem diebus illis ad ſuam quiſq; poſſeſſionẽ reuectus eſt, remeauitq; Iudith Bethuliã, & in bonis ſuis habitauit. Fuit autẽ ætate ſua per totã terram inclyta, procóſq; multos habuit: nullus tamẽ vir ea potitus eſt omni tẽpore vitæ eius, poſtquã Manaſſes maritꝰ eiꝰ morte obita ſepulturæ gẽtis ſuæ mãdatꝰ fuerat. ¶Proceſſit inquã ad claritatẽ eximiã donec in domo viri ſui ad cẽteſimũquintũ annũ ætatis peruenit, & manumiſſa ancilla ſua, & obijt Bethuliæ, & ſepulchro viri ſui Manaſſis mãdata eſt. Luxitq; eã domꝰ Iſraelitica ſeptem diebꝰ. Cæterũ antequam moreretur, bona ſua Manaſſi viro ſuo ſibiq; genere proximis diſtribuit. Nõ extitit autẽ in vita Iudith qui perterreret Iſraelitas, nec poſt obitum eius multis temporibus. [Porrò dies huius victoriæ ſolẽnis in numerum ſacrorum dierũ adſcriptus ab Hebræis, ex eo tempore ad præſentem vſq; diem cultus eſt ab iiſdem.]

CAP. XVI.

TVnc cãtauit canticũ hoc Domino Iudith, dicẽs, Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius. — *Iudith Domino, hanc eandem canit ob victoriã*

Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorũ.

Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ: [cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles. — *T. 7. c.*

Dixit ſe incẽſurum fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem:

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.

Non enim cecidit potens eorum à iuuenibꝰ, nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes impoſuerũt ſe illi, [ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum. — B — *T. 10. d.*

[Exuit enim ſe veſtimẽto viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael. — *T. 10. d.*

Vnxit faciẽ ſuã vnguẽto, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouã ad decipiendũ illum.

Sandalia eius rapuerũt oculos eius, pulchritudo eiꝰ captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

Horruerũt Perſæ cõſtantiã eiꝰ, & Medi audaciã eius.

Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.

Filij puellarum compunxerũt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cãtemus Deo noſtro.

Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt. — C

Tibi ſeruiat omnis creatura tua: [quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ. — *Gen. 1.* — *pſal. 32. b.*

Montes à fundamentis mouebũtur cum aquis, petræ ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.

Qui autẽ timent te, magni erũt apud te per omnia.

Væ gẽti inſurgẽti ſup genꝰ meũ: Dominꝰ enim omnipotẽs vĩdicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos

Dabit enim ignẽ & vermes in carnes eorum, vt vrãtur & ſentiant vſque in ſempiternum.

¶Et factũ eſt poſt hæc, omnis populꝰ poſt victoriã venit in Ieruſalẽ adorare Dominũ: & mox vt purificati ſunt, obtulerũt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiões ſuas. Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis quæ dedit illi populꝰ, & conopœũ quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſiꝰ, [obtulit in anathema obliuionis. Erat autẽ populꝰ iucũdus ſecundũ faciẽ ſanctorũ, & per tres mẽſes gaudiũ huiꝰ victoriæ celebratũ eſt cũ Iudith. Poſt dies autẽ illos vnuſquiſq; redijt in domũ ſuã, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael. Erat etiã virtuti caſtitas adiũcta, ita vt nõ cognoſceret virũ omnibꝰ diebꝰ vitæ ſuæ, ex quo defũctꝰ eſt Manaſſes vir eiꝰ. Erat autẽ diebꝰ feſtis procedẽs cũ magna gloria. ¶Mãſit autẽ in domo viri ſui annos cẽtũquinq;, & dimiſit abram ſuã liberã, & defuncta eſt ac ſepulta cũ viro ſuo in Bethulia. [Luxitq; illã omnis populꝰ diebꝰ ſeptẽ. In omni autẽ ſpatio vitæ eiꝰ nõ fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis. Dies autẽ victoriæ huiꝰ feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſanctorũ dierũ accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentẽ diẽ. — *Parta victoria venit omnis populus Ieruſalem ad adorandum.* — *1. Reg. 6. b.* — D — *Iudith moritur.* — *Gen. 50. b.*

# Liber Eſther.

V. CAP. I.

Aſſuerus conuiuiũ parat prin.ipibus ſuis, vt potẽtiã & gloriã ſuã omnibus oſtenct.

¶[c] fecit

IN DIEBVS Aſſueri qui regnauit ab India vſq; Aethiopiã ſuper cẽtũ vigintiſeptẽ prouincias: quãdo ſedit in ſolio regni ſui, Suſan ciuitas regni eius exordiũ fuit. Tertio igitur anno imperij ſui [c]fecerat grãde cõuiuiũ cũctis principib[9], & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarũ, & Medorũ inclytis, & præfectis prouinciarũ corã ſe, vt oſtẽderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinẽ, atq; iactãtiã potẽtiæ ſuæ, multo tẽpore, cẽtũ videlicet & octoginta diebus. Cũmq; implerẽtur dies conuiuij, inuitauit omnẽ populũ qui inuent[9] eſt in Suſan à maximo vſq; ad minimũ: & iuſſit ſeptẽ diebus cõuiuiũ præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu cõſitũ erat. Et pẽdebant ex õni parte tẽtoria aerei coloris, & carbaſini ac hyacinthini, ſuſten-
B tata funib[9] byſſinis, atq; purpureis qui eburneis circulis inſerti erãt, & colũnis marmoreis fulciebãtur. lectuli quoq; aurei & argẽtei, ſuper paulmentũ ſmaragdino & pario ſtratũ lapide, diſpoſit: erãtq; mira varietate pictura decorabat. Bibebãt autẽ qui inuitati erãt, aureis poculis, & alijs atq; alijs vaſis cibi inferebãtur. Vinũ quoque, vt magnificẽtia regia dignũ erat, abũdãs & præcipuũ ponebatur. Nec erat qui nolẽtes cogeret ad bibẽdũ: ſed ſicut rex ſtatuerat, præponẽs mẽſis ſingulos de principib[9] ſuis vt ſumeret vnuſquiſq; quod vellet. ¶Vaſthi quoque regina fecit conuiuiũ fœminarũ in palatio, vbi rex Aſſuerus manere cõſueuerat. Itaq; die ſeptimo, cũ rex eſſet hilarior, & poſt nimiã potationẽ incaluiſſet mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas, ſe-
E ptẽ eunuchis qui in cõſpectu ei[9] miniſtrabãt, vt introducerẽt reginã Vaſthi corã rege, poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtẽderet cũctis populis & principib[9] pulchritudinẽ illius: erat enim pulchra valde. Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mãdauerat, venire cõtẽpſit. Vnde irat[9] rex, & nimio furore ſuccẽſus, interrogauit ſapientes qui ex more regio ſemper ei[9] adhærebãt, & illorũ faciebat cũcta cõſilio, ſciẽtium leges, ac iura maiorũ: (erant autẽ primi & proximi, Charſena & Sethar & Admãtha & Tharſis & Mares & Marſana & Mamuchan, ſeptẽ du-

Vaſthi regina iuſſu regis accerſita, recuſat ad eũ venire.

Vaſthi pulchra.

Rex, ſapiẽtũ conſilio eam repudiat.

¶[q] aderant

N. CAP. I.

FACTVM eſt in dieb[9] Aſueri, (is eſt Aſuerus qui imperitabat ab India vſque ad Aethiopiam centũ & vigintiſeptem prouincijs,)[1] in diebus inquam illis[1] quũ ſederet rex ipſe Aſuerus in ſolio regni ſui quod erat in Suſan metropoli.[2] Anno tertio regni ſui apparauit cõuiuium cunctis principib[9] ſuis atque ſeruis ſuis, [3]robur[3] Perſarũ atque Medorũ, [4]cum ducibus & præſidib[9] prouinciaru[4] erat corã eo:[5] Ipſe verò oſtentabat opes & gloriã regni ſui, & carũ ſplendorem magnificentiæ ſuæ, idque diebus multis, nẽpe centum octoginta diebus.[6] Exactis autem illis dieb[9],[7] parauit rex populo quoq;, omni ſcilicet qui inuentus fuit in Suſan metropoli,[8] ſiue ſummi eſſent ſiue infimi,[8] conuiuiũ ſeptem diebus[9] in atrio hortorum domus regis.[9] [Erãt illic aulæa] cãdida,[10] carbaſina[10] [&][11] hyacinthina,[11] funibus byſſinis & purpureis[12] ſuſpenſa ſuper arcus argenteos [qui innitebatur] columnis marmoreis.[13] lectuli[13] erant aurei & argẽtei ſuper pauimentum[14] [cõſtratum lapide] marmoris Pario & varicolore.[15] Potabant ex[16] vaſis aureis, [c]mutabãntque vaſa alia poſt alia:[16] & vinum[17] [dabatur] regium, idque copioſum iuxta imperiũ regis.[17] Erat &[18] lex bibendi, vt neminem quis cogeret: nã ſic ordinarat rex per omnes qui præerant in domo ſua, vt facerent iuxta cuiuſque volũtatẽ.[18] ¶Sed & Vaſthi regina apparauit cõuiuium fœminarum in domo regia quæ erat regi Aſuero.[19] Die ſeptimo[19] quũ cor regis à vino[20] exhilaratũ eſſet,[21] dixit ad[21] Mehumã, Bizthan, Harbonam, Bigtham, Abagtham, Zethar & Charcas ſeptem[22] cubicularios,[22] qui miniſtrabant in cõſpectu regis Aſueri, vt introducerent Vaſthi reginam[23] in cõſpectum regis[23] cum corona regia, vt oſtenderet populis & principib[9] pulchritudinem eius:[24] eleganti enim erat forma.[24] At regina Vaſthi renuit venire[25] iuxta imperium regis per cubicularios:[25] hinc rex vehemẽter iratus eſt, ita vt exardeſceret furor eius in eo. Tum ait rex ad ſapiẽtes,[26] peritos tẽporũ,[26] (hũc enim[17] morẽ habebat rex: ante omnes qui legũ & iudiciorũ gnari erant. ex intimis autẽ [conſiliarijs] qui ei aſſidebãt, tum erant Carſchan,[27] Sethar, Admatha, Tharſis, Meres, Marſena & Memuchan, ſeptẽ ſcilicet princi-

¶1 ſub. euenit. ſiue cõtigit. Hæc hiſtoria geſta fuit tẽpore captiuitatis Babylonicæ, quando oẽs Iudæi apud Perſas, Medos, Aſſyrios & Chaldæos in exilio agebãt. Quis iſte fuerit Aſſuerus qui Eſther Iudæi vxorẽ duxit, dubiũ eſt. Hebræi vno cõſenſu ſentiunt iſtũ Aſſuerũ genuiſſe ex Eſther Dariũ Perſam, cui[9] regni anno ſecundo fuit extructũ tẽplũ Ieroſolymitanũ. Fuit & alius Dari[9] Medus, ſed q iſtũ aliquot annis præceſſerit. Dicunt & Mardochæũ fuiſſe huius hiſtoriæ ſcriptorẽ: quod colligũt ex fine capitis noni hui[9] libri quo capite finit liber Eſther apud Hebræos. ¶2 q.d. quũ reb[9] ſumma trãquillitate, & alta pace frueretur, quũ victis hoſtibus ſederet in ſolio ſuo, quod erat in Suſan vrbe illa regia metropolitana.

¶3 Ante hãc vocẽ ponẽdũ eſt punctũ. q.d. facto & abſoluto cõuiuio, vires Perſidis. i. Potẽtiſſimi quiq;. ¶4 Heb. ſatrapæ & principes prouinciarũ [erãt] corã illo. i. remãſerunt in aula cum rege facto cõuiuio potẽtiſſimi quiq., tantiſper dum oſtẽderet illis potentiã regni ſui. Per appoſitionẽ dictũ, robur Perſarũ & Medorũ ſatrapæ & principes prouinciarũ. ¶5 Heb. In facere videre ipſum opes. i. tãtiſper dũ oſtẽtaret illis diuitias. ¶6 nẽpe C L X X X dieb[9] quib[9] oſtẽtauit opes & gloriã regni. q.d. poſtquã oſtẽtauit opes &c. ¶7 apparauit rex ipſe oĩ populo ¶8 Heb. à magno vſq; ad paruũ. Hoc refertur ad gradũ. q.d. cuiuſcũque cõditionis hoĩes. ¶9 vel, in veſtibulo horti palatij regis. i. ſui. antecedẽs pro relatiuo. ¶10 & viridia ¶11 i. rubri coloris, Gallice, cõme d'ung oillet. ¶12 tẽta [vel. alligata] in circulis argẽteis & colũnis. i. aulæa erãt funib[9] byſſinis alligata ſemicirculis argẽteis, qui infixi erãt columnis marmoreis. vel potius tenebãtur & cõprehendebantur aulæa illa funib[9] byſſinis ſuper ſemicirculos argẽteos. i. funib[9] traiectis per circulos argenteos, ſiue fibulas argẽteas, [&] ſuper colũnas marmoreas. i. qui funes byſſini fulciebãtur & retinebãtur columnis marmoreis. His tẽtorijs tã pretioſis protegebantur ab iniuria ſolis. ¶13 Lectis veteres ad cõuiuia vtebãtur, iacẽtẽſque cibũ ſumebãt. ¶14 prophiriticũ, & marmoreũ, & Pariũ & hyacinthinũ. ¶15 Heb. Propinabãt autem in ¶16 Heb. & vaſa à vaſis [erãt] diuerſa. i. vaſis aureis diuerſis porrigebãt vinũ. ¶17 Heb. regni erat multũ iuxta manũ regis. i. regiũ vinũ abundabat, pro facultate & magnificentia regis. Gallice, ſelon le pouoir du Roy, ou, cõme appartient a vng Roy. ¶18 Heb. potatio ſecũdũ legẽ, nemo erat cogẽs: quia ſic fundauerat [i. præceperat] rex oĩ præfecto dom[9] ſuæ vt facerẽt pro volũtate viri & viri. i. potatio certa quadã lege erat inſtituta: nemo erat qui cogeret ſodalẽ bibere. quia ſic firmiſſime ſeruãdũ præceperat rex, ne ſcilicet vllus cogeretur: præceperat inquã vnicuique præfecto domus ſuæ vt facerẽt pro volũtate & arbitrio vniuſcuiuſq;. ¶19 i. poſtremo die illius cõuiuij ab Aſſuero celebrati. ¶20 vel, redditũ eſſet [ſolito] læti[9], ¶21 pro, mãdauit ipſi &c. ¶22 eunuchis, ¶23 Hebraiſmus, pro ad ſe. ¶24 Heb. quia bona erat aſpectu. ¶25 Heb. in verbo regis quod erat i manu eunuchorũ. i. ad imperiũ regis quod mãdauerat per eunuchos. ¶26 i. qui callebãt quæ retroactis tẽporib[9] geſta fuerãt à maiorib[9], qui vetuſta multa exẽpla tenebãt memoria. ¶27 Hæc parẽtheſis finitur ante hæc verba, Quid fiet &c. ſic autẽ vertẽdũ dictionib[9] aliquot ſubauditis, quia ſic erat mos regis [ponẽdi in deliberationẽ quid fieri deberet] corã omnibus peritis legũ & iuriũ. proximi autẽ illi, ſcilicet Aſſueri, erant Carſan &c. i. talis erat conſuetudo regũ Perſidis deferendi ardua ad peritos legũ & iuriũ. qui autem tum erant primæ apud illum authoritatis, iſti ſunt Carſan &c.

¶18 .i. qui verſab atur in cubiculo regis,& erant eius familiares. ¶19 Heb. qui ſedebat primum in regno .i. qui in adminiſtratione regni primas tenebant Hic eſt finis parentheſis. ¶20.i.ſecundum rationé legum, ¶21 cunctos ¶22 Heb. Egredietur enim verbū ¶23 Heb. ad faciendum ſpernere.i.qd anſa & occaſio erit vt contemnãt,& vnde fiet vt ſpernãt &c. ¶24.i. arroganter,impudéter, & magno faſtu.qui declaratur per oculos. magno ſupercilio.q.d. vnde fiet vt abiecto pudore ſpernãt mulieres viros ſuos. ¶25 Heb.in dicere ipſos.ſub. narratores. Phraſis Hebraica:relatiuũ ſine antecedente.i. dũ dicetur, népe q rex Aſſuerus &c. ¶26 quo ſcilicet facinus Vaſthi peruenerit ad aures illarũ. Aut poſt vertendum eſt. Et de die illo loquentur principes mulieres Perſidis & Mediæ, quæ audierint facinus reginæ,cunctis &c.i hunc dié in ore habituræ ſunt, & de eo quod factũ eſt hoc die cõmentabuntur apud omnes maritos ſuos.

pes Perſiæ & Mediæ,[18]intuẽtes vultũ regis,[19]qui primas obtinebant in regno,) Quid fiet reginæ Vaſthi[20]iuxta legé,' quód non fecit imperiũ regis Aſueri,quod [ſ.imperauit] per[21]cubicularios? Reſpõdit Memuchã coram rege & principibus' Regina Vaſthi nõ in ſolum regẽ peccauit,ſed & cõtra omnes principes,& contra omnes populos qui ſunt in omnib[9] prouincijs regis Aſueri. [22]Diuulgabitur enim factũ reginæ apud omnes mulieres,[23]vt cõténant maritos ſuos[24]in oculis ſuis, [25]dicétes,' Rex Aſuerus iuſſit introduci Vaſthi reginam in cõſpectum ſuũ,at illa nõ venit. Quin &[26]hoc ipſo die vxores principũ Perſarũ & Medorum, quæ factũ reginæ audierunt, dicét cunctis principibus regis, &[27]ſatis erit cõtéptus ac indignationis.'Si igitur bonũ videtur regi, exeat edictum regiũ[28]à conſpectu eius, ſcribatúrque[39]iuxta decreta Perſarum & Medorum,'(quę tranſgredi fas non eſt,) [40]vt Vaſthi in cõſpectũ regis Aſueri nõ ingrediatur,deinde dignitatem regiam quã ipſa habuit det rex ſociæ ipſius,quę melior ipſa eſt.' Audietur hæc ſententia regis, quã[41]edet' per vniuerſum regnum ſuũ,([42]quod magnũ eſt.') & in pretio habebũt omnes mulieres maritos ſuos,[43]ſiue ſummæ fuerint ſiue infimę.' Placuit hoc verbũ[44]tam regi quàm principibus:' fecitque rex quéadmodum loquutus erat Memuchan, Mittés epiſtolas per omnes prouincias[45]regis,' in ſingulas inquã prouincias[46]ſecundũ ſcripturam eius[prouinciæ:] ad ſingulos etiã populos[47]iuxta linguã eorũ,vt quiſque maritus[48]imperitaret' in domo ſua:[49]loquut' itaque eſt iuxta linguã cuiuſq; populi.' CAP. II.

POſt hæc geſta, quum furor regis Aſueri reſediſſet,[1]méttonem fecit' ipſius Vaſthi,& eorũ quæ commiſerat, & ſententiæ quæ in eam lata erat, Dixerúntque pueri regis qui ei miniſtrabant,[2]Quærant regi puellas virgines formoſas. [3]Conſtituit itaq; rex inſpectores quoſdã per omnes prouincias regni ſui,[4]qui cõgregarent' omnes puellas virgines elegãti forma,ad Suſan[5]regiam arcé[6]in gynæceum,[7]ſub manũ Hege eunuchi regis cuſtodis' mulierũ,[8]qui daret[eis][9]mundum muliebré:' Quæ vero puella[10]placeret' oculis regis,[11]regina fieret' pro Vaſthi. placuit hæc res regi,[12]vt ſic faceret.' ¶Erat cũ[13]Iudæus,' quiſpiam in Suſan regia arce, cui' nomen Mardochæus,filius Iair,filij Simei, filij Kis,[14]vir Iemini,' qui abductus fuerat[15]Ieroſolymis' cũ tráſmigratione ea quæ abducta fuerat cũ Iechonia rege Iehuda,[16]quẽ captiuum abduxit' Nabuchodonoſor rex Babylonius. Is[17]enutriebat' Hadaſa quæ & Eſter, filiã patrui ſui: quãdoquidé nec parẽté habuit nec matrem. erat autem puella[18]venuſta forma,' & elegãti aſpectu, quam Mardochæus poſt mortẽ patris eius & matris eius ſibi in filiam adoptauerat. ¶Quũ ergo præceptũ regis & decretum eius[19]euulgatũ' eſſet, cõgregarentúrque puellæ multæ in Suſan regiã arcẽ[20]ſub manũ Hegai,[21]recepta' eſt & Eſther in ædes regias ſub manũ

ces Perſarũ,atq; Medorũ qui videbãt faciem regis,& primi poſt eũ reſidere ſoliti erant:ut ſententiæ Vaſthi regina ſubiaceret,quę Aſſueri regis imperiũ,quod per eunuchos mãdauerat, facere noluiſſet. Reſpõditq; Mamuchan, audiente rege, atq; principibus, Non ſolũ regẽ læſit regina Vaſthi,ſed & omnes populos,& principes qui ſunt in cũctis prouincijs regis Aſſueri. Egredietur enim ſermo reginæ ad omnes mulieres, vt contẽnant viros ſuos,& dicãt,Rex Aſſuerus iuſſit vt regina Vaſthi intraret ad eum, & illa noluit. Atq; hoc exẽplo omnes principũ coniuges Perſarum atq; Medorũ, paruipendent imperia maritorũ. vnde regis iuſta eſt indignatio. [a]Si tibi placet, egrediatur edictũ à facie tua, & ſcribatur iuxta legem Perſarũ atq; Medorum,quã præteriri illicitũ eſt, vt nequaquã vltra Vaſthi ingrediatur ad regé,ſed regnum illius,altera quę melior eſt illa,accipiat. Et hoc in omne(quod latiſſimũ eſt) prouinciarũ tuarũ diuulgetur imperiũ,& cũctæ vxores tã maiorum q̃ minorũ deferant maritis ſuis honorem. Placuit cõſiliũ eius regi & principibus:fecitque[b]iuxta cõſiliũ Mamuchan, & miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui, vt quæq; gens audire & legere poterat, diuerſis linguis & literis, eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis:& hoc per cunctos populos diuulgari. CAP. II.

HIs[c]itaque' geſtis, poſtquã regis Aſſueri indignatio deferbuerat, [d]recordata' eſt Vaſthi, [e]quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet: Dixerúntq; pueri regis, ac miniſtri eius, Quærãtur regi puellæ virgines ac ſpecioſæ, & mittãtur qui conſiderẽt per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas & virgines:& adducãt eas ad ciuitatem Suſan, & tradant eas in domũ fœminarũ ſub manu Egei eunuchi, qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierum regiarũ:& accipiant mũdũ muliebré, & cætera ad vſus neceſſaria. Et quæcũq; inter oẽs oculis regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi. placuit ſermo regis: & ita vt ſuggeſſerant, iuſſit fieri. ¶Erat vir Iudæ' in Suſan ciuitate, vocabulo Mardochæus, fili' Iair, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Iemini qui tráſlat' fuerat de Ieruſalẽ eo tẽpore quo Iechoniã regẽ Iuda, Nabuchodonoſor rex Babylonis tráſtulerat, qui fuit nutritii' filiæ fratris ſui Edisſæ, quæ altero noie vocabatur Eſther:& vtrũque parẽtẽ amiſerat: pulchra nimis,& decora facie. Mortuiſq; patre ei' ac matre, Mardochæ' ſibi eã adoptauit in filiã. ¶Cúmq; percrebruiſſet regis imperiũ, & iuxta mãdatũ illius multæ pulchræ virgines adducerẽtur Suſan, & Egeo traderẽtur eunucho:Eſther quoque inter cæteras puellas ei

D

¶[a]Et

¶[b]rex Edictũ regis de imperio virorum in vxores.

¶[c]ita ¶[d]recordatus ¶[e]& Quærũtur regi Aſſuero puellæ, inter quas erat Eſther.

Mardochæus adoptat Eſther in filiã.

4.Reg. 24.d.

Pulchra Eſther.

B

¶17 abũde magnus[erit] contẽptus & furor.i.tũc eueniet vt vxores contẽnãt viros ſuos,& mariti excandeſcãt in vxores ſuas. ¶18.i. pronũtietur nomine eius, ¶19 inter leges Perſidis & Mediæ. & non tráſeat.i. ſcribatur in libro cõſtitutionũ Perſidis & Mediæ, neq; obliteretur.q.d.ſcribatur ſentẽtia irreuocabili. ¶40 vl,népe q nũquã ventura ſit regina Vaſthi in conſpectũ regis Aſſueri quódq; daturus ſit rex ſodali ſuæ regiã eius dignitaté meliori ipſa.ſiue præſtantiori. ¶41 ſub.aduerſus Vaſthi. ¶42 quiuis magnũ ſit.Imperabat enim multis ſatrapis & prouincijs. ¶43 Heb.à maximo vſq; ad minimũ.i.tam paruos quàm magnos. ¶44 Heb.in oculis regis & principum: ¶45 Antecedẽs pro relatiuo.ſibi ſubditas ¶46.i.characterib' quib' vti ſolebãt illæ prouinciæ: ¶47.i.eo idiomate quo vtebitur ſinguli populi. ¶48 eſſet dominus ¶49 Heb.& loquerẽtur ſermone populi ſui.i.vernaculo.hoc eſt,& promulgarẽt lingua propria edictũ regiũ vxoribus,vt ab illis intelligi poſſet. II. ¶1 Heb.meminit.Iſtud nõ ſolum ad mẽtem refertur,ſed etiã ad ſermonem.q.d.ſermoné habuit de facinore illius in cõſpectu ſuorũ miniſtrorum. ¶2 ſub.quæſitores.i. hi quibus id oneris impoſitum fuerit. ¶3 Et cõſtituat rex præfectos ¶4 & cõgregent ¶5 vrbẽ metropolitanam ¶6 vl,in domum mulierũ, ¶7 ſub.regiarũ ¶8 & largiatur ¶9 mũdatoria earum.i.ea quib' ſordes corporis detergere ſolẽt,& cutẽ ſuam curare,ſeque ornare. ¶10 placuerit ¶11 regnet ¶12 fecitq; ſic. ¶13.i.de tribu Iuda ¶14.i. de ſtirpe Béniamin.hoc dicit vt oſtẽdat eũ fuiſſe de ſemine regio. ¶15 vl,ab Ieruſalẽ ¶16 quã captiuitatẽ abduxerat ¶17 nutriuerat ¶18 pulchra ſpecie. hoc refertur ad habitum corporis. ¶19 Heb.auditum ¶20.i.ad Hagai ¶21 vl, aſſumpta

Eſther cũ cæteris pulchris puellis ſeruatur in domo regis.

tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarũ. Quæ placuit ei, & inuenit gratiã in conſpectu illius: & præcepit eunucho vt acceleraret mũdum mulliebré, & traderet ei partes ſuas, & ſepté puellas ſpecioſiſſimas de domo regis, & tam ipſam, q̃ pediſequas eius ornaret atq; excoleret. Quæ noluit indicare ei populũ & patriã ſuã: Mardochæ⁹ enim præceperat ei vt de hac re omnino reticeret qui deãbulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electę virgines ſeruabãtur, curã agés ſalutis Eſther, & ſcire volens quid ei accideret. ¶Cum auté veniſſet tẽpus ſingularũ per ordiné puellarũ, vt intrarent ad regé, expletis omnibus quæ ad cultũ muliebrẽ pertinebãt, mẽſis duodecim⁹ vertebatur: ita dũtaxat, vt ſex mẽſibus oleo vngerẽtur myrtino, & alijs ſex quibuſdã pigmẽtis & aromatibus vterẽtur. Ingredientéſq; ad regé, quicquid poſtulaſſent ad ornatũ pertinẽs, accipiebãt: & vt eis placuerat, cõpoſitæ, de triclinio fœminarũ ad regis cubiculũ tranſibãt. Et quę intrauerat veſpere, egrediebatur mane, atq; inde in ſecũdas ædes deducebãtur quæ ſub manu Saſagazi eunuchi erãt, qui concubinis regis præſidebat: nec habebat poteſtatẽ ad regẽ vltrà redeundi, niſi voluiſſet rex, & eã venire iuſſiſſet ex nomine. ¶Euoluto autẽ tempore per ordiné, inſtabat dies quo Eſther filia Abihail fratris Mardochæi, quã ſibi adoptauerat in filiã, deberet intrare ad regẽ. quæ non quæſiuit mulliebré cultũ, ſed quæcunq; voluit Egeus eunuchus cuſtos virginũ, hęc ei ad ornatũ dedit. erat enim formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omniũ oculis gratioſa & amabilis videbatur. Ducta eſt itaq; ad cubiculũ regis Aſſueri mẽſe decimo qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno regni ei⁹. Et adamauit eã rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiã & miſericordiã coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eã regnare in loco Vaſthi. Et iuſſit cõuiuiũ præparari permagnificũ cũctis principibus, & ſeruis ſuis pro cõiũctione, & nuptijs Eſther: & dedit requiẽ vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt iuxta magnificentiã principalẽ. ¶Cũmq; & ſecũdò quærerentur virgines & cõgregarẽtur, Mardochæus manebat ad ianuã regis. necdũ prodiderat Eſther patriã & populum ſuũ, iuxta mandatũ eius. quicquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther: & ita cũcta faciebat vt eo tempore ſolita erat quo eam paruuli nutriebat. ¶Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati ſunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis qui ianitores erãt, & in primo palatij limine reſidebãt: volueruntq; inſurgere in regẽ, & occidere eũ. Quod Mardochęũ nõ latuit: ſtatimq; nũciauit reginæ Eſther: & illa regi ex nomine Mardochæi qui ad ſe rẽ detulerat. Quæſitũ eſt, & inuentũ: & appenſus eſt vterque eorum in patibulo. Et iuſſit rex vt in libro memoriali ſcriberetur, vt pro vita ſua aliquid repenſaret ei.

C

¶myrrhino,

¶deducebat

Eſther ad regẽ introducitur: quæ præ cæteris illi placens, regina efficitur.

D

Bagathan & Thares inſidiantes vitæ regis ſuſpenduntur.

¶præſidebant:

Hegai cuſtodis mulierũ. Placuit hæc puella oculis[21] eius, [22]conciliauitq; ſibi gratiã in conſpectu eius, feſtinánſq; dedit ei [23]mundũ eius & [24]partes ei⁹, atq;[curauit] vt ei darétur ſepté puellæ [25]accõmodæ ex ædib⁹ regijs, & [26]in gynæcio mutauit eam & puellas ei⁹, idq; bonoſearum.] Porrò Eſter nõ indicabat populum ſuũ, & [27]natale ſuum ſolũ, quoniã Mardochæus præceperat ei ne indicaret. Singulis autem dieb⁹ deambulabat Mardochæus ante [28]atriũ gynæcij, vt reſciret [29]valerétne Eſter, & quid ei fieret. ¶Quũq; [30]appeteret tẽpus cuiuſq; puellæ, vt ingrederetur ad regem Aſuerum, (exactis videlicet duodecim mẽſibus, [31]quibus vnicuique fiebat iuxta ritũ mulierum. nã ſic [32]abſoluebantur dies quib⁹ ſe comebãt: ſex mẽſes ſcilicet [33]in vnctione myrrhina, & ſex mẽſes [34]odoribus & mũdo mulliebri.) [35]Cũ hac itaq;[præparatione] ingrediebatur [36]puella ad regem, & [37]quancunq; diceret, dabatur ei, vt cum ea ingrederetur è gynæcio in ædes regias. Veſpere [38]ingrediebatur, & mane reuertebatur ad gynæciũ [39]aliud, ſub manũ Saaſgas eunuchi regis cuſtodis cõcubinarũ: [40]nec ingrediebatur vltra ad regẽ, niſi rex eã [41]vellet, vocaretúrq; nominatim. ¶Quũ itaq; appeteret [42]tẽpus Eſter filiæ Abihail patrui Mardochæi, (qui eã ſibi filiã adoptauerat,) vt ingrederetur ad regẽ, [43]nihil poſtulauit, niſi quod [44]diceret Hegai eunuchus regis cuſtos mulierũ. [45]ſiquidẽ Eſter gratiã conciliauit ſibi in oculis omniũ qui eam intuebãtur. Recepta eſt itaq; Eſter ad regẽ Aſuerum in ædes eius regias mẽſe decimo, is eſt mẽſis [46]Tebeth, anno ſeptimo regni eius. Adamauit autẽ rex ipſam Eſter præ cũctis mulieribus, nactáq; eſt gratiã & [47]beneficentiã in cõſpectu eius ſupra omnes virgines; [adeo] vt imponeret capiti eius diadema regiũ, faceretq; eam reginam loco Vaſthi. Et apparauit rex cõuiuium magnũ cunctis principib⁹ ſuis & ſeruis ſuis, nẽpe [48]conuiuiũ Eſter, [49]remiſitque prouincijs, & dedit [50]fercula[regia] pro regia [51]munificentia. ¶Quũq; [52]denuo cõgregarentur virgines, ſedebat Mardochæus pro porta regis, [53]Eſter vero non indicauerat natale ſuũ ſolũ, nec populum ſuum, quẽadmodum præceperat ei Mardochæus: quin & iuſſum Mardochęi faciebat Eſter, quẽadmodũ[ante] dũ fuerat [54]ſub educatione eius. ¶Sub idem tẽpus quũ Mardochæus ſederet pro porta regis, iratus eſt Bigthan & Thæres, duo eunuchi regis ex cuſtodibus [55]liminis, [56]conãtes manus inferre regi Aſuero. Cognita eſt hæc res à Mardochæo, qui indicauit [hoc] Eſter reginæ, Eſter autẽ dixit[hoc] regi nomine Mardochæi. Et inquiſitione facta, inuentũ eſt negotium hoc, amboque [57]in crucẽ acti ſunt:

¶21 ſub. Hegai. .i. gratiſſima fuit illi eunucho. ¶22 Heb. acceptque gratiã .i. iniit gratiam ab illo. ¶23 purificatoria eius .i. quæ erãt illi neceſſaria ad curandã cutem ¶24 .i. quæcũq; conſtituerat rex vt daret, tradidit illi. ¶25 dignæ ipſa .i. quæ dignæ erant, vt illi miniſtrarẽt. q.d. tradidit illi non tantũ quæ ad ornatũ corporis erãt neceſſaria, verumetiã ad comitatum.

¶26 mutauit eã & puellas ei⁹ in melioré partẽ dom⁹ mulierũ. .i. derelicto & mutato priſtino domicilio tranſtulit eã vnà cũ puellis in præſtantioré partem totius domicilij. Poteſt & ſic verti. & mutauit eã & puellas eius in meli⁹ .i. in meliorem habitũ. hoc eſt reddidit eas formoſiores, & elegãtiores in gynæcio. ¶27 cognationem ſuam, ¶28 vl, fores, ſiue veſtibulum ¶29 Heb. pacem .i. qua valetudine eſſet ¶30 aduenisset ¶31 He. iuxta legé mulierũ .i. iuxta legẽ de mulierib⁹ latã. ¶32 explebãt dies purificationis ſuæ .i. quo ſe purificare debebant. ¶33 Heb. cũ oleo myrteo. ſic meli⁹, q̃ myrrheo. Duodecim mẽſes præteribãt antequã mulieres accederẽt ad regẽ. Interim dabãt operã curãdæ cuti priorib⁹ ſex mẽſib⁹, oleo myrteo: poſteriori ſemeſtri, aromatib⁹ vngi ſolebãt. ¶34 cũ aromatib⁹ & cũ mũdificationib⁹, quib⁹ ſcilicet mulieres vti ſolebãt ad curãdã cutẽ. ¶35 Heb. Et in hoc .i. poſt hoc, hoc eſt peracta hac purificatiõe. ¶36 De ſingulis puellis loquitur: per plurale verte oĩa. ¶37 quicqd poſtulabat[ſub. ab eunucho, vt elegantior eſſet] dabat illi, vel[ſub. qđ dabat ei] veniret cũ ea .i. ſecũ ipſa aſportaret quãdo proficiſceretur è gynæcio &c. ¶38 ſub. ad regẽ. ¶39 ſecũdũ. ita qdã Hebræorũ. Erãt eni duo gynęcia, vnũ vxorũ, alterũ cõcubinarũ. Doct⁹ inter Hebręos vertit ſecũdo, hoc modo, accedebãt ad regẽ, & iterũ reuertebãtur in domũ mulierũ. ¶40 vl, nõ ſolebat venire ¶41 deperiret illã, ¶42 vl, ſeries, ſiue ordo. quo ordine deducẽda erat ad regẽ, Gal. le tour. ¶43 quo ſci elegãti⁹ ornaret, aut elegãtior facies eius appareret. q.d. cõtẽta erat ſuo ornatu, cõtẽnebat omnẽ fucũ. Solebãt eni mulierib⁹ intraturis ad regẽ dare quæ ipſæ optabãt vt placerẽt regi. ¶44 dixiſſet ¶45 Heb. & fuit Eſther ferẽs gratiã &c. ¶46 Hic mẽſis dicit à nobis Decẽber. ¶47 fauorẽ .i. cõciliauit ſibi gratiã & fauorẽ illi⁹. ¶48 .i. quod celebrabat propter Eſther nouã coniugẽ. ¶49 Heb. quietẽ fecit .i. minuit tributa prouinciarũ propter ipſã Eſther. ¶50 munera ¶51 vl, magnificẽtia, ſiue, facultate. ¶52 ſiue, ſecundo. Iſtud refert ad tẽp⁹ ſecũdarũ nuptiarũ, habita ratione priorũ nuptiarũ Vaſthi, & poſteriorũ ipſius Eſther .i. tẽpore ſecũdarũ nuptiarũ. ¶53[Et tũc] Eſther nõ indicabat parentẽ ſuã .i. neq; Eſther idicabat, hoc eſt tacebat gẽtẽ ſuã. ¶54 He. in educatione cũ illo .i. cũ educabat apud illũ. ¶55 Quidã dicũt vocẽ Hebręã accipi pro ſupellectile: tũc hic erit ſenſus, duo ex cuſtodibus ſupellectilis .i. vaſorum aureorum. ¶56 quærẽtes, ¶57 ſuſpenſi ſunt in ligno.

¶[c]?.i.beneficiũ illud quod pręſtitit Mardochæus regi.

III.

¶1 Heb. magnificauit ¶2.i.de ſtirpe & cognatione ipſius Agag. ¶3.i. illi quib[9] cuſtodia corporis ipſius regis demandata erat

¶4 ſub.ante Hamã. ¶5 quo ſcilicet præcepit honoré deferri ipſi Haman.

¶6.i.vt periculũ facerent an perſeueraturus eſſet Mardochæus in ſentẽtia ſua. ¶7 Hac indicatione oſtẽdebat id Iudæis nõ licere, nẽpe deferre tã[?] honorẽ creaturæ, potiſſimũ arrogãti, qualis erat Hamã: qui honos ſoli Deo debebatur.

¶8 Gallice. & ne luy faiſoit point la court.

¶9 Heb. Et cõtẽpſit in oculis ſuis.i. pro nihilo duxit, flocci-pendit ¶10.i. illum eſſe Iudæũ. ¶11 Heb. & [tunc] quæſiuit Haman &c. .i. omne ſtudiũ ſuũ poſuit in hoc vt perderet tota gẽtem Iudæorũ. ¶12 He. populũ Mardochæi.ſub. Iudæos inquã, appoſitiue populũ Mardochæi.

& ſcriptũ eſt [a]hoc in libro annalium coram rege.

CAP. III.

POſteaquã hæc eſſent geſta, [1]euexit rex Aſuer[9] Haman filiũ Hamedatha [2]Agagæũ, & extulit eũ, poſuitq; ſoliũ eius ſupra oẽs principes quos habebat ſecũ. Et oẽs ſerui regis qui erãt [3]pro porta regis genu flectebãt & procidebant corã Hamã, (tũc enim de eo præceperat rex,) Mardochæ[9] vero nec genu flectebat, nec [4]procidebat. Dixerũt ergo ſerui regis qui erãt pro porta regis ad Mardochæũ, Quur tu præteris [5]pręceptũ regis? Quũq; quotidie [ſic] loquerentur ad eum, nõ audiebat eos: quod illi ipſi Haman indicarũt: [6]vt viderẽt num res Mardochæi cõſiſterent: indicauerat enim eis ſe [7]Iudæũ eſſe. ¶Videns itaq; Hamã q Mardochæus nõ genu flecteret nec [8]ante eum procũberet, repletus eſt furore, [9]Leuẽque ducebat inferre manus ſoli Mardochæo: indicauerãt enim ei [10]populũ Mardochæi. [11]quin Haman conatus eſt omnes Iudæos delere, qui in vniuerſo regno Aſueri erãt, [12]& qui erãt de populo Mardochæi. Mẽſe primo, hic eſt mẽſis [13]Niſan, anno duodecimo regis Aſueri, [14]curauit iacere [15]pur, hoc eſt ſortẽ, corã Haman, idq; [16]quotidie & [17]ſingulis mẽſibus, vſque in mẽſem duodecimũ, hic eſt mẽſis [18]Adar. [19]Dixit ergo Haman regi Aſuero, [20]Eſt popul[9] quidã diſiectus & [21]diſperſus inter populos per oẽs prouincias regni tui, quorũ leges variãt ab omniũ populorũ [legib[9],] qui nec regis decreta faciunt, nec [22]expedit regi vt illos [23][ſic] dimittat. Si ergo bonũ videtur regi, [24]ſcribatur [edictũ] promulgetur, vt hi perdãtur, decẽq; millia talẽtorũ argẽti appendã per manus eorum qui opus [25][hoc] exequentur, vt inferãtur in theſauros regis. Et tulit rex annulũ ſuũ de manu ſua, deditq; eũ Haman filio Hamedatha Agagæo hoſti Iudæorũ. [26]Aitq; rex ad Haman, Pecunia [27]data ſit tibi, ſimũlque popul[9] iſte, vt agas cũ illo quod tibi viſũ fuerit. ¶Scribæ igitur regis vocati ſunt mẽſe primo, decimatertia die eiuſdem, & ſcriptũ eſt ſicut præcepit Haman ad oẽs [28]præfectos regis, & ad duces qui præerãt ſingulis prouinciis, & ad principes ſingulorũ populorũ, [29]ad vnãquãq; prouinciã ſecũdũ ſcripturam ei[9], & ad quẽq; populũ ſecũdũ linguã ei[9]: [30]ſcriptũ autẽ [31]eſt noie regis Aſueri, obſignatũq; annulo regis. Miſſæ autẽ ſunt literæ [32]per man[9] curſorũ ad oẽs prouincias regis, ad delẽdũ, occidẽdũ & perdẽdũ oẽs Iudæos, [33]à iuuenẽ ad ſenẽ, pueros quoq; & mulieres, idq; vno eodẽq; die, nẽpe decimatertia die mẽſis duodecimi, q eſt mẽſis Adar, [34]vtq; eorũ facultates eorũ prædæ paterẽt. Exẽplar [35]ſcripti erat, vt affigeretur edictũ in oib[9] & ſingulis prouincijs, vulgaretũrque vniuerſis populis, vt eſſẽt parati [36]ad illũ diẽ. Egreſſi itaq; curſores impulſi iperio regis, & [37]affixũ eſt decretũ in Suſã arce regia. porrò rex & Hamã ſedebãt [38]& bibebãt, quũ interim [39]ciuitas Suſã pplexa eſſet.

mandatũmque eſt hiſtorijs, & annalibus traditum coram rege.

CAP. III.

POſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſoliũ eius ſuper omnes principes quos habebat. Cuncti-q; ſerui regis qui in foribus palatij verſabãtur, flectebãt genua, & adorabãt Aman: ſic enĩ præceperat eis imperator. ſolus Mardochæ[9] nõ flectebat genu, neq; adorabat eũ. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij [a]reſidebant, Cur præter cæteros nõ obſeruas mandatũ regis? Cũque hoc crebri[9] dicerẽt, & ille nollet audire, nũtiauerunt Aman, ſcire cupiẽtes verũ perſeueraret in ſententia. dixerat enim eis ſe eſſe Iudæũ. ¶Quod cũ audiſſet Aman, & experimento probaſſet q Mardochæ[9] nõ flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde, Et pro nihilo duxit in vnũ Mardochæũ mittere manus ſuas. audierat enim q eſſet gentis Iudææ. magiſque voluit omnẽ Iudæorũ, qui erant in regno Aſſueri perdere nationẽ. Mẽſe primo (cuius vocabulũ eſt Niſan) ãno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnã, quæ Hebraicẽ dicitur phur, corã Aman, quo die & quo menſe gens Iudæorũ deberet interfici: & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar. Dixitque Aman regi Aſſuero. Eſt populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtẽs legib[9] & ceremonijs, inſuper & regis ſcita contẽnens: & optimẽ noſti q nõ expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiã. Si tibi placet, decerne vt pereat, & decẽ millia talẽtorũ appẽdã arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex annulũ quo vtebat, de manu ſua, & dedit eũ Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorũ. Dixitque ad eũ. Argentũ quod tu polliceris, tuũ ſit: de populo [b]age quod tibi placet. ¶Vocatique ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, tertiadecima die eiuſdẽ menſis: & ſcriptũ eſt, vt iuſſerat Aman, ad omnes ſatrapas regis, & iudices prouinciarũ, diuerſarũmque gentiũ, vt quęque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarũ, ex nomine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo, Miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias, vt occiderẽt atq; delerẽt oẽs Iudæos, à puero vſque ad ſenẽ, paruulos & mulieres, vno die, hoc eſt tertiodecimo mẽſis duodecimi qui vocatur Adar, & bona eorũ diriperent. Sũma autẽ epiſtolarũ hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirẽt & pararẽt ſe ad prædictã diẽ. Feſtinabant curſores qui miſſi erãt regis imperiũ explere: ſtatimque in Suſan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuiũ, & cunctis Iudæis qui in vrbe erant, flentibus.

Aman exaltatũ à rege ſolus Mardochæus nõ adorat.

¶[a]præſidebant,

Videns Amã ſe cõtẽptũ à Mardochæo,

B omnium Iudæorũ interitũ ab Aſſuero impetrat.

¶[b]autem

D

.i.de quorũ gente erat Mardochæus. ¶13 Sic dicitur apud Hebræos Martius. ¶14 Heb. miſit. ſub. mittẽs ſ.aliquis. q.d. miſſæ ſunt ſortes inſpectãte Haman, vt ſcilicet deligeret ſibi & mẽſem & diẽ quo perderet Iudæos: eãdem inuenit q menſe XII poſſet fieri voti cõpos. ¶15 Heb. pur, ipſa eſt goral. ſ. ſors, quæ lingua Hebræa dicitur goral. Pur enim vox eſt Perſica idẽ ſignificãs. ¶16.i.à primo die mẽſis vſque ad diẽ decimũtertiũ menſis. ¶17 Heb. à menſe. ſub primo. ¶18 Hic reſpõdet noſtro Februario. ¶19 ſub. miſſis iam ſortib[9]. ¶20 Heb. Eſt ille popul[9] vnus. Abũdat ille. Præterea vnus pro quidã. Sic Galli. Il y a vng peuple. ¶21 q.d. pter ſeditiones ſimul habitare nequeũt. ſunt enim ſeditioſi. ¶22 vtile eſt ¶23 poti[9] ſubaudi in pace ¶24 ſcribatur [ad pꝛouincias] vt pdãtur. i. mittatur literæ regis ad ſatrapas quib[9] præcipiatur vt hi perdãtur. ¶25 Iſtud hoc, nõ erat ſubaudiẽdũ. Hebraice legitur, per man[9] faciẽtiũ op[9]. Per faciẽtes op[9] intelligit theſaurarios. ita enim Hebræi loquũtur. q.d. ſoluã theſaurarijs qui ea perferãt in ærariũ regis. ¶26 Reſpõditq; ¶27 data eſt. i. pecunia illa quã polliceris, tibi datur, ſeruato eã tibi ſimũlque do tibi populũ quẽ petis. ¶28 principes ¶29 Heb. prouinciæ & prouinciæ iuxta ſcripturã eius, & populi & populi ſecundũ linguã eius. Genus dicẽdi Hebraicũ. pro, iuxta ſcripturã ſingularũ prouinciarũ, & iuxta idioma ſingulorum populorũ. ¶30 erat. ſub. quod ſcriptũ erat. ¶31.i. opera curſorũ ¶32 vtque diriperẽt [vl, perderẽt] prædã eorũ. i. vt diriperẽt bona eorũ. Ordo inuerſus apud Hebræos. ¶33 literarũ erat vt darẽtur [. i. promulgaretur] lex quædã in ſingulis prouincijs, [ſ. exẽplar inquã] innotuit oib[9] populis, vt &c. ¶34.i. XIII diẽ mẽſis XII. ¶35 Heb. data fuit lex .i. promulgata fuit ¶36 Heb. ad bibendũ. i. interim indulgebãt genio. ¶37.i. Iudæi qui erãt in Suſan, turbati erãt admodum propter legem aduerſus eos latam. Continens pro contento: multi erãt Iudæi in Suſan.

CAP. IIII.

Luct⁹ Mardochæi ob iam paratam Iudæorũ necẽ.

QVæ cũ audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimẽta ſua, & indut⁹ eſt ſacco, ſpargẽs cinerẽ capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinẽ animi ſui. Et hoc eiulatu vſq; ad fores palatij gradiẽs. nõ enim erat licitũ, indutũ ſacco aulã regis intrare. In oĩbus quoq; prouincijs, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, plãctus ingẽs erat apud Iudæos, ieiuniũ, vlulat⁹, & fletus, ſacco & cinere multis pro ſtrato vtentib⁹. ¶Ingreſſæ autẽ ſunt puellæ Eſther & eunuchi, nũtiauerũtq; ei. quod audiẽs cõſternata eſt: & veſtẽ miſit, vt ablato ſacco[a] indueret eũ: quã accipere noluit. Accitóq; Athach eunucho, quẽ rex miniſtrũ ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochæũ, & diſceret ab eo cur hoc faceret. Egreſſúſq; Athach, iuit ad Mardochæũ & inuenit eũ ſtantẽ in platea ciuitatis, ante oſtiũ palatij. Qui indicauit ei oĩa quæ acciderãt, quomodo Aman promiſiſſet vt ĩ theſauros regis pro Iudæorũ nece inferret argẽtũ. Exẽplar quoq; edicti quod pẽdebat in Suſan, dedit ei vt reginæ oſtenderet, & moneret eã vt intraret ad regẽ, & deprecaretur eũ pro populo ſuo. Regreſſus Athach, nuntiauit Eſther oĩa quæ Mardochæus dixerat. Quæ reſpõdit ei, & iuſſit vt diceret Mardochæo, Oẽs ſerui regis, & cũctæ quæ ſub ditione ei⁹ ſunt, norũt prouinciæ, q̃ ſiue vir, ſiue mulier nõ vocat⁹, interius atriũ regis intrauerit, abſq; vlla cũctatione ſtatim interficiatur: niſi fortè rex aureã virgã ad eũ tetẽderit pro ſigno clemẽtiæ, atque ita poſſit viuere. Ego igitur quomodo ad regẽ intrare potero quæ triginta iam diebus nõ ſum vocata ad eũ? Quod cũ audiſſet Mardochæus, rurſum mãdauit Eſther, dicẽs, Ne putes q̃ animã tuã tãtũ liberes, quia in domo regis es præ cũctis Iudæis. Si enim nũc ſilueris, per aliã occaſionẽ liberabũtur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. & quis nouit vtrũ idcirco ad regnũ veneris, vt in tali tẽpore parareris? Rurſúmq; Eſther hæc Mardochæo verba mãdauit, Vade, & cõgrega oẽs Iudæos, quos in Suſã repereris, & orate ꝓ me. Nõ[b] comedetis, & nõ bibetis trib⁹ dieb⁹, & trib⁹ noctib⁹: & ego cũ ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tũc ingrediar ad regẽ, cõtra legẽ faciẽs, nõ vocata, tradẽnſque me morti & periculo. Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Eſther præceperat. C. V.

¶[a] inducrent eum:

B Petit Eſther à Mardochęo ꝑ eunuchu cauſam luctus.

C Mardochæus ſuadet ipſi Eſther vt regem pro populo deprecetur.

D

Eſther ad regẽ ingreſſura, iubet pro ſe orari.

¶[b] comedatis & bibatis

Eſther intrãs ad regẽ, petit vt ipſe & Aman ad cõuiuiũ veniãt

DIe autẽ tertio induta eſt Eſther regalib⁹ veſtimẽtis, & ſtetit in atrio dom⁹ regiæ, quod erat interius, cõtra baſilicã regis: at ille ſedebat ſuper ſoliũ ſuũ in cõſiſtorio palatij, cõtra oſtiũ domus. Cúmq; vidiſſet Eſther reginã ſtantẽ, placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgã auream quam tenebat manu: quæ accedens, oſcu-

CAP. IIII.

QVum vero Mardochæ⁹ cognouiſſet oĩa quæ fiebãt, diſcidit veſtimẽta ſua, induitq; faccũ [1]cũ cinere,' & egreſſus in mediũ vrbis, clamauit clamore magno & amaro. Et peruenit [2]vſq; ad portas regis,' (nõ[3]enim ingredi audebat portas regis quũ ſacco indut⁹ eſſet.)' Quin & in omni prouincia, [4]regione & loco, quo verbũ[5]regis & decretum eius peruenerat, luct⁹ erat magn⁹ apud Iudæos, ieiuniũ, fletus, lamẽtũ, ſacc⁹ & [6]puluis ſtratũ[erat] multis.' ¶Venientes autẽ puellæ Eſter & eunuchi eius, [7]nuntiauerũt ei' & [8]conſternata eſt' regina vehementer, & miſit veſtes quas indueret Mardochæus, depoſito à ſe ſacco ſuo, ſed non accepit. Vocauit ergo Eſter Hathach quẽdã ex eunuchis regis, [9]quos rex conſtituerat, [vt miniſtrarent] ante eã,' & dedit ei mãdatũ[10]ad Mardochæũ,' vt reſciret quid hoc negotij eſſet, aut cur hoc [faceret.] Exiuit igitur Hathach ad Mardochæũ[11]in plateã' ciuitatis, [12]quæ' erat ante portã[13]regis.' Indicauit ergo ei Mardochæus quidquid ſibi acciderat, [14]explicationem' quoq; pecuniæ quã pollicit⁹ erat Haman ſe[15]appẽſurũ' in theſauros regios cõtra Iudæos vt perderẽtur. Sed & exẽplar[16]regij decreti quod affixũ erat' in Suſan ad perdẽdũ eos, dedit ei, vt oſtẽderet ipſi Eſter, [17]indicarẽtq; ei.' & mandaret ſimul illi vt ingrederetur ad regẽ, [18]obſecrarẽtq; corã eo pro' populo ſuo. Ingreſſ⁹ ergo Hathach, nuntiauit ipſi Eſter verba Mardochæi. Dixitque Eſter ipſi Hathach, [19]deditq; ei mandata' ad Mardochæũ, Omnes ſerui regis, & [20]populi' prouinciarũ regis ſciũt, q̃ quicũq; vir ſit ſiue mulier, introierit ad regẽ in atriũ interius inuocatus, [21]vnã de eo ſententiã eſſe vt interficiatur: [22]is tãtum viuet, cui rex ſceptrũ aureũ porrexerit.' iã ego vocata nõ ſum[23]hiſce triginta diebus,' vt regem adeam. Hæc verba Eſter, [24]renũtiarunt' ipſi Mardochæo. Dixit autẽ Mardochæus [25]vt renuntiarẽt' ipſi Eſter [ad hũc modũ,] Ne putes[26]te animam tuã ſeruaturã' in domo regis præ omnib⁹ Iudæis: Si enim omnino tacueris hoc tẽpore, aliũde[27]orietur' Iudæis reſpiratio & liberatio, tu vero & dom⁹ patris tui peribitis: & quis ſcit, [28]ſi ad hãc opportunitatẽ' ad regnũ perueneris? Dixit autẽ Eſter, [29]vt nũtiarent' Mardochæo, Vade, & cõgrega omnes Iudæos qui ſunt in Suſan, & ieiunate[30]pro me,' ne comedatis, neq; bibatis tribus dieb⁹ & [31]tribus noctib⁹,' ego etiã cũ ancillis meis ieiunabo ſic, [32]tũ' ingrediar ad regẽ, (qđ [tamen][33] in more nõ eſt,) [34]etiãſi mihi omnino pereũdum fuerit.' Abiens igitur Mardochæus, fecit iuxta omnia quæ præceperat ei Eſter. C. V.

FActũ eſt autẽ die tertio, vt indueretur Eſter regio [cultu,][1] ſtarẽtq; in atrio interiori dom⁹ regiæ[2]e regiõe[3]ędiũ regiarũ, ſedẽte rege ſup ſoliũ regni ſui[3]in palatio regni cõtra oſtiũ dom⁹.' Quũq; videret rex Eſter reginã ſtãtẽ ĩ atrio[4]cõciliauit ſibi gratiã[4]ĩ oculis ei⁹, porrexitq; rex aureũ ſceptrũ qđ manu ſua tenebat ipſi Eſter: & accedẽs Eſter,

¶1 & cinere. ſub. aſpſus eſt. ¶2 vſque ad locũ qui erat ante portã regis, ¶3 vł, nõ enim licebat ingredi portas regis indutum ſacco. ¶4 Heb. ad quẽ locũ. i. ad quas ¶5 .i. edictum ¶6 cinis ſternebatur multis. i. multi vtebãtur loco ſtrati cinere, & ſacco. hoc eſt, indutí ſacco iacebãt in cinere. ¶7 quomodo ſcilicet Mardochæus eſſet indutus ſacco. ¶8 doluit ¶9 quẽ ſtare fecerat rex ante illam. i. cui ſeruãdã dederat regĩnã. ¶10 de Mardochæo, ¶11 qui erat in platea ¶12 ſub. platea ¶13 .i. palatij regij. ¶14 expoſitionẽ. i. oblatam pecuniã. ¶15 Olim enim appẽdebant æs quod dabatur. ¶16 legis [vł, ordinationis] quæ data fuerat. i. lata. ¶17 ſub. quod geſtũ fuerat. ¶18 vt deprecaretur illũ, & quæreret à cõſpectu illius pro &c. i. vt petitionẽ faceret à maieſtate regia pro ſalute populi ſui. ¶19 Heb. præcepitq; illi. nẽpe vt illa quæ præcipiebat illi, renuntiaret Mardochæo, & diceret quæ ſequútur.

¶20 Repeti debet [omnis] more Hebraico, & omnis populus. Iſta ſunt verba reginæ. ¶21 vnicã legem eius eſſe ad interficiendũ. i. quòd vnica lege lata à rege, interfici debet. q. d. vnica lege ſanciuit rex vt omnis interficeretur qui ad ipſum ingrederetur non vocatus. ¶22 Heb. præter eũ ad quẽ porrexerit rex ſceptrũ. Is enim viuet. i. ſeruabitur. ¶23 vł, abhinc triginta dieb⁹. ¶24 ſub. nũcij miſſi ab Eſther. ¶25 Heb. ad reſpondẽdũ. i. reſpõdẽdo. Gallice, pour luy faire reſpõſe. ¶26 Heb. in animo tuo ad ſeruari. Infinitiuus eſt ſeruari. i. Ne putes apud temetipſum ſeruari te poſſe. q. d. Ne exiſtimes te ſeruatã iri alijs pereũtib⁹. ¶27 Heb. ſtabit. i. emerget, eueniet. i. alia ratione Iudæi liberabũtur. ¶28 Heb. ſi propter tẽpus iſtud. i. vt hoc tẽpore calamitoſo liberares populum tuum. ¶29 Heb. ad reſpõdendũ. i. reſpõdẽdo. vt reſpõderet. Gallice, pour luy faire reſpõſe. ¶30 propter me, ¶31 Heb. nocte & die. i. trib⁹ dieb⁹ integris ieiuniũ hoc dicitur triduanũ per ſynecdochẽ. quia tertio die abiecit Eſther ſaccũ, & poſtea induta veſtibus regalib⁹ adijt regẽ: quia prima dies ieiunij cõſtitit tãtũ altera parte diei naturalis. cœperũt enim ieiunare à prãdio cũ primũ expoſuit rem ipſam illis, quod factũ eſt die nõ nocte. ¶32 & ſic ¶33 eſt præter legem. ¶34 Heb. & quando peribo, peribo. i. ſi cõtingat me perire, iubẽs peribo. Præterita ſunt apud Hebræos pro futuris. q. d. iubens periclitabor de vita pro ſalute populi mei. V. ¶1 vł, indumẽto. Verbale nomẽ eleganter ſupplетur ab Hebræis, quod in verbo includitur, vt hic vides. ¶2 .i. & atriũ erat e regione, &c. ¶3 in domo [id eſt] regia, e regione oſtij domus, ſub. regis. ¶4 Heb. tulit gratiã &c. i. Eſther viſa à rege inijt gratiam ab illo.

attigit ſummitatem ſceptri. Aitque rex ad eam, [5]Quid eſt tibi Eſter regina, & quæ petitio tua?[6]vſque ad dimidiũ regni, & dabitur tibi. Reſpondit Eſter, Si regi bonũ viſum fuerit, veniat rex & Haman hodie ad cõuiuiũ quod apparaui ei. Dixitq; rex, Adducite cito Haman, vt[7]faciat verbũ Eſter. venit igitur rex & Haman ad conuiuium quod apparauerat Eſter. Dixitq; rex ad Eſter[8]in conuiuio vini, Quæ eſt poſtulatio tua, & dabitur tibi? & quæ petitio tua?[9]vſque ad dimidium regni, & fiet. Reſpondẽs Eſter, ait, Petitio mea & poſtulatio[hæc eſt,] Si nacta ſum gratiã in oculis regis, & ſi regi bonũ viſum fuerit,[10]vt annuat petitioni meæ & præſtet quod peto, Veniat rex & Haman ad conuiuiũ quod parabo eis, cras autem[11]faciã iuxta verbum regis. ¶[12]Egreſſus itaque Hamã eodẽ die[13]lætus & hilari corde. quũq; Haman videret Mardochæũ in porta regis, &[q] nec[14]ſurgeret, nec terreretur ab eo, tunc impletus eſt Haman furore aduerſus Mardochæũ. Diſſimulauit autẽ Haman, & veniens domũ ſuam,[15]miſit & aduocauit amicos ſuos, & Sares vxorẽ ſuam. Et recenſuit Haman eis gloriã opum ſuarum, & multitudinẽ filiorum ſuorũ, & cuncta in quibus rex eũ euexerat,[16]& quòd extuliſſet eum ſupra principes & miniſtros regis. Dixitq; Haman, Etiã regina Eſter neminẽ[17]introduxit cum rege ad conuiuium quod parauerat, præter me: quin & cras inuitatus ſum ab ea vnà cũ rege: at hoc totum[18]haudquaquã commodum mihi eſt,[19]quantiſper Mardochæũ Iudæum video ſedentem pro porta regis. Ait autẽ ad eũ Sares vxor eius, atque omnes amici eius,[20]Fiat lignũ quod altitudine ſit quinquaginta cubitorum, & facto mane[21]loquere cum rege, vt ſuſpendant Mardochæum in eo, tu vero lætus[22]ingredere cum rege ad cõuiuium. Placuitque hæc res ipſi Haman, & curauit vt pararetur lignum. CAP. VI.

Nocte iſta fugit ſomnus[1]regẽ,[2]iuſſitq; vt afferrent librum[3]rerũ memorabiliũ[4][atque] annales, qui lecti fuerũt coram rege. Inuẽtũ eſt autem ſcriptũ, quomodo Mardochæus indicarit de Bigthana & Thares duobus eunuchis regis[5]qui cuſtodes erant[6]liminis, q ſcilicet hi conati fuiſſent manus inijcere regi Aſuero. Dixitq; rex, Qualis honor aut magnificẽtia Mardochæo exhibita eſt hui⁹ rei gratia? Reſponderũt pueri regis[7]qui ei miniſtrabãt,[8]Ne tantillũ quidẽ ei rependſum eſt. Et dixit rex, Quis eſt in atrio?(Venerat autẽ Haman in atriũ[9]exterius ædium regiarũ, vt loqueretur cũ rege de ſuſpendẽdo Mardochæo[10]in lignum quod illi parauerat.) Dixerunt ergo pueri regis ad eũ, Ecce Haman ſtat[11]in atrio. Dixit ergo rex, Ingrediatur. Et quũ Hamã eſſet ingreſſus, dixit ad eũ rex, Quid faciendũ eſt viro quẽ[12]voluerit rex honore afficere?[13]Cogitauit autẽ Haman in corde ſuo,[14]Quem vellet rex honore afficere quàm me? Reſpõdit ergo Hamã regi, Vir quem[15]dignatur rex honore proſequi,[16]Hunc introducãt, & regio veſtitu veſtiãt quo rex hi rex, imponatúrque corona regia in capite eius. Dent inſuper[17]veſtimentũ & equum in manum

lata eſt ſummitatẽ virgæ eius. Dixitq; ad eã rex, Quid vis Eſther regina? quæ eſt petitio tua? etiã ſi dimidiã partẽ regni petieris, dabitur tibi. At illa reſpondit, Si regi placet, obſecro vt venias ad me hodie, & Aman tecũ ad conuiuiũ quod paraui. Statimq; rex, Vocate, inquit, cito Aman, vt Eſther obediat voluntati. venerũt itaq; rex & Aman ad conuiuiũ quod eis regina parauerat. Dixitq; ei rex, poſtquã vinum biberat abũdanter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re poſtulas? etiã ſi dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis. Cui reſpõdit Eſther, Petitio mea, & preces ſunt iſtæ: Si inueni in cõſpectu regis gratiã, & ſi regi placet vt det mihi quod poſtulo, & meam impleat petitionẽ: Veniat rex & Aman ad cõuiuiũ quod paraui eis, & cras aperiã regi volũtatem meã. ¶Egreſſus eſt itaq; illo die Amã lætus & alacer. cúmq; vidiſſet Mardochæũ ſedentẽ ante fores palatij, & nõ ſolum nõ aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motũ quidẽ de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valde. Et diſſimulata ira reuerſus in domũ ſuã, cõuocauit ad ſe amicos ſuos, & Zares vxorẽ ſuã. Et expoſuit illis magnitudinẽ diuitiarũ ſuarũ, filiorũmq; turbã, & quãta eũ gloria ſuper oẽs principes & ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et poſt hæc ait, Regina quoq; Eſther nullũ aliũ vocauit ad conuiuiũ cũ rege, præter me: apud quã etiam cras cũ rege pranſurus ſum. & cũ hæc omnia habeã, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæũ Iudæũ ſedentẽ ante fores regias. Reſpõderũntq; ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelſam trabẽ, habentẽ altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi vt appendatur ſuper eã Mardochæus, & ſic ibis cũ rege lætus ad conuiuiũ. Placuit ei cõſilium, & iuſſit excelſam præparari crucẽ. CAP. VI.

Noctem illã duxit rex inſomnẽ. iuſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorũ tẽporũ. Quæ cũ illo præſente legerentur, ventũ eſt ad illum locũ vbi ſcriptũ erat quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares eunuchorũ, regem Aſſuerũ iugulare cupientiũ. Quod cum audiſſet rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus cõſecutus eſt? Dixerũt ei ſerui illius ac miniſtri, Nihil omnino mercedis accepit. Statimque rex, Quis eſt, inquit, in atrio? (Aman quippe interi⁹ atriũ dom⁹ regiæ intrauerat, vt ſuggereret regi, & iuberet Mardochæũ affigi patibulo quod ei fuerat præparatũ.) Reſpõderũt pueri, Aman ſtat in atrio. Dixitq; rex, Ingrediatur. Cúmque eſſet ingreſſus, ait illi, Quid debet fieri viro, quẽ rex honorare deſyderat? Cogitãs autẽ in corde ſuo Aman, & reputãs q nullum aliũ rex, niſi ſe, vellet honorare, reſpondit, Homo quẽ rex honorare cupit, debet indui veſtibus regijs: & imponi ſuper equũ qui de ſella regis eſt, & accipere regiũ diadema ſup caput ſuũ, Et primus de regijs principib⁹ ac tyrãnis teneat ſolet indui, deinde & equo[vehatur]quo ſolet ve-

B

Rurſum petit ad cõuiuiũ venire. C

Aman parat patibulum ipſi Mardochæo.

D

¶[2]Placuitque Rex annales euoluens, fidelitatẽ Mardochæi inuenit.

B

Mardochæũ iubet rex honorari in cõfuſionem Aman.

C

¶5.i. Quid tibi negotij eſt apud me, & quãnam petis? ¶6 ſub. pete. vel, ſit petitio tua. ¶7.i. morem gerat ipſi Eſther. ¶8.i. inter pocula. ſiue inter bibendũ. ¶9 ſub. pete. ¶10 placeat dare petitionem meã. & facere ¶11.i. faciã quicquid rex voluerit. Vel melius, die craſtino proponã quæſtionem meã corã rege, iuxta verbum ipſius regis. i. vt rex præcepit. ¶12 ſub. à conuiuio. ¶13 propter honorem ſibi impenſum à regina Eſther, q eũ ad conuiuium inuitaſſet vnà cum rege. ¶14 aſſurrexiſſet illi, neque mouiſſet ſeſe loco. i. quòd nõ ceſſiſſet illi. ¶15 ſub. nũtios. i. miſſis nuntijs acceſſiuit ad ſe ¶16 &c. p id eſt. q. d. quanto honore affeciſſet illũ rex, extollendo eũ ſupra principes &c. ¶17 acceſſiuit. vel, inuitauit ¶18 non conducit mihi. i. nihil me iuuat hoc eſt, hæc omnia, parua mihi videntur. ¶19 Heb. omni tẽpore. i. quandocũq; ¶20 faciant. vel, præparent, ſub. famuli ¶21. i. precare regem vt ſinat illũ appendi patibulo. ¶22 Imperatiuum pro futuro, ingredieris. vel, ibis. q. d. quo facto ibis cũ rege lætus, &c. VI. ¶1 regis. i. noctem illã rex duxit inſomnẽ. ¶2 dixitq;. dicere pro iubere. ¶3 vel, hiſtoriarũ. ſiue monumentorũ. vt ſcilicet lectione illorũ falleret tẽpus nocturnum. ¶4 potius ſubaudiendũ, id eſt. Nã per appoſitionẽ dictum eſt, liber rerum memorabiliũ, id eſt annales. ¶5 qui de cuſtodibus erant. ¶6 ſupellectilis. i. vaſorũ aureorũ. ¶7 ſubaudienda coniũctio eſt, hoc modo, & qui ei &c. ¶8 Heb. non factũ eſt cũ eo quicquã. i. nihil prorſus honoris accepit à rege, neque mercedis. ¶9 Nõ interius dixit, quò non licebat ingredi niſi vocatis. ¶10 vel, in cruce, quam &c. ¶11 in atrio illo. ſub. exteriori in quo ſtabant qui ad regem ingreſſuri erãt. ¶12 cupit ¶13 Heb. Dixit ¶14 Heb. Cui optauerit rex facere honorẽ pluſquã mihi? i. quẽ rex maiore honore afficeret meipſo? q. d. neminẽ. ¶15 cupit ¶16 Afferãt veſtẽ regiam qua induitur rex, &[adducant] equũ quẽ equitat rex, & in cuius[equi]capite corona regni poni ſolet, &c. Nam apud Perſas, inquit quidam Hebræorum, ſolebat equus deferre diadema regni. & certe poſtea non meminit coronæ: vt conijcere liceat, huius Hebræi opinionẽ eſſe veram. ¶17 veſtem illam

equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat, Sic honorabitur, quencúque voluerit rex honorare. Dixitque ei rex, Feſtina. & ſumpta ſtola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo qui ſedet ante fores palatij. Caue ne

Aman triſtis præcepto regis honorat Mardochæũ.

quicquã de his quæ locut⁹ es prætermittas. ¶ Tulit itaque Aman ſtolã & equũ, indutúmq; Mardochæum, in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc honore cõdign⁹

D eſt, quencúq; rex voluerit honorare. Reuerſúſq; eſt Mardochæus ad ianuã palatij: & Aman feſtinauit ire in domũ ſuam, lugens & operto capite: narrauitq; Zares vxori ſuæ, & amicis omnia quæ euenifſent ſibi. cui reſponderunt ſapientes quos habebat in cõſilio, & vxor eius, Si de ſemine Iudæorũ eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, nõ poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpectu eius. Adhuc illis loquẽtibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuiũ quod regina parauerat, pergere cõpulerũt. CAP. VII.

Eſther in cõuiuio ꝓ ſua & populi ſui vita orat.

INtrauit itaq; rex & Aman, vt biberẽt cũ regina. Dixitque ei rex etiã ſecũda die, poſtquã vino incaluerat, Quæ eſt petitio tua Eſther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiã ſi dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quẽ illa reſpondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & ſi tibi placet, dona mihi animã meã pro qua

B rogo, & populũ meum pro quo obſecro. Traditi enim ſumus ego & popul⁹ meus, vt cõteramur, iugulemur, & pereamus: atq; vtinã in ſeruos & famulas vẽderemur, eſſet tolerabile malũ, & gemens tacerem. Nũc autẽ hoſtis noſter eſt, cuius crudelitas redundat in regẽ. Reſpondénſq; rex Aſſuerus ait, Quis eſt iſte? & cuius potẽtiæ, vt hæc audeat facere? Dixitq; Eſther, Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman. quod ille audiẽs, illico obſtupuit, vultũ regis ac reginæ ferre non ſuſtinens. Rex autẽ iratus ſurrexit, & de loco cõuiuij intrauit in hortũ arboribus cõſitũ: Aman quoq; ſurrexit, vt rogaret Eſther reginã pro anima ſua. intellexit enim à rege ſibi paratum malũ. Qui cum reuerſus eſſet de horto nemoribus cõſito, & intraſſet conuiuij locũ, reperit Amã ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait, Etiã reginã vult opprimere, me præſente, in

Iuſſu regis ſuſpẽditur Aman in patibulo qd Mardochæo parauerat.

D domo mea. necdũ verbum de ore regis exierat, & ſtatim operuerũt faciẽ eius. Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio regis: En lignũ quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro rege, ſtat in domo Aman, habẽs altitudinis quinquaginta cubitos. cui dixit rex, Appendite eum in eo. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit. CAP. VIII.

Domo Amã tradita reginæ Eſther, Mardochæus exaltatur.

DIe illo dedit rex Aſſuerus Eſther reginæ domum Aman aduerſarij Iudæorũ, & Mardochæus ingreſſus eſt ante faciẽ regis. confeſſa eſt enim ei Eſther q eſſet patruus ſuus. Tulitq; rex annulũ quẽ ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit

alicuius, qui ex principib⁹ eſt &[9]ſatrapis' regis, vt induant virũ illum quem rex honore' vult' proſequi, [10]hũc imponãt ſuper equũ in platea' ciuitatis, & clamẽt ante eũ, Sic fiet ei quẽ rex honore[9]vult' proſequi. Tum dixit rex ad Haman, Illico cape veſtimentũ & equum illum, & queãd modũ loquutus es, ſic facias Mardochæo Iudæo ſedẽti pro porta regis: ne ſinas excidere vel verbulũ ex omnib⁹ quæ loquut' es. ¶ Tũ accepit Haman veſtimentum & equum, & induit Mardochæum, &[11]vexit eũ equo' per plateã vrbis, & exclamauit coram eo, Sic fiet ei quem rex honore[9]vult' proſequi. Reuerſus eſt autẽ Mardochæus ad portã regis, & Haman[12]impulſus ad domum' ſuã, mœſtus &[13]cooperto capite.' Narrauit autẽ Haman Sares vxori ſuæ, & omnib⁹ amicis ſuis omne quod ei acciderat. & dixerunt ad eum[14]ſapientes' ſui & Sares vxor eius, Si de ſemine Iudæorũ eſt Mardochæus [15]corã quo cadere cœpiſti,' non poteris[16]eũ ſuperare,' ſed[17]cadendo cades' ante conſpectũ eius. Quũmque adhuc loquerentur cũ eo,[18]affuerũt eunuchi regis, & feſtegerunt introducere' Haman ad cõuiuium quod parauerat Eſter. CAP. VII.

INgreſſus eſt itaq; rex & Hamã 'vt biberẽt cũ Eſter regina.' Et ait rex ad Eſter etiã altera die [2]in cõuiuio vini,' Quæ eſt poſtulatio tua Eſter regina, & dabitur tibi? quæ petitio tua?[3]ad dimidiũ vſq;' regni, & fiet. Reſpondẽs Eſter regina, dixit, Si nacta ſum gratiã in oculis tuis ô rex, ſiq; bonũ viſum fuerit regi, detur mihi[4]anima' mea in petitione mea, & populus meus in petitione mea. Vẽditi enim ſumus ego & popul⁹ meus, vt [5]nos'[5]excindãt & perdãt:[6]& vtinã vẽditi eſſemus in ſeruos' & ancillas, tum enim tacuiſſem,[7]verũ hoſtis non ſupputat' dãnũ regis. Reſpõdens autẽ rex Aſuerus, dixit ad Eſter reginã, Quis eſt iſte? & vbi eſt iſte, [8]qui corde ſuo plene ſtatuerit hoc facere?' Eſter ait, Vir aduerſarius & hoſtis eſt iſte malus Haman. [9]territus eſt autẽ Haman corã rege & regina.' Et ſurgẽs rex à[10]potatiõe' vini[11]in furore ſuo, [abiit]q;[12]in hortos iuxta palatiũ:' Haman autẽ[13]ſtãs rogabat Eſter' pro vita ſua. animaduertebat enim[14]ſibi malum omnino definitũ eſſe' à rege. Quũ vero rex ex hortis palatij rediſſet in locũ in quo cõuiuiũ vini fuerat, corruerat Haman ſuper lectũ ſuper quo Eſter[ſedebat.] Tũ ait rex, An vero & reginã comprimere[15][vult] in domo me præſente? quum ſermo iſte exiſſet ex ore regis, faciem ipſius Haman[16]operuerũt.' Dixit autem Harbona, vnus ex eunuchis regis corã rege, [17]En lignum quoq;' quod parauit Haman Mardochæo, ([18]qui ſalutẽ regis curauit,') ſtat in domo Haman, altitudine quinquaginta cubitorum. dixit ergo rex, Suſpendite eum in illo. Suſpẽderũt ergo Haman in ligno quod parauerat Mardochæo, reſeditque furor regis. CAP. VIII.

IPſo eodem die dedit Aſuerus rex Eſter reginæ [1]domũ' Haman hoſtis Iudæorũ, [2]venitq; Mardochæus in cõſpectum regis:' Eſter enim indicauerat[3]qualiter ei eſſet[ſuus].' Tulitq; rex annulũ ſuum quẽ ab Haman abſtulerat, & tradidit eum

¶ 8 anteſignanis. qui ſcilicet exercitus ducere ſolent. vl, vt alij volunt, vox Hebræa ſignificat eos, qui abſente imperatore exercitui præſunt. Alij vertunt, in manum vnius ex principibus Euphratis. i. qui trans Euphratem habitabãt. ¶ 9 optat ¶ 10 Heb. & equitare faciãt illũ ſuper equũ per plateam, &c. ¶ 11 equitare fecit illũ ¶ 12 feſtinauit. vl, ꝓpulit ſeſe domũ ¶ 13 demiſſo ſcilicet pileo, more hominũ triſtium. ¶ 14 H. e vocat ſapiẽtes, quos vocauerat amicos. i. quorum cõſilio vti ſolebat. ¶ 15. i. quo cœpiſti eſſe inferior. ¶ 16 aduerſus eũ. i. non poteris eo eſſe ſuperior. ¶ 17. i. indubiẽ ſuperaberis ab illo. ¶ 18 Heb. ſuperuenerunt, & feſtinauerunt ad faciendũ venire. i. coegerunt Haman vt cito veniret ad conuiuium &c.

VII.

¶ 1. i. ad cõuiuiũ paratum ab Eſther ¶ 2. i. inter pocula, inter bibendũ. ¶ 3 ſub. pete. ¶ 4. i. vita. q. d. peto vt mihi & populo meo Iudaico liceat viuere, hoc eſt, ne pereamus. ¶ 5 vl, diſperdãt & iugulent & deleãt: ¶ 6 vl, quòd ſi in ſeruos &c. tacuiſſem. ¶ 7 quãuis inimicus nequaquã cõpenſare poſſit &c. ſub. pecunia oblata. hoc dicit quia Hamã pecunias regi obtulerat. rex autẽ feciſſet magnã iacturã pereũtibus Iudæis: nã multa ab illis tributi noie accipiebat. ¶ 8 Heb. cuius cor perſuaſit ipſi vt ſic faceret? ¶ 9 obſtupuit à cõſpectu regis & reginæ. i. vlterã cõſpectũ regis & reginæ ſuſtinere non potuit. ¶ 10 cõuiuio ¶ 11. i. irat⁹ mirũ in modũ diſceſſit à cõuiuio. ¶ 12 in hortulũ palatij. ¶ 13 Heb. ſtetit ad quærẽdũ ab Eſther. i. vt petitionẽ faceret ab Eſther. ¶ 14 Heb. q cõſũmata ſibi eſſet afflictio &c. i. pniciẽ & malũ ipẽderet ſibi à rege. ¶ [vis] ¶ 16 ſub. ſerui regis. ſolebãt eni Perſæ operire faciẽ ei⁹ in quẽ rex iratus eſſet. q. d. occultauerũt illũ miniſtri regis, ne poſthac videreẽ ab eo & magis ſuccẽſeret illi. Alij vertũt, facies Hamã tecta fuit. i. ipſe præ pudore texit faciẽ ſuam. Alij, corruit facies ei⁹. i. effect⁹ eſt triſtis admodũ. ¶ 17 Etiã ſanè patibulũ ¶ 18 Heb. quiſ tamẽ bonũ de rege eſt locut⁹. i. q de rege bene merit⁹ eſt: detexerat eni inſidias Mardochæus quas regi ſtruxerãt eunuchi di o. VIII. ¶ 1. i. familiã q. d. nõ ſolũ priuat⁹ eſt vita, ſed etiã bonis. ¶ 2. i. admiſſus eſt in familiã regiã, & exaltat⁹. ¶ 3 Heb. quid eſſet ipſi. Sic Gallice, qui luy eſtoit. q. d. indicauit eſſe ſuũ patruelẽ. nã erat filia patrui Mardochæi. yr. j.

¶4.i. priori petitioni addidit hæc quæ ſequuntur. ¶5.i. audiente rege. ¶6 Heb. tráſire faceret.i. vt abigeret à ſe & à populo Iudaico calamitatē illam & inſidias quas parauerat ipſis Iudæis. ¶7 Heb. bonum videt, ¶8 bona. ſiue, recta ¶9.i. ſi placeo regi & grata illi ſũ. ¶10 Heb. potero & videbo.i. Quomodo potero videre. vel, Quomodo potero. ſub. viuere, & videbo. i. ſi videam. ¶11 vl, viuere. ¶12 .q.d. quid vltra quæritis? ¶13 ſub. literas. ¶14 Hic menſis reſpondet noſtro Maio aut parti eiꝰ. ¶15 vl, ad prīcipes inquam] centum & vigintiſeptē prouinciarum. ¶16.i. characteribꝰ quibus vti ſolebāt. ¶17 i. ſigitur. ſub. Mardochæꝰ vel ſcriba. ¶18. Heb. equitantiũ diuitias. mulos filios equarum .i. equitantium opes regis, hoc eſt, animalia magni pretij, vel velociſſima, appoſitiue mulos natos ex equabꝰ. ¶19.i. tuendi vitam ſuam. ¶20 vl, excindendo, iugulando & perdendo omnem exercitum populi & prouinciæ. [omnem inquam exercitum] oppugnantium ipſos.

Mardochæo, & cōſtituit Eſter Mardochæũ ſuper domũ Haman. Rurſum quoq; Eſter, [4]loquuta eſt' [5]corā rege,' accidítq; pedibꝰ eius, flēs & obſecrās eũ vt [6]tolleret' malũ Hamā Agagæi, & machinationē eius quā excogitauerat contra Iudæos. Porrexit autē rex ſceptrum aureũ ipſi Eſter, ſurgénſque Eſter ſtabat corā rege, Dixitque, Si regi [7]placuerit,' & ſi nacta ſum gratiā in cōſpectu eiꝰ, ſique hęc res [8]cōmoda' videtur regi, & ego [9]bona [ſin dicata fuerim] in oculis eius,' ſcribatur vt reuocētur literæ [quæ cōtinent] machinationē Haman filij Hamedatha Agagæi, quas ſcripſit ad perdendum Iudæos qui ſunt in vniuerſis prouincijs regis. Quomodo enim [10]potero [ferre] & videre' calamitatē quæ deprehēdet populum meũ? aut qui poſſum [[11]ferre'] & videre perditionē gētis meæ? Ait itaque rex Aſuerꝰ ad Eſter reginā, & ad Mardochæũ Iudæum, Ecce domũ Haman [12]dedi Eſter, quē egerunt in crucem, eo quòd intulit manum ſuā Iudæis, vos iam ſcribite ad Iudæos quod bonũ vobis videtur nomine regis, & [13]obſignate' annulo regis: ſcriptũ enim quod exaratũ eſt nomine regis, & obſignatũ annulo regis, nemo audet refringere. ¶Vocati ſunt ergo eodē tēpore ſcribæ regis mēſe tertio, is eſt mēſis [14]Siuan,' viceſimatertia eiuſdem, & ſcriptum eſt iuxta omnia quæ præcepit Mardochæꝰ, ad Iudæos & ad ſatrapas, præfectos & principes prouinciarũ, quę ſunt ab India vſque ad Æthiopiā, [15]prouincijs cētum atque viginti ſeptē,' cuique prouinciæ [16]ſecũdum ſcripturā eius,' & cuique populo ſecundũ linguā eius, Iudæis etiā iuxta ſcripturam & linguā eorũ. Scripſit [17]autē' nomine regis Aſueri, & obſignauit annulo regis, miſitque literas per manũ curſorum, [18]qui vehebātur equis velocibꝰ, veredis & iuuenibus mulis,' Quòd rex daret Iudæis, qui in omnibꝰ & ſingulis ciuitatibus eſſent, facultatem ſeſe congregandi & [19]ſtandi pro vita ſua,' ad [20]excindendum, ad trucidandum & perdendum omnes copias, populum, prouinciam, qui eos affligũt,' & pubem, [21]& mulieres, 'prædámque eorum [22] diripiendi. [23]Idque vno eodémque die' per omnes prouincias regis Aſueri, nēpe decimatertia die mēſis duodecimi, is eſt mēſis [24]Adar. [25]Exemplar' autē ſcripti erat, [26] vt affigeretur edictum' in omnibus & ſingulis prouincijs, [27]vulgaretúrque omnibus populis, vt Iudæi parati eſſent in diem illum, [28] ad ſeſe afferendum ab hoſtibꝰ ſuis.' Porrò curſores [29]qui vehebantur velocibus veredis, [30] feſtinanter' egreſſi ſunt [31]impulſi præcepto' regis. [32]edictũ autem affixum eſt in Suſan arce regia.' Mardochæus quoque egreſſus eſt [33] à rege' cultu regio ornatus, hyacinthino videlicet & candido, corona quoq; aurea eáque magna, pallio deinde byſſino atq; purpureo, iubilāte & exultante vrbe Suſan. Ortáque eſt lux Iudæis [34]&' gaudiũ, exultatio & honor. In omnibꝰ deniq; & ſingulis prouincijs, & in omnibꝰ ac ſingulis ciuitatibus quò peruenerat [35]verbum' regis & [36]decretũ' eius, habebāt Iudæi gaudium & exultationē, conuiuium & [37]diem bonum:' multi quoque [38]ex populis terræ [39]ſimulabāt ſe Iudæos:' quandoquidē [40]pauor Iudæorũ ceciderat ſuper eos.'

Mardochæo. Eſther autē cōſtituit Mardochæũ ſuper domũ ſuā. Nec his cōtenta, prócidit ad pedes regis: fleuitq;, & locuta ad eũ orauit vt malitiā Aman Agagitæ, & machinatiōes eiꝰ peſſimas, quas excogitauerat cōtra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more ſceptrũ aureũ prætendit manu, quo ſignũ clementiæ mōſtrabatur. Illáq; cōſurgēs ſtetit ante eum, Et ait, Si placet regi, & ſi inueni gratiā in oculis eius, & deprecatio mea nō ei videtur eſſe contraria, obſecro vt nouis epiſtolis veteres Aman literæ inſidiatoris & hoſtis Iudæorum, quibꝰ eos in cũctis regis prouincijs perire præceperat, corrigātur. Quomodo enim potero ſuſtinere necē & interfectionē populi mei? Reſponditq; rex Aſſuerus Eſther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domũ Amā cōceſſi Eſther `reginæ:' & ipſum iuſſi affigi cruci, quia auſus eſt manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet, ex regis nomine, ſignātes literas annulo meo. Hæc enim cōſuetudo erat, vt epiſtolis quæ ex regis nomine mittebātur, & illius annulo ſignatæ erāt, nemo auderet cōtradicere. ¶Accitiſq; ſcribis & librarijs regis (erat autē tempꝰ tertij mēſis, qui appellatur Siban) viceſima & tertia die illius ſcriptæ ſunt epiſtolæ, vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos & ad principes, procuratorēſque & iudices, qui cētum vigintiſeptem prouincijs ab India vſque ad Æthiopiam præſidebāt: prouinciæ atq; prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas ſuas, & Iudæis, prout legere poterāt, & audire. Ipſæq; epiſtolæ, quæ ex regis nomine mittebātur, annulo ipſius obſignatæ ſunt, & miſſæ per veredarios: qui per omnes prouincias diſcurrentes, veteres literas nouis nũtiis præuenirent. Quibꝰ imperauit rex, vt conuenirēt Iudæos per ſingulas ciuitates, & in vnũ præciperent cōgregari, vt ſtarēt pro animabus ſuis, & omnes inimicos ſuos cũ coniugibus ac liberis & vniuerſis domibꝰ interficerēt atque delerent. Et cōſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt tertiadecima `die' mēſis duodecimi Adar. Summáq; epiſtolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Aſſueri ſubiacebāt imperio, notũ fieret paratos eſſe Iudæos ad capiendā vindictā de hoſtibꝰ ſuis. Egreſſiq; ſunt veredarij celeres nũtia perferentes, & edictũ regis pepēdit in Suſan. Mardochæus autē de palatio, & de cōſpectu regis egrediens fulgebat veſtibꝰ regijs, hyacinthinis videlicet & °ærinis' coronā aureā portās in capite, & amictꝰ ſerico pallio atque purpureo: omniſq; ciuitas exultauit, atq; lætata eſt. Iudæis autē noua lux oriri viſa eſt, gaudiũ, honor, & tripudiũ. Apud omnes populos, vrbes atq; prouincias, quocũq; regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atq; cōuiuia, & feſtus dies: intantũ vt plures alterius gētis & ſectæ, eorũ religioni & ceremonijs iungerentur. grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaſerat.

Eſther regem orat vt literę in necem Iudęorũ miſſæ ab Aman, fiant irritæ.

B

Literæ nomine regis ſcribuntur ad Iudæos, vt occidant hoſtes ſuos.

C

D

Gaudiũ & lætitia Iudæorũ ob edictum regis Aſſueri.

¶° Legēdum aerijs.

¶21.q.d. nemini parcendo. ¶22 vl, diripiendo. ¶23 Verſus iſte pendet à ſuperiore, nempe, ſcripſit quòd rex permiſerit Iudæis vt congregarent ſeſe, & ſtarēt pro anima ſua vno die, &c. ¶24 Hic menſis reſpondet noſtro Februario, aut parti eius. ¶25 ſiue, Summa. ¶26 vl, vt hæreretur lex, ſiue decretum. ¶27 Heb. [poneretur inquā lex] manifeſta.i. vt promulgaretur lex omnibꝰ populis. vl, vt ferretur lex quæ nota eſſet omnibus populis. ¶28 ad vindictam ſumendā de iniurijs ſuis. ¶29 illi equitantes animalia magni pretij [vel velociſſima, appoſitiue] mulos. ¶30 more ſcilicet turbatorum. hoc ſignificat verbum Hebraicum. ¶31 vl, ad mandatum. ſiue imperiũ ¶32 & lex illa [ſiue conſtitutio] promulgata fuit in Suſan metropoli. ſiue vrbe regia. ¶33 .i. è cubiculo regio. ¶34 hic coniunctio &, explicat quid per lucem intellexerit, nempe gaudium. ¶35 vl, mādatum ¶36 lex. ſiue conſtitutio. ¶37 diem feſtũ Iudæi appellant diē bonum. ¶38.i. regionis Aſſueri. ¶39 Heb. Iudaizabant.i. cœperant ſtare à partibus Iudæorum. vel addixerant ſeſe religioni & ritibus Iudæorum. Aut ſecundum alios, cœperant contrahere affinitatem cum Iudæis. ¶40.i. quia timebant ſibi à Iudæis.

CAP. IX.

Interficiũt Iudæi inimicos ſuos.

IGitur duodecimi mẽſis, quẽ Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quãdo cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hoſtes eorũ inhiabant ſanguini, verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſarijs vindicare. Congregatiq́; ſunt per ſingulas ciuitates & oppida & loca, vt extẽderent manum cõtra inimicos, & perſecutores ſuos. nullúſque auſus eſt reſiſtere, eo quòd omnes populos magnitudinis eorũ formido[a] penetraret. Nã & prouinciarũ iudices, & duces, & procuratores, omniſq́; dignitas quæ ſingulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi: quẽ principem eſſe palatij, & plurimum poſſe cognouerãt. fama quo-

¶ [a] penetrabat.

B que nominis eius creſcebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. Itaque percuſſerũt Iudæi inimicos ſuos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod ſibi parauerãt facere: intãtũ vt etiã in Suſan quingentos viros interficerent, extra decẽ filios Amã Agagitæ hoſtis Iudæorũ: quorum iſta ſunt nomina, Pharſandátha, & Delphon, & Eſphátha, & Phorátha, & Adalia, & Aridatha, & Phermẽſta, & Ariſai & Aridai, & Iezatha: quos cũ occidiſſent, prædas de ſubſtãtijs eorũ agere noluerunt. Statimq́; numerus eorũ qui occiſi erant in Suſan, ad regẽ relatus eſt. Qui dixit reginæ, In vrbe Suſan interfecerunt Iudæi quingẽtos viros, & alios decẽ filios Aman: quãtam putas eos exercere cædem in vniuerſis pro-

C uincijs? Quid vltrà poſtulas, & quid vis vt fieri iubeam? Cui illa reſpõdit, Si regi placet, detur poteſtas Iudæis: vt ſicut fecerũt hodie in Suſan, ſic & cras faciant, & decẽ filij Aman in patibulis ſuſpendantur. Præcepitq́; rex vt ita fieret: ſtatimq́; in Suſan pependit edictũ, & decẽ filij Aman ſuſpẽſi ſunt. Cõgregatis Iudæis quartadecima die menſis Adar, interfecti ſunt in Suſan trecẽti viri: nec eorum ab illis direpta ſubſtãtia eſt. Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis ſubiacebant, pro animabus ſuis ſteterũt Iudæi, interfectis hoſtibus ac perſecutoribus ſuis: intãtũ vt ſeptuagintaquinq́; millia occiſorum implerẽtur, & nullus de ſubſtantijs eorũ quicquã contingeret. Dies autem tertiuſdecimus mẽſis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadeci-

Decem filij Aman ſuſpẽduntur.

D ma die cædere deſierũt. Quẽ conſtituerũt eſſe ſolennẽ, vt in eo omni tempore deinceps vacarẽt epulis, gaudio atq́; cõuiuijs. At hi qui in vrbe Suſan cædem exercuerãt, tertiodecimo & quartodecimo die eiuſdẽ menſis in cæde verſati ſunt: quintodecimo autẽ die percutere deſierũt. Et idcirco eundẽ diem cõſtituerunt ſolẽnem epularũ atque lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in oppidis non muratis ac villis morabãtur, quartũdecimũ diẽ menſis Adar cõuiuiorum & gaudij decreuerũt, ita vt exultent in eo, & mittant ſibi mutuò partes epularũ & ciborũ. Scripſit itaq́; Mardochæus omnia hæc, & literis cõprehẽſa miſit ad Iudæos qui in omnib[9] regis prouincijs morabãtur, tam

Dies celebris inſtituitur in memoriam liberationis.

E in vicino poſitis quam procul, Vt quartãdecimã & quintamdecimam diem mẽſis Adar pro feſtis

CAP. IX.

MEnſe igitur duodecimo, qui eſt menſis Adar, decimatertia die eiuſdẽ, ([1] quũ iam appeteret [tempus] vt verbũ regis & decretum eius perficeretur, eo ſcilicet die quo hoſtes Iudæorũ [2] ſperabant ſe tyrannidẽ exercere in eos, [3] verſæ ſunt vices, vt Iudæi dominarẽtur i hoſtes ſuos.) [4] Cõgregati enim erãt Iudæi in ciuitatibus ſuis in omnibus prouincijs regis Aſueri, vt inferrẽt manum in eos qui mala eis machinabãtur, [5] nec potuit quiſquã corã eis cõſiſtere, quoniã [6] pauor eorũ inciderat ſuper omnes populos. Sed & cũcti principes prouinciarum, ſatrapæ & duces, & [7] qui exequebãtur opera [regia,] honore proſequebãtur Iudæos, [8] eo ꝙ pauor Mardochæi inciderat ſuper eos. Erat enim Mardochæus magn[9] in domo regis, & fama eius exierat per oẽs prouincias, quia vir ille Mardochæus promouebat & [10] magn[9] fiebat. Percuſſerũt itaq́; Iudæi oẽs hoſtes ſuos [11] ictu gladij, [ſedẽtes] cædẽ & perditionẽ, agentes cũ hoſtibus ſuis pro voto ſuo. Porrò in Suſan arce regia interfecerũt Iudæi, & perdiderũt quingentos viros. Super hæc Parſandatha, Dalphõ, Aſphata, Poratha, Adalia, Aridata, Parmaſta, Ariſai, Aridai, & Vaizatha decẽ filios Haman filij Hamedatha hoſtis Iudæorũ, interfecerunt, [12] in prædã autẽ manũ ſuã nõ iniecerũt. Illo eodẽ die peruenit numer[9] occiſorũ in Suſan arce [13] in conſpectũ regis. Dixitq́; rex ad Eſter reginã, In arce Suſan interfecerũt & perdiderunt Iudæi quingentos viros, atq́; decẽ filios Haman, quid fecerũt [putas] in reliquis prouincijs [14] regis? [15] Quæ vero eſt poſtulatio tua quæ detur tibi? aut quæ eſt [16] adhuc petitio tua, & fiet? Reſpondit Eſter, Si regi placet, [facultas] detur etiã cras Iudæis qui ſunt in Suſan, vt faciãt iuxta [17] decretũ huiſ[9] diei, ſuſpẽdántq́; decẽ filios Hamã in ligno. Et annuit rex vt ſic fieret, [18] & affixũ eſt decretũ in Suſan: & ſuſpenderũt decẽ filios Haman. Congregati enim Iudæi qui erãt in Suſan, etiã decimaquarta die mẽſis Adar, interfecerũt trecentos viros, at in prædã manum ſuã nõ iniecerũt. Reliqui quoq́; Iudæi qui erãt in prouincijs regis, cõgregati [19] ſteterũt pro anima ſua, & [20] vt tranquilli eſſent ab hoſtibus ſuis, interfecerũt ex hoſtib[9] ſuis ſeptuagintaquinque millia, nec [21] iniecerunt manũ ſuã prædæ. [22] Decimatertia die mẽſis Adar [[23] hoc fiebat,] quieuerunt vero die decimaquarta eiuſdẽ, celebrantes eũ diem conuiuio & gaudio. At Iudæi qui erãt in Suſan cõgregati ſunt decimatertia eiuſdem, [24] atq́; decimaquarta eiuſdẽ, decimaquinta vero eiuſdẽ quieuerunt, & [25] eodẽ die habuerũt conuiuiũ & gaudium. Ideo Iudæi [26] in rure & vicis habitantes celebrãt decimumquartũ diem mẽſis Adar [27] cum gaudio & conuiuio, & feſtũ agunt diem, ad hæc quiſq́; portiones mittit proximo ſuo. [28] Cõſignauit autẽ Mardochæus geſta iſta, & miſit literas ad omnes Iudæos qui erant in vniuerſis prouincijs regis Aſueri, ſiue prope eſſent, ſiue procul, [29] Vt cõſtitutionem facerẽt ſuper ſe, vt celebrarent decimũquartum diẽ menſis Adar, atq́; decimũquintum

¶1 Heb. in quo die deuenerat mãdatum regis & lex eius [ſiue ordinatio] vt fieret. i. die quo mãdari executioni debebat præceptũ & lex regis de interimẽdis Iudæis. ¶2 Heb. expectauerãt dominari illis. ¶3 Heb. & conuerſum fuit hoc. ſub. in contrariã partẽ. ¶4 Heb. Cõgregati ſunt &c. iſtud dependet à principio ſuperioris verſus, menſe igitur duodecimo &c. & parentheſis obſeruanda eſt. ¶5 He. & nemo ſtetit corã illis. i. nemo illis reſiſtere potuit. ¶6. i. ſibi à Iudæis timebãt omnes gentes. ¶7. i. procuratores negotiorum regis. ¶8. i. ſibi timebant à Mardochæo. ¶9 volitabat. vagabatur. ſpargebatur. ¶10 creſcebat. ¶11 Heb. ꝑcuſſione gladij & occiſiõis & interit[9]. ¶12. i. non diripuerũt bona aliorũ quæ illis erãt promiſſa. ¶13. i. ſtatim reſciuit numerũ interfectorum in Suſan. ¶14. i. meis. de ſe loquitur in tertia perſona. ¶15 & quænam &c. q. d. & tamẽ ſi iſtud tibi nõ ſatiſfacit, pete qdqd vltra volueris, & dabo tibi. ¶16 vltrà ¶17 ritũ. i. quẽadmodũ fecerũt hodie. q. d. permittat illis occidere aduerſarios, vt hodie interfecerũt. ¶18 Heb. & data [eſt. i. ꝓmulgata] fuit lex. ſiue ordinatio. ¶19. i. defenderũt ſeſe. ¶20 quieuerũt ab inimicis ſuis: interfecerũt autẽ &c. ¶21. i. illorũ bona nõ diripuerũt. ¶22 Hic verſus pẽdet à ſuperiori, Ergo decimatertia &c. Quidã volũt cõiunctionẽ Hebraicã quæ verbũ נוח præcedit, ꝓ quo quieuerũt verſum eſt, ſuperfluere, & verſum iſtũ nõ pẽdere à ſuperiori, legẽtes hoc modo, Decimotertio die mẽſis Adar quieuerũt &c. ¶23 poti[9] ſubaudiẽdũ, interfecerũt inimicos &c. ¶24 Duobus dieb[9] licuit Iudæis in Suſan interficere inimicos ſuos, nẽpe X I I I & X I I I I mẽſis duodecimi. ¶25 Heb. & fecerũt ipſũ diẽ, [diem] cõuiuij & lætitiæ. i. indulſerũt genio X V die. ¶26 nõ cincti muris, habitãtes in vrbib[9] carẽtib[9] muris. ¶27 Heb. [celebrãt in quo diẽ] lætitiæ & cõuiuij, & diẽ bonũ, & [diẽ] miſſiones partiũ quiſq́; ſocio ſuo. i. celebrant X I I I I diẽ cũ lætitia & cõuiuijs, diẽ feſtũ agẽtes, & mittẽtes munera, ſiue particulas cibariorũ amicis ſuis. Nos etiã diẽ feſtũ, vocamus Vng bõ iour, quẽadmodũ & Hebræi. ¶28 Scripſit. hinc colligũt Iudæi Mardochæũ huiſ[9] libri authorẽ eſſe. ¶29 Vt iniũgeret [ſiue præciperet] illis. Verſus iſte pendet à ſuperiori.

¶30 Heb. ſtatuē-rit inquā[iuxta dies illos, ſiue iuxta numerū dierū illorum ¶31 in quib' ꝗe uerāt ¶32 iuxta menſē. i. ſicut ſe erunt eo mē ſe q verſus eſt, &c. ¶33. i. feſtū ¶34 Heb. cōui-uij & lætitiæ, & dies miſſionis particularū ci-bi. quiſq; proxi mo ſuo. i. hos dies celebra-rēt cū lætitia & agitādo conui-uia & in illis mittendo parti culas cibariorū ad amicos ſu-os, & munera pauperibus. ¶35 Receperūt. ſub. ſe facturos. ¶36 Nanq; Red dit rationē cur celebrati ſint hi dies à Iudæis. ¶37 Agagita. i. de ſtirpe Agag. ¶38 cogitauerat ¶39 & miſerat pur, id eſt &c. hoc eſt. miſſis ſor-tib' decreuerat diē in quo per-deret oēs Iudæ-os. ¶40 Heb. Cū autē Eſther ve-niſſet in cōſpe-ctū regis, dixit [rex] cū epiſto-la vt cōuertere tur cogitatio &c. i. miſſis epi ſtolis præcepit rex vt cōuerte-retur &c.

eiuſdem, idque ſingulis annis.[30] Hos inquā dies' [31] quibus requiē ſibi parauerant' Iudæi ab hoſti-bus ſuis, &[32] mēſem illum' qui verſus eis fuerat à triſtitia in lætitiā, & à luctu in diē[33] bonum,' vt celebrarēt illos dies[34] cōuiuio & gaudio, & mit-teret quiſque portiones proximo ſuo,' & dona pauperibus.[35] Suſceperūt' hoc Iudæi, quod & ipſi cœperant facere, & quod Mardochæus ſcripſerat ad eos,[36] Quomodo' Hamā filius Hamedatha[37] A-gagæi hoſtis omniū Iudæorum[38] molitus fuerit' perdere Iudæos, &[39] quomodo idem pur, id eſt' ſortem, iecerit ad delendū eos, & ad perdendum eos:[40] præterea quomodo [Eſter] introierit in cō-ſpectum regis, dixeritq; vt literis reſtringeretur' machinatio eius mala quam excogitauerat con tra Iudæos, [reciderētq;] in caput eius, vt ſuſpēde rent eū & filios eius in ligno. Hac de cauſa[41] vo-cauerunt' dies illos Purim,[42] propter nomen ſor tis,[43] propter omnes ſermones huius epiſtolæ,' &[44] quidquid ipſi viderant in hoc negotio, & quidquid eis acciderat.[45] Ratū ergo habuerūt & ſuſceperant' Iudæi ſuper ſe & ſuper ſemen ſuū, atque ſuper omnes qui eis[46] iuncti fuerint,[47] vt nemo negligat quin hos duos dies celebret, vt ſcripti ſunt & deſtinati' omnib' & ſingulis an-nis.[48] Dies enim memoriales ſunt,' celebrēſq; in omnem poſteritatem & generationē, per ſingu las prouincias & ciuitates. Dies purim illi[49] nū-quam obliuioni tradentur' inter Iudæos.[50] me-moriaq; eorum nūquam recedet à ſemine ipſo-rum.' Scripſit[51] præterea' Eſter regina filia Abi-hail, & Mardochæus Iudæus[52] ſumma diligētia,'[53] vt ratam haberēt hanc ſecundā epiſtolam pu-rim.' Miſitq; literas ad oēs Iudæos, ad centū vi-ginti ſeptē prouincias regni Aſueri,[54] pax [vobis] & firmitas.[55] Firmiter ſeruandi ſunt dies illi Pu rim[56] ſuis tēporibus,' quemadmodū[57] eos inſti-tuit illis' Mardochæus Iudæus, & Eſter regina: & quemadmodum ipſi[58] obligarunt animas ſuas, & poſteros ſuos ad ieiunia & preces:' &[59] vt Eſter ſermone cōfirmauit negotium iſtarum purim, & in libro conſignauit.' CAP. X.

Porrò Aſuerus rex vectigal impoſuit terræ & inſulis marinis. Geſta quoq; cuncta[1] fortitudi nis & roboris ſui,' deinde[2] inſignis claritas ma-gnificentiæ Mardochæi; qua eum euexerat' rex, nonnē hæc ſcripta ſunt in libro annalium regū Medorum & Perſarum? Erat enim Mardochæus Iudæus ſecundus à rege Aſuero, & magnus in-ter Iudæos, acceptus denique multitudini fratrū ſuorum,[3] ſtudens ſaluti populi ſui, ſalutēmque ac pacem curans omnibus poſteris ſuis.

ſuſciperent, & reuertēte ſemper anno ſolēni ce-lebrarēt honore: quia in ipſis diebus ſe vlti ſunt Iudæi de inimicis ſuis, & luctus atq; triſtitia in hilaritatem gaudiūmq; conuerſi ſunt, eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterēt ſibi inuicē ciborū partes, & pauperibus munuſcula largirentur. Suſceperūntq; Iudæi in ſolennē ri-tum cūcta quæ eo tēpore facere cœperāt, & quæ Mardochæus literis facienda mādauerat. Aman enim, fili' Amadathi ſtirpis Agag, hoſtis & ad-uerſarius Iudæorum, cogitauit cōtra eos malū, vt occideret illos, atque deleret: & miſit phur, T. i. e. quod noſtra lingua vertitur in ſortē. Et poſtea F ingreſſa eſt Eſther ad regē, obſecrans vt conatus eius, literis regis irriti fierent: & malū quod cō-tra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput ei': deniq; & ipſum & filios eius affixerunt cru ci, atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt phurim, id eſt ſortiū: eo ꝙ phur, id eſt ſors, in vr nam miſſa fuerit. & cuncta quæ geſta ſunt, epi-ſtolæ, id eſt libri hui' volumine cōtinētur: quæ-que ſuſtinuerūt, & quę deinceps immutata ſunt, ſuſceperūt Iudæi ſuper ſe & ſemen ſuū, & ſuper cunctos qui religioni eorum voluerūt copulari, vt nulli liceat duos hos dies abſq; ſolēnitate tranſ igere: quos ſcriptura teſtatur, & certa expetūt tēpora annis ſibi iugiter ſuccedentibus. Iſti ſunt dies, quos nulla vnquā delebit obliuio: & per ſin gulas generationes cūctæ in toto orbe prouin- G ciæ celebrabunt: nec eſt vlla ciuitas, in qua Dies phurim, id eſt ſortiū, non obſeruētur à Iudæis, & ab eorū progenie, quæ his ceremonijs obliga ta eſt. Scripſerūntq; Eſther regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæ' etiā ſecūdā epiſtolā vt om ni ſtudio dies iſta ſolēnis ſanciretur in poſterū. Et miſerūt ad omnes Iudæos, qui in centū vigin ti ſeptē prouincijs regis Aſſueri verſabantur, vt haberēt pacē, & ſuſciperēt veritatē, obſeruantes Dies ſortiū, & ſuo tēpore cū gaudio celebrarēt: ſicut cōſtituerāt Mardochæ' & Eſther, & illi ob-ſeruāda ſuſceperūt à ſe, & à ſemine ſuo ieiunia, & clamores & Sortiū dies, & oia quę libri huius, qui vocatur Eſther, hiſtoria cōtinētur. CAP. X.

Rex verò Aſſuerus omnem terram, & cunctas maris inſulas fecit tributarias. Cuius fortitu do & imperiū, & dignitas atque ſublimitas, qua exaltauit Mardochæū, ſcripta ſunt in libris Me-dorum atque Perſarū: Et quomodo Mardochæus Iudaici generis ſecundus à rege Aſſuero fuerit: & magnus [a]apud' Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum ſuorū, quærēs bona populo ſuo, & lo-quēs ea quæ ad pacem ſeminis ſui pertinerent. ¶a inter

¶41 vl. vocare ſolēt hos dies, nēpe X I I I I & X V. ¶42 de nomine ſortis. i. deductione facta à pur. ¶43. i. propter oia quæ in hac epiſtola dicūtur geſta eſſe. ¶44 & [propter] id quod viderūt [ſub. Iudæi.] ſuper hoc, & [propter] id quod peruenit ad eos. ſub. rumore. ¶45 [Propterea inquā] ſtatuerūt, ſiue receperūt ¶46 ſeſe adiūcturi eſſent. i. q erāt acceſſuri ad ritū & religionē eorū. ¶47 Heb. neq; id pertrāſibit vt eſſent facturi duos dies illos, iuxta ſcripturā eorū & iuxta tēpus illorū &c. i. ſtatuto irreuocabili ſtatuerūt &, receperūt ſe celebraturos hos dies, & lecturos hanc epiſtolā lingua He-braica, die X I I I & X I I I I, & tēpore præfixo omnib' & ſingulis annis. ¶48 Et dies illi erūt ſolēnes, ¶49 Heb. nō peribūt. i. ꝑpetuo celebrabūtur à Iudæis. ¶50. i. poſteri Iudæorū etiā hos dies celebraturi ſunt. ¶51 autē ¶52 Heb. cū omni fortitudine. i. omni ſtudio, ſumma authoritate. ¶53 vt cōfirmarent [ſiue approbatā redderent] epiſtolam de ſortibus ſcriptā. epiſtolā inquā ſecūdā. Quidā Hebræorū ſcribūt Iudæos aliquando intermiſiſſe celebrare hos dies, & ideo Eſther & Mardochæū denuo ſcripſiſſe vt cōfirmarēt epiſtolā de ſortib' ſcriptā, vt celebrarēt dies illos. ¶54 Heb. verbis pacis & veritatis. i. miſit epiſtolas plenas humanitatis & veritatis. hoc eſt, humanas & veras. Verſus iſte pēdet à ſuperiori. ¶55 Heb. Vt approbarēt dies ſortiū iſtos. i. vt celebrādo ſuſciperēt. ¶56 vl. quoad viuerēt, ¶57 iniun-xerat illis ¶58 receperāt ſuper animas ſuas & ſuper ſemē ſuū [Gallice idē dicim'. Auoyēt promis ſur leurs ames. i. receperāt pro ſe & pro ſemine ſuo: ſe obſeruaturos] ieiunia & clamorē eorū. i. vt eſſent memores calamitatis Iudæo-rū. Solēt adhuc ante hos dies ieiunare Hebræi. ¶59 ſermo Eſther approbauit verba ſortiū iſta, & ſcript' fuit i libro. . i. cōfirmauit & inſtituit hos dies ſortiū, & ſermo ille mādatus fuit annalibus. X. ¶1. i. quæ fortiter geſſit, ¶2 Heb. declaratio magnitudinis Mardochæi qua magnificauit eū rex. i. quē reddidit magnū, hoc eſt quē rex eue-xit ad ſummas dignitates. ¶3 Heb. quærens bonū populo ſuo, & loquēs pacē omni ſemini ſuo. i. ſtudēs cōmodo & vtilitati populi ſui, comitērque alloquēs omnes populares ſuos. Quidā legunt, loquens pacē omni ſemini eius. i. po puli. hoc eſt, comiter alloquens omnes ſuos populares & familiares ex populo ſuo.

B Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi. Hæc autem quæ ſequũtur, ſcripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorũ lingua & literis cõtinentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur quod iuxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt veru prænotauimus.

Sõnij Mardochæi enarratio.

"Dixitque Mardochæus, A Deo facta ſunt iſta. Recordatus ſum ſomnij quod videram, hæc eadem ſignificantis: nec eorũ quicquam irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit Eſther eſt, quam rex accepit vxorem, & voluit eſſe re-

C ginam. Duo autẽ dracones: ego ſum, & Aman. Gẽtes quæ conuenerant: hi ſunt qui conati ſunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea: Iſrael eſt, quæ clamauit ad Dominum, & ſaluũ fecit Dominus populum ſuum: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit ſigna magna atque portenta inter gentes: & duas ſortes eſſe præcepit, vnam populi Dei, & al-

D teram cunctarum gentium. venitque vtraque ſors in ſtatutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuerſis gentibus: & recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hæreditatis ſuæ. Et obſeruabũtur dies iſti in mẽſe Adar quartadecima, & quintadecima die eiuſdem menſis, cum omni ſtudio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

Tum Mardochæus, A Deo facta ſunt hæc, inquit. Venit enim in mentẽ mihi ſomnij, quod mihi ſuper his rebus videre viſus ſum, quarum nihil quicquam cecidit ad irritum. Exiguus ille fons, qui euaſit fluuius, ſimul autẽ erat lux, ſol & aqua plurima. Eſther eſt, inquam, ille fluuius, quam rex duxit vxorem, & reginam conſtituit. Duo vero dracones, ego & Amã ſumus. Gentes autẽ ſunt, quæ ad delendum nomen Iudaicum conuenere: mea vero gens, Iſraelitæ ſunt ij, qui Deum inuocauerunt, & ſeruati ſunt. Nam Dominus populum ſuũ ſeruauit, Dominus nos ex omnibus malis iſtis eripuit, Deus edidit ea ſigna miraculáq; quæ nunquam aliàs inter gẽtes fuerunt deſignata, Nempe cum duas ſortes conſtituiſſet, vnam populo Dei, cunctiſq; gentibus alteram. ad horam, tempus ac diem iudicij hæ ſortes ambæ coram Deo præſto fuerunt inter omnes gentes. Deus autẽ populi ſui non fuit immemor, & poſſeſſionẽ ſuã aſſeruit. Itaq; ſolennes erũt iſti dies, mẽſis Adar decimaquarta, eiuſdẽmq; decimaquinta dieb᷒, cũ celebritate, lætitia iucũditatéque corã Deo in populo ipſius, omnibus ſæculorum ætatibus.

CAP. XI.

ANno quarto regnãtib᷒ Ptolemæo & Cleopatra, attulerũt Doſithæus, qui ſe ſacerdotẽ, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epiſtolam phurim, quam dixerunt interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium in Ieruſalem.

CAP. XI.

ANno quarto regni Ptolemæi & Cleopatræ, qui ſe ſacerdotẽ & Leuitã ferebat, Doſithæ᷒, & Ptolemæus eiuſdẽ filius prodiderũt hãc præſentẽ epiſtolam Phurim, quã aiebant interpretatũ eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium Hieroſolymitanum. ¶1 Τὴν τῶν φρουραὶ φρουραί.

Hoc quoq; principiũ erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretũ.

B Anno ſecundo, regnãte Artaxerxe maximo, prima die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus, filius Iairi, filij Semei, filij Cis de tribu Bẽiamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Suſis, vir magn᷒, & inter primos aulæ regiæ. Erat autem de eo numero captiuorum, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieruſalem cum Iechonia rege

C Iuda: & hoc eius ſomnium fuit, Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio ſuper terram: & ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum. Fuitque dies illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram. Cõturbatáque eſt gens iuſtorũ timentium mala ſua, & præparata ad mor-

D tem. Clamaueruntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerũt inclytos. Quod cũ vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſſet de ſtrato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo, ſcire cupiens quid ſignificaret ſomnium.

Somnium Mardochæi. 1.a. 4. Reg. 24. d. Iere. 24. a.

Anno regni magni illi᷒ Artaxerxis ſecundo, prima die menſis Niſan, ſomnio vſus eſt Mardochæus natus Iairo filio Semei è Ciſæo nati, è tribu Beniamin, homo Iudæus in vrbe Suſis habitans, vir magnus, munus gerẽs in aula regia. Erat autẽ conſors captiuitatis, quam rex Babylonis Nabuchodonoſor cũ Iechonia rege Iudææ deduxerat Hieroſolymis. Hoc autẽ fuit eius ſomniũ, Exorto in terra ſubito ſonitu tumultuoſo cum tonitruis, terræmotu & tẽpeſtate. ecce duo dracones immanes inter ſe concertare parati prodierũt. Edebant autem ſonitum ingentẽ, quippe quo omnis gens ad bellũ genti iuſtorũ inferendum excitetur, repenteq; tenebroſa dies extitit & caliginoſa, calamitas item & anguſtia, tũ afflictio magnuſque tumultus ſuper terram. Perturbata itaque gens omnis iuſta, mala ſibi metuens, cũ ſe comparaſſet ad occumbendum, clamorem ad Deum ſuſtulit, præ quo clamore ingens velut è paruo fonte fluuius, & magna vis aquarum promanauit, lux & ſol effulſit, humiles erecti ſunt, & ſuperbos abſorbuerunt. Hoc ſomnium & inſtitutum Dei ſibi repræſentatum expergefactus Mardochæus mente recondidit, omnes eius partes cupide explorans, donec nocteſceret. ¶1 Al, Cis.

CAP. XII.

MOrabatur autem eo tempore in aula regis cũ Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erãt palatij. Cùmque intellexiſſet cogitationes eorum, & curas diligentius peruidiſſet, didicit quòd

B conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nunciauit ſuper eo regi. Qui de vtroque habita quæſtione, confeſſos iuſſit duci ad mortem. Rex autem quod geſtum erat, ſcripſit in commentarijs: ſed

C & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Præcepitque ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman verò filius Amadathi bugæus erat glorioſiſſimus coram rege, & vo-

D luit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Mardochæ᷒ ſeruãdo inſidias Artaxerxi ſtructas denudat. 1.2.d. 6.a.

CAP. XII.

CVm autẽ Mardochæus habitaret in regia cũ Gabatha & Thara duobus eunuchis regijs aulæ cuſtodibus, audiuit conſilia eorũ, curas explorauit, & intellexit quo pacto Artaxerxi regi manus afferre cogitarẽt. Hoc cũ ipſe regi renũtiaſſet, rex duos eunuchos ſuos curauit conquirẽdos. quibus, cũ crimẽ cõfeſſi eſſent, mulctatis ſuſpẽdio, rex quod geſtũ erat retulit in cõmẽtarios, & Mardochæ᷒ quoq; hiſtoriã eam ſcriptis mãdauit. Iuſſit autẽ rex eũ fungi munere aulico, & donis eũ ornauit pro delatione. Tũ Aman Amadathu filius, qui in magno honore erat apud regem, Mardochæo eiuſdẽmque populo, propter duos eunuchos regios, malum dare machinatus eſt. Hoc autem erat exemplar epiſtolæ. ¶1 Al, Bagatha.

Hucuſque prooemium.

Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant, vbi ſcriptum eſt in volumine, Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum. quæ in ſola vulgata editione reperimus.

Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

Ioſeph. Antiq. lib. 11. cap. 6.

HAec ſcribit rex magnus Artaxerxes centum viginti ſeptem prouinciarũ ab India ad Aethiopiam vſque principibus, imperióque ſuo ſubiectis præſidibus. Cum dominio multarum gentiũ, & totius orbis imperio potitus eſſem, non putaui faciẽdum temere vt me efferrẽ potentia, ſed vt clementius & mitius eos qui mihi ſubiecti ſunt vſque tractando, in tranquillam per omnia vitam collocarẽ, regnúmque mihi redderem ad extimos vſque fines quietum ac peruium, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem. Cæterum ſuper hoc cum conſiliarijs conſultante me, quomodo res perficeretur: vir apud nos ſapientia præcellentiſſimus, deinde conſtanti beneuolentia, firmáque fide probatiſſimus, & honorem regni ſecundum adeptus Aman nobis indicauit, omnibus per orbẽ nationibus permixtum eſſe populum quẽdam inimicum, legibus omni genti contrarium, & aſſiduum regiorum edictorum contemptorem, vt iam cõſtitutum à nobis imperium non poſſit inoffenſum ſtatum obtinere. Perpenſum igitur habentes vnicam hanc gentem per omnia in eo eſſe poſitam, vt ſumme refragetur hominibus, inſtituto legum peregrino differre, à noſtris diffidere rationibus, maláque maxima deſignare, quo minus regnum conſequatur ſtabilitatem: præcipiendũ putauimus, vt quicunque ſcriptis Aman, qui rerum adminiſtrationi præfectus eſt, & à nobis ſecũdus, ſignificati vobis fuerint, vnà cum vxoribus & liberis omnes hoſtilibus gladijs citra vllam miſericordiam & veniam extirpentur radicitus, idque die mẽſis duodecimi Adar anni præſentis decimaquarta: vt iampridem & etiamnum inimici violenter demiſſi ad inferos, in poſterum quietas nobis, & tranquillas omnino res exhibeant.

CAP. XIII.

Exemplar epiſtolæ Artaxerxis cõtra Iudæos pertinẽs ad hiſtoriam tertij capitis.

REx maximus Artaxerxes ab India vſq; Aethiopiam, centum viginti ſeptem prouinciarũ principibus, & ducibus, qui eius imperio ſubiecti ſunt, ſalutem. Cum plurimis gẽtibus imperarem, & vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clemẽtia & lenitate gubernare ſubiectos: vt abſq; vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata cũctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autẽ me à conſiliarijs meis quomodo poſſet hoc impleri, vnus qui ſapientia & fide cæteros præcellebat, & erat poſt regem ſecũdus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentiũ conſuetudinem faciens, regum iuſſa contẽneret, & vniuerſarum concordiam nationũ ſua diſſenſione violaret. Quod cum didiciſſemus, videntes vnam gentem rebellem aduerſus omne hominũ genus peruerſis vti legibus, noſtriſq; iuſſionibus contraire, & turbare ſubiectarum nobis prouinciarũ pacem atque concordiam: iuſſimus vt quoſcũque Aman, qui omnibus prouincijs præpoſitus eſt, & ſecũdus à rege, & quem patris loco colimus, monſtrauerit: cum coniugibus ac liberis deleãtur ab inimicis ſuis, nulláſque eorũ miſereatur quartadecima die duodecimi menſis Adar, anni præſentis: vt nefarij homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem, quam turbauerant.

B

C

Hucuſque exemplar epiſtolæ.

¶Quæ ſequũtur, poſt eum locum ſcripta reperi, vbi legitur, Pergẽnſque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Eſther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Precatus eſt autem Mardochæus ad Dominũ, omniáque ipſius facta cõmemorans, Domine Domine rex omnipotens, inquit, (ſiquidem in poteſtate tua ſunt omnia, nec eſt qui decretis cõtra te proficiat, ſi tu ſeruatos velis Iſraelitas: ſiquidẽ tu cæli terræq; creator es, & omniũ quæ cælo ſubiecta ſunt mirabiliũ, tu Dominus es omniũ, nec eſt qui ante te Dominũ ſubſiſtat, tibiq; nota ſunt omnia) tu Domine ſcis neq; per cõtumeliã, neq; per ſuperbiã, nec per [1]ambitionẽ fecisse me quo minus ſuperbũ Aman adorarẽ, (pro ſalute enim Iſraelitarũ etiã plãtas pedũ eius oſculari peruoluiſſem,) ſed eò factũ eſſe hoc, ne diuinæ maieſtati gloriã humanã anteponerẽ, néve præter te Domine quenquã adorarẽ: tantũ abeſt vt hoc vlla ſuperbia fecerim. Quamobrem nũc Domine Deus & rex, caue populo tuo, quoniã illi exitiũ noſtrum ſpeculatur, & affectant primã tuã poſſeſſionẽ delere. Ne negligas peculium tuũ, quod tibi è terra Aegyptiaca aſſeruiſti. Exaudi precationẽ meam, & eſto ſorti tuæ propitius. Luctum noſtrum conuerte in gaudium, vt viui prædicemus nomẽ tuum Domine, nec ora laudãtium te deleas. Tales clamores ſumma vi tollebãt omnes Iſraelitæ, quòd mors ipſis ante oculos obuerſaretur.

[1] vl. arrogantiam.

Oratio Mardochæi pertinẽs ad hiſtoriã quarti capitis.

Mardochæus autẽ deprecatus eſt Dominum, memor omnium operũ eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotẽs: in ditione enim tua cuncta ſunt poſita: & nõ eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael. Tu feciſti cælum & terrã, & quicquid cæli ambitu continetur: Dominus omniũ es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. Cuncta noſti, & ſcis quia nõ pro ſuperbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc vt nõ adorarem Aman ſuperbiſſimum: (libẽter enim pro ſalute Iſrael etiã veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui ne honorẽ Dei mei transferrẽ ad hominẽ, & ne quẽquam adorarem excepto Deo meo. Et nunc Domine rex Deus Abrahã miſerere populi tui, quia volũt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuã delere. Ne deſpicias partem tuã quam redemiſti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationẽ meã, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & conuerte luctũ noſtrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuũ Domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Iſrael pari mente & obſecratione clamauit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

D

CAP. XIIII.

ESther quoq; regina anxio metu mortis perculſa cõfugit ad Dominum, exutas magnificas veſtes ſuas mutauit triſtibus & lugubribus, pro ſuperbis delicijs puluere ſordibúſq; oppleto capite ſuo, corpus ſuũ vehementer afflictauit, omnẽ locũ feſtiuitatis ſuæ capillis intortis ſuis conſperſit, & implorans Dominũ Deum Iſraelitarũ, Tu ſolus rex noſter es, inquit, mi Domine: fer opẽ mihi deſtitutæ, cui adiutor præter te nullus eſt, quoniam mihi præſto eſt meũ periculũ. Equidem à prima ætate audiui in tribu cognationis meæ, te Dominũ Iſraelitas ex omnibus gẽtibus, & patres noſtros ex omnibus maio-

CAP. XIIII.

Lamẽtatio & oratio Eſther pro liberatiõe populi ſui, ad hiſtoriã quarti capitis pertinens.

ESther quoque regina confugit ad Dominũ, pauens periculum quod imminebat. Cúmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguẽtis varijs, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuũ humiliauit ieiunijs: omniáque loca in quibus antea lætari cõſueuerat, criniũ laceratione compleuit. Et deprecabatur Dominum Deũ Iſrael, dicẽs, Domine mi, qui rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariã, & cuius præter te nullus eſt auxiliator alius. Periculũ meũ in manibus meis eſt. Audiui à patre meo quòd tu Domine tuliſſes Iſrael de cunctis gẽtibus, & patres noſtros ex omnibus retro maioribus ſuis, vt poſſideres hære-

Deut. 4. e. 7. d.

D ditatem ſempiternã, feciſtique eis ſicut locutus es. Peccauimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum: coluimus enim deos eorum: iuſtus es Domine. Et nunc nõ eis ſufficit quòd duriſſima nos opprimũt ſeruitute, ſed robur manuum ſuarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atq; extinguere gloriam tẽpli & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in ſempiternũ. Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram: C ſed conuerte conſilium eorum ſuper eos, & eum qui in nos cœpit ſæuire, diſperde. Memento Domine, & oſtende te nobis in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuerſæ poteſtatis: tribue ſermonem cõpoſitum in ore meo in cõſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri qui ei conſentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullũ aliud auxilium habentem, niſi te Domine qui habes omnium ſcientiam, & noſti quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircunciſorum, & omnis D alienigenæ. Tu ſcis neceſſitatem meã, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & nõ portem in diebus ſilentij mei, & quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nũquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc trãſlata ſum vſq; in præſentem diem, niſi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis ſuper omnes, exaudi vocẽ eorum qui nullam aliã ſpem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

ribus ſuis in ſempiternam elegiſſe poſſeſſionem, & habitos ad ipſos ſermones te cõprobauiſſe: adeòq; nunc cũ in te peccauimus, tradidiſti nos in manus hoſtium noſtrorũ, eo q̃ deos eorũ coluerimus. Iuſte tu quidem egiſti Domine, verũ illi iam nõ contẽti ſunt amara ſeruitute noſtra, ſed dexteras dexteris idolorũ ſuorum cõmiſerunt, ſe fidem ore ſuo datã executuros, tuámq; abolituros poſſeſſionẽ, tum obſtructuros ora laudãtium te, & ſplendorẽ ædis atq; tuæ extincturos, ora gẽtium aperturos ad virtutes vanorũ prædicandas, regíque corporeo perpetuam conciliaturos admirationẽ. Ne tradas Domine ſceptrum tuũ ijs qui nulli ſunt, nec cõtingat iſtis ridere ſuper ruina noſtra, ſed retorque in ipſos conſilium eorũ, & ede exẽplum in eũ qui nobis horum author eſt. Memẽto Domine dare ſignificationem tui tẽpore afflictionis noſtræ, & me cõfirma rex gẽtium, & omnis imperij dominator. Imbue os meũ ſermone facũdo coram leone, & conuerte cor eius in odium oppugnãtis nos ad interitũ ipſius, & aſtipulatorum eiuſdem: nos vero manu tua vindica, & mihi deſtitutæ, nec aliũ præter te adiutorẽ habẽti ſuccurre. Omnia tibi nota ſunt Domine. ſcis odiſſe me gloriã iniuſtorum, & lectũ incircunciſorũ, omniſq; alienigenæ abominari. Scis impoſitam mihi neceſſitatem: nam deteſtor ſuperbum hoc inſigne meum, quod diebus ijs quibus procedo in conſpectum populi, gero capite meo, vt pannũ menſtrualem deteſtor illud. Neque enim geſto illud quibus diebus à publico ferior. Ancilla tua de mẽſa Aman cibũ non ſumpſit, cõuiuium regiũ non magnifeci, vinũ libaminũ non bibi, nec ex quo ſorte mutata ſum vſq; adhuc, ancilla tua lætata eſt niſi nomine tuo Domine Deus Abrahã. Exaudi vocẽ deploratorũ Deus omniũ potẽtiſſime, aſſere nos à manu improborum hominum, & me hoc metu libera.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

## CAP. XV.

ET mandauit ei (haud dubium quin Eſther) Mardochæus vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo ſuo & pro patria ſua. Memorare (inquit) dierũ humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman ſecundus à rege locutus eſt cõtra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

## CAP. XV.

[ET dedit ei negotium (haud dubie Mardochæus Eſther) vt ad regem ingreſſa ei pro populo patriáque ſua ſupplicaret. Memento (inquit) tẽporum humilis ſortis tuæ, & quomodo mea manu fueris enutrita. Quãdoquidem Aman à rege ſecũdus mortem nobis minatus eſt, inuoca tu Dominum, & regem affare pro nobis, vt nos à morte protegas.]

Ioſephus Antiquit. lib.11.ca.6.

Necnon & iſta quæ ſubdita ſunt.

Quo pacto Eſther ad regem intrauerit, & ad eius aſpectũ territa fuerit.

Die autẽ tertio depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circundata eſt gloria ſua. Cúmque regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omnium rectorem & B ſaluatorem Deum, aſſumpſit duas famulas: & ſuper vnã quidem innitebatur, quaſi præ delicijs & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens: altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum indumenta ſuſtentans. Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, & gratis ac nitẽtibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore cõtractum. Ingreſſa igitur cuncta per ordinem oſtia, ſtetit contra regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regijs, auróque fulgẽs & C pretioſis lapidibus, erátq; terribilis aſpectu. Cúmque eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallorẽ colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinauit caput. Prou.21.a. [Conuertitque Deus ſpiritum regis in manſuetudinem, & feſtinus ac metuens exiliuit de ſolio: & ſuſtentãs eã vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur. Quid habes Eſther? ego ſum frater tuus, noli metuere. non morieris: nõ enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex cõſtituta eſt. Accede igitur, & tange ſceptrum. Cúmque illa reticeret, tulit D auream virgã, & poſuit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eam, & ait, Cur mihi non loqueris? Quæ Gen.33.b. 1.Reg.29.c. reſpondit, [Vidi te domine quaſi angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ.

Portò die tertio quàm orandi finem fecerat, cum exutas veſtes lugubres ſplendidis ſuis mutauiſſet, illuſtrata illis poſtquam rerum omniũ inſpectorem & ſeruatorem inuocauit, duabus ancillis adhibitis, quarũ alteri quaſi delicate ſe gerẽs, innitebatur: altera ponè ſequebatur ſuſtẽtans veſtem. Ipſa formæ præſtãtia rubẽs, hilariq; & tãquam amorẽ inuitãti vultu prædita, corde interim timore contracto, per omnes ianuas ingreſſa in cõſpectu regis conſtitit. Sedebat autẽ ille in regali ſolio ſuo, indutus omni habitu maieſtatis ſuæ, totúſq; collucẽs auro & gemmis, & 'perquàm terribilis.' Cúmq; elata quæ maieſtate ardebat facie, acriter ferocitérq; tueretur, regina collapſa eſt, & colore præ defectione mutato, ſuper præcedẽtis ancillæ caput ſe demiſit. Tũ Deus ad lenitatẽ mutauit regis animũ, vt anxius ſolio exiliẽs illam vlnis ſuis exciperet: cúmq; ad ſe rediſſet, cõſolaretur inſuper eam verbis blandis, ac diceret, Quid hoc rei eſt Eſther? ego frater tuus ſum: eſto bono animo, ne morere, quoniã cõmune nobis eſt imperiũ: accede. ſimul elatũ ſceptrũ aureũ ſuum ceruici illius applicuit, & eã amplexatus, Quin mecũ loqueris, inquit? Tum illa ſic eũ allocuta eſt, Tanquã angelum Dei te domine conſulta ſum: quapropter cor meum pauore maieſtatis tuæ perturbatum eſt.

q, vt, perq̃ ſtupendus.

Nam admirãdus es domine, totáque tua facies reſucet dignitate. Hæc cum loqueretur, illa præ defectione corruit, & perturbatus eſt rex, totúſque ſatellitum ipſius cœtus eam conſolabatur.

Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Cúmque loqueretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt. Rex autẽ turbabatur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eam.

Exemplar epiſtolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni ſui prouincias miſit: quod & ipſum in Hebraico volumine non habetur.

CAP. XVI.

REX magnus Artaxerxes ab India ad Aethiopiam vſque præfectis centum vigintiſeptẽ prouinciarum, & principibus imperio noſtro parentibus, ſalutem dicit. Multi crebra benignitate beneficorum hominũ ſæpius ornati, cum ſupra modum elati nõ ſolum ijs qui nobis ſubiecti ſunt malum dare nitantur, vt qui lætam copiam moderate ferre nequeant, cúmque bene de ſe meritis moliantur inſidias, neque gratitudinem ſolum ex hominum vita tollant, ſed etiã quaſi qui beneficio nullo ſint affecti, faſtu tumeant, tamẽ inſpectoris omnium Dei vltrices malorum pœnas ſemper ſe credunt effugituros. Sæpe autem & multos quibus cõmiſſa poteſtas, & adminiſtrandæ res amicorũ concreditæ fuerant, vana ſpes participes ſanguinis innocentis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus: dum ſimplici benignitate principum, mendacij peruerſitate fraudulẽter abutũtur. Hoc quod propoſuimus non tam licet ex rerum veterum monumentis intelligere, quàm ex ijs quæ, ſi quæras, in pedes incurrunt, & à peſte indigne dominantium impie patrata ſunt. Quare prouidendum eſt in poſterum, vt mutationibus vſi tranquillum reddamus regnum omnibus hominibus: & quæ incurrunt in oculos, leniter obuiã eũdo diſcutiamus. Ergo poſtquam Aman Amadathu Macedo, reuera alienus à ſanguine Perſico, multúmque remotus à noſtra bonitate, vſus hoſpitio noſtro, humanitatéq; noſtra, quam omnibus gentibus præſtamus, adeo fretus, vt pater noſter appellaretur, & adoraretur ab omnibus, ſecundámque regij ſolij perſonam gereret: hanc excellentiam moderate ferre non valens, nobis principatum & ſpiritum conatus eſt adimere, eo quòd ſeruatorem noſtrum, & per omnia beneficum Mardochæũ, inculpatámque regni noſtri ſociam Eſther, cum vniuerſa iſtorum gente multiplicibus fallaciarum vijs expetiuit ad interitum, (nam his modis ſperabat, vbi nos deſertos oppreſſiſſet, ſe Perſarum imperium ad Macedonas trãſlaturum,) nos vero Iudæos ab hoc peſtilentiſſimo viro neci deſtinatos, minime maleficos eſſe comperimus: ſed iuſtiſſimis vtentes legibus, ſummi, maximi viuique Dei, qui nobis & maioribus noſtris regnũ in pulcherrimum ſtatum redegit, filios eſſe: recte ſanè feceritis, ſi literis ab Aman Amadathu miſſis nõ pareatis. Nam harum author ipſe ad Suſorum portas cum omni familia cruci affixus eſt, quia Deus omnipotens ſubito dignas ei pœnas rependit. Cæterum huius epiſtolæ exemplari in omni loco propoſito, Iudæos ſinatis libere ſuis vti legibus, & adiuueris eos, vt eos qui inſidias ipſis tempore calamitoſo moliti ſunt, vlciſcãtur, idque ipſa die duodecimi menſis Adar decimatertia. Siquidem hanc Deus omnipotens in gaudium conuertit ipſis pro generis electi internecione. Deinde vero vos inſignem hanc diem ferijs veſtris illuſtribus celebrate cum ſumma lætitia: vt id & nũc & in poſterum nobis amiciſque noſtris Perſis, ſalutis: inſidiatoribus autem noſtris, exitij ſit monimentum. Porrò ciuitas omnis, aut in vniuerſum regio, quæ ſecundum hæc ſe non geſſerit, ferro igniq; per indignationem deuaſtabitur: & non ſolum hominibus inuia reddetur, ſed etiam feris & volucribus in tempus ſempiternum infeſta.

CAP. XVI.

REX magnus Artaxerxes, ab India vſq; Aethiopiam centum vigintiſeptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui noſtræ iuſſioni obediunt, ſalutem dicit. 1.1.a. Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: 1.3.a. & non ſolum ſubiectos regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferẽtes, in ipſos qui dederunt, moliuntur inſidias. Nec cõtenti ſunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in ſe iura violare, ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam. Et in tantum veſaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni ſint, mendaciorum cuniculis (q funiculis.) conentur ſubuertere, B dum aures principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur hiſtoriis, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauentur. Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarũ. Nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate & neceſſitate temporum, vt reipublicæ poſcit vtilitas, ferre ſententiam. Et vt manifeſtius quod dicimus intelligatis, 1.6.a. Amã filius Amadathi, & animo & gẽte Macedo, alienúſque à Perſarum ſanguine, & pietatem noſtram ſua crudelitate commaculãs, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt: & tantã in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus, poſt regem ſecundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt, vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu. C Nam Mardochæum, cuius fide & beneficijs viuimus, & conſortẽ regni noſtri Eſther cum omni gẽte ſua nouis quibuſdam atq; inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitãs vt illis interfectis inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas. Nos autẽ à peſſimo mortalium, Iudæos neci deſtinatos, in nulla penitus culpa reperimus, ſed econtrario iuſtis vtẽtes legibus, & filios Altiſſimi & maximi, ſempérque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnũ eſt traditum, & vſque hodie cuſtoditur. Vnde eas literas quas ſub nomine noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huiꝰ vrbis, id eſt Suſan, & ipſe qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: nõ nobis, ſed Deo reddente ei quod meruit. Hoc autem edictũ quod nũc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat D Iudæis vti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe adminiculo, vt eos qui ſe ad necem eorum parauerãt, poſſint interficere tertiadecima die mẽſis duodecimi, qui vocatur Adar. hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cæteros feſtos dies, hanc habetote diẽ, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in poſterum cognoſcatur, omnes qui fideliter Perſis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem inſidiantur regno eorum perire pro ſcelere. Omnis autẽ prouincia & ciuitas quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſolum hominibus, ſed etiam beſtijs inuia ſit in ſempiternũ, pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

Iob à Deo pponit vt forma præcta religioſi hominis, ac verè ſapientis: q nec ſecundis reb⁹ nec aduerſis frangitur, vt deſeratur Deũ, ſummũ & vnicũ bonum.

Liberi eius & poſſeſſio.

¶[a] conuiuium

Iob poſt cõuiuia curat liberos ſuos ſanctificãdos

B

Satan ſine pmiſſu Dei nõ poteſt nocere ipſi Iob.

Benedictio Dei.

[b] tuam C

Boues & aſinę Iob rapiũtur à Sabæis.

Oues ſuccendũtur à Deo.

Camelos abigũt Chaldęi.

D

Liberi occidũtur ĩpetu vẽti

[c] tunicã ſuã,

Fides & patiẽtia Iob ĩ aduerſis. eccleſ 5.c.1.tim.6.b.

VIR ERAT in Terra-Hus, nomine Iob: & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo. Natique ſunt ei ſeptem filij & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes oriẽtales. Et ibant filii eius, & faciebant [a] conuiuia per domos, vnuſquiſq; in die ſuo: & mittẽtes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederẽt & biberent cum eis. Cúmque in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgénſque diluculo, offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. ¶ Quadam autem die, cum veniſſent filii Dei vt aſſiſterẽt coram Domino, affuit inter eos etiam Satã. Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui reſpõdens, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixitque Dominus ad eũ, Nunquid cõſyderaſti ſeruum meũ Iob, quòd nõ ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo? Cui reſpondens Satan, ait, Nunquid Iob fruſtra timet Deum? nónne tu vallaſti eũ, ac domum ei⁹, vniuerſamque ſubſtantiam eius per circuitum: operibus manuũ eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra? Sed extende paululũ manum tuam, & tange cuncta quę poſſidet: niſi in faciẽ [b] benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce vniuerſa quę habet, in manu tua ſunt. tantum in eum ne extendas manum tuam. Egreſſúſq; eſt Satan à facie Domini. ¶ Cum autem quadam die filii & filiæ eius comederẽt & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. Cúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerósque conſumpſit: & effugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit, Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio: & ego fugi ſolus, vt nũtiarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibẽtibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente vẽtus vehemens irruit à regione deſerti, & cõcuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit liberos tuos, & mortui ſũt: & effugi ego ſolus, vt nuntiarẽ tibi. Tũc ſurrexit Iob, & ſcidit [c] veſtimenta ſua, & tonſo capite corruẽs in terram, adorauit, & dixit, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Domin⁹ dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

FVIT in regione [1] Vz vir [quidam] nomine [2] Iob, integer & prob⁹ & religioſus ac vitãs malum. Eique nati ſunt filii ſeptem, & tres filiæ. [3] Poſſeſſio autem pecoris ipſius fuit ſepties mille oues, & ter mille cameli, & iuga boũ quingenta, necnon quingẽtæ aſinæ, & permagnũ famulitium. ita vt vir ille cũctos oriẽtales antecelleret. [4] Solebant autem ipſius filij apparare conuiuia quiſq; domi ſuæ per vices dierum: ac miſſo nuntio acceſſebant ſuas tres ſorores, vt vnà ederent ac biberent. [5] Quũmque vices conuiuij exhibendi circulum abſoluiſſent, Iob miſſo nuntio [acceſſebat] & [6] ad rem diuinam præparabat eos: manéque ſurgẽs offerebat holocauſta totidem, quot ipſi numero erant. Cogitabat enim Iob apud ſe, Fortaſſe filij mei peccauerunt, [7] & indigna cogitarunt de Deo: ſicque faciebat Iob omni tempore. ¶ [8] Accidit autem quodam die, vt [9] filij Dei venientes ſiſterẽt ſe Domino: inter quos venit etiam Satanas. Dixitq; Dominus ad Satanam, Vnde venis? Et reſpõdens Domino Satanas, ait, A peruagando & obambulando in terra. Et dixit Dominus ad Satanã, [10] Obſeruauiſtine cultorem meũ Iob [11] (ſiquidem illi nemo par eſt in terra) virũ integrum, & probum, & religioſum, & vitantem malum? Reſpondens autem Satanas Domino, inquit, Num Iob gratis veneratur Deum? an nõ tu ſepſiſti eum vndique, & domũ eius, & omnia quæ habet? Nónne quicquid agit, fortunas: & poſſeſſio eius longe latéque obtinuit regionem? Verum iniecta manu tua, quæcũque habet affligito: [12] [& male mihi ſit] niſi te in faciẽ tuã vituperauerit. Dixit itaq; Dominus ad Satanã, Ecce permitto arbitratui tuo quæcunque poſſidet: veruntamen ipſi manum tuam haud inijcias. Et egreſſus eſt Satanas à cõſpectu Domini. ¶ [13] Accidit autem die quodam, vt ipſius filij & filiæ comederent ac biberẽt vinum in domo fratris ſui primogeniti. Venitque nuntius ad Iob, dicens, Quum boues ararent, & [14] iuxta illos paſcerent aſinæ, irruentes Sabæi [15] rapuerũt eos, & pueros occiderunt gladio: ego autem [d] ſolus euaſi, qui tibi nuntiarem. Adhuc iſto loquente, venit alius nuntians, Ignis Dei cælo decidit, & comburens oues atque pueros, abſumpſit eos: ego autem ſolus euaſi, qui nuntiarem tibi. Adhuc iſto loquente, venit alius dicẽs, Chaldæi [16] tribus turmis diuiſi, camelos inuadentes rapuerunt, & pueros occiderunt gladio: ego autem ſolus euaſi, qui tibi nuntiarem. Adhuc illo loquente, ali⁹ venit nuntiãs, Tui filii & filiæ comedebãt ac bibebant vinũ in domo fratris ſui primogeniti: & ecce validus ventus à regionibus vltra deſertũ poſitis veniens, [17] colliſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit iuuenes, & mortui ſunt. ſol⁹ autem ego euaſi, qui tibi nuntiarem. Surrexit itaq; Iob, & lacerauit ſuum pallium, capútque totondit, & cadẽs in terrã [18] ſeſe incuruauit. Dixit autem, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus etiã illò reuertar: Domin⁹ dederat, & Dominus abſtulit: laudetur nomẽ Domini. Iob in hoc toto [negotio] minime peccauit, neque inſulſum aliquid attribuit Deo.

¶1 Vz, ſiue Hus, regio eſt proxima Idumeæ, vt Thren. 4.d, Gaude Edom quæ habitas in terra Hus. ¶2 De hoc Ezechiel loquitur, cap. 14.c, Si fuerint tres, &c. Noe, Daniel, & Iob. Et Iacob. 5, Sufferentiam Iob audiſtis, &c. Vnde nemini dubium eſſe debet hãc eſſe verã hiſtoriam, non fictam. Ex filijs Eſau videt᷑ fuiſſe, qđ ĩdicare videtur nomẽ regionis, Hus. ¶3 Peculiũ aũt ipſi⁹ ¶4 Heb. Et ibant filij eius, & faciebant cõuiuiũ ĩ domo eiuſq; die ſuo. ¶5 Heb. Et factum eſt, quum circumiuiſſẽt dies conuiuij, ¶6 Heb. ſanctificabat eos .i. iubebat eos ſãctificari abſtinẽdo à cibis & operib⁹ carnis. ¶7 Heb. Et benedixerũt Deũ ĩ corde ſuo. Benedicere p maledicere, vt & 4. Re. 21, Benedixit Naboth Deo & regi. ¶8 Proſopopœia, qualis eſt 1. reg. 22, Egreſſ⁹ eſt ſpirit⁹ & ſtetit, &c. ¶9 .i. angeli boni. qui Deo ſe ſiſtebãt, parati ad exequendũ quod pciperet. ¶10 Heb. Poſuiſtine cor tuũ ſuper ſeruum meum Iob. ¶11 vl, q non ſit ſimilis in terra,

¶12 Heb. ſi non in faciem tuã maledixerit tibi. Quidã ſubaudiũt, Et videbis ſi nõ, &c. Alij, emoriar ſi nõ. Alij aliud ¶13 Heb. Et fuit dies, & filij eius

¶14 Heb. in locis ſuis .i. vbi ſolitæ erant paſcere.

¶15 abegerunt

[d] tantum, ego ſic ſ.

¶16 Heb. tres duces poſuerũt, & ca. &c. q.d. fecerunt tres acies, quibus prefecerũt duces ſiue imperatores.

¶17 percuſſit

¶18 vl, adorauit.

CAP. II.

ACcidit autem die quodam, vt venientes filij Dei ſiſterent ſe Domino: inter quos etiã Satanas venit vt ſe Domino ſiſteret. Dixitque Dominus ad Satanã, Vnde venis? Ac reſpondẽs Satanas Domino, ait, A peruagando & obambulando in terra. Et dixit Dominus Satanæ, [1]Obſeruaſtine cultorem meum Iob? ſiquidem illi nõ par eſt in terra, virum integrum, & probum, & religioſum, & vitantem malum. & qui etiamnum retinet integritatẽ ſuam? tũque inſtigaſti me, vt abs re [2]deuorarem [3]ipſum. Et reſpõdẽs Domino Satan, inquit, Cutem [alienam] pro cute [ſua,] & omnia quæ habet quiſque, dabit, [4]vt conſeruet vitã ſuam. Verũ intecta manu tua, ipſummet & carnẽ eius affligito: [& male ſit mihi,] niſi te in faciem tuã vituperauerit. Dixitq; Dominus Satanę, Ecce arbitratui tuo permittitur: verum [ea conditione] vt vitã eius ſerues. ¶ Egreſſus eſt Satanas à cõſpectu Domini, ac percuſſit Iob [5]vlcere peſſimo à plãta pedis vſq; ad verticẽ. Et accepit teſtã, qua ſeſe fricaret, ſeditq; [6]in puluere. Vxor autem illius dixit ei, Adhúcne retines integritatẽ tuam? Quin [7]ſupplica Deo vt moriaris. Ad quã ille inquit, Loqueris vt vna ex ſtolidis mulieribus: etiã bonũ [8]accipiebamus à Deo, & malũ nõ acciperemus? In hoc toto [negotio] Iob ſuis labijs non peccauit. ¶ Porrò quũ tres amici Iob audiuiſſent vniuerſa mala hæc quæ acciderãt ei, Eliphaz Themanita, Baldad Suhita, & Sophar Naamathita: venerũt quiſq; à [9]loco ſuo. Conuenerat enim inter eos, vt [10]vnà viſerent eũ, atq; conſolarẽtur. Ac procul ſuos oculos tollẽtes, nõ agnouerũt eũ, [11]altáq; voce plorauerũt, & lacerarũt quiſq; palliũ ſuũ, puluerẽ quoq; ſupra capita ſua ſparſerunt [12]in cælũ. [13]Humi autẽ adſederunt ei ſeptẽ dies & ſeptem noctes, vt nullus ei vel verbũ loqueretur. videbãt enim dolorẽ vehementer auctũ eſſe.

CAP. III.

POſt hæc Iob os ſuũ aperuit, & cõqueſtus eſt de ſuis temporibus. Ac reſpõdens Iob, dixit,

[1]Pereat dies quo natus ſum: [2]& nox [3]quã [nuncius] dixit marem conceptum eſſe.

Dies [4]ille, ſit tenebricoſus. [5]nec Deus eum superne requirat, neque illum ſplẽdor aliquis illuſtret.

[6]Coinquinent eum tenebræ & vmbra [7]denſiſſima, nubéſq; illum occupet: perterrefaciãt eũ [8]flagrantiſſimi ardores dierum [caniculariũ.]

[9]Sit is nox perpetua, & caligo auferat illũ: [10]nõ addatur diebus anni, neque veniat in numerum [11]menſium.

Ecce nox illa [12]ſolitaria ſit, neque incidat in eam [13]iubilus.

Deteſtẽtur eã [14]ſoliti execrari dies, qui [15]excitaturi ſunt balenas.

Obtenebreſcant in eius crepuſculo ſtellæ, ita vt lucem expectet, neque veniat, nec intueatur [16]palpebras auroræ.

Quoniam oſtia [17]vẽtris materni non clauſit, & non abſcondit moleſtiam ab oculis meis.

Quare non moriebar ſtatim editus [ex vtero, & [non] expirabam, vt ſum egreſſus ventrẽ?

Quare me genua exceperunt [obſtetricis?] quare vbera, vt ſugerem?

CAP. II.

FActum eſt autem cum quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent corã Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui reſpõdens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid conſyderaſti ſeruum meũ Iob, q non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timẽs Deũ, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra. Cui reſpõdens Satan, ait, Pellem pro pelle, & cũcta quæ habet homo, dabit pro anima ſua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quòd [a]in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua. ¶ Egreſſus igitur Satan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à plãta pedis vſque ad verticem eius: qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. ¶ Dixit autẽ illi vxor ſua, Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam, Quaſi vna de ſtultis [b]mulieribus locuta es. ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non [c]ſuſtineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis. ¶ Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerũt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes viſitarent eum, & conſolarentur. Cúmque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerũt eum: & exclamantes plorauerunt: ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum. Et ſederunt cũ eo in terra ſeptem diebus & ſeptẽ noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. videbant enim dolorẽ eſſe vehementem.

CAP. III.

POſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, & locutus eſt,

Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo.

Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus deſuper, & non [d]illuſtretur lumine.

Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.

Noctem illã tenebroſus turbo poſſideat: non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.

Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna: maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan.

Obtenebrẽtur ſtellę caligine eius, expectet lucem & non videat, nec ortũ ſurgentis auroræ,

Quia nõ concluſit oſtia vẽtris qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.

Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij?

Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?

Satanæ cum Deo colloquũ petẽtis facultatem percutiendi corpus Iob.

B

[a]in facie tua

Satã percutit Iob vlcere.

Tẽtatur Iob C ab vxore. Proſpera & aduerſa, à Deo.

[c]ſuſcipiamus?

Veniunt tres amici Iob vt eũ cõſolẽtur.

D

Ierem. 20. d. [d]illuſtret

Querimonia qua Iob deplorat, & exponit amicis triſtiſſimũ rerũ ſuarũ ſtatum, & quãtos perferat cruciatus. Cuius ſũma eſt optãdum ſibi quod editus in terrã nõ B eſſet, aut moriatur citiſſime. Vnde naſcitur occaſio diſputationis inter Iob & ſuos amicos ſuper afflictione ipſius.

¶1 Vide cap. præcedenti numero 10.

¶2 perderem ¶3 Heb. pro anima ſua. ¶4 Vide cap. 1. numero 11. ¶5 Vox Hebræa ſcabiem fœdiſſimã ſignificat, qualis eſt elephãtiaſis, & quam Indicã ſcabiem vocãt ſeu morbum Gallicũ. ¶6 in medio cineris. Is erat mos lugẽtium, vt & cilicio indui. ¶7 Alij, Benedic Deo, & morere. i. morieris. q.d. falleris, nam etiã ſi benedicas Deo, & ipſũ laudes, tamẽ morieris. fruſtra igitur es integer. Dictio Hebræa precari etiam ſignificat. ¶8 ſuſcipimus à Deo, & malum nõ accipiemus? ¶9 Locus pro regione ¶10 ſimul accederẽt ad condolẽdum ei, ¶11 Sub. aliquot voces, Et quũ propius acceſſiſſent, & eum agnouiſſent, alta voce, &c. ¶12 i. puluere ſurſum verſus iacto ſparſerunt capita ſua. Heb. ¶13 Lugentes ſolebant in terra aut in puluere ſedere.

III.

¶1 Vox Hebræa, nõ tantũ execrari, ſed etiam vituperare ac dicere mala ſignificat. ¶2 q.d. etiã eximatur è memoria hominum, nec celebretur natalis ille dies. ¶3 quæ dixit. i. dicere potuit. ¶4 i. dies illi cõuertatur in. ¶5 i. Deus in supernis cælis habitãs, ne faciat eum redire. ¶6 Deturpent ¶7 Heb. mortis. ¶8 æſtus diei. i. vapores calidi qui interdũ aſſurgere ſolent, & diem obſcurare. ¶9 Heb. Noctẽ eã occupet [i. ſibi vẽdicet] caligo. i. reddat obſcuriſſima. ¶10 vt, ne gaudeat inter dies ¶11 Heb lunarium. quibus ſcilicet mẽſes conſtãt.

¶12 i. careat hominum lætis & iucundis congreſſibus. vt, nequis ea nocte ſe itineri cõmittat. ne ſuperueniret ei aliquid. aut ſi ſe commiſerit, taceat. ſit ea triſtis admodum. ¶13 cantus clamor lætus. ¶14 q ſcilicet infœlici die nati ſunt vt ego, illi etiã huic diei meo maledicãt. ¶15 q.d. Sit piſcatorib. inauſpicata & deteſtabilis, propter nubila cęlũ & tẽpeſtates. Ita nõnulli. at vox Hebraica [לִוְיָתָן] nõ eſt nomẽ piſcis, & [ponit. pro] vnde vertẽdũ, q parati ſunt excitare luctũ ſuũ. i. cõqueri de die ſuo infœlici. ¶16 i. radios, q ſic dicunt q præcedãt aurorã ipſã. ¶17 Heb. vẽtris mei. i. matris meæ in quo cõceptus ſum. q.d. qa ea nocte tã infauſta cõcept. ſu. ¶18 qa fuit mihi principiũ huius calamitatis

Nũc enim dormiens ſilerẽ, & ſomno meo requieſcerem
B Cum regibus & conſulibus terræ, qui ędificant ſibi ſolitudines.
Aut cum principibus qui poſſident aurũ, & replent domos ſuas argento:
Aut ſicut abortiuũ abſconditũ nõ ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucẽ.
Ibi impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi robore,
Et quondam vincti pariter ſine moleſtia, non audierunt vocem exactoris.
Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à domino ſuo.
D Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt,
Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum,
Gaudentque vehementer cum inuenerint ſepulchrum?
Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tenebris?
Antequam comedam, ſuſpiro: & tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus:
Quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.
Nõne diſſimulaui? nõne ſilui? nõne quieui? & venit ſup me indignatio. CA. IIII.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
Si cœperim* loq tibi, forſitã moleſtè accipies. ſed cõceptũ ſermonẽ tenere qs poterit?
Ecce, docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti
Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti.
Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es.
B Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, *patientia tua, & perfectio viarum tuarum?
Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt? aut quãdo recti deleti ſunt?
Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatẽ, & ſeminãt dolores, & metũt eos,
Flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.
Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.
Tigris perijt, eo quód non haberet prædã: & catuli leonis diſſipati ſunt.
C Porrò ad me dictum eſt verbum abſcõditum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.
In horrore viſionis nocturnæ, quãdo ſolet ſopor occupare homines,
Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt.
Et cum ſpiritus me pręſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ.
Stetit quidam, cuius nõ agnoſcebam vultum, imago coram oculis meis, & vocẽ quaſi auræ lenis audiui,

Caput diſputationis inter Iob & amicos eſt, an Iob ſit afflict* à Deo ꝓpter impietatem & ſcelera, an aliã ob cauſam. Qui cõtrouerſiã Deus ipſe arbiter dirimit capite 38.

* &

Ex afflictionibus Iob nititur Eliphaz probare eum eſſe impium communi omnium carnaliũ argumento.

Aliud eiuſdẽ argumẽtum à iuſtitia & æquitate Dei.

Nunc enim iacerem, [19]& ſecur* otiarer, ac dormirem: ſic enim quietus agerem
Cum regibus, &[20]conſultiſſimis hominibus in terra, qui ſibi ſolitudines [21]excoluerunt ædificiis.
[22]Necnon cũ principibus habẽtibus aurũ, quique domos ſuas argẽto referſerũt.
Aut nullus omnino eſſem tanquam abortiuus fœtus [23] qui celatur. & tanquã infantes qui non aſpexerunt lucem.
[24]Ibi temerarij & iquieti homines [25]tumultuari deſinũt. & ibi quieſcũt [26] delaſſati.
[27]Vincti [aliquãdo:] opulenti ac beati ſũt, & nemo audit vocem exactoris.
Paruus & magnus ibi ſunt pares, & ſeruus [28]manumittitur.
Quare [Deus] moleſtijs affecto concedit lucem, & vitam ægris animo?
Qui expectant mortem, & non contingit, & ſcrutãtur eã ſtudioſius quã theſauros?
[29]Qui lęti olim & exultantes, nũc gaudetent adepti ſepulchrum?
[30]Viro cuius [31] via eſt occultata, [32]quémque Deus circunſepſit?
[33]Quum enim cibum ſum capturus, ingemiſco, & eiulat* edo lachrymis aquarum ritu manantibus.
[34]Equidem ſummopere expaui quód mihi euenit: & quod exhorrui, accidit mihi.
Nõ fœlix fui, non ſecur* egi, nõ vitã quietam traduxi, [35] & tamen hæc tempeſtas coorta eſt. CAP. IIII.

ELiphaz ergo Themanita excipiẽs eũ, dixit,
Num erit tibi moleſtum, ſi tentemus verba tibi facere? quanquam ſermones cohibere quis poſſet?
[2]Ecce plurimos ipſe erudiuiſti, & cõfirmaſti manus remiſſas.
Labentẽ erexerunt tui ſermones, & genua procumbentia roborauiſti.
Nunc quum tibi aliquid vſu venit, ſuccũbis: & quum te [nonnihil] attigit, perturbaris.
[4]Videlicet ex tuo metu prodijt tua fiducia, tua ſpes & integritas in via tua.
[5]Cogita quæſo quis innocẽtium perierit, aut vbi homines probi extincti ſint.
[6]Equidem quoties vidi arantes vanitatẽ, & ſeminantes moleſtiã: [vidi etiam] quod idipſum meſſuerunt.
Afflatu [enim] Dei perierunt, & a vento iræ ipſius abſumpti ſunt.
Rugit* leonis, & vox leopardi [comprimitur,] & leunculorũ dentes excerpuntur.
Perit tigris inopia prædæ, catuliq; [10]leænę [11]diſſipantur.
[12]Ad hæc res arcana perlata eſt ad me, ex qua modicũ quiddã [14]percepit auris mea.
Inter cogitationes [quæ oriebantur] è viſis nocturnis, quum ſopor homines occuparet,
Ingruit mihi pauor & tremor, ac terrefecit [15]quantum eſt oſſium meorum.

Spirit* nanque ante me hinc inde cõmeabat, & pili per totũ corpus meum horruerunt.
Quúmq; cõſiſteret, non agnoſcebã ei* faciem, [obuerſabatúrque] meis oculis imago, [16]& erat ſilentium: ac vocem [eiuſmodi] percepi,

¶19 & quieſcerem ac dormirem. tũc requies fuiſſet mihi cũ, &c. Putabat mortẽ eſſe finẽ malorum, iuxta vulgi opinionẽ. ¶20 cõſiliarijs terræ. Loquit de his quorũ cõſilio gubernat terra. ¶21 ædificabãt. i. ędes collapſas iſtaurabãt vt facerẽt ſibi nomẽ dũ viuerẽt. ¶22 Aut ¶23 abſcõditus. i. q dũ adhuc eſſet i viſceribꝰ matris periit. ¶24 In morte videlicet, vt in ſepulchro. ¶25 incutere metum. ſub. ſubditis. ¶26 feſſi robore. i. quorũ vires afflictę ſunt. ¶27 Simul vincti pacati ſut. nec audiũt, &c. De vinctis q addicebãt laboribꝰ, vt q damnabant ad metalla. q. d. oẽs, nullo excepto, mortui non afficiũtur moleſtia, nec audiũt vocẽ illius qui rigide nimiũ ab illis exigebat opꝰ. ¶28 Heb. liber à Domino ſuo. ¶29 Heb. Qui lætant de gaudio, exultãt cũ iuenerint ſepulchrũ. i. Qui gaudẽt quãdo gaudendũ eſt, exultãt &c. ¶30 Sub. vt qd inquit cõcedit ſiue dat Deus lucẽ, viro, &c. Quidã iũgunt præcedẽti verſui, adepti ſepulchrũ viri cuiꝰ via occultata, &c. q. d. Qui lætari ſolẽt de rebꝰ de qbꝰ gaudẽdũ eſt, lætari ſolẽt cu incidarit in ſepulchrũ hois afflicti, quũ recordant hois mortui q dũ viueret iſœlix erat. gaudent iquã de eiꝰ morte q ſit liberatꝰ à tãtis afflictionibꝰ. ¶31 i. q neſcit quod iter tenẽdũ ei ob iſœlicitatẽ. ¶32 & præcluſit (ſub. viã) Deꝰ ꝓpter cũ vt illi. i. qui nũquã aſſequit quod optat: quod ꝓpriũ eſt infœlicis. nã videt Deꝰ ponere obſtaculũ trãſuerſum ne obtineat quod petit. ¶33 Heb. Quia ante panẽ meũ gemitus meꝰ veniet, & ſtillabũt ceu aquæ, rugitus mei. ¶34 Quia. Ratio tanti luctus. ¶35 & euenit timor. i. ſemꝑ qd timui euenit mihi.

IIII.

¶1 reſpõdens ¶2 Occupatio. Edidit quidẽ Iob præclara opera, verũ ex ſimulata ſanctimonia. ¶3 tibi euenit. ſub. calamitas. ¶4 Heb. profecto timor tuus erat ſpes tua: & ſimplicitas viarũ tuarũ erat expectatio tua. Id eſt. timebas Deũ, integrèque & innocẽter viuebas, quia ſperabas aliquid emolumenti ab eo: igitur fucatus eras & hypocrita. Ordo dictionũ inuerſus apud Hebræos. ¶5 Quatuor rationibus hoc capite & ſequẽti oſtendere nititur Eliphaz, Iob eſſe ob ſua peccata percuſſum à Deo. Primo, Quotquot mulctantur malis, ob ſuam culpã mulctãtur. ¶6 Heb. Vt vidi, aratores iniquitatis & ſeminatores afflictionis, meſſuerũt eã. i. Dantes operã iniquitati, damnantur & pereũt. Metaphora ab aratoribus ¶7. i. ſi vel paululũ iraſcitur. ¶8 vel, perit. De omnibus qui tyrannidẽ exercent intelligit qui tandẽ pereũt poſt minas & afflictiones. ¶9 leo ¶10 leonis. i. filij tyrannorũ. ¶11 diſpergunt. ¶12 Secũdo, Diuina reuelatione ꝓditum eſt Eliphazi cogitãti de rebꝰ Iobis, q ob peccata ſit miſer, quũ & angeli nõ pſtiterint in ſua perfectione. ¶13 res hæc [olim] me latebat, cæterũ ex ea modicũ, &c. ¶14. i. reuelãte Do ꝑ angelũ. ¶15 Heb. multitudinẽ. Deſcribit pulchrè aduentum Spiritus ſancti. ¶16 ſilentium & vocem audiui. i. vocem tenuem & ſubmiſſam. ſub. dicentem ſequentia.

¶17.q.d. De⁹ iuſtior eſt hōie: iu ſtéq; ōnia facit. ergo iuſte affligit: & ita tu peccator es. male tamé argumétat̃ Eliphaz. nā multi affligunt̃ vt ꝓbétur à Deo ¶18 i angelis ſuis nō poſuit veritaté, nec i angelis ſuis poſuit lucé exactiſſimā .q.d. angeli nō ſūt creati à Deo i oi moda veritate ſiue perfectiōe abſolutiſſima: qa ſi conferant̃ cū Deo, ſunt velut tenebræ. ¶19 ſic legūt quidā Hebræorū q.d. angeli Deo collati videnẽ īſipiétes. ¶20.i. corpora terreſtria. 2.cor.5.a, Si terreſtris domus noſtra, &c. ¶21 Heb. cōminuẽt eos ante tineam.i. priuſquā à vermib⁹ abſumant̃ à ſepulchro, vt veſtis à tinea. ¶22 A mane vſq; ad veſperā.i. ſingulis dieb⁹ ꝑpetuo patent periculis, ¶23 eo q̄ nō ſit qui ponat[ſub. ſup cor].i. qui adijciat animū.q.d. incauti & imprudétes pereūt. ¶24 abducit̃ dignitas eorū [ſiue quæ in eis eſt. aut, ab eis].i. præclara portio quæ eſt in eis, hoc eſt anima aufertur ab eis.

V.

¶1 Vociferare. Clama. ¶2 & ad qué ſanctorū[ſub. angelorū]te cōuertes⁹ q te ſcilicet dignet̃ ſua reſpōſione. q.d. nullus eſt angelorū quālibet par uus q nō ſit te ſuperior, quiq; te dignet̃ alloqui. Oſtēdit hominē eſſe angelis multo inferiorem. quanto magis Deo? ¶3 Profecto ira. Oſtēdit mala homini accidere ꝓpter peccata: Eſtque tertia ratio qua Eliphaz probat Iob fuiſſe impiū q affligat̃ vt ipij & ſtulti. Ira, inquit, interficit ſtultū.i. frequenter fit vt hoïes iracūdia pereāt, q̄ fruſtrent̃ deſyderijs ſuis. ¶4 cupiditas habendi [auiditas ad ré] interficit cupidū. ſiue auidū ad ré. ¶5 Heb. maledixi habitaculo eius .i. mox cenſui, reputaui fore vt habitaculo ei⁹ male cederet, ¶6.i. ab auxilio Diuino. ¶7 cōterant̃ ¶8.i. palàm, i loco publico. in portis cauſæ publicæ & priuatæ iudicabātur.

Num [17]iuſtior eſſet homo quā Deus? num vir eſſet purior ſuo conditore?
Ecce [18]in ſuis miniſtris non firmū opus reꝑtinuit, [b]angeliſque ſuis indidit væſaniā.
Quanto magis [sā perfectione abſunt] qui [20]domos luteas incolunt, & quorū fundamentū eſt è puluere, quóſque[tres multæ]cōminuunt, [21]priuſquam cōficiantur à tineis?
[22]Inter mane ac veſperam cōteruntur: [23]& qui non reſipiſcunt, æternum pereunt.
An nō [24]poſteritas illorum interit, & moriūtur deſtituti ſapientia? CAP. V.

VOca obſecro, num ſit qui tibi reſpondeat, [2]& ad quēlibet ſáctorū reſpicito.
[3]Nempe furor ſtultum occidit, ac [4]leuem perimit indignatio.
Vidi equidem ſtultū radices agentē, & ſtatim [5]male ominatus ſum domui eius,
Fore vt eius liberi lōge abſint à ſalute, ac [7]ſeſe perdāt [8]in porta, nec ſit qui eripiat:
[9]Vt eius meſſem deuoret famelicus, eámque rapiat è medijs ſpinis, & ſitibundus auide hauriat ipſius opes.
Etenim [10]vanitas non prodijt ex [11]puluere, neque [12]moleſtia germinauit è tellure.
[13]Sed Adæ irrogatum eſt, vt generaret ad moleſtiā, & ſcintillæ in altū euolent.
[14]Verum à Deo ipſo rationes petā, & meā orationem ad Deum conferam,
Qui edit ingētia opera, eáq; inueſtigabilia, & res mirandas illáſque innumeras,
Qui dat pluuiam ſuperficiei telluris, & aquas immittit [15]vicis:
Vt humiles in alto loco ponat, ac [16]mœſti obtineant arcem ſalutis.
Cogitationes callidorum irritas facit, [17]vt nihil ſolidi efficiant manus eorum.
Qui capit ſapiētes in ipſorum calliditate, & conſilium verſutorum [s]ſubuertitur:
Ita vt interdiu [19]verſentur in tenebris, & in meridie palpent ceu in nocte.
Seruat etiā pauperé à [20]gladio, & ore illorum, è manu potentioris.
Et eſt afflicto [21]ſpes reliqua, [22]& iniqui nō habent quod vituperent aut querantur.
Ecce beatum hominē, quem arguit Deus: [23]neque tu reijcies caſtigationē Dei opeimi maximi.
Pariter eni dolores infligit, & obligat vulnera: [24]verberat idē, eiúſq; man⁹ medent̃.
[25]Sex periculis eripiet te, [26]& in ſeptimo non attinget te malum.
Tempore famis redimet te à morte, & in bello à gladio.
Abſcōderis [a]a flagro linguæ neque timebis quum inciderit [27]calamitas.

Nunquid homo, Dei comparatione iuſtificabitur. aut factore ſuo purior erit vir?
Ecce qui ſeruiunt ei, nō ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem.
Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentū, conſumentur velut à tinea?
De mane vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.
Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in ſapientia.

CAP. V.

VOca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere.
[a]Virum ſtultum interficit iracūdia, & paruulum occidit inuidia.
Ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.
Longe fient filij eius a ſalute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
Cuius meſſem famelic⁹ comedet, & ipſum rapiet armatus, & bibent ſitientes diuitias eius.
Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non [b]egredietur dolor.
Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum.
Quam ob rem ego deprecabor [c]Dominū, & [d]Deum ponam eloquium meum.
Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, abſque numero.
Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis vniuerſa.
Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate.
Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant.
Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat.
Per diē incurrent tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.
Porrò ſaluum faciet [e]egenū à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.
Et erit egeno ſpes, iniquitas autem contrahet os ſuum.
Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:
Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.
In ſex tribulationib⁹ liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.
In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladij.
A flagello linguæ abſconderis: & nō timebis calamitatem cum venerit.

B
2.Petr.2.a
¶ [a]Vere. Perſtat Eliphaz, nitēs oſtēdere Iobis impietatem à ſanctorum impunitate & ſtultorum perditione.
¶ [b]orietur
B
¶ [c]Deum, [d]ad
Argumēta Iuſtitiæ Dei.
1.Corint.3.d.
C
Commēdatio crucis quæ hominē erudit & mortificat. Iaco.1.b
D

¶9 Ordo inuerſus apud Hebræos, ſic ordinat̃, Facultas eorū [deuoluetur] ad eum cuius meſſem eſuriens comedet, & eū q è ſpinis accipiet eā: & imminebit illi prædo. Extremam hoīs infœlicitaté deſcribit. q.d. Opes poſterorū impij, deuoluent̃ ad eū cui⁹ meſſem eſuriétes deuorabunt.i. ad hominé infœlicé, & ad eū q è ſpinis accipiet eā meſſem, & meſſi illi inhiabit prædo. Moré furū ſignificat q noctu ſegetes furant̃ tépore famis i locis pulcherrimis & fertilib⁹, relicta ſegete quæ eſt iter ſpinas, quā etiā colligit q eā prim⁹ accipere poterit.i. etiā illi ꝑdo imminebit. ¶10 iniquitas. q.d. nō ob iniquitaté ipſi⁹ terræ, ea ſit ſterilis, ſed ob iniquitaté hoïs. Hæc quarta eſt ratio, q Iob ꝓpter peccata affligat. Originale peccatū cauſa eſt omniū ærūnarū: igit̃ actuale, peculiariū: ¶11 terra. ¶12 peruerſitas. vl, afflictio & dolor. ¶13 vl, Sed hō ad laboré nat⁹ eſt vt filij carbonis eleuāt ſeſe volando. aut volatu. q.d. ꝓpter peccatū primi parētis homo eſt labori obnoxi⁹, vt natura ſcintillę ſurſum ſeſe attollūt. ¶14 Vtiq; ego requireré Deū [ſub. ſi talia paterer] & ad Deū diſponerem eloquiū meū.i. Deū ꝓcarer. Hortat̃ eū ad reſipiſcentiā. ¶15 Heb. ſup faciē platearū. ¶16 & triſtes exaltentur ope. ſub. Diuina. vel, & abiecti ſiue cōtépti exaltent̃ in ſalutē.i. in locū tutū & inacceſſū. aut in ſublimi.i. in ſumma dignitate attollat De⁹ abiectos & viles, q ſibi nihil tribuūt. ¶17 ne quod decreuerūt, ¶18 vl, reddit̃ irritū. ¶19 impingant in tenebras.i. in re clariſſima deſtituant̃ prudētia. ¶20 gladio ore eorū .i. à calumnijs eorū quę ſunt veluti gladi⁹ vtrinq; ſcindēs. ¶21 vl, in quo ſperet. ¶22 Heb. & iniquitas occluſit os ſuū.i. iniqui auté cogūt̃ tacere cōtiuā. ¶23 ꝓinde correptioné Omnipotétis ne ſpreueris. ¶24 vulnerat, & manus ei⁹ ſanit. ſub. vuln⁹ ab eo iflictū. Metaphora à chirurgis. ¶25 Finiti nūc i ꝓ ifinitis. q.d. omni tépore liberabit te à noxa. Aut referẽt ad tribulatiōes ſiue pericula quę poſtea recēſet. ¶26 imò vero ſvel, atq; adeò] in ſept. ¶27 dū ꝓuagabit̃ ligua .i. dū impij pios deferét apud tyrānos, nō accuſaberis cū reliquis. ¶28 depopulatio.

In vaſtitate & fame ridebis: & beſtias terræ non formidabis.
Sed cum lapidibus regionum pactũ tuũ: & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi:
Et ſcies quòd pacem habeat tabernaculum tuũ: & viſitans ſpeciẽ tuam, nõ peccabis.
Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ.
Ingredièris in abũdãtia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.
Ecce, hoc vt inueſtigauimus, ita eſt: quod auditum, mente pertracta.

CAP. VI.

Pœnã culpa ſua grauiorẽ dicit Iob.

Reſpondens autem Iob, dixit,
Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in ſtatera:
Quaſi arena maris hęc grauior appareret: vnde & verba mea dolore ſunt plena.
Quia ſagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores [5] Domini [5] militant contra me.

¶ [5] Dei

Nũquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos, cum ante præſepe plenum ſteterit?
Aut poterit comedi inſulſum, quod nõ eſt ſale conditum? aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem?

B

[a] Animæ enim eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur: [a]
Quę prius nolebat tãgere anima mea, nũc præ anguſtia, cibi mei ſunt.

Iob humana patitur, optãdo ſibi mortem.

Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus:
Et qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me?
Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligẽs me dolore, non parcat: nec cõtradicam ſermonibus Sancti?
Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineã? aut quis finis meus, vt patienter agam?
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.

Conqueritũ ſe ab amicis C relictum, cũ præter meritũ affligatur.

Ecce, non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarii quoque mei receſſerunt à me.
Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini dereliquit.
Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus.
Qui timent pruinã, irruet ſuper eos nix.
Tempore quo fuerint diſſipati, peribunt: & vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo.

[18] Ad calamitatẽ & famem ridebis, [a] neque metues animalia terreſtria:
[19] Nã cũ lapidib[9] ruris erit tibi fœdus, [10] & feræ adigẽtur vt ſeruẽt pacem erga te. [a]
[11] Senties etiã tabernaculũ tuum ipſam incolumitatem eſſe & recẽſendo tuum domicilium non peccabis. [a]
Senties & prolem tuam augeri, & poſteros tuos ceu gramen terræ.
Peruenies [denique] [12] ſoſpes adhuc [a] ad ſepulchrum, quemadmodum frugum aceruus [13] increſcit [a] ſuo tempore.
[14] Atq; hęc fermè ſũt, quæ reb[9] accurate perpẽſis decreuim[9] proponere, ſũtq; certiſſima: proin velis ea percepta æquo aio apud teipſũ dijudicare.

CAP. VI.

Ad quæ reſpondens Iob, dixit,
O ſi exactiſſime appenderetur [1] indignatio [1] mea, ſimũlque [a] mea conditio in [2] ſtateram poneretur:
Tum enim [3] grauior eſſet [a] quàm arena maris: quocirca [4] pro magnitudine rerum parcè ac moderatè queſtus ſum. [a]
Nam [a] Dei optimi maximi [5] ſagittæ in me ſunt, quarum [6] feruor [a] ebibit [7] ſpiritũ meum, [a] & terrores [8] Dei [a] acie inſtructa me inuaſerunt.
Num rudit onager herba præſente? num [9] bos magit appoſita farragine?
[10] Poteſtne inſulſum edi non conditũ ſale? num ſapit cuiquam [11] ſaliua [a] albuminis?
Quæ meus animus [12] renuit [a] contingere, ea ſunt [13] mihi pro cibo fœtido [a].
Vtinam eueniat quod peto, ac deus concedat quod [14] ſpero.
[15] Deúſque aliter ſtatuat de me, vt me cõminuat, excuſſaque manu velut neruo findat me. [a]
[16] Adhuc enim mihi ſolatium erit: etſi terreſiã ægrotatione, ita vt mihi non parcatur, minime tamen negabo verba ſancti [Dei.] [a]
Verum quod robur meum eſt, [a] vt [17] durare poſſim? & quis finis [expectandus] mihi, ſi vitam longius producam?
Num robur mihi lapideum? nũ caro mea calybea?
[18] Quid ſi ferẽdo nõ ſum, [19] & facultas ſubſiſtendi me deſtituit?
[20] Decebat amicos exhibere beneficẽtiam miſero amico: ſed [me, vt vos dicitis] religio Dei optimi maximi deſeruit. [a]
Fratres mei [21] fidem fefellerunt [a] vt torrens, [22] vtque vallem tranſeunt torrentes.

Qui turbidi ſunt [23] à glacie [24] & niue, quæ in eos reſoluitur [a].
Tempore autem quo [25] areſcunt abolentur, [26] & per calores auferentur [a] è loco ſuo.

¶ 18. q.d. floccipendes vaſtitatem & famem. ¶ 19. i. lapides nõ lædẽt te quaſi ex pacto. Solebãt olim nudis pedib[9] ambulare, vnde ſæpius lædebãtur. ¶ 10 Heb. & beſtia agri erit tibi pacifica. q.d. non nocebunt tibi feræ agreſtes, ſi occurrerint tibi. Pſal. 90, Sup aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis. ¶ 11 Heb. Et ſcies q pax erit i tabernaculo tuo, viſitabiſque tabernaculũ tuũ, & non peccabis. i. diligentiſſime conſyderabis familiam tuã vt nihil mali agat, & non peccabis indulgendo familiæ tuæ. Verti poteſt, & ſcito tabernaculũ tuũ fore i ſũma pace poſteaq̃ viſitaueris familiã tuã, nec peccaueris. ſub. cõniuẽdo ad peccata eorũ. ¶ 12 In ſenio. q.d. non morieris ante mortẽ naturalẽ. ſenex morieris. ¶ 13 excidit ¶ 14 Heb. En hoc [quod] pquiſiuimus, & ita res habet: audi illud, & tu ſcito tibi. i. acquieſcito illi, & commendato memoriæ.

VI.

¶ 1 vl, querela, querimonia ¶ 2 afflictionẽ meã in ſtatera [ſub. poſitã] attollãt. In ſtatera. i. in altera lance ſtateræ. ¶ 3 ſub. afflictio. ¶ 4 Heb. verba mea abſorpta ſunt. i. vix loqui poſſum. vox mea faucibus adhæret. ¶ 5 Omnipotẽtis. i. acutiſſimæ. vt cedri Dei. i. altiſſimæ. ¶ 6 venenũ. ſolent eni aciẽ ſagittæ inficere veneno. ¶ 7. i. partẽ illã vitalem. ¶ 8. i. maximi. hoc eſt ægritudines illæ quæ maximũ mihi terrorẽ incutiũt. De dolore, quẽ ſuſtinebat, videtur intelligere. ¶ 9. q.d. Putáſne ſine cauſa me cõqueri, quũ ne animalia qdẽ ipſa cõquerant quum habent quod volunt? ¶ 10 Probat quæ dixerat, ſimilitudine ducta à minori ad maius. deeſt autẽ altera pars argumẽtationis, quãto min[9] amarũ comedi poteſt? q.d. natura homo nõ poteſt edere cibum inſipidũ: multo minus vehemẽtes dolores, qualis eſt hic quẽ patior. ¶ 11 ſapor. q.d. nõ: q natura ſit inſipidum. multo minus amarũ. ¶ 12 renuebat ¶ 13 Heb. ſicut fœtores panis mei. vl, velut ægritudines carnis meæ. i. pxima mihi ſunt vt ſunt ægritudines corporis, neq; magis à me ſeparari poſſunt afflictiões, q̃ à corpore ægritudines. ¶ 14 nẽpe mortẽ: vt ſequẽti verſu declarat. ¶ 15 Velitq; Deus me cõterere: ſoluere manũ ſuã, & ſuccidere me. Manus ligata videt quãdo parcit. Morte repẽtina pdi optat. ¶ 16 Heb. Et eſt adhuc cõſolatio mea, & calefaciã me i dolore, [qui] nõ parcit [mihi] qa nõ ſuppreſſi verba ſancti. i. Quiuis adhuc habeã quo me cõſolari poſſim, tametſi vrar dolore, q crudeliſſime exercet me. nẽpe q nõ ſuppreſſerim verba Dei, nõ cõtradixerim verbis ei[9], nõ fuerim i eũ blaſphem[9]. ¶ 17 ſperare. ſub. liberos. reſpõdet ad verba Eliphaz i fine pced. cap. Senties & prolẽ tuã augeri. q.d. fruſtra ſperẽ liberos. ¶ 18 Heb. Nõne nõ auxiliũ meũ i me [fuit]. i. nõnne quoad potui, me iuui? ¶ 19 & [nũqd] officiũ impulſum [fuit] à me? q.d. nõnne ſẽper me cõtinui i formula recte viuẽdi? ¶ 20 Heb. [an] diſſolutio, à ſodali ſuo cõuitiũ [erit?] & nũqd dicet q timorẽ Omnipotentis deſeruerit? Miratur impudẽtiã amicorũ, qui pro cõſolatione cõuitiũ dicãt. Quidã iter Hebræos ſic legũt, Nõnne dicetur ab amico, quòd timorẽ & miſericordiam Omnipotẽtis deſeruerit? q.d. fierine poteſt vt amicus dicat amico ſuo, quòd deſeruerit, &c. ¶ 21 Heb. præuaricati ſunt, ſub. in me. i. fefellerunt. Inconſtantes amicos torrẽtibus cõparat, qui tempore veris aucti niualibus aquis, magno impetu feruntur, æſtate exareſcunt. ad quos mercatores ſitibundi accurrẽtes ſpe potus, falluntur. ¶ 22 & inundatio torrentium [qui] prætereunt. i. qui ad tempus decurrunt. ¶ 23 ſub. liquefacta in aqua. ¶ 24 Heb. ſuper eos abſconditur nix. vl, in quibus abſconditur nix. i. in quos torrẽtes nix liquefacta in aquam immiſcetur & immittitur. ¶ 25 Heb. incaleſcunt, delentur. vl, defluendo imminuuntur & delentur. ¶ 26 & dum incaleſcit, [ſub. tempus] extenuantur.

[27]Concutiũtur itinera[a]per quæ feruntur:
[28]cæterum euaneſcunt[b], ac penitus intereunt.
[19]Viderunt[c][eos aliquando] [20]qui proficiſcuntur in regionem Thema,[21]& qui Sabæos adeunt ſpem habent de eis:[d]
Pudeñunt autem, quia ſpem[in eis]poſuerunt & poſtquam peruenerunt ad locũ iſtum, erubeſcunt.
[21]Eiuſmodi[e]mihi torrentem planè exhibe[t]is. q cõſpectis meis ærũnis extimuiſtis.
Dixine vt mihi conferatis aliq d, & è facultatib[9] veſtris largiamini p me munera?
Vtque me liberetis [13]ab hoſte, & [14]redimatis me ex manu [15]tyrannorum?
[16]Docete me,[f] & tacebo: indicate mihi in quo errem.
[17]Quàm plana firmáq; ſunt, recte pronũtiata: vel quid à vobis allatum vim aliquam habet argumenti?
[18]Num excogitaſtis ſermones & verba, idque inaniter, quibus me deſperationis conuincatis?
[19]Præterea pupillo imponere ſtudetis, & amico veſtro foditis decipulam.[g]
Nũc igit[40]recti[9] æſtimate rẽ, & meas atq; veſtras rationes inſpicite, an mentiar.
[41]Redite quæſo in viam, & ne ſit [in vobis] iniquitas, redite: nam etiam nũc ſalua eſt mea iuſtitia.
[42]Non eſt in lingua mea iniquitas, neque palatum meum non ſentit malos ſapores.

CAP. VII.

A[1]N non[a]militia[b]homini eſt in terra, & dies eius velut[c]mercenarij dies?[d]
Vt ſeruus anhelat ad[4]vmbrã,[e]vtq; mercenarius præſtolatur ſuam mercedem:
[5]Ita mihi eſt iniũctũ agere mẽſes inanes, & moleſtas noctes numerauerunt mihi.
Vbi me in lectum collocaui, dico, Quando ſurgam? [6]quámque menſuram ad veſperum extendi, ſaturor iactationib[9] vſque ad crepuſculum.[f]
Induit caro mea vermes & [7]puluerẽ glebarum[g] ritu cohæreſcentem, cutiſque mea rupta eſt, ac[8]mihi diſplicet.[h]
Dies mei velocius fugiũt quàm [9]tela, & trama deficiente finiuntur.[i]
[10]Cogita[k] vitam meam eſſe vẽtum, quòdq; meus oculus nõ iterũ videbit pſperitatẽ.
Non [11]aſpiciat[l]me [poſt hac]oculus cernẽtiũ me, ſed tui oculi, [12]vt ſupſtes nõ ſim,[m]
Quẽadmodũ nubes deficit ac præterit: ſic q deſcẽdit in ſepulchrũ, [13]non aſcendet,[n]
Non redibit vltra in domũ ſuã, neque[14]loci eius[homines]agnoſcent eum.
Proinde non cohibebo meũ os, quin loquar aliquid in animi mei anguſtijs, & [15]querulum quiddam[o]loquar in ægritudine mea.[p]

Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuũ eorũ: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
Conſyderate ſemitas Thema, itinera Saba, & expectate pauliſper.
Confuſi ſunt, quia[a]ſperaui: venerunt quoque vſq; ad me, & pudore cooperti ſunt. — [a] ſperauerũt
Nunc veniſtis: & modo videntes plagam meam timetis.
Nũquid dixi, Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?
Vel, Liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me? — B
Docete me, & ego tacebo. & ſiquid fortè ignoraui, inſtruite me.
Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum è vobis nullus ſit qui poſſit arguere [b]me?
Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.
Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.
Veruntamen quod cœpiſtis explete: præbete autem, & videte an mentiar.
Reſpondete obſecro abſque cõtentione: & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate:
Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

CAP. VII.

MIlitia eſt vita hominis ſuper terrã: & ſicut dies mercenarij, dies eius. — Vitã non eſſe niſi laborem perpetuũ Iob oſtẽdit, ſimul ipſius vitæ breuitatem.
Sicut ſeruus deſyderat vmbram, & ſicut mercenari[9] præſtolatur finẽ operis ſui:
Sic & ego habui mẽſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi.
Si dormiero, dicam, quãdo conſurgam? & rurſum expectabo veſperã, & replebor doloribus vſque ad tenebras.
Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris: cutis mea aruit, & contracta eſt. — B
Dies mihi velocius tranſierũt, quàm à texente tela ſuccidiţur, & cõſumpti ſunt abſque vlla ſpe.
Memento quia ventus eſt vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona,
Nec aſpiciet me viſus hominis: oculi tui in me, & non ſubſiſtam.
Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui [c]deſcenderit ad inferos, nõ aſcendet, — [c] deſcendit
Nec reuertetur vltra in domum ſuã, neque cognoſcet eum amplius locus eius.
Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei: cõfabulabor cũ amaritudine animæ meæ. — C

¶37 [aut] auertuntur ſemitæ [ſub. ipſorũ torrentiũ] ¶28 Heb. & aſcendunt in vacuum. ¶20 Cõſyderauerũt. ſub. illos torrẽtes, vt darẽt potũ ſibi & iumẽtis. ¶19 Heb. ſemitæ Arabiæ deſerti. i. mercatores q adibãt Arabiam deſertã. ¶21 Heb. itinera Sabeæ expectauerũt ſibi. i. qui Arabiã fœlicem adibãt. ſperabãt ſe hauſuros ex illis aquã. ¶22 Heb. Quia nũc fuiſtis [ſimiles]vnicuique illo. ũ. ¶23 Heb. de manu tribulantiũ. i. à tribulatiõe. ¶14 eripiatis ¶15 ſub. corrũpẽdo illos muneribus. ¶16 ſub. in quo videatis me impiũ. ¶17 Quã [tamẽ] fortia ſũt eloquia rectitudinis/ſed quid argumẽtando conficiet diſceptatio ex vobis? q. d. Fortis eſt veritas, facile cõcludit quæ vera ſunt: at ex falſis vera concludere non poteſtis, qa me dicitis impiũ.

¶18 An diſceptãdo[. i. cũ diſceptare vultis] reputare debetis eloquia eius qui deſpõdit animũ, verba mea & ventũ? q. d. an diſceptãdo debetis floc ipẽdere verba mea, qui animũ ob afflictiões deſpõdiſſe vobis videor? Nõ ſũt paruipẽdẽda eloquia hoĩs afflicti. ¶19 Etiã pupillo iraſceremini. (vel pupillũ cõdemnaretis) quũ fodiatis (ſub. fraudes. i. machinemini) aduerſus ſociũ veſtrũ. vel amicũ. ¶40 Heb. velitis[&]aſpicite ad me, & videte an mẽtiar in cõſpectu veſtro. i. nũc placeat vobis oculos conijcere in me, & periculũ facite an mentiar vobis præſentib[9]. q. d. lõgè ero vobis diſſimilis. ¶41 Reuertimini nũc, & nõ ſit iniquitas: iterũ inquã reuertimini, adhuc iuſtitia mea erit in ea. Relatiuũ ſine antecedẽte, ſub. diſceptatione vel reſponſione. i. Ruſum aſſumpto ſermone diſceptate mecũ citra vllã iniquitatem: adhuc in hac ſecunda diſceptatione inueniar iuſtus. ¶42 An eſt in lingua mea iniquitas? an palatũ meũ non intelliget tribulationes? q. d. An falſa dico dum tueor iuſtitiam meam? Dicat aliquis. Quare ergo ita turbaris? Reſpondeo, An palatum meum non ſentiet calamitates? Intelligere pro ſentire. ac ſi dicat, Vt fieri non poteſt vt palatum non fugiat ſaporem amarũ ita fieri non poteſt vt pars ſenſitiua non refugiat dolorem. Eam vocat hic palatum. VII. ¶1 Vel, Certe. ¶2 tempus præfixum. ¶3 ſub. ſunt præfixi, quibus ſeruire debet. q. d. tribulatio mea maxima eſt, & vita hominis eſt breuis: qui fieri igitur poteſt vt nõ conquerar? Deſcribit humanæ vitæ breuitatem. ¶4. i. noctem, ¶5 Hebr. Sic hæreditaui mihi [vel, in hæreditatẽ accepi] menſes vanitatis, & noctes laboris enumerauerũt mihi. ſub. numeratores. Dilucidius ſic, vt ſubaudiatur ante הנחלתי Sic quaſi iure hæreditario tradit[9] ſum mihi? (. i. in damnũ meũ,) mẽſibus mẽdacibus, & noctes laborioſas apparauerunt mihi. ſub illi menſes. Aut, nã noctes, &c. Menſes mendaces vocat, quia in illis ſperabat requiem quam nõ eſt aſſecutus. q. d. ſingulis menſibus expectaui requiem, quam non inueni. nam illis menſibus grauia paſſus ſum ſingulis noctibus. Declarat ſeipſum ſequenti verſu. ¶6 Heb. & menſurauit (ſub. cor meum) veſperam, & ſaturatus ſum reuolutionibus aſpernãdis (vel fœditatibus) vſque ad crepuſculum. q. d. oẽs horas noctis numeraui, & vſq; ad aurorã ad ſaturitatem vſq; repletus ſum fœditatib[9]. quod ſequẽti verſu declarat. ¶7 ramẽta pulueris. q. d. ſcatuit caro mea vermib[9], & furfuribus. alludit ad ſcabiẽ. ¶8 facta eſt abominabilis. ¶9 radius textorius, & finiũt abſq; ſpe. ſiue expectatiõe. ¶10 Cõuertit ad Deum. q. d. Si ita eſt vt ait Eliphas, ô Domine reuoca in memoriã, &c. ¶11 aſpiciet ¶12 & [mox] non ero ¶13 i. nõ reuertet in vitam. ſub. ante reſurrectionẽ. ¶14 Heb. agnoſcet eũ amplius locus ei[9]. Dicũt Hebræis habitacula hoies agnoſcere, quando ea agnoſcunt homines. ¶15 Heb. loquar de amaritudine animæ meæ.

Nũquid mare ego ſum, aut cetus, quia cir-
cundediſti me carcere?
Si dixero, Cõſolabitur me lectulus meus, &
reuelabor loquẽs mecũ in ſtratu meo:
Terrebis me per ſomnia, & p viſiones hor-
rore concuties.
Quam ob rem elegit ſuſpendium anima
mea, & mortem oſſa mea.
D Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam:
parce mihi, nihil enim ſunt dies mei.
Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut
quid apponis erga eum cor tuum?
Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illũ:
vſquequo non parcis mihi, nec dimittis
me vt glutiam ſaliuam meam?
Peccaui, quid faciã tibi ô cuſtos hominũ?
quare poſuiſti me contrarium tibi, & fa
ctus ſum mihimetipſi grauis?
Cur non tollis peccatum meum, & quare
non aufers iniquitatem meam? ecce, nũc
in puluere dormiã: & ſi mane me quæ-
ſieris, non ſubſiſtam. CAP. VIII.

Baldad conat Iob ad cõfeſſionẽ peccatorum & reſipiſcentiã reuocare, idq; duobus argumentis.

RESpondens autẽ Baldad Suhites, dixit,
Vſquequo loqueris talia, & ſpiritꝰ mul
tiplex ſermonis oris tui?
Nunquid Deus ſupplantat iudicium? aut
Omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt?
Etiam ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit
eos in manu iniquitatis ſuæ:
Tu tamẽ ſi diluculo cõſurrexeris ad Deum,
& Omnipotentem fueris deprecatus:
Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euí-
gilabit ad te, & pacatum reddet habita-

Primũ argumẽtum à reſipiſcẽtium benedictiõe.

B culum iuſtitiæ tuæ,
Intantum vt ſi priora tua fuerint parua,
& nouiſſima tua multiplicentur nimis.
Interroga enim generationẽ priſtinam,
& diligenter inueſtiga patrũ memoriã:

Pſal. 143. 4.

(Heſterni quippe ſumꝰ, & ignoramꝰ quo-
niam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſu-
per terram)
Et ipſi docebunt te: loquentur tibi, & de cor
de ſuo proferent eloquia.

Secundum à ſubitanea hypocritarũ perditione.

Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque hu-
C more? aut creſcere carectum ſine aqua?
Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur ma-
nu, ante omnes herbas areſcit:
Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum,
& ſpes hypocritæ peribit:
Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela
aranearum fiducia eius.
Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſta
bit: fulciet eam, & non conſurget.
Humectus videtur antequam veniat ſol, &
in ortu ſuo germen eius egredietur.
D Super acceruum petrarum radices eius dẽ-
ſabũtur, & inter lapides commorabitur.
Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit
eum, & dicet, Non noui te.

Num pelagus ſum? num cetus ſum, quòd
mihi obices circundediſti?
Quum apud me dico, Lectus meus aliquid
ſolatij adferet, cubile meũ mußitanti
adimet [aliquid moleſtiæ:]
Tunc ſomnijs me terres, & viſionibus ex-
agitas me.
Quapropter anima mea ſuſpendium eli-
git, & mortem præ oſſibus meis.
10 Recuſo equidem perpetuò viuere, tantũ
finem meum facito, ſiquidem mei dies
ſunt ipſa vanitas.
Quid eſt homo, ꝙ eum tractas tam ma-
gnifice, & animum adijcis ad eum?
Et mane inuiſis eum, ſingulíſque momẽ-
tis exploras eum?
Quàdiu nõ me facies miſſum, & nõ cõcedes
reſpirãdi ſpatiũ, vt mei ſaliuã glutiam?
Peccaui: quomodo me geram erga te, ſi
hominis facta obſeruare velis? quare me
poſuiſti obiectum tibi ita vt mihimet
oneri ſim?
Quare non tollis meum ſcelus, & aufers
iniquitatem meã? vbi enim iacuero in
puluere, ſi mane requiras me, non ero
ſuperſtes. CAP. VIII.

CVi reſpondens Baldad Suhita, dixit,
Quãdiu tandẽ loqueris talia, & verba
oris tui ſonabunt pertinaciam?
Nõ Deus peruerteret iudiciũ? num Optimus
maximus peruerſe ageret cõtra iuſtitiã?
Quia liberi tui peccauerunt in eũ, pmiſit
eis euenire quod ſcelꝰ eorũ poſtulabat.
Quod ſi ipſe mature ad Deum redieris, &
ſupplicaueris Optimo maximo:
Si purus probúſque fueris, tui gratia tum
ſurget, ac proſperitate ſumma donabit
tuum domicilium ob iuſtitiam:
Eritque prior tua ſors modica, & poſterior
tua ſors valde augeſcet.
Sciſcitare quæſo ex priſco æuo, téq; cõpo-
ne ad peruestigationẽ patrũ ipſorum:
(Nos enim nuper nati ſumus, & rerum i-
gnari ſumus: quum dies noſtri ſint in
terris velut vmbra.)
An non illi te erudient, ac dicent tibi, &
ex corde ſuo proferent ſermones?
10 Adoleſcitne ſcirpus abſque palude? cre-
ſcẽtne carex abſque aquis?
Dũ adhuc in virore ſuo eſt, nõ ſuccidet, &
tamen ante omnia virentia exareſcet:
Ita cõtingit omnibus qui Deũ obliuiſcũ
tur, & ſpes hypocritæ intercidit:
Cuius fiducia per negligentiã interit, &
illud ĩquo ſpẽ collocat, eſt domꝰ aranei.
Qui enim domui eius innitet, non conſi
ſtit: quique prehendit eam, non ſtabit.
Cæterum plãtæ in ſe humorẽ continẽtis
etiam quum in ſole ſtat, propago tene-
ra prodibit in horto.
Et in cõgerie lapidũ radices ipſiꝰ dẽſe iplicabũtur, ſpectabitque domũ lapide ſtructã.
Quũmq; ſtirpitus è loco ſuo eijcietur, vt quis neget, ſe vnquam vidiſſe illam:

¶16 Heb. ꝙ ponas mihi cuſtodiã? q. d. An vires meæ ſunt tã fortes q̃ vires maris & ceti, ꝙ me affligis tanta afflictione q̃ eſt mihi vice cuſtodiæ? Verba impatientis. ¶17 lamẽtationẽ meã auferet. i. nonnihil luctus mei. ¶18 Extremam tentationẽ deſcribit. quæ in ſpiritu fit tẽpore nocturno. ¶19 potius q̃ oſſa mea. i. quàm corpus meum. mauult anima mea relinquere corpus morte violenta aut naturali, q̃ remanere in tribulatione. ¶20 Heb. Abominatus ſum [vitam mei, q] non in æternũ victurꝰ eſſ. m. recede à me. q. d. vt diutiſſime viuã, paulo poſt moriendũ mihi eſt: noli me igit vltra vexare, ſiquidẽ, &c. ¶21 i. reuiſſimi. ¶22 Heb. magnifices eum, vt apponas erga eũ cor tuũ? i. vt tãti facias eũ, nempe vt cures res eius. q. d. nõ eſt tanti vt eum debeas curare. Debile argumẽtum: nã Deꝰ mortalia curat habita ratione miſericordiæ ſuæ, non hominis. ¶23 ſingulo mane ¶24 vl. [Eſto] peccauerim, qd feci tibi, &c. q. d. Eſto peccauerim vt dicit Eliphaz, quã in re ppterea potui incõmodare tibi, ô tu qui ſeruas homines? ¶25 in offendiculũ. i. in quem ſemper impingas, & tantopere affligas, in quẽ vnũ iacula tua intorqueas: quũ multi alij peccauerint grauius. Verba deſpondentis animum. ¶26 aufers. Auferre peccatum Hebræis eſt parcere. Satis inquæ pœnarũ ſumpſiſti de me. ¶27 Heb. quia nũc in puluere iacebo, & requires me, & non cõparebo. i. mox enim in terra dormiã, breui ſum moriturus. ꝙ ſi poſtea me quæras vt mihi benefacias, non poteris, quia non ſubſiſtam.

VIII.

¶1 Heb. ſpiritus validus verba oris tui? i. quouſq; tam graui & vehemẽti oratione culpam tuã excuſabis? ¶2. q. d. non, ſed omnia facit ſumma æquitate. ergo iuſte affligit te. ¶3 Omnipotens. ¶4 Heb. Si, pro quia. ¶5 eiecit eos (ſub. è mũdo) ppter trãſgreſſionem ſuã. Hebraice, in manu ſceleris ſui. ¶6 Heb. mane quæſieris Deũ, & Omnipotentẽ deprecatus fueris. ¶7 Hebr. Et pacificabit domiciliũ tuæ iuſtitiæ. i. animũ qui iuſtitiæ eſt ſtudioſus. Vel, habitaculum in quo iuſtitiæ ſtudioſus habitaturus es. ¶8. i. maiores. crede ea quæ maiores dicẽt tibi. Exẽplo maiorũ probat Deũ maiorẽ fortunã reſtituere reſipiſcẽti. ¶9 vl. Certe. ¶10 Parabola oſtẽdit proſperitatẽ Iobis diuturnã non fuiſſe, quia ſimulatæ ſanctitatis fuerit. ¶11 pratũ. herba prati. ¶12 Heb. Ita ſemitæ omniũ obliuiſcẽtiũ Dei. ¶13. i. cõſilia & adinuentiones impiorũ. ¶14. i. tela. ¶15 Heb. Impetu nititur ſuper domũ ſuã, & nõ conſiſtet: firmat ſe ſuper eã, & non pmanet. i. tela araneæ rũpitur & corruit, ſi ipſa aranea illi telę impetu nitatꝰ. ¶16 Alia ſimilitudine plãtę naturali humore præditæ quæ in aſperis locis viget, ſolidam oſtẽdit fœlicitatẽ eſſe illorũ, qui verè pij ſunt. Hebraice legit, viridis eſt ante ſolẽ, & ſupra hortũ rami eius extendunt ſe. i. Arbor quædam viridis ſoli expoſita, expandit propagines ſuas ſuper hortum in quo plãtata eſt. ¶17 Hebr. Iuxta fontem (. i. locum humidũ) radices eius implicantur, & [radix eiꝰ] implicatur [ſicut] domꝰ lapidũ. i. inſtar rupis magnæ. ¶18 Heb. Si abſorbeat eã (ſub. agricola) de loco ſuo, & inficiãdo dicat [arbor] de loco illo, Non vidi te. i. Nunquam fui plantata in te. q. d. ſi nihil de ea arbore in eo loco remaneat in quo erat plantata. profecto, &c. Sententia perficitur ſequenti verſu.

[19]Gaudebit ſe ad eum modum tractari, & ex humo alia [20]prouenient.'

Ecce Deus non aſpernatur integrũ, neque [rurſum] [21]prehenſat manum prauorũ.

[22]Quoad os tuũ riſu impleat, & labia tua iubilo:

Inimici tui pudore[23]afficiãt, [24]tabernaculũ vero impiorum non duret. CAP. IX.

AD quæ reſpondens Iob, dixit,

Enimuero noui quòd [1]res ita habeat: [2]quid autem homo iuſtitia contenderet cum Deo?

Si enim [3]vellit cum eo litigare, non reſpõdebit ei [4]ad vnum ex mille.

Eſt nanque ſapiens corde, & prævalidus viribus: [5]cui autẽ cecidit fœliciter, qui ſe illi peruicaciter oppoſuit?

Qui tranſponit montes, [6]neque præſenſerunt illi, quos in ira ſua ſubuertit,'

Qui commouet è loco ſuo terram, ita vt eius columnæ [7]quatiantur,'

Quo imperante, ſol non oritur, [8]& ſtellas velut appoſito ſigillo claudit.'

Qui ſolus extendit cælos, pérque [9]ſummitates maris incedit.

Qui fecit Arcturum, Cynoſuram, & Pleiadas, & [10]Auſtri penetralia.'

Qui opera ingentia edit, eáque inueſtigabilia, & res mirandas eaſq; innumeras.

Ecce [11]præteribit me, vt non videã: & commeabit vltro citróq;, vt eũ nõ intelligã.'

Ecce [12]ſiquid raptim auferet, quis illud recuperabit? aut quis dicet ei, Quid agis?

[13]Niſi Deus reprimat iram ſuã, [14]ei ſuccumbent conſpiratores potentiſſimi.'

Quanto magis ego, ſi cõmuté cũ eo verba, & [15]coner apud eum vti verbis ſelectis?

[16]Cui minime reſpõſaré, etiãſi iuſtus eſſem, verum iudici meo ſupplex forem.

[17]Quum inuocaui eum, & reſpõdit mihi, non tamen credo quòd auribus vocem meam perceperit:'

Poſtquàm me ſubuertit turbine, & abs re mihi plurima vulnera inflixit,

Neq; mihi concedit vt reſpiré, [quoniam] exatiauit me amarulẽtia calamitatum.

Si [18]viribus agendum ſit,' ecce prævalidus eſt: [19]ſi iure agendum, quis mihi patrocinabitur?

[30]Si me pro iuſto geram, os meum damnabit me impietatis: ſique integritatem mihi arrogem, opprimet me.

[31]Integer ſanè ſim: attamen animã meam non perſpectã habeo, [1]mihique diſplicet vita mea.

[22]Vnum illud eſt, ad quod oſtendendum mea omnis tendit oratio, quòd Deus perpetuò ſui ſimilis pariter integrum & impium conficit.'

[23]Quòd ſi flagrũ inferendo ſtatim occidit, innocentium afflictioné ſannis proſequetur?

Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur.

Deus non projiciet ſimplicem, nec porriget manum malignis,

Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo.

Qui oderũt te, induẽtur cõfuſione: & tabernaculũ impiorũ nõ ſubſiſtet. CAP. IX.

ET reſpondens Iob, ait, ¶ 9 cõparatus

Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo [9]compoſitus Deo. [redacted]

Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille.

Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis [9]reſtitit ei, & pacem habuit?

Qui tráſtulit montes, & [9]neſcierũt hi quos ſubuertit in furore ſuo. ¶ 9 reſtitit

Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur. ¶ 9 neſciunt

Qui præcipit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

Qui extẽdit cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri.

Qui facit magna, & incomprehẽſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus. D

Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam*. *cum

Si repente interroget, quis reſpõdebit ei? vel quis dicere poteſt, Cur ita facis?

Deus cui* iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant orbem.

Quantus ergo ſum ego, vt reſpõdeã ei, & loquar verbis meis cum eo?

Qui etiam ſi habuero quippiã iuſtum, nõ reſpondebo, ſed meũ iudicẽ deprecabor.

Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.

In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa.

Non cõcedit requieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus.

Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. C

Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit.

Etiã ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meę.

Vnum eſt quod locutus ſum, & innocenté & impium ipſe conſumit.

Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.

¶19 ſub. ea arbor ſe tranſplantari. Heb. profecto id eſt lætitia vitæ eius: & de terra alia germinabũt. Cõparat afflictioné hois pij tẽ tranſplantationi arboris, quæ tranſplantatio cedit ipſi arbori in bonũ. Profecto inquit, fœlicius ſecũdo loco plantata prouenit, & de illa terra alia, multi prouentẽt ſtolones. ¶20 ſub. ſtolones, aut rami multi. ¶21 vt ſcilicet ferat illis auxilium. ¶22 vel, Adhuc implebit os tuũ riſu. ſub. poſt has tribulatiões. ¶23 vel, afficientur. ¶24 & tentoriũ impiorũ nõ extabit. i. Deus nũq̃ inſtaurabit tẽtoriũ impiorũ, vt eſt inſtauraturus tabernaculũ piorũ. IX.

¶1 népe Deum eſſe iuſtiſſimũ. ¶2 Heb. quomodo autẽ iuſtificabit ſe homo cum Deo? i. quomodo iuſtus inuenietur, ſi conferatur cũ Deo? ¶3 ſub. homo, vt tueatur ſuam innocentiã. ¶4 ſub. argumentũ, ex mille argumentis. q.d. tãti non eſt homo vt eũ Deus ſua reſponſione dignet. ¶5 Heb. quis dura loquetur ei, & pace fruetur? q.d. nemo. i. quis verbis duris cũ eo contẽdet, & permanebit in pace? ¶6 nec agnoſcunt [ſub. hoies imperiti] qs ſubuerterit eos furore ſuo. ¶7 tremãt. agitẽtur. ¶8 Heb. & pro ſtellis ſigillabit. vel, & ſtellas ſigillat. i. abſcondit à nobis: efficit vt ſtellæ nõ luceant nobis. ¶9 excelſa. i. altos fluctus marinos. Alij intelligunt aerẽ, q voluitur ad motũ cæli. ¶10. i. Meridiei. Penetralia vocat, quia ſtellæ circa polũ auſtrinũ non apparẽt habitantibus in oppoſito hemiſpherio. q.d. q fecit oia ſigna tam auſtralia q̃ meridionalia. ¶11 tranſit corã me, & non video: preterit ante me, nec intelligo illũ. i. Deus me pſente multa facit quæ non aſſequor, nec ipſe eſſe illarum rerũ authoré dephendo. non cognoſcimus illũ p opera ſua. ¶12 Heb. capiet [ſub quẽ voluerit] & quis reuocabit eũ? i. ſiquem de medio volet tollere, nemo reuocabit eum à pposito. ¶13 Deus nõ reuocabit irã ſuã. ſub. metu. aut increpatione hominis. ¶14 ſub. eo deprimũtur adiutores ſupbię. i. q cũ arrogãtia & ſupbia auxiliũ alijs pollicent. Id videre licet in Iſraelitis, q quotieſcũq; pepẽderũt ab Aegyptiis, perierũt. ¶15 Heb. eligã verba mea cũ eo. ¶16 Alij per interrogationé. Quẽ etiã iuſtus ſim, alloqui nõ auſim: iudicanté me deprecabor? ſub. propter peccata mea, tua opinione. q.d. male ſuades ſi de me vera ſunt quę dicis. nam ſi impius ſum, vt dicis, nõ dignabitur me alloqui. cur ergo illũ deprecer? ¶17 Si inuocauero [illũ] & reſpõderit mihi, nõ credã q, &c. Verba diffidẽtis de bonitate Dei. ac ſi dicat, Putáſne hominẽ tanti eſſe, vt Deus illum ſuo alloquio dignetur? Argumẽtũ ab indignitate humana. ¶18 ad virtuté. ſub. ſpectẽt verba tua. i. ſi de virtute loquaris. ¶19 ſi vero ad iudicium, qs conuenire me cũ eo faciat? i. quis efficiat vt cũ eo deſcẽdã in certamẽ? ¶20 Heb. Si iuſtus fuero, os meũ cõdemnabit me: & ſi immaculatus, prauũ me reddet. i. ſi cauſa mea ſit iuſta, ſermo meus efficiet vt dicar à vobis improbus, & prauus. ¶21 Deficio [Cõſumptus ſum] nec noui animã meã. i. non agnoſco animã meã functam muneribus ſuis. ¶22 Vnica [ſub. via eſt] ppterea dixi, immaculatum & improbũ ipſe cõſumit. Verba ſunt derelicti à Deo, q.d. ſi ita res habeat vt dicis, afflictiones omnes immitti ob peccata, dicam vnicã eſſe viam. ¶23. i. Si Deus tantum ob ſcelera affligit, ſequitur vt oppreſſioné innocẽtium ſtatim puniturus ſit. Hebraice legitur, Si flagellum occidat ſubito [ſub. impios] tentationem innocentium ridebit? Confutat hic Iob verba Baldad, qui dixiſſet pœnam piorum protogari, impios autem ſubito perimi. quòd ſi ita res ſe haberet, multo grauior eſſet pœna piorum, vnde & ſi impij poſſent pios ridere. Tentationem vocat caſtigationem & correptionem.

Terra data eſt in manus impij, vultum iu dicum eius operit. quòd ſi non ille eſt, quis ergo eſt?

Dies mei velociores fuerunt curſore: fuge runt, & non viderunt bonum.

Pertranſierunt quaſi naues poma portan tes, ſicut aquila volans ad eſcam.

D Cum dixero, Nequaquã ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.

Verebar omnia opera mea, ſciẽs quòd nõ parceres delinquenti.

Rurſum oſtẽdit neminem poſſe iudicãte Domino iuſtificari.

Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui?

Si lot⁹ fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ:

Tamẽ ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.

Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpõdebo: nec qui mecũ in iudicio ex æquo poſſit audiri.

Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus.

Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat.

Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpõdere. CAP. X.

Tædet Iob vitæ ſuæ.

TÆdet animam meã vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquiũ meum, loquar in amaritudine animæ meæ.

Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.

Nunquid bonũ tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues?

Nũquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora,

Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?

B Et ſcias quia nihil impium fecerim, cũ ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

*plaſmauerũt me, & fecerũt

Manus tuæ *fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repẽte præcipitas me?

Collatiõe priorum beneficiorũ & præſentis afflictiõis, nimiã ſeueritatem Dei in ſe oſtẽdit.

Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.

Nõnne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeũ me coagulaſti?

Pelle & carnib⁹ veſtiſti me, *oſſibus & neruis compegiſti me.

Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meũ.

*& C Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.

Si peccaui, & ad horam pepeciſti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?

[24] Atqui terræ gubernatio impio permittitur, qui faciem iudicum eius obuelat: [16] ſi hæc Deus non agit, cedo vbi alius ſit qui agat?

Cæterum dies mei velocius q̃ curſor elapſi ſunt, fugerũtq; vt nihil læti viderint.

[17] Præteruolarunt æquantes celoces celeritate, vtque inuolat aquila in eſcam.

Siquando apud me dixi, Obliuiſcar [18] meditationis meæ, & deponam [19] vultus[triſtes,] mẽque continebo:

Timui omnes labores meos, ſciẽs q me[ſpectantem]non [20] dimitteres impunitum.

[21] Impius igitur eſſem? quorſum iſtos labores fruſtra exantlaui?

[22] Si enim aquis niualib⁹ me lauero, & [23] puritate manus meas emundauero:

[24] Si me foueæ immerſeris, mea veſtimenta fœdabunt me.

Non enim vir eſt vt ego, cui reſpondere audeam, vtque ſimul in ius ambulemus.

Non enim eſſet inter nos arbiter, [25] qui cõtrouerſiam noſtram dirimeret.

Auferat[autem]virgam ſuam à me, neque terrore ſuo me exagitet:

Tum loquar, neque verebor [26] quòd cauſa mea infirma ſit. CAP. X.

A[1]Ctum eſt de vita mea, quare dum viuo, mihi permittam muſſitationẽ, & loquar in ægritudine mea.

[Tũc]dicã Deo, ne dãnes me[impietatis:]doceto me[potius]de qua re mecũ [2] litiges.

[3] Conducétne tibi, ſi opprimas violenter, ſi opus tuarum manuum aſperneris, & [4] impiorum conſilium illuſtres?

Habẽſne oculos carneos? inſpicisne res humano more? [5] ſũtne dies tui, vt dies hominis? num anni tui vt dies viri:

Vt inueſtigare velis meam iniquitatem, & inquirere peccatum meum?

[6] Te aduoco teſtem, è cui⁹ manu nemo poteſt eripere, quòd non ſim impius.

Tuæ manus elaborauerunt me, ac me fecerunt [7] quãtus quantus ſum: & tamen deuoraſti me.

Cogita quæſo q me velut argillam finxeris, [8] mẽque redacturus ſis in puluerem.

An non veluti lac [9] fudiſti me, & velut caſeum me coagulaſti?

Cute & carne veſtiuiſti me, oſſibus etiã & neruis me contexiſti.

[10] Vita & beneficentia me pſecutus es, tuáque [11] prouidentia ſeruauit meum ſpiritum.

Atque hæc in tuo corde repoſuiſti, nec me fallit [12] quòd hæc tuo nutu gerantur.

Siquid peccaui, [13] annotauiſti mihi, neque ſiuiſti meam iniquitatem abire impune.

¶24 Heb. Terra data eſt in manum impij. ¶25 ſub. terræ. i. qui omnia impune facit cõniuentibus iudicibus: efficit vt iudices diſſimulent ſe videre ipſi⁹ flagitia. ¶26 Heb. ſin minus, vbinã eſt, & quis eſt? i. q ſiquis eſt qui dicat rẽ aliter ſe habere, vbinã eſt ille qui hoc dicat: & quis eſt, quũ quod dixi, omniũ calculo cõprobatũ ſit? ¶27 Heb. præterierunt cũ nauibus volũtatis. i. voluntarijs. hoc eſt tã cito prætereũt, q̃ velociſſimæ naues quæ p voluntate noſtra quãcelerrime currunt p mare. ¶28 querelæ. querimoniæ ¶29 vl. irã meã, & recreabor. aut confirmabo. ſub. cor meũ. ¶30 mũdares me. i. non eſſes me abſoluturus. ¶31 [ſi] ego impius ſim, quare in vanum laborabo? Dixerat Baldad, Si eſſem impius vt tu, deprecarer Deũ. cui nũc reſpõdet Iob Si impius ſum vt vis: fruſtra Deũ deprecabor, quũ impios non exaudiat. Verba ſunt hominis à Deo derelicti. credentes Deus exaudit, etiã ſi peccatores. ¶32 i. ſi nemo affligitur niſi ob ſcelus ſuũ, actum eſt de ſanctis. nã integerrim⁹ homo intricatus miſeriæ, ſtatim erit impius. ¶33 re puriſſima ¶34 Tunc in foueã immerges me, & abominabũtur me veſtes meæ. i. ſi id faciã, interficies me, cũ vita mea ſit breuiſſima: & veſtimenta mea abhorrebunt à me tãquã à mortuo: nã mortuum non decent veſtimenta. ¶35 Hebr. [nec eſſet] qui poneret manũ ſuã ſuper nos ambos. ¶36 q non ſic ego apud me. i. non ſũ talis qualẽ me eſſe putatis.

X.

¶1 Heb. Exciſa eſt anima mea in vita mea: relinquã ſup me querimoniã meã, & loquar in amaritudine animę meæ. Reddit rationem tantę querimoniæ. Cohæret autem ſentẽtia huius verſus cum præcedẽtibus, Plenus (inquit) virib⁹, morior, propterea non coercebo os meũ. i. laxis habenis conquerar, ob tam grauẽ cruciatũ: vrgeor amaritudine animæ loqui. ¶2 contendas. i. quare ſic me affligas. Secundum rationem carnis loquitur, nõ ſpiritus. ¶3 Heb. An bonum tibi [ſerit] quòd opprimas me? i. Nũquid proderit tibi, iuuaberis, vtilitatẽ capies, &c. ¶4. i. ſi conſilio impiorũ faueris. q. d. ſi res ita haberet vt dixerũt ſocij mei, tu videreris fauere conſilio illorum qui male de me loquuntur. Hic videtur argumentari contra Baldad. ¶5. i. nunquid paruo tempore perduras? ¶6 Heb. Secundum ſcire tuum: nam impius non ſum: [& tamen] non eſt qui de manu tua eripiet me. Priorem verſus partem iungunt Hebræi fini præcedentis verſus, ſic, & inquirere peccatum meum iuxta opinionẽ tuam? i. iuxta animi tui ſententiã, & nõ pro veritate, vt homines corrupti iudicij faciunt? q. d. nequaquam. Quanuis non ſim impius, tamẽ ita me affligis, vt nemo me poſſit eripere de manu tua. ¶7 pariter per circuitum, & perdes me? i. fecerunt me omnino. q. d. mirum eſt q ita me affligas, quũ ſim opus tuum. ¶8 & in puluerem reduces me? Interrogatiue legendum. ¶9 liquefeciſti me. i. velut è liquido lacte feciſti me. nã ſemẽ genitale eſt candidũ & liquidum. Generationẽ hominis deſcribit. ¶10 Vitã & miſericordiã feciſti mecum. i. mẽbris formatis infudit Deus animam. & quia mirũ eſt fœtũ viuere in aluo matris, adiecit miſericordiam. nã miſericordia Dei fit vt fœtus viuat in aluo. ¶11 Heb. viſitatio tua. i. cõſtitutio tua. ¶12 Heb. quòd iſtud eſt apud te. ¶13 in carcerem cõijcies me, & ab iniquitate mea non emũdabis me? Quã ita ſit pugna carnis cum ſpiritu, docet hic Iob. Sunt hic verba carnis non ſatis patienter ferentis afflictiones. Eſto peccauerim, an par ſit propterea me perpetuo affligi, nec condonari mihi iniquitatem meam? vel pœnas iniquitati meæ debitas ſic Hebræi.

¶14 .i. maledictus ſum: ¶15 Heb. ſi vero iuſtus ſum, nõ attolli (vl, non tamen auſim attollere) caput meũ exaturatus ignominia, & videns afflictionem mei. ¶16 [Vtinã] augeſcat [dolor meus] & vt leo rapias me: at reuertẽris, & mir⁹ apparebis in me. q.d. Optarim vt tu De⁹ me ſubito perderes, ita fœliciſſimus mihi viderer. at nõ ita facturus es, ſed multis afflictionibus me afficies. ¶17 Innouabis plagas tuas cõtra me, & multiplicabis iram tuã mecũ, mutationes & exercitus mecũ. i. tu nouis plagis cruciabis me vt me perdas, & multiplicabis irã tuã quã cõcepiſti aduerſum me. variæ & multę afflictiones me exagitant. Sunt qui legant, Innouabis teſtes tuos: quòd dictio Hebræa vtrunque ſignificet. Dicũtur autẽ plagæ teſtes Dei, ꝗ iram ipſius teſtentur. ¶18 interiiſſem, ¶19 fuiſſem tanquã nõ fuiſſem. i. vtinã ab vtero periſſem. hi vidẽtur nõ fuiſſe, qui ꝓtinus vita priuantur. ¶20 Certe paucum quid ſunt dies mei: deſine & dimitte me, & confortabo paululũ. ſub. cor meũ. vl, cõfortabor. ¶22 .i. in qua nullus ordo, ſed omnimoda cõfuſio. ¶22 lucet ſicut caligo. i. lumẽ habet ſimile caligini. Alij legũt, & obſcurata eſt ſicut caligo.

X I.

¶2 Heb. & an vir labiorũ iuſtificabitur? i. an garrulitate & loquacitate tua pſuadebis te iuſtum eſſe? ¶3 Heb. Nugæ tuę hoies tacere faciunt: & quum ſubſannes alios, nemo eſt qui te cõfundat. i. vincat. ¶3 ſub. Deo. ¶4 Puri ſunt mores mei, & purus ſum in oculis tuis. q.d. multis verbis conaris oſtendere mores tuos eſſe puros, etiã Deo iudice. ¶5 .i. aperto ore loquatur tecũ. ¶6 ſæpe iudicia aperta & occulta. Alij legũt, quia duplo maiora ſecũdum legem [ſub. pœnas] tibi deberet. ¶ proinde ſcito quòd De⁹ latere facit te [aliquid] de iniquitate tua. i. Deus pmittit vt aliquid iniquitatũ tuarũ te lateat. vel, Scito ꝙ Deus remiſit tibi partẽ iniquitatum tuarũ, ſiue pœnarum peccatis tuis debitarũ. ¶7 Omnipotẽtis ¶8 Alij legũt, Altitudinib⁹ cæli quid facies? tem ꝓfundiorẽ iferno qũo deprehẽdes? .i. qua ratione putas te poſſe dep[re]hẽdere altitudinẽ cæli? q.d. ſi humana aſſequi nõ potes, diuina quomodo aſſequeris? ¶ ſi exterminare velit, & detrudat in carcerẽ, aut congreget. ſub. in vnum locũ. ¶9 Quia nouit homines vanitatis, & contemplatur vanitatem, & [eum qui] non intelligit. i. Nouit quàm vani & nequam ſint homines, & quàm non curent intelligere quæ Dei ſunt. ¶10 vanus reddetur cordatus, quãuis naſcatur, &c. i. quamuis homo naſcatur excors & expers omnium ſcientiarum & omnis cognitionis, vt pullus onagri, tamen per Dei gratiam redditur intelligens. ¶11 .i. ſi opera tua ſunt iniqua. ¶12 vl, e macula, eriſque fixus, nec timebis. i. Tunc efficieris immaculatus, & mundus coram Deo. ¶13 vl, ſplendeſces, & ſicut mane ipſum eris. Deſcribit fœlicitatem hominis reſipiſcentis. Tempus matutinũ ſubinde redditur illuſtrius vſq; ad meridiẽ. ita fœlicior reddetur reſipiſcens. ¶14 vl, Et confides. quòd ſupereſt ſpes: ꝙ ſi fodias, confidenter dormies. Id eſt, Confides ſpem magnã reliquam eſſe tibi: in ſumma ſpe oĩs boni vitæ. ꝙ ſi fodiendo remaneas in agro, procul à tentorijs tuis, tamen illic in ſumma fiducia dormies. ¶15 q.d. tantum abeſt vt aliquid timere debeas.

Siquid impie geſſi, [14] væ mihi: [15] ſin colui
iuſtitiã, nõ tamen audeo caput attollere,
ſatis ac ſuper contumelijs affectus, quare
meam deiectionem reſpicias.
[16] Quæ vtinam inualeſcat, vt me ceu leopardus veneris, iterúmque portentoſa calamitate conficias me.
[17] Producas cõtra me nouos teſtes tuos, tuęque indignationis gladius in me [ſtringatur,] & malorum inuicem ſuccedentiũ agmen inuadat me.
Cur autem eduxiſti me ex vtero? vtinã [18] expirem, vt me nullus oculus aſpiciat.
Vtinã, vt aliquando fui, [19] nullus ſim: vtinã à ventre ad ſepulchrum elatus eſſem.
[20] An nõ dierũ meorũ portio modica deſinet? ſaltẽ abſiſtat à me, vt paululũ reſpirẽ:
Priuſquã in regionem tenebris & denſiſſima vmbra obſitam abeo non rediturus:
Ad regionẽ obſcurã, qualis eſt caligo & vmbra denſiſſima, [21] quæ nõ habet ordines: [22] quúmq; illuxit perinde eſt atque ſi caligo eam obtineat.

CAP. XI.

Cvi reſpondens Zophar Naamathita, inquit. Non reſpondendum eſſet ad multitud[i]nẽ verborum? [2] aut homo locutulei⁹ cauſam euicit?
[3] Videlicet tibi ſoli hoĩes tacebũt, vt te ſannionẽ agentem nemo ſuffundat pudore.
[4] Dixiſti autẽ, [4] Diſciplina mea ſincera eſt, & ego purus ſum tuo iudicio.
Sed vtinã Deus loquatur, & [5] aduerſum te aperiat ſua labia:
Referátq; tibi arcana ſapiẽtiæ: ſunt enim Deo iudiciorũ [6] duo genera: ad hęc ſcito ꝙ De⁹ pœnã iniquitati tuæ debitã diſtulit.
Tũne peruestigando inuenires Deum? tũne inuenires [7] Dei optimi maximi perfectionem conſummatam?
[8] Quę quũ altitudines cęlorũ ęquet, quid effícies? quũ ꝓfundior ſit inferis, quid ĩtelliges?
Cuius quantitas longior eſt terra, & latitudo eius maior quàm mare.
Quis autẽ remorabitur eum, [9] variè res verſantem, vt alias recludat, alias in publicã notitiam edat?
[9] Quúmq; nouerit homines nihili, cernátque vanitatem, non conſyderaret?
Attamen vir [10] inanis deſipit, homóque naſcitur [vt] pullus onagri.
Quòd ſi tuum cor recte compones, & ad ipſum [Deum] manus tuas expandes:
[11] Siqua vanitas eſt in manu tua, procul eã abijcito, & non concedito iniquitati domicilium in tuis tabernaculis.
Tũc enim faciẽ tuã attolles [12] citra vitiũ, eriſq; vallo munit⁹, nec timebis quẽquã.
Obliuiſceris enim moleſtię, vt non magis recorderis quàm prætérlabentis aquæ.
Totúmq; tempus [vitæ] perſtabit ſerenius ꝙ̃ meridies: [13] aut ſi obſcuritas incidet tibi, rurſum clarum mane illuceſcet.
[14] In ſpem ſummam adduceris, [15] & iacebis ſecurus velut foſſa circunducta.

Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.
Et propter ſuperbiam quaſi leænã capies me. reuerſúſque mirabiliter me crucias. — leæna (nominat. caſus)
Inſtauras teſtes tuos contra me. & multiplicas iram tuam aduerſum me, & pœnę militant in me.
Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam cõſumptus eſſem, ne oculus me videret. — D
Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum.
Nunquid nõ paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangã paululum dolorem meum. — Pœnitẽdi ſpatium quęrit.
Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, — Deſcriptio mortis.
Terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitans. — in habitat.

CAP. XI.

Reſpondens autem Sophar Naamathites, dixit, — Sophar iniuſte Iob arguit.
Nunquid qui multa loquitur, non audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur? — & 
Tibi ſoli tacebunt homines? & cum cæteros irriſeris, à nullo confutaberis?
Dixiſti enim, Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.
Atque vtinã Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi:
Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapiẽtiæ, & quòd multiplex eſſet lex eius: & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quã meretur iniquitas tua. — B
Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectũ Omnipotẽtem reperies? — Deum incõprehenſibilẽ oſtendit.
Excelſior cælo eſt, & quid facies? profũdior inferno, & vnde cognoſces?
Longior terra mẽſura eius, & latior mari.
Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei poteſt, Cur ita facis?
Ipſe enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nõnne conſyderat? — C
Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquã pullum onagri ſe liberum natum putat.
Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas. — Pœnitenti Deum miſericordem promittit: ſimul fœlicitas pij viri deſcribitur.
Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia,
Tunc leuare poteris faciem tuã abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis.
Miſerię quoque obliuiſcẽris, & quaſi aquarum quæ præterierunt recordaberis. — D
Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cum te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer. — Leui. 26. a.
Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.

Requieſces, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.
Oculi autem impiorum deficient,& effugiū peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.

CAP. XII.

Iob quàm ſit patiens oſtendit.

RESPONDENS autem Iob, dixit,
Ergo vos eſtis ſoli homines,& vobiſcū morietur ſapientia?
Et mihi eſt cor ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſum: quis enim hæc quæ noſtis ignorat?

Prouerb.14.a

Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego. inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iuſti ſimplicitas.
Lampas contempta apud cogitationes diuitum,parata ad tempus ſtatutum.
Abundant tabernacula prædonum,& audacter prouocant Deum,cum ipſe dederit omnia in manus eorum.

Creatoris potentiā ex creaturis docet. B

Nimirum interroga iumenta , & docebūt te:& volatilia cæli, & indicabunt tibi.
Loquere terræ,& reſpondebit tibi,& narrabunt piſces maris.
Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,
In cuius manu anima omnis viuentis , & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?
Nonne auris verba dijudicat,& fauces comedentis,ſaporem?
In antiquis eſt ſapientia,& in multo tempore prudentia.
Apud ipſum eſt ſapiētia & fortitudo. ipſe habet conſilium & intelligentiam.

Eſa.22.f. apoc.3.b. C

Si deſtruxerit,nemo eſt qui ædificet:ſi incluſerit hominē,nullus eſt qui aperiat.
Si continuerit aquas,omnia ſiccabūtur:ſi emiſerit eas,ſubuertent terram.
Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia:ipſe nouit & decipiētem, & eū qui decipitur.

Mutantur ſtatus principū vt agnoſcitur dona Dei.

Adducit conſiliarios in ſtultum finem , & iudices in ſtuporem.
Baltheum regum diſſoluit,& præcingit fune renes eorum.
Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat,
D Commutans labium veracium , & doctrinam ſenum auferens.
Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant releuans.
Qui reuelat profunda de tenebris,& producit in lucem vmbram mortis.
Qui multiplicat gentes & pdit eas,& ſubuerſas in integrum reſtituit.
Qui immutat cor principū populi terræ, & decipit eos vt fruſtra incedāt p inuiū,
Palpabunt quaſi in tenebris,& non in luce,& errare eos faciet quaſi ebrios.

CAP. XIII.

Ex proprijs ipſorū verbis Iob amicos redarguit.

ECCE omnia hęc vidit oculus me⁹, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula.
Secundum ſcientiam veſtram & ego noui: nec inferior veſtri ſum.
Sed tamen ad Omnipotentē loquar,& diſ-

---

Cubabis denique,vt nemo exterreat, multique tibi ſupplices erunt.
Oculi autem impiorum [16]fruſtrabūtur, eiſque adimetur effugium,& ſpes illorū e-rit[17]vaniſſima.

CAP. XII.

AD hæc reſpondens Iob,dixit,
[1]Enimuero vos eſtis hominum vniuerſitas,& vobiſcum ſapientia morietur?
Eſt & mihi cor nō minus quàm vobis,[2]neque cedo vobis vlla in re: quis autem nō tenet quæ vos iactatis?
[3]Ridiculoſum amicis,verū vltionē Dei poſcit, q & annuit,ridere iuſtū & integrū,
[4]Lucernam contemptā iudicio hois opulēti, quæ idonea eſt greſſibus dirigendis.
Fœlicia tabernacula prædones habēt, & in magna ſecuritate agūt qui res Dei interturbant,quiq; Deum portant manu ſua.
Verū interroga quæſo pecudes, & vnaquęq; docebit te:& volucrē cæli q referet tibi.
Vel inſtitue colloquium cum terra,& docebit te, piſces etiam maris narrabūt tibi:
Quis ignorat [7]hæc omnia, quòd manus Domini condiderit iſta,
In cuius manu ſita eſt anima omniū quæ vita prædita ſunt,& ſpirit⁹ vniuerſæ humanæ carnis?
An non auris probat ſermones, &[8]palatū guſtat cibos?
Et in ſenibus ſapientia, [9]& longa ætas affert peritiam.
Cum ipſo [Deo] ſapientia eſt & fortitudo,ei conſilium eſt & peritia.
Ecce demolietur,quod non ædificabitur:cō cludet virum,&[10]non aperietur [ei.]
Ecce cohibebit aquas,& exareſcēt: rurſūmque illas demittet,ac terram euertent.
Cum ipſo robur eſt &[11]ſubſiſtētia, ei [ſubeſt][12]errans & decipiens.
Qui [13]conſiliarios abducit vt prædam,& iudices vertit in amentiam.
Qui ſoluit [14]diſciplinam regum, & vinculo conſtringit lumbos eorum.
[15]Sacerdotes vt prædam abducit,& potentes ſubuertit.
[16]Fidis hominibus eripit eloquētiā,& iudicium aufert ſenibus.
Effundit contemptum in principes,&[17]zonam potentium laxat.
[18]Abſtruſa profert in apricū'è tenebris, & [19]denſiſſimam vmbram educit ad lucem.
Auget gentes,eáſque perdit:[20]extendit gētes,eaſque compeſcit.
Adimitque cor primatibus populi terræ, ebſq; facit errare [21]per ſolitudinē inuiā:
Vt palpent in tenebris,& luce careant, facitque errare illos tanquam ebrios.

CAP. XIII.

EN omnia [hæc] vidit oculus me⁹,& auris mea audiuit,eaque [1]cōſyderauit.
[2]Nō minorem habeo notitiam quàm vos, nec cedo vobis.
[3]Verum ad Deum locutus ſum, & cum Deo

---

¶16 deficient.ſub. præ timore aut expectatione. ¶17 afflictio animæ.

XII.

¶1 Saneſputatis]quòd vos ſitis populus.i.ſpecimen totius orbis. ¶2 Heb. non cado ego à vobis: & cum quo nō, ſicut iſta?.i.quis talia dicere nō poſſit qualia dicitis? ¶3 Heb. Sū riſus amico eius qui inuocat Deū. & reſpōdet illi.iuſtus pfect⁹ eſt deritio. Derideor inquit ab amico hominis fœliciſſimi,cui Deus largiť omnia p voto: q abſoluta iuſtitia eſt prædit⁹, derideri ſolet. ¶4 Lucern.i.cōtemptā cogitationib⁹ opulenti, paratā nutātibus pede. Similitudo eſt quæ vnam cauſam oſtendit, ob quā Deus affligit integros hoies, vt alij diſcāt,ſi hoc fit in viridi, quid fiet in arido? Alij legunt, Qui parat⁹ eſt ad lapſus pedis, eſt velut torris[lignū ardēs] & cōtemptus apud cogitationē hominis parati.i.Qui mox caſurus eſt,cuiúſq; fortuna mutať, eſt velut lignū ardēs quod ſe abſumit,& alios pdit,& contēptus iudicio hois fœlicis,& in ſumma tranquillitate viuētis. q.d.fugitur à fœlicioribus tāquā ignis.fœlices habēt infœlices p re abiectiſſima : iuxta illud, Tēpora ſi fuerit nubila, ſolus eris. ¶5 irritāt Deū.iique q accipiūt in manus ſuas Deū .i.qui manu ſua tractant idolū quod colūt.Alij legūt,q venire faciūt Deū in manum ſuā .i. qui manib⁹ ſuis fingūt & formāt idola q̄ colūt.Idololatris oia pſpera.Argumentať cōtra ea quæ dixerat Sophar in fine ſuperioris capitis. ¶6 ſub.ſapientiā diuinā.q.d. vis agnoſcere ſapientiā Dei? contemplare ipſas creaturas. ¶7 de omnibus his, ¶8.q.d. vt palatum cibū diſcernere ſolet ita auris ſermonē.Oportet ſermonē probari ad regulā auris& ſpirit⁹.Taxat ſocios ſuos quaſi iuniores. ¶9 Repetitio. q.d. fateor quod ante dixiſti, ſeniū authoritatem eſſe ſacro ſanctā,modo cōſentiat cū iudicio ſpirit⁹.Poteſt hic verſus ſequēti cōiūgi.vt dicat,fateor in ſenibus eſſe ſapientiam,ſed tamen non eſt conferenda cū ſapientia Dei.nam cū ipſo,&c. ¶10 non ſoluetur.q.d.ſiquē deijciat in carcerem,nulla vi humana ex illo extrahi poterit. ¶11 æquitas.i.penes illum eſt robur quo æquiſſime vtitur. ¶12.q.d.iuſto iudicio permittit nos errare,& decipi per pſeudoprophetas. ¶13.i.priuat conſilio ſapientes. ¶14 Heb. vinculum.i.poteſtatem à tyrannis auſert,& nonnunquam populum à tyrannide liberat, cōiecto in vincula tyranno. ¶15 Heb. Ducit principes ſpoliatos.q.d.priuat & ſpoliat authoritate ſua eos qui antea valebant authoritate. ¶16 vl. veracibus.i. reddere ſolet mutos etiam eloquentiſſimos. ¶17 cingulum[vel robur] fortium debilitat. ¶18 Heb.Reuelat profunda.i.reuelando educit è tenebris. abſtruſa edit in lucem. ¶19.i.rem latentiſſimam reddit conſpicuam. ¶20 vl.dilatat gentes,& reducit eas.ſub in locum ſuum. ¶21 Hebr.In vano.& non in via.i. per locum vbi non eſt iter, & non per viam. XIII. ¶1 intellexit. ¶2 Hebr. Secundum ſcire veſtrum ſciui etiam ego. ¶3 Certe ego loquar cum Omnipotente, & opto diſputare cum Deo .q.d. ſcio cauſam meam iuſtam, propterea optarim cum verace, non cum mendace diſceptare.

diſceptare volui.
Atqui vos eſtis mendacij concinnatores, &
vulneriſi vos inepti [4]medici.'
Vtinam prorſus taceretis, 'quod ſapientiæ
veſtræ poſſet attribui.'
Audite quæſo argumentationem meam,
&[6]contentionem meam' auſcultate.
An oportet iniquitatē vos loqui [7]ob Deū'
& eius gratia dolum loqui conuenit?
8 An illi gratificari vultis,' & pro ipſo liti-
gabitis?
9 An iuuabit, ſi vos ſcrutetur? num illudetis
ei, vt illuditur homini?'
10 Qui certiſſime vos arguet, ſi occulte in
gratiam cuiuſquam diſcedetis à recto.
An nō excellētia ipſius terret vos, & illius
formido vos inuadit?
11 Meminiſſe oportebat vos ſimiles eſſe cine
ri, & corpora veſtra, corporib' argillaceis.
12 Silete mihi, & ego loquar meo periculo,
quicquid tandem ſit mihi euenturum.'
13 Cur ferrē carnem me.i in meis dentib',
& animā meā ponerem in palma mea?
14 Si me occiſurus eſſet, nō expectarē: [15]tū
apud eum diſputo de vitæ meæ ratione.'
16 Ipſe enim & mihi ſaluti eſt, quum in eius
conſpectum nullus hypocrita veniat.'
Attente audiatis meum ſermonem, & meā
[17]expoſitionem [ſcapite] auribus veſtris.
18 Quum enim cauſam meā informauero,
ſcio quòd abſoluar.
19 Quiſquis igitur mecum litigaturus eſt,
[id faciat:] quandoquidem iam tacebo, &
expirabo.
Tantum [20]duo non mecum agas, túncque
à facie tua non abſcondar:
Manum tuam remoue procul à me, & for-
midine tua ne terrefacito me.
21 Et te accuſante ego defēſoris partes agā:'
vel ego loquar, & tu mihi reſpondeto.
22 Quantū mihi eſt iniquitatū & peccatorū?
ſcelus meū & peccatū meū indica mihi.
Quare abſcondis faciem tuam, & me inimi
cum tuum exiſtimas?
An folium impulſum [23]concuties, & ſtipulā
aridam perſequeris?
24 Si aduerſū me ſcripſiſti offenſas,' & iniq-
tates adoleſcētiæ meæ [25]impingis mihi:'
26 Et poſitis meis pedibus in cippo prohibes
ne quò effugiam, qui radicibus pedum
meorum veſtigia imprimit:'
27 Quum ipſe velut putrida res vetuſtate cō
ficiendus ſim,' & ſicut veſtis quæ comedi-
tur à tinea.

CAP. XIIII.

HOmo natus mulieris,' viuens breuiori tempore, in omnibus ſuis diebus affatim habens turbarum,'
Vt floſculus oritur & ſuccidiſtur, fugitque velut vmbra, neque perſiſtit.

putare cum Deo cupio:
Prius vos oſtendens fabricatores mēdacij, & cultores peruerſorum dogmatum.
Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes.
Audite ergo correptiones meas, & iudiciū labiorum meorum attendite. D
Nunquid Deus indiget veſtro mēdacio, vt pro illo loquamini dolos?
Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?
Aut placebit ei quem celare nihil poteſt? aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulentijs?
Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accipitis.
Statim vt ſe commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet ſuper vos.
Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices veſtræ.
Tacete pauliſper, vt loquar quodcūque mihi mens ſuggeſſerit.
Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animā meam porto in manibus meis? C
Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: verū tamen vias meas in cōſpectu eius arguā. Agnoſcentibus peccata
Et ipſe erit ſaluator meus: non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. ſua ſal' promittitur, hy-
Audite ſermonē meum, & ænigmata percipite auribus veſtris. pocritis verò condēnatio.
Si fuero iudicatus, ſcio q iuſtus inueniar.
Quis eſt qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens conſumor?
Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcondar.
Manū tuam lōge fac à me, & formido tua non me terreat.
Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu reſponde mihi.
Quātas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta* oſtende mihi. D *mea
Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?
Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.
Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.
Poſuiſti in neruo pedē meum, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedū meorum conſyderaſti:
Qui quaſi putredo cōſumēdus ſum, & quaſi veſtimētum quod comeditur à tinea.

CAP. XIIII.

HOmo nat' de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miſerijs. Miſeriā vitæ humanę deſcribit Iob.
Qui quaſi flos egreditur & cōteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.

¶4 cōſolatores intelligit. q.d. ex veris falſum cōcluditis, & vanā conſolationē affertis. ¶5 Heb. & erit vobis ad ſapiētiam. ¶6 Heb. lites labiorū meorū. i. diſceptationē meā. ¶7 .i. vt defēdatis Deū me affligentem citra iniquitatē? ¶8 Heb. An faciem eius accipietis? i. an debetis habere reſpectū perſonæ quū de Deo agitur? ¶9 An bonum fuerit vt pbet vos: & an ſicut mentitur [quis] de homine, mētiemini de eo? q.d. aliud dicitis, aliud cogitatis: nūquid vtile vobis fuerit vt ſcrutetur vos & probet? an debetis tueri mendacijs iuſtitiā Dei, vt ſolemus aliquando iuſtitiā amici noſtri tueri mēdacijs? ¶10 Heb. Corripiendo corripiet vos ſi accipiatis faciem in occulto. .i. in cogitatione veſtra. ¶11 Heb. Memoriæ veſtræ ſūt ſermones cineris. i. reſponſiones veſtræ pereunt & collabuntur. Quidam per memoriā, famā & nomē intelligūt: alij imagines. Alij vertunt, Memoriæ veſtræ ſunt ſimiles cineri. i. memoria veſtra tā cito perit quàm cinis. ¶12 Hebr. Tacete à me, & ego loquar, & tranſeat ſuper me quiduis. q.d. Ne curetis qd mihi eueniat, tātummodo ſinite me loqui. ¶13 .i. nō ſum ita crudelis vt totus perdi velim. Hebraice legitur, Cur auffero carnem meam dentibus meis, & pono animam meā in manibus meis? Conqueritur de ſua afflictiōe. ſunt autem verba doloris, ac ſi dicat, Cur cogor prę nimio dolore lacerare carnē meam, variáque pericula ſubire? ¶14 Si [Deus] interficiat me, non expectabo. ſub. poſthac vllum bonū. Legitur, Etiā ſperabo in eū. ¶15 verūtamē caſtigabo vias meas ad faciem eius. i. dabo operam vt innocēter viuam coram eo. ¶16 Hebr. Etiam ipſe erit mihi in ſalutem: nō enim in cōſpectum eius flagitioſus eſt venturus. Rationē præcedentis reddit, Spero enim fore mihi auxiliatorem. ¶17 Heb. annuntiationē meam. i. quod dicturus ſum vobis. ¶18 Heb. Ecce nunc ſi ordinauero iudicium, ſcio quòd ego iuſtificabor. i. Si cauſam meam ex ordine dixero, certo ſcio quòd iuſtus reperiar. ¶19 Heb. Quis eſt qui contendat mecum? nunc enim tacebo, & expirabo. i. Vtinam eſſet aliquis qui vellet mecum contendere. nam vos me indicta cauſa damnaſtis. nunc enim ſi tacuero, efflabo animam. ¶20 ſub. quæ ſequūtur. ¶21 Hebr. Et voca, & ego reſpondebo. Optionem dat Deo vt ipſi vel actoris vel rei partes concedat. ¶22 Quot mihi ſunt iniquitates & peccata? q.d. recenſe numerum peccatorum meorum. ¶23 conteris? vel, conterere ſiue confringere ſtudes? aut confringendum ducis? ¶24 Nam ſcribis aduerſum me amaritudines. i. imputas mihi flagitia quæ dolorem animi mihi pariunt. ¶25 Hebr. poſſidere me facis. i. aſcribis mihi: quarum tamen non recordor amplius. ¶26 Heb. Et ponis in compede pedes meos, & cuſtodis omnes ſemitas meas, ſuper radices pedum meorum excauatus eſt. Radicem pedum intelligit craſſitiem crurum infimorum. Legi etiam poteſt, cuſtodit, ſiue cohibet, ſub. compes, omnes ſe. meas. ¶27 Quum ipſum [ſub. folium] ſit ſicut putredo, quæ vetuſtate conſumitur. Hic verſus refertur ad illud, An folium impulſum. q.d. Mirum eſt quòd totus ſis in conterendo homine qui ſimilis eſt folio quod vento rapitur, & eſt ſicut putredo, &c. XIIII. ¶1 Heb. breuibus diebus, & ſatur ira. vel, timore, ſiue perturbatione. i. breui tempore viuit, plenúſque eſt perturbationibus.

Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi ape
rire oculos tuos, & adducere eũ tecum
in iudicium?
Pſal.50.a. Quis poteſt facere mundum de immun-
do conceptum ſemine? nõne tu qui ſo-
lus es?
Breues dies hominis ſunt, numerus men
ſium eius apud te eſt: cõſtituiſti termi-
nos eius qui præteriri non poterunt.
B Recede paululum ab eo vt quieſcat, donec
Prophetat re optata veniat, ſicut mercenarij, dies ei⁹.
ſurrectionẽ. Lignum habet ſpẽ: ſi præciſum fuerit, rur
ſũm vireſcit, & rami eius pullulant.
Si ſenuerit in terra radix eius, & in pul-
uere emortuus fuerit truncus illius,
Ad odorem aquæ germinabit, & faciet co
mã quaſi cum primũm plantatum eſt:
Homo verò cum mortuus fuerit, & nuda-
tus atque conſumptus, vbi quæſo eſt?
Quomodo ſi recedit aquæ de mari, & flu
uius vacuefactus areſcat:
Sic homo cum dormierit nõ reſurget: do
nec atteratur cælum nõ euigilabit, nec
C conſurget de ſomno ſuo.
Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno pro-
tegas me, & abſcõdas me, donec pertrãſ
eat furor tuus, & conſtituas mihi tem-
Expectatio pus in quo recorderis mei?
ſuſtinet pios Putáſne mortu⁹ homo rurſum viuet? cun-
donec impe- ctis diebus, quibus nũc milito, expecto
trent quod donec veniat immutatio mea.
ſperant. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi
manuum tuarum porriges dexteram.
Prouerb.5.d. Tu quidẽ greſſus meos dinumeraſti, ſed
¶ ¹parces ¹parce ¹peccatis meis.
D Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed
Æternę mor curaſti iniquitatem meam.
tis pœnæ. Mons cadens defluit, & ſaxum transfer-
tur de loco ſuo,
Lapides excauant aquæ, & alluuione pau
latim terra cõſumitur: & homines ergo
ſimiliter perdes.
Roboraſti eum paululũ, vt in perpetuum
tranſiret: immutabis faciem eius, & e-
mittes eum.
Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue igno-
biles, non intelliget.
Attamen caro eius dum viuet, dolebit, &
anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

CAP. XV.

Eliphaz ar- RESpondens autem Eliphaz Themani-
guit Iobũ de tes, dixit,
ſapientiæ & Nunquid ſapiens reſpondit quaſi in ven-
munditiæ ar tum loquens, & implebit ardore ſtoma-
rogantia. chum ſuum?
Arguis verbis eum qui non eſt æqualis ti-
bi, & loqueris quod tibi non expedit.
Quãtum in te eſt, euacuaſti timorẽ, & tu-
liſti preces coram Deo.

Aperis etiã oculos tuos ſuper ²tali, ³vt me
in ius voces?
Quis ⁴proferet purum ex immunda [maſ-
ſa] ne vnus quidem [proferri poterit.]
Si dies eius exacte præfiniti ſunt, & numer⁹
menſiũ ipſius penes te eſt, eique termi-
nos præfixiſti, quos prǽterire nõ poteſt:
Abſiſte ab illo, ⁵vt deſinat quum iam gra-
to animo excipiet diẽ fatalem tanquam
mercenarius.
6 Ligno enim ſpes reliqua eſt quòd repul-
lulet quũ exciſum fuerit, teneraq; pro-
pago eius non deficiat:
Quum radix eius conſenuerit in terra, &
ſtirps eius in humo emortuus fuerit,
7 Attracto humore aqueo iterũ germinat,
exhibétque fructus decerpẽdos, vt plan-
tæ ſolent:
Et vir languore cõfectus morietur, 8 & ho
mo expirabit, vt nuſpiam ſuperſtes ſit?
9 Cum recedentibus aquis Oceani flumina
ſiccabũtur & areſcent: homines poſt o-
bitum nõ reſurgent, quoad cælum non
ſit, neq; expergiſcentur & excitabuntur
è ſomno ſuo.
Vtinam in ſepulchro me recondas & oc-
cultes, donec remittat ira tua, mihique
terminum præſcribas, ad quem recorde
ris mei.
Reuiuiſcétne homo, vbi mortuus fuerit?
equidẽ omnib⁹ dieb⁹ 10 militiæ meæ præ-
ſtolabor, donec viciſſitudo mea veniat,
11 Quando vocanti tibi reſpondebo, túque
opus manuum tuarum expetes.
Nunc enim greſſus meos 12 numeras, [&]
non 13 obſeruas peccatum meum.
14 Quum [enim] ſcelus meum conſignatum
ſit, adſuéſne aliquid iniquitati meæ?
15 Porrò mons cadens marceſcit, & ſaxum
de loco ſuo cedit:
16 Aquæ cauant lapides, túque ſummergis
alluuionibus tellurem: & ſpem homi-
ni calamitoſo adimis.
17 Quin viribus vteris in eo ſuperando, vt
migret mutãs faciẽ ſuã, & dimittas eũ,
18 Ignorétq; an filij ipſi⁹ in ampla fortuna
ſint, & nõ curet eos quũ ãguſtia premunt:
19 Tantum dolebit dum carnem ſuam ge-
ſtat, animáq; ipſius mœrebit dum in ip
ſo agit.

CAP. XV.

AD hęc ¹reſpondens ¹Eliphaz Themani-
ta, inquit,
2 Nũ vir ſapiens reſpondẽdo proferet ven
toſam ſcientiã? & orientalis ventus im-
plebit eius ventrem?
Aſſerétque argumẽta quæ nõ ³congruũt,
& ſermones quibus ⁴nihil efficiet?
Præterea ⁵ſoluis religionem, & preces ad
deum prohibes.

¶2 hunc ¶3 Heb. & me adda
ces in iudicium tecum?
¶4 Heb. dabit. i. quis edat o-
perationẽ mũdã de corde im
puro? ¶5 & degat [vitam] do
nec exoptet tanquã merce-
narius diem ſuum. q.d. noli
eum affligere, cũ vita huma
na ſit breuiſſima, donec per-
ueniat ad ſenium quo tẽpo-
re tędebit illũ viuere. ¶6 vt,
De arbore enim eſt ſpes ali-
qua, ¶7 Heb. Ab odore aqua
rũ germinabit, & faciet meſ
ſẽ ſicut planta. i. producet mul
tos ramos, ſicut nouellę plãtę
ſolent. Quidam vertũt, ſicut
ſurculus. ¶8 Heb. At homo
morietur, & deficiet, & inte-
ribit homo, & vbinam erit?
q.d. homo quantũuis robu-
ſtus, ſi ſemel moriatur, non
reuireſcet, non poſtea reuer-
tetur in vitã, ſine miraculo.
¶9 Heb. [vt] Receſſerunt aquæ
à mari, & flumen ſiccatur &
exareſcit: ſic homo obdor-
mit, & non ſurget, donec nõ
fuerint cæli, nõ expergiſcen
tur [homines] & nõ excitabũ-
tur è ſomno ſuo. Hic vtitur
alia ſimilitudine qua compa
rat infirmitatem humanam
aquis decurrentib⁹ quę nun-
quam redeũt vnde diſceſſe-
runt. Vt aquæ relinquũt al-
ueum arentem, nũquam re-
uerſuræ: ſic homo moritur,
nec reſurget donec cælũ nõ
fuerit. ¶10 vitæ meæ expe-
ctarẽ donec veniret immuta
tio mea. i. expectarẽ ſortem
meam mutari in meliorem,
ſi mortuus reuiuiſceret ante
reſurrectionẽ. ¶11 Alij hũc
verſũ à ſuperiori disiungũt,
vertúntque, Vtinam clames,
& ego reſpõdeam tibi: deſy-
derares [perdere] op⁹ manuũ
tuarũ? i. Vtinam mihi liceret
tecum verba vltro citróq; fa
cere: dicerem tibi, deſydera-
re debeas perdere opus tuũ?
¶12 i. in numerato habes q̃
hacten⁹ à me geſta ſunt: tã-
tum abeſt vt op⁹ tuũ diligas
more opificũ ¶13 reſeruas
[vl, in aliud tempus differs]
pœnas peccatis meis debitas.

¶14 Obſignata eſt [velut] in faſciculo iniquitas mea, & aſſuis aliquid iniquitati meæ. Ac ſi dicat, Videris eſſe diligẽtiſſimus cuſtos iniquitatis meæ, imò eam reddere maiorẽ. ¶15 Hi duo verſus iungũtur, ſic, Et ſane [vt] mons cadẽs marceſcit, & [vt] rupes [quæ] transfertur è loco ſuo [marceſcit] ¶16 [Et vt] lapides cõminuuntur aqua, [vtque] impet⁹ aquarũ inundat quæ ſponte fundit puluis terræ: ſic ſpẽ hominis perdis. Cõparat afflictionẽ caſui montiũ, & inundationib⁹ aquarũ, vt (inquit) mõs collapſus marceſcere ſolet, ſimiliter & rupes: vtq; gramina & herbæ q̃ ſpõte naſcũtur, pereunt alluuione: ſic perditurus es hoiem vt nullã de eo ſpẽ hoies ſint habituri. ¶17 Heb. Præualebis ei in æternũ, & abibit: mutabis faciẽ eius, & eijcies eũ à te. Homo, inquit, tibi nõ poteſt reſiſtere, abibit, ſiue morietur, & morte faciẽ eius mutabis, eijciẽſq; eũ à te per mortẽ. ¶18 Multiplicabũtur liberi eius, eo ignorãte: aut diminuẽtur, & nõ aduertet ad eos. Ac ſi dicat, Po mortuo, ſi creuerint filij eius, ſi diminuti fuerint, id latebit eũ. Loquitur de carne mortua. ¶19 Hebr. verũ caro ei⁹ dũ ſuper eũ fuerit, dolores ſentiet: & aĩa eius in eo, lugebit. i. Quãdiu viuet, dolores ſentiet, & mœſtitia afficietur: poſt mortẽ nihil horũ ſentiet. His rationib⁹ vult oſtẽdere mortẽ optabiliorẽ eſſe afflictionibus. X V. ¶1 Reſpõdere pro loqui more Hebraico. Tũc loqui cœpit Eliphaz dicẽs. ¶2 Heb. Nũquid ſapiẽs loquet̃ ſciẽtiã vẽti, & replebit vẽto Oriẽtali vẽtrẽ ſuũ? Aſſerit hic oĩa Iobi argumẽta vana eſſe. Debétne q vult haberi ſapiẽs, loqui verba vana, taléq; de ſe opinionẽ vanã cõcipere? Per ventrẽ, mẽtẽ intellige: & per ventũ Orientalem, vanã opinionẽ. ¶3 proſunt. ¶4 nõ proficiet? ¶5 tollis timorẽ [Dei] & ſubtrahis preces coram Deo. Ac ſi dicat, Tu videris tollere Dei prouidentiam: qua ablata quis illum timebit, aut illum in afflictione deprecabitur?

Nam[6] iniquitas inſtruit os tuũ, & linguã callidorum vſurpare tibi placet.
[7] Arguat autẽ te [impietatis] os tuũ, & non ego: tuaq; labia[8] teſtimonium reddant aduerſus te.
[9] Omniúmne hominum tu primus natus es, & formatus es ante colles?
Nũ auſcultator fuiſti diuinorũ arcanorũ, [10] & ſapiẽtia ſuos terminos vltra te non porrigit?
Quid noſti quod nos ignoremus? aut qd intelligis, cuius nos ſimus imperiti?
Eſt & inter nos canus & ſenex, etiã prouectioris ætatis quàm pater tuus.
[11] Num dedignaris cõſolationes diuinas, & res occulta tibi videtur?
[12] Quantũ ſeduxit te cor tuum? & quãtam elationem animi ſignificant oculi tui,
[13] Quia contra Deum erigis animũ tuum, proferſque ſermones ex ore tuo?
[14] Quid eſt homo, vt [a ſcelere] purus ſit, & vt natus mulieris iuſtus ſiet?
Ecce in ſanctis ſuis [angelis][15] firmũ opus non produxit [Deus,] ac ne cæli quidẽ ſunt in eius oculis ſine macula:
Quãto magis homo abominabilis &[16] inutilis, qui velut aquas ibibit iniquitatẽ?
Explicabo tibi, modo auſcultes mihi: &[17] quod perſpexi, tibi recenſebo,
Quod ſapiẽtes hoies retulerũt,[18] & à maioribus ſuis acceptũ bona fide tradiderũt.
Quib' ſolis[19] permiſſa fuit rerũ publicarũ gubernatio, neq; infeſtauit eos hoſtis.
[20] Impius omni tempore ſibi adſciſcit dolores parturientis fœminæ, & numerus annorum abſconditur tyranno.
Voces[21] terrificæ [inſonant] auribus ei': & quũ pax agitur, ei ſuperuenit vaſtator.
Nõ credit ſe iterum exiturum è tenebris, [22] & è ſpecula proſpectat gladium.
[23] Satagit, vbicũq; panẽ inueniat: ſcit [enim] q ſuis factis periculoſa tẽpora accerſiuerit:
Eúmque terrent[24] anguſtia & circumuallatio, & eum circunſtant vt regem conſertis globis præliaturum.
Nã aduerſus deũ intẽdit manũ ſuã, &[25] vires promit aduerſus Optimũ maximũ.
[26] Qui cũ eo concurrens collũ inuadet, ac denſiſſimos clypeos conuellet.
[27] Nam adeps illi' obduxit faciem eius, & obeſitatem contraxit circum illiã,
[28] Quare habitat in vrbibus quæ deſtruũtur, & domos ſuas non inhabitat, quæ in congeries lapidum vertendæ ſunt,
Non diteſcet, neque ſtabiles erunt illius opes,[29] neque ad plenũ creſcet in terra.

Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium.
Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua reſpondebunt tibi.
Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?
Nunquid conſiliũ Dei audiſti, & inferior te erit eius ſapientia?
Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus?
Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores, quàm patres tui. Eccli 18.b. B
Nunquid grãde eſt vt conſoletur te De'? ſed verba tua praua hoc prohibent.
Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos?
Quid tumet contra Deũ ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermões?
Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat natus de muliere?
Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli nõ ſunt mũdi i cõſpectu ei': ſ.4.d.
Quãto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquã iniquitatem? Deſcribit impiorũ maledictionem, quã uis ei innocenti Iob falsò tribuat.
C Oſtendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi.
Sapientes confitentur, & non abſcõdunt patres ſuos,
Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſiuit alienus per eos.
Cunctis diebus ſuis impi' ſuperbit, & numerus annorũ incert' eſt tyrannidis eius.
Sonit' terroris ſemper in aurib' illi': & cũ pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.
Nõ credit q reuerti poſſit de tenebris ad lucẽ, circumſpectans vndique gladium.
Cum ſe mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus ſit in manu ei' tenebrarum dies.
Terrebit eũ tribulatio, & anguſtia vallabit eũ, ſicut regẽ q præparat ad præliũ.
Tetẽdit enim aduerſus Deũ manũ ſuam, & contra Omnipotentẽ roboratus eſt.
Cucurrit aduerſus eũ erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.
Operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D
Habitauit in ciuitatib' deſolatis, & in domib' deſertis, q̃ in tumulos ſũt redactę.
Non ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia ei', nec mittet in terra radicẽ ſuam.

¶6 .q.d. non eſt opus vt te doceam in quo pecces, ipſe ſermo tuus te docet iniquũ eſſe, cũ nõ ſine delectu veraris ſermone aſtutorũ.i.ſermone & argumentatione fallaci. ¶7 Condemnabit ¶8 Heb. loquentur ¶9 vl, An prior Adamo &c.q ſcilicet toties exprobres meis iuuentutẽ? ¶10 Heb.& [an] cõtines [cohibes] apud te ſapientiã [omnẽ] vl.& diminuetur intra te ſapientia? .i.an ſol' ſapis, ita vt te pereunte, ſit ipſa ſapiẽtia peritura? ¶11 Heb.An paru ſint tibi conſolationes iſtorũ, & an res ſecreta ſit apud te? Ac ſi dicat, An minores ſũt conſolationes iſtorũ quàm vt te conſolari poſſint? an eſt aliquid ſecreti quod illapſum ſit in animu tuũ? ¶12 He.Cur cepit te cor tuũ & cur oculi tui annuunt, ¶13 Vt reſpondeas Deo ſpiritum tuũ, & proferas ex ore tuo verba? Duo iſti verſus cõiungũtur, Quæ, inqt, dementia cepit te, & quid oculi tui tibi annuunt.i. ſigno quodã approbare volunt tuã innocentiã, q tam cõſtanter audeas pro volũtate tua, ſiue arbitrio tuo reſpondere Deo, & depromere verba ex ore tuo? ¶14 .q.d. Qui fieri poteſt vt coram Deo purus ſit homo? probat nullũ hominẽ eſſe purum. ¶15 non ponit veritatẽ.i.perfectionem abſolutam. Adeo vt ſi cum Deo cõferantur ſint impij. ¶16 putidus.fœtidus ¶17.i. ex his quæ vidi vſu euenire in hoc mundo, ꝓbabo tibi Deum curã habere rerum mortalium. ¶18 Heb. neque celauerunt à patribus ſuis. ¶19 data erat terra, neque tranſiuit alienus per eos.i. quibus ſapientibus, vel quibus maioribus ſapientum data erat tota regio adminiſtranda, quam ita rexerunt, vt inuicti perſtiterint. ¶20 Hebr.Omnibus diebus improbus ipſe dolore cruciatur.& numero annorum qui abſconditi ſunt violento.i.& toto tempore vitæ tyranni.quanuis omnia fœliciter ſuccedere ei videantur. Anni dicuntur abſcõditi in mẽte Diuina, q ſolus Deus ſciat numerum annorum noſtrorum. ¶21 ſub. armorum. ¶22 Heb.& erit aſpectus gladio.i. videbitur à gladio.Hebraiſmus, pro.impendebit illi periculũ à gladio. ¶23 Heb. Vagabitur ad panem [quærẽdum] vbinam: & ſciet quòd paratus ſit in manu eius dies tenebrarum. Recidet, inquit, in ſummã paupertatem: ita vt cogatur mendicare, & quærere vbinam inuenire poſſit panem quo viuat. tunc certo ſciet tẽpus tenebrarũ.i.afflictionis ſibi impendere. res enim quæ in manu eſt, in propinquo eſt. ¶24 Tribulatio & anguſtia præualebit illi ſicut rex, futuro in globũ.i. homini redigendo in globũ vt demergatur.q.d.vt rex præualet illi cui vt demergatur, caput cum pedibus ligatur in formam ſpheræ: ita ab anguſtia vincetur, eritque intolerabilis. Legi etiam poteſt, circundabit eum inſtar regis præparati ad bellum quod dicitur Chidor. Quidam exiſtimant eſſe genus præludij quod nos Galli Tournay dicimus. ¶25 Heb. contra Omnipotentem fortificatus eſt.i. ſummo conatu Omnipotẽti reſiſtere voluit. ¶26 Heb.Curret ad eum in collum, in craſſitudinem corporum ſcutorum eius.i.in laminas quibus clypei conſtant.q.d. Inuolabit in collum eius, & incurret in denſiſſimas partes clypeorum eius. nullis armis poterit reſiſtere Deo. ¶27 Quia operuit faciem ſuam adipe ſuo, & contraxit rugas ſuper ilia. Præ pinguedine ſcilicet.i.quia dedit operam delicijs, bene curauit cutem ſuam in hoc mundo. ¶28 Et habitauit vrbes deletas, & domos vbi non habitabant [prius homines:] quæ &c. vertendæ erant.i. quia curauit inſtaurandas vrbes deletas, nominis gratia, curauitque inſtaurari domos quæ collapſuræ erãt. Duo præcedẽtes verſus iunguntur ſequenti, Quia operuit &c. Et habitauit &c. ideo nõ diteſcet &c. ¶29 Heb. neque tradet terræ conſummationẽ eorum. ſub. ædificiorum. vl, earũ, domorum.i.nõ abſoluet hoib' regionis ædificia illa quæ cœperat inſtaurare.

Nõ recedet de tenebris: ramos eius areſaciet flãma, & auferetur ſpiritu oris ſui.
Non credet fruſtra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus ſit.
Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arefcent.

¶ areſcet.

Lædetur quaſi vinea, in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proijciens florem ſuum.
Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera libenter accipiunt.

Pſa. 59. a. pſal. 7. d.

Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

Auſteritate amicorũ motus Iob, ſuã calamitatem enarrando, ſe citra iniquitatem pati oſtendit.

RESpondens autem Iob, dixit,
Audiui frequenter talia: cõſolatores oneroſi omnes vos eſtis.
Nunquid habebunt finem verba ventoſa? aut aliquid tibi moleſtũ eſt ſi loquaris?
Poteram & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinã eſſet anima veſtra pro anima mea,
Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos.
Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quaſi parcens vobis.
B Sed quid agã? ſi locutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet à me.

¶ quieſcit

Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.
Rugæ meæ teſtimonium dicunt cõtra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciẽ meam contradicens mihi.
Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.
Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.
C Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.
Ego ille quondam opulentus repentè cõtritus ſum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum.
Circũdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lũbos meos, & nõ pepercit, & effudit in terra viſcera mea.
Cõnſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas.
Saccum conſui ſuper cutem meã, & operui cinere carnem meam.
Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
D Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cũ haberẽ mundas ad Deũ preces.
Terra ne operias ſanguinem meum, ne-

Nũquam euadet[10] tenebras, [&][11] flãma teneră ei' propaginẽ areſaciet: abibit autẽ per indignationẽ quã ore ſuo efflat.
[12]Vanitate [autem] deceptus nõ fidet [Deo,] quũ felicitas eius in cõtrariũ mutatur.
Abſumetur [13] ante fatale tẽpus, & ramus eius non florebit.
Vt vitis, violẽter abijciet ſuos [15] botros immaturos, & vt oliua ſuũ florẽ abijciet.
Nam hypocritæ [16] congregatio erit ſolitaria, & ignis deuorabit tabernacula[17] muneribus referta:
[18]Concipiendo moleſtiam, & pariẽdo vanitatẽ, venter eius concinnabit dolum.

CAP. XVI.

AD quæ reſpondens Iob, dixit,
Sæpius audiui talia, vniuerſi eſtis conſolatores [1] moleſti.
Quando tandẽ finis imponetur vẽtoſis verbis?[2] aut quid te iuuat, quũ [me] vexas?
Poſſem & ego loqui more veſtro. [3] ô ſi vos eo loco eſſetis quo ego ſum: [4] vobis enim aptum ſermonem accõmodarem, & motu capitis teſtarer dolorem meum ex veſtra miſeria:
Vóſque confirmarem ore meo, & conſolatio meorum labiorum dolores veſtros minueret.
Ego autem ſi loquar, dolor meus non minuitur: ſiue omitto [loqui,] & quid decedit mihi?
[5]Verum iampridem ærumnis onerauit me [Deus.][6] & ſanè cunctas meas facultates ſtupefeciſti.
[7]Rugis quoque arauiſti me, vt teſtimonij vim habeat, & amiſſa priſtina forma mihi diſſimilis ſũ, ita vt palã arguat me.
[8]Ita ſua lacerat, ac hoſtiliter mecum agit, frẽdit in me ſuis dẽtib', hoſtíſque meus oculis ſuis micat aduerſum me.
Diſtendũt contra me os ſuũ, & contumelioſe [9] præcidunt maxillã meam, [10] & in malis meis voluptatẽ ſuam expleuerũt.
Conſtrictum me Deus [11] iniquo tradidit, &[12] per impios proſtrauit me.
[13]Beatus fui, ſed diſiecit me: ac mea ceruice cõprehenſa minutatim cõfregit me: ſcopum denique me ſibi conſtituit,
[14]Vt me ſagittæ illius vndique feriant, & renes meos diſſecet, ac non parcat, & in terram effundat fel meum.
[15]Ita me vulnerauit, vt cõtinuum vulnus ſit, [&] in me fecit impetum ſicut gigas.
Conſui ſaccum ſuper cutẽ meam: & cornu meum[16] depreſſi humum.
Facies mea[17] intumuit fletu, & palpebras meas obduxit caligo denſiſſima:
[18]Quum tamẽ nulla violẽtia ſit in palmis meis, & oratio mea ſit munda.
[19]O tellus, ne celes mea ſcelera capitalia,

¶ 10. i. afflictiões. ¶ 11. i. tribulatio ſiue afflictio poſteritatem eius abſumet. ¶ 12 [Imò] recedet flatu oris ei'. ſub. Dei. Alij, mouebitur loco ſuo etiam proprio flatu. i. veniet ad eam tenuitatẽ carnis qui pinguiſſimus erat, vt flatu loco ſuo moueri poſſit. ¶ 13 Qui errat in vanitate, non credit q permutatio ei' futura ſit [ſinerat] vanitas. i. Deditus vanitati nõ credit ſe deuenturum ad vanitatem meram.
¶ 14 Heb. in non die ſuo. i. ante vltimũ vitæ terminũ.
¶ 15 filios intelligit per botros: & pueros per florem.
¶ 16. i. priuabit liberis ſuis hypocrita. ¶ 17 muneris. vel doni. i. tabernacula quæ muneribus ſunt extructa.
¶ 18. i. facultas, nõ voluntas peccidi ablata eſt. Hebraice [Nam] Cõceperunt iniuriã, & pepererũt iniquitatem, & venter eorum preparauit dolũ. Infinitiui apud Hebræos pro præteritis. Ratio eſt præcedẽtis verſus, Quia mente & opere ſunt iprobi, excogitauerunt ſemper aliquam fraudem.

XVI.

¶ 1 vani. ¶ 2 quid corroborabit te quũ loqueris'. i. qua re cõfirmabis opinionem tuam, ſi loquaris?
¶ 3 Heb. ſi eſſet anima veſtra loco animæ meæ. i. ſi talia pateremini qualia ego patior. ¶ 4 ſocietatẽ vobiſcũ inirem cũ verbis, & mouerẽ ſuper vos caput meũ. i. adiungerem me vobis ſermonibus veracib'. ¶ 5 Certe nunc fatigauit me [ſub. Deus]. i. ad fatigationẽ vſq; afflixit me. Iã reſpõdet argumento Eliphaz, Tu videris cõcludere eum eſſe impium qui affligitur, ſed erras. ¶ 6 deſolaſti omnem congregationem meã. Perſonæ mutatio. i. familiam meam: quia liberi eius perierunt. Alij exponunt, omnem cõgregationem membrorum meorum. i. omnia mẽbra mea. ¶ 7 Hebr. corrupiſti quoque me, in teſtẽ fuit: & extitit in me macies mea, & in facie mea teſtificabitur. i. in rugas cutem meã contraxiſti, quę ſingulæ ſunt vice teſtis doloris mei: & macies quæ in corpore meo apparet, & in facie mea, teſtabitur me vehementer fuiſſe afflictũ. ¶ 8 Ira eius [ſub. Dei] rapuit me, & odio proſecutus eſt me, frenduit aduerſum me dẽtibus ſuis, hoſtis meus acuit oculos ſuos in me. Multis verbis deſcribit vim afflictionis ſuæ. ¶ 9 percuſſerunt ¶ 10 ſimul contra me coadunati ſunt, vt ſcilicet perdant me. ¶ 11 vl, mendaci ¶ 12 in manus impiorum declinare fecit me. Alij exponunt, declinare fecit me, ſub. à ſorte mea, per manus ſiue opera improborum. ¶ 13 vl, Tranquillus eram, & attriuit me: ¶ 14 Heb. Circundederunt me ſagittarij eius, diſſecuit renes meos, & non pepercit, effudit [ictu ſagittæ] fel meum. ¶ 15 Heb. Confregit me confractione ante conſpectum confractionis. i. confregit me crebris cõfractionibus & inuicẽ ſibi ſuccedentibus. hoc dicit q quaſi in pũcto tã multa mala illi acciderãt. ¶ 16 onerauí puluere. Lugentium erat aſpergere caput puluere, ¶ 17 lutulẽta facta eſt. ſolẽt enim lachrymis facies deturpari quaſi luto infectæ eſſent. ¶ 18 Heb. Non ob iniuriã palmarum mearum: quinimo oratio mea fuit pura. i. hæc euenerũt citra vllam meam iniquitatem quam admiſerim, aut q aliquid mali loquutus ſim. ¶ 19 Hebr. O terra ne tegas ſanguinem meum, & ne vllus inueniatur locus clamori meo. vbi ſcilicet quieſcat. q. d. Optarim afflictionem meam notam eſſe omnibus, & clamorem meum.

& nõ ſit locus vbi lateãt querelæ de me.
20 Nunc etiam ecce' teſtem habeo in cælo,
& [21]conſcium in excelſis.'
[22]Quúmque amici mei rhetorica oratione
contra me agant, manantibus lachry-
mis Dei opem imploro.
[23]Is enim palàm proferet, ſiquid peccatũ
eſt à viro contra Deum, & à filio homi
nis in proximum ſuum.'
24 Nam anni adnumerati ſuccedũt, ac iter
ſemel peragendum ingrediar.

CAP. XVII.

I [1]Am quidem ago animam, & dies mei
ritu lucernæ deficiunt, méque ſepul-
chrum manet.'
[2]Si nõ illuſores agunt mecũ, &[3]in mœro-
re quo me iſti afficiũt, nox trãſigẽda eſt
[4]Deponito quæſo[pignus,]'& da fideiuſſo-
rem in cauſa quæ mihi tecũ eſt:[5] & quis
erit, qui mecum ſponſionem faciat?
Quia [7]excluſiſti' cor eorum ab intelligen-
tia, icirco[8]negotium hoc nõ magnam
laudem eis pariet,'
9 Qui amicos numerat inter bona ſua, eius
filij non inuenient quod expectabant.
Nam me quidem [Deus] poſuit exẽplum
populis, [10] & celeberrimæ famæ ero in
poſterum.'
Cui[*]ocul[*] pr̨ indignatiõe caligat, [11]meá-
q; mẽbra vniuerſa vmbræ ſimilia ſũt.'
Ob quam rem[12]probi ſtupebunt,'& inno-
cens[13]aduerſus'hypocritam excitabitur:
[14]iuſtúſque inſiſtet viæ ſuæ, & innocens
magis magiſque progredietur.'
15 Tantum vos vniuerſi domum redite, &
abite quæſo: quandoquidem inter vos
nullum ſapientem reperio.'
Dies mei præterierũt, &[16]conatus mei in-
tercepti ſunt, quæque animo præſume-
re poſſem.'
17 Noctem vertẽt in diem, & lux ſubſeque-
tur e veſtigio tenebras.'
18 Si expectarem, infernus[tamen eſt] do-
m[*] mea, & in tenebris ſtraui lectũ meũ.
19 Foueam appello patrem meum: & ver-
mem, matrem & ſororem meam.
20 Vbi eſt igitur, vbinam ſpes mea? & ſpẽ
meam quis ſpectabit?
21 Quæ ſi mecum in puluerem demitteretur, vectes ſepulchri ſubſiderent.

que inueniat in te locũ latendi clamor
meus.
Ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius
meus in excelſis.
Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat ocu-
lus meus.
Atque vtinam ſic iudicaretur vir cũ Deo,
quomodo iudicatur filius hominis cum
collega ſuo.
Ecce enim breues anni tranſeunt: & ſemi
tam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

SPiritus me[*] attenuabitur. dies mei bre
uiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt
ſepulchrum. — Contabeſcẽdo. ſi patiẽter præſtolari dicit.
Non peccaui, & in amaritudinibus mora
tur oculus meus.
Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſ-
uis manus pugnet contra me.
Cor eorũ lõge feciſti à diſciplina, & pro-
pterea non exaltabuntur.
Prædam pollicetur socijs, & oculi filiorũ B
eius deficient.
Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, &
exemplum ſum coram eis.
Caligauit[*]ad indignationẽ oculus meus, — ¶[*] ab indignatione
& membra mea quaſi in nihilum reda-
cta ſunt.
Stupebũt iuſti ſuper hoc, & innocens cõ- C
tra hypocritam ſuſcitabitur.
Et tenebit iuſtus viam ſuam, & [*]mundis' — ¶[*]mund[*] (nominat. caſus.
manibus addet fortitudinem.
Igitur omnes vos cõuertimini, & venite,
& non inueniã in vobis vllũ ſapiẽtem.
Dies mei trãſierunt, cogitationes meæ diſ
ſipatæ ſunt, torquentes cor meum:
Noctem verterũt in diem, & rurſum poſt
tenebras ſpero lucem.
Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & D
in tenebris ſtraui lectulum meum.
Putredini dixi, Pater me[*] es: Mater mea,
& ſoror mea, vermibus.
Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & pa-
tientiam meam quis conſyderat?
In profundiſſimum infernum deſcẽdent
omnia mea: putáſne ſaltem ibi erit re-
quies mihi?

¶20 Etiam nunc ſane ¶21 teſtem in excelſis. ſub. ſedibus. i. in cælo qui poſſit reddere teſtimonium innocentiæ meæ. ¶22 Heb. O colloquutores mei amici mei, ad Deũ lachrymatur oculus meus. i. O amici mei qui loquimini & diſſeritis mecũ, ad Deũ lachrymas fundo qui teſtis eſt innocẽtiæ meæ, nõ ad vos qui cupitis eam labe factare. ¶23 Hebr. [vtinam] & diſceptare poſſit homo cũ Deo, vt filius hominis cũ ſocio ſuo. ¶24 Quia anni numeri aduenient, & ſemitam inibo, nõ reuertar. i. anni illi pauci quibus adhuc victurus ſum, aduenient, q. d. breui moriturus ſum.

XVII.

¶1 Hebr. Spiritus meus conſumptus eſt, & dies mei ſunt præciſi, ſepulchra mihi. Hoc eſt, Oẽs vires corporis mei ſunt fractæ, & dies vitæ meę præciſi ſunt, ſepulchra me manent. i. breui ſepeliar. ¶2 Si non impoſtores [ſunt] mecum. Subaudiẽda eſt aliqua dictio, Diſpereã, aut ſimilis. Diſpeream niſi amici mei ſtudeant mihi imponere. nã volunt perſuadere mihi, me eſſe peccatorẽ. Quidam Hebræorũ exponunt, Nõ optarim vt Deus mecũ diſceptaret, niſi iſti impoſtores eſſẽt. ¶3 & oculus meus commoratus eſt dum illi exacerbarẽt me. i. cõſpicatus eſt irritationes eorum ¶4 Heb. Appone nunc, Sub. cor tuum. i. aduerte quæſo animũ verbis meis. ¶5 da mihi fideiuſſorem mecũ. i. fideiubeas mecum, q̃ ſis mecum diſceptaturus. ¶6 Hebr. quis eſt qui tangat manũ meam? i. quis eſt qui tactu manus meæ polliceatur mihi Deum mecum diſceptaturum? nam cũ illis diſceptare nolo, q̃ ſint ſtulti. ¶7 Heb. abſcondiſti. q. d. priuaſti ſenſu cõmuni mentem & animũ eorũ: ſtulti ſunt. ¶8 Hebr. nõ exaltabis. Iſte verſus ſequenti iũgitur, Non exaltabis eũ qui renũtiabit, &c. ¶9 Heb. [eum] qui renũtiabit cogitatus ſuos adulãdi cauſa. & oculi filiorũ eius deficient. i. non exaltabis eum qui adulandi gratia dicere ſolet quicquid venerit ei in mentem: & filij, ſiue nepotes deficient cum viderint interitum parentis. ¶10 vt loquantur populi, qui prius eram dominus, ſiue princeps. Vide Daniel. 3. Redit ad afflictionem ſuam. Fecit me Deus fabulam vulgi. ¶11 & cogitationes meæ omnes ſunt ſimiles vmbræ. ¶12 vel, recti obſtupuerunt. cum ſcilicet viderẽt me affligi. ¶13 propter hypo. quũ videat impios tam fœliciter agere, & pios ita vexari. ¶14 Heb. & arripuit iuſtus viã ſuam, & mundus manibus auxit robur. Tamen, inquit, iuſtus non receſſit propterea à mãdatis Dei: & is cuius opera ſunt munda, maximis viribus dedit operã pietati. ¶15 Heb. At vero omnes reuertimini, & adeſte nunc, & non inueniam in vobis ſapientem. i. vt oſtendam neminem veſtrum recte dicere. ¶16 Heb. cogitationes meæ ſublatæ ſunt. Sub. à me, violentia nempe afflictionis. Tres dictiones quæ ſequuntur, poſſeſſiones cordis mei, ad principium ſequẽtis verſus pertinent. Cogitationes autem ita vocat, quòd ſint veluti poſſeſſiones cordis. ¶17 Hebr. poſuerunt diem, noctẽ: lucẽ propinquã propter tenebras. Id eſt, Cogitationes meæ verterunt diem ipſum in noctẽ: hoc eſt res lucidas reddiderunt dubias & ancipites. verterunt etiam in noctẽ lumen propinquum. i. auroram, propter tribulationes, quæ verè dicuntur tenebræ. ¶18 Cohærẽt ſequentes verſus, qui ſic leguntur Hebraice. Si expectauero[quòd] infernus [ſit] domus mea, & in tenebris ſternem lectum meum. i. Si expectem donec moriar, & recũbam in ſepulchro. ¶19 Quòd clara voce dicam ſcrobi, Pater meus es. & vermibus, Mater mea & ſoror mea. i. Si expectẽ donec habitem in ſepulchro, vnà cum vermibus. Periphraſis eſt ſepulchri. ¶20 Vbinam mox[erit] ſpes mea: & expectationem meã quis videbit? Ac ſi dicat, Quando tandem eueniet mihi quod iubebas me expectare à Deo? quiſnã videbit me conſecutum quod expectaueram? q. d. fruſtra expectatem beneficia à Deo. Promittitis vos amici, quæ moribundi conditio non capit. Ironia, vt nonnulli volunt. ¶21 Ad fulcra vſque inferni deſcendent: ſi ſemel in terra quies. Per infernum, intelligit locum infimum. i. Spes & expectatio mea in infima & centrum terræ mecum deſcẽdent, & euaneſcent, cũ in ea quieuero, ac ſi dicat, & ego & ſpes meæ ſimul morientur. Fruſtra igitur ſperem quicquam à Deo, cum ſim periturus.

CAP. XVIII.

Baldad reprehendit Iob, quòd non audiat bene cõſulẽtes, & impiis pœnas enarrat.

RESpondens autẽ Baldad Suhites, dixit,
Vſq; ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & ſic loquamur.
Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram vobis?
[a]Quid' perdis animam tuã in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco ſuo?
¶ a Qui
Nónne lux impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius?
B Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quæ ſuper eũ eſt, extiguetur.
Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum.
Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.
Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis.
Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.
Vndique terrebũt eum formidines, & inuoluent eum pedes eius.
C Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius,
Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, '&'conſumat brachia illi' primogenita mors.
Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia ei', & calcet ſuper eum, quaſi rex, interitus.
Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.
D Deorſum radices eius ſiccẽtur, ſurſum autem atteratur meſſis eius.
Prouerb. 2. d. [b]Memoria illius pereat de terra, & nõ celebretur nomen eius in plateis.
Expellet eum de luce in tenebras, & de [c]vrbe transferet eum.
¶ c orbe
Non erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.
In die eius ſtupebũt nouiſſimi, & primos inuadet horror.
Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

Iob flagella ſua & miſerias deſcribẽs, aſſerit ſe nõ ob impietatẽ eas pati.

REſpondens autem Iob, dixit,
Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus?
En, decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.
Nempe etſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
At vos cõtra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis.
Saltem nunc intelligite quia Deus nõ æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.

CAP. XVIII.

AD hæc Bildad Suhita reſpõdens, dixit,
Quando tandẽ ſermonibus imponetis finem?[1]intelligite, & poſtea loquamur.'
Quare ſimiles pecori æſtimamur, '&vobis obſtinati videmur'
Tu qui'per furorẽ,'diſcerpis animam tuã, [4]deſereturne'terra propter te, & rupes è loco ſuo cedet?
[5]Certè[6]lux'impiorum extinguitur, neque ſplendet[7]flamma ignis[8]ipſius.'
In[9]ei' tabernaculo lumẽ obtenebreſcet, ac lucerna illi' [10]quæ lucet ei,' extinguetur.
[11]Greſſus virtutis illius anguſti erũt,[12]ſuũque cõſilium deijciet eum.
Quia miſſus eſt ſuis pedib' in rete, &[13]iuxta implicitam ſepem'obambulat.
Laqueus comprehendet calcaneum illius, eúmque[14]ſitibundus'ſuperabit.
Eius funis in terra eſt abſcõſus, & decipula eius in ſemita.
Vndique terrebunt eum pauores, &[15]quocunque gradietur, comminuent eum.
[16]Famelica erit virtus eius, &[17]pernicies ei parata eſt ab vtroque latere.
[18]Deuorabit vectes cutis ſuæ, deuorabit vectes eius primogenitus mortis.'
[19]Euelletur ipſius tabernaculo id cui potiſſimũ fidebat, eáque res adducet eum ad regem terrorum.
[20]Habitabit in tabernaculo ei' nulla propinquitate attingens eum,'& ſulphur [21]ſpargetur in caſam eius.'
Infernè radices illius exareſcent, & ſupernè[22]meſſis'eius ſuccidetur.
Memoria eius interibit de terra, neq; famam celebrem habebit in platea.
[23]Propellent'eum [24]ex luce ad tenebras,' & ex orbe illum fugabunt.
Nõ filiũ neque nepotẽ habebit in populo ſuo, nõ ſuperſtitem in ſuis domicilijs.
Stupefiẽt poſteri [25]ad fata illius,'&[26]priores'inuaſit horror.
Atque hæc tabernacula [27]duntaxat impij ſunt,'& is eſt locus ignorantis Deum.

CAP. XIX.

AD hæc reſpondens Iob, dixit,
Quandiu cruciabitis animũ meum, & ſermonibus'enecatis'me?
Iam decies [2]contumelias mihi intuliſtis: [3]an non pudet vos quòd prorſum alios mihi vos exhibetis?'
[4]Etenim ſi omnino erro, conſtat mihi ratio, quæ in errorem abduxit.'
[5]Quòd ſi omnino magnũ quiddam in me oppugnando efficere conamini. & per calamitatem meam, veſtrã intẽtionem fulcire:'
Scitote nunc, quòd deus[6]me potentia ſua premat, quódque ſuo [7]inſtrumento venatorio'circundederit me,

¶1 inſtruite[nos] & poſtea loquemur. Sub. vobiſcum. ¶2 Heb. fuim' ſtupidi in oculis veſtris? Id eſt, videmur vobis ſtupidi. Legi etiã poteſt, ſorduimus in oc. ve. i. quare vobis videmur viles & polluti? Alludit ad id quod dixerat Iob ſuperiori capite, Abſcõdiſti cor eorũ ab intelligẽtia. ¶3 i. impatiẽtia. Tertia pſona eſt Hebræis, p ſecũda. ¶4 Sub. à Deo: q. d. an tui gratia dicemus Deũ non curare mortalia? an Deum rupẽ immutabilẽ, dicemus propter te factũ mutabilẽ? ¶5 Etiam ¶6 i. prudẽtia ¶7 ſcintilla ignis. i. prudentia & cõſiliũ. ¶8 Mutatio numeri, p vniuſcuiuſq; ipſorũ. ¶9 Singulare pro plurali, eorum. Idem dicit quod præcedenti verſu, In mẽte eorũ cõſiliũ peribit. ¶10 Heb. ſup eũ. i. q in eo eſt. ¶11 i. nõ ſunt facturi quæ facere vellent & poſſent. ¶12 & amãdabit illũ à ſeſe cõſiliũ eius. i. deſtituet proprio cõſilio. ¶13 ſuper rete. i. ſuapte ſpõte conijciet ſe in rete. ¶14 graſſator. vl, prædo. ¶15 diffugere facient illũ pedibus ſuis. Id eſt, proprijs, nõ alienis pedibus cõijciet ſe in rete. ¶16 i. nõ aſſequetur qd cupit. Hebræi, virtutẽ, liberos interpretãtur: q homines in virtute & robore ſuo gignere ſoleãt. ¶17 cõfractio parata erit coſtæ illius. i. ipſemet varijs malis cruciabitur. ¶18 Abſumet ramos cutis eius, abſumet[inquam] mẽbra eius primogenit' mortis. Ramos cutis, vocat mẽbra. Alij liberos intelligunt. Per primogenitum mortis, intelligit grauiſſimũ morbum, ac ſi dicat, Erit obnoxius cũ ſua poſteritate grauiſſimis morbis. Quidã Hebræorũ, primogenitum mortis interpretãtur angelum qui præeſt ipſi morti. Alii mortẽ quæ præuenit tẽpus ſuũ. Alij, primas infirmitates q illi obueniũt. ¶19 Heb. Abrupetur de tẽtorio eius ſpes eius: & incedere faciet eum ad &c. Sub. conſilium eius, Id eſt, peribunt liberi & opes eius in quibus cõfidebat: & proprio conſilio deueniet in poteſtatẽ rei maxime terribilis. ¶20 Heb. Habitabit in tẽtorio eius, [ſub. timor,] eo q nõ ſit ipſius. Id eſt, Perpetuo timebit: eo q tentoriũ illud factũ ſit rebus nõ pertinentibus ad ipſum, ſed ex rapina. ¶21 i. peribit igni tabernaculũ eius. ¶22 rami ¶23 Sub morbi, & afflictiones. ¶24 i. de vita ad mortẽ. ¶25 Heb. ſuper die eius. i. ob caſum eius. ¶26 i. præſentes qui viuunt tempore Iobis. ¶27 vl, certe ſunt hominis iniqui. Id eſt, talia accidunt iniquis, & ignorantibus Deum.

XIX. ¶1 conficietis. attenuabitis. atteretis. ¶2 confudiſtis me. i. iã ſatis ſupérque, ſæpius conati eſtis falſis argumentationibus me confundere, & oſtendere impium. ¶3 non erubeſcitis, perfricuiſtis frontem mihi. vt ſcilicet me iniquum eſſe concludatis. Alij vertunt, non pudet vos, indurati eſtis mihi. i. induraſtis facies veſtras cõtra me. ¶4 Sed eſto errauerim: mecũ moretur error me'. Ac ſi dicat, Si peccauerim, quid ad vos? ego ipſe luã pœnas, nõ vos. ¶5 Hebr. Si vero aduerſum me magnificetis [ſub. errorẽ meum.] & arguendo adducatis aduerſum me opprobrium meũ. Perficitur hic verſus ſequenti, Scitote &c. i. Si quæratis errorẽ meum verbis exaggerare. & arguẽdo cõcludere velitis peccatorem me eſſe, & propterea affligi. ¶6 Heb. peruertit me. i. ſi ſolos peccatores affligeret, vt dicitis. inique & peruerſe mecum ageret. affligendo me: cum ſim iuſtus. ¶7 reti. q. d. ſcitote me non mea culpa incidiſſe in retia. Verba hominis derelicti à Deo, & non ſentientis vltra auxilium ipſius.

[8] Si clamé vim inferri mihi, non reſpondetur mihi: ſi vociferer, non retineo ius meum.
Semitam [enim] meã ſepſit, vt euadere nequeam, & vijs meis offudit tenebras.
Detraxit mihi [9] gloriam meam, & [10] coronam mei capitis abſtulit.
[11] Euulſit me circũquaque [12] vt peream, abſtulitq; ſpem meam [13] vt [euulſæ] arbori.
Exarſit in me ira illius, měq; habet in hoſtium numero.
Simul venerunt [14] milites eius, & [15] viã muniuerũt aduerſum me, & caſtra poſuerunt circum mea tabernacula.
Fratres meos abſtraxit à me, quiq; me nouerant, etiam alienos ſe mihi offerunt.
Propinqui mei [16] deſeruerũt me, & neceſſarij mei obliti ſunt me.
[17] Familiares mei & ancillæ meæ cenſent me peregrinum, eiſque videor exterus.
Quũ voco ſeruũ meum, & ore meo [18] peto ab eo aliqđ officiũ, non reſpõdet mihi.
Halitus meus offendit vxorem meam, [19] filijs etiam ventris mei ſupplex ſum.
Etiam homines nequam aſpernãtur me: [quibus] quum aſſurgo, iaciunt in me ſcommata.
Omnes [20] amici intimi abominantur me, & quos dilexi aduerſantur mihi.
Cuti & carni meæ adhæret [21] os meum, & [22] euaſi dentium meorum cute comite.
Benignius mecũ agite, benignius mecum agite vos amici mei, quoniã diuina manus tetigit me.
Quare me perſequimini vt Deus? & [23] carne mea non ſaturamini?
[24] Vtinam ſcribantur mei ſermones, vtinã in libro exarentur,
Stylòque ferreo incidãtur in plumbũ aut ſaxum, quo perpetuò durent.
Noui & ego quòd vindex me [a] viuit, & [25] nouiſſimo [tempore] adhibebit ſuam vim pulueri.
Poſtquam vero circundederint [26] hoc mea cute, ſpectabo Deum è carne mea.
Quem ego [27] mihi contemplabor, & oculi mei videbunt, & non alius: [28] quod vnicum meum eſt deſyderium.
[29] Nam [ſolum] dicetis, Cur eum perſequebamur, in quo fundamenta negotij [ſalutis] deprehendebantur?
[30] Timete igitur gladium vobis imminentẽ, quia ira iniquitates, [iniquitas parit] vltionem Dei: quoniam intelligetis eſſe iudicem.

CAP. XX.

A[1]D hæc reſpõdens Zophar Naamathites, dixit,
[2] Igitur cogitationes meæ impellunt me

---

Ecce, clamabo vim patiẽs, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui iudicet.
Semitam meam circunſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. B
Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.
Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi euulſæ [a] arbori abſtulit ſpem meam.
Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.
Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum.
Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me.
Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant obliti ſunt mei.
Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerũt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum. C
Seruum meũ vocaui, & non reſpõdit, ore proprio deprecabar illum.
Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
Stulti quoque deſpiciebant me: & cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi.
Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei: & quem maxime diligebam, [b] auerſatus eſt me.
Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos.
Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei, qa manus [c] Domini tetigit me.
Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?
Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro D
Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel [d] celte ſculpantur in ſilice?
Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & ĩ nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum:
Et rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum:
Quem viſurus ſum egoipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.
Quare ergo nunc dicitis, Perſequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor [e] iniquitatum gladius eſt: & ſcitote eſſe iudicium.

CAP. XX.

R Eſpondẽs autem Sophar Naamathites, dixit,
Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedũt

---

¶ [a] arboris

Derelictus à propinquis.

¶ [b] aduerſatus eſt mihi.

¶ [c] Dei

¶ [d] certe

Vaticiniũ Iob de generali reſurrectiõe.

¶ [e] iniquitatis

Hic dicit Sophar impios in hoc mũdo florere, ſed ad tempus.

---

¶ 7 Hebr. Ecce clamabo iniuriam, [ſub. mihi fieri] & non reſpondebor: exclamabo, & non erit mihi iudiciũ. i. nemo vindicabit illatam mihi iniuriã. ¶ 9 Gloriam ſuã vocat opes ſuas. ſpoliauit me opibus meis. ¶ 10. i. liberos meos. Ita in Prouerb. Corona ſenum, ſunt filij filiorũ. ¶ 11 Deſtruxit. Solet perire arbor ſi õni ex parte effodiatur radix eius. ¶ 12 & abiui. euanui. perij. ¶ 13 tanquam arboris. Sub. ſpem. i. priuauit me omni ſpe mea vt arbor deſtituitur ſpe ſua qñ euelluntur radices eius omni ex parte. ¶ 14 copiæ eius. i. exercitus tribulationum miſſarum ab eo, inuaſerunt me. ¶ 15 attriuerunt viam ſuam ſuper me. i. tam frequentes inuaſerũt me tribulationes, vt viam quaſi tritã reddiderit more traſeuntiũ. ¶ 16 deſierunt me. ſub. viſitare & conſolari. ¶ 17 Heb. Habitatores domus meæ.

¶ 18 deprecor. vl. peto beneficium. Hic oſtendit, Deo nobis irato, omnia nobis eſſe contraria. ¶ 19 Heb. & gratificatus ſum propter filios vẽtris mei. i. quãuis illi ſtudeã gratificari propter filios ventris mei, hoc eſt vt ex ea ſuſcipiã liberos. q. d. ob rẽ honeſtã, vt ex ea alios procreẽ liberos. ¶ 20 viri ſecreti mei. i. quotquot oli erãt mihi à ſecretis. ¶ 21 Singulare pro plurali. Redactus ſum ad extremam maciẽ. ¶ 22 Heb. & ſeruatus ſum in cute dentium meorũ. q. d. ſola cutis qua tegũtur dentes mei, illæſa remãſit, & integra. ¶ 23. i. calumnia mea. q. d. abũde calũniati eſtis me, iam deſinite obſecro. ¶ 24 q. d. tantum abeſt vt credam verba mea quibus tueor iuſtitiã meam, eſſe falſa, vt cupiam ſcribi in materia incorruptibili. ¶ 25 nouiſſimus ſuper terrã conſiſtet. i. quòd ſit futurus omniũ nouiſſimus, hoc eſt, ꝙ in æternum ſit victurus. ¶ 26 Demonſtratiuum eſt HOC: quòd ob deformitatem ſummam, non liceret corpus dicere. Et circundederint. i. Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Alij vertũt, Et poſt pellem meam, [ſub. attritam] fregerunt [ſub. dolores mei] hoc: & ex carne mea videbo Deum meũ. ac ſi dicat, Scio Deum meum æternũ: nihilominus deprehẽdo doloribus eũ me affligere & vexare. nã poſt pellem meã cõtritam, dolores fregerũt etiam iſtud os, id eſt oſſa mea: & ex afflictione quam ſentio in carne mea, video Deum. i. ſentio Deum eſſe qui me affligat: ne putes me illũ ignorare. ¶ 27. i. bono meo: ad commodum meum. cuius conſpectu aliquando fruar: hac ſpe ſum in media tribulatione. ¶ 28 Hebr. & [tamen] defecerunt renes mei in ſinu meo. i. quanuis præ afflictione defecerint omnia inteſtina mea. ¶ 29 Quin dicitis, Quare perſequemur eum? quum radix rei inueniatur in me. i. Cur non dicitis apud vos, Iam ſatis afflximus eum. quum ipſa rei veritas inueniatur in me. hoc eſt quum reuera ſim innocens? ¶ 30 Timete vobis à facie gladij, quia ira eſt [ex] iniquitatibus gladij: vt ſciatis fore iudicium. Id eſt Timete vobis à ſupplicio gladii. quia prouocatio ad iram citra meritum prouenit ex iniquitatibus quæ ſolent puniri gladio. hæc dico, vt ſciatis futurum aliquando iudicium quo tale peccatum punietur.

XX. ¶ 1 vertendum, Tunc cœpit loqui. non enim reſpondet his quæ Iob dixerat capite ſuperiore: ſed his quæ dicta erant ab Iobo cap. 12. dixerat enim in ſumma pace viuere homines improbos qui alios depopulentur. Illis reſpondet nunc Sophar. ¶ 2 Sane. Hic ponitur exordium more ſolito, Verum quidem eſt impios florere in hoc ſeculo, ſed hoc ad tempus.

ſibi, & mens in diuerſa rapitur.
Doctrinam qua me arguis audiam, & ſpiritus intelligētiæ meę reſpõdebit mihi.
Hoc ſcio à principio, ex quo poſit' eſt homo ſuper terram,
Quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ adinſtar puncti.
Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit:
Quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi eſt?
B Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna.
Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltra intuebitur eum locus ſuus.
Filij eius atterentur egeſtate, & manus illius reddent ei dolorem ſuum.
Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
Cum enim dulce fuerit in ore eius malũ,
¶ abſcondit — abſconder' illud ſub lingua ſua:
Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo.
Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus.
Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.
C Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ.
Non videat riuulos fluminis, torrẽtes mellis, & butyri.
Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur iuxta multitudinem adinuẽtionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit:
¶ pauperes: domum — Quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit, & non ædificauit eam.
Eccle. 5.c. Nec eſt ſatiatus vẽter eius: & cum habuerit quæ cõcupierat, poſſidere nõ poterit.
Non remanſit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.
Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.
Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper illum bellum ſuum.
D Fugiet arma ferrea, & irruet in arcũ æreũ.
¶ Gladius eductus — Eductus, & egrediens de vagina ſua, & fulgurans in amaritudine ſua: vadent, & venient ſuper eum horribiles.

ad reſpondendum, [3]& propterea in me feſtinatio exiſtit.
Audiũ tamẽ ex te correptionem coniunctam cum mea ignominia: tametſi me conſcientia hic conſolabitur.
Nõnne ſcis illud omnibus ſeculis obſeruatum, ex quo [Deus] impoſuit terræ homines.
Quòd iubilatio impiorum [4]cito finiatur, & lætitia hypocritæ ſit [5]temporaria?
Si [6]exaltatio ipſius in cælũ vſq; aſcẽderit, [7]ſuúmq; caput extulerit vſq; ad nubes:
Peribit tamen [8]tandem vt ipſius ſtercus: & qui [paulo ante] videbant eum, dicent, Vbinam is eſt?
Auolabit vt ſomnium, & non reperient eum, & fugabitur vt viſio nocturna.
Oculus qui eum intuitus eſt, non iterum videbit, neque amplius [9]cernent eũ [homines] ſui loci.
Liberi eius [10]placabunt pauperes, & manꝰ illius reſtituẽt [11]opes per vim adéptas.
[12]Adoleſcentiæ vitia tenaciſſime illi inhærent, eúmque comitantur ad [ſepulchri] puluerem.
[13]Quúmque malũ dulceſcat in ore illius, recondit ipſum ſub lingua ſua:
[14]Sique parcit, vt non demittat, idque detinet in medio palato ſuo:
Panis eius in viſceribꝰ ipſius [15]vertitur in in bilem aſpidis intra illum.
[16]Opes deuorat, quas reuomet, [Deo] extrahente illas ex ventre ipſius.
[17]Venenum aſpidum ſuget, eúmque occidet lingua viperæ.
[18]Non videbit riuos fluminum torrentiũ mellis & butyri.
[19]Quæ labore acquiſiuit, reddet, minimẽque deuorabit, velut merces permutatorias, nec illis gaudebit.
[20]Attriuit enim, & reliquit pauperes: domúmque diripuit, nec ædificauit eam.
[21]Nõ ſentiet in vẽtre ſuo quòd opulentus eſt, neque cõſeruare poterit res optatas.
[22]Cibo illius nõ aderit vis nutriendi, quocirca bonum ipſius inſtabile eſt.
[23]Etſi rebus omnibus affatim abũdet, angitur tamen, & omnibꝰ partibꝰ laborioſi hominis fungitur.
[24]Eſto autem vt impleat ventrem ſuum,
[Deus tamen] immittet ei feruorem iræ ſuæ, & [25]depluet in eum, [&] in [26]cibũ illius:
Eúmque fugientem arma ferrea excipiet arcus chalybeus.
[27]Strinxit gladiũ, q corpꝰ trãſfigat, ac micet per fel adactus, eiq; occurſant res terrificę.

¶3 Hæc particula verſus iũgitur ſequẽti, hoc modo, Et propterea q feſtiũ in me Caſtigationẽ ignominiæ meæ [quam] audiui [a te:] & ſpiritꝰ intelligentię meæ reſpõdere me facit. Sic habẽt Hebræa. Duabus cauſis (inquit) cogor tibi reſpõdere: partim ꝓpter ignominiã qua me affeciſti, q male me habeat ignominia qua me affeciſti: partim etiã doctrina illa mea me cogit, quòd exiſtimem me ſatis habere doctrinæ & eruditionis vt tibi reſpondeam. ¶4 Heb. eſt à propinquo. i. à paruo tẽpore. ad prẹteritum refert. q. d. nõ diu eſt q ea fœlicitate fruitur. ¶5 ad momentũ? ad punctũ tẽporis? ¶6. i. ſiquãdo in ſũma dignitate cõſtituatur. ¶7 & caput eiꝰ nubẽ attingat ¶8 in ꝑpetuũ ¶9 Heb. cernet eũ locus eius. i. cõgregatio illa in qua habitabat: ita Hebræi exponũt. ¶10. i. vſqueadeò miſeri erũt, vt cogantur placare iratos tenuis fortunæ hoĩes. Alij vertũt, ambibunt gratiã tenuis fortunę hominũ. ac ſi dicat, Improbꝰ etiãſi diuites filios reliquerit, tamẽ ad extremã paupertatẽ redigent. ¶11 Heb. rapinã ipſius. vl, robur eius. i. qđ vi ac violentia eripuit pauperibꝰ. ¶12 Heb. Oſſa eius repleta ſunt occultis ipſiꝰ: & cũ eo iacebit [ſub. iniquitas eiꝰ] in puluere. Occulta ipſius vocat peccata q̃ admiſit in adoleſcentia ſua. q. d. ꝓterea ita deſeret eũ Deꝰ vt non conuertatur, ſed moriatur in peccatis ſuis. ¶13 Si dulce fuerit in ore eius malũ, [&] abſcõderit illud ſub lingua ſua. vt ſcilicet occultare ſolemꝰ res dulces ſub lingua noſtra. ¶14 [Et] pepercerit illi, neq; dereliquerit illud, ſed potius retinuerit in medio palati ſui. i. Si tãtopere placuerit illi malum, quãtopere res dulces placent delicato palato. ¶15 vertetur: fel aſpidũ in medio illius. Panis, inquit, induet naturã contrariã, fietq; noxius: & erit ei velut venenũ aſpidũ intra eũ. ¶16 Heb. Facultates deuorauit, quas euomet: de ventre eius expellet illas. ſub. Deus. ¶17 Id eſt, Venenũ hauriet quo morietur: cogetur tandem reſtituere res furto ablatas: & tandẽ male peribit. ¶18 Hoc eſt, in magna rerũ copia egebit. Verti poteſt, Non videbit riuos & fluuios torrentium mellis, &c. Per mel & butyrũ, intelligit res omnes ſuaues quæ habẽtur in delicijs. Per riuulos, copiã & abũdãtiã. q. d. õnia facit vt res aſſequatur ſuaues, quas nunq̃ aſſequetur. ¶19 Heb. Reſtituet laborem, & nõ deuorabit illũ, iuxta facultates permutationis eius, & nõ gaudebit. i. Reſtitutionẽ faciet ex opibus ſuo labore partis, nec fruetur labore illo ſuo: reſtitutionẽ inquã faciet iuxta menſuram facultatũ quas vi aut furto abſtulit ab alijs, neque fruetur labore ſuo. ¶20. i. Adeò attriuit res aliorũ, vt eos ad paupertatem redegerit: diripuitque domũ quam non ædificauerat. ¶21 Sane non agnoſcet tranquillum in ventre ſuo: non ſeruabit de deſyderabili ſuo. Non ſolum, inquit, priuabitur labore ſuo, ſed & ſentiet ægritudines mirabiles in corpore ſuo. nec quippiam eorum quæ habet in delicijs, ſeruabit ſibi. ¶22 Heb. Non eſt reliquum quippiam ad cõmedendũ illud propterea non proſperabitur bonũ eius. vl, Nullæ ſunt reliquiæ quæ comedi poſſint: propterea nõ multiplicabuntur bona eius. i. Redigetur ad ſummã paupertatem. ¶23 Heb. Cum implebitur ſufficientia eius, arctabitur: omnis manus iniqui [vl, hoĩs parati ad iniuriam inferendam] eueniet illi. i. Cum habebit quod ſufficiat ei ad vitam tuendam, incidet tamẽ in anguſtias: & inuadent eum omnes iniqui parati ad iniuriam inferẽdam. ¶24 Heb. Erit ad implendũ vẽtrem eius. Subaudiendũ ſi. ſi fuerint illi opes quibus explere poſſit vẽtrem. ¶25 Sub. infinita mala. ¶26 in corpus eius. Iobum inſimulare videt. q. d. erit miſer imꝰ. ¶27 Heb. Extrahet ſagittã [aliquis] & exibit è pharetra. & reſplẽdebit ex felle eius, & veniẽt ſup eũ terrores. ſub. mortis. Præterita ſunt apud Hebræos ꝓ futuris. Adeò, inquit, infœlix erit, vt cũ primũ extraxerit quis ſagittã è pharetra, feriat ea ſagitta, quæ tingetur felle eius: timebitq; ſibi, ſentiẽs ſe vicinũ morti. Alij de enſe, nõ de ſagitta exponũt, Protinus vbi aliquis euaginauerit gladiũ, trãſmittet eũ in corpꝰ ipſius: qui tinctus felle ipſius exibit ex ipſo corpore.

[10]Vniuerſæ tenebræ repoſitæ ſunt in locis illius abſtruſis: quem ignis deuorat nō follibus excitandus,[&] quicquid eſt reſiduū in domo ipſius, malo inuoluitur.
Cæli[11]produ͂t illius iniquitatem, terráque in eum inſurgit.
[12]Prouentus domus eius,' quādo iram ſuā Deus promet,migrabit vt aquæ effuſæ.
[13]Hæc impij hominis ſors eſt ex Deo, [14]& præmiū paratum à Deo ipſius blaſphe mijs.

CAP. XXI.

AD hæc reſpondens Iob,dixit,
[2]Attētius meos ſermones audite, idq; pro conſolatione vobis imputabitur.'
Ferte mè, & ego loquar: & poſtquam locutus fuero,ſannis exagitate.
[4]Num colloquium ad hominem inſtitui? aut quare nō affect' animi mei ꝑmerē?'
Aſpicite me,& obſtupeſcite, ac manū ori imponite.
[6]Nam cogitatione obiens quæ mihi acciderunt,perturbor,& totum corpus meū horrore concutitur.
Quare impij viuūt,& cōſeneſcunt, & pollent opibus?
Semen eorum[8]ipſis ſpectantibus fœliciter eis prouenit, '& propagines eorū ob oculos ipſorum.
[6]Domus eorū ſalua eſt extra metum,'neque in eos ſæuit Dei virga.
Taurus eorum[7]init pecus,& nō eſt iners' vacca eorū parit,& non[8]eſt ſterilis.'
[9]Edunt greges infantium,' eorúmque liberi ſaltitant.
Ad tympanum & citharam[10]ducunt choros,'& læti agunt ad ſonum fidiculæ.
Omnéque ſuum æuum tranſigūt beate,& momento[11]demittūtur ad ſepulchrum.
Qui quidem Deo[12]dicūt,' Recede à nobis: nec enim cupimus ſcire tuas viuēdi pręceptiones.
Quid eſt [13]Optimus maximus,'vt ei ſeruiamus? aut quid vtilitatis capiemus, ſi[14]ei occurramus ſupplices?
[15]Quam certe fœlicitatem ſuam nō operibus ſuis adepti ſunt: cæterum ſententia impiorum longe à me diſcrepat.'
[Rurſum]quoties impiorū[16]lucerna extinguitur,' eiſq; ſuperuenit ſua pernicies,
[17][Domino]diſtribuēte partes in ira ſua?
[18]Vt ſint'velut palea ad vētū, & velut quiſquiliæ quas turbo aufert.
[19]Abſcōdit deus virtutem illius filijs ſuis, [&]rependit ei,vt ſentiat.'
[20]Videtq; oculi ei' detrimētū ipſi',ac bibit aliquantū furoris Dei optimi maximi.'
[21]Quam vero in domo ſua voluptatem relinquit poſt ſe? poſtremo, dimidium menſium eius ſubtrahitur.'
[Et quū hæc ita habeāt,]num eſt qui Deum velit docere ſciētiam,qui excelſos iudicat?

Omnes tenebræ abſcōditæ ſunt in occultis eius: deuorabit eū ignis qui nō ſuccēditur: affliget relict' in tabernaculo ſuo.
Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum.
Apertum erit germen domus illius,detrahetur in die furoris Dei.
Hæc eſt pars hominis impij à Deo,& hæreditas verborum eius à Domino.

CAP. XXI.

REſpondens autem Iob,dixit,
Audite quæſo ſermones meos,& agite pœnitentiam.
Suſtinete me,vt & ego loquar:& poſt mea, ſi videbitur,verba,ridete.
Nunquid contra hominē diſputatio mea eſt,vt merito non debeam contriſtari?
Attendite me,& obſtupeſcite,& ſuperponite digitum ori veſtro.
Et ego quando recordatus fuero, pertimeſco, & concutit carnem meam tremor.
Quare ergo impij viuūt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitijs?
Semen eorum permanet coram eis. propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum.
Domus eorū ſecuræ ſunt & pacatæ,& non eſt virga Dei ſuper illos.
Bos eorum concepit,& nō abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo.
Egrediūtur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus.
Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi.
Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt.
Qui dixerunt Deo,Recede à nobis,& ſciētiam viarum tuarum nolumus.
Quis eſt Omnipotens,vt ſeruiamus ei?& quid nobis prodeſt ſi orauerimus illū?
Verūtamē qa nō ſunt in manu eorū bona ſua,conſiliū impiorum longe ſit à me.
Quotiēs lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui?
Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit.
Deus ſeruabit filiis illius dolorem patris: & cum reddiderit,tunc ſciet.
Videbunt oculi eius interfectionem ſuam, & de furore Omnipotentis bibet.
Quid enim ad eū ptinet de domo ſua poſt ſe?& ſi numerus mēſiū eius dimidietur?
Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam,qui excelſos iudicat?

Impiorū proſperitatē Iob enarrat. Sic autem argumentatur. Si iuſtitia Dei poſtulat vt neminē affligat, niſi aliquo ſcelere merit' ſit: poſtulat etiā, vt nullum ſceleratum impune dimittat. Sed multi impij fœliciſſime viuūt, Quo igit cōcluditis me impiū, q affligar? Iere.12.a. Abac.1.a.

Mala.3.d. ¶Quid Eorundē repentinū interitū deſcribit C

¶10 Heb.Omnes tenebræ ſūt reconditæ occultis illius: deuorabit illū ignis nō excitatus:attereturſuperſtes in tētorio eius.i. Omnia mala eū manēt ꝓpter occulta peccata eius:deuorabit eū ignis diuinus q follibus nō excitatur, cōterentur quotquot ſupſtites fuerint i tabernaculo ei'. ¶12 Vt p futurū, ꝓdēt,& inſurget.i. terra in perniciem eius multa ꝓducet, aut denegabit ei fructū. ¶13 Germē domus eius.i.poſteritas eius aliō demigrabit. ¶13.i.Hæc ſunt q̄ impius expectare debet à Deo pro ſua portione: ¶14 Heb.&[hæc eſt]hęreditas ſermonis illi' de Deo.i. Hæc eſt merces quā reportat ipi' ꝓpter ſuas i Deū blaſphemias

XXI.

¶1 Hebr.Audite audiēdo ſermonē meū: & erit hoc cōſolationes veſtræ.i.Attente me audite. & hoc veſtrū ſilentiū erit mihi vice magnæ cōſolationis. ¶2 Hebr. An ego ad hominē eloquiū meū? quòd ſi,quare nō abbreuiabit ſpiritus me'?Mirū dicēdi gen' Hebraicū,ꝓ. Nūquid cū hoīe mihi ſermo eſt?q ſi ita eſt vt Deū alloquar, non hominē: quare nō deſpōderē animū, ſi locuturus eſſem falſa? quo auderē Deo præſente falſa loqui?Alij,cūDeū alloquar,nec mihi reſpōdeat.quare nō anxiaretur ſpiritus meus? q.d. mirū nō debet vobis videri ſi cōquerar. ¶3 Heb.Si reuocē in memoriā,[ſub.afflictionē meā] pturbor: & accipit carnē meā tremor. ¶4 eſt paratū ſtc ipſos cū eis. Loquitur de opibus telluris:poſtea vero de liberis.Alij p metaphorā interpretātes,ſic legūt Semē eorū rectū cū illis in cōſpectu eorū: & nepotes eorū ſunt in oculis eorū.q.d.Liberi impiorū in ſumma pace viuunt,& cū ſummo conſenſu viuunt apud parentes. ¶5 & nepotes eorum in oculis ipſorum. Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi. pacifice degunt.in oculis ipſorum.i.ipſis videntibus. ¶6 Heb.In domibus eorum eſt pax à timore.i.quæ nihil timoris habet ſibi annexi. ¶7 imprægnat,& non perdit ſemen genitale.i.grauidas reddit vaccas: nec ſemē eius eſt inutile, nā vaccæ quas imprægnauit,pariunt.Abunde exprimit humanam fœlicitatem.Armēta eius ſunt admodū fœcūda. ¶8 abortit. ¶9 Emittūt veluti gregem ouium paruulos ſuos. Hoc verſu declarat copiam liberorum, & ſanitatem eorundem. ¶10 leuant.attollunt.ſub.pedes:aut vocem.vociferantur. ¶11 vl,corrumpuntur in ſepulchro. ¶12 vl, dicūt.q.d.hi ſunt contemptores Dei. ¶13 Omnipotēs, ¶14 oremus illū? ¶15 Sane bonum eorum non eſt in manu illorū: conſilium impiorū procul eſt à me.i.Nō ſunt hęc bona in poteſtate ipſorum,vt ea in alterum ſeculū deferre poſſint:ſub.ꝓpterea, quia hoc nō poſſunt,cōſilium,&c.q.d. fœlices ſunt,ſed momētanea fœlicitate:ideo cōſiliū eorū nō mihi placet. ¶16 futura ſunt apud Hebræos.Lucernā,intelligit fœlicitatē.Extinctionē autē, finē fœlicitatis.Miratur autem & cū admiratiōe exprimit impiorū interitū. ¶17[&]dolores diſtribuet[De' ſup eos] in ira ſua.i.iratus ¶18 erūt velut.&c. ¶19 Deus abſcondet filijs eius robur eius.q.d.Tu forte dices mihi,Deū puniturū rapinā ipſi' in filijs ipſi'.Res nō ita habet:fili' nō portabit iniquitatē patris:ipſe pater punietꝰ q rapuit. ¶19 retribuat[illi]& cognoſcat.i.puniat eū De': & cognoſcat pœnas à Deo illi eſſe inflictas ob rapinā. ¶20 Vide itaq; oculi ei' cōfractionē ei',& de furore Oīpotētis bibat.i.Ipſe ſuis oculis videat ſuā calamitatē, & de calice iræ Dei bibat. ¶21 Quia q̄ erit voluntas ei' de domo ſua poſt ſe,quū nūer' mēſiū ei' trūcat' ſit?.i.qd curabit de familia ſua ſe mortuo,cū iā ſit mortuus?

Iſte moritꝰ robuſtꝰ & ſanus, diues & fœlix,
Viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur:
Alius verò moritur in amaritudine animæ ſuæ abſque vllis opibus:
D Et tamē ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos.
Certè noui cogitationes veſtras, & ſententias contra me iniquas.
Dicitis enim, Vbi eſt domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc eadem illum intelligere cognoſcetis.
Quia in diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
Quis arguet coram eo viam eius? & quę fecit, quis reddet illi?
Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnē hominē trahet, & ante ſe innumerabiles.
Quomodo igitur cōſolamini me fruſtra, cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

CAP. XXII.

Rurſum conatur probare Iobum ob ſcelere mulctatum.

Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
Nunquid Deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ?
Quid prodeſt Deo ſi iuſtꝰ fueris? aut quid ei confers ſi immaculata fuerit via tua?
Nunquid timens te, arguet te, & veniet tecum in iudicium.
Et non propter malitiam tuam plurimā, & infinitas iniquitates tuas?
Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus.
Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem.
E In fortitudine brachij tui poſſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam.
Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti.
Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.

Alius moritur [11] integris viribus, totus opulentus & fœlix:
Cuius mammæ lacte ſunt plenæ, & medulla [12] oſſium ipſius bibitur.
Alius moritur in ægritudine animi, [13] qui nunquam lætus comedit.
Pariter autem iacent in puluere, ac vermis eos tegit.
Ecce non me latent cogitationes veſtræ, & [14] conatus ad me inuadendum.
Dicitis enim, Vbi eſt domus [15] boni & liberalis hominis? & [16] vbi tentorium tabernaculorum impiorum?
An nō [17] percontamini facientes iter, eóſque ex notis eorum [externis] nō æſtimatis?
[18] Etenim prauis parcitur ad diem perniciei, & ad diem irarum adducuntur.
[19] Quis autem pronuntiare poſſet ex facie rerū ipſius de vitæ ratione? aut quis rependet ei quæ geſſit?
[20] Efferetur nimirū ad ſepulchrum, & in aceruo vigilabit.
[21] Vt ei dulces ſint ceſpites torrentis, eúmque ſequentur omnes homines, quemadmodum innumeri præceſſerunt.
Quomodo igitur me conſolamini rebꝰ vanis, [22] & in veſtris reſponſionibus ſcelus adhibitum eſt?

CAP. XXII.

Ad hęc reſpondens Eliphaz Themanites, dixit,
[1] Num deo commodabit vir fortis? nā qui ſapiunt, ſibi commodant.
Num [2] Optimo maximo voluptati eſt, ſi iuſtꝰ ſis? aut lucro eſt, ſi vitā integrā agas?
An [3] ob metum tuiꝰ arguit te, ac tecum in ius ambulauit?
[4] An nō potius ob vitioſitatem tuam magnam, & infinitas iniquitates tuas?
Nam pignus à fratre tuo accepiſti abs re, ac nudis detraxiſti veſtimenta.
Non præbuiſti poculum aquæ laſſo, & famelico negaſti panem.
[5] Violentus vir poſſidet terram, & habens authoritatem inhabitat eam.
Viduas dimiſiſti vacuas, & [6] lacerti pupillorum attriti ſunt.
Idcirco laquei circundati ſunt tibi, & terror ſubitus perturbat te.

¶11 Heb. in fortitudine perfectionis ſuæ, totus trāquillus & quietꝰ. ¶12 irrigātur oſſa eius. ¶13 Hebr. nec comedit in bono. ¶14 & conceptus quos inique excogitatis aduerſum me. Vt ſcilicet me cōfundatis. Alij, Noui cogitatꝰ quos aduerſū me ſupprimitis vt cauſam veſtrā aſſeueretis, mea deſtructa. q. d. vos nō agitis mecū iuxta legē diſſerendi: quæ enim ſubſeruiūt veſtræ cauſæ, ea tātū dicitis, vt meam ſupprimatis. ita enim dicitis, timere ſemꝑ impios ſibi, etiam ſi exterius illis nihil mali accidat.

¶15 principis? Per domū, intelligit arcem munitiſſimā magno ſumptu ædificatā. i. Vbinā inuenies qui ædificarit ſibi arcē, ꝙ ſit i ab hoſtibꝰ timeat? q. d. nuſquā eſt. Videmini dicere, pios nō timere: ꝓpterea nō ædificare ſibi domos. impios autē ſibi ædificare domos quibꝰ ſe tueantur. Per principē, virū pium intelligit, qui ſua ſpōte, non coactꝰ Deo ſeruit. Alij ad hūc modū exponunt, Noui cogitationes veſtras: quia dicitis Vbinā eſt domꝰ principis? i. mea. vbinā eſt tentorium impiorū? q. d. euerſam dicitis, & deſtructā domū meā ꝓpter impietatē. Vocabāt enim Iobum principē, à munificentia, ꝑ ironiā & antiphraſim, eo ꝙ diues fuiſſet & potens, ideóq; princeps haberet, nec tamē haberet quæ requiruntur in principe. Et in hunc ſenſum ſequētia exponūtur ¶16. i. Vbinā videas ipſos ſecure habitare i ſuis ampliſſimis tabernaculis? q. d. timorē putatis eſſe pœnā iniquitatis. ¶17 interrogaſtis trāſeuntes viam, & ſigna eorum nō denegaſtis? i. nónne interrogare potuiſtis viatores qui peregre proficiſcētes, vidēt ea quæ in hoc mūdo fiunt, & ſigna quæ dare ſolēt, nónne vera eſſe potuiſtis agnoſcere? quomodo ſcilicet pereāt ꝓbi, & improbi ſeruētur. Vel vt ad Iobū referat. Nónne interrogaſtis de me viatores, & ſigna eorū q̄ dixerūt vobis de iuſtitia mea, nō poteſtis negare? ¶18 Hebr. Quia die cōfractiōis ꝓhibetur malus, & die quo furores aduehūtur. i. tēpore calamitoſo ipſius ſeruatur incolumis, & tēpore quo Deus iratus ſæuit in mortales. ¶19 Heb. Quis renūciabit in facie eiꝰ viā eius: & quod fecerit quis retribuet illi? i. qs illi in faciē dicet viā eiꝰ, & poſt mortē retribuet ei quæ fecerit mala, quū iā delatꝰ ſit ad ſepulchrum? Perficitur hic verſus ſequēti. ¶20 Et ipſe ad ſepulchra efferetur, & iuxta aceruum frugum maneat. Hic verſus iūgitur præcedēti, Quis retribuet ei, cū ia ſit ſepultus in ſepulchro quod eſt in agro iuxta areā in quā deponitur fruges, & in tumulo moret aſſidue more mortuorū? Aceruū frugū alij tumulū metaphorice ſignificare dicūt, alij pyramidē ſepulchralē. Tantū vult dicere, eū eſſe mortuū. ¶21 Dulces ſunt illi glebæ torrētis, & poſt illū ōnes hoies trahet [ſub. mors] & ante illū [traxit] nō numerꝰ. i. Glebæ torrētis vbi ſepultus eſt, nullū negotiū illi faceſſunt, hoc eſt, nullū malū ſentit poſt mortē ꝑterea poſt illū mors trahet oēs hoies. & ante ipſum innumeros iā traxit homines. Alij ꝑ glebis rupturas vertūt: vt Rupturā torrētis vocet foueā ſuapte natura factā in torrēte. q. d. Si dicas, illi eſſe pœnā ꝙ moriatur: reſpōdeo omnibus hoc accidere. ¶22 & reſponſiones veſtræ relictæ ſunt mendaciū? i. cum omnes reſpōſiones veſtræ oſtendātur fallaces eſſe & vanæ? XXII. ¶1 Heb. An Deo proderit vir, quū proderit ſibi homo prudēs? i. Nū aliquid vtilitatis accedet Deo ſi vir prudēs cōſulat ſuæ vtilitati & ſaluti? Nū Deo profuerit vir, ſua iuſtitia, & operū ſuorum rectitudine? q. d. nō: ſed ſibi ſoli ꝓfuerit. Eliphas nititur conuellere rationes Iobi, deinde illū ad reſipiſcentiam hortatur. Dixerat Iob impios quādoq; tranquille viuere: cōtrā verò, pios ſæpiſſime affligi. Vtrāque rationē cōfutat, oſtendens id Dei prouidētia fieri, qui expectet impios ad reſipiſcentiam, & inuitet. ¶2 Oīpotēti ¶3. i. an ꝙ timeat ſibi ab operibꝰ malis ſtatim corripit ipſos, & cōdēnat? q. d. nō: ſed tardus eſt ad irā, vt impiū ad pœnitentiā ꝓuocet: ſtatim punit iuſtū vt illū ꝓbet. Cōniuet eni aliquādo, more patris, q vt filiū ſeruet, differt afflictionē. nōnūq̄ vero affligit, vt inſperato iudiciū ſuū ꝓmat. q. d. Tu ex diuturna fœlicitate impij, vis concludere Deū nō curare mortalia: ſed hoc falſū eſt. quū tamē hoc nollet dicere Iob. ¶4 vt. Nōne afflictio tua eſt multa? at iniqtatibꝰ tuis nō eſt finis. Nōne ꝓ ſane. q. d. fateor equidē te grauiter affligi. ¶5 Heb. At viro brachij [erat] terra & cuiꝰ facies acceptatur, habitat in ea. Virū brachij vocat potētē. q. d. Pauperes nō dignatis pane, at potētibus poſſeſſiones tuas offers, & iis quos magnifaciūt hoies ꝓpter authoritatē eorū. Hæc ſunt peccata grauiſſima q̄ nō reputāt hoies. ¶6. i. vires ac facultates pauperū atterūtur te vidēte & ſciente.

¶7 Heb. Aut tenebrę, nec vides: & copia magna aquarũ obruit te. i. Aut tenebræ afflictionum perturbauerunt te, nec vidiſti: & tribulationũ copia te obruit. q.d. ꝓpter peccata quæ recenſuimus, omnia hæc mala acciderunt tibi. ¶8 Dicéſne idcirco. q.d. an ꝓpterea ꝙ tantũ chaos ſit inter nos & Deũ dices eum nõ poſſe videre, & ſic iudicare quæ à nobis fiunt? ¶9 Sub. Et an dices, ꝙ nubes, &c. ¶10 & in circuitu cæli deambulat. i. tantũ curat cæleſtia, nõ terrena ¶11. i. Non obſeruaſti quid euenerit hoĩbus prauis, vt quos diluuiũ aut flamma perdidit? Alij vertunt, Nunquid ſemitã ſeculi ſeruabis, quam calcauerũt hoĩes iniquitatis? Semitam ſeculi, vocat opinionem antiquorum qui erãt tẽpore diluuij. q.d. Viſne tueri opinionẽ illam antiquorũ, tẽpore diluuij, qui omnes cenſebãt tollendam eſſe diuinã prouidentiã? ¶12 Qui exterminati ſũt, quum non aduenisset tempus: & fluuius effuſus fuit in fundamentũ eorum. i. Ante tempus, morte violenta perierunt aquis diluuij.

¶13 Omnipotens ¶14 Heb. illis? Tertia perſona pro prima, nobis. ¶15 Hebr. & [vel, proinde] conſiliũ improborum longe eſt à me. Verba ſunt Eliphaz, vt nonnullis placet: alij verba Iobi eſſe volũt, & ſubaudiũt, propterea. Poteriſne propterea dicere, Conſilium impiorum procul eſt à me? i. Nũ poteris dicere, te nõ ſentire cum improbis, quũ tu, vt ipſi, prouidentiam Dei tollas? ¶16 Sane nõ fuit deleta ſubſiſtẽtia noſtra. Vel, inſtauratio noſtra. i. Noe, qui genus noſtrũ inſtaurauit, nõ periit in diluuio. ¶17 reliquias aũt iſtorũ deuorauit ignis.

[7] Aut tenebras non vides? & inũdationem aquarum, quæ operit te?
Nõnne Deus cælum altum tenet? ſpectato enim verticem ſtellarum, quàm ſublimes ſunt.
[8] Dixiſti etiam, Quid Deus ſciret? an per caliginem iudicaret?
[9] Nubes ei latebræ ſunt, vt non videat, [10] & in ſphæra cæleſti verſatur.
[11] An non obſeruaſti mundi viã, quam homines nihili ingreſſi ſunt?
[12] Qui ariditate conſtricti ſunt in rugas, quũ potuiſſent diutius perſiſtere, & fundamentum eorum vt flumen diffluxit.
Qui dicebant Deo, Faceſſe à nobis: & quid [13] Optimus maximus faceret [14] nobis?
Atqui domos eorum bonis refferſerat: [15] cæterum ab impiorum conſilio longe diſcrepat mea ſententia.
Quos inſpicientes iuſti lætantur, & innòcens irridet illos:
[16] Quũ ſubſiſtẽtia noſtra nõ ſit exciſa, [17] reliquias autẽ iſtorũ ignis abſumpſerit.
[18] Quapropter accõmoda te illi, & pacẽ cũ eo cõnce, per quæ fœlicitas ꝓueniet tibi.
Accipe oro legem ab ore illius, & repoito in corde tuo eloquia ipſius.
Si te cõuerteris ad [19] Optimũ maximũ, [20] ædificaberis, [&] procul [21] abiges iniquitatẽ à tuo tabernaculo.
[22] Ponétq; [Deus] in puluere munitionem, & torrẽtes auri Ophirei tanquã ſaxum.
[23] Optim⁹ maxim⁹ etiã inuadet hoſtes tuos, [24] túque habebis argentũ purgatiſſimũ.
Tũc enim in Optimo maximo te oblectabis, & [25] palmas tuas leuabis ad Deum.
Exorabis eum, & audiet te, tuáque vota [26] exolues.
Quæcunq; rem decreueris, rata erit, & [27] in vijs tuis lumen ſplendebit.
[28] Deprimuntur enim, quos dicebas elatos eſſe: & ſummiſſos Deus ſeruare ſolet.
[29] Liberabit inſulam innocentis: liberabitur autẽ per mũditiam manuum tuarũ.

CAP. XXIII.

AD hæc reſpondens Iob, dixit,
[1] Etiamnũ triſti oratione vtor: quanq̃ mea calamitas ſuperat gemitus meos.
Vtinam [2] ſciam, & inueniam eum, & veniam ad ſolium eius:
[3] Informarem [enim] ante illũ cauſam meã, & os meum argumentis [4] inſtruerem:
Sermones [quoque] cognoſcerem, quibus mihi reſponderet: ac intelligerem quid mihi diceret.
Num [5] virtutis magnitudine litigabit mecum? non, ſed ipſus [6] mihi [vires] conferet.

Et putabas te tenebras nõ viſurũ, & ĩpetu aquarũ inundantiũ non oppreſſum iri?
*An cogitas quód Deus excelſior cælo ſit, & ſuper ſtellarũ verticem ſublimetur? — ¶ *Annon.
Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat.
Nubes latibulum eius, nec noſtra conſyderat, & circa cardines cæli perambulat. — Verba infideliũ: in Iob tamẽ minime competẽtia.
Nunquid ſemitam ſeculorũ cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,
Qui ſublati ſunt ante tempus ſuũ, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum — C
Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quaſi nihil poſſit facere Omnipotẽs, æſtimabant eum,
Cum ille impleſſet domos eorum bonis? quorum ſententia procul ſit à me.
‖ Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. — Pſal. 106.
Nõnne ſucciſa eſt erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
Acquieſce igitur ei, & habeto pacẽ, & per hæc habebis fructus optimos. — Pœnitẽti bona ꝓmittuntur.
Suſcipe ex ore illius legẽ, & pone ſermones eius in corde tuo.
Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. — D
Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrẽtes aureos.
Eritque Omnipotẽs contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.
Tum ſuper Omnipotentẽ delicijs affluet, & eleuabis ad Deum faciem tuam.
Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.
Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis ſplendebit lumen.
‖ Qui enĩ hũiliat⁹ fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. — Prouer. 29. d.
Saluabitur innocẽs, ſaluabitur autẽ in mũditia manuũ ſuarũ.

CAP. XXIII.

REſpondens autem Iob, ait,
Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum. — Aſſerit Iob ſe potentiam & ſententiã iudicis vereri: & tamẽ ſe nõ affligi ob peccata.
Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illũ, & veniam vſque ad ſoliũ ei⁹?
Ponam coram eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus.
Vt ſciã verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. — B
Nolo multa fortitudine contendat mecũ, nec magnitudinis ſuę mole me premat.

Sub. de cælo emiſſus, q Sodomã & alias vrbes deuorauit. ¶18 vel, Aſſueſce quæſo cũ illo, & habebis pacẽ: in illis eueniet tibi bonũ. i. Aſſueſce ambulare in via Dei, & viues in pace: in illis, ſub. vijs Domini (relatiuũ ſine antecedente) euenient tibi omnia fœlicia. ¶19 Omnipotentem, ¶20. i. rurſum aſſequêris eam fœlicitatẽ quam habebas: rurſum habebis filios. ¶21 vel, abige ¶22. i. Adeò creſcere te faciet Deus vt munitionẽ ſiue turrim ædifices in terra, ob ingentem auri copiã. Alij legunt, Et pones ſuper puluerem aurum: & inſtar rupis torrentium aurum obrizũ. Imperatiuum eſt Hebræis pro futuro. Vſqueadeò abundabis auro, vt illud ſis tanquam rem viliſſimã, depoſiturus in terra: & inſtar petræ magnæ fluminũ erit tibi aurum Ophir. q.d. non pluris facies aurũ quàm lapides. Alij, Habebis tãtum auri, vt æquare poſſis montem vnde oriuntur multa flumina. ¶23 vel, Et aurum tuũ erit Omnipotens. i. multum & ingens. Ita enim res exaggerant Hebræi addito nomine Dei. hoc eſt cumulus aureorũ tuorum erit ingens. ¶24 & argentũ duplex erit tibi. i. Abũdabis multo amplius argẽto q̃ prius. ¶25 faciem tuã ¶26 cũ ſcilicet eris voti cõpos. q.d. reddet te voti cõpotẽ. ¶27. i. fauebit tibi Deus, in ſumma fœlicitate ambulabis. ¶28 Cũ humiliabuntur [ſub. alij], tunc [dices, Exaltatio [mihi eſt] nã humilẽ oculis ſeruare ſolet, Sub. Deus. ¶29 Innocẽs ſeruare ſolet totã regionem, & ſeruabitur [ſub. regio] ob puritatẽ manuum tuarũ. i. ob integritatem operum tuorum, Manus pro opere.
CAP. XXIII. ¶1 Heb. Etiã hodie [quoq;] exacerbatio eſt eloquiũ meum, manus mea grauis eſt ſupra gemitũ meũ. i. Etiã hodie quo grauiſſime ſtomachor, plaga mihi illata grauior eſt quã vt eam querimonia explicare poſſim. Deſcribit grauitatem afflictionis ſuę. ¶2 Vtinam ſcirẽ. ſub. vbi Deus ſit. q.d. Vtinã mihi negotiũ eſſet cũ Deo cui nihil ignotum non tam hominibus, quos multa latent. ¶3 Heb. diſponerẽ ¶4 Heb. replerem. ¶5 multitudine viriũ. Aſſerit Deum iuſtiſſimum eſſe, vt qui certare velit ratione, non potentia & viribus. ¶6 Heb. ponet in me. ſub. vires,

Proponat æquitatem contrà me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.
Si ad Orientem iero, non apparet: ſi ad Occidentem, non intelligam eum.
C Si ad ſiniſtram, quid agam? non apprehẽdam eum. ſi me vertam ad dexteram, non videbo illum.
Ipſe vero ſcit viam meam, & probabit me quaſi aurum quod per ignem tranſit.
Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea.
A mandatis labiorum eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius.
D Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationẽ eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit.
Cúmque expleuerit in me voluntatẽ ſuã, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei.
Et idcirco à facie eius turbatus ſum: & cõſiderans eum, timore ſolicitor.
Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.
Non enim perij propter imminẽtes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

CAP. XXIIII.

Deus res humanas curat.

AB Omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerũt eum, ignorant dies illius.

Iob hominũ iniquitates deſcribit.

Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.
Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ.
Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.
Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilantéſque ad prædã, præparant panem liberis.

¶ vigilãtes ad

B Agrum non ſuum demetunt: & vineam eius, quem vi oppreſſerint, vindemiant.
Nudos dimittunt homines, indumẽta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore:
Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.
Vim fecerũt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt.
Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.
Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.

[7]Ibi cum eo probus diſceptabit, [8]ac tandẽ afferam[meam animam] à iudice meo.
Si ad Oriẽtem eam, nuſpiam ille apparet: aut[10] in Occaſum, non animaduerto eũ.
[11]Dum agit quippiam ad læuam, ego non ſpecto: [12] & ad partem dexterã ſe abdit, vt non videam.
[13]Nam viam [meam] perinde nouit atque ego: captóque experimẽto de me, vt aurum prodij.
Pes meus tenuit greſſum illius, [&] viã illius obſeruaui. [14]neque deflexi.
[15]Non remoui etiam præcepta labiorũ illius ab inſtituto meo, [&] eloquia oris eius recondidi.
[16]Et quum perpetuò ſui ſimilis ſit, quis ab eo rationem exiget? quod expetiuit anima illius, fecit.
[17]Quúmque perfecerit quod de me decreuerat, fecit quod aliâs ſæpe ab eo factum eſt.
[18]Quóobrẽ percellebar metu ab eo, [19]præcogitabam[hæc,] & timebam eum.
Meúmque cor[20] molliuit Deus, & Optimus maximus turbauit me:
Non enim excisus ſum[21] malo improuiſo: [22]neque caligo faciem meam operuit.

CAP. XXIIII.

QVare ab Optimo maximo[1] nõ ſunt abſcõdita tempora, & agnoſcentes eũ non ſpectarunt dies eius?
Sunt enim qui limites remouent, qui gregem rapiunt & paſcunt:
Qui aſinum pupillorum abigunt, qui loco pignoris accipiunt bouem viduæ:
Qui pauperes pellunt ex via, ita vt in latebras abdantur, quotquot in terra humiles ſunt.
Ecce velut onagri[2] exeunt in ſolitudinem ad opus ſuum peruestigantes prædam: [3]quibus deſertum panem profert ad liberos alendos.
In agro[4] farraginem ſuam demetũt, & in vinea[aliena] vindemiant impij.
[5]Nudum adigunt, vt pernoctet ſine veſtimento, & careat indumẽto per frigus:
[6]Vt madeant homines in mõtibus à nimbo, & ſaxum amplexentur non habentes ſuffugium.
[7]Rapiunt pupillo, quod poſt vaſtationem relictum fuerat, [8] & cum iniuria humilium pignus accipiunt.
Cogunt etiam nudum incedere ſine veſtimento, [9]& famelici geſtant manipulum.
Intra muros[10] eorum exprimunt oleum, quique in torcularibus calcant, ſitiunt.

¶7 Illic. aduerbiũ loci pro aduerbio temporis, tunc: cũ ſcilicet dederit mihi vires ſubſiſtendi cum illo. ¶8 & liberabo meipſum in perpetuũ à iudicante me. i. ab hominibus dicentib' me impium eſſe, vt vltra nõ ſit opus diſceptatione. ¶9 Heb. partem anteriorem. q. d. Optarem diſceptare cũ Deo: ſed vbi inueniã? ¶10 Heb. retro. vſ, ad partem poſteriorem. Dicit Deum cõſilio humano non inueniri, nec eum habere certam ſedem. ¶11 [Si] ad ſiniſtrã dum operatur, nec videbo. i. Si eã ad Septentrionẽ (qui reſpiciendo ad Orientem eſt in ſiniſtra) vbi mirabilia operatẽ, nec tamẽ cũ videre potero. ¶12 Heb. abſcondit dexterã, & nõ videbo. ¶13 Si cognoſcat viam quæ eſt apud me, & probet me, egrediar vt aurũ. i. Si noti habuerit Deus rationem vitæ meæ, & probauerit: egrediar à conſpectu eius ſicut aurum puriſſimum: nullam inueniet in me maculã. ¶14 Hæc verba, Neque deflexi, iũgi poſſunt ſequenti verſui, A præcepto labiorum eius.

¶15 Heb. A præcepto labiorũ eius: [iungitur præcedenti] neque deſerui. [ſub. præcepta eius] abſcondi [in corde meo] verba oris eius diligẽtius quã neceſſaria mea. i. chariora mihi fuerũt præcepta Dei, quàm id quo anima mea fouetur & tuetur. Præceptum labiorũ Dei vocat id quod Deus ore ſuo præcepit. ¶16 Heb. Et ipſe [erit] in vno, & quis auertet illũ? i. ſi fuerit in vna ſentẽtia, quis auertet illum? Reſpondere videt tacitę obiectioni, Quomodo audes tueri innocentiam aduerſus Deum? ac ſi dicat, Optarem diſceptare cum Deo, quanuis ſciam eum eſſe Omnipotentem & immutabilem. ¶17 Quia perfecit neceſſaria mea: & ſicut hæc multa ſunt apud illum. Optarim inquam cum Deo diſceptare: nam perfecit quicquid mihi erat opus: ipſe corporis mei artifex, & omnium quæ in me ſunt: & ſicut hæc, id eſt huiuſmodi multa ſunt apud illum, talia multa facere ſolet in ipſis animantibus & alijs rebus. ¶18 Propterea à facie eius timere debueram. ita verti debet futurum ex Hebræo. i. hac ratione quia Deus eſt Omnipotens, debueram perturbari. ¶19 conſyderabo & timebo illum. i. Si cõſyderarem maieſtatem illius, timere deberem mihi ab illo. ¶20 Sub. varijs afflictionibus. ¶21 Heb. ante tenebras. i. afflictionem. ¶22 neque abſcondit caliginem ante me. i. neque texit afflictionem meam.

XXIIII. ¶1 ab Omnipotente. Hic Iob perſonam induit eius qui prouidẽtiam Dei non agnoſcat, aut certe de ea dubitet. ac ſi dicat, Vos dicitis Deo nihil eſſe abſconditum, & ego quæro à vobis, quomodo illi tempora, & ea quæ ſunt in tempore, non ſunt abſcondita, cũ videamus impios hoĩes libere graſſari in innocẽtes, &c. Nullam habet Deus affinitatẽ cũ tẽpore: quare igitur ea quæ ſub tempore fiunt agnoſceret, quũ ij qui maiorem de eo habent cognitionem, non viderint illum obnoxium tempori? æternus in cælis agit, nihil curans quæ in hoc mũdo agũtur. ¶2 in deſerto, exeunt. i. Illi ſunt feri & crudeles more ferarũ ſurgẽtes mane ad parandã ſibi prædã. ¶3. i. illi omnes furto & rapto viuunt. ¶4 pabulum eius. ſub. inopis. ¶5 Heb. Nudus pernoctat. ¶6 Heb. Humectantur inundatione montium & abſq; protectione habitant in rupe. i. madẽt aqua quæ è montibus defluit: & eo quod nihil habeãt quo ſe tueri poſſint ab iniurijs cæli, habitant in cauernis. ¶7 vſ. Deprædantur præ depopulãdi cõſuetudine, aut, Pupillũ deprædantur ab vbere. i. eũ qui adhuc pendet ab vbere. ¶8 & accipiunt in pignus quod eſt ſuper pauperem. ¶9 & famelici ſunt qui portauerũt manipulos. i. redigũt ad extremam paupertatem eos qui tempore meſſis collegerant ſegetes quibus viuerẽt. ¶10 Sub. impiorũ. Alij vertunt inter muros ſuos oleũ exprimũt, & torcularia calcãt, & ſitiũt. i. In domo ſua in qua prelum eſt, pauperes exprimunt oleum iſtorũ impiorum, nec eos potu dignantur.

CAP. XXVI.

Iob ridet Baldad.

RESPONDENS autem Iob, dixit,
Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtentas brachium eius qui non eſt fortis?
Cui dediſti conſiliũ? forſitan illi qui non habet ſapientiam, & prudentiã tuã oſtē
B diſti plurimam.
Quem docere voluiſti? nonne eum qui fecit ſpiramentum?
Ecce gigãtes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.
Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni.
Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum,
C & appendit terram ſuper nihilum.
Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.
Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam.
Terminum circũdedit aquis vſque dum finiantur lux & tenebræ.
Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent
D ad nutum eius.
In fortitudine illius repẽte maria cõgregata ſunt, & prudentia ei⁹ percuſſit ſuperbum.
Spirit⁹ ei⁹ ornauit cælos: & obſtetricante manu ei⁹, educt⁹ eſt coluber tortuoſus.
Ecce, hæc ex parte dicta ſunt viarũ ei⁹: & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

Texit hic Iob cauſam ſuã vt antea, & Deũ accuſat.

ADDIDIT quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit,
Viuit Deus, (qui abſtulit iudicium meũ, & Omnipotens qui ad amaritudinẽ adduxit animam meam,)

Innocẽs Iob.

Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis,
Non loquentur labia mea iniquitatẽ, nec lingua mea meditabitur mendacium.
Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicẽ: donec deficiam, non recedã ab innocẽtia mea.
B Iuſtificationem meã quã cœpi tenere, nõ deſeram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

¶ Sic vt Afflictio impiorum.

Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus.
Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarẽ rapiat, & non liberet Deus animam eius?
Nunquid Deus audiet clamorem eius, cũ venerit ſuper eum anguſtia?
Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?
Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abſcondam.

CAP. XXVI.

AD hæc reſpondens Iob, dixit, [1]Cui opẽ ferſ[2] num ei qui vires non habet?
[2]quem ſeruas? an eum qui non habet potens brachium?
[3]Cui das conſiliũ? eine, qui ſapiẽtia caret?
[4]eiſmq; doces, qui affluit ſapientia?
[5]Cuinam ſermones narras? aut cui[6] ſpiritus egreditur ex te?
[7]Res emortuæ [à Deo] formantur ſub aq̃s, & in vicinis locis.
[8]Nudus ante illum extat infernus, neque interitus habet velamentum.
Qui Aquilonem extendit ſuper inane, & terram ſuſpendit ſuper nihilum.
Qui[9]cohibet aquas in ſuis nubibus, neque nubes rumpitur[10] ab eis.
Qui[11] cõſtruxit faciem ſolij,[12] ſuper quod expandit nubem ſuam.
Terminum præſtituit aquis,[13] dum conſummentur lux cum tenebris.
Columnæ cæli concutiũtur, &[14] ſtupefiũt ab illius increpatione.
[15]Sua potentia ſcindit mare, & intelligẽtia ſua compeſcit[eius]ferociam.
[16]Suóque ſpiritu adornauit cælos, [&] manus eius formauit[17] ſerpentem vectem.
[18]Atque iſta dũtaxat extrema ſunt viarũ ei⁹: & quãtulã portionẽ audiuim⁹ de iſto negotio? quis autem tonitru potẽtiæ illius cognoſceret?

CAP. XXVII.

VLterius quoque ſermonem ſuũ proſequens Iob,[1] dixit,
[2]Per Deum viuentẽ,[3] qui me præter meritũ afflixit: & per[4] Optimum maximũ, qui me in triſtitiam coniecit:
Nunquam dum in me halitus erit, &[5] flatus Dei in naſo meo,
Labia mea loquentur iniquitatẽ, & lingua mea dolum meditabitur.
Abſit à me, vt[6] veſtram ſentẽtiã probem:
[7]donec expirabo minime adimam mihimet integritatem:
Sed iuſtitiam meam retinebo, & non deponam eam,[8] neq; cõmittam vt me vnquam culpet cor meum
Qui mihi aduerſat[hac i cauſa] ipſ⁹: & qui ſe mihi opponit, iniquus habendus eſt.
Quid enim hypocritæ ſperandũ eſt,[9] quũ Deus extrahet illius animam, ſi cõmoda ſua comparet?
Num clamorem eius audiet deus, quum pericula ei accident?
Num in[10] Optimo maximo ſeſe oblectabit, omniq; tempore inuocabit Deum?
Docebo vos[11] per Dei gratiam, neq; celabo
[12]vt res diuinæ comparatæ ſint.

¶1 Hebr. Quid adiuuiſti, in nõ eſt robur vllũ? Iob ridet quodãmodo argumẽta Baldad: propterea non reſpondet, quũ ad ſimilia iam reſponderit. In qua re, inq̃t, adiuuiſti ſententiã tuam de prouidentia Dei particulari, in qua nullæ ſunt vires? ¶2 ſaluaſti brachio infirmo. i. putaſti eam cõfirmare ratione infirma & inualida. ¶3 Quare decreuiſti ſine ſapiẽtia? i. quãobrẽ tam prudenter id conſilij cepiſti, roborare hãc tuã ſentẽtiã inſipientẽ? quod tibi cedet ad imprudentiã. ¶4 notificaſti abunde ordinationem. Ironia. Aperte notam feciſti prouidentiã diuinã. q.d. not ã nõ reddidiſti prudẽtiã tuã hac re. ¶5. q.d. putáſne te ſermonẽ facere cũ hoie imperito? ¶6 & anima egreſſa eſt ex te? cuius animus exiuit à te? i. quis te talia docuit? quẽ ſequut⁹ hæc dixiſti? ¶7 Quæ vitæ expertia ſunt, naſcũtur ſub aquis, ſub habitatorib⁹ earum. De metallis loquitur. q.d. Extendit ſe prouidẽtia Dei ad profunda maris, & ſub piſcibus qui habitãt ipſas aquas, vbi gignuntur ipſa metalla. ¶8 Infernũ intelligit cẽtrũ terræ. q.d. infernus & pditio nota ſunt Deo, carent vẽlamẽto. Infernum & perditionẽ pro eodem accipit, id eſt locũ in quẽ res quæ deſcendũt, pereunt. ¶9 colligat ¶10 ſub ipſis. ſub. aquis. ¶11 Cõſtringit faciem ſolij. i. aerem & vaporem exiſtentẽ in media regione ſublimi, qui eſt ante faciẽ ſolij eius, hoc eſt cæli. ¶12 ſuper eũ. ſub. aerem regionis frigidæ. illic vapores conſtringuntur in nubẽ. ¶13. i. quandiu erit mũdus. ¶14 cõmouentur
¶15 vl, virtute eius quieſcit mare ipſum. ¶16 Heb. Spiritu eius cæli [ſunt] ipſa pulchritudo. i. ſunt pulcherrimi. ¶17 colubrum fugacẽ. Viam illã lacteã ſignificat, quæ refert colubrũ: & per hoc reliqua ſigna intelligit. q.d. creauit omnes imagines cæleſtes. ¶18 Heb. Ecce hæc, partes ſunt viarum eius: ſed quàm exigua eſt res de qua audiamus? & vim potentiarũ eius quis conſyderabit? Profecto, inquit, hæc quæ dixiſti, ſunt portio aliqua eorũ quæ facit Deus: ſed quàm exigua res eſt de ... audiamus alios loquentes & differentes? & magnitudinem potentiæ eius quis agnoſcet? XXVII. ¶1 Heb. Et addidit Iob aſſumere parabolam ſuam, & dixit. i. Reſumpſit Iob ſermonem, & diſceptationem intermiſſam. conquieuerat enim Iob⁹ paululum, dum alij loquerentur. ¶2 Heb. viuit Deus. ¶3 Heb. abſtulit iudicium meũ. i. qui ſinit me affligi citra culpam meam, & propterea videtur ius meum auferre. Vl, qui me iuſte affligit iuxta opinionem veſtram pro peccatis. ¶4 Omnipotentem, ¶5. i. quandiu ſpirauero ¶6 Heb. vos iuſtificem. i. dicam opinionem veſtram eſſe iuſtam. ¶7. i. quandiu vixero, non abnegabo innocentiam meam. ¶8 Heb. non declinabit cor meum à diebus meis. i. non auertetur alió mens mea toto tempore vitæ meæ. ¶9 quum furatus fuerit, quum pacatam reddiderit Deus animam eius? i. Quem ſpem de hypocrita concipere debemus ſi congreget multas diuitias, quum rapina & furto rem ſuam auxerit? quæ item ſpes erit hypocritæ quum Deus permiſerit animæ eius vt viuat in hac vita in ſumma fœlicitate? Certe nulla: nam nõ eſt duratura illa fœlicitas externa. q.d. quanuis ego dixerim impios fœliciter agere, non tamen laudo ſortem & conditionem eorum: nam malus eos manet exitus. ¶10 Omnipotente ¶11 Heb. in manu Dei. i. Deo iuuante & ſubminiſtrante facultates. Alij, quod Deus facere ſolet quotidie. ¶12 vos id quod eſt penes Omnipotẽtẽ. i. id quod Omnipotens quotidie facere ſolet. Repetitio.

Ecce[11] autem, quum vos omnes ſpeculationibus[theologicis]operã dederitis, quare tam vanas opiniones habetis?'
Hæc eſt'[14] pars ipij hominis ex Deo,'& hæc hæreditas, quam percipiunt tyranni ab Optimo maximo.
[15] Si numerum liberorum adauxerint, gladio perimentur,' & poſteri eorum nõ ſaturabuntur pane.
[16] Reliqui facti, lue perempti ſepeliẽtur,'& ipſorum viduæ non lugebunt.
Si coaceruet[impius] argẽtum vt puluerẽ, & [7] paret veſtem vt argillam:'
Parabit ille quidem, at iuſtꝰ induet, ac innocens diuidet argentum.
Ædificabit domum ſuam'[8] vt tinea,' vtq; cuſtos[hortorum]conſtruit tugurium.
Diues'[9] decumbet, nec honorifice funerabitur:'[10] aperiet oculos, & nemo aderit ei.'
Ingruent in eum terrores vt aqua, & noctu furtim auferet illum tempeſtas.
Auferet enĩ ventus orientalis,'vt abeat, & de loco ſuo[11] deturbabit eum.
[13] Inuehétq; illi affatim malorũ, quæ magno ſtudio effugere molitur.'
[14] Quo ſublato plauditur, & homines loci eius illũ exibilant. CAP. XXVIII.

H[1] Abet argentum venas, & aurum locum in quo conflant.'
Ferrum è puluere tollitur, & lapis [2] vt æs funditur.'
[3] Tenebris poſuit[Deus]terminũ,[4] & ad omnem perfectionẽ ipſe ſcrutatur lapidẽ in caligine & dẽſiſſima vmbra abditũ.'
[5] Erumpit[alicubi]torrens, qui accolas non fert [6] rurſum exareſcunt torrentes, vt à pede non ſentiantur: ſuperant etiã hominis ſtaturam, & qui poterant vadari.'
Eſt terra in qua panis prouenit:[8] altius autem eruta ignem exhibet.
Eſt locus, [cuius]lapides[ſunt]ſapphirꝰ, habẽtq;[9] auri pulueres:'
[10] Eſt ſemita, quam ignorat volucris, neq; illam conſpexit oculus milui.
[11] Non calcarũt eam feræ, non leopardus ambulauit per eam.
[12] Immittit ſuam manum ſilici,'ac montes funditus euertit.
[13] Rupibꝰ p ex. iis educit riuos,'&[tamen] quicquid pretioſum eſt, cernit oculꝰ [14] eiꝰ.
[15] E guttis flumina colligit, & rem abſtruſam profert in lucem.'
Vnde autem ſapientia'[16] petẽda eſt?'aut vbi eſt locus intelligentiæ?
Ignorat homo pretium illius, neq; inuenietur in terra viuentium.

Ecce, vos omnes noſtis, & vt quid hæc ſine cauſa vana loquimini? C
Hæc eſt pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente ſuſcipient. — Maledictiones impij.
Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erũt, & nepotes eiꝰ nõ ſaturabũtur pane.
Qui reliq fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.
Si comportauerit quaſi terram argẽtũ, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta:
Præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet.
Ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.
Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. — Pſal. 48. D
Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.
Tollet eum vẽtus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo.
[a] Et mittet ſuper eum, & nõ parcet: de manu eius fugiens fugiet. — [a] Emittet
Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illũ, intuẽs locũ eiꝰ. XXVIII.

H Abet argentũ, venarũ ſuarum principia: & auro locꝰ eſt in quo cõflatur. — Cũ res õnes ſint ab homĩne perueſtigabiles, ſolã Dei ſapiẽtiã inſcrutabilẽ oſtendit.
Ferrum de terra tollitur: & lapis ſolutus calore, in æs vertitur.
Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorũ finem ipſe conſyderat, lapidem quoq; caliginis, & vmbram mortis.
[b] Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios. — [b] Diuidit
Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.
Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illiꝰ aurum.
Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt oculus vulturis. — [c] eſt eã oculus
Non calcauerunt eam filij inſtitorum, nec pertranſiuit per eam leæna. B
Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubuertit à radicibus montes.
In petris riuos excidit, & omne pretioſum vidit oculus eius.
Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit.
Sapientia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?
Neſcit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.

¶11 Heb. Ecce vos omnes vidiſtis: quare in vanitate vaneſcitis? i. Cũ videatis quæ ego docebo vos, quare vanam opinionem in vanum conamini defendere? q.d. Cum dicebã improbos fœliciter agere: nõ de omnibꝰ intelligebam, ſed de aliquibus tantũ. ¶14 portio improbi hominis cum Deo. i. quod ſequitur, recipere ſolet impius à Deo. ¶15 Heb. Si multiplicentur filij eius, erunt gladij. ¶16 ſuperſtites eius ſepelientur in ipſa morte. i. qui euaſerint, ſepelientur adhuc viui moribundi. vl, confecti morbo diuturno. ¶17. i. tantũ veſtium parauerit, quantũ eſt luti. ¶18. i. non lõgiori tẽpore duraturã, quàm domꝰ tineæ in ligno putrido, aut veſtimento. ¶19 morietur, & non colligetur. i. nõ deferetur ad ſepulchrum. ¶20 aperiet oculos[ſuos aliquis]& non extabit. ac ſi dicat, in puncto temporis deſinet eſſe impius. ¶21. i. Eurus. ¶22 vt tempeſtates auferet eum. i. vt res tempeſtate auferri ſolẽt, magno impetu. ¶23 Et immittet in eum[ſub. multa mala]nec illi parcet: à manu eius fugiẽdo fugiet. i. Ob plagam Domini cogetur fuga ſibi conſulere. ¶24 Complodet ſup eũ manꝰ ſuas, & ſibilabit ſuper eũ de loco ſuo. Quicũq; inquit, audierit talia accidiſſe ipſis, præ admiratione collidet manus, & ſibilabit.

XXVIII.

¶1 Heb. Certe eſt argento egreſſio. & auro vnde eliquẽt illud. Hic Iobus docet cur idẽ probis & improbis eueniat: nempe quia mundus ſubiectus eſt mutationibꝰ. His verſiculis oſtendit quotidie aliqd noui accidere. Nunc eruũtur ex aliquo loco aurum & argẽtum vnde prius non educebantur. ¶2 effundit chalybem. i. ex terra quæ concreuit in lapidem, accipitur chalybs. Aut, è lapide fuſo tollitur æs. ¶3 Tenebras vocat quæ non ſunt. q.d. facit Deus eſſe, quæ prius nõ erant. ¶4 & omni fini quem inquirit, [poſuit finem]lapidem caliginis & vmbræ mortis. i. Omni rei obnoxiæ fini, & corruptioni poſuit finem: fecit quod erat, non eſſe. Lapidẽ caliginis & vmbræ mortis vocat materiã informem. Sunt qui vertant, Et omni perfectioni, lapidem &c. i. Deus ponit finem rei formatæ, cuius author eſt. ponit inquam illi rei formatæ materiam informem. ¶5 Heb. Erumpit fluuius iuxta accolam. vl, habitatorem. Magna abundantia erumpit fluuius in locum habitabilem. hoc eſt, locus habitabilis ſtatim fit inhabitabilis propter abundantiam aquarum. ¶6 Heb. aquæ traditæ obliuioni à pede, & quæ altiores erant homine, abſcedunt. vel, euaneſcunt. i. aquæ per quas nullo tempore pes vllus ambulauerat, quæ tranſiri non poterant, quòd homine altiores eſſent, abſcedunt & exareſcunt. ¶7. i. fertilis & ferax. ¶8 & quod ſub ea eſt vertitur in quendam velut ignem. i. areſcit, & fit infœcunda. ¶9. i. aurũ. eſt ferax auri. ¶10 Heb. Semitam non cognoſcet illi auis, neq; aſpiciet eam oculus volucris. Illi, inquit, qua itur ad eam. q.d. Poſtea regio illa deſeritur, & fit inhabitabilis etiam ipſis auibus: ſed ne à longe quidem aſpicietur ab ipſis volucribus. Vides variã mutationem huius ſeculi. ¶11 Non calcabũt eam filij ſuperbiæ, nec tranſibit per eã leo. Filios ſuperbiæ vocat beluas truces & immanes. Ne à leonibus quidẽ habitabitur. ¶12. i. lapidem duriſſimum comminuit. ¶13 In rupibus erumpere facit flumina. q.d. quum vult, facit exundare totam regionem ita vt aquis ſubuertatur: quũ tamen quicquid pretioſum eſſet, cerneretur in ea regione. ¶14 ſub. regionis. ¶15 Heb. [Poſtea]à fletu fluminum coercet & abſconſionẽ educet in lucem. Coercet, inquit, rupes. i. ſiſtit flumina quæ erumpere ſolent è montibus. Poſtea efficit ne rupes flumina effundant: & reddit regionem obrutã aquis, aridam, & ſubiectam oculis omnium. His omnibus oſtendit omnia ſubiecta eſſe corruptioni & mutationi: idem neminem eſſe fœlicem vel infœlicem. ¶16 inuenietur? Oſtendit tandem fœlicitatem quæ ſolis probis contingit, quæ æterna eſt, ſita in ſola in Deum fiducia.

Abyſſus dicit, Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum.

*ſapien. 7. a.* Nõ dabitur aurum obrizum pro ea, nec appẽdetur argentum in commutatione eius.

Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonycho precioſiſſimo, vel ſapphiro.

Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri.

Excelſa & eminentia non memorabũtur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis.

Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturæ mundiſſimæ componetur.

Vnde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ?

D Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.

Perditio & mors dixerunt. Auribus noſtris audiuimus famam eius.

Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius.

Ipſe enim fines mũdi intuetur: & omnia quæ ſub cælo ſunt reſpicit,

Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.

Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus:

Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit.

*Sapientia. Intelligẽtia.* Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

CAP. XXIX.

ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit,

*Iob vitæ ſuæ anteactæ fœlicitatẽ & pia geſta recenſet: tacite amicos calũniæ arguẽs; qui dicebant illũ merito pati quæ patiebatur.*

Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundũ dies quibus Deus cuſtodiebat me,

Quando ſplẽdebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabã in tenebris?

Sicut fui in dieb⁹ adoleſcentiæ meæ, quãdo ſecretò Deus erat in tabernaculo meo?

Quando erat Omnipotens mecũ: & in circuitu meo pueri mei?

Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?

B Quando procedebã ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedrã mihi?

Videbant me iuuenes, & abſcondebãtur: & ſenes aſſurgentes ſtabant.

Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo.

Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat.

Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi:

[17]Abyſſus enim inquit. In me non eſt. ac mare dicit, Mecum non eſt.'

Non dabitur[18]pro illa, quod in theſauris concluſum habetur,' neq; argẽtum expendetur in precium eius.

[19]Non illi præponderabit aurũ Ophireũ,' aut[20]onyx precioſus,' aut ſapphirus.

Non precium illius æquabit aurum aut vitrum, nec cũ ea permutabitur vas ex auro obrizo.

Nulla mentio ſiet[21]ramoth & gabis,[22] ſapientia quoq; margaritis præpõderat.'

Non[23]topazius' Aethiopiæ precium illius æquabit,[24]nõ aurum puriſſimum præponderabit.'

Vnde igitur veniet ſapientia? aut vbi eſt locus intelligentiæ?

[25]Eſt quidem abſtruſa' ab oculis omnium viuentium, & recondita, vt lateat volucrem cæli.

[26]Perditio & mors dixerunt,' Audiuimus auribus noſtris famam eius.

Deus viã[27]eius[28]monſtrat,' quippe qui nouit locum eius.

Is enim in partes terræ extremas proſpicit. omniáque ſub cælo videt:

[29]Vt vento etiam pondus adhibeat, & aquas menſura comprehendat:

[30]Præfigendo pluuiæ terminum, & viam fulguri atque tonitruis:

Tunc[31] vidit, &[32] recenſuit eam,[33]parauitq; illam, &[34]peruestigauit eam.

[35]Dixit autem homini,'Ecce timor Dei[b] eſt ſapientia,' & vitare malum eſt intelligentia.

CAP. XXIX.

VLterius[1] quoq; ſermonem ſuum proſequens Iob, dixit,

[2]Vtinã eo loco ſint res meæ, quo fuerunt' prioribus menſibus, & ijs, quibus me cuſtodiebat Deus:

Quum[3] eius lucerna in capite meo luceret:[4]ad cuius lumẽ ibam per tenebras?'

Qualis fui tempore hyemis meæ,[5] quum Deo eſſet arcta neceſſitudo cum meo tabernaculo.'

Quum adhuc[7]Optim⁹maximus'eſſet mecum, &[8]iuuenes mei circum me.'

Quando[9]pedes meos'butyro abluebam, & [10]ſaxum'apud me fundebat riuos olei.

Quando[11] per oppidum ad portam prodibam,'& in platea parabam ſelli meam:

Et me conſpicati iuuenes abſcõdebantur, ſenẽſq; aſſurgentes adſtabant.

Principes autem à ſermone abſtinebant, orique ſuo imponebant manum:

Procerũmq; vox[12]premebatur,' & lingua eorum adhærebat palato.

Nam auris quæ[13]audiuerat,' beatum prædicabat me: & oculus qui viderat,[14] teſtimonium mihi reddebat:

¶17 .q.d. ſapientia iſta, cæleſtis eſt, non terrena. ¶18 pro illa aurum .i. nullo auro, neque argento acquiritur ſapientia iſta cæleſtis. ¶19 Non æſtimabitur auro Ophir .i. auro aduecto ex Ophir regiõe. nullo auro, quantumuis puro, æſtimari poteſt, nec vllis gemmis, aut lapillis. ¶20 cryſtallus. Alii dicunt vocem Hebræam ſignificare lapidem multo precioſiorem auro, quum ei poſtponatur. ¶21 Nomina ſũt lapidum precioſiſſimorum. negligentur, inquit, precioſiſſimi lapides, ſi incidamus in mentionem ſapientiæ. Quidam vertunt, corallia, & gabis. ¶22 Heb. & tractio eius eſt multo præſtantior margaritis .i. acquiſitio ſapientiæ. ¶23 vl, ſmaragdus ¶24 non auro defæcatiſſimo æſtimabitur. ¶25 vl, Cum abſtruſa ſit &c. ¶26 .q.d. Materia ipſa informis oſtendit quodammodo ſapientiã diuinã. ita Hebræi exponunt. Alij melius. Perditio & mors .i. homo perdit⁹ & corruptus, ꝓpter peccatum Adæ. q.d. relucet ſapientia in homine, qui eſt filius mortis. voluit enim Deus ſapiẽtia ſua ſaluare hominem, qui perditus erat & mortu⁹. ¶27 ſub. ſapientiæ. ¶28 intelligit. q.d. Deus author eſt eius ſapientiæ, & nouit vbi habitet. ¶29 .i. vt faciat aerem ſeruare ſuam proportionẽ, & aquã ſimiliter ſuã proportionem. Per ſynecdochẽ autẽ intelligit de oĩbus elementis. ¶30 Dum faceret pluuiæ ſtatutũ, & viam coruſcationi & tonitruo .i. dũ præſcriberet leges pluuiæ (oportet enim eam defluere certa portione, & certo tẽpore) & dum faceret viam coruſcationi tonitruorum, quæ fieri ſolet tempore tonitrui. ¶31 Sub. ab æterno ¶32 ſcripſit .i. voluit ei perpetuo ſeruari in iſtis rebus

inferioribus. ¶33 vt ſcilicet perpetuo duraret. ¶34 inquiſiuit illam .i. hanc voluit ſtudioſe obſeruare. q.d. fecit omnia iſta in ſapientia. ¶35 .q.d. Dum hæc faceret, viſus eſt quaſi dicere homini, & admonere hominem. ¶36 .i. quæ ditur ad ſapientiam. XXIX. ¶1 Heb. Et addidit Iob aſſumere ſermonem ſuum .i. Rurſum cœpit loqui & dicere. ¶2 Heb. Quis ſtatuat me ſicut &c. ¶3 vl, ſuam lucernam ſplendeſcere faceret ſuper caput meum .i. Dum ſummo fauore proſequeretur me. ¶4 & ad lumen eius ambulabam per tenebras. Hoc eſt, Dum vincebam fauore illius ſummas tribulationes. Tenebras, rerum difficultates & tribulationes intelligit. Dum per gratiã eius nihil mihi erat difficile. ¶5 adoleſcentiæ. Vox Hebræa proprie ſignificat autumnũ: & per metaphorã, adoleſcentiam, quia vt autũno ſemina terræ mandantur, ita in adoleſcẽtia homines facile generãt. ¶6 & dũ eſſet ſocietas Dei ſuper tabernaculum meum .i. dum Deus per gratiam ſuã habitaret in tentorio meo. dum faueret mihi. Multis verbis deſcribit fauorem Dei. ¶7 Omnipotens ¶8 .i. Dum adhuc ſtiparer famulis meis. ¶9 veſtigia mea. vl, itinera mea .i. dum adeſſet mihi ſumma copia rerum omniũ. ¶10 rupes .i. dum mihi eſſet tanta copia olei vt videretur æquare ſummos fluuios. ¶11 egrediebar per portam iuxta vrbem. Deambulaturus ſcilicet circa vrbis mœnia, vt fit ſub noctem tempore æſtatis. ¶12 abſcondebatur .i. vnà cum voce abſcondebãtur. aut ſilentes proripiebant ſe. q.d. ne hiſcere quidẽ audebant, me præſente, tanta erat mei ſeueritas. ¶13 ſub. quæ faciebam ¶14 ſub. de innocentia vitæ meæ.

Quia[15] humilem clamantẽ aſſerebam, & orphanum cui nemo ferebat opem.
[16] Qui pauló min⁹ perierat, laude me proſequebatur, & cor viduæ [17] commouebam ad iubilum,
[18] Induebam iuſtitiam, & iudiciũ meũ veſtiebat me vt pallium & tiara.
Fuiſq; oculꝰ cæco, & vice pedũ claudo.
Pater fui pauperum: & cauſam forenſem, [19] quam ignorabam, indagaui.
Et iniqui hominis molares contriui, atq; prædam extraxi [20] è rictu ipſius.
[21] Cogitabã igitur [22] me in nido meo expiraturum eſſe, ac more phœnicis multos dies victurum.
[23] Diffuſa fuit mea radix ad aquas, & ros [24] in meſſe mea eſt moratus.
[25] Mea dignitas mihi recens perſtitit, & arcus meus in manu mea recepit vires.
Me audito [26] expectabant [homines,] & tacebant ad meum conſilium.
Poſtquam dixiſſem, non iterabãt ſermonem, [27] & ſermo meus in eos ſtillabat:
Et q; [28] velut pluuiã expectabant, & os aperiebant ſuũ velut [29] ad pluuiam ſerotinã.
Siquãdo iocarer apud eos, [30] nõ credebant, [31] & in oĩbus morigerari mihi ſtudebãt.
[32] Accommodaui me illorum moribꝰ cũ iudicio, tenuiq; primos accubitus, ac inter eos verſatus ſum, vt rex inter militũ [ſcu ſtociam,] & quomodo quiſpiam mæſtos conſolaturus.

CAP. XXX.

Nvnc autem me rident minores me ætate, quorũ patres dedignatꝰ fuiſſem adiungere canibus gregis mei.
[1] Quorum robur collatum quid mihi attuliſſet? quibus vigor omnis fuit perditꝰ:
Qui rerũ inopia & fame adacti [2] profugerunt in ſolitudinem ac locũ torridum, ac nuper in egeſtate ſumma erant:
Ac [3] decerpſerunt maluam apud arbuſtum aliquod: eiſque radix iuniperorum panis fuit.
Quiq; pulſi fuerunt [4] è medio, clamantibꝰ aduerſus eos hoibꝰ tãquã aduerſus furẽ:
Vt degerent in horridis locis [5] torrentiũ, & in ſpeluncis terræ ac petrarum:
Vt ruderent inter arbuſta [velut onagri,] ſeq; contraherent [6] ſub vepreto aliquo.
[7] Deniq; nihili homunciones & inglorij, qui in terra viuere non deberent:
Illis nũc carmẽ ſum, & illis [8] fabula ſum:
Et q; abominãtur [omnes,] & longe diſcedunt à me, neq; ſputũ continent à me.
Nam poſtquã [Deus] emiſſo neruo me afflixit, [10] effræncs in me feruntur:
Et adoleſcentes ad dexterum [latus] inſurgunt, meoſq; pedes [11] ſubuertunt. [12] viam quoque in me muniunt vt incommodent.

Eo quód liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor. Officiũ boni principis.
Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. C
Iuſtitia indutꝰ ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo.
Oculus fui cæco, & pes claudo.
Pater eram pauperum: & cauſam quã neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.
Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
Dicebámq;, In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta eſt ſecꝰ aquas, & ros morabitur in meſſione mea.
Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. D
Qui me audiebãt, expectabant ſentẽtiã, & intenti tacebant ad conſiliũ meum.
Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum.
Expectabãt me ſicut pluuiã, & os ſuũ aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum.
Siquando ridebam ad eos, non credebãt, & lux vultus mei non cadebat in terram.
Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cúmq; ſederẽ quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.

CAP. XXX.

Nvnc autem derident me iuniores tempore, quorum nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: Quanto contẽpeu ab hoĩbus, & quãta maledictiõe à Domino tractetꝰ, deſcribit Iob.
Quorum virtus manuũ mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni.
Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebãt in ſolitudine, ſqualẽtes calamitate & miſeria.
Et mãdebant herbas, & arborũ cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum:
Qui de conuallibus iſta rapiẽtes, cũ ſingula reperiſſẽt, ad ea cũ clamore currebãt.
In deſertis habitabant torrentiũ, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream.
Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant. E
Filij ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium.
Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam cõſpuere non verẽtur.
Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frænum poſuit in os meum.
Ad dexterã oriẽtis calamitatis meæ ſtatim ſurrexerunt: pedes meos ſubuerterũt, & oppreſſerunt quaſi fluctibꝰ, ſemitis ſuis.

¶ 15 pauperem vociferãtem eripiebam, & pupillũ, & [eũ] cui non erat adiutor. ¶ 16 Heb. Benedictio pereuntis veniebat ſuper me. i. Cõmendabar ab hominibꝰ qui periſſent niſi illis ſuccurriſſem. ¶ 17 exhilarabã. quum ſcilicet opem illi ferrem.

¶ 18 Induebam &c. i. iuſtitia erat mihi quaſi veſtis quæ nunquã recedit a me: eram obſeruãtiſſimus iuſtitiæ: & iudiciũ meũ. i. iuſtitia. repetitio eſt; erat mihi tãquã pallium & velamẽ capitis. nullo tempore recedebat à me iuſtitia. ¶ 19 vl, quã nõ ſatis noueram. hoc eſt, volebam ſcire cuius cauſa eſſet iuſta. ¶ 20 è dẽtibus ¶ 21 Fretus ſcilicet integritate vitæ meæ. ¶ 22 Efflabo animam in nido meo: & multiplicabo dies tãquã arenã. i. Subito moriar citra moleſtiã lõgæ ægritudinis, in medio liberorum meorum, ſiue liberis meis ſuperſtitibꝰ, & ditiſſime viuã. ¶ 23 Expoſita eſt m. r. ad aq. hoc eſt, in aquoſo loco eſt. q. d. quæ ſũt mihi neceſſaria ad vitã, abũde adſunt. ¶ 24 pernoctat [vl permanet] in ramis meis. Ros, proſperam fortunã ſignificat. Rami, fructum. q. d. etiam filij mei fœliciſſime habebunt. ¶ 25 vl. Gloria mea innouabitur apud me: & arcus meus in manu mea innouabitur. i. quotidie augebitur gloria mea: & robur meum inſtaurabitur, maiúſque reddetur. ¶ 26. i. pendebant à me, & ſilendo acquieſcebant conſilio meo. ¶ 27 ſed ſuper eos ſtillabat ſermo meꝰ. i. id qđ dixeram, alter alteri renunciabat. ¶ 28 ſub. neceſſariã ſemẽtis tempore ſiccitatis. ¶ 29 i. ore aperto petierunt meũ cõſiliũ quanto deſyderio pluuia in Autũno expectari ſolet. De pluuia quæ ad frugũ maturitatẽ deſyderari ſolet, loquitꝰ, quũ veſperi, aut tẽpore nocturno cadit. Oſtendit autẽ quietæ integritatis & vitæ authoritas. ¶ 30. i. putabãt me ſerio loqui. ¶ 31 Heb. & lumẽ vultꝰ mei non deijciebãt. i. authoritatẽ meã non ſpernebãt. nihilominꝰ me reuerebãtur. ¶ 32 Heb. Deligebã viã eorũ, & ſedebã in capite, & habitabã ſicut rex in ipſo exercitu, ſicut is qui conſolatur lugentes. Siquidẽ inquit, me illis adiũgebã, ſedebã in loco principe. vl, Præſcribebã illis viã quã tenere debebãt. & primas tenebã inter illos: méq; tãto honore proſequebãtur, quãto milites regem. & habitabã inter illos ſicut qui conſolatur lugẽtes, qui pendere ſolent ab ore conſolatoris. XXX. ¶ 1 Heb. Etiã virtus manuum illorũ ad quid mihi? ſup eos perijt tẽpus. i. qđ erat eorũ potẽtia collata meæ? Vel vt alij, etiã opera eorũ ad quid mihi vtilis fuiſſet? vixerũt inutiles. ¶ 2 ſolitarij erãt: qui fugiebãt ad ſiccitatẽ, ad tenebras, vaſtitatẽ, & deſolationẽ. Nemo, inqt, accedebat ad eos: & coacti fame fugiebãt ad locũ ſiccũ & arentẽ, ad vaſtas ſolitudines. ¶ 3 Decerpebãt maluã iter arbuſta. q. d. vtebãtur cibo abiectiſſimo. ¶ 4. i. è media vrbe. ¶ 5 Heb. i ſciſſura. vl, ruptura. ¶ 6 vl, ſub carduis, aut, arboribꝰ aculeatis. dũ ſcilicet cuperẽt vitare frigoris iniuriam. ¶ 7 Heb. filij ſtulti, filij hominũ nomine carẽtiũ: qui humiliati ſunt plꝰ q̃ terra ipſa. Sunt etiã, inquit, filij ſtultorũ, etiã hoĩm obſcurorũ & ignobiliũ, qui terra ipſa q̃ ab hoĩbꝰ calcatꝰ, abiectiores ſunt. ¶ 8 Heb. i ſermonẽ. ¶ 9 Heb. funẽ meũ diſſoluit, & afflixit me. i. abſtulit ex animis illorũ reuerẽtiã, qua erãt velut obligati vt me reuererẽtur. ¶ 10 & frænũ à facie mea excuſſerũt. Frænũ, vocat timorẽ: qa vt fræno cohibentꝰ equi, ita & hoĩes timore continẽtur in officio. q. d. depoſuerunt timorem, quo continebãtur in officio, nempe præſentia mea. ¶ 11 impellunt. vt ſcilicet præcipitent me in terram. ¶ 12 & calcant ſuper me ſemitas confractionis ſuæ. i. aſſiduis contritionibus & damnis quærunt me perdere: reddunt vias ſuas tritas frequenti diſcurſatione vt me damnis conficiant.

Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.

C Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt.

¶ abſtulit. Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi ventus deſyderiũ meum: & velut nubes pertranſijt ſalus mea.

Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.

Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.

In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.

Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.

Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me.

Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.

Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponẽs eliſiſti me valide.

D Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti.

Mors domus omnium. Veruntamen non ad conſumptionẽ meã emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.

Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.

Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.

Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.

Mœrens incedebam, ſine furore, conſurgens, in turba clamaui.

¶ clamabã. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.

Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate.

Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

Iob recenſet vitæ ſuæ innocentiam. PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis?

Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam?

Nonne ipſe conſyderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?

Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus:

Viam quoque meam [13]corruperunt, [14] ac promouent ad lædẽdum me, vt eis adiutore nihil opus ſit.

[15]Irruũt vt latum flumen ruptis aggeribus, & impetu conuoluunt ſeſe.'

Factóque in me impetu terrores [16]animã meã beneficentiæ ſtudioſam' perſequũtur vt ventus, meáque ſalus vt nubes præterijt.

Nunc etiam anima mea in me [17]inuertitur, ſibique me vendicant tempora calamitoſa.'

Noctu [18]perforantur oſſa mea à me, nec quieſcunt[vermes]digredientes à me.'

Veſtimẽtum meũ [19]vi malorũ [20]faciem ſuã mutauit, quæ velut [21]capitiũ' togæ meæ cingunt me.

*Deduxit me ad argillæ [vilitatem,] 'mihique videor ſimilis pulueri ac cineri.

Dum clamito ad te, non exaudis me, [22]ac perſeuerantem minime curas.'

Mutatus es mihi in crudelem [hoſtem,] & robore tuæ manus [23]aduerſaris mihi.

Extuliſti me, [24]ac vento [impoſitum] vexiſti me: [25]ſed [rurſum] liquefeciſti me in mea ſubſiſtentia.

Scio enim quòd [26]mors reſtituet me, & domus deſtinata omnibus viuentibus.

[27]Non ſanè inijciet manus aceruoſ[defunctorũ,] aut clamãt aliqui poſt obitũ ſuũ?

[Quidlibet mali obtingat] ſi non defleui [28]calamitoſos,' & anima mea non dolore cõmota eſt ob aliorũ paupertatem.

[29]Proin expectaui bonũ, & euenit malũ: præſtolatus ſum lucẽ, & venit caligo:

Inteſtina mea [30]efferbuerunt,' & non quieuerunt, [31]mẽque apprehenderunt calamitoſa tempora.

[32]Lugubri habitu inceſſi, vt ſolẽ non ſentiens, ſtans etiam in cœtu clamitabam [eiulans.]

[33]Fuique frater draconum [34]& ſocius ſtruthionum:

Cutis mea in me denigrata eſt, & oſſa mea præ ſiccitate [35]exaruerunt.'

Meáque cithara verſa eſt in luctum, & [36]fidicula mea' in vocem plorantium.

CAP. XXXI.

F[1]OEdus pepigi cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Quæ enim pars Dei ſuperne 'erit,' & quæ hæreditas' Optimi maximi è ſublimibus[cœlis?]

An non [4]pernicies' iniquo [parata eſt,] & afflictio patrantibus ſcelus?

An nõ ipſe videt meas vias, & omnes gradus meos adnumerat?

Si [5]fraudes commiſi, & pes meus feſtinauit ad dolum:

¶13 ſubuerterunt. i. reddunt ſtudium meum irritum: impedimento mihi ſunt quo minus aſſequar quod cupio. ¶14 deſtructionẽ meam adiuuant, quibus non erat olim adiutor. Ac ſi dicat, cadẽtem me, impellũt: & meam infœlicitatem adiuuant ij qui antea omni ope erant deſtituti. ¶15 Tãquam per rupturam latam inuadunt me: ſub calamitate deuoluti ſunt. ſub. ad me. Vtitur ſimilitudine ducta à fluuio qui cũ impetu fugit rupta ripa. Illi veniũt, inquit, aduerſum me magno impetu vt fluuius ſolet rupto aggere: Vbi viderunt me obrutum aliqua calamitate, voluerunt me perdere, nacti occaſionẽ, aduoluti ſunt ad me latenter. ¶16 Heb. vltroneam meam. vel, principem meam. i. animã meam nobilẽ & inclytã ¶17 effuſa eſt: arripuerunt me dies afflictionis. i. pene ſum exanimatus: nunc vehementiſſime affligor. ¶18 oſſa mea perforauit [ſub. dolor] ſuper me & arteriæ meæ non cõquieuerunt. i. noctu ſentio grauiſſimũ dolorem: neque pulſus meus redditur minor tẽpore nocturno: qui tamẽ minui deberet, quia calor retrahitur in partẽ interiorem. Grauitatem morbi deſcribit. ¶19 præ multitudine roboris. ſub. morbi. i. præ nimia morbi grauitate.

¶20 q ſcilicet inficeret ſanie nimia. ¶21 ora. i. ſuperior veſtis pars. vtebantur antiquitus veſtibus omni ex parte conſutis: atq; ita foramẽ erat in ſupremo veſtis, quod collum cingebat. & hoc, vocatur os. ¶* Deiecit me in lutum. ſub. morbus ille. ¶22 ſto, & non conſyderas. i. quum ſto tacendo, nihil me curas. ¶23 odiſti me. i. perinde percuſſiſti me atque ſi me odiſſes. ¶24. i. me ſublatũ celerrime aliò me trãſtuliſti. ¶25 & abſtuliſti à me rectã viuẽdi rationẽ. q. d. viſus es ita me affligere quaſi nunquã permiſiſſem in officio. Deſcribit deſperationẽ in quam incidunt qui à Deo deſeruntur. ¶26 reuerti facies me ad mortem, & ad domum conſtitutam omnibus viuentibus. i. ad ſepulchrum. q. d. Nihil mihi verſatur ob oculos præter mortem. ¶27 Sane precatio non porriget manũ: [quanuis] in confractione illius [ſit] clamor. i. Tunc certe non proderũt preces ad Deum: quanuis ſoleãt homines tempore calamitatis clamare ad eum. ¶28 difficilem die. vel, durum die. i. miſerum & calamitoſum. ¶29 Quando expectaui bonum, tunc &c. ¶30 magno æſtu agitata ſunt. ¶31 Hebr. anticipauerunt me dies afflictionis. ¶32 Ater ambulaui, non ob ſolem: ſteti in pedes in congregatione, & vociferatus ſum. q. d. Facies mea fuit admodum nigra, non propter ſolem, ſed propter afflictionem & grauitatem morbi interioris: quum deberem ſilere, nempe in congregatione & conſilio, coactus ſum erumpere in vocem doloris. ¶33. i. naturam draconum ſum imitatus, ſemper emiſi vocem lugubrem. ¶34 ſocius fui filijs ſtruthionum. Vox Hebræa ſignificat genus auis deſerta incolentis, cuius cantus eſt lugubris. ¶35 Heb. incaluerunt. i. contraxerunt calorem præter naturam. ¶36 organum meum. q. d. lætitia mea verſa eſt in luctum. XXXI. ¶1 Dum hic tuetur innocentiam ſuam, depingit officium viri ſancti. q. d. fuit maxima concordia carnis & ſpiritus mei. ¶2 vel, manet illos qui talia agunt: nempe corruptores virginũ. q. d. cur cogitaſſem de virgine corrũpenda, quũ ſcirem quã mercedẽ ſoleat Deus huiuſmodi hominibus dare? ¶3 Omnipotentis. ac ſi dicat, ſi homines nõ ſpectent, deterrebũtur à peccando. ¶4 calamitas ¶5 Heb. ambulaui in mẽdacio.

Appēdat me in ſtatera iuſtitiæ, & cognoſcat meam integritatem [Deus.]
Si deflexit greſſus meus à via,[6] & cor meū ſecutum eſt appetitionē rei viſæ,&[7] macula' palmis meis adhæſit:
Ego ſeminem, & alius comedat, [8] meique poſteri euellantur radicitus.
[9] Si concupiſcentiæ vxoris alienæ obnoxium fuit cor meum,' & ante oſtiū ſodalis mei ſum[10] inſidiatus:
[11] Permolat vxorem meam alius, [12] & ſubigant eam alij.
[13] Hoc enim grande flagitium eſt, & iniquitas capitali actione perſequenda.
[14] Ignis enim eſt, qui ad interitum vſque voraret,' ac omnem prouentum meum radicitus euelleret.
[15] Si detrectaui iudicia, quum ſeruus meus aut ancilla vellent mecum litigare:
[16] Quid enim facerem Deo conſurgente [ad iudicium,] & quid ei reſponderē animaduerſuro?
An non idem qui condidit me in ventre, condidit & illum, & formauit [17] eum in vno vtero?
[18] Si fraudaui genium inopum, & viduas lactaui vana ſpe:'
Et ſolus edi cibum meum, nec orphanus de illo comedit.
[19] Nam à primis annis educauit me [benignitas] velut parens, & quamprimū editus ſum in lucem, eam mihi vitæ magiſtram conſtitui.
Siquem [20] veſte carentem' perire vidi, & deeſſe indumentum pauperi:
Si non gratias egerūt mihi[21] femora eius,' & non vellere agnorum meorū calefactus eſt, [non recuſo quin malū patiar.]
[22] Si minitatus ſum orphano, quum non ignorarē me valere plurimū in porta:'
Excidat armus meus ab humero, & brachium meum frangatur[23] in oſſibus.'
Mihi enim adfuit met' calamitatis à Deo iniiciēdæ,[24] quam perferre non poſſem.'
Si poſui ſpem meam in auro, & maſſæ aureæ dixi[25] meum eſſe præſidium.'
Si creſcētibus opibus meis, &[26] quum adipiſceret ingētes diuitias,' gauiſus ſum:
[27] Si videns lucem [ſolis] ſplendidam, & lunam claram incedentem:
[28] Et occulte cor meum mihi perſuaſit, vt manus mea ori applicaretur.'
Nam & ea iniquitas [29] eſt iudicio capitali digna': Deū enim qui ſupra eſt negaſſē.
Si gaudium percepi ex infortunio inimici mei, & exultaui cū ei malū obueniſſet.
[30] Sed ne hactenus quidem permiſi meo palato peccare, vt ei malum imprecaretur.
Si non dixerunt [31] familiares mei,[32] Vtinam liceat iſtius carnibus ſatiari.
Non [enim] hoſpes pernoctauit foris, & oſtia mea[33] peregrinanti aperui.

Appēdat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam.
Si declinauit greſſus meus de via, & ſi[a] ſecutus eſt oculus meus' cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula:
Ser[:], & alius comedat, & progenies mea eradicetur.
Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere: & ſi ad oſtiū amici mei inſidiat' ſum:
Scortū alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij. B
Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.
Ignis eſt vſque ad perditionem deuorās, & omnia eradicans genimina.
Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me:
Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo illi?
Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus?
Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:
Si comedi bucellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea:
(Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum)
Si deſpexi [b] prætereuntem,' eo quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem:
Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt: C
Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem:
Humerus me' à iūctura ſua cadat, & brachiū meū cū ſuis oſſibus cōfringatur.
Sēper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.
Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea.
Si lætat' ſum ſuper multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea.
Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clarē:
Et lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manū meā ore meo,
Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio cōtra Deum altiſſimum.
Si gauiſus ſum ad ruinā eius qui me oderat: & exultaui quòd inueniſſet eū malū.
Non enim dedi ad peccandū guttur meum, vt expeterem maledicēs animā ei'.
Si non dixerūt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur?
Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.

¶ [a] ſecutū eſt oculos meos
¶ [b] pereūtem

¶6 Heb. & poſt oculos meos ābulauit cor meū. i. ſi cōcupiui quod videbāt oculi mei ¶7 vł, quicquā. nā duplex eſt lectio. qd ſcilicet ſit alienū. ¶8 Vel poſt', meaq; germina. ¶9 Heb. Si deceptū fuerit cor meū ſup muliere aliena. i. ſi turpi amore vxoris alienæ corrept' & decept' fuerit animꝰ meꝰ. ¶10 ad corrūpēdā ſcilicet vxorē eius, q̄ in oſtio ſtare ſolet. ¶11 Molat alteri vxor mea. i. eripiatur mihi & alteri famuletur. Solebāt mulieres in familijs in quibus nō erāt ſerui, molere, & panē cōficere. ¶12 & ſup eā incuruēt ſe alij. i. rē habeāt cū ea. ¶13 Heb. Eſt enim ſcelus & eſt iniquitas [ex iniqtatibus] quæ iā iudicatę ſunt q.d. ſine cōtrouerſia grauiſſimum peccatum eſt adulterium. ¶14 Nā ignis ipſe [ſub. à Deo miſſus] ad imū vſque deuoraſſet. ſub. omnia bona mea. ¶15 Heb. Si reſpui iudiciū ſerui mei & ancillæ meæ, in litigādo eos mecū. Omittitur autē, vt & in aliis nōnullis, pœna quæ i hac poni debet cōditione. ¶16 Quid enim feciſſem cum ſurrexiſſet Deus: & quū viſitaſſet me quid reſpōdiſſem illi? Cū ſurrexiſſet inquit, vt ſcilicet iudicaret inter me & illos. Et quū viſitaſſet, ſub. mores meos. ¶17 nos vnicus in matrice. ſ. me & ſeruū meū ſolus Deus formauit in matrice matrū noſtrarū. ¶18 Heb. Si prohibui ab eo quod optabāt pauperes, & oculos viduæ deficere feci. i. Si denegaui quicquā pauperibus quod optarēt, & præ expectatione deficere fecerim oculos viduæ. q.d. ſi non ſtatim ſuccurri. ¶19 Heb. Nā à pueritia mea adoleuit mecum [ſub. orphanus] tāquā apud patrē: & ab vtero matris deduxi illam. Sub viduā. q.d. A pueritia fo ui pupillos: & ab vtero matris fact' ſum dux viduarū. ¶20 quòd abſque veſtimento eſſet ¶21 latera ei'. ſub. quæ operui. ¶22 Heb. Si leuaui cōtra pupillū manū meā quū viderē auxilium meū in porta. i. ſi percuſſi pupillum, quum viderem auxilium meum paratum, ſi vellet inſurgere: & impune id facere poſſem. ¶23 à canna. Canna eſt os longum à flexura cubiti vſque ad humerum. ¶24 nam propter eius maieſtatem nō potuiſſem. Sub. eripi è manibus eius. ¶25 vł, fiduciam meā eſſe. ¶26 Heb. ꝙ manus mea inueniſſet facultates. ſub. maximas. ¶27 Si vidi ſolem quando ſplendebat: & lunam [ſā qua] abire ſolet [lumen] precioſum. i. quæ ſubinde priuatur lumine. ſi conſyderaui ſolem ſplendentem, & lunam, vt eos adorarem tāquam Deos. q.d. nunquā ſuſpicatus ſum ſolem eſſe Deum. ¶28 Et deceptum fuit in occulto cor meum, & oſculata eſt manus mea os meū. De ſeductione ſiue idololatria tacita loquitur. q.d. ſi quum vidi ſolem, deceptus fui vt ſuſpicarer illum eſſe Deum, & in ſignū reuerentiæ poſui manū meā ad os meū. ¶29 fuiſſet iudicata: ¶30 Heb. Et nō dedi ad peccādū palatū meū, vt peterē i maledictione animā eius. i. quū ne habenas quidē laxarim ori meo vt de illo maledicerē, & dura ei imprecarer. ¶31 Heb. homines tētorij mei. i. domeſtici & familiares mei. ¶32 Heb. Quis dabit de carne eiꝰ? nō ſaturabimur. ſub. donec perierit. Verba ſunt domeſticorum Iobi quos nimiū fatigabat in tractādis hoſpitibus. q.d. ſtudioſiſſime ſuſcepi aduenas & peregrinos, adeo vt præ faſtidio laboris quem in eis tractandis faceſſebā famulis meis, mala mihi imprecarentur ipſi famuli. ¶33 Heb. ad iter. aut iuxta iter. i. vt facilius declinarent in domum meam peregrini.

Si abſcondi quaſi homo peccatum meū,
& celaui in ſinu meo iniquitatem meā.
Si expaui ad multitudinem nimiam, &
deſpectio propinquorum terruit me: &
nō magis tacui, nec egreſſus ſum oſtiū.
¶ᵃ auditorē. Quis mihi tribuatᵃadiutorem, 'vt deſyde-
Scriptorē æ- rium meum audiat Omnipotens: & li-
ternū ſuæ cō- brum ſcribat ipſe qui iudicat,
trouerſiæ ſi- Vt in humero meo portem illum, & cir-
bi cōtingere, cundem illum quaſi coronam mihi?
optat Iob. Per ſingulos gradus meos pronuntiabo il
lum, & quaſi principi offeram eum.
Si aduerſum me terra mea clamat, & cum
ipſa ſulci eius deflent,
Si fructus eius comedi abſque pecunia, &
animam agricolarum eius afflixi:
Pro frumento oriatur mihi tribulus, &
ᵇ Finita ſunt pro hordeo ſpina.
verba Iob.

CAP. XXXII.

Elia tacētib' OMiſerunt autem tres viri iſti reſpon
cæteris ar- dere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videre-
guit illos in tur. Et iratus, indignatúſque eſt Eliu fili'
inſipientiæ. Barachel Buzites de cognatione Ram: ira-
tus eſt autem aduerſum Iob, eo quòd iu-
ſtum ſe eſſe diceret coram Deo. Porrò ad-
uerſum amicos eius indignatus eſt, eo
quòd non inueniſſent reſponſionem ra-
tionabilem, ſed tantummodo cōdemnaſ-
ſent Iob. Igitur Eliu expectauit Iob lo-
ᵇ ſe B quentem: eo quòd ſeniores ᵇeſſent qui lo-
quebātur. Cum autem vidiſſet quòd tres
reſpondere non potuiſſent, iratus eſt ve-
Docet nō æ- hementer. Reſpōdénſque Eliu filius Bara-
tatē, ſed Spi- chel Buzites, dixit,
ritū Dei dare Iunior ſum tempore, vos autē antiquio-
prudentiam. res: idcirco demiſſo capite veritus ſum
vobis indicare meam ſententiam.
Sperabam enim quòd ætas prolixior lo-
queretur, & annorum multitudo doce-
ret ſapientiam.
Sed vt video, Spirit' eſt in hominibus, &
Inſpiratio Omnipotētis dat itelligētiā.
C Non ſunt lōgæui ſapientes, nec ſenes in-
telligunt iudicium.
Ideo dicam, Audite me, oſtendam vobis
¶ᶜſcientiam. etiam ego meam ᶜſapientiam.'
Expectaui enim ſermones veſtros, audi-
ui prudentiam veſtram, donec diſcepta
remini ſermonibus veſtris:
Et donec putabam vos aliquid dicere, con
ſyderabam: ſed vt video, nō eſt qui poſ
ſit arguere Iob, & reſpondere ex vobis
ſermonibus eius,
Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapientiam,
Deus proiecit eum, non homo.
Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecun-
dum ſermones veſtros reſpondebo illi.
D Extimuerunt, nec reſpōderūt vltrà, abſtu
¶ᵈeloquia. lerúntque à ſeᵈeloquium.'
Quoniam igitur expectaui, & nō ſunt lo-
cuti ſteterunt, nec vltrà reſponderunt:
Et expectaui, [12]donec loqui poſſent: reſtiterunt enim, vt non amplius reſpondeant.

Si occultaui [34]vt Adam' ſcelus meum, vt
iniquitatem meam in [35]receſſu meo re
conderem.
[36]Si reformidaui turbam magnam, & cō-
temptus familiarum deterruit me, vt ta
cerem, & non domo exirem.
[37]Vtinam ſit mihi auditor, ipſéque Opti-
mus maximus dictet mihi, quod pro
mea parte adnotandum ſit, aduerſari'
autem meus librum perſcribat.
Quem niſi humero meo portauero, & mi
hi velut corollas [38] appoſuero, '[quiduis
patiar.]
[39]Eúmque per ſingulos gradus recitabo,
& eum adibo tanquam principem.
Si clamat contra me [40]tellus' mea, ſimúlq;
lachrymantur [41] ſulci eius:
[42]Si opes illius edi abſque pecunia, & cul
tores eius nimijs operis confeci:
Proueniat [43]paliurus' pro frumēto, & [44]lo-
lium' pro hordeo.
[45]Finita ſunt verba Iob.

CAP. XXXII.

CEſſauerunt igitur tres iſti viri reſpon-
dere Iob, quia ſibi iuſt' videbatur.
Iratus eſt autem Elihu filius Barachel Bu
zita de familia Ram, ipſi Iob ſuccenſens,
[1]quòd ſibi maiorem iuſtitiam arrogaret,
quàm Deus ferre poſſet. Tribus autem a-
micis eius ſuccenſuit, ꝙ non[2]ſuppeterent
eis rationes idoneæ, & tamen Iob dam-
naſſent [impietatis.] Nam Elihu[3]expecta-
uit dum Iob finem loquendi feciſſet:' eo
ꝙ iſti ætate illum ſuperabāt. Videns autē
Elihu [4] tres iſtos nihil argumentorū ha-
bere, 'ſuccenſuit. Et reſpondens Elihu fi-
lius Barachel Buzita dixit,
Quum ego ætate minimus ſim, vos autē
ſenes, 'veritus ſum, 'ac timui apud vos
meam ſententiam proferre.
[6] Cogitaui enim par eſſe vt ſenes loquā-
tur, & grandæui differant de ſapientia.
Verum Spiritus[7]ipſe agit in hominibus,'
& afflatus Optimi maximi docet eos.
[8]Et fit, vt magnates non ſapiant, nec ſe-
nes oſtendant iudicium.'
Quamobrem dixi, Audite me, & ego etiā
prodam quod ſentio.
Ecce verba veſtra expectaui, & aures præ-
bui, [9] quandiu moliti eſtis apparatum
veſtrum & ſermones afferre:
Dúmque vobis attēdo, ecce nullus veſtrū
Iobum refellit, neque reſpondet ad ip-
ſius verba.
[10]Neque eſt vt dicatis, Attigimus ſapien-
tiā: [nempe] De' proſtrauit ipſum [Iob,]
& non homo.'
Cōtra me quidē aciē diſputationis [Iob]
non direxit, neque illi reſpondebo ver
bis veſtris.
Expauerunt, nec reſponderunt amplius,
[11]& ſermones defecerūt illos [prouocatores.]

¶34 vl, ſicut homines. ſub. re
liqui. ¶35 ſinu. i. penes me.
¶36 Nā fregiſſem turbā mul
tā, & deſpectio familiarū hu
miliabat me, & ſilebā, neq; e
grediebar domū. q. d. nemi-
nē timebā. poterā eni frāge-
re maximā turbā. ꝙ pollerē
viribus: tamē quū abiectiſſi-
mus quiſque ignominia me
afficeret, tacebā, méq; domī
cōtinebā. ¶37 Quis det mi-
hi audientem me? pfecto ſi-
gnū meū eſt, quòd Omnipo
tens reſpondebit mihi, & li-
ber quē ſcripſit homo cōtē-
tiōis meæ. i. Vtinā haberē q
meā cauſā audiret. ſanè ar-
gumētū innocētiæ meæ eſt,
quòd Domin' teſtimoniū red
diturus eſt illi. liber itē quē
ſcripſit aduerſarius meus. q.
d. tātum abeſt vt amicorum
meorū dicta labefactēt inno
cētiā meā, vt ea optarē ſemp
ferre. ¶38 colligauero. q. d. li
brū illū quē aduerſum me
ſcripſerūt aduerſarij mei, pe
ſtabo, eritque mihi ornamē
to vt corollæ: vt oēs videant
quæ adduxerūt contra me.
¶39 Numerū greſſuū meo-
rū narrabo illi: & accedā ad
illū tāquā ad ducē. id eſt cū
ſūma reuerētia accedā ad il-
lū qui paratus fuerit audire
cauſam meam, eo modo quo
principes adire ſolemus.
¶40 Tellurē pro colonis po
ſuit. q. d. ſi colonis mercedē
non pſoluerim. Vel vt alij, ſi
non iure poſſideo terrā quā
habeo. ¶41 i. ſi coegerim vi-
aut violentia arare terram
meā, denegādo victū & mer
cedē agricolis meis. ¶42 ſi
comederim abſque argento
virtutē ei', & afflixerim ani
mā eorū qui colunt eā. i. Si
fructū illi' terræ comederim
nō reddita mercede agrico-
lis, imò afflixerim ipſos qui
coluerūt eā. ¶43 vl, ſpina,
aut carduus. ¶44 vl tribul'.
Alij vertūt, ſemen fœtidū &
putidū. ¶45 vl, pfecta ſunt
verba Iobi. i. abſoluta eſt diſ
ceptatio Iobi cū amicis. Clau
ſula eſt forēſis, vt Latini rhe
tores adhibēt, Dixi. vel Dicta
eſt cauſa.

XXXII.

¶1 propterea quòd iuſtificaret animam ſuā ſupra Deū.

¶ i. diceret ſe iuſtum magis quàm Deum. dicebat enim ſe iuſtum: Deum non item, quòd affligeret eum citra culpam. ¶2 inueniebāt reſpōſionē. q. d. cōdēnabāt Iobū nulla ratione adducta. ¶3 Heb. expectauit Iobū in verbis. i. ſuſtinuit loquētē. ¶4 Heb. ꝙ nō eſſet [reſpōſio] in ore triū virorū. ¶5 expaui ¶6 Heb. Dixi, Dies loquētur, & multitudo annorū notā reddēt ſapiētiā. i. Cogitabā apud me quod ſequitur, Prouecti ætate, & ānoſi ſapiētes loquētur ſapiēter de re pp oſita. q. d. putabā ab ætate petēdā eſſe ſapiētiā, ſed à Spiritu Dei eſt petēda. ¶7 eſt i hoīe. q. d. quos aliquādo putam' eſſe viliſſimos, habēt Spiritū Dei. nō ex ætate cōparatur ſciētia: ſed à Spiritu ſancto pcipitur. ¶8 Heb. Nō magnates ſapiētes, & ſenes nō itelligūt iudiciū. i. nō cōtinuo fit vt qui magnates ſunt, ſint ſapiētes: neq; qui ſenes, itelligāt qđ rectū eſt. ¶9 donec audirē itelligētias veſtras, donec iueſtigaretis verba. i. donec audirē quid ſētiretis: dūque excogitaretis quid eſſetis locuturi. ¶10 Heb. Ne forte dicatis, Inuenim' ſapiētiā, De' exagitat illū, nō homo. Ne ingt, poſtq hæc dicatis, fecim' deinduſtria: nō oportet hominem exagitare Iobum: ſatis eſt ꝙ à Deo exagitetur. nam res nō ita habet: hoc dicere nō poteſtis. ¶11 Heb. remouerunt à ſeſe verba. i. tacuerunt. ¶12 at quia non loquuntur, ſed ſubſtiterunt, nec vltra reſpondent: Reſpondebo etiam &c. iungitur ſequenti verſui.

[11]Quare & ego reſpondebo' pro mea par-
te, & quod ſentio ipſe quoque proferã.
Plenus enim ſum ſermonibus, & ſpiritus
ventris mei angit me.
Nam venter meus[14]rumperetur vt noui
vtres, quum vino ſpiraculũ nõ aperitur.
Loquar itaque, [15]vt animi anguſtias remo
ueam', & aperiẽs labia mea reſpõdebo,
[16] Neque vero perſonæ cuiuſquam homi-
nis aliquid tribuã, nec honorificis ap-
pellationibus cuiquam blandiar.
[17] Nam ſi ad gratiã loqui inſtituã, neſcio
an opifex meus cito me ſublaturus ſit.

CAP. XXXIII.

QVamobrem audi quæſo Iob ſermo-
nes meos, & omnia verba mea
auſcultato.
Ecce quæſo, aperui os meũ, & lingua mea
loquetur in palato meo.
[3]Verbáque mea proficiſcẽtur ex corde ſyn
cero, & ſciẽtiã purã loquẽtur labia mea.
Nam & me Dei Spiritus condidit, [2]& affla
tus Optimi maximi vitã mihi indidit.
Si vales, [3]mihi reſpondeto, & acie directa
mecum congredere, ac fortiter obtine
gradum tuum.
[4]Ecce apud Deum tibi æquor, & ego ex lu
to fictus ſum.
Ecce metus nullus ex me turbabit te, ac[5] ſi
incũberẽ i te tot', nõ grauiter premerẽ.
Dixiſti nanque me audiente, atque ſermo
num iſtorum voces percipiente:
Purus ſum, & ſine ſcelere, [6]irreprehenſibi-
lis'ſum, & vaco iniquitate.
Ecce [enim Deus] occaſionem captatã ad-
uerſus me reperit, ac me ſibi iudicauit
inimicum:
Et coniecit pedes meos in cippum, cuſto-
diens omnia itinera mea.
[7]Qua quidem in re non iuſte agis, tibíque
planum faciam quòd Deus longe ſupe-
rat friuolum hominem.
[8]Cur litigas cum eo, quem omnium nego
tiorum ſuorum reddere rationem non
oportet?
[9]Etenim ſemel Deus loquetur, & iterum, ſi
[homo] id non animaduertat,
[10]In ſomnis, ĩ viſo nocturno, quãdo ſopor
hoies opprimit, dum in lecto dormiunt.
Tunc aurem hominibus [11]vellit, & diſcipli
nã eorũ velut impreſſo ſigillo conſignat,
[12]Vt homini adimat factum [prauum,] & vi-
ro ſuperbiam detegat:
[13]Prohibétque animam eius à fouea, & vitã
eius ne progrediatur ſub telorum iactũ.
[14]Caſtigabitur etiam [homo] cruciatu ſu-
per lectum ſuum, & quantum eſt oſſium
illius, vehementiſ[morbo:]
[15]Et vita eius faſtidit panem, animáque ei[9]
cibum ſuauem antea:
[16]Vt abſumatur caro ei' ne videatur: & [17]pro
mineant' illius oſſa quę[pri'] nõ videbãtur
Proximéque[18]foueam accedit' anima eius, & vita eius[19]pollinctoribus:
[20]Quũ obtingit ei nuntius orator vnus ex mille, vt homini exponat officium ſuum.

Reſpondebo & ego partem meam, & oſtẽ-
dam ſcientiam meam.
Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat
me ſpiritus vteri mei.
En venter meus quaſi muſtum abſque ſpi
raculo, quod lagunculas nouas diſrũpit.
Loquar, & reſpirabo paululum: aperiam la
bia mea, & reſpondebo.
Non accipiam perſonam viri, & Deum ho
mini non æquabo.
Neſcio enim quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt
modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII.

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes
ſermones meo auſculta.
Ecce aperui os meum, [a]loquatur' lingua
mea in faucibus meis.
Simplici corde meo ſermones mei, & [b]ſen
tentiam' puram labia mea loquentur.
Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum Omni
potentis viuificauit me.
Si potes, reſpõde mihi, & aduerſus faciem
meam conſiſte.
Ecce, & me ſicut & te fecit Deus, & de eodẽ
luto ego quoque formatus ſum.
Veruntamen miraculum meum nõ te ter-
reat, & [c]eloquẽtia mea nõ ſit tibi grauis.'
Dixiſti ergo in auribus meis, & vocẽ ver-
borum tuorum audiui.
Mundus ſum ego, & abſque delicto: imma
culatus, & non eſt iniquitas in me.
Quia querelas in me reperit, ideo arbitra
tus eſt me inimicum ſibi. B
Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit
omnes ſemitas meas.
Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus.
reſpondebo tibi, quia maior ſit Deus
homine.
Aduerſus eum contendis, quòd non ad
omnia verba reſponderit tibi?
Semel loquitur Deus, & ſecũdũ idipſum
non repetit.
Per ſomnium in viſione nocturna, quan-
do irruit ſopor ſuper homines, & dor-
miunt in lectulo:
Tunc aperit aures virorũ, & erudiẽs eos, C
inſtruit diſciplina,
Vt auertat hominem ab his quæ[d]fecit, & 
liberet eum de ſuperbia:
Eruens animam eius à corruptione: & vi
tam illius vt non tranſeat in gladium.
Increpat quoque per dolorẽ in lectulo,
& omnia oſſa eius marceſcere facit.
Abominabilis ei fit in vita ſua panis, &
animæ illius cibus antè deſyderabilis.
Tabeſcet caro eius, & oſſa quæ tecta fue-
rant, nudabuntur.
[e]Appropinquabit' corruptioni anima ei',
& vita illius mortiferis,
Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de
[f]ſimilib', vt anũtiet hominis æquitatẽ,

Oſtendit Eliu in quo Iob peccauerit.

¶ a loquetur

¶ b ſcientiam

¶ c eloquium meũ nõ ſit tibi graue.

Cũ Deo non contendẽdũ, nec ei' opera inquirẽda curioſius.

¶ d facit

¶ e Appropinquauit

¶ f millibus

¶ 13 Reſpondebo (vel, loquar) vicem ¶ 14 eſt tanquam vinum quod non eſt apertũ, & crepat ſicut vtres noui.i. Venter meus eſt velut vter plenus muſto, cui non datur ſpiraculũ: & dirũpetur ſicut vtres noui pleni muſto. ſolẽt enim ꝓpter calorẽ vini facile rũpi. ¶ 15 & recreatio erit mihi: ¶ 16 He. Nequaquã ſuſcipiã faciẽ viri: & ad hominẽ mutato nomine non vtar.i. Nequaquã loquar ad gratiã, nec adulatorũ more vſurpabo glorioſos titulos, vt appellẽ hominẽ ſapiẽtẽ, prudẽtẽ, aut iuſtũ. ¶ 17 He. Nõ enim noui mutato nomine alloqui: ilico perdet me creator meus. ſub. ſi vtar nomine mutato.

XXXIII.

¶ 1 He. Rectitudo cordis mei ſermones mei. ¶ 2 Heb. Spiraculũ Omnipotẽtis viuificauit me. ¶ 3 Heb. Diſpone orationẽ tuã, & cõſiſte ante me. ¶ 4 Ecce ego iuxta os tuũ ꝓ Deo. Dixerat Iob, veniat De' & ne me terreat, diſputabo cũ eo. propter hoc dicit, En ego adſum ꝓ Deo. q.d. Inueniſti diſputatorẽ talẽ qualẽ optaſti. ¶ 5 Heb. & man' mea nõ erit tibi grauis.i. neque ego percutiã te: nõ nocebo tibi. ¶ 6 nitidus ¶ 7 Heb. Ecce hac ratione nõ es iuſtificatus: reſpõdebo tibi quòd maior eſt De' homine. ¶ 8 Cur aduerſ' eũ cõtẽdis? nõ enim omnia verba ſua loquitur.i. nõ omnia ſua arcana reuelat. ac ſi dicat, omnia i vſum noſtrũ facit, licet nõ intelligamus. ¶ 9 Heb. Quia vna [via] loquitur Deus, & duab' ei qui non viderit eã.i. vna via ſiue ratiõe loquitur De', aut etiã duabus ei qui priorẽ loquẽdi rationẽ nõ intellexerit. q.d. Duob' modis homines alloquitur Deus, Per ſomnũ. & per morborũ immiſſionem. ¶ 10 In ſomnio viſionis noctis.i. viſionibus noctu factis per quietem. ¶ 11 aperit, & caſtigationem eorum quam ſigillauit.i. ſolet alloqui hoies, & inſpirare illis caſtigationem qua eſt eos caſtigaturus. quam tanquam ſententiam ſigillauit. ¶ 12 Vt auferat [à ſe] homo opus, & vt abſcondat ab homine ſuperbiam. q.d. Hoc facit Deus vt reuocet hominẽ ab opere & inſtituto prauo, & humiliet eum ſub manu ſua. ¶ 13 Remouebit [ſub. hac ratione] animam ſuam à corruptione: & vitam ſuam ne tranſeat in gladium. Hac ratione ſeipſum ſeruabit ne pereat gladio. ¶ 14 Hic loquitur de ſecunda illa via qua De' homines reuocat à malis. ¶ 15 Et abhorrere faciet eũ vita eius panem: & animę ei' cibum deſyderij.i. deſyderabilem. q.d. Anima eius deficiet, ita vt abhorreat ille à pane & cibo. ¶ 16 Deficiet caro eius à viſione.i. deſinet videri caro eius, hoc eſt reddetur macilentus. ¶ 17 extabunt. prominebunt ¶ 18 corruptioni accedet.i. morietur. ¶ 19 Heb. mortiferis.i. ijs qui tradunt homines morti. hoc eſt morbis. ¶ 20 Heb. Si ſit apud eum angelus [bonus] interpretans vnum ex mille, vt annunciet homini rectitudinem eius. Coniungitur hic verſus ſequentibus.i. ſi tunc adſit angelus bonus qui ponat ante oculos hominis milleſimam partem beneficiorum Dei, vt annunciet ſiue inſpiret homini ipſi Deum iuſte omnia facere: & homo acquieſcat: tunc miſerebitur eius Deus &c.

Miſerebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.

Conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

D Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam.

Reſpiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.

Liberauit animam ſuam ne pergeret in interitum, ſed viuens lucem videret.

Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos,

Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.

Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.

Si autem habes quod loquaris, reſponde mihi, loquere: volo enim te apparere iuſtum.

Quòd ſi non habes, audi me: tace, & docebo te ſapientiam.

CAP. XXXIIII.

Eliu probat Deũ non eſſe iniquũ iudicem, quòd ſit mũdi iudex, & omniũ rerũ potẽs administrator.

PRonuntians itaque Eliu, etiam hæc locutus eſt.

Audite ſapientes verba mea, & eruditi auſcultate me:

Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu dijudicat.

Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid ſit melius,

Quia dixit Iob, Iuſtus ſum, & Deus ſubuertit iudicium meum:

In iudicando enim me, mendacium eſt: violẽta ſagitta mea abſq; vllo peccato.

Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam,

Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs?

Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam ſi cucurrerit cum eo.

Ideò viri cordati audite me, abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.

B Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis.

Verè enim Deus nõ condemnabit fruſtra, nec Omnipotens ſubuertet iudicium.

Quem conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt?

Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet:

Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur.

Oſtẽdit ipſum Iob à Deo iniuſtè non affligi.

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auſculta vocem eloquij mei.

Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? & quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas,

Qui dicit regi, apoſtata: qui vocat duces impios?

11 [Deus] beneficio eũ proſequitur, ac dicit,
Redime illum, ne deſcendat in foueam:
inueni expiationem:
12 Recipitque caro eius vegetabilem vim,
etiam maiorem quàm in pueritia habuit, ac redit ad dies adoleſcentiæ ſuæ.
Deum exorabit, [13]qui bene volet ei, faciémque ſuam oſtẽdet lætam', ac reddet homini ſuam iuſtitiam.
14 Vt reſpiciat in homines, [15]ac dicat, Peccaui, & præuaricatus ſum à probitate,
nec pœnas condignas dedi:
15 Sed redemit animã meam, ne pergeret
ad foueã: & vitam meã, vt lucẽ aſpiciat.
Ecce oĩa hæc Deus agit bis aut ter cũ viro:
Vt reuocet animam eius à fouea, vtque illuſtretur luce [17]viuifica.'
Attendito Iob, audito me: ſileto, & ego loquar.
Aut ſi ſuppetunt ſermones, reſpondeto mihi: loquere, nam cupio [18]vt te poſſis defendere.'
Sin minus, auſcultato mihi, [&] ſileto, atq; ego te ſapientiam docebo.

CAP. XXXIIII.

P[1]Luribus autem differens' Elihu, dixit,
Audite ſapientes viri meos ſermones,
& eruditi auſcultate mihi:
Nam auris ſermones explorat, & palatũ [2]ſaporem ciborum dijudicat.
[3]Ac cum iudicio agere nobis placeat,' & cognoſcamus inter nos quid bonũ ſit.
Dixit enim Iob, Iuſt⁹ ſum, & Deus [4]me tractat indignis modis:'
[5]Falſus ſum expectatione iudicij mei, quũ ſagitta mihi dolorem inflixerit abſque vllo meo ſcelere.'
Quis autem vir eſt Iobo conferendus, qui [6]bibat irriſionem velut aquas?
[7]Et conſors eſt malorum quæ facinoroſis debentur, ac verſatur in conditione impiorum.
Dixit enim, [8]Vir non faciet paria, ſi cum Deo curſu contendat.'
Quocirca [9]viri cordati' auſcultate mihi:
[10]Abſit vt in Deũ hæreat aliquid impietatis, aut in Optimum maximum aliquid iniquitatis.
Rependit enim homini quod geſſerit, [11]vt illud aſſequat ad quod contẽdit quiſq;.
Proculdubio aũt Deus nihil [12]temere agit, & Optim⁹ maximus nulli facit iniuriã.
Quis enim [13]cum illo inuiſit terrã? & quis condidit totum orbem?'
[14]Si ei ſuus animus ſuggereret reuocare ſpiritum & flatum ſuum:
[Protinus] omnis caro ſimul expiraret, ac homo conuerteretur in puluerem.
Siquid igitur intelligẽtiæ habes, hoc audi, & auſculta vocem meorũ ſermonũ.
An qui odit iudicium, [15]chirurgos imitaretur? [16]illúmne impietatis ſugillabis, qui iuſtus & potens eſt?
[17]Num rex appellandus eſt apoſtata? & principes impij?

¶11 Tunc miſerebitur eius, & dicet [angelo] Redime illũ ne deſcẽdat in corruptionẽ: inueni redemptionẽ. Et dicet, inquit, Deus angelo ſuo, Vindica illũ ab interitu. q.d. curabit Deus illum ſeruandum per angelũ. Inueni, inquit, Deus, rationẽ qua illi ſim propitius. ¶12 Succulentior erit caro ei⁹ quàm erat in iuuẽtute: & reuertetur ad dies adoleſcẽtiæ ſuæ. ¶13 Heb. qui diliget eum, & videbit faciẽ ei⁹ cũ iubilo. i. fauore ſummo proſequetur eum, concedẽtque ei oĩa optata. ¶14 Contemplabitur homines, ſub. Deus. vel, intuetur: expectat donec reſipiſcamus, & reuertamur ad eum. ¶15 & [quicunque] dicet, Peccaui, & rectum peruerti, & non placuit mihi. ſub. rectitudo. perficitur ſententia verſu ſequenti. ¶16 Redimet animã ſuã ne tranſeat in corruptionẽ: & anima eius lucem videbit. i. vindicabit ſe homo ab interitu. Vł, Deus vindicabit eũ. poteſt vtrunque intelligi. ¶17 Viuentium. i. vt tandem conſpicuus ſit in medio viuentium. ¶18 te iuſtificare. i. te iuſtum oſtendere, non impium.

XXXIIII.

¶1 Heb. Et reſpondit. i. ſermonẽ perſequens. ¶2 Heb. guſtat ad comedendum. ¶3 Heb. Iudiciũ eligam⁹ nobis. i. conſtituam⁹ inter nos diſceptationẽ. ¶4 Heb. abſtulit iudicium meum. i. iuſtitiam meam: hoc eſt, non agit mecum pro æquitate mea: affligit me immerito. ¶5 Super iure meo mentiri debeo? doloroſa eſt ſagitta mea ſine tranſgreſſione. Ius vocat ſuã iuſtitiam & æquitatem. An, inquit, par eſt vt mentiar ſuper innocentia mea? tacerẽue debeo meam innocentiã? vulnus meũ plenũ eſt doloribus, vulnus inquã quod accepi à Deo nullo meo merito. ¶6 Bibere ſubſannationẽ velut aquã, eſt plenum eſſe ſermonibus ridiculis. ¶7 Et ambulauit in ſocietate cũ operantibus iniquitatem, & qui [reſparatus ſit] cũ hominibus impietatis. i. qui ſecutus ſit operãtes iniquitatẽ, videatúrq; aſſentiri opinionibus improborũ. Nam dicit &c. ¶8 Non prodeſt ipſi homini dũ ambulat cum Deo. ¶9 viri cordis. i. ſapiẽtes. ¶10 Abſit à Deo facere iniquitatẽ: & ab Omnipotente vt faciat vanitatẽ. vel, committat flagitium. q.d. fieri non poteſt vt Deus aliquid inique agat. ¶11 & iuxta viã hominis inuenire faciet eum. i. faciet homini iuxta id quod facit. ¶12 impie agit, & Omnipotens non peruertet iudiciũ. ¶13 viſitauit ſuper eũ terrã: & quis diſpoſuit orbem terræ vniuerſum? i. quis eo ſuperior, vel quis poſt illum viſitauit terram vt eam rectius diſponeret? ¶14 Si apponeret ad illum [hominẽ] cor ſuũ, ſpiritũ ei⁹ & animã ei⁹ ad ſeſe colligeret. i. ſi Deus vellet oẽm hoiem perdere, vita ſpoliaret vnũquenque. q.d. Nemo eſt quẽ Deus vita priuare nõ poſſit. ¶15 Vł, obligabit vuln⁹? i. vt chirurgus etiã ſecans & vrẽs, ſanitati hominis cõſulit, ita De⁹ affligẽs. Alij ex commẽtarijs Hebræorũ vertunt, an qui odit iudiciũ, regnabit? i. dignúſne eſt qui regnet? q.d. non. ¶16 & an iuſtũ inſignẽ, pronũtiabis impiũ? ¶17 Nunquid dicere [æquum eſt] regi, O inique? & principibus, O inique?

[19]Qui perſona principum non mouetur, neq; diſcrimen ponit inter[19] munificũ,' & tenuem : vniuerſi enim opus ſunt manuum ipſius.
Repente morientur, & media nocte [20]velut torrẽte auferentur populi, vt intereant, auferãntque[angeli] validum nullo negotio.'
Oculi enim eius coniecti ſunt ad vias cuiuſque, omnẽſq; gradus hominis videt.
Non ſunt tenebræ neq; denſiſſima caligo, vbi abſcondi poſſint flagitioſi.
[21]Nec enim Deus impingit cuiquã quod non fecit, vt cum Deo in ius ambulet.
Conteritque potẽtes infinitos, & eis ſufficit alios.
[22]Quamobrem ad notitiam proferet opera illorum, & [diem] vertet in noctem, vt conterantur.
[23]Quos in loco celebri collidit, propterea quòd impii ſunt:
Siquidem ab eo defecerunt, & omnes vias eius ignorarunt:
[24]Vt extorquerent clamorem inopi ad ipſum peruenientem, vtque clamorem humilium exaudiret.
Porrò ipſo tranquillitatem conſtituente, quis turbabit ? &[25]abſcõdente faciẽ tam à gente quã ab homine, quis eũ aſpiciet?
[26]Ne regnet homo hypocrita, [neu] laquei ſint quibus populus capiatur.
[27]Ad Deum enim pertinet dicere, Cõdonaui noxam, & non vaſtabo.
[28]Siquid reliquum eſt quod non perſpexi, tu indicato mihi : ſiquam iniquitatem patraui, non iterabo.
[29]An à te ſortam diſputationem alius] abſoluet, quia tu reiecisti? tua enim eſt optio[hic,] non mea: proin ſiquid noſti, eloquere.
[30]Homines cordati loquantur mihi, & vir ſapiens qui mihi auſcultauit.
[31]Iob [ſanè] imperite locutus eſt, ac verba ſua imprudenter[effutiuit.]
[32]Hæc autem in mediũ affero, vt res Iobis diſcutiãtur exactiſſime, quo paratæ ſint reſponſiones contra prauos homines.
[33]Nõ enim defuturus eſſet, qui ſcelus peccato cumulans inter nos plauderet, ac verbis cum Deo litigaret.

CAP. XXXV.

PRoſequẽs igitur Elihu ſermonẽ, dixit,
[1]An cum iudicio id ſtatuis quod dicis, Iuſtitiæ meæ apud Deum nulla eſt ratio?
Dixiſti enim,[2] Quid cõmodabit, quã vtilitatem capiam, ſi non peccem?
Ad quod tibi & tuis amicis tecum reſpondebo.
Contemplare[enim] cælos, & vide: & aſpice æthera, quanto ſit altior te.

Qui non accipit perſonas principum: nec cognouit tyrannum, cum diſceptaret contra pauperem : opus enim manuum eius ſunt vniuerſi. — Deut.10.d.2. pa.19.c.ſap.6 b.eccli 35.b. rom.2.b.gal. 2.b. eph.6.b. colo.3.d.act. 10.e.1.pe.1.c.
Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertrãſibunt, & auferent violentum abſque manu.
Oculi enim eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſyderat. — C
Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.
Neque enim vltrà in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad Deum in iudicium.
Conteret multos, innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. — Mutatio regnorũ, opus Dei eſt.
Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.
Quaſi impios percuſſit eos ĩ loco vidẽtiũ.
Qui quaſi deinduſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias ei[9] intelligere noluerunt,
Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.
Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet? ex quo abſcõderit vultum, quis eſt qui contempletur eum & ſuper gentes & ſuper omnes homines? — D
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. — Malus magiſtratus malo pplo datur à Deo.
Quia ergo ego locutus ſum ad Deum, te quoque non prohibebo.
Si erraui, tu doce me: ſi iniquitatem locutus ſum, vltrà non addam.
Nunquid à te Deus expetit eam, quia diſplicuit tibi? tu enim cœpiſti loqui, & nõ ego: quòd ſiquid noſti melius, loquere.
Viri intelligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me.
Iob autem ſtultè locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam.
Pater mi, probetur Iob vſque ad finem: ne deſinas ab homine iniquitatis.
[a]Qui addidit[b] ſuper peccata ſua blaſphemiam: inter nos interim cõſtringatur, & tunc[b] ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis Deum.' — ¶[a]Quia addit ¶[b] multiplicet ſermones ſuos ad Deũ.

CAP. XXXV.

IGitur Eliu hæc rurſum locutus eſt,
Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iuſtior ſum Deo? — Non Deo, ſed homini vel nocet impietas, vel pdeſt pietas.
Dixiſti enim, Non tibi placet quod rectũ eſt: vel qd tibi pderit, ſi ego peccauero?
Itaque ego reſpondebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecum.
Suſpice cælum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te ſit. — E

¶18 Sub. Quanto magis ei qui &c. ¶19 principem ¶20 cõmouebuntur populi, & præteribunt: & amouebunt fortem non manu. i. non potentia. quia ſępe à famulis interficiuntur tyranni. ¶21 Heb. Quia non ſuper hominẽ poſuit quod futurũ eſt: vt ambulet ad Deum cũ iudicio. i. nõ cõmiſit homini quod futurũ eſt (q.d. futura ſibi reſeruauit) vt homo cũ Deo poſſit contẽdere. ¶22 Heb. propter ea cognoſcere faciet opera ſua: & vertet ſeſe nox, & cõterẽtur. i. efficiet vt homines cognoſcant opera ſua : nam exacta nocte conterentur omnes illi. ¶23 Pro iniquis percutit eos in loco vidẽtium. i. Tãquam improbos ſolet eos percutere videntibus omnibus. ¶24 Vt peruenire faciat ad ſeſe clamorem pauperis, & vt clamorẽ pauperũ exaudiat. Sub. ſic percutit impios. i. eos percutit vt oppreſſi fugiant ad illum tanquam ad anchoram ſacram.
¶25 ſi abſconderit faciẽ, quis intuebitur illum ? & ſuper gentes, & ſuper hominem ſimul. ſub. eueniunt mala. i. ſi abſconderit faciem ſuam alicui, quis eum dignabitur intueri? q.d. nemo, & nationi vni, & ſingulis eueniunt mala, eo quòd regnet hypocrita &c. Sequenti verſu perficitur hic verſus, ac ſi dicat, Et vni nationi & ſingulis eueniunt mala duabus de cauſis: aut propter peccata noſtra, quòd ſint offendicula populi, & ppter regis iniquitates
¶26 Eo quòd regnet homo hypocrita: [&] ob offẽdicula populi. ¶27 Sane ad Deum qui [illegible] poteſt, Remiſi iniquitatem, [illegible] non deſtruam. Sane, inquit, par erat vt diceres Deo, quæ ſequũtur verſu ſequenti. Nempe, Quãuis neſciam me peccaſſe, &c. Deo inquam cuius eſt remittere iniquitatem, & non deſtruere.
¶28 Abſque hoc quod videõ, [ſub. doce me] ſi iniquitatem feci, non addam. i. Dicere debueras, Quãuis neſciam me peccaſſe, opto tamen vt doceas me qua ratione peccarim. ¶29 Hebraice ad verbum, An ex te, vt perficiat illam? nam abominatus es, quia elegiſti, & non ego: & quid noſti loqui? Multa ſubaudienda, An ex te prouenire debet vt Deus perficiat afflictionem illam? vel, An in cauſa eſſe debes vt Deus te perfecte puniat? nam abominatus es vitam tuam, elegiſtique mori, & non ego. & quid adhæc reſpondere poſſis? ¶30 Heb. Homines cordis dicẽt mihi: & homo ſapiens audiet me. q.d. Mea ſententia viris cordatis probabitur. Dicent mihi. i. in gratiã meã, fauendo cauſæ meæ: & homo ſapiens audiet verba mea, in gratiam meã, dicendo, Iob &c. ¶31 Iob non in cognitione loquitur: & verba eius non in intelligentia. ¶32 Heb. Vtinam probetur Iob in æternũ pro reſponſionibus in hoib[9] iniqtatis. i. Vtinam longo tẽpore probetur patientia Iob, vt habeam[9] quod reſpondere poſſimus hominibus iniquis. Quidam vertunt. Pater mi [Deus] da vt probetur Iob. Verti etiam poteſt, Voluntas mea vt &c. ¶33 Nam addet ſuper iniquitatem ſuã, præuaricationẽ: inter nos explodet, & multiplicabit verba ſua Deo. i. Si vltra probetur, addet peccatum peccato, loquendo contra Deum. vt facere ſolent impii, explodet opinionem noſtram. XXXXV. ¶1 Heb. An hoc putas ad iudicium: dixiſti, Iuſtitia mea plus quàm Dei? i. An hoc iuſtum eſſe putas quòd dixeris, Iuſtitia mea maior eſt quàm iuſtitia Dei? vel, dixiſti te iuſtiorẽ Deo, & eum te citra culpam affligere. ¶2 Quid proderit tibi, quem fructum capiam de expiatione mea? Enallage perſonæ eſt tibi pro mihi. i. quid emolumenti capiam ſi ſtuduero emendare vitam meam, cum me affligas ac ſi peccaſſem?

Si peccaueris, quid ei nocebis?& ſi multi-
plicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid fa
cies contra eum?
Porró ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut
quid de manu tua accipiet?
Homini qui ſimilis tui eſt, nocebit ipietas
tua, & filiũ hois adiuuabit iuſtitia tua.
C Propter multitudinem calumniatorum
clamabunt : & eiulabunt propter vim
brachij tyrannorum.
Et non dixit, Vbi eſt Deus qui fecit me,
qui dedit carmina in nocte?
Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſu
per volucres cæli erudit nos.
Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter
ſuperbiam malorum.
D Non ergo fruſtra audiet Deus, & Omni-
potens cauſas ſingulorum intuebitur,
*Impie ſentie caro, Deũ ſua non curare.* Etiam cum dixeris, Non conſyderat. iudi-
cate coram illo, & expecta eum.
Nunc enim nõ infert furorem ſuum, nec
vlciſcitur ſcelus valde:
Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum, & abſq;
ſcientia verba multiplicat.

CAP. XXXVI.

*Rurſum declarat Eliu Dei iuſtitiã ab operibus eius.*

Addens quoq; Eliu, hæc locutus eſt,
Suſtine me paululum, & indicabo ti-
bi: adhuc enim habeo quod pro Deo lo-
quar.
Repetam ſcientiam meam à principio, &
operatorem meum probabo iuſtum.
Verè enim abſq; mendacio ſermones mei,
& perfecta ſcientia probabitur tibi.
¶ ᵃpotens. Deus ᵃpotentesᵃ non abijcit, cum & ipſe ſit
potens.
¶ ᵇtribuet. Sed non ſaluat impios, & iudicium pau-
peribus ᵇtribuit.ᵇ
¶ ᶜilli. Non auferet à iuſto oculos ſuos, & reges
in ſolio collocat in perpetuum, & ᶜillicᶜ
eriguntur:
Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur fu-
B nibus paupertatis,
*Quare Dominus corripiat aut flagellet.* Indicabit eis opera eorum & ſcelera eo-
rum, quia violenti fuerunt.
Reuelabit quoque aurem eorum, vt cor-
ripiat: & loquetur, vt reuertatur ab ini-
quitate.
Si audierint & obſeruauerint, cõplebunt
dies ſuos in bono, & ãnos ſuos in glia.
Si autem non audierint, tranſibunt per
gladium, & conſumentur in ſtultitia.
*Hypocritarũ iudiciũ, confuſio & deſperatio.* Simulatores & callidi prouocant irã Dei,
neque clamabunt cum vincti fuerint.
Morietur in tempeſtate anima eorum, &
vita eorum inter effœminatos.

Si pecces, ¹quid ages in illum?& ſi augeſ-
cant ſcelera tua, quid ei facies?
Si iuſtᵘ ſis, quid dabis illi, aut quid ex ma-
nu tua accipiet?
⁴Sed virum tuæ cõditionis impietas tua,
& filiũ hominis iuſtitia tua attingit.
⁵Cur igitur clamant multi ob magnitu-
dinem oppreſſionum? & vociferantur
propter violentiam magnatum?ʼ
Nempe quia nullus dicit, Vbi eſt Deus qui
me condidit, ⁶qui noctu dat cantus?ʼ
Nóſque maiori doctrina donauit quàm
pecudes terreſtres. & ſapientiam nobis
maiorem conceſſit quàm auibus cæli?
Tũ clamant, ⁷quũ improborũ hominũ in
ſolẽtia premuntur,ʼ & [Deus] nõ exaudit.
Verum deus ⁸vanitatẽ iſtam [precum] non
audit. nec Optimᵘ maximus reſpicit eã.
Etiam ſi dicas ⁹ꝙ eum non videas,ʼ nihi-
lominus ¹⁰eſt apud eum iudiciũ, tuũm-
que fuerit expectare illum.
¹¹Quia enim iam non animaduertit ira-
tus, neq; pro enormitate ſcelerum pœ-
nam irrogauit.
¹²Iob erupit in verba inania, & imperitè
grauibus ſermonibus vtitur.

CAP. XXXVI.

Rvrſum quoque dixit Elihu, Suffer me
paulisper, & ¹explicabo tibi,ʼ quia
plura habeo quæ ²pro Deo dicam.
³Afferam enim quod cognitum habeo: ve
rũ non preſſius agens, & conditori meo
iuſtitiam vendicabo.
Nam planè ſermones mei carent menda-
cio, ⁴& ſcientia integra præditus te-
cum agit.
Ecce deus ⁵potens quum vires habeat ani
mo pares, [vniuerſitatis gubernationẽ]
non detrectat.
⁶Non impio vitam concedet, & iudiciũ hu-
milium aget.
Nõ retrahit oculos ſuos à iuſto, & ⁷ſolio
imponit reges, vt aliqui perpetuò cel-
ſitudinem retineant.
Quúmque vincti compedibus fuerint, ⁸ac
irretiti funibus miſere vixerint:ʼ
⁹Refert eis quid facto fuerit opus, & ſcele-
ra ipſorum, quia ſuperbierunt:
Eiſque ¹⁰peruellit aurem, ¹¹vt caſtigẽtur,ʼ
& dicit vt à vanitate diſcedant.
Quòd ſi obediuerint, ac [eum] coluerint,
exigent dies ſuos proſpere, annóſque
ſuos ſuauiſſime.
Sin minus obtẽperauerint, ¹²pergent ſub
telorum iactum, & expirabũt ¹³propter
imprudentiam'.
Cæterũ ¹⁴hypocritæ falſi cordis irã concentrabũt,ʼ & nõ clamabunt cũ eos cõſtrinxerit.
Quare anima eorũ morietur ¹⁵per iuuenilẽ ſtoliditatẽ,ʼ & vita eorũ cũ ſcortatoribus.

¶1 .i. qua in re lædes illum?
q.d. neq; prodeſt, neque obeſt
Deo ſi mali aut boni fueri-
mus. ¶4 Hebr. Viro ſicut
tu, [erit] impietas tua: & filio
hominis erit iuſtitia tua. i. Si
benefeceris, bono tuo id fe-
ceris: & ſi male, etiam damno
tuo id feceris. Aut ipietas tua
nocebit viro tibi ſimili: & iu
ſtitia tua proderit filio hois:
q.d. ſi bona egerimᵘ, noſtro
bono: ſi mala, noſtro malo.
¶5 De multitudine oppreſſo-
rũ, quos clamare faciunt, &
vociferãtur propter brachiũ
fortiũ. Sub. nemo reſipiſcit,
nemo ſapit, neq; dicit, Vbi eſt,
& cætera in ſequẽti verſu. Vi-
debatur Iob innuere, Deum
non curare hæc mortalia, ꝙ
permitteret pios affligi, im-
pios vero fœliciter agere. Re-
torquet hæc verba Eliu : di-
cens id fieri, & eos ſæpe op-
primi à potentibus, eo quòd
non recurrãt ad Deũ, neque
inuocent eum. ¶6 Heb. qui
ponit carmina i nocte. i. qui
creauit ſtellas lucẽtes nocte,
quæ nos ad laudẽ Dei debẽt
inuitare. ¶7 Heb. propter
ſuperbiam malorũ. i. ꝓpter
vehementiã malorũ. q.d. di-
ces fortaſſe eos clamare cum
malis premuntur, ſed nõ im
plorãt Dei opem ex animo:
quare Deus non exaudit il-
los. ¶8 .i. vanas preces quæ
non funduntur ex animo.
¶9 .i. quãuis difficile perſua-
deas tibi, Deũ te videre: tamẽ
videt te. ¶10 vł poſtᵘ ſic, iu-
dica te in cõſpectu eiᵘ: & ſpe
res in eo. Nam oportet prius
agnoſcere culpã ſuã: deinde
ſpem ſuã collocare in Deo.
¶11 Nunc autẽ [ſcito] ꝙ nihil
eſt id quod viſitauit ira eiᵘ:
neq; nouit [Iob] multũ admo
dum mali. i. ſcito Deum non
agere tecũ pro rigore iuſti-
tiæ : neque &c. ¶12 Igitur
Iob i vanitate aperit os ſuũ:
& abſq; ſciẽtia verba multi-
plicat. i. in vanũ loquitur, &
impruděter. XXXVI. ¶1 ſub. quod ſentio. ¶2 .i. quibᵘ poſſim defendere iuſtitiã Dei. ¶3 Heb. Aſſumã ſen-
tentiam meã de longe: & factori meo dabo iuſtitiã. i. Vtar ſentẽtia quadã longe petita, qua oſtendã Deũ eſſe iuſtiſ-
ſimũ. ¶4 perfectus eſt ſciẽtijs apud te. i. iudicio tuo Deᵘ eſt ſapiẽtiſſimus. q.d. cõuenit mihi tecũ in hoc, Deũ eſſe ſa-
piẽtiſſimũ. ex hoc facile ꝓbabo Deũ nõ ſpernere hoies, ſed ꝓſequi eos ſummo amore & fauore: quũ ſit quædã affinit
tas inter Deũ & hoies. ¶5 vel. fortis, nõ abijciet fortẽ corde. q.d. Deus eſt inſignis magnᵘ & fortis, valẽs intelligen-
tia, qui nouit omnia: nõ abijciet igitur hominẽ qui valet vi intellectus. Deᵘ nõ poteſt ſui ſimilẽ ſpernere. ¶6 Heb.
Nõ viuificabit improbũ: & iudiciũ pauperũ dabit. i. Nõ cõſeruabit impiũ in vita, pios autẽ cõſeruabit. Vnde cõcludo,
Deũ omnia iuſtiſſime facere. ¶7 cũ regibᵘ in ſolio ſedere faciet in ꝑpetuũ. & exaltabunt. Exponit quid ſit, cũ regibᵘ
ſedere faciet, quũ dicit, & exaltabunt. ¶8 aut irretiti fuerint funibᵘ paupertatis. Reſpõdet tacitæ obiectiõi, Qui fieri
poteſt vt hæc vera ſint, quũ videamᵘ iuſtos aliquãdo premi ſumma egeſtate, & tribulatiõibᵘ vexari? Hoc fit, inquit,
bono ipſorũ. Sequẽti verſu ꝑficitur ſentẽtia. ¶9 Tũc iudicabit illis opus ipſorũ, & [iudicabit] quòd tranſgreſſiões eorũ
inualeſcãt. Quòd, iquit, eos affliget, illud fit bono ipſorũ: nã tũc illis renũtiat opera eorũ eſſe mala: & ꝙ pœnæ traſ-
greſſionũ ipſorũ inualeſcãt niſi reſipuerint. hoc modo à peccatis eos reuocat, cõmiſſis & cõmittẽdis. ¶10 reuelat
aurẽ. Reuelare autẽ, admonere in aurem, & inſpirare. ¶11 ad correctionẽ. i. correctionis gratia. ¶12 in gladium
trãſibũt. i. gladio peribũt. ¶13 abſque ſciẽtia. i. in ſumma ignorãtia excæcabit illos Deus. ¶14 ſcelerati corde aſſigi
buũt [ſub. Deo] irã. i. dicunt Deũ hęc immittere ꝙ iratus ſit. ¶15 in iuuentute. q.d. moriẽtur in iuuẽtute, dum adhuc
cum ſcortatoribus viuunt. nam ea ætas procliuior eſt ad ſcortationem.

¶16 Liberabit pauperē à paupertate[vel afflictione]sua: & reuelabit aurē eorū in afflictione. Id est, per afflictionē peccatū suum agnoscent, & resipiscent. ¶17 Iste versus cum sequēti sic leguntur in Hebręo, Quinetiā[sub. si non peccasses] deposuisset te[De9] de ore angustię, in locū latitudinis, sub qua [latitudine] nulla est angustia: & quod requiescit super mēsam tuā, fuisset plenum pinguedine. Sēsus est, Tu fœliciter ageres si non peccasses: & quod superponitur mensæ tuæ, escis pinguibus & delicatis esset plenum. ¶18 At vero iudicio improbi repleuisti iustitiā & iudiciū, quæ replēt omnia. i. At vero sequutus iproborum iudiciū dixisti iustitiā Dei qua omnia cōseruat, esse iniustitiam. ¶19 Irascitur enim [Deus] ne tollat te de medio plagâ: nec multitudo redēptionis declinare te faciet. Certe, iquit, iratus De9 te affligit, ne te vehementi afflictione omnino perdat: à qua afflictiōe quantūuis magnū pretium eripere te non potest. ¶20 An æquipollebunt diuitiæ tuæ? non aurū, & oēs vires potētiæ. q. d. An illi pœnæ & afflictiōi æquipollebūt tuæ diuitiæ? An vllis opib9 vitare possis punitionē Dei? Respondet, Nō aurum, neq; vllæ vires quantūuis magnæ, poterunt te eripere ab ira Dei & punitione.

¶21 Ne cōsyderes nocte quòd exterminētur populi sub ipsis. i. in loco suo. q. d. Tēpore nocturno quando mens tua vacua est curis, noli meditari quomodo gētes aliquæ perierint, aliæ vero non. ¶22 Caue tibi ne cōijcias oculos ad iniquitatē: quia hoc elegisti præ paupertate. Vide, inquit, ne respicias ad id quod te inducere possit vt dicas Deū aliquid iniuste egisse: nam quod id elegeris. i. in ea sis sentētia vt De9 aliquid iiuste facere videat tibi, hoc accidit ex tenuitate ingenij tui. ¶23 Ecce Deus ꝓtegit virtute sua: qs est similis illi docēs? De9 solet protegere hoīes ne pereant: & quis similis est illi Deo qui docet nos vitare pericula ne peream9? ¶24 Quis sup illū visitauit viā eius? i. qs maior illo corrigere possit illa quæ fecit? ¶25 magnifices ¶26 & nō cognoscem9[sub. eū neq;]numerū annorū ei9, neq; est inuestigatio. vel. & numerus annorū ei9 cōprehēdi nō potest. q. d. à nobis pfecte cognosci nō potest: est enim incōprehētib lis. In sequētib9 narrat miracula Dei, qb9 incōprehēsibilē eū esse ostēdat. ¶27 Cū prohibuerit stillas aquæ, stillabūt pluuiā ad vaporē ei9. In summa, inquit, siccitate & summo calore nubes stillabūt pluuiā ad vaporē quē subduxit in mediā regionē aeris. Aliquādo in summa siccitate educitur vapor copiosus vnde generatur pluuia. ¶28 Nā stillabūt è cælo, & stillant super multos homines. Vel, Nā defluere solent aquæ è cælo, quæ stillant sup plurimos homines. ¶29 Nunquid intelliget [homo] differentias nubiū, & fremitus tentorii eius? i. Nunquis possit comprehendere omnes differentias nubium? nam aliquādo grādo, aliquando nix generatur: illic enim fiunt miracula magna. Et an intelligere potest homo fremitus nubiū eius? nam nubes dicuntur esse Deo vice tentorij. ¶30 Ecce extēdit ob id lucem suā: & radices maris tegit. Vt eliciat, ait, vaporē, extēdit radios solares super mare. Declarat quomodo educātur nubes. Radices intelligit superficiē maris, vocat aūt radices, propter fluct9 vagos qui in diuersa scindunt more radicis. i. vapor copiosus cōsurgit è mari ꝓpter radios solis: vnde fit pluuia. ¶31 Quia per ea iudicat pplos: & dat escā in copia. Per eas, inquit, aquas aliquādo punit populos, aliquando dat escā copiosissimam. nam ex copiosa pluuia proueniunt fruges. ¶32 Super nubes tegere solet lumen: & præcipit propter illā de occurrēte. i. In media regione aeris aliquādo educit vaporē magnū, id est calorē siccum & calidū, vnde fiunt fulgura: tunc Deus præcipit vt ei vapori occurrat alia exhalatio frigida, & impellatur: donec inflāmata violēter rumpat nubē. Metaphora ducta à ducibus bellū cōmissuris. ¶33 Socius eius annūciat de ea: [& tūc] acquisitio iræ super ascendentē. sub. exhalationē. i. tunc irascitur exhalatio illa quæ ascēdit. Metaphora de prælio sumpta. q. d. Vapor ille frigidus colligit oēs suas copias, videturq; quodāmodo annūciare hostē vaporem calidū aduenisse, vnde petit sibi succurri: tūc exhalatio illa calida irascitur, quæ nata est ascēdere in supremā regionē aeris: & colluctantē, fitque fulgur. XXXVII. ¶1 Insuper ad id. i. ꝓpter tonitrua ¶2 trāsfertur. i. subsultat cor meū intra me præ metu. ¶3 terrorem ¶4 ac si dicat tonitrua esse vocem Dei qua terret homines.

16 Quum affligit humilem sua miseria, vellit ei aurem per afflictionem.
17 Quinetiam si te reuocarit è faucibus periculi, [superest] lata vorago quæ fundamento caret, vt mēsa tua referta pinguedine pressum eat:
18 Tuque impij iudiciū expleueris, iudiciū & ius retinebunt suum vigorem.
19 Quia minime te ira defendet, etiam si complosione manuū fueris minitatus: neq; munerum multitudo afferet te.
20 Num magni æstimaret amplitudinem tuam? nō munitionem, nec omnia quæ vires conferunt, [æstimat.]
21 Ne anheles noctu, quum populi sua in sede permanentes incrementa capiūt.
22 Caue te vertas ad res nihili, quibus coneris te ex miseria extricare.
23 Ecce Deus arcem potentiæ tenet: quis legumlator ei conferendus est?
24 Quis cum eo inspexit viā illius? & quis dicet, Iniquitatem patrasti?
Tu memineris vt opus illius [25] amplifices, quod homines intuentur:
Quod omnes homines spectant, & mortales cōtēplantur, [quanquam] eminus.
Ecce Deus modis omnibus maximus est,
26 vt ignoremus numerū annorum ei9, & viam eum peruestigandi.
27 Nam prohibet guttas aquarum, [quæ rursum] fundēt pluuiam ex vapore suo [coactam.]
28 Vt defluant ab æthere, ac destillent in multos homines.
29 Siquis etiam animaduertat expansiōes nubis, [sūt velut] laquearia tugurij sui.
30 Ecce illi superexpandit lucem suam, & radices maris operit.
31 Illis enim iudicium exercet in populos, vt det cibum copia magna.
32 Nubibus includit exhalationē igneam: eique præcipit vt tendat contra occurrentem vaporem:
33 Nuntiátque illi socia eius quòd indignetur [vapori] ascendenti.

CAP. XXXVII.

A[1]D quam etiam rem cor meum expauescit, ac [2] luxatur è loco suo.
Audite attentius [3] fremitum vocis illius, & sonum qui egreditur [4] ex ipsius ore.

Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.
Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentū subter se: requies autem mēsæ tuæ erit plena pinguedine. C
Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciúmque recipies.
Non te ergo superet ira, vt aliquē opprimas: nec multitudo donorū inclinet te.
Depone magnitudinē tuam absque tribulatiōe & omnes robustos fortitudine.
Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.
Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.
Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.
Quis poterit scrutari vias eius? aut quis [a] audet ei dicere, Operatus es iniquitatē? ¶ [a] potest
Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri. D
Omnes homines vident eum, vnusquisq; intuetur procul.
Ecce Deus magnus vincens sciētiā nostrā: numerus annorum eius inæstimabilis.
Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres adinstar gurgitum
Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta désuper.
Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,
Et fulgurare lumine suo désuper, cardines quoque maris operiet.
Per hęc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.
In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.
Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Fideli homini cognita Dei opera.

CAP. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo.
[b] Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.

¶ [b] Audite

Ex alijs operibus probat Eliu sapiētiā Dei & iudiciū eius iperuestigabile.

Subter omnes cælos ipſe cōſyderat,& lumen illius ſuper terminos terræ.
Poſt eū rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabitur, cum audita fuerit vox eius.
Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter,qui facit magna & inſcrutabilia.
B Qui præcipit niui vt deſcendat in terrā,& hyemis pluuijs,& ibri fortitudinis ſuæ.
Qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua.
Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur.
Ab interioribus egredietur tempeſtas , & ab Arcturo frigus.
Flante Deo concreſcit gelu, & rurſum latiſſimè funduntur aquæ.
Frumentū deſyderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum.
Quæ luſtrant cuncta per circuitum quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit. ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum,
¶ᵒ præcepit
C Siue in vna tribu, ſiue in terra ſua,ſiue in quocūque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri.
Auſculta hæc Iob: ſta,& conſydera mirabilia Dei.
Nunquid ſcis quando præcepit Deus pluuijs,vt oſtēderent lucem nubium eius?
Nunquid noſti ſemitas nubium magnas, & perfectas ſcientias?
Nōnne veſtimenta tua calida ſunt, cum perflata fuerit terra Auſtro?
Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.
D Oſtende nobis quid dicamᵘ illi:nos quippe inuoluimur tenebris.
Quis narrabit ei quæ loquor? etiam ſi locutus fuerit homo, deuorabitur.
At nūc nō vident lucē:ſubito aer cogetur in nubes,& vētus tranſiens fugabit eas.
Ab Aquilone aurū venit, & ad Deum formidoloſa laudatio.
Digne eum inuenire non poſſumus: magnus fortitudine & iudicio, & iuſticia, & enarrari non poteſt.
Ideo timebūt eū viri, & non audebūt cōtēplari oēs qui ſibi videnē eſſe ſapiētes.

[5] Quē dirigit per omnia ſpatia ſub cælo, &[6] lucē eius [7] ad extremas partes terræ.
[8] Poſt illum rugiet tonitru,[9] tonabitque voce maieſtatis ſuæ:[10] nec differet alia, poſtquam audita fuerit vox eius.
Tonabit Deus voce ſua mirifice, qui res maximas gerit quas ignoramus.
Niui enim dicit, Sis in terra: & [11] nimbo, vt modica pluuia,& pluuijs ſuæ potentiæ,vt ſint nimbus.
[12] Intra domos cogit omnes homines,vt cuncti mortales ſciant opus ſuum:
Feráque ſubit luſtrum ſuum, & degit in ſuis cubilibus.
[13] Ex penetralibus [nubis] venit turbo.[14] & nubium diſperſionem ſequitur frigus.
[+] Flatuque Dei dabit[nubes] glaciē,& latū ſpatiū aquarum [15] pro fundamento.
[16] Nubi quoque negotium rigandi dat,ac diſſipat nubum ſuæ pluuiæ.
[17] Atq; ipſe verſatur in orbibus tenēs gubernacula,vt opera ſua perficiant quæcunq; mandat eis ad orbem ac terram.
[18] Siue vni tribui, ſiue terræ ſuæ, ſiue homini alicui beneficium conferat.
Hæc Iob auribus accipito,&[19] reſiſte, conſyderans Dei miracula.
[20] Sciebáſne,quum Deus iſtis leges imponeret,ac proferret lucem ſuæ nubis?
[21] Num intelligis miſturas nubis,[22] & illa miracula perfectiſſimæ ſcientiæ?
[23] Vt tuæ veſtes caleant,quum terræ quietem ac trāquillitatē inducit à Meridie?
[24] An cum ipſo extendebas æthera ita ſolidum,vt videatur res fuſilis?
Oſtende nobis qd ei dicamus:[25] nos enim ſumᵘ imparatí ob tenebras[ignorātiæ.]
Si [enim] loquar,[26] num ei narrabitur? [27] q ſi quiſquam loquatur, eſt illud tamen imperfectum.
[28] Iam vero quum lucem non viderunt, hoc eſt ſerenitatem in æthere, ventus flans ſerenabit eum:
Venitque à Septentrione ſerenitas auro ſimilis,[29] ad Deum reuerendiſſimū pertinet confeſſio.
[30] Qui quum ſit Optimus maximus, non inueniemus eum : quūmq; ſit ampliſſimus potentia & iudicio,& eximiæ iuſtitiæ,non reſpondebit.
Quapropter metuūt eū hoíes,[31] q minime curat qd oēs machinentᵘ q ſibi ſapere videntᵘ.

¶5 vel,Quā[nubem] irrigat.i. efficit vt nubes illa quæ operit totū cælū,aliquādo vertatur i ibrē.q.d.ex illa nube decidunt aquæ,poſtea apparent fulgura : quia i illa nube eſt exhalatio calida & ſicca, vnde educitᵘ fulgur. ¶6 lumen eius,ſub.nubis, vel Dei.hoc eſt, fulgur eiᵘ diſſoluitur ſuper extrema terræ. ¶7 Heb. ad alas ¶8 Poſt illud [ſub. lumen ſiue fulgur] rugit voce.Prius enim apparent fulgura,deinde tonitru.& tamē prius fit tonitru, quód viſio fiat citra motū in momento: tonitru aūt fit cū motu.oportet enim diſtātiā eſſe vt percipiatur ¶9 tonátq; voce ſuperbiæ ſuæ .i. ſono maximo & igēti: ¶10 neq; retardabit [ſub.tonitrua] quū audietᵘ tonitru eiᵘ.q.d. illa tonitrua excipiunt fulgura,mox audiūtur tonitrua,modo ſint i ea diſtātia vt exaudiri poſſint. ¶11 & imbri pluuiæ, & imbri pluuiarū fortitudinis.Sub.dicit, Eſto ſup terrā.Imbrē pluuiæ vocat imbrem tenuem. Imbrem vero pluuiarū fortitudinis intelligit imbrē impetuoſiſſimū.q.d. imperat imbri tenui & impetuoſo vt deſcendat in terrā. ¶12 Omnē hominē recludit, quominus cognoſcat oēs homines operis ſui.q.d.pluuiarū abūdantia cogit Deus hoies remanere domi ſuæ,quominᵘ poſſint exire vt inuiſant operarios ſuos. ¶13 Miratur q deſcēdat tonitru ex ītimanube.

¶14 & à diſpergentibus venit frigᵘ.i.à vētis Aqlonaribᵘ nā ſolet Aquilo reddere aerē nitidū & mūdū:ppterea dicitur ſcopæ cæli. Verti poteſt, Et de inundationē facientē prodit frigus.i.& nōnunquā de nube quæ inūdationē facere ſolet,prodit frigus.Hoc eſt,nubes illa aliquādo vertitᵘ in grandinē vel niuē ¶+ Et ex volūtate ¶15 in anguſtia.ſub.ponet.Hoc dicitur de pruina & minuta pluuia,quæ eſt pluuia lata,facilēq; cōgelatur. ¶16 vel,Præterea ſerenitas,fatigat nubē, & diſpergit nubē luminis eiᵘ.i.Nōnunquā nubes diſſoluitᵘ. & cælū redditur ſerenū ppter fulgur:qa tū fit nubi vis.& ea ſerenitas ſiue claritas diſpgit nubē quæ cōſtat exhalatiōe calida & ſicca, quæ dicitᵘ lumē,qa ex ea facile ſuſcitatᵘ lumē.i.fulgur.Poſterior verſus pars declarat pcedentē. ¶17 Ipſa quoq; vertitur machinis eiᵘ:vt faciāt q̄cūq; pcepit illis ſup faciē orbis terrarū.Nubes,īquit,ipſa certis de cauſis opera ipiᵘ Dei vertitᵘ nūc in aquā, nūc in grādinē:vt faciāt &c. ¶18 Siue p flagello, ſiue ppter terrā ſuā,ſiue in gratia[aut miam] exiſtere facit illā.Sub.nubē.q.d.Efficit vt nubes feratᵘ i diuerſa,aliquādo vltiōis cauſa,vt affligat mortales: vel vt det neceſſaria telluri:aut vt incremētū maiᵘ accipiāt q̄ ſunt in terra. ¶19 ſta ¶20 Nunqd noueras,cū diſponeret Deᵘ de illis nubibᵘ,& quū oſtēderet lumē nubis ſuæ?i.eráſne quū Deᵘ indidit nubi ſuæ naturā vt verti poſſet quaſi in ignē, & ex ea educi fulgur? ¶21 Nunqd noſti differētias nubis?vel,varietates nubiū?q.d.nū noſti quomodo Deᵘ cōuerteret nubes nūc in niuē,nūc in grādinē,nūc in pluuiā?Poteſt etiā legi,Nūqd noſti librāmēta nubiū?i.quō nubes pendeant i aere? ¶22 ſub.[nūqd noſti] mirabilia pfecti ſciētijs?i.ſecreta Dei ſapiētiſſimi? ¶23 vel,Quód veſtes tuæ[erūt] calidæ,quū quieſceret à Meridie?Noueráſne,inqt,futurū vt calidæ eſſēt veſtes tuæ quū nubes venirēt à Meridie.i.quū ſol eſſet i ſignis Septētrionalibᵘ & nō Auſtralibᵘ ſiue æſtiuis?q.d.Quód aer ſit calidus flante Auſtro,oībᵘ eſt notum: ſed illud miratᵘ quū nullᵘ eſt vētᵘ à Meridie,ſed potiᵘ à parte oppoſita. ¶24 Nūqd extēdiſti cū illo cælos fortes[&] q ſunt velut aſpectᵘ rei fuſæ?. i.ita pſpicui vt vitrū pſpicuū eſt? ¶25 Heb.nō diſponemᵘ cū illo. ſub.ſermoné,quaſi diſputaturi. ¶26.i.nūqd opᵘ habet interprete q annūciet ei q̄ loqmur?q.d. nō,qa oia ſunt ei nota. ¶27 an loqtur aliqs[cū illo]cū pdetur?i.qs reſiſtere poterit Deo volēti aliquē pdere? q.d.nemo. ¶28 Nūc quoq; nō vidēt lumē clarū quod eſt i nubibᵘ:& ſpūs trāſit,& repurgat illas.Miraculū quod fit i cælo pſtringit. Fit,inqt,iterdū vt nubes nobis intercipiāt lumē ſolis : ſed quas vētᵘ Aquilonaris iterū diſpellit, ſerenitatē afferēs aeris. Lumē clarū vocat ſolē. ¶29 & laus eſt ſup Deū terribilē.i.hac rōne laudatᵘ Deᵘ mirabilis i opibᵘ. ¶30 Oipotēs quē nō iuenimᵘ ?.i.incōphēſibi.is]eſt potētiſſimᵘ,& magnᵘ iudicio,& multitudine iuſtitiæ,[ppterea]nō affliget.ſub.nos libēter,ſed quaſi inuitus. ¶31 Heb.nō aſpicit oēs ſapiētes corde.i.nō habet reſpectū perſonarū,affligit etiam eos qui ſibi videntᵘ ſapientes.

CAP. XXXVIII.

R'Eſpondens autem Dominus ipſi Iob
:ex turbine,'dixit,
Quis eſt ille, qui'ſermonibus imperitis of
fundit tenebras conſilio[diuino?]
4Accinge queſo lumbos tuos vt vir fortis:
& demonſtra mihi quæ te rogabo.'
Vbi eras, quum terræ fundaméta iacerem?
expone,'ſiquid tenes ſcientiæ.'
Quis adhibuit ei menſuras," ſi modo no-
ſti?[7]quis eam ad regulam extruxit?'
In quo fundamento fixæ ſunt baſes eius?
aut quis demiſit lapidé eius angularé?
Quum ſimul iubilarent ſtellæ[8]matutinæ,'
& exultarent omnes[9]filij Dei?
Et[quis]cohibuit mare valuis, [10]quũ erum
peret vt egrederetur ex vtero?
11Quando nubem ei pro veſtimento appo
ſui, & caliginem pro faſcia:
Protulique meum decretũ in illud, & obi-
cem atque valuas oppoſui:
Ac dixi, Hucuſque peruenies, nec vlterius,
[12]& hic depones tuos tumentes fluctus.
13Túnc ſtatim vt extitiſti, matutino tépo-
ri dediſti præcepta, & auroræ ſuum lo-
cum aſſignaſti,
14Vt obtineat extremas partes terræ,'& ex
ea[15]pellantur impij?
16Stq; transforment vt argilla, cui ſignum
imprimitur,[17]ſibiq;[parẽ]cóſtét vt veſtis.
18Eripitur etiam impijs lux ipſorũ, & bra
chium elatum confringitur.
Num perueniſti ad[19]guttas' maris, &[20]in
perueſtigationem abyſſi penetraſti?
Súntne tibi oſtenſæ[21]portæ mortis?aut nũ
vidiſti[22]portas vmbræ mortis?
23Num conſyderando aſſecutus es terræ la
titudiné?ediſſere, ſi hoc vniuerſũ noſti.'
24Qua parte[mundi]lux habitat, & vbi eſt
locus tenebrarum:
25Vt ea reuoces intra ſuos terminos, vtque
noueris vias quę ducunt ad domũ eorũ.
26Habéſne cognitum tempus quo naſceba
ris, & quantus ſit numerus dierũ tuorũ?
27Perueniſtine ad theſauros niuis, aut the
ſauros grandinis inſpexiſti?
Quæ reſeruaui ad tempus [28] hoſtis [perſe-
quendi,] ad diem conflictus & belli.
29Qua parte lux[fulguris] erumpet, quam
ventus orientalis in terram diſpergit?

CAP. XXXVIII.

REſpondens auté Dominus Iob de tur- Alloquit Do-
bine, dixit, min' Iob, o-
Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermo- ſtendens ei
nibus imperitis? ſuam iuſtidã
Accinge ſicut vir lumbos tuos, interroga- ex inſcruta-
bo te, & reſponde mihi. bilib' ſuis o-
peribus.
Vbi eras quando ponebã fundamenta ter
ræ?indica mihi, ſi habes intelligentiam.
Quis poſuit méſuras eius ſi noſti? vel quis
tetendit ſuper eam lineam?
Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut
quis[a]demiſit'lapidem angularem eius, ¶[a]dimiſit
Cum me laudarent ſimul aſtra matutina,
& iubilarent omnes filij Dei?
Quis concluſit oſtijs mare, quando erum-
pebat quaſi de vulua procedens,
Cũ ponerẽ nubẽ veſtiméntũ eius, & calígi-
ne illud quaſi pãnis infãtiæ obuoluerẽ?
Circũdedi illud terminis meis, & poſui
vectem & oſtia,
Et dixi. Vſque huc venies, & non procedes B
amplius, & hic confringes tumentes flu
ctus tuos.
Nunquid poſt ortum tuum pręcepiſti di-
luculo, & oſtendiſti auroræ locũ ſuum?
Et tenuiſti cócutiens extrema terræ, &[a]ex-
cuſſiſti'impios ex ea? ¶[a]excluſiſti
Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit
ſicut veſtimentum.
Auferetur ab impijs lux ſua, & brachium
excelſum confringetur.
Nunquid ingreſſus es[a]profundum' maris, ¶[a]profunda
& in nouiſſimis abyſſi deambulaſti?
Nunquid apertę ſunt tibi portæ mortis, &
oſtia tenebroſa vidiſti?
Nunquid conſyderaſti[a]latitudinem'terrę? ¶[a]latitudines
indica mihi, ſi noſti, omnia,
In qua via lux habitet, & tenebrarũ quis
locus ſit,
Vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos,
& intelligas ſemitas domus eius.
Sciebas tunc quód naſciturus eſſes? & nu- C
merum dierum tuorum noueras?
Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut
theſauros grandinis aſpexiſti,
Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem
pugnæ & belli?
Per quam viã ſpargitur lux, diuiditur æ-
ſtus ſuper terram?

¶1 Hebraiſmus eſt, pro Allocutus autem Dominus Iob. ¶2 vl, de ipſa caligine, i. quæ videtur nobis deliteſcere. Dicũt Hebræi Deũ habitare in caligine. i. nõ poſſe cognoſci qualis eſt. nã & materia ipſa qua includimur, impedit quo minus cognoſcam' Deũ perfecte. ¶3 Hebr. obſcurat conſilium verbis ſine cognitione? i. quis eſt ille qui ſic loquitur obſcure? ¶4. i. appara te ad futurã diſceptationem. ¶5 Heb. ſi noſti intelligentiam. i. ſi peritus ſis tãtarũ rerum. ¶6 q nouſcas? Miratur quomodo ſtet terra in medio aeris. q. d. eam méſurã habet terra qua nulla alia aut maior, aut minor debuerit eſſe. ¶7 aut quis extédit ſuper eam lineam? i. quis deſignauit veluti fune, fundaméta ipſius terræ? ¶8 luminis. i. lucidæ, planetæ. ¶9. i. angeli. q. d. vbi eras in prima mũdi creatiõe? ¶10. i. quis ſtatim poſt creationem aquarum, concluſit maria quaſi foribus oppoſitis? ¶11 vl, Cum texi maria nubibus. ¶12 ponet in elatione fluct' tuos. Ponet, ſubaudi vẽtus. In elatione, quũ maxime intumueris.

¶13 Hebr. An in diebus tuis præcepiſti mane. i. feciſti lucem matutinã. ¶14 Vt arriperet angulos terrę? i. vt appareret in iſto loco æſtate, hyeme vero in alio? ¶15 vl, excutiantur. quia ſcelerũ patratores oderũt lucem, & illatebrant ſe: aut tenebriones iſti ſumunt perſonã bonorum virorum, vt cera omné figurã ſigilli impreſſi capit. Alij vertũt, & vt arripiãt impij ex ea? quia ex ea mutatione ſolis varij morbi oriũtur. Alij, & excutiuntur impij ex ea. ſub. terra, propter varios morbos ob illã ſolis mutationem. ¶16 vl, Mutatur[ſub. terra]ſicut lutum ſigilli. q. d. Terra eſt ſuſceptibilis variorũ affectuũ ſicut terra mollis quæ admittere poteſt impreſſionem. ¶17 & ſtabunt[ſub. hoíes]ſicut veſtimentum. Quod ſcilicet ſubinde mutari ſolet. hoc dicit propter diuerſum ſolis occaſum: vario nãque modo tunc afficiũtur hoíes, quemadmodum & terra varios ſuſcipit affectus. ¶18 Heb. Et prohibebitur ab improbis lumen ipſorum, &c. i. cadét improbi à fœlicitate ſua, & vires eorum inſignes debilitabuntur. ¶19 profunda. i. an tibi totum mare perſpectũ eſt? ¶20 & in vado abyſſi deambulaſti? i. in fundo abyſſi, vt poſſis noſſe quæ fiant illic? q. d. Oportet iudicem noſſe ea de quibus iudicaturus eſt: tu vero iudicas de operibus meis, quum ea nõ cognoſcas. ¶21 Portas mortis intelligit viſcera terræ. ac ſi dicat, an noſti quę fiunt in viſceribus terræ? ¶22 Idem ſignificat quod Portæ mortis. Hoc dicit quia corpora illa cæleſtia influunt in mortalia. ab illis dicimus vitam pendere: à terra vero mortem, id eſt corruptioné quæ à terra prouenit. propterea vocat mortem viſcera terrę. ¶23 Num conſyderaſti vſque ad latitudines terræ? annuntia ſi noſti totam ipſam. ſub. terrã. i. nunquid cõſyderaſti ea quæ fiunt ſub polis ipſis? an fuiſti in eo loco in quo annus conſtat vnico die naturali? ſi perſpectam habes totã ipſam terrã, indica quæ ſit via, &c. perficitur ſentẽtia verſu ſequẽti. ¶24. i. ſi noſti, indica mihi vbi dies ſit lõgiſſimus, & lõgiſſima nox. Quãdo enim ſol accedit ad polos: in æſtate q habitãt ſub polo antarctico, habét dies p ſex menſes, & nocté per totidé menſes. quãdo vero ſol accedit ad oppoſitũ polũ, nẽpe ad tropicũ cãcri, idẽ illis cõtingit oppoſito modo. ¶25[An]q acceperis eã in regioné ſuã, & intelligas ſemitas dom' eius? Pédet ex pcedẽti hic verſus, & ſubaudiendũ, an noſti qua parte mũdi habitet lux, noſti inquã, ppterea q eã lucé acceptã collocaueris in regioné ſuã, & intelligas ſemitas domus ipſius luminis? q. d. non. tu non feciſti lucé vt eſſet in ea regione, vt poſſis ſcire vbinã ſint dies illi lõgiſſimi. & q recedéte lumine ſiãt tenebræ. ¶26[An]q tũc natus ſis, & numerus dierum tuorũ ſit multus? q. d. an noſti propterea q tũc cũ creata eſt lux, natus eſſes, ſiſq; tã lõgæuus? ¶27. i. An noſti locũ in quo fiat nix, quomodo hyeme nix fiat, æſtate vero grãdo? ¶28 tribulationis. ac ſi dicat, quã grãdine vtor vice flagelli. ¶29 Heb. Quænã ſit via illa in qua diuiditur exhalatio, [&] ſpargit ventũ ſuper terrãm? Sub. an noſti vbi diuidatur exhalatio? quæ Hebraice dicitur lux, q facile cõcipiat lumé, facileq; inflãmetur: hinc aliquando fiũt ſtellæ currentes, aliquando cometæ crinitæ: ex qua exhalatione ſit ventus qui ſpargitur ſuper terram.

Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui,
Vt plueret ſuper terram, abſque homine in deſerto, vbi null[9] mortaliũ cõmorat,
Vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes?
Quis eſt pluuię pater? vel quis genuit ſtillas roris?
De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit?
D In ſimilitudinem lapidis, aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur.
Nunquid cõiungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?
Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?
Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?
¶ᵛ ad nebuli — Nunquid eleuabis ᵛin nebula' vocẽ tuam, & impetus aquarum operiet te?
Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adſumus?
Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiã?
Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?
¶ᵗ fundebat — Quãdo ᵗfundabat' puluis in terra, & glebæ cõpingebantur? CAP. XXXIX.

NVnquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis,
Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur?
Pſal. 146. b. Pulli coruorum nos docent fiducia in Deum. — [Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibos?
Rurſus oſtendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus. — Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris, vel parturiẽtes ceruas obſeruaſti?
Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum?
Incuruantur ad fœtum, & pariũt, & rugitus emittunt.
Separantur filij earum, & pergunt ad paſtũ: egrediũtur, & nõ ᵒreuertẽtur' ad eas.
¶ᵒ reuertunt
Quis dimiſit onagrum liberum, & vincula eius quis ſoluit?
Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis.
B Contemnit multitudinẽ ciuitatis, clamorem exactoris non audit.

[30]Quis corriuauit aquæductũ inundationi? [31]& quis viam aperuit fulgetræ, cum qua eduntur tonitrua?
Vt pluat in terram, in qua vir non eſt: & in deſertũ, in quo null[9] homo verſatur:
[32]Vt copioſe inſtruat locum vaſtum & deſolatum, ac prouentũ herbæ producat.
Habètne [33]parentem' pluuia? aut quis genuit guttas roris?
E cuius ventre egreſſa eſt glacies? & quis genuit pruinam cæli?
[34]Aquæ in ſpeciem lapidis vertũtur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur gelũ.
[35]Num vinculis colligabis Pleiades? aut cohærentes ſtellas Cynoſuræ diſiunges?
[36]Túne Hyades ſuo tempore produces, & reges Arcturum cum ſuis filijs?
[37]Sciſne leges cæli? aut dominiũ eius terræ imponis?
[38]Clamabiſne ad nubem alta voce, ita vt aquarum inundatio te operiat?
Túne fulgura emittes, vt eant, ac tibi dicant, Ecce adſumus?
Quis indidit [39]renibus' ſapiẽtiam? aut quis indidit [40]cordi' intelligentiam?
[41]Quis ſapientia ſua ætheri dictabit quæ faciat? & lagenas cæli quis [42]ſiſtet?
[43]Quum puluerẽ fundunt ad ſolũ, & glebæ velut conglutinatæ cohæreſcunt?
[44]An tu leænæ venaberis prædam, & paſtũ ſufficientẽ exhibebis catulis leoninis,
Quum in cubilibus iacent, atque inſidiantur in luſtro?
[45]Quis parat ſuum venatum coruo, quum eius pulli ad Deum clamant, & cibo carentes oberrant? CAP. XXXIX.

NOſtine tẽpus quo pariũt [1]ibices? [2]obſeruaſtine fœturam ceruarum?'
Nũ poſſes numerare [3]quanto ſpatio menſes ſuos impleãt? aut noſti tempus quo pariunt?
[4]Incuruatæ hinnulos ſuos enituntur, ac fœtus ſuos cum dolore edunt.'
Hinnuliq; earũ [5]pigueſcũt, & creſcũt à frumẽto, [6]vt diſcedãt, nec reuertant ad eas.
Quis liberum dimiſit aſinũ ſylueſtrem? & quis onagri vincula ſoluit?
Cuius domum ſolitudinem poſui, & cubilia eius [7]locum ſterilem:
[8]Ridétque turbã oppidanã, [9]nec audit clamores [9]agaſonis.'

¶30 Quis diuiſit inundationi eductum? .i. deſignauit aquęductum aquæ vehemẽti? q.d. cui[9] arbitrio i aliqua regione fit pluuia maxima, poti[9] quàm in alia? cur ex vna nube potius quàm ex alia? ¶31 & [quis dirigit] viã fulguris [&] tonitrui? .i. quis iubet i aliqua patria fieri tonitrua & non in alia? ita vt aliquãdo pluat i terra deſerta, &c. perficitur ſententia ſequenti verſu. Duo ſunt ſubſtantiua Hebraice, ſine coniunctione, fulguris tonitrui. Qui ſine cõiunctione legunt, ſic vertũt, quis aſſignauit viam fulguri coruſcationũ, ita vt pluat ſuper terram, &c. ¶32 Heb. Vt ſatiet vaſtitatẽ & deſolationẽ & vt germinare faciat ſcaturiginẽ terræ. .i. ita vt ad ſaturitatẽ vſq; irriget terrã deſertã, & germinare faciat terrã ipſã. ¶33 ſub. pter me? ¶34 He. Inſtar lapidis aq̃ cõcretæ deliteſcunt & aſpectus abyſſi cõgelãtur. Aquæ (inqt) induũt aliam faciem, vt iam non videãtur eſſe aquæ, quũ inſtar lapidis indurantur: & ſuperficies aquarũ conſtringuntur & congelantur.

[9]At Dominus perpetuò[10] regnat,' parauit tribunal ſuum ad iudicium.
Et is[11] iudicabit orbem in iuſtitia, & populis ex æquitate ius dicet.
Aſylum erit Dominus oppreſſo, aſylum inquam [12]temporibus afflictis.
Te nitentur qui nouerunt nomen tuum, non enim deſeris, ô Domine, eos qui te ſtudioſe quærunt.
Canite Domino qui habitat in Sion, annuntiate in populis[13] conſilia' eius.
Quoniam requirens[14] ſanguines memor eorum erit, neque obliuiſcitur clamoris afflictorum.
Miſerere mei Domine, reſpice afflictioné meā, [quam] ab ijs qui me odio habēt [perfero,] [15]attolle me de portis mortis.
Vt narrē omnes laudes tuas in portis[16] filiæ' Siō: exultabo in ſalute tua.
Defixæ ſunt Gentes in fouea quam pararunt, reti quod abſconderunt, irretitus eſt pes eorū.
[17]Notus factus eſt Dominus iudicium faciēs,' in opere manuum ſuarum irretitus eſt impius. [18]Higaion. Sela.
Relabentur impij ad inferos omnes, gentes quæ obliuiſcuntur Dei.
Neque enim perpetuò obliuioni dabitur inops, [[19]neque] vana ſemper erit' expectatio afflictorum.
Exurge Domine, ne præualeat mortalis, iudicētur Gentes in conſpectu tuo.
[20]Præfice illis magiſtrum,' ô Domine, diſcāt Gētes ſe mortales eſſe. Sela. X.

CVr tam procul abſiſtis ô Domine? cur abſcōdis [te] [1]tempore quo affligimur?
[2]In inſolentia impij ardet afflictus.' comprehēdantur in ſceleratis conſilijs quæ cogitant.
Quoniam [3]laudat impium pro deſyderio animi ſui,' auarū beatū dicit,[4] blaſphemat' Dominū.
Impius[5] in altitudine nasi ſui nil penſi habet, in omnibus ſceleratis cogitationibus ſuis non eſt Deus.
[6]Inſtituta eius cruciatum afferunt,' idque omni tempore:[7] alte ſublata' ſunt è conſpectu ei⁹ iudicia tua, in omnes aduerſarios ſuos[8] efflat.'
Dicit corde ſuo, Non nutabo: quia per ſecula ero abſque incommodo.
Os ei⁹ periurio, dolis &[9] vſura' ſcatet, ſub lingua eius afflictio &[10] vanitas.'
Sedet in[11] atrijs' inſidians, clā trucidat innocentē, oculi eius ad inopum turbam intenti ſunt.

¶1 ad Muth labben. i. ad modos cantilenæ, cuius initium erat, Muth labben. Alij putāt Labben nomē fuiſſe cuiuſdā principis Philiſthæi, quo cæſo pro conceſſa victoria fuit iſte editus pſalmus. Alij Almuth, pro conſonantia exponunt. Sic pſal. 46. & 1. Para. 15. al almuth. ¶2 propter te ¶3 Propterea quòd inimici mei conuerſi ſint retro. & ꝙ impegerint, & perierint ante te. Pendet à pcedenti verſu. ¶4 ſubaudi, celebrabo inquā, quoniam &c. ¶5 vl, iudex iuſtitiæ. ¶6 Hebraice legitur, in ſeculum & vſque. ¶7 Videtur Dauid inſultare hoſti victo, qui ſibi omnia vaſtare & excindere in animo propoſuerat. Sarcaſmos eſt, Tā abeſt vt tibi ꝓ voto ſuccedat, vt potius hoſtiū memoria abolita ſit cum ipſis. ¶8 & earum ipſarum vrbiū quas deſtruxiſti perijt memoria.

¶9 Nam ¶10 Heb. ſedet. ¶11 futura quæ per præſens verti poſſunt. ¶12 Heb. in tēporibus in anguſtia. i. temporib⁹ quibus eſt in ipſa tribulatione.

¶13 egregia facta ¶14 cædes, ipſarum meminit. i. eas innocentiū cædes vlciſcitur ſuo tempore. ¶15 tu qui exaltas. i. eripis à morte imminente. ¶16 congregationis ¶17 Vl, Notum eſt Dominum feciſſe iudicium. ¶18 Higaion. i. meditatio intenta. q. d. res proculdubio digna quæ imo animo reponatur. ¶19 Hebr. expectatio afflictorum peribit in ſeculum. Negatio præcedens debet repeti, non peribit. ¶20 Alij legunt, Incute illis metum.

X. ¶1 Heb. ad tēpora in afflictione? ¶2 Præ arrogātia improb⁹ proſequitur pauperē. ¶3 iactat ſe improb⁹ de deſyd. ¶4 prouocat ſuo cōtemptu ad iracundiam. ¶5 Heb. præ altitudine naris ſui nō requirit, non eſt Deus, ſunt omnes cogitationes eius. i. præ faſtu nō implorat Deum: quia omnes eius cogitationes ſunt ꝙ non ſit Deus qui res mortaliū curet. ¶6 Viæ eius proſperant. ita Chald. paraph. ¶7 Heb. in excelſo ſunt. i. remota. ¶8 Quaſi minis & flatu pſtratur⁹. ¶9 technis, vl, fraudib⁹ ¶10 vexatio. i. de vexatiōe tātū cogitat. ¶11 Alij cortes intelligūt aut villas.

¶11 Atterit ſeſe & deijcit.vł, cõtritum, humilémque ſe oſtẽdit. ¶12 in robuſta eius.i.vngues, in quibus conſiſtit fortitudo leonis.
¶14 præ contemptu pronocat Deū: dum dicit. ¶15 Heb. Non requires.
¶16 ſub.improborum aduerſus probos.
¶17 vt ponas in manib⁹ tuis. ſub.eam afflictionem.i.vt ſemper paratus iis ad repēdendam iniuriam & afflictionem illatã pijs vt habeas illam ſemper præ manibus tuis. ¶18 & mali. quæſtionem inſtitue de improbitate eius & nõ inuenies. Sub. improbū illum: nõ ſiſtet ſe in conſpectū tuū, vt cauſam defendat. ¶19 in perpetuū. ¶20 Deſyderium
¶21 terreat. ſub. pupillum. vł, ne formidet vltra afflictus in terra.

XI.
¶1 fundamēta (vł perfugia) deſtructa ſunt: iuſtus autem quid admiſit? Propter quod ſcilicet nullum tutū locū inueniat? Hactēn⁹ verba amicorū Dauidis. ¶2.i. talia bibent. ¶3 aſpicere ſolet facies eius.i.non ſolet auertere oculos à pijs ſuis.

Inſidiatur in occulto quemadmodum leo in luſtro, inſidias ſtruit, vt corripiat afflictum: afflictum inquam corripiat, dum in rete ſuū pertraxerit.
[11]Conteritur, opprimitur,' ac cadit[12]viribus eius' miſerorum turba.
Dixit corde ſuo, Deus oblitus eſt, auertit faciem ſuam ne vnquam videat.
Exurge ô Domine Deus, attolle manum tuã, afflictorum ne obliuiſcaris.
Cur enim impius[14]blaſphemaret Deum, diceretque' in corde ſuo, ſte[15]non requiſiturum?
At vidiſti, etenim tu afflictionem &[16]indignationem intueris, [17]vt des manibus tuis: tibi miſerorum turba ſe cõmittit, qui pupillo ſoles eſſe adiutor.
Contere brachium impii, [18] malũmque cum impietate eius inquires, nec inuenies.'
Dominus rex in ſempiternum &[19]vltra,' Gentes de terra eius interierunt.
[20]Vota' pauperum audiuiſti Domine, tu diriges cor eorum, auris tua illos attendet,
Vt vindices pupillum & attritum, ne vltra mortalis[prognatus]ê terra[21]graſſetur.'

¶Dauidis[carmen][præfecto cantorum. XI.

IN Domino ſperaui: quomodo dicitis animæ meæ, Deuola è monte veſtro[ceu]volucris?
Nam ecce impii tetenderunt arcū, aptarunt ſagittas ſuas ad neruū, vt integros corde in caligine iaculentur.
Quoniam[1]retia fracta ſunt, iuſtus quid fecit?
Dominus in ſacroſancta regia ſua, Domini ſoliū in cælis eſt, oculi eius inſpiciunt, palpebræ ei⁹ filios hominum explorant.
Dominus probat iuſtum, impium autem & violentiæ amantem odit animus eius.
Pluet ſuper impios laqueos, ignem & ſulphur, ventum tempeſtuoſum ardentem:[2]hæc ſors calicis illorum.'
Quoniam iuſtus Dominus iuſtitias diligit, rectū [3]vultu ſuo intuetur.'

¶Carmen Dauidis præfecto cantorum[1]ad octauam.' XII.

SErua Domine, quoniam[2]deeſt beneficus,' veraces ac fideles[3]inter mortales' deſierunt.
Vana loquuntur quiſque cū proximo ſuo, labio blando, at[4]corde duplici ac diuerſo loquūtur.'
Excindet Dominus omnia labia falſo blandiloqua, linguam grandiloquam.
Qui dicunt, Linguis noſtris[5]perrumpemus,' labia noſtra nobiſcū ſunt, quis Dominus noſter?
Propter vaſtitatem afflictorum, propter gemitum inopum nunc exurgā, dicit Dominus,[6] ſalutiq; reſtituam, & reſpirare eum faciam.'
[7]Eloquia' Domini eloquia munda, [vel] argentum excoctum[8]in catino terreo,' ſepties depuratū.
Tu Domine[9]ſerua illos,' cuſtodi hunc à generatione iſta in ſempiternum.
Circunquaq; enim oberrant impii, [10] quum euehuntur qui inter homines perditiſſimi ſunt.

¶Præfecto cantorum carmen Dauidis. XIII.

QVouſque obliuiſceris mei ô Domine? num perpetuò? quouſque faciem tuã à me abſcondis?
Quouſque volutabo conſilia in animo meo, [1]laborem[2]quotidie' in corde meo? quouſque ſuperior me erit hoſtis meus?

inſidiatur in abſcõdito quaſi leo ĩ ſpelũca ſua.
Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum
In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam ne videat in finem.
Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, Non requiret.
Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſyderas: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.
Cõtere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
Domin⁹ regnabit in æternum & in ſeculum ſeculi: peribitis Gentes de terra illius.
Deſyderium pauperum exaudiuit Domin⁹: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo & humili: vt nõ apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

¶In finem, Pſalmus Dauid. X.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montem ſicut paſſer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcū: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.
Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?
::Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius:
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ ei⁹ interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iuſtum & impiū: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.
Quoniam iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

¶In finem pro octaua, Pſalmus Dauid. XI.

SAluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.
Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuū: labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.
Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam.
Qui dixerunt, Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?
Propter miſeriam inopum & gemitum pauperū nunc exurgam, dicit Dominus.
Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.
Tu Domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.
In circuitu impii ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

¶In finem, Pſalmus Dauid. XII.

VSquequo Domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?
Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorẽ in corde meo per diem?

Propitiudo Dei ad exaudiendum afflictos.

Expoſtulat Dauid cū iis, q eū negato latitãdi loco, ex oĩ ditione Iſraelis depellebant: ſimul pdicat, cū ſuã i Deū fiduciã, tum Dei in bonos & malos iudicium.
:: Abac.2.d.

Quærit Dauid cõcidiſſe vbiq; iuſtitiã & fidẽ, verſutos & fraudulẽtos aſſentatores oĩa occupare: orat vt Dominus miſert⁹ afflictorū, quos illi diuexãt, opẽ iuxta verbū ſuū quod fallere nõ poteſt, ferat, ſuſq; à perditorum colluuie ſeruet.

Petit fidelis liberari à tẽtatione, & illuminari.

XII. ¶1 ad ſeminith, id eſt ad inſtrumentum muſicum, ſic dictum quòd octo chordis conſtaret. ¶2 deſiit eſſe miſericors.i. nulli ſunt amplius qui ſtudeant commodis aliorum. ¶3 Heb. à filijs hominum. ¶4 Heb. corde & corde loquūtur. ¶5 præualebimus, ¶6 Heb. ponã in ſalute eum cui laqueū iniicit.i. Vindicabo pauperem ab iniuria eius qui illi parat laqueum. ¶7 pollicitationes. ¶8 ſ. domino terræ.vł, in terra præſtantiſſima. ¶9 Alii legunt, Serua ſermones tuos. ¶10 quum exaltãtur, vilitas eſt filijs hominum.i. reliqui homines abiecti & viles reputantur.vł, vilia, ſordida & fœda ſectantur homines, adigentibus illos improbis qui rerum potiuntur.

XIII. ¶1 dolorem.vł, anxietatem. ¶2 per diem.vł, interdiu.

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice,& exaudi me Domine Deus meus.

¶[1] in mortē:

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam [1] in morte: nequādo dicat inimicus meus, Prę ualui aduerſus eum.

Qui tribulant me, exultabūt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Gratiarū actio de fugata tētatione.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cātabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Querela Dauidis, oia eſſe corruptiſſima, ſimúlq; natura impiorū exprimit, & vnde ſit impietas. Rom.3.b. ī.5.c.rom.3.b.ī.139. ī.6.c.rom.3.c eſa.59.b.ī.13.

¶In finem, Pſalmus Dauid. XIII.

Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominū: vt videat ſi eſt intelligēs aut requirēs Deū.

Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū, non eſt vſq; ad vnum.

Sepulchrū patens eſt guttur eorū: linguis ſuis doloſe agebāt, venenū aſpidū ſub labijs eorū.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundēdum ſanguinem.

Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viā pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Nónne cognoſcent omnes qui operātur iniquitatem, qui deuorāt plebē meā ſicut eſcā panis?

Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerūt timore vbi non erat timor.

¶[1] Deus Spes afflictorum, Deus.

Quoniam [1] Dominus in generatione iuſta eſt. cōſilium inopis confudiſtis: quoniam Dominus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

Quib[9] oporteat eſſe moribus pditos veros celorū ciues, & eccleſiæ Dei municipes.

¶Pſalmus Dauid. XIIII.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiā:

Qui loquitur veritatē in corde ſuo, qui nō egit dolum in lingua ſua:

Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobriū nō accepit aduerſus proximos ſuos:

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. timentes autem Dominum glorificat:

Qui iurat proximo ſuo, & nō decipit, qui pecuniam ſuā non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit:

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

Cōmemoratio ſūmi illi[9] boni, & fœlicitatis quā homo habere poteſt in hac terra.

¶Tituli inſcriptio ipſi Dauid. XV.

Conſerua me Domine, quoniā ſperaui in te. dixi Domino, Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorū: poſtea accelerauerunt.

Nō cōgregabo cōuenticula eorū de ſanguinib[9]: nec memor ero nominū eorū per labia mea.

Præſidiū Dauidis & patrimoniū De[9]. Quòd affecti b[9] animi puriſſimis ſit pdit[9], id Deo tribuit. ⁚⁚Act.2.d.

Dominus, pars hæreditatis meæ & calicis mei. tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

⁚⁚Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.

Reſpice, reſponde mihi Domine Deus meus, illumina oculos meos, ne in morte obdormiam.

Ne dicat hoſtis meus, Præualui ei: ne geſtiāt qui me infeſtant, ſi nutauero.

At ego [3] tua bonitate nitor, [ſhinc] exultat cor meum [4] tua ſalute: [5] cantabo Domino, quoniā [5] rependit mihi.

¶Dauidis præfecto cantorum. XIIII.

Dixit [1] ſtolidus in corde ſuo, Nō eſt Deus: corrupta & abominanda ſtudia ſectātur, nemo eſt qui quod bonum ſit faciat.

Dominus è cælis ſuper filios hominum proſpexit, vt videret nū eſſet qui aut ſaperet, aut ſtudioſus Dei eſſet.

Sed cuncti defecerāt, omnes pariter [2] corrupti erant, nullus erat qui quod bonum eſt faceret, ne vnus quidem.

An non [3] cognouerunt? omnes facinoroſi deuorant populum meum ac ſi panem vorarēt, Dominum non inuocant.

[4] Illic pauore conſternabuntur: nam Deus eſt in natione iuſtorum.

Conſilium afflicti pudefacitis, quòd Domin[9] ſit ſpes eius.

[5] O vtinam è Sion ſalus [contingat] Iſraeli, vt Dominus reducat captiuitatem populi ſui, vt lætetur Iacob, gaudeátque Iſrael.

¶Carmen Dauidis. XV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? quis [1] in monte tuo ſancto requieſcet?

Qui ambulat integer, & quod iuſtum eſt operatur, quiq; in corde ſuo veritatem loquitur,

Non obtrectat lingua ſua, nec malefacit proximo ſuo, [2] nec ſuſtinet probro indigne affici vicinum ſuum:

[3] Contemptus eſt in oculis eius reprobus, eos autem qui Dominum timent, honorat: [4] quódq; iurauerit, etiamſi id damnoſum ſibi fuerit, non mutat:

Pecuniam ſuam non exponit ad fœnus, munus aduerſus innocentē nullum accipit: qui his rebus ſtuduerit, is in æternum nunquā nutabit.

¶[1] Inſigne aureolum Dauidis. XVI.

Serua me Deus, quoniam in te [2] ſperaui.

Dixiſti [ô anima mea] Domino, Dominus me[9] es tu, [3] bonum meum nihil ad te.

[4] Sanctis qui in terra ſunt, & præclaris, ijs toto animo delector.

[5] Multiplicent ſanè idola ſua, cupide ſectētur alienum, ego tamen non libabo libamina eorum [quæ ſunt] de ſanguine, neque [6] aſſumam nomina eorum in labia mea.

Dominus eſt portio partis meæ, & calicis mei, tu ſortem meam [7] ſuſtines.

⁚⁚Funiculi [menſorij] ceciderūt mihi in amœnis [locis,] quin inſignis mihi hæreditas obuenit.

Laudabo Dominum qui mihi conſuluit, ſed & renes mei me noctu erudiunt.

Proponó mihi Dominum perpetuò: [8] à dextris enim mihi eſt, ne nutem.

¶[2] in miſericordia tua ſpero. ¶4 de tua ope: ¶5 ſub. iuxta confidentiam meā. vl, beneficium in me contulit.

XIIII. ¶1 Vox Hebrea NABAL, ſignificat ſtolidum, hominem, mētis deprauatæ & corruptæ. ¶2 putruerant, ¶3 Sub. me eſſe iudicem, vel Deū, aut ſe male agere: q.d. qui fieri poteſt vt tanta ignorantia teneantur? ¶4 Tunc ¶5 Heb. Quis det vt &c.

XV. ¶1 Vl. in monte ſanctitatis tuæ, aut ſanctuarij tui ¶2 nec conuitium fert [aut aſſumit] aduerſus proximum ſuū. i. nec conuitiatur vicino ſuo, & ei quo familiariter vtitur. ¶3 Qui cōtemptibilis eſt in oculis ſuis & deſpicabilis. Luc.17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis. dicite, Serui inutiles ſumus. ¶4 Heb. qui iurat in malum, & non mutat. de iuramētoq; iuranti dānoſum eſt. quale Ionathan Dauidi fecerat, q maluit amittere regnum, quàm violare iuſiurandum. Alij vertunt. Qui iurat q ſeſe affliget, & non mutat. Sub. ſententiā,

XVI. ¶1 Michtam. i. pſalmus Dauidis decantādus ad numeros vulgaris carminis cuius initium eſt michtam. i. aurum. fuit autem inſignis melodia, ob id ita appellata. ¶2 ſpero. ¶3 Alij ſic, bonū meum nihil præter te. vt anima dicat, Tu es Dominus meus & bonum meum, & præter te nihil bonum eſt. Hebr. legitur, bonum meum non ad te. ſub. peruenit. i. facultatibus meis non habes opus. ¶4 Subaudiendum [ſed:] vt præcedenti verſui ſic iungatur. q.d. beneficia mea nihil te iuuāt, ſed ſanctos, qb[9] ea largior, quos ſumma proſequor amicitia. ¶5 Multiplicabūtur ſi? multiplicentur] dolores eorum qui ad alienum [ſub. Deum] feſtinant: ego non &c. ¶6. i. ne meminero quidem nominis eorum. ¶7 . i. patrimonium meum es & fundus hæreditarius. ¶⁚⁚ Subaudi ex præcedēti verſu. Cū Deum habeam pro hæreditate, certe optima pars agri obtigit mihi. ¶8 quia à dextera mea eſt, non dimouebor.

Propterea gaudebit cor meum,& exultabit[1] lin-
gua mea: quin & caro mea in tuto quieſcet.
Neque enim deſeres animam meam apud ſepul
chrum, neque permittes vt[10] beneficus tuus vi-
deat foueam.
Oſtendes mihi ſemitam vitæ, ſatietas gaudiorū
in conſpectu tuo eſt, iucunditates in dextera
tua perpetuò.

¶Precatio Dauidis. XVII.

AVdi Domine iuſtitiam, attēde clamorē meū,
auſculta precationi meæ de labijs minime
doloſis[prodeunti.]
[*]Prodeat à cōſpectu tuo iudicium meum, oculi
tui quæ recta ſunt expendant.
Exploraſti cor meum, inuiſiſti nocte,[1] excoxiſti
me, nihil deprehendiſti: cogitationes meæ os
meum non ſunt[2] tranſgreſſæ.
[3]Ego in humanis negotijs propter verbū labio-
rum tuorum caui ſemitas graſſatoris.
Firma greſſus meos in orbitis tuis, ne pedes mei
nutent.
Ego te inuoco, nam ſoles mihi annuere ô Deus:
præbe aurē tuā mihi, exaudi ſermonem meū.
[4]Inſigniter oſtēde mihi bonitatem tuam, tu qui
ſeruas dextera tua, ſperātes[in te]ab ijs qui in-
ſurgunt.
Cuſtodi me vt oculi pupillam, ſub vmbra alarū
tuarum me abſconde.
Ab impijs qui me deuaſtare ſolent,[ab] hoſtibus
meis qui[5] animam meam circunuallant.
[6]Pinguedine ſua concluſerūt, ore ſuo faſtoſa lo
quuntur.
Modo itinera noſtra obſident, oculos ſuos intē-
dunt, vt[7] tendant in terra.
Vt leo[8] eſt qui prædæ inhiat, & ſicut leuncul[9] qui
in luſtro latitat.
Surge Domine, anteuerte[9] illum,[10] deijce illum,
libera animam meam ab impio, qui gladius
tuus eſt.
A[11] mortalibus iſtis, qui[12] manus tuæ ſunt, ô Domi
ne, à mortalibus[13] huic ſeculo addictis,[14] qui
partem ſuam in hac vita expetunt,[1] & de[15] tuo
penu imples ventrem eorum,[16] vt ſatis habeāt
filij eorū, ſitq; quod nepotibus ſuis relinquāt.
At ego[17] in iuſtitia contemplabor faciem tuam,
ſatiabor[18] quum euigilauero, ſpecie tua.

¶[Carmen]præfecto cātorum, ſerui Domini Da-
uidis, qui loquutus eſt Domino verba carminis
huius, eo die quo liberauit eum Dominus de ma
nu cunctorum inimicorū eius, & de manu Sau-
lis. Et dixit, XVIII.

EX intimis viſceribus diligam te ô Domine ro
bur meum.
Dominus petra mea, propugnaculum meum, &
ereptor meus: Deus meus[1] rupes mea, illo ni-
tar, clype[9] me[9], & cornu ſalutis meæ, arx mea.
Dominum laude dignum inuocabo, & ab inimi
cis meis ſeruabor.
Circundederāt me[2] funes mortis, &[3] torrētes qui-
dam hominum perditorum terruerant me:
Circuncinxerant me[4] funes[5] inferorum,[1] laquei
mortis anteuerterant me:
Dum itaque angebar inuocabam Dominum, &
ad Deum meum clamabam, & exaudiuit de tē
plo ſuo vocem meam,[1] vt primū clamor meus
ad aures eius peruenit.
Commouebatur ac contremiſcebat terra, funda
menta montium concutiebantur & conquaſ-
ſabantur, quoniam ipſe iraſcebatur.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit
lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet i ſpe:
§Quoniam non derelinques animam meam in
inferno: nec dabis ſanctum tuum videre cor-
ruptionem.
Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me læ-
titia cum vultu tuo: delectationes in dextera
tua vſque in finem.

¶Oratio Dauid. XVI.

EXaudi Domine iuſtitiam meam intende[a] de-
precationem meam:
Aurib[9] percipe orationē meā, nō in labiis doloſis.
De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui vi
deant[b] æquitatem.
Probaſti cor meū, & viſitaſti nocte igne me exa-
minaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.
Vt non loquatur os meū opera hominū: ꝓpter
verba labiorū tuorū ego cuſtodiui vias duras.
Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non mo-
ueantur veſtigia mea.
Ego clamaui, quoniam exaudiſti me Deus: incli
na aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſpe
rantes in te,
A reſiſtentibus dexteræ tuæ: cuſtodi me vt pupil
lam oculi:
Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie
impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meā circundederunt, adi-
pem ſuum concluſerunt, os eorū locutum eſt
ſuperbiam.
Proijcientes me, nunc circundederunt me: ocu-
los ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, &
ſicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge Domine, præueni eum, & ſupplanta eū:
eripe animam meam ab impio, frameam tuā
ab inimicis manus tuæ.
Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eo-
rum: & de abſconditis tuis adimpletus eſt vē-
ter eorum.
Saturati ſunt filijs: & dimiſerunt reliquias ſuas
paruulis ſuis.
Ego autem in iuſtitia apparebo cōſpectui tuo:
ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

¶In finem puero Domini Dauid, qui locut[9] eſt
Domino verba cantici huius, in die qua eripuit
eum Dominus de manu omnium inimicorum
eius, & de manu Saul. Et dixit, XVII.

DIligam te Domine fortitudo mea: Domin[9]
firmamentū meum, & refugium meū, &
liberator meus.
[*]Deus meus adiutor meus: & ſperabo in eum:
Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſce-
ptor meus.
Laudans inuocabo Dominū: & ab inimicis meis
ſaluus ero.
Circundederunt me dolores mortis, & torrētes
iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: præoccupa
uerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad
Deum meum clamaui:
Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meā,
& clamor meus in conſpectu eius, introiuit in
aures eius.
Commota eſt & contremuit terra: & fundamē-
ta montium conturbata ſunt, & cōmota ſunt,
quoniam iratus eſt eis.

Reſurrectio Chriſti. act. 2.c.13.c.

¶[a] deprecationi meæ. Vehemens & ardēs precatio Dauidis, vt eripiat à perſequutoribus ſuis. ¶[b] æquitatem

B

C

D

1.Reg.22.a.

[*]Heb.2.c. Inſigne epinicio eſt, quo Dauid celebrat victorias, & gratum ſeſe exhibet, oſtēdēs quam tis pij ſæpe periculis immergantur quomodo liberētur, quid agāt, quomodo grati ſint. Pſalm[9] Chriſto & membris conueniens.

¶9 gloria.i.anima. quòd ea ſit maximo honori. ¶10 miſericors [vel ſanctus]tuus videat corruptionem.i.ſentiat corruptionē, ita vt ſit expers reſurrectionis.

XVII.

¶*.i.fer ſentētiā i cauſa mea. cōſtituo te arbitrū. ¶1 vel, examinaſti & exploraſti me velut metalla igni ꝓbari ſolent. ¶2 Hoc eſt, cogitationes nō diſſident a verbis. ¶3 Hebr. Ad opera hominū, per verbū labiorū tuorū ꝓhibui vias temerarij vel latrōis.i. Quātū ad facta hominū ſpectat, iuxta præcepta tua prohibui nequis graſſatorē ageret, & vim inferret alteri. ¶4 Segregaſ vel Subtrahe miſericordias tuas tu qui liberas ſperantes[ſub. in te] ab iis qui inſurgunt cōtra dexteram tuam. ¶5 in animam meam cingunt me.i. vt vita me priuent. ¶6.i. Diuitijs ſuis mihi omnia itinera obſtruūt & concludunt. Alii, Præ pinguedine ſua præcluſerunt. ſub. os ſuū: ob id ſuperbe loquuntur. ¶7 ſub. caſſes & retia quib[9] me capiāt. ¶8 Eſt, ſcilicet hoſtis meus, vel quiſque illorum. ¶9 ſub. hoſtem ¶10 incurua ¶11 Libera me, repetendū per zeugma. ¶12.i. flagellū tuum. ¶13 Heb. de mundo. vel, de tempore.i. temporarijs. ¶14 quorū portio eſt in ipſa vita.i. quorum fœlicitas tota ſita eſt in hoc vt viuant, vel in tēporarijs voluptatibus. ¶15 Heb. abſcondito tuo.i. opib[9] tuis. vel theſauro. ¶16 & ſaturātur filijs, relicturiq; ſunt reliquias ſuas paruulis ſuis. ¶17.i. iuſtitiæ ſtudioſior, q̄ rerū fluxarum. ¶18 Alii legūt. quū euigilauerit ſimilitudo tua.i. quū homo ad ſimilitudinē tuā conditus, reſurrexerit. XVIII. ¶1 robuſtiſſimus, ſperabo in eo. ¶2 dolores ¶3 torrentes iniqui. vel impietatis.i. afflictionum vis ab impijs inflicta. ¶4 dolores ſepulchri.i. lethales, qui homines ad ſepulchrum detrudant. ¶5 Heb. &

Aſcendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarſit carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
Inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.
Et aſcēdit ſuper cherubim, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum.
B Et poſuit tenebras latibulum ſuū, in circuitu ei⁹ tabernaculū ei⁹: tenebroſa aqua i nubib⁹ aeris.
Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierūt, grando, & carbones ignis.
Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam grando & carbones ignis.
Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
Et apparuerūt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum
Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratiōe Spiritus iræ tuæ.
Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderūt me: quoniā cōfortati ſunt ſup me.
Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & fact⁹ eſt Dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit, quoniam voluit me.
[redacted] Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecūdum puritatem manuum mearum retribuet mihi:
Quia cuſtodiui vias Domini, nec impie geſſi à Deo meo:
Quoniam omnia iudicia eius in cōſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli à me.
C Et ero immaculat⁹ cū eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuū mearū in conſpectu oculorum eius.
Qualis eſt homo, talem ſe gerit erga illum Deus. — Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris,
Et cū electo elect⁹ eris: & cū puerſo peruertēris.
Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.
Suam puritaté & liberationem Patri tribuit Chriſtus. — Quoniam tu illuminas lucernam meā Domine: Deus meus illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.
Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperātium in ſe.
¶ & — Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?
Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & ſuper excelſa ſtatuens me.
2.Reg.22.c. — Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea:
Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me:
Et diſciplina tua correxit me in finē, & diſciplina tua ipſa me docebit.
D Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & nō ſunt infirmata veſtigia mea:
Perſequar inimicos meos, & comprehendā illos: & non conuertar donec deficiant.
Confringā illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.
Et præcinxiſti me virtute ad bellum: ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: & odientes me diſperdidiſti.
Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.

Aſcendebat fumus[6] è naribus ipſius,[7] & vorans ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incenderentur.
Flectebat cælos atque deſcendebat, ſub pedibus eius caligo.
Vehebatur ſuper Cherub, ac volabat, latus ſuper alas venti.
[7]Circūquaque iuxta ſe tenebras poſuerat latibulo ſuo inſtar tabernaculorum, aquas atratas, denſiſſimas nubes.
De fulgore qui coram eo erat, nubes eius pertrāſierunt, grando & carbones igniti.
Tonabat è cælis Domin⁹, & altiſſimus edebat vocem ſuam, grādinem atque carbones ignitos.
Sagittas ſuas eiaculabatur,[8] diūjciebātque[9] eos: & fulgura multa qb⁹ cōſternatos eos reddidit.
Tum apparebant[9]profundiſſima aquarum receptacula,[10]retegebātur orbis fundaméta ab increpatione tua Domine, à reſpiratione flatus naſi tui.
Et ſublimi demiſſa manu arripiebat me, atq; ex aquis vehementibus extrahebat:
Eripiebat me ab hoſtibus potentibus, de oſorib⁹ meis[10]qui me ſuperiores erant,
Qui me tempore calamitatis meæ præuenerāt: at Dominus fuit mihi fulcrum.
Educebat me in locum ſpatioſum, eripiebat me: fauebat enim mihi.
Repēdebat mihi Domin⁹ iuxta iuſtitiā meā, & iuxta puritatē manuū mearū mihi retribuebat.
Obſeruaueram enim vias Domini, neque impie à Deo meo defeceram.
Coram me enim cuncta eius inſtituta [teneo,] & [11]mores eius à me non abijcio.
Integre & cādide verſor coram illo, & ſeruo me nequid praui deſignem.
Rependit itaque mihi Dominus iuxta iuſtitiā meā, & iuxta puritatem manuū mearū [12][quæ fuit] coram oculis eius.
[13]Qui bonitati ſtudet, ei benigne facies, & erga virum ſimpliciter integrū, integrū te exhibes.
[14]Cum candido candide agis: cū eo vero qui prauus & incuru⁹ incedit, tu quoq; puerſe incedis.
Etenim populum afflictum tu ſeruas, & oculos ſublimes deprimis.
Quoniam tu illuminas lucernam meā, Domin⁹ Deus meus tenebras meas illuſtrat.
Quoniam[15]in te militares cuneos perrumpo, & in Deo meo murum tranſilio.
Via Dei integra eſt, eloquium Domini[16]repurgatum: ſcutum eſt omnium in ſe ſperantium.
Quis enim Deus præter Dominum? aut quis eſt petra præter Deum noſtrum?
Deus eſt qui me[17]inſtruit heroica virtute, & viā meam[18]expeditam facit.
Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, &[19]in editis meis me collocat.
Inſtruit manus meas ad pugnam: dátque vt arcum chalybeum brachijs meis confringam.
Tu[20]protēdis mihi clypeum ſalutis tuæ, dextera tua ſuffulcit me, & ex māſuetudine tua[21]auguſtum me reddis.
Dilatas paſſum meum ſubtus me, ne[22]vertebræ meæ vacillent.
Perſequebar inimicos meos, & aſſequebar eos: nec reuertebar donec eos internecioni darem.
Concido eos quo minus ſurgere poſſint, cadántque ſubtus pedes meos.
[23]Inſtruis me ad bellum virtute heroica, proſternis ſub me quotquot contra me inſurgunt.
[24]Efficis vt terga vertant mihi hoſtes mei, & vt perdam oſores meos.
Clamabāt, nec erat ſeruator: ad Dominum, nec reſpondit eis.

¶6 in ira ei⁹. i. dum iraſceret. ¶7 Heb. Poſuit tenebras latibulum ſuū, in circuitu ſuo tabernaculū ſuū conſtituit: tenebroſitas aquarum & nubes cæli. Tabernaculū Dei vocat tenebroſitaté aquarum, ſiue nubes denſas aeris. ¶8 diſſipabat. diſſipabat. ¶9 aluei aquarum. ¶10 qa ¶11 ſtatuta ¶12. i. quā vidit, & qua illo iudice prædictus ſum. ¶13 Cum benefico, benignus eſſe ſoles: & cū homie ſyncero ſyncere agere. vel, Cū liberali, &c. ¶14 Cū mū do mūdus eris: vel, Cum puro, purus eris: ¶ Lucerna pro reb⁹ ſecūdis: & Tenebræ, p aduerſis. q.d. p te mihi ſecūda eueniūt, & tribulatiões in pſperitaté vertis. ¶15 Alij, in te [vel ope tua] expeditus miles curro. ¶16 velut igni examinatū. ¶17 accingit me fortitudine. vel, fortitudie bellica. ¶18 perfectā. i. iculpatā ¶19 ſuper excelſa mea ſtare facit me. i. ſtabilit, ne corruam. ¶20 Das mihi clypeū ſalutē tuam. i. Tu me auxilio tuo defendis velut clypeo. ¶21 multiplicas me. vel, auges, aut magnificas. i. ſuperiorem me reddis hoſtibus meis. ¶22 pedes mei vel, crura mea. ¶23 Accinxiſti me robore ad bellū. ¶24 He. Et inimici mei dediſti mihi ceruicē eorum.

Contundo eos vt puluerem ante ventum, vt lutum platearum eos comminuo.
Tu[25]eripis'me de contentionibus Populi, & conſtituis me caput Gentium: populus quem non noui ſeruit mihi.
[26]Mox vt aurib[9] percipiebant, obſequebãtur mihi, filij exteri[""]mẽdaciter' ſe mihi[ſubijciebãt.]
Alienigenę marceſcebant, pauebántque in penetralibus ſuis.
Viuat Dominus, & laudetur qui eſt petra mea.
[28]altus vehatur Deus ſalutis meæ.'
Deus eſt[19]qui donat vt vlciſcar me, & ſubijcit mihi populos.
Qui[30]educit'me ex hoſtibus meis, tu [ô Domine] [31]in ſublime ducis me ab his qui contra me inſurgunt,'ab eo viro qui mihi vim & iniuriam intentat eripis me.
Hanc ob cauſam celebrabo te in Gentibus ô Domine, & nomini tuo canam,
[32]Propter magnitudinem ſalutis qua regem tuũ [ditas,] & beneficijs proſequeris chriſtum tuũ Dauidem, & ſemen eius in perpetuum.

¶Carmen Dauidis præfecto cantorum. XIX.

CAEli enarrant gloriam Dei: &[1]extenſio,'opus manuum eius annuntiat.
Dies diei[ſ ſuccedẽs]eloquitur ſermonem, & nox nocti indicat ſcientiam.
Non eſt [illis] ſermo, non verba, neque auditur vox eorum:
In omnem[tamen]terram exiuit[3]regula'eorum, & in fines orbis verba eorum.
Soli[poſuit]tentorium[""]in eis,'& is velut ſponſus ex vmbraculo ſuo ꝓdit, læt[9] velut heros[quiſpiam]ad decurrendam viam.
Ab extremo cælorum egreſſus eius, recurſus eius vſq; ad extrema eorum, nec eſt qui ſe ab æſtu illius abſcondat.
[4]Lex Domini integra eſt, conuertens animã: teſtimonium Domini[5]verum,'imperitis ſapientiam ſuppeditans.
Decreta Domini recta ſunt, cor exhilarantia: præceptum Domini repurgatum, illuminans oculos.
Timor Domini[6]mundus' perſtans perpetuò, iudicia Domini vera ſimúlque iuſta.
Magis expetibilia quàm ſit aurum vel præſtantiſſimum atque plurimũ, & dulciora melle & fauo ſtillantibus.
Etiam ſeru[9] tuus[""]perſpicue illis admonetur,' in illorum obſeruantia multa merces eſt.
Errores quis animaduertat?ab occultis meis repurga me.
Quin &[8]flagitia'auerte à ſeruo tuo, ne dominentur mihi: tum integer ero, & innocens à quouis grandiori ſcelere.
Sint verba oris mei, & meditatio cordis mei grata in conſpectu tuo, ô Domine, petra mea & [9]vindex' meus.

¶Carmen Dauidis præfecto cantorum. XX.

EXaudiat te Dominus quum in anguſtia fueris. in tuto collocet te nomen Dei Iacob.
E ſanctuario ſuo auxilium tibi ferat, atq; e Sion te ſuffulciat.
[1]Memor ſit omnium munerum tuorum, & holocauſtum tuum[2]pingue æſtimet. Sela.
Det tibi iuxta cor tuum, & omne conſilium tuum perficiat.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus Populi: conſtitues me in caput Gentium:
Populus quem nõ cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.
Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.
Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.
Propterea confitebor tibi in Nationibus Domine: & nomini tuo pſalmum dicam,
Magnificans ſalutes regis eius, & faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſeculum.

¶In finem, Pſalmus Dauid. XVIII.

CAEli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentum.
Dies, diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.
Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum nõ audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.
[9]Exultauit'vt gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius,
Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.
Lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini, fidele, ſapientiam præſtans paruulis.
Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini, lucidum, illuminans oculos.
Timor Domini ſanctus permanens in ſeculũ ſeculi: iudicia Domini, vera, iuſtificata in ſemetipſa.
Deſyderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo:
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculat[9] ero, & emundabor à delicto maximo.
Et erunt vt complaceãt eloquia oris mei & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper,
Domine adiutor meus & redemptor meus.

¶In finem, Pſalmus Dauid. XIX.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxiliũ de ſancto: & de Siõ tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.

Gentium electio.

Gratias agit patri Chriſtus quòd reiectis aduerſarijs conſtituerit eũ in caput Gentium. 1.Reg.22.d. rom.15.b.

Cælũ & reliquæ creaturæ excellentiã Dei oſtendunt.

Peccatorũ remiſſio annũtiata ab Apoſtolis. ro.10.d Luc.24.g.

¶[9]Exultabit

Lex Dei & Euangelium quale, & qd præſtet.

Precatio eſt, qua populus ſalutem regi Dauidi ad bellũ difficile & anceps ꝓficiſcẽti, orauit, & gratulatio ſimul de ſalute & victoria tibi diuinitus donata.

¶25 Vel per preteritum, Tu eripuiſti. ¶26 He. Ad auditionẽ auris collegerunt ſe mihi: filij alieni mentiti ſunt mihi. i. propter me fœdus cũ aliis ictũ ruperunt: & ad me defecerũt. vel, negauerũt ſe vnquã quicquã molitos contra me. ¶27. i. ficto animo. ¶28 exaltetur Deus qui me ſeruauit. ¶29 Heb. Deus qui dat mihi vindictas. ¶30 eripit ¶31 exaltas me præ aduerſarijs meis, ¶32 Heb. Magnificauit ſalutes regis ſui. & fecit miſericordiã vncto ſuo Dauidi & ſemini eius in perpetuũ. De ſe loquitur in tertia perſona. q. Magnifice me iuuit &c.

XIX.

¶1 ipſa expanſio. i. aer. ¶2 SVCCEDENS appoſui, nequis diẽ diei narrare putet, ſed nobis. Hoc eſt, ſinguli dies nobis loquũtur potẽtiã Dei, poſterior dies ſemp auget ſcientiã. Quum quotidie nouus oritur dies, quotidie noua loqtur. Alij vertũt Dies de die eructat verbum. i. dies vna, qualis altera ſit futura denuntiat. ſiue dies vna alteram abunde docet quàm potens & magnus, ſit Dominus. q. d. ſinguli dies oſtendunt potentiam Dei. Sic Nox de nocte. Singuli dies & ſingulæ noctes prędicãt Dei prouidentiã. Vbi illuxit dies. q. d. oſtenditur Dei prouidentia: idẽ oſtẽdit & nox vbi aduenit. ¶3 amuſſis eorum. i. ſtructura eorum ad amuſſim facta. ¶ ſub. cælis. i. domicilium circumſcripſit in cælis ipſi ſoli. ¶4 præſtantiſſima eſt mũdi machina, & ſuo quodam modo cæleſte opificium ſapientiam ac omnipotentiã Dei eloquitur: at verbum Dei hæc omnia exuperat, vt nihil ſint ſi ad illud comparentur. ¶5 Poteſt etiam dici, fidum, conſtans, firmum. ¶6 purus. vel, puritatem afferens. ſiue purus debet eſſe. ¶7 redditur cautior per illa. ¶8 ſuperbias. ¶9 redemptor. vel. liberator XX. ¶1 Vtinã olfaciat omnia munera tua. i. grata habeat. thus enim incendebatur in munere. ¶2 Quæ pinguiaſcerãt, grata eſſe ſolebant. Alij, in cinerem vertat. i. igni cælitus immiſſo abſumat, ſub. Deus. deut. 9. 3. reg. 17.

Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
Impleat Domin⁹ omnes petitiones tuas: nũc cognoui quoniã ſaluũ fecit Domin⁹ Chriſtũ ſuũ
Exaudiat illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus, ſalus, dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine* Dei noſtri inuocabimus.

* Domini

Ipſi obligati ſunt & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus.
Domine ſaluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

¶ In finem, Pſalmus Dauid. XX.

Epiniciõ eſt, quo de victoria & religs Dei beneficijs, qb⁹ Dauid inſigniter cumulat⁹ fuerat, populus gratulari ſoleoat. Deũque, cuſ⁹ beneuolentiæ oĩa ferebat accepta, collaudabat.

Domine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer:
Deſyderium cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Quoniã p̃ueniſti eũ in benedictiõib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide p̃tioſo.
Vitam petijt a te, & tribuiſti ei longitudinẽ dierum in ſeculum & in ſeculum ſeculi.
Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum:
Quoniam dabis eum in benedictionẽ in ſeculũ ſeculi: lætificabis eũ in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex ſperat in Domino, & in miſericordia Altiſſimi: non commouebitur.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: & ſemẽ eorum à filijs hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.
Quoniã pones eos dorſum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

¶ In finem, pro ſuſceptione matutina, Pſalmus Dauid. XXI.

Mat. 27. e. Chriſt⁹ ſe derelictum clamat i cruce.

Deus Deus me⁹ reſpice in me: quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael.
In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos.
Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.
Ego autem ſum vermis & non homo: opprobriũ hominum & abiectio plebis.

Deridetur in cruce. mat. 27. d. mar. 15. c. B

Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput,
Sperauit in Domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Nõ ceſſat inuocare, licet clamauerit ſe derelictũ.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris meæ, in te proiect⁹ ſum ex vtero:
De ventre matris meæ Deus me⁹ es tu: ne diſceſſeris à me:
Quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet.

[1]Ouabimus in[2] ſalute tua, & in nomine Dei noſtri ſigna triumphantes[4] erigemus: perficiet enim Dominus omnes petitiones tuas.
[5]Nunc agnoſco quòd Dominus vnctũ ſuum ſeruarit, quòdq; exaudierit eum de cælis[6] ex ſanctuario ſuo, virtute ſaluifica dexteræ ſuæ.
[7] Hi in curribus, illi in equis[fidant,] nos autem [8]nominis Domini Dei noſtri mẽtionẽ faciem⁹.
Illi ſuccubuerunt & corruerunt: nos autem[9] perſtitimus & corroborati ſumus.
[10]Dominus ſeruabit regem: quo die inuocauerimus, nos exaudiet.

¶ Carmen Dauidis præfecto cantorum. XXI.

Domine[1] in virtute tua[2] lætabitur rex, & in ſalutari tuo quàm impendio geſtiet.
Deſyderium cordis ſui dediſti ei, &[2] quæ precat⁹ eſt labijs ſuis, non negaſti. Sela.
Nam benedictionibus optimis præueniſti eum, impoſuiſti capiti eius coronam auream.
Vitam petijt abs te, & dediſti illi longitudinem dierum in ſeculum & vltra.
Magna eſt gloria eius[3] propter ſalutem quam ei contuliſti, honorem & ſplendorem poſuiſti ſuper eum:
Quoniam[4] poſuiſti eum vt omni genere bonorum perpetuò affluat, exhilaraſti eũ gaudio vultu tuo.
Nam rex fidit Domino, & in bonitate Altiſſimi non nutabit.
[5]Offendit manus tua omnes hoſtes tuos, dextera tua offendit omnes qui te odio habuerunt.
Velut accenſam fornacem reddidiſti eos[6] in tẽpore iræ tuæ, Dominus in ira ſua deuorauit eos, & ignis conſumpſit eos.
[7]Fructum eorũ è terra perdidiſti, & ſemen eorũ de filijs hominum.
Quoniam moliti ſunt aduerſus te malum, cogitarunt ſcelus quod[perficere]non poterant:
Poſuiſti enim illos[8] humerũ, & neruo tuo in faciem eorum collimaſti.
[9]Euchere Domine virtute tua, canemus & celebrabimus potentiam tuam.

¶ Præfecto cantorum carmen Dauidis[1] de cerua matutina. XXII.

Deus meus, De⁹ me⁹, cur deſeruiſti me?[2] vt lõge ſabes] à ſalute mea, à verbis rugit⁹ mei?
Deus meus inuoco per diẽ, & non reſpondes: per noctem, nec eſt ſilentium mihi.
Et tu[3] ſanctus ſeſſor laudum Iſraelis.
In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos.
Ad te clamauerunt, & liberati ſunt: te fidebant, neque pudefacti ſunt.
Ego autem vermis ſum, & nõ vir, opprobriũ hominum, & contemptus à populo.
Quicunque me aſpiciunt ſubſannant me, diſtendunt labia, mouent caput: [Dicentes,]
[4]Reuulit[ſomnia] ad Dominum, eripiat eum, liberet eum, quoniam deamat eum.
At tu is es qui me ex vtero extraxiſti,[5] in te fiſus ſum pendens adhuc ab vberibus matris meæ.
[6]In te cõiect⁹ ſum à partu, ab vtero matris meæ [7]Deus meus es tu.
Ne ſubducas te longius à me, quoniam afflictio adeſt, nec eſt qui adiuuet.

¶ 1 Vel nã ouemus de &c. ¶ 4 erigamus: velnã inq̃ pficiat Domin⁹ &c. ¶ 5 ſub. Sic dicet quiſq; e pp̃lo, Nũc &c. ¶ 6 ſui e ſanctis in potẽtijs dexteræ eius eſt ſalus. .i. i forti dextera ei⁹ eſt ſalus. ¶ 7 Conceſſio ſeu permiſſio eſt. Sperent illi in creaturis, nos duntaxat Dei nomen inuocabimus. ¶ 8 nomẽ Domini Dei noſtri iuocabim⁹ ¶ 9 ſurreximus & erexim⁹ nos ¶ 10 Domine ſerua[nos]: rex ille inclyt⁹ quo &c. XXI. ¶ 1 de fortitudine tua. i. de ope tua. ¶ 2 He. prolationẽ labiorum eius ¶ 3 Heb. In ſalute tua. ¶ 4 Heb. poſuiſti eũ benedictiões ppetuo. i. vt nõnullis placet, effeciſti vt alij per eũ benedictionis formulã accipiãt. nã dicturi ſunt. Perinde diligat te Deus atq; Dauidem dilexit: vel tãto rerũ ſucceſſu polleas, quãto Dauid. Siue, feciſti vt ſit exemplar benedictionũ quibus afficis pios. ¶ 5 Videtur apoſtropha eſſe ad regem, vel ad Deum qui hæc per Dauidẽ fecit. Verti poteſt Satis eſt man⁹ tua omnibus inimicis tuis: dextera tua ſufficit oib⁹ odio habẽtib⁹ te. Dextera pro potẽtia. ¶ 6 Heb. in tẽpore vult⁹ tui. ¶ 7. i. ſic eos deleſti, vt poſteri nõ ſupſint. ¶ 8 Humerus pro aggere. alij legunt, Poſuiſti eos partẽ, vel ſeorſum. ¶ 9 Exurge Domine per potentiam tuam. i. oſten de potentiã tuã auxiliũ ferendo regi, vt canam⁹ &c. XXII. ¶ 1 ad Ceruã auroræ. i. matutinã. hoc eſt ad modos cãtilenæ vulgaris cuius initium erat Cerua matutina. ¶ 2 Vel, verba rugitus mei longe à ſalute mea. ¶ 3 ô ſancte & permanens, & laudes Iſraelis. i. author vt multi laudent Iſraelem. Sub. exaudi me. Alij legunt, Tu ſanctus es, habitans inter laudes Iſraelis. ¶ 4 Deuoluit. i. Commiſit omnes res ſuas Domino. ¶ 5 Heb. Qui feciſti me ſperare. i. quũ effeceris vt iam tum à puero omnem fiduciã in te haberem. ¶ 6 .i. Expoſititius veluti tibi fui. vel, ſtatim atque in lucem editus ſum, tuæ curæ ſum concreditus. ¶ 7 El. i. fortis Deus.

¶8 fortes ¶9 ꝑgrãdes.ſub.tauri iqui q paſcũtur in Baſan.
¶10.i.proxime ad mortẽ adegiſti me.
¶11 Cinxerunt, vel momorderũt,ĩtellige.Alij legũt, foderũt man⁹ meas & pedes meos, quorũ exẽplaria KARV habuerũt. ¶12 Numerare licet.vł numerari poſſunt. ¶13 Hoc eſt,à violẽtia,& rabie. ¶14 Alij, reſponde mihi .i.fer opẽ,affere. ¶15 Mutatio pſonę. ¶16 Sub. bonitatis Dei.
¶17 Sub. Chriſtus. Alij legũt & animã ſuam nõ viuificauit. Mutatio nũeri pro viuificauerũt.i. cũ nemo eorũ vitã ſuã ſeruare potuerit. ¶18 Alij legũt,in ꝑpetuũ. ¶19 qa fecit.i. ãnũtiabũt ꝙ iuſt⁹ ſit & bon⁹, quia fecerit erga me q̃ fecit. vł,annũtiabũt ꝙ iuſtum ſe oſtenderit præſtando quod promiſerat.

XXIII.

¶1 quieſcere facit.vel trãquillam reddit.
¶2 rectis.vel cõplanatis.q.d. nõ deducit me de mõte in mõtẽ vt me fatiget.

XXIIII.

¶1 Quũ admonit⁹ eẽt Dauid. tẽplũ extruẽdũ ĩ mõte Moria, ĩcõparabilẽ dei erga Iſraelitas bonitatẽ canit, ĩter quos ſedẽ ſibi peculiarẽ delegerat, quũ oĩs terra ei⁹ eſſet. Oſtẽdit prętera quib⁹ vere in loco ſãcto Dei loc⁹ pateat.

Tauri [8] multi circundederunt me,[9] prævalidi ex
Baſan vndique cinxerunt me.
Aperuerunt contra me os ſuum, ſicut leo rapiẽs
& rugiens.
Effuſus ſum velut aqua, diſſociantur omnia oſſa
mea, factũmq; eſt cor meum ſicut cera, lique-
factum intra viſcera mea.
Exaruit vt teſta virt⁹ mea, ligua mea adhæreſcit
faucib⁹meis.&[10] i puluerẽ mortis redegiſti me,
Nam circũdederũt me canes,cœtus malorũ cin-
xit me,ceu leo[11] manus meas & pedes meos.
[12] Numerarem omnia oſſa mea,' hi vero cũ vo-
luptate intuentur & aſpiciunt.
Partiti ſunt ſibi veſtimenta mea, & de veſte mea
ſortiti ſunt.
Sed tu ô Domine, ne ſis procul: ô virtus mea, vt
me adiuues propera.
Eripe à gladio animam meam,de [13] manu canis
vnicam meam.
Serua me ab ore leonis, & à cornibus vnicorniũ
[14] eripe me.'
Narrabo nomen tuum fratribus meis, in media
congregatione laudabo te.
Qui timetis Dominum, laudate eum:omne ſe-
men Iacob celebrate eum,metuite eum omne
ſemen Iſraelis.
Quia non deſpexit nec auerſatus eſt afflictionẽ
pauperis, neq; auertit ab eo faciem ſuam, ſed
quum clamaret ad eum,audiuit.
De te eſt laus mea in cõcione magna, vota mea
coram timentibus ipſum perſoluam.
Comedẽt humiles & ſatiabunt, laudabũt Domi-
nũ qui quærũt eũ,viuet cor [15] veſtrũ in ſæculũ.
[16] Memores erunt, & cõuertentur ad Dominum
omnes fines terræ,proſternent ſe ante faciem
tuam omnes familiæ Gentium:
Quia Domini eſt regnũ, & ipſe Gẽtib⁹ dominat.
Comedent & adorabunt oẽs pingues terræ,corã
eo genua flectent oẽs qui in puluerẽ deſcen-
dunt, quia animã ſuam nõ in vita [17] ſeruauit.
Poſteritas ſeruiet ei, accenſebitur Domino [18] ad
nationem.'
Venient & annuntiabunt populo naſcituro iu-
ſtitiam eius [19] quam præſtitit.

¶Carmen Dauidis. XXIII.

DOminus paſtor meus eſt,non egebo.
In paſcuis herbidis accubare me facit,& ad
aquas tranquillas me minat.
Animam meam[1] reuocat,'ducit me i orbitis[2] iu-
ſtitiæ' propter nomen ſuum.
Etiam ſi eundũ mihi ſit per vallem vmbrę mor-
talis,nihil mali timebo,nam tu mecũ es: vir-
ga tua & pedum tuum ipſa me conſolantur.
Inſtrues coram me menſam, è regione hoſtium
meorum,vnguẽto caput meum delibutũ red-
des,& calix meus erit exuberans.
Sed & bonitas& benignitas[tua]proſequetur me
cunctis diebus vitæ meę,& habitabo in domo
Domini longiſſimis diebus.

¶Carmen Dauidis. XXIIII.

D' Omini eſt terra, & quidquid ea continet:
orbis & qui eum inhabitant.
Penes te enim [10]vitæ vena eſt,' in luce tua videbimus lucem.
[11]Obtende' bonitatẽ tuam his qui te cognoſcunt, & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.
Ne veniat mihi [12]pes ſuperbiæ,' & manus impiorum ne commoueat me.
[13]Ibi ceciderunt' qui operantur iniquitatem: impulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

¶ Dauidis. XXXVII.

א Ne [1]ſuccenſeas ob malos, [2]neq; vrat te æmulatio ob facientes iniquitatem:
Nam veluti fœnum ſubito deciduntur, ac veluti virens herba marceſcent.
ב Tu ſpera in Dominum, & quod bonum eſt facito: inhabita terram, & [3]paſce fidem:'
Tunc oblectaberis te in Domino, & is dabit tibi petitiones cordis tui.

¶12. i. cum viris voluptuoſis, qui indulgent ventri & ſuis concupiſcẽtijs. Alij vertunt, Cũ ſimulatorib' deriſionum vanitatis frendebãt &c. i. Cum hypocritis ſannis deditis, ſannis inquam futilibus & vanis frẽdebant, &c. ¶13 Sub. iſtud, & tacebis? ¶14. i. animam ¶15 multo ¶16 Heb. in mẽdacio. ¶17 ne ſubinde nictẽt. i. ne præbeatur illis cauſa nictu teſtandi voluptatẽ quam ex meis malis capiunt. ¶18 He. humiles [vel manſuetos] terræ. ¶19 ſub. quæ optauerat videre. ¶20 agas. vel vindices ¶21 anima noſtra vel, votum noſtrũ. ¶22 He. magnificãt ſeſe cõtra me. i. ſeſe attollunt cõtra me, & totis viribus contendũt me perdere. ¶23. i. cui grata eſt tranquillitas ſerui ſui.

XXXVI.
¶1 Ad verbũ, Dixit ſcel' impij i medio cordis mei, nõ timor Dei corã oculis eius Nam blanditur ſibi in oculis ſuis ad inueniẽdum iniquitatem ſuam ad odium. Alij vertũt, Dicit preuaricatio ipſi impio i medio cordis mei. Nõ &c. ac ſi dicat, Sic cogito apud me, i aio meo, nẽpe improbitatẽ dicere vel ſuggerere iprobo, nihil eſſe quãobrẽ timere Deũ debeat. Quia blanditur (ſub. trãſgreſſio impio) in oculis ipſius, ad odio habẽdũ. Sub. viam bonã. Id eſt, perſuadet improbitas improbo mala eſſe bona, vt nãciſcatur occaſionẽ male agendi ad faſtidium vſq;. ¶2 ſtat in via nõ bona. ¶3 vſq; ad cælos mia tua. Erũpit in admirationẽ. ¶4 fides tua. i. fidelis proſpectio ac cura tua. ¶5 Aut, mõtes fortitudinis. id eſt fortiſſimi mõtes, aut maximi. ¶6 Iudicia. i. pudentia qua tu mũdũ regis. ¶7 clementia. vel mia. ¶8 propterea ¶9 in vmbra alarũ tuarũ ſperabunt. ¶10 Vel, fons vitalis ac perẽnis. ¶11 Extende. Protrahe. ¶12. i. ne inuadant me ſuperbi. ¶13 Illuc cadẽt perpetrãtes iniquitatẽ, impellẽtur, &c. Illuc, quõ ſcilicet impellere conabantur. XXXVII. ¶1 Ne admiſceas te cũ impijs. i. ne ſocietatẽ ineas cũ illis. &c. ¶2 q. d. ne te torqueat fœlicitas iniquorũ: nihil te moueat ſi illos videris diuites. ¶3. i. nutri te fide & veritate. vel, doce alios fidẽ. Verti poſſet, Paſcẽris i veritate. i. vere paſcẽris beneficijs diuinis eſuriente perpetuo diuite.

¶4 Hoc eſt, cõmitte ei inſtitutũ vitæ tuæ cũ certa fiducia in eum: & ipſe omnia cõficiet, ad optatum finẽ omnia perducet, ſucceſſũ dabit, &c. ¶5 iudiciũ, pro recta vitæ ratione.
¶6 Silere eſt quietũ eſſe, trãquillũ, obediẽtem, non rebellare, non reluctari, nõ reſponſare Domino. ¶7 Hebr. ne cõmercium ineas cũ eo cui oia ſuccedũt, cũ homine iniquũ patrãte ſcelera ¶8 ne ſocietatẽ ineas cũ illis ad perperam agẽdum. ¶9 vl, afflicti, aut humiles, modeſti.
¶10 Heb. Et oblectabũt ſe multitudine pacis.
¶11 ſuſtentat
¶12 integrorũ
¶13 i. quo tẽpore ſint illis ſuppetiæ ferendæ.
¶[13] Quo tẽpore
¶14 pingue agnorum
¶15 in fumũ ipſum euaneſcẽt.
¶16 vl. manu ſua ſuffulcit.
¶17 Hebr. Et ſemen eius ad benedictionem. i. ab omnib[us] laudantur.
¶18 miſericordes ſuos. i. quos fauore ſuo proſequitur.
¶19 Heb. condẽnabit eũ. i. non ſinet eũ iniuria iudiciorum opprimi, dum cauſa eius agetur.
¶20 fortẽ, & viretẽ inſtar lauri viridis.
¶21 Heb. itegrũ, & cõſydera rectũ: q[uia] finis viri [huiuſmodi] eſt pax.
¶22 Heb. poſtremum impij eſt exterminium.

ג Deuolue ſuper Dominum [4] viam tuã, & eo nitere, vt ipſe faciat.
Et iuſtitiã tuam ceu lumẽ in apertum producet, & [5] iudicia tua ceu meridiem.
ד [6] Sile Domino, & prẽſtolare eũ: [7] ne ſuccenſeas ei viro cui inſtitutum ſuũ fœliciter ſuccedit dum ſcelus deſignat.
ה Remitte irã, miſſum fac furorem: [8] ne ſuccenſeas vt malefacias.
Quoniam malefaciẽtes excindentur: qui vero Dominum præſtolati fuerint, illi terram hæreditario poſſidebunt.
ו Paululũ adhuc, & nuſquam erit impius: quũque aduerteris locum eius, nullus ſupererit.
[9] Manſueti [interim] hæreditario terram poſſidebunt, & [10] oblectabuntur plurimo rerum ſucceſſu.
ז Molitur impius contra iuſtum, frendet contra eum dentibus ſuis.
At Dominus ridet illum, quoniã proſpicit aduenire diem eius.
ח Gladium ſtringunt impij, intendunt arcum ſuum, vt afflictum & inopem deijciãt, vt recte gradientes iugulent:
At gladius eorum cor ipſorum tranſuerberabit, & arcus eorum confringentur.
ט Præſtat pauxillum quod iuſtus habet, opibus multis impiorum inſignium:
Nam brachia impiorum confringentur: iuſtos autem [11] fulcit Dominus.
י Nouit Dominus [12] innocentium quoque [13] tempus, & hæreditas eorum perpetua erit.
In aduerſo tempore haudquaquam pudefient, & fame inualeſcente ſatiabuntur:
כ [13] Quũ impij peribũt, & hoſtes Domini vt [14] pretioſi agni abſumẽtur, [15] in fumo abſumẽtur.
ל Impius æs alienum conflat, nec diſſoluit: iuſtus vero beneficus eſt & dat.
Nam benedicti ipſius hæreditario poſſidebunt terram, & execrati eius excindentur.
מ A Domino diriguntur greſſus viri, & via eius grata eſt ei.
Cum ruit, non corruit: Dominus enim [16] ſuffulcit manum eius.
נ Iuuenis fui, & nunc ſenui, nec vidi iuſtum deſertũ, aut poſteros eius mendicãtes panem.
Quotidie beneficus eſt & mutuum dat, & poſteri eius [17] optime habent.
ס Recede à malo, & facito quod bonũ eſt, & habita perpetuò.
Quia Dominus amat iudicium, nec deſeret [18] beneficos ſuos, in ſempiternum cuſtodientur, poſteri autem impiorum excindentur.
צ Iuſti hæreditario poſſidebunt terram, & habitabunt ſuper eam in ſeculum.
פ Os iuſti de ſapientia diſſerit, & lingua eius iudicium loquitur:
Lex Dei eius in corde ipſius: [idcirco] non nutabunt greſſus eius.
צ Impius iuſtũ obſeruat, & quęrit vt eũ occidat:
[At] non permittet eum manui illius, nec [19] permittet eum impietatis conuinci, quum iudicabitur.
ק Expectã Dominum, & viã eius obſerua, & exaltabit te, vt hęreditario terrã poſſideas: quum impij excindentur, tu videbis [cum gaudio.]
ר Vidi impium [20] violentum & ſeſe diffundentem inſtar lauri frondoſæ:
Et tranſiuit, & ecce non erat: quæſiui eũ, & non eſt inuentus.
ש Obſerua [21] integritatem, & ſpecta id quod rectum eſt: nam ei viro tandem pax [erit.]
Scelerati autẽ pariter vaſtabũtur, & [22] impij tandem excindentur.

ג Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet.
Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: ד ſubditus eſto Domino, & ora eum.
Noli ęmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias.
ה Deſine ab ira, & derelinque furorẽ: noli æmulari vt maligneris.
Quoniã qui malignantur, exterminabũtur: ſuſtinẽtes autẽ Dominũ ipſi hęreditabũt terrã.
ו Et adhuc puſillum, & nõ erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.
Manſueti autem hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis.
ז Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.
Dominus autem irridebit eum: quoniam proſpicit quòd veniet dies eius.
ח Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum,
Vt [a] decipiant pauperem & inopem, vt trucidẽt rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur.
ט Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterẽtur: confirmat autem iuſtos Dominus.
י Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.
Nõ cõfundẽtur in tẽpore malo, & in dieb[us] famis ſaturabũtur: כ quia peccatores peribũt.
Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.
ל [b] Mutuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur & tribuet.
Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
מ Apud Dominum greſſus hominis [c] dirigetur: & viam eius volet.
Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.
נ Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærẽs panem.
Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.
ס Declina à malo, & fac bonũ, & inhabita in ſeculum ſeculi.
Quia Dominus amat iudicium: & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternũ conſeruabũtur.
Iniuſti punientur: & ſemen impiorũ peribit.
צ Iuſti autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.
פ Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.
Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplãtabuntur greſſus eius.
צ Conſyderat peccator iuſtum: & quærit mortificare eum.
Dominus autẽ non derelinquet eũ in manibus eius: nec dãnabit eum cum iudicabitur illi.
ק Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terrã: cũ perierint peccatores videbis.
ר Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani.
Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.
ש Cuſtodi innocẽtiam, & vide æquitatem: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.
Iniuſti autem diſperibunt ſimul: reliquię impiorum interibunt.

Nõ imitandi quib[us] omnia proſpera.
Ira.
Male agentes. & Deo fidentes.
B Manſueti. matth. c. 5.
Quales impij erga pios.
¶[a] deijciant
Piorũ & impiorũ differentia.
C
¶[b] Mutuatur
Deus dux & rector fideliũ
¶[c] dirigẽtur:
Fideles non derelinquuntur à Deo. eccli 2. c.
Exhortatio ad opera fidei.
D Eſa. 9. c.
Infideles vt fumus.
Exhortatio ad innocẽtiam.
Impiorũ interitus, & piorum ſalus.

ת Salus autem iuſtorum à Domino:& protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatorib⁹,& ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo.

¶Pſalm⁹ Dauid in rememoratiõe, die ſabbathi.
X X X V I I.

Orat Dauid vt remittat peccatum, ob quod morbo corrept⁹ erat. Chriſto compeetit factus pro nobis peccatū, & hoſtia pro peccato, confiteri conſciētię terrorē,& animi & anguſtiā, & peccatum.

DOmine,ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ:nō eſt pax oſſibus meis à facie peccatorū meorū.
Quoniā iniquitates meę ſupergreſſæ ſunt caput meū:& ſicut onus graue grauatæ ſūt ſup me.
Putruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meæ,à facie inſipientiæ meæ.
Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finē: tota die contriſtatus ingrediebar:
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebā á gemitu cordis mei.
Domine,ante te omne deſyderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatū eſt in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.
Amici mei & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt:
Et qui iuxta me erant, dèlonge ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam:
C Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam ſurdus nō audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Non reſiſtit aduerſarijs ſperās in Patre.

Et factus ſum ſicut homo non audiens, & nō habens in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te Domine ſperaui,tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi, Nequādo ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouētur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

¶ cōmouerēt

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper:
D Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autē mei viuunt,& cōfirmati ſunt ſuper me:& multiplicati ſunt qui oderūt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis,detrahebant mihi,quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.
Intende in adiutorium meum,Domine Deus ſalutis meæ.

¶In finem pro Idithun canticum Dauid.
X X X V I I I.

Oſtendit Dauid morbos ęquo animo, & ſine vlla querimonia ferēdos eſſe.

DIxi,Cuſtodiam vias meas:vt non delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me.
Obmutui & humiliat⁹ ſum, & ſilui à bonis: & dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Breuitas & vanitas vitæ humanæ.

Locutus ſum in lingua mea, Notū fac mihi Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis eſt. vt ſciam quid deſit mihi.
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.
Veruntamē vniuerſa vanitas,omnis homo viuēs.
Veruntamē in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra conturbatur.

ת Salus iuſtorum à Domino,qui & fortitudo eorum eſt in tempore afflictionis:
Adiuuabit illos Dominus,& liberabit eos, liberabit eos ab impijs,& ſeruabit eos:nam ſperauerunt in eum.

¶Carmen Dauidis[*] ad commemorandum.
X X X V I I I.

DOmine ne in ira tua me arguas, nēve caſtiges me in feruore tuo.
Quoniam ſagittæ tuæ in me[1] defixæ ſunt, & [2] depreſſa eſt ſuper me manus tua.
Nihil integrū eſt in carne mea propter indignationem tuam, nō eſt[3] pax oſſibus meis propter peccatum meum.
Nam iniquitates meæ tranſcendunt caput meū, ceu graue onus grauiores ſunt [4] q̄ ſim ferēdo.
Computruerunt & ſanie diffluunt [5] vlcera mea, propter ſtultitiam meam.
Incuruus incedo & depreſſus admodum, quotidie [6] atratus obambulo:
Quoniā [7] coxendicē meū penitus occupauit fœdū [vlcus,] nec integri quidquam in carne mea:
[8] Iactatus ſum,& nimiū attritus,præ fremitu cordis mei rugio.
Domine coram te eſt omne deſyderiū meum,& ſuſpiria mea te minime latent.
Cor meum [9] palpitat, deſtituit me robur meum, [10] & ipſum oculorū meorū lumē nō eſt mecū.
Amici mei & ſodales mei ſtant è regione plagæ meæ,& propinqui mei procul conſiſtunt:
Laqueos [interim] tendunt qui quærunt animam meam,& qui malum mihi inquirunt, loquuntur prauitates,& aſſidue dolos [11] meditantur:
At ego velut ſurdus nihil audio,ac ceu mut⁹ qui os ſuum non aperit:
Similis ſum [inquam] viro nihil audienti,& non habenti in ore ſuo [12] quod pro ſe reſpondeat.
[13] Te enim expecto Domine, tu reſpondebis Domine Deus meus.
Nā cogitabā,Ne de me [14] lætentur, qui ſimul atq; nutat pes me⁹, [15] magnifica iactitāt contra me.
Quia iam ita cōparatus ſum vt claudus viuam,& dolor meus [16] à me nunquam recedat:
Quia iniquitatem meam fateor, & ob peccatum meum [17] ſolicitor.
At [interim] hoſtes mei viuunt & robuſti ſunt, & [18] creſcunt qui me iniuria odio habent.
Et qui maleficium rependunt pro beneficio, aduerſantur mihi,propterea q bonum ſector.
Ne deſeras me Domine,Deus meus ne procul à me abſiſtas.
Propera vt me adiuues,ô Domine ſalus mea.

¶Præfecto cantorum ipſi Iedusthun carmē Dauidis.
X X X I X.

DIcebam,Obſeruabo vias meas ne peccem lingua mea, cohibebo os meum [1] capiſtro dum coràm fuerit impius.
Factus [diutino] ſilentio mut⁹, vt ne de bonis quidem rebus loquerer, at interim dolor me⁹ incrudeſcebat:
Incaleſcebat cor meū intra me,ignis quidam dū mecum immurmuro, exardeſcebat, [tandem] lingua mea [2] loquutus ſum,
Indica mihi Domine finem meum , & quiſnam ſit [3] modus dierum meorum, vt ſciam [4] quanto tempore mihi in miſerijs viuendum ſit.
Ecce tu [5] conſtituiſti dies meos palmi minoris lōgitudine, [6] quin æuum meum ſic eſt quaſi non ſit, præſertim tibi collatum: reuera prorſus nihili eſt homo quiuis, quamlibet firmus conſiſtere videatur. Sela.
[7] Quin in imagine vadit homo, [8] temere tumultuatur, congerit,& neſcit [9] cui ea congreget.

¶* ſub.beneficiū Dei quo à morbo liberat⁹ fuerat.
¶1 contortæ
¶2 deſcendit
¶3 quies
¶4 Heb à me.
¶5 liuores mei,
¶6 facie ſubnigra.mœſtus.
¶7 Alij, Quoniā impleti ſūt lumbi mei contemptibili.alij, ilia legunt.
¶8 Diſſolutus
¶9 circūcurſat. circūagitatur.
¶10 & lumē oculorū meorū, etiā ipſi [ſub.oculi] non ſunt mecū.i. nō funguntur officio ſuo.
¶11 Alij, immurmurāt.
¶12 Heb.redargutiones.reſpōſiones.confutationes.
¶13 Quia te
¶14 Sub.hoſtes mei.
¶15 inſultant mihi . vſ, criſtas erigūt.
¶16 Heb. perpetuò corā me eſt.
¶17 anxi⁹ ſum.
¶18 aucti ſunt viribus

¶1 fiſcella.Gallice,muſeliere.
¶2 ſub.quæ ſequuntur.
¶3 menſura
¶4 Heb. quandiu mundanus ero. vſ, quanti æui ego.
¶5 Heb.palmares dediſti dies meos.
¶6 Heb. tanquam nihil coram te: vtiq; vniuerſa vanitas omnis homo ſtans.
¶7 Profecto in calamitate verſat
¶8 fruſtra
¶9 qui ea congregaturus ſit. ſub.ad ſe.

¶10.i. de malo meo nõ ſũ conqueſtus. ¶11 vl, plagã tuã. ¶12 vl, bello. cõſiliũ ¶13 obiurgationib⁹ corripis ¶14 ſub.veſtẽ pdere ſolet. ¶15 vl, adeo, aut certe friuola res eſt homo.

X L.

¶1 declinauit ad me, ¶2 ė ciſterna ſtrepit⁹ .i. in quã aquæ magno cũ impetu decidunt. ¶3 Hebr. & ſtatuit ſuper petrã pedes meos ¶4 ſpẽ. fiduciã ¶5 Hebr. Multa feciſti tu Domine Deus me⁹ mirabilia tua, & conſilia tua ſũt ppter nos, neque licet in ordinem redigere corã te: narrabo & dicam: plura fuerũt q̃ vt ea narrare potuerim. ¶6 Aures perfodere, ſymbolica oratione eſt in ſeruitutem mancipare. vel pfodiſti, vt exaudire poſſim præcepta tua. ¶7 in volumine.i. lege & pphetis q in mẽbranis in rotũdũ complicatis ſcribũtur apud Iudæos. ¶8.i. i intimis: meis ſcripta eſt. ¶9 Heb. veritatẽ[vl fidelitatẽ] tuã & ſalutem tuã dixi: miam &c. ¶10 He. nõ abſcõdi in cœtu multo. ¶11 Tu ergo ne ſubtrahas ¶12 cuſtodiant. ¶13 i. pœnæ iniquitatib⁹ meis debitæ. ¶14 p mercede ignominię ipſorũ.i. q me afficere ignominia conati ſũt. ¶15.i. gaudent auxilio tuo.

Et nunc quid expecto Domine? in te certe ſpes mea recumbit.
Ab omnibus ſceleribus meis libera me: ne exponas me ludibrio ſtolidis hominibus.
[10]Obmutui,[1] nec apui os meũ: tu enĩ iſthuc feciſti
Aufer ergo à me[11] flagellum tuum: ab [12] exagitatione[1] manus tuæ ego exanimatus ſum.
Etenim dum tu hominẽ ob iniquitatem[13] obiurgãs caſtigas,[1] ilico tabeſcere facis, velut[14] tinea,
Quicquid eſt in eo deſyderabile:[15] quin vanitas eſt omnis homo.[1] Sela.
Audi precationem meam ô Domine, auribus percipe clamorem meum, ad lachrymam meã ne obſurdeſcas: peregrinus enim ſum apud te, inquilinus quales fuerunt oẽs progenitores mei.
Deflecte à me, vt me recipiã, priuſquam abeam & nuſquam ſim.

¶Præfecto cantorum carmen Dauidis. X L.

Quum diu ſolicite expectaſſem Dominũ, ſtandẽ[1] attẽdit me,[1] exaudiuitq; clamorẽ meũ:
Subduxit me[2] ė puteo illo calamitoſo,[1] & dẽſo luto,[3] in petra erectum me in pedes meos collocauit, greſſus meos corroborauit:
Et iſeruit ori meo carmẽ nouũ, laudẽ Deo noſtro
Videbunt[id]multi, & timebunt, atque ſperabunt in Dominum.
Fœlix ille vir, qui Dominum[4] tutelam[1] ſuam poſuerit, nec reſpexerit ad faſtoſos, & ad eos qui ad mendacium deflectunt.
[5]Plurima patraſti tu Domine Deus meus, admirandorum facinorum, & conſiliorum tuorum erga nos non poteſt inſtitutio: quæ ſi enarrare & eloq coner, plura ſunt q̃ numerari queãt.
Victimam & ſacrificium cibarium nõ amas,[6] aures autem perfodiſti mihi,[1] holocauſtum & hoſtiam pro peccato non poſtulaſti,
Tum dixi, En ipſe adſum, [7] in pagina[1] libri ſcriptum eſt de me,
Vt faciam quæ tu probas ô Deus meus collibuit, & lex tua[8] in medio viſcerum meorum.
Deprædicaui iuſtitiã tuã i cœtu magno, en labia mea haudquaq̃ cohibui, noſti tuipſe ô Domine.
Iuſtitiam tuam nõ occului in medio cordis mei, [9]conſtãtiam tuã[in promiſſis] & ſalutem tuam annuntiaui: bonitatẽ tuam & veritatem tuam [10]ebuccinare cõcioni frequẽti minime ceſſaui.
[11]Neque tu ô Domine continuiſti[1] à me miſerationes tuas: benignitas tua & veritas tua perpetuò me[12] cuſtodiunt.[1]
Quoniam adobruerãt me tot mala, vt ea nequirent numerari: occupauerant me [13] iniquitates meæ,[1] vt non potuerim[ea] videre: plura fuerũt q̃ pili capitis mei: inde deſtituit me cor meũ.
Libeat tibi ô Domine, vt liberes me: ô Domine ꝓpera vt me adiuues.
Pudefiant & afficiantur opprobrio pariter qui quærunt animam meã vt extinguant eam: retro agantur & pateant ignominiæ, quicunque malo meo delectantur.
Vaſtentur[14] pro eo quòd me pudefacere conabantur,[1] qui dicunt mihi, Hæhæ, hæhæ.
Lætẽtur & gaudeant in te quicunque te quærũt, & dicãt perpetuò (Magnificetur Dominus) qui [15] amant ſalutem tuam.[1]
Ego autẽ afflictus ſum & inops. Dominus cogitat pro me, auxilium meum & liberator meus tu es, Deus meus ne moram feceris.

¶Præfecto cantorum oda Dauidis. X L I.

Beatus eſt qui[1] prudenter agit cum ægro: dum tẽp⁹ fuerit aduerſum, eripiat eũ Dominus.
Dominus cuſtodiet eum, valetudinẽ reſtituat ei, vt[2] ſecundis adhuc rebus fruatur[1] in terra,[1] nec enim permittes[1] eum libidini inimicorũ eius.

Theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
Et nũc quæ eſt expectatio mea? nõnne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me:
Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti: amoue à me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci: in increpationib⁹ propter iniquitatẽ, corripuiſti hoiem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animã eius: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meã Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas
Ne ſileas: quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero.

¶In finem, Pſalmus ipſi Dauid X X X I X.

Expectãs expectaui Dominũ, & intẽdit mihi.
Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.
Et ſtatuit ſuper petrã pedes meos, & direxit greſſus meos.
Et imiſit i os meũ cãticũ nouũ, carmẽ Deo noſtro.
Videbũt multi, & timebũt: & ſperabũt i Domino.
Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.
Multa feciſti tu Domine Deus me⁹ mirabilia tua: & cogitationib⁹ tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerẽ voluntatem tuam, Deus meus: volui, & legẽ tuam in medio cordis mei.
Annũtiaui iuſtitiã tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.
Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
Quoniam circundederũt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Cõplaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice.
Confundantur & reuereantur ſimul, qui quærũt animam meam vt auferant eam.
Cõuertãtur retrorſum & reuereantur ſimul qui volunt mihi mala.
Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultẽt & lætentur ſuper te omnes quærẽtes te: & dicant ſemper, (Magnificetur Dominus) qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autẽ mendicus ſum & pauper: Dominus ſolicitus eſt mei.
Adiutor meus & protector meus tu es: De⁹ meus ne tardaueris.

¶In finem, Pſalmus ipſi Dauid X L.

Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eũ Dominus.
Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Deo fidit.

Orat peccata cõdonari ſibi

Chriſti gratiarum actio pro ſui liberatione.

B

Chriſtus hoſtia pro peccatis noſtris. Heb. 10. d.

Iuſtitiã quæ peccator iuſtificatur, & miſericordiã prædicauit Chriſtus.

C

Chriſtus afflictus, putat ſe derelictum à Patre.

D Orat cõtra aduerſarios.

Exhortatio ad lætitiam.

Solicitus pro ſuis Deus.

Beati qui ſoliciti ſunt de afflictis.

Orat deum vt peccatũ auferat & morbũ

X L I. ¶1 proſpicit ægroto. Proſpera precatur Dauid ꝓſpicientibus ægroto ¶2 Heb. beat⁹ ſit ¶3 nec tradas. Mutatio perſonæ, pro, nec permittas eum, &c.

Chriſt⁹ orat pro peccatis noſtris tãquã ſuis.

Iudæ perfidia. mat. 26. b mar. 14. b. lu. 22. b. iohã. 13. b. act. 1. c.

Reſurrectio Chriſti.

Dominus opẽ ferat illi ſup lectũ doloris ei⁹: vniuerſum ſtratũ ei⁹ verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur & peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras, & loquebatur: in idipſum
Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me, Nũquid qui dormit nõ adijciet vt reſurgat?
Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem.
Tu autẽ Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & cõfirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſeculo & vſq; in ſeculum: fiat, fiat.

David regno pulſ⁹ à filio, dolet ſe abſentẽ à ſacro cœtu, petitq; in integrum reſtitui.

¶ᵃ fortem,

Cõſolatur ſe quòd ſit vn⁹ ex iis quos ſuſcipit Deus.

Queritur de copia calamitatũ ſuarũ.

¶ In finem, intellectus filijs Core. XLI.

Quemadmodũ deſyderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſyderat anima mea ad te De⁹.
Sitiuit anima mea ad Deũ ᵃfontẽ viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?
Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie. Vbi eſt Deus tuus?
Hæc recordat⁹ ſum, & effudi in me animã mei, quoniam trãſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei,
In voce exultationis & cõfeſſionis, ſon⁹ epulãtis.
Quare triſtis es aĩa mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.
Ad meipſum anima mea cõturbata eſt, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua & fluctus tui ſup me trãſierũt
In die mãdauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius
Apud me, oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Suſceptor meus es,
Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?
Dum cõfringuntur oſſa mea, exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Dominus fulciat eũ in lecto ægritudinis [decumbentem,] totum ſtratum eius ⁴commutabis' in infirmitate eius.
⁵Hinc ego quoq; dico, Beneficus eſto mihi' ô Domine, ſana animam meam: nam aduerſum te peccaui.
Inimici mei ⁶male precabãtur mihi, dicentes,' Quando [tandem] morietur, & interibit nomen eius?
Cúmque [quiſpiam ex eis] veniret me inuiſurus, ⁷vanum loquebatur, corde ſibi praua colligebat, egreſſus foras [ea] eloquebatur.'
Inter ſe oſores mei contra me pariter muſſabãt, aduerſum me malum cogitabant, [nempe,]
⁸Perfudit iſtum graue aliquod ſcelus:' & iſte decumbens haudquaquam poſthac ſurget.
Quin⁹ & is quocum mihi arctiſſima fuit familiaritas,' cui fidebam, quique cibo meo victitabat, ¹⁰ſublato pede, velut calce, me petebat.
Tu ergo Domine beneficus ſis mihi, & erige me, vt illis rependam.
In hoc cognoui ¹¹fauere te mihi,' q̃ hoſtis meus de me non iubilat,
¹²Quòdque ſum incolumis: ſuffulcies porrò me,' atque ſtatues coram te in ſempiternum.
Collaudetur Dominus Deus Iſraelis, à ſeculo vſque in ſeculum. ¹³Amen & amen.

¶ ¹Præfecto cantorum, ¹¹erudiens [carmen] filiorum Corah. XLII.

Vt ceruaⁱ mugit ad torrẽtes aquarum, ſic anima mea mugit ad te ô Deus.
Sitit anima mea Deum, ²Deum viuũ:' quãdo [demum] veniam, vt appareã in conſpectu Dei?
Fuit mihi lachryma mea pro cibo dies noctéſq;, dum mihi dicerent quotidie, Vbinam eſt Deus tuus?
³Animam meam effundo, ſimul atque recordor qualiter in ſumma illos ouantes & collaudantes, feſtiuitatem ſcilicet ac celebrem cœtum, ad domum Dei deducebam.'
Quid deiecta es ô anima mea, & intra me ¹¹tumultuaris? ſpera in Deum, quia ⁴adhuc pro ſalute reddita coram conſpectu eius gratias agam.'
Deus meus deijcit ſe anima mea intra me, propterea quòd tui recordor in terra trans Iordanem, atque ab Hermonim ⁵monte puſillo.'
⁶Abyſſus abyſſum aduocat, ad vocem cataractarũ tuarum, cuncti fluctus tui & procellæ tuæ ſuper me tranſierunt.
⁷Interdiu præcepit Dominus benignitati ſuæ, & nocte cãticũ eius mecũ, oratio ad Deũ viuum.'
Dicã Deo petræ meæ, Quare obliuiſceris mei? cur ⁸hoſte opprimente atratus ingredior?
⁹Perinde eſt ac ſi adigerẽt gladium in oſſa mea' dum hoſtes mei contumeliis me afficiunt, dicúntque ad me quotidie, Vbi eſt Deus tuus?
Quid deiecta es ô anima mea, & cur ſic intra me tumultuaris? ſpera in Deum, quia adhuc celebrabo eum ¹⁰pro ſalute ante conſpectũ meum reddita, & quòd Deum meum [ſe eſſe oſtendit.]

¶4 vertas. ſub. in ſanitatẽ. mutatio perſonæ, pro vertat, vel commutet. ¶5 Ego dixi, [ſub. quum ægrotarẽ,] Miſerere mei. ¶6 dicunt malum de me. ¶7 vana loquebatur cor de: egreſſus foras, loquebat. Sub. alia quàm locutus fuerat palàm. ¶8 Res praua tenaciter adhæret illi. i. ſcelus aliquod grãde, ſeu vltio grandis cuiuſpiam ſceleris penit⁹ occupauit eũ. vt eũ hoc morbo neceſſe ſit cõfici. Alij intelligunt de grauiſſimo morbo q̃ eũ occuparit. ¶9 Hebr. Homo pacis meæ. ¶10 He. magnificauit aduerſũ me calcaneum, ¶11 quòd diligas me. ¶12 Vel, In innocentia mea [hoc eſt, q̃ innocẽs ſum & integer] ſuffulcies me. ¶13. i. ſtabile ſit & ſtabile. verũ & verum, ſit ita.

XLII.
¶1 vide Pſal. 4. ¶11. i. Pſalmus eruditione plen⁹, cõſcript⁹ de Dauide ab vno è poſteris Core. Alij vertũt, Præfecto ciτorum maſchil, filijs Core. i. Pſalm⁹ traditus præfu[...]rum, qui eundem tradidit poſteris Core etiam muſices peritis, decantandum ad modulos cantilenæ vulgaris [...] initium erat Maſchil. ¶1 Vox Hebræa A R A G, proprie ceruis tribuitur, quũ anhelantes & inhiantes à venatoribus agitantur, & aquam quærunt. Quidam glocitare vocant. ¶2 Alij legunt, ad fortem, viuum. ¶3 Heb. Hæc quum recordor, effundo ſuper me animam meam, quòd tranſibam olim in caterua, & quòd læto gradu incedebam cum eis ad domum Dei, in voce exultationis & laudis, in turba feſtum agente. vel, tripudiante & læta. Aut, deducens inquã turbam feſtiuitatem. Effundere animam, eſt laxatis dolori habenis, omnes ſemel affectus, omnem animi æſtum, & quaſi ipſum cor effundere. ¶ⁱⁱ infremis? ¶4 Heb. celebrabo eũ ob ſalutes faciei ei⁹. Id eſt, ab eo miſſas. Hoc eſt ob multiplex auxilium quod mihi hilari & læto vultu feret, ¶5 Alij legunt, & de monte Miſar. i. in terris remotiſſimis à domo tua, in quibus tibi non poſſum ſacrificare. ¶6. i. Tribulatio vna ſecum alteram trahit, te pluente ſuper me tribulationes. ¶7 Hebr. In die mandabit Dominus benignitatem ſuam, & noctu canticum ſuum erit mecum, & oratio ei qui eſt author vitæ meæ. Subaudiendum aliquid, Ita apud me cogito. Efficiet Deus vt interdiu fruar ſua benignitate, & noctu canam, &c. ¶8 mœrens incedam ob tribulationem inimici? ¶9 Hebr. Vt occiſio eſt [vel, Quaſi gladius] in oſſibus meis dum, &c. ¶10 Hebr. eſt [enim] ſalutes faciei meæ, eſt inquam Deus meus. Salutes faciei meæ. i. eſt coram me ſalus. vel Eſt mihi præſentiſſima ſalus. Aut, eſt auxilium expromptum & expoſitum, poſitum ante oculos meos. Vel, ſalus ſiue auxilium quo ſolet vultus reddi hilarior.

¶1 nō ſicta.nō miſericorde. ¶2 Cū ſis De⁹ fortitudinis meæ. ¶3 p̄ oppreſſiōe inimici? ¶4.i. opē. & qđ pollici⁹ es. ¶5 He. ad Deum, gaudiū exultationis meę. ¶6 Vide poſtremum verſum pſalmi præcedentis. ¶7 Vide pſal.41. ¶1 Eos, ſcilicet patres noſtros. ¶2 feciſti mittere.ſub.radicē. Alij legunt,eieciſti eos.ſub. populos. ¶3.i. fauore tuo. ¶4 p̄cipe.i.iube ſeruet? verus Iſrael:eripe eū. ¶5 cornu petem⁹. Quidā hæc ōnia legunt in p̄terito impfecto: alij in futuro.q.d. Si tu nos vt olī fauore pſequerēris, facile poſſemus hoſtes pellere. Sed tu iā repuliſti nos.&c. ¶6 ſeruabis ¶7 Etiā repellis. Reticentia eſt, Nūc nō ſolum non audis p̄ces noſtras, ſed etiā repellis,&c. ¶8 He. Facis nos redire retrorſū ab hoſte. ¶9 nec auxiſti [ſub.rē tuam] propter pretia eorū.q.d.tā vili nos vēdis, vt rem tuā augere non poſſis. ¶10 cōmotio capitis.Cōmotiōe capitis Chriſt⁹ illuſ⁹ eſt, marc.15.c. ¶11 pudor faciei meæ obtegit me.i.pudor quo vult⁹ meus ſuffunditur, totā faciem occupat. ¶12.i.i regiōe in qua habitāt hoīes feritate draconib⁹ ſimiles. ¶13 elonges te.

XLIII.

IVdica me Deus,& ſuſcipe cauſam meā à gente [1]parū pia,° à viro doloſo & prauo eripe me:
[2]Nā tu Deus meus es robur meū,°quare depuliſti me?quare pullat⁹ ingredior,[3]inimico obterēte?°
Mitte[4]lucem tuam & veritatē tuam,° hæc deducāt me, ad montem ſanctum tuum me introducant,atque ad habitacula tua:
Vt ingrediar ad aram Dei,[5]ad Deum,qui eſt gaudium & exultatio mea,°& celebrem te cithara Deus Deus meus.
Quid delecta es ô anima mea,& cur tumultuaris intra me?ſpera in Deum, quoniam adhuc celebrabo eum, [6]de ſalute qua faciem meam exhilarabit,Deúmque ſe meum declarabit.

¶Carmen[1]erudiens filiorū Korah præfecto cantorum. XLIIII.

AVribus noſtris audiuimus,ô Deus,patres noſtri commemorauerunt nobis, opera illa quę temporibus illorum operatus es,retróque temporibus.
Tu manu tua Gentes expuliſti,& [2]eos plantaſti: afflixiſti populos,hos autē germinare feciſti.°
Nec enim gladio ſuo terram occuparunt,nec ipſorum brachio ſalus eorum parta eſt: ſed dextera tua,&brachio tuo,& [3]luce vultus tui,°quia illos amabas.
Tu ipſe Rex meus es ô Deus, tu [4]diſpone° ſalutes ipſi Iacob.
Per te infeſtos nobis[5]excutiemus,° per nomē tuū conculcabimus eos qui in nos inſurgunt.
Non enim ſperabo in arcu meo,& gladius meus minime me ſeruabit:
Sed tu[6]ſeruas°nos ab aduerſarijs noſtris, & pudefacis eos qui nos odio proſequuntur.
In Deo gloriamur quotidie, & nomen tuum in ſempiternum celebramus. Sela.
[7]At tu depuliſti nos, & ignominia affeciſti, nec inter copias noſtras vnà egrederis.
[8]Vertis nos in fugā coram hoſte:& qui odio nos proſequuntur auferunt ſibi[prædam.]
Poſuiſti nos velut oues cibo[ſelectos,]& inter gētes[illas]nos diſperſiſti.
Vendidiſti populum tuū nullis opibus,[9]nec auxiſti pretia eorum[in licitando.]
Exponis nos probro vicinis noſtris, illuſioni & ludibrio his qui circum nos habitant.
Facis vt fabula ſim⁹ Gētibus, & [10]ſanna°populis.
Quotidie ignominia mea coram me eſt,& [11]pudor obtegit faciem meam:°
Propter vocē exprobrātis & conuitiantis, & propter inimicum & vlciſcendi auidum.
Hæc omnia eueniunt nobis, attamen nequaquā tui obliuiſcimur, nec pfidi ſum⁹ i fœdere tuo:
Nō deflexit retro cor noſtrū, nec declinauerunt à ſemitis tuis greſſus noſtri,
Quum attereres [12]nos in loco draconum,° atque vmbra mortali nos obtegeres.
Si obliuiſceremur nominis Dei noſtri,& expanderemus animus noſtras ad Deum alienum:
Annō Deus hoc inquireret?ipſe enim nouit abſcondita cordis.
Sed propter te occidimur quotidie, æſtimamur ceu grex mactationi deſtinatus.
Euigila, quare obdormis Domine? euigila, ne [13]depellas°perpetuò.
Quare abſcondis faciē tuam,cur afflictionis noſtræ & oppreſſionis noſtræ obliuiſceris?
Quoniam delecta eſt ad puluerē anima noſtra, terræ adhæret venter noſter.
Conſurge,adiuua nos,& redime nos propter bonitatem tuam.

XLV.

¶[1]Vide Pſa.41.

¶[2]ſuper ſuſanim.inſtrumentū muſicū, aut principiū vulgaris alicuius cātilenæ,ad cuius modos decantatus fuit hic pſalmus.

¶Carmen amatorium erudiens, [1]filiorum Corah,præfecto cantorū.[2]de lilijs. XLV.

¶Pſalmus Dauid. XLII.

IVdica me Deus,& diſcerne cauſam meā de gēte non ſancta,ab homine iniquo & doloſo erue me,
Quia tu es De⁹ fortitudo mea: quare me repuliſti?& quare triſtis incedo,dū affligit me inimic⁹?
Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt,& adduxerunt in montem ſanctū tuum,& in tabernacula tua.
Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus,Deus meus:quare triſtis es anima mea? & quare cōturbas me?
Spera in Deo,quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei,& Deus meus.

Orat afflict⁹ illuminari cor ſuū verbo & promiſſionibus Dei.

¶In finē pro filijs Core ad intellectū. XLIII.

DEus aurib⁹ noſtris audiuimus: patres noſtri annuntiauerunt nobis
Opus quod operatus es in diebus eorum, [1]&° in diebus antiquis.
Manus tua Gētes diſperdidit,& plantaſti eos:afflixiſti populos,& expuliſti eos.
Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos,
Sed dextera tua,& brachium tuum,& illuminatio vultus tui:quoniam complacuiſti in eis.
Tu es ipſe rex meus & Deus meus: qui mādas ſalutes Iacob.
In te inimicos noſtros ventilabimus cornu,& in nomine tuo ſpernemus inſurgētes [2]in nobis:°
Non enim in arcu meo ſperabo:& gladius meus non ſaluabit me.
Saluaſti enim nos de affligentibus nos:& odientes nos,confudiſti.
In deo laudabimur tota die:& in nomine tuo cōfitebimur in ſecula.
Nunc autē repuliſti & confudiſti nos:& nō egredieris [3]Deus°in virtutibus noſtris.
Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos diripiebant ſibi.
Dediſti nos tanquam oues eſcarum, & in Gentibus diſperſiſti nos.
Vendidiſti populum tuum ſine pretio:& nō fuit multitudo in commutationibus eorum.
Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris, ſubſannationē & deriſū his qui ſūt in circuitu noſtro.
Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus:commotionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me eſt,& confuſio faciei meæ cooperuit me
A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis.
Hæc omnia venerūt ſuper nos, nec obliti ſumus te:& iniquè non egimus in teſtamento tuo.
Et non receſſit retrò cor noſtrum : & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.
Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.
Si obliti ſumus nomen Dei noſtri,& ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum,
Nōnne Deus requiret iſta?ipſe enim nouit abſcōdita cordis.
¶Quoniam propter te mortificamur tota die:æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.
Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.
Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ?
Quoniā humiliata eſt in puluere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.
Exurge Domine adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

¶In finē,pro iis qui commutabūtur, filijs Core ad intellectū,canticū pro dilecto. XLIIII.

Querit dira nunc pati Iſraelē à Philiſthæis, & reliquis gētib⁹ ppter nomē Dei,veráq; religionē: nec tamē Deū,vt oli,illis adeſſe ſuis miraculis.& precat⁹ vt virtutē ſuā tādē exerat,ſubſq; ab iniurijs impiorū aſſerat ¶[4]in nos

B

In tribulationibus à Deo derelicti,etiā i Deo ſperāt.

C

D

Rom.8.g.

Precatur vt virtutē ſuam tandē exerat, ſubſq; ab iniurijs impiorum aſſerat.

Laudant filij Core regem Salomoné à dignitate formæ,& gratia eloquétiæ, fortitudine, potentia, ſplendore, & magnificétia cũ in ſe, tum in cõiuge, Chriſtum ſpõſum & eccleſiam adumbrans.
[4]Gladius verbi euangelij.
[5]Euãgelij verbũ couertens corda ipſorũ.
[6]Chriſt[9] vnct[9] ſpũſancto in regem & ſacerdotem.
Fideles.
ſponſa.
[8]Spõſus fidẽ requirit áſpõſa,& abnegationem ſui.
Spõſa ſcipſã & ſua offert.
Credẽtes oẽs.

Iudæis gẽtes ſu-ceſſe.unt.
¶[9]Memorero Nomẽ Chriſti ſanctificãdũ.
Verba ſpõſæ.

Gratulatio eſt pro inſigni aliquo auxilio lato vrbi ſ.Ctæ Ieruſalẽ.Cõuenit eccleſiæ q̃ Deo præſide ſecura eſt in periculis.
Aduerſarij fideliũ cõturbati.

Pax per Chriſtum.

Exhortatio ad cognoſcẽdũ opera Dei.

Gẽtes prouocãtur ad laudãdum Deũ ob miſericordiã eis factã.

¶[2] quam

ERuctauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis.
Speciosus forma pre filijs hoim,diffuſa eſt gratia in labijs tuis pꝑterea benedixit te De[9] i ęternũ.
Accingere [4]gladio tuo ſup femur tuũ,potẽtiſſime,
Specie tua & pulchritudine tua. intende proſpere,procede,& regna.
Propter veritatem & mãſuetudinem & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua.
[5]Sagittæ tuæ acutæ(populi ſub te cadent) in corda inimicorum regis.
Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi: virga directionis virga regni tui.
Dilexiſti iuſtitiã,& odiſti iniquitatem:propterea [6]vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.
Myrrha & gutta & caſia à veſtimẽtis tuis,à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te.filiæ regum in honore tuo,
Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.
[7]Audi filia,& vide,& inclina aurẽ tuam: & obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui.
Et concupiſcet rex decorem tuum:quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus,& adorabunt eum.
Et filiæ Tyri,in muneribus vultum tuum deprecabuntur[8]omnes'diuites plebis.
Omnis gloria filiæ regis abintus,in fimbrijs aureis,circumamicta varietatibus.
Adducentur regi,virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione:adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,cõſtitues eos principes ſuper omnem terram.
[9]Memores erunt'nominis tui in omni generatione & generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in æternũ, & in ſeculum ſeculi.

¶In finẽ filijs Core pro arcanis Pſalmus. XLV.

DEus noſter refugiũ & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.
Propterea nõ timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.
Deus in medio eius,non commouebitur:adiuuabit eam Deus mane diluculo.
Cõturbatæ ſunt gentes,& inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam,mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcum : ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Venite, & videte opera Domini, q̃ poſuit ꝓdigia ſuper terrã: auferẽs bella vſq; ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma:& ſcuta cõburet igni.
Vacate,& videte quoniam ego ſum Deus:exaltabor in gentibus,& exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum : ſuſceptor noſter Deus Iacob.

¶In finem,pro filijs Core Pſalmus. XLVI.

OMnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis,
Quoniam Dominus excelſus,terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.
Subiecit pplos nobis:& gẽtes ſub pedib[9] noſtris.
Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob [2]quam'dilexit.

ERuctat cor meum boni quippiã, dedico ego opera mea regi: lingua mea ceu ſtylus eſt ſcribæ expediti.
Perelegans es præ cunctis mortalibus, effuſa eſt gratia in labia tua,'eo quód' Deus te ſempiternis ornauit beneficijs.
Cinge ô heros' gladio tuo femur tuum, 'decore tuo & magnificentia tua.'
[4]Et in magnificẽtia tua proſpere inequita'ſuper verbũ veritatis,manſuetudinis & iuſtitiæ, docebitque te[tunc]dextera tua admiranda.
Sagittæ tuæ præacutæ'cor hoſtiũ regis[penetrabunt,]'populi ſub te cadent.
Solium tuum in ſempiternũ & perpetuo [ſtabit] ô Deus:ſceptrũ regni tui eſt ſceptrũ æquitatis,
Amas iuſticiam,impietaté odis, propterea quód te Deus,Deus tuus vnxit oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
Mirrhã,aloen &[6]caſſiam'[redolent] omnia veſtimenta tua,é palatijs eburneis [deprompta,][7]vt te exhilarent.'
Filiæ regum inter nobiles tuas:aſtat coniunx ad dexterã tuam[ornata] auro ex Ophir optimo.
Audi filia,& vide,inclina aurẽ tuam,obliuiſcere populi tui,& domus patris tui:
Et concupiſcet rex formam tuã:quia ipſe eſt Dominus tuus,[8]ipſum adorabis.'
[8]Filia quoque Tyri cum munere,& quique opulentiores populi,faciem tuam precabuntur.
[9]Omnis gloria filiæ regis intus eſt,' indumẽtum eius ex auro intexto.
In veſtib[9] acupictis adducetur regi,virgines pediſſequæ eius,ſodales ei[9] vnà tibi adducentur.
Adducentur cum gaudio & lætitia,& venient in palatium regis.
In locum patrum tuorũ ſuccedẽt[10]tibi filij,'quos principes in omni terra conſtitues.
Memorabo nomẽ tuũ ꝑ omnia ſecula,propterea celebrabũt te populi in ſempiternũ,& ꝑpetuo.

¶[1]Præfecto cantorum, carmen filiorum Corah ad Almoth. XLVI.

DEus nobis'ſuffugium'& robur eſt,premente aduerſitate auxilium[2]præſentiſſimum.'
Propterea nihil timebimus etiã ſi loco [3] moueatur terra,'&[4]nutent mõtes ſiti in medio mari.
Infremant &[5]limum egerant'vndæ eius,contremiſcant montes in eleuatione eius: Sela.
Riui tamen fluminis exhilarabunt ciuitatẽ Dei, [6]ſacrarium'tabernaculorum Altiſſimi.
Deus eſt in medio eius,ideo minime nutabit, opem illi feret Deus[7]ante auroram.'
Tumultuentur gẽtes , motus concitent regna, & tellus,dato fragore,defluat:
Dominus [tamen]exercituũ à nobiſ ſtat, arx ſublimis eſt nobis Deus Iacob. Sela.
Huc agite,& cõtemplamini opera Domini, quaſnam[8]ſolitudines fecerit in terra.
Facit ceſſare bella ad fines vſque terræ,cõfringit arcus,detruncat haſtas,igni currus exurit.
[9]Remittite,'&agnoſcite quód ego ſum Deus, excelſus in gentibus,[10]excelſus'in terra.
Dominus exercituum nobiſcũ,arx ſublimis nobis Deus Iacob. Sela.

¶[11]Carmẽ filiorũ Corah ꝑfecto cãtorũ. XLVII.

OMnes populi plaudite manib[9],iubilate Deo voce'ouante.'
Excelſus enim eſt Dominus,tremendus, rex magnus ſuper omnem terram,
Subijcit pplos nobis,&natiões ſub pedes noſtros.
Selegit nobis hæreditatem noſtram, 'præſtantiã' Iacob quem diligit. Sela.

¶1 ſub.ꝓpterea dico ego quód &c. ¶2 ô potẽs, ¶3 i.quo gloriã & dec[9] tibi pares. ¶4 Dec[9]autẽ tuũ eſt perrumpere, [ſub. Gentes]& equitare,&c.q.d.decus tibi cõparabis,ſi verbo tuo velut equo veharis ad Gentes, & doceas eas verbũ illud quod docet veritatem,&c.tũc perpetrabit mirabilia dextera tua. ¶5 Mutatio pſonę. pro, cor inimicorũ tuorum, ô rex, penetrabũt,tibi pplos ſubijcies. ¶6 caſſiam aromaticã intelligit & ligneã, q̃ ſolo cortice eſt cõmendabilis. ¶7 vnde te exhilarãt. ¶8 inclina te ei. ¶[11].i.Tyrij alienigenę &Iudæi allatis numeribus petẽt amicitia tecũ iũgi. ¶9 Tota inclyta eſt filia regis intrinſecus.i. Splẽdidiſſima eſt regina quæ agit in intima regia familiariter cum rege. ¶10 filij tui. ¶[1]Præfecto cãtorũ filijs Core ſuper alamoth .i.Præfecto cãtorum datus vt curaret decãtari per poſteros Core ad modos vulgaris cantilenæ cuius initium erat Alamoth.Vl.ſuper inſtrumẽtũ muſicũ, cui[9] nomẽ eſt alamoth.

XLVI.

¶1 protectio ¶2 inuenimus abũde. ¶3 moueat terram, ¶4 vl,deuoluãtur montes in mediũ maris. ¶5 turbentur

¶6 hoc eſt loc[9] ſãctior inter habitacula Altiſſimi.q.d.Oĩs terra Iſrael eſt habitaculũ Dei,ſed ſãctior loc[9] habitaculi eſt Ieruſalẽ. ¶7 Hẽ.dũ mane aſpiciet eã.i.appetẽte mane. ¶8 Sũt qui legũt,q̃ ſtupẽda in terra deſignat:& videtur magis quadrare. ¶9 Deſiſtite, ¶10 exaltabor XLVII. ¶[11]Inſigni pſali filiorũ Core.i.Pſalm[9]cõmiſſus ꝑfecto nepotũ Core, vt curaret illũ decãtãdũ. ¶1 exultatiõis.i.læta. ¶2 gloriã.i.q̃ eſt materia gloriãdi vero Iſraeli.

¶9 q.d. illata eſt tandem arca in tēplū Domini.
¶4 quotquot intelligitis.
¶5 Quidam legūt vt ſit appoſitio, Munifici populorū collecti ſunt, videlicet popul⁹ Dei Abrahæ. Alij ſic vertunt, Principes populorum adiunxerūt ſe. [ſub. illi Deo, &] populus Dei Abrahæ: q̄a Dei ſunt clypei terræ: maxime exaltat⁹ eſt. i. Principes cū populo Dei in quem credidit Abrahā, adiunxerūt ſe Deo, ꝙ ipſe eos defendat in terra: ergo ſūm⁹ eſt & potētiſſim⁹. ¶6 Heb. diis clypeis. Hic principes dicūtur clypei populi, quia eorū eſt tueri, & noxia auertere.

XLVIII.
¶1 laudandus ¶2 Vel. in monte ſanctuarii eius. i. in Siō mōte ſancto.
¶3 qui in aquilonari latere vrbis regis magni eſt ſitus,
¶4 clima,
¶5 ſcilicet ciuitatis, ¶6 de ciuitate ¶7 perpendimus. tunc ſcilicet quū ſic fugaſti hoſtes.
¶8 ſub. i hoſtes tuos. ¶9. i. vrbes
¶10 Heb. roborate ¶11 iſte,
¶12 Alij dicūt, in ſempiternū. Alii, ſicut i pueritia. ſub. direxit nos.
X L I X.

[8]Aſcēdit De⁹ cū iubilo, Dōn⁹ cū ſonitu buccinarū.
Pſallite Deo, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite:
Quoniā Rex vniuerſę terrę De⁹, pſallite [4]erudite.
Regnat De⁹ ſup gētes, De⁹ ſedet i ſolio ſuo ſācto.
[5]Munifici populorum adiunguntur populo Dei Abrahæ: quoniā [6]dijs protectoribus terræ longe ſuperior eſt.

¶Canticū, Pſalmus filiorū Corah. XLVIII.

MAgnus Dominus & [1]laudatus plurimū, in ciuitate Dei noſtri, [2]in monte ſancto eius.
Mōs Siō, [3]i cuī⁹ aqlonari latere vrbs magni regis eſt, elegās eſt [4]regio, & gaudiū vniuerſæ terræ.
De⁹ i palatijs [5]ei⁹ agnit⁹ eſt, [ꝗſit ſuis] arx ſublimis:
Nam ecce reges conuenerant, tranſierant vnà:
Quum vidiſſent, ſic obſtupuerūt, perterriti ſunt, & in præceps acti ſunt.
Sic corripuit eos illic trepidatio & dolor, vt parturientem.
Quomodo ventus oriētalis confringere ſolet marinas naues.
Quemadmodum audiuimus, ita vidimus, [6]in ciuitate Domini exercituum, [6]in ciuitate Dei noſtri. Deus illam firmauit in ſeculum. Sela.
Animo [7]concipiebamus ô Deus bonitatem tuam in medio templi tui.
Vt nomē tuū ô Deus, ita & laus tua ꝑtingit vſq; ad fines terræ. [na] iuſtitia [8]dextera tua abūdat.
Gaudet mōs Sion, & exultant [9]filiæ Iuda propter iudicia tua.
Circuite Siō, cingite eam, numerate turres eius:
Adhibete animum ad propugnaculum eius, [10]videte vt ſint celſa palatia eius, vt enarretis generationi poſteræ.
Nā [11]hic, eſt Deus. Deus noſter eſt in ſempiternū, & perpetuo ipſe diriget nos [12]ad mortē vſque.

¶[*]Carmē filiorū Corah præfecto cātorū. XLIX.

AVdite hoc omnes populi, auſcultate his omnes qui orbem inhabitatis,
[1]Tā plebei, quàm dignitate aliqua pollentes, vnà diues cum paupere.
Os meum ſapientiam loquetur: [2]& meditatio cordis mei prudentiam.
[3]Accommodabo ad parabolam aurē meam, exponam [4]adhibita cithara ænigma meum.
Cur timeam [5]in aduerſo tempore? iniquitas [6]calcaneorum meorum circundaret me.
Ex illis qui nituntur opulentia ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur,
Nemo fratrē ſuū [7]vlla ratione redimere poteſt, neque Deo [8]pretiū redēptionis eius perſoluere:
Nimij ſiquidē pretij eſt redimi à morte animas illorum, [9]vt æuo viuant perpetuo,
Et vitam in ſempiternum proferāt, ſepulchrum nunquam viſuri.
Equidem videre eſt [10]vt ſapientes æque moriantur ac ſtulti, & ſtupidi intereant, & opes ſuas alijs relinquant.
Sepulchrum [11]domus eorum in perpetuum, & habitacula eorum per ſecula, [12]nomina ſua vocarunt in terris.
At homo in [13]pretio nō diu permanet, ſimilis erit pecudibus quæ prorſus intereunt.

Aſcēdit De⁹ in iubilo, & Dominus in voce tubę.
Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.
Quoniā Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapiēter.
[*]Regnabit Deus ſuper Gētes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam dij fortes terræ, vehementer eleuati ſunt.

¶Pſalmus cantici, filijs Core ſecunda ſabbathi. XLVII.

Sit nomen eius benedictum in ſecula: ante ſolē permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus:
Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra. fiat, fiat.
Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe.
¶ Pſalmus Aſaph. LXXII.
QVàm bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde!
Mei autē penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos, pacē peccatorū vidēs.
Quia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur:
Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam: Iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
Poſuerunt in cælum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt, Quomodo[a] ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?
Ecce ipſi peccatores & abūdantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:
Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.
Si dicebam, Narrabo ſic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Exiſtimabā vt cognoſcerē hoc: labor eſt āte me,
Donec intrem in ſanctuariū Dei: & intelligam in nouiſſimis eorum.
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deiecſti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuā.
Velut ſomnium ſurgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilū rediges.

Per Chriſtū benedictio.
Gratiarum actio.

Canit in̄ ſolationē ſanctorū qui ſolicitate ipſorū vruntur & offenduntur, quàm infœlicem ea exitū habeat: & rurſus quàm fœlicem illorum, qui hic videntur exerceri, infœlicitas.

B

¶[a] ſciuit

C

Interitus impiorum.

¶4. i. nullis morbis quaſi vinculis ad mortem trahūtur. q. d. nullis vexātur morbis ante mortē. ¶5 pingues ſunt & fortes vt palatiū. Alij, fortitudo eorū eſt integra & ſana. ¶6 Heb. Ad verbū, In labore hominū nō ſunt, & cū hominib⁹ nō flagellātur. ¶7 vt torquis cingat. ¶8 induūtur veſte violētię. i. per violētiā parta. Quidā vertūt, Operiet ſe [ſc. latebris] vt tollat p̄dā ſibi. ¶9 ſuperāt cogitationes cordis. Sub. bona q̄ illis obueniūt. q. d. nā plura recipiūt à Deo quā optāt: oīa ex voto ſuccedūt. ¶10 Heb. Diſſoluūt. & loquunt̄ malitioſe calūniā: imò de excelſitudine loquūtur. I. Remiſſos reddūt aīos fideliū. quoniā de iniuria iferēda loquūtur. & de calumnia: imò ne à Deo quidem abſtinent. ¶11. q. d. Deo & hominibus detrahunt. ¶12. i. iſti diuites habent ſuos qui ad eos diuertunt, & illos ſectantur, vtilitatem ab eis ſperātes: qui ſimul cum ipſis diuitibus plectuntur. Alij verſum iſtum cum ſequenti ad pios referūt. quos, quum videant impijs exprimi aquas fœcundi calicis, & tantum rerum ſucceſſum dari redire facit Deus huc. i. ad hanc cogitationem, vt cogitēt ſe non eſſe illi curæ quos tātopere affligat & dicant, quomodo noſſet De⁹. quū tot res præter æquū & bonum fiant? Vertunt autē ſic. Propterea redire facit populum ſuū huc, quū aquæ fœcundi [calicis] exprimantur eis. Vt dicant, Quomodo cognoſceret Deus, & eſſe poſſet cognitio in excelſo? Id eſt in Deo. de his ſc. ilicet quæ hic geruntur. ¶13 vl. Nā quotidie plagas fero: ſingulíſque matutinis afflictio mea eſt. i. affligor ſingulis diebus. ¶14 Heb. Si dixi, Narrabo ſic vt generatio filiorum tuorum: ecce præuaricatus ſum. q. d. Siquando apud me ſtatui pronunciare de hac re, q̄ ſcilicet fideles tuos non cures, vt pronunciare ſolent ij quorum etiam pater es, qui à te proceſſerūt. & tamē te non putant habere curam ſui: ſenſi vtique me defeciſſe à fide in te. Itaque cœpi ſtatim diligentius tractare hoc argumentū, ſed re vera nihil potui aſſequi. ¶15 Itaque anxie cogitabam vt ſcirem iſtud. ſcilicet an omnia Dei prouidentia gerantur. ¶16 Hebr. intraui in ſacraria Dei. i. contuli me ad conſyderanda Dei arcana. ¶17 Hebr. finem eorum. ſ. impiorum. q. d. contemplatione ſecretorum diuinorum, veritatem huius quæſtionis deprehendi. ¶18 Heb. ad vaſtationes. aliqui legunt, ad ſeductiones. ¶19 Vt vaſtati ſunt penè in momento temporis. Admirantis. ¶20 quum ſuſcitabis, [ſub. mortuos] imaginem eorum ſpernes. i. in reſurrectione animam eorum ad tuam imaginē formatam perdes. q. d. in hoc ſeculo pereūt interitu repētino: in futuro autem, ſempiterno.

Fide'ſ Deus inſtruit,

Deus poſſeſſio ſanctorũ.

Spirituale adulterium.

Aug. lib. 13 ſ. 55

Querela eſt populi fidelis apud Deũ de contumelia nominis diuini: precatur vt afferat ſuam gloriã, excindat hoſtes. Oſtendit truculentiã eorũ q templo vim afferebant ſub Nabuchodonoſor, vel Antiocho, aut Veſpaſiano.

4. Reg. 25. c.

Luc. 1. g.

Quia inflãmatum eſt cor meum, & renes mei cõmutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.
B Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum.
Tenuiſti manũ dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram?
Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
† Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam:
Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

¶ Intellectus Aſaph. LXXIII.

VT quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?
Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgam hæreditatis tuæ: montẽ Sion in quo habitaſti in eo.
Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem, quanta malignatus eſt inimicus in ſancto!
Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolennitatis tuæ.
Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerũt ſicut in exitu ſuper ſummum.
B Quaſi i ſylua lignorũ ſecurib⁹ exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerũt eã.
Incenderunt igni ſanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul, Quieſcere faciamus oẽs dies feſtos Dei à terra.
Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.
Vſquequo Deus improperabit inimic⁹, irritat aduerſarius nomen tuum in finem?
Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem?
C Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terræ.
Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.
Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcã populis Æthiopum.
Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.
Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.
D Memor eſto huius, inimicus improperauit Domino: & populus inſipiẽs incitauit nomẽ tuũ.

11 Quum efferueſceret fermenti inſtar cor meũ, & renes mei acuebantur,'
12 Bardus erã, nec quicquam intelligebã, & eram apud te veluti pecus:
Semper[tamen] tecum eram, manũ[autem] dexteram meam tu apprehendiſti,
13 Cõſilio tuo me deduxiſti, & poſtea[14] in gloriã me recipies.'
Quis mihi [15] in cælis? &[16] in terra tecũ nullo oblector.
17 Conſumitur caro mea & cor meum:[18] Deus autem petra eſt cordis mei, & portio mea in æternum.
18 Nam ecce[19] qui à te procul recedunt,' peribũt: perdes omnem illum qui à te deficit.
Ego itaque bonum mihi duxi Deo me adiungere. poſui Dominum Deum[21] aſylum meũ,' vt enarrem[22] omnia opera eius.'

¶ Erudiens[carmen] Aſaphi.' LXXIIII.

ECquare Deus perpetuò[2] nos repellis?' cur fumat[3] naſus tuus' in gregem paſcuæ tuæ?
Memor ſis cœtus tui, quem[4] iam pridem' comparauiſti: & [5] ſortis hæreditariæ,' quam[6] vendicaſti:' montis Sionis, in quo habitare es ſolitus.
Leua greſſus tuos, vt funditus vaſtes omnes hoſtes qui malum inferunt ſanctuario tuo.
Rugierunt aduerſarij tui in medio[7] ſynagogarũ tuarum:' ſigna ſua poſuerunt[8] pro ſignis.
9 Vt olim eorum qui ſecuribus cædebant denſa arborum ad ſtructuram templi, inſigne & nobile opus erat.'
10 Ita habetur modo ſiquis ſculpturas eius pariter bipenni & malleis comminuit.
Sanctuaria tua[11] igni incenderunt:' ad terrã [[12] affligentes'] tabernaculum nominis tui profanarunt.
Dixerunt in cordibus ſuis.[13] Sæuiem⁹ in eos' pariter: exuſſerũt[14] cũctas ſynagogas Dei in terra.'
15 Signa' noſtra nõ videmus, nullus ſupereſt propheta: nemòque nobiſcum qui ſciat quouſque tandem.
Quàm diu ô De⁹ probra ĩ nos iaciet hoſtis,[16] blaſphemabit' hoſtis nomen tuum perpetuò?
Quare[17] manum tuam & dexteram' tuam retraxiſti?[18] è ſinu plene profer eam.
Equidem Deus rex meus ab initio, qui[19] ſalutes in medio terræ operatur.'
Tu virtute tua mare[20] diſſipaſti, capita[21] draconũ in aquis confregiſti.
Tu[22] confregiſti capita ceti grandis, & in cibum tribuiſti eum populo deſertum incolenti.
Tu[23] excidiſti fontem & fluuium,' tu fluuios prævalidos exiccaſti.
Tuus eſt dies, tua etiam nox, tu[24] lucem' & ſolem præparaſti.
Tu cunctos fines orbis conſtituiſti, æſtatem & hyemem tu finxiſti.

¶ 11 Profectò quaſi acero acri pfundebat' cor meũ: & vterq; renũ meorũ quaſi telo acuto pũgebatur. Sub. prius quã intelligerẽ quomodo Deus ſe gereret erga pios. ¶ 12 q.d. donec porrexiſti mihi manũ, non antea intellexi hanc quæſtionẽ. ¶ 13 In cõſilium tuũ deduxiſti me. i. in cognitionẽ conſilij tui. ¶ 14 cum honore excepiſti me. ¶ 15 ſub. erat quem pro Deo coluiſſem? ¶ 16 Hoc eſt, præter te, neminem, neque in cælo neque in terra colo. ¶ 17 Alij ſic, Lãguet tui deſyderio caro mea & cor meum ô robur cordis, &c. Alij, [Quia] ſinẽ habitura eſt caro &c. Sub. ideo te colui. ¶ 18 at rupes cordis mei & portio mea, [portio] Dei, erit in æternũ. .i. ſtabilitas cordis mei, hoc eſt anima, & portio illa, qui in me diuinã habeo. i. mea aĩa q̃ facta eſt ad imaginẽ Dei, ppetuò viuet. ¶ 19 Sed certè qui à te &c. ¶ 20 Heb. qui à te ſcortantur.

Sis memor huius, q hoſtis probris afficit Dominum, & populus ſtolidus nomen tuum execratur.

hoc eſt, te deſerto, aliũ Deũ tibi pferũt. ¶ 21 ſpẽ meã, ¶ 22 oẽs artes tuas. LXXIIII ¶ 1 ipſi Aſaph. ſub. tradit⁹ vt decãtaret? ¶ 2 abes? ¶ 3 ira tua. furor tu⁹ ¶ 4 ab ãtiquo ¶ 5 virgæ hæreditatis tuæ. i. portiõis quę iure hæreditario tua eſt. perticis aut funiculis diuidebatur terra apud Palæſthinos. ¶ 6 acquiſiuiſti. redemiſti. ſub. de manu Pharaonis. ¶ 7 Alij legunt, in ſtatis feriis tuis. Alii, templi tui. ¶ 8 Pro ſignis, ſcilicet bonitatis diuinæ: vel. pro trophæis. in ſignum partæ victoriæ. Rectius vertas, Aſtruxerunt ſigna ſua. Ezech. 21, traditur quomodo conſuluerint exta cum in deſtructionem templi ſancti proficiſcerentur. q.d. crediderũt ea ſigna quibus adducti ſunt vt crederent ſeſe capturos templum, eſſe ſigna vera. ¶ 9 Heb. Qui adhibebat ſecures in perplexitate arborũ, notus erat ſicut qui offerret in ſublime. i. Qui in ſylua denſa abſcindebat arbores ad ædificiũ tẽpli, videbatur rẽ tam gratam agere, quàm ſi obtuliſſet coram Deo in cælo. ¶ 10 Nũc autẽ cælaturas eius ſimul oẽs ſecuribus & malleis conterunt. q.d. tanto ſtudio deſtruunt, quanto extructum fuerat templum. ¶ 11 Heb. Miſerũt in ignem ſanctuaria. vel Immiſerunt. ¶ 12 vel deturbãtes ¶ 13 Interficiam⁹ eos. Depopulemur ¶ 14 totũ tẽplũ Dei in terra. i. terrenum. nam cæleſte nõ poſſunt. Alij legũt, omnes ſtatas ferias. ¶ 15 vel, prodigia. quæ ſcilicet olim faciebat Deus noſtra cauſa. ¶ 16 ſpernet. contemnet ¶ 17. i. vtranque manum. i. quare ceſſas eos percutere? ¶ 18 Heb. arce manus tuas à ſinu tuo. i. manus tuas exertas habe. donec percuſſeris inimicos. metaphora à ceſſatoribus, qui reponũt manus in ſinum. ¶ 19. i. fers mihi opem in media hoſtium ditione. ¶ 20 per præſẽtia legi poſſunt. ¶ 21. i. duces Ægyptiorum, in mari Rubro. ¶ 22 interitum Pharaonis deſcribit. ¶ 23. i. perfracta rupe eduxiſti fontem. ¶ 24. i. lunam.

¶15.i.cōgregationis fidelis q̃ eſt quaſi turtur imbellis.
¶16 Heb.quia repletæ ſunt te nebroſitates terræ habitaculis iiquitatis.i. q̃a terra tenebris obruta, plena eſt hominibus ſtudentibus iniuriæ.
¶17 Heb. Ne reuertatur cōtritus confuſus.
¶18 He.aſcēdit
L X X V
¶1.i.ipſi Aſaph ſub. traditus vt decantaretur. ¶2. q.d.hoc pſalmo precor ne pdas populū tuum.
¶3.i.auxiliū & robur. ¶4 & [ſub. liberati à te] mirabilia &c. ¶5 quū accepero cœtū.i. eccleſiā meam. Verba Dei voto pphetæ reſpondētis. ¶6 Diſſluet [ſub. præ metu. tantū abeſt vt mihi poſſint reſiſtere, vt merito diſſluēt prę timore:quia is ſum qui mūdū creaui. ¶7 pingui. duro. i.cū faſtu & ſupbe.
¶8 Heb.deſerto
¶9.q.d. à ſolo Deo parat̃ excellētia, potentia, dignitas.
¶10 & vinum [quod i eo eſt] rubet, plenus eſt miſto. i.vino diluto. Calix, pro vltiōe. Quidā vertunt pro rubet, turbidum & turbulentum eſt.
¶11 & effundet hinc inde.

L X X V I

Ne obijcias aīam turturis tuæ cœtui[hoſtiū,][15]cœtus afflictorū tuorū ne perpetuò obliuiſcaris.
Reſpice ad fœd⁹, [16]quoniā tenebricoſæ habitationes terræ violentia & iniuria repletæ ſunt.
[17]Ne pateant ignominiæ qui contriti ſunt repulſam à te paſſi,'afflicti & inopes [potius]laudēt nomen tuum.
Exurge Deus, defende cauſam tuam, memor ſis opprobrij tui, quo te quotidie ſtolidi homines afficiunt.
Ne obliuioni tradas vocem infeſtorum tuorū: tumultus eorum qui contra te inſurgunt iugiter[18]creſcit.

¶Præfecto cantorum oda carminis [1]Aſaphi,[2]Ne perdas. L X X V.

CElebrabimus te Deus, celebrabimus. etenim prope eſt[3]nomen tuum[4]illis qui miranda facinora[5]tua enumerant.
Quum[5]ſtatutū tēpus nactus fuero,'ego quod æquum & rectum eſt iudicabo.
[6] Diſſluxerat[7]terra, & quęcūq; eam inhabitabāt: ego columnas eius ſuffulti. Sela.
Dixi ſtolidis, Nolite inſanire: & impijs, Nolite attollere cornu.
Nolite in ſublime attollere cornu veſtrum, nolite collo[7]præfaſto[8]loqui.
Nam nec ab Oriente, nec ab Occidente, neque à [8]Meridie [9]exaltatio contingit:
De⁹ ſiquidē iudex eſt: is hūc deijcit, illū extollit.
Nam calix in manu Domini eſt [10] vino meraco plene adornatus,' [11]è quo fundet'attamē feces eius exugent ac epotabunt oēs impij in terra.
Ego autem in perpetuum annuntiabo, pſallāq; Deo Iacob.
Confringā quoque omne cornu impiorū, cornua vero iuſtorū erigentur. L X X V I.

¶[1] Oda carminis Aſaphi ad inſtrumenta muſica[2]præfecto cantorum.

NOtus i Iuda De⁹, p̃clarū nomē ei⁹ i Iſraele. In Salem eſt tabernaculum eius, & manſio eius in Sione.
Illic confregit ignita iacula arcus, clypeū, gladium & bellum. Sela.
[2]Illuſtrior es & magnificentior q̃ montes in quibus laceratur.'
[3] Prædæ ſe expoſuerunt magnanimi, [4]conſopiti ſunt ſomno ſuo,[5]nihil[virium] inuenientes in manibus ſuis omnes viri fortes.'
Ab increpatione tua Deus Iacob conſopitus eſt [6] currus & equus.'
Tu terribilis es, tu inquam, & quis conſiſteret coram facie tua, ſimul atque ira tua[exarſeritr]
E cælo feciſti audire iudicium: terra timuit, & ſiluit,
Quum exurgeret ad iudicandū Deus, ad ſeruandum omnes afflictos terræ. Sela.
Etenim furor hominis [7] cedet in laudem tuam: quòdque reliquum eſt irarum [8]conſtringes.
[9] Nuncupate vota, & perſoluite ea Domino Deo veſtro: quotquot eſtis in circuitu eius, offerte munera terribili,

Ne tradas beſtijs[a]animas confitentiū tibi: & animas pauperū tuorum ne obliuiſcaris in finē.
Reſpice in teſtamentū tuum: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatū.
Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
Exurge Deus, iudica cauſā tuā: memor eſto ipro periorū tuorū, eorū q̃ ab inſipiēte ſūt tota die
Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorū: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.

¶In finē Ne corrūpas, Pſalmus cantici Aſaph. L X X I I I I.

COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.
Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitāt in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, Nolite inique agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu:
Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem:
Quia neq; ab Oriēte, neque ab Occidēte, neque à deſertis montibus: quoniam Deus iudex eſt.
Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto:
Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamē fæx eius non eſt exinanita: bibent oēs peccatores terræ.
Ego autē ānūtiabo in ſeculū: cātabo Deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringā, & exaltabuntur cornua iuſti.

¶In finem in laudibus, Pſalmus Aſaph, canticū ad Aſſyrios. L X X V.

NOtus in Iudæa De⁹: i Iſrael magnū nomē ei⁹ Et fact⁹ eſt i pace loc⁹ ei⁹: & hītatio ei⁹ i Siō.
Ibi cōfregit potētias arcuū, ſcutū, gladiū, & bellū
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.
Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui aſcenderunt equos
Tu terribilis es, & q̃s reſiſtet tibi? ex tūc ira tua.
De cælo auditum feciſti iudicium: terra tremuit & quieuit
Cum exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis cōfitebitur tibi. & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.
Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: omnes q̃ in circuitu eius affertis munera
Terribili & ei qui aufert ſpiritum principū, terribili apud omnes reges terræ.

¶In finē p̄ Idithun, Pſalm⁹ Aſaph. L X X V I.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
In die tribulationis meæ Deum exquiſiui, manibus meis nocte contra eū: & nō ſum decept⁹:
Renuit cōſolari aīa mea, memor fui Dei, & delectat⁹ ſum, & exercitat⁹ ſū: & defecit ſpūs me⁹.

¶[a] animā cōfitentem

Conſolatur populū Dei afflictum & oppreſſum, vt certā ſpē concipiant Deum adfore: admonet interim hoſtes ne nimiū ſuis viribus fidant.

Obtenta victoria epinicion canit, celebrátque Deum victoriæ authorē.

Conqueritur de maxima & grauiſſima afflictione: ſimul tamen diuina bonitate & miſericordia Dei fretus, ſe conſolatur.

Qui[10]intercipit[11]ſpiritum principum, & eſt terribilis regibus terræ.

¶[1]Pſalmus Aſaph pro Ieduthun præfecto cantorum.' L X X V I I.

VOce mea quū clamarē ad Deum, ad Deum quum[clamarem]voce mea, aurem præbuit mihi.
[1b]Quo tempore anguſtum mihi erat, [2]Dominū quærebam, [3]manus mea noctu ſparſa erat ſine ceſſatione, renuebat conſolari anima mea.
Dei memoriam quum repeterem, infremebam, [3]querulabar, &[4]deficiebat[5]ſpiritus meus. Sela.

¶1 Pſalmus cātici ipſi Aſaph, ad neginoth. Vide pſal. 4. Pſalmus cantici.i.pſalmus. ¶2 Conſpicuus es, &[ſimilis]robuſto[leoni qui] in montibus prædæ.i.ad prædam idoneis. ¶3 [Propterea][ſpoliati fuerunt. prædæ fuerunt fortes corde.i.animoſi. ¶4.i.mortui ſunt. ¶5 Hebr.nec inuenerunt manus ſuas cuncti homines virtutis.i.nec vlli bellicoſi manus promptas & expeditas habuerunt vt ſeſe tuerentur, qui prius erant inſtructi arte bellica. ¶6.i.qui curribus & equis vehebant. ¶7 Hebr.celebrabit te.i.qui prius tibi erant irati, laudabunt te. ¶8.i. quaſi vinculo cohibebis nequis poſthac iraſcatur tibi. ¶9.i.propterea agite Deo gratias. ¶10 Hebr.vindemiat.i.aufert animum principibus.
L X X V I I ¶1 Præfecto cantorum nimirum Ieduthun, ipſi Aſaph, pſalmus, ¶1b Heb. In die anguſtiæ meæ.
¶2 Alij legunt, virtus mea vacillabat. Alij, plaga mea defluebat. ¶3 loquebar, ¶4 obruebatur.operiebatur

Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus.
Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mēte habui.
D Et meditatus ſum nocte cum corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.
Nunquid in æternum proijciet Deus, & non apponet vt complacitior ſit adhuc?
Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem?
Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?
Conſolationem à Deo recipit fideles. C Et dixi, Nunc cœpi: hęc mutatio dexterę Excelſi.
Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,
Et meditabor in omnib⁹ operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioſeph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.
D Multitudo ſonitus aquarū: vocē dederūt nubes.
Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terrę: commota eſt & contremuit terra.
In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.
Exod.14.e. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron.

¶ Intellectus Aſaph. LXXVII.

Carmen eſt hiſtoricum, commemorans opera Dei, docéſq; omnes poſteros quid facto ſit opus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.
Matt.13.e. Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio.
Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres noſtri narrauerunt nobis,
Nō ſūt occultata a filijs eorū i generatiōe altera
Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.
Admonet vt exemplis maiorū docti recedant in viā. Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob: & legem poſuit in Iſrael,
Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio altera,
Filij docēdi. Filij q naſcētur, & exurgēt, & narrabūt filijs ſuis
Spes. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant,
Rebelles Iudæi. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua & exaſperans,
Generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.
D Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum: conuerſi ſunt in die belli.
Non cuſtodierunt teſtamētum Dei: & in lege ei⁹ noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
Exod.14.e. Interrupit mare, & perduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in vtre.
Exo.13.14.e.f Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Petra. pſal. 104.d. exod. 17.b. Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyſſo multa:

Tu tenebas vigilias oculorum meorum:[5] attonitus eram, vt loqui non poſſem.
[Tunc] repetebam retro tempora, & annos [priorum] ſeculorum:
In memoriam reuocabam [6]carmina mea noctu, cum corde meo colloquebar, ſpiritus meus rimatus eſt,
Num perpetuò [8]repudiabit Dominus? [9]num vnquam placidus fiet vltra?
Perijtne in perpetuum bonitas eius? finémne habet in omnes ætates [10]oraculum?
Oblitus éſtne miſereri Deus? continebitne in ira miſericordias ſuas? Sela.
[Tandem] cogitabam, [11]Hæc mea eſt infirmitas, [12]dextera Excelſi vices mutat.
Recordabar operum Domini, memoria repetebā mirabilia facinora tua quæ [13]olim edidiſti.
Meditabar quoque in omnibus operibus tuis, & de [14]conſilijs tuis loquebar.
[15] O Deus [16]viæ tuæ ſunt in ſanctitate, quis Deus magnus vt Deus?
Tu Deus es qui admiranda facis, claram reddidiſti in populis virtutem tuam.
[16] Vindicaſti in [17]brachio populum tuū, filios [ſcilicet] Iacob & Ioſeph. Sela.
Viderunt te aquæ ô Deus, viderunt [18]te aquæ, & [19]viribus deſtitutæ ſunt, conterritę etiam ſunt [20]abyſſi.
Denſæ nubes nimbos depluerunt, nubes ediderunt tonitru, quin & [21]ſagittę tuæ diſcurrerūt.
Vox tonitrus tui in [22]rota, fulgura in orbem emicuerunt, tremuit ac mota eſt tellus.
In mari viæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis præualidis, [23]& veſtigia tua non deprehenſa ſunt.
Ducebas velut gregem populum tuum, [24]per manum Moſis & Aaronis.

¶ Erudiens [carmen] Aſaphi. LXXVIII.

Auſculta popule mi inſtitutionem meam, inclinate aures veſtras ad ſermones oris mei.
Aperiam [1]ad inſignia quædam facta os meū, eloquar abſtruſa quædam [temporis] priſci:
Quæ audiuimus, quęque cognouimus, & [quæ] patres noſtri narrauerunt nobis.
Neque nos [ergo] celabimus [ea] filios eorum, ætatibus poſteris narrabimus laudes Domini, robur eius, ſtupendáque opera eius quæ geſſit.
Conſtituit enim [3]conteſtatione [quadam] in Iacob, & legem tulit in Iſraele, qua præcepit patribus noſtris, vt ea nota facerent filijs ſuis:
Vt cognoſcat ætas poſtera, filij [ſcilicet] qui [4]nati ſunt, quū adoleuerint, narrēt [eadem] filijs ſuis:
[Indéque] in Deo fiduciā ſuā ponāt, nec obliuiſcātur operum Dei, mandatáque eius obſeruent:
Nec euadant ſimiles patrib⁹ ſuis, nationi deficiēti & rebelli, nationi quæ recte cor ſuum haudquaquam inſtituit, & cuius ſpiritus nunquam vere Deo credidit.
Filij Ephraim armati, iaculantes arcu, verterunt [terga] in die belli.
Non obſeruarunt fœdus Dei, & in lege eius noluerunt ambulare:
Sed obliti ſunt factorum eius, & admirandorum facinorum eius quæ illis oſtenderat.
Coram patribus eorum ſtupenda opera fecit in terra Ægypti in campo [5]Soan.
Secuit mare, & traduxit illos: conſiſtere iuſſit aquas velut aceruum.
Et deduxit eos interdiu nube, & ſingulis noctib⁹ per lumen ignis.

Secuit rupes in deſerto, & potum [eis] dedit [6]vt ex magna abyſſo:

¶5 contritus eram. ¶6.i.q̄ noctu canebam præ lætitia. ¶7 ſcrutabatur ſub. ſequentia. ¶8 elongabit ſc. vl, repellet ¶9 nec addet eſſe beneuolus vltra? ¶10 verbum? ſub. conſolationis et⁹. ¶11 Interitus meus eſt. i. cœpi cogitare q in hac calamitate interitur⁹ eſſem. ¶12 [tūc recordat⁹ ſum] annorum dexteræ Excelſi. i. Dei. q.d. in tanta deſperatione recordabar temporis quo Deus dexteram ſuam manifeſtabat, ſuiſque ſuccurrebat. Seipſū poſtea declarat. ¶13 ab initio. In liberandis patrib⁹ noſtris ¶14 ſtudijs ¶15 Subaudi, Tunc cępi dicere. O &c. ¶16 Viæ p inſtitutis & conſilijs Dei, quæ ſāctimoniæ plena ſunt. nihil enim agit ſine ſancto conſilio & iuſto iudicio. Alij ſanctitatem templū ſiue cælum interpretantur. ¶16 Redemiſti ¶17 ſub. extento. i. aperta vi. ¶18. i. potentiā tuam. ¶19 trepidauerunt. ¶20. i. profunditates aquarum. q.d. Iſraelitæ virtute Diuina trāſierunt mare. ¶21 lapilli tui. i. grando vehemēs diſcurrit. ¶22 ſphæra. i. aere. nā aer eſt formæ circularis. ¶23 quia tranſmiſſo Iſraele mare mox coniunctū. ¶24. i. opera Moſis &c. vel ducibus Moſe & Aarone. LXXVIII ¶1 ipſi Aſaph. ¶2 in parabolam. i. dicturus ſum parabolas. ¶3 teſtimonium. ſtatutum. decretū. i. ſtatuit decreto quodam in populo fideli, inter vos vt poſteri veſtri ſciant facinora diuina quorum fuiſtis ſpectatores. ¶4 naſcituri ¶5 Id eſt, in agro Tanitico. Soan enim putāt, quam latini Tanim vocant, metropolim Ægypti. ¶6 Hebr. i voraginibus magnis.

Et eduxit riuos è petra, & fecit decurrere tanquã flumina aquas.
Adhuc tamen peccarunt ei, & exaſperarunt excelſum in ſolitudine:
Et tentauerunt Deum in corde ſuo, quum poſcerent cibum[8] animabus ſuis.
Et contra Deum loquuti ſunt, dicentes, Num poteſt Deus menſam inſtruere in deſerto?
En petram percuſſit, & effluxerunt aquæ, & fluuij inundarunt: num & panem dare poterit? num parare carnes poterit populo ſuo?
Idcirco Dominus [hæc] audiuit, & exarſit, & ſuccenſus eſt ignis cõtra Iacob, & ira cõtra Iſraelem aſcendit:
Quòd non credidiſſent Deo, & in[9] ſalutẽ eius non ſperauiſſent.
Et mãdauit nubib⁹ ſuperne, & oſtia cæli aperuit:
Et depluit illis Man vt ederent, & frumentũ [9] cæleſte dedit eis.
Panem[10] fortium edit homo, demiſit illis cõmeatum ad ſaturitatem vſque.
[11] Cælo mouebat Eurum, & virtute ſua Africum adduxit:
Et depluit ſuper eos carnem tanquam puluerẽ, & alatas volucres, velut arenam maris,
Quas deiecit in medium caſtrorum illorũ, & circum tabernacula eorum.
Et ederunt, ſaturatique ſunt abunde, & [12] ſatiſfecit gulæ eorum,
[12] Nõ ſunt fraudati deſyderio ſuo: erátque adhuc cibus eorum in ore ipſorum,
Quum ira Dei deſæuire in eos inciperet, occideréteque [13] pingues eorum, atq; ſelectiores in Iſraele deijceret.
[14] Super hæc omnia iterũ cõtra eum peccauerũt, nec ſtupendis eius factis fidem habuerunt.
[15] Temere ergo finiuit dies eorum, & annos eorum celeriter.
Quum trucidaret eos, quærebant ipſum, [16] ac mature ad Deum [ſupplicando] reuertebantur:
Tum recordabantur Deum eſſe ipſorum petram, & Deum excelſum eſſe eorum redemptorem.
Ore ſuo blanditi ſunt ei, lingua autẽ ſua ei mentiebantur:
Cor eorum non erat rectum erga illum, nec fidi fuerunt in fœdere eius.
Ipſe tamen, ad miſericordiã propenſus, [17] propitius fuit iniquitati [eorum] nec diſperdidit, & [18] ſæpenumero reuocauit iram ſuam, nec omnem ſuam [19] excandeſcentiam excitauit:
Memor quòd caro eſſent ipſũ, & [20] vẽtus qui abit, nec redit.
Quoties exaſperarunt eum in deſerto, & moleſti ei fuerunt in ſolitudine,
[21] Vt auerſi tentarent Deũ, ſanctũque Iſraelis [22] circunſcriberent?
Nõ fuerunt memores manus eius, nec temporis illius quo eos ex anguſtijs redemit:
[23] Signorũ quoque eius quæ fecit in Ægypto, & portentorum [quæ edidit] in territorio Soan:
Quum lacus eorum verteret in ſanguinem, & riuos eorum, ne biberent.
Immiſit in eos [24] turbam inſectorum, quæ vorarunt illos, & [25] ranas quæ eos perdiderunt.
Et dedit brucho prouentum eorum, & laborem eorum locuſtis.
Perdidit vineas eorum grandine, & [26] ſycomoros eorum concretis ex nube lapidibus.
Tradidit quoque grandini iumenta eorũ, & [27] pecora eorum ignitis iaculis.
Immiſit in eos æſtum [28] naſi ſui, impetũ, indignationẽ & anguſtiam, cacodæmonũ incurſiones.

Et eduxit aquam de petra: & [*] deduxit tanquã flumina aquas. ¶ *eduxit
Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelſum in inaquoſo.
Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis vt peterẽt eſcas animabus ſuis. Tẽtare Deũ.
Et male loquuti ſunt de Deo: dixerũt. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Num.11.a.
Quoniam percuſſit petram, & fluxerũt aquæ, & torrentes inundauerunt: C Num.20.b.
Nũquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo?
Ideo audiuit Dominus, & diſtulit: & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael: Num.11.a.
Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerũt in ſalutari eius. Credere. Sperare.
Et mãdauit nubib⁹ deſup, & ianuas cæli aperuit,
Et pluit illis manna ad manducandum, & panẽ cæli dedit eis. Manna. exo.16.c.nu.11.b.
Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia. Iohan.6.d. 1.cor.10.a.
Tranſtulit Auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſua Africum. Num.11.g.
Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes: & ſicut arenam maris volatilia pennata, Carnes.
Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis, & deſyderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſyderio ſuo.
Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit ſuper eos, D Num.11.g.
Et occidit pĩgues eorũ, & electos Iſrael ĩpediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius. Infidelitas.
Et defecerũt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum feſtinatione.
Cum occideret eos, quærebant eũ: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum: Quærere Deum.
Et rememorati ſunt quia Deus adiutor eſt eorũ: & Deus excelſus redemptor eorum eſt. Redemptor.
Et dilexerunt eũ in ore ſuo, & lingua ſua mẽtiti ſunt ei: Lingua diligere.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Cor.
Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non diſperdet eos. Miſericors Deus.
Et [*] abundauit vt auerteret iram ſuam: & non accẽdit omnem iram ſuam: ¶ *multiplicauit
Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadẽs, & non rediens. Caro.
Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, in iram concitauerunt eum in inaquoſo? E
Et conuerſi ſunt, & tentauerũt Deum: & ſanctum Iſrael exacerbauerunt.
Nõ ſunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis,
Sicut poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos: Plagæ Ægypti.
Et cõuertit in ſanguinẽ flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent. Exod.7.d.
Miſit in eos cynomyiam, & comedit eos, & ranã, & diſperdidit eos. Exod.8.a.f.
Et dedit ærugini fruct⁹ eorũ: & labores eorum locuſtæ. Exod.10.c.
Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina. Exod.9.a.c.
Et tradidit grandini iumẽta eorum: & poſſeſſionem eorum igni.
Miſit in eos irã indignationis ſuæ: indignationem, & iram, & tribulationẽ: [*] immiſſiones per angelos malos. ¶ *immiſſionem

¶7.i.ſibi. vel, ꝑ deſyderio ſuo. ꝑ ſua libidine. ¶8.i.opem ¶9 cæli.i.è cælo, ex äere deſcendens. ¶10.i.cælorum, vł nubium. Chaldæus paraph. vertit cibũ qui deſcendit de habitaculo angelorũ. ¶11 Excitauit ventũ orientalẽ in cælo. vel, In aerẽ ipſum immiſit vẽtum oriẽt. ¶12 Heb. adduxit illis deſyderiũ eorum.i.reddidit illos voti cõpotes. ¶12 Hebr. Non erat alienati à deſyderio ſuo.i. nondum cõquieuerat eorum deſyderium. ¶13.i. præſtantiores inter eos pinguiculos. ¶14 vł. In iſtis omnib⁹. Inter hæc omnia. ¶15 Heb. Cõſumpſit igitur dies eorũ in vanitate, ¶16 ac reuertebantur, [reſipiſcebant] & diluculo quærebant Deũ.i.fundebãt preces ad Deũ. ¶17 condonauit iniquitatẽ ¶18 Hebr. multiplicauit vt auerteret. ¶19 iram ¶20 ſpiritus.i. ꝙ ſpiritus eorũ ſtatim diſcederet è corpore, nec vnquam eſſet reuerſurus præterquam in reſurrectione. ¶21 Hebr. Et reuerſi ſunt & tẽtauerunt.i. vt identidẽ & ſæpi⁹ tẽtarẽt Deũ. ¶22 Vł. limitem Deo præſcriberent, quum ſcilicet dicerẽt eũ aliqua poſſe, non omnia. ¶23 Sub. nõ fuerunt vnquam memores. ¶24 turbam miſcellaneam ferarum. vł, muſcarum venenatarũ. ¶25 omnia reptilia hoc nomine intelliguntur. ¶26 ſycaminos ¶27 poſſeſſiones eorum prunis ignis. ¶28 iræ ſuæ,

Viã fecit ſemitæ iræ ſuæ, & nõ pepercit à morte
aiabus eo ũ. & iuméta eorũ in morte cõcluſit.

Primogenita exod.11.d. F

Et percuſſit omne primogenitũ in Terra Ægy
pti: primitias ᵃomnis laborisᵃ eorum in taberna
culis Cham.

ᵃlaborum

Exitᵘˢ ex Ægypto. exod. 14.c.

Et abſtulit ſicut oues populum ſuum : & dedu-
xit eos tanquam gregem in deſerto:
Et eduxit eos in ſpe, & non timuerunt: & inimi-
cos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ,
montem quem acquiſiuit dextera eius.

Ioſue 13.b.

Et eiecit à facie eorum Gétes. & ſorte diuiſit eis
terram in funiculo diſtributionis:
Et habitare fecit i tabernaculis eorũ tribᵘˢ Iſrael.

Rebelles & idololatræ.

Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excel-
ſum: & teſtimonia eius non cuſtodierunt.
Et auerterunt ſe, & nõ ſeruauerunt pactũ quem-
admodum patres eorum, conuerſi ſunt in ar-
cum prauum.
In iram concitauerũt eum in collibus ſuis: & in
ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouo
cauerunt.
Audiuit Deus, & ſpreuit: & ad nihilũ redegit val
de Iſrael:

1.Reg.4.a. G

Et repulit tabernaculũ Silo, tabernaculũ ſuum
vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorũ: & pul
chritudinem eorum in manus inimici.
Et concluſit in gladio populum ſuum: & hæredi-
tatem ſuam ſpreuit.
Iuuenes eorum comẽdit ignis: & virgines eorum
non ſunt lamentatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderũt : & viduæ
eorum non plorabantur.
Et excitatus eſt tanquã dormiens Dominus, tan-
quam potens crapulatus à vino:
Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora : oppro-
brium ſempiternum dedit illis.

ᵃEphraim

Et repulit tabernaculũ Ioſeph: & tribum ᵃEphrẽ
non elegit:
Sed elegit tribũ Iuda, montem Sion quẽ dilexit.
Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum
in terra quam fundauit in ſecula.

Dauid electᵘˢ.

Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de
gregibus ouium: depoſt fœtantes accepit eum,
Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæredita-
tem ſuam.
Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in intel-
lectibus manuum ſuarum deduxit eos.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXVIII.

Cõqueruntur de tyrannide & iniuriis Iſraeli illatis, ab Antiocho vel Nabuchodonoſor. peccata interim cõfitẽtes, & pꝛoꝑijs veniã B petentes, vt & finem habeat perſequutis. gratos ſeſe pmittut. C Iere.10.d. ᵃEſa.64.d.

Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam,
polluerunt templum ſanctũ tuum: poſue-
runt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.
Poſuerũt morticina ſeruorum tuorũ eſcas vola-
tilibᵘˢ cæli: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terræ.
Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquã in
circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſan
natio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.
Vſquequo Domine iraſcẽris in finem, accẽdetur
velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuã in Gẽtes, q̃ te nõ nouerũt: &
in regna quæ nomen tuum non inuocauerũt:
Quia comederũt Iacob, & locum eiᵘˢ deſolauerũt.
ᵃNe memineris iniquitatũ noſtrarum antiqua-
rum, cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ: quia
pauperes facti ſumus nimis.

[39]Librauit ſemitam iræ ſuæ, animæ illorũ à mor
te nõ pepercit, ſed vitam eorũ peſti[40]deuouit.
Percuſſitque omne primogenitum in Ægypto,
[41]primitias dolorum, in tentorijs Cham:
Et traduxit populum ſuum tanquam gregẽ, mi-
nauit eos vt gregem per deſertum:
Deduxit eos tuto vt non expaueſcerẽt: hoſtes ve
ro eorum mare obtexit.
Et introduxit eos ad terminum [11] ſanctuarij ſui:
ad montem iſtũ, quẽ [13]vendicauit dextera eius.
Expulit ante eos Gẽtes, [14]admenſus eſt eis hære-
ditatem fune, & fecit habitare in tentorijs il-
lorum tribus Iſrael.
Attamẽ tentarunt & exaſperarunt Deum excel-
ſum, & [15]teſtimonia eius non ſeruarunt:
Sed deflexerunt, & perfide egerunt quemadmo-
dũ patres eorum, [16]retroacti, vt arcᵘˢ qui fallit.
Prouocauerunt eum ad iram excelſis ſuis, & ſcul
ptilibus ſuis eum ad æmulationẽ accenderunt.
Audiuit Deus, & commotus eſt, & admodũ[17]auer
ſatus eſt Iſraelem:
Vt deſereret tabernaculum Silo, tentoriũ in quo
inter homines habitabat.
[18]Permiſit capi[19]virtutem ſuam, & tradidit ma-
gnificentiam ſuam in manum hoſtis:
Tradidit populum ſuũ in gladium, & contra hæ
reditatem ſuam indignatus eſt.
Iuuenes[40]eius vorauit ignis, & virgines eius nõ
ſunt[41]laudatæ.
Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ eius
non [42]fleuerunt.
Et euigilauit ac ſi dormiſſet Dominus, tanquam
heros aliquis fortis, præ vino iubilans:
Et percuſſit hoſtes ſuos[43]in podicem, ſempiterno
opprobrio eos affecit.
Et repudiauit tentoriũ Ioſeph, & tribũ Ephraim
non elegit:
Sed tribum Iuda elegit, montẽ Sion, quẽ dilexit.
Et extruxit ſanctuarium ſuum tanquam excelſa
[palatia,] veluti terram quam fundauit, vt per-
petuò ſubſiſtat.
Et elegit Dauidem ſeruum ſuum, à caulis ouium
tulit eum,
Poſt fœtas [euntem] abduxit eũ, vt paſceret Iacob
populũ ſuũ, & Iſraelem hæreditatem ſuam.
[44] Pauit igitur eos pro integritate cordis ſui, &
minauit eos manibus ſuis in prudentia.

¶ ᵃPſalmus Aſaphi. LXXIX.

Venerunt Deus Gentes in hæreditatem tuam,
polluerũt regiam [1]ſanctuarij tui, redege-
runt Ieruſalem in aceruos.
Dederunt cadauera ſeruorum tuorum, cibum vo
lucribus cælorũ, & carnem [2]beneficorũ tuorum
beſtijs terræ.
Effuderunt ſanguinem eorum circa Ieruſalẽ ve-
lut aquam: nec eſt qui ſepeliat.
[3]Probro fuimus vicinis noſtris, irriſioni & ludi-
brio his qui circum nos habitant.
Quouſque tãdem ô Domine? [4]ſuccenſebiſne per-
petuò? ardebitne ceu ignis æmulatio tua?
Effunde iram tuam in Gẽtes, quæ te non agno-
ſcũt: & in regna, quæ nomẽ tuũ non inuocãt:
Nam vorarunt Iacob, & [5]habitaculum eius va-
ſtarunt.
Ne ſis[6]nobis memor iniquitatum priorum, ſubi-
to anteuertat nos miſericordia tua: nam vehe
menter attenuati ſumus.

¶39.i. adæquauit, muniuit ſemitã iræ ſuæ, vt citra impedimentum exagitaret impios. ¶10 tradidit. ¶11 Primitiæ dolorũ, primogenita ſunt. Alij legunt, primitias fortitudinũ. i. primogenita illa quæ ſuſceperant in prima iuuentute. ¶12 ſanctitatis ſuæ. i. in regioné promiſſam à ſanctitate ſua. vel, in qua volebat coli & haberi pro Deo. ¶13 acquiſiuit ¶14 Heb. & iecit eis in fune hæreditatem. Alij legũt, & cadere fecit eas in funiculo hæreditatis. i. proſtrauit eos in ſua hæreditate. q.d. gẽtiles partim expulit, partim in ſuis finibus occidit. ¶15. i. præcepta quæ ſunt teſtimonia volũtatis diuinæ. ¶16 cõuerſi ſunt. ad ingenium ſuũ] vt arcᵘˢ ſagittatiõis. i. aptᵘˢ ad ſagittas emittendas. De arcubus rigidis loquitur, q ſtatim ab emiſſione ſagittæ, redeunt in priſtinum ſtatum. ¶17 abhorruit ab Iſraele. ¶18 Hebr. Dedit in captiuitatẽ ¶19 Arcam vocat robur ſuum aut virtutem & magnificẽtiam ſuã, quia ſymbolum fuit potentiæ & bonitatis ac præſentiæ diuinæ.

¶40 Eius, ſcilicet populi Iſraelitici. ¶41 epithalamijs ſcilicet nuptialibus. i. permanſerunt innuptæ. virgines eius impuberes & iuuenes perierunt. ¶42 q.d. ſtatim mœrore perierunt. ¶43 i. egit eos in fugam, & hoſtis percuſſit eos qui erant in poſtrema acie. ¶44 Alludit ad paſtores qui manu & pedo oues dederunt. Vel, manibus ſuis. i. rebus ſuis geſtis.

LXXIX. ¶ᵃ Ipſi Aſaph. ¶1 ſanctitatis tuæ. i. regiam ſanctam tuam. ¶2 miſericordium tuorum. i. qui experti ſunt miſericordiam tuam, vel in alios fuerunt benefici. ¶3. i. vicini habuerunt nos opprobrio. ¶4 Quouſque tandem Domine iraſceris in æternum, [i. ira implacabili] ardebit velut ignis indignatio tua? ¶5 vel, templum. Alij vrbem intelligunt. ¶6. i. in perniciem noſtram.

¶7 i. quo est noſtra ſal⁹. ¶8 cōdona peccata noſtra. ¶9 i. Cur taceres vt dicerēt. ¶10 pali fiat. diuulgetur ¶11 redde vitæ. cōſerua in vitā

L X X X.

¶1 Præfecto cātorū ſuper ſoſanim, eduth, ipſi Aſaph. Eduth, ſpecies melodiæ Hebræis. ¶2 i. qui pollicitus es auxilium è propitiatorio quod eſt ſuper arcam inter cherubim ¶3 Hebr. fumabis. vel fumaſti. hoc eſt, Cur in ira aduerſario oratione noſtrā ¶4 Heb. Pane lachrymæ, hoc eſt, lachrymoſo flebili. Alij par uam mēſuram intelligunt, vt quę tribus digitis aut vola capi poſſit. ¶5 i. litigandi. Hebr. poſuiſti nos cōtradictionē, aut litē vicinis noſtris. ¶6 ante eam, & radicare feciſti radices eius, & repleuit terrā. q.d. in loco eſt pidato ſtatuiſti eam, & dediſti incrementum radicibus ei⁹, ita vt terrā totā occuparet. ¶7 vt cedri Dei. i. altiſſimæ. nā Hebræi quicquid magnum eſt, & excellens, Dei vocant. ¶8 i. Euphratē. Longitudinē terræ ſanctę & latitudinē deſcribit. ¶9 Sub. viſita inquam

Auxiliare nobis ô Deus[7] ſalutis noſtræ, propter gloriā nominis tui: & libera nos, &[8] propitius peccatis noſtris propter nomen tuum.
[9] Cur dicerent Gētes, Vbi eſt Deus eorum?[10] nobilis euadat inter Gentes, nobis videntibus, vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt.
Penetret in conſpectū tuum gemitus vinctorū: pro magnitudine brachij tui [11] fac ſuperſtites eos qui morti iam addicti ſunt.
Repende viciuis noſtris ſeptuplū in ſinū eorum, opprobriū eorum quo te ô Domine affecerūt:
Et nos populus tuus, & grex paſcuorum tuorum te celebrabimus in ſæculum, & per omne æuū prædicabimus laudes tuas.

¶[1] Teſtimoniū & Pſalmus Aſaphi præfecto cantorum ſuper lilijs. L X X X.

O Paſtor Iſraelis auſculta, q minas velut gregem Ioſeph,[2] quiq; inſides cherubi, affulge.
Ante Ephraim, Beniamin, & Manaſſe potentiam tuam excita, & veni ad ſeruandum nos.
Deus reſtitue nos, & fac illuceſcere faciem tuam, & ſalui erimus.
Domine Deus exercituum, quouſque tandem[3] excandeſces in oratione populi tui?
[4] Lachrymis velut pane cibaſti eos, & pro potu propinaſti eis lachrymas maxima menſura.
Poſuiſti nos vt materia ſimus vicinis noſtris[5] iurgandi, vtque hoſtes noſtri nobis illudant.
O Deus exercituū reſtitue nos, fac illuceſcere faciem tuam, & ſalui erimus.
Vitem ex Ægypto traduxiſti, quam eiectis Gentibus plantaſti.
Repurgaſti[6] diligenter ſuperficiem eius, & quum radices ſuas egiſſet, terram occupauit.
Vmbra ei⁹ mōtes obtexit, rami eius[7] cedros Dei.
Extendebat ad mare palmites ſuos, & vſque ad [8] fluuium pampinos ſuos.
Quare rupiſti ſepem eius, vt ex ea decerpāt quicunque illac tranſeunt?
Aper è ſaltu eā vaſtat, & omnis generis feræ quę in agris degunt, eam depaſcuntur.
Deus exercituum redi obſecro, intuere è cælis, aſpice, & inuiſe vineam iſtam:
[9] Vitiarium quod plantauit dextera tua, & propaginem ipſam quam[10] tibi roboraſti.
Exuſta eſt igni, amputatáque: ab[11] increpatione vultus tui peribunt.
Sit[12] manus tua cum viro dexteræ tuæ, cum filio hominis quem tibi corroboraſti.
Et non retroflectemus à te, [13] [dum] vitam nobis reſtituis, in nomine tuo inuocabimus.
O Domine Deus exercituum, reſtitue nos, fac illuceſcere faciem tuam, & ſalui erimus.

¶[1] Aſaphi præfecto cantorum ſuper torcularibus. L X X X I.

IVbilate Deo robori noſtro,[2] claſſicū canite Deo Iacob:
Sumite pſalmum, date tympanū, citharam ſuauem cum nablo:
Clangite cornu noua luna, [3] ſtato die ſacrificij noſtri.
Hic enim ritus eſt Iſraeli,[4] ius Deo Iacob:
[5] Teſtimonium hoc poſuit in Ioſeph, quum exiret de terra Ægypti[vbi] labium quod nō cognoram, audiebam.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: propter gloriā nominis tui Domine libera nos, & propiti⁹ eſto peccatis noſtris propter nomen tuum:
Ne forte dicant in Gētibus, Vbi eſt Deus eorū? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris
Vltio ſanguinis ſeruorū tuorū qui effuſus eſt: introeat in conſpectu tuo gemitus cōpeditorū.
Secūdum magnitudinem brachij tui poſſide filios mortificatorum. D
Et redde vicinis noſtris ſeptuplū i ſinu eorū: improperiū ipſorū qđ exprobrauerūt tibi Domine.
Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ cōfitebimur tibi in ſeculum,
[a] In generatione & generationem annūtiabimus laudem tuam.

¶ In finem, pro ijs qui commutabuntur. teſtimonium Aſaph, Pſalmus. L X X I X.

QVi regis Iſrael, intēde: qui deducis velut ouem, Ioſeph.
Qui ſedes ſuper cherubim, manifeſtare coram Ephraim, Ben-iamin & Manaſſe.
Excita potentiā tuā, & veni vt ſaluos facias nos.
De⁹ cōuerte nos: & oſtēde faciē tuā, & ſalui erim⁹.
Domine Deus virtutum, quouſq; iraſceris ſuper orationem ſerui tui?
Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in menſura?
Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.
Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eiecisti Gentes, & plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius, & impleuit terram. C
Operuit mōtes vmbra ei⁹: & arbuſta ei⁹ cedros Dei.
Extendit palmites ſuos vſque ad mare: & vſque ad flumen propagines eius.
Vt quid deſtruxiſti maceriam eius, & vindemiāt eam omnes qui prætergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
Deus virtutum cōuertere: reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.
Incēſa igni & ſuffoſſa, ab increpatiōe vultus tui peribunt. D
Fiat manus tua ſuper virū dexteræ tuæ: & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.
Et non diſcedimus à te: viuificabis nos, & nomē tuum inuocabimus.
Domine Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

¶ In finē pro torcularibus Pſalmus ipſi Aſaph, quinta ſabbathi. L X X X.

EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.
Sumite pſalmum, & date tympanum: pſalterium iucundum cum cithara.
Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolennitatis veſtræ,
Quia preceptū in Iſrael eſt, & iudiciū Deo Iacob.
Teſtimoniū in Ioſeph poſuit illud, cū exiret de Terra-Ægypti: liguā quā nō nouerat audiuit.

¶[a] In generationem

Argumentū eiuſdē eſt cuius precedēs. Populus Dei impijs permiſſus, orat ſe vēdicari, & pri ora Dei beneficia, ſub vineæ allegoria præſenti calamitati collata, ad erigēdā ſpem, memorat.

Exhortatio eſt ad gratitudinem pro anni prouentu, ſimúlque beneficiorum De quę Iſraeli cōtulit, cōmemoratio. Gene. 41. &.

¶10 i. viribus adornaſti in honorem tuum. ¶11 i. propter iram quam facie tua declaras, peribunt hi qui per vitem ſignificantur. ¶12 i. auxilium tuum ſit ſuper eos quos hactenus protexiſti. ¶13 viuifica nos, [tum] inuocabimus nomen tuum. L X X X I. ¶1 Præfecto cantorum, ſuper gittith, ipſi Aſaph. Gittith, inſtrumentum muſicū allatū è Geth vrbe Palæſthinæ. ¶2 iubilate. ¶3 ſtatuto tempore, [nimirū] die feſto, quod ſolēniter celebram⁹. ¶4 i. mos iuſte inſtitutus in honorē Dei Iacob. Quidā legūt, Ius à Deo Iacob. ſub. profectū. ¶5 Vice teſtimonij à Ioſeph poſuit illud [ſtatutū] dū egrederetur ipſe ſuper terram Ægypti, [vbi] ſermonē ignotū audiui. Ac ſi dicat, De⁹ poſuit ritū illū, ſtatutū illud, in populo Iſraelitico, vt teſtificaretur omnia iſta beneficia tibi debere accepta referri: ſtatuit inquā dum egrederetur ſuper terram Ægypti. i. dum pararet vindicare populū ſuū, ſeruientē in Ægypto, vbi ſermonē quē nō nouerā, audiui. i. audiuerūt Iſraelitæ, audierunt maiores ſermonem Ægyptiū illis incognitum.

B Diuertit ab oneribus dorſum eius: manus ei[9] in cophino ſeruierunt.

In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tempeſtatis: probaui te apud aquam contradictionis.
Exod.17.b.

Exod.20.a. Audi populus meus, & conteſtabor te: Iſrael ſi audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
[redacted]

C Ego enim ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de Terra-Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meam: & Iſrael non intendit mihi.

Act.14.c. Et dimiſi eos ſecundum deſyderia cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.

Baruch 3.b. Si populus me[9] audiſſet me: Iſrael ſi in vijs meis
D ambulaſſet:

Pro nihilo forſitan inimicos eorũ humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manũ meã.

Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tẽpus eorum in ſecula.

Et cibauit eos ex adipe frumẽti: & de petra, melle ſaturauit eos.

Obiurgatio prauorũ iudicũ, quos deterret ab iniuſtitia, minitando pœnã: interim officiũ eorũ deſcribens.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagóga deorũ: in medio autem deos diiudicat.

Vſquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum ſumitis?

Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperẽ iuſtificate.

Eripite pauperẽ: & egenum de manu peccatoris liberate.

Prouer.24.a. Neſcierũt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Iſte loc[9] exponitur à Chriſto, Ioh.10.g. Ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes.

Vos autẽ ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terrã: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Precatio eſt, vt Dominus ſuccurrat populo contra tot grauiſſimos & potentiſſimos hoſtes. Imitat Pſalmũ 10.

¶ Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXII.

DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque cõpeſcaris Deus.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt cõſilium: cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & diſperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Iſrael vltra.

B Quoniã cogitauerunt vnanimiter: ſimul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt, tabernacula Idumæorum & Iſmahelitæ,

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Tentata fides & perſeuerãs, ꝓ uidẽtiam Dei experitur. Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Miſit ante eos virũ: i ſeruũ venũdat⁹ eſt Ioſeph.
Ge.37.f.39.d. ❡Humiliauerũt in compedibus pedes eius, ferrũ pertrãſijt animã eius, donec veniret verbũ ei⁹.
41.e. Eloquiũ Domini inflammauit eũ: ❡miſit rex, & ſoluit eum: princeps populorũ, & dimiſit eũ.
41.e. ❡Conſtituit eum dominum domus ſuę, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ:
Vt erudiret principes ei⁹ ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret:
46.a. ❡Et intrauit Iſrael in Ægyptum, & Iacob accola fuit in Terra-Cham.
C Et auxit populum ſuum vehementer: & firmauit eum ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius.
Exod.3.b.c.4. c.4.d.e. ❡Miſit Moyſen ſeruũ ſuũ: Aaron quẽ elegit ipſũ.
7.a ❡Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum & prodigiorum in Terra-Cham.
10.f. ❡Miſit tenebras, & obſcurauit: & nõ exacerbauit ſermones ſuos.
7.d. ❡Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.
Exod.8.b. ❡Edidit terra eorum ranas in penetralibus regũ ipſorum.
8 & 9. ❡Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipſorum,
Et percuſſit vineas eorum & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.
10.c.d. ❡Dixit, & venit locuſta & bruchus, cuius non erat numerus:
D Et comẽdit omne fœnum in terra eorum: & comẽdit omnem fructum terræ eorum.
12.d. ❡Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.
12.d. ❡Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.
Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos.
Exod.13.d. pſal.77. b. ❡Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem vt luceret eis per noctem.
Exod.16.c. ❡Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli ſaturauit eos.
Num.20. c. ❡Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in ſicco flumina:
Gen.22.c.d. ❡Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui quod habuit ad Abraham puerum ſuum.
Ioſue.3.d. ❡Et eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia.
Et dedit illis regiones Gentium, & labores Populorum poſſederunt:
Vt cuſtodiãt iuſtificationes ei⁹, & legẽ ei⁹ requirãt.*
❡* Hallelu-ia. ❡Hallelu-ia. C V.
Iudith.13.e. Prouocamur ad ſanctificãdum nomen Dei, & quare. Pſalm⁹ in captiuitate Babylonica ſcriptus.
C❡Onfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

[Itaque] quum eſſent[14] numero pauci,[15] & exigua familia, & peregrini ea in terra.
Et migrarent de vna gente ad aliam gentẽ, [&] de regno [quopiam] ad alium populum:
Non permiſit homini cuiquam vt eos opprimeret, ac propter eos reges coarguit,
[Cum diceret,] Ne attingatis[16] homines mihi cõſecratos, & nihil mali[17] ꝓphetis meis iſeratis.
[18] Et euocauit famem, vt ea laboraret terra, [&] omnem annonam compreſſit.
Eiſque præmiſit virum, [&] Ioſeph vẽditus eſt in ſeruitutem:
[19] Cuius pedes cõſtrinxerunt cõpede, [&] in ferro periclitata eſt anima eius:
Donec venit[20] verbum eius, [&] eloquium Domini conflando explorauit eum.
[Tunc enim] nuntio miſſo rex eripuit eum, & dominator populorum ſoluit eum:
Eũmque dominũ cõſtituit domus ſuæ, & qui dominaretur in vniuerſa ipſius poſſeſſione:
Vt[21] vinciret principes eius pro ſuo arbitratu, & [22] ſeniores ipſius ſapientiam doceret.
Itaque Iſrael ingreſſus eſt Ægyptum, &[23] Iacob peregrinus egit in terra Cham.
Et valde quidem [Deus] auxit populum ſuum, & potentiorem fecit eum ſuis hoſtibus.
Vertitque cor eorum in odium ſui populi, vt dolum commolirentur in ſeruos ipſius.
Miſit [autem] Moſen ſeruum ſuum, [&] Aharonẽ quem elegerat.
[24] Qui prodigioſa ipſius negotia geſſerũt inter eos, & portenta in terra Cham:
[Et] immiſit tenebras quibus [omnia] obſcurauit, [25] neque reluctati ſunt verbo eius.
Aquas eorum vertit in ſanguinem, & occidit piſces eorum.
Edidit [quoque] terra eorum ranas, in regum arcaniſſima loca penetrantes.
[26] Eius etiam iuſſu venerunt[27] omnis generis inſecta, & pediculi per omnes fines eorum.
[28] Et pro pluuijs eorum dedit grandinẽ, & ignẽ flammantem in ipſorum terra:
Percuſſitque vites eorum & ficus eorum, & confregit arbores per ipſorum fines.
Eius quoque iuſſu venerunt locuſtæ & innumeri bruchi,
Qui depaſti ſunt omnes herbas in ipſorũ regione, depaſti etiam ſunt fruct⁹ telluris ipſorum.
Occidit denique oĩa primogenita i regiõe ipſorũ, [29] primitias [videlicet] vniuerſæ virtutis eorum.
Et eduxit eos onuſtos argento & auro, nec qſquã fuit infirmus in tribubus eius [Iſraelis.]
Eſtque Ægyptus læta quũ exirent,[30] quia formido eorum inuaſerat eos.
Expandit [quoque] nubem[31] pro velo, & ignẽ qui [32] noctu luceret.
[Populo] petente adduxit coturnices, & pane[33] cæleſti ſaturauit eos.
Poſtremo[34] aquæ profluxerunt aperto ſaxo, quæ decurrerunt per loca arentia vt flumen.
Memor enim fuit[35] ſui verbi ſanctiſſimi ad Abrahamum cultorem ſuum.
Et eduxit populum ſuũ cum lætitia, & delectos ſuos homines cum iubilo,
Ac tradidit eis regiones Gentium, vt poſſiderẽt [36] labore populorum conquiſita:
Nimirum vt ſeruẽnt decreta eius, & leges ipſius teneant. hallelu-ia.
C V I.
C❡Hallelu-ia.
Onfitemini Domino, quoniam bonus eſt, quoniam ſempiterna eſt ipſius benignitas.

❡14 Heb. hoĩes numeri. i. quã adhuc poſſent nũerari ꝑpaucitate ❡15 & quũ pauco tempore peregrini fuiſſent in ea. ❡16 vnctos meos, 17. i. verbũ meũ pplo meo annuntiãtibus. ❡18 Heb. Et vocauit famem ſuper terram, omnem baculum panis fregit. ❡19 Heb. Humiliauerunt compede pedes ei⁹: in ferrũ venit anima eius. i. corpus eius vinctum fuit catenis ferreis. ❡20. i. id quod Deus decreuerat de ipſo Ioſeph: & tum oraculũ Domini. i. interpretatio ſomnij Pharaonis immiſſa à Deo, reddidit illum probatum ipſi Pharaoni. ❡21 Heb. Ad vinciendum principes eius in anima ſua. Alij legunt, vt erudiret principes. ❡22 vl. ſenatores ❡23 Repetitio. ❡24 Poſuerunt in eis verba ſignorũ ei⁹. . i. ediderunt inter Ægyptios facta. vl. res ſignorum Dei: hoc eſt miracula. ❡25 ne repugnarunt. ſub. Moſes & Aarõ. . i. vt iuſſerat Deus, ita faciebant ſigna. vel, ſigna nõ repugnabant imperio Moſis quod erat à Deo. ❡26 Dixit & ❡27 feræ oĩs generis. vl, turba miſcellanea ferarũ. ❡28 Heb. Poſuit imbres eorum grandinem, & ignem flãmarum in terra eorum. i. Deus vertit imbres eorum in grandinem, vel pro pluuia dedi grandinem admiſſo fulmine. ❡29 Ita exponit primogenita, quæ ſolent gigni cũ parentes valent viribus. ❡30 Heb. Quia formido eorum ceciderat ſup eos. i. quia metuebãt ſibi Ægyptij ab Iſraelitis. ❡31 in tegumentũ, ❡32 illuſtraret noctẽ. ❡33. i. è cęlo miſſo. ❡34 Aperuit Dominus rupem, & fluxerunt aquæ. ❡35. i. promiſſionis ſuæ ſanctæ quam fecerat ad &c. ❡36 labores populorum. i. regiones quas ſibi magno labore parauerant Gentes. C V I ❡1 Celebrate Dominũ,

¶1 quis poſſit celebrare omnes laudes ei⁹? ¶3 æquitatem. ¶4 Hebr. in beneplacito populi tui. i. fauore illo quem pollicitus es tuis. ¶5 viſita me in ſalute tua. i. inuiſe me ope tua ſalutifera. ¶6. i. fruar bono quo fruentur electi tui, & perfundar gaudio illo quo lætantur gentes tuæ: vt tandem glorier &c. ¶7 Hebr. cum patribus noſtris. ¶8 Heb. multitudinis miſericordiæ tuæ. ¶9 Hebr. Suph. i. car. coſu. iūcoſū. dum ſcilicet trāſituri eſſēt Mare-rubrū, quod ſane arundinibus abundat & iuncis. ¶10 aqua rum imēſitates ¶11 & cantauerūt laudē ei⁹. i. carmen in laudem illius. ¶12 Heb. Feſtinarūt, obliti ſunt. ¶13 nec expectauerunt conſilium eius. i. vt ipſe ageret omnia pro ſua voluntate. ¶14. i. tabem in corpus eorum. q. d. carnes illæ quibus volebāt corpus ſuum reddere robuſtius, illos macriores reddiderunt. ¶15 Inuiderunt Moyſi quòd ſacerdotiū Aaroni, quamuis iubente Deo, tribuiſſet. ¶16. i. conſecrato Domino in ſacerdotem. ¶17. i. relicto vero Deo, q erat gloria & decus eorū, coluerūt ſimulachrū bouis.

Quis enuntiaret fortia facta Domini? aut ¹quis promereret vniuerſam laudem ipſius?
O beatos qui ſeruant iudicium,² & faciunt ſemper quod iuſtum eſt.
Memento mei Domine per fauorem erga tuū populū,⁴meique rationē habeto per tua ſalutē.
Vt⁶ videam bonum electis tuis hominibus[paratum.] & gaudeam gaudium gentium tuarum, & glorier cum hæreditario tuo[populo.]
Peccauimus ⁷æque vt patres noſtri, egimus inique, impia geſſimus.
[Nam]patres noſtri non prudenter perpenderūt miracula tua in Ægypto, neque memores fuerunt ⁸maximorum beneficiorum tuorum, & immorigeri fuerūt ad mare, ad Mare[inquam] ⁹rubrum.
Seruauit tamen eos propter nomen ſuum, vt notiorem faceret fortitudinem ſuam:
Increpuitque Mare-rubrū, vt exareſceret, ac traduxit eos per¹⁰abyſſum tanquā per deſertum:
Et ſeruauit eos eripiens manui hoſtili, ac vindicauit eos à manu inimici.
Aquæ autem operuerūt hoſtes eorum, vt ne vnus quidem ſuperſtes relinqueretur.
Túncque fidem adhibuerunt verbis eius, ¹¹vt decantarent laudem ipſius.
¹² Verum confeſtim obliti ſunt opera eius, ¹³neque morati ſunt conſilium eius:
Et concupiſcentia exarſerunt in deſerto, ac tentauerunt Deum in ſolitudine.
Ac dedit quod popoſcerunt, ſed [ſimul] immiſit ¹⁴ macilentiam ipſorum animæ.
¹⁵ Inuiderunt etiam Moſi in caſtris, & Aharoni ¹⁶ſacroſancto Domini.
[Quamobrem]terra ſe aperiens abſorpſit Dathā, & operuit congregationem Abiramicam.
Ignis etiam exarſit in cœtu iſtorum, [&] flāma quæ impios corripuit.
Fecerunt & vitulum apud[montem] Horeb, & fuſile ſimulachrum adorauerunt:
Et ¹⁷ permutauerunt maieſtatem [Dei] ſui effigie bouis comedentis herbam,
Súntque obliti Deum, qui eos ſeruauerat, quiq; res magnas gēſſerat in Ægypto,
Et miracula in terra Cham, reſque terrificas ad Mare rubrum.
¹⁸ Decreuerat autem delere illos, niſi Moſes vir ipſius electus ¹⁹interceſſiſſet ei, ſedans iram ipſius, ne perderet.
²⁰ Reſpuerunt etiam terram exoptatam, non fidem tribuentes verbo ipſius.
Et obmurmurarunt in ſuis tentorijs, neque obediuerunt voci diuinæ.
²¹ Quare iurauit eis ſe proſtraturū eſſe ipſos in deſerto.
Proſtraturum etiam ſobolem eorum inter Gentes, & ²²euentilaturum eos in regiones.
²³ Irritati ſunt etiam velut ſub iugum ipſi Baal Peor miſſi, & comederunt immolata ²⁴ mortuis[dijs.]
Suiſque ²⁵ſtudijs irā[Dei] ²⁶cōflarunt, ²⁷ita vt graſſaretur per eos cædes:
²⁸ Quando Phinehas ſtetit, ac²⁹vindicandum iudicauit, & cædes ³⁰prohibita eſt.
³¹ Quod ei eſt imputatum pro iuſtitia ſempiternis temporibus.
Laceſſiuerunt etiam apud³²Memeriba, &³³Moſen[Deus]affecit malo propter ipſos.

¶Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?
Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.
Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo:
Ad videndum in bonitate electorum tuorū: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cū hæreditate tua.
¶Peccauimus cum patribus noſtris: iniuſte egimus: iniquitatem fecimus.
Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.
Et irritauerūt aſcendentes in mare, Mare-rubrū.
Et ſaluauit eos propter nomen ſuum: vt notam faceret potentiam ſuam.
¶Et increpuit Mare-rubrum, & exiccatum eſt: & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto:
Et ſaluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
¶Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis nō remanſit.
Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius: & nō ſuſtinuerunt conſilium eius.
¶Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto: & tentauerunt Deum in inaquoſo:
¶Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moyſen in caſtris: *Aaron ſanctum Domini.
¶Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abiron.
Et exarſit ignis in ſynagóga eorum: flāma combuſſit peccatores.
¶Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt ſculptile.
Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia i Terra-Cham: terribilia in Mari-rubro.
¶Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in cōſpectu eius,
Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram deſyderabilem:
Non crediderūt verbo eius: & murmurauerūt in tabernaculis ſuis: nō exaudierūt vocē Domini.
¶Et eleuauit manum ſuam ſuper eos: vt proſterneret eos in deſerto,
Et vt deijceret ſemen eorū in Nationibus, & diſpergeret eos in regionibus.
Et initiati ſunt Beel-phegor: & comederunt ſacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.
¶Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio
Et reputatum eſt ei in iuſtitiā in generatione & generationem, vſque in ſempiternum.
¶Et irritauerunt eum ad Aquas-contradictionis: & vexatus eſt Moyſes propter eos,

Eccleſiaſtes 43. d.
Judith 7. d. Fidelis populus agnoſcēs peccatū ſuū & patrum, q Deo non crediderint, petit miſericordiam.
Exod. 14. c.
Exod. 14. g.
C Exo. 17. a.
Nume. 11. g.
* &
Num. 16. e.
Exod. 32. a.
D
Exod. 32. e.
Nume. 14. e.
B
Nume. 25. b.
Nume. 20. a.

¶18 Hebr. Et dixit ¶19 Hebr. ſtetiſſet in ruptura ad faciē eius. i. in puncto iræ occurriſſet Deo. Metaphora a ruptione murorū obſeſſorum, qua parte hoſtes irrumpunt. ¶20 Aſpernati ſunt ¶21 Heb. Leuauit eis manum ſuam. i. ſublata manu iurauit eis. ¶22 diſperſurum ¶23 Heb. Cōiugati ſunt, nēpe vt par tumērorū ad iugū alligatur, quo tropo vtitur & Apoſtolus, Nolite iugū trahere cū impijs. q. d. ne adiūgatis vos, ne adhæreatis impijs. ¶24 nā verus Deus viuit. ¶25 operib⁹. i. phibita venere ¶26 puocauerūt ¶27 plaga. i. vltio diuina. ¶28 He. Et ſtetit Phinehas. i. Statim exurrexit ¶29 iudicauit. i. præbuit ſe vindicem. nō expectata iudicum ſententia ſumpſit pœnas de Zamri. ¶30 ſedata eſt. ceſſauit. ¶31 vl. Hac re habitus eſt iuſtus ¶32 i. Aquas iurgij. vl. contentionis & controuerſiæ. ¶33 Hebr. & malum fuit ipſi Moſi propter eos. Quia fruſtratus fuit ingreſſu terræ propter infidelitatem, quando dixit dubitando, Num educet Dominus aquam de petra hac

quia exacerbauerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis, Non diſperdiderũt Gẽ
Deut.7. tes quas dixit Dominus illis.
Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt ope
ra eorum: & ſeruierũt ſculptilibus eorum: & fa
ctum eſt illis in ſcandalum.
Et imolauerũt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.
F Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſangui-
nem filiorum ſuorum & filiarum ſuarũ, quas
ſacrificauerunt ſculptilibus Chanáan.
¶ infecta Et interfecta eſt terra in ſanguinibus, & conta-
minata eſt in operibus eorũ: & fornicati ſunt
in adinuentionibus ſuis.
Iudæorũ abiectio, & Dei erga illos miſericordia
Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuũ: &
abominatus eſt hæreditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus Gentium: & dominati
ſunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humilia-
ti ſunt ſub manibus eorum: ſæpe liberauit eos.
Ipſi autem exacerbauerunt eum in cõſilio ſuo:
& humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
G Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationẽ
eorum.
Deut.30.a Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœnituit eum
ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.
Et dedit eos in miſericordias in conſpectu om-
nium qui ceperant eos.
Orat nomine eorũ qui abducti fuerant in captiuitatem.
Saluos nos fac Domine Deus noſter: & congrega
nos de Nationibus:
Vt confiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur
in laude tua.
Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſeculo & vſ-
que in ſeculũ: & dicet omnis popul⁹, Fiat fiat.
¶ Hallelu-ia. C V I.
Iudith 13.c.
Redẽpti, quibus facta eſt remiſſio peccatorũ, inuitãtur ad gratiarũ actionem. In hoc pſalmo varia pericula narrat Dauid, à quibus Deus mortales ſolet liberare.
CONfitemini Domino quoniam bonus: quo-
niam in ſeculum miſericordia eius.
Dicant qui redẽpti ſunt à Domino, quos redemit
de manu inimici: & de regionib⁹ cõgregauit eos
A Solis ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciui
tatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes & ſitientes: anima eorũ in ipſis defecit.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuita
tem habitationis.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mi-
rabilia eius filijs hominum.
¶ Quia ſatiauit animam inanẽ: & animam eſu-
rientem ſatiauit bonis,
Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in
mendicitate & ferro:
Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & conſilium
Altiſſimi irritauerunt.
Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: infir
mati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.
H Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vin
cula eorum diſrupit.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mi-
rabilia eius filijs hominum.
¶ Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos
confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter
iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

[34] Ita enim diuexarunt animum eius, vt perpe-
tam aliquid loqueretur ſuis labijs.
[Præterea] non deleuerunt populos, quos Domi-
nus iuſſerat eos [delere.]
Et commercium habuerũt cum Gentibus, ac di-
dicerunt facta ipſorum,
Vt colerẽt ſimulachra eorũ, quæ fuerũt eis laqueus.
Nam filios ſuos & filias ſuas mactauerunt victi-
mas dæmonibus.
Et ſuderunt ſanguinem innoxium, ſanguinem
filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quos ma
ctauerunt victimas ſimulachris Chananæorũ:
terraque polluta eſt [35] capitalibus ſceleribus.
Ac fuerunt immundi factis ſuis, & ſcortati ſunt
[36] ſtudiis ſuis.
Et excanduit ira Dominus in populum ſuũ, ab-
horruitque à ſua hæreditate,
Ita vt traderet eos Gentibus in manus, & inimi-
ci eorum dominarentur eis.
Quos afflixerunt hoſtes ipſorum, & [37] ſubegerũt
eos ſuæ poteſtati.
[38] Aliquoties liberauit eos, verum ipſi [39] laceſſiue-
runt ſuo conſilio, & in paupertatem deuene-
runt per ſuam iniquitatem.
Tamen quum cerneret eos in anguſtijs, & audi
ret clamorem ipſorum,
Memor fuit ſui fœderis icti cum eis, & [40] pœni-
tuit eum, [41] vt maxima eſt eius benignitas:
[42] Et fecit eos gratioſos apud victores ſuos vni-
uerſos.
Serua nos Domine Deus noſter, & congrega nos
ex Gentibus, vt confiteamur nomini tuo ſan-
ctiſſimo, & celebremus te laudibus tuis.
[43] Prædicandus eſt Dominus Deus Iſraelis ab æ-
terno in æternum tempus: & vniuerſus popu
lus dicat, [44] Amen, hallelu-ia. C V I I.
COnfitemini Domino, [1] quoniam bonus eſt,
quoniam æterna eſt eius benignitas.
In libertatem vindicati à Domino [2] dicant, quod eos
vindicauerit [3] à manu hoſtili.
Quódque congregauerit eos ex regionibus ab
Oriente & Occidente, Aquilone, & à mari,
Qui errabãt in deſerto, in ſolitudine [4] per itinera,
quib⁹ oppidum habitatũ non inueniebant.
Famelici etiam & ſitibũdi, qui deficiebãt animo.
Clamauerunt Dominum [5] in periculis ſuis, & eri
puit eos ex anguſtijs ipſorum,
Eóſque deduxit in viam rectam, qua peruenirẽt
ad oppidum habitatum.
[6] Confiteantur [ergo] tribuentes Domino ſuam be
nignitatem & miracula ſua inter homines.
¶ Quia ſaturat animã [7] auidã, & animam fame-
licam explet [8] rebus bonis.
[9] Sedentes in tenebris, & [10] denſiſſima caligine,
conſtricti [11] miſeria & ferreo [compede,]
Quia ſermonibus diuinis reluctati ſunt, & floc-
cipenderunt conſilium ſummi [Dei.]
[12] Vnde moleſtias impoſuit, ita vt deſponderent
animum, & impingerent nemine ferẽte opẽ:
Hi clamauerunt Dominum in ſuis periculis, qui
ſeruauit eos, ex anguſtijs eripiens,
Eóſque eduxit ex tenebris & denſiſſima caligi-
ne, ac perrupit eorum vincula.
[13] Confiteantur [ergo] tribuentes Domino ſuã be-
nignitatem & miracula ſua inter homines:
¶ Quia effregit valuas æreas, & [13] refellit [14] obices
ferreos.

Stulti [15] qui ſcelerato vitæ inſtituto & iniquitatibus ſuis morbos ſibi acceſſiuerunt:

¶ 34 Hebr. Quia rebelles fuerũt ſpiritui eius, [vſ, rebellare fecerũt. ſub. Moſẽ, ſpiritui eius, ſub. Dei:] tunc pronuntiauit labijs ſuis. ſub. verba quæ dubitationem præſe ferebant de promiſſis Dei, nempe. Audite increduli, An de petra &c.
¶ 35 Heb. ſanguinibus. i. cæde.
¶ 36 cum operibus ſuis. i. cum idolis. hoc eſt, ardẽti ſtudio adhæſerũt idolis.
¶ 37 Heb. incuruarunt eos ſub manum ſuam.
¶ 38 Vicib⁹ multis. Frequenter.
¶ 39 repugnarunt. ſub. Deo.
¶ 40. i. quaſi mutaſſet ſententiam, cœpit eos benigne tractare.
¶ 41 Hebr. ſecundum magnitudinem beneficiorum ſuorum. vſ, miſerationum ſuarũ.
¶ 42 Heb. Et dedit eos in miſerationes ad faciem omnium qui captiuos eos habuerunt. i. fecit vt ij qui eos in captiuitatem abduxerant, cum illis ſumma miſericordia agerent.
¶ 43 Laude dignus ¶ 44. i. ita res habet: dignus eſt omni laude.

C V I I
¶ 1 Laudibus celebrate Dominum. ¶ 2 vſ, dicant [ſub. laudem, gratias in quã agant Deo] quod redemit [vſ, agant iſ] quos redemit &c.
¶ 3 [ſ.] via. quæ ſcilicet rectà eos ducebat quò volebant. ¶ 4 Heb. vrbẽ habitationis non inueniebant. i. vrbem habitatã. ¶ 5 in anguſtia ſua. ¶ 6 Celebrẽt [ergo] Dominũ [i. in gloriã Domini] miſericordiã ipſius, & mirabilia ipſius prædicent filijs hominum. vſ, Gratias agant Domino propter benignitatẽ ei⁹, & [narrent] hominibus, vſ apud hoĩes mirabilia eius. ¶ 7. i. ſitibundam. appetentem aquarũ. ¶ 8. i. eſca ſuauiſſima. ¶ 9 Quatuor verſus ſequentes cohærent. ¶ 10 Heb. vmbra mortis ¶ 11. i. vinculis qb⁹ corp⁹ affligitur. ¶ 12 Hebr. Et humiliauit in labore cor eorũ. corruerũt [ſub. in captiuitatẽ] ¶ 13 vide numerũ 6 ¶ 13 cõfregit ¶ 14 qb⁹ ſcilicet detinebãt in carcerib⁹. ¶ 15 He. à via ſceleris ſui ſeſe affligent &c.

Saluum fac dextera tua,& exaudi me: Deus locutus eſt in ſancto ſuo,
Exultabo,& diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus eſt Galaad,& me⁹ eſt Manaſſes: & Ephraim [a]ſuſceptio capitis mei.

¶[a] fortitudo

Iuda rex meus: Moab lebes ſpei meæ.
In Idumæum extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti ſunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitã? quis deducet me vſque in Idumæam?
Nonne tu Deus qui repuliſti nos, & non exibis, Deus,in virtutibus noſtris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.
In Deo faciemus virtutẽ: & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

¶In finem. Pſalmus Dauid. CVIII.

Inuehit Dauid in Doeg, & ſimiles aſſentatores Saulis,& poſtremo queritur de ſua miſeria.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris,& os doloſi ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederũt me: & expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

Chriſti oratio cõtra blaſphematores gratiæ ſuæ.

Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis,& odium pro dilectione mea.
Cõſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius.
Cum iudicatur, exeat cõdemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

De Iuda proditore. ioh.17.c.act.1.d.

Fiant dies eius pauci: & epiſcopatum eius accipiat alter.

B Pœna & iudiciũ eorũ qui gratiæ Chriſti detrahũt.

Fiant filij eius orphani,& vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filij eius,& mẽdicent: & eijciantur de habitationibus ſuis.
Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius.
Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.
In memoriã redeat iniquitas patrũ ei⁹ in cõſpectu Domini: & peccatũ matris ei⁹ nõ deleatur.
Fiant contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quòd nõ eſt recordatus facere miſericordiam,
Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicũ, & compunctum corde mortificare.

C Et dilexit maledictionẽ,& veniet ei: & noluit benedictionem,& elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem ſicut veſtimentũ,& intrauit ſicut aqua in interiora eius,& ſicut oleũ in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: & ſicut zona qua ſemper præcingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.

Chriſtus ex malis liberatus, pro ſe & ſuis ſimiliter tribulatis miſericordiam Dei inuocat.

Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egen⁹ & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me.

De⁹ loquutus eſt [11]in ſanctuario ſuo, [quòd] exultabo,& partiar Sichẽ, ac metiar vallẽ Sucoth.
Meus eſt Gilead, meus eſt Manaſſes. Ephraim autẽ robur [12]capitis mei, & Iuda me⁹ [13]legiſlator.'
[15]Moab [vero] lebes ablutionis meæ, [16] Idumæam pedib⁹ meis emetiar, & ſup Paleſthina iubilabo.
Quis ducet me [17]ad vrbes munitas? quis ducet me in Idumæam?
An non tu Deus, qui nos repuleras, [18]neque profectus fueras cum noſtro exercitu?
Fer nobis [opẽ, qua defendamur] [19]ab hoſte:' ſiquidem vana eſt ſalus hominis.
[10]Cæterum Deo iuuante res præclaras geremus,' & ipſe conculcabit hoſtes noſtros.

¶Præfecto cantorum, Dauidis hymnus. CIX.

O [1]Deus, qui laudaris à me,' ne taceas.
[2]Nam os impij,& os doloſum [2]patent contra me,& mecum loquuntur [3]falſa lingua,'
[4]Et verba ex odio profecta me circumuenerunt,' méque oppugnant abs re.
[5]Pro amore autem meo' aduerſantur mihi, ego tamen [intentus ſum] precationi:
Ac [6]reddunt mihi malum pro bono, [&] odiũ pro dilectione mea.
[7]Conſtitue contra eum impium,' & [8]aduerſarius' ſtet ad dexteram eius.
Quum adductus fuerit in iudicium, pronũtietur impius, & [9]deprecando peccatum admittat.'
Sint dies [vitæ] ipſius pauci, & ipſius [10]functionẽ alius accipiat.
Sint ipſius liberi orphani,& vxor eius vidua.
Oberrent liberi eius & mendicent, ac [victũ] quærant è ruinoſis ſuis ædificijs [prodeuntes.]
[11]Fœnerator nexu obliget õnia quæ habet:' neconon hoſtes diripiant quod labore ipſius partum eſt.
Non obtingat ei qui [12]benignitatẽ proroget,' nec ſit qui benefaciat orphanis quos reliquit.
Poſteritas eius [13]excidio ſit obnoxia,' & in [14]altero ſeculo' deleatur nomen [15]ipſius.'
Reuocetur in memoriam apud Dominũ iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non aboleatur [obliuione,]
Ac ſemper obuerſentur [oculis] Domini, [16]qui deleat eorum memoriam è terra.
Siquidem [17]non cogitauit benignitatem exhibere,' & perſecutus eſt virum [18]humilẽ & pauperem, & [19]dolentem animo,' vt interficeret.
Ac amauit maledictionem, quæ obuenit ei: & noluit benedictionem, quæ longe receſſit ab eo.
[20]Induitque maledictionẽ vt veſtimẽtum, & ingreſſa eſt in partes ipſius interiores vt aqua, & in oſſa eius vt oleum:
[21]Sit ei pro veſte, quã induat:' & pro cingulo, quo ſemper cingatur.
[22]Atque hæc parata ſunt à Domino meis aduerſariis,' & eis qui loquuntur malũ aduerſus animam meam.
Tu autẽ Domine Deus meus [23]præſto mihi adſis' [24]propter nomen tuũ:' [25]& libera me, ſiquidem benignitas tua optima eſt.'
Ego enim humilis & pauper ſum,& [26]cor meum intra me ſaucium eſt,

¶11 p ſanctitatẽ ſuam.i. p Spiritũ ſuũ ſanctũ nunc in Samuele. quòd exultabo.i. me forevo ti compotẽ: nã habiturus ſum regnum ſuper duodecim trib⁹ Iſrael. ¶13.i. principatus mei. hoc eſt, conſtituar re x regionis Ephrai. ¶14 .i. regnũ meum ſiue ſedes regni mei.ibi Chriſt⁹ naſciturus erat. ¶15 q. d. prætereà regno meo accedent regna Gẽtiũ. Moabitę erũt mihi ſubditi. lebes abl. .i. in qua pedes meos lauabo. ¶16 Hebr. ſuper Edõ proijciã calceamentũ meũ .i. pedẽ meum. hoc eſt conculcabo Idumæã, & ſuperabo. ¶17 Heb. ad vrbẽ munitionis? .i. munitã Sion intelligit. q.d. quis faciet me potiri vrbe illa? ¶18 vl, nec egrediebaris ¶19 à tribulatiõe: ¶20 Heb. In Deo faciem⁹ fortitudinem,

CIX.

¶1 Hebr. Deus laudis meæ.i. de quo glorior ¶2 aperta ſunt, aperuerũt ſeſe ¶3 ſermone ficto. ¶4 Hebr. verbis odij me circundant. ¶5 vl. Cum diligam eos. ¶6 Heb. Et poſuerũt ſup me ¶7 Præfice illi improbũ. Singulare pro pluſali, Præfice illis improbos magiſtratus ¶8 ſatan.i. permitte illos malo ſpiritui, vt illos aſſidue vexet. ¶9 Hebr. & oratio eius ſit in peccatũ.i. reddat illũ iudici magis odioſũ. aut oratio ei⁹ ſit fruſtranea. q.d. patiatẽ repulſã. ¶10 Præfecturam eius.i. quod fidei eius cõmiſſum eſt, opes, liberos, vxorem, quibus præfectus eſt. ſic quidã Hebræi. ¶11 Hebr. Illaqueet fœnerator, &c. q.d. ſiquid ſuperfuerit illis, id omne dolis ſuis extorqueant fœneratores. ¶12 miſericordiam extendat. ¶13 excidatur, ¶14 vl, altera ætate, aut generatione.i. ita tollatur de medio memoria illorũ improborũ, vt in ſequẽti ſeculo nulla ſit memoria eorũ. ¶15 eorũ: Numerus mutatur. ¶16 vl, vt exterminet ¶17 nõ fuit memor facere miſericordiam. aut, neglexit ¶18 pauperem & egenum ¶19 attrito corde. ſub. ob calamitates. ¶20 q.d. ornauit ſe maledictione vt veſtimẽto. vl, in eos veniat maledictio qui ea ſe putãt ornari velut veſtimento. ¶21 q.d. nũquam recedat ab eo, ſed illum ſemper circundet vt veſtis. ¶22 Heb. Hæc operatio aduerſariorũ meorũ, &c. Vl, Hæc merces operum meorũ à Domino. ¶23 Heb. Fac mecũ. ¶24 .i. pro fama & excellentia nõis tui quam de te cõceperũt omnes. ¶25 quia miſericordia tua bona eſt [ſub. mihi:] libera me. aut, fer inquam mihi opem. Bona, vl conueniẽtiſſima aut gratiſſima. ¶26 .i. anima mea pene extincta eſt.

[Et]abeo vt vmbra quum declinat, ac velut locuſta[17] excutior:'
Genuáque mea nutant[18] præ inedia, [19]& detracta pinguedine alius [i]i habitus eſt corporis mei.'
Equidem illis ſum probroſus: qui me cõſpicati, iactant caput ſuum.
Opẽ fer Domine Deus meus, [&] ſeruato me pro tua benignitate.
Et intelligant hanc tuã eſſe potentiam, quódque tu Dominus hæc facias.
Ipſi quidẽ maledicant, tu autẽ benedicas: ipſi inſurgant, & pudefiant, ſeruus autẽ tu* lætetur.
[20]Induant aduerſarij mei ignominiam,'& amiciant ſe pudore tanquam pallio.
Ego autem valde cõfitebor Domino ore meo, & in magno cœtu laudabo eum:
Quoniam à dextra ſtetit pauperis, [21] vt ſeruaret animam eius ab ijs qui vitæ ac necis arbitriũ in eum ſibi arrogabant.'

¶ Dauidis hymnus. C X.

Dixit Dominus Domino meo, Sede mihi ad dexteram,'donec inimicos tuos ſubdam ſcabellum tuis pedibus.'
[2]Dominus emittet virgam tuæ potentiæ è Zion: [2]dominare'[ergo] inter inimicos tuos.
[3]Habes promptiſſimũ populum, quũ educes tuas copias: tibi [etiam] eſt ros generationis tuę in ſummo decore & ſanctitate ex vtero auroræ.'
[4]Iurauit'Dominus,'nec pœnitet eum,'vt tu ſis ſacerdos æternus ritu Melchi-ſedec.
[6]Domin* [ſitus] à dextera tua, [7]qui cõtudit reges, quo die iratus fuit.
[8]Iudicabit [Meſſias] in Gẽtibus, & [omnia] plena cadaueribus erunt,[9]quando contundet capita in multis regionibus.'
De[10]torrẽte i via bibet, ac ꝓpterea caput attollet.'

¶ Hallelu-ia. C X I.

א Confitebor Domino'ex toto corde ב in cõcilio & cœtu'proborum,'
ג Magna ſunt Domini facta, ד 'quæ inquiruntur'ab omnibus qui delectantur ipſis.
ה Opus[4] ipſius eſt gloria & decus, ו & iuſtitia eius æternum perſtat.
ז [5]Memoriæ conſecrauit ſua miracula,' ח beneficus & miſericors Dominus,
ט [6]Eſcam'dedit ipſum timentibus, י [7] [&] æternum memor eſt ſui fœderis.'
כ Potẽtiam operum ſuorum[8]declarauit'ſuo populo, ל dando eis hæreditatem Gentium:
מ Sũtque[9]opera manum eius veritas & iudiciũ, [&] נ omnes[10]cõſtitutiones'ipſi* firmæ ſunt,
ס Súntque ſtabilitæ, vt durent ſempiternis tẽporibus, ע quippe per veritatẽ & rectitudinẽ factæ.
פ Miſit [etiam] ad populũ ſuum צ [11]per quos redimeret,'ac præcepit fœdus ſuũ perpetuo [ſeruãdũ.]

Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.
Genua mea infirmata ſũt à ieiunio: & caro mea immutata eſt propter oleum.
Et ego factus ſum opprobrium illis: viderũt me, & mouerunt capita ſua. D
Adiuua me Domine Deus meus: ſaluũ me fac ſecundum miſericordiam tuam.
Et ſciãt q̃a man* tua hæc: & tu Domine feciſti eã.
Maledicent illi, & tu benedices: qui inſurgũt in me, cõfundantur: ſeruus autẽ tuus lætabitur.
Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum:
Quia aſtitit à dextris pauperis: vt ſaluã faceret à perſequentibus animam meam.

¶ Pſalmus Dauid. C I X.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:
Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Siõ, dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecũ principiũ in die virtutis tuæ in ſplẽdorib* ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Domin*, & nõ pœnitebit eũ, Tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdum ordinẽ Melchi-ſedec.
Dominus a dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrẽte i via bibet: propterea exaltabit caput.

¶ Hallelu-ia. C X.

א Confitebor tibi Domine ĩ toto corde meo: ב in cõcilio iuſtorum & cõgregatione.
ג Magna opera Domini: ד exquiſita in omnes voluntates eius.
ה Confeſſio & magnificentia opus eius: ו & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
ז Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ, ח miſericors & miſerator Dominus: ט eſcã dedit timentibus ſe.
י Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, כ virtutem operũ ſuorũ annuntiabit populo ſuo.
ל Vt det illis hæreditatem Gentium: מ opera manuum eius, veritas & iudicium.
נ Fidelia omnia mãdata eius: ס confirmata in ſeculũ ſeculi, ע facta in veritate & æquitate.
פ Redemptionem miſit populo ſuo: צ mandauit in æternum teſtamentum ſuum.

Chriſti regnũ poſt aſcenſionem. matt.22.d.1. cor.15.d.heb.1.d.10.c.act.2.f.
Chriſt* ſacerdos.heb.5.b.7.c.ioh.12.e.
Chriſt* iudex in Euangelij hoſtes.
Chriſti glorificatio p[er] paſſ.
Creatio & redemptio, Dei opera, hic magnificantur.
Verax Deus in promiſſionibus.

¶17 Inſtabilis factus ſum. cogor ſubinde locum mutare. ¶18 Heb. à ieiunio. De inopia rerũ loquitur. ¶19 Heb. & caro mea mentita eſt à pinguedine. vl, emarcuit à pinguedine. i. exhauſta eſt à piguedie. ¶20 i. obruãtur ignominia. ¶21 Heb. Ad ſeruandum à iudicantibus animam eius. i. ab iis qui habẽt poteſtatem animę illius. vl ab ijs qui volũt perdere illum.

C X.

¶1 i. donec conijciantur reprobi in tenebras exteriores per te diſcẽtem, Ite maledicti, &c. ¶[2] Verba prophetæ, vel Dei Patris loquẽtis de ſe in tertia perſona. q.d. efficiam vt euangeliũ quod eſt robur tuũ, prędicetur vndiq;, ducto initio à Ieroſolymis. vide Luc.24. ¶2 pro, dominaberis ¶3 Heb. Populus tu* voluntatũ [vl ſpõtanei] in die roboris tui, i ſplẽdoribus ſanctitatis: ab vtero [&] ab aurora ros natiuitatis tuæ. Sub. erit. De Apoſtolis miniſtris Euãgelij loquitur. Ac ſi dicat, O Chriſte, Ap[oſto]li tui ſponte ſua, nõ coacti, volentes prædicabunt Euãgeliũ: & hoc eo tẽpore, quo quaſi virtute bellica mundũ & ſatanã tibi ſubiugabis. Et vbi? In ſplendoribus ſanctitatis. i. in Ieruſalem vrbe ſplendida, vbi primum illuceſcere cœpit Euangelij ſplẽdor. Sequentibus verbis reddit rationem cur ſponte Apoſtoli eſſent Chriſto ſerituri: quia ô Chriſte, ros natiuitatis tuę i. gratiæ illæ quæ tibi donabuntur à Patre dum carnem aſſumes, obuenient tibi iam inde ab vtero & à prima natiuitate tua. Per rorem intelligit gratiam quam natus accepit à Patre, de qua Eſa.9, Puer datus eſt nobis, filius, &c. Aut dicas hoc hemiſtichiũ non pendere à verſu ſuperiori, ſed prophetam plenitudinẽ gratiarum laudare in Chriſto à tempore natiuitatis. His omnibus inſignem fore Chriſti victoriã prædicat propheta. ¶4 vl, Iurabit ¶5 vl, non mutabit ſententiam. Oſtenditur Chriſtus mediator Dei & ho[m]i[nu]m. ¶6 q.d. ſemper tibi præſto eſt vt opem ferat. ¶7 Alij ſubaudiunt [&,] & per futurum vertũt, & vulnerabit in gratiã tuã etiam ſummos reges tempore quo ſe iratum declarabit. ¶8 Iudicium exercebit. Hęc in deſtructione Ieruſalem. ¶9 Heb. percutiet capita ſuper terrã multam. i. principes qui præſunt regionibus amplis & diuitibus. ¶10 q.d. fundetur tantum ſanguinis vt etiam liceat victori bibere e ſanguinis torrente cæſorum, in via. i. dũ perſequetur hoſtes. propter eam victoriam multum attolletur, & euadet clariſſimus Chriſtus. C X I. ¶1 Euehã laudibus Dominũ ¶2 rectorũ. ¶3 explorata. i. explorabilia, hoc eſt quæ intelligi poſſunt & cõprehẽdi ab ijs qui opẽſe illa. ¶4 q.d. quicquid facit, omni laude dignũ eſt & decorũ. ¶5 Hebr. Memoriã fecit mirabilibus ſuis. i. talia ſunt quæ fecit vt nunquã poſſint memoria excidere. vl, vt digna ſint perpetua memoria. ¶6 vl, prædam. eã ſcilicet quã ſecũ abſtulerunt filij Iſrael recedentes ab Ægypto. exod.12. ¶7 [idque fecit quia] memor fuit fœderis in æternũ. i. quod olim, hoc eſt retroactis ſeculis pepigerat cũ Abraham. gene.15. ¶8 Hebr. annuntiauit. i. Opera illa ſua eximia quæ omnipotentiam eius demonſtrant, longo ante tempore prædixit Iſrael, nempe daturum ſe eis, &c. ¶9 q.d. quicquid agit, id agit vt oſtendat ſe veracem in promiſſis: & vt oſtendat ſe iuſtum qui impijs Gẽtibus terram ſuam eripiat vnde eos eiecit. Domini enim eſt terra. ¶10 præcepta ¶11 Hebr. redemptionem, i. redemit populum de captiuitate Ægyptiaca.

Prouer.1.8. & 9.c. eccli 1.b.

ק Sãctum & terribile nomen eius: ר [1]initium ſapientiæ, timor Domini.
ש Intellectus bonus omnibus faciẽtibus eum: ת laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

¶Hallelu-ia, reuerſionis Aggæi & Zachariæ. C X I.

Viri timentis Deum beatitudo deſcribitur.

א Beatus vir qui timet Dominum: ב in mandatis eius volet nimis.
ג Potens in terra erit ſemen eius: ד generatio rectorum benedicetur.
ה Gloria & diuitię in domo eius: ו & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
ז Exortum eſt in tenebris lumen rectis: ח miſericors, & miſerator, & iuſtus.
ט Iucũdus homo qui miſeretur & commodat, י diſponet ſermones ſuos in iudicio: כ quia in æternum non commouebitur.
ל In memoria æterna erit iuſt[9]: מ ab auditione mala non timebit.
נ Paratum cor eius ſperare in Domino, ס confirmatum eſt cor eius: non commouebitur, ע donec deſpiciat inimicos ſuos.
פ Diſperſit, dedit pauperibus: צ iuſtitia ei[9] manet in ſeculũ ſeculi: ק cornu eius exaltabitur in gloria.
ר Peccator videbit, & iraſcetur, ש dẽtib[9] ſuis fremet & tabeſcet: ת deſyderiũ peccatorũ pibit.

¶Hallelu-ia. C X I I.

Gratiam Dei commendat in peccatoribus, omnes ad Dei laudẽ inuitans. Malach.1.c.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vſque in ſeculum:
A Solis ortu vſque ad Occaſum, laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cælos gloria eius.
Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra?
Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem:
Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum, lætantem.

¶Hallelu-ia. C X I I I.

Exod.13.a. Exultatio de beneficijs liberatiõis ex Ægypto: & introductiõis in terram promiſſam.

In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro.
Facta eſt Iudęa ſãctificatio ei[9], Iſrael poteſtas ei[9].
Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum.
Montes exultauerunt vt arietes: & colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare quòd fugiſti: & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum:
Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium?
A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.
B Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

ק cuius [12] nomẽ ſanctiſſimum terrificũ eſt.
ר [13] Principium ſapientiæ eſt timor Domini.
ש [14] & ſalutaris prudentia contingit omnibus qui verſantur in his rebus: ת [15] quorum laus æternum perſtat.

¶Hallelu-ia. C X I I.

א Beatus vir eſt qui timet Dominũ, ב & valde præceptis eius delectatur:
ג [Nam] potens[1] erit in terra ſemen eius, [&]
ד [2] proborum natio fortunabitur.
ה Copia rerum & diuitiæ erunt in domo eius,
ו & [3] iuſtitia ipſius æternum perſtabit.
ז Oritur in tenebris lux probis, [4] [homini] ח benefico, & miſericordi, & iuſto.
ט Vir bonus confert beneficia, & dat mutuo,
י [5] ſuáſque res obit exactiſſimo iudicio.
כ [6] Quia nõ mouebitur in æternum, ל [7] & memoria iuſti vſque durabit.
מ [8] Ad famã triſtem non expaueſcet, נ quia cor eius firmum eſt [ac] fretum Domino:
ס Cor ipſius ſtabilitum eſt, vt non expaueſcat,
ע [9] donec ſpectet in hoſtibus ſuis [quod cupierat.]
פ Spargit [ac] dat pauperibus, צ cuius iuſtitia æternum perſtabit, ק [10] cornúque eius altum erit cum gloria:
ר Ita vt impius cernens indignetur, ש ſuíſque dẽtibus frendeat & contabeſcat: ת [11] minimẽque impij aſſequentur quod deſyderant.

¶Hallelu-ia. C X I I I.

Laudate cultores Domini, laudate nomen Domini.
[1] Prædicandum eſt [enim] nomen Domini ab hoc tempore vſque in æternum:
Ab Ortu ſolis vſq; ad Occaſum eius laudibus vehendum eſt nomen Domini.
Dominus [enim] [2] ſublimior eſt omnibus Gentibus, & maieſtas ipſius cælo [ſublimior eſt.]
Quis ſimilis eſt Domino Deo noſtro, [3] qui in alto [rebus] præſidet?
Séque demittit vt inſpiciat quæcunque ſunt in cælo & in terra?
Qui erigit tenuem ex puluere, & pauperẽ è ſtercore euehit:
Vt [4] collocet [eum] cum principibus, cum principibus ſui populi.
[5] Qui ſterilem matremfamiliâs efficit matrẽ gaudentem liberis. hallelu-ia. C X I I I I.

Cum egrederetur Iſrael ex Ægypto, [&] domus Iacobi à populo diuerſæ linguæ:
Iuda factus eſt [1] eius ſanctuarium, [&] Iſrael [2] ipſius imperium.
Quod quũ mare vidiſſet, refugit, [&] Iordanis retrorſum repulſus eſt.
[3] Montes [autem] ſubſilierunt vt arietes, [&] colles vt agni ouium.
Quid accidit tibi ô mare, quòd refugiſti? [quid tibi] ô Iordanis, quòd repulſus es retrorſum?
[Quid vobis] ô montes quòd exilijſtis vt arietes, & colles vt agni ouium?
[4] Túque terra expaueſcito metu Domini, metu Dei Iacob,
Qui [5] vertit ſaxum in ſtagnum aquoſum, [&] ſilicem in fontem abundantem aquis.

¶12.i. qui ſanct[9] eſt, & talis qui ab omnibus timeri debeat. ¶13 Via ad ſapientiam ¶14 Heb. intellectus bonus omnibus facientibus ea. i. rectè ſapiunt qui implent, ſub. præcepta. ¶15 Heb. laus eius. i. cuiuſcũque eorũ.

C X I I.
¶1 ſtabile
¶2 rectorum
¶3 q.d. & tamẽ nullo tempore decidit à bonitate priſtina, quod diuitibus cõtingere ſolet
¶4 clemens, & miſericors, & iuſtus. Sub. Dominus. i. ſal[9] oritur rectis in tenebris, hoc eſt cũ maxime affliguntur. & hoc fit, quia clemens. clementia enim Dei eripimur. Lux pro liberatione, & tenebræ pro tribul. ¶5 Hebr. metietur, vel, moderabitur verba ſua i iudicio ¶6 Sub. beatus inquam, quia ¶7 Heb. ad memoriam ſeculi erit iuſtus. ¶8 Heb. Ab auditione mala, &c. i. cũ audierit etiã ingẽtia mala ingruere. ¶9. i. expectans vt Dominus ſumat pœnas de hoſtib[9] ſuis. Aut verte, & tãdem videbit in &c. ¶10. i. robur & potentia eius attollitur cum honore. ¶11 Heb. deſyderium impiorũ peribit.

C X I I I. ¶1 vel, Laudib[9] attollatur nomẽ ¶2 q.d. non ſolum Deus dignitate ſuperat omnes gẽtes, ſed etiã cælos magnitudine gloriæ ſuæ exuperat adeò vt ne illis quidẽ gloria eius capi queat. ¶3 Heb. qui ſe eleuat ad habitandũ. i. in ſummo & ſublimi deligit ſibi ſedem: attollit ſe ſupra cælos vt videat, &c. ¶4. i. vt reddat eos æquales principibus, non cuiuſuis populi, ſed ſui, quem elegit. ¶5 Heb. Facit ſedere ſterilem domus, matrem liberis lætam ſiue gaudentem. vel, Conſtituit ſterilem, familiam [conſtituit inquã] matrem filiorum, lætantem. i. efficit vt quæ prius erat ſterilis, amplam habeat familiam: efficit inquã eam matrem multorum filiorum, & propter eos lætantem. C X I I I I. ¶1 in ſanctitatem eius. i. conſecrauit ſibi populum Iudæ, hoc eſt Iſraelem, pars pro toto. Exod.19. Vos eſtis mihi gens ſancta. q.d. dũ populum Iſraeliticum eduxit è captiuitate, oſtendit ſe illum in primis delegiſſe. ¶2 dominia eius. i. tunc cœpit agere principem populi Iſraelitici. ¶3 Plurali vtitur: quia non ſolum mons Sinai, ſed & vicini montes agitati ſunt ob præſentiam Dei. ¶4 vel, A conſpectu Domini contremiſcit terra. Reſpõdet hic ſuperioribus author Pſalmi. ¶5. i. educere potuit è rupe duriſſima aquas multas: & è ſilice magnam vim aquæ.

C X V.

NOn noſtram Domine, non noſtram, ſed tui nominis gloriam amplifices propter tuam benignitatem, & propter veritatem tuam.
Cur [enim] dicāt Gētes, Vbi queſo eſt Deus ipſorū?
Atqui Deus noſter in cælo eſt, qui perficit quicquid voluerit.
[Cæterum] ſimulachra ipſorum ſunt argētea & aurea, opus quod manib⁹ hominis producitur.
Habent [enim] os, & non loquuntur: habent oculos, & non vident.
Habent aures, nec audiūt: habent naſum, nec odorantur.
Manus habent, nec palpant: pedes habēt, nec ambulant, neque ſonum edunt ſuo gutture.
Quibus ſimiles euadant qui ea faciunt, [&] quicunque fidit eis.
O Iſrael fide Domino: quia 'veſtrum auxilium, & veſtrum ſcutum eſt.'
Domus Aharonis fidite Domino: 'quia veſtrū auxilium, & veſtrum ſcutum eſt.'
Timentes Dominū fidite Domino: quia veſtrum auxilium, & ſcutum veſtrum eſt.
Dominus memor eſt noſtri, qui 'fœlicē reddet,' fœlicem [inquam] reddet domum Iſraelis, fœlicem reddet domum Aharonis.
Fœlices reddet timentes Dominum pariter paruos & magnos.
⁴Cumulabit etiam Dominus vobis beneficia beneficijs: 'nec ſolum vobis, verū & liberis veſtris.
⁵Vos quidem fœlices redditi eſtis à Domino, 'qui condidit cælum & terram.
[Et] 'cælū, cælum [inquam] Domino [ſeruatū eſt,] terram autem dedit hominibus.
Cæterum mortui non laudant Deum, nec omnes quotquot 'in ſepulchrum' deſcendunt:
³Nos autem' prædicemus Deum ab hoc tempore vſque in æternum. hallelu-ia.

C X V I.

DIligo Dominum, quandoquidem exaudiuit ſupplicem meam vocem.
Quia præbuit mihi aurem ſuam, quem 'toto vitæ meæ tempore' vocabo.
Cinxerant me 'funes' mortis, & anguſtiæ 'inferni' me 'comprehenderant,' ac 'incideram in periculum & difficultatem:'
Vocaui autem nomē Domini [dicens] Obſecro Domine, eripito animam meam:
Beneficus Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſericors.
Dominus defendens ſimplices, quum ⁶ attritus eſſem, me ſeruauit.
[Tunc dixi] Reuertere anima mea 'ad locum tuū quietū,' quia Dominus in te beneficiū cōtulit:
Quia tu eripuiſti animam meam morti, oculos meos lachrymis, [&] pedes meos lapſui.
[Quare] 'ſancte vitam degam coram Domino' in regionibus viuentium.
⁹Fidem [in Deum] retinui, etiam quum ipſe cogeret dicere, me vehementer deiectum eſſe:
Quum dicerem in præcipiti mea fuga, ¹⁰omnes homines mendaces eſſe.'
Quam gratiam referam Domino pro illis omnibus quæ in me contulit beneficijs?
¹¹Sumpto calice quo gratiæ aguntur pro accepta ſalute, nomen Domini vocabo,
Meáque ¹²vota exoluam Domino nunc coram vniuerſo populo ipſius.
[Nam] apud Dominum mors ¹³benignorum' ipſius hominum maximi eſt momenti.

¶1 Heb. Nō nobis Dom. non no. ſed no. &c. q.d. Eripe nos à tyrannide Gentium: nō vt inde euādam⁹ clariores, ſed vt nomē tuum, illuſtrius reddatur, eripe iquā propter miſericordiam tuam, & vt appareas verax in promiſſis. ¶2 adiutorium eorū & clypeus eorū eſt. Ad ſperantes refertur: nā relatiua ſæpe ſine ſubſtantiuis ponūt, quæ ex præcedentib⁹ ſuppleri debent. ¶3 Heb. benedicet. ¶4 Hebr. Adijciet Dom. ſuper &c. i. maiora quàm antea cōferet vobis beneficia. ¶5 He. Benedicti vos à Domino. i. grati eritis Dom. ſub. ſi permanſeritis in timore eius. ¶6 q.d. quando incidimus in mentionem cæli & terræ, de cælo illud dicem⁹, quòd eſt illa mundi pars quam Deus inhabitat, vt terra, ea quam homines incolūt. ¶7 Heb. ad ſilētium. Appellāt & Latini poetæ ſilentes mortuos, & regna ſilentum, &c. Lege Eſa. 38. in fine. ¶8 ſub. qui relicti fuerimus in hac vita.

Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam
Super miſericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi eſt deus eorum?
Deus autem noſter in cælo: omnia quæcunque voluit fecit.
Simulachra Gētium, argentum & aurum, opera manuum hominum.
Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
Aures habēt, & non audient: nares habent, & nō odorabunt.
Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & nō ambulabūt: nō clamabūt in gutture ſuo.
Similes illis fiāt qui faciunt ea: & omnes qui cōfidunt in eis.
Domus Iſrael ſperauit in Domino: adiutor eorū & protector eorum eſt.
Domus Aaron ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.
Qui timent Dominum, ſperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.
Dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis.
Benedixit domui Iſrael, benedixit domui Aarō. D
Benedixit omnibus qui timent Dominum, puſillis cum maioribus.
Adijciat Dominus ſuper vos: ſuper vos & ſuper filios veſtros.
Benedicti vos à Domino qui fecit cælū & terrā.
Cælū cæli Domino: terrā autē dedit filijs hoīm.
Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum:
Sed nos qui viuim⁹, benedicimus Domino ex hoc nunc & vſque in ſeculum.
¶ Hallelu-ia.

C X I I I I.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocē orationis meæ,
Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui,
O Domine libera animam meam: miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.
Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi:
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.
Placebo Domino in regione viuorum.
¶ Hallelu-ia.

C X V.

CRedidi, propter quod locutus ſum: ego autē humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo, Omnis homo mendax.
Quid retribuā Domino pro omnibus quę retribuit mihi?
Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddā corā omni populo ei⁹: pretioſa i cōſpectu Domini mors ſanctorū ei⁹:

Verax De⁹ in promiſſionibus dedit Iudæis terram promiſſam.

Idola gentiū deſcribūtur. Sapient. 15. d.

C

Deus adiutor & protector ſperantiū in ſe.

Imprecatio ſpiritus.

Baruch 2. d.

Daniel. 2. e.

Gratias agit Deo ipſe Dauid, quòd liberauerit ipſum à Saule. Vide 1. reg. 23.

Fidelis afflictio ob veritatē à ſe prędicatam. 2. corint. 4. c.

Liberatus ſeſe Deo permittit.

Vota ſua, ſiue laudes Domino reddit.

C X V I.

¶1 Heb. in diebus meis. ¶2 dolores. i. erā morti proximus. ¶3 ſepulchri. i. deducentes ad ſepulchrum. ¶4 Heb. inuenerant, ¶5 Hebr. tribulationē & anxietatem inueneram: ¶6 Vox Hebræa, tenuis fui, ſignificat: id eſt, viribus deſtitutus ſuccubui. ¶7. i. ad illum apud quem ſummā inuenies tranquillitatem. ¶8 Heb. ambulabo coram Domino, ¶9 Hebr. Credidi quia [vt quando] dixi, afflictus ſum valde. Aut, ad extremam pauperiem redactus ſum. Quando ſcilicet coactus ſum petere panē à Nabal. Latini & Græci, Pſalmū C X V hic notant. ¶10 qui ſcilicet dicerent me nunquā regno mihi promiſſo potiturum: ego autem certo ſcirē Deum veracem in promiſſis. ¶11 Heb. Calicem ſalutum tollam. q.d. in conuiuio gratulatorio attollam calicem quo ſignificem conuiuis me illius ope ſeruatum: & ſemper Dominum colam. ¶12. i. ſacrificia quæ voui cum me perſequeretur Saul. ¶13 ſanctorū. i. qui bonitati ſtudent. De violenta morte loqui videtur. q.d. grauatim fert mortem proborum Dominus. quare ſiquando interficiuntur, non interficiuntur impune.

O Domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tu˚, & filius ancillæ tuæ.
Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiã laudis, & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddã in cõſpectu oĩs populi eius: in atrijs dom˚ Doĩ, in medio tui Ieruſalẽ.
¶Hallelu-ia. C X V I.

Vaticinatur Euangelium etiam inter Gẽtes pdicandũ. rom.15.c. Iohan.11.e.

LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.
¶Hallel u-ia. C X V I I.

Gratias agit Dauid q in regẽ Iſraelis creatus ſit & receptus.

COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc Iſrael quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicant nũc omnes qui timent Dominum quoniam in ſeculum miſericordia eius.
De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.
Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Heb.13.a.
Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.
Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine: B
Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Circundederunt me ſicut apes, & exarſerũt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Impulſus euerſus ſum vt caderẽ: & Dominus ſuſcepit me.
Fortitudo mea & laus mea, Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. Exod.15.a.
Vox exultatiõis & ſalutis ĩ tabernaculis iuſtorũ.
C Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar, ſed viuã: & narrabo opera Domini.
Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas cõfitebor Domino: hęc porta Domini, iuſti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.

Chriſt˚ reiect˚ a Iudæis. matth.21.d. luc.20.c. act.4.b. ro.9.g. D 1.pet.2.a. eſa.28.d. *hoc

A Domino factum eſt iſtud: & *eſt mirabile in oculis noſtris.
Hæc eſt dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.
O Domine ſaluũ me fac, ô Domine bene proſperate: benedictus qui venit in nomine Domini.

Inuitatio ad lætitiã ob redemptionem per Chriſtũ factam.

Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.
Conſtituite diem ſolẽnem in condenſis vſque ad cornu altaris.

[14]Ah Domine equidem ſeruus tuus ſum, ego ſeruus tuus ſum, & filius ancillæ tuæ, qui vincula mea [15]ſoluiſti.
Tibi [ergo] mactabo victimã [16]confeſſionis, & nomen [17]Domini vocabo.
Meaque vota exoluam nunc coram vniuerſo populo ipſius,
In atrijs domus Dominicæ, intra te ô Ieruſalem.
Hallelu-ia. C X V I I.
LAudate Dominum omnes Gentes, prædicate ipſum omnes populi.
Nam [1]benignitas eius erga nos [2]præpollet, ac [3]veritas Domini æternum [permanet:] hallelu-ia.
C X V I I I.
C[1]Onfitemini Domino quoniã bon˚ eſt, quoniam benignitas ipſius ſempiterna eſt.
Iſrael nunc dicat, quòd ſempiterna ſit ipſius benignitas.
Dicat nũc domus Aharonis, quòd ſempiterna ſit ipſius benignitas.
Dicant nunc timentes Dominũ, quòd ſempiterna ſit ipſius benignitas.
Quum in anguſtijs eſſem, vocaui Deum, & Deus annuit mihi [2]in latitudine.
[Proin] Domino à me ſtante, nõ timebo quid mihi homo inferre conetur.
Domino [enim] exiſtente inter meos [3]auxiliares, ſpectabo in meis inimicis [quod deſydero.]
[Etenim] ſpẽ habere in Domino, melius eſt quàm fidere homini:
Spem [inquã] habere in Domino, melius eſt quàm fidere principibus.
Si me omnes gentes circundederint, [ſpero] quòd per nomen Domini exciſurus ſim eas.
[4]Si me circundederint, & ſanè me circundederunt, [ſpero] quòd per nomen Domini ſim eas exciſurus.
Si me circundederint vt [examen] apum, deficient vt ignis ſpinas [corripiens:] & [ſpero] quòd eas per nomen Domini exciſurus ſim.
[5]Prorſus me impuleras vt caderem: ſed tamẽ Dominus opem mihi tulit.
[Nam] robur meum & [6]carmen meum, & ſalus mea Deus eſt.
Vox iubili & ſalutis [partæ auditur] in tabernaculis iuſtorum, [poſtquam] dextera Domini [7]res præclaras egit.
Dextera Domini ſuperior fuit, dextra Domini [7]res præclaras egit.
Non moriar, ſed viuam, & recenſebo facta Dei:
Me nanque probe caſtigauit Deus, attamen non permiſit vt morerer.
Aperite mihi portas [8]iuſtitiæ, per quas ingreſſus Deo [9]confitebor.
Hæc porta Domini eſt, per quã iuſti ingredientur.
Tibi [enim] cõfitebor, quòd me exaudieris, & mihi ſaluti fueris.
[Nam] lapis quem rejecerunt ędificantes, [10]factus eſt caput anguli.
Quod quidem à Domino factũ eſt, & nobis miraculum videtur.
Illa eſt dies quam fecit Dominus, in qua exultemus & lætemur.
[1]Ah Domine ſerua [2]quæſo, ah Domine da quæſo fœlicem ſucceſſum.
[3]Optima quæque illi [4]precamur, qui venit in nomine Domini.
Noſque fauſta imprecamur vobis [5]è domo Domini.
De˚ Domin˚ eſt, qui lucẽ nobis [pſperitatis] intulit: itaq; [6]victimã alligate funibus [7]ad cornua altaris.

¶14 Vtique q. d. veriſſimum eſt quòd Dominus non vult pios interfici: nã me liberauit, qui eum colo. ¶15 rupiſti. ¶16 laudis. i. gratias tibi agã & laudabo. ¶17 pſonæ mutatio, pro, nomen tuũ inuocabo. i. nõ deſinam te colere.
C X V I I.
¶1 miſericordia. ¶2 Hebr. roborata eſt. i. excelluit, maximа fuit: nẽpe miſſo Chriſto. ¶3 ſub. in præſtãdis pmiſſis.
C X V I I I.
¶1 Celebrate Dom. ¶2 ſub. & ſtatuit me in latitudine. i. me liberauit. ¶3 adiutores, ¶4 Heb. Circundederunt me, etiam circundederũt me. i. frequẽter & ſummo ſtudio obſederunt me. ¶5 Heb. Impellendo impuliſti me. Saulem alloquitur. q. d. Summo ſtudio conatus es me impellere vt caderẽ, &c. ¶6. i. qui materiam ſcribẽdorum carminũ mihi præbet. Hebraice legitur, carmen eſt Do. mihi: & fuit mihi in ſalutẽ. vel [&,] p [quia] poſitum. fuit enim mihi auxilio. ¶7 Heb. facit virtutem. i. ſummis virib˚ pro ſuis decertat ¶8. i. portas templi ſancti, in qđ cõueniũt oẽs iuſti. Iubet portas aperiri, quę quãdiu extorris fuerat, clauſæ illi fuerant. Intelligit autẽ cœtũ fideliũ, inter quos cupit celebrare Dominũ. ¶9 gratias agam. Sub. de adepta ſalute. ¶10. i. cõſtitutus eſt in excellẽtiſſimo loco totius ædificij. Oſtẽdit Dauid quõ cõtẽptui habit˚ ſit ab ijs qui tẽpore Saulis authoritate pollebãt: quos vocat ædificãtes: & tamẽ cõſtitutus fuit rex ſuper Iſraelẽ. quod vera fuit de Chriſto prophetia, à ſcribis & Phariſæis repudiato, & tãdẽ cõſtituto in principẽ & regẽ. ¶1 O. vſ, Obſecro ¶2 vſ, nũc, ¶3 He. Benedict˚. ¶4 vſ, cõtingãt ¶5. i. è cælis. vſ, nos qui ſumus è tẽplo Dei. i. nos ſacerdotes, & nõ tantũ plebs. ¶6 Vox Hebræa. H A G. q̃ ferias ſignificat, accipitur p victima q̃ feſto die cæditur. ita & Chald. paraphraſtes. ¶7 ſub. & alligatam adducite vſq; ad cornua altaris holocauſti. ibi ſolebãt cremari victimæ in gratiarũ actionem.

¶1 Celebrate Dominum.
א ¶1 Scribitur hic Pſalm[9] per octonarios iuxta ordinem alphabeti. quidã hoc factum dicunt memoriæ iuuandę cauſa. Alii pſalmos ita ſolere ſcribi dicũt ob dignitatẽ rei de qua agitur. Viginti duo ſunt octonarij quorũ ſinguli verſ[9] iuxta Hebrææ linguæ elegãtiam ỏcipiũt ab vna & cadẽ litera. Nullus eſt verſus in hoc Pſalmo, quĩ nõ habeat vocem aliquã ſignificantem leges Dei. ¶2 Hebr. integros via, ſiue itinere. i. quorũ mores ſũt ꝓbi. ¶3 teſtimonia. i. ꝑcepta q̃ nobis teſtantur & refricãt memoriã beneficiorũ Dei. ¶4 Vox Hebræa A P H, plerunque ſignificat etiã. hic autem reddit cauſam, ita quoq; Chaldæo paraphraſte interpretante. Alii legũt, Etiam ij [ſub. beati] qui nõ faciunt iniquitatẽ, ſed in vijs eius ambulãt. ¶5 Vox Hebræa P I C C V D I M ꝑcepta naturalia ſignificat, quaſi depoſita apud nos, nobis innata, à quibus natura duce abhorremus.

Tu es Deus meus, tibique confitebor, tẽque extollam mi Deus.
[1]Confitemini Domino, [2]quoniam bonus eſt, quoniam benignitas ipſius ſempiterna eſt.

[1]Aleph א CXIX.

O Beatos[2] quiſ[vita] integrum iter tenent,[3] incedentes ad præſcriptum legis Domini.
O beatos qui conſeruant[4] obteſtationes[5] ipſius, eũque ex toto corde quærunt.
[4]Nam qui per tuas vias incedũt, non patrãt iniquitatem.
Tu [nanque] mandaſti[5] conſtitutiones tuas, [6]quas [homines] ſummopere cuſtodiant.[7]
Vtinam ſic viæ meæ parentur, vt cuſtodiam decreta tua.
Tũc [enim] minime pudefiam, quum[7] inſpexero[8] omnia præcepta tua.
[8]Tibique confitebor ex animo ſyncero,[9] vbi didicero[9] iudicia[9] tuæ iuſtitiæ:
Summóq; ſtudio decreta tua ſeruabo,[10] ſi[10] me nõ deſeras.

Beth ב

Quo pacto adoleſcens[1] vitam inculpatam aget?[2] nempe ſi eam cuſtodiat vt dictat verbũ tuum.
Quum autem te quæram ex toto corde meo, ne ſinas me aberrare à mandatis tuis.
Qui repoſui eloquiũ tuum in corde meo, ne peccem in te.
Tu Domine[3] prædicãdus[3] es, doce me decreta tua.
[Nam] [3]labijs meis[3] recenſere ſolitus ſum[4] omnia iudicia oris tui.[4]
[5Et] incedere per viam obteſtationũ tuarum magis me iuuat, q̃ omniũ rerũ copia propemodũ.
Ac de tuis conſtitutionibus [6]diſſero,[6] & [7]intueor ſemitas tuas.[7]
Méque oblecto in tuis decretis, nunquam cõmiſſurus vt obliuiſcar verbi tui.

Gimel ג

Hoc beneficium ſeruo tuo confer, vt viuam, & cuſtodiam verbum tuum.
Et velamẽ detrahe oculis meis,[1] vt inſpiciam admirabilẽ ſapiẽtiã quę recõdita eſt in lege tua.[1]
Quũmque[2] peregrinus ſim[2] in terra, ne[3] me celes[3] tua mandata:
[Nam] anima mea omni tempore[4] deſyderio[4] iudiciorum tuorum[5] atteritur.[5]
[6]Increpas [autẽ] ſuperbos, vt execrabiles ſint, aberrantes à præceptis tuis.
Remoue à me probrum & [7]contemptum,[7] quòd obteſtationes tuas conſeruo.
Nam &[8] principes conſident, ac obtrectant mihi, [9]quòd[9] ſeruus tuus diſſerit de tuis decretis.
[10]Quòdq; obteſtationes tuæ[10] ſunt meæ deliciæ, & conſiliarij mei.

Daleth ד

[1]Quum humi iaceat anima mea, [2]recrea me[2] ſecundum verbum tuum.
[3]Negotia mea[3] tibi expoſui, tũque exaudiſti me: [quare] doceto me decreta tua.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

¶Hallelu-ia Aleph א CXVIII.

א Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
א Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
א Non enim qui operãtur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.
א Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.
א Vtinã dirigantur viæ meæ ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas.
א Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.
א Confitebor tibi in directione cordis: in eo q̃ didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
א Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.

Beth ב

ב In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.
ב In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
ב In corde meo abſcondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi.
ב Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas.
ב In labijs meis ꝓnuntiaui oĩa iudicia oris tui.
ב In via teſtimoniorum tuorũ delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs.
ב In mandatis tuis exercebor: & conſyderabo vias tuas.
ב In iuſtificationib[9] tuis meditabor: nõ obliuiſcar ſermones tuos.

Gimel ג

ג Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.
ג Reuela oculos meos: & conſyderabo mirabilia de lege tua.
ג Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.
ג Concupiuit anima mea deſyderare iuſtificationes tuas in omni tempore.
ג Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
ג Aufer à me opprobrium & cõtemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.
ג Etenim ſederũt principes, & aduerſum me loquebãtur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.
ג Nam & teſtimonia tua, meditatio mea eſt: & conſilium meum, iuſtificationes tuæ.

Daleth ד

ד Adhæſit pauimento anima mea: Viuifica me ſecundum verbum tuum.
ד Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Encomiũ eſt ampliſſimũ legis & verbi diuini: cuius vis ſalutifera explicatur, & quibus hominibus diuina illa & ſumma ſapientia cõferatur: quãtóque ſtudio perſequi conueniat. Videtur autẽ Dauid pſalmũ hunc compoſuiſſe, quum in ſeditione Abſolomica perdidiciſſet, quanti retulerit omnem vitam ex diuino pręſcripto traducere.

¶6 cuſtodiri ſumma diligentia. ¶7 .i. dũ præcepta tua ob oculos habuero, aut legã. Dũ enim legem Dei aut legimus, aut audimus, erubeſcimus ſi illã nõ obſeruamus. ¶8 Tẽque celebrabo in rectitudine cordis. ¶9 Vox Hebræa M I S P E T I M, ſignificat leges quib[9] cũ proximis viuimus. Iudicia tuæ iuſtitiæ. i. leges tuas iuſtas. ¶10 vel, propterea ב ¶1 puram reddet [emendabit] viã ſuã? ¶2 laude dignus ¶3 ſub. non ſolũ in corde meo reponere ¶4 .i. omnes leges tuas quas proprio ore tuliſti. ¶5 Heb. In via teſtimoniorũ tuorum gauiſus ſum, ſicut in opulẽtia multa. i. genere viuẽdi quod docent leges tuæ non aliter capior atq; diues opibus copioſiſſimis. ¶6 cõfabulor. ¶7 .i. oculis meis leges tuas ſubiicio vt ad illas vitã meã cõponã. ג ¶1 Heb. & cõtempler mirabilia q̃ in lege tua [continentur]. i. mirabilem tuã doctrinã. ¶2 .i. paruo tẽpore ſim hic mãſurus, ¶3 abſcõdas à me. i. ne cõmittas vt ignorẽ iuſſa tua. ne facito vt careã peritia legũ tuarũ. ¶4 ſub. cognoſcendorũ ¶5 debilior fit. ¶6 Perdes ſuperbos execrabiles. Præteritũ apud Hebræos pro futuro. Atteror deſyderio. quid ita? quia perditurus es recedẽtes à te. ¶7 ſub. ſuperborum, quibus me afficiunt ſuperbi, quòd ſeruem mandata tua ¶8 q. d. non ſolũ à plebeijs male audio q̃ ſeruẽ, &c. ſed etiã à principibus. ¶9 at interim ¶10 Profecto teſtimonia tua. ד ¶1 Heb. Adhæſit puluei. i. terrę, ſepulchro. q. d. quũ parũ abſit qui ad ſepulchrũ deferar. ¶2 reſtitue me vitę priſtinę vti pollicitus es: ¶3 Hebr. Vias meas. i. quæ agere volebam. q. d. vt olim te conſului & exaudiſti me: ita me nunc inſtitue.

ד Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me : & exercebor in mirabilibus tuis.
ד Dormitauit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.
ד Viam iniquitatis amoue à me : & de lege tua miſerere mei.
ד Viã veritatis elegi: iudicia tua nõ ſum oblit⁹.
ד Adhæſi teſtimonijs tuis Domine:noli me confundere.
ד Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum.

He ה

ה Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum:& exquiram eam ſemper.
ה Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuã: & cuſtodiam illam in toto corde meo.
ה Deduc me in ſemita mãdatorum tuorũ: quia ipſam volui.
ה Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.
ה Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
ה Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum in timore tuo.
ה Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum:quia iudicia tua iucunda.
ה Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau ו

ו Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.
ו Et reſpondebo exprobrantibus mihi, verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
ו Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;:quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.
ו Et cuſtodiam legem tuam ſemper:in ſeculum & in ſeculum ſeculi.
ו Et ambulabam in latitudine:quia mãdata tua exquiſiui.
ו Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum,& non confundebar.
ו Et meditabar in mandatis tuis,quæ dilexi.
ו Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi:& exercebor in iuſtificationibus tuis.

Zain ז

ז Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.
ז Hæc me conſolata eſt in humilitate mea:quia eloquium tuum viuificauit me.
ז Superbi iniquè agebant vſquequaq;: à lege autem tua non declinaui.
ז Memor fui iudiciorũ tuorum à ſeculo Domine:& conſolatus ſum.
ז Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
ז Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.
ז Memor fui nocte nominis tui Domine : & cuſtodiui legem tuam.
ז Hæc facta eſt mihi,quia iuſtificatiões tuas exquiſiui.

Heth ח

ח Portio mea Domine, dixi,cuſtodire legẽ tuã.

Concede mihi vt norim [4] viam conſtitutionum tuarum,'&[tunc]differam de tuis miraculis.'
[6]Diffluit anima mea'præ ſolicitudine, refice me [ergo]ſecundum verbum tuum.
Auerte[7]iter mendax'à me,&[8]legem tuam benigne mihi proponito.'
[Nam]viam[9]certam'elegi:[&] iudicia tua ob oculos habeo.
Quúmque[10]obteſtationibus tuis adhæreã,'Domine[11]haudquaquam me pudefacias.
Viam præceptorum tuorum curram, poſtquam in latitudinem[12]eduxiſti'cor meum.

He ה

[1]Deduc me Domine in viã tuorum decretorum,' vt eam retineam[2]vſque in finem.'
Doceto me vt[3]retineam'legem tuam,& toto corde illam cuſtodiam.
Deduc me in ſemitam præceptorum tuorum:nã [4]ea mihi placet.
[5]Inclina'cor meum ad obteſtationes tuas,& non ad auaritiam.
Auerte oculos meos, ne[6]videant vanitatẽ,'&[7]viuifica me in via tua.'
[8]Præſta ſeruo tuo quod eloquium tuum pollicetur habentibus timorem tui.
[Et][9]prohibe à me probrũ quod formido: [10]nam iudicia tua bona ſunt.'
Ecce deſydero tuas conſtitutiones:[11]viuifica [igitur]me per tuam iuſtitiam.

Vau ו

Et obueniant mihi Domine[1]tua beneficia,' &[2]ſalus tua ſecundum eloquium tuum:'
Vt habeam verba quibus reſpondeam exprobranti mihi quòd fidam verbo tuo.
Et ne omnino eripias ab ore meo[3]verbum veritatis:'ſiquidem[4]tua iudicia expecto:
Et ſemper temporibúſq; ſempiternis cuſtodiam legem tuam.
Equidem[5]ſpatiabor in latitudine:'quia conſtitutiones tuas quæſiui:
Ac loquar de tuis obteſtationibus corã regibus, neque me pudebit[earum.]
Méque oblectabo in tuis mandatis,quæ amo:
Et [6]admouebo' manus meas præceptis tuis, quæ amo:déque decretis tuis differam.

Zain ז

Memor ſis[1]verbi'ad ſeruũ tuum [prolati]quo me [2]in ſpem adduxiſti.'
Hoc [enim] meum ſolatium eſt in meis miſerijs: quia eloquium tuum recreat me.
Quúmque me ſuperbi irrideant ſupra modũ,non tamen deflecto à lege tua:
Ac recolens iudicia tua à condito mũdo Domine,ex iis magnum ſolatium accipio.
Horror inuadit me[cogitantem] de impijs,qui legem tuam deſerunt:
Mihi vero decreta tua [3]ſunt carmina in domo [4]quam incolo.'
Et noctu Domine recordor tui nominis, tuámque legem cuſtodio.
[5]Quæ quidẽ mea eſt,quãdoquidẽ cõſeruo tuas cõſtitutiones.

Heth ח

[1]Dixi Domine meam ſortem eſſe,'vt cuſtodiam verba tua.

¶4.i.quanã ratione viuẽdum ſit mihi iuxta ea quę mandaſti. ¶5.i.de lege tua quæ continet miranda. ¶6 vl' Stillatim perit vita mea. ¶7.i. adulterinũ viuendi modũ. ¶8 de lege tua miſerere mei.i.cognitione legis tuę dignare me. ¶9 He. fidei.aut,veritatis.i.verũ viæ gen⁹ delegi. ¶10.i. verſer aſſidue in teſtimonijs tuis. ¶11.i. ne ſinas me facere aut dicere aliquid vnde merito ridear ab hoſtib⁹ legum tuarũ. ¶12 vl'.eduxeris .i.quũ me exhilaraueris , tum facile exprimã factis mandata tua.

ה ¶1.i.doce me viuendi rationẽ quę eſt iuxta leges tuas. ¶2.i. donec viuam. ¶3 obſeruem ¶4 Hebr. ipſam volui. ¶5 q.d. vtinam facias vt cor meum feratur in leges tuas,& non in auaritiam. ¶6.i.ne capiantur amore rerum vanarum. ¶7.i. fac viuam , & non moriar tranſgrediendo legem tuam. ¶8 Heb.Fac ſurgere ſeruo tuo eloquiũ tuum, quod eſt ad timorem tuum. .i.confirma ſeruo tuo promiſſum tuũ quod pollicitus es illi de regno, vt filij mei ſuccedãt mihi: ſeruo inquã qui timori ſiue cultui tuo eſt deditus. ¶9 Aufer à me opprobriũ meũ quod timeo.ſub.ꝓpter peccatũ cũ vxore Vriæ. ¶10.i.clemẽs in iudicijs tuis eſſe ſoles. ¶11 vl', recrea[refice]me iuſtitia tua.i.abſoluta illa bonitate tua. hoc enim vox Hebræa ſæpe ſignificat. ו ¶1 miæ tuæ. ¶2.i.auxiliũ tuũ iuxta ꝓmiſſa tua. ¶3.i.verũ: ¶4[ob]iudicia tuaq́ ſcilicet exerces in impios)in te ſperaui. ¶5 nihil ſcilicet timẽs ab ira tua,vt ſibi min⁹timẽt q̃ regia & lata via ambulãt.in qua multa ſunt effugia. ¶6 Heb.tollã,ſiue leuabo.q.d.dabo operã vt factis exprimã ꝑcepta tua. ז ¶1.i.ꝓmiſſiõis tuæ ¶2 ſperare feciſti.i.iuſſiſti me ſperare in te. ¶3.i.ꝑbẽt occaſionẽ carminũ ſcribendorum. ¶4 Heb.peregrinationum mearum.i.dum exulo,& faciẽ Saulis & Abſalomis declino. ¶5 Hoc mihi euenit, ꝙ cuſtodiui præcepta tua.i.hanc pietatẽ cõſecutus ſum,quia &c.Vl', Hoc mihi euenit vt tui memor eſſem in nocte,ꝙ præcepta tua cuſtodire ſoleã. Hic nox poteſt etiã tribulationes ſignificare. ח ¶1 vl'.Dixi[ſub.quod ſequitur]portio mea eſt Dominus vt obſeruẽ mãdata tua.Tunc eſt perſonæ mutatio.Aut,O Domine quẽ habeo ꝓ ſorte mea,decreui cuſtodire verba tua.vt Dixi, ꝓ Decreui potiũ ſit,vt alias ſæpe.

[1] Suſpicio faciẽ tuã ſupplex toto meo corde, proi beneficũ te mihi exhibeas ſecũdũ verbũ tuũ.
[4] Cogitatione obiui meas vias, & reduxi pedes meos ad obteſtationes tuas.
Feſtinaui. & nullam morã feci, vt cuſtodirẽ præcepta tua.
[5] Funes impiorum conati ſunt me abſtrahere, cæterum legis tuæ non ſum oblitus.
[6] Media nocte ſurgo ad confitẽdum tibi propter [7] iudicia tuæ iuſtitiæ:
Súmque omnibus ſocius qui te reuerentur, & cuſtodiunt conſtitutiones tuas.
[8] Benignitate tua Domine plena eſt terra, [quare] doceto me decreta tua.

Teth ט

Benigne cum ſeruo tuo egiſti Domine ſecũdum verbum tuum.
[1] Bene iudicandi facultatẽ & [2] ſcientiam doce me, qui præceptis tuis fidem adhibeo.
Antequam in ærumnas incidiſſem, errabã: nũc autem eloquium tuum cuſtodio.
Tu bonus es, & bene facis, doce [igitur] me decreta tua.
Superbi conſuerunt aduerſum me mendacia, ego [autẽ] toto corde retineo cõſtitutiones tuas:
Quorum [6] cor craſſeſcit vt adeps, ego autem ex lege tua voluptatem capio.
Vtiliſſimum quoque mihi fuit quòd in miſeriã delectus ſum, vt diſcerem decreta tua:
Tuiu oris lex melior mihi eſt quàm auri & argẽti millenarii.

Iod י

Manus tuæ fecerunt me, & adornauerunt me: erudias me [ergo] vt diſcam præcepta tua:
Vt cernentes me qui te reuerentur, gaudeãt, quia in verbo tuo ſpem habeo.
Scio Domine quòd iudicia tua ſint iuſtitia & fides, quum me detruſiſti in miſeriam:
Verum obtingat quæſo mihi tua benignitas, quæ me conſoletur ſecundum eloquium tuũ, [quod ſpem aperuit] ſeruo tuo.
Obueniat mihi tua miſericordia vt viuã: ſiquidem lex tua meæ deliciæ ſunt.
Pudefiant [autem] ſuperbi, qui mendacio me opprimere quærunt, quum ego [interim] de conſtitutionibus tuis differam.
[6] Redeant ad me qui te timent, quique norũt obteſtationes tuas.
Sitq; cor meũ integrũ in tuis decretis, [7] propterea non pudefiã.

Caph כ

[1] Defecit anima mea [deſyderans anxie] ſalutem tuam, [quia] in verbo tuo ſpem habeo.
Defecerunt oculi mei [ſpectando] quando veniat [quod pollicetur] eloquium tuũ, ita vt dicam, Quando me conſolaberis?
Similis enim euaſi veri in fumo pendenti: attamen decreta tua non ſum oblitus.
Quandiu ſeruus tuus expectabit? quando exiges pœnas à perſequentibus me?
Superbi foderunt mihi foueas, quod non fit ſecundum legem tuam.
Omnia tua præcepta ſunt fides. quũ [igitur] inique me perſequantur, fer mihi opem.
Parum abfuit quin me [8] confecerint in terra: ego tamen non deſerui tuas conſtitutiones.
[9] Viuifica me pro tua benignitate, & cuſtodiam [10] obteſtationem oris tui.

ח Deprecatus ſum faciẽ tuã in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.
ח Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
ח Paratus ſum, & non ſum turbatus: vt cuſtodiã mandata tua.
ח Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.
ח Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
ח Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.
ח Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Teth ט

ט Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, ſecundum verbum tuum.
ט Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
ט Priuſquã humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.
ט Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas:
ט Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
ט Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus ſum.
ט Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcã iuſtificationes tuas.
ט Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.

Iod י

י Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerũt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.
י Qui timent te, videbunt me, & lætabũtur: quia in verba tua ſuperſperaui.
י Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me.
י Fiat miſericordia tua vt conſoletur me, ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.
י Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam: quia lex tua, meditatio mea eſt.
י Cõfundãtur ſuperbi qa iniuſtè iniquitatẽ fecerũt in me: ego autẽ exercebor i mãdatis tuis.
י Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.
י Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

Caph כ

כ Defecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui.
כ Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum: dicentes, Quando conſolaberis me?
כ Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
כ Quot ſunt dies ſerui tui, quãdo facies de perſequentibus me iudicium?
כ Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed nõ vt lex tua.
כ Omnia mandata tua veritas: [a] iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me. [a] inique
כ Paulominus conſummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
כ Secũdum miſericordiam tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

[1] Deprecatus ſũ faciem tuam [3] i. pmiſſiões tuas. [4] Diligenter expendi meum viuendi modum. ſub. & deprehẽſis peccatis meis reduxi, &c. [5] Dolores [vel cateruæ] improborũ ſpoliauerunt me. vel, Moleſtiæ quas paſſus ſũ ab improbis ſpoliauerunt me. ſub. omnibus bonis. Improbi mirũ in modũ me exagitauerunt. [6] ſub. quãuis me exagitẽt, tamen nõ timeo etiã noctu ſurgere, &c. [7] i. leges tuas iuſtas. [8] q. d. id mihi contigit miſericordia tua qua plenus eſt orbis.
ט [1] i. promiſſa tua. [2] Bonitatem ſenſus [3] cognitionẽ. intelligentiam exactiſſimam [4] affligerer. ſub. à te. Verti etiã poteſt. prius quàm loquerer & commentarer. ſub. de lege tua. prius quàm operã legi tuæ darem, in errore eram. [5] i. falſas accuſationes adſcripſerũt mihi. [6] i. mens & animus eorũ redditus eſt ineptus ad intelligenda ſacra. [7] millia. i. quã multa talenta numorũ aureorũ & argẽteorũ.
י [1] i. quæ mecum agis, hoc eſt q me affligas, iuſte agas.
[2] & [quòd in] veritate me affligas. i. merito & iure. [3] vel, vt pollicitus es [mihi] ſeruo tuo. [4] quia falſò me peruerterunt. i. me peruerſum eſſe pnuntiauerũt. [5] cõmẽter. ſub. inter pios. [6] quos ſcilicet ſuperbi illi auerterũt à me. Aut, cõuertãtur. i. veniãt ad me frequẽter, vt cõmẽtẽtur mecũ de legibus tuis. [7] vel, vt nõ cõfundar. ſub. corã te.
כ [1] Defecit ad ſalutẽ tuã aĩa mea. i. p̃ deſyderio maximo opis tuæ defecit aĩa mea. vel vt alii, cõcupiuit ſalutẽ tuã a. mea. i. ſummo ſtudio exoptauit opẽ tuã ſalutiferã animus meus. [2] Heb. ad verbũ tuũ [3] dum ego dico. vel, dicerem [4] hoc dicit q eſſet aridus, niger, & cõtractus, præ tædio. Vter enim. i. pelliceũ vas, ſi in fumario ſuſpẽdatur, areſcit & contrahitur. [5] Heb. Quot dies ſerui tui. i. quãto tẽpore victurus eſt ſeruus tuus in hoc mũdo? q. d. paruo tẽpore quãdo tandẽ &c. Optat ſibi cito fieri opẽ, quum parũ ſit victurus. quando facies in perſequentes me iudicium? [6] veritas. Aut, ex veritate. i. vere & recte præcepta ſunt. [7] immerito [8] perdiderint [9] Recrea. Reuoca me à morte ad vitam. [10] teſtimonium oris tui. i. quæ iuſſiſti obſeruanda.

Lamed ל

ל In ęternũ Domine verbũ tuũ pmanet in cœlo.
ל In generatione & generationem veritas tua: fundaſti terram,& permanet.
ל Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.
ל Niſi quòd lex tua, meditatio mea eſt: tunc forte perijſſem in humilitate mea.
ל In ęternũ non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.
ל Tuus ſum ego, ſaluũ me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.
ל Me expectauerunt peccatores vt perderẽt me: teſtimonia tua intellexi.
ל Omnis conſummationis vidi finem: latũ mandatum tuum nimis.

Mem מ

מ Quomodo dilexi legem tuã Domine? tota die meditatio mea eſt.
מ Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.
מ Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt.
מ Sup ſenes intellexi: quia mãdata tua quæſiui.
מ Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
מ A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legẽ poſuiſti mihi.
מ Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo?
מ A mandatis tuis intellexi: propterea audiui omnem viam iniquitatis.

Nun נ

נ Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.
נ Iuraui,& ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.
נ Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.
נ Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.
נ Anima mea in manibus meis ſemper: & legẽ tuam non ſum oblitus.
נ Poſuerunt peccatores laqueũ mihi: & de mandatis tuis non erraui.
נ Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.
נ Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionẽ.

Samech ס

ס Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.
ס Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbũ tuum ſuperſperaui.
ס Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.
ס Suſcipe me ſecũdum eloquium tuum, & viuã: & non confundas me ab expectatione mea.
ס Adiuua me,& ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
ס Spreuiſti omnes diſcedentes à [1] iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

[1] iuſtitijs

Lamed ל

Verbũ tuum Domine perſtat æternum [1] in cœlo:
[2] Tuáq; fides per vniuerſa ſecula, qui paraſti terram, vt conſiſtat.
Eáque perſiſtunt vſque in hodiernum diem [3] tuis iudicijs; omnia enim tibi ſeruiunt.
Niſi lex tua meæ deliciæ eſſent, perijſſem in [4] miſeria tua.
Non obliuiſcar æternũ conſtitutiones tuas, quoniam illis [5] recreaſti me.
[Quum vero] tuus ſim, ſerua me: quia cõſtitutiones tuas exquiſiui.
Me [6] obſeruant impij, vt me perdant, quum obteſtationes tuas perpendo.
[7] Video finẽ habere omnia etiam perfectiſſima: tuum autem præceptum latiſſime patet.

Mem מ

Quantum ego tuam legẽ amo? de qua meus ſermo eſt quotidie.
[1] Tu me ſapientiorẽ reddidiſti meis inimicis per tuũ præceptum: [2] nam id perpetuò meum eſt.
Plus[etiam] ſapio quàm ij qui me docẽt: quia [3] de obteſtationibus tuis mihi ſermo eſt.
Et rectius perpendo omnia quàm ſenes, quia cõſeruo tuas conſtitutiones.
Pedes meos prohibeo [4] ab omni via ducẽti ad vitia, propterea quòd verbum tuum cuſtodio:
Neque à [5] iudicijs tuis decedo: quia tu [6] viuẽdi normam præſcripſiſti mihi.
Quàm dulce eſt palato meo eloquiũ tuum? [certè] ori meo [dulcius] melle eſt.
Ex tuis conſtitutionibus [7] rectè res perpendo, & propterea odi [8] omnem ſemitam fallacem.

Nun נ

Verbum tuum [1] lucerna eſt pedib[us] meis, & lux ad iter meum.
Iuraui, idque conſtanter præſtabo, vt cuſtodiam iudicia [2] tuæ iuſtitiæ.
Supra modum [3] deiectus ſum: quamobrẽ [4] recrea me Domine ſecundum verbum tuum.
[5] Gratæ igiť ſint tibi Domine oblatiões, quas ſpõte nũcupauit os meũ, & iudicia tua doce me.
[6] In diſcrimine vitę ſemper verſor: non tamẽ obliuiſcor legis tuæ.
Impij [7] tetenderunt mihi laqueum: non tamen à conſtitutionibus tuis aberro.
Aeterna hæreditate [8] mihi venerũt obteſtationes tuæ: [9] ſunt enim gaudium cordis mei.
Adieci animum meum decretis tuis, vt exequar illa [1] in finem vſque, & adeò æternum.

Samech ס

Odi cogitatiões [quibus] [1] diſtrahitur anim[us]: amo autem legem tuam.
Tu meum [2] confugium & ſcutum meum es, & in verbo tuo ſpem collocaui.
Recedite à me praui homines: [3] ego enim cõſeruabo mandata Dei mei.
[4] Suffulci me [5] eloquio tuo, & viuam: & ne me pudefacias fruſtratum expectatione mea.
Stabilito me,& ſeruabor, ac ſemper [6] ex contẽplatione decretorum tuorum voluptatẽ capiam.
Conculcabis omnes quicunque aberrant à decretis tuis: nam [7] fallacia eſt ipſorum vafrities.

¶1 i ipſis cœlis. .i. ipſis cœlis teſtibus. q.d. Quæ ſemel dixiſti, nõ ſoles retractare. quod cœli teſtantur qui permanẽt, quia olim dixeris, Sint cœli.
¶2 Hebr. In generationẽ & generationem veritas tua ſcrit. vel ſirmaſti terram,& perſtat. q.d. per oẽs ætates conſtãtia tua in pmiſſis ſeruãdis durabit: vt perdurat terra quã ſolo verbo firmaſti.
¶3 Hebr. ad tua iudicia. i. tuo verbo & imperio. vel, ad iudicia tua, ſub. implenda, parent tibi vt ſerui heris ſuis obſequi ſolent.
¶4 afflictione
¶5 Heb. viuificaſti. i. à morte ad vitã reuocaſti, hoc eſt ſeruaſti me.
¶6 Hebr. expectarũt. vel, Cum imp. obſeruarẽt me vt pderent, [dedi operã] vt tua oracula intelligerem. q.d. in medio periculo, ſtudui legi tuæ.
¶7 Hebr. Perfectioni omnium rerũ vidi finem.
¶8 ſub. ideo videtur finem habere.

מ ¶1 vel, por[ro]. feciſti vt intelligerem præcepta tua per inimicos meos. i. per inimicos meos reddis me ardentiorem legis tuæ.

¶2 vel, nã perpetuo mea ſunt. i. ea ſemper habeo in aio meo. ¶3 de teſtimonijs tuis [ſugiter] cõmẽtor. ¶4 ab omni ſemita mala. ¶5 .i. edictis & legibus ¶6 Heb. legẽ ſiue regulam. vel, quia tu [ita] docuiſti me. ¶7 intelligẽtiã mihi cõparo. Alij legũt, mãdata tua cõſydero. ¶8 .i. oẽ viuẽdi genus adulterinũ & alienũ à lege tua. נ ¶1 .i. Lex tua dirducit & docet me quid agendũ mihi. ¶2 .i. iud. tua iuſta. ¶3 afflictus ſum. i. nõ peperci labori vt legẽ tuam factis exprimerẽ vt pmiſerã. ¶4 .i. fatigatas vires meas reſtitue ſicut pollicitus es. ¶5 Hebr. Spõtanea [ſub. ſacrificia] oris mei grata habe. i. amplectere laudes quas tibi ſponte offero, nõ calamitate q̃ me adducat vel inuitũ ad te laudãdum. ¶6 Heb. Aĩa mea in manu mea ſemper. ¶7 Heb. dederũt. poſuerũt ¶8 accepi teſtimonia tua. i. poſſidere conſtitui quaſi fundũ hæreditariũ leges tuas. ¶9 Heb. in æternum & vſque ad finẽ. ſub. vitæ meæ. i. quãdiu viuã. Quidã vertunt, in æternũ ſiue ſeculũ propter pmiũ. ס ¶1 vel, alienas à lege tua. cõmẽta humana odi. Alij vertũt, Eos qui praua cogitant, odi. ¶2 vel. latibulũ, aut receptus. ¶3 vt cuſtodiã præcepta ¶4 Corrobora ¶5 iuxta verbũ tuũ. i. promiſſa tua. ¶6 conſyderabo ſtatuta tua. vel, narrabo & exponã leges tuas. ſiue, diſſeram de ſtatutis tuis. ¶7 mendacium erit dolus eorum. i. irriti erunt conatus eorum doloſi.

ſTollis'[ve]ſcoriã omnes impios in terra: quamobrem amo tuas obteſtationes.
Perhorreſcit corpus meũ'præ timore tui,' &[10]iudicia tua reuereor.'

Ain ע

'Feci iudicium & iuſtitiam:'ne [igitur]me tradas oppreſſoribus meis.
'Oblecta ſeruum tuũ rebus bonis,' & ne ſinas vt me opprimant ſuperbi.
Oculi mei defecerunt [anxie ſpectando] ad'ſalutem tuam, & eloquium tuæ iuſtitiæ.'
Age cũ ſeruo tuo pro tua benignitate,& decreta tua doce me.
Seru' tuus ſum,erudi[ergo] me,vt intelligã tuas obteſtationes.
Eſt autem Domino tempus [idoneum] [4] vt agat:' ſiquidem ruperunt legem tuam.
Quamobrem præcepta tua'amaui' magis quàm aurum & obrizum.
Eãque ob rem oẽs cõſtitutiones [6]vniuerſas'defendo vt rectiſſimas: omnẽ autem ſemitã fallacẽ odio pſequor.

Pe פ

Quia'mirificæ ſunt'obteſtationes tuæ: iccirco anima mea'conſeruauit eas.'
'Ingreſſus'verborum tuorum lucẽ offert, & erudit ſimplices.
Eõque[4]aperio meum os, & traho anhelitũ, quia præcepta tua deſydero.
Reſpice ad me,& benigne mecum agito,vt aſſoles facere erga nominis tui amatores.
'Formato'greſſus meos eloquio tuo,& ne dominetur mihi vlla[6]vanitas.'
Redimito me ab oppreſſione[7]humana,'vt cuſtodiam tuas conſtitutiones.
[8]Et ſerenum vultum oſtende ſeruo tuo,' ac doce me tua decreta.
Riui aquarum deſcẽdunt ab oculis meis propter illos qui non cuſtodiunt legem tuam.

Zade צ

Iuſtus es Domine.&[1]rectum iudicium tuum.'
[2]Omnino autem præcepiſti iuſtitiam obteſtationum tuarum.
'Conficit me indignatio mea,' q hoſtes mei obliti ſunt verborum tuorum.
Eſt eloquium tuum purgatiſſimum, idq; ſeruus tuus amat.
Paruus quidem & contemptus ſum: non tamen obliuiſcor conſtitutionum tuarum:
Iuſtitia tua ſempiterna eſt iuſtitia, & lex tua[4]veritas.'
'Periculum'& anguſtia deprehenderunt me, [tamen]præcepta tua meæ deliciæ ſunt.
[6]Iuſtitia obteſtationũ tuarũ æterna eſt:'erudi[ergo]me,'vt viuam.'

Koph ק

[Quia]clamo toto corde,annue mihi Domine,vt conſeruem decreta tua.
[Quia] te clamo,ſerua me vt cuſtodiam obteſtationes tuas.
'In crepuſculo anteuertẽs clamo,'& habeo ſpem in'verbo tuo.'
Oculi mei anteuertunt'vigilias,'vt differam aliquid de tuo eloquio.
Vocem meam exaudi Domine pro tua benignitate, [4] & re.rea me ſecundum iudicium tuum.

ס Præuaricãtes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua.
ס Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

Ain ע

ע Feci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.
ע Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.
ע Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
ע Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.
ע Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.
ע Tempus faciendi Domine: diſſipauerũt legem tuam.
ע Ideo dilexi mãdata tua ſuper aurũ & topaziõ
ע Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Phe פ

פ Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.
פ Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
פ Os meum aperui,& attraxi ſpiritum: quia mãdata tua deſyderabam.
פ Aſpice in me,& miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.
פ Greſſus meos dirige ſecundum eloquiũ tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.
פ Redime me à calumnijs hominum:'vt'cuſtodiam mandata tua.
פ Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.
פ Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Sade צ

צ Iuſtus es Domine: & rectum iudicium tuum.
צ Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.
צ Tabeſcere me fecit zel[9] meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
צ Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.
צ Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
צ Iuſtitia tua, iuſtitia i æternũ: & lex tua veritas.
צ Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
צ Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi,& viuam.

Coph ק

ק Clamaui in toto corde'meo,' exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.
ק Clamaui ad te, ſaluum me fac:'vt' cuſtodiam mandata tua.
ק Præueni in maturitate, & clamaui:'quia' in verba tua ſuperſperaui.
ק Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
ק Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.

¶8 Hebr.ceſſare facis.i.abijcis. ¶9 veritus ſcilicet nequid admittam in legem tuam. ¶10 à iudicijs tuis timeo.vel, propter iudicia tua.

ע ¶1.i. Studui legibus æquiſſimis. ¶2 Redde aptũ [& idoneũ]ſeruum tuũ ad bonas res. ¶3.i.opem tuam, expectãdo inquã pmiſſa tua iuſta, & quæ neminem fallũt. ¶4.i. vt exerceat iudicia ſua in improbos. nam illi conantur perdere legem. Alij legũt Tempus agendi Domino.i.in gratiam Domini:vt laborem p cauſa Domini, quũ impij conentur diſſipare legẽ tuã. ¶5.i.conor oſtẽdere alijs me amare: reipſa cõprobare me diligere mandata tua, &c. ¶6 omniũ.ſub. rerũ quæ præcipiuntur in lege tua. ¶7 He. rectificaui.i.recta eſſe cenſeo & pnũtio, &c.

פ ¶1 occultatiões ſunt,ſiue arcana i. reconditã quandam ſcientiam cõtinent. ¶2 obſeruat eas .i. dat operã vt eas cuſtodiat. ¶3 Hebr. Oſtiũ. Apertio.q.d. prima illa rudimẽta ſermonum tuorũ illuminant.ſub. mentes accedẽtium ad ea. vł, verba tua etiã à limine ſalutata, illuminãt. ¶4 q.d.tanto deſyderio legũ tuarũ ardeo,vt ore aperto ad illas aſpirẽ.vł,adeò vehemẽti ſtudio legũ tuarũ flagrat cor meũ,vt ſubinde cogar haurire aerẽ. ¶5 Heb.Para.i. fac viuã iuxta præcepta tua. ¶6.i.praua doctrina. ¶7 hoim, ¶8 Hebr.Faciẽ tuã illuſtra in ſeruũ tuũ.i.faue mihi in hoc vt doceas me ſtatuta tua. צ ¶1 Heb.rectũ tua iudicia.i.ſingula tua iudicia.ſingulare cũ plurali iunctũ elegãter.omnia tua mandata iuſta ſunt. ¶2 Hebr.Tu præcepiſti mirũ in modũ mãdata tua iuſtitiam & veritatẽ.i. Tu admodũ præcepiſti obſeruari leges tuas quæ ſunt æquiſſimæ & veriſſimæ. ¶3 q.d.Adeo grauis eſt ira qua ego afficior q hoſtes,&c.vt illa pene me enecet.vł, zelus, ſiue ſtudiũ meum erga illos adeò repẽte auctum eſt,vt ipſa vi amoris pene cõtabuerim. ¶4.i.vera,& impoſturæ expers. ¶5 Tribulatio ¶6 Teſtimonia tua ſunt iuſtitia q ſempiterna eſt,&c. ¶7 ſub.in æternũ.nã ea dictio repeti debet. ק ¶1 Anteuertens in ipſo diluculo[ſub.omnes alios]vociferor: ¶2 ſub.quo promittis ſpem tuis. ¶3.i.tempus quo homines excubitores ſurgere ſolent. ¶4 pro more tuo ſolito ſerua me in vita.i.vt tuos in vita ſeruare ſoles.

iniquã

ק Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt.
ק Propè es tu Domine: & omnes viæ tuę veritas.
ק Initio cognoui de teſtimonijs tuis quia in æternum fundaſti ea.

Res ר

ר Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.
ר Iudica iudicium meũ, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
ר Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.
ר Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.
ר Multi qui perſequuntur me, & tribulãt me, à teſtimonijs tuis non declinaui.
ר Vidi præuaricantes, & tabeſcebã, quia eloquia tua non cuſtodierunt.
ר Vide quoniã mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.
ר Principium verborum tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Sin ש

ש Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
ש Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.
ש Iniquitaté odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.
ש Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
ש Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.
ש Expectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.
ש Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.
ש Seruaui mandata tua & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Thau ת

ת Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
ת Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecũdum eloquium tuum eripe me.
ת Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas.
ת Pronuntiabit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas.
ת Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.
ת Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.
ת Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.
ת Erraui ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruũ tuũ, quia mandata tua non ſum oblitus.

Propius [me] acceſſerũt ſectantes ſcelus,[3] qui longe diſceſſerunt à lege tua:
Tu [quoque] præſto ades Domine,[6] & omnia præcepta tua veritas.
[7]Quod iampridem noui ex obteſtationibus tuis, quoniam æternum eas fundaſti.

Res ר

Reſpice miſeriam meam, & eripe me: quoniã tuę legis non ſum oblitus.
Age cauſam meam, & me [1]vindica, & recrea me oblato eloquio tuo.
Longe abſtitit ab impijs [2]ſalus: quia [3]decreta tua non inquirunt.
Plurima eſt miſericordia tua Domine, [quocirca] [4]recrea me ſecundum iudicium tuum.
[5]Multos quidẽ habeo perſecutores & hoſtes, non tamen deflexi à tuis obteſtationibus.
Videns præuaricatores[6] meipſum excrucio, eo ꝙ eloquium tuum non cuſtodiunt.
Reſpice quòd cõſtitutiones tuas amẽ, [propterea] ô Domine [7]recrea me, pro tua benignitate.
[8]A primo tempore [quo in hominum notitiã venit,] verbum tuum veritas eſt, [9]& omne iudicium tuæ veritatis æternum eſt.

Schin ש

Principes me perſecuti ſunt abs re: [1] cor autem meum [2]reueretur verbum tuum.
Lætor equidem [2]in eloquio tuo tanquam is qui opima ſpolia reperit.
Mendacium odi, & abominor: tuam autem legem amo.
[3]Septies in die laudo ꝓpter [4]iudicia tuæ iuſtitiæ.
[5]Magna fœlicitas parata eſt amantibus legẽ tuã, quique nõ impingunt in aliquod offendiculũ.
[6]Expectaui tuam ſalutem Domine, tuáque [interim] præcepta executus ſum:
[Et] [7]anima mea cuſtodiuit tuas obteſtatiões, quas ego valde amo:
[Et] cuſtodio tuas cõſtitutiones, tuáſque obteſtationes: nã omnes viæ meæ [8]tibi expoſitæ ſunt.

Thau ת

Perueniat meus clamor ad te Domine, [&] [1]erudi me [2]ſecundum verbum tuum.
Perueniat ad te precatio mea, [&] eripe me [2]ſecundum eloquium tuum.
[3]Promant labia mea laudem, quum docueris me decreta tua.
[4]Reddat lingua mea eloquium tuum: nam omnia tua præcepta ſunt [5]veritas.
Adſit tua manus, quæ mihi opem ferat: quia [6]elegi tuas conſtitutiones.
[7]Deſydero tuam ſalutem Domine, tuáq; lex deliciæ meæ ſunt.
[8]Viuat anima mea, & te laudet, tuúmque iudiciũ ferat mihi opem.
Erraui vt ouis [9]quæ it perditum, [verum] require ſeruum tuum, quoniam præcepta tua [10] non ſum oblitus.

¶3 Alij ſubaudiũt, ad ipſum ſcelus. q.d. qui ſceleris ſunt ſtudioſi, vt ſceleri appropinquãt, ita ſunt lõge à lege tua, & tu viciſſim ab illis diſcedis. Quidã hũc verſum ſequenti coniungunt per antitheſim, Qui ſceleri ſtudet, ſectantur ſcelus quãproxime, & à lege, &c. Contrà, tu ꝓpinquus ades, ſubaudi, ſtudioſis legis tuę. ¶6.i. nam omnia promiſſa tua ſũt vera. ¶7 Pridem noui de oraculis tuis quòd fundaueris ea i æternũ.i. vt durent in ęternũ. vl, Iam inde ab initio intellexi de teſtimonijs tuis ꝙ velis illa ſépiterna eſſe.

ר ¶1 redime, propter verbũ tuũ viuifica me.i. ſerua me in vita propter ꝓmiſſiones tuas factas pijs. ¶2.i. auxilium hoc merito à te peto: quia vt ſalus remota eſt ab iprobis, ita propinqua eſſe debet probis. ¶3.i. ſtatutorũ tuorũ nõ ſunt ſtudioſi. ¶4 viuifica me ſecũdũ iudicia tua, quibus ſcilicet moderari ſoles orbẽ. vl, recrea me & conſolare pro more tuo ſolito per verba tua. ¶5 Hebr. Multi ſunt [vel robuſti ſunt] perſecutores mei. ¶6 tædio afficior. ¶7 Heb. viuifica me. ſerua me in vita. ¶8 Hebr. Caput verbi tui. vl, A principio. i. à ſeculo, hoc eſt ſemper fuit verbum tuũ verum. ¶9 & in æternũ omne iudicium iuſtitiæ tuæ. i. vniuerſa lex tua iuſta. ſub. vera erit.

ש ¶1 vl, à verbo tuo expauit cor meũ. eſt enim duplex lectio. i. & tamen colo te diligenter, contineo me in officio. ¶2 propter verbum tuum. i. propter promiſſa tua. ¶3. i. frequenter. ¶4. i. iudicia tua iuſta, quibus omnia ex æquo moderaris. ¶5 Hebr. Pax multa amantibus legem tuam, & non eis offendiculũ. i. Summa animi trãquillitate fruuntur qui amant legem tuam: nec vnquam ita offenduntur vt à lege tua deſciſcãt. ¶6 vl, Frequẽter expectaui opem tuam. ¶7. i. Ex animo obſeruaui tua mandata, & dilexi illa vehementer. ¶8 Heb. ante te. i. quicquid ago in hac vita, eſt tibi notum. q.d. vito ſcelera quantum poſſum: quia ſcio illa te non latere.

ת ¶1. i. da mihi intelligentiam vt pollicitus es. vl, quæ cõueniat mãdatis tuis. ¶2. i. iuxta ꝓmiſſiones tuas. ¶3 Effundent. i. copioſe te laudabunt. canam pleno ore tuas laudes. ¶4 Loquetur. i. recenſebit promiſſa tua. & merito: nã &c. ¶5 iuſtitia. i. æquiſſima. ¶6 ſub. præ omnibus alijs. ¶7 vl, Maxime opto opẽ tuam. vt ſcilicet liberer ab improbis qui nituntur me auellere à lege tua: quia lege tua valde delector. ¶8 q.d. Fac diutius viuã, vt laudes tuas canam: & fac ſentiam opẽ tuam, dum exercebis iudicia tua in improbos. Vel, & iudicia tua ſint mihi auxilio. i. pro tua æquitate ſemper mihi adſis. ¶9 quæ perit. quæ aberrat. quæ ad gregem redire non poteſt. ¶10 ſub. quamuis peccauerim.

¶1 aſcenſionũ.i.pſalmus decantatus poſt aſcenſum, ſiue reditum ab exilio illo Babylonico. lege pſal.16. Sunt qui dicunt hũc pſalmum & ſequentes à gradibus appellatos eſſe, quòd varijs tonis & diſtinctis decãtati fuerint à vetuſtiſſimis illis Hebræis. Alij exiſtimant hos pſalmos decantatos ad numeros cantionis cui⁹ initiũ erat Hamahaloth.i. gradus. ¶2 vl. Ad Do.cũ in ſumma tribulatione ſum, clamare ſoleo, & annuit mihi. ¶3 vl. Quid [ſub. ô periũde] dabit tibi, aut quid apponet tibi lingua fraudulenta?.i. quem fructum capies ex ſermone fallaci? ¶4 illos dicũt eſſe calidiſſimos, diúque retinere calorẽ. ¶5.i.inter Arabes. vel in Hetruria.q.d. inter barbaros mihi agere videor, nõ inter Iſraelitas fideles. Alij vertũt, peregrinor [in exilio] ptractionis.i.diuturno

¶6 per Cedar, Nomades intelligit q nullas ſixas ſedes habẽt ¶7 Hebr. Ego pax:& quũ loquar, ipſi ad bellũ. CXXI.

¶Canticum graduum.[1] CXX.

DOminum in magno meo periculo clamaui, qui annuit mihi.[2]
Libera Domine animam meam à labio mendaci, & à lingua doloſa.
[3]Quid inferat tibi [Deus,] aut quam rem adhibeat tibi ô lingua doloſa?
Pariter ſagittis acutis, quas vir fortis intorquet, &[4] carbonibus iuniperorum ſimilis eſt.
Hei mihi qui peregrinor inter[5] Meſech,' & ago in tentorijs[6] Cedar.'
Diu anima mea degit cum odientibus pacem.
[Nam[7] ſtudeo] paci, ſed quum loquor, ipſi ad bellum [parati ſunt.]'

¶Canticum graduum. CXXI.

LEuo meos oculos[1] ad montes,' vnde nam veniat auxilium meum.
Auxilium meum [venit] à Domino conditore cæli & terræ.
Non ſinet pedem tuum vacillare, neque dormiſcet cuſtos tuus:
Ecce non dormiſcet, neque dormiet qui cuſtodit Iſraelem.
[2]Dominus cuſtodit te, Dominus eſt vmbra tua [adſtans] tibi ad dexteram.
[Ideo] ſol interdiu nõ te percutiet [radijs,] neque luna noctu.
Dominus cuſtodiet te, ne accidat vllum malum, [&] cuſtodiet animam tuam.
Dominus cuſtodiet[3] te quæcunque agentẽ ab hoc tempore in æternum.

¶Canticum graduum Dauidis. CXXII.

LÆtor[1] quum mihi dicunt,' Eamus ad domũ Domini.
[2]Steterunt' pedes noſtri ô Ieruſalẽ in portis tuis.
Ieruſalem[3] ædificata eſt, vt ſit ciuitas in qua ſimul conſociantur homines:'
Ad quam aſcendunt tribus [nempe] tribus Dei, [4]ex obteſtatiõe qua Iſraelitæ obſtricti ſunt, vt confiteantur' nomini Domini.
¶1 Per cor, mẽs & animus intelligitur i Sacris. ¶2 intelligentiæ. ¶3 Imò ſi ¶4 cognitio & intelligentia. ſub. proficiſcitur, vel exit, aut egreditur. ¶5 recondit [vel ſeruat] iuſtis doctrinam verã: ¶6 vt cuſtodiat ſemitas iuſtas: & vitæ inſtitutum miſericordium cuſtodire ſolet. i. eorum quos ipſe miſericordia ſua proſequitur. ¶7. i. condemnationem ſui. ¶8 prudentia ¶9 Hebr. Vt eripiat. vel. liberet. ¶10 Hebr. Quorum ſemitę ſũt obliquæ: & qui peruerſi ſunt i ſemitis ſuis. vel, quorum rationes vitæ à recto aberrant, & peruerſitates ſunt in vijs ipſorum. ¶11 Per mulierem alienã intelligit malam doctrinã quæ docet ea q̃ carni placent. ¶12 Hebr. verba ſua emollire ſolet. i blanditijs allicere. ¶13 Hebr. Quæ deſerit ducem pueritiæ ſuæ, & quæ fœdus Dei ſui oblita eſt. ¶14 Hebr. Nam inclinat ſe ad mortem dom[us] eius. i. quia illa mulier eſt inclinata ad mortẽ. Vel vt alii, Quia illa mulier inclinat ad mortem domum ſuam. i. illa mulier tendit ad mortem. aut, domus eius minatur ruinam. ¶15 Sæpe eſt in Prophetis vt Rephaim pro impiis & damnatis hominibus ponantur, qui iam apud inferos ſunt. Sic & Giborim pro validis corpore hominibus, qui dum viuerent, oppreſſerunt tyrannide pauperes. vt Ezech. 32. Verti poteſt, ad mortuos ducũt itinera eius. ¶16 Vel, vt ambules in via fidelium, & ſemitas iuſtorum cuſtodias. Sub. eripiet vel liberabit, ex præcedentibus. III ¶1 inſtitutionis ¶2 retineat ¶3 veritas. fidelitas ¶4. i. ſint tibi familiariſſimæ. ¶5. i. negotiis ¶6. i. ne reputes te ſapientem. ¶7 Medela erit vmbilico tuo: & medulla in oſſibus tuis. i. totum corpus tuum bene habebit. Per vmbilicum aluntur pueri in ventre matrũ: vnde per eum, totum corpus intelligit. ¶8 vel, Honora. Lex eſt Deute. 26, de oblatione primitiarum. Primitiæ ſignificant inchoationem eſſe à Deo: decimæ vero perfectionem. Deus enim dat incrementum, & perficit. Dando primitias, confitemur nos omnia à Deo accepiſſe. ¶9 Hebr. rumpent ſeſe. ¶10 vel, ne moleſte feras cum te corripit. ¶11 filium [ſub. corripit, quẽ] amat vnice. ¶12 cognitionem, ſub. Dei, quæ eſt per tribulationem. ¶13 & homo qui haurit [vel aſſequitur] intelligentiam. ¶14 vel negotiatio illius negotiationi ¶15 vel probato. q. d. Studium ſapientiæ longe antecellit ſtudium diuitiarum. ¶16. i. in poteſtate ſapientiæ ſunt longa vita, diuitiæ, & gloria.

apprehẽderint: & beatus eſt quiſquis eã nact[9] fuerit. Sapiẽtia fundauit Dominus terrã, cælos autẽ intelligentiã cõdidit. Scientia illius[17] dehiſcũt abyſſi, & æthera rorẽ deſtillant.[18] Hæc fili mi nũquã ab oculis tuis recedant. obſerua[19] eſſentiam & proſpicientiam: Erunt vita animæ tuæ, & gratia[20] gutturi tuo. Tum ſecure ibis iter tuũ, & pes tuus non impinget. Quum quieſces, non paue bis: quum recumbes, iucundus erit ſomnus tuus. non formidabis repentinos pauores,[20] impiorum, quandocunque venerit, tumultum. Dominus enim aderit lateri tuo, & pedem tuum cuſtodiet quo minus capiaris. ¶[21] Ne prohibeas bonum ei qui potis eſt,[22] dum facultas tibi ſuppetit ad faciendũ. ¶Ne dicas[23] proximo tuo, Abi & redi, cras dabo, quũ[24] modo habeas. ¶Ne machinare proximo tuo malum,[15] quum ille ſecurus tecum habitet. ¶Ne temere litem cũ quoquam ſuſcipias,[16] ſi tibi nihil mali fecit. ¶[17] Ne æmuleris virum violentum, nullã viarum eius eligas: Nam Dominus abominatur[18] deſertorem: cũ rectis autẽ eſt[19] conſilium eius. ¶Execratio Domini eſt in domo impij: habitaculis autem iuſtorũ benedicit.[20] Illuſoribus illudit ipſe: mãſuetis autem dat gratiam.[21] Sapiẽtes gloriam, ſtulti autẽ ignominiam, dum euehuntur, hæreditate adquirunt.

CAP. IIII.

Audite filij paternam caſtigationem, & adijcite animum ad cognoſcendam intelligentiam. Doctrinam enim bonam propono vobis, legem meam ne relinquite.[1] Nam & ego filius patris mei quũ eſſem,[2] coram matre quoque mea tenerrimus & vnicus: Ille docebat me, inquiens,[3] Apprehendat verba mea cor tuũ, cuſtodi præcepta mea, & viues. Compara ſapientiam, compara intelligentiam: ne obliuiſcaris, neque declinaueris à verbis oris mei.[4] Seruabit te, ſi non deſerueris eã: cuſtodiet te, ſi eã dilexeris. ¶[5] Ante omnem cognitionem compara ſapiẽtiam, & præ vniuerſis quæ poſſides compara intelligẽtiam. euehito ipſam, & euehet te: glorificabit quoque te, ſi eam amplexus fueris. Dabit capiti tuo[6] additamentum gratiæ, & muniet te magnifica corona. ¶Audi fili mi, & accipe ſermonem meum, & prorogabuntur tibi anni vitæ tuæ.[7] In viã ſapientiæ dirigam te, ducam te in orbitis rectis: Ne tibi iter facienti anguſtiæ greſſum impediãt, aut currẽs impingas. Teneto diſciplinam, ne remittas: obſerua eam, quoniam ipſa eſt vita tua. ¶In ſemitã impiorum ne ingrediaris,[8] & in via malorũ ne te beatũ exiſtimes. Deſere eam,[9] quo minus hac tranſeas: deflecte ab ea, & præteri. Nec enim ſomnum capiunt niſi malum perpetrarint:[10] & fugit ab eis ſomnus, ni ruinam aliquam dederint,[11] Victitãt enim cibo impie quæſito, & bibũt vinum vi extortum. Via autem iuſtorum ſicut lux inclareſcit,[12] quæ ſubinde fit illuſtrior vſque ad perfectum diem. Via impiorũ ceu caligo eſt, neſciunt[13] ad quod impingant. ¶Fili mi, auſculta verbis meis, & ſermonibus meis aurem præbe. Caue excidãt ab oculis tuis, aſſerua eos in medio cordis tui. vitam enim afferunt iis qui eos inuenerint, & eſt[14] medicina vniuerſæ carni ſuæ. ¶Omni cura muni pectus tuũ.[15] inde enim vita egredit. ¶Aufer à te prauitatẽ oris,

[a] tenuerint eam, beati. Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt. Fili mi, ne effluant hęc ab oculis tuis. Cuſtodi legem meam atque conſilium meum: & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. tũc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus nõ impinget. ſi dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. ne paueas repẽtino terrore, & irruentes tibi[b] potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris. ¶Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac. ¶Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare. ¶Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciã. ¶Ne contendas aduerſus hominem fruſtra, cum ipſe tibi nihil mali fecerit. ¶Ne æmuleris hominẽ iniuſtum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. ¶Egeſtas à Domino in domo impij: habitacula autem iuſtorum benedicẽtur. Ipſe deludet illuſores, & mãſuetis dabit gratiã. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum[c] exultatio, ignominia.

CAP. IIII.

Audite filij, diſciplinam patris, & attendite: vt ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nã & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus corã matre mea: & docebat me, atque dicebat, Suſcipiat verba mea cor tuũ, cuſtodi præcepta mea, & viues. Poſſide ſapientiam, poſſide prudẽtiam: ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eã, & cõſeruabit te. ¶Principiũ ſapientiæ, poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam. arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cũ eam fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmẽta gratiarũ, & corona ĩclyta proteget te. ¶Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis: quas cum ingreſſus fueris, non arctabũtur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. Tene diſciplinam, ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua. ¶Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorũ via. Fuge ab ea, nec tranſeas per illã: declina & deſere eam. nõ enim dormiunt niſi malefecerint: & non rapitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint. comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruant. ¶Fili mi, auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui: vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas. ¶Omni cuſtodia ſerua cor tuũ, quia ex ipſo vita procedit. ¶Remoue à te os prauum, & detrahentia

¶[a] tenuerit eam, beatus. Sequentibus verbum Dei, & eius conſilium, omnia proſpera pollicetur.

¶[b] ruinas

D

Præcepta de charitate.

Iniqui non imitandi. pſal. 36.

Impiorum maledictio, & piorum benedictio.

¶[c] exaltatio.

Sapientiam, eiúſque fructum, & viã quærendam dicit.

C

A via impiorum declinandum ſuadet.

De cuſtodia verbi Dei.

D

Cor.

Os.

¶17 ruptæ ſũt. eruperunt. De abyſſis quæ ſub terra ſunt, loquitur. i. fontibus, qui ſapientia Dei ſcaturiunt.

¶18 ſub. præcepta ¶19 ſanã doctrinam, & prudentiam.

¶20 vł collo tuo q. d. Per illas, ſapientiam & intelligentiã, gratus eris & in hoc ſeculo, & in futuro.

¶21 & à deſolatione [vł, internecione] impiorum, quando venerit.

¶22 Hebr. Ne arce beneficium à domino ſuo. i. ab eo qui tali beneficio eſt dignus. Alij, à domino ſuo. à paupere qui eo opus habet.

¶23 Hebr. quando manus tua potẽs eſt vt faciat. ¶24 ſocio. amico

¶24 ſit apud te. ¶15. i. quum ipſe ſibi à te nihil tale metuat

¶16 vł, ne tibi malum rependat. ¶17 Ne imitere virum iniuſtitiæ. vł, rapinæ.

¶18 peruerſum. i. eum qui à via recta aberrat. ¶19 ſecretum. i. rectis cõmunicat ſua ſecreta. Chaldæus paraphraſtes vertit, affabulatio. i. Deus familiariter verſatur cum iuſtis. ¶20 Profecto ſanniones ridiculos reddit. ¶21 Hebr. Gloriam ſapientes iure hæreditario aſſequentur: & vnuſquiſque ſtultorum ſuſtinet ignominiam. i. omnes ſtulti afficiuntur ignominia.

IIII. ¶1 Quando erã ¶2. i. delicatus & vnice dilectus matri meæ. ¶3 Fulciat [Teneat] verba mea animus tuus: ¶4 Hebr. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eã, & conſeruabit te. ¶5 Per principium ſapientiæ compara ſapientiam: & omni poſſeſſione tua acquire intelligentiam. Per principium, ſiue Principio ſapiẽtiæ. i. per timorem Domini, qui eſt principium ſapientiæ. ¶6 vł augmentum gratiæ. Aut vt alij, ſertum elegans. ¶7. i. docebo te per viam iuſtitiæ incedere. ¶8 Hebr. & ne ambulaueris in itinere malorum. ¶9 nec laudes eam: ¶10 Hebr. & rapitur ſomnus eorum, niſi impingere fecerint. ¶11 Hebr. Comedunt enim panem impietatis: & vinum iniquitatum bibere ſolent. ¶12 Hebr. it [vel, promouet] & ſplendeſcit, vſque ad perfectionem diei. i. vſque ad meridiem. ¶13 vł, in quam rem impingant. ¶14 vł, medela ¶15 Hebr. quia ex ipſo ſunt egreſſus vitæ. i. ab eo egreditur vita. hoc eſt, à corde procedunt opera viua & bona.

Oculi. Inceſſus. ¶ ſemitam

labia ſint procul à te. ¶Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. ¶Dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à malo. Vias enim quæ a dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ vero ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CAP. V.

Scortationẽ vitãdam monet. ¶ ſtillans

Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſeruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem,

B & ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitã vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. Nũc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos

Prodigalitatẽ prohibet.

crudeli. ne fortè impleãtur extranei virib' tuis, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum, & dicas, Cur deteſtatus ſum diſci-

C plinã, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam? Penè fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ. Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. De-

[redacted] riuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. ¶Sit vena tua benedicta, & lætare cum

D muliere adoleſcentiæ tuæ: ceruа chariſſima, & gratiſſimus hinnulus: hubera eius inebrient te in omni tẽpore, in amore eius delectare iugiter.

Vxor diligẽda. A ſcortatiõe dehortatur. Iob. 14. c. ¶ vias

¶Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius? ¶Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus eius cõſyderat. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorũ conſtringitur. Ipſe morietur, quia nõ habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

CAP. VI.

Sponſorem inſtruit. ¶ manum

Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum animam tuã, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſũ libera, quia incidiſti in manũ proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnũ oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Erue te quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. ¶Vade ad formicã ô piger, & conſydera vias eius, & diſce ſapiẽtiã: quæ cũ nõ habeat

Excitatur piger ad laborem.

ducẽ, nec præceptorẽ, nec principẽ, parat in æſtate cibũ ſibi, & cõgregat i meſſe quod comedat. ¶Vſque quo piger dormies, quando cõſurges è ſõno tuo?

I. 14. d.

& labiorum peruerſitatem longe à te relegato. ¶ 6 Oculi tui ad ea ſint intenti q̃ corã te ſunt, & palpebræ tuæ rectã inſpiciant in ea quæ ante te ſunt. ¶ 17 Librato orbitam pedũ tuorum, & oẽs viæ tuæ recte dirigant. Ne declines ad dexterã aut ſiniſtram, ſed reuoca pedẽ tuũ à malo. V.

Fili mi, animum aduerte ſapientiæ meæ, & prudentiæ meæ aurem tuam accommoda: Vt cuſtodias conſilia, & ſcientiam labia tua cuſtodiant. Quoniam fauum ſtillant labia alienæ, & guttur eius blãdius eſt q̃ oleum: Poſtrema vero eius amara ſunt velut abſinthium, & acuta ceu gladius biceps. Pedes eius ad mortem deſcẽdunt, & inceſſus eius ad inferos trahit. Semitã vitæ fortaſſis expendis, vacillant greſſus eius vt non cognoſcas. Nunc igitur filij audite me, & nolite recedere ab eloquijs oris mei. Iter tuum q̃ longiſſime ab illa prohibe, nec appropinques foribus domus eius: Ne forte des alijs decus tuum, & annos tuos crudeli. Ne forte ſatientur alieni ijs quæ tuis viribus [parauiſti,] & labores tui [ſint] in domo aliena: Et tu tandem, quum caro tua & viſcera tua cõſumpta fuerint, gemẽs dicas, Cur caſtigationẽ odio ſum proſequutus, & increpationem cum execratione abiecit cor meum? Cur non audiui vocem eorum qui dirigebant me? cur docentibus me non accommodaui aurem meam? Parum abfuit quin lapſus ſim in medium contubernium & cœtum omnis mali. Aquam è puteis tuis bibe, & fluẽta ex fontibus tuis. 10 Deriuentur fontes tui foras, & riuuli aquarum in plateas [promanent:] 11 Sint tibi ſoli, & non alienis tecum. Sit vena tua benedicta, 13 & gaudium quod de vxore [capis] quæ tibi in iuuentute deſpõſa eſt. 14 Sit hæc velut amata ceruа, & caprea gratioſa: amores eius omni tempore te reficiat, in dilectione eius perpetuò ſis implicitus. Cur enim mi fili alienæ eſſes implicitus? cur in gremio alienæ adhæteſceres, 16 Quando viæ hominis oculis Domini ſunt expoſitæ, & omnium itinera æqua lance expendat? Impium ſuæ ipſius iniquitates capiunt, & funibus peccatorum ſuorum irretitur. Ipſe morietur 17 abſque diſciplina, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ implicabitur.

CAP. VI.

Fili mi, ſi pro proximo tuo ſpopõderis, manũque tua ſtipulaueris pro alieno, Irretitus es verbis oris tui, captus ſermone oris tui. Fac igit hoc fili mi vt libereris. veniſti eni in manũ proximi tui: Abi ergo, propera, & roboraſſe proximum tuũ. Ne concedas ſomnũ oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis: Elabere velut caprea è manu. & vt auicula è manu aucupis. ¶ Iad formicã ô piger, iſpice vias ei', vt ſapiẽs ſias. Ea enim quũ neque principẽ, neq; exactorẽ, aut ducem habeat, Tamen æſtate cibũ ſuum parat, & in meſſe alimentũ ſuum comportat. Quandiu piger dormies? ecquando à ſomno tuo ſurges?

¶15 Hebr. Oculi tui in rectũ aſpiciãt: & pupillæ tuæ rectæ ſint coram te. I. Recta aſpiciant oculi tui, & pupillæ dirigant iter tuũ. proinde ac ſi dicat neque ad proſperitatem impiorum reſpiciat, neque frangaris aduerſitatibus in via Dei. Hoc eſt non reſpicere neq; ad dextram neque ad ſiniſtram.

¶17 vl, ad libellam adæqua. librate ſemitam pedum, vel adæquare ad libellã, exponũt Hebræi mẽſurã & modum tenere in omnibus, & nõ pl' ſapere, quã oportet.

¶18 apparẽtur.

V.

¶1 Alienã vocat meretricẽ.

¶2 vl, palatum. per labia & palatũ itelligit verba ipſa. ¶3 i. ſi forte velles apud eã expendere vitæ viam. Quidam interrogatiue exponũt, nũquid ſemitam vitæ fortaſſe expendes? q. d. nõ: nam vagantur ſemitæ eius meretricis adeo, vt cognoſcere non poſſis.

¶4 alienis honorem tuum. Alienas vocat meretrices.

¶5 i. meretrici animam enecat. Vel crudeli, peccato carnis: nam venus eneruat vires. ¶6 Hebr. robore tuo. i. facultatibus viribus tuis partis. ¶7 rugiens ¶8 Hebr. Fere fui in omni malo in medio congregationis & cœtus. ſub. fidelium. i. Parum abfuit quin fuerim obrutus omnimoda afflictione cũ eſſem in medio fideliũ. ¶9 de ciſternis tuis. i. cõtẽtus eſto tua vxore. ¶10 i. ex te ꝓdeãt filij q̃ diſcurrãt ꝑ plateas. Si de doctrina intelligat verſ', Fac doctrinã tuã cõmunẽ. ¶11 ſub. illi liberi ¶12 vl, Sit fons tu' benedict'. i. ꝑpetuo abũdet aqua. dato operã vt Deus benedicat fonti tuo. ¶13 & lætare de vxore q̃ &c. ¶14 He. Cerua amorũ & ibix gratiæ: vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delecteris iugiter. Solent magnates habere in delicijs ceruas & capreas. Alij vertunt, vbera eius vngent te ad ſufficientiam omni tempore. ¶15 delectaberis [vl hallucinaberis] in aliena, & amplecteris ſinũ alienæ? ¶16 Hebr. Quoniam coram oculis Domini ſunt viæ ſingulorum: & omnes ſemitas eorum examinat. ¶17 vl, caſtigatione. hoc eſt, quia non voluit caſtigationem & diſciplinam recipere. ¶18 hallucinari ſolet. vel, errare. VI. ¶1 vel, amico ¶2 Hebr. attigeris extraneum manu tua. i. Si attactu manus, ſtipulatus fueris, aut fideiuſſeris & promiſeris. ¶3 etiam ſi incideris in &c. q. d. tametſi amicus & proximus ſit in cuius manus incideris, propere tamen libera te ab ea obligatione: quanto magis feſtinandum tibi eſſet ſi incidiſſes in manus alieni? ¶4 vl, humilia te. ſub. ante eum, cui promiſeris, te quaſi calcandũ præbe. ¶5 robora [ſub. hortatione] amicum tuum. i. inſta, incita amicum tuum vt tuo amico pro quo ſpopondiſti, ſoluat debitum. ¶6 Eripe te ¶7 ſub. venatoris. ¶8 i. morem eius. ¶9 vl, dominũ, neq; præfectũ. aut dominatorẽ

¶10 Hebr. Parũ ſomnorũ, parũ dormitationũ, parũ cõnexionis manuũ ad dormiẽdum.i. Paru⁹ & frequẽs tibi ſomn⁹, paruꝰ, & frequẽs manuũ cõplicatio ad dormiendum.q.d. ſi paululũ dormitaueris, veniet egeſtas, cui reſiſtere nõ poteris. Quid ꝗ Hebræorũ hic interpretitur, Si parum dormias, & irruerit egeſtas, illa nõ durabit, ſed velut viator peranſibit, & vt vir armatus q non manet, ſed ſemper pcedit donec pueniat ad belli aciem. ¶ vſ, aliog ceu viator veniet, &c. ¶11.i.ex improuiſo.

¶12 Heb. vir clypei.q.d. ita veniet vt illi reſiſtere nõ poſſis. vt homo inermis viro armato reſiſtere non põt, ſic tu paupertati tuæ.

¶13.i.qui omni ratione, humanitate, religiõe pietate, & omni pbitate deſtitutus eſt. vſ, homo nihili, i. impius & inutilis: aut apoſtata, & ſui inſtituti deſertor, qui nihil promouet.

¶14 Heb. q ambulat in prauitate oris ſui.i.qui ſolet mentiri.

[10]Paululum dormiendum, paululum dormitandum, paululũ complicandæ manus ad dormiendũ: [11]At[ſ]incet[im] ceu viator' veniet egeſtas tua, & inopia tua ceu [12]vir ſcuto munit⁹. ¶Homo [13]belial eſt vir vanus, [14]ore peruerſo incedens: [15]Annuit oculis ſuis, indecore pedes ſuos ſuccutit, ſignificat digitis ſuis. Peruerſitates habet in corde ſuo, concinuat malum omni tempore, [16]immittit occaſiones contentionum. Proinde ſubito veniet interitus eius, ſubitòque ſic conteretur, vt mederi nemo queat. ¶Hæc ſex odit Dominus, [17]ſeptimum autem ex animo deteſtatur: Elatos oculos, Mendacem linguam, Manus quæ ſanguinem innoxium fundunt, Cor iniqua conſilia machinans, Pedes ad malum currendi feſtinos, [18]Teſtem falſum qui ſpirat mendacia, Et eum qui ſerit inter fratres diſſidium. ¶Cuſtodi fili mi, præcepta [19]patris tui, & ne reijcias directionẽ matris tuæ: [20]Alliga ea cordi tuo, idque iugiter, & adnecte ea gutturi tuo: [21]Vt te proficiſcẽtem deducant, vt ſuper dormientem excubent: cúmque euigiles, tecum diſſerat. (Præceptum enim lucerna eſt, & lex lumen: vitæ vero via, correptio & caſtigatio.) [22]Vt caueas à muliere mala, & à blanda lingua ſcorti, Quominus ſpeciem eius in corde tuo cõcupiſcas, neque te nutibus ſuis capiat. Nam propter ſcortum [adigitur] quiſpiam ad [24]libum panis: [25]mulier autẽ viro ſuſcta venatur pretioſam animam. Num quiſpiam ignem in ſinu ſuo fouet, vt veſtimẽta ſua non adurãtur? Aut incedet quis ſuper prunas, vt pedes eius nõ adurantur? Sic qui ingreditur ad coniugem proximi ſui, [26]culpa nõ vacabit, quiſquis eam tetigerit. [27]Non reputant probro furi, ſi eſuriens furetur [28]vt vitam ſuſtentet. Sed deprehenſus [aut] [29]ſeptuplum rependit, [aut] vniuerſam rem familiarem dat: Qui autem adulterium cõmittit cum muliere, excors eſt: [30]& qui hoc facit, animã ſuã perdit. Verbera inſuper & ignominiã inuenit, cuius opprobriũ nũquam poterit deleri. [31]Marit⁹ enim zelotypię impatiẽtia [accenſus] cũ ei vindicandi occaſio offertur, nõ parcit: [32]Neq; vllius interceſſoris faciem recipit, nec munera, quãtumuis magna, admittit. VII.

Fili mi cuſtodi verba mea, & pręcepta mea tecũ reconde. Serua præcepta mea, & viues, & legem meã ceu oculorum tuorum pupillam. Alligato ea digitis tuis, & tabulis cordis tui inſcribito. Dic ſapientiæ, Soror mea tu es, & prudentiam vocato cognatã: Vt cuſtodiant te à muliere extranea, & à peregrina, quæ verbis ſuis blanda eſt. ¶Equidem quum de feneſtra ædium mearum per cãcellos proſpicerem, Sub veſpertinum diei crepuſculum, in ipſa obſcuritate atq; caligine noctis, Vidi, animaduertiq; inter [4]ſtupidos filios adoleſcentem quendã vecordem tranſeuntem per plateam, [5]ad angiportum verſus domũ ſcorti incedentem. Et ecce occurrebat ei mulier

Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus tuas vt dormias: & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas lõge fugiet a te. ¶Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinã. ¶Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, Oculos ſublimes, Linguã mendacem, Manus effundentes innoxium ſanguinẽ, Cor machinans cogitationes peſſimas, Pedes veloces ad currendum in malum, Proferentẽ mendacia teſtem fallacem. Et eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. ¶Conſerua fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis (quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ) Vt cuſtodiant te a muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuũ, ne capiaris nutibus illius. pretium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri, pretioſam animam capit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam. Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit. furatur enim vt eſuriẽtem impleat animam: deprehẽſus quoque reddet ſeptuplũ, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam: turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. quia zelus & furor viri non parcet in die vindictę, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redẽptione dona plurima. CAP. VII.

Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili, honora Dominũ, & valebis: præter eum verò ne timueris alienũ. Serua mandata mea, & viues: & legem meam quaſi pupillam oculi tui. liga eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic ſapientiæ, ſoror mea es: & prudentiam voca amicam tuam: Vt cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba ſua dulcia facit. ¶De feneſtra enim dom⁹ meæ per cancellos proſpexi iuuenem. Et video paruulos, conſydero vecordem iuuenem, qui trãſit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obſcuro, adueſperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occur-

B

Arguit ſchiſmatic⁹, & iurgiorũ authos apud Deum deteſtabilis.

Oculi. Lingua. Manus.

C Cor. Pedes. Teſtis falſus.

Adhortatĩ ad contẽplationẽ verbi Dei, quo retrahimur à ſcortatione.

¶ ca. plu. nu.

Adultera fugienda.

Cõtagio me D ... li.

Mœchi grauius [illegible] quam fame[illegible] furis.

Exhortatio ad ſapiẽtiam & obſeruationem præceptorum.

¶ ca. plu. nu.

D

Sapiẽtiæ, vere bòve Dei adhærendũ monet, quo technas ſcortorũ vitemus, quas deſcribit.

¶15.i.cõponit oculos ad ea quæ dicit: & geſticulatione quadã pedũ vtitur vt ſolent pſeudoprophetæ.q.d.cõponit ſeſe totũ, fingit vultum, &c. vt facilius imponat. ¶16 contentiones immittere ſolet. ¶17 imò ſeptem [ſunt] abominatio animæ eius.i.quæ abominatur ipſe. ¶18 Heb. [ſtum qui] loquitur falſa, teſtẽ mendacij.per appoſitionẽ dictũ. ¶19 Vide primũ caput, numero 11 & 16. ¶20.i.ſint ſemper in corde tuo, & in ore tuo, quod per guttur intelligitur. ¶21 Heb. Cũ deambulaueris, deducet te: cũ dormies, ſeruabit te. qñ experrectus fueris, ipſa loquetur tecũ. Cum deambulaueris, inquit: id eſt, cum verſaberis circa rem familiarem. ¶22 Vt cuſtodiat te ¶23 Heb. pupillis.i.oculis. ¶24 buccellam. Phraſis Hebræa, pro Decoquet omnia vſque ad buccellã panis. ¶25 Heb. mulier viri pretioſam animã capere ſolet. Mulierẽ viri pro adultera poſuit ¶26 Heb. nõ erit mũdus. ¶27 Nõ ſpernere ſolẽt [hoĩes] furẽ, &c.i. Furtum nõ magnopere damnatur ab hoibus, & tamen grauiter punitur à Deo. Exod. 22. ¶28 Hebr. vt impleat aĩam ſuã. ¶29 Locus difficilis: q in lege, redditur tantũ quinque. At quidã ex Hebræis recte dicunt intelligẽdum eſſe diſcretiue: fur inuẽtus reddet ſeptuplũ.i.ſi furtũ inueniatur in manu eius, reddet duos boues: ſi vẽdiderit, quinq; reſtituet. Exo. 22. ¶30 Heb. corrũpit [vſ. interficit] aĩam ſuã q facit illud. Deut. 22. Si dormierit cũ vxore alterius, occidetur. Quidã poſtremã particulã ſic legũt, Ipſe facit ei.ſub. interfectionẽ aĩæ ſuę. Nã in omni verbo intelligit verbale a ſe deductũ. ¶31 Heb. Quia zel⁹ eſt furor viri: & nõ parcet in die vindictæ. ¶32 Heb. Non acceptabit faciẽ vllius redẽptionis.i. Nullũ pretiũ redẽptionis lubẽs excipiet. VII. ¶1.i. Proſequere eo amore ſapiẽtiã quo ſororẽ ſolem⁹ pſequi & cognatos. ¶2 vſ, aliena ¶3 per feneſtrã domus meæ. per feneſtrã meã proſpicerẽ.i. in ſecreto cõſciẽtiæ conſyderarẽ. Exẽplũ fictum pro more: ſic enim fit vt hic fictum vidiſſe ſe ait. ¶4 ſimplices. imperitos ¶5 Heb. iuxta angulum illius, & per viam domus eius.i. quæ ducit ad domum eius.

uit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo cõſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Apprehenſũmque deoſculatur iuuenẽ, & procaci vultu blanditur, dicẽs, Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſyderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetib' pictis ex Aegypto. Aſperſi cubile meũ myrrha, & aloe, & cinnamomo. Veni, inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Nõ eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima. ſacculũ pecuniæ ſecum tulit: in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam. Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans & neſcit quòd ad vincula ſtultus trahatur: donec tranſfigat ſagitta iecur eius: velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quòd de periculo animæ illius agitur. Nũc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abſtrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius. multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrãtes interiora mortis.

Margin: ¶ donec illuceſcat dies, & fruamur cupitis amplexus. D — ¶ ignorat

CAP. VIII.

Nunquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam? In ſummis excelſiſque verticibus ſupra viã, in medijs ſemitis ſtãs, iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur, dicens, O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli aſtutiam, & inſipiẽtes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura ſum: & aperiẽtur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei, nõ eſt in eis prauum quid, neque peruerſum, recti ſunt intelligẽtibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis: & omne deſyderabile ei non poteſt cõparari. Ego ſapientia habito in cõſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogãtiam, & ſuperbiam & viam prauam, & os bilingue deteſtor. Meũ eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant, & legũ conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbiæ & iuſtitia. Melior eſt enim fructus meus auro & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo. In vijs iuſtitiæ ambulo, in medio ſemitarũ iudicii, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquã faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erãt abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant. Necdum montes graui mole conſtiterant, ante omnes colles ego parturiebar:

Margin: ſapientia ſeipſam commendat. — B — ¶ vigilant — ¶ ſuperbæ — C — ¶ ambulbo — Sapient. 9 b.

meretricio habitu, cauta corde: Hæc ſtrepera erat & inconſtans: cuius pedes domi cõſiſtere neſciunt: Nũc foris erat, nũc in plateis, ad omnem angulum inſidias ſtruẽs. Hæc amplexa iuuenem deoſculabatur eũ, impudentiq; vultu dicebat ei, Sacrificia fuerũt mihi pacificorũ, hodie reddidi vota mea: Proinde egreſſa ſum tibi obuiã, vt maturè vultui tuo[apparerem,] & inueni te. Lectũ meum ſtragulis inſtruxi, tapetib' ac faſcijs Aegyptiacis. Cubile meum odoratum reddidi myrrha, aloe & cinnamomo. Ades, amori indulgebimus in craſtinum vſq;, amore nos exhilarabimus. Neq; enim vir domi eſt, ſed procul peregre profectus. Sacculũ pecuniæ accepit in manũ ſuã, certo die domũ rediturus. Hac verborũ copia flexit illũ, ac labiorũ fucorum ſuauitate perpulit eũ, Vt protinus eã ſequeretur, non ſecus quã bos qui ad lanienam vadit, & ceu dum compes ſtulto ad caſtigationem [adhibetur.] Donec ſagitta tranſuerberaret iecur eius, ceu dum auis ad laqueum properat, ignorans quod vitæ eius pars tus ſit. Nunc ergo filij audite me, & animum aduertite verbis oris mei. Ne pronum ſit cor tuum ad vias eius, neque oberres in ſemitis eius. Ipſa enim multos vulnerauit ac ſtrauit, & fortiſſimũ quenque trucidauit. Domus eius methodus eſt ad inferos, eorum qui deſcendunt ad penetralia mortis.

CAP. VIII.

Annõ ſapientia clamat, & prudentia edit vocem ſuam? E ſummis verticibus ad viam inter ſemitas ſe conſtituens: Ad portas, ad ingreſſum ciuitatis, vbi introitur per fores, ibi intonat, Ad vos ô viri clamo, & vox mea eſt ad filios hominum: Intelligite ô vos incauti ſolertiã, & inſipientes corde intelligite. Audite, loquar enim præcipua quædã, & apertio labiorum meorum recta: Veritatem enim meditatur faux mea, & impietas abominãda eſt labijs meis. In iuſtitia ſunt õnes ſermones oris mei, nec eſt in eis peruerſum quid aut prauum. Vniuerſi expoſiti ſunt intelligentibus, & recti his qui inueniunt ſcientiam. Accipite ergo diſciplinam meam, & non argẽtum, & ſcientiam præ auro puro puro electo. Præſtat enim ſapientia margaritis, & quidquid expetibile eſt, non poteſt illi æquiparari.

Ego ſapientia cohabito ſolertiæ, & ſcientiam conſiliorũ aſſequor. Timor Domini odium mali eſt: faſtum & arrogantiã, viam malam, & os peruerſum ego odi. Apud me eſt conſiliũ & eſſentia, apud me eſt intelligẽtia & fortitudo. Per me regnant reges, & principes decernunt iuſtitiam. Per me domini dominantur, & omnes iudices terræ munifici ſunt & liberales. Ego diligẽtes me diligo: & qui me mane quærunt, inuenient me. Mecũ ſunt diuitiæ & gloria, opes duraturæ, & iuſtitia. Fructus meus melior eſt auro puro puro, & auro obrizo, & prouentus meus argento electo. Per iter iuſtitiæ incedo, atq; adeò in medijs ſemitis iudicij: Vt poſſeſſionẽ ſubſtãtiæ parẽ diligẽtibus me, theſaurõſq; eorũ cumulem. Domin' poſſedit me initio viæ ſuæ, ante opera eius tũc[erã.] Ab æterno ordinata ſum, & ab initio ante terrã. Nondũ erãt abyſſi quũ ego eſſem formata, nondũ fontes aquis redundabãt. Priuſquam mõtes mergerentur, ante colles formata

¶6 Heb. ſeruata corde. i. habens cor ſeruatũ, hoc eſt, non mente capta, aſtuta. ¶7 peruerſa. male morata ¶8 Heb. fortiq; facie. ¶9 Carnes pacificorũ ſũt apud me. i. carnes ex ſacrificio pacificorũ relictæ. ¶10 Tapetibus adorna[ui] lectũ meum: [qui cõſtat] lignis cælatis [&] funibus Aegyptiis. Cælata ligna vocat aſſeres inciſos & elaboratos: qui intertexti erant lino Aegyptio quod eſt in ſummo pretio. ¶11 He. inebriemur amore ¶12 vſ, di lectionibus ¶13 i die noui lunij ¶14 Strauit[&]expugnauit[&]eum multitudine blanditiarũ ſuarũ. ¶15 Ne declinet ¶16 Viæ inferni domus eius. facientes deſcendere ad penetralia cubicula mortis. Viæ, dicit plurali numero, non vias quòd multis rationibus cadãt qui ſequuntur eam.

VIII.

¶1 Hebr. iuxta viam. qua ſ. illicet ſolent tranſire homines. ¶2 In platea. Hebraice legitur, Ad manũ portarum. ¶3 vſ, aſtutiam. ſub. ſanctam. ¶4 vſ, ſtolidi ſ intelligite ſcientiam. Aut, faciete vt cor veſtrũ intelligat.

¶5 eximia. nobilia ¶6 rectitudines. i. ſermo meus erit de rebus æqualibus, hoc eſt, planis & facilibus. ¶7 Quoniam veritatẽ eloquetur palatũ meum. i. verba quibus eſſ[e]icimini veraces. ¶8 Iuſti ¶9 obuij intelligẽti. i. intellectu faciles. ¶10. i. rectos reddunt eos qui &c. ¶11. i. præ opibus. ¶12 vſ, & ſcientiam [quæ eſt] auro eligibilior. i. quum ſcientia ſit auro optabilior. ¶13 q. d. Nunquam me deſerit aſtutia: ſola inuenio bonos & ſanctos cogitatus. ¶14 odiſſe malũ eſt. ¶15. i. os docens peruerſa & diſſona à verbo Dei. ¶16 doctrina vera. i. quæ non perit. ¶17 vſ, conſiliarij ¶18 & nobiles, [&] omnes iudices terræ. ¶19 vſ, deducam. ſub. eum qui adhæſerit mihi. ¶20 vſ, ¶21 diſpoſita ſum. vſ, principatũ habui. principẽ operũ ſuorũ. q. d. Initio creatiõis erã apud patrẽ, qua oĩa faciebat. ¶22 abundãtes aqua. ¶23 aquis ſcilicet. Aut potius, immerſũ facta ſum. nã poteſtatẽ habet in oĩa quæ facta ſunt. ¶24 parturiebar. concepta eram. Chaldæus paraphr. genita eram. & in terram deſixi. i. collocati.

¶15 plateas: quidam legunt, finnes, aut extremitates eius. ¶16 verticem ¶17 deſcriberet circulum ſuper &c. i. dū diſponeret centrum terræ. ¶18 firmaret cęlos deſuper. Chaldæ[a] peraphr. vertit nubes. ¶19 He. os eius. i. verbū eius. ſub. Dei: Vł. ingreſſum eius, ſcilicet maris. ¶20 Imò cum eo ſum [ve lut] alumnus, & in delicijs quotidie: gaudens coram, &c. Velut alumn[9], inquit: velut is qui alit iſta inferiora. ¶11 eruditionē. ¶12 Imperatiuum pro futuro. ¶13 neque negligite. ſub. illā eruditionem. ¶14 vł. [ita] vt excubet ad fores meas quotidie, & obſeruet poſtes ianuarū mearū. ¶15 Heb. & hauriet voluntatē à Domino. i. aſſequetur quidquid volet, à Domino.

I X.

¶1 i. eccleſiam. ¶2 Septem columnæ. i. multos apoſtolos & ſanctos doctores. Sic eni ſæpe numerus ſeptenarius in Sacris literis accipitur. ¶3 Prædicationem Euangelij intelligit. ¶4 Verbum Dei

ſum.'Adhuc nō fecerat terrā, &[15] quæ extra ſunt, &[16] caput' puluerum orbis. Quum præpararet ipſe cælos, illic ego eram: quum ipſe[17] conſtitueret globum' ſuper faciem abyſſi: Quum[18] æthera ſuperne figeret, fonteſque abyſſi firmaret: Quum poneret mari legem ſuam, & aquis ne tranſgrederentur[19] littus ſuum,' quum conſtitueret fundamenta terræ:[20] Fida illi aderam quotidie delicijs [fruens,] ludens coram illo omni tempore.' Ludo prgterea in orbe terræ eius, & deliciæ meæ [ſunt] cum filiis hominum. Nūc igitur filij audite me, beati qui vias meas obſeruant. Audite[11] diſciplinam,' & ſapientes[12] eſte,' neque ſitis ignaui. Beatus homo qui me audit,[14] & qui excubat ad fores meas quotidie, & ſtationē obſeruat ad poſtes oſtiorum meorum.' Quoniam qui me inuenerit, vitam inuenit,[15] & proliciet fauorē Domini. Qui vero in me peccauerit, iniurius eſt animæ ſuę: & quicunque me odio habent, mortem amant.

C A P. I X.

SApientia ædificauit' domum ſuam,' excidit[2] columnas eius ſeptem.' Mactauit victimam ſuā, miſcuit vinum ſuum, quin &' menſam ſuam inſtruxit. Miſit puellas ſuas inuitatū ad ſummam vrbis arcem, [his verbis,] Quicunque imperitus eſt, huc diuertat. Et vecordi quoque dixit, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum[4] quod miſcui. Derelinquite' imperitiā,'& viuite, & incedite in via intelligentiæ. ¶Qui erudit illuſorem, aufert ſibi ignominiam: & qui impium corripit,[6] maculam ſuam.' Noli [ergo] irriſorem corripere, ne te oderit: redargue ſapientem, & amabit te. Da ſapiēti, & ſapientior erit: doce iuſtum, & eruditionem augebit. ¶Principium[7] ſapientiæ, eſt timor Domini, &[8] ſcientia' ſanctorum intelligentia.' Per me enim multiplicabuntur dies tui, & adiicientur anni vitæ tuæ. Si ſapueris, tibi ſapueris: ſi vero irriſor fueris, tu ſolus[10] feres.' ¶'Mulier ſtulta,[11] clamoſa,[12] perſuaſiones habet,' ſed nihil nouit. Sedet ad oſtium domus ſuæ, in[14] ſolio,' in editis locis vrbis, vt vocet illos qui illac prætereunt, & qui recta vias ſuas incedunt. [Sic enim clamat,] Qui imperit[9] eſt, huc diuertat. [15] Ad vecordem autem dixit,' Aquæ furtiuæ[16] dulces ſunt,' & panis clandeſtinus iucundus.[17] Et nō[18] nouit' quòd mortui'' illic ſunt,' & in profundis inferorum [ſunt] inuitati ab ea.

bat: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quādo præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyſſos: quādo æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. quando circūndabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirēt fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ, Cum eo eram cuncta componens. & delectabar per ſingulos dies, ludens corā eo omni tempore: & ludens in orbe terrarū: & deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me, Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam, & eſtote ſapiētes, & nolite abijcere eam. Beatus homo q audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino: qui autē in me peccauerit, lædet animam ſuam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. D

C A P. I X.

SApientia ædificauit ſibi domū, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, Siquis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipiētibus locuta eſt, Venite, comedite panem meū, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudētiæ. ¶Qui erudit deriſorē, ipſe iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientē, & diliget te. Da ſapiēti occaſionem, & addetur ei ſapiētia. Doce iuſtū, & feſtinabit accipere. ¶Principium ſapientiæ, timor Domini: & ſcientia ſanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si ſapiēs fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. ¶Mulier ſtulta & clamoſa, plenáque illecebris, & nihil omnino ſciens.' Sedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam & pergentes itinere ſuo, Quis eſt paruul[9], declinet ad me. Et vecordi locuta eſt, Aquę furtiuæ dulciores ſūt, & panis abſconditus ſuauior. Et ignorauit quòd ibi ſint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi, deſcēdet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabitur.'

Sapiētia omnes ad ſe inuitat.

B

C

Timor Dei. ſ. 1. a. pſal. 110. d. eccli 1. b.

Meretrix. ¶[a] Sedis

D

# Parabolæ, ſeu Sententiæ Salomonis.

C A P. X.

SApiens filius exhilarat patrem: at ſtult[9] filius mœror eſt matri ſuæ.

Non proderunt theſauri impie quæſiti: '[iu]ſtitia' autem liberat à morte.

Nō patietur Dominus vt anima iuſti fame laboret,' aſtutiam' vero impiorum' propellet.

Qui operatur[4] fraudulenta manu, egenus eſt: manus vero ſedulorum ditat [illos.]

FIlius ſapiens lætificat patrē: filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.

Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia verò liberabit à morte.

Nō affliget Dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium, diuitias parat.

tēperatur aqua, quia nō traditur in ſapientia humana. item Deus ſeſe nobis attēperat, vt quū olim in parabolis loqueretur. ¶5 imperiti. vł, ſimplices. Vocatiu[9]. ſub. ſemitā veſtrā. ¶6 ſub. accipit. vł, aufert. ¶7 De ſapiēte qui nihil ſibi arrogat, loquitur, & de iuſto per fidem. ¶8 Poſſet etiā repeti, Principium ſciētiæ, eſt ſanctorū intelligentia. quare alius traduxit, Summum in prudentia eſt, noſſe diuina. ¶9 Legi etiam poſſet, ſanctarum, fœmin. gen. ſcilicet rerum. ¶10 ſub. pœnas. ¶11 Antitheſis eſt. prius Sapientia clamabat: nunc mulier ſtulta. Stultam dicit, quòd reddat homines ſtultos. ¶12 vł, tumultuans ¶13 imperita. ¶14 ſub. regis. ¶15 vł, [&] quiſquis eſt mente captus. [ſub. diuertat huc inquam] & dicit illi, ¶16 vł, dulciores eſſe ſolent. ¶17 Aliquando propoſitiones integræ in Hebræo deſyderantur, vt hic: quod in ea lingua maxime notandum eſt. Altera nanque huius ſententiæ pars deſyderatur, nempe, Mox acquieuit mulieri fatuæ, & ſecutus eſt illū, quod ex capite ſeptimo deprehendi poteſt. ¶18 ſub. imperitus. ¶19 i. in domo meretricis.

C A P. X. ¶1 i. ſapientia quæ gignit iuſtitiam. ¶2 calamitatem. damnum. perniciem ¶3 vt ſcilicet ciuius veniat. ¶4 vł, manu remiſſa. i. qui malis artibus optat augere rem ſuam: vt ſunt ocioſi qui decipiunt alios vt viuant.

[b]Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſequitur aues volantes.[b]
Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.
Benedictio [c]Domini[c] ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.
B Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorũ putreſcet.
Sapiens corde præcepta ſuſcipiet: ſtultus cæditur labiis.
Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit.
Eccli 17.e. †Qui annuit oculo, dabit dolorem: & ſtultus labiis, verberabitur.
Vena vitæ, os iuſti: & os impiorum operit iniquitatem.
1.Petr.4.b. 2.corin.13.b. †Odium ſuſcitat rixas: & vniuerſa delicta operit charitas.
In labiis ſapientis inuenitur ſapientia: & virga in dorſo eius qui indiget corde.
Sapientes abſcondunt ſcientiam: os autem ſtulti confuſioni proximum eſt.
C Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egeſtas eorum.
Opus iuſti, ad vitam: fructus autem impii, ad peccatum.
Via vitæ, cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
Abſcondunt odiũ labia mendacia: qui profert cõtumeliam, inſipiens eſt.
In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.
Argentum electum, lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo.
Labia iuſti erudiunt plurimos: qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.
Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur [e]eis[e] afflictio.
¶[e]ei
D Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia.
Quod timet impius, veniet ſuper eũ: deſyderium ſuum iuſtis dabitur.
Quaſi tempeſtas tranſiens nõ erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.
Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his qui miſerunt eum [f]in via.[f]
†Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.
Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impiorum peribit.
Fortitudo ſimplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.
Iuſtus in æternum nõ commouebitur: impii autem non habitabunt ſuper terram.
Os iuſti parturiet ſapientiam, & lingua prauorum peribit.
Labia iuſti conſyderant placita, & os impiorum peruerſa.

CAP. XI.

¶[a]Dominum Statẽra doloſa abominatio eſt apud [a]Deum,[a] & pondus æquum voluntas eius.

Qui congregat in æſtate, prudens eſt: [6]qui vero in meſſe ſtertit, pudori ſe obiicit.
[7]Benedictiones ſunt ſuper caput iuſti: os autem impiorum [8]operiet violentia.
Memoria iuſti [9]laudem habet: impiorum vero nomen [10]ſordet.
Qui ſapiẽs eſt corde, præcepta recipit: ſtultus autem [11]labiis, [12]in varia incurrit.
Qui integre ambulat, ambulat tuto: qui vero vias ſuas deprauat, deprehendetur.
[13]Qui annuit oculis, negotium faceſſet; ſtultus autem labiis in varia incurrit.
Vena vitæ eſt os iuſti, os autem impiorum tegit [14]violentiam.
Odium excitat occaſiones cõtentionum: [15]ſed dilectio omnes præuaricationes obtegit.
In labiis prudẽtis inuenitur ſapientia: ſed in tergo ſtulti virga.
Sapientes ſcientiam [16]diſſimulant: os vero ſtulti [17]terrorem acceſſit.
[18]Opibus velut vrbe fortiſſima [fidit] locuples: pauperes vero ſuaipſorum paupertas timidos reddit.
[19]Opus iuſti adfert vitam: prouentus autem impii cedunt ad peccatum.
[20]Semita quæ ad vitam ducit obſeruat diſciplinam: qui autem correptionem deſerit, ſeducit [ſeſe.]
Qui celat odium labiis mendacibus, & qui infamiam prodit, [æque] ſtultus eſt.
In multitudine verborum nõ aberit tranſgreſſio: qui vero labiis ſuis parcit, prudenter agit.
Lingua iuſti electum eſt argẽtum, [21]quod cor impiorum paruipendit.
Labia iuſti multos paſcunt: [22]ſtulti autem in vecordia morientur.
Benedictio Domini ipſa locupletat, nec quidquã moleſtiæ ſecum adfert.
Iocus eſt ſtulto ſcelus deſignaſſe: [23]id vero ſiquis animaduertit, ſapientia eſt.
Impiis accidunt quæ metuunt: iuſtis vero [24]dat quod cupiunt.
[25]Vbi tempeſtas præterit, impius nuſpiam eſt: at iuſti fundamentum perpetuum eſt.
[26]Quod acetũ eſt dentibus, & fumus oculis, id piger eſt his qui ſe miſerunt.
Timor Domini adiicit dies: anni autem impiorum ſucciduntur.
Expectatio iuſtorum gaudium eſt: ſpes autẽ impiorum perit.
Via Domini integro robur eſt, facinoroſis autem [27]pauor.
Iuſtus perpetuò nõ mouetur loco: impii autem in terra non habitabunt.
Os iuſti [28]propagabit ſapientiam: at lingua peruerſa excindetur.
Labia iuſti cognoſcunt [29]grata: os vero impiorũ [30]peruerſa.

CAP. XI.

Bilancem doloſam abominatur Dominus: at [1]integrum pondus placet illi.

¶5 vel, Qui prudens eſt, colligit æſtate. ¶6 ſopori deditus in meſſe, eſt filius cõfundens. ſub. patrẽ & matrem. ¶7. i. benedici ſolet iuſtus. ¶8 vel, tegit iniquitatem. aut, iniuria. i. ſemper cogitat malum. ¶9 Heb. ad benedictionem. i. eſt celebris & plauſibilis. ¶10 exoleſcit. putreſcit. ¶11. i. ore. hoc eſt, qui nonniſi ſtulta loquitur, qui ne verbo quidem ſtultitiam ſuam celare poteſt. ¶12 impingit. aut corruet. ¶13 Qui nictat oculis, afferet dolorem: & ſtultus labiis ruit. i. Qui multum fingit, qui fucatus eſt, grauiter lædit: qui autem ſtulte loquitur, parum lædit, quia ſtatim deprehenditur. ¶14 vel, iniquitatem. quam ſcilicet in corde ſuo meditatur. ¶15 i. Charitas condonat aliis omnia delicta. ¶16 apud ſe recondũt. quam ſcilicet tempore ſuo depromunt. ¶17 eſt cõtritio [pernicies] propinqua. ¶18 Hebr. Subſtantia diuitis, eſt vrbs fortitudinis ipſius: cõſternatio inopum [eſt] egeſtas eorum. i. diffidunt pauperes propter inopiam ſuam. ¶19. i. Quicquid iuſtus agit, vitam afferre ſolet, & eſt ſalutiferum: at quicquid impius agit, pernicioſum eſt. ¶20 Subaudiendum eſt aduerbium ſimilitudinis, [Velut] ſemita [quæ ducit] ad vitam, [eſt] is qui cuſtodit caſtigationem: & qui reſpuit correptionem, errare facit. ſub. animam ſuam. Quidam ſic vertunt primam verſus partem, Obſeruãtia diſciplinæ eſt ſemita ſalutis. ¶21 cor impiorũ eſt inſtar rei modicæ. i. eſt nullius aut parui momenti. eſt impuriſſimum. Aut, eſt veluti pauxillũ, ſub. argenti. ¶22 vel, qui autem relinquunt legem Dei, ob defectum mentis moriuntur. ¶23 Heb. ſapientia vero eſt viro intelligentiæ. Quidam vertunt, Vt leue eſt ſtulto ſcelus deſignare: ſic ſapienti viro prudentia. ſub. leuis eſt, aut facilis, propter aſſuetudinẽ. ¶24 ſub. Dominus. Vertere potes, Et deſyderium iuſtorũ concedetur. ¶25 Vt trãſit turbo, ſic nõ erit impius: iuſtus vero [erit vt] fundamentũ mundi. i. Quàm cito præterit turbo, tã cito deſinet eſſe impius: iuſtus vero diu permanebit in vita, quemadmodũ fundamentũ mundi perſeuerat. ¶26. i. Vt acetũ natura frigidũ noxiũ eſt dentibus calidis, vtque fumus oculis obeſt: ſic piger moleſtus eſt iis qui mittunt ipſum. ¶27 animi cõſternatio. ſub: eſt via ſiue mandatũ Dei. quia ſolet frangere animũ eius qui operatur iniquitatem. ¶28 proferre ſolet ſapientiã. i. eloquitur notitiã rerũ diuinarũ. ¶29 beneplacitũ. i. ſcite & appoſite loquũtur quæ placent. Sub. Deo & hominibus. ¶30 ſub. loquitur, XI. ¶1 Heb. lapis integer. quia lapillis vtebantur vice ponderum.

¶1 Hebr. Venit faſtus, & venit ignominia.i. Superbiæ comes eſt ignominia. ¶3 ſub. Domini.
¶4.i.omnes eius conatus ac ſtudia dirigere ſolet. ¶5 ob improbitatem.vſ, ob oppreſſioné qua alios ſolét opprimere.
¶6 vſ, ſcientia iuſtorum liberabit eum.
¶7 exultat.ſub. ciuitas.Aut, iubilus oritur ciuitati. ¶8 vſ, euehitur & floret. ¶9.i.conſilijs & ſermonibus ¶10 Heb. tacet.i. perferre ſolet.
¶11 Heb. Ambulat in delatióe qui retegit ſecretum.i. Agit delatorem, qui retegit ſecretū. vſ, Qui agit delatoré, retegit ſecretum.
¶12 Hebr. Sine induſtrijs.i. ſine varia ac multiplici iduſtria: quæ ſunt dona Spiritus ſancti.
¶13 Heb. & ſalus eſt i multitudine conſultorū.
¶14 Ad verbum Hebraice, Contritione conteritur[homo] qui ſpopondit pro extraneo: & q odit ſtipulatores, ſecur[9] eſt.i. eos q tactu manuū, aut alios, aut ſe obligát & obſtringunt.

[1]Vbi faſtus, illic & ignominia:' ſed apud modeſtos eſt ſapientia.
Integritas rectorū deducit eos: peruerſitas præuaricatorum vaſtat eos.
Non proderunt diuitiæ in die[3]iræ:'at iuſtitia liberat à morte.
Iuſtitia integri dirigit[4]viam eius:at in impietate ſua cadet impius.
Iuſtitia rectorum liberabit eos: præuaricatores [5]in prauitate capientur.'
In morte hominis impij perit ſpes, & expectatio violentorum interit.
Iuſtus ex aduerſitate eripitur, ſed impius ſuccedit illi.
Hypocrita ore euertit proximum ſuum,[6]iuſti autem per ſcientiam liberabuntur.
Quum bene eſt iuſtis, exultat ciuitas:& quū pereunt impij, [7]ouat.'
Benedictione rectorum[8]exaltatur ciuitas,[9]ore' autem impiorum euertitur.
Vecors contemnit proximum ſuum, vir prudens autem[10]diſſimulat.'
[11]Qui arcanum reuelat, obambulat vt mercator:' qui autem fideli eſt animo, rem tegit.
[12]Vbi non ſunt conſilia,'cadit populus: [13]vbi autem ſat[9]s conſiliariorum eſt, conſeruatur.
[14]Male affligitur qui ſpondet pro alio: qui vitat ſtipulationes, ſecurus eſt.
Mulier [15]quæ gratia prædita eſt, tuetur gloriam, [16]robuſti autem retinent diuitias.
[17]Beneficus ſuum ipſius ingenium fraudat,[18]crudelis vero proximum ſuum turbat.
Impius facit opus [19]fallax:'qui vero [20]ſerit iuſtitiam, ſolidam mercedem recipiet.
[21]Firmum quiddam eſt iuſtitia ad vitam: qui autem malitiam ſectatur, mortem ſibi[accerſit.]
Abominatur Dominus prauos corde:integris vero conuerſatione delectatur.
[22]Manus manui iuncta non exors erit mali:' ſemen autem iuſtorum[23]euadet.'
Quod monile aureū eſt in rictu porci, id eſt mulier formoſa[24]inſulſa.'
Iuſti duntaxat bonum deſyderant:expectatio in iuſtorum[25]excandeſcentia.'
[26]Eſt qui liberaliter profundit, ſed nihilominus augeſcunt res eius:eſt æquo ſordidior, qui ſemper eget.
[27]Qui munificus eſt, auctior reddetur:[28]qui irrigat, hic & docet.
Qui annonam [29] abſtrudit,'execratur à populo: [30] qui vero diſtrahit, laudatur.'
Qui mature[31] cōſectatur bonū: inuenit quæ deſyderat:qui autem malum quærit, eueniet ei.
Qui opibus ſuis fidit, is corruet: iuſti autem[32]ceu folium'florebunt.
Qui [33]perturbat domū ſuam, ventum hæreditate accipiet:&[34]ſeru[9] ſtulti ad ſapiétē corde[erit.]
Fructus iuſti eſt arbor vitæ,&[35] ſapiés aías capit.

vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia:vbi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia.
Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplātatio peruerſorum vaſtabit illos.
|Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autem liberabit à morte. Eccli 5.c.
Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius: & in impietate ſua corruet impius.
Iuſtitia rectorum liberabit eos:& in inſidijs ſuis capientur iniqui.
|Mortuo homine impio nulla erit vltrà ſpes, & expectatio ſollicitorum peribit. Sapient.5.e.
Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo.
Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia. B
In bonis iuſtorum[a]exaltabitur' ciuitas:& in perditione impiorum erit laudatio. ¶[a]exultabit
Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas:& ore impiorum ſubuertetur.
Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit.
Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum.
Vbi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, vbi multa conſilia.
Affligetur malo, qui fidē facit pro extraneo:qui autem cauet laqueos, ſecurus erit.
Mulier gratioſa inueniet gloriam, & robuſti habebunt diuitias.
Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abijcit. C
Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis.
Clemētia pparat vitā: & ſectatio malorū mortē.
Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in ijs qui ſimpliciter ambulant.
Manus in manu non erit innocens malus: ſemen autem iuſtorum ſaluabitur.
Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua.
Deſyderium iuſtorum omne bonum eſt: præſtolatio impiorum furor.
Alij diuidūt propria, & ditiores fiunt: alij rapiūt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.
Anima quæ benedicit, impinguabitur: & q inebriat, ipſe quoque inebriabitur. D
Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis:benedictio autē ſuper caput vendentium.
Bene conſurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorum eſt, opprimetur ab eis.
Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens folium germinabunt.
Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.
Fructus iuſti lignum vitæ:& qui ſuſcipit animas ſapiens eſt.

¶15 vſ, modeſta, aſſequetur gloriam.i.mulier quæ obſequés erit marito, cōmendabitur.ad Coloſſ.3. ¶16 ſeueri aſſequentur diuitias.vſ, rigidi.Quidam Hebræorum exponūt formidabiles.ſcilicet vxoribus ſuis.Alij fortes, qui animo ſunt infracto, patientes laboris. ¶17 Benefacit ai[æ] ſuæ vir miſericors.ſub.in alios. Verti poteſt, Ablactat animam &c.i.defraudat deſyderiū ſuū vt in alios ſit miſericors. ¶18 vexat carnē ſuā crudelis.i.qui claudit viſcera ſua, nec miſeretur pximi, affligit proximū ſuū. ¶19 irritum.mendax ¶20.i.facit opera iuſta. ¶21 Sic iuſtitia[eſt]ad vitam.i.hac ratione iuſtitia affert vitā. ¶22 Manus, inſtrumentū auxilij eſt.impij ſibi mutuo manū præbent:hoc eſt auxilia iungunt, ſed fruſtra:nō euadēt malū.Hebraice, Manus ad manū.i.illico, vt alij interpretantur.Illico non erit inſons malus.Statim reus erit apud Deū malus. ¶23 ſub.periculū. ¶24 Heb.eadē recedens à ſenſu.i.deficiens cōſilio & ſapiētia ¶25 eſt ira.i.Impij expectant iram Dei. ¶26 Heb.Eſt qui diſpergit[rem,]& augetur[res eius]magis: & qui parcit[rei ſuæ]pl[9] æquo, ſed ad inopiā.i.penuria & egeſtate opprimitur. ¶27 Heb.Anima liberalis impinguatur.i.qui liberalis eſt & beneficus, id cómodo ſuo facit:nā maiora beneficia ſolet à Deo accipere. ¶28 & qui[ſub.alterius animam]irrigat:etiā ipſe eſt pluuia.i.vice imbris & pluuiæ.q.d.qui docet, ſeipſum quoque docebit.Alij vertunt, qui irrigat, ipſe quoq; irrigatur. ¶29 Heb.prohibet.i.qui nō cōmunicat. ¶30 Heb.benedictio eſt capiti vendentis frumentum. ¶31 inueſtigat beneuolentiam.ſub.Dei. ¶32.i.veluti arbor frondibus ornata. ¶33.i.qui dilapidat rem familiarem, tandē nihil eſt habiturus. ¶34 Heb.ſtultus, erit ſeruus ſapiēti corde.i.quicquid ſtultus poſſidet, habiturus eſt ſapiēs.Verba inuerſa Hebraice. ¶35 vſ, & qui capit animas, eſt ſapiens.i.qui inueſcat animos hominum vt Deo ſeruiant.

1\. Pet. 4. d. ¶Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

CAP. XII.

Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes inſipiens eſt.

Qui bonus eſt, hauriet gratiã à Domino: qui autẽ confidit in cogitationibus ſuis, impie agit.

Nõ roborabitur homo ex impietate: & radix iuſtorum non commouebitur.

Mulier diligens, corona eſt viro ſuo: & putredo in oſſib⁹ eius quæ confuſione res dignas gerit.

Cogitationes iuſtorum, iudicia: & conſilia impiorum, fraudulenta.

Verba impiorum inſidiãtur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.

Verte impios, & non erunt: domus autem iuſtorum permanebit.

B Doctrina ſua noſcitur vir: qui autem van⁹ & excors eſt, patebit contemptui.

Eccli 10. d. ¶Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus & indigens pane.

Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas: viſcera autem impiorum crudelia.

Eccli 20. d. ¶Qui operatur terrã ſuã, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.

¶ demorationibus — Qui ſuauis eſt in vini moderationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam.

Deſyderium impij monimentum eſt peſſimorũ: radix autem iuſtorum proficiet.

Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iuſtus de anguſtia.

C De fructu oris ſui vnuſquiſq; replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarũ retribuetur ei.

Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam: qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt.

¶ index — Qui quod nouit loquitur, index iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.

Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſciẽtiæ: lingua autem ſapientium ſanitas eſt.

Labiũ veritatis firmũ erit in perpetuũ: qui autẽ teſtis eſt repentin⁹, concinnat linguã mẽdacij.

Dolus in corde cogitantium mala: qui autẽ pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium.

Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo.

D Abominatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

Homo verſutus celat ſcientiam: & cor inſipientium prouocat ſtultitiam.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet.

Mœror in corde viri humiliabit illũ, & ſermone bono lætificabitur.

Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt: iter autem impiorum decipiet eos.

Non inueniet fraudulentus lucrum: & ſubſtãtia hominis erit auri pretium.

In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

---

[16]Certe iuſto in terra rependitur, quanto magis impio & peccatori?

CAP. XII.

Qui diligit caſtigationem, diligit ſcientiam: qui vero correptionem odit,[1] obbruteſcit.

Bonus[2] proliciet fauorẽ à Domino,[3] ſed ſceleſtus impietatis condemnabitur.

Nemo[4] cum impietate firmus erit: radix autem iuſtorum non mouebitur.

Mulier[5] virtutibus prædita,[6] corona eſt mariti ſui: mulier vero[7] pudefaciẽs, eſt ceu tabo in oſſibus eius.

Cogitationes iuſtorum[8] iudicia ſunt: impiorum autem conſilia fraudulenta.

Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os autem iuſtorum liberat[9] eos.

[10]Euertentur impij vt nuſquam ſint. domus autem iuſtorum perdurat.

Quiſque iuxta prudẽtiam ſuam laudari[11] debet: qui autem corde[12] diuaricat, pudefiet.

[13]Obſcurus homo qui ſibi laborat, præſtat glorioſo qui pane indiget.

[14]Agnoſcit iuſtus animam iumenti ſui, impiorum autem[15] viſcera crudelia ſunt.

Qui agrum ſuum colit, ſatur erit panum: qui autem[16] perditos ſectatur, excors eſt.

[17]Qui impietatem deſyderat, malum venatur: at iuſtorum radix[18] ferax eſt.

[19]Tranſgreſſione labiorum irretitur malus: iuſtus autem ex anguſtijs[20] euadit.

[21]Quiſq; & pro oris fructu bonis fruetur, & pro operis ſui ratione donabitur.

Via ſtulti recta eſt in oculis ſuis: at[22] ſapiens, conſilium audit.

[23]Stult⁹ eo die quo irritatur, cognoſcetur: at cautus iniuriam diſſimulat.

[24]Qui bona fide loquitur, iuſtitiam indicat: mendax vero teſtis, fallit.

[25]Temere effutire, perinde eſt atque gladio perfodere: at ſapientum lingua ſalubris eſt.

[26]Verax labium firmum eſt ſemper: mendax vero lingua[27] in momento[variat.]

Dolus eſt in corde eorum qui machinantur malum, & gaudium[28] comitatur eos qui pacata conſulunt.

Iuſto nulla[29] impendet iniquitas: at impij[30] malis obruentur.

Labia mendacia abominatur Dominus:[31] qui autem veritati ſtudet, fauorem habet eius.

Vir cautus diſſimulat ſcientiam: at cor ſtultorũ deprædicat ſtultitiam.

Sedulorũ manus[32] primas obtinet: ſed fraudulẽta ſub tributo erit.

Solicitudo quæ eſt in corde viri, deijcit eum: at verbum bonum exhilarat ipſum.

Præſtantior erit iuſtus[33] proximo ſuo: via autem impiorum ſeducit eos.

Non aduret fraudulentus[34] venationem ſuam: ſubſtantia autem hominis ſeduli pretioſa eſt.

In ſemita iuſtitiæ vita eſt, & hæc ipſa ad mortẽ nequaquam ducet.

---

¶16 vl. Profecto iuſt⁹ in terra retributionẽ capiet. ſub. ob iuſtiti. i. vl. punit etiã ob leuia pctã.

XII.

¶1 ſtultus eſt ¶2 haurit gratiã. i. acceriſe ſibi beneuolẽtiã. ¶3 ſed virum ſceleſtũ cõdemnabit. Sub. Dominus. Aut, vi rũ prauarũ cogitationum. ¶4. i. homo impius nõ perdurabit. ſed cito peribit. ¶5 vl. diligens & ſtrenua. ¶6. i. ornamento eſt viro ſuo. ¶7 vl. dedecoroſa. ¶8 ſunt iuſ. i. iuſtæ. ¶9 relati uũ ſine antecedẽte, eos ſci. quibus inſidias parãt ipſi. ¶10 Apud Hebræos eſt infinitiuus, qui pro oĩ tempore, modo, numero & perſona accipitur. Vertere impios: Euertet ipſos ¶11 ſolet ¶12 peruerſus eſt, erit contẽptui. ſub. Deo. ¶13 Abiectus & qui ſeruos habet. i. qui diues eſt. ¶14. i. nouit quomodo victum iumẽtis. aut iumentorũ ſuorum rationem habet. & curam gerit: quanto magis eorum qui curæ ſuæ ſunt commiſſi? ¶15 vl. affectus ſunt ſæui.

---

¶16 ignauos. otioſos ¶17 Optat impius rete malorum. i. Optat ſibi dari artes malorum. Vel, munitionem & præſidium malorum: quo ſcilicet tuto poſſit alios lædere. ¶18 Hebr. dat. ſub. fructum. ¶19. i. ſermone ſuo capitur. ¶20 ſub. verbo ſuo. ¶21 Heb. De fructu oris cuiuſq; ſatiabitur bono: & retributionẽ manuũ hominis reddet illi. ſub. Deus. q. d. verba & opera accipiunt à Deo retributionem. ¶22 vl, qui autem conſilium audit, ſapiens eſt. ¶23 Heb. Stulti in ipſa die nota fiet ira: & qui tegit ignominiam callidus eſt. q. d. Stultus ſtatim prodit iram, data occaſione. ¶24 Hebr. Qui loquitur veritatem, nunciat iuſtitiam: & teſtis mendaciorum eſt fraudulentus. i. qui verax eſt, loquitur quę iuſta ſunt: mendax vero eſt fraudulẽtus. ¶25 Heb. Eſt qui loquitur quaſi cõpunctiones gladij at &c. ¶26. i. Qui vera loquitur, ſemper ſui ſimilis eſt. ¶27 vl, vſque ad momẽtum. ſub. ſtabilis erit. i. ſtatim prodit ſeſe. Quidam Hebræorum vertũt, & [in] perpetuum ceſſare faciã linguam mendacem. ¶28 Heb. [in corde] conſulentium pacem. ¶29 accidet. i. nulla iniquitas hominis iniuſti poterit lædere virum iuſtum. ¶30 pleni ſunt malitia. q. d. non ſolũ læduntur à malitia quæ exterius aduenit, ſed etiam à ſua, qua pleni ſunt, nequitia. ¶31 Heb. at factores veritatis, beneplacitum eius. i. veraces ſunt Deo grati. ¶32 dominari ſolet. i. qui ſtrenue obeunt munia, ſolent eſſe domini aliorum: contrà, ceſſatores, erunt tributarij iuſtorũ. i. ſeruient iuſtis. ¶33 ſub. qui non eſt iuſtus. ¶34 vl, eſcã ſuã. i. non eſt habiturus quod ſibi paret vt edat, carebit cibo. aut non diu fruetur partis.

CAP. XIII.

SApiens filius eſt diſciplina patris:[1]irriſor nõ audit increpationem.
De fructu oris ſui quiſque bonum comedet:[2]anima autem præuaricatorum violentiam.'
Qui os ſuum cuſtodit, cuſtodit vitam ſuam: qui autem labia ſua[3]laxat, terrebitur.'
[4]Animus ignauorum auet, & nihil[habet:] anima vero ſedulorum[5]impinguabitur.'
Verbum mendax odit iuſtus: at impius[6]probro afficit, &[7]pudefacit.'
[8]Iuſtitia obſeruat viam integram: impietas autẽ deflectit ad peccandum.
[9]Eſt qui ſeſe diuitem ſimulat, quum tamen omnino nihil habeat. eſt rurſus qui fingit ſe pauperem, quum opibus abundet.
[10]Diuitiæ redimunt viro vitam ſuam: at pauper increpationem non audit.
[11]Lux iuſtorum gaudium[affert:] lucerna autem impiorum extinguetur.
[12]Arrogans temeritas nihil quàm rixas excitat:' at cum conſultis eſt ſapientia.
Opes[13]cum vanitate'imminuũtur: quod vero cõgregat quis[14]manu, 'augeſcit.
Expectatio dilata cruciat cor: quũ vero id venit quod deſyderatur, ceu lignum vitæ eſt.
Qui[15]rem'contemnit, damnum capiet: qui præceptum timet, huic rependetur.
[16]Lex ſapientis eſt fons vitæ, vt recedatur à laqueis mortis.
Bonus intellectus[17]gratiã conciliat: at[18]via' præuaricatorum dura eſt.
Cautus omnia[19]ſcite facit:[20]ſtultus'autem ſtultitiam prodit.
Legatus[21]infidus'corruet in malum: fidus autem legatus ſalutaris eſt.
Egeſtas & ignominia eum[comitatur] qui ſe diſciplinę ſubtrahit: & qui[22]audit' increpationẽ, honore afficietur.
Quum id adeſt quod deſyderatur, animum oblectat: ſtulti autem auerſantur eum qui à ſcelere recedit.
Qui cũ ſapientibus verſatur, ſapiens redditur: at qui cũ ſtultis amicitiam iũgit, malo afficietur.
Malum inſectatur peccatores: iuſtis autem bonũ[23]rependet.'
[24]Bonũ[ſcilicet]quod ad nepotes ſuos trãſmittẽt: & opes peccatoris iuſto reponuntur.
Plurimum cibi eſt in nouali pauperũ:[25]vbi vero non agitur cum iudicio, inopia eſt.
Qui abſtinet virgam ſuam, odit filium ſuũ: qui vero eum amat, mature diſciplinam adhibet.
Iuſtus[26]comedit, & ſatur fit anima eius:'vẽter autem impiorum eget.

CAP. XIIII.

SApiens mulier'ædificat domum ſuam: ſtulta vero[2]manibus ſuis'euertit eam.
[3]Qui timet Dominum, recte ambulat: qui contẽnit eum, à via eius diſcedit.
In ore ſtulti[4]baculus ſuperbiæ:' labia autem ſapientum ſeruant eos.
Vbi non ſunt boues, præſepe[5]mundum eſt:[6] ſed vber prouentus, vbi armenti vis eſt.

CAP. XIII.

FIlius ſapiens, doctrina patris: qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur.
De fructu oris ſui' homo ſatiabitur bonis: anima autem[a]impiorum'iniqua. ¶[a]præuaricatorum
Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſyderatus eſt ad loquendum, ſentiet mala.
Vult & non vult piger: anima autem operantiũ impinguabitur.
Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.
Iuſticia cuſtodit innocentis viam: impietas autẽ peccatorum ſupplantat.
Eſt quaſi diues cum nihil habeat: & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit. B
Redemptio animę viri, diuitiæ ſuæ: qui autẽ pauper eſt, increpationem non ſuſtinet.
Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorũ extinguetur.
Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapiẽtia.
Subſtancia feſtinata minuetur. quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. J.28.
Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ deſyderium veniens.
Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat: qui autẽ timet præceptũ, in pace verſabiť. C
Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti autẽ miſericordes ſunt & miſerantur.'
Lex ſapiẽtis fõs vitæ, vt declinet à ruina mortis.
Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.
Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt aperit ſtultitiam.
Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, ſanitas.
Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinã: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur.
Deſyderium ſi compleatur, delectat animam: deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. D
Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur.
Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuetur bona.
Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.
Multi cibi in noualibus patrum: &[b]alijs' congregantur abſque iudicio. ¶[b]alij
Qui parcit virgæ[c], odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit. [c]ſuæ
Iuſtus cõmedit, & replet animã ſuam: venter autem impiorũ inſaturabilis.

CAP. XIIII.

SApiens mulier ædificat domum ſuam: inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. Iob 11.a.
Ambulans recto itinere, & timens[d]Deum,' deſpicitur ab eo qui infami graditur via. ¶[d]Dominum
In ore ſtulti virga ſuperbiæ: labia autem ſapiẽtum cuſtodiunt eos.
Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem[e]apparent'plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis.

¶1 Oſtenditur effectus paternæ diſciplinæ: vt ſit metonymia. Ex diſciplina patris euadit filius ſapiens. Alij ſubintelligunt, audit: Fili[9] ſapiẽs audit eruditionem patris. ¶2 .i. pũaricatores afficient iniuria. ¶3 temere aperit, cõtritio erit illi. .i. qui temere loquitur, perdetur. ¶4 Deſyderat, & non fit voti compos anima pigri. ¶5 .i. conſequẽtur quicquid optauerint. ¶6 Heb. fætere facit. ſub. ſermonem ſuum. ¶7 ſub. ſe & ſuos. ¶8 Iuſtitia cuſtodit perfectũ via: impietas autẽ euertit peccatorẽ. .i. iuſtitia quã parit ſapientia, cuſtodit perfectũ ratione viuẽdi: at impietas fruſtraẽ voto ſuo hoiem peccatorem. ¶9 Alii ſic, ſũt qui in penuria rerum omniũ diuites eſſe ſciunt: ſunt qui eam immenſis opibus egeãt. ¶10 Heb. Redẽptio animæ viri[ſunt]diuitiæ eius. .i. Anima viri redimitur diuitiis ſuis: hoc eſt bonis fidei. ¶11 Lumẽ pro intelligentia: de qua Iohan. 8, Qui ſequitur me, nõ ambulat in tenebris: ſed habet lumẽ vitæ. Intelligẽtia autẽ impij extinguitur: iuxta illud, Luc. 8. c, Quicũq; nõ habet, etiã qđ putat ſe habere, auferetẽ ab eo. ¶12 Heb. Certe in ſupbia excitat[ſub. ſuperb[9]]cõtẽtionẽ. .i. peculiare ſuperbo eſt excitare litẽ. ¶13 vł, præ dolo & iniuſte. ſub. partæ. ¶14 hoc eſt, labore. ¶15 vł, verbũ. Sub. Dei. ¶16 Legi etiã poteſt, Lex ſapiẽti eſt fons vitæ. Aut, lex ſapiens. intelligiẽ autẽ Dei lex: q omniũ ſapiẽtia ſit à Deo. ¶17 vł, reddit hoiem gratũ. ¶18 aut, cõſuetudo. ¶19 cũ ſciẽtia. Scientiã hic accipit pro diſcretione quæ vulgo dicitẽ. ¶20 Latine, ineptus. is eſt qui qđ decet, nõ animaduertit. veluti ſiquis apud imperitã plebeculã diſputet de obſcuris quæſtionib[9], omiſſa interim timoris Dei ac fidei doctrina. ¶21 Heb. impi[9]. ¶22 vł, obſeruat ¶23 ſub. retributor, qui eſt De[9]. ¶24 Heb. Benignus hæredes relinquet filios filiorũ & repoſitæ ſunt iuſto diuitiæ peccatoris. ¶25 Heb. & eſt qui pereat ob non ius. .i. eo q nõ rite colit agrũ ſuũ: quia nõ ſeruat leges colendi agrum. ¶26 vł. ad ſaturitatem deſyderij ſui. .i. repletur deſyderijs ſuis.

XIIII. ¶1 Heb Sapiẽtes mulierũ. .i. vnaquęq; ex ſapiẽtib[9]mulierib[9]. ¶2 .i. opib[9] ſuis ſiue exẽplo ſuo. ¶3 vł, Qui ambulat in rectitudine ſua, timet Dominũ: qui peruertit vias ſuas, cõtẽnit eũ. vł, q abſtrahit ã via ei[9], deſpicit eũ. ¶4 Baculus ſiue virga ſuperbiæ, eſt lingua quã erudiuntur homines, vt virga equos. ¶5 .i. vacuũ ¶6 & copia prouentuũ eſt ĩ fortitudine boũ. Hoc eſt, Qui laborat, habet qđ mãducet: qui autẽ otiũ ſectatur, egeſtatem habet in domo.

Teſtis fidelis non mentietur: profert autem mēdacium doloſus teſtis.
Quærit deriſor ſapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.
¶ neſcito — Vade contra virū ſtultū, & neſcit labia prudētiæ.
Sapiētia callidi, eſt intelligere viam ſuam: & prudentia ſtultorum errans. — ¶ imprudentia
Stultus illudet peccatum, & inter iuſtos morabitur gratia.
B Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.
Domus impiorū delebitur: tabernacula verò iuſtorum germinabunt.
Eſt via quæ videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem.
Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.
Vijs ſuis replebitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bonus.
Innocens credit omni verbo: aſtutus conſyderat greſſus ſuos.
Filio doloſo nihil erit boni: ſeruo autem ſapiēti proſperi erunt actus, & dirigetur via eius.
Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit.
C Impatiens operabitur ſtultitiam: & vir verſutus odioſus eſt.
Poſſidebunt paruuli ſtultitiam: & expectabunt aſtuti ſcientiam.
Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iuſtorum.
Etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt: amici verò diuitum multi.
Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui autē miſeretur pauperis, beatus erit.
Qui credit in Domino, miſericordiam diligit.
Errant qui operantur malum: miſericordia & veritas præparant bona.
In omni opere bono erit abundantia: vbi autē verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.
Corona ſapientum, diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum imprudentia.
Liberat animas teſtis fidelis: & profert mendacia verſipellis.
In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit ſpes.
D Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.
¶ prudentia — Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapiētia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.
Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia.
¶.17.a. — Qui calūniatur egentē, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis.
¶ expellitur — In malitia ſua repelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua.
In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoſque erudiet. — ¶ quoque
Iuſtitia eleuat gentem: miſeros autem facit populos peccatum.

Teſtis verax non mentietur: falſus teſtis euomit mendacia.
[7]Illuſor quærit ſapientiam, ſed non [inuenit.] [8]qui autem iudicio pollet, huic obuia eſt ſcientia.
Vade à facie hominis ſtulti, [9]in quo non animaduertis labia ſcientiæ.
Sapientia [10]cauti eſt intelligere viam ſuā: ſtultitia autem ſtultorum [11]dolus.
[12]Stulti excuſant delictum: ſed inter rectos eſt beneplacitum.
[13]Cor nouit amaritudinem animæ ſuæ, & in gaudio eius nihil alienum ſe immiſcet.
Domus impiorum delebitur: tentorium autē rectorum [14]florere faciet.
Eſt quæ recta homini [15]via [videtur,] cuius tamen poſtremum iter eſt ad mortem.
Etiā in riſu dolet cor, & finis gaudij eſt triſtitia.
[16]De vijs ſuis ſatiabitur cor peruerſum, & de ijs quoque vir bonus.
Simplex omni ſermoni credit: at cautus prudenter diſponit greſſus ſuos.
Sapiens timet, & recedit à malo: at ſtultus [17]quū eſt tranſgreſſus, confidens eſt.
Iracundus deſignat ſtultitiam: [18]qui autem circunſpectus eſt, aliter agit.
Imperiti [19]hæreditario poſſident ſtultitiam: ſolertes [20]vero coronat ſcientia.
Incuruantur mali coram bonis, & [21]impij ante portas iuſti.
Etiam ſocio ſuo odio eſt [22]pauper: diuitum amici multi ſunt.
[23]Qui proximum ſuum contēnit, peccat: qui autem afflictis benigne facit, beatus eſt.
An non [24]errant qui malum machinantur? at benigne & fideliter agetur cum his qui bonum moliuntur.
In omni labore [25]abūdantia eſt: [26]at verba labiorum duntaxat ad egeſtatem [faciunt.]
Diuitiæ ornamento ſunt ſapiētibus: ſtultitia autem ſtultorum ſtultitia eſt.
Verax teſtis liberat animas: at teſtis doloſus efflat mendacia.
In timore Domini forte eſt aſylū: & filijs quoque [27]eius erit perfugium.
Timor Domini vena eſt vitæ, ad vitandos laqueos [28]mortis.
In multitudine populi magnificentia regis eſt: vbi vero nullus eſt populus, [29]formidat princeps.
Longanimis multæ eſt intelligentiæ: iracundus autem [30]exciteat ſtultitiam.
[31]Vita carnis, eſt cor ſanans: zelus autem, oſſium tabo eſt.
Vim faciens tenui, probro afficit factorem eius: qui autem pauperi benefacit, honore eum afficit.
[32]Impius in malitia ſua propelletur: iuſtus autē in morte ſua ſperat.
In animo intelligētis reſidet ſapiētia: & in medio ſtultorum ſeſe prodit.
Iuſtitia exaltat gentem, [34]beneficentia autem eſt populis expiatorium ſacrificium.

¶7.i. is cui verbum Dei eſt cōtēptui. ¶8 Heb. at cognitio intelligenti facilis eſt. ſub. inuentu. ¶9 quū non noueris ſermones ſcientiæ. Hoc eſt, nihil ſit tibi commercij cū ſtulto, ſi inexpertus fueris. ſub. in verbo Dei: ne peruertat te à vera doctrina. ¶10 Vox Hebræa ערום arum, frequenter in hoc libro pro cauto & ſolerti accipitur: aliàs in malam partē pro callido & aſtuto. ¶11 Repetendum verbum intelligere. Eſt intelligere dolum. hoc eſt, nihil aliud cogitant ſtulti quàm quo modo alijs imponere poſſint. ¶12 Stulti loquuntur delictū: at inter rectos eſt beneuolentia. q. d. Siquid male fecerit ſtultus, palàm loquitur: at inter rectos fit ſemper mētio charitatis. ¶13 vl. Mens ipſa cognoſcit amaritudinem cōſciētiæ ſuæ & in gaudio eius non miſcebitur alienus. q. d. mens ipſa cognoſcit amaritudinē & lætitiam conſciētiæ ſuæ, & non alius. ¶14 ſub. Dominus. Verti poteſt, florebit. ¶15. i. ratio vitæ. vt eſt iuſtitia carnalis quæ homini placet. ¶16. i. Quiſque & malus & bonus vijs ſuis ſatiabitur. Hebraice legitur. Vijs ſuis ſatiatur auerſus corde: & ab eo [auertetur] vir bonus. Hoc eſt, corde auerſus à Dei mādato, dabit pœnas: & ab eo recedet vir bonus. Quidam Hebræorū poſteriorem hanc partē ſic interpretantur. Et vir bonus ſatiabitur etiam rebus parui momenti. ¶17 iraſcitur & confidit. q. d. ſtomachatur cōtra legem Dei, & confidit quidē perperam agit. ¶18 qui autem cunctator eſt, odio habetur. ſub. à Deo & hominibus. Hebraice legitur, Vir cogitationum: i. qui ſemper cogitat, & nihil agit. ¶19. i. habent quaſi innatam ſtultitiā. ¶20 coronāt ſe ¶21. i. iuſti colūtur ob impiis. ¶22. i. inſipiens, qui caret ſapientia. ¶23 vl. Spernit ſociū ſuū peccator. ¶24 vl. fruſtrabūtur ¶25 emolumētū eſt. vl. eſſe ſolet profectus. ¶26. q. d. nullus fructus prouenit ex ſolo ſermone. ¶27 ſub. Dei. vl. eius qui timet Deū. ¶28. i. diaboli. ¶29 eſt attritio imperij. ¶30 exaltat. i. oſtēdit. ¶31 Heb. Vita corporis eſt animus lenis: at putredo oſſiū eſt inuidia. q. d. Salubritas corporis eſt abdicare ſeſe ab ira, & lenē eſſe: inuidia vero corrūpit corpus. ¶32 In malitia ſua depellitur impius. i. in afflictione ſuccūbit. Verti etiā poteſt, In malitiā ſuā impelli ſolet impius. i. incidit in malū quod alteri intētat. ¶33 & miſericordia populorū eſt velut ſacrificiū pro peccato. i. cauſa eſt vt remittatur peccatū. Alij vertunt, & ignominia populorum, [ſub. in Deum] eſt peccatum.

¶14 pudore afficiẽs. i. qui nõ paret voluntati eius.

XV.

¶1 Heb. doloris .i. aſper, atrox, & moleſtus.

¶2 .i. ſermo ſapientũ eſt plenus eruditiõe.

¶3 pſal. 33, Oculi Domini ſup iuſtos: vult⁹ autem Domini ſuper faciẽtes mala.

¶4 vſ, eſt cõtritio ſpiritus. aut corruptio in ſpiritu. Alij intelligũt q perverſa lingua animũ quoque inficiat & corrupat, vt Paulus ait, Corrũpũt bonos mores colloquia praua.

¶5 at per fructum impii, la befactat. ſub. domus ipſius. .i. per opera q̃ ſunt prouent⁹ impij.

¶6 vſ, ſpargũt ſcientiam: cor autẽ ſtultorum non ſic. Solent ſapiẽtes docere alios: dona Dei non ſunt otioſa. Hoc non faciunt ſtulti.

¶7 vſ, Diſciplina ſiue Eruditio[eſt grauis & ingrata homini qui viam rectã deſerit.

¶8 q.d. Oĩa nuda & aperta in oculis Domini. Pſal. 138, Quò ibo à ſpiritu tuo? ¶9 He. nec ad ſapientes accedit. ¶10 frigitur. obſcuratur. aut perit & obſoleſcit.

¶11 vſ, pauperis .i. inopẽtis, vt interpretantur Hebræi. q.d. Tota vita inſipiẽtiũ miſera eſt:

Placet regi ſeruus prudẽs: at [14]ignominioſus' irã eius accendit.

CAP. XV.

Mitis reſponſio auertit iram: ſermo autem [1]'aſper' bilem mouet.

[2]Lingua ſapientum apte & commode vtitur ſciẽtia: os vero ſtultorum ebullit ſtultitiam.

[3]In oĩ loco oculi Dñi cõtẽplãtur malos & bonos.

Sanãs lingua lignum eſt vitæ: at ea in qua peruerſitas eſt, [4]corruptum animum[arguit.]

Stultus reſpuit caſtigationem patris ſui: qui vero correptionem obſeruat, prudens euadit.

In domo iuſti theſauri multi ſunt: 'at in prouẽtibus impij perturbatio.'

Labia ſapientum [6]ſerunt ſcientiam: cor autẽ ſtultorum non eſt ſolidum.'

Sacrificium impiorũ abominatur Domin⁹: oratio autem rectorum gratiſſima eſt ei.

Impij viam abominatur Dominus: at ſectantem iuſtitiam diligit.

[7]Deſertorem ſemitæ caſtigatio grauis[manet,]& qui correctionem odit, morietur.

[8]Inferi & perditio coram Domino[ſunt,]quanto magis pectora filiorum hominum?

Illuſor non amat corripientem ſe, nec [9]verſatur cum ſapientibus.

Lætum cor exhilarat vultum: at in mœrore cordis [10]langueſcit' ſpiritus.

Cor intelligentis quærit ſcientiam: os autẽ ſtultorum paſcitur ſtultitia.

Omnes dies [11]afflicti[hominis]' mali ſunt: cor autem lætum iuge conuiuium eſt.

Melior eſt tenuitas cum timore Domini, quàm theſaurus ingens in quo eſt [12]tumultus.

Præſtat [13]cœnula ex oluſculo cum amicitia, boui ſaginato cum odio.

Vir iracundus excitat contentionem: at longanimis ſedat litem.

Via pigri [14]velut ſentibus obſita ſqualet, via autem rectorum complanata eſt.

Filius ſapiens exhilarat patrem: homo autẽ ſtultus pudefacit matrem ſuam.

[15]Vecors ſtultitia gaudet: vir autem qui recte inſtitutus eſt, recte incedit.

[16]Fruſtrãtur' cogitationes in quib⁹ nõ eſt cõſiliũ: at in multitudine conſiliatorum [17]firma ſtat.

Gaudet [18]quiſq;' in reſpõſione oris ſui: at ſermo, ſuo prolatus tempore quantum bonum?

Via vitæ ſurſum ducit prudentẽ, vt deflectat ab inferis qui deorſum ſunt.

Domum ſuperborum demolitur Dominus: ſed viduæ terminum firmat.

Abominatur Dominus [19]conſilia praua: 'mũdorũ autem ſermones [20]iucundi ſunt.'

Perturbat domum ſuam qui auaritię inhiat: qui vero dona odit, viuet.

Cor iuſti [21]meditatur quod reſpondeat:' os vero impiorum effutit mala.

Procul abeſt Dominus ab impijs: at iuſtorũ preces exaudit.

[22]Lux oculorũ exhilarat cor: 'at [23]fama bona' ſaginat oſſa.

Auris quæ increpationi [24]viuificæ' obtemperat, inter ſapientes verſabitur.

Qui negligit diſciplinã, aſpernatur animũ ſuũ: q vero obiurgationi obtẽperat, [25] cor cõparabit.

Acceptus eſt regi miniſter intelligens: iracundiã eius inutilis ſuſtinebit.

CAP. XV.

Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.

Lingua ſapientum ornat ſciẽtiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam.

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.

Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.

Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autẽ cuſtodit increpationes, aſtutior fiet.

"In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.'

Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructib⁹ impij conturbatio.

Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit. B

¶Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iuſtorum placabilia. Eccli 34.c

Abominatio eſt Domino via impij: qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.

Doctrina mala deſerentium viam "vitæ:' qui increpationes odit, morietur.

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?

Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur.

¶Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. ¶.17.d.

Cor ſapientis 'quæret' doctrinam: & os ſtultorũ paſcitur imperitia. ¶ quærit

Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuium.

Melius eſt parũ cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles. C

Melius eſt vocari ad olera cum charitate: quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas.

Iter 'impiorum' quaſi ſepes ſpinarum: via iuſtorum abſque offendiculo. ¶ pigrorum

Filius ſapiens lætificat patrem: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.

Stultitia gaudium ſtulto: & vir prudens dirigit greſſus ſuos.

Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium: vbi verò ſunt plures conſiliarii, confirmantur.

Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus.

Semita vitæ ſuper eruditum, vt declinet de inferno nouiſſimo.

Domum ſuperborũ demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ. D

Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus "firmabitur ab eo.'

Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiã: qui autem odit munera, viuet.

¶"Per miſericordiã & fidẽ purgãtur peccata: per timorẽ autẽ Domini declinat omnis à malo.' ¶.16.a.

Mens iuſti 'meditabitur obediẽtiam:' os impiorum redundat malis. ¶ meditatur ſapientiam

Longe eſt Domin⁹ ab impijs: & orationes iuſtorum exaudiet.

Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat oſſa.

Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur.

Qui abiicit diſciplinã, deſpicit animã ſuam: qui autẽ acquieſcit increpationib⁹, poſſeſſor eſt cordis.

¶12 cõtritio .i. cũ quo ſit afflictio & tribulatio quædam. ¶13 Heb. eſca oleris, & dilectio illic: q̃ ſe[ſca]bouis ſaginati in quo ſit odiũ. ¶14 eſt quaſi ſepes ſpinoſa: at via rectorũ eſt eleuata. i. Inſipiẽs eſt piger quaſi eſſet ſeptus ſpinis: Sapiẽs vero eſt diligẽs, quaſi incederet p viã ſtratã lapidib⁹. ¶15 Stultitia eſt gaudiũ carẽti corde: at vir cordat⁹ diriget[viã ſuã] ad ambulãdũ. i. Gaudet ſtult⁹ reb⁹ ſecũdis: ſtult⁹ recte ambulat. ¶16 vſ, Diſſipãtur ¶17 ſub. res. vſ negotiũ. ¶18 ſub. ſapiens ¶19 cogitationes mali. ſub. viri. ¶20 mũdi ſunt. i. pulchri ſunt corã Deo. ¶21 loquiẽ quæ ſunt ad vtilitatẽ. ¶22 vſ. Lumen oculorũ lætitia afficit mẽtem. i. Lumen quod oculis percipitur, reddit hominẽ lætiorẽ. ¶23 audit⁹ bonus. vſ, nunciũ bonũ ¶24 Heb. vitæ. i. quæ ducit hominẽ ad vitã. ¶25 poſſidet cor. i. eſt cordatus & ſapiens.

Timor Domini, diſciplina ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

HOminis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam.

Omnes viæ hominis patẽt oculis eius: ſpirituum ponderator eſt Dominus.

Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impium quoque ad diem malum.

Abominatio Domini eſt omnis arrogãs: etiam ſi manus ad manum fuerit, non eſt innocens.

Initium viæ bonæ, facere iuſtitiam: accepta eſt autem apud Deum magis, quàm immolare hoſtias.

L.15.d. ‖Miſericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

B Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.

Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius.

Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt: & opera eius omnes lapides ſeculi.

¶ ſacculi

Abominabiles regi qui agunt impie: quoniã iuſtitia firmatur ſolium.

Voluntas regum labia iuſta: qui recta loquitur, dirigetur.

¶ diligetur

Indignatio regis, nuntij mortis: & vir ſapiens placabit eam.

In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quaſi imber ſerotinus.

C Poſſide ſapientiã, quia auro melior eſt: & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento.

Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſeruat vitam ſuam.

¶ viam

Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinã exaltabitur ſpiritus.

¶ exaltatur

Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.

Eruditus in verbo reperiet bona: & qui ſperat in Domino, beatus eſt.

Qui ſapiẽs eſt corde, appellabitur prudẽs: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet.

¶ percipiet

Fons vitæ eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum, fatuitas.

Cor ſapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam.

Fauus mellis cõpoſita verba, dulcedo animæ & ſanitas oſſium.

F.14.b. D ‖Eſt via quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem.

¶ nouiſſimũ eius ducit

Anima laborantis laborat ſibi, quia cõpulit eum os ſuum: vir intipiens fodit malum, & in labijs eius ignis ardeſcit.

¶ impius

Homo peruerſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat principes.

Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eũ per viam non bonam.

Timor Domini eſt[16] diſciplina ſapientiæ: & ante gloriam eſt deiectio.

CAP. XVI.

H[1]Ominis eſt diſponere cor: à Domino autem eſt reſponſio linguæ.

Homini omnes viæ ſuæ mundæ videntur in oculis ſuis: Dominus autem[2] diſponit ſpiritus.

[3]Deuolue ad Dominum opera tua, & conſilia tua firmabuntur.

Omnia operatur Dominus propter ſe,[4] impium quoque ad diem malum.

Abominatur Dominus quotquot ſuperbi ſunt corde,[5] etiam manus manui iuncta, nõ erit exors mali.

[6]Beneficentia & fide expiatur iniquitas: & in timore Domini receditur à malo.

Dum hominis viæ gratæ ſunt Domino, hoſtes quoque eius conciliat ei.

Puſillum quod cum iuſtitia [poſſides,] præſtat immenſis prouentibus iniquæ partis.

Cor hominis[7] deliberat de via ſua: Dominus autem dirigit greſſum eius.

[8]Oracula ſunt quæ de labijs regis procedunt dũ pronuntiat:[9] ne ergo præuaricetur os eius.

Statera, bilanx,[10] iudicium Domini ſunt,[11] omnia pondera opus eius ſunt.

Impietatẽ deſignare abominãdũ eſſe debet regibus: iuſtitia enim ſoliũ[12] fultum eſſe oportet.

Placent regibus labia iuſta, & recta loquentem amant.

Ira regis, mortis eſt nuntius: ſapiens autem placare illam[13] poterit.

Serenus vultus regis vita eſt, & gratia illi* velut nubes imbris[14] ſerotini.

[15]Poſſidere ſapientiam multo præſtantius eſt auro puto puro: & intelligentiam poſſidere, præſtantius argento electo.

Semitæ rectorum, eſt diſcedere à malo: & qui cuſtodit[16] viam ſuam, cuſtodit animam ſuam.

Præit comminutionem[17] faſtus, & anteit ruinam ſuperbia animi.

Melius eſt deijci animo cum humilibus, quàm[18] prædam partiri cum elatis.

[19]Prudenter tractans rem, reperiet bona: qui autem Domino fidit, beatus eſt.

Qui ſapiẽs habet cor, vocat prudẽs: ſuauitas autem[20] labiorũ[21] cõmendatiorẽ reddit doctrinã.

Intellectus[22] vena eſt vitæ ei qui habet: ſtultorũ[23] diſciplina ſtultitia eſt.

[24]Sapientis pectus os illius prudenter moderatur, & labiis eius addit doctrinam.

Fauus mellis eſt[25] amœnus ſermo,[26] animi dulcor, & oſſium medela.

Eſt via quæ homini recta videtur, cuius finis via eſt ad mortem.

[27]Homo laborans laborat ſibi, quoniam cogit eum os ſuum.

Vir[28] belial effodit malũ, & labia eius velut ignis accenſus.

Vir peruerſus occaſiones contentionis inijcit, &[29] delator ſæpe inter magnates diſſidia cõcitat.

[30]Homo violentus decipit proximum ſuum, ducitque eum per viam haud bonam.

¶16 eruditio.i. per timorẽ Domini conſequimur eruditionẽ. XVI. ¶1 Heb. Hominis ſunt diſpoſitiones cordis: ſed à Domino eſt ſermo linguæ. Id eſt quod vulgo dicitur, Homo proponit, & Deus diſponit. Iſtud in Balaã factũ videmus, cuius maledictionẽ vertit in benedictionẽ. Nume.23. ¶2.i. operatur in nobis quæ bona ſunt. ¶3.i. Perfice quicquid agis, in honorẽ Dei. & non fruſtraberis cogitationibus tuis. ¶4 & etiã impiũ [decidet] in diem afflictionis.i. peribit: vt ſcilicet cognoſcatur ira Dei. ¶5.i. mox non habebitur pro inſonte. ſtatim punietur. ¶6 vel, Miſericordia & veritate expiatur iniquitas.i. amoueri ſolet pœna iniquitati debita. ¶7 Heb. excogitat diligenter viam ſuã.i. deliberat.

¶8 Heb. [Velut diuinatio eſt] ſuper labia regis .i. diuina quædam loqui debet. Vel, Quũ prophetia eſt in labijs regis, tunc non ſolet mentiri os eius in iudicio. ¶9 in iudicio mentiri nõ ſolet os eius.i. rectè iudicat. ¶10 iudicij[.i. iuſta] ſunt Domini.q.d. omnia quæ inuenta ſunt ad ſeruandam iuſtitiam inter homines, ſunt à Deo. ¶11 Heb. opus eius ſunt omnes lapides ſacculi. Antiqui deſignabant põdera lapillis: ideo lapides pro pondere accipiuntur. ſolebant autem aſſeruari in ſacculis. ¶12 confirmari ſolet. ¶13 vel, ſolet. ¶14.i. quæ in vere cadere ſolet. ¶15 vel, Comparare ¶16 .i. viam mandatorum Dei. ¶17 vel, ſpiritus elatus. q.d. Calamitas eſt comes ſuperbiæ. ¶18 Partiri prædam, eſt diuitem eſſe. ¶19 Heb. Qui intelligit rem, ¶20.i. ſermonis. ¶21 augebit doctrinam. ¶22 fons ¶23 eruditio ¶24 Cor ſapientis, reddit prudens os ſuum: & in labijs ſuis auget doctrinam. ¶25 vel, elegans ¶26 [qui fauus] eſt dulcis guſtui, & medela oſſibus. Nam mel ſanat languores corporis. ¶27 Anima laborãtis laborat ſibi: quia incuruat ſeſe in eũ os eius. Vel, innititur ſuper ipſum.i. Ob ſuam neceſſitatem laborat homo: quia adigit eum os ſuum, & poſtulat ab eo eſcam. De labore manuum loquitur qui omnibus hominibus impoſitus eſt vt ſudore vultus acquirant neceſſaria vitæ. ¶28 .i. nihili, inquirit malum, vt qui fodiendo quærunt malum: & verba quibus lædit, ſunt velut ignita. ¶29 Heb. ſuſurro ſeparat principẽ. ¶30 Heb. Vir iniuriæ blandis verbis allicit ſocium.

Qui oculos ſuos[11] obfirmat, aliquid peruerſum ſtatuit: qui vero labra cõtrahit, malũ perfecit.
[12] Senectus, ſi eam in via iuſtitiæ reperias, corona ornatiſſima eſt.
Longanimis forti præſtat: & qui animo ſuo imperat, ei qui expugnat vrbes.
In ſinum deiiciuntur ſortes, at omne iudicium earum pendet à Domino.

CAP. XVII.

Melius eſt ſiccum fruſtum [panis] cum tranquillitate, q̃ domus plena [1] mactatis [pecoribus] cum contentione.[1]
Seruus cordatus imperabit filiofamiliâs [2] dedecoroſo,[2] & inter fratres hæreditatem [3] diuidet.[3]
[4] Vt excoctor argentum, & fornax aurum, ita explorat corda Dominus.
Malus auſcultat labio [5] iniquo:[5] mendax obſequitur pernicioſæ linguæ.
Qui pauperi illudit, probro afficit factorem ei[9]: & qui gaudet de pernicie [6] [alterius,][6] non feret impune.
[7] Corona ſenũ filij filiorum ſunt:[7] & decus liberorum ſunt patres ipſorum.
Non decet ſtultũ [8] magnificus ſermo,[8] multo minus principem ſermo mendax.
Grata gemma eſt munus in oculis eorum qui ipſum poſſident:[9] ad quencunque verterit, prudentem efficiet.
[10] Qui quærit amicitiã, diſſimulat præuaricationem: qui variat verba, magnates diſſociat.
[11] Cordatum plus terret obiurgatio,[11] quàm centum plagæ ſtultum.
Rebellis duntaxat malum quærit: hinc [12] crudelis nuntius[12] mittetur contra eum.
Satius eſt virum occurrere vrſæ orbæ, quàm ſtulto in ſtultitia ſua.
Qui malum pro bono reddit, de illi[9] domo nũquam recedet malum.
[13] Vt qui aquis aperit, ſic qui primum occaſionem litigandi dat: antequam lis commiſceatur, abiicienda eſt.
Ex æquo abominatur Dominus tam eũ qui ſceleſtum abſoluit, quàm qui inſontem damnat.
Quorſum ſtulto pretium in manu,[14] qui ne pectus quidem habet, nec ſapientiam ad acquirendum?
Omni tempore diligit amicus, & [15] frater in aduerſitate tandem naſcitur.
[16] Qui ſtipulata manu pro p̃ximo fideiuſſor ſpõdet, imprudens eſt.
[17] Qui diligit præuaricationem, diligit rixã: & qui oſtium ſuum exaltat, quærit cõtritionem.
Qui peruerſus eſt corde, nõ inueniet bonũ: peruerſus autem lingua ſua, cadet in malum.
Qui generat ſtultum, ſibi mœrorem [[18] accerſit,] nec gaudebit pater ſtulti.
Cor lætum [19] bonam facit valetudinem:[19] mens autem triſtis exhaurit oſſa.
Munus [20] è ſinu[20] impius accipit, vt deprauet ſemitas iudicij.
Ipſe vult[9] prudentis [præ ſe fert] ſapientiã: oculi autem ſtultorum [21] fines terræ [peruagantur.][21]
Filius ſtultus patri ſuo dolorẽ, & matri ſuæ mœrorem [affert.]
Affligere iuſtum, non bonum eſt: nec percutere principes ob æquitatem.
[22] Qui verbis parcit,[22] gnarus ac peritus eſt: & [23] nobili ſpiritu[23] eſt vir intelligens.

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua [a] perficiet[a] malum. — ¶[a] perficit
Corona dignitatis ſenectus quæ in vijs iuſtitiæ reperietur.
Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.
Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.

CAP. XVII.

Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.
‖Seruus ſapiens dominabitur filijs ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. — Eccli 10.d
Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.
Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mendacibus.
‖Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alteri[9], nõ erit impunis[9]. — S.14.d.
Corona ſenum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum.
Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiens.
B
Gemma gratiſſima, expectatio præſtolãtis: quocunque ſe vertit, prudenter intelligit.
Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos.
Plus proficit [c] correctio[c] apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum. — ¶[c] correptio
Semper iurgia quærit malus: angelus autẽ crudelis mittetur contra eum.
Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua.
‖Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. — Rom. 12.d. 1.pet.3.b. 1.theſſ.5.d.
Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: & antequã patiatur cõtumeliam, iudicium deſerit.
C
‖Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtũ, abominabilis eſt vterque apud Deum. — Eſa.5.c.
Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cum ſapiẽtiam emere non poſſit?
[b] Qui altam facit domũ ſuam, quærit ruinam: & qui euitat diſcere, incidet in mala.[b]
Omni tẽpore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur.
Stultus homo plaudet manibus [d] ſuis,[d] cum ſpoponderit pro amico ſuo.
Qui meditatur diſcordias, diligit rixas: & qui exaltat [e] os ſuum,[e] quærit ruinam. — ¶[e] oſtiũ ſuũ
D
Qui peruerſi cordis eſt, non [f] inueniet[f] bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. — ¶[f] inuenit
Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam: ſed nec pater in fatuo lætabitur.
‖Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. — S.15.b.
Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij.
‖In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ. — Eccleſ 2.c.8.a
Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum.
Non eſt bonum, damnum inferre iuſto, nec percutere principem qui recta iudicat.
‖Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritus vir eruditus. — Iacob.1.c.

¶11 claudit vt excogitet peruerſitates: agitat labia ſua, cõſũmabit malũ. Geſtus mali hõis exprimit. ¶12 Heb. Corona decoris canities: ĩ via iuſtitiæ inuenietũ.

XVII.

¶1 He. victimis contentionis. i. quæ comedunt cũ contẽtione & iurgio. In q̃buſdã enim ſacrificijs ſacerdotes carnis immolatę partem accipiebãt. ſolebant enim eã facere cõuiuiũ. ¶2 pudeſaciẽti. ſub. patrem. ¶3 i. hæreditatis partem accipiet. ¶4 Heb. ſẽſtiꝗ cõflatorium argẽto, & caminus auro: at p̃bans &c. ¶5 mẽdaci. vano. ¶6 vl, pauperis. ¶7 i. nepotes ſunt ornamẽto ſenibus. ¶8 Hebraice, labium excellẽtiæ. Labiũ pro ſermone.

¶9 quoquo ſe verterit, p̃ſperabitur. i. in q̃uncunq; volet partem, corda iudicũ vertet & inclinabit munus illud. ¶10 Heb. Qui celat peccatum, quærit amicitiam: qui autem reuelat rem, diſſidere facit principẽ à principe. i. qui peccatum non improperat alteri, declarat charitatẽ. qui autem improperat, etiã principes amicos à ſe auertit

¶11 Heb. Deſcẽdit in cordatũ increpatio. ¶12 i. Angel[9] mittetur. ſub. à Deo, vt eum percutiat. Exẽplũ habem[9] in Pharaone. ¶13 Heb. Qui aperit aquas. q.d. Velut is q aperit ripã fluuij. nã à principio, aquæ exit[9] paru[9] eſt: ſed poſtea fit magnus. ita & in lite. ¶14 vt compares tibi ſapiẽtiã. quum [illi] non ſit cor? ¶15 i. qui in tribulatione fert opẽ, tanq̃ frater cenſetur. ¶16 Heb. Mẽte captus defigit manũ, ſpõdetq; ſpõſionẽ in cõſpectu proximi. Defigere manũ, p̃ fideiubere. qui enim pro alijs fideiubent, ſolent dare dexterã. ¶17 Diligit præuaricationẽ qui diligit litẽ. i. Placet iniquitas ei qui amat lites: quẽadmodũ qui in edito loco ædificat, quærit & amat ruinã. ¶18 vl, generat. ¶19 vl, vegeti[9] reddit corpus. Alij, benefaciet vt medicina. ¶20 ſub. diuitis. i. clãm. ¶21 Heb. in extremo terræ. i. ſunt vagi. Prudẽti [inquit] ſemper præſto eſt ſapiẽtia: at ſtult[9] quærit eã, & nõ inuenit. ¶22 Qui cohibet verba ſua ¶23 vl, frigid[9]. i. qui non facile mouetur ad iram.

Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

CAP. XVIII.

Occaſiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.
Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.
Impius cũ in profundũ venerit peccatorũ, cõtẽnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.
Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſapientiæ.
Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum, vt declines à veritate iudicij.
Labia ſtulti miſcẽt ſe rixis, & os eius iurgia prouocat.
B Os ſtulti cõtritio eius, & labia ipſius ruina aĩæ eius.
¶1 dirigit̃. ſtabilit̃. firma fit. ¶2 He. Vir ſapiẽs ĩ poteſtate eſt: & vir eruditus fortificat vires ſuas. i. plurimũ valet authoritate, & ſubitò ĩ ea creſcit. ¶3 He. Quia induſtrijs geres bellũ: & ſalus eſt ĩ multitudie cõſiliariorum. i. qa debes gerere bellũ induſtria, quã dat ſapiẽtia, q̃ reddit hoiem cõſultũ & iduſtriũ. ¶4 alta eſt. i. eſt in loco alto ad quẽ ptigere nõ poteſt. q.d. deſperat ſe aſſequi poſſe ſapiẽtiã. ¶5 q.d. ne hiſcere qdẽ audebit inter ſapiẽtes. ¶6 vocari ſolet magiſter cogitationũ. Gallice dicim⁹, Vng ſõge malice. ¶7 Cogitatio. i. qcqd cogitat, eſt malũ. ¶8 [Si] ſis deiecto aĩo in die tribulatiõis, ãguſta eſt virt⁹ tua. i. nõ poteris ferre tribulationẽ. ¶9 vl, Si cohibeas te quominus eripias eos q rapiũtur ad mortẽ, & eos q vltro ꝓgũt ad occiſionẽ. Hic verſ⁹, ſequẽti iũgitur. ¶10 Quãdo dices, Profecto &c. ¶11 põderator. ꝓpenſor ¶12 ſeruator. i. q poteſtatẽ habet ſeruãdi. ¶13 vl, Sic ſcire ſapiẽtia[ſub. ſuaue eſt] aĩæ tuę, ſi eã aſſequaris: & erit præmiũ &c. vl, merces. ¶14 vl, Quia ſepties cadit iuſt⁹, & reſurgit: impij autẽ corruũt ĩ piculũ. q.d. Frequẽter diſcrimini obijcit̃ & euadit piculũ iuſt⁹: vt Pſal. 33, Multæ tribulatiões iuſtorũ. impij vero primo quoq; periculo ſolẽt corruere ¶15 ſub. & trãſferat in te. i. ne malũ hoſtis in te recidere faciat De⁹. ¶16 vl, Ne cõtẽdas ſtudio quodam imitãdi ſceleſtos: nec tenearis zelo imitandi impios. Verti etiam poteſt, Ne ineas amicitiã cum malignis: nec &c. ¶17 vl, Nam malus non habebit poſteritatem, vl prolem. Alij vertunt, Quia non continget finis ipſi malo. i. quia malus ipſe priuandus eſt fine ſuo, propter quem ſcilicet eſt creatus, hoc eſt priuandus eſt regno Dei. ¶18 Per lucernam, aut vitam, aut cognitionem quam habemus de Deo, intelligimus. hîc pro vita accipitur: vt dicat, homo malus peribit ante tempus à Deo determinatum. ¶19 Hebr. cum iterantibus. ſub. iniquitates ſuas. Alij vertũt, cum mutantibus ſeſe. i. inconſtatibus. ¶20 vl, Etiã hæc ſapiẽtes ꝓcipiunt. Aut, etiã iſta ad ſapiẽtes pertinẽt. ¶21 Hebr. Agnoſcere vultũ. i. habere rationẽ ꝑſonarũ & dignitatis cuiuſq;. ¶22 Nõ bonũ dicũt Hebræi, quãdo rẽ peſſimam volunt ſignificare.

¶23.i. qui abſoluit impium, & damnat iuſtũ. ¶24 He. benedictio boni. ¶25 Hebr. Labia deoſculabitur, qui reſpondet verba iuſta. i. Qui verax eſt, habetur eo loco vt non ſolũ admittatur ad oſculũ man⁹, ſed in arctã amicitiã recipiatur. ¶26 Dirige. vl, Studioſe age. ¶27 præpara illud i agro tibi. vl, cole agrũ tibi. Docet vt i primis curem⁹ quę magis ſũt neceſſaria, ne ꝑpoſterus ordo in rebus gerẽdis ſeruetur. ¶28 ſine cauſa ¶29 &[ne] allicias verbis tuis. ſub. proximum tuum: vt ſcilicet ferat falſum teſtimonium. Quidam Hebræorũ vertunt, & ne atteras[ſub. ꝓximũ tuũ]labijs tuis. .i. falſo teſtimonio labiorũ tuorum. ¶30 Heb. ſepes lapidum.

XXV.

¶1 congeſſerũt in vnum. Erant enim diſperſæ parabolæ Salomonis in multis libris quos ſcripſit: ſed opera iſtorum ſũt congeſtæ in vnum. ¶2.i. famuli. ¶3 Poteſt eſſe diſſimile, vt Decet Deũ abſcondere verbum vel rem, ita decet reges

[23]Qui dicit impio, Iuſtus es, 'huic maledicent populi, hunc nationes deteſtabuntur.
Qui autem arguunt[impium,]grati ſunt, veniét que ſuper eos[24]bona imprecatio.'
25 Siquis apte reſpondet, perinde eſt ac ſi labijs oſcularetur.
26 Para' foris opus tuum, & [27]exerce agrum tuũ, & poſtea ædifica domum tuam.
Ne teſteris[28]temere'contra proximum tuũ: [29]nũ labijs tuis perſuadebis?'
Ne dicas, Faciam illi quemadmodum fecit mihi, rependam cuique iuxta opus ſuum.
Agrũ hominis pigri præterij, & vineam hominis ſtulti:
Et ecce totũ obruerant vrticæ, & faciem eius dumi tegebãt, [30]maceria cũ lapidib⁹'diruta erat.
Id ego videns, alta mente repoſui: vidi inquam, & eruditionem accepi.
Paululum dormiendum, paululum dormitãdũ, paululũ complicandæ manus ad dormiendũ:
At interim ceu viator veniet egeſtas tua, & inopia tua ceu vir ſcuto munitus.

CAP. XXV.

Et hæ parabolæ, ſunt Solomonis, quas[hinc]'retulerunt'viri'Ezechiæ regis Iuda.

GLoria Dei eſt'cælare verbum: at gloria regũ eſt ſcrutari verbum.
Cælum in ſublimi eſt, terra in profundo: [4] cor autem regis imperueſtigabile.
Auferatur ſcoria ab argẽto, [5]iam exibit excoctori vas:
Auferatur impius à conſpectu regis, [6]iam thronus eius iuſtitia firmus erit.
Nolite oſtentare coram rege, &[7] in loco magnatum'ne ſteteris.
Præſtat enim vt tibi dicatur, Aſcende huc: quàm te loco deijci coram principe, quem aſpexerant oculi tui.
Ne exeas vt cito litem inſtituas, [8]ne tandem quid deſignes, quo te ignominioſum reddat proximus tuus.
9 Cauſam tuam age in lite cum proximo tuo, & [10] arcanum alterius ne reueles:'
Ne fortè audiens, à te ſubtrahat beneficentiam: téque [11]infamet, quod amoliri non poſſis.'
Mala aurea[12]in cælatis vaſis argenteis, 'eſt verbũ tempeſtiue prolatum.
Torques aureus, & monile aureum eſt, [13]increpatio ſapientis auri obtemperanti.
Sicut[14]frigus niuis'in tempore meſſis, ſic fid⁹ legatus ei qui ſe miſit, & reficit animũ heri ſui.
Nubes & ventus abſque imbre eſt, [15]qui magnificè pollicetur, ſed præſtando fallit.
16 Longanimitate perſuadetur'princeps, & lingua mollis frangit[17]oſſa.'
18 Mel vbi repereris, comede quantum ſatis eſt: ne eo ſatiatus, euomas illud.
19 Reuoca pedem à domo proximi tui, ne fortè tui ſatur, odiat te.
Malleus, gladius ac ſagitta acuta eſt vir qui falſum dicit teſtimonium aduerſus proximum ſuum.

Qui dicunt impio, Iuſtus es: maledicẽt eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. qui arguũt eũ, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio.
Labia deoſculabitur qui recta verba reſpondet.
Præpara foris opus tuũ, & diligẽter exerce agrũ tuum, & poſtea ædifices domum tuam.
Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labiis tuis. D
¶Ne dicas, Quo modo fecit mihi, ſic faciã ei: & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. ſ.20.b.
Per agrũ hois pigri tranſiui, & per vineã viri ſtulti: & ecce totũ repleuerãt vrticæ, & operuerãt ſuperficiẽ ei⁹ ſpinæ, & maceria lapidũ destructa erat. Quod cũ vidiſſẽ, poſui i corde meo, & exemplo didici diſciplinã. ¶Vſquequo piger dormies? vſquequo de ſõno cõſurges? Parũ inquam dormies, modicũ dormitabis, pauxillũ manus conſeres, vt quieſcas: & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus. ſ.6.b.

CAP. XXV.

Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.

GLoria Dei eſt celare verbum, & gloria regũ inueſtigare ſermonem.
Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile.
Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum: aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.
Ne glorioſus appareas corã rege, & in loco magnorum ne ſteteris: melius eſt enim vt dicatur tibi, Aſcende huc: quàm vt humilieris coram principe, 'quæ'viderunt oculi tui. ¶ᵃ legendum quem, in accuſatiuo ſingulari.
Ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuũ.
Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretũ extraneo ne reueles: ne fortè inſultet tibi cum audierit, & exprobrare non ceſſet. B
Gratia & amicitia liberant, quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias.'
Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.
Inauris aurea, & margaritũ fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem.
Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſerit eum, animam ipſius requieſcere facit. ¶ᵃ miſit
Nubes & ventus, & pluuiæ nõ ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.
¶Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam. ſ.15.a. C
Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi: ne fortè ſatiatus euomas illud.
Subtrahe pedem tuũ de domo proximi tui, nequando ſatiatus oderit te.
Iaculũ, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur cõtra proximũ ſuũ falſum teſtimoniũ.

ſcrutari. multa enim nos in diuinis rebus latent, idque ad gloriam Deus facit. ¶4. q. d. vtrunque eſt in loco definito, ideòque comprehendi vtrunque poteſt: at cor regum nulla diſquiſitione comprehendi poteſt. ¶5 & prodibit argentario vas. ſub. pretioſum ¶6. i. iuſtus erit rex. ¶7. i. in loco vbi debent eſſe magnates. ¶8 vl, ne forte [ſub. inuenias vt neſcias]quid agas in fine eius: [ſub. litis]cum ignominia affecerit te ſocius tuus. quocum ſcilicet contendis. ¶9 Alij legunt, Alius tuam litem dirimat antequam adeas iudicem. ¶10 vl, alteri ne reueles ſecretum. ¶11 Hebr. probris afficiat te: & obloquutio tua non auertatur. i. quod dixeris maneat irreuocabile. ¶12 in cælaturis argenteis. Proprie vox Hebræa ſignificat thecas in quibus lapides pretioſi recluduntur, ita tamen vt videantur. Gallice, cleres voyes. Hæ autem thecæ fiebant argento vbi erant foramina, per quæ poma illa aurea conſpicerentur à Salomone ipſo. ¶13 ſapiens qui increpat aurem obtemperantem. i. hominem cui eſt auris obtemperans. ¶14. i. tantum frigus, quantum eſt tempore niuis, dulce eſt tempore æſtus. ¶15 Heb. vir qui iactat ſeſe de munere mendacii. i. de munere vano quod nunquam eſt daturus. ¶16 Longanimitate iræ lenitur. vl, ferẽdo patienter iram, flecti ſolet. ¶17. i. iram grauem. aut frangibilem inſtar oſſis. ¶18 q. d. Omnibus adde modum. ¶19 Hebr. Rarum facias pedem tuum in domo proximi tui. i. raro accede ad domum &c.

Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ.

¶ & — Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo.

Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi.

Rom.12.d. — ¶ ſitierit — Si eſurierit inimicus tu⁹, ciba illum: ſi ſitit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi.

D

Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem.

S.21.b. — Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cũ muliere litigioſa, & in domo communi.

Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio.

Eccli 3.a. — Sicut qui mel multũ comedit, nõ eſt ei bonũ: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui nõ poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

CAP. XXVI.

Qvomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.

¶ alta — Sicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quò libet vadens: ſic maledictum fruſtrà prolatũ in quempiam ſuperueniet.

Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium.

Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.

Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium ſtultum.

B

Quomodo pulchras fruſtra habet claud⁹ tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem.

Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum.

Iudicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.

2.Pet.2.d. — Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.

Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens.

Dicit piger, Leo eſt in via, & leæna in itineribus. ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.

S.19.d. — Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit.

C

¶ piger — Sapientior ſibi ſtultus videtur ſeptẽ viris loquẽtibus ſententias.

Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit & impatiens, & commiſcetur rixæ alterius.

---

Dens fractus, & pes[10] luxatus, [11] præuaricatoris ſpes ſunt dum aduerſitas ingruit.

Mœſto cordi carmen canere, perinde eſt atq; detrahere veſtes tempore frigoris, aut nitrũ aceto [perfundere.]

Si eſuriat qui te odit, ciba illum pane: ſi ſitierit, pota eum aqua.

Sic enim prunam incendes ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi.

Ventus aquilonaris pellit pluuias, at[12] vultus ſeuerus linguam delatricem.

Satius eſt in pinna tecti habitare, quàm cũ muliere contentioſa, [14] quæ partẽ in domo habet.

Quod aqua frigida eſt laſſo animo, id eſt nuntium bonum è terra longinqua.

Fons conturbatus, & corrupta vena, eſt iuſt⁹[15] lapſus coram impio.

Quemadmodum multum mellis edere nõ eſt bonum, ſic qui gloriam[16] eorum[17] nimium ſcrutatur.

Vrbs[18] mœnibus nudata, eſt vir qui non cohibet [19] ſpiritum ſuum.

XXVI.

Vt in æſtate nix, imberque in meſſe, ſic nec ſtultum decet gloria.

[1] Quemadmodũ auis aufugit, & prætervolat hirundo, ſic friuola execratio non eueniet.

Flagellum[3] equo, frenum aſino, virga tergo ſtultorum.

[4] Ne reſpondeas ſtulto ſecũdum illius ſtultitiã, ne & tu quoque par ei fias.

[5] Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam eius, ne ſapere ſibi videatur.

[6] Truncat pedes, bibitque violentiã, qui per ſtultum aliquid demandat.

[7] Vt exarnerunt crura claudo, ſic prudens & picturatus ſermo in ore ſtulti.

Qui ſtultum honore adficit, perinde facit[8] ac qui lapidem in funda ligat.

Vt ſpina[9] creſcens in manu ebrij, ſic[10] parabola in ore ſtultorum.

[11] Egregius aliquis ac magnus vir cõficit [per ſe] omnia: ſtultus autem mercede conducit tranſgreſſores.

Vt canis ad vomitum ſuum redit, ſic ſtultus iterat ſtultitiam ſuam.

Si videas hominẽ qui ſibi ſapere videtur, de ſtulto melius ſperandum quam de ipſo.

Dicit piger, Pardus eſt in via, leo inter plateas.

Sicut fores voluuntur in cardine ſuo, ſic voluatur piger in lecto ſuo.

Abſcondit piger manum ſuam in[12] patinam, pigetque eam reducere ad os ſuum.

Piger videtur ſibi ſapientior, q̃ ſeptem qui[13] ſententias reſpondent.

Canem auribus[14] tenet, qui tranſiens liti ſe ingerit, quæ ſua nihil refert.

---

¶10 non conſiſtens. i. non inſiſtens ſuo veſtigio. q.d. vt illa ſunt inutilia, ita & fiducia in homine. ¶11 Heb. [eſt] fiducia præuaricatrix tempore anguſtiæ. ¶12 facies irata ſubaudiendum præcedens verbum, pellit, aut ſimile. q.d. Si non libẽter audias detractorem, facies vt ſtatim obmuteſcat. ¶13 He. abſcõſionis. hoc eſt quæ clàm defert. ¶13 in angulo tecti. vbi ſcilicet te nihil tueat ab iiuria cæli & ventorũ. ¶14 & in familia frequenti. vel, idque in familia frequẽti, Verti etiam poteſt in domo communi, ſiue ſocietatis. ¶15 vel, cedens ipſo. ¶16 ſub. cæleſtiũ, rerũ diuinarum. aut diuerſarum ſcientiarum vnde ſolet peri glia. ¶17 ſcrutatur, [non eſt] gloria .i. non eſt laudabile. ¶18 euerſa, carens muro. ac ſi dicat, Sicuti vrbs cuius murus eſt dirutus, non eſt ab hoſtibus tuta: ſic qui in iram procliuis eſt, neque poteſt eam cohibere, tutus eſſe non poteſt. ¶19. i. iram & impetum. qui animo ſuo non imperat.

XXVI. ¶1 itẽpeſtiua ſcilicet ſunt: ſic intẽpeſtiuus eſt honor qui ſtulto ĩpẽditur. ¶2 He. Vt paſſer [natus] vt fugiat, [&] vt hirundo [nata] vt volet: ſic maledictio immerito [prolata] non veniet. i. non lædet. q.d. Vt paſſer viſo arcu vel homine fugit, ita vt non lædatur: ſic non lædit maledictio quæ immerito mittitur in aliquem. ¶3 ſub. debetur. vel deſtinata ſunt. Vt, inquit, equus flagello, & aſinus fræno emendantur: ſic ſtulti non emendantur ſine plagis. ¶4. i. Si ſtulto loquaris, ne tu etiã ſtulta loquaris. ſi probris afficiat, ne malũ pro malo repẽdas. ¶5. i. redargue ſtultũ propter ſtultitiam ſuã, hoc eſt oſtende ei ſtultitiã ſuam. ¶6 Multa in hoc verſu ſubaudienda, [Sicut is qui] præcidit pedes [eius quem aliquò mittit.] iniquitatem bibit: [ſic] qui mittit quidpiam per manum ſtulti. q.d. Qui mittit aliquid per virum ſtultum, eſt velut is qui præcidit pedes eius quem mittit. replet enim ſe iniuria qui hoc facit. Non eſt igitur negotium aliquod ſtulto committendum. ¶7 Heb. Eleuate crura claudi: ſic eſt ſententia in ore ſtultorũ. Subaudiendum aliquid, Eleuate crura claudi vt incedat, & nihil promouebitis, non propterea incedet: ſic &c.

¶8 q.d. vt lapis non hæret in funda, ſed mox eiaculatur: ſic nec honor in ſtulto. Alij ex Hebræo vertunt, Vt [eſt] incluſio lapilli in aceruo lapidum, ſic qui dat ſtulto gloriam. q.d. vt lapillus in pala annuli incluſus, decorus eſt: indecore autem in aceruo aliorum lapidum iacet: ſic ¶9 quæ aſcendit. i. quæ geſtatur manu ebrij. ¶10 ſermo ¶11 Hebr. Princeps coercet omnes: & dat præmium ſtulto, & dat præmium tranſgreſſoribus. i. dat ſingulis quod meruerunt. qualis princeps, tales & ſubditi. Tranſgreſſores vocat nebulones, negligentes, ignauos. ¶12 ſinu. ¶13 reſpondent rationem. i. qui rogati, rationem quæſitorum reddũt. ¶14 apprehendit. i. laceſſit. q.d. Qui tranſiens iraſcitur in lite quæ ad ſe non pertinet, eſt veluti is qui vellicat auriculis canem.

[15] Vt ꝗ ſeſe fatigat iaculãdo flãmas, tela letalia:[a]
Sic eſt vir doloſus erga proximum ſuum: dein-
de dicit, Annon ioco feci?
Vbi deſunt ligna, extinguitur ignis: vbi deeſt ſu
ſurro, ceſſant occaſiones contentionum.
[16] Carbo prunam, & ligna ignem, contentioſus
rixas incendit.
Verba ſuſurronis[17] blanditijs ſunt ſimilia, ſed in
intima viſcera penetrant.
[18] Vt vas teſtaceum argenti ſcoria obductũ, ita
labia ardentia, & cor malum.
[19] Labijs ſuis cognoſcetur oſor, intra ſe dolum
recondit:
[20] Quum voce ſua benignus eſt, ne credas ei:[21] ſe
ptem enim abominanda ſunt in corde eius.
Odium[22] ſi tegitur in vaſtatione, retegetur mali-
tia eius in cœtu.
Fodiens foueam, in eam ruet: & qui ſaxum pro-
uoluit, in ipſum recidet.
[23] Lingua mẽdax odit qui ipſam reprimit, & os
blandum facit impulſionem.

CAP. XXVII.

NE glorieris de die craſtino: neſcis enim quid
[1] ferat dies.
Laudet te alienum, nõ tuum os: extraneus, & nõ
labia tua.
Oneroſus eſt lapis, grauis arena, vtroq; grauior
eſt ira ſtulti.
[2] Sæua res eſt æſtus, & furor inundatio, coram
æmulatione autem quis conſiſteret?
Melior eſt manifeſta correptio, quàm occulta
dilectio.
Fidelia ſunt vulnera inflicta à diligente,[3] coacta
autem oſcula odientis.
[4] Anima ſatura faſtidit fauum: eſurienti animæ
etiam amarum dulce eſt.
[5] Homo qui de loco ſuo migrat, ſimilis eſt paſſer
culo nidum ſuum linquenti.
Vnguentum & ſuffitus cor exhilarant, [6] habere
amicum ex animo conſulentem, res dulciſſi-
ma eſt.
Amicum tuum, & amicum patris tui ne deſeras,
& domum fratris tui tempore calamitatis tuæ
ne ingrediaris.
Melior eſt vicinus propinquus, quàm frater pro
cul abſens.
Sapiens eſto fili mi, &[7] gaudebit cor meum, vt re
ſpondere queam ei qui mihi exprobrat.
Cautus videns periculum abſconditur: ſimplices
[8] perrumpunt, & damnum accipiunt.
[9] Si alienus ſpoponderit, eripe veſtem eius, vt
pro extraneo ſit pignus eius.
Laudanti proximum ſuum magna voce mane
[10] conſurgenti, reputabitur ac ſi execratus eũ
fuiſſet.
[11] Tectum perſtillans tempore pluuio, & rixoſa
mulier paria ſunt:

Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in
mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico
ſuo: & cum fuerit deprehenſus dicet, Ludens
feci.
Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſu-
ſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.
¶Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: ſic — Eccli 28.b.
homo iracundus ſuſcitat rixas.
Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perue- — D
niunt ad intima cordis. — ¶ ventris
Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas ſi
ctile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde
ſociata.
Labijs ſuis intelligitur inimicus, cum in corde
tractauerit dolos. quando ſubmiſerit vocẽ ſu-
am, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ
ſunt in corde illius.
Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur ma
litia eius in conſilio.
¶Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit — Eccles 10.b.
lapidem, reuertetur ad eum. — eccli 27.d.
Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricũ
operatur ruinas.

CAP. XXVII.

NE glorieris in craſtinum, ignorans quid fu
ture pariat dies.
¶Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & — Eccli 22.b.
non labia tua.
Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti
vtroque grauior.
Ira non habet miſericordiam, nec erumpens fu
ror: & impetum concitati ſpiritus ferre quis
poterit?
Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſ — ¶ correptio,
conditus.
Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudu-
lenta oſcula odientis.
¶Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſu- — Iob 6.b.
riens etiam amarum pro dulci ſumet.
Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui — B
derelinquit locum ſuum.
Vnguẽto & varijs odoribus delectatur cor: & bo
nis amici conſilijs anima dulcoratur.
Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſe
ris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die
afflictionis tuæ.
Melior eſt vicinus iuxta, quàm frater procul.
Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt
poſſim exprobranti reſpondere ſermonem.
Aſtutus videns malum, abſconditus eſt, paruuli — C
tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.
¶Tolle veſtimentum eius qui ſpopondit pro ex- — ſ.20.c.
traneo, & pro alienis aufer ei pignus.
Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de no-
cte conſurgens maledicenti ſimilis erit.
Tecta perſtillãtia in die frigoris, & litigioſa mu

¶15 Hebr. Sicut qui ſimulat ſe infirmũ, emittens ſcintillas, iacula & [vaſa] mortis. Perficitur ſententia verſu ſequenti. Vt qui, inquit, ſimulans demẽtiam, ac debilẽ ſe eſſe, emittit ignem ad comburendum domum proximi ſui, iacula & inſtrumenta mortifera: ſic &c.

¶16 Carbo prunis, & ligna igni: ſic vir rixoſus ad excitandum litem. Carbo, inquit, congruit prunis, & ligna apta ſunt igni: ex carbone facile fiunt prunæ, carbo facile in prunas vertitur: ita vir &c.

¶17 vl, ſunt velut ſermones verberatorum. qui ſcilicet ſolent eſſe ſimplices & blandi.

¶18 [Vt eſt] argẽtum non repurgatum, ſuperinductum teſtæ: [ſic ſunt] labia inurentia [notam aliquam] & cor hominis mali. q.d. ꝙ corde & ore mali ſunt, ſunt ſimiles argento nõ repurgato ſuperinducto rei vili. ¶19 vl, Sermone ſuo ſtudet ne agnoſcatur qui odit: at intra ſe ſtruit fraudẽ. ¶20 Hebr. Cum gratificabit vocẽ ſuam. i. cũ gratioſe alloquetur te. ¶21. i. multæ ſunt abominationes in corde eius. ¶22 quod abdit ſeſe in ſolitudine: reuelari ſolet &c. ¶23 Heb. [Vir] linguæ mẽdacis odio habet contritum: & os blandum facit lapſum. i. is qui falſò ſocium ſuum criminatur, id odio ipſius ſocij quem lingua ſua flagellat facit: & homo adulator peſſundare ſolet hominem quem alloquitur. XXVII. ¶1 paritura ſit ¶2 Crudelis eſt ira, & impetuoſa iracundia: at quis conſiſtet ante inuidiam? Vl, Crudelitas ineſt furori, & inundatio quædam iræ: at &c. Aut, Crudelitas, iræ: [ſub. competit] & inundatio [ſiue impetus, competit] iracundiæ: at quis &c. q.d. Inuidiæ nõ poſſum⁹ reſiſtere, quamuis iræ poſſimus & impetui iracũdo. ¶3 & in ſpeciẽ bona ſunt oſcula diligẽtis. Vl, denſa, ſpiſſa, fortia, frequentia. ¶4 Anima ꝓ deſyderio ſumitur, & pro potentia in qua eſt deſyderiũ. ¶5 Vt auis aufugit à nido ſuo: ſic vir abit à loco ſuo. Vt ſcilicet ſibi paret cibũ. ¶6 at dulce cõſiliũ amici hoĩs, magis [ſub. exhilarat mentẽ hominis] quã conſiliũ animæ. ſub. ꝓpriæ. i. quàm conſiliũ propriũ. ¶7 lætifica ¶8 Heb. tranſeunt. i. exponũt ſe periculo. ¶9 Heb. Accipe veſtẽ eius, quia ſpopõdit ꝓ alieno: & [quia ſpopõdit] ꝓ peregrina, ſacci-pe] pignus ei⁹. i. pro eo qui nõ eſt de eccleſia. nã nõ eſt fidendũ infidelib⁹. Idcirco ab ijs qui pro eis fideiubẽt ne dubitemus etiã veſtẽ pignori accipere, nã periculũ eſt ne i extremã paupertatẽ incidãt. ¶10 cõſurgendo. Varie exponitũ hic verſus: quidã ſic, Qui nimis accurate & magnifice laudat aliquẽ, videt̃ execrare. Alij ſic, Laudare aliquem nimis mane, hoc eſt antequã tibi perſpectus ſit, vitio vertitur. Cõmendatio intẽpeſtiua perinde habebitur ac maledictio. ¶11 vl, Stillicidio aſſiduo, tempore pluuiæ, mulier oſtẽtioſa cõparatur. q.d. vt moleſtũ tale ſtillicidiũ quod expellit hominem domo ſua: ita & mulier contentioſa moleſta eſt, quæ virum è domo ſua expellit.

¶[f] vocat. llet cõparantur: qui retinet eam, quaſi qui vẽtum teneat, & oleum dexteræ ſuæ euacuat.
Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui.
Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur.
1. Cor. 2. d. ¶Quomodo in aquis reſplẽdẽt vultus proſpiciẽtiũ, ſic corda hominũ manifeſta ſũt prudẽtib⁹.
Infernus & perditio nunquam implentur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.
Eccli 14. b. ¶Quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurũ: ſic ꝓbat homo ore laudãtis.
D Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectũ inquirit ſcientiam.
Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.
Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuóſque greges conſydera. non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione & generationem.
Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta ſunt fœna de montibus.
1. Timot. 6. b. ¶Agni ſunt ad veſtimentum tuum: & hœdi, ad agri pretium.
Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

Fvgit impius nemine perſequente. iuſtus autẽ quaſi leo confidens, abſque terrore erit.
Propter peccata terræ multi principes ei⁹: & propter hominis ſapientiam & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.
Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi in quo paratur fames.
Qui derelinquunt legem, laudãt impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum.
Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.
Eccl 19. a. ¶Melior eſt pauper ambulãs in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus.
Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem
B comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum.
Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas.
Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.
Qui decipit iuſtos ĩ via mala, in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius.
Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autẽ prudens ſcrutabitur eum.
In exultatione iuſtorũ multa gloria eſt: regnantibus impijs ruinæ hominum.
Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.
Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.
Leo rugiens, & vrſus eſuriẽs, princeps impius ſuper populum pauperem.

[12]Qui cohibet eam, ventos cohibet, & dextera ſua oleo occurrit.
[13]Vt ferrum ferro committitur, ſic homo homini conſociatur.
Qui ficum[14]colit, veſcitur fructu eius: ſic qui dominum ſuum[15]obſeruat, honorabitur.
[16]Vt aquarũ facies ad facies, ſic cor hominis ad homines.
Vt[17]inferi & perditio nunquam ſatiantur, ſic[18]oculi hominis nunquam ſatiantur.
[19]Vt argentũ in catino, & aurum in fornace ſexploratur,] ſic homo ore laudantis eum.
Stultum ſi contuderis [20]piſtillo in mortario inter ptiſanam, non recedet ab eo ſtultitia eius.
[21]Faciem pecoris tui accurate cognoſce, & adponito cor tuum ad greges.
[22](Neque enim perpetuus erit theſaurus, neque corona ad perpetuam poſteritatem.)
[23]Vt fœnum prodeat, herba appareat, gramináque montium colligantur.
Oues pro veſtitu tuo, &[24]hirci pro pretio agri.
[25]Num ſat lactis caprarum pro cibo tuo, & cibo domus tuæ, & pro victu ancillarum tuarum?

CAP. XXVIII.

Fvgiũt nemine perſequẽte impij. iuſti vt leones[1]confidunt.
Propter p̄uaricationem eorum qui in terra habitant, fit vt alij ſubinde imperent: quum vero homines prudẽtes ſunt & cordati, firmum eſt, &[3]prorogatur.
Vir pauper qui pauperes violẽtia opprimit, perinde eſt ac imber[3]putrefaciens ſegetem, vt nihil proueniat.
Qui legem deſerunt, impium laudãt: qui autem legem cuſtodiunt, [4]pronocantur contra eos.
Mali homines non intelligũt[5]iudicium: qui autem Dominum quærunt, omnia intelligunt.
Melior eſt pauper q ambulat in integritate ſua, quàm diues qui prauus in vijs ſuis incedit.
Qui[6]legem ſeruat, [7]intelligẽtia præditus eſt: qui vero [8]beluonũ ſoci⁹ eſt, ignominia afficit [9]patrem ſuum.
Qui opes ſuas fœnore & vſuris auget, [10]congerit eas homini qui pauperibus benefaciat.
Qui aurem ſuam auocat, quo minus legem audiat, eius precatio quoque abominanda eſt.
Qui ſeducit rectos in viam malam, in foueam ſuam ipſe corruet: integri vero hæreditate conſequentur bona.
Diues ſapere ſibi videtur, at pauper prudẽs [11]explorat eum.
Vbi iuſti exultãt, multa eſt magnificentia: quum vero impij[12]ſurgunt, [13]exploratur homo.
Qui tranſgreſſiones ſuas celat, huic nõ proſpere cadet: qui vero cõfitetur & deſerit, is miſericordiam conſequetur.
Beatus eſt homo qui[14]iugiter pauet: qui autẽ cor ſuum obdurat, corruet in malum.
Ceu leo rugiens, & vrſus[15]cũ fremitu diſcurrens eſt princeps impius pauperculæ plebi.

¶12 Heb. Qui recõdit eá, recõdit vẽtũ, & [ſub. recõdit] dextera ſua oleũ, [q̃d] clamabit. Qui, igr. conatur abſcõdere mulierẽ, fruſtra laborat perinde vt q conetur vẽtũ abſcondere, aut vnguẽtũ odoriferũ ĩ manu ſua, quod ſe ſuo odore velut clamore ꝓdet. Perſtat ĩ metaphora mulieris cũ dicit clamabit. nã tribuit vnguento quod mulieri erat tribuẽdũ, nẽpe clamorẽ. ¶13 Enſis enſem acuit: ita vir exacuit irã amici ſui. Cum quo ſcilicet cõtendit. O portet igitur cedere, & dare locũ iræ. ¶14 cuſtodit. i. poſſeſſiões ſuas. ¶15 cuſtodit. i. q non deſerit. ¶16 Quidam ſic intelligũt hunc verſũ: Vt facies ĩ aqua reſplẽdẽs fallit: ita iter ſe corda hominũ. Alij ſic, Vt eadẽ aqua diuerſas reddit facies, ſic alia aliorũ hominũ ſunt corda. Alij tamẽ ex cõmentarijs Hebræorũ ſic reddũt, Sicut in ipſa aqua vult⁹ vultui [reſpõdet] ita cor hois. [cordi] homis [ſub. reſpondet. q. d. ſicut cor vni⁹ hominis eſt ad malum, ita & oim aliorũ corda. ſimilia enim ſũt.

¶17 vl, ſepulchrũ & mors. ¶18 Per oculos itelligit cupiditatẽ. ¶19 Vl. Cõflatoriũ [ſub. paratſ] argẽto, & fornax auro. & vnicuiq; rei ꝓ ſua laude. Aut, dignitate. Conflatorio, iquit, repurgat argẽtũ, & fornace aurũ: & vnaquæque res ꝓ ſua dignitate purgatur à re vitioſa. ¶20 in mortario, in medio leguminũ cõtuſorũ piſtillo: ¶21 Hæc ad œconomiam ꝑtinẽt. Noie pecoris opes itelligit, q antiquis ſitæ erãt ĩ pecorib⁹ ¶22 vl, Quia nõ [duraturæ ſũt] ꝑpetuũ diuitiæ: & nõ corona [ſub. duratura eſt] ĩ generatione & generationẽ. q. d. vſq; ad duas ætates. Coronã regiã itelligit. ¶23 Prodit gramẽ, & apparet herba: demetiunturq; herbæ mõtiũ. q. d. Oĩa à Deo habẽt originẽ. Hæc oĩa prudẽs & diligẽs paterfamiliãs norit. ¶24 pretiũ agri erũt hirci. i. vendes hircos, & ex pecunijs cõparabis ſeruos q colãt agrũ tuũ ¶25 Eſt ſufficiẽtia lactis. vl, copia. XXVIII. ¶1 vl, cõfidere ſolent. ¶2 ſub. imperium. Hebraice legitur, Propter præuaricationẽ regiõis, multi ſũt principes eius: at propter hominem prudẽtem [. i. propter principem] ac ſciẽtem, ſic diu ꝑmanere ſolet. ſub. terra. ¶3 inundans, & nullus [erit poſtea] panis. ¶4 vl. ſuccẽſent illis. Sub. deſertoribus. ¶5 ſub. Dei. ¶6 Lex fortaſſe ꝓ modo ponitur. ¶7 Heb. eſt filius ſapiẽs. pro ſapiente. ¶8 paſcit heluones ¶9 Nomine patris, etiam matrẽ intelligit. ¶10 vt effundãtur in vſum pauperũ coaceruat eas. i. vt veri iudices erogent illas pauperib⁹. quaſi dicat, nullum diu poſſe frui diuitijs male partis. ¶11. i. explorare ſolet doctrinã ei⁹. ¶12 vl, ad dignitates euehuntur, ¶13. i. opprimitur ¶14 ne ſcilicet Dominum offendat. ¶15 vl, eſuriens. famelicus.

¶16 Heb. Princeps carens prudentia, etiam multus eſt in iniurijs.
¶17 Heb. prorogabit dies. Poteſt aliter exponi, vt oratio ſit conciſa, ſic. Princeps carẽs prudentia, & multus in iniurijs, non prorogabit dies: ſa[t] qui odit auaritiã, progabit dies. Vt ex fine verſ⁹ exponatur ei⁹ principium.
¶18 Heb. Homo qui opprimit [ſub. alios] in ſãguine animæ: vſq; ad ſepulchrum fugit, & non retinebũt eũ. Sanguinem animæ vocat vitã: quia anima in ſanguine conſiſtit. q. d. Quiſquis cõſueuit ſãguinẽ fundere, ſe in mortẽ conijcit, nemine retinẽte. ¶19 vl. otioſos. ¶20. i. cõficietur inopia
¶21 Heb. mult⁹ erit benedictionib⁹. i. ſolet cõmendari ab hominibus.
¶22 nõ erit inſons. i. dãnari ſolet ab hominib⁹. ¶23 Heb. Feſtinat vt [ſub. coaceruet] facultates, vir maligni oculi. i. vir parcus q ferre non poteſt aliquem auferentẽ aliquid ſuæ ſubſtantię.

[16]Sub ſtulto principe crebræ ſunt violentiæ: qui autem auaritiam odit, [17]diu imperabit.
[18]Qui per violentiam ſanguinem fuderit, ad foueam vſq; profugus erit, vt nemo ſuſtẽtet eũ.'
Qui integre ambulat, ſaluabitur: q vero per vias prauas incedit, in vna aliqua corruet.
Qui colit humum ſuam, ſatiabitur pane: qui vero[19]vanos ſectabitur, [20]ſatiabitur egeſtate.
Vir fidelis[21]amplas habet benedictiones:' qui vero feſtinat diteſcere, [22]non feret impune.
Agnoſcere perſonas, non eſt bonum: propter fruſtum panis præuaricatur vir [huiuſmodi.]
[23]Qui properat vt diteſcat, inuid⁹ eſt:' nec animaduertit egeſtatem ſibi imminere.
Qui corripit hominem[24]poſt me: nãciſcetur gratiam plus quàm qui lingua adulatur.
Qui patrem ſuum & matrem ſuam deprædatur, dicitque id nõ eſſe tranſgreſſionem, ſocius eſt hominis[25]graſſatoris.
[26]Latus animo excitat contentionẽ: at qui Domino fidit, pingueſcit.
Qui cordi ſuo confidit, delipit: at qui ſapienter ambulat, [27]liberabitur.'
Qui largitur pauperi, non egebit: qui autẽ auertit oculos ſuos, [28]multam [habebit] egeſtatem.'
Quum euehuntur impij, [29]deliteſcunt homines: quum vero pereunt impij, augeſcunt iuſti.

CAP. XXIX.

Qvi aduerſus increpationes dura ceruice eſt, ſubito cõteretur, nec mederi quiſquam poterit.
Quũ iuſti regnant, gaudet populus: quum imperitat impius, ingemiſcit populus.
Qui ſapientiæ amans eſt, exhilarat patrem ſuũ: q autẽ cũ ſcortis amicitiã iũgit,' opes dilapidat.
[3]Iudicio rex ditionem firmam facit: at qui tributa [extorquet,] euertit eam.'
Qui aſſentatur proximo ſuo, expãdit rete [4] greſſibus eius.
[5]Ipſi malo trãſgreſſio ſua laqueus eſt,' iuſtus autem ouat & gaudet.
[6]Cognoſcit iuſtus miſerorũ cauſas:' impius vero[7]nihil prudentiæ aut cognitionis habet.
Illuſores [8] illaqueant vrbem:' at ſapientes auertunt[9]iram.'
Vir ſapiens ſi cum ſtulto diſceptationem ſuſcipiat, [10]ſiue tumultuet, ſiue rideat, nulla quies.'
Viri ſanguinarij oderunt integrum: [11]rectis autem vita eius curæ eſt.
[12]Totum ſpiritum ſuum effundit ſtultus, at ſapiens retrorſum cohibet eum.
[13]Princeps qui animum aduertit ad res vanas ac mendaces, huius miniſtri omnes impij ſunt.
Pauper &[14]fœnerator inter ſeſe conueniant. vtriuſque autem oculos Dominus illuſtrat.
Rex qui iudicat in veritate pauperes, huius ſoliũ in perpetuum firmum manet.

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. C
Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet.
Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit: qui peruerſis graditur vijs, concidet ſemel.
‖Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: ſ. 12. b.
qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate. eccli 20. d.
Vir fidelis multum laudabitur: ‖qui autem feſti- ſ. 13. b.
nat ditari, non erit innocens.
Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.
Vir qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat q D
egeſtas ſuperueniet ei.
Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eũ magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.
Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, °vel' à matre, ¶°&
& dicit hoc non eſſe peccatum: particeps homicidæ eſt.
Qui ſe iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò
ſperat in Domino°ſaluabitur.'. ¶°ſanabitur.
Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autem
graditur ſapienter, ipſe°laudabitur.' ¶°ſaluabitur
Qui dat pauperi, non indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam.
Cum ſurrexerint impij, abſcondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iuſti.

CAP. XXIX.

Viro qui corripientem dura ceruice contẽnit, repentinus ei ſuperueniet interitus: & eum
ſanitas non°ſequetur.' ¶°ſequitur.
In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cũ impij ſumpſerint principatũ, gemet populus.
Vir qui amat ſapiẽtiam, lætificat patrem ſuum:
‖qui autẽ nutrit °ſcortum,' perdet ſubſtãtiam. Luc. 15. c.
Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruet eã. ¶°ſcorta.
Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius.
Peccantẽ virum iniquum inuoluet laqueus, & iu-
ſtus°laudabitur'atque gaudebit. ¶°laudabit
Nouit iuſt⁹ cauſã pauperũ, impius ignorat ſciẽtiã. B
Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes verò auertunt furorem.
Vir ſapiens ſi cum ſtulto cõtenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem.
Viri ſanguinum oderunt ſimplicem: iuſti autem quærunt animam eius.
Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiẽs differt & reſeruat in poſterum.
Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios.
Pauper & creditor obuiauerunt ſibi: vtriuſq; illuminator eſt Dominus.
Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

¶24. i. vt me ſequatur. Hoc ſub perſona Dei dicitur. Alij ad Salomonem referunt, Qui poſt me increpat & arguit. hoc eſt iuxta leges meas. Poteſt & ſic verti, Qui caſtigat hominem reũitẽtẽ. ſub. à lege Dei. ¶25 vl. exterminatoris. aut. homicidæ. ¶26. i. Superbus, Gallice, qui eſt de grãd courage. ¶27 Seruabitur. i. qui omnia agit Diuino conſilio, fœlicia experietur. ¶28 He. eſt multus maledictionibus. i. multorũ maledictionibus eſt obnoxius. ¶29 vt ſcilicet fugiãt perſequutionẽ. XXIX. ¶1 Heb. Vir obiurgationũ indurans ceruicẽ. Metaphora ducta à bobus vel equis, qui ſunt dura ceruice. q. d. qui frequẽter increpatur, & tamen indurat animũ ſuũ. ¶2 Heb. paſcit ſcorta. ¶3 Rex ob iudiciũ ſtabilẽ reddit terrã: at vir munerũ euertit eam. i. Dũ rex vnicuiq; quod ſuum eſt reddit, ſtabile ſuum reddit imperiũ: quòd ſi muneribus capiatur, & ob id iniuſte agat, ditionem ſuam euertit. aut, qui nouis ſubinde vectigalibus populum expilat ac deglubit, &c. ¶4 Alij legunt, greſſibus ſuis. i. vt ſe capiat adulator. ¶5 In peccato viri mali eſt laqueus. q. d. capitur pprio laqueo vir mal⁹. ¶6. i. Ius pauperis eſt curæ iuſto. ¶7 Heb. non intelligit ſcientiam. i. nihil prorſus intelligit. q. d. nõ curat ius pauperis. ¶8. i. ſunt exitio ciuitati. ¶9 ſub. excitatam à ſannionibus. ¶10 Heb. & iraſcitur, & ridet. & nulla eſt quies. q. d. Si iudiciũ ſubeat vir ſapiens cũ ſtulto, modo ſtultus ridet eum, modo iraſcitur: breuiter, ſtultũ nullo modo ferre poteſt. ¶11 Heb. recti autem quærũt voluntatẽ eius. i. ſtudent ei in oibus obſequi. ¶12 Omnẽ iram ſuam effundit ſtultus: ſapiẽs autem poſtea pacat eam ¶13 Hebr. Principis attendentis ſermoni mendaci omnes miniſtri ſui ſunt impij. ¶14 vl. vir fraudum. Vox Hebræa ſignificat etiam contritionẽ & afflictionẽ: vt ſic legatur, Pauper & afflictus occurrerunt ſibi obuiam. i. conuenerunt. hoc eſt, in eodem pene ſunt gradu. vl, Cum occurrerint inter ſe inops & qui mulctis oppreſſus eſt, alter alterũ conſolabitur: dat enim Dominus patientiam vtrique.

¶correptio Virga atq; correctio tribuit ſapientiã: puer autẽ
C qui dimittitur volũtati ſuę, cõfundit matrẽ ſuã.
In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera. & iuſti ruinas eorum videbunt.
Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.
Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus: qui verò cuſtodit legem beatus eſt.
Seruus verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit.
Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtulti-
¶correptio. tia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio.
Qui delicate à pueritia ſua nutrit ſeruũ ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.
D Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignãdum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior.
Iob 22.d. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.
¶partitur, Qui cum fure participat, odit animam ſuã: adiurantem audit, & non indicat.
Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur.
Multi requirunt faciem principis, & iudiciũ à Domino egreditur ſingulorum.
Abominantur iuſti virum impium: & abominantur impij eos qui in recta ſunt via.
Verbum cuſtodiẽs filius, extra perditionẽ erit.

C A P. X X X.

Verba Congregantis filij Vomentis.

Viſio quam locutus eſt vir Cum quo eſt Deus, & Qui Deo ſecum morante Confortatus, ait, Stultiſſimus ſum virorum, & ſapiẽtia hominum non eſt mecum. Non didici ſapientiam, & noui ſcientiam ſanctorum. Quis aſcendit in cælum, atque deſcendit? quis continuit ſpiritum in manibus ſuis? quis colligauit aquas quaſi in veſtimẽto? quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? quod nomẽ eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?
Pſal.18.e. Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt omnibus
Deu.4.a.12.d. ſperantibus in ſe: ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniariſque mendax.
E Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria. ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.
Ne accuſes ſeruum ad dominum ſuum: ne forte maledicat tibi & corruas.
Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit. Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ. Generatio quæ pro dẽtibus gladios habet, & cõmandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hoib9.
Sanguiſugæ duæ ſunt filię, dicentes, Affer, Affer.

Virga & obiurgatio dat ſapiẽtiam: puer verò ſui iuris relictus, pudefacit[15] matrem ſuam.
Quum[16] præſunt impij, creſcit tranſgreſſio: at iuſti caſum eorum intuebuntur.
Caſtiga filium tuum: hoc quietẽ tibi afferet, delicias que animo tuo.
Quũ deeſt[17] prophetia, diſſipatur populus: & qui legem obſeruat, beatus eſt.
Seruus nõ emẽdatur verbis: & quum intelligat,[18] non tamen reſpondet.
Si videas hominem[19] ſermone ſuo præcipitẽ, iam de ſtulto melius quàm de illo ſperes.
Qui ſeruũ ſuum à pueritia delicate educat,[20] poſtremo ius filiorum occupare molietur.
Iracundus excitat occaſionem contentionum, & furibundus multas[21] tranſgreſſiones.
Faſtus deijcit hominem:[22] at ſpiritu humilẽ tenet gloria.
Odit animam ſuam quiſquis[23] furis ſocius eſt: audit execrationem, & non indicat.
[24] Qui metuit homines, corruet: qui autem in Domino confidit, is extra telorum iactum eſt.
Plærique ambiunt principis faciẽ: à Domino autem [pendet] cuiuſque iudicium.
Abominantur iuſti virum iniquum: impius autẽ abominatur qui recte incedunt.

C A P. X X X.

Sermones[1] Agur filij Iace,[2] prophetia grauis.

Dixit vir ad Ithielem, ad Ithielem inquam, & Vchal, Stupidior quidem ſum ego quam quiſquam alius,[3] & humana prudentia deſtitutus.[4] Sapientiam nunquam didici, neque ſanctorum ſcientiam[5] noui. Quis[6] aſcendit ad cælos, aut deſcendit? Quis collegit vẽtos intra manus ſuas? quis conſtrinxit aquas veſte? quis cõſtituit omnes terminos terræ? quod eſt illi nomen? quod nomen filio eius? ſi modo ſcis.
Omnis ſermo Dei[7] purgatus eſt, ſcutum his qui eo nituntur. Ne addas ſermonibus eius, ne te redarguat, & mendax inueniaris.
Duo ſunt quę abs te poſtulaui, ea ne deneges mihi antequã moriar: Procul à me amoue vanitatem & mẽdax verbum: Inopiam & diuitias ne dederis mihi,[8] ſed fac vt decerpam panem demenſi mei, ne ſatiatus aut te negẽ, & dicam, Quis eſt Deus? aut per inopiã furer, &[9] abiurem nomen Dei mei.
Ne deferas ſeruũ apud herum ſuum,[10] ne te execretur, neve te culpæ obnoxium reddas.
Eſt genus quoddam [hominum,] quod maledicit patri ſuo, & matrem ſuam non laudat. Eſt rurſus genus quoddam, quod ſibi mundum videtur, quum tamen à ſordibus ſuis nõ ſit lotum.[11] Eſt denique gẽs quæ oculos ſuos attollit, & palpebras ſuas eleuat. Eſt poſtremo gens, cui9 dentes gladij, & cuius molares cultri ſunt, vt deuorẽt pauperes è terra, & inopes ex hominibus.
[12] Sanguiſugæ duæ filiæ [ſunt, nempe][13] adfer, adfer.

¶15 Noĩe matris intellige vtrũque parentem: vt nomine patris, aliquando vtrũq;. ¶16 He. multiplicantur. ¶17 vl, viſio, deficit &c. Prophetiam ſiue viſionẽ intellige declarationem verbi Dei. ¶18 .i. contẽnit. ¶19 in negotijs ſuis ¶20 Heb. in nouiſſimis ei9 erit filius .i. eũdẽ haberi volet pro filio. ¶21 ſub. admittit. frequenter peccat. ¶22 vl, at humilis aio potietur gloria .i. euehetur ad honores & dignitates. ¶23 Heb. partitur cum fure. q.d. Qui particeps eſt furti, male audit ab hoibus: nec audet conqueri ſe male audire. ¶24 Heb. Pauor hominis inijcit laqueũ [ſub. homini:] q autem confidit in Domino. exaltabitur. Hic dãnat cõſcientias pauidas eorũ q ſibi fidũt, & nõ Chriſto. Exaltari, eſt ſeruari, quaſi in loco ſublimi. Metaphora ſumpta à militibus qui ſe in loca alta recipiũt. ¶25 vl, [proficiſcitur] ſors vniuſcuiuſque. vel fortuna & conditio.

X X X.

¶1 Quidam Hebræorũ putat ætate Salomonis fuiſſe virũ quendam integræ vitæ & magnæ ſapiẽtiæ, nomine Agur: cuius dicta & ſentẽtias curauit ſuis prouerbijs adſcribi. fuerũt autẽ huius ꝓphetæ familiares vel diſcipuli Ithiel & Vchal, ad quos ſequẽtes ſentẽtias dixit more ꝓphetico. ¶2 vl, difficilis ſentẽtia, prægnãs & excellẽs. Alij ſequentib9 hæc iungẽtes, ſic vertũt ex Hebræo, Prophetia dictum viri illius ad Ithielẽ. &c. i. dicit Prophetia viri illius Agur, qui erat inſignis doctrina & prophetia. Quum Agurũ iſtũ interrogarent Ithiel & Vchal, reſpondit eis ſequentia. ¶3 nec eſt intelligentia hominis mihi. i. nec mihi tantum eſt intelligentiæ, quantũ homini competit. ¶4 ſub. mũdanam. ¶5 vl, aſſequutus ſum, ſub. labore meo. Alij legũt ſine negatione, Sanctorum ſcientiam noui. quaſi diceret, Expers ſum humanarum artium, at diuinarum gnarus ſum. ¶6 vt ſcilicet ea quæ in cælo ſunt cognoſceret, & ea hominibus declararet. ¶7 .i. mendacio caret. ¶8 ſed ale me pane portionis meæ .i. ſuppedita mihi cibũ conuenientem, vt nec abundem, nec eſuriã. ¶9 vl, impure tractẽ. i. nõ tribuam tantũ Domino, quantum tribuere debeo. ¶10 Hebr. ne forte maledicat tibi, & pecces. i. ne poſteaquam peccaueris, cõtingat tibi maledictio. ¶11 Superbia ſeſe oſtẽdit oculorum & palpebrarum indicio. ¶12 q.d. hoc genus hominum eſt ſimile hirudini, quæ ſtudio inſatiabili humani cruoris tenetur. perinde ac ſi dicat, quartũ hoc genus hominum hirudini merito cõparari poteſt. Per filias ſanguiſugæ intellige duos ſulcos linguæ quibus ſanguinem exugit, habet enim linguã biſulcam. Vide Pliniũ. ¶13 da, da.

¶14 ſimò quatuor ſunt, q &c. ¶15 Recipit enĩ ſepulchrũ quot quot cadauera iniiciuntur. ¶16 Vox Hebræa ſignificat orificium anguſtũ quo ſuſcipitur ſemen genitale. Mulieré intelligit cuius vuluã concluſit Dominus, & tamé cupit habere prolé. ¶17 .i. areſacta terra. ¶18 ſignificat diuitias. ¶19 vl', ſuffodient. ¶20 Heb. abſcõdita ſunt à me.

¶21 vl'. Sic eſt mos mulieris adulteræ: edit, & tergit, &c. q.d. ſic latere ſolet hoĩs via mulieris q̃ adulterium cõmittit: copiam ſui facit, & dicit, non admiſi ſcelus, non ſum adultera. Honeſtis verbis rem turpem .i. adulterium admiſſum, exprimit, cum dicit, edit, & tergit os. ¶22 Propter tria ſtomachaĩ terra: & propter quatuor nõ poterit ſuſtinere. .i. tẽperare ab ira. ¶23 vl'. Propter ſeruũ, &c. ¶24 Heb. ſapientiſſima, docta ſapientiſ. ſub. à Deo. ¶25 gen' infirmum. ¶26 Hebr. in æſtate. i. tempore meſſis. ¶27 Quidã murem mõtanum eſſe putãt. & videtur hic quadrare.

Tria hæc non ſatiantur, [14]& quatuor nunquã dicunt, Satis eſt: [15]Sepulchrum, [16]Vulua cõſtricta, Terra [17]nõ ſatiata aq̃, & [18]Ignis nõ dicit, Satis.
Eius oculũ qui patrem ſubſannat, & matris doctrinam ſpernit, corui torrentis [19]eruant, ac aquilæ pulli deuorent.
Tria hæc [20]excellentia ſunt, ac ſupra captũ meũ, & quartũ penitus ignoro: Viam aquilæ in aere, Viam ſerpentis ſupra petram, Iter nauis in pelago, & viam viri cum adoleſcentula.
[21]Talis eſt & adulteræ via, quæ vbi comederit, extergit os ſuum, & dicit, Nihil mali feci.
[22]Sub tribus cõtremiſcit terra, & ſub quarto nequit conſiſtere. [23] Sub ſeruo qui imperat, Sub ſtulto quũ ſatur eſt panibus, Sub odioſa ſi marito nupſerit, & Sub ancilla quæ hæres facta eſt dominæ ſuæ.
Quatuor iſta minima ſunt inter terreſtria, ſed [24]ſapientia ſuperant vel prudentiſſimos, Formicæ, [25]populus imbecillis, quæ tamé [26]in meſſe cibum ſuum parant: [27]Cuniculi, [28]gens minime potens, attamẽ in petra domiciliũ ſuum collocant: Locuſtæ, quæ etſi regẽ non habeant, turmatim tamé proficiſcũtur vniuerſæ: [29]Araneus vtrunque latus apprehendit, & eſt in palatiis regum.
Hæc tria bene incedunt, imò quatuor belle incedunt: Leo qui heros eſt inter beluas, nec à cuiuſquam conſpectu fugit: [30] Canis venaticus, Aries, & Rex [31]alcum.
Si ſtulte [32]egiſti efferendo te, aut ſiquid ſcelerati apud te cogitaſti, [pone] [33]manum ſuper os.
[34]Lac ſi premas, butyrũ exit: qui nares emũgit, ſanguiné elicit: ſic q iras incitat, lité producit.

CAP. XXXI.

Verba [1]Lamuelis regis: [2]diſciplina grauis, in qua erudiuit eum mater eius.

Quid fili mi? quid fili vteri mei? quid fili votorum meorum? Ne des mulieribus [4]robur tuum, & [5]vias tuas ad delendum reges.
Ne[des] regibus, ô Lamuel, regibus inquam vinũ bibere, aut principibus ſicerã, ne poti obliuiſcantur legis conſtitutæ, & peruertant cauſas omnium afflictorum.
Damnatis date ſiceram, & vinum his qui amaro ſunt animo: Vt poti obliuiſcãtur inopiæ ſuæ, & calamitatis ſuæ non vltra recordentur.
[6]Aperi os tuum muto, [7]in iudicio omniũ eorum qui prouocant. Aperi os tuũ, iudica iuſte cauſam pauperis & egeni.
א [8]Fœminam virtute præditam quiſquis nactus fuerit, mercem habet gemmis procul petitis pretioſiorem.
ב [9]Ei tuto credit cor mariti eius, res quoque nõ decreſcunt.
ג Repẽdet [10]ei bonum, & nõ malum cunctis diebus vitæ ſuæ.
ד Quærit lanam & [11]linum, & operatur [12]cũ voluptate manibus ſuis.
ה Perinde eſt atque nauis mercatoris, ex lõginquo aduehens victum ſuum.

Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquã dicit Sufficit, Infernus: & Os vuluæ, & Terra quæ non ſatiatur aqua: Ignis verò nũquam dicit Sufficit.
Oculum qui ſubſannat patrẽ, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ.
Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro, Viam aquilæ in cælo, Viã colubri ſuper terrã, Viam nauis in medio mari, & Viam viri in adoleſcentia.
Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuũ dicit, Nõ ſum operata malũ.
Per tria mouetur terra, & quartum quod nõ poteſt ſuſtinere, Per ſeruum cum regnauerit: Per ſtultum cũ ſaturatus fuerit cibo: & Per odioſam mulierem cum matrimonio fuerit aſſumpta: & Per ancillã cũ fuerit hęres dominæ ſuę.
Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi: Lepuſculus plebs inualida, q collocat in petra cubile ſuũ: Regem locuſta nõ habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & quartũ quod incedit fœliciter: Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nulli pauebit occurſum: Gallus ſuccinctus lũbos ſuos: & Aries, Nec eſt rex qui reſiſtat ei.
Et qui ſtultus apparuerit poſtquam eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.
Qui autẽ fortiter premit hubera ad eliciẽdũ lac, exprimit butyrũ: & q vehemẽter emũgit, elicit ſanguiné: & q prouocat iras, pducit diſcordias.

CAP. XXXI.

Verba Lamuelis regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua.

Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorũ? Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges.
Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinũ: quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. ne forte bibant, & obliuiſcãtur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.
Date ſiceram mœrentibus, & vinũ his qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui nõ recordentur amplius.
Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorũ qui pertranſeũt: aperi os tuum, decerne quod iuſtum eſt, & vindica inopem & pauperem.
א Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.
ב Cõfidit i ea cor viri ſui, & ſpoliis nõ idigebit:
ג Reddet ei bonum, & non malũ, omnibus diebus vitæ ſuæ.
ד Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.
ה Facta eſt quaſi nauis inſtitoris dẽlonge portãs panem ſuum.

¶ effodiant
¶ filii
¶ legẽdum, adoleſcẽtulæ.
¶ in matrimonium
D
¶ quæ præparant
¶ ſuum:
¶ apparuis
¶ vias
¶ indica
D

¶28 gen' nõ forte. ¶29 Pro araneo alii legũt ſtellioné aut lacertã: nõ inepte. ¶30 Heb. præcinctus lũbos. i. graciles habens lumbos. Cané leporariũ intelligit. Gallice, Leurier. ¶31 cui reſiſtere nemo poteſt. ¶32 quid dixeris, ¶33 .i. ſaltem aut ſtatim os cõpeſcito ne erumpat ſcelus. ¶34 Certe [vt] cõcuſſio frequens lactis exprimit butyrum, & vehemens emunctio naſi exprimit ſanguinem: ita & irritatio iræ vehemens, excitat contentionem.

XXXI. ¶1 .i. Salomonis qui Lamuel dict' eſt. hoc eſt à Deo. q à Deo fuerit cõſtitutus. ¶2 prophetia qua ¶3 .i. exoptatiſſime, pro quo oĩa vota mea emitto. Subaudiẽdũ autẽ, dicã tibi. Quid dicã tibi? ¶4 hoc eſt, quod præſtantiſſimũ eſt in homine, vt ingeniũ, robur, opes. ¶5 vl', ſtudia tua ad delenda [ſtudia] regũ. ¶6 .i. Patrocinare ſilẽti in cauſa ſua ¶7 in cauſa omniũ filiorũ interitus .i. mortis ¶8 Heb. Mulieré virtutis quis inueniet? nã lõginquũ eſt à gẽmis pretiũ eius. q.d. Quotuſquiſq; reperiat mulieré maſculã? pretio & dignitate ſuperat omnes gẽmas. Mulieré virtutis vocat, quã nos Gallice dicimus, femme vaillante. ¶9 Confidit ei cor mariti eius: & ſpoliis[.i. re domeſtica] non egebit. ¶10 .i. viro ſuo. q.d. ſemper virum ſuum lætitia afficit. ¶11 lina. plurali numero: quia multa ſunt genera linorum. ¶12 Heb. in beneplacito. Gallice, Elle prend plaiſir à beſongner.

V.

ו Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.
ז Conſyderauit agrũ, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.
ח Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum.
ט Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
י Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.
כ Manũ ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.
ל Non timebit domui ſuę à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.
מ Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius.
נ Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.
ס Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
ע Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo.
פ Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
¶[9]Cõſyderat — צ [9]Conſyderauit' ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.
ק Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam.
ר Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.
ש Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur.
ת Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudēt eam in portis opera eius.

N.

ו Dum adhuc nox eſt ſurgit, & dat familiæ ſuæ cibum, ac[13]demenſum' puellis ſuis.
ז [14]Conſultat de agro,' & emit eũ: [15]fructu' manuum ſuarum plantat vineam.
ח Fortiter lumbos ſuos accingit, & corroborat brachia ſua.
ט [16]Sentit quã bona ſit negotiatio ſua, nec noctu extinguitur lucerna eius.
י Manum ſuam[17]colo'admouet, & volæ eius torquent fuſum.
כ [18]Manum'ſuã extendit pauperi, & egeno præbet illam.
ל Non metuit familiæ ſuæ[19]à brumæ' vniuerſa enim veſtita eſt[20]duplicibus.'
מ Tapetia facit ſibi, ex byſſo ac purpura indumentum.
נ [21]Nobilis'eſt in porta maritus eius, dum ſedet [22]inter ſenatores'regionis.
ס [23]Sindonem'facit ac vendit, cingula quoq; quę dat mercatori.
ע Fortitudo & decus veſtimentum eius, & gaudebit in poſterum.
פ [24]Os ſuum ſapienter aperit, & lex beneficẽtiæ in lingua eius.
צ Speculatur ſtatum domus ſuæ, & [25]cibũ ſuum non edit otioſa.'
ק Surgent eius liberi, & prædicabunt eam felicem: maritus quoque eius eam laudat.
ר Multæ filiæ pararunt opes: at tu vniuerſas excellis.
ש Fallax gratia, vana venuſtas: fœmina Dei timens, ea[26]laudabitur.'
ת Huic date [27]de fructu'manuum ſuarum: hanc prædicent[28]in porta'opera illius.

¶13 vl, portionẽ & cibũ deñitũ. ¶14 Conſyderat. Contẽplator agrum. ¶15.i. labore ¶16.i. Percipiẽs opus ſuum eſſe frugiferũ, etiã nocte operatur ¶17 verticulo. quo ſcilicet dirigitur fuſus ipſe. ¶18.i. alteram manum ¶19 Heb. à niue .i. à frigore. ¶20 vl, coccino .i. veſtib⁹ coccineis, hoc eſt precioſis: quanto magis ergo aliis veſtibus q̃b⁹ frig⁹ arceatt ¶21 Celebris. Clarus ¶22 cũ ſeniorib⁹.i. principibus. nam olim ſeniores, iudices ac principes regionis erãt. ¶23, Linteũ .i. telam texit ¶24.i. Sapiẽter loquit. & eſt gratioſa. ¶25 Heb. panem ignauię nõ edit. ¶26 vl, laudari ſolet. ¶27.i. de labore. q.d. laudate illã propter laborem manuũ ſuarũ. ¶28.i. in locis publicis.

# Eccleſiaſtes, qui ab Hebræis Coheleth appellatur.

C A P. I.

Omnia vanitas.

VErba eccleſiaſtę filij Dauid regis Ieruſalẽ. Vanitas vanitatum, dixit eccleſiaſtes: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid habet ampli⁹ homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur:
B ibique renaſcens, gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuer-

SERMONES concionantis filij Dauidis regis in Ieruſalem
[1]Extrema inanitas, dixit concionans, extrema inanitas, & omnia quidem ſunt inanitas. [2]Quantum[enim] homini reliquum eſt poſt omnem, ſuum laborem,'quẽ perfert ſub ſole?[3]Aetas [nanque]præterit, & ætas[alia]ſuccedit: terráque æternũ perſtat. [4]Oritúrque ſol, & occidit ſol, & [5]anhelus tẽdit ad locum ſuum vbi oritur.[6]Diſcedit' [vero]ad Auſtrum, & redit ad Aquilonem: [7]à diuerſis quoq; mũdi plagis venti ſurgẽtes meãt, & in ſuos circulos venti reuertuntur.' Omnes[etiam]torrẽtes mare ingrediuntur, nec tamẽ mare impletur.[8]nam torrẽtes redeunt ad locum per

I.
¶1 vl, Vaniſſima vanitas, hoc eſt ſumma. ſub. occupat res humanas. Chald. paraphr. Sũma vanitas eſt mũd⁹ iſte. q.d. quicquid eſt in hoc mũdo, eſt vanũ. Vna ſententia damnat omnes omniũ opiniones vt vaniſſimas, qui fœlicitatẽ alibi, q̃ in Deo ponũt: aut rationib⁹ alijs attingere moliuntur, quàm per religionẽ Chriſtianã. Eſt autem argumentũ totius libri, Vanitas vanitatũ, &c. Summam huius libri cõplectitur Chriſtus, Matth. 5. his verbis, Ne ſitis ſoliciti in craſtinũ: nam craſtinus dies curabit quę ſua ſunt. Sufficit ſua diei afflictio. Vult enim Salomon nos reddere pacatos & quietis animis in cõmunibus negotijs, & caſibus huius vitæ, vt viuamus contenti præſentibus, ſine cura & cupiditate futurorum, ſicut Paulus ait, Sine cura & ſolicitudine agentes. futurorum enim curam fruſtra affligere. Colligit autem, ſingulorum hominum ſtudia & conatus vanos eſſe & irritos, vt ex ſingularibus, vniuerſalem concluſionem efficiat. & oſtendat hominum omnium ſtudia vana eſſe. Non hic damnantur creaturæ Dei, ſed prauus affectus & cupiditas hominum, qui non ſumus cõtenti præſentibus iſtis creaturis Dei, & earũ vſu, ſed ſemper anxij & ſoliciti accumulare diuitias, honores, gloriam, famã, quaſi perpetuo hic victuri, faſtiditis interim illis quę adſunt, & alia ex alijs ſemper affectãtes. Hæc eſt enim ſumma vanitas & miſeria, ſe vſu bonorum præſentium fraudare, & fruſtra affligi de futuris.
¶2 Heb. Quæ vtilitas homini eſt ex omni labore ſuo quo laborat ſub ſole? Aut, Quid commodi cõtingit hominibus ex omni labore ſuo quo laborare ſolet in mundo? ¶3.i. homines nati eodẽ tempore labuntur, non durant ad longum tempus: terra autem in longum tempus permãſura eſt. hoc ſignificat, In æternum, hoc loco. vt Exod. 21, Et ſeruient in æternum. i. ad tempus, vſque ad iubileum. ¶4 tribus ſimilitudinibus probat terram durare vſque ad iudicium. Prima à ſole: ſecunda à vento, tertia à fluminibus. ¶5.i. quaſi cum deſyderio regreditur ad, &c. ¶6 ſub, ab ortu. De vento loquitur. ¶7 Heb. circuit, pergit ventus, & ad circuitus ſuos reuertitur ventus. i. ſubinde circumeũdo mutat locum ventus, & reuertitur vt iterum flet. ¶8 Heb. ad locum, ad quem torrẽtes ipſi defluunt, illuc reuertuntur eundo. Nam à mari educit vapores ſol, qui in media regione aeris in pluuiam reſoluuntur,

¶9 Heb. Omnes res ſunt laborioſę, nec poteſt quiſpiā exprimere. ¶10 q.d. Cupiditas eſt inexplebilis. ¶11 Prior hæc clauſula, de ijs quæ natura fiunt intelligiē: poſterior, de ijs quæ arte humana. ¶12 Itaq; nihil qcquā ¶13 Heb. neque apud poſteros qui erūt extremis tēporibus ¶14 Heb. Et dedi cor meū ad quærendum ¶15 id quod eſt occupatio miſera quam tradidit Deus hominib⁹ vt occuparētur in ea. Per parēthesim poſitū. Latine ſic verti poſſet, Nā ea eſt occupatio miſera qua voluit Deus homines occupari. ¶16 Chaldæus paraphr. fractio ſpirit⁹. ¶17 Hebr. Peruerſum nō poteſt corrigi: & defectus nō poteſt numero cōprehendi. Hac ppoſitione dānat opera hominū ſine gratia. Quod in reb⁹ humanis eſt peruerſum, nō poteſt virib⁹ humanis corrigi: & defect⁹ qui in hoim operibus reperitur, non pōt numerari.

quem ferebantur. ⁷Quibus explicādis verba idonea deſunt, nec quiſquā edifferere poſſet. ⁸Non oculus ſaturatur ſpectando, neque auris audiēdo expletur. ⁹Quod [enim] fuit, ipſum etiam erit: & quod factum eſt, ipſum fiet etiam: ¹⁰nec quicquā noui exiſtit ſub ſole. Eſtne res, de qua poſſit quis dicere, Vide illud nouum eſt? & iam aliquot retro ſeculis præterierūt quæ fuerūt ante nos. Nō [durat etiam] memoria rerū priorū, neq; ¹¹apud poſteros memoria rerū quę poſthac erūt, durabit. ¶Ego concionans fui rex Iſraelis in Ieruſalem. Et ¹²induxi in meum animum quærere & inueſtigare ſapiēter per omnia quæ ſub cęlo ſunt facta: (¹³quam occupationem laborioſam Deus hominibus iniunxit, vt ea humiles redderet.) Perſpexi omnia opera quæ ſub cælo ſunt facta, & ecce omnia ſūt inanitas & ¹⁶animi moleſtia. [Etenim] ¹⁷quod deprauatū eſt, nō poteſt quiſquam recōcinnare: & quod deeſt, nō poterit numerari. ¶ ¹⁸Subduxi autē rationē eiuſmodi apud animū meum. Ecce ego res magnas perfeci, & ¹⁹auxi ſapientiā præ omnibus qui ante me fuerūt in Ieruſalem, ac meum cor vidit plurimā ſapientiam & ſcientiam. Et adieci animum meum ad cognitionem ſapiētiæ & cognitionem væſaniæ atque ſtultitiæ: [ac planè] ²⁰intellexi quòd illud etiā ſit animi moleſtia. Nam cū plurima ſapientia coniūcta eſt plurima ²¹indignatio: & qui auget ſciētiam, ſimul auget quod eū cruciet. CAP. II.

POrrò apud meipſum ita cogitaui. Age quæſo, ¹læte poculis indulgebo, & experiar quantum in eo bonum ſit: ecce autem, etiam hæc inanitas eſt. ²[Nam] ridere ſtatuo eſſe hominis væſani, & lætitiā neſcio quid parere. ³Indagaui ergo corde meo, corpus meū diutina voluptate vini oblectare, & cor meū aſſuefacere ſapiētiæ, hactenúſq; retinere ſtultitiā, dū cernere poſſem vbinam poſitū ſit bonū hominibus, quod ſub cælo perſequantur quanto tempore viuunt. ⁴Perfeci [enim] magna opera, ædificaui mihi domos, [&] plantaui mihi vineas. Conſeui mihi etiā hortos & ⁵paradiſos, ac in eis plantaui omnis generis arbores fructiferas. Feci [etiam] mihi piſcinas abūdātes aqua, vt irrigarem ex eis nemus producēs arbores. Emi [quoq;] ſeruos & ancillas, & habui ⁶vernas: peculiū etiam habui armentorū & gregum maius ǭ vllus eorū qui ante me fuerūt in Ieruſalem. Congeſſi etiam mihi argentum & aurum, & ⁷mūdum pretioſum regū & prouinciarū, mihiq; ⁸acciui cantores & pſaltrias, ⁹necnon mulierē & mulieres, hominum delicias. Et magnus euaſi, & ¹⁰cumulauiſſ[res ſuaues] præ omnibus qui ante me fuerunt in Ieruſalem, ſimúlq; ſapientia mihi permanſit. Quicquid etiā expetiuerūt oculi mei, non negaui eis, neq; prohibui cor meum ab vlla lætitia: nā cor meū lætatum eſt in omni labore meo: atque hæc fuit ¹¹ſors mea ex omni meo labore. Et ¹²cōuerſus ſum ad omnia opera mea quæ peregerunt meæ manus, & ad laborē ¹³quē pertuli: & ecce oīa inanitas & animi moleſtia, ¹⁴nec

tuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles: nō poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurū eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere, Ecce, hoc recens eſt. iam enim præceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Non eſt priorū memoria: ſed nec eorum quidem quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo. ¶Ego eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Ieruſalem, & propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hāc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparētur in ea. Vidi cuncta quæ fiūt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. ¶Locutus ſum in corde meo dicens, Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Ieruſalem, & mens mea cōtemplata eſt multa ſapienter, & didici. Dedique cor meū vt ſcirē prudētiā atq; doctrinā, erroréſq; & ſtultitiā: & agnoui q in his quoq; eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eo q in multa ſapiētia, multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiā, addit & ¹laborē. CAP. II.

DIxi ²ergo in corde meo, Vadā, & affluā delicijs, & fruar bonis. Et vidi q hoc quoq; eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnē meam, vt animū meum transferrem ad ſapiētiam, deuitarémque ſtultitiā, donec viderem quid eſſet vtile filijs hominū, ³quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitę ſuæ. Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. Feci hortos & ⁴pomœria, & cōſeui ea cuncti generis arboribus. Et extruxi mihi piſcinas aquarū, vt irrigarē ſyluā lignorū germinantium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multámq; familiā habui: armenta quoque & magnos ouiū greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalē. Coaceruaui mihi argentū & aurum, & ſubſtātias regum & prouinciarū. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorū hominum, ſcyphos, & ⁵vrceolos in miniſterio ad vina fundenda. Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ieruſalē. ſapientia quoque perſeuerauit mecū. Et omnia quæ deſyderauerūt oculi mei, nō negaui eis: nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. Cūmque me cōuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in oībus vanitatē & afflictionē animi, &

C Inueſtigatio rerum vana. D ¹dolorem ²ego In affluētia deliciarum, vanitas. ³quod Ædificia & diuitias vana eſſe. ⁴pomaria B ⁵vrceos C

¶18 Hebr. Dixi ergo cū corde meo, dicēdo. i. Cōſtitui apud me, dicēdo. ¶19 addidi. i. cōparaui mihi ſapiētiā vltra. &c. ¶20 deprehēdi ¶21. i. eſt multus labor, vnde ſolemus prouocari ad irā. q.d. qui conatur admodū ſapiens fieri, id nō cōſequitur ſine grauiſſimo labore & moleſtia animi. II. ¶1 Heb. probabo te in lætitia, & videbo bona. Sumit alterius hoīs perſonā ſæpe in hoc libro: vt hic. Alloquitur cor ſuū. q.d. Periculum de te faciā in lætitia, genio indulgebo, viuam opipare. ¶2 Heb. De riſu dixi, In inſaniā verſus eſt. & de lætitia, Quidnā eſt id quod affert? q.d. vidētur mihi inſanire qui ſeſe riſui dedūt: & gaudij extrema ſunt luctus. ¶3 Exploraui in corde meo vt attraherē ad vinū corpus meū, & vt cor meū incederet in ſapiētia, & teneret ſtultitiā: donec viderē quodnā eſſet bonū hoībus ex his quæ facere ſolēt ſub cælo numero dierū vitæ ſuæ. Noīe vini, Oē genus voluptatis intelligi ſolet in Sacris literis. q.d. Exploraui in aīo meo qua ratione corpus meū daret operam voluptati, quóq; modo regeret ſeſe in ſapientia cor meū: nec tamen interim alienū eſſet à ſtultitia cor meum, vſquedū viderē. &c. ¶4 Heb. Magnificaui opera mea. i. magnifica opera extruxi. ¶5 in quibus ſcilicet ſunt arbores fructiferæ. ¶6 Heb. filios domus. i. familia mihi fuit. aut etiā, vernæ. i. qui naſcūtur ex ſeruis. ¶7 theſaurū. i. pcipuas opes & diuitias. ¶8 cōparaui ¶9 Heb. & delicias hoim electas captiuā & captiuas. Quia vrbe aliqua capta ſeligebāt ſibi principes pulcherrimas mulieres: ideo hic per metaphorā noīe captiuarū, intelligit pulcherrimas mulieres. Alij Hebręi, honorabiles mulieres interpretātur. Alij, voces hebræas. Sidda & Siddoth, dicunt fuiſſe nomina inſtrumentorum muſicalium. ¶10 auxi meipſum. i. meam dignitatem. ¶11 portio ¶12. i. cōſyderaui ¶13 Heb. quo laboraui ad operādum. vl, ad faciendū. i. vt pararem mihi nomen & opes. ¶14 nihilque præcipuum commodum ſub ſole. vl, nulláque præcipua commoditas ſub ſole.

Alia vanitas, ſapientis & ſtulti vnū eſſe euentum. ỹ.8.a. prou. 17.d.

nihil permanere ſub ſole. ¶Tranſiui ad contemplandū ſapientiā, erroréſq; & ſtultitiā (quid eſt, inquā, homo vt ſequi poſſit regem factoré ſuū?) & vidi quòd tātum præcederet ſapiētia ſtultitiā, quātum differt lux à tenebris. [Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriuſque eſſet interitus. Et dixi in corde meo, Si vnus & ſtulti & meus occaſus erit: quid mihi prodeſt q maiorem ſapiētiæ dedi operā? Locutúſque cum mente mea, animaduerti q hoc quoq; eſſet vanitas. Non enim erit memoria ſapiētis ſimiliter vt ſtulti in perpetuum, & futura tēpora obliuione cūcta pariter operiēt: moritur doctus ſimiliter vt indoctus. Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntē mala vniuerſa eſſe

D ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionē ſpiritus. ¶Rurſus deteſtat[9] ſum omnē induſtriā meā, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus hęredē poſt me, quē ignoro vtrū ſapiēs an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laborib[9] meis quibus deſudaui & ſolicitus fui. & eſt quicquā tam vanū? Vnde ceſſaui, renūtiauitque cor meū vltrà laborare ſub ſole. Nā cū alius laboret in ſapiētia & doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimittit. & hoc[a] quoque[b] vanitas & magnum malum.

¶[a]ergo

Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Cuncti dies eius doloribus & ærūnis pleni ſunt, nec per noctē mente requieſcit. & hoc nónne vanitas eſt? Nónne melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laborib[9] ſuis? & hoc de manu Dei eſt. Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego? ¶Homini bono in cōſpectu ſuo dedit Deus ſapientiā & ſcientiā, &[a] intelligentiam:[b] peccatori autē dedit afflictionem & curā ſuperfluā, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo. ſed & hoc vanitas eſt & caſſa ſolicitudo mentis.

¶[a]lætitiam:

CAP. III.

Omnia ſuo prouenīūt tēpore, atque tranſeunt.

OMnia tēpus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cælo.

Tempus naſcendi, & tempus moriendi.

Tēpus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt.

Tempus occidendi, & tempus ſanandi.

Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.

Tempus flendi, & tempus ridendi.

Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.

Tempus ſpargendi lapides, & tēpus colligendi.

Tēpus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

B Tempus acquirendi, & tempus perdendi.

Tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi.

Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi.

quicquā ſub ſole ſit reliquum.[a] ¶Porrò [illuc] me verti, vt perſpicerē ſapientiā, & væſani, atq; ſtultitiam: ([11]quid eſt enim, ſi homo ſequatur ipſum regē, quod olim fecerūt?[b]) Et perſpexi quidē[12] potiorem cōditionē propoſitā eſſe ſapientiæ q ſtultitiæ, quemadmodū præſtantior eſt lux quàm tenebræ. Sapiētis enim[13] oculi ſunt in capite ipſi[9]:[a] ſtultus autē verſatur in tenebris: quanquam ego etiam noui quòd eadē fortuna[14] vniuerſis[a] obtingat. Tunc cogitaui apud meipſum, Eadē fortuna mihi obueniet quæ & ſtulto: quorſum igitur maiorē operam[19] darē ſapientiæ?[a] ſtatui itaque apud me, q etiā iſta ſit inanitas. Nō enim perpetuò erit eadē memoria ſapientis & ſtulti:[10] & ei[9] quod nūc extat, tēporibus futuris omnino obliuiſcentur [homines][11] & quomodo moreretur ſapiēs ſicut ſtultus? Quapropter odi vitā, quoniam[a] laborioſum eſt mihi[b] opus quod ſub ſole fit: omnia enim ſunt inanitas & animi moleſtia. ¶Odi etiā omnem[13] laborem meū,[a] quē perfero, quē relicturus[9] ſum homini[14] qui poſt me erit.[a] Quis enim ſcit vtrū ſapiēs an ſtultus futurus ſit? dominiū tamē habiturus eſt in omnē laborem meū quem pertuli, & quē ſapiēter obiui ſub ſole. etiā illa eſt inanitas. Quare me reuocaui, [15]vt ex animo eiicerē cogitationē omnis laboris quem ferrē, & ſapiēter obirē ſub ſole. Eſt nanq; homo qui laborem [16]ſuū in ſapientia, & ſciētia, & iuſtitia [excolenda inſumptum] tradat[a] homini q nihil in ea re elaborauit, [17] vt eo fruatur:[a] quod etiam inanitas eſt, & magna moleſtia. Quid enim [vtilitatis] homini exiſtit ex omni labore ſuo, & animi moleſtia quā perfert ſub ſole? Nā[18] omne tēpus ipſius [plenū eſt] rebus quæ cruciāt, & indignatione ſuę occupatiōis,[a] vt ne noctu quidē cor eius quieſcat: quę etiā inanitas eſt.[19] Nō [enim aliud] homini bonū obuenit ex labore ſuo, q quod edit ac bibit, animæq; ſuæ bonū, quo fruatur, exhibet: quod etiam video manu Dei [exhiberi.][20] Quis enim comedit, & [ad laborem] quis promptior fuit quàm ego? Nam [Deus] dat homini qui[11] ei probatur,[a] ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam:[11] aberrāti autem à recto itinere[a] dat negotiū colligendi & cōgregandi, vt tradat[11] ei qui Deo probatur:[a] quæ etiā inanitas eſt, & animi moleſtia.

CAP. III.

OMnibus [etenim] tempus præfinitum eſt, &[a] que tempus[a] quid velis aut nolis[a] ſub cælo.

[Eſt] tempus[1] naſcendi,[a] & tempus moriendi.

Tēpus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum exiſtit.

Tempus[2] occidendi,[a] & tempus medendi:

Tempus demoliendi, & tempus ædificandi.

Tempus lachrymandi, & tempus ridendi:

Tempus lugendi, & tempus ſaltandi.

Tempus[4] proiiciendi lapides,[a] & tempus colligendi lapides:

Tempus[5] amplexandi, & tempus abſtinendi ab amplexibus.

Tempus[6] quærendi,[a] & tempus perdendi:

Tempus[7] cuſtodiendi,[a] & tempus proiiciendi.

Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi.

¶11 Qa quid eſt homo vt veniat poſt regē, quod iam fecerunt? Aliquid ſubaudiendū, fit, poſt regē, vt cognoſcat quod ii fecerunt facientes? i. quod geſtum eſt ab hominibus & ſtulte & ſapienter. q.d. qs eſt ille homo priuatus q exacti[9] perſpicere & cognoſcere poſſit quę geſta ſunt, quā ego cognoſco qui ſum rex? ¶16 Hebr. quòd eſt dignitas [vel excellentia] ſapientiæ ſupra ſtultitiam, i. q ſapientia longe potior eſſet ſtultitia. ¶17. i. circūſpectus eſt ſapiēs: diligenter videt quid agendum ſit. ¶17. i. ſapienti & inſipiēti ¶14 dedi tūc ſapiētię? q.d. ego videor mihi luſiſſe operā. ¶10 Heb. neque in eo tēpore quod fuit, [i. neque tēpore præterito] neque dieb[9] vēturis, oīa obliuioni tradētur. q.d. fere facta antequā fierent erāt i obliuiōe: ea etiā poſteaq facta erunt, obliuiōi tradētur. ¶11 Solet hoc mirari vet[9] Adā q iuſtus vt impius moriatur. ¶12 vł, diſplicet mihi. Hebraice, malū eſt mihi. ¶13. i. opes labore meo partas. ¶14. i. hæredi meo. ¶15 Heb. vt efficerē vt tæderet animum meū omnis laboris. &c. i. vt animus meus negligeret omnem laborem meum, hoc eſt opes labore meo partas. ¶16 vł, ſuum quem in ſapientia, & ſciētia, & animi certitudine peregerit, tradat, &c. ¶17 Heb. vt ſit pars eius. ¶18 Heb. oibus dieb[9] eius dolores & indignatio occupatio eius. i. nuſquā nō inuenit ob quod iure indignet. ¶19 vł, Annō bonum eſt in homine [i. in negotio hoīs] quòd edat & bibat, & oſtendat animæ ſuæ bonū ex labore ſuo? hoc quoq; vidi ego q de manu ipſius Dei eſt. i. hoc vidi Dei donū eſſe, vt homo acceptum referat hoc ipſi Deo. Oſtēdere bonum animæ ſuæ, eſt genio indulgere, ad neceſſitatē. vł, non fraudare geniū, in bonā partem accipiendo. ¶20 vł, Quiſnam edere debeat, & quis properare debeat præterquam ego? Properare, inquit, ſub. ad fruitionē talium opum. Aut, quis curare debeat, ſub. fruitionem illarum opū: præter me, qui ſcilicet paraui illas meo labore? q.d. nemo. ¶11 Heb. bonus eſt ante ipſum ¶11 peccatori autem ¶11 Hebr. bono coram Deo, i. in vſus illius quē Deus accipere volet ea quæ ipſe malus congregarit. III. Hebr. omni voluntati, i. inſtituto & propoſito. Deus rebus omnibus præſtituit tempus ſuum. Omnia inſtituta hominum habent tempus ſuum. ¶1 gignendi, i. procreatio liberorum habet ſuum tempus. ¶2 vt 2. paralip. 32. de Sennacherib legimus, qui Ieruſalē deſtruere voluit, nec potuit ante tempus. Titus voluit ſeruare templum, nec potuit. ¶4 ſimul collectos ſcilicet. Hoc intelligit de muro ædificando, aut de lapideo ædificio. ¶5 q.d. quòd contrahamus matrimonium, aut non, pendet à Deo. matrimonium habet ſuum tēpus. ¶6 q.d. Siquid fœliciter quæras, hoc à Deo pēdere. ¶7 ſub. opes: & tempus iacturā faciendi earū.

Tempus tacendi, & tempus loquendi.
Tempus diligendi, & tempus odiendi:
Tempus belli, & tempus pacis.
[8]Quid[igitur] agenti ſupereſt obſeruãdum in eo quod laborat?Vidi [equidem] occupatioñe quam Deus iniunxit hominibus,[9]vt ea redderet humiles. [10]Omnia[enim]condidit, vt vnumquodque pulchrum ſit ſuo tempore:Deus quoq; mundum ipſum indidit eorum cordi,ne nõ inueniret homo opus,quod Deus condidit a capite vſq; ad finem. [11]Et ſcio ꝙ in illis rebus bonum nõ ſit,niſi vt[homo]lętus ſit,& quod bonum eſt agat per vitam ſuam. [12]Etenim quantum omnes homines edunt & bibunt,& bono fruuntur ex omni labore ſuo.iſtuc ipſum eſt munus Dei. Noui [etiam] ꝙ æternum permanebit,quicquid Deus cõdidit: cui nec addi quicquam,nec detrahi poteſt: [13]cõdidit autem Deus, vt ipſum[homines] reuereãtur. [14]Quod[olim]fuit, iam extat:& quod futurũ eſt, olim fuit: & Deus [15] requirit quod ab inſequenti propellitur. ¶Porrò ſpectaui ſub ſole[16]iudicij locũ,[17]ibiq; impietas[regnabat:] & iuſtitiæ locũ,ibi quoq; impietas. ¶[17]Et cogitaui apud meipſum, ꝙ Deus iuſtũ & impium iudicabit:illic enim tẽpus eſt,quo volũtati omni,& omnib⁹ factis[præmium condignum rependetur.[18]] [18]Aeſtimaui autẽ in animo meo cõditionem hominum,vt Deus excellẽtiſſimos creauerit, ſimul cernẽs quomodo ipſi ſeſe in pecudũ conditionem abijciũt.Eadem enim ſolẽt hominibus & brutis animãtibus euenire:& qualis eſt mors vnius,talis eſt mors alterius, & [19]ſpiritus idẽ omnibus[ineſt:][20]nec habet homo quicquam præſtantius pecore:ſiquidẽ omnia ſunt inanitas.[21]Omnia tẽdũt ad locum vnũ, omnia exiſtunt è puluere, omniáque reuertuntur in puluerem.[21]Quis autẽ ſcit an ſpiritus hominũ ſurſum aſcendat, & ſpiritus pecoris deorſum in terram deſcendat? Cenſeo igitur,nil eſſe melius,q̃ vt homo lętetur in ſuis factis: ea enim eſt[22]ſors ipſius:[23]quis enim adducet eũ,vt ſpectet quid poſt ipſum futurum ſit? CAP. IIII.

Porrò me[ad alia][1]cõuertens vidi oppreſſiones omnes quæ fiunt ſub ſole, & ecce [manantes] lachryma eorum qui opprimũtur, nemo eſt qui conſoletur: & quia deeſt facultas ſe vindicandi è manu opprimentiũ ipſos,nõ habent qui [efficaciter] cõſoletur. [3]Vt equidem laudẽ mortuos qui iam ſunt mortui, præ viuis qui adhuc viuunt. Vtriſque autẽ beatiorem dico,qui nondũ fuit,[4]qui nõdum expertus eſt moleſta negotia[5] quæ fiunt ſub ſole.Ac vidi omnẽ laborem,[5]& omnẽ induſtriam agendi mutuã eſſe æmulationem:[5]quod quidem etiã inanitas eſt,& animi moleſtia. ¶Stultus cõplicat manus ſuas, [6]editq; carnem ſuã.[7]Quanto potior eſt manus plena cum quiete,[7]quàm vtraque vola plena cum labore & animi moleſtia?

Tempus tacendi, & tempus loquendi.
Tempus dilectionis, & tempus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.
Quid habet amplius homo de labore ſuo?Vidi afflictioñe quam dedit Deus filijs hominum, vt diſtendantur in ea.Cũcta fecit bona in tẽpore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum,vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finẽ.Et cognoui ꝙ non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonũ de labore ſuo,hoc donum Dei eſt.Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuũ.non poſſumus eis quicquã addere,nec auferre,quæ fecit Deus vt timeatur.Quod factũ eſt, ipſum permanet:quæ futura ſunt,iam fuerũt:& Deus inſtaurat quod abiit. ¶Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem.Et dixi in corde meo,Iuſtum & impiũ iudicabit Deus,& tempus omnis rei tũc erit. ¶Dixi in corde meo de filijs hominum,vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs.Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumentorũ,& æqua vtriuſque conditio.ſicut moritur homo,ſic & illa moriũtur.ſimiliter ſpirant omnia,& nihil habet homo iumento amplius.cuncta ſubiacẽt vanitati.Et omnia pergunt ad vnum locum:de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit ſi ſpiritus filiorũ adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?Et deprehendi nihil eſſe melius quàm lætari hominem in opere ſuo,& hanc eſſe partem illius.Quis enim eũ adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat? C  
CAP. IIII.

Verti me ad alia,& vidi calumnias quæ ſub ſole geruntur,& lachrymas innocẽtium,& neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes:& fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus eſt,nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt. ¶Rurſum cõtemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patẽre inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas,& cura ſuperflua eſt.Stultus complicat manus ſuas,& comedit carnes ſuas,dicẽs, Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore,& afflictione animi. D

*Calumniæ innocẽtium.*

*Labores hominum ſuperflui.*

¶[8] Hebr.Quæ vtilitas facienti, ex eo circa quod ipſe laborat?.i. quid præcipui cõmodi cõtingit homini qui operatur?q.d. nihil prorſus ei contingit. ¶[9] vt occuparẽtur in ea.vl. vt verſarẽtur i ea. ¶[10][Sub. & cognoui q] õnia fecit pulchra tẽpore ſuo:quin etiã ipſum mũdum poſuit in corde eorũ, tãtũ [vel præterq̃ q] non inueniet homo [.i.nõ intelligũt hoies] opera ipſa quæ facit De⁹ ab initio vſque ad finẽ.i. perfecte. q.d.Omnia opera Dei bona ſũt & facta in tempore ſuo:& quę in hoc mundo fiũt,hoc eſt negotia hui⁹ mũdi[.i.cupiditatẽ & deſyderiũ cognoſcendi res hui⁹ mũdi.] indidit menti hominũ: & ita in hoc mũdo negotiãtur quaſi ſemper victuri ſint. ¶[11] vl, Noui ꝙ nulla ſit fœlicitas in eis[ſub.hoibus] niſi vt gaudeãt, & beneficijs afficiant ꝓximos ſuos quandiu viuũt. ¶[12] Heb.Et etiã ꝙ omnis homo comedat & bibat,& videat bonũ in omni labore ſuo,donũ Dei eſt.Videre bonũ in oĩ labore ſuo,eſt frui opib⁹ ſuo labore partis. ¶[13] vl.Deus autẽ fecit[ſub.illud]vt timeãt[ſub.hoies]in cõſpectu eius. ¶[14] q.d.Id quod fecit,etiã nũc facit,& facturus eſt. ¶[15] Quærere ꝓ inſtaurare ſic Iob 3.Deus nõ requirat illum diem.Id eſt,non inſtauret.Legendũ autem per futurũ inſtaurabit, quod præteritũ eſt & abiit. Chaldæus paraph.vertit, Et Deus requirit eum qui paſſus eſt perſecutionem.i.vlciſci enim ſolet:vt legimus de Eſau,Iacob,& Iſraelitis. ¶[16] i.vbi iudiciũ eſſe debuerat,& iuſtitia. ¶[17] Heb.Dixi in corde meo,Iuſtũ & impiũ iudicabit Deus:quia eſt tẽpus omni rei,idq; iuxta omnia opera illic.q.d.Poſteaquã oĩa cõſyderaui,per verbũ Dei dixi apud me,iudicaturũ eſſe Deũ iuſtos & impios,iuxta vniuſcuiuſq; opera,illic.i.in die iudicij:quia oĩa fiunt ſuo tẽpore. ¶[18] Hebr.Dixi ego in corde meo ſuper negotio filiorũ hoim,ꝙ delegit eos Deus,& propterea ꝙ viderẽ eos eſſe[veluti]iumẽta ſibi.i. apud ſe.hoc eſt,ꝙ tãta vigeat in hoibus ignorãtia vt nõ videantur differre à iumentis. ¶[19] & aura vitalis eadẽ eſt omnibus.i.tam hoĩes,quàm beſtiæ fruuntur aura ſpirabili. ¶[20] q.d.humana ratio ſola nõ deprehendit excellẽtiã hoĩs ſupra belluas:quia quicquid videt oculo rationis in homine,eſt vaniſſimũ. ¶[21] q.d.quotuſquiſque eſt qui ratione naturali tantũ ductus cognoſcit ꝙ ſpiritus hoĩs ſit immortalis?hoc tantũ verbo Dei cognoſci poteſt. ¶[22] vl, pars.Nomine partis,intelligitur fœlicitas in Sacris literis.vt Domin⁹ pars hæreditatis meæ.i.mea eſt ſumma fœlicitas. ¶[23] i.quis rationis humanæ ductu efficere poſſit vt homo aſſequatur quid futurum ſit poſt ſe?

IIII. ¶[1] q.d.relicta præcedentium conſyderatione,aliò animum conuerti. ¶[2] Hebr.& ecce lachrymæ oppreſſorum, nec eſt eis conſolator: & in manu opprimentium eos eſt potentia, & non eſt illis conſolator. q.d. ne conſolatorem quidem habent. hoc ſolum habent quo ſe tueantur,nempe lachrymas,quum illi qui eos opprimunt ſint potentiſſimi. ¶[3] Induit perſonam hominis qui ſolum rationis ductum ſequitur. ¶[4] quia non vidit opera mala. ¶[5] & omne opus rectum, quòd iſtud eſt inuidia hominis in ſocium ſuum.i. adeò malignus eſt mundus vt ſtatim conflet tibi inuidiam, ſiquid ſit recte operatus. ¶[6] i. abſumit omnia ſua, vt tandem fame abſumatur & reddatur ſine ſucco. ¶[7] i.quàm ingentes habere diuitias quæ ſine moleſtia retineri non poſſunt?

Solitarii moleſtia vana.

⁋Cõſyderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole. vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrẽ, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meã bonis? in hoc quoq; vanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim
C emolumẽtum ſocietatis ſuæ: ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ ſoli: quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo, fouebũtur mutuo: vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo [1]reſiſtunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur. ⁋Melior eſt puer pauper & ſapiẽs rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum. Quòd de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum:
D & alius natus in regno, inopia conſumatur. Vidi cunctos viuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omniũ qui fuerũt ante eũ: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabũtur in eo. ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus. ⁋Cuſtodi pedem tuum ingrediẽs domum Dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciũt quid faciunt mali.

⁋[1]reſiſtent

Obedientia, victimæ præferẽda. 1. reg. 15. c. oſee 6. c.

C A P. V.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferẽdum ſermonem corã Deo. Deus enim in cælo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequuntur ſomnia & in multis ſermonibus [1]inuenietur ſtultitia. ⁋Siquid vouiſti Deo, ne moreris reddere. diſplicet enim [2]ei infidelis & ſtulta promiſſio. ſed quodcunque voueris redde. multòq; melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa
B nõ reddere. ⁋Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuã. neque dicas coram angelo, Non eſt prouidentia: ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum. Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates. & ſermones innumeri: tu verò Deum time. ⁋Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij. & inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. ⁋Auarus non [1]implebitur pecunia:

Nõ temerè loquẽdũ de Deo

⁋[1]Inuenitur

Votum. deut. 23. d.

⁋[2]Deo

Dei prouidẽtia nõ negãda.

Non mirandum de egenorũ oppreſſione.

Auarus.

⁋[1]impletur

⁋[8]Rurſum contemplatus ſum inanitatẽ ſub cælo. Eſt[enim]vnus quiſpiam, & non[eſt ei]ſecũdus, qui neque filiũ neque fratrem habet. [9]neque finẽ [propoſitum]omni labori ſuo: cuius oculus non ſatiatur diuitijs, [vt dicat]cui laboro, [10]& meum defraudo genium? Quæ quidem etiam inanitas eſt, & negotium permoleſtum. [11]Melius eſt duos coniunctos viuere, quàm vnum ſolũ, quibus merces optima eſt[propoſita] in labore ſuo. Si enim ceciderint, alter ſocium ſuum eriget: [12]væ autem vni ſi ceciderit, nec [adeſt]alter qui eum erigat. Præterea ſi duo[ſimul] cubent, [13][plus]eis caloris erit: vnus enim quomodo caleſceret? [14]Et ſi vnus quempiam inuaſerit, duo reſiſtent ei: funiculus etiam triplicatus non cito rumpetur. ⁋Puer egenus & ſapiens præſtat regi ſeni & ſtulto, qui admonitionem non admittit amplius. Eſt enim qui ad regnum gerẽdum prodit è carcere: [15]nam etiam in regno ſuo natus eſt pauper. Vidi[etiam] omnes viuentes ſub ſole [16]ſequentes puerum ſecundum, qui loco ipſius [patris] regnum teneret. [Præterea]infinitus eſt populus omnium illorũ qui [17]ante iſtos [vixerunt:] [18]poſteri quoque non lætabuntur in eo: [19]nam & hæc inanitas eſt, & animi moleſtia. ⁋Cuſtodi pedem tuum [20]ceu aditurus domum Dei: [21]accedere nanque audiendi gratia præſtãtius eſt, quàm quod ſtulti victimam offerunt, quia ignorant ſe male agere.

C A P. V.

Nequid præcipitãter loquaris, neque feſtinet cor tuum proferre verbum corã Deo: Deus enim [1]in cælo eſt, & tu in terra, quocirca pauca ſint verba tua. [2]Nam in multa occupatione occurrit ſomnium, & in multis verbis ſtulti vox[ſerumpit.] ⁋Quum voueris Deo votum, ne differas ſoluere: non enim[Deus] [3]ſtultis delectatur: [proin] quod voueris, exolue. Melior[nanque]eſt qui nõ vouet, eo qui vouet, nec ſoluit. ⁋Ne committas [4]vt os tuum præbeat carni tuę occaſionẽ peccandi: neque dicas coram [5]angelo, per imprudentiam [peccatum eſſe:] quare enim Deus iraſcatur propter vocẽ tuam, ac [6]deſtruat opus manuum tuarum? [7]Etenim in multis ſomnijs, & vanitatibus, & negotijs multis[enitendum eſt maximopere]vt Deum timeas. ⁋Siquando videris [8]in regione [9]oppreſſionem pauperis, & violentam præuaricationem iudicij & iuſtitiæ, ne mireris [10][diuinam]voluntatem: [11]eſt enim cuſtos altior etiam alto, & ipſis [mortalibus] aliqui altiores ſunt. [12]Et poſt omnia terræ Deus ſemper ſui ſimilis expectandus eſt, vt rex agri qui colitur. ⁋Qui amat argentum, non ſaturabitur argento:

⁋8 Rurſus cõuerſus ſum ego, & vidi vanitatẽ, &c. Cõuerſus ſum à mediocrib[us] illis operibus ad cõtemplationem magnorũ operũ. ⁋9 & tamẽ nullus eſt modus vllius laboris eius. ⁋10 Hebr. & deficere facio animã meã à bono?

⁋11 Hebr. Fœliciores ſunt duo vnico: quia eſt eis merces bona ex labore ſuo. ⁋12 Væ ergo illi, nempe vni, quum ceciderit, quia non eſt ei alter, &c. ⁋13 tũc caleſiet illis caro ipſorũ. ⁋14 Quòd ſi præualeat[quis] illi vni, ⁋15 q.d. Nõ eſt mirum, Deum aliquẽ educere è carcere vt regnet, vt Ioſeph: quũ etiam puerũ ex vtero educat, pauperem, quẽ tamen poſtea regnare facit. ⁋16 Hebr. cũ puero ſecundo qui ſtabit pro eo. i. q ſolẽt fauere filio regis (qui ſecũdus eſt à rege) qui ſufficiendus eſt in locũ regis. Perſtringere videtur ſeditionẽ qua deſerto Dauide optimo principe, populus Abſalomẽ ſecutus eſt. ⁋17. i. ante patrẽ regem & filiũ regem. q.d. innumera ſunt ſtudia vulgi. ⁋18. i. nec poſteris erit gratus ipſe regis filius. ⁋19 vſ, in illis etiam[ſub. vulgi ſtudijs]eſt vaniſſimũ & afflictio ſpiritus. ⁋20 Heb. quando vadis ad domũ Dei. i. quãdo accedis ad templũ Dei oraturus, cohibe affectus tuos. aut rationẽ tuã humanam, nequid iuxta eã ores Deũ: quia ea neſcit quæ petẽda ſunt à Deo. id autẽ tantũ petẽdũ eſt à Deo quod docẽt Sacræ literæ. Per pedes, rectè intelligetur ratio: quia vt pedes ſemper hærẽt terræ, ita ratio humana iſtis ſemper inferioribus hæret. ⁋21 vſ, quia propinquior[vſ, propenſior]eſt ad audiendũ[ſub. preces tuas:] magis quàm [ad ſuſcipiendũ]ſacrificiũ quod darẽt ſtulti quia neſciũt facere niſi malũ. Aut, quia neſciunt facere voluntatem. ſub. Dei. hoc enim poteſt etiam vox Hebræa ſignificare.

V. ⁋1 q.d. Deus eſt verax: tu autem mendax, ignorans & inſipiens. ⁋2 Hebr. Quia vt venit ſomnium ex multitudine occupationis: ſic vox ſtulti ex multiplicatione verborum. Hoc eſt, Quemadmodum multæ curæ inuehunt ſomnia, ita verba multa prodere ſolent hominis ſtultitiam. Hoc idem Prouerb. 10. dicit. In multiloquio non deerit peccatum. ⁋3. i. ſtulti Deo grati non ſunt qui vouent quod non præſtant. [redacted]. ⁋4. i. ne laxes habenas ori tuo vt pecces. ⁋5 qui te ſcilicet cuſtodit: vt in Euangelio, Angeli eorũ ſemper vident faciẽ Patris, &c. Et Paulus, Propter angelos. q.d. ſi mulier nõ reueretur homines, ſaltem angelos qui nobis præſentes ſunt cuſtodes, reuereatur. ⁋6 Hebr. maledicet. [redacted]. ⁋7 Quia in multitudine ſomniorum, & vanitatum verba quoque ſunt multa: ſed Deum time. Hoc eſt, vbi ſunt multa verba, illic ſunt multa ſomnia, multæ ſunt vanitates. q.d. Ne temereloquaris de rebus Dei, ſed Deum time: hoc eſt, ita Deum timere debes, vt illi nunquã obloquaris. ⁋8 vſ, in prouincia. vbi ſcilicet ſummum ius eſſe debuerat. ⁋9 Heb. calumnioſam oppreſſionem. i. quæ per calumniam fit. ⁋10 vſ, ſuper hac re. quæ ſcilicet fit Diuino nutu. ⁋11 quia Excelſus de excelſo obſeruat, & excelſi præſunt illis. i. quia Deus è cælo obſeruat quæcunq; geruntur ab hominibus, & excelſi angeli præſunt illis hominibus. ⁋12 Hebr. Porro excellentia terræ ſuper omnia eſt: rex agro ſeruit. q.d. Ratio agriculturæ eſt potiſſima omniũ conditionum viuendi. nam ipſe etiam rex colit, aut colendum curat agrũ, idque neceſſario. Et conuenit Dei mandato, In ſudore vultus tui veſceris pane. Ita Chald. paraphr.

¶13 Heb. multitudiné: nõ prouẽtus illi. i. qui amat habere ſamulorum, aut nũmorũ multitudiné. nullum ſentiet lucrum. ¶14. i. qui labore manuũ ſuarũ victũ ſibi parat. parens Dei mãdato. ¶15 vl. malũ atrox qđ. &c. ¶16 Hebr. Pereũt etiã ſvl. quoque] diuitiæ ipſæ in occupatione mala. i. moleſtiarũ plena. ¶17 Hebr. & gignit filios, & nõ eſt in manu ei⁹ quicquã. q. d. Sunt q ſtudẽt opibus cumulandis, dum multos habent] liberos: ſed ludunt operã: nã ſæpiſſime fit vt dilapidẽt & excoquãt etiã ea quæ habent, & relinquãt liberos ſuos pauperes, quũ nihil habeãt ipſi. quę certe eſt magna afflictio ſpirit⁹

¶18 Hebr. vt diſcedat quẽadmodum venit. ¶19 Hebr. quod venire fecerit in manũ ſuã. i. cui manum admouerit. ¶20 He. Iſtud etiam eſt ſuppliciũ doloris plenũ: vt venit, ſic abiturus eſt: quæ igitur vtilitas ſerit] illi, q laborarit in ventum?

& qui amat[13] diuitias, nullum fructum ſpercipit] quæ quidem etiam inanitas eſt. Dum augeſcunt opes, augentur ſetiam] qui eas comedant: & quæ vtilitas peruenit ad poſſeſſores ipſarũ, quàm vt oculis ſuis ſpectẽt? Dulcis eſt ſomnus[14] operanti, ſiue parum ſiue multũ comederit: diuiti autẽ ſatietas nõ cõcedit dormire. ¶ Eſt[15] morbus malus quem vidi ſub ſole, ſnempe] diuitias ſeruatas à ſuis poſſeſſoribus in ipſorum exitium. [16] Quódque perierunt iſtæ diuitiæ per malũ aliquod negotium: [17] vtſdiues] generaret filium: qui prorſus nihil haberet. Quemadmodum ſhomo] egreditur ex ventre matris ſuæ, ita nudus reuertitur, [18] quum abit, nec quicquã de ſuo labore aufert, [19] quod ſua manu ſecum ducat. [20] Eſtque malus iſte morbus, nam planiſſime vt quiſque ſin mundum] venit, ita egredietur: & quod operæpretiũ contingit ei qui vanos labores impendit? Præterea toto ſuo tempore ſdiues auarus] comedit in tenebris, [21] & cum multa indignatione, & morbo, & ira. ¶ [1] Quamobrẽ vt ego iudico, bonum erit, quod & decorum eſt, vt quis edat ac bibat, & fruatur bono in omni ſuo labore, quem ſub ſole perfert toto vitæ ſuæ tempore quod ei Deus concedit. nam ea eſt portio ipſius. Hoc etiam muneris diuini eſt, quòd homini cuiuis dat Deus diuitias & opes, [23] cúmque dominũ præficit vt comedat ex eo, & auferat portionem ſuã, & lætetur in labore ſuo. Nã ſtalis homo] non valde[24] recolet tẽpora vitæ ſuæ: quia Deus[25] lætitia cordis ipſius remunerat eum.

C A P. V I.

EST malum quod vidi ſub ſole, [1] idque principatum inter homines obtinuit: Eſt vir cui Deus diuitias dedit, & opes, & honorem, [2] vt nulla re careat, qua animus eius delectetur ex omnib⁹ quæ poſſet expetere: nec tamẽ Deus [3] inſtituit eũ dominum vt comedat ex illis: ſed exterus quiſpiã ea deuorabit: quæ inanitas eſt, & [4] malus morbus. ¶ Siquis generet cẽtũ ſliberos,] multiſq; annis viuat, & [5] plurimi dies vitæ ipſius exiſtãt, animus autem eius non ſaturetur [6] bonis rebus, [7] ſepulchrum denique non habeat, pronuntio potiori cõditione eſſe quã ille ſit, fœtũ abortiuũ. Is enim [8] vt res inanis prodit, ac in tenebras abit, tenebræq; nomen ipſius occultant. Non etiã ſolem aſpexit, nec quicquã nouit: cui amplior eſt quies quàm iſti. Si enim bis mille annos viuat, neque bono fruatur, an non omnia tẽdunt [9] vnũ in locũ? ¶ [10] Quũ labor omnis impẽdatur ab homine propter os eius, animæ autẽ deſyderiũ nũquam leuetur: [11] Quid excellentius habet ſapiens ꝙ ſtultus, aut [12] quid præſtãtius habet humilis, qui ſcit vitã agere inter viuẽtes? ¶ [13] Melior eſt prouidẽtia, quam vt quis deſyderium ſequatur: quæ etiam eſt inanitas, & animi moleſtia. [14] Quiſenim] exiſtit, iam vocatum eſt nomen ipſius, & cognitum eſt ꝙ homo ſit, nec poterit iure contendere cũ potẽtiore ſe. [15] Multæ enim ſunt res quæ inanitatem augent, & quod inde operæpretium hominis?

& qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operãti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. ¶ Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Pereũt enim in afflictione peſſima. generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit. ¶ Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecũ de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei ꝙ laborauit in vẽtum? Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia. ¶ Hoc itaque viſum eſt mihi bonũ vt comedat quis & bibat, & fruatur lętitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus. & hæc eſt pars illius. Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque ſubſtãtiam, poteſtatémque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei. Non enim ſatis recordabitur dierũ vitæ ſuæ, eo quòd Deus occupet delicijs cor eius.

C A P. V I.

EST & aliud malũ quod vidi ſub ſole, & quidẽ frequẽs apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem. & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſyderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miſeria magna eſt. ¶ Si genuerit quiſpiam centum [a] liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturáque careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo ſit abortiuus. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit ſolem, neque cognouit diſtantiam boni & mali: etiam ſi duobus millib⁹ annis vixerit, & nõ fuerit perfruitus bonis: nõne ad vnum locum properant omnia? ¶ Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius nõ implebitur. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? ¶ Melius eſt videre quod cupias, quàm deſyderare quod neſcias. ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius: & ſcitur quòd homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio contẽdere. Verba ſunt plurima, multámque in diſputando habentia vanitatem.

C

Securitas laborantis.

Moleſtia diuitis. iob. 20. c.

Iob 1. d. 1. tim. 6. b.

D

Auari diuitis calamitas.

¶ [a] filios.

B

C

D

¶21 q. d. Præ indignatione & ira frequenter incidit in morbũ. ¶22 Heb. En id quod vidi ego, bonũ eſſe & honeſtum, ¶23 Heb. eiq; poteſtatẽ facit comedẽdi ex eis. ¶24 recordari ſolet. q. d. parũ ſolicit⁹ eſt qu itã vixerit, aut victur⁹ ſit. ¶25 Heb. exaudit ſiub. eum] in lætitia cordis ei⁹. i. largit ei lætitiã cordis. Metaphora ſũpta a Deo nos exaudiẽte. vnde exaudire pro largiri accipitur. Vl. exaudit eum in lætitia cordis eius. i. vnde lætandi materiam habet cor eius.

VI. ¶1 Heb. frequens eſt apud hoĩes. ¶2 Heb. vt nõ ſit carẽs aiæ ſuæ. i. nõ careat vlla re quã cupiat. ¶3 vl. facit ei poteſtatem comedẽdi ex eis: ¶4 vl. grauis dolor. ¶5 Heb. ſatis ſit illi id quod erũt dies annorũ eius. i. viuat quãdiu volet. ¶6. i. gaudio & lætitia. ¶7. i. ſepultura careat. Hoc videmus impletũ in Achab, qui multos habuit liberos, qui perierũt, & ipſe caruit honore ſepulturæ. ¶8 Hebr. in vanũ, vl in ipſam vanitatẽ. i. in mũdũ qui mera eſt vanitas. ¶9. i. ad mortem. q. d. ille nihilo plus eſt abortiuo fœlicior. ¶10 Heb. Vniuerſus labor hoĩs ſſuſcipitur] ꝓpter os eius: & tamẽ deſyderiũ habẽdi non expleur. Propter os eius. i. vt paret ſibi victũ iuxta Dei verbum, In ſudore vultus, &c. ¶11 Quid enim ¶12 Heb. quid pauperi ſapiẽti ꝓgere ante vitã? q. d. ſi vterque laboret ea cupiditate habẽdi, quid iuuat pauperem doctum apud homines ambulare prudenter corã ipſis hominibus in mũdo viuẽtibus? ¶13 Melior eſt aſpectus oculorũ, quàm ꝙ æſtuet anima. Hoc eſt, melius eſt eſſe contentum præſenti fortuna, ꝙ multa deſyderare: & modo hoc, modo illud in votis habere. ¶14 Heb. Id quod eſt, iã nominatũ eſt nomẽ eius. & notũ eſt ꝙ eſt homo: nec poterit diſceptare cũ eo qui fortior eo eſt. vl. Qua ratione fuit olim, vocatum eſt nomẽ eius. i. qua ex materia olim factus fuerit, nomẽ eius oſtẽdit. Videtur alludere ad ea quæ traduntur Gene. 2. de creatione hominis. Finxit Deus hominẽ è terra. ¶15 vl. Quia ſunt verba multa quæ vanitatem augent: quæ vtilitas homini? q. d. Poſſunt multa philoſophorum verba afferri, ſed quæ nihil quàm augeant vanitatem.

CAP. VII.

*Viribus ſuis maiora non quærenda.*

QVid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuę, & tẽpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid poſt eũ futurum ſub ſole ſit? ¶Melius eſt nomẽ bonũ, quàm vnguẽta pretioſa: & dies mortis die natiuitatis.

*Prouerb. 22. a. Quæ inter multa magis eligenda.*

¶Melius eſt ire ad domũ luctus, quàm ad domũ conuiuij. in illa enim finis cunctorũ admonetur hominum, & viuens homo cogitat quid futurũ ſit. ¶Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiã vultus, corrigitur animus delinquẽtis. Cor ſapientiũ vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorũ vbi lætitia. ¶Melius eſt à ſapiẽte corripi, quã ſtultorũ adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarũ ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. ſed & hoc vanitas. ¶Calũnia cõturbat ſapiẽtem, & perdet robur cordis illi'. ¶Melior eſt finis orationis, quàm principiũ.

B *Ira vitanda.*

¶Melior eſt patiẽs arrogãte. ¶Ne ſis velox ad iraſcendũ: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. ¶Ne dicas, Quid putas cauſæ eſt quòd priora tẽpora meliora fuere quàm nunc ſunt? ſtulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio. ¶Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & ſapiẽtia, quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. ¶Conſydera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. ¶In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. ſicut enim hãc, ſic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo cõtra eũ iuſtas querimonias.

*Alia vanitas.*

¶Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meę: Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. ¶Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias, quã

C neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. ¶Ne impiè agas multũ: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore nõ tuo. Bonum eſt te ſuſtentare [a]iuſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manũ tuã: quia qui timet Deũ, nihil negligit. ¶Sapientia cõfortauit ſapiẽtem, ſuper decem principes ciuitatis. ¶Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. ¶Sed & cunctis ſermonibus qui dicũtur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi. ſcit enim conſcientia tua quia & tu crebro maledixiſti alijs. ¶Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipſa longius receſſit à me multo magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam?

*¶[a]Legendum eſt iſtum. Nemo à peccato purus. 3. Reg. 8. c. 2. para. 6. g. prouerb. 20. b 1. Iohan. 1. d.*

CAP. VII.

QVis enim ſcit quid proſit homini in vita toto curriculo dierum ſuæ friuolæ vitæ, quos [a]tranſigit tanquam vmbram? quis enim homini referet quid poſt ipſum futurũ ſub ſole? ¶[1]Melior eſt bona fama quàm vnguẽtum pretioſum. & dies mortis[melior eſt] die natali. ¶Melius eſt adire domũ luctuoſam quàm domũ conuiuij, [2]in quo[cernitur] finis omniũ hominũ, & viuẽs[homo] id reponit in corde ſuo. ¶Melior eſt indignatio riſu: quia [3]triſtis vultus pariet lætum cor. [4]Sapientium cor [verſatur] in domo luctus, & cor ſtultorũ in domo lætitiæ. ¶Melius eſt audire increpationẽ ſapientis, quàm vt quis audiat [5]carmen ſtultorũ. Qualis etenim eſt ſonus ſpinarũ ſub olla, talis eſt riſus [6]ſtulti: quæ etiã inanitas eſt. ¶[7]Etenim oppreſſio ad inſaniã adigit ſapientẽ, [8]& frãgit cor dotib⁹ præclaris ornati. ¶Potior eſt extrema negotij pars principio. ¶[9]Lẽtus[homo] præſtãtior eſt quàm elatus animo. ¶Ne ſis præcipiti animo ad ſuccẽſendũ: quia indignatio permanet in ſinu ſtultorum. ¶Ne dicas, Quid cauſæ eſt quòd tẽpora priora meliora fuerunt iſtis [præſentibus]? [10]nõ enim à ſapiẽtia[incitatus] hoc percontateris. ¶Sapiẽtia [11]cũ opibus hæreditarijs bona eſt, [12]& plus cõmodat ſolẽ aſpicientibus. [13]Nã pariter quis ſub vmbra ſapiẽtiæ, & ſub vmbra pecuniarũ cubabit: primatũ tamẽ habet ſciẽtia, eo quòd ſapientia vitã cõfert ſuis poſſeſſoribus. ¶Inſpice opus Dei: quis enim [14]reconcinnare poterit quod ipſe deprauauit? ¶Tẽpore [16]felici ſis lætus, & tẽpore aſpero [17]circunſpice: [18]nã hęc cum illis Deus tẽperat, nihil[certi] homo poſt ipſum[Deum] inueniat. ¶Omnia[iſta] vidi per dies[vitæ] meæ inanis quòd iuſtus in iuſtitia ſua occumberet, & impius diutius[vitam] prorogaret in ſua prauitate. ¶Ne [19]ſis nimiũ iuſtus, neque maiorẽ ſapientiã tibi arroges, qua teipſum ſtupidũ facias. ¶Ne ſis [20]impi[us] immodicè. neque ſis [21]ſtultus, [22]ne moriaris ante fatale tempus. Bonũ eſt vt [23]hoc teneas ita, ne manum tuã ab [24]iſto retrahas: nã timens Deũ expediet ſe [25]ex vniuerſis iſtis. ¶Sapiẽtia plus viriũ ſapienti ſuppeditat, quàm decem [26]potẽtes qui in vrbe agunt. ¶[27]Nõ eſt enim homo iuſtus in terra qui bonũ faciat, & nõ peccet. ¶Ne [28]animaduertas omnia verba quæ loquuntur[homines,] vt nõ audias etiã ſeruũ tuũ imprecãtem tibi mala. Nouit enim cor tuũ, quòd & tu ſæpenumero alijs mala ſis imprecatus. ¶[29]Omne hoc tẽtaui per ſapientiam [cognoſcere,] & propoſui ſapiẽtia vti, quoniã ea res à mea notitia remota fuit. [30]Remotum quiddã eſt & profundiſſimũ, & quotuſquiſque illud reperiet?

¶[a] He. æſtimat

¶1 Subaudiendũm ſimilitudinis aduerbiũ vt præſtantius eſt nomen vnguẽto bene redolente: ſic dies mortis die quo natus eſt ille ſub. homo. eſt enim hebraiſmus: relatiuum ſine ãtecedẽte.

¶2 quia [ſub. luctus] eſt finis omnium hominum, & viuens ponet in corde ſuo. Quia, inquit, domus vbi eſt luctus propter mortuũ, nos admonet noſtræ fragilitatis, & viuens perpendet mortem, cum illuc venerit.

¶3 Heb. per triſtitiam vultus exhilarari ſolet cor. i. per triſtitiam eius qui alteri præeſt, exhilaratur cor alterius. Vt ſi quis videat fratrem peccãtem, per triſtitiam quã præ ſe fert vultu, melius illum corrigit, quã ſi illi peccanti arrideat.

¶4 q.d. Perpetuo cõtemplantur ſuã imperfectionem animus eorum qui apud Deum ſunt ſapiẽtes: hoc eſt, perpetuo dolet, dum ſe conſyderat: At ſtultus non agnoſcens eã, ſemper vult lætari. ¶5 cantionem. i. blanditias ¶6. i. adulationes & blanditiæ, quæ parum durant. ¶7 Sane oppreſſio. i. diuitiæ vi comparatæ & calumnia. ¶8 & labefactat animum munus. ¶9 tardus ad iram ¶10 vſ, quia non prudenter interrogares. ¶11 Hebr. cum hæreditate ¶12 & magis apud eos qui vident ſolem. i. viuentibus. Legi poteſt, & excellentia eſt apud videntes ſolem. ¶13 Hebr. Quia in vmbra ſapientiæ & in vmbra argenti: [ſub. eſt vita hominis. vſ, bonũ eſt manere in vmb. &c.] at excellẽtia cognitiõis eſt quòd ſapiẽtia vitã affert Domino ſuo. q.d. Duplici noĩe bene audit homo ille: & quòd ſapiens ſit, & quòd diues. ¶14 corrigere, dirigere ¶15. i. quem peruerti ſinit, ſuum auxilium ſubtrahendo. Chald. paraphraſtes exponit, quem permiſit prodire in lucem cum defectu alicuius membri? q.d. nemo. nam non eſt qui poſſit facere vt cæcus videat, &c. ¶16 Hebr. lætitiæ. i. fruere lætitia quando eam tibi Deus offert. ¶17 vſ, contemplare, ſub. opus Dei, & quaſi immiſerit afflictionem. ¶18 Heb. & hoc quoque eregione iſtius fecit Deus, in hoc vt non inueniat homo poſt ipſum quicquam. Hoc. i. tempus afflictionis. Iſtius. i. lætitiæ. q.d. non vult Deus hominẽ ſemper frui lætitia: ſed nunc læta, nunc triſtia immittit: ita vt à nullo homine reprehendi poſſit. ne dicat homo, Aberraui ob nimiam lætitiam, & tamen Deus me non reuocauit. ¶19. i. ne plus æquo tribuas tibi. ¶20 Docet nõ eſſe in mala via diu immorandum, vt ait Chaldæus paraph. cito recede à via mala. ¶21 Stultũ vocat qui nõ redit ad Deũ. ¶22 Heb. quare morieris ante tempus tuum? i. citra tempus mortis naturalis? ¶23 nẽpe quòd nõ ſis nimiũ iuſtus, ¶24. i. à iuſtitia & ſapiẽtia. q.d. cũ dico te nõ oportere eſſe nimiũ ſapientẽ, nõ dico vt ſpernas ſapientiã & iuſtitiã: dãda eſt opera vtrique: quod fiet ſi timeas Deũ. nã qui timet Deũ, facile cauet ne ſit nimiũ iuſtus, aut ne nõ ſtudeat iuſtitię. ¶25. i. vt facile recedat ab extremis: vt nec nimiũ ſit iuſtus, nec careat iuſtitia. ¶26 vſ, principes. quib⁹ ſcilicet tutela vrbis cõmiſſa eſt. ¶27 Profecto nõ eſt iuſtus. &c. ¶28 q.d. Ne obloquẽtes audias & alteri detrahẽtes: ne de te idẽ etiam audire cogaris. ¶29 Heb. Omnia iſta probaui per ſapientiã: dixi, ſapiẽs ero: & ipſa fuit remota à me. q.d. omniũ iſtorũ periculũ feci. volui autẽ proprio conatu effici ſapiẽs. at ipſa ſapiẽtia effugit à me. ¶30 Remotũ eſt id quod fuit: & id quod maxime abſtruſum eſt quis deprehẽdat? q.d. nõ facile eſt ſcire ea quæ præterita ſunt: quis igitur deprehẽdere poterit abſtruſiſſima? Alij per abſtruſũ, intelligũt cõſiliũ hoĩs: quod ſciri nõ põt: vt ſit ſenſus: Si cõſilia hoĩm ſciri nõ poſſunt, quis igitur poterit cõſequi virib⁹ humanis prudẽtiã illã cęleſtẽ?

& qui amat[11] diuitias, nullum fructum[percipit:] quæ quidem etiam inanitas eſt. Dum augeſcunt opes, augentur[etiam] qui eas comedant: & quæ vtilitas peruenit ad poſſeſſores ipſarũ, quàm vt oculis ſuis ſpectẽt? Dulcis eſt ſomnus[14] operanti, ſiue parum ſiue multũ comederit: diuiti autẽ ſatietas nõ cõcedit dormire. ¶ Eſt[15] morbus malus quem vidi ſub ſole, [nempe] diuitias ſeruatas à ſuis poſſeſſoribus in ipſorum exitium. [16] Quódque perierunt iſtæ diuitiæ per malũ aliquod negotium: [17] vt[diues] generaret filium: qui prorſus nihil haberet. Quemadmodum[homo] egreditur ex ventre matris ſuæ, ita nudus reuertitur, [18] quum abit, nec quicquã de ſuo labore auferet, [19] quod ſua manu ſecum ducat. [20] Eſtque malus iſte morbus, nam planiſſime vt quiſque[in mundum] venit, ita egredietur: & quod operæpretiũ contingit ei qui vanos labores impendit? Præterea toto ſuo tempore[diues auarus] comedit in tenebris, [21] & cum multa indignatione, & morbo, & ira. ¶ [22] Quamobrẽ vt ego iudico, bonum erit, quod & decorum eſt, vt quis edat ac bibat, & fruatur bono in omni ſuo labore, quem ſub ſole perfert toto vitæ ſuæ tempore quod ei Deus concedit nam ea eſt portio ipſius. Hoc etiam muneris diuini eſt, quòd homini cuiuis dat Deus diuitias & opes, [23] cúmque dominũ præficit vt comedat ex eo, & auferat portionem ſuã, & lætetur in labore ſuo. Nã[talis homo] non valde[24] recolet tẽpora vitæ ſuæ: quia Deus[25] lætitia cordis ipſius remunerat eum.

C A P. V I.

EST malum quod vidi ſub ſole, [1] idque principatum inter homines obtinuit: Eſt vir cui Deus diuitias dedit, & opes, & honorem, [2] vt nulla re careat, qua animus eius delectetur ex omnib⁹ quæ poſſet expetere: nec tamẽ Deus [3] inſtituit eũ dominum vt comedat ex illis: ſed exterus quiſpiã ea deuorabit: quæ inanitas eſt, & [4] malus morbus. ¶ Siquis generet cẽtũ[liberos,] multiſq; annis viuat, & plurimi dies vitæ ipſius exiſtãt, [5] animus autem eius non ſaturetur [6] bonis rebus, [7] ſepulchrum denique non habeat, pronuntio potiori cõditione eſſe quã ille ſit, fœtũ abortiuũ. Is enim [8] vt res inanis prodit, ac in tenebras abit, tenebræq; nomen ipſius occultant. Non etiã ſolem aſpexit, nec quicquã nouit: cui amplior eſt quies quàm illi. Si enim bis mille annos viuat, neque bono fruatur, an non omnia tẽdunt [9] vnũ in locũ? ¶ [10] Quũ labor omnis impẽdatur ab homine propter os eius, animæ autẽ deſyderiũ nũquam leuetur: [11] Quid excellentius habet ſapiens ꝙ ſtultus, aut [12] quid præſtãtius habet humilis, qui ſcit vitã agere inter viuẽtes? ¶ [13] Melior eſt prouidẽtia, quàm vt quis deſyderium ſequatur: quæ etiam eſt inanitas, & animi moleſtia. [14] Quiſ[enim] exiſtit, iam vocatum eſt nomen ipſius, & cognitum eſt ꝙ homo ſit, nec poterit iure contendere cũ potẽtiore ſe. [15] Multæ enim ſunt res quæ inanitatem augent, & quod inde operæpretium homini?

& qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operãti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. ¶ Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Pereũt enim in afflictione peſſima. generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit. ¶ Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecũ de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo vẽnit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei ꝙ laborauit in vẽtum? Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia. ¶ Hoc itaque viſum eſt mihi bonũ vt comedat quis & bibat, & fruatur lętitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus. & hæc eſt pars illius. Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque ſubſtãtiam, poteſtatẽmque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei. Non enim ſatis recordabitur dierũ vitæ ſuæ, eo quòd Deus occupet delicijs cor eius.

C A P. V I.

EST & aliud malũ quod vidi ſub ſole, & quidẽ frequẽs apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſyderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miſeria magna eſt. ¶ Si genuerit quiſpiam centum [a] liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturáque careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo ſit abortiuus. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit ſolem, neque cognouit diſtantiam boni & mali: etiam ſi duobus millib⁹ annis vixerit, & nõ fuerit perfruitus bonis: nónne ad vnum locum properant omnia? ¶ Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius nõ implebitur. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? ¶ Melius eſt videre quod cupias, quàm deſyderare quod neſcias. ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius: & ſcitur quòd homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio contẽdere. Verba ſunt plurima, multámque in diſputando habentia vanitatem.

C Securitas laborantis.

Moleſtia diuitis. iob. 20. c.

Iob 1. d. 1. tim. 6. b.

D

Auari diuitis calamitas.

¶ [a] alios.

B

C

D

¶ 11 Heb. multitudinẽ: nõ prouẽtus illi. i. qui amat habere familiarum, aut nũmorũ multitudinẽ, nullum ſentiet lucrum. ¶ 14. i. qui laborat manuũ ſuarũ victũ ſibi parat, parens Dei mãdato. ¶ 15 vl. malũ atrox qd, &c. ¶ 16 Hebr. Pereũt etiã ſvl. quoque[diuitię ipſæ in occupatione mala. i. moleſtiarũ plena. ¶ 17 Hebr. & gignit filios, & nõ eſt in manu ei⁹ quicquã. q. d. Sunt q ſtudẽt opibus cumulandis, dum multos habent liberos: ſed ludunt operã: nã ſæpiſſime fit vt dilapidẽt & excoquãt etiã ea quæ habent, & relinquãt liberos ſuos pauperes, quũ nihil habeãt ipſi. quę certe eſt magna afflictio ſpirit⁹

¶ 18 Hebr. vt diſcedat queadmodum venit. ¶ 19 Hebr. quod venire fecerit in manũ ſuã. i. cui manum admouerit. ¶ 20 He. Iſtud etiam eſt ſupplicũ doloris plenũ: vt venit, ſic abiturus eſt: quæ igitur vtilitas[erit] illi, ꝙ laborarit in ventum?

¶ 21 q. d. Præ indignatione & ira frequenter incidit in morbũ. ¶ 22 Heb. En id quod vidi ego, bonũ eſſe & honeſtum, ¶ 23 Heb. eiq; poteſtatẽ facit comedẽdi ex eis. ¶ 24 recordari ſolet. q. d. parũ ſollicit⁹ eſt quãtũ vixerit, aut victur⁹ ſit. ¶ 25 Heb. exaudit[ſub. eum] in lætitia cordis ei⁹. i. largitẽ ei lætitiã cordis. Metaphora ſũpta à Deo nos exaudiẽte. vnde exaudire pro largiri accipitur. Vl. exaudit eum in lætitia cordis eius. i. vnde lætandi materiam habet cor eius.

VI. ¶ 1 Heb. frequens eſt apud hoĩes. ¶ 2 Heb. vt nõ ſit carẽs aĩæ ſuæ. i. nõ careat vlla re quã cupiat. ¶ 3 vl. facit ei poteſtatem comedẽdi ex eis: ¶ 4 vl. grauis dolor. ¶ 5 Heb. ſatis ſit illi id quod erũt dies annorũ eius. i. viuat quãdiu volet. ¶ 6. i. gaudio & lætitia. ¶ 7. i. ſepultura careat. Hoc videmus impletũ in Achab, qui multos habuit liberos, qui perierũt, & ipſe caruit honore ſepulturæ. ¶ 8 Hebr. in vanũ, vl in ipſam vanitatẽ. i. in mũdũ qui mera eſt vanitas. ¶ 9. i. ad mortem. q. d. ille nihilo plus eſt abortiuo fœlicior. ¶ 10 Heb. Vniuerſus labor hoĩs[ſuſcipitur] propter os eius: & tamẽ deſyderiũ habẽdi non expleur. Propter os eius. i. vt paret ſibi victũ iuxta Dei verbum, In ſudore vultus, &c. ¶ 11 Quid enim ¶ 12 Heb. quid pauperi ſapiẽti pgere ante vitã? q. d. ſi vterque laboret ea cupiditate habẽdi, quid iuuat pauperem doctum apud homines ambulare prudenter corã ipſis hominibus in mũdo viuẽtibus? ¶ 13 Melior eſt aſpectus oculorũ, quàm ꝙ æſtuet anima. Hoc eſt, melius eſt eſſe contentum præſenti fortuna, ꝙ multa deſyderare: & modo hoc, modo illud in votis habere. ¶ 14 Heb. Id quod eſt, iã nominatũ eſt nomẽ eius, & notũ eſt ꝙ eſt homo: nec poterit diſceptare cũ eo qui fortior eo eſt. vl. Qua ratione fuit olim, vocatum eſt nomẽ eius. i. qua ex materia olim factus fuerit, nomẽ eius oſtẽdit. Videtur alludere ad ea quæ traduntur Gene. 2. de creatione hominis. Finxit Deus hominẽ è terra. ¶ 15 vl. Quia ſunt verba multa quæ vanitatem augent: quæ vtilitas homini? q. d. Poſſunt multa philoſophorum verba afferri: ſed quæ nihil quàm augeant vanitatem.

CAP. VII.

Viribus ſuis maiora non quærenda.

QVid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuę, & tẽpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid poſt eũ futurum ſub ſole ſit? ¶ Melius eſt nomẽ bonũ, quàm vnguẽta pretioſa: & dies mortis die natiuitatis. ¶ Melius eſt ire ad domũ luctus, quàm ad domũ conuiuij. in illa enim finis cunctorũ admonetur hominum, & viuens [1]homo cogitat quid [2]futurũ ſit. ¶ Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiã vultus, corrigitur animus delinquẽtis. Cor ſapientiũ vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorũ vbi lætitia. ¶ Melius eſt à ſapiẽte corripi, quã ſtultorũ adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarũ ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. ſed & hoc vanitas. ¶ Calũnia cõturbat ſapiẽtem, & perdet robur cordis illi[9]. ¶ Melior eſt finis orationis, quàm principiũ. ¶ Melior eſt patiẽs arrogãte. ¶ Ne ſis velox ad iraſcendũ: quia ira in ſinu

Prouerb. 22. a
Quæ inter multa magis eligenda.
¶ [2] futurus

B

Ira vitanda.

ſtulti requieſcit. ¶ Ne dicas, Quid putas cauſæ eſt quòd priora tẽpora meliora fuere quàm nunc ſunt? ſtulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio. ¶ Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & ſapiẽtia, quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. ¶ Conſydera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. ¶ In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. ſicut enim hãc, ſic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo cõtra eũ iuſtas querimonias. ¶ Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meę: Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua.

Alia vanitas.

C

¶ Noli eſſe iuſtus multum: neq; plus ſapias, quã neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. ¶ Ne impiè agas multũ: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore nõ tuo. Bonum eſt te ſuſtentare [a]iuſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manũ tuã: quia qui timet Deũ, nihil negligit. ¶ Sapientia cõfortauit ſapiẽtem, ſuper decem principes ciuitatis. ¶ Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. ¶ Sed & cunctis ſermonibus qui dicũtur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi. ſcit enim conſcientia tua quia & tu crebro maledixiſti alijs. ¶ Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipſa longius receſſit à me multo magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam?

¶ [a] Legendum eſt iſtum.
Nemo à peccato purus.
3. Reg. 8. e.
2. para. 6. g.
prouerb. 20. b
1. iohan. 1. d.

CAP. VII.

QVis enim ſcit quid proſit homini in vita toto curriculo dierum ſuæ friuolæ vitæ, quos [b]tranſigit tanquam vmbram? quis enim homini referet quid poſt ipſum futurũ ſub ſole? ¶ [1]Melior eſt bona fama quàm vnguẽtum pretioſum: & dies mortis [melior eſt] die natali. ¶ Melius eſt adire domũ luctuoſam quàm domũ conuiuij, [2]in quo ſ[cernitur] finis omniũ hominũ, & viuẽs [homo] id reponit in corde ſuo.[3] ¶ Melior eſt indignatio riſu: quia [4]triſtis vultus pariet lætum cor. [a] Sapientium cor [verſatur] in domo luctus, & cor ſtultorũ in domo lætitiæ. ¶ Melius eſt audire increpationẽ ſapientis, quàm vt quis audiat [5]carmen [6]ſtultorũ. Qualis etenim eſt ſonus ſpinarũ ſub olla, talis eſt riſus ſtulti: quæ etiã inanitas eſt. ¶ [7]Etenim oppreſſio ad inſaniã adigit ſapientẽ, [8]& frãgit cor dotib[9] præclaris ornat[um]. ¶ Potior eſt extrema negotij pars principio. ¶ Lẽtus [homo] præſtãtior eſt quàm elatus animo. ¶ Ne ſis præcipiti animo ad ſuccẽſendũ: quia indignatio permanet in ſinu ſtultorum. ¶ Ne dicas, Quid cauſæ eſt quòd tẽpora priora meliora fuerunt iſtis [præſentibus?] [10]nõ enim à ſapiẽtia [incitatus] hoc percontareris. ¶ Sapiẽtia [11]cũ opibus hæreditarijs bona eſt, [12]& plus cõmodat ſolẽ aſpicientibus. [13]Nã pariter quis ſub vmbra ſapiẽtiæ, & ſub vmbra pecuniarũ cubabit: primatũ tamẽ habet ſciẽtia, eo quòd ſapientia vitã cõfert ſuis poſſeſſoribus. ¶ Inſpice opus Dei: quis enim [14]reconcinnare poterit quod ipſe [15]deprauauit? ¶ Tẽpore [16]felici ſis lætus, & tẽpore aſpero [17]circunſpice: [18]nã hęc cum illis Deus tẽperat, nihil [certi] homo poſt ipſum [Deum] inueniat. ¶ Omnia [iſta] vidi per dies [vitæ] meæ inanis quòd iuſtus in iuſtitia ſua occumberet, & impius diutius [vitam] prorogaret in ſua prauitate. ¶ Ne [19]ſis nimiũ iuſtus, neq; maiorẽ ſapientiã tibi arroges, qua teipſum ſtupidũ facias. ¶ Ne ſis [c]impi[20] immodice, neq; ſis [21]ſtultus, [22]ne moriaris ante fatale tempus. Bonũ eſt vt [13]hoc teneas ita, ne manum tuã ab [14]iſto retrahas: nã timens Deũ expediet ſe [15]ex vniuerſis iſtis. ¶ Sapiẽtia plus viriũ ſapienti ſuppeditat, quàm decem [16]potẽtes qui in vrbe agunt. ¶ [17]Nõ eſt enim homo iuſtus in terra qui bonũ faciat, & nõ peccet. ¶ Ne [18]animaduertas omnia verba quæ loquuntur [homines,] vt nõ audias etiã ſeruũ tuũ imprecãtem tibi mala. Nouit enim cor tuũ, quòd & tu ſæpenumero alijs mala fis imprecatus. ¶ [19]Omne hoc tẽtaui per ſapientiam [cognoſcere,] & propoſui ſapiẽtia vti, quoniã ea res

¶ [1] Ne. æſtimat
¶ 2 Subaudiendũm ſimilitudinis aduerbiũ vt præſtantius eſt nomen vnguẽto bene redolente: ſic dies mortis die quo natus eſt ille ſub. homo. eſt enim hebraiſmus: relatiuum ſine antecedẽte.
¶ 2 quia [ſub. luctus] eſt finis omnium hominum, & viuens ponet in corde ſuo. Quia, inquit, domus vbi eſt luctus propter mortuũ, nos admonet noſtræ fragilitatis, & viuens perpendet mortem, cum illuc venerit.
¶ 1 Heb. per triſtitiam vultus exhilarari ſolet cor. i. per triſtitiam eius qui alteri præeſt, exhilaratur cor alterius. Vt ſi quis videat fratrem peccãtem, per triſtitiam quã prę ſe fert vultu, melius illum corrigit, quã ſi illi peccanti arrideat.
¶ 4 q. d. Perpetuo cõtemplatur ſuã imperfectionem animus eorum qui

à mea notitia remota fuit. [10]Remotum quiddã eſt & profundiſſimũ, & quotuſquiſq; illud reperiet?

apud Deum ſunt ſapiẽtes: hoc eſt, perpetuo dolet, dum ſe conſyderat: At ſtultus non agnoſcens eã, ſemper vult lætari. ¶ 5 cantionem. i. blanditias ¶ 6. i. adulationes & blanditiæ, quæ parum durant. ¶ 7 Sane oppreſſio. i. diuitiæ vi comparatæ & calumnia. ¶ 8 & labefactat animum munus. ¶ 9 tardus ad iram ¶ 10 vl, quia non prudenter interrogares. ¶ 11 Hebr. cum hæreditate ¶ 12 & magis apud eos qui vident ſolem. i. viuentibus. Legi poteſt, & excellentia eſt apud videntes ſolem. ¶ 13 Hebr. Quia in vmbra ſapientiæ & in vmbra argenti: [ſub. eſt vita hominis. vl, bonũ eſt manere in vmb. &c.] at excellẽtia cognitiõis eſt quòd ſapiẽtia vitã affert Domino ſuo. q. d. Duplici nõie bene audit homo ille: & quòd ſapiens ſit, & quòd diues. ¶ 14 corrigere. dirigere ¶ 15. i. quem peruerti ſiuit, ſuum auxilium ſubtrahendo. Chald. paraphraſtes exponit, quem permiſit prodire in lucem cum defectu alicuius membri? q. d. nemo. nam non eſt qui poſſit facere vt cæcus videat, &c. ¶ 16 Hebr. lætitiæ. i. fruere lætitia quando eam tibi Deus offert. ¶ 17 vl, contemplare. ſub. opus Dei. & quaſi immiſerit afflictionem. ¶ 18 Heb. & hoc quoque ete regione iſtius fecit Deus, in hoc vt non inueniat homo poſt ipſum quicquam. Hoc. i. tempus afflictionis. Iſtius. i. lætitiæ. q. d. non vult Deus hominẽ ſemper frui lætitia: ſed nunc læta, nunc triſtia immittit: ita vt à nullo homine reprehendi poſſit. ne dicat homo, Aberraui ob nimiam lætitiam, & tamen Deus me non reuocauit. ¶ 19. i. ne plus æquo tribuas tibi. ¶ 20 Docet nõ eſſe in mala via diu immorandum, vt ait Chaldæus paraph. cito recede à via mala. ¶ 21 Stultũ vocat qui nõ redit ad Deũ. ¶ 22 Heb. quare morieris ante tempus tuum? i. citra tempus mortis naturalis? ¶ 13 nẽpe quòd nõ ſis nimiũ iuſtus, ¶ 14. i. à iuſtitia & ſapiẽtia. q. d. cũ dico te nõ oportere eſſe nimiũ ſapientẽ, nõ dico vt ſpernas ſapientiã & iuſtitiã: dãda eſt opera vtriq;: quod fiet ſi timeas Deũ. nã qui timet Deũ, facile cauet ne ſit nimiũ iuſtus, aut ne nõ ſtudeat iuſtitię. ¶ 15. i. vt facile recedat ab extremis: vt nec nimiũ ſit iuſtus, nec careat iuſtitia. ¶ 16 vl, principes. quib[9] ſcilicet tutela vrbis cõmiſſa eſt. ¶ 17 Profecto nõ eſt iuſtus, &c. ¶ 18 q. d. Ne obloquẽtes audias & alteri detrahẽtes: ne de te idẽ etiam audire cogaris. ¶ 19 Heb. Omnia iſta probaui per ſapientiã: dixi, ſapiẽs ero: & ipſa fuit remota à me. q. d. omniũ iſtorũ periculũ feci. volui autẽ proprio conatu effici ſapiẽs. at ipſa ſapiẽtia effugit à me. ¶ 20 Remotũ eſt id quod fuit: & id quod maxime abſtruſum eſt quis deprehẽdat? q. d. nõ facile eſt ſcire ea quæ præterita ſunt: quis igitur deprehẽdere poterit abſtruſiſſima? Alij per abſtruſũ, intelligũt cõſiliũ hoĩs: quod ſciri nõ põt: vt ſit ſenſus: Si cõſilia hoim ſciri nõ poſſunt, quis igitur poterit cõſequi virib[9] humanis prudẽtiã illã cęleſtẽ?

¶Obiui equidem[ſcḋ ſpeculationē] corde meo, vt ſcirē, & indagarē, & perquirerē ſapientiā atq; rationē, & ſcirē quidem[11] proteruiā ſtultitię,' & ſtultitiam vęſaniæ[affinē]. Deprehēdi autē fœminā ipſa morte amariorē eſſe, cuius [12]cor' eſt venatoriū inſtrumentū & caſſes, manus autē eius vincula: à qua demū[13]aſſeritur' qui Deo charus eſt, peccator autē capietur per eā. ¶Inſpice illud quod deprehēdi, ait cōcionās, vna re cū altera[cōparata,][14]vt rationē deprehēderē. Quū &[15]aliud' perquiſiuerit anima mea, quod nō deprehēdi: inter mille vnū reperi,[16] qui numeris viri boni abſolutus ſit:' inter iſtos autē omnes[17]fœminam non reperi. [18]Tātum hoc inſpice quod deprehēdi, ꝙ De⁹ Adamū probū cōdiderit: ipſi autē plures iam facti, cogitationes[vanas]perſecuti ſunt. VIII.

Quis ſimilis eſt ſapienti? & quis[ita]nouit explicationē negotiorū? Sapiētia hominis 'ſerenū reddit' vultum eius, &'vultū impudētē remouet. ¶Equidē[moneo,]vt' os' regis obſerues,' præſertim propter iuramentū Dei. Ne feſtines abire ex illius cōſpectu, neque perſeueres in re mala: quicquid enim libuerit ei, efficiet. [7]Et quācunq; rē præcipit rex, in ea etiā poteſtatem exercet:' & quis dicet ei, Quid agis? ¶[Præterea]qui cuſtodit præceptū,'non experietur aliquid mali: & cor ſapientis intelligit [9] tempus & iudicium.' Ad omnē enim voluntatem[exequendam] eſt tempus & iudicium: & [10]malū hominis præpollet ei.' Neſcit enim quid[ei] ſit euenturū: quis enim referet ei quādo eucturū ſit? ¶Nō eſt etiā homo præditus poteſtate in[11]ſpiritū, vt[12]cōtineat ſpiritū:' neque poteſtatē[habet]in diē mortis:[13]neq;[telorū]emiſſionē in bello, neq; proteruia eripiet ſuos cōſortes.' ¶Hoc vniuerſum vidi, [14]& animaduerti' omnia opera quæ ſub ſole fiunt: eſt tēpus quo dominatur homo homini in ipſi⁹ perniciē. Simul autē vidi impios[15]ſepultos, & ꝙ[16]abierūt,[17]& receſſerūt è loco ſancto, ſūntq; obliuioni traditi in ea vrbe, in qua quicquid egiſſent, ratū rectūmq; erat:' quæ quidē etiā inanitas eſt. ¶Quia nō ſtatim[18]negotiū patrātis ſcelus conficitur,[19]quorūdam hominū cor[audacia] plenū eſt,'vt patrent ſcelus. ¶Quia peccator malum patrat cēties, eiq;[Deus]pœnam differt, ego etiā ſcio quòd bonum obueniet timētibus Deū, qui eum reuerentur. Impio autem bonum minime obueniet, neque dies ſuos prorogabit ſicut vmbra, quòd Deum non reuereatur. ¶Eſt inanitas, quæ vſuuenit in terra, vt ſint iuſti, quibus obtingit quod impij merentur: &[rurſum] impij ſunt, quibus obtingit quod iuſti merentur: [quare]dixi, hanc etiam eſſe inanitatem. ¶[20]Et laudo' ſanè lætitiam, quòd nil ſit homini melius ſub ſole, quàm edere & bibere, & gaudere: [21] id quod adipiſcetur' ex labore ſuo tēpore vitæ ſuæ, quam Deus illi concedit ſub ſole. ¶Vt appuli animum meum ad notitiam ſapientiæ, & inſpectionem negotiorum quæ in terra fiūt,[22](quòd nōnulli etiā neq; interdiu, neq; noctu ſomnū capiūt:)

¶Luſtraui vniuerſa animo meo vt ſcirem & cōſyderarē, & quærerem ſapientiam & rationem, & vt cognoſcerē impietatem ſtulti, & errorē imprudentium: & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. ¶Ecce hoc inueni, dixit eccleſiaſtes, vnū & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, ꝙ fecerit De⁹ hominem rectū: & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.

CAP. VIII.

Quis talis vt ſapiens eſt? & quis cognouit ſolutionem verbi? Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illi⁹ commutabit. ¶Ego os regis obſeruo, & præcepta iuramēti Dei. Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet: & ſermo illi⁹ poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſquā poteſt, Quare ita facis? ¶Qui cuſtodit præceptū, nō experietur quicquam mali. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Omni negotio tēpus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio. ¶Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritū, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neq; ſaluabit impietas impium. ¶Omnia hæc conſyderaui, & dedi cor meū in cūctis operibus quæ fiūt ſub ſole: Interdū dominatur homo homini in malū ſuū. Vidi impios ſepultos: qui etiā cū adhuc viuerent, in loco ſancto erāt, & laudabātur in ciuitate quaſi iuſtorum operū. ſed & hoc vanitas eſt. ¶Etenim quia non profertur cito cōtra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominū perpetrant mala. ¶Attamē peccator ex eo ꝗcenties facit malū, & per patientiā ſuſtentatur, ego cognoui ꝙ erit bonum timētibus Deum qui verētur faciē eius. Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeāt qui non timent faciem⁹ Domini.' ¶Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terram. ſunt iuſti quibus mala proueniūt, quaſi opera egerint impiorū: & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeāt. ſed & hoc vaniſſimum iudico. ¶Laudaui igitur lætitiā, ꝙ non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo ° omnibus diebus' vitæ ſuæ quos dedit ei Deus ſub ſole. ¶Et appoſui cor meum vt ſcirem ſapientiam, & intelligerem°diſſenſionem' quæ verſatur in terra. eſt homo qui dieb⁹ & noctibus ſomnū nō capit oculis.

D Amara mulier ſola Dei gratia vitab.

Prouer. 17.d. Os regis obſeruandum.

B Aliæ vanitates.

C

¶°Dei

D In lætitia vi uendum. ¶°in diebus

¶° diſſēſionē

¶11 vl, ſtultam impietatem. ¶12.i. verba ꝗ à corde prodeunt, blanditiæ illæ muliebres. ¶13 liberatur ¶14 vt inuenirem certam ac veram ſententiam. Eſt quod vulgo dicitur, reſolutionem. ¶15 Heb. itidē. præterea. adhuc ¶16 Heb. hominem: ¶17 Mille quidem vxores habuit Salomon, inter quas fortaſſe nulli ipſe quoque reperit quæ bonæ & perfectæ fœminæ titulo reſponderet. ¶18 Heb. Seorſū vide iſtud, inueni ꝙ fecit Deus hominē rectum: at ipſi quæſiuerūt cogitationes varias. VIII. ¶1 Hoc eſt, Quis æquare poteſt ſapientem dignitate & cognitione? Et quis eſt qui cognoſcat quid afferi debeat de vnaquaque re? q.d. ſolus ſapiens.

¶2 illuſtrat. i. reddit hominē illuſtrē. ¶3 Heb. duritia vultus eius mutari ſolet. i. arrogantia & impudentia faciei ſapiētis cōmutatur. nam ſapientia reddit hominē abiectum in oculis ſuis: quāuis ab alijs plurimi fiat. ¶4.i. præceptū ¶5 Heb. & ſuper negotio iuramēti Dei. q.d. Duo præcepta ſum tibi traditurus: primū vt pareas regi, ſiue magiſtratui. (nā per regem, magiſtratū etiam intelligit) præterea ne iures in vanum .i. vt adimpleas quod iuraris: ſi, quæ Deo placent iuraris. Aut docet ſeruandā eſſe fidem quā regi iureiurando præſtiterimus. ¶6. q.d. ſi receſſeris à rege, ſtatim redi in gratiam cū eo: quia Deus permittet vt quicquid voluerit faciat. ¶7 Heb. Vbi eſt verbum regis, ibi eſt dominatio. q.d. quæ imperat, fiūt. ¶8 ſub. ſummi regis. ¶9.i. occaſionē, & rationem qua quid geri poteſt. ¶10 Heb. quia infœlicitas hominū eſt multiplex in eo. ſub. homine. ¶11 pro anima poſuit ſpiritū ſiue ventum, ꝙ ea ſit veluti ventus. ¶12 ne ſcilicet abire poſſit. ¶13 neque eſt[illi] gladius in bellū: & non eripiet impietas poſſeſſores ſuos. De bello ſpirituali intelligit. q.d. nihil eſt quo nos tueri poſſimus contra tentationes. oportet igitur ad verbū Dei recurrere. Neq; aſtutia impia valet cōtra Dominum. ¶14 Heb. poſui cor meū ad &c. ¶15.i. qui dudum ſepulti erant. ¶16 redierunt. ſub. per famā in mundum. i. & fama eorum ſemper fuit recens, ſubinde nomen eorum factū eſt illuſtrius. ¶17 &[ſub. vidi eos qui]in loco ſancti accurate verſati ſunt, & obliuioni traditi ſunt in ea vrbe in qua ſic fecerūt: etiā hoc eſt vanitas. i. qui in loco rei ſanctę, vel Dei ſancti ſtudioſe ac diligenter verſabātur, obliuioni traditi ſunt. q.d. Vanum eſt ita ſibi velle nomen parare. quia ſola iuſti memoria eſt æterna. ¶18 demādatur executioni ſententia ¶19 Heb. ob id totum in hoc eſt cor hominū vt &c. ¶20 Tūc laudaui ¶21 Heb. & id adhærebit illi ex &c. i. accedet. ¶22 Heb. nā etiā interdiu & noctu ſomnū in oculis ſuis non videt. ſub. animus, vl cor. Metaphora ducta à corpore. i. ſunt vires animi quæ nunquam quieuerunt in eo. q.d. Totus ſum in hoc & diu & noctu. Per parentheſim legendum.

Opera Dei ab homine imperueſtigabilia.

Et intellexi quòd omniũ operũ Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorũ quæ fiunt ſub ſole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat: etiam ſi dixerit ſapiẽs ſe noſſe, non poterit reperire.

CAP. IX.

[redacted]

Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curioſè intelligerẽ: Sunt iuſti, atque ſapiẽtes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrũ amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futurũ ſeruantur incerta, eo q vniuerſa æque eueniũt iuſto & impio, bono & malo, mũdo & immũdo, immolãti victimas & ſacrificia cõtẽnenti. ſicut bon⁹, ſic & peccator: vt periur⁹, ita & ille qui verum deierat. Hoc eſt peſſimũ inter omnia quę ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniũt. vnde
B & corda filiorũ hominum implentur malitia, & cõtemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos* deducẽtur.* ¶ Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciã: melior eſt canis viuus leone mortuo. Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui verò nihil nouerũt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoque, & odium, & inuidiæ ſimul perierunt, nec habẽt partem in hoc ſeculo, & in opere quod ſub ſole geritur.

¶ deducẽtur

Viuendũ in hilaritate.

¶ Vade ergo, & comede in lætitia panẽ tuum, & bibe cũ gaudio vinũ tuum: quia Deo placent opera tua.
C Omni tẽpore ſint veſtimẽta tua cãdida, & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cũ vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuę, qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tempore vanitatis tuæ. hæc eſt enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras ſub ſole. ¶ Quodcũque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas. ¶ Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientiũ panem, nec doctorũ diuitias, nec artificũ gratiam: ſed tẽpus, caſúmque in omnibus. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiũtur hamo, &*aues laqueo comprehendũtur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit.

Finis hominis inſperat*
* ſicut

Sapientiæ cõmendatio.

¶ Hũc quoq; ſub ſole vidi ſapientiã, & probaui maximam: Ciuitas parua, & pauci in ea viri. venit contra eã rex magnus, & vallauit eam,
D extruxítque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentúſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuã, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiã fortitudine: quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita?

Animaduerti omnia opera Dei, q homo nõ poſſit deprehendere[11] opus quod fit ſub ſole, vt minime id aſſequatur, in quo elaborat homo vt perueſtiget:[12] & ſiquis etiam ſapientium dicat ſe ſcire, non tamen inuenire poterit.

CAP. IX.

Hæc enim omnia reuocaui ad animi mei iudiciũ, & vt hęc omnia clare diſcernerem, q iuſti & ſapientes, & eorũ [ſerui] ſunt in manu Dei:[1] quódq; pariter amorem & odium ignorat homo, ipſi autem [Deo] ſunt omnia propoſita. Omnibus eadem prorſus vſuueniunt iuſto & impio, bono puróq; & impuro, ſacrificanti & nõ ſacrificanti, bono pariter & peccatori, iurãti iuxta ac abhorenti à iuramento. Atq; hoc peſſimũ eſt[4] in omnibus quæ ſub ſole fiunt, dũ eadẽ omnibus vſuueniunt, q pectus hominum impletur vitioſitate, & væſania [perdurat] in corde ipſorum per vitã illorũ, vt poſtea [deſcendãt] ad mortuos. ¶[6] Qui enim ſociatur quomodocũq; viuentib⁹, ei ſpes eſt reliqua: & canis viuens præſtat leoni mortuo.[7] Verũ qui viuunt ſciunt ſe morituros eſſe: at mortui prorſus nihil nouerunt, nec habẽt præmium aliquod reliquum, quia memoria ipſorũ deleta eſt. Tum amor ipſorum, tum odium ipſorũ, tum inuidia ipſorũ iam abolita eſt, nec amplius habẽt[8] ſortẽ in mũdo ex omni eo quod fit ſub ſole. ¶ [I ſ ergo,] & lætus ede panẽ tuum, & læto corde bibe vinũ tuum: iam enim[9] propitius Deus largitur tibi frui operibus tuis.[10] Nullo nõ tẽpore candidæ ſint tuæ veſtes, neq; deſit vnguẽtum capiti tuo. [Et][11] circũſpice vitam [quam traſigas] cum muliere amata omni tempore friuolæ tuæ vitæ, quã [Deus] tibi concedit ſub ſole per omne tẽp⁹ tuũ inane: hæc enim eſt[12] ſors tua in viuis, & ex labore tuo quem perfers ſub ſole. ¶[13] Quãtũcunq; potes, agito pro virili tua portione: quia nec opus, nec cogitatio, nec ſcientia, nec ſapiẽtia eſt in[14] inferno ad quẽ tẽdis. ¶[15] Rurſum ſcrutatus ea quæ ſubſunt ſoli, animaduerti curſum non eſſe velocium, neque bellum fortium, non etiam panẽ [ſuppetere] ſapientibus, neque prudentibus diuitias, neque gratiam peritis [captatoribus fauoris.] nam tẽpus & fortuna vniuerſis vſuuenit. Etenim homo etiã ignorat[16] ſuam futuram ſortem: vtque piſces capiuntur hamo noxio, & vt aues capiuntur laqueo, ita homines illaqueantur[17] periculoſo tẽpore, quũ eos improuiſus caſus obruit. ¶[18] Hoc etiã vidi ſub ſole, [nẽpe] ſapientiam, quæ maximi pẽditur apud me. Oppidũ fuit paruũ, & in eo pauci homines: ad quod acceſſit rex potẽtiſſimus, & cinxit illud obſidione, & contra illud extruxit[19] turres maximas: Repertus eſt autẽ in eo vir pauper & ſapiẽs, qui per ſapientiam ſuam eripuit illud oppidũ,
[20] nec quiſquam hominum recordatus eſt iſtius viri pauperis.[21] Vnde iudico quidem ſapientiam eſſe potiorem fortitudine,[22] & pauperis ſapientiam contemptam, neque audiri ſermones ipſius.

¶11 i. rationẽ operis ¶12 vſ, quinetiã ſi ſtatuat apud ſe is qui mundo eſt ſapientiſſimus [dare operam] vt cognoſcat:

IX.

¶1 Heb. Quia omne id poſui in corde meo, vt declararẽ totum hoc [ſnegotiũ]. i. mecũ tacitus reputaui, vt elucidarem &c. ¶2 opera ¶3 præterea amorẽ, etiam odiũ non nouit homo, [quum] omnia [ſint] ante eos. i. homines nec rationẽ amoris, nec odij nouerunt vt hoies ſunt: quum omnia quæ eueniunt probis & improbis, ſint ante ipſos. i. ab eis videantur. Hic ſecundũ carnẽ loquit. ¶4 inter omnia. q.d. Hoc peſſime habet humanam naturã, q eadẽ omnib⁹: & præterea cor filiorum hominũ plenum eſt malo, & inſaniæ [ſunt] in corde eorum in vita ſua: & [qui] poſt ipſum, ad mortuos pergit. In vita ſua. i. quãdiu viuũt. Et q poſt ipſum. i. qui ſequitur cor ſuum, hoc eſt inclinationẽ animi ſui corrupti, tãdem moritur morte æterna. ¶6 Heb. Nã quis eſt qui aſſocietur [mortuos] in omnibus viuis eſt ſpes: quia cani viuo melius eſt q̃ leoni mortuo. i. Quis eſt ex viuis qui adiungat ſe ſociũ mortuis, quum in mortuis nulla ſit ſpes, de omnib⁹ autem viuentibus ſit aliqua ſpes? quis eſt inq̃ qui ex viuis deligat ſibi pro ſocio vnũ ex mortuis, cuius admonitione reſipiſcere poſſit? Ergo deteriori ſunt conditione mortui viuis hac in parte, viuis inquã etiam peſſimis: quia qui peſſimi ſunt, tamen reſipiſcere poſſunt. Per canẽ autẽ intelligit hominẽ ſortis abiectiſſimæ. Alij per canẽ, intelligũt voracẽ: per leonẽ, rapacẽ. Aut per canẽ, eũ qui parũ peccauit: per leonẽ, eũ qui magis peccauit. ¶7 Viui enim. q.d. Ad cõtemplationẽ mortis poſſunt viui reſipiſcere, mortui vero nõ. ¶8 partẽ. i. non ſunt participes eorũ quæ fiunt in hoc mundo. ¶9 Heb. grata habuit Deus opera tua. [redacted] ¶10 q.d. Eſto omni tẽpore lætus. Veſtimẽtis cãdidis notatur lætitia: & etiã vnguẽtis quib⁹ Hebræi ſolebãt frequenter vti. ¶11 Heb. Vide vitam cũ vxore ¶12 pars tua ex hac vita ¶13 Omnia quæ inueniet manus tua vt faciat, ¶14 fouea. ſepulchro. q.d. nõ eſt tẽpus operandi poſt mortẽ. ¶15 Heb. Cõuerſus ſum, & vidi ſub ſole, q nõ velocium ſit curſus. &c. q.d. Deprehẽdi celeritatẽ currẽdi nihil afferre cõmodi ad ſalutem, nec fortitudinẽ bellicã poſſe eripere quenq̃ quãdque ſapiẽtes huius mundi ſæpe careant victu: nec ſemper gratioſos eſſe qui in aliqua arte ſint periti: quia oia omniũ pẽdent à fortuna. Hæc à ratione humana dicũtur quæ ſtulta eſt. ¶16 Heb. tẽpus ſuũ. i. tempus mortis ſuæ, aut calamitatis ſuæ. ¶17 infœli. i. calamitoſo ¶18 vſ. Hãc quoq; perpẽdi ſapiẽtiã ſub ſole: & magna eſt apud me. q.d. Duplicẽ deprehendi eſſe ſapientiã, mũdi & Dei: quæ Dei prudẽtia, magna, inſignis & præclara viſa eſt mihi. De vera Dei ſapiẽtia intelliguntur iſti verſiculi. ¶19 vſ, aggeres. aut munitiones ¶20 Heb. & nemo pri⁹ meminerat illi⁹. ſub. pauperis. nemo illũ nouerat. ¶21 Tũc qdẽ dixi, ¶22 q̃uis ſapiẽtia pauperis ſit ſpreta, & verba ei⁹ nũ audiãtur.

Sermones[enim] ſapientiū[11] in quiete magis audiuntur, q̄ clamor dominantis inter ſtultos. Sapientia præpollet inſtrumentis bellicis.[14] & vn⁹ homo perditus ingens bonum corrumpit.

CAP. X.

VT[enim] muſcæ[1] mortuæ fœtere atque fraceſcere faciunt vnguentū pharmacopolæ, ita modica ſtultitia [perdit] quod pretioſum eſt ex ſapiētia & honore. ¶Cor ſapientis eſt ad dextrā ipſi⁹, & cor ſtulti ad ſiniſtrā ipſi⁹. ¶Etiā quū ſtultus per viā ingreditur, cor ipſius indigū cibus dicit q̄ ſtult⁹ ſit. ¶Quoties affectus dominatoris[3] in te ortus fuerit, ne deſere[4] ſtationem tuam: nam [5] quis[affectus] ſedat, reprimit grandia peccata.

¶Eſt malum quod ſub ſole vidi, [6] quod proficiſci videtur ex imprudentia tenentis primatum: [7] Stultitia [enim] collocatur i ſummo faſtigio, & [8] diuites in humili gradu ſedēt. Vidi ſeruos equis [vehi,] & principes in terra incedere tanquā ſeruos. ¶Qui fodit foſſam, incidet in eā: & qui demolitur maceriā, [9] eum[10] ſerpēs mordebit. ¶Qui trāſfert lapides, [11] dolore ab eis afficietur: & qui findit ligna, [12] in eis periclitabitur. ¶[13] Quum ferrum hebes fuerit, ne. facies ei polita, [exercitiū poſtulat:] exercitus [etiā requirūt aliquē] qui reddat eos fortiores, ſed maiori ſtudio aptare conueniet ſapientiā. ¶ [14] Si ſerpens mordeat abſque ſibilo, nihilo magis incōmodat quam maledic⁹. ¶Sermones ex ore ſapientis[prodeūtes] gratiam [cōferunt,] [15] quam labia ſtulti velut abſorbendo auferūt. [16] Principiū ſermonū oris eius[ſtulti] eſt ſtultitia, & poſtrema pars orationis eius vaſania pernicioſa. Stultus multis verbis vtitur,[17] & ignorat homo iſte quorſum eat: quis autē ei indicaret qd̄ ſecuturū ſit? [18] Labor ſtulti q ignorat viam ducentē ad oppidum, affert ei moleſtiam. ¶Væ tibi ô terra, quum rex tuus puer eſt, & principes tui mane comeſſantur. O te beatam regionem, quum rex tuus[19] generoſus eſt, & cui principes ſuo tempore comedunt [20] ob vires reficiendas, & non vt certent poculis. ¶ Per duplicē pigritiam deterior reddetur contignatio, & per[22] remiſſionem manuū perſtillabit domus. ¶[23] Apparant conuiuia cibis magnifice propter voluptatē, & vinū adhibent vt vitā exhilaret: pecuniæ autē ſubigūt oia. ¶Ne in cogitatione quidē tua [24] vituperaueris regē: nec[25] vituperes in penetralibus lecti

Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, plus q̄ clamor principis inter ſtultos. ¶Melior eſt ſapiētia, quàm arma bellica. & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVſcæ morientes perdunt ſuauitatē vnguēti: pretioſior eſt ſapientia [a] paruáq; gloria ad temp⁹ ſtultitia. ¶Cor ſapiētis in dextera ei⁹, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. ¶Sed & in via ſtultus ambulans, cū ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. ¶Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locū tuum ne dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. ¶Eſt malum quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediēs à facie principis: poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis: & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos. ¶Qui fodit foueā, incidēt in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. ¶Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis. ¶Si retuſum fuerit ferrū, & hoc nō vt prius, ſed hebetatū fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia. ¶Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. ¶Verba oris ſapientis, gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eam. Initium verborum eius ſtultitia, & nouiſſimum oris illius error peſſimus. ¶Stultus verba multiplicat: ignorat homo quid ante ſe fuerit: & quid poſt ſe futurum ſit quis ei poterit indicare? Labor ſtultorum affliget eos: qui neſciunt in vrbem pergere. ¶Væ tibi terra, cui⁹ rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendū, & non ad luxuriā. ¶In pigritijs[b] humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuū perſtillabit domus. ¶In riſu[c] faciūt panem, & vinum vt epulentur[d] bibentes: & pecuniæ obediūt omnia. ¶In cogitatiōe tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris

Sapien.6.a.

Sapientis & ſtulti differentiæ

¶[a] & gloria, paruū ad &c.

Alia vanitas.

B

Prouer.26.d.

eccli 27.d.

Detractor occultus cui ſimilis.

C

Sub rege puero infœlicitas: ſub nobili verò, proſperitas.

D

¶[b] humiliat

¶[c] In riſum

¶[d] viuentes, legendum.

¶11.i. ſi animo ſedato perpendantur. Aut, ſermones ſapientium placidè prolati.

¶14 at peccator vnicus perdere ſolet bonū multum.i. incōmoda multa afferre.

X.

¶1 Heb. mortis putrere faciunt vnguentum aromatarij, & ædūt fœtorem: [ſic] pretioſum ob ſapientiā & gloriam, ſtultitia modica. ſub. fœtidū reddit.i. Quēadmodum muſcæ quę ſūt parua animalia, & paruæ vitæ, aliquot tantum mēſes viuētes, reddunt vnguētum putidum, & ipſæ putrent & fœtent: ſic modicum inſipiētiæ reddit eum qui prius bene audiebat, male audientem.

¶2 q.d. Sapiens omnia facit duce ſapientia, & fœliciter. Stultus autem res ſuas præpoſtere adminiſtrat, quemadmodum vtplurimum manus ſiniſtra eſt ad res agendas inepta. ¶3 deficit: & dicit omnibus q̄ ſtultus ſit i. deſtituitur mēte, & palàm præ ſe fert ſtultitiā, notā eām facit omnibus: diſſimulare eā non poteſt. ¶3 Heb. aſcendet ſuper te ¶4 locum tuum.i. ſtatum priſtinum. ¶5 Heb. lenitas deſerit peccata multa. q.d. qui deſerit ſpiritum dominātis.i. dominium, qui animū regium exuit, vitare ſolet peccata multa in quæ ſolēt reges incidere propter arrogātiam. Poteſt etiam ſic exponi locus iſte, Si ſpiritus.i. ira dominantis.i. poteſtatē habētis, aſcendat.i. ſæuiat aduerſum te, mane ſemper in loco tuo.i. ne cōmoueare: quia qui deſerit iram.i. qui alien⁹ eſt ab ira, vitat peccata multa. ¶6 Heb. ſimile erro:i qui egreditur à cōſpectu ipſi⁹ Domini. vſ, dominatoris. Poteſt intelligi de Deo, & de rege qui per errorem euehit ſtultos ad honorem. ¶7 vſ. Cōſtituitur ſtultus in dignitatibus eximijs. ¶8 ſub. ſapientia & virtutibus ¶9 perrumpit ſepem. ſub. proximi ſui. ¶10 ſub. in ea deliteſcens. & ita plus detrimenti accipit q̄ inferat. ſæpe enim ictus à ſerpente perit. ¶11 vſ, affligetur circa illos. ſub. lapides.i. circa tranſlationem illorū lapidum multum laborabit. ¶12 Heb. incaleſcit circa illa. vſ, diſcrimini exponet ſeſe in illis. ſub. findendis. Hoc verſu ſignificat citra induſtriam nil fieri poſſe. nā omnis labor citra ſapientiā, eſt moleſtus. q.d. Siue lapides trāſferas, ſiue ligna findas, niſi vtaris induſtria (quod tantum poſſunt qui ſunt ſapiētes) multum laborabis. ¶13 Heb. Si obtuſum ſit ferrū, & ipſe[ſindēs] nō terſerit vtrunq; latus, tūc vires [ſcindentis] euincet[ferrū:] at excellētia rectificationis[ſiue induſtriæ] eſt ipſa ſapiētia. Hic tria ſunt, opus, induſtria, & agens. Induſtria ſine ſapientia cōparatur ſecuri rubiginoſæ, quæ eſt inutilis. q.d. tum plurimum valet induſtria quum ſapientiam ſibi habet comitem. ¶14 Heb. Si mordeat ſerpens citra incātationem: [ſic] non eſt excellentior linguaci. Cōparat naturā corruptam ſerpenti. nam ſicut mordet ſerpens non incātatus, ſic natura noſtra ſi non adſit incantamentum ſapientiæ, mordet.i. alijs detrahit, & aliorum famæ inſidiatur. Et ita nihilo melior eſt blatero ſerpēte: imò eſt peior, quia lædit ſe, & eū quē mordet, imò & eos qui audiunt. ¶15 Alij legunt, At ſermones ſtulti abſumunt eum.i. authorem ſuum perdūt. ¶16 q.d. nulla pars ſermonis ſtultorum caret ſtultitia. ¶17 [ſub. dicitq;] Neſcit homo id quod futurum eſt, & quod erit poſt illū quis renūtiabit illi? Hoc dicitur à ſtulto, qui non ſolū ſe, ſed & alium perdit, non credens futurum iudicium. q.d. ſecurè viuamus: quia neſcimus quid futurum ſit. ¶18 Heb. Studium ſtultorum defatigat eos: qui[tamen] neſciūt ire ad vrbem. q.d. Stulti verſantur circa arduas quæſtiones, quarum ne vulgares quidē & notas tenent: quod vulgari prouerbio dicit, quum ait eos neſcire viam ad vrbē, quæ vel pueris eſt nota. ¶19 Heb. filius candidorum. Ita dicūtur principes ab albore, hoc eſt cādore morum, q̄ candido ſint animo. ¶20 Heb. in fortitudine, & non in potatione. ¶21 ſub. corporis & animæ. vſ, in præſentib⁹ & futuris. Alij vertūt, Per pigritias propēdet ſtructura trabiū. Pigritias, duale eſt Hebræis, alludit autē ad duas manus. ¶22 vſ, deiectionē.i. per otiū. ¶23 Heb[Vt] propter lætitiā faciunt panē, & vinū lætificare ſolet vitā: [ſi:] pecunia præſtat oia. Propter lætitiā: nēpe ad diſcutiēdā triſtitiā quā parit fames. Quidā exponūt, Et pecunia facit reſpōdere oia (ſub. votis hominū).i. p pecuniā oēs ſunt voti cōpotes. Satyric⁹, Quid nō regina pecunia donat? ¶24 vſ, male p̄ceris regi. ¶25 vſ, male p̄ceris diuiti, etiā ſi i ſecretiſſimo loco fueris.

¶ qui habet pēnas, annū- tiabit
Pauperib⁹ be nefaciendū.
¶ partem
[redacted]. B
¶ ſementem tuam.
¶ an
C
¶ lætatus
D
¶ voluptas
Cogitandus Deus à teneris annis.
tenebreſcat
¶ & luna, & ſtellæ,
B

ris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocē tuā, & qui habent pennas annunciabunt ſententiā.

CAP. XI.

Mitte panem tuum ſuper tranſeūtes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum. Da partes ſeptem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terrā. ¶Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terrā effundēt. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocūque loco ceciderit, ibi erit. ¶Qui obſeruat vētum, non ſeminat: & qui conſyderat nubes, nunquā metet. ¶Quo modo ignoras quę ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei qui fabricator eſt omnium. Mane ſemina ſemē tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc aut illud: & ſi vtrūque ſimul, melius erit. ¶Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. ¶Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum: qui cū venerint, vanitatis arguētur præterita. ¶Lætare ergo iuuenis in adoleſcētia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuētutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorū, & ſcito ꝙ pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim, & voluntas vana ſunt.

CAP. XII.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, Non mihi placent. antequā tenebreſcant ſol, & lumen, & ſtellæ, & luna, & reuertantur nubes poſt pluuiam: quando cōmouebuntur cuſtodes domus, & nutabūt viri fortiſſimi, & otioſæ erūt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina. Et claudēt oſtia in platēa, in humilitate vocis molentis, & cōſurgent ad vocem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Excelſa quoq; timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis: quoniā ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circuibunt in platēa plāgentes. Antequam rūpatur funiculus argēteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & cōfringatur rota ſuper ciſternā.

tui[16] diuitem:[17] volucris enim cæli efferet vocē, & alata[auis] renunciabit ſermonē.

CAP. XI.

Mittito panem tuū in ſuperficiem aquarū: quia poſt longum tēpus eum reperies. Da ſeptem[hominibus indigētibus] ſuā portionem cuiq;, da etiā octo: neſcis enim quid mali terræ impendeat. ¶Quū nubes impletæ fuerint, pluuiam effundūt in terrā: & quum arbor ceciderit vel ad Auſtrū vel ad Aquilonē, in quēcūq; locū ceciderit arbor, in eo permanebit. ¶Qui obſeruat ventū, non ſeminabit: & qui ſpectat nubes, nō metet. ¶Quēadmodum ignoras quæ via ſit ſpiritꝰ, aut qualia oſſa i vtero grauidę: ita ignoras opus Dei quo perficit omnia. [Proinde] mane ſemen tuū ſemina, & veſperi ne abſtineas manum tuā: neſcis enim vtrū cōmodius futurū ſit, an hoc an illud: an vtrūq; iuxta fœlix fauſtúmque futurū ſit. ¶Porrò gratiſſima res eſt lumē, & iucundū oculis [10] aſpicere ſolē. ¶[11] Verū ſi homo annos multos vixerit, & per eos vniuerſos lætus egerit, recordatus autē fuerit dierū[quos aget] in tenebris, quoniā plurimi erūt: [ſilico] inanitas[videtur] quicquid præterijt. ¶[ſi nūc] iuuenis, & lætare in adoleſcētia tua, & lætum ſit cor tuū per tempus iuuentutis tuæ, [12] & perſequere quod dictat cor tuū, quódq; appetibile videtur oculis tuis: at ſcito ꝙ ob hæc omnia te Deꝰ in iudiciū adducet. Quin remoue [14] perturbatiōes ab animo tuo, & tolle vitioſitatē à carne tua: quoniā pariter adoleſcentia & iuuētꝰ ſunt inanitas.

XII.

Et memēto cōditoris tui tempore iuuentutis tuæ, antequā accedāt tempora periculoſa, & anni aduenīant vt dicas, Non delector illis. Antequā obtenebreſcat ſol & lumē, & luna, & ſtellæ, & redeāt nubes poſt pluuiā. Quādo cuſtodes domꝰ tremēt, & viri validi vacillabūt, & deſinēt molentes, vt parū molant, & obſcurū viſum habebūt ſpeculātes in feneſtris. Et claudātur fores in platea cū exili voce molētis: & ſurget[homo] ad vocē [10] auis, & ſupprimētur oēs [11] filiæ cantici. [12] Altū quoq; locū timēt[ſenes] & humilia in via, & [13] floret amygdalus, & [14] ſeipſam geſtat cicada, & [15] appetitꝰ reſpuit[res oblatas] homo enī vadit ad domū [16] ſuā perpetuam, & circūibunt in platea [17] lugentes. Antequā funis argēteus [19] ſubtrahat, & [20] diffluat collectio aurei liquoris, & frāgatur cadus ad fōtē, & [22] rota puteo īpoſita currat.

¶ 16 Diuitē intelligit eū qui præeſt. ¶17.i. delator aliquis quem non putares, deferet regi maledictionem tuam.

XI.

¶1 Nomine panis intelligit quicquid ad vitam eſt neceſſarium. Hoc verſu vult hominem eſſe liberalem in pauperes. ¶2.i. multis. hoc ſignificat ſeptenarius numerus. ¶3.i. omnibꝰ. Luc.6, Omni petēti te, tribue. ¶4 vl. effundere ſolēt. Similitudines duæ: quarum prior, nubis, q̄ benefica, terrā ſitiētē, irrigat, docet nos liberales eſſe oportere. altera ab arboribus, nō procraſtinandum. nā in morte vel ad dexterā, vel ad ſiniſtrā homo conſtituitē ſublata omni facultate bene operādi. ¶5 nū quam ¶6.i. vētri, vel potiꝰ animæ fœtui cō cepto infundēdæ. ¶7 & qua ratiōe [ſe cōcreſcāt] oſſa i &c. ¶8 ne ſinas quieſcere.i. ſemꝑ operare. ¶9 quòd ſi ambo ſimul, [ſub. ſuccedāt] bona ſunt. Pro [ſimul] Hebræi habēt, ſicut vnū: quod idem ſignificat. ¶10 ſubaudiendū aliquid, Sed tamē eſt moriendū. Cōciſa enim eſt ſententia: quod ſit in rebus quas præ mœrore dicere nō poſſumus. ¶11 Heb. Quia ſi eſ.i. Quāuis[annos multos viuat homo, [&] in omnibus illis lætetur tamē recordabitur dierū tenebrarum, quia multi erūt, [quódq;] omnis qui naſcitur, eſt vanitas. Vitam ſoli comparauit priori verſu: nunc autem mortē tenebris. Recordabitur, pro recordari debet, ſi ſapiat. Nomine dierum, tēpus intelligit: quia tempus cōſtituitur diebus. ¶12 Heb. ambula in vijs cordis tui, & in viſione oculorum tuorū. ¶13.i. propter omnia quæ geſſeris in iuuētute. ¶14 iracundiā.i. eijce ſuperbiam ¶15 malitiam.q.d. da operā vt ſis caſtus.

XII.

¶1 Heb. dies mali.i. calamitoſi & miſeri. hoc eſt ſenij. ¶2 de quibus dicas, ¶3.i. ante ſeniū. nam ſenibus videtur obſcurari ſol: ꝙ in ſenio, homo reddatur cæcus, vt nec ſolis lumen, nec lunæ videre poſſit: quo tempore habēt veluti quaſdam nubeculas. Per nubes autē, caligo oculorū intelligitur, quæ ſequi ſolet fletū in ſenibꝰ. Senij deſcriptio eſt. ¶4.i. manus ¶5.i. crura ¶6 dentes intelligit molares ¶7 Vires animæ intelligit quibꝰ videndi poteſtas tribuitur per oculos. ¶8 hoc eſt labra, nares, aut os. ¶9 extrinſecus, propter remiſſionē ſoni ipſius molituræ. Quia vltra digerere cibū non poſſint homines. nā ſono quodam ſolent molere cibum qui valent dētibus. ¶10 quālibet auem intelligit, aut gallum. ¶11 filiæ vocis.i. arteriæ, & ūbræ vocales, quæ multum valent ad vocem eliciendā. Alij interpretantur ꝙ ſenes nec canant, nec audiendo ſonos delectentur. ¶12 vel, Etiam à re eminente timere ſolent, & fractiones[ſunt illis] in via. Oſtendit crurū ſenum debilitatem, quæ non poſſunt attollere, & offendūt in via. etiam in feſtucam impingere ſolēt. ¶13.i. capus conſpergitur canitie. quia ea arbor ſolet ante omnes ædere ſuos flores, qui ſunt albi. ¶14 oneri eſt illi locuſta.q.d. vſqueadeo debiles ſunt vires, vt nihil ferre poſſint. ¶15 diſſipatur[vel extinguitur] vis illa cōcupiſcibilis animæ, cui deſyderiū tribui ſolet. nam cū corpore excidetur. ¶16 Heb. ſeculi ſui.i. pergit ad ſepulchrū in quo habitabit vſque ad iudiciū. ¶17 ſub. hominem mortuū. ¶18 Sub. memēto inquam creatoris tui, antequā ¶19 vel, religetur.i. breuior fiat. Per funem argēteum ſiue album intelligit medullam quæ per ſpinā dorſi tranſmittitur.i. antequā incuruetur dorſum. nā quādo retrahitur funiculus per quē deſcendit medulla, dorſum incuruatur. ¶20 frangatur phiola aurea.i. mēbrana illa quæ cerebrū cōtinet, quæ eſt veluti rufa & flaua: ideo cōparatur auro: eſt enim flaui coloris.q.d. anteq̄ moriatur homo. nā hac mēbrana fracta, hominē mori neceſſe eſt. ¶21 hydria. Per hydriā cōceptacula illa ſanguinis intelligit, quæ à iecore recipiūt ſanguinē. Per fontē autē, iecur: quia in iecore fit ſanguis. ¶22 diſſipetur rota ſup ciſternā. vel puteū. Rota, caput eſt: Puteus, cor. Vt autem rota haurimus aquā: ita in capite oēs ſenſus cōſtituūtur: ideo attrahit à corde vires vitales.

¶13 poſuit ¶14 vl. Et quo magis fuit eccleſiaſtes ſapiẽs eo magis docuit ſciẽtiã populũ & audire, & ſcrutari fecit.

¶15 Heb. verba volũtatis.i.notitias veras de expetendis & auerſandis, adeóq; de ſummo bono & malo. Alij vertunt, verba grata. ¶16 Heb.

Redeátque puluis in terram qualis fuit, & ſpiritus redeat ad Deum qui[11] dedit illũ. Inanitas extrema, inquit cõcionans, & omnia quidem ſunt inanitas. ¶Præterea[14] quum eſſet concionãs ſapiens, aſſidue docuit populum ſcientiã, & commouit ſtudiũ doctrinæ, & inueſtigauit,[3] ac multas parabolas compoſuit. Perquiſiuit etiã cõcionans, vt inueniret[15] rationes expeſibiliũ rerũ,[3] & [16] pręcepta officiorũ.[3] ſermones veriſſimos. ¶Sapientum[enim] ſermones ſunt velut ſtimuli,[17] & velut claui plantati[18] inter folia collectitia, [quæ] tradita ſunt ab vno[19] paſtore.[3] ¶[20] Poſtremo fili mi caue admonitus: [nam] libros multos facere, infiniti eſſet operis, & iugis lectio moleſtus labor carnis. ¶[21] Etenim] finis vniuerſi negotij auditus eſt.[3] Deum timeto, & præcepta illius ſeruato:[22] nam in hoc conſiſtit omniũ hominũ perfectio. Deus enim i iudiciũ adducet omne op⁹,[23] cũ omni occulta re,[3] ſiue quid bonũ, ſiue malũ fuerit.

Et reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes,[~] & omnia vanitas. ¶Cũmq; eſſet ſapientiſſimus eccleſiaſtes, docuit populũ, & enarrauit quæ fecerat: & inueſtigans cõpoſuit parabolas multas. Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos. ¶Verba ſapientiũ, ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altũ defixi, quæ per magiſtrorũ *cõſiliũ data ſunt à paſtore vno. ¶His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus eſt finis: frequénſque meditatio, carnis afflictio eſt. Finẽ loquendi, pariter omnes audiamus. Deũ time, & mandata eius obſerua: hoc eſt *omnis homo. *Cũcta quę fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni *errato,[3] ſiue bonum, ſiue malum ſit.

C

D

¶*concilium

* enim

* Et

¶*abſcõdito.

ſcripturã rectitudinis.i.quã recte literis mãdare poſſet. vl, ſtilo æquabili ſtuduit tradere ſapiẽtiã. ¶17 & quaſi claui infixi. nã clau⁹ affixus retinet rẽ cui affigit: ita doctrina hominẽ cõtinet. ¶18 authorũ collectaneorũ. ſub. ſunt verba, aut ſermones eorũ q aſſeruãt multa. vl, quaſi affixi claui ſunt authores collectionũ. ¶19.i. Spiritu ſctõ. ¶20 vl, Et ampli⁹ his fili mi caue [ſub. quęras:] faciendi libros multos non eſt finis: & doctrina multa eſt afflictio carnis. vl, Scriptura, aut diſquiſitio multa affert laborem carni. ¶21 In ſumma, omnia audita ſunt. q.d. oĩa te docui, mũdana oĩa eſſe merã vanitatem. ¶22 Heb. quia hoc [ſub. ſpectat ad] omnem hominem. ¶23 vl, quod erit de omni occulto.

¶1.i. excellẽtiſſimũ cãticũ, ſiue carmẽ, editũ à Salomone: vt Sanctũ ſanctorũ, pro ſanctiſſimũ ſanctum. Vniuerſa myſteria Chriſti & Eccleſię hoc carmine diuiniſſimo continent. nã ſchemate amatorij carminis, vt pſal. 44. quo dotes Salomonis & filiæ Pharaonis celebrant, eorúmq; mutu⁹ amor, & legitima cõiũctio: Euangeliũ lætiſſimum canitur: quale, quãtũq; bonũ poſſideãt q Deo ſunt cõiũcti: & q̃ magna, q̃ certa ſpes, q̃ facilis ratio id aſſequẽdi propoſita ſit oĩbus qui cupiũt ex animo.

# [1] Canticum canticorũ[1] Salomonis, quod Hebraice dicitur Sir haſſirim.

ECCLESIA.

O[1] Sculetur me oſculis oris ſui: amores enĩ tui[3] vinum bonitate ſuperant,
Ob odorem vnguentorum tuorum optimorum. eſt autem[4] nomen tuum vnguentum effuſum, iccirco te puellæ amant.
Trahito me, vt curriculo te inſequamur.[5] introduxit[6] me [quidem] rex ipſe in ſua[6] penetralia:[3] [quamobrem] exultabimus & lætabimur in te, &[7] prædicabimus amores tuos vino præſtantiores,[8] quia familiariſſime tibi æquitas adiuncta eſt.
[9] Fuſca quidem ſum, cæterum[10] amabilis ô fœminæ Hieroſolymitanæ, ſicut tentoria[11] Cedræorum,[3] ſicut Solomonis[12] cortinæ.[3]
Ne me ſpectetis quòd fuſca ſum, eo quòd ſol me [radijs feriendo] intuitus eſt:[13] filij [nanque] matris meæ[3] in me excandeſcentes,[14] poſuerunt me cuſtodem vinearum,[3] ego autem[15] vineam meam non[16] cuſtodiui.[3]
Indica mihi [tu,] quem diligit anima mea.[17] quomodo paſcas, & quomodo cubare facias [pecus] in meridie:[18] ne oberrans per greges conſortium tuorum videar palliolata [meretricula.]

CAP. I.

O Sculetur me[*] oſculo[3] oris ſui: quia meliora ſunt hubera tua vino.
Fragrãtia vnguẽtis optimis: oleũ effuſum nomen tuum ideo adoleſcentulę dilexerũt te.
Trahe me: poſt te curremus[~] in odorem vnguentorum tuorum:[3] introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberũ tuorum ſuper vinũ. recti diligunt te.
Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.
Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol, filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodẽ vineis: vineam meam non cuſtodiui.
Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

¶*oſculis

Hoc cãticum torũ eſt myſticum Chriſti erga ſponſam ſuam Eccleſiã, ac rurſum ſponſæ erga Chriſtũ incõprehenſibilis amoris pleniſſimum.

D

¶1 Per oſculũ, amor & pax ſignificat. q.d. Pacẽ mecũ habeat, & me amet. Sũmũ deſyderiũ electorũ exprimit, cupientiũ ſcire q̃ propitiũ atq; beneuolũ habeãt ſpõſum. Oſculis, plurali numero dixit, vt vehemẽs deſyderiũ declaret. ¶3 Per vinũ intelligit oẽ quod affert hoĩ maximã voluptatẽ. ¶4.i. fama. vt vnguentũ odorẽ non reddit niſi ſparſum: ita & Chriſti nomẽ, niſi vere prædicatũ. ¶5 præteritũ pro futuro, introducet ¶6.i. arcana ſua reuelabit mihi. ¶7 vl, mentionẽ faciemus de amorib⁹ tuis vino præſtitiorib⁹. Aut, libẽtius quàm de re quantũuis ſuaui. ¶8 Heb. æquitates [ſiue rectitudines] amauerunt te. Præteritũ pro futuro. Recti diligent te. ¶9 Fuſcã, ſiue nigrã ſe eſſe dicit ſponſa, propter perſecutiones quas pro Chriſto patitur: at pulchrã propter ſpõſum ſuũ Chriſtum. Per occupationẽ autem hoc dicit, colorem ſuum excuſans: vt oſtendat cõiunctionẽ Dei & hominũ non eſſe æſtimandã ex ſpecie externa ceremoniarum, illuuie peccatorum, cruce & infirmitatibus, ſed ex habitu interioris hominis, vbi fides, charitas, ſpes, gaudiũ. ¶10 vl, venuſta & gratioſa. Nam verbũ Hebraicum ſignificat etiã appetere. ¶11 Nomades ſignificat ſic dictos à Cedar ſecundo filio Iſmahelis. Hi in ſolitudine Sarracenorum habitãt pro(q;) tẽpore ſedes mutare ſolent, habitãtes in tentorijs, quæ ob id fuſca à ſole fieri ſolẽt. ¶12 vl, tentoria. quæ foris atra erãt, interne auro & gẽmis reſplendebãt. q.d. Niger eſt popul⁹ Dei tribulationib⁹ hui⁹ mundi expoſitus, haud ſecus quàm tabernacula iniurijs aeris expoſita: at ſi ingreſſus fueris tabernacula, inuenies ea plena opibus: ſic electi Dei lux ſunt in Domino, quãtũlibet foris miſeri eſſe videãtur, & aduſti à ſole. ¶13.i. fratres mei ¶14.i. totis virib⁹ conati ſũt ponere me cuſtodẽ vinearũ adulterinarũ ¶15 Heb. vineã meã mihi cõmiſſam.i. cõgregationẽ fideliũ. ¶16 nõ cuſtodiuiſſem. Præteritũ pfectũ pro plus q̃ perfecto. ſub. niſi fuiſſem adiuta auxilio Sponſi mei. ¶17 vbinã paſcas, vbi accubare &c. ¶18 Heb. quòd quare ero ſicut amicta ſuper [vel circũ] greges conſortium tuorũ? Scorta velabãtur antiquit⁹, vt patet in Thamar, Gen. 38. Alij legũt ex Hebræo, cur enĩ ero quaſi quę declinet & diuertat ad greges ſodalium tuorum? Hoc eſt, eorum qui ſe dicunt eſſe tuos ſodales, quum quiduis potius ſint.

C CHRISTVS. Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collũ tuũ ſicut monilia.

Murenulas aureas faciem⁹ tibi, vermiculatas argento.

E C. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

D Faſciculus myrrhæ dilectus me⁹ mihi, inter hubera mea commorabitur.

Botr⁹ cypri dilect⁹ me⁹ mihi, i vineis En-gaddi.

C H. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

E C. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decôrus: lectulus noſter floridus.

Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

CAP. II.

E C. EGo flos campi, & lilium conualliũ. C H. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. E C. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios: ſub vmbra illius quem deſyderaueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.

Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

D C H. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipſa velit.

E C. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliẽs in montibus, tranſiliens colles.

Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum. en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciẽs per cãcellos.

¶* Et C *En dilect⁹ meus loquit̃ mihi, Surge, ꝓpera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.

C H R I S T V S. Si ignoras [19] tibi ô pulcherrima [10] fœmina, [11] exito à te, [ſi ſequẽs] veſtigia gregis, & paſcito [12] hœdos tuos circũ [13] mapalia paſtorũ.

Similem te iudico [14] amica mea [15] equitatui meo inter currus Pharaonis.

Venuſtæ ſunt maxillæ tuæ [16] conuenientibus ornamentis, & collum tuum torquibus.

[17] Ornamenta [enim] conuenientia ex auro faciemus tibi cum [18] notis argenteis.

E C. Dum [19] rex mihi accumbit, nardus mea reddit odorem ſuum.

Eſtque mihi dilectus meus [20] myrrhæ faſciculus, [qui] morabitur inter [21] hubera mea.

Dilectus meus eſt mihi botrus [22] caphuræ in vineis En-gedi.

C H. Ecce [23] tu amica mea formoſa es, ecce tu formoſa es, & oculi tibi ſunt [24] columbarum.

E C. Ecce tu dilecte mi formoſus es, & [25] iucũdus, & lectus noſter [26] vmbroſus eſt.

[27] Súntque noſtræ ædes cedrinæ, & canales noſtri cupreſſini.

CAP. II.

E C. EGo ſum roſa Saron, & liliũ [gaudẽs] vallibus. C H. Eſtq; amica mea iter fœminas, vt lilium inter [2] ſpinas.

E C. Qualis eſt [3] malus inter ſylueſtres [& ſteriles] arbores, talis eſt dilectus meus inter iuuenes: [4] cuius vmbrã expetiui, & [ſub ea] ſedebo, ẽſtq; fructus eius palato meo dulciſſimus.

Introduxit me [Spõſus] in [5] cellam vinariam, [6] cuius vexillum erga me eſt dilectio.

Fulcite me [7] vinaceis, [8] & ſubſternite mihi mala, quia [9] infirma ſum dilectione.

[10] Siniſtra ipſius [ſupponatur] meo capiti, & dextera ipſius [Sponſi] me amplexetur.

C H. Obteſtor vos ô fœminæ Hieroſolymitanæ [11] per capreas & per ceruas in agris agẽtes, ne excitetis, néve [12] extinguatis [13] amorem, donec ipſa velit.

E C. Vox [14] dilecti mei [auditur:] ecce ipſe venit ſaliens [15] per mõtes, [&] raptim accurrẽs [16] ꝑ colles.

Eſtque [16] dilectus meus ſimilis capreæ, aut hinnulo ceruorum: ecce ipſe ſtat poſt noſtrum [17] parietem, & proſpicit per feneſtras, ſeque cõſpiciendum exhibet per cancellos.

[18] Reſpondens autẽ meus dilectus mihi, dixit [19] Surgito [20] tibi amica mea, formoſa mea, & [21] ito tibi.

¶10 Vacat iſtud tibi. ¶10 fœminarum. ¶11 egredere ꝑ veſtigia ipſius gregis. i. veſtigia paſtorũ Apoſtolorum. ¶12 capellas tuas. i. nouitias animas in fide. ¶13 vſ. tabernacula. i. i locis q̃ delegerunt ſibi paſtores. ¶14 cõſors vel ſocia dici poſſet. ¶15 equæ in vno curruũ. ſub. iunctæ. Per equã Pharaõis intelligit equã pulcherrimam. Solet enim Ægypt⁹ alere formoſiſſimos equos. 1. Reg. 10. & 1. Paral. 1. ſcribit q ad Salomoné equi de Ægypto, tanquã pulcherrimi, adducerẽt. Mutuis laudib⁹ Spõſi & ſponſæ vt ſit in amatorio colloquio, quid De⁹ largiatur, & quid viciſſim probet i hoibus, & requirat, oſtenditur. ¶16 Heb. inter murenulas: & collum tuum inter monilia. Murenulas, Gallice dicimus atours. ¶17 Murenulas ¶18 clauis ¶19 Sponſa confitet ſe vim miriſicam ſentire, dum aſſidet ei ſponſus. Indicatur autẽ veram pœnitentiam oriri ex afflatu cæleſti. Alij vertunt, Tantiſper dũ rex fuit in circuitu ſuo. i. cœnaculo. Eſt circuitus in quo ſolebant diſcũbere: quia olim comeſturi, in circuitu ſedebant circa epulas. Circuitũ itelligit eccleſiã in qua eſt Chriſtus. Quãdiu fuit Chriſtus in eccleſia, fides eccleſiæ dedit odorẽ ſuũ. 2. Corint. 2, Et odorẽ notitiæ ſuæ manifeſtat ꝑ nos. Et alibi, Chriſti bonus odor ſumus. ¶20 q.d. fides Chriſti ſponſi mei amara eſt. Nam Qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionẽ patientur, ait Paulus. ¶21 Hubera duo, ſunt duo teſtamenta, in quibus quærendus Chriſtus. ¶22 cypri. Cyprus, nomẽ eſt arboris odoratiſſimæ, quæ eſt i En-ghedi, ſiue En-gaddi loco prope mare mortuũ, vbi creſcit balſamũ. in eo ſunt vites pulcherrimæ. ¶23 q.d. imò tu ¶24. i. ſimplices ſunt. Matth. 10, Eſtote ſimplices vt columbæ. ¶25 vſ. dulcis & ſuauis. ¶[redacted] afferre ſolent. q.d. Tua opera fideles in eccleſia multiplicãtur quotidie. [redacted] ¶27 Heb. Trabes ædium noſtrarum [ſunt] cedrinæ: ligna tranſuerſaria noſtra abiegna. Cedrus quæ putredinem non ſentit, & abies quæ ponderi renititur, verbum Dei ſignificat. Ligna tranſuerſaria vocamus Gallice ſolliueaux. II. ¶1. i. ſaturitatis. quemadmodum Deus dicitur Sadai, copia omniũ bonorum. Gloriatur ſponſa ſe roſam & lilium, ſed à ſponſo. Matth. 6, Non laborant, neque nent, & pater veſter ea veſtit. Alij vertunt campi. Nonnulli dicunt verba eſſe Sponſi. ¶2 eccleſiam reproborum intelligit. ¶3. q.d. Sponſus meus eſt frugifer & vtilis: reliq autẽ ifrugiferi & iutiles, ſi cũ illo cõferantur. Cõparauerat ſe ſponſa roſæ & lilio q̃ pulcherrima quidem ſunt, ſed nullũ fructũ afferunt: nunc Sponſum comparat malo frugiferæ. ¶4 Hebr. in vmbra eius deſyderaui, [ſub. ſedere] & fruct⁹ eius &c. Fructus: eloquia Dei. ¶5 Cella vinaria: verbũ Dei: Matth. 9, Mittit vinum nouũ in vtres &c. ¶6 Solẽt duces, vexillo poſt ſe trahere milites: ita Sponſus ſpõſam amore tãquã vexillo attraxit. ¶7 Heb. vaſis. ſub. plenis vino illo quod guſtaui i cõclaui Spõſi mei. Odores & vinũ reuocãt deliquium animi. vnde per metaphoram dicit, fulcite. ¶8 corroborate me malis. ¶9 Dicit ſe infirmam dilectione vt infirmus fide dicitur. ꝓcipue cupit ab ipſo Spõſo erigi. ¶10 Geſt⁹ amplexãtis deſcribũtur. ¶11 Venatoriũ eſt iuramẽtũ. Cæterũ illis vocib⁹ ſignificãtur etiã exercit⁹ cæleſtes, & virtutes aliæ. ¶12 vſ, expergefaciatis ¶13. i. amores meos, delicias meas. hoc eſt, ſpõſam. ¶14 In euãgelio Iohã. 10, Oues meæ vocẽ mei audiunt. ¶15 vltra. q.d. ne mõtes quidẽ eum impediũt: ꝑ quos peccata intelligũtur, quæ nos à Deo ſeparant vt montes regionem à regione. Rom. 8, Nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto. ¶16 Subitum auxilium Chriſti deſcribit. Vertere potes amaſium. ¶17 Veterẽ hominem intelligit, qui impedit quominus Chriſtum videamus. ¶18 Locutus. ſub. in auribus mentis meæ. ¶19 Vocatio à Deo. ¶20 vacat, tibi. ¶21 veni. vacat tibi.

Quoniam ecce ¹¹hyems ʼpræterijt, [&] ¹²imber ſe recipiens abijt ſibi.ʼ

[Ac] ¹⁴ flores ʼapparuerunt in terra, ² appetiuitq; tempus[idoneum]cātui, ʼac vox ¹⁵turturis auditur in terra noſtra.

13 Ficus protruſit groſſos ſuos, & vineæ ¹⁸florentes ʼodorem reddunt: [quamobrem] ſurgito tibi amica mea, formoſa mea, & ¹⁸ito tibi.ʼ

O mea columba in cauernis iſtius ¹⁶petræ, ¹⁷in receſſu ſcalarum ʼ oſtēde mihi formam tuam, & mihi ede ¹⁸vocem tuam: ʼvox enim tua[ita erit] mihi ſuauis, & forma tua venuſta.

15 Capite nobis vulpes[inquam] paruas, quæ vaſtant vineas, quum noſtræ vineæ ¹⁹floreant.ʼ

Dilectus meus mihi[proprius erit,] & ego illius, qui paſcit inter ¹⁵lilia.

16 Dum eſt flagrantiſſimus æſtus diei, & vmbræ fugiunt, ʼreuertere dilecte mi, ſiſque ſimilis capreæ & hinnulo ceruorum in montibus ¹⁷Bather.

CAP. III. EC.

I ¹N lectulo meo ʼin noctibus perquiſiui [eum] quem diligit anima mea: perquiſiui [quidē,] ſed non inueni.

2 Surgam nunc, & circūibo ʼin ciuitate, in vicis, & in plateis, [&] perquiram[eum] quem diligit anima mea: perquiſiui[autem]eum, & nō inueni eum.

Offenderunt [autem] me ⁴cuſtodes ʼ circumeuntes in ⁵ciuitate, [ quos percontata ſum,] Num vidiſtis eum quem diligit anima mea?

Statim vero vt eos præterij, inueni eum quē diligit anima mea: prehendi eum, nec dimittā eum, ⁶donec introducam eum in domum matris meæ, & in conclaue genitricis meæ.

5 Obteſtor vos ô fœminæ Hieroſolymitanæ, per capreas & ceruas in agro agētes, ⁸ne excitetis, nēve extinguatis amorem, donec ipſa velit.

CH. Quid eſt hoc quod aſcēdit à deſerto ¹⁰ceu fumus altiſſimus & palmarum inſtar, qui generatur ſuffitu myrrhæ & thuris, & omnium puluerum pharmacopolæ?ʼ

7 Ecce circum lectum ipſius quem habet Solomon, ſexaginta heroes ſunt ex heroibus Iſraelis.

8 Qui vniuerſi capti ſunt gladio, ʼ & bello aſſuefacti, quiſque habens ad femur ſuum gladium ob metum qui in noctibus oritur.

9 Vmbraculum ʼſibi fecit rex Solomō ex ¹⁴lignis ʼLibani.

Cuius columnas fecit ex argento, & paulmentū eius ex auro, eiuſque operimentum ex purpura: ¹⁵cuius media pars ſtrata fuit ʼ amore fœminarum Ieruſalem.

---

Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit.

Flores apparuerunt in terra ˋnoſtra, ʼtempus putationis aduēnit: vox turturis audita eſt in terra noſtra:

Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorē ˋſuū: ʼ ſurge, ˋpropera ʼamica mea, ſpecioſa mea, & veni.

Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtēde mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decôra. D

Capite nobis vulpes paruulas quę demoliuntur vineas, nām vinea noſtra floruit.

Dilect⁹ me⁹ mihi, & ego illi, q paſcit inter lilia.

Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum ſuper montes ⁶Bethel.ʼ

CAP. III. EC.

IN lectulo meo per ˣnoctem ʼ quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & nō inueni.

Surgam, & circuibo ciuitatē: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. quæſiui illum, & non inueni.

Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatē, B
Num quem diligit anima mea, vidiſtis?

Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducā illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſciteris, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. C

CH. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhę, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?

En lectulū Salomonis ſexaginta fortes ambiūt ex fortiſſimis Iſrael. omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

Ferculum fecit ſibi rex Salomō de lignis Libani. D

Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriū aureum, aſcenſum purpureum: media, charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.

¶ ⁶legendum Bether.

¶ ˣ noctes

---

¶11 Per hyemē infidelitas itelligit, quā diſcuſſit Chriſtus ſua prædicatione. ¶13 vł, ibres emanuerūt, & abierunt, Vacat SIBI. i. terrores, & hoīm traditiōes. ¶14. i. opera bona & profect⁹ in verbo Dei. ¶15 vł, tēpus cātillatiōis aduenit. hoc eſt, i quo ſolēt aues cantare. Cāt⁹. Euāgeliū: Terra, fideles. ¶16. i. Vox ſpūs ſancti, q veluti gēitū emittere ſolet apud Deū Rom. 8. poſtulat p nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. ¶17 Ficus & vineæ, fideles oſtēdētes fructū ſuū. ¶18 cū primavua. i. cū minutis & exilib⁹ vuis. ¶19 abi. ¶20. i. Chriſti. Sponſus De⁹ Pater oſtēdit ſibi gratiſſimā fore ſpōſam i petra Chriſto, q pforat⁹ i cruce. Zāch. 13. cui⁹ myſterium etiā repręſētarūt ſcalæ Iacob patri noſtro viſæ. gen. 28. ¶21 in abſcōdito grad⁹. i. cochleæ. hoc eſt, p Chriſtū, per quem ad patrem aſcendimus. ¶22 ſcilicet laudis & confeſſionis. ¶23 Sponſa implorat opem Sponſi contra hæreticos & tyrannos, qui diſſidiū inter ipſos volunt. ¶24 primū oſtēdit vuas ſuas. ¶25 Fideles itelligit. ¶26 Hebr. Donec aſpiret dies & fugiāt vmbræ, reuertere &c. vł, Tātiſper dū veniat dies illa, & abeat vmbra, &c. Quia ineunte die ſolet oriri vēt⁹. Per vmbras itelligim⁹ ignorātiā. Cū Reuertere ait, aſcēſionē intelligit q̄ celerrima fuit. ¶27 Alij nolūt eſſe nomē loci, & vertūt, ad mōtes diuiſionis. i. ad cælū, quod ſic dicitur, q diuidat mortales ab immortalibus. III. ¶1 Per lectū, pacē, ſapiētiā, & rationē humanā itelligit. nā dū iacemus, in quiete ſum⁹. q. d. Dū ſapiētia humana q̄rebā Chriſtū, dū oīa plena erāt tenebris & ignorātia Dei. Vnde Paulus, Nox pceſſit, dies autē appropinquauit. Et Iohā. 1, Et tenebræ eū non comprehenderūt. Tūc enim erāt ſummæ tenebræ quādo venit Chriſtus. ¶2 Sub. dixi apud me. Sola grātia īuenitur Chriſt⁹, nō opa hoīs. ¶3 Per ciuitatē, ſiue vrbē itelligit locū i quo putat natura hoīs Chriſtū īuenire. Dicitur autē circuire i ciuitate, ſiue luſtrare vrbē, quādo vndecūq; humana ſuffragia requirit. Habem⁹ autē à natura quoſdā igniculos dilectiōis Dei. ¶4 excubitores ipſi. Intellige eos q pſūt tēpore ignorātiæ Dei, vt ſunt Iudæi & alij cæci. ¶5 Ciuitatē itelligit locū i quo iactabāt Chriſtū eſſe. ¶6. i. donec pdicatione aut pcibus itroduxero Chriſtum ad īfideles, vt eos cōuertat, à quib⁹ ego gen⁹ duxi. ¶7 Vide pcedēti capite numeros. 13. 15. 16. Illic Chriſt⁹ de ſpōſa loqtur: Hic autē, ſpōſa de Spōſo Chriſto. ¶8 Chriſt⁹ dormit. i. quieſcit in medio eccleſiæ quādo nemo eum offēdit. q. d. ne excitetis amorē ipſum. i. ne ſitis illi moleſti, ſed recte viuite. ¶9 Eſt admirāti ſimilis, vt oēs in admirationē īducat. Verti poteſt p fœmininū, Quæ eſt iſta q̄ aſcēdit. ſiue me ſcilicet ¶10 Heb. vt colūnæ fumi, [ſub. odorati] ſuffita myrrha & thure, & omni puluere aromatico? Opa bona efficit religio Chriſti: vt vidētes hoīes admirētur, & glorificēt patrē in cælis. Myrrha & thus nō effundūt odorē ſine igne: ita Chriſtian⁹ emittit odorē in igne. i. tēpore tribulationis. Thus, ſuauitas oratiōis. Puluis aromatic⁹: oēs virtutes. ¶11 Heb. Ecce lectus ei⁹[ſcēpe]q eſt Salomonis, ſexaginta fortes ſunt i circuitu ei⁹, ex fortib⁹ Iſrael. Loqtur Spōſus de ſe in tertia pſona, vt ſæpe ſit, vt Viuit Domin⁹, p, ego Dominus viuo. Lect⁹: pax eccleſiæ. Salomō: Chriſt⁹, q nos Patri cōciliauit. Cuſtodiūt pacē fortes. i. pdicatores. Et ſunt ex fortib⁹ Iſrael. i. ex fidelib⁹ q ſunt fortes, vt Deo potius, quām hominibus pareāt. ¶12 Ita Hebraice: dilucidius tamen ſic vertas licet, Oēs habētes gladiū apprehēſum. Gladi⁹: Verbū Dei. nā ppetua lucta eſt Chriſtianis cū carne & ſatana. ¶13 Tētoriū. i. eccleſiā. ¶14 Ligna Libani, id eſt cedri, Chriſtiani odoriferi. ¶15 intimū eius tectū eſt amore &c. Argētū: puritas, aut verbi claritas. Aurū, Charitas. Purpura, Sāguis Chriſti. vt autem operimentum ſiue cælum lecti tegit eos qui in lecto ſunt, ita & ſanguis Chriſti nos tegit.

¶ & videte filiæ Sion,

Egredimini filiæ Sion,& videte regem Salomonem in diademate,quo coronauit illum mater ſua i die deſpõſationis illi',& in die lętitię cordis eius. CAP. IIII. CH.

Qvàm pulchra es amica mea,quàm pulchra es?oculi tui,columbarũ: abſq; eo quod intrinſec' latet: capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellis fœtib',& ſterilis non eſt inter eas.

Sicut vitta coccinea labia tua,& eloquium tuum
B dulce: ſicut fragmẽ mali punici,ita genæ tuæ,
abſq; eo quod intrinſecus latet.

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea,omnis armatura fortium.

Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli,qui paſcuntur in lilijs.

Donec aſpiret dies,& inclinentur vmbræ,vadam ad montem myrrhæ,& ad collem thuris.

Tota pulchra es amica mea,& macula nõ eſt i te.

Veni de Libano ſponſa mea,veni de Libano, ve-
C ni:coronaberis de capite Amana,de vertice Sa
nir & Hermon,de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa,vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Quàm pulchræ ſunt mãmę tuæ ſoror mea ſponſa:pulchriora ſunt hubera tua vino,& odor vnguentorum tuorum ſuper õmnia aromata.

Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua:& odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Hortus concluſus ſoror mea ſponſa,hortus conclusus,fons ſignatus,

D Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum
cum pomorum fructibus,cypri cum nardo,

Nardus & crocus,fiſtula,& cinnamomum cũ vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Fons hortorum: puteus aquarũ viuentium,quę fluunt impetu de Libano.

Surge Aquilo,& veni Auſter,perfla hortũ meũ,

¶ & fluant
,& fluent aromata illius.

16 Exite fœminæ[vrbis]Zion,& ſpectate Solomonem geſtãtem coronã qua coronauit eum mater eius die ſponſaliorum eius, & die lætitiæ cordis eius. CAP. IIII. CH.

Ecce tu formoſa es amica mea,ecce tu formoſa es: oculi tibi columbini ſunt extra comam tuam [promicãtes:] pilus tuus eſt quaſi grex caprarum, quæ glabrum [depaſcendo]reddiderunt montem Gilead.

Dentes tui ſunt ſicut grex[ouium] concinne tõſarum quæ aſcenderunt à lauacro, quæ vniuerſæ gemellos pariunt, nec vlla eſt inter eas effœta.

5 Labia tua ſimilia ſunt filo coccineo,& eloquiũ tuum gratioſum: 6 tẽpora tua ſimilia ſunt fragmini mali punici ex coma tua[prominẽtia.]

8 Collum tuum ſimile eſt turri Dauidis ædificatæ ad vſum dirigendi homines,ex qua pendẽt mille clypei,[&]omnia ſcuta heroum.

Geminæ tuæ mammæ ſimiles ſunt hinnulis gemellis capreæ paſcentis inter lilia.

10 Dum eſt flagrantiſſimus æſtus,& fugiunt vmbræ, ibo [mihi]ad montem myrrha [conſitũ] & ad collem thuriferum.

11 Tota tu formoſa es amica mea, & nullum eſt in te vitium.

Mecum à Libano ſponſa, mecum à Libano venias,[&] ſpectes è vertice Amana, è vertice Senir & Hermon, 16 è luſtris leonum, è montibus pardorum.

17 Vendicaſti tibi cor meum ſoror mea ſponſa, vendicaſti tibi cor meum altero tuorum oculorum,alteròque torque colli tui.

18 Quàm pulchri ſũt amores tui ſoror mea ſpõſa, quantum præſtant vino amores tui!& odor veſtimentorum tuorum excellit omnibus aromatibus.

19 Fauum ſtillãt labia tua ô ſponſa,[&]mel & lac ineſt linguæ tuæ,ac odor 20 veſtimentorũ tuorum eſt qualis fragrantia Libani.

21 Hortus concluſus [eſt] ſoror mea ſpõſa,hortus concluſus,[&]fons obſignatus.

22 Emiſſiones tuæ [ſunt] paradiſus malorum punicorũ cũ fructu pomorum,[&]cypiri cũ nardis.

24 Nardus,& crocus,fiſtula,& cinnamomum cum omnib' arborib' thuriferis,myrrha & aloè cũ omnibus præſtantiſſimis aromatibus.

25 Fons hortorum, puteus 26 viuæ aquæ, quæ profluit è Libano.

27 Surge Aquilo,& 28 Auſter veni,[ac]perfla hortum meum,vt fluant 29 aromata illius.

¶16 q.d. Abnegate vos,& egredimini à vobis, & videte me Chriſtum ornatum corona.i. humanitate: quam accepit à matre i die deſponſationis.i. incarnationis, quo die ſibi eccleſiã deſponſauit Chriſtus.

IIII.

¶1 Heb. per tuã comam.Crines ſunt quos mulieres dependere ſinunt ſuper frõtem. Per oculos, fidei ſimplicitatem denotat. ¶2 quæ aſpiciunt i mõte Galaad.i.quę proponunt ſeſe ſpectandas. vl, ſpectantur, aut cernuntur. q.d.Capillus te ornat vt grex caprarum adornat montẽ Galaad: à quo ſi deſcenderint, videtur mons acſi eſſet decaluatus. ¶3 Heb. æqualium.

¶4.i. quæ modo lotæ ſunt. Per dentes itelligit fidem:& per fidem omnes æqualiter. nam omnes ſumus per fidem filii. Et ea fides nũq̃ĩ abortit .i.bona ſemp facit opa. ¶5 Labia rubra,eloquiũ plenũ charitate. ¶6 Tẽpora ſiue frõs eccleſiæ,quæ omnib' eſt aperta,intellige rationem viuendi. ¶7 parti.ſub.alteræ.Per mala punica,viuendi rationem intelligit ſecundũ ea quæ Chriſti ſanguinem ſapiunt:ſunt enim ea veluti rubra. ¶8 Collum:prædicatores.Dauid:Chriſtus.Turris:eccleſia in ſummo ædificata indicandi itineris gratia:quia prædicatores docent viam.Clypei:veritates eccleſiæ.Prouerb.30,Omnis ſermo Dei eſt clypeus ignitus. ¶9.i.quos vno partu peperit caprea.Duæ mammæ, ſiue duo hubera,duo teſtamẽta:quia vt ex huberib' prodit lac,ſic ex vtroque teſtamento procedit cibus noſter.Sunt veluti duo gemelli.i.vtrũque teſtamentũ ortum habet ab eodem.Qui paſcuntur inter lilia.i.teſtamenta retinent ſuam authoritatem quando verſantur inter fideles. Vt gemelli hinnuli pulchriores videntur quando paſcunt inter lilia:ſic nos verſantes in vtroque teſtamento,reddimur meliores coram Deo. ¶10 Heb.Donec aſpiret dies,& fugiant vmbræ. Verba Chriſti ad cælum aſcendentis.Diem reſurrectionis generalis itelligit. Vmbras, errores & aduerſitates intellige. ¶11 vacat mihi. ¶12.i.ad cælum. ¶13 Hoc à Chriſto habet eccleſia,vt ait Paulus Epheſ.5,Tradidit ſeipſum pro ea, vt exhiberet ſibi eccleſiam glorioſam,ſine ruga & macula. ¶14 Per Libanũ intelligit locum vbi floret eccleſia. Sicut autem dicitur Libanus à candore,ita eſt eccleſia cãdida lauacro Chriſti. ¶15 ſub.me. ¶16.i.è medio infidelium & crudelium. ¶17 Vulneraſti mihi cor ſoror mea ſponſa,vulneraſti mihi &c. Oculus,ſpiritvale iudicium quo Deum cognoſcimus.Torques,bona opera quibus ornamur veluti torque. ¶18 Commendat amorem fidelium erga Deum. Odore,famam bonam eccleſiæ intelligit. ¶19.i.ſermo tuus eſt mellifluus,dulcis, vtilis,& gratus. Verbũ Dei eſt lac & mel,quod ex ore fideliũ ſtillat.i.annũtiatur. ¶20 Veſtimẽta,virtutes,iuſtitia,& pax,& veritas.Vide Pſal.44,Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato &c. ¶21 Animus pius,qui Eſa.58.hortus dicitur,reddit voluptates & alias vtilitates,munitus cæleſti cuſtodia.in quo perennis fons gratiæ, & plantæ omnigenarum virtutũ.Aut, Hortus eſt eccleſia in qua Deus electos plãtat,vt agricola electas arbores. Matt.15,Oĩs plãtatio quã nõ plãtauit Pater me' eradicabitur.Et cõcluſus,qa ſeruatur à Deo.nã cuſtodit Domin' oẽs diligẽtes ſe. ¶22 vl,Propagines[aut plãtationes,] tuæ[ſunt veluti]hort' plenus malis puniceis.Paradiſus,verbũ eſt Hebraicũ. Propagines,particulares eccleſię. ¶23 He. ſuauitatũ.i.ſuaui. ¶24 Per arbores iſtas,intelligũtur aĩæ fideles quæ fundũt bonũ odorẽ in cõſpectu Dei.nã Chriſti bonus odor ſumus. ¶25.i.quo irrigantur multi horti. ¶26 aquarum viuentium,& quæ fluunt è Libano. ¶27 q.d.matura fugam,cito abi.Aquilo infidelitatem ſignificat. ¶28 Auſter,fides,& feruor fideliũ.aut potius Spiritus ſanctus qui inflammat corda fidelium. ¶29.i.ſermo veritatis,fructus bonorum operum.

¶10 Heb. ſuauiſatũ eius. ſub. horti. i. fructũ eius ſuauẽ. Nã grata habebit opera noſtra facta i fide & charitate. Vocat autem fruct⁹ Chriſti, quia ex nobis nihil boni poſſum⁹ facere.

V.

¶1 vl, Venio. Venit ad eccleſiã Chriſtus, quum eam adiuuat: & comedit fauũ & mel, quando approbat ſermonem eccleſiæ. nam ꝑ mel verbũ Dei dulciſſimum intelligitur. Comparat autẽ lacti: quia verbo Dei Chriſtiani alũtur, vt paruuli lacte: item pani, quo iã puerctiores alũt & vino quo lætificantẽ corda fidelium. Colligit myrrhã, quãdo grata habet opera noſtra.

¶2 vl, amici. i. epiſcopi & alij Chriſtiani, comedite lac meũ .i. date operam eloquijs meis. Inebriamini, vt omnium terrenorum obliuiſcamini.

Veniat dilectus meus ad hortũ ſuum, & comedat fructũ[10] pomorũ ſuorũ.' CAP. V. CH.

VEni[1] equidem ad hortum meũ ô ſoror mea ſponſa, [&] diſtrinxi myrrham meam cum aromate meo, [ac] comedi fauum meum cum melle meo. [&] bibi vinũ meum cũ lacte meo: edite[2] ſodales, bibite, & inebriamini ô dilecti.

E C. Ego[3] dormio, & cor meum vigilat: 'vox dilecti mei [auditur] pulſantis. CH. Aperi[4] mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, '[5]perfecta' mea: ſiquidem[6] caput meum repletum eſt rore, & cincinni mei guttis nocturnis.

E C. Exui[7] meam tunicam, & quomodo [rurſum] induam illam? laui pedes meos, & quomodo coinquinabo eos?

[Cæterum] dilectus meus immiſit manum ſuam per[8] foramẽ,' & viſcera mea[9] cõmota ſunt i me.'

Surrexi [ergo] vt[10] aperirem dilecto meo, &[11] manus' meæ ſtillauerunt myrrham, ac digiti mei myrrham[12] probam quæ peſſulum madefecit.

[13] Quũque dilecto meo aperuiſſem [oſtium,] dilectus meus ſubduxerat ſe [&] abierat: quo loquente[14] animus meus permotus eſt: '[quapropter] perquiſiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non reſpondit mihi.

Offendentes [autem] me[15] cuſtodes circũeuntes in ciuitate, percuſſerunt me, [ac] vulnera inflixerunt mihi, [necnon] cuſtodes murorum[16] ſtolã meam' abſtulerunt à me.

Obteſtor vos ô fœminæ Hieroſolymitanæ, vt ſi offendatis meũ dilectum, [17] referatis ei ꝙ infirma ſim dilectione.'

A D O L.[18] Quid iſigne habet' tu⁹ dilect⁹ præ alijs dilectis'? ô formoſiſſima fœmina? quid habet inſigne dilectus tuus præ alijs dilectis, ꝙ tanta grauitate nos obteſtaris?

E C. Dilectus me⁹[20] candidus eſt, &[21] ruber[22] ſub ſignis habens exercitum decem millium.

Cuius caput[23] [redimitum eſt] auro obrizo, [24] eiúſque cincinni [ſunt] tiliæ,[25] nigri vt coruus.

[26] Oculi eius ſunt quales columbarum ſuper alueis aquarum quæ ſe abluunt lacte, [&] ſedent ad[27] plenitudinem.

Eius[28] malæ ſimiles ſunt areolis aromatum, [&] [29] turribus ſeplaſiariæ officinæ: labia eius [vt] lilia, [necnon] ſtillantia[30] myrrham' probam.

Manus eius [vt][31] orbes aurei habentes incluſum hyacinthum:[32] viſcera eius [vt] alabaſtrum eburneum ſapphiris contectum.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum, 'vt' comedat fructũ pomorũ ſuorũ. CAP. V. CH.

VEni in hortum meum ſoror mea ſpõſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, '&' bibi vinũ meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

E C. Ego dormio, & cor meũ vigilat: vox dilecti mei pulſantis. CH. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

E C. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo iquinabo illos?

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramẽ, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerũt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.

Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. anima mea liquefacta eſt, vt 'dilectus' locutus eſt: quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.

Inuenerunt me cuſtodes qui 'circuierunt' ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum 'cuſtodes murorum.

Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meũ, vt nũtietis ei quia amore langueo.

A D O L. Qualis eſt dilect⁹ tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tu⁹ ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?

E C. Dilectus meus cãdidus & rubicundus, elect⁹ ex millibus.

Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.

Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs: labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.

Manus illi⁹ tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis: venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.

¶ & B

¶ circũeunt C

¶ mihi

D

¶1 vl, Ego dormiebam, & cor meum vigilabat. Spiritus promptus, caro infirma. Velle [ait Paulus] adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Vigilate, ne intretis in tentationem. ¶4 Apoca. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. ſiquis &c. ¶5 vl, immaculata, aut integra ¶6 Caput ſiue capilli. i. ea quæ à Deo proficiſcuntur, & per quæ cõmendari ſolet Deus, hoc eſt gratiæ Chriſti merita. Replentur rore. i. doctrinis malis obſcurantur gratia & merita Chriſti q. d. me recipe, ne per malam doctrinam obſcuretur gratia mea. ¶7 Veterno preſſa excludit pulſantẽ Spõſum. Condit piger manum ſub axilla. ¶8 Foramen, caro quæ ĩpedit nos. q. d. impedimento reiecto, hoc eſt deſyderijs carnis reiectis, ſenſi diuinum auxilium oblatum, ſenſi in me magnã cõmotionem, & repleta ſum Spiritu ſancto. ¶9 vl, infremuerunt ſuper eum. i. ad aduentum illius. ¶10 Aperimus Chriſto cum carnẽ noſtram mortificamus. ¶11 Manus, boni conatus. q. d. ille meũ probauit conatũ. Conatus autẽ meus à gratia Dei me ꝓueniẽte ꝓficiſcebatur. ¶12 Heb. trãſeuntẽ ꝑ manubria peſſuli. i. myrrhã iterlabẽtẽ inter digitos. vl ꝓbatã. Ita enim dicitur argẽtũ probatũ, argẽtũ trãſiẽs, quod ſubinde ꝑ man⁹ hoĩm trãſit. Per peſſulos, itellige carnis deſyderia q̃ ĩpediũt quomin⁹ caro mortificetur. ¶13 Chriſt⁹ ſuos ad tẽpus deſerit, vt mal⁹ ſui reliquat deſyderiũ. ¶14 Heb. aĩa mea egreſſa eſt. Aĩa egreditur à nobis quãdo oĩbus abrenũtiam⁹ vt Chriſtũ ſequamur. ¶15 Cuſtodes ciuitatis ĩ nocte, q̃ p̃ſunt eccleſiæ tẽpore tenebrarũ. Vulnerãt eccleſiã, quũ malã doctrinã docẽt. ¶16 vl, palliũ aut velũ. hoc eſt fidẽ. ¶17 Heb. quid renunciabitis illi? quòd lãguẽs amore ſum. Solet amãtiũ ſermo eſſe trũcat⁹. ¶18 Verba ſunt adoleſcẽtularũ. ¶19 Hebr. ô pulchra ĩter mulieres? ¶20 Cãdor in ſpõſo, ſignificat puritatẽ. vnde Sapiẽ. 7. Cãdor eſt lucis æternæ. 1. Iohã. 1. De⁹ lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ. ¶21 Per rubrũ itelligit humanitatẽ ꝓpter paſſionẽ. Vnde Eſaias, Quis eſt iſte q̃ venit de Boſra? quare rubrũ eſt veſtimẽtũ tuũ? ¶22 vexillan⁹ in decẽ millib⁹. i. gerẽs vexillũ inter omnes Chriſtianos. ¶23 vl, eſt aurũ obrizũ. Sic dictũ à fortitudine quæ maxime ĩ auro ꝓbat̃. Caput Chriſti eſt Deus. ¶24 cincinniq; ei⁹ dẽſi. ¶25 In regiõibus calidis multũ cõmẽdatur nigra coma & barba: ita multũ cõmẽdãtur opa Chriſti. Ergo ꝑ nigrorẽ intellige pulchritudinẽ. ¶26 Oculi iudicia Chriſti candida & pura. qa per oculũ rẽ iudicam⁹. Iudicia autem Chriſti ꝓficiſcũtur à plenitudĩe Spirit⁹ ſãcti, qui per alueos nobis ſignificatur. ¶27. i. iuxta vas plenũ lacte. ¶28 Malæ: Sacra ſcriptura: quia vt homo vultu cognoſcit̃, ita Chriſtus per ſcripturas cognoſci ſolet. Vt in areola ſunt herbæ multiplices: ita ĩ ſingulis libris ſacris eſt Chriſtus, quæ ſunt aromata. ¶29. i. pyxides & loculi quales ĩ officinis & tabernis vnguentarijs: vel vbi creſcunt ſpecies aromaticæ. Doctiſſ. inter Hebræos vertit, [& veluti] flores aromatum. i. qui naſcuntur inter aromata. ¶30 Myrrha: veritas quæ amara eſt. ¶31 vl ãnuli. q. d. Opera Dñi ſunt perfectiſſima. ¶32 vl, inteſtina. i. venter. Per ventrem, cor intelligit cãdidiſſimũ, & affectus. Et hinc verba Chriſti dicũtur candida.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas: ſpecies eius vt Libani, electus vt cedri.
Guttur illius ſuauiſſimũ, & totus deſyderabilis. talis eſt dilectus me⁹, & ipſe eſt amic⁹ me⁹, filiæ Ieruſalẽ. ADOL. Quò abijt dilectus tu⁹ ô pulcherrima mulierũ? quò declinauit dilectus tu⁹, & q̃remus eũ tecũ? CAP. VI. CH.

Heb. 1. a. hil inquinatum in eam incurrit. ¶candor eſt e-

Nẽpe de illa cogitaſſe, ad p̃fectionẽ ſapiẽtiæ per
tinet: & qui vigilauerit ꝓpter eã, cito ſecur⁹ fue-
rit. Quia ſe dignos ipſa quærit circũeũdo, beni-
gne ſe per vias oſtẽdit illis, ſtudióq; ſũmo occur
rit. Initiũ enim ipſi⁹ eſt veriſſia eruditiõis cupi
ditas: cura vero eruditiõis, amor: amor aũt obſer
natio legũ ipſius. rurſũ obſeruatio legũ, ¹imorta ¶1 vl, integrita
litatis cõſtitutio eſt: ¹imortalitas deinũ Deo pro- tis ¶1 vl. in-
pinquũ facit: cupiditas itaq; ſapiẽtiæ ad regnum tegritas
p̃ducit. Si ergo ſolijs & regnis ô reges populorũ
delectamini, ſapiẽtiã in p̃tio habete: vt in perpe
tuũ regnetis. Quid autẽ ſit ſapiẽtia, & quomo-
do ſit orta, referã: nec celabo vos myſteria, ſed à
prima origine cognitionẽ ei⁹ ineſtigabo, palã-
que faciã, nec p̃teribo veritatẽ. ¹neq; vero cũ tabi ¶1 vl. neq; ve-
do inuidia iter habuero: quoniã talis nequaquã ro tabido inui
fuerit ſapiẽtiæ particeps. Cæterũ multitudo ſa- dia conceſſero:
pientum, ſalus mundi eſt: & rex ſapiens, populi qui non poteſt
ſtabilimen. Quapropter verbis meis erudimini, ſanum habere
& adiumentum ſentietis. CAP. VII. de ſapientia iu
SVm eq̃dẽ & ego mortalis homo ſimilis oĩbus, dicium.
primuſq; creato terrigena prognat⁹. In vtero ¶1 ἐγλύφην,
matris caro decẽ menſiũ tẽpore formatus ſũ, in habent corre-
ſãguine coagulat⁹, è ſemine viri voluptatẽq; ²ſõ- ctiores codices.
ni comitãte. Quinetiã natus cõmunẽ hauſi aerẽ, al, ἐλήφθη.
& in eiuſdẽ ingenij terrã excidi. Primã vocẽ ſqui ¶2 vl, concubi-
atq; oẽs flebilẽ edidi, in faſcijs & curis ſum educa tus. καὶ ἡδο-
tus. Null⁹ enim rex aliud naſcẽdi habuit initiũ: νῆς ὕπνῳ συνελ-
ſed introit⁹ in vitã vn⁹ eſt omniũ, & idẽ exitus. θούσης.
Quapropter optaui, & data eſt mihi itelligentia:
precat⁹ ſum, & obuenit mihi ſpũs ſapiẽtiæ. Sce-
ptris & ſolijs antepoſui illã, diuitiaſq; præ illa
nihilipendi, nec gẽmarũ ³pretiũ ei cõparaui: quo ¶3 τιμητόν
niã reſpectu eius aurũ omne arenæ pauca eſt, &
ad rationẽ ipſi⁹ argẽtũ pro luto reputãdũ. Hanc
dilexi ſupra ſanitatẽ & formã, vſuq; ei⁹ luci præ
optaui, vt cui⁹ ſplẽdor ſupprimi nõ poſſit. Acceſ
ſerũt autẽ mihi bona ſimul oĩa cũ illa, innume-
ræq; ſunt in manibus ei⁹ diuitiæ. Lætitiã percepi
ex oĩbus, vt quorũ caput ſit ſapiẽtia, ipſam autẽ
horũ eſſe matrẽ ignorabã. Hãc citra ⁴fruſtrationẽ ¶4 vl, fraudẽ
didici, minimẽq; maligne cõmunico, nec celo di
uitias ipſius. Nã theſaur⁹ hoĩbus inexhauſt⁹ eſt,
quo qui fuerint vſi, amicitiã cũ Deo iũxerint, pro
pter dona diſciplinæ cõmẽdati. Deus mihi dedit
⁵ ſentẽtioſe loqui, dignẽq; datis cogitare: vt qui ¶5 vl, ex ſentẽ-
ſapiẽtiæ dux ſit ipſe, & ſapiẽtũ cõformator. Nã tia
in manu ei⁹ ſum⁹ tã nos q̃ ⁶ſermones noſtri, ſa- ¶6 vl, ratio no
piẽtia ſimul omnis, & ⁷operũ ſciẽtia. Etenim ve- ſtra,
rã rerũ cognitionẽ ipſe mihi dedit, qua mũdi cõ ¶7 vel, artes.
ſtitutionẽ, & vim elementorũ, initiũ, finẽ & me ¶8 τροπῶν. al,
diũ tẽporũ, ⁸ſolſtitiorũq; viciſſitudines, tũ p̃mu- τρόπων.
tationes tempeſtiuitatũ, atq; annorũ circulos, &
ſtellarũ diſpoſitiones, ac naturas aĩaliũ, beſtiarũ ¶9 vl, iras,
⁹affect⁹, vẽtorũ impetus, ratiocinationes hoĩm,
plãtarũ differẽtias, radicũ virtutes itelligerẽ: om
niáq; adeò tam occulta cognoſcerẽ q̃ manifeſta.
Nã artifex oĩm ſapiẽtia me docuit. ſiquidẽ ſpũs
ineſt ei ſagax, ſãct⁹, vnigen⁹, multiplex, ſubtilis,
veget⁹, illuſtris, incõtaminat⁹, euidẽs, inocuus, bo
ni ſtudioſus, acut⁹, prohiberi neſcius, benefic⁹, be
nign⁹, ſtabilis, certus, ſecurus, oĩpotẽs, p̃ſpiciens
oĩa, omnẽſq; ſpũs rationales & mũdos, etiã ſubti
liſſimos penetrans. Nã omni motu mobilior eſt
ſapiẽtia, cũctáq; præ puritate ſua penetrat & per
uadit. Siquidẽ à diuina virtute efflatur, & ſynce
re promanat à maieſtate Oĩpotẽtis: quapropter
nihil in eam cadit polluti. Etenim æternæ lucis
ſplẽdor eſt, limpidiſſimũ diuinæ virtutis ſpecu-
lũ, & imago bonitatis ei⁹. Præterea cũ vnica ſit,
oĩa poteſt: eadẽ permanẽs renouat oĩa: & viciſſi
tudinibus ætatũ in ſanctas animas ſe trãſferẽs.

nim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cum ſit vna,
omnia poteſt. & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert,

amicos Dei cõſtituit. & prophetas: neminé enim Deus præter ſapientiæ ſtudioſum diligit. Nã hęc ſole ſpecioſior eſt. & omnem aſtrorũ ſeriẽ ſuperat, luciq; cõparata potior deprehẽditur. Siquidẽ nox pellit hanc, ſapientiã autem malitia non vincit: ſed[10] pertingit ab extremo ad extremũ vſque penitus, & vtiliter omnia diſponit. VIII.

¶10 perſpirat autem ab extremo ad extremũ firmiter, & adminiſtrat omnia commode.

HAnc ego dilexi, & a iuuentute mea quæſiui: Hanc ſtudui ſponſam adiũgere mihi, & pulchritudinis eius amore captus ſum. Nobilitatem generis eius hoc illuſtrat, q cõuictu Dei vtitur, quòdq; Dominus omniũ eam diligit. Nã ſciẽtiæ Dei 'ſacerdos eſt, & operũ eius antiſtes.' Quòd ſi diuitiarũ eſt in vita poſſeſſio deſyderabilis, quid operãte omnia ſapiẽtia locupleti[*]? & ſi opifex omniũ eſt ſapiẽtia, quid illa in rerũ natura eſt artificioſius? Rurſum ſi iuſtitiã quis diligit, labores huius, virtutes ſunt. Temperantiã enim docet & prudentiã, tum iuſtitiã ac fortitudinẽ, quibus nihil eſt hominibus in vita vtilius. Siquis itẽ multarũ rerũ peritiã deſyderat: hæc antiqua nouit, & futura cõiectat: hæc ſermonũ ſtrophas callet, & ænigmatum explicationes. Signa & prodigia præſagit, euentúſq; tempeſtiuitatũ & tẽporum. Hãc ergo decreui mihi vitæ ſociam adiũgere, vt quæ mihi bona daturã cõſilia, & curarum triſtitiæq; lenimento fore cognoſcerem. Gloriã in vulgus per hãc 'adipiſcor,' & honorẽ apud ſeniores iuuenis. Acutus cõperior in iudicio, & in conſpectu potẽtũ ſum admirabilis, [ſtupẽtq; me principũ facies.] Tacentẽ me ſuſtinere ſolẽt, & loquẽtẽ 'attẽdere,' pluribúſq; differẽte me manũ ori admouere. Per hãc cõſequar immortalitatẽ, & relinquã æternã poſteris meis memoriã: regimẽ populorũ adminiſtrabo, gentéſq; mihi parebũt: tũ famã meã reges horrẽdi metuent. vulgo bonus apparebo, bellóq; fortis. in hac deniq; domũ ingreſſ[*] acquieſcã. Nihil enim amaritudinis habet eius cõmerciũ, nec quicquã doloris cõuictus ei[*], ſed lætitiam & gaudiũ. Hæc apud me reputãs, & animo mecũ ſtudioſe perpendens, eſſe ſcilicet in cognatione ſapientiæ immortalitatem, & iucundã in amicitia eius delectationẽ. tum perẽnes in laboribus manuũ ipſius diuitias, atq; prudentiã in vſu colloquij eius, & in communicatione ſermonum eiuſdem famæ claritatem, vt eam mihi cõiungerem quærens circumibam. Eram autem puer ingenio dextero præditus, bonámque ſortitus indolem: imò bonus ipſe cum eſſem, corpus incontaminatum adeptus ſum. Intelligens autem me compotem illius non aliter fore quàm dono Dei (quod quidẽ ipſum erat prudentiæ, ſcire quis author huius foret beneficij) Dominum adij, cúmque precatus ſum, & ſic ex animo toto loquutus, CAP. IX.

¶ vel, initiatrix eſt, & operum eius inuentrix.

¶ i δόξαν.

¶ i προσέξειν.

DEus patrũ, miſericordiæq; Domine, qui verbo tuo cuncta creauiſti, & hominem tua fabricauiſti ſapiẽtia, vt creatis abs te opificiis dominaretur, & mundum cũ ſanctimonia, iuſtitiáque adminiſtrãs animo recto iudiciũ exerceret: aſſiſtẽtem ſolio tuo mihi tribue ſapientiã tuam, nec me numero ſeruorum tuorum ſummoueas. Ego enim ſeruus tuus ſum, ancillæ tuæ natus, infirmus homo, breuiq; tempore duraturus. adeóque iunior quam vt iuſtitiam legéſq; poſſim intelligere. Nã etiamſi quis fuerit ex hominũ progenie cõſummatus, ſapientia tamen tua ſi careat is, nihili fuerit æſtimandus. Tu me populo tuo regem elegiſti, & filiis filiabúſque tuis iudicem. Tẽplum in ſancto mõte tuo iuſſiſti me ædificare, & in vrbe habitationis tuæ aram inſtar ſancti tabernaculi, quod iam inde ab initio paraſti, & vnà tecum artifex operum tuorum ſapientia: quæ tibi mundum [illegible] creanti præſto fuit, & quid o-

amicos Dei & prophetas cõſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum qui cũ ſapientia inhabitat. Eſt enim hęc ſpecioſior ſole, & ſuper omnẽ diſpoſitionẽ ſtellarum, luci cõparata inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia. CAP. VIII.

Perſeuerat i laudibus ſapientiæ.

ATtingit ergo à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & quæſiui ſpõſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formę illius. Generoſitatẽ illius glorificat, contuberniũ habẽs Dei: ſed & omniũ Dominus dilexit illam. doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operũ illius. Et ſi diuitiæ appetuntur in vita: quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autẽ 'ſenſus' operatur: quis horum quæ ſunt, magis q̃ illa eſt artifex? Et ſi iuſtitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: ſobrietatẽ enim, & prudentiã docet, & iuſtitiã, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Et ſi multitudinẽ ſcientiæ deſyderat quis: ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonũ, & diſſolutiones argumentorũ: ſigna & monſtra ſcit antequã fiant, & euentus temporum & ſeculorum. Propoſui ergo hãc adducere mihi ad conuiuendũ: ſciens quoniam mecũ communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei. Habebo propter hanc claritatẽ ad turbas, & honorẽ apud ſeniores iuuenis: & acutus inueniar in iudicio, & in cõſpectu potentiũ admirabilis ero, & facies principũ mirabuntur me. tacentem me ſuſtinebunt, & loquentẽ me reſpicient, & ſermocinãte me plura, manus ori ſuo imponẽt. Præterea habebo per hãc, immortalitatem: & memoriam ęternã his qui poſt me futuri ſunt, relinquã. Diſponam populos: & nationes mihi erũt ſubditæ. Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrãs in domum meam, conquieſcam cũ illa. nõ enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædiũ conuictus illius, ſed lætitiã & gaudiũ. Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo quoniam 'immortalis' eſt in 'cogitatione' ſapiẽtię, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuũ illius honeſtas ſine defectione, & in certamine loquelę illius ſapientia, & præclaritas in cõmunicatione ſermonũ ipſius: circuibã quærens, vt mihi illam aſſumerem. Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et vt ſciui quoniam aliter nõ poſſem eſſe cõtinẽs, niſi Deus det, & hoc ipſum 'erat ſumma ſapientia,' ſcire cuius eſſet hoc donũ: adij Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordijs meis, CAP. IX.

¶ prudentia

B

C

¶ immortalitas

¶ cognatiõe

Caſtitas non niſi a Deo.

¶ erat ſapiẽtiæ,

DEus 'patrum meorum,' & Domine [miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ quę à te facta eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi ſediũ tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: [quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui tẽporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Et ſiquis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur. [Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem filiorũ tuorum, & filiarum. & dixiſti me ædificare templum in mõte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinẽ tabernaculi ſancti tui quod præparaſti ab initio: [& tecum ſapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarũ faceres, & ſcie-

¶ parentum

3.Reg.3.b.

Oratio Salomonis pro ſapientia habẽda.

Pſal.115.b.

B

1.Paral.28. b.

2.para.1.b.

Prouerb.8.c.

iohan.1.a.

bat quid"eſſet placitum oculis tuis, & quid dire-
ctum in præceptis tuis. Mitte illam de cælis ſan-
C ctis tuis & à ſede magnitudinis tuę, vt mecum ſit
& mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit a-
pud te. ſcit enim illa omnia, & intelligit, & dedu
cet me in operibus meis ſobrie. & cuſtodiet me
in ſua potentia. Et erunt accepta opera mea. &
diſponā populum tuū iuſte. & ero dignus ſediū
Eſa.40.d. patris mei. ¶Quis enim hominū poterit ſcire con
Rom.11.d. ſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit
1.cor.2.d. Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ. &
D incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod
corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inha
bitatio deprimit ſenſum multa cogitantē. Et dif-
ficile æſtimam° quæ in terra ſunt: & quæ in pro-
ſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ autem
in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Sēſum autē tuum
quis ſciet, niſi tu dederis ſapiētiā, & miſeris Spi-
ritum ſanctum tuum de altiſſimis: & ſi correctæ
ſint ſemitæ eorum qui ſunt in terris, & quæ tibi
placent didicerint homines? Nam per ſapiētiam
ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi Domine
à principio. C A P. X.

Sapiētiæ la° à liberatiōe eorū quos ab initio hucuſque ſanauit.
HAEC, illum qui primus formatus eſt à Deo
pater orbis terrarū, cū ſolus eſſet creatus, cu-
ſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. ¶"Et edu-
Gene.1.d. xit illum de limo terræ:' "&dedit illi virtutē con
"Gene.2.b. tinendi omnia. Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira
"Gene.4.b. ſua, "per irā homicidij°fraternitas' deperijt. Pro-
¶°fraternitatis pter quod "cum aqua deleret terram, ſanauit ite-
'Gen.7.b. rum ſapiētia, per contemptibile lignum iuſtum
gubernans. ¶Hæc & in conſenſu ſuperbiæ, cū ſe
nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſerua-
Gene.11.a. uit ſine querela Deo, & in filijs°miſericordiā for
¶°miſericordia tē cuſtodiuit. ¶Hæc, iuſtū à pereuntibus impijs
B liberauit fugientem, deſcendente igne in penta-
Gene.19.e. polim: quibus in teſtimonium nequitiæ fumiga
bunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore
fructus habentes arbores, & incredibilis animæ
memoria ſtans figmentum ſalis. Sapientiā enim
prætereūtes non tantū in hoc lapſi ſunt vt igno
rarent bona: ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerūt ho
minibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt,
nec latere potuiſſent. Sapientia autem hos qui ſe
Gene.28.b. obſeruant, à doloribus liberauit. ¶Hæc autem,
profugum iræ fratris iuſtū deduxit per vias re-
ctas, & oſtendit illi regnū Dei. & dedit illi ſcien-
tiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus,
& compleuit labores illius. In fraude circumue-
nientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illū.
C Cuſtodiuit illū ab inimicis, & à ſeductoribus tu-
tauit illum, & certamen forte dedit illi vt vince-
ret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſa-
Gene.37.f. pientia. ¶Hæc, venditum iuſtum nō dereliquit,
act.7.b. ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcenditque
Gene.41.f. cū illo in foueā, & ¶in vinculis nō dereliquit il-
lum, donec afferret illi ſceptrum regni, & poten
tiam aduerſus eos qui eum deprimebant: & mē-
daces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit
Exod.1.b. illi claritatem æternam. ¶Hæc, populū iuſtum,
& ſemen ſine querela liberauit à nationibus quę
Exod.3.b. illum deprimebant. ¶Intrauit in animam ſerui
Dei, & ſtetit contra reges horrēdos in portentis
& ſignis. Et reddidit iuſtis mercedē laborū ſuo-
rum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis
¶°die. D in velamento °diei.' & in luce ſtellarum per no-
Exod.14.c. ctem. ¶"&' tranſtulit illos per Mare rubrum. &
pſal.77.b. tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos au-
tem illorū demerſit in mare. & ab altitudine in-
Exod.12.e. ferorum eduxit illos. ¶Ideo iuſti tulerunt ſpolia
Exod.15.a. impiorū. ¶& decantauerunt Domine nomē ſan-
ctum tuum. & victricem manum tuam laudaue-
runt pariter. quoniam ſapientia aperuit os mu-
torum, & linguas infantium fecit diſertas.

culis tuis adlubeſcat, quidq; ex præceptis tuis re
ctum ſit, pernouit. Hanc è ſanctis cælis tuis, & à
ſolio maieſtatis tuæ demitte, vt præſens labores
meos adiuuet. & quid acceptum apud te ſit co-
gnoſcam. Hæc enim nouit & intelligit omnia,
hæc me prudenter deducit in actionibus meis:
hæc eadem me maieſtate ſua cuſtodit. vt operi-
bus meis gratioſus ſim. & populum tuum iuſte
gubernem, ſolióque patris mei dignus exiſtam.
Quis enim homo conſilium Dei cognoſcat? aut
quis voluntatem eius animo perueſtiget? Nam
cogitationes mortaliū ignauæ ſunt. & opinio-
nes noſtræ fallaces. Quandoquidem fragile cor-
pus grauat animam, & terrenum domiciliū ple
nam curarum mentem deprimit, vt coniectura
vix aſſequamur quæ in terra ſunt. & quæ inter
manus verſantur, laborioſe deprehendamus. Er-
go quis perueſtiget cæleſtia? aut quis cōſilia tua
pernoſcat, niſi cui tu dederis ſapientiā, & è ſub-
limi Spiritum ſanctum tuum demiſeris? Nam ſic
demum viæ incolarum orbis dirigantur. & quæ
tibi grata ſunt homines didicerint, tuáque ſer-
uati fuerint ſapientia.

C A P. X.

HAEC primum in mundo formatū patrem,
ſolúmque creatum conſeruauit, & 'vindica-
uit' à lapſu ſuo, eique poteſtatem dedit in omnia
dominandi. Hac rurſum per iram ſuā deſerta,
iniuſtus fraterni parricidij furijs interiit propter
quem demerſam diluuio terram denuo ſeruauit
ſapiētia, dum exiguo ligno iuſti curam habuit.
Hæc iuſtum inter Gētes malitioſa conſpiratio-
ne confuſas 'nouit,' inculpatum eum Deo cuſtodi
uit, & vt erga filium animata conſeruauit con-
ſtantē. Hæc pereūtibus impiis ex incēdio quin-
que ciuitatibus ingruente fuga iuſtum eripuit:
quarum etiamnū malitiæ teſtimonio fumoſum
reſtat ſolum, & plantæ fructum intempeſtiuum
ferentes, ſtatuáque ſalis monumento diffidentis
animæ conſtituta. Nam contemptores ſapientiæ
non ſolū eo lædūtur, quód quæ bona ſunt igno-
rant, ſed etiam in vita relinquunt monumētum
inſipientiæ, vt cum delictis ſuis latere nullo mo
do queant, cultores autem ſuos ipſa ſapiētia æ-
rumnis liberat. Hæc profugū ab ira fratris iu-
ſtum in vias rectas deduxit, ipſique regnum Dei
monſtrauit, & effecit vt ſanctorū caperet cogni-
tionem. Per ærumnas locupletauit ipſum, & la-
bores eius compēſauit hubertate. Cum per aua-
ritiam opprimeretur, præſto fuit, ditauit illum,
ex hoſtibus ſeruauit, protexit ab inſidiatoribus,
& obeundum ei certamen arduum conſtituit: vt
cognoſceret omni re pietatem eſſe potentiorem.
Hæc venditum non dereliquit iuſtum, ſed eum à
peccato conſeruauit: in foueam vnà cum eo de-
ſcendit. nec in vinculis deſeruit eum. donec attu
lit ei ſceptrum regium. & in oppreſſores eius po
teſtatem, accuſatores etiam eius coarguit men-
dacij, & gloriam ei conciliauit æternā. Hæc po
pulum ſanctū. & inculpatum ſemen ab affligen-
te ipſum gente liberauit. intrauit in animā ſer-
ui Dei, & regibus horrendis per miracula ſignáq;
reſtitit. Sanctis mercedem laborum ſuorum red-
didit, deduxit eos per viam mirabilem, & inter-
diu tegumēto fuit ipſis, ſiderique ſplendoris vi-
cem noctu suppleuit. Dedit eis tranſitū per Ma-
re rubrum, & per aquas plurimas traduxit eos,
vndis autem obruit hoſtes ipſorum, & imas pro-
fundi ſcatebras in eos emiſit. Ideo iuſti ſpolia tu
lerunt ab impiis, nomen ſanctum tuum decan-
tauerunt ô Domine, & victricem manum tuam
vno ore laudauerunt. Quoniam os mutorum a-
peruit ſapientia, & diſertas infantium linguas
reddidit.

CAP. XI.

¶1 vel, ογα בירך

SAncti prophetæ 'miniſterio' facta cõformauit illorum, qui per inhabitabile deſertũ iter fecerunt, & in locis inuijs poſuerunt tẽtoria, reſtiterũt hoſtibus, & ſe de inimicis vindicauerũt. Te cum ſitirent inuocauere, & aqua è ſumma rupe data eſt illis. ſitiſque remediũ è duro lapide. Nam per quæ pœnas luerunt inimici ipſorum, [cum potus eis deeſſet, per ea Iſraelitæ abũdantes recreati ſunt:] per eadem & inopia laborantes hi acceperunt beneficium. Etenim pro fonte perẽni fluminis ſanioſo ſanguine, ad exprobrãdum illis de occidendis infantibus edictum, conturbati, aquam ubertimã præter ſpem his exhibuiſti. ſimúlque ²per ſitim illius tẽporis oſtendiſti quãtopere [tuos extolleres, &] hoſtes ipſorũ excruciauiſſes. Cum enim tentati ſunt, per caſtigationem, quamuis clementem illam quidem, cognouerunt quomodo cum iracunde punirentur, impij fuerint cruciati. Siquidem hos tanquã pater admonens probauiſti: in illos autem inquirens, vt durus rex animaduertiſti. Enimuero abſentes & præſentes eodẽ modo vexabãtur. Duplex enim mœror ceperat illos, & gemitus cum memoria præteritorum. nam cum audirẽt, dum ipſi cruciabantur, bene cum his agi, Dominum ſenſerũt: & quem olim expoſitum, abiectúmque pro deplorato per ridiculum habuerant, cum in extremo rerum euentu mirati ſunt: cum ſiti longe alia quàm iuſti laborarent. Porrò pro inſulſis iniuſtitiæ ipſorum cogitationibus, quibus ſeducti ſerpentes irrationabiles, viléſque beſtias coluerunt, tu irrationabilium animalium vim cauſa vltionis in eos immiſiſti: vt diſcerent per quæ quis peccaſſet, per eadem eſſe puniendum. Nam alioqui omnipotenti manui tuæ, quæ mundũ ex informi materia condidit, facultas non deerat, qua turbam vrſorũ, & leones animoſos, aut recenti furore plenas ac ignotas feras, quæ vel in modum ignis vrentem efflarent ſpiritum, vel ſonantem fumum ³torquerent, vel ⁴mi:arent hortẽdis oculorũ ſcintillis, in eos immitteres: quarũ non ſolum noxa perimere eos, ſed etiã terribilis aſpectus diſperdere potuiſſet. Quid, quòd etiam ſine his vrgente pœna, & afflatu potentiæ tuæ quaſſante, vno ſpiritu quiuiſſent deijci? Verũ omnia menſura, numero, põderéque temperauiſti. Etenim ampla penes te poteſtas ſemper eſt. & qs robori brachij tui reſiſtat? Quoniã inſtar momenti ſtateræ totus corã te mundus eſt, & veluti gutta matutini roris humi delapſa. Omniũ autem misereris, vt qui poſſis omnia, & peccata hominũ, vt reſipiſcant, diſſimulas. Quicquid enim rerum eſt diligis, & nihil abs te creatorum odiſti: neq; enim inuiſum tibi quicquam produxiſſes. Aut quoni quid modo permanſiſſet, quod tu noluiſſes? aut quod nõ iuſſiſſes, eſſet conſeruatum? Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt, amator animarum Domine.

¶2 διὰ τῦ τόπο, &c.

¶3 vel, liberent

¶4 vel, fulgurarent

...q. lib. 6. c. 39.

¶1 δι' ὃ. vel, διὸ quapropter.

¶2 Pro eo quod ſcriptũ inueni, καὶ θοίναν αἱμάτων ἐκ μέσου μύσταθείας σου, καὶ αὐθέντας γονῆς, &c. & alibi, Καὶ θοίναν αἵματος ἐκ μύσου, &c. Ego ſic lego, Καὶ θοίναν αἵματος ἐκ μύσου, μυστικῶν θιασωτῶν καὶ αὐθέντας φονῆς ψυχῶν ἀβοηθήτων, &c.

¶3 τῦ στρατοπέδου σου σφῆκας.

CAP. XII.

NAm omnibus incorruptus tuus ineſt ſpirit⁹, ¹per quẽ lapſos paulatim coarguis, & in peccatorum memoriam reducendo admones, vt relicta malitia, in te Domine collocent fiduciam. Etenim cum priſcos illos Sanctæ terræ tuæ habitatores odiſſes, vtpote odioſiſſima veneficiorum facinora patrantes, & impiis ſacrifi iis deditos, tũ liberorum inclemẽtes parricidas, & humanorum viſcerum, carniũmque vorators: ²cũmque dapes cruentas ex ſcelere, ſacerdotéſque phanaticos cũ cædis miſerarũ animarum authorib⁹, per manus maiorũ noſtrorũ delere decreuiſſes, vt pretioſiſſima iudicio tuo terra dignam ſeruorum Dei coloniam acciperet, tamen his quoque vt hominibus pepercisti, & tanquam emiſſarios ³ exercitui

CAP. XI.

Exod. 16. a.

¶ habitãtur

¶ fixerunt

Exod. 17. c.

Nume. 20. b.

DIrexit [opera eorum in manibus prophetæ ſancti. Iter fecerunt per deſerta, quæ nõ ᵃhabitabantur: ᵇ& in locis deſertis ᶜfecerũt caſas. [Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicauerunt. [Sitierunt, & inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorũ, à defectione potus ſui: in eis, cum abũdarent filij Iſrael, lætati ſunt: per hæc, cũ illis deeſſent, bene cũ illis actum eſt. Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis, humanũ ſanguinem dediſti iniuſtis. Qui cum minuerentur in traductione infantium occiſorũ, dediſti illis abundantem aquã inſperate: oſtendens per ſitim quæ tũc fuit, quemadmodum tuos exaltares, [& aduerſarios illorum necares. [Cum enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierũt quemadmodum cum ira iudicati [impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probaſti: illos autem tanquam durus rex interrogans cõdemnaſti. Abſentes enim & præſentes ſimiliter torquebãtur. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cũ memoria præteritorũ. cũ enim audirent per ſua tormenta bene ſecum agi, cõmemorati ſunt Dominum, admirantes in finem exitus. quem enim in expoſitione praua proiectum deriſerunt, in finẽ euentus mirati ſunt: [non ſimiliter iuſtis faciens. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitates illorum, [quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorũ animalium in vindictã: vt ſcirẽt quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. [Non enim impoſſibilis erat omnipotẽs manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, immittere illis multitudinem vrſorũ, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas, aut ignotas beſtias, aut vaporem igneũ ſpirantes, aut fumi odorẽ proferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes: quarum non ſolũ læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere. ᵃNam ᵇ& ſine his vno ſpiritu poterant occidi perſecutionẽ paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per Spiritũ virtutis tuæ: ſed omnia in menſura & numero & põdere diſpoſuiſti. Multũ enim valere tibi ſoli ᵃſupererat ſemper: & virtuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniam tanquam momẽtum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, ᵃqui deſcendit in terram. [ᵃEt miſereris omniũ, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiã. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiẽs aliquid conſtituiſti aut feciſti. Quomodo autẽ poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur? Parcis autem omnibus: quoniã tua ſunt Domine, qui amas animas.

Exod. 7. d.

B Deut. 8. a.

Exod. 7. d.

Exod. 7. d.

C ſ. 12. c.

Leuit. 26. d.

ſ. 16. a. ier. 8. c.

¶ Sed

D

¶ ſuperat,

¶ quæ,

Deus miſericors. 20. a. a.

¶ Sed

Nihil ſine Deo ſtabile.

CAP. XII.

O Quàm bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus! Ideòque eos qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccãt, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credãt in te Domine. [Illos enim antiquos inhabitatores Terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti, quoniã odibilia opera tibi faciebãt per medicamina, & ſacrificia iniuſta, & filiorum ſuorũ necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominũ, & deuoratores ſanguinis*, & authores parẽtes animarum inauxiliatarũ perdere voluiſti ᵃà medio ſacramẽto tuo ᵇper manus parẽtum noſtrorum, vt dignã perciperent peregrinationẽ puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra. Sed & his tanquã hominibus pepercisti, & miſiſti anteceſſores ex-

Quàm ſit in omnibus benignus Dominus.

Deut. 9. a. 12. d. 18. b.

*à medio ſacramẽto tuo

eercit⁹ tui veſpas, vt illos paulatim exterminarét. Non quia impotens eras in bello ſubijcere im-

B pios iuſtis, aut beſtijs ſęuis, aut verbo duro ſimul

Exod.23.d. Deut.7.d.

exterminare: ¶ſed partib⁹ iudicans dabas locum pœnitentiæ: nō ignorans quoniam nequam eſt natio eorū, & naturalis malitia ipſorū, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum: ſemen enim erat maledictū ab initio. Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis

Cum Deo nō cōtendendū. rom.9.d. ¶ʼin conſpectū tuum 1.Petr.5.b. ¶ʼindicaſti

illorum. ¶quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudiciū tuum? aut quisʼin conſpectu tuoʼveniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, ſi perierint natiōes quas tu feciſti? Non enim eſt alius Deus quàm tu, ¶cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſtèʼiudicasʼiudicium. Neque rex, neque tyrānus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: ipſum quoque qui non debet puniri, cōdemnas, & exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua, iuſtitiæ initium eſt: & ob hoc quòd o-

C mniū Dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, & horum qui te neſciunt, audaciam traducis. Tu autem Dominator virtutis, cum trāquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. ſubeſt enim tibi cum vo-

¶ʼautem

lueris, poſſe. Docuiſtiʼenimʼpopulū tuum per talia opera, quoniā oportet iuſtū eſſe & humanū, & bonę ſpei feciſti filios tuos: quoniā ʼiudicansʼ

Dat Deus locum pœnitētiæ.

das locum in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos ſeruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, & liberaſti, dans tempus & locum per quæ poſſent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dediſti bonarum promiſſionum! Cum ergo das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter

D flagellas: vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiam tuam. Vnde & illis qui in vita ſua inſenſate & iniuſte vixerunt, per hæc quæ coluerunt,

S.11.c. rom.1.c.

dediſti ſumma tormenta. ¶Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æſtimantes hæc quæ in animalibus ſunt ſuperuacua, infantium inſenſatorum more viuētes. Propter hoc tanquā pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti. Qui autē

¶ʼicrepatiōis ¶ʼcorrepti:

ludibrijsʼ& increpationibusʼnō ſuntʼcorrecti:ʼdignum Dei iudiciū experti ſunt. in his enim quæ patiebantur, moleſte ferebant, in quibus patientes indignabantur, per hæc quos putabāt deos, in ipſis, cū exterminarentur videntes, illū quem olim negabant ſe noſſe, verū Deum agnouerūt: propter quod & finis condemnationis eorum venict ſuper illos.

CAP. XIII.

Rom.1.b. Vanos eos eſſe oſtēdit, q Deū ex ſuis operibus nō poſſut cognoſcere. Deu.4.c.17.b

VAni autē ſunt omnes homines, in quibus nō ſubeſt ſcientia Dei, ¶& de his quæ vidētur bona, non potuerūt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex, ¶ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatū aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolē & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorū ʼ& ſi ſpecie delectati deos putauerunt: ſciant quanto his dominator eorū ſpecioſior eſt. ſpeciei enim generator hæc omnia cōſtituit. Aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt: intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis. à magnitudine enim ſpeciei

Creator p creaturas cognoſcēdus. Rom.1.c.

B & creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor eſt querela: & hi enim fortaſſe errant. Deum quærentes, & volentes inuenire. ¶Etenim cum in operibus illius cōuerſentur, inquirūt: & perſuaſum habent quoniam bona ſunt quæ videntur.

tuo præmiſiſti veſpas, quę paulatim illos profligarent. Nō quòd non poſſes dimicatione prælij in poteſtatē iuſtorum redigere impios, aut ſæuis beſtijs, durōve verbo ad vnum eos delere: ſed q paulatim puniendo, locum eis dares emēdandi ſe: non ignorās ab origine ſua malos eſſe, ingenitáq; laborare prauitate, nec cogitationes ipſorū mutari vnquam poſſe, cum ab initio ſemen eorum execratione deuotum eſſet. Attamē neminem metuēs, veniam peccatorum eis impertiebaris. quis enim tibi dicat, Quid egiſti? aut quis ſe iudicio tuo opponat? quis item de perditis gētibus abs te creatis te vocet in crimē? aut quiſnam contra te vindex iniuſtorum hominum intercedat? Neq; enim præter te Deus eſt alius, qui curā agat omnium, quo te demonſtras nō iniuſte iudicare, neque rex aut tyrānus vllus pro ijs quos tu punieris, oculos contra te attollere audeat.

†Veruntamen iuſtus cū ſis, iuſte gubernas omnia: † Aug. lib. 13. c. 53.

& eum qui nullam pœnam cōmeritus ſit, condēnaſſe, à tua potentia iudicas alienū. Nā potentia tua iuſtitiæ principium eſt, & tuus in omnia dominatus facit vt parcas omnib⁹. Cū enim minus crederis abſoluta pollere potētia, quantū valeas declaras, & contumacia præditos redarguis. Cæterū potentiæ dominus exerces æquum iudiciū, & nos cum multa moderatione gubernas. nempe tibi, cum vis, potentia præſto eſt. Verum talibus factis populum tuum doces, iuſtum humanū eſſe oportere, & bona ſpe filios tuos imbuis, qui locum concedas pœnitētię peccatorum. Cū enim inimicos ſeruorum tuorum mortem cōmeritos cum tanta moderatione atque attētione punieris, tempus & locū indulgens, quo malitiam deponerent: quanta ſolicitudine rexiſti filios tuos, quorum patribus bonas promiſſiones iureiurando pactionibúſque firmaſti? Cum igitur caſtigas nos, infinito grauiʼ⁹inimicos noſtros flagellas: vt bonitatem tuam perpēdamus ſolicite, & ea perpenſa, miſericordiam tuā expectemus. Quocirca & iniuſtos in ſtolida vita verſatos homines per ſuas ipſorum impuritates excruciauiſti. Etenim per incerta viarū longius aberrauerūt, vt qui ſtolidorum infantium more decepti, quaſdam animantes, etiam apud hoſtes infames, deos exiſtimarint. Quamobrē illis vt pueris ratione carentibus pœnam ludibrio irrogaſti. At illiʼprobroſis ludificationibus nihil emendati, pœnas meritas diuinitus experientur. Nam ijs ipſis rebus, quas paſſi ſunt indignabundi, cum propter eos quos deos exiſtimabant, punirentur, quē olim ſe noſſe negabant, ſentientes, verū eſſe Deum perceperunt. Quapropter in extremam inciderūt damnationem.

CAP. XIII.

ETenimʼnatura vani ſunt omnes homines ignorantia Dei prædici, qui ex euidētibus bo- ¶ Id eſt, re ipſa, ſeu reuera.

nis eū qui eſt, non valuerunt intelligere, nec ex vt, indole vani

operibus conſideratis opificem cognouerūt: ſed aut ignem, aut ventum, aut citatum aerem, aut aſtrorum orbem, aut vim aquarū, aut lumina cæli rectores mūdi deos eſſe putauere. Atqui ſi horū pulchritudine delectati, deos exiſtimauerunt ipſa: quanto præſtet horum Dominus cognoſcere vtique debuerāt. quandoquidem ſummus pulchritudinis generator ea cōdidit. Sin potentiam eorum & efficaciam admirati: quanto eſſet horū opifex potētior, ex iiſdem intelligere. ſiquidem ex pulchritudinis rerúmq; creatarum excellētia, collatus ijs creator earum ſpectari poteſt. Attamen hi paruam reprehēſionem merentur: nam quærendi deum, & inueſtigandi ſtudio fortaſſis errāt. Etenim in operibus ipſius indaganter obuerſantur, eúmque viſu induunt perſuaſionem, eo quòd præclara ſint quæ cadunt ſub aſpectum.

Omnino tamen ne hi quidem venia digni fuerint. Si enim eo potuerunt penetrare cognitionis vt mundum coniectura caperent, quomodo non horum dominum potius inuenerunt? Infœlices ſunt autem, & mortua ſpes eſt illorum, qui manuum humanarum opera, aurum & argentum arte fabrefactum, animaliúmq; ſimulachra, aut lapidem inutilem opus antiquæ manus, deos appellauere. Aut cum quis faber materiarius eximiæ arboris ſuccisæ omnem circa corticem ſcite
¶ ἰυτηκτον.
¶ vſ. planiæ
deſtrinxit, & inde vas vſui vitæ profuturum artificioſe, pulchréque fabricauit: opificij vero reciſamentis apparãdo cibo conſumptis ſatiatus, reſectum inde nullius vſus ineptũ ſumpſit truncum, ramiſque nodoſum per otium ſculpſit diligenter, & vacans perite formauit, adeóque hominis figurauit effigie, aut animalis cuiuſpiam vilis ſimulachrum effinxit. Deinde minium & fucum illinẽdo conciliauit ei ruborem, & omnem in eo maculam obduxit: tũ in extructo ad id domicilio digno collocauit ad parietem, ferróq; firmauit. Atque ita quidẽ ille, ne cadere, huic proſpexit, vt qui ſciat illud adiuuare ſeipſum non poſſe, cum ſimulachrum ſit, & opis indigum. Tandem pro poſſeſſionibus, pro nuptijs ſuis, & pro liberis illi vota nũcupãs in animo, verba facere non erubeſcit: & nunc pro valetudine inuocat infirmum, nunc pro vita mortuum orat: pro ope, extreme inopi, próque itinere faciundo, ne gradum quidẽ facere valenti ſupplicat: ad quæſtum denique, ad opus faciundum, manúſq; pretiũ & ſucceſſum ab ignauiſſimo manibus rogat nauitatem.

CAP. XIIII.

Rurſum alius adornans nauigationem, & per feros fluctus iter inſtituẽs, vehente ſe ligno putrius lignum implorat. Illud enim auiditas quæſtus excogitauit, artifex autẽ fabricauit ſapiẽtia, tuáque Pater prouidẽtia gubernat. Quoniam per mare quoque viam, tutúmque per fluctus iter aperuiſti, oſtendens, quanuis poſſis incolumem omni modo præſtare, etiam ſiquis arte carens conſcenderit, non tamen velle te opera ſapientiæ tuæ eſſe otioſa. Quapropter homines perquam exiguo ligno vitã committentes, tranſmiſſo naui procelloſo mari ſeruantur. Etenim tũ primum cum ſuperbi gigantes perirent, ad nauim ſpes mundi cõfugit, tuáque manu regente genitale ſemen æuo reliquit. Fœlix enim lignũ eſt per quod iuſtitia exercetur: manufactum autem infœlix eſt tam ipſum quàm eiuſdem fabricator. Hic, vt operis author: illud, vt nomen Dei, cum corruptioni obnoxium ſit, adeptum. Nam æque inuiſi Deo ſunt & impius, & eiuſdem impietas. Etenim opus cum opifice pœnam ſubibit: quapropter & in ſimulachra gẽtium inquiretur. Quoniam in opificio Dei ad nefas deformata ſunt, ad offenſionem animis hominum, & ad pedes inſipientium illaqueandos. Initium enim ſcortãdi excogitatio ſimulachrorum eſt, & eorũdem inuentio vitæ corruptela. Neque enim erant ab initio, neque in æternum manebunt. quippe hominum ambitione in mũdum introducta ſunt, & ideo celer interitus eſt ipſis deſtinatus. Nam acerbo luctu præmature abrepti filij dolens pater imagine facta, iam antea mortuum hominem, nunc vt Deũ cœpit colere, & ſibi mancipatis ſacra ceremoniáſque tradidit. Deinde lapſu temporis inualeſcens impia cõſuetudo, pro lege ſeruata eſt. Quinetiam ob tyrannorum mãdata effigies religioſe cultę ſunt, & quos pręſentes honorare non poterant homines, (vtpote procul habitantes) eorum è longinquo petitam ad imaginem honorãdi regis euidenter expreſſam figurã repræſentauerunt, vt abſentem ſtu-

Iterum autem nec his debet ignoſci. Si enim tantum potuiſſent ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculũ: quomodo huius Dominum non facilius inuenerũt? Infœlices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionẽ, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. ❡Aut ſiquis artifex faber de ſylua lignũ rectũ ſecuerit, & huius docte eradat omnem corticẽ, & arte ſua vſus diligenter fabricet vas vtile in conuerſationem vitæ, reliquiis autem eius operis ad præparationem eſcæ abutatur: & reliquum horum quod ad nullos vſus facit lignũ curuum, & verticibus plenũ ſculpat diligenter per vacuitatẽ ſuam, & per ſciẽtiam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculã quę in illo eſt perliniens terra: & faciat ei dignã habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat proſpiciens illi, ſciens quoniam nõ poteſt adiuuare ſe, imago enim eſt, & opus eſt illi adiutorium. Et de ſubſtantia ſua, & de filijs ſuis, & de nuptijs votum faciẽs inquirit. Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt: ❡& pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutoriũ inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt: & de acquirẽdo, & de operãdo, & de omniũ rerũ euentu petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis.
¶ potuerunt
Infœlicitas idololatrarũ
C Eſa. 44. b. ierem. 10. a.
D
In cultores idolorum.
Pſal. 113. a. baruch 6. a.

CAP. XIIII.

Iterũ alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portãte ſe fragilius lignum inuocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex ſapientia fabricauit ſua. Tua autem Pater, prouidẽtia ab initio cuncta gubernat: quoniã ❡dediſti & in mari viã, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed vt nõ eſſent vacua ſapientię tuæ opera: propter hoc etiã & exiguo ligno credũt homines animas ſuas, & trãſeuntes mare per ratem liberati ſunt. ❡Sed & ab initio cum perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem cõfugiens, remiſit ſeculo ſemen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata. Benedictũ eſt enim lignum, per quod fit iuſtitia. ❡Per manus autẽ quod fit idõlum, maledictũ eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cum eſſet fragile, deus cognominatus eſt. ❡Similiter autẽ odio ſunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factũ eſt, cũ illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & in idõlis nationum non erit reſpectus: quoniã creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tẽtationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipiẽtium. Initium enim fornicationis, eſt exquiſitio idolõrum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ eſt. neque enim erant ab initio, neque erũt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarũ: & ideò breuis illorũ finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolẽs pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginẽ: & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nũc tanquam Deum colere cœpit, & cõſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interueniente tempore, conualeſcẽte antiqua cõſuetudine, hic error tanquã lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Et hos quos in palàm homines honorare non poterãt, propter hoc quòd longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum
¶ vſ. quæritandæ vitæ cupido
Exod. 14. d.
Gene. 6. b. 7. b
Pſal. 113. baruch. 6.
Idõlum maledictũ, & eius fabricator.
Pſal. 7. a.
B
¶ animis
¶ hominum aduenit
Idõla vnde traxerint originem.
¶ iniqua

qui aberat, tãquam præſentem colerent ſua ſolli-
citudine. Prouexit autem ad horum culturam &
hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.
Ille enim volens ˜plus' placere illi qui ſe aſſum-
pſit, elaborauit arte ſua, vt ſimilitudinem in me
C lius figuraret. Multitudo autem hominũ ᵃabdu-
ſaddncta / ſexiſtimauerunt
cta' per ſpeciem operis, eum qui ante tẽpus tan-
quam homo honoratus fuerat, nũc Deum ᵃæſti-
mauerunt.' Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio,
quoniã aut affectui, aut regibus deſeruientes ho
mines, incõmunicabile nomen lapidibᵘ, & lignis
impoſuerunt. Et non ſuffecerat erraſſe eos circa
Dei ſcientiam, ſed & in magno viuentes inſciẽ-
tiæ bello, tot & tã magna mala pacẽ appellant.

Quæ mala procedit ex idololatria. deu. 18. b. iere. 7. a. 19. a.

Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura
ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias
habentes: neque vitam, neque nuptias mundas
iam cuſtodiũt, ſed ˜&' alius alium per inuidiã oc
cidit, aut adulterans cõtriſtat: & omnia cõmiſta
D ſunt, ſanguis, homicidiũ, furtum & fictio, corru
ptio & infidelitas, turbatio & periuriũ, tumultus
bonorum, Dei immemoratio, animarũ inquina-
tio, natiuitatis immutatio, nuptiarum incõſtan
tia, inordinatio ᵃmœchiæ & impudicitiæ.' Infan

ſ mœchia & impudicitia.

dorum enim idolõrum cultura, omnis mali cau
ſa eſt, & initium & finis. Aut enim dum lætãtur,
inſaniunt: aut certè vaticinantur falſa, aut viuũt
iniuſtè, aut peierant citò. Dum enim cõfidũt in
idõlis quæ ſine anima ſunt, male iurantes noce-
ri ſe nõ ſperãt. Vtraq; ergo illis euenient dignè,
quoniã male ſenſerunt de Deo, attendentes idõ-
lis, & iurauerunt iniuſtè in ᵃidõlo' contemnentes
iuſtitiam. Non enim iurantiũ eſt virtus, ſed pec
cantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum
præuaricationem.

ſ dolo

## CAP. XV.

Vox fidelium qui Dei miſericordiam laudãt, cuius gratia nõ ſeruiunt idõlis.

TV autem Deus noſter, ſuauis & verus es, pa-
tiens, & in miſericordia diſponens omnia.
Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſciẽtes ma-
gnitudinem tuã: & ſi non peccauerimus, ſcimus
quoniã apud te ſumus cõputati. Noſſe enim te,
conſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam, & vir-
tutem tuam radix eſt immortalitatis. Nõ enim
in errorem induxit nos hominũ malæ artis ex-
cogitatio, nec vmbra picturæ labor ſine fructu,
effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectᵘ
inſenſato dat concupiſcentiã, & diligit mortuæ
imaginis effigiem ſine anima. Malorum amato
res, digni ſunt ˜morte,' qui ſpem habent in tali-
bus, & qui faciunt illos, & qui diligũt, & qui co-

Subſannatio idololatrarũ. rom. 9. d.

B lunt. Sed & figulus mollẽ terram premens labo
rioſe fingit ad vſus noſtros vnũquodque vas, &
de eodem luto fingit quæ munda ſunt in vſum
vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt cõtraria. horũ au-
tem vaſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulᵘ. Et cũ
labore vano Deum fingit de eodem luto ille qui
paulo ante de terra factus fuerat, & poſt puſil-
lum ᵃreducit ſe' vnde acceptus eſt, repetitus ani-
mæ debitum quam habebat. Sed cura eſt illi,
non quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis il
li vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argẽta-
rijs: ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert,
quoniã res ſuperuacuas fingit. Cinis eſt eni cor
eius, & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior
C vita eiᵘ: quoniam ignorauit qui ſe finxit, & qui
inſpirauit illi animã quæ operatur, & qui inſuf
flauit ei ſpiritũ vitalem. Sed & æſtimauerunt lu
ſum eſſe vitam noſtrã, & cõuerſationem vitæ cõ
poſitam ad lucrum, & oportere vndecunq; etiã
ex malo acquirere. Hic enim ſcit ſe ſuper omnes
delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa,
& ſculptilia fingit. Omnes enim inſipiẽtes, & in-
fœlices ſupra modum animæ ſuperbi ſunt, ini-

ſ ſe ducit

Pſal. 113. b. & 134. c.

mici populi tui, & imperantes illi: quoniam om
nia idõla nationum deos æſtimauerunt, quibus

dioſe tãquam præſentem 'colerẽt.' Porrò ad in-
tẽdendũ cultum imperitiores prouexit etiã affe-
ctata artificis diligentia. Nam ille fortaſſis potẽ
ti placere cupiẽs elaborauit arte quampulcher-
rime ſimilitudinẽ: vulgus autẽ opificij venuſta-
te illectum, quem nuper vt hominem honora-
rat, mox numen exiſtimauit. Præterea hoc quo-
que vitæ fuit inſidioſum, quòd homines infortu
nio aut tyrannide' in ſeruitutem redacti, nomẽ
cum nulla re communicandum lapidibus & li-
gnis impoſuere. Iam vero non ſatis eſt circa co-
gnitionem Dei erratum eſſe, ſed etiã in magno
ignorantiæ bello viuentes, tanta mala pacem ap
pellant. Nam aut ſacrificia per paricidia libero-
rum, aut clãdeſtina myſteria, inſanáſve alijs ri-
tibus bacchationes agitando, neque vitam iam,
neque connubia tuentur mũda. ſed alius alium
aut interficit per inſidias, aut adulterando con-
triſtat: omnia demum occupat ſine diſcrimine
ſanguis & cædes, furtũ & dolus, corruptela, infi-
delitas, tumultus, periurium, perturbatio bono-
rũ, beneficiorum obliuio, animarum contami-
natio, alienatio progeniei, cõnubiorum confu-
ſio, adulteriũ & laſciuia. Infandorũ enim ſimu-
lachrorum cultus omnis mali origo, cauſa & fi-
nis eſt. Aut enim illi cũ lætantur, inſaniunt, aut
falſa vaticinantur, aut viuũt iniuſte, aut ⁴teme-
re' peierãt. Nam inanimatis confiſi ſimulachris
malum accepturos ſe, cum peierarint, nõ expe-
ctant. Cæterum vtraq; de cauſa iuſtam pœnam
ſubibunt: & quod ſimulachris dediti, male de Deo
ſenſerũt, & quod ſanctitate ſpreta, iniuſte per dolũ
iurauere. Nõ enim eorũ per quos iuratũ eſt po-
tentia, ſed vltrix peccatorũ iuſtitia praue facto
rũ pœnas ab iniuſtis ſemper expetit.

ſ2 vl, adularẽtur, κολακεύωσι.

ſ3 vl, oppreſſione

ſ4 vl, cito

## CAP. XV.

TV vero Deus noſter benignus es, & verus, &
¹longa patiẽtia.' miſericordiáque gubernas
omnia. Etenim ſi peccauerimus in te, potentiam
tuam nouimus: ²nõ peccabimus autẽ, vt qui nos
³tibi curæ eſſe' ſciamus. Nam noſſe te, conſum-
mata iuſtitia eſt: & tuam intellexiſſe potẽtiam,
radix eſt immortalitatis. Neque enim in errorẽ
nos induxit inũdioſum hominum inuentũ, ne-
que labor ⁴pictorũ infructuoſus.' figuræ ſcilicet
varijs coloribus maculatæ, quarum aſpectus inſi
piẽtibus in amorẽ exit, & ſpeciẽ imaginis mor-
tuæ ſpiritu vacuam concupiſcit. Malorũ amato-
res ſunt, ⁶taléſque ſpes habere digni' talium opi
fices, ⁷amatores' & cultores. Nã vbi figulus ⁸mol-
lem terrã' laborioſe preſſans, vſui noſtro quid-
uis effinxerit, atque etiã ex eadem argilla apta
mũdis operibus vaſa, ſimul & his cõtraria quæ-
uis formarit, (quorũ in vtroq; genere quis vſus
ſit ſingulorum, arbiter ipſe eſt figulus) idem ille
peſſime locans operã, deum vanũ figurat ex ea-
dem argilla, cum ipſe non pridem è terra natus
ſit, in eandẽ de qua ſumptus eſt, cum animæ de-
bitum ab eo exigetur, breui rediturus. At ille nõ
qui labores ſe maneant, curat, aut quàm ſibi bre
uis ſuperſit vita, ſed certat cũ aurificibus, argẽta
rijſq; fabros & ærarios imitando, gloriæ ſibi du
cit quod fingat impoſturas. Puluis eſt cor illiᵘ, ſpes
item terra vilior, & abiectior argilla vita ipſiᵘ:
quoniã eũ qui finxit ipſum, qui vegetam ei in-
ſpirauit animã, qui ſpiritum vitalem inflauit,
ignorat. Verũ iſti ludicram vitã noſtram exiſti-
mãt, & curſum ætatis lucroſam nundinationẽ:
vt qui dicãt, vndecunq;, atque etiam ex malo rẽ
eſſe faciendam. Alioqui enim nouit ille ſe pecca
tis omnes ſuperare, dum fragilia vaſa ſimul &
effigies ex terrena materia fabricat. Lõge autẽ
inſipiẽtiſſimi, & ⁹ſtultorũ animis' miſeriores ſũt
oẽs populi tui inimici, qui eũ potẽtia premũt, eo
quod omnia ſimulachra gentiũ pro dijs habeãt, cũ

ſ1 vl, lenitate

ſ2 vl, ſin min⁹, in numero tuorum nos eſſe ſcimus.

ſ3 vl, tuos cenſeri

ſ4 σκιογράφων. al, σκιαγραφῶν, id eſt, adumbratio picturarum.

ſ6 ἀξιν. al, ὀνειδος. i. probrum.

ſ6 Al, morte digni.

ſ7 ποθοῦντες. al, ποιοῦντες.

ſ8 vl, argillã

ſ9 ψυχὰς νηπίου.

ſis neq; viſus oculorum quibus videãt, neq; nares quibus hauriant aerem, neq; aures quibus audiant, neq; manuũ digiti ſint quibus palpẽt, neq; pedes ad greſſum habiles. Quãdoquidẽ homo fabricauit eos, & qui mutuatus eſt ſpiritum, eoſdẽ finxit. enimuero nemo hominũ ſimilẽ ſibi Deũ formare poteſt. Sed mortalis manib⁹ nefarijs eſ fingit mortuũ. cultis enim à ſe rebus præſtantior eſt, vt qui ipſe vitã adeptus ſit, illa nunquã. Quid, ꝙ animalia quoq; colũtur odioſiſſima? vt quæ alijs cõparata, deteriora ſint, propter hanc demẽtiã: quæq; ne animalibus quidẽ tã videãtur pulchra, vt deſyderio eorũ tangantur, quæ Deo deniq; probatore careãt, & fautore. CAP. XVI.

¶1 Redit eò vnde initio cap. 11. digreſſ⁹ eſt.
¶2 δι' ὁμοίων
¶3 Scilicet Aegyptij, vtpote per ranas.
¶4 vl. ortygometram,

P[1]Ropterea[1] per ſimilia merito[2]puniti ſunt,[2] & per multitudinem beſtiarũ cruciati, cuius cruciatus loco, beneficiũ populo tuo præſtitiſti, cum auidæ ipſius appetentiæ cibũ noui ſaporis parauiſti[4]coturnicem: vt illi appetentia cibi laborantes, indicatum eum qui immiſſus erat, etiã in vrgente fame abominarentur: hi vero penuriam pauliſper experti, nouo ſapore impertirẽtur. Oportebat enim illis tyrannide vſis ineuitabilem penuriam accidere: his autẽ oſtẽdi tantũ, quẽ cruciatum hoſtes ipſorũ pertuliſſent. Etenim

¶5 αὐτοῖς ὁ θυμὸς, &c.

[5]cum eos ira ſæua beſtiarum inuaſiſſet, cúmque noxiorũ ſerpẽtiũ interimerentur ictibus, ira tua non durauit vſq; ad internecionẽ: ſed per admonitionẽ pauliſper fuerunt perturbati, ſignum ſalutis habentes quod memores mãdati legis tuæ redderet. Neq; enim qui reſpexerat, propter rẽ viſam, ſed propter te ſeruatorem omniũ ſeruabatur. Itaq; hoc ipſo hoſtes noſtros docuiſti, te eum eſſe qui ſalutem præſtes ex omni malo, ꝙ illos locuſtarum & muſcarũ[6] ictus[6]interemerunt, nec remedium[7]vitæ[7]eorum extitit, ꝙ digni eſſent tali ſupplicio. Filios autẽ tuos ne venenatorum quidem draconũ ictus vicerunt. etenim interceſſit miſericordia tua, eóſq; ſeruauit: vt qui ictibus ad memoriã oraculorum tuorũ reuocarentur: celeriter autẽ ſeruabantur, ne in altam obliuionẽ prolapſi, beneficio tuo retrahi nõ poſſent. Neq; enim herba aut malagma medicinã eis attulit, ſed ſermo tuus, ô Domine, ſanans omnia. quippe tu vitæ necíſque poteſtatẽ habes, ad portas inferorum deducis & reducis. Homo quidem malitia ſua mortem intulerit cuipiam, qua

¶6 δήγματα.
¶7 vl, animæ
¶8 Id eſt, ſublimem abeuntẽ

elapſus ſpiritus non reuertatur, ſed animã[8]aſſumptam[8]nequaquã diſſoluerit: tuam vero manum effugiſſe, eſt impoſſibile. Nam impij te noſſe negãtes, vi brachij tui flagellati, inſuetis pluuijs, grandinibus, imbribúſque ineuitabilib⁹ dinexati fuerũt, & igne cõſumpti. Quod enim maxime mirum eſt, in aquam etiã natam extinguere omnia, vim ſummam ignis habebat: nam ipſe quoq; mundus iuſtorum vindex eſt. Interim enim miteſcebat flamma, ne immiſſa in impios animalia cõbureret, ſed ipſi ſe iudicio Dei exagitari palàm viderent. interim autẽ etiam inter aquas ſupra vim ignis exardeſcebat, vt progeniem ſceleratæ terræ diſperderet. Pro quib⁹ rebus cibo angelorum populum tuum refeciſti, & panẽ citra laborem paratũ, omni voluptate pollentem, omnique accõmodatũ guſtui, de cælo ipſis demiſiſti. [9]Subſtãtia[9]enim illa tua tuam erga liberos oſtendebat ſuauitatem, & appetitui aſſumentis cuiuſque ſubſeruiens, ad illius qualẽcũque voluntatem ſe temperabat. Præterea nix & glacies vim ignis ſuſtinuerunt, nec liquefacta ſunt: vt cognoſcerẽt, qui ignis ardẽs per grãdines & pluuias coruſcãdo fructus inimicorũ abſumpſiſſet, eundem rurſum alendorũ iuſtorum cauſa virium ſuarum eſſe oblitum. Nam res creata tibi creatori ſubſeruiens, in pœnas iniuſtorũ

¶9 Scilicet Mã.

neque oculorum viſus eſt ad videndũ, neque nares ad percipiẽdum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuũ ad tractandũ, ſed & pedes eorum pigri ad ambulãdũ. homo enim fecit illos: & qui ſpiritũ mutuat⁹ eſt, is finxit illos. nemo enim ſibi ſimilẽ homo poterit Deum fingere. Cum enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. melior enim eſt ipſe his quos colit: quia ipſe quidẽ vixit, cũ eſſet mortalis, illi autem nunq̃. Sed & animalia miſerrima colunt: inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalib⁹ bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius. CAP. XVI. D

¶ per his
Pœna idololatrarum.
Nume. 11. g.

PRopter hæc[*]& his[*] ſimilia paſſi ſũt digne tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populũ tuum, ‖ quibus dediſti cõcupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporẽ, eſcam parans eis ortygometram: vt illi quidẽ concupiſcẽtes eſcã propter ea quæ illis oſtẽſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria cõcupiſcentia auerterentur: hi autem in breui inopes facti, nouã guſtauerunt eſcã. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercẽtibus tyrãnidem: his autẽ tantum oſtendere quẽadmodũ inimici eorum exterminabãtur. Etenim ‖ cũ illis ſuperuẽnit ſæua beſtiarũ ira, morſibus peruerſorũ colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua permãſit, ſed ad correptionẽ in breui turbati ſunt, ſignũ habentes ſalutis ad cõmemorationem mãdati legis tuæ. Qui enim cõuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omniũ ſaluatorem. *in hoc autẽ oſtẽdiſti inimicis[*]tuis[*] quia tu es qui liberas ab omni malo. ‖ illos enim locuſtarũ, & muſcarum occiderunt morſus, & nõ eſt inuenta ſanitas animę illorum: quia digni erant ab huiuſmodi exterminari. Filios autem tuos nec draconũ nec venenatorũ vicerunt dẽtes. miſericordia eni tua adueniens ſanabat illos. in memoria enim ſermonum tuorũ[*]exterminabãtur,[*] & velociter[*]ſanabantur,[*] ne in altam incidentes obliuionẽ: nõ poſſent tuo vti adiutorio. Etenim neq; herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia. ‖ [*]tu es enim Domine, qui vitæ[*] & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis & reducis. Homo autẽ occidit quidem per malitiã animam ſuã, & cum exierit ſpiritus, non reuertetur, nec reuocabit animã quæ recepta eſt. ſed tuam manũ effugere impoſſibile eſt. ‖ Negantes enim te noſſe impij, per fortitudinem brachii tui flagellati ſunt: nouis aquis, & grãdinibus, & pluuijs perſecutionem paſſi, & per ignẽ conſummati. Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. vindex eſt eni orbis iuſtorũ. Quodã enim tempore manſuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia: ſed vt ipſi videntes, ſcirent quoniã Dei iudicio patiuntur perſecutionẽ. & quodam tẽpore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat vndique, vt[*]iniquam[*]terræ nationem exterminaret. ‖ Pro quib⁹ angelorum eſca nutriſti populũ tuum, & paratum panẽ de cælo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamẽtum in ſe habẽtem, & omnis ſaporis ſuauitatem.[*] Subſtantiã enim tuã & dulcedinem[*]tuã quã in filios habes[*]oſtendebas:[*] & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat cõuertebatur. ‖ Nix autem, & glacies ſuſtinebãt vim ignis, & non tabeſcebant: vt ſcirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens[*]in grãdine & pluuia coruſcans. Hoc autem iterũ, vt nutrirentur iuſti, [*]ignis[*]etiã

¶ Nume. 21. b.
B
*Et
¶ noſtris
Exod. 10. a. 8. ſ.
apoc. 9. b.
¶ examinabantur,
¶ ſaluabant,
Deute. 32. f.
1. reg. 2. a.
tob. 13. a.
¶ Tu enim vitæ
C
Iudicia Dei.
exod. 9. c.
¶ iniquæ
De miſſione mãnę. exo. 16 c. nume. 11. b. pſal. 77. c. ioh. 6. d.
¶ Subſtantia eni tua, dulcedinem
D
¶ oſtẽdebat.
Exod. 9. e.

¶ exardeſcit

* in

ſuæ virtutis oblit* eſt. Creatura enim tibi facto-
ri deſeruiens, 'exardeſcit' in tormentũ aduerſus
iniuſtos: & lenior fit ad benefaciẽdũ pro his qui
in te cõfidunt. Propter hoc & tunc *omnia tranſ
figurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant
ad voluntatem eorũ, qui à te deſyderati ſunt: vt

Non in ſolo pane viuit homo. deut. 8.a. mat. 4.a.

ſcirẽt filij tui, quos dilexiſti Domine, quoniã nõ
natiuitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo
tuus hos qui in te crediderint conſeruat. Quod
enim ab igne nõ poterat exterminari, ſtatim ab
exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat: vt no-
tum omnibus eſſet quoniam oportet præueni-

¶ ortum
¶ ſpes

re ſolem ad benedictionem tuam, & ad 'orientẽ'
lucis te adorare. Ingrati enim 'fides' tanquam hy
bernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tãquam a-
qua ſuperuacua.

CAP. XVII.

De magnitudine iudiciorum Dei: qui pœnis mirabilib* impios affligebat: Exod. 10. f.

MAgna ſunt enĩ iudicia tua Domine, & ine-
narrabilia verba tua, propter hoc indiſci-
plinatæ animæ errauerũt. Dum enim perſua-
ſum habẽt iniqui, poſſe dominari nationi ſan-
ctæ: vinculis tenebrarũ, & longæ noctis compe-
diti, incluſi ſub tectis, fugitiui perpetuæ proui-
dentiæ iacuerunt. Et dum putãt ſe latẽre in ob-
ſcuris peccatis: tenebroſo obliuionis velamento
diſperſi ſunt pauentes horrẽdè, & cum admira-
tione nimia perturbati. neq; enim quæ contine-
bat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat: quo-
niam ſonitus deſcẽdẽs perturbabat illos, & per-
ſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præ-
ſtabant. Et ignis quidem nulla vis poterat illis
lumẽ præbere, nec ſyderum limpidæ flãmæ illu

Exo. 7. d. & 8. b. B

minare poterant illã noctem horrẽdam. Appa-
rebat autem illis ſubitaneus ignis, timore ple-
nus: & timore percuſſi illius quæ nõ videbatur,
faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ non vide-
bãtur. Et magicæ artis appoſiti erãt deriſus, & ſa

¶ gloria

pientiæ 'gloria' correptio cũ cõtumelia. illi enim
qui promittebãt timores, & perturbationes ex-
pellere ſe ab anima lãguente, hi cum deriſu ple
ni timore lãguebant. Nã etſi nihil illos ex mon
ſtris perturbabat: tranſitu animaliũ, & ſerpẽtiũ
ſibilatione cõmoti, tremebundi peribant, & aerẽ
quem nulla ratione quis effugere poſſet, negan
tes ſe videre. Frequẽter enim præoccupãt peſ-

C

ſima, redarguente conſciẽtia. Cũ ſit enim timi-

¶ condẽnata

da nequitia, dat teſtimoniũ 'cõdẽnationis.' ſem-
per enim præſumit ſæua perturbata cõſcientia.
Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adiu-
torium, proditio cogitationis auxiliorũ. Et dum
abintus minor eſt expectatio, maiorem cõputat

¶ ignorãtiã
¶ impotentẽ vere

'ſciẽtiam' eius cauſæ de qua tormẽtum præſtat.
Illi autem qui 'in potentẽ venere' noctem, & ab
infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem
eundẽ ſomnũ dormientes, aliquãdo monſtrorũ
exagitabãtur timore, aliquando animæ deficie-
bãt traductione. ſubitane* eni illis, & inſperatus
timor ſuperuenerat. Deinde ſi quiſq; ex illis decidiſ
ſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus.

D

Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri la
borum operarius præoccupatus eſſet: ineffugi-
bilem ſuſtinebat neceſſitatẽ. Vna enim catena te
nebrarum omnes erãt colligati. Siue ſpiritus ſi-
bilans, aut inter ſpiſſos arborũ ramos auium ſo
nus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium,
aut ſon* validus præcipitatarum petrarum, aut
ludentiũ animalium curſus inuiſus, aut mugiẽ-
tium valida beſtiarum vox, aut reſonans de al-
tiſſimis montibus echo: deficientes faciebant il-
los præ timore. Omnis enim orbis terrarũ lim-
pido illuminabatur lumine, & nõ impeditis ope
ribus cõtinebatur. Solis autem illis ſuperpoſita

De luce Iſraelitarum eos præcedente. exod. 10. f.

erat grauis nox, imago tenebrarum, quę ſuper-

exardeſcit: rurſũmque miteſcit ad præſtandum
fidentibus te beneficiũ. Propterea tum quoq; in
quiduis tráſfigurata, almæ benignitati tuæ pro

¶ 10 vł, orantiũ

'indigentium' voto ſubſeruiebat: vt filij tui tibi
chari, Domine, diſcerent, hominem nequaquam
prouentu fructuũ ali, ſed verbo tuo eos qui te fi
dunt, conſeruari. Quod enim igne non abſume
batur omnino, exiguo ſolis radio calefactum li-
queſcebat: quo notum eſſet, ſolẽ gratijs tibi agẽ
dis præueniendũ eſſe, & te ſub lucis ortum ſalu-
tandum. Nam ſpes ingrati, in modum hyemalis
glaciei euaneſcet, & more inutilis aquæ diffluet.

CAP. XVII.

NEmpe magna iudicia tua ſunt [ô Domine] &
explicatu difficilia [verba tua,] quapropter
animæ imperitæ errauerũt. Iniuſti enim gentẽ
ſanctam oppreſſuros ſe rati, vinculis tenebra-

¶ 1 πεδῆται

rũ, longæq; noctis compedibus 'conſtricti,' atque
incluſi tectis ab æterna prouidentia profugi ia
cuerunt, occultiſque peccatis obſcuro obliuionis
velamento latere ſe poſſe arbitrati, attoniti gra
uiter, viſiſque perturbati ſunt & diſſipati. Neque
enim latebra qua cõtinebantur, ſecuros redde-
bat ipſos, ſed ſonitus pauore percellens eos cir-

¶ 2 ἀμυδήτοις κατηφῆ, &c.

cunſtrepebat, laruæq; triſti aſpectu truces offe-
rebãtur. Atque ignis quidem nulla vis lucẽ præ-
bere poterat, nec fulgentes radij ſyderum illu-
ſtrare noctem illã horrendã valebant: ſed ignes

¶ 3 ἰδίω μαρτυρι. al. ἰδίως & μαρτυρεῖ.
¶ 4 vł, & conſcientiæ coniuncta. συνεχομένη. al. συνηρχομένη, cõſciẽtiæ comes.
¶ 5 vł, anticipat, προείληφεν. al. προσείληφεν. ſibi repræſentat.
¶ 6 vł, potẽtiorẽ imaginatur implacabilitatẽ. Nã ἀγνοίαν lego, niſi malis ἄγνοιαν, ignorãtiam cauſæ, id eſt, incertam cauſam. vł, ſcelus cauſę, id eſt ſcel* quod cauſa eſt. Nam ἄγνοιαν LXX vertunt שגה vt Pſalmo 24. Cæterum ἀγνείαν lego, ab ἁγνός, quod ſignificat donis incorruptum, qui à iuſto dimoueri nulla ratiõe poteſt, adeòq; implacabilẽ.
¶ 7 vł, carcerẽ.
¶ 8 vł, per inopiam
¶ 9 vł, cõtiebat

tantum quidam terribiles vltro micabant ipſis:
attoniti vero, quæ cernebãtur illa non apparen
te facie peiora iudicabant. Interim ludibria ar-
tis magicæ iacebãt vnà cum calumnia per iactã-
tiam ſapiẽtiæ cõtumelioſa. nam qui ſe promit
tebant timores & perturbationes animo ægro-
to depulſuros, iidem ridicula formidine labora
bant. Quòd etiamſi nullũ eos monſtrũ territaſ-
ſet, beſtiarum tamen trãſitu, ſerpentiũmq; ſibi-
lis exagitati periſſent tremebũdi, ineuitabilem
etiam aerem intueri ſe negantes. [Frequenter e-
nim peſſima occupant, conſcientia redarguen-
te.] Etenim formidoloſa res eſt malicia. 'proprio
teſte conuicta, '& in conſcientia deliteſcens,' ma
la ſemper 'præſagit.' Nihil enim eſt metus, niſi
[temeritatis adiumẽtũ, &] auxiliorum à ratio-
ne proficiſcentium defectio, cũ intus reſidẽs exi-
gua ſpes magis reputat cauſæ cruciatum mouẽ
tis implacabilitatẽ.' Ergo illi per impotentẽ ve-
re noctem ab impotentis orci receſſu profectã,
eodem ſomno ſopiti, partim monſtroſis exagi-
tabãtur viſis, partim animæ defectione exolue-
bantur. Repentinus enim illis & inopinatus pa
uor ingruerat: & hoc deinde modo, quicunq; tã
dem fuiſſet illic collapſus, in 'anguſtias' citra fer-
rum cõcluſus cuſtodiebatur. Nã ſiue quis agrico
la ſiue paſtor erat, ſiue quis laborioſus in deſer-
to operarius, ineuitabilẽ quiſque neceſſitatẽ ſu-
ſtinebat. Siquidẽ omnes vna tenebrarum catena
conſtricti erant, ſiue flatus ſibilãs, ſiue dẽſos in-
ter ramos canora vox auium, ſiue ſonitus aqua-
rum impetu currentiũ, ſiue immanis ruentiũ ſa
xorũ fragor, ſiue viſum effugiens ſaltãtium ani
malium curſus, ſiue rugientiũ ſæuiſſimarum fe
rarum fremitus, ſiue echo mõtium cauernis re-
percuſſa territando illos percellebant. Totus eni
mundus clara luce reſplendebat, & expeditis 'fre
quens erat' operibus: ſolis illis grauis nox incũ-
bebat, imago tenebrarum, quæ ipſos in poſterũ
excepturæ erant. Ipſi denique ſibi tenebris erãt
grauiores.

CAP. XVIII.

SAnctis autẽ tuis lux ampliſſima ſuppetebat,
quorum vocem audientes 'illi,' faciem autẽ &

¶ 1 Scilicet Aegyptij.

uentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem 'inimici' audiebant, ſed figurã nõ

habitum non videntes, quòd quidem nõ eadem
& ipſi paterentur, beatos prædicabant: quòd au-
tem iniuria laceſſiti non læderent,[+] gratias age
bant[1] ipſis, & inimicitiarum veniam rogabant.
[1]Quippe[`] tu columnam igneã itineris ignoti du-
cem, & ad magnificam peregrinationem ſolem
innocuum his exhibuiſti. Nam[2] illi[`] meriti fue-
rãt, qui luce priuati, cuſtodijs tenebrarum tene-
rentur, cum filios tuos, per quos integerrimum
legis lumen orbi prodẽdum erat, concluſos aſ-
ſeruarent. Cæterum cum infantes ſanctorũ tuo-
rum interimendi conſilium cepiſſent, vnúſque
expoſitus puer, ad caſtigandos illos eſſet ſerua-
tus: tu frequentia liberorum orbaſti ipſos, a-
quarúmque vi ſimul omnes perdidiſti. Præſigni
ficata maioribus noſtris fuit nox illa, vt quibus
crediderant iuramentis confiſi, ſecuro bonóque
forent animo, populúſque tuus & iuſtorum ſa-
lutem vidit, & hoſtiũ interitum. Cum enim ini-
micos noſtros vltus es, tum nos conuocatos glo
ria illuſtraſti. Clàm enim ſacrificabant ſancti bo
norum filij, & diuinam legem concorditer ſan-
ciebant, ſanctos eorundem bonorum & pericu-
lorum ex æquo conſortes fore. Et patribus iam
hymnos præcinentibus, inimicorum contrà cla
mor inconditus clareſcebat, cõploratióque pue-
rorum miſerabilis exoriebatur. Eadem vero pœ-
na cum domino ſeruus affectus, & plebeius pa-
ria cum rege paſſus, vnóque adeo nomine mor-
tis, innumerabiles vnà cuncti defunctos habe-
bant. Neque enim ſepeliendo viui ſufficiebant,
quoniam vno momento præſtantiſſima quæque
proles ipſorum interierat. Nã cum propter præ-
ſtigias omnia credere recuſarent, poſt cladẽ pri-
mogenitorum populum[5] Dei filium[`] eſſe con-
feſſi ſunt. Etenim cum quietum ſilentium tene-
ret omnia, nocte iam curſus ſui media, omnipo
tens ſermo tuus bellator durus acutum gladiũ
minime fictum mãdatum tuum gerens, in me-
dium exitialis terræ[6] ſolio regali[`] de cælo deſi-
lijt, & ſtans omnia morte, cælum partim attin-
gens, partim ſolo[7] inſiſtens,[`] compleuit. Tum il-
los ſubito dira viſa ſomniorum perturbauerũt,
obtulerúntque ſe metus inopinati: & alius alibi
iacens ſemiuiuus ob quã moreretur cauſam in-
dicabat. Hoc enim ſomnia illa turbulẽta præſi-
gnificarant eis: ne, quam ob cauſam mala pate-
rentur inſcij, perirent. Cæterum iuſtos quoque
morte contigit periclitari, & multitudo in deſer
to cladem accepit, ſed illa non diu durauit of-
fenſio. Nam[8] propere[`] integerrimus armis mini-
ſterij ſui, deprecatione, placularique ſuffimen-
to prolatis, propugnatorem ſe præſtitit, indi-
gnationi interceſſit, & ſeruum ſe tuum probans
finem impoſuit calamitati. Attamen[9] interem-
ptorem[`] non robore corporis, nec armorum vi
deuicit: ſed iuramenta, pactáque cum maiori-
bus allegans, plectentem ſermone ſuperauit. Nã
aceruatim iam alijs ſuper alios collapſis mor-
tuis, hic medius[::] obſiſtens[`] iram præcidit, & ad vi
uos interclufit aditum. Siquidem omnigenus or
natus[10] tunicæ,[`] qua induebatur, inerat, & pa-
trum decora quadruplici lapidum ordini inſcul
pta, maieſtáſque tua in diademate capitis ipſi[9].
His interemptor ille ceſſit, hæc[11] extimuit,[`] quòd
ſola indignationis experientia ſufficeret.

CAP. XIX.

IMpios autem indignatio ſæua vſque ad extre
mum perſecuta eſt, vt quorũ etiã futura faci-
nora præuideret, ꝙ eoſdem quos[1] liberaſſent ad
abeundũ,[1] feſtin ìérque dimiſiſſent,[`] pœnitentia
ducti rurſum eſſent perſecuturi. Cum enim re-
centi adhuc luctu ad ſepulchra mortuorum la-
mentarentur, conſilium inſanũ aliud ceperunt,

videbant: & quia nõ & ipſi eadem perpeſſi erãt,
magnificabant[`] te.[`] & qui antè læſi erat, quia nõ
lædebantur, gratias agebant[`] tibi:[`] & vt eſſet dif-
ferentia,[`] donum[`] petebãt. ¶Propter quod ignis
ardentẽ columnã ducem habuerũt ignotæ viæ,
& ſolem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti. Di
gni quidem illi carere luce, & pati carcerẽ tene-
brarum, qui incluſos cuſtodiebãt[`] ſanctos[`] filios
tuos, per quos incipiebat incorruptũ legis lumẽ
ſeculo dari. ¶Cũ cogitarent iuſtorũ occidere in-
fantes, & vno expoſito filio, ſed liberato, in tra-
ductionem illorum, multitudinem filiorũ abſtu
liſti, & pariter illos perdidiſti ĩ aqua valida. ¶Il-
la enim nox antè cognita eſt à patribus noſtris:
vt verè ſcientes quibus iuramentis crediderunt, B
animæquiores eſſent. Suſcepta eſt autẽ à popu-
lo tuo ſanitas quidẽ iuſtorum, iniuſtorũ autem
exterminatio. Sicut enim læſiſti aduerſarios[`] no
ſtros:[`] ſic & nos prouocãs magnificaſti. Abſconſe
enim ſacrificabant iuſti pueri bonorũ, & iuſtitię
legem in[+] cõcordiam[`] diſpoſuerũt: ſimiliter & bo
na & mala recepturos iuſtos,[+] patri omniũ[`] decã
tantes laudes. Reſonabat autẽ inconueniens ini-
micorum vox, & flebilis audiebatur planct[9] plo
ratorũ infantium. ¶Simili autẽ pœna ſeruus cũ
domino afflictus eſt, & popularis homo regi ſi-
milia paſſus. Similiter ergo omnes vno nomine
mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec
enim ad ſepeliendũ viui ſufficiebãt: quoniã vno
momento quæ erat præclarior natio illorũ, ex-
terminata eſt. De omnibus enim non credentes
propter beneficia, tunc cũ[`] primum[`] fuit extermi
nium primogenitorũ, ſpopõderũt populum Dei
ſe eſſe. Cum enim quietũ ſilentiũ contineret om C
nia, & nox in ſuo curſu mediũ iter haberet, om
nipotens ſermo tuus[`] Domine[`] exiliens de cælo à
regalibus ſedibus, dur[9] debellator in mediã ex-
terminij terram proſiliuit, gladius acut[9] inſimu
latũ imperium tuum portãs, & ſtans repleuit o-
mnia morte, & vſque ad cælum attingebat ſtãs
in terra. Tunc cõtinuò viſus ſomniorũ malorũ
turbauerunt illos, & timores ſuperuenerũt in-
ſperati. Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, pro-
pter quã moriebatur cauſam demõſtrabat[`] mor
tis.[`] Viſiones enĩ quæ illos turbauerũt, hæc præ-
monebant, ne inſcij quare mala patiebantur, pe
rirẽt. Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mor
tis, & cõmotio in eremo facta eſt multitudinis:
ſed nõ diu permãſit ira tua. ¶Properãs enim ho- D
mo ſine querela[+] deprecari pro populis,[`] profe-
rẽs ſeruitutis ſuę ſcutũ orationẽ, & per incẽſum
deprecationẽ allegans, reſtitit iræ, & finem im-
poſuit neceſſitati, oſtendẽs quoniam tuus eſt fa-
mulus. Vicit autem turbas, nõ in virtute corpo-
ris, nec armatura potentiæ, ſed verbo illum qui
ſe vexabat ſubiecit, iuramenta parentũ, & teſta-
mentum cõmemorans. Cũ enim iam aceruatim
cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit,
& amputauit impetum, & diuiſit illã quæ ad vi-
uos ducebat viam. ¶In veſte enim podẽris, quam
habebat, totus erat orbis terrarũ: & parentũ ma
gnalia in quatuor ordinib[9] lapidum erant ſcul-
pta, & magnificentia tua in diademate capitis
illius ſcripta erat. His autẽ ceſſit qui extermina-
bat, & hæc extimuit. erat enim ſola tentatio iræ
ſufficiens.

CAP. XIX.

IMpiis autem vſque in nouiſſimũ ſine miſeri-
cordia ira ſuperuenit. Præſciebat enim & fu-
tura illorũ: quoniam cum ipſi[`] reuerſi eſſent, &[`]
permiſiſſent vt ſe educerent, & cũ magna ſolici-
tudine præmiſiſſent illos, cõſequebãtur illos pœ
nitentiæ actus. ¶Adhuc enim inter manus habẽ-
tes[+] luctũ,[`] & deplorãtes ad monumẽta mortuo-
rũ, aliã ſibi aſſumpſerũt cogitationẽ inſcientiæ:

[+] εὐχαρίστουν
¶1 id eſt, quòd ſe inimice erga ipſos geſſiſſent.
¶2 vl. propterea quòd. Rationem reddit cur lux ampla ſuppeteret ſanctis.
¶4 Scilicet Ægyptij.
¶5 Id eſt, Deo chariſſimum
¶6 vl. ſedibus regalibus
¶7 vl. ingrediens,
¶8 ἀνίκητος. al. ἀπείραστος.
¶9 ὀλοθρεύοντα. al. ὄχλον. :: στάς.
¶10 ἐπὶ τοῦ ποδήρους. Ita Exod. 28. interpretatum eſt הָאֵפוֹד. quãuis hic Ephod innuere videat.
¶11 ἐφοβήθη. al. ἐφοβήθησαν.
¶1 ἐπιτρέψαντες τοῦ ἀπιέναι.
¶1 vl. ſtudioſe deduxiſſent,

Exod. 14. e. pſal. 77. b. & 104. d.
Afflictio impiorum Ægyptiorum. exod. 1. c. 2. b. Exod. 14. f. g.
¶+ concordia
¶+ patrũ iam
Exod. 11. d. e.
Interit[9] ppli Iſraelitici: pro quo Aaron deprecatus eſt. Num. 16. g.
¶+ propugnauit,
Exod. 28. b.
De interitu Ægyptiorũ, & Hebræorũ liberatione.
Exod. 14. a.
¶+ luctus

& quos rogantes proiecerant, hos tanquã fugitiuos perſequebantur. ducebat enim illos ad hũc finem digna neceſſitas: & horum quæ acciderãt cõmemorationẽ amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus quidẽ tuus mirabiliter tranſiret, illi autem nouã mortẽ inuenirent.

B Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illæſi. Nã nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via ſine impedimẽto, & cãpus germinãs de profundo nimio: per quem omnis natio tranſiuit quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra. Tanquã enim equi depauerunt eſcam, & tanquã agni exultauerũt magnificantes te Domine, qui [3]liberaſti illos. Memores enim erãt adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quẽadmodum pro natione animaliũ [4]produxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

¶ Nouiſſime autẽ viderunt nouã creaturã auium, cum adducti cõcupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis.

C ¶ In allocutione enim deſyderij aſcendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus ſuperuenerunt, non ſine illis quæ antè facta erant argumentis per vim [8]fluminum. Iuſte enim patiebantur ſecũdum ſuas nequitias. Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt. alij quidem ignotos nõ recipiebant aduenas, alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebãt. Et non ſolum hæc, ſed & alius quidem reſpectus illorum erat: quoniã inuiti recipiebãt extraneos. Qui autem cum lætitia receperũt hos, qui eiſdẽ vſi erant [9]inſtitutis, ſæuiſſimis afflixerunt doloribus.

¶ Percuſſi ſunt autẽ cæcitate ſicut illi in foribus iuſti

D cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, vnuſquiſque trãſitum oſtij ſui quærebat. In ſe enim elementa dum cõuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuũ ſonum cuſtodiũt: vnde æſtimari ex ipſo viſu certò poteſt. Agreſtia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram tranſibant. Ignis in aqua valebat ſupra ſuã virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. Flammę econtrario, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantiũ, nec diſſoluebant illam quæ facile diſſoluebatur, ſicut glacies bonam eſcam. In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens eis.

Left margin:
¶ [3] liberabas
¶ [4] eduxit
Exod. 16. c.
nume. 11. g.
ſ. 16. a.
¶ [8] fulminum
¶ [9] iuſtitijs,
Gene. 19. c.

vt quos extruſerant ſupplicando, eos vt fugitiuos perſequerentur. Etenim merita [2]neceſſitas ad hunc finem trahebat eos, & priorum caſuũ obliuionem eis inijciebat: vt reliquas cruciatuũ pœnas perſoluerent, & populo tuo inopinatã profectionem tentante, in nouum genus interitus inciderẽt. Siquidem res omnes creatæ cõmiſſæ ſibi curæ ſubſeruientes in ſuo genere, aliam deintegro figuram, vt illæſi filij tui conſeruarentur, induere: vtpote nubes illa quæ caſtra obumbrabat, & quæ aquis prius occupata terra emergens ſicca apparuit, iter item expeditũ ẽ Mari rubro, & herboſus ẽ fluctu violento cãpus. per quẽ vniuerſa gens manu tua protecta, ſtupendáque miracula tua intuita tranſijt. Nam equorum in modum [1]paſti fuerunt, moréque agnorum exultauere, te liberatorem ſuũ, ô Domine, decantantes. Meminerãt enim adhuc rerum actarum in peregrinitate ſua: quo modo pro ſobole animalium terra protuliſſet [4]pediculos, & pro piſcibus multitudinem ranarum fluuius euomuiſſet. Tãdem vero nouam auium progeniẽ viderunt, cum delicatos cibos concupiſcẽtia ducti poſtulauiſſent: nam ad placãdos eos ſublimis a mari coturnix aduenit. Porrò [6]ſceleratis pœnæ, non ſine præceſſis fulminum vi portentis irrogatæ fuerũt. Iuſte enĩ pro nequitia ſua cruciabantur, qui grauiorem inhoſpitalitatẽ exercuiſſent. Nã alij [7]eos qui errabant apud ſe, non recipiebant: alij ſeruitute premebant hoſpites bene meritos: nec ſolũ hos, [8]ſed etiam ſiqua eſſet ipſorũ viſitatio, quoniam alienigenas inimice accipiebant. Alij itẽ quos gaudiorum celebritate recepiſſent, iam in cõſortium eiuſdem iuris admiſſos iniquis laboribus affligebant. Ergo [9]caligine multati fuerunt, vt quondã ad iuſti fores illi, [10]qui vaſtis tenebris ſepti, ſuarum quiſque forium quærebant exitum. Etenim elemẽta apte tranſponũtur inter ſe, quemadmodum in pſalterio ſoni nomen concentus permutantes, ſonũ tamen ſemper aliquem obtinent: quod licet ex inſpectione rerum actarum exacte conijcere. Aquaticis enim mutabantur terreſtria, [11] & natatui nata in terrã trãſibant. Ignis in aquam [11]præter vim ſuam valebat, & aqua naturæ extinctricis obliuiſcebatur. Flammæ rurſum animalium, quæ corruptioni obnoxia ſunt, intercedentium corpora nulla tabe affecerunt, nec liquari natum glaciale ambroſij cibi genus [12]liqueſcere. Per omnia enim amplificaſti populum tuum Domine, & cohoneſtaſti: nec ei vllo tẽpore aut loco præſens adeſſe dedignatus es.

Right margin:
¶ 2 vl, fatũ aut calamitas.
¶ 1 ἐνεμήθησαν vide num legendũ ſit ἐχρεμέτισαν, id eſt hinnierũt, ſcilicet pręlætitia.
¶ 4 כנים
¶ 5 vl, ortygometra ¶ 6 ſ. Aegyptijs.
¶ 7 vl, ignotos
¶ 8 i. ſed etiam qui eos inuiſerẽt. vel, ſed etiã qui curam eorũ ſuſcepiſſet.
¶ 9 vl, viſus errore
¶ 10 ὅτε
¶ 11 καὶ νηκτὰ μετέβαινεν, &c.
¶ 11 τῆς ἰδίας δυνάμεως. vbi alibi addit ἐπιλελησμένον, immemor ſuarum virium.
¶ 12 εὔτηκτον γένος. lego ἄτηκτον.

# Eccleſiaſticus ſiue Sapientia Ieſu filii Sirach.

## PROLOGVS.

Mvltorum nobis & magnorum per Legẽ & Prophetas alióſque qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demonſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſraelẽ doctrinæ & ſapiẽtię cauſa: quia non ſolum ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiã extraneos poſſe & diſcentes & ſcribẽtes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus, poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis, & Prophetarũ, & aliorum librorũ, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt: voluit & ipſe ſcribere aliquid horum quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſyderantes diſcere, & illorum periti fieri, magis magiſque attendant animo, & cõfirmentur ad legitimã vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attẽtiori ſtudio lectionem facere: & veniã habere in

CVm multa magnáque nobis per Legem & Prophetas, eóſque ſequutos alios tradita ſint, ob quæ merito laudes Iſraelitas nomine eruditionis atque ſapientiæ, & vnde non ſolũ ipſos lectores euadere doctos oportet, ſed horum ſtudioſi etiam exteris tam dicẽdo quàm ſcribendo vtiles eſſe poſſunt: auus quoque meus cum quàm plurimo tẽpore in lectionem Legis & Prophetarum, aliorúmque à patribus conſcriptorum librorum incubuiſſet, inque his exercitatione ſatis profeciſſet, adductus eſt & ipſe vt aliquid ad eruditionem & ſapientiã pertinens cõſcriberet: vnde ſtudioſi, & qui ſe his dedidiſſent, multo maiorem ad legitime viuendum profectum facerent. Hortatos itaque vos velim, vt hęc beneuole & attente legatis, atque ignoſcatis no-

bis, ſicubi videamur, dum in interpretatione elaborauimus, quarundã dictionum vim nõ eſſe aſſecuti. Non enim eandem vim obtinent eadem, quæ ſuo modo Hebraice dicuntur, cum in alienam linguam tranſlata fuerint. Neque vero ſolum hæc, ſed alia quoq;, vtpote Lex ipſa & Prophetæ, cæteríque libri non parum intereſt an ſua lingua recitentur. Ergo anno regni Ptolemæi Euergetæ triceſimooctauo, cum in AEgyptum perueniſſem, ibique diu moratus, nõ paruæ eruditionis reperiſſem exemplar, faciendum maxime duxi, vt ipſe ſtudium aliquod & induſtriam ad interpretandum hunc librum adhiberem. Etenim multis vigilijs ſtudióque contendi eo temporis interuallo, vt ad finem perductum librum ederem, vtque ſtudio ſe dedere volentes exules moribus prius inſtitui ſecũdum Legem viuerent.

illis in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, & deficere in verborum cõpoſitione. Nã deficiunt & verba Hebraica quando fuerint trãſlata ad alteram linguã. Non autem ſolum hæc, ſed & ipſa Lex, & Prophetæ, cæteráq; aliorum librorũ non paruã habent differentiã quando inter ſe dicuntur. Nã in octauo & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, poſtquam perueni in AEgyptum: & cũ multum tẽporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos nõ paruæ, neque contẽnendæ doctrinæ. Itaque bonum & neceſſarium putaui & ipſe aliquã addere diligentiam & laborem interpretandi librũ iſtũ: & multa vigilia attuli doctrinã in ſpatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum iſtum dare, & illis qui volũt animum intẽdere, & diſcere quẽadmodum oporteat inſtituere mores qui ſecundum legem Domini propoſuerint vitam agere.

## QVAE SEQVVNTVR, IN ALIO EXEMPLARI Græco reperta ſic tranſtuli.

de auctore huius lib. Aug. lib. de ciuit. ... de auctoritate.

IEſus hic, Sirach quidem fuit filius, ſed cognominis ſibi Ieſu nepos. Vixit autem tẽporibus citerioribus, captiuitatem & reſtitutionem ſecutis, adeóque poſt omnes ferè prophetas. Porrò auus eius Ieſus, vt & ipſe teſtatur, induſtrius vir fuit inter Hebræos, & prudentiſſimus: qui nõ ſolum aliorum ante ſe prudentium virorum ſapienter dicta collegit, ſed etiam ipſe quædam priuatim multa ſciẽtia ſapientiáque plena pronuntiauit. Poſtquam igitur hoc libro ferè collectitio relicto, primus ille Ieſus de vita deceſſit: Sirach hic poſt eum rurſus acceptum eundem filio ſuo Ieſu reliquit. Is tandẽ hunc nactus, cõcinne totum coegit in vnum[1] volumen, & Sapiẽtiam cum ſuo & paterno, adeóque aui nomine inſcripſit: nempe vt ipſo ſapientiæ nomine auditorem ad ipſum librum maiori deſyderio meditationéque pertractãdum alliceret. Ergo dicta Sapientia & ænigmata ſimilitudinéſque continet, & peculiares quaſdam antiquas ac diuinas de viris Deo probatis hiſtorias, tum orationes & hymnos eiuſdem, atque inſuper quibus beneficijs Deus populum ſuum ſit dignatus, quibúſque malis inimicos eiuſdem cumularit. Sanè hic Ieſus Salomonis ſectator fuit, nihil minus illo ſapiẽtiæ & eruditionis nomine probatus, vt qui multiſcius verè fuerit, & ſit appellatus. ¶[1] vl, ordinẽ,

### CAP. I.

A Deo manat omnis ſapiẽtia, [apud eum ſemper fuit,] & eidẽ perpetuò cõiuncta eſt. Arenã maris, guttáſve pluuiæ, aut dies æui quis enumeret? Sublimitatẽ cœli terræq; latitudinẽ, aut profundũ [quis emetiatur?] ſimilitérq; ſapiẽtiã [Dei, rerũ omniũ primã] quis peruestiget? Rerũ omniũ prima eſt ſapiẽtia creata, & prudẽs intelligẽtia iam inde ab æuo. Fõs ſapiẽtiæ ſermo Dei celſiſſimus eſt: & adit[*], ſempiterna eiuſdẽ præcepta. Cuinam eſt detecta radix ſapiẽtiæ? aut quis calliditatẽ eius pernouit? [Quiſnã aperte palãq; diſciplinã ſapiẽtiæ edoctus eſt? aut quis multiplices vias eius intellexit?] Vnus eſt ſapiẽs, [creator omniũ celſiſſimus, omnipotẽs,] & perq̃ terribilis, ſedẽs in ſolio ſuo Dominus. Is eã creauit, vidit, ad numerũ recenſuit, [& emẽſus eſt.] Hanc ſuper omnia opera ſua ſupérq; animãtia cuncta effudit pro ſua munificentia, & eã exhibuit ſui ſtudioſis. Religio Domini ipſa gloria eſt, & magnificentia, & lætitia, & corona exultationis. Religio Domini cor delectat, & lætitiæ ac gaudij, longæq; vitæ cõciliatrix eſt. Religionẽ Domini colẽti bene erit ad extremũ, & idẽ die obitus ſui [1]beabitur.] Amor Dei præclara eſt ſapientia, cui[*] qui viderint ſpeciẽ, eandem perſpectã, & ex miraculis ipſius agnitã diligunt. [[2]Initiũ ſapiẽtiæ eſt religio Domini, & vnà cũ fidelibus creatur [3]in vtero. [[4]electas comitat fœminas, & apud iuſtos ac fideles viſitur. Religio Domini ſanctitas eſt ſcientiæ: ſanctitas autẽ cor incolume, iuſtúmq; reddet, & eidẽ iucũditatem afferet atque gaudium.] Nidũ fundauit æternũ inter homines, eorũmq; prouiciei ſe cõcredit. Reuereri Deũ vberrima ſapiẽtia eſt, quæ homines fructib[*] ſuis exaturat. Omnẽ domum [5]ipſorũ delicijs ſuis implet, & ſuis item cellas prouentib[*]: vtræque vero res dona Dei ſunt, quæ faciunt ad proſperitatẽ. Religio Domini corona eſt ſapientiæ, tranquillitatẽ pariens, & ſalutarem incolumitatẽ: cuius

¶[1] εὐλογηθήσεται. al. χάριν εὑρήσει.
¶[2] vl, caput. Hebr. ראשית
¶[3] ἐν μήτρᾳ. al. ἐν μήτρῳ.
¶[4] vl, eximias
¶[5] αὐτῶν. al. αὐτῆς.

### CAP. I.

OMnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cũ illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Arenã maris & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinẽ cœli, & latitudinẽ terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Sapiẽtiam Dei præcedentẽ omnia, quis inueſtigauit? Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons ſapiẽtiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mãdata æterna. Radix ſapientiæ, cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis agnouit? Diſciplina ſapientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata? & multiplicationẽ ingreſſus illius quis intellexit? Vnus eſt Altiſſimus creator omnium, omnipotẽs, & rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius & dominãs Deus. Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illã ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecũdum datum ſuum, & præbuit illam diligẽtibus ſe. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã & gaudium [1]in longitudinem dierum. Timenti Dominũ bene erit in extremis, & in die defũctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei, honorabilis ſapiẽtia. Quibus autem apparuerit in viſu, diligũt eã in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ, timor Domini, & cũ fidelibus in vulua concreatus eſt, & cũ electis fœminis graditur, & cum iuſtis & fidelib[*] agnoſcitur. Timor Domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucũditatẽ atque gaudiũ dabit. Timenti Dominum bene erit, & in dieb[*] [2]conſolationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ eſt, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſapientiæ, timor Domini, replens pacẽ, & ſalutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam.

Sapientia à Deo procedit. 3. reg. 3. b. 4. e. iob 28. b. iacobi 1. a. Cõmendatio ſapientiæ. Rom. 11. d.

B

Timor ſiuẽ religio Domini.

¶[1] &

Prou. 1. a. 9. b. pſal. 110. d.

C

¶[2] conſummationis

vtraque autem ſunt dona Dei. Scientiam, & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur: & gloriam tenentium ſe, exaltat. Radix ſapientiæ eſt, timere Dominum: & rami illius longæui. In

Exhortatio ad patientiã in ſtudio religionis.

theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus ſapientia. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Vſ-

D que in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque in tẽpus abſcondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ: execratio autẽ peccatori, cultura Dei. Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina timor Domini: & quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illi*. *Contumax non ſis, & incredibilis timori Dei: & ne acceſſeris ad illũ duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labijs tuis. Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te, quoniã acceſſiſti maligne ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

In quo conſiſtat ſtudium ſapientiæ. Quomodo adeunda ſapientia.

¶* Nõ ſis incredibilis timori Domini.

C A P. I I.

Seruis Dei expectanda afflictio. matth. 4. a. 2. timoth. 3. b. 1. pet. 4. b.

Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & ſuſtine: *& inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tempore obductionis. Suſtine ſuſtentationes Dei: coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat i nouiſſimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & ſpera in illum. Serua timorem illius, & in illo veteraſce. Metuentes Dominum ſuſtinete miſericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis Dominum, ſperate in illũ: & in oblectationẽ veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Reſpicite filij nationes hominum: & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino, & cõfuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illũ? Quo-

Sapien. 3. a. prouerb. 17. a.

Fides & ſpes in Deum habenda. B

Pſal. 30. a. eſa. 26. b.

C niam pius & miſericors eſt Deus, & *remittet* in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientib⁹, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo nõ protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid *facient* cum inſpicere cœperit Dominus? Qui timent Dominũ, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conſeruabunt *verbum* illius. Qui ti-

¶* remittit

1. Reg. 28.

¶* facietis

Iohan. 14. b.

¶* viam

D ment Dominum, inquirẽt quæ beneplacita ſunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius. Qui timent Dominum præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabũt animas ſuas. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & nõ in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt.

2. Reg. 24. c.

amatores gloria effuſe exhilarat. [6]Scientiam & intelligendi [7]artem effundit [8]ſapientia: & amplectentes ſe, gloria extollit. Reuereri Dominum radix eſt ſapientiæ, & rami eiuſdem longæuæ ætates. [Theſauris ſapientiæ ineſt intelligẽtia, ſciẽtiæque ſanctitas: ſed ſceleroſis execrationi eſt ſapiẽtia.] [*]Religio Domini peccata depellit: & quãdiu præſens eſt, irã arcet. [9]Vir iracũdus non poterit cenſeri iuſtus, nam ruinam ei creat ipſius ad irã procliuitas. Qui patiẽs eſt, vſque [10]ad tempeſtiuitatem præſtabit tolerantiam, & poſtea exorietur ei lætitia. Idem verba ſua tempeſtiue ſupprimet, & labia [11]multorum cõſilium eius prædicabũt. In theſauris ſapientiæ [12]latet ſcientia, ſceleroſo vero pietas eſt execrabilis. Sapientiam ſi cupis, fac ſerues præcepta eius, & Dominus eam tibi præbebit, [implebitque theſauros illius.] Nam ipſa ſapiẽtia & eruditio religio Domini eſt, & grata ſunt ei fides ac manſuetudo. Religioni Domini parere ne recuſes [13]inops, nec ad eã animo ficto acceſſeris. [14]Ne te cõformes ad ſermones hominum, [15]nec labijs tuis confidas. [16]Ne extollas teipſũ, vt ne cadas, animæve tuæ dedecus contrahas, quãobrem Domin⁹ palã proferat ſecreta tua, & te in [17]medio cœtu proſternat, eo q ad religionem eius nõ acceſſeris [18]ſyncere, ſed animũ doloſum attuleris. C A P. I I.

Fili, cultum Dei aggreſſurus, [fac in iuſtitia ſollicite perſiſtas, &] animum tuum pares aduerſus tentationem. Recte inſtitue cor tuum, & age fortiter: [admoue aurem tuam, verbaq; cõſulta percipe:] nequid [1]impetus tempore [2]trepides, [ſed Deum ſuſtineas patienter.] Fac adhæreas Deo, ne deſciſcas, vt extremo tempore tuo locupleteris. Quicquid inuaſerit te, [3]libens excipe: [in dolore patientem.] & in qua deprimeris viciſſitudine fortem te præbeas. Quoniam vt aurum igni probatur, ita homines cõmendabiles in fornace afflictionis. Confide Deo, vt opem tibi ferat: rectis inſiſte vijs, & illo nitere: [tuere religionem eius, & in ea conſeneſce.] Qui Dominum reueremini, ſperate benignitatem ei⁹: nec deflectatis ab eo vt ne concidatis. Qui Dominum reueremini, eodem confidite: nec præmiũ veſtrum intercidet. Bona ſperate quibus Dominus religioni eſt, lætitiam quoque ſempiternã & benignitatem. [Religioſi erga Dominum, eũdem diligite: & animis illuſtrabimini.] In priſca retro reſpicite ſæcula, & hæc cõſiderate. Quis Domino confiſus eſt, & ignominiam retulit? aut quis in religione eius perſtitit, & fuit deſertus? aut quis inuocauit eum, quem deſpexerit? Nam miſericors & clemẽs eſt Dominus, peccata remittit, & tempore afflictionis ſalutem affert, [omniũmque adeo eum ſyncere implorantium defenſor eſt.] Væ cordibus ignauis, [ac labijs ſceleſtis,] remiſſiſque manibus, & ſceleroſo duab⁹ vijs ingredienti. Væ cordi collapſo: nam cum nullã habeat fiduciam, defenſore quoque carebit. Væ vobis qui amiſiſtis patientiam, [deſertiſque rectis itineribus, ad praua diuertiſtis.] Quid enim facietis, cum Dominus in vos inquiret? Qui Dominum reuerentur, parere verbis eius non recuſabunt, & qui diligunt eum, vias eiuſdem obſeruabunt. Qui reuerentur Dominũ, ſequẽtur quæ grata ſunt illi: & qui diligunt eum, plenam legi ipſius nauabunt operam. Quibus Dominus religioni eſt, ij corda ſua excolent, & animos ſuos corã illo ſummittent. [Religioſi in Dominum, ſeruabunt mandata eius, & donec reſpiciat ipſos, patienter perdurabunt, dictitantes, Si minus reſipuerimus, in manus Domini [4]incidamus, potius q̃ in manus hominum. Quanta enim maieſtas eſt ipſius, tanta eſt & eiuſdẽ miſericordia.

¶6 Quod hic addit, καὶ ἡ δόξα καὶ ὑψηλοὶ θυμηδίαι αὐτῆς, nõ eſt in emendatiorib⁹ Græcis & antiquiorib⁹.
¶7 vl. peritiã
¶8 ἡ σοφία
¶9 θυμώδης ἄνηρ, al. θυμὸς ἄδικος.
¶10 vl. ad tẽp⁹
¶11 πολλῶν. al. πιστῶν.
¶12 vl. ſũt allegoriæ ſunt, παραβολαί.
¶13 ἐνδεὴς ὤν
¶14 ſub. Sed ad Dei ſapiẽtiam. al. ne ſimulator ſis agas i cõſpectu hominũ.
¶15 χείλεσί σου μὴ πρόσεχε. al. χείλεσί σου πρόσεχε.
¶16 μή. al. καὶ
¶17 vl. media concione
¶18 ἐν ἀληθείᾳ
¶1 vl. incurſionis
¶2 vl. præcipites.
¶3 ἀσμένως
¶4 vl. incidamus

CAP. III.

¶1 vl. ſoboles aut proles
¶2 κρῖμα τοῦ πατρὸς. al. ἐμοῦ τοῦ πατρὸς.
Me patrem audite.

FIlii ſapientiæ cœtus iuſtorum ſunt, &[1] fœtus[1] illorum obedientia & charitas.][2] Sententiam patris audite filij, & exequimini eam, vt ſeruemini. Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit, & ſententiæ matris attribuit authoritatem in filios. Qui reueretur patrem, peccata expiabit: [abſtinebit ab illis, votorúmq; quotidianorum compos erit:] & recondit ſibi quaſi theſaurum, qui matrem honorat. Qui patrem reueretur, iucunditatem ex liberis capiet, temporéq; precationis ſuæ exaudietur. Qui reueretur patrē, longæua vita fruetur: & qui Dominū audit, matri ſuæ acquieſcet. *Qui Dominum reueretur, patrem honorabit: & parentibus ſuis tanquam Dominis ſeruiet. Tam factis quàm dictis patrē atque matrem honora [per ſummam patiētiā,] [3]vt bene precetur tibi, [bonáque illius precatio nouiſſimo tēpore maneat.] Nam bona precatio patris domos liberorū ſtabilit, dira vero matris imprecatio eruit fundamēta. Ignominia patris tui ne glorieris: neq; enim decori tibi fuerit ei* ignominia. [4]Patern* enim honor gloriā homini cōciliat, & opprobrio liberis eſt mater ignominioſa. Fili, ſenectutē patris ſubleua, nec eū in vita ſua cōtriſtes. Quòd ſi ſēſib* fuerit alienat, [5]boni cōſule, & illū aſpernari ſūmo caue ſtudio. Neque enim præſtita patri [6] benignitas dabit obliuiōi, ſed aduerſ* peccatū extruet tibi ꝓpugnaculo. Recordabit tui tēpore calamitatis tuæ, & vt ꝑ ſerenitatem glacies, ita peccata tua reſoluentur. Quàm infamis eſt deſertor patris, & execratus Domino, qui matri ſuæ mouet indignationem! ¶Fili, res tuas cū manſuetudine perage, & domini probato charus eris. Quanto maior es, eo te geras ſummiſſius, vt gratiam initurus apud Dominum. *Multi quidem eximij ſunt & inſignes, ſed myſteria [6] mitibus aperiuntur. Quoniam potentia Domini magna eſt, & gloriam ab humilibus cōſequitur. ¶Difficiliora quàm quibus par ſis ne quæras, & ne ſcruteris [7]ſtulte q̄ vires tuas ſuperant. Quæ tibi mandata ſunt [à Deo,] [8]ſancte meditare, [nec plurium operum eius eſto curioſus:] non enim opus eſt vt [9]oculis tuis arcana peruideas. Plura[10] negotijs tuis ne cura, nec ſuperuacua ſcruteris multifariam:] nam plura q̄ pro humano captu tibi ſunt patefacta. Multos enim decepit [11]vana ſua opinio, & cōiectura ſenſus ſui praua labefactauit. *Pupillis orbus lumine carebis: cognitionē itaque cui* expers es, ne ꝓfitearis. ¶Cor pertinax malū tandē accipiet: & qui periculū amat, in illo[11] peribit. Cor duab* vijs ingrediēs nō impetrabit ſucceſſū, & cor prauum offenſabit in eis.] Cor pertinax grauabit laborib*, & ſceleroſ* peccata peccatis accumulabit. ¶In ſuaſiōe arrogātis nihil eſt ſani* & [13]greſſus ei* cōuellētur [14]quia radices egit in eo planta malitiæ, [nec vllius pretij cēſebitur.] ¶Cor hōis cordati meditat [14]ſermones recōditos,[14] & ſapiens aurē attentā expetit. [Cor ſapiēs & itelligēs abſtinebit à peccatis, & in operib* iuſtis ſucceſſu potiet.] ¶Vt aqua ignē ardētē extiguit, ita peccatū expiat miſericors [15]benignitas, cui[16] Domin* gratiā redditur* memor erit in poſterū, vt [author] tēpore caſus[17] ſui adminiculū iueniat. IIII.

¶3 ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ αὐτοῦ, al. παρὰ ἀνθρώπων.
¶4 πατρὸς ἀτιμία. al. πρὸς ἀτιμίαν
¶5 חסד
¶6 vl. animo ſummiſſis
¶7 ἀφροσύνῃ.
¶8 ὅσίως
¶9 βλέπειν ὀφθαλμοῖς.
¶10 τῶν ἔργων al. τῶν λόγων.
¶11 ἡ ματαία
¶12 ἀπολεῖται. al. ἐμπεσεῖται.
¶13 vl. veſtigijs ſuis euertetur. id eſt, inſtitutis ſuis falletur.
¶14 vl. res arcanas,
¶15 חסד
¶16 καὶ ὁ κύριος
¶17 αὐτοῦ.

FIli, ne defraudes victu pauperē, nec oculos egenos ſpe diu ꝓduxeris. Ne cōtriſtes animū eſurientis, nec in inopia ſua [1]ſuſpēſum quenquam teneas. Cor exacerbatū ne perturbes magis, nec differas quod erogatur* ſis in egenū. Supplicem afflictū ne reijcias, nec faciē tuā auertas à paupere. Oculū [per irā] ne deijcias ab egeno, nec locū male tibi precādi cuiquā des: nā animi præ acerbitate male tibi precātis orationem creator eius exaudiet. Exhibe te cœtui [pauperū] amabilē, [animūque tuā ſeniori,] & optimati caput tuū ſummitte.

¶1 παρῳργισμένην. al. παροργίσῃς.

CAP. III.

De parentib* honorandis.
Exod. 20.
deut. 5. b.
epheſ. 6. a.

FIlij ſapientiæ, eccleſia iuſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis. ¶Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur. Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuā. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominū honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. ¶In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, ¶vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio. gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui: & non contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua. eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. Quàm malæ famæ eſt qui derelinquit patrem: & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrē. ¶Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligēris. ¶Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. ¶Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtēſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. ¶Cor durū habebit male in nouiſſimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, nō habebit ſucceſſus, [a]& prauicordius[a] in illis ſcandalizabitur. Cor nequā grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. ¶Synagogæ ſuperborū non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. ¶Cor ſapiētis intelligitur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor, & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus. ¶Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: & Deus proſpector eſt ei* qui reddit gratiā: meminit in poſterū, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentū. CAP. IIII.

Exod. 20. e.
B deut. 5. b.
matth. 15. a.
marc. 7. b.
epheſ. 6. a.
Gene. 27. d.
deut. 11. a.
C
Manſuetudo
Humilitas.
philipp. 2. a.
Arcana Dei non inquirēda curioſius.
prouer. 25. d.
rom. 12. a.
Cor prauum
D
¶a prauū cor
Superbi.
Cor ſapiens.
Eleemoſyna.
danie. 4. e.
pſal. 40. a.
matth. 5. a.

FIli, eleemoſynā pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Animā eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & nō protrahas datum anguſtianti. Rogationē cōtribulati ne abijcias: & nō auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. exaudiet autē eum qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & preſbytero humilia animā tuā, & magnati humilia caput tuū.

Non auertēdus oculus à paupere. tob. 4. b. deu. 15. a. matth. 25. c.

Gen.14.c.
exod.2.b. B
Iudex ſit miſericors erga pupillos.
Redit ad ſapientiæ commẽdationẽ.
¶ ſancto:
Tentatio ſequitur C ſtudioſos ſapientiæ.
Temp⁹.rom.12.b.
Veritas.
Mendacium.
Prouer.24.b.
Sapiẽtia. D
Veritas.
Peccatum.
Potens.
Iuſtitia.
Lingua.
Sæuitia fugienda.
Auaritia act.20.e.
Diuitijs non fidendum.
luc.12.b.
Superbia.
Contemptus Dei. B
¶ propitiato peccato.
Remiſſio peccati. prouer.10.a.
ī ī.21.a.
ıı ī.16.b.
Diuitiæ. C
prouer.10.a.
11.a.eze.7.d.
Lingua.
Incõſtantia.
Via Domini,
Sermo.
Iacob. 1.b.
¶ profer

Decline pauperi ſine triſtitia aurem tuã,& redde debitum tuũ,& reſponde illi pacificè in manſuetudine.¶Libera eũ qui iniuriã patitur,de manu ſuperbi:& non acidè feras in anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & ꝑ viro matri illorũ: & eris tu velut filius Altiſſimi obediẽs,& miſerebitur tui magis quàm mater. ¶Sapiẽtia filijs ſuis vitã iſpirat,& ſuſcipit iquirẽtes ſe,& præibit in via iuſtitiæ.& qui illã diligit,diliget vitã & qui vigilauerit ad illã,cõplectẽtur placorem eius.Qui tenuerint illam, vitã hæreditabunt:& quò introibit,benedicet De⁹. Qui ſeruiunt ei,obſequentes erũt Deo:& eos qui diligunt illã,diligit Deus.Qui audit illam,iudicabit gentes:& qui intuetur illã,permanebit confidens.Si crediderit ei,hæreditabit illã, & erũt in confirmatione creaturæ illorũ:quoniam in tẽtatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorem & metũ,& probationẽ inducet ſuper illũ, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ,donec tentet eum in cogitationibus ſuis, & credat animæ illius.Et firmabit illũ,& iter adducet directum ad illum,& lætificabit illũ, & denudabit abſconſa ſua illi,& theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intellectum iuſtitiæ.Si autem oberrauerit,derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici ſui.¶Fili,conſerua tẽpus,& deuita à malo.Pro anima tua ne confundaris dicere verum.eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiã.¶Ne accipias faciem aduerſus faciẽ tuã,nec aduerſus animam tuam mendacium.Ne reuerearis proximum tuũ in caſu ſuo. ¶Nec retineas verbũ in tempore ſalutis:non abſcondas ſapientiã tuam in decôre ſuo.In lingua enim ſapientia dignoſcitur:& ſenſus,& ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati,& firmamẽtũ in operibus iuſtitiæ. ¶Nõ contradicas verbo veritatis vllo modo. & de mẽdacio ineruditionis tuę confundere.¶Nõ cõfundaris confiteri peccata tua,& ne ſubijcias te omni homini pro peccato.Noli reſiſtere contra faciẽ potentis,nec coneris cõtra ictũ fluuij. ¶Pro iuſtitia agonizare ꝓ anima tua,& vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. ¶Noli citat⁹ eſſe i lingua tua: & inutilis:& remiſſus i operib⁹ tuis. ¶Noli eſſe ſicut leo in domo tua,euertens domeſticos tuos, & opprimẽs ſubiectos tibi.¶Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendum,& ad dandum collecta.

CAP. V.

Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas,& ne dixeris,Eſt mihi ſufficiens vita.nihil enim proderit in tẽpore vindictæ & obductionis.¶Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiã cordis tui:& ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me ſubijciet ꝓpter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.¶Ne dixeris,Peccaui,& quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor.¶De⁹ ꝓpitiatu peccatorũ noli eſſe ſine metu,neque adijcias peccatũ ſuper peccatũ.Et ne dicas,ⁱMiſeratio Domini magna eſt,multitudinis peccatorũ meorũ miſerebitur. ⁱⁱMiſericordia enim,& ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illi⁹.¶Nõ tardes cõuerti ad Dominũ,& ne differas de die in diem.ſubito enim veniet ira illius,& in tẽpore vindictæ diſperdet te. ¶Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis. nõ enim proderũt tibi in die obductiõis & vindictę.¶Nõ vẽtiles te in omnem ventũ, & nõ eas in omnem viã.ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui & ſciẽtia,& proſequatur te verbũ pacis & iuſtitiæ.¶Eſto manſuet⁹ ad audiẽdũ verbũ Dei,vt intelligas: & cũ ſapientia⁹ proferes⁹ reſponſum verum.¶Si eſt tibi intellectus,reſpõde

mitte.Præbe aurem tuã pauperi[18] citra moleſtiã, [fungere officio tuo, ]& reſponde eidem amice cũ mãſuetudine.¶Iniuriã patiẽtẽ eripe è manu iniuriã inferẽtis,nec demittas animũ [19]in iudicado.[19] Inſtar patris eſto pupillis,& loco viri matri illorũ,eriſq; vice filij Altiſſimo,q te,[20] quã mater tua,chariorẽ habitur⁹ eſt. ¶Sapiẽtia filios ſuos extollit,& ſectatores ſuos amplectitur, [eiſdẽ ꝓ præit via iuſtitiæ.] Qui diligit eã,vitã diligit:& qui[21] eã mane adeũt,replebunt lætitia.Qui ea fuerit potit⁹,gloriã cõſequetur:& quocũq; introierit,accedet fauor Domini.Qui colũt hanc,obſequiũ Sancto ꝑſtant,& Domin⁹ amatores eius diligit.Qui paret ei,iudex erit gẽtiũ: &[22] q acceſſerit ad eã,ſecure habitabit.[23]Si ſe ꝑſtiterit ei fidũ, hæres ei⁹ erit,& poſſeſſionẽ retinebit[24] eiuſdẽ ꝑgenies. Nam ꝑuerſe primũ cũ tali cõflictari ſolet, & eũ iniecto territare metu,ſuãq; diſciplina excruciare,donec fides animi ei⁹ cõſtiterit, & eum per iura ſua reddiderit ꝓbatũ: tũ demũ ſe rurſũ cõuertit ad eũ recto itinere,& exhilarato arcana ſua detegit, [deinde locupletat eũ ſciẽtia & cognitione iuſtitiæ.] Quòd ſi ille defecerit,deſerit eũdẽ:& ꝑmittit eũ poteſtati ruinæ ipſius.¶Occaſionẽ obſerua,caueto q; malũ.[25]nec te animę tuæ pudeat.Eſt enim pudor peccatũ trahẽs ſecũ , eſt itẽ pudor glorię gratiæq; cõciliator.¶[26]Ne cedas vlli faciei,quod animæ tuæ dãno fiat:nec in tuã perniciẽ erubeſcas.[neve ꝓximũ tuũ in caſu ſuo reformides.]¶Saluiferã occaſionẽ nactus,ne cõprimas ſermonẽ:*nec ſapiẽtiã tuã celes. quo minus reddas illuſtrem. Nam ex ſermone ſapiẽtia cognoſcitur,& è verbis linguæ eruditio: [conſiliũ itẽ, ſapientia & doctrina ex oratione cordati,& è iuſtis operibus fundamẽtũ.]¶Caue cõtradicas veritati* vllo modo,quãobrẽ[27] te fallacis ipſitiæ tuæ pudeat. ¶Ne erubeſcas fateri peccata tua,nec aduerſus curſũ fluminis cõtendas.Ne te ſubmittas ſtulto homini, nec vultui potẽtis[28] cedas.¶Ad mortẽ vſq; decerta ꝓ veritate,[atq; tuæ cauſa cõtẽde ꝓ iuſtitia,] vt Domino Deo [aduerſus iimicos tuos] ꝓ te depugnaturo.¶Ne lingua tua [29]cõfidẽs ſis:nec rurſum i operib⁹ tuis ſegnis aut remiſſus.¶Ne te domi tuæ geras in modũ leonis,nec in domeſticos tuos inſane ſæuias, [aut opprimas tibi ſubiectos.] ¶Ne manũ habeas porrectam ad accipiendum, ad reddendum autem contractam.

CAP. V.

Ne cõfidas tuis diuitijs,nec dicas,[1]Ad vitã meã abũde ſum inſtructus:[nihil enim hęc vindictæ & [2]aggreſſionis tẽpore ꝓderũt.] ¶Neq; ideò animo tuo,aut potẽtię,[3]cupiditates cordis tui ſequẽdo indulgeas.Ne dicas item,[Quàm potens ſum!] Quis me[4] ꝓpter facinora mea perdomabit? Dominus enĩ vindex* iniuriã abs te illatã vlciſcetur.¶Ne dicas,Poſtquã peccaui,quid mihi[5] triſte accidit? Domin⁹ enim patiens quidẽ eſt,ſed impune te non dimittet.¶Sup data venia ne ſis ſecurus,vt peccata peccatis ampli⁹ accumules:nec dicas,Miſericordia Dei plurima eſt, copiæ peccatorum meorum ignoſcet.Tam enim ira q̃ miſericordia[6] feſtinat ab eo: & in ſceleroſos furor eius incumbet.¶Ne differas conuerti ad Dominum, nec diem ex die ducas. Nam ira Domini repente erumpet,rerũmq; ſecurus profligaberis,& tẽpore vltiõis peribis.¶Ne cõfidas iniuſtis diuitijs, nihil enim aggreſſionis [& vindicationis] tempore proderunt.¶Ne te cuiuis vento iactandum permittas,nec omnem viam ingrediaris,vt ſceleroſus bilinguis. ¶In ſenſu tuo[7] certo,[viãque Domini & ſcientia] conſtans eſto,& vnus idẽmq; ſit ſermo tuus. [verbáq; pacifica ac iuſta ſint tibi familiaria.]¶[8]Ad auſcultandum bona[9] promptus eſto,fac [9]integra[9] ſit vita tua, & cum animi lenitate reſpõſum redde.¶Siquid ſapis, reſpõde

¶18 ἀλύπως,
¶19 vl,in vindicando.
¶19 ἢ μήτηρ
¶21 πρὸς αὐτὴν.al,πρὸς ζωήν.
¶22 ὁ προσέχων.al,ὁ προσέχων.
¶23 ἐὰν ἐμπιστεύσῃ &c.
¶24 αὐτοῦ.al,αὐτῶν.
¶25 Id eſt,ne quid cõmittas cur te aiæ tuæ pudere poſſit. vl,ne te pudeat animæ caue re:vl,ca vel ſor titer. ¶26 אל תשא פנים id eſt,ne cuius truculentiæ cedas,aut blanditiis,quominus quæ iuſta ſunt facias.
¶27 περὶ ψεύσματος.
¶28 μὴ λάβῃς, id eſt,ne cuius vultũ ita admittas,vt tu cedas.
¶29 θρασύς. al,τραχύς.
¶1 εἰς ζωήν.
¶2 ἐπαγωγῆς
¶3 ἐν ἐπιθυμίαις.al,ἐν ὁδοῖς.
¶4 διὰ τὰ ἔργα μου.
¶5 λυπηρόν.
¶6 ταχυνεῖ
¶7 ἀσφαλεῖ.
¶8 ἐν ἀκροάσει ἀγαθῇ
¶9 vl,ſyncera, vel verax

¶10 vl. amico. aut, alteri:

¶11 μοχθηρὰ

[10]proximo:[1]ſin minus, manum ori tuo impone: [ne verbo inepto incurras in reprehenſionem, & vitupereris.] ¶Oratio tam gloriæ capax eſt quàm ignominiæ: nec raro lingua præcipitat hominem. ¶Caue adipiſcaris nomẽ obtrectatoris [in vita tua,] nec lingua tua ſtruxeris inſidias.[11]Inſidiatorem' enim grauis ſequitur ignominia, [pœnitentiáque,] & peſſima vituperatio bilinguem. [Obtrectatorem autem manet odium, inimicitiæ, atque opprobrium.] ¶Siue magnum, ſiue paruum, nequid imperite committas.

CAP. VI.

¶1 Id eſt, vt taur⁹ ſolet plãta diſcerpere, ita tuũ te perdat conſilium.

¶2 lego, καταφάγηται & ἀπολέσῃ, & ἀφήσῃ.

¶3 σεαυτόν.

¶4 vl. tuo more ſe geret, & in domeſticos tuos poteſtatẽ vſurpabit

Ne inimicus euadas ex amico: nomẽ enim malum nanciſcetur talis, & ignominiam & opprobriũ, perinde vt ſceleroſus bilinguis, [*]laborabit infamia. ¶Ne efferaris animi tui cõſilio, [*]ne [1]quaſi taur⁹ anima tua diſcerpat te, [2]depaſcátq; folia tua, deinde fructus tuos diſperdat, & velut arborem deſtituat aridam in deſerto.] Anima enim improba diſperdet poſſidentem ſe, & gaudium hoſtibus eum efficiet, [atque in ſortem deducet impiorũ.] ¶Guttur ſuaue amicos ſibi multos conciliat, linguáque diſerta plurimas ſalutationes conſequitur. ¶Fac beneuolos habeas multos, at vnum de mille conſiliarium. ¶Amicũ paraturus, experimento probatum para: nec[3]te'cõcredas ei temere. Sunt enim amici quandiu ſibi opportunum eſt, qui tibi deſint tempore tuæ calamitatis. Sunt item amici, qui in inimicos conuerſi, opprobrium tuum per rixam proferãt. Eſt amicus quiſpiam, vt menſæ ſit particeps, qui tẽpore calamitatis tuæ te deſerat. Rebus ſecundis tuis [4]accommodabit ſe tibi, & inter domeſticos tuos libere verſabitur:' quòd ſi fueris afflict⁹, reſiſtet tibi, aut è cõſpectu tuo abſcõdet ſe. Inimicos tuos deuita, & ab amicis tuis caue tibi. Amicus fidus præſidium validum eſt: qui talem nactus eſt, theſaurum inuenit. Amico fido nullum par eſt pretiũ, nec vlla re digne decus[fidei]eius rependitur. Amicus fidus medicina vitæ eſt, [& immortalitatis:] talem autem nanciſcentur qui reuerentur Dominũ. Qui Dominum reueretur, amicitiam ſuam conſtituit, quoniam tanquam alter idem erit[5]amicus'eius. ¶Fili, à iuuẽtute tua adſciſce diſciplinam, & ſapientiam[6]tandem caneſcens inuenies.[7]Quaſi qui ares & ſeras, accede ad eam, & bonos ab ea fructus expecta. Nam in opere eius non multũ elaboraueris quin de prouẽtibus eius mox comedas. Quàm aſpera valde eſt imperitis: nullus enim excors perdurat apud eã. Tanquam lapis probator grauis incumbit illi, nec moram interponit, quin eam[7]excutiat. Nã ſapientia talibus de nomine tantum[8]ſuo,'neque adeo multis nota eſt. Audi fili, & ſententiam meã[9]amplectere, nec meum tenue cõſiliũ. Pedes tuos in compedes eius inſere, &[10]in neruum'eius ceruicem tuam. [11]Humero tuo ſubiecto ſuſtine eã, nec indigne feras ipſius vincula. Animo toto aſpires ad illam, & pro virili parte ſerues eiuſdem veſtigia. Fac illam inueſtiges, & inquiras, nam tibi cognoſcenda dabitur; cæterum aſſecutus eam ne deſeras. Ad extremum enim requiem eius inuenies, & conuertet ſe tibi in lætitiam. Tum cõpedes eius erunt tibi præſidio validiſſimo, [ſolidóque firmamento,] & eiuſdem [12]nerui'honorifico amictui. Ornatus enim ipſi eſt aure⁹, & hyacinthino [13]texta vincula. Vt amictum honorificum indues eam, feſtiuámque[14]tibi'coronam imponet. Si volueris ô fili, erudieris & ſi aduerteris animum tuum, euades callidus. Si audieris libenter, [15]ſcientiam' percipies: & ſi aurem tuam admoueris, adipiſceris ſapientiam. ¶In cœtu ſenum conſiſte, & adiunge te cuiuis ſapienti.

¶5 רעהו pximus vel amic⁹

¶6 vl. ad canos vſq; duraturã. aut p metalepſim, ad canitiem vſq; ſectẽris. ἕως πολιῶν

¶7 ἀποῤῥίψαι.

¶8 αὐτῆς.

¶9 δίζαι. al. ἐκλέξαι.

¶10 vl. in numellam,

¶11 τὸν ὦμον.

¶12 vl. trunci, κλοιοῦ. al. κλάδοι.

¶13 κλῶσμα

¶14 σεαυτῷ

¶15 σύνεσιν

A

proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuũ, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. ¶Honor & gloria i ſermone ſenſati: lingua verò imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. ¶Nõ appelleris ſuſurro[*]in vita tua,'& lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt cõfuſio & pœnitentia, & deuoratio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimicitia & cõtumelia. ¶Iuſtifica puſillũ, & magnũ ſimiliter.

Lingua.

Suſurro.

CAP. VI.

Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim, & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. ¶Nõ te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. anima enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorum. ¶Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & ligua[*]eucharis'in bono homine abũdat. ¶Multi pacifici ſint tibi, & cõſiliarius ſit tibi vnus de mille. ¶Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & eſt amicus qui odium & rixã & conuitia denudabit. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget. ſi humiliauerit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attẽde. Amic⁹ fidelis, ꝓtectio fortis: qui autẽ inuenit illũ, inuenit theſaurũ. Amico fideli nulla eſt cõparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argẽti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuũt Dominum, [*]inueniunt'illũ. Qui timet Deũ, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam ſecũdum illũ erit amicus illius. ¶Fili, à iuuẽtute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius. In opere enim ipſius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam. Sapientia enim doctrinæ ſecundum nomen eſt eius, & non eſt multis manifeſta. quib⁹ autem cognita eſt, permanet vſque ad conſpectũ Dei. Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & ne abijcias conſilium meum. inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua cõſerua vias eius. Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam. in nouiſſimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ. decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura [*]ſalutis.'Stola gloriæ indues eam, & coronã gratulationis[*]impones'tibi. Fili, ſi attenderis mihi, diſces[*]eam:' & ſi accommodaueris animũ tuũ, ſapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. ¶In multitudine preſbyterorum prudentiũ ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere, vt

Bilinguis.

Superbia. rom. 12. c. philip. 2. a.

Verbum dulce. i. 20. b.

¶* gratioſa

De amicitia vera. deu. 13. b. 33. b. mich. 7. a. mat. 10. e

B

i. 17. a.

¶* inuenient

Doctrinã amplecti ſuadet i. 51. d.

C

Matth. 11. d.

D

¶* ſalutaris.

¶* ſuperpones

J.1.a. ‖omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiãt à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illi᷒ exterat pes tuus. Pſal.1.a. ¶‖Cogitatum tuũ habe in præceptis Dei, & in mãdatis illius maxime aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

Malum. ¶[1] diſcedent

Noli facere mala, & non te apprehẽdent. Diſcede ab iniquo, & [1]deficiẽt[1] mala abs te. Fili, non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & nõ metes ea in ſeptuplum. ¶Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedrã honoris. Pſal.141. eccles.7.c. iob 9.a.c. luc.18.b. ¶‖Nõ te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt: & penes regem noli velle videri ſapiẽs. ¶Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. J.12.d. ¶Nõ pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, ‖neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. ¶Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. ¶Exorare, & facere eleemoſynam ne deſpicias. B ¶Ne dicas, In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet. ¶Non irrideas hominẽ in amaritudine animæ: 1.Reg.2.b. ‖eſt enim qui humiliat & exaltat, circumſpector Deus. ¶[2] arare ¶Noli [2]amare[2] mendacium aduerſus fratrẽ tuum, neq; in amicũ ſimiliter facias. ¶Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitas enim illius non eſt bona. ¶Noli verboſus eſſe in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. ¶Non oderis laborioſa opera, & ruſticationẽ creatam ab Altiſſimo. ¶Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum. Memẽto iræ, quoniã non tardabit. ¶Humilia valde ſpiritum tuum: quoniã vindicta carnis impij, ignis & vermis. ¶Noli præuaricari in amicũ pecuniã differentẽ, neque fratrem chariſſimũ auro ſpreueris. C ¶Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quã ſortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum. De familia & re domeſtica. Leuit.19.c. ¶‖Non lædas ſeruum in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam ſuam. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illũ. Deut.15.a. ¶‖Pecora tibi ſunt? attende illis: & ſi ſunt vtilia, perſeuerent apud te. ¶Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarẽ faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. ¶Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, non proijcias illam: & odibili non credas te in toto corde tuo. T.1.b. Tob.4.a. ¶‖Honora patrẽ tuũ, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. ‖Memento quoniam niſi per illos, natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo D & illi tibi. ¶In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſãctifica. In omni virtute tua Deut.12.c. dilige eum qui te fecit: & ‖miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes, & propurga te cũ brachijs. Leuit.2.a. num.18.b.c. Da illis partem, ſicut ‖mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia ſanctorum: & pauperi porrige manũ tuã, Tob.1.d. vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. ¶Gratia datus in cõſpectu omnis viuentis, & mortuo Rom.12.6. non prohibeas gratiam. ¶Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Matth.25.d. Non te pigeat ‖viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. ¶In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

¶Narrationem diuinam omnem libenter audias, nec te recondita prudentiáq; dicta fugiant. Vbi cordatum quempiam videris, mane ad eum propera: & pes tuus limina [16]forium eiuſdem atterat. ¶[17] Exacte[17] perpende præcepta Domini, eiuſdémque mandata meditare aſſidue. Ipſe cor tuum confirmabit, & quam deſyderas ſapientia tibi dabitur.

¶16 θυρῶν. al, τρίβων, callẽ itinerum.
¶17 τηνίως

CAP. VII.

Nequid mali facias, ne tibi malum accidat: recede ab iniuſto, vt [1]peccatum[1] abs te declinet. Fili, ne committas ſemen ſulcis iniuſtitiæ, ne ſepties tanto ampliorem inde meſſem facias. ¶Principatum à Domino ne petas, nec à rege ſedem magnificam. ¶Ne te corã Domino pro iuſto vendites, [quoniam ipſe pernouit cor vniuſcuiuſque,] nec [2]apud regem[2] oſtẽtes ſapientiam. ¶Iudex euadere ne contendas, ne [3]inique factis par eſſe non poſſis, nève fortè faciem potentis reformides, & integritati tuæ ponas offendiculum. ¶Nequid pecces in multitudinem ciuitatis: nec te abiecte vulgo permittas. Caue peccatum congemines, cum ne vnum quidem impune laturus ſis. ¶Ne dicas, Deus ſummus reſpiciet copiam munerum meorum, & ea à me offerente accipiet. ¶[4] Ne ſis remiſſo ad precationes faciẽdas animo, nec [5]miſerando benignum præbere te[5] negligas. ¶Hominem acerbitate animi ſui laborantem ne derideas: eſt enim qui deprimat, & idem euehat [Deus animaduerſor.] ¶Ne machineris aduerſus fratrem tuum mendacium, nec idem ſtruas in amicum. ¶Ne velis vel vllo mendacio. nunquam enim prodeſt frequentatio ei᷒. ¶In cœtu ſenum ne ſis verboſus, nec in precatione tua dictum iteres. ¶Laborioſum opus ne proſequaris odio, nec agriculturam ab Altiſſimo inſtitutam. ¶Ne te [6]adiungas multitudini ſceleroſorum, ſed vindictam moram non eſſe facturam memineris. ¶Animum tuum ſummitte admodum, quoniã ignis & vermis ſupplicia ſunt [carnis] impij. ¶Ne permutes [7]vnquam amicum [8]re vulgari, [8]nec fratrẽ ſincerũ auro [9]Ophirio. ¶Vxore ſapiente bonáque caue ne excidas, [ſiquam ſecundum religionem Domini nactus es:] nam venuſtas eius præſtãtior auro eſt. ¶Ne male tractes famulum operantem fideliter, nec mercenarium ſe tibi totum impẽdentem. Famulum [10]cordatum charum habeas animo, nec defraudes eũ libertate. ¶Pecudes ſi tibi fuerint, fac cures eas: & ſi tibi ſunt vtiles, apud te permaneant. ¶Si liberi tibi fuerint, erudias eos, & ceruicem eorum domes à iuuentute. Si filiæ tibi ſint, aſſerues corpus earum, nec vultum tuum oſtendas ipſis hilarem. Eloca filiam, & magnum opus peregeris: cæterum fac eam viro cordato colloces. ¶Vxorem ex ſentẽtia nactus ne repudies, [*]nec te permittas odioſæ. ¶Patrem tuum animo toto magnifices, nec dolorum matris obliuiſcaris. Memento te natum eſſe per eos, & quid repẽdas eis pro eo quod de te ſunt meriti. ¶Animo toto reuerere Dominum, & ſacerdotes ei᷒ ſuſpice. Creatorem tuum omni vi dilige, nec ſacros eius miniſtros deſeras. Fac metuas Dominum, & ſacerdotem magnifacias: nec non portionem ſuã, vt mandatum habes, tribuas eiſdem, primitias [& luſtrationes,] placulariáque munera, tũ præbendos [11]armos, ac luſtralia ſacrificia, primitiáſq; [12]ſacrorũ: deinde manum tuam porrige pauperi, vt plena ſit tua munificẽtia [expiatióque.] ¶Gratioſa eſt apud viuos omnes munificẽtia, ac ne à mortuo quidem prohibenda. ¶Ne deſis lamentantibus [conſolando,] & cum lugentibus lugeas. Ne dubites inuiſere ægrotum, nam gratiã ex eo colliges. ¶[13]In omnibus factis tuis memento extremorum, & in æternum non peccabis.

¶1 ἁμαρτία
¶2 παρὰ βασιλεῖ
¶3 Scilicet vel ĩ alijs puniẽdis, vel in te admiſſis ſuſtinendis.
¶4 vl, animũ ĩ precibus tuis ne deſpõdeas. aut, quo min᷒ preceris ne deſpondeas animum.
¶5 vl, in pauperes erogare
¶6 προσλογίζου.
¶7 κατὰ μηδὲν.
¶8 ἀδιαφόρου. fortaſſis legendum, διαφόρου, id eſt, re exĩmia.
¶9 σουφίρ. Ita ſolẽt Septuaginta vertere. אופיר 3.Re. 16.1.Para. 4. quod Hebræis eſt octauum.
¶10 συνετὸν. al, ἀγαθόν.
¶11 שוק Σιαγόνα ſolent interpretari Septuaginta, vt Leuit.8.
¶12 ἁγίων, vel ſacras primitias.
¶13 בכל דבריך

CAP. VIII.

Ne concertes cum homine potente, vt ne in manus eius incidas. Cum homine opulento ne contendas,¹vt ne ſe ex aduerſo librans pondus tuum eleuet. Aurum enim perdidit multos, cordáque regum peruertit. ¶Ne rixeris cum homine linguaci, ne: in ignem eius ligna conferas. Ne collude cũ imperito, ne maiores tui notentur ignominia. ¶Homini à peccato recedenti probrum ne obijcias, ſed memento nos omnes eſſe in crimine. ¶Ne ſpernas hominẽ in ſua ſenectute: etenim è nobis ſunt qui conſeneſcũt. ¶Ne gaudeas ²ſuper morte inimici tui,³ſed memento nos omnes eſſe morituros. ¶Ne contemnas ſermonem [ſenum] ſapientũ, ſed verſeris in ¹pronuntiatis¹eorum. ab ipſis enim diſces eruditionem [doctúmque iudicium,] &⁴dextere²proceribus miniſtrare. Diſputationes ſenum ne negligas: ipſi enim à patribus ſuis nacti ſunt eruditionem. Quapropter ſapere diſces ab eis, & opportuno tempore reſpondere. ¶Ne inflãmes carbones ſceleroſi [reprehendendo,] vt ne conflagres flãmis ignis [peccatorũ] eius. ¶⁵Ne inuehatis in contumelioſum,⁵ vt ne quaſi ſubſeſſor ori tuo inſidietur. ¶Nequid mutuo dederis homini potẽtiori: quòd ſi dederis, pro amiſſo habeas. ¶Supra vires tuas nequid ſpondeas: quòd ſi ſpoponderis, vt qui præſtaturus ſis illud, eſto ſolicitus. ¶Ne litiges cum iudice: nam ſententia⁶ſecundum ipſum pronuntiabitur. ¶Ne facias iter cum temerario, ne ingraueſcat aduerſum te. Nam ipſe aget quod ſibi libuerit, & per ſtultitiam eius peribis. ¶Ne committas pugnam cum iracundo, néve deſertum cum eo perambules. Quoniam homicidium pro nihilo ducit: & vbi nihil eſt opis, proſternet te. ¶Ne ineas cõſilium cum ſtulto: neque enim dicta⁷continere⁷poterit. ¶Nihil agas ſecreti cũ alieno: neſcis enim quid pariat. ¶Ne aperias conſilium tuum cuiuis homini, ne tibi referat⁸falſam⁸gratiam, [faciatque conuitium.]

¶² Vel, ne tibi præponderet. vel, tibi pondus opponat.

¶³ νεκρῷ τῷ ἐχθροτάτῳ σου

¶¹ Vel, ſentẽtiis, aut ſcite dictis

¶⁴ ἐυμαρῶς

¶⁵ vel, Ne commouearis à cõtumelioſo,

סנכו

¶⁶ Id eſt, ſecundum eius ſententiam & voluntatẽ, vel gloriam.

¶⁷ στέξαι

¶⁸ ψευδῆ

CAP. IX.

Vxorem quã cõplecteris,¹ ne proſequaris zelotypia, nec eam malam in te artem doceas. Ne permittas animũ tuum mulieri adeò vt peſſundet poteſtatem tuam, [tiſque dedecus incurras.] Mulieri meretrici ne te des obuiam, ne fortè in laqueos eius incidas. Cantatricem mulierem ne frequentes, [nec audias,] ne fortè²conatibus²eius capiaris. Ne contemspleris virginem, vt ne noxam ex pretioſo ipſius cultu contrahas. Ne appellas animum tuum ad meretrices, ne perdas [te ſimul &] tuam poſſeſſionem. In vicis vrbis ne circunſpectes, nec in ſecretis eius locis oberres. A muliere formoſa auertas oculos, nec contempleris pulchritudinem alienam. Nam multi forma mulierum ſeducti ſunt, & amor ex ea in modum ignis exardeſcit. Apud mulierem maritatam ne ſedeas omnino, nec inter vinas eius recumbas, néve committas cum ea compotãdi gratia ſymbolum. vt ne fortè ad eam inclinet animus tuus, & affectu tuo prolabaris in perniciem. ¶Ne deſeras amicum veterem: par enim illi nouus non erit. ¶Amicus nouus vt vinum nouum eſt, quod inueteratum demum bibes cum voluptate. ¶Ne affectes gloriam [aut opes] ſceleroſi: neſcis enim quis ſit futurus ipſius exit⁹. ¶Quod placet impijs, tu ne probes, ſed memento illos ad inferos vſque ³nihil eſſe acturos quod iuſtum ſit. ¶Procul abſiſte ab homine poteſtatẽ necis habente, nec timore mortis eris anxius: quòd ſi acceſſeris, nequid delinquas, vt ne tibi vitam⁴protinus⁴adimat. Per medios laqueos

¶¹ vel, Erga vxorem quam complecteris,

¶² vel, artibus

¶³ vel, nil eſſe in his dicturos.

¶⁴ παραχρῆμα

CAP. VIII.

Non litiges cum homine potẽte, ne fortè incidas in manus illius. ¶Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te conſtituat litem tibi. ¶multos enim perdidit aurum & argentũ, & vſque ad cor regum extendit, & conuertit. ¶Non litiges cũ homine linguato, & nõ ſtrues in ignẽ illius ligna. Nõ cõmunices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. ¶Ne deſpicias hominẽ auertentẽ ſe à peccato, neq; improperes ei. memẽto quoniã oẽs in*corruptione* ſumus. ¶Ne ſpernas hominẽ in ſua ſenectute: etenim ex nobis ſeneſcũt. ¶Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciẽs quoniã omnes morimur & in gaudiũ volum*venire. ¶Ne deſpicias narrationẽ presbyterorũ ſapiẽtum, & in prouerbijs eorũ cõuerſare. ab ipſis enim diſces ſapientiã, & doctrinã intellect*. & ſeruire magnatis ſine querela. Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerũt à patribus ſuis. quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis*dabis*reſponſum. ¶Nõ incẽdas carbones peccatorũ arguens eos, & ne incẽdaris flamma ignis peccatorũ illorũ. ¶Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. ¶Noli fœnerari homini fortiori te: quòd ſi fœneraueris quaſi perditum habe. ¶Non ſpondeas ſuper virtutẽ tuam: quòd ſi ſpoponderis, quaſi reſtituẽs cogita. ¶Non iudices contra iudicẽ: quoniã ſecundũ quod iuſtum eſt, iudicat. ¶Cũ audace nõ eas in via, ne fortè grauet mala ſua in te: ipſe enim ſecundum voluntatẽ ſuam vadit, & ſimul cũ ſtultitia illius peries. ¶Cũ iracũdo nõ facias rixam, & cum audace nõ eas in deſertum: quoniã quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt adiutorium, elidet te. ¶Cum fatuis conſilium non habeas. non enim poterũt diligere niſi quæ eis placent. ¶Coram extraneo ne facias conſiliũ: neſcis enim quid pariet. ¶Non omni homini cor tuum manifeſtes: ne fortè inferat tibi gratiã falſam, & conuitietur tibi.

Matth. 5. e.
I. 31. a.
Galat. 6. a.
2. corint. 2. b.
¶*correptiõe
b Leui. 19. g.
I. 6.
¶*dare
C
I. 19. a.
Gene. 4. b.
D
Prouerb. 22. d
eſa. 1. a.
Eccli 9. c. 37. a. b.

CAP. IX.

Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne reſpicias mulierem multiuolam: ne fortè incidas in laqueos illius. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. ¶Virginẽ ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. ¶Ne des fornicarijs animã tuam in vllo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. ¶Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. ¶propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus*conculcabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt. colloquiũ enim illius quaſi ignis exardeſcit. Cũ aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum: & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. ¶Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. ¶Non zeles gloriam, & opes peccatoris: nõ enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio. ¶Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens quoniam vſque ad inferos non placebit impius. ¶Longe abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & nõ ſuſpicaberis timorem mortis. & ſi acceſſeris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam. Communionem mortis ſcito quoniã in me-

Vxor.
Meretrix fugienda.
Gene. 6. a.
Prouer. 5. a.
Matth. 5. c.
B Gene. 34. c.
2 reg. 11. a.
Iudit. 10. 11. 12.
C Amicus.
Iudicum 9. a.
1. reg. 15. a.

dio loquutorum ingredieris, & ſuper dolentium
arma ambulabis. ¶Secundum virtutem tuam ca
S.9.c.ꝗ.17.a. ue te à proximo tuo, ‖& cum ſapiētibus & pru-
Iuſtus. dentibus tracta. ¶Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, &
in timore Dei ſit tibi gloriatio, & in ſenſu ſit ti-
bi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præ-
Sermo.3.re.9 ceptis Altiſſimi. ¶In manu artificum opera lau
¶*princeps dabuntur, & *principes' populi in ſapientia ſer-
monis ſui, in ſenſu verò ſeniorũ verbum. ¶Ter-
ribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & te-
merarius in verbo ſuo odibilis erit.

C A P. X.

De rectorib*. IVdex ſapiens iudicabit populũ ſuum, & prin-
Prouerb.29.b cipatus ſenſati ſtabilis erit. ‖Secundum iudicē
populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ci-
3.Reg.12.a. uitatis, tales & inhabitantes in ea. ‖Rex inſipiēs
perdet populum ſuum: & ciuitates inhabitabũ-
tur per ſenſum prudētium. In manu Dei pote-
ſtas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentiũ,
¶*in tempus & vtilem rectorem ſuſcitabit *in tempore' ſuper
illam. ¶In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper
faciem ſcribæ imponet honorem ſuum. ¶Om-
Leuit.19.c. nis iniuriæ proximi ne memineris, ‖& nihil a-
Superbia. gas in operibus iniuriæ. ¶‖Odibilis corã Deo eſt
& hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis ini-
Ierem.27.a. quitas gentium. ¶‖Regnum à gente in gentem
dani.4.c. transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cõ-
Auarus. tumelias, & diuerſos dolos. Auaro autem nihil
B eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis? Nihil
eſt iniquius, quàm amare pecuniam. hic enim &
animam ſuam venalem habet: quoniam in vita
ſua proiecit intima ſua. ¶Omnis potentatus bre
uis vita: languor prolixior grauat medicum.
Breuem languorem præcidit medicus: ſic & rex
hodie eſt, & cras morietur. Cum enim morietur
homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & ver-
Superbia. mes. ¶Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à
Deo: quoniam ab eo qui fecit illũ, receſſit cor e-
ius. quoniam initiũ omnis peccati eſt ſuperbia:
qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, &
ſubuertet eum in finem. Propterea exhonorauit
Dominus conuentus malorũ, & deſtruxit eos vſ-
C que in finem. Sedes ducum ſuperborum deſtru-
xit De*, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gen
tium ſuperbarum arefecit Deus, & plantauit hu
miles ex ipſis gentibus. Terras gentium euertit
Dominus, & perdidit eas vſque ad fundamētum.
arefecit ex ipſis, & diſperdidit eos, & ceſſare fecit
memoriam eorum à terra. Memoriam ſuperbo-
rum perdidit Deus, & reliquit memoriam humi-
lium ſenſu. Non eſt creata hominibus ſuperbia:
Timor Dei. neque iracundia nationi mulierum. ¶Semē ho-
minum honorabitur hoc, quod timet Deum: ſe-
men autē hoc exhonorabitur, quod præterit mã-
data Domini. In medio fratrum rector illorũ in
honore: & qui timēt Dominũ, erunt in oculis il-
lius. Gloria diuitũ, honoratorum, & pauperũ, ti-
mor Dei eſt: nõ deſpicere hominem iuſtũ paupe-
D rē, & nõ magnificare virũ peccatorē diuitē. Ma-
gnus eſt iudex, & potens eſt in honore: & nõ eſt
Proue.17.a. maior illo qui timet Deum. ¶‖Seruo ſenſato libe
1.Reg.12.b. ri ſeruient: ‖& vir prudens & diſciplinatus non
murmurabit correptus, & inſcius nõ honorabi-
tur. ¶Noli extollere te in faciendo opere tuo, &
Prouer.12.b. noli cũctari in tempore anguſtiæ. ¶‖Melior eſt
qui operatur, & abundat in omnibus, ꝙ qui glo-
riatur, & eget pane. ¶Fili, in manſuetudine ſer-
ua animã tuã, & da illi honorem ſecũdũ meritũ
ſuũ. Peccantem in animã ſuã quis iuſtificabit: &
quis honorificabit exhonorantem animã ſuam?

ſcito tranſire te, & per vrbium pinnas ingredi.
¶Quam potes ſedulo explores amicos, '& cũ ſa-
pientibus conſilia conferas. Colloquia tua cum
cordatis habeas, & de lege Altiſſimi ſit omnis tua
diſputatio. ¶Viri iuſti cõuiuæ tui ſint, & in reli-
gione Domini tua gloriatio. ¶Op* de manu ar-
tificũ laudē inueniet: at de ſermone ſuo dux po
puli ſapiēs, [ipſe vero ſermo à ſenili prudētia.]
¶Formidādus eſt in ciuitate ſua vir linguax, &
ſermone ſuo temerarius meretur odium.

C A P. X.

REctor ſapiens erudit populum ſuum, & prin
cipatus cordati eſt cõpoſitus. Qualis rector
ciuitatis eſt, tales & miniſtri eius: qualis itē prin
ceps vrbis, tales & omnes eius incolæ. Rex im-
peritus perdet populum ſuum: at prudētia pro-
cerum vrbs incolis frequentabitur. Poteſtas ter-
ræ eſt in manu Domini, qui opportune ſuſcita-
bit in ea hominem vtilem. ¶Succeſſus hominis
eſt in manu Domini, idemq; perſonæ ſcribæ glo
riam ſui attribuit. ¶Ne ſuccenſeas proximo ob
quamuis iniuriam, nec quicquam per iniuriam
egeris. ¶Inuiſa Deo ſimul & hominib* eſt ſuper-
bia, & vtrique 'facin* iniuſtũ' auerſantur. ¶*Pro-
pter iniurias enim & cõtumelias, 'fraudeq; 'par-
tas' opes regna ad alias atque alias gentes tranſ-
ferũtur: *ni auaro' nihil eſt iniquius, 've qui +ani
mam' quoque cuiuſuis exigat. Nam pro vita ip-
ſius [6]eruere viſcera ſua quiſq; cogitur. ¶[Omnis
tyrannis breuē vitam ſortitur: quia morbus per-
tinax medico grauis eſt.] Tenacem morbũ præ-
cidit medicus, ita [7]rex 'hodie viuus, cras moritur.
¶Quid tandem ſuperbit terra & puluis? nã mor
tuum hominem ſerpentes, vermes & beſtiæ exci-
pient. ¶Initium ſuperbiæ eſt defectio hominis
à Domino, & à creatore ſuo abductus animus.
¶Por: ò [8]ſuperbia origo peccati eſt, & qui prædi
tus eſt ea, [9]profundet execrabilia, ' *donec tandē
ſubuertatur. Propterea Domin* agmina [malo-
rum] afficit ignominia, & tales ad extremũ ſub-
uertit. Dominus principes detrahit de ſedibus,
eorũque loco manſuetos conſtituit. Radices ſu-
perbarum gētium [10]euellit' Dominus, & loco ea-
rum' glorioſe' plantat humiles. ¶Dominus euer
tit loca gentium, eáſq; de terra funditus abolet.
[11]Arefactas aufert' & diſperdit eas, & de terra de-
let earum memoriam. [Deus memoriam ſuper-
borũ obliterat, & relinquit monimēta ſubmiſſo-
rũ animo.] Superbia non eſt creata hominibus,
nec ira furioſa progeniei mulierum. ¶*Eſt ſemē
honorificum, ſemen ſcilicet hominis: ſemen ho-
norificum, qui Dominum reuerētur. *Eſt ſemen
infame, ſemen ſcilicet hominis: ſemen infame,
qui præcepta violãt. Semen [13]ſtabile' ſunt qui re-
uerentur Dominum, & honeſta planta qui eundē
diligũt. *Semen infame ſunt, qui legem negli-
gunt: & ſemen' fallax,' qui præcepta violãt. In-
ter fratres q præeſt ipſis, honore excellit: at [15]præ
ipſo,' qui reuerētur Dominũ. [16]Ne deiiciat [17]impe
riũ, 'obſtat religio Domini: duritia vero & ſuper-
bia imperiũ amittitur. Tam diuitis & honorati,
quam pauperis decus eſt religio Domini. Vt pau
perem cordatũ non eſt æquum ignominia affi-
ci, ita virũ [diuitem] ſceleroſum honorari non cõ
uenit. Proceres, rectores & potētes floreant ho-
noribus: attamen nemo eorum reuerente Domi-
num maior eſt. ¶Liberi miniſtrabunt ſeruo cor-
dato, & vir prudens [8]cum eruditur, 'non fremet:
[neque enim honoribus afficietur imperitus.]
¶[17]Ne cauſas nectas, quo min* agas opus tuum,
nec te per ſuperbiã pudeat ipſius tēpore diffcili.

¶Pluris enim eſt [20]qui operatur, & abũdat copiis, 'quàm qui ſuperbe ſe gerit, & laborat [21]panis' pe-
nuria. ¶Fili, per manſuetudinem gloriam animæ tuæ cõcilia, & eam honore quem meretur affice.
Quis iuſtum dicat eum qui peccat in animam ſuam? aut quis vitam ſuam infamantem honoret?

¶1 רעים vel, ſodales.
¶1 πλημμέλεια ἀδικίας
¶2 ὕβρεως
¶3 τί ὑπερηφανεύεται, &c. inter poſteriora lego.
¶4 נפשו
¶5 בחייו, vel, in vita ſua. id eſt, viui. An ſic, Hic enim etiã animam ſuam venalē habet, quia i vita ſua viſcera quoque ſua eiicere paratus eſt. ſcilicet lucri cauſa.
¶6 ἔρριψεν
¶7 vel, tyrãnus
¶8 ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία.
¶9 ἐξομβρήσει, al. ἐξυβρίσει.
¶10 ὑπερηφάνων ἐξέτιλεν, al. ἐξῆρεν.
¶11 ἐν δόξῃ
¶12 ἐξήρανεν. al. ἐξῆρεν
¶13 Vel, ſidum, vel, tutum
¶14 vel, vanum,
¶15 Vel, in conſpectu eius,
¶16 προαλήξει ἀρχής.
¶17 vel, principatus. ¶18 παρδευόμενος,
¶19 vel, Ne vafre aut fraudulenter opus tuum agas, nec tēpore difficili affectes gloriam.
¶20 ὁ ἐργαζόμενος καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν, al. ἐργαζόμενος ἐν πᾶσιν, ἢ περιπατῶν.
¶21 ἄρτου

¶Pauper propter ſciētiam ſuam [& religionē]
gloriam adipiſcitur, & diues ob diuitias ſuas in
honore eſt: qui vero pauper honoratus eſt, quan
to diues eſſet idē honoratior? & qui infamis eſt
in diuitijs, quanto foret in paupertate magis?

C A P. X I.

SApientia exaltat caput humilis, & eum inter
proceres collocat. ¶Ne laudes virū de ſua pul
chritudine, nec quenquā ob formam ſuam vitu-
peres. Parua quidem inter volucres apis eſt, ſed
fructus eius eſt origo dulciū. ¶Ne glorieris ami
ctu veſtiū, nec honorifico die efferaris, quoniam
mirabilia ſunt [& glorioſa] opera Domini, & oc-
cultæ [ac latentes] actiones eius inter homines.
Multi tyranni humi reſederunt, & fuit qui dia-
dema geſtauit inexpectatus. Multi potentes ma-
gnam ſubierūt infamiā, & in manus aliorū tra-
diti ſunt magnifici. ¶Nequid reprehēdas priuſ-
quā exploraris: fac cognoſcas prius, & tū [iure]
¶1 μὴ παρέμ- vituperes. * Antequam audieris, nequid reſpon-
βαλλε ῥῆμα. deas, [1]nec verbo dicentē interpelles.[1] ¶Ne cōten-
das de eo quod tua nihil intereſt, nec te iudicem
¶2 ἐὰν γὰρ adiungas conſeſſui ſceleroſorum. ¶Fili, ne labo-
res multa congerere: [2]ſi enim[2] abūdaris, non eris
innocēs: aut ſiquid perſecutus fueris, nō aſſeque-
ris, nec tamen impune abieris. * Eſt qui laboret,
moliatur & ſatagat, qui tamē egeat multo ma-
¶3 ἰσχύι. gis. Eſt rurſum qui tardus, & opis indigus, [3]viri-
¶4 περισσεύ- búſq; deſtitutus ſit, & [4]abunde pauper,[4] quē Do-
ων. al. περισ- minus oculo fauēte reſpiciat, & eū attollat ab hu
σεύει, qui tamē mili ſorte ſua, capútq; ipſius [5]cōquaſſatū[5] erigat,
in paupertate vt multis miraculo ſit [6]ſpectātibus [qui Deū præ
abundet. dicent.] ¶Bona & mala, vita & mors, paupertas
¶5 ἀπὸ συντρι- & opes à Domino proficiſcūtur: * à Domino ma-
βῆς nat itē ſapiētia, ac ſcientia, legíſque peritia: tum
¶6 πολλοὶ θαυ- charitas & inſtituta bonorū operum ab eodem
μάσαντες. oriūtur. ¶*Sceleroſis cognata ſunt error & tene
bræ, & qui ſibi placēt in vitijs, in malitia cōſene
ſcūt. ¶Donū Domini apud pios permanet, & fa-
uor ipſius procedet perpetuis ſucceſſibus. ¶Eſt
qui diteſcat attentione ſua, tenacitatéq;, & hunc
¶7 ἀδιαλεί- ſolū ōſequatur fructū pro præmio, cū ait, Na-
πτως: ctus ſum requiē, bonísque meis nunc fruar [7]aſſi-
due.[7] quod tēpus cū maneat inſcius, morietur alijs
ea relicturus. ¶Fac maneas in pacto tuo, inq; eo
ſis aſſiduus. ac i officio tuo cōſeneſcas. ¶Ne mire-
¶8 vl, in oculis ris facta ſceleroſorū, ſed cōfide Domino, & in la-
bore tuo perſeuera. Facile eſt enim [8]cōſilio[8] Domi
ni breui ſubitóq; ditare pauperem. Dominus fœ
liciter aſpirat præmio piorū, breuiq; tempore fe
¶9 ἀρμονικὰς. cerit vt effloreſcat eorū proſperitas. ¶Ne dicas,
¶10 τίνα, & ἔ- Quis mei [9]iucūdus vſus eſt? aut [10]quæna mihi bo
σται μοι. al. τί- na poſthac euenient?[10] Nec rurſum dicas. Sat opū
νι, & ἔσται μετ. habeo, *& quæ poſſideo multa ſunt: quid igitur
vt ſit Quiſnam [11]in vita[11] mali poſthac accipiā? Ne tempore fœlici
iam hinc à me nulla ſit malorū memoria, néve infœlici tempo
beneficia acci- re [12]obliuiſcaris[12] meliorū: quoniā Domino facile
piet? eſt, homini tempore obitus ſecundum [13]inſtituta[13]
¶11 ἐν ζωῇ ipſius referre gratiā. ¶Difficultas tēporis affert
¶12 ἐ μνησθή- obliuionem deliciarū. & acta hominis declarat
σεται ipſius [14]exitus.[14] ¶Ante obitum, beatū ne quēquā
¶13 τὰς ὁδοὺς. dixeris: quippe vir è liberis demum pernoſcitur.
al. τὰ ἔργα ¶Ne quemuis hominē introducas in ædes tuas:
¶14 ἐν συντε- quoniā inſidiæ doloſorum multæ ſunt. [præcor
λείᾳ. al. φωτι- dijs fœtida ructantibus ſimiles.] Vt perdix in ca
σμῷ τ. q.d. & ho ueam agitur, ſaut caprea implicatur laqueo, ita
minem conſu- cor hominis ſuperbi tanquā ſpeculator [15]obſer-
mat ipſius exi- uat[15] quo deijciaris. Nā bona male peruertēdo in-
tus. ſidiatur, & vitio dat laudabilia. A ſcintilla [16]par-
¶15 ἐπιβλέπει. ua[16] exardeſcit focus. Ita ſceleroſus homo inſidia-
al. ἐπιβοᾷ. tur vſq; ad ſanguinem. Ab homine [17]malefico,
¶16 μικρᾶς. vt moliēte mala caue ne tibi notam inurat per-
al. πυρός. petuā. ¶Alienū in domum tuā recipe, & cū per-
¶17 vl, vafro,

¶Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem
ſuū: & eſt homo qui honorificatur propter ſub-
ſtantiam ſuam. Qui autem gloriatur in pauper-
tate, quanto magis in ſubſtantia? & qui gloriatur
in ſubſtantia, paupertatem vereatur.

C A P. X I.

SApientia humiliati exaltabit caput illius, & Gene. 41. f.
in medio magnatorum conſedere illū faciet. danie. 6. a.
¶Nō laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas Iohan. 7. c.
hominē in viſu ſuo. breuis in volatilib9 eſt apis,
& initium dulcoris habet fructus illius. ¶In ve Act. 12. d.
ſtitu ne glorieris vnquā, nec in die honoris tui Superbia.
extollaris: quoniam mirabilia opera Altiſſimi ſo
lius, & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illi9.
Multi tyranni ſederūt in throno, & inſuſpicabi-
lis portauit diadema. Multi potentes oppreſſi 1. Reg. 15. f.
ſunt valide, & glorioſi traditi ſunt in manus al- heſter 6. c.
terorum. ¶Priuſquam interroges, ne vituperes Deut. 13. b. 17.
quēquam: & cum interrogaueris, corripe iuſtè. b. Ioſue 7. c.
Priuſquam audias ne reſpondeas verbum. & in 22. c.
medio [a]ſeniorum[a] ne adijcias loqui. ¶De ea re, Prouer. 18. c.
quæ te nō moleſtat, ne certeris: & in iudicio pec- ¶a ſermonū
cantium ne cōſiſtas. ¶Fili, ne in multis ſint a- B Mat. 19. c.
ctus tui: & ſi diues fueris, non eris immunis à 1. timot. 6. b.
delicto, ſi enim ſecutus fueris non apprehen-
des: & non effugies, ſi præcucurreris. Eſt ho- Prouer. 12. c.
mo laborans, & feſtinans, & dolens impius, &
tanto magis non abundabit. Eſt homo marci- Iob 42. c.
dus egēs recuperatione, plus deficiens virtute, &
abundans paupertate. & oculus Dei reſpexit illū
in bono, & erexit eū ab humilitate ipſius, & ex-
altauit caput eius: & mirati ſunt in illo multi, &
honorauerūt Deū. ¶Bona & mala, vita & mors, Iob 1. e.
paupertas & honeſtas, à Deo ſunt. Sapiētia & di ezech. 18. a.
ſciplina, & ſcientia legis apud Deum. Dilectio, &
viæ bonorū apud ipſum. ¶Error & tenebræ pec
catoribus concreta ſunt: qui autem exultant in
malis, conſeneſcūt in malo. ¶Datio Dei perma-
net iuſtis. & profectus illius ſucceſſus habebit in
æternū. ¶Eſt qui locupletatur parcè agendo, & C
hæc eſt pars mercedis illi9 in eo quòd dicit, In- Luc. 12. c.
ueni requiem mihi, & nunc mādacabo de bonis
meis ſol9. & neſcit quod tēp9 prætereat, & mors
appropinquet, & relinquat omnia alijs, & mo-
rietur. ¶Sta in teſtamento tuo, & in illo collo- Matth. 10. c.
quere, & in opere mandatorū tuorum veteraſce.
¶Ne manſeris in operibus peccatorum: confide
autē in Deo, & mane in loco tuo. Facile eſt enim
in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem. Bene-
dictio Dei in mercedē iuſti feſtinat, & in honore
veloci proceſſus illi9 fructificat. ¶Ne dicas, Quid
eſt mihi opus, & quæ erūt mihi ex hoc bona? Ne
dicas, Sufficiēs mihi ſum: & quid ex hoc peſſima-
bor? ¶In die bonorum ne immemor ſis malo- ſ. 18. d.
rum, & in die malorum ne immemor ſis bono-
rum: quoniam facile eſt corā Deo in die obitus
retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas. ¶Ma- D
litia horæ obliuionē facit luxuriæ magnæ, & in
fine hominis denudatio operū illi9. ¶Ante mor
tem ne laudes hominem quēquam: quoniam in
filijs ſuis agnoſcitur vir. ¶Non omnem homi-
nem inducas in domum tuam. multæ enim ſunt
inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœ
tentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, &
vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, &
ſicut [b]proſpector[b] videns caſum proximi ſui. Bo- ¶b ſpeculator
na enim in mala cōuertens inſidiatur, & in ele-
ctis imponet maculam. A ſcintilla enim vna au
getur ignis. & ab vno doloſo augetur ſanguis:
homo verò peccator ſanguini inſidiatur. Atten-
de tibi à peſtifero, fabricat enim mala: ne fortè
inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuū.
¶Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in

¶ tuis turbine, & alienabit te à[1] viſis proprijs.

CAP. XII.

SI bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certe à Domino. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas nõ danti: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores. & miſertus eſt pœnitentibus. ¶Da miſericordi, & ne

Galat.6.b.
1.timoth.5.a. ſuſcipias peccatorem: & impijs, & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiẽs eos in diem vindictæ. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe pa-

B nes illi dare, ne in ipſis potentior te ſit. nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. ¶Nõ agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in triſtitia, & in malitia illius, amicus agnitus eſt. Non credas inimico tuo in æternum. ſicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. & ſi humiliatus vadat curuus, adijce animum tuum,

C & cuſtodi te ab illo. Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexteram tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo: ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuã, & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris. Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnib[us] qui appropiant beſtijs? ſic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. Vna hora tecum permanebit: ſi au-

Iere.41.b. D tem declinaueris, non ſupportabit. ¶In labijs ſuis indulcat inimic[us], & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus: & ſi inuenerit tempus, nõ ſatiabitur ſanguine. & ſi incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorẽ, 'In oculis ſuis lachrymatur inimicus,' & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. Caput ſuum mouebit, & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

CAP. XIII.

Deut.7.a. QVi tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: ¶& qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã. ¶Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe cõmunicat: & ditiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quãdo enim ſe colliſerint, confringetur. Diues iniuſtè egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe nõ dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrãs tibi omnia bona, & dicet, Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouiſſimo deridebit te. & poſtea videns

D derelinquet te, & caput ſuũ mouebit ad te. ¶Humiliare Deo, & expecta manus eius. Attende, ne ſeduct[us] in ſtultitiã humilieris. Noli eſſe humilis in ſapiẽtia tua, ne humiliatus in ſtultitiã ſeducaris. ¶Aduocat[us] à potẽtiore diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris: & ne lõgè ſis ab eo, ne eas i obliuionẽ. Ne retineas ex æquo loqui cũ illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illi' cõſeruabit verba tua: & nõ parcet de malitia, & de vinculis ¶Caue tibi, & at-

turbatiõe ſubuertet te, exuẽtq[ue] tuis poſſeſſiõib[us].

CAP. XII.

CVm benefacis, obſerua cui facias, vt beneficia tua mereantur gratiam [plurimam.] Homini pio benefacias, vt reportes [ingens] pretium, ſi min[us] ab ipſo, certe ab Altiſſimo. Aſſiduũ in vitijs nil boni manet, nec item eum qui nihil [1]erogat in pauperẽ. [Altiſſimus odit ſceleroſos, at reſipiſcẽtiũ miſeretur.] ¶Erga pium liberalis eſto, ſceleroſo vero opẽ abnega: afflicto benefacias, ſed nihil eroges in impium. Fac eum cibis prohibeas, nec ſuppedites ei quibus te poſſit opprimere: alioqui mala duplicia[2] recipies pro beneficijs omnibus quibus ipſum affeceris. Nam & Altiſſim[us] odit ſceleroſos, pœnáſque meritas repetit ab impijs, [3]aut eos in diem acerrimæ vindictę reſeruat. Erga bonos ſis beneficus: neges autem opem ſceleroſo. ¶Amicus rebus ſecũdis 'iudicari non poteſt,' nec rebus aduerſis latebit inimicus. Rebus hominis ſecundis dolẽt inimici eius, & rebus eiuſdem aduerſis abſcedit etiã amicus. ¶Ne vnquã fidas inimico tuo: nam [4]ſimilis æri ærugine oblito eſt ei[us] malitia. Quòd etiamſi humilis ac demiſſus inceſſerit, aduerte tamẽ animum tuum, & caue ab eo, quaſique qui ſpeculũ exterſeris, cognoſces[5] æruginem in ipſo nõ perſediſſe penitus. Ne tibi adſciſcas[6] talẽ propius, vt ne te ſubuerſo, in locum tuũ ipſe ſubeat. Talem ad dexteram tuam ne colloces, vt ne quærat[7] occupare' ſedem tuam, tandẽmque dicta mea ſentias, & de verbis meis diſcrucieris. [8]Quis incantatoris à ſerpẽte icti miſereatur, aut vllius qui ad beſtias acceſſerit? quis itẽ eius qui ſe adiunxerit viro ſceleroſo, ſeq[ue] peccatis ipſi[us] admiſcuerit? Hore ſpatio [9]iuſta in ſtatione permanebit apud te: ne: ſi inclinent res tuæ perdurabit. Labijs ſuauiloquẽtibus vtetur inimicus. & aſſentabitur multa, boniſq[ue] verbis cõpellabit te, oculis quoq[ue] ſuis illachrymans, animo ſuo deliberat te præcipitare in foueam: neque adeo nactus occaſionem ſanguine ſatiabitur. Si tibi mala acciderint, reperies eũ ibi priorem te, &[10] per ſpeciẽ hominis opitulaturi calcem tuum [11] inhibebit. Motabit caput ſuum, plaudẽtque manibus, & ſparget rumores multos, vultũmque ſuum immutabit.

CAP. XIII.

QVi contrectat picem, contaminatur 'ea' & qui habet cum ſuperbo commercium, euadet eius ſimilis. ¶Ne ſuſcipias onus[2] ſupra vires tuas, nec teipſum adiungas potentiori te, aut ditiori. Quid ollæ poterit eſſe rei cum lebete, ad quem ſi offenderit illa, confringitur? [3]Si diues iniuriam intulit, inſuper minabitur etiam: ſi pauper paſſus eſt iniuriam, oportet eſſe ſupplicem. [4]Si diues fecit iniuriam, 'illi ſupplicandum eſt inſuper: ſicui vero pauper obtulit iniuriam, minas protinus audiet. Siquis vſus tui ſit, erũt[4] qui colant te:' ſin egeas, erit qui te 'deſerat.' Siquid habeas, reperies cõuictorem, qui exinaniat te, nec ipſe laboret. Si egueris tui, ſeducet te, arridebitque tibi, & ſpẽ dabit, bona dicet: & Qua tibi re opus eſt? inquiet. Paraſitando adiget te ad ignominiam, donec te inaniat iterum atque tertio, & ad extremũ etiam irrideat. Poſtea conſpicatus te deſeret, & caput ſuum motabit aduerſum te. ¶[Corã Deo ſummittas te, & manus eius expectes.] Caue ne ſeducaris [6] animo, 'vt ne per [7] ſtultitiam tuam deijciaris, [neque demittas te cũ tua ſapientia.'] ¶Si te potens [8]aduocet, 'fac refugites, tantòque ille te vocabit magis, ac ſæpius. Ne ingeras te, vt ne [9]temere' reijciaris: nec rurſum abſcedas procul, ne tradaris obliuioni. Ne dubites cũ eo colloqui, nec fidas dictis eius plurimis, Multis enim ſermonibus pertentabit te, & quaſi per riſum[10] arcana tua rimabitur.' Immiſericors eſt, dicta non ſeruaturus: nec affligere te, vinciréque parſurus. ¶Fac tibi caueas, &

¶1 χαριζομένῳ. al. χωριζομένῳ.
¶2 εὑρήσεις. al. εὑρήσεις σοι.
¶3 ἐκδικηθήσεται. al. ἐκβληθήσεται.
non moleſte ſe ingerit, nec ſeſe iactat: vel, nõ abierit.
¶4 Id eſt, Eius malitia ſimulatione tecta latet.
¶5 Id eſt, Non vſquequaque talem eſſe, qualem ſe ſimulauit.
¶6 αὐτὸν
¶7 λαβεῖν
¶8 Qui hic verſus in quibuſdã Græcis inſeritur hoc ſenſu. Peccatũ ne conduplices, vt ne ſuper vno quidem inſons iudicandus: Is non eſt in emendatioribus Græcis.
¶9 ἐν στάσει δὲ καὶ.
¶10 ὡς ἄνθρωπος.
¶11 vel, eneruabit.

¶1 ἐν αὐτῇ:
¶2 ὑπὲρ σε. al. ἐν ζωῇ σε.

¶3 καὶ αὐτὸς προσδεηθήσεται.
¶4 עובדים cultores & operarij.
¶5 καταλείψει. al. καταθλίψει.
¶6 τῇ διανοίᾳ.
¶7 ἀφροσύνῃ. al. εὐφροσύνῃ καρδίας σε.
¶8 προσκαλεσαμένου.
¶9 ἀκρίτως
¶10 τὰ κρυπτά σε. al. σε.

¶11 πρόσεχε σφόδρα τῷ ἀκούειν.

[11]auſcultes perq̃ attente: quoniã cũ ruina tua ambulas. hęc audies per ſomnũ tuũ vigila. ¶Per omnẽ vitã tuam ama Dominũ, & eum in ſalutẽ tuã inuoca. ¶Omne animal diligit ſibi ſimile, & omnis homo propinquũ ſuum. Omne animal generatim cõgregatur, & quiſq; adiungit ſe ſui ſimili. Quale eſt lupo cum agno commerciũ, talis eſt ad piũ ſcelerosi ratio. Qui cõſenſus eſt inter hyænam & canem, is eſt inter diuitem & pauperem. Præda leonũ onagri ſunt in deſerto, itidémq; paſcua diuitũ pauperes. Humilitas ſuperbo eſt execrabilis, & item pauper abominatus diuiti. Diues quaſſatus confirmatur ab amicis: at labefactatus humilis, ab amicis etiam propellitur. Diuiti lapſo multi ſunt adiutores, & qui nefanda quoq; loquentẽ iuſtũ prædicent. humilem lapſum inſuper etiã increpãt: nec locus datur ei, ſi cordate loquutus fuerit. Diuite loquente ſilẽt omnes, & ad nubes vſque ſermones eius euehunt. paupere loquẽte, Quis eſt iſte? inquiũt. quòd ſiquid offenderit, euertunt eũ inſuper. ¶Bonæ ſunt, quib⁹ nullũ ineſt peccatum, diuitiæ: & mala paupertas in ore [1]impij.' ¶Cor hominis immutat vultũ ipſi⁹, ſiue ad bona, ſiue ad mala. Veſtigiũ cordis rebus ſecũdis eſt vultus [11]hilaris, alioqui recõdita deprehendere laborioſæ cogitationis eſt. CAP. XIIII.

¶1 Ego malim legere, in ore pij εὐσεβοῦς. q.d. paupertas obſtat quo minus audientur pia conſilia.

¶11 ἱλαρόν. al, θάλλον.

¶1 ἐν λύπῃ. al, πλήθει.

¶2 τῆς ἐπὶ κύριον.

Beatus vir qui lapſus ore ſuo nõ eſt, nec [1]mœrore peccati cruciatus. ¶Beatus qui non deſpondet animum, & ſpe ſua [2]in Dominũ ſita non excidit. ¶Viro ſordido non ſunt ornamento diuitiæ, & quorſum pecuniæ homini inuido? Qui defraudãdo genio ſuo comparcit, cõparcit alijs, & in bonis ipſius alij luxuriabuntur. Qui ſibi malignus eſt, cui benignus ſit, cũ nihil iucũdi de bonis ſuis percipiat? Inuidẽte ſibiipſi nihil pei⁹ eſt, hócq; adeo ipſum eſt malignitatis eius præmiũ. Quòd ſi bene quid facit, [3]imprudẽs id & inuitus facit, & ad extremũ ſuam prodit malitiã. ¶Improbus [4]aſpectu eſt oculus inuidi, auertit faciẽ, & contemnit homines. Oculus auari nulla portione ſatiatur, & iniuſtitia mali exhaurit vitã [5]eius. Oculus malignus panem inuidet, & ad menſam ſui [6]laborat inopia.' ¶Pro eo quod habes, fili, bene de te merere, dignaq; defer Domino donaria. ¶Memento mortẽ morã non facere, nec tibi ſtatũ fati tempus eſſe declaratum. Priuſquã moriaris, in amicum eſto beneficus, & pro eo quod potes manum illi dãdo porrige. ¶Ne te defraudes iucũdo die, nec te fructus bonæ cupiditatis prætereat. Nõnne labores tuos relinques alij, & quæ opera tua comparaſti, diuidenda hæredibus? Da, & accipe, dũ ſanctam conſerues animã tuam, [& ante obitum tuũ exerceas iuſtitiam.] quoniam nõ eſt quod quæras apud manes [7]cibaria. ¶Omne animans in modũ veſtimẽti veteraſcet: hoc enim eſt ab æuo condito fatum. Morte morieris. Vt foliorum in arbore condenſa virentium alia decidũt alijs naſcentibus, ita quod carne ſanguineq; procreatur, aliud obit, aliud gignitur. ¶Omne op⁹ marcori obnoxiũ deficit, & opifex ei⁹ æque atque ipſũ interit. [Omne op⁹ egregiũ iuſtũ cenſebitur, & author ipſius laudẽ ex eo cõſequetur.] ¶Beatus vir qui [8]meditatur præclara per ſapiẽtiã, [qui de iuſtitia cõmentatur,] qui per prudentiã ſuam [9]ſancta loquitur, qui inſtituta [10]ſua perpẽdit animo, & arcana [11]illius cognoſcit. Tanquam indagator proſequere eã, & vias eius inſide. Qui per feneſtras ipſius inſpexerit, aut auſcultarit ad fores ipſi⁹, qui iuxta domũ ipſius diuerſatur, [12]qui in parietibus ipſius paxillũ fixerit, qui [11]ad latus ipſius collocarit tabernaculũ, is aget in hoſpitio bonorũ. & in tutelã tradet ipſi liberos ſuos, tum ſub ramis ipſius morabitur, &

¶3 ἐν λήθῃ. al, ἐν λύπῃ. al, οὐχ ἑκών.

¶4 ἰδεῖν ὀφθαλμῷ.

¶5 αὐτοῦ.

¶6 ἐλλιπής. al, ἐλλιπής.

¶7 τροφήν. al, τρυφήν.

¶8 μελετήσει καλά. al, τελευτήσει.

¶9 vl ἅγια

¶10 αὐτοῦ. al, αὐτῆς.

¶11 αὐτῆς. al, αὐτοῦ.

¶12 ביך

tẽde diligẽter auditui tuo: quoniã cũ ſubuerſione tua ambulas. Audiẽs verò verba illa, quaſi in ſomnis vide & vigilabis. ¶Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua. C ¶Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximũ ſibi. Omnis caro ad ſimilẽ ſibi cõiungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. 1. Corint. 6. c. ¶Si communicabit lupus agno aliquãdo: ſic peccator iuſto. Quæ cõmunicatio ſancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperẽ? Venatio leonis onager in eremo: ſic & paſcua diuitum, ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas: ſic & execratio diuitis pauper. Diues cõmotus confirmatur ab amicis ſuis: humilis autẽ cũ ceciderit, [*]expelletur' & à notis. D ¶*expellit Diuiti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum. humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſate, & nõ eſt datus ei locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbũ illius vſque ad nubes perducent. pauper locutus eſt, & dicũt, Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum. ¶Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impij. ¶Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala. Veſtigiũ cordis boni, & faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.

CAP. XIIII.

Beatus vir qui nõ eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & nõ eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. T. 19. c. 25. b. ¶Fœlix qui nõ habuit animi ſui triſtitiã, & non excidit à ſpe ſua. ¶Viro cupido & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia. Ierem. 17. b. & homini liuido ad quid aurũ? Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequã eſt, cui alij bonus erit? & nõ iucundabitur i bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius, & hęc redditio eſt malitiæ illius: & ſi bene fecerit, ignorãter, & nõ volẽs facit, & in nouiſſimo manifeſtat malitiã ſuã. ¶Nequã eſt oculus liuidi, & auertens faciẽ ſuam, & deſpiciẽs animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: B nõ ſatiabitur, donec cõſumat areſaciens animam ſuam. ¶Oculus malus ad mala: & non ſatiabitur pane indigens, Prouer. 27. c. & in triſtitia erit ſuper menſam ſuã. ¶Fili, ſi habes, bene fac tecũ, & Deo dignas oblationes offer. ¶Memor eſto quoniam mors nõ tardat, & teſtamentũ inferorũ quia demonſtratũ eſt tibi: teſtamentũ enim huius mũdi morte morietur. ¶Ante mortẽ benefac amico tuo, T. 4. a. Tob. 4. & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi. b. Luc. 16. b. ¶Nõ defrauderis à die bono, & particula [*]bonæ dici' nõ te prætereat. ¶*boni doni Nõnne alijs relinques dolores C & labores tuos in diuiſione ſortis? Da & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiã: quoniã nõ eſt apud inferos inuenire cibũ. ¶Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, Eſa. 40. b. & ſicut foliũ fructificãs in arbore viridi. Iacob. 1. b. Alia generãtur, & alia deijciũtur: ſic generatio carnis & 1. Pet. 1. d. ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. ¶Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum iuſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. ¶Beatus vir qui in ſapiẽtia morabitur: Pſal. 1. a. & qui in iuſtitia ſua meditabitur: & in ſenſu cogitabit circũſpectionem Dei. Qui excogitat vias D illius in corde ſuo, & in abſcõditis ſuis intelligẽs, vadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius cõſiſtẽs: qui reſpicit per feneſtras illius, & in ianuis illius audiẽs: qui requieſcit iuxta domum illius, & in parietib⁹ illius figens palũ ſtatuet caſulã ſuã ad manus illius, & requieſcẽt in caſula illi⁹ bona per æuũ: ſtatuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur: protegetur

ſub tegmine illius à feruore, & in gloria eius re
quieſcet.

CAP. XV.

Qvi timet Deum, faciet˚bona:' & qui continẽs
¶˚illud eſt iuſtitiæ, apprehendet illam. & obuiabit
illi quaſi mater honorificata. & quaſi
Matth.4.a. mulier à virginitate ſuſcipiet illum.‖Cibabit il
Iohan.4.b. lum pane vitæ & intellectus, ‖& aqua ſapientiæ
ſalutaris potabit illũ. & firmabitur in illo, & nõ
flectetur. & continebit illum, & nõ cõfundetur:
& exaltabit illum apud proximos ſuos. & in me
dio eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit illum
ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus, & ſtola gloriæ ve
B ſtiet illum. Iucunditatẽ & exultationem theſau-
rizabit ſuper illũ. & nomine æterno hæredita-
bit illum. Homines ſtulti nõ apprehendent illã,
& homines ſenſati obuiabunt illi. homines ſtul
ti non videbunt eam: longe enim abeſt à ſuper-
bia & dolo. viri mendaces nõ erunt illius memo
res: & viri veraces inuenientur in illa, & ſucceſ-
ſum habebunt vſque ad inſpectionẽ Dei. ¶Non
eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quia non eſt
C à Domino miſſus:' quoniã à Deo profecta eſt ſa-
pientia. ſapiẽtiæ enim Dei aſtabit laus. & in ore
fideli abundabit. & dominator dabit eam illi.
¶Nõ dixeris, Per Deum abeſt. quæ enim odit ne
feceris. Non dicas, Ille me implanauit: nõ enim
neceſſarij ſunt ei homines impij. Omne execra-
mentum erroris odit Dominus, & non erit ama
Gene.1.d. bile timentibus eum. ‖Deus ab initio conſtituit
hominem, & reliquit illum in manu cõſilii ſui.
Matth.19.c. Adiecit mãdata & præcepta ſua. ‖Si volueris mã
data ſeruare, cõſeruabunt te, & in perpetuum fi-
¶˚facere D dem placitam˚ſeruare.' Appoſuit tibi aquam &
ignem: ad quod volueris, porrige manũ tuam.
Iere.21.c. ‖ante hominẽ vita & mors: bonum & malum,
quod placuerit ei, dabitur illi: quoniã multa ſa-
pientia Dei, & fortis in potentia, vidẽs omnes ſi-
Pſal.33.c. ne intermiſſione. ‖Oculi Domini ad timẽtes eũ.
heb.4.c. & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. Nemi
ni mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpa-
tium peccandi. non enim concupiſcit multitudi
nem filiorum infidelium & inutilium.

CAP. XVI.

Filij. Ne iucunderis in filiis impiis, ſi multiplicen-
tur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt ti
mor Dei in illis. Non credas vitæ illorũ, & ne re
ſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim vn˚
timens Deum, quàm mille filij impii. Et vtile eſt
mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios.
Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus
impiis deſeretur. ¶Multa talia vidit ocul˚ me˚.
J.21.b. & fortiora horũ audiuit auris mea. ‖In ſynagõ-
ga peccantiũ exardebit ignis. & in gente incredi
Gene.6.a. bili exardeſcet ira. ‖Nõ exorauerunt pro pecca-
tis ſuis antiqui gigantes. qui deſtructi ſunt cõfi
Gene.19.e. dentes ſuæ virtuti: ‖& nõ pepercit peregrinatio
ni illorũ. ˚ſed percuſſit eos,' & execratus eſt eos
B præ ſuperbia verbi illorum. Nõ miſertus eſt il-
lis gẽtem totam perdens, & extollentẽ ſe in pec
Nu.14.c.16.f catis ſuis. ‖Et ſicut ſexcenta millia peditũ qui cõ
gregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi vnus fuiſ-
ſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. miſeri
cordia enim & ira eſt cum illo. Potẽs exoratio, &
effundens iram ſecũdum miſericordiam ſuã: ſic
¶˚correptio ˚correctio' illius hominem ſecundũ opera ſua iu
dicat. ¶Non effugiet in rapina peccator, & non
retardabit ſufferentia miſericordiã facientis. O-
mnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecũ-
dum meritũ operum ſuorũ. & ſecundum intel-
lectũ peregrinationis ipſius. ¶Non dicas, A Deo

ab æſtu protegetur per eam, atque in gloria ip-
ſius habitabit.

CAP. XV.

Qvi Dominũ reueretur, faciet˚hæc:' & cogni- ¶1 αὐτὰ. al. ἀ-
tionem legis'adeptus hãc apprehẽdet. Hæc γαθόν.
illi occurret quaſi mater, & eum tiquã ¶1 γυναικὸς νέ-
vxor virgo ducta excipiet. Hæc eum cibabit pa- μου
ne[vitæ &]intelligẽtiæ, ˚eiq; aquam[ſalutaris]
ſapientiæ dabit potui. Firmat˚ hac, ſtatu moue-
ri non poterit: qui fuerit innixus huic, non affi
cietur ignominia. Hæc ſupra ſocios ſuos extol-
let illũ, & in media concione os ei˚ aperiet. [Hæc
eũ replebit ſpiritu ſapientiæ & intelligẽtiæ, ſto
lãq; gloriæ veſtiet.] Hæc illi iucunditatẽ & coro
nam exultãtiæ'cõparabit,' & ⁴compotẽ' nominis ¶3 εὑρήσει.
æterni faciet. Homines inſipientes nõ apprehen- ¶4 κατακληρο-
derint eam, nec viderint eam viri ſceleroſi. A ſu ρονομήσει αὐ-
perbia[doloq;] procul abeſt, nec viri mendaces τόν
'mentionem illius faciẽt.'[viri veraces frequen- ¶5 vl. illius me
tabunt hãc, & vſque ad inſpectionem Dei profi- minerint.
cient.] ¶Laus ex ore ſceleroſũ minime ſpecioſa
eſt: neq; enim à Domino ꝓficiſcitur. Si laus à ſa
pientia pronũtietur, [& abundet in ore fideli,]
tum Dominus illi aſpirauerit. ¶Ne dicas, Defeci
impulſu Domini. non enim debes quæ odit face
re. Ne dicas, Ipſe me in errorem impulit: non
enim ei viro peccante opus eſt. Omne nefas odit
Dominus, nec probatur eiuſdem cultoribus. Ip-
ſe hominem creauit ab initio, & permiſit eũ ar-
bitrio cõſilii ſui, [mandatis & præceptis ſuis ad-
iectis.] Si volueris, mãdata ſeruabis, [ipſáq; te vi
ciſſim conſeruabũt.] & fidẽ præſtabis obſequio-
ſam. Ignem & aquã tibi propoſuit, ad vtrumuis
manum tui exporrige. Vita ſimul & mors, [bo-
num & malum,] homini ſunt propoſita: verun-
cunq; placuerit ei, cõſequetur. Quoniã multa eſt
ſapientia Domini, potentiáq; valet, & [aſſidue]
videt omnia. Oculis ſuis reuerentes ipſum aſpi-
cit, & omne opus hominis cognoſcit. Impie age
re nemini præcepit, nec peccãdi cuiquam dedit
licentiam: [neq; enim copiam filiorum infide-
lium & inutilium expetit.]

CAP. XVI.

Ne optes copiã inutiliũ liberorũ, nec læteris
de filiis impiis. Ne delecteris abũditia eorũ, ¶1 τὸ πλῆθος.
ſi eis religio Dei nulla eſt. Ne fidas vitę eorũ, nec al. τόπον. al.
eorũ magnifacias'multitudinẽ.' Pluris enim eſt κόπον. ¶2 δί-
²iuſtus'vnus, q̃ mille tales: & præſtat mori prole καιος ¶3 ἀσυ-
carentẽ, q̃ liberos habere impios. Per vnũ corda- βῶν. al. ἀνό-
tum frequẽs cõſidebit ciuitas, ³impiorũ'vero na- μων ἐν τάχει,
tio breui deſolabitur. ¶Multa talia vidit oculus &c.
meus, auriſq; mea his audiuit vehemẽtiora. Per ¶4 τῇ ἰσχύϊ
cœtũ ſceleroſorũ ignis ſuccẽditur, & ira exarde τῆς ἀφροσύ-
ſcit in gentẽ cõtumacẽ. Implacabilis De˚ priſcis νης αὐτῶν.
fuit gigantibus, qui ob⁴potentiã ſuam ſtultã ab ¶5 ὡς ἐπαίρον
eo defecerãt. Ne hoſpitio quidem Loti pepercit, ἐξηρμένους.
aut iis quos propter ipſorum ſuperbiã abomi- al. ἐξηρχημένους
natus eſt. Nõ eſt miſertus gentis perditæ, vepo- ¶6 Sexcẽta mil
te peccatis ſuis⁵quę cõmittebat, elatæ: ſicq; adeo lia cõſeruauit,
⁶ſexcenta millia peditũ, eos qui per contumaciã liberos ſcilicet
animi ſui cõgregati fuerãt, ˚flagellãdo, miſerã- ſexcentorũ mil
do, cædẽdo, ſanãdoq;, Dominus miſericordia ca- lium quæ in-
ſtigationéq; cõſeruauit. Quare ſi cõtumax vnus teremit. Num.
in populo fuerit, mirũ eſt ſi impune abeat. Nam 1.& Nume.16.
cũ miſericordia ſimul & ira⁷impigre proficiſcã- Dominus ergo
tur ab eo, veniámq; dare potens ſit, & irã effun- in cõſeruandis
dere, prout multa eſt miſericordia eius, ita mul- ſuis partim ira,
ta quoq; ipſi˚caſtigatio. Secũdũ opera ſua quẽq; partim miſeri-
iudicat. ¶Non effugiet cũ rapina ſceleroſus, nec cordia vſus eſt.
⁸ſpes' pium fruſtrabitur. Omni beneficẽtia locũ ¶7 διατάχους.
⁹para.' nam fructũ pro ratione operũ ſuorum, ¶8 ὑπομονή.
[ſuæq; peregrinitatis intelligentia] quiſq; cõſe- ¶9 ποίησον. al.
cutur˚ eſt. ¶˚Domin˚ Pharaonem indurauit, ne ποιήσει. ¶10 vl.
ipſum noſceret, vtq; potentia facta ipſius ſubiectæ cælo terræ innoteſcerent. ¶Omni rerum naturæ beneficentia,
[10]miſericordia ipſius nota eſt: adamãte diſcreuit lucem ſuã & tenebras. ¶Ne dicas, Latebo Dominũ, חסד

¶11 καί τίς

¶12 ἀξίως

¶13 vł, turbinē

¶14.i. lõga factorum ſeries, quæ priuſquã explorata ſit, deſinit omniũ inquiſitio.

¶15 ἀυλῶν

¶16 Al, καὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν εἰς γενεὰς γενεῶν.

¶17 איש quisque, vł quidq.

¶1 Quidã codices hic habent additum, ἐν ὁμοιώματι.

¶2 Probatio quòd norit de⁹ omnia facta hominũ, quia gubernat oĩa.

¶3 καὶ προσελάβετο τὸν ἐν φαρμάκῳ μερίδα. al, aliter. ¶4 διὰ πάντα. &c.

¶5 Scilicet gentiũ. ¶6 vł, Miſeratio חסד

¶7 vł, amorem חן

¶8 ἦν habent quidam codices. i. igitur.

¶9 ἐπανάγαγε. ἐπανάγαγε.

"ecquis' ab alto curabit me? Præ copia populi nulla erit mentio mei: nã quantula ſit mea in tã immenſa natura rerũ anima? Ecce cælũ, cælique cælorũ Dei, profũdũ mare ſimul & terra, *quæque his cõprehendũtur omnia, cum inquirit in ea, cõmouētur: *totus mũdus creat⁹, & qui creatur pro voluntate ipſius, mõtēſq; ſimul ac fundamenta terræ, cũ Dominus in ea deſpicit, tremore cõcutiuntur: nec tamē hæc cor vllũ "ſatis,' intelligit, [cũ ab ipſo corda intelligãtur omnia.] * Nã inſtituta ipſi⁹ atq; nõ viſam hominĩ "vim" quis animo cõprehendat? nã maxima pars operum ipſius occulta eſt. Quis enarret exempla iuſtitiæ ipſi⁹, aut ſuſtineat? Longum enim ſatum eſt. *& omniũ inquiſitio deficit. Qui animo ſubmiſſo præditus eſt, perpēdit hæc: vir autem inſipiēs & delirans ſtulta cogitat. ¶ Audi me fili, & ſcientiã amplectere, ádq; mea dicta aduerte animum. Explicabo perpenſam eruditionem, exactámq; ſciētiam ediſſeram. Cũ iudicio operatus eſt Dominus ab initio, & à prima "rerũ' creatione partes earũ diſpoſuit. Opera ſua excoluit perpetuò, "& initia eorũ per ſua ſecula generáque. Non eſurierunt, nec defeſſa ſunt in ſuis operibus, nec ab officijs ſuis ceſſarũt. "Aliud' alij non fuit moleſtũ, nec vnquã repugnabũt imperio ipſius. Poſteaquam deſpexit in terram Dominu⁹, bonis ſuis impleuit eam. Vita animãtiũ omnis generis operuit ſuperficiē eius, & in eãdem vnumquodque reuertitur.

CAP. XVII.

Dominus è terra creauit hominē, ruſſũmq; redegit ipſum in eãdē. Attribuit dies numeratos, ſtatũmq; temp⁹ hominib⁹, *& dedit eis in terreſtria poteſtatem. Induit ipſos virtute ſua, & ad imaginē ſui creauit eos. Omni animãti terrorē impoſuit hominis, vt 'beſtijs dominaretur ac volucrib⁹: [& formauit ex eo adiutricē ipſi ſimilem.] Iudiciũ, linguã, oculos, aures, & cor dedit eis ad cogitãdum, *ſexto loco mentē quoque donauit impertiens. & ſeptimo ſermonē operibus ſuis explicãdis. Repleuit ipſos ingenioſa ſciētia, & eis bona ſimul & mala indicauit. Adiecit ad corda eorũ oculũ ſuum, vt edoceret eos operum ſuorũ magnificentiã.* Dedit his gloriari miraculis ſuis perpetuò, vt prudēter enarrent opera ipſi⁹, & electi nomē ſanctũ eius collaudent. Sciētiã addidit ipſis, legémq; vitæ tradidit hæreditariam, *vt ſe mortales eſſe cognoſcerēt. Pactũ cũ ipſis iniјt æternum, & eos iura ſua edocuit. Glorioſam magnificentiã viderunt oculi ipſorũ, & maieſtatē vocis ipſius auris eorũ audiuit. Ab omni iniuſto, inquit, abſtinete: & de proximo mãdata dedit ſingulis. Sēper illi patēt inſtituta hominũ, nec oculos ipſius latuerint. *Omnis autē homo à iuuentute malis intentus eſt, nec potuit cor eorũ è lapideo fieri carneũ.* Nã in diſtribuē dis totius terræ gentibus, ducē cuiq; genti cõſtituit, *& Iſraelē ſibi delegit peculiarē: ' quē vt primogenitũ diſciplina educat, & lumen charitatis impertiēs non deſerit. *Quapropter' omnia 'illarũ' facta tanquã ſol palàm eo ſunt, & inſtituta earũ intuetur oculis aſſidue. Iniuſte facta illarum nõ latent ipſum, ſed omnia peccata ipſarum ei perſpecta ſunt.* Ipſe autē cum benign⁹ ſit, & opificium ſuũ habeat cognitum, neq; ablegat homies, neq; deſerit, vt q parcat ipſis. ¶ Benignitas hominis inſtar ſigilli coram ipſo eſt. & 'beneficiũ' cuiuſq; cõſeruat ẽiquã pupillã: *filijs eius & filiabus locũ cõcedens pœnitentiæ. Tandem vero exurgit, & ſuũ ſingulis dat pretiũ, ſuámq; cuiq; vicem in caput ſuũ regerit. Attamē regreſſum cõcedit reſipiſcentibus,* & labaſcētes hortatur ad patientiã, [q deſtinarit illis ſortem veritatis.] ¶ Cõuertere ad Dominum, & peccata deſere: fac ſupplices ei. & offenſam minuas. Cõtende ad Altiſſimum,* (is enim te è tenebris ad lucem deducet incolumitatis,) & recede ab iniuſti-

abſcondar, & ex ſummo quis "operis' mei memorabitur? in populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce, cælum, & cæli cælorum, abyſſus, & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius cõmouebuntur, montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ: & cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. "Et in omnibus his inſenſatum eſt cor:' & omne cor intelligitur ab illo: & vias illius quis intelligit, & procellam quã nec oculus videbit hominis? Nam plurima illius opera ſunt in abſcõſis: ſed opera iuſtitiæ ei⁹ quis enunciabit? aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam, & interrogatio 'hominum' in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. ¶ Audi me fili, & diſce diſciplinam ſenſus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicam in æquitate diſciplinam, & ſcrutabor enarrare ſapientiam. & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus virtutes quas poſuit De⁹ in opera ſua ab initio, & in veritate enũcio ſciētiam eius. Et in iudicio Dei opera eius ab initio, & ab inſtitutione "hominum' ipſorum diſtinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus ſuis. ornauit in æternũ opera illorum, nec eſurierũt, nec laborauerũt, & nõ deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſque proximum ſibi nõ anguſtiabit vſque in æternum. Nõ ſis incredibilis verbo illius. Poſt hæc Deus in terram reſpexit, & impleuit illam bonis ſuis. Anima autem omnis vitalis denunciabit ante faciē ipſius, & in ipſa iterum reuerſio illorum.

CAP. XVII.

Deus creauit de terra hominem, & ſecũdum imaginem ſuam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipſam, & ſecũdum ſe veſtiuit illum virtute. Numerũ dierum & tēpus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorũ quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnē carnē, & dominatus eſt beſtiarũ & volatilium. Creauit ex ipſo adiutoriũ ſimile ſibi: cõſilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitãdi: & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor illorum, & mala & bona oſtendit illis. Poſuit oculum 'ipſorum' ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operũ ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudēt & gloriari in mirabilibus illius, "& magnalia enarrēt operum eius. Addidit illis diſciplinam, & legē vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum cõſtituit cum illis, "& iuſtitiam' & iudicia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorē vocis audierunt aures illorum, & dixit illis, Attēdite ab omni iniquo. Et mãdauit illis vnicuiq; de proximo ſuo. Viæ illorum corã illo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius. In vnamquãque gētem præpoſuit rectorem: & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta. "Et' omnia opera illorũ velut ſol in conſpectu Dei: & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum. Nõ ſunt abſconſa teſtamenta 'propter' iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in cõſpectu Dei. ¶ Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillã conſeruabit. & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipſorum, & cõuertet in 'inferiores' partes terræ. Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ, & 'cõfirmauit' deficiētes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis. ¶ Cõuertere ad Dominũ, & relinque peccata tua: precare ante faciē "Domini,' & minue offendicula. 'Reuertere' ad Dominũ, & auertere ab iniuſtitia

C

2.Pet.3.a.b

¶ omnium

D

Gen.1.d.2.b. 5.a.

Gene.2.d.

¶ ſuum

B

¶ vt

Deut.4.f.5.

Exod.19.m. 11.23.

Rom.13.a.

Deu.4.c.32.&

C

¶ ſuper

I.19.b.

Matth.25.c.

¶ interiores

Act.3.c.

Iere.3.c.

¶ cõrogauit

¶ eius

¶ Refer te

ˎtua,ˏ & nimis odito execrationem: & cogno-
ſce iuſtitias & iudicia Dei. & ſta in ſorte propo-
D ſitionis, & orationis Altiſſimi Dei. In partes va
Pſal. 6. a. de ſeculi ſancti, ‖cum viuis & dantibus cōfeſſio-
Eſa. 38. d. nem Deo. Nō demoreris in errore impiorū, ˎan-
te mortem confitere.ˏ A mortuo quaſi nihil, pe-
ritˎ confeſſio.ˏ Confiteberis viuens. viuus & ſanus
confiteberis, & laudabis Deum. & gloriaberis in
miſerationibus illius. Quàm magna miſericor-
dia Domini, & propitiatio illius cōuertentibus
ad ſe! Nec enim omnia poſſunt eſſe in homini-
bus, quoniam nō eſt immortalis filius hominis,
& in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius
ſole? & hic deficiet. Aut quid nequius q̄ quod
excogitauit caro & ſanguis? & hoc arguetur. Vir
tutē altitudinis cæli ipſe conſpicit: & omnes ho
mines terra & cinis. CAP. XVIII.

Gene. 1. a. Qui viuit in æternum, ‖creauit omnia ſimul.
Deus ſolus iuſtificabitur, & manet inuictus
rex in æternum. Quis ſufficit enarrare
opera illius? Quis enim inueſtigabit magnalia
eius? Virtutē autem magnitudinis eius quis enū-
ciabit? aut quis adijciet enarrare miſericordiam
eius? Nō eſt minuere, neque adijcere, nec eſt in-
uenire magnalia Dei. Cum conſummauerit ho-
mo, tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur.
Quid eſt homo, & quæ eſt gratia illi? & quid eſt
Pſal. 89. e. bonum, aut quid nequam illius? ‖Numerus die-
rum hominū, vt multum centū anni: quaſi gut-
tæ aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus a-
B renæ, ſic exigui anni in die æui. Propter hoc pa
¶ effudit tiens eſt Deus in illis, & ˎeffunditˏ ſuper eos miſe
ricordiā ſuam. Vidit præſumptionem cordis eo-
rum quoniā mala eſt, & cognouit ſubuerſionem
illorum quoniam nequam eſt. ideò adimpleuit
propitiationē ſuam in illis, & oſtendit eis viam
æquitatis. ¶ Miſeratio hominis circa proximum
ſuum: miſericordia autē Dei ſuper omnē carnē.
Qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi
¶ Miſeretur excipientis paſtor gregem ſuum. ˎMiſereatur excipiensˏ do-
ctrinam miſerationis, & qui feſtinat in iudicijs
eius. ¶ Fili, in bonis non des querelā, & in om-
ni dato non des triſtitiam verbi mali. Nōnne ar
dorem refrigerabit ros? ſic & verbum melius q̄
datum. Nōnne ecce verbum ſuper datū bonum?
¶ & vtraque ˎſed vtrūqueˏ cū homine iuſtificato. ¶ Stult⁹ acri-
C ter improperabit, & datus indiſciplinati tabeſce
re facit oculos. ¶ Ante iudicium para iuſtitiā ti-
bi, & antequam loquaris diſce. Ante languorem
1. Cor. 11. d. adhibe medicinam, & ‖ante iudicium interroga
teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitia-
tionē. ¶ Ante languorem humilia te, & in tem-
Luc. 18. a. pore infirmitatis oſtēde conuerſationem tuam.
1. Theſ. 5. d. ¶ ‖Nō impediaris orare ſemper, & ne verearis vſ-
que ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei
manet in æternū. Ante orationem præpara ani
S. 7. b. mā tuā, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deū.
¶ conuerſione faciei ¶ ‖Memento iræ in die conſummationis, & tem
pus retributionis in ˎcōuerſatione faciei.ˏ ¶ ‖Me
S. 11. c. D mento paupertatis in tempore abūdantiæ, & ˎne
¶ neceſſitatū ceſſitatē paupertatis in die diuitiarū. ¶ A mane
¶ mutatur vſq; ad veſperā ˎimmutabiturˏ tēpus, & hæc om-
nia citata in oculis Dei. ¶ Homo ſapiens in oībus
¶ metuet ˎmetuit,ˏ & in dieb⁹ delictorū attēdet ab inertia.
¶ Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiā, & inuenienti
eam dabit cōfeſſionem. Sēſati in verbis & ipſi ſa
pienter egerunt, & intellexerūt veritatem & iu-
¶ inſtillauerunt ſtitiam, & ˎimplorauerunt proverbia & iudicia.

tia, atq; quod abominādū eſt, odio ſummo pro-
ſequere. [Fac cognoſcas iuſtitiam & iura Dei, in
ſorte præſcripta & imploratione Altiſſimi perſi-
ſtas, atque cōcedas in partes ſancti ſeculi.] Quis
apud manes laudabit Altiſſimū, perinde atq; vi-
ui gratulatione dedit? [Ne hæreas in errore im
piorū, fac Dominum ante mortē prædices.] Mor
tuum non ſecus ac ſi eſſe deſierit, laudatio defi-
cit, viuus autem & ˎ¹⁰cordeˏ ſanus laudabit Domi- ¶ 10 τῇ καρδίᾳ
num, [& de miſericordia ipſius gloriabitur.]
Quàm ingens eſt miſericordia Domini Dei no-
ſtri, quàmq; obuia ſanctè conuerſis ad eū, ipſius
placabilitas. Non enim in hominibus eſſe poſ-
ſunt omnia, nec homine natus quiſquam im-
mortalis eſt, [& vitiorū vanitate delectamur.] ¶ 11 καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σὰρξ καὶ αἷμα. al. καὶ αἵνηρὸς ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα.
Quid luce ſolis ſplēdidius? atqui hæc quoq; defi-
cit, ¹¹non modo caro ſanguiſq; male cogitās [in
crimen incurret.] Ille molē cœli cæli luſtrat, o-
mnes autem homines terra puluiſque ſunt.

CAP. XVIII.

Qui degit æuum cūcta creauit, ſimul, Domin⁹
qui ſolus eſt iuſtus, *nec præter eū eſt ali⁹,
[& manet inuictus rex in æternum.]
*Ipſe mūdum diſponit ſpithama man⁹ ſuæ, cū-
ctaq; parent voluntati ipſius. *Nam ipſe potentia
ſua regit omnia, quæ in eis ſancta ſunt diiun-
gens a profanis. ˎCuiuāˏ explicandi facta ſua fa ¶ 1 τίνι. al. ἐκθετί.
cultatē dedit? aut quis egregia ipſi⁹ facinora in-
ueſtiget? Quis vim magnificentiæ ipſius percen-
ſeat? aut quis conceat miſerationes ei⁹ enarraret
Nihil eſt quod demas aut addas, nec quod perue
ſtiges miracula Domini. Cum abſoluerit homo,
tum demū incipit: & cum conquieuerit, tū vero
incertus eſt. Quid eſt homo, aut quis vſus ipſius?
quid in eo boni eſt, quidve mali? Numerus dierū
hominis centum anni cum plurimū. *nec cuiuſ
quā ex omnibus ſtata eſt obitus ſui ratio. Quan-
tula eſt aquæ gutta è mari ſupta, & ex arena cal
culus: ſic illum ſunt anni mille præ tempore æ- ¶ 2 χίλια. al. ὀλίγα
ternitatis. Propterea Deus patientia vtitur in
homines, & effundit in eos miſericordiā ſuam.
Vidit, & cognouit malam eſſe eorū [arrogantiam
animi, &] euerſionem, propterea placabilitatem
ſuam ampliauit, [& oſtendit ipſis viam æquita-
tis.] ¶ Miſeratio hominis tendit in proximū ip-
ſius, at miſericordia Domini mortales omnes ca
ſtigat, erudit, docet, & reducit vt paſtor gregem
ſuum. Diſciplinā admittentium miſeretur, itēm-
que iura ſua ſtudioſe conſectantium. ¶ In rebus
bonis, fili, ne adhibeas reprehenſionem, nec vllo
in dono ³verbi mali molestiā. Nōnne ros æſtum ¶ 3 λόγου πονηροῦ
mitigat? ſimili ratione ſermo dono potior eſt.
¶ Nōnne ecce munere præſtantior eſt oratio? cæ ¶ 4 κεχαριτωμένῳ. al. κεχαριτωμένα. gratiā cōciliāt.
terū in homine ⁴gratioſo vſus vtriuſq; eſt. ¶ Stul
tus odioſe exprobrat, inuidiq; donum tabefacit
oculos. ¶ Antequam loquaris diſce, & ante ægri
tudinem admitte curationem. Ante iudiciū ex- ¶ 5 ἐξέταζε σεαυτόν. al. ἐτοίμαζε σεαυτόν
plora teipſum, vt tēpore inquiſitionis cōſequa-
ris veniā. ¶ Ante infirmitatē ⁶temperantia teip- καλλιεργῶν.
ſum maccra, & tēpore peccatorū oſtēde emēda ¶ 6 ἐγκρατεύου
tionē. ¶ Ne dubites reddere votū in tēpore, nec ¶ 7 חַנָּנָה
iuſtum probare te ad mortē vſq; differas, [quo- ¶ 8 i. inter mane & veſperam accidit tēporis mutatio. q. d. quotidie expecta ſortis tuæ & vitæ commutationem.
niam merces Dei manet in æternū.] Priuſquam
vota facias, para teipſum, ne ſimilis ſis homini
tētanti Dominū. ¶ Memēto iræ extremo die fu-
turæ, & vltionis, quo tempore auertetur facies.
¶ Perpēde tēpus famis tēpore ſaturitatis, & ino
piā ac penuriā die diuitiarū. ¶ Tēpus ⁸à mane im
mutatur ad veſperā, & corā Domino ſubita ſunt

oīa. ¶ Homo ſapiēs ſemper metuet, & diebus peccato dicatis cauebit a delicto: *inſipiens autē non
explorat tēpora. ¶ Oīs cordatus agnoſcit ſapientiā ⁹& eruditionē, & adepto eā laudē tribuit. Corda- ¶ 9 καὶ παιδείαν.
ti ipſi quoq; dictis ꝓferūt ſapiētiā, [veritatē intelligūt & iuſtitiā,] & moderatiōe animi ſelecta ¹⁰in ¶ 10 εἰς ζωήν.
vitā reſpōſa irrigāt. *Optima loquendi authoritas ſoli⁹ eſt Dūi, ſiqdē ¹¹mortali cor inhæret mortuū. ¶ 11 vſ, mortuo

¶Ne ſequaris cupiditates tuas, & appetitus tuos inhibe. Quòd ſi animo tuo indulgeas quālibet cōcupiſcētiam, efficiet quòd [12]inuidentes tibi inimici tui de te gaudeant. Ne delecteris multis [13]delicijs, nec earū [14]conſortio deuinciaris. ¶Caue pauper euadas cōcinnandis de mutuo conuiuijs, donec tibi nil ſit in ſacculo: *alioquin inūdiator vitæ tuæ famoſus eris.

CAP. XIX.

OPerarius ebrioſus non diteſcet, & paulatim ſublabetur qui ſpernit exigua. Vinū & mulieres etiā cordatos auferūt, [ſugillántq; ſapientes,] & qui conſueſcit meretricibus, euadet contūdêtior. Caries & vermes occupabunt eum, & anima cōfidens auferetur, *grauiq; ſupplicio contabeſcet. ¶Qui facile credit, leuis eſt animo, & peccādo delinquit in animā ſuā. ¶[1]Qui gaudet mala habitudine, meretur reprehēſionē: *qui vero voluptatib⁹ reſiſtit, coronat vitam ſuam. ¶*Qui linguæ temperat, etiā difficili conuixerit: & qui loquacitatē odit, min⁹ habet malitiæ. ¶Nequid tibi dictum effutias alteri, vt nequid detrimenti capias. ¶Nec apud amicum, nec apud inimicum [3]vitas alienas enunties: [4] & ſi nō redūdat in te peccatum, [5]ne detegas. Audierit enim ille, & [6]auerſabitur te, pérq; occaſionem ſuū in te odiū oſtendet. ¶Sermonem [aduerſus alterum] audiſti, fac tecū commoriatur, & ſecurus eſto, vt qui non dirumpat te. ¶Præ ſermone parturiet ſtultus, vt præ fœtu grauida. ¶Quod telum agit defixū in femore corporis, hoc ſermo in ſtulti pectore. ¶Obiurga amicum, ſiquid fortè min⁹ faciat: ſin fecerit, ne porrò pergat facere. Increpa amicū, an quid fortè minus dicat: q ſi dixerit, ne porrò rurſum dicat. Increpa inquā amicum, etenim exiſtit ſæpe calumnia, quare ne cuiuis ſermoni [6]fidē adhibeas. [7]Eſt qui labatur verbo, ſed non ex animo: & quis lingua ſua non peccauit? [8]Amicum tuum redargue, priuſquam mineris. ¶[9]Iráq; poſita, da locum legi Altiſſimi. Religio Domini, prim⁹, quo ad eū recipiare, gradus eſt: amorem vero eius demeretur ſapientia. *Cognitio præceptorum Domini eruditio vitæ eſt, & qui morē gerūt ipſi, fructum carpent immortalitatis. Religio Domini ſumma eſt ſapientia, & in omni ſapiētia præſtatio legis, ſummæque eius potentiæ cognitio. ¶*Si ſeruus dicat domino, Quod tibi videtur nō faciam: ſi idem poſtea faciat, offendit altorē ſuum. ¶Scientia malitiæ nō eſt ſapientia, nec cōſilium ſceleroſorum cum prudentia cōiunctum eſt, ſed malitia eſt, atque adeo ipſa execratio, ſtultitiáq; vacua ſapientiæ. ¶Potior eſt religioſ⁹ [10]cui deficit ſapiētia, q̄ abūdās prudētia violator legis *Altiſſimi. ¶Eſt aſtutia exacta, & eadē iniuſta: & eſt qui gratiā iuris pronūtiādi peruertat: * rurſūmq; alius qui iuſte iudicet, ſapiens. Eſt qui praua molliatur demiſſus [11]mœſtitia, cui⁹ interiora dolo tota [12]ardeant. Vultum cōtrahens, [13]ſurdūmque ſe ſimulans, vbi non ſuſpiceris occupabit *te lædere. Quòd ſi defectu virium peccare prohibeatur, malū dabit tibi nactus occaſionē. ¶Vt ab aſpectu quiſq; cognoſcitur, ita ex vultus obiectu cordatus intelligitur. ¶Suus cuiuſq; habitus, ac [14]rictū diducens riſio, inceſſúſque hominis, quomodo ſit animatus arguunt.

CAP. XX.

EStc ū minime ſit ſpecioſa reprehēſio, & eſt cū quis ſapiēter taceat. Quāto honeſti⁹ eſt reprehēdere q̄ alere indignationē: nā qui fatetur qd, protegetur à detrimento. ¶Qualis eſt ſpadonis puellam viriādi libido, talis eſt qui per vim exercet iudicia. ¶*Eſt qui tacendo ſe probet ſapiētē, & eſt qui crebra loquacitate ſit odioſus. Alius tacet nō habēs quod reſpondeat: alius ſilet, tempori ſeruiens. Homo ſapiens tacebit donec opportunū fuerit: nugatos autē & inſipiēs præteribit opportunitatē. ¶Qui verbis multis vtit, execrationi erit

¶12 οἱ βασκαίνοντές σε.
¶13 τρυφῇ. al. τύρβῃ.
¶14 συμβολῇ. al. συμβουλῆς
¶1 i. qui corp⁹ ſupra modum macerat, κακοιδίᾳ. al. καρδίᾳ.
¶2 ἀμάχῳ. i. cū homine quā uis moroſo, & importuno ac peruicaci cōuiuere poterit. vel ſi legas ἀμάχως, citra rixā & pugnas .i. pacifice cuiuis conuixerit.
¶3 βίους ἀλλοτρίους ¶4 vl, & ſi potes abſque peccato facere. ¶5 vl, obſeruabit te,
¶6 πίστευε. al. πιστευέτω ἡ καρδία σου.
¶7 λόγῳ,
¶8 רֵעֲךָ vel, proximū tuū
¶9 γενόμενος ἀμήνιτος.
¶10 ἡλαττωμένος. al. πλεονάζοντος.
¶11 קדרו nigrum eſſe, contriſtari. ¶12 πυρώδης. ¶13 ἐθελοκωφῶν
¶14 vl, dentiū p riſū nudatio,
¶1 θυμωθῆναι κρυπτῶς.

¶[1]Poſt cōcupiſcentias tuas nō eas, & à volūtate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ cōcupiſcentias ei⁹, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec immodicis: aſſidua enim eſt cōmiſſio illorū. ¶Ne fueris mediocris in contētione ex fœnore, & non eſt tibi nihil in [3]ſeculo: eris enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

OPerarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim decidet. ‖Vinum & *mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos: & qui ſe iungit fornicarijs, erit nequā. putredo & vermes hæreditabunt illū, & extolletur in exēplum maius, & tolletur de numero anima eius. ¶‖Qui credit cito, leuis corde eſt, & minorabitur: & qui delinquit in animā ſuā, inſuper habebitur. ¶Qui gaudet iniqtate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiā. ¶Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. ¶Ne iteres verbū nequā & durū, & nō minoraberis. ¶Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi delictū, noli denudare. audiet eni te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatū odiet te, & ſic aderit tibi ſemp. ¶‖Audiſti verbū aduerſus proximum tuum? cōmoriatur in te, fidens quoniam nō te dirumpet. ¶A facie verbi parturit fatuus tanquā gemitus partus infantis. ¶Sagitta infixa femori [6]canis, ſic verbū in corde ſtulti. ¶‖Corripe amicū, ne forte nō intellexerit, & dicat, Nō feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximū, ne forte non dixerit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicū, ſæpe enim fit cōmiſſio. Et non omni verbo credas. eſt qui labitur lingua [7]ſua, ſed nō ex animo. ‖Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximū antequam cōminêris. ¶Et da locum timori Altiſſimi: quia omnis ſapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Et nō eſt ſapientia nequitiæ diſciplina: & nō eſt cogitatus peccatorū prudentia. ¶Eſt nequitia, & [8]in ipſa execratio: & eſt inſipiens, qui minuitur ſapientia. ¶Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore [9]Dei, q̄ qui abundat ſenſu, & trāſgreditur legē Altiſſimi. ¶Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua: & eſt qui emittit verbū certum enarrans veritatē. ‖Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora ei⁹ plena ſunt dolo. & eſt iuſtus qui ſe nimiū ſubmittit à multa humilitate: & eſt iuſtus qui inclinat faciē ſuā, & fingit ſe non videre quod ignoratum eſt: & ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. ¶Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. ¶Amictus corporis, ‖& riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.

CAP. XX.

EStc orreptio mēdax in ira cōtumelioſi: & eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci, & cōfitentē in oratione nō prohibere. ¶‖Cōcupiſcētia ſpadonis deuirginauit iuuēculā: ſic qui facit per vim iudiciū iniquū. ¶Quàm bonū eſt correptū manifeſtare pœnitentiā! ſic enim effugies volūtariū peccatum. ¶‖Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquēdum. Eſt autē tacens, [1]& nō habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens, ſciēs tempus apti tēporis. ‖Homo ſapiens tacebit vſq; ad tēpus: laſciuus autem, & imprudens non [2]ſeruabit tempus. ¶Qui multis vtitur verbis, lædet

Ro.6.b.13.d.
¶[3]ſæculo
Gene.19.f.
*3.Reg.11.a.
Ioſ.11.c.
B
ī.11.d. 27.c.d
¶[6]carnis.
Leuit.19.d.
matth.18.b.
luc.17.a.
C
ī.14.a. & ī.25 b. Iacob.3.a.
D
Matth.6.b.
ī.22.c.
ī.30.c.
ī.3.a.
ī.32.a.
¶[2]ſeruabunt

B animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi ſumit iniu
ſtè, odietur. ¶Eſt proceſſio in malis viro indiſci
plinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt da-
tum quod non eſt vtile: & eſt datũ, cuius retribu
tio duplex. ¶Eſt propter gloriam minoratio: &
eſt q ab humilitate leuabit caput. ¶Eſt qui mul-
ta redimat modico pretio, & reſtituens ea in ſe-
ſ.6.d. ptuplum. ¶Sapiens in verbis ſeipſum amabilẽ
facit. gratiæ autẽ fatuorũ effundentur. ¶Datus
inſipiẽtis nõ erit vtilis tibi: oculi enim illius ſe-
ſ.18.c.& ſ.41.c. ptemplices ſunt. ¶Exigua dabit, & multa impro
perabit: & apertio oris illius inflammatio eſt.
¶Hodie fœneratur quis, & cras expetit: & odibi
lis eſt homo huiuſmodi. ¶Fatuo nõ erit amicus,
C & non erit gratia in bonis illius. qui enim edũt
panẽ illius: falſæ linguæ ſunt. Quoties, & quanti
irridebũt eum? Neque enim quod habendũ erat,
directo ſenſu diſtribuit: ſimiliter & quod nõ erat
habẽdũ. ¶Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pa-
uimento cadẽs: ſic caſus malorũ feſtinanter ve-
¶ ingratus niet. ¶Homo acharis quaſi fabula vana, & in
ore indiſciplinatorũ aſſidua erit. ¶Ex ore fatui
reprobabitur parabola: nõ enim dicit illã in tẽ-
pore ſuo. ¶Eſt qui vetatur peccare præ inopia,
& in requie ſua ſtimulabitur. ¶Eſt qui perdet
animam ſuam præ confuſione, & ab imprudẽ-
ti perſona perdet eam: perſonæ autẽ acceptione
perdet ſe. ¶Eſt qui præ confuſione promittit a-
ſ.24.e. mico, & lucratus eſt eum inimicũ gratis. ¶Op-
D probrium nequã in homine mẽdaciũ, & in ore
indiſciplinatorũ aſſidue erit. ¶Potior fur q̃ aſſi-
duitas viri mendacis. perditionẽ autẽ ambo hæ-
reditabũt. ¶Mores hominũ mendaciũ ſine hono
re: & cõfuſio illorũ, cum ipſis ſine intermiſſione.
¶ producet ¶Sapiens in verbis producit ſeipſum, & homo
Gen.41. dan.2.g. prudens placebit magnatis. ¶Qui operatur ter
ram ſuam, inaltabit aceruũ frugum: & qui ope
Prou.1.b. & 12.c. ratur iuſtitiam, ipſe exaltabitur: qui verò placet
magnatis, effugiet iniquitatem. ¶Xenia & do-
Exod.23.a. na excæcãt oculos iudicũ, & quaſi mutus in ore
deut.16.d. auertit correptiones eorũ. ¶Sapientia abſcõſa &
ſ.41.c. theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſq;? ¶Me-
lior eſt qui celat inſipientiã ſuam, quàm homo
qui abſcondit ſapientiã ſuam. CAP. XXI.

ſ.5.b.7.b.12.c Psal.40. luc.14.c. FIli, peccaſti? non adiicias iterum: ſed & de
priſtinis deprecare vt tibi dimittãtur. Quaſi
à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad il
la, ſuſcipiẽt te. Dentes leonis dentes eius, interfi-
cientes animas hominũ. Quaſi romphæa bis acu
ta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.
¶Obiurgatio, & iniuriæ annullabũt ſubſtãtiã:
& domus quæ nimis locuples eſt, annullabitur
ſuperbia: ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur.
Exod.3.b.22.c ¶Deprecatio pauperis ex ore vſq; ad aures eĩ
perueniet, & iudicium feſtinatò adueniet illi.
¶Qui odit correptionem, veſtigiũ eſt peccato-
ris: & qui timet Deum, cõuertetur ad cor ſuum.
¶ mendaci: ¶Notus à lõge potens lingua audaci: & ſenſa-
B tus ſcit labi ſe ab ipſo. ¶Qui ædificat domũ ſuã
impẽdiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos
ſ.16.a. in hyeme. ¶Stupa collecta ſynagõga peccãtiũ:
& conſummatio illorum flãma ignis. ¶Via pec-
¶ cõplanata cantiũ cõplantata lapidibus, & in finem illorũ
¶ in fine inferi, & tenebræ, & pœnæ. ¶Qui cuſtodierit iu-
¶ cuſtodit ſtitiam, cõtinebit ſenſum eius. Conſummatio ti
moris Dei ſapiẽtia & ſenſus. ¶Nõ erudietur, qui
non eſt ſapiens in bono. eſt autẽ inſipiẽtia quæ
¶ abundat abundat in malo: & nõ eſt ſenſus vbi eſt amari-
tudo. ¶Scientia ſapientis tãquã inundatio abũ-
dabit, & cõſilium illius ſicut fons vitæ permanet.
ſ.33.a. ¶Cor fatui quaſi vas cõfractum, & omnem ſa-

obnoxius: & qui poteſtatem ſibi ſumit, in odiũ
veniet. ¶Quàm pulchrũ eſt reprehẽſum agere
pœnitentiã: ſic enim voluntariũ peccatum effu-
gias. ¶Eſt cũ quis ſceleroſus in malis rebus ſuc- ¶1 ἀνδρὶ ἁ-
ceſſum cõſequitur, & eſt cũ res inuenta detrimẽ- μαρτωλῷ
ſum cõfirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius cõpoſita ſunt omnia. ¶Multa dicemꝰ, & deficiemꝰ in verbis, conſũmatio autẽ ſermonũ ipſe eſt in omnibus. Gloriantes ad quid valebimꝰ? ipſe enim Omnipotens ſuper omnia opera ſua. ¶Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. Glorificantes Dominũ quantumcũque potueritis, ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: maior enim eſt omni laude. Exaltantes eũ replemini virtute. Ne laboretis: non enim comprehendetis. ¶Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio? Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapientiã.

D
Pſal.95.a
Pſal.105.a.

CAP. XLIIII.

Laudemus viros glorioſos, & parẽtes noſtros in generatione ſua. Multam gloriã fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis homines magni virtute, & prudentia ſua præditi nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarũ, & ¶imperantes in præſenti populo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba. In pueritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarũ. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes: pacificãtes in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomẽ narrandi laudes eorum. & ſunt quorũ non eſt memoria: ¶perierunt quaſi qui non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati, & filij ipſorum cum ipſis. Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt: cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorũ, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum: & filij eorum propter illos vſque in æternum manent: ſemen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorũ viuit in generationem & generationem. ¶Sapiẽtiam ipſorum narrẽt populi, & laudem eorum nunciet eccleſia. ¶¶Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gẽtibus ſapientiã. ¶¶Noe inuẽtus eſt perfectus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Ideò dimiſſum eſt reliquũ terræ, cum factum eſt diluuiũ. ¶Teſtamẽta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. ¶¶Abrahã magnus pater multitudinis gentium, & nõ eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit legem Excelſi, & fuit in teſtamento cũ illo. ¶In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis. ¶Ideò iureiurando dedit illi gloriã in gente ſua, creſcere illũ quaſi terræ cumulũ, & vt ſtellas exaltare ſemẽ eius, & hæreditare illos à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos terræ. ¶Et Iſaac eodem modo fecit propter Abrahã patrẽ eius. Benedictionẽ omniũ gentiũ dedit illi Dominus, ¶& teſtamẽtũ ſuum cõfirmauit ſuper caput Iacob. ¶Agnouit eũ in benedictionibꝰ ſuis, & dedit illi hæreditatẽ, ¶& diuiſit illi partẽ in tribubus duodecim. Et cõſeruauit illi homines miſericordiæ inuenientes gratiã in oculis omnis carnis.

¶ potentatibus
Exod.18.c.
¶ peritia
¶ in ſcriptura.
B
Gen.7.d.
¶ defuerunt
ſ.19.b.
C
Gen. 5.c. heb. 11.a. ĩ.4.c.
¶ pœnitẽtiã.
Gen.6.b.7.a.
heb.11.b.
Gen.9.b.
Gen.12.a.15.a.
17.a.
Gen.22.d.
D galat.3.b.
Gen.22.c.
¶ ſemen
Gene.26.a.
¶ in
Gen.28.
Ge.27.c.29.30.
Ioſ.13.19.

CAP. XLV.

Dilectus Deo & hominibꝰ Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt. Similẽ illũ fecit in gloria ſanctorũ, & magnificauit eũ in timore inimicorũ, & in verbis ſuis mõſtra placauit. ¶Glorificauit illũ in cõſpectu regum, & iuſſit illi corã populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. ¶In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eũ ex omni carne. Audiuit enim eũ, & vocẽ ipſius, & induxit illum in nubẽ. ¶Et dedit illi cor ad præcepta, & legẽ vitæ, & diſciplinæ docere

Exo.11.a. act.7.c.
Exod.6.7.8.
Exod.16.c.
num.12.a.
Exod.19.b.20.
¶ corã præcepta.

Exod.4.d
¶ eius,
¶ gloriæ,
Exod.28.f
B
¶ Stola ſācta
¶ Coronam aureā expreſſam
¶ deſyderia
¶ cōſumpta
Leuit.1.a C
¶ placare
Deut.17.c.
21.a.mal.2.a.
Num.16.a.
Num.17.b.
¶ diuitiis D
¶ ipſius
Deu.12.b.18.a
¶ in terra
Num.25.c.
1.mach.2.f.
¶ regis

Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. ¶ Excelſum fecit Aarō fratrem ſuū, & ſimilem ſibi de tribu Leui. Statuit ei teſtamētum æternū, & dedit illi ſacerdotium gētis, & beatificauit illum in gloria & circumcinxit eum zona iuſtitiæ, & induit eū ſtolam gloriæ, & coronauit eū in vaſis virtutis. Circūpedes & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illū tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare ſonitū in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitū in templo in memoriam filijs gentis ſuæ. Stolam ſanctam auro & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapientis iudicio & veritate præditi. Torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij ſculptis in memoriam ſecundum numerū tribuum Iſrael. Corona aurea ſuper mitrā eius expreſſa ſigno ſanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, deſyderio oculorū ornata. Sic pulchra ante ipſum non fuerunt talia vſque ad originem. Nō eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantum filij ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipſius cōſummata ſunt igne quotidie. Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. Factū eſt illi in teſtamentum æternū, & ſemini eius ſicut dies cæli fungi ſacerdotio, & habere laudē, & glorificare populum ſuum in nomine ſuo. Ipſum elegit ab omni viuente, offerre ſacrificium Deo, incēſum, & bonum odorem in memoriam placere pro populo ſuo: & dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorū docere Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſrael. Quia contra illū ſteterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deſerto qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracūdia. Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracūdiæ. Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron gloriā, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugū terræ diuiſit illi. Panē ipſis in primis parauit in ſatietatem: nā & ſacrificia Domini edent, quę dedit illi, & ſemini eius. Cæterū inter gētes nō hæreditabit, & pars non eſt illi in gēte. ipſe eſt enim pars eius, & hæreditas. ¶ Phinees filius Eleazari tertius in gloria eſt, imitādo eū in timore Domini: & ſtare in reuerētia gentis: in bonitate & alacritate animæ ſuæ placuit Deo Iſrael. Ideo ſtatuit illi teſtamētum pacis, principē ſanctorum & gētis ſuæ, vt ſit illi & ſemini eius ſacerdotij dignitas in æternum. Et teſtamentum Dauid regi filio Ieſſæ de tribu Iuda, hæreditas ipſi & ſemini eius, vt daret ſapientiā in cor noſtrum iudicare gentem ſuam in iuſtitia: ne abolerentur bona ipſorum, & gloriam ipſorum in gentem eorū æternam fecit.

Ioſ.11.c.
Num.27.d.
deut.34.b.
ioſ.11.a.
Ioſue 8.
¶ in tollēdo
¶ perduxit
Ioſue 10.c

## CAP. XLVI.

FOrtis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundū nomen ſuum, maximus in ſalutē electorū Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatem Iſrael. Quā gloriam adeptus eſt extollendo manus ſuas, & iactando cōtra ciuitates rompheas? Quis ante illum ſic reſtitit? Nā hoſtes ipſe Dominus percuſſit. Aut non in iracundia eius impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duo? Inuocauit Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos vndiq;, & audiuit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grādinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gētem hoſtilem, & in deſcenſu perdidit cōtrarios, vt cognoſcant gen-

Iacob, & ius ſuū Iſraelem. ¶ Euexit Aaronē ſanctum ipſi ſimilem, & fratrem eiuſdem e tribu Leuitica. Pactum æternum ſanxit cum eo, commiſitque ei ſacerdotium populi. Elegāti cultu beatum reddidit: & amiciuit habitu glorioſo. Perfecta magnificentia veſtiuit eum, & [8]inſtruxit apparatu [9]opulento, periſcelide, toga tunicáque. Globulis aureis ſuccinxit eum, crebriſque circūcirca tintinnabulis, quæ ſonos ederent incedēte ipſo, & in fano tinnitum redderent, ad [9]filiorum populi ſui commendationem: auro item colorēque hyacinthino, & purpura auguſto habitu varij operis & artificij, pectorali videlicet [10]iudicij cum [11]Doctrina & Veritate, opere [12]coccini ſ filis artificioſo, ſimul & pretioſis lapidibus ſigillorū modo ſcalptis, operéq; ſcalptoris illigatis in auro, cū ſcriptura monumenti cauſa inciſa ſecundum numerum [13]tribuū Iſrael. Deinde aurea ſupra mitram corona in modū ſigilli ſancte ſcalpturata, ornamento honorifico, & eximio opere, oculorúmque decoro ac ſpectabili oblectamēto. Ante eum talia facta [14]nō ſunt vllo ſeculo, nec indutus eſt ijs alienigena: ſed filij eius ſoli nepotēſque ipſius aſſidue. Solide conſumi ſolita ſunt [15]horū ſacrificia, bina videlicet quotidiana aſſiduitate. Manus huius [16]conſecrauit Moyſes, & eū ſacro inunxit oleo. Pacto ſempiterno cōceſſum eſt huic, & eiuſdē progeniei, voluēdis cælo dieb⁹ miniſtrare Deo, ſimul & ſacrificare, [17]eiúſq; nomine fauſta precari populo ipſius. Hunc ex viuis omnibus ad libanda ſibi munera, populúmq; ſuffimentis, & ad commendationem gratis nidoribus expiandum elegit Dominus. Eidem mandata ſua [18]tradidit, & ſecundū præſcripta iura poteſtatē, vt quæ teſtatus eſſet, edoceret Iacob, & Iſraeli legem ſuam [19]illuſtraret. Aduerſus eum coorti ſunt alieni, & per inuidiam in deſerto conſurrexerunt in eū viri Dathan & Abirō ſequuti, factióq; Core ſæua ac furioſa: quos Dominus vidit, nec laudauit, ideóq; ira ſæua cōſumpti ſunt. Edidit in eos miracula, cum eos igni flammante ſuo confecit. Aaronē vero auxit gloria, & fructum ei conſtituit hæreditarium. Attribuit [20]ei primitias primorum fructuum, & [21]in primis panem parauit ad ſatietatem. Nam ſacrificijs Domini veſcuntur poſteri eius, quibus ea cum ipſo cōceſſit. Cæterum in terra [22]populi nullam habet poſſeſſionem, nec in gente ſua portionē adeptus eſt: nam ipſe [Dominus] [23]hæreditaria eius obuētio eſt. ¶ Porrò gloria tertius ab his eſt Phinees Eleazaro natus, eo quòd [24]flagrarit ſtudio religionis Domini, populóque deſciſcenti obſtiterit optima animi ſui alacritate, & Iſraelē expiarit. Quapropter [Dominus] pactū [25]firmauit ei proſperitatis, antiſtitem fore ſacrorū populiq; ſui, & [26]ipſum poſteritatēmque eius perpetua ſacerdotij magnificentia potituros. Porrò quod [27]Dauidi Eſai filio de tribu Iuda pactū eſt, fructus hæreditarius regis [28]filij è filio vnici, fructus itē hæreditarius Aaroni, eiuſdēmq; progeniei pactus, [29]corda noſtra ſapientia imbuat, qua iuſte regatur populus ipſius: ne bona ipſius aboleſcat, aut ſeculis eorum [30]gloria eius.

## CAP. XLVI.

FOrtis bello Ieſus Naue filius Moſi ſucceſſit in munus propheticum. Hic electis Dei ſeruandis magnum ſibi nomē peperit, dum conſurgentes hoſtes vlciſcitur, & Iſraelitas inducit in poſſeſſionem. Quantā eſt adeptus gloriam, quoties manus ſuas extulit, & gladiū ſuum vibrauit in ciuitates? Quis ante eum talis extitit, [1]quippe qui geſſerit bella Domini? Nonne ſol reſtitit huius opera, & dies vnus extetit [4]ad duos? Cum hoſtes eum vndique premerent, inuocauit dominatorem altiſſimum, & magnus Dominus exaudiuit eum, vehementi violentáque grandine lapidando. [5]Prælio in gentes irruit, & obſiſtentes interemit in [6]deſcenſu, vt gentes cognoſcerent arma e-

¶6 הֲכִינוֹ. vel, authoritatem ei conciliauit.
¶7 חַיִל. vel, eximio.
¶8 ἐν ναῷ.
¶9 לִבְנֵי
¶10 Vel, rituali, quia eo ritu deū conſulere iubebant.
¶11 δήλοις ἀληθείας. Ita interpretatum videtur Vrim & Thummim, vt 1. Eſd. c.
¶12 κεκλωσμένῳ κόκκῳ.
¶13 φυλῶν. al, υἱῶν.
¶14 οὐ γέγονε.
¶15 θυσίαι αὐτῶν. Ita habēt correctiores codices.
¶16 ימלא
¶17 ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.
¶18 ἔδωκεν αὐτῷ ἐν τολαῖς αὐτοῦ.
¶19 φωτίσαι. al. φωτίσαι.
¶20 αὐτῷ. al, αὐτοῖς
¶21 ἐν πρώτοις
¶22 λαοῦ
¶23 μερὶς αὐτοῦ κληρονομίας.
¶24 Vel, animoſe ſe geſſerit pro religione, &c.
¶25 ἐστάθη. al, ἔστη αὐτῷ διαθήκη.
¶26 ἵνα ᾖ αὐτῷ, &c.
¶27 τῷ Δαβὶδ υἱῷ, &c.
¶28 Id eſt, nepotis vnici, ſcilicet Chriſti.
¶29 al, δῴη ὑμῖν εἰς καρδίαν ὑμῶν.
¶30 δόξαι αὐτοῦ.

XLVI.

¶1 ἐκτῆναι. al, ἐκκλῖναι.
¶2 τοὺς γὰρ πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγεν.
גבח
¶3 Vel, propter hunc,
¶4 πρὸς δύο, al, εἰς δύο.
¶5 ἐν ἔθνει πόλεμον. al, ἐπ' ἔθνος πολέμου.
¶6 nēpe, Bethoron, Ioſ. 10.

tus, & bellũ ab eo geri[7] fauente Domino. Nã ipſe potẽtem ſequutus eſt, temporibúſq; Moſis amicum ei ſe præſtitit, cũ ipſe cum Caleb Iephonne nato ſe [8]hoſti opponeret, ac prohiberet peccare populũ, fremitũq; malitioſum pacaret. Hi duo ſeruati fuerant è ſexcentis peditũ millibus, vt pote inducendi in poſſeſſionẽ, in terrã manantem lacte & melle. Chaleb inſuper dedit Domin[us] fortitudinẽ, quæ ad ſenectutẽ vſque mãſit ei, donec cõſcendit terrã excelſam, & progenies eius obtinuit poſſeſſionẽ: vt ſcirẽt omnes poſteri Iſraelis, quàm Dominũ ſequi bonum ſit. Porrò iudicũ quoq; nominatim omniũ, quorũcunq; non ſcortatus eſt animus, & quicunque à Domino nõ defecerũt, fauſta felixq; fuerit memoria. Oſſa eorũ locis ſuis reuiteſcãt, nomẽq; eorum per ſucceſſiones ad celeberrimosquoſq; poſterorũ traditũ. ¶Char[9] Domino ſuo, cuius erat ꝓpheta, [9]Samuel [10]reges conſtituit, populóque ipſius vnxit principes. Lege Domini gubernauit multitudinẽ, cũ Dominus idẽ Iacob reſpiceret. Hic fide ſua propheta probatus eſt, [11]verbiſq; ſuis eſſe fide[12] vaticina cõpertus. Dominũ potentem inuocauit, cum prementibus [13]eũ vndiq; hoſtibus ipſius, [14]agnũ lactentem immolaret. Tum Dominus de cælo tonuit, ſonitũq; magno [15]tonitrus vocẽ ſuam edidit audiendam. Ita concidit duces Tyriorũ, omneſque Paleſtinorũ principes. Ante tempus vitæ finiendę coram Deo, & [16]Vncto ipſius teſtatus eſt ſe nec pecunias ab vllo mortalium, nec ad calceamenta vſque quicquam accepiſſe: neq; vero quiſquam eſt eũ criminatus. Etiã poſt obitum ſuum vaticinatus eſt, & [17]regi interitum ipſius indicauit. Vocem ſuam è terra ſuſtulit, ſcelera populi delenda vaticinans.

CAP. XLVII.

Poſt hũc exortus eſt Nathã, qui tẽporibus Dauidis functus eſt munere[1] prophetico. Porrò ſicut adeps ab [2] hoſtia felici ſelectus fuit Dauid è poſteris Iſrael. Cum leonibus quaſi cũ hœdis [3]luſit, & cum vrſis perinde ac cum agnis ouium. Nónne in iuuentute ſua interemit gigantem, & opprobrium ſuſtulit è populo, quando manum cum lapide fundæ leuauit, & deiecit ſuperbiam Goliath? Nam inuocabat Dominum altiſſimum, qui roborauit dexteram ipſius, vt tolleret hominem bello potentem, [4]cornúque populi ſui erigeret. [5]Is ei gloriã tribuit decem [6]millium, & cõmẽdationibus ſuis reddidit laudabilẽ, & ei diadema gloriæ detulit. Nã hoſtes profligauit circumcirca, & Paleſtinos inimicos redegit ad nihilum, adeo vt [8]cornu eorum etiam hodie ſit fractum. In omni opere ſuo laudem ſummo numini honorifica oratione tribuit, totóque corde decantauit creatorem ſuum, & amauit. Cantores conſtituit ante aram, qui ſuaues ſono ſuo cantus ederẽt, [8] carminibúſq; ſuis laudes agerẽt quotidie. Feſtis diebus decus addidit, & ad ſummũ exornauit tẽpora: quibus celebrarent nomen [9]ſanctũ Dei, & a matutino tẽpore decantarẽt [10]eiuſdem ſanctitatẽ. [11]Dominus peccata eius aboleuit, & cornu eius erexit ad tempus perpetuũ. Fœdere pactus eſt ei [12]regnum, & ſolium maieſtatis in Iſrael. ¶Huic ſucceſſit filius ſapiens, qui per eum in [13]amplam venit poſſeſſionem. Salomon regnauit tempore pacifico, [14] & gloriam adeptus eſt, poſtquã Deus circumiecta loca pacata reddidit, vt nomine ipſius ſtatueret ædẽ, & ſacrariũ perpetuum pararet. Quàm ſapiens in iuuẽtute [15]tua factus es, qui fluminis inſtar repletus fueris intelligentia. Animus tuus terrã [16]omnem operuit, & allegorijs ænigmaticis [17]impleuit. Nomẽ tuum procul permanauit in inſulas, paceq; tua [18]fuiſti gratioſus. Te miratæ ſunt regiones, propter carmina, & prouerbia ſimul & allegorias, inter-

¶7 Vt, inſpiciente, vt ante oculos לפני
¶8 ἐχθρῷ. al. ἐκκλησίας
¶9 σκηνῶν.
¶10 βασιλείας. al. βασιλεῖς.
¶11 ἐν ῥήμασι. al. ἐν πίστει
¶12 חזון viſionis ſeu prophetiæ
¶13 αὐτόν
¶14 ἀρνός
¶15 βροντῆς
¶16 Id eſt, rege
¶17 βασιλεῖ
¶1 τοῦ προφητεύειν. al. ὁ προφήτης.
¶2 שְׁלָמִים, σωτηρίου vertunt Septuaginta, vt Leuit. 1. vt, ab hoſtia gratulatoria, vel placida.
¶3 ἔπαιξεν. al. ἐπαίζεν.
¶4 Id eſt, opes & vires
¶5 οὕτος lego. al. οὕτως. Is ſcilicet populus, vel deus.
¶6 Scilicet earum
¶7 Domini
¶8 Id eſt, opes
¶9 ἅγιον
¶10 αὐτοῦ
¶11 Vetus interpretatio habet, Chriſtus.
¶12 βασιλείας. al. βασιλέων.
¶13 Vt, quietam
¶14 καὶ ἐδοξάσθη.
¶15 σου. al. αὐτοῦ & reliqua in tertia perſona.
¶16 πᾶσαν
¶17 ἀνέπλησας. al. ἀνέπλησεν.
¶18 ἠγαπήθης al. ἠγάπησεν.

tes potentiã eius, quia contra Deum pugnare nõ eſt facile: & ſecutus eſt à tergo potentes. D
Et in diebus Moyſi miſericordiã fecit ipſe & Caleb filius Iephone, ſtare cõtra hoſtẽ, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Num.14.c.
Et ipſi duo conſtituti, à periculo liberati ſunt à numero ſexcentorũ milliũ peditũ inducere illos in hæreditatẽ, in terrã quæ manat lac & mel. Nume.26.g. deut.1.c.
Et dedit Dominus ipſi Caleb fortitudinẽ, & vſq; in ſenectutẽ permãſit illi virtus, vt aſcẽderet in excelſum terræ locũ. & ſemen ipſius obtinuit hæreditatem: Ioſue 14.c.
[e]& viderũt omnes filij Iſrael quia bonũ eſt obſequi ſancto Deo. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui nõ auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, E ¶[e] vt viderent
Et oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum, [f]permanente ad filios illorum ſanctorum virorũ gloria. ¶.49.c. ¶[f] permanẽs
¶Dilectus à Domino Deo ſuo Samuel propheta Domini, [g]renouauit imperiũ, & vnxit principes in gente ſua. 1.Re.10.a.16.a
In lege Domini congregationẽ iudicauit, & vidit [h]Deum Iacob, & in fide ſua probatus eſt propheta. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis. & inuocauit Dominũ omnipotentẽ in oppugnãdo hoſtes circũſtantes vndique, in oblatione viri inuiolati. ¶[h] Dominum D
Et intonuit de cælo Dominus, & in ſonitu magno auditã fecit vocem ſuã, 1.Reg.7.c.
Et contriuit principes Tyriorũ, & omnes duces Philiſthijm. 1.Reg.12.a.
Et ante tẽpus finis vitæ ſuæ & ſeculi, teſtimonium præbuit in cõſpectu Domini, & chriſti, pecunias & vſq; ad calceamẽta ab omni carne nõ accepit, & non accuſauit illũ homo. 1.Reg.12.a.
Et poſt hoc dormiuit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finẽ vitæ ſuæ, & exaltauit vocẽ eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. 1.Reg.28.a.

CAP. XLVII.

Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta in diebus Dauid. 2.Reg.12.a.
Et quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filijs Iſrael.
Cũ leonibus luſit quaſi cum agnis: & in vrſis ſimiliter fecit ſicut [a]in agnis ouium in iuuentute ſua. 1.Reg.17.d. ¶[a] cum
Nunquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? In tollẽdo manum in ſaxo fundæ deiecit exultationem Goliæ, vbi inuocauit Dominum omnipotentẽ, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis ſuæ. 1.Reg.17.f.
Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eũ in benedictionibus Domini, in offerẽdo illi coronam gloriæ. 1.Reg.18.b.
Cõtriuit enim inimicos vndiq; & extirpauit Philiſthijm contrarios vſque in hodiernũ diem: cõtriuit cornu ipſorum vſque in æternũ. 2.Reg.5.
In omni opere dedit confeſſionẽ Sancto, & Excelſo in verbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit Dominũ, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi cõtra inimicos potentiã: E
Et ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorũ dulces fecit modos. 1.Par.16.a
Et dedit in celebrationib[us] decus, & ornauit tẽpora vſq; ad cõſummationem vitæ, vt laudarent nomen ſanctũ Domini, & amplificarent mane Dei ſanctitatem.
Chriſtus purgauit peccata ipſius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi teſtamentum [b]regum, & ſedẽ gloriæ in Iſrael. 2.Reg.12.d. ¶[b] regni,
¶Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.
Salomon imperauit in diebus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, vt conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem in ſempiternum, quemadmodũ eruditus eſt in iuuẽtute ſua. 3.Reg.4.e
Et impletus eſt quaſi flumen ſapiẽtia, & terram retexit anima [c]ſua. 3.Reg.4.d. C ¶[c] tua.
Et repleſti in cõparationibus ænigmata: ad inſulas longe diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In canticis & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus mi-

ſulæ ſunt terræ, & in nomine Domini Dei cui
3.Reg.10.c. eſt cognomen, Deus Iſrael. ¶Collegiſti quaſi au-
richalcum aurum, & vt plumbum compleſti ar-
3.Reg.11.a. gentum, ¶& inclinaſti femora tua mulieribus.
Poteſtatem habuiſti in corpore tuo. Dediſti ma-
culam in gloria tua, & prophanaſti ſemē tuum
inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæte
ris ſtultitiam tuam, vt faceres imperium bipar-
3.Reg.12.c. titum, ¶& ex Ephraim imperare imperium du-
2.Reg.7.c. rum. ¶Deus autē non derelinquet miſericordiam
ſuam, & non corrumpet, nec delebit opera ſua,
D neque perdet à ſtirpe nepotes electi ſui: & ſemē
eius qui diligit Dominum, non corrumpet. De-
dit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipſa ſtir
pe. Et finem habuit Salomon cum patribus ſuis.
Et dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtulti-
3.Reg.12.c. tiam, &¶imminutum à prudentia Roboam, qui
auertit gentem conſilio ſuo, & Ieroboam filium
3.Reg.12.d. Nabat ¶qui peccare fecit Iſrael, & dedit viā pec-
candi Ephraim, & plurima redundauerunt pec-
cata ipſorum. Valde enim auerterunt illos à ter
ra ſua. Et quæſiuit omnes nequitias, vſque dum
perueniret ad illos defenſio, & ab omnibus pec-
catis liberauit eos.

CAP. XLVIII.

3.Reg.17.a. ET ſurrexit¶Elias propheta, quaſi ignis, & ver
¶[1]fax bum ipſius quaſi [1]facula ardebat. Qui indu-
xit in illos famē, & imitantes illum inuidia ſua,
pauci facti ſunt. non enim poterant ſuſtinere
præcepta Domini. Verbo Domini continuit cæ-
3.Reg.18.c. lum, ¶& deiecit à ſe ignem terræ. ſic amplifica-
4.Reg.1.c. tus eſt Elias in mirabilib9 ſuis. Et quis poteſt ſi-
3.Reg.17.c. militer ſic gloriari tibi? ¶Qui ſuſtuliſti mortuum
ab inferis, de ſorte mortis, in verbo Domini Dei.
Qui deieciſti reges ad perniciem, & confregiſti
¶[2]de lecto facile potentiam ipſorum, & glorioſos [2]delecto
3.Reg.19.c. ſuo. ¶Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iu
3.Reg.19.c. dicia defenſionis. ¶Qui vngis reges ad pœniten-
4.Reg.2.b. B tiam, & prophetas facis ſucceſſores poſt te. ¶Qui
receptus es in turbine ignis in curru equorum
Malach.vlt. igneorum. ¶Qui inſcriptus es in [3]iudicijs tempo-
¶[3]iudicijs rum lenire iracūdiam Domini, conciliare cor pa
tris ad filiū, & reſtituere tribus Iacob. Beati ſunt
qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt.
nam nos vita viuimus tantum: poſt mortem au
4.Re.2.c.3.4. tem non erit tale nomen noſtrum. ¶Elias qui in
turbine tectus eſt, & in Eliſeo completus eſt ſpi-
ritus eius: in diebus ſuis non pertimuit princi-
4.Reg.13.d. pem, & potentia nemo vicit illum. ¶Nec ſupera-
uit illum verbum aliquod, & mortuum prophe
4.Re.5.6.7.13 tauit corpus eius. ¶In vita ſua fecit mōſtra, & in
morte mirabilia operatus eſt. In omnib9 iſtis nō
pœnituit populus, & non receſſerunt à peccatis
4.Reg.18.c. C ſuis ¶vſquedū eiecti ſunt de terra ſua. & diſperſi
ſunt in omnē terram. & relicta eſt gens perpau
ca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipſorum
fecerunt quod placeret Deo: alij autē multa cō-
4.Reg.18.a. miſerūt peccata. ¶¶Ezechias muniuit ciuitatem
ſuam, & induxit in medium ipſius aquam, & fo
dit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteū.
4.Reg.18.d. ¶In diebus ipſius aſcendit Sennacherib, & miſit
Rabſacen, & ſuſtulit manum ſuam contra illos,
& extulit manū ſuā in Siō, & ſuperbus factus eſt
potentia ſua. Tūc mota ſunt corda, & manus ip-
ſorum: & doluerunt quaſi parturiētes mulieres.
Et inuocauerūt Dominum miſericordem, & ex-
D pandentes manus ſuas, extulerunt ad cœlū: & ſan
ctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipſorū.
Non eſt commemoratus peccatorum illorū, ne-
que dedit illos inimicis ſuis, ſed purgauit eos in
4.Reg.19.g. manu Eſaiæ ſancti prophetæ. ¶Deiecit caſtra Aſ-
tobiæ 1.d. ſyriorum, & contriuit illos angelus Domini. nam
eſa.37.g. fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit
1.mach.7.f. in via Dauid patris ſui, quam mādauit illi Eſa-
& 2.mac.8.c. ias propheta magnus, & fidelis in cōſpectu Dei.

pretationēſque, ac nomen Domini Dei, qui Deus
Iſraelis eſt cognominatus. Aurum congeſſiſti vt
ſtannum, & argentum inſtar plumbi multipli-
caſti. [19]Lūbos tuos applicuiſti mulieribus, & vin-
ci te corpore tuo paſſus es. Inuſſiſti gloriæ tuæ
maculam, ſemēnque tuum profanaſti, offenſam
[10]contraxiſti liberis tuis, & [11]ex ſtultitia tua cepi-
ſti dolorem: vnde bipertito diuiſum eſt imperiū
regnūmque rebellionis ortum ex Ephraim. Non
tamē omiſit miſericordiam ſuam Dominus, nec
eam ex operibus ſuis diſperdidit. Nepotes [12]electi
ſui haudquaquam aboleuit, nec progeniem ama
toris ſui ſuſtulit: ſed dedit Iacob reliquias, & Da
uidi radicem ex ipſo. Cæterū Salomon conquie-
uit cum patribus, & poſt ſe reliquit ſtultitiā [13]pu
blicā de ſemine ſuo, inopēmque mētis Roboam,
qui cōſilio ſuo populum [14]alienauit, & Ieroboā
Nabatis filiū, qui in errorem induxit Iſraelitas,
peccandique viam Ephraim tradidit. Ergo mul-
tiplicata ſunt peccata eorum, adeo vt eos pelle-
rent terra ſua, omnēque ſcelus expetierunt, do-
nec [15] indignatio inuaſit eos & vitio. [per quam
omnia peccata luerent.]

CAP. XLVIII.

PORrō Elias propheta velut ignis eſt exortus,
& ſermo eius inſtar facis flagrauit. Is famem
[1]grauem immiſit in eos, vehemētiáque ſua rede-
git ad paucos, [quòd non poſſent ferre iuſſa Do
mini.] Imperio Domini cælum inhibuit, ignem
[2]de cælo ter deduxit. Quantam gloriā miraculis
tuis adeptus es Elia? aut quis paria tecum glorie
tur? qui defunctū excitaris à morte, & [3]animam
ab orco verbis Altiſſimi: qui deduxeris reges ad
interitum, & [4]de ſede ſua glorioſos, [eorúmque po
tentiam infregeris:] qui audieris in Sina incre-
patione [5]Domini, & in Horeb vltrices ſententias:
qui reges ad vicem rependendam, & prophetas
tibi ſucceſſuros vnxeris: qui procella ignita ſub-
latus ſis in curru equorum ardētium, qui ad re-
prehēſiones certis temporibus deſignatus ſis ad
pacādā iram [6]iudicij diuini ante furorē, ad [7]cor
patris reconciliandū filio, & ad tribus Iacob con
ſtituendas. Beati qui te viderint, beneuolentiáque
fuerint [8]condecorati, [9]quia nos vita viuemus. Hic
eſt Elias, qui procella tectus eſt, [10]cuiúſque ſpiritu
repletus eſt Eliſæus. Is temporibus ſuis nihil eſt
permotus [11] ob principes, nec imperiū cuiuſquā
pertulit. Nulla res ſuperauit eum, corpúſque eius
prophetam egit etiam poſt obitū. Miracula de-
ſignauit in vita ſua, defunctique facta miranda
ſunt. Non tamē ob hæc omnia reſipuit populus,
nec à peccatis deſtitit, donec è terra ſua captiuus
eſt abductus, & diſperſus per totū orbem, adeo vt
populus pauciſſimus cū principe relinqueretur
in domo Dauidica. Pars quidē eorum [12]quod re-
ctum erat egit, ſed pars peccata multiplicauit.
¶Vrbē ſuam muniuit Ezechias, & [13]aquā in me-
dium eius induxit. Effodit ferro rupē, & cōſtru-
xit fontes cauſa aquarū. Huius tēporibus aſcen-
dit Sennacherib, qui præmiſſo Rabſace cōtra Sio-
na [14]manū ſuā extulit, & ſuperbia ſua gloriatus
eſt. Tū perculſa ſunt corda, manúſque populi: qui
cum indoluiſſet in modū parturientiū, & domi
num miſericordem manibus ad eum extētis in-
uocauiſſet, & Sanctus ille de cælo protinus exau
diuit illos, [non retinuit in memoria peccata ip
ſorum, nec tradidit eos hoſtibus ſuis:] etenim
eos interprete Eſaia [propheta ſancto] liberauit.
Caſtra Aſſyriorum cecidit, & angelus ipſius de-
leuit eos. Nam Ezechias quod Domino gratum
erat fecit, & fortiter ſe geſſit in itineribus patris
ſui Dauidis, de quib9 præcepta dederat prophe-
ta magnus, & [15]vaticinatione ſua [16]fidus Eſaias.

¶19 λαγόνας. al. σπλάγχνα.
¶10 ἐπαγαγεῖν
¶11 κατανυγῆναι ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ σου.
¶12 ἐκλεκτοῦ αὐτοῦ
¶13 Vl, populi
¶14 ἀπέστησε
¶15 ὀργὴ, καὶ ἐκδίκησις.
XLVIII.
¶1 ἰσχυρόν
¶2 ἐξ οὐρανοῦ
¶3 ψυχήν
¶4 Vl, de lecto suo
¶5 κυρίου.
¶6 κρίσεως κοπάσαι ὀργὴν πρὸ θυμοῦ al. πρὸς θυμόν
¶7 Hoc indicat eū loqui de vaticinio Malachiæ vltimo de Elia.
¶8 κεκοσμημένοι. al. κεκοιμημένοι. fortaſſis ſenſus authoris fuerit, Beati ſunt, qui te viderunt, & obierūt in gratia conſtituti, magis quā nos qui viuimus. Vetus interpres Latinus ſiue ita legit, ſiue quia mutilus ſenſus videbatur, de ſuo addidit) præterea habet, Poſt mortē autem nō erit tale nomen noſtrum.
¶9 Mutata perſona intelligit per communicationem eos, qui viderint Eliā Domini præcurſorem.
¶10 πνεύματος al. σώματος. & αὐτοῦ. al. ἁγίου.
¶11 ὑπὸ ἀρχόντων. al. ἄρχοντος,
¶12 חושר
¶13 ὕδωρ
¶14 χεῖρα αὐτοῦ ¶15 בחזונו ¶16 πιστός: vl certus

¶17 vl. poſteriora אחרונים
XLIX.
¶1 פשע פשער
¶2 ἰδόνων ᾧ. al. ἰδόντες τὸν χεῖρας, id eſt, robur. ¶3 ביד .i. per manum. Ita ſæpe vocāt operā ꝓphetæ.
¶4 ἐκάκωσαν al. ἐκάκωσε,
¶5 id eſt, ſub allegoria imbris mala eis prædixit. Ezech. 13. c 38. g ¶6 κατώρθωσε. animauit. al. ἀγαθῶσαι. ¶7 αὐτῶν ¶8 ναόν
¶9 καὶ ἐν ἐκλεκτοῖς ὤν ὑπεμίας, ὁ ἐπὶ &c. ¶10 ὡς ἰωσήφ, &c.
¶11 Quędā exēplaria habent ἀπὸ κυρίου, à Domino cōſeruata ſunt.
¶12 vl. in natura rerum,

L.
¶1 ναόν. al. λαόν. ¶2 διπλοῦν ¶3 δοχεῖα
¶4 Id eſt, ariſſima, vt Deute. 28. cœlū æneum dicit. Eſt autē vel hyperbole de ſumma ſiccitate, vel allegoria de calamitoſis tēporibus, quib⁹ tamē Simon bene ꝓfuerit. Porrò τρίμετρον habēt emēdatiores codices. alij περίμετρον. Vet⁹ interpres ſentētiā habet contrariam.
¶5 ἐμπολιορκῆσαι. al. καὶ ὁμιλίαν...
¶6 αὐτῆς.
¶7 ἐπὶ πυρίου.
¶8 ἐυπρεπής
¶9 vl. inſignis erat amictu ſanctitatis.
¶10 μέλη. al. μέρη ¶11 κυκλόθεν αὐτῶ

Temporibus illius retro ceſſit ſol, vitámque regis ampliauit. Ingenti ſpiritu præuidit ⁷nouiſſima,⁷ & lugentes in Sion conſolatus eſt. In æuum vſque futura prænūtiauit, arcanáque fata priuſquam euenirent. CAP. XLIX.

Initar miſturæ odoramenti artificio vnguentarij concinnatę eſt Ioſiæ memoria, omni ori mellis in modū dulcis, & vt in fœcūdo vini conuiuio muſica. Hic in populo reformando dexteritate vſus eſt, & abominandas impietates ſuſtulit. Animum ſuum direxit ad Dominum, pietatémque temporibus impiorū conſtabiliuit. Præter Dauidem, Ezechiam, & Ioſiam perfidioſe defecerunt omnes. nam deſeruerunt legem Altiſſimi, regéſque Iudaici deſciuere. Alijs itaque tradítum eſt cornu eorum, & gloria genti alienæ, quæ eximiam ſanctitatis vrbem incendit, vicóſque eius deſolauit iuxta vaticinium Ieremiæ. Hunc enim male⁴tractauerunt, cū ab vtero propheta conſecratus eſſet ad eruendum, affligendum ac perdendum, rurſúmque ad ædificādum & plantandum. ¶Porrò autem eſt Ezechiel, qui intuitus eſt viſū gloriæ, quod ei in curru Cherubim oſtenſum eſt. Hic ⁵ſub imbre⁵ meminit inimicorum, rectáque via incedētes ⁶erexit.⁶ ¶Duodecim quoq; prophetarum oſſa de locis ſuis reuiteſcant, ⁹memoriaque eorum fauſta ſit & beata. ⁹Enimuero quiſque cōſolatus eſt Iacob, & ſpe fida ſeruauit eum. ¶Quantopere Zorobabelem extollemus? nā is velut inſigne eſt in manu dextera [Iſraelis,] atque item Ieſus filius Ioſedec, qui temporibus ſuis condidere templum, & ⁸ædem ſacram⁸ ad gloriam ſempiternam Domino paratam extruxerunt. ⁹Inter ſelectos inſuper eſt diuturnæ memoriæ Neemias, qui nobis excitauit muros collapſos, portáſque conſtituit cum obicibus, & domuum noſtrarum fundamēta denuo ſubſtruxit. ¶Nemo vero in orbe ſimilis Enoch extitit, vt qui de terra ſublimis ſit aſſumptus, ¹⁰neque Ioſepho par vir quiſquā ortus eſt, fratrum dux, populique firmamentum, cuius oſſa ¹¹conſeruata ſunt, [& poſt obitum vaticinata.] ¶Sem & Seth gloria excelluerunt inter homines, & ¹²in creatione rerum,¹² Adam inter cuncta animantia. CAP. L.

Adde & Simonē Oniæ natum pōtificē maximum, qui ſacram ædem inſtaurauit in vita ſua, ¹tēplūq;¹ ætate ſua firmauit. Ab hoc ²duplex² altitudo fundata eſt, celſum munimen illud tēplū ambiens. Huius tēporibus ³receptacula aquarum⁴ exſiccata ſunt, ⁴æneáq; fuit pars maris ferè tertia. Hic populo ſuo ſedulo cauit à ruina, & elaborauit in vrbe ⁵includēda munitionib⁹. Quàm ſe gerebat honorifice cū verſabatur in populo: cúmq; è domicilio velo prętēto procedebat, quaſi ſtella matutina inter nebulas, & perinde ac luna plena diebus ⁶ſuis,⁶ veluti ſol irradiās tēplum Altiſſimi, & vt arquus in ſplendidis refulgēs nubibus, vt flos roſarū tēpore verno, & quaſi ad aquas profluentes lilia, vt thurifer ſurculus tēpore æſtatis, & vt ignis ac thus ⁷in foco,⁷ vt vas auro ſolidum omnigena gēma decoratū, vt oliua ⁸ele gās⁸ & fructifera, quaſiq; cupreſſus ad nubes vſq; procera, cū ſumebat glorioſum habitū, cúmque omni magnificētia induebatur, atq; in aſcēſu ſacri altaris ⁹amictum ſanctitatis decorabat. Cum item ¹⁰membra¹⁰ è manibus ſacerdotum accipiens ſtabat ad focum aræ ¹¹cingente eum¹¹ corona fratrū, Cedro in Libano natæ ſimilis erat, illis perinde vt ſtirpes palmarum, & omnibus prognatis Aarone cum ſua magnificentia circunſtātibus, ſacrificiáque Domini manu tenentibus corā vniuerſo cœtu Iſraelitarum. Ita ille ſacrum miniſterium ſuper aram ſummi atque omnipotentis Dei ſacrificium condecorando exequebatur.

In dieb⁹ ipſi⁹ retrò rediit ſol, & addidit regi vitā. Spiritu magno vidit vltima, & cōſolat⁹ eſt lugētes⁹ Siō, vſq; in ſempiternū. Oſtēdit futura, & abſcondita antequā euenirent. CAP. XLIX.

Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominū cor ipſi⁹. & in diebus pctōrū corroborauit pietatē. Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiā, omnes peccatū cōmiſerūt. nā reliquerunt legem Altiſſimi, reges Iuda, & cōtēpſerūt timorē Dei. Dederunt enim regnū ſuū alijs, & gloriam ſuam alienigenæ genti. Incenderunt electam ſanctitatis ciuitatem, & deſertas fecerūt vias ipſi⁹ in manu Ieremiæ. Nam malè tractauerunt illū, qui à vētre matris cōſecratus eſt propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. ¶ Ezechiel qui vidit conſpectum gloriæ, quam oſtendit illi in curru Cherubim. Nam commemoratus eſt inimicorū in imbre, benefacere illis qui oſtenderunt rectas vias. ¶Et duodecim prophetarum oſſa pullulēt de loco ſuo. nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt ſe in fide virtutis. ¶Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu Iſrael. Et Ieſum filium Ioſedec? qui in diebus ſuis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum ſanctum Domino, paratum in gloriam ſempiternam. ¶Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas & ſeras, qui erexit domos noſtras. ¶Nemo natus eſt in terra qualis Henoch. nam & ipſe receptus eſt à terra. Et Ioſeph qui natus eſt homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi: & oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetauerūt. ¶Seth & Sem apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper omnem animam in origine Adam. CAP. L.

Simon Oniæ filius, ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulcit domū, & in diebus ſuis corroborauit ¹templum.¹ Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio & ²excelſi parietes² templi. In diebus ipſius remanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à ³perditione.³ Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis: & ingreſſum domus, & atrij amplificauit. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. Quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens, in accipiendo ipſum ſtolam gloriæ, & veſtiri eum in conſummatione virtutis. In aſcenſu altaris ſancti, gloriam dedit ſanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe ſtans iuxta aram. Circa illum corona fratrum: & quaſi plantatio cedri in monte Libano, ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria ſua. Oblatio autem Domini in manibus ipſorum, coram omni ſynagōga Iſrael, & conſummationem fungens in ara, amplificare oblationem excelſi regis.

4. Reg. 20. a. Eſa. 38. a. ⁹ in
4. Reg. 22. a. 2. par. 34. a
4. Reg. 23. b.
B
4. Reg. 25. b.
Iere. 38. b.
Iere. 1. b.
Ezech. 1. a.
C
E. 46. c.
1. Eſd. 2. a.
1. eſd. 5. a.
Zacha. 3. a.
1. eſdr. 3. b.
aggæ. 1. c. 2. a
Nehem. 7. a.
D 1. eſd. 1. a.
2. Eſd. 7. a.
Ge. 5. c. E. 44 b
heb. 11. a.
Gene. 41. f.
42. a. 45. c. 50 d
Gen. 4. a. 5. d.
1. Mach. 1. 4.
¹ populum.
² excelſa
³ pernicie.
B

Porrexit manum ſuã in libatione, & libauit de ſanguine vuæ. Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelſo principi. Tunc exclama-
C uerũt filij Aaron, in tubis productilibus ſonuerunt, & auditam fecerunt vocẽ magnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis populus ſimul properauerunt, & ceciderũt in faciem ſuper terram adorare Dominũ Deum ſuum, & dare preces omnipotenti Deo excelſo. Et amplificauerũt pſallẽtes in vocibus ſuis, & in magna domo auctus eſt ſonus ſuauitatis plenus. Et rogauit populus Dominum excelſum in prece, vſque dũ perfectus eſt honor Domini, & munus ſuum perfecerunt. Tunc deſcendens, manus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſrael dare gloriã Deo à labijs ſuis, & in nomine ipſius gloriari. & iterauit orationem ſuam, volens oſtendere virtutem Dei. Et plus orauit Deum omniũ,
D qui magna fecit i omni terra, qui auxit dies noſtros à vẽtre matris noſtræ, & fecit nobiſcum ſecundum ſuam miſericordiam. det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus noſtris in Iſrael per dies ſempiternos credere Iſrael nobiſcum eſſe Dei miſericordiam, vt liberet nos in diebus ſuis. ¶Duas gentes odit anima mea, tertia autem non eſt gens, quam oderim: qui ſedẽt in monte Seir, & Philiſthijm: & ſtultus populus qui habitat in Sichimis. ¶Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſus filius Sirach Ieroſolymita, qui renouauit ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui in iſtis verſatur bonis: qui[a] ponit illa in corde ſuo, ſapiens erit ſemper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia lux Dei, veſtigium eius eſt. CAP. LI.

¶a ponet

¶Oratio Ieſu filij Sirach.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circundederũt me: à preſſura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis nõ ſum æſtuatus, de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortem ani-
B ma mea Dominum. Et vita mea appropinquans erat in inferno deorſum, circundederũt me vndique, & non erat qui adiuuaret: reſpiciẽs eram ad adiutorium hominum, & non erat: Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ quæ a ſeculo ſunt: quoniam eruis ſuſtinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Exaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus ſum. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt nõ derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſiduè, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt oratio mea. Et liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea cõfitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini. Cum adhuc iunior ſum, prius quàm oberrarem, quæſiui ſapiẽ-
C tiam palàm in oratione mea: ante tempus poſtulabam pro illa, & vſque in nouiſſimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. Lætatum eſt cor meum in ea, ambulauit pes me[us] iter rectum, à iuuentute mea inueſtigabam eam. Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam.

Manum ſuam protendebat ad libamina,[12] libabátque liquorem vuæ ſanguineũ, & [13]ſuper ſolũ aræ ſummo rerum rectori fragrans odoramentum effundebat. Tũ Aarone prognati exclamare, tubiſque ductilibus clangere, & coram Altiſſimo vocem ingentem edere cauſa [14]commendationis. Tum quoque populus omnis vna ſatagere, & humi procidere pronus in faciẽ, ad dominum ſuum Deum omnipotentem ac ſummũ adorandum: cantores autem vocibus ſuis laudes agere, vt ſuaue plurimo[15]ſono carmen ederetur. Interim populus ſummo Domino ſupplicare, precéſq; fundere coram miſericordi, donec abſolueretur cult[us] ipſius, ſacráq; miniſteria peragerentur. Deinde cum deſcendiſſet, ille manus ſuas ad omnẽ cœtum Iſraelitarum, laudes Domino labijs ſuis agendo, eiuſdẽmq; nomine gloriando extendere. Inde rurſum preces[16] iterari ad[17]benignitatem Altiſſimi percipiendam. Nũc quoque Deo [18]rerum omnium laudes agite, Deo per omnia magnifico, qui nobis ab vtero indies augeſcere dedit, & nobiſcum egit pro ſua miſericordia. Is nos perfundat iucunditate animi, noſtriſque temporibus pacem concedat, vt priſcis ſeculis in Iſrael: vt miſericordiam ſuam in nobis ratam faciat, nóſque temporibus[19]noſtris liberet. ¶Duabus gentibus infenſus eſt animus meus, atque tertiæ, quæ minime gens eſt: ijs videlicet qui tenent montem[20]Samariæ,[21] & incolis Paleſthinæ, ſtultóque populo Sichimis habitanti. ¶Doctrinã prudentiæ ſcientiæque[22] cõſcripſit in hoc libro Ieſus filius Sirach Eleazaro natiõe Hieroſolymitan[us], i quo effudit animi ſui ſapientiã. Beatus eſt qui verſat[us] fuerit in his: & qui ea mẽte ſua recõdiderit, euadet ſapiens. Nã qui hæc egerit, valebit ad omnia, quia veſtigiũ ponit in luce Domini, *qui ſapientia pios imbuit. *Deus prædicetur in perpetuum. Fiat, Maxime.

¶Precatio Ieſu filij Sirach. CAP. LI.

Te Domine rex celebro, tibi laudes ago Deo ſeruatori meo, nominiq; tuo gratulor, quòd mihi defenſor fueris & adiutor, q̃ ſeruaris corp[us] meũ ab interitu, & à labijs linguæ calumniatricis: q̃ aduerſus labia mẽdacio dedita, cõtráq; aduerſarios mihi tuleris auxilium: q̃ me pro abundanti tua miſericordia liberaris à fremitib[us] eorum,[1]qui parati erant ad me deuorandũ, atque etiã è manu vitã meam inſectãtium, è plurimis, quas perpeſſus ſum, afflictionibus, ex[2]igne ſuffocationẽ vndiq; minãti, ex igne quẽ non accẽderam, ex imo orci ventre, ab impura lingua, à falſa apud regem criminatione, & ab iniuſtæ linguæ calũnia. Ad mortem vſq;[4]propinquarat anima mea,[5]vitáq; deorſum q̃ proxime orcũ acceſſerat. Cõprehẽſum me tenebãt vndiq;, nec cõparebat adiutor: ad humanũ auxiliũ [6]reſpectabã, nec vllum erat. Tum miſericordiæ tuæ Domine recordatus ſum, & eorum quæ ab æuo condito geſſiſſes: te eorũ qui te fidant liberatorẽ eſſe, & è manibus[7]hoſtium vindicẽ. Ergo[8]è terra ſuſtuli precationem, & vt à morte liberarer oraui. Dominum inuocaui Domini mei patrẽ, ne me diebus calamitoſis deſereret, opem negantibus [9]ſuperbis. Laudabam nomen tuũ aſſidue, ac decantabam cum gratulatione, & precatio mea exaudita eſt. Nam ſeruaſti[10]me ab interitu, & ex improbo tempore eripuiſti. Propterea gratulor tibi, & laudes ago[11]Domine, nomẽq; tuum celebro. Iuuenis adhuc antequã[12]ſeducerer, precatione mea palàm quæſiui ſapientiã. Hanc petebam[13]ante tẽplũ, & ſectabor eã vſq; ad extremũ in modũ vuæ matureſcentis[14]effloreſcentẽ. Cor meũ in ea lætatũ eſt, & pes me[us] rectà ingreſſus. Inueſtigaui hanc à iuuentute mea: aurem meã

¶12 ἐξέτεινε
¶13 vel, ad baſim aræ
¶14 vel, memoriæ. vel, celebrationis.
¶15 ἤχῳ. al, οἴκῳ
¶16 ἐκδυτῆρας. al, ἐδεῦτέρωσε.
¶17 vel, gratiam impetrandam, ἐπιδέξασθαι
¶18 πάντων. al, πάντες
¶19 ἡμῶν. al, αὐτοῦ
¶20 Vetus interpres habet Seir.
¶21 καὶ ἄνδρες οἱ κατοικοῦντες Φιλιστιίμ.
¶22 ἐχάραξε
¶1 ἀνθεστηκότων. al, παρεστηκότων.
¶2 ἑτοίμων
¶3 πυρός. al, πυρᾶς.
¶4 ἤγγισε. al, ἔωσε
¶5 καὶ ἡ ζωή
¶6 ἐνέβλεπον.
¶7 ἐχθρῶν. al, ἐθνῶν
¶8 ἀπὸ γῆς
¶9 ὑπερηφάνων.
¶10 με. al, ἡμᾶς.
¶11 τὸ ὄνομά σου κύριε. al, τῷ ὀνόματι κυρίου.
¶12 vel, peregrinarer,
¶13 Orabant enim in atrio ante parietẽ templi quæ היכל dicitur.
¶14 ἐξ ἄνθους.

¶15 לקחתי
¶16 καὶ ἐζήλωσα. al. ζηλῶσαι &
¶17 αὐτῆς ἐπιστήμονα. ſ. ψυχῆς, id eſt, ſcilicet animi.
¶18 αὐτῆς
¶19 מעי. quod κοιλίαν vertit, vt Tre. al. καρδία.
¶20 διότι. al. καὶ ὅτι
¶21 καὶ τί λέγετε
¶22 ἑαυτοῖς.
¶23 μετάσχετε. Imperatiui ſunt pro futuris indicatiui more Hebraico.

admoui modice, ac [a] didici, multámque mihi cõ
parauí eruditionem. Cum itaque profectum in
ea ſim aſſecutus, fatebor gloriam illius qui mi-
hi contulit ſapientiam. Equidem decreui præſta
re illam, vt qui [b] ſtudio boni tenear, nec erit cur
erubeſcam. Animus meus cum illa conflictatus
eſt, factáque mea perpendi, extendi man⁹ meas
in altum, & agnoui errores [c] ipſius. Direxi ani-
mum meum ad illam, * & inueni eam in purifi-
catione. Cõiunctum cum [d] illa cor adeptus ſum
ab initio, quapropter minime deſerar. [e] Viſcera
mea commota ſunt ad quærendam illam, pro-
pterea bonam poſſeſſionem nactus ſum. Domi-
nus mihi præmio dedit linguam, qua & lauda-
bo ipſum. Accedite ad me, ô imperiti, inque do-
mo diſciplinæ verſamini. [f] Quidnam cunctami
ni? aut quid dicitis ſuper his, cũ animæ veſtræ
vehemẽter ſitiant? Aperto ore meo dictito, Sine
argento comparate [g] vobis, ceruicem veſtrã iu-
go ſubijcite, & anima veſtra ſuſcipiat diſciplinã:
in promptu enim eſt eam inuenire. Videte ocu-
lis veſtris parum laboraſſe me, multámque mihi
requiem eſſe conſecutum. [h] Participes eſtote diſ-
ciplinæ vna cũ magno argenti numero, & cum
ea multum auri acquirite. Anima veſtra lætetur
benignitate eius, nec vos laudum eius puduerit.
Ante amiſſam occaſionem fungimini officio ve
ſtro, ſubque tempore præmio vos afficiet.

Multã inueni in meipſo ſapientiam, & multum
profeci in ea. Danti mihi ſapientiam, dabo glo-
riam. Conſiliatus ſum enim vt facerem illam: ze
latus ſum bonum, & non confundar. Colluctata
eſt anima mea in illa, & in faciendo eam confir
matus ſum. Manus meas extendi in altum, & in
ſapientia eius luxit anima mea, & ignorantias
meas illuminauit. Animam meam direxi ad il-
lam, & in agnitione inueni eam. Poſſedi cũ ip-
ſa cor ab initio: propter hoc non derelinquar.
Venter meus conturbatus eſt quærendo illã: pro
pterea bonam poſſidebo poſſeſſionem. Dedit e-
nim mihi Dominus linguam mercedem meam, D
& in ipſa laudabo eum. Appropiate ad me indo
cti, & congregate vos in domũ diſciplinæ. quid
adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ ve
ſtræ ſitiunt vehementer. Aperui os meum, & lo-
cut⁹ ſum, Comparate vobis ſine argento ſapiẽ Eſaiæ 55.a.
tiam, & collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſci-
piat anima veſtra diſciplinam. in proximo eſt
enim inuenire eam. Videte oculis veſtris quia S. 6.e.
modicum laboraui, & inueni mihi multam re-
quiem. Aſſumite diſciplinam in multo numero
argenti, & copioſum aurum poſſidete in ea. Læ-
tetur anima veſtra in miſericordia eius, & non
confundemini in laude ipſius. Operamini opus
veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem
veſtram in tempore ſuo.

# Prophetia Eſaiæ.

Quo tépore ꝓphetauerit Eſaias.

Ingratitudo Iudæorum.

B

Omni genere pœnarum ꝑcuſſi Iudæi, nō ſunt reuerſi ad Deū.

Ĩ.5.d.

Pauci apĩi. & ſi qui ꝑ illos credide runt, relicti. C
rom.9.f.
Gene.19.c.
ꝉ Iere.6.e.
amos 5.f.

Ceremonias & cultum Iudæorū quib' fidebāt, reijcit Domin'.

¶ 'noſtri D
¶ 'plen' ſum holocauſto arietū, & adipe
¶ 'veneritis
¶ 'afferatis

VIſio Eſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem in diebus Oziæ, Ioathā, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.

Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſin' præſepe domini ſui: Iſrael autem 'me 'non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequā, filijs ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra, addētes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. A plāta pedis vſque ad verticem nō eſt in eo ſanitas. vulnus, & liuor, & plaga tumens: non eſt circūligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. ‖Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram corā vobis alieni deuorant & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculū in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. ‖Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, ‖quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſem'. ¶Audite ꝉ verbum Domini principes Sodomorū, percipite auribus legem Dei 'veſtri 'populus Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarū, dicit Dominus? 'plenus ſum. holocauſta arietum, & adipem 'pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum 'veniretis' ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manib' veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne 'offeratis 'vltra ſacrificium fruſtra: incēſum abominatio eſt mihi: neomeniam, & ſabbathum,

VIſum [1] Ieſaiæ filij [2] Amos, [3] quod cōtemplatus eſt [4] ſuper Iudam & Ieruſalem [5] in dieb' [6] Vziæ, [7] Iothā, Ahas, & Ezechię regū Iuda.

populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini. inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiſcum Deus. ¶ Hæc enim ait Dominus ad me (ſicut in manu forti, erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens, Non dicatis, coniuratio. omnia enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituũ ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter.) Et erit vobis in ſanctificationem. ‖in lapidem autem offẽſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem. Et offendẽt ex eis plurimi, & cadent, & contererentur, & irretientur, & capientur. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Et expectabo Dominum qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eũ. ‖Ecce, ego & pueri ˜ mei,' quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portẽtum Iſrael à Domino exercituum, qui habitat in mõte Sion. ¶ Et cũ dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui ſtrident in incantationibus ſuis: Nunquid non populus à Deo ſuo °requiret ˜ viſionem' pro viuis à mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimonium. Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et tranſibit per eam, ˜ &' corruet, & eſuriet: & cum eſurierit iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet ſurſum. Et ad terram intuebitur: & ecce tribulatio & tenebræ ˜ &' diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua.

ô populi, at inferiores eritis: [10]auſcultate [11]qui in remotis eſtis regionibus. 'accingamini, at [12]inferiores eritis:' accingamini [inquam,] at [11]inferiores eritis.' Inite conſilium, & fiet irritum: loquimini ſermonem, ſed non ſtabit: [13]quoniã Immanu-El [nobiſcũ Deus.] Sic enim dixit Dominus ad me, ([14]Quum manu [me] apprehenderet,' & me erudiret quo minus incederẽ in via [15] populi huius, dicẽs, [16]Ne dicatis, Cõiuratio: [17]ad omnia quum populus iſte dicit coniuratio: [18]deinde à terrore eius ne formidetis, neq; [animo] frãgamini. Quin potius Dominũ exercituũ [19]ipſum ſãctificate:' is ſit timor veſter, is ſit pauor veſter.) Is erit [30]ſanctuariũ, '& [31]lapis offendiculi, & petra ruinæ' duabus 'domib' Iſraelis: in laqueũ deinde, & in rẽdiculũ ei qui habitat in Ieruſalẽ: Ad [32]quæ' multi impingẽt, corruẽt, contererentur, irretientur & capientur. [34]Colligatio teſtimonij, obſignatio legis [eſt] in diſcipulis meis. [35]expectaboq; Dominũ, qui abſcondit' faciẽ ſuam à domo Iacob, ſed præſtolabor eũ. [36]En ego & pueri quos dedit mihi Dominus, [37]miraculo & portẽto [ſumus] in Iſraele. à Domino exercituum habitante in mõte Ziõ. ¶ Quòd ſi [38]dixerint vobis, Sciſcitamini à [39]pythonicis & diuinis, qui muſſitant & [40]diſſertant. [41]An nõ [quæque] gẽs ſuos deos [42]conſulit' [num] pro viuis [43]apud mortuos? [44] Ad legẽ & teſtimoniũ [accedant] quibus lux deeſt, an non ſecũdum iſtum ſermonem dicant. [45]Quam qui neglexerit, indurabitur & eſuriet. quũmq; [46]eſurierit, [47]ſeſe irritãs, maledicet' regi ſuo & Deo: [48]ſuſpiciet ſurſum, Et terram ſpectabit, & ecce anguſtiæ & tenebræ, [49]circũuolãs anguſtia, [50] & nebula circũfuſa.

¶ 10 ſub. meam prophetiã, quam prædico.
¶ 11 Heb. viri diſtantiarum
¶ 12 confringemini. ¶ 13 quia nobiſcum [erit] De'. Hic Immanu-el, ad Deum Patrẽ refertur, non ad Chriſtũ
¶ 14 Heb. in fortitudine man'. .i. prophetię. q. d. in viſione ꝓphetica' admirabili, non vulgari, ſed inſigni admodum. Principium parẽtheſis: finis autem, pauor veſter. q. d. anteq̃ mihi ꝓphetiã exponeret, erudiuit me ne imitarer ſtudiũ populi hui'. ¶ 15 q ſcilicet pſuaſũ habet regẽ Aſſyriorũ eſſe multo potentiorem Deo Iacob. ¶ 16 Ne dixeritis [verba] coniurationis. i. verba ſeditioſa in veſtrũ regẽ aut locum: nã Deus eũ proteget. ac ſi dicat, ne cogiteris de deditione facienda his regibus: quaſi à me liberari non poſſitis. ¶ 17 Heb. in omnibus quæ dicere ſolet populus iſte, eſt coniuratio. i. omnes ſermones huius populi eo pertinent vt ſe ſubdant his regibus: tanquam eos non poſſim liberare. ¶ 18 Heb. & timorem eius [populi] ne timeatis, neque formidetis. vl, nolite timere id quod iſte populus timet, nempe regem Aſſyriorum: ſed potius me timete, qui do victoriã. ¶ 19. i. Date Deo gloriam roboris & potentiæ. confitemini illum eſſe potentẽ, illum vnũ timete, non Aſſyrios. ¶ 30 Sanctuariũ hic pro aſylo & tutiſſimo loco ponitur. vl, Is erit in ſanctificationẽ. i. Chriſtus Deus ſanctificabit. ¶ 31 vl, in lapidẽ offenſionis & petrã ſcãdali. ac ſi dicat, Chriſtus Ieſus credituris erit in arcẽ & aſylũ: & in lapidẽ offenſionis. i. ad quẽ offendẽt qui illum reiecerint. Ac ſi dicat, Vt populus Iuda nõ eſt crediturus me eſſe potentiorẽ rege Aſſyriorũ, & liberationẽ Ieruſalem non feret mihi acceptam: ſic olim ſibi non perſuadebit Ieſum quẽ miſſurus ſum, eſſe Meſſiam: imò ob nomen Meſſiæ, quod ille ſibi merito vendicabit, plurimũ offendetur, & tandem illum occidet. Hic incipit prophetia illa ſtupenda & admirabilis de qua prius loquebatur, de offenſione antichriſtorũ, & eorum interitu. Per lapidem & laqueum, perniciem intelligit. Duplex tranſlatio, altera ab iis qui fugiẽtes hoſtem, occurſu lapidis cadunt: altera ab auib' aut feris, quæ captæ laqueo perimũtur ab aucupibus aut venatoribus. Chriſtus vbi aduenerit, aliis ſaluti, aliis perniciei & neci erit. ¶ 32 Diuidit omnes Iſraelitas, in duas familias, vnam fidelium, alteram infidelium. qui credẽt in Deũ, ſalui erunt: qui vero non, peribunt. Sunt qui per has duas familias, regalem & ſacerdotalẽ intelligant: quorum opinio minus probatur doctioribus. ¶ 33 nempe ad lapidem, petrã, & laqueũ. Per hæc quinque verba, interitus ſignificatur. Interpretatur autem præcedẽtia. nam lapidem offendiculi, nunc interpretatur eam eſſe ad quam impingent: petrã ruinæ, ad quã corruent: &c. tertio verbo, contererentur: exponit interitũ, quẽ quatuor aliis ſignificabat. ¶ 34 Liga teſtimoniũ. obſigna doctrinam coram diſcipulis meis. i. Tege inuolucris prophetiã hanc de Chriſto venturo, vbi eam diſcipulorum meorũ eorũmq; quos docuero, oculis ſubieceris, illiſq; expoſueris: & ita eam tege vt ab aliis non poſſit intelligi. Mercatores colligãt merces ſuas, quas poſtea tegũt tela, aut re alia. ¶ 35 Itaq; expectabo Dominũ qui abſcõdet. i. Meſſiæ aduentũ qui nõ agnoſcetur à maxima parte nepotũ Iacob. ¶ 36 Verba Chriſti. ¶ 37 Heb. in miracula & portenta [erimus]. i. ego & diſcipuli mei edemus ſigna & prodigia inter Iſraelitas. Vl, mittemur breui in ſigna & prodigia in Iſraele. i. quæ fient apud Iſraelitas. mittemur inquam à Domino vt euãgelizemus, & ſignis doctrinam noſtram cõfirmemus. ¶ 38 ſub. idololatræ, & increduli Iudæi. ¶ 39 vl. à diuinis & ariolis. ¶ 40 demurmurant. i. ſubmiſſa voce verba quædam dicunt ad incantationem pertinentia. ¶ 41 Sub. Dicite illis. ¶ 42 conſulere ſolet? q. d. alij populi conſulere ſolent deos ſuos, non alienos, non homines pythonicos: quantomagis ſolum Dominũ conſulere debemus? ſi idololatræ abhorrent à diuinis, quãtomagis abhorrere debetis? ¶ 43 ſub. conſilium quæritur? Vel lege, pro viuis mortuos? q. d. pro rebus viuorum conſulẽtne aliquis mortuos qui non intelligunt? q. d. non. ¶ 44 vl, Per legem & per teſtimonium: ſi non dicturi ſunt talia quibus non eſt ſenſus communis. i. Tam verũ eſt fore vt aliqui è populo Dei conſulant diuinos, quàm vera eſt Lex: diſpereámque niſi futuri ſint aliqui tam ſtolidi in populo Dei vt alios ſint hortaturi ad conſulendum diuinos: quæ res ſenſu communi caret. Vel vt præcedentia ſequentibus iungantur, Vt prophetia, de qua paulo ante, vera eſt: ita & hoc, quòd futuri ſint aliqui, &c. ¶ 45 Tranſibit ergo per eam [ſub. terram] qui difficultatẽ viuendi patitur, & famelicus. Videtur hic prædicere deſtructionem Ieroſolymitanam factam à Veſpaſiano, in qua fuit maxima eſculentorum difficultas. q. d. Terra Iuda ob infidelitatem fame plectetur. ¶ 46 vl, inedia premetur. ſub. populus. ¶ 47 iraſcetur, & detrahet, &c. regi ſuo, inquit, & Deo ſuo detrahet, quaſi ille non potuerit eum liberare ab ea fame. ¶ 48 Finis eſt verſus apud Hebræos. ſub. opem expectando à Deo qui ſurſum eſt. ac ſi dicat, Nullum auxilium neque à Deo, neque ab hominibus accipient, quantumuis expectent. ¶ 49 [&] caligo anguſtiæ. vl, obſcuritas tribulationis. ¶ 50 Heb. & erit in caliginem detruſus. vl, & caligo circunfuſa. vl diſperſa. q. d. Aſpiciens in terram, nihil aliud videbit quàm tribulationem. Per voces iſtas quæ tenebras ſignificant, infœlicia omnia intellige.

¶ refrænantem

Caput & cauda.

nus ab Iſrael caput & caudã, incuruãtem & de-
p auantem die vna. Lõgæuus & honorabilis, ipſe
eſt caput: & propheta docens mẽdacium, ipſe eſt
cauda. Et erunt, qui beatificant populum iſtũ ſe-
ducẽtes, & qui beatificãtur, præcipitati. Propter
hoc ſuper adoleſcentulis eius non lætabitur Do-
D minus. & pupillorum eius, & viduarum non mi
ſerebitur: quia omnis hypocrita eſt & nequam,
& vniuerſum os locutũ eſt ſtultitiam. In omni-
bus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc ma
nus eius extenta. Succenſa eſt enim quaſi ignis
impietas, veprem & ſpinam vorabit: & ſuccende
tur in denſitate ſaltus, & conuoluetur in ſuper-
bia fumi. In ira Domini exercituum conturbata
eſt terra, & erit populus quaſi eſca ignis: vir fra-
tri ſuo non parcet. Et declinabit ad dexteram, &
eſuriet: & comedet ad ſiniſtram, & nõ ſaturabi-
tur vnuſquiſq; carnem brachii ſui vorabit: Ma-
naſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen, & ſimul
ipſi contra Iudam. In omnibus his non eſt auer
ſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

Legum conditores iniquos alloquitur.

VAE qui condunt leges iniquas: & ſcribentes,
iniuſtitiã ſcripſerunt: vt opprimerent in iu-
dicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium
populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pu-
pillos diriperẽt. Quid facietis in die viſitationis,
& calamitatis de longe venientis? ad cuius confu-
gietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam ve-
ſtram, ne incuruemini ſub vinculo, & cũ interfe-
ctis cadatis? Super omnibus his non eſt auerſus
furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. ¶ Væ
Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe eſt, in ma
nu eius indignatio mea. Ad gentem fallacẽ mit-
tam eum, & contra populum furoris mei man-
dabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, &
ponat illum in cõculcationem quaſi lutum pla-
tearum. Ipſe autem nõ ſic arbitrabitur, & cor e-
ius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendum erit
cor eius, & ad internecionem gentium non pau
carum. Dicet enim, Nunquid non principes mei
ſimul reges ſunt? Nunquid nõ vt Charcamis, ſic
Calano: & vt Arphad, ſic Emath? nunquid non vt
Damaſcus, ſic Samaria? Quo modo inuẽnit ma-
nus mea regna idoli, ſic & ſimulachra eorũ de Ie
C ruſalẽ & de Samaria. Nunquid non ſicut feci Sa-
mariæ & idolis eius, ſic faciam Ieruſalẽ & ſimu-
lachris eius? ¶ Et erit: cum impleuerit Dominus
cuncta opera ſua in monte Sion & in Ieruſa-

Deus Iudæos intereſectur, miniſterio Aſſyriorum vtitur.

¶ eorum

Aſſyriis, quibus fuerat vſus vt inſtrumentis, reddit afflictioné, ne glorient aliquid ex ſe ſe eſſe.

nus de Iſraele[14] caput & caudam, ramum & iun
cum die vno. Senex & authoritate ſuſpiciẽdus,
is eſt caput: propheta autem docẽs falſo, hic cau
da eſt. Et qui populũ hunc dirigunt, ſeductores
ſunt: & qui diriguntur, [35] deglutiuntur. Idcirco
iuuenibus eorũ[17] non gaudet Dominus, & pupil-
lorum ſuorum ac viduarum ſuarum nõ miſere-
bitur: quia ſimul omnes hypocritæ ſunt, & ma-
la perpetrãt, & [40] omniũ os loquitur nefaria. In
omnibus iſtis nõ remittit ira eius, & manus eius
adhuc[42] extẽta eſt. Quoniã[43] ardet impietas haud
ſecus q̃ ignis qui ſẽtes & ſpinas deuorat, [44] & qui
exardet in vepretis cõdẽſis ſyluæ, ſic conuoluẽtur
ſuperbiæ fumi. In ira Domini exercituũ[45] obſcu
rata eſt terra, & erit populus veluti[46] fomentum
ignis: [47] nemo enim cuiq̃ parcet. [48] Rapiet ad dex
trã, & [tamẽ] eſuriet: ad ſiniſtrã comedet, ſed non
ſatiabitur: comedet quiſq; [49] carnẽ brachij ſui. [50] Ma
naſſe ipſum Ephraim, & Ephraim ipſũ Manaſſe,
[51] ſimul illi Iudam. In omni hoc non remittit ira
eius, & manus eius adhuc eſt extẽta. CAP. X.

VAE his qui decernunt decreta iniqua, & [1] ſcri
bis qui ſcribunt moleſtiam, Vt detrudant te-
nues à cauſa, & rapiãt iudiciũ pauperum popu-
li mei, viduas ſpoliant, & pupillos deprædantur.
Quid enim facietis in die viſitatiõis & vaſtatio-
nis [6] de longinquo venientis? ad quem cõfugietis
pro auxilio? & vbi relinquetis gloriã veſtrã? Niſi
forte [quiſquam ex vobis] incuruet ſe inter vin-
ctos, & ſub interfectis cadat. In omni iſto nõ eſt
auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extẽta
eſt. ¶ [10] Heus Aſſur[11] virga furoris mei, [12] is eſt ba-
culus, in manu eorũ indignatio mea. Ad gẽtem
hypocriticam mittam eum, & contra populum
[13] qui indignationẽ meam [commeruit] manda-
bo ei, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, vt re
digat eum in cõculcationem inſtar luti quod in
plateis eſt. Ipſe autẽ [rem] non ſic perpẽdet, neq;
ſic cogitabit cor eius. [14] ſed in corde eius eſt vt gẽ
tes nõ paucas vaſtet atque excindat. Dicet enim,
An non principes mei [15] ſimul [vniuerſi] reges
[ſunt?] An non vt [16] Charchemis, ſic & Calno? an nõ
[17] Hamath vt Arphad? an nõ Samaria erit [18] vt Da
maſcus? [19] Quãdoquidem virtute mea paraui re-
gna idoli, quorũ ſculptilia [plura ac præſtãtiora
fuerũt] q̃ Ieruſalẽ & Samariæ. An nõ quẽadmo-
dũ feci Samariæ & idolis eius, Hieroſolymis & ſi-
mulacris eius facere potero? ¶ Futurum autẽ eſt,
quũ Dominus perfecerit [20] vniuerſum opus ſuũ

¶ 14. i. nobiliores & ignobiliores. Vides vt Scriptura tribuat omnẽ ſtatus reip. mutationẽ Deo, non fortunę. Sequẽti verſu ſeipſũ declarat.

¶ 35. i. fortes & debiles. ¶ 36 Reuerendo vultu

¶ 37 Poſſet & ex Hebræo legi, Qui beatum dicunt populum hunc, & qui ex hoc populo beati dicũtur. i. qui applaudunt ſceleribus populi huius, ſeducentes ipſum, & fœlices, morte æterna afficient.

¶ 38 erũt abſorpti. i. in extremam perniciẽ adducentur.

¶ 39. i. adoleſcẽtulos non ſinet viuere in regione ſua. i. omnes abducet in captiuitatem.

¶ 40 Poteſt etiã legi, toto ore loquuntur nefaria. mutatur enim numerus non ſine cauſa.

¶ 41 ſtultitiam.

¶ 42. i. Et tamen

¶ 42. i. paratus eſt adhuc ad feriẽdum. vel per futurum meli⁹.

ſed porro manum ſuam extentam & ad feriendum paratam tenebit. ¶ 43 ſuccenſa eſt ¶ 44 & ſuccendetur [ſub.
impietas] denſitatibus ſyluæ: & eleuabunt ſe [ſub. impii vel] fumus ſe eleuat. i. impii primum debiles & ignobiles ſpo-
liant, poſtea nobiliores: & vbi exaltati fuerint, peribunt vt fumus. ¶ 45 obſcurabitur. i. quum volet Dominus ſu-
mere pœnas de Iſraele, magnus erit mœror in ea terra. ¶ 46 Hebr. cibus ¶ 47 Heb. vir fratri ſuo non parcet.
¶ 48 ac ſi dicat, & dextra & ſiniſtra rapiet quod edat, neque tamen ſaturabitur. ¶ 49. i. opes proximi ſui. ſub. neque
tamen ſaturabitur. ¶ 50 ſub. ſpoliabit opibus. ¶ 51 ſimul ipſi contra Iudam. ſub. venient vt deuorent illum.

X. ¶ 1 Heb. ſcribunt ſententias iniquitatis. Damnat in priore parte huius verſus actuarios qui ſentẽtias ini-
quas literis mandant: in altera vero iudices ipſos iniquos. Cauſa deſtructionis Ieruſalem deſcribitur. ¶ 2 dictan-
t[...] ea iniuriam [quam] ſcribendam iubent. vel curant. q. d. ô infœlices iudices, qui ſententias iniquas dictant, & eas iu
bent deſcribere actuarios. ¶ 3 cadere faciant. q. d. Væ inquam iudicibus qui curant vt pauperes cauſa cadant, &c.
¶ 4 furentur. ſurripiant. i. vt ſpolient iure ſuo pauperes. ¶ 5 Quid autem ¶ 6. i. quæ ab Aſſyria accidet vobis?
¶ 7. i. opes veſtras ob quas gloriari ſoletis? ¶ 8 vel, Abſque me, incuruabitur [Iſrael] in loco vinctorum, & in loco in-
terfectorum cadet. Dei ſunt verba. ac ſi dicat, Si Iſrael pergat me aſpernari, & illum nõ iuuero, illius pars altera ab-
ducetur ab Aſſyriis, & in vincula cõijcietur altera vero pars interficietur. Verti etiam poteſt, Vltra alias [ſub. mala] in-
curuabitur, &c. ¶ 9 Vide numerum 42, capitis præcedentis. ¶ 10 Ac ſi dicat, O Aſſyrii venite perditum regnum Iſ-
rael. vel, O rex Aſſyriorum, &c. Vox Hebræa H O I, aduerbium eſt hortandi vel vocandi. Prædicit euerſionẽ Iſrael fa-
ciendam ab Aſſyriis. ¶ 11. i. qua vtar quum iratus ſumam pœnas de Iſraele. ¶ 12 Hebr. Virga quæ eſt in manu il-
lorũ, eſt furoris mei. ſub. virga. ¶ 13 Heb. iræ meæ. i. cui ſum iratus. ¶ 14 Hebr. quia [decreuit] in corde ſuo perdere
& excindere gentes quæ non ſunt paucæ. i. putat ſibi ſatis virtũ eſſe ad perdendũ Iſraelem numeroſiſſimum. ¶ 15. i.
nõnne oẽs principes qui mihi famulãtur, alios reges opib⁹ æquãt? ¶ 16 ſub. vici, ſic & Calano expugnaui? ¶ 17 Heb.
vt Arphad [vici, ſic] Hemath? ſub. expugnaui. Vide 4. Reg. 17. ¶ 18. i. nõnne vt expugnaui Damaſcum, ſic expugnabo
Samariam? ¶ 19 Hebr. Vt inuenit manus mea regna idoli, [ſic] & ſculptilia eorum [quæ] à Ieruſalem & Samaria. i. Vt
virtute mea ſuperaui regna in quibus coluntur idola, ſiue dij non veri, quales ſunt ij quos nos Aegyptii colimus: ſic
ſculptilia filiorum Iſrael deſtruam, quorum cultus manauit à Ieruſalem & Samaria in alias vrbes. ¶ 20. i. quæcũ-
que ſtatuit facere opera Aſſyriorum. Obſidionem Ieruſalem intelligit.

¶11 pro, viſitabit. Loquitur de ſe Deus in prima perſona, licet priore parte verſus, ſit verſus tertia perſona. ¶12 Magnitudo cordis, arrogantia eſt: Celſitudo, ſiue elatio oculorū, eſt faſtus & ſupcilium. ¶13 vel, gloriā elatiōis ¶14 vel, nā prudēs fui. aut prudētia vſus ſum. ¶15 Alij, & preparata. vel in futurū ſepoſita. Alij vertūt, theſauros ¶16 in ſolijs ſcilicet regiis. Alij vertūt, & deturbaui, ſiue deieci eos q habitabāt in locis tutiſſimis & inexpugnabilibus. ¶17 ſubſtitiam. robur ¶18 ſub. à matre. ¶19 vel, An gloriari debet aut, ſolet. Verba prophetæ. ¶20 magnificabit ſeſe

¶21 Heb. Vt eleuatio virgæ[eſt] in eleuante ipſum nec eleuatio ſcipionis eſt à ligno. Subaudi. ita hæc Deo tribui debēt, nō regi Aſſyriorū.

In monte Zion & in Ieruſalem, [11]viſitabo & fructū [12]magnitudinis cordis regis Aſſur. & [13]decorē celſitudinis oculorum eius. Sic enim dixit, In robore manus meæ feci[iſta.] & in ſapientia mea: [14]intellectu enim prędìtus ſum. Fines populorū ſuſtuli, & [15]penuaria eorū deprædat[us] ſum, & [16]ſedentes velut gigas detraxi. Manus mea inuenit [17]copias populorū veluti nidū: & vt colliguntur oua [18]derelicta, ſic collegi ego vniuerſam terrā, nec fuit q vel ala motitaret, aut aperto ore muſſitaret. [19]Nū gloriabitur ſecuris aduerſus eū qui ea ſecat? aut ſerra [20]magnificabitur aduerſus eum qui ſe tractat? [21][Quod perinde eſſet] ac ſi virga ſeſe eleuaret contra eū qui ipſam fert, & baculus ſeſe extolleret quaſi lignum non eſſet. Propterea mittet Dominus Deus exercituū in pingues eius maciem, [22]& ſub gloriā eius incēdium incendet, vt dum ignis incenditur. Erit autem [23]lux Iſraelis ignis, & ſanctus eius flamma, quæ incendet & deuorabit [24]ſpinas ac vepres eius [25]die vno: [26]gloriā quoq ſyluæ eius, & [27]fertiliſſimi cāpi eius, [28]& anima & carne cōſumabit, fietq vt puluis terredinis. Arbores quoq ſyluæ eius reliquæ, [29]ad eū numerū redigētur, vt puer eas cōſcribere poſſit. ¶ [30]Eo tēpore non vltra nitentur reliquiæ Iſraelis. & qui euaſerūt de domo Iacob, eo qui ſe percuſſit: ſed nitentur Domino [31]ſancto Iſraelis [32]ex fide. [33]Sear Iaſub reſiduū Iacob ad Deum fortē. [34]Quoniā ſi fuerit, ô Iſrael, populus tu[us] ſicut arena maris, reſiduū[tamē] in eo [35]reuertetur. [36]cōſummatio expolita affluens iuſtitia. [37]Quoniā cōſummatā & expolitā[eccleſiam] faciet Dominus Deus exercituū in medio totius terræ. [38]Ideo ſic dicit Dominus Deus exercituū, Ne timeas popule meus qui in Ziō habitas ab Aſſyrio: virga quidē percutiet te, & baculum ſuum leuabit cōtra te [39]in via Ægypti: [40]at poſt puſillū, minúſq puſillo furor & indignatio mea finietur ad ignominiam eorum. [41]Excitabit Dominus exercituū contra eum flagellum, quemadmodum in cæde Madianitarum in Petra Oreb: [42]& virgā ſuam leuabit ſuper mare in via Ægypti. Tū quoq fiet vt recedat onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, [43]quin præ pinguedine laxabitur iugū eius. ¶ [44]Veniet ad Aiath, & tranſibit [45]in Migrō, apud Michmas [46]recēſebit arma ſua. Tranſ-

lem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi: & abſtuli terminos populorū, & principes eorū deprędatus ſum, & detraxi quaſi potēs in ſublimi reſidētes. Et inuenit quaſi nidū manus mea fortitudinē populorū: & ſicut colliguntur oua quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terrā ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eū qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra cōtra eū à quo trahitur? quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus qui vtiq lignum eſt. Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituū in pinguibus eius tenuitatem: & ſubtus gloriam eius ſuccēſa ardebit quaſi combuſtio ignis. Et erit lumē Iſrael [a]in igne, & Sanctus eius [b]in flamma: & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna. Et gloria ſaltus eius, & carmeli eius ab anima vſque ad carnē cōſumetur, & erit terrore profug[us]. Et reliquię ligni ſaltus eius præ paucitate numerabūtur, & puer ſcribet eos. ¶ Et erit i[n] die illa: nō adijciet reſiduū Iſrael, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti ſuper eo qui percutit eos: ſed innitetur ſuper Dominum ſanctū Iſrael, in veritate. ¶ Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deum fortē. Si enim fuerit populus tu[us] Iſrael quaſi arena maris, reliquię conuertentur ex eo, cōſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. ¶ Conſummationem enim, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus habitator Sion, ab Aſſur: in virga [c]enim percutiet te, & baculū ſuū leuabit ſuper te in via Ægypti. Adhuc enim paululum modicúmq, & conſummabitur indignatio [d]mea & furor meus ſuper ſcelus eorum. Et ſuſcitabit ſuper eum Dominus exercituum flagellum, ¶ iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & virgam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in via Ægypti. Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei. ¶ Veniet in Aiath, tranſibit in Magrō: apud Machmas cōmendabit vaſa ſua. Trāſ-

4. Reg. 19. g.
ſ. 17. g.
D
¶ [a]in ignem,
¶ [b]in flammis
E
Iudęi poſt percuſſum Aſſyriū ſoli Deo confidentes.
Iudæi pauci ſaluati. Ro. 9. f
F ſ. 28. f.
Conſolatur Deus Iudam, quòd breuis futura ſit eius afflictio, perſecutoréſque eius puniendi.
Iudic. 7. g.
G Varij rumores de aduentu Sennacherib in Ieruſalem.

¶22 .i. in milites eius robuſtiſſimos mortē: ¶23 Heb. & in gloria eius ardebit ardēdo iuxta ardorē ignes. Pro, in loco in quo gloriabitur, hoc eſt iuxta muros Ieruſalē quā obſidebit, abſumetur igni Aſſyrius. Vide 4. reg. 19. g. ¶24 .i. Dominus, qui eſt lux Iſrael, qui Iſraelem illuſtrat, illuminat, & regit: erit tanquam ignis & flammæ ad comburendum ſpinas. &c. ¶25 .i. milites gregarios regis Aſſyriorū: quos hic comparat ſpinis & vepribus, quòd milites plurimum moleſti eſſe ſoleant. ¶26 Diem naturalem intelligit: nam lucem & noctem complectitur. Dominus enim noctu deleuit Aſſyrios. ¶27 .i. duces & nobiles ſyluę, hoc eſt copiarū & exercitus regis Aſſyriorum. ¶28 vel, & agri eius arboribus frugiferis conſiti. ¶29 Heb. ab anima vſque ad carnem conſumet. eritque quaſi diſſolutio vexilliferi. i. exercitus ille peribit nō aliter quàm perire ſolet exercitus occiſo vexillifero. ¶40 Heb. numerus. i. paucæ numero. ¶41 quum ſcilicet Dominus pœnas ſumpſerit de Aſſyrijs. ¶42 .i. quem Iſrael pro ſancto habet. ¶43 vel, in veritate. i. ex animo. ſyncere, & citra ſimulationē. ¶44 Vide ſuprà ca. 7. numero 4. ſemper alludit ad nomē filij Eſaiæ, in quo reliquiæ Iacob adūbratæ ſunt. Alij vertunt has dictiones, reliquiæ cōuertētur, reliquię[inquam] Iacob ad Deū fortē. i. qui poteſt eos liberare. ¶45 Quāuis ſit. q. d. tametſi popul[us] Iſrael ſit numeroſus admodū, tamen pauci ex eo liberabuntur à bello Aſſyriaco: & qui liberati fuerint, cōuertentur, &c. Vel quod magis doctis probatur, tantum pauci ex eo reſipiſcent: & qui reſipuerint, liberabūtur à Deo. ¶46 conuertetur. ſub. ad Dominum. ¶47 [Nam] conſumptio deciſa inundans[erit in] iuſtitia. i. Nā Dominus decreuit, idque iuſto iudicio, ſumere pœnas de Iſraele, & illum perdere. ¶48 vel potius, Nam cōſumptionem, & eam quidem certam facturus eſt, &c. .i. nam Do. ſtatuit perdere multos Iudæos in medio Terræ ſanctæ. ¶49 .i. quia aliquot ex Iudæis ex animo ad Do. conuertentur. ¶50 .i. eo modo quo afflixerunt te Ægyptij, ſic te affligent Aſſyrij. ¶51 Hebr. [noli inquam timere] quia adhuc modicum modicū, & finietur [conſumetur] ira & furor meus ad euerſionē eorū. i. intra breuiſſimū tempus perdā Aſſyrios, & ita iræ meæ finis imponetur. ¶[52] Tertia perſona pro ſecūda, Excitabo ego Domin[us], &c. ¶52 & [iuxta] virgam eius in mari: nā leuabit eā more Ægypti. i. percutiet Aſſyrios quemadmodū percuſſit Madianitas in Petra Oreb, & Ægyptios in Mari rubro. nā leuabit eam virgā vt percuſſuri ſolent facere, ea via & eo modo quo leuauit aduerſus Ægyptios. ¶53 deſtruetur autē iugum [tuum ô Iſrael] propter oleum. i. in gratiā Ezechiæ regis vncti oleo vnctionis. Oleū pro rege vncto. ¶54 Deſcribit hic vrbes Iuda & Ben-iamin per quas tranſijt rex Aſſyriorum cum iret oppugnatū Ieruſalē. De ſecunda autem obſidione loquitur. Harum autem vrbium nomina non reſpondent Ioſue: quòd earundem vrbium varia ſint in ſcriptura nomina. Vide Nehem. 7. vbi harū ciuium vrbes enumerantur. ¶55 per Magron ¶56 deponet vaſa ſua. i. partem impedimētorum bellicorū illic deponet, vt poſſit ire celerius oppugnatum Ieruſalem.

Interitus Sennacherib.

ſerūt curſum Gaba ſedes noſtra: obſtupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laiſa, paupercula Anathoth. Migrauit Medemena: habitatores Gabim confortamini. Adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur: agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion, [a] & [b] collem Ieruſalē. Ecce, Dominator Dominus exercituum confringet laguneulam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur. Et ſubuertentur cōdenſa ſaltus [a] eius [b] ferro: & Libanus cum excelſis cadet.

C A P. X I.

Chriſtus naſcitur* ex radice Ieſſe. act.13.d.
Arma Chriſti regis.
* 1.Theſſ.2.c.
Virga.
Spiritus.
Iuſtitia.
Fides.
Opera & fructus euangelij. j.65. d. B

ET egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcēdet. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapiētiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini: non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro māſuetis terræ: * & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorū ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius: & fides cinctoriū renum eius. ¶ [3] Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere ſuper [a] foramina [b] aſpidis: & in [a] cauerna [b] reguli, qui ablactatus fuerit, manū ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerſo Monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris [a] operientis. [b]

¶ [a] foramine
¶ [a] cauernam

Scientia Dei.
¶ [a] operiētes. C
Vocatio Gentiū. rom.15.c.
Vera reductio Iudæ & Iſraelis, à captiuitate ad Euāgelium.

¶ In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gētes deprecabuntur, & erit ſepulchrū eius glorioſum. Et erit in die illa: adijciet Dominus ſecūdò manū ſuam ad poſſidendū reſiduū populi ſui, quod relinquetur ab Aſſyrijs, & ab Ægypto, & à Phethros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in Nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Et auferetur zel⁹ Ephraim, & hoſtes Iuda peribūt. Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit cōtra Ephraim. Et volabunt in humeros Philiſtijm per mare, ſimul prædabuntur filios Oriētis: Idumæa

Apoſtoli adducentes omnes ad Euangelium.

ibunt [57] vadum, Geba noctu diuertent. [a] formidabit Rama, Gibeath Saulis fugiet. [58] Hinni voce tua filia Gallim, [59] fac vt attēdat Laiſa, humilis Anathoth. [60] Mota eſt [a] Madmena, ciues Gebim [61] cōfirmamini. [62] Adhuc intra diem in Nob ſtabit, agitata manu ſua [minitabitur] monti filiæ Ziō, colli Ieruſalem. Ecce Dominus Deus exercituum amputabit [63] pauore [a] ramum [iſtum,] & proceræ ſtaturæ [arbores] excindentur, & ſublimes [64] humiliabuntur. [65] Attondebūtur vepreta [a] ſyluæ ferro: & Libanus ipſe [66] per fortem [a] cadet. C A P. X I.

TVm prodibit ſurculus de [1] ſtirpe [a] Ieſſe, & flos [a] de radicibus eius naſcetur, Super quo Spirit⁹ Domini [2] requieſcet. [a] Spiritus ſapiētiæ, & intelligētiæ, Spiritus cōſilij & fortitudinis, Spiritus ſciētiæ & timoris Domini. Et [3] faciet eū ſpirare timore Domini: [ſob id] non ad aſpectū oculorū ſuorum iudicabit, neque ad famā quæ ad aures eius [affertur] arguet. Sed iudicabit [a] cū iuſtitia pauperes, & cū æquitate [6] arguet pro māſuetis terræ. [7] terram percutiet virga oris ſui, & [8] ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. [a] Erit autem iuſtitia [9] cingulū lumborū eius, & fides baltheus feminū eius. Tunc commorabitur [10] lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, itidem iuuēcus, leo & [11] pecus pingue [a] ſimul [erūt,] & puer paru⁹ [12] minabit ea. Vacca & vrſus paſcētur ſimul, accubabūt [ſimul] catuli eorum: leo [13] ſicut bos paleas comedet. Delectabitur lactēs [14] aſpidis antro: quūq; fuerit ablactat⁹, inſeret manū ſuā in ſpelūcā reguli. Nō afficiēt malis, neq; vaſtabūt per omnē ſanctū montē meū: plena enim erit terra [15] ſciētia Domini. [16] perinde ac dū aquæ maris [omnia] tegunt. [a]

¶ Tūc quoq; vſuueniet vt radicē Ieſſe (quę ſtat in [17] ſignum [a] populorum) Gentes quoque requirāt, eritq; requies ipſius [18] gloria. [a] Futurum quoq; eſt, vt illa die Dominus ſecundo manum ſuam [19] admoliatur, vt [20] poſſideat reliquū populi ſui quod reliquum factum eſt ab Aſſyrio, ab Ægyptio, [21] à Pathros, à Cuſch, ab Elam, à Sinear, [a] ab Hamath, & ab inſulis maris. Et attollet [22] ſignum [a] Gētibus, & colliget [23] eiectos [a] Iſraelis, & diſperſos Iuda congregabit à quatuor plagis terræ. Abſcedet [24] zelus [a] Ephraim, & hoſtes Iuda [25] excindētur: [a] Ephraim non [26] æmulabitur Iudam, [a] neque Iuda [27] hoſtiliter premet [a] Ephraim, Sed inuolabunt in humerū Palæſthinorum ad Occidētem, & ſimul deprædabūtur [28] filios Orientis: [a] Edō & Moab [29] ma-

¶57 ſub. Iordanis. vſ, p Abaras & Geba diuerſoriū erit [in quo] pernoctabunt. ¶58 Exalta vocē tuam Bath-Gallim. Vt ſcilicet vicinæ vrbes admoneantur aduētus Aſſyriorum, vt fugiāt. ¶59 arrige aures Laiſa [&] paupercula Anathoth. i. Accommoda aures clamori vrbis vicinæ. ¶60 Fugiet ¶61 vſ potius, congregauerūt ſe. vt ſcilicet fugā adornaſſent. ¶62 vſ. Adhuc ſupererat multum diei [cū veniſſ] in Nob, vt [illic] ſubſiſteret: [ſō] leuauit manū ſuam ſuper &c. quaſi ſcilicet breui expugnaturus.

¶63 vi magna. Hic ruſus prędicit euerſionē regis Aſſyriorū ¶64 deijcietur. ¶65 Et excindet denſitates. i. ipſe Domin⁹ opera āgeli excindet denſas illius ſyluæ arbores & perplexas: hoc eſt copioſos milites exercitus Aſſyriorū. ¶66. i. ſylua maxima ſecuri excidetur. X I. ¶1 vſ, è ſtipite. ſiue trūco. i. à trunco & radicib⁹ quæ è Ieſſe puenerint. ¶2 vſ, virga aut ſurcul⁹. idē bis dicit. ¶3. i. donabitur Spiritu ſancto. Primū in genere loquitur de Spiritu: deinde in ſpecie. q.d. cuius beneficio hoīes ſunt vere ſapiētes, prudētes, conſulti, cōſtātes, & fortes in calamitatib⁹ perferēdis, periti diuinarū rerū, & ſcripturarū, & Dei metuētes. ¶4 olfactio [odoratus] eius [erit] cū timore Do. i. acri iudicio præditus erit, quod erit coniunctū cū timore Dom. & ob id non ſecundū apparentiā (vt vulgo dicitur) iudicabit, ſed iuxta ea quæ certo nouerit. ¶5. i. æquā ſentētiā feret erga pauperes qui ſententia iudicum opprimi ſolent. ¶6 vſ, carpet. [ſub. ſceleratos] ob mites qui in terra ſunt. ¶7. i. impios terræ ſermone ſuo flagellabit. ¶8. i. halitu, hoc eſt prædicatione ſua. ſermo enim non elicitur ſine ſpiritu ſiue halitu. ¶9 Vt (inquit) perpetuo renibus noſtris zona hærere ſolet, ſic à Chriſto iuſticia & veritas (quæ eſt promiſſorū cōſtantia) nūquā ſeparabūtur. Aut vt Chaldæus paraph. ſentit, iuſtis & fidelibus circundabitur Chriſtus. ¶10. i. Tempore Meſſiæ ob donum Spiritus, & Euangelicā doctrinam homines mutabunt improbos mores & ferinā vitam. ¶11 bubalus ¶12 ſub. neq; nocebunt illi puero. ¶13. i. mores bouis induet: hoc eſt deſinet ſæuire in alia animalia. ſæui homines, ſuam ſæuitiam deponent. ¶14 vſ, ſuper foramē aſpidis. i. ludet cum aſpide, neque ab ea lædetur. q.d. improbi & feri, ſimiles erunt puellis: vt de B. Paulo legimus. ¶15. i. cognitione Chriſti, quæ tā late patebit, quam late patet maris ſuperficies. ¶16 Heb. ſicut aquæ quæ mare tegunt. Vt numerum magnum per arenam maris ſignificare ſolet Eſaias: ita hic magnam extenſionem & latitudinem, per ſuperficiē maris ſignificat. ¶17 vexillum. i. ad quod populi vndique congregabūtur. ¶18 vſ, in gloria. i. glorioſa. hoc eſt, tranquillum regnum eius erit glorioſum. ¶19 Heb. adijciat. i. iterum vtetur ſua poteſtia. ¶20. i. aſſerat è ſeruitute in libertatem electos ſuos qui fuerint inuenti in Aſſyria, &c. ¶21 vſ, à Parthia, ab Æthiopia, à Chaldæa. in qua ſcilicet Babylon ſita eſt. ¶22 vexillum. per Apoſtolos ſcilicet. ¶23 vſ, profugos, aut proſcriptos. q.d. Chriſtus prædicatione ſui Euangelij congregabit electos ſuos Iudæos diſperſos vbique, & etiam Gentes. ¶24 ſimultas. aut inuidia ¶25 vſ, tollentur de medio. eſſe deſinēt. ¶26 vſ, inuidebit Iudæ, ¶27 exagitabit. aut affliget more hoſtis. i. Iudæi non erunt animo hoſtili aduerſus Iſraelitas. ¶28. i. Orientales Syros. q.d. Apoſtoli accepto Spiritu ſancto celeriter conferent ſe in Palæſthinam, Syriam, Idumæā, Moabitidem & Ammonitidem, vt Euangeliū annuntient, & illic velut deprædentur electos Dei, eripientes ipſi Satanæ. ¶29 Hebr. immiſſio manuum eorū, & Ammon obedientia eorum. i. manum ſuam immittent in Idumæam, &c. multóſque ex illis reddēt ſibi morigeros: hoc eſt conuertent ad Chriſtum.

nus ſuas[illis]ſubmittent.& filij Ammon illis parebunt. Et[10] funditus excindet' Dominus[11] linguā' maris Aegypti, &[12] agitabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine venti ſui, & [14] percutiet illud in ſeptē torrētes, & [15] efficiet eū pedibus permeabilem.' Eritque[16] trāſitus' reliquijs populi ſui quæ reliquæ erūt [17] ab Aſſyrijs,' quemadmodum factum eſt Iſraeli eo tēpore quo aſcendit ipſe de terra Aegypti.

CAP. XII.

ILlo die dices, Gratias ago tibi ô Domine, quoniā iratus eras mihi, ſed mutato vultu' miſertus es mei.'

Ecce Deus ſalus mea eſt, fidam eo, & non timebo: quia fortitudo mea, & [2] canticū' Dominus Deus, & factus eſt ſalus mea.

[3] Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſeruatoris.

Proinde diceretis in illa die, [4] Confitemini Domino, & [5] inuocate in nomine eiꝰ, prædicate[6] in populis cōſilia eius, [7] memoreſque ſitis quoniam exaltatum eſt nomen eius.'

Pſallite Domino, quoniam[8] magnificum' fecit: notum fiat hoc in omni terra.

[9] Hinni & iubila' habitatrix Ziō, quoniā magnus eſt in medio tui [10] ſanctus Iſraelis.

CAP. XII.

[1] Onus[2] Babylonis quod contemplatus eſt Ieſaias filius Amoz.

SVper mōtem excelſum tollite[2] ſignum.' eleuate vocem ad [3] eos, annuite manu, vt ingrediātur portas[4] principū. Ego præcepi [5] ſanctificatis meis, quin & heroes meos vocaui ad iram meam [exequendam,] quique gloria mea lætātur. Vox[6] multitudinis' in mōtibus inſtar populi ingētis, [7] vox fragoris, [ac ſi] regna Gentium coiuiſſent:' Dominus exercituum[8] recenſet' exercitum bellicum. Veniunt de terra[9] longinqua, [10] de finibus cælorum, Dominus & [11] vaſa indignationis eius, ad vaſtādum vniuerſam[12] terram. [13] Vlulate,' quia prope eſt dies Domini, quæ tāquam vaſtatio ab[14] Omnipotente' aderit. Idcirco omnium manus[15] remittent,' & omnium mortaliū corda liqueſcent. [16] Terrebuntur compages, & dolores' comprehendent eos: dolebunt vt parturiens, quiſq; ad proximum ſuū obſtupeſcet, facies eorum[17] flammas referunt. [nam]ecce dies Domini ſæuus [18] aderit, & [19] excandeſcētia atque æſtus naſi,' vt redigat terram in ſolitudinem, & peccatores eius ex ea excindat. Nam [20] ſtellæ cælorum & ſydera eorū non ſplendebunt lumine ſuo: obtenebreſcet ſol in ortu ſuo, & luna non lucebit lumine ſuo. Et viſitabo orbē ob malitiam, & impios ob iniquitatem eorum: faſtum ſuperborum compeſcam, & tyrannorum elationem deijciam. Pretioſiorem faciam [21] virum' auro purgatiſſimo, & hominem maſſa auri ex Ophir. Propterea[22] concutiam' cælos, & ter-

& Moab preceptū manus eorum, & filij Ammon obedientes erūt. Et deſolabit Dominus linguam maris Aegypti, & leuabit manum ſui ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui: & percutiet eum in ſeptem riuis, ita vt tranſeant per eum calceati. Et erit via reſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſſyrijs: ſicut fuit Iſraeli B in die illa qua aſcendit de Terra-Aegypti. Exod.14.

CAP. XII.

ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.

Chriſtianorum gratiarū actio pro Dei miſericordia pChriſtū eis facta.

Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agā, & non timebo: B quia fortitudo mea, & laus mea Dominus*, & factus eſt mihi in ſalutem.

Exod.15.a. B pſal.117.c. *Deus

Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris.

Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelſum eſt nomen eius.

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in vniuerſa terra.

Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

CAP. XIII.

Onus Babylonis, quod vidit Eſaias filius Amos.

Babylon deſtruēda prædicitur.

SVper mōtem caliginoſum leuate ſignū, exaltate vocē, leuate manum, & ingrediātur portas duces. Ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quaſi populorum frequentium, vox ſonitus regum* gētium congregatarum: Dominus exercituum* præcepit' militiæ belli, Venientibus de terra procul, à ſummitate cæli: Dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram. Vlulate, quia propè eſt dies Domini: quia' vaſtitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet & conteretur. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt, vnuſquiſque ad proximū ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum. Ecce dies Domini *veniet,' crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad ponēdam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea: Quoniam ſtellæ cæli, & ſplendor earū non expandent lumen ſuum: B obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infideliū, & arrogātiam fortium humiliabo. Pretioſior erit vir auro, & homo mūdo obrizo. Super hoc, cę

*& ¶ præcipit ¶ quaſi B ¶ venit.

Eze.32.b. ioel. 3.c. matt.24.c mar.13.c. luc. 21.c.

¶10 perdet. vl ſiccabit. ¶11 i. ſinum, aut litus maris Aegypti. i. Rubri, vicini Aegypto, qua tranſierunt Iſraelitæ quū fugerent Aegyptios: vt ſcilicet Apoſtoli educant ex eo loco electos Dei, ſi qui illic fuerit. ¶12 eriget. i. immittet ventum maximum qui diuidat Euphraten in ſeptē fluuios qui vado tranſiri poſſint ¶14 percutiendo diuidet. ¶15 Heb. deducet ſuos cū calceis. q.d. quia Euphrates poſſet eſſe impedimēto electis ve niētibus ab Aſſyria in Eccleſiam Ieruſalē, diuidet illū Dominꝰ in tot partes vt etiā à calceatis citra vllum aquæ periculum trāſmitti poſſit: diuidet, & per eum deducet eos qui ſe recipere voluerint Ieruſalem. ¶16 vl. via trita. ſub. in Euphrate. ¶17 ſ. l. in Aſſyria,

XII. ¶1 vl. conſolatus es me. Per Incarnationem filij tui ſcilicet. ¶2 vl. cantio mea. i. qui propter auxilium ſuum præbet mihi occaſionem cantus. ¶3 Verba Eccleſiæ alloquentis ſuos. Audietis doctrinam nouam ab Apoſtolis quos mittet Saluator. ¶4 Gratias agite ¶5 implorate nomen eius, ¶6 vl. in concionibus populi opera eius. ¶7 vl. narrate, ſiue dicite publice quòd nobile & clarum ſit nomē eius. i. quòd ſit clarus & inſignis, quòd plurima geſſit vnde clarum nomen ſibi comparauit. ¶8 magnificentiam. i. res præclaras geſſit. ¶9 Exalta vocem tuam & cane. vl. Exurge in vocem plenam laudis, & lætare ¶10 i. Chriſtus qui ſanctificat Iſraelem.

XIII. ¶1 quo ſcilicet depreſſurus eſt Babylonios. Alij vertunt, Prophetia de Babylonis[deſtructione,] quam vidit Eſaias, &c. Hæc prophetia, Daniel. 5. etiam prædicitur, vbi traditur illam factam fuiſſe à Dario Medorum rege Cyri Perſarum regis auunculo. ¶2 vexillum. vt ſcilicet illuc milites conueniant. ¶3 ſub. milites. ¶4 ſub. Babyloniorum. ¶5 Sanctificati dicuntur qui ad hanc rem parati erant. & ſacramento militari aſtricti. Alij vertūt, ſelectis à me & præparatis ¶6 turbæ. i. ſtrepitus. Verba prophetæ. q. d. Videor mihi audire ſtrepitum, &c. ¶7 Hebr. vox ſonitus regnorum Gentium congregatarum. è regno ſcilicet Medorum & Perſarum. ¶8 i. Videtur mihi recenſere ¶9 i. à Media. ¶10 i. à regione adeò remota à Terra ſancta, vt videatur cælū contingere. ¶11 inſtrumēta. i. Dominus venit cum militibus qui ipſius irati mandatum exequentur. ¶12 ſub. Babyloniorum. ¶13 Sub. ô Babylonij ¶14 nempe Deo. vl. à duce potentiſſimo. ¶15 flaccidæ erunt, ¶16 Tunc trepidabunt[Babylonij.]tormina. vl torſiones. ¶17 Hebr. facies flammarū. i. pudore ſuffunduntur. ¶18 inſtat. vl. adeſt. ¶19 vl. indignationis, & furoris iræ. i. in qua Dominus edet argumētum iræ ſuæ vehementiſſimæ in Chaldæos. ¶20 q. d. dies illa erit triſtiſſima: nam erunt maximæ tenebræ. ¶21 ſub. Babylonium. i. in expugnatione Babylonica miles Medus nulli Babylonio parcet etiam auro ingentiſſimo & pretioſiſſimo oblato. ¶22 vl. mouebo. q. d. tunc videbitur cælū tremere, & terra moueri loco ſuo horrore eorum quæ gerentur.

& turbabo:& mouebitur terra de loco ſuo, propter indignationẽ Domini exercituũ,& propter diẽ iræ furoris eius. Et erit quaſi damula fugiẽs, & quaſi ouis:& non erit qui cõgreget: vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur,& ſinguli ad terram ſuam fugient. Omnis qui inuentus fuerit,occidetur : & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum ‖allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorũ violabuntur.Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint:ſed ſagittis paruulos interficiant,'& lactantibus vteris non miſereantur,'& ſuper filios non parcat oculus eorum . Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorũ, ‖ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham . Non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generationem & generationem nec ponet ibi tentoria Arabs,nec paſtores requieſcent ibi. Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi ſtruthiones,& piloſi ſaltabũt ibi:& reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius,& ſirenes in delubris voluptatis : prope eſt vt veniat tẽpus eius, & dies eius non elongabuntur.

Pſal.136.b.

¶ interficiẽt,
¶ lactentib⁹ vteri
D
¶ miſerebuntur,
¶ parcet
Gene.19.e.

## CAP. XIIII.

MIſerebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael,& requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam:adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob . Et tenebunt eos populi,& adducent eos in locum ſuũ:& poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram Domini in ſeruos & ancillas : & erunt capientes eos qui ſe ceperant, & ſubiicient exactores ſuos . ¶ Et erit in die illa: cũ requiẽ dederit tibi Dominus à labore tuo, & à cõcuſſione tua,& à ſeruitute dura qua antè ſeruiſti,ſumes parabolã iſtam contra regẽ Babylonis, & dices, Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga inſanabili, ſubiicientẽ in furore gentes, & perſequentem crudeliter.Conquieuit & ſiluit omnis terra , gauiſa eſt & exultauit.Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te,& cedri Libani , Ex quo dormiſti, non aſcendit qui ſuccidat nos.Infernus ſubter te conturbatus eſt in occurſum aduentus tui. ſuſcitauit gigantes: omnes principes terræ ſurrexerũt de ſolijs ſuis, omnes principes nationum. Vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi. Et tu vulneratus es ſicut & nos,noſtri ſimilis effectus es. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua,cõncidit cadauer tuum : ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram,qui

Reuerſio Iudæorũ ex captiuitate, & Babyloniorũ afflictio.

Nabuchodonoſor ab Iſraele irridet.

B

C

Mors regis Babylonis ſimilis auroræ de cœlo cadẽti & obſcuratæ.

ra loco ſuo mouebitur in excandeſcẽtia Domini exercituũ,& in die[13]caloris furoris eius.[14]Et erit ceu caprea[15]agitata,'& ouis quam nemo colligit: quiſq; ad populum ſuũ reſpiciet, & quiſq; ad terrã ſuam confugiet.Quicunq; deprehendetur, cõfodietur: &[16]q ſeſe defendere pararit,'cadet gladio.Infantes eorum[17]elidentur in conſpectu eorũ,domus eorum diripientur, & vxores eorũ vitiabũtur.Ecce ego Medos excitabo in eos,qui[18]argentũ nihili reputant,nec auro oblectantur.'Arcus pueros[19]elident,'& fructus ventris non miſerebuntur, nec oculus eorũ parcet [natis] filijs. Et ſubuertetur Babylon,regnorũ[20]ornamentum,'&[21]ſplẽdoris Chaldæorum decus,'quemadmodum ſubuertit Deus Sodomã & Gomorrham. Non[22]ſedebit in perpetuum, neque habitabit vſq; in ſeculũ & ſeculũ.Nõ figet ibi tabernaculũ [23]Arabs,' neque paſtores illic[greges]accubare facient. Sed ibi cubabũt [24]Ziim,' & implebunt domus eorum [25]Ohim,'habitabũtq; ibi[26]iuuenes ſtruthiones,' & ſaltabunt ibi Satyri.[27]Alternis canẽt bubones' in magnificis ædib⁹ eorũ,& dracones in palatiis voluptuoſis:atque tempus eius prope adeſt,neq; protrahentur dies eius.

## CAP. XIIII.

QVia miſerebitur Domin⁹[1]Iacob,&[2]eliget adhuc Iſraelẽ, &[3]in terram eorũ eos reducet.' adiũgentúrq; illis aduenæ.iungentúrq;[4]domui Iacob.[5]Tollẽt eos populi,& introducẽt eos ad locũ ſuum,poſſidebitq; eos domus Iſrael in terra Domini in ſeruos & ancillas.Et captiuos ducent eos quorum captiui fuerant. [6]imperitabũtq; ſuis exactoribus.¶ Et fiet die illa quũ Dominus requiẽ tibi dederit[7]ab eo qui te affligit,à tremore tuo,'& à ſeruitute iſta graui qua ſeruitum eſt à te: ſumes hoc[8]dicteriũ ſuper rege[9]Babylonis,'ac dices,Quomodo ceſſat[10]exactor, ceſſat aurum tributarium?' Cõtriuit Dominus[11]baculum impiorum,ſceptrum dominantium.[Qui baculus][12]percutit populos in indignatione plaga[13]quæ non recedit, [14]imperitat Gẽtibus in furore,perſequutionem patitur abſque miſeratione.' Quieta ergo ac trãquilla eſt omnis terra,[vn de][15]iubilat læta voce.'Quin & abietes& cedri Libani de te lætãtur, [dicẽtes,]Ab hinc quo tu[16]iacuiſti,' nemo eſt qui aſcendat ad incidendũ nos. [17]Inferi ſubtus commoti ſunt propter te, vt tibi aduenienti occurrant, [18]excitarunt tibi gigãtes' omnes[19]hircos terræ,'excitarunt [inquam]de ſolijs ſuis omnes reges Gentium.Hi omnes[20]alternis[ſe]celebrabũt, & dicẽt ad te, An & tu quoque ſicut nos[21]vulnerat⁹ es,'& noſtri ſimilis factus?Detractus eſt ad[22]inferos' faſtus tuus, ſtrepitus nablorũ tuorũ: ſubter te ſternitur tinea, &[23]operimentũ tuũ[ſunt]vermes.Quomodo decidiſti[24]de cælo Lucifer auroræ fili,ad terrã[25]afflictus es,'qui

¶13 Hebr.furoris iræ eius.
¶14 Babylõ ſcilicet,& qui i ea habitat. aut milites extern⁹.quẽ cõduxerint Babylonii.
¶15 vl, acta in fugam.
¶16 Heb.omnis aduentitius.vl, externus.i.conductiti⁹ aut auxiliaris miles.
¶17 allidentur ſolo.in terram deijcientur
¶18.i. qui Babylonijs etiã pro ſua mercede nõ parcent.
¶19 in terrã deijcient,
¶20 vl, gloria.i. caput mundi.
¶21 gloria ſuperbiæ Chal.i. ob quam gloriari & ſuperbire ſolẽt Chaldæi.
¶22 habitabit.ſub.incola in ea
¶23.i. Arabes qui ſolẽt habitare in tentoriis,pecoris cauſa. adeò ſcilicet deſert⁹ erit locus & ſterilis. Chaldæa eſt vicina Arabię deſertæ paſcuis aptiſſimę
¶24.i.feræ.
¶25.i. viuerræ. Gallice,des furons.
¶26 pulli ſtruthionũ,
¶27 Vociferabũtur feles.vl.muſtelę ſylueſtres.

XIIII.
¶1.i. Iudæ & Beniamin.
¶2.i.adhuc illi charæ erũt reliquiæ decẽ tribuũ, ¶3 Hebr.requieſcere faciet eos in terra ſua, ¶4.i.religionẽ familiæ Iacob amplectentur proſelyti multi Chaldæi. ¶5 vl, Aſſumẽt.hoc eſt deducẽt,honoris cauſa.i.populi varij,comites ſeſe illis adiũgẽt. ¶6 vl, dominabuntúrque iis qui antea oppreſſerint ipſos. ¶7 à triſtitia,& ab ira tua.vl,ab agitatione & cõmotione animi tui.i.quum Dominus reſtituerit tibi tranquillitatem priſtinam. ¶8 vl, parabolam.ſunt enim obſcura quæ ſequuntur,& allegorica. ¶9.i.ſuper Nabuchodonoſor. ¶10 Hebr.oppreſſor,ceſſauit congregatrix auri?.i.Qua ratione fieri potuit vt rex Babel deſierit opprimere Iſraelem ? & quomodo deſijt extorquere tributum ab Iſraelitis vrbs auara? ¶11 vl,virgam.q.d. Dominus aſſeruit nos è ſeruitute in libertatẽ. ¶12 vl,[fregit inquã virgam]percutientem ¶13.i.iugi & aſſidua,ſiue inſanabili. ¶14 Heb. & dominantem Gentibus in ira ipſa.[&]perſecutionem patiebatur[populus,] nec prohibebat.ſub.ſuos milites.i.durum imperium exercebat in gẽtes,quæ perſecutionem patiebantur à militibus ipſius,quos tamen non cohibebat. ¶15 Heb.cecinerunt laudem.vl, canent laudem. ¶16.i.mortuus es, ¶17 vl, Sepulchrum perculſum fuit ſub[terra] propter te, ad occurſum aduenire tui.i. Metu perculſi ſunt mortui audito rumore aduentus tui: timuerũt enim ne illos affligeres vt viuos aliquãdo afflixeras. ¶18 excitauit [ſepulchrum]propter te mortuos.i.fortiſſimos quoſq; mortuos vt tibi reſiſterẽt. ¶19.i.duces & principes. ¶20 Heb. locuti ſunt, dixerúntque tibi. q.d. Vbi viderunt omnes mortui regem Babylonis etiam mortuum eſſe & imbecillem: dixerunt illi, &c. ¶21 confectus es morbo, ¶22 ſepulchrum ¶23 obruunt te.i.plenus es vermibus vt nos ô Nabuchodonoſor. ¶24 Alludit ad Satanam qui olim decidit de dignitate in qua creatus fuerat. quem vocat Luciferum & filium Auroræ,quòd creatus fuiſſet in maximo ſplendore & honore. Lucifer dicitur filius auroræ, quòd appareat ante auroram.Confert Nabuchodonoſor Satanæ. ¶25 exciſus es,

¶16 Heb. diceres ¶17 ſupra ſtellas Dei.i.ſplendidiſſimas.
¶18 eccleſiæ.ſiue cõgregationis. Mons Sion dicitur hic mõs cõgregationis, quòd in eo eſſet téplũ ad quod cõueniebat populus ter quotannis. vel quòd popul⁹ illuc cõueniret precationis cauſa.
¶19.i.in vno è lateribus Aquilonis. Sion ſita eſt ad Aquiloné reſpectu Ieruſalé. Tribuit duo latera Aquiloni vt homini
¶10 Heb. aſſimilabo me.
¶11 ad latera foueæ.i.ad vnum è lateribus foueæ. ¶12 te cõtemplabuntur exacte. ¶13 vel, perturbabat
¶14 victos ſuos nõ ſoluiſſet redirent[domũ?
¶15.i in ſepulchro ſuo:
¶16 Heb. veſtis. .i.vt veſtes quæ quòd ſint contaminatæ ſanguine interfectorũ,abijci ſolent. ¶17 Subaudiendum veſtes: [& vt veſtes] deſcendentes ad lapides foueę.i.quę demittũtur in lapideum ſepulchrũ vnà cum

gentes vulnerabas? Quum tamen tu in corde tuo ſic[16] cogitaueris, Cælos cõſcendam,[17] ſuperne ſecũdum ſtellas Dei exaltabo ſolium meum. & ſedebo in monte[18] cõſtituto, [19] in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, altiſſimo[10] æqualis ero. Veruntamẽ ad inferos detractus es, [11] ad latera laci. Vidẽtes te inclinabũt ſe ad te,[12] vt[propius]te conſiderent, [dicentes,] Anne hic eſt vir iſte qui[13] tremefecit terrã. & regna concuſſit, qui orbẽ deſerto ſimilem reddidit, vrbes eius excidit, [14] vinctis eius domum non aperuit? Omnes reges Gentium, omnes[inquam] iacent cum gloria, quiſque [15] domi ſuæ: Tu autem abiectus es de ſepulchro tuo, vt ſurculus abominandus, veluti [16] exuuiæ interfectorum qui ferro confoſſi ſunt, [17] deſcendentiũ ad lapides laci, tanquam cadauer proculcatum. [18] Non eris ſocius ſepulturę eorum, quoniam terram tuam vaſtaſti, populum tuum occidiſti, [nõ vocabitur in æternum[19] nomen facinoroſorum. Præparate [40] filijs eius mactationem propter parẽtum eorum iniquitatem, [41] ne[poſtliminio] ſurgãt, & terram occupent, ac ſuperficiem orbis arcibus compleãt. Surgam quoque contra eos, ait Dominus exercituum, & excindã nomen Babylonis, &[42] reliquias cum filijs & nepotibus, ait Dominus. Ponã eam [43] vt fibri occupent, & in ſtagna aquarum, ſcopa quoque vaſtatrice verram eã, dicit Dominus exercituum. ¶Quin & iurauit Dominus exercituum, dicens, [44] Si nõ vt[45] imaginatus ſum ita ſit futurum: &[ſũ non] vt ſtatui, ita ſit firmum futurum. Nempe vt & Aſſyrium conteram in terra mea, &[46] in mõtibus meis conculcem eum, & recedet iugum eius[47] ab eis, & onus illius ab humero eius abſcedet. Hoc eſt conſilium quod decretum eſt ſuper vniuerſam terram, & hæc manus quæ extenta eſt ſuper omnes gentes. Domino enim exercituũ[aliquid] conſtituente, quis ipſum faciet irritum? quumque extẽderit manũ ſuam, quis eã reflectet? ¶Anno quo mortuus eſt Ahas rex, fuit[48] onus iſtud. Ne lęteris tu Palęſtina vniuerſa, quòd confracta eſt virga[49] eius qui te percuſſit: nam de radice [50] colubri naſcetur regulus, & fœtus ei⁹ erit[51] preſter volãs. [52] Et pauperes depaſcẽt primogenitos fruct⁹. & egeni ſecure accubabũt. porrò radicẽ tuã fame enecabo, & reliquas tuas[[53] ipſe] occidet, [54] Vlula porta, clama ciuitas, [n.i.] liquefacta eſt Palæſtina, vniuerſa ſcilicet tu: quonia[55] ab Aquilone fum⁹ venit, [56] nec eſt qui ſe ſubducat dieb⁹ feſtis eius. ¶Quid tũ[57] reſpõdebitur nũtijs gentis? q Domin⁹[58] fũdauit Ziõ, &[59] in illa fiduciã habebũt pauperes populi eius. XV.

O [1] Nus Moab. [2] Quoniã noctu vaſtata eſt Ar-Moab, ad ſilentium redactus eſt: quoniam in nocte vaſtata eſt Kir Moab, ad ſilentium redu-

vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſedebo in mõte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad infernum detrahẽris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient, Nunquid iſte eſt vir qui conturbauit terram, qui concuſſit regna: qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerem? Omnes reges Gentium vniuerſi dormierũt in gloria, vir in domo ſua. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, & obuolutus cũ his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamẽta laci, quaſi cadauer putridum. Nõ habebis conſortium, neque cũ eis in ſepultura: tu enim terram tuam diſperdidiſti, tu populum tuũ occidiſti: non vocabitur in æternum ſemen peſſimorum. Præparate filios eius occiſioni in iniquitate patrum ſuorum: nõ conſurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatũ. Et conſurgam ſuper eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germẽ, & progeniem: dicit Dominus. Et ponam eam in poſſeſſionem ericij, & in paludes aquarũ, & ſcopabo eam in ſcopa terens, dicit Dominus exercituum. ¶Iurauit Dominus exercituum dicens, Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mẽte tractaui, ſic eueniet, Vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extẽta ſuper vniuerſas gentes. Dominus[*] exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extẽta: & quis auertet eam? ¶In anno quo mortuus eſt rex Achaz, factũ eſt on⁹ iſtud. Ne læteris Philiſthæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem. Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcẽt: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. Vlula porta, clama ciuitas: proſtrata eſt Philiſthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & nõ eſt qui[*] effugiat agmen eius. ¶Et quid reſpondebitur nũtijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in[*] ipſo ſperabunt pauperes populi eius.

Iuramẽto affirmat ſe perditurum Sennacherib & Aſſyrios

[*] enim

Exeidium Palæſthinorum ab Ezechia factũ, q Iudã oppreſſiſſẽt. 2.paral.28.

¶[*] effugiet

¶[*] ipſa

CAP. XV.

O Nus Moab. quia nocte vaſtata eſt Ar-Moab, cõticuit: quia nocte vaſtatus eſt Murus-Moab,

Moabitarũ ruina prædicitur.

cadauere conculcato. Videtur ad morem militarem alludere. militum enim interfectorum cadauera vnà cum veſtibus luto fœdatis conijciuntur in foueam. ¶18 Hebr. Non vnies te cum eis in ſepultura.i.non potieris tali honore ſepulturæ quali illi reges. ¶19 ſemen.i.ſeminis improborum memoria diu durare non debet. ¶40.i.nepotibus eius cædem.q.d. Parate vos ô Medi vt nepotes Nabuchodonoſor interficiatis ¶41 ne conſiſtant, néve poſſideant terram, & continentem repleant oſoribus.vel prauis hominibus & infeſtis. ¶42 vel, ſuperſtites ¶43 Heb. in hæreditatem teſtudinis. ¶44 Sub. nolite poſthac credere vatibus meis, ¶45 cogitaui.vel, conſtitui ¶46.i.circum Ieruſalem. nam montes in circuitu eius. Pſal.124.4.reg.19.g. ¶47 hoc eſt, à populo meo. Iugum, tributa ſunt: Onus, eſt ſeruitus. ¶48 vel, prophetia hæc. ¶49 nempe Oziæ. ¶50 Per colubrum intelligit Oziam qui afflixit Palæſthinos 2.Paral.26. Per regulum, ſiue baſiliſcum, Ezechiam, qui vehementius afflixit Palęſthinos quàm Ozias proauus eius. 4.reg.18. ¶51 vel, ſerpens ignitus ¶52 Heb. Et paſcentur primogeniti inopum. Primogenitos pauperum vocat homines admodum pauperes, ſucceſſores inopiæ parentũ. Hæc pars verſus opponitur ſequenti. Tunc erit, inquit, ſumma pax in Iſrael. ¶53.i.hoſtis tuus Ezechias. ¶54 Præpoſitio apud Hebræos ſubaudienda, Ingemiſce in porta, vociferare in vrbe. ¶55.i.à Iudæa quæ eſt ſita ad Aquilonẽ reſpectu Gazæ quę eſt Meridionalis, veniet exercitus Ezechiæ, qui tibi tam moleſtus erit, quàm eſt oculis fumus. ¶56 nec erit ſolitarius: .i. qui remaneat domi temporibus eius. i.tempore præfixo ab Ezechia ad id bellum: omnes aderunt, neque erit qui militiam illam detrectet. ¶57 reſpondebunt nuntii gentium? ſub. exterarum & vicinarum, qui ſe ad nos conferunt, quum rogabuntur quid rerum nouarum afferant à Iudæa.q.d. Poſt inſignem illam Aſſyriorum cladem fama peruagabitur Sion defendi, & ob id eſſe inuictam. Hic verſus pertinet ad euerſionem Aſſyriorum. 4.reg.19. ¶58 ſtabilit. defendit ¶59.i.quòd Deum habeat tutorem & defenſorem. XV. ¶1.i.Vaticinium de afflictione Moabitarum. ¶2 Certe [vel, Dico q] nocte quadam deſtruetur Ar-Moab, & euertetur: [dico inquam] quòd nocte vaſtabitur Kir-Moab, & excindetur.

conticuit. Aſcendit domus & Dibon ad excelſa
in planctum. ſuper Nabo, & ſuper Medaba. Moab
Ier.48.f. eze. 7.c. vlulabit: in cũctis capitibus eius caluitiũ, & om
B nis barba radetur. In triuiis ei⁹ accincti ſunt ſac
co. ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlu-
¶ vlulat, deſcendit latus, deſcendet in fletum. Clamabit Heſebon &
Eleale, vſq; Iaſa audita eſt vox eorum. ſuper hoc
expediti Moab vlulabũt. anima eius vlulabit ſi-
C bi. Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vſ-
¶ conſternantem. id eſt trimam que ad Segor vitulam conſternantem. per aſcen
ſum enim Luith flens aſcẽdet, & in via Oronaim
clamorẽ contritionis leuabũt. Aquæ enim Nem-
rim deſertæ erunt. quia aruit herba, defecit ger-
men, viror omnis interiit. Secundum magnitu-
D dinem operis & viſitatio eorum: ad torrẽtem ſa-
licum ducent eos. Quoniam circuibit clamor ter
minũ Moab: vſque ad Gallim vlulatus eius, & vſ-
q; ad Puteum-Elim clamor eius. Quia aquæ Di-
bon repletæ ſunt ſanguine: ponam enim ſuper
Dibõ additamẽta: his qui fugerint de Moab leo-
nem, & reliquiis terræ.

CAP. XVI.

Moab à Deo punit⁹ ob perfidiã, immiſericordiam, & arrogantiam ſuam.

(EMitte agnum Domine dominatorem ter-
ræ, de Petra-deſerti ad montem filiæ Sion.)
Et eritis ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolan
tes, ſic erunt filię Moab in tranſcenſu Arnon. Ini
conſilium, coge conſilium: pone quaſi noctẽ vm
bram tuam in meridie: abſconde fugientes, & va
gos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei:
Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris:
finitus eſt enim puluis, conſummatus eſt miſer,
B defecit qui conculcabat terrã. Et præparabitur
in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in
veritate in tabernaculo, David iudicans & quæ-
rens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum
eſt. ¶ Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperb⁹ eſt val-
de: ſuperbia eius & arrogantia eius, & indigna-
Ierem.48.c. tio eius, plusquam fortitudo eius. Idcirco vlula
bit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit: his qui læ

cta. Aſcendet [4] in Baith [5] & Dibon ad excelſa ad
flendũ, [6] ſuper Nebo & ſuper Mediba Moab vlu-
labit, in omnibus capitibus ei⁹ eſt caluitiũ, omnis
barba detonſa erit. In cõpitis eius ſacco erũt ac-
cincti, in tectis autẽ eius & plateis ei⁹ quiſq; vlu-
labit, atque in fletũ ſoluentur. Tũc vociferabitur
Heſbon & Eleale, ita vt vox eorũ vſque ad Iahaz
exaudiatur: & [8] ob id expediti Moabitæ vocifera-
bũtur, animus [9] ei⁹ [10] doluit. Cor meũ vociferatur
propter Moab, [11] fugitiui eius ad Zoar vitul. i tri-
mã: [12] quoniã per cliuũ Luhith cũ fletu aſcẽdẽt:
ea enim via quæ Horonaim [ducit] [13] clamorẽ cladis
excitabũt. [14] Quoniã aquę Nimrim deſolatę erũt,
vnde & viride exareſcet, deficiet herba, ol⁹ nullũ
ſupererit. Ad eundẽ modũ quidquid reliquum
fecerant, & quod repoſuerant, Arabes ſuper tor
rẽtem deportabũt. Quia [16] clamor permeabit ter-
minos Moab, vt ab Eglaim vſq; ad Beer-elim o-
mnia vnus futura ſint vlulatus. Nam aquæ [17] Di-
mon cruoris erunt plenæ, quoniã ponam ſuper
Dimon [18] additamẽta: his qui euaſerũt Moabitis
& reliquijs regionis [19] leonem.

CAP. XVI.

MIttite agnũ dominatori terræ de Sæla de-
ſerti ad mõtem [2] filiæ Sion. Etenim quẽad-
modũ auis vaga nido eiecta, ſic erũt [4] filiæ Moab
ad [5] vada Arnonis. [6] Aduocate cõſiliũ, facite decre
tum. pone vmbrã tuã veluti noctẽ [7] in ipſo meri
die, [8] abſcõde propulſos, & vagos ne prodas. Ha-
bitent apud te profugi mei, Moab ſis tu illis la-
tibulũ [9] à facie vaſtatoris: quoniã [10] ceſſauit emũ-
ctor, defecit vaſtator. [11] cõſumpt⁹ eſt cõculcator
de terra. Et ſolium [12] præparabitur in beneficẽtia.
[13] ſedebitq; ſuper eo [14] in veritate in tentorio Daui
dis iudicãs, inquirẽs iudiciũ, & accelerãs iuſtitiã.
¶ Audiuimus ſuperbiã Moab [16] q ſupra modũ
faſtuoſus ſit: [17] arrogãtiæ eius, faſtui eius & furo
ri eius lacerti eius nõ reſpõdent. Idcirco [18] vlula-
bit Moab ad Moab, vniuerſus ipſe vlulabit: [19] ad

¶3 ſub. Moab. ¶4 ad ædem ipſam. i. ad templum ſacratum idolo Chamos, quod colebant. (3. reg. 11.) vt rogent idolum. ¶5 & [ad] Dibon, [& ad] excelſa. In arce Dibõ erat templũ Chamos. Ad excelſa. i. ad altaria idolorum, vt ſacrificent & orẽt ne pereãt in illa calamitate. ¶6. i. ob euerſionem Nebo.

¶7 q. d. Prę triſtitia & mœrore crines tibi vellent. & barbam radent. ¶8 ob talẽ ſcilicet clamorẽ, Moabitæ qui expediti, ſiue accincti armis erunt ob tuẽdam patriã, arma deponẽt fracti animis. ¶9 ſub. Moab. ¶10 eiulabit. vl, Animus Moab frangetur tibi. i. ob ſuam calamitatẽ. ¶11 Verba Hebręa inuerſa, ſic ordinãtur, qui effugient ex ea [ſub. Moabitide] vitula trienni, vſque ad Segor. ſub. fugient. Moabitidẽ, vitulam triennem vocat, q regio Moab eſſet potens armis & in flore, ſtatuque fœlici. ſic intelligendum eſſe, conſtat ex Ieremiæ prophetia. ¶12 Sub. cor meum vociferatur, quòd per aſcenſum Luhith &c. ¶13 Heb. cum clamore contritionis miſeræ idæ frangent ſe. ¶14 ſub. doleo inquam, q ¶15 Heb Idcirco [. i. quia deſtructur patria] opes quas peperit [ſibi Moab] & diuitias eius, in Torrentem ſalicum deferent. ſub. hoſtes, vt ſcilicet ſint in tuto. Quidam dicunt Nahal haarabim, ſiue Torrentem ſalicũ, non longe abeſſe à Moab. ¶16 Heb. Quia circuiuit clamor terminum Moab, vſque ad Eglaim vlulatus eius, & [vſque ad] Beer-elim vlulatus eius. ¶17 fluuius in Moab. ¶18 vl, riuos additos. i. tunc plurimis, nouiſq; riuis defluet ſanguis cæſorũ in flumen Dimon. ¶19 ſub. mittam. Nabuchodonoſor intelligit. XVI. ¶1 Vt Hebræi interpretãtur, Moabitæ conſueuerant tributũ mittere ad regẽ Iſrael cẽtũ millia agnorũ. At mortuo Achab, amplius ea nõ miſerũt, vt legis 2. reg. 3. a. Vnde roborat⁹ Iſrael nũc dicit, Mittite agnos dominatori terræ. i. regi Ezechiæ. de Petra deſerti, quæ vna eſt vrbium Moab. Verũ locus de Chriſto intelligi debet. rogat enim propheta Deum patrem & Spiritũ ſanctũ vt parcat Moabitis q ex eis naſciturus eſſet Chriſtus. Ruth nanq; fuit Moabitis, quæ nupſit Booz. Cap. 48. c, huius prophetæ dicitur, Quia De⁹ miſit me & Spiritus eius. Propterea Mittite dicit. Aut cęlos alloquitur, vt cap. 45. Rorate cæli deſuper, &c. Legatur ergo per parẽthesin hic verſus, & verte, Mittite agnum dominatorem terræ de Sela-midbara. i. de Petra deſerti, vrbe Moabitarum, vnde nata fuit Ruth, vt volunt nonnulli. q. d. ô Domine, ne perdãs omnes Moabitas, vt tãdem naſcatur Meſſias. ¶2. i. cõgregationis ¶3 Heb. auis fugitans [&] nidus electus. ¶4. i. oppidula, & vici. ¶5 tranſitus [plurali numero] in Arnon. i. deducentur in Arnon quæ vrbs eſt & torrens in finibus Moabitidis, vt illinc abducantur in Aſſyriam. ¶6 Afferte [poſthac] conſilium, facite iudicium. i. rem iuſtã. Scribit doctiſſ. inter hebræos, Moabitas dediſſe pœnas q riſiſſent Iſraelitas vicinos cũ abducerẽtur captiui in Aſſyriã. propterea dicit, Moabitæ, aliter prorſus vos gerite erga Iſraelitas, atq; olim feciſtis. iuuate illos conſilio, facite iudiciũ, hoc eſt vices rependite, vices nepotibus Abraham qui patrem veſtrum Lot plurimũ iuuit. ¶7. i. in medio æſtu. Afflictionem comparat æſtui meridiano: & auxiliũ, vmbræ, qua æſtuanti nihil eſt ſuauius. ¶8 q. d. Iſraelitas pulſos patria, ſi ad te cõfugerint, ne prodas hoſtibus, vt olim feciſti. ¶9. i. ne veniant in manus hoſtium. ¶10 vl, finem inuenit. defecit. Emunctorem vocat tyrannum Sennacherib qui tributis populum eius opprimebat. 4. reg. 18. d. ¶11 defecerunt [exercitus] conculcantis. i. ipſius Sennacherib. vl, exercitus conculcans. i. qui omnes nationes cõculcare & opprimere ſolet. ¶12 vl, firmabitur [ſiue ſtabilietur] in miſericordia. i. Regnũ Iudæ ob promiſſiones miſericordia Dei factas Dauidi, ſiue pro Dei miſericordia, in priſtinum gradum reſtituetur. ¶13 ſub. Ezechias ¶14. i. iuſte & vere iudicando in regia Dauidis. vl, erit rex pius, iudicans ſiue dirimens lites oblatas, & inquirens lites non oblatas, quas quæret etiamſi nulli queri audeant: citòque faciet iuſtitiam. Tentoriũ pro regia hic poſuit, forte q paſtor fuerit Dauid aut quòd reges in bello habitẽt ſub tentorijs. ¶15 Alia cauſa vaſtationis Moab. Loquitur propheta ſub perſona Gentium. Hæc merito illi acciderũt: erant enim inſolentes: Deus autem tales deprimit. ¶16 ſuperbus erat admodum. ¶17 Heb. arrogantiam eius, faſtũ eius, iracundiam eius, [ſub. audiuimus] non ſic ſermones eius. i. non veritas. q. d. non faciet quæ iactabat ſe facturum. ¶18 lugebunt Moabitæ [ſuperſtites] Moabitas [occiſos,] omnes [Moabitæ ſuperſtites] lugebunt [illos.] ¶19 ob fundamẽta Kir-hareſeth gementis, ſed tamen percuſſi. vl, afflicti. Per fundamenta intelligit principes vrbis cæſos: aut vrbem euerſam fuiſſe à fundamentis.

¶10 vites Heſbon excidẽtur, [&] viti Sabama, domini Gẽtium conculcabunt optimas vites eius. vſq; ad Iazer pringent[vites illæ, &] vagãdo ibũt vſque ad deſertum, propagines earũ extendẽtur, [&] trãſibunt mare. Hic ciues vitibus cõparantur, & vrbes vineis. q.d. ciues Heſbon & Sabama excidẽtur: reges Gentiũ pellũdabũt pricipes & ſtrenuos viros earum vrbium: & ex ijs qui euaſerint, alij fugient in Iazer ſitam in finib⁹ Moab, alij vero ſalutis cauſa cõferent ſe in deſertum locũ & vſque ad mare. Alij exponunt, Domini gentiũ peruenient vſq; Iazer, & depopulabunt Moab vſq; ad partem eius inhabitabilem, vt vſque ad deſertũ ipſum Moab inhabitatum. Mare, Euphrates, quem traiectuꝛi erant Moabitæ tranſmi-

dolia. Kir-hareſeth gemite, attamen percuſſi. Quoniam [10] arua ſuburbana Heſbon exciſa ſunt, vineas Sibma domini Gẽtium conculcarũt, electiſſimæ propagines eius vſque ad Iaaſer pertigerũt, errarũt in deſerto, palmites ei⁹ abiecti iacuerũt, mare trãſmittẽtes. [11] Propterea [12] in fletu meo deflebo Iaaſer [&] vineta Sibmæ: irrigabo te lachrymis meis ô Heſbõ & Eleale, quoniã ſuper æſtiuos fruct⁹ tuos, & ſuper meſſem tuã [14] celeuſma irruet. Sublatũ eſt gaudiũ & exultatio ti de agro [15] culto, q̃ de vinea, [16] vt neq; exultetur, neq; iubiletur. Vina in torcularibus non calcabit calcator, [17] celeuſma quiſcere feci. Idcirco viſcera mea inſtar citharæ remurmurant [18] propter Moab, & venter meus ob Kir-hares. [19] Fiet autem, vt Moab vidẽs [fruſtra] laborare in excelſis, proficiſcetur ad ſanctuarium ſuũ ad orandum, ſed non poterit. Hic eſt [20] ſermo quẽ loquutus eſt [21] hactenus Dominus ſuper Moab. Nunc autem loquutus eſt Dominus hoc modo, In tribus annis, veluti [22] annis mercenarij, vileſcet gloria Moab [23] cũ omni põpa eius quæ multa eſt, & reliquiæ [24] plus quàm paucæ erunt, atque hæ inualidæ. XVII.

ONus Damaſci. Ecce Damaſcus ſublata eſt ne ſit ciuitas, & erit [1] vaſta ruina. [2] Vrbes Aroer derelictę gregum erunt, accubabunt, & nemo exterrebit. [3] Ceſſabit & munitio ab Ephraim, & regnum à Damaſco. [4] & reliquiæ Syrorũ ſimiles erunt gloriæ filiorũ Iſraelis, dicit Dominus exercituum. ¶Erit quoq; eodem [5] tẽpore, vt attenuetur gloria [6] Iacob, & craſſitudo carnis eius macreſcat. Erit ac ſiquis meſſem adhuc ſtãtẽ cõgreget, [7] is brachio quidẽ ſuo manipulos demetit: cõtingit autem quũ cõprehendit manipulos, in valle Rephaim vt ſpicilegiũ reliquũ faciat in ea. [8] Similis quoque deſtringenti oleã, [qui reliquas facit] duas aut tres baccas in ſummo faſtigio, quatuor autem vel quinq; in ramis eius frugiferis, dicit Domin⁹ Deus Iſraelis. In tempore illo reſpiciet [9] homo ad factorẽ ſuum, & oculi eius ad ſanctum Iſraelis contuebuntur. Et non reſpiciet ad aras opus manuum eius, & ea quæ fecerunt digiti eius non intuebitur, neque lucos, neque ſimulachra. ¶[10] Illa die erunt ciuitates [11] eius munitæ, vt dum derelinquitur [12] virgultum & faſtigium arboris à facie filiorum Iſraelis, & eris deſolata. Quandoquidem oblita es Dei ſalutis tuæ & [13] fortis petræ tuæ non meminiſti. idcirco plantabis plantationes [[14] tam] amœnas, & inſitionem

tantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas. Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt, & vineam Sábama domini Gentium exciderunt, flagella eius: vſque ad Iazer peruenerũt, errauerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineam Sábama: inebriabo te lachryma mea Heſebon, & Eleale: quoniam ſuper vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit. ¶Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit: Vinum in torculari nõ calcabit qui calcare conſueuerat: vocem calcantium abſtuli. Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris. Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua vt obſecret, & non valebit. Hoc verbum quod locutus eſt Dominus ad Moab extunc. Et nunc locutus eſt* dicens, In tribus annis quaſi anni mercenarii auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, & relinquetur in eo ſicut racemus paruus & modicus, nequaquam multus.

## CAP. XVII.

ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requieſcent ibi, & non erit qui exterreat. Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damaſco: & reliquiæ Syriæ, ſicut gloria filiorum Iſrael erũt, dicit Dominus exercituũ. ¶Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnes eius emarceſcẽt. Et erit ſicut cõgregans in meſſe, quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dominus Deus Iſrael. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctũ Iſrael reſpicient: & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati ſunt digiti eius non reſpicient, lucos & delubra. ¶In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut aratra, & ſegetes quæ derelictæ ſunt a facie filiorum Iſrael, & eris deſerta. Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui nõ es recordata: propterea plantabis plantationem infidelem, & germen alie-

Ierem. 48.

D

*Dominus

Vaſtitas Damaſcenis ab Aſſyrijs.

Cõtra decem trib⁹ Damaſcenis cõfœderatas prophetat.

B

¶ pinguedo carnis eius marceſcet.

C alamitas cogit reuerti ad Deum.

C

¶ reſpiciet, Iudæi quare deſtructi,

¶ erit

¶ fidelem,

grantes in Aſſyriam. Magis probatur doctis hæc interpretatio, quòd ſequens verſus contineat euerſionem Iazer. ¶11. i. ob tantam calamitatem, dicet aliquis Moabita, ¶12 flebo in fletu Iazer [& in fletu] vineæ Sabama. i. cum ciuibus Iazer & ciuibus Sabama. ¶13 vĩ, in collectione tua. i. tempore collectionis fructuum æſtiuorum. ¶14 ſub. militare irruet in te. non quidẽ iubilus calcantiũ vuas, ſed barbaricus clamor hoſtiũ. Alii legunt, celeuſma cecidit. i. periit & defecit lætitia. ¶15 vĩ. frugifero & feraci, ¶16 vĩ. nec cãtabitur vlla cantio, neque iubilabit quiſquam. ¶17. i. vocẽ calcantiũ adhortantium ſe ad opus. ¶18. i. ob calamitatẽ quæ accidet ipſi Moab. ¶19 Heb. cum autem compertum fuerit fatigatum eſſe Moab [ſub. rogando] iuxta altare [conſtructum in honorem dei ſui] in colle, tunc conabitur ingredi ſactarium eius [ſub. dei ſui] vt oret eum, & non poterit. ſub. illuc ire præ fatigatione. ¶20 vĩ, ꝓphetia quam prædixerat ¶21 olim. vĩ, iampridem. q.d. prædixerat Deus longe antè hanc euerſionem: nunc autem dicit venturam intra trienniũm. ¶22. i. præfixis & certis. Mercenariis certum tempus præſtituitur, neque ipſis patiuntur aliquid addi neque qui conducit, quicquam demi patitur. ¶23 Heb. in omni multitudine multa. i. quæ poſita eſt in magno populi numero quem habet. ¶24 Heb. paruæ [&] paucæ non potentes. vĩ, non fortes.

XVII. ¶1 Heb. aceruus ruinæ. i. aceruus lapidũ qualis eſſe ſolet in ruinis. ¶2 vĩ, requieſcẽt. ¶3. i. Regnum Ephraim, hoc eſt Iſraelitarũ, carebit propugnaculo capta Samaria, neque Damaſcus erit poſthac regia regum Syriæ. q.d. regnũ Syrorũ perdetur. ¶4 Heb. & à reliquiis Syriæ [ſub. ceſſabit:] ſimiles, &c. i. nulli ex reliquiis Syrorum perueniẽt ad regiam dignitatẽ. ¶5. i. tẽpore captiuitatis Aſſyriorũ. ¶6. i. Iſraelis. ¶7 Heb. & in brachio ſuo ſpicas demetet: erit etiam [ſub. hoſtis] vt is qui legit ſpicas in valle Raphaim. Omnes, inquit, Iſraelitæ deportabuntur alió, nam vt meſſores primo magnam partem ſegetum auferunt: qui autem eos à tergo ſequuntur, omiſſa recolligunt: ſic fiet de Iſraelitis, quũ inuaſerit eos Salmanaſar. ¶8 Heb. Et relinquetur [populus] in eo [regno Iſrael, vt] reliquiæ vuarũ, & vt excuſſio oleæ, [vtque] duo aut tria grana [olliug] in faſtigio altiſſimi rami, [& vt] quatuor aut quinque [racemi] in ramis frugiferæ. ſub. vitis. ¶9 ſub. Iſraelita. ¶10 Redit ad ꝓphetiã euerſionis Iſrael. ¶11 Heb. fortitudinis eius. ¶12 ramus inferior & ramus ſuperior, & [ſimiles vrbibus] quas deſeruerũt [Chananæi] in aduẽtu filiorum Iſraelis, tunc erit [terra] deſolatio. i. deſerta. ¶13 vĩ. Dei roboris tui. ſiue propugnatoris tui. ¶14 elegantes, & ſurculum alieni. i. exoticum. i. vitem exquiſitiſſimam allatam è regione remota.

Nam ſeminabis. In die plantationis tuæ labruſca, & mane ſemẽ tuum florebit: ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. ¶Væ multitudo populorũ multorũ, vt multitudo maris ſonantis & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarum. Sonabũt populi ſicut ſonitus aquarũ inundantiũ, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. In tempore veſperæ, & ecce turbatio. in matutino, & non ſubſiſtet. hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.

Ruinam Aſſyriorum prædicit. D

¶ multitudini

### CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo alarum quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam: ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gẽtem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius: ad montem nominis Domini exercituũ, montem Sion. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cũ eleuatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis: quia hæc dicit Dominus ad me, Ego quieſcam, & conſyderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis. Ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abſcindentur, & excutientur. Et relinquentur ſimul auibus montium, & beſtijs terræ: & æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulſo & dilacerato: à populo terribili. poſt quem non fuit alius, à gente expectante, expectante & conculcata, cuius diripuerũt flumina terrã eius, ad locũ nominis Domini exercituum montẽ Sion.

Vocatio Gentium. ¶ qui ¶ expectantẽ D C ¶ efflorebit, D

### CAP. XIX.

ONus Ægypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebũtur ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius. Et concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum. Et dirumpetur Spiritus Ægypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo: & interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituũ. Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſola

Ægyptiorũ vaſtatio ab Aſſyrijs. ¶ Deus

alienã cõſeres. Quo die tu plantabis, magno quidẽ ſtudio ſatages: & mane quũ conſeris, curabis vt fructũ edat: at quo die metẽd & poſſidẽdus erit [fructus,] cumulatim [demetes] dolorẽ deſperatũ ac ærũnoſum. ¶ Heus multitudo populorũ multorũ, inſtar maris tumultuãtiũ, & ſtrepitus populorũ inſtar ſtrepit aquarũ immaniũ frementiũ. Frement populi inſtar fremitus aquarũ multarũ, ſed increpabit eã, & fugiet procul, & perſecutionẽ ſuſtinebit, vt puluis mõtium ante ventũ, & ſi ut globus ante turbinẽ. Ad veſperã ecce turbatio, antequã vero aurora oriatur nuſquã [apparebit.] hæc eſt pars eorũ qui nos deprædantur, & ſors eorũ qui nos diripiũt.

### XVIII.

VÆ terræ naſſæ alatę quæ eſt trans flumina Cuſch, Mittenti legatos per mare, & in vaſis iunceis in ſuperficie aquarum. Ite [inquienti] nũcij veloces, ad gentem diſtractã & expilatam, ad populum formidabilem ab eo [tẽpore] & deinceps, gentem auide expectantem & conculcatã, cuius terrã flumina diripuerunt. Omnes vos qui orbẽ incolitis, incolæ ſcilicet terræ, [attenti eſtote,] vtquum ſignum ſublatũ fuerit in montibus, videatis: & quũ cornu claſſicũ canetur, audiatis. Quoniã ſic dixit Dominus ad me, Quieſcã & contẽplabor in habitatione mea firma, perinde ac calor exiccans poſt pluuiam: & ſicut nubes torulenta in calore meſſis. Quoniã ante meſſem quũ fructus maturi eſſe deberẽt, adhuc immaturus eſt: & dum matureſcere [deberet,] floret: tum [agricola] excindit malleolos falcib, & propagines reiectiles incidẽdo tollit. Relinquũtur [itaq;] ſimul volatili montiũ & beſtijs terræ, vt ſuper eũ auitium æſtiuet, & cuncta beſtia terræ ſuper eum hyemet. In tẽpore iſto adducetur munus Domino exercituũ, populus diſtract & expilatus, & à populo formidabili ab eo [tẽpore,] & deinceps, gens auide expectãs & cõculcata, cuius terrã flumina diripuerunt, ad locũ nominis Domini exercituũ montẽ Zion.

### XIX.

ONus Ægypti. Ecce Dominus vehitur ſuper nubem leuẽ, & veniet in Ægyptum, vacillabũtq; idola Ægypti à facie eius, & cor Ægypti in ipſo liqueſcet. Et committã Ægyptios cũ Ægyptiis, vt pugnet quiſque cum fratre ſuo, & quiſque cum proximo ſuo, ciuitas contra ciuitatem, regnũ cõtra regnum. Et euacuabitur ſpiritus Ægypti intra ipſum, & conſiliũ eius deglutiam: tum inquirent apud idola, & apud magos, & apud pythones, & apud diuinos. Et tradã Ægyptum in manum domini crudelis, & rex violẽtus imperitabit eis, dicit Dominus Deus exercituũ. Deficient aquæ à mari, & fluuius exicca-

¶15 Heb. creſcere facies eã, & mane ſemen tuũ facies producere flores. q.d. O ſynagoga initio eris fœlix, & omnia pro voto tibi ſuccedent, ſed tandem dabis pœnas. Mane, inquit. i. poſtridie. ¶16 vſ, at agitatio rami erit tẽpore plagæ grauis & doloris deſperati. ac ſi dicat, at poſtea planta illa agitabitur vento, & ita rũpetur: dies autem quo accidet hoc non carebit dolore. ¶17 vſ, Væ multitudini. Calamitatẽ Aſſyriorũ prædicit, quib vſus fuerat in euerſione Iſrael. ¶18 ſub. væ, væ inquam ſtrepitui. ¶19 eum. i. regem Aſſyriorum. ¶20 vſ, flante vento. ¶21 ſtipula flãte turbine. vſ, agitata vẽto vehementiſſimo. ¶22 vſ, terror, ¶23 vſ, portio. i. hoc eſt quod velut pro ſorte & portione hęreditatis cõtiget hoſtib noſtris.

XVIII. ¶1 He terra vmbræ alarũ, quæ es vltra flumina Æthiopię. i. quæ nauibus abundas, quæ recipis vmbram velorũ multorũ nauiũ. Vocatio Gentium deſcribitur: & liberatio de manibus mũdi & Satanæ per Chriſtu facta. Heus, inquit, terra quæ es ſita vltra Æthiopiã quæ ſcatet fluminibus. i. terra in extremo orbe poſita. ſynecdochice: intelligẽs quoq; alias regiones vltimas. In omnem terram exiuit ſonus eorũ. q.d. Euãgelium vbiq; prædicabitur. Populos remotiſſimos inuitat ad Chriſtũ. ¶2 qui mittit. i. Chriſt rex qui mittẽdi poteſtatẽ habet, ſub. mittet legatos, &c. ¶3 ſiue papyri. Papyro nauigia cõſtrui ſcribit Plinius lib. 13. cap. 1. ¶4 nam decem tribus erant adhuc captiuæ. ¶5 vſ, terribilem. i. in cuius gratiã miracula multa terrentia ſpectatores edidit. terribilis inquam ab eo tẽpore quo declaratus fuit populus Dei in liberatione Ægyptiaca, & poſtea. ¶6 Heb. gentem (inquam) lineã lineã, & cõculcatio. ſub. ei. i. ad gentẽ quæ lineatim, hoc eſt pedetentim conculcata fuit. ¶7. i. magni exercitus ¶8 vexillũ erexerit. ſub. Deus. ¶9 clanxerit tuba, ¶10. i. Chriſtus ¶11 ſub. poſt paſſionem meã. ¶12. i. de cælis poſt aſcenſionem meam. ¶13 tanquã aerem ſudum, &c. i. Videbo ſtatum eccleſiæ florentem ac tranquillum. ¶14 nubem roris. ¶15 quum conſummata fuerit gemmatio vitis, & flos eius [vitis] verſus fuerit in omphacem matureſcentẽ, amputabit ipſos palmites falcibus putatorijs, & propagines vitis auferens excindet. Comparat diabolum ſegeti nondum maturæ, & viti cuius vuæ plurimũ promeruerunt, nondum tamen maturitatem attigerunt. q.d. antequam diabolus peruenerit ad ſummum decus & imperiũ, vineã illũ, & eos quorũ opera vtitur in mũdo, perdam. ¶16 ſub. palmites. Futura ſunt Hebræis. ¶17. i. auibus rapacibus. ¶18 vſ, iuxta illũ æſtatem aget auis. Cõparat hic victoriã Chriſti, victoriæ quæ cõtigit plurimis interfectis, ita vt feræ & volucres habeãt quod comedant tota hyeme & tota æſtate. ¶19 [à] populo diſperſo & dilaniato. vſ. afflicto. ¶20 à gẽte quæ paulatim fuit cõculcata. Vide ſuprà numerũ 6. ¶21. i. in quo imploratur nomẽ Do. hoc eſt ad montẽ Siõ. XIX. ¶1. i. pphetia afflictionis vẽturæ Ægyptijs. ¶2 vſ, mouebũtq; ſe ¶3. i. ad aduentum eius. ¶4 vſ, aduerſus, &c. ¶5. i. ſapiẽtia Ægyptiorũ ex animis eorũ, ¶6 vſ, cõſulẽt idola, &c. ¶7 Heb. fortis ¶8. i. pars Maris mediterranei in quã ſeptẽ oſtijs ſe exonerat Nilus, aquis deſtituetur, ita vt per mare Ægyptiacã annona importari non poſſit.

¶9 amnes AEgypti. ¶10 vl, e.i na. ob inopiam ſcilicet humoris. ¶11 .i. Nili ¶12 Heb. & omnis ſementis riui. i. omnis herba proueniēs è ſemine iuxta Nilū, &c. ¶13 vl, mittere ſolebāt, ¶14 debilitabuntur ¶15 Heb. artifices linorū optimorū. i. qui lina apparare ſolent. ¶16 texētes plagas ſoraminulētas. vl, q texere ſolēt retia. ¶17 Heb. Erūntque retia ei' [AEgypti]cōtrita: & oēs qui faciunt clauſurā, triſtes erunt animo. Clauſuram vocat. ſtagna muro clauſa. receptacula ad cōtinēdos piſces. Alij legūt qui faciūt ſtagna aiarū. i. ſtagna in quibus ſunt piſces viuētes. ¶18 vl, erūt, ¶19 .i. Taneos. ¶20 infatuabitr ¶21 nūc

¶22 vl, indicēt ¶23 vl, Stulti facti ſūt ¶24 vl, angulū tribuū eius. i. robur & decus AEgypti. Inde, Lapidem quē reprobauerūt ædificātes, hic fact' eſt in caput anguli. i. fuit firmamentū & decor totius ædificij. ¶25 vl peruerſitatū. ¶26 .i. volutat ſeſe ¶27 vl, in AEgyptijs. q. d. neq;

bitur atq; areſcet. Elongabūtur flumina, exhaurientur & exiccabuntur[9] riui aggeris,' marceſcēt [10] calamus' & iūcus. Virentes herbæ ad riuos, & iuxta litt'[11] riui,[12] atq; ōne quod ſeminatū fuit ad riuos' areſiet & ꝓpulſabitur vt nō ſit. Mœrebūt piſcatores, lugebunt omnes qui hamū in riuum [13]eijciunt, &[14] labefactati erūt expandētes verriculū ſuper faciē aquarū: erubeſcēt[15] qui linum faciunt & ſericū, &[16] naſſas plectentes.[17] Et ōnes qui faciunt ſtagna, nēpe viuaria, cōterentur ſagenæ eius. ¶Atqui ſtulti[18] ſunt' principes[19] Zoan,' ſapiētiū cōſiliariorū Pharaonis cōſiliū [20] ſtultum eſt.' quomodo[ergo] dicitis ad Pharaonem, Ego de ſapientū. ego de priſcorum regū ſtirpe prognat' ſum? Vbinam,[21] vbi ſapiētes tui?[22] exponant' quæſo tibi num ſciāt quid ſtatuerit Domin' exercituum ſuper AEgyptum.[23] Deſponderunt animū' principes Zoan, ſeducti ſunt principes Noph, ſeduxerunt AEgyptum,[24] angulū baculos eius. Miſcuit Dominus in medio eius ſpiritum[25] diuaricātem,' & errare fecerūt AEgyptum in omni opere ſuo, perinde ac ebrius[26] errore circūagitur' in vomitu ſuo. Nec erit[27] AEgypto' op' quod faciat ſiue caput, ſiue cauda, ſiue ramus, ſiue iuncus. Illa die erit AEgyptus ſicut mulieres. horrebit ac pauebit[28] à facie agitatæ' manus Domini exercituum quā motitabit ſuper ipſam. Terra quoque Iuda AEgyptijs terriculamētū erit, vt oīs qui meminerit[29] eius,' paueat propter conſiliū Domini exercituū quod cōſultat ſuper[30] eā.' In die illa erunt[31] quinq; ciuitates in terra AEgypti, quæ[32] loquentur lingua Chananaica, &[33] quæ iuſiurandū præſtēt' Domino exercituum: vna[ex his] vocabitur[34] Ir-hæres.' In die illa erit[35] altare' Domino in medio terræ AEgyptiacę, & ſtatua Domino iuxta terminū eius. Vt ſit in ſignū & teſtimonium Domino exercituū in terra AEgypti: quia clamabunt ad Dominū metu oppreſſorū, & mittet eis ſeruatorē &[36] magnatē,' & liberabit eos. Cognoſcetur[37] Dominus' ab AEgyptijs, [cōtrà] cognoſcēt AEgyptij ipſum Dominū in illa die, &[38] colēt[eū] hoſtiis & muneribus, vouebūtq; votum' Domino, & reddent. Percutiet itaque Dominus AEgyptum [39] percutiendo & ſanādo,' conuertentūrq; ad Dominum, & [40] propitius erit eis,' ac ſanabit eos. In die illa tritū erit iter ex AEgypto in Aſſyri. i. & cōmeabunt Aſſyrij ad AEgyptios, & AEgyptij ad Aſſyrios, & colēt[Dominum] AEgyptij cum Aſſyriis. In die illa erit Iſrael[41] tertius' AEgyptio & Aſſyrio,[42] benedictio' i medio terræ,[43] Cui benedixit' Dominus exercituū, dicēs. Benedictus popul' meus AEgypti, opus manuū mearū Aſſyrius, hæreditas autem mea Iſrael.

CAP. XX.

ANno quo venit[1] Tharthan' Aſotum (quū miſiſſet eum' Sargon[2] rex Aſſyriæ,) & oppugnaſſet Aſotum, cepiſſētq; eam, eo[inquam] tempore loquutus eſt Dominus [3] per manum Ieſaiæ' filij Amoz in hanc ſentētiam, Vade, & adime ſaccum de lumbis tuis, & detrahe calceamētum tuū de pedib' tuis. qui[4] faciebat' hoc, nudus & diſcalceatus incedens. Et [5] dixit Dominus, [Sicut] incedit ſeruus meus Ieſaias nudus & diſcalceatus, trium

B

bitur atque ſiccabitur. Et deficient flumina: & attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcet, nudabitur alueus riui à fonte ſuo: & omnis ſemētis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit. Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarū emarceſcent. Cōfundētur qui operabantur linū, plectētes & texētes ſubtilia. Et erūt irrigua ei' flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiēdos piſces. ¶Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederūt conſiliū inſipiens. quomodo' dicetis' Pharaoni. Filius ſapientiū ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc ſunt ſapiētes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituū ſuper AEgyptum. Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperūt AEgyptum, angulum populorum eius. Dominus miſcuit in medio ei' ſpiritū vertiginis: & errare fecerūt AEgyptū in omni opere ſuo, ſicut errat ebri' & vomēs. Et nō erit AEgypto op' quod faciat caput & caudā incuruantē & refrænantē. In die illa erit AEgypt' quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie cōmotionis manus Domini exercituū, quam ipſe mouebit ſuper eam. Et erit terra Iuda AEgypto in' feſtiuitatē:' omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie cōſilij Domini exercituū, quod ipſe cogitauit ſuper eam. In die illa erunt quinq; ciuitates i terra AEgypti, loquētes lingua Chanáan, & iurātes per Dominū exercituū Ciuitas ſolis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in medio terræ AEgypti, & titulus Domini iuxta terminū eius: & erit in ſignum & in teſtimoniū Domino exercituū in terra AEgypti. Clamabunt enim ad Dominū à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoſcetur Dominus ab AEgypto, & cognoſcēt AEgyptij Dominū in die illa, & colēt eum in hoſtijs & in muneribus: & vota vouebūt Domino, & ſoluent. Et percutiet Dominus AEgyptum plaga, & ſanabit eam, & reuertētur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos. In die illa erit via de AEgypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius AEgyptum, & AEgyptius in Aſſyrios, & ſeruient AEgyptij Aſſur. In die illa erit Iſrael tertius AEgyptio & Aſſyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituū, dicens, Benedictus populus meus AEgypti, & opus manuum mearum' Aſſyrio,' hæreditas autem mea Iſrael.

CAP. XX.

IN anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azōtū, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet cōtra Azōtum, & cepiſſet eam: in tempore illo locutus eſt Dominus in manu Eſaiæ filij Amos, dicens, Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis.' Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nu-

Cōſilium humanū cōtra Dominū nihil poteſt. ¶' dicitis

In ſapientes AEgyptios.

Spiritus mēdaces.

C

¶' pauorem:

AEgyptij cōuerſi ad Chriſtum.

D

Laudat Chriſtus ab AEgyptijs.

Crux.

Et in Aſſyria & in AEgypto Chriſtiani.

Gentes Iſraeli æquales.

¶' Aſſyrius,

AEgyptiorū & AEthiopū captiuitas ꝑdicitur. auctariū quaſi 18 & 19 cap.

magnates neq; plebeij agēt quicq̄ quod ꝓſit reip. neq; eorū opera aut induſtria liberari poterit AEgypt' ab Aſſyrijs. Caput & ramus, hoīes primi ordinis: Cauda & iuncus, plebeij & ignobiles. ¶28 vl, ob eleuationē ¶29 ſcilicet terrę Iudæ. ¶30 Intelligit AEgyptū. i. propter ſententiā latā à Deo aduerſus AEgyptios. ¶31 Quinque ciuitates intelligit præſtātiores: aut numerus certus pro incerto. ¶32 .i. Tēpore gratiæ erit tātum cōmercium Iudæis cum AEgyptiis vt multæ vrbes AEgypti ſint locuturæ ſermone Hebræo. ¶33 Heb. & iurantes. i. credēt in Chriſtū. Solemus ſermonem noſtrū cōfirmare per eū quē colimus. ¶34 Chaldæus paraph. vertit Heliopolim. Alij Alexādriā intelligūt. meminit nominatim vrbis AEgypti quæ omniū præſtantiſſima eſt. ¶35 .i. omni honore afficient Chriſtū AEgyptij. Per altaria, & ſtatuas, ſiue columnas omnis honor eſt intelligēdus. ¶36 vl virū principē. angelū. ¶37 Per Dominū. Chriſtū intelligit. ¶38 vl, facient victimam[ſub. cordis ſui] & oblationem: & quum vouerint vota ¶39 .i. plaga ſanabili. ¶40 Heb. exorabitur ab illis, ¶41 ſub. in receptione fidei. ¶42 ſub. Dei per Chriſtū. ¶43 Singulare pro plurali, quibus benedicet. XX. ¶1 Huius fit mentio 4. Reg. 18. ¶2 Hoc nomine appellabatur Sennacherib, Saregon, triſyllabum. ¶3 .i. per Eſaiam. ¶4 vl fecit ſic, ¶5 .i. Viſus eſt propheta audiſſe Deum ita loquentem. Hæc geſta ſunt per viſionem.

dus,& diſcalceatus,trium annorũ ſignum & por
B tentum erit ſuper Aegyptum & ſuper Aethio-
piam: ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem
Aegypti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, iu-
uenem & ſenem, nudam & diſcalceatam diſco- ¶ nudum & diſcalceatum
opertis natibus ad ignominiã Aegypti. Et time-
bunt, & confundentur ab Aethiopia ſpe ſua, &
ab Aegypto gloria ſua. Et dicet habitator inſu-
læ huius in die illa, Haeccine erat ſpes noſtra, ad ¶ Ecce, hæc
quos cõfugimus in auxilium, vt liberaret nos à
facie regis Aſſyriorum? & quomodo effugere po-
terimus nos?

CAP. XXI.

Destruenda Babylõ prædicitur.

ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphri-
co veniunt, de deſerto venit, de terra horri-
bili. Viſio dura nunciata eſt mihi: qui incredulus
eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat.
Aſcende Aelam, obſide Mede: omnem gemitum
eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lũbi mei
dolore, anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia par-
turientis: corrui cum audirẽ, cõturbatus ſum cũ
viderem. Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefece-
B runt me. Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in
miraculum. Pone menſam, cõtemplare in ſpecu-
la: comedentes & bibentes ſurgite principes, arri-
pite clypeũ. Hæc enim dixit mihi Domin⁹, Vade,
& pone ſpeculatorẽ: & quodcũque viderit, annũ-
ciet. Et vidit currum duorũ equitum, aſcenſorem
aſini, & aſcenſorem cameli: & contemplatus eſt
Habac. 2. a. diligẽter multo intuitu. Et clamauit vt leo, Su-
per ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per
diem: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans
C totis noctibus. Ecce, iſte venit aſcenſor vir bigæ
Ier. 51. a. apo. 14. b. equitum, & reſpondit, & dixit, Cecidit, cecidit
Babylon, & omnia ſculptilia deorum eius cõtri-
ta ſunt in terrã. Tritura mea, & filia areæ meæ, ¶ filius
quæ audiui à Domino exercituũ Deo Iſrael, an-
nunciaui vobis. ¶ Onus Duma. Ad me clamat ex Idumææ ruina.
Seir. Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?
Dixit cuſtos, Venit mane & nox: ſi quæritis, quæ-
rite: conuertimini, & venite. ¶ Onus in Arabia. Arabum ruina.
In ſaltu ad veſperã dormietis, in ſemitis Deda-
D nim. Occurrẽtes ſitienti ferte aquã, qui habitatis
terrã Auſtri, cũ panibus occurrite fugienti. A fa-
cie enim gladiorũ fugerũt, à facie gladij immi-
nẽtis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij:
quoniã hæc dicit Domin⁹ ad me, Adhuc in vno
anno, quaſi in anno mercenarij, & auferetur o-

annorũ ſignum & portentũ ſuper Aegyptum &
ſuper Aethiopiam: Sic[6] aget rex Aſſyriæ capti-
uos[7] Aegypti, & trãſmigrationẽ Aethiopiæ, pue-
ros & ſenes nudos & diſcalceatos, diſcoopertos na-
tibus[8] verenda [ſcilicet] Aegypti. Et[9] perterreſcent
atq; pudore ſuffundẽtur ab Aethiopib⁹[10] in quos
reſpiciunt, & ab Aegyptijs de quibus glorian-
tur. Et dicet habitator[11] inſulæ hui⁹ eadẽ die, Ec-
ce[12] tale eſt præſidium noſtrum, quò cõfugimus
auxilij cauſa, vt liberaremur à facie regis Aſſy-
rii, & quomodo euaderemus nos? CAP. XXI.
ONus deſerti[1] maris. Viſum prædurum mihi
indicatum eſt, nõ aliter quam quũ procella
ab Africo lata, à deſerto terra horribili aduenit.
[3] Præuaricator, præuaricator: vaſtator, vaſtator.
Aſcende[4] Elam, obſide Mede: ego ceſſare faciã o-
mnem gemitum eius.[5] Idcirco impleti ſunt cõ-
ſternatione lumbi mei,[6] tormina inuaſerũt me
inſtar [torminũ] parturientis, audiendo[9] concidi,
videndo obſtupui.[10] Cor meũ palpitat, horror
perterrefecit me,[11] crepuſculũ deſyderij mei[12] po-
ſuit mihi in horrorẽ.[13] Adornare mẽſam, circũ-
ſpicere lucernã, comedere, bibere, Surgite princi-
pes, vngite clypeũ. Quoniã ſic dixit Dominus ad
me, I, cõſtitue ſpeculatorẽ, qui quod viderit, nũ-
ciet. Ille ergo quum[14] cõtemplatus eſſet contem-
platione multa & diligenti, vidit[15] par equitum,
quorum alter aſino, alter vero camelo veheba-
tur. Et[16] clamabat, Leo, Ego ô here mi[17] ad excu-
bandũ ſteti iugiter per diẽ, ego quoq; ad cuſto-
diã meã cõſtiti per totã noctẽ. Et ecce[18] hic venit
eques quidã, par equitũ [videlicet.] &[19] reſpõdit,
ac dixit, Cecidit, cecidit Babylõ, & oĩa ſculptilia
deorum eius[20] contriuit ad terrã.[21] Tritura mea
&[22] filij areæ meæ, quæ audiui à Domino exerci-
tuũ Deo Iſraelis, nũciaui vobis. ¶ Onus[23] Duma.
[24] Clamat [quiſpiam] ad me de Seir, Cuſtos,[25] quid
de nocte? cuſtos, quid de nocte? Dixit cuſtos,[26] Ve-
nit mane, & etiã nox: ſi interrogaueritis, interro-
gate: reuertimini, venite. ¶ Onus[28] cõtra Arabiã.
In ſaltu ad veſperã pernoctabitis,[29] in vijs De-
danim.[30] O ciues Thema obuiam proferte aquas
ſitienti, pane ſuo occurrite profugo. Quia[31] à fa-
cie gladiorũ profugi facti ſunt, à facie gladij di-
ſtricti, & à facie arcus intenti, & à facie[32] ingra-
uecẽtis prælij. Sic eni dixit ad me Domin⁹,[33] Ad-
huc intra annũ, iuxta annos mercenarij, defi-

¶6 abducet ¶7 Heb. captiuitatẽ. Captiuitas pro captiuis, & trãſmigratio pro abactis in exiliũ ponitur. q.d. ita nudos Aegyptios & Aethiopes captiuos trãſmigrare faciet in terrã ſuã, nec vlli ætati parcet. ¶8 per appoſitionẽ dictum, q.d. Abducet captiuos Aegyptios ita acciſis veſtibus eorũ, vt pudẽda oſtẽtent. ¶9 vl. cõfringẽtur. ſub. Iſraelitę. i. erũt animo fracto vbi viderint Aegyptios, de quorũ auxilio gloriabantur, ſic affligi.

¶10 Heb. aſpectu ſuo. i. ſpe ſua. Conicere ſolemus oculos in eos à quibus expectamus opem. vnde aſpectus pro ſpe ponit. ¶11 Inſulam, vocat Iudæam: quia ab Occaſu, mari mediterraneo: à Meridie, mari Geneſareth cingit. ¶12 vl,

talis eſt ſpes noſtra. XXI. ¶1 Auſtralis. Babyloniã ſiue Chaldæã intelligit ¶2 Heb. Sicut turbines i ipſo deſerto ad trãſeundũ, [ita] de deſerto venturus eſt, à terra formidabili. i. quãcitiſſime & cum tanto impetu, quãto vẽti perflãt deſertũ, Perſæ & Medi irruẽt in te. ¶3 Prophetia dura annũtiata eſt mihi, Præuaricator præuaricatori, & vaſtatori [ſerit] vaſtator. i. prophetia ſignificãs magnã calamitatẽ, nũtiata eſt mihi: Aſſyrius, q alijs iniuriam faciebat, iniuria afficietur: & qui alios vaſtabat, ipſe vaſtabitur. ¶4 Elã, Perſidis pars pro Perſia ponitur. Sunt autẽ voces hæ, ſummi Dei imperatoris ad milites ſuos quos cõtra Babylonios excitat. ¶5 ſub. Babylonis, quo cogebat alios flere illata iniuria. ¶6 ob ſenſum ſcilicet tãtæ calamitatis. Induit perſonã Chaldæi alicui⁹. Quidã referũt hæc ad Baltaſar: nã nocte antequã cæderetur à Cyro, correpti⁹ fuit maximo timore. ¶7 dolore ¶8 vl, dolores ¶9 cõtorſi me. vl, corp⁹ meũ incuruaui. ¶10 Emota eſt mens mea. ¶11 noctem deſyderij. i. optatã mihi, quam videre cupiebam. ¶12 ſub. Deus. vl hoſtis. ¶13 Dilucidius ſic, Inſtruxerant mẽſam, [&] ſpeculatus ẽ ſpecula: comedebant & bibebant: [quum dixerunt ſpeculatores] Surgite &c. q.d. Cũ iam cõuiuium eſſet paratum, miſſus eſt ſpeculator qui ex altiſſima ſpecula aſpiceret num hoſtes aduẽtarent: mox ille renũtiat aduẽtaſſe, & hortatur vt parent ſeſe principes ad arma. ¶14 vl ſpeculatus ¶15 Heb. currum paris equitum, [vidit inquam] currũ aſini & currum cameli. i. currus qui vehebantur aſinis & equis, in quib⁹ erãt impedimenta. ¶16 ſub. ſpeculator: leo eſt. i. Darius Medorum rex paratus oppugnare Babylonẽ. Danie. 5. ¶17 in ſpecula ſto ¶18 Iam venit currus virorum [currus inquam] paris equitum. ¶19 vl. loquutus eſt. ſub. ſpeculator. ¶20 ſub. Deus. vel Perſa. ¶21 Verba ſunt Dei, aut prophetæ in perſona Dei. ¶22. i. triticum, q.d. Babylon cõteretur à me vt triticũ quod in area trituratur. ¶23. i. vrbis vel regionis Iſmahelitarum, quæ ab incolis montis Seir fuit deſtructa. ¶24. i. Mihi videor audire dicentem aliquem de Seir. ¶25. i. quid accidit ex quo nox eſt? quid hac nocte audiuiſtis, ô vigiles? audiuiſtiſne ſtrepitum hoſtium aduentantium? ¶26 q.d. Cras mane, & vbi nox aduenerit, idem rogabitis: ſi vultis, interrogate: abite & reuertimini vt interrogetis quantum voletis, addubitantes num hoſtes venturi ſint: perditis operam, nam malo venienti occurrere non poteſtis, actum eſt de vobis. ¶28 vl in Arabia ¶29 Heb. ſemitæ Dedanim. i. viatores, aut ciues vrbis Dedanim. q.d. ô Dedanimitæ q ſoletis in Arabiam proficiſci. ¶30 Heb. In occurſum ſitientis [Arabis] venite aquæ: ô incolæ regionis Thema pane ſuo excipite profugum. vl. eſca qua eget occurrite Arabi fugienti. ¶31. i. metu hoſtilium gladiorum. ¶32 Hebr. grauitatis. i. grauiſſimi & periculoſiſſimi. ¶33. i. exacto anno vno ſimili annis mercenarij, hoc eſt integro & perfecto. A die Prophetiæ huius vſque ad deſtructionem Arabiæ fuit vnicus annus integris ſuis diebus conſtans.

¶14 Regio eſt Arabiæ, quæ hic pro Arabia ponit̃. ¶15 Heb. arcus.i.iaculantium arcu.

XXII.

¶1 prophetiæ. .i. Prophetia de calamitate Ieruſalem quæ hic dicitur Vallis prophetiæ. ¶2 núc[acidiſ] ꝙ &c. Loquitur perinde ac ſi adeſſet dies expugnationis. ¶3 ſub. vrbs. q.d. ꝗ antea populoſa eras, & ob id plena clamoribus, & ſtrepitibus & lætitia, voluptati dedita, nõ bello morieris, ſed fame.

¶4 vociferans. fremẽs. ¶5 .i. ſagittarijs. ¶6 vl. quotquot in te inuenti ſunt. ¶7 [& quiſquã procul fuerint, fugiẽt.i. & qui cũ procul Ieruſalem abfuerint, adhuc fugient, ne capiãtur & ligentur. ¶8 Sinite me, vt triſtitia me aff::iã fletu maximo, nolite incumbere in hoc vt &c.

ciet omnis gloria [14]Cedar. Et reliquus numerus [15]iaculatorũ fortiũ de filijs Cedar imminuetur, quoniã Domin⁹ De⁹ Iſraelis loquut⁹ eſt. XXII.

ONus vallis [1]viſionis. Quid tibi [2]hic [negotij] eſt, ꝙ vniuerſa conſcẽderis ſuper tecta? [3]Plena [4]tumultuũ, vrbs tumultuoſa, ciuitas[olim]exultans. interfecti tui non occiſi gladio, neq; bello mortui ſunt. Omnes duces tui pariter profugi facti ſunt [5]ab arcu, vincti ſunt, omnes [6]deprehenſi tui vincti ſunt pariter, [7]& longiſſime aufugerunt. Idcirco dixi, [8]Auertite[oculos]à me, vt amaro fletu indulgeam: ne vrgeatis vt me cõſolemini ſuper vaſtatione filiæ populi mei. Hæc enim dies eſt [9][10]perturbationis, conculcationis, ac perplexitatis Domino Deo exercituũ in valle viſionis, [11]murũ diruente, vt fragor in mõtib⁹[reboet.] Elã [13]fert pharetrã, [14]currus cũ equitib⁹[accinguntur.] [15]parietes clypeis nudantur. [16]Electiſſima valliũ tuarũ plena fuit curribus, & equites incũctanter portas adoriũtur. [17]Reuelauit [18]operimẽtũ Iuda, [19]& reſpexiſti in die illa ad armamentariũ domus ſalt⁹. Sed & rimas ciuitatis Dauidis [20]vidiſtis ꝙ multæ eſſent, [21]collegiſtis aquas piſcinæ inferioris. Domus quoq; Ieruſalẽ [22]numeraſtis, & dom⁹ diruiſtis vt murũ muniretis. Quin & lacũ [23]feciſtis inter duos muros [24]pro aquis piſcinæ veteris, nõ habita ratione ei⁹ qui [25]eã fecit, ne ꝗ [26]reſpexiſtis ad cũ qui eã iam olim finxit. Et [27]vocauit Domin⁹ Deus exercituũ in die illa ad fletũ & planctũ, ad caluitiũ & [28]ad cincturã ſacci, & en lætitia & gaudium, cædẽdo boues, oues mactãdo, edendo carnes, & bibẽdo vinũ, [29]edere, bibere, cras enim moriemur. Et [30]reuelatũ eſt[id] in auribus Domini exercituũ: [31]nõ expietur vobis hæc iniquitas, donec moriamini, dicit Dominus De⁹ exercituũ. ¶Sic quoq; dixit Domin⁹ De⁹ exercituũ, I, ingredere ad præfectũ iſtum ſuper theſaurũ,[nempe]ad Sobnam, qui [32]præfectus eſt prætorio, [& dic ad eũ,] [33]Quid eſt tibi hic? & quis tibi hic, ꝙ tibi ſepulchrũ hic [34]excideris? excideras[nẽpe]ſibi excelſum ſepulchrũ, & cõſtituerat ſibi in petra cubile,) ecce Dominus [35]proijciet te proiectione ô tu heros, & amiciẽdo [36]amiciet te. [37]Circunligãdo circũligabit te faſcia, veluti trochũ in terrã ſpatioſam[proijciet te:] [38]iſthic morieris, iſthi.[erũt]põpa quadrigarũ tuarũ, tu ô dedecus domus domini tui. Propulſabo te [39]de ſta-

mnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri ſagittariorũ fortiũ de filijs Cedar imminuẽtur: Dominus enim Deus Iſrael locut⁹ eſt. CAP. XXII.

ONus vallis viſionis. Quidnam quoq; tibi eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans. interfecti tui, nõ interfecti gladio: nec mortui tui mortui in bello. Cũcti principes tui fugerunt ſimul, duréque ligati ſunt: omnes qui inuẽti ſunt, vincti ſunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere vt cõſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituũ in valle viſionis, ſcrutãs murum, & magnificus ſuper montẽ. Et Ælam ſumpſit pharetrã, currũ hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarũ, & equites ponent ſedes ſuas in porta. Et reuelabitur operimẽtum Iudæ, & videbitis in die illa armamentariũ domus ſaltus. Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt: & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris, & domos Ieruſalẽ numeraſtis, & deſtruxiſtis domos ad muniẽdum murũ. Et lacum feciſtis inter duos muros, & aquã piſcinæ veteris: & non ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eã, & operatorem eius dẽlonge non vidiſtis. Et vocauit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletum, & ad planctũ, ad caluitium, & ad cingulum ſacci. & ecce, gaudiũ & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituũ, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituũ. ¶Hæc dicit Domin⁹ De⁹ exercituũ, Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã præpoſitum templi, & dices ad eum, Quid tu hic? aut quaſi quis hic, quia excidiſti tibi hic ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriale diligẽter, in petra tabernaculum tibi. Ecce, Domin⁹ aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſubleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui. Et expellã te de ſtatione tua: &

Obſidio vrbis Ieruſalẽ à Nabuchodonoſor.

B

¶videbis

C

¶ad

D

Sap. 2. b.
1. cor. 15. d.
Ȋ. 56. d.

Sobna interitus prædicit̃, q cõiurauit cũ Sennacherib cõtra Ezechiã dominũ ſuũ.

¶9 .i. congregationis ¶10 conteritionis. i. in quo vires popularium meorũ frangẽtur. ¶11 i. Dominus Deus breui eſt contriturus Ieruſalem, & perplexos redditurus eos qui in ea erunt. ¶12 Heb. ſubruẽs murum, & clamabit ad montem. i. quum hoſtis ſubruet murum ſiue parietem, ciuis Ieroſolymitanus exhortabitur alios vt confugiant ad montem munitum. Aut, hoſtis ſubruens murum, exhortabitur milites alios vt conſcendãt Ieruſalem, quæ ſita eſt in monte. ¶13 vertere potes verba omnia huius prophetiæ per futurum, feret &c. Conducititij Elamitæ ſagittarij veniẽt oppugnatum Ieruſalẽ cũ Nabuchodonoſor. ¶14 [& venient]in curru hominũ equitum. ¶15 & Cyrene nudabit vel depromet[clypeum. i. incolæ Cyrenaicæ regionis, mercenarij venient cum Nabuchodonoſor. ¶16 Heb. Et erit, electio vallium tuarũ replebũtur curribus: & equites ponẽdo ponent[bellum]ad portam. i. Tum optimæ valles quæ ſunt circum Ieruſalem, replebuntur curribus, & conuertent ſe equites ad portã vrbis. vl, inſtruent aciem vt oppugnent portam vrbis. ¶17 Tunc reuelabit. ſub. hoſtis. ¶18 Iuda videbatur antea ſperare in Deo, & eſſe ſub eius protectione, cui Deus erat vice tegminis: tunc autem hoſtis manifeſtabit Iudam eſſe deſtitum auxilio Dei, quia peccauit, nec reſipuit. ¶19 & reſpicies die illa ad arma &c. Domũ intelligit quam Salomõ bellicis inſtrumentis inſtruxit. 3. Reg. 7. ¶20 videbitis quum multæ fuerint. ¶21 colligetis. ad temperãdam ſcilicet & diluendam terram, qua reſici itur muri rupti. ¶22 numerabitis, & diruetis domos[ſub. non neceſſarias, aut nõ habitatas]ad reſarciendum murum. ſub. fractum. ¶23 facietis ¶24 ad excipiẽdas aquas &c. vt ſcilicet habeatis aquã neceſſariam ad murũ faciendum. ¶25 ſub. Ieruſalem. i. non conuertemini ad Deum, ſed confugietis ad veſtrã prudentiam. ¶26 reſpicietis ¶27 vl vocabit ¶28 vl. ad induendum ſaccum, ¶29 vl. [& dicetis] Comedamus & bibamus. ¶30 .i. Hæc nõ latuerũt Dominũ. ¶31 Heb. ſi expietur. vl, remittet. ſub. nolite poſthac mihi credere. ¶32 Heb. eſt ſuper domũ. ſub. Ezechiæ. ¶33 q. d. quid hic agis, cũ ſis extern⁹, cur nõ aliò demigras, qui cõtra vrbẽ cõiuraris? vl, quos hic putas te habere amicos, quũ ſis peſtior heri tui? ¶34 Heb. excideris,[vt qui]curat ſibi excidẽdũ[in]altitudine ſepulchrũ ſuũ, & ſculpit i rupe domiciliũ ſibi? q. d. quũ more clarorũ virorũ cures tibi excidi magnificũ ſepulchrũ, & tale quale reges ſolẽt, exiſtimas te perpetuo hic mãſurũ: at falleris. ¶35 vl, faciet te demigrare demigratione viri. i. lõginqua: ꝙ viri lõgius deportẽtur ꝗ fœminæ. ¶36 ſub. ignominia. ¶37 Cõuoluẽdo cõuoluet te cõuolutione inſtar pilæ in terrã ſpatioſam iacis. i. ampliſſimã. Alludit ad iactũ pilæ quæ facile voluitur per agrũ latũ, & lõgi⁹ iacit̃, q. d. dabit tibi formã globi vt te cõijciat in regionẽ longinquã in exiliũ. ¶38 & illic morieris. illic[q; curr⁹ gloriæ tuæ[erũt]ignominia domus domini tui. i. curr⁹ quib⁹ vtebaris cũ eras in gloria Ieroſolymis, erũt tibi ignominioſi: quia domũ domini tui voluiſti perdere. ¶39 de ſede tua, & de ſtatu tuo deijciã te. Verba Dei. Hebraice legitur deijciet, in tertia perſona.

Eliacim à Deo vocatus ſubſtituit in locum Sobnæ.
Apoc. 3. b.
Iob. 12. b.

F de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa: vocabo ſeruum meum Eliacim filiũ Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuã dabo in manu eius: & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, & domui Iuda. Et dabo clauẽ domus Dauid ſuper humerũ eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſoliũ glo-

G riæ domui patris ſui. Et ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius, vaſorum diuerſa genera, omne vas paruulum à vaſis craterarum vſque ad omne vas muſicorum. In die illa, dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frãgetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus eſt.

Paxilli ſiue Sobnæ interitus.

CAP. XXIII.

Tyri excidiũ

ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant: de terra Cethim reuelatum eſt eis. Tacete qui habitatis in inſula: negotiatio Sidonis tranſfretantes mare, repleuerunt te. In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges eius: & facta eſt negotiatio Gẽtium. Erubeſce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens. Non parturiui, & nõ peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incremẽtum perduxi virgines. Cũ auditũ fuerit in Ægypto, dolebunt cum audierint de Tyro. Tranſite maria, vlulate qui habitatis in inſula. Nunquid non veſtra hæc eſt, quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? ducent eam pedes ſui longè ad peregrinãdum. Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, inſtitores eius inclyti terræ? Domin⁹ exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiã oĩs gloriæ, & ad ignominiã deduceret vniuerſos inclytos terræ. Trãſi terrã tuam quaſi flumen, filia maris, nõ eſt cingulũ vltrà tibi. Manũ ſuã extẽdit ſuper mare, cõturbauit regna: Domin⁹ mãdauit aduerſus Chanáan, vt cõtereret fortes eius. & dixit, Non adiicies vltrà vt glorieris, calũmniã ſuſtinẽs virgo filia Sidonis: in Cethim cõſurgẽs trãſfreta, ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce, terra Chaldæorum talis populus nõ fuit, Aſſur fundauit eã: in captiuitatẽ traduxerunt robuſtos ei⁹: ſuffoderũt domos ei⁹, poſuerunt eã in ruinam. Vlulate naues maris, quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra. Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis, ſi-

tione tua,' atque de ordine tuo mouebo te. Fiet autẽ illa die, vt vocẽ ſeruum meum Eliacim filiũ Hilciæ, Et induã eum veſte tua, baltheoq; tuo eũ [40] cingã, & [41] magiſtratũ tuũ' tradã in man⁹ eius: is erit pater tum ciuium Hieroſolymæ, tũ domus Iudæ. [42] Clauem domus Dauidis ponã ſuper humerũ eius, qui aperiet, & nemo claudet: claudet, & nemo aperiet. Et figã eũ [43]' clauũ' in loco [44] fideli, & erit in [45] ſedẽ gloriæ domui patris ſui. Et [46] pẽdebunt ab eo omnis gloria domus patris ipſius, [47] ſtirpes, & poſteri,' omnia vaſa [48] minora,' tum crateres, tum vniuerſa inſtrumẽta muſica. In die illa dicit Dominus exercituum, [49] recedet clauus iſte' qui fixus fuit in loco [50] fideli,' euelletur & cadet, & [51] peſſum ibit' onus quod ab eo[ſpẽdet.] quia Dominus loquutus eſt.

CAP. XXIII.

ONus Tyri. Vlulate naues' Tharſis,' quia vaſtata eſt, vt ne domus quidem[ſuperſit:] non vltra veniant de terra' Kittim,' reuelatũ eſt eis.' Silete' habitatores inſulæ, negotiator Zidonis, mare tranſmittẽs, te [4] implebãt.' Et in aquis multis ſemen [5] Sihor,' & meſſis [6] fluminis' prouentus eius, fuitq; emporium Gẽtiũ. Erubeſce Zidon, quoniã dixit [7] mare, fortitudo [8] maris,' dicens, [9] Nõ parturiui, nõ peperi, nec educaui adoleſcẽtes, nec euexi virgines. [10] Quũ rumor ad Ægyptios[peruenerit,] perinde ad iſtum rumorẽ dolebit vt Tyrus.' Tranſite [11] in Tharſis,' vlulate habitatores inſulæ. An nõ [12] hæc gloriatio veſtra eſt? cuius vetuſtas ab antiquis diebus eſt, ducẽt eam pedes eius vt peregre proficiſcatur habitatũ. Quis [13] conſultauit' hoc ſuper Tyrum illam [14] coronatam? cuius negotiatores principes ſunt, cuius inſtitores inclyti terræ. Dominus exercituũ [15] cõſultauit' hoc, vt' [16] prophanaret' faſtum omnis [16] magnificẽtiæ,' vt ignominioſos redderet omnes inclytos terræ. [17] Trãſi terrã tuam [18] inſtar fluminis' [19] filia Tharſis, [20] non eſt cingulũ amplius.' Manum ſuam [21] extendit' ſuper [22] mare, [23] concuſſit' regna: Dominus mãdauit aduerſus Chanaan, vt [24] vaſtaret' robora ei⁹, Et ait, Non vltra luxu exultabis [25] vim paſſa [26] virgo' filia Zidon: ſurge, tranſi [27] Kittim: [28] nec iſthic requiem tibi dabit. Ecce terra Chaldæorum, [29] talis populus nõ fuit, [30] Aſſur fundauit eam eis qui vaſta loca inhabitabãt' erexerunt arces [31] eius, [32] deſtruxerunt palatia eius, & [33] redegit' eam in ruinam. Vlulate [34] naues maris,' quoniam vaſtatũ eſt [35] robur veſtrum.' Erit autem in die illa, vt obliuioni tradatur Tyr⁹ annis ſeptuaginta, [36] iuxta

¶40 roborabo. ¶41 .i. detrahã tibi veſtes magnificas & cingulũ honorificum, hoc eſt, prouincia tua & munere te ſpoliabo. ¶42 prouincia[vl' poteſtatem] tuam. ¶43 .i. donabo illũ cõſilio quo totã aulam Ezechiæ poſſit regere: quicquid ſtatuerit fieri, quidquid fieri noluerit, non fiet. ¶43 vl', vt paxillũ. Gallice cheuille. Paxillo infixo pariei varıam ſupellectilem imponimus ſuſtinẽdam. ac ſi dicat, Eliacim plurima negotia domus Ezechiæ ſuſtinebit, & ſors illius erit ſtabilis. ¶44 firmo. i. in pariete. ¶45 .i. iamiliam paternam reddet nobiliſſimã & ſplendidiſſimam.

¶46 vl', Et ſuſpendent in eo [Eliacim] omnẽ gloriã &c. i. nobilitatẽ inferent in domũ ſui. referent illi acceptum omnẽ ſuum ſplendorem. ¶47 vl', fi-

lij & filiæ, ſiue nepotes & neptes, ¶48 parui. ſub. miniſterii. Per hæc, omnes gradus honoris intellige. magnam & paruam nobilitatem ferent illi acceptam. ¶49 vl', emouebitur loco ſuo paxillus ille[Sobna.] ¶50 firmo. vt ſcilicet ei videbatur. ¶51 Heb. rumpetur. i. qui pendebant ab eo, corruent. XXIII. ¶1 .i. maris mediterranei. q. d. O negotiatores qui mari mediterraneo importatis merces, Tyrum lugete. ¶2 Cyprios quidam intelligunt. Alij Italiam. Alij Græciam. ¶3 præ triſtitia ſcilicet, more lugentium, vos qui ſoletis deferre merces ad emporia. ¶4 vl', impleuerũt. ¶5 Ob aquas multas. i. & ſemen & meſſis, quæ irrigatione multa Nili proueniũt & germinãt in Ægypto, erãt fruges quib⁹ veſceb. tur Tyrus. ¶6 .i. Nili. q. d. Ægypt⁹ erat velut horreũ Tyri. ¶7 Subaudiẽdum, vrbs, dixit vrbs maris. i. Tyrus vrbs maritima ¶8 mediterranei ſcilicet. ¶9 q. d. olim eram populoſa, nunc deſerta: ita ciuibus careo, perinde acſi nullos vnquam habuiſſem. ¶10 .i. quum rumor aduentus Nabuchodonoſor peruenerit vſque ad Ægyptios, dolore afficientur timentes deſtructionem qualem paſſa fuerit Tyrus. q. d. Non ſolum Tyrus, ſed & Ægyptus deſtruetur quæ victum Tyrijs ſuppeditabat. ¶11 ſub. & non in Tyrum, quia deſtructa. ¶12 hæc eſt vobis[ô Tyrij vrbs] læta. i. quam putabatis fœlicem? ¶13 decreuit ¶14 vl', quæ capiti ſuo coronam imponebat? i. quæ ſe reginã vrbium maritimarum eſſe dicebat? ¶15 perderet ¶16[regionis]gloriæ. i. inclytæ. ¶17 Hortatur Tyrum ad fugam & demigrationem, quòd hoſtis qui ipſi imminet, ſit potentiſſimus. ¶18 .i. celerrime, antequam te occupet hoſtis. ¶19[ad]vrbem Tharſis. ¶20[quia]non ſunt vires amplius. ſub. tibi. ¶21 ſub. Deus ¶22 .i. Tyrum vrbem omnium maritimarum vrbium nobiliſſimam. ¶23 perterruit ¶24 ſub. Iſrael. q. d. Dominus qui extendit manum ſuam in Tyrum vt perderet illum, antea regna multa perdidit, & Chananæos è terra ſancta eiecit. quare non dubium quin Tyrum poſſit euertere. ¶25 vl', oppreſſa ¶26 Virginem vocat, quòd antea nunquam fuiſſet capta. ¶27 ad Ceteos. i. In Italiam aut Græciam. ¶28 Heb. etiam illic non erit tibi requies. ¶29 iſte populus, non erat. ſub. olim vbi nunc eſt. nam Aſſyrij prius illic habitabant. ¶30 .i. Aſſyrij conſtruxerunt in ea Chaldæa vrbes iis qui prius in deſerto ſub tentorijs habitabant. ¶31 vl' eorum. ſub. Chaldæorum. ¶32 ſub. Chaldæi palatia eius regionis Aſſyriorum. ¶33 ſub. rex Chaldæorum. ¶34 .i. negotiatores maris mediterranei. aut Tharſis. i. Ciliciæ, vt ait Ioſephus. ¶35 .i. Tyrus in qua opes vobis congregabatis, quæ ſunt robur belli & rei domeſticæ ¶36 .i. iuxta dies regis Dauid, qui ſeptuaginta annis vixit. 2. Reg. 5. Vl', vnius regis. i. vnius hominis, cuius vita vtplurimum finitur anno L X X, vt eſt pſal. 89. Meminit regis poti⁹ quàm hominis, quia Tyri rex erat inclyt⁹. Vel meminit Dauid, quia Hiram rex Tyri fuit amicus Dauidi.

¶37 erit Tyro sicut canticum meretricis. i. aliquid ſimile cātico meretricis: hoc eſt dabit operā Tyr⁹ vt alliciat ad ſe negotiatores, vt cantu allicit ad ſe amatores meretrix.
¶38 neglectum
¶39 Heb. da operam vt bene pulſes citharā, multiplica canticū, vt cōmemoreris. i. eſto multa in modulationib⁹ & cantionibus, vt in memoriam redeas amatoribus tuis.

¶40 vl. ad quæſtū ſuum priſtinum, ¶41 Heb. fornicabitur. Sed perſtat in metaphora: & vtit vocibus p antiſtaſin in cōtrario ſenſu.
¶42 i. conſecrabūtur Chriſto. Hic verſus de Chriſto intelligendus, etiā Hebræis teſtibus. ¶43 vl. quæſtus eius. i. e quæſtu ſuo non faciet theſauros, ſed pauperibus Chriſtianis largiet.
¶44 vl. haud tenue. honeſtū. opponitur veſtitui tenui, nec ſatis honeſto. Per Dominum. intelligit Chriſtum.

dies vnius regis:' poſt ſeptuaginta annos[37] vſu-
ueniet Tyro, quod meretriculæ pſalteriæ, [ſcut di-
citur,] Sume citharā, & circumi ciuitatē ô ſcortū
[38] obliuioni traditū, [39] argute pulſando, & omni-
gena carmina cātādo, vt memoriā refrica.' Exa
ctis autem ſeptuaginta annis viſitabit Dominus
Tyrū, reuertetúrq; [40] ad mercem ſuā, & [41] exerce-
bit cōmercia' cū omnib⁹ regnis quæ ſunt ſuper
faciem terræ. Attamen negotiatio eius ac mer-
ces eius [42] ſacroſanctæ erunt Domino: nō repone-
tur [[43] negotiatio ei⁹,] nec recōdetur, ſed erit corū
qui habitāt ante Dominū. ad comedēdū ad ſatu
ritatē, & ad operimētū [44] ſenſi.' CA. XXIIII.

ECce Dominus' euacuat[2] terrā,' & [3] diſcerpit eā,
[4] deprauat' faciē eius, & diſſipat habitatores
eius. Et' erit ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut ſer-
uus, ſic Dominus eius: ſicut ancilla, ſic domina
eius: ſicut emptor, ſic venditor: [6] ſicut fœnerator,
ſic fœnus accipiēs: ſicut debitor, ſic qui ei dat fœ
nus.' Euacuando euacuabitur terra, & direptio-
ne diripietur. quoniā Dominus loquut⁹ eſt [7] hūc
ſermonē. [8] Luxit, defluxit terra, deformat⁹ eſt &
defluxit orbis, [9] deformati ſunt' ſublimes populi
terræ. [10] Terra hypocrita eſt ſub habitatoribus
ſuis,' quoniā trāſgreſſi ſunt leges, mores immu-
tarūt, & fœdus [11] ſempiternū' irritū fecerūt. Idcir
co [12] execratio' cōſumpſit terrā, & [13] deliquerunt' ha
bitantes in ea, [14] propterea incaluerūt' habitato-
res terræ, paucíq; [15] mortaliū reliqui facti ſunt.'
[16] Luxit muſtū, deformatæ ſunt vites, ad gemitū
tracti' quicūq; læto fuerāt corde. Ceſſauit gaudiū
tympanorū, deſijt ſtrepitus lætantiū, ceſſauit ci-
tharæ iucūditas. Nō bibent vinū cū cantico, ſice-
ra amara erit iis qui eā bibent. Cōtrita eſt ciui-
tas vanitati [dedita,] clauſa eſt omnis domus, ne-
quis ingrediatur. Clamor eſt in plateis ſuper vi
ni [penuria,] obtenebreſcet omne gaudiū, migra
bit gaudiū terræ. [17] In vrbibus' relinquetur vaſti-
tas, & portæ deuaſtatione percutientur. Quoniā
ſic erit in medio terræ, in medio populorū, [18] ac
ſiquis oleas [reſiduas] decutiat. aut faciat cōſum-
mata vindemia, racemationē. [19] Hi' attollent vocē
ſuam, [20] iubilabūt, in magnificentia Domini vo-
ciferabūtur de mari. Proinde glorificate [21] in val
lib⁹ Dominū, in inſulis maris nomē Domini Dei
Iſraelis. [22] Ab ala' terræ cantica audiuimus. [23] dec⁹
iuſto. & dixi, [24] Macilētia mea mihi. macilentia
mea mihi:' heu me, præuaricatores præuaricati
ſunt, præuaricatione præuaricatores præuarica-
ti ſunt. Pauor ergo & fouea, ac laqueus ſuper te
ô habitator terræ. Vt qui fugiat à voce [25] terrifi-
ca,' incidat in foueam: & qui è fouea aſcenderit,
laqueo capiatur: quoniā feneſtræ [26] ſuperne' ape-
rientur, & concutientur fundamenta terræ. [27] Ve
hemēter crepabit' terra, grauiter rūpetur terra,

cut dies regis vnius: poſt ſeptuaginta autem an-
nos erit Tyro quaſi canticum meretricis. Sume D
'tibi' citharā, & circui ciuitatem meretrix obli-
uioni tradita: bene cane, frequēta canticū, vt me
moria tui ſit. ¶Et erit poſt ſeptuaginta annos, vi
ſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mer
ces ſuas: & rurſum fornicabitur cū vniuerſis re-
gnis terræ ſuper faciem terræ. Et erūt' negotia-
tiones' eius, & ' mercedes' ſanctificatæ Domino. nō
condētur, neque reponentur: quia his qui habi-
tauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt
manducent in ſaturitatem, & veſtiantur vſq; ad
vetuſtatem. CAP. XXIIII.

ECce. Dominus diſſipabit terrā, & nudabit eā,
& affliget faciem eius, & diſperget habitato
res eius. ¶Et erit ſicut popul⁹, ſic ſacerdos: & ſicut
ſeruus, ſic Dominus eius: '& ' ſicut ancilla, ſic do-
mina eius: ſicut emēs, ſic ille qui vendit: ſicut fœ
nerator, ſic is qui mutuum accipit: ſicut qui repe
tit, ſic qui debet. Diſſipatione diſſipabitur terra,
& direptione prædabitur. Dominus enim locut⁹
eſt verbum hoc. Luxit, & defluxit terra, & infir-
mata eſt: defluxit orbis, '& ' infirmata eſt altitu-
do populi terræ. Et terra infecta eſt ab habita-
toribus ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutaue
runt ius, diſſipauerūt fœdus ſempiternum. Pro-
pter hoc maledictio vorabit terrā, & peccabunt
habitatores eius. ideóque inſanient cultores ei⁹, B
& relinquentur homines pauci. Luxit vindemia,
infirmata eſt vitis, ingemuerūt omnes qui læta
bantur corde. Ceſſauit gaudium tympanorum,
quieuit ſonitus lætātium, conticuit dulcedo ci-
tharæ. Cū cantico non bibēt vinum: amara erit
potio bibētibus illam. Attrita eſt ciuitas vanita-
tis, clauſa eſt omnis domus nullo introeūte. Cla
mor erit ſuper vino in plateis: deſerta eſt omnis
lætitia, tranſlatū eſt gaudium terræ. Relicta eſt
in vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas.
Quia hæc erūt in medio terræ, in medio popu-
lorū, quo modo ſi paucæ oliuæ q̄ remāſerūt, ex-
cutiantur ex olea, & racemi cū fuerit finita vin-
demia. Hi leuabunt vocē ſuam, atq; laudabūt: cū C
glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.
Propter hoc in doctrinis glorificate Dominū in
inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael. A fini-
bus terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti. Et di
xi, Secretū meum mihi, ſecretū meū mihi, væ mi
hi: præuaricantes præuaricati ſunt, & præuari-
catione trāſgreſſorum præuaricati ſunt. Formi-
do, & fouea, & laqueus ſuper te qui habitator es
terræ. Et erit: 'qui fugerit à ' facie' formidinis, ca-
det in foueā: & qui ſe explicauerit de fouea, tene
bitur laqueo: quia cataractæ de excelſis apertæ
ſunt, & cōcutiētur fundaméta terræ. Cōfractione D
cōfringetur terra, contritione conteretur terra,

Poſt 70 ānos Tyri reparatio promittitur, Chriſto crediturae.
¶ negotiatio
¶ merces

Euerſio terræ ſanctæ ob Chriſtū non receptum.
Oſee 4. b.

Iere. 48. g.
¶ voce

XXIIII. ¶1 Præſentia p futuris. vacuā habitatorib⁹ reddet. ¶2 ſub Iſrael. q.d. Tyrij ſunt recepturi fidē, quod
non faciēt qui vocati fuerant Iſraelitæ quorū ob id regio vaſtabitur. In Euangelio legimus, Si in Tyro & Sidone
facta fuiſſent miracula quæ facta ſunt in te, olim &c. ¶3 aperiet eam. ſub. hoſtibus. i. reddet eā peruiā hoſtib⁹. aut,
deſolari faciet eā. ¶4 ſubuertet. i. dabit ei aliam faciem. ¶5 i. hoſtis nō pluris faciet ſacerdotes quām plebeios: nō
pluris &c. ¶6 ſicut mutuās, ſic qui mutuo accipit: ſicut q fœnori accipit, ſic qui dat fœnori. ¶7 vl. propheciā hanc.
¶8 deſtructa eſt, corruit, deſtituta eſt [ſub. viribus] ruit orbis. i. præcipua pars terræ. Præterita pro futuris. ¶9 perie-
runt. vl. deſtruentur viribus. ¶10 Terra impie & inhumane aget ob incolas ſuos. i. deſinet proferre fructus ſuos,
ob nequitiam incolarum ſuorum. ¶11. i. quod erat illis perpetuo obſeruandum. ¶12 periurium ¶13 deſtruentur
¶14 ob id [inquam] comburentur. i. ita peribunt vt res quæ abſumitur igni. ¶15 homines reliqui fient. ¶16 Peri-
bit vinum, perdetur vitis: ſuſpirabūt ¶17 In ipſa vrbe. ſub. Ieruſalem ¶18 Heb. ſicut excuſſio oleæ, & ſicut racemi
cum finita eſt vindemia. ¶19 qui tum ſcilicet fuerint in Terra ſancta. ¶20 vl. vociferabuntur [pra lætitia,] ob ma-
ieſtatem Domini hinnient in Occidēte. q.d. in deſtructione Ieruſalem quæ fiet à Veſpaſiano alij affligentur, alij ve-
ro gaudebunt. nempe Chriſtiani hilares Deum laudabunt vindicem æquum filij ſui. ¶21. i. in vrbibus ſitis in lo-
cis demiſſioribus ¶22. i. ab extremo. ¶23 gloria iuſto ipſi. i. Chriſto iuſtificatori. q.d. nos prophetæ ſpiritu pro-
phetico audiuimus cantiones quæ prædicebant nobis fore vt Chriſtus in extremis orbis partibus celebraretur.
¶24. i. mors. q.d. Perij autē, me miſerum: Iſraelitæ impie agent, interficiendo Chriſtum. Legi etiam poteſt, Secretū
meum mihi, ſecretum meū mihi. i. ex illis carminibus intellexi Chriſtum venturū. ¶25 formidinis. metus. ſub. ip-
ſius hoſtis. ¶26. i. è cælis. Similitudo ſumpta à pluuia. Videtur alludere ad id, Pluet ſuper peccatores laqueos, &c.
¶27 Hebr. Confringendo confringet ſeſe. i. præ timore adeo cōcutietur terra vt videatur ſe velle confringere.

cōmotione cōmouebit terra: agitatione agitabitur terra ſicut ebri⁹, & auferetur quaſi tabernaculū vnius noctis: & grauabit eā iniquitas ſua, & corruet, & non adijciet vt reſurgat. Et erit: in die illa viſitabit Dominus ſuper militiam cæli in excelſo: & ſuper reges terræ qui ſunt ſuper terram. Et congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere & poſt multos dies viſitabuntur. Et erubeſcet luna, & confundetur ſol, cū regnauerit Domin⁹ exercituum in monte Sion, & in Ieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

Gratijs actis vaſtationem ſynagógæ & populi Iudaici deſcribit propheta

¶[a] tumulum,

DOmine Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amē. Quia poſuiſti ciuitatem in[a] tumultum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non ſit ciuitas, & in ſempiternum nō ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robuſtarū timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu. Spiritus enim ro-
B buſtorum quaſi turbo impellens parietem. Sicut æſtus in ſiti, tumultum alienorum humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrente propaginem fortium marceſcere facies. Et faciet Domin⁹ exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et præcipitabit in monte iſto faciem vin-
C culi colligati ſuper omnes populos, & telā quam

Apo.7.d.21.b

orditus eſt ſuper omnes nationes. Præcipitabit mortem in ſempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia Dominus locutus eſt. Et dicet in die illa. Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius. Quia requieſcet ma-

[redacted]

D nus Domini in monte iſto & triturabitur Moab ſub eo, ſicuti teruntur paleæ in plauſtro. Et extēdet man⁹ ſuas ſub eo, ſicut extēdit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum alliſione manuum eius. Et munimēta ſublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terrā vſq; ad puluerē. XXVI.

IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iuda.

Eccleſia Chriſti deſcribit.

Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator, ponetur in ea murus & antemurale.

[18] atrociter commouebitur terra. [19] Nutando nutabit terra ſicut ebrius, & [10] transferetur ſicut tabernaculum nocturnū: ingraueſcet ſuper eā præuaricatio eius, cadet vt poſtea nunquam reſurgat. Erit & [hoc] illa die, [11] viſitabit Dominus exercitum [12] ſupernum in excelſo, & ſuper reges terræ qui ſunt ſuper terram ipſam. Et [13] colligentur quemadmodum vincti ſolent colligi in [14] lacum, atque in carcerem includentur, & poſt multos dies [15] viſitabuntur. [16] Erubeſcet luna, pudefiet ſol, [17] quum regnabit Dominus exercituū in mōte Zion & in Ieruſalem, [18] & [quum fuerit] glorioſus coram ſenioribus ſuis. CAP. XXV.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, [1] confitebor nomini tuo, quoniam deſignaſti admiranda, [2] cōſilia [tua ſunt] procul vere & firmiter. Quoniam tu ciuitatem in aceruum [3] redegiſti, vrbem munitam in ruinam, palatium [4] alienorum, vt non ſit ciuitas, neque in æternum reſtituet. Quo fit vt populus robuſtus te glorificet, ciuitas [5] gētiū tyrānicarū te timeat. Tu enim fuiſti forte præſidium pauperi, robuſtum præſidium egeno dum in anguſtijs eſſet, [6] refugium à nimbo, vmbraculum ab æſtu: quoniam ſpiritus violentorum tyrannorum [7] nimbi inſtar eſt qui in murum [irruit.] [Et] vt æſtus i loco ſiticuloſo, [ſic] ſtrepitum [8] alienorum humiliabis: [9] æſtum nube vmbratili, [10] propaginem tyrannorum amputabis. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte iſto, conuiuium pinguium, conuiuium [11] fecium, de pinguibus [inquam] medullatis, fecibus defecatis. Tollet quoque [Dominus] in monte iſto faciem [12] inuolucri, quod inuolucrum eſt ſuper omnes populos, & operimentum quod oppanſum eſt omnibus gentibus. Mortem [13] abſorbet vincendo. & abſterget Dominus Deus [14] lachrymam à cunctis faciebus, & opprobrium populi ſui auferet ab vniuerſa terra, quoniam Dominus [15] loquutus eſt. Et [16] dicet in die iſta. En hic eſt Deus noſter, [17] expectauimus eum, & ſeruauit nos. [18] Hic eſt Dominus quem expectauimus, exultabimus & lætabimur in ſalute eius. Quia manus Domini [19] intenta eſt monti huic, & [20] exteretur Moab ſub ipſo, quēadmodum exteritur collectio palearum in ſterquilinio. Expādet nempe manus ſuas in medio [21] eius, quemadmodum [22] natator extendit ad natandum, & deprimet faſtum eius [23] ſub axillis manuum ſuarū. Munitionem denique [24] & altum præſidium murorum tuorum inclinabit, deprimet, ac ad terram [25] in lutum vſque deijciet.

CAP. XXVI.

¶18 Hebr. mouendo mouebitſe. ſub. præ metu. ¶19 vl Vagando vagabitur ¶10 agitabitur vt tugurium. ſub. paſtorum. ¶11.i. affliget. puniet. ¶12 excelſi.i. Iſraelis: quem Eſaias vocat excelſū, q Deus dignatus ſit eum ſua lege & magnis beneficijs: affliget inquā in excelſo.i. in Terra ſancta. ¶13 congregabuntur in vnā congregationē ¶14 vl, fouram .i. vt ſerui ſiue mancipia aſſeruantur noctu in ſua cuſtodia ¶15.i. liberabūtur. ¶16 Cum videbunt (inquit) ſol & luna pœnas quas ſumet Do. de Iſraelitis incredulis, pudore afficientur ob incredulitatem eorum.

¶17.i. quia tum apparebit quòd Chriſtus ſit rex in Sion & Ieruſalem, cū ſumpſerit Deus pœnas de hoſtibus eius: & ſancti qui receperint Chriſtum, dabunt gloriā Deo & Chriſto eius. ¶18 & in conſpectu ſeniorum ei⁹ gloria. ſub. erit ipſi Deo.

IN die illa [1] cantabitur carmen hoc in terra Iuda:
Vrbs fortis nobis eſt, [2] ſalus ponet muros & propugnaculum.

XXV. ¶1 celebrabo nomen tuum, ¶2 ſquæ iniſtiliam olim ſtabilitas ſunt, & firmitas. Subſtantiua pro adiectiuis, ſtabilia & firma.i. præſtabis quod olim pollicitus es. ¶3 præterita pro futuris. ¶4 alienorum ex vrbe. ſub. facies. i. ex vrbe munita facies arcem Romanorum, qui moribus & vita alieni ſunt ab Inſtitutis Dei. ¶5 Hebr. fortium ¶6 protectio ab inundatione.i. à grauiſſimis afflictionibus ¶7 Heb. eſt vt inūdatio parietis.i. ſimilis vehementi inundationi quæ deijcit parietem. ¶8.i. non aliter ceſſare facies impetum alienorum à fide tua in ſanctos, quàm æſtus ſuperueniens attonitos reddit homines deprehenſos in loco arido. ¶9 Heb. æſtus erit illis cum vmbra nubis.i. æſtus cum refrigerio erit populo tuo.q.d. Apoſtoli quidem affligentur, ſed dabis illis vires quibus afflictiones ferent. ¶10 fremitus [vl cantio] fortium humiliabitur. Aut, ferociam tyrannorum reprimet. ſub. Deus. Subita perſonæ mutatio. ¶11 defecatorum [vinorum.] pinguium item medullatorum, defecatorum purgatorum.i. vinorum exacte defecatorum: hoc eſt conuiuium in quo erunt pinguia & opima fercula, & vina puriſſima. Euangelium intelligit quod cœpit doceri in Ieruſalem. Nam recta doctrina tam reficit animū, quàm cibus reficit corpus. ¶12 vl, operimenti.i. operimentū errorum quo opertus erit mūdus, tollet Chriſtus per Euangelium. ¶13 vl deſtruet in æternum. ¶14.i. liberabit Dominus fideles ab afflictionibus quæ lachrymas ciere ſolent, & bene audient in terra vniuerſa quotquot Chriſtum receperint. ¶15.i. promiſit id futurū. ¶16 ſub. popul⁹ Dei, tēpore gratiæ. ¶17 Expectare p ſperare aut fidere, certa ſcilicet & indefeſſa fide. ¶18 Idē bis dicit ad maiorem expreſſionē. ¶19 requieſcet i mōte iſto.i. ceſſabit à feriendo i eccleſia, aderit ſuis. ¶20 triturabitur Moab apud ſe.i. cōculcabūtur aduerſarij Chriſti in loco ſuo, hoc eſt, vbicūque illi fuerint. ¶21 ſub. Moab. ¶22 q.d. vt peritus natādi porrigere ſolet vtranq; manū ſecūdū aquā: ita porrecta vtraq; manu cædet hoſtes Chriſtus De⁹. ¶23 cū cubitis. Partē intelligit à cubito ad manū: qua maxime parte natatores aquam ſecāt ¶24 ſublimitatis.i. & mœnia tua alta. ¶25 in puluerem XXVI. ¶1 ſub. à fidelib⁹. ¶2 ſalutē poſuit muros & antemurale.i. ſalutis enim cauſa cinxit eam Deus muro & antemurali.q.d. qui ſunt in eccleſia, immunes ſunt ab omni periculo.

Aperite portas, vt ingrediatur gēs iuſta, ſeruans [3] fidei.
[4] Figmēto fulto ſeruabis pacem, pacem [inquã,] quia in te ſperatum eſt.
Sperate in Dominum in ſempiternũ vſq;, quia in Domino Deo eſt [5] petra perpetua,
Quia humiliauit habitatores [6] excelsũ, ciuitatē altam deijciet, proſternet eam ad terram, & deducet eam ad [7] lutum vſque,
Vt pes eã calcet, pedes [8] pauperis, greſſus tenuiũ.
[9] Semita iuſti recta eſt, tu ô recte viam iuſti [10] pō deras.
Quin & [11] in via iudiciorum tuorum ô Domine [12] te expectamus, ad nomen tuum, & ad memoriam tuam eſt deſyderium [13] animæ.
[14] Animo meo per noctē te deſydero, & [15] ſpiritu meo qui in me eſt ad te maturo: [16] nam quum iudicia tua [edita fue: int] in terra, diſcunt iuſtitiam qui orbem inhabitant.
Impius etiam [17] beneficijs affectus non diſcit iuſtitiam, ſed in terra plana inique agit, & nō videbit maieſtatem Domini.
O Domine [quum] [18] exaltatur manus tua non vident, ſed videbunt [aliquando,] & pudefient æmulatione [quadam] populi [tui:] quin [19] igne hoſtium tuorum deuorabis eos.
Domine præparato nobis pacē: quandoquidē tu quoq; oia [alia] opera noſtra nobis [20] operat' es.
O Domine Deus noſter, [etiamſi] dominentur nobis domini præter te, duntaxat tamen [21] tui, nominisque tui recordemur.
Mortui ſunt, [22] non viuent, & [23] violenti tyrãni nō reſurgent, idcirco q viſitaſti & exterminaſti eos, atq; perdidiſti omnem memoriam eorũ.
[24] Addidiſti genti ô Domine, addidiſti gēti: [25] glorificatus es, prorogaſti omnes terminos terræ.
[26] Viſitarunt te ô Domine in anguſtijs, clamor murmuris diſciplina tua [eſt] eis.
Quemadmodum quæ vterum fert, quum ad pariendum appropinquat, [27] parturit, & clamat in doloribus ſuis: ſic nos fuimus in conſpectu tuo ô Domine.
[28] Concepimus, parturiuimus at veluti ventũ enixi ſumus: [29] ſalutes terræ non factæ ſunt, neq; [30] cadent habitatores orbis.
[31] Mortui tui viuent, [32] & [quemadmodum] corpus meũ reſurgēt. [33] expergiſcimini, & iubilate habitatores [34] pulueris: quoniam [vt] ros herbarũ virentium [35] ros tuus, & [36] terram violentorum tyrannorum tu deijcies.
I [ergo] popule mi, & ingredere in [37] penetralia tua, & poſt te claude oſtia tua: lateas paululũ vel ad momentum, donec prætereat [38] indignatio.

Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.
Vetus error abijt: ſeruabis pacem: pacem, quia in te ſperauimus.
Speraſtis in Domino in ſeculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.
Quia incuruabit habitātes in excelſo, ciuitatem ſublimem humiliabit: humiliabit eam vſq; ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem.
Cōculcabit eã pes, pes pauperis, greſſ' egenorũ. ¶ pedes B
Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum.
Et in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in deſyderio animæ.
Anima mea deſyderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo i præcordijs meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiã diſcent habitatores orbis.
Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere, in terra ſanctorum iniqua geſſit: & non videbit gloriam Domini. — Impiorũ cæcitas, flagella non videntium.
Domine, exaltetur manus tua, & nō videant: videant. & confundantur zelãtes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret. — ¶ & C
Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis. — Pax fidelib'. Operar' bona opera Deus in nobis.
Domine Deus noſter poſſederũt nos domini abſque te, tantum in te recordemur domini tui.
Morientes non viuant, gigantes non reſurgant: propterea viſitaſti & contriuiſti eos, & perdidiſti omnem memoriam eorum.
Indulſiſti genti Domine, indulſiſti gēti: nũquid glorificatus es? elōgaſti omnes terminos terræ.
Domine, in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. — Tribulationibus compellitur Deus [illegible]
Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus à facie tua Domine.
Concepimus, & quaſi parturiuim', & peperimus ſpiritum ſalutis: iuſtitiam non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores terræ. — ¶ ſalutes nõ D
Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent: expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam. — Cōſolatio in afflictionib', & exhortatio ad patientiam.
Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio.

¶3 Heb. veritates. i. leges Dei veras. Gētē iuſtã vocat iuſtificatã fide in Chriſtum. ¶4 Vox Hebræa ſignificat figmētũ, facturã, imaginationē, cogitationem, &c. igitur & ſic poſſet legi, cogitatio fulta aut ſuffulta eſt, q Deus ſeruat pacē his qui in ſe ſperant. Doctiores Hebræorũ legũt, Cogitationem initē eſſ [te] ſeruabis: pax pax, q[uia] in te fidit. i. Hoiem cui' bona cogitatio & anim' te nitit, ô Chriſte, ſeruabis, & pace multa fruetur. ¶5 robur eſt ſeculorũ. i. quod nunquam finē inueniet. ¶6 altitudinis. i. qui habitãt i locis editis & tutis. i. ſuperauit eos qui erãt in ſumma authoritate per homines cōtēptibiles. nã eligit infima mũdi, vt cōfundat fortia. 1. corint. 1. d. ¶7 puluerē ¶8 i. Chriſti, & inopum Apoſtolorum. ¶9 Heb. Via iuſto erit æquitatum. i. æquabilis & plana, hoc eſt, iuſtus Chriſto credēs, nō impinget in vllũ errorē. ¶10 ad libellam æquabis. ne ſcilicet offēdat. ¶11 i. quum nos affliges: quod iuſto iudicio ſoles facere. ¶12 hoc eſt, fauorē tuũ. ¶13 ſub. noſtræ. ¶14 i. tenemur deſyderio nominis tui. ¶15 Hebr. quãdiu ſpiritus meus in corde meo, quærã te. i. quãdiu vixero, implorabo opem tuã. ¶16 certe quãdo iudicia tua [ſunt vl exercētur] in &c. i. quũ iuſto iudicio affligis hoies, tũc dant operã iuſtitiæ & reſipiſcētiæ. ¶17 vl, miam aſſecutus, ſupple à Deo, ob quã reſipiſcere debeat, peior tamē fit. Hebræi iterrogatiue legũt, [Cōſequetúr ne] miſericordiam impius quũ non diſcat iuſtitiã i terra rectorũ [ſub. operũ,] inique agere ſoleat, & nō cōtempletur magnificentiã Domini? Diſcere iuſtitiã, pro reſipiſcere tēpore afflictionis. In terra rectorũ operũ. i. in qua recta opera patrari debēt. vl, In qua electi vigēte tribulatione conuertũtur. Eſt adiectiuũ apud Hebræos ſine ſubſtãtiuo. ¶18 i. facis opera magnifica. manus pro effecto. Hebraice legitur, Magnificata eſt manus tua, & nō cōtēplãtur [illa improbi,] videbũt, vnde cōfundētur. zelũ populi. q. d. tãdē intelligēt amorē quo tu ô Deus proſequeris populũ tuũ, nimirũ quũ Chriſtũ tãtũ redēptorē mittes. ¶19 Nomine ignis, hic pudor intelligitur: q rubor ad colorē ignis accedat. Ignis ipſorũ qui ſunt hoſtes tui. Gallice dicimus, Ilz mourrōt de hōte. ¶20 vl, operaris. i. quũ ſis author omniũ aliorũ noſtrorũ operũ. ¶21 vl, propter te memorabim' nomē tuũ. ¶22 cũ iuſtis ſcilicet, neque reſurgēt ad vitã æternã. pſal. 1. ¶23 vl, exanimes erũt, non &c. ¶24 vl, Addes. i. cumulabis in te credētes varijs beneficijs. ¶25 [& in ea] glorioſus apparebis, quã expelles lōge ad oēs fines terræ. q. d. Chriſtianos diſperges i varias regiones, vbi tamē illi laudabũt te. ¶26 Heb. Domine in ipſa tribulatiōe memores erũt tui, fundēt murmur quũ erit afflictio tua eis. ¶27 Heb. dolere ſolet & igemiſcit ¶28 q. d. pertulim' dolores pares dolorib' mulieris parturiētis ea tamen vbi peperit, liberata eſt dolore: nobis autē, alijs atque alijs ſuperatis tribulatiōibus, aliæ quoque expectãdæ ſũt. ¶29 vl, ſalus non eſt facta in terra. i. tribulatio non ceſſauit. ¶30 vl, corruerunt. [ſub manum Dei]. i. neque tamen paruerunt Deo q nos affligebãt, victi noſtra patiētia. ¶31 i. qui propter te mortui ſunt, vita æterna viuēt. ¶32 cũ cadauere meo ¶33 ſub. mortui Dei. ¶34 vl, terræ. i. ſepulchri. ¶35 i. vt rore pullulãt herbæ, ſic virtute tua reſurgent. ¶36 vl, in terrã improbos deijcies. ſub. ô Deus. ¶37 vl, cubicula. q. d. Popule mi patiēter ſuſtine temporariam afflictionē. Alludit hic ad rationē agendi eorũ qui iminēte aut vigēte tēpeſtate, domi ſe cōtinēt. ¶38 ſub. tyrãnorũ.

Mich.1.2.

Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ cõtra eũ: & reuelabit terra ſanguinem ſuum, & nõ operiet vltrà interfectos ſuos. CAP. XXVII.

Regna omnia ſub aduẽtu Chriſti deſtructa à Romanis, & pax ꝑ totũ orbẽ.

IN die illa viſitabit Domin⁹ in gladio ſuo duro, & grandi & forti, ſuper leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum qui in mari eſt. In die illa vinea meri cantabit ei, Ego Domin⁹ q ſeruo eam, repentè propinabo ei: ne fortè viſitetur cõtra eam, nocte & die ſeruo eam. Indignatio non eſt mihi: quis dabit me ſpinam & veprem i prælio: gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter? B An potius[a] tenebo[b] fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi? Qui[c] ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis ſemine. Nunquid iuxta plagam percutientis ſe percuſſit eum? aut ſicut occidit interfectos eius, ſic occiſus eſt? In menſura contra menſuram cum abiecta fuerit,[d] iudicabis eam: meditatus[e] eſt in ſpiritu ſuo duro per diem æſtus. C Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iſte omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cum poſuerit omnes lapides altaris ſicut lapides cineris alliſos, non ſtabunt luci & delubra. Ciuitas enim munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertum: ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, & conſumet ſummitates eius. In ſiccitate[f] meſſis illius conteretur:[g] mulieres venientes, & docentes[h] eam: non eſt enim populus ſapiens, propterea D non miſerebitur eius qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei. Et erit: in die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vſque ad torrentem AEgypti, & vos congregabimini vnus & vnus filii Iſrael. Et erit: in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerãt de terra Aſſyriorum, & qui eiecti erant de terra AEgypti, & adorabunt Dominum in monte ſancto in Ieruſalem. CAP. XXVIII.

¶[a] tenebit ¶[c] egredientur impetu à

¶[d] iudicabit ei: meditata

¶[f] meſſes illius conteretur: ¶[h] ea:

Prædicatio Euangelii. Fides Gẽtiũ.

Inuehitur Eſaias in Iſraelitas qui vino & deliciis & luxuriis vacabãt.

VAE coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephráim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes à vino. Ecce validus & fortis Domin⁹, ſicut impet⁹ grãdinis: turbo cõfringẽs, ſicut impet⁹ aquarũ multarũ inũdantiũ, & emiſſarũ ſup terrã ſpatioſã. Pedib⁹ conculcabit corona ſuperbiæ ebriorũ Ephráim.

Ecce enim Dominus[39] egreditur de loco ſuo[40] viſitatum iniquitatem habitatorum terræ, & proferet terra ſanguines[41] ſuos, neque occulet vltrà interfectos ſuos. CAP. XXVII.

IN die illa viſitabit Dominus gladio ſuo duro, grandi, & robuſto leuiathan ſerpẽtem[1] vectem, & leuiathan ſerpentem contortum, & trucidabit draconem qui[2] in mari [eſt.] In die illa[3] canite alternis vineæ Hemer.[4] Ego Dominus cuſtodio eam, ac[5] tempeſtiue irrigo eam: ne forte[6] viſitet eam, cuſtodio eam die ac nocte. Iracundia nõ eſt mihi, quis me reddat vt ſim vepris & ſpina.[6] in bello, vt iniquius quid contra eam deſignẽ, & eam ſimul incendã?[7] Aut [quis] compellat fortitudinem meam, vt pacem mihi faciat, pacem mihi componat?[8] Veniunt [dies in quibus] radices aget Iacob, pullulabit & florebit Iſrael, ita vt prouentus [eius] faciem orbis impleat.[9] Num iuxta percuſſionem percutientis eum, percuſſit illũ? num iuxta cædem[10] cædentium eum cæſus eſt? In menſura[11] dum amandas eam, iudicio ages cum ea.[12] abſtulit in vẽto ſuo graui[13] in die Euri.[14] Propterea[15] in hoc expiabitur iniquitas Iacob, & hic omnis fructus [eius][16] quum auferet peccatum eius, quũ poſuerit ipſe omnes lapides aræ vt lapides[17] ruderis confractos, ita vt non reſurgant luci &[18] imagines.[19] Quum ciuitas munita ſolitaria erit,[20] ſpecioſa dimiſſa atque derelicta inſtar eremi, ita vt vitulus ibi paſcat, ibi cubet, &[21] palmites eius abſumat: Quum exaruerint[22] palmites eius,[23] confringentur:[24] mulieres venientes inflammant eam: quoniam non eſt populus intelligens, idcirco is qui eum fecit non commouebitur erga eum miſeratione, nec miſerebitur eius fictor eius. Erit quoque illa die, excutiet Dominus ab alueo[25] fluminis, vſque ad flumẽ AEgypti, & vos ò filij Iſrael[26] ſigillatim congregabimini. Et erit in die illa, clangetur tuba[27] magna, & venient qui[28] perierant in terra Aſſyria, & qui[29] profugi erant in terram AEgypti, Et adorabunt Dominum Hieroſolymis[30] in mõte ſancto. CAP. XXVIII.

VAE coronæ[1] ſuperbiæ temulẽtorũ Ephraim,[2] & deciduo flori decoris gloriæ eius,[3] quæ eſt ſuper caput vallis opimæ, percuſſorum vino. Ecce[4] fortis & robuſtus Domini veluti[5] nimbus, grando & turbo confringens, veluti nimbus aquarum validarum inundantium.[6] valide in terram ſe demittet. Pedibus conculcabimini ò corona ſuperbiæ[7] temulentorum Ephraim.

¶39 Præſẽs pro futuro, egreſſurus eſt. i. breui oſtendet potentiam ſuam puniendo incolas terræ. ¶40. i. vt puniat ¶41 quos ſcilicet hauſit. .i. breui apparebit vltio diuina ob ſanguinem ſuorum fuſum.

XXVII. ¶1. i. oblongã inſtar vectis. Principem huius mundi cõparat principi piſcium, quem vocat ſerpentẽ oblongum, q ditio diaboli fere totum mũdũ occupet, & q aſtutus ſit & callidus vt ſerpens. Sub perſona leuiathã ſerpentis, iuxta hiſtoriam, Babylonis interitus, iuxta catagogen, dæmonis damnatio adumbratur, ſimúlque omnium impiorum.

¶2. i. i hoc mũdo. ¶3 Heb. vinea ruboris: cãtate illi. ſub. eccleſiæ Dei. De eccleſia hęc ſũt intelligẽda. nã ſynagogã pri⁹ ruboris, vocat eã

cap. 5. dixit ferre inſuaues racemos: vt videam⁹ præſtãtiorẽ gratiã eſſe Ieſu Chriſti, quã legẽ. Vineã quæ fert vinũ rubrũ: quod olim erat laudatũ. ¶4 per ſingula momẽta ¶5 ſub. hoſtis ¶6 in cõflictu graderer pee Iſiram, illã ſuccenderẽ ſimul. q. d. Vtinã ſimilis ſim ſpinis & veprib⁹ q̃ aculeos hab ẽt: quãuis ira careã, tamẽ impios pũgerẽ in ipſo cõflictu. hoc eſt dũ me ad irã prouocãt. ¶7 vł Aut apprehendet [Iſrael] robur meũ, aut pacẽ faceret mecũ, pacẽ faceret mecũ? Legẽ ſuã vocat robur ſuũ, qua hoies expugnare ſolet. ¶8 vł Diebus věturis. Olim. Tẽpore gratiæ Eccleſia ſparſa per totũ orbẽ edet fructus fidei. ¶9. i. An aliquãdo Domin⁹ percuſſit populũ ſuũ, vt Sennacherib aut Pharaonẽ. q. d. nũquã. Verba ꝓphetæ, quibus Dei clemẽtia erga ſuã eccleſiã cõmẽdatur. ¶10 cæſorum eius. i. eorũ qui occiſi ſunt in gratiã eius. ¶11 in plantatione eius cõtẽdes. i. punies eã. q. d. Punies fideles tuos, ſed in mẽſura, nõ ſupra modũ: Punies inquã, mittẽdo rubiginẽ in ſegetes eius aut arbores. i. punies in fructib⁹ terræ, & nõ in perſonis. Hoc eſt quod ait Dominũ iudicaturũ eccleſiã in plãtationibus. ¶12 decutiet. ſub. fructus ¶13. i. quem mittet die quo flabit vẽtus Oriẽtalis noxius iis qui habitãt in Oriẽte. ¶14 quia ſcilicet De⁹ eſt clemẽs, & mediocriter punit. ¶15. i. hac ratione remittet &c. ¶16 He. remotio peccati ei⁹. ¶17 calcis. i. vt lapides q excoquũtur vt ex illis fiat calx: q ſi aquã exceperint, facile frãgũtur. vł, ſi fregerit & cõminuerit altaria idolorũ inſtar calcis q̃ in particulas diſrũpitur & diſſoluitẽ. ¶18 ſub. ſolis. q. d. Iacob cõſequetur remiſſionẽ peccatorũ oĩm, ſi reſipuerit ab idololatria, & reſipiſcẽtiã teſtat⁹ fuerit opere externo. i. deſtructione altariũ idolorũ. ¶19 Nã ciuitas. Idololatria, inquit, grauiſſimũ eſt peccatũ. nã ꝓpter eã deſtruet Ieruſalẽ. ¶20 regia. ſub. Iſraelis. vł, tẽplũ ipſum ſpernetur & deſeretur. ¶21 Synagogã vocauit ſuprã vineã: ob id meminit palmitũ. ¶22 vł, rami. i. populi ¶23 vł rũpẽtur ſua ſpõte. ¶24. i. De⁹ immittet hoſtes etſi imbelles, tamẽ Iſraelẽ vincẽt ¶25 ſub. Euphratis. Ab Euphrate ad Nilũ. nã hi fuerũt termini terræ Chanaan. ¶26 He. p vnũ vnius. ſub. loci. i. ſinguli è ſingulis locis. Pauci enim electi, licet multi vocati. ¶27 vł alta. i. buccina euãgelica. ¶28 Alludit ad captiuitatẽ Aſſyriacã, de qua nũquã rediit Iſrael. ¶29 deportati fuerãt ¶30. i. in eccleſia. XXVIII. ¶1 vł faſtus. [&] ebrii Ephraim. q. d. væ Iſraelitico regno, ſuperbiæ & vino dedito. ¶2 ſeſt vi, ſi flos decidẽs gloria decoris ei⁹. i. iclyta. ¶3 ſup quorum caput eſt vallis vnguẽtorũ, [ſũntque] percuſſi vino. Per vallẽ, itelligit amnẽ qui per valles fluit. i. copiam magnã. q. d. i quorũ capita deſcẽdit vt ãnis, vnguẽtorũ copia: & inebriari ſolẽt. hoiem madidũ vnguẽtis, vocat vallẽ vnguẽtorũ. ¶4 ſub. dies. vł exercit⁹. q. d. De⁹ immiſſurus eſt validũ exercitũ, exercitũ inquã ſimilẽ ꝓcellę grãdinoſæ. ¶5 He. ꝓcella grãdinis, ¶6 qui deturbat valide i terrã. ſub. oĩa in quæ incurrit. ¶7 [&] ebrij. i. perdẽtur omnes qui ſuperbiũt in Iſrael ob diuitias, & vino intemperanter vtuntur

[8] Vſúque veniet deciduo flori decoris gloriæ ei⁹, quæ eſt in capite vallis opimæ, quod præcoquo fructui antequam autumnus adeſt, quem ſimul atque vidit aliquis, dum adhuc in manu eſt, eum deuorat. ¶ [9] In die illa erit Dominus exercituum ad coronam decoris, & diadema gloriæ reliquijs populi ſui. Et [10] in ſpiritum iudicij ſedenti ſuper tribunal, & in robur [11] transferentibus bellum ad portam. Et etiam [12] illi in vino [13] perplexi ſunt, & in ſicera aberrarunt, ſacerdos & prophetæ [14] perplexi ſunt ob ſiceram, obruti vino, errant ob ſiceram, [14] perplexi ſunt in videndo, vacillant in decernendo. Nam omnes menſæ ita oppletæ ſunt vomitu & ſordibus, vt null⁹ loc⁹ [ſupereſſet.] Quem igitur [poſthac] [15] docebit ſcientiā? & quem faciet intelligere [16] auſcultationem, [17] ablactatos [nimirum,] & ab vberibus auulſos? [18] Quia præcipe ad præceptum, præcipe ad præceptum: expecta ad expectationem, expecta ad expectationem pusillum hic, pusillum iſthic. [19] Quoniam labijs blæſis & lingua alia loquetur ad populum iſtū: [20] Qui loquut⁹ ad eos fuerat, [21] Hæc requies, reficite [22] laſſum, & hoc refrigerium: ſed noluerunt audire. [23] Et fuit eis verbum Domini Præcipe ad præceptum, expecta ad expectationem, expecta ad expectationem: pusillum hic, pusillum iſthic. [24] idcirco ibunt & impingent retrorſum, & confringentur, irretientur & capientur. ¶ [25] Audite ergo verbum Domini viri illuſores, qui imperitatis ſuper populum iſtum qui eſt in Ieruſalem. [26] Quandoquidem dixiſtis, Pepigim⁹ fœdus cū morte, & cum [27] inferis pactum fecimus, vt quū inundans [28] vaſtatio pertrāſeat, non perueniat ad nos: poſuimus enim mendacium refugium noſtrum, & [29] mendacio abſcondemur: idcirco ſic dixit Dominus Deus, En ego [30] fundo in Zion lapidem, lapidem [31] probatum, [32] angularem, pretioſum, [33] ſolidiſſimum fundamentum: [34] fidens nō feſtinabit. Et iudicium ad perpendiculum [35] exigam, & iuſtitiam ad trutinam: grandinis procella ſcopæ inſtar verret [36] mendacium fiduciam [veſtram,] & [37] latibulum aquæ inundantes obruent.

Et erit flos decidens gloriæ exultatiōis eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aſpexerit videns, ſtatim vt manu tenuerit, deuorabit illud. ¶ In die illa erit Dominus exercituū corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui: & ſpiritus iudicij ſedenti ſuper iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. ſacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntē, ignorauerunt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, ita vt non eſſet vltrà locus. Quem docebit ſcientiam? & quē intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, auulſos ab huberibus? Quia Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populū iſtum: cui dixit, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueētur, & capiantur. ¶ Propter hoc audite verbū Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum qui eſt in Ieruſalem. Dixiſtis enim, Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum trāſierit, non veniet ſuper nos quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum. qui crediderit, nō feſtinet. Et ponā i pōdere iudiciū, & iuſtitiā i mēſura: & ſubuertet grādo ſpē mēdacij, & ,ptectionē, aquæ inūdabūt.

B

In ſacerdotes & prophetas verbi Dei contēptores.

C

In Iudæos pphetarum ſubſānatores

Euāgelij prædicatio. 1. corin. 14. d.

Perditio illuſorum verbi Dei.

Implorū ſecuritas.

D

Chriſtus credētibus ſal⁹.

Pſal. 117. d. mat. 21. d. act. 4. b. 1. pet. 2. a Rom. 10. c.

B

¶ 8 Heb. Erit autem [velut] flos deciduus gloria decoris ei⁹: [&] ſuper quorum caput eſt vallis vnguentorum, [erūt] vt ficus præcox ante æſtatem, quam vbi quis viderit, [&] quū adhuc fuerit i manu eius, abſumet eam. i. Gloria inclyta regis Iſrael erit velut flos q facile marceſcit & decidit: vtque ſtudioſi & auidi præcocium fructuū, illos decerptos ſub ipſa arbore ſtatī deuorant: ſic venient hoſtes qui Iſraelitas madidos vnguentis auferant & abſumāt. ¶ 9 q. d. Decem trib⁹ ſuperbient propter opes: aliæ autem duæ nō: idcirco gloria & honore afficiet illas Deus. ¶ 10. i. dabit Deus ipſi Ezechię gratiam vt æquiſſime iudicet: & robur iis qui verterint hoſtes ſuos in fugam, & perſequuti eos fuerint vſque ad portas vrbium ſuarum. ¶ 11 vl, auertentibus prælium à porta. ¶ 12. i. tribules Iuda & Beniamin. Concludit omnes ſub peccato. ¶ 13 errauerūt [vl, hallucinati ſunt] & mero lapſi ſunt. Repetitio ad vehemētiā. ¶ 14 hallucinati ſūt in viſione, errauerūt in recto iudicio. i. neq; recte interpretati ſunt Scripturas, neq; recte iudicauerūt. de falſis pphetis loquitur. ¶ 15 ſub. doctor. ſciētiā, Dei itelligit. ¶ 16. i. pphetiā. ac ſi dicat, quē poterit docere quæ ſuggerēte Spiritu à Deo audiuit? Alio loco, Quis credidit auditui noſtro? Ignorātiā legis diuinæ deſcribit ob luxum. Vnde Petrus, Fratres ſobrij eſtote, & vigilate. ¶ 17 ſimiles ſunt ablactatis à lacte, auulſis ab vberibus. i. ſunt ſimiles imperitia pueris.
¶ 18 Cum ſannis excipiebant verbum Dei per prophetas miſſum Iudæi: & mimeū quadam voces eorum imitantur, ſed cum contemptu & irriſione. Alij ex cōmētarijs Hebræorū ſic vertunt, Nam [ſub. tradere illis oportet] præceptum poſt præceptum, præceptū poſt præceptū, lineā poſt lineam, lineam poſt lineam: parū hic, parum ibi. Sunt inquit, vt pueri: ideò tāquā pueri ſunt pedetētim docēdi. ſingulis diebus ſingula præcepta diuina ſunt tradenda, vt pueri inſtitui ſolēt & infantes, quorū captus eſt admodū exiguus. Gallice, Mot à mot, ligne a ligne. Paululum nunc ex libro vno, cras iterū paululū ex altero: portio exigua ex vna parte libri tradēda eſt, & portio exigua ex alia parte, ,p ratiōe obſcuritatis locorū. Penuriā verbi Dei deſcribit. q. d. docebit populus tātū quædā fragmēta eorū quę pertinebūt ad cognitionē rerū diuinarū. ¶ 19 He. Quia [vl, Certe] blæſitatib⁹ labij. i. blæſis & balbutiētib⁹ labris. ac ſi dicat, Similes inquā erūt pueris rudibus: nā ver⁹ ppheta qui eos docebit, videbit illis loqui lingua balbutiēte, & peregrina, adeò alienus erit à ſacris ipſe popul⁹, ,pter ebrioſitatē ſacerdotū & prophetarū ſuorū. ¶ 20 Quibus dixerat. Sacerdotib⁹ & pphetis illis falſis ppheta verus dixerat, &c. ¶ 21. i. bene vobis cōtinget, neq; aliò deportabimini. ¶ 22 ſub. hunc populū. q. d. deſinite fallere populū iſtū qui toties afflict⁹ fuit ob falſam veſtrā doctrinā. ſi verā doctrinā docueritis, requiē cōſequet, deſinet affligi. ¶ 23 Ob id erit ei [ſub. populo] verbū Domini, Præceptū &c. eadē verba q̄ paulo āte, numero 18. ac ſi dicat, Quia popul⁹ Iuda vino ſeſe dedidit, fact⁹ tard⁹ & inept⁹ ad audiēdū, & diſcēdū verbū, laborabit penuria verbi Dei: & qui docebūt illū, fragmēta quædā ſacrorū librorū docebūt eos, nō libros itegros & perpetuos.
¶ 24 Heb. vt ambulent, & corruant retrorſum: conterantur, & irretientur & capiantur. Irretiētur, inquit, laqueis diaboli. ¶ 25 Promittit Chriſtum qui poſt has tenebras populo ambulanti in tenebris lucem dabit, & agnitionē veritatis. ¶ 26 Dixiſtis enim ¶ 27 cum ſepulchro fecimus viſionē. i. venimus in colloquiū cū inferno, pacis noie. q. d. Nō timemus nobis a Deo, licet mortē prophetæ nobis minētur n. i &c. ¶ 28 vl, flagellū ¶ 29 & in te mēdaci protegemus nos. i. quod mēdaciū eſt tua opinione ô recte propheta. ſperamus enim in vitulis, & aliis idolis: quāuis putes ſpem noſtram eſſe falſam & inanem. ¶ 30 fundaturus ſum ¶ 31 munitionis. i. fortem, ſiue fortiſſimum, cui nullus poterit reſiſtere. ¶ 32 Heb. angulū pretij. i. pretioſum & elegātē. ¶ 33 Heb. fundatū. hoc eſt, firmū ¶ 34 qui credit, ne feſtinet. i. ne expectet cito. q. d. q credit fore quod dico: ne expectet impletionē prophetiæ hui⁹ tam cito & breui futuram. ¶ 35 diſponam, dirigam. i. tempore Chriſti mei docebo per eū rectiſſimā iuſtitiā, & æquiſſimū iudiciū. Iudicium & iuſtitia, idem hoc loco ſignificāt. ¶ 36 ſpem mendacij. i. mēdacem: hoc eſt idola & alia in quibus ſpē collocabūt hoies. Cōparat Euāgeliū grādini & inūdatiōi aquarū, quæ obuia quæq; ſecū aufert. ¶ 37. i. fiduciā in hoib⁹.

Afflictio non recipientibus Chriſtum.

Et delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactū veſtrum cum inferno non ſtabit: flagellum inūdans cum tranſierit, eritis ei in cõculcationem. Quandocunque pertranſierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertranſibit in die & in nocte, & tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. Coanguſtatum eſt enim ſtratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrunque operire non poteſt.

1. Re. 5. d. 2. Paralip. 14. a. Ioſue 10. c.

Sicut enim in monte diuiſionum, ſtabit Dominus: ſicut in valle, quæ eſt in Gabaon iraſcetur: vt faciat opus ſuum, alienū eſt opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo.

F

Exhortatio ad pœnitentiam.

Et nūc nolite illudere, ne fortè conſtringantur vincula veſtra. conſummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terrā.

Saluādi pauci.

Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum, Nunquid tota die arabit arans vt ſerat, proſcindet & ſarriet humū ſuam? Nónne cum adæquauerit faciem eius, ſeret gith, & cyminum ſparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus ſuis?

De piorū afflictione. iter quos alij magis, alij minus affligūt.

G

Et erudiet illum in iudicio, Deus ſuus docebit illum. Non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo. Panis autem comminuetur: verùm nō in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eum. Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam.

CAP. XXIX.

Deſtructio Ieruſalem.

VAE Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. addictus eſt annus ad annum, ſolennitates euolutæ ſunt. Et circumuallabo Ariel, & erit triſtis & mœrens, & erit mihi quaſi Ariel. Et circūdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & faciam contra te aggerem, & munimenta ponā in obſidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum qui contra te præualuerunt: eritque repentè confeſtim.

B

Et abolebitur fœdus veſtrum cum morte, &[38] pactum veſtrum cum inferis non firmum erit: & quum[39] exundans vaſtatio præteribit, eritis ei in conculcationē. Mox vt[40] pertrāſierit, rapiet vos: nam[41] ſummo diluculo pertrāſibit, nocte & die, & fiet vt dūtaxat[42] vexatio faciat intelligere auſcultationē. Anguſtior enim erit lect' quam vt quis membra latius extendat: & operimētū ſtrictius, quàm vt[43] ſe eo quiſquam inuoluat. Quoniam Domin'[44] exiliet ſicut in monte Perazim, &[45] fremet vt in valle Gibeon, vt faciat op' ſuū, [46] alienum opus ſuum: & ad operandum operationem ſuam, alienam operationem ſui. Nūc igitur[47] ne vobis pus illudatis, ne fortè[48] validiora fiant vincula veſtra: quoniam[49] conſummatā & expolitam [eccleſiam] audiui à Domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terram. Auſcultate & audite vocem meam, attendite & obtemperate ſermoni meo. Num agricola omni tempore[50] arat, aperit & proſcindit tellurem ſuam ad ſeminandum? Nónne vt æquauit ſuperficiem eius,[51] viciam ſpargit, ac cyminum diſſipat, & ponit triticum[52] ſerie ſua, & hordeum[53] ſignato [loco,] cum[54] far in ſuo termino? [55] Et vt hæc rite peragat, erudit ac dirigit eum Deus ſuus. Neque enim tribula dentata exteritur[51] vitia, nec circū ducitur rota plauſtri ſuper cyminum, ſed[56] virga excutitur[51] vitia, & cyminum baculo. [57] Panis comminuitur, quandoquidem non perpetua trituratura exteritur, & ſtrepitus rotæ plauſtri ipſius, & vngulæ ipſius non comminuent eum. Et hoc à Domino exercituum[58] proditū eſt, qui miro agit cõſilio, & magnifico inſtituto.

CAP. XXIX.

VAE[1] Arieli Arieli[3] ciuitati arci Dauidis.[4] Adijcite annū,[5] feſti dies euertētur. In anguſtū redigam[*] Arielem, vt ſit mœrens & triſtis, cum erit[6] mihi ſicut Ariel. Nam caſtra contra te ſitgam[7] circunquaque, &[8] anguſtum tibi faciam munitione: aggeres quoq; cõtra te excitabo. Et humilis eris,[9] loquerisq; de terra, & de puluere[10] deiecta, ædes ſermonem tuum: erit enim vox tua velut pythonis de terra [loquētis,] & [quaſi] de puluere eloquiū tuū garriet. Et erit multitudo[11] alienorū tuorū vt puluis tenuis, & multitudo tyrānorū, quēadmodū palea[12] quæ momēto ac ſubito

¶38 pactum veſtrum per colloquiū initum cū ſepulchro. ¶39 vel, flagellum vehemens ¶40 ſub. hoſtis ¶41 Heb. i. mane in mane. i. ſingulis dieb'. Mane pro toto die. ¶42 ſit terror audire auditionē. vel, famam. Fama eorū quæ vobis acciderint, incutiet alijs metū ¶43 vel, ſub eo quis ſe componat. vel, colligat. Obſidionē Ieruſalem lecto nimiū ſtricto comparat. Stratum, vrbs eſt plena populo. Cinget vos Romanus exercitus obſidiõe, & ita aſtringet vt vrbs vix poſſit capere multitudinem. ¶44 cõſurget [in vos] ¶45 vel, iraſcetur ¶46 vel, inſolitum. inſuetū. nam Deus. ſolet adeſſe Iſraeli: tunc autem contra eū ſtabit. ¶47 vel, nolite ridere, ſub. q̄ prædico. ¶48 i. ne Deus vos ſeuerius puniat. ¶49 cõſummationē & eā certā & definitā ¶50 Heb. arat? ſoluere ſolet [boues,] & cõminuere [glebas] agri ſui. Parabola hac hortat ad bona opera: hoc modo, Nō ſemp arat arator q̄ arare ſolet vt ſemētē faciat: ſed primū arat: & quū aliquot diebus arauit, poſtea ſoluit boues, & glebas contūdit. Vbi autē glebas cõminuit, & agri ſuperficiē æquauit occa, aut alio iſtrumēto, ſemētē facit. Poſtremo meſſem maturā demetit, & legumina illa colligit & triturat: oīa legumina quidē lenius, & meſſem grauī', q̄ grana tritici non facile excutiūtur. Agricola: Deus eſt. Iſrael, eſt ager. Semina: dona Dei ſunt & lex. Grana quæ excutiūtur meſſe & leguminib' maturis, ſunt bona opera. Vt autē agricola colit agrū, & poſtea tritico aut leguminibus ſerit: ita colit animos noſtros, & illos poſtea ſerit lege ſua & dotibus. Et vt agricola tādē exigit fructus ab agro quē coluit, ac meſſem ac legumina ipſa excutit trituratione leuiore grauiore: ſic etiā De' tandē à ſuis quos lege ſua donauerit, & donis ſuis affecerit, bona opera iure quodā ſuo exigit, & illa per tribulatiões grauiores leuiores, velut trituratiõe quadā elicit & excutit. Deus eſt triturator, qui dū à ſuis elicere vult bona opera, affligit illos, alios quidē grauī', alios vero leuī' pro cõſtātia & robore fidei. ¶51 gith. nigellā romanā ¶52 vel, optimū & princeps. ¶53 vel, deſignatū, iſigne. ¶54 zeā [vel, ſpeltā] in agro ſuo? ¶55 Heb. Et erudit eū ad iudiciū. De' eius docet illū. i. erudit agricolā ad faciēdū oīa recto iudicio. ¶56 vel pertica ¶57 [Sed] panis cõminui ſolet, quāquā nō in æternū triturabit eū [panē] & [nō] perdet eū rota plauſtri ei' [agricolæ] & cū dētib' [tribulæ] nō cõminuet eū. Panē vocat ſemina vnde fieri ſolet panis: qui cõficitur tritico, zea, hordeo. ea ſemina maiore vi excutiūtur: mod' tamē ſeruatur. nō enim in æternū ſiue ppetuo tribulātur, ſed ſic tribula ipſa circūducit vt nō frāgat grana tritici: quod fieret ſi lōgiori tēpore, q̄ ſit par, tribula circū duceretur. ¶58 He. egreſſū eſt, qui mirādū reddit cõſiliū ſuū, [&] magnificat ſapiētiā ſuā. i. etiā hoc vt alia, accepit agricola à Deo, qui in hac re quoq; oſtēdit ſe cõſultiſſimū & ſapiētiſſimū. vel, q̄ oia agit admirabili cõſilio & ſūma ſapiētia. ac ſi dicat, Sic quoq; Deus, vt agricola, repetet à nobis fructū talentorū cõmiſſorū. XXIX. ¶1 Vox Hebræa HOI, particula eſt deplorātis. Deplorat afflictionē vrbis Ieroſolymitanæ. ¶2 Chaldæus paraph. interpretat Ariel altare: alij vero exponūt tēplū, q̄ a frõte eſſet latū, & à tergo anguſtū inſtar leonis. ¶3 [quod altare eſt] in vrbe in qua habitauit Dauid. Hic meminit Dauidis, q̄ illi fuerit oſtēſus à Deo loc' i quo tēplū erat ædificādū. ¶4. i. poſt aliquot ānos ¶5 victimæ deficiēt. ppter obſidionē ſcilicet. vel hoſtias excidēt [ſiue exterminabūt] ſub. hoſtes Aſſyrij. i. efficiēt vt nō immolētur hoſtiæ ſup te, ô altare. ¶*. i. Ieruſalē. ¶6 q. d. vt quū ſacrificiū fit, plurima cadauera iacēt circū altare: ita in circuitu Ieruſalē, ſiue in vrbib' q̄ circū illā ſunt, erūt multa cadauera. ¶7 Hebr. inſtar pilæ. ¶8 obſīdebo te turribus ligneis excitatis, & erigā aduerſum te munitiones. vel aggeres. ¶9. i. ſermo tu' erit demiſſus & humilis quaſi ex ima terra prodeat. ¶10 humiliabitur ſermo tuus. q. d. deijcieris ô Ieruſalem, & tam parū audieris quàm parum audiuntur qui è profundo aliquo loquuntur loco. ¶11. i. hoſtium ¶12 Hebr. prætereiens eſto: & eris [quod dico] in celeritate ſubito. Geminatio ſignificat magnam celeritatem.

¶11 ſub. multitudo Aſſyriorũ Hæc omnia acciderunt i ipſa Aſſyriorum euerſione: licet non cõmemorẽtur 4. Re. 19.
¶14. i. Ieruſalẽ
¶15 vel, veniunt militatũ. Hebr. militantium.
¶16 omnes inquã oppugnãtes eam, & extruentes cõtra eam munitionem, & affligẽtes eam. vel, vrgentes eam.
¶17 Heb. vacua eſt anima ei[9]. Voluptas exercitus Aſſyriorũ oppugnãtium Ieruſalem cõparatur hic voluptati famelici & ſiticuloſi ſomniantium, quorum voluptas eſt fallax, & ſtudium appetitus eorum non ſedatur.
¶18 ſitit adhuc, & anima ei[9] deſydera quod optabat.

¶19 Immoramini diu. vel, Multum diũq; cogitate apud vos quæ cauſa ſit tantæ afflictionis. Inuitat fideles ad cõſyderandas cauſas tantæ

ſertur. A Domĩo exercituũ[12] viſitabi[tur] tonitru, terræmotu, & fragore magno, turbine, procella, & flãma ignis voracis. Et erit vniuerſa multitudo omnium gentium, quæ aduerſus[14] Arielem[15] copias eductura eſt, [16] omnis inquam exercitus militans contra eum, & qui aggeres contra eũ excitant, & qui eum obſidione cingunt, ve ſomniũ nocturni viſi. Erit inquam ac ſi famelicus ſomniet q; comedat, quũmque euigilat, [17] deſyderiũ eius fruſtratur: & ac ſiquis ſiticuloſus ſomniet ſe bibere, cæterum euigilans[18] feſſus eſt, & deſyderium eius adhuc feruet: ſic eueniet multitudini omnium gentium quæ contra montem Zion pugnaturæ ſunt. ¶[19] Facite voſipſos tardos, & [20] obſtupeſcite: [21] oblinite vobiſ[ipſis oculos,] & eſtote oblitiſ[oculis,] eſtote ebrij, ſed non vino: vacillate, ſed non ſicera. Quoniam[22] miſcuit vobis Dominus ſpiritum alti ſopôris, & conſtrinxit [23] oculos veſtros, prophetas veſtros, & [24] præcipuos veſtros videntes obtexit. [24] Eritque vobis viſio omnium perinde atq; verba[25] libri qui obſignatus eſt: quem ſi offerat quis literarum perito, & dicat, Lege quæſo iſtum: reſpondebit, Nequeo, quoniam [26] obſignatus eſt. Quòd ſi detur liber literarum rudi, ac dicatur, Lege quæſo iſtũ: reſpondebit, Non noui literas. Et dixit Domin[9], Eo q; populus iſte[27] ore ſuo ad me accedit, & labijs ſuis me honorifice prædicat, cor autem ei[9] longe abeſt à me, & eſt timor eorũ erga me [28] doctus præcepto hominum: Ideo en ipſe quoq; addam vt mirifice agam cum populo iſto, mira ſcilicet & portentoſa, nempe, [29] peribit ſapientia ſapientum eius, & intelligentia prudentium eius ſeſe abſcondet. ¶Væ[30] his qui ſeſe in profundum abſtrudunt, vt à Domino abſcondãt conſilium, & vt opera eorum [31] ſint in tenebris, quique dicunt, Quis videt nos? & quis nouit nos? Quæ veſtra[32] peruerſitas, vt lutũ figuli reputabitur: [33] ſi dicat opus factori ſuo, Non fecit me: & figulinũ ad figulum ſuum[34] dicat, |Non fecit intelligens. An non adhuc breuiſſimo tempore Libanus redigetur in agrum[35] planum, & ager planus in ſyluam? Tunc audient[36] ſurdi verba libri, &[37] oculi cæcorum ablatis caligine ac tenebris, videbunt. Tum[38] rurſus gaudebunt manſueti in Domino, & egeni homines in Sancto Iſraelis exultabunt. Quoniam deſinet tyrannus, & [39] ceſſabit illuſor, excindentúrque omnes qui [40] iniquitati inuigilant: Qui peccare faciunt hominem [41] verbo, qui arguẽti[42] i porta laqueos tẽdũt, &[43] declinãt in vanitate iuſtũ. Propterea ſic dicit Domin[9] q [44] redemit

A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium gentiũ, quæ dimicauerunt cõtra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obſederũt, & præualuerũt aduerſus eam. Et ſicut ſomniat eſuriẽs & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat ſitiens & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt: ſic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montẽ Sion. ¶Obſtupeſcite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & nõ à vino: mouemini, & non ab ebrietate: Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis: claudet oculos veſtros: prophetas & principes veſtros qui vidẽt viſiones, operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati: quem cum dederint ſcienti literas, dicent, Lege iſtum: & reſpondebit, Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, dicetúrque ei, Lege: & reſpondebit, Neſcio literas. Et dixit Dominus. ¶Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: Ideó ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupẽdo: ¶peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. ¶Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſiliũ, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, ¶Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, Non feciſti me. & figmentum dicat fictori ſuo, Non intelligis. Nõne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in ſaltum reputabitur? Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto Iſrael exultabunt: Quoniam defecit qui præualebat, conſummatus eſt illuſor, & ſuccìſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta ſupplantabãt, & declinauerunt fruſtra à iuſto. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domũ Iacob, qui redemit

Excæcatio Iudæorum, nequid itelligerent eorũ quæ prædicebant pphetę.

Iudęi relectis doctrinas hominũ m. idaE to Dei pſeſentes. matt. 15. a. mar. 7. b. 1. Cor. 1. c. Abdiæ 1. c.

Eccli 23. c. In eos qui ſe peccatores nõ agnoſcũt. F

Regnũ Euangelij à Iudæis ſuperbis ad Gentes excæcas conuerſum.

afflictionis: quam dicit fuiſſe Dei ignorantiam. ¶20 vel, admiramini. ſub. veſtram ſtoliditatem & idololatriam. ¶21 excæcauerunt ſeipſos, & vos excæcauerunt: [ſub. pſeudoprophetæ veſtri] inebriati ſunt, ſed non à vino: nutauerunt pedes eorum, ſed non à temeto. q. d. Etiam cum ſobrij ſunt, ſimiles ſunt ebrijs: repleti enim ſunt Dei ignoratione. antea enim eos temulentiæ arguit. ¶[22] obruit vos Dominus ſpiritu[vel, mente] ſoporis. i. tardo & ſomnolento. ¶22 mẽtiũ ſcilicet veſtrarũ, ne itelligeretis. ¶23 vel, principes veſtros qui pvidere debẽt incõmoda, obruit ignorãtia. ¶24 Heb. Et fuit[vel, Quia fuit] vobis viſio[vel prophetia] omnium. ſcilicet verorum prophetarum. ¶25 vel, epiſtolæ diligenter obſignatæ, quam porrigent. vel ſolent tradere. ſub. homines. ¶26 vel, obſcura eſt. ſub. epiſtola. q. d. accidet hæc afflictio vobis ô Ieruſalẽ, quia contempſiſtis lectionem verarũ prophetiarum, vt ab hominibus mollibus & deſidibus contẽni ſolet lectio epiſtolæ obſignatæ, id eſt obſcuræ: q; nolit diu luctari cum intelligẽtia illius: neque ſolum ab ijs, ſed etiam à rudibus & illiteratis, q; præ imperitia illam legere nequeant. ¶27 Hebr. appropinquat ad me, [&] ore ſuo & labijs &c. Appropinquare ad Deum, pro ad templum eius accedere. ¶28 vel, in præcepto hominũ, quod docetur. ſub. ab hominibus. i. religio eius populi qua colit me, ſita eſt in præceptis humanis & ab hominibus inſtitutis. ¶29. i. in populo hoc nulli erunt prophetæ & ſapientes. ¶30 Hebr. ſubtilibus & acutis vt &c. i. qui ſtudent celare Deum quæ ſtatuerint facere. vel, putant latere Deum quæ ſperant ſe facturos. ¶31 ſub. opinione ſua. ¶32 ſubuerſio. vel, mutatio. q. d. Quàm facile poteſt figulus ex vno fictili aliud fingere, tam facile poteſt Deus mutare ſortem veſtram, & nouam faciem dare rebus veſtris. Non ſolum nouit ſtudia veſtra, ſed etiam poteſt vos perdere. ¶33 Nunquid dicet. vel, dicere poteſt ¶34 dictne, Non intelligit quid faciat. ¶35 feracem, & ager ferax in ſaltum reputabitur? i. euadet ſimilis monti Libano? q. d. mutabuntur breui omnia in aliam faciem: ſuperbi deprimentur vbi venerit Chriſtus, & humiles prouehentur. ¶36. i. qui prius nihil intelligebant, intelligent prophetias beneficio Spiritus. ¶37 hoc eſt, tolletur omnis ignorantia. ¶38 Hebr. cumulabunt manſueti per Dominum lætitiam ſuam. i. maiorem lætitiam per Dominum ſentient. ¶39 vel, euaneſcet ¶40 perſeuerant in iniquitate. ¶41 vel, in quouis verbo. i. qui omnia accipiunt in malam partem quæ prophetæ eos docent. ¶42. i. publice, hoc eſt, qui moliuntur perniciem in eum qui publice vitia carpit. ¶43 vel cadere faciunt falſo iudicio iuſtum. ¶44 ſub. de manibus impiorum Chaldæorum.

Abraham, Non modo cõfundetur Iacob, nec modo vultus eius erubeſcet: ſed cũ viderit filios ſuos, opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt, & ſciẽt errantes ſpiritu intellectum, & muſſitatores diſcent legem.

CAP. XXX.

In Iudæos qui ſpretis Dei cõſilijs, ſuæ prudẽtiæ innitebãtur, in creaturis ſpem habentes cõtra Sennacherib.

VAE filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis cõſiliũ, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meũ, vt adderetis peccatum ſuper peccatum. qui ambulatis vt deſcẽdatis in AEgyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra AEgypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionẽ, & fiducia[a] in vmbra[a] AEgypti in ignominiã. Erant enim in Tani principes tui, & nuntij tui vſq; ad Hanes peruenerunt. Omnes cõfuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non potuit: nõ fuerunt in auxilium, & in aliquã vtilitatem, ſed in confuſionem, & in opprobrium.

¶ [a] vmbræ

B Iudæi auxilium petẽtes ab AEgyptijs pereunt à beſtijs in itinere.

¶Onus iumẽtorum Auſtri. In terra tribulationis & anguſtiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans portantes ſuper humeros iumẽtorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populũ qui eis prodeſſe non poterit. AEgyptus enim fruſtra & vanè auxiliabitur: ideò clamaui ſuper hoc, Superbia tantũ eſt, quieſce. Nunc[b] ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſque in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael.

[b] ergo

Prophetas Iudæi prohibẽt verbum Dei annunC tiare.

Pœna in reijciẽtes verbũ Dei, ſperãtes ab hominib⁹ auxilium.

¶Propterea hæc dicit Domin⁹ noſter ſanctus Iſrael. Pro eo quòd reprobaſtis verbum hoc, & ſperaſtis in calumnia & in tumultu, & innixi eſtis ſuper eo: propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubito, dum non ſperatur, veniet contritio eius. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incẽdio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Quia hæc dicit Domin⁹ De⁹ [c] Iſrael, Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis:

[c] ſanctus

D in ſilentio, & in ſpe erit fortitudo veſtra. Et noluiſtis: & dixiſtis, Nequaquam, ſed ad equos fugiemus. ideò fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus. ideò velociores erunt qui perſequẽtur vos.

Abrahã, ad domũ Iacob,[45] Nõ pudefiat modo Iacob, neque nunc rubore perfundantur facies ei⁹, Cũ viderit ipſe natos ſuos, op⁹ manuũ mearum in medio ſui ſanctificare nomen meum, & ſanctificare ſanctum Iacob, & Deum Iſraelis formidare. Et errãtes [46] ſpiritu ſcient intelligentiã, atque [47] muſſitatores diſcẽt [48] doctrinã.

CAP. XXX.

VAE filiis defectorib⁹, dicit Dominus,[1] qui audent cõſilium capere, ſed non ex me: quiq; [2] fundunt fuſionem, ſed nõ ex ſpiritu meo, quo peccatũ peccato accumulent. Proficiſcũtur vt in AEgyptũ deſcẽdant,[4] os autẽ meum non interrogarunt, vt roborẽtur robore Pharaonis, & [5] fidãt vmbræ AEgypti. Vertetur itaq; vobis vobis fortitudo Pharaonis in pudorem: & fiducia in vmbram AEgypti, in ignominiã.[6] Nã principes eorũ fuerũt in [7] Zoan, & legati eorũ Hanes peruenerunt. Omnes pudefiẽt in populo qui eis nõ proderit, qui neq; auxilio erit, neq; prodeſſe poterit, ſed qui cedet ad cõfuſionẽ & ad opprobriũ. ¶[8] Baiularunt iumẽta on⁹ per viã Auſtralẽ,[9] per terrã diſcriminis & anguſtiæ [plenam,] è quibus [prodeũt] leones & leænæ, regulus & præſter volans ac volitãs: baiularũt [inquã] in humeris pulli facultates illorum, & in gibbis cameli theſauros [10] eorũ: ad populũ qui pdeſſe nõ poterit. AEgyptij eni fruſtra & inutiliter [11] auxiliabũtur. ꝓpterea clamaui [12] ad hãc, Robur eorum [13] quieſcere. Nunc ergo vade, & ſcribe [14] eã [rem] [15] eis in tabulam, atq; in librũ concipe eã, vt duret [16] ad dies poſteros, & vſque in ſempiternũ.[17] Quòd populus iſte cõtumax eſt, filii mendaces, filij [inquam] qui nõ volũt audire legẽ Domini. Qui dicũt [18] videtib⁹,[19] Ne videatis: & [20] cõtẽplantibus, Ne cõtẽplemini nobis [21] plana: loquimini nobis blanda, [22] cõtẽplamini [nobis] illuſiones.[23] recedite è via, Declinate à ſemita, facite [24] quieſcere à facie noſtra ſanctũ Iſraelis. Propterea ſic dicit Sanct⁹ Iſraelis. Quãdoquidẽ [25] abhorretis à verbo iſto, & fiditis [26] violẽtiæ & prauitate, illiſq; innitimini: Idcirco erit hæc iniqtas vobis ꝑinde vt ruptura cadẽs,[27] quũ in muro ſublimi, cui⁹ ruina & cõquaſſatio ſubito ex improuiſo venit.[28] Cui⁹ ruptura ſimilis erit rupturæ vaſis figulini, quod abſque cõmiſeratione cõminuitur, vt non inueniatur in cõminutione eius teſtula ad ignem de foco [excerptum] ſonẽdum, aut ad hauriẽdũ aquas è puteo. Quoniam ſic dixerat Dominus Deus ſanctus Iſraelis.[29] Sedẽdo & quieſcẽdo ſeruabimini:[30] In vacando & fidẽdo [ſitum] erit robur veſtrũ: ſed non [31] voluiſtis, Quin dixiſtis. Nequaquam, ſed equis effugiemus:[32] fugietis igitur.[33] Celeres inſcendemus:[34] celeres ergo erunt qui vos inſequentur.

¶45 Non pudebit poſthac Iacob, nec iam pudore afficietur facies ei⁹: ſed cũ viderit natos ſuos & op⁹ manuũ mearũ i medio ei⁹, tribuẽt gloriam nomini meo, & celebrabunt ſanctũ Iacob, & Deo Iſraeli tribuẽt robur i. Dei fortitudinẽ ꝑdicabũt. vl dicẽ erubeſcere Iacob, quum nepotes ei⁹ diſcedũt à vero Dei cultu. ¶46 vl, mẽte. aut prudẽtia ¶47 ſuſurrões: nebulones. 48 legem. i. cõtinebunt ſe in officio docti à Spiritu Dei.

XXX.

¶1 vl rebellib⁹. ¶2 Heb. vt faciãt cõſiliũ. i. qui ſua cõſilia ſequunt potius quàm mea. ¶3 tegũt ſe operimẽto. Pharaonis ſcilicet. i. confugiunt ad opem Pharaonis, me inconſulto. Inuehitur rurſũ in eos qui fiduciam ponunt in viribus humanis neglecto Deo. ¶4 i. ſententiã meã, hoc eſt, me inconſulto. ¶5 i. protegãtur ab AEgyptiis. Vmbram p[r]o auxilio poſuit.

¶6 Sub. [hoc dico] quòd principes eius. i. Ezechiæ. vl Iuda ¶7 Tanis & Hanes, vrbes ſunt AEgypti, celebres. Huius legationis neque in libris Regum, neque in Paralipomenis vlla fit mentio. ¶8 vl, Prophetia beſtiarum Auſtri ſiue itineris regionis Auſtralis. i. in quas incident legati Iſraelitarum euntes in AEgyptum ſuppetiarum cauſa. Eſt enim AEgyptus ad Auſtrum reſpectu Ieruſalem. Hæc verba ſunt velut titulus prophetiæ. ¶9 vl, in terra anguſtiæ & tribulationis leunculus & tigris [ſub. egredientur] ex illis [locis] & vipera, & ſerpens ignitus volans [ſ. i. ſaltu impetens, ſub. in eos] qui deferent ſuper dorſa pullorum aſinorum opes ſuas &c. ¶10 ſuos ¶11 nitentur iuuare. ¶12 ſub. Ieruſalem. ¶13 vl, manere. ſub. in vrbe, & non deſcendere in AEgyptum auxilij cauſa. ¶14 vl, eam prophetiam. ¶15 apud illos (. i. præſentibus illis) in tabula, & in libro ſculpe eam: ¶16 Heb. in die nouiſſimo, ¶17 vl Nam ¶18. i. vatibus ¶19 vl, Ne vaticinemini: ¶20 vl, reſpicientibus, Reſpicite: prophetis qui Spiritu reuelante futura cõtemplantur, Prædicite &c. ¶21 recta. i. quæ vere dicitis. Vocat vera, quæ veri prophetæ denuntiabant: quæ autem falſũ, vocat illuſiones. ¶22. i. prædicite nobis impoſturas. ¶23. i. nolite nobis ita vaticinari, declinate ab hac ratione vaticinandi quam ad hunc vſque diem ſecuti eſtis. ¶24 vl, ceſſare. q. d. ne toties nobis faciatis verba de Sancto Iſraelis. ¶25 vl, ſpernitis verbum iſtud. ſub. prophetarum. ¶26. i. opibus per calumniam partis ¶27 [& ſicut] tumor in muro alto, cuius [muri] ſubito & derepente venire ſolet ruptura. q. d. Vt pars muri quæ ruinam minatur, & prominet, tandem ſubito & derepente cadit, & ſecum magnam muri partẽ conuellit & pertrahit: ſic fiducia hæc vana quam habetis in opibus, erit in cauſa vt vos breui ruatis miſerrime. ¶28 Franget enim eũ [Deus] iuxta rupturam lagenæ figulorum, fractæ [vl, alliſæ ſaxo] & non parcet, [ſub. ei muro] in cuius cõminutione nõ inuenietur [vl, inueniri ſolet] teſtula &c. ¶29 In quiete & requie. i. ſi manſeritis in Ieruſalem, & in Deo ſperaueritis, non peribitis. ¶30 in tranquillitate & fiducia ¶31 ſub. acquieſcere conſilio Dei. ¶32. i. hac ratione fiet vt cogamini fugere ob hanc diffidentiam. ¶33 Celeres, veloces equi ſunt. Vox Hebræa ſignificat leuem, ſiue equus ſit, ſiue quodcunque aliud animal. Leuiſſimum, inquit, animal equitabimus vt fugiamus. ¶34 leues ob id

¶35 ſub. Ieroſolymitæ. ¶36 ſub. Aſſyrij. ¶37 .i. paucorũ. ¶38 ſub. nauis. q.d. vt pauci mali ſtatuũtur in promontorijs altis ad quos dirigant curſum nautæ: ita pauci vos ſupereritis. ¶39 vl, iubet vos bono eſſe animo, & expectare opẽ eius. ¶40 exaltabitur, vt miſereatur veſtri. vl, exaltabit ſeſe: interficiendo ſcilicet Aſſyrios. ¶41 .i. iuſtus. ¶42 Heb. Nam in Sion habitabit, & in Ieruſalem. i. non abducetur captiuus. q.d. oẽs peribũt præter eos qui fidẽtes Deo, remanſerint i Ieruſalẽ. ¶43 .i. exaudiet te. ¶44 elongabit. ¶45 .i. Dei opera. ¶46 ſub. à Deo. ¶47 vl, artificium[ſiue elegantiam] operimenti. i. idoli tui obducti auro.

¶48 vl diſperges ¶49 Exi. Egredere. ſub. de templo Dei.

[35]Mille' [veluti]vnus à facie increpationis[36]vni à facie increpationis[37]quinq;,'fugietis, donec relicti fueritis vt[38]malus'in vertice mõtis, & vt vexillũ in colle.¶Et ob id[39]expectare iubet vos'Dominus, vt miſereatur veſtri,[40]&[ſtatũ]ſuſpẽdit, vt ſit vobis propiti'. 'quoniã Domin' De' eſt[41]iudicij,'beati omnes qui eũ expectãt.[42]Si populus in Sion ſederit in Ieruſalẽ,'oino nõ flebis, miſerendo miſerebitur tui: & vt primũ audierit vocẽ clamoris tui,[43]reſpõdebit tibi.'Dabit quidẽ Domin' vobis panẽ anguſtiæ, & aquas moleſtiæ: at non[44]auolabit vltra doctor tuus,' ſed oculi tui videbũt[45]doctorẽ tuũ.'Sed & aures tuæ[46]audiẽt'verbum ei' qui poſt te dicet, Hæc eſt via, in hac incedite: ſiue ad dexterã, ſiue ad ſiniſtrã eatis. Tunc prophanabitis tectoriũ ſculptilium ex argento tuo,[47] textile fuſilis' ex auro tuo, &[48]ſemouebis' ea, veluti pãnos mẽſtruo ĩbutos, &[49]Apage'dices ei. Dabit præterea pluuiã ſemini tuo[50]quo terrã ſeminaſti,'& panẽ prouẽtus terræ, eritq; vber & pinguis. depaſcet pec' tuũ in illa die campũ paſcuũ amplũ. Tauri quoq; &[51]pulli'qui terram colũt, farraginẽ[52]ſapidiſſimã comedent, quæ[53]vento'& vãno euẽtilata eſt. In vniuerſis montib' excelſis, & ſuper oẽs colles editos[54]diſtincti riui'erũt aquarũ in die cædis magnæ, quũ[55]turres corruẽt.'Sed &[56]lux' lunæ erit ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſepties clarior erit, vt tãta ſit quãta eſt lux ſeptem dierũ: in die qua Domin' obligabit[57]cõquaſſationẽ populi ſui, & vulnus plagæ ei' ſanauerit.¶Ecce[58]nomẽ Domini de lõginquo'venit,[59]cui' vult' ardet vt grauiſſim' ſit ferendo:'labia ei' plena ſũt[60]fremitu,'& ligua ei' ſicut ignis deuorãs.[61]Flat' eius velut torrẽs inũdãs,[62]mediũq; collũ ambiẽs,'vt euẽtilet gẽtes ventilatione[63]nihili,'& vt[64]frenũ errare[65]faciat'i maxillis pplorũ. Et erit vobis cãticũ quẽadmodũ in nocte quũ ſe ad diẽ feſtũ[66]ſãctificãt[ſolet:]& lætitia cordis, vt ei' qui ad tibiã incedit vt veniat ad mõtẽ Domini, ad[67]petrã'Iſraelis. Efficiet inſup Dominus vt audiat[68]maieſtas'vocis ſuæ, &[69]incuſſionẽ'brachij ſui oſtẽdet, cũ furore vult', & flãma ignis deuorãtis, cũ[70]colliſiõe[& diſſipatiõe,] nimbo'& lapide grãdinis. Quia Aſſyri' à[71]voce'Domini perterrefiet,[72]i baculũ icutiet.'Et erit vniuerſus trãſitus baculi[73]fundati, quẽ incutiet ei Domin', cũ tympanis & citharis: & bellis[74]moratiõis'pugnabit[75]cõtra ea,' Præparata eſt præterea iã oli[76]Topheth,'hæc etiã p[77]rege'pparata eſt, quã profun

Mille homines à facie terroris vnius & à facie terroris quinque, fugietis, donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collem. ¶Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri: & ideò exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ieruſalẽ: plorans nequaquã plorabis, miſerans miſerebitur tui: ad vocẽ clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpõdebit tibi. Et dabit vobis Dominus panem 'artum,'& aquã breuem: & nõ faciet auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ. Et aures tuæ audient verbũ poſt tergũ monentis, Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimentũ cõflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam mẽſtruatę: Egredere, dices ei. Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicunque ſeminaueris in terra, & panis frugum terræ erit huberrimus & pinguis. paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agn' ſpatioſè: & tauri tui, & pulli aſinorum qui operantur terrã, commiſtum migma comedẽt ſicut in area ventilatum eſt. Et erunt ſuper omnẽ mõtem excelſum, & ſuper omnẽ collem eleuatum riui currentiũ aquarũ in die interfectionis multorũ cũ ceciderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptẽpliciter, ſicut lux ſeptẽ dierũ in die qua alligauerit Domin' vuln' populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. ¶Ecce nomẽ Domini venit de longinquo, ardẽs furor ei', & grauis ad portãdũ: labia ei' repleta ſunt indignatiõe, & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus ei' velut torrẽs inundãs vſq; ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilũ, & frænum erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis ſicut 'vox'ſanctificatæ ſolẽnitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in mõtem Domini ad fortem Iſrael. Et auditam faciet Domin' gloriã vocis ſuæ, & terrorẽ brachij ſui oſtẽdet in cõminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus. Et erit trãſitus virgæ fundatus, quã requieſcere faciet Dominus ſuper eũ in tympanis & citharis: & in bellis pręcipuis expugnabit eos. Pręparata eſt enim ab heri Tophet, à rege præparata, profunda & dila-

Promittit Deus miſericordiam conuerſis ad ipſam.

E

¶'arctum

F

Aſſyriorum exitiũ prædicitur.

¶'nox

G

Deſcribitur infernus.

¶50 vel, quũ ſeminaueris, ¶51 aſini iuniores ¶52 diligenter repurgatã ¶53 pala purgatoria ¶54 Heb. riui, riui in quam. q.d. Vbi Dominus dederit tibi victoriam, dabit etiam tibi omnium rerum huberem copiam, adeo etiam vt mõtiũ vertices qui ſolent eſſe aridi & infrugiferi, ſint præ copia pluuiæ ad fruges idonei. ¶55 turres corruerint. i. hoſtes tui & inuicti & inexpugnabiles inſtar turriũ. De Sennacherib. ¶56 Lux pro gaudio. ita & in Eſther ſumitur. Parabolæ ad explicãdam ſummã lætitiam illius temporis. ¶57 rupturam. i. rupta mẽbra ¶58 .i. Dominus venit è cælo. quò ſcilicet ſe recepit veſtra opinione, ò Aſſyrij, qui non creditis illum curare res mortalium. ¶59 Heb. ardens furor eius, & grauitas oneris. vl, grauiſſimum pondus. ſub. imponet humeris tuis. ¶60 ira. vl, minis. Labia & lingua, idem ſunt. q.d. quæ per me & alios prophetas ſuos prædicit Deus contra vos, ſunt omnia infelicia & acerba. ¶61 .i. angelus quem mittet vt perdat Aſſyrios. ¶62 Hebr. vſque ad collum diuidit. i. qui vſque ad collum perueniens, videbitur quaſi diuidere hominẽ in duas partes. in partẽ quæ extat, & aliã quæ in aqua eſt. ¶63 vl, inutili. Cũ repurgatur triticũ, vẽtilatio illa bona eſt: nã ſecernitur palea à tritico. iſta autẽ nõ erit bona, quia oẽs perdẽtur Aſſyrij. Vẽtilatione igitur inutili. i. qua perdũtur oĩa quæ ſunt in vanno. ¶64. i. reges, ſiue magiſtratus. Aut ſpirit', ſiue mẽs, qua duce vti debẽt hoĩes. q.d. illos ſinet Do. errare & pſeuerare in ſcelerib' ſuis. ¶65 faciẽs ¶66. i. præparant. Heb. Canticum erit vobis noctis præparãdi hoſtiã. i. cantabitis canticum ſimile cantico quod canitur ea nocte qua præparatur hoſtia orta luce ſacrificanda. Hebræi à noctis veſpera diem incipiunt. ea nocte præcedente ſolebant cantica plena lætitiæ cantare in honorem Dei. ¶67. i. ad defenſorem ¶68 vl, potentia. i. vox ſua potens & fortis. Tonitru intelligit quod præceſſit cladem Aſſyriorum ¶69 deſcenſionem. Alludit ad geſtum ferientis. oſtendet quàm potenter ferire valeat. ¶70 diſperſione, & inundatione &c. Affirmant Hebræi ex hoc loco & alijs Aſſyrios perijſſe igni in obſidione Ieruſalem. ¶71 .i. tonitru ¶72[quã] virga [alios] percutiebat [antea.] ¶73 fundamenti. Baculum ſiue virgam fundamenti vocat fundatam & ſtatutam à Deo vt perdat omnes gẽtes. q.d. Omnis locus per quem tranſierit flagellum contra Aſſyrios ordinatum & fundatum à Deo, pulſabit tympana. i. ob virgam Dei gaudebunt fideles. ¶74 eleuationis. pulſationis. ſub. inſtrumẽtorum muſicorum. ac ſi dicat, Dominus vincet Aſſyrios non armis, nec ſerio pugnans, ſed tanquam ludens. ¶75 ſcilicet caſtra Aſſyriorũ. Heb. cum eo, ſub. exercitu Aſſyriorum. ¶76 Topheth hic per metaphoram ſignificat Tartarum, nam rex Aſſyriorum non iuxta Ieruſalem occubuit, ſed in regione ſua. ¶77 ſub. Aſſyriorum.

tata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: fla-
tus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens
eam.

CAP. XXXI.

Vos q ſpe in Deum viuã relicta, cõfugiunt ad humanũ auxiliũ, perituros prædicit cum ſuo auxilio.

VAE qui deſcendunt in Aegyptum ad auxi-
lium, in equis ſperantes, & habẽtes fiduciam
ſuper quadrigis, quia multæ ſunt & ſuper equi
tibus, quia prævalidi nimis: & non ſunt confiſi
ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requi-
ſierunt. Ipſe autem ſapiens adduxit malũ, & ver
ba ſua non abſtulit: & conſurget contra domũ
B peſſimorum, & contra auxilium operãtium ini-
quitatem. Aegyptus, homo, & nõ De⁹: & equi eo-
rum, caro, & non ſpiritus: & Dominus inclina-
bit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet
cui præſtatur auxiliũ, ſimúlque omnes cõſumen
tur. Quia hæc dicit Dominus ad me, Quomo-
do ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam
C ſui, cum occurrerit ei multitudo paſtorũ, à vo-
ce eorum non formidabit, & à multitudine eo-
rum non pauebit: ſic deſcendet Dominus exerci
tuum vt prælietur ſuper montem Sion, & ſuper
collem eius. Sicut aues volãtes, ſic proteget Domi
nus exercituum Ieruſalẽ, protegens & liberans,
tranſiens & ſaluans. ¶ Cõuertimini ſicut in pro-
fundum receſſeratis filij Iſrael. In die enim illa

Exhortatio ad fiduciam in Deum.

D abiiciet vir idõla argẽti ſui, & idõla auri ſui, quæ
fecerunt vobis manus veſtræ in peccatũ. ¶ Et ca-
det Aſſur in gladio non viri, & gladius non ho-
minis vorabit eum, & fugiet ¯nõ' à facie gladij,
& iuuenes eius vectigales erunt: & fortitudo ei⁹
à terrore tranſibit, & pauebũt fugientes princi-
pes eius: dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion,
& caminus eius in Ieruſalem.

Potentia Dei cadit hoſtis, non noſtris viribus.

CAP. XXXII.

Quale ſit regnũ Christi, & cõditiones regni bene inſtituti.

ECce, in iuſtitia regnabit rex, & principes in
iudicio præerunt. Et erit vir ſicut qui abſcon
ditur à vento, & celat ſe à tẽpeſtate, ſicut riui a-
quarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in
terra deſerta. Nõ caligabũt oculi vidẽtiũ, & au-
res audientium diligenter auſcultabunt. Et cor
ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balbo-
rum velociter loquetur & planè. Non vocabitur
vltrà is qui inſipiens eſt, princeps: neque fraudu
lẽtus appellabitur maior. Stultus enim fatua lo
quetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perfi-
B ciat ſimulationẽ, & loquatur ad Dominũ frau-
dulenter, & vacuam faciat animam eſuriẽtis, &
potum ſitienti auferat. Fraudulẽti vaſa peſſima
ſunt: ipſe enim cogitationes cõcinnauit ad per-
dendos mites in ſermone mendacij, cum loque-
retur pauper iudicium. Princeps verò, ea quæ di
gna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces
ſtabit. ¶ Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vo
cem meã: filiæ confidẽtes percipite auribus elo
quium meũ. Poſt dies ¯enim' &[r]annos' vos cõtur-
babimini cõfidẽtes: cõſummata eſt enim vinde-
mia, collectio vltrà nõ veniet. Obſtupeſcite opu-

Iudæorũ deſtructio, poſt aduentum Christi.

¶[r]annum

dam &[7]amplam' fecit: [9]penetrale ei⁹ ignis, vis
lignorum ingens, [10]quæ flatus Domini ceu ſul-
phureus torrens incendit.

CAP. XXXI.

VAE his qui deſcendũt in Aegyptum pro au
xilio, quiq; equis nitũtur, & fiduciam habẽt
in quadrigis ꝙ multę ſint, & in equitib⁹[1]propter
ingens robur eorum: 'ſed ad Sãctum Iſraelis nõ
[2]reſpiciũt,' & ipſum Dominũ non quærunt. Sed
& is ſapiens eſt,[3] & adduxit malũ,' & verba ſua
nõ [4] abſtulit, 'ſed inſurget cõtra domũ malitio-
ſorũ, & contra auxiliũ eorũ qui[5]vana' operãtur.
[6]Quin & Aegyptius homo eſt,' & nõ De⁹: & equi
eorum caro ſunt, &[7]nõ ſpiritus: [8]quúmq; Domi-
nus extẽderit manũ ſuam, corruet qui fert auxi
liũ: & qui auxiliũ expectat, concidet, atq; omnes
ſimul peſſum ibunt. Quoniã ſic dixit Domin⁹ ad
me, Quẽadmodũ leo aut catulus leonis ad præ-
dam ſuã rugit, [9]& nihil pauet ad examen paſto-
rũ qui ei occurrũt & vociferãtur, neq; ad tumul
tum eorũ animũ deijcit, 'ſic deſcendet Dominus
exercituum[10]ad propugnandũ' pro monte Sion,
& pro colle eius. [11]Inſtar auis obuolãtis proteget
Dominus exercituũ Ieruſalem, protegendo, libe
rãdo, tranſiliendo atq; ſeruando. Reuertimini ô
filij Iſrael, [12] quãtum defectione in profundum
deſcendiſtis.' Etenim abijciet in die illo quiſque
ſimulachra argentea ſua, & ſimulachra aurea
ſua, quæ fecerant vobis[13]ſceleratæ' manus veſtrę.
¶ Et cadet Aſſyrius gladio, ſed non viri, & gladi⁹
nõ hominis deuorabit eum: & fuga ſibi cõſulet
[14]à gladio, &[15]electi eius vectigales erunt. [16]Arcẽ
ſuam præ metu præteribit, & pauebũt principes
ei⁹ à[17]ſigno,' dicit Domin⁹, [18] cui lucerna fouetur
in Siõ, &[19]caminus' in Ieruſalẽ.

CAP. XXXII.

ECce[1]in iuſtitia' regnabit rex ipſe, & principes
ipſi[2]præerũt iudicio.' Et erit vir [ille] vice lati
buli à vẽto, & vice receptus à nimbo: ſicut aqua
rũ riui in arido loco, & ſicut vmbra immanis ac
ꝓminẽtis ſcopuli[3]in terra vbi laboratur ſiti.' Nõ
[4]hallucinabũtur' oculi [5]vidẽtiũ,' & aures audiẽ-
tiũ auſcultabũt. Cor præcipitãter agẽtiũ intelli-
get[6]ſciẽtiã,' & lingua balborum feſtinabit loqui
[7]cãdida. [8]Sordidus' nõ dicetur ampli⁹ liberalis, ne
que[9]parcus' magnificus. Quia[10]ſordidus ſordida'
loquitur, & cor eius vanitatẽ cõcinnat, [11]vt ſimu
late agat, & vt loquatur contra Dominũ errorẽ,
animã eſurientem exhauriendo, & potũ ſitienti
ſubtrahendo. Equidẽ [12]parci arma peſſima ſunt,'
ſcelerata init cõſilia vt circũueniat ſimplices ver
bis mẽdacibus, &[13]tum etiã quum pauperi ius di
cit.' Liberalis autẽ liberalia cõſultat, pérq; libera
lia facta[14]clar⁹ ſurgit.' ¶[15]Mulieres opulentæ [at
que otio deditæ,] ſurgite, audite vocẽ meã, auſcul
tate ſermõi meo filiæ cõfidẽtes. [16]Dieb⁹ [aliquot]
ſupra annũ, [17]turbabimini ô [18]ſecuræ.' quia deficiet
vindemia, [19]collectio [fructuũ] vacu⁹ redibit.' Obſtu

¶7 ſiue capaciorẽ, vt ſcilicet numerũ ingẽtẽ Aſſyriorũ occidẽdorũ capere poſſet. ¶8 [in] pyra ei⁹ eſt &c. .i. magnus eſt ignis, vt in quo ſunt multa ligna. ¶10 flatus Domini vt eſt torrẽs ſulphuris ſuccẽdẽs illã. ſub. pyrã. Similitudo, Deus ſuccendit flatu ſuo eã pyrã vt ignis iniecto ſulphure ardet & alitur.

XXXI.

¶1 q valde multi ſint. Taxat Iſraelitas ponentes ſuã fiduciã in hoib⁹ poti⁹, q̃ in Deo: quod fecerũt tẽpore Oſee regis Iſrael. 4. Reg. 17. ¶2 Reſpicere ad aliquẽ, ꝓ in eo ſpem noſtram collocare. ſolemus eni oculos cõijcere in eũ à quo auxiliũ ſperam⁹. ¶3 vl, ob id adducet calamitatem. ¶4 faciet irrita .i. vaticinia ſuorũ prophetarũ non reuocabit. ¶5 vl, iniquitatẽ. i. Aegyptios perdet q conabunt ferre ſuppetias Iſraeli iniquo ob alienũ auxilium. ¶6 Nã viri Aegypij ſunt homines. ¶7 .i. nõ immortales.

¶8 vl, ob id Domin⁹ extẽdet manũ ſuã, & ¶9 Heb. cõtra quẽ cõuocatus cœtus paſtorũ, ob quorũ clamorẽ nihil cõmouetur, neq; ob tumultũ eorũ humiliatur. i. nihilo redditur mitior. ¶10 ſub. cõtra Aſſyrios. ¶11 .i. vt aues illæ quæ magna cura tutãtur pullos ſuos volatu. Suprà cap. 10, rex Aſſyri⁹ minatur nidos cũ auib⁹ ſe perditurũ: nũc Domin⁹ promittit ſe defenſurũ ſuos vt auis ſolet nidũ ſuũ. ¶12 [ad eum] cõtra quẽ [quidã veſtrũ] machinati ſunt rebellionẽ. ¶13 in peccatũ. i. vt in eũ peccaretis. ¶14 .i. ab exerto enſe angeli. ¶15 vl, iuuenes eius in liquefactionẽ erũt. i. animis deſtituẽtur. ¶16 [Ad] arcẽ ſuã. i. Sennacherib & principes ei⁹ fugiẽt in Aſſyriã quaſi vexillo cõſpecto. ¶17 vexillo, ¶18 vl, qui eſt [vt] ignis ei in Siõ. i. qui hoſtes ſuos igne ꝑdet. Hoc dicit, ꝙ igni erat ꝑditur⁹ Aſſyrios. ¶19 fornax XXXII. ¶1 ad iuſtitiã. ſub. faciẽdã. De fœlicitate regni Ezechiæ loquit̃, qui typ⁹ erat Christi. Christiani hoc caput de Christo intelligũt. ¶2 vl, ad faciẽdũ iudiciũ præerũt. ſub. populis. ¶3 Heb. in terra ſitiẽti. ¶4 occludẽt ſe. aut. obſcurabũtur ¶5 .i. eorũ qui videre debẽt: nimirũ piorũ. ¶6 ad cognoſcẽdũ. i. dabit operã vt intelligat verbũ Dei, q erit leui iudicio. ¶7 facũda. nitida. i. elegãtia. Facũdi reddẽtur qui inepti fuerint ad prędicationẽ. ¶8 vl Auar⁹. aut Stolid⁹. ac ſi dicat, Tẽpore Christi, veritati loc⁹ erit, nõ adulationi: nõ laudabit̃ auar⁹. ¶9 vl, tenax ¶10 auar⁹ ſtultitiã ¶11 vt impietatẽ [vl iniuriã] faciat. Cogitat auar⁹ quo pacto aſſequi poſſit iure vel iniuria id quod appetierit: dicẽs Deũ de his nõ curare. ¶12 auari mẽſuræ ſũt malæ. ¶13 loquẽdo cõtra pauperẽ i iudicio. ¶14 euehitur. i. magnas dignitates aſſequi ſolet. Hacten⁹ de Christo & beneficijs quę fideles erãt accepturi per eũ. Sequẽtib⁹ prædicit calamitatẽ earũ vrbiũ quæ in Christũ non crediderint. ¶15 Nomine mulierũ, vrbes maiores alloquitur. ¶16 Heb. Anno poſt annũ. i. multis ãnis ſe cõſequẽtib⁹. ¶17 agitabitis [cõmouebitis] vos ipſas. aut iraſcemini. Iræ materiã habebitis. ¶18 ſperãtes. ſub. in delicijs. ¶19 Heb. cõgregatio nõ veniet. i. collectio fructuũ, ſiue meſſis nõ fiet.

¶ 10 iraſcimini [vl, dolete] fidẽtes [opib⁹.] exuite vos & nudate, accingite vos ſaccis ſuper renes. ¶ 11 ob huberæ. q.d. lugebunt mariti cũ viderint penuria alimenti vxores ſuas carere lacte ad infantes lactãdos. ¶ 12 vl, Ob tellurem. ſub. lugebũt. ¶ 13 vl, aſcendet. Aut, ſpinas & vepres pferet. ¶ 14 ſed etiã ob omnes domos gaudij, [& ob] vrbẽ lætã. q.d. non ſolũ ob ſterilitatẽ agrorũ lugebunt, ſed etiã ob ſortẽ vrbis Ieruſalẽ quõdam fœlicis & hilariter viuẽtis, tũc autẽ lugẽtis. ¶ 15 derelicta, ¶ 16 Heb. turba vrbis deſerta. i. tumultus vrbis nõ audietur. ¶ 17 Heb. vſq; in ſeculũ. i. longo tempore. ¶ 18 lætitia. q.d. onagri illi pſcentur: qa deſerta erũt oia. ¶ 19. i. Donec Chriſtus

peſcite & opulentæ ſæ otioſæ,[10] immineti[confidẽtibus & ſecuris turbare, expoliare, nudare & accingi lũbos.] Plãgentes [11] ad vbera propter arua deſyderabilia, & propter frugiferã vitẽ. [12] Super tellurem populi mei ſpina & vepris [13] excreſcet:[14] quia in omnib⁹ domibus lætitia[eſt,] & in vrbib⁹ petulãs exultatio. Quia palatia [15] diſiecta, & [16] vrbes frequẽtiſſimæ deſertæ erunt: turres & propugnacula in ſpeluncas redigẽtur [17] perpetuas, in onagrorũ [18] luxum, in paſcua gregum. [19] Donec effundat ſuper nos Spirit⁹ è ſupernis, & redigatur deſertũ in agrũ cultũ, & ager cultus ſylua reputetur. Et habitet iudiciũ in [10] deſerto, & iuſtitia in cãpo fertili ſedeat. Et erit opus iuſtitiæ pax, & [11] cultus iuſtitiæ trãquillitas atq; ſecuritas in perpetuũ. Et ſedebit popul⁹ meus in habitatione pacis, & in tabernaculis ſecuris, & in mãſionibus [12] opulẽtiſſimis. Et grãdinabit [13] in deſcendẽdo in ſyluã, & in humili humilis erit [14] ciuitas. O vos fœlices, q ad [15] omnes aquas ſeretis, [16] īmittẽtes pedẽ bouis & aſini. CAP. XXXIII.

VAE [1] vaſtanti, & tu non es vaſtatus: & præuaricanti, quum in te nõ ſit præuaricatũ: quũ [2] vaſtare deſieris, vaſtaberis & tu: & quũ præuaricari ceſſaueris, præuaricabuntur in te quoque. Domine miſerere noſtri, [3] te enim expectauim⁹, eſto [4] brachiũ eorũ [5] qui mane [ſad te currũt,] quin ſit ſalus noſtra in tẽpore anguſtiarum. A [6] voce fremit⁹ [tui] fugerũt populi, [7] ab exaltatione tua [8] diſſipatæ ſunt gentes. Et [9] colligetur præda veſtra, [10] vt ſi quis bruchos colligat, [11] vt eſt diſcurſus locuſtarũ in eo[loco] quo diſcurrunt. [12] Exaltatus eſt Dominus, quoniã habitat in excelſo, [13] impleuit Sion iudicio & iuſtitia. Et erit [14] fides tẽporibus tuis, [15] fortitudo, ſalutes, ſapiẽtia & ſciẽtia, timor Domini ipſe theſaurus ei⁹. ¶ Ecce, nuntii [16] eorũ foris [17] clamãt, & legati pacis amare [18] flẽt. Deſolatæ ſunt ſemitæ, ceſſat viator, [19] irritũ fecit fœdus, [20] ſpreuit ciuitates, [21] nulli⁹ reputat homines. [22] Luxit vaſtata terra, [23] pudefactus eſt Libanus ſucciſus: [24] Sarõ facta eſt deſerto ſimilis, [25] excuſſus eſt Baſan & Carmel⁹. [26] Nũc igitur exurgã dicit Domin⁹, [26] nũc [27] exaltabor, nũc ſublimis ero. [28] Cõcipietis qſquilias, [&] ſtipulas parietis: ſpiritu⁹ veſter [erit] ignis, [qui] deuorabit vos. [29] Et reddẽtur populi exuſti ſicut calx, & ſicut ſpinæ re-

lentæ, cõturbamini cõfidentes: exuite vos, & cõfundimini, accingite lumbos veſtros. Super hubera plangite, ſuper regione deſyderabili, ſuper vinea fertili. Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt, tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpelũcas vſq; in æternum, gaudium onagrorum, paſcua gregum. Donec effundatur ſuper nos Spirit⁹ de excelſo: & erit deſertum in charmel, & charmel in ſaltũ reputabitur. Et habitabit in ſolitudine iudiciũ, & iuſtitia in charmel ſedebit. Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autem in deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.

CAP. XXXIII.

VAE qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernẽris? cum conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cũ fatigatus deſieris contemnere, contemnẽris. Domine, miſerere noſtri: te enim expectauim⁹, eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tẽpore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua diſperſæ ſunt gentes. Et cõgregabuntur ſpolia veſtra ſicut colligitur bruchus, velut cum foſſæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus eſt Dominus, quoniã habitauit in excelſo: impleuit Siõ iudicio & iuſtitia. Et erit fides in temporibus [a] tuis: diuitiæ ſalutis ſapientia & ſciẽtia: timor Domini ipſe eſt theſaurus eius. ¶ Ecce, videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebũt. Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit trãſiens per ſemitam, irritum factum eſt pactũ, proiecit ciuitates, nõ reputauit homines. Luxit, & elãguit terra: cõfuſus eſt Liban⁹, & obſurduit: & factus eſt Saron ſicut deſertũ: & cõcuſſa eſt Baſan, & Carmelus. Nunc conſurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc [b] ſublimabor. Cõcipietis ardorem, & parietis ſtipulam: ſpirit⁹ veſter vt ignis vorabit vos. Et erũt populi quaſi de incendio cinis: ſpinæ cõgregatæ igni cõburentur.

¶ [a] ſpinæ
B
I. te. f.
Regnũ Chriſti deſcribit, regnũ ſummæ pacis & ſecuritatis.
Eſaias pphetat aduerſus Sẽnacherib.
Orat Dei auxiliũ ppheta.
Aſſyrij vaſtandi.
Exaltatũ Deũ prædicat, pdicẽs regnũ Chriſti.
B ¶ [a] tuis
Calamitatẽ Iſraelis prædicit & liberationem.
¶ [b] ſubleuabor.

mittat ſuperne Spiritũ ſanctũ. v⁹. donec fauor Dei effundat. q.d. tẽpore Chriſti oia mutabũtur: & mẽtes pri⁹ infœcũdæ & ſteriles, hoc eſt donis Spirit⁹ ſancti vacuæ, fœcũdæ reddẽtur. ¶ 10. i. in anima illa quæ pri⁹ erat vt deſertũ, nullũ fructũ proferẽs. ¶ 11 effectus. i. iuſtitia illa quæ eſt per fidẽ, pariet fidelib⁹ pacem, tranquillitatẽ, & ſecuritatẽ, quæ erit in mẽtibus hominũ. ¶ 12 vl, trãquillis. ¶ 13 grandinem ſuper ſyluam. ſub. infrugiferã. i. in animos infidelium immittet oia quæ noxia ſunt. ¶ 14. i. eccleſia fideliũ. q.d. neq; ob id efferetur. ſuperbiorve reddetur eccleſia fideliũ. ¶ 15. in omni loco aquoſo. Abũdãtia bonorũ tẽporaliũ pmittitur, per quæ ſpiritualia intelligũtur. ¶ 16 ſub. in ſegetes ipſas. Immittere pedẽ bouis, eſt abigere & deducere vt paſcat. Tãta erit copia ſegetũ vt immiſſuri ſint iumẽta in eas. XXXIII. ¶ 1 prædãti, & tu quidem nõ es paſſus prædationem. Hoc caput poteſt intelligi de Aſſyrijs, quos Dominus deleuit opera angeli: vel de Satana victo à Chriſto. ¶ 2 prædari deſieris, præda eris & tu: ¶ 3. i. in te ſpem noſtrã poſuimus. ¶ 4. i. robur. defende nos. ¶ 5 Heb. ſingulo mane. i. ſingulis diebus. ¶ 6. i. ob ſtrepitũ angeli deſcẽdentis è cælo ¶ 7. i. propter gloriã tuã, aut, ob ſublimem tuã potẽtiã. Præterita ſunt pro futuris. ¶ 8 vl, diſperſæ ¶ 9 ſub. ab Iſraelitis. ¶ 10 Heb. collectione locuſtarũ. ¶ 11 Heb. iuxta greſſum locuſtarũ gradietur [ſub. angelus Do.] per illũ ſub. exercitũ Aſſyriorũ: eos vaſtãdo vt locuſtæ ſegetes. Per greſſum locuſtarũ intelligit cõtinuũ: q illæ indeſinẽter ſaliitent vorãdo, & arrodẽdo ſegetes. Vel eũ greſſum qui caret omni metu. ¶ 12 vl, Tũ exaltabitur ¶ 13 vl tum implebit. i. replebit eccleſiã æquitate & fide in Deũ: aut replebit hominib⁹ iuſtis. ¶ 14 vl, ſtabilitas temporis tui, ſiue fœlicitatis tuæ. i. perſeuerabis i fœlicitate. ¶ 15 [&] robur ſalutũ. i. ſucceſſuũ tuorũ erit ſapiẽtia, acſi dicat, Iſrael oia fœlicia experietur, ſi dederit operã ſapientię & cognitioni diuinarũ rerũ, quæ timorẽ Domini ſequitur. ¶ 16 ſcilicet Iſraelitarũ. Hæc pertinẽt ad oſtendendũ magnitudinẽ victoriæ quã de Aſſyrijs reportauit Dominus: acſi dicat. Mittẽt Iſraelitæ legatos ad Aſſyrios pacis cõponendæ cauſa: & qui miſſi fuerint, quũ viderint ſe rediſſe re infecta, in ipſa via extra Ieruſalem flebũt. ¶ 17 lugebunt, ¶ 18 flebunt. Deſolabuntur viæ regiæ, ceſſabit tranſiens per ſemitã. Cum, inquit, Ieruſalem cincta erit obſidione Aſſyriorũ, nemo conſpicietur in vijs ducentibus Ieruſalem. tunc ad tempus deſeret Deus Iſraelitas irrito facto fœdere inito cum illis. ¶ 19 Præterita pro futuris. ¶ 20 Heb. abiicietſ[a] ſe[e] ¶ 21 non reputabit. i. floccipendet: nã ſinet multos perire. ¶ 22 Excindetur & infirmabitur ¶ 23 Heb. erubeſcet Liban⁹ [&] excindet. i. ſuis cedris ſpoliabit. ¶ 24 erit planities ipſa. i. planities agri ferax, erit &c. ¶ 25 decutiet. ſub. fruct⁹ ſuos. ¶ 26 vl, Mox. i. iam. Alloquitur Gentes Deus. ¶ 27 vl, exaltabo meipſum & eleuabo. i. oſtendã meam potentiam. ¶ 28 Conceptio, eſt deliberatio. Partus: eſt exequutio operis. Vanæ, inquit, erunt ſpes veſtræ, & conatus veſtri irriti. Spiritu, ſiue conſilio veſtro peribitis. ¶ 29 Heb. Erũtque populi [vt] incendia calcis. i. ſimiles lapidibus qui excoquuntur vt fiat calx.

Suā potentiā oib⁹ notā eſſe vult Deus.

Audite qui lōgè eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinē meam. Conterriti ſunt in Siō peccatores, poſſedit tremor hypocritas: Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? C ¶Qui ambulat in iuſtitijs & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit man⁹ ſuas ab omni munere, qui obthurat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum. Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Regem in decōre ſuo videbunt oculi eius, cernēt terram dèlonge. Cor tuum meditabitur timorem: ¶Vbi eſt literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? Populū impudentem non videbis, populum alti ſermonis: ita vt non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapiētia. ¶Reſpice Sion ciuitatē ſolennitatis noſtræ: oculi tui videbūt Ieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquā tranſferri poterit: nec auferentur claui eius in ſempiternū, & omnes funiculi eius nō rumpētur: quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter: locus fluuiorum riui latiſſimi, & patentes: non tranſibit per eum nauis remigum, neque trieris magna tranſgredietur eum. Dominus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Domin⁹ rex noſter: ipſe ſaluabit nos. Laxati ſūt funiculi tui, ſed non præualebunt: ſic erit malus tuus, vt dilatare ſignum non queas. Tūc diuidentur ſpolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. Nec dicet vicinus, Elangui. populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Pſal. 14. a.

¶ veritates,

1. Cor. 1. c.

Ieruſalē pro texit Deus, D ne à Sēnacherib vaſtaret.

In eccl'ia, peccati remiſſio

CAP. XXXIIII.

Accedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. Quia indignatio Domini ſuper omnes Gētes, & furor ſuper vniuerſam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occiſionem. Interfecti eorum proijciētur, & de cadaueribus eorū aſcendet fœtor: tabeſcent mōtes à ſanguine eorū. Et tabeſcet omnis militia cælorū, & cōplicabuntur ſicut liber cæli: & omnis militia eorū defluet ſicut defluit foliū de vinea & de ficu. Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius meus: ecce ſuper Idumæā deſcendet, & ſuper populū interfectionis meæ ad iudiciū. Gladius D Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorū & hircorum, & de ſanguine medullatorum arietūs: victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom.

Afflictio Gētilitu oim, & maxime Idumæorū à Nabuchodonoſor, q tranſitū Iſraelitis negarunt cū redirēt ex Ægypto.

¶ militiam

ciſæ igne exurētur. Audite qui lōge abeſtis quid [10]fecerim, & vicini agnoſcite potētiā meam. Metuūt in Sion peccatores, tenet tremor [11]hypocritas: Quis ex nobis [inquiunt] habitabit [12]cum igne deuorante? quis noſtrū habitabit cū ardorib⁹ æternis? Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur quæ recta ſunt: qui [13]abhorret ab emolumēto quod per vim & calumniam [extorquetur,] excutiens man⁹ ſuas ne munus cōtrectēt: qui aurē ſuam obthurat ne audiat [14]ſanguines: & oculos ſuos comprimit, ne intueatur malum. Hic in excelſis habitabit, propugnacula petrarū [15]aſylum ei⁹, huic panis & aquæ [16]fideles dabuntur. [17] Regē in decore ſuo videbunt oculi tui, [18]videbūt terrā lōginquarum [regionū.] Cor tuum meditabitur [19]terrorē. Vbinam [40]ſcriba? vbi [41]appēſor? vbi ſcriba [42] turrium? Populū illum [43]barbarū non videbis, [44]nec populū abſtruſi ſermonis, quē non poſſis intelligere: aut balbutienti lingua, quē non poſſis capere. ¶Cōtēplare [45] Zionem vrbē ſolēnitatum noſtrarum, videant oculi tui [46]Ieruſalē, habitationem [47]opulentā, tētorium quod nō trāſfieretur [alio], cui⁹ [48]claui in perpetuū loco nō mouebūtur, cui⁹ funes vniuerſi nūquā [49]euellētur. [50]Quin potius iſthic magnificus Domin⁹ nobis, [[51]velut iſ] locus vbi [circūfluunt] ampliſſimis vtrinque ripis flumina & riui, in quib⁹ neque [52]triremis graſſatur, neque ea [53]oneraria nauis magna trāſit. Domin⁹ enim [54]iudex noſter, Domin⁹ legiſlator noſter, Domin⁹ rex noſter, ipſe ſeruabit nos. Rudētes tui [55]laxati ſunt, vt nec malum ſuum firmiter retinere, nec velum expādere poſſint. tum [56]diſtributa ſunt ornamenta prædæ ingentis, vt & [57]claudi diripiāt ſpoliū. Nec dicet vllus habitator, [58]Ægrot⁹ ſum: populo qui habitat in ea, remiſſa eſt iniquitas.

CAP. XXXIIII.

Adeſte gētes ad audiendū, & populi ad aduertēdū: audiat tellus, & quidqd in ea eſt, orbis & oia germina ei⁹. Quia ira Domini [ſerit] ſuper oēs gentes, & furor ſuper omnem exercitū earū: [3]deuouit eas, & tradidit eas mactatiōi, ita vt interfecti earū [4]abijciātur, & ex cadauerib⁹ earū aſcēdat fœtor eorū, [5]cruorēque eorū montes colliqueſcāt. [6]Cōtabeſcet quoque ois exercit⁹ cælorum, & cōuoluētur cæli vt codex, [7] & omnis exercitus eorū [8]defluet, vt defluūt folia vitis & ficus. Quia [9]inebriatus eſt in cælis gladius me⁹, ecce deſcendet ſuper Edom, & ſuper populū [10]quem vltioni meæ deuoui. [11] Gladius Domini implet⁹ eſt ſanguine, & pīguis eſt adipe & ſanguine agnorū & hircorū, adipe renū arietū, quia [12]victima Domi[ni eſt] in Bozra, & mactatio magna in terra Edō.

¶10 Præteritū pro futuro, facturus ſum. ¶11 impios. qui ſcilicet non poſuerunt ſpem ſuam in Deo. ¶12 i. quis pugnabit pro nobis cōtra hunc exercitū Aſſyriorum qui vt ignis, oia deuorat & perdit? ¶13 Hebr. qui ſpernit opes oppreſſionum. ¶14 vſ, cædes. i. hoies iprobos loquētes de cæde patranda. ¶15 vſ perfugium ¶16 ſtabiles. i. quę nūquā deficient. q.d. liberabit ab obſidione, & tut⁹ erit ab hoſtib⁹ non minus quàm ſi in rupibus habitaret: ſuppeditabitque illi De⁹ cibū & potum. ¶17 ſub. Ezechiā. Alij Meſſiam intelligūt ¶18 Obſidione ſoluta, inquit, non ſolū tibi licebit vrbe egredi, ſed etiā peregre proficiſci. vſ, Oculi tui q viderūt regem terræ diſtātiarum. i. longinquæ, hoc eſt Aſſyriorū, videbunt regē tuū in ſolio ſuo. ¶19. i. res quæ

incutiunt timorē. q.d. Ante illa tēpora, ante cladem Aſſyriorū patieris multa, totus eris in cogitatione earū rerum quę metū hominib⁹ incutere ſolent, vt ſunt tributa: interim angēris, & dices apud te, Vbi &c. ¶40 Scribā vocat eū qui in tabulis ſcribebat noia eorū qui tributo erāt obnoxij. ¶41. i. is cui ad pondus numerari ſolent tributa. Tū, inquis, putabis ſemper adeſſe publicanū qui à te tributū exigat. ¶42 ædiū magnificarū? Vbi, ait, ſcriba qui recēſſet ædes turribus ornatas vt ab ijs maiora exigat tributa? ¶43 fortem. i. Aſſyriū multas copias ſecū trahētē. ¶44 Heb. populū inquā profundū ſermone ab intelligendo. i. cui⁹ ſermo eſt obſcurior quā vt intelligatur. ¶45 vſ ô Sion. Omnium oculos in Sion intentos facit, vt opus Dei cōtemplantes, cōfirmatiores hoc exemplo facti, ſoli Deo hæreant. ¶46 vſ, in Ieruſalē ¶47 tranquilli, ¶48 vſ, paxilli, ad quos religātur funes tētoriorū. ¶49 vſ, frangētur. ¶50 Nā certe ibi fortis erit. i. in Ieruſalem fortē ſe oſtendet. ¶51 Heb. [&] loco fluuiorū [&] amniū latorū locis. i. latiſſimorū. q.d. erit nobis vice loci cincti fluminib⁹ nō nauigabilib⁹, & ob id tutiorib⁹. ¶52 Heb. nauis remi. i. quæ remis agitur, hoc eſt parua. ¶53 Heb. nauis fortis. vſ, ingens ¶54 vſ, vindex ¶55 deſerentur. ſub. à nautis, vt in re deſperata. Quia incidit ſuprà in nauis mētionē, cōparat hic exercitū Aſſyriorū naui quę naufragiū vitare nequit. ¶56 vel per futurū, diuidet prędam [&] ſpoliū multū. Aut, prędæ ſpoliorū multæ. ¶57. q.d. tāta erit præda vt nō ſolū agiles & leues ſint egreſſuri Ieruſalē, vt præda potiātur: ſed etiā claudi. ¶58 ſub. ob afflictiones. XXXIIII. ¶1 Heb. præbete vos attentos. ¶2 vſ, Domino. i. irat⁹ eſt Domin⁹. ¶3 interficiet eas, & dedet eas nec. i. ¶4 ſub. canibus. ¶5 vſ, præque earū cruore ¶6 Hyperbole. Videbitur quaſi cælū perire: tanta erit afflictio eorū tēporū, vt ſibi videātur homines videre cælos qui extēſi ſunt, cōplicari & ſe cōtrahere, & ſtellas ipſas è cælo decidere. ¶7 Exaggeratio ¶8 decidet, vt decidere ſolent folia è vite, & è ficu. ¶9 ſub. ſanguine. i. decreui in cælo meo, ſiue apud me perdere Idumæos. ¶10 Heb. interfectionis meæ in iudicium. i. quē interfecturus ſum vt iuſtitiā exerceam in eos. ¶11. i. Dominus ſumet pœnas de Idumæis, & illos ſuo gladio tranſfodiet. Agni, plebē ſignificant: Hirci, duces & principes: Arietes, Magiſtratus & ditiores. ¶12 Victima ſiue ſacrificium pro cæde & ſtrage: quia ſacrificium non fit ſine cæde. ac ſi dicat, Cædem facturus eſt in Boſra vrbe primaria Idumææ.

Et[13] deſcendent' vnicornes cum eis, &[14] tauri cum magnificis,' & rigabitur terra eorū ſanguine, & puluis eorū [15] adipe' impinguabit. Nā dies eſt vltionis Domino, ānus repēſionū[16] ad iudiciū' Ziō. Et conuertentur torrentes eius in picē, & puluis eius in ſulphur, & erit terra eius[17] pix ardēs.' Neque noctu, neque interdiu'[18] extinguetur, in æternū[19] aſcendet' fumus eius, à generatione ad generationē vaſtabitur, in perēnē æternitatē nō erit qui per eā transeat. Quin poſſidebūt eā'[20] ibis & caſtor, bubo' & coruus habitabūt in ea: &[21] extendet ſuper eā [22] regulā inanitatis, &[23] lapides vacuitatis.[24] Ingenuos eius vocabunt, & nō erit ibi regnum,' & omnes principes eius in nihilum erūt redacti. Succreſcent in palatijs eius ſpinæ, vrtica, &[25] carduus' in munitionib⁹ ei⁹, eritq; habitaculū draconum, & atrium pullorū ſtruthionū. Occurrēt[26] ſpirit⁹ horrēdi' cū vlulis, & ſatyrus ad cōparem ſuū clamabit: quin &[27] lamia iſthic[28] requiem ſibi quæret, & inueniet ſibi requiē. Ibi nidificabit[29] vultur' atq; pariet: [30] in vmbra ipſi⁹ fouebit oua, & exculpet: milui quoq; ibidē cōgregabūtur, quiſq; cū ſodali ſuo. Sciſcitamini ex libro Domini, &[31] legite,' vnū ex his nō deerit, neq; vllum cum ſodali ſuo deſyderabitur, quia[32] os ei⁹ præcepit, &[33] ſpiritus eius congregauit ea. [34] Ipſe proiecit eis ſortes, & manus eius distribuit eis funiculo, vſque in ſæculum hæreditate poſſidebūt eam, à generatione in generationem habitabūt in ea.

C A P. X X X V.

LÆtabunt deſertum & ſolitudo, arida quoque terra exultabit, & florebit vt[1] liliū.[2] Florebit amœniſſime, exultabit magis ac magis, atq; iubilabit, gloria Libani dabit ei,[3] ſplēdor Carmeli & Sarō.[4] Hi videbūt' gloriā Domini,[5] maieſtatē[6] Dei noſtri. Corroborate man⁹ lāguidas, & genua labātia cōfirmate. Dicite'[7] pcipitibus corde,[8] Fortes eſtote, ne timeatis, ecce De⁹ veſter[cū] [9] vindicta & retributiōe veniet, Deus ipſe veniet &[10] ſeruabit' vos. Tūc aperiētur oculi cæcorū, & aures ſurdorū reſerabūtur. Tūc[11] ſaliet' claud⁹ tāquā ceru⁹, &[12] iubilabit lingua muti: quia[13] excindētur' aquæ in deſerto, & torrētes in terra arida. Redigetūrq;[14] torrida terra' i ſtagnū, & terra ſiticuloſa i ſcaturiginē aquarū:[15] in eo domicilio vbi dracones cubabāt, erit herba virēs calami & iūci.[16] Iſthic' quoq; erit'[17] ſemita' & via, & vocabit via ſancta, pollutus nō trāſibit per eā. &[18] ipſe cū eis incedēs in via, vt ſtulti nō poſſint errare.' Nō erit'[19] iſthic' leo,[20] neque irruptio ferarū' aſcendet in eā, nec inuenietur, ſed redēpti [in ea] proficiſcentur.[21] Redempti [nempe] Domini redibunt, & venient cum iubilo in Zion, &[22] gaudiū perpetuum [erit] ſuper caput eorū:[23] lætitia & gaudiū apprehēdētur,' fugientque[24] labor' & gemitus.

C A P. X X X V I.

FActū eſt autē quartodecimo anno regis Ezechiæ, vt Senaherib rex Aſſyriorū aſcenderet contra omnes vrbes Iuda munitas, & expugnaret eas. Miſit ergo rex Aſſyrius Rabſacē à Lachis Hieroſolymā cōtra Ezechiā regē cū exercitu gra

Et deſcendent vnicornes cum eis, & tauri cum potētibus: inebriabitur terra eorum ſanguine, & humus eorum adipe pinguium: [quia dies vltionis Domini, annus retributionū iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus eius: à generatione in generationem deſolabitur, in ſecula ſeculorum non erit tranſiens per eam. Et poſſidebunt illam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculū in deſolationem. Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabūt, & omnes principes eius erūt in nihilum. Et orientur in domibus eius ſpinæ & vrticæ, & paliur⁹ in munitionib⁹ eius: & erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum. Et occurrent dæmonia, onocētaurus, & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuēnit ſibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra ei⁹: illuc congregati ſunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnū ex eis nō defuit, alter alterū non quæſiuit. quia quod ex ore meo pcedit, ille mādauit, & ſpiritus eius ipſe cōgregauit ea. Et ipſe miſit eis ſortē, & manus eius diuiſit eam illis in menſuram: vſque in æternū poſſidebūt eā, in generatione & generationē habitabunt in ea.

I.63.a. — C — D

C A P. X X X V.

LÆtabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi liliū. Germinans germinabit, & exultabit lætabūda & laudās. gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron: ipſi videbunt gloriam Domini, & decōrem Dei noſtri. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. [c] Dicite, Puſillanimes cōfortamini, & nolite timere. ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. [Tunc aperiētur oculi cæcorū, & aures ſurdorū patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida, erit in ſtagnū, & ſitiēs in fontes aquarū. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: nō trāſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redēpti à Domino, cōuertētur, & veniēt in Sion cum laude: & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudiū & lætitiam obtinebūt, & fugiet dolor & gemitus.

Lætitia & cōſolatio pmittitur credētibus in Chriſtum.

B

[c] Dicite puſillanimis. Confortamini,

Signa aduentus Chriſti, matth.11.c.

C

Chriſtus, via ad patrem.

D

C A P. X X X V I.

ET factū eſt: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, aſcēdit Sennacherib rex Aſſyriorū ſup omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et miſit rex Aſſyriorū Rabſacen de Lachis in Ieruſalē, ad regē Ezechiā in manu graui, & ſtetit in aquæ

Quia frequēter meminit liberationis Ieruſalem, proſequitur hiſtoriam: vt oſtendat vera fuiſſe ſua vaticinia. 4. reg.18.c.1. paral.32.a.

¶13 ſub. in ſepulchrū. i. occumbent. ¶14 iuuenci cū fortibus. i. tauris. ¶15 ſub. interfectorū. ¶16 & rixæ cū Siō. i. eorū qui cōtenderint cū Siō. ¶17. i. Regio Idumæorū tā ſicca reddetur vt ignē facile concipere poſſit poti⁹ quā ſemē: nō aliter q̄ iā ſulphur aut pix ardēs. ¶18 ſub. ardor ille ¶19. i. excitabit ¶20 pelican⁹, & teſtudo, & noctua. ¶21 ſub. architect⁹ ¶22 lineā q. d. architecti fruſtra laborabūt illā inſtaurare, & i ea ædes ædificare ¶23 vl. pōdera vanitatis. vel perpendicula. ¶24 Principes eius vocabunt ad ſuſcipiēdū regnū, & nulli erūt illic. ſub. qui poſſint adire regnū. Alij vertūt, Principes clamabūt, nullū eſt ibi regnū. i. nulli ſūt q poſſit illic exercere dignitatē regiā. ¶25 vl. vepres ¶26 beſtiæ ſylueſtres ¶27 vl. ſtrix ¶28 requieſcet ¶29 teſtudo ¶30 Heb. & frāget [oua ſua] vbi fouerit illa in vmbra ſua. .i. ruptis ouis excludet pullos ſuos. ¶31 recēſete. ſub. illa aīalia. q. d. Cū aliquādo euenerit deſolatio Idumææ, requirite ex hac pphetia nū hic poſita & cōmemorata aīalia ſint i ea & degāt. Certiſſimā ex hoc Idumææ deſtructionē fore dicit. ¶32 os ipſum. i. os meū. hoc eſt, qa p̄cipiā ore meo id fieri, & iubebo illa aīalia cōgregari. ¶33. i. flat⁹ oris mei. hoc eſt iuſſu meo cōgregabūtur. ¶34 ſub. Domin⁹. q. d. quaſi ſortib⁹ miſſis, & funiculis adhibitis aſſignabit illis aīalib⁹ Idumeā, vt velut iure hereditario illā poſſideāt. X X X V. ¶1 roſa. ¶2 Heb. Florēdo florebit. i. multos flores edet ſolitudo. ¶3 decor agri feracis & planitiei pinguis. q. d. Terra ſancta āte Chriſtū erit vt deſertū ſterilis: at poſt Chriſtū natū edet bona opa tā odorata quā roſa: tūc poterit certare pulchritudine cū Libano, & fertilitate cū quouis agro fertili. ¶4 ſcilicet fideles ¶5. i. Chriſtū ¶6. i. Chriſti q eſt De⁹ noſter. ¶7. i. leui & incōſtiti aīo pditis. ¶8 vl, Eſtote bono aīo. ¶9. i. quū venerit, de ipſis ſumet pœnas, quas cōtra illos decreuerit. ¶10 vl. liberabit ¶11 præ lætitia ſcilicet ¶12. i. muto reſtituet ſermo à Chriſto, & laudabit Deū. ¶13 ſcindēt ſe. erūpēt. i. qa tū affatim pdicabit Euāgeliū in ſynagoga. Aut, qa tū terra erit plena donis Sp̄ūs ſancti. ¶14 vl. loc⁹ caloris⁹ arid⁹ ¶15 Heb. in habitaculo draconū & accubitu eorū erit loc⁹ cānę & iunci. q. d. loca prius arida, erūt humida. iūci enim & arūdines humida loca amāt. ¶16. i. ā deſerto. ¶17 via regia, ſiue ſtrata. ¶18 Heb & ea erit illis q ambulāt p vias. & ſtulti non errabūt. q. d. tā certa erit via q̄ per Chriſtū ad Deū ducet, vt etiā viarū iperiti errare nō poſſint. Periti itinerū & īperiti eā viā īgreſſi, nō errabūt. ¶19. i. in ea via ¶20 neq; fera ſæua ¶21 ſub. p Chriſtū. ¶22 Lætitiā & gaudiū aſſequētur. ſub. fideles. ¶23 mæſtitia. dolor

ductu piſcinæ ſuperioris in via Agri-fullonis. Et egreſſus eſt ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat ſuper domũ, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cõmẽtarijs. Et dixit ad eos Rabſaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorũ, Quæ eſt iſta fiducia qua cõfidis? aut quo cõſilio vel fortitudine rebellare diſponis? ſup quẽ habes fiduciã, quia receſſiſti à me? Ecce cõfidis ſuper baculum arundineũ confractum iſtum, ſup
B AEgyptum: cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eã: ſic Pharao rex AEgypti omnib⁹ qui cõfidunt in eo. Quòd ſi reſpõderis mihi, In Domino Deo noſtro confidimus: nõnne ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Ieruſalẽ, Corã altari iſto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Aſſyriorũ, & dabo tibi duo millia equorũ, nec poteris ex te præbere aſcenſores eorũ. Et quomodo ſuſtinebis faciẽ iudicis vnius loci ex ſeruis domini mei minorib⁹? Quòd ſi cõfidis in AEgypto, in quadrigis, & in equitibus: & nũc nũquid ſine Domino aſcendi ad terrã iſtã vt diſperderẽ eã? Do-
C minus dixit ad me, Aſcẽde ſuper terrã iſtã, & diſperde eã. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabſacen, Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua: intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi qui eſt ſup murũ. Et dixit ad eos Rabſaces, Nũquid ad dominũ tuũ & ad te, miſit me dominus meus, vt loquerer omnia verba iſta: & nõ potius ad viros qui ſedent in muro, vt comedãt ſtercora ſua, & bibãt vrinã pedũ ſuorũ vobiſcũ? Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit, Audite verba regis magni, regis Aſſyriorum. Hæc dixit rex, Nõ ſeducat vos Ezechias, quia nõ poterit eruere vos. Et non vobis tribuat fiduciã Ezechias ſup Domino, dicens, Eruẽs liberabit nos Domin⁹, non dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorũ. Nolite audire Eze-

Sennacherib probris afficit Deum viuentem.

chiã: hæc enim dicit rex Aſſyriorũ, Facite mecũ
D benedictionẽ, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſq; vineã ſuã, & vnuſquiſque ficũ ſuã: & bibite vnuſquiſq; aquã ciſternę ſuæ, donec veniã & tollã vos ad terrã quæ eſt vt terra veſtra, terrã frumenti & vini, terrã panũ & vinearum. Nec cõturbet vos Ezechias, dicẽs, Dominus liberabit nos. Nũquid liberauerũt dii Gentiũ vnuſquiſq; terrã ſuã de manu regis Aſſyriorũ? Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt deus Sepharuaim? nũquid liberauerũt Samariã de manu mea? Quis eſt ex omnib⁹ dijs terrarũ iſtarũ, qui eruerit terrã ſuã de manu mea, vt eruat Dominus Ieruſalẽ de manu mea? Et ſiluerũt, & nõ reſponderũt ei verbũ. Mãdauerat enim ei rex dicẽs, Ne reſpõdeatis ei. Et ingreſſus eſt Eliacim filius Helciæ qui erat ſuper domũ, & Sobna ſcriba, & Ioahe fili⁹ Aſaph à cõmẽtariis, ad Ezechiã ſciſſis veſtibus, & nunciauerũt ei verba Rabſacis.

Blaſphemia Sennacherib

CAP. XXXVII.

4. Reg. 19. a. Mittit nuntios Ezechias ad Eſaiã ob Sẽnacherib.

ET factũ eſt: cũ audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimẽta ſua, & obuolut⁹ eſt ſacco, & intrauit in domũ Domini. Et miſit Eliacim qui erat ſu-

ni: qui quũ cõſtitiſſet ad cliuũ[1] piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis, egreſſus eſt ad eum Eliacim filius Hilciæ, qui erat præfectus[2] prætorio, & Sobna[3] ſcriba, & Ioah fili⁹ Aſaph[4] à cõmẽtarijs. Dixitq; ad eos Rabſaces, Dicite quæſo Ezechiæ, Sic dixit magn⁹ ille rex, rex Aſſyriorũ, Quæ cõfidẽtia hæc qua tu niteris? Dixi, certe in verbo labiorũ: cõſilio & robore bello gerẽdo[5] opus eſt.] nũc igitur quo tu idẽ fidis, q cõtra me rebellare auſus es? Ecce tu fidis[6] fulcro iſtius fractæ arundinis, [ſcipe] AEgyptio, cui ſiquis innitatur, in manũ ei⁹ penetrat, & eã perforat: talis eſt Pharao rex AEgypti omnibus qui illo nitũtur. Quòd ſi dicas mihi, In Dominũ Deũ noſtrũ[7] ſperam⁹: an nõ is eſt cuius excelſa & aras ſuſtulit Ezechias? & ad Iudã atq; Ieruſalẽ dixit, Corã altari iſto[8] adorabitis. Sed nũc quæſo obſides da domino meo regi Aſſyrio, daboq; ego tibi equorũ duo millia, [9] nũ tu illis equites imponere poteris? Quomodo ergo[10] retundes faciẽ vnius ducis vel minimi[11] inter ſeruos domini mei, [12] vt fidas tu AEgyptijs propter currus & equites? [13] Num vero[14] citra cõſiliũ & iuſſum Domini in hũc locũ, vt eũ vaſtẽ, aſcendi? quin Domin⁹ dixit ad me, Aſcende in hanc terrã & vaſta eam. Tum dixit Eliacim & Sobna, & Ioah ad Rabſacen, Loquere quæſo ad ſeruos tuos Syriacẽ, nam [15] callem⁹ nos: nec loquaris nobiſcũ Iudaice, [16] vt popul⁹ iſte qui in muris eſt audiat. Dixitq; Rabſaces, Nũ ad dominũ tuũ & ad te miſit me her⁹ meus vt hæc verba loquerer? an nõ [potius] ad[17] mi ſeros iſtos qui muris excubãt, [18] quo min⁹ ſtercora ſua edere, & vrinã ſuã nobiſcũ bibere cogant? Perſtabat igitur Rabſaces, ac voce magna clamabat Iudaice, & dicebat, Audite verba regis magni regis Aſſyriorũ. Sic dicit rex, Ne imponat vobis Ezechias, quoniã nõ poterit vos liberare. [19] Nec eſt vt vos Ezechias fidere iubeat Domino, dicẽdo, Indubie liberabit vos Domin⁹, ne tradatur vrbs iſta in poteſtatẽ regis Aſſyriorũ. Nolite audire Ezechiã, nã ſic[20] pollicetur rex Aſſyriorũ, [21] Si hanc apud me gratiã ineatis, vt exeatis ad me, fruetur quiſque vinea ſua, quiſque ficu ſua, & bibet quiſque aquas[22] putei ſui, donec veniã & abducam vos ad terrã quæ veſtræ terræ ſimilis eſt, terrã quæ habet frumentũ & vinũ, terrã quæ habet panem & vineas. Ne forte[23] ſeducat vos Ezechias, dicẽs, Dominus eripiet nos. num liberarũt dij gẽtiũ quiſque terrã ſuã de manu regis Aſſyriorum? Vbi eſt Deus Hamath & Arphad? Vbi Deus Sepharuaim, [24] & quod aſſererent Samariã de manu mea? Aut quis eſt ex omnib⁹ dijs nationũ iſtarũ, qui regionẽ ſuã de manu mea aſſerere potuerit, [25] q Dominus liberaret Ieruſalẽ de manu mea? Tacuerũt[legati.] & ne verbũ quidẽ ei reſpõderũt. præceptũ enim regis erat, qui dixerat, Ne reſpõdeatis. [26] Venit itaque Eliacim filius Hilciæ præfectus prætorio, Sobna ſcriba, & Ioah fili⁹ Aſaph[27] à cõmẽtarijs, ad Ezechiam ſciſſis veſtib⁹, & [28] commemorarũt ei verba Rabſacis.

CAP. XXXVII.

FActum eſt autem, vt rex Ezechias audito[hoc ſermone,] [1] ſcinderet veſtimenta, & operiret ſe ſacco, ingrederetúrque ædem Domini. Miſit interim Eliacim, qui erat præfectus prætorio,

¶1 ad canalem ¶2 dom⁹. vel, regiæ Ezechiæ. Gallice, le grand maiſtre. ¶3 i. q ſtipẽdio regio dabat operã ſacris ex ſcribẽdis & interpretãdis. vel, literatus ille Sobna, & legis perit⁹. ¶4 vel, hiſtoriographus. ¶5 Heb. Puto ſane verbũ labiorũ [eſt fiducia tua: ſed] conſiliũ & robur ad prœliũ [neceſſarium eſt.] Ita, inquit, exiſtimo apud me, te collocare fiduciã in oratione: ſed falleris: nã ad bellũ cõſilio & viribus eſt op⁹, nõ oratione. Verbũ labiorũ, precationem vocat, q oratio non fiat ſine motu labiorũ. Alij, verbũ labiorũ interpretãtur facũdiã. vt dicat, Sane exiſtimo te fiduciã tuã collocare in facũdia: ſed cõſilio & virib⁹ eſt opus ad bellũ gerendum. ¶6 in ſcipione arũdineo fracto. ſiue fragili. ¶7 vel, ſiducia ponimus. ¶8 vel, incuruate vos. Vitio vertit Rabſaces, quod erat laudandũ: ac ſi dicat, Ezechias religionis ergo nõ ſuſtulit excelſa, ſed vt hæc vrbs regia frequẽtaretur. At extructo altari nõ licebat alibi Deo ſacrificare: vnde merito curauit alia altaria euerti Ezechias, in quibus ante conſtructũ tẽplũ ſacrificare licebat. ¶9 Hoc dicto, dicebat Ezechiã carere equitib⁹. ¶10 cõuertes. Cõuertere faciẽ alicui⁹, pro in fugã conuertere. ¶11 ex ſeruis ¶12 & fiſus es. q. d. fortaſſe fidis q De⁹ veſter ſit incitatur⁹ AEgyptios vt vobis ſuppetias ferãt. ſed falleris: nã ipſe eſt vobis irãt⁹, quo authore ſuſcepit hãc expeditionẽ rex Aſſyriæ. ¶13 Nunc autẽ. Præterea, nũ citra &c. ¶14 Heb. ſine Domino. ¶15 He. audim⁹ nos. pro, intelligimus enim. Qui nõ intelligũt, videtur nõ audire. idcirco, audire pro intelligere dicũt Hebræi. ¶16. Heb. in aurib⁹ populi &c. i. audiẽte populo qui &c. ¶17. Heb. homines ¶18. vt edãt prius ſcilicet quàm ſe dedãt. ¶19. Neq; fidere faciat vos ¶20. Heb. dicit ¶21 Facite mecũ benedictionẽ, egredimini ad me, & comedetis quiſq; fructũ vitis ſuæ. i. Percutite mecũ fœdus, & dedite vos: tum licebit vobis libere & ſeruandas ingredi, & rursũ petere vuarũ cauſa & ficuũ. ¶22. Heb. ciſternæ ſuæ. q in Iudæa ſint multæ ciſternæ ad excipiendas aquas pluuias. ¶23 perſuadeat vobis ¶24 nunquid eripuerunt ¶25. i. q dicere poſſis Dominum liberaturum &c. ¶26 Redijt ¶27 Vide principium capitis. ¶28 renuntiauerunt XXXVII. ¶1 rumperet

¶2 propter futuram ſcilicet obſidionem.
¶3 vſ, increpationis.aut accuſationis. quia arguebantur fœderis rupti.
¶4 blaſphemiæ.vſ,conuitij. quia Deus conuitijs lacerabatur.

¶5 Hebr. venerūt enim fœt° vſque ad anguſtias pudendi. Subaudiendū aduerbium ſimilitudinis. Vt mulieres afficiuntur maximis dolorib°, quum fœt° vſque ad os pudēdi peruenit, & non eſt illis vis emittendi: ſic nos maximis angoribus afficimur.
¶6 Fortaſſe audiet ¶7 argueret. ſub. nos perfidiæ & fœderis fracti.
¶8 Hebr. leua .i.ores.
¶9 Heb. poſitu rus ſum in eo ventum: cuius famam vbi audierit &c. Ventum intelligit voluntatem redeundi in patriam. q.d. efficiam vt Sennacherib velit redire in regionem ſuā, audito rumore belli moti contra Aſſyriā à rege Æthiopū. ¶10 ſub. in ipſo itinere. ¶11 receſſiſſet. ¶12 Intellexerat autem
¶13 vſ,cum intellexiſſet inquā, ¶14 vſ.

Sobnam ſcribā,& ſeniores ſacerdotū indutos ſac
cis ad Eſaiam prophetam filium Amoz, qui di-
cerent ad eum,Sic dicit Ezechias,Hæc dies eſt di
es [2]anguſtiæ, [3]correptionis, & [4]irritationis, [5]vt
quum fœtus ad procinctum partus venit, & pa-
rientem vis enitendi deſtituit. [6]Nimirum audi-
uit Domin° Deus tuus verba Rabſacis, quem rex
Aſſyriorum dominus eius miſit vt probra iace-
ret in Deum viuentem,& vt [7]criminaretur ver-
bis q̄ audiuit Domin° De° tu°.Tu ergo [8]ſuſcipias
orationē pro reliquijs quæ adhuc ſupſunt.¶Ve-
nerūt itaq; ſerui regis Ezechiæ ad Eſaiā. Quibus
Eſaias reſpondit, Sic dicetis domino veſtro , Sic
dixit Dominus,Ne timeas propter verba quæ au
diuiſti, quibus me ſerui regis Aſſyrij contume-
lioſe lacerarunt. Ecce ego [9]mittam ventum con-
tra eum,cuius ſonitum protinus vt audierit, re-
uertetur in terram ſuam, quem & ego in terra
ſua gladio proſternam.¶Porrò Rabſaces reuer-
ſus, offendebat regem Aſſyrium oppugnantem
Lobnam: [10]reſciuerat enim q̄ à Lachis [11]ſoluiſ-
ſet. [12]Rumor enim erat de Tharhaca rege Æ-
thiopum,q̄ profectus eſſet ad pugnandum con-
tra eum: [13]quem quum audiſſet, miſit[alios]lega
tos ad Ezechiam cum hiſce mandatis, Sic dice-
tis Ezechiæ regi Iuda, Ne te ſeducat Deus tuus,
in quo tu confidis,ita vt dicas,Ieruſalem nō tra-
detur in poteſtatem Aſſyriorum. tu enim audi-
uiſti quænam fecerint reges Aſſyriorum [14]omni-
bus nationibus, eas excindendo, & tu euaderes?
Num liberarunt dij Gentium eas quas deuaſta-
runt maiores mei [id eſt]Goſam,Haran,Rezeph,
& filios Eden,qui erant in Thalaſſar? Vbi eſt rex
Hamath?rex Arphad?atque rex ciuitatis Sephar-
uaim, Hena & Aua? ¶ [15]Accepit ergo Ezechias
epiſtolam de manu legatorum, & quum legiſ-
ſet eam,aſcendit in ædem Domini,& [16]expandit
eam Ezechias [17]coram Domino. Orauitque Eze-
chias ad Dominum in hunc modū,Domine ex-
ercituum.Deus Iſraelis, [18]qui Cherubim inhabi-
tas, tu ſolus Deus es omnium regnorum terræ,
tu enim feciſti cælum & terram, Inclina Domi-
ne aurem tuam,& auſculta:aperi Domine ocu-
los tuos,& inſpice,& audi cuncta verba Senahe
rib,qui legatione miſſa probra iecit in Deum vi-
uentem. Equidem verum eſſe agnoſco Domine,
q̄ reges Aſſyrij vaſtauerint cunctas Gentes,& re
giones earum.Quodque deos eorum igni tradi-
derint:quandoquidem illi nō erant dij,ſed opus
manuum humanarum è ligno aut lapide, vnde
& perdiderunt eos.Nunc ergo Domine Deus no-
ſter,ſerua nos quæſo de manu eius,vt cognoſcāt
omnia regna terræ te ſolum eſſe Deum.¶Miſit
autem Ieſaias filius Amoz ad Ezechiam[nūtios]
cum huiuſmodi mādato. Sic dicit Domin° Deus
Iſraelis, [19]Ea quæ orando petiuiſti à me ſuper
Senaherib rege [10]Aſſyriorum,[audiui,]& hoc eſt
verbum quod reſpondit Dominus contra eum,
Contempſit te,ac ſubſannauit te [11][ô rex,]virgo
[12]filia Zion,filia Ieruſalem mouit poſt te caput.
Cui vero tu opprobraſti? cui maledixiſti? in quē
[13]edidiſti vocem ? contra quem ſuſtuliſti [14]fa-
ſtum oculorum tuorum?contra Sanctum Iſrae-
lis. [15]miſſis enim legatis tuis contumelias feciſti in Dominum, & dixiſti, Copia equitatus mei, in
[16]iuga montium aſcendi ego, [17]ad latera[videlicet] Libani, & ſuccidi excelſa cedrorum eius,electas

per domū,& Sobnā ſcribam,& ſeniores de ſacer
dotibus opertos ſaccis ad Eſaiā filiū Amos pro-
phetam,& dixerunt ad eum,Hæc dicit rex Eze-
chias,Dies tribulationis,& correptionis,& blaſ-
phemiæ dies hæc : quia venerunt filij vſque ad
partum, & virtus non eſt pariendi. Siquo mo-
do audiat Dominus Deus tuus verba Rabſacis,
quem miſit rex Aſſyriorū dominus ſuus ad blaſ-
phemandum Dominum Deum viuētem, & ex-
probrandum ſermonibus quos audiuit Dominus
Deus tuus: leua ergo orationē pro reliquijs quæ
repertæ ſut.¶Et venerūt ſerui regis Ezechiæ ad
Eſaiam,& dixit ad eos Eſaias,Hæc dicetis domi-
no veſtro,Hæc dicit Dominus,Ne timeas à facie
verborum quæ audiſti, quibus blaſphemauerūt
pueri regis Aſſyriorum me.Ecce,ego dabo ei ſpi
ritum:& audiet nuntium,& reuertetur ad terrā
ſuam, & corruere eum faciam gladio in terra
ſua.¶Reuerſus eſt autē Rabſaces, & inuenit re-
gem Aſſyriorum prælian tem aduerſus Lobnam.
Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis,&
audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes,
Egreſſus eſt vt pugnet cōtra te.Quod cum audiſ
ſet,miſit nuntios ad Ezechiam dicens, Hæc dice
tis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes, Non te deci-
piat Deus tuus, in quo tu confidis,dicens, Non
dabitur Ieruſalem in manum regis Aſſyriorum.
Ecce, tu audiſti omnia quæ fecerunt reges Aſſy-
riorum omnibus terris quas ſubuerterunt,& tu
poteris liberari?Nunquid eruerunt eos dij Gen-
tium, quos ſubuerterunt patres mei Gozam &
Haran,& Reſeph,& filios Eden,qui erant in Tha
laſſar?vbi eſt rex Emath,& rex Arphad,& rex v
bis Sepharuaim, Ana & Aua? ¶Et tulit Ezechias
libros de manu nuntiorum,& legit eos,& aſcen
dit in domum Domini, & expandit eos *coram
Domino. Et orauit Ezechias ad Dominum , di-
cens,Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſedes
ſuper Cherubim:tu es Deus ſolus omniū regno
rum terræ,tu feciſti cælum & terrā.Inclina Do-
mine aurem tuam,& audi:aperi *oculos tuos , &
vide,& audi omnia verba Sennacherib,quæ mi-
ſit ad blaſphemandum Deum viuentem. Verè e-
nim Domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorū
terras, & regiones earum. Et dederunt deos ea-
rum igni:non enim erant dij,ſed opera manuū
hominum,lignum & lapis,& cōminuerunt eos.
Et nunc Domine Deus noſter ſalua nos de ma-
nu eius: vt cognoſcant omnia regna terræ quia
tu es Domin° ſolus.¶Et miſit Eſaias filius Amos
ad Ezechiam,dicens,Hæc dicit Dominus Deus Iſ
rael, Pro quibus rogaſti me de Sennacherib re-
ge Aſſyriorum,hoc eſt verbum quod locutus eſt
Dominus ſuper eum,Deſpexit te,& ſubſannauit
te,virgo filia Sion:poſt te caput mouit, filia Ie-
ruſalem. Cui exprobraſti, & quem blaſphema-
ſti,& ſuper quem exaltaſti vocem, & leuaſti alti
tudinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſra-
el. In manu ſeruorum tuorum exprobraſti Do-
mino : & dixiſti, In multitudine quadrigarum
mearum ego aſcendi altitudinem montium, iu-
ga Libani : & ſuccidam excelſa cedrorum eius ,

B
Promittit Deus victoriā Ezechiæ.

Blaſphemia Sennacherib

¶* Ezechias Oratio Ezechiæ.

¶* Domine
D

¶* &
Eſaias conſolat Ezechiā, victoriā prænuncians.

quamplurimis ¶15 Accepit præterea. Hi legati Aſſyriorum viua voce & literis egerunt cum Ezechia. ¶16 vſ, ex-
plicuit ¶17.i.ante arcam. ¶18.i.qui præſentiam tuam exhibes ſuper propitiatorium inter Cherubim,& illinc das
reſponſa.Exod.25. ¶19 Hebr.Quia precatus es me contra Sennacherib regem, ¶10 Hebr.Aſſyriorum,Hic eſt ſermo
quem dixit Domin° de illo, ¶11 Alloquitur Sennacherib,qui fruſtra eſt oppugnaturus Ieruſalē. ¶12.i.congrega
tio ¶13 Heb.exaltaſti.i.contra quem alta & contumelioſa voce vti auſus es? ¶14 in altitudinem oculos tuos?
¶15 Heb.In manu ſeruorum tuorum ¶16 altitudinem ¶17.i.ad vnum è lateribus Libani:hoc eſt ad latus Aquilo-
nare Ieruſalem,in quo erat templum. Libanum hoc loco vocat Ieruſalem: & ciues eius primarios, cedros & abie-
tes.Libanus erat mons & ſylua.

& electas abietes illius, & introibo altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius. Ego fodi, & bibi aquã, & exiccaui veſtigio pedis mei omnes riuos aggerum. Nunquid non audiſti quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plaſmaui illud: & nunc adduxi, & factum eſt in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confuſi ſunt: facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ, & her

F ba tectorum quæ exaruit antequam matureſceret. Habitationem tuam, & egreſſum tuũ, & introitum tuum ego cognoui, & inſaniam tuam contra me. Cum fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam ergo circulũ in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & redu

¶ in viam cam te in via per quam veniſti. Tibi autem hoc erit ſignum, Comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere: in anno autem tertio ſeminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum eſt, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum: quia de Ieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de mõte Sion: zelus Domini exercituũ

G faciet iſtud. Propterea hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittam: & non occupabit eã clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatẽ hãc non ingredietur, dicit Dominus. Et protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluẽ eam propter me, & propter Dauid ſeruum meũ. ¶ Egreſſus eſt autem

4. Reg. 19. g. Tob. 1. d. eccli 48. d. 1. mach. 7. f. 2. mac. 8. e Angelus occidit exercitũ Sennacherib Occiditur Sennacherib.

angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centũ octogintaquinque millia. Et ſurrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorũ. Et egreſſus eſt, & abijt: & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue. Et factum eſt, cum adoraret in templo Neſroch Deũ ſuum, Adramelech, & Saraſar filij eius percuſſerũt eũ gladio, fugerũtq; in terrã Ararat, & regnauit Aſarhaddon filius eius pro eo.

## CAP. XXXVIII.

Ægrotat Ezechias. 4. Reg. 20. a. 2. Par. 32. f.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſq; ad mortem: & introiuit ad eum Eſaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hæc dicit Dominus, Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominũ, & dixit, Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. ¶ Et factũ eſt verbum Domini ad Eſaiam, dicens, Vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymas tuas: ecce, ego adijciam ſuper dies tuos quindecim ãnos, & de manu regis Aſſyriorũ eruam te & ciuitatẽ iſtã, & protegam eam.

Accipit ſignum ſanitatis in horoſcopo.

¶ lachrymã tuam.

Commemorata reductione Iudæorũ ex captiuitate Babylonica, redit ad libertatem per Chriſtum nobis partam, Gẽtes in vnã eccleſiam ſuã congregãtẽ.

[11] niſi ſeruus meus? & ſurdus æque ac nũtius meus
quem miſſurus ſum? quis [inquam] tam cæcus eſt
vt perfectus, & cæcus perinde ac ſeruus Domini?
Vidiſti [13] multa, at nõ obſeruaſti: [14] patulæ ſunt au
res, at nemo audit. [15] Egregiam quidem volunta
tem erga vos habuit Dominus propter iuſtitiam
ſuam, [16] legẽ ſuam [inter vos] magnificã & augu-
ſtã reddidit. At popul⁹ iſte direptus eſt & [17] pro-
culcatus, [18] illaqueans cũctos iuuenes ſuos, vt re-
truſi ſint in carceres: prædæ patuerũt nemine li-
berãte: [19] proculcati ſunt, & nemo dixit, Reſtitue.
Quis ex vobis hæc auribus capit? quis aduertit &
attendit, vt in poſterũ [caueat?] Quis autem tradi
dit Iacob [40] vt conculcetur, & Iſraelem direpto-
rib⁹? nõne Dominus? [41] peccauimus ei, & [42] nolui-
mus incedere in vijs eius, nec audiuimus legẽ e-
ius. Propterea effudit ſuper eũ iram furoris ſui,
& belli [43] impetum, & [44] inflammauit eum vndi-
que, ſed non animaduertit: [45] exarſit contra ip-
ſum, neque [46] corde hoc expendit. XLIII.

ET nunc ſic dicit Dominus creator tuus ô Ia-
cob, & formator tu⁹ ô Iſrael, Ne timeas, ego
enim [1] redemi te, vocaui [te] nomine tuo, [2] vt meus
eſſes tu: [3] Quũ tranſires aquas, ego tecũ eſſem: quũ
vero flumina, nõ te obruerẽt. quũ per ignẽ ince-
deres, nõ cõburereris, neque flãma te incẽderet.
Quia ego ſum Dominus deus tuus, Sãctus Iſrae-
lis, ſeruator tuus, [4] tradidi Ægyptũ vt eſſet pro
te piaculũ: [dedi inſuper] Æthiopes & Sabæos pro
te. [5] Eo quod pretioſus fueris in oculis meis, quòd-
que [6] tanti eſſes, & quod te amore proſequerer, imò
[quoduis genus] hominũ pro te [6] expẽdi, & popu
los quoſuis pro anima tua. ¶ [7] Ne ergo timeas, quia
ego tecũ ſum, ab Oriente adducam ſemen tuũ, &
ab Occidẽte colligã te. Dicam Aquiloni, Da: & Au
ſtro, Ne prohibeas, adduc filios meos de longin-
quo, & filias meas à finibus orbis: [8] Quicũq; voca-
t⁹ eſt nomine meo, hũc enim creaui, finxi, & feci
ad gloriã meam. [9] [Omnino propoſitũ eſt] educere
populũ cæcum, cui tamẽ ſunt oculi, [10] tam ſurdos
quàm eos qui aures habẽt. ¶ [11] Cõgregentur iam
omnes gentes ſimul & populi, colligantúrque in
vnum, quis [12] ex eis iſtud [13] annunciat? [14] ſignificent
nobis priora: producant teſtes ſuos & [15] abſoluẽ-
tur: [16] & audiãt, & dicãt, Verũ eſt. Vos teſtes mei,
dicit Dominus, & [17] ſeruus me⁹ quẽ elegi, vt ſcia-
tis & credatis mihi, vtque intelligatis quod ego ſim
illeipſe: ante me nõ eſt formatus deus, neq; poſt
me erit. Ego ego inquã ſum Dominus, & præter
me nõ eſt [18] ſeruator. Ego [19] annũtiaui, & [20] ſalua-
ui, & nota feci, & nõ eſt in vobis [21] alienus: & vos
teſtes mei eſtis, dicit Dominus, quod ego ſum Deus,
Quòdque ab [22] æterno ego illeipſe. & quod nemo de
manu mea eripit. quódq; nemo [23] reſcindit quod
ego operor. ¶ Sic dicit Dominus [24] aſſertor veſter ſanct⁹ Iſraelis, [25] Propter vos miſi Babylonẽ, & [26] de-
traxi vniuerſos vectes, & Chaldæos, quorum [27] exultatio in nauibus eſt. Ego Dominus ſanctus ve-

¶ 12 ſub. veſtra opiniõe. q. d. O infideles Iudæi veſtra ſentẽtia ſeruus meus Eſaias eſt cæc⁹ & ignar⁹ diuinarũ rerũ: at vos potius cæci, qui non putatis eũ videre qui maxime videt: vnde & videns dicitur. & quis eſt ſurdus opiniõe veſtra, ſicut eſt legat⁹ me⁹ Chriſtus? ac ſi dicat Idem diceris de Chriſto quẽ ſũ miſſurus, quod de Eſaia. Hic perfectũ ſuum vocat Chriſtum.

¶ 13. i. afflixit te Dominus ſæpe vt reſiperes: at non attendiſti cur te affligeret.

¶ 14 Hebr. apuit [vnuſquiſque veſtrũ] aures. vt ſcilicet propheticã intelligeret. Mutatio perſonæ.

¶ 15 Voluit [illa facere]

¶ 16 He. magnificabit legẽ ſuã, & corroborabit eã. i. vt oſtenderet ſe eſſe iuſtũ. & quæ in lege ſua ſũt, eſſe veriſſima & ſynceriſſima: implebit cõminatiões quæ ſunt in ea lege.

¶ 17 expilat⁹. i. erit præda ſuis hoſtib⁹.

¶ 18 velut laqueis capiẽt [hoſtes] in ſpeluncis [eos] oẽs, in carceres occulta-
buntur. vł, detrudentur. Præterita ſunt apud Hebræos pro futuris. ¶ 19 in prædã [ſerũt,] & nemo erit qui dicat, Red-
de. ſub. quod detraxiſti illi. ¶ 40 in prædam, ¶ 41 cui peccauimus. ¶ 42 Mutatio perſonæ eſt apud Hebræos à pri-
ma ad tertiam, peccauimus, & noluerunt, ſub. Iſraelitæ. ¶ 43 Heb. robur. i. robuſtiſſimos hoſtes mittet in eum.
¶ 44 ſub. ira Dei. ¶ 45 ſuccẽdit eũ. ſub. ira Dei. ¶ 46 Heb. poſuit ſuper cor. i. non reſipuit.

XLIII. ¶ 1 liberabo te, & vocabo, &c. i. habebo te pro ſeruo meo. meus enim es, ô Iacob. Alludit hic
ad morem herorum qui ſeruos ſuos nominibus proprijs accerſunt & euocant ad operas. ¶ 2 Hebr. mihi tu. i. meus
es tu. ¶ 3 Per futurũ vertenda oĩa, [et] quũ tranſibis per flumina, ego tecũ ero, & flumina profunda te trãſuerſum
non rapient: cũ ambulabis per ignẽ, nõ cõburẽris, nec flamma te lædet. ¶ 4 [vt] dedi [olim] redemptionẽ [animæ tuæ]
Ægyptios, Æthiopes, Sabæos pro te. i. perdidi pro te has gentes, quũ venit obſeſſum Ieruſalẽ his comitatus Senna-
cherib. ¶ 5 te magnifacerem. i. reliquis te anteponerẽ. ¶ 6 dabo. q. d. ſi ingruerit bellum, conuertam illud in alios,
& efficiam vt illi pro te moriantur. ¶ 7 Prædicit ex omnibus orbis partibus vẽturos in eccleſiam. ¶ 8 Nimirũ o-
mnem qui vocatur nomine meo, & quem &c. i. qui mei dicuntur. ¶ 9 Educam. i. ab ignorantia, ad Euangelij lucem
pertraham. ¶ 10 & ſurdos, quãuis aures ſint eis. ¶ 11 Cõgregabuntur ¶ 12. i. è dijs Gentiũ. ¶ 13 annunciare poſſet?
¶ 14 [& qui è dijs] priora faciẽt nos audire? producãt teſtes ſuos. i. idola quæ talia prædixerint. ¶ 15 Heb. iuſtificabũtur.
¶ 16 audiãt ergo, & dicãt [quod] vera ſunt. ſub quæ dico. ¶ 17 ſub. Eſaias. ¶ 18 vł, qui opẽ ferre poſſit. ¶ 19 ſub. quæ ven-
tura erant. ¶ 20 ſub. vos, & patres veſtros. ¶ 21 ſub. deus. ¶ 22 ex quo dies eſt. vł, antequã dies eſſe cœpiſſet, ego erã.
¶ 23 vł, retundit. i. nullus poteſt impedire opus meum. ¶ 24 redemptor ¶ 25. i. vt liberem vos mittam Cyrũ in Ba-
bylonem. ¶ 26 deponã [ẽ dignitate] fugitiuos omnes, &c. i. ſpoliabo magnates Babylonis dignitatibus, & poſtea da-
bunt ſe in pedes, vt fuga ſaluti ſuæ conſulãt: & clamor eorũ erit in nauibus, & eiulatus. ¶ 27 clamor. ſub. mœroris.

¶12.i.quẽ pro rege habere debetis. ¶10 prębuit.ſub.populo ſuo. ¶10 vł, euocauit.De Aſſyria contra Ieruſalẽ. ¶11 vł, fortem.ſub. populum.bellicoſum populum Aſſyriũ, qui omnes vna nocte perierunt.

¶12[&] pariter obdormierunt, [& poſtea]nunquã ſurrexerũt perierũt inſtar lini fumigãtis, [&]extincti ſũt. ¶13 vł,priſcorũ ¶14 vetera ne cõſyderetis. vł, admiremini.

¶15 ꝓpediẽ res illa orietͣ noua: nõne illud noſtis?q.d. multis locis Scripturæ ꝓdictũ eſt in Lege . Verba Dei pollicẽtis incarnationem Chriſti:quam verbis non exprimit, ſed tãtũ rei miraculũ. ¶[illegible].i. Chriſtũ in Iudæa vł mũdo, qui adducet ad me populos. Per flumina,aquas viuas intelligit.i.Euãgeliũ. ¶16 Pręterita pro futuris q.d.Audito Euãgelio,hoĩes qui prius feri erãt. & immanes,honore afficient me: tyrãni ipſi fidẽ Chriſtianã ſunt recepturi.

ſter, creator Iſraelis, rex[12] veſter.'Sic dicit Domin⁹ qui viam per mare [9]præbet, iter per aquas vehemẽtes, Qui [10]educit' currus & equos, exercitum & [11]robur,' ita vt ſimul iaceãt, & non' reſurgãt, extincti vt linamentũ expirẽt. [Sed][13] priorũ' ne recordemini, &[14] veterũ ne memineritis:' En ego facio nouum quid, [15]iamiã effloreſcet, num & hoc cognoſcetis? Ponã etiam [?]viã in deſerto, & flumina in ſolitudine.' Gloriam meã prædicabũt agreſtes beſtiæ, dracones, & pulli ſtruthionũ, q[16] dederim aquas in deſerto, & flumina in ſolitudine, vt potũ habeat populus meus, electus meus, populũ iſtum quẽ finxi mihi,[17] vt laudem meam enarrent.' Et tu Iacob nõ inuocaſti me, [18]vt mei gratia laboris aut moleſtię aliquid inſumeres' ô Iſrael, non adduxiſti mihi pecudem holocauſtorum tuorũ, nec ſacrificijs tuis me celebraſti: nec ego te[19] coegi vt ſeruires' oblatione minha, neq; [40]negotium tibi feci thure.' Non emiſti mihi pecunia calamũ, neq; adipe victimarũ tuarũ [41]imbuiſti' me: quin potius me ſeruire feciſti[42] in peccatis tuis,' &[43] negotium mihi feciſti iniquitatibus tuis. Ego ego illeipſe ſum, q deleo trãſgreſſiones tuas, idque propter me, & peccatorũ tuorũ non recordabor. [44]Reduc mihi in memoriã, [45]iudicabimur ſimul: narrato tu id,[46] cuius cauſa abſolutionem ſperes. Pater tuus iſte primus[primo]peccauit, &[47] Interpretes' tui perãde egerunt contra me, Et principes [48]ſanctuarij' prophanaui: Iacob[49] deuoui internecioni, & Iſraelẽ[obieci] opprobrantibus.

CAP. XLIIII.

Nvnc ergo audi ô Iacob ſerue meus, & Iſrael quẽ elegi. Sic dicit Dominus'factor tuus' & qui te finxit, quiq; ab vtero auxilio tibi fuit, Ne timeas ô Iacob ſerue meus, & tu[2] recte quẽ elegi. Quia effundam aquas ſuper [3]ſiticuloſam,' & flumina ſuper aridã: [id eſt]effundã Spiritum meũ ſuper ſemen tuum, & benedictionẽ meam ſuper [4]germina tua. Et creſcent vt inter herbas, & ſicut ſalices ad riuos aquarũ . Alius dicet, Ego Domini ſum: alius' nomine Iacob vocabit ſe:' alius autẽ manu ſua [6]ſcribẽdo, Domino, nomine Iſraelis cognominabitur.' ¶Sic dicit Domin⁹ rex Iſraelis, &[7] vindex' eius, Dominus exercituũ, Ego ſum primus, & ego ſum nouiſſimus, & præter me[8] nõ eſt' deus . Et quis mei ſimilis?[9] vocet' & annunciet [10]illud,' atq; hoc[11] diſponat' mihi, ab eo quo poſui populũ [12]ſeculi,' &[13] imminentia ac futura annunrient eis. Ne paueatis, & ne timeatis: annõ[14] hactenus' ego tibi[hæc] nota feci & prædixi? & vos quidẽ teſtes mei eſtis an ſit deus præter me. [15]nũ formator quem ignorem ? Formatores ſculptilium omnes vani ſunt, & [16] expetibilia eorum' non proderunt: [17] & quidem teſtes eorum ipſi ſunt, [18]quòd non' vident, & non cognoſcunt, propterea [19]pudefient.[10] Quis igitur fingat deum, aut fuſile

ſter, creans Iſrael rex veſter. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitã. Qui eduxit quadrigam & equũ, agmẽ & robuſtũ, ſimul obdormierunt, nec reſurgent:contriti ſunt quaſi linũ, & extincti ſunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nũc orientur, vtique cognoſcetis ea: ponã in deſerto viã, & in inuio flumina . Et glorificabit me beſtia agri , dracones & ſtruthiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darẽ potũ populo meo, electo meo. Populum iſtum formaui mihi, laudem meã narrabit. Non me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſrael: non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: nõ te ſeruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. Non emiſti mihi argẽto calamum, & adipe victimarum tuarum nõ inebriaſti me. Verũtamẽ ſeruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis . Ego ego ſum ipſe q deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabor. Reduc me in memoriã, & iudicemur ſimul. narra ſiquid habes vt iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me. Et contaminaui principes ſanctos, & dedi ad internecionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam.

CAP. XLIIII.

Et nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quẽ elegi, Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus : noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſſime quẽ elegi. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritũ meum ſuper ſemẽ tuũ, & benedictionem meam ſuper ſtirpẽ tuam. Et germinabũt inter herbas quaſi ſalices iuxta prętereſluentes aquas. Iſte dicet, Domini ego ſum: & ille vocabit in nomine Iacob. & hic ſcribet manu ſua, Domino: & in nomine Iſrael aſſimilabitur. ¶Hæc dicit Dominus rex Iſrael, & redẽptor eius Dominus exercituũ, Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſq; me nõ eſt Deus. Quis ſimilis mei? vocet & annunciet: & ordinẽ exponat mihi, ex quo cõſtitui mihi populũ antiquũ: ventura & quæ futura ſunt annuncient eis . Nolite timere, neque cõturbemini: extunc audire te feci, & annũtiaui: vos eſtis teſtes mei. nunquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego nõ nouerim? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorũ nõ proderunt eis. ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vidẽt neque intelligũt, vt confundantur. Quis forma-

C

1.Cor.5.d. apoc.21.b.

Cult⁹ extern⁹ fide deſtitutus, reijcitͣ.

D

Chriſt⁹ factus homo ꝑ quẽ remittuntur nobis pctã. Nulla in nobis iuſtitia.

Ierem.30.g. 46.g. Dimiſſis peccatis, abũdãtia donorum ſpiritualiũ promittitur.

Deus prędicat ſuam potentiam. ſ.41.b.ĩ.48.b apo.1.d. 22.c.

D

Idolorũ nulla potentia.

¶17 vł, ob id laudẽ meã narrabũt. ¶18 tãtũ abeſt vt laboraueris in me.i.in cultu meo. ¶19 Heb. ſeruire te feci.i.nõ extorſi à te multa ſacrificia, vt heri à ſeruis ſuis multas operas ſolent exigere. ¶40 fatigaui te in thure.i.ob thymiama. ¶41 irrigaſti ¶42 vł, ob peccata tua, ¶43 laborare me feciſti, in &c. Ac ſi dicat Chriſtus, Ego veni vt delerẽ peccata tua. ¶44 ſub.peccata tua. ¶45 cõtẽdam⁹ iudicio inter nos. ¶46 Heb.vt iuſtificeris.i.vt in hac diſceptatione vincas, ſi vincere debes, vt oſtendas cauſam tuã bonã & iuſtã. Quòd ſi dicas te feciſſe aliquid in mei gratiã quo tibi ſum obſtrictus, age videamus. ¶47.i. Moyſes & Aaron. Quidã vertũt, doctores.q.d. Non eſt etiã q maiorũ tuorũ opera mihi obiicias. Nã Adam peccauit in me: Moſes itẽ & Aaron peccauerũt. ¶48 Heb. ſanctitatis.i.principes populi ſancti: vel principes quos mihi conſecraueram & delegeram vt eſſent duces populi mei, Aaron & Moſen illos cõtaminatos oſtendi & indignos qui ingrederẽtur in Terram-ſanctam. ¶49 dedi neci Iacob, & Iſraelem opprobria.i. Maiorem partem Iacob trucidaui in deſerto, & permiſi vt Iſraelitæ probris afficerentur. Nam quum tanta ſtrages fieret in deſerto, hoſtes Iſraelis per contumeliam dicebant, Vbi eſt Deus Iſraelitarum?

XLIIII. ¶1.i.qui euexit te ad honores. Gallice, Qui ta faict tel que tu es. Cõſolatur hic Ieruſalẽ fidelẽ, reprehẽſo prius carnali. ¶2 Rectũ vocat Iſraelem, q recto & ſyncero aĩo Deũ colat. ¶3 ſitientẽ.ſub.locũ. Hic promittit Deus Spiritũ ſuum ſanctũ aridis.i.electis ſuis expertib⁹ Spiritus & doctrinæ euãgelicæ. ¶4.i.liberos tuos. ¶5.i. dicet ſe de cœtu fideliũ. ¶6 ſcribet, Domini ſum: & de nomine Iſrael cognominabit ſe.i. Iſraelitæ cognomẽ aſſumet: dicet ſe Chriſtianũ, & fidei Iſraelis ſectatorem. ¶7 vł liberator ¶8 nullus eſt ¶9 voce clara dicat ¶10 quod ſcilicet iam præteriit. ¶11 ordine narret ¶12.i.mũdi: hoc eſt poſt hoĩes natos. ¶13 ventura mox & quæ ventura ſunt poſt multa ſecula nũtient[idola] illis.i.ſuis cultoribus. vł, ſibi.i.in ſuum honorẽ. ¶14 iã olim ¶15 & nullus eſt deus quẽ non nouerim? ¶16.i.ſimulachra quæ maxime amãt. ¶17 vł, teſtes autẽ ſui ipſa ſunt.i.ipſa idola teſtãtur q ſunt inutilia: nõ enim vidẽt, &c. ¶18 non enim ¶19 pudefiãt. Subaudiendũ aliquid, Hoc dico, vt cultores eorum pudore afficiantur. ¶20 ſub.niſi demens.

dit deum, & ſculptile cõflauit ad nihil vtile? Ecce, omnes participes eius cõfundẽtur: fabri enim ſunt ex hominibus: cõuenient enim omnes, ſta-
Sapien.13.c. bunt & pauebunt, & confundentur ſimul. ¶Faber ferrarius lima operatus eſt: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ: eſuriet & deficiet, non bibet aquã, & laſſeſcet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercũ quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt: & ſuccendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus eſt deum, & adorauit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud. Mediũ eius combuſſit igni, & de medio eius carnes coxit & comedit: coxit pulmentũ, & ſaturatus eſt, & calefactus eſt, & dixit, Vah, calefactus ſum, vidi focum. Reliquũ autem eius deum fecit & ſculptile ſibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat, dicẽs, Libera me: quia deus meus es tu. Neſcierunt, neque intellexerũt: obliti enim ſunt, ne videãt oculi eorum, & ne intelligãt corde ſuo. Nõ recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt, vt dicãt, Medietatem eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam, & ante truncum ligni
¶ adorauit procidam. Pars eius cinis eſt: cor inſipiens adorabit illud, & nõ liberabit animam ſuam, neque
Populo Dei dicet, Fortè mẽdacium eſt in dextera mea. ¶Me-
dimiſſa pctã. mento horum Iacob & Iſrael: quoniam ſeruus
D meus es tu: formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, non obliuiſcaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua: reuertere
Gratiarum ad me, quoniã redemi te. ¶Laudate cæli, quoniã
actio. miſericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ: reſonate montes laudationem, ſaltus & omne lignum eius: quoniam redemit Domi-
Potentiã ſuã nus Iacob, & Iſrael glorìabitur. ¶Hæc dicit Do-
Deus inculcat, minus redemptor tuus, & formator tuus ex vte-
& ſua benefi- ro. Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens
cia cõmemo- cælos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum.
rat. Irrita faciens ſigna diuinorum, & arioloѕ in furorem vertens. Conuertens ſapiẽtes retrorſum: & ſcientiam eorum ſtultam faciens. Suſcitãs verbum ſerui ſui, & conſiliũ nuntiorum ſuorum cõplens. Qui dico Ieruſalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini, & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo, Deſolare, & flumina tua areſaciam. Qui dico Cyro, Paſtor meus es: & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis.

ſimulachrũ, quod nihil prodeſt? En omnes [21]partiarij eius pudefient, & fabri ipſi ſunt ex hominibus: [22]congregentur omnes, ſtent, pauebunt, & pudefient ſimul. Faber ferrarius [23]forcipe [corrupta,] operatur in prunis, & ſcalpris fingit illud, agit robuſto brachio ſuo: quin eſurit[interim]ita vt vires deficiant: neque aquas bibens, [24]ita vt laſſus concidat. Faber lignarius [25]regulam extendit, deſignat [26]illud [27]rubrica, & format illud [28]normis, & definit illud circino, & dat ei formam viri atque ſpeciem hominis, [29] vt in æde ſedeat. [Accingit ſe]ad incidendum ſibi cedros, [30]vt aduehat ilicem & quercum, & [31]corroborat ſe in lignis ſaltus, plãtat [32]cedrum, atque imbre [33]auget. Fit[hæc]homini ad incendendum[ignem,]tacci- pit enim ex his[lignis,]& caleſit, quin & incenſo [furno,] panẽ coquit, ) deinde & deum[ex his] facit, & adoret: ſculptile [34]illud facit, & coram illo procumbit. Partem eius incendit igni, parte eius carne [aſſa,] edit: aſſat aſſaturam, & ſatur fit: caleſit etiam, & dicit, Euge caleo, & ignem [35]vidi. [36]Reliquũ autem eius, [37] ſimulachrum ſibi facit, cui procumbit, quod adorat, & ante quod precatur, dicens, Libera me: deus enim meus es tu. Nihil neque [38]ſentiũt, neque intelligunt, [39]quia tectorium eſt ſuper oculos eorum, quo minus videant, [40]aut cordibus ſuis intelligant. Nullus ad cor ſuum reuocat, (neque enim ſenſu pollẽt aut intellectu,) vt [41]dicat, Partem eius igni combuſſi, [42]quin ad prunas eius panem coxi, aſſaui carnem & comedi, & ex reliquo eius abominandum[idolum] [43]facerem? & ante truncum ligneũ procumberem? [44]Cinerem paſcẽs, & cor errore ſeductum deuoluit illũ, vt mẽtem ſuam nõ afferat, neq; dicat, An non dolus in dextera mea? Hæc memineris Iacob & Iſrael: tu enim es ſeruus meus, quem in hoc finxi vt ſeruus meus eſſes tu ô Iſrael, [45]neque venires vnquam mihi in obliuionẽ. Ego deleui tranſgreſſiones tuas vt [46]denſas nebulas, & vt nubẽ peccata tua: reuertere[ergo] ad me, quia redemi te. ¶Iubilate cæli, quia Dominus [47]fecit, iubilum edite profundiſſima terræ, prorumpite in lætas voces ô montes, ſylua & omnia ligna eius: quia redemit Dominus Iacob, & [48]in Iſraele gloriã ſuã amplificauit. ¶Sic enim loquutus eſt Dominus redemptor tuus, & qui te ab vtero finxit, Ego Dominus faciens omnia, cælos extendo ſolus, & [49]mea virtute terram expando. [50]Irrita facio ſigna mẽdaciũ, & ſtultos ac inſanos reddo diuinos: [51]auerto ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorũ ſtultam [52]reddo. [53]Excito verbũ [54]ſerui mei, & conſilium [55] nuntiorũ meorum perficio. [56]dico Hieroſolymæ, Sis habitata: & ciuitatibus Iuda, Ædificemini, cuius vaſtitates ego reſtituam. [57]Qui mando abyſſo, Areſce, & flumina tua areſacio. [58]Qui dico Cyro, Paſtor meus eſt, & omnẽ voluntatem meam perficiet: [59]qui dico Ieruſalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis.

¶21 ſocij illius, ſub. artificis. ¶22 cõgregabũtur oẽs [ſub. in extremo iudicio, vl Chriſti tẽpore]& ſtabũt timebũtq;. & erubeſcẽt ſimul. ¶23 vl, ſecurim fabricat cũ prunis & cum malleis [qua ſecuri poſſit]fingere illud: fecit [ſm-quã ſecurim illam] Per vnum inſtrumẽtum. alia omnia intelligit. ¶24 & laſſatur. ¶25 vl, lineam ſuam ¶26 ſub.lignũ ¶27 vl, filo rubrica infecto. ¶28 dolabris.ſecuribus, ¶29 vl, habitet in æde.ſub.conſtructa ſibi. ¶30 & aſſumit ¶31 .i.magna diligẽtia deligit ſibi optimã arborem ex ſylua. ¶32 vl, planũ. Alij ornũ. ¶33 educat. ¶34 ſub.lignũ. vl, ex illo ligno facit ſculptile. ¶35 .i.fenũ. ¶36 vl, Ex reliquijs autẽ eius. ſub.ligni. ¶37 Heb. in deũ facit, & in idolum ſuum. vl, deum facit. idque eſt ſculptile eius. ¶38 nõ rũt.ſub.cæci illi homines. ¶39 quia obleuit re aliqua[Deus] ¶40 & corda eorum ne intelligant. ¶41 vl, dicere poſſit, ¶42 præterea ¶43 vl, feci, & trunco arboris me incuruo. ¶44 Paſcit cinerẽ cor ſeductum, facit declinare[illum,]neque eripiet animã ſuam, neque dicet, Nõnne eſt mendaciũ.&c. Cinerem paſcere prouerbiali ſermone, eſt fruſtra & ſine fructu laborare, rem vanã & nihili moliri. Cor, inquit, ſeductum idololatria, fruſtra laborat, declinare facit eum à via recta, neque ſeipſum eripiet à damnatione: neque tandem reſipiſcet, vt dicat, Nõnne fruſtra laboraui cum ſculptile feci, exiſtimans me Deũ facere? ¶45 ne obliuioni tradideris me. ¶46 ſub. ventus delet & diſpellit. ¶47 ſub. bonũ cum Iſraele.i. beneficijs affecit Iſraelẽ. ¶48 .i. in liberãdo Iſraele à Babylonijs, magnũ honorem ſibi peperit. vl, ob Iſraelem liberatũ magna gloria afficietur. ¶49 Heb. à me, ¶50 Diſſipat [Dominus]ſigna, [&]mendacium, & diuinos reddit inſanos.i. euertit effectus ſignorum cæleſtiũ quos tamẽ prædicãt aſtrologi illi iudiciarij. nã tempora & horas rebus agendis illi præſcribunt: alij ſigna ſiue aſtra. Verba ſunt Dei, aut prophetæ. ¶51 reducit.i. cõſilijs ſuis fruſtratur ſapientes. ¶52 reddit. ¶53 Statuit. Confirmat. ¶54 .i. Moſis, aut Eſaiæ, ſeu etiam Chriſti ſui. ¶55 legatorum ſuorum perficit.i. id quod conſuluit prophetæ faciendum, aut non faciendum. ¶56 qui dicit de Ieruſalẽ, Habitabitur rurſus: & de vrbibus Iuda, quòd inſtaurabuntur: ¶57 [Ille inquam] qui dicit de profunditate, Exſiccare, &c. De profunditate.i. de Babylone, quæ ita dicta erat, quòd abundaret aquis, & ſita eſſet in valle. Per aquas & amnes, hic opes ſignificantur, quòd in Iudæa & in alijs regionibus ſiticuloſis amnes & aquæ ſint in maximo pretio. ¶58 [Ille inquam]qui dicit de Cyro, &c. q.d. Cyrus rex eſt ex omnibus Aſiæ regibus quẽ mihi delegi vt per eum Babylonios debellem: & illis ſuperatis remittam populum meum in Terram ſanctam. ¶59 & dicens de Ieruſalem, Inſtaurabitur, & templum fundabitur.

## CAP. XLV.

¶1 de vnctoſ.ſ. rege]ſuo ¶2 vſ.apprehẽdĩ, ¶3 vſ.ſternam.extẽdam .i.vt reddam illum ſuperiorẽ omnibus gentibus Aſiaticis: & vt reddã reges imbelles coram eo.

¶4 diſſoluã. Aperire lumbos, ſiue diſſoluere, ꝑ infirmare robur,& exarmare,vt nihil ſuperſit virium. ¶5 vias obliquas ¶6 Heb. theſauros caliginis & theſauros abſcontionũ.i. theſauros detrſſos in terra.q.d.faciam vt vrbium quas tibi ſubiecerimtheſauris potiaris,etiam abdiſiſſimis. ¶7 antequã ſcilicet eſſes. ¶8.i. noie proprio, & alio minime proprio, ſed vniuerſali magis,id eſt regis nomine:idque ante quàm me noueris, hoc eſt eligã te vt ꝑ te Iſraelẽ liberem à Babylonijs,O Cyre. ¶9.i.locutus ſũ de te nomine tecto. ¶10 vſ, accingam te, & tamẽ nondum me noſti.i. dabo tibi vires, prius quàm me noueris. ¶11 vſ, cognoſcant.

Sic dicit Dominus'meſſiæ'ſuo Cyro,cuius dexteram prehendi,'vt'ſubijciam'ante faciem eius Gẽtes, & lumbos regum[4]aperiã,' ad aperiendum ante faciem eius valuas[portarum,] & portæ non claudantur.Ego ante te procedam,&'loca aſpera'æquabo.oſtia ænea confringam,& vectes ferreos demoliar.Dabo tibi' theſauros in tenebris latentes,& quæ in occulto abſtruſa ſunt,' vt cognoſcas ꝙ ego ſum Dominus,qui te nomine tuo'voco,' Deus Iſraelis.Propter ſeruũ meum Iacob,& Iſraelem electum meum, [8]vocaui te nomine tuo,& te[9]cognominaui,'quum nondũ haberes mei notitiam. Ego Dominus,& nullus vltra, præter me non eſt deus: [10]accinxi te,quum adhuc ignarus eſſes mei,Vt [11]cognoſcerent'ab Oriẽte ſole,& ab Occaſu, quòd[12]nihilum ſit præter me.ego Dominus,& nullus vltra.Formans lucẽ, & creans tenebras: 'faciens pacem, & creans malũ,'ego Dominus facio omnia iſta.¶[14]Rorate cæli è ſupernis,' & nubes ſtillent '[15]iuſtitiam: [16]aperiatur terra, & fructum edãt ſalutem & iuſtitiã, [[17]quas]progerminare ſimul faciet,ego Dominus creaui[18]illam. ¶[19]Væ diſceptanti cũ factore ſuo, vas fictile cum [20]figulis luti [ſcilicet.] Num enim dicit lutũ figulo ſuo, Quid facis, '& operi tuo nõ ſunt man⁹?Væ qui dicit patri, ' Quid generabis? & matri,Quid parturies?Sic dicit Dominus ſanctus Iſraelis & formator eius, Sciſcitamini à me imminẽtia[23]filijs meis,'& de opere manuũ mearum[24]mihi mandate.' Ego feci terram,& hominem ſuper eam creaui.Ego ſum cuius manus extenderunt cælos,'& omni militiæ eorum impero.' ¶Ego [26] illũ'excitaui [27]in iuſtitia,'& omnes vias eius[28]dirigam:' is ædificabit ciuitatem meã, & captiuitatem meam [29] dimittet: id autem neque pretio neque muneribus[adductus,]dicit Dominus exercituum. [30] Sic dicit Dominus, Labor Aegypti,& negotiatio Aethiopum,& Sebaim virorum[31]magnorum'ad te tranſibunt,& tui erũt, poſt te ibunt, in compedibus tranſibunt. Ante te flectentur, & ſupplices te precabuntur, [32]tantum in te eſt Deus, præter quẽ nullus Deus eſt. [33]Omnino'es tu Deus [34]abſconditus, Deus &[35]ſaluator Iſraelis.[36]Erubeſcãt,' pudefiant quoque omnes, cum ignominia abeant ſimul opifices idolorum. Iſrael[37]ſaluus eſt'in Domino ſalute ſempiterna,[38]non erubeſcent, neque ignominia notabuntur per æterna ſecula.Quoniã ſic dixit Dominus,(creans cælos,Deus ille qui finxit terrã,qui fecit eam,qui & parauit eã:non creauit eam[39]vt vaſta eſſet, ſed finxit eam vt inhabitaretur: ego Dominus & nullus alius.) Non in occulto loquutus ſum,[[40]aut]in obſcuro terræ loco.non dixi ſemini Iacob fruſtra, Quærite me, ego Dominus loquens iuſtitiam,annuntians quæ recta ſunt.

## CAP. XLV.

Hæc dicit Domin⁹ chriſto meo Cyro,cui⁹ apprehẽdi dexteram,vt ſubijciam ante faciem eius Gentes,& dorſa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo:& glorioſos terræ humiliabo:portas æreas conteram,& vectes ferreos confringam.Et dabo tibi theſauros abſconditos,& arcana ſecretorum: vt ſcias quia ego Dominus qui voco nomen tuũ Deus Iſrael.Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electũ meum,& vocaui te*nomine tuo:aſſimilaui te,& non cognouiſti me.Ego Dominus & nõ eſt'alius,'extra me non eſt Deus:accinxi [illegible] & non cognouiſti me: Vt ſciãt hi qui ab Ortu [illegible], & qui ab Occidente,quoniam abſque me non eſt. Ego Dominus, & non eſt alter: formans lucem, & creãs tenebras: faciens pacem,& creans malũ:ego Dominus faciens omnia hæc. ¶Rorate cęli deſuper,& nubes pluant iuſtũ:aperiatur terra, & germinet ſaluatorẽ: & iuſtitia oriatur ſimul.ego Dominus creaui eũ.¶Vę qui cõtradicit factori ſuo,teſta de ſamijs terrę.Nũquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis,& opus tuum abſque manibus eſt?Væ qui dicit patri,Quid generas?& mulieri,Quid parturis?Hæc dicit Dominus ſanct⁹ Iſrael plaſtes eius,Ventura interrogate me:ſuper filios meos,& ſuper opus manuũ mearũ*mandaſtis'mihi.¶Ego feci terram:& hominẽ ſuper eã creaui:ego,'&' manus meæ tetenderũt cælos,& omni militiæ eorũ mandaui. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiã, & omnes vias eius dirigã: ipſe ædificabit ciuitatẽ meã,& captiuitatem meã dimittet,non in pretio neque in muneribus,dicit Dominus Deus exercituum. Hæc dicit Dominus, Labor Aegypti,& negotiatio Aethiopiæ,& Sabaim viri ſublimes ad te tranſibũt, & tui erũt: Poſt te ambulabũt,vincti manicis pergent, & te adorabunt téque deprecabuntur, tantũ in te eſt Deus,& nõ eſt abſq; te Deus.Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator. Confuſi ſunt, & erubuerunt omnes: ſimul abierunt in confuſionem fabricatores errorum.Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna: non confundemini, & non erubeſcetis vſque in ſeculum ſeculi. Quia hæc dicit Dominus,(creans cælos, ipſe Deus formans terram,& faciens eam,ipſe plaſtes eius:nõ in vanum creauit eam: vt habitaretur formauit eam. ego Dominus,& non eſt alius.) Nõ in abſcondito locutus ſum, in loco terræ tenebroſo: non dixi ſemini Iacob, Fruſtra quærite me. ego Dominus loquens iuſtitiam,annuntians recta.

Dé reſtitutione Iudæis ꝑ Cyrũ,prophetat Eſaias.

*In

¶*amplius

Iudęi petunt Chriſtum. Impij offendũt in factis Dei, quòd popul⁹ ei⁹affligatur. Rom.9.d. Ierem.18.a.

¶*mandate

Cyrus a Deo miſſus vt reduceret captiuos Iudæos. C Cyro ꝓmittit imperiũ etiã in alias Gentes.

Iudæi reducendi è captiuitate.

¶12 vſ,nihil eſt.i.nullus eſt deus. ¶13.i.qui author ſum pacis & belli. ¶14 vſ, Imbrẽ demittite.Deſcendat,inquit propheta,Spiritus ſanctus in virginẽ. videns in Spiritu incarnationẽ Chriſti. Admonitus enim per vmbram,quæ eſt Cyrus,liberationis humanæ, erumpit in hanc vocẽ. ¶15.i.filiũ Dei qui iuſtificabit nos. ¶16 aperiat ſe terra,& fructificent ſalus & iuſtitia.i.virgo pariat ſine opera viri: pariat inquã nobis ſaluatorẽ & iuſtificatorẽ. ¶17.i.quas virgo eſt productura ſimul cum Chriſto. ¶18 ſub.ſalutẽ.vſ,creaturus ſum illũ Chriſtũ. ¶19 vſ,cõtendenti[aut inſurgẽti]in creatorẽ ſuum. Inuehitur hic propheta in regẽ Babyloniorũ Baltaſar,qui ita ſuperbe cũ Deo ipſo agebat vt ſacris tẽpli vaſis vteretur in prophanis & impuris ſuis cõuiuijs. ¶20 teſtis.i.Væ teſtæ ſimili teſtis terræ.hoc eſt,tã fragili quàm fictile terræ. ¶21.i.alicuius opus dicétne,Non ſunt manus doctę,quæ me fecerũt? q.d.an dicet alicuius opus ſe nõ eſſe affabrefactũ à ſuo artifice? ſoléne inſurgere opus in factorẽ? ¶22 vſ,cur gignis?q.d.filius nõ debet dicere patri aut matri,Cur me in lucẽ edidiſti: multominus debet creatura dicere creatori ſuo quod ſit præter dignitatẽ eius. ¶23.i.Iſraelitis. ¶24 præcipite mihi.i.prophetis meis:vt vobis dicãt quæ futura ſunt à me.quod idola nequaquã poſſunt. ¶25 & omnem exercitũ eius mandato feci.vſ,ſolo iuſſu. ¶26 ſub.Cyrũ:vt pœnas ſumã de Babylonijs. ¶27 vſ, propter iuſtitiã faciendã. ¶28 cõplanabo.i.oĩa itinera erũt illi expedita ¶29 remittet.i.captiuos meos remittet in patriã ipſorũ. ¶30 Hic rurſus meminit futuræ ſtragis Aſſyriorũ.nã cũ dicit fore vt Iſraelitæ potiãtur opib⁹ Aegyptiorũ,Aethiopũ & Sabæorũ, intelligit victoriã illã qua ad mœnia Ieruſalẽ Sennacherib actus fuit in fugã cui⁹ exercitus totus conſtabat ſupradictis. ¶31 ſtaturæ magnæ ¶32 q.d.vt ſemel [illegible] cam,non eſt, &c.ô cõgregatio Iſrael. ¶33 vſ,Reuera.Certe. ¶34 vſ, tegens te.i.qui omnibus te notum non reddis, ſed tantũ electis tuis Iſraelitis. ¶35 Heb.Deus Iſraelis ſaluator. ¶36 vſ.per futurũ, Pudore afficiẽtur. ¶37 vſ,ſeruabitur ¶38 Heb.nõ pudore afficiemini.ſub.ô Iſrael. ¶39 in vanũ.vſ,fruſtra. ¶40 Non legitur AVT Hebraice, ſequentibus enim declaratur illud præcedens,in occulto.Non locutus ſum in occulto, id eſt in loco obſcuro terræ.

Inſultatio D i Babylonios.

¶Congregamini, & venite, & accedite ſimul qui ſaluati eſtis ex Gentibus: neſcierũt qui leuant lignum ſculpturæ ſuæ, & rogãt deum non ſaluantem. Annuntiate, & venite, & conſiliamini ſimul: quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? nunquid non ego Dominus, & non eſt vltra deus abſq; me? Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. Cõuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & nõ eſt alius. In memetipſo iuraui, egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua, ergo in Domino. Dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnãt ei. In Domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael.

Fidem requirit De⁹ i ſuas pmiſſiones. Rom. 14. b. philipp. 2. b.

CAP. XLVI.

¶ᵃConfracta Idola Babyloniorũ deſtructa.

Conflatus' eſt Bel, contritus eſt Nabo: facta ſunt ſimulachra eorũ beſtijs & iumẽtis, onera veſtra graui pondere vſque ad laſſitudinem. Contabuerunt, & contrita ſunt ſimul: nõ potuerunt ſaluare portantem, & anima eorum in captiuitatẽ ibit. ¶Audite me domus Iacob, & omn[...] ſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, [q]ui geſtamini à mea vulua. Vſque ad ſenectam [...] ipſe, & vſq; ad canos ego portabo: ego feci, & [...] ferã: ego portabo, & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis [m]e, & adæquaſtis & comparaſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis: conducẽtes aurificem, 'vt faciat deum: & procidunt & adorant. ¶Portant illum in humeris geſtantes, & ponẽtes
C in loco ſuo, & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. ſed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non ſaluabit eos. Mementote iſtud, & ᵇcõfundamini.' redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris ſeculi, quoniã ego ſum Deus, & nõ eſt vltrà Deus, nec eſt ſimilis mei: Annuntians ab exordio nouiſſimũ, & ab initio quæ
D necdum facta ſunt, dicens. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet: Vocans ab Oriente ᶜiuſtum,' & de terra longinqua virum volũtatis meæ. & locutus ſum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. ¶Audite me duro corde, qui longe eſtis à iuſtitia: prope feci iuſtitiam meam, non elongabitur: & ſalus mea non morabitur. Dabo in Sion ſalutem, & ᵉin Iſrael' gloriã meam.

De⁹ ad ſui cognitionẽ filios Iſrael vocat, vt ei oĩa accepta ferãt, nõ idolis: pmittens per Cyrũ liberationem. Baruch 6. c.

¶ᵇconfundimini:

¶ᶜauem.

Infideles pmiſſæ ſaluti nõ credẽtes.

¶ᵉIſraeli

CAP. XLVII.

Regni Babylonij deſtructio.

Deſcẽde, ſede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terra: non eſt ſoliũ filiæ Chaldæorũ, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi

¶Congregamini & venite, accedite ſimul [41] qui euaſiſtis ex Gẽtibus. [42]Nihil norũt' qui ligneum ſimulachrum [43]extollunt, '& qui ad deũ orant qui [44]ſaluando nõ eſt. [45]Annũtiate & adducite, 'vt cõſilium pariter ineant. quis prodidit hoc olim? & [46]hactenus '[quis] hoc annuntiauit? Annõ ego Dominus, & nõ eſt alius deus præter me ſolũ, Deus iuſtus & ſaluãs nullus præter me? Reſpicite [ergo] ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ, ego ſum Deus, & nullus vltra. Per memetipſum iuraui, [47]egreſſa eſt ex ore meo iuſtitia, verbũ quod nõ retrocedet, 'Quòd mihi incuruabitur omne genu, & iurabit [mihi] omnis lingua, duntaxat [48]in Domino. [49]Dixit, 'ſunt mihi iuſtitiæ & [50]robur,' vſque ad ipſum [5] veniet,' & pudefient 'omnes eũ prouocantes.' In Domino iuſtificabũtur, & [51]gloriabũtur omne ſemen Iſraelis.

CAP. XLVI.

Concidit' Bel, corruit Nebo, 'quorum idola beſtijs & iumentis fuerunt [impoſita.] [3] oneribus veſtris grauata erũt põdere vſq; ad defatigationẽ, 'põd⁹ idq; graue. [4]Corruerũt, cõciderũt pariter, 'nec potuerũt ſeruare onus,' & anima eorũ in captiuitatẽ [6]abijt.' ¶Audite me domus Iacob, [7]&'omnes reliquiæ domus Iſrael, qui geſtamini [à me] ab vtero, & baiulamini [à me] [8]à partu. Et vſque ad ſenium [9]ego ipſe,' & vſque ad canitiem ego [10]baiulabo: ego [11]feci,' & ego feram: & ego baiulabo, & eripiam. Cuiſquaſ [ſo] me adſimilabitis, æquiparabitis, aut comparabitis me, vt [ſe] ſimilis ſim? [12]Prodigunt' aurum ex marſupio, & argentum in bilance appendunt, mercede conducunt conflatorem, & faciũt ex illo deum, cui procumbunt, quem adorant. Portant eum in humero, baiulant eum, & collocant eum in locum ſuum: [illic] ſtat, nec de loco ſuo mouetur: & ſi quiſpiã ad eum clamat, nihil reſpondet, de anguſtia ſua nõ liberat eum. [13]Memineritis huius,' & [14]corroborabimini, [15]redite' ad cor ô præuaricatores. Memineritis priorum quæ iam olim [facta ſunt,] quòd ego ſum Deus, & nullus vltra deus, [16]neq; quidquã mihi ſimile eſt.' Qui nuntio à principio [17]poſtrema,' & ab exordio ea quæ nõdum facta ſunt: qui dico, & conſilium meum ratum eſt, & quidquid volo facio. Voco' [18]ab Oriente volucrem,' de terra remotiſſima [19]virũ' conſilij mei, [10]ſimul atq; loquutus ſum ipſum adducã: protinus vt finxi, hoc idem faciam.' ¶Audite me qui cõtumaci eſtis corde, & [21]alieni' à iuſtitia: [22]Adduxi iuſtitiam meã, neque lõge aberit, & ſalus mea nõ cunctabitur: & [23]dedi' in Zion ſalutem, Iſraeli [24]magnificentiam meam.

CAP. XLVII.

Deſcẽde, & ſede in puluere [1]virgo' filia' Babel, ſede in terra, non [in] ſolio' filia Chaldæorũ: quia non amplius nominabunt te teneram & delicatam. 'Corripe' molam, & mole farinam: [6]diſſolue cincinnos tuos,' nudato plantam, & retectis cruribus tranſi

¶41 abiectiſſimi Gentium. i. idololatræ. Taxat idololatras, Accedite, afferte quæ habetis aduerſus Dominum. ¶42. i. errant ¶43 geſtant. i. qui geſtant ea humeris, collocata in thẽſis. ¶44 ſeruare nõ poteſt. ¶45 vl, Indicate, & adducite. ſub. quæ ſentitis valere cõtra Dominũ. Proponite vobis futura quæ prędixerint aliquando idola, & conſiliũ pariter inite omnes idololatræ, & videte an poſſitis aliquid citare quod idola aliquando prædixerint. ¶46 iãpridem

¶47 egreſſũ eſt ex ore meo iuſtitia [.i. iuuſte] verbum quod nõ reuertetur. i. nõ erit irritũ. ¶48 vl, per Dominum. ¶49 ſub. Dominus. ¶50. i. pſtabo quæ promitto: qa ſunt mihi vires. Nec denegabo, quia iuſtus ſum. ¶51 ſub. electi ut. Mutatio pſonæ, pro vſq; ad me. ¶52 vl, quotquot indignabunt illi. Aut, relecerint illum. ¶53 vl, laudabũtur. i. Domin⁹ facit vt electi gloriã cõſequãtur apud hoĩes & apud ipſum iuſtitiã. quod ipſi agnoſcẽt. vl, Iuſtificabũt ſe p Dominũ. i. iuſtitiã & gloriã ſalutis ſuæ tribuẽt Domino.

XLVI. ¶1 Prædicit Eſaias deſtructionẽ idolorũ Babylonicorũ. Bel, erat idolũ primæ authoritatis: & Nebo ſecũdas tenebat. ¶2 erũt idola eorũ [ſub. Babyloniorũ] beſtiæ & iumẽto. i. imponentur animalib⁹ & iumẽtis, vt aliò, id eſt in Perſidẽ trãſferãtur. ¶3 Heb. [in] onerib⁹ veſtris, [ſub. ô idola] onerabũtur [iumẽta,] põdus [eritis] feſſo iumẽto. ¶4 Curuabũt ſe, incuruabũt ſe. i. cõcidẽt & corruẽt aĩalia illa onuſta idolis, & non poterunt ſe ſubducere graui illi oneri. ¶5 nec poterũt ſe ſubtrahere oneri, ¶6 ibit. i. ipſamet idola quæ idololatræ putant aĩa eſſe prædita, abducẽtur in captiuitatẽ. ¶7 Et, pro id eſt. ¶8 Heb. à vulua. vl, matrice. i. à natiuitate. ¶9 ſub. ero vobiſcũ. ¶10 vl, ſuſtẽtabo vos: ¶11. i. euexi vos, ¶12 Qui temere profundunt. ¶13 vl, Reuocate i animũ iſtud. nẽpe q idola preces nõ exaudiunt, ô idololatræ. ¶14 vl, præſtate vos viros. Hoc eſt, oſtendite vos valere recto iudicio, & linquite idololatriã. ¶15 vl, reducite. ſub. quæ dico. agnoſcite errorem veſtrũ. ¶16 vl. nec eſt ſimilis mihi. ¶17. i. quæ futura erant. ¶18. i. à Perſide Cyrum. Hic tractat prophetiam quandam de aduentu Cyri in Chaldæam. Prior verſus, de Cyro eſt: at ſequẽtes, de Meſſia. q. d. Ego ſum olim excitaturus Cyrũ vt maxima cũ celeritate veniat è Perſide in Babyloniam. ¶19. i. executorem ¶20 Heb. præterea prædixi, & adducã: promiſi [vl, ſtatui,] & illud faciã. q. d. prædixi & promiſi per prophetas meos mittere Cyrũ in Babylonẽ, & ita faciã. ¶21 remoti. i. qui non creditis Meſſiam breui venturum. ¶22 Per futurum melius, Accedere faciam, &c. i. Chriſtum quem promiſi iuſtificatorem, mittam. ¶23 dabo ¶24 vl, gloriam meam. i. filium qui eſt gloria mea.

XLVII. ¶1 Imperatiua pro futuris, Deſcendes. ſub. de ſolio. ¶2 virginẽ vocat q non fuerit expugnata. ¶3. i. cõgregatio, vel ciues ¶4 ſedebis in terra. nullũ [enim] erit ſoliũ [tibi.] ¶5 Capies. ages. i. ſeruirnẽ ſeruiles, & in piſtrinũ dedẽris, vt illic agendo molam, farinam facias. ¶6 vl, retege [nudabis] comã tuã. more ſcilicet lugentium

flumina. Retegentur verenda tua, & [7]pudenda tua videbũtur: ſupplicium ſumam, [de te] & non occurram [vt] [8]homo. Redemptor [9]noſter Dominus exercituum nomen eius, ſanctus [10] Iſraelis. Sedeto tacita, & ingredere tenebras filia Chaldæorum: nam vltra te non 'vocabunt' dominam regnorum. ¶ Equidem [ita] iratus erã populo meo, vt [11]prophanarem' hæreditatem meam, & traderem eam in manum tuam: tu vero affectu miſerationis non commota es erga eos: quin ſupra ſenes degrauaſti iugum tuum ſupra modum.
Et dixiſti, In perpetuum ero domina, [13]hucuſque non repoſuiſti' illa in cor tuum, nec meminiſti poſtremi [14]illius. Nunc ergo audi hoc ô [15]delicata,' quæ ſecura ſedes, quæque ſic in corde tuo dicis, Ego [ſola ſum,] & præter me nulla eſt: nõ ſedebo vidua, nec experiar orbitatem. [16]Attamen' duo iſta euenient tibi repente in vno die, [ſcilicet] orbitas & viduitas. [17] in perfectione ſua' venient ſuper te. [18]in multitudine' veneficorũ tuorum, [19]in multo robore' incantatorum tuorum. Confiſa enim in malitia tua, dixiſti, Non videt me. Sapientia tua & peritia tua, ipſa [inquam] te [20]seducit:' ſic enim dixiſti in corde tuo, Ego [ſola ſum,] & præter me nulla eſt amplius: veniet igitur ſuper te malum, cuius [21]ortum' ignorabis, & incidet in te calamitas quam non poteris [22]expiare:' veniet inſuper ſuper te repente vaſtatio, quam ignorabis. Sta quæſo cum [23]incantatoribus tuis, cum copia veneficorum tuorũ, quibuſcum negotium tibi fuit' à pueritia tua, [24]an fortè iuuari poſſis [ab eis,] aut fortè corroborari.' Defatigata es multitudine conſiliorum tuorum, ſtent [25]quæſo,' & ſeruent te contemplatores cælorum, ſtellarum inſpectores, [26]quique noua prædicũt, vndenam ſuper te hæc veniant.' En ſimiles fuerunt ſtipulæ, ignis eos incendet, non liberabunt animã ſuam [27]à vi flammæ,' nec [ſupererit] [28]pruna ad calefaciendum, nec ignis vt quiſpiam ad eum ſedeat.' Tales erunt tibi [29]cum quibus te fatigaſti:' quin & negotiatores tui [qui tecum fuerunt] à pueritia tua, quiſque [30]ad trãſitum ſuum errat,' nemo eſt qui te ſeruet.

CAP. XLVIII.

AVdite iſtud domus Iacob, [1]vocati nomine Iſraelis,' & qui [2]egreſſi ſunt [3]de aqs' Iuda, quique iurant per nomẽ Domini, & [4]memoriam facitis in deo Iſraelis,' at nõ [5]ex fide,' neque ex iuſtitia. [6]Quoniam de ciuitate ſancta [7]vocati ſunt,' & deo Iſraelis nituntur, cuius nomen eſt Dominus exercituũ. [8]An non priora quæ à primordio nuntiaui, quũ de ore meo exirẽt, & vobis exponerem, protinus ea feci, vſq; venerũt? [9]Quanuis nõ ignorarẽ ꝙ durus ſis, ꝙ neruus ferreus ceruix tua, & [10]ꝙ ænea tibi frons ſit.' Attamen iam olim priuſquam venirent [11]nũtiaui' & expoſui tibi, ne fortè diceres, Idolum meum fecit hæc, aut ſculptile aut conflatile meum [12]præcepit ea. [13]Audiuiſti,' contẽplare hoc totum, & vos annõ annuntiabitis?

flumina. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo. Redemptor noſter, Dominus exercituum nomen illius, ſanctus Iſrael. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia nõ vocaberis vltrà domina regnorum. ¶ Iratus ſum ſuper populum meum, cõtaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: nõ poſuiſti eis miſericordias [s]uper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde. Et [dixi]ſti, In ſempiternum ero domina. non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego ſum, & non eſt præter me amplius: non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi duo hæc ſubito in die vna, ſterilitas, & viduitas. vniuerſa venerũt ſuper te, propter multitudin[em] maleficiorum tuorum, & propter, duritiam [incan]tatorum tuorum vehementem. Et fiduciam [ha]buiſti in malitia tua, & dixiſti, Non eſt qui videat me. Sapiẽtia tua & ſcientia tua hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo, Ego ſũ, & præter me non eſt altera. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: & irruet ſuper te calamitas, quam non p[oter]is expiare: veniet ſuper te repentè miſeria [qua]m neſcies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorũ tuorum in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi fortè quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſaluent te augures cæli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce, facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos: non liberabunt animam ſuam de manu flammæ: non ſunt prunæ quibus caleſiant, nec focus vt ſedeant ad eũ. Sic facta ſunt tibi in quibuſcunque laborauera[s]: negotiatores tui ab adoleſcentia tua, vnuſquiſque in via ſua errauerunt, non eſt qui ſaluet te.

CAP. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſrael recordamini non in veritate neque in iuſtitia. De ciuitate enim ſancta vocati ſunt, & ſuper Deũ Iſrael conſtabiliti ſunt: Dominus exercituum nomen eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus ſum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus [ferr]eus ceruix tua, & frons tua ærea. Prædixi ti[bi ex]tunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fo[rte d]iceres, Idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia [me]a, & conflatilia mandauerunt iſta. Quæ audiſti, vide omnia: vos autem nũ annuntiaſtis?

Naham 3. D

B Imperiũ Babylonis aufert, ꝙ fuerint immiſericordes aduerſus Iſraelem.

Apoc. 18. b. [illegible] ĩ. ſũ. f.
C

B

In Iudæos hypocritas, nomine quidẽ in Deo gloriantes, factis autem denegantes.

Iudæorũ gẽs obſtinata.

B

¶ 7 videbitur opprobriũ tuum: ¶ 8. i. nõ humaniter, vt homo: ſed crudeliter vt leo. vl, nõ humanis viribus, ſed diuinis. ¶ 9 ſub. hæc faciet. ¶ 10. i. quẽ Iſrael colit. ¶ 11 ſub. gentes vicinæ. ¶ 12 polluerem. transferendo eam ſcilicet in terram idololatrarum, hominibus pollutis & incircũciſis. ¶ 13 ita vt non poſueris ¶ 14 ſub. Iſraelis. vl, populi mei. i. non perpendiſti qd tandẽ facere velim cũ poplo meo, ꝙ ſim eos liberaturus, & te pditur°. Alij ſub audiunt, ſuperbiæ tuæ. i. nec recordat° es eius quod conſecuturũ erat ſuperbiã tuã. In hoc capite Babylonẽ primũ arguit incredulitatis, deide ſuperbiæ. ¶ 15 voluptaria. q̃ voluptatib° es dedita. ¶ 16 [Audi inquam] duo &c. ¶ 17 cũ cõpleta fuerint [ſub. peccata tua] veniẽt ſup te [quæ dixi.]

¶ 18 ob multitudinẽ, &c. ¶ 19. i. propter multitudinẽ ¶ 20 rebellare facit. ¶ 21 vl, diẽ. aut aduentum ¶ 22 repellere. ¶ 23 incantationibus tuis, cum multitudine maleficiorũ tuorum, quibus inſudaſti ¶ 24 fortaſſe poteris proficere, fortaſſe corroborabis te. i. fortaſſe acquires vires quib° reſiſtere poteris vẽturis calamitatib°. ¶ 25 vl, nũc. ¶ 26 quique indicant [ſub. ventura ſuper te] per ſingulos mẽſes, quæ ab his ventura ſunt tibi. Fortaſſe attingit eos qui noua luna inſpecta, futura prædicebant. Ab his, ſub. ſtellis, vl mẽſibus. Ridet vanitatẽ aſtrologorũ. ¶ 27 Heb. de manu incendij, ¶ 28 q. d. in Babylonis incẽdio cõburẽtur ita tui aſtrologi, vt nullas prunas relinquãt quib° hoies caleſcere poſſ.nt. Ligna vſta vtilia ſunt: nã relinquũt prunas quę vſui ſunt hoib°. at aſtrologi tui nihil prunarũ ſunt relicturi. ¶ 29 ij quibus inſudaſti, ¶ 30 Heb. in latus [faciei] ſuæ errãdo abibũt. Galli [l]e, deuant ſoy. q. d. Negotiatores q in te verſati ſũt ab eo tẽpore quo primũ iperiũ tibi vẽdicaſti, fugiẽt alij i Oriẽtẽ, alij in Occidẽtẽ, & nulla ratione te iuuabũt.

XLVIII. ¶ 1. i. qui vocamini Iſraelitæ. ¶ 2 Tertiæ perſonæ ꝓ ſecũdis, egreſſi eſtis. ¶ 3. i. de ſemine. Metaphora ab aquis q̃ liquidę ſunt, vt ſemẽ quoq; hoĩs. ¶ 4 vl, cõmemorare ſoletis aliquid aſſumpto noie Dei Iſraelis. ¶ 5 vl, nõ vere. ¶ 6 Sub. notũ eſt ꝙ ¶ 7 vocãtur. Aut de noie vrbis ſictę vocamini. i. dicimini filij Ieruſalẽ. q. d. Profitemini quidẽ nomẽ meũ, & religionẽ meã ſpecie quadã iactatis: vultis videri acſi mihi niteremini: ſed oia ſunt hypocriſis: quia cor veſtrũ longe eſt à me. ¶ 8 Hebr. Prima quæ euenerũt, iã olim [antea] prædixi, & ex ore meo egreſſæ ſunt [ſub. prædictiones] & indicaui illas [prophetias,] ſubito decreui me ea facturũ. & euenerunt. ¶ 9 Heb. Hæc ſcientia mea eſt quòd durus, &c. i. probe noui quòd. &c. ¶ 10. i. noui te eſſe impudentem. ¶ 11 ſub. captiuitatem venturam. ¶ 12. i. feci vt illa eueniret. ¶ 13 ſub. prædictionem. acſi dicat, Vide illã prædictionem de captiuitate: nam iam euenit: & vos nonne annuntiabitis? acſi dicat, fateri cogemini illam eueniſſe.

Expectat nos Deus ad pœnitétiá, vt glorificet ob ſeruatum ppl'm
E.41.b.
E.41.b.44.a.

Audita feci tibi noua extunc, & conſeruata ſunt
quę neſcis: nunc creata ſunt, & nõ extunc: & an-
te diem, & nõ audiſti ea, ne forte dicas, Ecce ego
cognoui ea. Neque audiſti, neque cognouiſti, ne-
que extunc aperta eſt auris tua. ſcio enim quia
præuaricans præuaricaberis, & trãſgreſſorem ex
vtero vocaui te. ¶ Propter nomen meum longe
faciam furorem meum: & laude mea infrænabo
te, ne intereas. Ecce excoxi te, ſed nõ quaſi argen
tũ, elegi te in camino paupertatis. Propter me,
propter me faciam, vt nõ blaſphemer: & ‖ gloriã
meã alteri nõ dabo. Audi me Iacob, & Iſrael quẽ
ego voco. ‖ ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſi-
C mus. Manus quoque mea fundauit terrã, & dex-
tera mea menſa eſt cælos: ego vocabo eos, & ſta-
bunt ſimul. Cõgregamini omnes vos, & audite:
quis de eis annũtiauit hæc? Dominus dilexit eũ,
faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachiũ
ſuũ in Chaldæis. Ego ego locutus ſum, & vocaui

Eſaiæ verba conſolantis populũ in captiuitate.

eum: adduxi eũ, & directa eſt via eius. ¶ Acceſi-
te ad me, & audite hoc: non à principio in abſ-
condito locutus ſum: ex tempore antequam fie-
ret, ibi eram, & nunc Dominus Deus miſit me, &
Spiritus eius. Hæc dicit Dominus Deus redem-
ptor tuus ſanctus Iſrael, Ego Domin' Deus tuus
docens te vtilia, gubernans te in via qua ambu-
D las. Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſ-
ſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gur-
gites maris, & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, &
ſtirps vteri tui vt lapilli eius: nõ interiſſet, & nõ
fuiſſet attritum nomen eius à facie mea. Egre-
dimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce
exultationis annuntiate: auditum facite hoc, &

Exod.17.b.
Nume.20.b.
E.57.d.

efferte illud vſque ad extrema terræ. Dicite, ‖ Re-
demit Dominus ſeruum ſuum Iacob. Non ſitie-
fabrum ſufflantem i[illegible]gne prunas. & proferen-
tem vas in opus ſum[illegible] & ego creaui interfecto-
rem ad diſperden[illegible]. Omne vas quod fictū eſt
cōtra te, non dirig[illegible] & omnem linguam reſi
ſtentem tibi in iudi[illegible]o, iudicabis. Hæc eſt hæredi
tas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorū apud me,
dicit Dominus. CAP. LV.

Eccl. 51. d.
Exhortat ad audiendū verbū Domini.

OMnes ſitientes venite ad aquas: & qui non
habetis argentum, properate, emite & co-
medite: venite, emite abſque argento, & abſque
vlla commutatione vinum & lac. Quare appen-
ditis argentum non in panibus, & laborem ve-
ſtrū nō in ſaturitate? Audite audiētes me, & co-
medite bonū, & delectabitur in craſſitudine ani
ma veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad
B me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vo-
biſcum pactum ſempiternum[,] miſericordias Da
uid [a] fideles. Ecce teſtem populis dedi eum, ducē
ac præceptorem Gentibus. Ecce, gentem quā ne-
ſciebas, vocabis: & gētes quæ te nō cognouerūt,
ad te current propter Dominum Deum tuum,
& ſanctum Iſrael: quia glorificauit te. Quærite
Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eū dū
propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir
iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Do-
C minum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrū,
quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Nō enim
cogitationes meæ, cogitatiões veſtræ: neque viæ
veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia ſicut exal-
tantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à
vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationib[us]
veſtris. Et quomodo deſcendit imber, & nix de
cælo, & illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat
terram, & infundit eam, & germinare eam fa-
D cit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic
erit verbum meū quod egredietur de ore meo,
non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcū
que volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi il
lud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace dedu
cemini: montes & colles cantabunt coram vobis
laudem, & omnia ligna regionis plaudent ma-
nu. Pro [a] ſaliuncula aſcendit abies, & pro vrtica
creſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in ſi
gnū æternū, quod nō auferetur. CAP. LVI.

Act. 13. e.
[a] fideles.
Pœnitentia.
Miſericordia
Verbum Dei prædicatum fructificans.
Lætitia.
[a] ſaliunca aſcendet

Sapien. 1. a.
Adhortat ad iudiciū & iuſticiā & ſabbathiſmum.
Cōſolatur propheta proſelytos, qui in numerū Iudæorū recepti, deſperabāt ſe ſaluatū iri, quod de ſemine Abrahæ nō eſſēt.

HAEc dicit Dominus, Cuſtodite iudicium, &
facite iuſtitiam: quia iuxtà eſt ſalus mea vt
veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Beat[us] vir qui
facit hoc, & fili[us] hominis qui apprehēdet iſtud:
cuſtodiens ſabbathū ne polluat illud, cuſtodiens
man[us] ſuas ne faciat oē malū. Et nō dicat fili[us] ad-
B uenæ qui adhæret Domino, dicens, Separatione
diuidet me Domin[us] à populo ſuo. Et nō dicat eu
nuchus, Ecce ego lignū aridū. Quia hæc dicit Do
min[us] eunuchis, Qui cuſtodierint ſabbatha mea,
& elegerint quę ego volui, & tenuerint fœd[us] meū:
Dabo eis i domo mea, & in muris meis locum, &
nomē melius à filiis & filiabus: nomē ſempiter
num dabo eis, quod non peribit. Et filios adue-
næ qui adhærent Domino vt colant eum, & dili
gant nomē eius, vt ſint ei in ſeruos: omnē cuſto-

[16] Ecce congregando congregabit[ſe globus,] ſed
abſque me: quicunque congregabitur [17] tecū [cō-
tra te,] [18] cadet. En [vt] ego creaui fabrum qui fla-
tu [19] carbones incendit, & inſtrumētum ad opus
ſuū producit:] [20] [ita] ego quoq; vaſtatorē creaui
ad perdendum. Omne vero inſtrumentum quod
contra te aptatum eſt, [21] non promouebit: & [22] om
nis lingua quæ inſurrexerit contra te, hanc tu
iure impiam eſſe conuinces. talis erit hæreditas
ſeruorum Domini, [23] & iuſtitia eorum à me eſt,
dicit Dominus. CAP. LV.

OVos omnes qui ſititis, venite ad aquas: & hi
quibus non eſt pecunia, adeſte, [1] cibum com
parate & comedite: adeſte [inquam,] parate cibū
ſine argēto & ſine pretio, vinum & lac. [2] Cur ex-
penditis pecuniam pro eo quod cibus non eſt, &
laborem veſtrum pro eo quod nō ſatiat? quin po
tius mihi diligenter auſcultate, vt comedatis bo
num, & [3] in pinguedine oblectet ſe anima veſtra.
Inclinate aurem veſtram, & ad me venite: audi-
te, & viuet anima veſtra: feriam enim vobiſcum
fœdus ſempiternum, miſericordias Dauidis [4] fide
les. Ecce dedi eum [5] teſtem populis, principem ac
præceptorem populis. Ecce [6] vocabis gentem quā
non nouiſti, & gentes quæ te non nouerunt, ad
te current, idque propter Dominum Deum tuū,
& Sāctum Iſraelis, [7] qui te honorificum reddit.
Quærite Dominū dum [8] inuenitur, inuocate eū
dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam,
& quiſque iniquus cogitationes ſuas, ac conuer-
tatur ad Dominum, & miſerebitur eius, atq; ad
Deum noſtrum, quoniam [9] propēſus eſt ad igno
ſcendum. Non enim cogitationes meæ [10] ſunt co
gitationes veſtræ, neque viæ veſtræ viæ meæ, di-
cit Dominus. Sed [11] quemadmodū cæli terra ſub-
limiores ſunt, ita excedūt viæ meæ vias veſtras,
& cogitationes meæ cogitationes veſtras. Et per
inde atque imber aut nix [12] de cælo deſcendit, &
illò non redit, ſed irrigat terram, & parere atq;
germinare eam facit, vt det ſerenti ſemen, & pa
nem ad edendum: Ita erit [13] verbum meum quod
exit de ore meo, non redibit ad me vacuum, ſed
faciet quæcūque volo, & proſperabitur in his ad
quæ miſi illud. [14] Quoniā cum lætitia egrediemi
ni, & in pace deducemini: montes & colles pro-
rūpent in iubilum coram vobis, & omnes arbo-
res agri manu plaudent. Pro [15] rubro ſpinoſo aſ-
cendet abies, & pro vrtica myrtus: & [16] erit Domi
no in nomen, in ſignum perpetuum quod nun
quam excindetur. CAP. LVI.

SIc dicit Dominus, Cuſtodite iudicium, & faci
te iuſtitiam: quia [1] properat ſalus mea ad ve-
niendum, & iuſtitia mea vt reueletur. Beatus ho
mo qui fecerit hoc, & filius hominis qui hoc [2] ap-
prehenderit, cuſtodiens [ſcilicet] ſabbatū, ne pro
phanet illud: & cuſtodiens manum ſuam, ne fa-
ciat quidquā mali. [3] Ne dicat alienigena, qui Do-
mino [4] adhæſurus erat, hoc modo, Omnino ſepa-
rauit me Dominus à populo ſuo. neq; dicat [5] eu-
nuchus, En ego lignum aridum. Quia ſic dicit
Dominus [6] eunuchis (qui cuſtodiūt ſabbata mea,
& eligunt quæ mihi placent, atque firmiter te-
nent fœdus meū,) Dabo eis in domo mea, & in-
tra muros meos & partem & nomen melius [7] quā filiorum & filiarum: nomen inquam ſempiternum
dabo huiuſmodi, quod nunquam abolebitur. Porrò alienigenis, ([8] qui Domino cupiunt adhærere vt
ſeruiant ei, & diligant [9] nomen Domini, vt ſint ſerui eius: quicunque cuſtodierit ſabbatum ne pro-

¶16 vel, Si congregādo cōgregauerit ſe ſub. popul[us] aliquis vt opprimat te] id non fiet iuſſu meo:
¶17 Heb. i te, id eſt in regiōe tua.
¶18 vel, peribit
¶19 Heb. ignē prunarum
¶20. i. vt creauero fabrum qui fabricet arma cōtra te, ita creabo euerſorem qui arma oia illa deſtruat.
¶21 He. nō proſperabit:
¶22 vel, & oēm linguā quæ conſurget tecū in iudiciū, vinces. aut ipſā eſſe oſtendes.
¶23. i. hoc pacto oſtēdere ſoleo me approbare opa eorū iuſta, quod illos libero ab hoſtibus eorum.

LV.
¶1 emite
¶2 Inuehit in eos qui relicta vera doctrina, quæ ſola ſatiare & paſcere animū poteſt, ſectant diſciplinas humanas.
¶3. i. cibo illo pingui qui eſt gratior macro, hoc eſt doctrina euangelica.
¶4 ſtabiles. ſub. faciā. i. Promiſſiões quas feci Dauidi de Chriſto præſtando, præſtabo. act. 13. Vertere potes, eodē ſēſu, Et miſericordiæ Dauidis ſtabiles erunt.
¶5 Hęc ad Chriſtū pertinēt. i. vt teſtetur meā volūtatem populis.
¶6 ſub. p p[illegible]ationē.
¶7 Hebr. qa te honorificabit, i. qa Deus pater propoſuit ſūmo honore te afficere.
¶8 vel, inueniri poteſt.
¶9 He. multiplicat. q. d. nō ſemel ignoſcit, ſed ſępi[us].
¶10 vel, cogitatióib[us] veſtris ſimiles ſunt.
¶11 vel, quātū cæli terre ſublimiores ſūt, tātū &c.
¶12. i. de aere,
¶13. i. promiſſum tādē præſtabitur à me.
¶14 vel, [dico igit] quòd cū &c. Dico igit iuxta promiſſiones veteres quòd i egrediemini. Aut verte, nā cū lætitia &c.
¶15 ſpina alba. q. d. Qui pri[us] ſpinoſi erāt, & lædebāt, definēt aliis facere iniuriā.
¶16. i. ex hoc laudabit Domin[us]. monimēto perpetuo, quod ex iprobis probos fecerit.
LVI.
¶1 vel, propinqua eſt. i. breui venturus eſt ſaluator, & iuſtificator quē promiſi.
¶2 vel, ſeruarit,
¶3 Oſtēdit nullū eſſe diſcrimē nationū apud Deum. Act. 10.
¶4 Heb. adiunxit ſe.
¶5 eunuchi putabant ſe obnoxios legis maledictioni, quod nō eſſent relicturi poſteritatē. Scriptū eſt enim Deut. 7. Nō erit quiſquā infœcūdus in Iſrael.
¶6 vel de eunuchis.
¶7 vel, quàm filiis & filiab[us] [meis.] ſub. Iſraelitis carnalib[us] nō cuſtodiētib[us] leges meas.
¶8 He. adiūctis Domino
¶9. i. gloriā

Aug. [illegible]

¶10 Hebr. orationis meæ. i. vbi me orabũt, qui me orare voluerit. ¶11. i. dedi templo meo nomẽ Domus orationis, nõ ſolũ in gratiã Iudæorum, ſed etiã in gratiã Gentiliũ, vt in ea me orent oẽs gẽtes. q. d. tã Iudæi, quã Gentiles ſi orauerint me in templo meo, ego exaudiam eos ſine vllo diſcrimine. Lege 3. Reg. 8.

¶12 congregaturus ſum.

¶13 vltra eum. i. vltra Iſraelem congregabo eos qui illi ſe adiũxerint ex incircũciſis. acſi dicat Dominus, Ego in eccleſiam meã ſum congregaturus Iſraelitas & Gentiles.

¶14 ſub. præuaricatores.

Hactenus conſolatione eſt vſus: hic vero mutat ſtylum, & inuehitur in improbos epiſcopos, & magiſtrat⁹. ad quos deuorãdos inuitat feras.

phanet illud, & firmiter tenuerit fœdus meum,) Hos inquam adducam ad montem meũ ſanctũ, & exhilarabo eos in æde [10] mea oratoria,' holocauſta & ſacrificia eorum accepta erunt in ara mea: quoniam ædes mea [11] ædes orationis vocabitur cunctis populis.' Dicit Dominus Deus qui profugos Iſraelis [12] colligit,' Adhuc congregabo [13] ad eum' congregatos eius. Omnes beſtiæ agri venite [14] vt comedatis,' vniuerſæ beſtię ſalt⁹. [15] Speculatores eius omnes cæci ſunt, omnes ſũt ignari, [16] canes muti, latrare non poſſunt, [17] torpent,' iacent, [18] ſommo indulgent.' Et canes illi [19] vehementer auidi' ſatiari non poſſunt: [20] & paſtores ipſi nihil norunt intelligere, [21] quiſque viam ſuã ſpectat, quiſque à [22] termino ſuo ad emolumentum ſuum [propenſus eſt.'] [Venite [aiunt,]] vinum adferam, [23] vt perpotemus ad ebrietatem vſque,' [24] atque adeo ſicut hodie, ita & cras, imò longe amplius.

CAP. LVII.

IVſtus [1] perit,' neque quiſquam hoc [2] in corde reponit: homines [3] benefici tolluntur,' & nemo [4] expendit: tollitur autem ante malum iuſtus.' [5] Venit pax, requieſcunt in cubilibus ſuis, præceditque ante illum.' Et [6] vos huc accedite filij veneficæ, ſemen adulteri & fornicariæ. [7] Qua re' vos oblectatis? contra quem dilataſtis os, & linguas exeruiſtis? Annon vos filij eſtis [8] perfidi,' & ſemẽ mendax? [9] Incaleſcitis' apud quercus ſub omni ligno frondoſo, iugulantes liberos in vallib⁹ ſubtus [10] in cauernis petrarum. [11] In læuibus torrentis pars tua, [12] illi illi ergo [ſũt] ſors tua:' quin & libamen illis fudiſti, & munus cibarium obtuliſti: num vero [13] iſta æquanimiter ferrem? In montibus excelſis & ſublimibus poſuiſti [14] lectiſternia tua,' atque illuc aſcendiſti vt mactares victimã. Poſt oſtium & poſtes [15] reliquiſti monumentum tuum: quoniam [16] præter me renudaſti,' aſcendiſti & dilataſti [17] lectum tuum, & [fœdus] tibi pepigiſti [18] [cum quibuſdam] ex eis,' dilexiſti [19] lectos eorũ vbicunque vidiſti. [20] Rectã quoq; vnguento & varijs pigmentis tuis delibuta ad regem abijſti, legatos tuos in longinquum amandaſti, & decidiſti ad inferos.' [21] Laboraſti copia viarum tuarũ,' neque vnquam dixiſti, [22] Deſperatum eſt. [23] vitam manus tuæ inueniſti, idcirco nõ lãguiſti.' Quem

dientẽ ſabbathum ne polluat illud, & tenentem fœdus meũ: Adducam eos in mõtẽ ſanctũ meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia ꝗdomus mea, dom⁹ orationis vocabitur cunctis populis. Ait Dominus Deus qui congregat diſperſos Iſrael, Adhuc cõgregabo ad eum cõgregatos eius. Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cæci omnes, neſcierũt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia. ꝗEt canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ig[nora]uerunt intelligentiã: omnes in viã ſuam decl[ina]uerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. ꝗVenite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

CAP. LVII.

IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colligũtur, quia nõ eſt qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Veniat pax, requieſcat i cubili ſuo qui ambulauit in directione ſua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, ſemẽ adulteri, & fornicariæ. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? nunquid nõ vos filij ſceleſti, ſemen mendax? qui cõſolamini in dijs ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus ſubter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua: & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium. nunquid ſuper his non indignabor? Super mõtem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuũ, & illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias. Et poſt oſtium, & retro poſtẽ poſuiſti memoriale tuũ: quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cũ eis fœdus: dilexiſti ſtratum eorum manu aperta. Et ornaſti te regio vnguento, & multiplicaſti pigmenta tua: miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vſque ad inferos. In multitudine viæ tuę laboraſti: non dixiſti, Quieſcam. vitam manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti. Pro quo

Matth. 21. b. mar. 11. c. luc. 19. g.

Inuehitur in epiſcoporũ impietatem.

Iere. 6. c.

Sapien. 2. b.

Iuſtorum [m]ors incognitus.

Pax eorũ & requies.

Implj vocantur ad iudicium, quibus multa ſcelera objiciunt.

¶15. i. oẽs pfecti gubernatiõi populi Dei, vt ſũt epiſcopi, reges, magiſtrat⁹ & alij. ¶16 vl [ſunt velut] canes muti [qui] non valent latrare. ¶17 vl, dormitantes. ſub. velut canes. ¶18 He. diligẽtes dormire. aut dediti ſomno. ¶19 Heb. fortes anima. i. voraces. inexplebili & voraci edacitate. ¶20 Hebr. & ipſi paſcuntes, [& ] non norunt &c. i. illi belle curant corpus ſuum. & neſciunt quæ pertinent ad inſtitutionem populi ipſis commiſſi. ¶21 Hebr. quiſque in viam ſuam vertuntur. vl ferũtur. i. omnes pro libidine ſua viuunt. ¶22 [ad] auaritiam ſuam [reſpiciunt] in termino ſuo. i. in ſua regione. q. d. ſinguli dant operam vt congregent opes in ſua regione. Gallice, en ſon quartier. ¶23 Heb. & inebriemur ſicera. Epiſcoporũ vox & doctorum, inuitantium populum ad cõpotationes, nõ ad ſtudia ſacrarum literarum. ¶24 Heb. & erit ſicut hæc. dies craſtina, [aut] maior cum excellẽtia multo. Aut, multo maior & ſũptuoſior. LVII. ¶1. i. moritur. decedit hac vita. ¶2. i. nõ eſt qui curet, & reputet apud ſe quare illi moriantur. ¶3 pietate inſignes colligũtur. ſub. ad patres. i. moriũtur. ¶4 intelligit quòd propter malum [. i. vltionem breui venturam] appoſitus ſit [ſub. patrib⁹ ſuis] iuſtus. ¶5 It [iuſtus ad ſepulchrum in] pace, requieſcunt [ipſi] in ſepulchris ſuis, it [pax] ante eũ. i. in pace decedit iuſtus. Alij legunt poſtremam particulam, Requieſcunt in ſepulchris ſuis [ſinguli] qui ambulant ante Deum. ¶6 Iſraelitas alloquitur iprobos. Accedite ad me & audite me. ¶7 vl, In quo ¶8 vl, trãſgreſſionis. ſiue tranſgreſſores. ¶9 ſub. venere. qui coire ſoletis. Fornicationem animi intelligit. q. d. qui in lucis ipſis idololatriam exercetis. ¶10 in ramis [. i. prominentijs] rupium. ſic dictis ꝙ illæ ſint inſtar ramorum arborum. Vel, in dentibus. referunt enim dentes, prominẽtiæ illæ arborũ. ¶11 vl, In politis lapidibus. q. d. quum vides pulchrum aliquem & politum lapidem poſitum in torrentibus, vlæ, aut alterius rei cauſa, illum adoras, & ab eo portionem hæreditatis æternæ expectas. vl, illo tam fidis, quàm portione hæreditaria. ¶12 ipſi ſunt ſors tua: ¶13 Heb. ſuper his conſolationem accipiam? ¶14 lectum tuum, ¶15 ponis monumentum tuum. i. dei tui: hoc eſt aliquid quod tibi reuocet in memoriam deum quem colis: quum debueris inſculpere præcepta. ¶16 à me [ſub. diſcedens] reuelaſti [ſub. turpitudinem tuam alijs. ¶17. i. lectum tuum feciſti ampliorem vt plures adulteros admitteres. q. d. non idolum vnum coluiſti, ſed plura. ¶18 vl, cum illis. ¶19. i. vbicunque vidiſti idola, illic te illis pſtituiſti. ¶20 Heb. Obtuliſti munera regi [Aſſyriorũ] cũ oleo, [vl balſamo,] & multiplicaſti aromata tua, miſiſtique legatos tuos procul, & deprimis te vſque ad ſepulchrum. Arguitur etiã hic ſenagoga ꝙ Deo Iſraelis ſpreto, ſiũ ſit rege Aſſyriorum. Multiplicaſti, inquit, munera. i. multa aromata tecum tuliſti vt tibi conciliares regem Aſſyriorum. In ſepulchrum, ſiue foueam. i. valde te demiſiſti: ſiue tam te demiſiſti ꝙ eſt humilis fouea ſepulchralis. ¶21 vl, Defatigata es multitudine viarum tuarũ. i. in illo longo itinere fatigaſti te. ¶22 vl, in deſperationem venit cor meum. Aut, Deficit me animus. ¶23. i. iter in Aſſyriam fuit tibi tam gratum, quàm gratum eſſe ſolet victus labore partus: propterea tam longi itineris labor non fuit tibi grauis.

Sperantibus in Domino, vitæ æternæ hæreditas promittitur.
Ī.61.d.

Quare mali percuſſi.

Ī.48.d.
q' dicit Deus meus impiis.
[redacted]
Murmurant hypocritæ.
Ieiuniū impiorum, & ieiuniū Dei.
Zach.7.b.

q' vocabis

Ezech.18.b.
matth.25.c.

B ſollicita timuiſti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo? quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es. Ego annūtiabo iuſtitiam tuam, & opera tua nō proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te cōgregati tui, & omnes eos auferet vētus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meū. Et dicam, §Viam facite, præbete iter, declinate de ſemita, auferte offēdicula de via populi mei. Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem: & ſanctum nomen eius in excelſo & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu: D vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Non enim in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Propter iniquitatē auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum: abſcondi à te faciem meam, & indignatus ſum: & abiit vagus in via cordis ſui. Vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui lōge eſt & qui prope, dixit Dominus, & ſanaui eum. Impii autem quaſi mare feruēs, quod quieſcere nō poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. §Non eſt pax impiis, dicit Dominus meus.

CAP. LVII I.

CLama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuā, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit: rogant me iudicia iuſtitiæ, & appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce, in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. §Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuā? nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? nunquid iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nōnne hoc eſt magis ieiunium quod elegi, diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. §Frāge eſurienti panē tuū, & egenos vagóſq; induc in domū tuam. cū videris nudū, operi eū, & carnē tuā ne deſpexeris. C

vero verita es, aut timuiſti? quandoquidem [14]mihi es mentita, neque recordata es mei, neque in cor tuum [15]reuocas. [16]num me, quod hactenus feci, perpetuó diſſimulaturum ſperas, vt me nihil metuas? [17]Quin potius iuſtitiam tuam & opera tua prædicabo, neque proderunt tibi. Quum clamaueris, liberent te [18]collectitii tui: ſed hos omnes abripiet vētus, & tollet [19]vanitas: qui autem in me ſperat, is terrā hæreditate accipiet, & mōtem ſanctum meum poſſidebit. Et [10]dicet, [11]Munite munite viam, complanate iter, tollite offendiculum è via populi mei. Quia ſic dicit excelſus & ſublimis, inhabitans æternitatem, & cuius nomē ſanctum eſt, Ego ſimul excelſum[locum] & ſanctum inhabito, & cum contrito & ſubmiſſo ſpiritu, vt viuificem ſpiritum ſubmiſſorum, & vt viuificem cor [12]contritorum. Non enim in perpetuū [13]iurgor, neque in æternum iraſcor: quia ſpiritus [14]ante faciem meam deficiet, & flatus ego feci. Propter iniquitatē auaritiæ eius iraſcor, percutio eum, auerſor & indignor, [15]& quum abit oberrās in via cordis ſui. At[rurſum] [16]vias eius contemplatus, [17]ſano ipſum, reduco eum, reddo ei conſolationes, & his qui lugent ipſum. [18]Creo fructum labiorum, [19]pacem pacem his qui procul, & his qui prope ſunt, dicit Dominus, & ſanabo eum. Impii autem [40]Euripi inſtar fremunt, qui neſcit quieſcere [41]cum aquæ eius limo & luto turbātur. Non eſt pax impiis, dicit De⁹ meus.

CAP. LVIII.

CLama ex gutture, ne parcas, exalta inſtar tubæ vocem tuam, & annuncia populo meo præuaricationem ſuam, & domui Iacob peccata ſua. Etenim me quotidie [1]quærūt, [2]& ſcire vias meas volunt, velut gens quæ operetur iuſtitiam, & iudicium Dei ſui non derelinquat: [3]rogāt me iudicia iuſtitiæ, [4]vt Deus appropinquet cupiūt. Quare[inquiunt]ieiunamus, & tu non aſpicis? affligimus animas noſtras, & tu [4]ignoras? Ecce in die quo ieiunatis, inuenitis quod vultis, & omnes [5]labores veſtros exigitis. Ecce [6]ad lites & iurgia ieiunatis, & vt percutiatis pugno [7]adiudicatum. ne ieiunetis vt hodie, vt audiri faciatis in excelſo vocem veſtrā. Num huiuſmodi ieiunium eſt quod ego [8]elegi, [nimirū] vt [9][certo] die homo affligat animam ſuā, aut [10]retorqueat caput ſuū [11]tanquam hamum? ſaccū & puluerem [12]ſternat? num iſtud ieiunium & diem Domino gratū appellabis? An non[potius]hoc ieiunium [13]eligo, Aperire [14]nexus [15]addicti [ſibi,] ſoluere [16]faſciculos iugi, liberos dimittere [17]oppreſſos, & vt omne iugum dirumpatis? Annon, vt frangas eſurienti panem tuum, adflictos, [18]extorres, egenos introducas domum? ſi videris nudum, vt tegas eum, [19]& à carne tua ne te abſcondas?

¶14.i.abnegaſti me. defeciſti à me. ¶15 ſub. me eſſe omnipotentem. ¶16 Heb. nōnne ego diſſimulaui, idq; à ſeculo. & tamen me nō timuiſti? q.d. nōne ego iam à ſeculo tibi peperci, cū peccares, & tamen non me times, ſed deſeris cultum meum? ¶17 Hebr. Ego narraui[hactenus]iuſtitiam tuā: at opera tua nō proderūt tibi. Ironia eſt. hacten⁹, inquit, narraui opera è quibus oēs colligere poſſint te eſſe admodū iuſtū ſcilicet: at cultus hic idolorū tibi nō proderit. ¶18 vl, cōgregationes tuæ, i. milites quos magno labore tibi vndique cōgregaueris. ¶19 vl, vētus. ſpiritus. i. peribūt idola, & qui confidunt in eis.

¶10 vl, dixit. ſub. Dominus mihi & aliis prophetis. Verba Dei ad prophetas vt populū reuocēt ad ſe. ¶11 vl, Eleuate, eleuate. i. velut aggeſta terra munite viam. ſic muniūtur viæ in locis paluſtribus. ¶12 vl, oppreſſorū. ¶13 vl, cōtendam. ſub. cum hominibus. i. non ſuccenſebo hominibus. ¶14 à conſpectu induet corpus, & animas ego creaui. i. creo ſpiritus & animas quas poſtea in corpus immitto, & illo velut veſte quadam induuntur. ¶15 ille vero abit rebellis ¶16. i. rationem viuendi, ſiue infirmitatē eius ¶17 vl, ſtatui ſanare eū, & deducere eum[per viā legum mearū]& reddere cōſolationes lugētibus eius. i. iis qui in eo populo peccata ſua lugēt. ¶18 vl. Innouaturus ſum ſermonē. ſub. populi hui⁹. olim habebat in ore bellū & vltionē: poſthac vero loquet de pace quæ ipſi cōtinget & Gētibus. Act.10.g. ¶19 pax pax. i. multa pax. ſub. per Chriſtū meū, populo gētili remoto, Epheſ.2. & populo vicino Iſraelitico. ¶40 ſimiles erūt mari quod eſt in perpetuo motu. ¶41 cuius aquæ propellūt ad litora cœnū & lutum. LVIII. ¶1 vl, cōſulunt. requirunt. q.d. videtur velle & optare intelligere leges meas. ¶2 vl, quærunt à me. aut, cōſulunt me de legib⁹ meis iuſtis. ¶3 vl, acceſſū ad Deū[. i. ad me]optare vidētur. ¶4. i. videris ignorare? nos ſcilicet ieiunare. ac ſi dicat, cur afflixim⁹ corp⁹ noſtrū ieiuniis, vt nos liberares à calamitate, & tamē non liberaſti? ¶5 facultates veſtras. quas ſcilicet proximis credidiſtis. Vox Hebræa, laborē ſignificat: hic autem pro facultatibus quæ labore acquiruntur, accipienda eſt. Dum ieiunatis, ait, nihil remittitis de auaritia veſtra: ſed curatis ſedulo vt inueniatis eos quos inuenire optatis, nempe debitores veſtros, etiam pauperes. ¶6. i. videmini abſtinere à cibo & potu vt liberius vacetis litibus & iurgiis. nam ne eo quidem die abſtinetis à litibus. ¶7 improbo. vl, duro ſiue malo. ¶8 vl. probo, ¶9 vl, per diem ¶10 curuet ¶11 inſtar iunci? ¶12 ſub. ſibi. i. vt iaceat in cinere & cilicio aīo improbo & auaro, nihil mutato. Externis debēt reſpondere interna. ¶13 vl. pbo ¶14 Intelligit obligationes & alia eiuſmodi creditorum, ¶15 Heb. improbitatis. i. vt remittatis debita debitoribus veſtris. obligationes omnes & vſuras iniquas? ¶16 faſciculos nutationis. i. onera fratribus impoſita adeò grauia, vt illos inter eundum nutare & vacillare cogant. ¶17 ſub. ſeruitute. ¶18 vl, vagos ¶19. i. ne diſſimules videre cognatos proximos tuos egentes.

Tunc erumpet velut aurora[20] lux tua,[21] & diuturnitas 'tua protinus germinabit, [22] iuſtitia anteibit faciem tuam, & gloria Domini [23] colliget 'te. Tũc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet. En me tibi: ſi abſtuleris de medio tui[24] iugũ, [25] exerere 'digitum, & loqui vanitatem. Si [26] protuleris 'eſurienti animam tuam, & animam afflictam ſatiaueris, ĩ orietur[27] in tenebris lux tua, & erit[28] caligo tua ſicut meridies.' Et deducet te Dominus ſemper, & ſaturam reddet in[29] ſiccitatibus 'animam tuam, &[30] oſſa tua ſaginabit,' & eris vt hortus irriguus, & ſicut[31] ſcaturigo aquarum, cuius aquæ nunquã fallunt.' Et[32] ædificabunt de te ſempiternas ſolitudines,' fundamenta[33] ſæculorum 'excitabis: vocaberis quoque[34] rupturæ reparator,' ſeductor ſemitarũ, ad [ſecure] habitãdum. Si auerteris pedẽ tuũ [35] ſabbato, quo minus facias [36] tuã volũtatẽ 'in die meo ſancto:' [37] tũ vocabis ad ſabbatũ delicatum, vt ſanctificetur & honoretur Dominus: ſi inquam honoraueris' ipſum ita, vt neque vias tuas feceris, neq; volũtatẽ tuã inueneris, neq; verbũ [tuum] loquaris: Tũc delectaberis in Domino, & ego[38] vehã te ſuper excelſa terræ,' & nutriam te hæreditate Iacob patris tui. quia os Domini loquutum eſt.

CAP. LIX.

Ecce manus Domini nõ eſt[1] mutila, quo minus ſeruare poſſit: neq; aggrauata auris eius, vt nõ exaudiat: Sed iniquitates veſtræ diuellunt inter vos & inter Deũ veſtrũ, & peccata veſtra 'abſcõdunt' vultum [eius] à vobis, ne exaudiat. Manus enim veſtræ pollutæ ſunt[3] ſanguine,' & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra loquũtur mendaciũ, & lingua veſtra peruerſitatem[4] cõcinnat.' Nemo eſt qui [5] 'vocet' in iuſtitia, nemo[6] iudicatur 'ex fide ac veritate, [7] cõfidere rebus vanis, & loqui vana, [8] cõcipere laborem, & parturire vanitatem.' Oua reguli [9] excludunt, & araneæ tela texunt: qui de ouis eorũ ederit, morietur: [10] ſi vero quis cõculcauerit, excludetur vipera.' E telis eorum non cõfit veſtis, vt operibus ſuis ſeſe tegãt: Opera enim eorũ opera ſunt vana, & opus violẽtiæ in manibus eorũ. Pedes ipſorum ad malum currũt, & properant ad effundendum innocentem ſanguinem, cogitationes eorũ cogitatiões ſunt vanæ, [11] vaſtitas & cõtritio in viis eorum. Viam pacis non cognoſcunt, neq; eſt[12] iudicium in greſſibus eorũ:' ſemitas ſuas ſic ſibi deprauãt, vt omnis qui per eas trãſit, [13] neſciat pacẽ.' Idcirco longe[14] exulat' à nobis iudiciũ,[15] vt iuſtitia ad nos nõ poſſit pertingere.' expectabamus lucẽ, & ecce tenebræ: ſplẽdorẽ, ĩ caligine verſamur.[16] Palpabamus' ſicut cæci ad parietẽ, & cõtrectabamus vt qui nõ habet oculos. Impingebamus meridie tãquã in [17] crepuſculo, [18] in locis neglectis ac ſordidis' vt[19] mortui.' Fremebamus oẽs vt vrſi, & ſicut colũbæ inceſſanter gemebamus: expectabamus iudicium, at nuſ

Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuã iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adſum, ſi abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digit[illegible] & loqui quod nõ prodeſt. Cum effuderis eſ[illegible] animam tuã, & animam afflictam reple[illegible]etur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit: & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficiẽt aquæ. Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis: & vocaberis Ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietem. Si auerteris à ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuã in die ſancto meo, & vocaueris ſabbathum delicatum, & ſanctũ Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum nõ facis vias tuas, & non inuenietur volũtas tua vt loquaris ſermonem: Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. os enim Domini locutum eſt.

CAP. LIX.

E[illegible]n eſt abbreuiata manus Domini vt [illegible]equeat, neque aggrauata eſt auris eius vt non exaudiat: Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur. Non [illegible] qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet [illegible]ed confidunt in nihili, & loquuntur vanitat[illegible] conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatẽ. Oua aſpidum ruperũt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod cõfotum eſt, erumpet in [illegible]lum. Telæ eorum non erunt in veſtimentũ, ne[illegible]erientur operibus ſuis: opera eorũ opera in[illegible] & opus iniquitatis in manibus eorũ. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vaſtitas & contritio [illegible] vijs eorum. Viam pacis neſcierũt, & non eſt iu[illegible]um in greſſibus eorum. ſemitæ eorum incuruatæ ſunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum eſt iudicium à[a] vobis,' & non apprehendet vos' iuſtitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendorẽ, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cæci, parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus. expectauimus

D

ʒ.61.a.

Sabbathum Dei.

Num.11.c. ʒ.50.a.

Noſtra culpa fit, vt neque ſalute nos Dominus neq exaudiat [illegible] Iniquit[illegible] noſtr[illegible] ſet pro [illegible] Iob 15.d.

B

Prouer.1.b. rom.3.c.

¶ nobis, ¶ nos

Peccata cauſa ſunt excæcationis noſtræ.

¶20 Lux, omnia fœlicia ſignificat. tunc eris fœlix. & oĩa tibi proſpere cedent. ¶21 ſanitas.i. tũc liberabit te Deus à calamitatibus. ¶22.i. Tũc Chriſtus iuſtificator tuus deducet te in cælũ vbi vitã æternã conſequeris, quæ eſt gloria qua Dominus afficit ſuos. ¶23 vel, ſuſcipiet ¶24 Per iugũ oẽm ſeruitutem & omne onus itelligit. ¶25 vel, extẽdere.i.ſi deſieris porrecto digito & protenſo minari proximo, & probris afficere. ¶26 vel, effuderis.i.ſi famelico, ex animo, hilariter & ſpõte impenderis facultates tuas ¶27 Tenebræ pro aduerſitatibus. Si calamitates acciderit, ſtati ex vertẽt in fœlicitates. ¶28 Repetitio. ¶29.i.tempore famis ¶30 vel, oſſibus tuis requiem dabit. ¶31.i. i magna penuria neq; cibo neque potu carebis. ¶32 vel, iſtaurabũt opa tua deſolatiões ſeculi .i.ſi ſic vixeris, ea opera cauſa erunt vt ob frequentiam tuam cogaris inſtaurare vrbes olim deſtructas & interruptas, vt in illis habites. ¶33.i.interrupta & imperfecta à multis ſeculis. ¶34 Hebr. ſepiens fracturam. Indetur tibi nomen inſtauratoris ruinæ. ¶35.i.ne ambulet in ſabbatho. Attingit eã ſabbathi obſeruationem quæ erat ante Chriſtũ. tunc enim nihil operis die ſabbathi patrari poterat ſine peccato. Vel, ſi leges meas ſeruaueris: quæ nomine ſabbathi hic intelliguntur. ¶36.i.negotia tua ¶37 Heb. & vocaueris ſabbathum delicias tuas [diem] ſanctificatum Domino, [&] honoratum, & honore affeceris ipſum &c. ¶38 Heb. equitare te faciã.i.habitabis in Terra ſancta.i.cæleſti. nã Iudæa, cæteris altior eſſe dicitur. LIX. ¶1 vel, abbreuiata. Nõ eſt, inquit, factus imbecillior Deus vt liberare vos non poſſit: neque obſurduit &c. ¶2 vel, occultare fecerunt ¶3 ſub. fuſo à vobis. ¶4 loquitur. ¶5 vel, clamet. ſub. ad proximũ ſuũ.i.non eſt qui increpet proximũ ſuum cum male fecerit, increpet inquã iuſte & vt par eſt. ¶6 ſub. à iudicibus. ¶7 Infinitiui pro indicatiuis. Cõfidunt &c. ¶8 cõcipiũt iniuriam, & pariunt iniquitatem.i.meditantur & cogitant quomodo lædere poſſint proximum, & inuenta lædendi via lædunt. ¶9 rumpũt. Qui oua aſpidum frangunt, noxium ſibi opus faciunt: nam rupto ouo erumpit aſpis, quæ linguæ vulnere venenũ infligit effractori oui. Iis ſunt ſimiles improbi illis itẽ qui telas ſimiles telis aranearũ texũt, quorum opus eſt inutile. nimia enim tenuitate & fragilitate ſunt, ideo nullius vſus. q.d. opera improborũ, aut ipſis noxia ſunt, aut inutilia. ¶10 & cõpreſſum frangetur, & egredietur. ſub. aſpis. ¶11.i.ſtudia eorum ſunt in eo compoſita vt diripiant & cõterant. ¶12 vel, iuſtitia.i.æquitati operã dare nõ ſolẽt. ¶13.i.alienus ſit à pace. Neſcire pacẽ, pro nõ probare nec amplecti. vt pſal.1. ¶14 elongauit ſe.i.ſinit nos Dominus iniuſte affligi. ¶15 neque apprehendet nos iuſtitia.i.neque ſecũdũ iuſtitiam vlciſcet Dominus iniuriã nobis illatã. ¶.i.pro fœlicitate quã expectabamus, calamitatẽ ſumus cõſecuti. ¶16 vel, Palpamus &c. ¶17 ſub. noctis.i.vt in nocte. ¶18 in ſepulchris. ſub. verſamur. Hoc eſt, calamitatibus obruimur. ¶19 cadaue<u>ra</u>.

Iudiciũ, & nõ eſt: ſalutem, & elõgata eſt à nobis.
C Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ corã
te, & peccata noſtra responderũt nobis: quia ſce
lera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras co-
gnouimus, peccare & mentiri contra Dominũ:
& auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei no-
ſtri, vt loqueremur calumniam & tranſgreſſio-
nem: concepimus, & locuti ſumus de corde ver-
ba mendacij. Et conuerſum eſt retrorſum iudi-
cium, & iuſtitia longe ſtetit: quia corruit in pla-
tea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et fa-
cta eſt veritas in obliuionẽ: & qui receſſit à ma-
lo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum
apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium.
Et vidit Deus quia non eſt vir: & aporiatus eſt,
D quia nõ eſt qui occurrat: & ſaluauit ſibi brachiũ
ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum. Indutus
eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in ca
pite eius: indutus eſt veſtimentis vltiõis, & oper
tus eſt quaſi pallio zeli. Sicut ad vindictam quaſi
ad retributionem indignationis hoſtib⁹ ſuis, &
viciſſitudinem inimicis ſuis. inſulis vicẽ reddet.
Et timebũt qui ab Occidẽte, nomẽ Domini: & q ab
Ortu ſolis, gloriã ei⁹: cũ venerit quaſi fluui⁹ vio
lẽtus, quẽ ſpirit⁹ Domini cogit, Et venerit Siõ re
dẽptor, & eis qui redeũt ab iniq̃tate in Iacob, di
cit Dominꝰ. Hoc fœdus meũ cũ eis, dicit Dominꝰ,
Spirit⁹ me⁹ qui eſt in te, & verba mea q̃ poſui in
ore tuo, nõ recedẽt de ore tuo, & de ore ſeminis
tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominꝰ,
ámodo & vſque in ſempiternũ.

CAP. LX.

SVrge, illuminare Ieruſalem: quia venit lu-
men tuum, & gloria Domini ſuper te orta
eſt. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo
populos: ſuper te autẽ orietur Dominus, & glo-
ria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gẽtes in
lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Le-
ua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti cõ-
gregati ſunt, venerunt tibi: filij tui dẽlonge ve
nient, & filiæ tuæ de látere ſurgent. Tunc vide-
bis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuũ,
quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris,
fortitudo Gentium venerit tibi. Inũdatio came-
lorum operiet te, dromedarij Madian & Epha:
omnes de Saba venient, aurum & thus deferen-
tes, & laudem Domino annunciantes. Omne pe-
E cus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth
miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili al-
tari meo, & domum maieſtatis meæ glorificabo.
Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi colũ-
bæ ad feneſtras ſuas? Me enim inſulæ expecta-
bunt, & naues Maris in principio, vt adducam
filios tuos dẽlonge: argentum eorum, & aurum
eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & ſan-
cto Iſrael, quia glorificauit te. Et ædificabunt fi-

Cõfeſſio peccatorum.

Mundo impietatibus abũdãti, memor miſericordiæ ſuæ Deus per cit.

Epheſ.6.c. 1.Theſſ.5.b.

Rom.11.d. Verbum Dei in ore eccleſiæ.

Sermo ad eccleſiam quæ per prædicationem euãgelij in toto orbe congregatur, & omnibus bonis abũdare incipit. ſ.49.e.

¶ expectãt.

quam erat: ſalutem, & longe abſiſtit à nobis.
Quia multiplicatæ ſunt præuaricationes noſtræ
corã te, & peccata noſtra[10] reſpõdent nobis: nam
præuaricationes noſtræ ſup nos ſunt, & iniq̃tates
noſtras agnoſcimus, [videlicet] præuaricari &
mẽtiri aduerſus Dominum, deficere poſt tergũ à
Deo noſtro, loqui calumniã &[12] defectionẽ, eia-
culari & concinnare ex corde falſos ſermones.
Iudicium[14] retroactũ eſt, & iuſtitia à longe ſtat,
quia cõcidit in plateis veritas, & æquitas nequit
[15] prodire. Factúmque eſt[16] vt veritate exulante,
quicunque à malo recedit, prædæ ſeſe exponat.
hæc quum videret Dominus, diſplicuit in oculis
eius quòd non eſſet[17] iudicium. Vidit quoque, (id
que obſtupeſcens & admirans,) q nemo[18] eſſet, ne
mo inquam eſſet,[19] qui ſeſe opponeret,[20] & ſalu
tem præſtitit ei brachium eius, & iuſtitia ei⁹ ful
ciuit eum. Induit iuſtitiam tanquam loricam, &
galeam ſalutis capiti ſuo [impoſuit.] vltionẽ in-
duit tanquam veſtem, &[11] indignatione amictus
eſt vice pallij:[12] Ac omnino talis erat feruor, qua
lis eſſe ſolet quum redditur & rependitur hoſti-
bus ſuis & inimicis ſuis, vt viciſſitudinem redde
ret inſulis. Timebunt ergo ab Occidente nomen
Domini, & ab ortu ſolis maieſtatem eius,[13] quo-
niam veniet ſicut fluuius hoſtis,[14] quem ventus
Domini ĩpellit. Porrò ipſi Zioni, & eis qui de Ia-
cob[15] à perfida tráſgreſſione reſipuerint, veniet
redemptor, dicit Dominus. Ego enim (ait Domi-
nus) hoc fœdus meum cum eis ſpangã, Spiritus
meus qui ſuper te[16] eſt, & verba mea quæ inſe-
rui ori tuo, nũquam excident de ore tuo, neque
de ore ſeminis tui, neque de ore[17] nepotũ ac pro
nepotum tuorum, dicit Dominus,[18] porrò i ſem
piternum.

CAP. LX.

SVrge [igitur,][1] lucida eſto: quoniam venit[2] lux
tua, &[3] gloria Domini ſup te[4] oritur. Ecce e-
nim tenebræ operiẽt terrã, & caligo populos: ſu
per te autẽ orietur Dominꝰ, &[5] gloria eius ſuper
te apparebit.[6] Veniéntq; Gẽtes ad lucẽ tuã, & re
ges ad ſplẽdorẽ tibi exorientem. Attolle oculos
tuos per circuitũ, & vide, omnes iſti cõgregãtur
[7] veniẽtes tibi. Filij tui de lõginquo venient, &
filiæ tuæ[8] ad latus[9] fouebuntur. Tũ[10] videbis, &
[11] afflues, obſtupeſcet & latum erit cor tuũ, q co-
pia maris ad te cõuerſa fuerit, & venerint ad te
[12] opes Gentiũ. Abundantia camelorũ obruet te,
&[14] dromedarij Madian & Epha:[15] Omnes de Sa
ba venient aurum & thus ferentes, & laudes Do
mino annũtiantes. Omnes oues Cedar cõgrega-
bũtur tibi, arietes Nebaioth miniſtrabunt tibi,
[16] & ſacrificabunt ſuper ara quæ mihi placet, &
domũ magnificentiæ meæ decorabo. Qui ſunt
iſti qui vt nubes[17] volant, & tanquam columbæ
ad[18] feneſtras ſuas? Quia inſulæ[19] me expectant,
& naues[20] marinæ vt ab initio, vt filios tuos de longinquo aduehãt, cũmque ipſis argentũ eorũ &
aurũ eorũ,[21] ad nomẽ Domini dei tui, & ad Sanctũ Iſraelis,[22] qui te magnificũ reddit. Et extruẽt fi-

¶10 teſtimoniũ dicũt contra nos. Ac.u-ſunt nos. ¶11 Infinitiuis pro Indicatiuis. Præuaricati ſumus, mẽtiti ſumus &c. ¶12 vl, peruerſitatẽ, ¶13 Heb. cõcepim⁹ & locuti ſumus è corde verba mendacia. ¶14 ſub. ob peccata illa. Propterea, inquit, nõ vlciſcitur Deus nos, & procul ſtat, nec venit vt nos liberet. ¶15 ingredi. ſub. cœtũ noſtrũ. ¶16 vt veritas deficiat, & recedẽs à malo prædæ ſit alijs. vl ſublat⁹ ſit. ſub. de medio: fuit alió tráſlatus more ſpoliorũ q.d. in terra neque vlla eſt veritas, neque vllus pius. ¶17 Nomie iudicij intelligit quæcũq; pertinẽt ad pcepta. ¶18 ſub. vir iuſtus. ¶19 qui ipſum deprecaretur. ¶20 tũc ſalutẽ peperit ei &c. tũc quia mũdus iuſtificari non poterat ſua iuſtitia, De⁹ ſua potẽtia & bonitate mot⁹ & adductus, ſtatuit mittere ſaluatorẽ. Innix⁹ eſt ſua bonitate. i. mouit eum & produxit ad opus bonitas ei⁹. ducta ſignificatione ab ijs q dũ iter faciũt, humeris aliorũ innitũtur. ¶11 vl, ſtudio vltionis. vt ſcilicet illis pugnaret contra ſatanã ſalutis hominũ hoſtẽ, vt ſumeret pœnas de infidelibus in Chriſtum. ¶12 [vl] ꝓpter retributiões, & vt vices repẽderet, ſic retribuet hoſtib⁹ ſuis retributionẽ, [&] inimicis ſuis ĩſularib⁹ retributionẽ reddet. q.d. vt olim pdidit Ægyptios q iniuria affecerãt Iſraelitas, vt illis retribueret eã iniuriã, ita etiã fũdit⁹ pditurus eſt hoſtes Chriſti quoſcũq; ꝓcul habitãtes à Terra ſancta. ¶13 quũ venerit ¶14 Spirit⁹ Domini vexillũ excitabit cõtra eos. i. illã defendet. ¶15 à tráſgreſſionib⁹ cõuerſi fuerint, ¶16 vl, erit. i. quẽ à me accipiet, ô Iacob. ¶17 Heb. ſeminis & ſeminis tui. ¶18 ex nũc vſq; in ſeculũ. L X. ¶1 Alloquitur primitiuã eccleſiã, & hortatur illã ad fidẽ in Chriſtũ. Da, iquit, operã vt cõſequaris fidẽ. ¶2. i. Chriſtus. ¶3 hoc eſt Chriſtus ¶4 vl, orietur. ¶5 ſub. miraculorum ¶6 Ambulabũtque Gẽtes in lumine tuo. i. imitabũtur fidem tuã in Chriſtum quam docebis. ¶7 [&] venerunt adte, ¶8 ſub. reginarum ¶9 nutriẽtur. veniẽt. ¶10 ſub. multitudinẽ filiorũ. ¶11 ſplendebis. i. vultu ſplendido & hilari eris. nam triſtes & mœſti dicuntur ab Hebræis obſcuri. ¶12 hoc eſt Gentes validæ. i. præclariſſimi & præſtantiſſimi quique Gentium. ¶14 pulli camelorum. q.d. è varijs regionib⁹ Aſiaticis, camelis adultis & minoribus ad te munera deferentur, ô Eccleſia. ¶15. i. multi è Saba ¶16 Hebr. & aſcẽdẽt ſup, in beneplacito, altare meum. i. ſacrificabuntur mihi oues illæ, & erunt mihi grata illa ſacrificia. q.d. Cedarei Arabes & Nabathei offerent tibi dona, ô Eccleſia. i. Chriſto credent. ¶17 ſub. ad te, ô Ieruſalem. ¶18 ſub. columbarij ſui. ¶19 vl, in me ſpem collocabunt, ¶20 vl, Tárſis. ſub. venient ¶21 ſub. glorificandum & honorandum. ¶22 quia me glorificabit. q.d. Hoc fiet a Domino, quia ipſe te glorificaturus eſt.

lij alieni muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi: quoniam[23] in ira mea percuſſi te, & in beneplacito meo miſert' ſum tui.' Portæ tuæ apertæ erunt iugiter, nec die nec nocte claudentur, vt adducant ad te[24] opes Gẽtium,' & reges eorum[ad te]ducantur. Porrò gens & regnum quæ tibi ſeruire noluerint, peribunt, taléſque gentes omnino vaſtabuntur. [25]Gloria Libani' ad te veniet, abies, pinus & buxus pariter, ad ornandum locum ſanctuarij mei, & vt glorioſe prædicem [26] locum pedum meorum.' Venient autem ad te [27] incurui' filij eorum qui te afflixerunt, & procident ad plantas pedum tuorum quicũque [28]te blaſphemauerunt,' & vocabunt te ciuitatem Domini, Zion ſancti Iſraelis. Pro eo quòd fuiſti derelicta & exoſa, vt nemo[per te]tranſiret, claram te reddam in perpetuum, & lætam in omnem poſteritatem. Et [29]ſuges lac Gẽtium, atque mammam regum ſuges, ac ſcies ꝙ ego ſum Domin' ſeruator tuus & redemptor tuus, [30]fortis ipſius Iacob. Pro [31] ære' adducam aurũ, & pro ferro adferam argentum: pro lignis æs, & pro lapide ferrum: Præfectos tuos conſtituam [32]pacem, & exactores tuos iuſtitiam. Rapina non audietur vltra in regione tua, neque vaſtitas & conquaſſatio in finibus tuis, & vocabis[33]ſalutẽ muros tuos, & portas tuas laudem.' Sol non erit tibi vltra in lucem diurnam, & ſplendor lunæ non lucebit tibi, ſed Dominus erit tibi lux perpetua, & Deus tuus[34]claritas tua.' Nõ occidet vltra ſol tuus, nec abſcondetur luna tua, quoniã Dominus erit ſempiterna lux tua, & dies luctus tui[35]compenſabũtur. Populus tuus vniuerſus iuſtus erit, in perpetuum poſſidebunt [36]terram, [37]flos plantationis ipſius opus manuum mearum ad gloriandum. [38] Paruus ſoboleſcet in mille, & exiguus in gentem robuſtã. ego Dominus accelerabo iſtud tempore ſuo.

## CAP. LXI

SPiritus Domini Dei ſuper me eſt,[1]eo ꝙ vnxit me' Dominus, & miſit me vt læta nunciem manſuetis,[2]vt obligem vulnera corde contritorum,'vt proclamem [3]captiuis'libertatem, [4]vinctis [5]apertionem. &[cæcis]viſum,'vt proclamem annum[6] beneplaciti Domini, & diem'[7]vltiõis Dei noſtri, & vt conſoler omnes qui lugent: Vt dem denique his qui in Zion lugent, dem inquam eis [8] ornamentum'pro cinere,[9]oleum lætitiæ pro luctu,[10]ſtolam laudis pro ſpiritu mœſto. &[11]vt vocatem eos[12]arbores iuſtitiæ, plantationẽ Domini [13]ad glorificãdũ. Et ædificabũt deſolatiões [14]perpetuas,'priſcas ſolitudines erigent, vrbéſque vaſtatas reficient, ſolitudines [15]multorum ſæculorum. Et[16]ſtabunt alieni, & gregem veſtrum paſcẽt, & extranei erũt agricolæ veſtri, & vinitores

lij peregrinorum muros tuos, & reges eorũ miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. Gẽs enim & regnum quod nõ ſeruierit tibi, peribit: & Gẽtes ſolitudine vaſtabũtur. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul, ad ornãdum locum ſanctificationis meæ, & locum pedũ meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion ſancti Iſrael. Pro eo quòd fuiſti derelicta & odio habita, & nõ erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generationẽ & generationem. Et ſuges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrũ: & ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam. Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas & cõtritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius ſol ad lucendũ per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternã, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificãdum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentẽ fortiſſimam: ego Dominus in tempore eius ſubito faciam iſtud.

Apoc. 21. B.

C

Docet cõparatione malorũ ꝗ paſſa eſt eccleſia, quanta bona ſit habitura annunciato Euangelio.

D

Apoca. 21. g. 22. a.

Sol. Luna.

## CAP. LXI.

SPiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me: ad annunciandum mãſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolarer omnes lugẽtes: Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Et ædificabunt deſerta à ſeculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabũt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem. Et ſtabũt alieni, & paſcent pecora veſtra: & filij peregrinorũ, agricolæ & vinitores

Luc 4. c.

¶* Domin' Chriſtus ſiue vnctus miſſ' ad prædicationem Euãgelij.

5. 59. d.

Miniſtri verbi etiam ex Gentibus.

Sacerdotes doctores.

¶23. i. cum eſſẽ tibi iratus: ac poſtquã redieris mecũ ĩ gratiam, & placatus fuero, miſerebor tui.

¶24. i. belliçoſiſſimas Gẽtes. Hoc impletum fuit quum additi ſunt Eccleſiæ Romani.

¶25. i. arbores Libani pulcherrimæ. q. d. hoies oim ordinũ ad te venièt ô Eccleſia.

¶26 Locum pedum ſuorum, vocat Eccleſiã in qua ambulat, degentem adhuc ĩ terra, quæ eſt ſcabellum pedũ ſuorum.

¶27 vl, demiſſo in terram vultu

¶28 qui [antea] te ſpernebant.

¶29. i. tũc fructris bonis Gẽtiũ & regũ earũ: alent enim te Gentes & reges earum qui crediderint in Chriſtum.

¶30. i. is de cuius robore gloriari debeat Iacob, is qui olim in Iacob oſtẽdi me eſſe fortem, & potẽtem, vt quum illum liberaui ab Ægypto.

¶16.i.in Ciliciã. Per aliquot regiones Gẽtium, omnes intellige. ¶17 i. Aphricã & Lydiam, ¶18 trahentes arcu.i.ad Thraces ſagittarios optimos. Gallice qui enfonſent bien vn arc. ¶19.i.Italiam & Græciã ſiue Ioniam. ¶40 ſub.à Terra ſancta. ¶41 Heb.auditum meum.i.famã nominis mei, famã euangelij. ¶42.i.miracula patrata à Chriſto meo, qui eſt is per quẽ glorioſus apparebo mundo. ¶43.i.liberationem præſtitã à me per filiũ meũ, ob quã celebrabor. ¶44 ſub.ô Iſraelitæ. ¶45 oblationẽ. vel, donũ ¶46 Per hæc cõmunia inſtrumẽta vecturæ, intellige omnia ſalutis & euãgelij vehicula.i.oẽs rationes cõuehendi fideles ad eccleſiam Chriſti & euãgelij cognitionẽ. ¶47 vel equis gradarijs. Alij, camelis. Alij, equis celerib*. ¶48 munus.q.d. Vt nunc ſtudẽt Iſraelitæ purũ donũ in vaſe puro afferre Deo, ita olim Apoſtoli & euãgeliſtæ dabũt operã vt adducãt ad eccleſiam Chriſti Gentiles qui erũt Deo & Chriſto eius vice muneris grati & mundi. ¶49 in ſacerdotes.i.qui ſeipſos offerent mihi, vt olim apud Iſraelitas ſacerdotes & Leuitæ oblationes offerebant. ¶50 ſub. omnibus notũ eſſe volo, quod ſicut, &c. ¶51 Noui cæli hic intelligi debent ſecundum dotes & repurgationem, non ſecundum ſubſtantiã.q.d. Vt Dominus die iudicij alios cælos, id eſt qui antea nunquã fuerint, nõ eſt creaturus, ſed olim creatos eſt repurgaturus & in melius mutaturus: ſic nouos homines, id eſt alios ab ijs quos iam retroactis temporibus creauit, nõ eſt creaturus, ſed iãpridẽ creatos eſt purgaturus verbo ſuo, & immortalitate & gloria donatur*. Eſt enim imitaturus aurificem qui aurum aut argentum ſordidum igni repurgat, & nouã ſpeciem nouũmq; ſplendorem illis cõciliat, ſalua tamen ipſorũ ſubſtantia. Petrus hãc ſimilitudinẽ de cælis expreſſit, ſecunda epiſt.ca.3. vbi & vocabulo ignis & verbo vro ſæpe vtitur. ¶52 ſtabunt corã me.i.me volente & curante. ¶53.i.ij quos per fidẽ Deo genueritis.q.d. Quandiu durabunt cæli innouati in iudicio, tandiu viuẽt ô Apoſtoli & Euãgeliſtæ, ij quos per euangelium genueritis Deo, & qui de nomine veſtro appellati fuerint.i.Chriſtiani. ¶54 Heb. Et erit à menſe in mẽſem eius, & à ſabbatho in ſabbathum eius, vt veniat ois, &c.i.ab initio vnius menſis vſque ad initiũ ſequentis, & ab initio hebdomadæ vſque ad principium hebdomadæ proximæ ſucceſſuræ.i.totis menſibus & totis hebdomadibus, hoc eſt aſſidue & ſine interuallo (per mẽſes & hebdomadas vniuerſum tẽpus intellige) electi mei qui præditi ſunt corde carneo & nõ lapideo, dabũt operã vt me colãt ſpiritu, & mẽte. Hebraice, pro venire, ſtudiũ intelligitur: quod qui cupiũt à nobis aliquid fieri, ſæpe ad nos veniũt. Tẽpli hic nulla fit mẽtio, quod tẽpore Chriſti, loca oĩa futura erãt orationi opportuna. ¶55 mẽte ſcilicet, ſub. pij. nã reuera locũ ſuũ nõ linquẽt. ¶56 vel, peccauerũt in me: quoniã vermis, &c.q.d. tẽpore gratiæ adorabũt me fideles & interim poſt oratiões ſuas & gratiarũ actiões egrediẽtur aĩo, id eſt ſecũ reputabũt, & cõſyderabunt ſupplicia quæ olim ſumpturus ſum de corporibus & animis impiorũ, ob ipſorũ incredulitatẽ. Graues erunt pœnæ quæ ſumentur de impijs, dicẽt apud ſe pij: quia vermis eorũ.i.qui rodet cadauera eorum, & ignis quo cruciabũtur, nunquã extinguetur, & erũt abominationi omnibus electis & pijs: hoc eſt in ſuo cruciatu æterno oĩ cõſolatione carebũt. Cadauera appellãtur hic corpora impiorũ animata, quod eorũ corpora excitãda non ſint vitæ æternæ & ſplẽdoris perpetui cauſa, ſed æternæ pœnæ & caliginis perpetuæ gratia: vt Iohã.5. Quoniã autẽ meminit cadauerũ, meminit etiã vermiũ, qui cadauera exedere ſolẽt. Ponitur autẽ vermis pro pœna & cruciatu indeſinente, habita potius ratione viuorũ corporũ quæ ſentiũt, quàm mortuorũ, quæ ſunt expertia ſenſus. Lege Marc.9.g.

# Prophetia Ieremiæ.

CAP. I.

¶1.i.qui Helciæ erat de illa ſacerdorũ familia quæ incolebat Anathoth, vrbẽ vnã ex iis quæ aſſignatæ fuerũt filijs Aarõ in tribu Ben-iamin. Ioſ.21. In ea habitabãt & habebãt ſuas poſſeſſiones vel iuxta Chaldæũ paraphraſtẽ, qui habebãt ſuas poſſeſſiones in Anathoth, quãuis alibi habitarẽt. ¶2.i.quod afflãte Spiritu ſancto vaticinat* eſt. Ieremias prophetauit in regno Iuda ſpatio vnius & XL annorũ. Nã ſub Ioſia qui regnauit vno & XXX annis, prophetauit XIX annis. ſub Ioachaz filio eius: tribus mẽſibus. ſub Ioacim fratre Ioachaz, annis vndecim. ſub Ioachin filio Ioacim: tribus mẽſibus. ſub Sedecia filio Ioſiæ & fratre Ioacim: annis vndecim. ſex illi menſes conſtituunt annum vnum imperfectũ. Prophetauit ergo Ieremias ſub quinque regibus Iuda. Poſt demigrationem autem Iudæ, prophetauit etiam in Ægypto cum illuc abductus fuiſſet à reliquijs Iudæ, quæ illuc cõtra verbum Domini ſe receperant, metuẽtes ne rurſus rex Babylonis Iudã inuaderet, & illius miſeras reliquias perderet. Vide 4.Reg.22.23.24.25. Hic nulla fit mẽtio Ioachaz & Ioachin, quòd ſub illis exiguo tempore prophetarit. In hoc autem toto libro deſcribit hominum iniuſtitiam & iuſtitiam Dei: hoc eſt iuſte puniri à Deo homines peccatores: Eum vero erga nos miſericordem & clementem fore ſi reſipuerimus.

SERMONES Ieremiæ filij Helciæ,' ex ſacerdotibus qui erãt in Anathoth in terra Beniamin,' facto ad eum ſermone Domini,' tem

VERBA Ieremiæ' prophetæ' filij Helciæ, de ſacerdotibus qui fuerũt in Anathoth, in Terra-Ben-iamin. Quod factũ eſt verbũ

Ieremiæ genus, & quo tẽpore prophetauit

Domini ad eum ī diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factū eſt in diebus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad cōſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationē Ieruſalem, in mēſe quinto. Et factum eſt verbum Do-

B mini ad me, dicēs, Priuſquā te formarē in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in Gētibus dedi te. Et dixi, A, a, a, Domine De⁹. ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Quia puer ſum: quoniā ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæcūque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecū ego ſum vt eruā te, dicit Dominus. Et miſit Dominus manū ſuam, & tetigit os meū: & dixit* ad me, Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper Gētes, & ſuper regna: vt euellas, & deſtruas & diſperdas, & diſſipes, & ædifices & plantes. ¶Et

C factum eſt verbum Domini ad me, dicēs, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantē ego video. Et dixit Domin⁹ ad me, Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciā illud. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me, Ab Aquilone pandetur omne malū ſuper ōnes habitatores Terræ. quia ecce ego cōuocabo omnes cognationes regnorū Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuū in introitu portarū Ieruſalem,

D & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem maliciā eorū qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarū. Tu ergo accinge lūbos tuos & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorū: nec enim timere te faciā vultū eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnā ferream, & in murū æreum ſuper omnem terram, regib⁹ Iuda, principibus eius & ſacerdotibus, & omni populo Terræ. Et bellabūt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

Ieremias ꝓpheta Gētiū, cauſatur imperitiam.

Ieremias doctus à Deo, & animoſus factus.

*Dominus ī.18.a.

Oſtendit Deus Ieremię imminētem Iudæis deſtructionem à Babylonijs.

ī.4.b.

Iubetur Ieremias verba Dei ſine timore nūciare Iudæis.

ī.6.g.

CAP. II.

ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Vade, & clama in auribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Recordatus ſum tui, miſerās adoleſcētiam tuam, & charitatē deſponſationis tuæ, quādo ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur. Sanctus Iſrael Domino, primitiæ frugū eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes [cognat]iones domus Iſrael: hæc dicit Dominus, Qu[id i]nuenerūt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerūt à me, & ambulauerūt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? Et non dixerunt, Vbi eſt Domin⁹ qui aſcēdere nos fecit de Terra Ægypti. qui traduxit nos per deſertū, per terrā in-

D

Cōmemorat Deus beneficia ſua erga Iudæos.

porib⁹ Ioſię filij Amons regis Iuda, tertiodecimo anno regni eius. Fuit & in diebus Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſq; dū conſummarētur vndecim anni Zedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem mēſe quinto.

Factus eſt ſermo Domini ad me in hūc modū, Priuſquā te formarem in ventre, [6]cognoui te: & antequā prodires de vtero, ſanctificaui te, & prophetā Gētibus conſtitui te. Tū dicebam ego, Ah Domine Deus, en non noui [8]loqui: quoniā puer ſum. Tum dixit Dominus ad me, Ne dicas, Puer ſum ego: quia ad omnia ad quę te mittam, ibis: & quæcunq; mādauero tibi, loqueris. Caue metuas [10] vultus eorum: ego enim tecū ſum, vt te liberē, ait Dominus. Ac ſimul extendit manū ſuā [11]Dominus, & tetigit os meū, dixitq; Domin⁹ ad me, Ecce ego [12]poſui verba mea in os tuum, [13]ecce ego [14]cōſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper regna, [15]vt euellas & extirpes, vt perdas & diſſipes, vt ędifices & plātes. ¶Factúſq; eſt [rurſum] ſermo Domini ad me in hūc modū, Quid tu vides à Ieremia? Et dixi, Virgā [16]imminētē [ac vigilātem] video ego. Et ait Domin⁹ ad me, [17]Recte vidiſti: quoniā ego vigilo [& incūbo] verbo meo, vt illud perficiā. Factus eſt autē ſermo Domini ad me ſecundo, dicēs. Quid tu vides? Ollam, inqui, ebulliētem video, cuius facies eſt ab Aquilone. Et dicebat ad me Domin⁹, Ab Aquilone [18]aperietur malū ſuper omnes qui habitāt Terrā. Quoniā ecce ego vocabo ōnes regnorū Aquilonis familias, inquit Domin⁹, veniētq;, & ponēt quiſq; ſolium ſuum in ipſo oſtio portarū Ieruſalē, & in omnib⁹ eius per circuitū muris, & in cūctis vrbibus [19]Iuda. Et loquar [20]iudicia mea cū eis ſuper omnibus malis eorū [21]qui me deſeruerūt, & ſuffitū incenderunt dijs alijs, & adorarūt opera manuum ſuarū. Tu ergo accinge lūbos tuos, & ſurge vt loquaris ad eos omnia quę ego pręcipio tibi. Ne paueas à cōſpectu eorū, ne [22]pauere te faciā à cōſpectu eorū. Ecce enī ego [23]facio te hodie ciuitatē munitā, columnā ferreā, & murū ęneū cōtra omnē terrā, cōtra reges Iuda, cōtra principes ei⁹, cōtra ſacerdotes, & cōtra vniuerſum populū terræ. Pugnabunt cōtra te, ſed non poterūt te [ſuperare:] ego enim tecū ſum vt te liberē, dicit Dominus. CA. II.

FActū eſt verbū Domini ad me, dicens, Vade & clama in aures Ieruſalē in hunc modū, Sic dicit Dominus, Recordatus ſum tui, [1]bonitatis adoleſcētiæ tuæ, [&] dilectionis [2]ſponſaliorū tuorū, quū ſequereris me in deſerto in terra nō ſeminata. [3]Sacroſanctus erat Iſrael Domino, & frugū eius primitiæ: omnes qui deuoraſſent eū, delinquebāt, mala veniebāt ſuper eos, dicit Dominus. Audite ergo verbum Domini, cū domus Iacob, tū omnes familię domus Iſraelis. Sic dicit Dominus, Quidnam iniquitatis deprehenderūt patres veſtri in me, vt tam longe à me recederēt, & ſectarētur vanitatē, fierēntq; vani? Neque dixerūt, Vbi Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui traduxit nos per deſertū, per terram [4]vaſtam

¶3 q ſi Ioſias [fuſ]ſet. ¶4 q fuit rex ¶5 vſ, nimirū vſquedū demigrauit &c. ſub. in Babylonē. Ciues Ieruſalem demigrauerunt menſe quinto anni vndecimi regni Sedeciæ. ¶6 vſ, noueri ¶7. i. cōtra Iudæos mo re Gentiliū viuentes. vſ cōtra Iudæos, Babylonios, Ægyptios, & alios ꝓpſos. ¶8 ſub. increpationē. vſ, vt Chaldæus paraph. nō noui futura prædicere. ¶9 ad omnem [ſub. locum] ad quem ¶10 Heb à facie eorū. i. propter eos ad quos te mittam. ¶11. i. angelus Domini ab eo miſſus ¶12 Preteritum ꝓ præſenti, Pono. i. prophetā te conſtituo. ¶13 Hebr. Vide. vſ, Attende animū. ſub. ad ea q̄ dictus⁹ ſum. ¶14 conſtituo. Præteritū pro præſenti. ¶15. i. vt intermineris hoſtibus meis quos ī regionibus ſuis plātaui, collocaui, cōfirmaui, ædificaui, me captiuitatibus euulſurū illos, niſi reſipuerint. Lege infrà, ca. 45. Et cōtrà, me ædificaturū rurſus & plātaturū eos quos deſtruxero & euulſe-

ro, ſi peccata ſua agnouerint. Lege ī.cap.42. Hæ metaphoræ ſumptæ ſunt ab hortulanis & vrbium expugnatoribus. ¶16 baculum amygdali. i. arboris vigilantis, quæ ſolicita eſt vt ſuos flores emittat. Baculum dicit, quòd virga illa amygdalina quā vidit, carebat folijs & floribus. ¶17. i. exacte iudicarunt oculi tui de baculo cōſpecto: eſt enim amygdalinus. ¶18 vſ, ſoluetur. ſiue mittetur. i. Ab Aquilonari Chaldæa calamitas à Deo ſoluta veniet contra incolas Terræ ſanctæ. ¶19 ſub. & Ben-iamin. ¶20. i. oſtendam illis me iuſtis de cauſis pœnas de ipſis ſumere, nempe propter omnia ſcelera eorum. ¶21 vſ, nempe ob maliciam illorum. ¶22 deſeruerunt enim me, & thura ¶23 vſ, conſtringam [aut perdam] te illis conſpicientibus. ¶24. i. reddidi te hodie fortiſſimum.

II. ¶1 vſ, miſericordiæ iuuētutis tuæ. Iuuentutē pro principio ponit. q. d. memor ſum eorū quæ initio feci propter te, quū te eduxi de Ægypto. ¶2. i. qua te deperij quū te in ſpōſam accepi vt mihi eā fidē ſeruares quā ſpōſæ probæ maritis ſuis ſeruare ſolēt. ¶3 [Vel] ſanctitas, eſt Iſrael Domino, [& tāquam] primitiæ frugū eius: oēs qui comederint eum, peccabunt [ſub. in Dominum] & afflictio veniet, &c. Sanctitas Domino, id eſt tanquam res ipſi dicata, quæ pollui non debet. Tanquam primitiæ frugum, quas ipſe Iſrael de frugibus ſuis offert Deo, quæ primitiæ attrectari non debent ab alijs, quàm à ſacerdotibus. ¶4 vſ, deſertam, & deſolatam,

¶5 vel, aridam. ¶6.i. horridā, & horrorem incutientē. ¶7 nec quiſquam habitauerat [antea.] ¶8 vel, Induxi autē vos in, &c. ¶9 ſub. ob idololatriam. ¶10 quū ſcilicet viderēt vos idololatriçe ſſe deditos. ¶11 Heb. tenētes legē. i. quotidie habebant legē in manibus. ¶13 vel, ſub nomine Baal hoc eſt per idola. Vocem Hebræā vocabulo generali idoli expreſſit Chaldæ⁹ paraphr. Alij per Baal idolum Sidoniorū Aſtaroth intelligūt, q̄ Baal i hac ſignificatiōe vſurpetur 3. reg. 16, vbi traditur Achab coluiſſe Baal. ¶12 Chaldæus paraphr. puniam vos. ¶14 Per Chitthæos intellige maris mediterranei incolas.

¶15 Regio eſt Arabiæ. q. d. durius & iniquius tractatis me, q̄ gētes idola ſua tractēt. ¶16. i. Deum verum liberatorē ſuum, de quo ſolo merito gloriari poterat, eū eſſe ōnipotētem, &c.

& inuiā,[5] per terram [6]ſiticuloſam & [6]vmbrā mortis, per terram per quam nemo tranſibit, in qua [7]nec homines habitabant? [8]Quum tamē ego vos introduxerim in terrā cultam ac fertilē, vt frueremini & fructibus & bonis eius, ingreſſi autem contaminaſtis terram meā, & hæreditatē meam reddidiſtis [9]abominandam. Sacerdotes [10]non dixerunt, Vbi eſt Dominus? [11]qui legē tenere [ſolebant, ne]que cognouerunt me, ſed & paſtores perfidè à me defecerūt. Prophetæ vaticinati ſunt [12]in Baal, & abierūt poſt ea quæ iuuando non ſunt. Ob id ego vltra iudicio vobiſcū contendere cogor, ait Dominus, & cum filiis quoq; filiorū veſtrorum [13]diſceptabo. Tranſite enim ad inſulas [14]Chittim, & videte: mittite in [15]Kedar, & cōſiderate diligēter, atq; inſpi[cite] ſi tale quid factū ſit. Nū gēs vlla mutauerit deos, qui tamē nō ſunt dii, populus autem meus mutauit [16]gloriā ſuam in eo qui non prodeſt. Propter hoc obſtupeſcite cæli, exhorreſcite, & vehemēter [17]exareſcite, ait Dominus: Quoniā duo mala fecit populus me⁹, me deſeruerūt fontē aquarū [18]perenniū, vt effoderēt ſibi puteos, [19]puteos inquā pertuſos, qui aquas [continere] nō valent. [20]An [21]ſeruus eſt Iſrael, an [22]familiaris filius? cur ergo prędæ patet? Super ipſum rugiūt [23]leones emittentes vocem ſuam, & reddūt terrā eorū deſolatā, & ciuitates eius exuſtas vt nemo inhabitet. Sed & [24]filij Noph & [25]Tahe-panhes verticem tuū cōtundēt. An nō tu tibi id feciſti? [eo] q[uod] deſerueris Dominū Deū tuū, tunc etiam [26]quū te in via dirigeret. Nūc quoq; quid [negotij] tibi eſt in via Ægypti? [nimirū] vt bibas aquas [27]Schihor? Aut quid rei tibi eſt in via Aſſyriorum? [nimirū] vt bibas [28]aquā fluuij? [29]Afflictio tua te erudiet, & [30]auerſiones tuæ te arguent, [31]vt cognoſcas & intelligas, quām ſit malum & amarū, q[uod] deſerueris Dominū Deum tuū, & q[uod] timor meus nō fuerit apud te, dicit Domin⁹ Deus exercituum. Etenim à ſeculo cōfregi iugum tuū, & dirupi vincula tua, tu autē dixiſti, Non [32]tranſibo: [33]quandoquidē ſuper omnem collem ſublimem, & ſub omni ligno frondoſo [34]diſcurris [ō] meretrix. Ego autē te plantaueram, vt eſſes [35]nobiliſſima vitis, & totū [fi]dele ſeminariū, quomodo mutata es mihi vt ſis [37]vinea degener & aliena? Etiāſi laueris te nitro, & multū [38]ſmigmatis tibi adhibueris, [39]altè⁹ tamē impreſſa eſt iniquitas tua corā me, ait Domin⁹ De⁹. Quomodo ergo dicis, Nō ſum contaminata, neq; poſt Baalim abij? inſpice [40]viā tuā in valle, cognoſce quid feceris: [41]camelopardali veloci [42]quæ circūcurſitat vias ſuas, ſimilis es. [Sed & [43]onagro deſertis aſſueto, q[ui] pro appetitu animi ſui deſtinato [ſuo tēpore] anhelitū haurit, quis reducet eū? omnes qui eū quærunt, [44]nō feſſi erūt, [45]in menſe ſuo inuenient eū. [46]Pro-

habitabilem & inuiam, per terrā ſitis & imaginē mortis, per terram in qua nō ambulauit vir, neque habitauit homo? Et induxi vos in terram carmeli, vt comederetis fructum eius & ᶠbona illius: & ingreſſi cōtaminaſtis terram meā, & hæ[redit]atem meā poſuiſtis in abominationem. Sa[cer]dotes non dixerūt, Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me: & prophetæ prophetauerūt in Baal, [& i]dola ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio cō[tend]am vobiſcum, ait Dominus: & cum filijs veſtris diſceptabo. Trāſite ad inſulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & cōſiderate vehementer: & videte ſi factum eſt huiuſcemodi, Si mutauit gens deos ſuos, & certe ipſi non ſunt dii. populus verò meus mutauit gloriā ſuā in idōlum. Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerūt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Nunquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? Super eum rugierunt leones & dederūt vocem ſuam, poſuerūt terram eius in ſolitudinē: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Filii quoq; Mempheos & Taphnes conſtuprauerunt te vſque ad verticem. Nunquid nō iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deū tuum eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via [Æ]gypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi [i]n via Aſſyriorum, vt bibas aquā fluminis? Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide quia malū & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorē mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. A ſeculo cōfregiſti iugum meū, rupiſti vincula mea: & dixiſti, Nō ſeruiā. In omni enim colle ſublimi, & ſub ōni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. Ego autem plantaui te vineā electā, omne ſemē verū: quomodo ergo cōuerſa es mihi in prauū vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbā borith: maculata es in iniquitate tua corā me, dicit Domin⁹ Deus. Quomodo dicis, Nō ſum polluta, poſt Baalim nō ambulaui? vide vias tuas in cōualle, ſcito quid feceris: curſor leuis explicās vias ſuas. Onager aſſuet⁹ in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventū amoris ſui, nullus auertet eā: omnes qui quærūt eā nō deficiēt, in menſtruis eius inuenient eā. Pro-

ᶠoptima

In ſacerdotes & prophetas Dei contemptores.

Iudæorū malitiā arguit, C aliarū gentiū comparatione.

Deſtructi Iudæi, ob derelictū Deū, & fornicationē eorū cū idolis.

D

3.reg.b.

E Eſa.c.5. matth.21.d. Iudæos peccatum ſuum nō agnoſcētes, conuincit Deus peccatores eſſe hypocritas & fornicatores.

¶17 vel, deſolamini. i. tēpeſtatē excitate in teſtimoniū iræ Dei. ¶18 Heb. viuētiū. i. perpetuo fluētiū. ¶19 vel, ciſternas, ciſternas inquā fractas, aut, rimoſas & male cōglutinatas. ¶20 Introducit Ieruſalem conquerentē de ſorte ſua, idque animo plane ingrato. ¶21 ſub. empticius. ¶22 Heb. domus, genit. caſus. i. domi natus. i. eſtne Iſrael ſeruilis conditionis, vt ſic à Deo cōtemnatur? q. d. nō. cur ergo patuit prædæ hoſtiū ſuorum? ¶23 catuli leonum. i. feroces reges. ¶24. i. ciues Memphis, ad quos velut auxiliares cōfugiſti, nō tantū te deſtituēt, ſed etiā perdēt. Reſpōdet querimoniæ Iſraelis, acſi dicat, fiducia humani auxilij cauſa eſt calamitatis. ¶25 vel, Taphnis. vrbes ſunt primariæ Ægypti. ¶26. i. tēpore quo aderat tibi, vel quo te deducere volebat per viā mandatorū ſuorū. ¶27 Sihor, Nilū intelligūt. Per aquā hic ſuppetias intelligit. q. d. Cū haberes domi præſens auxiliū, cur aliò confugiebas? ¶28 hoc eſt Euphratis. Cū premebant Iudæi ab Ægyptiis, petebāt auxiliū ab Aſſyriis: quū vero eos Aſſyrii premerēt, cōfugiebāt ad Ægyptios. ¶29 vel, malitia tua te caſtigabit. i. dabis pœnas pro nequitia tua. ¶30 ſub. à via recta. ¶31 Heb. ſcito ergo & cōſydera &c. ¶32 vel, ſeruiā. i. ſub. vltra idolis. ¶33 ſed. Subaudiēdū, & tamē nō permāſiſti in fide data: ſed ſup. &c. ¶34. i. idola colis, ¶35 q̄ ſcilicet dicit Sorec. ¶36 Heb. veritatis. i. germanū & probū. ¶37 palmites degeneres vitis alienæ? ¶38 Heb. borith. ¶39 ſignata ſcamē [eſt]. vel, nota erit. Etiāſi, inquit, coneris diſſimulare tuā idololatriā, nō falles me. ¶40 quā. ſ. ibas in colles ad ſimulachra: veſtigia tua adhuc apparēt in valle ipſa. ¶41 camelo fœminæ iuuenculæ. ¶42 Heb. cōfundēti ſe vel implicāti vias ſuas. i. quæ cōfuſo curſu huc illuc diſcurrit. ¶43 De fœmina onagri loquitur. Onagri ſunt velociſſimi, ad hoc facit reſpirādi facilitas. nā qui tardi ſunt, in cauſa eſt difficultas reſpirādi. Tu, inquit, ſimilis es onagro velociſſimo, quum tibi eſt iter ad idola tua: quotquot voluerint capere onagrā illā, nō conabūtur illā aſſequi currēdo, ſed expectabūt tēpus quo grauida erit, & tū facile illā capiēt: ſic tandē à me capieris & punieris cū grauida eris. i. quū ad ſummū perueneris peccatū tuū. ¶44 vel, nō fatigabūtur. i. nō dabunt operā vt illā aſſequātur curſu. ¶45 Chaldæus paraph. tēpore ſuo. quo ſcilicet eſt grauida. ¶46 Verba ſunt prophetæ auocātis populū à petēdo auxilio humano, Ne pete regiones longinquas, pro auxilio: nam atteres tuos calceos, & ſiti affligeris.

hibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à
ſiti. Et dixiſti, Deſperaui, nequaquã faciam: ada-
F maui quippe alienos, & poſt eos ambulabo. Quo
modo confunditur fur quãdo deprehenditur, ſic
confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eorum,
principes & ſacerdotes, & prophetæ eorum, di-
centes li[illegible]o, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me
genuiſti[illegible] terunt ad me tergum, & nõ faciem:
& in tempore afflictionis ſuæ dicent, Surge, & li-
bera nos. Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? ſur-
gant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ:
ſecundum numerũ quippe ciuitatum tuarum e-
J.m.c. rant dij tui Iuda. ¶Quid vultis mecũ iudicio con
tendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus.
Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non
receperũt: deuorauit gladius veſter prophetas ve
¶[v]vaſtator. ſtros, quaſi leo [v]vaſtatur generatio veſtra. Videte
Generatio ve verbũ Domini, Nunquid ſolitudo factus ſum Iſ-
ſtra, videte raeli, aut terra ſerotina? quare ergo dixit popu-
G lus meus, Receſſimus, non veniemus vltra ad te?
Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut
ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus verò meus
oblitus eſt mei dieb[us] innumeris. Quid niteris bo
nam oſtendere viam tuam ad quærendam dile-
ctionem, quæ inſuper & malitias tuas docuiſti
vias tuas, & in alis tuis inuentus eſt ſanguis ani
marum pauperum & innocentum? non in foſſis
inueni eos, ſed in omnibus quæ ſuprà memora-
ui. Et dixiſti, Abſq; peccato & innocẽs ego ſum:
& propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego
iudicio contendam tecum, eo quòd dixeris, Non
peccaui. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias
tuas? & ab Ægypto confunderis, ſicut confuſa es
ab Aſſur. Nam & ab iſta egredieris, & manus tuæ
erunt ſuper caput tuum: quoniam obtriuit Do-
minus confidentiam tuam, & nihil habebis pro-
ſperum.

CAP. III.

Deus miſericors populũ ſuũ à ſe reiectum ob fornicationẽ cũ idôlis, reuocat ad pœnitentiam.

VVlgo dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuam,
& recedens ab eo, duxerit virum alterum:
nunquid reuertetur ad eam vltrà? nunquid non
polluta, & contaminata erit mulier illa? tu au-
tem fornicata es cum amatoribus multis: tamen
reuertere ad me, dicit Domin[us]. Leua oculos tuos
in directum, & vide vbi non proſtrata ſis in vijs
ſedebas, expectans eos quaſi latro [53]inſidians in
ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationi-
bus tuis, & in malitiis tuis. Quam ob rem pro-
hibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus im-
ber non fuit: frons mulieris meretricis facta eſt
D tibi, noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltem àmodo vo-
ca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.
Nunquid iraſcêris in perpetuum, aut perſeuera-
bis in finem? Ecce, locuta es, & feciſti mala, & po-
E.1.d. tuiſti. ¶Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ
Decẽ trib[us] Iſ- regis, ¶Nũquid vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſ-
rael à Deo re raelitabiit ſibimet ſuper omnem montem excel-
iectæ ob for- ſum, & ſub omni ligno frõdoſo, & fornicata eſt
nicationẽ cũ ibi. Et dixi cũ feciſſet hæc omnia, Ad me reuerte-
idôlis, quas re: & nõ eſt reuerſa. Et vidit præuaricatrix ſoror
tamẽ imita- eius Iuda, quia pro eo quod mœchata eſſet auerſa-
ta eſt Iuda. trix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellũ

hibe pedem [47]à nuditate, & guttur tuum [48]à ſi-
ti. tu vero dicis, [49]Expectoratum eſt: minime,
quia alienos amo, & poſt illos abibo. Quẽadmo
dum pudefit fur quum deprehenditur, ſic pude-
facta eſt domus Iſrael, ipſi, reges eorum, princi-
pes eorũ, ſacerdotes eorũ & prophetæ eorũ. Di-
cunt ligno, Pater meus es tu & lapidi, Tu me ge
nuiſti. quia [50]aduerterunt mihi ceruicẽ, & nõ fa-
ciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicẽt, Surge,
& ſerua nos. [51]Et vbi ſunt dij tui quos tibi feciſti?
ſurgãt, ſi ſeruent te in tempore afflictionis tuæ.
Etenim iuxta numerum vrbium tuarum fuerũt
dij tui ô Iuda. Cur [52]contenditis mecũ, dicit Do-
minus, quum omnes vos præuaricati ſitis in me?
Fruſtra percuſſi filios veſtros: [nam] diſciplinam
non recipiunt. Gladius veſter deuorauit [53]prophe
tas veſtros, ſicut leo vaſtans. O [54]ſeculum [55]vide-
te vos verbum Domini, [56]num ſolitudo factus
ſum Iſraeli, aut terra [57]caliginoſa? cur ergo di-
cit populus meus, [58]Defecimus, nec vltra acce-
demus ad te? Num obliuiſcitur virgo ornamenti
ſui? aut ſponſa [59]faſciæ ſuæ? Populus autẽ meus
oblitus eſt mei diebus innumeris. Cur [60]bonam
facis viam tuam, vt ambias dilectionem? ob hoc
etiã [61]docebo vias tuas [62][eſſe] malas. Quin & [63]ſub
alis tuis inuenitur ſanguis animarum pauperũ
innocẽtium, quos non [64]in foraminibus inueni-
ſti, ſed [65]in his omnibus. [66]Et dicis, Innocẽs ſum,
[67]dũtaxat recedat furor eius à me. Ecce ego [68]iu-
dico te, eo quòd dicis, Non peccaui. Et quid tam
crebro diſcurris, vt [69]iteres viam tuam? Ab Ægy
pto etiam confunderis, perinde atque confuſa es
ab Aſſyrio. [70]Hinc etiam demigrabis, [71]manibus
tuis ſuper caput tuum [complicatis,] quia ſpre-
uit Dominus [72]præſidia tua, neq; tibi cũ eis pro-
ſpere cedet.

CAP. III.

A[1]Iunt, Siquis vxorem ſuam repudiat, illa au
tẽ abiens ab eo, alteri viro nubit, nũ reuer-
tetur ad eam vltra? An non [2]fallendo fallet ter-
ra illa? Tu autẽ ſcortata es cum amatoribus mul
tis, attamen reuertere ad me, dicit Dominus. At-
tolle oculos tuos [4]in vertices, & vide [5]ſicubi non
ſis ſubagitata, iuxta vias ſediſti [6]illis inſtar Ara
bis in deſerto, & [7]effeciſti vt falleret terra ob for
nicationes tuas, & ob tuam malitiam. Hinc pro-
hibentur pluuiæ, & non fuit [8]ſerotinus imber:
frons mulieris meretricis facta eſt tibi, renuiſti
erubeſcere. Annon vel poſthac [9]ad me clamabis,
Pater meus es tu, & dux adoleſcentiæ meæ? Num
perpetuò [10][iniuriarum] memor erit? num in fi-
nem vſque [11]obſeruans? At tu [12]loquuta es, & deſi
gnaſti mala, & [13]potuiſti. ¶Dixitq; Dominus ad
me temporibus Ioſiæ regis, Annon vidiſti quid
fecerit [14]auerſio Iſrael? quæ abijt ſuper omnem
montem excelſum, & ſub omnem arborem fron
doſam, & ſcortata eſt [15]iſthic? Quũmque iſta om
nia feciſſet, dixi, [16]Reuertere ad me, ſed nõ eſt re-
uerſa: hoc vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda,
[[17]videlicet] quòd ego viderẽ, quòdq; ob omnes
illas cauſas quod adulteria commiſiſſet auerſio illa
Iſrael, dimiſſem eã, atq; libellos repudij dediſſẽ

¶47 vl, ne eat nudus.
¶48.i. ne tã longe eas pro auxilio. ¶49 Abhorrẽs eſt. ſub. cor meũ à Domino. ¶50 vl, obuerterũt mihi tergum:
¶51 Subaudi. At ego reſpõdebo illis. ¶52 expoſtulabitis. vl, cõquerimini. q. d. quum affligimini, nullã habetis iuſtã cauſam expoſtulãdi mecum. omnes enim à me defeciſtis.
¶53.i. prophetas Dei ad vos miſſos.
¶54 vl. O generatio. i. ô homines huius ætatis. ¶55 vl, conſyderate
¶56.i. nõnne ſpbui Iſraeli neceſſaria? nã in deſerto omnia deſunt. acſi dicat Iſraeli, quã diu coluit me, nũquã ei defui.
¶57 in qua ſcilicet omnia ſũt lethifera, & infœcunda. nam tellus quæ ſoli non eſt expoſita, nihil profert: ſic neque ea quæ non eſt ſub cælo libero
¶58 Dominamur. vl, dominiũ accepimus. Habemus reges & pricipes, nec eſt nobis opus alio nũc duce.
¶59 vl, moniliũ ſuorum?
¶60 Heb. bonificas viam tuã, vt quæras amicitiam? i. cur tã

to ſtudio apparas profectionẽ vt ineas amicitiam cũ populis externis? ¶61 vl. doces. Varia lectio Hebræis. ¶62 peſſimas. ſub. Gẽtes. adiectiuũ ſine ſubſtãtiuo. q. d. hinc fit vt ſis ſcãdalo Gẽtibus malis. ¶63.i. ſub veſte tua. ¶64 ſub. furantes, vt eos iuſte poſſes occidere. ¶65 propter hæc omnia. ſub. occidiſti. i. ſed quòd te carperent propter hæc omnia, hoc eſt propter idololatriam. Vt de veris prophetis intelligatur. ¶66 Et dicebas, ¶67 Certe auerſus eſt ¶68 ero contẽdens tecum. vl, paratus ſum contẽdere tecum, ¶69 mutes. i. cur toties mutas itinera, hoc eſt, huc illuc diſcurris auxilij quærendi cauſa? ¶70.i. ab iſto rege Ægyptio. ¶71 ſignum eſt animi dolorem oſtendentis. ¶72 confidẽtias tuas. i. eos à quibus pendebas. III. ¶1 Heb. dicendo. pro. & dixit. Subaudi ex præcedẽtibus, Spernit te. & dicit, Si, &c. ¶2 ſub: non. ¶3 polluendo polluetur. i. ſi illam reciperet, cenſeretur regio ipſa polluta talis mulieris commercio. ¶4 ad excelſa loca. in quibus ſcilicet ſtatuebantur idola & ſimulachra. ¶5 vbinã non fueris viciata, ¶6 ſub. amatoribus tuis. expectando amatores tuos. ¶7 & polluiſti terrã ¶8.i. pluuia quæ Vere cadit. ¶9 vocare deberes me. [dicendo] ¶10 Heb. retinebit? ſub. irã. ¶11 ſub. ſcelera. ¶12 vl, lactaſti te patraturam ſcelera, ¶13 vl, præualuiſti. ¶14 auerſatrix ¶15 ibi? ¶16 Reuertetur ¶17 Et vidi quòd propter omnes illas cauſas quibus fornicata eſt defectrix illa Iſrael, amandaui eã, & dedi illi libellũ repudiorũ eius, & tamẽ nõ ſibi timuit, &c.

¶18 vſ, præ facilitate ¶19 vſ, Terram polluerit: ¶20 præuaricatrix ¶21 vſ, ſimulate ¶22 Rebellis ¶23 Hebr. iuſtificauit. q. d. Si Iſrael conferatur cum Iuda, videbitur illo multo iuſtior, & tamen dedi illi libellũ repudij. debebat ergo Iuda alieno periculo reſipiſcere, & timere irã meã.

¶24 Videtur hic prædicere reditum decem tribuum qui futurus erat annunciato Euangelio. ¶25 vſ, defectrix. rebellis ¶26 vſ. irã meã .i. non iraſcar vobis imperpetuum ¶27 aut, clemẽs. ſanctus ¶28 retinebo ¶29 Verum agnoſce. Aut, Tãtum agnoſce ¶30 ſub. dijs. ¶31 virenti. ¶32 rebelles. ¶33 .i. Chriſtus. ¶34 nam ego futurus ſũ ſpõſus veſter.

¶35 Per vnũ & duos, intelligit paucos. acſi dicat. Eligam aliquot ex vobis. Nunc verſum & ſequẽtes interpretantur omnes Hebræi de

ei, nõ tamen eſt reuerſa præuaricatrix Iuda ſoror eius, quin abijt, & ipſa quoque ſcortata eſt. Factũmq; eſt, vt [18]ob lubricitatẽ ſcortationis eius [19]Terra pollueretur: adulteriũ enim cõmiſit cũ lapide & ligno. Sed neq; [20]perfida iſta ſoror eius Iuda poſt hęc oia reuerſa eſt ad me in toto corde ſuo, ſed [21]falsò, ait Dominus. ¶ Iterũ dixit ad me Dominus, [22]Auerſio Iſrael [23]iuſtificat animam ſuã pl[us] q̃ præuaricatrix Iuda. [24]Vade igitur & exclama ſermones iſtos verſus Aquilonẽ, & dicito, Reuertere tu [25]auerſatrix Iſrael, ait Dominus: nõ conijciam [26]vultus meos contra vos, quia [27]beneficus ſum, ait Dominus, nec [28]obſeruo [iram] perpetuò: [29]Modo agnoſcas iniquitatẽ tuã, q in Dominũ Deũ tuũ præuaricata es, & diſperſeris vias tuas [30]alienis ſub omni ligno [31]frõdoſo, quòdque vocẽ meã non audieris, dicit Dominus. Reuertimini filij [32]vagi, dicit [33]Dominus, [34] & ego connubiũ vobiſcũ conciliabo: & accipiã vos, [35]vnum ex vrbe [vna] & duos de cognatione [vna.] & inducã vos in Zion. Dabóque vobis paſtores [36]iuxta cor meum, qui paſcant vos [37]peritia & intelligẽtia. Quũmque multi fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, dicit Dominus, non dicent amplius, [38]Arca fœderis Domini. neq; [enim] in cor veniet, neq; eius recordabuntur, neque [eam] inuiſent, [40]nec fiet vltra. Eodem tẽpore vocabũt Ieruſalẽ ſolium Domini, & colligentur ad eã omnes Gentes [41]ad nomen Domini, ad Ieruſalẽ, neq; ſequentur vltra [42]libidinem cordis ſui malã. In diebus iſtis ibunt qui ſunt de domo Iuda [43]ad domũ Iſraelis, & ſimul veniẽt à [44]terra Aquilonis ad terram quam dedi hæreditatem patribus veſtris. Et ego [45]dixi, Quomodo te i filiorũ numero [46]cooptarim, & dederim tibi terrã expetibilẽ, hæreditatẽ [47]ornatiſſimã, [48]exercitus Gentiũ: [49]& dixi, [50]Patrẽ vocabis me, & ne poſt me diuertas. Verũtamen quẽadmodũ [51]fidẽ frangit fœmina amatori ſuo, ſic fidẽ fregiſtis mihi, ô domus Iſrael, dicit Domin[us]. [52]Vox in verticib[us] audita eſt, [&] fletus deprecationũ filiorũ Iſrael, q [53]deprauauerint vias ſuas, & obliti ſint Domini Dei ſui. Reuertimini filij [54]vagi, & ſanabo auerſiões veſtras. Ecce venimus [55]tibi. tu eni es Domin[us] Deus noſter. Profectò vanitas ex collibus & [56]multitudine Gẽtium, profectò in Domino Deo noſtro eſt ſalus Iſraelis. [57]Ignominia deuorauit [58]laborem patrũ noſtrorum à pueritia noſtra, oues eorum, boues eorum, filios atq; filias eorum. Nos [59]iacemus in impudentia noſtra, & ignominia noſtra operit nos: quia Domino deo noſtro peccauimus, nos & patres noſtri à pueritia noſtra in hunc vſq; diẽ, nec voci Domini Dei noſtri obediuimus.

repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa. Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt cum lapide & ligno. Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mẽdacio, ait Dominus. ¶ Et dixit Dominus ad me, Iuſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſrael, comparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, & clama ſermones iſtos contra Aquilonem, & dices. Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus: & non auertam faciem meã à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuum. Veruntamẽ ſcito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuũ præuaricata es: & diſperſiſti vias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo, & vocem meam non audiſti, ait Dominus. Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſcent vos ſciẽtia & doctrina. Cúmque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca teſtamẽti Domini: neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltrà. In tempore illo vocabunt Ieruſalẽ Soliũ Domini: & congregabuntur ad eã omnes Gẽtes in nomine Domini in Ieruſalem, & non ambulabunt poſt prauitatẽ cordis ſui peſſimi. In dieb[us] illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram quã dedi patribus veſtris. Ego autem dixi, Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſyderabilẽ, hæreditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi, Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Sed quo modo ſi contemnat mulier amatorẽ ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.

Vox in vijs audita eſt, plorat[us] & vlulatus filiorũ Iſrael: quoniam iniquam fecerunt viam ſuã, obliti ſunt Domini Dei ſui. Cõuertimini filij reuertẽtes, & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Confuſio comẽdit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. Dormiemus in cõfuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domino Deo noſtro peccauimus nos, & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri.

C

Adhortat[ur] Iſraelẽ ad pœnitẽtiã: promittẽs ei paſtores q veri Dei ſcientiam habeãt.

D

E

Cõuerſio Gẽtium.

F

Reuerſio Iſraelis ad Deũ, & confitetur peccatũ ſuũ.

G

Meſſia. ¶36 .i. mihi gratos, ¶37 .i. docebunt vos veram & ſynceram doctrinam. ¶38 Per arcam fœderis, reliqua legalia intelligit. Tum Iſraelitæ deſinẽt pendere à cultu externo legis, qui ante Chriſtum ſiti fuerant arcæ præſentia. Lege 1. Reg. 5. ¶39 vſ, eius reminiſcentur, ¶40 ſub. alia arca. vſ. neque fiet vltra tale quicquam .i. non ferent arcam in bellum pro victoria adipiſcenda. ¶41 vſ, propter. Aut, in honorem Domini. ¶42 vſ, cogitationem animi proni ad malum. Alij Hebræi, obſtinationem vertunt. ¶43 vnà cum domo ¶44 .i. ab Aſſyria in qua Iſraelitæ ſerulent. Significat hic mundum in quo diabolo, concupiſcẽtiæ, & peccato ſeruimus. Per terram verò lacte & melle abundantem ſignificat paradiſum ipſum. ¶45 .i. cogitaui. Verba Dei ſunt. Incipit dialogus quidam Dei & prophetæ: quo dialogiſmo docet quomodo quis poſſit fieri filius Dei. nempe fide in Deum quæ charitate firmatur & operibus. ¶46 ponam te, [ſub. ô Iuda,] & dabo tibi ¶47 deſyderij .i. quam ſummopere omnes exoptant. intelligit terrã viuentiũ cæleſtẽ. ¶48 multitudinis ¶49 vſ, Dixi tandẽ. ¶50 Heb. Pater mi, clamabis mihi: & de poſt me non recedes .i. habebis me pro patre: neque eris illis ſimilis qui cum cœperint aliquem ſequi, illũ protinus deſerũt. ¶51 Heb. præuaricari ſolet mulier in ſocium ſuum, ſic præuaricati eſtis in me, &c. q. d. Docui Iſraelem rationem qua poſſet venire ad me, & in numerum meorum adſcribi, ſed tamen renuit .i. non tamẽ doctrinam meam ſectatur, ſed idololatriam. ¶52 Verba Prophetæ reſpondentis Deo. q. d. Si Iſrael pœnitentiam egerit, & illam lachrymis fuerit teſtatus, ignoſcẽſne illi? Vertere potes, Vox in excelſis locis exaudietur. ¶53 .i. quòd peruerſe vixerint. ¶54 rebelles, [&] ſanabo rebelliones. &c. i. condonabo vobis peccata veſtra. Verba Chriſti inuitantis Iſraelitas ad pœnitentiã. ¶55 ad te. Verba ſunt Ieremiæ loquentis in perſona fidelium. ¶56 Hebr. à multitudine [quæ in] montibus .i. fruſtra ſperauimus in idolis & precibus ſacerdotum qui ea in montibus colebant. Alij, fruſtra multitudo noſtrum collecta fuit in montibus, vt ab eis opẽ peteremus. ¶57 Confuſio ipſa. Idololatria à fine dicitur confuſio: nam ſua ſpe homines fallit, & confuſos reddit. ¶58 vſ, opes labore partas ¶59 tanquam ſcilicet in lecto, ſuper quem veſte ſtragula cooperiri ſolemus. q. d. magno dedecore affecti ſumus.

CAP. IIII.

Vera pœnitētia ſiue conuerſio ad Deum.

SI reuerteris Iſrael ad me, ait Domin⁹, ad me conuertere: ſi abſtuleris offendicula tua à facie mea, non cōmoueberis. Et iurabis Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia: & benedicent eum Gentes, ipſúmque laudabunt. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ieruſalē, Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas: circuncidimini Domino, & auferte præputia cordiū veſtrorum viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationū veſtrarum.

Oſee 10.d. Hortatur ad circuncitionem præputij cordis.

B ¶ Annunciate in Iuda, & in Ieruſalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate ſignum in Sion. Cōfortamini, & nolite ſtare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnā. Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo Gentium ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſtabūtur, remanentes abſque habitatore. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate: quia non eſt auerſa ira furoris Domini à vobis. Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, & cor principum: & obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur. Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergóne decepiſti populum iſtum & Ieruſalem, dicēs, Pax erit vobis: & ecce peruenit gladi⁹ vſque ad animam? In tempore illo dicetur populo huic & Ieruſalē, Ventus vrēs in vijs quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgādum. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nūc ego ſed loquar iudicia mea cū eis.

ā.1.c. Iudæ vaſtatio prædicitur propter malitiā cordis.

¶ deſolationem:

C ¶ nobis.

D Ecce, quaſi nubes aſcendet & quaſi tempeſtas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis: quoniam vaſtati ſumus. Laua à malitia cor tuū Ieruſalem, vt ſalua fias: vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vox enim annunciātis à Dan, & notū facientis idôlum de monte Ephráim. Dicite Gētib⁹, Ecce, auditū eſt in Ieruſalē cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocē ſuā. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerūt hæc tibi: iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuū.

¶ concitate Gentes

Sapien.1.b.

E ¶ Ventrem meū, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo, quoniā vocē buccinæ audiuit anima mea, clamorē prælij.

Cōpatitur propheta populo, præuidens eius vaſtationem.

CAP. IIII.

SI reuerti voles ô Iſrael, [dicit Domin⁹] ad me reuertere: & ſi amoueris abominatiōes tuas à cōſpectu meo, non eris extorris. Et iurabis, Viuit Domin⁹, [4] in veritate, in iudicio, in iuſtitia: & benedicent ſe Gentes in eo, atq; in eo ſeſe iactabūt. Quoniā ſic dicit Domin⁹ ad viros Iuda & Ieruſalē, [8] Nouate vobis nouelleta, neq; in ſpinas ſeminate. Circuncidimini [9] Domino, & auferte [10] præputia cordis veſtri quiſq; in Iuda & ciues Ieruſalē: ne egrediatur vt ignis furor meus, & ardeat, neq; ſit qui extinguat propter peruerſitatē ſtudiorū veſtrorū. ¶ Annūtiate in Iuda, & prædicate in Ieruſalem, & dicite, Clangite tuba in terra, clamate, [11] implete, & dicite, Cōgregemini, & ingrediamur vrbes munitas, extollite [12] ſignū verſus Siō, [13] intēdite neruos, ne ſtetis: quia ego adduco malū [14] ab Aquilone, & cladem magnam. Aſcēdit leo de [15] ſepto ſuo, & vaſtator Gentium, [16] in expeditione eſt, egreſſus de loco ſuo, vt terrā tuā deſertā reddat, & vrbes tuæ vaſtentur, ne quiſquā inhabitet. Ob hoc accingite vos [17] ſaccis, plangite & vlulate: quoniā non auerſus eſt furor iræ Domini à [18] nobis. Et fiet in die illo, ait Dominus, vt cōcidat cor regis, & cor principū, obſtupeſcant ſacerdotes, & prophetæ cōſternētur. Ego autē dicebā, Eheu Domine Deus, profecto tu ſeducendo ſeduxiſti populū iſtum & ipſam Ieruſalē, dicēdo, Pax erit vobis: nūc vero gladius [19] ad animā vſq; penetrat. [20] In tēpore illo dicetur populo iſti & Ieruſalem, Vēt⁹ exiccãs [21] per vertices [venit] in deſerto [22] via filiæ populi mei: nō ad [23] ventilādū, neq; ad repurgādū. Ab [24] his veniet mihi vētus plen⁹: [25] tūc ego quoq; [26] iudicia loquar cum illis. Ecce [27] aſcēdet ſicut nubes, & currus eius procellæ ſimiles erūt, equi autē eius aquilis celeriores: væ nobis, quia [28] vaſtamur. Ablue à malitia cor tuū, ô Ieruſalem, vt ſerueris: quouſque [29] differs in te cogitationes [30] vanitatis tuæ? Quoniā [31] vox à Dan annūtiat, prædicátq; à mōte Ephraim [a] vanitatē. [b] Mētionē [horū] facite apud gentes, & prædicate in Ieruſalē, Obſeruatores veniunt de terra longinqua, & edunt vocem ſuā cōtra ciuitates Iuda. Sicut [34] cuſtodes agrorū [35] fuerūt contra eam circūquaq;: quia exaſperauit me, dicit Dominus. Via tua & ſtudia tua fecerunt tibi iſta: [36] hæc eſt malitia tua, [37] quæ quãdoquidē amara eſt, cor penetrat. ¶ Viſcera mea, viſcera mea [38] doleo, [&] [39] parietes cordis mei, tumultuatur mihi cor meum. nō tacebo, quia vocē tubæ [40] audiui ô anima mea, claſſicū bellicū. [41] Cla

¶1 vſ, quieſcetiue tranquille ages apud me: pace animi & corporis frueris. ¶2 nō demigrabis [alliō] ¶3 vſ. Per Dominū viuētem. q.d. nō inuocabis aliū in re ſeria cōfirmāda. ¶4 vſ, pro veritate. i. ad veritatē cōfirmandā. ¶5 .i. pro re ſeria, & cauſa iuſta. ¶6 q.d. Gētes optabunt ſe & ſuos eſſe tibi ſimiles: & cū volent aliquē laudare q ſit iuſt⁹ & religioſus, dicent illū ſimilem Iſraelitis. ¶7 vſ, laudabūt ¶8 Arate vobis agrū. Diligenti & ſtudioſa aratione purgate animū veſtrū per pœnitentiā, & illū reddite idoneū ſuſcipiēdo verbo Euāgelij. ¶9 .i. vt Domino gratum faciatis. ¶10 Præputia cordis vocat flagitia & iniquitates. ¶11 congregate. ſub. milites. O præcones, prædicite cantu tubæ imminentē hoſtem. Quæ hic dicūtur, fieri ſolent imminēte hoſte aliquo crudeli. Prædicūtur hic pœnæ quibus afficiētur Iudæi quòd pœnitere noluerint. ¶12 aut, vexillū. acſi dicat, Ferte vexillum in faſtigium arcis Sion, vt omnes intelligant bellū imminere, & ſe recipiant in loca tuta. ¶13 confugite. ſub. ad vrbes. ¶14 .i. A Chaldæa excitabo Nabuchodonoſor qui conteret & perdet vos. ¶15 vſ, latibulo. Leo, Nabuchodonoſor crudeliſſimus. ¶16 Hebr. profectus eſt. ¶17 Saccos vocat veſtes laneas villoſas. ¶18 Alij legunt, ab eo. ſcilicet Deo. ¶19 .i. multi gladio occidentur. ¶20 ſub. captiuitatis, dicetur à nuntiis. ¶21 vſ, qui flat in locis altis & in deſerto. nam ſunt deſerta inter Babylonem & Ieruſalem: & Babylon eſt ſita ad Boream: ad quod alludit. ¶22 .i. venit recta Ieruſalem hoſtis non commodi cauſa, ſed in maximam perniciem. ¶23 ſub. triticum. ¶24 ſub. Chaldæis. Alij legunt, præ his. i. ventus vehementior quàm vt conueniat iſtis rebus, ventilationi & purgationi tritici, veniet cōtra me. ¶25 nūc etiam. finita ſcilicet prophetia, ego non tanquàm propheta, ſed tanquàm priuatus meos increpabo: oſtendámque illis Deum iuſtum eſſe quòd de illis pœnas ſit ſumpturus, cum pœnitentiam tantopere auerſentur. ¶26 ſub. Dei. i. increpabo eos propter ſcelera quibus offenſus Deus hæc intulit. ¶27 ſub. exercitus Nabuchodonoſor ¶28 aut, cōſumpti ſumus. ¶29 morari ſinis ¶30 Fictã pœnitētiã vocat cogitationes vanas & iniquas. ¶31 vox annunciantis. à Dan [venit.] Terminus Aquilonaris terræ erat Dan: cuius meminit, quia Babylon ad Aquilonem erat. Iam nuntius non modo à Dan nuntiat adeſſe hoſtes, ſed à monte Ephraim, qui non multū abeſt à Ieruſalē. Vocem annuntiantis vocat nuntium: vt Eſaias vocē clamantis, pro clamante. ¶32 afflictionem. aut pœnam vanitatis ſiue iniquitatis. ¶33 Narrate de gentibus (.i. Chaldæis) Adſunt. Dicite de Ieruſalem, Milites. ſub. Nabuchodonoſor. Ex voce Hebræa, N O S E R I M, pro qua milites vertimus, compoſita eſt dictio Nabuchodonoſor: vt à Cæſar Cæſariani. ¶34 qui ſcilicet ſeruant ne feræ ingrediantur ¶35 vſ, erunt ¶36 vſ, iſtud admiſiſti ¶37 quiaſquod accidit tibi amarum eſt, ita vt peruenerit vſque ad cor tuum. i. affligat te admodum. ¶38 propter mala ſcilicet quæ audio impendere popularibus meis. Verba prophetæ. ¶39 Propter cauitates cordis meminit parietum eius. videtur enim eſſe parietes qui circundant illos duos cordis ventriculos. ¶40 vſ, audiſti. ſub. per ſpiritum. Duplex lectio. ¶41 vſ, Contritio ſuper contritionē accidit. q.d. contritio altera alteri ſuccedet. i. decem tribus iam abductæ ſunt captiuæ: duæ reliquæ etiam abducentur, niſi reſipuerint.

¶41 ſub. decem tribuum.
¶42 Tentoria vocat loca munita: quia Nabuchodonoſor ea facile cepe- rit. ¶44 vſ, tu bæ ¶45 ſub. per Spiritum propheticum.
¶46 .i. ſtellæ nõ lucebant. Per cælũ, homines ſupremi ordinis ſignificat.
¶47 homines mediocris ordinis intelligit.
¶48 trementes erãt. ¶49 ſub. in terra ſicca. nam fuga ſalu ti ſuæ cõſulu- erãt. ¶50 Heb. iræ furoris eiꝰ. .i. ob grauem irã eiꝰ. ¶51 vſ, Certe ¶52 conſumptionem. i. terram iſti cũ incolis ſuis fũ ditus non perdam. ¶53 Heb. locutus ſum & cogitaui, & nõ mutaui ſenten tiã, neque auer tar ab eo. ſub. quod dixi.
¶54 denſa nemora ¶55 vſ, rupes ¶56 amatores [tui]. i. exteræ gentes non ferũt tibi opem. ¶57 vſ, tanquã primogenitũ enitentis. ¶58 quæ fremit & frangit manꝰ ſuas. Morem lugẽtis mulieris exprimit. ¶60 ſub. dicendo ſic.
¶60 .i. milites interficiẽtes filios meos.
V.

des ſuper cladẽ clamatur: ſiquidẽ [41] tota terra vaſtata eſt. ſubito vaſtata ſunt [42] tẽtoria mea, & momẽto aulæa mea. Quouſq; videbo vexillũ? [quouſq;] audiã vocem [44] cornu? Quia populus meus ſtultꝰ eſt, me non nouerunt, filij inſipiẽtes & nõ intelligentes ſunt: ſapientes quidẽ ſunt, vt male agãt, ad benefaciendum vero prorſus ignari. [45] Vidi terrã, & ecce inculta erat & vacua: cælos, & nõ erat in eis [46] lux. [47] Vidi mõtes, & ecce [48] mouebant, & omnes colles concutiebantur. Inſpexi, & ecce nihil [49] eſt hominũ, & omnes volucres cæli receſſerunt. Inſpexi, & ecce locus paſcuus & fertilis deſertum erat, & omnes vrbes eius dirutæ erant à facie Domini, atq; à facie [50] æſtus naſi eius. Quoniã ſic dixit Dominus, Deſerta erit omnis terra, at [51] cõſummationẽ non faciã. Idcirco lugebit terra, & cæli ſuperne obtenebreſcẽt: quoniã eius quod loquutus ſum & cõſtitui, non me pœnitebit, neque ab eo recedã. A voce equitis & eius qui arcu ferit, fugit vniuerſa ciuitas: ingreſſi ſunt [54] nubes, & ad [55] petras aſcendũt: omnes vrbes deſertæ ſunt, nec quiſquã in eis habitat. Tu ergo vaſtata quid factura es? Si te indues coccino, ſi aureis monilibus ornabis te, ſi pinges fuco faciem tuã, fruſtra pulchram te reddes: ſpernẽt enim te [56] quiſte hactenus [inſane deperierunt,] & animam tuam quærẽt [haurire.] Vocem enim [57] vt parturientis, audiui, anguſtiam quẽadmodum eius quæ primũ puerperiũ experitur, vocẽ [ſcilicet] filiæ Zion [58] magna in animo molientis, & ſpargẽtis manus ſuas. [59] Væ mihi, quoniã deficit anima mea propter [60] interfectores.

CAP. V.

Circuite [1] per vicos Ieruſalẽ, & videte queſo, & cognoſcite, & quærite per plateas eiꝰ an quẽ quã inueniatis qui faciat iudiciũ, aut [2] quærat veritatem, & [3] propitius ero ei. Et ſi dicãt, Viuit Dominus: mẽdaciter [4] tamen iurãt. Domine nõnne oculi tui [5] ad fidem [intẽti ſunt?] percuſſiſti eos, & nõ doluerunt: tu [6] perfeciſti eos, ſed noluerũt recipere diſciplinã, [7] indurauerũt vultus ſuos magis q̃ ſaxum, noluerũt reuerti. Et ego dixi, Nimirũ pauperes ſunt iſti, [8] per imprudẽtiã ſtulti ſũt, q̃ non cognouerũt viam Domini, [9] iudicium Dei ſui: Ibo mihi ad magnates, & cũ eis colloquar, quia iſti [10] cognoſcunt viam Domini, iudicia Dei ſui. At iſti æque omnes [11] iugũ contriuerũt, & lora confregerũt: ideo percutiet eos leo de [12] ſylua, lupus [13] ſolitudinũ vaſtabit eos, pardus [14] incũbẽs ſuper ciuitates eorũ, omnẽ [15] iſthinc exeuntẽ diſcerpet. Quia coaceruarunt trãſgreſſiones ſuas, [16] auerſiones eorum inualuerunt. [17] Vbi in hac re propitius tibi eſſem? Filij tui deſeruerũt me, & iurauerunt per eos qui dij non ſunt: [18] iureiurãdo eos adſtrinxerã, ſed adulteri facti, in domo meretricis ſeſe collegerunt. Fuerũt [tanquã] equi ſaginati [19] mane educti, quiſq; ad vxorem proximi ſui adhinnit. An ſuper his non viſitarem, ait Dominus? & gentem quæ huic ſimilis eſt, non vlciſceretur anima mea? Aſcendite mœnia eius, & demolimini, [20] at conſummationem ne faciatis: tollite [21] propagines eius, quia [22] Domini non ſunt. Quoniam præuaricando præuaricati ſunt in me do-

titio ſuper cõtritionẽ vocata eſt, & vaſtata eſt omnis terra: repẽte vaſtata ſũt tabernacula mea, ſubito pelles meæ. Vſquequo videbo fugientẽ, audiam vocẽ buccinæ? Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierũt. Aſpexi terrã, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. Vidi mõtes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati ſunt. Intuitus ſum, & non erat homo: & omne volatile cæli receſſit. Aſpexi, & ecce charmelus deſertus: & omnes vrbes eiꝰ deſtructæ ſunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. Hæc enĩ dicit Dominus, Deſerta erit omnis terra, ſed tamen cõſummationẽ non faciam. Lugebit terra, & mœrebũt cæli deſuper: eo q̃ locutus ſum, cogitaui, & non [*] pœnituit me, nec auerſus ſum ab eo. A voce equitis, & mittentis ſagittam fugit omnis ciuitas: ingreſſi ſunt ardua, & aſcẽderũt rupes: vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt, & non habitat in eis homo. Tu autẽ vaſtata quid facies? cum veſtieris te coccino, cũ ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos: fruſtra componeris, contẽpſerunt te amatores tui, animam tuam [*] quærunt. Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ. Vox filiæ Siõ [*] intermorientes, expandentiſque manus ſuas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAP. V.

Circuite vias Ieruſalẽ, & aſpicite, & cõſyderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virũ facientẽ iudiciũ, & quærentẽ fidem: & propitius ero ei. Quòd ſi etiã Viuit Dominꝰ, dixerint: & hoc falſò iurabũt. Domine oculi tui reſpiciũt fidem: percuſſiſti eos, & nõ doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinã: indurauerunt facies ſuas ſupra petrã, & noluerunt reuerti. Ego autẽ dixi. Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorãtes viã Domini, & iudiciũ Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerũt viã Domini, iudiciũ Dei ſui. & ecce, magis hi ſimul cõfregerũt iugum, ruperũt vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſylua, lupꝰ ad veſperam vaſtauit eos, pardus vigilãs ſuper ciuitates eorũ: omnis qui egreſſus fuerit ex eis, capietur, quia [*] multæ ſunt præuaricationes eorũ, cõfortatæ ſunt auerſiones eorũ. Super quo propitiꝰ tibi eſſe potero? filij tui dereliquerunt me, & iurãt in his qui nõ ſunt dij: ſaturaui eos, & mœchati ſũt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in fœminas, & emiſſarii facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorẽ proximi ſui hinniebat. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciſcetur anima mea? Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationẽ autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non ſunt Domini. Præuaricatione enim præuaricata

F
[*] pœnitebit
G
[*] quærent.
[*] intermorientis expandentiſque
In Iudæa nullus iuſtꝰ & fidelis inuẽtꝰ, tam in populo, q̃ in magiſtratu, ꝓpter quẽ debuerit Dominꝰ parcere ciuitati.
B
Quare Iudæa vaſtata ſit ab Aſſyrijs.
[*] multiplicatæ
Ezech. 22. c.
C

¶1 vſ, Perluſtrate ¶2 .i. ſtudioſus ſit veritatis. ¶3 vſ, parcã ei. ¶4 Heb. ob id. quia ſcilicet Dei ſtudioſi non ſunt, & nomen eius cõtemnunt. ¶5 .i. nõnne oculi tui vident ſiqua ſit in animo hominis iurãtis fides? q. d. nõnne vides & probe noſti an homo ſit verax? Falluntur ergo qui noĩe tuo ad periuria abutũtur, putãtes periuria & fraudes humani animi te latere poſſe. Alij inter Hebræos vertunt, ad ſtabilitatem? vt ſcilicet cõſerues omnia in hoc mũdo. ac ſi dicat, Domine prouidentia tua ſolet operam dare vt quæ condita ſunt, ſeruet: at cõtra morẽ tuum facere videris, dum Iudæos percutis & perdis. verum percuſſiſti illos vt reſipiſcerent, nõ vt perirent: illi tamen noluerũt reſipiſcere. ¶6 cõſumpſiſti. i. grauiter cecidiſti. ¶7 vſ, obfirmauerũt. i. impudẽtes facti ſunt. ¶8 vſ, deſipuerũt. ¶9 hoc eſt leges ¶10 vſ, noſſe debent ¶11 Per iugum & lora, intelligit leges Dei quibꝰ hoĩes in officio retinẽtur, vt boues aratores iugo & loris ĩ ſuo retinẽtur officio. ¶12 ſub. egreſſus. i. Nabuchodonoſor. ¶13 vſ, veſpertinꝰ. i. qui ſub veſperã inuadit gregẽ. ¶14 vigilabit ¶15 ex eis. ſub. vrbibꝰ. ¶16 vſ, rebelliones ¶17 Quomodo ob id parcerẽ tibi? Cũ. inquit, talis ſis erga me. ô Ieruſalẽ, debebõne tibi cõdonare peccata tuaꝰ. q. d. nõ. ¶18 vſ, ſaturaui eos, & mœchati ſunt, ſeq; in domos meretricũ turmatim contulerũt. ¶19 Hebraice tantũ legitur mane. i. ſingulis diebus mane, hoc eſt quotidie. pars pro toto. ¶20. i. nolite eos funditus perdere. Hortatur miniſtros iuſtitiæ ſuæ ad ſumendas pœnas de Iudæis. ¶21 minas [murorum] eius. vſ, ſummitates: vt ſcilicet alij facilius aſcendere poſſint. ¶22. i. mei.

eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & dixerunt, Nõ eſt ipſe: neque veniet ſuper nos malum, gladium & famem non videbimus. Prophetæ fuerunt in vẽtum locuti, & reſponſum nõ fuit in eis: hæc ergo euenient illis. ¶ Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Quia locuti eſtis verbũ iſtud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos. Ecce ego adducã

Deſcribit ferocitatẽ Chaldæorũ, à quibus paſſuri ſunt merito Iudæi.

D ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael, ait Dominus: gentem robuſtam, gentem antiquam, gẽtem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes. Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuũ, & armenta tua: & comedet vineam tuam & ficum tuã: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Veruntamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in conſummationem.

Iudæos quare afflixerit Deus. Ier. 16. b.

E ¶ Quòd ſi dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noſter hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis dijs alienis in terra non veſtra. Annuntiate hæc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes, Audi popule ſtulte, qui nõ habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Me ergo nõ timebitis, ait Dominus & à facie mea non dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternũ quod non præteribit: & commouebuntur, & nõ poterunt: & intumeſcent fluctus eius, & nõ trãſ-

F ibunt illud: populo autẽ huic factum eſt cor incredulum & exaſperãs, receſſerũt & abierunt. Et non dixerunt in corde ſuo, Metuamus Dominũ Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo: plenitudinem annuæ meſſis cuſtodiẽtem nobis. Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc: & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis: Quia inuẽti ſunt in populo meo impij, inſidiãtes quaſi aucupes, laqueos ponẽtes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorũ ple-

G næ dolo: ideo magnificati ſunt & ditati. Incraſſati ſunt & impinguati: & præterierunt ſermones meos peſſime. Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli nõ direxerũt, & iudicium pauperum nõ iudicauerunt. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentẽ huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manib⁹ ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouiſſimo eius?

Iſa. 1. f. Zach. 7. c.

CAP. VI.

Ironica prophetæ adhortatio ad Iudæos, vt exercitui Chaldæorum occurrant.

CONfortamini filij Bẽiamin in medio Ieruſalem, & in Thecua clangite buccina, & ſuper Beth-acarẽ leuate vexillũ: quia malũ viſũ eſt ab Aquilone, & cõtritio magna. Specioſæ & delicatæ aſſimilaui filiã Sion. Ad eam veniẽt paſtores, & greges eorũ: fixerũt in ea tẽtoria in circuitu: paſcet vnuſquiſq; eos q ſub manu ſua ſũt. Sãcti-

mus Iſraelis, & domus Iuda, dicit Dominus. Negauerũt Dominũ, & dixerũt, Ipſe non eſt, nõ eueniet nobis malũ, gladiũ & famem non videbimus. Et prophetæ in ventũ erũt, & qui loquatur non eſt inter eos, [17] q ſic eueniat eis. Idcirco ſic dicit Domin⁹ Deus exercituũ, Eo quòd loquimini ſermonẽ iſtũ, ecce ego [18] reddã verba mea in ore tuo ignem, & populũ iſtũ ligna, & deuorabit eos. Ecce ego adduco ſuper vos gentẽ de longinquo ô Domus Iſrael, dicit Domin⁹, gentẽ robuſtã, gentẽ antiquã, gentẽ cuius linguã ignorabis, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius veluti ſepulchrum apertũ, vniuerſi ipſi ſunt fortiſſimi viri. Et comedet [ſegetem] meſſem tuam, & panẽ tuum, comedẽt filios tuos & filias tuas, comedet gregẽ tuũ & armentũ tuũ, comedet vineã tuã & ficum tuã, [10] excindet munitas vrbes tuas, quib⁹ tu fidebas, [11] gladio. Attamen eo tẽpore nõ faciã vobiſcũ [12] conſummationẽ. ¶ Quòd ſi q; dixeritis, Quamobrẽ fecit nobis Domin⁹ Deus noſter hæc omnia? dices tu ad eos, Quẽadmodum dereliquiſtis me, & ſeruiſtis diis peregrinis in terra veſtra, ſic alienis ſeruietis in terra nõ veſtra. Nuntiate hoc in domo Iaacob, & prædicate in in Iuda, dicendo, Audite quæſo hoc popule ſtulte & excors, quibus oculi ſunt, ſed nõ vident: aures habent, ſed non audiũt. An me non metuetis, ait Dominus? an à facie mea non cõtremiſcetis? [14] quum poſuerim [15] arenã terminũ mari, idq; perpetuo decreto, [16] ne tranſgrediatur eum: ſæuiũt quidẽ fluctus eius, ſed nihil poſſunt: tumultuantur, ſed nõ trãſibunt ipſum. At populo iſti fuit cor [17] rebelle ac contumax, defecerũt & abierũt. Et nõ dixerũt in corde ſuo, [18] Timebimus ſaltem Dominũ Deũ noſtrũ, qui dat [nobis] imbrem [19] tẽpeſtiuũ & ſerotinũ ſuo tẽpore, [40] iuramentis ſtatutis meſſem ſeruat nobis. Iniquitates veſtræ [41] auerterũt iſta, & peccata veſtra [42] prohibuerũt bonum à vobis. In populo enim meo impij inueniũtur, qui [43] obſeruãt vt is qui laqueos ponit, fodiunt [foueas,] in quib⁹ homines perdãt ac capiant. Vt [44] cors plena auibus, ſic domus eorum plenæ ſunt [45] dolo: ad hunc modũ magni ſũt illi & diteſcũt. [46] Pingueſcũt & nitidi ſunt: [47] ſunt etiã qui tranſgrediũtur malis rebus. Ius non dicunt, nec pupilli cauſam, nec pauperũ iudicium expediunt, & [48] tamen res eorũ proſpere cadunt. An [49] ſuper his nõ viſitarem, ait Domin⁹, & [50] gẽtem huic ſimilem non vlciſceretur anima mea? [51] Stupenda & horrenda fiunt in terra, prophetæ vaticinantur [52] falſò, & ſacerdotes [53] applaudũt illis manibus ſuis, populo autẽ meo placent iſta. quid vero [54] tandem facietis?

CAP. VI.

FOrtes eſtote filij Beniamin de medio Ieruſalem, & in Thecoa clangite cornu, & ſuper Beth-hacerẽ leuate ſignum: quoniã malum [4] proſpexit ab Aquilone, & ingens excidiũ. [5] Specioſæ & delicatæ ſimilem facio filiã Zion, Veniẽt ad eam paſtores & greges eorum, figent circum eam tentoria ſua, idque circũquaq; paſcet quiſque [6] quod manui ſuæ [commiſſum eſt.] [7] Sancti-

¶ 23. q. d. nõ eſt ille ipſe Deus cuius nutu omnia fiũt in hoc mundo. ¶ 24. i. longa obſidionem quæ fame carere non ſolet. ¶ 25 Hoc eſt peribunt & euaneſcent pſeudoprophetæ. ¶ 26 Heb. ſermo [ſpiritus] nõ eſt in eis. i. non afflantur diuino Spiritu, ſed tibi contingunt omnia quæ pro veris ebibunt. ¶ 27 ita accidet eis. ſub. vt dixi. ¶ 28. i. ob id prædices aduerſa huic populo, quæ illi euenient. ¶ 29 q. d. multos ſuis ſagittis cõiciẽt. Sepulchrũ patens ſolet multa cadauera recipere. ¶ 30 ad egeſtatem rediget ¶ 31. i. bello acerrimo. Gladijs enim belligeramur. ¶ 32 vł. cõſumptionem. i. non perdam vos ad vnũ. ¶ 33 ſub. ô prophetæ, ¶ 34 poſui enĩ ¶ 35. i. litus arenoſum ipſi Oceano. ¶ 36 & non præteribit illud ¶ 37 vł, prauum & peruerſum, ¶ 38 vł, Timeamus nũc ¶ 39 i. eam quæ cadit mẽſe Martio, & eam quæ Aprili.

¶ 40 Videtur dicere de iuramẽto & pacto de quo Gen. 8. d. & Leuit. 26. a. Alij

verterunt, hebdomadas ſtatutorum meſſis cuſtodit nobis. i. tẽpus quod meſſi congruit. vł qui dat aliquot hebdomadas meſſ faciendæ: vt alludat ad ſeptem hebdomadas quæ numerãtur à paſcha. ¶ 41 Heb. declinare fecerunt. i. propter ſcelera veſtra hæc accidẽt vobis. ¶ 42. i. effecerũt ne aſſequamini bona quæ tãtopere expetitis. ¶ 43 huc illuc aſpiciunt vt qui diſponũt laqueos [capiẽdis auibus] & ſtatuũt pedicas vt homines capiãt. ¶ 44 vł, cauea ¶ 45. i. bonis fraude partis. ¶ 46 vł, Obeſi facti ſunt, & nitida cute fuerũt. ¶ 47 etiã ſuperarunt facta peſſimi [cuiuſq;] ¶ 48 vł, fœlicem vitã agunt. ¶ 49 vł, propter has [iniuſtitias] nõ ſumerem pœnas. ¶ 50 vł, de gente tali non vlciſceretur ſe ¶ 51 aut, Fœtida ¶ 52 vł, mendaciter, ¶ 53 acceperunt. ſub. munera. ¶ 54 Heb. in fine illius rei. VI. ¶ 1 Fugite. Prædicit hic obſidionem Ieruſalẽ, & expugnationẽ quæ accidet propter peccata populi. ¶ 2 vt ſcilicet ciues illi⁹ admoneãtur aduẽtus hoſtium, & ſe in locum tutum recipiant. ¶ 3 in turre vinearum eleuate ignem. vł rogum. i. in turre conſtructa ad vineas ſeruandas accẽdite ignem, vt fugæ ſignum detis vinitoribus, paſtoribus & agricolis vt ſe recipiãt in locũ aliquẽ tutum. Alij putant Beth-hacarem eſſe nomẽ pagi in tribu Iuda, aut vrbis. ¶ 4 exhibuit ſe videndum ¶ 5 Mulieri quæ habitat in tentorio cum ſumma tranquillitate, ¶ 6 locum ſuum. ¶ 7 Præparate. Deſyderium Chaldæorum oppugnandæ vrbis deſcribit.

¶1 q.d. væ nobis qui nõ expugnauerimus vrbẽ ante noctem. ¶9 vl, abijt ¶10 vl, dicitur eſt ¶11 Heb. cuius viſitabitur [iniquitas,] tota ei⁹ oppreſſio in medio eius. .i. quia opprimuntur in ea pauperes omni genere oppreſſionũ. Sequenti verſu ſeipſũ exponit. ¶12 vaſtitas ¶13 Vox Hebræa ſignificat ei ægritudinem in quã incidũt pauperes oppreſſi à potentioribus. ¶14 vl, Erudire. Reſipiſce. Verba Dei. ¶15 [& vt] terram quæ nunq̃ habitata fuit. ¶16 q.d. Vt ruſtici vitẽ nobilẽ non ſolũ vindemiant, ſed etiã racemãt ita Chaldæi vindemiabũt tribũ Iuda & racemabũt. Hoc eſt, è tribu Iuda primum abducẽt nobiliores, deinde pauperiores & ignobiliores. Secundã abductionẽ vocat racemationẽ: primam vero, vindemiam. ¶17 Subaudi, Et dicent adinuicẽ, Reduc &c. Deſcribit ſingulare abducendi ſtudiũ. Cõuerte (inquit) miles manũ tuã ſuper plebem Iſraeliticã, & ex ea ſubinde cape quos abducas captiuos.

ficate contra eam prælium, ſurgite, aſcendamus in meridie: væ nobis, quia reflectit dies, & vmbræ veſpertinæ extendũtur: ſurgite, noctu aſcendamus, & demoliamus palatia eius. Quoniam ſic [10] dicit Dominus exercituum, Succidite ligna, & fundite aggerem contra Ieruſalem: hæc enim vrbs eſt, [11] de qua vltio capienda eſt: omnis enim violentia in ea eſt. Quemadmodũ puteus euomit aquas ſuas, ſic iſta ebullit malitiam ſui. rapina & [12] oppreſſio auditur in ea iugiter in cõſpectu meo, [13] ægritudo & cædes. [14] Patere vt erudiaris ô Ieruſalẽ, ne fortè abſcedat anima mea à te, ne te deſertam reddã, [15] [& vel] terrã non habitatam. Sic [enim] dicit Domin⁹ exercituũ, [16] Racemando racemabunt reliquias Iſrael vt vineã, [17] reduc manum tuã in canistra inſtar vindemiatoris. Quem alloquar aut conteſtabor, vt audiãt? ecce auris eorum [18] incircuncisa eſt, vt non poſſint aduertere: ecce verbum Domini opprobriũ illis eſt, nõ delectãtur illo. Itaque indignatione Domini repletus ſum, [19] fatigor continendo, effundam ſuper infantes in platea, & ſuper cœtũ iuuenum pariter, vt etiã vir cum muliere capiatur, & ſenex cum [20] decrepito. Domus quoq; eorum transferentur ad alienos, agri pariter cum mulieribus: quoniam extẽdam manũ meã ſuper habitatores hui⁹ terræ, dicit Dominus. Quoniã à minimo eorum vſq; ad maximum eorũ quiſque auaritiæ & lucro inhiat, & à propheta vſq; ad ſacerdotẽ quiſq; fraudulẽter & perinde agit. Et ipſi quidem, [21] cladi filiæ populi mei medentur [22] [rebus] leuiculis, dicentes, Pax, pax: quũ nõ ſit pax. [23] Pudefacti ſunt, quia perpetrarũt ſcelus abominãdũ: quin omnino nihil eos pudet, nec erubeſcere nouerũt. Propterea inter occumbẽtes cadent, & [24] in eo articulo quo eos viſitabo corruent, dicit Domin⁹. ¶ Sic dicit Dominus, [25] Inſiſtite vijs, & circunſpicite, atq; interrogate ſemitas antiquas, [26] vbinam illa bona via ſit: in ea incedite, [27] vt inueniatis refectionem animabus veſtris. Qui dixerunt, Non [28] ibimus. Et conſtituã ſuper vos ſpeculatores, [29] Attẽdite [ſaltem] ad vocem [30] tubæ. Et dixerũt, Non attẽdemus. Idcirco audite [31] Gentes, & tu ô concio, [32] quid in eos ſcõſtituerim.] Tu quoq; tellus audi. Ecce ego adduco malum ſuper populũ iſtum, [33] fructum cõſiliorũ ſuorum: eo quòd verba mea non attenderunt, nec legem meam, quin eam reprobauerunt. Ad quid hoc mihi, quòd affers thus de Saba, & calamum [34] electum de terra longinqua? holocauſta veſtra [35] non ſunt vt placeant, & ſacrificia veſtra non ſunt mihi ſuauia. Propterea ſic dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum iſtum [36] offendicula, vt corruant [37] in eis patres cum filijs, æque vicini cum [38] proximis pereant. ¶ Sic dicit Dominus, [39] Ecce populus venit de terra [40] Aquilonari, & gens magna excitabitur [41] à laterib⁹ terræ. Apprehendẽt arcum & lanceam, ſæua eſt ipſa [gẽs,] nihil miſerentur: voce ſua inſtar pelagi tumultuatur, equis vehitur: inſtructa vt vir ad prælium, contra te ô filia Sion. Audiuimus rumorẽ eius, [42] remiſerunt manus noſtræ, anguſtia & dolor occuparunt nos vt parturientem. Ne exeatis in

ficate ſuper eã bellum: cõſurgite, & aſcendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi: Surgite, & aſcendamus in nocte, & diſſipemus domos eius. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Cædite lignum eius, & fundite circa Ieruſalem aggerem: hæc eſt ciuitas viſitationis, omnis calũnia in medio eius. Sicut frigidam facit ciſterna aquã ſuã, ſic frigidam fecit malitiam ſuam: iniquitas & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga. Erudire Ieruſalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam terram inhabitabilem. Hæc dicit Dominus exercituum. Vſque ad racemum colligent quaſi in vinea reliquias Iſrael: conuerte manum tuã, quaſi vindemiator ad cartallum. Cui loquar? & quẽ conteſtabor, vt audiat? ecce, incircuncisæ aures eorum, & audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud. Idcirco furore Domini plenus ſum, laboraui ſuſtinens: effunde ſuper paruulum foris, & ſuper concilium iuuenum ſimul: vir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum. Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam ſuper habitãtes terram, dicit Dominus. A minore quippe vſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & nõ erat pax. Cõfuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus. ¶ Hæc dicit Dominus, State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigeriũ animabus veſtris. Et dixerũt, Non ambulabimus. Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores, & dixi, Audite vocem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. Ideò audite Gentes, & cognoſcite congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra, Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres & filij ſimul, vicinus & proximus peribũt. ¶ Hæc dicit Dominus, Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna conſurget à finibus terræ. Sagittam & ſcutum arripiet: crudelis eſt, & non miſerebitur. vox eius quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcẽdent, præparati quaſi vir ad prælium, aduerſum te filia Sion. Audiuimus famã eius, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite

B

Peccata propter quæ Ieruſalem affligitur.

Incircumciſæ aures.

C

¶ foris.

Auaritia. Dolus. eſa. 56. d.

D  ſ. 8. d.

Cura Dei erga populũ.

Matth. 11. d.

Populi contemptus in Deũ.

E

¶ cognoſce

¶ adduco

Eſa. 1. d.

Sacrificia Iudæorum reijcit Domin⁹.

F

¶ , &

Rurſum Babyloniorum aduẽtus prænunciatur.

¶18 .i. obthurata, & ad audiendũ inepta. ¶19 vl, debilis ſum &c. .i. debilior ſum quàm vt diutius illã indignationẽ Domini poſſim continere: effundã ergo illã. ¶20 Heb. pleno dierũ. ¶21 Heb. cõtritioni. cõfuſioni ¶22 vl, verbis leuiculis. aut leuitate quadã, ſiue leuiter: quaſi locus eſſet aut ludus aliquis, nihil ſerio agẽtes in re tã ſeria. q.d. Pſeudoprophetæ vobis pollicentur pacẽ: at pace nõ fruemini. ¶23 Aut per interrogationẽ, Puduitne eos quòd abominationẽ feciſſent? etiã oino &c. ¶24 tẽpore ¶25 Hortatur Ieremias tribules Iuda vt cõponãt ſe ad imitationẽ rationis viuendi maiorũ ſuorũ. ¶26 vl, quænã ¶27 vl, & inuenietis requiẽ .i. hac ratione viuetis in ſumma quiete & pace. ¶28 ſub. per aliã viã. ¶29 Sub. qui dicẽt, Attẽdite ¶30 ſub. hoſtiũ. q.d. ſub aduẽtũ ipſum Chaldæorũ excitabo prophetas qui rurſus eos admonebũt calamitatis impẽdẽtis: quib⁹ nõ credẽt. ¶31 Per Gẽtes intelligit eos populos qui nõ ſunt de domo Iacob: Cœtũ autẽ ſiue concionẽ, Iudã. ¶32 quæ ſunt in illis. ſub. peccata. ¶33 vl, retributionẽ cogitationũ [malarũ] eius: ¶34 Heb. bonũ. .i. odoratũ & aromaticũ. ¶35 Heb. nõ ad volũtatẽ. .i. non ſunt mihi grata. ¶36 .i. creabo perniciẽ Iudæis quã nulla ratiõe vitare poterũt. ¶37 per illa ¶38 vl, amicis ¶39 Prædicit rurſus aduentũ Chaldæorũ: quẽ ſæpe inculcat, vt oſtendat cõtumaciã animi Iudæorũ qui toties admoniti ſuæ calamitatis, reſipiſcere noluerunt. ¶40 .i. à Chaldæa, ¶41 vl, ab vno laterũ terræ. ¶42 vl, debilitatæ

C exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vaſtator ſuper⁺vos.' ‖Probatorem dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis'vias'eorum. Omnes iſti principes'declinantium,' ambulantes fraudulẽter, vt æs & ferrum: vniuerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator: malitiæ enim eorum nõ ſunt conſumptæ. Argẽtum reprobũ vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

¶ nos.
ī.1.d.
¶ viam
¶ declinãtes,

CAP. VII.

Iubetur Ieremias annunciare populo verbũ Domini [redacted]

Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicẽs, Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominum. Hæc dicit Domin⁹ exercituũ Deus Iſrael, ‖Bonas facite vias veſtras, ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicẽtes, Tẽplum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Quoniam ſi'benedixeritis' vias veſtras & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximũ eius, Aduenæ & pupillo & viduæ nõ feceritis calumniam, nec ſanguinem innocẽtem
D effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris à ſeculo'&'vſque in ſeculum. Ecce, vos confiditis vobis in ſermonibus mẽdacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meũ, & dixiſtis, Liberati ſumus, eo q̃ fecerimus oẽs abominatiões iſtas.⁎‖Ergo ſpelũca latronũ facta eſt domus iſta, in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ in oculis veſtris? ego ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in
E Silo, vbi habitauit nomẽ meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiã populi mei Iſrael. Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus ſum ad vos mane conſurgens, ‖& loquens, & nõ audiſtis: & vocaui vos, & nõ reſpondiſtis: Faciã domui huic in qua inuocatum eſt nomen meũ, & in qua vos habetis fiduciã, & loco quem dedi vobis, & patribus veſtris, ‖ſicut feci Silo: Et proijciã vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. ‖Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudẽ & orationẽ, &

ī.16.d.
¶ bene direxeritis.

⁎Nunquid Matth.21.b. mar.11.c. luc.19.g.
Silo.

Mala euẽtura Iudæis ob cõtemptum Prophetarũ. Prouerb.1.c. eſa.65.b.c. 1.Reg.4.b.

ī.14.b.
Probibet Dominus orare pro populo.

agrum, neq; eatis via[publica:] quia hoſtilis tum gladius tum pauor vndiq;. Sacco igitur te accinge ô filia populi mei, atq;⁴³in puluere te prouolue: 'luctum⁴⁴vnice amati filij tibi ſumito, & plãctum amariſſimũ: quoniam repente vaſtator ſuper nos veniet.⁴⁵Excoctorem' poſui te in populo meo, ac locũ munitum;⁴⁶ vt cognoſcas & explores'viam eorũ. ⁴⁷Apoſtatæ ſunt omnes, apoſtatæ inquã, incedũt fraudulenter, ⁴⁸[vt]æs & ferrum, omnes corrupti ſunt.⁴⁹ Accenſum eſt vas fuſorium igne, integrum plũbum, 'fruſtra conflat excoctor, & mali nõ ſunt expurgati. Argentum reprobum vocabunt eos: quoniam reprobauit eos Dominus.

CAP. VII.

Verbum quod factũ eſt ad Ieremiam à Domino'in hanc ſentẽtiã,'Sta in'porta'domus Domini, & clama ibi verbũ iſtud, & dic, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui inceditis per portas iſtas, vt adoretis Dominũ. Sic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Emendate vias veſtras & ſtudia veſtra, tũ efficiã vt habitetis in loco iſto. Nolite fidere verbis mẽdacibus, dicendo,¹ Templum Domini, templũ Domini, tẽplum Domini ſunt. Nam ſi emẽdando emendaueritis vias veſtras, ac ſtudia veſtra, ſi ius reddideritis inter virum & proximũ eius, ſi aduenæ, pupillo & viduæ⁴vim nõ feceritis, 'ſi ſanguinem innoxiũ nõ fuderitis in loco iſto, & poſt deos alios non abieritis⁵veſtro malo, 'Efficiã vt habitetis i loco iſto, in terra quã dedi patribus veſtris, à ſeculo in ſeculum. Sed ecce, vos cõfiditis vobis in verbis mẽdacibus, quę nihil profutura ſunt. Num furãdo, occidendo, adulteria cõmittendo, perfide iurando, ſuffitum ipſi Baal incẽdẽdo, deos alios quos nõ nouiſtis, ſequendo, [nihilominus]⁶Venitis, & ſtatis' coram me in domo iſta,⁷cui nomen meũ impoſitũ eſt,' & dicitis, Liberati ſumus, etiamſi cuncta hæc abominanda fecimus? Num ſpelũca nebulonũ facinoroſorum facta eſt domus iſta, quæ nomine meo appellatur,⁸ in oculis veſtris? en ego quoq;⁹vidi,'dicit Dominus. Sed ite quæſo ad locum meũ¹⁰qui eſt'in Silo, vbi collocaueram nomen meum¹¹antea,' & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael. Nũc ergo quoniam vos feciſtis omnia opera iſta, dicit Dominus, (etiã quum loquerer ad vos, matu re ſurgens, & loquẽs, ſed nõ audiſtis: vocaui, ſed non reſpondiſtis) Faciam domui,¹² ſuper quam inuocatum eſt nomen meum,' in quam vos ſperatis, & loco huic quem dedi vobis & patrib⁹ veſtris, quẽadmodum ipſi Silo feci. Et eijciam vos à conſpectu meo, quẽadmodum eieci omnes fratres veſtros, [nempe] vniuerſũ ſemen¹³Ephraim.' Et tu ne oraueris pro populo iſto, neq; attollas pro illis clamorẽ & deprecationẽ, neq;¹⁴interuenias

¶43 in ipſo cinere te volue. in quo ſcilicet volutare ſe ſolent lugentes. ¶44.i. luge maximo luctu & grauiſſimo qualis eſt parẽtum qui vnigenitum lugent. ¶45 Arcem.i. arci munitiſſimæ ſimilem te reddidi: proinde ſine vllo metu illos carpe: non poterunt tibi nocere. ¶46 vl, cognoſce ergo & explora. aut examina ¶47 Omnes principes declinantium [ſ.i. declinantes] ambulantes in delatione. Aut ſtudioſi delationis. ¶48.i. frõtis ſunt chalybeæ & ferreæ, hoc eſt impudentiſſimi.

¶49 Combuſt⁹ eſt follis ab igni, cõſumptũ eſt plumbũ &c. In hac ſimilitudine Deus eſt conflator. Argentum repurgandum eſt Iuda. Follis eſt Ieremias. Plumbum ſignificat omnia adminicula repurgationis. Vt igitur conflator aliquãdo operam perdit dũ ſtudet vt conflando repurget argentum: ſic Deus quum voluit repurgare ſcoriam Iuda, operam & oleum perdidit. Meminit plumbi, q̃ plumbum admiſceatur conflationi argẽti, vt facilius & minori detrimento confletur. Vel vt doctiores inter Hebræos interpretantur, Cõflator, eſt propheta. Follis: os prophetæ. Flatus, prophetia ipſa & increpatio. Plũbũ: aſſiduitas ipſa & diligẽtia prædicationis. Argentũ impurũ quod nulla ratione repurgari poteſt, eſt populus regni Iuda. Combuſtus eſt follis.i. redditus eſt ineptus ad ventum excitandũ. q.d. reprehẽdendo & obiurgando populũ hunc, fauces meæ raucæ factæ ſunt: & tamen nihil profeci, quia noluit reſipiſcere. VII. ¶1 Heb. dicendo. Arguit populum qui fiduciã ponebat in ceremonijs, & externo cultu, ſpreta vera pietate, & timore Dei. ¶2 De oriẽtali intelligit. ¶3.i. nolite credere verbis Pſeudoprophetarũ qui dicere ſolent nunq̃ futurũ vt Dominus ſinat vrbẽ veſtrã venire in poteſtatem Chaldæorum, ob templum magnificentiſſimum quod in ea eſt extructum. Sunt autem verba Iudæorũ digito mõſtrantium tẽplum ipſum Salomonis, & omnes partes illius. Vtitur autẽ triplici repetitione, propter veſtibulum, templum, & adytum, quæ ſancta erãt & inuiolabilia: vt oſtendat ſtudium populi in laudanda magnificentia templi & ſanctimonia. q.d. nolite templo ſanctiſſimo & magnificentiſſimo fidere: quia neque templo, neque vrbi propter templũ parcam, niſi reſipueritis. Ita doctiſſ. Hebræorũ. ¶4 ſub. iniquis iudicijs. ¶5 vl. in perniciem veſtram. ¶6 vl venietis, & ſtabitis ¶7 Heb. ſuper quod inuocatum eſt nomẽ meum.i. quod appellatur de nomine meo, domus Dei. ¶8.i. iudicio veſtro. q.d. qui fit vt iudicio veſtro ædes hæc mea ſit velut antrum latronũ, neque pluris eã faciatis quàm antrũ graſſatorum? Nam vt in antra ſua ſe recipiunt graſſatores cædibus & latrocinijs patratis: ſic vos poſt ſcelera etiam grauiſſima, non erubeſcitis venire in domum meã, quaſi exiſtimetis me peccatorũ veſtrorũ eſſe ignarum. ¶9 ſub. cogitationes veſtras malas. ¶10 qui fuit ¶11 Heb. in principio, ¶12.i. quæ dicitur domus Domini. ¶13.i. decem tribubus. Quia Ieroboam qui primus diuiſo imperio Iudaico, imperauit decẽ tribubus, fuit de tribu Ephraim: hoc loco Ephraim ponitur pro decem tribubus. ¶14 vl, depreceris me

¶15 Indicat hoc verſu magnũ idololatriæ ſtudium quo populus Iudaicus tenebatur.
¶16 q.d. non: ſed potius ſeipſos ad iram ſe concitant, hoc eſt iram ſibi cõciliãt. ¶17 ſub. ſua ſpe fruſtrati. ¶18 vl. liquefactus eſt. vt plumbũ ſcilicet ¶19 i. vertite holocauſta veſtra in victimas, vt earũ carnes edatis. hoc tantum commodi ex illis percipietis: nam mihi omnino diſplicẽt. ¶20 prauitatẽ. aut obſtinationem ¶21 Heb. fuerũntque retro & non ante. i. retroceſſerunt, & non promouerũt: propterea paſſi ſunt aduerſa, nihilque illis ſuccedit.

¶22 vl. A tempore quo egreſſi ſunt maiores veſtri de terra Ægypti vſque ad hunc diem, miſi ad vos &c. ¶23 deteriora patrarunt quàm maiores eorum. ¶24 vl. religio aut veritas. ¶25 i. de vera religione nunquam verba faciunt. ¶26 vl. comã tuã. Per hæc ſigna luct⁹ externa, prædicit fore vt Domin⁹ ſumat pœnas de Iuda. Qui apud Iudæos aduerſa patiebatur comam tondebãt in ſignum luctus. ¶27 vl. in loca excelſa. Conſcende loca alta, & illic lamentare, vt planctus tuus procul exaudiri poſſit. ¶28 deſeruit generationẽ iræ ſuæ. i. tribules Iuda & Beniamin quib⁹ iratus eſt. ¶29 i. quæ mihi dicata eſt. ¶ 30 In Topheth nõ procul à Ieruſalem, Iudæi immolabant liberos ſuos idolo Moloch. Eſa. 30. ¶31 vl. ſtragis. nã in ea interficiẽtur quãplurimi Iudæi à Chaldæis.

VIII. ¶1 vl. quæ dilexerunt, quibus ſeruierũt, & poſt quæ ambulauerũt, & quæ requiſierunt, & quibus ſe incuruarunt. ¶2 in fimum ¶3 quæ relinquentur. ſub. intacta ab hoſtibus.

apud me, quoniam nequaquã te exandiã. An tu nõ vides quid iſti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalẽ? [15]Filij colligunt ligna, & patres incendũt ignem, vxores autẽ farinam aqua cõſperſam ſubigunt, vt placentas faciãt machinæ cælorũ: diis alijs libant libamina, vt me ad iram prouocẽt. Num vero illi me [16]irritãt, dicit Dominus? an nõ ſeſe, vt vultus eorũ [17]pudefiant? Idcirco ſic dicit Dominus Deus, Ecce furor meus & æſtus meus [18]cõflatus eſt cõtra locũ iſtum, ſuper homines & ſuper iumenta, ſuper arbores cãpi, & ſuper fructus terræ, ardebitque & nemo extinguet. ¶Sic dicit Domin⁹ exercituum Deus Iſraelis, Holocauſta veſtra [19]addite victimis veſtris, & comedite carnem: Quoniã nihil loquutus ſum cũ patribus veſtris, neque præcepi eis eo tempore quo educerẽ eos de terra Ægypti, de ratiõe holocauſti & ſacrificij. Sed hoc verbũ præcepi eis, dicendo, Audite vocem meã, & ero veſter Deus, vos autẽ eritis populus meus, & ambulate in omni via quã præcepi vobis, vt bene ſit vobis. Illi autẽ non paruerũt, neque præbuerunt aurẽ ſuam, ſed ambulauerũt iuxta artes ſuas, & iuxta [20]libidinẽ cordis ſui mali, factique ſunt [21]auerſi, nõ aduerſi. [22]Id autem ab eo die quo egreſſi ſunt patres veſtri de terra Ægypti, vſque ad hunc diem: ego vero miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, quotidie mane conſurgẽdo & mittendo. Sed nõ audierunt me, neque inclinarunt aurem ſuam: quin potius indurauerunt ceruicem ſuam, [23]deteriores patribus ſuis facti. Tu quoque loqueris ad eos omnes ſermones iſtos, ſed non auſcultabunt tibi: clamabis ad eos, ſed non reſpondebũt. Dic ergo ad eos, Hæc eſt gens quæ non audierũt vocem Domini Dei ſui, neque diſciplinam receperunt: perijt [24]fides, & [25]exciſa eſt de ore ipſorum. Tõde ergo [26]capillitiũ tuum, & abijce, attollito lamentationem [27]in vertices: quia reprobauit Dominus, & [28]diſſipauit generationẽ excandeſcentiæ ſuæ. Filij enim Iuda perpetrarũt malum in oculis meis, dicit Domin⁹: poſuerunt abominationes ſuas in domo quæ [29]vocata eſt nomine meo, vt contaminarent eam. Et ædificauerunt excelſa [30]Tophet, quæ eſt in valle filij Hinnom, vt incenderẽt filios ſuos & filias ſuas igni, quod nunquam præceperam, neque in cor meũ aſcenderat. Propterea ecce venient dies, dicit Dominus, vt non dicatur amplius Tophet & vallis filij Hinnom, ſed vallis [31]occiſionis: ſepelient enim in Tophet, eo quòd locus [alius] non ſit. Et erit cadauer populi huius eſca volucribus cæli, & beſtijs terræ, nec erit qui abſterreat. Ego quoque efficiam vt ceſſet in vrbibus Iuda, & in vicis Ieruſalem vox lætitiæ, & vox gaudij, vox ſponſi, & vox ſponſæ: redigetur enim terra in ſolitudinem deſolatam.

CAP. VIII.

IN tempore iſto, dicit Dominus, proferent oſſa regum Iuda, & oſſa principum eius, oſſa ſacerdotum, oſſa prophetarũ, atque oſſa eorum qui habitant Hieroſolymis, è ſepulchris ſuis, Exponẽtque ea ad ſolem & lunam, atque ad omnem exercitum cæleſtẽ: [1]eo quòd dilexerint iſta, & quòd ſeruierint illis, & poſt ea abierint, ea inquiſiuerint, quódque ea adorauerint: non colligentur, neque ſepelientur, ſed [2]velut ſtercus erũt in ſuperficie terræ. Omnes autem qui reſidui erũt ex reliquiis de generatione iſta praua, mortem potius eligent quàm vitam, in quibuſcunque tandẽ locis, in quæ eos impulero, [3]reliqui fuerint, ait Domin⁹ exercituũ. ¶Dices itaque ad eos, Sic dicit Do-

non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. Nõne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligũt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergũt adipem, vt faciant placẽtas reginæ cæli, & libẽt diis alienis, & me ad iracundiã prouocent. Nũquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nõnne ſemetipſos in confuſionẽ vultus ſui? Ideò hæc dicit Dominus Deus, Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtũ, ſuper viros, & ſuper iumẽta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccẽdetur, & nõ extinguetur. ¶Hæc dicit Dominus exercituũ De⁹ Iſrael, Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes: Quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de verbo holocauſtomatũ & victimarũ. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quam mãdaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierũt in voluptatibus & in prauitate cordis ſui mali: factique ſunt retrorſum & nõ in antè, à die qua egreſſi ſunt patres eorũ de Terra Ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad eos omnes ſeruos meos prophetas per diem, cõſurgens diluculo, & mittens. Et non audierũt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerũt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt quàm patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te. & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi. Et dices ad eos, Hæc eſt gẽs quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam: perijt fides, & ablata eſt de ore eorum. Tõde capillum tuum & proijce, & ſume in directum planctum: quia proiecit Domin⁹, & reliquit generationem furoris ſui, quia fecerũt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam: & ædificauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. Ideò ecce dies venient, dicit Dominus, & nõ dicetur amplius, Topheth, & vallis filij Ennõ: ſed vallis interfectionis: & ſepelientur in Topheth, eo quòd non ſit locus. Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cæli & beſtijs terræ, & non erit qui abigat. Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocẽ gaudij & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ: in deſolatione enim erit terra.

CAP. VIII.

IN illo tempore, ait Dominus, eijcient oſſa regis Iuda, & oſſa principũ eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis: Et expandent ea ad ſolem, & lunã, & omnem militiã cæli quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt & adorauerunt: non colligentur, & nõ ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erũt. Et eligẽt magis mortem quàm vitam omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis quæ derelicta ſũt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituũ. ¶Et dices ad eos, Hæc dicit Do-

D

Iere. 44. c.

E Sacrificia à Iudæis nõ requirit potiſſimũ Domin⁹, ſed vt obedius rege bo ſuo ...

¶ volũtatib⁹

F

¶ vos

Prophetæ.
Iere. 16. c.

Inuitat populũ ad plãctũ ob pctã ſua & imminentia mala.

G

Topheth.

¶ ſepelient

Ezec. 36. c.

Iudaici ppli deſtructio.
¶ regum

B

¶ [a]cadet, minus. Nunquid qui [a]cadit, [a]non reſurget? & qui
[redacted] auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo auerſus
eſt popul' iſte in Ieruſalē auerſione cōtentioſa?
Apprehenderunt mendacium, & noluerunt re-
uerti. Attendi, & auſcultaui: nemo quod bonum
eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſu-
C per peccato ſuo, dicēs, Quid feci? Omnes conuerſi
ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadēs
ad præliū. Miluus in cælo cognouit tempus ſuū:
turtur & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tem-
pus aduentus ſui: populus autem meus non co-
Doctrinā ꝓphetarū & ſacerdotū mendacē arguit, & eorū auaritiam. gnouit iudicium Domini. ¶ Quomodo dicitis, Sa-
pientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt?
verè mendacium operatus eſt ſtilus mendax ſcri-
barum. Confuſi ſunt ſapiētes, perterriti & capti
ſunt: verbū enim Domini proiecerunt, & ſapien-
D tia nulla eſt in eis. Propterea dabo mulieres eo-
Eſ. 56. d. ſ. 6. c rum exteris, agros eorū hæredibus: quia à mi-
Auaritia. nimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſe-
quuntur: à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti
¶ [a]cōtritionē faciunt mendacium. Et ſanabant [a]contritiones [a]fi-
liæ populi mei ad ignominiā, dicētes, Pax, pax:
cum non eſſet pax. Confuſi ſunt, quia abomina-
tionē fecerunt: quinimo confuſione non ſunt cō-
fuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent in-
ter corruentes, in tempore viſitationis ſuæ cor-
Tempus viſitatiōis prædicitur. E ruent, dicit Dominus. ¶ Congregās congregabo
eos, ait Dominus: non eſt vua in vitibus, & non
ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit & dedi eis
quæ prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? conueni-
te, & ingrediamur ciuitatem munitā, & ſileamus
ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, &
potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus e-
nim Domino. Expectauimus pacē, & nō erat bo-
Ier. 14. d. F num: tēpus medelæ, & ecce formido. A Dan au-
ditus eſt fremitus equorū eius, à voce hinnituū
pugnatorum eius cōmota eſt omnis terra. Et ve-
nerunt, & deuorauerūt terram, & plenitudinem
eius: vrbē & habitatores eius. Quia ecce ego mit-
tam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt in-
cantatio: & mordebunt vos, ait Dominus. Dolor
meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens.
Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra lon-
G ginqua, Nunquid Dominus non eſt in Sion: aut
rex eius non eſt in ea? Quare ergo me ad iracun-
diam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in va-
nitatibus alienis? Tranſijt meſſis, finita eſt æſtas:
In afflictiōe Ieruſalem videtur afflict' Dominus. & nos ſaluati nō ſumus. Super contritione filiæ
populi mei contritus ſum & contriſtatus, ſtupor
obtinuit me. Nunquid reſina non eſt in Galaad?
aut medicus non eſt ibi? quare igitur nō eſt ob-
ducta cicatrix filiæ populi mei? CAP. IX.

Plāctus prophetæ ſuper ppl'i malitia. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis
fontē lachrymarū: & plorabo die ac nocte
interfectos filiæ populi mei? Quis dabit

minus. Nū ſic [4]cadunt[homines] vt nō reſurgāt?
num [5]ſic aliquis deflectit, vt non redeat? Qui fit
igitur vt populus iſte Hieroſolymitanus [6]auerta-
tur auerſione tam pertinaci? [7]Pertinaciter dolo
hærent, [7]renuūt reuerti. Attēdi & [8]auſcultaui: [8]nō
loquebātur rectū, nemo erat quē pœniteret ma-
li ſui, vt diceret, Quid feci? quiſq; illorū ad ſuum
curſum [9]tendit, [9]perinde ac equus [10]in præliū ef-
fuſus. Equidem ciconia[quæ volat] in aere nouit
ſua ſtata tēpora, turtur, grus & hirundo obſer-
uāt tēpus [11]profectionis ſuę: at populus meus nō
cognouit [12]iudiciū Domini. ¶ Quomodo dicitis,
Sapiētes ſumus, & lex Domini apud nos eſt? pro-
fecto ecce [13] vane fecit fruſtraneus ſtilus ſcriba-
rū. Pudefacti ſunt ſapientes, [14]expauerunt & ca-
pti ſunt. Ecce verbū Domini reprobarunt, [15]quæ
ergo illis ſapientia reliqua eſſe poterit? Idcirco
vxores eorum alijs dabo, agros eorū [16]poſſeſſori-
bus[exteris.] à minimo enim vſq; ad maximum
quiſq; eorum auaritiæ & turpi lucro inhiat, & à
propheta vſq; ad ſacerdotē quiſq; eorum [17]mala
fide agit. Et illi quidē cōquaſſationi filiæ populi
mei medentur[rebus] leuiculis, dicētes, Pax, pax:
quū nō ſit pax. Pudefacti ſunt, quia perpetrarūt
ſcelus abominādū, quin ōnino nihil eos pudet,
nec erubeſcere nouerunt. Propterea inter occū-
bentes cadent, & [18]in eo articulo quo eos viſita-
bit corruēt, dicit Dominus. ¶ [19]Colligēdo colligā
eos, dicit Dominus: vua nō erit in vite, nec ficus
in ficu, quin & folium ipſum defluet, & quæ de-
derā eis [20]trāſibūt ab eis. Ad quid [21]ſedemus nos?
congregamini, & ingrediamur vrbes munitas,
vt illic [22]taciti ſim': qa Dominus deus noſter [23]cō-
peſcuit nos, & potū nobis dedit [24]aquā felliteā: qa
peccauim' in Dominū. Expectauim' pacē, [25]at ni-
hil boni: tēpus [26]ſanationis, & ecce terror. A Dā
audietur ronchus equorū eius, à voce hinnituū
fortiū[caballorū] eius [27]mouebit vniuerſa terra.
Venerūt enim & deuorarūt terrā & quidquid in
ea eſt, ciuitatē & qui habitāt in ea. Quia ecce im-
mittā in vos ſerpētes regulos, qui incantari ne-
queūt, [28]mordebūtque vos, ait Dominus. [29]Rictū
flēdo diduxi propter mœrorem, cor meū in me
dolore affectū eſt. Ecce vox clamoris filiæ populi
mei [30]de terra lōginqua, An Dominus nō eſt in
Ziō? An vero rex eius in ea nō eſt? quare ad iracū-
diā prouocarunt me ſculptilibus ſuis, & vanita-
tib' [31]exteris? [32]Præterijt meſſis, finita eſt ęſtas, nec
nos ſumus ſeruati. [33]Cōtritus ſū propter cladē fi-
liæ populi mei, [34]mœſt' ſū, ſtupor me tenet. [35]Nū
reſina nulla eſt i Galaad? nū medic' nō eſt iſthic?
cur ergo nō obducitē cicatrix filiæ ppl'i mei? IX.

[1]Quis det vt caput meum aquæ[ſint,] & ocu-
lus meus vena lachrymę, vt nocte & die in-
terfectos populi mei defleam? Quis det

¶ 4 ſub. per peccatū, & non reſurgēt per pœnitētiā. q.d. putātne homines ſibi veniā præcluſam ſi peccauerint? falluntē. nā ſum miſericors. ¶ 5 reuertetur[homo,] & nō reuertetur? ſub. De' ab ira. vel, nū auertetē[homo à peccato] & non redibit ſub. cū Deo in grati.[Ac ſi dicat, Cur ad me nō reuertūtur Iudæi? putātne me nulla miſericordia affecturū eos, ſi ad me redierint? certe ſi i ea ſint ſentētia, fallūtur. an homo aget pœnitētiā, & non remittet Deus peccatum? Imò remittet.

¶ 6 rebellis ſunt rebellione æterna. vel, ꝑpetua. ¶ 7 vel, Mordic' retinuerūt dolos, [vel, fraudē,] ¶ 8 dum ſcilicet tranſirē per cœtum illorum. ¶ 9 conuertit? i. ꝓcedit vlteri', & fertur in res ſibi propoſitas citra rationē. ¶ 10 impetu vadēs in certamē. ¶ 11 aduēt' ſui. q.d. certo tēpore veniunt, nec mutāt naturā. Dicit hoīes brutis inſipiētiores eſſe. ¶ 12. i. præcepta quæ illū docui. factis oſtēdit ſe nō noſſe. ¶ 13 fruſtra fecit ſtilū, fruſtra ſcribæ. i. Certe qui calamū inſtruxit vt legē ſcriberet, fruſtra operā inſumpſit: fruſtra ſunt ſcribæ qui ſacros libros deſcribāt, quū nullus ſit qui ad illā cōponat vitā ſuā qui illā legat. ¶ 14 perterriti ſunt ¶ 15 Heb. & ſciētia cuiuſnā rei eſt illis? ¶ 16 vel, hæredibus. i. Chaldæis qui poſthac illos iure hæreditario poſſeſſuri ſunt. ¶ 17 facit impoſturā. ¶ 18 Heb. in tēpore viſitationis ſuæ. i. tēpore quo illos puniā. ¶ 19 vel, Perdēdo perdā. ¶ 20. i. ſpoliabūtur bonis quę dederā illis ¶ 21 vel, deſidem' ¶ 22 vel q ceſſamus ¶ 23 deleturus eſt ¶ 24 ſuccum fellis. ¶ 25 vel, & nulla fœlicitas. Verba Ieremiæ in perſona ſuorū popularium. Expectauimus pacē quā pſeudoprophetæ nobis ꝓmiſerāt, at illa nō cōtigit. ¶ 26. i. cōſolationis, vel liberationis, ¶ 27 vel intremiſcet ¶ 28 ſub. & illo morſu peribitis. ¶ 29 vel, in conſolatione mea ob mœrorē. i. quū darē operā vt mœrore depoſito reſpirarē & ſolarer me, animus meus à cōſolatione fuit alienus. ¶ 30. i. ob hoīes terræ remotiſſimæ. Queritur autem populus de Deo ob metū hoſtis venientis è regione lōginqua. Dominus colitur in Siō, cur ergo ſinit illā affligi? Populus primum loquitur: deinde Deus. Dialogus eſt ¶ 31 vel, alieni. ſcilicet Dei. Loquitur Deus. ¶ 32 Populus loquitur. Diu expectauimus auxiliū ab Ægyptijs: ſed nobis expectantibus perijt tēpus, & opē illorū non ſumus experti. ¶ 33 Verba prophetæ. ¶ 34 Heb. obſcuratus ſum. ¶ 35 Fierine(inquit) poteſt vt in Galaad non inueniatur opobalſamū; & chirurgus, qui belle vulnera curet? q.d. non. Miror ergo quomodo cicatrix vulneri populi mei non ſit obducta. i. Miror quòd nō inueniatur in hac regione quæ dicit ſe Deū colere, pius aliquis qui precibus malo populi mei nō medeatur. Opobalſamū: oratio eſt. Medicus: vir pius & probus. In Galaad magna erat copia balſami & chirurgorū. IX. ¶ 1 Optatiuo quoniā carēt Hebræi, circūlocutione vtūtur, Quis det. quod dicerem' nos, O ſi. Vtinā caput meū aqua eſſet. Hebraice ſic, Quis det caput meū aquas, & oculū meū venā lachrymæ? Non optat capiti aquā, ſed vt totū caput in aquas vertat. Pertinēt hæc ad exaggerationē mali imminētis. ¶ 2. i. vtinā diuerſari liceret mihi in deſerto.

¶3 mendaciũ.i. lingua ſua qua vtuntur vice arcus, falſa loquũtur. eiaculãtur nõ ſagittas, ſed mendaciũ. Lingua hic cõparatur arcui: mendacium vero ſagittæ. ¶4 vſ. obtinẽt [dignitates] in Terra, ſed nõ per veritatẽ: [ſed ꝑ ſycop antias.] ¶5 Egredi à malo ad malũ, eſt multa flagitia admittere. ¶6 Heb. Quiſq; à ꝓximo ſuo caueto, & õni fratri ne fidito.

¶7 Vox Hebræa RACHIL, mercator aut negotiator ꝓprie eſt: capitur pro fraudulẽto & impoſtore, q; fere negotiatores dolis & fraude agũt, & ꝓximi iactura ſuũ negotiũ conficiũt. Poteſt ergo legi, incedit fraudulẽter. Alii legũt, in detractiõe ¶8 vſ. iponere ſolet, ¶9 ad praue agendum ad laſſitudinem vſq; laborant. ¶10 vſ. Habitare tuum. Verba Dei ad Ieremiã. O Ieremia tu habitas in medio hominũ doli. i. inter homines fraudulentos & quibus ob dolũ & alia flagitia quibus dediti ſunt, nõ eſt curæ operib⁹ bonis teſtari ſe noſſe leges meas. ¶11 quomodo enim aliter facerem

¶21 Nō videbitis ¶22. i. citādo me authorē prophetiæ ſuæ. ¶23 vſ, & nihilū. i. ē nihili
¶24 Heb. Deſcē dent oculi mei in lachrymas. i. vertentur in lachrymas.
¶25. i. congregatio populi mei quæ nondū venit i hoſtium poteſtatem. ¶26. i. circūeundo profecti ſunt in alienā regionem, imprudētes vagando, in qua poſtea captiui fuerunt: & nō aiaduerterunt ſe ire in captiuitatem antequam captiui fuerūt. ¶27 vſ, ſanatio?
¶28 vſ, perturbatio. ¶29 ne abijcias
¶30 delicias. i. ne pmittas tēplū eſſe i minore pretio & honore, quā fuerit, in quo dicerꝭ habitare.
¶31. i. iter deos Gentiū q vani ſunt. ¶32 ſub. ſuis viribus?

X V.

¶1 vſ, ſteterint ¶2 vt ſcilicet me rogent ¶3. i. vaticinare illis certū & definitū exiliū.
¶4 ſub. deſtinati ſunt. qui peſtēquā vocat mortē, perituri ſūt, peſte peribūt: q tē gladio &c.

nos, ne ergo dereliquas nos. Sic dicit Dominus populo huic. Profectò[17] amant vacillare pedibus ſuis, neq; abſtinēt, ideo Domino nō placēt: quin nūc reuocatur[a] eſt in memoriā iniqtates eorū, & peccata eorū viſitaturus. ¶Et ait Domin' ad me, Ne oraueris pro populo iſto[18] ad bonum: nam etſi ieiunent, non exaudiam clamorem eorum: & ſi holocauſtum obtulerint, &[19] molam, [20] non delectabor eis: gladio enim, fame & peſte conſumam eos. Et dixi, Ah Domine Deus, ecce prophetæ dicunt eis, [21] Ne timueritis gladium, quia nec fames eueniet vobis, ſed pacem firmam dabo vobis in loco iſto. Dicebat ergo Domin' ad me, Prophetæ iſti mendacium prophetant [22] in nomine meo, non miſi eos: nihil mandaui eis, neque loquutus ſum ad eos: viſionem mendacem, diuinationem, [23] vanitatem, & dolum cordis ſui prophetant ipſi vobis. Quapropter ſic dicit Domin' de prophetis qui prophetant in nomine meo, quū tamē nō miſerim eos, quique dicūt, Nec gladius nec fames erūt in terra iſta: gladio & fame cōſumētur pphetæ huiuſmodi. Et popul' cui ipſi vaticinātur, erūt proiecti in plateis Ieruſalē præ fame & gladio, nec erit qui ſepeliat eos: ipſi inquam, vxores eorum, filij eorum & filiæ eorū, & effundam ſuper eos malitiam ſuam. Dicéſque ad eos verbum iſtud, [24] Deducēt oculi mei lachrymam die ac nocte, & non ceſſabunt: quia clade magna contrita eſt [25] virgo filia populi mei plaga admodum doloriſica. Si egreſſus fuero in agrum, ecce interfecti iacent gladio: ſi vero vrbē fuero ingreſſus, ecce cōfecti fame: ſed & pphetæ & ſacerdotes [26] circūierūt in regionē quā nō nouerunt. Num omnino ac prorſus abieciſti Iudam? aut anima tua Zionem abominatur? quare nos percuſſiſti, & nulla eſt nobis [27] medela? Expectauimus pacem, & nihil eſt boni: tempus curationis, & ecce [28] terror. Agnoſcimus Domine impietatem noſtrā, & iniquitatem patrum noſtrorum, quia peccauim' tibi. Tu vero [29] noli exaſperari propter nomen tuum, neque [30] proſternas ſolium gloriæ tuæ: recordare, neque irritū facias fœdus tuum quod nobiſcum habes. Num ſunt [31] in vanitatibus gentiū qui pluere faciant? an cæli imbres [32] dabunt? an non tu es Dominus Deus noſter? & te expectamus: nam tu feciſti omnia illa.

CAP. XV.

Dixit autem Dominus ad me, Si [1] ſtarent Moſes & Samuel [2] coram me, non eſſet animus meus ad populum iſtum: [3] eijce eos à facie mea, vt egrediantur. Quúmq; ad te dicent, Quò egrediemur? dices ad eos, Sic dicit Dominus, Qui [4] ad mortē, ad mortē & qui ad gladiū, ad gladiū: & qui ad famē, ad famē: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatē. Et viſitabo ſuper eos quatuor [6] familias, ait Dominus, [7] gladium ad occidendum, canes ad dilacerandum, aues cæli & beſtias terræ ad deuorandum & perdēdum. Et dabo eos in [8] diuexationem omnibus regnis terræ, [9] propter Manaſſen filium Ezechiæ regē Iuda, propter ea quæ deſignauit Hieroſolymis. Quis enim tui miſereatur ô Ieruſalem? quis [10] tui cauſa iter ſuſcipiet? & quis [11] ſecedet [12] vt pacem tibi petat? Tu deſeruiſti me, dicit Dominus, & retro abiiſti: extendi ergo manum meam ſuper te, & diſperdidi te, [13] fatigatus ſum pœnitendo. Dijeci eos ventilabro in [14] portas terræ. [15] orbum reddidi & perdidi populum meum, at à vijs ſuis non ſunt reuerſi.

nos. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos, & nō quieuit, & Domino nō placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorū, & viſitabit peccata eorum. ¶Et dixit Dominus ad me, ‖Noli orare pro populo iſto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorū: & ſi obtulerint holocauſtomata & victimas, non ſuſcipiam ea: quoniam gladio & fame & peſte conſumam eos. ‖Et dixi, A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, ſed pacem veram dabit vobis in loco iſto. Et dixit Dominus ad me, Falſò prophetæ vaticinātur in nomine meo: nō miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetāt vobis. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes, Gladius & fames non erit in Terra hac: In gladio & fame conſumentur prophetæ illi. Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in vijs Ieruſalem præ fame & gladio, & nō erit qui ſepeliat eos, ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam ſuper eos malū ſuum. Et dices ad eos verbum iſtud, ‖Deducāt oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Si egreſſus fuero ad agros: ecce, occiſi gladio. & ſi introiero in ciuitatem: ecce attenuati fame. Propheta quoque & ſacerdos abierunt in terrā quā ignorabant. Nunquid proijciens abieciſti Iudā? aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? ‖expectauimus pacem, & non eſt bonum: & tēpus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus Domine impietates noſtras, iniquitatem patrum noſtrorū, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobriū propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam ſolij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Nunquid ſunt in ſculptilibus Gentium qui pluāt? aut cæli poſſūt dare imbres nisi tu volueris? nónne tu es Dominus Deus noſter, quem expectauimus? tu enim feciſti omnia hæc.

CAP. XV.

ET dixit Dominus ad me, Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: eijce illos à facie mea, & egrediātur. Quòd ſi dixerint ad te, Quò egrediemur? dices ad eos, Hæc dicit Dominus, ‖Qui ad mortē, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladiū: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus, Gladiū ad occiſionem, & canes ad lacerādum, & volatilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum: & dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ, ‖propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem. Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? aut quis cōtriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquiſti me, dicit Dominus: retrorſum abiiſti: & extendam manum meam ſuper te, & interficiā te: laboraui rogans. Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à vijs ſuis nō ſunt reuerſi.

N po del
¶.7 Or Iei
¶.1 19. Fa tæ C
¶ le
Th
B
¶ Ru po ca no De me ꝺti cē ¶.1
¶ Of qu bi ide & a pœ lie Za
4.1
Ca tu B.

¶5 præficiā eis ¶6. i. quatuor genera beſtiarū ¶7 [viros] gladij. i. gladio accinctos. ¶8 Vox Hebræa ZAVAA, ſignificat quū icertis ſedib' quis vagat & diſcurrit, idq; cū territa cōſciētia, vt Cain. Quidā cōmotionē vertūt. q. d. cogā eos vagare oia regna terræ ¶9 Populus imitat' ſcelera principis, pœnas dat, & imputātur illi ſcelera regis, ſic filijs peccata parentum imputantur ſi eorum moribus viuant. ¶10 cōdolebit tibi? ¶11 ſub. de loco ſuo ¶12 vt roget te de pace tua? i. qui valeat ¶13 He. laboraui pœnitere. i. nō ſuſtinebo mutare ſentētiā de te perdendo ob ſcelera tua. ¶14 Portæ p oſtijs aut finib' ingreſſib' terrarū ac regionū: ſiue p ipſis vrbibus. Eieci in captiuitatē, i lōgiquas regiōes ¶15. i. liberos & parētes perdidi. De ſtrage facta à Chaldæis loquit: & ſūt pterita p futuris.

Amos 1.c.

Conqueritur ſe occaſionē fuiſſe diſcordiæ.

Promittitur ei auxilium. ¶ occurri

Rurſus annūtiat Iudæorū vaſtationem.

Iterū veluti conquerēdo, petit liberari à ſua afflictione.

Ier. 10.c.

Reſpondens Dominus prophetæ, oſtendit fructū laboris.

Iudæorū calamitatē prædicit.

Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenā maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorem meridie: miſi ſuper ciuitates repēte terrorem. Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius, occidit ei ſol, cū adhuc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos eius in gladiū dabo in cōſpectu inimicorum eorum, ait Dominus. ¶Væ mihi mater mea: quare genuiſti me virū rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? nō fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi. Dicit Dominus, Si nō reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurrit tibi in tēpore afflictionis, & in tempore tribulationis aduerſus inimicum. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilōe, & æs? Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Et adducā inimicos tuos de terra quam neſcis: quia ignis ſuccēſus eſt i furore meo, & ſuper vos ardebit. ¶Tu ſcis Domine, recordare mei, & viſita me, & tuere me ab his qui perſequuntur me: noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito quoniam ſuſtinui propter te opprobrium. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiā cordis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me Domine Deus exercituum. Non ſedi in concilio ludentiū, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. Quare factus eſt dolor me⁹ perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. conuertentur ipſi ad te, & tu non cōuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabūt aduerſum te, & nō præualebūt: quia ego tecū ſum vt ſaluē te, & eruā te, dicit Domin⁹. Et liberabo te de manu peſſimorū, & redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

Et factū eſt verbū Domini ad me, dicēs, Non accipies vxorē, & nō erūt tibi filij & filiæ in loco iſto. Quia hæc dicit Domin⁹ ſup filios & filias, qui generātur in loco iſto: & ſup matres eorū quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quorū ſtirpe ſunt nati in terra hac: Mortibus ægrotationū moriētur: nō plāgentur, & nō ſepeliētur, in ſterquiliniū ſuper faciē terræ erūt: & gladio & fame cōſumentur & erit cadauer eorū in eſcā volatilib⁹ cæli, & beſtijs terræ. Hæc enim dicit Dominus, Ne ingrediaris domū conuiuij, neque vadas ad plāgendū, neque cōſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiā & miſeratiões. Et moriētur grādes, & parui in terra iſta: nō ſepeliētur, neq; plāgētur, & nō ſe incidēt, neq; caluitiū fiet pro eis.

Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenā maris: adduxi eis[1] ſuper matrem iuuentutis' vaſtatorē in Meridie: [17]obrui eam ſubito & hoſte & terrorib⁹. [18]Infirmata eſt quæ peperit [19]ſeptē,' anhela fuit anima ei⁹: occidit ei [20]ſol' multa adhuc die: pudefacta eſt & [21]erubuit: 'reliquias autē eorum gladio obijciam ante hoſtes eorum, dicit Dominus. ¶ [22]Væ mihi, ô mater mea, quòd me peperiſti virum [23]litigatorem,' & virum controuerſiæ vniuerſæ terræ: non fœneraui neque fœnori obæratus ſum, attamen vniuerſi me cōtemnunt, [ac conuitijs proſcindunt.] Dominus reſpondit, [24] An non reliquiæ tuæ ad bonum? [25] an non id efficiam, vt in tempore malo & in tempore afflictionis hoſtis [26]pro te intercedat?' Num ferrum[27] atterit' ferrum, aut æs ab Aquilone [æs?] 'Opes tuas & theſauros tuos in prædam dabo, [28]non pro pretio,' ſed' pro omnibus peccatis tuis, & [29]in omnibus terminis tuis. [30]Et tranſferam cum hoſte veſtro' in terram quam nō nouiſti: quoniam ignis ardēs in furore meo in vos incenſus eſt. Tu Domine [31]noſti, recordare mei & viſita me, & vlciſcere me de perſequentibus me: [32]non ad longitudinem naſi tui ſuſcipias me,' cognoſce quòd propter te probrū fero. [33]Inuenta ſunt verba tua, & deuoraui ea, factúmq; eſt mihi verbum tuum in lætitiam & gaudium cordis mei: quoniam [34]inuocatum eſt nomen tuū ſuper me' Domine Deus exercituum. Non [35]ſedi' in concilio [36]ludentium' vt exultarem, ſed propter [37]manum tuam' ſolus habito: quia [38]impatienti indignatione' repleſti me. Quare dolor meus factus eſt perpetu⁹, & plaga mea [39]inſanabilis,' quæ renuit curari? & tu omnino es mihi [40]vt aquæ quæ fallūt, & firmæ eſſe neſciunt.' Propterea ſic dixit Dominus, [41]Si redieris, [42]reſtituam te vt ſtes corā me:' & ſi eduxeris pretioſum à vili, [43]eris vt os meū:' ipſi ad te [44]cōuertētur,' tu autē ad eos nō cōuerteris. Dabo enim te populo huic æneū murū & munitū, pugnabūt cōtra te, at nihil poterūt [contra] te: quia ego tecū ſū vt ſeruē te, & eruā te, dicit Domin⁹. Eripiā te de manu malorū, & de manu [45]tyrannorum te eximam.

CAP. XVI.

Factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Ne ducas tibi vxorem, neque erunt' tibi filij & filiæ in loco [1]iſto.' Quia ſic dicit Dominus de filijs & de filiabus in loco iſto natis, & de matrib⁹ eorum quæ eos pepererunt, déque patribus eorum qui eos genuerunt in terra iſta: Mortibus [3]valetudinariorum' morientur, non plangentur, neque ſepelientur: ſed erunt in [4]ſtercus 'ſuper faciē terræ, gladio & fame conſumētur, eritque cadauer ipſorum ad eſcam volucribus cæli & beſtijs terræ. Quoniam ſic dicit Dominus, Ne ingrediaris domum [5]conuiuij,' & ne eas ad [6]plangēdum,' neque [7]circumcurſites illorum gratia:' quia abſtuli pacem meā à populo iſto, dicit Dominus, æque beneficentiam & miſerationes. Et morientur in terra iſta magni & parui, neq; ſepeliētur, non faciēt eis planctū, nemo ſe pro illis [8]incidet' aut [9]radet.

¶16 Hebr. cōtra multitudinē adoleſcētiū. i. cōtra fortiſſimos quoſque ¶17 .i. quū ſecuri agerent. ¶17 Heb. cadere feci ſuper illā ſubito ipſam vrbē & in feſtinationib⁹. .i. vrbs fuit ſubito expugnata: cuius ruina intercepti ſunt & oppreſſi omnes fortes. ¶18 mulier cū liberis auget, dicitur roborari: & quum eos perdit, infirmari. ¶19 .i. plurimos ¶20 Sol pro proſperitate. In medio proſperitatis ſuæ euerſa eſt tribus Iuda. ¶21 vel, opprobrio affecta. ¶22 vel, Quam infœlix ſum. Deflet ſuā ſortem Ieremias, quòd omnibus ſit odioſus propter veritatē: docēs quòd miſeri ſint, qui abhorrēt à veritate. ¶23 rixæ. i. oīm iniurijs & cōtumelijs expoſitū propter verbū Dei. ¶24 Heb. Si nō reliquiæ &c. ſub. nō habear poſthac verax. Reliquias vocat reliquum vitæ tempus. Promittit De⁹ Ieremiæ reliquo vitæ ſuæ tēpore fœlicia oia ¶25 ſi non ¶26 te roget. .i. niſi effecero vt Nabuchod. ambiat amicitiā tuā. ¶27 frāget ferrū ab Aquilone, & chalybē? Vires Iudæorū cōparat ferro puro, & vires Chaldæorū ferro quod habet multū chalybē admiſtū, & propterea validiori. i. Enſis Iudaicus ferreus frāgētne enſē Chaldæū ferro & chalybe cōſtātē? q.d. nō. ¶28 nō prtio, idque pro &c. i. nec redimere illas poteris: idq; fiet ob oīa peccata &c. ¶29 ſub. id accidet. ¶30 Et extrudā te ad hoſtes tuos i &c. ¶31 ſub. quid faciāt mihi. ¶32 nō in lōgitudie iræ tuæ tollas me [de medio]. i. ne, dū differs vīdictā, pri⁹ moriar quā ſūpſeris pœnas de hoſtib⁹ meis. ¶33. i. quū inuēta ſūt à me verba tua, deuoraui illa &c. ¶34. i. vocat⁹ ſum propheta tuus. ¶35 vel, verſatus ſū ¶36 vel, iocātiū ¶37. i. propter prophetiā qua me dignat⁹ es. ¶38 vel, ira. i. credidiſti mihi prophetiā plenā idignatiōe tua erga populū tuū. ¶39 plena doloris, ¶40 vel [fons] mēdacij, [& vel] aquæ quæ nō ſūt fideles. i. vt fons cuius aquæ aliquādo ceſſant & vt aquæ non perennes. Cū (inquit) ſperarē te laturū mihi auxiliū, deſeruiſti me. ¶41 Si cōuertaris. Inuitat hic De⁹ prophetā Ieremiā ad reſipiſcentiā. nā viſus eſt verſu ſuperiori nō ſatis ei fidere. ¶42 i. parcā tibi, & eris mihi charus. ¶43 Pretioſū, electos Vile, iprobos itelligit. ſi dederis operā vt cōuertas electos: accidet tibi vt ego prædixero tibi. ¶44 vel, cōuertātur. hoc eſt, fac vt qui receſſerint à legib⁹ Dei, tibi acquieſcāt: & ne aquieſcas illis. ¶45 vel, fortiū. i. volētiū te opprimere. XVI. ¶1 ſine ¶2. i. i Anathoth: ne ſcilicet tu cū liberis pereas. ¶3 He. ægrotationū. quæ ſcilicet ingruūt propter famē. ¶4 vel ſterquiliniū ¶5 vel, luct⁹. vt ſcilicet lugeas eos qui mortui fuerint: idq; ad cōſolationē ſupſtitū. volo eni ciues tuos viſa & audita clade ſuorū, omni cōſolatione carere. ¶6 ſub. ciues tuos. ¶7 cōdoleas illis: ¶8 vel, lacerabit. ¶9 vel, decaluabit. hoc eſt, nullo ſigno exteriore proſequentur honore mortuos, aut Iudæorū, aut Gētiliū more.

¶10 Non expā- dent [manus] gratia luctus. .i. non expandent man⁹ ꝓpter illos mortuos, luct⁹ indicādi gratia ad conſolandum vnunquenque ſuperſtitū, cōſolandum inquam ob mortuum. ¶11 cōuiuij .i. lætitiæ plenam.
¶12 & dixerint tibi ¶13 Tunc dices ¶14 .i. hoſtes nō miſerebūtur veſtri, cogéntque vos ad idola colenda. ¶15 ſub. in iureiurando
¶16 Piſces: ciues Ieruſalem. Piſcatores: Chaldæi. acſi dicat, excitabo Chaldæos aduerſus vrbē, & cingent illam obſidione quaſi reti, & ciues illius capient. Comparantur etiā hic Chaldæi venatorib⁹: & Sedechias & milites eius in fugam verſi, feris quę metu venatorum fugiunt, & ſe huc atque illuc recipiunt.
¶17 .i. maiores noſtri lōgo tēpore coluerūt deos mēdaces & fallaces.
¶18 quod iuuare poſſet. ſub. tempore tribulationis.
¶19 hac vice
¶20 & ꝓ id eſt
¶21 .i. rerū omniū author & conditor, quiq; præſtare poſſim quod comminatus ſū ſemel.
X V I I.
¶1 q.d. peccata Iuda ſunt indelebilia.

[10] Non diuident eis in luctu 'vt conſolentur eum ſuper mortuo, nec potabunt eos poculo conſolatorio propter patrem eorum, & propter matrē eorum. Et domum [11] 'compotationis' ne ingrediaris, vt ſedeas cum eis ad edendum & ad bibendū. Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſraelis, Ecce ego efficiam vt ceſſet in loco iſto coram oculis veſtris, & in diebus veſtris vox lætitiæ, & vox gaudij, vox ſponſi, & vox ſponſæ. Quúmque annuntiaueris populo huic cuncta verba iſta, [12] fiet vt illi dicant ad te, 'Quare loquutus eſt Dominus ſuper nos omne ingens hoc malum? aut quæ eſt iniquitas noſtra, & quod peccatum noſtrū, quod peccauimus Domino Deo noſtro?' [13] Tu ergo dices, 'ad eos, Eo ꝙ dereliquerūt me patres veſtri, dicit Dominus, & ambulauerūt poſt deos alios, quibus ſeruierunt, & quos adorarūt, me autem dereliquerunt, & legem meam nō cuſtodierunt. Sed & vos peius egiſtis quàm patres veſtri: ecce enim vos ireditis, quiſque poſt prauam libidinem cordis ſui mali, quo minus me audiat. Eijciam ergo vos è terra iſta, in terram quā nec vos nouiſtis nec patres veſtri, vbi ſeruietis dijs alijs die noctúque, vbi nec clemētiam vobis [14] 'impertiar.' Idcirco ecce dies venient, ait Dominus, vt non [15] 'dicatur' vltrà, Viuit Dominus, qui aſcendere fecit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, Viuit Dominus, qui fecit aſcendere filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eiecerat eos, & reducam eos ad terram ſuam, quā dederam patribus eorū. Ecce ego mitto ad [16] 'piſcatores' multos, dicit Domin⁹, & piſcabūtur eos: poſt hæc mittam ad venatores multos, qui venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de petrarū cauernis. Quia oculi mei ſunt ſuper omnes vias eorum [intenti,] & non abſconduntur à vultu meo, neque cælantur iniquitates eorum à conſpectu oculorum meorum. Et rependam prius duplum iniquitatibus eorum & peccatis eorum, ꝙ terram meam prophanarunt, cadaueribus nempe horribilium fœditatum ſuarum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatē meā. Domine robur meum, petra mea, & refugium meum in die anguſtiæ, ad te Gētes venient de finibus terræ, & dicent, Profectò mēdacium & vanitatem hæreditate [17] poſſederūt patres noſtri, & ea in quibus nihil fuit [18] 'vtilitatis.' Num enim homo ſibi deos faceret? ſed illi non ſunt dij. Propterea ecce ego oſtendam eis, notā inquam faciam eis [19] 'ſemel' manū meam [20] &' potentiam meam, vt ſciant ꝙ nomen meum ſit [21] Dominus.

CAP. XVII.

PEccatum Iuda ſcriptum eſt [1] 'ſtilo ferreo, vnguéque adamātino exaratum in tabula cordis veſtri, & in cornibus ararum veſtrarum, [2] 'Vt filij eorum monimenta habeant ararum eorū' & lucorum eorum ad arbores frondoſas, & in editis collibus. [3] 'O mons mi,' in agro opes tuas & theſauros tuos omnes [4] 'prædæ exponā,' propter peccata [excelſorum tuorum] in omnib⁹ finibus tuis. [5] 'Vacabis hęreditate tua quam dedi tibi, idq; tua culpa,' efficiámque vt tu ſeruias hoſtib⁹ tuis in terra quam ignoras: ignem enim incendiſtis in furore meo, qui ardebit perpetuò. Sic dicit Dominus. Execratus vir qui confidit in hominem, & carnem ponit brachium ſuum, à Dominóque recedit cor eius. Erit is inſtar [6] 'myricæ' in deſerto, [7] 'nō videns bonū quū venit,' ſed inhabitabit torrida loca in deſerto, in terra [8] 'ſalſa & inhabitata.

Et non frāgent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas. quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Iſrael, Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocē ſpōſi & vocem ſponſæ. Et cum annuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, ‖Quare locutus eſt Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? & quod peccatum noſtrum quod peccauimus Domino Deo noſtro? Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres veſtri, ait Dominus: & abierunt poſt deos alienos, & ſeruierunt eis, & adorauerūt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non cuſtodierūt. ‖Sed & vos peius operati eſtis, quàm patres veſtri: ecce enim ambulat vnuſquiſq; poſt prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat. ‖Et eijciam vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos, & patres veſtri: & ſeruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiē. propterea ecce dies 'venient,' dicit Dominus, & non dicetur vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce, ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primū duplices iniquitates & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meā. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gētes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium poſſederūt patres noſtri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij? Idcirco ecce ego oſtendam eis per vicem hāc, oſtendam eis manum meā, & virtutem meā: & ſcient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

PEccatum Iuda ſcriptū eſt ſtilo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorū. Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorúmque frondentium in montibus excelſis, ſacrificātes in agro: fortitudinem tuam & omnes theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finib⁹ tuis. Et relinquēris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & ſeruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniā ignem 'ſuccendiſti' in furore meo, vſque in æternum ardebit. Hæc dicit Dominus, ‖Maledict⁹ homo qui confidit in homine, & ponit carnē brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non videbit cum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili.

D
Ī.5.e.
Idolorū cultum & legis Dei cōtēptū, tantę calamitatis cauſam eſſe oſtendit.
C
Ī.7.f.
Ī.22.b.
Captiuitatē Babylonicā ꝓdicit, & populi liberationē ab ea.
¶ᵃ veniunt.
D
Vocatio Gentium.
Iudæorū pertinacitas.
¶ᵃ ſuccēdiſtis
Ī.41.a.
Maledicti cōfidētes in homine.

¶2 Vt reminiſcuntur filiorum ſuorum, [ita] ararum ſuarum &c. Vt, inquit, iucunda eſt recordatio liberorū chariſſimorum, ſic gratæ ſunt illis aræ eorum. ¶3 vl. O montane mi. i. O Iuda qui ſoles verſari in montibus vt illic colas idola. ¶4 ſub. hoſtibus. ¶5 Heb. Quieſces [vl. Remiſſionē facies] & [illa remiſſio erit] in te, ab hæreditate tua quam dedi tibi. Præceperam, inquit, vt ſeptimo quoque anno agros incultos & ſabbathizantes relinqueres: quod neglexiſti. quare terra dabit tibi quietē: nam veniet tempus quo non poteris terrā colere. nam abduceris captiuus. Leuit. 25. ¶6 vl. iuniperi. Qui priuatur gratia Dei, comparatur iunipero in deſerto ſitæ. ¶7 nec videbit quando veniet bonum. i. non fruetur imbre cæleſti. ¶8 deſerta

Benedicti, quorũ Domi n⁹ fiducia. Pſal. 1. a.

Omnium cor hominis prauum.

Deus ſcrutator cordium. apoc. 2. f. pſ. 7. c. 2. reg. 16 b

Orat Ieremias auxiliũ à Deo.

Derelinquere Deum.

Aquæ viuæ. A Domino vera ſalus petenda.

Sãctificationé ſabbathi præcipit.

B Benedictus vir qui cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod transplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor omnium hominis & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probãs renes qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum ſuorũ derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens. Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ. Expectatio Iſrael Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra deſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. C Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me, Vbi eſt verbum Domini? veniat. Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequens: & diem hominis non deſyderaui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & ſta in porta filiorum populi mei per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cũctis portis Ieruſalem: & dices ad eos, Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudæa, cunctique habitatores Ieruſalem qui ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit Domin⁹, Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbathi: nec inferatis per portas Ieruſalem. Et nolite eiicere onera de domib⁹ veſtris in die ſab- D bathi, & omne opus non facietis: ſanctificate diẽ ſabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam. Et erit: ſi audieritis me, dicit Dominus, vt nõ inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbathi: & ſi ſanctificaueritis diem ſabbathi, ne faciatis in eo omne opus: Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalẽ: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum. Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalẽ, & de terra Ben-iamin, & de campeſtribus, & de montuoſis, & ab Auſtro, portantes holocauſtum, & victimam, & ſacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini. Si autem non audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalẽ in die ſabbathi: ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalẽ, & non extinguetur.

Benedictus vir qui fidit Domino, & cui⁹ ſpes eſt Dominus. Erit ſicut arbor ad aquas plantata, radices ſuas ad riuum extendens, quæ venientem æſtum non ſentit, cuius folium viret, & in anno [9] retentionis [ſpluuiæ] non erit ſolicita, nec à fructu ferendo ceſſat. [10] Vafrum cor ſuper omnia &[11] ærumnoſum eſt, quis cognoſcet illud? Ego Dominus & cor perſcrutor, & renes exploro, vt reddam cuiq; iuxta viam ſuam, & iuxta fructũ ſtudiorũ ſuorũ. [vt] perdix [12] incubat, ſed non parit ſoua: [ſic] qui opes parat, ſed præter æquum & iuſtum. In medio dierũ ſuorũ derelinquit eas, & eãdem in extremo ſuo ſtultus & inops eſt conſilij. [13] O soliũ gloriæ: excelſum ab initio, locus ſanctuarii noſtri. Tu ô Domine [14] expectatio Iſraelis, omnes qui te derelinquunt, pudefient: & qui à me recedunt, [15] in terra ſcribẽtur: dereliquerũt enim venã aquarũ viuentiũ, [nẽpe] ipſum Dominũ. Sana me Domine, & ſanabor: ſerua me, & ſeruabor: quoniã [16] laus mea tu es. En iſti dicunt ad me, Vbi eſt [17] verbũ Domini? veniat quæſo. Quum tamen ego [18] te ſequutus moram non traxerim, quo minus paſtor eſſem: ad hæc diem calamitoſum nunquã concupiui, id quod tu noſti: quod egreſſum eſt [19] ex labiis meis, corã facie tua fuit. Ne ſis ergo mihi formidini, tu es [20] refugiũ meũ in die afflictionis. Pudefient qui me perſequuntur, ego vero nõ pudefiam: ipſi formidabũt, ego autẽ nõ formidabo. Induc ſuper eos diem malũ, & duplici contritione cõtere eos. Sic dixit Dominus ad me, Vade & ſta in [21] porta filiorum populi, per quam ingrediuntur & egrediũtur reges Iuda, atq; in omnibus portis Ieruſalẽ, & dices ad eos. Audite verbum Domini reges Iuda & omnis Iuda, cũcti quoq; habitatores Ieruſalem, qui ingredimini per portas iſtas, ſic dicit Dominus, Cauete, [22] q̃ charæ ſunt vobis animæ veſtræ, ne [23] tollatis onus die [24] ſabbati, [25] ad inferendũ [ſilludſ] per portas Ieruſalẽ. Neq; efferatis on⁹ è domibus veſtris die ſabbati: imò nihil operis faciatis, ſed ſanctificate diẽ ſabbati, quẽadmodũ præcepi patrib⁹ veſtris. At illi nõ audierũt, neq; inclinarũt aurẽ ſuã, ſed [potius] indurarunt ceruicẽ ſuã, ne audirẽt, & ne reciperent diſciplinam. Vos autem ſi me diligẽter audieritis, dicit Dominus, vt nihil oneris inferatis per portas vrbis huius die ſabbati, ſed ſanctificaueritis diem ſabbati, vt in eo nihil operis faciatis, Trãſibũt per portas vrbis huius reges & principes [26] ſedẽtes in ſolio Dauidis, [27] vehẽtes currib⁹ & equis, ipſi & principes eorũ, quiſq; in Iuda & habitatores Ieruſalẽ, [28] ſedebitque ciuitas iſta in perpetuũ. De ciuitatibus quoq; Iuda, & his quæ circũ Ieruſalẽ ſunt, ac de terra Bẽ-iamin, de cãpeſtribus & de mõtanis & à Meridie venient, ferẽtes holocauſtũ, victimã, [29] tributũ ſacrificium, & thus, laudẽ quoq; ferẽtes in domũ Domini. Si vero me nõ audieritis, ſanctificando diem ſabbati, quo minus [30] tollatis on⁹, & eatis per portas Ieruſalem die ſabbati: incendam ignẽ in portis eius, qui ædes magnificas in Ieruſalem deuorabit, nec extinguetur.

9 vl privationis. ſub. imbriũ quam ſequit̃ fames. 10 vl fallax. i. nihil eſt quod magis imponere ſoleat quàm cor. Difficile quidẽ eſt dignoſcere qs in Deo ſperet: at Deus quid ſit in animo intuetur. 11 præfractum. obſtinatum 12 Heb. cõgregat. ſub. aliena oua, q̃ ipſa nõ poſuit. Perdix aliena oua ſurripit, & ea fouet, at auiculæ redeunt ad matres priores: ita qui pecuniã cõparãt neſcio qua arte, eam tandẽ perdũt. 13 [Vt] ſoliũ gloriæ eſt altitudo à principio, [ſic] locus ſanctuarii noſtri. ſub. eſt ſedes eius. Vt, inquit, ſolium Dei glorioſi fuit à primordio mundi conditi in cælo ipſo, ſic nũc in loco ſanctuarij noſtri locum habet. Acſi dicat, Quum Deus habitet in tẽplo noſtro vt in cælo, qui fit ergo vt quis audeat dicere illum aut non videre, aut non curare quæ in mũdo patrantur? 14 vl, ſpes 15 ſub. & nõ ĩ cælo. Pij dicuntur eſſe ſcripti in cælo, vt eius futuri hæredes: Impii autẽ in terra, quia peribit eorũ nomen. 16. i. in quo & de quo gloriari ſoleo. 17 ſub. quod prædixiſti. 18 Heb. non fuerim ſolicitus vt eſſem paſtor poſt te: & diem durũ nõ cõcupiuerim, tu noſti. &c. Quãuis, inquit, Iudæi lacerẽt prouinciã meã, tu tamẽ noſti q̃ non inuaſerim illã, & q̃ nõ intruſerim me vt eſſem propheta. tẽpus illud calamitoſum quo popul⁹ me⁹ affligẽdus eſt, videre nõ opto: quãuis eo tẽpore futurũ ſit notiſſimũ me eſſe prophetã. Poſt te, inquit. i. vt eſſem propheta tuus. Prophetæ ſunt ſecũdi à Deo paſtores. 19. i. quod prædixi te inſpirante prædixi. 20 vl ſpes mea 21. i. in qua frequẽter verſantur ciues Ieruſalẽ. ſta in porta Ieruſalẽ, omniũ frequẽtiſſima, nimirũ in ea ad quã præcipue cõuenire ſolẽt ciues Ieruſalẽ iuris cauſa. 22 Heb. in animabus veſtris. vl, propter animas veſtras. Gallice dicimus, Gardez vous bien ſur voſtre vie de &c. 23 efferatis. vl portetis. ſub. extra vrbem. 24 Increpat Iudæos q̃ ſabbathum non ſeruarent: qui enim ſabbathum non ſeruabãt, præterquam q̃ legem violabant, videbantur inficiari Deũ cõditorem eſſe cæli & terræ: cũ tamẽ huius cõtemplationis cauſa ſabbathũ in primis videatur inſtitutũ. Sic ſiquis hodie diẽ Dominicũ celebrare recuſaret, videret̃ negare Chriſtũ reſurrexiſſe, in cuius memoriã cõſtitut⁹ eſt. 25 neque inferatis. ſub. onera. 26 q. d. tũc hæc vrbs habebit reges de ſanguine Dauidis, hoc eſt, nõ alienigenas, ſed Iudæos, qui in ea libere verſabuntur. 27 vl, vecti 28. i. inhabitabitur 29 oblationem 30 Inferatis

## CAP. XVIII.

VErbum quod factũ eſt ad Ieremiã à Domino in hãc ſentẽtiã, Surge, & deſcẽde in domũ figuli. iſthic efficiã vt audias verba mea. Quũ ergo deſcendiſſem ad domũ figuli, en is faciebat opus ſupra rotã. Vas autẽ illud quod ipſe faciebat è luto, quod erat in manu figuli, confractum eſt: iterum ergo fecit illud aliud vas quemadmodũ viſum erat figulo facere. Factum eſt ergo verbũ Domini ad me, dicẽs, An nõ inſtar figuli huius potero vobis facere ô Domus Iſrael, ait Dominus? Ecce vos eſtis in manu mea, ô domus Iſrael, perinde'atq; lutũ in manu figuli.' Momento vt loquutꝰ fuero de aliqua gẽte aut regno, vt euellã, extirpẽ & perdã, Redieritq; ea gens (contra quã loquutꝰ erã) à malitia ſua: tũ & me quoq; pœnitebit mali quod ei facere cõſtitueram. Momento quoq; vt loquutus fuero de gente aliqua aut regno, vt ædificem & plãtem, Et malũ fecerit ea gens in conſpectu meo, [2]neq; audierit vocem meã: 'iam & me quoq; pœnitebit boni quo eã afficere cõſtitueram. Tu ergo dic quæſo ad viros Iuda, & ad habitatores Ieruſalẽ in hãc ſentẽtiã, Sic ait Dominus, Ecce ego [3]fingo' cõtra vos malum, & cogito contra vos cogitationẽ: reuertimini igitur, quiſq; à via ſua mala, [4] bonas facite vias veſtras,' & ſtudia veſtra. Et dixerũt, [5]Expectoratum eſt:' nos enim ſequemur cogitationes noſtras, & faciemus quiſque iuxta libidinẽ cordis ſui mali. Propterea ſic loquutus eſt Dominus, Inquirite quæſo inter gẽtes, an quiſq̃ ſimilia audierit, qualia nimis [6]horribilia' cõmiſit virgo Iſrael. [7]Num ager deſerit niuẽ Libani, quæ de petra [fluit?] nũ deſerẽtur aquæ alienæ frigidæ fluentes? Etenim populꝰ meus oblitꝰ eſt mei, fruſtra ſuffitũ incendunt, faciũtq; eos (prophetæ falſi) impingere in vijs ſuis, [8][a] ſemitis antiquis,' vt eãt ſemitas viæ nõ [9]munitę.' Quo terrã ſuã perpetuò deſolatam exibilãdãq; [10]reddiderũt, vt omnis q per eã trãſiturus ſit, obſtupeſcat, capũtq; ſuũ moueat. [11]Per ventũ Oriẽtalẽ diſſipabo eos in cõſpectu hoſtis: in die calamitatis eorũ [12]tergũ ipſis aduertã, non faciẽ. ¶ Dixerũt autem, Adeſte, [13]cogitabimus' cõtra Ieremiã cogitationes: ([14]quoniam nõ peribit lex à ſacerdote, & conſiliũ à ſapiente, & verbũ à propheta) adeſte, [15]feriemus' cũ lingua, nec [16]attẽdemus omnes ſermones ſuos.' Attẽde ad me Domine, & audi vocẽ aduerſariorum meorũ. Num [17]redditur' pro bono malũ, quia [18]foderunt foueã animę meæ? memineris vt ſteterim ante te vt loquerer pro eis [19]bonum,' & auerterẽ iram tuã ab eis. Idcirco trade filios eorum fami, & [20]deuolue eos ad manꝰ gladij,' vt fiant vxores eorũ orbę ac viduæ, viri eorum [21]occidione occiditur,' & iuuenes eorum gladio feriãtur in prælio. Audiatur clamor à domibus eorũ, quum repente induxeris ſuper eos [22]globum militarem:' quia foderũt foueã ad me capiendũ, & laqueos pedibus meis abſconderunt. Tu autẽ Domine nouiſti omne cõſilium eorum ad occidẽdum me initum, ne [23]ſis propitius iniquitati eorum,' & peccatum eorum [24]ante cõſpectum tuum ne exoleſcat,' vt impin-

## CAP. XVIII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens, Surge, & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et deſcendi in domum figuli, & ecce, ipſe faciebat opus ſuper rotam. Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat è luto, manibus ſuis: conuerſúſque, fecit illud, vas alterum, ſicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factũ eſt verbum Domini ad me, dicens, § Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſrael, ait Dominus? ecce, ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael. Repente loquar aduerſum gentem & aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruam & diſperdam illud. § Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiã ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Et ſubito loquar de gẽte & de regno, vt ædificem & plãtem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt nõ audiat vocem meam: pœnitẽtiam agam ſuper bono quod locutꝰ ſum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalẽ, dicens, Hæc dicit Dominꝰ, § Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito cõtra vos cogitationem: reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Qui dixerũt, Deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus. Ideò hæc dicit Dominus, Interrogate Gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſrael? Nũquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli poſſunt aquæ erũpẽtes frigidæ, & defluentes? Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libãtes, & impingentes in vijs ſuis, & in ſemitis ſeculi, vt ambularent per eas in itinere non trito: Vt fieret terra eorum in deſolationem, & in ſibilũ ſempiternum: omnis qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum. § Sicut vẽtus vrẽs diſpergam eos coram inimico: dorſum, & nõ faciem oſtẽdam eis in die perditionis eorum. ¶ Et dixerunt, Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: (non enim peribit lex à ſacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à propheta) venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende Domine ad me, & audi vocẽ aduerſariorũ meorum. Nunquid 'redditur' pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd ſteterim in cõſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum abſque liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos latronem repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem Domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes

Exẽplo figuli oſtẽdit Deꝰ in manu ſua eſſe, cõtẽptores verbi ſui poſſe pdere, eoſdẽ autẽ reſipiſcentes reædificare.
Rom. 9. d.
eſa. 45. b.

ĩ. 1. b.

Cõuerſis miſericordia pmittitur.

B

Iudæis obſtinatis parat Dominus exitium.
Ionæ 3. d. ȷ. 25. b. 35. c.

C

ȷ. 19. c. 49. a. & 50. c.

Conſpiratio Iudæorũ in Ieremiam.

Oratio Ieremiæ contra aduerſarios, quibus mala non tã imprecatur q̃ prædicit.

D

¶ reddetur

¶1 vt ſcilicet faciat ex eo quod velit. ¶2 vt, nõ obediẽdo voci meæ: ¶3 Alludit ad figulum ¶4 vt, emendate veſtri viuendi rationem. ¶5 Deſperatione affectũ eſt. ſub. cor noſtrũ. Faſtidio & contemptu affectũ eſt cor noſtrũ. Verbũ Hebraicum cõplectitur faſtidiũ, cõtemptũ, & negligẽtiam. Gallice nõchallance & meſpris. Animus noſter abiecit ſpem in Deũ. ¶6 vt fœda ¶7 Heb. Nunquis deſerere ſolet de petra agri niuem Libani? nũ relinqui ſolent aquæ peregrinæ frigidæ fluentes? .i. An deſerere ſolet homo aquas manantes è rupe quæ eſt in agro, aquas inquã quæ proueniũt è niue Libani, quæ per montiũ rimas percolantur? an aliquis relinquere ſolet aquas viuas & fluẽtes quæ canalibꝰ deducũtur in vrbem? q.d. non. Nã is eſſet demẽtiſſimus, qui cum fontem habeat optimũ apud ſe, aliò ſe conferret ad aquas fœdas & fœtidas quærendas in ſuas vſus. ¶8 [deſerendo] vias ſeculi. hoc eſt antiquas, ſiue maiorum ſuorum fidelium & piorum, vt relicta via regia, irent per vias nouas & non tritas. ¶9 tritæ, conculcatæ. ¶10 vt, redderẽt: ¶11 Vt ventus Orientalis. De Oriẽtali vẽto æſtiuali, qui proximus eſt Septẽtrioni intelligit. Vt vẽtus Oriẽtalis vehemẽtiſſimus in Iudæa diſpergere ſolet nubes, ita diſpergam & diſſipabo Iudæos inſtante hoſte Chaldæo. Vento Deus cõparatur: populus, nubibus. ¶12 aſpiciam eos in ceruice, & non in facie. ¶13 vt, cogitemus ¶14 .i. Vt ſacerdotibꝰ de lege eſt ſermo, & ſapiẽtes de arduis loquunt: ſic pphetæ nunq̃ deũnt p̃dicere res futuras, eáſq; ſiniſtras & acerbas noie Domini, dicẽtes, Hæc dixit Dominꝰ. vt, nõ erit magna iactura ſi hic Ieremias perierit: nã habemꝰ ſacerdotes, ſapiẽtes & prophetas alios plures. Deus aliũ prophetã mittet, neque deerit propterea prophetia. ¶15 vt, percutiamus. Percutere lingua, eſt aliquẽ accuſare: aut per calũniam, alicuius nomen deferre. ¶16 attẽdamus ad vllũ ſermonẽ eius. ¶17 vt, reddi debet ¶18 Fodere foueam, eſt necẽ ſtruere, vitæ inſidiari. Metaphora à venatoribus qui ſcrobibus feras capiunt. ¶19 .i. quomodo te orauerim vt illis peccata remitteres. ¶20 He. effũde eos per manꝰ gladij. i. gladio effunde ſanguinẽ eorũ. ¶21 Heb. ſint occiſi morte. i. pereãt peſte. ¶22 vt, exercitum. ¶23 vt, ne cõdones illis iniquitatem eorũ. ¶24 Heb. à cõſpectu tuo ne deleas. i. ſemper eſto huius ſceleris memor, vt tandem illud punias.

in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abute-
re eis. CAP. XIX.

Prædicit Ieroſolymitanū excidium ob cōtēptum verbi Dei. cui⁹ rei ſymbolū eſt diſſipatio lagenę fictilis, quæ ſemel fracta, inſtaurari non poteſt.
¶ filij
¶ loquar

HAec dicit Dominus, Vade, & accipe laguncu
lam figuli teſteam à ſenioribus populi, &
à ſenioribus ſacerdotū: Et egredere ad vallem fi
liorum Ennom, quæ eſt iuxta introitū portæ fi-
ctilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquor ad
te. Et dices, Audite verbū Domini reges Iuda, &
habitatores Ieruſalem: hæc dicit Dominus exer
cituum, Deus Iſrael, Ecce, ego inducam afflictio-
nem ſuper locū iſtum: ita vt omnis qui audierit
illam, tinniant aures eius: Eo q dereliquerint
me, & alienum fecerint locum iſtū: & libauerūt
in eo diis alienis, quos neſcierunt ipſi, & patres
eorū, & reges Iuda: & repleuerūt locū iſtum ſan-
guine innocētum. Et ædificauerunt excelſa Baa-
D lim ad comburendos filios ſuos igni in holocau
ſtum Baalim: quæ nō præcepi, nec locutus ſum,
nec aſcenderunt in cor meum. Propterea ecce
¶ venient, dies venient, dicit Dominus: & nō vocabitur am
plius loc⁹ iſte, Topheth, & Vallis filii Ennom, ſed
Vallis occiſionis. Et diſſipabo conſiliū Iuda & Ie
ruſalem in loco iſto: & ſubuertam eos gladio in
conſpectu inimicorum ſuorū, & in manu quæ-
rentium animas eorum: & dabo cadauera eorū
S.18.c.Ī. 49.c & 50.c. eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ. Et ponā
ciuitatem hanc in ſtuporē, & in ſibilum: omnis
qui præterierit per eā, obſtupeſcet, & ſibilabit ſu
¶ vniuerſas plagas C per vniuerſa plaga eius. Et cibabo eos carnibus
filiorum ſuorū, & carnibus filiarū ſuarum: & v-
nuſquiſq; carnem amici ſui comedet in obſidio-
ne & in anguſtia in qua concludēt eos inimici
eorum, & qui quærunt animas eorum. Et conte
res lagunculā in oculis virorū qui ibunt tecum:
& dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum,
Sic conterā populum iſtum, & ciuitatem iſtā, ſi-
cut conteritur vas figuli quod non poteſt vltrà
inſtaurari. & in Topheth ſepelientur, eo q non ſit
alius locus ad ſepeliendū. Sic faciā loco huic, ait
Dominus, & habitatoribus eius: & ponā ciuitatē
iſtam ſicut Topheth. Et erunt domus Ieruſalem
D & domus regum Iuda ſicut locus Topheth, im-
mundæ omnes domus, in quarū domatibus ſa-
crificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt li
bamina diis alienis. ¶ Venit autem Ieremias de
Topheth, quo miſerat eum Dominus ad prophe
tandum: & ſtetit in atrio domus Domini, & di-
xit ad omnem populum, Hæc dicit Domin⁹ ex-
ercituū Deus Iſrael, Ecce, ego inducam ſuper ci-
uitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuer
ſa mala quæ locutus ſum aduerſum eam: quo-
niam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audi
rent ſermones meos. CAP. XX.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcerē conijcitur.

ET audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui
conſtitutus erat princeps in domo Domini,
Ieremiā prophetantē ſermones iſtos. Et percuſ-
ſit Phaſſur Ieremiam prophetā, & miſit eum in
neruum, quod erat in porta Ben-iamin ſuperio
ri, in domo Domini. Cúmque illuxiſſet in craſti
num, eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo. Et di-
xit ad eū Ieremias, Non Phaſſur vocauit Domi-

Prædicit exilium Babylonicum.

nus nomen tuū, ſed Pauorē vndique. Quia hæc
dicit Dominus, Ecce ego dabo te in pauorē, te &
omnes amicos tuos: & corruent gladio inimico-
rum ſuorū, & oculi tui videbūt. & omnē Iudam
dabo i manū regis Babylonis: & traducet eos in
Babylonē, & percutiet eos gladio. Et dabo vniuer-
ſam ſubſtātiā ciuitatis huius, & omnē laborem
eius, omnéq; pretium, & cūctos theſauros regū

gant coram te, in tempore furoris tui age con
tra eos. CAP. XIX.

SIc dixit Dominus, I, & craeme fideliā teſtaceā
à figulo, & de ſenioribus populi, & de ſenio
ribus ſacerdotū. Egrediériſq; ad vallē filii Hin-
nom, quæ eſt [extra] valuas portæ Habarſith, &
illic prædica verba quæ ego ad te loquar. Dices
autē, Audite verbū Domini reges Iuda, & habita
tores Ieruſalē, Sic dicit Domin⁹ exercituū De⁹ Iſ
raelis, Ecce ego adducā afflictionē ſuper locum
iſtū, quā quicunq; audierit, aures eius tinnitum
experiētur, Eo q me dereliquerūt, & prophana-
runt locū iſtū, incendētes ſuffitū diis aliis, quos
nec ipſi nouerūt, nec patres eorū, neque etiā re
ges Iuda, & impleuerūt locū iſtū ſanguine in-
nocētum. Extruxerūt quoq; excelſa ipſi Baal, ad
incendendū igni filios ſuos in holocauſtum ipſi
Baal, quod equidē nec præcepi, nec loquut⁹ ſum,
nec in cor meū vnquā aſcendit. Idcirco ecce ve
niēt dies, dicit Dominus, vt locus iſte nō vocetur
vltra Topheth, aut vallis Ben-hinnom, ſed val-
lis Occidiōis. Et ego euacuabo conſiliū Iuda &
Ieruſalē in loco iſto, & proſternā eos gladio in
cōſpectu hoſtium ſuorū, & per manū quæren-
tium animā ipſorum: & tradā cadauer ipſorum
eſcam volucribus cæli, & beſtiis terræ. Et redigā
ciuitatē iſtam in ſtuporē & ſibilū, [ſic vt] om-
nis qui prætereat eam, obſtupeſcat, & ſibilet ſu-
per omnes plagas eius. Et cibabo eos carne filio-
rum ſuorū, atq; carne filiarū ſuarū, & comedet
quiſque carnem proximi ſui in obſidione & an
guſtia, quibus eos cōſtringent hoſtes ipſorū, &
eorum qui quærunt animā eorum. Et cōfringes
fideliam in oculis virorū qui tecū ierint, dicéſq;
ad eos, Sic loquutus eſt Domin⁹ exercituum, Ad
hunc modū cōteram populū iſtum ac ciuitatē
iſtam, quemadmodū [quis] confringit vas figuli-
nū, quod reſici vltra non poteſt. Et in Topheth
ſepelientur, eo q alium locū non habeant ad ſe
peliēdum. Sic [inq] faciā loco iſti, ait Dominus, &
habitatorib⁹ eius, vt reddā ciuitatē iſtā ſicut To
pheth. Et erunt ædes Ieruſalē, & ædes regū Iuda
perinde atque locus Topheth, immūdæ ſcilicet,
cū omnibus domibus in quarum tectis ſuffitū
incenderūt vniuerſæ militiæ cælorum, libando
libamina diis aliis. ¶ Venit itaque Ieremias de
Topheth, quò miſerat eum Domin⁹ vt illic pro-
phetaret: & ſtans in atrio domus Domini, dixit
ad vniuerſum populum, Sic dixit Dominus ex-
ercituum Deus Iſraelis, Ecce ego adducam ſuper
vrbem iſtam & ſuper omnes ciuitates eius om-
nem calamitatem quā loquutus ſum ſuper eā:
quia indurarunt ceruicem ſuam ne audiāt ver
ba mea. CAP. XX.

PAſhur autem ſacerdos filius Immer prima-
rius princeps in æde Domini, quum audiſ-
ſet Ieremiam conſtāter prophetantē verba iſta,
percuſſit Paſhur Ieremiam prophetam, & con-
iecit eum in neruum, qui erat ad portam Ben-
iamin ſuperiorem, quæ fuit iuxta ædem Domi-
ni. Factū eſt autem, vt ſequenti die Paſhur edu-
ceret Ieremiā è neruo. Dixítq; Ieremias ad eū,
Non Paſhur vocauit Dominus nomē tuum, ſed
Magor circunquaque. Sic enim dicit Domi-
nus, Ecce ego reddam te pauorem & tibi, & om
nibus amicis tuis, qui hoſtium ſuorum ferro ca
dent in conſpectu oculorum tuorum: ſed & om
nem Iudam tradam in manū regis Babylonii,
qui transferet eos captiuos Babylonem, & feriet
eos gladio. Et tradam omnem theſaurum ciui-
tatis huius, atque omnem laborem eius, & quidquid habet pretioſum, omnes theſauros regum

¶ vl, fac in illis. ſub. qđ ſoleo iratus facere. q. d. perde eos.
XIX.
¶ ſub. & deduc tecum de ſenioribus. aut, voca quoſdā &c.
¶ Heb. ad oſtium portæ Orientalis plagæ. i. non procul à porta Orientali Ieruſalem.
¶ vl, clara voce pronuntia
¶ 4 alienum reddiderunt
¶ 5. i. quorum vires & opem nunquā ſenſerunt. ¶ 6 ſub. prophetarum.
¶ 7. i. ſed ne cogitaui quidem tale quippiam.
¶ 8 vl, ſtragis. nā interficientur à Chaldæis plurimi Iudæi in hac valle: vnde nomen ſuum mutatura eſt. ¶ 9 vl, irritum faciam
¶ 10 vl, ſolitudinem ¶ 11 ſub. præ admiratione. ¶ 12 vl, ob [longā] obſidionē, & afflictionem ¶ 13 frangam ¶ 14 propter oēs ædes,
¶ 15. i. indomitam & rebellē reddiderunt. Metaphora à bubus recuſantibus iugum.
¶ 1 Heb. filius Immer ſacerdotis. (is autē cōſtitutus erat princeps [ſacerdotum] in templo Domini) quū &c. ¶ 2 vl, carcerē [aut cippū] qui erat in templo Domini. Hic loc⁹ nō debet intelligi de primo atrij popularis ædificio, ſed de appendicibus atrio populari adiectis poſt tē pora Salomonis.

Dicit fortaſſe portā ſuperiorē, q appēdices iſtæ eſſent in loco vrbis accliui. Cippus Hebraice dicitur MAHEPETH, q cōſtaret variis lignis ex aduerſo coruētib⁹: in eo erāt tria foramina, vnū in qđ collū immittebat, & duo in quæ man⁹ ſingulæ. Græci verterūt καταῤῥάκτην, qui ſignificat foſſam, pfūdā, i quā vincti demitti ſolent. ¶ 3. i. mutauit nomē tuum vt voceris poſthac &c. ¶ 4 Heb. Magor-miſſabib. i. pauorem vndique. ¶ 5. i. domeſticis tuis.

¶6 vl, Impoſuiſti mihi, Domine, & ſeductus ſum. q.d. quum munus prophetandi commiſiſti mihi, fucum mihi feciſſe videris. pollicit⁹ enim fuiſti te nunquam permiſſurum me libidini hoſtiũ meorum: quod tamen feciſti. Verba Ieremiæ deplorantis ſortem ſuam poſt cruciatum cippi. Hæc humano ſpiritu dicit, non diuino Alludere videtur ad illud capitis primi. Ne formides &c. ¶7 fortior me fuiſti, & præualuiſti. ſub. mihi. ¶8 Nam ex quo loquor, clamo vim, & vaſtitatẽ inclamo .i. Ex quo tempore prophetare cœpi nomine tuo, nõ deſij affligi. idq; vehementiſſime, ita vt cogar inclamare, nõ aliter atque ij qui vociferãtur ob violentiã & direptionem. ¶9 Heb. vt ignis ardẽs[3] incluſus, ¶10 Heb. & fatigabor ſuſtinẽdo, nec ferre potero. ſub. illum ignem. ¶11 Audiui eni. vel certe. ¶12 obtrectationem, ¶13 ſub. verbũ falſum, ſiue falſas eius prædictiones.

¶14 ſub. regi, vt eũ perimat. ¶15 Heb. Omnes viri amicitiæ

Iuda, tradam in manum hoſtium ſuorum, atq; illi diripient eos, & tollent eos, & introducẽt eos Babylonem. Et tu Paſhur cum omnibus domeſticis tuis ibitis in captiuitatem: venies Babylonem, & iſthic morieris, & iſthic ſepelieris, tu & omnes amici tui, quibus tu mendacium prophetaſti. ¶[6] Illexiſti me ô Domine, & illect⁹ ſum, [7] cõfortaſti me, & potuiſti, fui irriſioni omni tẽpore, quiſque me ſubſannat. [8] Quoniam poſteaquã loquor, vociferor iniuriam, & vaſtationem clamo. Quandoquidem ergo verbum Domini mihi probro vertitur, & omnibus dieb⁹ vituperio: ſtatui me eius mentionem vltra non habiturum, neque vltra loquuturum me in nomine eius. At fiebat [verbum Domini] in corde meo, & in oſſibus meis [9] tanquam cohibiti ignis incendiũ, [10] vt ſuſtentando laborarem, nec poſſem. [11] Porrò audiui multorum [12] infamiam, pauorem circunquaque, [13] Indicate, & indicabimus [14] illud. [15] eorũ etiam omnium qui mihi bene volebant, quique latus meũ obſeruabant, [dicẽtium,] Si fortè perſuaderi poſſit, vt ei ſuperiores ſimus, & vindictã de eo ſumamus. Dominus autem eſt mecum vt robuſtus [16] heros: idcirco proſternẽtur perſequutores mei, & nihil poterunt, vehementer pudefiẽt: nihil enim [17] ſua prudẽtia profecerũt, [18] perpetua ignominia [notabuntur,] quæ nunquã obliuioni tradetur. Et tu Domine exercituum [19] explorator iuſti, videns renes & cor, videã vltionẽ tuã de eis [ſumi:] quia tibi reuelaui cauſam meã. ¶Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberauit animam [20] pauperis de manu [21] malignorũ. ¶Execratus dies in quo natus ſum, dies in quo peperit me mater mea, ſit nefaſt⁹. Execratus vir qui nuntiauit patri meo, dicendo, Natus eſt tibi [22] filius mas, & lætitia eum exhilarauit. Eueniat iſti homini quod ciuitatib⁹, quas Dominus ſubuertit, [23] neque pœnituit eum: [24] audiuerat enim clamorem mane, & eiulatum tempore meridiano. Quòd me nõ [25] occidiſti mox ab vtero: [26] fuiſſet enim mater mea ſepulchrum mihi, & [27] vter⁹ eius conceptus perpetuus. Cur è vulua egreſſus ſum, vt aſpicerem laborem & dolorem, & [28] perficerentur dies mei pudore?

CAP. XXI.

VErbũ quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, quãdo miſit ad eũ rex Zedechias [1] Paſhur filiũ Malciæ, & Zephoniã filiũ Maaſiæ ſacerdotẽ cũ huiuſmodi mãdatis, [2] Cõſule quæſo Dominũ noſtri cauſa: quia Nabuchodonoſor rex Babylonis pugnat cõtra nos: ſi fortè Dominus agat nobiſcum [3] iuxta omnia mirabilia ſua, vt faciat [eũ] à nobis aſcendere. Dixit ergo Ieremias ad eos, Sic dicetis Zedechiæ, Sic dixit Dominus Deus Iſraelis, Ecce arma bellica quę in manu veſtra ſũt, & quibus vos pugnatis cõtra regem Babyloniũ, & cõtra Chaldæos qui vos foris extra muros [4] oppugnant, reflectam, & colligam ea ad mediũ ciuitatis huius, & pugnabo ego [5] vobiſcum exerta manu, & robuſto brachio, in furore, in æſtu, & indignatione magna. Et percutiam habitatores huius vrbis, tam homines quàm iumenta peſte ingenti morientur. Poſt hæc, dicit Dominus, tradam Zedechiã regẽ Iuda, & ſeruos eius, & populũ, reſiduos quoq; vrbis huius, quos peſtis, gladi⁹ &

Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuę ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris ibiq; ſepelieris tu, & omnes amici tui quibus propheaſti mendacium. ¶Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inualuiſti: factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannabãt me. Quia iam olim loquor, vociferãs iniquitatẽ, & vaſtitatem clamito: & factus eſt mihi ſermo Domini in opprobriũ, & in deriſum tota die. Et dixi, Non recordabor eius, neq; loquar vltrà in nomine illius. & fact⁹ eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuãs, clauſúſq; in oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinẽs. Audiui enim contumelias multorũ, & terrorem in circuitu. Perſequimini, & perſequamur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meum: ſiquo modo decipiatur, & præualeamus aduerſus eũ, & conſequamur vltionẽ ex eo. Dominus autẽ mecum eſt quaſi bellator fortis: idcirco qui perſequũtur me, cadent, & infirmi erunt: cõfundentur vehementer: quia nõ intellexerunt opprobrium ſempiternum quod nunquam delebitur. Et tu Domine exercituum probator iuſti, qui vides renes & cor: videã quæſo vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam. ¶Cãtate Domino, laudate Dominũ: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. ¶Maledicta dies in qua natus ſum: dies in qua peperit me mater mea, nõ ſit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo, dicẽs, Natus eſt tibi puer maſculus: & quaſi gaudio lætificauit eũ. Sit homo ille vt ſunt ciuitates quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eũ: audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?

CAP. XXI.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiã à Domino, quando miſit ad eũ rex Sedecias Phaſſur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem, dicens, Interroga pro nobis Dominũ, quia Nabuchodonoſor rex Babylonis prælatur aduerſum nos: ſi fortè faciat Dominus nobiſcum ſecundum omnia mirabilia ſua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce, ego cõuertam vaſa belli quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis aduerſum regẽ Babylonis & Chaldæos, qui obſident vos in circuitu murorũ: & congregabo ea in medio ciuitatis hui⁹. Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et percutiã habitatores ciuitatis huius: homines & beſtiæ peſtilentia magna morientur. Et poſt hoc, ait Dominus, dabo Sedeciam regem Iuda, & ſeruos eius, & populum eius, & qui derelicti ſunt in ciuitate hac à peſte, & gladio, &

Conqueritur eſſe in deriſum ob verbum Dei.

¶* ſubſannãt

Nolens cogitur prædicare verbũ Dei.

C

Fiducia prophetæ i Deũ.

¶* tanquam

1.11.g.

T.u.d.

Gratiarũ actio ob liberationem ſuã: poſt quã rurſum à tẽtatione impetitur.

D

Iob 3. a.

¶* quia

Vaticinatur Sedeciam capiendũ, & vrbẽ exurẽdã.

B

meæ obſeruant claudicationẽ meã, Fortaſſe decipietur, & præualebimus ei: & vltionem noſtrã ſumemus de eo. q.d. Omnes viri qui antea mihi erãt amici, obſeruãt num aliquid dicam propter quod deferre me poſſint ad regẽ, num aliqua in re claudicem. ¶16 vl gigas. i. potenter mihi fert opem. ¶17 vl, proſpere non agent. ſua ſcilicet ſpe fruſtrabuntur. ¶18 Heb. ſeculi. i. quæ nunq̃ tradetur obliuioni. ¶19 vl probator. i. qui examinas rationẽ viuẽdi eorum qui ſibi iuſti vidẽtur, & inuenis illã à reprehenſione alienam non eſſe, & qui ſolus inſpicis omnia humana arcana. ¶20. i. me tenuẽ & imbecillum hominẽ. ¶21 affligentiũ illũ. Inuitat ſanctos ad Dei laudẽ ob liberationem. ¶22 vl, infans maſculus. Trãſit ad deplorationẽ calamitatis priore multo grauioris. ¶23 vl, neq; mutauit ſentẽtiã. ¶24 audiat clamorem [ſub. pereuntiũ,] mane &c. Per mane & meridiẽ intelligit totũ diẽ. i. totis dieb⁹ ſit in ea animi perturbatione in qua ij ſolent eſſe qui vrbem incolũt obſidione hoſtili cinctã. ¶25 interfeciſ[me Deus] ¶26 aut q non fuit ¶27 prægnãs perpetuo. i. quæ nunq̃ edit fœtum. ac ſi dicat, quare non perijt ¶28 vl conſumerẽtur [aut deficerent]

XXI. ¶1 Alius eſt iſte Phaſhur ab eo de quo capite ſuperiore. ¶2 vl. Roga ¶3. i. forte mirabiliter nos eripiet vt ſolet facere ¶4 obſidẽt, cõuertã [ſub. in vos.] & cõgregabo illos. i. admittã illos in vrbẽ veſtram. ¶5 contra vos

¶fame, in manu Nabuchodonoſor regis Babylo-
nis,& in manu inimicorum eorum, & in manu
quærentium animam eorum: & percutiet eos in
¶°monebit, ore gladij,& nō°flectetur,°neque parcet,nec mi-
C ſerebitur.¶Et ad populū hūc dices,Hęc dicit Do
Ier.18.a. minus, ‖Ecce, ego do coram vobis viam vitæ, &
viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, mo-
rietur gladio & fame & peſte: qui autem egreſ-
ſus fuerit,& transfugerit ad Chaldæos, qui obſi-
dent vos,viuet, & erit ei anima ſua quaſi ſpoliū.
Poſui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc
in malum,& non in bonū,ait Dominus: in ma-
nu regis Babylonis dabitur,& exuret eam igni.
¶Et domui regis Iuda,Audite verbum Domini,
Ier.22.a. D Domus Dauid,hæc dicit Dominus,‖Iudicate ma
ne iudicium,& eruite vi oppreſſum de manu ca
lumniātis: ne fortè egrediatur vt ignis indigna
tio mea,& ſuccendatur,& non ſit qui extinguat
propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. Ecce,
ego ad te habitatricem vallis ſolidæ atque cam
peſtris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet
nos? & quis ingredietur domos noſtras? Et viſi-
tabo ſuper vos iuxta fructum ſtudiorū veſtro-
rum,dicit Dominus: & ſuccēdam ignem in ſal-
tu eius:& deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII.

Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iuſtitiam.

HAEc dicit Dominus: Deſcende in domum re
gis Iuda,& loquēris ibi verbū hoc, & dices,
Audi verbum Domini rex Iuda,qui ſedes ſuper
ſolium Dauid:tu & ſerui tui,& popul⁹ tuus, qui
ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit Domi-
Ier.21.d. nus, ‖Facite iudicium & iuſtitiam: & liberate vi
oppreſſum de manu calumniatoris:& aduenā,&
pupillum,& viduam nolite cōtriſtare, neque op
primatis inique: & ſanguinem innocentem ne
effundatis in loco iſto. Si enim facientes feceri-
tis verbum iſtud: ingredietur per portas domus
B huius reges ſedētes de genere Dauid ſuper thro
num eius,& aſcendentes currus & equos, ipſi &
Deut 29.d. ſerui, & populus eorum. ¶‖Quòd ſi non audie-
3.reg.9.b. ritis verba hæc: in memetipſo iuraui, dicit Do-
Quare ſit Ieruſalē i captiuitatē ducta. minus,quia in ſolitudinē erit domus hæc.Quia
hæc dicit Dominus ſuper domū regis Iuda, Ga-
laad tu mihi caput Libani:ſi non poſuero te ſo-
litudinem, vrbes inhabitabiles. Et ſanctificabo
ſuper te interficientē virum & arma eius: & ſuc
cident electas cedros tuas, & præcipitabunt in
ignem.Et pertranſibunt gentes multæ per ciui-
tatem hanc: & dicet vnuſquiſque proximo ſuo,
C Quare fecit Dominus ſic ciuitati huic grandi?Et
reſpondebunt,Eo quòd dereliquerint pactū Do-
mini Dei ſui,& adorauerint Deos alienos, & ſer
Mors Sellum filij Ioſiæ prædicitur. uierint eis.¶Nolite flere mortuū,neque lugea-
tis ſuper eum fletu: plangite eum qui egreditur,
quia non reuertetur vltrà, nec videbit terrā na-
tiuitatis ſuæ. Quia hæc dicit Dominus ad Sellū
filium Ioſiæ regis Iuda, qui regnauit pro Ioſia
patre ſuo,qui egreſſus eſt de loco iſto, Nō reuer
tetur huc amplius : ſed in loco ad quem tranſtuli
eum,ibi morietur,& terram iſtā nō videbit am-
Prophetat cōtra Ioacim. plius.¶Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſti
tia,& cœnacula ſua non in iudicio:amicū ſuum
D opprimet fruſtra,&mercedē eius non reddet ei.
Qui dicit, AEdificabo mihi domum latā, & cœ-
nacula ſpatioſa:qui aperit ſibi feneſtras, & facit

fames reliquos fecerunt,in poteſtatē Nabucho-
donoſoris regis Babylonij, & in manum hoſtiū
ſuorum, & in manum eorū qui quærunt animā
eorum, qui feriet eos gladio, non ignoſcet eis,
non parcet, nec miſerebitur. ¶Ad populū autē
iſtum dices,Sic dixit Dominus,Ecce ego propo-
no vobis°viam vitæ,& viam mortis.°Qui in ciui
tate hac manſerit,gladio interficietur,vel fame,
vel peſte.Qui vero egreſſus fuerit,& ad Chaldæ-
os,qui°cingūt°vos,defecerit,vitā ſeruabit,& erit
ei anima ſua[8]veluti parta præda.° Ego enim po
ſui faciem meam contra ciuitatem iſtam in ma
lum,°& non in bonum,dicit Dominus, in manū
regis Babylonij tradetur,qui eam igni exuret.
¶Porrò domui regis Iuda[dices,] Audite verbū
Domini ô domus Dauidis: ſic enim dixit Domi-
nus,Ius reddite[10]mane,°&[11]aſſerite°ſpoliatum de
manu eius qui[eſt]vim facit:ne fortè propter ma
litiam ſtudiorum ſuorum [12]egrediatur vt ignis
furor meus,°& exardeſcat, & nemo ſit qui extin
guat. En[13]me tibi° quæ habitas in valle, in [14]pe-
tra,in planitie,°(dicit Domin⁹,)qui dicitis, Quis
[15]nos terreret?aut quis perueniret ad habitatio-
nes noſtras?Ego viſitabo vos iuxta fructum ſtu-
diorū veſtrorū,dicit Domin⁹, & inijciam ignem
in ſyluam eius, vt deuoret omnia quæ circum
eam ſunt.

CAP. XXII.

SIc dixit Dominus,Deſcende in domum regis
Iuda, & iſthic loquere ſermonem iſtum, di-
cēſque,Audi verbum Domini ô rex Iuda,qui ſe-
des in ſolio Dauidis,tu & ſerui tui, atque popu-
lus tuus qui°tranſitis°per portas iſtas, Sic man-
dat Dominus,Facite iudicium & iuſtitiam, &°aſ
ſerite°ſpoliatū è manu eius qui ei vim facit: ad-
uenam,pupillum &viduam°ne contriſtetis,°ne-
que[4]iniuria afficiatis,°& ſanguinem innocētem
ne effuderitis in loco iſto. Nam ſi diligēter iſta
feceritis, ingredietur per portas huius °domus,°
reges qui in ſolio Dauidis ſedent,vecti curribus
& equis ipſe & ſerui ei⁹,atq; populus ei⁹.¶Quòd
ſi[6]iſta verba non audieritis,°per me iuraui,dicit
Dominus,quod domus iſta redigetur in ſolitudinē.
Quoniam ſic dixit Dominus ſuper domū regis
Iuda,[7] Gilead tu mihi caput Libani,° certe[8]redi-
gā te in ſolitudinē,& vrbes nō habitatas.[9]Deſti-
nabo°ſuper te vaſtatores,quemq; cū armis ſuis,q
excindēt[10]electas cedros°tuas,& deijciēt in ignē.
Quùmq; præteribunt gētes multæ vrbem hanc,
dicēt,quiſq; ad proximū ſuū,Quare ſic fecit Do-
minus iſti[11]magnificæ°vrbi?Tum dicēt,Eo quod de-
reliquerunt fœdus Domini Dei ſui, & adorarūt
deos alios,eiſque ſeruierūt. ¶Ne defleatis mor-
tuum,neque[12]circūcurratis propter eum,°ſed im
penſe flete ſuper[13]abeunte:° quia non reuertetur
vltra,vt videat natale ſuū ſolum. Quoniā ſic di-
cit Dominus de Sallum [14]filio° Ioſiæ rege Iuda,
qui[15]regno inaugurat⁹ fuerat pro patre ſuo Io-
ſia,°qui emigrauit de loco iſto, vltra huc non re
uertetur,[16]Sed°in eo loco, quo eū captiuū abdu-
xerunt,morietur,& terrā hāc vltra non videbit.
¶Væ ædificanti domū ſuam non cum iuſtitia,&
cœnacula ſua nō cum[17]iudicio,°qui vtitur ſerui-
tio proximi ſui[18]gratis,& [19]opus ſuum°ei nō red
dit.°Qui dicit, Extruā mihi domum[20]amplā,° &
cœnacula[21]vētis peruia: [22]excidit°ſibi°feneſtras,°

¶6.i. rationem qua viuetis,aut moriemini.
¶7 vl obſident
¶8 Heb.tanquā ſpoliū. ſub.am plum.i.tā gaudebunt de vita ſua ſeruata,quàm ij lætātur qui è bello aliquo ampla ſpolia retulerūt. ¶9 Ponere faciē ſuā cōtra vrbem aliquā i malū,pro maligno & inimico vultu eā aſpicere,ſtatuereq; perdere eā vrbē. ¶10 q.d. O ſerui regis Iuda qui eſt de ſtirpe Dauidis, ferte ſentētias veſtras mane.i. ſobrij & ieiuni: cauete ne per ebrietatem corrūpatis iudicia
¶11 vl liberate
¶12.i.ne grauiter ſuccēſeam.
¶13 vl,cōtra te. ſub.vēturus ſū.
¶14 vl in rupe planitiei.Ieruſalē erat in loco acclini, & circum eā montes. acſi dicat, Ne fidas huic loco quanquam natura munito: nam mitto hoſtes qui te perdent. ¶15 deſcē deret cōtra nos .i.quis auderet nos oppugnare?

XXII.
¶1 ingredimini.i.qui ſubitis portas regis huius. ¶2 vl,liberate ¶3 ne opprimatis
¶4 ſpolietis
¶5 ſub. regiæ
¶6 vl,ſi monitis meis non parueritis,
¶7 [ſicut] Galaad tu[ſ]uiſti]

mihi,[& ve]caput Libani.q.d.vt quōdā regioni Galaad ſitæ vltra Iordanē vrbs primaria fuit Galaad, ſic tu Ieruſalem metropolis fuiſti regni Iuda,& fuiſti vt caput Libani,hoc eſt totius Iudææ.Libanus mons Iudææ pro tota Iudæa per ſynecdochē. ¶8 vl ponā te[vt]deſertū,&[vt]vrbes quæ nūquā habitatæ fuerūt. ¶9 Heb.Sāctificabo.pro,præparabo ¶10 Cedri electæ,dom⁹ ſunt elegātes & magnificæ. ¶11 magnæ ¶12 cōdoleatis ei: ¶13 ſub.in exiliū.Ne proſequamini lachrymis funera vulgi,ſed calamitatē regis veſtri multo mirabiliorem.Hæc nō cohærēt cū præcedētibus.Prædicit eni exiliū Ioachin, qui alio noīe Sellā dicebatur,qui fuit fili⁹ Ioacim filij Ioſiæ. ¶14 Hic,fili⁹ pro nepote accipit. ¶15 regnat pro Ioſia auo ſuo ¶16 Heb.Nā ¶17 vl æquitate.ſiue honeſtis rationib⁹. Loquit de Ioacim patre Ioachin,qui Eliacim aliàs dicebat:qui ſumptuoſa ædificia extruxerat mercede pauperū retēta:quod lege cauetur. ¶18 vl,ſine mercede. ¶19 vl mercedē laboris ſui ¶20 Heb.menſurarū.ſub.magnarum.i. regiā ampliſſimam. ¶21 vl,refrigerantia.i.æſtiua.Verti poteſt,ſpatioſa. ¶22 Heb.aperit ¶23 ſub.multas

¶23 Heb. & tecta eſt[domus hæc]cedro. ¶24 vl' minio ¶25.i. æmulari vis alios reges vel gẽtiũ, vel q ante te fuerũt. Alij legunt, miſces te.i.q habites in domib⁹ cedrinis. Conuertit ſermoné ad Ioacim.q.d.opes nõ faciũt regna diuturna, ſed ſola iuſtitia. ¶26.i.nõne longitudiné vitæ ſibi peperit exercendo iuſtitiã &c. ¶27 vl', auaritiæ ¶28 & ſanguiné.i.&q vt effundas ſanguiné innocẽtũ. ¶29 Vox Hebræa A A S E C ſignificat oppſſioné quæ fit à tyrãno quũ expilat ſuos, & pecunia emũgit.

¶30 Vox Hebræa M E R V S A. ſignificat oppſſionem quæ fit quũ tyrãn⁹ exigit à ſuis immoderatas operas. Abutebatur eni opera ſuorum ſubditorũ Ioacim. ¶31.i. nõ plangẽt eũ planctu, quo dicebant, Heu ſoror. hoc eſt, plãctu priuatorũ. Neque eo planctu quo dicebãt, heu here, ſiue domine.

[23]laquearia arcuata ex cedro[facit,]&[24]ſinopide' pingit. Num regnaturum te putas q cum cedris [25]contendis?' An non & pater tuus [26]edit & bibit,'& exequutus eſt iudicium & iuſtitiam, & bene illi erat tunc? Iudicauit cauſam pauperis & egeni, & tunc bene[illi erat.] An non hoc erat noſſe me, dicit Dominus? Porrò oculi tui & cor tuũ nihil [ſpectant]q [27]emolumentum[28]ad effundẽdum ſanguinem' innocentem, ad faciẽdum[29]iniuriam'&[30] oppreſſionem.' Idcirco ſic dicit Dominus de Iehoiacim filio Ioſiæ rege Iuda, Non plangẽt eum[ſic,][31]Eheu frater, eheu ſoror: non [inquã]plangẽt eũ, Heu domine. heu gloria ei⁹.' [32]Sepultura aſini'ſepelietur, [33]iacetus & abiectus extra portas Ieruſalẽ.' Cõſcende Libanum & clama, in Baſan quoque da vocem tuam, inclama [34] transfluuianos,' quoniam cõtriti ſunt omnes amatores tui. Loquut⁹ ſum ad te [35]rebus tuis adhuc integris: at tu dixiſti, Non audiam. hæc fuit [36] conſuetudo tua'à pueritia tua. [37]vt non audires'vocem meam. Omnes[38]paſtores tuos[39]ventus paſcet,' & amatores tui i captiuitatẽ abibũt. Tũc nimirũ erubeſces & pudeſies propter omné malitiã tuã. [40]Sediſti[41]in Libano, [42]nidũ poſuiſti in cedris,' q [43]grata eris,' quum venerint tibi dolores, dolor[inquam]vt parturiẽtis. ¶Viuo ego, dicit Dominus, etiamſi fuerit Chonias filius Iehoiacim regis Iuda[tãquã] annulus ſignatorius in manu mea dextera, tamé iſthinc auellã[44]te, tradámq; te'in manũ quærẽtium animã tuã, & in manũ eorum quorũ cõſpectũ tu formidas,[45]atque'in manũ Nabuchodonoſoris regis Babylonij. & in manũ Chaldæorum. [46]Trãſportaboq;' te & matrẽ tuam, quæ te peperit, in terram aliã, in qua non eſtis nati. & illic moriemini: in terrã autẽ iſtã ad quã ipſi [47]animã ſuã attollunt' vt iſtuc redeant, nõ redibunt. An nõ[vt][48]trũcus cõtemptus & diſſipatus'eſt vir iſte Chonias? aut[vt] vas aliquod quod nemini placet? quare[49]abiecti ſunt' tam ipſe q ſemẽ eius, & proiecti in terram [50] quam non cognouerunt? O terra, terra, terra, audi verbum Domini. ſic dixit Dominus, Scribite virũ iſtũ [51]orbum,' virum qui nihil proſpere aget in diebus ſuis: quoniam nullus de ſemine eius proſperabitur[52]vt ſedeat'in ſolio Dauidis, & regnet poſthac in Iuda.

CAP. XXIII.

V'AE paſtoribus' qui perdũt &[2]diſſipant'gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. Propterea ſic dicit Domin⁹ Deus Iſraelis[3]de paſtoribus' qui paſcunt populum meum, Vos diſſipaſtis gregem meum, &[4]extruſiſtis eum,' &[5]nõ viſitaſtis eũ:'[ob id]ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam[6]ſtudiorum veſtrorum,' dicit Dominus. Et colligam ego reliquias gregis mei ex omnib⁹ terris in quas expuleram eas, & reducã eas ad caulas ſuas, vt[7]ſobo-

laquearia cedrina, pingitque ſinopide. Nunquid regnabis, quoniã cõfers te cedro? pater tuus nũquid non comedit & bibit, & fecit iudiciũ & iuſticiam tunc cum bene erat ei? Iudicauit cauſam pauperis & egeni in bonum ſuũ. nunquid non ideò quia cognouit me, dicit Dominus? Tui verò oculi & cor ad auaritiã, & ad ſanguinem innocentem fundẽdum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis. Propterea hæc dicit Dominus B
ad Ioacim filium Ioſiæ regem Iuda, Non plangent eum, Væ frater & væ ſoror: nõ concrepabũt ei, Væ domine, & væ inclyte. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiect⁹ extra portas Ieruſalem. Aſcẽde Libanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad trãſeuntes, quia cõtriti ſunt omnes amatores tui. Locutus ſum ad te in abundãtia tua: dixiſti, Nõ audiam. hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua: quia nõ audiſti vocẽ mei. Omnes paſtores tuos paſcet ventus, & ama- C
tores tui in captiuitatẽ ibunt: & tunc confundẽris, & erubeſces ab omni malitia tua. Quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo cõgemuiſti cum veniſſent tibi dolores, quaſi dolores parturientis? ¶Viuo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellã eũ. Et dabo te in manu quærẽtium animã tuã, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & i manu Chaldæorum. Et mittam te & matrem tuã quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati nõ eſtis. D
ibique moriemini: & in terram ad quam ipſi leuant animã ſuam, vt reuertantur illuc, & non reuertentur. Nũquid vas fictile atque contritum vir iſte Iechonias? nũquid vas abſque omni voluptate? quare abiecti ſunt ipſe & ſemen eius, & proiecti in terram quã ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini, hæc dicit Dominus, Scribe virum iſtum ſterilem, virũ qui in diebus ſuis non proſperabitur. nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iuda.

CAP. XXIII.

VAE paſtoribus qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. Ideò hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad paſtores qui paſcunt populum meum, Vos diſperſiſtis gregẽ meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & cõuertã eos ad rura ſua, & cre-

Captiuitatẽ Iechoniæ, & Ioacim, prædicit.

In pricipes, pontifices, & alios populi præfectos. Ezech.34.a.

De conuerſione reliquarum populi Iudaici ad fidem.

quo planctũ publicũ intelligit. q.d. neq; priuati neque publici eũ plangẽt. ¶32.i.cadauer eius inſepultũ exponetur volucribus & feris: vt accidit aſinis. ¶33 Heb. trahendo & proiiciẽdo vltra portas Ieruſalẽ. ¶34 Heb. ab lateribus ſub.omnibus. hoc eſt vndique. Ac ſi dicat, O cõgregatio Iuda impẽdet tibi periculũ maximũ, ideo cõſcẽde Libanũ: & cũ in vertice eius fueris, implora clara voce opẽ amicorũ tuorũ, ſiquos habes. Ironia: vt ſi dicat, fruſtra cõſcẽdes: euerſi enim ſunt & fracti amici tui Aegyptij & Aſſyrij. ¶35 Heb. i fœlicitatib⁹ tuis, ¶36 Heb. via tua ¶37 Heb. neq; eni audiſti ¶38 paſtores vocat præſides, pphetas, reges, ſacerdotes. ¶39 Vẽt⁹ aliquẽ paſcere dicit, quũ res friuolas & vanas molit. Vẽt⁹ paſcet eos.i. fruſtrabũt ſua ſpe. Alij vertũt, depaſcet eos ſiue abſumet vẽt⁹. ¶40 ſub. hacten⁹. vl' ſedes ¶41.i.in Ieruſalẽ i qua ſunt ædes ſumptuoſæ, nẽpe factæ ex cedro Libani. ¶42 vl' habitaſti in ædibus ſũptuoſè è cedro ædificatis. q.d. hacten⁹ vixiſti in ſummis delicijs, ſed ũnis rerũ acerb⁹ te manet. ¶43 ſub. Deo. ¶44 Mutatio pſonarũ, pro eũ. q.d. Etiãſi fuerit mihi antea cõiũctiſſimus & dilectiſſim⁹ Iechonias, & ſimilis annulo ſignatorio quẽ hoĩes ob pretiũ & dignitatem aſſidue geſtãt in manu dextera, & etiã nunquã deponũt, tamen ob ſcelera auellã illum, & eijciã, & traducã ad Chaldæos. ¶45 atque ſiue &, pro id eſt. ſeipſum enĩ declarat. ¶46 vl', Proiiciãque ¶47 Animã ad rẽ aliquã attollere, eſt eam auere, deſiderare, & expetere. ¶48 vl' ſculptile cõtemptũ[&]fractũ in multas partes ¶49 vl', deportati ſunt aliò ¶50 vl', quã antea non norant? ¶51 Vox Hebræa, ſignificat eũ qui liberos ſuos cõdidit in ſepulchro, neque moriens prolem relinquit. ac ſi dicat, quĩ quiuis ſit habiturus liberos, nullos tamen ſit relicturus qui regiã dignitatem ſint cõſecuturi. ſepelliet enim eos antè quàm decedat. Seipſum poſtea declarat. ¶52 vl'. qui ſedeat XXIII. ¶1 vl', O infœlices & miſeros paſtores aut principes. ¶2 vl' diſpergũt ¶3 contra paſtores ¶4 ſub. in exilium. q.d. incuria veſtra factum eſt vt iret populus meus in exilium. ¶5 vl', non fuit vobis curæ. ¶6 vl', actionum veſtrarũ. i. eãdem ſumam pœnas de vobis. ob ſcelera veſtra, & miſerebor ouium mearum, congregando illas in ouile meum per Euangelium. ¶7 Heb. creſcant

*& Chriſti veri paſtoris aduétus prædicitur. Iere. 33.c. eſa. 4.b.40.c 45.b.ezec. 34. dani.9.g. Iohan.1.g. Deut. 18.d. Iere.16.c.

ſcent & multiplicabũtur. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos: *nõ formidabũt vltrà, & non pauebũt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. ¶Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ: & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illi° ſaluabitur Iuda, &

B Iſrael habitabit cõfidẽter: & hoc eſt nomẽ quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non dicent vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, Viuit Domin° qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc: & habitabunt in terra ſua.

Contra vitã pſeudoprophetarum.

¶Ad prophetas, Contritũ eſt cor meũ in medio mei, contremuerũt oĩa oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebri°, & quaſi homo madidus à vino, à facie Domini & a facie verborũ ſanctorũ ei°. Quia adulterijs repleta eſt terra, quia à facie maledictionis luxit terra, areſacta ſunt arua deſerti: fact° eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum diſſimilis.

¶ adulteris

C Propheta nãq; & ſacerdos polluti ſunt: & in domo mea inueni malum eorũ, ait Dominus. Idcirco via eorum erit quaſi lubricũ in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annũ viſitationis eorum, ait Domin°. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael. Et in prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinẽ adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorũ, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas, Ecce, ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim

Eorũ pœna.

¶, adulteriũ

Iere.9.c.

D Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnẽ terram. ¶Hæc dicit Dominus exercituũ, Nolite audire verba prophetarum, qui prophetãt vobis, & decipiunt vos: viſionẽ cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. (Dicũt his qui blaſphemant me, Locutus eſt Domin°, Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis ſui, dixerunt, Non veniet ſuper vos malum.) Quis enim affuit in cõſilio Domini, & vidit & audiuit ſermonem eius? quis cõſiderauit verbum illius, & audiuit? Ecce, turbo Dominicæ indignationis egreditur, & tẽpeſtas erumpens: ſuper caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini vſque dum faciat & vſq; dum compleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium ei°.

Populus ne pſeudoprophetis credat.

Aſſerit Iudææ captiuitatẽ futurã.

E ¶Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo: auertiſſem vtique eos à via ſua ma

Iere.14.c. Iere.27.c. & 29.c.

Propheta prędicãte verbũ Dei, cõuertit Deus corda audientium.

leſcant, & multiplicẽtur. Ego conſtituam ſuper eas[8] paſtores qui eas paſcent: nõ timebunt vltra, neque terrebũtur, neq; [9]deſiderabitur aliquid ex eis, dicit Dominus. ¶ [10]Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, vt excitem[11] germen iuſtũ Dauidi, regnabitque rex, &[12] prudẽter rem geret, & faciet [13]iudicium & [14]iuſtitiam in terra. In diebus eius ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit tuto: & hoc nomen eius quo vocabunt[eum,] Dominus iuſtitia noſtra. Idcirco ecce dies venient, dicit Dominus, vt non[15] dicãt vltra, Viuit Dominus, qui aſcendere fecit filios Iſraelis de terra Ægypti: Sed viuit Dominus, qui aſcendere fecit, & qui[16] introduxit ſemen domus Iſraelis de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas expuleram eos, & habitabunt in terra ſua. ¶[17] Ad prophetas, [18]Cõtritum eſt cor meũ in medio mei, [19]fluctuarunt omnia oſſa mea, ſimilis factus ſum viro ebrio, & viro quẽ vinum [20]incendit, a facie Domini, &[21] à facie verborum ſanctitatis eius. Quoniam terra plena eſt adulteris, quia propter [22]execrationem [23]luxit terra, &[24] ſpecioſa deſerti exaruerunt, & [25]fuit clades corũ mala, &[26] potentia eorum non firma. Etenim tam propheta q̃ ſacerdos hypocritæ fuerunt: quin & in domo mea[27] malitiam eorum deprehẽdi, ait Domin°. Idcirco erit eis[28] via eorũ vt lubricitas in caligine; impellentur & cadent in ea: quia adducam ſuper eos malum, [29]annum[ſcilicet] viſitationis eorũ, ait Dominus. Eidem[29] ſtultitiam inſulſam quã vidi apud prophetas[30] Samariæ, qua in Baal prophetabãt, & populũ meũ Iſrael ſeducebant, apud prophetas quoque Ieruſalem vidi, horrenda quoq; & terra: adulteria enim cõmittũt, & incedunt in mendacio, roborant manus peſſimorum[hominũ,] quo minus redeant vnuſquiſque à malitia ſua: factique ſunt mihi omnes illi vt Sodoma, & habitatores eius vt Gomorrha. Idcirco ſic dicit Dominus exercituũ de prophetis iſtis, Ecce ego cibabo eos [31]abſynthio, & potabo eos aquis fellitis: à prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt hypocriſis in [32]vniuerſam terrã. ¶Sic dicit Domin° exercituũ, Ne audieritis verba prophetarũ qui vobis prophetant,[33] vanos reddũt vos, [34]viſionẽ cordis ſui loquũtur, nõ ex ore Domini. (Ad eos qui me[35] irritant cõſtãter dicunt, Domin° locutus eſt,[36] Pax erit vobis: & ad omnes[37] qui ambulãt iuxta libidinẽ cordis ſui, dicũt, Nihil mali vobis accidet.) [38]Quis enim ſtetit in[39] cõſilio arcano Domini, qui viderit & audierit verbũ eius? aut quis animaduertit ad verbũ eius & [40]audiuit? Ecce [41] tẽpeſtas Domini[42] furor[ſei°]egreſſus eſt, & turbo[43] ſeſe intorquẽs in caput impiorum[ſeſe]demittet. Non auertetur ira Dñi, donec fecerit illud, & donec [44]ratas fecerit cogitationes cordis ſui. In nouiſſimo dierũ intelligetis[45] intelligẽtiã ei°.[46] Nõ miſi pphetas iſtos, at ipſi cucurrerũt: nihil loquut° ſũ ad eos, ipſi tamẽ pphetãt. Si ſtetiſſent[47] ĩ cõſilio meo,[48] & verba mea[49] nota feciſſẽt populo meo, redu

¶8.i. Apoſtolos & Euãgeliſtas. ¶9 deſyderabũtur.i.nullæ peribunt: non requirentur vt oues perditæ requiri ſolent à paſtoribus. ¶10 Hunc locũ de Chriſto intelligunt omnes Hebræi. ¶11 vl, ſemen. De virgine enĩ per Spiritum ſanctũ prodijt, qui eſt iuſtitia noſtra. ¶12 He. proſperabitur, vl, fœlix erit.

¶13 ſub. diſcretionis, eligendo quos volet. ¶14 Iudicabit enim viuos & mortuos. ¶15 ſub. qui iurare volent, ¶16 adduxit ¶17 Tituli vice poſitũ eſt. Alij vertunt, Propter ipſos pphetas. ſub. falſos. ¶18.i. conficior dolore. ¶19 commota ſunt ¶20 ſuperauit, ¶21 vl, ob verba eius ſancta. ¶22 iuramenta falſa ¶23.i. deſolata eſt. nam terra deſolata, videtur eſſe in luctu. ¶24 habitacula.i. paſcua loca ¶25 vl, eſt curſus eorum ad malũ.i. homines Iuda ſeduli & veloces ſunt ad mala patranda. ¶26 fortitudo eorum non eſt veritas. Hoc eſt, veritate non nituntur, ſed mendacio. vl, pro viribus ſuis veritati non ſtudent, ſed mendacio. ¶27 Malitiam vocat ſacrificare idolis. ¶28.i. quẽadmodum fieri nequit vt quis in via lubrica non cadat aliquo impellente, ſic Iudæi me authore, ruent & dabunt pœnas ob peccata ſua. ¶29 vl, anno quo à me puniẽdi ſunt. ¶29 Stultitia inſulſa, idololatria. nam nihil eſt magis inſulſum & abſurdũ, quàm lapides colere. ¶30 Nomine Samariæ, decem tribus intelligit: vt & nomine Ieruſalem, Iudam & Beniamin. ¶31 Per abſynthium & fel, res amariſſimas, intelligit afflictiones grauiſſimas. q.d. Acerbiſſimis malis eos afficiam. ¶32 ſub. Iudæ.i. ad oẽs incolas terræ Iudæ. ¶33 vl, imponunt vobis. ¶34.i. ſomnia ſua narrant vobis & prophetias à ſe confictas, non eas quas audierunt à Domino. ¶35 vl, ſpernunt ¶36 .i. non abducemini in Babylonẽ. ¶37 Ambulare in duritia cordis ſui, eſt viuere contra legem Dei. ¶38 ſub. ex illis pſeudoprophetis ¶39.i. in loco in quo arcana ſua cõſilia tractat Dominus? Gallice, en leſtroict conſeil diceluy. ¶40 vl, paruit[illi verbo]? ¶41 vl, ventus vehementiſſimus ¶42 vl, [in] ira eius egredietur, ¶43 impendens. irruens. ¶44 ipſe ſtatuerit.i. donec opere impleuerit quod facere decreuit. ¶45 Heb. in ea intelligentiam. In ea ſub. prophetia. relatiuum pro antecedente.i. tum demum intelligetis hanc prophetiam quum impleta fuerit. vl tandem diligenter conſiderabitis prophetiam de captiuitate quũ &c. ¶46 vl, Non mittebam prophetas iſtos, & ipſi currebant: non eram illos allocutus, & ipſi prophetabant. ¶47 vl, ſecreto. Aut, ſi admiſſi fuiſſent in locum in quo tracto cõſilia mea & arcana.i. ſi fuiſſent afflati Spiritu meo, aliter docuiſſent. ¶48 &, pro tunc. ¶49 vl, expoſuiſſent

¶50 ſub.tempore. Nunqd ſum Deus nouitius & recens, & nõ potius Deus æternus? q.d. nõ ſum ſimilis idolis nuper inuẽtis. Gallice, nouuellement forgez. ¶51 Heb. Quouſque? nũquid eſt in corde prophetarũ prædicentium falſitatem, & in corde prophetantium fraudem cordis ſui? Eſſe in corde, pro cogitare. q.d. Quandiu talia dicẽt vt imponãt populo meo? nõne ſtatuunt iſti pſeudopropheta, ſiue cogitãt falſitatẽ & fraudem? Nunquid inquam cogitant creare populo meo obliuionem nominis mei? Fraudem ſiue dolum cordis vocat prophetias doloſe & fraudulenter confictas.

¶52 vl propter ¶53 ſub.falſus ¶54 .i.propheta qui ſomniat, narret ſomniũ ſuum tanquam merum ſomnium, & non tanquam prophetiam diuinam. ¶55 vl. verũ.aut vt alij, vere. ¶56 vl, quo frangitur rupes? q.d. Vt ignis omnia

xiſſent eos de via ſua mala, atque de malitia ſtudiorum ſuorum. An non Deus [50]de propinquo ego, dicit Dominus, & non Deus de longinquo? Num abſcõdet ſe quiſquã in latebras vt eum videre nequeã, ait Dominus? An non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? ¶Audiui ſplanẽ quænam dicant prophetæ prophetãtes mendaciũ in nomine meo, dicentes, Somniaui, ſomniaui. [51]Quouſque eſt hoc in corde prophetarũ, vt prophetent mẽdacium, vt prophetent dolum cordis ſui? Quorum conſilium huc tendit, vt populum meum ſomnijs ſuis, quæ quiſque proximo ſuo recenſet, in obliuionẽ nominis mei trahant, quemadmodum & patres eorum nominis mei [52]per Baal obliti ſunt. [53]Propheta apud quẽ eſt ſomniũ, [54]ſomnium narret: & is apud quem eſt verbum meum, loquatur verbum meum [55]ex fide: quid enim paleæ cum tritico, ait Domin⁹? An nõ verbum meum eſt ſicut ignis, ait Dominus, & ſicut malleus [56]petram diſſipãs? Propterea ecce ego cõtra prophetas, dicit Dominus, qui [57]ſuffurantur verba mea, quiſque ſcilicet à proximo ſuo. Ecce ego cõtra prophetas, inquit Dominus, [58]vſurpantes linguã ſuam, & dicunt, Dixit. Ecce ego contra prophetas ſomniantes mẽdacia, dicit Dominus, quæ narrant, ſeducũtque populum meum mẽdacijs ſuis atque [59]celeritatibus ſuis: quum ego nõ miſerim eos, neq; præceperim eis: omnino nihil vtilitatis afferent populo iſti, ait Dominus. ¶Quum populus iſte te interrogauerit, aut [60]propheta, aut ſacerdos, dicẽs, [61]Quodnam eſt onus Domini? Dices ad eos, [62]Quodnam onus? [63]& abijciam vos dicit Dominus. Quòd ſi propheta, ſacerdos, aut popul⁹ dixerit [poſthac] Onus Domini: [64]viſitabo virum talẽ & domum eius. Sic dicetis quiſque ad proximum ſuum, & quiſque ad fratrem ſuum, Quid reſpondit Dominus, & quid loquut⁹ eſt Domin⁹? At oneris Domini vltra [65]ne memineritis: [66]ſuum enim cuiq; verbũ on⁹ erit: & peruertiſtis verba Dei viuentis Domini exercituum Dei noſtri. Sic dices ad [67]prophetam, Quid reſpondit tibi Dominus? & quid loquut⁹ eſt Dominus? [68]& nõ dicatis Onus Domini: Idcirco ſic dixit Domin⁹, Quandoquidem dicitis verbum iſtud, Onus Domini, ego autem [69]miſi ad vos, ne diceretis, Onus Domini: [70]Idcirco ecce & ego [71]vos leuãdo tollã, & abijciam vos à facie mea, & ciuitatem iſtam quam dederam vobis & patribus veſtris, & afficiam vos ſempiterno opprobrio & æterna ignominia, quæ in obliuionem nunquam veniet.

C A P. X X I I I I.

Oſtendit mihi Dominus, & ecce duo corbes ficuũ poſiti erãt ante templũ Domini, poſteaquam captiuos abduxerat Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniã filiũ Iehoiacim regem Iuda & principes Iuda, & [1]opifices, & [2]incluſores de

la, & à cogitationib⁹ ſuis peſſimis. Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus, & nõ Deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eũ, dicit Dominus? nunquid nõ cælum & terram ego implebo, dicit Dominus? ¶Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atq; dicentes, Somniaui, ſomniaui. Vſq; quo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mẽdacium, & prophetantiũ ſeductiones cordis ſui? Qui volunt facere vt obliuiſcatur populus me⁹ nominis mei propter ſomnia eorum quæ narrat vnuſquiſque ad proximũ ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorũ nominis mei propter Baal. Propheta qui habet ſõnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonẽ meũ verè: quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Domin⁹: & quaſi malleus cõterẽs petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui aſſumunt linguas ſuas, & aiũt, dicit Dominus. Ecce, ego ad prophetas ſomniantes mendaciũ, ait Dominus: qui narrauerũt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis: cum ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Domin⁹. ¶Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicẽs, Quod eſt onus Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proijciã quippe vos, dicit Dominus. Et propheta & ſacerdos & populus qui dicit, Onus Domini: viſitabo ſuper virũ illum, & ſuper domum eius. Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum & ad fratrẽ ſuum, Quid reſpõdit Dominus? & quid locutus eſt Dominus? Et onus Domini vltrà nõ memorabitur: quia onus erit vnicuique ſermo ſuus: & peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei noſtri. Hæc dices ad prophetã, Quid reſpondit tibi Dominus? & quid locutus eſt Dominus? Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominus, Quia dixiſtis ſermonem iſtum, Onus Domini: & miſi ad vos, dicẽs, Nolite dicere Onus Domini: propterea ecce ego tollã vos portans, & derelinquã vos, & ciuitatẽ quã dedi vobis, & patribus veſtris à facie mea. Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. C A P. X X I I I I.

Oſtendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, poſiti ante tẽplum Domini: poſtquam tráſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniã filium Ioacim regẽ Iuda, & principes, eius, & fabrum, & incluſorem de Ieruſalẽ, & ad-

Deus vbique.

¶Impleo, In ꝓphetas ſub noĩe Domini mẽdacia prophetantes.

Miracula pſeudoprophetarum.

Ironicæ pp̃lⁱ & pſeudoprophetarũ interrogationi de onere Domini, reſpõdet grauitatẽ viſionis ad eos pertinere.

ſ.20.e.

Viſio duorũ calathorũ ficis plenorũ.

domat, & malleus ferre⁹ magnus rupẽ & duriſſima quæq; rũpere poteſt: ſic nihil eſt quod nõ ſuperet veritas ꝓphetię, quæ à nulla re poteſt impediri. ¶57 .i. qui quum audierunt veram prophetiam ex meis prophetis, eam narrant alijs tanquam ſuam, de ſuo mẽdacia admiſcentes. ¶58 Heb. qui lenificant. i. qui blando ſermone illiciunt plebem in ſuam ſententiam, & vtuntur dictione vſitata veris prophetis, nempe dixit Dominus. ¶ Heb. Dictum. ſub. Domini. Noiatiuus aut accuſatiu⁹. ¶59 vl leuitatib⁹. Leuitates animi dicunt, quũ modo hoc, modo illud incõſtãter ſentiunt. Aut, leuibus & ſtultis ſuis cogitationibus & inuentis. ¶60 ſub. falſus. ¶61 .i. cuiuſmodi eſt prophetia quam à Deo proxime accepiſti? quodnam onus habes quod nobis annuncies nomine Domini? Vox Hebræa M A S A, pro qua onus vertunt, ſignificat ſarcinam: & per metaphoram ſignificat prophetiam quæ premit & grauis eſt. Scriptura vti ſolet hac voce, quũ ſiniſtra & grauia aduerſus Gentiles prædicũtur. ¶62 q.d. vultis ſcire prophetiam quã recens à Deo accepi? eſt hæc, nempe, Dicit Deus ſe deſerturum &c. ¶63 Nempe deſeram ¶64 .i. puniã ¶65 .i. mentionem non facietis. i. non vtemini hac formula dicendi. Onus Domini. nam qui ea vſus fuerit, punietur. Aliter enim interpretamini verbum illud, quàm debeatis exponere: quaſi nũquã Dominus velit proſpera prædici, ſed ſemper mala: itaque irridentes dicitis, Quod eſt onus Do. i. quæ aduerſa eſt prædictio? quum tamen omnes Diuinæ prophetiæ non ſint de aduerſis rebus, ſed aliæ de aduerſis, aliæ de rebus proſperis. ¶66 .i. quicunque ita locutus fuerit, punietur. ¶67 ſub. verum. ¶68 Quod ſi [poſthac] Onus Domini dixeritis, ob id ſic &c. ¶69 ſub. prophetas qui admonerẽt vos ne &c. ¶70 Idcirco inqua ¶71 aut, veſtri obliuiſcar obliuiſcendo. i. omnino non recordabor veſtri. X X I I I I. ¶1 architectos. qui ſcilicet conficiebant arietes & turres ad oppugnandas vrbes. ¶2 ſub. caſtrorum. i. peritos caſtrametandi homines. Hic enim Nabuchodonoſor abduxit viros ingenio præſtantes & excellentes in rebus bellicis. Vide. 4. Reg. 24.

duxit eos in Babylonẽ.(Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe primi temporis. & calathus vnus, ficus habebat malas nimis. quæ comedi non poterant, eo quòd eſſent

B malæ.)Et dixit Domin⁹ ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Ficus. ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi nó poſſunt, eo q ſint malæ. ¶Et factũ eſt verbum Domini ad me, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Sicut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam transſmigrationẽ Iuda, quam emiſi de loco iſto in terrã Chaldæorum, in bonum. Et ponã oculos meos ſuper eos

*Prima viſio ſignificat ſ̃ſtẽ populi à captiuitate reducendi.*

C ad placandum: & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non deſtruã: & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor, vt ſciãt me quia ego ſum Dominus: ‖& erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde ſuo. ¶‖Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſſunt, eo quòd ſint malæ: hæc dicit Dominus, ſic dabo Sedeciã regẽ Iuda, & prin-

*j.11.d.*

*j.29.d.*

*Altera, Sedeciam & reliquos ppl̃i perdendos.*

D cipes eius, & reliquos de Ieruſalem, qui remãſerunt in vrbe hac, & qui habitãt in Terra-Ægypti. Et dabo eos in vexationem afflictionẽmque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionẽ in vniuerſis locis ad quæ eieci eos. Et mittam in eis gladium, & famem, & peſtem: donec conſumantur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.

CAP. XXV.

*Captiuitatẽ 70 annorum p̃dicit Ieremias ob verbi Dei contemptum.*

*¶¹Quod*

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, (¹ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis) ²Et² locutus eſt Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalẽ, dicens, A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon regis Iuda vſque ad diem hanc (iſte tertius & viceſimus annus) factum eſt verbum Domini ad me, & locut⁹ ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens: & non audiſtis. Et miſit Domin⁹ ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittẽnſque: & non audiſtis. neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis, cum diceret, ‖Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra quam de-

*4. Reg. 17. d. ī. 18. c. j. 35. c.*

B dit Dominus vobis & patribus veſtris, à ſeculo & vſq; in ſeculum. Et nolite ire poſt deos alienos, vt ſeruiatis eis, adoretiſque eos: neq; me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum, & non affligã vos. Et non audiſtis me, dicit Dominus: vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum veſtrarum, in malũ veſtrum. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quòd non audiſtis verba mea, ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & adducã eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos. & ponam eos in ſtuporẽ & in ſibilũ, & in ſolitudines ſempiternas.

Ieruſalem, & duxerat eos in Babylonem. (Corbis vnus continebat ficus ſupra modum bonas, quales ſunt ficus præcoces. alter vero corbis continebat ficus vehementer malas, quæ præ auſteritate edi nõ poſſent.) Dixitque Dominus ad me, Quid vides tu Ieremia? Et dixi, Ficus: nempe ficus ¹ſupra modum bonas, & vehementer auſteras,¹ quæ præ auſteritate haudquaquam edi poſſent. ¶Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, Quemadmodũ ficus iſtæ bonæ [ſunt,] ſic ⁴agnoſcam in bonum [ipſorum] captiuitatem Iuda, quã emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum: ponã enim oculos meos ſuper eos in bonũ, & reducam eos in terram iſtam: ⁵ædificabo⁵ eos, & nõ diruã: plãtabòque eos, & nõ euellã. Dabo inſuper eis cor, vt me cognoſcãt q ego ſim Dominus: ipſi erunt mihi populus, & ego ero eorũ Deus, quia reuertentur ad me ex toto corde ſuo. ¶Et ſicut ficus malæ, quæ comedi nõ poſſent ⁶præ auſteritate⁶ [abijciuntur,] ⁷dicit Dominus,⁷ ita dabo Zedeciã regem Iuda & principes eius, atque reliquias Ieruſalem, quę reliquę factæ ſunt in terra iſta, & qui ⁷habitãt in terra Ægypti:⁷ Dabo inquam eos in ⁸diuexationem, ⁹idque malo [ipſorũ,] ⁹omnib⁹ regnis terræ, in opprobriũ, in prouerbium, in fabulã, & in ¹⁰execrationẽ in omnibus locis ad quę eiecero eos. Mittámq; in eos gladium, famem & peſtem, donec conſumantur de hac terra quam tradidi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

VErbum quod fuit ad Ieremiã ſuper vniuerſo populo Iuda, anno quarto Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda, (qui annus primus fuit Nabuchodonoſoris regis Babylonis,) quod loquut⁹ eſt Ieremias propheta ad cunctum populum Iuda, & ad omnes habitatores Ieruſalem in hunc modũ: ²A tertiodecimo anno² Ioſiæ filij Amõ regis Iuda vſq; in hunc diem (³viginti iam tribus annis,³) factum eſt ad me verbum Domini, & alloquutus ſum vos ⁴ tempeſtiue ſurgẽdo, & cõſtanter loquendo, ⁴ſed non audiſtis. Et miſit Domin⁹ ad vos omnes [alios] ſeruos ſuos prophetas, ⁵mature⁵ ſurgendo, & mittẽdo: attamen nõ audiuiſtis, neque inclinaſtis aurem veſtrã vt audiretis. Dicebat ille quidẽ, Reuertimini quæſo, quiſq; à via ſua mala, & à malis ſtudijs veſtris, & ⁶habitate⁶ ſuper terrã quam dedit Dominus vobis & patribus veſtris à ſeculo in ſeculum. Ne eatis poſt deos alios, vt ſeruiatis eis, & adoretis eos, neque exaſperetis me opere manuũ veſtrarũ, & nõ affligam vos. Sed non audiuiſtis me, dicit Dominus: exaſperaſtis enim me operib⁹ manuum veſtrarum, idq; veſtro malo. Idcirco ſic dixit Dominus exercituũ, Eo q nõ audiuiſtis verba mea, ideo ecce ego mittã & accipiam vniuerſas familias Aquilonis, dicit Dominus, & Nabuchodonoſorem regem Babylonium ſeruum meũ, & adducã eos in hanc terram, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes gentes iſtas quæ circunquaque ſunt, & funditus excindam eos. Et ponam eos in ſtuporem, in ſibilum, & in vaſtitates ⁷perpetuas.⁷

¶3 Hebr. bonas bonas valde. & malas malas valde. i. quas duxeram optimas & iniuauiſſimas. ¶4 Agnoſcere aliquẽ in bonũ, eſt illi fauere, & beneuolẽtia ſiue miſericordia proſequi. q.d. vt ficus iſtę ſuaues ſũt, & illas pro talibus habeo: ſic agnoſco pro bonis captiuos qui cum Iechonia abducti ſũt in Chaldæam: eos vero qui Ieroſolymis ſũt, pro peruerſis habeo. ¶5 vl. inſtaurabo. i. dabo illis ſedes ſtabiles, & augebo illos liberis & opibus.

¶6 Hebr. præ malitia. i. quòd ſint ſaporis inamœni. ¶ Ite. Hæc enim dicit Domin⁹. Per parẽtheſim legẽdũ. ¶7. i. q fugerũt in Ægyptũ metu Chaldæorũ. 4. reg. vltimo. ¶8 vl commotionẽ. ſiue tremorem. ¶9 [&] in afflictionẽ, ¶10 vl maledictionem. Dabo, inquit, eos in tremorẽ omnibus regib⁹: hoc eſt, oẽs reges regnorum externorum concutientur metu, quum audierint quæ acciderint illis Iudæis: hærentes ne talia ipſis, eorũmq; populis aliqua ratione contingãt. Simile dicendi genus Deut. 28. In opprobriũ. i. male audient ab externis populis quòd Deum ſuũ deſeruerint. In parabolam. i. infœlices & calamitoſos comparabunt exteri Iudæis. In fabulam. i. Omnes quotidianis ſermonibus vſurpabunt calamitatem & improbitatem Iudæorum. In maledictionem. i. Cum exteri volent male precari alicui, dicent, Contingat illi vt Sedeciæ regi Iuda, & ſuis. XXV. ¶1 Quartus annus Ioacim dicitur primus eſſe Imperij Nabuchodonoſor, quia primus is annus nondum exactus erat. Cœpit enim imperare Nabuchodonoſor tertio imperij anno Ioacim: vnde & tertius annus regni Ioacim, dicitur etiam eſſe primus Nabuchodonoſor. ¶2 Ioſias XXXI annis regnauit: ex quibus deme XII. ſuperſunt nouẽdecim. quibus ſi addas quatuor annos quibus iam regnauerat Ioacim, XXXIII anni conficientur: quæ ſumma eſt huius temporis quo hactenus Ieremias docuerat populũ. Quarto igitur anno Ioacim prædixit Ieremias annos illos LXX exilij Babylonici: & iam XXIII annos prophetauerat. ¶3 vl. iam ſunt tres & viginti anni. ¶4 Heb. mane ſurgẽdo & loquendo. i. ſumma diligentia exponendo vobis voluntatem Domini. ¶5 Heb. mane. i. magna cura & aſſidue mittendo. ¶6 vl habitabitis ¶7 Perpetuas hic vocat, quæ durauerunt LXX annorum ſpatium, nam tot annis fuerunt captiui in Chaldæa Iudæi: quibus elapſis reuocaturus erat eos Deus in terram ſanctam.

ctionis ipſi Iacob, [10]de qua tamen ſeruabitur. Et erit die illo, ait Dominus exercituum, cōfringam iugum [11]eius à ceruice tua, & [12]lora tua diſſoluam, nec ſeruitute prement [13]eum vltrà [14]alieni: ſed ſeruient Domino deo ſuo, & [15]Dauidi regi ſuo, quē ego excitabo eis. Tu ergo ne timeas ſerue meus Iacob, dixit Dominus, & ne formides ô Iſrael: ecce enim ego ſeruabo te [16]à lōge, & ſemen tuum [17]à terra in qua captiui tenētur. & [18]redibit Iacob, & quieſcet, & [19]opulentus erit atque ſecurus, nec erit qui terreat: Quoniā ego tecum ſum, ait Dominus, vt ſeruem te: quia [20]cōſummationem faciam in omnibus gentibus ad quas te propuli: at tecum non faciam conſummationem, ſed caſtigabo te [21]in iudicio: [22]veruntamen neutiquam te ad purum putum excoquā. Quoniam ſic dicit Dominus, [23]Inſanabilis eſt ruptura tua, & dolorifica plaga tua. Nemo eſt qui dijudicet cauſam tuam, [24]vt obliget [vulnus:] ſanationes vulneris non ſunt tibi. Omnes [25]amatores tui obliti ſunt tui, [26]nec quærunt te: quoniā [27]hoſtili plaga percuſſi te, & [28]ſæua caſtigatiōe: ppter multitudinē iniquitatis tuæ, [& quia] peccata tua inualuerūt. Quid clamas [29]ſuper cōquaſſatiōe tua? [30]deplorat eſt dolor tuus ppter multitudinem iniquitatis tuæ, [& q] peccata tua inualuerunt, feci tibi iſta. [31]Porrò quicūque te deuorant, deuorabuntur, & omnes hoſtes tui: omnes illi inquam [32]in captiuitatem abibūt: qui te diripiunt, diripientur: & qui te ſpoliāt, eos [33]ſpolium faciam. Ego enim [34]obducā cicatricē tuā, & à plagis tuis ſanabo te, dicit Dominus: etenim [35]propulſam te vocauerunt, [dicentes,] Zion eſt [vrbs] quam nemo requirit. Sic dicit Dominus, Ecce ego [36]reſtituam captiuitatem tentoriorum Iacob, & habitaculorum eius miſerebor, ædificabiturque ciuitas [37]ſuper aceruum ſuum, & palatiū [38]in loco ſuo manebit. Et exibit ab eis laus, & vox gaudentium. Multiplicabo eos, & nō imminuentur: [39]honoratos eos faciam, nec viles erunt. Erunt filij eius vt ab initio, & cœtus eius coram me [40]dirigetur, [41]viſitabóque omnes qui eum affligunt. Et erit [42]magnificus [dux] eius ex ipſo, & dominator eius de medio eiꝰ egredietur: [43]aduocabo eum prope, & accedet ad me [44]quicunque cor ſuum deuouerit vt ad me accedat, dicit Dominus. Eritis mihi populus, ego autem ero Deus veſter. ¶[45]Ecce quaſi procella Domini egreſſus eſt furor, procella inquā ſeſe inuoluens in caput impiorum, deſidebit. Non reuertetur [46]furor iræ Domini, donec eam exequutus fuerit, & donec [47]erexerit cogitationes cordis ſui. in nouiſſimo dierum intelligetis [48]illud.

tribulationis eſt Iacob, & ex ipſa ſaluabitur. **B**
Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam: & non dominabūtur ei amplius alieni: ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo quem ſuſcitabo eis. ¶Tu ergo non timeas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluabo te de terra lōginqua, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quieſcet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: Quoniam tecum ego ſum, ait Dominus, vt ſaluem te. faciā enim conſummationem in cūctis gentibus in quibus diſperſi te: te autē non faciam in conſummationem: ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. Quia hæc dicit Dominus, Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Non eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandam curationem tuam: vtilitas non eſt tibi. Omnes amatores tui obliti ſunt tui, tèque nō quærent. ¶Plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. ¶Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur: & omnes qui te vaſtant, vaſtabūtur, cunctóſque prædatores tuos dabo in prædam. Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus. Quia eiectā vocauerunt te, Sion hæc eſt quæ non habebat requirentem. Hæc dicit Dominus, Ecce, ego cōuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur. Et egredietur de eis laus, vóxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur. Et erunt filij eius ſicut à principio, & cœtus eius corā me permanebit: & viſitabo aduerſum omnes qui tribulāt eum. Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eiꝰ producetur: & applicabo eū, & accedet ad me: quis enim iſte eſt qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi, ait Dominus? Et eritis mihi in populū: & ego ero vobis in Deū. ¶Ecce turbo Domini furor egrediēs, procella ruens: in capite impiorū conquieſcet. Non auertet irā indignatiōis Dominꝰ, donec faciat & cōpleat cogitationē cordis ſui. i nouiſſimo dierū itelligetis ea.

Eſa. 44. a. Luc. 1. g.

Caſtigationē ſua oſtendit Deus populū peccatorem.

C ¶ ad alligandū: curationū vtilitas ī. 11. d.

ī. 15. d.

Deſtructio inimicorum Iſraelis.

Reducēdum Iſraelē à captiuitate prædicit.

**D**

Dies iudicij terribilis improbis.

at te nō pdam vt illas. ¶21 i. modo adhibito quē in caſtigando ſeruare ſoleo. ſiue In iudicio. i. p more meo, hoc eſt moderate. In iudicio punire, non ſummo iure agere, & exacta iuſtitia, ſed modo quodam & æquitate, non furore. ¶22 vt, mūdādo nō mūdabo te. i. nō exacte & ad purū putū excoquā, vt nihil vltra ſordiū in te ſiet: nā ſi hoc tentē, ferre haudquaquā poſſes, & ſimul peſſum ires. Alij ex cōmentarijs Hebræorū vertūt, & ſuccidēdo nō ſuccidā te. vt, exterminādo nō exterminabo te. i. te oīno de medio nō tollā. Vox Hebræa, abſoluere ſignificat, quæ hic p perdere accipit. ¶23 Plena doloris fractio [vt tribulatio] tua, ægra eſt &c. Tribulationē fideliū grauiſſim. i ſub antichriſto futurā deſcribit. ¶24 Heb. ad medelā: [ſub. inueniendam] medicinæ & curatio &c. q.d. nullus eſt chirurgus qui indicare poſſit quo medicamine curari queat plaga tua. Hic multis modis deſcribitur magnitudo plagarum Eccleſiæ. ¶25 i. qui antea videbātur te amare. ¶26 vt, nec te viſitāt. nō quærūt quomodo valeas. ¶27 i. qua hoſtis hoſti infligere ſolet, hoc eſt lethali. ¶28 crudelis [hominis] ¶29 ob afflictionē tuam: ſub. iure enim affligeris. ¶30 doloris plenus ¶31 Propterea ¶32 i. peribunt igne æterno. ¶33 vt. dabo in prædam. ¶34 admouebo medelā tibi. ¶35 vt, eiectam domo. q.d. Hoſtes tui compararunt te mulieri electæ à domo viri: dixerunt te à Deo eſſe derelictā: nec eum veracem eſſe in ſuis promiſſionibus, quas non impleat. atque in hoc lædunt honorem Dei tui. ¶36 Exponit metaphoram quid vocarit medelam. Reſtituam Eccleſiam ſuo nitori & priſtinæ libertati. Iacob, eſt Eccleſia vniuerſalis. Tētoria, particulares Eccleſiæ. Collis, dignitas Eccleſiæ. ¶37 in colle ſuo. i. in dignitate in qua prius erat. ¶38 Heb. ſecundum iudicium ſuum ſedebit. vt, ſecundum ius ſuum. i. vt conuenit illi, ſiue vt decet illud, inſtauratū ſubſiſtet. ¶39 multiplicabo illos, ¶40 vt, firmabitur. i. adero fidelibus. ¶41 i. puniā ¶42 vt, fortis. De Meſſia loquitur, qui ſecundum carnem erat de genere Iſrael. ¶43 accedere faciam eum, vt, inuitabo eum ad me accedere. ¶44 quis enim eſt iſte qui pelliciet animum ſuum vt accedat ad me? ſub. certe erit Chriſtus filius meus chariſſimus qui implebit volūtatem meam, qui accedet ad me cum fiducia, & orabit pro mortalibus. ¶45 Heb. Ecce turbo Domini: in furore egredietur, & turbo impendens ¶46 Furor iræ, ſiue ira furoris, pro ira vehementi. ¶47 impleuerit ¶48 vt, iſtam. ſub. prophetiam.

## CAP. XXXI.

De aduentu Chriſti. per quē oſtendit Deus ſe eſſe Deū Iſraelis, ſaluatorē & protectorem

IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erūt mihi in populū. Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio: vadet ad requiē ſuam Iſrael. Longe Dominus apparuit mihi, Et in charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miſerans. Rurſúmque ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludētium. Adhuc plātabis vineas in mōtibus Samariæ: plantabūt plantantes, & donec tēpus veniat, nō vindemiabunt: Quia erit dies in qua clamabūt cuſtodes [a]in monte Samariæ[a] in monte Ephraim, Surgite, & aſcēdamus in Sion ad Dominū Deum noſtrū. Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentiū: perſonate, & canite, & dicite, Salua Domine popu-

B lum tuum reliquias Iſrael. Ecce, ego adducā eos de terra Aquilonis, & cōgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens ſimul, cœtus magnus reuertentiū huc. In fletu venient: & in [c]precibus[c] reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & nō impingent in ea: quia factus ſum Iſraeli pater, & Ephraim primogenitus me⁹ eſt.

¶ [c]miſericordia

Vocatio Gentium incolarum cōtinentis & inſularum.

¶Audite verbū Domini Gentes, & annunciate in inſulis quæ procul ſunt, & dicite, Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum: & cuſtodiet eū ſicut paſtor gregem ſuum. [d]Redimet[d] enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini ſuper frumēto, & vino & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltra non eſu-

¶ [d]Redemit

C rient. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul: & conuertam luctum eorum in gaudiū, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. Et inebriabo animam ſacerdotum pinguedine: & populus meus bonis [e]adimplebitur, ait Dominus. ¶Hæc dicit Domin⁹, [f]Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus & fletus Rachel ploran

[e]meis
Match. 2. d

## CAP. XXXI.

IN illo tēpore, dicit Dominus, ero omnibus cognationibus Iſraelis Deus, & ipſi erunt mihi populus. Sic ait Dominus, [1]Inuenit gratiā in deſerto populus qui reliquus factus eſt [2]à gladio,[1] [3]quū ſcilicet Iſrael proficiſceretur vt quietē ſibi pararet. [4]E lōginquo viſus eſt mihi Dominus, [5]Et dilectione perpetua dilexi te: ideo [6]beneficentia attraxi te. Adhuc ædificabo te, & ædificaberis, ô virgo Iſrael: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro [7]ludētiū. Adhuc [8]plātabis vineas in mōtibus [9]Samariæ: plātabūt [10]plātatores, & [11]prophanabūt. Erit enim tēpus quum clamabunt cuſtodes in mōte [12]Ephraim, Surgite, aſcendamus in Zion ad Dominum Deum noſtrum. Quoniam ſic dicit Dominus, Iubilate in lætitia [13]propter Iacob, & [14]hinnite [15]in capite Gētiū, annūtiate, laudate, & dicite, Serua Domine populū tuū reliquias Iſraelis. [16]Ecce ego [17]adduco eas de terra Aqlonis, & colligā eos de laterib⁹ terræ, inter quos pariter erūt [18]cæcus & claudus, prægnās & enixa, cœtus magn⁹ huc reuertetur. [19]Cū fletu ingreſſi ſunt, in [20]beneficētiis adducā eos, deducā ad torrētes aquarū, & per viā rectā, i qua nō impingēt: quoniā fact⁹ ſum Iſraeli pater, Ephraim autē eſt [21]primogenit⁹ meus. ¶Audite verbū Domini Gentes, & annūtiate per inſulas quæ longe ſunt [diſſitæ,] & dicite, Qui diſperſerat Iſraelem, colliget eum, cuſtodietq; eū ſicut paſtor gregem ſuū. Quoniā liberauit [22]Dominus Iacob, & [23]aſſeruit eū de manu eius qui potērior eo fuit. Venient igitur & iubilabūt in excelſo Ziō, & fluent ad bonitatē Domini, [24]in frumēto, in muſto, in oleo, & in fœtibus gregū & armentorū: eritq; anima ipſorū ſimilis horto irriguo, nec vltra dolebūt. Tūc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes pariter: conuertā enim luctū eorū in gaudiū, & ſolabor eos, atq; exhilarabo eos à dolore ipſorum. [25]Inebriabo quoq; aiam ſacerdotū [26]pinguedine, & populus me⁹ bonis meis ſaturabitur, dicit Dominus. ¶Sic ait Dominus, Vox [27]in excelſo audita eſt, planctus & fletus [28]amariſſimus, [29]Rahelis

¶1 ſub. apud me. quur ergo non erit mihi nunc charus? ¶1 ſub. Ægyptiorū, quē eripui de man b⁹ Ægyptiorum. ¶3 ambulauit [Deus] vt illi requiē pararet, nēpe Iſraeli: nā interdiu præcedebat eū in columna nubis, & noctu in columna ignis. ¶4 vl. Olim. Dialogus Synagogæ & Dei. Olim fauit mihi Domin⁹, ſed nunc videtur me deſeruiſſe. ¶5 vl. Sed. Reſpōdet Deus, Nō te deſerui, ſed eodē te quo olim, ꝓſequor amore, etſi affligeris.

¶6 vl. attraxi tibi miſericordiā. i. vſus ſum miſericordia erga te: nec volui te perdere, ſed corripere ſolum. ¶7 vl. ſaltantiū. i. adhuc ſigna lætitiæ edes.

¶8. i. doctrina euāgelica multos alios inſtrues. ¶9 Samariā pro vniuerſa terra poſuit. Meminit autē montiū, quos vites amare di
cuntur. ¶10 Apoſtolos & alios cōcionatores intelligit. ¶11 Fructus tribus prioribus annis à plantatione arborum,
immundi erant, nec eis veſci licebat: quarto anno conſecrabantur Domino: quinto vero anno prophanabantur, id
eſt communes fiebant, ſiue illis veſci licebat. Vide Leuit. 19. c. q. d. fruētur ſuis laboribus poſteaquam inſtruxerint
externos, & viderint fructum nouæ eccleſiæ: lætitiā capient quū viderint ſuos in fide profeciſſe. ¶12 Per Ephraim,
decē tribus, ſiue totus Iſrael intelligitur. q. d. futurū eſt vt epiſcopi & cōcionatores dicāt hortādo populū auditorem
euāgelli, Agite, adeamus eccleſiam, vt illic Deū & filiū eius adoremus & colamus. ¶13 Alij ordinem dictionum in-
uerſum eſſe volūt, vt ſic legatur, dicit Dominus ipſi Iacob, Iubilate, &c. Aut Lamed pro Beth poſitū, Iubilate in læti-
tia in Iacob. ¶14 Hinnire pro clara & læta voce cantare, ſiue vociferari. ¶15. i. in turba præcipua. in medio Gen-
tium. q. d. edite vocem teſtem interni gaudij inter Gentes. nā eas vocauit Chriſtus ad ſalutem. nō enim tantū ſalus
ad Iſraelē pertinebat. ¶16 Reſpondet Deus orationi pro ſalute fideliū. ¶17. i. ſeruabo eas ab infidelitate. ¶18 q. d.
Omnia hominum genera in regno Chriſti locū ſunt habitura. Reuertetur, dicit, vt intelligamus eos ad populū Dei
conuertēdos per Chriſtū, qui ab illo abducti fuerāt à ſatana. ¶19 Cū fletu venient, præ gaudio ſcilicet. ¶20 vl, mi
ſericordiis. i. clemētiſſime. ¶21. i. quē eo amore ꝓſequor quo pater aliqs primogenitū ſuū proſequi ſolet. ¶22 Chri-
ſtus hic dicitur Iehoua: eſt enim cōſubſtātialis patri. Sūt autē præterita ꝓ futuris. ¶23 liberabit ¶24 ad frumentū,
ad muſtū, ad oleū, ad pecora, ad armēta. Per hæc dona Dei externa, dotes ſpirituales intelligi debēt quibus afficien
di ſunt fideles ſub Chriſto. ¶25 Irrigabo ¶26 Alludit hic ad oblatiōes pingues, quarū portio aliqua perueniebat
ad ſacerdotes. Pinguedinē igitur vocat dona ſpiritualia opima. ¶27 vl, in colle edito ¶28 Heb. amaritudinum.
¶29 vl, Rachel plorās vehemēter ſuper filiis ſuis: renuit cōſolari ſuper filijs ſuis qa nō eſt. i. ne vnus quidē ſupereſt.
Hic obiter prædicit quòd tēpore veræ liberationis, cuius figura erat liberatio Babylonica, futura erat cædes illa in-
fantiū Bethlehemiticorū inſtituēda ab Herode rege Iudææ: vt vl hac via Chriſtū adhuc infantē de medio adhuc tol
lere poſſet. Rachel. ꝑ metonymiā. i. cōtento poſito pro cōtinēte. vſurpatur hic pro agro Bethlehemitico, in quo illa
edito Benoni ſepulta fuit. Gene. 35. Hebræi intelligūt per Rachel, cōgregationē matronarū Iudæorū, quæ cū abduce
rentur filii earū Babylonē, plurimū luxerūt. Rachel enim peperit ipſi Iacob Beniamin. vnde per Rachel, cœtus ma-
tronarū regni Iuda & Beniamin intelligi debet. q. d. Cōgregatio matronarū Iuda cōſcendet loca edita regionis, vt
illic lugeat, & lōgius exaudiatur: lugeat inquā liberos ſuos, dū abducētur captiui Babylonē. Tribuitur hic luct⁹ mu-
lieribus, qa fœminæ non tā ſolicite abducūtur captiuæ, quàm mares. Secundū Hebræos igitur, hic prædicitur luctus
captiuitatis Babylonicæ, cuius cōſolationē verſus ſequens continet. Hæc prophetia intelligi poteſt de duplici luctu.
.i. de luctu omniū matronarū Iuda, vel de luctu matronarū Beth-lehem, vt Rachel cœtū mulierū regni Iuda ſigni
ficet, quia mater Beniamin, aut cœtū mulierū Beth-lehē, quia in agro Beth-lehē fuit ſepulta. Matthæus ca. 2. ad ea-
dem infantiū retulit hanc prophetiā. Certe nō videtur abſurdū vt hic locus duabus rebus accōmodetur, quū ille Ex
Ægypto vocaui filiū meū, etiā i duabus rebus ſeruatur. q. d. vt Matronæ Iuda ſuos fleuerunt quū abducerētur Babylo-
nē, ſic matronæ Beth-lehem filios ſuos occiſos ab Herode. Prior interpretatio magis cōuenire videtur doctioribus.

¶30.i. filijs tuis ob Chriſtũ occiſis. vl, labori quẽ tui ſuſtinuerũt i Chaldæa. ¶31.i. ſatanæ, qui dicitur princeps mũdi. vl, Chaldæorũ. ¶32 Heb. ſpes eſt de fine tuo. i. de reliq; filijs tuis ¶33 vl, in regionẽ ſuã. i. in eccleſiam. nã fiet vnum ouile, & vnus paſtor. ¶34.i. gen⁹ humanũ captiuũ. ¶35 lamentantem, vel flentẽ. Dialogiſmos eſt Ephraim & Dei ¶36 vl, indomitus: ¶37 vl, redire me fac, ¶38 vl, poſteaquam cognoui meipſum. i. culpam meam. ¶39 more ſcillicet dolentis. ¶40.i. lui pœnas ſcelerum meorũ probroſorũ quæ antea admiſeram. nã abij in exiliũ. ¶41.i. quem habere deberẽ in p[re]tio propter obedientiam? q.d. non. peccauit enim cõtra

filios ſuos deplorãtis, neq; conſolationẽ vllã ſuper filijs ſuis voluit recipere, eo q̃ nõ eſſent amplius. Sic dicit Dominus, Prohibe vocẽ tuã à fletu, & oculos tuos à lachrymis: quoniã eſt merces [30]operi tuo, ait Dominus, reuertentúrq; de terra [31]hoſtis. Sed &[32] poſteritatẽ tuã ea ſpes manet, ait Dominus: reuertẽtur enim filij[33] ad terminũ ſuũ. Audiui plane [34]Ephraim[35] ſeſe[in captiuitate]eruciantẽ, Caſtigaſti me, & caſtigatus ſum ſicut vitulus [36]nõ aſſuet⁹: [37]cõuerte me, & cõuertar: quoniã tu es Dominus Deus meus. Protinus enim vt cõuerſus ſum, pœnitui: & poſtquam [38]cognitus ſum [mihi,] cõploſi [man⁹][39] ſuper femur: pudore ſum affectus, ſimúlq; ignominia: etenim [40]opprobriũ adoleſcẽtiæ meæ fero. An nõ[41] pretioſus filius eſt mihi Ephraim? an nõ[42] nat⁹ delicatulus?[43] Omnino enim adhuc memor eius ſum iam inde quũ primum loquerer cũ eo, vnde & viſcera mea cõmouẽtur ſuper eum: omnino miſerebor eius, dicit Dominus. Conſtitue tibi[44] ſigna, ponito[45] palmulas, aduerte cor tuum[46] ad ſemitã eius viæ per quam ambulaſti: [47]reuertere virgo Iſrael, reuertere ad[48] ciuitates iſtas tuas. Quouſque[49] te ſubducis ô filia vaga? quoniã[50] creauit Dominus nouam [rem] in terra. FOEMINA [51] circundabit virũ fortem. Sic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Adhuc[52] dicent verbum iſtud in terra Iuda, atque in ciuitatibus eius, quũ reduxero[53] eos qui iã captiui ſunt: Benedicat tibi Dominus habitatio iuſtitiæ, mõs ſanctitatis. Et habitabũt i[n] ea, Iuda & omnes ciuitates eius pariter, [&] agricolæ, &[54] qui proficiſcũtur cũ grege. Quoniã[55] inebriaui animã laſſam, & omnẽ animã mœſtã[56] expleui. [57]Idcirco euigilaui, [58]& vidi, & ſomn⁹ me⁹ dulciſſimus fuit mihi. Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, [59]vt ſeminem domum Iſraelis, & domum Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Futurũmque eſt vt quemadmodũ vigilaram[60] ſuper eos vt euellerem, deſtruerẽ & euerterẽ, perderem atque cõfringerẽ: ſic vigilem [61]ſuper eos vt ædificem & plantẽ, dicit Dominus. In diebus iſtis non dicent vltra, [62]Patres comederunt vuam immaturam, & dentes filiorum obſtupeſcunt: ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: & quicunque comederit vuam acerbam, illius dentes obſtupeſcent. ¶ Ecce dies venient, ait Dominus, vt feriam cum domo Iſrael & cũ domo Iuda[63] fœdus no-

tis filios ſuos: & nolentis cõſolari ſuper eis, quia nõ ſunt. Hæc dicit Dominus, Quieſcat vox tua à ploratu: & oculi tui à lachrymis: quia eſt merces operi tuo, ait Dominus. & reuertẽtur de terra inimici. Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait Dominus, & reuertẽtur filij tui ad terminos ſuos. Audiẽs audiui Ephraim tranſmigrantẽ, Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. cõuerte me, & cõuertar: quia tu Domin⁹ Deus meus. Poſtquã enim cõuertiſti me, egi pœnitentiã: & poſtquã oſtẽdiſti mihi, percuſſi femur meũ. Confuſus ſum, & erubui, quoniã ſuſtinui opprobriũ adoleſcentiæ meæ. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco cõturbata ſunt viſcera mea ſuper eũ: miſerãs miſerebor eius, ait Domin⁹. Statue tibi ſpeculã, pone tibi amaritudines: dirige cor tuũ in viã rectã, in qua ambulaſti: reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouũ ſuper terrã FOEMINA circũdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Adhuc dicẽt verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum cõuertero captiuitatẽ eorũ, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus: & habitabũt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ & minantes greges. Quia inebriaui animam laſſam: & omnẽ animam eſurientem ſaturaui. Ideó quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum: & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi. Ecce, dies veniũt, dicit Dominus: & ſeminabo domũ Iſrael & domũ Iuda ſemine hominũ & ſemine iumentorũ. Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerẽ, & demolirer, & diſſiparẽ, & diſperderem, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos vt ædificẽ & plantem, ait Dominus. ¶ In diebus illis nõ dicent vltrà, Patres comederũt vuam acerbã, & dentes filiorum obſtupuerunt: Sed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: omnis homo qui comederit vuã acerbã, obſtupeſcent dentes eius. ¶ Ecce, dies veniẽt, dicit Dominus & feriam domui Iſrael, & domui Iuda

Cõuerti à peccatis, eſt Dei D donum.

Natiuitas Chriſti prædicitur. E

Ezech. 18. a Omnes i[n] peccato ſuo mo F rientur. Teſtamentũ nouum.

me: vnde coactus ſum illum expellere patria ſua. ¶42 Hebr. puer ſolatiorum? i. cũ quo conſolari debuerim quòd fuerit mihi obediẽs? q.d. non. ¶43 & tamen ex quo[tempore] loquor de illo, ſoleo adhuc recordari illius, propterea, &c. i. ex quo incipio de eo ſermonem facere, adhuc recordari ſoleo amoris quo antea ſolitus ſum illum proſequi. ¶44 vl, aceruos lapidum. q.d. O congregatio electorum quæ quotidie Dei tui ignara, tranſis in poteſtatem ſatanæ, vias illas quibus iter facis dum abduceris ad tyrannum nota & ſigna titulis & altis lapidũ aceruis: vt quũ tibi erit redeundum in patriã tuã, facile viã qua trãſiuiſti, inuenire poſſis. ¶45 editos lapidũ aceruos, ¶46 ad lapidibus ſtratã viam ¶47 ſub. nã olim ſum tibi dicturus. ¶48.i. eccleſias particulares. ¶49 huc illuc diſcurres filia rebellis? Verba Dei patris vocãtis congregationem electorum, filiam. q.d. Diu quidẽ vagaberis, ſiue diſcurres idolorum cauſa, & honorem meũ parũ curans, ſed non perpetuo: nam illud tantum vſque ad aduentum Chriſti, cui vbi aduenerit, victa porriges manus. ¶50 præteritum pro futuro, creabit. faciet. ¶51 ſub. vtero ¶52 ſub. Iſraelitæ ſpirituales ¶53 Heb. captiuitatem eorum. q.d. Iudæi ſpirituales quũ liberati à ſatana, venerint ad eccleſiam Chriſti, illi beneprecabuntur, dicentes, O habitaculum iuſtificatoris, & ô mons in quo colitur ſanctificator Chriſtus: ſub. ſeruet te Deus. ¶54 vagabuntur huc illuc cum grege[ſuo.] ¶55 inebriabo animam præ ſiti deficientem, ¶56 implebo. ſub. gaudio. i. cõſolabor. ¶57 ſub. quia hæc ſunt plena gaudij. Verba ſunt Ieremiæ. ¶58 poſteaquam vidi. q.d. Poſteaquã vidi per ſomniũ prophetiam illam de Chriſto venturo, euigilaui protinus, & recordatio talis ſomnii in quo talem prophetiam videram, fuit mihi gratiſſima. ¶59.i. futurũ eſt vt impleã Iudã & Iſraelẽ hominibus & opibus quæ olim erãt in gregibus & pecoribus. ¶60.i. in perniciem eorũ ¶61.i. in vtilitatem eorũ. vt olim ſeuere cũ illis egi, animaduertendo in eos, ſic illis oĩa flagitia condonabo. ¶62 q.d. Futurũ eſt tempore Chriſti, vt veri Iſraelitæ non reijciant cauſas pœnarum ſuarum in aliena ſcelera, nempe in ſcelera auorum ſuorum: ſed agnoſcent ſe peccatores, & fatebuntur ſe dignos morte ſempiterna ob delicta ſua: hoc eſt, affirmabunt ſe comediſſe vuam illã immaturam, cuius eſu, ipſorũ dentes obſtupuerũt, ſéque dignos morte fatebũtur, à qua tamen ſe per Chriſtũ aſſeruandos credẽt. ¶63 Fœdus vet⁹ erat, Seruate leges meas ſcriptas in tabulis lapideis, quas dedi vobis per Moyſen: & ero Deus veſter, & vitam vobis impertiar ſempiternam. Leuit. 18. Fœdus iſtud, magnum habet metum comitem, & ſalutis difficultatem animis affert: quòd vetet quæ fugere & vetare nemo poteſt, niſi Spiritu Dei præditus. act. 15. Fœdus vero nouum eſt, Credite in Ieſum Chriſtum filium meum, & Baptizemini: & ero Deus veſter, & vos pro populo meo habebo. Nouũ dicitur, quòd nouas habiturum ſit conditiones: vt, Qui crediderit, & baptizatus, &c. Marc. vltimo. Præterea, Mandatum nouum do vobis Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Iohan. 13. [redacted] Aug. ex not. test. 1614.

¶°eorum

fœdus nouum. nõ ſecundũ pactũ quod pepigi cũ patribus°veſtris' in die qua apprehẽdi manũ eorum vt educerem eos de Terra-Aegypti: pactum quod irritũ fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactũ quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorũ ſcribam eam: & ero eis in Deũ, & ipſi erunt mihi in populũ. Et non docebit vltrà vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicẽs, Cognoſcite Dominum. omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorũ, & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit Dominus qui dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ & ſtellarũ in lumine noctis: qui turbat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomẽ illi. Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Dominus: tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit Domin⁹, Si mẽſurari potuerint cæli ſurſum, & inueſtigari fundamẽta terræ deorſum: & ego abijciam vniuerſum ſemen Iſrael, propter omnia quæ fecerũt, dicit Dominus. Ecce dies°veniẽt,' dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel, vſque ad portã anguli. Et exibit vltra°normam mẽſuræ in conſpectu eius ſuper collem Gareb: & circuibit Goatha, Et omnem vallem cadauerũ, & cineres, & vniuerſam regionem mortis, vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad angulum portæ equorum Orientalis, ſanctum Domini: non euelletur, & non deſtruetur vltrà in perpetuum.

Heb. 8. c. lu. 8. g. & 24. c
Docti à Deo Chriſtiani. Ioh. 6. e. & 14. Eſa. 54. f Act. 10. g.
Remiſſio peccatorum.
G
Promittit Deus ſe non omnino abiectũrum populũ ſuum Iudaicum.
¶°veniunt
De reædificatione Ieruſalem.
¶°norma

CAP. XXXII.

Coijcitur Ieremias in carcerẽ, quòd ciuitatẽ capiẽdã à rege Babylonis prophetaſſet.

VErbũ quod factum eſt ad Ieremiã à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus decimuſoctau⁹ Nabuchodonoſor. Tũc exercit⁹ regis Babylonis obſidebat Ieruſalẽ: & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauſerat eñi eũ Sedecias rex Iuda, dicẽs, Quare vaticinaris, dicẽs, Hæc dicit Domin⁹, Ecce ego dabo ciuitatẽ iſtã i manu regis Babylonis, & capiet eã? Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: ſed tradetur in man⁹ regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec viſitem eum, ait Dominus. Si autem dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperũ habebitis. ¶Et dixit Ieremias, factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meũ qui eſt in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ſecũdũ verbum Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me, Poſſide agrũ meũ qui eſt in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt poſſideas. Intellexi autẽ quòd verbum Domini eſſet. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui eſt in Anathoth: & appendi ei argẽtum ſeptem ſtateres, & decem argenteos.

Per agrũ emptũ à Ieremia iuſſu Domini, ſignificatur populum reuerſurũ in poſſeſſionẽ terræ ſuæ.
B

uum, Non iuxta fœdus quod pepigi cum patribus eorum, tempore quo prehenſa manu eorũ, eduxi eos de terra Aegypti, quod fœdus meum ipſi irritum fecerunt, & ego[64] oſtendi me eſſe Dominum eorum,' dicit Dominus. Hoc vero fœdus eſt quod feriã cũ domo Iſraelis poſt dies[65] illos,' dicit Dominus, Inferam legem meã in interiora eorum, & in cor eorum ſcribam eam. eroque Deus eorum, ipſique erũt mihi populus. Et non docebit vltra quis proximum ſuum, aut vir fratrem ſuum, dicens, Cognoſcite Dominum: ſed omnes me cognoſcent à minimo eorum vſque ad maximum eorum, dicit Dominus: quia[66] propitius ero iniquitatibus eorum,' & peccata eorum non recordabor amplius. Sic dicit Dominus, qui dedit ſolem in lucem diurnã,[67] lunæ ſtellarúmque ordines' in lucem nocturnam: qui[68] fremere facit mare vt fluctibus tumultuetur,' Dominus exercituum nomen eius eſt: Si[69] amotæ fuerint' leges iſtæ à conſpectu meo, dicit Dominus, etiam ſemen Iſraelis ceſſabit, vt nõ ſit gens coram me cunctis diebus. Sic dicit Dominus, Si poterunt metiri cæli deſuper, & terræ fundamenta quæ ſubtus ſunt inueſtigari: ego quoque repudiabo vniuerſum ſemẽ Iſraelis, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. Ecce dies venient, dicit Domin⁹, & ædificabitur ciuitas Domino à turri Hananeel vſque[70] ad portam angularem. Hinc vltra ducetur[71] regula' menſuræ[72] ante ipſam' vſque ad collem Gareb, &[73] reflectet' ad Goath: Et[74] totam vallem cadauerum & cineris, & omnes campos' vſque ad torrentem Kidron, vſque ad angulum portæ equorũ ad Orientem[75] ſancta erit' Domino: non[76] excindetur,' neque diruetur in ſempiternum.

CAP. XXXII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, anno decimo Zedeciæ regis Iuda, is erat annus decimuſoctauus Nabuchodonoſoris. Tunc autem obſidebat Ieruſalem exercitus regis Babylonij, prophetáque Ieremias [1] tenebatur [2] in atrio cuſtodiæ,' quæ fuit in domo regis Iuda, [3] quo tenebat' eum Zedecias rex Iuda, dicens, Cur tu vaticinaris in hũc modum, Sic dicit Dominus, Ecce ego tradam vrbem hanc in manũ regis Babyloniæ, & capiet eam? Et Zedecias rex Iuda non euadet manum Chaldæorum, ſed indubie tradetur in manum regis Babyloniæ, & [4] loquetur os eius cum ore illius,' & oculi eius videbunt oculos illius. Ducet præterea Zedeciam Babylonem, & illic erit, donec ego viſitauero eum, dicit Dominus. Quòd ſi pugnam inieritis cũ Chaldæis, nõ proſpere vobis cedet. ¶Et dixit Ieremias, Verbum Domini factum fuit ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sallum patrui tui [5] venit' ad te, [6] dicens,' Eme tibi [7] agrum qui eſt in Anathoth: nam tu ius habes [8] redimendi & emendi.' Venit itaque ad me Hanameel fili⁹ patrui mei, iuxta verbum Domini' in atrium cuſtodiæ,' dixitque ad me, Eme quæſo agrum meum qui eſt in Anathoth, [9] quique' eſt in terra Beniamin. ius enim poſſidendi ad te [ſpertinet,] & tua eſt redemptio: eme igitur tibi. Ego itaque agnoſcens quòd verbum Domini eſſet, emi agrum ab Hanameele filio patrui mei qui erat in Anathoth, & appendi ei pecuniam ſeptem[10] ſiclos' & decem [11] argenteos.

¶64 factus ſum quaſi vir eorũ. vl. functus ſum officio veri ſpõſi erga illos. ¶65 ſub. definitos, tẽpore gratiæ. ¶66 vl, cõdonabo illis ſcelera eorum. ¶67 ſtatutũ lunæ ſtellarũque in &c. i. qui dedit lunæ & ſtellis leges quaſdã ortus & occaſus. vl, qui præfecit & præpoſuit lunam & ſtellas nocti, vt illã illuſtrent. ¶68 ſcidit [diuiſit] mare [rubrũ,] & fremebant fluctus eius. ¶69 deſinent eſſe. ſub. quod nũquam fiet. vt (inquit) ſol, luna, & ſtellæ quidiu mundus erit, ſuam lucem & ſua officia ſunt ſeruatura: ſic nec populus Dei deſinet eſſe Dei populus. ¶70 Vide Zach. 14. ¶71 vl, funis ¶72 [à] conſpectu eius. ſub. portæ. ¶73 vl, vertet ſe. ſub. funis illinc. Hæc loca ſunt vicina Ieruſalẽ. q. d. Ieruſalẽ amplioribus finibus extruetur quã antea. quod refertur ad ſpirituale. ¶74 vl, tota vallis cadauerum, & pinguedinis, & omnes campi ¶75 vl, ſanctitas erunt. i. cõſecrabũtur Domino, & amplificabit hac ratione vrbs Ieruſalem. q. d. Gentiles qui ſunt extra Ieruſalem (per appendices vrbis intelligi debent) neque exiſtimantur ſancti, olim Deo dicabũtur, & locum habebunt in Ieruſalem cæleſti. ¶76 vl, euelletur. ſub. quod erit Domino conſecratum. Eccleſia permanebit in æternum: eſt enim ſacra Domino.

XXXII. ¶1 ſub. clauſus ¶2 inueſtio verborũ. pro. in carcere qui erat in atrio palatij. ¶3 Nam clauſerat eum ¶4. i. coram alloquetur regem Babylonis. ¶5 vl, veniet. ¶6 vl, qui dicet, ¶7 Agrum hic intelligit prædium vrbanum. i. ædificium in vrbe cũ horto olitorio ſatis amplo. Erat enim Leuita Hanameel: vnde non licuiſſet illi agrum arabilem poſſidere, nec Ieremiæ illum emere: nam etiam Ieremias erat Leuita. ¶8 Hebr. redemptionis ad redimendum. Ius propinquitatis vocat. ¶9 quæ eſt ¶10 Per ſiclos, hic ſacri ſicli intelligendi ſunt. nam per decem argenteos, dimidium ſicli hic intelligi debet. Conſtabat autem ſiclus ſacer, XX obolis. recte hic ſiclus ſacer intelligitur quia Leuita à Leuita emebat. ad Leuitas autem ſicli ſacri pertinebant, ¶11 ſub. nummos.

¶ In Primũ conſcribebatur inſtrumétum in quo exprimebatur pretium rei venditæ. deinde adhibebãtur teſtes contractus, qui inſtrumento nomina ſua adſcribebant. poſtea obſignabatur anulo publico inſtrumẽtũ. poſtremo loco pecunia numerabal & appendebatur. In cõtractu védi tionis duo fiebãt inſtrumenta, quorũ alterũ obſignabatur, & alterum anulo publico carebat: vnde minus authoritatis & fidei habebat. Nam ſiquãdo emptor ob rẽ emptã vocabatur in ius, obſignato iſtrumento locus erat apud iudices, non aperto illi & reſignato. Præcipui ergo inſtrumenti primo loco hic fit mentio: deinde alteri°, idq; in fine verſus ſequentis. Hoc ſecundum vocãt Copiam aut duplum.

¶ In quib° cũ re empta & pretio eius ſcribebantur leges illæ quæ ad redemptioné ſundorũ pertinẽt, quarum métio fit Leuit. 25. b c. ¶ 14 cõditiones. ſub. contractus emptionis.

Scripſiſq; hęc in literis, & obſignaui, & adhibui teſtes, appendiq; pecuniã ad bilancẽ. Et accepi literas emptionis obſignatas iuxta præceptum & ritũ, ſimúlq; deſcriptũ: Atq; dedi literas emptionis Baruch filio Neriæ, filij Mahaiæ, corã oculis Hanameelis patruelis mei, & corã oculis teſtium qui ſcripti erant in inſtruméto emptionis, in oculis deniq; omniũ Iudæorũ qui aſſidebãt in atrio cuſtodiæ. Præcepi inſuper ipſi Baruch corã eis, dicẽs, Sic dicit Dominus exercituum Deus Iſraelis, Accipe iſtas literas. nempe inſtrumentum iſtud emptionis ſignatum, & deſcriptũ iſtud, & impone in vas teſtaceũ, vt ibi manẽãt diebus multis. Quoniã ſic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Adhuc emẽtur domus, agri, & vineta in terra iſta. Poſteaq̃ dediſſem literas emptionis ipſi Baruch filio Neriæ, orabã ad Dominũ in hũc modũ, Ah Domine Deus, ecce tu cõdidiſti cælum & terrã tua virtute magna, & brachio tuo extento, nihil eſt tibi difficile. Tu facis miſericordiã in millia, & repẽdis patrũ iniquitatem in ſinum filiorũ qui poſt eos naſcũtur.] Tu es Deus ille magnus ac fortis, cui nomẽ eſt Domino exercituũ. Magnus cõſilio, multus opere, cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorũ hominũ, ad dandum vnicuiq; iuxta vias ſuas, & iuxta fructũ ſtudiorũ ſuorum. Qui edidiſti ſigna & portenta in terra Ægypti vſque in hunc diẽ & in Iſraele, & in hominibus, & feciſti tibi nomen, vt eſt hodie. Tu eduxiſti populum tuum Iſraelẽ de terra Ægypti ſignis, portentis, manu robuſta, brachio extẽto, & terrore magno. Tu dediſti eis terrã hãc quã iurauerat patribus eorũ, daturũ eis terram lacte & melle manantem. Quũmque ingreſſi eſſent & poſſiderent eam, non paruerunt voci tuę, & in lege tua nõ ambulauerunt, & quidquid præcepiſti eis vt facerent, non fecerũt: idcirco tu effeciſti vt euenirẽt eis omnia iſta mala. Ecce aggeres venerũt ad vrbẽ, vt ipſa capiatur, & ciuitas tradita eſt in manũ Chaldæorũ oppugnantium eam metu gladij, famis & peſtis: & quidquid loquutus es, euenit, id quod tu vides. Et tu nihilomin° ô Domine Deus dixiſti mihi, Eme tibi agrũ pecunia, & adhibe teſtes, quũ vrbs tradita ſit in manũ Chaldæorũ. Factum ergo eſt verbum Domini ad Ieremiã in hunc modũ, Ecce ego ſum Dominus vniuerſæ carnis, [17] num quid mihi difficile eſt? Propterea ſic dicit Dominus, Ecce ego trado ciuitatem iſtam in manum Chaldæorum, atque in manum Nabuchodonoſoris regis Babyloniorum, qui eam capiet. Ingredientur enim Chaldæi qui oppugnãt vrbẽ iſtam, & incendent eam igni, & comburent eam, ſimúlque ędes in quarum tectis ſuffitum adoleuerunt ipſi Baal, & libauerunt libamina alijs dijs, vt me irritarent. Nam filij Iſrael & filij Iuda a pueritia ſua [20] aliud nihil fecerũt quam malũ, idq; in oculis meis. nihil inqui quã me ad irã prouocaſſe operib° manuũ ſuarũ, ait Dominus. Quin &

Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes: & appẽdi argentum in ſtatera. Et accepi librũ poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. Et dedi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri filij Maaſię in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis teſtium qui ſcripti erãt in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorũ qui ſedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Sume libros iſtos, librũ emptionis hunc ſignatum, & librum hũc qui apertus eſt: & pones illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint dieb° multis. Hæc enim dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Adhuc poſſidebũtur domus, & agri, & vineæ in terra iſta. Et oraui ad Dominum poſtquam tradidi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens, Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu feciſti cælum & terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbũ. Qui facis miſericordiã in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorũ poſt eos. Fortiſſime, magne, & potẽs, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinuentionum eius. Qui poſuiſti ſigna & portenta in Terra-Ægypti vſque ad diẽ hanc, & in Iſrael, & in hominibus: & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc. Et eduxiſti populum tuũ Iſrael de Terra-Ægypti, in ſignis, & in portentis, & in manu robuſta, & in brachio extento, & in terrore magno. Et dediſti eis terram hanc, quam iuraſti patribus eorum vt dares eis, terram fluentem lacte & melle. Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eã: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandaſti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hęc. Ecce munitiones extructę ſunt aduerſum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data eſt in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis qui prælíãtur aduerſus eam à facie gladij, & famis, & peſtilentiæ: & quęcunque locutus es, acciderũt vt tuipſe cernis. Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cum vrbs data ſit in manus Chaldæorũ? Et factũ eſt verbũ Domini ad Ieremiam, dicens, Ecce, ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbũ? Propterea hæc dicit Domin°, Ecce, ego tradam ciuitatẽ iſtam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eã. Et venient Chaldæi prælíantes aduerſum vrbẽ hãc, & ſuccendent eã igni, & cõburent eam, & domos in quarũ domatibus ſacrificabãt Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritãdum me. Erãt enim filij Iſrael & filij Iuda iugiter faciẽtes malum in oculis meis ab adoleſcẽtia ſua: filij Iſrael qui vſque nunc exacerbant me in opere manuum ſuarũ, dicit Dominus. Quia in fu-

¶° pone

Exod. 14. a

D

E

emptionis. ¶ 15 Heb. apertus. ſub. literas. vulgo vocant copiam. ¶ 16 inſtrumentum apertum. ſiue literas emptionis apertas ¶ 17 Heb. ſtent. i. ſeruentur. ſiue durent. ¶ 18 non latet te vlla res. q. d. tu es rerum futurarum ſcientiſſimus. quare declara mihi cur iuſſeris me agrũ emere vrbe hac obſeſſa, & breui vẽtura in hoſtium poteſtatem cum toto Iuda. vide paulo poſt. ¶ 19 nam oculi tui. i. vides enim agendi rationes omniũ hominum. ¶ 20. i. & in reliquis hominibus. ¶ 21 vſ, catapultæ. baliſtæ. quibus ſcilicet ſaxa ingentia torquent in vrbem. ¶ 22 vſ, admotæ ſunt. ¶ 23 tradetur ¶ 24 Hebr. à facie. i. tradetur vi gladij, famis, & peſtis. q. d. capietur hæc vrbs à Chaldæis, ſed fame & peſte prius afflicta. Obſidionem lõgam comitari ſolet fames, & famẽ peſtis: vnde famis & peſtis hic cõmode fit mentio. ¶ 25 ſub. per prophetas. ¶ 26 vſ, tradenda ſit. aliquid ſubaudiẽdũ, vt perficiatur ſentẽtia, Proinde peto à te Deus, vt rationẽ emptionis prædij huius mihi exponas. vſ, Miſerere populi tui, & ne veniat in poteſtatem Chaldæorum: quòd ſi venerit, eripe eã cito. ¶ 27 num à me occultabitur [aut latebit me] vlla res? ¶ 28. i. quia omnia noui, hæc dico. Eſt hic tranſitus à prima perſona ad tertiam. nam ſuperiori verſu prima perſona eſt vſus. q. d. Veniet quidẽ Ieruſalem in poteſtatem Chaldæorum, & tamen iuſſi vt emeres prædium: quod non feci temere. nam quum omnia futura, mihi præſentia ſint, ſcio fore vt lapſis aliquot annis libertatem priſtinam recuperent Iudæi cuius rei & aliquam ſpẽ illis inijcere iuſſi, vt prædiũ quod emiſti emeres. quaſi illud rurſum poſſeſſurus poſt reditum. ¶ 29 & oppugnaturi ſunt ¶ 30 Heb. profecto faciẽtes malum in oculis meis, profecto prouocauerũt me, &c. ¶ 31 Heb. Quia in irã meam & in indignationẽ meã fuit mihi vrbs iſta. Subaud, i. Perdam & deſtruam inquam vrbẽ iſtam, quia in, &c.

rore, & in indignatione mea facta eſt mihi ciui
tas hęc, à die qua ædificauerunt eã, vſque ad diẽ
iſtã, qua auferetur de cõſpectu meo. Propter ma
litiam filiorũ Iſrael & filiorũ Iuda, quã fecerunt
ad iracũdiam me prouocãtes, ipſi, & reges eorũ,
F "&' principes eorum, & ſacerdotes eorũ, & pro-
phetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ieruſalẽ.
Et verterũt ad me terga & non facies: cum 'doce
rem eos & erudirem diluculo,' & nollent audire
vt acciperent diſciplinã. Et poſuerunt idola ſua
in domo in qua inuocatũ eſt nomen meũ, vt pol
luerent eam. Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ
ſunt in valle filij Ennom: vt initiarẽt filios ſuos
& filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec
aſcendit in cor meum, vt facerent abominatio-
nem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et
nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſ-
rael ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis q̃ tra-
datur in manus regis Babylonis in gladio, & in
fame, & in peſte. Ecce, ego congregabo eos de v-
niuerſis terris ad quas ieci eos in furore meo,
& in ira mea, & in indignatione grandi: & redu
cam eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam
confidenter. Et erunt mihi in populum, & ego
ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnum, & viam
G vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit
eis, & filijs eorum poſt eos. Et feriam eis pactum
ſempiternum, & non deſinam eis benefacere: &
timorem meum dabo in corde eorum, vt nõ re-
cedant à me. Et lætabor ſuper eis, cum bene eis
fecero: & plantabo eos in terra iſta in veritate in
toto corde meo & in tota anima mea. Quia hæc
dicit Dominus, Sicut adduxi ſuper populũ iſtum
omne malum hoc grãde: ſic adducam ſuper eos
omne bonum quod ego loquor ad eos. Et poſſi-
debuntur agri in terra iſta: de qua vos dicitis q̃
deſerta ſit, eo quòd non remanſerit homo & iu-
mẽtum, & data ſit in manus Chaldæorum. Agri
ementur pecunia, & ſcribẽtur in libro, & impri-
metur ſignũ, & teſtis adhibebitur: in terra Ben-
iamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iu
da, & in ciuitatibus mõtanis, & in ciuitatibus cã-
peſtribus, & in ciuitatibus quę ad Auſtrum ſunt:
quia conuertam captiuitatem eorum, ait Domi-
nus.

¶ docerẽ eos diluculo, & erudiſsem. 4. Reg. 21. a.

Populus Dei. Ezec. 11. c

Dei donũ, timor ſui, vt fugentur peccata.

CAP. XXXIII.

Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam ſe-
cundò, cum adhuc clauſus eſſet in atrio car-
ceris, dicens, Hæc dicit Dominus qui facturus eſt,
"&' formaturus illud, & paraturus, Dominus no-
men eius. Clama ad me, & exaudiã te: & annun-
tiabo tibi grandia, & firma quæ neſcis. Quia hæc
dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis hui",
& ad domos regis Iuda quæ deſtructæ ſunt, & ad
munitiones, & ad gladium venientiũ vt dimicẽt
cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus ho-
minum "quas' percuſſi in furore meo & in indi-
gnatione mea, abſcondens faciẽ meam à ciuita-
te hac propter omnem malitiam eorũ. Ecce, ego
obducam "eis' cicatricem & ſanitatem, & curabo
eos: & reuelabo illis deprecationẽ pacis & verita
tis. Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuer
ſionem "Ieruſalem:' & ædificabo eos ſicut à prin-
cipio. Et emũdabo illos ab omni iniquitate ſua,
in qua peccauerũt mihi: & propitius ero cunctis
iniquitatibus eorũ in quibus deliquerunt mihi,
B & ſpreuerũt me. Et erit mihi in nomẽ, & in gau
dium, & in laudẽ, & in exultationẽ cunctis gen-

Monetur propheta orare pro populi liberatiõe quã promittit Dominus.

¶ "Dominus

¶ "quos

¶ "ei

¶ "Iſrael:

Remittit De9 peccata, & benefacit populo, ad gloriam ſuam.

irritamentũ fuit mihi vrbs iſta furoris atq; iræ
meæ,' ab eo die quo eam ædificarũt vſque in hũc
diẽ, vt ſiuret eã tollã è cõſpectu meo, Propter om-
nẽ malitiam filiorũ Iſrael, & filiorũ Iuda, quã pa
trarunt ad me irritandũ, ipſi, reges eorũ, princi-
pes eorũ, ſacerdotes eorũ, prophetæ eorũ,[13] õnis'
Iuda, & ciues Ieruſalẽ. Auerterũt mihi ceruicẽ,
non faciẽ: quũmq; eos manè ſurgendo & doceu
do docerẽ, non paruerũt ipſi vt[13] diſciplinã' reci-
perent.[14] Stercora ſua' poſuerũt in ædem nomi-
ni[15] meo ſacratam,' vt eã polluerent. Ædificaue-
rũt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Hinnom,
vt [16] traducerẽt' filios ſuos & filias ſuas ipſi Mo-
lech, id quod ego nunquã mandaui eis,[17] neque
vnquã aſcendit in cor meũ vt facerẽt hanc abo-
minationẽ, [18] & peccare' facerẽt Iudã. Nunc itaq;
dicit Domin9 Deus Iſraelis ſuper vrbe iſta de qua
vos[19] dicitis,' Data eſt in manum regis Babylonij
[40] in gladio,' in fame, & in peſte. Ecce ego colligã
eos de vniuerſis terris, ad quas propuli eos in fu
rore meo, in æſtu meo, & in magna indignatio-
ne mea, reducãmq; eos ad locũ iſtum, & efficiam
vt ſecuri habitẽt. Ipſi erunt populus meus, & ego
ero eorũ Deus,[41] 'dabóque' eis cor vnum, &[42] viam
vnã,' vt timeant me cunctis diebus, quod eis bo-
no ſcedet] & filiis eorũ poſt eos. Feriam cũ eis fœ-
dus ſempiternũ,[43] quòd non retro ab eis abſcedã
quo minus' benefaciã eis, ſed timorem meũ dabo
in cor eorũ, vt à me non deficiant. Quin lætabor
ſuper eis[44] vt eis benefaciam,' plantabóq; eos in
terra iſta, in veritate, in toto corde meo, atq; in
[45] tota anima mea.' Quoniam ſic dicit Dominus,
Quemadmodum adduxi ſuper populũ iſtum om
ne malũ hoc ingẽs, ſic adducam ſuper eos omne
bonũ quod loquar ad eos.[46] Et poſſidebitur' ager
in terra iſta, de qua vos[47] dicitis,' deſolata eſt, &
abſque homine & iumẽto, traditáque in manum
Chaldæorum. Agros inquam argento ement,
[48] ſcriptis inſtrumentis, ſignatis & teſtibus adhi
bitis,' in terra Beniamin, & per circuitum Ieru-
ſalẽ, per vrbes Iuda, per oppida mõtana, per ciui
tates campeſtres, & per vrbes quæ ad Meridiem
ſunt. Reducam enim captiuitatem eorum, dicit
Dominus.

CAP. XXXIII.

Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiã ſe-
cundo, quum adhuc teneretur' in atrio cuſto
diæ,' in hanc ſententiã, Sic dicit Dominus qui[2] fe
cit hoc, Dominus qui [3] format hoc, vt præpararet
hoc, cui nomen eſt Domino,[4] Clama ad me, & re-
ſpondebo tibi, & annuntiabo' tibi magna & for-
tia, quæ nõ cognouiſti. Quoniã ſic dicit Domin9
Deus Iſraelis de domibus vrbis huius, & de ædi-
bus regum Iuda,[5] quæ dirutę ſunt ad aggeres, &
vaſtitatem.[6] Veniũt quidem[oppidani]' vt pugnẽt
cum Chaldæis,[7] ſed impleant eas[domos]' cadaue
ribus hominũ, quos ego percuſſi in furore meo,
& in æſtu meo, & quòd abſcondi vultum meũ ab
vrbe iſta propter omnem malitiam eorũ.[8] [Sed]
ecce ego obducam ei cicatricem & ſanationem,'
ſanabóque eos, & aperiam eis [9] theſaurũ' pacis &
[10] fidei.' Et reducam captiuitatẽ Iuda, & captiui
tatem Iſraelis, & inſtaurabo eos vt olim fuerũt.
Mundabo eos ab omni iniquitate eorũ, qua pec-
cauerunt contra me, ac[11] propitius ero' omni-
bus iniquitatibus eorũ quibus in me peccarunt,
& perfide à me defecerunt.[12] Eritq; mihi ad no-
men, ad lætitiã, ad laudem & decus apud omnes

¶ 12 Heb. vir ¶ 13 vl, emẽdationẽ. i. nõ ſuſcepuerunt. ¶ 14 vl, abominatiões ſuas. i. idola ¶ 15 Heb. ſuper quã inuocatũ eſt nomen meũ. ¶ 16 vl, trãſire facerẽt. ſub. per ignẽ. Hęc autem erat ratio initiandi: extruebãtur duæ pyræ, & initiandus nudis pedibus eas pertranſibat. ¶ 17. i. imò ne cogitaui quidẽ vt præciperem illis vt facerẽt, &c. ¶ 18 vt peccare. ſub. quam patrarũt vt peccare facerẽt, &c. ¶ 19 vl, dictuiẽ eſtis[breui] ¶ 40. i. vi gladij &c. ¶ 41 vl, Tũc dabo ¶ 42. i. eandem rationẽ timẽdi me, nẽpe miſſo Spiritu ſancto. ¶ 43 Hebr. nam nõ reuertar de tergo illorũ vt benefaciam illis, ¶ 44 vl, benefaciẽdo illis, ¶ 45. i. ex aĩo. ¶ 46 emet[rurſus] ¶ 47 dicturi eſtis. Præſẽs pro futuro. ¶ 48 Heb. & ſcribent in libro, [emptionis] & obſignabunt, & adhibebunt teſtes.

XXXIII.

¶ 1 Verba inuerſa, pro in cuſtodia atrij. ¶ 2 vl, facturus eſt eam, nempe Ieruſalẽ. i. qui magnificatur9 eſt illam. ¶ 3 fic turus eſt eã vt ſtabiliat eam. i. innouaturus & inſtauraturus eſt illã, hoc eſt è terreſtri cæleſtem eſt facturus. ¶ 4 vl, Inuoca me, & exaudiam te, & indicabo tibi, &c. ¶ 5 [breui] deſtruendis, cum baliſtis & ſecuribus. ¶ 6 [Quia] venerunt [viri Iuda] ¶ 7 ad replendum [illas domos]. i. vt per inobedientiam & contumaciã ſuam in cauſa ſint vt multis Iudæis cæſis, Chaldæi cadaueribus humanis domos Iuda repleant. ¶ 8 Hebr. Ecce aſcendere faciam illi medelam & medicinam. i. imponam eius vulneri medelam. Prius oſtendit ſe iuſtum eſſe Deus, nunc ſe eſſe clementem docet. ¶ 9 vl, copiam. ſiue multitudinem ¶ 10 veritatis. i. efficiam vt viuant in magna pace erga Deum, parta remiſſione peccatorum per Chriſtum, & promiſſiones meas omnes illis præſtabo. ¶ 11 parcam ¶ 12 ſub. Ieruſalem ſpiritualis.

¶13 & pauebūt, tremēntque
¶14 ſub. populum Iuda. vel eam. Ieruſalem
¶15 dicturi eſtis
¶16 [breui] deſolandis
¶17 dicturorū
¶18 [breui] deſolando
¶19 vl, per manus numerantis. Numerans, eſt paſtor: quòd veſperi cum reducūt oues ad caulas, numerant eas. q.d. Dominus non relinquet gregē ſuū ſine paſtorib⁹: ſed fidelib⁹ ſuis præficiet apoſtolos, preſbyteros, & cōcionatores, qui in eos omnia boni paſtoris officia exhibebūt. Per enumerationem gregis, intellige omnia paſtoris officia.
¶20 .i. & adimplebo promiſſionem illam optimam quam pollicit⁹ ſum i gratiam fidelium & electorū Iſraelitarū, hoc eſt mittā Meſſiā meū
¶21 q.d. Futurū eſt vt producā Meſſiam, qui futurus eſt ſecundum carnem filius Dauidis, q Meſſias iudicabit ōnes in fine mundi, & iuſtificabit omnes credētes in eū.
¶22 vl, ſalutem conſequetur
¶23 ſub. nomē
¶24 ſub. quilibet fidelis.
¶25 Maſculino genere legendum potius, vt Deum referat. LXX αὐτῷ verterunt.
¶26 Hebr. vidiſti. pro, conſideráſne quid per infidelitatem de ſalute deſperans, dicat populus iſte? ¶27 ſpreuerunt. ſub. Chaldæi, aut potius Iudæi increduli, non exiſtimantes populum Iudaicum, amplius eſſe populum Dei. ¶28 vl, quaſi vltra non ſint gens[Dei] iudicio illorum. ¶29 vl, captiuos

gentes terræ, quæ audituræ ſunt omne bonū quo ego eos adiiciam:[13] nam horrebunt & ſtupebunt' ſuper omni bono & pace quibus[14]eum' adiiciam. Sic dicit Domin⁹, Adhuc audietur in loco iſto (de quo vos[15]dicitis' q vaſtatus ſit ipſe, vt neque homo neq; beſtia ſit in eo) in ciuitatibus inquā Iuda & plateis Ieruſalē ([16]quę deſolatę ſunt:' vt neque homo neq; habitator, neque iumentū ſit in eo) vox lætitiæ, & vox gaudij, vox ſponſi & vox ſpōſæ, vox[17]dicētiū,' Laudate Dominū exercituū, quoniam bonus Dominus, quoniam in ſeculum beneficentia eius: & hi adducēt laudem in domū Domini, quia reducam captiuitatē terrę ſicut ab initio, dicit Domin⁹. Sic ait Dominus exercituū, Adhuc erunt in loco iſto[18]vaſtato' (in quo neque homines ſunt neq; iuméta, & in omnibus ciuitatibus eius) tuguria paſtorū, qui [illic] cubare faciēt gregem. In ciuitatibus quoq; montanis, in ciuitatib⁹ cāpeſtribus, atq; in ciuitatibus Auſtralib⁹, ſed & in terra Ben-iamin, & per circuitū Ieruſalē, atq; in vrbib⁹ Iuda, trāſibūt adhuc greges[19]ſub manib⁹ minātis,' dicit Dominus. Ecce dies veniēt, dicit Dominus, [20]vt ſuſcitem' bonū iſtud verbū, quod loquutus ſum ſuper domum Iſraelis & ſuper domū Iuda. In diebus illis, & in tēpore illo, [21]faciā germinare' Dauid germē iuſtitiæ, & faciet iudiciū atq; iuſtitiā in terra. In diebus illis[22]ſeruabitur' Iuda, & Ieruſalē habitabit ſecure: &[23]hoc eſt' quod [24]vocabit [25]eā,' Domin⁹ iuſtitia noſtra. Quoniam ſic dicit Dominus, Nō excindetur Dauidi vir ſedens in ſolio domus Iſraelis. Et de ſacerdotibus Leuitis nō excindetur vir à cōſpectu meo qui ſacrificet holocauſtū, & incendat ſacrificiū cibariū, quique victimas faciat cunctis diebus. ¶Et factū eſt verbū Domini ad Ieremiā in hanc ſententiam, Sic dicit Dominus, Si irritū facere poteſtis fœdus meū [quod inii] cū die, & fœdus meum cum nocte, vt non ſit dies & nox ſuo [vtrunque] tempore: Etiam irritū fieri poterit fœdus meum cum ſeruo meo Dauide, quo minus filium habeat regnantem in ſolio ſuo, & cū Leuitis ſacerdotibus miniſtris meis. Sicut enim exercitus cælorū numerari nō poteſt, neq; arena maris metiri, ſic multiplicabo ſemen Dauidis ſerui mei, & Leuitas qui mihi miniſtrāt. ¶Et factū eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, [26]An non intellexiſti' quid popul⁹ iſte loquatur, dicēs, Duas familias quas elegerat Domin⁹, eas abiecit: & populum meum [27]irritarunt, [28]vt amplius nō fuerit gens coram eis!' Sic dicit Dominus, Si fœdus meū non [pepigi] cū die & nocte, ſi leges cæli & terræ nō dedi: etiam ſemen Iacob & Dauidis ſerui mei repudiabo, quo minus accipiā de poſteritate eius principes ſuper ſemē Abrahæ, Iſaac & Iacob. Reducā enim[29]captiuitatē eorum, & miſerebor eorum.

## CAP. XXXIIII.

Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino (quū Nabuchodonoſor rex Babylonis & omnis exercit⁹ eius, & omnia regna terræ' quę parebant eius imperio,' omnéſque populi [eius] oppugnarent Ieruſalem & [ſocias] vrbes eius) hoc modo, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, I. & dic ad Zedeciam regem Iuda, dic inquam ei, Sic denunciat Dominus, Ecce ego [2]trado' ciuitatē iſtam in manum Babylonici regis, qui eam igni incendet. Nec tu euades manum eius, ſed certiſſime comprehenderis, & traderis in manum eius. oculi tui videbunt oculos regis Babylonici, & os eius os tuum alloquetur, deinde Babylonem venies. Attamen audi verbum Domini, ô Zedecia rex Iuda, Sic dicit de te Dominus, Non occubitu-

XXXIIII. ¶1 Hebr. imperij manus eius, ¶2 vl, traditurus ſum

tibus terræ quæ°audierunt' omnia bona quæ ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuerſis °locis,' & in omni pace quā ego faciam eis. Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe deſertum, eo q non ſit homo, nec iumentum) in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalē (quæ deſolatæ ſunt abſque homine & abſque habitatore, & abſque pecore) vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicentium, Cōfitemini Domino exercituū, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portantium vota in domū Domini. reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit Dominus. Hæc dicit Domin⁹ exercituum, Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque homine, & abſque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum paſtorum accubantium °gregum.' In ciuitatibus mōtuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Ben-iamin, & in circuitu Ieruſalē, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibūt greges ad manū numerantis, ait Dominus. ¶Ecce dies venient, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbum bonum quod locutus ſum ad domū Iſrael & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & °Iſrael' habitabit confidenter: & °hoc eſt nomen quod vocabunt eum,' Dominus iuſt⁹ noſter. Quia hæc dicit Dominus, Nō interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronū domus Iſrael. Et de ſacerdotibus & de Leuitis nō interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas omnibus diebus. ¶Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus, Si irritum poteſt fieri pactum meū cum die, & pactū meum cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo: Et pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei. Sicuti enumerari nō poſſunt ſtellæ cæli, & metiri °arenæ' maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. ¶Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicēs, Nunquid non vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens, Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectę ſunt: & populū meum deſpexerunt, eo quòd non ſit vltra gens coram eis. Hæc dicit Dominus, Si pactum meū inter diem & noctem, & leges °cælo' & terræ non poſui: equidem & ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob. reducā enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

## CAP. XXXIIII.

Verbum quod factū eſt ad Ieremiam à Domino (quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuerſáque regna terrę quæ erāt ſub poteſtate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ieruſalem, & contra omnes vrbes eius,) dicēs, Hęc dicit Dominus Deus Iſrael, Vade, & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eū, Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatē hanc in manus regis Babylonis, & ſuccendet eam igni. Et tu non effugies de manu eius: ſed comprehēſione capiēris, & in manu eius tradēris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Non

¶°audierint
B ¶°bonis,
¶°greges.
De Chriſto naſcituro. I. 23. a.
¶°Ieruſalem
¶°hoc eſt q̄d vocabit eam
De regno Chriſti in eccleſia nūquā finituro.
D
¶°arena
¶°cæli
Minatur ciuitatem tradendam in manus regis Babylonis.
Sedecias tradendus regi Babel.

moriĕris in gladio, ſed in pace moriĕris, & ſecū dum cōbuſtiones patrū tuorū regū priorū qui fuerūt ante te, ſic cōburēt te: & Væ domine, plangent te: quia verbū hoc ego locutus ſum, dicit
B Dominus. Et locutus eſt Ieremias propheta ad Sedeciam regē Iuda vniuerſa verba hæc in Ieruſalē. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalē, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erāt contra Lachis, & cōtra Azēcha: hæ enim ſupererāt de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ.

Increpat eos qui fratres libertate donatos retrahebāt in ſeruitutem.

¶Verbū quod factū eſt ad Ieremiā à Domino, poſtquā percuſſit rex Sedecias fœdus cū omni populo in Ieruſalem, prædicās vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruū ſuum, & vnuſquiſq; ancillam ſuam, Hebræū & Hebræam liberos & nequaquā dominarentur eis, id eſt in Iudæo & fratre ſuo. Audierūt ergo omnes principes, & vniuerſus populus, qui inierāt pactū, vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuū & vnuſquiſque ancillam ſuā liberos, & vltrà nō dominarĕtur eis. audierūt igitur, & dimiſerunt. Et cōuerſi ſunt deinceps: & retraxerunt ſeruos ſuos & ancillas ſuas, quos dimiſerāt liberos, & ſubiugauerunt in famulos &
C famulas. Et factū eſt verbū Domini ad Ieremiā à Domino, dicens. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis, dicens, Cum cōpleti fuerint ſeptē anni, dimittat vnuſquiſq; fratrē ſuum Hebræū, qui vēdit° eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eū à te liberū. & non audierūt patres veſtri me, nec inclinauerūt aurē ſuam. Et cōuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatē vnuſquiſq; ad amicum ſuum: & iniſtis pactū in cōſpectu meo, in domo in qua inuocatum eſt nomen meū ſuper eam. Et reuerſi eſtis, & cōmaculaſtis nomen meū: & reduxiſtis vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam quos dimiſeratis vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ. Propterea hæc dicit Dominus,
D Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſq; amico ſuo: ecce ego prædico* libertatē, ait Dominus, ad gladium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in cōmotionem cūctis regnis terræ. Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obſeruauerūt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in cōſpectu meo, vitulum °quē conciderunt in duas partes, & trāſierunt inter diuiſiones eius, Principes Iuda & principes Ieruſalem, eunuchi & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierūt inter diuiſiones vituli: Et dabo eos in manus inimicorū ſuorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinū eorū in eſcam volatilibus cæli & beſtiis terræ. Et Sedeciam regē Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum ſuorū, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituū regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis. Ecce, ego præcipio, dicit Dominus: & reducā eos in ciuitatē hāc, & præliabuntur aduerſus eā: & capiēt eam, & incendēt igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quòd non ſit habitator.

Exod. 21. a. deut. 15. c.

*vobis

°legēdum, quum, pro quando.

rus es ferro, ſed in pace moritur°: [1]in rogo enim quēadmodū patres tuos reges anteceſſores tuos, cōburēt te, [2]& [3]væ domine, ſuper te plāgent: nam ego [hoc] verbū loquutus ſum dicit Dominus. Et loquutus eſt Ieremias propheta ad Zedeciā regē Iuda omnes ſermones iſtos Hieroſolymis, quum exercitus Babylonici regis oppugnaret Ieruſalē, & omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erāt, [nempe] Lachis & Azeca, [4]quæ adhuc erāt reliquæ ex ciuitatib° Iuda [5]munitis. ¶Verbū quod factū eſt ad Ieremiā à Domino, poſteaquā rex Zedecias pepigiſſet fœdus cū omni populo Hieroſolymitano, vt pronūtiaret [7]eis libertatem, [ita] vt manumitteret quiſq; ſeruum ſuum, & quiſq; ancillam ſuā Ebræum aut Ebræā liberos, [8]ne amplius premeret eos ſeruitute, Iudæū ſcilicet fratrem ſuū. [9]Conſenſerāt autem omnes principes & omnis populus qui hoc fœdus inierāt, vt quiſq; manumitteret ſeruū ſuum, & quiſq; ancillam ſuam liberos, ne amplius [10]eos ſeruitute premeret: [11]& vt cōſenſerant, manumittebant. Poſt hoc conuerſi repetierūt ſeruos & ancillas quos manumiſerāt, & [12]redegerūt eos iterū vt eſſent ſerui & ancillæ. Tū factus eſt ſermo Domini ad Ieremiā à Domino in hanc ſententiā, Sic dicit Domin° Deus Iſraelis, Ego fœdus pepigeram cū patribus veſtris [eo] die quo educerē eos de Terra Ægypti [13]de domo ſeruorum in hanc formā, [14]Finitis ſeptē annis, manumittetis quiſq; fratrem ſuū Ebræum, qui tibi venditus fuerit: quum tibi ſex annis ſeruierit, tum [15]manumittes eum à te vt liber ſit: at patres veſtri non paruerunt mihi, neq; inclinarūnt aurē ſuam. Vos autem [16]nūc reuerſi eratis, & rectū feceratis [17]in oculis meis, pronuntiando libertatē quiſq; proximo ſuo: & [18]pepigeratis fœdus in oculis meis, in æde [19]cui nomen meum eſt impoſitū. Sed [20]mutato cōſilio prophanaſtis nomē meum, & [21]repetiuiſtis quiſq; ſeruū ſuum, & quiſq; ancillam ſuam, quos manumiſeratis vt liberi eſſent, [22]ſuoq; arbitrio viuerent, & ſubiugaſtis eos vt [denuo] ſint vobis ſerui & ancillæ. Idcirco ſic dicit Dominus, Vos non paruiſtis mihi vt pronūtiaretis libertatē [23]quiſq; fratri ſuo, & quiſque proximo ſuo: [24]ecce ergo ego [25]exclamo vobis libertatē, ait Dominus, ad gladiū, ad peſtē, & ad famē, & tradā vos [26]ad diuexandum cūctis regnis terræ. Viros inquam iſtos qui fœdus meū transgreſſi ſunt, neq; [27]rata habuerunt verba fœderis quod pepigerūt [28]in conſpectu meo, [29]cæſa in duas partes buccula, tranſitu inter partes eius facto, Principes Iuda, principes Ieruſalē, eunuchos, ſacerdotes & vniuerſum populū terræ [huius,] qui tranſierūt inter partes bucculæ, Tradam in poteſtatē hoſtiū ſuorū, & in manum eorum qui quærūt animam eorū, eritq; cadauer eorum eſca volucri cæli & beſtiæ terræ. Zedeciā vero regē Iuda & principes eius tradā in poteſtatē hoſtium eorum, [30]& qui vitam eorū ſitiunt, atq; in manū exercitus regis Babylonici, qui nunc à vobis [31]receſſit. Ecce autē ego præcipio, ait Dominus, & reducā eos ad ciuitatem hāc, quam oppugnabūt, & eam captam igni incendent, & ciuitates Iuda deſertas reddam ne quiſquā inhabitet.

¶1 Hebr. ſecundū cōbuſtiones maiorū tuorū regū priorū q fuerūt ante te, ſic adolebunt tibi. ſub. aromata. In funerib° regū Iudæorū ſolebant cōburere aromata. Vide 2. Paral. 16. Cremabunt in gratiā tui aromata odorata, vt factū fuit in honorē eorum regum qui te præceſſerunt.
¶4 In funere dicebāt, Hei adon q.d. Plangēt te vociferantes ô domine. Proſequētur te Iudæi captiui plāctu regio, quo plāgere ſolēt dominos ſuos.
¶5 hę eni ¶6 vrbes munitæ.
¶7 Relatiuū ſine antecedēte, ſeruis. i. vt voce præconis denūtiaret ſeruis libertatē. Vide Exo. 21. & deut. 15.
¶8 nec vteretur quiſquā Iudæo fratre ſuo vt ſeruo. Per maſculinū intellige fœmininū, & Iudæa ſorore ſua vt ſerua.
¶9 Heb. Audierunt. pro paruerūt ¶10 dominarentur illis. aut, haberent eos pro ſeruis.
¶11 Heb. audierūt inquam, & dimiſerunt.
¶12 Heb. ſubiugauerūt eos in ſeruos & ācillas
¶13. i. de loco in quo ſeruiebant ſeruitutem.
¶14 A fine ſeptē annorū. i. ineūte ſeptimo anno, initio ſeptimi anni. Ne autē iterpreteris, quū exacti fuerint ſeptē anni. ¶15 dimittes ¶16 hodie ¶17. i. iudicio meo. ¶18 ſub. de ſeruis manumittēdis ¶19 Heb. ſup quā inuocatū eſt nomē meū. i. in æde mihi cōſecrata & dicata. ¶20 Heb. Et cōuerſi eſtis, & ¶21 reuocaſtis ¶22 Heb. in animā ſuā. i. vt abirēt quò vellēt. ¶23. i. ſinguli fratribus veſtris Hebræis ſeruis. ¶24 vl, ſob idſcecce ¶25 Metaphora. q.d. denūtiaturus ſum in perniciē veſtrā liberā facultatē inuadēdi vos gladio hoſtili, peſti & fami, vt pdāt vos. ¶26 in cōmotionē. Vox Hebræa Z A V A A H, ſignificat motū qui de loco ad locū ſubinde fit: qualis eſt quū præ metu diffugimus, & in alia atq; alia loca cōcedimus. Significat etiā metū, cuiuſmodi eſt quū aīo fluctuamus, & qd facere debeamus neſcim°. Iuxta ſecūdā ſignificationē locus ita exponetur, Tradā vos in metū oibus regnis. i. faciā vt metuāt me oia regna, audita calamitate vobis irrogata à me propter trāſgreſſionē veſtrā. ¶27 adimpleuerūt ¶28. i. in tēplo meo. ¶29 In fœdere diuidebāt vitulū, & per mediū trāſibāt: ſignificātes ſe optare emori, vt ille vitulus erat cæſus, ſi fœdus frāgerēt. Idē fecit Abrahā. ¶30 Heb. & in manū quærentiū animā ipſorū. ¶31 Heb. aſcēdit. i. receſſit à vobis ſoluta obſidione, quū audiret Ægyptios aduentare vobis auxilio.

CAP. XXXV.

VErbum quod factū eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda, in hanc formam. [1]ad domum 'Rechabitarū.' & loquere cū eis, & introduc eos in domum Domini, [2]'ad exedram aliquam,' & da eis vinum bibere. Accepi ergo Iazaniam filium Ieremiæ filij Habazniæ, & fratres eius. & omnes filios eius, & omnem familiam Rechabitarum. Et adduxi eos in domum Domini, in [3]'exedram' filiorum Hanan filij Igdaliæ [4]' viri Dei,' quæ erat iuxta exedram principū, quæ erat ſuperne ad exedrā Maaſiæ filij Sallum cuſtodis [4]'liminis.' Et poſui ante filios familię Rechabitarum ſcyphos plenos vino atq; calices. & dixi eis, Bibite vinum. Qui dixerunt, Non bibemus vinū: quia Ionadab filius Rechab [5]'pater noſter' præcepit nobis, dicens, Ne bibatis vinum & vos & filii veſtri in æternum. Domum ne ædificetis, ſementem ne ſeratis, & vineam ne plātetis. [6]'neque ſit vobis:' ſed in tētoriis habitate cūctis diebus veſtris: vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in quā [7]'peregrini eſtis.' Paruim[9] ergo voci Ionadab filij Rechab [8]patris noſtri' in omnibus quæ pręcepit nobis, vt neque vinum bibamus cunctis diebus noſtris, cum nos tū vxores noſtræ, tum filii noſtri & filiæ noſtræ. Neque domus [9]'ædificamus' pro habitationibus noſtris: neq; vinea, neque ager, neque ſemētis nobis eſt. [10]'Sed in tentoriis habitamus' & obedimus & fecimus 'iuxta omnia quæ pręcepit nobis Ionadab pater noſter. [11]'Sed nunc factum eſt quum' Nabuchodonoſor Babyloniæ rex aſcenderet in terrā. [12]'vt diceremus,' Agite, demigremus Hieroſolyma metu exercitus Chaldæorum, ac metu exercitus Syriaci: [13]'habitamus' itaq; Ieroſolymis. Tūc factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam, dicēdo. Sic dixit Dominus exercituum Deus Iſraelis, Vade & dic vniuerſo Iuda & habitatoribus Ieruſalē, Nū diſciplinam non recipietis, vt [14]'pareatis verbis meis,' dicit Dominus? [15]'Rata ſunt' verba Ionadab filij Rechab quæ præcepit filijs ſuis ne vinum biberent: neque enim vinum biberūt in hunc vſque diem, ſed paruerunt interdicto patris ſui. ego autem [16]'loquutus ſum ad vos mane ſurgēdo & conſtanter loquendo, ſed non paruiſtis mihi. Sed & omnes ſeruos meos prophetas miſi ad vos, mane ſurgendo, mittendo atque dicendo, Reuertimini obſecro quiſque à via ſua mala. & [17]'bona facite ſtudia veſtra.' & ne abeatis poſt deos alios ad colendum eos. [18]'ſed habitate' in terra quā dedi vobis & patribus veſtris: ſed nō inclinaſtis aurem veſtram, neque morem geſſiſtis mihi. [19]'Filij' Ionadab filij Rechab [20]'ratum ſeruauerūt pręceptum' patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte nō obediuit mihi. Propterea ſic dicit Dominus Deus exercituū Deus Iſraelis, Ecce ego [21]'adduco' ſuper Iudam & ſuper cūctos habitatores Ieruſalem omnem calamitatem quā loquutus ſum [22]'ſuper eos:' eo quòd loquutus ſum ad eos, illi vero non audierunt: vocaui eos, ſed nihil reſponderunt. ¶ Domui vero Rechabitarū dixit Ieremias, Sic dixit Dominus exercituū, Deus Iſraelis, Quandoquidem obtemperaſtis præcepto patris veſtri Ionadab. & ſeruaſtis omnia præcepta eius, feciſtiſq; iuxta omnia quæ præcepit vobis, Ideo ſic dixit Dominus exercituum Deus Iſraelis, [23]'Non excindetur vir de Ionadab filio Rechab, quin ſtet coram me cunctis diebus.

CAP. XXXV.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in dieb⁹ Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens, Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram theſaurarū, & dabis eis bibere vinū. Et aſſumpſi Iezoniā filiū Ieremiæ filij Habſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarū: Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanā filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui reſponderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinū vos & filij veſtri vſque in ſempiternum. Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plātabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obediuim⁹ ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnib⁹ quæ præcepit nobis ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: & nō ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum & ſementem non habuimus. Sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes 'fuimus' iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter. Cum autem aſcendiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram noſtram, diximus, Venite, & ingrediamur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem, Nunquid non recipietis diſciplinā, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? Præualuerūt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis vt nō biberēt vinū: & non biberunt vſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de mane conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. Miſique ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittēſque, & dicens. Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos. & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris: & non inclinaſtis aurē veſtram, neque audiſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Ecce, ego 'adducam' ſuper Iudā & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionem quam locutus ſum aduerſum illos: eo quòd locutus ſum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non reſponderunt mihi. ¶ Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mādata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Domin⁹ exercituū De⁹ Iſrael. Nō deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtās in cōſpectu meo cūctis diebus.

Propoſita Iudæis Rechabitarum obedientia, docet humana præcepta diligentius obſeruari, quā diuina.

B

Præceptū Ionadab patris Rechabitarū.

¶ fecimus

C

Ier.18.b.& 25.b.

D

Iudæis rebellibus pœnā minatur.

¶ adduco

Rechabitis obedientibus fœlicitatem promittit.

¶1 Rechabitæ, à Rechab, qui duxit gen⁹ ab Hobab q aliter dicitur Iethro, ſocero Moſis. Ionadab autē filius Rechab hęc præcepta filijs dederat: q amicus Iehu regis Iſraelis fuit. 4. reg.10. ¶2 vl. ad vnum cellarium. ſiue ad quoddam cubiculū ex his quę ſunt in appendicibus templi. ¶3 .i. prophetæ. ¶4 theſauri .i. vaſorum templi Domini. ¶5 aui noſtri ¶6 ſub. vinea neq; dono data, neq; empticia. ¶7 qui erāt peregrini, non ex genere Iacob. ¶8 aui noſtri, ¶9 vl. ædificemus. ſic ſequentia verba mutanda. ¶10 vl. Habitauimus itaque in tentoriis, & obtemperauimus, & fecimus, &c. ¶11 Cū autē &c. Occurrit tacitæ obiectioni. Cur igitur vrbē incolitis cōtra legem patris? ¶12 diximus. ſub. inter nos. ¶13 habitauim⁹ ¶14 ſub. quum illi hominum præcepta tā diligenter obſeruent? ¶15 Obſeruata ſunt. ſiue Impleta ¶16 .i. magna cura & ſolicitudine vos admonui quotidie. ¶17 vl. emēdate opera veſtra ¶18 & habitabitis ¶19 Certe filii ¶20 obſeruarūt vnumquodque præceptum ¶21 vl. adducam ¶22 .i. in perniciem eorum. ¶23 .i. nō deerit de ſtirpe Ionadab filio Rechab, ſtans coram me. hoc eſt, vt interpretatur Chaldæus paraph. miniſtrās mihi. Putāt Hebræi filias Rechabitarū nupſiſſe Leuitis. & libros ex illis natos miniſtraſſe Domino in templo. Verum doctioribus magis probatur vt ſic interpreteris, Poſteros Ionadab gratia & fauore ſum proſequuturus quamdiu illi vixerint. nunquā deſinā memor eſſe nepotum Ionadab. Eos quos amamus, non ſinimus à cōſpectu noſtro recedere: ob id dicit ſtans corā me. ac ſi dicat. Vt nō poſſunt hoīes nō meminiſſe eorū q ſemper obuerſeatur oculis ipſorū, ſic ſemper Rechabitarū memor ero, præ oculis illos ſemp habēs.

## CAP. XXXVI.

Scribit Baruch dictante Ieremia volumen maledictionũ aduerſus Iudã & Iſrael.

ET factum eſt in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens, Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gẽtes: à die qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc: Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum. Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremię omnes ſermones Domini, quos locutus eſt ad eum, in volumine libri.

Mittitur cum volumine ad populum.

Et præcepit Ieremias Baruch, dicens, Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Domini, audien-
B te populo in domo Domini in die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniũt de ciuitatibus ſuis, leges eis. Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor & indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus aduerſus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini.

Legit Baruch volumen coram omni populo.

¶Factum eſt autem in anno quinto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalẽ. Legitque Baruch ex volumine ſer-
C mones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouę domus Domini, audiẽte omni populo. Cũmque audiſſet Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes ſermones Domini ex libro: Deſcẽdit in domũ regis ad gazophylaciũ ſcribæ: & ecce, ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathã filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes. Et nũtiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, legẽte Baruch ex volumine in aurib[9] populi.

¶[1] legente

Accerſitus ad principes, verba eadem legit corã eis.

¶Miſerunt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi filiũ Nathaniæ filii Selemię filii Chuſi, dicentes, Volumẽ ex quo legiſti audiẽte populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch fili[9] Neriæ volumẽ in manu ſua, & venit ad eos.
D Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audiſſent omnia verba, obſtupuerũt vnuſquiſque ad proximũ ſuũ, & dixerunt ad Baruch, Nũtiare debemus regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eũ, dicentes, Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch, Ex ore ſuo loqueba-

Nũtiãt principes regi verba voluminis.

## CAP. XXXVI.

ET factum eſt [1] in anno quarto Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda, vt fieret ſermo iſte ad Ieremiam à Domino, in hanc ſententiã, Corripe tibi [2] volumẽ libri, [3] & ſcribe in eum [4] omnes ſermones quos [5] loquutus ſum ad te [4] cõtra Iſraelem, [5] contra Iudã, atq; contra omnes gẽtes, ab eo die quo cœpi loqui tecũ, à diebus nẽpe Ioſiæ vſq; in præſentẽ diẽ, Si fortè domus Iuda, audiendo omnia mala quæ ego delibero eis facere, reuertãtur quiſq; à via ſua mala, & [5] propitius ſim iniquitati eorũ atq; peccato eorum. Accerſiuit ergo Ieremias Baruch filiũ Nerię, ſcripſitque Baruch [6] ex ore Ieremiæ [7] omnes ſermones Domini, quos loquutus erat ad eũ, [7] in volumẽ libri. Mãdauit ergo Ieremias ipſi Baruch, dicẽs, Ego [8] prohibit[9] ingredi domũ Domini nõ potero: Ingredere ergo tu, & lege in volumine iſto in quo ſcripſiſti ex ore meo, ſermones Domini, [9] in auribus populi [1] in domo Domini, [10] in die ieiunij, deniq; in aurib[9] omniũ Iudæorũ [11] qui veniũt è ciuitatibus ſuis, leges eos, Si fortè [12] cadat precatio eorum in conſpectu Domini, [1] & reuertatur quiſq; à via ſua mala: quoniã magna eſt ira & furor, quẽ loquutus eſt Dominus cõtra populũ iſtum. Fecit itaq; Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ mãdauerat ei Ieremias propheta, legẽdo in codice ſermones Domini in æde Domini. ¶Factũque eſt in anno quinto Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda menſe nono, vt indiceretur ieiunium [13] corã Domino, [1] nempe vniuerſo populo in Ieruſalẽ, & omni populo qui veniebat ex vrbibus Iuda, Hieroſolyma. Tunc legit Baruch è volumine ſermones Ieremiæ in æde Domini, in cella Gamariæ filij Saphan [14] ſcribæ, [1] in atrio ſuperiore, [15] ad oſtiũ [1] portæ dom[9] Domini nouæ, audiẽte vniuerſo populo. Quũmque audiuiſſet Micheas filius Gamariæ filij Saphã omnes ſermones Domini ex libro, Deſcẽdit ad domum regis, ad cellam ſcribę (& ecce ibi conſederant omnes principes, Eliſama ſcriba, Delias fili[9] Semeiæ, Elnathan filius Achbor, Gamarias filius Saphã, & Zedecias filius Hananiæ, & omnes principes.) Et expoſuit eis Micheas omnes ſermones quos audierat, quũ legeret Baruch in libro audiẽte vniuerſo populo. ¶Et miſerũt õnes principes Iehudi filiũ Nathaniæ filij Selamiæ, filij Chuſi, ad Baruch, dicẽdo, Tolle manu tua codicẽ ex quo legiſti audiente populo, & veni. Baruch ergo filius Neriæ accepto codice in manũ ſuã, venit ad eos. Et dixerunt ad ipſum, Sede quæſo, & lege eũ coram auribus noſtris. Et legit Baruch ipſis auſcultantibus. Contigit autem quum audiſſent omnes ſermones, expauerũt [16] quiſque ad alium, [1] & dixerunt ad Baruch, Nos indubiè annũtiabim[9] regi omnes ſermones iſtos. Et ipſum Baruch interrogauerunt, dicentes, Expone quæſo nobis quomodo ſcripſeris omnes ſermones iſtos ex ore eius. Quib[9] reſpõdit Baruch, Ore ſuo dictabat

¶1 Sub finẽ anni tertij Ioacĩ regis Iudæ cœpit Nabuchodonoſor cõparare & cõſcribere exercitũ contra Ieruſalẽ, quam poſt nonũ mẽſem quinti anni regni Ioacim (id eſt in fine quinti anni, aut initio ſexti: tempus enim primæ expugnatiõis incertũ eſt) expugnauit, & Ioacim abduxit captiuũ, & ſimul cũ eo Danielem, & æquales eius. Eodẽ anno quo abductus eſt captiuus Ioacim, rediit Ieroſolymam pacto tributo, quod tribus annis tantũ pependit, id eſt ſexto, ſeptimo, & octauo regni ſui. Poſtea tributum negauit Nabuchodonoſori: vnde ille ruſus duxit copias contra Ieruſalẽ: quã iterũ cepit, & Ioacim vinxit catenis, vt Babylonem perduceretur: ad quã non peruenit, ſed in ipſo itinere obiit, & ſepultura caruit. Anno quarto Ioacim ſcripta fuit epitome pphetiarũ à Baruch, & mẽſe nono anni quinti regni Ioacim recitata fuit in cœtu populi qui cõuenerat in templum ieiunij indicẽdi cauſa ob aduentum Chaldæorũ, quos fama erat aduenire cõtra Ieruſalẽ. Indictum fuit ieiuniũ, & recitata prophetia ante obſidionẽ vrbis. Nam infra traditur crematam fuiſſe epitomen à Ioacim, q cõtineret prædictionem aduentus Chaldæorũ. His cõciliantur inter ſe Daniel, cap. 1. 4. Reg. 24. & hoc caput 36. Nabuchodonoſor in primo aduentu duos fere annos cõſumpſit. Babylõ abeſt ab Ieruſalẽ itinere quatuor menſium. 1. Eſd. 7. ¶2 i. mẽbranam in qua cõmode ſcribere poſſis, hoc eſt librũ volubilẽ. Gallice, vng rolle de perchemin. Vox Hebræa MEGILATH, ſignificat corticem, aut mẽbranã in qua ſcribere ſolebant. SEPHER autẽ mẽbrana eſt cõſcripta. ¶3 i. epitomẽ & cõpendiũ omniũ prophetiarũ quas prædixi per te cõtra Iſraelẽ, Iudã, & omnes gentes vicinas: hoc eſt, cõtra reliquias Iſraelis quæ ſunt in Iuda. ¶4 vl, de Iſraele, &c. ¶5 condonẽ [illis] iniquitates eorũ, & peccata eorũ. ¶6 i. dictãte Ieremia. ¶7 ſub. deſcripſit inquã in &c. ¶8 clauſus. vinctus ¶9 i. audiente pplo. ¶10 Cũ audiuiſſet rex Ioacim Nabuchodonoſor parare expeditionẽ cõtra Ieruſalẽ, publicũ ieiunium indixit, & iuſſit vt die ieiunii, omnis populus cõueniret in templũ, pacis petẽdę cauſa. Hoc ieiuniũ ergo indictũ fuit extra ordinem: neque fuit ieiunium illud anniuerſariũ quod die expiationum celebrabatur. Nã feſtum expiationũ celebrabatur mẽſe ſeptimo, decima die mẽſis: hoc vero ieiuniũ indictitium celebratũ fuit menſe nono, vt infrà traditur. Leuit. 16. ¶11 i. qui venturi ſunt ad templũ indicto publico ieiunio. nã epitome nõ fuit recitata eo anno quo deſcripta eſt, ſed ſequente, id eſt quinto Ioacim. ¶12 i. forte precabuntur Iudæi Dominum ex animo, in templo. ¶13 i. in tẽplo, publice, ad placandũ Dominũ. ¶14 ſub. regij. i. cãcellarij regij. ¶15 vl, in introitu ¶16 vl, inter ſe,

mihi omnes ſermones iſtos quos ego atramento ſcribebam in librum iſtum. Dixerunt ergo principes ad Baruch, I, abſcondere tu cũ Ieremia. ita vt nemo ſciat vbi ſitis. Et abierũt ad regem [17] in curiam: '(volumẽ cõmendarunt in cella Eliſamæ [18] ſcribæ')& expoſuerunt in auribus regis omnes ſermones iſtos. Miſit ergo rex Iehudi vt afferret volumẽ, & tulit ipſum è cella Eliſamæ ſcribæ, legitque in eo Iehudi, audiẽtibus cũ rege ipſo, tũ omnibus principib⁹ qui ſtabãt apud regẽ. Porrò rex tum habitabat [19] in domo hyemali' menſe nono, & foculus ante ipſum ardebat. Factúmque eſt quum legiſſet Iehudi tres aut quatuor paginas, concidit librum [20] ſcalpello ſcriptorio,'& iecit in ignẽ qui erat in foculo, donec conſumeretur totus iſte liber igne qui in foculo ardebat. [21] Vt interim non horrerent, neq; veſtimenta ſua ſcinderent.' vel rex ipſe, vel ſerui eius, [22] quũ tamen audiſſent' omnes ſermones iſtos. Elnathan autẽ, & Dalias, atq; Gamarias [23] intercedebant apud regẽ ne liber combureretur: at non exaudiuit eos. Sed præcepit rex ipſi Ierahmeel filio Hamalech, & Seriæ filio Afriel, atque Selemiæ filio Abdeel, vt caperẽt ipſum Baruch ſcribam & Ieremiam prophetam: verum Dominus abſconderat eos. ¶ Factúſq; eſt ſermo Domini ad Ieremiã (poſteaquã rex incendiſſet volumẽ, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ) dicẽs, Iterum ſume tibi aliũ codicẽ, & ſcribe in eo omnes ſermones priores qui fuerunt in codice priore, quẽ incendit Iehoiacim rex Iuda. Et ad Iehoiacim regẽ Iuda dicito, Sic ait Dominus. Tu incẽdiſti codicem iſtum, dicens, Cur ſcripſiſti in eo in hanc ſententiam, Certiſſime veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hãc, & vacare eam faciet cum hominibus tum iumentis? Propterea ſic ait Dominus de Iehoiacim rege Iuda, Non erit ei ſ[uperſtes]qui ſedeat in ſolio Dauidis, & cadauer proiectum erit ad æſtũ diurnum, & ad gelu nocturnum. Et viſitabo cũ ipſius tum ſeminis ac ſeruorũ eius iniquitatem, & inducã ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper vniuerſum Iuda omnem calamitatẽ quam loquutus ſum ſuper eos, [24] quãuis non audierint.' Accepit ergo Ieremias volumẽ aliud, & tradidit illud Baruch ſcribæ filio Neriæ: qui ſcripſit in eo de ore Ieremiæ omnes ſermones voluminis eius quod incenderat Iehoiacim rex Iuda. Addici ſunt inſuper ad eos plures ſermones [3] ĝ fuerint priores. XXXVII.

Zedecias filius Ioſiæ cõſtitutus eſt rex à Nabuchodonoſore rege Babylonis, pro Iechonia filio Iehoiacim in terra Iuda: Et non obtẽperabãt, neq; ipſe, neq; ſerui eius, neque populus terræ ſermonib⁹ Domini, quos loquebatur' per Ieremiã prophetã.' ¶ Et miſit rex Zedecias Iehuchal filium Selemiæ, & Zephaniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam, vt dicerent, Ora quæſo pro nobis ad Dominũ Deum noſtrũ. (Ieremias autem tum ingrediebatur & egrediebatur in populo: nondũ enim poſuerant eum in carcerẽ. Exercitus quoq; Pharaonis profect⁹ erat 'ex Aegypto:' quem rumorẽ eorũ quũ audiſſent Chaldæi qui Ieruſalem obſidebãt, aſcenderunt à Ieruſalẽ.) Factus eſt ergo ſermo Domini ad Ieremiam prophetam in hunc modum, Sic dicit Dominus Deus Iſrael, Sic dicetis ad regẽ Iuda qui miſit vos ad me, ad me interrogandum, Ecce exercitus Pharaonis qui egreſſus eſt vt vobis opem ferat, reuertetur in terram ſuã in Aegyptũ: Chaldæi autẽ redibunt, & expugnatam iſtam vrbem capient, & igni eam exurent. Sic enim ait Dominus, Ne' eſſeratis' animas veſtras, dicentes, Chaldæi nunc indubie recedent à nobis: quia nõ abibunt. [4] Quin ſi trucidaſſetis' omnem exercitum

¶17 in atrium. ſub. regiæ.
¶18 ſub. regis.
¶19 vl. in regia hyberna
¶20 vl. cultello ſcribæ. ſiue pennario.
¶21 Et non timuerũt, neque ſciderunt veſtimenta ſua.
¶22 qui audiuerant
¶23 vehemẽter precati ſũt regem
¶24 & non pauerunt. ſub. prophetis meis
¶3 ſimiles illis vl. eiuſdem generis.
¶2 Heb. per manus Ieremiæ prophetæ.
¶3 ſub. vt ſuppetias ferrent Ieroſolymitanis.
¶3 decipiatis
¶4 vl. Nã etiã ſi percuſſeritis

tur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos: & ego ſcribebam in volumine, atramento. Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium: (porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ:) & nuntiauerunt audiente rege omnes ſermones. Miſitque rex Iudi, vt ſumeret volumen: qui tollẽs illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiẽte rege, & vniuerſis principibus qui ſtabant circa regem. Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula corã eo plena prunis. Cúmque legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ: & proiecit in ignem qui erat ſuper arulam: donec conſumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos. Veruntamẽ Elnathan, & Daleias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audiuit eos. Et præcepit rex Ieremiel filio Amẽlech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehẽderẽt Baruch ſcribam, & Ieremiam prophetam: abſcondit autem eos Dominus. ¶ Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam 'prophetam' (poſtquam cõbuſſerat rex volumen, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ,) dicens. Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit Ioacim rex Iuda. Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combuſſiſti volumen 'iſtud,' dicens, Quare ſcripſiſti in eo annũtians, Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc: & ceſſare faciet ex illa hominem & iumentum? Propterea hæc dicit Dominus 'Deus' contra Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & cõtra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda omne malum quod locutus ſum ad eos: & nõ audierunt. Ieremias autem tulit volumẽ aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioacim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm antea fuerant.

CAP. XXXVII.

Et regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem conſtituit regem Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra Iuda. Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis Domini quæ locutus eſt in manu Ieremiæ prophetæ. ¶ Et miſit rex Sedecias Iuchal filiũ Selemiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominum Deum noſtrũ. (Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi, non enim miſerãt eũ in cuſtodiã carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Aegypto: & audiẽtes Chaldæi qui obſidebãt Ieruſalẽ, huiuſcemodi nuntiũ, receſſerunt ab Ieruſalem.) Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicens, Hæc dicit Dominus De⁹ Iſrael, Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos ad me interrogãdũ: Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxiliũ, reuertetur in terram ſuam in Aegyptũ: & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatẽ hanc: & capient eam, & ſuccẽdent eam igni. Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas veſtras, dicentes, Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi: quia non abibũt. Sed & ſi percuſſeritis omnem exercitum

E Iudi accepto volumine, & paucis in eo lectis, illud in ignẽ proijcit.
F
Iuſſu Domini aliud volumen ſcribitur.
¶ 'illud.
G
Succedit Sedecias Iechoniæ.
Mittit ad Ieremiã vt pro ſe oret.
Prædicit De⁹ vrbis excidiũ
B

Chaldæorũ qui prælliantur aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatem hanc igni. ¶Ergo cum receſſiſſet exercitus Chaldæorũ ab Ieruſalẽ propter exercitũ Pharaonis, Egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in terram Ben-iamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium. Cúmque perueniſſet ad portam Ben-iamin. erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiam prophetã, dicens, Ad Chaldæos profugis. Et reſpõdit Ieremias, Falſum eſt, nõ fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: ſed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quã ob rem irati principes contra Ieremiã, cęſum eum miſerũt in carcerem qui erat in domo Ionathã ſcribæ. ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerẽ. Itaque ingreſſus eſt Ieremias in domũ laci & in ergaſtulum: & ſedit ibi Ieremias diebus multis. ¶Mittens autẽ Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo ſua abſcõditè, & dixit, Putáſne eſt ſermo à Domino? Et dixit Ieremias, Eſt. Et ait, In manus regis Babylonis tradẽris. Et dixit Ieremias ad regẽ Sedeciã, Quid peccaui tibi & ſeruis tuis & populo tuo, quia miſiſti me in domũ carceris? Vbi ſunt prophetæ veſtri qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram hãc? Nunc ergo audi obſecro, domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo: & ne me remittas in domũ Ionathã ſcribę, ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias ĩ veſtibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmẽto, donec conſumerẽtur omnes panes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibulo carceris. CAP. XXXVIII.

AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemię, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones quos Ieremias loquebatur ad omnẽ populum, dicens, Hæc dicit Dominus, Quicunque manſerit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peſte: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius ſoſpes & viuẽs. Hæc dicit Dominus, Tradẽdo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eã. Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iſte: de induſtria enim diſſoluit manus virorum bellantium, qui remanſerunt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi, loquens ad eos[a] vniuerſa verba hæc. ſiquidem homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum. Et dixit rex Sedecias, Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt[b] vobis quicquã negare. Tulerũt ergo Ieremiam, & proiecerunt eũ in lacum Melchiæ filij Amelech qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerũt Ieremiã in[c] funibus in lacum in quo nõ erat aqua, ſed lutum. deſcendit itaque Ieremias in cœnũ. ¶Audiuit autẽ Abde-melech Aethiops vir eunuchus q erat in domo regis, quód miſiſſent Ieremiam in

Proficiſcẽs Ieremias in terrã Ben-iami comprehenditus.

C

Cæſus in carcerem mittitur.

Liberatur à rege Sedecia.

D

Principum ſuaſu demittuntur Ieremias in lacũ ĩ.11.6.

¶[a] iuxta

E

¶[b] regem

¶[c] funibus, & in lacu non

Abde-melech eunuchi rogatu, iubet rex Ieremiã educi è lacu.

Chaldæorũ q vos oppugnãt, & [1] cõfoſſi ex eis relinquerẽtur, quiſq; in tentorio ſuo ſurgerẽt, & incẽderẽt vrbẽ iſtã igni. ¶Cõtigit autẽ, quũ ſoluiſſet exercitus Chaldæorũ à Ieruſalẽ metu exercitus Pharaonis, vt [2] exiret Ieremias de Ieruſalẽ, & iret ĩ terrã Ben-iamin, vt [6] ſecederet illinc à populo. Quũq; eſſet in porta Ben-iamin, erat illic [7] præfect[ ] quidã cuſtodiæ, cuius nomẽ Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ, qui prehẽdit Ieremiã prophetã, dicẽs, Tu[8] volebas ad Chaldæos deficere. Dicebat ergo Ieremias, Mendaciũ eſt, ego nequaquã ad Chaldæos deficere volui. at ille nolebat eũ audire, ſed prehẽſum Ieremiã adduxit Ierias ad principes. Et irati ſũt principes Ieremię, & percuſſerũt eũ, poſuerũtq; eũ in carcerẽ in domo Ionathã ſcribę. [9] hũc enim pręfecerãt carceri. Ingreſſus eſt itaq; Ieremias [10] in locum & in [profundiſſimas] ſtatiunculas, & delituit illic multis diebus. ¶Miſit aũt rex Zedecias, & acceſſiuit eũ, interrogauitq; eũ domi ſuæ clãculum, & dixit, [11] Eſtne hoc negotium à Domino? Et dixit Ieremias, Eſt. [12] Et ait, In manũ regis Babylonij tradẽris. Et dixit Ieremias ad regẽ Zedeciã, Quid peccaui vel in te, vel in ſeruos tuos, vel etiã in populũ iſtũ, q retruſiſtis me in carcerẽ? Vbi ſunt prophetæ veſtri, qui vobis prophetabant & dicebãt, Nõ veniet rex Babylonis cõtra vos, & cõtra terrã iſtam? Nũc ergo auſculta quæſo domine mi rex, [ ] [13] cadat quæſo precatio mea in conſpectu tuo, ne me reduci iubeas in domũ [14] Ionathã ſcribæ, ne illic moriar. Pręcepit ergo rex Zedecias vt ponerẽt Ieremiam [15] in atrium cuſtodiæ, & darent ei quotidie [16] libũ panis [17] præter obſonia, donec cõſumeretur omnis panis in vrbe. [18] Manebat itaque Ieremias in atrio cuſtodiæ. XXXVIII.

AVdiuerat Sephatias filius Mathã, Godolias filius Paſhur, Iuchal filius Selemiæ, & Paſhur filius Malchiæ ſermones quos loquut[us] fuerat Ieremias ad vniuerſum [1] populũ, in hãc ſententiã, Sic dicit Dominus, Qui manſerit in vrbe iſta, morietur aut gladio, aut fame, aut peſte: qui autem egreſſus fuerit ad Chaldæos, viuet, [2] & animã ſuã lucrifaciet acſi inueniſſet prædã, & viuet. Sic dixit Domin[us], Tradetur hæc vrbs certiſſime in manum Babylonici regis, & capiet eã. Dixerũt ergo principes ad regẽ, Occidatur quæſo vir iſte, quoniã hac ratione [3] remiſſas reddit manus eũ virorũ bello aptorũ, qui adhuc reliqui ſunt in vrbe iſta, tum manus vniuerſi populi huius, dum huiuſmodi ſermonibus affatur eos: nec enim vir iſte quærit populo iſti pacẽ, ſed exitiũ. Dixit ergo rex Zedecias, Ecce in manibus veſtris eſt, [4] rex enim non poteſt vobis quidquam [negare.] Præhenderunt ergo Ieremiam, & coniecerunt eũ in [5] lacũ Malciæ filij Hammelech, qui erat in [6] atrio cuſtodiæ, demiſerũntque Ieremiã funibus. In lacu autẽ non erat aqua, ſed lutũ dũtaxat: immerſus eſt igitur Ieremias in lutũ. ¶Quũq; audiuiſſet Abde-melech Aethiops eunuchus quiſpiã, q erat in aula regis, quód conieciſſent Ieremiã in

¶5 vel, vulnerati ex eis relicti fuerint,

¶[ ] i. conaretur egredi. ¶6 Hebraice ad verbũ, vt lubricaret ſe. i. more rei lubricæ, ſe illinc priperet. q.d. quũ ſoluta obſidione multi pficiſcerẽtur, conatus eſt Ieremias vt pmiſtus turbę egrediẽti elaberetur illinc, voluitq; p mediã turbã ex vrbe ſe ſubducere. Chaldæ[us] parap. quẽ ſecutus eſt vet[us] interpres, vertit, vt diuideret poſſeſſionẽ ſuã ibi. Verũ prior interpretatio doctis magis probatur.

¶7 domin[us] pfecturæ. i. præfectus portę illius. ¶8 Hebr. cadis ad Chaldæos. i. tu vis deficere à nobis, & transfugere ad Chaldæos. ¶9 vel potius, eã enim fecerãt domũ carceris. ſub. ſcribæ regij. ¶10 in domũ lacus, & ad ergaſtula. ſiue hoſpitiola. i. in locũ horrendę foueæ & atræ, & ad cellulas in quibus detinebãtur vincti. Hæc arguũt carcerem dom[us] Ionathan fuiſſe tetrũ & horrendum.

¶11 vel, Eſtne verbũ à Domino? q.d. habẽſne reuelationẽ à Domino? Eſtne verbum Dei quod tu tã conſtanter loqueris? Eſtne prophetiæ tuæ, qua prædixiſti aduentum Chaldæorũ, author Dominus? ¶12 vel, Addiditq; ¶13 Cadat oratio. Hebraiſmus eſt pro eo quod Latinus diceret, Sine vt impetrẽ quæ peto, ſine te exorem. At in actiua voce, Proſternere orationẽ, vel facere cadere orationẽ, eſt humiliter ſupplicare, vt ſequẽti capite. ¶14 Malebat in carcere regio agere Ieremias, q̃ in carcere Ionathã, qui priuatus erat. Nã futurũ erat vt plures eũ inuiſerẽt in publico agentẽ carcere, quàm in priuato. ¶15. i. in publico carcere qui erat in atrio regiæ, & nõ in carcere domus Ionathã ſcribæ. ¶16 vel, fruſtũ. alij tortã vertũt. dabãt illi miniſtri regij fruſtũ, ſiue portionẽ panis. ſic Chaldæus paraph. Gallice, vne piece de pain. fruſtũ panis accepi iuxta decretum regis è platea piſtorum. Aut, vnum magnum panem, vt nonnulli Hebræorum interpretantur. ¶17. i. præter cibos coctos. Alij vertunt, è platea piſtorum. ¶18 ſub. vſque ad expugnationem vrbis.

XXXVIII. ¶1 Intelligit eũ populũ qui illũ agẽtem in carcere, adibat & cõueniebat. ¶2 Heb. & erit illi vita eius in ſpoliũ. ¶3 frãgit manus. i. animos frãgit ita vt manib[us] & reliq; mẽbris corporis vti nõ poſſint. ¶3 vel, quia. & ſubaudiẽdũ, Sed cur talia loquitur? reſpõdet, Quia vir iſte nõ optat fœlicitatẽ ppli iſti[us], ſed afflictionẽ ſiue calamitatẽ. ¶4 De ſe loqtur in tertia pſona. i. licet vobis p me Ieremiã affligere. Cũ hoc pmiſit principibus ſuis Sedecias, nõ erat in regia, ſed in porta Ben-iamin, vt ſequentia docent. ¶5 vel foueam. aut, antrũ ¶6 aut, veſtibulo

lacum, egreſſus eſt Abde-melech è domo regia, & alloquutus eſt regẽ, (qui tũ[ſorte] ſedebat in porta Ben-iamin,) hiſce verbis, Domine mi rex, inique egerunt viri iſti in omnibus quæ fecerũt Ieremiæ prophetæ, nempe q coniecerũt eum in lacum: morietur enim eodem loci fame, quũ nullus ſupereſt panis in vrbe. Præcepit ergo rex ipſi Abde-melech Æthiopi, dicẽs, Accipe hic[8] pro arbitrio tuo triginta viros, & extrahe Ieremiam prophetã ex lacu, priuſq̃ moriatur. Accepit igitur Abde-melech viros ſecũ, & venit i domũ[9] Hãmelech,[10] ſumptiſq; iſthic ſub penu laceris pannis, & vetuſtate cõſumptis ac detritis, funib[us] demiſit eos ad Ieremiã in lacũ, ac dixit Abde-melech Æthiops ad Ieremiã, Suppone quæſo pannos iſtos[11] & fragmenta ſub axillis[12] manuũ tuarum ſubter funes. Et Ieremias fecit ſic. Extraxerunt itaq; Ieremiã funibus, & eduxerunt è lacu: & manſit Ieremias in atrio cuſtodiæ. ¶ Miſit ergo rex Zedecias, & acceſſiuit ad ſe Ieremiã prophetam ad[13] trãſitũ tertium qui eſt in domo Domini, dixitq; rex ad Ieremiam, Ego interrogabo te quiddã, ne ergo cæles à me quidquã. Reſpondit ergo Ieremias Zedeciæ, Si[14] expoſuero tibi, an nõ certiſſime me[15] occides?[16] & ſi tibi cõſiliũ dedero, non obtẽperabis mihi. Iurauit ergo rex Zedecias Ieremiæ clã hiſce verbis, Viuit Domin[us], qui condidit nobis animã iſtam, nõ occidã te, neq; tradam te in manum virorum iſtorum qui vitã tuam quærunt. Et dixit Ieremias ad Zedeciã, Sic dicit Dominus Deus exercituũ Deus Iſraelis,[17] Si incũctanter egredieris ad principes regis Babylonici, viuet anima tua, & vrbs iſta non comburetur igni, & viues tu & domus tua. Si vero non egreſſus fueris ad principes regis Babyloniæ, tradetur ciuitas iſta in manũ Chaldæorum, qui incendẽt eam igni, neq; tu manum eorũ effugies. Dixit autẽ rex Zedecias ad Ieremiã, Ego Iudæos iſtos vereor qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradant me in manus eorũ, & ludibrio me afficiant. Et dixit Ieremias, Nõ tradent[ſte,] audi quæſo vocẽ Domini i his quæ ego ad te loquor, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd ſi prorſus renuas exire, hoc eſt verbũ quod oſtẽdit mihi Dominus, Ecce omnes fœminæ quæ reliquæ ſunt in domo regis[18] Iuda, educẽtur ad principes regis Babyloniæ, & hæ dicent,[19] Incitauerũt te, & præualuerunt tibi viri qui[20] pacẽ tibi ſpolliciti ſunt,] demerſi ſunt in[21] cœnũ pedes tui, [& illi] acti ſunt retrorſum. Omnes quoque vxores tuas & filios tuos educẽt ad Chaldæos, neq; tu liberaberis è manu eorum: manu enim Babylonij regis capieris, & vrbẽ hãc igni incẽdes. Tũc dixit Zedecias ad Ieremiam, Nemo reſciat verba iſta, & non morieris. Quòd ſi principes intellexerint me tecum eſſe loquutũ, & venerint ad te, dicendo, Indica quæſo nobis quid loquutus ſis cũ rege, nihil cæles nos, & nõ occidemus te:[22] quid loquutus eſt rex tecũ? Dices ad eos, Ego[23] ſupplex procubui orans in conſpectu regis, ne me reduceat in domum Ionathan, ne iſthic moriar. Venerunt ergo cuncti principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eũ. Narrauit ergo eis ad omnem modum quem illi rex præceperat, & taciti[ſabierunt] ab eo:[24] nihil enim ſentiebant. Manſit ergo Ieremias in atrio cuſtodiæ vſque ad eum diem quo[25] capta eſt Ieruſalem.

CAP. XXXIX.

ET[1] factum eſt quum capta eſſet Ieruſalem (anno enim nono Zedeciæ regis Iuda, decimo menſe venit Nabuchodonoſor rex Babylonis & omnis exercitus ei[us] Hieroſolyma, & obſi-

lacũ: porrò rex ſedebat in porta Ben-iamin. Et egreſſus eſt Abde-mèlech de domo regis, & locutus eſt ad regem, dicẽs, Domine mi rex, male fecerunt viri iſti omnia quæcũque perpetrarũt cõ C
tra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. nõ ſunt enim panes vltrà in ciuitate. Præcepit itaq; rex Abde-mèlech Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetã de lacu, antequã moriatur. Aſſumptis ergo Abde-mèlech ſecũ viris, ingreſſus eſt domum regis, quæ erat ſub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua veſtimenta quæ cõputruerant: & ſubmiſit ea ad Ieremiã in lacum per funiculos. Dixitq; Abde-mèlech Æthiops ad Ieremiam prophetã, Pone veteres pannos, & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarũ, & ſuper funes. Fecit ergo Ieremias ſic. Et extraxerũt Ieremiam funib[us], & edu- D
xerunt eum de lacu: manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris. ¶ Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiã prophetam ad oſtiũ tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiã, Interrogo ego te ſermonẽ, ne abſcondas à me aliquid. Dixit autẽ Ieremias ad Sedeciam, Si annunciauero tibi, nunquid nõ interficies me? & ſi cõſilium dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero* in manus virorum iſtorũ qui quærunt animã tuam. Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſ E
rael, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua. Si autẽ non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Sollicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerũt ad Chaldæos: ne forte tradar in man[us] eorum, & illudant mihi. Reſpondit autẽ Ieremias, & dixit ad eum, Non te tradent. audi quæſo vocẽ Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd ſi nolueris egredi: iſte eſt F
ſermo quẽ oſtendit mihi Dominus, Ecce omnes mulieres quæ remãſerunt in domo regis Iuda, educẽtur ad principes regis Babylonis: & ipſæ dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerũt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerũt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & nõ effugies manus eorum, ſed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedecias ad Ieremiã, Nullus ſciat verba hæc, & non morieris. Si autem audierint principes quia locutus ſum tecum: & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus ſis cũ G
rege, ne celes nos, & nõ te interficiemus: & quid locutus eſt tecũ rex: Dices ad eos, Proſtraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer. Venerũt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eũ: & locutus eſt eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum. Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris, vſque ad diem quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

CAP. XXXIX.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſi-

¶ ſubter

Oſtẽdit Ieremias qua ratione poſſit euadere mortem rex qui ipſum conſulebat.

*te

¶ in cœnum & in lubricũ

Nabuchodonoſor obſidet Ieruſalẽ. 4. reg. 25. a. 1. 52. a.

¶7 Heb. ſubtus lacum ſe. i. in loco vbi eſt. ¶8 Heb. in manum tuam. Chaldæus paraphr. vertit, tecum. ¶9 vel, regis. ¶10 [ad locum qui erat] ſub theſauro: (econciſus ſermo) ſumptiſque illinc pãnis laceratis & corruptis. vel, pannis tractionum & corruptionũ. i. pannis per humum nullo ordine ſparſis, putridis, & vetuſtate conſumptis. Gallice, vieulx & meſchãs haillons. ¶11 laceros & corruptos. vel vt ante. ¶12 i. brachiorũ tuorũ. pars pro toto ¶13 introitũ. i. ad portã tertiã tẽpli quæ regiæ reſpondebat, qua rex è regia tẽplũ adibat.

¶14 vel, indicauero tibi. ſub. quod petis. ¶15 q. d. certe occides. ¶16 & quũ ¶17 Heb. Si egrediendo egreſſus fueris ¶18 i. Iochin ¶19 Impoſuerunt tibi ¶20 Heb. pacis tuæ. i. domeſtici tui & familiares. ¶21 Cœnũ, ſiue lutũ vocat perſuaſiones humanas & falſas prophetias. q. d. dum fuga tentaſti cõſulere vitæ tuæ, captus es à Chaldæis & quaſi in lutũ tenaciſſimũ incidiſſes, coactus es referre pedẽ. ¶21 i. author erit vt vrbs icẽdatur. ¶22 quid ergo ¶23 Heb. cadere feci orationem meã corã rege, i. fudi preces ad regẽ. ¶24 He. non eni fuerat auditũ verbũ. ſub. quod dixerat Ieremias regi. i. nemo quæ dixerat regi reſciuit, & ppterea crediderũt ei. ¶25 ſub. à Chaldæis. XXXIX. ¶1 Hoc hemiſtichiũ. alij referũt ad finẽ capitis præcedẽtis: & ſic vertũt. Et erat[ibi] quãdo fuit capta Ieruſalẽ. q. d. manſit Ieremias in carcere atrij vſq; ad expugnationẽ Ieruſalem, incluſiue.

¶ nona

Fugit Sedecias.

Cõprehẽditur à Chaldæis.

Occiduntur filij eius.

Exoculatur.

debant eam. Vndecimo autẽ anno Sedeciæ, mẽſe quarto, quinta menſis aperta eſt ciuitas. Et ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederũt in porta media: Neregel, Serẽſer, Semegar-nabu, Sar-ſachim, Rab-ſares, Neregel, Serẽſer, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cúmque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & õnes viri bellatores, fugerũt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viã horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti. Perſecutus eſt autẽ eos exerci-
B tus Chaldæorum, & comprehẽderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Iericontinæ, & captũ adduxerũt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in Terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum cõpedibus, vt duceretur in Babylonem. Domũ quoque regis, & domum vulgi ſuccẽderunt Chaldæi igni: & murũ Ieruſalem ſubuerterũt. Et reliquias populi, qui remanſerát in ciuitate, & perfugas qui tranſfugerant ad eum, & ſuperfluos vulgi qui remãſerant, trãſtulit Nabuzardan magiſter militum in
C Babylonem. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardan magiſter militũ in Terra Iuda: & dedit eis vineas & ciſternas in die illa. ¶ Præceperat autẽ Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magiſtro militũ, dicens, Tolle illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: ſed vt voluerit, ſic facias ei. Miſit ergo Nabuzardã princeps militiæ, & Nabuſezbaz & Rab-ſares, & Neregel, & Serẽſer, & Reb-mag, & omnes optimates regis Babylonis, miſerunt, & tulerunt Ieremiam de veſtibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphã, vt intraret in
D domum, & habitaret in populo. ¶ Ad Ieremiam autẽ factus fuerat ſermo Domini, cũ clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicẽs, Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens, Hæc dicit Domin⁹ exercituum Deus Iſrael, Ecce, ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malũ, & non in bonum: & erunt in cõſpectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non traderis in manus virorũ quos tu formidas: Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

Ieremias ꝓtegitur.

Abde-melech ob fiduciam in Deũ liberatur à captiuitate.

CAP. XL.

Datur Ieremiæ facultas proficiſcendi quò velit.

SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctũ catenis i medio omniũ qui migrabãt de Ieruſalẽ & Iuda, & ducebãtur in Babylonẽ. Tollẽs ergo princeps militiæ Ieremiã, dixit ad eũ, Domin⁹ Deus tuus locut⁹ eſt malũ hoc ſuper locum iſtũ, & adduxit: & fecit Domin⁹ ſicut locutus eſt: quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos ſuper te. ſi autem diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide:

dione cinxit eam, anno vero vndecimo Zedeciæ, menſe quarto, nona [die] menſis, rupta eſt vrbs, [1] ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederũt in porta media, Nergal, [2] Saræzer, Sãgar-nebo, Sar-ſechim, Rab-ſaris, Nergal, Saræzer, Rab-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonici. Et factum eſt quum vidiſſet eos Zedecias rex Iuda, atque omnes viri bello apti, fugerũt, & exierunt nocte de ciuitate [3] via iuxta hortos regios & portam quæ eſt inter duos muros, [4] pertexerúntq; verſus deſertũ. Perſequutus eſt autẽ eos exercitus Chaldæorũ, cõprehẽderúntq; Zedeciam in campeſtrib⁹ Iericho. Captum autẽ abduxerunt eum ad Nabuchodonoſorẽ Babylonicũ regem Reblam, quæ eſt in terra Hamath, & loquut⁹ eſt cũ eo [5] iudicia. Trucidauit autẽ rex Babylonis in Rebla filios Zedeciæ in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Porrò oculos Zedeciæ excæcauit, & vinxit eũ duab⁹ [6] catenis, vt introducerent eum Babylonem. Domum autẽ regiam atque domus populares igni incenderunt Chaldæi, & muros Ieruſalẽ diruerunt. Reliquũ populum ex his qui reliqui erant in vrbe, & eos qui ad ſe defecerant, & reliquias vulgi quæ adhuc ſupererant, tranſtulit Nebuſar-adan præfectus [7] rerũ capitaliũ in Babylonẽ. De plebe autẽ tenues, & qui nihil habebant, reliquit Nebuſar-adan capitalium rerum præfectus, in terra Iuda, & dedit eis vineas & arua eodem tempore. ¶ Præceperat autẽ Nabuchodonoſor rex Babyloniæ ipſi Nebuſar-adan præfecto capitalium rerum de Ieremia, in hanc ſententiã, Accipe illum, & [8] pone oculos tuos ſuper eũ, neq; feceris ei quidquã mali, ſed quidquid dixerit tibi facito ei. Miſit ergo Nebuſar-adan præfectus rerum capitaliũ, Nebuſaſban, Rab-ſaris, & Nergal, Saræzer & Rab-mag, atq; omnes magnates regis Babylonij, miſerunt inquã, & accerſiuerũt Ieremiam è veſtibulo carceris, & cõmendauerũt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, vt educeret eum domũ, & [9] habitauit in medio populi. ¶ Factus autẽ fuerat ſermo Domini ad Ieremiã, quũ adhuc detẽtus eſſet in atrio cuſtodię, in hũc modũ, I, & dicito Abde-melech Æthiopi in hãc ſententiã, Sic ait Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Ecce ego inducã verba mea ſuper vrbẽ iſtã, ad malum & nõ ad bonũ, & erunt in conſpectu tuo hoc die, Sed te eruam in illo die, dicit Dominus, vt non tradaris in poteſtatẽ virorum quos tu tãtopere formidas. Certiſſime enim te liberabo, ne gladio cadas: eritque vita tua præda tibi, quòd in me ſperaſti, ait Dominus.

CAP. XL.

A [1] Ctio quã geſſit Domin⁹ cum Ieremia, poſtquam dimiſerat eum Nebuſar-adan præfectus rerum capitaliũ, de Rama, [2] quò eum vinctũ cõpedibus duxerat, inter omnes captiuos Ieruſalẽ & Iuda qui Babylonẽ trãſferebantur. ([3] Accerſiuit nempe præfectus capitaliũ rerum Ieremiã, & dixit ad eum, Dominus Deus tuus cõſtãter loquut⁹ eſt malum hoc ſuper locũ iſtũ: Adduxit ergo Domin⁹, & fecit quẽadmodũ [4] loquutus eſt, quia peccauiſtis Domino, & nõ paruiſtis voci eius, [5] idcirco euenit vobis calamitas iſta. Nũc ergo ecce ego ſoluo te hodie de viculis quæ ſunt in manib⁹ tuis. Et [6] ſi tibi videtur mecũ proficiſci Babylonẽ, venias, [7] ponámq; ſup te oculũ meũ. [8] ſi min⁹ placet mecũ proficiſci Babylonẽ, [9] ſiue:

¶ 1 Si hemiſtichiũ referas ad finem præcedẽtis capitis, ſic vertes iſtud, Ingreſſi ſunt ergo ¶ 2 Quædã ex iſtis nominibus appellatiua videntur, officiorum ſcilicet nomina, vt quæ à Rab incipiunt, & Sar, vt Sareſer, Theſaurorũ p̃fect⁹, Rab-ſaris, Præfect⁹ aulicorum aut eunuchorũ &c. ¶ 3 per viã horti regis. i. per os cuniculi qui erat in horto regis q ita fact⁹ erat vt vtrinque murum haberet, vt fit i fornicibus. Locus melius intelligitur de cuniculo cuius orificiũ ne omnibus pateret, erat in horto regis. Nã porta inter murum & antemurale ſita, omnibus fuiſſet nota. ¶ 4 egreſſúſque eſt [rex] per viã deſerti. ¶ 5 .i. acriter & dure cum eo egit, quòd defeciſſet, & fœd⁹ fregiſſet. ¶ 6 geminis cõpedibus ferreis vel chalybeis.

¶ 7 vox Hebręa TABAH, ſignificat coquũ. Vnde qdã transferunt, præfectum coquorũ. Per tranſlationem autem ſignificat militem, à cæde. nam & vocamus occiſionẽ illam quæ fit in bello, belle boucherie. & Chaldæus paraphr. vertit, princeps occiſionis. Vertendũ igitur præfectus militiæ. ¶ 8 .i. gere curam illius. Nã ab illis ſolemus oculos auertere quos contemnimus. ¶ 9 .i. factus eſt liber: licuit ei verſari in medio populi.

XL. ¶ 1 Heb. Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino. Ab hoc loco vſque ad prophetiam qua Dominus admonet per Ieremiam reliquias Iuda ne fugiant in Ægyptum, interſeritur longa hiſtoria: qua narrata, exponitur prophetia reuelata Ieremiæ à Deo, cuius mentio fit primo verſu huius capitis. ¶ 2 Heb. cum tulit illum: erat autẽ vinctus manicis ferreis. ¶ 3 Initiũ longæ parentheſis quæ durat vſque ad 42 caput, circiter principium. ante hoc verbum, Contigit autem &c. ¶ 4 vl. prædixerat, ¶ 5 Heb. factum eſt vobis verbũ hoc. i. euenit vobis hæc res, ſiue hæc afflictio. ¶ 6 Heb. ſi bonum eſt in oculis tuis, ¶ 7 .i. tui curam geram. ¶ 8 Heb. ſin autẽ malum eſt in oculis tuis. i. ſi non eſt tibi gratum. ¶ 9 vl, deſine venire.

[10] Gallice dicimus, Tout le pais eſt a tõ cõmandemẽt, va la ou tu vouldras. [11] Nõdũ enim ille ſreſponderat illi quòd reuerteret. quum [dixit illi] Reuertere ad &c. q. d. nondũ Ieremias dixerat magiſtro militũ ſe velle reuerti in terrã ſanctã, quũ ille iuſſit vt Ieruſalem rediret. voluntatem enim Ieremiæ è vultu deprehenderat, aut ex alia re. [12] Heb. ad omne gratũ in oculis tuis, [13] i. extra vrbem [14] vel, paruulos. [15] i. promiſit illis iureiurando adhibito ſalutem & militib⁹ eorum. Verba iuriſiurãdi omiſerũt hic breuitatis cauſa, vt 4. Reg. 25. [16] vel, habitatur ſum [17] i. vt adſtem Chaldæis, hoc eſt excipiam Chaldæos qui à Chaldæa venturi ſunt ad nos. [18] autũnales. Gallice, Le fruictage. Iã enim facta erat meſſis. [19] apprehẽdiſtis. ſub. ad habitandum. [10] Heb. dediſſe reliquias Iuda. & præfeciſſet illis. i. reliquiſſet aliquot Iudæos in Iuda, quib⁹ præfeciſſet Godoliã. [11] autũnales [12] valde. i. copioſiſſimos. [13] Heb. vt percutiat animam tuam?

XLI.

[1] quia præfecerat [eum]

[2] vel, idque nemine ſciẽte. eo rũ ſcilicet qui

ecce [9] vniuerſa terra coram te eſt, quocunque tibi bonum & cõmodũ videbitur ire, illuc eas, ([11] nõdum enim erat reuerſus.) & reuertere ad Godoliã filium Ahicã filij Saphan, quem præfecit rex Babylonius ciuitatibus Iuda, & mane cum eo in medio populi, aut eas [12] quocũque tibi ire libuerit. Deditque ei præfectus capitaliũ rerum cõmeatum & munus, & dimiſit eũ. ¶ Cõceſſit igitur Ieremias ad Godoliã filium Ahicam in Mizpa, & habitauit cum eo in medio populi qui reliquus erat in terra. Quúmque omnes duces exercituum qui [13] in agro erant, ipſi & milites eorum audiſſent quòd rex Babylonis præfeciſſet Godoliam filiũ Ahicam in terra, quòdque cõmendaſſet ei viros, mulieres, [14] pubẽ, & pauperes terræ, qui Babylonẽ captiui nõ fuerant abducti, venerũt ad Godoliã in Mizpa, Iſmael fili⁹ Nethaniæ, Iohanã atque Ionathã filij Careæ, Sarias fili⁹ Tãhumeth, atque filij Ephai Netophatitæ, Iezanias fili⁹ Maachati, ipſi cum viris ſuis. [15] Iurauit autem Godolias filius Ahicã filij Saphan, tam illis quàm ſociis ipſorũ, ad hũc modum, Ne formidetis ſeruire Chaldæis, habitate in terra, & ſeruite regi Babylonio, & bene erit vobis. Ecce enim ego [16] habito in Mizpa, [17] vt ſtem corã Chaldæis qui venient ad nos: vos autem colligite vinũ, [18] æſtiuos fructus, & oleũ, & recõdite in penuaria veſtra, atque habitate in oppidis veſtris quę [19] occupaſtis. Sed & omnes Iudæi, qui erãt in Moab atque inter Ammonitas, & in Edom, & qui erant in vniuerſis terris, comperto quòd Babylonius rex [10] dediſſet & præfeciſſet reliquijs Iuda Godoliã filiũ Ahicam filij Saphã, Redierunt omnes Iudæi de cunctis locis ad quæ propulſi fuerãt, & venerunt in terrã Iuda ad Godoliam in Mizpa, & collegerunt vinum & [11] æſtiuos fruct⁹, multos [12] nimis. ¶ Iohanan autẽ filius Careæ, & cuncti duces exercituum qui fuerãt in agro, venerunt ad Godoliã in Mizpa, dixerúntque ad eũ. Num tu ignoras quòd Baalis rex Ammonitarum miſit Iſmaelem filium Nethaniæ ad [13] interficiẽdũ te? At Godolias filius Ahicã eis non credidit. Porrò Iohanã filius Careæ loquutus eſt clanculum cum Godolia in Mizpa, dicẽs, Vis eam & percutiam Iſmaelem filium Nethaniæ, nullo hominum ſciente? Cur enim ille animam tuã feriret, & diſſiparentur omnes Iudæi, & qui collecti ſunt ad te, & perirent reliquiæ Iuda? Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Careæ, Ne feceris hanc rem: nam tu mẽdacium loqueris de Iſmaele.

CAP. XLI.

Et factum eſt menſe ſeptimo, vt veniret Iſmael filius Nethaniæ filij Eliſamæ de ſemine regio cum optimatibus regis, & decem viris quos penes ſe habebat, ad Godoliam filium Ahica in Mizpa, vbi & panẽ ſimul comederũt, nẽpe in Mizpa. Inſurrexit autẽ Iſmael fili⁹ Nethaniæ & decem viri qui cũ eo erant, & percuſſerũt gladio Godoliam filium Ahicam, filij Saphan, & interfecerunt eum [1] quẽ præfecerat Babyloniæ rex ipſi terræ. Sed & cunctos Iudæos qui fuerunt cũ eo, nempe cum Godolia in Mizpa, & Chaldæos qui ibi inueniebãtur, & viros bellatores percuſſit Iſmael. ¶ Factũ eſt autem die altero poſt cædem Godoliæ, [2] quæ adhuc latebat, [3] vt venirent viri quidam de Sichem, de Silo, & de Samaria, octoginta nẽpe viri, attonſis barbis, ſciſſiſque veſtibus [4] ſeſe laniantes, ferentes cibarium ſacrificium & thus in manu ſua, vt afferrent in ædem

ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt, quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. Et mecum noli venire: ſed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocunque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria, & munuſcula, & dimiſit eũ. B
¶ Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Cúmque audiſſent omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ: & quòd commẽdaſſet ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperib⁹ terræ qui nõ fuerant tranſlati in Babylonem: Venerunt ad C
Godoliam in Maſphath & Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan [a] filius Caree, & Ionathan, & Sareas, filius Thanehumeth, & filij Ophi qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum, dicens, Nolite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Maſphath, vt reſpõdeã præcepto Chaldæorum qui mittũtur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & meſſem & oleum, & cõdite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas tenetis. Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab, & in [b] finibus Ammon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionib⁹, audito quòd dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan: reuerſi ſunt inquã omnes Iudæi de vniuerſis locis ad quæ profugerãt: & venerũt in terram Iuda ad Godoliam in Maſphath: & collegerunt vinum, & meſſem multã nimis. ¶ Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercit⁹, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliã in Maſphath. Et dixerũt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filiũ Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam. Iohanan autẽ filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath, loquens, Ibo, & percutiam Iſmahel filiũ Nathaniæ nullo ſciente: ne interficiat animam tuam, & diſſipentur omnes Iudæi qui cõgregati ſunt ad te, & peribũt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel. D

CAP. XLI.

Et factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, & optimates regis, & decẽ viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicã in Maſphath: & comederũt ibi panes ſimul in Maſphath. Surrexit autẽ Iſmahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erãt, & percuſſerunt Godoliam filiũ Ahicam filij Saphã gladio, & interfecerunt eũ, quẽ præfecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos qui erant cũ Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores percuſſit Iſmahel. ¶ Secundo autẽ die poſtquã occiderat Godoliam nullo adhuc ſciente, venerũt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri: raſi barba, & ſciſſis veſtibus, & ſqualẽtes: & munera & thus habebant in manu, vt offerrẽt

Habitat Ieremias cũ populo relicto in Ieruſalẽ, cui præerat Godolias.

[a] & Ionathã filij Caree, & Sareas

4. Reg. 25. f.

[b] filijs

Iohanã prædicit Godoliæ duci mortem ſuam.

Iſmahel dolo occidit Godoliã & alios complures.

incolebãt Maſpha. [3] Heb. & venerũt. i. fama fuit venire Maſpha octoginta viros. Vel, profecti ſunt de Silo, Sichẽ, & Samaria quos fama erat venire Maſpha. Aut, veniebãt, aduẽtabãt: proinde egreſſus eſt de Maſpha Iſmahel. [4] & facie lacera. ſub. vnguib⁹. vel, inciſa. Hi octoginta viri ſigna hæc luct⁹ edere cœperũt in itinere ipſo, quãdo audierũt templũ direptũ & cõbuſtum fuiſſe à Chaldæis. Vrbs enim capta fuit mẽſe quarto, vt vides ſuprà cap. 39. & tẽplũ cõbuſtũ eſt mẽſe quinto, 4. Reg. 25. Quando ergo hi octoginta viri ſe itineri accinxerũt, poterant audiuiſſe famã vrbis captæ: at de templo vaſtato nihil audierãt: alioqui non detuliſſent ſecum munera, & thus oblationis cauſa.

B In domo Domini. Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorũ de Maſphath, incedẽs & plorans ibat: cum autẽ occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam. Qui cum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipſe & viri qui erãt cum eo. Decẽ autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerũt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habem⁹ theſauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et ceſſauit: & nõ interfecit eos cũ fratrib⁹ ſuis. Lac⁹ autem in quẽ proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorũ quos percuſſit propter Godoliam, ipſe eſt quem fecit rex Aſa, propter Baaſa regem Iſrael: ipſum repleuit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis.

C Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erãt in Maſphath: filias regis, & vniuerſum populũ qui remanſerat in Maſphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicã. Et cepit eos Iſmahel filius Nathaniæ: & abijt, vt tranſiret ad filios Ammon.

*Iohanã perſequitur Iſmahelem.*

¶ Audiuit autẽ Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ. Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarẽt aduerſum Iſmahelẽ filiũ Nathaniæ: & inuenerunt eũ ad aquas multas quæ ſunt in Gabaõ. Cúmq; vidiſſet omnis popul⁹ qui erat cũ Iſmahel, Iohanan filium Caree, & vniuerſos princi-

D pes bellatorũ qui erant cũ eo, lætati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus, quẽ ceperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſúſque abijt ad Iohanã filiũ Caree. Iſmahel autẽ filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorũ qui erãt cũ eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath, poſtq̃ percuſſit Godoliam filiũ Ahicam: fortes viros ad præliũ, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon. Et abierunt, & ſederũt peregrinantes in Chamaã, quæ eſt iuxta Beth-lehẽ: vt pergerẽt, & introirẽt Ægyptũ à facie Chaldæorũ. timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmahel fili⁹ Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quẽ præpoſuerat rex Babylonis in Terra-Iuda.

CAP. XLII.

*Cõſulũt principes Ieremiam quid facere debeant. ¶ Oſaiæ,*

ET acceſſerũt omnes principes bellatorũ, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius [a]Oſaiæ,' & reliquũ vulgus à paruo vſque ad magnũ: Dixerúntque ad Ieremiã prophetam, Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo: & ora pro nobis ad Dominũ Deum tuũ pro vniuerſis reliquijs iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuẽtur: Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viã per quã pergamus, & verbũ quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum veſtrum ſecundũ verba veſtra. omne verbũ quodcunque reſpõderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiã, Sit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad nos, ſic faciemus: Siue bonũ eſt, ſiue malum, voci Domini Dei noſtri ad quẽ mittimus te, obediemus: vt bene ſit nobis cum audierimus vocem Domini Dei noſtri.

*Monet reliquias pp̃li ne proficiſcant in Ægyptũ.*

B ¶ Cũ autem completi eſſent decem dies, factum eſt verbum Domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohanã filium Caree, & omnes principes bellatorũ, qui erant cum eo, & vniuerſum populum à minimo vſque ad magnum. Et dixit ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me vt pro-

---

Domini. Egreſſus itaq; eis obuiã Iſmael fili⁹ Nethaniæ de Mizpa, [*]incedẽs eũdo & plorãs.' Quũque obuiam illis veniſſet, dixit, Ingredimini ad Godoliã filiũ Ahicã. Quũmq; veniſſent in mediã vrbem, trucidauit eos Iſmael filius Nethaniæ in [5]medio laci,' ipſe & qui cũ eo erãt viri. Inter hos autẽ inuẽti ſunt decẽ viri, qui dicebãt ad Iſmaelẽ, Ne interficias nos: habem⁹ enim theſauros in agro abſconditos, [6]triticũ, ordeũ, oleum, & mel.' [7]ceſſauit ergo nõ interficiẽs eos' inter fratres eorum. Lacus autẽ in quem proiecit Iſmael omnia cadauera virorũ quos trucidauerat propter Godoliã, is eſt quẽ fecerat rex Aſa metu Baaſæ regis Iſraelis: eũ impleuit Iſmael filius Nethaniæ [8]interfectis.' Et omnes reliquias populi qui erãt in Mizpa captiuas abduxit Iſmael, filias regis, & omnẽ reliquũ populũ in Mizpa, quib⁹ Nebuſar-adan præfectus capitaliũ rerũ Godoliam filium Ahicã præfecerat, eos captiuos abduxit Iſmael filius Nethaniæ, & abijt vt ad Ammonitas tranſiret. ¶ Iohanan autẽ filius Careæ, & omnes duces exercituũ qui erant cũ eo, quum audiſſent omne malũ quod fecerat Iſmael filius Nethaniæ, acceperũt omnes [9]viros,' & profecti ſunt ad confligendũ cũ Iſmaele filio Nethaniæ, & [10]offenderũt' eũ ad aquas multas quę ſunt in Gibeõ. Factũ eſt autem quũ vniuerſus popul⁹ qui erat cũ Iſmaele viderent Iohanã filium Careæ, & omnes duces exercit⁹ qui cũ eo erãt, gauiſi ſunt. Reduxerũt ergo omnẽ populum quẽ captiuum abduxerat Iſmael ex Mizpa, reuerſíq; venerunt ad Iohanan filiũ Careæ. Iſmael autẽ filius Nethaniæ euaſit cũ octo viris è cõſpectu Iohanan, & profectus eſt ad Ammonitas. Porrò Iohanan filius Careæ, & omnes duces exercitus qui cũ eo erãt, acceperunt omnẽ reliquũ populũ quem reduxerant ab Iſmaele filio Nethaniæ de Mizpa [abductũ,] poſtquã trucidauerat Godoliã filium Ahicam, viros bello ſtrenuos, vxores, [11]pubem,' & eunuchos quos reduxerat à Gibeon, & abierunt, & conſederũt in [12]Geruth-chimham, quiſ[lo cus]eſt iuxta Beth-lehem, vt profecti ventrẽt in Ægyptum, metu Chaldæorũ à quibus ſibi metuebant, q Iſmael filius Nethaniæ percuſſiſſet Godoliam filium Ahicam, quem terræ præfecerat rex Babylonius.

CAP. XLII.

ACceſſerunt autẽ omnes principes exercituũ, Iohanan filius Careæ, Iezanias filius Hoſiæ, & vniuerſus popul⁹ à minimo ad maximũ, Et dixerunt ad Ieremiã prophetã, [1]Sine quæſo te exorari,' vt pro nobis ores ad Dominũ Deum tuũ pro cunctis iſtis reliquijs. [2]quæ admodũ exiguæ ex multis ſuperſunt,' quẽadmodũ oculi tui nos vident, vt Dominus Deus tuus nobis viam oſtendat qua proficiſcamur, & quid nobis ſit faciendum. Quibus reſpondit Ieremias propheta, Exaudiui, ecce ego orabo ad Dominũ Deũ veſtrum quẽadmodũ eſtis loquuti: & quidquid reſpõderit vobis Domin⁹, indicabo vobis, nec [3]quicq̃ vos cælabo.' Iſti autẽ dicebãt ad Ieremiã, Sit Domin⁹ inter nos [4]veritatis & fidei' teſtis, ſi non iuxta omnia verba ob quæ Domin⁹ Deus tuus te ad nos miſerit, fecerimus. [5]Siue cõmodũ fuerit ſiue incõmodum,' nos voci Domini Dei noſtri, ad quẽ te mittimus, obtẽperabim⁹, vt nobis bene ſit, dũ paruerim⁹ voci [6]Domini Dei noſtri.') ¶ Cõtigit autem vt exactis decem diebus, fieret ſermo Domini ad Ieremiã. Vocauit ergo Iohanan filium Careæ, & omnes duces exercituũ qui erant cum eo, atque vniuerſum populum, à minimo ad maximum vſque, & dixit ad eos, Sic dixit Dominus Deus Iſraelis, ad quem vos me miſiſtis [7] vt pro-

---

[*].i. ſimulãdo ſe triſtem ob ea quæ acciderant Ieruſalem & templo: vt hac via facilius imponeret incautis hominibus. ¶ 5 [&] in mediũ laci [conіecit.] Quòd hi occiſi non fuerint in fouea ipſa, ſed occiſi, in illam cõiecti fuerint, clarum eſt ex paulo ſequẽtibus. ¶ 6 [theſauros inquam] tritici. hordei & mellis. ¶ 7 Heb. deſtitit, & non occidit eos &c. ¶ 8 cadaurib⁹ interfectorum. ¶ 9 .i. ſuos milites ¶ 10 vl, aſſecuti ſunt ¶ 11 paruulos, ¶ 12 Alij, Geruth appellatiuũ faciunt, pro loco in quo habitauerit Chimhã filius Barſellai, de quo. 2. Re. 19. q. d. in loco qui dicitur Peregrinatio Chamaam, vel quẽ accepit Chamaã à Dauide, illicq; habitauit. Ex Chaldæo paraphr.

XLII.

¶ 1 Heb. cadat quæſo deprecatio noſtra in cõſpectu tuo. i. exaudiatur à te deprecatio noſtra, quæ eſt vt ores pro nobis ¶ 2 Hebr. quia relicti ſumus paucum quid de multo. ¶ 3 Hebr. non prohibebo à vobis quidquam. ¶ 4 verax & fidelis. q. d. Teſtamur Dominũ teſtem verũ & fidelẽ nos velle turpiter & crudeliter vitã hanc finire, niſi fecerimus quid per te iuſſerit nos facere. Loc⁹ cõciſus. ¶ 5 Heb. ſiue bonũ, ſiue malũ fuerit. i. ſiue fœlicitatẽ, ſiue calamitatẽ prædixeris, monitis Dei noſtri parebimus. ¶ 6 Hic finis eſt longiſſimæ illius parentheſis quæ incœpit circiter principium capitis XL. ¶ 7 Heb. vt cade-e facerem deprecationem veſtram ante eum. i. vt illum nomine veſtro deprecarer.

¶8 Terra ſancta hic confert ſolo in quo ædificatur: & horto in quo pulchræ conſerunt arbores. Populos vero Iudaicus cõparatē ædificio & arboribus in horto cõſitis. q.d. non ſinã poſthac vlloſ è vobis in Chaldæã abduci pœnitet eni me inchoatæ abductionis. ¶9 i. miſerebor veſtri, & miſerebitur etiã veſtri rex Nabuchodonoſor. Vl. Efficiã vt gratia & fauore vos rex Babyloniæ cõplectatur, vobis benefaciat: tantum abeſt vt eum metuatis. ¶10 vl. reducet vos in terram veſtrã. ¶11 habitabimus. ſub. diutiꝰ. ¶12 Nũc ergo propterea. ¶13 Heb. Si vos ponẽdo poſueritis facies veſtras vt pficiſcamini ĩ AEgyptum. Hebraica hac locutione, Ponere vel firmare faciẽ, ſignificat firmũ & fixũ propoſitũ aliqd faciendi. ¶14 ad peregrinandũ illic. vl. vt habitetis illic. ¶15 Heb. poſuerint facies ſuas vt pficiſcantur in AEgyptũ. ¶16 effuſa eſt. Sumpta metaphora aut à metallis liqfactis, aut ab imbribꝰ ſubito & repẽte decidẽtibꝰ. i. vt ſubito meo furore obruti ſunt ciues Ieruſalem &c. ¶17 effũdet ¶18 q teſtibus adhibitis admonui vos. ne ſcilicet intretis AEgyptum.

ſterneretꝰ precationẽ veſtram in cõſpectu eius. Si manebitis & habitabitis ĩ terra iſta, ædificabo vos, & non demoliar: [8]plantabo vos, & non euellam: quia pœnitet me mali iſtius quod vobis intuli. Ne formidetis regẽ Babyloniæ à quo vos timetis: ne metuatis eum, dicit Dominus. quoniã ego vobiſcũ ſum, ad ſeruandũ & liberandũ vos de manu illius. [9]Dabo enim vobis miſerationes, vt ille veſtri miſereatur, &[10] permittet vobis habitare in terra veſtra. Quòd ſi dixeritis vos, Non [11]permanebimus in hac terra, non obtemperãdo voci Domini Dei veſtri, ſed dicẽdo, Non, ſed proficiſcemur in terrã AEgypti, vbi nec bellum videamus, nec tubæ vocem audiamus, nec cibi penuria laboremus, & illic habitabimus. [12]Idcirco audite verbum Domini reliquiæ Iuda, Sic dixit Dominus exercituum Deꝰ Iſraelis, [13] Si omnino firmiter ſtatueritis in AEgyptũ proficiſci, atq; illuc perueneritis [14]vt illic exuletis, futurũ eſt vt gladiꝰ quem vos metuitis, in terra AEgypti vos aſſequatur: & fames ob quã vos ſoliciti eſtis, vobis illic in AEgypto adhæreſcat, atq; vt illic moriamini. Fiet enim vt omnes homines qui [15]cõtumaciter ire in AEgyptũ ſtatuerint, vt illic habitẽt, gladio, fame & peſte moriantur. Nec erit quiſquã ex eis reliquus, nec euadet quiſquã à malo quod ego inducturus ſum ſuper eos. Quia ſic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Quẽadmodum [16]cõflata eſt ira mea, & furor meꝰ cõtra habitatores Ieruſalẽ, ſic [17]cõflabitur furor meus cõtra vos ſi in AEgyptum profecti fueritis. Eritis enim execrationi, ſtupori, contumeliæ & opprobrio ſ[omnibus,] nec locum hunc vltra videbitis. Edicit vobis Dominus ô reliquiæ Iuda, ne eatis in AEgyptum: certiſſime hoc ſciatis [18]ꝙ ego vos hodie obteſtor. Equidẽ [19]veſtras ipſorũ animas ſeducitis: nam vos miſiſtis me ad Dominũ Deũ veſtrũ, dicẽdo, Ora pro nobis ad Dominũ Deũ noſtrum: & quidquid reſpõderit Dominꝰ Deus noſter, [20]refer ad nos, & faciemus. Annũtiaui ergo vobis hodie, ſed non paruiſtis voci Domini Dei veſtri, nec omnibus ob quę miſit me ad vos. Nũc ergo certiſſime ſcitote, quòd gladio, fame & peſte moriemini in eo loco, ad quem proficiſci vultis vt illic habitetis.

## CAP. XLIII.

FActum eſt autẽ, quũ Ieremias ſinẽ feciſſet loquẽdi ad omnẽ populũ cuncta verba Domini Dei ſui, ob quæ miſerat eũ Dominus ſuorum ad illos, cuncta inquã verba iſta, vt Azarias filius Hoſiæ, & Iohanan filius Careæ, & omnes arrogãtes dicerẽt ad Ieremiã, Tu mẽdacium loqueris: neq; enim miſit te Dominꝰ Deus noſter ad nos, mãdando, Ne proficiſcamini in AEgyptũ vt ibi habitetis: Sed Baruch filius Neriæ incitat te contra nos, vt tradat nos in poteſtatẽ Chaldæorum, vt nos occidant, & captiuos nos Babylonẽ ducãt. Et non obtemperauerunt Iohanan filius Careæ, & omnes principes exercituũ, & cunctus populus voci Domini, vt habitarẽt in terra Iuda, Sed abduxit Iohanã filius Careæ & omnes duces exercituũ, cũctas reliquias Iuda, quæ reuerſæ erãt ex omnibus gẽtibus ad quas propulſæ fuerant, vt habitarent in terra Iuda, viros [ſcilicet,] mulieres, [1]pubem, & filias regis, & quidquid reliquerat Nebuſar-adã præfectus rerũ capitaliũ [2]apud Godoliam filium Ahicã, filij Saphã, & apud Ieremiam prophetã, atque apud Baruch filiũ Neriæ, & profecti ſunt in terram AEgypti, quia nõ paruerũt voci Domini, & venerunt in Taphnes.

ſterneret preces veſtras in cõſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra hac, ædificabo vos, & nõ deſtruam: plantabo, & nõ euellam: iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis: nolite metuere eũ, dicit Dominus: quia vobiſcũ ſum ego, vt ſaluos vos faciam, & eruam de manu eiꝰ, & dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. Si autẽ dixeritis vos, Nõ habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocẽ Domini Dei noſtri, dicẽtes, Nequaquã, ſed ad Terram-AEgypti pergemus: vbi nõ videbimus bellum, & clangorem tubæ nõ audiemus, & famem nõ ſuſtinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nũc audite verbũ Domini reliquiæ Iuda. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, Deus Iſrael, Si poſueritis faciem veſtrã vt ingrediamini AEgyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: gladius quem vos formidatis, ibi cõprehendet vos in Terra-AEgypti: & fames pro qua eſtis ſoliciti, adhærebit vobis in AEgypto, & ibi moriemini. Omnẽſq; viri, qui [a]poſuerunt faciem ſuã vt ingrediãtur AEgyptũ, vt habitẽt ibi, morientur gladio, & fame, & peſte: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam ſuper eos. Quia hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Iſrael, Sicut cõflatꝰ eſt furor meus, & indignatio mea ſup habitatores Ieruſalẽ: ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos, cũ ingreſſi fueritis AEgyptum: & eritis in iuſiurãdum, & in ſtuporem, & in maledictũ, & in opprobrium: & nequaquã vltrà videbitis locum iſtum. Verbũ Domini ſuper vos reliquiæ Iuda, Nolite intrare AEgyptũ: ſcientes ſcietis quia obteſtatus ſum [a]vobis hodie quia decepiſtis animas veſtras. vos enim miſiſtis me ad Dominum Deum [a]noſtrum dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum noſtrũ: & iuxta omnia quæcũque dixerit tibi Dominꝰ Deus noſter, ſic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie, & nõ audiſtis vocẽ Domini Dei veſtri ſuper vniuerſis pro quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis quia gladio & fame & peſte moriemini in loco ad quem voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

## CAP. XLIII.

FActum eſt autem, cũ compleſſet Ieremias loquẽs ad populum vniuerſos ſermones Domini Dei eorum, pro quibus miſerat eum Dominꝰ Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: dixit Azarias filius [a]Oziæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri ſuperbi, dicentes ad Ieremiã, Mendacium tu loqueris: nõ miſit te Dominus Deus noſter, dicẽs, Ne ingrediamini AEgyptum, vt habitetis illic: Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorũ [a]& interficiat nos, & traduci faciat in Babylonẽ. Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuerſus populus, vocem Domini vt manerẽt in Terra-Iuda: Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda, qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant antè diſperſi, vt habitarent in Terra-Iuda: Viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnẽ animam quã reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cũ Godolia filio Ahicã, filij Saphan: & Ieremiã ꝓphetã, & Baruch filiũ Neriæ: Et ingreſſi ſunt in Terram-AEgypti, quia nõ obedierunt voci Domini: & venerũt vſque ad Taphnis.

¶[a]poſuerint ¶[a]vos ¶[a]veſtrum

Reclamante Ieremia, Iohanã abducit reliquias populi in AEgyptum.

¶[a]Oſaiæ, ¶[a]vt

¶19 Certe errare feciſtis me in animabus veſtris. vl. decepiſtis meſpe i. quod erat in animis veſtris. Hoc eſt, aliter loquendo quàm eſſet in animis veſtris: quum ſcilicet petiſtis à me vt Dominum veſtro nomine orarem. ¶20 vl. renuncia [ſiue indica] nobis. XLIII. ¶1 ſub. ſuperſtitum. ¶1 paruulos ¶2 vl. cum Godolia &c. Multi bello Chaldaico Iudæi fugerant ad vicinas regiones: qui poſt redierũt ad Iohanan, & prius ad Godoliam.

Ieremias præ dicit vaſtitatem Ægypti

¶Et factus eſt ſermo Domini ad Ieremiã in Taphnis, dicens, Sume tibi lapides grandes in manu tua, & abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio in porta dom[9] Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce, ego mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & ponam thronum eius ſuper lapides iſtos quos abſcondi. & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos. Veniénſque per-

D cutiet Terram-Ægypti: quos in mortẽ, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium. Et ſuccendet ignẽ in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra-Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace. Et conteret ſtatuas domus Solis quæ ſunt in Terra-Ægypti: & delubra deorũ Ægypti comburet igni.

CAP. XLIIII.

Arguit populum idololatriæ.

Verbum quod factum eſt ad Ieremiam, & ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra-Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phathures, dicẽs, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Vos vidiſtis omne malum iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſunt hodie, & nõ eſt in eis habitator: propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & ſacrificarent, & colerent deos alienos quos neſciebant & illi & vos & patres veſtri. Et miſi ad vos oẽs ſeruos meos prophetas de nocte conſurgens, mittẽnſque, & dicens, Nolite facere verbum abominationis huiuſcemodi quam odiui. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam vt conuerterentur à

¶ huius quã odi.

B malis ſuis, & non ſacrificarent dijs alienis. Et cõflata eſt indignatio mea & furor meus: & ſuccẽſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalẽ: & verſæ ſunt in ſolitudinem & vaſtitatem ſecũdum diem hanc. Et nunc hæc dicit Domin[9] exercituum Deus Iſrael, Quare vos facitis malum grande hoc contra animas veſtras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam reſiduum: Prouocantes me in operibus manuũ veſtrarum, ſacrificando dijs alienis in terra-Ægypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionẽ & in opprobriũ cunctis gentibus terræ? Nunquid obliti eſtis mala patrum veſtrorum, & mala regũ Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ieruſalem? Non ſunt mundati vſque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerũt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ

Minatur eis exitium. Amos 9.b.

C dedi coram vobis & corã patribus veſtris. Ideò hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malũ: & diſperdam omnem Iudam. Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur Terram-Ægypti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes in Terra-Ægypti: & cadent in gladio, & in fame: & conſumentur à minimo vſque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iuſiurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium. Et viſitabo habitatores Terræ-Ægypti, ſicut viſitaui Ieruſalem: in gladio & fame, & peſte. Et non erit qui effugiat, & ſit reſiduus de reliquijs

¶ ſuper
¶ ſuper

¶Factus eſt autẽ ſermo Domini ad Ieremiam in [4]Taphnes in hanc ſententiam, Accipe manu tua lapides grandes, & defode eos [5]in maltam in officina lateritia quæ eſt ad oſtium domus Pharaonis in Taphnes, idque aſpicientibus viris Iuda. Et dic ad eos. Sic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, En mitto & acceſſo Nabuchodonoſorẽ regem Babyloniũ ſeruum meum, & ponam ſolium eius [6]ſuper lapides iſtos quos [7]defodi, & expandet auguſtale tentorium ſuum [8]ſuper eos. Veniens autem percutiet terram Ægypti: quos ad mortem, ad mortem: & quos ad captiuitatẽ, ad captiuitatem: & quos ad gladiũ, ad gladium. Et incendam ignem in domibus deorum Ægypti, & comburet eas, atque captiuos abducet eos. Et [9]circumuoluet terram Ægypti, quemadmodum paſtor [10]circumuoluit veſtem ſuam, & exibit illinc incolumis. Confringet quoque ſtatuas domus Solis quæ ſunt in terra Ægypti, & delubra deorum Ægyptiorum igne comburet.

CAP. XLIIII.

Verbum quod factũ eſt ad Ieremiã de oĩbus Iudæis qui habitabãt in terra Ægypti, qui habitabãt [in quã] in Migdal, in Taphnes, i Noph, atque in terra Pateros, in hãc ſentẽtiã, Sic dixit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Vos vidiſtis omnẽ calamitatẽ quã induxi ſuper Ieruſalẽ, & ſuper cũctas vrbes Iuda, & ecce eæ [ſoſ ſ] [1]vaſtæ hodie ſunt, nec eſt quiſ[eas] inhabitet: Id autẽ ꝑpter ſcelera eorũ quæ perpetrarũt me exaſperando. eũdo ſcilicet ac incẽdendo ſuffitũ, ac ſeruiendo dijs alijs quos nõ cognoſcebãt, nec ipſi, nec vos, nec patres veſtri. Et mittebam ad vos oẽs ſeruos meos prophetas, mane ſurgẽdo, mittẽdo, & dicẽdo, Ne obſecro feceritis rẽ hãc abominandã quã [2]deteſtor. At nõ obtẽperarũt, nec aurẽ ſuam inclinarunt, vt reuerterẽtur à malitia ſua, [3]quo minus incenderẽt ſuffitũ dijs alijs. Hinc [4]conflatus eſt æſtus meus & furor meus, & exarſit in vrbes Iuda, & in plateas Ieruſalẽ, factæque ſunt [5]vaſtæ & deſolatæ, vt hodie [videre licet.] Nunc ergo ſic dicit Dominus Deus exercituũ Deus Iſraelis, Cur facitis tantũ malũ [6]aduerſus animas, [7]ad excindendũ vobis viros veſtros, ac fœminas, [8]pubẽ & lactẽtẽ è medio Iuda, & nullos vobis reliquos faciatis: [9]Ad irritãdũ me operibus manuũ veſtrarũ adolendo dijs alijs in terra Ægypti, ad quam abijſtis vt illic [10]exules ſitis, [11]vt excindatis voſipſos, & vt ſitis execrationi & probro inter omnes gẽtes terræ? Nũ obliti eſtis ſcelerũ patrũ veſtrorũ, & ſcelerũ regũ Iuda & vxorũ eorũdẽ, ſcelerũ veſtrorũ, & ſcelerũ vxorũ veſtrarũ, quæ deſignaſtis in terra Iuda, atque in plateis Ieruſalẽ? Non ſunt [12]attriti ad hũc vſque diẽ, nec reueriti ſunt, nec ambularunt in lege mea & in ſtatutis meis, quæ ꝓpoſui vobis & patribus veſtris. Idcirco ſic dicit Dominus exercituũ Deus Iſraelis, Ecce ego [13]pono vultũ meũ cõtra vos ad malum, & ad extirpandũ vniuerſum Iuda. Capiámque reliquias Iuda [14]qui cõtumaciter perſtiterunt abire in terram Ægypti vt illic habitarẽt: & conſumentur omnes. [15]in terra Ægypti cadẽt gladio, & fame cõficientur, à minimo ad maximũ vſque ferro & fame morientur: erúntque execrationi, ſtupori, [16]cõtumeliæ & probro. Et viſitabo eos qui habitant in terra Ægypti, quemadmodũ viſitaui Ieruſalẽ, gladio, fame & peſte: Vt & de ſuperſtitib[9] Iuda qui ad habitandum abierunt in Ægyptũ, nemo euadat aut reliquus fiat, vt redire poſſit

¶4 Eadem eſt vrbs quæ Pſal. 78, Soan dicit. ¶5 in luto, i. in luto vnde fiũt lateres, quod eſt in officina laterũ quæ eſt non procul ab introitu regiæ Pharaonis quæ eſt i Tani, q.d. & abde illos in luto lateritio, ſuperſtruẽdo alios alijs ope luti lateritij. ¶6 i. in loco editiore quã ſint lapides iſti quos in lutum lateritiũ abdidit Ieremias alios alijs ſuperſtruẽdo. His verſus continet ſuperioris expoſitionem. ¶7 abdidi, ſub. per Ieremiam. ¶8 ſub. lapides, i. ſuper locũ in quo ſunt lapides illi ſuperſtructi. ¶9 amiciet ſe terra Ægypti. vl, induet terram Ægypti. i. redibit i patriam onuſtus ſpolijs Ægyptiorum. ¶10 amicire ſe ſolet veſte ſua, qua ſcilicet frigus depellit.

XLIIII. ¶1 deſolatio. vl, deſolatæ ¶2 odi. ¶3 vl. non [vltra] offerendo ¶4 effuſa eſt indignatio mea. ¶5 deſtructæ ¶6 i. in perniciem veſtram, ¶7 vl, ita vt [ꝓpter vos] excindantur vobis viri veſtri ac fœminæ &c. q.d. cur vultis efficere ſceleribus veſtris vt omnes pereatis? ¶8 paruulum ¶9 vl. Propterea ꝙ me irritetis ¶10 vl, habitetis, ¶11 vl, ita vt excindatis vobis [ſub. viros veſtros ac mulieres] & ſitis &c. ¶12 humiliati. vl, non pœnituit eos, aut vos ¶13 vl, ponam, i. non aſpiciam vos vltra benigno vultu, ſed maligno. ¶14 Heb. quæ poſuerunt facies ſuas vt irent ¶15 Subandiendum id eſt, hoc modo, conſumentur omnes: id eſt in terra Ægypti &c. ¶16 maledictioni

eſt. Factæ ſunt vrbes eius deſertæ, terra[69] torri-
da & vaſta, terra in qua nullus hominum habi-
tet, neque filius hominis tranſibit per eas. Viſita
bo quoq; ipſum Belum in Babylone, & eripiam
ex ore eius[70] bolum eius, vt non confluant ad eũ
vltra gentes, quin & murus Babylonis corruet.
¶Egredimini de medio eius popule meus, & ſer
uate quiſq; animã ſuã à furore iræ Domini.[71] Ne
fortè molleſcat cor veſtrũ, & paueatis ad quẽuis
rumorẽ qui audietur in[72] terra:[73] alius enim ru-
mor veniet alio atq; alio anno: alia itẽ atq; alia
violentia in terra,[74] imperiaque alia ſuper alia.
Propterea ecce dies veniẽt, vt viſitẽ ſculptilia Ba-
bylonis, & pudefiat omnis regio eius, &[75] deſide-
rati ei' in ipſa eꝰti iaceãt. Et iubilabũt ſuper Ba-
bylone cæli & terra, & quidquid in his eſt, quum
ab Aquilone veniẽt ei vaſtatores, dicit Domin'.
[76] Vt Babylõ ſtrauit deſideratos Iſraelis, ſic Baby-
lonis deſiderati ſternentur per vniuerſam terrã.
Qui euaſiſtis gladiũ, ite, & ne ſteteritis, memo-
res interim[77] vel de lõgin quo' Domini, & Ieruſa
lẽ vobis in mẽtẽ veniat.[78] Nos[79] audiẽdis oppro-
brijs erubuimus, pudor operuit vultus noſtros,
eo q alieni venerũt in ſanctuaria domus Domi-
ni. Propterea ecce dies veniẽt, dicit Dominus, vt
viſitẽ ſculptilia ei', & in vniuerſa terra[80] vulne-
rati ingemiſcãt. Si aſcẽderit Babylõ ad cælos, &
[81] robur ſuũ ſublimitate muniat, à me tamẽ ade-
rũt ei vaſtatores, ait Domin'. Vox[82] querula de Ba
bylone, & magna cõfractio de terra Chaldæorũ.
Quoniam[83] vaſtat Dominus Babylonẽ, & perdidit
ex ea[84] ſtrepitũ magnũ:[85] ſonuerũt enim fluctus
eorũ inſtar aquarum ingentium,[86] editus eſt tu-
multus voce eorũ. Quoniã venit cõtra eam, cõtra

ſionis eius. Comedit me, deuorauit me Nabucho
donoſor rex Babylonis: reddidit me quaſi vas
inane: abſorbuit me quaſi draco, repleuit vẽtrem
ſuũ teneritudine mea, & eiecit me. Iniquitas ad-
uerſum me, & caro mea ſuper Babylonẽ, dicit ha
bitatio Sion: & ſanguis meus ſuper habitatores
Chaldææ, dicit Ieruſalẽ. Propterea hæc dicit Do-
minus, Ecce ego iudicabo cauſam tuã, & vlciſcar
vltionem tuam: & deſertum faciam mare eius, &
ſiccabo venam eius. Et erit Babylon in tumulos,
habitatio draconũ, ſtupor, & ſibilus, eo q nõ ſit
habitator. Simul vt leones rugient, excutiẽt co-
mas veluti catuli leonum. In calore eorũ ponã
potus eorũ: & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dor
miant ſomnum ſempiternũ, & non conſurgant,
dicit Dominus. Deducam eos quaſi agnos ad vi- B
ctimam, & quaſi arietes cũ hœdis. Quomodo ca-
pta eſt Seſach, & cõprehenſa eſt inclyta vniuer-
ſæ terræ? quomodo facta eſt in ſtuporem Baby-
lon inter Gentes? Aſcendit ſuper Babylonẽ ma-
re: multitudine fluctuum eius operta eſt. Factæ
ſunt ciuitates eius in ſtuporẽ: terra inhabitabi-
lis & deſerta, terra in qua null' habitet, nec[a] trãſ- ¶[a] tranſiet
eat per eam filius hominis. Et viſitabo ſuper Bel
in Babylone, & eijciam quod abſorbuerat de ore
eius: & nõ confluent ad eũ vltrà Gentes, ſiquidẽ
& mur' Babylonis corruet. ¶Egredimini de me- Iubet Iſraelitas linquere Babylonẽ, & periculo ſe ſubducere.
dio eius populus meus: vt ſaluet vnuſquiſq; ani-
mam ſuã ab ira furoris Domini. Et ne forte mol
leſcat cor veſtrum, & timeatis auditum qui au-
dietur in terra: & veniet in anno auditio, & poſt
hunc annum auditio: & iniquitas in terra, & do
minator ſuper dominatorẽ. Propterea ecce dies
veniunt, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis:
& omnis terra eius confundetur, & vniuerſi in-
terfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt
ſuper Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in
eis ſunt: quia ab Aquilone venient ei prædones,
ait Dominus. Et quomodo fecit Babylon vt cade-
rent occiſi in Iſrael: ſic de Babylone cadent occi-
ſi in vniuerſa terra. Qui fugiſtis gladium, veni- B
te, nolite ſtare: recordamini procul Domini, & Ie
ruſalẽ aſcendat ſuper cor veſtrũ. Confuſi ſumus,
quoniam audiuimus opprobrium: operuit igno
minia facies noſtras: quia venerunt alieni ſuper
ſanctificationem domus Domini. Propterea ecce
dies veniunt, ait Dominus: & viſitabo ſuper ſcul-
ptilia[b] Babylonis, & in omni terra eius mugiet ¶[b] eius
vulneratus. Si aſcẽderit Babylon in cælũ, & fir-
mauerit in excelſo robur ſuum: à me veniẽt va-
ſtatores eius, ait Dominus. Vox clamoris de Baby
lone, & contritio magna de terra Chaldæorum:
quoniam vaſtauit Dominus Babylonẽ, & perdi-
dit ex ea vocem magnã: & ſonabunt fluctus eo-
rum quaſi aquæ multæ: dedit ſonitum vox eo-
rum: Quia venit ſuper eam, id eſt ſuper Babylo-

euerſionẽ Babylonis: qa humanis viribus expugnari poſſe nõ videbatur. ¶66 Heb. gloria vniuerſæ terræ? ¶67.i.vnde hoc fit vt Babylon reddat attonitas gẽtes vicinas ruina ſua & calamitate? ¶68 Heb. Aſcẽdet contra Babel mare.i. immẽſus exercitus Medorum & Perſarũ. ¶69 deſerti & ſolitudinis. ¶70 Heb. deuorationẽ eius.i.id quod deglutiuit, eripli ei. hoc eſt. omnia anathẽmata ſiue donaria eripient illi Perſæ. ¶72 ſub. Chaldæa. ¶71 Sub. Ego autẽ dico vobis. Aut vau Hebraicũ vacat. ¶73 veniet autem in anno rumor, & poſtea in anno auditio, & rapacitas, &c. Obſcure docet tempus expugnandæ Babylonis, quod accidit tertio anno Balſaſar, qui tribus annis regnauit. primo, bel li rumor ſparſus eſt. ſecũdo, aduenerũt Perſæ: tertio, expugnata fuit Babylon. ¶74 & dominator ſuper dominatorem. Nam Dario Cyrus ſucceſſit. ¶75 interfecti eius iaceant in medio eius. ¶76 Heb. Etiam Babel [fuit cauſa] vt caderent interfecti Iſrael, etiam per Babylonem [vel, in Babylone] ceciderunt interfecti eius &c. Videtur meminiſſe cædis iuſtorum, quo oſtendat Babylonem iuſtius eſſe deſtruendam. ¶77 poſt longum tempus. nempe poſt L X X annos. ¶78 Sub. Et dicite, Nos &c. ¶79 pudore affecti ſumus cum audiuimus opprobrium, &c. q.d. Pudet nos ignominiæ maiorum noſtrorum, & contumeliæ qua Barbari Deum affecerunt deſtructo eius templo. ¶80 occiſus gemet. efflando ſcilicet animam. ¶81 munierit altitudinẽ fortitudinis ſuæ. Pro, & fortificauerit altitudinem & robur ſuũ: hoc eſt, quum cinxerit vrbem ſuam muris altiſſimis & validiſſimis. ¶82 clamoris. ſub. audietur. i. clamor ingẽs teſtis contritionis ſiue confractionis magnæ erũpens è Babylone, audietur. ¶83 vſ, vaſtaturus eſt, & perdet ¶84 ſiue, vocẽ magnam. Quia magna turba, magnum tumultũ facit: idcirco vocem, pro turba ſumit. q. d. vbi nunc eſt magnus tumultus, erit magnum ſilẽtium occiſis ciuibus. ¶85 & ſonabunt fluctus eorum.i. turmæ. ¶86 edetur ſonitus vocis eorum. hoc eſt, intentiſſima erit & fortiſſima vox eorum.

uſ prædo, & apprehenſi ſunt fortes eius, & emar cuit arcus eorum: quia fortis vltor Dominus red dens retribuet. Et inebriabo principes eius, & ſapientes eius, & duces eius, & magiſtratus eius, & fortes eius: & dormient ſomnũ ſempiternum, & nõ expergiſcentur, ait Rex, Dominus exercituum G nomẽ eius. Hæc dicit Dominus exercituum, Murus Babylonis ille [9] altiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igne comburẽtur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erũt & diſperibunt. ¶Verbum quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ, cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonẽ, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps prophetiæ. Et ſcripſit Ieremias omne malum quod venturum erat ſuper Babylonem, in libro vno: omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraiam, Cum veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, dices, Domine tu locutus es contra locũ iſtum vt diſperderes eum: ne ſit qui in eo habitet ab homine vſq; ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo. Cúmque compleueris legere librum iſtũ, ligabis ad eum lapidẽ, & proijcies illũ in medium Euphráten, & dices, Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur. Hucuſque verba Ieremiæ.

¶ altiſſimus

Librũ ſuũ Ieremias dat Saraiæ.

C A P. L I I.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cũ regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quę fecerat Ioacim: Quoniam furor Domini erat in Ieruſalem & in Iuda, vſquequo proijceret eos à facie ſua: & receſſit Sedecias à rege Babylonis. ¶Factum eſt autem in anno nono regni eius, in mẽſe decimo, decima [4] die mẽſis: venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe, & omnis exercitus eius aduerſus Ieruſalem, & obſederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. Et fuit ciuitas obſeſſa, vſque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. Menſe autem quarto, nona [4] die menſis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimẽta po- B pulo terræ. Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exierũntque de ciuitate nocte per viã portæ, quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortũ regis (Chaldæis obſidentibus vrbẽ in gyro) & abierũt per viam quæ ducit in erẽmũ. Perſecutus eſt autẽ Chaldæorũ exercitus regẽ: & apprehenderunt Sedeciã in deſerto, quod eſt iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. ¶Cúmq; cõprehendiſſent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblátha, quę eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: ſed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem: & poſuit eum in domo car- C ceris vſque ad diem mortis eius. ¶In menſe autem quinto, decima mẽſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabuchodonoſor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ, qui ſtabat coram rege Babylonis in Ieruſalem. Et incendit domum Domini, & domũ regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnẽ domum magnã igne cõbuſſit.

Repetit captionẽ Sedeciæ, vt veritatem diuinarum promiſſionum oſtẽdat. 4. reg. 14 d. 2. par. 36. b. Ieruſalem capitur à Chaldæis. 3. 39. a. 4. reg. 25. a.

Occiſis filijs Sedeciæ corã eo, ipſe excæcatur.

Incẽditur ciuitas.

Babylonem inquam vaſtator. & capti ſunt fortes eius, & arcus eorum confracti ſunt: quoniã Deus [87] repenſionũ Dominus abunde repẽdet. Et [88] inebriabo principes eius, ſapientes eius, duces eius, ſatrapas eius, atq; fortes eius, & dormiẽt ſomnũ ſempiternũ, & [89] nõ euigilabũt, ait Rex, cui nomẽ Domino exercituũ. Murus Babylonis ille denſus diruẽdo diruetur, & portæ eius excelſæ igni cõburentur: [..] & quod gentes ac populi labore & fatigatione operati ſunt, in vanum & in ignẽ abibũt. ¶Sermo quem mandauit Ieremias propheta [90] Seriæ filio Neriæ filij Mahaſiæ, quum proficiſceretur cum Zedecia rege Iuda in Babylonem anno quarto regni eius. Erat autem Serias [91] præfectus recreationis. Et ſcripſit Ieremias omnem calamitatem quæ Babyloni euentura erat in librum vnum, omnes ſcilicet ſermones iſtos qui ſcripti ſunt contra Babylonem. Deinde dixit Ieremias ad Seriam, Quum peruenies Babylonem, [92] vide, legas omnes ſermones iſtos, ac dicas, Domine tu loquutus es contra locum iſtum, vt eum excindas, ita vt nemo in eo habitet, neq; homo neque beſtia, ſed vt ſit deſolatus in ſempiternũ. Quũmque ad finem legeris [93] totam paginam iſtam, alligabis ei lapidem, & abiicias [94] eam in medium Euphratem, ac dices, Sic peſſum eat Babylon, & [95] fatigetur Babylon onere malorũ quæ ego induco ſuper eam, vt nunquam reſurgat.

[96] Hactenus verba Ieremiæ. C A P. L I I.

Natus erat viginti vnum annos Zedecias quũ regnum eſſet adeptus, regnauitque vndecim annis Hieroſolymis. Nomen matris eius Hamital, filia fuit Ieremiæ de Libna. Fecitque malum [1] in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Iehoiacim, Eo quòd ira Domini fuit ſcõmota [2] contra Ieruſalem & Iuda, donec eos abijceret è conſpectu ſuo. defecit autem Zedecias à rege Babylonis. Factum eſt itaque in anno nono regni eius, menſe decimo, decima menſis, vt veniret Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & vniuerſus exercitus eius contra Ieruſalem, & caſtra ponerent contra eam, extructis circum eam munitionibus. Et [3] durabat vrbis obſidio vſque ad vndecimum annũ regis Zedeciæ. Menſe autem quarto, nona [4] menſis, inualuit fames in vrbe, ita vt non eſſet cibus populo terræ. Et rupta eſt vrbs, & fugerunt omnes viri bello apti, egreſſi noctu de ciuitate per [5] viam portæ [quæ erat] inter duos muros quæ eſt iuxta hortũ regis, Chaldæis vrbem circunuallãtibus, abierũntque verſus deſertum. Inſequutus autem exercitus Chaldæorũ poſt regem, apprehendit Zedeciam in campeſtribus Iericho, quum iam omnis exercitus eius diſſipatus eſſet ab eo. ¶Cõprehenſum ergo regem, adduxerunt Reblam ad regem Babylonis in terra Hemath, vbi loquutus eſt cum eo [7] iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Zedecię in conſpectu eius: ſed & omnes principes Iuda [8] occidit in Rebla, & exoculauit Zedeciam, vinxitque eum [9] duabus catenis, duxitque eum rex Babylonis Babylonẽ, & tradidit eum in domum cuſtodiæ vſque ad diẽ mortis eius. ¶Menſe quinto, decima menſis (is eſt annus decimuſnonus Nabuchodonoſoris regis Babylonis,) venit Nebuſar-adan præfectus [10] rerum capitalium, [11] qui ſteterat coram rege Babylonis in Ieruſalem. Et incẽdit domũ Domini, & domum regis, atque omnes domos Ieruſalem, & omnes ædes magnificas incẽdit ignis.

¶87 vl. retributionum, rependendo repẽdet ſ illis.] ¶88 ſub. calice iræ meæ. ¶89. i. morientur: quia eſt magna ſimilitudo mortis & ſomni. ¶.. vl. & fatigabuntur populi, plebs item in ſextinguẽdo] igni, & laſſabũtur. i. nõ poterũt extinguere ignem quo flagrabit Babylõ. ¶90 vl. Seraiæ ¶91 prĩceps quietis. Hic loc' nõ eſt itelligẽd' de captiuitate Sedeciæ, ſed de profectione quã ſuſcepit Babylonẽ, anno quarto regni ſui, vt Nabuchodonoſorem inuiſeret, illũmq; ſalutaret. Hui' autem profectionis comitem ſibi aſciuit Seraiam principem cuius commercio vti ſolebat, quoties animũ remittere volebat, & recreare. ſiue qui regi erat à remiſſione animi, eiq; aderat quum à ſerijs negotijs reſpirare volebat. ¶92 & videris, legeriſq; omnes ſermones iſtos, Tunc dices. ¶93 totum librũ iſtũ. ¶94 eum. ſub. librum. ¶95 neque cõſiſtat propter afflictionẽ quam ego inducam contra illum, ita vt fatigentur. ſub. ciues eius. i. hoſtibus nõ poterunt reſiſtere.

¶96. i. Hactenus Ieremias vaticinat' eſt de euerſione Babylonica.

L I I. ¶1. i. quod ſummopere diſplicuit Domino. ¶2 vl. turribus ligneis. ¶3 Hebr. Venit vrbs in obſidionem. Hypallage eſt, pro, Obſidio venit ad vrbem. ¶4 Hebraiſmus, pro, nona eiuſdẽ. ¶5 Non de porta vrbis intelligit, ſed de cuniculo ita arte facto, vt vtrinq; murũ haberet: cuius portæ ſiue cuniculi orificium erat in horto regis, vt illinc ipſi regi liceret nemine conſcio fugere. ¶7. i. increpauit eum acriter. Opponitur ei quod poſtea ſequitur, Et locutus eſt cum eo bona. i. humaniter eũ affatus eſt. ¶8 vl. curauit iugulandos ¶9 duobus compedibus æneis ¶10 militum. Gallice, Le connestable. ¶11 vl. qui aſtare ſolebat regi Babylonis.

Omnes quoq; muros per circuitum Ieruſalē, diruerūt [11] omnes qui erant in exercitu Chaldæorū qui erāt apud præfectum rerum capitalium.' [12] Tenues autē de populo, & qui in vrbe reliqui de populo erant facti, quiq; profugerant ad regem Babylonis, & reliquū vulgus trāſportauit Nebuſar-adan præfectus rerum capitalium. [13] Pauperes autē terræ' reliquit Nebuſar-adan præfectus rerum capitalium, vt vineas & arua colerēt. Columnas æreas quæ erāt in domo Domini, & [14] machinas,' & mare æneum quæ erāt in domo Domini, comminuerūt Chaldæi, & omne æs ex eis tulerūt Babylonē. Lebetes quoq; ſcopas, [15] cultros,' pelues ſparſorias, & cochlearia, atq; omnia vaſa ęnea in [16] quibus miniſtrauerāt,' tulerunt. & [17] crateres,' ignis receptacula, pelues ſparſorias, lebetes, [18] lucernas,' cochlearia, & [19] inſtrumenta purgatoria, [20] quorum alia erūt aurea, alia argētea,' tulit pręfectus rerū capitaliū. [21] Columnas duas,' mare vnū, duodecim boues æneos [22] qui ſuſtinebāt machinas,' quos fecerat rex Salomon in domo Domini. Eorū omniū atque cunctorū iſtorū vaſorum pondus æris rationem ſuperabat. Erat enim colūnę vnius altitudo decē & octo cubitorum, [23] funis' autē qui ambiebat eā, duodecim cubitorū, denſitas eius quatuor erat digitorum, eratq; concaua. Et [24] epiſtylium' æreū fuit ſuper ipſam, & altitudo epiſtylii vnius erat quinq; cubitorum: ſuper epiſtylium erat opus reticulatum, & mala punica per circuitū, omnia ex ære, & huiuſmodi erant in altera colūna vnà cū malis punicis. Fuerunt autem malorum punicorum [25] nonagintaſex [26] ad [ſomnem] ventum: omniū autem malorum punicorum in reticulato opere per circuitū, erāt centū. [27] Tulit quoq; [Nebuſar-adan] præfectus [28] rerum capitalium [29] Seriam ſummum ſacerdotē, & Zephaniā [30] ſecundū ab eo,' & tres cuſtodes liminis. Et de ciuitate tulit eunuchū vnū, [31] qui fuerat magiſter militum,' & ſeptem viros ex his qui [32] viderāt' faciem regis, qui inuēti erant in ciuitate, & ſcribam, exercitus ex populo in militiam cōſcribendi officio præfectum, cum ſexaginta viris de populo terræ, qui inuenti erāt in ciuitate. Hos inquam tulit præfectus rerum capitaliū Nebuſar-adan, & duxit eos ad regē Babylonis in Reblath. Et percuſſit eos rex Babylonis, & occidit eos in Reblath in terra Hamath, & abductꝰ eſt captiuus Iuda de terra ſua. Hic eſt populus quē tranſtulit Nabuchodonoſor: [33] anno ſeptimo' Iudæorum tria millia vigintitres. Anno decimooctauo Nabuchodonoſoris trāſtulit de Ieruſalē octingētos homines & trigintaduos. Anno viceſimotertio Nabuchodonoſoris tranſtulit præfectus rerum capitalium Nebuſar-adan Iudæorū ſeptingentos quadragintaquinque: [34] Sūma, omnium captiuorū numerus, quatuor milliū & ſexingentorum.' ¶ Factū eſt autem in triceſimoſeptimo anno [35] captiuitatis' Iehoiacim regis Iuda, menſe duodecimo, [36] viceſimaquinta' menſis, vt Euil-merodach rex Babylonis [37] (ipſo anno' regni ſui) [38] reſtitueret capitis diminutionē Iehoiachin regi Iuda.' & educeret eū de carcere. Et loquutus eſt cum eo [39] humaniter,' & ſolium eius conſtituit ſupra ſolium [reliquorum] regum, qui cum eo [40] erant' Babyloniæ. Mutauit quoque veſtes [41] captiuitatis eius,' cibum quoque ſumebat [42] apud eum' cūctis diebus vitæ eius. Victus quoque perpetuus dabatur ei à rege Babylonis [43] certo demenſo in ſingulos dies vitæ eiꝰ donec moreretur.'

Et totū murū Ieruſalē per circuitū deſtruxit cūctus exercitꝰ Chaldæorū qui erat cū magiſtro militiæ. De pauperibꝰ autē populi, & de reliquo vulgo quod remāſerat in ciuitate, & de perfugis qui trāſfugerāt ad regē Babylonis, & cæteros de multitudine: tranſtulit Nabuzardā princeps militiæ. De pauperibꝰ verò terrę reliqt Nabuzardan princeps militię vinitores & agricolas. Colūnas quoque æreas, quæ erāt in domo Domini, & baſes, & mare æneū quod erat in domo Domini, cōfregerūt Chaldæi: & tulerūt omne æs eorū in Babylonē. Et lebetes, & creagras, & pſalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea quæ in miniſterio fuerāt, tulerūt. Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & cādelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argētea, argētea: tulit magiſter militiæ. Columnas duas, & mare vnū, & vitulos duodecim æreos, q erāt ſub baſibꝰ quas fecerat rex Salomō in domo Domini: nō erat pōdus ęris omniū horū vaſorū. De colūnis autē, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna: & funiculus duodecim cubitorū circuibat eā: porrò groſſitudo eius, quatuor digitorū: & intrinſecus caua erat. Et capitella ſuper vtrāque ærea: altitudo capitelli vniꝰ, quinq; cubitorū: & retiacula, & malogranata ſupra coronā in circuitu, oia ærea. *Et fuerūt malogranata nonaginta ſex depēdētia: & ōnia malogranata cētū, retiaculis circūdabātur. Et tulit magiſter militię Saraiam ſacerdotē primū, & Sophoniā ſacerdotē ſecundū: & tres cuſtodes veſtibuli. Et de ciuitate tulit eunuchū vnū, qui erat præpoſitus ſuper viros bellatores: & ſeptem viros de his qui videbant faciē regis, qui inuenti ſunt in ciuitate: & ſcribā principē militū, qui probabat tyrones: & ſexaginta viros de populo terræ, qui inuēti ſunt in medio ciuitatis. Tulit autē eos Nabuzardā magiſter militiæ: & duxit eos ad regē Babylonis in Reblātha. Et percuſſit eos rex Babylonis: & interfecit eos in Reblātha in terra Emath: & trāſlatꝰ eſt Iuda de terra ſua. Iſte eſt populꝰ quē trāſtulit Nabuchodonoſor, in anno ſeptimo: Iudæos tria millia & viginti tres. In anno octauodecimo Nabuchodonoſor de Ieruſalē animas octingētas triginta duas. In anno viceſimotertio Nabuchodonoſor, trāſtulit Nabuzardā magiſter militiæ animas Iudæorū ſeptingentas quadragintaquinq;. omnes ergo animę, quatuor millia ſexcētę. ¶ Et factū eſt in triceſimoſeptimo anno trāſmigrationis Ioacim regis Iuda, duodecimo mēſe, viceſimaquinta mēſis, eleuauit Euil-merodach rex Babylonis ipſo anno regni ſui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eū de domo carceris. Et locutus eſt cū eo bona: & poſuit thronū eiꝰ ſuper thronos regū qui erāt poſt ſe in Babylone. Et mutauit veſtimēta carceris eiꝰ, & comedebat panem coram eo ſemper cūctis diebus vitæ ſuæ. Et cibaria eiꝰ cibaria perpetua dabātur ei à rege Babylonis ſtatuta per ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ cunctis diebꝰ vitæ eius.

*in Téplum ſpoliatur.
D
E
*ſimiliter columnæ ſecūdæ & malogranata.
Qui in Ieruſalem relicti, transferūtur in Babylonē.
F
G Rex Ioachin captiuꝰ è carcere educitur, conſtituitúrq; ei cibaria regia.

¶11 Heb. omnis exercitus Chaldæorū qui erat cū præfecto militum. ¶12 De pauperibꝰ autē terræ. &c. Quoſdam, inquit, ex pauperibꝰ reliquit, & quoſdā tranſtulit Babylonē. ¶14 baſes ¶15 pſalteria. ¶16 quibus miniſtrabant. ¶17 hydrias. ad purificationem ſcilicet. ¶18 vl. candelabra. ¶19 cyathos ¶20 Heb. quę aurea aurea, & q argentea argētea. i. tā aurea quàm argētea. ¶21 ſub. accepit ¶22 q erant ſub [mari.] & baſes. q ſcilicet ſuppoſitæ erāt cōchis. ¶23 vl. linea q &c. aut filum quod &c. ¶24 vl. capitellū ¶25 q.d. Videbātur tantummodo XCVI malogranata, quatuor autē reliqua latebāt viſum. nā corpus ſphæricū aſpici vndique non poteſt vno obtutu. Loquitur igitur de viſis. ¶26 ad [vnū] latus: oia mala punica in retiaculo erant centū. Intellige, i vno ordine. nā duo erant ordines malorū granatorum in quoque ordine. erant centum.

¶27 ſub. è téplo ¶28 militum ¶29 vl. Saraiam ¶30 q.d. vicariū ſummi pontificis, ſecūdæ dignitatis ab illo ¶31 vl. qui erat conſtitutus ſuper viros bellicoſos. ¶32 videbāt. i. ſeptem ex domeſticis regis, familiaribus, intimis, & aſſiduis apud regē. ¶33 i. ſub finē anni ſeptimi regni ſui, & initiū octaui. ¶34 Heb. Omnes perſonæ, quatuor millia & ſexcētæ. ¶35 à captiuitate ¶36 In libro regum eſt viceſimaſeptima. Aiunt Hebræi obiiſſe Nabuchodonoſor XXV, ſed inhumatum XXVII. Aut verba fecit de Ioachin, XXV. & id perfecit XXVII menſis Euil-merodach. ¶37 i. primo anno ¶38 Hebr. eleuaret caput Ioachin. Calamitoſi ſunt capite demiſſo. vnde Eleuare alicuius caput, eſt ei anſam lætitiæ præbere & eum honorare, ſiue priſtinæ dignitati reſtituere. ¶39 Hebr. verba bona. i. conſolatus eſt eum, & affatus amice. ¶40 ſub. captiui, ¶41 quibus vtebatur in carcere. i. dedit ei veſtes dignas rege. ¶42 Hebr. coram eo. i. in aula eius. ¶43 Heb. rem diei in die ſuo, vſque ad diem quo mortuus eſt, omnibus diebus vitę eius. Rem diei in die ſuo. i. quotidie per ſingulos dies eius.

# Lamentationes Ieremiæ.

Hic liber apud Hebræos eſt ſine nomine, niſi quòd prima dictione vocant eum ECHA, id eſt Quomodo. In commentarijs tamen appellant eum CINOTH, id eſt lamentationes. LXX autẽ Threnos, quod etiam Lamentationes ſiue fletus ſignificat. Putant Hebræi hunc fuiſſe librum quem rex Iuda ab initio legit, & mox in ignem abiecit, vt Ierem. 36. legitur. Scribitur autem hoc ordine in Hebræo vt primus verſus incipiat ab Aleph, ſecundus à Beth, & ita reliqui, ſeruata literarum alphabeti ſerie. in tertio autẽ capite, tres primi verſus incipiũt ſinguli ab Aleph: tres vero ſequẽtes, à trib⁹ Beth, ſeruato ternario numero vſq; ad finẽ alphabeti. In cui⁹ rei memoriã Latini ſingulis verſibus nomina, aut etiã notas literarũ Hebraicarũ adſcripſerũt: ne putes aliud ſubeſſe myſterium. Fortaſſe id factum fuit ab ipſo authore, vt facilius diſceretur, & memoria teneretur.

Hæc verba apud LXX leguntur, nõ autem apud Hebræos.

ET FACTVM eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac ſuper Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit,

CAP. I.

א QVOMODO ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

Iere. 13. c.

ב Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eã ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici.

ג Migrauit Iuda propter afflictionem, & multitudinẽ ſeruitutis: habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

B

ד Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui veniãt ad ſolennitatem: omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

ה Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatũ eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatẽ ante faciem tribulantis.

ו Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

C

ז Recordata eſt Ieruſalem dierũ afflictionis ſuæ, & præuaricationis: omnium deſyderabilium ſuorum quæ habuerat à diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hoſtili, & nõ eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius.

ח Peccatũ peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt omnes qui glorificabant eã, ſpreuerunt illã, quia viderũt ignominiã eius: ipſa autem gemens, & conuerſa eſt retrorſum.

ט Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens

D

conſolatorem: vide Domine afflictionem meã, quoniam erectus eſt inimicus.

י Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſyderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarẽt in eccleſiam tuam.

כ Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa quæq; pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & conſydera, quoniam facta ſum vilis.

א QVOMODO ſedet [1] ſola' illa vrbs [ali-quando] populoſiſſima? & quæ erat [2] magna' inter gentes, [3] viduæ' ſimilis facta eſt? domina [4] prouinciarum' vectigalis eſt facta?

ב [5] Vberrime plorabit' noctu, lachrymæ eius in maxillis eius: non enim eſt ex omnibus amatoribus eius qui ſoletur eã, quin & oẽs amici ei⁹ [6] pfide deficiẽtes ab ea,' verſi ſunt ei in hoſtes.

ג Migrauit Iuda [7] præ afflictiõe, & præ graui ſeruitute' habitat ipſa inter gentes, requiem non inueniens: omnes perſequutores eius eam inter [8] anguſtias' apprehenderunt.

ד Viæ Zion lugent ꝙ non ſint qui ad ſtatas ferias veniant, omnes portæ eius deſolatæ ſunt, ſacerdotes eius ingemiſcunt, virgines eius afflictæ ſunt, & [9] ipſa amare habet.

ה Hoſtes eius facti ſunt [10] in caput,' & inimici ei⁹ feliciter habent: quia Dominus afflixit eã propter ſcelerum eius multitudinem, infantes ei⁹ captiui ante hoſtem abacti ſunt.

ו Perijt [11] filiæ Zion' omnis decor eius, principes eius ſimiles ſunt [12] ceruis' qui non inueniũt paſcua, abeunt ante perſequentem, [13] quòd nullus ſuperſit vigor.'

ז Veniunt Hieroſolymæ in mentẽ [14] cum dies afflictionis ſuæ & rebellionum ſuarum, tum' omnia expetibilia ſua quibus vſa eſt [15] retro' temporibus, dum [16] cadit' populus eius manu hoſtili, [17] nec eſt qui auxilium ferat,' contemplãtur eam hoſtes, & rident [18] ſabbata eius.'

ח [19] Perpetuò peccauit' Ieruſalem, idcirco [20] varie iactata eſt' omnes qui eam honore proſequuti ſunt, [21] vilẽ habuerũt eã,' quia viderũt fœditatẽ eius: quin ipſa quoq; ingemuit, & retroceſſit.

ט Immũditia eius [22] in fimbrijs ei⁹.' nõ fuit memor nouiſſimi ſui, & [23] miraculoſe' deſcẽdit: nõ eſt qui cõſoletur eam. [24] Vide Domine afflictionẽ meã, quoniam [25] ſuperior factus eſt' hoſtis.

י Manum ſuã extẽdit hoſtis ad omnia expetibilia eius: [26] etenim ipſa videre coacta eſt [27] gẽtes' ingredi ſanctuariũ ſuũ, de quibus [28] interdixeras, ne ingrederentur in cõgregationẽ tuam.'

כ Omnis populus eius cũ gemitu cibum quærebat, [29] expendebant quiſq; expetibilia' ſua pro cibo, ad [30] retinendam' animam. vide Domine & intuere [31] vt ſim epulatrix.

¶1 Heb. [In] ſolitudinẽ. i. ſola. ¶2 vl. domina. cui ſcilicet Gẽtes tributa pendebant, vt Ammonitæ, Moabitæ &c. ¶3 Viduã vocat ꝙ careret populo. ¶4 in prouincijs. ¶5 Heb. Plorando plorabit ¶6 vl, ſpernentes eã, ¶7 propter afflictionem, & propter multitudinem ſeruitutis &c. Chaldæus paraphr. ſic vertit, Abijt Iuda in captiuitatem, eo ꝙ ipſa afflixit pupillos, & viduas, & cũ duritia tractauerunt ſeruos Hebræos. ¶8 anguſtas macerias ¶9 & ipſi [Ieruſalem] eſt amaritudo. ¶10 Eſſe in caput, eſt ſuperiorem eſſe & dominari alicui. ¶11 Filiã Sion vocat Ieruſalẽ. q.d. Regnũ ad Chaldæos tr. iſlatum eſt à Ieruſalem. ¶12. i. ſunt timidi. ¶13 Heb abſque fortitudine. ¶14 [in] diebus paupertatis [ſi-ne afflictionis] ſuæ. & egentiarum ſuarum, omnia deſyderabilia &c. Videlicet pacis, ſacerdotij, regni, benedictionis, fructuum, prophetiæ, victoriæ &c. ¶15 antiquis ¶16 caderet ¶17 & non eſſet qui auxiliũ ferret ¶18 Sabbathi noĩe, omne religionis exercitium intelligitur. imò ipſa religio vera. Quidam Hebræorũ vertunt, ſuper ceſſationes eius. i. ſuper ceſſatione lætitiæ eius. ¶19 Heb. Peccatum peccauit ¶20 in deriſionem fuit. Quidam legũt, ad commotionem facta eſt. i. abducta eſt in captiuitatem, & inſtabilis facta. ſiue. ludibrio facta eſt Gentibus, quod ſignificatur per commotionem capitis. ¶21 vl. fluere fecerunt eam. i. lachrymas emittere. ¶22. i. ſine omni verecundia peccauit ſimilis facta mulieri impudenti quæ non veretur menſtruum ſanguinem in fimbrijs publice circunferre. ¶23 mirabiliter. cum admirationibus. multi enim mirati ſunt lamentabilem caſum tam florentis vrbis & regni. ¶24 Apoſtropha ad Dominum: oſtendit quomodo loquendum ſit cum Deo, quòd adhuc ſit locus pœnitentiæ. ¶25 Heb. magnificauit ſe. i. iactauit ſe, quaſi hoc ſua virtute factum eſſet. ¶26 Heb. quia vidit ¶27 ſub. Ammonitas ¶28 Heb. præcepiſti. Nõ intrabunt in eccleſiã tuam ¶29 vl, dederũt quiſq; deſyderabilia ¶30 vl, refocillandã ¶31 vl, vt ſim vilis Heb. quia fui vilis.

ל [32]Ne ad vos,' omnes qui præteritis viam contemplemini & videte [33]num ſit quē dolor vindemiet ſicut me, quo me afflixit Dominus in die æſtus iræ ſuæ.'

מ De excelſo miſit[34]ignem' in oſſa mea, &[35]deſæuijt in ea,'expādit rete pedib⁹ meis,ſupinū dedit me retrorſum,deſolatā reddidit me,ac tota die mœrentem.

נ [36]Impreſſum' eſt iugum præuaricationū mearum manu eius,[37]implexæ' aſcenderunt ſuper collū meū,deiecit robur meū, tradidit me Dominus in manus,è quibus nō potero ſurgere.

ס [38]Conculcauit' Dominus omnes [39]magnificos' meos in medio mei,[40] indixit in me'ad contendum electos[iuuenes]meos,[41]tanquam torculari preſſit Dominus virginem filiam Iuda.'

ע Horum cauſa ego ploro,[42]ocul⁹ meus, oculus inquā meus deſluit aquas:'quoniam longe eſt à me conſolator, qui[43]reſtituat' animam meā: filij mei deſolati ſunt,quia præualuit hoſtis.

פ [44]Spargit Zion manus ſuas,' nec eſt qui conſoletur eam:[45] mandauit Dominus ſuper Iacob per circuitum eius hoſtibus eius,'facta eſt Ieruſalem[46]ad commotionem inter eos.

צ Iuſtus eſt Dominus,quia[47]os ei⁹ exacerbaui:' audite quæſo omnes populi, & videte dolorē meum,virgines meæ & iuuenes mei electi abierunt in captiuitatem.

ק [48]Clamaui ad amatores meos,'at illi fefellerūt me:[49] ſacerdotes meos & ſeniores meos, at hi in vrbe expirarunt,quum cibum ſibi quærerēt vt retinerent vitam ſuam.'

ר [50]Vide Domine, quoniā affligor, viſcera mea [51]tracta' ſunt, atq; ſubuerſum eſt cor meū intra me,quia[52]contumaciter rebellaui·foris orbat me gladius,[53]intus inſtar mortis[habet.]'

ש Audierūt me gementē,ſed nō eſt qui cōſoletur me:ōnes hoſtes audita calamitate mea læti ſunt, quoniam tu feciſti; adduxiſti diem quem[54]indixiſti,ſed erunt mei ſimiles.'

ת Veniat[55]omne malū'eorū in cōſpectū tuū,[56]vt vindemies eos quēadmodū me vindemiaſti'propter omnes tranſgreſſiones meas,quoniā multi ſunt gemit⁹ mei,& cor meū mœret. C. II.

א Q[1]Vomodo'obſcurauit'Dominus in ira ſua filiā Zion? cælo deiecit in terram decorem Iſraelis,ita vt nō meminerit ſcabelli pedum ſuorum in die iræ ſuæ?

ב [2]Deglutiuit' Dominus [3]citra indulgētiā'omnia [4]tuguria' Iacob, diruit in excandeſcentia ſua munitiones filiæ Iuda,afflixit ad terram,prophanauit regnum eius & principes eius.

ל O vos omnes qui tranſitis per viam,attēdite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniā vindemiauit me, vt locut⁹ eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

מ De excelſo miſit ignem in oſſib⁹ meis,& erudiuit me:expandit rete pedibus meis,conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam.

נ Vigilauit iugum iniquitatū mearum: in manu eius conuolutæ ſūt,& impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me Dominus in manum de qua non potero ſurgere.

ס Abſtulit omnes magnificos meos Domin⁹ de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

ע Idcirco ego plorans, & oculus meus deducēs aquas: quia longe factus eſt à me conſolator conuertēs animam meam: facti ſunt filij mei perditi,quoniam inualuit inimicus. Iere.14.c.

פ Expandit Sion manus ſuas,non eſt qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob.in circuitu eius hoſtes eius:facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

צ Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracūdiam prouocaui. audite obſecro vniuerſi populi,& videte dolorem meū:virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

ק Vocaui amicos meos,& ipſi deceperūt me:ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt quia quæſierunt cibum ſibi,vt refocillarent'animas ſuas.' ¶'animā ſuā.

ר Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus. ſubuerſū eſt cor meū in memetipſa,quoniam amaritudine plena ſum:foris interficit gladi⁹,& domi mors ſimilis eſt.

ש Audierunt quia ingemiſco ego,& nō eſt qui conſoletur me:ōnes inimici mei audierūt malum meū, læti ſunt, quoniā tu feciſti:adduxiſti diem conſolationis,& fient ſimiles mei.

ת Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas:multi enim gemitus mei,& cor meum mœrens. CAP. II.

א QVomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiā Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael:& non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui?

ב Præcipitauit Dominus nec pepercit,ōnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram,polluit regnum,& principes eius.

¶32 ſub.eueniat quod accidit mihi.q.d.Abſit vt talia vobis contingāt.Forma deprecātis malū. Facit loquentē Ieruſalē, ac querentē ſuas calamitates,cui nulla par ſit. ¶33 an ſit dolor ſicut dolor me⁹ qui fact⁹ eſt mihi: quoniā dolore affecit me Domin⁹ in die excandeſcentiæ ſuæ. ¶34 Per ignē intelligit furorē.Chaldę⁹ paraph.De cælis miſit ignem in caſtella mea fortiora,& ſubegit.Exprimit vero grauitatē iræ diuinæ varijs ſimilitudinibus:dicit illā eſſe immiſſionem ignis,illaqueationē,impoſitionē iugi, & calcationem torcularis.

¶35 dominatus eſt[ſub.ignis] ipſi.ſub.oſſi.i.vnicuiq; oſſiū. Phraſis eſt Hebræa. poteſt etiā legi,Dominatus eſt ipſe.ſub.ignis. ¶36 Ligatum. Quidā Hebræo rū vertunt.Pūctis quibuſdā deſignatū eſt. q.d.Deus quibuſdam notis peccata mea in manibus ſuis deſignauit,vt illorū recordetur. ¶37 vel, inuolutæ ſunt,veluti ramuſculi arborū. ¶38 Calcauit.i.habuit loco viæ & itineris ¶39 vel,validos ¶40 Heb.vocauit aduerſum me congregationem ¶41 torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.i.tradidit Dominus populū ſuū hoſti vt interficiat eū, torqueat & cōculcet,haud ſecus q̄ vuæ in torculari.Alij legunt,tetendit torcular aduerſus virginē filiā Iuda.i.vt exprimeret ſanguinē Ieruſalem. ¶42 vel,ex oculo meo,ex oculo inquā meo deſcendit aqua.vel, oculus meus deſcēdit in aquam.i.conuerſus eſt in lachrymas. ¶43 quieſcere faciat ¶44 vel,Fregit Sion manibus ſuis,ſub.panē.Phraſis Hebraica.q.d.ipſa ſibimet fregit panē,cum nullū haberet qui ſibi frangeret. ſolet enim frāgi panis mœrētibus. Ergo vt indicet neminē fuiſſe qui eam cōſolaretur,hoc dicit. Noie autē panis,Hebraice intelligitur annuus cib⁹. ¶45 vel, mandato cōuocauit Dominus contra Iacob vt eſſent in circuitu eius hoſtes eius. ¶46 vel, in abominationē. aut,in ſeparationē inter eos.i.habita ſum vt menſtruata quæ ſeparata eſt à viro ſuo & à templo. ¶47 ori eius rebellaui. Nam Deus vetuerat ne quærerent ab Ægyptijs auxiliū,quod ipſi fecerunt. ¶48 vel.Vocaui amicos meos.qui ſcilicet antea quærebāt amicitiam mei. ¶49 vel,ſacerdotes mei & ſenes mei in vrbe perierunt lāguore,quum quærerent cibū ſibi,vt refocillarent animā ſuā. ¶50 Apoſtropha ad Deum,quæ ſæpe interſeritur.Conſolatur enim ſe & pios propheta loquens,& oſtendit quo ſit cōfugiendū in malis.Exprimit ſpem quā habuerunt ſancti cū eo. ¶51 vel conturbatā ¶52 Heb.rebellando rebellaui. ¶53 Heb.domi[eſt]tanquā mors.i.ſiue,domi eſt aliquid tanquā mors, nēpe fames. ¶54 prædixiſti,[ſub.per prophetas]vt ſint ſimiles mei.V A V,Hebraicum pro V T.i.vt ingrediantur templum hoſtes mei vt nos Iſraelitæ.Verti etiā poteſt[Vtinam]venire faceres(ſiue feciſſes)diē quem[per prophetas tuos] prædixiſti:vt ſint ſimiles mei.i.vt puniātur vt ego punior. ¶55 vel,omnis afflictio.qua ſcilicet me affligūt. ¶56 vel potius,& fac eis quemadmodum feciſti mihi. ¶57 vel,rebelliones II. ¶1 vel,tenebreſcere fecit.aut, obſcurauit caligine.Sūt inter Hebræos qui exponāt,Quomodo exaltauit vſq; ad nubes.Nā eleuauit,& poſtea proiecit ab alto in terrā. ¶2 vel,Perdidit ¶3 vel,& non pepercit ¶4 Chaldæus paraphr.ornamenta.vt ſit ſenſus,q non pepercerit ciuitati,nec ædificijs quantumlibet pulchris.

ג Confregit in ira furoris omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

B ד Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

ה Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius, diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.

ו Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuũ, demolitus eſt tabernaculum ſuum: obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris ſui regem & ſacerdotem.

C ז Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocẽ dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolenni.

ח Cogitauit Dominus diſſipare murũ filiæ Siõ: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.

ט Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit & cõtriuit vectes eius, regẽ eius & principes eius in Gentibus: non eſt lex, & prophetæ eius non inuenerunt viſionem à Domino.

י Sederunt in terra, conticuerũt ſenes filiæ Siõ: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

D כ Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea, effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritionẽ filię populi mei, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

ל Matribus ſuis dixerunt, Vbi eſt triticum & vinum? cum deficerẽt quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas ſuas[e] in ſinu matrum ſuarum.

e in ſinum

מ Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te virgo filia Siõ? magna eſt enim velut mare, cõtritio tua: quis medebitur tibi?

E נ Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitẽtiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

ס Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt & mouerunt[e] capita ſua ſuper filiam Ieruſalem, Hæccine eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudiũ vniuerſæ terræ?

e caput ſuũ

פ Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilauerunt & fremuerunt dentibus ſuis, & dixerunt,[e] Deuorabimus: en iſta eſt dies quã expectabamus, inuenimus, vidimus.

e Deuorauimus:
Leui. 26. b
deut. 28. b.

F ע Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtiũ tuorum.

ג Confregit in[5] æſtu naſi ſui omne[6] cornu Iſraelis,[7] retraxit retrorſum dexterã ſuam à facie hoſtis, & exarſit in Iacob velut[8] ignis, flamma circunquaque deuorante.

ד Tetendit arcum ſuum quaſi hoſtis,[9] conſtituta eſt dextera ei[9] inſtar inimici, &[10] trucidauit omnia quæ oculis erant expetibilia in tabernaculo filiæ Ziõ, effudit ſicut ignem iram ſuam.

ה Factus eſt Dominus quaſi hoſtis,[11] deglutiuit Iſraelem,[11] deglutiuit omnia palatia eius, diruit munitiones eius, & multiplicauit filiæ Iuda mœrorem & triſtitiam.

ו Et[12] diſſipauit tabernaculum ſuum paradiſo ſimile,[13] ſolẽnitates ei[9] aboleuit, obliuioni dedit Dominus in Zion ſtatas ferias & ſabbata, &[14] in fremitu iræ ſuæ cõtumeliæ expoſuit regem & ſacerdotem.

ז [15] Repulit Dominus altare ſuum, aſpernat[9] eſt ſanctuarium ſuum, & tradidit in manum hoſtis muros palatiorum[16] eius,[17] vocem dederũt in domo Domini, vt in die ſolenni.

ח Conſtituit Dominus vaſtare murũ filiæ Zion, tetendit[18] regulam, & non reduxit manũ ſuã[19] quo minus dirueret:[20] lugent ergo ſimul propugnacula, & murus deformatur.

ט Demerſæ ſunt in terram portæ eius, perdidit & cõtriuit vectes eius, rex eius & principes[21] ad gentes [abducti ſunt:] non eſt lex, neq; prophetæ eius[22] nacti ſunt viſum à Domino.

י Sederunt in terra, & cõticuerũt ſenes filiæ Ziõ, cõſpergunt puluerem ſuper caput ſuum, accingunt ſaccos,[23] deiiciunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

כ Deficiebant præ lachrymis oculi mei,[24] cõturbata erãt viſcera mea, effundebatur in terram iecur meum propter[25] conquaſſationẽ filiæ populi mei, quum animi deliquium paterentur infantes & lactentes in plateis ciuitatis.

ל Dicebant matribus ſuis. Vbi eſt frumentũ & vinum? quum ſcilicet deliquium animi paterẽtur ſicut ſaucii in plateis ciuitatis,[26] quũmq; animam ſuam exhalarent in gremio matrũ ſuarum.

מ [17] Quo te conteſter? quid tibi comparem ô filia Ieruſalẽ? quid tibi[18] æquiparem, quo te cõſoler ô virgo filia Zion? quia clades tua [velut] immenſum mare eſt, quis medebitur tibi?

נ Prophetæ tui viderũt tibi vana & inſulſa, neque[19] traduxerunt iniquitatem tuã, quo auerterẽt captiuitatem tuam: ſed[20] viderunt tibi onera vana & expulſiones.

ס Cõploſerunt manus ſuper te omnes qui præterierunt viam, ſibilarunt & mouerunt capita ſua ſuper filia Ieruſalem, [dicẽtes] Hæccine eſt vrbs illa, de qua[21] prædicabant abſolutam pulchritudinẽ, quæ gaudiũ erat vniuerſæ terræ?

פ [22] Diduxerunt ſuper te os ſuum omnes hoſtes tui, ſibilarunt ac dentibus frenduerũt dicẽtes,[23] Deuorabimus: profecto hæc eſt dies quã expectabamus, inuenimus, vidimus.

ע Fecit Dominus quod cõſtituerat, impleuit verbum ſuum quod[24] retro temporibus[25] mandauerat: deſtruxit, & non pepercit: exhilarauit ſuper te hoſtem, & extulit[26] cornu inimicorum tuorum.

¶5 in ira furoris ¶6. i. robur, hoc eſt duo regna. ¶7 Hoc eſt, negauit, vel ſubduxit eis auxilium, quũ vel tum eſſet in cõſpectũ hoſtis. ¶8 vel, ignis flãmantis, qui cõſumit in circuitu. ¶9 ſtetit. q. d. non ſolum dexteram ſuã nobis retraxit, ſed inſuper ab hoſte ſtetit. ¶10 perdidit ¶11 vel, perdidit ¶12 trãſtulit velut i[n] tugurium] horti tuguriũ ſuũ. i. templũ, vel Sionem, quę eſt illi veluti tuguriũ. ¶13 cõgregationẽ ſuã ſubuertit. ¶14 in ira furoris ſui ſpreuit ¶15 vel, Deſeruit ¶16 ſub. Iſraelis. ¶17 ſub. hoſtes, facto ſcilicet ſtrepitu, vt olim quum religionis gratia conuenirent. ¶18 ſub. vaſtationis. i. rationem inuenit qua dirueret. ¶19 à perdẽdo. ¶20 deſolauit antemurale, & muri pariter deleti ſunt. ¶21 Chaldæus paraphr. abducti ſunt inter gẽtes, eo q nõ cuſtodierunt verba legis. ¶22 vel, prophetauerunt quæ ſunt Domini. ¶23 Signum eſt mœrentium. ¶24 intimuerãt ¶25 vel, contritionẽ ¶26 vel, cum effunderetur anima eorum in ſinum matrũ. Aut, quũ effunderent animam ſuã in ſinum matrum ſuarũ. i. votum & deſyderiũ. ¶17 Quid teſtificabor tibi? i. quid teſtibus probabo accepiſſe tantã cladem quã accepiſti, ô filia? ſiue, quãnam gentẽ adducam quæ tam horribile pro peccatis ſuis ſumpſit iudiciũ, ſicut tu? vel, quẽ populũ aſſimilabo tibi, qui tam duro percuſſus ſit ſupplicio? Tantis enim flagellis caſtigatus es, vt ea ſæuiẽtis maris procellis cõparari poſſint. Hucuſq; ſecũ de calamitate Iſraelitici populi loquutus eſt propheta: iam populum alloquit. ¶18 æquabo? ¶19 aperuerũt ¶20 vel, prophetauerunt tibi prophetias vanas & expulſiones. ſub. à recta via. i. ſeduxerunt te ita vt expulerint te à via recta, vnde veneris in hãc calamitoſã abiectionẽ. ¶21 Heb. dicere ſolebãt, Cõſummatio pulchritudinis, & gaudiũ &c. ¶22. i. Irriſerũt te ¶23 Præteritum eſt apud Hebræos pro futuro, & futurũ pro imperatiuo, quod ſæpe fit apud Hebræos, Deuoremus, Perdamus. ¶24 Heb. ab antiquis ¶25 ſub. per prophetas ſuos. ¶26. i. robur & potentiam.

Cla mauit cor eorum ad Dominum, O mure fi
liæ Zion dimana torrentis inſtar lachrymas
die & nocte, ne permittas tibi requiem, nec
quieſcat pupilla oculi tui.
ק Surge & vociferare nocte ad principiũ excu-
biarum, effunde ſicut aquam cor tuum ante cõ
ſpectũ Domini, leua ad eũ man⁹ tuas, propter
animas paruulorum tuorum, qui fame exani
mati ſunt in compitis omnium platearum.
ר Vide Domine, & contẽplare [17] ad quid vinde-
miaſti, [18] adeò vt deuorarẽt mulieres fœt⁹ ſuos
infantes palmi magnitudine, vt occideretur
in ſanctuario Domini ſacerdos & propheta?
ש Humi iacent in plateis puer & ſenex, virgi-
nes & iuuenes mei gladio ceciderũt, quos in-
terfeciſti in die furoris tui: mactaſti, & non
pepercisti.
ת Vocaſti tanquam ad diem feſtũ [19] vicinos me-
os qui circum me ſunt, nec fuit qui effugeret
aut reliquus fieret in die furoris Domini: quos
educaui & euexi, hoſtis meus conſumpſit.

CAP. III.

EGo vir ille ſum afflictionem expertus [1] per
baculum excandeſcentiæ eius.
א Me [2] egit ac duxit, ſed in tenebras, & non in
lucem.
א [3] In me duntaxat vertit & admouet manum
ſuam tota die.
ב Veteraſcere fecit & carnem & pellem meam,
contriuit oſſa mea.
ב Ædificauit contra me, & circumuallauit [4] me
felle & laſſitudine.
ב In tenebroſa collocauit me, ſicut in ſempiter
num mortuos.
ג [5] Circunſepiuit me, vt nõ euadam, & pedicas
meas degrauauit.
ג Sed & ſi clamẽ ac ſupplicem, [6] obſtruit [aures]
ad orationem meam.
ג Sepiuit vias meas quadro lapide, & ſemitas
meas deprauauit.
ד Vrſus inſidians factus eſt mihi, & leo in lati-
bulis.
ד [7] Vagas reddidit vias meas, & [8] fruſtat⁹ eſt me,
reddidit me [9] deſolatam.
ד Arcum ſuum tetẽdit, & conſtituit me tanquã
ſcopum ſagittæ.
ה Miſit in renes meos ſagittas ſuas.
ה Riſus fui omni populo meo, carmen eorum
tota die.
ה Satiauit me amaritudinibus, inebriauit me
abſynthio.
ו [10] Labefactauit ſilice dentes meos, [11] præcipita-
uit me in lutum.
ו Depulit à pace animam meam, [12] bonorum
obliuio me tenet.
ו Et dixi, [13] Perijt robur meũ, & ſpes mea à Dño,
ז [14] Recordando afflictionis meæ & rebellionis
meæ, abſynthij & fellis.
ז [15] Recordando enim recolit, & incuruatur ſu-
per me anima mea.
ז [16] Hoc dum reduco ad cor meũ, iterũ ad ſpem
redeo,
ח [17] Quòd miſericordiæ Domini nõ deficiunt,
& quòd miſerationes eius non ceſſant:
ח [Quòd] [18] nouę ſũt quotidie, & igẽs [19] fides tua.

צ Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper mu
ros filiæ Sion, Deduc quaſi torrentem lachry-
mas per diem & noctem: nõ des requiem ti-
bi, neque taceat pupilla oculi tui. — Ier. 14. c. Ṡ. 2. f
ק Conſurge, lauda in nocte in principio vigi-
liarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante cõ
ſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro
anima paruulorum tuorum qui defecerũt in
fame in capite omnium compitorum.
ר Vide Domine, & conſidera quẽ vindemiaueris
ita. ergòne comedẽt mulieres fructum ſuum, — G
paruulos ad menſuram palmæ? [a] occiditur in — ¶ [a] occidetur
ſanctuario Domini ſacerdos & propheta?
ש Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgi
nes meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio:
interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti, nec
miſertus es.
ת Vocaſti quaſi ad diem ſolennem qui terrerẽt
me de circuitu, & non fuit in die furoris Do-
mini qui effugeret & relinqueretur: quos edu
caui & enutriui, inimic⁹ meus cõſumpſit eos.

CAP. III.

א EGo vir videns paupertatem meam in vir-
ga indignationis eius.
א Me minauit, & [a] adduxit in tenebras, & non — ¶ [a] abduxit
in lucem.
א Tantum in me vertit, & conuertit manum
ſuam tota die.
ב Vetuſtam fecit pellem meam & carnem meã,
contriuit oſſa mea.
ב Ædificauit in gyro meo, & circũdedit me fel
le & labore.
ב In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos
ſempiternos.
ג Circumædificauit aduerſum me, vt non egre-
diar: aggrauauit compedem meum.
ג Sed & cum clamarem & rogarem, excluſit o-
rationem meam.
ג Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemi-
tas meas ſubuertit.
ד Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in [a] ab- — B
ſcondito. — ¶ [a] abſcõditis.
ד Semitas meas ſubuertit, & confregit me, po-
ſuit me deſolatam.
ד Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſi-
gnum ad ſagittam.
ה Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.
ה Factus ſum in deriſum omni populo meo, cã
ticum eorum tota die.
ה Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me
abſynthio.
ו Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit
me cinere.
ו Et repulſa eſt [a] anima mea, oblitus ſum bo- — [a] à pace
norum.
ו Et dixit, Perijt finis meus, & ſpes mea à Do- — C
mino.
ז Recordare paupertatis & trãſgreſſionis meæ,
abſynthij & fellis.
ז Memoria memor ero, & tabeſcet in me ani-
ma mea.
ז [a] Hæc recolens in corde meo, [b] in Deo ſperabo. — ¶ [a] Hoc ¶ [b] ideo
ח Miſericordiæ Domini quia non ſumus con-
ſumpti: quia nõ defecerũt miſerationes eius. — Mia Dei.
ח [a] Noui diluculo, multa eſt fides tua. — ¶ [a] Nouæ

¶17 quid feciſti ſic. ¶18 nũquid deuorare ſolebant &c. Per admirationem. q. d. an hoc vnquam fando auditũ, vt matres ederẽt fœtus ſuos? ¶19 Heb. timores meos. i. hoſtes qui mihi erant timori.

III.

¶1 vl. in virga indignationis eius. i. vehemẽti furore eius. Iſtud caput intelligunt Hebræi de Ieremia coniecto in carcerẽ. Vide Iere. 20. Poteſt etiam ad Iudæos referri in exilium actos. ¶2 duxit, & ire fecit in teneb. ¶3 Profecto in me verſus eſt, & vertit &c. ſub. hoſtis vel Deus. ¶4 Verti etiã poteſt, circundedit caput, & ſuſpendit ipſum. Chaldæus paraphr. Et circundedit ciuitatem, & eradicauit capita. i. duces populorũ. ¶5 vl, Veluti ſepem obſtruxit propter me, ¶6 He. claudit orationem meam. i. non audit. ¶7 Peruertit. i. mutauit à conſuetudine. ¶8 ſcidit me. vl concidit me in fruſta. ¶9 ſub. vrbem. ¶10 vl, Contudit lapillo. nam Ieremiæ in carcere datus eſt panis miſtus lapillis. ¶11 operuit me cinere. aut, vertit me in cinerẽ. ¶12 vl, fœlicitatis ¶13 Ita ſolent homines cõturbati varia cogitare ac dicere: iam deſperant, putantes ſe à Deo non exaudiri: iam iterũ in ſpem eriguntur, & precando ad Dominum adcurrunt. Iam ergo gradum ſtruit conſolationi, Hoc dum cogito, ſcilicet quod ſequitur, miſerationes Domini non defecerunt, iterum ſpem concipio. ¶14 vl. Recordare afflictionis meæ, & planctus mei abſynthii & fellis. ¶15 vl. Recordando recordabitur, & lamentabitur ſuper me anima mea. ¶16 Et hoc reuocabo ad cor: idcirco ſperabo. Ad cor, ſiue ad mentem meam. i. intelligam. nam cor ſæpe pro intellectu ſumitur. ¶17 vl, Miſericordiæ Domini quòd non ſumus conſumpti. Vtraque conſtat lectio. ¶18 ſcilicet miſericordiæ & bonitates. ¶19 . i. veraciſſimus es in promiſſionibus tuis. Quidam Hebræorum ſic exponunt, Magna res eſt promiſſio tua, & magnum eſt credere in te quòd tu impleturus ſis & obſeruaturus quod promiſiſti.

ח Pars mea Domin⁹, dixit anima mea: propterea expectabo eum.
ט Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.
ט Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.
Iugum Dei ferendū. D ט Bonum eſt viro cum portauerit iugū ab adoleſcentia ſua.
י Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe.
י Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.
י Dabit percutienti ſe maxillā, ſaturabitur opprobriis.
כ Quia non repellet in ſempiternum Domin⁹.
כ Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.
כ Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum,
ל Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ,
ל Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi,
E ל Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit.
מ Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, Domino non iubente?
Proſpera & aduerſa a Deo. Amos 3.b. מ Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala nec bona?
מ Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?
נ Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum:
נ Leuemus corda noſtra, cum manib⁹ ad Dominum in cælos.
נ Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.
ס Operuiſti i furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercisti.
ס Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.
F ס Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum.
פ Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.
פ Formido & laqueus facta eſt nobis, vaticinatio & contritio.
פ Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.
ע Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies.
¶ᵉDominus ע Donec reſpiceret & videret ᵉDeus de cælis.
ע Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.
צ Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis:
צ Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.
צ Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi, Perij.
ק Inuocaui nomen tuum Domine de lacis nouiſſimis.

ח Pars mea Dominus, inquit anima mea: idcirco ſperabo in eum.
ט Bonus Dominus [10]expectāti eū, animæ quærenti eum.
ט [11]Bonū eſt & ſperare, & in ſilentio [expectare] ſalutem Domini.
ט Bonum eſt viro ſi tulerit iugum ab adoleſcētia ſua.
י Solus ſedet & tacet, quia [12]proiecit ſup ipſum:
י [13]Ponit os ſuum in puluerē, an fortè ſeſe offerat ſpes:
י Exhibet percutienti ſe maxillam, ſatiabitur opprobrio.
כ Quia [14]non deſerit in ſempiternum Domin⁹.
כ Quin ſi affligit, pro abundātia bonitatis ſuæ miſeretur:
כ Quia non affligit, neque dolore afficit filios hominum de [15]corde:
ל Conterere ſub pedes ſuos omnes [16]vinctos terræ,
ל Deflectere iudicium viri in conſpectu [17]Altiſſimi.
ל Per calumniam opprimere hominem in cauſa ſua, Dominus [18]non nouit.
מ [19]Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod Dominus non præcipiat?
מ Quòd ex ore Altiſſimi non progrediantur [20]mala & bona?
מ [21]Cur igitur affligat ſe homo viuens, quum fortiter [inſiſtit] peccato ſuo?
נ Perueſtigemus [potiꝰ] [22]vias noſtras, eáſque ſcrutemur, & reuertamur ad Dominum:
נ Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deū in cælos.
נ Nos præuaricati ſumus & [23]deſciuimus, & tu non fuiſti propitius.
ס [24]Vmbraculum obtendiſti in ira, & perſequutus es nos, trucidaſti nec pepercisti.
ס Obduxiſti tibi nubem, ne penetret oratio.
ס [25]Reiectos & contemptos reddidiſti nos inter populos.
פ [26]Diduxerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri.
פ [27]Pauor & fouea euenit nobis, vaſtatio & conquaſſatio.
פ Riuos aquarū demanat oculus meus, propter afflictionem filiæ populi mei.
ע Fluit oculus meus, & nō quieſcit, eo q̃ nō ſint intermiſſiones,
ע Donec inſpiciat & cōtēpletur Domin⁹ de cælo.
ע Oculus meus [38]vindemiat animam meam [39]ſupra omnes filias ciuitatis meæ.
צ Venando venati ſunt me inimici mei tanquā auem, atque hoc [40]ſine cauſa.
צ [41]Oppreſſerunt in puteo vitam meam, & iecerunt lapidem in me.
צ [42]Fuderunt aquas ſuper caput meum, [43]dixi, Abſciſſus ſum.
ק Inuocabam nomen tuum Domine [44]de altiſſimo puteo.

¶10 vl, ſperanti in eum. ¶11 vl, Bonus [vir] & expectans & ſilēs [erit] per ſalutē Dñi. ¶12 Sub. Dominus iugū. Non ſignificat deſperātem animū, ſed proijcientem ſe in iudicium & voluntatem Dei, paratum ſemper ad maiora ferēda. Alij vertūt, manebit [in] ſolitudine, & erit ſilens: quia portauit ſuper ſe, ſub. iugum Domini. ¶13 Ponere os in puluerē, eſt ſubmiſſe loq. de ſe ſubmiſſe ſentire, in terra repere. ¶14 Heb. non elongabit. ¶15 vl, ex corde ſuo. Non eſt proprium op⁹ Dei affligere & caſtigare homines, ſed alienū. proprium illi eſt miſereri & benefacere, nō eſt ei volupe vt attenuet & cōminuat miſeros, vt more ſycophantarū per calumniā iudicium declinet, aut vt tyranni ſolent. ¶16 i. obnoxios peccato. ¶17 i. ſuo. ¶18 Non nouit, pro non ꝓbat. Alij legūt, non vidit. i. nō cogitauit. hoc eſt, ne cogitauit quidem. ¶19 Heb. Quis eſt qui dixit, Fuit hoc: & Dominus non præcepit? ¶20 Mala. i. aduerſa. Bona. i. proſpera. Efficax eſt conſolatio in omni afflictione, conſiderare prouidentiam Dei, nihil euenire hominibus cuius non author ſit Deus, & omnia attemperari ad noſtram ſalutem, culpam tamen interim noſtram agnoſcere. ¶21 Heb. Cur dolet homo quandiu viuit, vir ſuper peccato ſuo? Inſani ſunt qui peccando, ſibi crucem aſciſcunt. quin potius inueſtigēt viā ſuam, & reuertitur ad Dominum: in hoc enim punit. ¶22 i. quomodo vixerimus. ¶23 vl, rebelles fuimus. ¶24 Oppoſuiſti furorē. q. d. poſuiſti tentorium furoris tui ne videremus quo iremus. Vl, poſuiſti iram tuam veluti interſtitium inter nos & te, vt non licuerit in noſtris afflictionibus ad te confugere. ¶25 Heb. Abraſionem & abiectionē poſuiſti nos in medio populorum. Abraſionem vocat ſordes quæ abraduntur è paulmento. ¶26 i. Riſerunt nos ¶27 i. more timentiū fugientes incidimus in foueam nobis paratā. ¶38 dolorē facit animæ meæ, &c. i. plus fleui quàm omnes filiæ &c. Chaldæus paraphr. fletus oculi mei aſcendit vt noceat animæ meæ propter deſolationem regionis populi mei, & deturpationem filiarum Ieruſalem vrbis meæ. ¶39 vl, propter omnes filias &c. i. propter tot deuaſtatas ciuitates regni Iuda. ¶40 Iere. 37. inſidiati ſunt illi dicentes q̃ ad Chaldæos iret: & coniecerūt eū in carcerem. ¶41 vl, Strinxerunt in illa fouea ¶42 vl, Inundauerunt aquæ &c. Nam coniectus ſum in lacum limoſum. ¶43 i. Cogitaui, ſiue putabam actum eſſe de me. ¶44 Heb. è lacu interiorum.

ק Vocem meam audiſti,[41] nec abſcondes aurem tuam ad reſpirationem meã & clamorẽ meũ.'

ק Appropinquauiſti in die quo inuocaui te, dixiſti, Ne metuas.

ר Defendiſti Domine cauſam animæ meæ,[46] aſſeruiſti vitam meam.'

ר Vidiſti Domine[47] calumniã meam,' iudica iudicium meum.

ר Vidiſti omnem[48] vltionem eorum,' omnes cogitationes eorum contra me.

ש Audiuiſti[49] opprobria eorum' ô Domine, omnes cogitationes eorum contra me:

ש Labia inſurgentium in me, & meditationes eorum aduerſum me tota die.

ש [50] Vides & ſeſſionem eorum & reſurrectionẽ eorum, ego canticum eorum ſum.'

ת Rependes ergo eis[51] vices' ô Domine, iuxta opera manuum ſuarum.

ת Dabis eis[52] circuncinctionem' cordis, & execrationem tuam[dabis]eis.

ת Perſequêris[ſeos]in ira, & [53] extirpabis eos de his quę ſub cælo ſunt Domine.

C A P. I I I I.

א Quomodo obſcuratũ eſt[1] aurum,' auri boni maſſa immutata? diſiecti lapides ſanctuarii ad compita omnium platearum?

ב Filij Zion inclyti[2] amicti[3] auro primo, quomodo æquiparati ſunt vaſis teſtaceis manu figuli factis?

ג [3] Et dracones' nuda mãma catulos ſuos lactãt, filia vero populi mei crudelis vt ſtruthiones in deſerto.

ד Adhæſit lingua lactentis palato eius[4] prę ſiti,' paruuli panẽ petebãt, nec erat q frãgeret eis.

ה Qui delicatiſſimis veſcebantur, vaſtati ſunt in plateis, & qui in purpura educati fuerant, amplexati ſunt ſtercora.

ו Et maior [reputata] eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomæ, momẽto euerſæ,[5] neque in deditionem acceptæ.'

ז Candidiores erãt Nazaræi eius niue, lacte nitidiores rubebant ſpecie præ margaritis,[6] polities' eorum ſapphiro[ſimilis erat:]

ח [Nunc] forma eorũ nigredine ipſa eſt obſcurior, nõ ſunt agniti ĩ plateis, adhæſit cutis eorum oſſibus eorum, aret ac riget vt lignum.

ט [7] Melius habuerũt' interfecti gladio, quàm qui fame perierunt, quòd hi [8] contabuerunt ab agri prouentu confoſſi.'

י Manus mulierum natura mitium coxerũt natos ſuos, vt eſſent eis cibus in calamitoſa clade filiæ populi mei.

כ Impleuit Dominus furorem ſuum, effudit[9] æſtum naſi ſui,' & incendit[10] ignem' in Zion, qui deuorauit fundamenta eius.

ל Nunquã crediſſent reges terræ, neq; omnes habitatores orbis, q ingreſſuri eſſent hoſtes & inimici per portas Ieruſalem.

מ Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui fuderunt in ea ſanguinem iuſtorum.

נ [11] Vacillarunt cæci in plateis, polluti ſunt[12] ſanguine' vt veſtes eorũ non potuerint cõtingere.

ק Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus.

ק Appropinquaſti in die quando inuocaui te: dixiſti, Ne timeas.

ר Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redẽptor vitæ meæ.

ר Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum.

ר Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me.

ש Audiſti opprobrium eorũ Domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me:

ש Labia inſurgentiũ mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die.

ש Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide, ego ſum pſalmus eorum.

ת Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum ſuarum.

ת Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.

ת Perſequêris in furore tuo,' & cõteres eos ſub cælis Domine.

C A P. I I I I.

א Quomodo obſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color optim⁹, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

ב Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?

ג Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerũt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.

ד Adhæſit lingua lactentis ad palatũ eius in ſiti: paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frãgeret eis.

ה Qui veſcebãtur voluptuoſẽ, interierũt in vijs: q nutriebãtur ĩ croceis, ãplexati ſunt ſtercora.

ו Et maior effecta eſt iniquitas filię populi mei peccato Sodomorum: quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. Gene.19.a.

ז Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. B

ח Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorũ oſſibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

ט Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

י Manus mulierum miſericordium coxerũt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

כ Compleuit Dominus furorẽ ſuum, effudit irã indignationis ſuæ: & ſuccẽdit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

ל Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis quoniã ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem: C

מ Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

נ Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt ſanguine: cumque non poſſent, tenuerũt lacinias ſuas.

¶41 vl, ne abſcõdas aurem tuam clamori meo propter reſpirationem meã. i. vt facias mihi reſpirationẽ. Chaldæ⁹ paraphr. Ne abſcondas aurem tuã à receptione orationis meæ ad reſpirationem meã propter petitionem meam. ¶46 Heb. redemiſti vitã meã. i. liberaſti me à morte. ¶47. i. quã hoſtes mihi ſtruũt. Alii, peruerſitatem meã legunt. ¶48. i. ſtudium nocendi mihi. ¶49 quibus ſcilicet me affecerũt. ¶50 Seſſionẽ eorũ & reſurrectionẽ eorũ aſpice, ego canticũ eorum. i. vides quòd tum quãdo ſedebãt, tũ quando ſtabãt, eorũ fui canticum. ¶51 vl. retributionẽ. ¶52 Heb. clypeũ cordis. i. vallabis eos afflictionib⁹. Alij vertũt, tegumentũ cordis. i. ignorantiã. ¶53 vl, delebis eos de ſub cælis Domini. i. tuis.

I I I I.

¶1 Per aurum intelligit principes: per lapides, ſacerdotes & leuitas. ¶2 æſtimati ¶3 Etiã dracones &c. Amplificat malum per cõparationẽ. Crudeles feræ aliũt catulos ſuos: ſola Ieruſalẽ nõ alit. Dicitur draco nudare ſiue extrahere mãmã, quia habet thecã quãdã vel operimẽtũ quo mãmas includit. ¶4 nam nulla mulier dabat illi lac. ¶5 Heb. & nõ adhibitæ ſunt ei manus. vl, & non caſtrametata ſunt cõtra eam caſtra. Peccatũ Iudæorũ grauius peccato Sodomorum fuiſſe dicit: quòd, vt ait Chaldæus paraphr. nullos habuerint prophetas qui eos à peccato retraxerint. Etiã pœna Sodomorũ fuit leuior, q non fuerint excarnificati longa obſidione. ¶6 ſapphirus erat exciſio eorũ. i. acſi eſſent exciſi ex ſapphiro, ob multã eorũ puritatẽ. ¶7 vl, fœliciores fuerunt ¶8 fluxerunt, trãſfixi[ſiue perfoſſi]propter fructus agrorũ. i. propter defectum fructuũ agrorũ. Qui fame moriſtur, ꝓinde eſt acſi perforati eſſent & fluerẽt ſanguine: niſi q lẽta tabe & diutina morte animã efflant: quum perẽpti gladio ſemel ponant animã. ¶9 irã furoris ſui. ¶10 Per ignẽ intelligit vehementem famem, vel aliã tribulationẽ. ¶11 Hebræi hunc locũ ſic intelligũt, Cæci oberrantes in plateis, polluti ſunt ſanguine occiſorũ, ita vt dedignarẽtur accedentes cõtingere veſtes illorũ, ſed dicerent, Diſcedite à nobis, quoniã polluti eſtis ſanguine. quo dicto, auolarunt, & amoti ſunt ab eis. Alij vertũt, Mouerũt ſe vt cæci in plateis, polluerũt ſe in ſanguine, vt non poſſent, [qui voluiſſent]contingere veſtimenta eorum. ¶12 ſub. occiſorum.

ס Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt & cõmoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis.

פ Facies Domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerũt, neque ſenum miſerti ſunt.

ע Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanũ, cum reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare nos non poterat.

D
צ Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

ק Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli: ſuper mõtes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

Chriſtus per quẽ viuimꝰ.

ר Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.

ש Gaude & lætare filia Edõ quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

¶ viſitauit ¶ diſcooperuit

ת Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt trãſmigret te: viſitabit iniquitatẽ tui filia Edom, diſcooperiet peccata tua.

## ORATIO IEREMIAE. CAP. V.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus. Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non
B dabatur requies. AEgypto dedimus manũ & Aſſyriis: vt ſaturemur pane. Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: nõ fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panẽ nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra, quaſi clibanus, exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Mulieres in Sion humilia-
C uerũt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum non erubuerunt. Adoleſcẽtibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerũt. Senes defecerũt de portis: iuuenes de choro pſallentium. Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorꝰ noſter. Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœſtum factũ eſt in dolo-
D re cor noſtrum, ideò contenebrati ſunt oculi noſtri. Propter mõtem Sion quia diſperiit: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem Domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generatione & generationem. Quare in perpetuũ obliuiſcẽris noſtri? derelinques nos in lõgitudine dierũ? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à pricipio. Sed proiiciẽs repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

¶ ſaturaremus

Reſipiſcẽtia, donũ Dei eſt.

ס [13] Diſcedite polluti, clamauerũt ad eos: diſcedite diſcedite, nolite tangere: [14] quia euolarunt & incertis vagantur ſedibus: dixerũt inter Gẽtes, [15] Non vltra incolent:

פ [16] Vultus Domini relegauit eos, nec vltra eos reſpiciet. [quia] nec ipſi vultus ſacerdotum reueriti ſunt, aut ſenum miſerti.

ע [17] Adhuc nobis [integris,] deficiunt oculi noſtri intenti [18] ad vanum auxilium noſtrũ, dum anxie ſpectamus ad gentem quæ ſeruare nequit.

צ Venati ſunt greſſus noſtros, ne incederemus per plateas noſtras. venit finis noſter, impleti ſunt dies noſtri, exitus enim noſter adeſt.

ק Velociores fuerunt perſequutores noſtri aquilis cæli, in mõtibus ipſis perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

ר [19] Spiritus narium noſtrarum vnctus Domini captus eſt in retibus eorum, de quo nos dicebamus, In vmbra eius viuemus inter Gentes.

ש Gaude & lætare filia Edom, quę habitas in terra Vz: nam ad te quoque veniet calix, [20] bibes, & nuda eris.

ת Completa eſt [21] iniquitas tua ô filia Zion, non vltra te ducet in captiuitatem: ſed viſitabit iniquitatem tuam ô filia Edom, & peccata tua reteget.

## ORATIO IEREMIAE. CAP. V.

Recordare Domine, quid acciderit nobis. Inſpice & cõtemplare opprobrium noſtrũ. Hæreditas noſtra deuoluta eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. Pupilli ſumus patre orbati, & matres noſtræ ſicut viduæ. Aquas noſtras pecunia bibimus, ligna noſtra pretio venierunt. Imminet ceruici noſtræ perſequutio, laſſati ſumus, nulla requies nobis. AEgyptiis dedimus manꝰ, [1] & Aſſyriis, [2] vt pane veſci daretur. Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos baiulamus iniquitates eorum. Serui dominati ſunt nobis, nec erat qui de manibus eorũ vindicaret. [3] Vitæ periculo paramus victum præ ſiccitate deſerti. Pelles noſtræ tanquam [4] clibano exuſtæ ſunt propter [5] horrorem famis. Oppreſſerunt mulieres in Zion, atq; virgines in ciuitatibꝰ Iuda. Principes manu [6] eorum ſuſpenſi ſunt, & vultus ſenum nõ [7] ſunt reueriti. Adoleſcẽtes tulerũt vt [8] molerẽt, & pueri in ligno corruerũt. Senes deſunt in portis, [9] & apud organa muſica iuuenes eorum. Defiit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter. [10] Corona capitis noſtri cecidit: væ nobis, quia peccauimus. Idcirco mœret cor noſtrũ, ob hæc [11] hebetes facti ſunt oculi noſtri, propter mõtem Zion, qui vaſtatus eſt, vt vulpes in eo verſentur. Tu autem Domine in æternum permanes, ſoliúmque tuum per omnia ſecula. Cur [12] perpetuò obliuiſceris noſtri? cur nos deſeris tanto tempore? Conuerte nos ad te ô Domine, & conuertemur, inſtaura dies noſtros quemadmodum olim. [13] Quoniam repuliſti nos, & iratus es nobis iam plus ſatis.

¶13 Videtur hoſtium verba inſultantium Iudæis captiuis, vt nonnulli volunt. ¶14 vl', inquinati quippe erant, & cõmoti. Chaldæus paraph. p iquinati, vertit, abominati. ¶15 .i. non vltra redibunt ad ſua. ¶16 vl', Ira Domini diuiſit (vel ſeparauit) eos. ¶17 Hactenus verba Gẽtium. Heb. Hucuſque nobis. vl', Adhuc nobis, ſub. expectantibus auxiliũ ab AEgyptiis.

¶18 .i. ad AEgyptios. ¶19 Chaldæus parap. & alij Rabini hũc verſum intelligunt de Ioſia rege piiſſimo, ſub quo Iudæi pacem & quietẽ habere ſperabant: ſed captus & occiſus ab hoſtibus, fruſtrauit eos ſpe ſua. Appellant eum meſſiam, id eſt vnctum, ſicut & omnes alios reges. Præterea ſpiritum ſiue vitam narium ſuarum: quòd eos tueretur & conſeruaret in pace, ne ab hoſtibus occiderẽtur. ¶20 inebriaberis. & euacuaberis. i. euomes.

¶21 pœna iniquitatis tuæ,

V.

¶1 .i. pepigimꝰ fœdus cũ AEgyptiis, ſiue illis ſupplices facti ſumus, vt ſaturaremur panibus: quin & ex agris noſtris nõ licuit nobis ſine mortis diſcrimine afferre ea quibus ventrẽ expleremus. ¶2 Heb. vt ſaturaremur panibꝰ. ¶3 Heb. in animabꝰ noſtris afferebamus panem noſtrum à facie gladij deſerti. ſiue, propter gladium deſerti. i. Cũ vitæ periculo ob hoſtem gladiis nos inſequentẽ cogebamur quærere nobis victũ in terra noſtra quæ nũc eſt velut deſertum. ¶4 vel, tanquam clibanus denigratæ ſunt ¶5 vl' exuſtiones ¶6 ſcilicet hoſtium. ¶7 Heb. glorificauerunt. vl', facies ſenum non fuerunt honoratæ. i. non detulerunt honorem ſenibus. ¶8 .i. fortiores venundati ſunt in molas, vt eas agitarent. quin & pueros ipſos vſqueadeo aggrauarunt lignis, vt deficientibus viribus ſub illis corruerent. Vel, lignum accipit pro manubrio ligneo quo voluitur mola. ¶9 Heb. iuuenes à cantico ſuo. ſub. ceſſant. ¶10 .i. templum. ¶11 obtenebrati ſunt ¶12 Heb. in longitudinem dierum ¶13 Heb. Quòd ſi reprobando reprobaſti nos, [&] iratus es vehementer contra nos. Pendet ſententia, propterea repeti debet verſus præcedens, vt aiunt Hebræi, ad abſoluendam ſententiam, Conuerte nos ad te ô Domine &c.

# Prophetia Baruch.

C A P. I.

¶ 1 Aſ, Sedei

HI ſunt ſermones libri quem Baruch natus Neria filio Maaſiæ, filij Sedeciæ nati ¹Aſadia¹ Helciæ filio, conſcripſit Babyloni anno quinto, ſeptima die menſis eius, quo tẽpore Chaldæi expugnauerũt Hieroſolymã, ignique ſuccenderũt. Cuius libri ſermones legit idẽ Baruch audiente Iechonia rege Iudæ Ioacimi filio, omniq; populo qui ad audiendũ librũ conuenerat: audientibus itẽ proceribus, regũmq; filijs, & ſenioribus audiẽtibus, omni deniq; populo audiẽte ad fluuiũ ²Sud,² & ab infimo ad ſummũ omnibus incolis Babylonis, qui plorabãt, ieiuniiq; vota faciebant Domino. Cõferebãt autem prout cuiq; facultas ad manũ erat, argẽtũ: quod miſerũt Hieroſolymã ad Ioacim natũ Helcia filio Salomi ſacerdotẽ, & ad ſacerdotes, omnẽmq; populũ cum illo cõmorantẽ Hieroſolymis: cum vaſa ædis Domini, quæ tẽplo exportata fuerant, vaſa argẽtea, (quæ facienda curarat Ioſiæ filius rex Iudææ Zedecias) in terrã Iudæam reſtituẽda ³recepiſſent,³ tertia die mẽſis ⁴Siuan,⁴ poſtquã Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam, & principes ac potẽtes vinctos, ſimul & populũ terræ deduxit Hieroſolymis, & eos Babylonẽ tranſportauit: miſerunt, inquam, cum mãdatis, Ecce miſimus ad vos argentũ, vnde ematis holocauſta peccatis expiãdis, & thus, vnde ⁵manna⁵ faciatis, & offeratis ad arã Domini Dei noſtri, atque pro vita Nabuchodonoſoris regis Babylonici, filiiq; eius Balthazaris precemini, quo ætas eorũ æuo cæli reſpondeat in terris, nobiſq; conferat Dominus facultatẽ illuſtrando oculos noſtros, vt ſub vmbra Nabuchodonoſoris regis Babylonici, filiiq; eius Balthazaris viuere poſſimus, illiſq; ſeruire multo tẽpore, & cõſequamur eorũ beneuolẽtiam. Deinde pro nobis etiã Dominum Deũ noſtrũ oretis, quoniã peccauim⁹ in ipſum, necdũ ad hũc vſque diẽ auerſa eſt à nobis indignatio eius & iracundia. Legetis inſuper librũ hunc quem miſimus ad vos diebus feſtis ac ſolẽnibus recitandum in æde Domini, ac dicetis, Domino Deo noſtro iuſtitia debetur, nobis autẽ confuſio vultus, qualis eſt hodie in homine Iudæo, in incolis Hieroſolymę, in regibus noſtris, in principibus, in ſacerdotibus, in prophetis & patribus noſtris: propterea quòd peccauimus in Dominum, morem nõ geſſimus ei, dictis Domini Dei noſtri nõ auſcultauimus, vt præceptis eius quæ palàm nobis tradidit, pareremus. Ex eo tẽpore quo Domin⁹ maiores noſtros eduxit è terra Ægyptiaca, ad hũc vſq; diem eidem Domino Deo noſtro repugnauimus, & quo minus ei dicto eſſemus audientes ſumus obluctati. Quamobrem impacta ſunt nobis mala & execrationes, quæ Dominus per Moſen ſeruũ ſuum deſtinauit: quo tempore maiores noſtros eduxit è terra Ægyptiaca, vt nobis terram daret fluentem lacte & melle, vt liquido conſtat hodie. Neque enim dictis Domini Dei noſtri acquieuim⁹, quicquid dicerẽt prophetæ quos miſit ad nos: ſed ſui quiſq; cordis praui commenta, diis alienis operando, maliſque ante oculos Domini Dei noſtri perpetrandis ſequuti ſumus.

¶ 2 Aſ, Sodi

¶ 3 ἐν τῷ λαβεῖν αὐτόν. ſcilicet λαόν: vel, βαρούχ.

¶ 4 Aſ, Siban

¶ 5 μάννα. thuris mannam: vel munus מנחה

C A P. II.

QVapropter rẽ cõprobauit Dominus ſermonem ſuum, quem aduerſum nos, iudicẽſq; noſtros, qui iuriſdictionẽ exercuerunt inter Iſraelitas, tũ aduerſum reges & principes noſtros, ſingulóſq; Iſraelitas & Iudæos pronũtiauit, eo q mala magna immiſit nobis, qualia nunq̃ patrata ſunt ſub toto cælo Hieroſolymæ

C A P. I.

ET hæc verba libri quæ ſcripſit Baruch fili⁹ Neriæ, filij Maaſiæ, filij Sedecię, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, in anno quinto, in ſeptimo die mẽſis, i tẽpore quo ceperũt Chaldæi Ieruſalẽ, & ſuccenderũt eã igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librum: & ad aures potẽtium filiorum regũ, & ad aures preſbyterorum, & ad aures populi, à minimo vſque ad maximum eorũ omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabãt in conſpectu Domini. Et collegerunt pecuniã, ſecũdum quod potuit vniuſcuiuſque manus: & miſerunt in Ieruſalẽ ad Ioacim filiũ Helciæ filij Salom ſacerdotem, & ad ⁺reliquos⁺ ſacerdotes, & ad omnem populum qui inuẽti ſunt cum eo in Ieruſalem, cum ¹acciperẽt¹ vaſa tẽpli Domini quæ ablata fuerãt de templo, reuocare in terram Iuda decima die menſis Siban, vaſa argentea quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ rex Iuda, poſteaquam cepiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & ²cunctos potentes,² & populum terræ ab Ieruſalem, & duxit eos ⁺vinctos⁺ in Babylonẽ. Et dixerunt, Ecce, miſimus ad vos pecunias, de quib⁹ emite holocauſtomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorũ ſicut dies cæli ſuper terram: & vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuam⁹ ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in cõſpectu eorũ. Et pro nobiſipſis orate ad Dominũ Deum noſtrũ: quia peccauimus Domino Deo noſtro, & non eſt auerſus furor eius à nobis vſque in hũc diem. Et legite librũ iſtum, quẽ miſimus ad vos recitari in templo Domini, in die ſolenni & in die opportuno: & dicetis, ‖Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autẽ cõfuſio faciei noſtræ, ſicut eſt dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ieruſalem, regibus noſtris, & principibus noſtris, & ſacerdotib⁹ noſtris, & prophetis noſtris, & patribus noſtris. ‖Peccauimus ante Dominũ Deum noſtrũ, & non credidimus, diffidentes in eum: & non fuimus ſubiectibiles illi, & nõ audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis eius quę dedit nobis. A die qua eduxit patres noſtros de Terra-Ægypti, vſq; ad diem hãc eramus incredibiles ad Dominũ Deum noſtrũ: & diſſipati receſſimus, ne audiremus vocẽ ipſius. Et adhæſerunt nobis multa mala, & maledictiones, ‖quæ conſtituit Dominus Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit patres noſtros de Terra-Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, ſicut hodierna die. Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri ſecũdum omnia verba prophetarum quos miſit ad nos, ⁺& ad iudices noſtros:⁺ & abiuim⁹ vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei noſtri.

Baruch tẽpore quo deuaſtata eſt Ieruſalẽ ſcripſit librũ, quẽ legit corã rege Iechonia & vniuerſo populo.

B

Mittũt Iudæi librũ cũ pecunia i Ieruſalẽ ad reliquos fratres, vt pro ipſis orent.

¶ ¹acciperet

¶ ²vinctos, & potentes,

C

I. 2. b.

Dani. 9. a.

D

Deut. 28. b.

C A P. II.

PRopter quod ſtatuit Domin⁹ Deus noſter verbum ſuum quod locutus eſt ad nos, & ad iudices noſtros qui iudicauerunt in ¹ Ieruſalem,¹ & ad reges noſtros, & ad principes noſtros, & ad omnem Iſrael & Iuda: vt adduceret Domin⁹ ſuper nos mala magna quę nõ ſunt facta ſub cælo quemadmodum facta ſunt in Ieruſalem, ‖ſecũ-

Propter pctã iuſtè ſe pati fatentr Iudęi.

¶ ¹Iſrael,

Deut. 28. E

dum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ. Et dedit eos ſub manu regum omniũ qui ſunt in circuitu noſtro in improperiũ & in deſolationem. & in omnibus populis in quibus nos diſperſit Dominus. Et facti ſumus ſubtus, & nõ ſupra: quia peccauimus Domino Deo noſtro, non

Chriſtianorũ cõfeſſio. T.1.c. B

obaudiendo voci ipſius. ‖Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem & patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc. Quia locutus eſt Domin⁹ ſuper nos omnia mala hæc quę venerunt ſuper nos: & non ſumus deprecati faciem Domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſquiſque noſtrum à viis noſtris peſſimis. Et vigilauit Domin⁹ in malis, & adduxit ea ſuper nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis quæ mãdauit nobis: & non audiuimus vocem ipſius, vt iremus in præceptis Domini quæ dedit ante faciẽ noſtrã.

Danie.9.d. Iram Dei à ſe auerti orant Iudæi. C

‖Et nunc Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti populum tuum de Terra-Ægypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: peccauimus, impie egimus, inique geſſimus Domine Deus noſter, in omnib⁹ iuſtitiis tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gẽtes, vbi diſperſiſti nos. Exaudi Domine preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt: vt ſciat õnis terra quia tu es Dominus De⁹ noſter, & quia nomen tuũ inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper gen⁹ ipſius.

Deute.26.d. eſa.63.d. Pſal.115.d. D

‖Reſpice Domine de domo ſancta tua in nos. & inclina aurẽ tuam, & exaudi nos. ‖Aperi oculos tuos, & vide: quia nõ mortui qui ſunt in inferno, quorũ ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorẽ & iuſtificationẽ Domino: ſed anima quæ triſtis eſt, ſuper [5]magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſtitiam Domino. Quia non ſecũdum iuſtitias patrum noſtrorum nos fundimus preces, & petimus miſericordiã ante conſpectum tuũ Domine Deus noſter: ſed quia miſiſti iram tuã, & furorem tuum ſuper nos, ſicut locutus es in manu puerorum tuorũ prophetarum, dicens, Sic dicit Dominus, Inclinate humerum veſtrũ, & ceruicem veſtrã, & opera facite regi Babylonis: & ſedebitis in terra quam dedi patribus veſtris.

Anima eſuriẽs & peccatrix dat gloriam Deo.

¶5 magnitudine, &

Iere.27.b. Vult Domin⁹ nos etiã principib⁹ malis obtẽperare. E

‖Quòd ſi non feceritis, nec audieritis vocẽ Domini Dei veſtri operari regi Babyloniæ: defectionem veſtrã faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ieruſalem, & auferam à vobis vocem iucũditatis, & vocẽ gaudij, & vocem ſponſi & vocem ſponſæ, & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam. Et nõ audierunt vocem tuã, vt operarẽtur regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua quæ locut⁹ es in manibus puerorũ tuorũ prophetarũ, vt trãſferrẽtur oſſa regũ noſtrorũ & oſſa patrũ noſtrorũ de loco ſuo, & ecce proiecta ſunt in calore ſolis, & in gelu noctis & mortui ſunt in doloribus peſſimis, in fame & in

F

gladio, & in emiſſione. Et poſuiſti templum, in quo inuocatum eſt nomẽ tuũ in ipſo, ſicut hæc dies, propter iniquitatẽ domus Iſrael & domus Iuda. Et feciſti in nobis Domine Deus noſter ſecundũ omnem bonitatem tuã, & ſecundum omnem miſerationem tuam illã magnam, ſicut locut⁹ es in manu pueri tui Moyſi in die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam corã filijs Iſrael, dicens, Si non audieritis vocẽ meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimã inter Gentes, quò ego eos diſpergam: quia ſcio quòd me non audiet populus. populus eſt enim dura ceruice: & conuertetur ad cor ſuum in terra capti-

Leui.26.b. deute.28.b.

deſignatis ſimilia) ſecundum ſcripta legis Moſaicæ, adeò vt corpora filiorum ſuorũ, & carnes filiarum ſuarum quidam è nobis ederent. Præterea reddidit eos obnoxios regnis quæ circuniecta ſunt nobis omnibus, & opprobrio, errationique inter omnes populos qui nos circũcolũt, ad quos eos diiecit idem Dominus: [1]depreſſiq; ſunt, nedum euecti: quia in Dominum Deum noſtrum peccauimus, qui ipſi dicto non fuerimus audientes. Domino Deo noſtro iuſtitia debetur, nobis autem & maioribus noſtris confuſio vultus, qualis apparet hodie. Quæ prædixit nobis Dominus mala, nobis euenerunt omnia, nec tamen precibus [2]iram eius placauimus, ita vt à prauis cordis ſui cogitationibus quiſque conuerteretur: & cum euigilaret Dominus in malis illis, de quibus ad nos mãdata dedit, (quia factis ſuis omnibus iuſtus eſt,) dictis tamen eius non auſcultauimus, vt iremus itineribus præceptorum eius, quæ nobis ante oculos propoſuit. Nunc tamen Domine Deus Iſraelitice, qui manu valida, brachióque ſublimi cũ ſignis & miraculis, magnaque potentia populum tuũ eduxiſti è terra Ægyptiaca, nomẽq; tibi, quale apparet hodie, peperiſti: peccauimus quidem. & impie iniuſtéque verſati ſumus in iuſtis cõſtitutionibus tuis omnibus, Domine De⁹ noſter: ſed auertatur à nobis ira tua, quia [3]reliqui ſumus pauci inter gentes, ad quas nos diſperſiſti. Exaudi preces noſtras Domine, & ſupplicationes, tuáq; cauſa nos affere: redde nos gratioſos apud eos qui nos abduxere, vt totus orbis cognoſcat te Dominum eſſe Deum noſtrũ: ſiquidem nomine tuo cenſetur Iſrael cũ ſua progenie. Reſpice nos ex æde ſancta tua, & attende: aurem tuã acclina Domine, & audi: aperi oculos tuos, & vide: neque enim mortui apud inferos, quorum viſceribus adẽptus eſt ſpiritus, gloriam aut iuſtitiam tibi tribuerint, ſed ſuper [4]magnitudine, quæ declinans & labaſcẽs abit, mœſtus animus, oculiq; deficientes, & eſuriens anima gloriam tuã Domine prædicarint & iuſtitiam. Neque enim iuſte factis patrũ aut regum noſtrorũ freti, preces noſtras coram te Domine Deus noſter effundimus: ſed quia indignationem & iram tuã immiſiſti nobis, quemadmodum per ſeruos tuos prophetas denũtiaſti, cum diceres, Hæc ait Dominus, Humerum veſtrum [& ceruicem] ſummittite ad ſeruiẽdũ regi Babylonico, & ſedes terræ quam maioribus veſtris tradidi, retinebitis: ſin eſt vt dicto mihi non ſitis audientes [6]ad ſeruiendum regi Babylonico, abolebo vocem lætam & iucũdam, vocem ſponſi ſponſæque ex vrbibus Iudaicis, ac Hieroſolymis, terráque tota deſerta erit habitatoribus. Sed nos dictis tuis non auſcultauimus, vt ſeruiremus regi Babylonico. Re itaq; comprobaſti ſermones tuos, quos per ſeruos tuos prophetas loquutus es, adeo vt oſſa regum & maiorum noſtrorum locis ſuis ſint eruta. Nam ecce æſtui diurno, pruinæque nocturnæ iacent expoſita, & illi per labores diros, per famem, per gladium, pérque exiliũ mortui ſunt: templum autem de nomine tuo dictum, redegiſti quo res declarat hodie, propter domus Iſraeliticæ Iudaicæque malitiã. Sanè tu Domine Deus noſter, ſecũdum omnem benignitatem & miſericordiam tuã magnam egiſti nobiſcum, quemadmodum per Moſen ſeruum tuũ teſtatus es, cũ eum legem tuam omnibus Iſraele prognatis iuſſiſti præſcribere verbis his, Si dicto mihi non fueritis audientes, ſanè magnum hoc examen & frequẽs ad paucos redigetur inter Gentes, quò illos diſperſurus ſum, eo quòd ſciã non audituros me eſſe iſtos, q; ſunt duræ ceruicis populus: vt reſipiſcat vel in terra peregri-

¶1 vl, ſubiecti, aut deiecti

¶2 פני faciem ſignificat & iram.

¶3 vl, derelicti

¶4 Id eſt, magnificentia & decore Iſraelitico quod perit

¶6 לעבוד

nitatis ſuæ, & me Dominum Deum ſuum agnoſcant. Tum cor dabo eis[vt intelligant:] & aures attentas, vt me prædicent in terra exilij ſui, vt celeb rent nomen meum, vtque dorſum illud cõtumax ſuum deponant, vnà cum prauis facinoribus. Recordabuntur enim quò euaſerint patres eorum, qui peccauerunt in Dominum, & reducam eos in terram, quam iureiurando pactus ſum maioribus eorum, Abraham, Iſaac & Iacob, vt ea potiantur: tum etiã multiplicabo eos, vt ne diminuantur, fœdúſque perpetuum inibo cum ipſis, vt ego Deus ſim ipſorum, & ipſi mihi populus, nec poſtea pellam populum Iſraeliticum è terra quam ei tradidero.

CAP. III.

TE omnipotens Domine Deus Iſraelitice contractus animus, te anxia mẽs inuocat: audi Domine, & patere te miſeratione commoueri: cúmq; Deus ſis miſericors, exerce miſericordiã, quandoquidem in te peccauimus. Tu enim degis æuum, nos vero vitam amittimus. Omnipotẽs Domine Deus Iſraelitice, exaudi quæſo preces mortuorum Iſraelitarũ, & filiorum qui peccauerunt in te, monitiſque Domini Dei ſui non paruerunt, quamobrem malis ſumus implicati. Ne memineris iniuſtitiæ patrum noſtrorum, ſed hoc tempore recordare [1] manus [1] nominiſque tui: quia tu Dominus Deus noſter es, & te Domine prædicabimus. Nam ideo terrore tuo corda noſtra perculiſti, vt nomen tuum inuocaremus, & te laudaremus in exilio noſtro, vt qui omnẽ iniuſtitiam patrum noſtrorum qui in te peccauerunt, animo recoluerimus. [1] Ecce [1] nos in exilio noſtro ſumus hodie, quò nos diſperſiſti, opprobrio, maledictis, & debitis obnoxios, iuxta omnem iniuſtitiam patrum noſtrorũ, qui à Domino Deo ſuo defecerũt. ¶ Audi ô Iſraelita, præcepta vitalia, aurẽſque præbe percipiẽdæ ſapiẽtiæ. Vnde eſt Iſraelita, quòd in hoſtili terra degis, q̃ in peregrina regione cõſenuiſti, quòd mortuorum cõmercio pollutus es, quòd inferos petentibus es adnumeratus? Fontẽ ſapientiæ deſeruiſti: ſi viam Dei tenuiſſes, vtiq; in ſempiterna degiſſes tranquillitate. Diſce vbi ſit ſapientia, vbi robur, vbi intelligentia, vt ſcias ſimul in quo ſit diuturnitas ætatis, in quo vita, in quo lumẽ oculorum, & tranquillitas. Quis inueſtigauit ſedem eius? aut quis in theſauros ipſius penetrauit? Vbi ſunt principes Gentiũ, & qui beſtiis in terra dominantur? qui aues cæli ludos faciunt, qui recõdunt theſauros argenti & auri, quo fidũt homines, nec acquirendi finẽ faciunt? Nam argenti fabricatores illi [1] ſtudioſiſſimi, nõdum confectis operibus ſuis [1] extincti ſunt, & inferos petierunt, exortis in locum eorum iunioribus aliis, qui lucem quidem aſpexerunt, & terram incoluerunt, ſed ignorauerunt viam ſcientiæ, non obſeruarunt ſemitas ipſius. nec eam exceperũt, filiique ipſorum procul abfuerunt ab itinere eius. Nec in Chanaan eſt audita, nec in Theman viſa eſt. neq; poſteri Agar ſtudioſi intelligẽtiæ in terra, mercatores Meran & Theman. neq; fabularum interpretes, prudẽtiæ licet exploratores, vnquam cognouerunt viam ſapiẽtiæ, aut callium eius meminerunt. Quàm ingẽs eſt domus Dei, ô Iſrael, q̃ longe patet locus poſſeſſionis eius. q̃ amplus eſt & infinitus, altus & immenſus. Ibi extiterũt gigantes illi iam inde ab initio nobiles, ingentes, artiſque bellicæ periti. Nõ tamen hos elegit De[us], nec ipſis rationẽ ſcientiæ tradidit, ſed perierũt inopia ſapiẽtiæ, pérq; inſipiẽtiã ſuã interierunt. Quis aſcendit in cælũ, & cõprehendit illã, aut deduxit eã è nubibus? quis traiecit mare, qui inuenerit eã, auróve puro cõpararit? Nõ eſt qui

[1] Id eſt, potẽtiæ vel virtutis

[1] ἰδοὺ

[1] μεριμνῶντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων αὐτῶν.

uitatis ſuę: & ſciẽt quia ego ſum Dominus Deus eorum: & dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei. Et auertent ſe à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis: quia reminiſcentur viam patrum ſuorum quia peccauerunt in me. Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum Abraham, Iſaac & Iacob, & dominabũtur eius & multiplicabo eos, & non minorabuntur. Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deũ, & ipſi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populũ meum filios Iſrael à terra quã dedi illis. D

Populũ à captiuitate ſe reuocaturũ pmittit Dominus, illiq; teſtamentũ nouũ & æternũ daturũ.

CAP. III.

ET nunc Domine omnipotens, Deus Iſrael, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te: audi Domine & miſerere, quia Deus es miſericors, & miſerere noſtri: quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in æuum? Domine omnipotens, Deus Iſrael audi nũc in orationem mortuorum Iſrael, & filiorũ ipſorũ, qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala. Noli meminiſſe iniquitatũ patrũ noſtrorum, ſed memẽto manus tuæ & nominis tui in tempore iſto: quia tu es Dominus Deus noſter, & laudabimus te Domine, quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris, & vt inuocemus nomẽ tuum, & laudemus te in captiuitate noſtra, quia cõuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum qui peccauerũt ante te. Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua nos diſperſiſti in improperiũ, & in maledictum, & in peccatũ, ſecũdum omnes iniquitates patrũ noſtrorũ qui diſceſſerunt à te Domine Deus noſter. ¶ Audi Iſrael mãdata vitæ: auribus percipe, vt ſciatis prudentiam. Quid eſt Iſrael q̃ in terra inimicorũ es? inueteraſti in terra aliena, coinquinat[us] es cũ mortuis deputat[us] es cũ deſcẽdentibus in infernũ. Dereliquiſti fontẽ ſapientiæ. nã ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terrã. Diſce vbi ſit prudẽtia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lõgiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locũ eius? & quis intrauit in theſauros eius? Vbi ſunt principes Gentium, & qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? qui in auibus cæli ludunt, qui argentũ theſaurizant & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorũ? qui argẽtum fabricant & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt, & ad inferos deſcẽderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderũt lumen, & habitauerunt ſuper terram viam autẽ diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum lõge facta eſt: non eſt audita in terra Chanaan, neq; viſa eſt in Theman. Filii quoque Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquiſitores intelligentiæ: viam autẽ ſapientiæ neſcierũt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingẽs locus poſſeſſionis eius? Magnus eſt, & nõ habet finem: excelſus & immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerũt, ſtatura magna, ſciẽtes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viã diſciplinæ [1] inuenerunt: [1] propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipiẽtiam. Quis aſcẽdit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis tranſfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui

Pergit populus in oratione iã incœpta pro ſua liberatione.

B

Cõmẽdat populo prudentiã: oſtendẽs ob neglectũ ei[us], tãta mala illi contigiſſe.

C

[1] dedit illis

D Solus De[us] ſapiẽtiæ adinuentor.

poſſit ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemi-
tas eius: ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adin
uenit eam prudẽtia ſua: qui præparauit terram
in æterno tempore, & repleuit eam bipedibꝰ &
quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vo
cauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autẽ
dederũt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt:
vocatæ ſunt, & dixerunt, Adſumus. & luxerunt
ei cum iucũditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus no
ſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic
adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit il

*De Chriſto incarnato.*

lam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt
hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus cõuer-
ſatus eſt.

CAP. IIII.

*Legẽ tenẽtium, merces: & ſpernentium, pœna.*

Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in
æternum: omnes qui tenent eam, perueniẽt
ad vitam: qui autem dereliquerũt eam, in mor-
tem. Cõuertere Iacob, & apprehẽde eam, ambu-
la per viam ad ſplendorem eius cõtra lumen e-
ius. Ne tradas alteri gloriã tuam, & dignitatem

*Cõſolatio populi captiui.*

tuam genti alienæ. Beati ſumus Iſrael: quia quę
Deo placent, manifeſta ſunt nobis. Animæquior
eſto populus Dei, memorabilis Iſrael. vænũdati
eſtis Gentibus, non in perditionem: ſed propter
quod in ira Dei ad iracundiã prouocaſtis Domi
B num, traditi eſtis aduerſariis. Exacerbaſtis enim
eum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes
dæmoniis & non Deo. Obliti enim eſtis eum qui

*Querimonia Ieruſalem, & ſub eius typo eccleſię.*

nutriuit vos, & contriſtaſtis nutricem veſtrã Ie-
ruſalem. Vidit enim iracũdiam à Deo venientem
vobis, & dixit, Audite confines Sion, adduxit e-
nim mihi Deus luctum magnum: vidi enim ca-
ptiuitatem populi mei, filiorum meorũ & filia-
rum, quã ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim
illos cum iucunditate: dimiſi autem illos cũ fle-
tu & luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam &
deſolatam: à multis derelicta ſum propter pec-
C cata filiorũ meorum, quia declinauerunt à lege
Dei. Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambu
lauerunt per vias mandatorũ Dei, neque per ſe-
mitas veritatis eius cũ iuſtitia ingreſſi ſunt. Ve-
niant confines Sion, & memorentur captiuitatẽ
filiorũ & filiarum mearum, quam ſuperduxit il
lis Æternus. Adduxit enim ſuper illos gẽtẽ de
longinquo, gẽtem improbã, & alterius linguæ:
qui non ſunt reueriti ſenem, neque puerorũ mi
ſerti ſunt: & adduxerunt dilectos viduæ, & à fi-
liis vnicã deſolauerũt. Ego autem quid poſſum
adiuuare vos? Qui enim adduxit ſuper vos mala,
ipſe vos eripiet de manibus inimicorum veſtro-

*Eiuſdem cõſolatio ob futurã ciuiũ ſuorum liberationẽ, quibus & ſalutis ſpem addit.*

D rum. Ambulate filii, ambulate: ego enim dereli-
cta ſum ſola. Exui me ſtola pacis, indui autẽ me
ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſſimũ in
diebus meis. Animæquiores eſtote filii, clamate
ad Dominum, & eripiet vos de manu principũ
inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſa-
lutem veſtram: & venit mihi gaudium à Sancto
ſuper miſericordia quæ veniet vobis ab æterno
ſalutari noſtro. Emiſi enim vos cum luctu & plo
ratu: reducet autem vos mihi Dominus cũ gau
dio & iucunditate in ſempiternum. Sicut enim
viderunt vicinę Sion captiuitatẽ veſtram à Deo,
E ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtram à

*ꝗ ſupuenit*

Deo, quæ ſuperueniet vobis cũ honore magno,
& ſplẽdore æterno. Filii patienter ſuſtinete irã,
quæ ſuperuẽnit vobis: perſecutus eſt enim te ini
micus tuus, ſed cito videbitis perditionem ip-
ſius: & ſuper ceruices ipſius aſcẽdes. Delicati mei
ambulauerunt vias aſperas: ducti ſunt enim vt
grex direptus ab inimicis. Animæquiores eſto-
te filii, & proclamate ad Dominum: erit enim
memoria veſtra ab eo qui duxit vos. Sicut enim
fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo: decies tan-
F tum iterũ conuertentes requiretis eũ. Qui enim

viam eius nouerit, aut qui callem eius perpen-
ſum habeat. Cui nota ſunt omnia, is & hanc ha
bet cognitam, eámque ſua adinuenit prudẽtia.
Qui ſtabiliuit terram in tempus ſempiternum, מכין
qui eam pecudibus impleuit quadrupedibꝰ, quo
emittente lumen progreditur, & tremebundum
obſequitur reuocanti. ſtellas vero relucentes in
ſtationibus ſuis hilares ſi vocet, Adſumus, aiũt,
ſuóque creatori fulgent cum lætitia. Is eſt Deus
noſter, cui nõ eſt cõparãdus alius. qui adinuenit
omnem rationem ſciẽtiæ, eámque ſeruo ſuo Ia-
cob, & Iſraeli ſibi perchàro tradidit, quæ deinde
comparuit in terra, & egit inter homines.

CAP. IIII.

Hæc liber eſt præceptorũ Dei, hæc lex in æ-
ternum duratura. Quicunque apprehende-
rint hanc, vitam ingreſſi ſunt: qui vero deſerũt
eam, morituri ſunt. Reuertere Iacob, & eam ap-
prehende: perge obuiam lumini eius ad clari-
tatem. Gloriam tuam ne ceſſeris alii, nec com-
moda tua genti alienæ. Beati ſumus Iſraelitæ,
quoniam placita Dei nobis ſignificata ſunt. Bo-
no eſte animo populares mei, monimentum Iſ-
raelis. Nõ eſtis mancipati gentibus ad interitũ:
ſed quia Deum reddidiſtis vobis iratum, perue-
niſtis in hoſtium poteſtatem. Exacerbaſtis enim
creatorem veſtrum, eo quòd dæmoniis, falſiſque
diis ſacrificaueritis, Deum vero veſtrum æternũ
qui vos creauit, tradideritis obliuioni, altricẽm-
que veſtram Hieroſolymam contriſtaritis. Vidit
enim quæ vos inuaſerit ira diuina, ac dixit, Au-
dite confines Sion, quanto me luctu Deus affece
rit. Nam filiorum filiarũmque mearũ vidi capti
uitatem, quam Deus æternus illis attulit. Quos
enim educaui cũ lætitia, eoſdẽ cum fletu luctũq;
amiſi. Nequis gaudia celebret viduę mihi, & de-
ſertæ, quæ propter peccata liberorum meorum
multis orbata ſum, propterea quòd à lege Dei de-
clinauerunt, & non agnouerũt iura ipſius, itine
ribus mãdatorum eius non ierunt, nec calles di
ſciplinæ coniunctæ cum iuſtitia ipſius inſtite-
runt. Adeſte confines Sion, vt captiuitatis filio-
rum filiarũmq; mearum, qua eos affecit Æter-
nus ille, memineritis. Induxit enim in eos gẽtẽ
à longinquo, gentem improbam & barbaram,
quæ neque ſenem reuerita eſt, nec miſerta pue-
rorum, abduxit charos viduæ, & filiabus orba-
uit deſolatam. Ego vero quidnã potero vos ad-
iuuare? Qui enim mala vobis intulit, idem vos è
manu inimicorum veſtrorũ eripuerit. Ite libe-
ri, ite: ego quippe orba relicta ſum, habitũque
proſperitatis exuto, ciliciũ ſupplex indui, Æter
num illum, quoad viuam, inuocatura. Bono ani
mo eſtote liberi, & clamores ad Deum tollite, qui
vos à potentia, manũque hoſtiũ liberaturus eſt.
& audiui poſt me vocem [12] ſtrepitus magni,' Benedicta gloria Domini [13] de loco ſuo.' Sed & [14] ſtrepitum [alarum animalium ſeſe mutuo [15] contingentium,' ſimúlque ſtridorem rotarum è regione [16] eorum: [17] [in ſumma,] ſonitum commotionis magnæ.' [Hic] iterũ ſuſtulit me [18] ſpiritus,' rapuitque me, [19] ita vt irẽ amarus' in indignatione ſpiritus mei, & [20] manus Domini apprehendit me.' Veni itaque ad captiuos ([21] aceruum nouarũ frugum) ſedentes iuxta fluuium Chebar, [22] & vbi ipſi ſedebant, ſedi ego quoq; illic inter eos ſeptem diebus deſolatus.' Et exactis ſeptẽ diebus, factus eſt ſermo Domini ad me in hunc modũ. Fili hominis [23] ſpeculatorem cõſtitui te domui Iſraelis: audies igitur verbum ex ore meo, & diſerte monebis eos [24] ex me.' Quum dixero ego impio, Certiſſime morieris: atque tu non monueris eum diſerte, neque loquutus fueris diſerte, [25] dehortando impium' à via ſua impia, [26] vt viuat:' ille quidẽ impi⁹ morietur [27] in iniquitate ſua. [28] ſanguinem vero eius de manu tua requiram.' Quòd ſi tu diſerte monueris impium, nec ille conuerſus fuerit ab impietate ſua, & à via ſua impia: peribit is in ſua iniquitate, tuque animam tuã liberaſti. Quum iuſtus auerterit ſeſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, [39] poſuerõque offendiculum coram ipſo [40] vnde ille moriatur, tu vero non monueris eum: morietur quidẽ ille in peccato ſuo,' & iuſtitiarum eius quas fecit nulla erit recordatio, [41] ſed ſanguinẽ eius' de manu tua requiram. Quòd ſi diſerte monueris illũ iuſtum, vt ille nõ peccet, & is non peccauerit: certiſſime viuet, quia præmonitus eſt, & tu liberaſti animã tuã. ¶ [42] Facta eſt autem illic ſuper me manus' Domini, & dixit ad me, Surge & egredere in [43] campum,' & loquar ibi tecum. Surrexi itaque, & exiui in campum, & en ibi [44] ſtans' gloria Domini, quemadmodum gloria quam videram ad fluuium Chebar: tũ cecidi in faciem meã. [45] Venit autẽ in me ſpiritus,' collocauitq; me in pedes meos, loquutúſq; mecum dixit ad me, [46] Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce [47] iniicient tibi funes, vt te illis ligent, non ergo egredieris [48] inter eos.' Adhæc linguã tuã adhæreſcere faciam ad palatũ tuum, vt obmuteſcas, & non ſis eis vir qui eos redarguat, quoniam domus contumax ſunt. Quum autem ego [49] tecum loquutus fuero, [50] aperiam os tuũ,' & dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus, [51] Qui audit, audiat: & qui ceſſat, ceſſet, quia domus cõtumax ſunt. CA. IIII.

TV vero fili hominis accipe tibi [1] laterẽ,' & pone eũ [2] ante te,' & [3] inſculpe' ſuper eum [4] vrbem Ieruſalem.' [5] Pone deinde obſidionem contra eam,

audiui poſt me vocem commotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco ſuo. & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum ſequentium animalia, & vocem commotionis magnę. Spiritus quoque leuauit me, & aſſumpſit me: & abij amarus in indignatione ſpiritus mei. man⁹ enim Domini erat mecum, confortans me. Et veni ad tranſmigrationem ad Aceruũ nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: & ſedi vbi illi ſedebant: & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum. Cum autem pertranſiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael & audies de ore meo verbum, & annũtiabis eis ex me. Si dicente me ad impiũ, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requirã. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit cõuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidem in [a] impietate' ſua morietur. tu autẽ animã tuam liberaſti. Sed & ſi cõuerſus iuſtus a iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatẽ: ponam offendiculũ corã eo, ipſe morietur: quia non annũtiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & nõ erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit. ſanguinẽ verò eius de manu tua requirã. Si autẽ tu annunciaueris iuſto vt nõ peccet iuſtus, & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annũciaſti ei, & tu animã tuã liberaſti. ¶ Et facta eſt ſuper me man⁹ Domini, & dixit ad me, Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecũ. Et ſurgẽs egreſſus ſum in campũ: & ecce ibi gloria Domini ſtabat, quaſi gloria quam vidi iuxta fluuiũ Chobar: & cecidi in faciẽ meam. Et ingreſſus eſt in me Spiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos: & locutus eſt mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabũt te in eis: & non egredieris in medio eorũ. Et linguã tuã adhærere faciã palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt. Cũ autem locutus fuero tibi, aperiam os tuũ, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat, & qui quieſcit, quieſcat: quia dom⁹ exaſperans eſt. CAP. IIII.

ET tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eũ coram te: & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eã obſidionem,

D
Ier.33.b. Pœna paſtoris non annũtiãtis populo ſua peccata.
E
¶[a] iniquitate
F
Iuſſu Domini in campũ egreſſus, videt gloriam Dei.
Supr.1.a.
Captiuitas figuratur.
G
Vrbis Ieruſalẽ obſidio ſignificatur.

¶[22] & ſedi: ipſi autẽ habitabãt ibi: ſedi igitur ibi ſeptẽ diebus admirans in medio eorũ. ſiue obſeruans. ſub. mores eorũ. ¶[23] vt ſcilicet admoneas tuos hoſtẽ eſſe in propinquo, veluti qui in ſpeculis excubãt. ¶[24] .i. noie meo: ſiue prout ſuggeret tibi Spiritus. Videtur Deus arguere Ezechielẽ ꝙ taceret: aut eũ incitare ad verbũ ſuum enuntiandũ. ¶[25] vl, cõmonefaciẽdo improbũ [vt recedat] à &c. ¶[26] vt viuifices illum. Qui hominẽ à peccato reuocat, videtur eũ viuificare. retrahit enim illum à morte, id eſt à via peccatorũ in qua eſt mors. ¶[27] ob iniquitatem ſuam, ¶[28] .i. tibi imputabitur eorum pernicies. ¶[39] Ponit Deus offendiculum corã peccatore, quando non reuocat eum afflictionibus, calamitatibus, & cõſolationibus, ſe facilem præbens eius conuerſioni, & iens obuiam. Per offendiculum, omnia proſpera intelligit. ¶[40] ipſe morietur, quia non admonueris eum: propter peccatum ſuum morietur, ¶[41] & ſanguinem .i. eris cauſa damnationis eius. Si non admones peccantes: illos perdis. quòd ſi eos perdis, rationẽ reddes mortis eorum. ¶[42] vl, Reſedit ſuper me Spiritus ¶[43] vallem. In qua ſita eſt Babylon. Vox Hebræa ſignificat locum planum & æquabilem inter montes. ¶[44] vl, ſtabat. ſiue erat ¶[45] .i. Reſtitutus eſt mihi animus. ¶[46] q.d. Non eſt quòd perdas operam annuntiando populo iſti verba mea: nihil enim proficies: quapropter confer te domum tuam, donec indicauero tibi loquendũ eſſe ad illos. ¶[47] ſub. domeſtici tui me permittente, & te ſinente, ne ambules in mediũ eorum, ¶[48] Hebr. in medium eorum .i. vt cũ illis verſeris. ¶[49] finem fecero loquendi tecũ. quod fiet in fine capitis vndecimi. loquitur enim Domin⁹ cũ propheta ad finem vſque capitis illius. ¶[50] .i. dabo tibi libertatẽ loquẽdi. ¶[51] vl, Qui audit, audiet: & q deſiſtit [audire,] deſiſtet. Aut, qui audiet, audiet: & qui deſiſtet, deſiſtet. vt ſit ſenſus, Siue audiãt, ſiue audire deſiſtãt poſteaquã cœperint audire. q.d. nõ oẽs quidẽ acquieſcẽt pdicationi tuæ, ſed tamẽ electi. Siue deſiſtãt, dicit propter improbos q nõ credituri ſunt, ꝙ ſint rebelles.

IIII. ¶[1] Chaldæus paraph. lapidẽ vertit. Hactenus Deus confirmauit prophetam vt argueret populũ obſtinatum: nunc eum docere incipit quid ſit facturus & dicturus. ¶[2] more ſcilicet eius qui aliquid eſt ſcripturus. ¶[3] deſcribe. Dei bonitas, qui neminem vult perire, ſed & rebus oculis ſubiectis monet reſipiſcendum & mutandum animum. ¶[4] vrbem [quandam quæ ſignificet] Ieruſalem. ¶[5] .i. depinge circa eam milites obſidentes.

& ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginem ferreã, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidionem, & circũdabis eam: ſignum eſt domui Iſrael. ¶ Et tu dormies ſuper latus tuũ ſiniſtrum, & pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo numero dierũ quib' dormies ſuper illud, & aſſumes iniquitates eorũ. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorũ, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatẽ domus Iſrael. Et cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecũdo: & aſſumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Et ad obſidionem Ieruſalem conuertes faciẽ tuam, & brachiũ tuum erit extentum: & prophetabis aduerſus eam. Ecce, circũdedi te vinculis: & nõ te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec cõpleas dies obſidionis tuæ. ¶ Et tu ſume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam. & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies ſuper latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo veſcêris, erit in pondere viginti ſtateres in die: à tempore vſque ad tempus comedes illud. Et aquã in menſura bibes, ſextam partem hin: à tempore vſque ad tempus bibes illud. Et quaſi ſubcinericiũ hordeaceum comedes illud: & ſtercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit Dominus, Sic comedent filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gentes ad quas eijciã eos. Et dixi, A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea nõ eſt polluta, & morticinum & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia mea vſque nunc, & non eſt ingreſſa in os meum omnis caro immũda. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimũ boum pro ſtercoribus humanis: & facies panẽ tuum in eo. Et dixit ad me, Fili hominis, ecce ego conteram baculum panis in Ieruſalem: & comedẽt panem ſuum in pondere, & in ſolicitudine: & aquã in menſura & in anguſtia bibent: Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnuſquiſque ad fratrem ſuum, & contabeſcat in iniquitatibus ſuis.

Diuturnitas captiuitatis Iſrael & Iudæ ¶ iniquitatẽ B

Num. 14. f.

¶ exertum:

Prædicitur fames futura i captiuitate. 4. reg. 25. C

¶ Ha, ha, ha, Puritas prophetæ. D

Declarat ſymbolum. ſ. 5. d. & 14. d.

¶ cõtabeſcãt

extrue aduerſus eam[6] propugnaculũ, & affunde ei aggerẽ, caſtra pone cõtra eã, & pone contra eã per circuitũ arietes. Cape tibi deinde[7] ſartaginẽ ferream, poneq; eam murum ferreum inter te & inter ciuitatẽ, & [8] dirige faciem tuam cõtra eam, eritque obſeſſa, & [9] oppugnabis eam. [10] Signũ hoc eſt domui Iſraelis. ¶ Et tu cubato ſuper latus tuũ ſiniſtrum, & [11] pone iniquitatem domus Iſraelis ſuper ipſum: numero dierũ quibus [12] cubas ſuper ipſum, feres iniquitatem eorum. Ego enim [13] dedi tibi annos iniquitatis eorũ iuxta numerũ trecẽtos & nonaginta dies, [15] ferẽſque iniquitatem domus Iſraelis. Vbi vero expleueris illos, cubabis ſuper latus tuum dexterum ſecũdo, & feres iniquitatẽ domus Iuda quadraginta diebus. [16] diem pro anno, diem inquam pro anno dedi illud tibi. Et [17] diriges faciem tuam verſus obſidionem Ieruſalem, & brachium tuum erit exertum, [18] propheta biſque contra eã. Ecce [19] inieci tibi funes, ne vertaris [20] de latere tuo in latus tuũ, donec compleas tu dies obſidionum [21] tuarũ. ¶ Et ſume tibi triticum, hordeum, fabã & lentem, milium & viciam, & pone illa in vaſe vno, vt facias tibi panẽ ex eis, pro numero dierum quibus tu cubabis ſuper [22] latus tuum, quem edas trecentis illis & nonaginta diebus. Porrò cibus tuus quem comedes in pondere, viginti ſiclorum ſit in diem, à [23] tempore vſque in tempus comedes illum. Aquã quoque in menſura bibes, ſextam nempe partẽ hin, & bibes a tempore in tempus. Et placentam hordeaceam comedes, quam videntibus illis coquas in [24] ſtercoribus excrementi humani. Dixit autẽ Dominus, Sic comedent filij Iſrael panem ſuum [25] immundũ inter gentes inter quas ego propellam eos. Et dixi, Ah Domine Deus, ecce anima mea nunquam eſt polluta, morticinum aut diſcerptũ non comedi à iuuentute mea vſque nũc, & non ingreſſa eſt caro corrupta in os meum. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimũ boum loco ſtercoris humani, cum quo coquas panem tuum. Dixitque ad me, Fili hominis, ecce ego confringo baculum panis in Ieruſalem, & comedẽt panem in pondere & ſolicitudine, & aquas in menſura & ſtupore bibent. [26] Propterea deficient pane & aqua, & vaſtabuntur vir & frater eius, & contabeſcent in iniquitatibus ſuis.

¶6 vl. turrim ligneã, ¶7 Hebræi per ſartaginem, intelligunt duritiam cordis Iſraelitarum quæ ferrea eſt & denigrata. ¶8 obfirma. Annumerat ꝓphetã hoſtibus, q̃a aduerſa nũtiabat. ¶9 Heb. obſidebis eam. i. erit obſeſſa donec expugnes eã, & muri corruant. ¶10 quòd ſcilicet vrbs cũ templo deſtruetur. ¶11 vl, vt ponas. i. vt feras pœnã debitã iniq̃tati decẽ tribuum. Hæc geſta ſunt in viſione: non enim ſine moleſtia tãdiu poſſet q̃s eo modo decũbere: quod afflictionẽ obſeſſorũ repræſentat. Præterea Samaria erat ad Aquilonẽ: vnde iubetur decumbere i latus ſiniſtrum. Iſrael igitur ſignificatur per ſiniſtrum latus, vt debilius: nam ipſi Iſraelitæ & priores peccarunt, & priores in captiuitatem ſunt abducti: poſtea, autem Iuda. ¶12 dormieris ¶14. i. vertiãnos iniq̃tatis eorũ in CCCXC dies. hoc eſt tot dieb' affiigeris ad repræſentãdã pœnã iniquitati Iſraelis debitam.

C A P. V.

ET tu fili hominis ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: & aſſumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & aſſumes tibi ſtatêram ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obſidionis: & aſſumes tertiam partẽ, & concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam diſperges in vẽtum, & gladium nudabis poſt eos. Et ſumes inde par-

Ænigma pilorũ quo ſignificatur vaſtatio populi

¶ nudabo

C A P. V.

ET tu fili hominis ſume tibi gladium acutũ, (nouaculam tonſorũ hanc ſume tibi,) & traducſeam] per caput tuum, & per barbam tuam. deinde cape tibi [1] lances libræ, & partire [2] pilos. Tertiam partem igni combures in media [3] vrbe, [4] poſtquam impleti fuerint dies obſidionis. [5] tertiam deinde partem accipe, & [6] concides gladio circunquaque. [7] tertiam partẽ diſpergas ad ventum, poſt hos diſtringam gladium. Et accipias

¶15 ſub. tanto tẽpore. Hi dies collecti efficiunt circiter quatuordecim menſes quibus arctè obſeſſa fuit Ieruſalẽ. Omittũtur aliquot mẽſes, quia Chaldæi omiſſa Ieruſalẽ, aduentãtibus Ægyptijs ad opem Iudæorum, iuerunt illis obuiam. Ierem. 39. Numerus dierum quibus obſeſſa fuit Ieruſalẽ, ſumitur à duobus: ab iniquitate omnium tribuũ, & tempore quo præcipue Iuda peccauit. ¶16. i. ſingulos dies pro ſingulis annis. Quadraginta annis peccauit grauiſſime Iſrael tempore Manaſſe, qui quindecim tantum annis manſit in officio, & quadraginta peccauit. ¶17. i. eris animo obfirmato in oppugnanda Ieruſalẽ. Alacritas eorũ qui erãt oppugnaturi Ieruſalem, deſcribitur. ¶18 Hoc eſt, prædices eius deſtructionem. ¶19 q. d. curaui te ligandum: & ita manebis quaſi eſſes coactus. ¶20 vl, de vno latere in alterum latus. ¶21. i. quas prædicis. Plurali vtitur pro ſingulari. Propheta hic gerit perſonam obſeſſorum & obſidentium. ¶22 ſub. ſiniſtrum. ¶23 ſub. certo. id eſt die finito & determinato, vtpote à meridie in meridiem. Vel in die naturali comedes tantummodo XX ſiclos panis. XX ſicli non efficiunt libram. ¶24 cum cylindris. Excrementa humana retorrida ſunt, figura & forma cylindri. Significat penuriam ligni quæ accidit obſeſſis. ¶25 Hoc dicit, propter fœditatem odoris ſtercoris humani, quo vice lignorum vterentur. ¶26 Vt careant pane & aqua, & obſtupeſcant quiſque cum fratre ſuo, [ſiue, inter ſe] obſtupeſcant inquã propter iniquitatem ſuam. i. ita vt laborent penuria, &c.

V. ¶1. i. ſtateram. Nouacula, Dei voluntatem & decretum ſignificat. Pili vero: ſunt ciues Ieruſalem ¶2 Heb. illos. ſub. pilos. relatiuum ſine antecedente. ¶3 ſub. depicta à te in lapide ſiue tegula. ¶4 Heb. iuxta impletionem dierum obſidionis. i. toto tempore obſidionis. ¶5 Intelligit Sedeciã & comitatum eius cæſum. ¶6 Hebr. percute. ¶7 Eos ſignificat qui fugerunt in Ægyptum cum Iohanne: qui omnes perierunt.

¶8 ex aceruo ſcilicet pilorū capitis tui & barbæ tuæ: vel potius inde, ex illa vltima tertia parte. Signi ficat illa decem milia quę abduxit Nabuchodonoſor. ¶9 ligabis in ora veſtis tuæ. ¶10 quos in mediū ignis proijcies, ebſq; ¶11 ex eo. ſub. igni. q.d. hic ignis maximā portēdit nouā Iſraeli. Vł ignis eſt maledictio. ¶12 regiones. ſub. gentium. ¶13 copia ſcilicet. ferocia, ſtrepitu & fremitu, luxu, faſtu, ædificijs, opib⁹, &c. Alii vertūt, multiplicati eſtis præ gentibus, &c. i. pluribus beneficijs affecti eſtis. ¶14. i. mores. q.d. Non feciſtis ſecundum morem Gentium, quæ deos ſuos non relinquūt. Vł. iuxta morē. i. non vixiſtis ſine aliorū iniuria, vt Gētes, id illis dictāte iudicio naturali. ¶15 vł. En ego ad te. ſub. veniam iratus.

¶16 ſub. in te, vł in Gentibus. ¶17 Poteſt intelligi geſtū. aut refert ad crudelitatem qua vſi ſunt patres i filios, & filij i patres, cibū vt: iqi alteri prçripiētes. ¶18. i. ſumā de te pœnas. ¶19. q.d. omnes qui non perierint, exulabunt vbique.

[9]inde[9] exiguum numerum, quæ [9]in alas tuas conſtringas.[9] Rurſus tolles ex his [10]quæ in medium ignis abijcias, eaque igne cōbures, [11]ex his[11] ignis exibit contra omnem domū Iſraelis. ¶Sic dixit Dominus Deus, Iſta eſt Ieruſalem, inter gentes poſui eam, & in circuitu eius[12] terras.[12] Commutauit iudicia mea in impietatem plus quàm Gentes, & ſtatuta mea plus quam nationes quæ circa eam ſunt: quoniam iudicia mea repudiarūt, & ſtatuta mea, nec ambularunt in eis. Idcirco ſic dicit Dominus Deus [Iſraelis,] Quandoquidē[13] turbulentiores eſtis gentibus[13] quæ circum vos ſunt, inq; ſtatutis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis: quin ſecundum[14] iudicia[14] gentiū quę circum vos ſunt non feciſtis: Idcirco ſic dicit Dominus Deus, [15] Ecce me tibi,[15] ego inquā edam in medio tui iudicia in oculis Gentium, faciam inquam in te quod non feci, & quod porrò nunquam ſum [16]facturus,[16] idq; propter omnes abominationes tuas. Siquidem patres comedēt filios in medio tui, &[17] filij comedēt patres ſuos, &[18] edā in te iudicia,[18] & omnes reliquias tuas diſpergam in[19] omnem ventum. [20]Idcirco[20] viuo ego, dicit Dominus Deus, Si non propter ſanctuarium meum, quod polluiſti omnibus abominationib⁹ tuis & cunctis[21] execrationibus[21] tuis, ego quoque [22]ſuccidā,[22] nec[23] parcet oculus meus,[23] neq; ego miſerebor. Tertia pars tui peſte morietur, faméque conſumentur in te: tertia autē pars gladio cadēt [24]circum te.[24] tertiā deinde partem diſpergam ad omnem ventū,[25] diſtringámque gladiū poſt eos. Et[26] conſummabitur[26] furor meus, &[27] requieſcere faciam exæſtuationem meā in eos, & cōſolationem accipiam,[27] & cognoſcēt quòd ego Dominus loquutus ſim in indignatione mea, quum perfecero furorem meum in eis. Et reddam te deſolatam, [vt ſis] opprobrium inter gentes quæ circum te ſunt, in conſpectu omnis prætereuntis. Eriſque opprobrio & blaſphemiæ, [28]caſtigationi & ſtupori gentibus quę circum te ſunt, quum edidero in te iudicia in furore in exæſtuatione, & in increpationibus[29] æſtus,[29] ego Dominus loquutus ſum: Quum miſero[30] ſagittas famis[30] malas in eos, quæ ſunt ad vaſtandum, & quas ego immiſſurus ſum vt perdam vos, & famem[31] adijciam ſuper vos, & cōfringam in vobis[32] baculum panis. Mittam[33] præterea[33] ſuper vos[34] malum,[34] & beſtias malas quæ te orbabūt, [35]& peſtē, ſed & ſanguis[35] tranſibit per te, atque gladium adducam contra te: ego Dominus[36] loquutus ſum.

C A P. V I.

FActus eſt ſermo Domini ad me, dicēs, Fili hominis, pone faciā tuā verſus montes Iſraelis, & propheta contra eos, dicéſq;, Mōtes Iſraelis audite verbum Domini Dei, ſic dicit Dominus Deus montibus & collibus, torrentibus & vallibus, Ecce ego, ego inquam adduco contra vos gladium, & perdā excelſa veſtra, & deuaſtabuntur altaria veſtra, confringētur idola veſtra, & proſternam vulneratos veſtros ante idola veſtra, & dabo[1] corpora[1] filiorū Iſraelis corā idolis ſuis, diſijciámque oſſa veſtra circūquaq; [2]iuxta altaria veſtra.[2] In cūctis habitationibus veſtris vaſtabūtur ciuitates, & excelſa deſolabuntur, ita vt & aræ veſtræ vaſtentur, ac [3]culpā luant,[3] confringantur & aboleantur idola veſtra, & ſuccidantur imagines

num numerum: & ligabis eos in ſummitate pallij tui. Et ex eis rurſum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & cōbures eos igni: & ex[a] eis[a] egredietur ignis in omnem domum Iſrael. ¶Hæc dicit Dominus Deus, Iſta eſt Ieruſalem, in medio Gentiū poſui eā, & in circuitu eius terras. Et contēpſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm Gētes: & præcepta mea vltrà quā terræ quæ in circuitu eius ſunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis nō ambulauerūt. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia ſuperaſtis gētes quæ in circuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea nō feciſtis, & iuxta iudicia gentiū quæ in circuitu veſtro ſunt, nō eſtis operati: Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentiū: & faciā in te quod nō feci, & quibus ſimilia vltrà non faciā propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedēt patres ſuos: & faciā in te iudicia, & ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnē ventum. Idcirco viuo ego dicit Dominus Deus, Niſi pro eo q ſanctū meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cūctis abominationibus tuis: ego quoque confringā, & non parcet oculus meus, & nō miſerebor. Tertia pars tui peſte morietur, & fame cōſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiā verò partē tuam in omnē ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. Et complebo furorem meū, & requieſcere faciā indignationem meam in eis, & conſolabor: & ſciēt quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo, cum impleuero[~] omnem[~] indignationē meā in eis. Et dabo te in deſertum & in opprobriū gentibus quę in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis prętereūtis. Et eris opprobriū & blaſphemia, exēplum & ſtupor in gētibus quæ in circuitu tuo ſunt, cū fecero in te iudicia in furore & in indignatione & in increpationibus iræ, [~]quæ[~] ego Domin⁹ locutus ſum: Quando miſero ſagittas famis peſſimas[*] quæ erūt mortiferæ, & quas mittam vt diſperdam vos: & famem congregabo ſuper vos, & cōteram in vobis baculum panis. ¶Et immittam in vos famem & beſtias peſſimas vſque ad internecionem: & peſtilentia & ſanguis tranſibūt per te, & gladium inducā ſuper te. ego Dominus locutus ſum.

¶[a] eo

Cauſa iræ Dei in populum ſuum.

B

C

Ænigma pilorū edisſeris Dominus.

D

[*] In eos

Ī. 4. d. Ī. 14. d.

C A P. V I.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis ¶pone faciem tuam ad mōtes Iſrael: & prophetabis ad eos, & dices, Mōtes Iſrael audite verbum Domini Dei: hæc dicit Dominus Deus mōtibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce, ego inducam ſuper vos gladiū, & diſperdam excelſa veſtra, & demoliar aras veſtras, & cōfringētur ſimulachra veſtra: & deiiciam interfectos veſtros ante idôla veſtra. Et dabo cadauera filiorum Iſrael ante faciem ſimulachrorum veſtrorū: & diſpergam oſſa veſtra circum aras veſtras in omnibus habitationibus veſtris. Vrbes deſertæ erunt, & excelſa demolientur & diſſipabuntur & interibunt aræ veſtræ, & confringentur: & ceſſabunt idôla veſtra, & conterentur delubra ve

Propter peccatū idololatriæ, populū percutiendū prædicit.

Ī. 16. a.

D

¶20. i. ob peccata tua. ¶21 vł, contaminationibus ¶22 vł, minuam. ſub. gloriam tuam. ¶23. i. affligam te citra vllam miſericordiam. ¶24 nempe in campeſtribus Iericho. ¶25. i. vbique eos affligam. ¶26 vł, finietur ¶27. i. exaturabo animum meum eorum pœna, & poſtea gaudebo. ¶28 vł, exemplo. aut diſciplinæ. q.d. Gentes agnoſcent iuſtitiam Dei ex pœna Iſraelis, diſcéntque inde nō peccare. ¶29 vł iræ. Vocat increpationem iræ, quæ fit ab irato. ¶30 Sagittas famis vocat locuſtas, rubiginem, & cæteras frugum peſtes. ¶31 augebo. ſiue congregabo. vel, quum miſero has peſtes, alias quoque cauſas famis immittā, nulla miſſa pluuia. ¶32. i. faciā vt pane deſtituaris, quo vires inſtaurātur. ¶33 vł. itaque ¶34 famem. q.d. leui fame prius vexabo te ¶35 ſed & peſtis & cædes ¶36. i. ſic ſtatui.

V I. ¶1 cadauera. q.d. polluam aras deorum veſtrorum nece adoratorum eorum. nam in veteri lege loca ſacra cadaueribus, aut oſſibus mortuorum polluebantur. ¶2 vł, in circuitu ararum veſtrarum. ¶3 deſtruantur,

ſtra, & delebuntur opera veſtra. Et cadet interfectus in medio veſtri: & ſcietis quia ego ſum Dominus. ¶ Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in Gentibus, cum diſperſero vos in terris. Et recordabuntur mei liberati veſtri in gentibus ad quas captiui ducti ſunt: quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes poſt idôla ſua: & diſplicebũt ſibimet ſuper malis quæ fecerãt in vniuerſis abominationibus [a] illis.' Et ſcient quia ego Dominus nõ fruſtra locutus ſum vt facerem eis malũ hoc. ¶ Hæc dicit Dominus Deus, Percute [b] manũ tuam,' & allide pedem tuũ, & dic Heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſrael: [c] quia' gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. Qui longe eſt, peſte morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obſeſſus, fame morietur: & complebo indignationem meã in eis. Et ſcietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti veſtri in medio idolõrum veſtrorũ in circuitu ararum veſtrarum, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercũ frondoſam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuerſis idôlis ſuis. Et extendam manum meam ſuper eos & faciam terram eorum deſolatam & deſtitutã à deſerto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & ſcient quia ego Dominus.

Pœnitẽtiam reliquarũ populi prophetat, & liberationem. C

¶ [a] ſuis.

Obſtinatorũ interitus prædicitur.

¶ [b] manu tua,

¶ [c] qui

D

CAP. VII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis hæc dicit Dominus Deus terræ Iſrael, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nunc finis ſuper te, & immittã furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et nõ parcet oculus meus ſuper te, & nõ miſerebor: ſed vias tuas ponã ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erũt & ſcietis quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus De⁹, Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, euigilauit aduerſum te: ecce venit. Venit [d] contritio' ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, propè eſt dies occiſionis, & non gloriæ montiũ. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & cõplebo furorem meũ in te: & iudicabo te [e] ſecundũ' vias tuas, & imponã tibi omnia ſcelera tua, Et nõ parcet oculus me⁹, nec miſerebor: ſed vias tuas imponã tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego ſum Dominus percutiens. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt [f] cõtritio,' floruit virga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: nõ ex eis, & non ex populo, neque ex ſonitu eorum: & non erit requies in eis. Venit tẽpus, appropinquauit dies:

Finis totius terræ Iſrael repente venturus.

B

¶ [d] confractio

¶ [e] iuxta C

Excidij eius cauſa.

¶ [f] confractio

veſtræ, deleãtũrq; [4] opera veſtra.' Et cadet ſaucius in medio veſtri, & ſcietis quòd ego ſum Domin⁹. Reliquos tamen faciam aliquos, vt ſint vobis qui euadãt gladiũ inter gentes, quum diſiecti fueritis [5] ad terras.' Recordabũtúrque mei qui è vobis euaſerint, inter gentes apud quas captiui [6] tenentur,' quòd [7] fractus fuerim' ob cor illorum meretriciũ, quod à me defecit perfide, ob oculos eorũ meretricios ſcortantes poſt idola ſua: h:q; [8] [ſpudore &] mœſtitia afficiẽtur' in faciebus [9] ſuis' propter mala quæ deſignarunt in cunctis [10] abominationibus' ſuis. Et cognoſcẽt quòd ego ſum Dominus, [&] quòd non in vanum loquutus ſim me adducturum ſuper eos calamitatẽ hanc. ¶ Sic dicit Dominus Deus, Percute [femur] manu tua, & [11] concute' pede tuo, & dic, Ah ſuper omnes [12] abominationes malorum' domus Iſraelis: quia cadent gladio, fame & peſte. Qui longe [13] abeſt,' peſte morietur: qui prope, gladio cadet: [14] relictus' autem & obſeſſus, fame morietur, [15] complebóq; furorem meum in eos. Et [16] cognoſcetis' quòd ego ſum Domin⁹, quũ fuerint vulnerati eorũ in medio idolorũ ſuorum per circuitũ altariũ eorũ, in omni colle excelſo, & in omnibus verticib⁹ montium, & ſub omni arbore frondoſa, & ſub omni [17] quercu' condenſa, & in loco [18] vbi ſuffitum fecerunt omnibus idolis ſuis odore ſuauecolenti. Extẽdam enim manum meam ſuper eos, & ponam terram in deſolationem & [19] ſtuporem, à [20] deſerto vſque in Diblath, in cũctis' habitationibus eorum, vt ſciant quòd ego ſum Dominus.

CAP. VII.

FActus eſt ſermo Domini ad me in hunc modũ. Et tu fili hominis, ſic dicit Dominus De⁹, terræ Iſraeliticæ, [1] Finis.' venit finis ſuper quatuor plagas [2] terræ.' Nũc finis ſuper te, & mittã irã meam in te, & [3] iudicabo te iuxta vias tuas, dabóque ſuper te omnes abominationes tuas.' Et non parcet tibi oculus meus, neq; miſerebor, ſed [4] vias tuas dabo ſuper te, [4] & abominationes tuæ erunt in medio tui,' & ſcietis quòd ego Dominus. Sic dicit Dominus Deus, [5] En calamitas calamitatẽ excipit,' finis adeſt, venit finis, [6] excitatus eſt' ſuper te, ecce venit, Venit iuquã [7] coronũ' ſuper te, ô habitator terræ, venit tempus, [ô] prope eſt dies [8] tumultus, & non ſerius [10] clamor' montiũ. Nunc prope eſt [vt] effundã furorem meũ in te, & [11] cõplebo iram meam in te,' atq; iudicabo te ſecũdum vias tuas, dabóq; ſuper te omnes abominationes tuas. Et nõ parcet oculus meus, neq; miſerebor, ſed dabo tibi ſecundũ vias tuas, & [12] abominationes tuæ erũt in medio tui,' ſcietiſq; q̃ ego ſum Dominus percutiẽs. Ecce dies, ecce venit, exiuit [13] corona,' floruit [14] baculus,' germinauit [15] cõfidentia. [16] Violẽtia [17] excreuit in baculũ impietatis,' nullus ex [18] eis, [19] nihil ex opulẽtia eorũ, [20] nihil de ſtrepitu eorũ,' nec erit luctus [21] in eis.' Venit tẽpus, acceſſit [22] dies,

¶ 4 .i. idola, quæ manib⁹ veſtris finxiſtis. ¶ 5 .i. inter gẽtes ¶ 6 erunt, ¶ 7 .i. mœrore affectus fuerim ¶ 8 excindẽtur. vl, tollentur de medio ¶ 9 illorũ. ſub. ſimulachrorum. ¶ 10 Abominationes vocat cultũ idolorũ repetitũ. ¶ 11 extẽde. ſub. terrã. Signũ doloris erat percuſſum femur aut quaſſata pede terra. q vero terrã quatit, extẽdit eã. ¶ 12 .i. ſcelera execranda ¶ 13 aberit. ſub. ab hoſte. ¶ 14 ſub. à peſte vl gladio. ¶ 15 .i. donec vltus fuerim iniurias meas, eos affligam. ¶ 16 pro, ſcient. Cũ egregie fuerint afflicti, tũ demum intelligent ſe erraſſe. ¶ 17 Chaldæ⁹ paraphr. vlmo. ¶ 18 Heb. vbi odorẽ quietis obtulerũt oib⁹ idolis ſuis. Odorẽ quietis vocat ſuauẽ & gratũ. ¶ 19 vaſtitatem, ¶ 20 à deſerto Diblatha, ſub. [vſq; in Ieruſalẽ,] in oib⁹, &c. Alibi ſcribitur Reblath.

VII.

¶ 1 ſub. imminet illi. ¶ 2 ſub. Iſraeliticæ .i. exitiũ huius regiõis & veſtrũ imminet. Breuis eſt interminatio, vt magis terreat: nã dicit ſolũ finis. Imminere Dei vindictã docet, ne dicerent nihil ad ſe pertinere, nec ſe hoc viſuros, ſed ſuos poſteros. Hæc quinto anno Sedeciæ dicebãtur. ¶ 3 .i. animaduertã in te pro meritis & iuſtè, tẽq; afficiã pœnis quas merẽtur oẽs abominatiões tuæ. ¶ 4 .i. affligam te pro meritis, & pœna debita ſceleribus tuis erit in te. ¶ 5 Malum, malũ vnum .i. eximium & ſingulare, quale antea non fuit. Chaldæus paraph. Multa mala tibi aduenient. ¶ 6 euigilauit. vl, finem impoſuit tibi .i. quo fine peribis. Videtur eſſe battologia, ſed tamẽ quæ multum neceſſaria eſt, vt magis vrgeat populum ad reſipiſcentiam, & vt auocet à cultu idolorum. ¶ 7 Chaldæus paraphr. accepit in ſignificatione coronæ, dicens, Venit regnum ad te .i. imperator Nabuchodonoſor. Alij vertunt ex commentariis Hebræorum, Venit ſententia [Dei] ſummo mane .i. breui. ¶ 9 fractionis. vl, calamitatis. ¶ 10 echo. vl, echus. q.d. inſtat verus clamor & tumultus, non autem fictus, vt qui editur repercuſſu loci concaui. Vel, echo .i. vox lætitiæ quam referunt montes vitiferi clamantibus vindemiatoribus. ¶ 11 .i. affligam te quoad expleuero animum meum tuis malis. ¶ 12 .i. pœnæ debitæ tuis flagitiis exercebuntur in te. ¶ 13 vl, ſententia ſummo mane. ¶ 14 ſiue flagellum. ſub. quod immittam. q.d. iamiã adeſt afflictio quam toties interminatus ſum. ¶ 15 ſuperbia. vl, vir ſuperbiæ Nabuchodonoſor: iam accepit ſummũ imperiũ & eſt in magna authoritate, qui iam apparauit ſe vt te oppugnet. ¶ 16 vl, Iniuſtitia. quæ ſcilicet viguit in Iſraele. Violentiã vocat quum pauperes opprimũtur. ¶ 17 .i. fuit cauſa flagelli quo percutiẽtur impii. Iniquitas Iſraelis excitauit illud flagellum quo Deus affliget ipſum Iſraelẽ. ¶ 18 ſub. euadet. ¶ 19 ſub. remanebit. ¶ 20 nõ remanebit ex illis. ſub. non afflictus. ¶ 21 propter eos. ¶ 22 [ſub. afflictionis,] qui emit, ne &c. q.d. qui emit poſſeſſionem amœnam, ne propterea lætetur: nec qui talem vẽdiderit, nam non eſt diu vſurus, nec retenturus ſuam poſſeſſionem.

ut emēs nō lætetur, nec vēdens cōtriſtetur: quoniā furor eſt ſuper omnē [23]opulentiā eius. [24]Siquidē vēdens ad rē venditam nō redibit, etiamſi adhuc viui ſupereſſent. quoniam[25]viſio' ſuper omnem opulentiā eius non reuertetur, [26]nec quiſque vitā ſuā in iniquitate ſua roborabit. [27]Claſſicum canēt præparando omnia, 'nec erit qui ad præliū eat: quia ira mea ſuper omnem[28]multitudinē eius.' Foris gladius, peſtis atq; fames[29]intus:' qui in agro eſt, gladio interibit: & qui [30]in ciuitate, 'hūc deuorabit fames & peſtis. [31]Qui reliqui facti fuerint ex eis euadētes ſcilicet,' erūt in mōtibus ſicut columbæ cōualliū, omnes[32]fremētes quiſq; in iniquitate ſua. Omnes manus[33]remittent,' & omnia genua[34]diffluent' vt aquæ. Accingēt ſaccos, & operiet eos [35]terror:' omnes vultus pudefiēt, & in omnibus capitibus erit[36]caluitiū.' Argentū ſuum in plateas abijcient, & aurū eorū in[37]diſiectionem' erit: argētum eorum & aurum eorum nō poterit eos liberare in die furoris Domini:[38]animam' ſuā non ſatiabunt, neque viſcera ſua implebunt: eo q[39]offendiculum' iniquitatis ſuæ fuit. [40]Et pulchritudinem ornamenti ſui ad ſuperbiā cōuertit,' & fecerūt [41]ex eo' imagines [42]abominatiōis ſuæ & idola ſua:' idcirco dedi eis illud in[43]diſiectionem.' Tradidi[44]ipſum' in manū alienorum vt diriperent, & impijs terræ in ſpoliū, qui ipſum prophanabunt. Auertā quoque faciem meam ab eis, & violabūt[45]arcanum' meum, ingredientur in illud[46]graſſatores,' & contaminabunt ipſum. Fac[47]cōcluſionem: quia terra plena eſt [48]iudicio ſanguinum,' & ciuitas plena eſt violentia. Adducam ergo[49]paſtores Gentiū,' qui occupabūt domos eorū, & efficiā vt ceſſet ſuperbia potentum, & prophanabuntur [50]facella' eorum.' [51]Excidium' venit, & quærent pacem, & non erit. [52]Calamitas alia ſuper aliam veniet, & erit rumor ſuper rumorem. Et inquirēt[53]viſionem' à propheta, [54]& lex peribit à ſacerdote, atq; conſilium à ſenioribus.' Rex mœrore ſe conficiet, princeps induet[55]deſolationem,' & manus populi terræ cōturbabuntur. [56]Iuxta vias eorum' faciā eis, & ſecundum[57]iudicia eorum' iudicabo eos, vt cognoſcāt q ego ſum Dominus.

CAP. VIII.

Factum eſt autem[1]in anno ſexto,[2]ſexto [menſe,] in quinta menſis, vt ſederē in domo mea, & ſeniores Iuda ſederent corā me, caderetq; ibidem ſuper me[3]manus' Domini Dei. Et vidi, & ecce ſimilitudo[4]veluti ignis,' ab aſpectu lumborū eius [5]& infra' ignis:' à lumbis autem eius ſupráq; tanquā aſpectus ſplendoris ſicut aſpectus [6]haſmal.'

qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnē populum eius. Quia qui vēdit, ad id quod vēdidit nō reuertetur: & adhuc in viuentibus vita eorum. viſio enim ad omnē multitudinē eius nō regredietur: & vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur. Canite tuba, præparentur omnes, & non eſt qui vadat ad præliū: ira enim mea ſuper 'vniuerſum populum' eius. Gladius foris: & peſtis & fames intrinſecus: qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilētia & fame deuorabuntur. Et ſaluabūtur qui fugerint ex eis: & erūt in montibus quaſi columbæ conualliū omnes trepidi, vnuſquiſque in iniquitate ſua. Omnes manus diſſoluētur, & omnia genua fluent aquis. Et accingent ſe cilicijs, & operiet eos formido: & in omni facie confuſio, & in vniuerſis capitibus eorū caluitium. Argētum eorū foras proijcietur, & aurum eorū in ſterquiliniū erit. Argentum eorū & aurū eorum nō valebit liberare eos in die furoris Domini. Animā ſuā non ſaturabūt, & vētres eorū non implebuntur: quia ſcandalum iniquitatis eorum factū eſt. Et ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiā poſuerūt, & imagines abominationum ſuarum & ſimulachrorum fecerūt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiā: & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam, & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanū meum: & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabūt illud. Fac cōcluſionem: quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam peſſimos de Gentibus, & poſſidebūt domos eorū: & quieſcere faciam ſuperbiam potentium, & poſſidebunt ſanctuaria eorum. Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditū: & quærent viſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote, & cōſilium à ſenioribus. Rex lugebit, &'principes induētur' mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & ſecūdum'iudicium' eorum iudicabo eos. & ſciēt quia ego Dominus.

CAP. VIII.

Et factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta menſis: ego ſedebā in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant corā me, & cecidit ibi ſuper me manus Domini Dei. Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum eius & deorſum, ignis: & à lumbis eius & ſurſum, quaſi aſpectus ſplēdoris, 'ut' viſio electri.

D

Omni præſidio deſtituetur populus, vt non poſſit aduerſarijs reſiſtere.

¶'omnē multitudinem E

Eſa.15.a. Iere.48.f. Prouer.11.a. ſoph.1.d. eccli 5.c.

F

Iubetur propheta ſummā imminētiū malorū annūtiare G

¶'principes induetur

¶'iudicia

Apparitio ſimilitudinis Dei.

¶'vt

¶23 multitudinē eius. ſub. regiōis. ¶24 Intellige à anno iubileo: nā tū quiſque ad ſua redibat. q.d. omnes ſūt abducendi: obid nō fruet legis priuilegio, quæ Leuit.25. ſcribitur

¶25 ſcilicet prophetica. i. quod minatur ꝓpheta ex reuelatione Dei, quòd opulētia eorum ſit perdēda. Nō redibit, ſcilicet vacua, ſed perficietur: nō erūt dūtaxat verba, ſed res ſequetur. nec eſt vt quiſque tueatur vitam ſuam opibus aut iniquitatibus ſuis. Alij ex commētarijs Hebr. legunt, Viſio ſ[racta eſt] ad omnē multitudinē eius, nec tamen aget pœnitētiam, q.d. Nā monui per prophetas hūc populū vt reſipiſcat, nec tamen omittit ſcelera ſua. ¶26 & cuiuſq; in iniquitate eius vita eius, [ſub. defixa erit.] & non fortificabuntur. i. ſinguli pertinaciter retinebūt vitia ſua, nec dabunt operam vt reſipiſcant. ¶27 vl, Clangent tuba, vt præparētur omnia. ſub. ad certamen. ¶28 populum eius. ¶29. i. in vrbe, ¶30 ſub. obſeſſus fuerit. ¶31 Heb. Et euadent euaſores eorum. i. Et ex eis aliquot, ſed pauci effugiēt. ¶32 gementes [more columbarum] quiſque propter iniquitatem ſuam. ¶33 Hebr. flacceſcent. i. erunt imbelles, pugnare non poterunt, neque conſiſtere præ metu. ¶34. i. præ ſudore videbuntur reſolui in aquam. timor enim ſudorem elicit. ¶35 tremor: ¶36 ſub. præ metu & mœrore. ¶37 vl, elongationem. i. abijcient à ſe aurum & argentum, vt ſint expeditiores. Alij legunt, in immunditiam. ¶38 Anima pro appetitu. non explebunt cibo famē ſuam. ¶39 vl, ruina. i. incident in talem calamitatem ob iniquitates ſuas. ¶40 Et gloriam ornamenti ſui in ſuperbiam poſuerat [Deus] eis. i. dederat illis Deus templum pulcherrimū, de quo & gloriabantur. In ſuperbiam: vel decus eximium. ¶41 in ea. ſub. gloria. i. in templo celebri. ¶42 abominationū ſuarum & ſpurcitiarū ſuarum. ¶43 elongationem. i. abſtuli ab illis templum. ¶44 ſub. templum celeberrimum. ¶45 vl, abditum, ſiue adytum meum. i. ſanctum ſanctorum. ¶46 diruentes. i. homines improbi. ¶47. i. collige omnia in breuem ſummam. Alii ex commentarijs Heb. catenam ingentem vertunt, qua ſcilicet captiui colligati ducendi ſunt. Signo alio docet futuram captiuitatem. Poteſt eſſe ſingulare pro plurali, Cura faciendas catenas quibus captiui ducantur. ¶48. i. peccatis quæ morte ſunt digna. ¶49 peſſimas gentes. ſiue peſſimos gentium. ¶50 vl, ſanctuaria. i. templum quo gloriabantur. Vtitur plurali: quia tribus partibus conſtabat. ¶51 vl, Exciſio ¶52 q.d. crebræ contritiones venturæ ſunt ſuper hunc populum, & crebri rumores ſpargentur de aduentu hoſtis. ¶53 vl, prophetiam. ſub. de ſalute ſua, & quomodo poterunt euadere. ¶54. i. imò tum ſacerdotes obliuiſcentur legis, & conſilio deſtituentur ſenes. Lex ſignificat verbum Domini. Conſilium intelligitur de ſalute communi. ¶55 vl, ſtuporē. i. obſtupeſcet, & deſtituetur ſpe. ¶56. i. pro meritis eorū ¶57. i. pro ratione delictorū quibus morte digni ſunt. VIII. ¶1 ſub. Ioacim capti. ¶2. i. in Auguſto. ¶3. i. Spiritus prophetiæ ¶4. i. imago quædā hominis ignea. Hæc figura ſignificabat Deum fore hominē. nā electrū ſignificat Diuinitatē quæ à ſe, non aliūde ſplēdet. Idē verſus habet primo capite, ad finē. Ignis ſignificat humanitatē quæ fuit dotata illa virtutum plenitudine. ¶5 vl, erat ignea. q.d. pars ſuperior erat vt igni cincta. ¶6 ipſius electri. q.d. pars inferior emittebat ingentem fulgorem, qualem emittit electrum.

Ezechiel in ſpiritu adductus eſt in Ieruſalem.
danie.14.c.
Oſtendit Dominus ꝓphetæ abominationes idololatriæ domus Iſrael, & maxime ſacerdotum.

Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in
B cincinno capitis mei:& eleuauit me ſpiritus inter terram & cælũ : & adduxit me in Ieruſalem
in viſione Dei, iuxta oſtium interius quod reſpiciebat ad Aquilonẽ, vbi erat ſtatutũ idôlum zeli
ad prouocandã æmulationem. Et ecce ibi gloria
Dei Iſrael ſecundũ viſionem quã videram in cãpo. Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos
ad viã Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viã
C Aquilonis:& ecce ab Aquilone portæ altaris idô
lum zeli in ipſo introitu. Et dixit ad me, Fili hominis, putáſne vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas dom⁹ Iſrael facit hic, vt
procul recedã a ſanctuario meo? & adhuc cõuerſus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad oſtiũ atrij:& vidi, & ecce foramen vnũ
D in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis fode parietẽ. Et cum fodiſſem parietẽ, apparuit oſtium
vnũ. Et dixit ad me, Ingredere,& vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic. Et ingreſſus
vidi,& ecce omnis ſimilitudo reptiliũ,& animaliũ, abominatio. & vniuerſa idôla domus Iſrael,
depicta erant in pariete in circuitu per totũ. Et
Iezonias. ſeptuaginta viri de ſenioribus dom⁹ Iſrael,& Ie-
E zonias filius Saphan ſtabat in medio eorũ, ſtantium ante picturas:& vnuſquiſq; habebat thuribulũ in manu ſua:& vapor nebulæ de thure con
¶ vidiſti ſurgebat. Et dixit ad me. Certè vides fili hominis
quæ ſeniores domus Iſrael faciũt in tenebris, vnuſquiſq; in abſcondito cubilis ſui: dicũt enim,
Vox infideliũ Non videt Dominus nos, dereliquit Domin⁹ terrã. Et dixit ad me, Adhuc conuerſus videbis abo
F minationes maiores quas iſti faciũt. Et introduxit me per oſtiũ portæ domus Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebãt plangentes Adonidem. Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis : adhuc conuerſus videbis
abominationes maiores his. Et introduxit me in
atrium domus Domini interius: & ecce in oſtio
templi Domini inter veſtibulum & altare, quaſi
viginti quinque viri dorſa habentes contra tem
G plum Domini, & facies ad Orientẽ:& adorabant
ad ortũ ſolis. Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis: nunquid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerent abominationes iſtas quas fecerunt hic: quia
replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares
ſuas. Ergo & ego faciam in furore: nõ parcet oculus meus, nec miſerebor: & cum clamauerint
ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

Deſtructio vrbis, & ciuium cædes.

Et clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt viſitationes vrbis
& vnuſquiſq; vas interfectionis habet in manu

---

Et[7] extẽdit formã manus, & accepit me cincinno
capitis mei, & tulit me ſpiritus inter terrã,& inter cælũ, duxitq; me Hieroſolymã [8] in viſionibus
Dei, [9] ad oſtiũ portæ interioris quę reſpicit ad Aquilonem, vbi erat collocatũ ſimulachrũ [10] zelum
prouocantis. Et ecce [11] ibi gloria Dei Iſraelis iuxta viſionẽ quã videram [12] in planitie. Et dixit ad
me, Fili hominis, attolle quæſo oculos tuos verſus Aquilonẽ. & leuaui oculos meos verſus Aquilonem, & ecce ab Aquilone iuxta portã [13] aræ erat
ſimulachrũ illud ęmulationis [14] in introitu. Et dixit ad me. Fili hominis, an nõ vides tu qd illi faciãt, [id eſt] abominationes magnas quas hic facit
domus Iſrael, vt ego lõgius [15] recedã à ſanctuario
meo? [16] ſed verteſte, ] adhuc videbis abominatiões
maiores. Duxit itaq; me ad oſtiũ [17] atrij, & vidi,
& ecce foramẽ quoddam [18] in pariete. Et dixit ad
me, Fili hois, fode obſecro parietẽ: [19] & perforaui. [20] & ecce oſtiũ quoddã. Tũ dixit ad me, Ingredere,& [21] vide abominationes malas quas illi hic
faciũt. Ingreſſus igitur vidi, & ecce forma omniũ
reptiliũ & iumẽtorũ [22] abominandorũ: atq; vniuerſa idola domus Iſrael ſculpta [erãt] in [23] pariete
circũquaq;. Et ſeptuaginta viri ſeniores dom⁹ Iſraelis (& Iaazanias filius Saphã ſtabat in medio
eorũ) qui ſtabãt corã illis: quiſq; habebat acerrã
ſuã in manu ſua,& [24] vapor nebulæ ſuffitus aſcẽdebat. Et dixit ad me, Vidiſtine fili hominis quæ
ſeniores dom⁹ Iſraelis deſignẽt [25] in tenebris, quiſq;
[26] in penetralib⁹ ſuæ imaginatiõis? [27] quia dicũt,
Dominus nõ videt nos, [28] dereliquit Domin⁹ terrã. Et dixit ad me, [29] Cõuerteſte, ]& videbis adhuc
maiores abominatiões quas ipſi deſignãt. Et introduxit me ad oſtiũ portę [30] domus Domini quę
eſt ad Aquilonẽ,& ecce ſedebãt ibi mulieres plãgẽtes [31] Thamus. Et dixit ad me, [32] Vidiſtine fili hominis? adhuc te vertas, videbis abominatiões maiores q̃ has. Et [33] introduxit me in atriũ dom⁹ Domini interi⁹, & ecce iuxta oſtiũ templi Domini
inter veſtibulũ & inter [34] altare [erãt] fermè viginti quinq; viri, quorũ dorſa [verſa erãt] ad tẽplum
Domini, facies vero eorũ ad Oriẽtem, & hi adorabant ad ortum ſolis. Et dixit ad me, An nõ vidiſti fili hominis? [35] Nũ leue eſt domui Iuda deſignare abominationes quas hoc in loco faciunt?
quandoquidẽ terrã impleuerũt violentia, & denuo huc redeũt vt me ad iracundiã prouocent,&
ecce [36] adhibent ramũ naribus ſuis. Et ego quoq;
in exæſtuatiõe [mea] [37] agã, nõ parcet ocul⁹ meus,
neq; miſerebor:& quũ clamauerint voce magna
ad aures meas, nõ exaudiam eos. CAP. IX.

Et clamauit [1] in auribus meis voce magna, dicẽs, [2] Appropinquate qui eſtis cõſtituti pręſides vrbis:& quiſq; arma quibus vaſtet, in manu

---

¶7 porrexit. ¶8 ſub. ſpecies illa hominis. Hæc aſſumptio videtur ſignificare mãdatũ diuinũ ¶8 q.d. nõ tulit me in corpore, ſed in ſpiritu. ¶9 ſub. atrij. nõ primi, ſed in quo popul⁹ orabat, vbi ſolebat docere Chriſt⁹, quod appellatur in Nouo teſtamento templum. In porta huius atrij conſtituerant idolum Baal, quod appellatur ſimulachrũ ęmulationis. nã De⁹ eſt zelotes. Atrium interius cõtinebatur in ſepto ſecundo collis Sion, in quo ſubſiſtebãt mundi. i. ſacerdotes. Atriũ autem immundorũ. i. populi, in quo orabat populus,& audiebat verbũ Dei, erat pars templi ſub dio. Sacerdotes autem in altera huius atrij parte ſacrificia peragebant. ¶10. i. ꝓuocãs Deum ad æmulationem. ¶11 ſub. apparuit mihi. ¶12 in valle ipſa. cap. 3. ¶13 ſiue altaris. In atrio immũdorũ extruxerãt altare Baal,

& ipſum idolum in medio portæ ſeptentrionalis ſtatuerant: quæ ex ea re porta altaris dicebatur. ¶14 In ipſo ingreſſu. ſub. portæ, ſed tamẽ extra eam. ¶15 per ſubtractionẽ ſcilicet gratiæ & fauoris: vt longius diſcedam à templo conſecrato in honorem nominis mei? Potes etiam legere, recedant, pluraliter, Iſraelitæ ſcilicet à templo meo in quo antea colebant me. ¶16 Hebr.& adhuc conuerteris,& videbis. ¶17 ſub. interioris & mundorum. ¶18 primæ ſcilicet cellulæ portæ adiacentis. ¶19 & fodi in pariete, ¶20. i. ex foramine factum eſt oſtium. ¶21 ſub. per foramen illud in cellam portæ adiacentẽ. ¶22 [erat] abominatio. i. vice abominationis & idoli. ¶23 ſub. interno ¶24 denſitas. i. denſa nubes ex fumo incenſi exaltata erat. ¶25. i. in hoc thalamo obſcuro ¶26 in thalamis picturæ ſuæ? i. cubiculis egregie pictis? ¶27 ſub. apud ſe. Videntur ita dicere, ¶28. i. non curat mortalia. ¶29 Hebr. Adhuc conuerſus, videbis ¶30. i. appendicis quæ adiuncta erat templo. Circum templum, ædes erant in quibus ſacerdotes cũ vices ſuas peragerent, habitabant: hæ ſanctæ erãt, & in eas ne ingredi quidẽ licebat mulieribus. Appendices templi dicuntur templum: ſicut & atrium habet nomen templi per ſynecdochẽ. nam totũ illud ædificiũ tẽpli cũ appendicibus dicitur templũ. ¶31. i. Adonidem amaſium Veneris, vt Latini interpretantur. ¶32 ſub. has ſuperſtitioſas mulieres? ¶33 Deducitur à parte Septentrionali ad Meridionalẽ verſus medium templi. ¶34 ſub. holocauſti. Ioel 2. Inter veſtibulũ & altare plorabunt ſacerdotes. ¶35. i. an putauit Iuda non eſſe ſcelus iſtæc facere? ¶36 Videtur adorationis quoddã fuiſſe genus vt ramo aliquo idola tangerẽt, deinde eũ ori ſuo admouerent. Alij ex commentarijs Heb. legunt, mittunt fœtorem [crepitum ventris] in faciem meam. q.d. videntur mihi oppedere in faciem. ¶37 ſiue, faciam. ſub. illis pro meritis. IX. ¶1. i. me audiente. ¶2 vl, Appropinquauerunt viſitationes vrbis, & ſinguli inſtrumentum quo perdituri ſunt eam, habent in manu ſua. q.d. qui viſitaturi ſunt vrbem,& deſtructuri Dei iuſſu, prope adſunt. vl, viri viſitationum. i. pręcipui duces exercitus Nabuchodonoſor, vt Ierem. 39 nominantur, ad quod videtur alludere Ezechiel,& prædicere quod factum narrat Ieremias cap. 39.

¶3 Hæc erat inter portam orientalē & ſeptētrionalem. Dici tur ſuperior re ſpectu portæ ſeptētrionalis. Deſcribit autē diligēter hanc portam, vt doceat vnde hoſtes eſſent venturi vrbem obſeſſum. Hæc porta ducebat i atrium ſacerdotū. ¶4 inſtrumentum mallei ſui.i.arma malleis ſimilia. Gallice, ſa hache darme.
¶5.i.holocauſti ¶6 qui ſcilicet tegebant propitiatoriū. Hinc dicitur, Qui habitas ſuper cherubim. ¶7 ſub. gloria dei. ¶8 per mediū vrbis, ſid eſt per mediam Ieruſalem.

¶9 clamātium ¶10 quæ fiunt ¶11 vī, alijs [ſex] ¶12.i.me audiēte ¶13 paruulū, ¶14 occidendo ſcilicet ſacerdotes & Leuitas. ¶15.i.in cellula templi. ¶16 Tēplum, ſignificat etiā appendices. ¶17.i.homicidijs. Chaldæus paraph. intelligit hoīes dignos extremo iudicio. ¶18 ſcilicet à Deo vero ad idola. Alij legunt, peruerſo [iudicio.] ¶19.i.nō curat mortalia ¶20 Hebraice tātum legitur, Et ego quoque: [Apoſiopeſis] nō parcet oculus

ſua habeat. Et ecce ſex viri venerūt de via portæ [3]ſuperioris quæ reſpicit Aquilonē, & quiſq; habebat [4]arma quibus diſſiparet in manu ſua: deinde erat vir vnus in medio eorum indutus lineis, & atramētarium ſcriptoriū [hærebat] ad lumbos eius: hi ingredientes ſteterūt iuxta altare [5]æneū. Et gloria Dei Iſraelis ſublata erat à [6]Cherub [7]ſuper quē fuerat, ad limen ædis. & [7]clamauit ad virum illū qui erat indutus lineis, & qui atramentariū ſcriptorium habebat ad lumbos ſuos. Et dixit Dominus ad eū, Tranſi [8]per mediā vrbē & per Ieruſalem, & ſignato Taf in frontibus virorum gementium & [9]dolentiū propter vniuerſas abominatiōes [10]factas in medio eius. Et [11]ad illos dixit [12]in aurib[us] meis, Trāſite in ciuitate poſt iſtū, & percutite: non parcat oculus veſter, neq; miſereamini: ſenem, iuuenem, virginem, [13]pubem & mulieres trucidetis ad internecionē: ſuper quencūque vero Taf fuerit, ad hūc ne acceſſeritis: Incipite autē à [14]ſanctuario meo. Inceperunt ergo à viris ſenioribus qui erant [15]ante ædem. Et dixit ad eos, Cōtaminate [16]ædem, & implete atria interfectis: exite. & exierunt, & percuſſerūt in ciuitate. Et factum eſt quum illi percuterent, vt ego ſuperſtes manerē, caderémq; in faciem meā, clamánſq; dicerem, Ah Domine Deus, nū tu perdes vniuerſas reliquias Iſraelis, dum effundis furorē tuum ſuper Ieruſalem? Et dixit ad me, Iniquitas domus Iſraelis & Iuda ſupra modū magna eſt, impletáq; eſt terra [17]ſanguinibus, & ciuitas plena eſt [18]defectione: quia dixerunt, [19]Reliquit Dominus terram, & Dominus non videt. [20]Quapropter etiam ego non miſerebor, neque parcet oculus meus, ſed viā eorū repēdam in caput eorū. [21]Et ecce vir ille qui indutus erat lineis, quiq; habebat atramentariū in lūbis ſuis, reſpōdit verbū, dicens, Feci ſicut præcepiſti.

CAP. X.

ET [1]vidi, & ecce [2]in extenſione quæ erat ſuper caput [3]Cherubim tanquā lapis ſapphiri, & [4]veluti aſpectus ſimilitudinis ſolij apparentis ſuper [5]eos. [6]Et dixit ad virum lineis indutū, dixit inquam, Ingredere [7]intra rotam ad Cherub, & imple volas tuas prunis ardentibus de medio Cherubim, & ſparge ſuper vrbē. & [8]ingreſſus eſt me vidente. (Cherubim autem ſtabant à dextris ædis, dum ingrederetur vir iſte, & nubes implebat atrium interius. [9]Et ſublata eſt gloria Domini ab ipſo [10]Cherub ad limen ædis, & repleta eſt domus nube, & atrium plenum fuit ſplendore gloriæ Domini. Et ſonitus [11]alarum Cherubim auditus eſt vſque ad atriū exterius quaſi vox Dei omnipotētis [12]quādo loquitur.) [13]Et factū eſt quū ipſe præcepiſſet viro qui erat indutus lineis, & diceret, Accipe ignē [14]intra rotā intra Cherubim, vt veniret & ſtaret iuxta rotam. Tum miſit Cherub [vnus] manum ſuam de medio Cherubim, ad ignē qui erat inter Cherubim, & tollēs poſuit in volas illius qui erat indutus lineis, qui accipiēs exiuit. Et viſa eſt in Cherubim [14]ſimilitudo manus hominis ſub alis eorū. Et vidi, & ecce quatuor [15]rotę iuxta Cherubim, [16]rota vna iuxta Cherub vnū, & rurſus rota vna iuxta Cherub vnum, & aſpectus rotarum fuit inſtar aſpectus lapidis

ſua. Et ecce ſex viri veniebāt de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonē: & vniuſcuiuſque vas interitus in manu [a]eius: vir quoq; vnus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes eius: & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æreū. Et gloria [b]Domini Iſrael aſſumpta eſt de Cherub, quę erat ſuper eum ad limē domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. Et dixit Dominus ad eū, Trāſi per mediam ciuitatē in medio Ieruſalem: & ſigna thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, & percutite: non parcat oculus veſter, neq; miſereamini. ſenem, adoleſcentulum & virginem, [c]paruulum & mulieres interficite vſque ad internecionem, omnē autem ſuper quem videritis thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite. Cœperūt ergo à viris ſenioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos, Contaminate domū, & implete atria interfectis: egredimini. & egreſſi ſūt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cæde cōpleta remāſi ego: ruique ſuper faciē meam, & clamans aio. Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne diſperdes omnes reliquias Iſrael, effundens furorem tuū ſuper Ieruſalem? Et dixit ad me, Iniquitas dom[us] Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt aueſſione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor: viam eorum ſuper caput eorū reddam. Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum, dicens, Feci ſicut præcepiſti mihi.

CAP. X.

ET vidi, & ecce in firmamēto quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis ſapphir[us], & quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper [d]eū. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarū quę ſunt ſubtus [e]Cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quę ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatē. Ingreſſúſque eſt in cōſpectu meo. (Cherubim autem ſtabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata eſt gloria Domini deſuper Cherub ad limē domus, & repleta eſt domus nube, & atrium repletū eſt ſplendore gloriæ Domini. Et ſonitus alarum Cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius, quaſi vox Dei omnipotētis loquētis.) Cúmque præcepiſſet viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarū quæ ſunt inter Cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotā. Et extēdit Cherub manum de medio Cherubim, ad ignē qui erat inter Cherubim: & ſumpſit, & dedit in man[um] eius qui indutus erat lineis: qui accipiēs egreſſus eſt. Et apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pēnas eorū. & vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnū. & rota alia iuxta Cherub vnū: ſpecies autē rotarū erat quaſi viſio lapidis

¶[a] ſuæ ¶[b] Dei B Seruandi ſignātur. exo. 12.e. apoc. 7.a Occiduntur non ſignati. ¶[c] paruulos C Querimonia prophetæ ob cædē p[o]p[uli] cuiuscauſam redit ei Dominus. De vito ē medio rotarū & cherubi prunas accipiēte in ſignū excidionis vrbis Ieruſalem. ¶[d] ea. ¶[e] Cherubi B Repetitio viſionis rotarū

meus, neque miſerebor. Seipſum exponit quid ſignificet per Oculum non parcere, cū Non miſerebor, dixit. ¶21 Latine diceres, His geſtis, vir ille, &c. X. ¶1 ſub. Spiritu. Deſcribit ſoliū quod videbatur conſtare lapide ſapphirino, in fine capitis primi. ¶2 ſuper firmamentū quod ¶3 Cherubim appellat hic, quæ primo capite animalia. ¶4 & quaſi ſpecies ſolij.i.aliquid referēs ſoliū. ¶5 ea. firmamētū ſcilicet & Cherubim. ¶6 ſub. ille qui ſedebat in ſolio ſapphirino. Nā additur capite primo, Et ſedebat in ſolio illo quidam quaſi homo. Hæc prædicta fuerunt anno ſexto captiuitatis. ¶7 in medium rotarum ſub Cherub. ¶8 ſub. in mediū rotarū. ¶9 Diſceſſus Dei ſignificat retractionē gratiæ, quam pernicies conſequebatur. nā Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. ¶10 qui ſcilicet erat in dextera parte. ¶11 ſub. quibus volabant ¶12 vī, quando loquebatur. ſub. in monte Sinai. ¶13 Redit ad id quod cœperat, Cum autē ille, &c. ¶13 de medio rotarū & de medio Cherubim. ¶14 Declarat verſum ſuperiorem. q.d. nam cherubim nō tantum alas, ſed & manus habent quibus ignem acceperat vnus ipſorum. ¶15 rotæ ſingulæ iuxta ſingulos Cherubim. ¶16 Periſſologia non eſt, ſed Hebraiſmus. q.d. ſingulæ rotæ erant iuxta ſingulos Cherubim, tot erant rotæ quot Cherubim.

chryſolithi. & aſpectus earũ ſimilitudo vna quatuor: quaſi ſit rota in medio rotæ. Cúmq; ambularẽt, in quatuor partes gradiebantur. & nõ reuertebantur ambulantes, ſed ad locũ ad quem ire declinabat quæ prima erat, ſequebãtur & cæ-
Ē.1.c. C teræ, nec conuertebantur. Et omne corpus earũ, & colla. & manus. & pennæ, & circuli plena erãt
Animalium. oculis, in circuitu quatuor rotarũ. Et rotas iſtas vocauit volubiles, audiente me. Quatuor autẽ facies habebat vnũ: facies vna, facies Cherub: & facies ſecũda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & i quarto facies aquilæ. Et eleuata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal quod viderã iuxta fluuium Chobar. Cúmque ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarent Cherubim alas ſuas, vt exaltarentur de terra, nõ reſidebant rotæ, ſed & ipſæ iuxta erant. Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis eleuabãtur. ſpi-
D ritus enim vitę erat in eis. Et egreſſa eſt gloria
Cherubim. Domini à limine tẽpli: & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuantia Cherubim alas ſuas, exaltata ſunt à terra coram me: & illis egrediẽtibus, rotæ quoque ſubſecutæ ſunt: & ſtetit in introitu portę domus Domini orientalis, & gloria Dei Iſrael erat
Ē.1.c. ſuper eos. Ipſum eſt animal quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar: & intellexi q̃a Cherubim eſſent. Quatuor, per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni: & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorũ. Et ſimilitudo vultuũ eorum, ipſi vultus quos videram iuxta fluuiũ Chobar, & intuitus eorum. & impetus ſingulorũ ante faciem ſuam ingredi.

C A P. X I.

Qui populũ Ieruſalẽ ſeducebant. ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portã domus Domini orientalem, quæ reſpicit ad ſolis ortũ: & ecce, in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi. Dixitque ad me, Fili hominis, hi ſunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta, dicentes, Nõnne dudum ædificatæ ſunt domus? hæc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare
Cõtra hos vaticinatur, prędicens eorũ diſperſionẽ. fili hominis. Et irruit in me Spiritus Domini, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dominus, Sic locuti eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in vrbe hac, &
B impleſtis vias eius interfectis. Propterea hæc di-
*Deus, cit Dominus* Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos, ait Dominus Deus. Et eijciam vos de medio eius, dabõque vos in manum hoſtium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Iſrael iudicabo vos, & ſcietis quia ego Dominus. Hæc non erit vobis in lebe-

[17] tharſis. Porrò aſpectus earũ (eadem [18] ſimilitudo quatuor ipſis) ac ſi eſſet rota in rota. Quũq; irẽt, ad quatuor quadraturas ſuas ibãt: nõ reflectebant eũdo, ſed ad locũ quem reſpiciebat [10] caput, [11] poſt illud ibant, neq; reflectebant dũ irent. Et omnis [12] caro [13] eorũ, & tergum eorũ, & manus eorũ, & alæ eorũ, [14] atq; rotæ plenæ erãt oculis circũquaq; [15] ad quadraturas ipſorũ rotarũ ipſarũ. Porrò [16] rotas ipſas vocauit Gilgal in auribus meis. Erãtque ſingulis quaternæ facies: facies vna erat facies [17] Cherub, facies ſecũda facies hominis, tertia facies leonis, & quarta aquilæ. Et eleuati ſunt Cherubim, [18] hoc idem animal quod viderã iuxta fluuiũ Chebar. Quum incederẽt Cherubim, ibant iuxta eos & rotæ: & quum Cherubim eleuarent alas ſuas [19] in altũ de terra, non reuertebantur rotæ etiam ipſæ [20] quæ prope illos. Quũ ſtarẽt illi, hæ conſtabant: & quũ eleuarẽtur illi, eleuabãtur [21] & ipſę: erat enim in eis [22] ſpiritus animalis. Et exiuit gloria Domini à limine [23] domus, & cõſtitit ſuper [24] Cherubim. Et leuãtes Cherubim alas ſuas, eleuati ſunt de [25] terra corã oculis meis: & dum egrederentur erãt rotæ [26] iuxta eos, [27] ſteterũntque ad oſtium portæ domus Domini oriẽtalis, & gloria Dei Iſraelis erat ſuper eis deſuper. [28] Hoc idẽ animal eſt quod viderã ſub Deo Iſraelis ad fluuium Chebar: & cognoui [tandem] quòd Cherubim eſſent. Quaternę facies ſingulis, & quaternæ alæ ſingulis, atq; ſimilitudo manuũ hominis ſub alis eorum. Similitudo autẽ vultus eorum ſunt vultus illi quos videram ad fluuium Chebar: aſpectus eorum & [29] ipſi, [40] quiſque ibant rectà antrorſum.

C A P. X I.

S[1] Vſtulit autẽ me ſpiritus, & introduxit me ad portã orientalem [2] domus Domini, quæ reſpicit ortũ, & ecce erant in introitu portæ viginti quinq; viri, inter quos vidi Iaſaniã filiũ Aſur, & Palatiam filium Benaiæ, principes populi. Et dixit ad me, Fili hominis, iſti ſunt viri qui cogitãt [3] prauitatem, & moliũtur conſilium prauum in hac ciuitate. Dicunt enim, Non eſt [4] prope, [5] ædificandæ domus, hæc eſt olla, & nos [6] caro. Idcirco vaticinare contra eos, vaticinare fili hominis. Et cecidit ſuper me Spirit⁹ Domini, & dixit ad me, Dic, Sic ait Dominus, [7] Sic quidem [8] dixiſtis ô domus Iſrael, ac [9] affectiones animi veſtri ego noui: [10] multiplicaſtis interfectos veſtros in vrbe iſta, quia plateas eius impleſtis interfectis. Propterea ſic dicit Dominus Deus, Interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius, hi caro ſunt, & [11] ipſa olla eſt, vos autẽ educã de medio eius. Gladiũ timuiſtis, gladium inducam ſuper vos, dicit Dominus Deus. Et educã vos ex ea, & tradam vos in manũ alienorum. & [12] iure vobiſcum agam. Gladio cadetis, [13] ad limitem Iſraelis iudicabo vos, [14] vt cognoſcatis quòd ego ſum Dominus. Hæc vobis nõ

¶[17] Quidam dicunt tharſis habere colorẽ hiacinthinum. ¶18.i. illæ rotæ erãt quaſimillimæ. ¶19 latera ſua. ſucceſſiue ſcilicet & viciſſim in omnes partes, modo i dextram, modo in ſiniſtram. ¶20.i. ipſe primari⁹ Cherub. Chaldæ⁹ par. ad locũ ad quẽ vergebat primus, ſequendo ibãt. ¶21 ſeipſum declarat, Poſt illud ibant, id eſt nõ cõuertebantur, ſiue nõ reflectebant dum irẽt. ¶22 Caro pro corpore. q. d. totum corp⁹ earum rotarũ, id eſt ipſæ rotæ rotæ. ¶23 earũ, fœmininũ. ſub. rotarũ. ſic in ſequẽtibus. ¶24 atq; circuli quibus cõſtabant rotæ, pleni, &c. Conſtabãt ſingulę rotæ duobus circulis. nã dixit prius, acſi vna rota eſſet intra aliam rotam. ¶25 i ipſis quatuor rotis eorũ. ſub. cherubim. ¶26 ipſis rotis cõclamatum eſt [ab vno cherubim] ô rotæ. q. d. Me audiente Cherub nominatim appellauit rotas, & iuſſit neſcio quid. O rotæ, agite, facite hoc aut illud. ſubticet formã dati præcepti. ¶27 Redit ad Cherubim omiſſis rotis. Hæc autem repetit vt intelligatur eſſe eadẽ viſio quæ & capite primo: in quo pro facies Cherub, ponitur facies bouis: quia cherub habebat aliquã cum vultu bouis ſimilitudinẽ. omnes enim erãt vultus humani, ſed habẽtes aliquid aut aquilæ, aut bouis. ¶28 Singulare pro plurali, Hæc ſunt aîalia quæ, &c. ¶29 vl, vt tollerentur à terra, ¶30 Hebraice ad verbũ, de ꝓpe illos. ¶31 Heb. cũ illis [ipſæ.] ¶32 volũtas aîaliũ. i. agebantur eodẽ ſpiritu, idem erat ſpiritus & cõſenſus. ¶33.i. adyti tẽpli. ¶34 ſub. iam dictos. ¶35.i. à limine adyti. ¶36 e regione eorũ. ſcilicet cherubim. ¶37 ſub. cherubim. ita ſingulare eſt pro plurali, ſteterũt cherubim in introitu portæ orientalis, id eſt atrij ppli. in quo orabat populus: qui orabat ad occidẽtẽ, vnde ingreſſus erat ad oriẽtẽ. Alij vertũt in ſingulari ſtetitque. ſub. gloria Dei. ¶38 Hæc ſunt animalia quæ &c. Singulare pro plurali. ¶39 eſſentia eorũ ¶40. i. recta incedebant.

X I. ¶1 Iam vero ſuſtulerat me ſpirit⁹, & adduxerat &c. Abſoluit viſionẽ quã cœperat narrare cap. V I I I. Deſtructionẽ eorũ qui remãſerãt in Ieruſalem, & cõſolationẽ eorũ qui captiui abducti fuerãt, ꝑdicit. ¶2.i. atrij interioris. ¶3 vl, vanitatẽ. Hi adhortabãtur populũ ad extruenda ædificia ſumptuoſa, quaſi nũquã eſſet ex vrbe migraturus. ¶4 vl, in propinquo. ſub. quod dicũt prophetæ. nõ fiet breui. ¶5 ſub. vrbs. q. d. nõ excedemus vrbe quandiu vixerimus: ſicuti neque eximunt carnes ex olla prius quàm coctæ ſint. ¶6 ſub. ad elixandũ. ¶7 Vere. aut veritatem ¶8 ſub. in hac parabola. ¶9 Heb. aſcenſiones. i. ea quæ aſcendũt in cor veſtrum, hoc eſt cogitationes. ¶10.i. quamplurimos dolo & fraude interemiſtis: quare merito hæc vrbs dicitur lebes. ¶11 ſub. vrbs ¶12 Heb. faciam in vobis iudicia. Hoc eſt, ſumam de vobis pœnas meritas. ¶13 in finibus. i. in Rebla, quæ erat in Emath. Nabuchodonoſor in Rebla iuſſit interfici principes, & regem excæcari: quod hic innuit. ¶14 vl, tunc intelligetis

erit[15]olla: nec vos eritis intra eam vt caro: ad limitẽ Iſraelis[16]iudicabo vos, Vt ſciatis q̃ ego Dominus, q̃ in inſtitutis meis nõ ambulaſtis, & iudicia mea nõ feciſtis, ſed ſecundũ morem gentiũ quæ circum vos ſunt, feciſtis. ¶ Factũ eſt autẽ quũ prophetarem, vt Palatias filius Benaiæ moreretur, tũ cecidi in faciem meã, & clamaui voce magna, dicens, Ah Domine Deus, nũ tu[17]conſummationem facies reliquiarũ Iſraelis? Factúſq; eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, fratres tui, fratres inquã tui, viri qui iure propinquitatis tibi [iuncti ſunt,] & omnis domus[18]Iſraelis vniuerſa ea, ad quos dixerũt habitatores Ieruſalẽ, [19]Diſceſſerũt procul à Domino, hæc terra nobis, vt eã occupemus, [20]data eſt. Idcirco dic, Sic dicit Dominus Deus, Etiãſi eos procul abegerim in Gentes, etiãſi diſperſerim eos in terras ad quas venerũt, [21]fui tamẽ eis paululũ ad ſanctuariũ, in nationib9 ad quas venerũt. Propterea dic, Sic ait Dominus Deus. Ego cõgregabo vos de populis, & colligã vos de terris in quas diſperſi[22]eſtis, & dabo vobis terrã[23]Iſraelis. Et venient illuc, & tollẽt omnia idola eius, & omnes abominatiões eius ex ea. Dabo quoq; eis cor vnũ, & ſpiritum nouum dabo in[24]viſceribus eorum: auferã cor[25]lapideũ de carne eorũ, & tribuam eis cor carneũ, Vt ambulent in inſtitutis meis, & cuſtodiant iudicia mea, faciántq; ea: & erũt mihi populus, ego vero ero eorum Deus. [26]Quòd ſi quorundam cor aut corda ſpurcitias ſuas & abominationes ſuas ſectari perrexerint, rependam viam eorũ in caput eorũ, dicit Dominus Deus. ¶ Eleuarũt itaque Cherubim alas ſuas, & rotæ e regione ipſorum, & gloria Dei Iſraelis ſuper eos ſuperne. [27]Aſcẽditque gloria Domini de medio vrbis, & ſtetit ſuper[28]montem qui eſt ad Orientẽ ciuitati. Et ſpiritus ſuſtulit me, atq; introduxit me in Chaldæã per viſionem in ſpiritu[29]Dei ad captiuos, receſſitque à me viſio quam viderã. Et loquutus ſum ad captiuos omnes ſermones Domini, quos oſtenderat mihi.

## CAP. XII.

FActus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, tu habitas in medio domus rebellis, q̃ oculos habent ad[1]videndũ, & non vident: aures habẽt ad audiendũ, ſed non audiũt: quia domus rebellis ſunt. Et tu fili hominis fac tibi [2]inſtrumenta migrantibus accommoda, & migra [3]in die coram oculis eorũ, migrabis de loco tuo in locũ aliũ videntibus illis: ſi fortè[4]videãt, quia domus rebellis eſt. Et efferes [5]inſtrumẽta tua vt vaſa ad tranſmigrationẽ parata, idq; interdiu corã oculis eorũ: & tu egredieris ſub veſperã corã oculis eorũ, vt ſolent egredi qui aliò emigrant. Ante oculos eorũ perfode tibi parietem, & effer vaſa tua per ipſum, Et vidẽtibus ipſis baiula ſuper humerũ, &[6]effer in caligine, facie tua obtecta, nec[7]terrã aſpicias: quoniã dedi te[8]portẽtũ domui Iſraelis. Feci ergo ſic quẽadmodũ iuſſus fueram: nam [9]inſtrumenta mea vt ſolẽt qui emigrãt, interdiu exportaui, ſub veſperã autẽ manu mihi foramen [10]in pariete effodi, atq; baiulaui ſuper humerum in caligine ipſis cernentibus. ¶ Et fa-

tem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finib9 Iſrael iudicabo vos. Et ſcietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, ſed iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati. ¶ Et factum eſt, cum prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in faciẽ meam clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu Domine Deus: conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael? Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael, vniuerſi quibus dixerunt habitatores Ieruſalẽ, Longe recedite à Domino: nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Propterea hęc dicit Dominus Deus, Quia lõge feci eos in Gentibus, & quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſanctificationẽ modicam in terris ad quas venerunt. Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus, Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus diſperſi eſtis: daboque vobis humum Iſrael. Et ingredientur illuc, & auferẽt omnes offenſiones, cũctáſque abominationes eius de illa. D Et dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneũ: Vt in præceptis meis ambulẽt, & iudicia mea cuſtodiant, faciántque ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum. Quorum autem cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus. ¶ Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea. Et aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis, ſtetitque ſuper montẽ qui eſt ad Orientem vrbis. Et ſpiritus leuauit me: adduxitque me in Chaldæam ad tranſmigrationẽ, in viſione in ſpiritu Dei: & ſublata eſt à me viſio quã videram. Et locutus ſum ad tranſmigrationẽ omnia verba Domini quæ oſtenderat mihi.

## CAP. XII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exaſperans eſt. Tu ergo fili hominis fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem coram eis: trãſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorũ, ſi fortè aſpiciant: quia domus exaſperans eſt. Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eorum: tu autẽ egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrãs. Ante oculos eorum perfode tibi parietẽ: & egredieris per eum. In conſpectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferẽris: faciem tuã velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Iſrael. Feci ergo ſicut præceperat mihi Dominus: vaſa mea protuli quaſi vaſa trãſmigrantis per diem: & veſpere perfodi mihi parietẽ manu: & in caligine egreſſus ſum, & in humeris portatus in conſpectu eorum. ¶ Et factus

Mors Pheltiæ, ob quam reliqui populi timet exitium. C

Futurã captiuorũ reductionẽ audit à Domino.

D Cordis innouatio à Deo. Ier. 24. f. 3. 16. f.

Proprijs conſilijs innitentibus minat. Recedit glia Dei ab Ieruſalem, & propheta in ſpiritu reuertitur in Chaldæam.

Parabola viſorũ trãſmigrationis.

B ¶ tranſmigrationis,

¶ tranſmigrationis C

Expoſitio parabolæ qua Sedeciæ regis captiuitas ſignificatur.

¶15 vt, vice ollæ. vt ſcilicet vobis perſuaſiſtis. ¶16 .i. addicam vos morti per Nabuchodonoſor. ¶17 vt, cõſumptionem. i. nunquid deleturus es reliquias Iſraelis? ¶18 Iſraelitarum omnium, [ſunt] quibus ¶19 Recedite ¶20 q. d. illi quidem erant eijciendi ab hac terra ſancta: nos vero hic perpetuo ſumus manſuri. ¶21 ero tamen illis in ſanctuarium parũ in regionib9 quas ingreſſi fuerit. .i. non tamen deſerã eos, ſed audiam eorum preces perinde atque hic in templo. Legi, poteſt, in ſanctuarium paucorũ. .i. exaudiã eos perinde paucos atque ſolebam hic totam familiã Iſraeliticã. ¶22 fueritis, ¶23 ſub. ſpiritualis. i. eccleſiam. Per hanc redemptionem intelligit generalem illã quæ futura erat per Chriſtum.

¶24 Heb. i medium veſtri: ¶25 Cor lapideũ. Cor immo rigerum & indocile, quod non admittit correptionem, ſicuti non admittit impreſſionẽ lapis, ſed reſiſtit. Huic opponit Cor carneũ. ¶26 Heb. Et quorũ cor [&c. i. vergit] ad cor ſpurcitiarũ eorũ & abominationũ eorũ, viam eorũ in capita ſua retorquebo. i. Animaduertã in eos quorũ animus eſt magis propẽſus ad colẽda idola, quàm Deũ. Loquitur hic de duplici corde, id eſt affectu. Tria hominũ genera facit, Vnũ quod Deũ ſolũ colit, alterũ quod idola, tertiũ quod cũ Deo idola vel aliud colit. Chaldæus para. Qui ſunt præditi affectu ad affectũ eorũ q̃ colũt idola, plectẽtur à me. ¶27 vt, Diſceſſitq; ¶28 ſub. Oliueti, qui eſt ad Orientem Ieruſalẽ, ait Chaldæus paraph. Hinc autẽ conceſſit Chriſtus in cælum. Hoc ergo aſcenſionẽ Chriſti ſignificabat. ¶29 .i. prophetiæ à Deo miſſo. XII. ¶1 Videre & audire, eſt per ſenſus in animũ inducere, & ibi perſuadere. Hæc dicit propter contemptũ verbi Dei. nam captiui non credebãt Ezechieli. Pſeudoprophetæ autẽ dicebãt melius fore his qui in Ieruſalem remãſerant, quàm captiuis. ¶2 Heb. vaſa trãſmigrationis. q. d. Sume tibi neceſſaria omnia ijs qui aliò ſunt trãſmigraturi. ¶3 vt, interdiu ¶4 ſub. quæ facies, & credant, & pœniteat eos. ¶5 vt, ſupellectilem tuã ¶6 exire fac. ſub. tuos & ſupellectilem. ¶7 ſub. præ pudore. ¶8 q. d. nam hac ratione volo ſignificare quid illis accidet. ¶9 Heb. vaſa. i. ſupellectilem ¶10 Videtur propheta interdiu extuliſſe omnia ſua domo, & detuliſſe in cortem: poſtea noctu perfodiſſe parietem, & extuliſſe omnia.

eſt ſermo Domini mane ad me, dicens, Fili homi
nis nunquid non dixerũt ad te domus Iſrael do
mus exaſperans, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc di
cit Dominus Deus. Super ducem onus iſtud, qui
eſt in Ieruſalé: & ſuper omnem domum Iſrael,
quæ eſt in medio eorum. Dic, ego portentum ve
ſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis: in transmigra
tionem, & in captiuitatem ibunt. Et dux qui eſt
in medio eorum, in humeris portabitur, in cali-
gine egredietur: parietem perfodient, vt educãt
D eum: facies eius operietur, vt nõ videat oculo ter
ſ.17.f.& 32.a. ram. ¶Et extendam rete meum ſuper eum, & ca-
pietur in ſagena mea: & adducam eum in Baby-
lonem in terram Chaldæorum: & ipſam non vi
debit, ibique morietur. Et omnes qui circa eum
ſunt, præſidium eius, & agmina eius diſpergam
in omnem ventum: & gladium euaginabo poſt
eos. Et ſcient quia ego Dominus, quando diſper
ſero illos in Gẽtibus, & diſſeminauero eos in ter
ris. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, &
fame, & peſtilentia: vt enarrent omnia ſcelera
E eorũ in gentibus ad quas ingredientur: & ſcient
quia ego Dominus. ¶Et factus eſt ſermo Domi-
ni ad me, dicens, Fili hominis, panem tuum in
conturbatione comede: ſed & aquam tuam in fe
ſtinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum
terræ, Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habi-
tãt in Ieruſalem in terra Iſrael, Panem ſuum in
*ſolitudine* comedent, & aquam ſuam in deſola-
tione bibent: vt deſoletur terra à multitudine
ſua, propter *iniquitates* omnium qui habitãt in
F ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur, deſolatæ
erunt, terráque deſerta: & ſcietis quia ego Domi
nus. ¶Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs,
Fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud vobis
in terra Iſrael dicẽtium, In longum differentur
dies, & peribit omnis viſio. Ideò dic ad eos, Hæc
dicit Dominus Deus, Quieſcere faciam prouer-
bium iſtud, neque vulgò dicetur vltrà in Iſrael:
& loquere ad eos quòd appropiquauerint dies,
& ſermo omnis viſionis. Non enim erit vltrà o-
mnis viſio caſſa, neq; diuinatio ambigua in me-
G dio filiorum Iſrael. Quia ego Dominus loquar:
& quodcunque locutus fuero verbum, & fiet, nõ
prolongabitur amplius: ſed in diebus veſtris do
mus exaſperans loquar verbum, & faciam illud,
dicit Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini
ad me, dicẽs, Fili hominis, ecce domus Iſrael di-
centium, Viſio quam hic videt, in dies multos: &
in tempora longa iſte prophetat. Propterea dic
ad eos, Hæc dicit Dominus Deus. Non prolonga-
bitur vltrà omnis ſermo meus: verbum quod lo
cutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

Alia parabola qua anguſtia famis & ſitis ſignificatur.

¶*ſolicitudine

¶*iniquitatẽ

Prædictorũ malorũ acceleratio prædicitur.

## CAP. XIII.

Sermo Domini cõtra pſeudoprophetas pp̃lm docentes conſilia cordis ſui.

ſ.14.e.

¶*deſertis

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fi-
li hominis, vaticinare ad prophetas Iſrael,
qui prophetant: & dices prophetantibus de cor-
de ſuo, Audite verbum Domini, Hæc dicit Domi-
nus Deus, Væ prophetis inſipientibus: qui ſequũ-
tur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Quaſi vulpes
in *deſerto,* prophetæ tui Iſrael erãt. Non aſcen-

ctus eſt ſermo Domini ad me [11]mane, dicens, Fili
hominis, an non dixerunt ad te domus Iſraelis,
domus rebellis, Quid tu facis? Dic ergo ad eos, Sic
dicit Domin⁹ Deus, [12]Onus iſtud [13]principis eſt qui
eſt in Ieruſalẽ, atque [14]totius domus Iſraelis qui
ſunt in medio eorũ. Dic [inquam] Ego [15]portẽtũ ve
ſtrũ, ſicut feci, ſic fiet eis: trãſmigrabũt & in [16]ca-
ptiuitaté abibũt: & princeps q eſt in medio eo-
rũ, ſuper humerũ [17]baiulabit in caligine, & egre
dietur per [18]parietem quem [19]perfoderũt, vt [20]ef-
ferrẽt per eum: faciem ſuã operiet, ne oculo ſuo
terram aſpiciat. At ego expãdam ſuper eum rete
meũ, inq; ſagena mea capietur, ducamque eum
Babylonem in terram Chaldæorũ, quam tamen
[21]non videbit, & ibi morietur. Et omnes per cir-
cuitum [22]qui ei auxilio fuerũt, omnéſque copias
eius diſpergam [23]in omnem vẽtum, & gladium
diſtringã poſt eos: & ſcient quòd ego Dominus,
dum diſſipauero eos inter Gentes, & diſperſero
eos in terras. Porrò reliquos faciam ex eis pau-
cos viros à gladio, fame, peſte: [24]vt enarrent om-
nes abominationes ſuas inter gentes ad quas ve
nient, & ſciant quia ego Dominus. ¶Et factus eſt
ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, panem
tuum [25]in cõmotione edes, & aquas tuas cũ fre-
mitu & formidine bibes, dicéſq; ad populũ ter-
ræ, Sic dicit Dominus Deus de habitatoribus Ie-
ruſalẽ, [26]& de terra Iſraelis, Panem ſuũ in [27]for
midine comedẽt, & aquã ſuam in [28]vaſtatione bi
bẽt: [29]eo q terra eius redigatur in ſolitudinem,
ne vltra plena ſit, propter violentiam omnium
habitantium in ea. Ciuitates habitatæ deſolabũ-
tur, & terra vaſta erit, vt ſciatis q ego ſum Do-
minus. ¶Iterũ fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, Fi-
li hominis, Quid ſibi vult hoc [30]prouerbiũ quod
inter vos vertitur in terra Iſraelis? quum dicitis,
[31]Protrahuntur dies, & peribit omnis viſio. Pro-
pterea dic ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Efficiã
vt ceſſet prouerbium iſtud, vt vltra non vtantur
eo in Iſraele: quin potius loquere ad eos, Immi-
nent dies illi, & [32]quidquid præuiderũt [prophe-
tæ.] Vltra enim non erit omnis viſio vana, & di-
uinatio [33]blanda in medio domus Iſraelis. Quo-
niã ego Dominus loquar, & quodcũque loquar,
efficiam: nõ differetur vltra, [34]quin in diebus ve-
ſtris, ô domus rebellis, loquar verbũ, & perficiã
illud, dicit Domin⁹ Deus. Et factus eſt ſermo Do
mini ad me, dicẽs, Fili hominis, ecce qui ſunt de
domo Iſraelis, dicunt, Viſio quam ille [35]videt, [36]in
dies multos atque in tempora longa prophetat
eam. Idcirco dic ad eos, Sic dicit Dominus Deus,
Nequaquam [37]differentur omnia verba mea, ſed
verbum quod loquar fiet, dicit Dominus Deus.

## CAP. XIII.

ET fact⁹ eſt ad me ſermo Domini in hũc mo-
dũ, Fili hoĩs, [1]vaticinare cõtra prophetas Iſ-
raelis, q [2]prophetãt, & dic ad eos qui [3]ex corde ſuo
prophetãt, Audite verbũ Domini, Sic dicit Domi
nus De⁹, Væ prophetis ſtultis, [id eſt] qui eũt poſt
[4]ſpiritũ ſuũ, quum nihil viderint. Tanquã vul-
pes in [5]deſertis facti ſunt prophetæ tui, ô Iſrael:

¶11.i. poſtridie ¶12.i. graue vaticinium, infauſtum & triſte, vt Eſa.13. ¶13 eſt ſuper principem, ¶14 ſuper totã domum ¶15.i. ego ſum figura & typus eius rei quæ breui vobis accidet. ¶16 Hoc addit, q qui aliò migrat, non ſemp abeunt in captiuitaté. ¶17 ſub. veſtes ſuas, vt expeditior ſit ad fugam. ¶18 murũ. ſub. horti ſui. ¶19 ſub. ſerui eius. ¶20 ſub. regem ¶21 fuit enim exoculatus in Rebla à Nabuchodonoſore. ¶22 Heb. præſidiũ eius. Videtur alludere ad reges ſocios eius, q pollicit erant auxilia aduerſus Chaldæos. q.d. omnes milites eius tam externos quàm indigenas diſpgã. ¶23.i. in omnes partes mundi.

¶24 Seruantur pauculi, tãtum vt ſcelera ſua inter Gẽtes agnoſcant, & prædicẽt diuinam iuſtitiã. ¶25 cũ tremore comede. q.d. Exprime & facto doce futuram Iſraelis trepidationem. Solicitudiné Dei de nobis prædicat, qui vult ſe credi veracẽ à piis ¶26 Heb. in terra Iſraelis. i. de ijs qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael. ¶27 vl, trepidatione ¶28 vl, deſolatione. ſub. animi. ¶29 vt deſoletur terra eius [Ieruſalem,] plenitudine eius. i. vt intelligant fore vt deſoletur ea regio in qua ſita eſt Ieruſalem: & ſciant eam priuandam opibus & populo qui eam frequentem faciunt. ¶30 Vox Hebræa M A S A L, ſignificat ſententiam tritam & verbum quod eſt in ore omnium. ¶31 vl, Producentur, q.d. omnes prophetiæ intelliguntur de futuro & diuturnitate temporis: vana erit prædictio, hoc eſt non eueniet quod aiunt. ¶32 Hebr. & res omnis viſionis. ¶33 Hebr. aſſentatoris ¶34 nam viuentibus vobis, ¶35 vl, vidiſſe ſe narrat, ¶36 ad dies multos [pertinet,] & de temporibus remotis ipſe vaticinatur. ¶37 vl, prolongabitur vltra [euentus] omnium verborum meorum, XIII. ¶1.i. argue & obiurga pſeudoprophetas. ¶2 ſub. grata populo. ¶3.i. qui obtrudunt ſua ſomnia pro veris prophetijs. ¶4 vl, ſuas phantaſias & [poſt id quod] non viderunt. ſ. phantaſias ſuas annũtiantes tanquam eſſent vera Dei verba, quum nihil oſtenderit eis Deus quod per eos populo ſuo annunciari velit. ¶5 vl, macerijs ruinoſis deliteſcentes. Increpat falſos doctores populi, qui ſunt velut vulpes deliteſcẽtes in macerijs, quibus vineæ ſepiuntur: & ex inſperato prodeuntes, vineam Dei vaſtant, latentes propter hypocriſim.

¶6 Cōuertit ſermonem ad magiſtrat⁹ qui nō obſtiterunt falſa docentibus. Videtur autem tranſlatione à fracto vrbis muro ab hoſte externo, in quo oportet militē externum ſtare. q.d. non ſtetiſtis confirmādo plebem, & vt eſſetis parati vos opponere pſeudoprophetis. ¶7 circum domum ¶8 .i. vt ingenue pugnaretis cōtra pſeudoprophetas tēpore quo Deus eſt iratus in plebem. ¶9 vł, res vanas ¶10 ſpem iniecerunt[Iſraeli] de confirmādo verbo. vł, fore vt confirmaretur quod dicebant. i. Perſuadebant populo vera eſſe quæ dicebant.

¶11 ſub. veniā, & perdam vos. Apoſiopeſis. Chaldæus paraph. miſſurus ſum iram meā aduerſum vos .i. iratus venturus ſum cōtra vos vt perdam vos. ¶12 Man⁹ pro vltione, percuſſione, & vindicta. ¶13 in cœtu ¶14 Heb. ſcriptura. ſiue catalogo

non[6] aſcendiſtis in rupturas, neque ſepiuiſtis ſepem[7] pro domo' Iſraelis.[8] vt ſtaretis in prælio in die Domini.' Viderūt[9] vanitatem,' & diuinationē mendacem, dicētes, Dominus dixit: quum Dominus non miſerit eos,[10] ſperántq; verbum ratum fore.' An nō viſionem vanam vidiſtis, & diuinationem mendacem dixiſtis, & dixiſtis, Dicit Dominus: quum ego non dixerim? Propterea ſic dicit Dominus Deus, Quandoquidē vanitatem loquuti eſtis, & vidiſtis mendaciū, idcirco ecce ego[11] contra vos,' dicit Dominus Deus, & erit [12] manus mea contra prophetas qui vident vana, & diuinant mendacia, in[13] arcano' populi mei nō erūt, & in[14] albo' domus Iſraelis non ſcribētur, neque venient ad[15] terram Iſraelis,' & ſcietis quia ego Dominus Deus. Iam ob id quòd ſeduxerunt populum meum dicentes, Pax, quum non ſit pax: &[16] ipſe ædificat parietem,[17] illi vero[18] cruſtā inutilem oblinunt.' Dic[19] ad eos qui inutili cruſta oblinunt,' quòd caſurus ſit. erit imber inundās, & vos[20] lapidibus grādinis cadetis, & vētus procellæ diſrumpet. Et ecce[21] muro cadente,' annon dicetur ad vos, Vbi eſt[22] tectorium quod obduxiſtis? Propterea ſic dicit Dominus Deus, Ego efficiam vt ventus procelloſus[23] irrumpat in furore meo, & ſit imber inundans in ira mea, & lapides grādinis magnæ[24] in calore meo' ad perdendum. Ego euertam parietem quē vos cruſta[25] inutili' incruſtaſtis, & affligam eum ad terram, & retegetur fundamentum eius, & cadet, & vos cōficiemini in medio eius, & ſcietis quòd ego Dominus. Et complebo furorem meum in pariete, & in his qui eum incruſtant tectorio[25] inutili: dicámque ad vos, Nō eſt paries, neque qui eum incruſtarunt: [id eſt][26] Prophetæ Iſraelis[qui] prophetāt[27] Hieroſolymæ,' & vident ei viſionem pacis, quū non ſit pax, dicit Dominus Deus. ¶Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant[28] ex corde ſuo,' & vaticinare cōtra eas, & dicas, Sic dicit Dominus De⁹, Væ his qui conſuunt[29] puluillos ſub omnes cubitos[30] manuum,' & faciūt[31] ceruicalia ad caput[32] omnis ſtaturæ,' ad[33] venandū animas: num capietis animas populi mei, & animas[34] quę ad vos[ve niunt][35] viuificabitis?[36] Vos prophanaſtis me corā populo meo[37] propter pugillos hordei, & propter fragmēta panis,' ad interficiendū animas,[38] quas neci dare non debueratis: & ad viuificandum animas, quibus vitam promittere non debueratis,' dum vos mentimini populo meo qui auſcultant[39] mendacio.' Propterea ſic dicit Dominus Deus,[40] Ecce ad puluillos veſtros quibus vos ibi venabimini animas vt[41] ſint volātes,' ego conſcindā[42] eos' de brachijs veſtris, &[43] dimittā animas

diſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael vt ſtaretis in prælio in die Domini. Vident vana, & diuinant mendaciū, dicentes, Ait Dominus: cū Domin⁹ non miſerit eos: & perſeuerauerunt confirmare ſermonē. Nunquid nō viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis? & dicitis, Ait Dominus: cum ego non ſim locutus. Propterea hæc dicit Dominus Deus. Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendaciū: ideò ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: Et erit manus mea ſuper prophetas qui vidēt vana, & diuinant mendacium: in concilio populi mei nō erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus Deus: Eo quòd deceperint populum meū, dicentes, Pax, & pax,' & non eſt pax: & ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto abſque paleis. Dic ad eos qui liniunt abſque tēperatura, quòd caſurus ſit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes dēſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem. Siquidem ecce cēcidit paries: nunquid non dicetur vobis, Vbi eſt litura quam liniſtis? Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatū in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in conſumptionem. Et deſtruam parietem quē liniſtis abſque temperamento: & adæquabo eū terræ, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & conſumetur in medio eius: & ſcietis quia ego ſum Dominus. Et cōplebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum abſque temperamēto, dicámq; vobis, non eſt paries, & non ſunt qui liniunt eū. Prophetæ Iſrael qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei viſionem pacis: & nō eſt pax, ait Dominus Deus. ¶Et tu fili hominis pone faciē tuā contra filias populi tui, quę prophetant de corde ſuo: & vaticinare ſup eas, & dic, Hæc dicit Dominus Deus, Væ[a] qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabāt animas eorum. Et violabant me ad populum meū, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriūtur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mētientes populo meo credenti mendacijs. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad puluillos veſtros quibus vos capitis animas volantes: & dirumpā eos de brachijs veſtris: & dimittam animas quas

B

C

Sermo Domini cōtra propheti ſſas mēdaces.

¶a quæ

D

¶15 .i. non reduces reuertentur cum alijs in patriam exilio peracto. Vł, non intrabunt in requiem ſanctorum. ¶16 qui ſcilicet primus erat inter pſeudoprophetas. ¶17 .i. illi qui ipſi fauebant. Intelligit aſſentationes aliorum pſeudoprophetarum qui approbabant alterius mendacia. Nā parietem appellat falſam prædictionē. ¶18 vł, incruſtabāt ipſum luto friabili. ſiue ſoluto, cui nihil inijcitur, veluti fœnū, ſtramē ad ſolidādū opus. ¶19 ad incruſtātes incruſtationē friabilem, neq; tenacē. ¶20 lapides magnæ grādinis cadetis. ſub. ſuper illum murū. q.d. Peritura eſt breui Ieruſalē: quare ne credatis ijs qui dicunt murū ſuum eſſe ſtabilem. Murus eſt Ieruſalē: Grando & imber, Exercitus Nabuchodonoſor. ¶21 vł, vbi ceciderit murus. ¶22 vł, incruſtatio qua murū incruſtaſtis? q.d. Vbi falſitas prophetiæ apparuerit, nōnne merito ridebimini, & quæretur à vobis, vbi &c. ¶23 ſub. in parietē. ¶24 in ira mea ¶25 vł, ſolubili. nō tenaci ¶26 Seipſum explicat quid per incruſtatores intelligat, nēpe prophetas prophetantes falſa. ¶27 ipſi Ieruſalem ¶28 .i. quæ ſomniarunt. Non ſolum viri erant in populo Dei qui falſa doctrina ſeducebant, ſed & fœminæ, quas hic taxare videtur. Vel viros vocat mulieres, vt grauior ſit contemptus, homines nihili & molles, qui lingua tantum valeant. ¶29 Modus quidam mulierum harum vaticinandi exponitur. ¶30 .i. brachiorum. Pars pro toto. ¶31 aut. velamina ſuper caput ¶32 ſub. hominis. i. hominū cuiuſq; altitudinis. ¶33 .i. perdendū ¶[illegible] venabimini. i. perdetis ¶34 vł. quæ veſtræ ſunt. i. vobis credunt, ¶35 promittēdo ſcilicet illis fœlicia. q.d. res aliter continget q̄ ſperetis: nam proſpera impijs non accident, vt denūtiatis. ſed vobis & veſtris auditoribus infœlicia omnia. ¶36 vł, [Nunquid] contaminabitis me impune in populo meo? Dicēdo ſcilicet vos agi ſpiritu meo. ¶37 .i. pro exigua mercede. ¶38 quæ non morientur, & ad viuificandū animas quæ nō viuent. ſub. vita æterna. Hæc intelliguntur de vtraque morte & vtraque vita. ¶39 .i. vaticinijs veſtris vanis. ¶40 Apoſiopeſis. ſub. miſſurus ſum iram meam. Perdam (inquit) omnia inſtrumenta quibus eluditis populum. ¶41 vt euolent. ſub. è corpore. i. vt moriantur, dicendo eos morituros qui vos conſulunt. ¶42 ſub. puluillos ¶43 vł, eijciam. ſub. è manibus veſtris.

vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, neque erunt vltra in manibus veſtris ad prędandum: & ſcietis quia ego Domin⁹. Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quem ego non cõtriſtaui: & confortaſtis manus impij, vt nõ reuerteretur à via ſua mala, & viueret: propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu veſtra: & ſcietis quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

Propter pctã Domin⁹ populo verbum ſuũ denegat.

ET venerunt ad me viri ſeniorum Iſrael, & ſederunt coram me. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, viri iſti poſuerũt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam: nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcãdalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuã, & venerit ad prophetam interrogãs per eũ me:

Contẽptores verbi ſui decipit interdũ Dominus per pſeudoprophetas.

B ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immũditiarum ſuarũ: Vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo quo receſſerunt a me in cunctis idòlis ſuis. Propterea dic ad domum Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini, & recedite ab idòlis veſtris, & ab vniuerſis contaminationibus veſtris auertite facies veſtras. Quia homo homo de domo Iſrael, & de proſelytis quicunque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idòla ſua in corde ſuo, & ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuã, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me:

C ego Dominus reſpondebo ei per me. Et ponam faciem meã ſuper hominem illum, & faciã eum in exemplum & in prouerbium, & diſperdã eum de medio populi mei: & ſcietis quia ego Dominus. ¶Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendã manũ meam ſuper illum, & delebo eum de medio populi mei Iſrael. Et portabunt iniquitatem ſuam: iuxta iniquitatẽ interrogantis, ſic iniquitas prophetæ erit: Vt non erret vltra domus Iſrael à me, neq; polluatur in vniuerſis præuaricationib⁹ ſuis: ſed ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

3.r.a.

D ¶Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extẽdam manum meam ſuper eã, & conteram virgam panis ei⁹: & immittam in eam famẽ, & interficiam de ea hominẽ & iumentum. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio ei⁹, Noe, Daniel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabũt animas ſuas, ait Dominus exercituũ. Quòd ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper ter-

Iuſti nõ liberabũt impios à malis immiſſis, ſed ipſi iuſti tantũ ꝓpter iuſtitiam ſuã liberabũtur.

3.4.d.5.d.

quas vos venanimi, animas [inquã] [44] aduolantes' [vobis.] Conſcindã quoq; [45] 'ceruicalia' veſtra, & eruam populũ meum e manu veſtra, vt non ſint vltra in manu veſtra ad venationẽ: & ſcietis ꝙ ego ſum Dominus. Quandoquidẽ mœrore affeciſtis cor iuſti [46] mendacio, [47] quum ego eũ mœrore non affecerim. [48] & roboratis' manus impij, quo minus reuertatur à via ſua mala, [49] vt ſeruetur viuus.' Propterea non [50] videbitis' vltra vanitatem, & diuinationem non diuinabitis, ſed liberabo populum meum è manu veſtra, & ſcietis ꝙ ego Dominus.

CAP. XIIII.

VEnerũt autẽ ad me quidã viri de ſenioribus Iſraelis, & ſederunt corã me. Factũſq; eſt ſermo Domini ad me in hanc ſententiã. Fili hominis, viri' iſti' paſſi ſunt aſcẽdere [1] idola ſua' ad cor ſuũ, & offendiculũ iniquitatis ſuę poſuerũt corã facie ſua. [4] Nũ cõſult⁹ interrogabor eis?' Idcirco loquêris ad eos, ac dices eis, Sic ait Domin⁹ De⁹, Quicunq; de domo Iſraelis fuerit qui aſcendere patitur 'ſordes ſuas' in cor ſuũ, poſueritq; [6] offendiculũ iniquitatis ſuæ' corã facie ſua, & venerit [7] ad ꝓphetã,' ego Domin⁹ [8] adduct⁹ ſum vt reſpõdeam ei, [9] venit' in multitudine ſordium ſuarũ. Vt [10] deprehendã' domũ Iſraelis [11] in corde eorũ,' qui alienati ſunt omnes à me propter fœditates ſuas. Propterea dic ad domũ Iſraelis, Sic dicit Dominus Deus, Cõuertimini, & [12] auertite' ab immũditijs veſtris, [13] & ab omnib⁹ abominationib⁹ veſtris auertite facies veſtras.' Quoniã quicunq; de domo Iſraelis, & de peregrino qui habitat in Iſraele, qui abalienatus fuerit à me, & [14] paſſus fuerit aſcendere ſordes ſuas' in cor ſuum, poſueritq; offendiculũ iniquitatis ſuæ ante faciẽ ſuã, & venerit ad prophetã cõſulturus me per eũ: ego Dominus patiar vt reſpõdeatur ei [15] ex me: [16] ponãq; faciem meã cõtra illũ, & [17] vaſtabo eũ,' vt ſit in ſignũ & in [18] prouerbiũ,' extirpabóq; eũ de medio populi mei, & ſcietis quia ego Domin⁹. Et [19] propheta [20] ſi ſeductus loquut⁹ fuerit ſermonẽ,' ego Dominus ſeduxi prophetã illum, extẽdámq; manum meã ſuper eũ, & delebo eum de medio populi mei Iſraelis. Et portabũt iniqtatẽ ſuã [21] (qualis erit iniquitas interrogantis, talis erit iniquitas prophetæ.)' Ne ſcilicet vltra erret [22] à me' domus Iſraelis, neq; contaminentur vltra [23] in õnibus' trãſgreſſionib⁹ ſuis, ſed ſint mihi [24] popul⁹,' & ego ſim eorũ Deus, dicit Domin⁹ Deus. ¶Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, [25] ſi terra' peccauerit cõtra me, [26] vt ſ ei⁹ deſignet, vt extẽdã' manũ meã ſuper eã, & [27] cõfringã' baculũ panis ei⁹, immittãq; in eã famẽ, & ſuccidã ex ea hominẽ & iumẽtũ: & fuerint tres viri illi in medio ei⁹, Noe, Daniel & Iob: ipſi in iuſtitia ſua liberabũt animã ſuã, dicit Domin⁹ De⁹. Si beſtiam mali [28] traduxero per terrã,' quæ [29] vaſtaue-

¶44 vt ſint euolantes. ſub. è corpore. i. vt moriantur. Alij interpretãt, vt ſint euolantes. ſub. è manibus veſtris. i. liberabo eas de manib⁹ veſtris. ¶45 vl, velamina ¶46 vl, falſo. ſiue mendaciter. ¶47. i. eius doloris non fuerim cauſa. nam quæ prædicebatis, non erant ex me. ¶48 Hoc loco vacat ET, ſicq; vertendũ, ad cõfirmandas manus impij. Alij tamen ſic, & ꝓ eo ꝙ confortaſtis &c. Alij alteram particulam ſubaudiũt, hoc modo, vt errare faceretis iuſtũ, & confirmaretis manus impij &c. ¶49 Heb. viuificando eum. i. promittendo illi vitam longã & omnia proſpera. ¶50. i. prædicetis

XIIII.

¶1 ſub. qui ſedent coram te, ſunt idololatrę ex animo, magnã tamẽ præ ſe ferẽtes religionẽ. Impoſtores agnoſcit reuelante Spiritu. ¶2 aſcẽdere fecerunt ¶3 Chaldæus paraphr. cultũ idolorũ ſuorũ.

q.d. ſunt idololatræ maximi, & tamẽ præ ſe ferunt ſanctitatẽ maximã. ¶4 Nũquid rogatus reſpondebo illis? ſub. pro voto ſuo. q.d. quum conſulent me, debebo ne illis reddere reſponſa? acſi dicat, non: nam ſunt idololatræ. non reſpõdebo illis pro voto ſuo, ſed intelligent me noſſe ſecreta cordis ſui. ¶5 vl, idola ſua. i. quicũq; Iſraelita ex animo coluerit idola. ¶6 Offendiculum iniquitatis ſuæ vocat idolum quod cauſa eſt iniquitatis. ¶7 ſub. vt conſulat eum. ¶8 Heb. reſpondebo illi ¶9 vl, venienti. Chaldæus paraphr. Reſpondebo illi quamuis veniat ad me plenus cultu idolorum. ¶10 carpam ¶11 in corde ſuo. ſiue in cogitationibus ſuis. i. vt reuelem illis quæ gerunt in animis ſuis, & oſtendam eos defeciſſe à me. ¶12 ſub. oculos veſtros. Vl, conuerti facite. ſiue recedere facite homines ab iniquitate. ¶13 .i. deſinite colere cultu externo idola. Prior pars verſus pertinet ad animũ, & internum cultum. ¶14 vl, aſcendere fecerit idola ſua ¶15 propter me. i. in gloriam nominis mei: & nõ propter preces eius. ¶16 ſub. niſi reſipuerit ¶17 vl, ponam illum in exemplum ¶18 .i. vice fabulæ erit. ¶19 ſub. is qui putabatur eſſe propheta verus. Iudicium Dei deſcribitur qui permittit eos qui aliquid eſſe videntur, labi & perire. ¶20. i. prophetiam dixerit falſam. q.d. Vt ſunt qui conſulunt Deum, videntúrque religioſi, cum ſint idololatræ: ita ſunt qui prophetant videntúrque eſſe viri probi, quũ ſint falſi doctores. ¶21 q.d. vterque punietur, & qui ficte conſulit, & qui male docet. ¶22 ſub. recedendo ¶23 in vllis ¶24 credendo ſcilicet mihi, & ſeruando mandata mea. ¶25 cum regio aliqua ¶26 præuaricando præuaricationem, & extendero ¶27 confregero. Sic reliqua verba vertenda, immiſero, ſuccidero, ¶28. i. ſi immiſero in terram feras quæ omnia perdant. ¶29 orbauerit eam. [ſub. incolis] ita vt deſolata ſit, propterea quòd nemo per eam tranſeat propter illas feras.

¶10.i.nē paruu lis quidem eius regionis parcā propter eos. He brai. e legitur, Si filios & ſi filias ſuas liberent.q.d.iuro eos non ſeruaturos ſuos liberos. ¶11 illa erit deſolatio. ſi ue deſtruetur. ¶12 ſub. quæ grauiſſime in me peccauerit. ¶13 ô enſis trāſi per ¶14 ſub.à morte propter pietatem ſuā: reliqui autem peribunt: etſi vnicum flagellum Deus immiſerit. ¶15.i. corrumpendo eorum ſanguinē.q.d.& corrupero eorū ſanguinē, qui corruptus cætera inficit. ¶16.i. ratione ſuæ iuſtitiæ ¶17 Quātomagis ſi

¶18.i.flagella quibus orbem iudico & punio. ¶19 Tamen relinquetur in ea euaſio, nempe qui educentur[ſcaptiui] filij & filiæ &c. Aliter, inquit, agam cum populo meo quam cū alieno. nam etſi immiſero omnia flagella mea in populum meum: erunt tamē ſemper aliqui ſuperſtites, idque ad gloriam nominis mei. nā videbūtur opera eorum mala, vnde agnoſcetur eos ſola Dei miſericordia ſeruatos. ¶40 ſiue, viuēdi eorū rationē.

erit eam, ita vt vaſta ſit,' vt metu beſtiarum nemo tranſire audeat, & tres viri illi[ſfuerint]in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus,[10] nō liberabunt filios aut filias, ipſi ſoli liberabūtur, & terra[11] ipſa vaſta erit.' Aut ſi gladium induxero[12] ſuper terrā illā,'& dixero,[13] Gladius trāſibit' terrā: & exſcidero ex ea hominē & iumentū, Et tres illi viri[ſfuerint]in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios & filias, ſed ipſi ſoli[14] liberabūtur.' Vel ſi peſtē immiſero in terram illam, & effudero furorē meum ſuper eam[15] in ſanguine,' vt excindam ex ea hominem & iumētum: Et Noe, Daniel & Iob[ſfuerint] in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filium aut filiam, ſed ipſi[16] in iuſtitia ſua' liberabunt animā ſuam. Quoniam ſic dicit Dominus Deus,[17] Etiamſi' quatuor[18] iudicia mea mala,' nempe gladiū, famem, beſtiam nocentem, atque peſtilētiam immiſero in Ieruſalē, ad excindendum ex ea hominem & iumentum:[19] Et ecce reliquum in ea quod euaſit filiorum & filiarum qui educti ſunt,' en ipſi egredientur ad vos, & videbitis[40] viam eorum' ac ſtudia eorum, & conſolationem capietis ſuper calamitate quam induxi ſuper Ieruſalē, ſuper omni[ſinquā calamitate] quā induxi ſuper eā. Hi afferent vobis cōſolationem, quando videritis viā eorum & ſtudia eorū, & cognoſcetis ꝙ non ſine cauſa fecerim omnia quæ feci ei, dicit Dominus Deus.

CAP. XV.

FActus eſt ſermo Domini ad me, dicēs, Fili hominis,[1] quid fiet ex ligno vitis præ omnibus lignis,'& ex palmite qui[2] eſt inter ligna ſyluæ?' Num accipitur ex ea[3] lignū ex quo' fiat opus aliquod?[4] num capiunt ex ea[4] clauum,' vt ſuſpendāt ad eum quodcūq;[5] vas?' Ecce traditur igni in deuorationē: duas extremitates eius ignis abſumpſit, medium eius[6] exaruit,' num[7] proderit ad opus? En quum illud integrum eſſet, non potuit quidpiā ex eo fieri: quanto minus quū ignis ipſum deuorauit exuſtūmq; ſit, fiet ex eo vltra opus aliquod? Propterea ſic dicit Dominus Deus, Sicut lignum vitis[8] inter ligna ſyluæ,' quod tradidi igni vt abſumatur, ſic[9] tradidi' habitatores Ieruſalem. Ponam enim faciem meā cōtra eos,[10] de[ſvno] igne egredientur, & ignis[ſalius]deuorabit eos: & ſcietis ꝙ ego ſim Dominus, quū[11] poſuero faciem meā contra eos. Ego reddam terrā deſolatam, eo quód[12] præuaricando præuaricati ſunt,' ait Dominus Deus.

CAP. XVI.

FActus eſt ſermo Domini ad me in hāc ſentētiā, Fili hominis, indica ipſi Ieruſalē abominationes ſuas, dicēſq;, Sic dicit Domin⁹ De⁹ ad Ieruſalē,[1] Venæ tuæ, & natales tui' de terra Chananæi: pater tuus Amorrhæ⁹, & mater tua Hithæa. Et quod[3] ad natiuitatē tuā[ſattinet,] in die qua tu nata es, nō eſt[3] præciſus vmbilicus tuus, neq; aqua lota es ad[4] leniēdū, neq; ſale es ſalita, neq; faſcia inuoluta.[5] Nō miſeret⁹ eſt tui' oculus, vt faceret tibi quiddā ex his, vt miſeratione ſup te cōmoueretur: quin abiecta fuiſti in ſuperficie cāpi[6] in volutatiōe animæ tuæ' eo die quo nata eras. Quūq; iuxta te præterirē, viderēq; te proculcatā[7] in ſanguinib⁹ tuis:' dixi ad te quū eſſes in ſanguinib⁹ tuis, Viue: dixi inq̄ tibi in ſanguinibus tuis,[8] viue.

ram, vt vaſtem eam: & fuerit inuia, eo ꝙ non ſit pertrāſiēs propter beſtias: Tres viri iſti ſi fuerint in ea, viuo ego. dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt: ſed ipſi ſoli liberabuntur, terra autē deſolabitur. Vel ſi gladiū induxero ſuper terrā illam, & dixero gladio, Tranſi per terrā: & interfecero de ea hominē & iumentū: Et tres viri iſti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, nō liberabunt filios neque filias: ſed ipſi ſoli liberabūtur. Si autē & peſtilentiā immiſero ſuper terrā illam, & effudero indignationem meā ſuper eā in ſanguine, vt auferā ex ea hominē & iumentum: Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiā non liberabūt: ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Quoniā hæc dicit Dominus*, Quód & ſi quatuor iudicia mea peſſima, gladiū, & famē, ac beſtias malas, & peſtilentiā immiſero in Ieruſalem, vt interficiā de ea hominē & pecus: Tamen relinquetur in ea ſaluatio educētiū filios & filias: ecce ipſi egrediētur ad vos, & videbitis viā eorū & adinuētiones eorū: & cōſolabimini ſuper malo quod induxi in Ieruſalē, in omnibus quæ importaui ſuper eā. Et conſolabuntur vos, cum videritis viā eorum & adinuentiones eorum: & cognoſcetis quód non fruſtra fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

B

F

*Deus Conſolatio eorū qui in Babylonē transmigrauerant.

G

CAP. XV.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicēs, Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnib⁹ lignis nemorū, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nūquid tolletur de ea lignū vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxill⁹, vt depēdeat in eo quodcunque vas? Ecce, igni datum eſt in eſcam, vtramque partem eius cōſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam: nūquid vtile erit ad opus? Etiam cum eſſet integrum, non erat aptū ad opus: quanto magis cum illud ignis deuorauerit & combuſſerit, nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit Dominus Deus. Quo modo lignū vitis inter ligna ſyluarum quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradam' habitatores Ieruſalem. Et ponā faciem meā in eos: de igne egredientur, & ignis conſumet eos: & ſcietis quia ego Dominus, Cum poſuero faciem meā in eos, & dedero terram inuiam & deſolatam: eo quód præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

Vt lignū vitis inutile igni tradit̄, ſic Ieruſalē exurēdam dicit.

B

¶ tradidi

CAP. XVI.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, notas fac Ieruſalē abominationes ſuas. & dices, Hæc dicit Dominus Deus Ieruſalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanáan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Et quando nata es, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Nō pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciē terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es. Tranſiens autē per te, vidi te conculcatā in ſanguine tuo: & dixi tibi cū eſſes in ſanguine tuo, viue: dixi inquam tibi in ſanguine tuo, viue.

Abominationes Ieruſalē enarraturus, primū beneficia Dei erga eam commemorat.

¶ conculcatā

XV. ¶1.i.quo præſtat lignū vitis alij arbori ſi fructū non fert? ¶2 Eſſe inter ligna ſyluæ, eſt non proferre fructum. ¶3 materia ex qua ¶4 paxillum vllum ¶5 vſ, inſtrumētum? ¶6 vſ, vſtulatum eſt, ¶7.i.nū idoneū erit vt aliquid fiat ex eo? q.d. neque tale lignum proferet fructum, neque aptum erit faciendo operi. ¶8.i.quod annumerari debet inter ligna ſterilia. ¶9 vſ, tradere ſtatui ¶10 .i. ex vna afflictione tranſibunt in aliam: & quia non reſipuerunt, conſicientur calamitatibus. ¶11 Genus dicendi Hebraicū, pro, Cū iratus afflixerim eos. ¶12 vſ, in me grauiſſime peccauerūt,

XVI. ¶1 Heb. Habitationes tuæ, & natiuitates tuæ[ſvidētur eſſe]de &c. q.d. O Ieruſalē videris nata inter infideles, ex parentibus impijs qui ignorauerūt Deū & leges eius. ¶2 vſ, ad natales tuos. Incipit docere cauſam ingratitudinis ſynagogæ. Similis es puellæ expoſitæ, quæ cū exponitur, more aliorū non curatur pri⁹. ¶3 quod fit recens natis. ¶4 deliniēdā. ſub. carnē tuā, ſiue cutē. Lauāt pueros aqua calida, vt facili⁹ cōponātur eorū mēbra. eſt enim puer incuruus in vtero. ¶5 Heb. Nō pepercit tibi ¶6 vſ, in abominatione perſonæ tuæ. i. propter abominationes tuas. ¶7.i. in ſanguine part⁹. ¶8 q.d. quāuis ſis deſtituta omni auxilio, viues tamen me tibi fauente.

Multiplicatā quaſi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grādis effecta, & ingreſſa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda & cōfuſione plena. Et tranſiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tēpus amantium: & expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiā tuam. Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo. Et veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi te byſſo, & indui te ſub-
B tilibus. Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decōris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: ſimilam & mel & oleum comediſti, & decōra facta es vehemēter nimis: & profeciſti in regnum. Et egreſſum eſt nomen tuum in Gentes propter ſpeciem tuā: quia perfecta eras in decōre meo quem poſueram ſuper te, dicit Dominus Deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es i nomine tuo: & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres. Et ſumens de veſtimētis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neque futurum eſt. Et tuliſti vaſa decōris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas: & oleū meū, & thymiama meū poſuiſti coram eis. Et panē meum quem dedi tibi, ſimilam & oleum & mel, quibus enutriui te, poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis,
C & factum eſt, ait Dominus Deus. Et tuliſti filios tuos & filias tuas quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad deuorandum. Nunquid parua eſt fornicatio tua? Immolaſti filios meos, & dediſti illos cōſecrās eis. Et poſt oēs abominationes tuas & fornicationes tuas nō es recordata dierū adoleſcentię tuæ, quādo eras nuda & confuſione plena, cōculcata in ſanguine tuo. Et accidit poſt omnem malitiā tuā (væ væ tibi, ait Domin⁹ Deus) & ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cūctis plateis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignū proſtitutionis tuæ: & abominabilē feciſti decōrē tuū: & diuiſiſti pedes tuos omni trāſeūti, & multiplicaſti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cū filijs Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationē tuam ad irritādum me. Ecce ego extendam manum meā ſuper te, & auferam iuſtificationē tuam & dabo te in animas odiētium te filiarū Palæſthinarū, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata. Et fornicata es in filijs Aſſyriorum, eo q̄ needum fueris expleta. & poſtquā fornicata es, nec ſic es ſatiata. Et multiplicaſti fornicationem tuam in Terra-Chanāā cū Chaldæis: & nec ſic ſatiata es.

¶ tuo

Arguit ingratitudinis ob fornicationē ſuam cū idōlis.

¶ ius tuum

Auxi te in multa millia vt germē agri, multiplicata es,[9] creuiſti,[10] & veniſti vt mūdo muliebri [vtereris:] vbera tua[11] prominuerāt,[12] & pil⁹ tuus germinarat, nuda eras ac turpis. Quūq; iuxta te præterirē, vidiſſemq; te, ecce tēpus tuū[13] tēpus amorum: & expandebā[14] alam meā ſuper te, & operui[15] turpitudinē tuā, atq;[16] iuraui tibi, & inij fœdus tecū, dicit Dominus Deus, & facta es mea. Et[17] laui te aq̄s, ablui ſanguines tuos à te, & vnxi te[18] oleo. Indui te[19] acupictis, calceaui te[20] melinaſpelle,] amiciui te byſſo, obtexi te ſerico ſubtiliſſimo. Ornaui te ornamento, armillas poſui ſuper[21] man⁹ tuas, & torquē ad collū tuū. Et appēdi[22] monile ſup faciē tuā, globulos in aures tuas, & coronā[23] decoris ſup caput tuū. Et[24] ornata es auro & argēto, veſtimentū tuū byſſinum, ſericū & acupictum: ſimilā, mel & oleū comediſti, & ſupra modū pulchra,[25] fœliciter ad regnū promouiſti. Et exiuit[26] nomē tuū ad Gētes propter pulchritudinē tuā, (abſoluta eni erat,) idq; propter decorē meū quē poſui in te, dicit Dominus De⁹. At tu confiſa pulchritudine tua, ſcortata es[27] in nomine tuo, atq; effudiſti ſcortationes tuas ad omnē prætereuntē,[28] quod fieri non oportuit: Accepiſti quoq; de veſtimentis tuis, vt faceres tibi excelſa diſcoloria: ſcortatáq; es ſuper eis,[29] nō ſequentur & non erunt [talia.] Accepiſti præterea[30] mūdum tuū muliebrem de auro meo, ac de argento meo quæ tradideram tibi, & feciſti tibi imagines maſculas, &[31] ſcortata es cum eis. Accepiſti etiā veſtes tuas acupictas, & operuiſti[32] eas: oleum meū & ſuffitum meū poſuiſti ante eas. Inſuper panem meū quē dederā tibi, ſimilam, oleū & mel quib⁹ te cibauerā, & poſuiſti ea ante eas in odorē ſuauecolentē:[33] idq; factū eſt, dicit Domin⁹ De⁹. Accepiſti deniq; filios tuos & filias tuas quos peperiſti mihi, & ſacrificaſti eos illis,[34] vt deuorarēt.[35] Nū parū erat tibi ſic ſcortari, niſi & filios meos mactares, daréſq; eos illis, quum eos illis traduceres? Et in ōnib⁹ abominationibus tuis ac fornicationibus tuis non es recordata dierum[36] adoleſcentiæ tuæ, quum eſſes nuda & turpis,[37] prouolutáq; in ſanguine tuo.[38] Et factū eſt poſt omne ſcelus tuū (væ væ tibi,) dicit Dominus Deus, vt & fornicem tibi extrueres, & faceres tibi excelſum in omni platea, In omni compito ædificaſti tibi excelſum tuum, & abominandā reddidiſti pulchritudinē tuā, diuaricaſti[39] pedes tuos omni prætereunti, & multiplicaſti ſcortationes tuas. Scortata es cum Ægyptijs vicinis tuis[40] qui magni ſūt carne, & multiplicaſti ſcortationes tuas, vt ad iracūdiam me prouocares. Et ecce extēdi manum meā ſuper te, &[41] ſuccidi demenſum tuum,[42] tradidíque te deſyderio odientium te, nēpe Paleſtinorum, qui pudore ſuffundūtur propter ſceleratam viā tuam. Scortata es inſuper cum Aſſyrijs, ([43] neque enim ſatiari poteras) ſcortata inquam es cū eis, neque ſic ſatiata. Multiplicaſti præterea ſcortatiōes tuas cū terra Chanaā[44] vſq; in Chaldæā, neq; i hoc ſatiata.

¶ 9 ſub. opibus & dignitatib⁹. ¶ 10 & ingreſſa es ornamentū ornamentorum .i. facta es ſtudioſa mūdi muliebris. ¶ 11 formā decentem nacta ſunt .i. intumuerūt. ¶ 12 .i. ptes illæ quas natura pilis veſtit. ¶ 13 .i. eras iam nubilis. ¶ 14 vl, orā veſtimenti mei ¶ 15 .i. liberaui te à ſeruitute quæ erat tibi probro & ignominiæ. ¶ 16 vl, deſpondi te mihi iureiurādo, ¶ 17 Perſtat in metaphora. Gratia mea laui te à peccatis. ¶ 18 ſub. miſericordiæ. ¶ 19 vl, veſte phrygionico opere facta. ¶ 20 corio taxi. ¶ 21 Pars pro toto, brachia tua. ¶ 22 circulos in naribus tuis, & inaures ¶ 23 vl, gloriæ .i. pulcherrimā ¶ 24 ornaſti te ¶ 25 & profeciſti in regnū .i. facta es apta & idonea regno ſuſcipiendo: & ex populo Iſraelitico deſignati ſunt reges. ¶ 26 tibi nomen inter ¶ 27 propter famam tuam, ¶ 28 Heb. cui erat. ſub. deſyderiū tuum. q.d, plane proſtituiſti te, capta es amore omniū idolorū & ſimulachrorū. ¶ 29 nō ſunt futurę [tales aræ,] nec erit quiſquā. ſub. qui tales aras ſtruat. ¶ 30 Heb. vaſa decoris tui .i. ornamēta tua pulcherrima. ¶ 31 .i. adoraſti eas. ¶ 32 ſub. imagines veſtib⁹ tuis. ¶ 33 q.d. id negare non potes: nam vidi. ¶ 34 ad deuorandū .i. vt ignis deuoraret corpora puerorū tuorum in gratiā idolorū. ¶ 35 Heb. Nūquid res parua de fornicatiōib⁹ tuis? [vl, q̄ ſic fornicata ſis?] Etiā occidiſti filios meos, & tradidiſti illos vt trāſire faceres eos illis .i. vt traduceres eos per ignē & expiares in gratiā illorū ſimulachrorū. ¶ 36 .i. quū eſſes in Ægypto, neglectáq; & omni auxilio deſtituta. ¶ 37 vl, fœdatáq; ¶ 38 vl, Et erit poſt omne malū tuū: væ væ tibi, dicit Dominus Deus. Extruxiſti tibi aras, & feciſti tibi altaria in &c. Erit, ſub. quod fuit tibi prius, nempe nudaberis iterum, & omni ope deſtitueris poſtquā ſatis male feceris. ¶ 39 .i. femora tua. rem turpē pudica oratione dixit. Omnē tranſeuntē, ſiue prætereūtē intelligit omnes deos externos qui venerāt in eorum notitiam, quos omnes ſtudioſe amplexabant. q.d. admiſiſti & amplexata es omnia idola. ¶ 40 magnorū membrorū. Rem impudicā honeſta oratione docet .i. præditis magno pene. q.d. coluiſti deos Ægyptiorum. ¶ 41 vl, imminui annonā tuam, ſiue portionem tuā. q.d. feci vt laborares caritate annonæ, vt reſipiſceres. ¶ 42 .i. permiſi vt abuterētur te hoſtes tui pro voto ſuo. ¶ 43 He. propter non ſaturitatē tuā .i. eo q̄ nō eſſes expleta cultu idolorū tuorū. ¶ 44 ſub. eundo vel mittendo. q.d. Non ſat fuit tibi coluiſſe deos Aſſyriorum, ſed voluiſti quoq; colere deos quos coluerāt Chananæi, eundo, ſiue mittendo etiam vſque in Chaldæam qui referrent quo cultu eſſent colendi illi dij.

[45]O q̃ impotēs eſt cor tuum, dicit Domin⁹ Deus, quum deſignas omnia iſta [46]flagitia meretricis prępotētis. Quū ędificas fornicem tuū ad initia oīs viæ, & excelſum tuū facis in omni platea: nō fuiſti quēadmodū [reliquæ] meretrices, [47]licitādo mercedē. Mulier adultera pro marito ſuo alienos [48]recipit. Adhæc, oībus ſcortis dāt mercedē, tu vero [49]mercedē tuā dediſti omnib⁹ amatorib⁹ tuis, & munerib⁹ eos cōduxiſti, vt ingrederētur ad te ex circuitu ad tuas fornicationes. In te & tuis ſcortationibus oīno cōtrariū eſt factū à [cæteris] mulieribus: [50]neq; eni ſcortatores te ambierūt, neq; tibi merces data fuit, ſed tu dediſti eis mercedē, itaq; contrariū in te fit. Propterea tu ſcortū, audi verbum Domini, Sic dicit Dominus Deus, Quādoquidē [51]æs tuū prodegiſti, & in ſcortationibus tuis pudēda tua retexiſti erga amatores tuos, & [52]ſuper cūcta idola tua abominanda, & in ſanguine filiorū tuorū quos dediſti eis: Idcirco ecce ego cōgrego omnes amatores tuos, cū quib⁹ [53]cōmixta es, & omnes quos dilexiſti, cum oībus quos [antea] odiſti: congregabo inquā eos ad te per circuitū, & retegā [54]pudēda tua coram eis, vt videāt cunctam turpitudinē tuā. Iudicabo quoq; te iudicijs adulterarū, & effundētiū ſanguinem, & dabo te ſanguinem [55]in æſtu & zelo [meo.] Et tradā te in manū eorū, vt euertāt [56]fornicē tuū, & demoliātur excelſa tua, nudētq; te veſtib⁹ tuis, & tollāt [57]ornamēta decoris tui, dimittātq; te nudā & [58]turpē. Adducāt inſuper cōtra te [59]cœtū, & [60]lapidib⁹ obruāt te, & gladijs ſuis te cōfodiāt. Exurēt domos tuas igni, & [61]edent in te iudicia in cōſpectu [62]multarū mulierū, efficiāmq; ne poſthac ſcorteris, neq; des meretriciā mercedē. [63]Faciā vt quieſcat in te æſtus meus, & zel⁹ meus à te recedat: [64]quietus ero, neq; indignabor amplius. Eo q̇ nō recordata es dierū [65]adoleſcentiæ tuæ, ſed cōmouiſti me ōnibus iſtis, [66]ideo ecce ego dedi viā tuā ſuper caput [tuū] dicit Dominus Deus, [67]ne perficeres nephariū cogitatū tuū omnibus abominationib⁹ tuis. [68]Quicūq; ſcōmate delectatur, ſumpto ſcommate de te dicet, Quēadmodū mater, ſic & filia eius. Filia matris es tu, quæ [69]reſpuit maritum ſuū & filios ſuos: & ſoror ſororis tuæ es tu, quæ reſpuerunt viros ſuos & filios ſuos: mater veſtra Hethæa, & pater veſter Amorrhæus. Porrò ſoror tua maior eſt Samaria & [69]filiæ eius, quæ habitat ad ſiniſtram tuā, & ſoror tua quę te minor natu eſt, habitat à dexteris tuis, Sodoma & filiæ eius. Et quidē in vijs earum nō [70]ambulaſti, nec ſecūdum abominationes earum feciſti, [71]ſed perpuſillū in omnib⁹ vijs tuis q̃ ille ſceleratius feciſti. Viuo ego dicit

In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni plateā: nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretiū, ſed quaſi mulier adultera quæ ſuper virū ſuū inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autē dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicādum tecum. Factūmq; eſt in te cōtra cōſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te nō erit fornicatio: in eo enim q̇ dediſti mercedes, & mercedes nō accepiſti, factum eſt in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, Quia effuſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationib⁹ tuis ſuper amatores tuos, & ſuper idōla abominationum tuarum in ſanguine filiorum tuorum quos dediſti eis: ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus cōmiſta es, & omnes quos dilexiſti cū vniuerſis quos oderas: & congregabo eos ſuper te vndique, & nudabo ignominiā tuam corā eis, & videbunt omnem turpitudinē tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentiū ſanguinē: & dabo te in ſanguinē furoris & zeli. Et dabo te in manus eorū, & deſtruent lupanar tuū, & demolientur proſtibulū tuū: & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferēt vaſa decōris tui: & derelinquēt te nudam plenāmque ignominia. Et adducent ſuper te multitudinem, & lapidabūt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs ſuis. Et cōburent domos tuas igni, & faciēt in te iudicia in oculis mulierū plurimarū: & deſines fornicari, & mercedes vltrà nō dabis. Et requieſcet indignatio mea in te: & auferetur zel⁹ meus à te, & quieſcā, nec iraſcar ampli⁹. Eo q̇ nō fueris recordata dierū adoleſcētiæ tuæ, & prouocaſti me in omnib⁹ his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus De⁹. & nō feci iuxta ſcelera tua in ōnib⁹ abominationibus tuis. Ecce, omnis qui dicit vulgò prouerbiū, in te aſſumet illud, dicēs, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virū ſuū, & filios ſuos: & ſoror ſororū tuarū* quæ proiecerūt viros ſuos & filios ſuos: mater veſtra Chetæa, & pater veſter Amorrhæus. Et ſoror tua maior, Samaria, ipſa & filiæ ei⁹ quæ habitāt ad ſiniſtrā tuā: ſoror autē tua minor te, quæ habitat à dexteris tuis, Sodoma & filiæ ei⁹. Sed nec in vijs earū ambulaſti, neque ſecundum ſcelera earum feciſti pauxillum minus: penè ſceleratiora feciſti illis in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit

D

Minatur pœnam.

E

I.23.b.

4.Reg.25.a.

*es tu,

F

Scelera aliarum gētium iuſtificat cōparatiōe peccatorum Ieruſalem.

¶45 Quàm infirmatū ¶46 opus mulieris meretricis impudentis. vl, procacis, ſiue imperioſæ, & omnia pro arbitrio facientis. Per appoſitionem poſita. ¶47 ad eleuandā mercedem oblatam. vl ſpernēdam mercedē oblatam. ſub. vt exiguam. q.d. Alia ſcorta inſignia ſolent munera ab amatoribus oblata ſpernere vt ſe minime digna, quo maiora ab his accipiant: tu cōtrà facere ſoles. ¶48 ſub. & tu idem facis. ergo adultera. ¶49 vl, munera tua ¶50 Heb. & poſt te non [fuit talis] fornicatio: quum dederis mercedem, & merces non fuerit tibi data, facta es in contrariam. i. diuerſa facta es ab alijs meretricib⁹. ¶51 effuſum eſt imū tuum. i. ima pars ventris tui [hoc eſt ignominia tua] eſt manifeſtata.

¶52 Heb. & iuxta omnia idola abominationum tuarū, & iuxta ſanguinē filiorū tuorū quos immolaſti eis. Duob⁹ modis, inquit, reuelata fuit turpitudo tua, ſiue deprehēſa es meretrix: primū quādo colebas idola abominanda: ſecūdo quū in honorē idolorū immolaſti liberos tuos, & ſanguinē eorū effudiſti. Abominationē vocat cultū idolorū, q̇ Deo ſumme diſplicеat. ¶53 vl, oblectata es. ſiue, iucūda fuit tibi conſuetudo. ¶54 Pudēda, ſiue turpitudinē prius accepit pro infirmitate qua ſynagoga colebat idola: hic vero pro deſtitutione conſilij & opis. ¶55 Heb. iræ & zelotypiæ. i. curabo te interficiendā cum ira & citra vllam miſericordiam. Qui ira ſunt perciti, & vnà cum hoc zelotypi ſunt, non parcunt deprehenſis: ſic curabo te interficiendā ab his qui erunt ira perciti, & furore acti quo zelotypi. ¶56 vl, excelſum tuū. aut, aras tuas. ¶57 Heb. vaſa gloriæ tuæ. i. veſtimenta tua pretioſa. ¶58 diſcoopertam. ¶59 vl, ingentem exercitum, ¶60 Alludit ad lapides quos catapultis deijciunt in vrbem. hoc pertinet ad oppugnationem. ſequens, ad expugnationem. Prius autem dixerat deberi ei pœnam adulteræ. ¶61. i. afficient te ſupplicio. ¶62 Mulieres intelligit nationes & gentes. q.d. pœnam tuam videbunt mulieres multæ, vt caueant ne ſint adulteræ. ¶63 vl. Ceſſareque faciam iram meā in te, & recedet zelotypia mea à te. i. extremis ſupplicijs afficiam te, nec te amplius amabo. ¶64 vl, conquieſcā. i. ſub. animo. ¶65. i. beneficiorum quæ in te contuli quum eſſes in Aegypto. ¶66. i. propter flagitia tua in te animaduertam. ¶67 Heb. nec feciſti cogitationem ſuper omnibus abominationibus tuis. i. non iniſti cōſilium aut rationem de reſipiſcendo. ¶68 vl, Ecce, quicunque adagijs gaudet, (ſiue prouerbijs vti ſolet) de te parabolice loquetur, dicendo, ¶69 vl, abominata eſt. ſiue, quæ præ abominatione euomuit. Per matrē intelligit terrā Chanaan: & filiā, ſynagogam. q.d. vt Chananæi ingrati & idololatræ pulſi ſunt ſua terra: ſic ſynagoga fuit idololatra, quare merito fuit electa Terra-ſancta. Maritum quidā Deum intelligūt. Alij, regē: & filios, populū, quos expuliſſe videtur Terra. ¶69. i. oppida ei ſubiecta. Metropoles dicūt Hebræis vt & Græcis matres: & aliæ eis ſubditæ dicūtur filiæ. ¶70 ſub. ſed in multo deterioribus, vt poſt ſtatim declarat. ¶71 Heb. ſecundū paruulū pauculū [tempus] feciſti, & feciſti peiora illis in omnibus vijs tuis. i. pauco admodū tēpore fuiſti in officio poſt calamitatē Samariæ, & coluiſti me. ſtatim poſt, multo peiora feciſti quàm illi fecerint. vt videmus ſub Manaſſe rege factum.

Gen. 19. f.
Cauſa abominationum in quas inciderūt Sodomitæ.
¶ᵗ vidi.

Dominus Deus, quia nō fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, Superbia, ſaturitas panis & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut ᵗvidiſti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorū non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergo & tu porta confuſionē tuā, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens ab eis: iuſtificatæ ſunt enim à te ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas. Et cōuertam reſtituēs eas conuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, & conuerſione Samariæ & filiarū eius: & conuertam reuerſionem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ feciſti, conſolans eas. Et ſoror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem veſtram. Non fuit autē Sodoma ſoror tua audita in ore tuo, in die ſuperbiæ tuæ, antequā reuelaretur malitia tua: ſicut hoc tēpore in opprobriū filiarum Syriæ, & cunctarū in circuitu tuo filiarū Palæſthinarū, quæ ambiūt te per gyrū. Scelus tuū, & ignominiā tua tu portaſti, ait Dominus Deus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciā tibi ſicut deſpexiſti iuramētū, vt irritū faceres pactū: & recordabor ego pacti mei tecū in diebus adoleſcētiæ tuæ: & ſuſcitabo tibi pactū ſempiternū. Et recordaberis viarū tuarum, & cōfunderis: cū receperis ſorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed nō ex pacto tuo. Et ſuſcitabo ego pactū meū tecū: & ſcies quia ego Dominus, vt recorderis & cōfundaris, & nō ſit tibi vltrà aperire os præ cōfuſiōe tua, cū placatus tibi fuero in oībus quæ feciſti, ait Dominus Deus.

Cōuerſio Ammonitarū & Moabitarū.

Iuſtitia Dei. Miſericordia eiuſdem per Chriſtum.

## CAP. XVII.

Parabola duarum aquilarum, ſignificat Sedeciā, contra iuſiurandum relicta amicitia Nabuchodonoſoris, ſe ad regem Aegypti tranſtuliſſe, & ideò per iiſſe.

Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolā ad domū Iſrael, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Aquila grādis magnarum alarū, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate

Dominus Deus, Sodoma ſoror tua non fecit, ipſa inquam & filiæ eius, quemadmodum tu feciſti & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, faſtus, [71]copia ciborum, [72]fœlicitas, otium: hæc habuit ipſa & filiæ eius, & manū pauperis & egeni non [74]firmauit. Quūmque ſic [75]faſtuoſæ eſſent, deſignarunt abominanda quædam coram me, quas abieci [76]poſteaquam vidiſſem. Samaria vero dimidium peccatorum tuorū non peccauit, quin tu plures abominationes feciſti quā illæ, ita vt tu in omnibus abominationibus tuis quas feceris, [77]iuſtificaueris ſorores tuas. Ergo & tu porta ignominiam tuam, (quæ [78]iudicabas ſororem tuam) propter peccata tua quibus magis abominanda deſignaſti quā ipſæ, quæ [79]iuſtiores te ſunt: tu etiam [inquam] confundere, & fer ignominiam tuam, quum tu [80]iuſtifices ſorores tuas. [81]Ego quoque reducam captiuitatem earum, nempe captiuitatem Sodomorum atque [82]filiarū eius, captiuitatem Samariæ atque filiarum eius, & captiuitatem qua tu captiua teneris inter eas. [83]Idcirco feres ignominiam tuā, & pudefies propter omnia quæ feciſti, [84]dum tu es illis conſolationi. Et ſorores tuæ, Sodoma & filiæ eius, reuertentur [85]ad priora ſua, Samaria & filiæ eius redibunt ad priora ſua: quandoquidem & tu tuæque filiæ [86]redibitis ad priora veſtra. [87]Neque fuit fama ſororis tuæ Sodomæ in ore tuo, quo tempore faſtuoſa eras. Priuſquam retegeretur malum tuum, vt pote tempore [88]probri filiarum Syriæ, omniūmque quæ ſunt circum eas, filiarum Paleſtinæ quæ [89]contemnunt te circunquaque. [90]Scelus tuum & abominationes tuas tu portaſti, dicit Dominus. [91]Quia ſic dicit Dominus Deus, Ego quidem [92]agerem tecum quemadmodum tu feciſti [mecum,] quæ ſpreuiſti iuramentum, vt irritum faceres fœdus. Recordabor [93]tamen fœderis mei quod tecum [inij] [94]in diebus adoleſcentiæ tuæ, & erigam tibi pactum [95]ſempiternum. Tu vero recordaberis viarum tuarum, ac pudefiet, quum acceperis ſorores tuas natu te [96]maiores, vnà cum his quæ te [97]minores ſunt, & tradā eas tibi vt [98]filiæ tuæ ſint, non autem [99]ex fœdere tuo. Et confirmabo ego [100]pactum meum tecum, & ſcies quia ego Dominus. Vt recorderis & pudefias, neq; audeas amplius [101]os aperire [102]præ ignominia tua, dum ego propitius ero tibi in omnibus quæ feciſti, dicit Dominus Deus.

## CAP. XVII.

Et fact⁹ eſt ſermo Domini ad me, dicēs, Fili hoīs, Propone ænigma, & vtere parabola [1]ad domū Iſraelis, & dices, Sic dicit Domin⁹ De⁹, Aquila magna magnīs pēnis, lōgis alis, plena plumis [2]quas

¶71 ſaturitas panis.
¶72 Alij otiū à fœlicitate non ſeparant, ſed iungūt potius: verum ſenſui nihil decedit. intelligit enim eos in proſperitate & fœlicitate omniū rerum ſecuros & otioſos fuiſſe. Quidam legūt abundantia otij, ſiue altum otium.
¶74 apprehendit. i. nō iuuit pauperes. Firmare manus pauperum, ſignificat eis cōſilio & auxilio adeſſe, ne deſperēt. ¶75 elenatæ ¶76 ſub. ſcelera quæ illic fiebant. Alij legūt, quēadmodum decreui & ſtatui. ſub. apud me.
¶77. i. iuſtiores te eſſe oſtēderis. Si cōferantur eorum ſcelera cū tuis, vix mediū æquabunt malefactorum tuorum. ¶78 cōdemnaſti ſororem tuam. ſcilicet Samariā. cum vidiſti decem tribus abduci in captiuitatē, dixiſti eam merito id pati. Verbum Hebraicū PILALTHI, ſignificat in alios decernere ſententiā tanquā merito punitos. ¶79 ſub. ſi tecum conferantur. ¶80. i. minus malas teipſo eas eſſe oſtendas. Iuſtificare, in his locis, non eſt Sodomitas aut Samaritas iuſtos facere (quum nemo alium poſſit iuſtum facere, nec iuſti erāt) ſed aliorū cōparatiōe minus malos oſtēdere. Sodomitæ peſſimi erant: tamē Iudæos tā ſceleratos fuiſſe docet, vt eorum comparatione Sodomitæ iuſti cenſeri poſſent. ¶81 Hic læta quædam promittuntur, nempe reſtitutio Iſraelis cum acceſſione Gentium per Chriſtum Meſſiam. Tum Sodoma reſtituitur ad priora ſua, quū ſceleratiſſimi quique per prædicationem Euangelii Chriſto accedunt. Eramus enim aliquādo tenebræ, nunc autē lux in Domino. Si Iudæos reduxit per Chriſtum, qui ſceleratiores fuerunt Gentibus: cur non & Gentes? ¶82 Captiuitatem filiarum Sodomæ, ſiue villarum eius intelligit conuerſos ex Moabitis & Ammonitis, nam deſcenderunt ex liberis Lot Sodomeis. ¶83 Vt portes ignominiam tuam, & confundaris ¶84 illas conſolando, quum ſcilicet viderint afflictionem tuam, nam conſolatio miſerorum eſt habere pares. ¶85 Heb. ad antiquitatem ſuā. Conuerſio Ammon & Moab. ſimile Daniel. 11. ¶86. i. credetis in Meſſiam venturum vt maiores. ¶87 Heb. Non fuit autem Sodoma ſoror tua in rumorem in ore tuo, tempore ſuperbiarum tuarū. i. tempore fœlici & proſpero nō meminiſti Sodomæ. ¶88. i. quo te affecerunt Syri. ¶89 diripiebant ¶90. i. fuiſti afflicta à Palæſthinis ratione ſcelerum tuorum. ¶91 Certe ſic ¶92 Hebræi carent ſubiunctiuo, ideò futuris loco eius vtuntur, Agerem, hoc eſt agere poſſem, modo potentiali. Dignum quidem eſſet vt tibi pro merito rependerem: ſed nouum fœdus ſanciam tecum. ¶93 vſ, autem ¶94. i. tempore egreſſus tui ab Aegypto. ¶95. i. quod nō immutabitur: eſt fœdus nouæ legis. ¶96 Samariam intelligit cum villis ſuis. ¶97 nempe cum tribu Beniamin & Simeon. ¶98 Aliæ nationes dicuntur filiæ Iuda, quia prædicatio Euangelij cœpit à Ieruſalem. ¶99. i. virtute antiquæ legis, ſed per meritum Chriſti. ¶100 ſub. nouum. ¶101 vt ſcilicet excuſare te poſſis, & me accuſare. ¶102 vſ, propter pudorem tuum, quum ego condonauero tibi omnia malefacta tua. XVII. ¶1 vſ, contra domum. i. quæ pertineat ad domum &c. Quoniam ordo hiſtoriæ in Scriptura nō ſeruatur, hoc ænigma potuit dici ante captiuitatem Iechoniæ, aut poſt: vnde & verba hic poſita licet interpretari per præteritum vel per futurum. ¶2 Heb. cui aquilæ ineſt colorū varietas. Aquila, ſignificat imperatorem Babyloniorum Nabuchodonoſor. Alæ: potentiam ſignificant. Plumæ: opes & diuitias. Colorum varietas magnificentiam & dignitatem denotant.

¶3 Libanus, eſt Ieruſalem. Cedri: ſunt rex & viri clari. De Iechoniæ tranſmigratione loquitur.

¶4 Iechoniam ſignificat quē abduxit captiuum Nabuchodonoſor.

¶5 .i. Chaldæorum. erant enim negotiatores Babylonij & mercatores.

¶6 Heb. ſeminis .i. fertilem. De Sedecia loquitur qui ſuffect⁹ fuit in locū Iechoniæ. Vide finē libri Regū. ¶7 ſub. vitem. vel, aquilam. vt dominam .i. vt rami non aſcenderent à trunco. Cedrus verſa eſt in vitem .i. regnū Sedeciæ non par dignitate regno prędecentium regum. nam cedrus, alta eſt arbor: vitis autem humilis.

¶8 vel, permanſerunt.

¶9 vel, ramos craſſiores, & ramuſculos.

¶10 congregauit radices ſuas ad illā. ſub. aquilam. Sedecias defecit à rege Chaldæorum ad regem Ægyptiorū: qui quidem poterat dici aquila, ſed non cōferenda priori. ¶11 .i. vt tueretur ſe cōtra Babylonios in regno ſuo Iudaico. Videtur alludere

picturatas habuit,'venit in'Libanū,'& tulit ſupremū faſtigiū cedri, [4]cacumē'ramorum eius decerpſit, & traduxit illud in terram[5]negotiatorum,' in ciuitatem mercatorum poſuit illud. Et tollēs de ſemine terræ, poſuit illud in agrum[6]furcularem,'quem delegerat iuxta aquas multas, [velu-ti] ſalicem poſuit illud. Et floruit, factáque eſt vitis luxurians humili ſtatura, vt reſpicerent palmites eius ad[7]eam,'radicéſq; eius ſub ea[8]fuerūt.' Et quū facta eſſet vitis, protulit[9]palmites & flagella.'Rurſus erat aquila quædam grandis, magnis alis, & multas habens plumas, & ecce vitis illa[10]anhela fuit radicibus ſuis'ad illam, & palmites ſuos emiſit ad illam, [11]vt irrigaret eā [12]ex elicibus plātationis ſuæ, [13]In agrum bonum,'& iuxta aquas multas erat plantata, vt frondeſceret & fructū ferret, eſſétque vitis egregia.'[14]Dic,' Sic ait Dominus Deus. Num illud proſpere [ei] cedet? An nō radices eius funditus[15]euellet,' & fructum eius decerpet, vt areſcat, [&] vniuerſi rami germinis eius emarceſcant, idque[16]non magna potentia'aut populo multo, vt tollat eam radicitus? En[17]plātata eſt,'num proſpere ei cedet? an non vento orientali afflata penitus marceſcet, [&] cum[18]elicibus'germinatiōis ſuæ areſcet? Factus eſt ſermo Domini ad me, dicens. Dic quæſo ad domum rebellantem. An non ſcitis quid ſibi [19]iſta [velint?] Dic, Ecce rex Babylonis venit in Ieruſalem, & tulit regem eius, atque principes eius, & adduxit eos ad ſe in Babylonē: tulit quoq; de ſemine regio, & pepigit cū eo[20]fœdus,'& adegit eum ad iuramentum: & abduxit fortes è terra. Vt eſſet regnum humile, ne eleuaretur, ſed cuſtodiret fœdus ei⁹. & ſtaret in eo. At rebellis fuit ei, mittendo nuntios ſuos in Ægyptum, vt [illa] daret ei[21]equos & populum multum.'num proſpere ei cederet, aut euaderet qui talia fecit? num liberabitur is qui fœdus irritū fecit? viuo ego, dicit Domin⁹ Deus, ſi nō in loco regis, qui eū regē conſtituit [moriatur.] ꝙ iuramentum eius ſpreuit, & ꝙ pactum eius irritum fecit, ob id [inquā] apud eū in Babylone morietur. Neque Pharao cum magnis iſtis copijs, & ingenti multitudine in bello quicquam ei efficiet, [22]dum affunditur agger, & extruitur munitio ad excindendū'homines multos. Spreuit iuramentum, irritū fecit fœdus[23]manu ſua data:' hæc [inquam] omnia fecit, [ideo] non liberabitur. Idcirco ſic dicit Dominus Deus, Viuo ego, ſi non[24]iuramētum meum' quod violauit, & fœdus meum quod[25]irritum fecit,[26]tradidero ſuper caput eius.'Expandā enim ſuper eum rete meum, & deprehendetur in caſſibus meis, & adducam eum in Babylonem,[27]vt iudicer'illic cum eo, idque propter tranſgreſſionē qua tranſgreſſus eſt cōtra me. Omnes quoque fugitiui eius cū vniuerſis agminibus eius cadent gladio, quique reliqui fuerint, [28]ad omnē ventū' diſſipabūtur, & ſcietis ꝙ ego Dominus loquutus ſum. Sic ait Dominus Deus, Ego tollam de ſummo cacumine cedri, & ponam illud, de ſummo inquam ramorum eius decerpam tenerum [ramum,] & plantabo eum ſuper mōtem excelſum atque eminentem, in monte ſublimi Iſraelis plantabo illum, & [29]ramum proferet,' ferétque fru-

te, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius'euellit:'& tranſportauit eam in Terram-Chanaā,'in vrbe'negotiatorum poſuit illam. Et tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine: vt firmaret radicem ſuper aquas multas, in ſuperficie poſuit illud. Cúmque germinaſſet, creuit in vineam latiorem, humili ſtatura, reſpicientibus ramis ei⁹ ad eam: & radices eius ſub illa erant. facta eſt ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emiſit propagines. Et facta eſt aquila altera grandis, magnis alis, multiſq; plumis: & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis ſui. Quæ'in terra bona ſuper aquas multas plantata eſt: vt faciat frondes, & portet fructum, vt ſit in vineam grandem. Dic, Hæc dicit Dominus Deus. Ergóne proſperabitur? Nónne radices eius euellet, &'fructus'ei⁹ diſtringet, & ſiccabit omnes palmites germinis eius, & areſcet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce, plantata eſt: ergóne proſperabitur? nónne cum tetigerit eam ventus vrens ſiccabitur, & in areis germinis ſui areſcet? Et factū eſt verbum Domini ad me, dicens, Dic ad domum exaſperātem, Neſcitis quid iſta ſignificēt? Dic, Ecce,'veniet'rex Babylonis in Ieruſalem: & aſſumet regem, & principes eius, & adducet eos ad ſemetipſum in Babylonem. Et tollet de ſemine regni, ferîétque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iuſiurandum. ſed & fortes terræ tollet: Vt ſit regnum humile, & non eleuetur, ſed cuſtodiat pactum eius, & ſeruet illud. Qui recedens ab eo, miſit nuntios ad Ægyptum, vt daret ſibi equos, & populum multū. Nunquid proſperabitur, vel conſequetur ſalutē, qui fecit hæc? & qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Domin⁹ Deus, quoniam in loco regis qui conſtituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & ſoluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructiōe vallorum, vt interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum, vt ſolueret fœdus, & ecce dedit manum ſuam. & cū omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Viuo ego, quoniam iuramentum quod ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius. ¶Et expandam ſuper eū rete meū, & comprehendetur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua deſpexit me. Et omnes profugi eius cum vniuerſo agmine ſuo, gladio cadent: reſidui autem in omnem ventum diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum. Hæc dicit Dominus Deus, Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum diſtringam, & plantabo ſuper mōtem excelſum & eminentē. In monte ſublimi Iſrael plātabo illud, & erumpet in germē, & faciet fru

¶ auulſit
¶ in vrbem
B
C
¶ fructum
Expoſitio parabolæ.
¶ venit
E
F
ſ. n. d. ſ. n. a.
Zorobabel regnaturus in Ieruſalē, nepos Iechoniæ
G

ad Nilum, qui irrigat Ægyptū immiſſus in agros per foſſas. ¶12 vel, è ſulcis ¶13 vel, In agro feraci. Sedecias erat in terra fluente lacte & melle, in qua poterat opes augere .i. ramos producere: & liberos gignere .i. ferre fructum: ſed non eſt conſilium contra Dominum. ¶14 ſub. Iſraeli. ¶15 ſub. aquila illa prior .i. Nabuchodonoſor, qui tranſtulit Iudæos, & percuſſit filios Sedeciæ. ¶16 Heb. non in brachio magno ¶17 ſub. opiniōe ſua firmiter. Vitis iſta putabat ſe firmiter ſtare, neque dimoueri poſſe loco. ¶18 vel, ſulcis ¶19 q. d. ſi non intelligant, explica. ¶20 vt ſcilicet eſſet rex, & penderet tributa. ¶21 .i. equites aliquot, & pedites multos. ¶22 cum aggeſta terra excitarit aggerē, & extruxerit machinam bellicam vt perdat ¶23 cuius ſcilicet contactu firmātur fœdera. ¶24 .i. meo nomine initum, & ictum inuocato nomine eius ¶25 ſub. vlciſcar. eſt enim apoſiopeſis. ¶26 & dedero illud in caput eius. Relatiuum pro antecedente, Retorquebo ictum illud in caput eius. ¶27 & diſceptem .i. oſtendam me ſumpſiſſe pœnas de illo. ¶28 .i. in omnes mundi partes ¶29 vel, ramos eleuabit .i. fiet arbor.

ctum, & erit in cedrum magnam:& habitabunt ſub ea oẽs volucres & vniuerſũ volatile,ſub vmbra frondium eius nidificabit. Et ſcient omnia ligna regionis quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime,& exaltaui lignũ humile, & ſiccaui lignum viride,& frondere feci lignum aridum.Ego Dominus locutus ſum,& feci.

CAP. XVIII.

Ab vnoquoq; pœnam peccati ſui eſſe portandam denuntiat.

Iere.31.e.

ET fact⁹ eſt ſermo Domini ad me,dicẽs. Quid eſt quòd inter vos parabol.i vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſrael?dicentes,Patres comederunt vuam acerbam,& dentes filiorũ obſtupeſcunt. ‖Viuo ego,dicit Dominus Deus,ſi erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Iſrael.Ecce omnes animæ,meæ ſunt : vt anima patris ita & anima filij,mea eſt: anima quæ peccauerit,ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſtitiam,in montibus non co-

Iuſtus.

B mederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idôla domus Iſrael. & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit,Et hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ‖panẽ ſuum eſurienti dederit,& nudum operuerit veſtimento,Ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit:ab iniquitate auerterit manum ſuam,& iudicium verum fecerit inter virũ & virum: "Et in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatem : hic iuſt⁹ eſt,vita viuet, ait Dominus Deus. Quòd ſi

Eſa.58.b.mat.25.c.

C genuerit filium latronem effundentem ſanguinem,& fecerit vnum de iſtis:& hæc quidem omnia non facientem,ſed in montibus comedentẽ, & vxorem proximi ſui polluentem : Egenum & pauperem contriſtantem,rapiẽtem rapinas,pignus non reddentem, & ad idôla leuantem oculos ſuos,abominationem facientem:Ad vſuram dantem & amplius accipientem nunquid viuet? non viuet:cum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur,ſãguis eius in ipſo erit. Quòd ſi genuerit filium,qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit,timuerit, & non fecerit ſimile eis:Super montes non comederit,& oculos ſuos non leuauerit ad idôla domus Iſrael,& vxorem

D proximi ſui non violauerit, Et virum non contriſtauerit,pignus non retinuerit,& rapinã non rapuerit,panem ſuum eſurienti dederit,& nudum operuerit veſtimento : A pauperis iniuria auerterit manum ſuam,vſuram & ſuperabundãtiam non acceperit, "& iudicia mea fecerit,& in præceptis meis ambulauerit hic non morietur in iniquitate patris ſui,ſed vita viuet.Pater eius quia calumniatus eſt,& vim fecit fratri, & malũ operatus eſt in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis, Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit,& fecit illa, viuet vita.

Deut.24.c. 4.reg.4.b. 2.par.25.b.

‖Anima quæ peccauerit,ipſa morietur:filius nõ

ctum, [10]eritque cedrus elegans,' habitabũtque ſub ea omne volatile , & omne pennatum, [11] in vmbra ramorum eius ſedebunt.' Scientque [12]omnia ligna agri quòd ego Dominus humiliauerim [13]arborem altam,'& altam fecerim arborem [14] humilem:' aréfecerim arborem viridẽ,& germinare fecerim [15]arborem aridam.'Ego Domin⁹ loquutus ſum,& feci.

CAP. XVIII.

FActus eſt ſermo Domini ad me,dicens,[1]Quæ hæc parabola quam vertitis inter vos,dicentes in terra Iſraelis.'Patres comederunt[2]labruſcam,'& dentes filiorum obſtupeſcunt.Viuo ego, dicit Dominus Deus,non erit inter vos vltra qui vtatur iſta parabola in Iſraele.Ecce[3]omnes animæ,' meæ ſunt: vt anima patris,ſic & anima filij,meæ ſũt:[&]anima quæ peccauerit, ipſa morietur.[4]Et vir ſi[5] fuerit iuſtus,'feceritque iudicium & iuſtitiam,' In montibus[6]non comederit,' oculos ſuos non ſuſtulerit ad idola domus Iſraelis,neque vxorem proximi ſui polluerit,ad mulierem menſibus immundam non acceſſerit , Et neminem læſerit, pignus ſuum debitori reſtituerit, rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit,atque nudum veſte operuerit, Ad fœnus nihil dederit, exceſſum [lucri] non acceperit,ab iniquitate retraxerit manum ſuam, [&] iudicium atque[7] veritatem fecerit inter virum & virum.In [8]ſtatutis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatẽ: iuſtus ille eſt, viuendo viuet,dicit Domin⁹ Deus. Si is genuerit filium [9]graſſatorẽ, effuſorem ſanguinis,qui deſignauerit[10]vnum ex illis: [11]Nullum autem ex his fecerit, quin potius in montibus comederit, vxorem proximi ſui contaminauerit,Pauperem & egenum læſerit, [12]rapinas rapuerit,pignus nõ reddiderit, [13]oculos ſuos ſuſtulerit[ad idola,] [14]abominationẽ fecerit,ad fœnus dederit, [15]exceſſum acceperit, [16]viuẽtne[ille?] Haudquaquã viuet, ſed propter cunctas abominationes iſtas quas fecit, certiſſime morietur,& ſanguis eius ſuper ipſum erit. Quòd ſi filiũ genuerit is,qui[17]viderit omnia peccata patris ſui quæ fecit:viderit inquam, & ſed non fecerit ſecundum ea. In montibus non comedit,oculos ſuos ad idola domus Iſraelis nõ attollit,vxorem proximi ſui non polluit, neminem lædit,pignus nõ retinet, [19]rapinã nõ rapit, panẽ ſuũ famelico dat,nudũ veſte operit, [20]Abſtinet à paupere manũ ſuã, fœnus & exceſſum non accipit,iudicia mea facit,& in ſtatutis meis ambulat: is ob iniquitatẽ patris ſui non morietur, ſed viuẽdo viuet. Pater vero eius ſi [21]calũniando calũniam fecerit: [22]rapinam à fratre rapuerit,& in medio populi ſui quod non bonũ fecerit:ecce [is]morietur[23]in iniquitate ſua. [24]Et dicitis,'Quare filius non portaret iniquitatẽ patris?quòd filius fecit iudiciũ & iuſtitiam, & cuſtodiuit omnia ſtatuta mea,fecitque ea,[ideo]viuendo viuet. [25]Anima quæ peccauerit,'ipſa morietur:[ideo]fi-

¶10 Forte per cedrum nobilem & elegantem intelligit Chriſtum , qui ex iis duxit originem.

¶11. i. omnes ſperabunt in Chriſto,& per eum ſeruabuntur. ¶12 Perſtat in metaphora : Arbores agri vocat reges Gentiũ.

¶13 hoc eſt Sedeciam qui inſurrexerat in dominum ſuũ Nabuchodonoſorem.

¶14 nempe Zorobabelem nepotem Iechoniæ captiui.

¶15.i.Iechoniã captiuum.

XVIII.

¶1 Hebr. Quid vobis, vt parabolice loquamini parabolam hanc de terra Iſrael,[dicẽdo]&c.i.quæ vos dementia cepit vt vtamini iſto prouerbio de Iſraele &c.tacitè dicat, ne vtamini poſthac hoc prouerbio:nã male vſurpatis.Rationem & cauſam euerſionis Ieruſalem deſcribit.

¶2 omphaca.i. Quare dicitis vos affligi ratiõe ſcelerum maiorum veſtrorum, non autem propter iniquitates veſtras? Oſtendã autem vos affligi merito,& propter peccata veſtra.Chaldæus paraph.ſic explicauit prouerbium in ſua verſione,Patres peccauerunt,& filij vapulant. ¶3 ratione ſcilicet creationis,& infuſionis.q.d. anima filij non eſt creata à patre,ſed à me.pater autem videtur quodammodo eſſe cauſa corporis.Ergo propter peccata patris non peribit morte æterna filius, neque pater ratione filii. ¶4 vl,Siquis ¶5.i.reddiderit vnicuique quod ſuũ eſt:& bona opera fecerit quæ iuſtũ demonſtrant. ¶6 ſub.idolothyta.i.non fuerit idololatra. ¶7 Veritatem facere,eſt ex fide & corde facere,vere, candide,non hypocritice. poteſt etiam exponi, bona fide fecerit. Ex Hebræo legendum, iudicium veritatis fecerit.i.iuſte iudicarit inter duos.Hæc pertinent ad omnes iudices. ¶8 vl,ceremonijs ¶9 vl,nebulonem, ¶10 vnum aliquod ex iſtis. ſub.malis ¶11 Non fecerit autem omnia illa.ſub.bona. ¶12.i.opes alienas ¶13 Oculos attollere, eſt animum ad rem aliquam adijcere. ¶14 Abominationem quidam intelligunt congreſſum cum menſtruata muliere laborante fluxu ſanguinis. ¶15 vl,vltra ſortẽ ¶16 Vita pro gratia Dei & omnibus bonis quæ ex hoc ſequũtur.Mors pro ira Dei & calamitate quæ ex hac venit. ¶17 vl,conſyderauerit.ſiue perpenderit ¶19.i.rem alienam ¶20 hoc eſt, debilem & infirmum non pulſat. ¶21 q oppreſſione oppreſſerit, ¶22 Hebr.rapinam fratris.i.rem fratris quæ rapta, appellatur rapina à fine.hoc eſt,abſtulerit quod eſt proximi. ¶23 vl,ratione iniquitatis ſuæ.ſub.& non alienæ. ¶24 Quòd ſi dixeritis, ¶25 Chaldæus paraph.Vir,vl homo qui peccauerit.

lius non[16] portabit iniquitatem patris, neq; pater portabit iniquitatem filij: sed iustitia iusti erit super eum, & impietas impij erit super eum. Quòd si auersus fuerit impius ab omnibus peccatis suis quæ fecit, & custodierit omnia statuta mea, feceritque iudicium & iustitiam:[17] viuendo viuet, & non morietur. Omnes præuaricationes eius quas fecit non commemorabuntur[18] ei, sed in iustitia sua quam fecit, viuet. Num desidero aut volo mortem impij, dicit Dominus Deus? An non magis vt se conuertat à vijs suis[malis,] & viuat? Et si iustus auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, iuxta oẽs abominationes quas fecit impius, fecerit, num is viuet? omnium iustitiarum suarum quas fecit nulla erit[19] recordatio:[10] in transgressione sua qua transgressus est, & in peccato suo quod peccauit, i his morietur. Et dixistis, Via Domini nõ est[11] æqua. Audite quæso domus Israelis, Num via mea non est æqua? an non potius viæ vestræ æquæ non sunt? Quũ auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, mortuúsque fuerit in[12] eis: in iniquitate sua quam fecit morietur. Sic quũ impius se auerterit ab impietate sua quam fecit, feceritque iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuam seruabit: Nempe[13] videns, conuertit se ab omnibus præuaricationibus suis quas fecit, viuendo viuet, non morietur.[14] Et dixerunt domus Israelis, Via domini non est æqua. An viæ meæ non sunt æquæ, ô domus Israelis? An non potius vestræ viæ æquæ non sunt?[15] Idcirco quenq; ex vobis iuxta vias suas iudicabo, ô domus Israelis, dicit Dominus Deus. conuertimini[igitur,] &[16] reducite ab omnib⁹ præuaricationib⁹ vestris: ne iniquitas vobis[17] offẽdiculo sit. Abijcite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. cur enim[18] moreremini domus Israelis? Quandoquidem non[19] delector morte morientis, dicit Dominus Deus.[40] auertite ergo & viuite.

CAP. XIX.

TV autem[fili hominis] sume lamentationem super principes Israelis, & dic, Cur mater tua leæna inter leones accubuit, [&] in medio leonũ educauit catulos suos? Effecit vt vnus ex catulis suis ascenderet, leũculúsque fieret, qui didicit diripere prædam, comedere homines. Audierunt de eo Gentes, & comprehensus est in fouea eorum, introduxerũtque eũ hamo in terram Ægypti. vidensque, ꝙ expectatum esset frustrataque esset spes eius: tulit vnum ex catulis suis, posuitque eum vt esset leũculus. Qui versatus inter leones, factus est leunculus,[10] assuetus rapto & præda, ac comedere homines.[11] Cognouit quoque viduas illorum, & ciuitates illorum vastauit: deuastata itaque est terra cum omnibus quæ in ea erant[13] à voce rugitus eius. Et[14] constitutæ sunt Gentes contra eum per circuitum ex regionibus, expanderúntq; super eũ rete suum, captúsque est in fouea eorum.[15] Concluserunt itaque eum, & hamis duxerunt eum ad regem Babylonis, atque introduxerunt eũ[16] in munitiones, vt non audiretur[17] rugit⁹ eius vltra

portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. omnium iniquitatũ eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Domin⁹ De⁹, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Si autẽ auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominatiões quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis, Nõ est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel, Nunquid via mea nõ est æqua, & nõ magis viæ vestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia quam operatus est morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertẽs se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet & non morietur. Et dicunt filij Israel, Nõ est æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnũquenque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum: & quare moriemini domus, Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

CAP. XIX.

ET tu fili hominis assume plãctũ super principes Israel, & dices, Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominémq; comedere. Et audierũt de eo Gẽtes, & nõ absq; vulneribus suis ceperũt eũ. & adduxerũt eũ i catenis in Terrã Ægypti. Quæ cũ vidisset quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare: Didicit viduas facere, & ciuitates earum in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerũt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eũ rete suum, in vulneribus earum captus est. Et miserunt eum in caueã, in catenis adduxerũt eũ ad regẽ Babylonis: miserúntq; eũ in carcerẽ, ne audiretur vox ei⁹ vltra

E

Resipiscẽti salus promittit.

Psal. 19. a.
J. 33. c.
Iusto se à via recta auertẽti mors prædicitur.

F

J. 33. d.

G

Viæ Dei.
Viæ hominis.

Ad pœnitentiã hortatur
matth. 3. a.

Benignitas Dei in peccatores.
J. 33. c.

Captiuitas Ioachaz & Ioacim per leũculos & leonem significatur.

B

¶ eorũ. malign.

C

¶16. i. nõ dabit pœnas fili⁹ pro iniqitate paterna: neque pater iustus luet pœnas ratione scelerũ filij iniusti: sed iust⁹ referet fructũ iustitiæ suæ, hoc est viuet ꝑpter iustitiã suam, & impi⁹ dabit pœnas propter iniquitatem propriã non alienam. ¶17 sub. i hoc mundo, neque morietur in altero. ¶18. i. in eius damnum. ¶19 sub. ad cõsequendam vitam æternam. ¶10 vl, propter transgressionẽ suã ¶11 Heb. librata, seu parata: acsi diceret, æquata ad æquilibriũ iustitiæ. i. non agit iuste cum illis Dominus. nõ ostendit se æquum in his. ¶12 propter illa: ¶13 vl, cõtemplans. sub. impietatẽ suã. ¶14 vl, Quòd si dixerit ¶15 quia scilicet sum iustus. ¶16 vl, auertite. quisque scilicet aliũ. aut faciem vestrã. Alij vertũt, cohortamini vos mutuo ad pœnitentiam. ¶17 in ruinã. ¶18. i. negligẽtia vestra committeretis vt moreremini? ¶19 vl, non opto mortẽ morituri. ¶40 vl, cohortamini ergo vos. sub. mutuo ad pœnitentiam.

XIX. ¶1. i. ostende vicem regum Israel tibi dolere. ¶2 Mater, est synagoga: leæna dicta propter nobilitatem. Leones: Reges Gentium. q. d. Olim synagoga citra vllum metum versabatur inter reges Gentium perinde atque leæna inter leones. Leunculi, sunt principes. ¶3. i. euexit ad regiam dignitatem. nempe Ioachaz filium Iosiæ, impium & crudelem. ¶4 non dicit fuisse leonem: ꝙ regnũ eius fuerit debile. ¶5 compedibus. siue catenis ¶6 sub. mater tua ¶7 vl, ꝙ diu in expectatione fuisset. Alij legũt, ꝙ perijsset. sub. spes. vt significet cõtrariũ expectatiõis: quo modo videtur interpretari Chaldæus paraph. ¶8 nẽpe Ioacimi qui rex dicitur à synagoga factus, ꝙ Pharao nõ instituerit eũ sine consensu populi qui q; ambulauit inter leones, nũc cũ rege Ægypti, nũc cũ rege Babel fœdus inĩẽs, & interim sæuiẽs i vicinos Moabitas & Ammonitas, & occidẽs ꝓphetas, & plurima alia mala faciẽs. ¶9. i. qui tamẽ fuit iferior regibus quibuscũ habuit cõmerciũ. ¶10 & sciuit rapto viuere, afflixitque ¶11. i. rem habuit cum viduis eorum quos interfecerat. Alij legunt cum Chaldæo paraph. & diruit arces eorũ. siue. palatia. ¶12. i. propter crudelitatem eius. ¶14 cõclamauerũt ¶15 Et posuerũt eũ in carcerẽ, in cõpedibúsque ¶16. i. vt ait Chaldæus paraph. iposuerũt ei collare ferreũ, & cõpedes. ¶17. i. vt destituat regno.

Sub metaphora vineæ euulſæ docetur calamitas ſynagogæ q̃ ſua culpa ſpoliata fuit ſe D gibus.

Oſee 13.d.

¶[v] in

Dominus negat ſe reſpõſurum rogãtibus, ob peccatũ ingratitudinis quod hic obiicit.

ſuper mõtes Iſrael. Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt: fruct⁹ eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominãtiũ, & exaltata eſt ſtatura eius inter frondes: & vidit altitudinem ſuam in multitudine palmitũ ſuorum. Et euulſa eſt in ira, in terrámque proiecta: & vẽtus vrens ſiccauit fructum eius: marcuerũt, & areſactæ ſunt virgæ roboris eius: ignis comẽdit eam. ¶Et nunc tranſplantata eſt in deſertũ, in terra inuia & ſitienti. Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructũ eius comẽdit: & nõ fuit i ea virga fortis, [v]ſceptrũ dominãtiũ. Plãctus eſt, & erit in planctum. CAP. XX.

Et factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima menſis: venerunt viri de ſenioribus Iſrael vt interrogarent Dominum, & ſederũt coram me. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis loquere ſenioribus Iſrael, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandũ me vos veniſtis? viuo ego quia non reſpondebo vobis, ait Dominus Deus. Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis? abominationes patrum eorum oſtende eis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, In die qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob: & apparui eis in Terra-Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens, Ego Domin⁹ Deus veſter: in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra-Ægypti, in terrã quã prouideram eis, fluentẽ lacte & melle, quæ eſt egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, Vnuſquiſque offenſiões oculorum ſuorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus

D veſter. Et irritauerunt me, noluerúntque me audire: vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum nõ proiecit, nec idola Ægypti reliquerũt: & dixi vt effunderem indignationem meam ſuper eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ-Ægypti. Et feci propter nomẽ meũ, vt non violaretur coram Gentibus, in quarũ medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de Terra-Ægypti. Eieci ergo eos de Terra-Ægypti, & eduxi eos in deſertum. ¶Et dedi eis Præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciẽs homo, viuet in eis. Inſuper & ſabbatha mea ¶dedi eis, vt eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos. Et irritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: ¶& ſabbatha mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos. Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus de quibus eieci eos in conſpectu earum. Ego igitur le

C uaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium:

Leuit.18.a. rom.10.a.

Sabbathum. exo.20.b.31.c. deut.5.b.

Exod.16.f.

in montibus Iſraelis. [18] Mater tua ſicut vitis in ſanguine tuo, quæ eſt plantata iuxta aquas, frugifera atque frondifera ab aquis multis. Et factæ ſunt ei virgæ fortes [19] cum ſceptris dominantium. exaltata eſt ſtatura eius [20] inter ipſas frondes, & viſa eſt [1] in altitudine ſua, in multitudine palmitum ſuorum. Euulſa eſt [21] in furore, & abiecta in terram, & ventus orientalis exiccauit [21] fructũ eius. conuulſæ atque areſactæ ſunt virgæ fortitudinis eius, ignis abſumpſit eas. Et nũc plantata eſt in deſertum, in terra [24] ſqualida & ſitienti. Egreſſúſq; eſt ignis de [25] virga ramorũ eius, & deuorauit fructum eius, ita vt non eſſet in ea virga fortis, & ſceptrũ ad dominãdũ. Hæc eſt [26] lamẽtatio, & erit lamẽtatio. CAP. XX.

Factum eſt anno ſeptimo, quinto [menſe,] decima [die] menſis, venerunt viri ſeniores Iſraelis conſulturi Dominum, & ſederũt corã me. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicendo, Fili hominis loquere cum ſenioribus Iſraelis, & dic ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Num ad conſulendum me vos veniſtis? Viuo ego, non quærar vobis, dicit Domin⁹ deus. An nõ iudicabis eos, an non [2] iudicabis fili hominis? abominatiões patrũ eorum indica illis. Et dic ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Eo die quo [3] elegi Iſraelẽ, & [4] leuaui manum [5] ſuper ſemen domus Iacob, & cognit⁹ ſum eis in terra Ægypti, & leuaui manum meã [6] ſuper eos, dixi, Ego Dominus Deus veſter. Eodem [inquam] die [7] leuaui manum meam [6] ſuper eos, vt educerem eos de terra Ægypti, in terrã quã [8] explorauerã eis, fluentẽ lacte & melle, & quæ [9] elegantiſſima eſt omniũ terrarũ. Tum dixi ad eos, Singuli [10] abominatiões oculorum ſuorum abijcite, & in idolis Ægyptiorum ne polluamini, ego Domin⁹ de⁹ veſter. Ipſi vero rebelles fuerunt contra me, neque voluerunt mihi auſcultare, nec abiecerunt ſinguli [10] abominationes oculorum ſuorum, neque [11] abiecerunt idola Ægyptiorum. [12] Dixi ergo vt effunderem iram meam ſuper eos, & perficerem furorẽ meũ in eis in medio terræ Ægypti. At propter nomen meum feci, [13] ne prophanaretur coram oculis Gentiũ, inter quas ipſi erant, [14] apud quas & in quorũ oculis cognit⁹ ſum illis, vt educerẽ eos de terra Ægypti. Eduxi itaque eos de terra Ægypti, & introduxi eos in [15] deſertũ, Dediq; eis ſtatuta mea, atque iudicia mea indicaui eis, in quib⁹ homo, ſi ea fecerit, [16] viuet. Sed & ſabbata mea dedi eis, quæ eſſent [17] ſignum inter me & inter eos, vt ſcirent q̃ ego Dominus qui ſanctifico eos. Et exacerbarunt me domus Iſraelis in deſerto, in ſtatutis meis non ambulauerunt, iudicia mea abiecerunt, in quibus homo, ſi ea faceret, viueret, & ſabbata mea admodum prophanarunt. Tũ [18] decreui effundere æſtum meum in eos in deſerto, vt eos funditus perderem. Attamẽ feci [19] propter nomen meum, vt non prophanaretur [20] in oculis Gẽtium, in quarũ oculis eos eduxerã. [21] Leuaui itaque manũ meam [6] ſuper eos in deſerto, [22] ne introducerẽ eos in terrã quã dedi [eis] manãtẽ lacte & melle, [23] & quæ elegãtiſſima eſt omniũ terrarũ,

¶18 Matrẽ, vocat ſynagogã; Sanguinẽ vero, ſtirpem regiam. Synagoga propter ſtirpem regiã in magna fœlicitate erat. ¶19 Tũc erant quãplurimi in ſynagoga de ſtirpe regia. ¶20 ſupra ramũ qui mediũ locum tenet in arbore, qui omnium eſt altiſſimus. ¶21 ſub. ſupra alias. ¶22 vl, per iram. ſub. Dei. ¶23 Virtis: Sedecias. Fructus: filii eius. Ignis: afflictio. ¶24 Heb. ſiccitatis & ſitis. i. in regione ſicca, arente & ſitiẽte. ¶25 trũco. Sedecias fuit cauſa calamitatis ſuorum: neque vllus fuit ſupſtes ſuis ex filijs qui ei poſſet ſuccedere. ¶26 vl, plãctus eſt, & erit in planctũ. i. querimonia eſt in hac ꝓphetia, & ita eueniet vt hic ꝓdicit.

XX.

¶1 Hoc eſt, non reſpõdebo vobis. Vel, quandoquidẽ hypocritæ eſtis, nolo vt me quæratis. Hebraice autẽ ſic legit, ſi [cõſuleius] reſpõdero vobis. ſub. ne credite mihi poſthac. i. non reddam vobis reſpõſa. ¶2 Repetitio ad monendũ prophetã. Viſne (inquit) eos iudicare propter iniquitatẽ? q. d. nõ potius debes eos inuitare ad reſipiſcẽtiam, & docere eos ab initio ſcelera parẽtum? ¶3 ſub. mihi in populum. Exod. 1. & 2, quum miſſus eſt ad eos Moſes. ¶4 Leuare manũ, geſtus eſt iurantis. Poteſt etiã geſt⁹ eſſe eius qui potentiã & robur ſuũ exerit. Adhæc, leuat manũ qui percutit & punit. Hæc tria ſignificata in hoc capite reperiũtur. Deinde Retrahit manũ, quũ à puniẽdo ceſſat. ¶5 ſemini ¶6 illis ¶7 more ſcilicet eius qui iureiurãdo aliquid confirmat. ¶8 vl, ꝓuiderã ¶9 deſiderabilis (vl, deſideriũ) eſt [incolis] omniũ [aliarũ] regionũ. ¶10 abominationes oculorũ populi vocat idola quæ colebat popul⁹ Iſrael. ¶11 dereliquerũt ¶12 vl, Statui ergo effundere ¶13 i. ne iminueretur nomẽ meũ ¶14 Heb. quib⁹ innotui illis [Iſraelitis,] in oculis eorũ. ſub. gẽtiũ. q. d. ꝓphetæ mei annũtiauerãt ſalutẽ Iſraeli palàm & ſpectãtib⁹ Gẽtib⁹. ne ergo viderer nõ potuiſſe meos liberare, ſuſtinui eos, & vſus ſũ miſericordia erga eos. ¶15 Miraculi loco dixit i deſertũ: vt mirũ fuerit quomodo potuerint abũdare neceſſariis. ¶16 i. nõ morietur. nã ſunt quæ mortẽ inferũtur. Latini ſic interpretãtur. Hebræi vero de vita æterna itelligũt. q. d. qui adimpleuerit hæc præcepta credẽs i Chriſtũ vẽturũ, viuet vita æterna. Sic hoc modo etiã Chaldæus paraph. ¶17 amoris ſcilicet, & reconciliationis. ¶18 Heb. dixi ¶19 i. ne nomẽ meũ male audiret apud Gentes. ¶20 i. apud Gẽtes, quibus ſpectãtibus eos &c. ¶21 Quin etiam leuaui. i. iuraui eis attollẽdo manũ meã. ¶22 q̃ nõ itroducerẽ ¶23 Heb. deſideriũ oĩm terrarũ. i. omniũ terrarũ prima.

¶24.i. colunt idola. ¶25 ſub. quos interfeceram propter inobedientiā. non interfeci eos ad internecionem. nam ſi lij ſuperfuerūt patribus interfectis. ¶26.i. ne imitemini parentes. ¶27 Iudicia p inſtitutis ¶28 Qui ſabbathū obſeruat, ſanctificat.

¶29 vl, vt ſciāt [oēs] ¶30 Hic Leuare manū ſuper aliquē, p minitari illi. ¶31 vl, leges non bonas .i. aſperas. q.d. Permiſi vt gētes acerbe & duriter tractarent captos: quandoquidē meas leges reiecerāt. Hebræi per ſtatuta nō bona, ſiue leges malas intelligūt tributa quæ Gentes victrices imponebant, & quæ Iudæi quotānis pēdere cogebātur, & alia onera atq; leges, ſub quibus ſeruiebāt Gētibus. Nolebāt parere legibus ad ſalutē datis: ideò cogebantur ferre leges malas, quas Dominus per Gentes impoſuit, qualis eſt q iuxta morem Gentiliū filios ſuos etiā primogenitos, qui Dei erant]per ignem traducebant in honorem idoli Moloch. Vnde Deus prouocatus, eos deuaſtare conſtituit, vt mox hic ſequitur. ¶32 ſub. vita iſta temporali, ſed potius langueſcent. ¶33.i. ſubtraxi gratiam meam, & permiſi eos pollui. ¶34 per oblationes ſuas, transferendo omne aperiens vuluam.i. quum tranſire fecerunt omnem primogenitum ſuum per ignem, hoc eſt explarunt igne idolorum omne primogenitum. ¶35 quia ſcilicet fuerunt idololatræ. ¶36 vl, probris affecerunt me. ſub. præter alias abominationes. ¶37.i. pro qua iurauεram ¶38 hoc eſt, oblationes quibus Deum ad iram prouocabant. ¶39 q.d. ego conſtitui vobis locum vbi ſacrificaretis nomini meo: & quis igitur præcepit vobis facere excelſa, & ſacrificare ibi, niſi q à Gentibus hoc didiciſtis? Eſt autē B A M A, vox Hebræa, pro qua excelſum vertunt Latini, proprie altare valde excelſum ad quod per gradus aſcendebatur: aut q talia altaria in montibus excelſis extruebantur. ¶40.i. Excelſum ¶41 vl, more patrū &c. acſi dicat. Nōnne imitamini idololatriam & alia ſcelera maiorū veſtrorū? interrogatio vehementer affirmat. ¶42 cū traducitis ¶43 cō ſultus reſpondebo vobis &c. q.d. Nunquid quum polluatis vos idololatria, debeo reſpondere vobis? acſi dicat, non. ¶44 non conſultus reſpondebo vobis. ¶45 Heb. Quod autem aſcendit in animum veſtrum.i. quod animo concipitis, aut cogitatis. ¶46 vl, colendo idola lignea & lapidea. ¶47 acſi dicat, non patiar vos deficere à me, ſed nolentes continebo in officio. ¶48 inter quas ſcilicet eſtis captiui.

Eo q iudicia mea repudiarunt, & in inſtitutis meis non ambularunt, atque ſabbata mea prophanarunt: ſiquidem [24]cor eorum graditur poſt idola ſua.' Pepercit tamē eis oculus meus ne perderem eos, neque eos conficerem in deſerto. Ad filios vero [25]eorum' in deſerto dixi, [26]In ſtatutis patrum veſtrorum nolite ambulare,' & [27]'iudicia' eorum nolite cuſtodire, neque polluamini in idolis eorum. Ego Dominus Deus veſter, ambulate in inſtitutis meis, & cuſtodite [27]iudicia' mea, atque facite ea, ſabbata mea [28]ſanctificate,' vt ſint in ſignum inter me & inter vos, [29]vt ſciatis' q ego ſum Domin⁹ Deus veſter. At filij quoque exacerbarunt me, in inſtitutis meis non ambularunt, iudicia mea non cuſtodierunt vt ea facerent, (in quibus homo, ſi ea fecerit, viuit) ſabbata quoque mea prophanarunt. Tum decreui effundere furorem meum ſuper eos, conſummarēque in eis iram meam in deſerto: Verū retraxi manum meā, idque feci propter nomē meū, vt non prophanaretur in oculis Gentium, corā quarum oculis eos eduxeram. Rurſum ergo [30]leuaui manum meam ſuper eos' in deſerto, vt diſſiparem eos inter Gentes, & diſijcerem eos in nationes, Eo q non feciſſent iudicia mea, & q repudiaſſent ſtatuta mea, ſabbatáque mea prophanaſſent, oculique eorum eſſent [intenti] poſt idola patrum ſuorum. Et ego dedi eis [31]ſtatuta non bona, & iudicia in quibus [32]non viuent. [33]Pollui quoque ipſos [34]in muneribus ſuis, quum traducerent omne primogenitum' vt vaſtarem eos, [&] vt ſciant q ego ſum Domin⁹. [35]Propterea' fili hominis loquere ad domum Iſraelis, & dic ad eos. Sic ait Dominus Deus, Adhuc & in hoc [36]blaſphemauerunt' me patres veſtri, dum præuaricando præuaricarentur in me. Quum enim introduxiſſem eos in terram, [37]ſuper quam leuaueram manum meam,' vt eam darem eis, & illi vidiſſent omnem collem excelſum, atque omnem arborē frondoſam, immolauerunt ibi ſacrificia ſua, dederúntque ibi [38]irritationem muneris ſui,' ponētes ibi odorem ſuaueolentiæ ſuæ, & libantes ibi libamina ſua. Et dixi ad eos, [39]Quid excelſū [eſt] quò vos conuenitis?' Itaque vocatum eſt nomen eius [40]Bama' vſque in hodiernum diem. Idcirco dic ad domum Iſraelis, Sic dicit Dominus Deus, An non [41]in via' patrum veſtrorum polluti eſtis, & poſt idola eorum vos ſcortamini? Quū enim offertis munera veſtra, [42]vt traducatis' filios veſtros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis veſtris vſque in hunc diem, & ego [43]quærerer à vobis,' ô domus Iſraelis? Viuo ego, ait Domin⁹ Deus, [44]non quæram à vobis. [45]Et quod in animū veſtrum aſcendit,' omnino non fiet, quū vos dicitis, Erimus quemadmodum Gentes, ſicut familiæ nationum, vt [46]colamus lignum & lapidem.' Viuo ego, dicit Dominus Deus, ſi non manu valida, brachio extento, & furore effuſo [47]regnaturus' ſim ſuper vos. Et educam [48]de Gentibus, & colligam vos de terris in quas diſperſi eſtis, per manum fortem, & brachium extentum, atque

Quia iudicia mea proiecerūt, & i præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerūt: poſt idôla enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper eos, vt non interficerē eos: nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autē ad filios eorum in ſolitudine, In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorū cuſtodiatis, nec in idôlis eorum polluamini. Ego Dominus Deus veſter, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea. Et ſabbatha mea ſanctificate, vt ſint ſignum inter me & vos: & [y]ſciatur' quia ego ſum Domin⁹ Deus veſter. Et exacerbauerunt me filij, & in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non cuſtodierunt, vt facerent ea: quæ cū fecerit homo, viuet in eis: & ſabbatha mea violauerunt. & cōminatus ſum vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum vt non violaretur coram Gentibus, de quibus ieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: eo quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbatha mea violaſſēt, & poſt idôla patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: Et pollui eos in muneribus ſuis cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta ſua. & ſcient quia ego Dominus. Quam ob rem loquere ad domum Iſrael fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blaſphemauerunt me patres veſtri, cum ſpreuiſſent me contemnētes: & induxiſſem eos in terram ſuper quam leuaui manum meam vt darem* eis: viderunt omnem collem excelſum, & omne lignum nemoroſum, & immolauerunt ibi victimas ſuas: & dederunt ibi irritationē oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. Et dixi ad eos, Quid eſt excelſū ad quod vos ingredimini? Et vocatum eſt nomen ei⁹ Excelſum, vſque ad hanc diē. Propterea dic ad domum Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Certe in via patrum veſtrorum vos polluimini, & poſt offendicula eorum vos fornicamini: Et in oblatione donorum veſtrorum, cum traducitis filios veſtros per ignem, vos polluimini in omnibus idôlis veſtris vſque hodie: & ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non reſpōdebo vobis. Neque cogitatio mētis veſtræ fiet, dicentium, Erimus ſicut Gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et educā vos de populis: & congregabo vos de terris in quibus diſperſi eſtis, in manu valida & in brachio extēto,

¶[y] ſciatis

D

Præcepta nō bona.

¶* illam

E

Excelſum.

Reditū à captiuitate promittit Dominus populo.

¶[40] Deus

¶[41] induxero

Per falſũ exu rẽdum, incẽ dium vrbis ſi gnificatur.

¶[42] Ha,ha,ha,

Minatur gla dium,hoc eſt cladẽ vrbi Ie roſolymitanæ.

& in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et addu-
cam vos in deſertum populorum, & iudicabor
F vobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio con-
tẽdi aduerſum patres veſtros in deſerto Terræ
Aegypti: ſic iudicabo vos, dicit Dominus[40]. Et ſub
ijciam vos ſceptero meo, & inducam vos in vincu
lis fœderis. Et eligam de vobis tranſgreſſores &
impios, & de terra incolat[us] eorum educam eos,
& in terram Iſrael non ingredientur: & ſcietis
quia ego Dominus. Et vos domus Iſrael, Hæc di-
cit Dominus Deus, Singuli poſt idôla veſtra am
bulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc nõ audie-
ritis me, & nomen meum ſanctum pollueritis
vltrà in muneribus veſtris & in idôlis veſtris: in
monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait
Dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis dom[us] Iſ
rael, omnes, inquam, in terra in qua placebunt
mihi: & ibi quæram primitias veſtras, & initiũ
decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificatio
nibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiã vos,
cũ eduxero vos de populis, & congregauero vos
de terris in quas diſperſi eſtis: & ſanctificabor in
G vobis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego Do
minus, cũ[41] eduxero vos ad terrã Iſrael, in terram
ꝑ qua leuaui manũ meã vt darẽ eã patribus ve-
ſtris. Et recordabimini ibi viarũ veſtrarũ, & om-
niũ ſcelerũ veſtrorũ, quib[us] polluti eſtis in eis: &
diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in oibus
malitijs veſtris quas feciſtis. Et ſcietis quia ego
Domin[us], cũ benefecero vobis ꝑpter nomẽ meũ,
& non ſecundum vias veſtras malas, neque ſecũ
dum ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait Do
min[us] Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me,
dicens, Fili hominis, pone faciem tuam contra
viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricum, & propheta
ad ſaltum agri meridiani. Et dices ſaltui meri-
diano, Audi verbum Domini: hæc dicit Domin[us]
Deus, Ecce ego ſuccendam in te ignem, & cõbu-
ram in te omne lignum viride, & omne lignũ
aridum: nõ extinguetur flamma ſuccenſionis: &
comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſque
ad Aquilonem. Et videbit vniuerſa caro quia e-
go Domin[us] ſuccẽdi eã, nec extinguetur. Et dixi,
[42] A, a, a, Domine De[us]: ipſi dicũt de me, Nũquid nõ
per parabolas loquitur iſte?

C A P. X X I.

Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens. Fi
li hominis, pone faciem tuam ad Ieruſalẽ,
& ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humũ
Iſrael. Et dices terræ Iſrael. Hæc dicit Dominus
Deus, Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum
de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impiũ.
Pro eo autem quòd occidi in te iuſtũ & impiũ,
idcirco egredietur gladi[us] me[us] de vagina ſua ad
omnem carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonẽ:
Vt ſciat omnis caro quia ego Domin[us] eduxi gla
dium meum de vagina ſua irreuocabilem. Et tu
fili hominis ingemiſce in contritione lumborũ,
B & in amaritudinibus ingemiſce corã eis. Cũque
dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu:
quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur

[49] In effuſo furore.' Et adducam vos in [50] deſertũ populorũ,' & [51] diſceptabo vobiſcũ illic facie ad faciem: Quemadmodum diſceptaui cũ patribus veſtris in deſerto terræ Aegyptiacæ, ſic diſcepta bo vobiſcum, dicit Dominus Deus. [52] Et tranſire vos faciam ſub virga, atque ducam vos [53] in vinculis fœderis.' Et [54] repurgabo' ex vobis rebelles, & tranſgreſſores contra me, de terra habitationis eorum educam eos: & ad terram Iſraelis nul lus veniet, ſcietiſq; quia ego Dominus. Et vos domus Iſraelis ſic [55] dicit Dominus Deus, [56] Singuli ite' poſt idola ſua, & colite [illa,] quandoquidẽ mihi obtẽperare non vultis, & nomen meũ ſanctũ [57] non polluetis' vltra muneribus veſtris & idolis veſtris, Quoniã in monte ſancto meo, in [58] mõte excelſo' Iſraelis, dicit Dominus Deus, ibi ſeruiẽt mihi vniuerſa domus Iſraelis, tota inquã ipſa, [59] i terra,' ibi [60] beniguiter eos cõplectar,' & ibi re quiram [61] thruma veſtrũ,' & primitias donorum veſtrorũ i omnib[us] ſacris veſtris. [62] In odore ſuaueolẽti benigniter vos cõplectar,' quũ eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas diſperſi eſtis, & [63] ſanctificabor in vobis coram oculis Gentiũ,' Scietiſque quia ego Domin[us], quũ induxero vos in terrã Iſraelis, in terram ſuper quã [64] leuaui manũ meam,' vt darẽ eam patribus veſtris. Et recordabimini ibi viarum veſtrarũ, atque cunctorum [65] ſtudiorum' veſtrorum in quib[us] polluti eſtis, & rubore perfũdemini in faciebus veſtris ꝑpter cũcta flagitia veſtra quæ deſignaſtis. Et ſcietis quia ego Domin[us], quũ [66] egero vobiſcũ propter nomẽ meũ, & nõ iuxta vias veſtras malas, & ſecũdũ ſtudia veſtra corrupta domus Iſrael, dicit Dominus Deus. ¶ Factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam ad viam auſtralẽ, & [67] ſtilla' verſus Meridiem, atque vaticinare [68] ſuper ſaltũ' agri auſtralis, Dicẽſque ad ſaltum auſtralẽ, Audi verbũ Domini, ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego [69] accendo' in te ignem qui deuorabit in te [70] omne lignum viride,' & omne lignũ aridũ: non extinguetur flãma [71] inflãmata,' ſed adurẽtur [72] iuxta eã' omnes facies à Meridie vſq; ad Aquilonẽ. Et [73] videbit omnis caro' ꝙ ego Domin[us] icẽdi eũ, nec [74] extinguet.' Et dixi, Ah Domine De[us], ipſi [75] dicũt mihi,' An nõ [76] in parabolis loquitur iſte?'

C A P. X X I.

Et factũ eſt verbum Domini ad me dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam verſus Ieruſalẽ, & [1] ſtilla' ſuper [2] ſãctuaria,' & vaticinare ſup terrã Iſraelis. Et dic terræ Iſraelis, Sic dicit Domin[us], En ego cõtra te, & [3] extrahã gladiũ meũ' è vagina ſua, & excindã ex te iuſtũ & impiũ. [4] Quãdoquidẽ ergo excindã ex te iuſtũ & impiũ, idcirco' egredietur gladius me[us] de vagina ſua cõtra omnẽ carnẽ, à Meridie ad Aquilonẽ: Et ſciet omnis caro ꝙ ego Domin[us] qui extraxi gladiũ meũ de vagina ſua, nõ [5] reuertetur vltra.' Et tu fili hominis, ingemiſce in [6] cõtritione' lũborũ, & in [7] amaritudine' ingemiſce corã oculis eorũ. Quòd ſi dixerint ad te, Cur tu ingemiſcis? dic, Propter [8] rumorem:' venit enim & liqueſiet omne cor, & [9] remittent'

¶49 vl, animo maxime cõcitato. ¶50 hoc dicit ꝙ ſit deſertũ iter Chaldæã & Iudæã.

¶51 Heb. iudicabor vobiſcum. .i. expoſtulabo vobiſcum, cõtẽdam & diſceptabo. Chaldæus paraph. vlciſcar de vobis. ¶52 .i. reddam vos mihi ſubiectos.

¶53 vl, in vinculũ fœderis. .i. feriam vobiſcũ fœd[us] quẽadmodum feci cum patribus veſtris ¶54 vl, ſeligam

¶55 ſub. de vobis. ¶56 Videtur hæc à Deo dicta ironice, vel ad comminationem. q.d. Colite idola, & videbitis quid vobis accidet. Nolite poſthac donis veſtris ꝓphanare nomẽ meum: malo vt manifeſti ſitis idololatræ, quàm vt iſta ſimulatione veſtra mihi ignominiam inuratis.

¶57 nolite violare ¶58 Eccleſia mons altus & ſanctus dicitur à dignitate. ¶59 ſub. noua. ¶60 vl, beneuolentia proſequar.

¶61 oblationes veſtras.

¶62 vl, Propter oblatum mihi ſuauem odorẽ, proſequar vos fauore & beneuolentia. ¶63 .i. Gẽtes laudabũt me ꝑpter liberationẽ veſtrã. ¶64 more ſcilicet iurãtis. ¶65 Chaldæus paraph. operũ ¶66 ſub. miſericorditer ¶67 Capitur hic ſtillare ꝓ loqui. Vnde Chaldæus paraph. vertit, vaticinare. nã ſermo ſimilis eſt pluuiæ. quæ ſimilitudo vſurpata eſt multis locis. Iubet autem faciẽ vertere verſus Meridiẽ, ꝙ terra Iuda fere ad Meridiẽ ſit reſpectu Chaldææ i qua erat ꝓpheta. ¶68 vl, de ſaltuus. Saltus, eſt Ieruſalẽ in qua ſunt boni & mali ꝓmiſcui, vt in ſaltu arbores virides & ſiccæ. Auſter autẽ eã partẽ ſignificat quæ oppoſita Chaldæo, eſt Meridionalis: ea autẽ eſt Terra ſãcta, in qua eſt Ieruſalẽ. ¶69 vl, accẽdã ¶70 vl. oẽs arbores virides, & oẽs arbores aridas. i. oẽs viros bonos & malos. ¶71 Heb. flãmæ. i. flãma ꝑpetua, cũ ſuccedit vni flãmæ alia flãma. ignis cõtinuus. Afflictionẽ diuturnã ſignificat. ¶72 in ea. i. videbũt cõburi i te oẽs facies captiuorũ præ rubore & ignominia, à Ieruſalẽ vſque ad Chaldæam. ¶73 vl, intelligẽt oẽs homines ¶74 donec ſcilicet fecero quæ ſtatui. ¶75 vl, dicere ſolẽt de me, ¶76 ſub. & nõ ꝓphetiã. q.d. Excuſabũt ſe nõ itelligere ꝙ obſcuris verbis dico. X X I ¶1 Vide nu. 67. cap. ꝓcedẽtis. ¶2 Plurali vtitur, ꝙ in tẽplo tres eſſẽt partes. ¶3 .i. exercitũ è Chaldæa armatũ. Dixerat pri[us] in genere ignẽ: nũc ſpecialiter dicit gladiũ. ¶4 Propterea ꝙ exciderim à te iuſtũ & ipiũ. Subaudi, vicini lætati ſũt: idcirco & ego eos quoq; affligam. ¶5 ſub. in vaginã ſuam antequam fecerit voluntatem meã. ¶6 vl, cõfractione. i. geme quaſi eſſes animo contrito & afflicto. ¶7 ſub. animæ. ¶8 ſub. aduẽtantis exercitus. ¶9 vl, remiſſæ erunt

¶19 ſub. bellatorū, ¶20 vl, cōcidet ¶21 i. perfūdētur ſudore aut lotio præ metu & trepidatione. Alij vertunt, vertentur in aquam. præ ſudore ſcilicet ex trepidatione proueniente. Alij, ibunt [ſtāquam] aquæ. i. trement inſtar aquæ agitatæ. ¶22 ad terrorem ſcilicet. ſolet enim ſplendor enſis politi terrere hoſtes. ¶23 vl, Quomodo gaudebimus [ſub. de gladio iſto] tribum filij mei abijciéte, [&] omnem arborē? vl, Quomodo gauderemus, [quum hic gladius paratꝰ ſit] ad perdendam tribū filij mei, [&] omnem arborē? q. d. nequaquā gaudendum, quaſi gladius ſtringendus ſit in hoſtes. quū magis in tribū filij mei Iuda ſæuiturꝰ ſit, quàm i oēs reliquas alias gētes. Oratio cōciſa, q̃ pturbato ſit aīo. Prophetæ alios vocāt filios ſuos, q̃ locū doctoris habeāt. ¶24 ſub. ab hoſte. ¶25 ſub. Deꝰ i manū Nabuchodonoſor iterfectoris. ¶26 percute. more ſcilicet dolentium. ¶27 probatio. ſub. erit hic gladius. i. Deus mittet hunc gladium ad probandum ſuum populum, an malis iſtis reſipiſcat. immittet gladium populo ſuo: vt hac ratione illum probet. ¶28 & quid [accidet] ſi etiam tribum [Iſrael] ſpernet [gladius] non erit [vlla probatio,] dicit Dominus Deus. Quid ſi (inquit) Dominus nolet affligere populum ſuum gladio, vt nec affligit alias gētes: hoc pacto nulla re probaret populum ſuum, nec inuitaret ad reſipiſcentiam. Omnino autem accidet vt percutiatur populus hic: vt hoc pacto probetur an velit reſipiſcere, ſimul vt ad reſipiſcendum inuitetur. ¶29 i. mœroré & triſtitiam præ te ferendo. ¶30 i. non ſemel, ſed iterum atque iterum feriat ¶31 Hoc eſt, quo multi interficientur. ¶32 quo ſcilicet interficientur magnates & viri principes. ¶33 qui verſabitur in cubiculis illis. i. occidet ciues latitantes. Alij vertunt, qui hactenus delituit in cubiculis. hoc eſt, gladius adhuc illis perituris incognitus. Chaldæus paraph. vertit, gladius qui commouet, ſiue terret & ſtupefacit eos. ¶34 Heb. & multiplicentur offendicula ¶35 vl, ponam laminam enſis. Chaldæus paraph. vertit, cædem enſis. ¶36 vt ſcilicet fulgore ſuo metum incutiat. ¶37 hoc eſt, inſertus & cōditus capulo aut manubrio, vt teneri poſſit. Alij vertunt, exacutus eſt ad cædem. ¶38 Hebraice ad verbum, Vni te. i. verte te. & mane ex vno latere, ad dexteram pone [faciem tuam, aut] ad ſiniſtram, quò facies tua conſtituta eſt. ſiue præparata. Propheta videtur videre enſem ſeſe modo ad dexteram, modo ad ſiniſtram partem mouētem. propterea dicit, O enſis verte te ad vnū angulum. i. perſiſte conuerſus ad vnū latus, ſiue dexterum ſiue ſiniſtrum: quare facies tua modo ad ſiniſtrā, modo ad dexteram vertitur? ¶39 vl, percutiam manum ad manū. Nam doleo vicem populi indurati: ſed poſtquā eā percuſſero, finē faciā. q. d. nolo mortē peccatoris. ¶40 ſub. quæ præſtabo. ¶41 per quarū ſcilicet alterā veniat exercitus. Explicat ſuperiorē prophetiā de excidio Ieruſalē ſub Sedecia. ¶42 elige locū in capite viæ vrbis, elige in quā. Viæ, pro viarum. quæ ducūt ad vrbē. Delige tibi locū in quo cōiungātur & coeāt illæ duæ viæ. Caput viarū vocat, locū in quo viæ cōiungūtur. ¶43 qui habitat in Ieruſalē munita. vel forti. ¶44 diuinet diuinationē. i. vt ſortiatur verā viā ineat. ¶45 terſit tela. i. ferrū telorū, vt ſplenderet, in eōque ſplēdore cernerēt diuinatores, vt aſpicere ſolēt in vngue pollicis manus ſplēdētē. Alij vertūt, iecit ſagittas. ac volare fecit in aere, vt videret in quā partē caderēt, & verſus eā dirigere exercitum. Ita etiā trāſtulit Chaldæus paraph. ¶46 cōſuluit idola ſua, inſpexit exta. ¶47. i. per ſortes ſuas intellexit ineundā eſſe viā quæ ferebat verſus Ieruſalē. ¶48 vl, duces ad aperiendū os in cædē. i. qui adhortētur milites ad cædē hoſtiū. ¶49 vocē in vociferatione. i. vocē exaltet terrētē hoſtē. ¶50. i. nō crediderūt Chaldæos aduentare. Alij interpretātur de Chaldæis. acſi dicat, Chaldæi putabāt ſe illudi illis diuinationibus. Et erit illis Chaldæis illa diuinatio quaſi diuinatio mēdax: quia iurauerāt eis Ieroſolymitani. ¶51 vl, qui iurauerant iuramēta illis. Iudæi nō credebāt Chaldæos vēturos: quoniā fœdus inierāt cū Chaldæis, quod tamē fregerat Sedecias. ¶52 Is. videlicet Nabuchodonoſor. Alij vertūt, Et hæc res i memoriā &c. Id eſt, hæc diuinatio reducit Chaldæis in memoriā perfidiā Sedeciæ, propter quā expugnabit Ieruſalē. polluerat enim nomē Dei per quod iurauerat,

cunctæ [19]manus, & [20]mœrore replebitur' omnis ſpiritus, & omnia genua [21]fluent aquis:' ecce venit & fiet dicit Dominus Deus. ¶ Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, vaticinare & dic, Sic ait Dominus Deus. Dic [inquam] gladius, gladius exacutus, & etiam expolitus eſt, Vt victimam mactet exacutus eſt, vt [22]ſplendeat' politus eſt. [23]Aut gaudebimꝰ virga eſt filij mei reſpuens omne lignum.' Et dedit eum ad expoliendum, vt manu [24]prehendatur,' ipſe eſt exacutus gladius, & idem politus, vt [25]det eum in manum interfectoris.' Clama & eiula fili hominis, quia hic erit in populo meo, hic [ſtringetur] in omnes principes Iſraelis, pauores ingruent ab hoc gladio in populum meū: idcirco [26]plaude ſuper' femur tuū. Quoniam [27]'explorator' eſt, [28]& quid ſi virga reprobans non eſſet, dicit Dominus Deus? Et tu fili hominis vaticinare, & [29]complode manus,' [30]duplicetúrq; gladius, quin triplicetur gladius [31]'interfectorum,' is eſt gladius [32]cædis magnæ, [33]penetrās eos.' Vt diſſoluatur cor, [34]& multi cadant' in oībus portis eorū: [35]dedi terrorē gladij.' heu factꝰ eſt' [36]ſplēdēs,' [37]innolutus' ad mactationē. [38]Decerne vnū cōſiliū aut dexterā tene, aut ſiniſtrā, quocūq; facies tua cōſtituta fuerit.' Et ego quoque manꝰ meas [39]cōplodā,' & faciā quieſcere furorē meū, ego Dominus [40]loquutus ſum.' ¶ Et factū eſt verbū Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, [41]pone tibi duas vias, [per quas] veniat gladiꝰ regis Babylonis: de terra vna egrediātur ambæ [viæ,] & [42]ſepara tibi locū, in cōpito viæ ciuitatem elige. Viam ponas, [per quā] veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam [43]in Ieruſalem munitam.' Quoniam ſtetit rex Babylonius in biuio, in compito duarum viarū, vt [44]diuinando inquirat, [45]expoliat ſagittas,' [46]quærat imagines, inſpiciat iecur.' Ad dexterā eiꝰ fuit [47]diuinatio [vt peteret] Ieruſalē, vt ponat [48]arietes, vt aperiat os ad cędē,' vt exaltet [49]clamorē,' vt ponat arietes cōtra portas, affūdat aggerē, & extruat turrē. At iſtis fuit velut [50]vana quædā diuinatio' in oculis eorū: [51][nā] iuramēta iuramētorū eis. [52]Is' vero in memoriā reuocat iniqui

vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritꝰ, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominꝰ Deus. ¶ Et factꝰ eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Loquere, gladius gladius exacutus eſt & limatus. Vt cædat victimas exacutus eſt, vt ſplendeat limatus eſt: qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, * in manu interficientis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cūctis ducibus Iſrael qui fugerant: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper femur. Quia probatus eſt, & hoc cum ſceptrū ſubuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus. Tu ergo fili hominis ꝓpheta, & percute *manu' ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladiꝰ interfectorum: hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorū dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædē. Exacuere, vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocūque faciei tuæ eſt appetitꝰ. Quin & ego plaudā *manū' ad manū, & implebo indignationem meam: ego Dominus locutus ſū. ¶ Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur *ambo:' & manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet. Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſſimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarū viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas: interrogauit idōla, exta cōſuluit. Ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, *vt' eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eritque quaſi conſulens fruſtra oraculum in oculis eorum, & ſabbathorum otium imitans: ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capien-

C ¶* vt ſi
¶* manum
D
¶* manum
De diuinatione regis Babylonis.
¶* ambas
E
¶* &

F dum. Ideíco hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo, inquam, quòd recordati eſtis, manu capiemini. Tu autem prophane impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: hæc dicit Dominus Deus, Aufer cidarim, tolle coronam. nônne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, & tradã ei. ¶ Et tu fili hominis, ꝓpheta, & dic, Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices, Mucro mucro euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas. Cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris ſuper colla vulneratorum impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam [q] in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundã ſuper te indignationem meam: in igne furoris mei ſufflabo in te, dabóque te in manus hominum inſipientium & fabricantium interitum. Igni eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradéris: quia ego Dominus locutus ſum. CAP. XXII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, nónne iudicas, [a] ciuitatẽ ſanguinum, & [b] oſtendis ei omnes abominatiões ſuas? & dices, Hæc dicit Domin⁹ Deus, Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idôla contra ſemetipſam, vt pollueretur. In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt, deliquiſti & in idôlis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tẽpus annorũ tuorũ: ꝓpterea dedi te opprobriũ Gẽtib⁹, & irriſionẽ vniuerſis terris. Quæ iuxta ſunt & quæ procul à te, triũphabũt de te: ſordida, nobilis, grãdis interitu. Ecce pricipes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te, ad effundẽdũ ſanguinẽ. Patrẽ & matrẽ cõtumelijs affecerũt in te, aduenam calũniati ſunt in medio tui, pupillũ & viduã cõtriſtauerũt apud te: Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. Verecundiora patris diſcooperuerũt in te, immũditiã mẽſtruatæ

Deiectionem Sedeciæ regis oſtendit.

Ammonitarũ deſtructio G

[q] in loco. refertur ad verbũ ſequẽs iudicabo.

Taxantur Ieroſolymitani crudelitatis, aliorúmque ſcelerum.

[a] nónne iudicas

[b] oſtendes ſiue, temp.

Exponit crimina ſigillatim B

Leu. 5.c.

tatem, vt capiatur. Propterea ſic dicit Dominus Deus, Quandoquidem effeciſtis vt [53] iniquitas veſtra in memoria ſit, ([54] nam retectæ ſunt præuaricationes veſtræ, & conſpicua peccata veſtra in omnibus ſtudijs veſtris) idcirco [55] memoria veſtri fiet, & [56] manu capiemini. Et tu [57] ad occiſionẽ damnate princeps Iſraelis, cuius venit dies [58] atque tempus, quo finem capiat iniquitas [ſua.] Sic dicit Dominus De⁹, [59] Remoue [60] cidarim, & [61] tolle [62] coronam: [63] hæc non, hæc, ad extollendũ humilẽ, ad deijciẽdũ ſublimẽ. [64] Obliquã, obliquã, obliquam ponam eam. etiam [65] hæc non fuit, donec is veniat [66] cui iure [conuenit,] [67] huic tradam eam. ¶ Tu autẽ fili hominis vaticinare & dic, Sic dicit Dominus Deus [68] ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, [69] dic, Gladius gladius diſtrictus eſt ad occiſionẽ, [70] politus vt cõſumat, & in hoc ſplendet. Quum [71] contemplantur tibi vana, & diuinant tibi mendacia, vt [72] ponant te cũ ceruicibus [73] prophanorũ impiorum, quorum dies venit, [74] in tempore quo finem habet iniquitas. [75] Redeũdũ eſt ad vaginã ſuã: [76] in locũ vbi creatus eras in terra, [77] venarum tuarũ [78] iudicabo te. Et effundam ſuper te indignationẽ meam, [79] in igne excandeſcentiæ meæ ſufflabo in te, & tradam te in manum [80] barbarorum hominum, qui artifices ſunt [81] vaſtationis. [82] Igni eris in cibũ, & ſãguis tu⁹ erit i medio terræ, [83] tui nulla erit mẽtio: ego Domin⁹ loquutus ſum. CAP. XXII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me in hũc modum. Et tu fili hominis, [1] an nõ iudicabis, an non iudicabis [inquam] ciuitatem [2] ſanguinum? [3] indica ei cunctas abominationes ſuas, dicẽſque, Sic ait Dominus Deus, O ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt [4] tempus eius appetat: & quæ idola fecit contra ſe vt pollueretur. In ſanguine tuo quem effudiſti, deliquiſti: & in idolis tuis quæ feciſti, polluta es, & [5] adduxiſti dies tuos, & perueniſti ad [4] annos tuos: idcirco tradidi te opprobrium Gentibus, & deriſionem cunctis terris. Quæ prope ſunt, & qui longe abſunt à te, ſubſannabũt te, [5] ꝙ polluto es nomine, [6] idque cũ multa turba. En principes Iſraelis, [7] quiſque pro virili ſua fuerunt in te, in hoc vt effunderent ſanguinem. Patrem & matrem [8] vilipẽderunt in te, peregrino qui eſt in medio tui, fecerunt calumniam, pupillum & viduã [9] afflixerũt in te. [10] Sãcta mea deſpexiſti, & ſabbata mea prophanaſti. Viri [11] doloſi fuerunt in te, vt effunderẽt ſanguinem, & in [12] montibus comederunt in te, atque [13] ſcelus meditatum in te deſignarunt, Verenda patris [14] retexit in te, pollutámque menſibus in

¶ 53 .i. periuriũ veſtrũ. ¶ 54 vſ, quũ manifeſtarẽtur oib⁹ iniqtates veſtræ, vt inoteſcerẽt peccata veſtra in omnib⁹ operibus veſtris. ¶ 55 vſ, in mentẽ veniſtis ei. ſub. Deo. ¶ 56 ſub. regis Babylonij. ¶ 57 vſ, prophane & impie, vſ, fœdifrage. Docet quæ mala acciderint Sedeciæ, ꝙ violaſſet nomen Domini per quod iurauerat. Chaldæus paraph. Tu autẽ gladio interficiende. A fine. i. qui morte dignus es. ¶ 58 Hebr. tẽpore iniqtatis finis. i. quæ finẽ illis afferet. ¶ 59 Hebraice infinitiuus ponitur pro indicatiuo, Auferã ¶ 60 .i. ſacerdotium. Ioſedec abijt in captiuitatẽ cũ Sedecia: vnde hic ait auferẽdum põtificatũ. Male aũt Chaldę⁹ paraph. itelligit de Saraia. ¶ 61 tollam ¶ 62 ſub. regiã de capite tuo. ¶ 63 hæc non

FActũ eſt rurſum anno vndecimo, prima mẽſis, factũ eſt inquam verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, eo quòd dixit Tyrus de Ieruſalem, Heha, confractæ ſunt[1] portæ populorũ,[2] cõuerſa eſt ad me,[3] implebor,[4] vaſtata eſt: Idcirco ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego[4] cõtra te Tyre, adducámq; cõtra te gẽtes multas,[5] perinde ac ſi adduceretur mare cũ fluctibus ſuis. Et demoliẽtur muros Tyri, & diruẽt turres eius, & abradam puluerẽ eius ab ea, ponámque eam in[6] limpidiſſimam petram. Expãſio ſagenarum erit in medio maris, quoniam ego loquutus ſum, dicit Dominus Deus, patebitque prædæ Gentibus. Et filiæ ei⁹ quæ ſunt[7] in agro percutiẽtur gladio, & ſciẽt quia ego Dominus. Quoniam ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego adduco contra Tyrum Nabuchodonoſorem regem Babylonis ab Aquilone,[8] regem regum, cum equis, curribus, equitibus,[9] cœtum & populum ingentem. Filias tuas[10] quæ in agro ſunt occidet gladio, & ponet aduerſum te[11] munitionem, fundet cõtra te aggerem, eriget contra te[12] lanceam,[13] Tormentum feriendi è regione ponet ad muros tuos, & demolietur turres tuas[14] telis ſuis. Propter abundantiam equorũ eius operiet te puluis eorum, à ſtrepitu equitum, rotarũ atque curruũ cõcutientur muri tui: quũ ipſe ingreſſus fuerit portas tuas, [ſicut ingreſſus] quemadmodũ in vrbem dirupetã. Vngulis equorum ſuorũ conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio occidet, &[15] ſtatuas roboris tui deijciet in terrã. Et ſpoliabunt opes tuas, & diripiẽt merces tuas, diruẽt muros tuos, & domus tuas amœniores demoliẽtur,[16] lapides tuos atq; ligna tua &[17] puluerem tuũ ponent in medio aquarũ. Et ceſſare faciam[18] ſtrepitũ canticorũ tuorum, atque vocẽ citharorum tuarũ, vt nõ audiatur vltra. Redigam deniq; te[19] in limpidam petrã, & eris[20] expanſio ſagenarũ: non ædificaberis[21] vltra: quia ego Dominus loquut⁹ ſum, ait Domin⁹ Deus. ¶ Sic dicit Domin⁹ Deus Tyro, An non à fragore ruinæ tuæ, dum[22] ingemiſcit vulneratus,[23] in occidendo occiſionem in medio tui cõmouebuntur inſulæ? Deſcendent de ſolijs ſuis cuncti principes maris, & auferent paludamẽta ſua, exuent veſtes[24] picturatas, induent úrq; horroribus, ſedebunt ſuper terram, & pauebũt[25] ad ſubitos [iſtos caſus,] obſtupeſcẽtq; ſuper te. Idcirco tollẽt de te lamentũ, & dicent tibi, Quomodo

¶13 vl, ſumẽ vltionẽ de Idumæis. ¶13 Hæc hiſtoria nõ eſt ſcripta alibi in Scriptura. ¶14. i. me ſumere de eis pœnas per Iſraelitas. ¶15 Heb. fecerũt [ſub. indigna Iſraeli] p vltionem. ¶16. i. q ſpernerent, idque ex animo Iſraelem. ¶17 He. ad perditionem odiũ ſempiternũ. i. quę vltio cauſa erit odij ſempiterni. ¶18 Cerethæos. Gens erat Palæſthinæ nobilis, quæ incolebat maritimam eius partem. ¶19 increpationib⁹ iræ ¶20. i. cum ſumpſero pœnas de eis.

XXVI.

¶1. i. vrbs quæ erat portæ populorum. nam omni ex parte conueniebant gentes in Ieruſalem: vnde eã portas appellat. ¶2 ſub. negotiatio quæ fiebat in ea. ¶3 ſub. mercib⁹ ¶4 ſub. veniã. ¶5 vl, vt aſcendere facit mare fluct⁹ ſuos. ¶6 in ſummitatem petræ. i. in ea remanebit ſola rupes: & terrã eius deijcient in mare. ¶7 ſub. Tyri. in continenti. ¶8. i. potentiſſimum. ¶9 vl, cœtu, & populo multo. ¶10. i. villas in continẽti poſitas. ¶11 turrim, ſiue machinam quæ in modũ turris extruebatur in oppugnanda vrbe. ¶12 ſcuta. ¶13 Ictum catapultæ ſuæ dabit &c. Chaldæus paraphr. crebris ictibus arietũ quatiet muros tuos. ¶14 aut vectibus ferreis ¶15. i. trophæa tua, vel imagines clarorum virorum. Quidam interpretantur fortiſſimas turres & propugnacula. ¶16 ſub. domorum tuarum. ¶17 vl, interitum tuum ¶18 vl, multitudinem cantionum. q. d. nemo amplius in te gaudẽs choreas inſtaurabit. ¶19 in ſummitatem petræ. i. reddam te ſimilem vertici rupis arido & ſolitario, neque vlla veſtigia priſtinæ vrbis relinquentur. ¶20. i. vbi antea erat Tyrus, piſcatores retia ſua ad ſolem exponent. ¶21 vl, ante longum tempus. ¶22 clamabit ¶23 [&] cum interficientur occiſione. ſub. ciues tui ¶24 polymitas ¶25 ad ſingula momenta.

[16]periſt habitata à marib[9], 'ciuitas[17]celeberrima,' quę fuit fortis in mari, ipſa & inhabitatores ei[9], [18]qui dederunt formidines ſuas'omnibus habitatoribus in ea? Nunc pauebũt inſulæ à die ruinæ tuæ, terrebuntur inquã inſulæ quæ ſunt in mari [19]ab exitu tuo.' Quoniã ſic dixit Dominus Deus, Quũ poſuero te ciuitatẽ deſolatã, ſicut vrbes quę nõ habitãtur: quũ adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ, Tunc [10]deponã te'cũ his qui deſcendũt in [11]foueã' ad populũ[12]ſeculi,' & ponã te in terram[13]inferiorem' quẽadmodũ ſolitudines[14]perpetuas, [15]cum deſcendẽtibus in lacũ,' adeo vt amplius nõ habiteris, & dabo[16]inclytã in terrã'viuẽtiũ.[17]Terrores ponã te, & nõ eris: requireris, & nõ inuenieris amplius vſq; in ſeculũ, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

ET factũ eſt verbũ Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, ſume lamentũ ſuper Tyrum, dicesq; ad Tyrũ, [1]Quæ ſedes ad tranſitus'maris, negotiatrix cum populis[2]ad multas inſulas:'ſic dixit Dominus Deus, Tyre tu dixiſti, Ego abſoluta ſum pulchritudine, in medio marium ſunt termini tui, & qui te ædificarunt, abſoluerunt pulchritudinem tuã. Abietibus de Senir ædificarunt tibi [3]omnia tranſtra,'cedrum de Libano tulerũt vt facerẽt[4]malum'in te. [5]Ex quercubus'de Baſan fecerunt remos tuos, & tabulas tuas fecerunt ex ebore,[6]fori tui[7]ex inſulis[8]Cithim.'Byſſus[9]variegata' ex Aegypto fuit expanſio tua, vt eſſet tibi velũ: hyacinth[9] & purpura de Inſulis[10]Eliſa'fuit operimentũ tuũ. Habitatores Zidonis & Aruad fuerũt remiges tui: ſapiẽtes tui ô Tyre qui fuerũt in te, ipſi naucleri tui. Seniores[11]Gebal & ſapientes eius fuerũt in te inſtaurantes fiſſuras tuas, omnes naues maris cũ nautis ſuis fuerũt in te[12]ad negotiandũ negotiationẽ tuam.'Perſa, Lydus, & Afer fuerunt[13]in exercitu tuo,' viri bello ſtrenui clypeum & galeam ſuſpenderunt in te, hi[14]auxerunt ſplendorem tuum. Filij Aruad & exercitus tuus in muris tuis[15]per ambitum.'& Pigmei fuerũt in turribus tuis, qui ſuſpẽdẽtes[16]pharetras ſuas'in muris tuis per circuitũ perfecerunt pulchritudinẽ tuam. [17]Tharſis'fuit negotiatrix tua propter copiã omniũ diuitiarũ, in argẽto, ferro, [18]plũbo albo,'& plũbo nigro[quæ][19]repoſuerunt in emporio tuo.[20]Iauan, Thubal, & Meſech'ipſi [21]mercatores tui in anima hominis,'& vaſis æreis [22]dederũt negotiationẽ tuã.' De [23]domo Thogarma' equos & [24]equites ac mulos [25]dederũt negotiationẽ tuã.[26]Filij Dedan'fuerũt mercatores tui, & inſulæ multæ negotiãtur tecũ. cornua, [27]ebur &[28]habenim'munera tibi attulerũt. Syria quoq; fuit in negotiatione tua. [29]propter multitudinẽ operũ tuorum[30]ſmaragdo, purpura, [31]acupictis, byſſo, corallo &[32]carbũculo, [quæ]dederũt i emporiũ tuũ. Sed & Iuda & terra Iſraelis fuerũt mercatores tui, [33] tritico Minith, [34]bãlſamo,'melle,

periſti quę habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuiſti fortis in mari cũ habitatoribus tuis, quos formidabant vniuerſi? Nũc ſtupebunt naues in die D
pauoris tui: & turbabuntur inſulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit Dominus Deus, Cum dedero te vrbem deſolatam ſicut ciuitates quæ non habitãtur: & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ: Et detraxero te cũ his qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum, & collocauero te in terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cũ his qui deducuntur in lacum, vt non habitẽris: porrò cũ dedero gloriam in terra viuentium: In nihilum redigam te, & non eris, & requiſita nõ inueniẽris vltrà in ſempiternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Tu ergo fili hominis, aſſume ſuper Tyrũ lamentum: & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad inſulas multas, Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre, tu dixiſti, Perfecti decòris ego ſum, & in corde maris ſita. Finitimi tui qui te ædificauerũt, impleuerũt decòrem tuum: Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum: Quercus de Baſan dolauerunt in remos tuos: & tranſtra tua fecerũt tibi ex ebore Indico, & prętoriola de inſulis Italię. Byſſus varia de Aegypto texta eſt tibi in velum, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa, facta ſunt operimentum tuum. Habitatores Sidònis & Aradij fuerũt B
remiges tui: ſapientes tui, Tyre, facti ſunt gubernatores tui. Senes Giblij & prudẽtes eius habuerunt nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earũ fuerũt in populo negotiationis tuæ. Perſæ, & Lydij, & Libyes erãt in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeũ & galeã ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu[a]ſuo'erant ſuper muros ¶[a]tuo
tuos in circuitu: ſed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum: ipſi compleuerunt pulchritudinem tuã. Carthaginẽſes negotiatores tui, à mul- C
titudine cunctarũ diuitiarum: argẽto, ferro, ſtanno, plumbòque repleuerunt nundinas tuas. Græcia, Thubal, & Moſoch, ipſi inſtitores tui: mancipia, & vaſa ærea adduxerunt populo tuo. De domo Thògormæ, equos, & equites, & mulos adduxerũt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui: inſulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerũt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus propter multitudinẽ operum tuorum,[a]guttam,'& purpurã, & ſcutu- ¶[a]gemmam
lata, & byſſum, & ſericũ, & chodchod propoſuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Iſrael ipſi inſtitores tui in frumento primo: balſamũ, & mel, D

Inuitat propheta ad planctum ob Tyri deſolationem.

Tyri celebritatem ex frequentia & varietate negotiatorum deſcribit.

¶16 periſti quę habitabas i mari, ¶17 laudata, ¶18 .i. metũ incutiebant omnibus habitatoribus maris. ¶19 aut. ob exilium tuum. q. ſcilicet ciues tui ducantur captiui. ¶10 vl, deſcendere faciã. ſub. te. ¶11 .i. ſepulchrũ ¶12 Populũ ſeculi vocat eos q olim & ante multa ſecula mortui ſunt. ¶13 Hebr. inferiorũ. Terra inferiorũ, circũlocutio eſt ſepulchri. q. d. in viſceribus terræ. ¶14 à ſeculo. i. à longo tẽpore. hoc eſt vt quæ olim deſolata ſunt. ¶15 vl, cũ his q ſunt ſepulti, ¶16 gloriam in terra &c. i. afficiam gloria Iudæam, reſtituam eam in priorem ſtatũ. Iudæa dicebatur terra viuentiũ, quòd illic Deus verus & viuens coleretur. aut quòd Deus ſuis illic habitantibus daturus eſſet vitam æternam. ¶17 .i. Cõturbabo te, & actũ erit de te, ita vt nulla ſuperfutura ſint tui veſtigia, ſi requiratis.

XXVII.

¶1 Quæ habitat iuxta oſtia. ſiue portus. nam inſula erat multorum portuum. Cohærent hæc ſequentia cum ſuperiorib[9]: eadem enim dicit, ſed ſub alia allegoria. ¶2 .i. quæ ſuppeditat merces quæ ad inſulas multas deportentur. ¶3 vl, omnes naues. Chaldæus paraph. pontes tuos. ¶4 ſub. nauis. ¶5 E pinis. vl, caſtaneis ¶6 congregatio Aſſyriorum. i. artifices optimi Aſſyrij fecerunt ex ebore allato de inſulis, &c. ¶7 ſub. allato ebore ex &c. ¶8 Citim dicuntur qui habitant in inſulis maris Ionici & Græci, vt Cyprus &c. Chaldæ[9] paraph. de Apulia legit. Hi colligebãt ex Africa & aliunde ebur, vnde petebatur ab eis. ¶9 opere plumario texta ¶10 Chaldæus paraph. vertit, Italiæ ¶11 Gebalij in ſtruendo tẽplo Salomonis erãt fabri peritiſſimi. ¶12 vl, ad diſtrahendas merces tuas. ¶13 q. d. habebas mercenarios bellatores. ¶14 Heb. dederunt decorem tuum. i. ornarunt te. ¶15 .i. cuſtodierunt muros tuos. ¶16 ſcuta ſua ¶17 Tharſis videtur poni pro mari mediterraneo. Alij Carthaginem vertunt. Afferebat ad te merces. nam Afri importabant merces ad Tyrum. ¶18 ſtanno ¶19 Heb. dederunt inter merces tuas. vl, in nundinis tuis. i. quæ expoſuerunt venalia in foro tuo. ¶20 .i. Iones, Hiſpani, & Cappadoces. ¶21 Hoc eſt, qui mancipia vendunt. ¶22 [quæ] dederũt inter merces tuas. vl, in nũdinis tuis. ¶23 Chaldæus para. de regione Germaniæ, vertit. Alij Phrygiã interpretãtur. nũ & Turciã hodie Iudęi Togorma appellãt. ¶24 Seruos generoſos intelligit q etiã militare poterãt. Alij exponũt vocẽ Hebræã PARASIM, Cheuaulx darmes. ¶25 vl, expoſuerũt venales in foro tuo. ¶26 Ciues vrbis Idumææ intellĩgit. ¶27 Alij cõiũctim legũt, cornua eburnea. ¶28 Quidam hebenũ vertũt. Chaldæus para. pauones. ¶29 vl, propter multas pulchras res tuas. ¶30 vl, cũ carbunculo, ¶31 vl, veſte polymita ¶32 vl, vnione, quæ expoſuerũt in nundinis tuis. ¶33 cũ tritico, ¶34 Quidam Hebræorum volũt vocẽ Hebræam Panag, eſſe nomẽ loci vt & Minith.

& oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis. Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuerſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactũ: ſtacte, & calamus in negotiatione tua. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedẽdum. Arabia & vniuerſi principes Cedar, ipſi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores
E tui. Venditores Saba & Reema ipſi negotiatores tui: cum vniuerſis primis aromatibus, & lapide pretioſo & auro, quod propoſuerunt in mercatu tuo. Harã, & Chenne, & Eden, negotiatores tui Saba: Aſſur, & Chelmad venditores tui. Ipſi negotiatores tui multiphariam, inuolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarũmque pretioſarum, quæ obuolutæ & aſtrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris.

Subita Tyri deſtructio.

In aquis multis adduxerũt te remiges tui: vẽtus Auſter contriuit te in corde maris. Diuitiæ tuæ,
F & theſauri tui & multiplex inſtrumẽtũ tuũ, nautæ tui, & gubernatores tui qui tenebant ſupellectilem tuã, & populo tuo præerant: viri quoq; bellatores tui qui erant in te, cum vniuerſa multitudine tua quæ eſt in medio tui: cadẽt in corde maris in die ruinę tuæ.

Plãct⁹ ſuper eandem.

A ſonitu clamoris gubernatorum tuorũ cõturbabuntur claſſes. Et deſcendent de nauibus ſuis omnes qui tenebãt remum: nautæ & vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt. Et eiulabũt ſuper te voce magna, & clamabunt amaré: & ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere conſpergẽtur. Et radent ſuper te caluitium, & accingentur cilicijs: & plo
G rabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo. Et aſſument ſuper te carmen lugubre, & plangent te, Quæ eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari, impleſti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarum, & populorũ tuorũ ditaſti reges terræ: Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderũt. Vniuerſi habitatores inſularum obſtupuerũt ſuper te: & reges earum omnes tẽpeſtate percuſſi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te: ad nihilum deducta es, & non eris vſque in perpetuum.

CAP. XXVIII.

Sermo Domini cõtra regem Tyri ob ei⁹ ſuperbiã.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris: cum ſis homo, & non Deus: & dediſti cor tuũ quaſi cor Dei.

Daniel.

Ecce ſapiẽtior es tu Daniele: omne ſecretum non eſt abſcõditum à te. In ſapientia* & prudentia tua feciſti tibi fortitudinẽ: & acquiſiſti aurum & argentũ in theſau

*ſcia

H ris tuis. In multitudine ſapiẽtiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinẽ: & ele

oleo & reſina,[35] quæ dederũt ad negotiationem tuam.' Damaſcus quoq; negotiatur tecũ propter multitudinẽ [36]operum tuorũ,' & propter copiã opũ, in vino Helbon, & lana candida. Dan & Iauan[37]ſubinde conuehũt[38]in emporiũ tuũ,[39] ferrum factũ,' caſſia & calamus fuit in negotiatione tua. Dedan mercatrix tua[40]veſtibus quæ nobilitatiſ[cõueniũt] ad vecturam.' Arabs & cuncti principes Kedar ipſi negotiatores[41]manus tuę,' agnis, arietibus & hircis: in his inquã negotiatores tui. Mercatores Sabæi & Raema fuerũt negotiatores tui in præſtãtiſſimis omnis generis odoribus, & in omni lapide pretioſo, deinde & aurũ repoſuerũt in emporio tuo. Haran, & Chũne, & Eden, [42]mercatores Sabæi, Aſſyrij[&][43]Chilmad' in mercatione tua. Ipſi mercatores tui in [44]oĩs generis[mercibus][45]inuolucris' hyacinthinis ac [46]picturatis & ſcrinijs [47] theſaurorũ pretioſorum,' quę funib⁹ ligatæ erant, [48]& cedrinis' in negotiatione tua. [49]Naues Tharſis præcipuæ' fuerũt in mercatu tuo, impleta es & vehemẽter [50]glorioſa facta' in corde maris. In[51]aquas' multas induxerũt te[52]remiges tui,[53] vẽtus Oriẽtalis' cõtriuit te in corde mariũ. Theſauri tui &[54]emporia tua,' negotiatio tua, nautæ tuæ & gubernatores tui,[55]concinnatores tui,' & qui[56]commutãt cõmutationẽ tuã,' & omnes milites qui in te ſunt, & omnis multitudo tua quæ eſt in medio tui cadẽt ĩ medio maris[57]eo die quo tu corrues.' Ad vocẽ clamoris nautarũ tuorũ cõmouebũtur [58]ſuburbia,' deſcẽdẽntq; ex nauib⁹ ſuis omnes remiges, nautæ & cũcti gubernatores maris ſuper terrã ſtabunt. Et reſonabũt ſuper te voce ſua, & amarè clamabunt, imponẽtes puluerẽ capitib⁹ ſuis volutabũtur ĩ cinere. Et calui reddẽtur propter te inducto caluitio, accingẽt ſe ſaccis, & flebũt ſuper te in amaritudine animæ[&]plãctu amaro. Et ſumẽt propter te filij eorũ lamentationẽ, & lamẽtabũtur ſuper te,[59] Quæ vrbs ſic cõſopita eſt in medio mari ſicut Tyrus? Quũ exirent merces tuæ de æquoribus, ſatiaſti populos multos, multitudine opũ tuarũ atq; merciũ tuarũ locupletaſti reges terrę. [60]Tẽp⁹' quo fracta es à marib⁹, in profunditatib⁹ aquarũ merces tuæ, & omnis multitudo in medio tui[61]ceciderũt.' Cuncti habitatores inſularum obſtupuerũt ſuper te, & reges earum horrore horruerunt, atque vultu turbati. Negotiatores in populis[62]ſibilarunt ſuper te, terror facta es,[63]& nuſquam in ſeculum.

CAP. XXVIII.

FActum eſt autem verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, dic principi Tyri, Sic dicit Dominus Deus, Eo quòd elatum eſt cor tuũ, [1]dixiſtique.' Deus ego[2]ſum, in throno Dei ſedi in medio marium: quum tu homo ſis, & nõ Deus, [2]tribuiſti autem tibi cor Dei.' Ecce tu [3]Daniele es ſapientior,' nihil tam abſtruſum quod te lateat. In ſapientia tua & in intelligentia tua [4]paraſti' tibi diuitias, & acquiſiuiſti aurum & argentũ in theſauros tuos. In multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua auxiſti opes tuas, eleua-

¶35 vl, quæ expoſuerunt in mercatu tuo. ¶36 .i. propter res miro artificio factas, quæ inter alia præclara viſebant. ¶37 vagabũda, vl, Græc⁹ vagabundus. erant eni auari Græci, & quæſtus cauſa huc illuc vagabãtur per mare. ¶38 in mercatu tuo. ¶39 ſub. merces expoſuerunt. ¶39 .i. purũ & mundũ, chalybem. ¶40 cũ veſtib⁹ pretioſis (quales ſcilicet decent liberos) ad currus [ornandos.] ¶41 .i. qui tecũ negotiabãtur. ¶42 Quidam ſubaudiunt cõiunctionem, & mercatores ¶43 Chaldæus paraph. Media ¶44 vl, cũ omni rerum pretioſarũ genere ¶45 cũ pallijs ¶46 polymitis ¶47 vl, veſtiũ pretioſarum. ¶48 vl, & in cedris cõpoſitæ. nã arcet putredinem cedrus. Alij, & myrteo ligno munitæ. Quidã inter Hebræos docti vertunt, & torques erant in negotiatione tua. ¶49 ſiue, Carthaginẽſes tuę mæ tuę. i. veniebant cateruatim è Carthagine. ¶50 Alij vertũt, multiplicata ¶51 Aquæ, tribulationes. q.d. fuiſti vexata multis modis. ¶52 vl, qui diripuerũt bona tua. ¶53 .i. Nabuchodonoſor. Chaldęa ſpectat ad Orientẽ Tyri. ¶54 vl, merces tuæ ¶55 vl, inſtauratores rimarũ tuarũ. i. architecti tui. ¶56 diſtractores merciũ tuarum, ¶57 in die expugnationis [vel ruinæ] tuæ. ¶58 Suburbanæ ædes Tyri erant in cõtinenti. nã non lõge à littore Tyrus aberat. ¶59 Quænã fuit ſimilis Tyro, [aut] ſicut ea quæ ſucciſa eſt in medio mari? q.d. etſi eſſet inexpugnabilis, expugnata eſt tamen. ¶60 ſub. venit. Alij vertũt, Tẽpore quo expugnaberis à mari, erunt in &c. i. Tẽpore quo maris fluctibus & aquarũ illuuie perdẽris, demergẽris in profundũ maris. ¶61 cadent. i. tecũ peribũt. Præteritũ pro futuro, vt & ſequẽtibus verſibus. ¶62 Sibilus aliquãdo ſtuporẽ, aliquando irriſionẽ habet. ¶63 nec eris in ſeculum i. tempore longo eris deſolata, hoc eſt annis ſeptuaginta, vt ait Eſaias. Seculum pro longo tempore.

XXVIII. ¶1 Dicere pro cogitare. nã nemo hoc manifeſte dicit, Ego ſum Deus: ſed cogitationibus ſibi tribuit. Quidã Hebræorũ ſubaudiũt ſicut vel tanquam. Sum tanq̃ Deus. Sum alter Deus. q.d. vt Deus in loco inacceſſibili & minime iniurijs opportuno habitat, ſic ego quoq; habito in loco inacceſſo, neq; quẽquã timeo qui huc meo iniuſſu accedat. ¶2 Heb. poſuiſti cor tuũ tanq̃ cor Dei. i. Exiſtimaſti tamen in corde tuo te eſſe Deũ, quũ ſis homo. ¶3 Daniel ſapiẽtiæ ſuæ ſpecimen exhibuit in Chaldæa in qua hæc prædicit propheta. Per ironiã autem hæc dicit. ¶4 Heb. feciſti. q.d. putas te prudẽtia tua peperiſſe tibi has opes, non autem Deum dediſſe.

¶5 propter opes tuas. vel, propter exercitum tuũ. ¶6 poſuiſti. i. quia exiſtimaſti te eſſe deũ, hoc eſt, cui nemo nocere poſſet. ¶7 Hoc eſt optimos & fortiſſimos bellatores, qui ſũt in Gentib⁹. ſcilicet Babylonios. ¶8 i. contra exercitũ electiſſimũ, & magnũ, quem tua ſapiẽtia te cõparaſſe dicis venient, & obſcurabunt ſplẽdorem tuũ. i. ſpoliabunt te regno. nã regnũ regi eſt honori & ſplendori.

¶9 vel, ſepulchrũ ¶10 q. d. poſtquã fueris multis vulneribus confoſſus, proijcieris in mare. ¶11 vel, Nunquid poteris dicere te Deũ eſſe, ei qui eſt te interfecturus[quũ ſis homo, & non Deus,]in manu occidentiũ te? ¶12 ſub. corde i. improborũ. ¶13 vel, defle caſum regis Tyri ¶14 He. ſigillãs diſpoſitionem, ſiue figurã ædificij. Alij legũt, ſigillans ſummam, eodẽ ſenſu. q. d. tu omnibus numeris es abſolutus. Qui ſigillat aliquid, ei manũ extremã imponit & abſoluit. ¶15 In Eden[in]horto &c.

tũmque eſt cor tuum[5]in diuitijs tuis.[5]Idcirco ſic dicit Dominus Deus, Eo quòd[6]tribuiſti[6]cor tuũ ſicut cor Dei, propterea ecce ego adduco ſuper te alienos,[7]tyrãnos[ſcilicet]Gẽtium,[7]qui diſtringent gladios ſuos ſuper[8]pulchritudinem ſapiẽtiæ tuæ, & contaminabunt pulchritudinem tuã.[8] In[9]foueam[9]deijcient te, &[10]morieris mortibus interfectorũ in corde mariũ.[11] Num & tum quũ fueris corã interfectore tuo, dicendo dices, Deus ego ſum, (quum ſis homo & non Deus), in manu interficientium te?[11]Mortibus[12] incircunciſorum[12]morieris per manũ alienorum, quoniã ego loquutus ſum, dicit Dominus Deus. ¶ Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis,[13]ſume lamẽtationem ſuper regẽ Tyri,[13]& dic ei, Sic dicit Dominus Deus, Tu es[14]omnibus numeris abſolutum exemplar,[14] plenus ſapientia, conſummata pulchritudine.[15] In delicijs hortorũ[15]Dei fuiſti, omnis lapis precioſus[16]vmbraculũ tuum,[16]ſardius, topaſius,[17]adamas, hyacinthus,[17]onyx,[18]iaſpis,[18] ſapphirus, carbũculus, ſmaragdus & aurũ, opus tympanorũ tuorũ atq; fiſtularum tuarũ in te[19] præparata ſunt in die quo creareris.[19]Tu Cherub[20]inũctus[20]obtegẽs,[21] & poſui te,[22]in mõte ſancto Dei fuiſti,[22] in medio[23]lapidum ignitorũ deãbulaſti.[23]Perfect⁹[24]es[24] tu in vijs tuis, à die quo creatus es, donec inuẽta eſt in te iniquitas. Propter abũdantiã negotiationis tuæ impleuerũt medium tui violẽtia, &[25]peccaſti:[25]quapropter[27]prophanaui te de mõte Dei,[27] & perdidi te ô Cherub[28]obtegẽs[28]de medio[29]ignitorũ lapidũ.[29] Elatũ eſt cor tuũ ĩ pulchritudine tua, corrupiſti ſapientiã tuã in ſplendore tuo, [ideo]ad terram afflixi te, ante reges poſui te, vt[30]cõtẽplentur te.[30] Propter multitudinẽ iniquitatũ tuarũ, propter peruerſitatẽ negotiationis tuæ prophanaſti[31]ſanctuaria[31] tua, & eduxi[32]ignẽ è medio tui, qui deuoret te, &[33]poſui te cinerem[33] ſuper terrã in cõſpectu omniũ aſpicientiũ te. Omnes qui te nouerũt in populis, obſtupuerũt[34]ſuper te.[34] terror fuiſti [ſeis,]& tu non eris in ſeculũ. ¶ Et factũ eſt verbũ Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuã contra Zidonẽ, & vaticinare ſuper eã, dicẽſque, Sic ait Dominus Deus, Ecce ego cõtra te, ô Zidõ, &[35]glorificabor in medio tui,[35]& ſciẽt q̃ ego ſum Dominus Deus, quum fecero in ea iudicia, & ſanctificatus fuero in ea. Mittã in eam peſtẽ, &[36]ſanguinẽ in plateas eius, & corruet in medio eius vulneratus, gladio contra eã [venient]circũquaq;, & ſcient quia ego Domin⁹. Et non erit vltra domui Iſraelis ſentis pũgens, & ſpina dolorem inferens[37]ex omnibus qui ſunt per circuitũ eorũ, & habẽt eos contemptui:[37]ſciẽtq; quia ego Dominus Deus. ¶ Sic dicit Dominus Deus, Quum congregauero domum Iſraelis de populis inter quos diſperſi ſunt, & ſanctificat⁹ fuero in eis corã oculis Gẽtiũ, habitauerintq; ſuper terrã ſuã quam ego dedi ſeruo meo Iacob. Habitabunt in ea ſecure, & ædificabunt domos, plantabũntque vineas, & ſedebunt in tuto, me faciente iudicia, in omnibus qui[38]aduerſantur eis[38] per circuitum eorum, & ſcient quia ego Dominus Deus eorum.

uatum eſt cor tuũ in robore tuo. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor Dei: idcirco ecce ego adducã ſuper te alienos robuſtiſſimos Gẽtium. & nudabũt gladios ſuos ſuper pulchritudinẽ ſapiẽtiæ tuæ, & polluent decõrem tuũ. Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occiſorũ in corde maris. Nũquid dicẽs loquẽris, Deus ego ſum, coram interficientibus te: cum ſis homo, & non Deus, in manu occidẽtium te? Morte incircunciſorum morière in manu alienorũ: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. ¶ Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, leua planctum ſuper regẽ Tyri. & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu ſignaculum ſimilitudinis plen⁹ ſapiẽtia, & perfect⁹ decõre. In delicijs paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuũ: ſardius, topazi⁹, & iaſpis, chryſolithus, & onyx, & berillus, ſapphirus, & carbunculus, & ſmaragdus: aurum[a]quoq;[a]decõris tui: & foramina tua, in die qua conditus es præparata ſunt. Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti. Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: & eieci te de monte Dei, & perdidi te ô Cherub protegẽs, de medio lapidũ ignitorum. Et eleuatum eſt cor tuum in decõre tuo: perdidiſti ſapientiam tuã in decõre tuo, in terram proieci te: ante faciẽ regũ dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatũ tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuã: producam ergo ignẽ de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem ſuper terram in cõſpectu omnium videntium te. Omnes qui[b]viderint[b]te in Gẽtibus, obſtupeſcẽt ſuper te: nihili factus es, & non eris in perpetuũ. ¶ Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuã contra Sidõnem: & prophetabis de ea, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, &[c]gloriabor[c] in medio tui: & ſcient quia ego Dominus cum fecero in ea iudicia, & ſanctificatus fuero in ea. Et immittã ei peſtilentiam & ſanguinem in plateis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & ſcient quia ego Dominus. Et non erit vltrà domui Iſrael offendiculum amaritudinis, & ſpina dolorem inferens, vndique per circuitum eorum qui aduerſantur eis: & ſciẽt quia ego Dominus Deus. ¶ Hæc dicit Dominus Deus, Quãdo congregauero domũ Iſrael de populis in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor in eis corã Gentibus: & habitabunt in terra ſua quam dedi ſeruo meo Iacob. Et habitabunt in ea ſecuri: & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidẽter, cum fecero iudicia in omnibus qui aduerſantur eis per circuitum: & ſciẽt quia ego Dominus Deus eorum.

C

Inultatur ꝓplicta ad plãgendum regem Tyri.

¶a, opus

D

E

¶b nouerint

Sermo Domini contra Sidonem.

F

¶c glorificabor

G Promittit Dominus filios Iſrael ſe congregaturum.

Deſcribit abũdãtiã hui⁹ regis. q. d. Tu quũ eras ĩ fœlici illo ſtatu, videbaris tibi eſſe in paradiſo. ¶16 fuit ſepes tua. vel operimẽtũ tuũ. Tãtũ luxũ aſſerit fuiſſe apud Tyrios, vt rex & magnates ſederint in palatijs, ornatis coruſcãtib⁹ gẽmis, aut q̃ lapides illos pretioſos auro incluſos in veſtib⁹ geſtauerint. ¶17 vel, iaſpis, chryſolithus ¶18 vel, beryll⁹, ¶19 cõcinnata ſunt à die quo creatus fuiſti. ¶20 vnctus pro claro, nobili & viro magno. quia magni, vt rex & pontifex magnus, vngebantur. ¶21 ſub. alis populum tuũ. Alludit ad Cherubim qui tegebant arcam. reges enim ſolẽt populum tegere. ¶22 ſub. in ea dignitate. ¶23 i. olim verſabaris in Ieruſalem. nam Hiram miſit res quaſdam neceſſarias Salomoni ad fabricam tẽpli. ¶24 i. verſatus es cum Iſraelitis qui lapillis fulgẽtibus cõparantur propter ſanctimoniam eorum. ¶25 fuiſti. i. eras probus. ¶26 ſub. faciendo iniuriam externis. ¶27 i. vt prophanũ te deijciam. ¶28 ſub. ciues tuos ¶29 i. Iſraelitici populi. ¶30 vel, te deſpicient. ſub. captiuum. Præterita ſunt apud Hebræos pro futuris. ¶31 palatia ¶32 i. excitabo aliquos Tyrios qui te ad Nabuchodonoſor deferant: qui ſic mor⁹ cõtra te veniet. ¶33 i. cõſumeris igni. ¶34 i. propter calamitatem tuam. ¶35 Dabis(inquit)mihi gloriam quum egregie te afflixero. nam gloria Dei relucet in ijs quos ipſe affligit. afflictio enim dat intellectum. ¶36 vel, cædem. ¶37 vel, ex omnibus vicinis eorum qui diripiebant eos antea: ¶38 vel, ſpoliant eos

## CAP. XXIX.

Prophetat cõtra Pharaonem.

'duodecima

IN anno decimo, decimo menſe, 'vna' die menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem regem AEgypti: & prophetabis de eo, & de AEgypto vniuerſa. Loquere, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao rex AEgypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorum: & dicis, Meus eſt fluuius, & ego feci memet ipſum. Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo piſces fluminum tuorũ ſquamis tuis: & extraham te de medio fluminum, tuorum, & vniuerſi piſces tui ſquamis tuis adhærebunt. B Et proijciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui: ſuper faciem terræ cades, nõ colligẽris, neque congregaberis: beſtijs terræ, & volatilib' cæli dedi te ad deuorandum. Et ſcient omnes habitatores AEgypti quia ego Dominus: pro eo ꝙ fuiſti baculus arundineus domui Iſrael. Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum: & innitẽtibus eis ſuper te, comminutus es, & diſſoluiſti omnes renes eorum.

AEgypti deſolationẽ p̃dicit, & AEgyptiorũ diſperſionem.

¶ Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ſuper te gladium: & interficiam de te hominem & iumentũ. Et erit Terra-AEgypti in deſertum & in ſolitudinem: & ſcient quia ego Dominus: pro eo quòd 'dixeris,' Fluuius meus eſt, & ego feci eum. Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: dabóque Terrã-AEgypti in 'ſolitudinem' gladio diſſipatã, à turre Syenes, vſq; ad terminos AEthiopiæ. C Nõ pertranſibit eã pes hominis, neque pes iumẽti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. Dabóque Terram-AEgypti deſertam in medio terrarum deſertarũ, & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarũ, & erũt deſolatæ quadraginta annis: & diſpergam AEgyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

¶'dixerit,

¶'ſolitudies

Poſt 40 annos ſe reſtituturũ AEgyptũ pollicetur Domin'.

¶ Quia hæc dicit Dominus Deus, poſt finem quadraginta annorum cõgregabo AEgyptum de populis in quib' diſperſi fuerant. Et reducã captiuitatẽ AEgypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis ſuæ, 'in terra de qua ſumpti ſunt:' & erunt ibi in regnum humile. 'Et' inter cætera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà ſuper nationes, & imminuam eos ne imperẽt Gentibus. Neque erunt vltrà domui Iſrael in confi-
D dentia, docentes iniquitatẽ, vt fugiant & ſequãtur eos. & ſciẽt quia ego Dominus Deus.

AEgypt' merces regis Nabuchodonoſor ob laborem quem ſubijt aduerſus Tyrum.

¶ Et factum eſt in viceſimo & ſeptimo anno, in primo, in vna menſis: factũ eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuũ ſeruitute magna aduerſus Tyrũ: omne caput decaluatũ, & omnis humer' depilatus eſt: & merces nõ eſt reddita ei, neq; exercitui ei' de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eã. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regẽ Babylonis in Terra-AEgypti. & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet ſpolia eius: & erit merces exercitui illius. Et operi pro quo ſeruiuit aduerſus eam, dedi ei Terram-AEgypti: pro eo quòd laborauerunt mihi, ait Dominus Deus. In die illo pullulabit cornu domui Iſrael, & tibi dabo apertũ os in medio eorum: & ſcient quia ego Dominus.

## CAP. XXIX.

ANno [1]decimo,' [menſe] decimo, duodecima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciẽ tuã verſus Pharaonẽ regẽ AEgypti, & vaticinare cõtra eũ & cõtra vniuerſam AEgyptũ, loquere & dic, Sic dicit Dominus Deus, Ecce ego contra te Pharao rex AEgypti [2]draco magne, 'recubantem in medio fluuiorum ſuorũ, qui dixit, Meus eſt fluuius, & ego feci mihi. Ego ponam hamos in maxillas tuas, & efficiam vt hæreant piſces fluminum tuorum in ſquamis tuis, & extrahã te de medio fluuiorum tuorum, atque omnes piſces fluuiorũ tuorum adhærebũt ſquamis tuis. Et [3]excutiam te in deſertum, 'te & omnes piſces fluuiorum tuorũ, cadẽſque in ſuperficie campi, & non colligeris neq; [4]congregaberis,' eris beſtijs terræ & volucribus cæli cibus, & ſcient omnes habitatores AEgypti quia ego Dominus, eo ꝙ ipſi fuerunt [5]fulcrum arũdineũ' domui Iſraelis. Quum illi te apprehenderint manu tua, confringeris, & [6]diffindes' eis omnẽ humerum: & quũ innixi fuerint tibi, confringeris: num ergo omnes lũbos eorum [7]firmabis?' ¶ Idcirco ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego adduco ſuper te gladium, & excindam ex te hominem & iumentum. Eritque terra AEgypti in ſtuporẽ & deſolationẽ, & cognoſcent quia ego Dominus. Quandoquidẽ dixit, [8]Fluui' meus eſt, & ego [9]feci, 'idcirco ecce ego [10]contra te,' & cõtra [11]fluuios tuos.' & tradã terrã AEgypti [12]in deſolationes. in vaſtitatem' & ſtuporem, à [13]Magdalo, Sienem, 'vſq; ad terminũ AEthiopiæ. Nõ trãſibit per eã pes hominis, neq; pes iumenti tranſibit per eam, nec habitabitur quadraginta annis. Et reddã terrã AEgypti, ita vt ſtupori ſit futura inter terras vaſtatas: & ciuitates eius, vt ſint inter ciuitates vaſtas [14]ſqualidæ' quadraginta annis, ſpargámque AEgyptios inter Gentes, & [15]diſpergam eos in terras. ¶ Quoniã ſic dicit Dominus Deus. A fine quadraginta annorum colligã AEgyptios de populis inter quos diſperſi [16]ſunt.' Et reducã captiuitatẽ AEgypti, & efficiã vt redeant in terram Pathros, in terram quã incoluerunt, erũntq; illic regnum [17]humile.' Præ[cæteris] regnis erit humile, nec eleuabit ſe vltra ſuper Gentes: imminuã enim eos ne dominentur Gentibus. Nõ erit vltra domui Iſraelis [18]aſylum, [ſed] ſubmonitor iniquitatis, dũ reſpexerint poſt eos,' & cognoſcent ꝙ ego Domin' Deus. ¶ Factũ eſt viceſimoſeptimo anno, primo [menſe, [prima] mẽſis, vt fieret verbum Domini ad me, dicẽs. Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis fecit ſeruire exercitũ ſuũ [19]magno labore' ad Tyrum, [20]omne caput caluum eſt redditũ,' & omnis humerus detritus eſt: merces autẽ non fuit ei [reddita.] neq; exercitui eius de Tyro pro miniſterio quo mihi miniſtrarũt [21]ad eam:' idcirco ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego do Nabuchodonoſori regi Babylonis terram AEgypti, & [22]auferet multitudinem eius, 'diripiet ſpolia eius, & deprædabitur prædã eius, & erit [23]merces' exercitui eius. Pro opere quo mihi miniſtrauit [24]in ea,' dedi ei terram AEgypti, eo ꝙ [25]mihi fecerunt,' dicit Dominus Deus. In die illa faciam germinare [26]cornu domui Iſraelis. & tibi dabo [27]apertionẽ oris' in medio eorum: & ſcient quia ego Dominus.

¶ 1 Sub. Sedeciæ ¶ 2 ſiue cete. Comparat cete regem AEgypti, quòd tota, Nilo alluatur: vnde Nilũ fluuios appellat.

¶ 3 deſeram te in deſerto, ¶ 4 ſepelieris. ¶ 5 vt. [tanquã] ſcipio arundineus fractus. q.d. Affligã AEgyptios tum propter alia ſcelera, tum quòd opem pollicitũ Iſraelitis, eos non iuuerunt contra Chaldæos: quod eos ad defectionẽ impulerat. ¶ 6 vt, vulnerabis ¶ 7 q.d. minime. Alij legũt, & ſtare facies illis oẽs renes. i. efficies vt deſinant incuruari, vt ijs qui ſcipioni innitũtur. q.d. recti & ſine ſcipione incedent. ¶ 8 Nilũ intelligit. ¶ 9 paraui. ſub. illũ fluuium. Chaldæus paraph. Dixit, AEgypt' mea eſt, & comparaui illã mihi mea prudentia. ¶ 10 ſub. venturus ſũ ¶ 11 Plurali vtitur, ꝙ aquæ ſoleant foſſis deriuari in multas partes. ¶ 12 in deſolationes deſerti ſolitudinis. Id eſt, in vaſtas ſolitudines. ¶ 13 vt, à turre Syenes &c. Syene eſt in finibus AEgypti. ¶ 14 vt. deſolatio ¶ 15 vt, vẽtilabo eos p regiones. i. diſpgam eos in alienas regiones. Metaphora à tritico cũ purgatur. ¶ 16 fuerint. ¶ 17 vt, paruũ. ¶ 18 in ſpem reducentem iniquitatem in memoriam, vt reſpiciant poſt eos. i. quæ cauſa eſt vt aliorum ſcelerum ſit memor Deus: vt ſpectent opem ab illis. Iſraelitæ quum deficiebant à Deo, freti humanis auxilijs, veniebãt in mentem Deo, & ſcelerum ipſorũ reminiſcebatur. ¶ 19 Heb. ſeruitute magna. i. fatigauit exercitum ſuum valde in oppugnanda Tyro. ¶ 20. i. præ nimio labore defluuium capillorum paſſi ſunt, & humeri eorum depilati geſtatione onerũ crebra. ¶ 21 contra illam. Non habuit præmium dignũ laboribus quos ceperat in oppugnatione Tyri. ¶ 22 vt. promiſcuam plebem. ſub. in ſeruos ¶ 23 vice præmij ¶ 24. i. in Tyro demolienda ¶ 25 Sermo conciſus. ſub. mala mala. i. quia auerterunt populum meum à me. ¶ 26 Cornu, opes, fœlicitatem, & robur ſignificat. q.d. fœlicitatem omnem reddam eis: nam eos reſtiturus ſum in libertatem. ¶ 27. i. libertatem loquendi.

¶1 vſ, O'diē infœlicem. ¶2 i. turbulentus & calamitoſus. ¶3 instat. Tēp⁹ Gentiū vocat. quo Gētes affli ctū erit AEgyptios. Chaldæus paraph. tempus quo Gētes affligētur. ¶4 Exercitum Chaldæorū intelligit. ¶5 i. timebunt ſibi Aethiopes AEgyptijs inimici. ¶6 ſub. in ſeruos. ¶7 i. fundamēta vrbium eius, hoc eſt vrbes ei⁹ fundit⁹ fuerint euerſæ. ¶8 Chub Arabes putāt. fortaſſe ſunt quos Ptolemæus Cobios vocat. ¶9 Hoc eſt, qui cum hac terra fœd⁹ inierunt. q.d. Vnà cum AEgyptijs q̄ plurimi interficientur, cū Afri, tum Lydi, & tota plebs & quicūque ſocij ex fœderatis gētib⁹ inuēti fuerint, interficientur. ¶10 i. fauentes AEgyptijs. ¶11 ſiue Syenes, Vide in præcedēti capite, numero 13. ¶12 i. erūt de numero regionū vaſtatarū. ¶13 i. miſſi à me. ¶14 degentem in otio, ¶15 i. vt quū vaſtaret AEgyptus, timebant AEgyptij, ita ſibi timebunt. Vſ, eodem modo punientur vt AEgyptij. aut, ſuo etiā tēpore puniēt & affligentur vt AEgypt⁹.

## CAP. XXX.

ET factū eſt verbum Domini ad me, dicēs, Fili hominis, vaticinare & dic, Sic dicit Domin⁹ De⁹, Vlulate [dicētes][1] væ diei, 'Quia prope eſt dies, prope inquā eſt dies Domini, [2] dies nubiloſus, 'tēpus Gētium [3] erit. [4] Veniētq; gladius in AEgyptū, & erit 'pauor in Aethiopia, 'quum ceciderit ſaucius in AEgypto, & [6] acceperint multitudinem eius, euerſaque fuerint [7] fundamenta eius. 'Cuſch, Phut, & Lud, & omne promiſcuum vulgus, [8] & Chub, & filij [9] terræ fœderis, cadēt cum eis gladio. Sic dicit Dominus, Cadēt [10] qui fulciūt AEgyptū, & deſcendet faſtus fortitudinis eius à turre [11] Seuene, 'cadent in ea gladio, dicit Dominus Deus. Et deſolabūtur in medio terrarum vaſtatarum, atque ciuitates eius erūt [12] in medio ciuitatū deſolatarum.' Et ſciēt quia ego Dominus, quū dedero ignem in AEgyptū, & contriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nūtij [13] à facie mea 'in nauibus ad terrendū Aethiopiā [14] quæ ſecura eſt,' eritq; pauor in eis [1] ſecūdū diem AEgypti. 'quoniā [16] ecce venit.' Sic dicit Dominus Deus, Ego efficiā vt ceſſet 'ſtrepitus AEgypti per manum Nabuchodonoſoris regis Babylonis, Ipſe & populus eius cum eo [17] qui graſſantur inter Gentes, 'adducentur vt perdant terrā, & diſtringēt gladios ſuos ſuper AEgyptum, impleb̄iturque terrā interfectis. Et reddam flumina eius ſicca. & vendam terrā in manum malorū. & vaſtabo terram & [19] quidquid in ea eſt 'per manum alienorum: ego Dominus [20] loquut⁹ ſum.' Sic dicit Dominus Deus, Ego perdā idola, & efficiam vt ceſſent ſimulachra [21] à Noph, '& princeps qui ſit de [22] terra AEgypti 'non erit vltra, immittamque timorē in terrā AEgypti. Et vaſtabo Patheros, immittámque [23] ignē in Zoan, '& faciā iudicia in No. Effundā furorem meum cōtra [24] Sin, [quæ eſt] robur AEgypti, & excindam tumultū [25] No. 'Et inijciam ignē in AEgyptum, infirmando [26] infirmabitur Sin, No diſſecabitur, [27] anguſtię [erunt] Noph interdiu. 'Iuuenes delecti [28] Auen & Phibeſeth 'cadent gladio, & [29] ipſæ 'in captiuitatem abibunt:' Porrò in Taphnes [30] obtenebreſcet dies,' quum ego illic contregero [31] vectes 'AEgypti, [32] ceſſabitq; faſt⁹ roboris eius in ea.' nubes operiet eam, & filiæ eius in captiuitatē abibūt. Faciámq; [33] iudicia 'in AEgypto, & ſcient quia ego Dominus. ¶ Factū eſt præterea in [34] vndecimo anno [menſe] primo, 'ſeptima menſis, vt fieret verbum Domini ad me in hāc ſentētiam, Fili hominis, brachium Pharaonis regis AEgypti [35] cōfregi, '& ecce nō eſt [36] ligatū, vt detur medela, '& apponatur faſcia ad obligandum illud, ad firmandum illud vt gladium teneat. Propterea ſic dicit Dominus Deus, Ecce ego contra Pharaonem regem AEgypti, & confringā brachium eius quod robuſtū eſt, ſed & [37] confractū, '& deijciā gladiū è manu eius. Et diſijciam AEgyptios inter Gētes, & diſpergā eos i nationes. Et roborabo brachia regis Babylonij, [38] & dabo gladium meum in manum eius, 'conterámque brachia Pharaonis, & is [39] ingemiſcet coram eo quemadmodum ſolent

## CAP. XXX.

ET factum eſt verbū Domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta & dic. Hæc dicit Dominus Deus, Vlulate, væ væ diei: quia iuxtà eſt dies, & [a] appropinquabit 'dies Domini: dies nubis, tempus Gētium erit. Et veniet gladius in AEgyptū: & erit pauor in Aethiopia, cum ceciderint vulnerati in AEgypto, & ablata fuerit multitudo illius, & deſtructa fundamenta eius. Aethiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cū eis gladio cadent. Hæc dicit Dominus Deus. Et corruent fulcientes AEgyptum, & deſtruetur ſuperbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait Domin⁹ Deus exercituum. & diſſipabuntur in medio terrarum deſolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum [b] deſertarum 'erūt. Et ſciēt quia ego Dominus, cum dedero ignē in AEgypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuntij à facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ cōfidentiam, & erit pauor in eis in die AEgypti: quia abſq; dubio veniet. Hæc dicit Dominus Deus, Et ceſſare faciam multitudinem AEgypti in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis. Ipſe & populus eius cum eo fortiſſimi Gētium adducentur ad diſperdendam terrā: & euaginabunt gladios ſuos ſuper AEgyptum, & implebunt terram interfectis. Et faciā alueos fluminum aridos, & tradam terrā in manus peſſimorum: & diſſipabo terram, & plenitudinē ei⁹ in manus alienorū. ego Dominus locutus ſum. Hæc dicit Dominus Deus, Et diſperdam ſimulachra, & ceſſare faciam idola de Memphis: & dux de Terra-AEgypti non erit amplius: & dabo terrorem in Terra-AEgypti. Et diſperdā terrā Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia [c] mea 'in Alexandria. Et effundam indignationem meam ſuper Peluſium robur AEgypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ. Et dabo ignem in AEgypto: quaſi parturiens dolebit Peluſium, & Alexandria erit diſſipata, & in Mēphis anguſtiæ quotidianę. Iuuenes Heliopoleos, & Bubaſti gladio cadent, & ipſæ captiuæ ducētur. Et in Taphnis nigreſcet dies, cum cōtriuero ibi ſceptra AEgypti, & defecerit in ea ſuperbia potentiæ eius: ipſam nubes operiet, filiæ autē eius in captiuitatem ducētur. Et iudicia faciam in AEgypto: & ſcient quia ego Dominus. ¶ Et factū eſt in vndecimo anno, in primo menſe, in ſeptima menſis, factū eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, brachium Phareonis regis AEgypti confregi: & ecce nō eſt obuolutum, vt reſtitueretur ei ſanitas, vt ligaretur pannis, & faſcietur linteolis, & recepto robore poſſit tenere gladium. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad Pharaonem regem AEgypti: & cōminuam brachiū eius forte, ſed cōfractum: & deijciam gladium de manu eius. Et diſpergam AEgyptum in Gētibus, & ventilabo eos in terris Et confortabo brachia regis Babylonis, dabóq; gladium meū in manu eius: & confringā [d] 'brachiū' Pharaonis, & gement gemitibus interfecti corā

Plāgitur deſtructio AEgypti & vrbium eius. ¶ [a] appropinquat

B

¶ [b] deſolatarū

C

D Zach. 13. A

E

¶ [d] brachia

¶16 ſub. tēp⁹ viſitatiōis eorū. ¶17 q.d. Antea AEgypt⁹ populis & vrbib⁹ multis frequēs erat: verū Nabuchodonoſor oia perdet, AEgyptiōſq; affliget, ita vt poſtea deſerta videri poſſit AEgypt⁹. ¶18 vſ, tyrāni Gētiū. aut fortiſſimi Gētiū. ¶19 Heb. plenitudinem eius. ¶20 i. ego ſic ſtatui. ¶21 ſiue, de Memphis. Metropolis erat AEgypti. Hodie dicitur Le grād Kaire. ¶22 i. de ſanguine AEgyptio ¶23 i. affligā Taniticos. ¶24 Videtur eſſe Peluſium. ¶25 Alexādrinorum ſignificat. ¶26 vſ, dolendo dolebit Peluſium, & Alexādria erit ad rūpendū. i. expugnabitur. ¶27 vſ, quotidianæ anguſtiæ erunt in Noph. Alij legūt, & Memphis erit tribulatoribus. i. veniet in manus inimicorum: qui venturi ſunt interdiu, non noctu. ¶28 Quidā vertūt Heliopolis, & Bubaſtus. ¶29 ſcilicet vrbes. vſ. mulieres. ¶30 Heb. atrebit [ſiue] ſuā] dies. ¶31 vincula. iugorum ſcilicet. i. quū afferā in libertatē quos AEgyptij ſeruos fecerāt. vt nūc captis triremib⁹ donantē libertate remiges. Metaphora à bob⁹. ¶32 & ceſſarit in ea ſupbia fortitudinis ei⁹. ¶33 i. iuſtitiā meā in AEgypto. ¶34 regni ſcilicet Sedeciæ, quū Ioacim eſſet captiu⁹. ¶35 Præteritū ꝓ futuro. Eſt alia ꝓphetia in AEgyptios. ¶36 q.d. Sic affligā AEgyptios vt reſurgere, aut priſtinas vires recuperare nō poſſint. Metaphora à chirurgia ¶37 vſ, iam fractū eſt, ¶38 i. vtar eo miniſtro. ¶39 Heb, clamabit clamoribus vulnerati. i. more confoſſi vulneribus animam agentes clamabunt eiulando coram hoſte.

facie eius. Et confortabo brachia regis Babylo-
nis, & brachia Pharaonis cõcident: & ſciẽt quia
ego Dominus, cum dedero gladiũ meum in ma
num regis Babylonis, & extenderit eum ſuper
Terram-Ægypti. Et diſpergã Ægyptum in Na
tiones, & ventilabo eos in terras, & ſcient quia
ego Dominus.

CAP. XXXI.

*Comparatio fœlicitatis Pharaonicæ cũ fœlicitate Aſſyriorum.*

ET factum eſt in anno vndecimo, tertio mẽ-
ſe, vna mẽſis, factum eſt verbum Domini ad
me, dicens, Fili hominis dic Pharaoni regi Ægy
pti, & populo eius. Cui ſimilis factus es in ma-
gnitudine tua? Ecce Aſſur quaſi cedrus in Liba-
no pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, ex-
celſúſque altitudine, & inter condenſas frondes
eleuatũ eſt cacumen eius. Aquæ nutrierũt illũ,
abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabãt
in circuitu radicũ eius, & riuos ſuos emiſit ad v-
B niuerſa ligna regionis. Propterea eleuata eſt al-
titudo eius ſuper omnia ligna regionis: & mul-
tiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati ſunt rami
eius præ aquis multis. Cúmq; extendiſſet vmbrã
ſuam, in ramis eius fecerũt nidos omnia volati-
lia cæli, & ſub frõdibus eius genuerũt omnes be
ſtiæ ſaltuũ, & ſub vmbraculo illius habitabat cœ
tus gẽtium plurimarum. Erátque pulcherrimus
in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorũ
ſuorũ: erat enim radix illi⁹ iuxta aquas multas.
C Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei,
abietes non adæquauerũt ſummitatẽ eius, & pla
tani non fuerũt æquę frondibus illius: omne li-
gnum paradiſi Dei nõ eſt aſſimilatum illi, & pul
chritudini eius. Quoniam ſpecioſum feci eum, &
multis cõdenſiſq; frondibus: & æmulata ſunt eũ
omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo
Dei. Propterea hæc dicit Domin⁹ Deus, Pro eo
q̃ ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummi-
D tatẽ ſuam virentem atq; cõdenſam, & eleuatum
eſt cor eius in altitudine ſua: Tradidi eũ in ma-
nus fortiſſimi Gentiũ, faciens faciet ei iuxta im
pietatẽ eius: & eieci eum. Et ſuccidẽt eum alieni
& crudeliſſimi nationũ, & proijcient eum ſuper
montes, & in cũctis conuallibus corruẽt rami e-
ius, & cõfringentur arbuſta eius in vniuerſis ru
pib⁹ terræ, & recedẽt de vmbraculo eius omnes
populi terræ, & relinquent eũ. In ruina eius ha
E bitauerũt omnia volatilia cæli, & in ramis eius
fuerũt vniuerſæ beſtiæ regionis. Qui ob rem nõ
eleuabuntur in altitudine ſua õnia ligna aqua-
rum, nec ponẽt ſublimitatẽ ſuam inter nemoro
ſa atque frondoſa, nec ſtabũt in ſublimitate ſua
omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes tradi-
ti ſunt in mortẽ ad terram vltimã in medio fi-
liorum hominũ ad eos qui deſcẽdunt in lacum.

*Vt excellẽtiã Pharaonis cũ Aſſyriorũ ſublimitate cõtulit, ita ſimilẽ ei⁹ interitum prædicit.*

*Omnes caſũ Aſſyrij regis grauiter tulerunt.*

Hæc dicit Dominus Deus, In die quãdo deſcen
dit ad inferos *indixi* luctũ, operui eum abyſſo:
& prohibui flumina eius, & coercui aquas mul-
F tas: cõtriſtatus eſt ſuper eũ Libanus, & omnia li-
gna agri cõcuſſa ſunt. A ſonitu ruinæ eius com-
moui Gẽtes, cum deducerẽ eum ad infernum cũ
his qui deſcẽdebant in lacum: & conſolata ſunt
in terra infima omnia ligna voluptatis egregia
atq; pręclara in Libano, vniuerſa quæ *irrigabã-

¶ *induxi

¶ *Irrigantur

ſaucij.' Ego roborabo brachia regis Babylonii,
brachia autem Pharaonis cõcident, ſcientque
quia ego Dominus, quum dedero gladiũ meum
in manum regis Babylonij, & is incutiet eum in
terram Ægypti. Et diſijciã Ægyptios inter Gen
tes, diſpergãmque eos in nationes, & ſciẽt quòd
ego Dominus.

CAP. XXXI.

FActum eſt in vndecimo anno, [menſe] tertio,
[in prima mẽſis, vt fieret verbum Domini ad
me, dicens, Fili hominis, dic ad Pharaonem re-
gem Ægypti, & ad copias eius, Cui ſimilis es [1] in
magnificentia tua? Ecce Aſſur [ſimilis erat] cedro
in Libano, quæ ramis pulchra eſt, [2] nemore vm-
bram faciens, alta ſtatura, cuius cacumen inter
[3] condenſa [arborum.] Aquę [4] nutriuerant eam, a-
byſſus extulit eam, & flumina [5] eius circuierunt
plantationem [6] eius, & riuulos ſuos miſit ad om
nia ligna campi. Hinc ſtatura eius elata eſt præ
omnibus arboribus campi, & multiplicati ſunt
rami eius, & prolongati ſunt frondes eius pro-
pter aquas multas quas [8] ipſa miſit. In ramis ei⁹
[9] nidos fecerunt omnes volucres cæli, & ſub fron
dibus eius pepererunt cunctæ beſtiæ agri, atque
ſub vmbra eius ſederunt omnes gentes magnæ.
Pulchra itaq; facta eſt i magnitudine ſua, in ex-
tẽſione ramorũ ſuorum, quoniã radix eius fuit
ad aquas multas. Cedri [10] in hortis Dei non ob-
ſcurarunt eam, nec abietes [11] ſimiles ſunt ei, nec
caſtaneæ fuerũt ſicut frõdes ei⁹, & præterea nul-
la arbor in hortis Dei illi ſimilis fuit in pulchri-
tudine ſua. Pulchram [12] feci eam multitudine ra-
morum ei⁹, [13] æmulatáq; ſunt eam omnia ligna
delicata quæ ſunt i hortis Dei. Idcirco ſic dicit
Domin⁹ Deus, Quandoquidẽ exaltatus es ſtatu-
ra, & [14] poſuit faſtigiũ inter cõdenſa, & eleuatum
eſt cor ei⁹ in exaltatione ſua, Tradi eum in ma-
num [15] fortiſſimæ gẽtis, quę omnino faciet ei [16] iu
xta impietatem ſuam, [17] me eijciẽte eum. Et ex-
ciderunt eum alieni tyranni Gẽtium, atque ſtra
uerunt eum in mõtibus, & in omnibus vallibus
ceciderunt rami eius, & confractæ ſunt frondes
eius iuxta omnes torrẽtes terræ: deſcenderúnt-
que de vmbra eius cuncti populi [18] terræ, & reli-
querunt eum. [19] Super ruina eius requieſcebant
omnia volatilia cæli, & ſuper ramos eius fuerũt
omnes beſtiæ agri. [20] Idcirco ne ſe efferant ſta-
tura ſua cunctæ arbores aquarum, [21] nec proferãt
cacumen ſuum inter condenſa, neque ſtent [22] ſu-
per illas in ſublimitate ſua [23] cuncta quæ bibunt
aquam: quoniã omnes illi traditi ſunt in mor-
tem, [23] ad terram inferiorem [24] in medio filio-
rum hominum, ad eos qui deſcẽdunt in foueã.
Sic dicit Domin⁹ Deus, Eo die quo deſcẽdit [16] ad
inferos, luctum indixi, [17] operui ſuper eũ abyſ-
ſum, & [18] prohibui flumina ei⁹, & prohibitę ſunt
aquæ multæ. Atratum reddidi propter eum [19] Li
banum, & omnes [aliæ] arbores campi propter
eũ [10] exanimatæ ſunt. A fragore ruinæ eius com
moui [11] gentes, quum deijcerem [12] eos ad inferos
cũ his qui deſcendunt in foueam, & conſolatio-
nẽ acceperunt in [13] terra inferiori omnes arbores
[14] delicatiores, [15] electæ & bonæ Libani, omnes

XXXI.

¶1 in magnitudine tua: .i. excellentia. hoc eſt, ſi opes ſpectes. ¶2 ſylua ſua. i. multitudine ramorum ¶3 vl, ramos .i. ... ditos. i. inter cui⁹ ramos dẽſos extabat ſũmus ramus. Aſſyrius poterat comparari cedro altæ: erat eni opulẽtiſſimus, latẽq; imperabat. Hæc autem comparatio parabolica, fortunatum eum ſignificat. ¶4 Heb. magnã fecerant eam. ¶5 ſcilicet voraginis ſiue abyſſi. ¶6 vl, ad omnes arbores .i. vorago illa opum & opulẽtia fouebat ſub ditos. ¶7 ſiue regionis. cui ſcilicet imperabat. ¶8 ſcilicet abyſſus ¶9 nidificare ſolebant ¶10 q. d. nulli cedri eam ſuperauerunt, ne ex quidem quæ fuerũt in paradiſo terreſtri. Alij legunt, cedri nõ obſcurarũt eã, in hortis Dei abietes nõ fuerunt ſimiles. ¶11 ſimiles fuerunt ramis ei⁹. ¶12 vl, fecerã. De⁹ dat opes & nobilitat quos vult, omniũq; bonorũ author eſt. ¶13 ita vt inuiderẽt ei omnes arbores Eden ¶14 Partim hæc oratio ad cedrum refertur, partim ad rem ſignificatã per cedrum: vnde mutatio eſt perſonarum: dedit ramum ſuum inter condenſa. i. ſtipatus eras multitudine regum & nobilium. ¶15 Chaldæos vocat fortiſſimos Gẽtium, quia imperauerunt poſtea Orienti. ¶16 vl, propter. i. faciet ei quæ volet propter improbitatem illius. ¶17 illum abieci. ¶18 cui ſcilicet imperabat. ¶19 .i. ſuper truncum eius iacentem humi. q. d. Contemptus fuit ab omnibus. ¶20 Vt non ſe eleuent &c. q. d. Hæc dicta ſunt vt diſcamus non ſuperbire. vl, ne diuites ſuperbiant. ¶21 .i. nec tibi nimium placeant quòd tanto ſatellitio ſtipentur. ¶22 vlmi eorum ¶23 vl, [nempe] omnes potatores aquarũ. i. nec efferantur omnes diuitijs affluentes. ¶23 .i. in ſepulchrum. ¶24 vl, inter alios homines. i. vt alij plebeij. ¶16 ad ſepulchrum, lugere feci. ¶17 ſub. ſacco. Alludit ad id quod dixit pri⁹, Abyſſus exaltauit illũ. q. d. Abyſſus illa quę cedrum illam eduxerat, mœſta fuit eius cauſa. hoc eſt, opes illæ deſtitutæ eo rege, videbãtur lugere. ¶18 ne ſcilicet eam cedrũ rigarẽt, priuaui illã oĩbus opibus. ¶19 Per Libanũ intelligit Aſſyriam ipſam, quã induerit pullis veſtib⁹ ꝓpter mortẽ ei⁹. ¶10 fatigatæ ſunt. ſiue, deliquiũ animi paſſæ ſunt. Qui feſſi ſunt, ſtatim deliquiũ animi nullo negotio patiunt. ¶11 ſub. Aſſyrias, ¶12 illũ ¶13 vl, i ſepulchrũ, cũ mortuis ¶13 ſiue, locis ſubterraneis, ¶14 Eden. i. nobiles prius vita fũcti, hoc ſocio gauiſi ſunt. ¶15 Heb. electio & bonũ Libani. i. arbores pulchræ quales proueniũt i Libano.

¶16.i. quæ humore aluntur. ¶17 Heb. & brachiũ ei⁹ qui ſedebant in vmbra ei⁹ i medio Gẽtiũ. Brachiũ ei⁹ vocat ſocios & adiutores, q ſecuri inter alias Gẽtes habitabãt, q illis fauerct Aſſyrius. ¶21 Eden? q.d. quem æquaſti gloria & magnitudine? tu nuſquã aſſecutus es gloriã Aſſyrij, & tamen ita te efferes vt videaris nulli⁹ tellis poſſe occũbere. ¶10 Eden .i. cũ aliis regibus. ¶40 ſub. corde ¶41 Hoc eſt. Hic eſt exit⁹ Pharaonis & omnis ſplẽdoris & faſt⁹ eius.

XXXII. ¶1 ſub. Sedeciæ regis Iudæ. hoc eſt, mox poſt deſtructionem Ieruſalẽ. ¶2.i. afflat⁹ ſum ſpiritu prophetico dicente. ¶3 Hoc eſt, verſanti inter Gẽtes. q.d. Quod leo eſt inter reliqua aialia, hoc eſt Pharao inter Gẽtes. Cõparatur & ceto, qui aquas & magnos fluct⁹ excitat & impellit in aridã, vicina quæque loca inundans: ſic Pharao moleſtus erat omnibus inſanis bellis, & turbabat quaſq; terras propinquas.

[16] quæ hauriunt aquam, ſed & ipſi deſcenderunt cum eo ad inferos, ad interfectos gladio,[17] qui ſub vmbra brachij eius ſederunt in medio Gentium. Cui ſic ſimilis es in gloria & magnificentia inter arbores[18] delicatas: deijcieris cum arboribus[19] delicatis in terrã inferiorem, inter[40] incircuncisos dormies cũ interfectis gladio. [41] Hic eſt Pharao & vniuerſus ſtrepitus eius, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

Et factum eſt[1] duodecimo anno, duodecimo menſe, prima menſis, vt fieret verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, ſume lamentationẽ ſuper Pharaonẽ regem Ægypti, & dic ad eum, Leunculo[3] Gẽtium aſſimilatus es, & es veluti draco in æquorib⁹, qui[4] laſciuiſti in fluminibus tuis, turbaſti[5] aquas pedibus tuis, & calcaſti flumina earũ. Sic dixit Dominus Deus, Ego expandam ſuper te rete meum, in congregatione populorum multorũ, qui te[6] propellent in ſagenam meam. Et[7] eijciam te in terrã, atque mittã te in ſuperficie campi, efficiámq; vt[8] ſuper te ſedeant omnes volucres cæli, ſatiabóque de te beſtias vniuerſæ terræ. Ponam inſuper carnem tuã ſuper montes, & explebo valles[9] altitudine tua. [10] Inebriabo terram[11] cruore ſanguinis tui vſque ad montes, & voragines implebũtur de te. Obtegã cælos in[13] extinctione tui, & obfuſcabo ſtellas[14] eorum, ſolẽ obducam nubibus, & luna non lucebit lumine ſuo. Omnia luminaria[15] lucentia in cælis obfuſcabo[16] ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuã, dicit Dominus Deus. [17] Cõmouebo cor populorum multorũ, quum induxero cõtritionem tuã in[18] Gentibus ſuper terras quas tu non nouiſti. Obſtupefaciam[19] ſuper te populos[20] multos, & reges eorũ horrore quodam ſuper te horreſcent, quũ[21] volare faciã gladiũ meũ[22] ſuper facies eorũ, & pauebunt per ſingula momẽta, quiſq; ex animo, in die ruinæ tuæ. ¶Quia ſic dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonij veniet ſuper te, per gladios heroum proſternam copias tuas,[23] graſſatores[ſex] Gẽtibus ſunt vniuerſi ipſi, qui deuaſtabunt[24] faſtum Ægypti, & exterminabitur omnis[25] ſtrepitus eius. Perdã & omnia iumenta eius[26] ab aquis multis, nec turbabit eas pes hominis vltra, neq; vngulæ iumẽtorum cõturbabũt eas. Tũc[27] limpidas reddã aquas eorum, & flumina eorũ fluere faciam vt oleum, dicit Dominus Deus: Quũ[ſcilicet] tradidero terram Ægypti deſolatam, &[28] vaſtata fuerit terra à plenitudine ſua, quum percuſſero omnes qui habitant in ea, & ſcient quia ego Dominus. Hæc eſt[29] lamentatio qua eam lamentabuntur,[30] filiæ [inquam] Gentium lamẽtabuntur eam,[31] Ægyptum & omnem ſtrepitum eius lamentabuntur, dicit Domin⁹ Deus. ¶Et factum eſt[32] duodecimo anno, quintodecimo[die] menſis, vt fieret ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, plãge ſuper multitudinem Ægypti, & deijce eã & filias[33] magnificarum Gẽtium, ad terram[34] inferorum

tur aquis. Nam & ipſi cum eo deſcendent ad infernum ad interfectos gladio: & brachiũ vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius in medio nationum eius. Cui aſſimilatus es ô inclyte atque ſublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimã: in medio incircuncisorũ dormies, cũ eis qui interfecti ſunt gladio. Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius: dicit Domin⁹ De⁹.

CAP. XXXII.

Et factũ eſt: duodecimo anno, in mẽſe duodecimo, in vna menſis, factum eſt verbũ Domini ad me, dicens. Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonẽ regẽ Ægypti, & dices ad eum, Leoni Gentiũ aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari: & vẽtilabas cornu in fluminib⁹ tuis, & cõturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Expãdam ſuper te rete meũ in multitudine populorũ multorum, & extraham te in ſagena mea. Et proijciã te in terram, ſuper faciẽ agri abijciam te: & habitare faciã ſuper te omnia volatilia cæli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ. Et dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles tuos ſanie tua. Et irrigabo terrã fœtore ſanguinis tui ſuper montes, & valles implebũtur ex te. Et operiã cum extinctus fueris, cælos: & nigreſcere faciã ſtellas eius: ſolem nube tegam, & luna nõ dabit lumen ſuũ. Omnia luminaria cæli mœrere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper terrã tuam, dicit Domin⁹ Deus. Cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero cõtritionem tuã in Gentib⁹ ſuper terras quas neſcis. Et ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos, & reges eorũ horrore nimio formidabũt ſuper te propter vniuerſas iniquitates quas operatus es, cum volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcẽt repẽte ſinguli pro anima ſua in die ruinæ ſuæ. ¶Quia hæc dicit Domin⁹ Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladijs fortiũ deijciã multitudinem tuam, inexpugnabiles omnes Gẽtes hæ: & vaſtabunt ſuperbiã Ægypti, & diſſipabitur multitudo eius. Et perdã omnia iumenta ei⁹ quæ erant ſuper aquas plurimas: & nõ conturbabit eas pes hominis vltrà, neq; vngula iumentorũ turbabit eas. Tũc puriſſimas reddam aquas eorum, & flumina eorũ quaſi oleum adducam, ait Dominus Deus, Cũ dedero Terram Ægypti deſolatam: deſeretur autem terra à plenitudine ſua, quando percuſſero omnes habitatores eius: & ſcient quia ego Domin⁹. Plãctus eſt, & plãgẽt eũ: plãgẽt eũ filiæ Gẽtium, ſuper Ægyptũ, & ſuper multitudinem eius plangẽt eum, ait Dominus Deus. ¶Et factũ eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factũ eſt verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis cane carmẽ lugubre ſuper multitudinem Ægypti: & detrahe eã ipſam, & filias gẽtium robuſtarum ad terram vl-

Iubet ꝓpheta plãgere Pharaonẽ regẽ Ægypti.

Ier.12.d. & 27.&

B Eſa.13.b. Ioel. 2.c. mat.24.c

¶tuæ.

C Vaſtationẽ Ægypto à rege Babylonis vẽturã prædicit.

D Planctus ſup deſcenſu ei⁹ ad inferos.

¶4 Heb. eduxiſti[ſub. aquas] per flumina tua. ¶5 Aquæ ſignificãt exercitũ. En cũ bella mouebas cõtra aliquos, pedibus eos conculcabas, exercitúſq; eorũ. ¶6 vl, extrahent ſagena mea. i. excitabo regẽ potẽtiſſimũ contra te, capieriſq; vt cete reti. ¶7 Et relinquã te in terra. ſub. inſepultũ. ¶8.i. ſuper cadauer tuũ & militum tuorũ. ¶9.i. aceruo militum tuorũ propter quos nimiũ tibi placebas. Altitudo poteſt pertinere ad animũ, aut ad corpus. ¶10 Irrigabo ¶11 natatione tua in ſanguine tuo. i. terrã in qua natare ſoles cũ Nilus exundat. Vel potius vertẽdũ, terrã natantem tibi. i. cui innatat aqua Nili, hoc eſt quæ alluitur Nilo. Tribuit ipſi, quod eſt aquæ. ¶12.i. ſanguine tuo. ¶13 vl, cum extinxero te, ¶14 ſub. cælorum. ¶15 Heb. luminis. i. luminoſa corpora. q.d. alij planetæ. ¶16 propter te, ¶17 Iraſci faciam ¶18 in alias Gentes[&] ad regiones &c. i. ſuper Ægyptios ſuperatos & fugiẽtes ad alias nationes. ¶19 propter te ¶20 vl, fortes, ¶21 coruſcare ¶22 ante ¶23 fortiſſimi Gentium ¶24 vl, dignitatem, aut pulcherrima quæq; ¶25 vl, multitudo ¶26 vl, ita vt deſinant eſſe iuxta aquas multas. i. ne paſcantur in pratis illis riguis & lætis exundatione Nili. ¶27 profundas. i. tunc tranquillas & limpidas reddam eas aquas, vt ſunt altæ aquæ. ¶28.i. quum deſtituetur incolis & iumentis. ¶29 cuius ſcilicet ſuprà memini. ¶30 .i. oppida Gentium. vel mulieres Gentiles ¶31 propter Ægyptum & multitudinẽ eius lamentando dicent eam ſub. lamentationem. ¶32 poſt captam ſcilicet Ieruſalem. ¶33 vl, illuſtrium ¶34 fouearum inferiorũ. Sepulchra regum fiebant inſtar ciſternarum. vnde vtitur voce Hebræa quæ ſignificat ſpeluncam ſiue foueam ſepulchralem.

¶ interfecti Qui cũ Ægypto deſcenderit ad inferos.

¶ eius

¶ deſcẽdunt

¶ qui

¶ dedi terrorem meum

Admonet ſuos vt vatibus credant docens interim quod ſit officiũ epiſcopi & ſubditi, eũ exhortatiõe ad reſipiſcẽtiam.

¶ ſe

timam cum his qui deſcendunt in lacum. Quo pulchrior es? deſcende, & dormi cũ incircunciſis. In medio interfectorũ gladio cadẽt: gladius datus eſt, & attraxerunt eam, & omnes populos eius. Loquentur ei potentiſſimi robuſtorũ de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius deſcenderunt, & dormierunt incircuncifi, interfectiq; gladio. Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius: in
E circuitu illius ſepulchra eorũ: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio: quorum data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci. Et facta eſt multitudo ei⁹ per gyrum ſepulchri eius: vniuerſi interfecti, cadentéſque gladio, qui dederant quõdam formidinem ſuã in terra viuentium. Ibi Ælam, & omnis multitudo eius per gyrum ſepulchri ſui: omnes hi interfecti, ruentéſque gladio, qui deſcenderunt incircũciſi ad terram vltimã: qui poſuerunt terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuã cum his qui deſcenderũt in lacum. In medio interfectorum poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius: in circuitu eius ſepulchrum illi⁹. omnes hi
F incircuncisũ interfectique gladio: dederũt enim terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcẽdunt in lacũ, in medio interfectorũ poſiti ſunt. Ibi Moſoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi incircũciſi interfectique, & cadentes gladio: quia dederunt formidinẽ ſuam in terra viuentium. Et nõ dormient cum fortibus, cadentibúſque, & incircunciſis qui deſcenderũt ad infernũ cum armis ſuis: & poſuerũt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum: quia terror fortiũ facti ſunt in terra viuẽtiũ. Et tu ergo in medio incircunciſorum contererĩs, &
G dormies cũ interfectis gladio. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cũ exercitu ſuo cum interfectis gladio: & qui cum incircunciſis dormierunt, & cum his qui deſcenderunt in lacũ. Ibi principes Aquilonis omnes & vniuerſi venatores: qui deducti ſunt cum interfectis, pauentes, & in ſua fortitudine confuſi: quia dormierunt incircuncisũ cum interfectis gladio, & portauerũt confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait Domin⁹ Deus. Quia dedit terrorem ſuum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius: ait Dominus Deus.

CAP. XXXIII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virũ vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: Et ille viderit gladium veniẽtem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annũtiauerit populo: Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eũ: ſanguis ipſius ſuper caput ei⁹ erit. Sonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis ei⁹ in ipſo erit: ſi autẽ ſe cuſtodierit,

rorum cum his qui deſcẽdũt in foueam. [15] Quonam pulchrior es tu? deſcende & iace cum [16] incircũciſis. In medio interfectorum gladio [17] cadẽt, gladio [18] tradita eſt, [19] detrahite igitur eam, & omnes copias eius. Loquentur cum eo [40] fortiores quique de medio [41] inferorum cum auxiliaribus eius, qui deſcenderũt & dormierũt [42] incircuncisũ cum interfectis gladio. [43] Ibi eſt Aſſur & omnis congregatio eius, [44] per circuitum ſunt ſepulchra eius, [45] omnes hi interfecti gladio qui corruerunt gladio, quorũ ſepulchra poſita ſunt [46] in lateribus laci. Fuitque congregatio eius per circuitũ ſepulturæ eius, omnes circuncisũ corruerunt gladio, qui [47] dederunt terrorem in terra viuẽtiũ. Ibi Ælam & omnes copiæ eius, per circuitum ſepulturæ eius, omnes ipſi interfecti corruerunt gladio, qui deſcenderũt [48] incircũciſi in terram inferorum, quique dederunt terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum deſcendẽtibus in foueam. In medio interfectorum [49] poſuerũt ei lectum [50] pro omni multitudine eius: per circuitum eius ſepulchra eius: omnes ipſi incircuncisũ & interfecti gladio, quoniam dat⁹ eſt terror eorum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuã cum deſcẽdẽtibus in foueam, in medio interfectorũ [51] poſit⁹ eſt. Ibi [52] Meſech, Thubal, & omnis multitudo eius, per circuitum ei⁹ ſepulchra eius: qui omnes ſunt incircuncisũ interfecti gladio, quoniam poſuerũt terrorem ſuũ in terra viuentium. Non autem iacebunt cũ heroibus, qui ex incircunciſis [53] ceciderũt, & qui deſcẽderunt [54] ad inferos cũ armis ſuis bellicis, poſuerũntq; gladios ſuos ſub capitib⁹ ſuis, [55] & fuit iniquitas eorum ſuper oſſa eorum: [56] quoniã terror heroum in terra viuentium. Et tu in medio incircunciſorum confringeris, & dormies cũ interfectis gladio. [57] Ibi Edom, reges eius & cũcti principes eius, qui poſiti ſunt cũ fortitudine ſua inter occiſos gladio: ipſi cũ incircũciſis iacebũt, & cũ his qui deſcenderunt in foueã. [58] Ibi duces Aquilonis, ipſi omnes & omnes Zidonij, qui deſcẽderunt cum interfectis, [59] cũ formidine ſua [60] à fortitudine ſua pudefacti. Iacuerunt autem incircuncisũ cum interfectis gladio, & portauerunt ignominiã ſuam cum his qui deſcenderũt in foueam. [61] Hos videbit Pharao, & conſolabitur ſe ſuper vniuerſa multitudine ſua, qui interfecti ſunt gladio, Pharao inquã & cũctus exercit⁹ ei⁹, dicit Dominus Deus. Quoniã [62] dedi formidinem meã in terra viuẽtiũ, & ponetur in medio incircũciſorũ cũ interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo ei⁹, dicit Dominus Deus. C. XXXIII.

REverſum factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, loquere [1] ad filios populi tui, & dic ad eos, [2] Si induxero gladiũ ſuper terram, & acceperit populus terræ virũ aliquẽ de finibus ſuis, poſueritq; eum tibi ſpeculatorẽ, Et is viderit gladium veniẽtem ſuper terrã, clanxeritq; tuba, & monuerit populũ diſerte, Et [3] audiẽdo audierit vocem tubæ, [4] & moneri nolit, veneritq; gladi⁹, & tulerit eum, [5] ſanguis eius erit ſuper caput eius. Vocem enim tubæ audiuit, [6] nec paſſus eſt ſe moneri, [ideirco] [7] ſanguis ei⁹ in eo erit: Is autem qui ſe moneri paſſus eſt, ſaluabit

¶ 15 Quo elegãtior es, deſcende, &c. Vel, Quo pulchrior es, deſcẽdes. vt ſint iperatiui pro futuris. Pharaonẽ alloquitur. ¶ 16 ſub. corde. .i. cum impijs. ¶ 17 ſub. Ægyptij. ¶ 18 ſub. Ægyptus.

¶ 19 trahite ſub. ad mortẽ. ¶ 40 Heb. potẽtiſſimi fortiorũ. Verba quib⁹ cõpellabũt tyrãni Pharaonẽ, omittit ꝓpheta. ¶ 41 ſepulchri ¶ 42 cũ icircũciſis iterfectis gladio. ¶ 43 ſub. in ſepulchro. ¶ 44 Hoc dicit (vt ait quidam Hebræorũ) non quòd eodem loco eſſent ſepeliendi, ſed quòd ſimili morte ꝑdẽdi. ¶ 45 erũt oẽs occiſi qui caſuri ſunt ¶ 46 vel, in parte infima ſepulchri lapidei. ¶ 47 .i. qui mortalibus viuentibus incuſſerunt timorẽ. ¶ 48 ſub. corde. quia erãt morituri in impietate ſua. ¶ 49 vel, appararunt. ſub. angeli. ¶ 50 cũ omni ¶ 51 Singulare pro plurali: collocati ſunt. ¶ 52 .i. Cappadocia, & Iberia. ¶ 53 ſub. morte naturali, ſed morte violẽta peribũt. ¶ 54 in ſepulchrum ¶ 55 ſed erit iniquitas eorũ in oſſibus eorum: .i. non efferentur more aliorum nobilium cum pompa, ſed interficientur: oſſa eorum in vltionem iniquitatum eorum concidentur.

¶ 56 .i. quia illi fortes miſeris hominibus metum incutiebant. ¶ 57 ſub. in ſepulchro. ¶ 58 .i. Eò deſcendent principes Babylonij. ¶ 59 vel, dum alios terrent ¶ 60 Pudet, inquit, eos ſui roboris: nam in medijs conatibus deſtituuntur ſua virtute. ¶ 61 Tota hac periphraſi hoc tantum vult dicere, Pharao, vt & illi, morietur. ¶ 62 Præterita pro futuris, dabo &c. Quoniã ego tempore ſuo mortales terrebo. XXXIII. ¶ 1 vel, ad populares ſuos, ¶ 2 Heb. Terra cum induxero ad eam gladium. Latine, Cum immiſero hoſtes in aliquam regionem, ¶ 3 ſub. audiens. .i. quiſquis audierit. ¶ 4 vel, nec cauerit ſibi, ¶ 5 .i. cauſa erit ſuæ mortis, neque in alium poterit conijcere culpam. ¶ 6 vel, nec cauit ſibi, ¶ 7 .i. merito cauſa ſuæ mortis erit.

animam ſuam. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, nec clanxerit cornu, & populus[9] diſerte nõ fuerit præmonitus,' & venerit gladius, & abripuerit ex eis[9] animam:' talis propter iniquitatem ſuam abreptus eſt, ſed [10] requiram ſanguinem eius de manu ſpeculatoris. Et te quidem fili hominis, conſtitui ſpeculatorem domui Iſraelis, vt audias ex ore meo verbum, & diſerte moneas eos ex me. Quum dixero impio, Impie tu certiſſime morieris: tu vero non fueris loquutus vt diſerte moneas impium [vt diſcedat] à via ſua: ipſe impius [11] in iniquitate ſua' morietur, & ſanguinem eius de manu tua requiram. Si vero tu diſerte monueris impium à via ſua vt ab ea diſcedat, is autem à via ſua conuerſus non fuerit: ipſe in iniquitate ſua morietur, tu vero liberaſti animam tui. ¶ Tu ergo fili hominis, dic ad domum Iſraelis, Sic plane dixiſtis, [11] Transgreſſiones noſtrę & peccata noſtra ſuper nos [ſunt,]' atque in eis tabeſcimus: quomodo ergo [1] viueremus?' Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus Deus, non delector morte impij, [14] quin magis quũ reuertitur impius à via ſua, & vixerit.' Conuertimini, cõuertimini de vijs veſtris malis: cur enim moreremini dom[us] Iſraelis? ¶ Tu ergo fili hominis, dic ad filios populi tui. Iuſtitia iuſti non liberabit eũ [15] quo tẽpore tranſgreſſus fuerit: [16] neque impius impinget in impietate ſua,' quo tẽpore cõuerſus fuerit ab impietate ſua: rurſus iuſtus nõ poterit viuere in iuſtitia ſua, quo tempore peccauerit. Quum ergo iuſto [17] dixero, Omnino viuet: is autem cõfiſus de ſua iuſtitia, peruerſe fecerit: omnium iuſtitiarũ ſuarum nulla erit memoria, ſed in peruerſitate ſua quã perpetrauit morietur. Rurſum quũ dixero impio, Omnino morieris: & is conuerſus à peccato ſuo, fecerit iudicium & iuſtitiam, [nempe] pignus [8] reſtituerit' impius, raptum reddiderit. In ſtatutis [19] vitæ' ambulauerit, vt nihil peruerſi faciat: viuẽdo viuet, & nõ morietur. Omnia peccata ei[us] quæ peccauit, non commemorabũtur ei, iudicium & iuſtitiã fecit, ideo certiſſime viuet. [10] Dicũt autẽ' filij populi tui, Non eſt æqua via Domini: quum potius eorum via non ſit æqua. Quum auertit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & peruerſe egerit, morietur [11] in eis.' Impius vero ſi ſe auerterit ab impietate ſua, & fecerit iudiciũ & iuſtitiam, in his ipſe viuet. [12] Et dicitis,' Non eſt æqua via Domini, quẽque ex vobis iudicabo ſecundum vias ſuas, ô domus Iſrael. ¶ Et factũ eſt [13] duodecimo' anno, decimo [menſe,] quinta menſis [14] noſtræ tranſmigrationis,' vt veniret ad me quidã qui euaſerat de Ieruſalem, dicens, Percuſſa eſt ciuitas. Et [15] manus Domini facta erat ſuper me ſub veſperã,' priuſquam veniret ille qui euaſerat, & aperuerat os meum, [16] dum ille mane veniret' ad me: aperuerat inquam os meum, nec vltra obmuteſcebam. Factúſque eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, qui inhabitãt deuaſtata illa loca in terra Iſraelis, dicentes aiunt, [17] Vnus fuit Abraham, & [18] occupauit terrã:' & noſtrũm multi ſunt, [19] nobis data eſt terra poſſidenda.' Idcirco dic ad eos, Sic dicit Domin[us] De[us], Vos comeditis [10] cũ ſanguine,' & attollitis oculos veſtros ad idola veſtra, atque ſanguinem effunditis, & terram hanc poſſideretis? Stetiſtis ſuper [11] gladio veſtro,' & feciſtis abominãda: quiſque vxorẽ proximi ſui polluiſtis, & terrã hanc poſſideretis? Sic igitur dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus, [12] Viuo ego, [&] ſi nõ qui in [13] locis deſolatis ſunt,' gladio cadent, & qui in ſuperficie campi eſt, hunc tradam beſtiæ vt

animam ſuam' ſaluabit.' Quòd ſi ſpeculator viderit gladium veniẽtem, & non inſonuerit buccinã & populus ſe non cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidẽ in iniquitate ſua capt[us] eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requirã. ¶ Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonẽ, annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: nõ fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requirã. Si autem annunciante te ad impium vt à vijs ſuis cõuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuã liberaſti. ¶ Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael, Sic locuti eſtis, dicentes, Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo viuere poterimus? ¶ Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Cõuertimini * à vijs veſtris peſſimis: & quare moriemini dom[us] Iſrael? ¶ Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei in quacũque die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus nõ poterit viuere in iuſtitia ſua in quacũq; die peccauerit. Etiã ſi dixero iuſto quòd vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatẽ: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradẽtur, & in iniquitate ſua quam operat[us] eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinámque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet. Et dixerunt filij populi tui, Non eſt æqui ponderis via Domini, & ipſorum via iniuſta eſt. Cum enim receſſerit iuſt[us] à iuſtitia ſua, feceritque iniquitates: morietur in eis. Et cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritque iudicium & iuſtitiã: viuet in eis. ¶ Et dicitis, Non eſt recta via Domini. vnumquẽque iuxta vias ſuas iudicabo de vobis, domus Iſrael.

¶ Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta mẽſis trãſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Ieruſalem, dicens, Vaſtata eſt ciuitas. Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere antequã veniret qui fugerat: aperuitque os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non ſilui amplius. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his, ſuper humũ Iſrael, loquentes aiunt, Vnus erat Abrahã, & hæreditate poſſedit terram: nos autẽ multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras, & ſanguinem funditis: nunquid terrã hæreditate poſſidebitis? Stetiſtis i gladijs veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſq; vxorem proximi ſui polluit: & terrã hæreditate poſſidebitis? Hæc dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Viuo ego quia qui in ruinoſis habitãt, gladio cadent: & qui in agro eſt, beſtijs tradetur ad

¶[9] ſaluaſti

B

T.3.d.

Deſperantes C cõfirmat, & promiſſione miſericordię Dei erigit.

T 18.g.

*, conuertimini

Vt iuſto ſi ad peccãdum ſe addixerit, nihil profuerit priores iuſtitiæ: ita impio reſipiſcenti, ante acta peccata non imputantur. D

T.18.g.

E Excidium Ieruſalẽ iactũ nunciat.

Sermo Domini contra reliquias populi.

F

¶1 non cauerit ſibi, ¶9 vl, aliquem, ¶10 i. animaduertã in epiſcopum vt authorẽ necis huius.
¶11 propter iniquitatem ſuã ¶12 i. peccatis grauamur. ¶13 ſub. vita æterna. ¶14 ſed potius [opto] vt conuertat quiuis improbus à via ſua mala, & viuat. ¶15 vl, quum aget impie: ¶16 i. non corruet propter improbitatem ſuã, quum auerſus fuerit ab ea. ¶17 vl, pollicitus fuero. ſub. vitam æternam.
¶18 ſub. pauperi. ¶19 i. quæ ſunt media ad conſequendam vitam æternã. Poteſt exponi, viuorum. i. quo more ſolent probi viuere. nam peccatores dicũtur mortui. ¶10 vl, Dicerẽne ergo poterunt ¶11 propter ea. nempe q iniquus ſit, & probitatem reliquerit.

¶12 vl, Diceriſne ergo, ¶13 Alij legunt vndecimo. ¶14 vl, à noſtra tranſmigratione. Tranſmigrationẽ Ioacim, ſuã vocat, quia eodẽ tempore cũ alijs demigrarat Babylonem propheta. ¶15 i. fui afflatus ſpiritu prophetico initio eius diei. nã Hebræi diẽ à noctis crepuſculo incipiunt. ¶16 donec veniſſet ¶17 vnicus erat, qui ſcilicet Deũ coleret. ¶18 poſſedit terrã iſtam inclytã: ¶19 [quapropter] nobis dabitur terra hæc in hæreditatẽ. Hoc eſt, perpetuo habitabimus in terra hac. ¶10 ſub. cõtra legẽ. Leui. 19. e. ¶11 ſub. ad effundendũ ſanguinem innocẽtem. Habitus feriẽ paratum notatur. ¶12 Duæ formulæ iurandi. quaſi dicat, Quàm verum eſt me viuere, tam verũ erit eos periturosnõ habeáque poſthac pro Deo, ſi non ita futurum eſt. ¶13 hoc in Godolia accidit,

deuorãdũ: qui autẽ in præſidijs & ſpelũcis ſunt, peſte morientur. Et dabo terrã in ſolitudinẽ & in deſertũ, & deficiet ſuperba fortitudo eius: & deſolabũtur montes Iſrael, eo q nullus ſit qui per eos trãſeat. Et ſcient quia ego Domin⁹, cũ dedero terram eorũ deſolatã & deſertã propter vniuerſas abominationes ſuas quas operati ſunt.

In deriſores verborũ prophetæ.

¶ Et tu fili hominis: filij populi tui q loquuntur de te iuxta muros, & in oſtijs domorũ: & dicunt vnus ad alterũ, vir ad proximũ ſuum loquentes, Venite, & audiamus quis ſit ſermo egrediẽs à Domino. Et veniũt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedẽt corã te populus meus: & audiũt ſermones tuos, & nõ faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt illos, & auaritiã ſuã ſequitur cor eorum. Et es eis quaſi carmen muſicũ, quod ſuaui dulciq; ſono canitur: & [a]audient[a] verba tua, & non [b]facient[b] ea. Et cum venerit quod prædictum eſt (ecce enim venit) tunc ſcient quòd propheta fuerit inter eos.

¶ a audiunt ¶ b faciunt

CAP. XXXIIII.

In paſtores q neglecto grege Chriſti q̃ ſua ſũt quærunt. Ierem. 23. a.

ET factũ eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael propheta, & dices paſtorib⁹, Hæc dicit Domin⁹ De⁹, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nõnne greges à paſtorib⁹ paſcũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis: gregẽ autẽ meũ non paſcebatis. Quod infirmũ fuit nõ cõſolidaſtis, & quod ægrotũ nõ ſanaſtis, quod cõfractũ eſt nõ alligaſtis, & quod abiectũ eſt nõ reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis: ſed cũ auſteritate imperabatis eis, & cũ potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo q non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem
B omniũ beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cunctis mõtib⁹, & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnẽ faciẽ terræ diſperſi ſunt greges mei, & nõ erat qui requireret, nõ erat inquã qui requireret. ¶ Propterea paſtores

Dicit Deus ſe viſitaturum oues ſuas diſſipatas, & eas cõgregaturum.

audite verbũ Domini. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo q facti ſunt greges mei in rapinã, & oues meæ in deuorationẽ omniũ beſtiarum agri, eo q non eſſet paſtor (neq; enim quæſierunt paſtores mei gregem meũ: ſed paſcebãt paſtores ſemetipſos, & greges meos nõ paſcebãt) propterea paſtores audite verbũ Domini, Hæc di
C cit Dominus Deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregẽ meum de manu eorum, & ceſſare faciã [c]vt vltrà nõ paſcant gregẽ meũ, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos: & liberabo gregẽ meum de ore eorũ, & nõ erit vltra eis in eſcam. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuũ in die quando fuerit in medio ouium ſuarũ diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis [d]in quibus[d] diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducã eas in terrã ſuam: & paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terræ. In paſcuis vberrimis paſcã eas, & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum: ibi requieſcent in herbis virẽtibus, & in paſcuis pinguibus paſcẽtur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit Domin⁹ Deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod cõfractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, conſolidabo: & quod pingue & forte, cuſtodiam: & paſcam in iudicio.

¶ c eos ¶ d in quos

deuoret eum: qui vero in præſidijs ſunt atq; ſpeluncis, peſte morientur. Reddam quoque terram ipſam vaſtam & deſolatam, & ceſſabit faſtus roboris[14] eius:' vaſtabuntúrque montes Iſraelis, vt nemo ſit qui pertranſeat. Et ſcient quia ego Dominus, quum reddidero terram vaſtam & deſolatam propter omnes abominationes quas fecerunt. ¶ Et tu fili hominis, filij populi tui[15] colloquuntur tecũ [16]iuxta parietes,' & in oſtiis domorum loquitur alter ad alterum, quiſque videlicet ad proximum ſuũ, dicendo, Venite quæſo, & audite,[17] quodnam verbũ egreſſum ſit à Domino. Et veniunt ad te,[18] quemadmodũ venire populus [ſolet,]' ſedẽtq; coram te popul⁹ meus, & audiunt ſermones tuos, quos tamen non faciũt: quandoquidẽ[39] cantiones edunt ore ſuo,' ſed poſt [40]emolumentum ſuũ' vadit cor eorum.[41] Et ecce tu es eis quẽadmodum cantio amatoria quæ pulchre ſonat, elegantique melodia, audiunt' verba tua, ſed ea non faciunt. Quum vero venerit[42] illud (ecce enim venit,) tum ſcient quòd propheta fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, vaticinare cõtra paſtores Iſraelis, vaticinare, & dices ad eos, [nempe] ad paſtores, Sic dicit Dominus Deus, Væ paſtoribus Iſraelis, qui [1]pauerunt' ſeipſos: an non gregem paſcere [debent] paſtores? [2]Pingue' comeditis, lana induimini, quod craſſum eſt mactatis, gregem nõ paſcitis, [3]Debile' non [4]confortaſtis,' ægrotum nõ ſanaſtis, cõfractum non obligaſtis, [5]propulſum' non reduxiſtis, & perditam nõ quæſiuiſtis: quia in duritia & ſæuitia dominati eſtis eis. Et [6]errarunt abſque paſtore,' fuerúntque [7]cibus' omni beſtiæ agri, [8]& palantes.' Errauit grex meus in omnibus montibus, atque in omni colle excelſo, & in omni ſuperficie terræ diſperſus eſt grex me⁹, nec eſt qui quærat aut requirat. ¶ Propterea audite paſtores verbum Domini, Viuo ego, dicit Dominus Deus, ſi non eo quòd oues meæ fuerunt direptioni, & factæ ſunt oues meæ cibus omni beſtiæ agri (eo q non eſſet [eis] paſtor,) & q paſtores mei oues meas non requiſiuerũt, ſed paſtores ſeipſos pauerunt, oues autem meas nõ pauerunt: Idcirco paſtores audite verbum Domini, Sic dicit Dominus Deus, Ecce ego [9]contra paſtores,' & requiram oues meas de manu eorum, & faciã eos ceſſare ne [vltra] paſcant oues, neque paſtores paſcant vltra ſeipſos, ſed eripiam oues meas ex ore eorum, [10]neque erũt eis cibus.' Quia ſic dicit Dominus Deus, [11]Ecce ego,' ego inquã requirã oues meas, & [12]inueſtigabo' eas: Quẽadmodum[13] requirit' paſtor gregẽ ſuum, quo die fuerit in medio ouium ſuarũ diſperſarum, ſic requirã oues meas, & eripiã eas ex oĩb⁹ locis in quæ ſunt diſperſæ,[14] in die nubis & caliginis.' Et [15] educã' eas de populis, cõgregabóque eas de regionib⁹, & introducam eas in terram ſuã, & paſcam eas in mõtib⁹ Iſraelis, [16]iuxta riuos,' & in cũctis habitationib⁹ Terræ. In paſcuis bonis paſcã eas, & in mõtibus excelſis Iſraelis erit [17]ſtabulatio' earum, ibi accubabunt, in ſtabulatione amœna, & in paſcuis pinguib⁹ paſcẽtur, nẽpe ſuper mõtes Iſraelis. Ego paſcã oues meas, & faciã eas accubare, dicit Domin⁹ Deus. Perditã requirã, [18]propulſatam' reducã, confractam ligabo, infirmam roborabo, pinguem vero & fortem[19] compeſcam.'

¶ 14 ſub. terræ. ¶ 15 obloquuntur tibi ¶ 16 per quos ſcilicet fabulantur. ¶ 17 vel, quid ſibi velit ſermo Domini. ¶ 18 Heb. iuxta ingreſſum populi. i. vt populus ſolet ingredi, nempe confertim, & multi ſimul. ¶ 39 ſubſannationes ore ſuo concinnant. i. rident doctrinam tuam. ¶ 40 vel, auaritiam ſuam ¶ 41 Et certe tu illis es vt ſauthor carminis] amatorij voce ſuaui prædit⁹, & inſtrumentum muſicum ſcite pulſans: audiũt namque &c. q. d. frequẽtes eũt auditũ ſermones tuos, recreationis ergo, non doctrinæ, vt fiant meliores. ¶ 42 ſub. quod prædicis.

XXXIIII.

¶ 1 vel, paſcunt. i. qui cuticulã curant relicta ouium cura. ¶ 2 ſiue, Adipẽ. Adeps ſignificat bona & opes. Chaldæus paraph. comeditis & abſumitis fortunas. ¶ 3 Infirmas, vel, læſas. ſub. oues. i. quibus aliquod membrum dolet. Neutra in fœminina vertenda, vt ouis vel pecus ſubaudiatur. ¶ 4 vel, conſolidaſtis. aut, refeciſtis. ¶ 5 vagantem, aut, deiectam. ſub. in ſpeluncam quandam. ouem intellige. ¶ 6 Et diſperguntur [oues] quòd non habeant paſtorem. ¶ 7 in deuorationem ¶ 8 diſperguntur inquam. ¶ 9 ſub. veniã. ¶ 10 vel, neque poſthac deuorabunt eas. ¶ 11 ſub. venturus ſum. ¶ 12 vel, viſitabo ¶ 13 vel, conſiderat ¶ 14. i. tempore calamitatis & infortunij. ¶ 15 reducam ¶ 16 in vallibus. Vox Hebræa APIKIM, riuos ſignificat. quia vero aqua per decliuem locum labitur, accipitur pro valle. ¶ 17 caula ¶ 18 errabundam ¶ 19 vel, diſperdam. Pinguis ouis ſignificat eam quæ depellit alias à paſcuis. hoc eſt, contumelioſos & iniurioſos in alios, perdam.

& paſcā eſ[10] in iudicio.' ¶Vos autē oues meæ, ſic dicit Domin⁹ Deus, Ecce ego [11]iudico inter pecus & pec⁹, iter arietes & hircos. [12]An leue vobis eſt' ꝙ paſcua bona depaſcitis, niſi reſidua paſcuorū veſtrorum pedibus veſtris cōculcetis, & bibentes [13]limpidiores[aquas,] reſiduas pedib⁹ veſtris conturbetis? Et oues meæ cōculcatum pedib⁹ veſtris depaſcunt, & cōturbatū pedibus veſtris bibunt. Propterea ſic dicit Dominus Deus ad eos, Ecce ego, ego inquā iudicabo inter pecus [14]pingue,' & inter pecus macilentū, Eo ꝙ [15]in latus & humerū impellitis, & cornib⁹ veſtris impingitis in omnes infirmas, donec diſpergatis eas foras. Ego ſeruabo oues meas, vt nō pateāt vltra direptioni, & iudicabo inter pecus & pecus. Et ſuſcitabo ſuper eas PASTOREM VNVM, qui paſcat eas, [16]Dauidē ſeruū meū:' is paſcet eas, atq; is erit eis paſtor. Ego autē Dominus ero eis Deus, & ſeruus me⁹ Dauid princeps in medio eorū: ego Dominus [17]loquutus ſum.' Et [18]excindā' cum eis fœdus pacis, & [19]faciā ceſſare de terra beſtiā malā,' ita vt in deſerto tuto habitēt, atq; in ſyluis dormiāt. Ego dabo eis & [20]circunquaq; in colle meo' benedictionē, efficiámq; vt deſcēdat pluuia ſuo tempore,[21] vt ſint benedictæ pluuiæ.' Et dabit lignū agri fructū ſuum, ſed & terra dabit prouentum ſuū: erūt tuti in terra ſua, & cognoſcēt quia ego Dominus, quū confregero catenas iugi [22]earum,' & liberauero eas de manu [23]eorum qui eas ſeruitute premunt.' Nō erunt vltra præda Gētibus, neq; deuorabit eas beſtia terræ, ſed habitabūt tuto, nec erit qui exterreat. Excitabo deniq; eis [24]plātulā celebri nomine,' nec erūt vltra [25]collecti ad famē in terra, & nō ferēt amplius ignominiā [26]Gentiū.' Et cognoſcēt quia ego Dominus Deus eorū ſum cū eis, & ipſi popul⁹ meus, dom⁹ Iſrael, dicit Domin⁹ Deus. Vos autē oues meæ, oues paſcuæ meæ [27]homines eſtis,' & ego Deus veſter, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXV.

FActū eſt verbū Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuā verſus montē Seir, & vaticinare cōtra eum, dicēſq; ei. Sic dicit Domin⁹ Deus, Ecce ego [1]contra te ô mons Seir, & extendā manum meā contra te, ponámq; te deſolatum & deſertū. Ciuitates tuas reddā deſolatas, & tu vaſtaberis, ſciēſque quia ego Dominus. Quandoquidem habuiſti perpetuū [2]odium contra Iſraelitas, & terruiſti eos gladio,' eo tēpore quo calamitoſi eſſent, & eo tempore [3]quo finē [habuit] iniquitas:' Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus, ꝙ ad ſanguinem [4]faciam te,' & [5]ſanguis te perſequetur:' certe ſanguinē odiſti, ſanguis te perſequetur.' Reddam enim montē Seir ſqualidum & deſolatū, & [7]excindam ex eo trāſeuntē & redeuntē.' Implebo quoq; montes eius interfectis eius, [8]& colles tuos, valles tuas atque torrētes tuos occiſis gladio, corruentq; in eis.' In perpetuas deſolationes redigam te, & ciuitates tuæ non [9]redibunt,' ſcietiſque ꝙ ego ſum Dominus. Quādoquidē dicis, [10]Duæ iſtæ gētes, & duæ terræ,' meæ erūt, & poſſidebimus eā, [11]& Dominus illic fuit,'

ſcam illas in iudicio. ¶Vos autē greges mei, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum. Nōnne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarū conculcaſtis pedibus veſtris. & cum puriſſimā aquā biberetis, reliquā pedibus veſtris [a]turbaſtis.' Et oues meæ his quæ conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebātur: & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce, ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentum, Pro eo quòd lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerētur foras. Saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinā, & iudicabo inter pecus & pecus. B Et ſuſcitabo ſuper eas PASTOREM VNVM, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem Domin⁹ ero eis in Deum: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dominus locutus ſum. Et faciā cum eis pactum pacis, & ceſſare faciā beſtias peſſimas de terra: & qui habitant in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus. Et ponā eos in circuitu collis mei benedictionē: & deducam imbrem in tēpore ſuo, [b]& pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum ſuū, & terra dabit germen ſuū, & erunt in terra ſua abſque timore: & ſcient quia ego Dominus, cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperātium ſibi. Et non erunt vltrà in rapinā in Gentibus, neque beſtiæ terræ deuorabunt eos: ſed habitabunt cōfidenter abſq; vllo terrore. Et ſuſcitabo eis germen nominatū: & non erūt vltrà imminuti fame in terra, neque portabūt vltrà opprobriū Gentiū. Et ſcient quia ego Dominus De⁹ eorū cum eis, & ipſi populus me⁹ domus Iſrael: ait Dominus Deus. B Vos autē greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis: & ego Dominus De⁹ veſter, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXV.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam aduerſum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manū meam ſuper te, & dabo te deſolatum atque deſertum. Vrbes tuas demoliar, & tu deſertus eris: & ſcies quia ego Dominus. Eo ꝙ fueris inimicus ſempiternus, & cōcluſeris filios Iſrael in manus gladij in tēpore afflictionis eorum, in tēpore iniquitatis extremæ: Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniā ſanguini tradam te, & ſanguis te perſequetur: & cum ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te. Et dabo montē Seir deſolatū atque deſertū: & auferam de eo euntē & redeūtem. Et implebo mōtes eius occiſorum ſuorū: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atq; in torrentibus interfecti gladio cadēt. In ſolitudines ſempiternas tradā te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & ſcietis quia ego Dominus Deus. Eo ꝙ dixeris, Duæ gentes, & duæ terræ meę erūt, & hęreditate poſſidebo eas, cū Domin⁹

Arguit quorūdā ex grege malitiā. B

¶[a]turbabatis

Verū paſtorē Chriſtum promittit, & cū eo pacem. Iohan.1.g.10.b. eſa. 40.c. dan.9.g.

C

Iohan.10.b.

Futura montis Seir, hoc eſt Idumæorum deſtructio, ꝙ populum Domini afflixerit.

B

C

¶10.i. vt par eſt. ¶11.i. Lites componam inter oues: & ſi quis alium opprimet, iudicabitur. ¶12 vl, Parúmne eſt vobis. q.d. Graue crimen admittitis. ¶13 He. profunditates aquarum. i. aquas limpidas. nam quæ altæ ſunt aquæ, ſolent eſſe limpidæ. ¶14 Pingues ſignificāt diuites. nā macilēti, ſunt infimi. ¶15 latere & humero. Deſcribit habitū & morem eorū qui alios expellunt. ¶16 Chriſtus dicitur filius Dauid, ꝙ ex eo duxerit originē ſecundum carnem. ſeruus autē Patris, quia eius voluntatē adimpleuit. ¶17.i. ſic ſtatui. ¶18 feriam ¶19.i. auferam poteſtatē quā habet diabolus in homines ꝓpter peccatum. ¶20 vl, iis qui ſunt circū collē meū. i. circū tēplum. ¶21 pluuiæ benedictionis erūt. i. quę fructus creſcere facient. non nocebunt imbres illi, ſed erunt vtiles.

¶22[ſearum.] & [eis] ad oues refertur. i. quum eis reſtituero libertatem. ¶23 Heb. operātiū in eis. i. qui opera ipſorum vtūtur. ¶24 Heb. plātam in nomen. i. quæ pariet eis nomen & famam. Chriſtum intelligit, à cui⁹ nomine appellādi erant Chriſtiani. Planta, ſignificat Deum factū hominem. ¶25 conſumpti fame ¶26 à Gētibus. ¶27 vl, homines eritis. ſub. & non iumēta. tunc eritis digni appellatione hominis, nō bruti animalis. ná deſinetis ſectari carnalia, & Deo adhærebitis. XXXV. ¶1 ſub. vētur⁹ ſum. ¶2 odiſſēt Iſraelitis,] & effudiſti[ſanguinem] filiorū Iſraelis opera gladii. ¶3 i. quū De⁹ eos terræ ampli⁹ nō poſſet, eorūq; puniret opera. ¶4 vl, præparabo te. i. tradā te gladio, & ei qui gladio occidit. ¶5 i. occiſor. ¶6 Variæ ſunt opiniones de ſanguine. Quidā ſic, Tu ſanguinē formidas, incides ergo in ſanguinē. Alij, Feceram te ſanguinē. i. cōſanguineū: quapropter amare fratres debueras: ſed ſanguis te incitat cōtra cōſanguineos. Quādoquidē ergo ſanguinē odiſti, efficiā vt ſanguis. i. vitio ſanguinis, vel ſanguinarii te perſequanē. Alij ex cōmentariis Hebræorū vertūt, Niſi ſanguinē oderis, ſanguinari⁹ te ꝑſequet. i. Niſi abſtineas ab aliorū nece, puniáſq; homicidas, tuipſe occidēris. ¶7. i. reddā eū incultū. ¶8 Heb. & colles tui, & valles tuæ, & torrētes tui occiſi gladio cadēt in eis. i. in oībus vallibus tuis occidētur tui. ¶9 ſub. ad priſtinū ſtatū. ¶10. i. Duorū regnorū icolę, Iſraelis nēpe & Iudę. ¶11 at Domin⁹ ibi erat. i. quū Domin⁹ ibi eſſet, eorūq; verba audiret. q.d. qa ſperabas te poſſeſſurā eā, id eſt vtrāq; illæſā: at lōge falleris ſi putas te aliqd Deo nolēte facturū.

eſſet ibi: Propterea viuo ego, dicit Domin⁹ Deus, quia faciã iuxta iram tuã, & ſecundũ zelum tuũ quẽ feciſti odio habens eos: & notus efficiar per eos cum te iudicauero. Et ſcies quia ego Dominus audiui vniuerſa opprobria tua quæ locutus
D es de mõtibus Iſrael, dicens, Deſerti: nobis ad deuorandũ dati ſunt. Et inſurrexiſtis ſuper me ore veſtro, & derogaſtis aduerſum me verba veſtra: ego audiui. Hæc dicit Domin⁹ Deus, Lætante vniuerſa terra, in ſolitudinem te redigã. Sicuti gauiſus es ſuper hæreditatem domus Iſrael, eo q̃ fuerit diſſipata, ſic faciã tibi: diſſipatus eris mõs Seir, & Idumæa omnis: & ſcient quia ego Dominus Deus.

CAP. XXXVI.

Promittit Iſraeli liberationem à Gẽtibus. 3. 6. 8.

TV autem fili hominis propheta ſuper montes Iſrael, & dices, Montes Iſrael audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines ſempiternæ in hæreditatem datæ ſunt nobis: propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus De⁹, Pro eo quòd deſolati eſtis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis gentibus, & aſcendiſtis ſuper labium linguæ, & opprobriũ populi: propterea montes Iſrael audite verbum Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus mõtibus, & collibus, torrentibus, vallibúſque, & deſertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ ſunt & ſubſannatæ à reliquis gẽtib⁹ per
B circuitum. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei locutus ſum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuerſa: quæ dederunt terram meam ſibi in hæreditatem cũ [a]gaudio & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam, vt vaſtarent: Idcirco vaticinare ſuper humum Iſrael, & dices mõtibus & collibus, iugis & vallib⁹, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus ſum, Eo q̃ cõfuſionem Gentiũ ſuſtinueritis, idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam, vt Gentes quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſæ confuſionẽ ſuã portent. Vos autem mõtes Iſrael ramos veſtros germinetis, & fructum veſtrũ afferatis populo meo Iſrael. prope enim eſt vt veniat. Quia ecce ego
C ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem. Et multiplicabo in vobis homines, omnẽmque domũ Iſrael: & habitabuntur ciuitates, & ruinoſa inſtaurabuntur. Et replebo vos hominibus & iumẽtis: & multiplicabuntur, & creſcent: & habitare vos faciam ſicut à principio, boniſq; donabo maioribus quàm habuiſtis ab initio: & ſcietis quia ego Dominus. Et adducam ſuper vos homines populũ meum Iſrael, & hæreditate poſſidebunt te: & eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt abſque eis ſis. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dicunt de vobis, Deuoratrix hominum es, & ſuffocans gentem tuam: Propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltrà, ait Do-
D minus Deus: Nec auditam faciam in te amplius confuſionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuã nõ amittes amplius, ait Dominus Deus. ¶ Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, domus Iſrael habitauerunt in humo ſua, & polluerũt eam in vijs ſuis, & in ſtudijs ſuis: iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum coram me. Et effudi indignationem meam ſuper eos pro ſanguine quem fuderunt ſuper

Cauſa afflictionis Iſraelis.

[a] gaudio,

Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus, ego faciã ſecundum iram tuam, atque [12]iuxta æmulationem tuã quam feciſti, eo quòd oderis eos, & notus ero in eis, poſtquam te [13]iudicauero. Et ſcies quòd ego Dominus audiuerim omnes blaſphemias tuas, quas dixiſti contra montes Iſraelis, dicendo, Deuaſtati ſunt, tradítiq; ſunt nobis [14]in cibum. Equidem magnifica iactaſtis contra me ore veſtro, [15] & ſuperbe multa verba euomuiſtis contra me, quæ ego audiui. Sic dicit Dominus Deus, Quũ vniuerſa terra [16]gaudet, vaſtũ te reddã. Sicut tu lætatus es ſuper hæreditatẽ domus Iſraelis, q̃ deſolata eſt, ſic faciã tibi, in ſolitudinẽ redigeris mons Seir & omnis Edom, oĩs inquã ea, & ſciẽt quia ego Dominus. CAP. XXXVI.

idcirco leuaui manum meam ſuper eos, ait Dominus Deus, & portauerunt iniquitatē ſuam. Et non appropinquabūt ad me, vt ſacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne ſanctuarium meū iuxta ſancta ſanctorū ſed portabunt cōfuſionē ſuā,& ſcelera ſua quæ fecerūt. Et dabo eos ianitores domus`&' in omni miniſterio ei⁹, & in vniuerſis quæ fient in ea. ¶Sacerdotes autem`&'Leuitę filij Sadoc,qui cuſtodierunt ceremonias ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael à me,ipſi accedent ad me, vt miniſtrent mihi: & ſtabūt in conſpectu meo,vt offerant mihi adipē & ſanguinem,ait Dominus Deus. Ipſi ingrediētur ſanctuariū meum, & ipſi accedēt ad mēſam meam,vt miniſtrent mihi,& cuſtodiāt ceremonias meas. Cúmque ingrediētur portas atrij interioris, veſtibus lineis induentur: nec aſcendet ſuper eos quicquam laneum,quādo miniſtrāt in portis atrij interioris & intrinſecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorū.& feminalia linea erunt in lumbis eorum,& non accingentur in ſudore. Cúmque egredientur atriū exterius ad populū, exuent ſe veſtimentis ſuis in quibus miniſtrauerant, & reponēt ea in gazophylacio ſanctuarij,& veſtiēt ſe veſtimentis alijs:& nō ſanctificabunt populū in veſtibus ſuis. Caput autē ſuum nō radent,neque comam nutrient: ſed tondentes attondent capita ſua. Et vinū nō bibet omnis ſacerdos, quando ingreſſurus eſt atriū interius. Et viduam,& repudiatā non accipiēt vxores,ſed virgines de ſemine domus Iſrael: ſed & viduam, quæ fuerit vidua à ſacerdote,accipient. Et populum meum docebūt quid ſit inter ſanctū & pollutum: & inter mundū & immūdum oſtendent eis. Et cum fuerit controuerſia, ſtabūt in iudicijs meis,& iudicabunt: leges meas,& præcepta mea in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodient, & ſabbatha mea ſanctificabunt. Et ad mortuū hominem nō ingrediētur,ne polluātur: niſi ad patrem & matrē,& filium & filiā,& fratrem & ſororem quæ alterum virum nō habuerit: in quibus contaminabuntur. Et poſtquā fuerit emundatus,ſeptem dies numerabūtur ei. Et in die introitus ſui in ſanctuarium ad atriū interius vt miniſtret mihi in ſanctuario, offeret pro peccato ſuo, ait Dominus Deus. `Non'erit autem eis hæreditas,ego hæreditas eorū: & poſſeſſionē nō dabitis eis in Iſrael,ego enim poſſeſſio eorū. Victimam & pro peccato & pro delicto ipſi comedent: & omne votum in Iſrael,ipſorum erit. Et primitiua omniū primogenitorū, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, ſacerdotum erunt: & primitiua ciborum veſtrorū dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionem domui °ſuæ'. Omne morticinum,& captum a beſtia de auibus & de pecoribus, non comedent ſacerdotes.

CAP. XLV.

CVmque cœperitis terram diuidere ſortito, ſeparate primitias Domino ſanctificatū de

E Quos ex ſacerdotib⁹ velit admitti i ſanctuarium ſuū, præſcribit, ſimul & eorum officium.

F

Vinum.
Vxores.
Leuit.21.c.

Inſtructuri populū ſacerdotes,& lites compoſituri.

Hæreditas ſacerdotum.
Deu.18.a.nume.18.c.
Exod.22.d.

¶°tuæ.
Leui.22.b.

Ex tota terra promiſſionis ſeparantur quatuor portiones, quarum prima ſacerdotibus & tēplo deputatur,

¶19 Leuare manū,per ſynecdochē ſignificat iurare, interdū vero mala inferre. Chaldæus paraph. Iuraui per verbū meū propter eos, ¶20 Heb. portabūt.i.dabunt pœnas propter iniquitatē ſuā. ¶21 ſed ferent ¶22 Heb. cuſtodes cuſtodiæ ędis i omni miniſterio eius & omni quod fiet in eo. Cuſtodiā vocat ea q̄ De⁹ p̄cepit obſeruari. ¶23 .i. nepotes. ¶24 He. cuſtodiā. i. qui ſeruarunt oīa quæ p̄cepi obſeruari in ſanctuario meo. ¶26 Tēpore regum populus fuit idololatra, & ex Leuitis plurimi idolis ſeruiebant. Alij vero abſtinuerūt munere illo, & pie vixerunt, quos vult in hoc templo miniſtrare.

¶27 ſub. ꝓpoſitionum panis. ¶28 Heb. cuſtodiā mei.i. fungētur ꝑ oīa officio ſacerdotis. ¶29.i. ſacerdotū. cōparādo ipſū atrio virorū. ¶30 vl, in parte interiore ¶31 Heb i labore. vt nonnulli volūt. Alij tamē legūt, in loco ſudoris.q.d. parte media corporis cingēt ſe,nō autē ad axillas,in quib⁹ fere ſudatur. aut ad obſcœna,in quib⁹ etiā fere ſudam⁹. ¶32 ſub. ex atrio interiore. ¶33 ſanctuarij, ¶34.i. cōmunes,& nō ſacras. ¶35 vt nō ſanctificēt. Prophana, cōtactu ſacrorū fiebāt ſacra. ¶36 He. neq; cæſariē demittēt.i.nō nutriēt ita vt demittatur. ¶37 Heb. tōdendo tōdebūt capita ſua. Gallice, Ilz ſe tonderōt ſoubs le peigne. ¶38 vl, interi⁹. Hoc de poſteriore atrij parte intelligit,de quo dicit, Inter altare & atriū plorabunt ſacerdotes. ¶39 vl, ſecūdū leges meas, ¶40 vl, ſolēnitatibus ¶41 vl, ſed ſuper patrē & matrem,&c. ¶42 vl, pollułt ſeſe.i. accedēt ad patrē,vt officij gratia eū ſepeliāt,&c. & pollułt ſeſe. ¶43 ſub. ſacerdotis. ¶44 ſub. alij ſacerdotes. ¶45 ſub. alios.q.d. expiabit immūditiā illā diebus quatuordecim. nā in priori tēplo ſeptē dieb⁹ expiabāt ſe. ¶46.i. hoſtiā ꝑ peccato ſuo. ¶47 nēpe ſacerdotiū ipſum. ¶48 ſub. tātā quātā alijs. nā capiēt decimas & partē ſacrificiorū. Leuitę tamē acceperūt agros ꝓ extruēdis ædib⁹ & alēdis pecorib⁹. ¶49 ſacrificia ¶50.i. ea erūt illis vice poſſeſſiōis,& illis alētur. ¶51 vl, decimæ oīm primitiarū, ¶52 vl, oblatio oīm terū ex oīb⁹ oblatiōib⁹ ¶53 decimas quoq; paſtarū veſtrarū.i. panū cōfectorū ex primitijs frugū veſtrarū. ¶54 requieſcere faciat.i. vt benedicatur tua oīa. ¶55 ſiue, ſua ſpōte mortuā. Nā immūdæ ſunt. XLV. ¶1 Heb. Qūq; facietis cadere terrā in hæreditatē.i. Cū autē ſortito diuidetis terrā. Finis hui⁹ libri pēdet ex intelligētia hui⁹ capitis. Diſtributio terrę nouæ i tredecim partes. Sacerdotes enim partē quādā acceperūt,cui⁹ terræ lōgitudo nō deſcribitur. ¶2 offeretis oblationē.i. ſeparabitis portionem quæ Deo offeretur,eritque ſacra.

terra longitudine vigintiquinque millia, & latitudine decem millia: ſanctificatũ erit in omni termino eius per circuitũ. Et erit ex omni parte ſanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta menſurabis lõgitudinẽ vigintiquinque mil-
B lium, & latitudinem decem milliũ, & in ipſo erit templum, ſanctũmque ſanctorũ. Sanctificatũ de terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij, qui accedunt ad miniſterium Domini: & erit eis lo-
Altera Leuitis, cus in domos, & in ſanctuariũ ſanctitatis. Vigintiquinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis qui miniſtrant domui: ipſi poſſidebunt viginti gazophylacia. Et
Tertia ciuitati, poſſeſſionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & lõgitudinis vigintiquinque millia, ſecundũ ſeparationem ſanctuarij, omni domui
Quarta principi. C Iſrael. Principi quoque hinc & inde, in ſeparationem ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis, contra faciem ſeparationis ſanctuarij, & contra faciem poſſeſſionis vrbis: à latere Maris vſque ad
¶* longitudinem Mare, & à latere Orientis vſque ad Orientẽ: *longitudinis autẽ iuxta vnãquanque partem à termino Occidẽtali vſque ad terminũ Orientalem. De terra erit ei poſſeſſio in Iſrael: & non depopulabuntur vltra principes populum meum: ſed
D terrã dabunt domui Iſrael ſecundũ tribus eorũ.
Exhortatio ad principes Iſrael. ¶Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis principes Iſrael: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iuſtitiam facite, ſeparate confinia
De æquitate ponderis & menſuræ. veſtra à populo meo, ait Dominus Deus. Statera iuſta, & ephi iuſtũ, & batus iuſtus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius menſuræ erunt: vt capiat decimam partẽ cori batus, & decimã partẽ cori ephi: iuxta menſurã cori erit æqua libratio
Siclus. eorũ. Siclus autem, viginti obolos habet: porrò
Exo. 30. b. leu. 27. c. nũe. 3. g. viginti ſicli, & vigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli, mnam faciunt. ¶Et hæ ſunt primi-
Mna. E tiæ quas tolletis: ſextam partem ephi de coro
De primitiis. frumenti, & ſextam partẽ ephi de coro hordei.
¶* & decẽ bati, corum faciunt. Menſura quoq; olei, batus olei, decima pars cori eſt. *quia decem bati implent corum. Et arie-
¶* nutriunt tem vnum de grege ducẽtorum de his quæ *nutriunt Iſrael in ſacrificiũ, & in holocauſtũ, & in pacifica, ad expiãdũ pro eis, ait Dominus Deus. Oĩs populus terræ tenebitur primitijs his principi in Iſrael. Et ſup principẽ erunt holocauſta, & ſacrificiũ, & libamina in ſolẽnitatib⁹, & in Calẽdis, & in ſabbathis, in vniuerſis ſolẽnitatib⁹ do-
F mus Iſrael. Ipſe faciet ꝑ peccato ſacrificiũ, & holocauſtũ, & pacifica: ad expiandũ ꝑ domo Iſrael.

no[1] ſacram de terra longitudine vigintiquinque millium [calamorum,] & latitudine decies mille: [4] id ſanctum erit per totum ſuum vbique terminũ. Inde ſpatiũ quadratũ quoquoverſus quingẽtorũ [calamorũ] [6] cedet ſacratiori loco: cui circũcirca erit [7] vacua terra lõgitudine quinquaginta cubitorũ. Atq; [8] ex illo modo longitudinis vigintiquinq; milliũ, & latitudinis decẽ millium metieris, in quo ſanctuariũ ſit, [quod eſt] ſanctũ ſanctorũ. Id ſanctũ de terra, erit ſacerdotũ miniſtrantiũ ſanctuario Domini, qui accedũt Dominũ gratia miniſterij, eritq; illis locus [9] ędificãdi domos, & ſanctuariũ pro [10] ſanctuario. [11] Ad hæc [ſpatiũ] lõgũ quinq; & viginti millia [calamorũ,] & latũ decies mille erit Leuitarũ miniſtrorũ dom⁹ [12] ad poſſeſſionẽ viginti cellarũ. Poſſeſſionẽ vero vrbis dabitis latã quinq; millia, & lõgã vigintiquinq; millia [calamorũ] iuxta collationẽ ſacrã, [14] quæ vniuerſũ erit Iſraelis. [15] Principi autẽ hinc & illinc [16] ad collationẽ ſacrã, & ad poſſeſſionem vrbis: ante collationẽ ſacrã, & ante poſſeſſionẽ vrbis: à [17] plaga Occidẽtali in Occaſũ, & à plaga Oriẽtali in Orientẽ: & [18] longitudo [19] iuxta vnãquanq; partiũ ab Occidẽtali termino ad Oriẽtalẽ terminũ. [20] Terra erit ei & poſſeſſio inter Iſraelitas: neq; principes mei amplius populũ meũ affligẽt, eiſq; [21] terrã diſtribuent per ſuas tribus. ¶Sic dixit Domin⁹ Deus, [22] Modũ tãdẽ ponite principes Iſraelitici, remouete [23] violentiã & oppreſſionẽ, & colite iudiciũ atq; iuſtitiã, auferte [24] exactiones veſtras à populo meo, ait Dominus Deus. [25] Sit vobis bilanx iuſta, & ephi iuſtũ, & bathus iuſtus. Eadẽ erit [26] adæquatio ephæ & bathi, vt bathus capiat decimã partẽ [menſurę] homer, & epha decimam partem homer: ad homer vtriuſq; [27] modus exigetur. Cæterũ ſiclus viginti obolorũ erit, [&] [28] viginti ſicli, vigintiquinq; ſicli, quindecim ſicli erunt vobis mina. ¶Hæc autem [29] collatio erit quam conferetis, [30] ſextam partem ephæ de homer frumenti, ſextãmq; partẽ ephæ de homer hordei cõferetis. [31] Legitimus vero modus olei capietur à batho olei, decima pars bathi de coro, decẽ bathis corum explentibus: quia decem bathi ſunt homer. Ducẽteſimam quoque pecudem de grege [cõferent] [32] è ſaginario Iſraelis, oblationem & holocauſtum, & [33] euchariſteria ad propitiandum eis [Deum,] ait Dominus Deus. Omniſq; populus terræ tenebitur iſta collatione, [34] quam ad principem in Iſraele conferat. Et [35] apud principem erunt holocauſta, & oblatio, & libamen [36] in ferijs & nouilunijs, & ſabbathis, in omnibus feſtis ſolennibus domus Iſrael. Ipſe ſacrificabit [37] piaculum & oblationem, & holocauſtum & [38] euchariſteria ad propitiandum [Deum] domui Iſrael.

¶1 He. ſ[hoc eſt] ſanctitatẽ. i. locũ ſacroſanctũ. ¶4. i. hæc prima portio erit ſacra. nã in ea erit tẽplũ. Maior portio dicit longitudo: minor, latitudo. Lõgitudo ſumitur ab Oriente ad Occidẽtẽ, Latitudo à Septẽtrione ad Meridiẽ. ¶5. i. Ex hac prima parte oblationis. ¶6 erit ꝑ ſãctuario. ¶7 ſuburbanũ. Vox Hebræa ſignificat locum neq; arboribus cõſitũ, neq; ædibus occupatũ. ¶8 ex hac mẽſura ¶9 ꝑ domib⁹ ædificandis, ¶10 ſub. ædificãdo. i. locus ĩ quo tẽplũ erit, ſanct⁹ erit. ¶11 ſub. offeretis Domino. Verbũ repetẽdum. Deſcribit nũc ſecũdã portionem terræ oblatę. q̃ vribus Leuitarũ deputata erat. Hæc portio terrę ſuperiori eſt æqualis. ¶12. i. hæc portio cedet Leuitis, in qua iuxta locũ ſacerdotũ extruent viginti cubicula. ¶13 è regione oblationis ſanctitatis. i. portionis ſacerdotum, & Leuitarũ. Portionẽ terrę deſcribit ĩ qua vrbs cõdenda. ¶14 Nã ex oĩb⁹ tribub⁹ habitaturi erãt Iſraelitæ in Ieruſalẽ. ¶15. i. Vltra has portiones dabitis principi Iſraelis portionẽ. ¶16 ante oblationẽ ſanctã [. i. portionem ſacerdotũ] & poſſeſſionẽ. q. d. ĩ portiõe regis erit portiõ ſacerdotũ & Leuitarũ, & tẽplũ cũ vrbe. ¶17. i à termino Occidẽtali oblationis ſacræ vſq; ad Occaſũ Terrę ſanctę, & ab angulo Oriẽtali oblationis ſacræ, vſq; ad terminũ Oriẽtalẽ Terræ ſãctę, id totũ erit principis. ¶18 ſub. illi⁹ partis. ¶19. i. reſpõdebit lõgitudini portionũ harũ. hoc eſt incipiet à primo terræ limite vſq; ad finẽ ei⁹ terræ. ¶20 Heb. In terra erit illi in poſſeſſionẽ in Iſrael: ¶21. i. reliquũ terræ. ¶22. Heb. Multũ tãdẽ. ſiue Magnũ. i. Sufficiat tãdẽ vobis: deſinite peccare. ¶23 vł, iniuri ã & prædam. ¶24 angarias. vł, tributa veſtra ¶25 Hic verſus videtur ꝑtinere ad ſubditos. Eſtote iuſti & æqui in cõmerciis. ¶26 vł, mẽſura. Epha & bathus differũt in rerũ mẽſuratiõe: eadẽ tamẽ eſt vtriuſq; amplitudo. Epha, mẽſura aridorũ, Bath⁹ liquidorũ. ¶27 mẽſura accõmodabitur. nã vtrũq; ad rationẽ cori ſiue homer æſtimabitur. ſunt enim eius pars decima. ¶28. i. Mna cõtinebit ſexaginta ſiclos. Mnã forte diſtribuit in tria, q eſſent tres ſpecies numiſmatũ. q. d. oẽs hi numeri faciunt mnam. De ꝓphana mna loqtur: nã ſacra cõtinebat ampli⁹. ¶29 oblatio erit quã offeretis. ſub. in dedicatione tẽpli. Ratio decimarũ. ¶30 Epha eſt decima pars homer ſiue cori. & ex epha dãt ſextã partẽ: ergo ſexies decẽ faciunt ſexaginta. ¶31 Statutũ vero olei hoc eſt, bathus eſt [mẽſura] olei [offeretis] decimã partẽ: ¶32 vł, è pingui. ſiue è ſucculẽtis & nõ macilẽtis. Præcipit Deus vt è ducẽtis vna tantum ouis offeratur, quòd maiori labore parãtur oues q̃ oleum & reliqua. ¶33 pacifica ad explãdum illos. ſ. Ieruſalem. ¶34 vł, propter principem Iſraelis. De principe ſacerdotum loquitur. Alij dicunt pro principe & rege accipi. ¶35. i. ſpectabit ad principem dare holocauſta. ¶36 in diebus feſtis. nempe paſchæ & tabernaculorum. ¶37 ſacrificium pro peccato, & veſpertinum ſacrificium, ¶38 pacifica, ad explandum pro domo Iſrael.

¶39 ſub. ô princeps ſacerdotũ. ¶40 ſacrificij pro peccato, ¶41 atrij altari vicini.

¶42 interioris .i. Iſraelis vel ſacerdotum. ¶43 vl. cauſa viri errantis & decepti. ¶44 vl. paſcha, .i. mactatio agni paſchalis. N.i debebat mactari agn⁹ ſub veſper i decimaquarta luna: comedi aũt decimaquinta die. nã dies apud Hebręos incipit à nocte.

¶45 ſolennitas ſeptem dierum erit [quib⁹ diebus] infermentati panes comedentur. ¶46 .i. decimaquinta. ¶47 pro peccato. ¶48 ſeptem ſolennitatis illius

¶49 quotidie ſeptem diebus, & ſacrificium ꝓ peccato hircũ filium capræ per ſingulos dies. ¶50 .i. toties offeret epha quot erunt vituli. ¶51 September, menſis erat ſeptimus. ¶52 in ſolennitate facies ſimilia his ſacrificia ſeptẽ dieb⁹ ſecũdum ſacrificium deſcriptũ ꝓ peccato, &c. In ſolẽnitate, quæ ſcilicet eo menſe celebratur. q.d. eadem, de feſto tabernaculorum ſunt intelligenda quæ de feſto paſchæ.

¶ ſic dixit Dominus Deus, Primo[menſe] primo [die] menſis tolles iuuencum, prolem armenti, integrum, [40] & expiabis ſanctuariũ. Sumétque ſacerdos de ſanguine [*] piaculi, & aſperget poſti domus, & quatuor angulis [41] crepidinis altaris & poſti portæ atrij [42] penitioris. Similiter etiam facies ſeptimo[die] menſis, & expiabitis ipſam domum [43] ab vnoquoq; errante ac decepto. ¶ Decimoquarto die mẽſis primi erit vobis [44] Phæſah, [45] [&] per hebdomadã feriatorũ dierũ azyma comedentur. [46] Eoq; die ſacrificabit princeps pro ſe ac pro vniuerſo populo terræ iuuencũ [47] piaculare. Per dies autẽ [48] feriatos ſeptẽ quotidie ſacrificabit holocauſtũ Domino ſeptẽ iuuencos & ſeptem arietes integros [49] per ſeptẽ dies, quotidie etiã hircũ caprigenũ pro piaculo. Et [50] in ſingulos iuuẽcos & arietes offeret epham, in ſingulas autẽ ephas hin olei. [51] Septimi[quoq;] menſis, decimoquinto die, [52] in ferijs ſacrificabit ſicut iſtis ſeptem diebus tum piaculum, tũ holocauſtum, tum oblationem, tum oleum.

CAP. XLVI.

Sic dixit Dominus De⁹, Porta penitioris atrij ſpectans in Orientem clauſa erit ſex diebus [1] profeſtis, & die ſabbathi aperietur, dieq; Kalendarũ aperietur. Et ingredietur princeps intrò ꝑ veſtibulũ portæ, ſtabitq; apud poſtẽ portæ, & ſacrificabũt ſacerdotes holocauſtũ ipſi⁹, & [2] eucharisteria ipſius, [4] adorabitque apud limẽ portę, & exibit, neq; porta claudetur vſque ad veſpertinũ tẽp⁹. Populúſq; terræ adorabũt Dominũ [6] ꝑ oſtiũ portę illi⁹ per ſabbatha & Kalẽdas. ¶ Holocauſtũ autẽ quod princeps offeret Domino die ſabbathi, [erũt] ſex agni integri & aries integer. [7] Oblatióq; ad arietẽ epha, & oblatio ad agnos [8] ꝑ facultatibus & arbitrio ei⁹, & hin olei [9] ad ephã. Die vero Kalẽdarũ erit iuuẽcus integer, [10] proles armẽti, & ſex integri agni, & aries immaculat⁹. Oblationẽ quoq; adiũget ephã [11] ad iuuẽcũ, & ephã ad arietẽ, & ad agnos, [12] vt ferẽt eius facultates & ꝑ arbitrio, hin quoq; olei ad ephã. Quúmq; ingredietur princeps per veſtibulũ portę ingredietur & eadẽ via exibit. Quũ vero populus terræ accedet per [13] ferias in cõſpectũ Domini, qui per Aquilonarẽ portã ingreſſus fuerit adoratũ, per Auſtralem portã egredietur: & qui per Auſtralẽ portã ingreſſus fuerit, egredietur per Aquilonarẽ portam. Nõ reuertetur per eã portã per quã ingreſſus eſt, verũ exibit per illi oppoſitam. Quúmque ingredientur, princeps inter eos ingredietur: & quum exibũt, exibit. Et in ferijs, & in ſolẽnitatibus oblatio erit [14] ad iuuencũ epha, & ad arietem epha, & ad agnos, [15] quod cuiuſq; facultates & animi⁹ ferũt, oleique hin [16] ad ephã. ¶ Porrò quãdo princeps faciet [17] liberale ſacrũ, vel holocauſtũ, vel [18] eucharisteria, [19] liberale ſacrũ Domino, aperiet ſibi Orientalẽ portam, & ſacrificabit holocauſtum ſuum & [20] eucharisteria ſua, quẽadmodum facere ſolet die ſabbathi: quãdo autem egredietur, claudet portam poſtquã egreſſus fuerit. Quotidie quoque ſacrificabit agnum agniculum integrum, holocauſtum Domino, ſemper matutino tempore illum ſacrificabit. Oblationẽmque addet quotidie tempore matutino ſex-

¶ Hæc dixit Dominus Deus, In primo mẽſe, vna menſis ſumes vitulũ de armento immaculatum: & expiabis ſanctuariũ. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato: & ponet in poſtibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrij interioris. Et ſic facies in ſeptima mẽſis pro vnoquoq; qui ignorauit, & errore deceptus eſt, & [*] expiabis pro domo. ¶ In primo mẽſe, quartadecima die menſis erit vobis paſchæ ſolẽnitas: ſeptẽ diebus azyma comedẽtur. Et faciet princeps in die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ, vitulũ pro peccato. Et in ſeptem dierũ ſolennitate faciet holocauſtũ Domino ſeptẽ vitulos, & ſeptẽ arietes immaculatos [*] ſeptem diebus: & pro peccato hircum caprarũ. Et ſacrificiũ ephi per vitulum, & ephi per arietẽ faciet: & olei hin per ſingula ephi. Septimo menſe, quintadecima die mẽſis in ſolennitate faciet ſicut ſuprà dicta ſunt per ſeptẽ dies: tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

Hæc dicit Dominus De⁹, Porta atrij interioris, quæ reſpicit ad Oriẽtem, erit clauſa ſex diebus in quibus opus fit: die autẽ ſabbathi aperietur, ſed [*] in die Calendarũ aperietur. Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ: & facient ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifica eius: & adorabit ſuper limen portæ, & egredietur: porta autẽ nõ claudetur vſque ad veſperã. Et adorabit populus terræ ad oſtiũ portæ illius in ſabbathis & in Calẽdis coram Domino. ¶ Holocauſtũ autẽ hoc offeret princeps Domino: in die ſabbathi ſex agnos immaculatos, & arietem immaculatũ. Et ſacrificiũ ephi per arietẽ: in agnis autẽ ſacrificiũ quod dederit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. In die autẽ Calẽdarum vitulũ de armento immaculatum: & ſex agni, & arietes immaculati erũt. Et ephi per vitulũ, ephi quoq; per arietem faciet ſacrificiũ: de agnis autem, ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. Cúmq; ingreſſur⁹ eſt princeps, ꝑ viã veſtibuli portę ingrediatur, & per eãdem viã exeat. Et cũ intrabit populus terræ in cõſpectu Domini in ſolẽnitatibus: qui ingreditur per portã Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viã portę Meridianę: porrò qui ingreditur per viã portæ Meridianæ, egrediatur per viã portæ Aquilonis: non [*] reuertetur per viam portæ per quam ingreſſus eſt, ſed e regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum [*] erit cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. Et in nũdinis, & in ſolennitatibus erit ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: [*] in agnis autem erit ſacrificiũ ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. ¶ Cum autẽ fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientem, & faciet holocauſtum ſuum, & pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbathi: & egredietur, claudetúrque porta poſtquã exierit. Et agnum eiuſdem anni, immaculatum, faciet holocauſtum quotidie Domino: ſemper mane faciet illud. Et faciet ſacrificiũ ſuper eo cata mane

De oblationibus primi menſis.

¶ expiabitis

G De oblationibus paſchæ.

¶ quotidie Scenopegiæ.

Sacrificia ſabbathi & Calẽdarum.

¶ &

B Oblatio principis.

C Per quas portas templũ ingredi & ex eo egredi oporteat.

¶ reuertatur

D

¶ de

De ſpõtaneo principis holocauſto.

E

XLVI. ¶1 interioris. Atrium ſacerdotum intelligit comparatum atrio virorum. Deſcribit loca quæ adeunda erãt pro ratione feſtorum dierum. ¶2 operis, ¶3 pacifica ¶4 vl. incuruabitq; ſe adorando ¶5 coram Domino ¶6 ad ingreſſum ¶7 vl. Offerétque pro oblatione ſingulas ephas pro ſingulis arietibus. & pro agnis oblationum ¶8 Heb. donatio manus eius.i. quantum dare poterit per facultates. ¶9 vl. per ſingulas ephas. ¶10 filius vaccæ, ¶11.i. in ſingulos iuuencos. Sic ſequentia intelligenda. ¶12 Heb. vt aſſequi poterit manus eius, ¶13 vl. in ſolennitatibus. vt feſto paſchæ & tabernaculorũ. ¶14 vl. per ſingulos vitulos ¶15 Heb. donum manus eius .i. quantum dare poterit. ¶16 vl. in ſingulas ephas. ¶17 Heb. cum libertate. ſiue liberaliter diebus profeſtis, non autem ſabbathis aut neomenijs ¶18 pacifica, ¶19 .i. ſua ſponte & liberaliter in honorem Domini. ¶20 victimas ſuas pacificas.

mane ſextã partem ephi:& de oleo tertiam partem hin, vt miſceatur ſimilæ. ſacrificiũ Domino legitimũ, iuge atque perpetuũ. Faciet agnum & ſacrificiũ, & oleũ cata mane mane: holocauſtũ ſempiternũ.

**De donis eiuſdẽ hæreditarijs.**

¶Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps donũ alicui de filijs ſuis: hæreditas eius, filiorũ ſuorũ erit, poſſidebũt eã hæreditarie.
F Si autem dederit legatum de hæreditate ſua vni ſeruorum ſuorũ: erit illius vſque ad annum remiſſionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autẽ eius filijs eius erit. Et nõ accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorũ: ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filijs ſuis: vt nõ diſpergatur populus me[9] vnuſquiſque a poſſeſſione ſua.

**Coquinæ ſacerdotum.**

¶Et introduxit me per ingreſſum q erat ex latere portę in gazophylacia ſanctuarij ad ſacerdotes, quę reſpiciebãt ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentẽ.
G Et dixit ad me, Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent ſacrificium, vt non [a]offerant in atrio exteriori,' & ſanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me per quatuor angulos atrij & ecce, atriolũ erat in angulo atrij, atriola ſingula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola diſpoſita: quadraginta cubitorũ per lõgum, & triginta per latũ: mẽſuræ vni[9] quatuor erãt. Et paries per circuitũ ambiẽs quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erãt ſubter porticus per gyrum. Et dixit ad me, Hæc eſt domus culinarũ in qua coquẽt miniſtri domus Domini victimas populi.

¶[a] efferant in atrium exterius,

C A P. X L V I I.

**Viſio aquarũ ẽ templo manantium.**

ET cõuertit me ad portã domus, & ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Oriẽtem: facies enim domus reſpiciebat ad Oriẽtem: aquæ autem deſcendebãt in latus templi dextrũ ad Meridiem altaris. Et eduxit me per viã portæ Aquilonis, & cõuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ reſpiciebat ad Oriẽtem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro. Cum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculũ i manu ſua, & mẽſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquã vſq; ad talos. Ruſúmq; mẽſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua: & mẽſus eſt mille, & traduxit me per aquã vſque ad renes. Et mẽſus eſt mille, torrẽtẽ quem nõ potui pertrãſire: quoniã intumuerant aquæ profundi torrentis qui non poteſt trãſuadari. Et dixit ad me, Certe vidiſti fili hominis.
B Et eduxit me, & conuertit ad ripã torrentis. Cũmque me conuertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et ait ad me, Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli Oriẽtalis, & deſcendũt ad plana deſerti, intrabũt

tam partem ephæ, & tertiam partem hin olei ad cõmiſcendum ſimilã: quæ oblatio Domini iugis erit[11] ſempiterno ritu.' Itaque agnũ ſacrificabũt quotidie tẽpore matutino vnà cum oblatione & oleo iuge holocauſtũ. ¶Sic dixit Dominus Deus, [12] Quũ dederit princeps donũ alicui filiorũ ſuorum, [13] hęreditas eius filiorum ſuorũ erit,' [&] hæc ipſa eorum poſſeſſio eſt hæreditaria. Quum vero munus de ſua hæreditate alicui ſeruorũ ſuorum dederit, illius erit[14] vſque ad annum libertatis,' & [15] redibit ad principem: [16] hæreditas [enim] ipſius duntaxat filiorũ ſuorũ erit.' Non auferet etiam princeps de populi hæreditate, [17] vt de ipſorum poſſeſſione eos deijciat,' [verũm] de ſua poſſeſſione hæreditatem filijs ſuis relinquet, ne populus me[9] diſpergatur [18] quiſq; à ſua poſſeſſiõe.' ¶Porrò introduxit me[19] ad ſacerdotes per aditum, qui eſt iuxta humerum portæ ad cellas ſacras quæ Aquilonẽ ſpectant,' & ecce ibi locus erat in lateribus ad Occaſum. Et dixit ad me, Iſte locus eſt, vbi ſacerdotes coquent [10] piaculum' pro noxia, & pro peccato, [&] vbi coquent oblationem, ne ad atrium [11] exterius' efferendo ſanctificent populũ. Duxit me quoq. ad[12] exterius' atriũ, & circunduxit me ad quatuor angulos atrij, & ecce in ſingulis angulis atrij erat atrium. In quatuor angulis atrij [erãt] atria [13] fumoſa' lõgitudine quadraginta [cubitorũ,] & latitudine triginta [cubitorum,] eadẽmq; mẽſura fuit[14] quatuor illis [atrijs] angularibus.' Per quatuor autẽ [atria] illa muri fuerũt in circuitu, & ſub[15] muris' foci facti circũcirca. Et dixit ad me, Iſtę ſunt[16] culinæ,' vbi miniſtri domus coquent victimam populi.

C A P. X L V I I.

ET reduxit me ad oſtiũ dom[9],' & ecce aquæ[1] de limine dom[9] egrediẽtes' Ortũ verſus. nã[4] domus' in Orientẽ ſpectabat: '& aquę illæ deſcẽdebãt de humero dextro' domus ad Meridionalem partẽ altaris. Eduxitq; me p[6] Septẽtrionalẽ portã,' &[7] cõuertit me in viã foras [ducentẽ] ad portã[8] extremã,' in viã quæ' tẽdit i Oriẽtẽ, & ecce aquas dimanãtes[10] ab humero illo dextro.' Quũmq;[11] exiret' vir ille Oriẽtẽ verſus tenẽs manu ſua [12] regulã,' mẽſus eſt mille cubitos, & traduxit me [13] per aquas taloꝝ tenus ptingẽtes.' Et mẽſus eſt mille [cubitos alios,] & traduxit me[14] per aquas ad genua vſque pertingẽtes:' & emẽſus mille, traduxit me p aquas ad femora pertingẽtes. Et mẽſus eſt mille [alios cubitos,] & iã torrẽs erat, quẽ nõ poſſem trãſire, quoniã intumuerãt aquæ, [15] vt natãdũ eſſet, nec poſſet torrens tranſuadari.' Et dixit ad me, Nũ[16] vidiſti,' fili hominis? Quũq; me[17] vlteriꝰ duxiſſet, reduxit me ad ripã illi[9] torrẽtis. Mẽque reuerſo, ecce in vtraq; ripa pluſimas arbores. Et dixit ad me, Aquæ iſtæ[18] ad limitẽ Oriẽtalem' egrediũtur, & deſcẽdũt[20] ad deſertũ, [21] igrediũtúrq;

¶11 vel. ſtatutis ſempiternis. q. d. perpetuo id ſeruabitur. ¶12 ſub. in vita ſua. Ratio diſtribuẽdæ hæreditatis principis. ¶13 de hæreditate ſua ipſum [donũ] filiorum ſuorũ erit. i. ea portio erit perpetuo filiorum eius. ¶14. i. vſque ad iubileum. ¶15 ſub. donũ illud. ¶16 Heb. verũm hæreditas eius [ſub. principis] filiorum eius eſt, & eorũ erit. ſub. perpetuo. ¶17 vel. vt per oppreſſionem ſpoliet eos ſua poſſeſſione. ¶18 ſub. pulſus. ¶19 p ingreſſum q erat i latere portæ [Oriẽtalis atrij ſacerdotũ] ad exedras ſanctas quæ erãt ſacerdotũ, quæ verſæ erãt ad Aqlonẽ, ¶10 hoſtiã ¶11. i. populi. ¶12 ſub. mulierum. ¶13 alligata. vel, adiuncta ¶14 vel, habentibus angulos quatuor. ¶15 ſtructuris. vel, foraminib[9]. In parte muri ſuperiore erãt foramina quibus ollas imponebant: inferne autẽ alia foramina ad ſubijciẽdũ ignẽ. ¶16 Heb. dom[9] coquẽtiũ.

X L V I I. ¶1 vel, reuerti fecit ad introitũ ædis, ¶1 Aquæ, ſiue fluuius ẽ tẽplo ſcaturiens, doctrina ſancta per totũ orbẽ diffuſa. Effluxiſſe autẽ aiũt ẽ limine, id eſt exordiũ ſumpſiſſe à Chriſto qui eſt via & veritas. ¶3 egrediebãtur de loco qui ſubeſt limini ipſius ædis ¶4 vel, ædes. ſiue tẽplũ: hoc eſt ſecũda pars tẽpli. Alij de ſancto ſanctorũ tãtũ intelligũt. ¶5 vel, poſtea vidi aquas illas deſcendere de loco qui ſuberat lateri dextro &c. Quidã Hebræorũ aiũt prophetã vidiſſe primo aquã exorientẽ ẽ limine, poſtea ex loco qui ſuberat lateri domus. quod doctioribus probatur. Alij (quod minus probatur) dicũt prophetã vidiſſe ſcaturientẽ aquã de ſub limine quod erat prope latus parietis domus. ¶6 atrij ſcilicet ſacerdotũ. ¶7 circuire fecit me per viã ¶8 exteriorem. i. ad portã Septentrionalẽ quæ erat in vltimo muro montis ipſius domus. ¶9 Chaldæus paraph. & ad viã quæ &c. ¶10 vel, à latere illo dextro. Dextrũ appellatur ratione tẽpli. nã ingrediẽtibus templũ, erat ſiniſtrũ. ¶11 ſub. deducendo me. i. Cũ ita circunduceret me, habebat funiculũ in manu ſua, & menſus eſt &c. ¶12 linei, ¶13 Heb. per aquas, aquas inquam talorũ. i. quæ non tranſcẽdebãt talos. Incrementa fidei & doctrinæ euangelicæ deſcribit. ¶14 Heb. p aquas, aquas inquã genuũ. Et paulo poſt, p aquas femorũ. i. quę pertingebãt vſq; ad femora. ¶15 Heb. aquæ natationis torrẽtis, q nõ poterat trãſuadari. i. quæ ita intumuerãt, vt nõniſi natãdo trãſuadari poſſent. ¶16 ſub. torrentẽ illũ. ¶17 vel, aliò ¶18 in Galilæam. Hebræi aiũt hũc amnẽ fuiſſe diuiſum in duos riuos: vnũ Oriẽtalẽ, alterũ Occidẽtalẽ. Per quæ Latini Oriẽtalẽ & Occidẽtalẽ eccleſiã itelligũt. ¶19 Hęc verba p futurũ tẽpus vertẽda ſunt, egrediẽtur, ingredientúrque ¶20 in planitiẽ. i. in mare Tyberiadis, vt Hebræi interpretãtur. quod erat in loco plano & cãpeſtri. ¶21 ingrediẽtúrq; [ſub. parte altera] in mare [mortuũ, &] in mare eductarũ. ſub. aquarũ ab orbe. i. in mari magno. Vel in mare aquarum ſeiũctarũ. ſub. à cõtinẽte: hoc eſt in mari magno.

mare, ad mare educuntur, '&[11] ſanabũtur aquæ.' Omniſque animans viuum quod [12] mouebitur ad quencunque locum, ad quem peruenit geminus torrens,' viuet. eritque ingens piſcium copia, quia illò peruenerunt aquæ iſtæ, & ſanabuntur, ac viuent [14] omnia ad quæ torrens ille peruenit.' Erit olim etiam, vt apud' 'illud' verſentur piſcatores, [16] ſitque expanſio ſagenarum' ab En-gedi vſque ad En-eglaim, [17] omnis generis piſces inerunt, & quidem maxima copia, ſicut piſces maris magni. [18] Argilleta' eius & paludes eius [19] quæ non ſanabuntur, ad ſalſuginem damnata ſunt.' Cæterum' [17] ſecus torrentem' in vtraque ipſius ripa ſuccreſcent omnis generis arbores frugiferæ, quarum folia nõ decident, neque fructus deficiet, ſed [11] in ſingulos menſes primitiuos fructus ferent 'nam[12] earum' aquæ manant è ſanctuario, eritque fructus earum pro cibo, & folium earũ [13] pro medicina.' ¶ Sic dixit Dominus Deus, Is terminus eſt, intra quem[14] terram hæreditariam capietis,' per duodecim tribus Iſrael, ita vt Ioſeph [duos] [15] funiculos' obtineat. [16] Accipietis autem æqualibus partibus hæreditatem eius, quam me daturum eſſe patribus veſtris iurando confirmaui: proin diſtribuetur vobis hæc terra pro hæreditio.' Atque is termin⁹ eſt terræ, In limite Aquilonari à [17] magno mari [18] ad Hethlõ, [19] qua itur' ad Zedad, Hamath, Berotha, Sibraim, quæ [ſita eſſ] inter fines Dameſech & Hamath: Hazer-hathichon finitima ipſi Hauran. [40] Eritque terminus à Mari ad Hazer-henon, & fines Dameſech, & alia loca Septentrionalia, & fines [ipſius] Hamath: atque is eſt limes Aquilonaris. [41] Limes autem Orientalis [deducetur] inter Hauran & inter Dameſech, & inter Gilead, & inter terram Iſrael [ad] Iordanem: ab[eo] termino metiemini ad mare Orientale: atque is limes eſt Oriẽtalis. [42] Limes autem Meridionalis ad Auſtrum, à Thamar ad Aquas contradictionis, [nempe ad] Cades, ad torrentem [Ægypti,] ad mare magnum: atque is eſt limes Meridionalis verſus Auſtrũ.' Poſtremo limes Occidentalis eſt[43] mare magnum' à termino [Auſtrali] vſque ad locum[44] oppoſitũ ei quò peruenitur ad Hamath:' is limes eſt Occidentalis. Diuidetis ergo vobis terram iſtam[45] inter' tribus Iſrael. Et[46] diſtribuetis eam hæreditariam' vobis, & aduenis degentibus inter vos, qui genuerũt[47] filios' inter vos, erũntque vobis tanquam indigenæ inter Iſraelitas, &[48] capient vobiſcum hæreditatem' inter tribus Iſraeliticas. [49] In quacunque tribu aduena deget,' in ea dabitis illi hæreditatem, ait Dominus Deus. CAP. XLVIII.

Et hæc nomina tribuum 'ſunt.' In extrema parte ad Aquilonem [1] in confinio' viæ Hethlon, quà venitur ad Hamath, [& iuxta] Hazar-henan, [3] terminus' Dameſech ad[4] Aquilonem, 'in cõ-

mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ. Et omnis anima viuens quæ ſerpit, quocũque venerit torrens, viuet: & erunt piſces multi ſatis poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur: & viuẽt omnia ad quæ venerit torrens. Et ſtabunt ſuper illa piſcatores, ab En-gaddi vſq; ad En-agallim ſiccatio ſagenarum erit: plurimæ ſpecies erunt piſcium eius, ſicut piſces maris magni, multitudinis nimiæ. In litoribus autem eius, & in paluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum *pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fruct⁹ eius: per ſingulos mẽſes afferet primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. ¶ Hæc dixit Dominus Deus, Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terram in duodecim tribubus Iſrael: quia Ioſeph duplicem funiculum habet. Poſſidebitis autem eam ſinguli æque vt frater ſuus, ſuper quam leuaui manum meam vt darem patribus veſtris: & cadet terra hæc vobis in poſſeſſionem. Hic eſt autem terminus terræ: ad plagam Septẽtrionalẽ, à mari magno via Hethalõ, veniẽtibus Sedáda, Emath, Berotha, Sabarim, quæ eſt inter *medium' Damaſci et confinium Emath, domus Thichõ quæ eſt iuxta terminũ Auran. Et erit termin⁹ à Mari vſque ad atriũ Enon termin⁹ Damaſci, & ab Aquilone ad Aquilonẽ, *termin⁹ Emath: plaga Septentrionalis. Porrò plaga Oriẽtalis de medio Aurã & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſrael, Iordanis diſterminans ad mare Orientale, metiemini *plagam Oriẽtalem. Plaga autem Auſtralis meridiana, à Thamar vſque ad Aquas cõtradictionis Cades: & torrens vſque ad mare magnum: & hæc eſt plaga ad Meridiem Auſtralis. Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga Maris. Et diuidetis terram iſtam vobis per tribus Iſrael: & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui acceſſerint ad vos, qui genuerint filios in medio veſtrum: & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael: vobiſcum diuident poſſeſſionem in medio tribuum Iſrael. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

Et hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atriũ Enan termin⁹ Damaſci *ab Aquilone' iuxta

Baptiſmi gratia.

¶* fructiferum:

Diuiſio terræ Iſraeliticæ abſoluitur, quæ capite 45 fuit ichoata. Paulo alia eſt ab ea quã Moſes Num. 34 deſcribit. Gen. 48. d.

¶* terminum

¶* & D

¶* etiam

Sortes ſeptẽ tribuum.

¶* ad Aquilonem

¶11 q. d. q̃ prius erant amaræ, fient dulces. ¶13 vl, mouebitur in omni loco, quò ingredietẽ alter iſtorum riuulorũ, ¶14 i omni loco in quem ingreſſus fuerit torrens ipſe. ¶15 ſub. mare mortuum. vel deſerti. Aut potius, iuxta illũ, ſub. amnem. ¶16 .i. illic ſiccabunt ſua retia. ¶17 Heb. ſecundũ ſpeciẽ ſuam erunt piſces eorũ, i ſub. duorũ riuorum: ſicut piſces maris magni, multi valde. Mare magnũ Terræ ſanctæ, eſt mare mediterraneũ. nã alia maria ſunt potius ſtagna. Ex his intelligim⁹ Deũ ſine reſpectu perſonarũ homines vocare ad fidem. ¶18 Cœnoſa ¶19 non ſanabuntur, in ſalinas dabũtur. ſi ne, reſeruabuntur. i. Reprobi nõ veniẽt ad cognitionẽ Euãgelij. ¶10 vl, iuxta amnem ¶11 Heb. mẽſib⁹ ſuis primitiua pferẽt. vl, edẽt nouos fructus: ¶12 eius. ſcilicet amnis. ¶13 vl, ad fracturas ſanãdas. ¶14 vl. hæredes cõſtituemini terræ, ¶15 Funiculi pro partib⁹. nã menſores agrorũ, vel pertica, vel extento fune per agros, modum definiebant. Vult autẽ vt Ephraim & Manaſſe accipiãt ſingulas portiones. Chaldæus paraph. Ioſeph recipiet duas partes, Ephraim vnam. & Manaſſe alteram. nam portio Leuitarum ceſſit Ioſephi filiis. Vna autem porta cenſetur Leuitarum in vrbe, & vna tantum Ioſephi: ſed agrorum duas partes erat accepturus Ioſeph. ¶16 Hebr. Et hæreditabitis eam vir ſicut frater ſuus, propter quam leuaui manum meam ad dandum eam patribus veſtris: & cadet terra hæc vobis in hæreditatem. i. miſſis ſortibus diuidetur inter vos terra, vt eam iure hæreditario poſſideatis. ¶17 Mare magnum eſt mediterraneum. ¶18 Heb. via Hethlon, ¶19 Heb. pergẽtibus. vel potius, ad introitum. Chaldæus paraph. vertit, ad ingreſſum ¶40 vl, Erit itaque terminus [ſub. Septentrionalis qui incipiet] à Mari, Haſer-henon, terminus Damaſci: & [reſiduum] partis Aquilonaris [Terræ ſanctæ verſus] Aquilonem [mundi] & angulus Aquilonaris. i. reſiduum anguli plagæ Aquilonaris. Repetitio eſt, angulus Aquilonaris. ¶41 Heb. Et plagam Orientalem à medio Hauran, & medio Damaſci. & medio Galaad, & medio terræ Iſrael à Iordane, à termino qui eſt ad mare Orientale, metiemini: & reliquam partem anguli Orientalis. ¶42 Heb. Et [metiemini] angulum Meridionalem ad Auſtrum à Iericho vſque ad aquas Meriboth-cades, ad torrentem [Ægypti, qui decurrit] in mare magnum: & metiemini reſiduum Auſtri ad Meridiem. ¶43 De mari mediterraneo ſemper intelligit. ¶44 vl, qui eſt eregione introit⁹ Hemath: ¶45 per ¶46 Hebr. cadere facietis eam in hæreditatem. i. ſortito diuidetis eam, vt iure hæreditario illam poſſideatis. ¶47 liberos ¶48 Hebr. cadent vobiſcum in hæreditate ¶49 Hebr. Et erit, in tribu in qua peregrinatus fuerit aduena, &c. XLVIII. ¶1 ſub. pro hæreditate capienda. ¶2 Heb. ad manum. i. ad latus, ſiue iuxta locum. ¶3 [&] terminum ¶4 ſub. mundi.

viam Emath:(& erit ei plaga Orientalis Mare.) Dan vna. Et [a]à termino[a] Dan, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Aſer vna: & ſuper terminum Aſer, à plaga Orientali vſque ad plagã Maris, Nephthali vna. Et ſup terminũ Nephthali, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Manaſſe vna. Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Ephráim vna. Et ſuper terminum Ephráim, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Ruben vna. Et ſuper terminum Ruben, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Iuda vna. Et ſuper terminum Iude, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, erunt primitiæ quas ſeparabitis, vigintiquinque millibus [b]calamis[b] latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulæ partes à plaga Orientali vſque ad plagam Maris: & erit ſanctuarium in medio eius. ¶ Primitiæ quas ſeparabitis Domino: longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus. Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum: ad Aquilonem lõgitudinis vigintiquinque millia, & ad Mare latitudinis decem millia, ſed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem [c]vigintiquinque millia: & erit ſanctuarium Domini in medio eius. Sacerdotib[9] ſanctuarium erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt [d]primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo, viginti & quinque milliũ, & latitudo decem millium. Et non vænundabũt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Domino. Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erunt vrbis in habitaculum, & in ſuburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hæ menſuræ eius: Ad plagam Septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Meridianam, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Occidentalem, quingenta & quatuor millia. Erunt autẽ ſuburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducẽta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducẽta quinquaginta millia, & ad Mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundum primitias ſanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in panes his qui ſeruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati, operabũtur ex omnib[9] tribub[9] Iſrael. Omnes primitiæ, vigintiquinq; milliũ, per vigintiquinque millia in quadrũ, ſeparabũtur in primitias ſanctuarij, & in poſſeſſionẽ ciuitatis. Quod aũt reliquũ fuerit, principis erit ex omni parte primitiarũ

Margin: ¶[a] ad terminum — Repetuntur partes poſſeſſionis ſacerdotum & templi, — B — ¶[c] longitudinis — ¶[d] eis Leuitarum, — Ciuitatis, — C — Principis.

finio[a] Hamath, [5](à limite[a] Orientali ad limitem Occiduum) vna portio erit ipſius Dan. Et iuxta terminum Dan à limite Orientali vſque ad limitem Occiduum vna [portio] Aſer. Et iuxta terminum Aſer à limite Orientali vſque ad limitẽ Occiduum vna [portio] Naphthali. Et iuxta terminum Naphthali à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio] Manaſſe. Et iuxta terminũ Manaſſe à limite Orientali ad limitem Occiduũ vna [portio] Ephraim. Et iuxta terminũ Ephraim à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio] Ruben. Et iuxta terminum Ruben à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio] Iehuda. Et iuxta terminum Iehuda à limite Orientali ad limitem Occiduum erit[6] collatio[b] quã[7] conferetis,[b] lata quinq; & viginti millia [calamorũ,] & longa vt vnaquæque [8]portionum[b] ab Orientali limite ad limitem Occiduum: eritque ſanctuarium in eius meditullio. ¶ [Etenim][9] collationis[c] quam Domino conferetis, longitudo erit vigintiquinque millia [calamorum,] & latitudo decem millia. Iſtorum autem erit collatio ſacra, [10]ſacerdotum quidem[d] ad Aquilonem [longitudo erit] vigintiquinque millium, & latitudo ad Occaſum decem millium, & latitudo ad Ortum decem millium, ad Auſtrum etiam longitudo vigintiquinque[11] millium:[e] eritque ſanctuarium Domini in meditullio iſtius [portionis.] [12]Id dicatum erit ſacerdotibus è filijs Zadoc, [f]qui ſeruarunt [13]inſtitutum meum,[f] quique non errarunt Iſraelitis errantibus, quemadmodum errauerunt [alij] Leuitæ. [14]Eritq; ipſis hoc collatiuum ſacrum ſanctum de collatione terræ[g] iuxta Leuitarum terminum. Leuitarum autem [portio erit] iuxta ſacerdotum terminum longitudine vigintiquinq; millium, & latitudine decem millium, tota longitudine exiſtente vigintiquinque millia [calamorum] cũ latitudine decem millium. Neque vendent ex eo quidquam, neque permutabunt, neque transferent[h] primitias[h] terræ: quandoquidem eſt res Domino ſacrata. [16]Cæterum latitudo reliqua [calamorum] quinquies mille, cum [longitudine] vigintiquinque millium locus prophanus erit vrbi ad habitationem & pomœriũ, eritque vrbs in eius meditullio. Hæ autẽ menſuræ eius ſunt: Limes Aquilonaris [habebit calamos] quater mille & quingentos, & limes Auſtralis quater mille ac quingentos, & limes Orientalis quater mille & quingentos, & limes Occidentalis quater mille ac quingẽtos. Eritque[17] pomœriũ[i] vrbi ducentorum quinquaginta[18] [calamorũ[k] latitudine] ad Aquilonem, & ducentorum quinquaginta ad Auſtrũ, & ducentorũ quinquaginta ad Orientem, & ad Occaſum ducentorum quinquaginta. Lõgitudo autem reliqua[19] iuxta collationem ſacrã[l] decẽ milliũ verſus Orientem, & decẽ millium verſus Occidentẽ [20]permanebit iuxta collationem ſacram,[l] eiuſque[l] prouentus[21] cedet in cibum operarijs vrbis. [23] Et operarij vrbis de omnibus tribubus Iſraeliticis colent illud.[m] Tota vero [24]collatio quam conferetis collationem ſacram,[n] [&] ad poſſeſſionem vrbis, quadrata erit lateribus longis quinque & [25] viginti millia[n] [calamorum.] Principis autem erit quidquid reliquum eſt vtrinque[26] iuxta collatio-

Margin: ¶5 Hebraice legitur, Et erunt ei à plaga &c. .i. ipſi Dan erunt iſti limites à plaga &c. — ¶6 oblatio. vel, ſeparatio. quia pars illa dicanda erat Deo. Inter tribum Iuda & Bẽiamin erat portio principis quæ Hebraice therumma dicitur. Oblatio illa cõplectitur portionem ſacerdotum & Leuitarum & ſolũ vrbis. ¶7 ſeparabitis. ſub. in honorẽ Domini. ¶8 ſub. tribuum. ¶9 vl, ſeparationis. Incipit diuidere hanc partẽ in tres. ¶10 nempe ſacerdotum ¶11 ſub. calamorum. ¶12 Heb. Sacerdotũ quidem ſanctificatorum [ſub. erit,] ex nepotibus Sadoc. i. Hæc portio erit ſacerdotũ, quorum quiſque erit ſanctificat[9]. ¶13 vl, ceremonias meas. vl, ritus meos. nec fuerunt idololatræ. ¶14 Erit itaq; illis oblata [terra] de oblatione terræ ſanctitas ſanctificatum ¶15 Oblationẽ hanc vocat primitias quia primitiæ Deo ſeparabantur, & offerebantur, vt hæc terra eſt oblata.

¶16 Heb. Et quinque millia quæ ſuperſunt in latitudine ſuper faciem vigintiquinque millium, prophana ſunt propter vrbem in habitaculũ & agrum ſuburbanum. Super faciem X X V milliũ dicit, pro eo quod vulgo dicimus, Super vigintiquinque millia. Prophana præterea, reſpectu portionum ſacerdotum. Vox Hebræa M I G R A S, pro qua vertimus, agrum ſuburbanum, ſignificat locum vacuum arboribus & ædificiis. ¶17 ſuburbanus ager ¶18 Menſura calami recti[9] his locis intelligitur quam cubiti, vt mox vrbis fines indicabunt. ¶19 eregione oblationis ſanctitatis. i. portionis Leuitarum & ſacerdotum, ſic dictæ q portionem vrbis vocaſſet prophanam. ¶20 erit eregione oblationis ſanctitatis. ¶21 Prouentum vocat quicquid reliquum fuerat ad Orientem & Occidẽtem. ¶22 erit in eſcã his qui ſeruient vrbi. i. agricolis & patribuſfamilias. ¶23 Hi autem qui ſeruient vrbi, ſeruient ei ex omnibus tribubus Iſraelis. ¶24 oblatio quam offeretis oblationem ſanctitatis. i. portionem ſacerdotum & Leuitarum. q. d. ſi adiicias portionem vrbis portioni ſacerdotum, erunt æqualia. ¶25 Heb. viginti millia ſuper vigintiquinque millia. ¶26 oblationis ſanctitatis & poſſeſſionis vrbis, & eſt ante &c.

¶17 oblationis ¶18 vſq; ad Occidentalem ¶19 Heb. oblatio ſanctitatis. ſub. cum poſſeſſione vrbis. ¶20 Hebr. Et à poſſeſſione Leuitarũ & à poſſeſſione vrbis (quæ in medio eius) quod erit, principis erũt: quod erit inter terminum Iuda & terminum Ben-iamin, principis erit. i. poſſeſſio illa principis in cuius medio erit poſſeſſio Leuitarũ, erit inter tribum Iuda & Ben-iamin.

¶21 vl. Reliquũ autem tribuũ. ſub. ũchabebit. ¶22 ſub. ſerit id quod vergit] ad plagam Meridiei ad Auſtrũ. ¶23 i. à Ierichо. ¶24 ad torrentem [influentem] i mare &c. Chaldæus paraph. vertit, vſque ad hæreditatẽ quę eſt iuxta mare mediterraneũ. ¶25 Heb. quam cadere facietis in hæreditatẽ ¶26 Si adijciantur bis ducenti & quinquaginta calami agri ſuburbani, perficietur menſura quinq; millium. ¶27 Leuitæ portã habebant in vrbe, ſed portionem terræ, vt aliæ tribus nõ habuerunt.

nem ſacram, & iuxta poſſeſſionem vrbis ante viginti quinque millia[17] collationis vſque ad terminum Orientalem & Occiduum, ante vigintiquinque millia [18] iuxta Occiduum terminum ex aduerſo portionum, [id vero] principis erit: & [19] ſacra collatio, & ſanctuarium domus erit in eius medio. ¶[20] Poſſeſſio quoque Leuitarũ & poſſeſſio vrbis intra illud, quod principis eſt: [denique] princeps inter Iehuda & Bẽ-iamin terminos habebit poſſeſſionem. ¶[21] Porrò tribuum reliquarũ à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio erit ipſius] Bẽ-iamin. Et iuxta terminum Ben-iamin à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio] Simeon. Et iuxta terminum Simeonis à limite Oriẽtali ad limitem Occiduũ vna [portio] Iſaſchar. Et iuxta terminum Iſaſchar à limite Orientali ad limitem Occiduũ vna [portio] Zebulonis. Et iuxta terminum Zebulon à limite Orientali ad limitem Occiduum vna [portio] Gad. Et iuxta terminum Gad[22] quæcunque cõfinia ſunt ad Auſtrum: eſtque terminus [23] à Thamar vſque ad Aquas contradictionis, nempe ad Cades, [24] ad torrentem iuxta mare magnum. Atque hæc terra eſt, [25] quam hæreditario iure diuidetis inter tribus Iſraeliticas, & hæ partes earũ, ait Dominus Deus. Hi autem exitus vrbis: A limite Aquilonari mẽſura [erit] [26] quater mille & quingentorum [calamorum.] Et portæ vrbis nominibus tribuum Iſrael denominatæ erunt, tres ad Aquilonem, vna porta Rubẽ, vna porta Iehuda, vna porta [27] Leui. Et ad limitem Orientalẽ quater mille ac quingẽti, portæq; tres, vna porta Ioſeph, vna porta Bẽ-iamin, vna porta Dan. Ad limitẽ etiam Meridionalẽ menſura quater mille & quingentorũ, & portæ tres, vna porta Simeonis, vna porta Iſaſchar, vna porta Zebulõ. Ad limitẽ Occiduũ quater mille & quingenti, [&] eorũ portæ tres, vna porta Gad, vna porta Aſer, vna porta Naphthali. [28] Tot ambit octodecim millia [calamorũ.] Et nomẽ [29] vrbis ab eo die, Deus illic.

ſanctuarij, & poſſeſſionis ciuitatis e regione viginti quinque millium primitiarum vſque ad terminum Orientalem: ſed & à Mari e regione vigintiquinque millium vſque ad terminũ Maris, ſimiliter in partibus principis erit: & erunt primitiæ ſanctuarii, & ſanctuarium templi in medio eius. ¶De poſſeſſione autem Leuitarũ & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis erit: in terminum Iuda, & in terminum Ben-iamin, & ad principẽ pertinebit. ¶Et reliquis tribubus, A plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalẽ, Ben-iamin vna. Et contra terminum Ben-iamin, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Simeon vna. Et ſuper terminum Simeonis, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Iſſachar vna. Et ſuper terminum Iſſachar, à plaga Orientali vſque ad plagã Occidentalem, Zabulon vna. Et ſuper terminum Zabulon, à plaga Orientali vſque ad plagã Maris, Gad vna. Et ſuper terminum Gad, ad plagam Auſtri in Meridiem: & erit finis de Thamar, vſque ad Aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc eſt terra quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus. Et hi egreſſus ciuitatis: A plaga Septentrionali quingentos & quatuor millia menſurabis. Et portæ ciuitatis omnibus tribubus Iſrael: portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam Orientalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioſeph vna, porta Ben-iamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam Meridianam, quingentos & quatuor millia metiẽris: porta Simeonis vna, porta Iſſachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam Occidentalem, quingẽtos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aſer vna, porta Nephthali vna. Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

¶ ad Mare

¶ inter Sortes reliquarum tribuum.

D

Portæ ciuitatis.

¶ in nominibus tribuũ

¶ & portæ tres,

# Daniel propheta.

CAP. I.

ANNO tertio[1] regni Iehoiacim regis Iehuda venit rex Babel Nebuchad-nezar ad Ieruſalem, & obſedit eam. Tradiditq; Dominus in eius poteſtatẽ & regẽ Iehuda Iehoiacim, & aliquot vaſa domus Dei, [2] quæ auexit in terrã Sinear, in domũ deorũ ſuorũ, intulitq; gazophylacio deorũ ſuorũ. [4] Rex quoq; præcepit Aſpenaz [5] magiſtro palatii, vt ex Iſraelitis [&] de genere regio & optimatũ [6] introduceret, Pueros [7] omni vitio carẽtes, & formoſos, & [8] intelligentes in omni ſapientia, & peritos ſcientiarũ, [9] & tenentes artiũ principia, quiq; facultatẽ haberent in palatio regio miniſtrandi, quos doceret literas & linguã Chaldæorum. Illiſque rex quotidianum victum conſtituit de cibo regio, & de vino [10] quod ipſius cõuiuijs adhibebatur, vt educaret eos tribus an-

# Danielis prophetia.

CAP. I.

ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eam. & tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vaſorum domus Dei: & aſportauit ea in terram Sennaar, in domum dei ſui, & vaſa intulit in domum theſauri dei ſui. Et ait rex Aſphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine regio, & tyrannorum, Pueros in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguã Chaldæorum. Et conſtituit eis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in cõ-

Captiuitatẽ Ioacim regis Iuda refert propheta.

De filijs captiuis iubet rex eligi, qui doceantur literas & linguam Chaldæorum.

Annona regia eis conſtituitur.

¶ de

¶28 Per circuitum, ſub. vrbis erunt &c. ¶29 Vrbs hæc, eccleſiam ſignificat, de qua dicitur Matth. 28, Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationẽ ſeculi. CAP. I. ¶1 vl. Sub finẽ anni tertij. Ieremias cap. 25, Anno, inquit, quarto regni Ioacim, qui eſt annus primus Nabuchodonoſor. Annus primus Nabuchodonoſor incurrit in annum tertium Ioacim & quartum: fuitque rex creatus ſub finem tertij anni Ioacim. Dicitur autem annus quartus Ioacim fuiſſe primus Nabuchodonoſor, à maiori parte. ¶2 quibus ſcilicet vtebantur Leuitæ in ſacrificijs peragendis in templo. ¶3 quos deduxit in terram Sennaar in domum dei ſui: at vaſa illa intulit in domum theſauri &c. Relatiuum ſine antecedente apud Hebræos. Deduxit eos, Ioacim ſcilicet & concaptiuos. Duxit eos captiuos velut triumphans in regionem Sennaar, in ædemque dei ſui, veluti de victoria gratias illi agens, induxit. Domum theſauri dicit: at 2. Paral. 36. b. legitur Hebraice, Poſuit illa vaſa in palatio ſuo Babylone. Verũm, palatiũ capiebat ædem dei eius & theſauri. ¶4 vl. Rex autem præceperat ¶5 vl. principi eunuchorum. Princeps eunuchorum vel aulicorum is videtur eſſe qui ſeculis poſterioribus fuit magiſter palatij vel aulæ apud Romanos principes. ¶6 adduceret. ſub. in Babylonẽ. ¶7 vl. ſine vlla macula. i. nõ mutilos neq; deformes. ¶8 eruditos oĩ ſciẽtia, & cautos ſciẽtia, doctoſq; diſciplina. i. ſagaci ingenio & pſpicaci, facũdoſq; & ſcite loquẽtes. ¶9 & in quib' eſſẽt vires, qui [p vatẽ] aſſiſtere poſſent regi in palatio. i. qui apti eſſent miniſterio regis. ¶10 Hebr. potuũ ſuorũ. i. quod bibebat. Vina autem plurali numero dixit Hebraice, quòd reges varijs vini generibus vtantur.

B ſpectu regis. ¶ Fuerũt ergo inter eos de filijs Iu-
dæ, Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias. Et impo
ſuit eis præpoſitus eunuchorum nomina: Danie
li, Baltaſſar: Ananiæ, Sidrach: Miſaeli, Miſach: &
Azariæ, Abdenago. Propoſuit autem Daniel in
corde ſuo ne pollueretur de mẽſa regis, neq; de
vino potus ei⁹: & rogauit eunuchorũ præpoſitũ
ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli
gratiam & miſericordiam in conſpectu princi-
pis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum
ad Danielem, Timeo ego dominum meum regẽ
qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi vide-
rit vultus veſtros macilentiores præ cæteris ado
C leſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput
meum regi. Et dixit Daniel ad Malaſar, quẽ con-
ſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielẽ,
Ananiam, Miſaelem, & Azariam, Tenta nos obſe
cro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis le
gumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum: &
contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum
qui veſcuntur cibo regio: & ſicut videris, facies
cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemo
di, tẽtauit eos diebus decem. Poſt dies autem de-
cem apparuerunt vultus eorum meliores & cor
pulentiores præ omnibus pueris qui veſceban-
tur cibo regio. Porrò Malaſar tollebat cibaria,
& vinum potus eorum: dabátque eis legumina.
D Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſci-
plinam in omni libro & ſapientia: Danieli autẽ
intelligentiã omnium viſionum & ſomniorum.
Completis itaque diebus, poſt quos dixerat rex
vt introducerẽtur: introduxit eos præpoſit⁹ eu-
nuchorum in cõſpectu Nabuchodonoſor. Cúm-
que eis locutus fuiſſet rex, non ſunt inuenti ta-
les de vniuerſis, vt Daniel, Ananias, Miſael, & A-
zarias: & ſteterunt in conſpectu regis. Et omne
verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus
eſt ab eis rex, inuenit in eis decuplum ſuper cũ-
ctos ariolos & magos qui erant in vniuerſo re-
gno eius. Fuit autem Daniel vſque ad annum
primum Cyri regis.

CAP. II.

IN anno ſecundo regni Nabuchodonoſor vi-
dit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus
eſt ſpiritus eius, & ſomnũ eius fugit ab eo. Præ-
cepit ergo rex vt conuocarentur arioli, & ma-
gi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarẽt regi ſom-
nia ſua: qui cum veniſſent ſteterunt coram rege.
Et dixit ad eos rex, Vidi ſomnium: & mente con-
fuſus ignoro quid viderim. Reſpõderũtq; Chal
dæi regi Syriace, Rex in ſẽpiternũ viue: dic ſom-
niũ ſeruis tuis & interpretationẽ ei⁹ idicabim⁹.
Et reſpondens rex ait Chaldæis, Sermo receſſit à
me: niſi indicaueritis mihi ſomniũ & coniecturã
eius, peribitis vos, & dom⁹ veſtræ publicabũtur.
Si autẽ ſomniũ & cõiecturã ei⁹ narraueritis: præ
mia & dona, & honorem multũ accipietis à me.
ſomniũ igitur, & interpretationem eius indica-

Daniel abſtinet à cibis regis Babyloniorum.

Horum puerorum ſcientia & diſciplina.

I.6.g.

Somniũ Nabuchodonoſor.

Accerſitis magis, quærit ab eis & ſomnium & eius interpretationem.

nis, &[11] aliqui eorum[12] ſtarẽt corã rege. ¶[13] Inter
quos etiam de filijs Iehuda fuerunt,[14] Daniel, Ha
nania, Miſael, & Azaria. Eiſque[15] magiſter pala-
tij nomina impoſuit, Danieli quidem impoſuit
[nomẽ] Beltſazar, Hananiæ Sadrach, Miſaeli Me-
ſach, & Azariæ Abed-nego. Daniel autem[16] indu-
xit in animum ſuum ne coinquinaretur cibo re
gis, aut vino quod ipſius cõuiuijs adhibebatur,
& rogauit magiſtrum palatij ne coinquinare-
tur. ([17] Deúſque hoc Danieli donauerat, qui magi
ſtro palatij benefico atq; ꝓpenſæ volũtatis vte-
ret.) Et dixit magiſter palatij ad Danielẽ, Equidẽ
timeo Dominum meum regem, qui conſtituit ci
bum veſtrum & potum veſtrum: [18] nam ſi facies
veſtras cerneret magis tetricas, quàm puerorum
æqualium veſtrorum, capitali ſentẽtiæ regis me
obnoxiũ redderetis. Itaq; Daniel [19] dixit ad [20] Mel
zar, quem [21] palatij magiſter Danieli, Hananiæ,
Miſaeli, & Azariæ præfecerat, Fac quæſo in ſer-
uis tuis periculum decem diebus, [22] & dent nobis
legumina, quæ comedamus: & aquas, quas biba-
mus. Quúmq; ſpectatæ fuerint abs te formæ no-
ſtræ, & forma puerorum qui veſcuntur cibo re-
gio, [23] age cum ſeruis tuis [24] vt tibi viſum fuerit.
Obtemperauit autem eis in hac re, fecitque peri
culum decem diebus. Et exactis decẽ diebus, [25] ap
paruerunt formoſiores atque habitiores omni-
bus pueris veſcentibus cibo regio. Quare Mel-
zar auferebat [26] cibum eorum, & vinum quod bi-
berent, deditque illis legumina. Porrò quatuor
iſtis pueris Deus contulit facultatem cognoſcẽ-
di, & intelligentiam in omni [27] literatura, [28] & ſa-
pientia, Danieli præterea vim exponendi omne
[29] viſum & ſomnia. Exactis autẽ dieb⁹, poſt quos
præceperat rex eos adducere, adduxit eos [30] pala-
tij magiſter ante Nebuchad-nezar. Et loquutus
eſt cum eis rex: neque inuenti ſunt inter vniuer
ſos, Danieli, Hananię, Miſaeli & Azariæ pares: &
[31] miniſtrauerunt regi. [32] Atque in omnibus quæ-
ſtionibus cognitionis quæ attinet ad ſapientiã,
reperit eos rex decuplo excellentiores omnibus
[33] magis & [34] ſophis qui fuerũt i toto eius regno.
[35] Permanſitque Daniel vſque ad annum primũ
regis Cyri.

CAP. II.

ANno ſecũdo regni Nebuchad-nezar habuit
Nebuchad-nezar ſomnia. [1] variéque animus
eius huc & illuc agitatus eſt, & ſomnus eius de-
ſtituit ipſum. Iuſſitque rex vocare [2] magos, & [3] ſo
phos, & maleficos, & [4] Chaldæos, qui regi ſua ſõ-
nia [5] referrẽt. Qui venientes ſteterunt ante regẽ.
Dixit autem illis rex ipſe, vidi ſomnium, & [6] va-
rie meus animus huc & illuc eſt agitatus, vt ſci-
rem illud ſomnium. Et Chaldæi regem alloqu
ti ſunt lingua Syriaca, Rex æternum viuito, nar
ra ſomnium ſeruis tuis, nóſque interpretationẽ
reddemus. Rẽxque reſpõdens Chaldæis, inquit,
Res ipſa mihi excidit, & niſi mihi ſomnium indi
caueritis, eiúſq; interpretationem, [7] fruſtulatim
conficiemini, domúſque veſtræ [8] deteſtabiles reddentur. [9] Sin expoſueritis ſomnium & eius con-
iectationem, à me accipietis munera, & donatiua, & magnum honorem: quocirca [10] exponite
mihi ſomnium & eius coniectationem. Reſponderunt iterum, dicentes, Rex narret ſomnium

¶11 Heb. vt exactis illis. ſub. tribus annis. ¶12 i. apti eſſet miniſterio regis ¶13 Inter eos autem ¶14 Hi plebeij erãt, nõ de ſemine regio. ¶15 magiſter eunuchorũ ¶16 Heb. poſuit in corde ſuo vt nõ pollueret ſe ſe portione eſcæ regis, & vino potuũ eius: vnde petiuit à ꝓpoſito eunuchorũ vt nõ cõtaminaret ſe. i. rogauit ne veſceretur cibo regio. ¶17 Heb. Deus autẽ dederat Danielẽ in miſericordiã & miſerationẽs coram principe eunuchorũ. i. effecerat De⁹ vt eſſet gratioſ⁹ & charus illi principi. ¶18 Heb. qui quãobrẽ videbit vultus veſtros pallidos præ adoleſcẽtibus qui ſũt iuxta ſimilitudinẽ veſtrã, & cõdẽnabitis caput meũ regi? iuxta ſimilitudinẽ veſtrã. i. vobis ſimiles cõditione & ętate. q. d. cur cõmittã vt ſi videat vos pallidos, triſtes & mœſtos, macilẽtos vultus veſtros, plectar capite? ¶19 elapſis ſcilicet diebus aliquot, & præfecto eunuchorũ abſente. ¶20 Legẽdũ Hamelſar. nã ה E, eſt de eſſẽtia dictionis. ¶21 princeps eunuchorũ ¶22 ſed dent. Idẽ petijt à ꝓpoſito iſto quod ab Aſphenazo: ſed omittit petitio, breuitatis ergo. Adduntur ſolæ rationes quib⁹ id efficere cõtẽdat. q. d. ſpatio decẽ dierũ poteris deprehẽdere ſi nõ fuerint lætiores vult⁹ noſtri vultib⁹ aliorũ. ¶23 Imperatiuũ ꝓ futuro, facies ¶24 vt videbis vult⁹ noſtros. ſub. ſe habere. ¶25 Heb. viſus eſt vult⁹ eorũ lætior, & obeſiores carne [ſub. viſi ſunt] ¶26 portionẽ cibi. Aſportabat illos cibos domum ſuam. ¶27 tã Hebræa ſcilicet, quàm Chaldæa. ¶28 & ſciẽtiã. in oĩ ſcilicet genere doctrinæ & eruditionis. ¶29 Hoc de viſionib⁹ & ſomnijs veris & immiſſis à Deo, nõ de vanis inſomnijs itelligitur. ¶30 præpoſit⁹ eunuchorũ ¶31 He. ſteterũt corã rege. ¶32 He. Atq; i omni verbo ſapiẽtiæ & itelligẽtiæ, quod ſciſcitat⁹ eſt ab eis, ¶33 Vox Hebræa HARTVMMIM, ſignificat rerũ naturaliũ & arcanarũ peritos: quos magos pot⁹, quàm phyſicos noĩare viſũ eſt. ¶34 aſtrologis ¶35 ſub. in regia miniſter. II. ¶1 cõtritúſque eſt ſpirit⁹ eius, & ſomn⁹ eius fractus eſt ei. i. vbi euigilauit fuit animo attonito, interruptúſque eſt eius ſomn⁹, neq; poterat poſtea dormire. ¶2 i. peritos rerũ & cauſarũ naturaliũ. ¶3 vl, aſtrologos iſignes, ¶4 deditos ſcilicet vanis ſciẽtijs & ſuperſtitionib⁹. ¶5 vl, indicarẽt, nẽpe quorũ oblit⁹ fuerat. ¶6 cõturbat⁹ eſt ſpũs me⁹ dũ conat̃ reminiſci ſomnij. ¶7 Chald. fruſta efficiemini, ¶8 in ſterquiliniũ ponent̃. ¶9 At ſi ſõniũ & interpretationẽ eius idicaueritis, ¶10 ſomniũ & interp̃tationẽ eius indicate mihi.

¶11 vel, Veriſſime ¶12 redimere ¶13.i. omnes vna ſententia peribitis. ¶14 & ſermonem fallacem & corruptum præparaſtis dicere, donec tempus mutetur: ¶15 verbum.i. ſomnium. ¶16 indicare: ¶17 ſicut nec vllus rex &c. Quemadmodum, inquit, nullus antea rem ſimilem poſtulauit, ſic neque dici poteſt. ¶18 & princeps ¶19 vel, phyſico, aut genethliaco,

¶20 rara. i. difficilis: nam quæ pretioſa ſunt, rara & inuentu difficilia ſunt. ¶21 indicare ¶22 ſpiritus ipſi. ¶23 Chal. quorum habitatio ipſorum cum carne [ſ.i. hominibus] non eſt. ¶24 Chal. Lex autem egreſſa eſt, & ſapientes interficiebantur. Egreſſa eſt, ſub. ab ore regis. ¶25 Chal. reſpondit conſilium & ſapientiã ipſi Arioch principi carnificum.i. reſponſionem conſilii & prudentiæ, hoc eſt prudenter. Principem carnificũ vocat, quẽ Gallice dicimus Le lieutenant criminel.

¶26 Arioch poſtea præfectum regis affatus &c.

ſeruis ſuis, nóſque interpretationem reddemus. [Quibus] reſpondens rex, inquit, [11] Planiſſimè intelligo vos [12] captare commodius tempus, quum cernatis rem excidiſſe mihi. niſi mihi ſomnium indicaueritis, [13] vna de vobis ſtat ſententia: [14] quod propoſueritis ſermonem falſum & cum ſcelere coniunctum ante me dicere, donec ſe alius rerũ ſtatus offerat: quãobrem narrate mihi ſomniũ, & intelligã vos poſſe interpretationem eius interpretari mihi. Ad quæ Chaldæi coram rege ita reſponderunt, Nõ eſt homo in terris qui poſſit [15] negotiũ regis [16] exponere: [17] nullus enim rex magnus [18] aut princeps eiuſmodi rẽ poſtulauit ab vllo [19] mago, aut ſopho, aut Chaldæo. Eſt autẽ res [20] maximi momẽti quã rex poſtulat, neq; poterit quiſquã alius regi [21] exponere quàm [22] dij, qui minime verſantur inter mortales. Eapropter magna ira & furore percitus rex, præcepit omnes ſapientes Babylonis perdi. [24] Quam ſententiam dum exequuntur, ſapientes occiſi ſunt, & Danielem atque ſodales eius quæſiuerunt, vt interficerentur. ¶Tunc Daniel [25] interceſſit conſilio atque decreto apud Arioch regium præfectum rerum capitalium, qui egreſſus fuerat ad interficiendum ſapientes Babylonis. [26] Arioch nanque regium principem affatus dixit, [27] Quare ſententia profecta à rege tantopere vrget? [28] Et confeſtim Arioch expoſuit rem Danieli. Quocirca Daniel [29] introgreſſus rogauit regem, vt ei tempus permitteret [30] ad interpretationem, quæ reddenda eſſet regi. Móxque Daniel domum profectus, Hananiæ, Miſaeli & Azariæ ſodalib9 ſuis rem indicauit. [31] Miſericordiam quoq; à Deo cæli petendam eſſe in hoc arcano, vt non Daniel & ſodales eius interficerentur cum reliquis ſapientibus Babylonis. Tunc Danieli arcanum patefactum eſt per viſum nocturnum: quãobrem Daniel [32] benedixit Deum cæli. Dixit autem, Nomẽ Dei [33] honorifice prædicãdum eſt per vniuerſa ſecula, [34] cuius cum ſapiẽtia cum potentia exiſtũt. Qui [35] tẽporum viciſſitudini moderatur, qui deponit reges, & creat reges, qui confert ſapientibus ſapientiam, & cognoſcendi facultatem habẽtibus [36] notitiã. Idem [37] aperit profunda & abſtruſa, neq; ignorat quæ in tenebris [gerũtur,] & [38] cũ eo lux habitat. Tibi Deus patrũ meorũ cõfiteor, & laudibus celebro, [39] qui ſapientiã & vires mihi [40] contuliſti, & modo mihi oſtẽdiſti quod abs te rogauimus, [41] negotiúmq; regis nobis indicaſti. ¶Daniel igitur adiẽs Arioch, quẽ rex ordinauerat ad ſapiẽtes Babylonicos interficiendũ, ita eũ affatus eſt, Sapiẽtes Babylonicos ne perimas, verum ducito me ad regem, & regi [42] exponã coniectationẽ. Tunc Arioch celerrime duxit Danielẽ ad regem, & ita ei dixit, quòd repertus eſſet vir inter captiuos Iudæos, qui regi [44] coniectationẽ expoſiturus eſſet. Rex autẽ alloquens Danielem, cui nomẽ erat Beltſazar, inquit, Nũ poteris mihi ſomniũ indicare quod habui, & eius interpretationẽ? Et Daniel reſpondens regi, dixit, Arcanũ quod rogauit rex, nõ potuerũt [45] ſapiẽtes, ſophi, magi, fatidici explicare regi. Verum exiſtit in cœlo Deus aperiens arcana, qui oſtẽdit regi Nebuchad-nezar quid poſteris tẽporibus futurũ ſit.

te mihi. Reſponderunt ſecundo, atque dixerunt, Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationem illius indicabimus. Reſpõditque rex, & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, ſciẽtes quòd receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſentẽtia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam cõpoſueritis vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat. Somnium itaque dicite mihi, vt ſciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini. Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt, Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum, rex, poſſit implere: ſed neque regum quiſquã magnus & potens, verbum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enim quem tu quæris, rex, grauis eſt: nec reperietur quiſquam qui indicet illum in conſpectu regis: exceptis dijs, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio. Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirẽt omnes ſapientes Babylonis. Et egreſſa ſententia, ſapientes interficiebantur: quærebantúrque Daniel & ſocij eius vt perirẽt. ¶Tũc Daniel requiſiuit de lege atque ſententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egreſſus fuerat ad interficiendos ſapientes Babylonis. Et interrogauit eum qui à rege poteſtatem acceperat, quam ob cauſam tam crudelis ſentẽtia à facie regis eſſet egreſſa. Cum ergo rem indicaſſet Arioch Danieli, Daniel ingreſſus rogauit regem vt tempus daret ſibi ad ſolutionem indicandam regi. Et ingreſſus eſt domum ſuam: Ananiæque, & Miſaeli, & Azariæ ſocijs ſuis, indicauit negotium: Vt quærerent miſericordiam à facie Dei cæli ſuper ſacramento iſto, & non perirent Daniel & ſocij eius, cum cæteris ſapientibus Babylonis. Tunc Danieli myſterium per viſionem nocte reuelatum eſt: & benedixit Daniel Deum cæli, & locutus ait, Sit nomen Domini benedictũ à ſeculo & vſque in ſeculum: quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta: & lux cum eo eſt. Tibi Deus patrum [a] noſtrorum cõfiteor, teque laudo: quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi: & nunc oſtendiſti mihi quæ rogauim9 te, quia ſermonem regis aperuiſti nobis. ¶Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch quẽ conſtituerat rex vt perderet ſapiẽtes Babylonis, ſic ei locutus eſt, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in cõſpectu regis, & ſolutionem regi narrabo. Tũc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei, Inueni hominem de filijs trãſmigrationis Iudæ, qui ſolutionem regi annunciet. Reſpondit rex: & dixit Danieli cuius nomen erat Baltaſſar, Putáſne verè potes mihi indicare ſomnium quod vidi, & interpretationem eius? Et reſpondens Daniel coram rege, ait, Myſteriũ quod rex interrogat, ſapiẽtes, magi, & arioli, & aruſpices nequeũt indicare regi: Sed eſt De9 in cælo reuelãs myſteria, qui [b] idicabit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ vẽtura ſunt in nouiſſimis tẽporibus.

B
¶ [a] Reſpondit
Reſpondẽt ſe nõ poſſe indicare.
Iubet rex omnes ſapientes Babylonis interfici.
C
Petit Daniel tẽpus ſibi dari ad quæſtionem diſſoluẽdam.
Danieli reuelat myſteriũ Dominus.
Pſalm. 111.d.
Gratiarũ actio.
D
¶ [a] meorum
Confiteri, & laudare.
Introducitur Daniel ad regem.
Regi ſomniũ indicat Daniel, & eius interpretationem.
E
¶ [b] indicauit

¶27 Qua de cauſa decretum hoc adeò præcipitanter edictum eſt & latum à rege? ¶28 Tunc ¶29 ingreſſus. ſub. ad regem. ¶30 Chald. & interpretationem exponeret regi. i. & interim daret operam quo ſomnium regis exponeret. ¶31 Et miſerationes petierunt à Deo cæleſti ſuper ſecreto hoc, [ſub. vt eis reuelaretur] vt ne perderent Danielem & ſocios eius ¶32.i. gratias illi egit. ¶33 ſit benedictum. i. honorifice prædicetur. ¶34. i. qui ſapientiæ & virium largitor eſt. ¶35 Chald. mutat tempora & ætates, ¶36 vel, intelligentiam. ¶37 vel, reuelat ¶38. i. eſt pater lucis, omnia videt & reuelat. ¶39 quòd, ſiue, quia ¶40 contuleris. ſub. antea. ¶41 nam negotium. i. ſomnium. ¶42 Chald. iuit inquam, aque ita &c. ¶43 interpretationem indicabo. Omittit de ſomnio. ¶44 interpretationem exponeret. ¶45 vel, magi, aſtrologi, phyſici, diuini

Somniū tuū, & viſiones capitis tui in cubili tuo, huiuſcemodi ſūt. Tu rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi quæ ventura ſunt. Mihi quoque non in ſapientia quæ eſt in me plus quàm in cunctis viuētibus, ſacramētum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires. Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grādis: ſtatua illa magna & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput, ex auro optimo erat: pect° autem & brachia, de argento: porrò venter & femora, ex ære. Tibiæ autem, ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autē fictilis. Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & cōminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argētū & aurū, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento: nulluſq; locus inuentus eſt eis: lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. hoc eſt ſomnium.
F Interpretationem quoque eius dicemus corā te, rex. Tu rex regum es: & De° cæli regnum & fortitudinem & imperium & gloriā dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij hominum & beſtiæ agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit. tu es ergo caput aureū. Et poſt te conſurget regnū aliud minus te, argenteū: & regnū tertium aliud æreū, quod imperabit vniuerſæ terræ. Et regnū quartum erit velut ferreū. quomodo ferrum cōminuit & domat omnia: ſic comminuet & conteret omnia hæc. Porrò quia vidiſti pedū & digitorū partem teſteam figuli, & partem ferreā: regnum diuiſum erit, quod tamē de plātario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrū miſtum teſtæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidū, & ex parte contritum. Quòd autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi. ſicuti
G ferrum miſceri non poteſt teſtæ. In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. Secundum quod vidiſti, quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt poſtea. & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. ¶ Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias, & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli. Vere Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus regum, *reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum. Tunc rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper omnes prouincias Babylonis: & præfectum & magiſtrum ſuper cunctos ſapientes Babylonis. Daniel autem poſtulauit à rege: & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: Ipſe autem Daniel erat in foribus regis.

¶ ferrum.

¶ teſtæ

De regno Chriſti æterno.

Lapis Chriſtus.

Daniel à rege exaltatur

* &

¶ magiſtratuum

[Etenim] ſomnium tuum & viſa capitis tui in lecto tuo hæc ſunt, Tu rex ſuper lectū tuū[46] voluiſti cogitationes in animo quid poſthac futurū ſit: & qui aperit arcana, oſtēdit regi quid futurū ſit. Et mihi quidem arcanū iſtud reuelatum eſt, non per ſapiētiā, qua omnes viuos ſuperem, ſed eam ob rem vt[47] aliqui] regi oſtendit interpretationē, & intelligas tui cordis cogitationes. Tu rex[48] cōtemplabaris, & ecce grāde quoddā ſimulachrum, ſimulachrū[49] ingēs, & eximia forma, & terrifica ſpecie ſtabat ante te. Cui° ſimulachri caput [fuit] de auro bono, pectus eius & brachia eius argētea: vēter eius & latera, ærea. Crura eius ferrea. [&] pedes ei° partim ferrei, partim fictiles. [Eam] ſpectabas donec lapis[50] reuulſus eſt[51] abſq; manibus. qui[52] contudit imaginis pedes ferreos atque fictiles, & eos cōminuit. Tūmq;[53] in minutiſſimas particulas abierūt ſimul ferrū,[54] lutū, æs, argētū & aurū, & fuerūt ceu[55] puluis arearū in æſtate. abſtulitque illa [tāquā] ventus, vt ne loc° quidē eorū inuētus ſit. Cæterū lapis qui cōtudit imaginem, euaſit ingēs mons, & impleuit totā terrā. Hoc ſomniū eſt: [nunc] & interpretationē eius corā rege exponemus. Tu rex[56] omniū regum præſtantiſſimus es. In quē De° cæli regnum, potentiā, robur & decus contulit. Omniáque loca in quibus degūt homines. feræ ac volucres cæli[57] poſuit in manum tuā, & te omnium iſtorum dominū fecit:[58] tu es [ergo] aureum caput. Tibi autē ſuccedet regnū aliud minus te, & aliud regnū æreum, quod imperitabit terræ vniuerſæ. Regnū autem quartū erit robuſtum ſicut ferrū:[59] eo q ferrum omnia cōminuit ac domat, & vt ferrum atterens, omnia hæc cōminuet attereťque. Nā q vidiſti pedes &[60] digitos partim è teſta figuli, & partim ferreos, [ſignificat] regnū partiēdū, & de firmitate ferrea quiddam habiturum, quēadmodum vidiſti ferrū mixtum teſtæ luteæ. Et [quia] digiti pedum partim ferrei, partim teſtacei, erit regnum partim robuſtū, & partim[61] fragile. Quòd vero vidiſti luteæ teſtæ mixtū ferrū, [portendit] miſcēdos inter ſe, [atq; copulādos][62] humano ſemine, verū nō cohæſuros mutuum, quēadmodum ferrū non admiſcetur teſtæ. Porrò temporibus regum iſtorū Deus cæli regnum[63] condet, quod æternis tēporibus non deſtruetur,[64] nec imperium eius alteri populo relinquetur, [quod] comminuet ac[65] finiet omnia iſta regna, ipſum vero æternum ſtabit. Quēadmodum vidiſti q lapis de monte[66] reuulſus[67] abſque manibus, cōminuit ferrū, æs, teſtam, argētū & aurum:[68] [itaque] Deus magnus regi monſtrauit quid ſit futurū poſteris temporibus: & verū eſt ſomnium, eiúſq; interpretatio[69] fidelis. ¶ Tūc rex Nebuchad-nezar procidit in faciem ſuā, & Danielem adorauit, eique præcepit[70] oblationem, & odores, & libamen [impendi.] Denique rex Danielē appellans, dixit,[71] Vere De° veſter omnium deorū excellentiſſimus eſt, & Dominus regū, & aperiens arcana, ſiquidē potuiſti hoc arcanum aperire. Inde rex amplificauit Danielem, eique multa & magna dona contulit, & imperio prouinciæ Babylōis eum præfecit: creauit quoq; principē[72] inter duces & omnes ſapiētes Babylonis. Præterea Daniele poſtulante, rex præfecit Sadrach, Meſach, & Abed-nego[73] adminiſtrationi regionis Babylonicæ, Daniel autē[74] erat in regia.

¶46 Chal. cogitationes tuæ aſcenderūt. i. Tu dū iaceres, cœpiſti cogitare. Chaldaiſmus.
¶47 vl, angeli ſuggerentes id mihi ¶48 vl, videbaris videre ſtatuā quandā ingentē, &c.
¶49 Chald. qđ ſic magnum erat, ¶50 vl, abſciſſus ¶51. i. nō induſtria humana. ¶52 percuſſit ¶53 contrita [vl, cōminuta] fuerunt
¶54 teſta,
¶55 qui ſcilicet rapitur cū repurgatur tritī cum in area.
¶56 Chald. rex es regum,
¶57 Chald. dedit. i. Nihil eſt qđ tibi nō pareat, aut quod non ſit peruiū tibi. ¶58. i. caput aureū deſignat te, & tuū imperiū, nēpe Babylōis. Chaldæorum imperiū fuit omniū excellētiſſimū: vt aurum alijs præſtat metallis. ¶59 ſicuti ferrū ¶60 ſub. pedū. ¶61 fractū. i. erit pars eius fragilis.
¶62. i. conſtabit ex varijs hominū generibus. Variæ nationes & prouinciæ erunt in ea rep. nā donati ſunt multi ciuitate. Vel, cōnubia iūgēt. nec tamen amicitia inter eos firma erit: vt nulla ratione poteſt coniungi ferrū teſtæ. Semē humanū, vocat diuerſa hominū genera & nationes.
¶63 Chald. ſuſcitabit. Regnū Chriſti hic intelligi, etiā Iudæi qui Chriſto ſunt maxime infenſi, cenſent. ¶64 Luc. 1, Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni ei° nō erit finis. ¶65 cōſumet ¶66 abſciſſus ¶67. i. nō humana potentia. nā è Spiritu ſancto cooperāte ex Maria natus eſt Nullis noſtris meritis deſcēdit in vterū virginis. ¶68 Sic ¶69 vl, certa. ¶70 [ſacrificari] ſacrificia & fragrātias odorū. ſiue, ſuaues odores & thura. ¶71 Chald. In veritate [vl, Ex veritate eſt q] De° veſter eſt De° deorū, ¶72 ſuper ¶73 Chald. negotijs prouinciæ Babylonis. vl, operib° &c. ¶74 Chald. in porta regis. ſub. ſedit: vt ſcilicet redderet ius. i. fuit iudex.

CAP. III.

Rex Nebuchad-nezar fecit aureum ſimulachrum altitudine ſexaginta cubitorum, [&] latitudine ſex cubitorũ, quod collocauit in cãpo Dura regionis Babylonicæ. Miſitque rex Nebuchad-nezar[nuntios,] qui cõgregarent ſatrapas,'duces, præſides prouinciarum, nomophylaces, quæſtores, iuriſconſultos, iuſtitiæ executores,' & omnes prouinciarum principes, vt venirẽt ad dedicationem ſimulachri quod rex Nebuchad-nezar erexerat. Tunc congregati ſunt ſatrapæ,'duces, prouinciarum præſides, nomophylaces, quæſtores, iuriſcõſulti, iuſtitiæ executores,' & omnes prouinciarum principes ad dedicationem ſimulachri, quod rex Nebuchad-nezar erexerat, ſtabántque ante ſimulachrũ quod erexerat Nebuchad-nezar. Et præco alta voce proclamauit, Vobis populis, nationibus & linguis'edicitur, ' Quãprimũ audieritis' ſonũ cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, nabli, ſymphoniæ, & omniũ inſtrumẽtorũ muſicorum, procidetis, & adorabitis ſimulachrũ aureũ quod rex Nebuchad-nezar erexit. Quiſquis autem non procidérit, & adorauerit, ea hora proijcietur in ardentẽ fornacem ignis. Quãobrem ſtatim vt omnes populi audierunt ſonũ cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, nabli, & omniũ muſicorũ inſtrumentorũ, omnes populi, nationes & linguæ adorauerunt aureũ ſimulachrũ quod erexerat Nebuchad-nezar rex.[4] ¶Eodem igitur tempore viri Chaldæi Iudæorũ æmuli adeũtes [regem] detulerũt eos.' 'Reſponderunt'[autẽ] & dixerũt regi Nebuchad-nezar, Rex æternum viuito. Tu quidẽ rex decretum feciſti, vt omnis homo audito ſono cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, nabli, ſymphoniæ, & omnium inſtrumentorũ muſicorũ, procidens adoret ſimulachrũ aureum. Et qui nõ procidẽs adorauerit, conijciatur in ardentẽ fornacem ignis. Sunt autẽ viri Iudæi, quos præfeciſti 'adminiſtrationi prouinciæ Babylonicæ,' Sadrach, Meſach & Abed-nego, qui viri' tuum decretũ, ô rex, minime curant.' neq; deos tuos colũt, neque ſimulachrum aureum quod erexiſti adorãt. Tunc Nebuchad-nezar in furore ac æſtu iuſſit adduci Sadrach, Meſach & Abed-nego. Et confeſtim ante regem adducti ſunt illi viri. Quibus Nebuchad-nezar[8]reſpondens,' dixit, Eſtne verum Sadrach, Meſach & Abed-nego, quòd vos deũ meũ non colatis, neque ſimulachrũ aureum quod erexi adoretis?[9]Quòd ſi adhuc procidẽtes adoraturi eſtis ſimulachrũ'quod feci, quũ audieritis ſonũ cornu, tibiæ, citharæ, ſambucæ, nabli, & ſymphoniæ, & omniũ muſicorũ inſtrumentorũ: ſin vero non adorabitis, eadẽ hora proijciemini in ardentem fornacẽ ignis: & quis eſt ille deus, qui vos eripiat è manu mea? Reſpondentes Sadrach, Meſach & Abed-nego regi, dixerũt,[10] Vt reſpondeamus tibi Nebuchad-nezar de hac re, nõ magnopere ſolliciti ſumus, An Deus noſter quẽ colimus, potis ſit eripere nos de ardente fornace ignis, & an ſit liberaturus de manu tua, an non. Hoc autem notũ ſit tibi rex, q deos tuos non colimus, neq; adorabimus aureũ ſimulachrũ quod erexiſti. Tunc Nebuchad-nezar[11]totus excanduit, & vultus eius immutatus eſt'aduerſum Sadrach, Meſach & Abed-nego, & præcepit fornacem ſeptuplo magis ſuccendi, q̃ ſuccẽdi conſueuerat. Mandauitq; viris in ſuo exercitu [12]validiſſimis,'

CAP. III.

Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eã in campo Dura prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonoſor rex miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus & iudices, duces & tyrannos, & præfectos, omnéſque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionum, vt conuenirẽt ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabãt autem in cõſpectu ſtatuæ quã poſuerat Nabuchodonoſor rex, & præco clamabat valenter, Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorũ, cadentes adorate ſtatuam auream quam cõſtituit Nabuchodonoſor rex. Siquis autem nõ proſtratus adorauerit, eadẽ hora mittetur in fornacẽ ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterii, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, trib⁹, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. ¶ Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos: dixerúntque Nabuchodonoſor regi, Rex in æternũ viue. tu rex, poſuiſti decretum vt omnis homo qui audierit ſonitũ tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorũ, proſternat ſe, & adoret ſtatuam auream: ſiquis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardẽtis. Sunt ergo viri Iudæi: quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti cõtempſerunt, rex, decretum tuum. deos tuos nõ colunt, & ſtatuam auream quam erexiſti non adorant. Tũc Nabuchodonoſor in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectũ regis. Pronuntianſque Nabuchodonoſor rex, ait eis, Veréne Sidrach, Miſach, & Abdenago deos meos non colitis, & ſtatuam auream quam[a]conſtitui nõ adoratis? Nũc ergo ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ & pſalterij & ſymphoniæ, omniſque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam quam feci: quòd ſi non adorauerítis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea? Reſpondẽtes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor, Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago. & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis

Erigitur à rege aurea ſtatua, quã adorari præcipit.

Accuſantur Sidrach, Miſach, & Abdenago, q decretũ regiũ cõtẽpſerint.

B

Hi ad regem adducti, ſtatuam adorare iubentur.

¶[a]erexi

Recuſant.

Mittũtur in fornacem.

¶1 magiſtratus & duces, iudices, [vel, prætides][tyrãnos, optimates, præfectos, &c. Vox Chaldæa pro qua vertimus iudices, ſignificat primarios iudices & quaſi cuſtodes legũ: quorũ officiũ erat inſpicere vt decreta ſeruarentur à cæteris magiſtratib⁹. ¶2 Chald. dicunt. i. dicitur, ſiue præcipitur. Actiuum pro paſſiuo. Alii ſubaudiunt, dicunt, rex ſcilicet & quorũ authoritas hic valet. ¶3Chald. In tẽpore quo audieritis. i. ſtatim vt &c.
¶4 Chald. Ob quã rem in ipſo tempore acceſſerunt viri Chaldæi, q accuſauerunt accuſationem eorum, nẽpe Iudæorum. i. detulerunt Iudæos ad regem.
¶5 Locuti ſunt
¶6 negotiis[vel, operi] regionis Babyloniæ,
¶7 Chald. non poſuerunt ſuper te, ô rex, rationem. i. neglexerunt tuũ decretum, neque paruerũt tibi, non habuerũt rationem edicti tui. ¶8 loquutus,

¶9 Subintelligitur ad explẽdam ſententiã, faciam vobis gratiã delicti. aut ſimile qddam. Alij ex Chaldæo legũt per interrogationem, Nunc nunquid parati eſtis proſternere vos & adorare ſimulachrũ &c. ¶10 Cohærent, Vt reſpondeamus tibi de hac re, & An Deus poſſit, an non &c. quanquã Hebraica diſtinctio videtur ſeparare. Alij ex Chaldæo legunt, O Nebuchad-nezar, non eſt nobis curæ[vel, non ſumus ſolliciti]ſuper hac re tibi reſpondere. Sane eſt Deus noſter quem nos colimus, potẽs eripere nos de fornace ignis ardente, & de manu tua, ô rex, liberabit. Quòd ſi non, [ſub. eripuerit] notum ſit tibi &c.
¶11 Chald. repletus eſt ira, & imago faciei ſuæ mutata eſt ¶12 Chald. valentibus robore,

pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago mitterēt
C eos in fornacē ignis ardentis. Et confeſtim viri
illi vincti cū braccis ſuis, & tiaris, & calceamen-
tis & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis i-
gnis ardentis. nam iuſſio regis vrgebat: fornax
autem ſuccenſa erat nimis. Porro viros illos qui
miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfe-
cit flāma ignis. Viri autē hi tres, id eſt Sidrach,
Miſach, & Abdenago, ceciderunt in medio cami
no ignis ardentis, colligati.

vt Sadrach, Meſach & Abed-nego vinctos proij-
cerēt in ardentē fornacem ignis. Et cōfeſtim il-
li viri ſunt vincti cum[13] ſarabalis ſuis,[14] tibiali-
bus ſuis, &[15] tiaris ſuis, & [alijs] veſtibus ſuis. ac
proiecti in ardentem fornacem ignis.[16] Nam re-
gis iuſſio vrgebat, & fornax ſupra modum ſuc-
cenſa erat, flāmáque ignis occidit viros qui ad-
duxerunt Sadrach, Meſach & Abed-nego. Tres
autem[17] illi viri Sadrach, Meſach & Abed-nego
vincti ceciderunt in ardentem fornacem ignis.

¶13. i. chlamydibus. ¶14 vſ. pallijs ¶15 vſ. capitijs ¶16 Chald. Qua propter propterea q verbū regis vrgebat, & fornacē prę ceperat ſuccendi valide, viros illos qui aſcendere fecerāt Sadrach, Meſach, & Abed-nego, interfecit flāma ignis. i. excuſſit & ſuffocauit illos hoīes. Aſcendere fecerāt. i. extulerāt vt deiicerēt in fornacē. Exprimit modū cōijciētiū eos in ignem. ¶17 iſti ipſi

Quæ ſequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.

Azariæ oratio fidei & humilitatis plena.

Et ambulabāt in medio flāmæ laudantes Deū,
& benedicētes Domino. Stans autē Azarias ora-
uit ſic, aperienſque os ſuū in medio ignis ait. Be
nedictus es Domine Deus patrū noſtrorū, & lau
dabile & glorioſum nomen tuū in ſecula: quia
iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuer
ſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iu
dicia tua vera. Iudicia enim vera feciſti iuxta o-
mnia quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatē
ſanctā patrum noſtrorū Ieruſalem: quia in veri-
tate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter
peccata noſtra. Peccauimus enim & inique egi-
mus recedētes à te: & deliquimus in omnib⁹. &
præcepta tua nō audiuimus, nec obſeruauimus,
nec fecimus ſicut præceperas nobis vt bene no-
bis eſſet. omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, &
vniuerſa quę feciſti nobis, vero iudicio feciſti: &
tradidiſti nos in manibus inimicorū noſtrorum
iniquorū & peſſimorū, præuaricatorūmq;, & re-
gi iniuſto & peſſimo vltra omnē terram. Et nūc
D nō poſſumus aperire os: cōfuſio, & opprobrium
facti ſumus ſeruis tuis, & his qui colebāt te. Ne,
quæſumus, tradas nos in perpetuum propter no
men tuū, & ne diſſipes teſtamentū tuum, neque
auferas miſericordiā tuam à nobis propter A-
braham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum,
& Iſrael ſanctum tuū: quibus locutus es, polli-
cens quòd multiplicares ſemen eorū ſicut ſtellas
cæli, & ſicut arenā quæ eſt in littore maris: quia
Domine imminuti ſumus plus quàm omnes gē
tes, ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie
propter peccata noſtra. Et nō eſt in tempore hoc
princeps, & dux, & propheta, neq; holocauſtum,
neq; ſacrificiū, neq; oblatio, neq; incēſum, neq;
loc⁹ primitiarū corā te, vt poſſimus inuenire mi
ſericordiā tuam ſed in anima cōtrita, & ſpiritu
humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto a-
rietū & taurorū, & ſicut in millibus agnorū pin
guiū: ſic fiat ſacrificiū noſtrū in cōſpectu tuo ho
die, vt placeat tibi: quoniā non eſt cōfuſio confi
dētibus in te. Et nūc ſequimur te in toto corde,
& timemus te, & quærimus faciē tuā. Ne confun
das nos: ſed fac nobiſcū iuxta māſuetudinē tuā,
& ſecundū multitudinē miſericordiæ tuæ. Et e-
rue nos in mirabilibus tuis, & da gloriā nomini
tuo Domine: & cōfundantur omnes qui oſtēdūt
ſeruis tuis mala, cōfundātur in omni potētia, &
robur eorū cōteratur: & ſciāt quia tu es Domin⁹
Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbē terrarū. ¶Et
nō ceſſabāt qui miſerāt eos miniſtri regis ſuccē
dere fornacē, naphtha & ſtupa & pice & malleo-
lis, & effundebatur flāma ſuper fornacē cubitis
quadragintanouē: & erupit, & incēdit quos re-
E perit iuxta fornacē de Chaldæis. Angelus autē
Domini deſcēdit cū Azaria & ſocijs ei⁹ in forna
cē: & excuſſit flammā ignis de fornace, & fecit
medium fornacis quaſi vētum roris flantem, &
non tetigit eos omnino ignis, neque contriſta-
uit, nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi
tres quaſi ex vno ore laudabant & glorificabāt
& benedicebant Deum in fornace: dicentes,

¶colunt

Ab igni intacti Deū laudant.

Stans autem Azarias, ſic orauit, & in medio
ignis ore aperto, Prædicandus es, inquit, Domi-
ne Deus patrum noſtrorū, celebrandum nomē
tuū, & perpetuò glorioſum. Quia iuſtū te præ-
bes omnibus in rebus quibus nos afficis: integra
ſunt omnia opera tua, & inſtituta tua recta, ſyn
ceráq; omnia iudicia. Integra enim iudicia ex-
ercuiſti, & quæcunque intuliſti nobis, ſanctæq;
ciuitati patrum noſtrorum Hieroſolymæ, vtique
legitimè iuſtéque ea omnia propter peccata no
ſtra intuliſti. Nā peccauimus, & inique egimus
qui defecerimus à te, deliquim⁹ per omnia, prę-
ceptáq; tua nec audiuimus, nec ſeruauimus, nec
quo modo nobis ea præceperas, vt bene eſſet no
bis, præſtitimus. Quæcunque ergo intuliſti no-
bis & feciſti, legitimo feciſti iudicio, & in ma-
nus iniquorum hoſtium, inimiciſſimorūmque
proditorū, tum regi iniuſto, & in tota terra peſ
ſimo nos tradidiſti. Iā itaque nō licet nobis hi-
ſcere: dedecori & opprobrio ſeruis tuis, culto-
ribúſq; tui facti ſumus. Propter nomen tuū ne
planè prodas nos, ne reſcindas pactum tuū, néve
miſericordiā tuā à nobis auoces, propter Abra-
ham tibi charum, propter Iſaac ſeruum tuū, &
propter ſanctum tuū Iſraelem, quibuſcum lo-
cutus es, pollicens te ſemen eorū inſtar ſtellarū
cæli, & vt arenam quæ eſt in ora maris multipli
caturū. Nā infra gentes omnes diminuti ſumus
Domine, & hodie in omni terra humiliter agi-
mus propter peccata noſtra. Non eſt nobis prin
ceps hoc tempore, non propheta, non dux, non
holocauſtum, nō ſacrificium, nō munus, nō ſuffi
mentum, non locus ſacrificandi coram te, vt ve-
niam impetremus: attamē cū animo fracto, de-
iectiſq; admittamur ſpiritibus. Inſtar holocau-
ſtorum arietum & taurorum, denorūmque mil
lium opimorum agnorum ſit coram te ſacrifi-
cium noſtrū hodie,[1] vt ad finem vſq; ſequamur
te.[1] quia iis qui te fidunt nō eſt erubeſcendum.
Sanè nūc[2] te corde toto ſequimur, te reueremur,
& aſpectum tuū quærimus. Ne afficias nos pudo
re, ſed pro benignitate tua, vbertatéq; miſericor
diæ tuæ agas nobiſcum, ſecundū miracula tua
ſerues nos, gloriámque nomini tuo Domine cō
cilies. Erubeſcant omnes qui male tractauerunt
ſeruos tuos, vim omnē & potentiam amittāt pa-
riter, & robur eorum infringatur, vt cognoſcāt
te Dominum Deum eſſe ſolum, & per totum or-
bem glorioſum. ¶Interim non ceſſabāt qui in-
iecerāt eos miniſtri regij fornacem naphtha, pi
ce, ſtupa, ſarmentóque ſuccendere, adeo vt flā-
ma fornacē ad quadragintanouē cubitos exu-
peraret, cum erupit, & quos circa fornacē offen-
dit Chaldæos concremauit. Angelus autem Do-
mini, qui vnà cum Azariæ ſocijs in fornacē de-
ſcenderat, diſcuſſa è fornace ignea flamma ſu-
ſurrantem, quaſi roſcidum flatum in medio ei⁹
excitauit, vt ignis prorſus relinqueret intactos
& illæſos, nec vlla eos moleſtia afficeret. Tū tres
illi velut vno ore in fornace decantare Deū, cele
brare, & his verbis prædicare,

¶1 למלא אחריך
¶2 vos

Prædicãdus es Domine Deus patrum noſtrorum, celebrandus & laudandus in perpetuum: prædicandum item nomen tuum glorioſum illud & ſanctum, perquam laudabile, & in æuum ſupra modum extollendum.

In templo ſanctæ maieſtatis tuæ prædicãdus es, ſempiternis ſeculis percelebrandus, & perquam glorioſus.

Prædicandus es, vt qui profunda intuearis, & Cherubim inũdeas: ſempiternis ſeculis percelebrandus, & extollendus.

Prædicãdus es in ſolio regni tui glorioſo, ſempiternis ſeculis percelebrãdus, & perq̃ glorioſus.

Prædicãdus es in ſolio cæleſti, ſempiternis ſeculis percelebrandus, & glorioſus.

† Omnia opera Domini prædicate Dominũ, ipſum ſempiternis ſeculis decantate, & extollite.

Cæli prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Angeli prædicate Dominum, Dominum ſempiternis ſeculis decantate, & extollite.

Oẽs aquæ quæ ſupra cælos ſunt prædicate Dominũ, ſempiternis ſeculis decãtate eũ, & extollite

Omnes facultates Domini prædicate Dominũ, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Sol & luna prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Stellæ cæli prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Omnis imber & ros prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Omnes ſpiritus prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Ignis & æſtus prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum frigus & ardor, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prędicate Dominum rores, & ˈpluuiæ niuales,ˈ ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite. (¶ ι νιφετοί. al. pruinæ,)

Prædicate Dominum noctes & dies, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Lux & tenebræ prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Gelu frigúſque prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum pruinæ & niues, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Fulgura nubéſque prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Terra prædicet Dominum, ſempiternis ſeculis decantet eum, & extollat.

Montes & colles prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Cuncta terræ germina prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Fontes prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Maria fluminãque prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Ceti & aquatilia cuncta prædicate Dominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Omnes volucres cæli prædicate Dominũ, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum beſtiæ, cunctæque pecudes, ſempiternis ſeculis decãtate eũ, & extollite.

Prædicate Dominum filij hominum, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Iſraelitæ prædicẽt Dominum, ſempiternis ſeculis decantent eum, & extollant.

Prędicate Dominum ſacerdotes Domini, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum ſerui Domini, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Spiritus & animæ bonorũ prædicate Dominũ,

Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis, ˈ& glorioſusˈ & ſuperexaltatus in ſecula: & benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum & laudabile & ſuperexaltatum in omnibus ſeculis.

Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ, & ſuperlaudabilis & ſupergloriſus in ſecula.

Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis, & ˈſuperexaltatusˈ in ſecula. (¶ ſupergloriosus)

Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim, & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.

Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in ſecula.

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

‖Benedicite cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. (Pſal. 148. a.)

Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.

Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſol & luna Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſtellæ cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnis ſpiritus ˈDeiˈ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite frigus & ˈæſtusˈ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. (¶ æſtus)

Benedicite rores & pruina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite glacies & niues Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite noctes & dies Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicat terra Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite mõtes & colles Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite fontes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite maria & flumina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.

Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite filij hominũ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicat Iſrael Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſerui Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domi-

no, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſancti & humiles corde Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula:

Quia eruit nos de iferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum, laudate, & cõfitemini ei, quia in omnia ſecula miſericordia eius.

ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominũ ſancti, & humiles animo, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominũ Anania, Azaria & Miſaël, ſempiternis ſeculis decantate eum, & extollite.

Quoniã eripuit nos ab inferis, à manu mortis vindicauit nos, liberauitq; è media fornace flãmis ardẽte, ex igne, inquã, medio liberauit nos.

Cõfitemini de Domino quòd bon⁹ ſit, & quòd eiuſdem ſempiterna ſit miſericordia.

Deum deorum prædicate cuncti cultores Domini, ipſum decantate, & omnibus ſeculis miſericordiam eiuſdem fatemini.

Hucuſque in Hebræo non habetur: & quæ poſuimus, de Theodotionis editione trãſlata ſunt.

*Fide in Deum liberant Sidrach, Miſach, & Abdenago ab igne.*

Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & ſurrexit properè, & ait optimatib⁹ ſuis, Nõnne tres viros miſimus in medium ignis cõpeditos? Qui reſpondentes regi, dixerunt, Verè rex. Reſpondit rex, & ait, Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtiũ fornacis ignis ardẽtis, & ait, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis. Et congregati ſatrapæ, & magiſtratus, & iudices, & potentes regis, contẽplabantur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorũ non eſſet aduſtus, etiã ſaraballa eorum non fuiſſent immutata, & odor ignis non trãſiſſet per eos. Et erumpens Nabuchodonoſor, ait, Benedictus Deus eorũ, Sidrach videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit angelum ſuũ, & eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerũt, & tradiderunt corpora ſua ne ſeruirent & ne adorarẽt omnẽ deum, excepto Deo ſuo. A me ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blaſphemiã contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat, & dom⁹ eius vaſtetur, neque enim eſt alius deus qui poſſit ita ſaluare. ¶ Tũc rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis.

*Nabuchodonoſor confitetur potẽtiã Dei, viſo miraculo.*

Nabuchodonoſor rex, omnib⁹ populis, gẽtib⁹, & linguis, qui habitãt in vniuerſa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me De⁹ excelſus. Placuit ergo mihi prædicare ſigna ei⁹, quia magna ſunt: & mirabilia ei⁹, quia fortia: & regnũ ei⁹, regnũ ſempiternũ, & poteſtas ei⁹ in generatiõe & generationẽ. IIII.

*5.7.d.*

*Rurſum ſomniat Nabuchodonoſor.*

EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. ſomniũ vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in ſtratu meo, & viſiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propoſitũ eſt decretum, vt introducerentur in cõſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis, & vt ſolutionẽ ſomnij indicarẽt mihi. Tunc ingrediebãtur arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices, & ſomnium narraui in cõſpectu eorũ: & ſolutionem eius nõ indicauerunt mihi, donec collega ingreſſus eſt in cõſpectu meo Daniel, cui nomẽ Baltaſſar ſecundũ nomẽ dei mei, qui ha-

Tũc rex Nabuchad-nezar obſtupuit, & celeriter ſurrexit, ac ſuis [8]proceribus dixit, Annõ tres viros vinctos proiecimus in ignẽ? Qui reſpondẽtes dixerunt, Ita ſanè rex. Ad quos ille inquit, Atqui ego video quatuor viros ſolutos ãbulãtes in igne, [9]in quib⁹ nulla eſt labes, & forma quarti ſimilis [10] filio deorũ. Tum acceſſit Nebuchadnezar ad oſtium ardentis fornacis ignis, & dixit, Sadrach, Meſach & Abed-nego cultores ſũmi Dei, prodite & venite. Statimq; Sadrach, Meſach & Abed-nego egreſſi ſunt ex igne. Satrapę vero, [11]duces & præſides prouinciarũ, ſextertiiq; regis proceres cõgregati ſunt, [12]ſpectãtes viros iſtos, i quorũ corpora ignis vim nullã [13]habuit, neque capillus capitis eorum aduſtus eſt, neque [14]ſaraballa eorum mutata ſunt, neque peruaſit eos odor ignis. Itaque Nebuchad-nezar in verba erumpens, dixit, [15]Prædicãdus eſt Deus horũ, nempe Sadrach, Meſach & Abed-nego, qui miſit angelũ ſuũ, ac liberauit cultores ſuos, qui ſpem in ipſo poſuerunt, [16]contráque regis imperium egerunt, ſuáque corpora exhibuerunt potius, quàm vt colerent aut adorarent vllũ deum pręter ſuum Deum. Porrò à me factum eſt decretũ, vt quicunque populus, natio aut lingua [17]conuitium dixerit in Deum Sadrach, Meſach & Abed-nego, fruſtulatim conſiciatur, eiúſq; domus [18]deteſtabilis ſiat: ſiquidẽ null⁹ de⁹ eſt alius, qui poſſit ad hũc modũ liberare. ¶ Inde rex [19]euexit Sadrach, Meſach & Abed-nego in regiõe Babylõis.

[20]Nebuchad-nezar rex omnibus populis, nationibus & linguis per omnem terram degentibus [precatur vt] pax veſtra augeſcat. [21] Officij mei eſſe iudico referre ſigna & portenta, quæ in me ſummus Deus edidit. Sunt enim ei⁹ ſigna permagna, & portẽta eius [22] ingentia, [23]regnúmq; ipſius regnum æternũ, & dominatus ipſius [24]per vniuerſa ſecula.

CAP. IIII.

EGo Nebuchad-nezar [1]felix eram in mea domo, & [2]opulentus in meo palatio. Somnium autem vidi, quod me terruit, & [3]cogitationes in lecto meo, atque viſa mei capitis perturbarunt me. Proin [4]edictum eſt à me, vt omnes ſapientes Babylonis ad me adducerentur, qui mihi ſomnium interpretarentur. Tunc acceſſerunt [5]magi, ſophi, Chaldæi, fatidici, quib⁹ narraui ſomniũ: verũ eius interpretationem non reddiderunt mihi. Donec tandem ad me peruenit Daniel, cui nomẽ eſt Beleſazar [6]ex nomine dei mei, qui prę-

¶8 vl. conſiliarijs & optimatibus ¶9 i. quos non læſit ignis. Duo miratur, quòd quatuor ſint, & ſoluti. ¶10 filio Dei. i. angelo. Non intelligitur de Chriſto, ſed angelo, vt ſtatim poſt exponitur, quũ dicitur, Et immiſit angelũ ſuum &c. Miſit Deus angelum, & apparuit Nabuchodonoſor, ne putaret hoc fieri maleficio. ¶11 magiſtratus [vl. iudices, aut pontifices] & duces, & optimates regij ¶12 vl. contemplaturi ¶13 habuerat. ſic ſequentia verba ſunt vertenda, aduſtus erat, fuerant, peruaſerat. ¶14 Chaldæa vox, pro pallijs. ¶15 vl. Omni laude afficiat ¶16 Chald. verbũ regis mutauerunt, ¶17 Vox Chaldæa proprie ſignificat delictum per ignorantiam. q. d. ſi quis populus quòd ignoret vim Dei, dixerit in eum blaſphemiã. ¶18 ſterquilinium ponatur: ¶19 Chald proſperari fecit. i. reſtituit in priſtinam dignitatem. ¶20 Hæc nouiſſima pars capitis tertij non pertinet ad formulam edicti præcedentis, ſed ad contextum quarti capitis. eſtque nuntiatoriæ epiſtolæ exemplum, quam Nabuchodonoſor per totum regnum publicauit, reddita ſibi mente poſt inſaniam. In qua perſpicue docetur quàm teterum ſit vitium ſuperbiæ, & quàm infirmæ res hominum vel in ſumma potentia mortalium. ¶21 Chald. Placuit mihi indicare vobis ſigna &c. ¶22 fortia, ¶23 Chald. cum generatione & generatione. i. ſtabit in omne tẽpus. IIII. ¶1 quietus. i. verſabar in ſummo otio, bellis cõquieſcẽtib⁹. ¶2 virens. in vigore ¶3 ſub. aſcẽderunt in cor meũ, dum iacerẽ in lecto meo. ¶4 Chald. poſita fuit lex ¶5 genethliaci, aſtrologi, ¶6 vl, iuxta nomen. i. quod nomen, eſt nomen dei mei.

ditus eſt ſpiritu ſanctorum deorum, eique ſomnium narraui. Beltſazar[7] præſes magorum,' in quo noui eſſe deorũ ſanctorũ ſpiritũ, quódque nullũ arcanũ[8] te fugiat,' expone[9] viſa mei ſomnij quod vidi, & eius interpretationem. Viſa quidem capitis mei in meo lecto [hæc ſunt,] Videbã arborem [9] in terra eximiæ proceritatis. [10] Arbor erat magna & robuſta,' cuius proceritas attingebat cælos, &[11] conſpicua erat in extremis partibus totius terræ.' Frõdes eius pulchræ, & fruct⁹ eius copioſus erat, & [12] omnib⁹ in ea cib⁹.' Sub ea [13] velut in vmbra degebãt feræ,' & in ramis ei⁹ nidulabãtur aues cæli, omnéſque [14] animãtes' cibũ inde capiebant. [Eam dum] ſpecto in viſis mei capitis in lecto meo, ecce [15] vigil,' & quidem ſanct⁹ cælitus [16] deſcendit.' Clamauitque alta voce, & dixit ad hũc modum. Excidite arborem, & amputate ramos eius, excutite frondes eius, & fructũ eius diſpergite, [17] fugiántq; feræ de illa,' & aues de ramis eius. Attamen [18] firmitudinem' radicum eius relinquite in terra, & [quidem] [19] in vinculo ferreo & æreo, tingatúrque in agreſti herba, & in rore cæli, ac ritu ferarum fœnum in terra comedat. [20] Humana ratio illi eripiatur, & ſenſus indatur beluinus, donec ſeptem temporum curſus euoluatur. [21] Eaque res vt fieret, cenſuerũt vigiles, [22] ſanctique poſtulauerunt,' vt viuentes nouerint ꝙ Excelſus [23] imperitet' in regno hominũ, & cui voluerit conferat illud, eucháetque ad ipſum vel abiectiſſimum inter homines. Hoc ſomnium ego Nebuchad-nezar rex vidi: tu autem Beltſazar interpretationẽ ediſſere, quia omnes ſapientes regni mei nequeunt interpretari mihi: tu vero potes, quippe ſanctorum deorũ ſpiritu præditus. ¶ Tũc Daniel, cui & nomen Beltſazar [24] cogitabundus hæſitauit' circiter horam vnam, & ſuæ cogitationes perturbauerunt eum. Ad quẽ rex hoc ſermone vſus eſt. Beltſazar ſomnium & eius [25] ſignificatio' non turbent te. Beltſazar autem reſpondens, ait. Mi domine, ſomnium inimicis tuis [eueniat,] & eius ſignificatio tuis hoſtibus. Arbor quam vidiſti, [26] magna & robuſta, cuius proceritas attigit cælos, & conſpicua fuit omni terræ:' Cuiúſque frõdes pulchræ, & fructus copioſus, in qua cibus omnibus, ſub qua feræ [27] degerunt,' & in cuius ramis habitauerunt volucres cæli: Tu es, rex, [28] magnus & potens,' tuáque magnitudo auctior ſubinde cælos attigit, tuúſque dominatus ad vltimas terras [porrigitur.] Quòd vero rex vidit [29] vigilẽ,' eúmque ſanctum cælitus deſcendentem, qui dixit, Excidite arborem, & deſtruite illã: attamen [30] firmitatem' radicum eius in terra relinquite, [31] idque in vinculo ferreo & æreo in agreſti herba, & rore cæli tingatur, & ritu beluino viuat, donec tempora ſeptem euoluantur.' Hæc eſt expoſitio, ô rex, & decretum Excelſi, [32] cui dominus meus rex obnoxius eſt.' Te nanque pellent ab hominibus, & inter feras erit verſandum tibi, ac velut boues cibabunt te fœno, [33] & rore cæleſti tingent te, [34] dum euoluantur ſeptem tempora,' donec agnoſcas quòd Excelſus [35] imperitet' in hominum regno, illúdque conferat cui voluerit. Nam ꝙ [36] dixerunt [37] relinquendã eſſe firmita-

bet ſpiritum deorum ſanctorũ in ſemetipſo: & ſomniũ coram ipſo locutus ſum. Baltaſſar princeps ariolorũ,' quoniam' ego ſcio quòd ſpiritũ ſanctorum deorũ habeas in te, & omne ſacramẽtũ nõ eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorũ meorum quas vidi, & ſolutionem earum narra. ¶ 9 terræ

B Viſio capitis mei in cubili meo, Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo ei⁹ nimia. Magna arbor, & fortis: & proceritas eius cõtingens cælũ: aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorũ in ea. ſubter eã habitabãt animalia & beſtiæ, & in ramis eius cõuerſabantur volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro. Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratũ meum, & ecce vigil & ſanct⁹ de cælo deſcendit: Clamauit fortiter, & ſic ait, Succidite arborẽ, & præcidite ramos eius: excutite folia ei⁹, & diſpergite fruct⁹ eius: fugiãt beſtiæ quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius. Verũtamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars

C eius in herba terræ. Cor eius ab humano cõmutetur, & cor feræ detur ei & ſeptem tẽpora mutentur ſuper eum. In ſententia vigilum decretũ eſt, & ſermo ſanctorum, & petitio: donec cognoſcãt viuentes quoniã dominatur Excelſus in regno hominũ, & cuicũque voluerit dabit illud, & humillimum hominẽ conſtituet ſuper eũ. Hoc ſomniũ vidi ego Nabuchodonoſor rex. tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus: quia omnes ſapientes regni mei non queũt ſolutionem edicere mihi: tu autem potes, quia ſpiritus deorum ſanctorũ in te eſt. ¶ Tunc Daniel, cuius nomen Baltaſſar, cœpit intra ſemetipſum tacit⁹ cogitare quaſi vna hora: & cogitationes eius cõturbabant eum. Reſpõdens autem rex ait, Baltaſſar, ſomniũ & interpretatio eius nõ conturbent te. Reſpõdit Baltaſſar, & dixit, Domine mi, ſomnium his qui te oderũt: & interpretatio eius ho

D ſtibus tuis ſit. Arborẽ quam vidiſti ſublimẽ atq; robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aſpectus illius in omnẽ terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & eſca omniũ in ea, ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis eius cõmorãtes aues cæli: Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuiſti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vſque ad cælũ, & poteſtas tua in terminos vniuerſæ terræ. Quòd autẽ vidit rex vigilem, & ſanctũ deſcẽdere de cælo, & dicere, Succidite arborem, & diſſipate illã, attamen germen radicũ eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli cõſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius, donec ſeptem tẽpora mutentur ſuper eũ: hæc eſt interpretatio

E ſententiæ Altiſſimi, quæ peruenit ſuper dominum meum regem, Eijciẽt te ab hominibus, & cum beſtijs feriſque erit habitatio tua, § & fœnũ vt bos comedes, & rore cæli infundẽris: ſeptem quoq; tẽpora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud. Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicum

Somniũ regis Daniel interpretatur, de amiſſione regni, & habitatione ei⁹ cum beſtijs, ac tandem eius in regnum reſtitutione.

§ ſ. f.

¶7 pricẽps phyſiologorum. vl, ariolorum, ¶8 Chald. facit tibi negotiũ. i. qui omne ſecretum reuelare potes. ¶9 in medio orbis ¶10 Chald. Creuit arbor, & fortificata eſt. ſiue vires acquiſiuit. ¶11 Chald. rami eius ad finem totius terræ. ¶12. i. omnia animantia pomis eius veſcebantur. ¶13 vmbram captabat fera agri, ¶14 homines ¶15 angelus. Vox Chaldæa ע י ר, per Ain, Iod, à vigilando dicitur: ꝙ angeli nõ obruũtur ſomno more hominũ. nã carent natura noſtra corporali. ¶16 vl, deſcendebat. ¶17 recedãt beſtiæ de ſub ea, ¶18 ſtirpem ¶19 Chald. vinculo ferreo & æreo [ſub. ligetur] in herba agri, & rore ſplu uia [cæli irrigetur, & cum beſtia ſit portio eius in gramine terræ. Ligetur, ſiue alligetur, ſub. ille qui per arborẽ iſtã ſignificatur.

¶20 Chald. Cor eius ab homine mutet, & mens bruti detur illi, & ſeptem tẽpora tranſeant ſuper eũ. i. Priuetur ſenſu humano, mutetur cor eius à corde humano: ſit ratione carẽs, & ita maneat ſeptẽ annis propter arrogãtiã, quia ſibi tribuebat diuinos honores. tẽpus, ſignificat tẽpus annuũ. vel tẽpus pro incerto ſpatio ſumitur. ¶21 Chald. Decreto angelorũ hæc res. ſub. fiet. i. Ita decernũt angeli iubẽte Deo. ¶22 Chald. & in verbo ſanctorũ quæſtio. i. inferiores angeli quærẽt quare ita De⁹ fecit. reſpõdebitur ab alijs, Vt viuẽtes &c. ¶23 vl, dominetur ¶24 obſtupuit. vl. remãſit attonit⁹ ¶25 interpretatio ¶26 quæ creuit & euaſit fortis, cuius &c. ramique eius qui denſi ſunt, diffundunt ſe per totã terrã, ¶27 habitãt, ¶28 qui creuiſti & vires acquiſiſti: ¶29 angelũ. ¶30 ſtirpẽ. i. præcipuas radices. ¶31 Chald. & viculo ferreo & æreo [ligetur] in herba agri, & rore cæli madeat, ſitque cũ beſtia agri portio ei⁹, donec ſeptem anni tranſeãt ſuper eũ. ¶32 quod peruenit ſuper dominũ meũ regẽ. i. quæ indicat ſententiam quã tulit in te Deus. ¶33. i. habitabis ſub dio. ¶34 & ſeptem anni tempora tranſibũt ſuper te, ¶35 vl, ſit dominus ¶36 ſub. angeli. ¶37 vt relinqueretur [ſub. in terra] ſtirpem radicum,

Ecclſ 5.d.

eius, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit poſtquã cognoueris poteſtatem eſſe cæleſtẽ. Quã ob rem rex, conſiliũ meũ placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperũ: forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Omnia hæc venerũt ſuper Nabuchodonoſor regẽ. ¶ Poſt finẽ mẽſium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Reſpõditque rex, & ait, Nõnne hæc eſt Babylon ciuitas magna quã ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decõris mei? Cúmq; ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnũ tuũ tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te, & cũ beſtijs & feris erit habitatio tua. fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tẽpora mutabũtur ſuper te: donec ſcias quòd dominetur Excelſus in regno hominũ, & cuicunq; voluerit det illud. Eadem hora ſermo cõpletus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnũ vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectũ eſt. donec capilli eius in ſimilitudinẽ aquilarum creſcerent, & vngues ei⁹ quaſi vngues auium. ¶ Igitur poſt finem dierũ ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & Altiſſimo benedixi, & viuentẽ in ſempiternum laudaui, & glorificaui: quia poteſtas eius poteſt. ſempiterna, & regnũ eius in generatione & generationẽ. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilũ reputati ſunt. Iuxta voluntatẽ enim ſuã facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ & nõ eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat ei, Quare feciſti? In ipſo tẽpore ſenſus me⁹ reuerſus eſt ad me, & ad honorẽ regni mei, decorẽq; perueni: & figura mea reuerſa eſt ad me: & optimates mei, & magiſtrat⁹ mei requiſierũt me, & in regno meo reſtitutus ſum: & magnificentia mea amplior addita eſt mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico regẽ cæli: quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.

Nabuchodonoſor è regno eiicitur, & cũ beſtijs comedit. F

¶ tranſijt

Nabuchodonoſor confitetur potẽtiã ſoli⁹ Dei, G & in regnũ reſtituitur. 3.7.d.

tem ipſius arboris, [portendit] regnum tibi manſurum, vbi agnoueris q dominẽtur cæli. Proin rex, meum conſiliũ probetur tibi, & tua peccata redime iuſtitia, & iniqtates tuas beneficẽtia in pauperes: fortaſſe felicitas tua prorogabitur. Atque omnia hæc euenerunt regi Nebuchad-nezar. ¶ [Nam] poſt menſes duodecim in palatio regio Babylonis deambulabat. Dixitq; rex, Annon hæc eſt Babylon magna, quam ædificaui excellenti mea potentia, vt exiſtat regia, & decus magnificentiæ meæ? Quo ſermone adhuc exiſtente in ore regis, vox cælitus delapſa eſt, Tibi dicũt, ô rex Nebuchad-nezar, q regnum à te receſſerit. Ab hominibus etiã te pellent, & inter feras tibi verſandũ erit, fœno velut boues cibabunt te, dum euoluantur ſeptẽ tempora, quoad agnoſcas quòd Excelſus imperitet in hominũ regno, idque conferat cui voluerit. Eaipſa hora ſermo in Nebuchad-nezar impletus eſt, vt ab hominibus pelleretur, & fœnum vt bos comederet, eiúſq; corpus de rore cæleſti tingeretur, adeo vt pilorum copia aquilis, & vnguib⁹ ſimilis euaderet volucribus. ¶ Cæterũ exactis diebus ego Nebuchad-nezar ſuſtuli oculos meos ad cælũ, & mẽs mea rediijt ad me, & Excelſo benedixi, & ſempiternis temporib⁹ viuentem laudaui atq; decoraui, cui⁹ dominat⁹ ætern⁹ dominatus eſt, & cuius regnum per vniuerſa ſecula. Omnẽſque inhabitantes terrã atomus æſtimantur: qui pro ſua volũtate agit tam in exercitu cæleſti quàm inter habitatores terræ: nec eſt quiſquã qui manum eius impediat, aut dicat ei, Quid feciſti? Eo tempore mens mea rediijt ad me, & magnificẽtia mea ad decus regni mei, forma etiã mea rediijt: proceres quoq; & magnates mei requiſiuerũt me, ſimq; in regno meo confirmatus, & maior amplitudo adiecta eſt mihi. Nunc [igitur] ego Nebuchad-nezar laudo & eueho, & decoro cæli regem, cuius omnia opera ſunt veritas, & ſemitæ eius iudicium, quique poteſt ſuperbientes humiliare.

¶ 38 vt, vt cognoſcas q domini ſint cæleſtes. i. Deũ eſſe dominum omnium. Cæli pro Deo in cælis. ¶ 39 placeat. Chald. pulchrũ ſit apud te. ¶ 40 i. bonis operib⁹ & eleemoſynis, quæ hominẽ iuſtum produnt. ¶ 41 ſane iſtud erit medela delicti tui. ¶ 42 ſupra palatiũ regni .i. in tecto palatij vnde deſpiciebat vrbẽ. ¶ 43 Chald. in domũ regni, in robore virtutis meæ, in gloriam decoris mei. i. vt eſſet regia vrbs, quã extruxi meis opibus, vtq; cõparare mihi gloriã ſempiternã. ¶ 44 ſub. cæleſtes. ¶ 45 .i. iã iã regni adminiſtratiõe priuaberis ad temp⁹. ¶ 46 erit habitatio tua. ¶ 47 & ſeptem anni trãſibunt ſup te, ¶ 48 vt, donec pilus ei⁹ creuit ſicut plumæ aquilarũ, & vngues eius tanquã vngues volucrum. ſub. creuerunt. Ad magnitudinẽ vnguiũ volucrũ rapaciũ creuerunt ei vngues. Hyperbole. ¶ 49 honore proſecutus ſum, ¶ 50 tanq̃ nihilum. q. d. Nihil eſt quod ad Deũ collatũ aliquid ſit. ¶ 51 cõtineat, & dicere poſſit ei, Quid facturus es? Verba

## CAP. V.

Balſaſar rex fecit grande cõuiuium optimatibus ſuis mille: & vnuſquiſq; ſecundũ ſuam bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulẽtus vt afferrentur vaſa aurea & argentea quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in Ieruſalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxorẽſque eius & cõcubinæ. Tũc allata ſunt vaſa aurea quæ aſportauerat de templo quod fuerat in Ieruſalẽ: & biberũt in eis rex & optimates eius, vxores & cõcubinæ illius. Bibebat vinum, & laudabãt deos ſuos aureos & argẽteos, æreos, ferreos, ligneóſq; & lapideos. In eadem hora apparuerũt digiti, quaſi manus hominis ſcribẽtis cõtra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & rex aſpiciebat articulos manus ſcribẽtis. Tũc facies regis cõmutata eſt, & cogitationes eius conturbabãt eum: & cõpages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſeinuicem collidebantur. Exclamauit itaq; rex fortiter vt introducerent magos, Chaldæos, & aruſpices. Et proloquẽs rex ait ſapiẽtibus Babylonis, Quicunq; legerit ſcripturã hanc, & interpretationẽ ei⁹ manifeſtam mihi fecerit, purpura veſtietur,

Balſaſar rex Babylonis, abutẽs vaſis templi, videt manũ ſcribẽtem ad parietem.

B

Acceſſiti à rege magi, nõ valẽt ſcripturã ediſſerere.

## CAP. V.

Rex Belſazar conuiuio magnifico mille ſuos magnates accepit, & coram mille bibit vinum. Vinóq; dictante Belſazar iuſſit afferri aurea & argentea vaſa, quæ pater eius Nebuchad-nezar abſtulerat de templo in Ieruſalem, vt biberent ex eis rex, magnates eius, vxores eius, & concubinæ eius. Itaque allata ſunt aurea vaſa quæ abſtulerant è templo domus Dei in Ieruſalem, & biberunt ex eis rex, magnates eius, vxores eius, & concubinæ eius. Quúmque vinum bibiſſent, laudauerunt deos aureos, & argẽteos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos. Eadẽ hora emicuerunt humanæ manus digiti, & ſcribebant ex aduerſo candelabri in albario parietis regij palatij, & rex articulos manus quæ ſcribebat, conſpiciebat. Tunc forma regis immutata eſt, & cogitationes ſuæ perturbauerũt eũ, vinculáque lumborum illius ſoluta, & genua mutuũ colliſa ſunt. Rex [igitur] vehementer clamauit vt adducerentur ſophi, Chaldæi, & vatidici: atq; in hunc modum rex verba fecit ad Babyloniæ ſapientes, Quiſquis legerit ſcripturã hãc, & ſententiã ei⁹ mihi expoſuerit, purpurã induet,

ſunt coercentis. q. d. Non eſt qui arceat manũ eius ne feriat quãdo vult. ¶ 52 ad gloriã regni mei ſſub. reuerſus ſũ,] & decor me⁹, & dignitas oris mei reſtituta eſt mihi: ¶ 53 vt, maieſtas ſolito amplior addita eſt mihi. ¶ 54 honore ſummo proſequor ¶ 55 .i. iuſtæ. Quæcũq; Deus facit, iuſte facit & bene. V. ¶ 1 Belſaſar nepos fuit Nabuchodonoſoris, filius Merodac, qui patri ſuo Nabuchodonoſori ſucceſſerat. ¶ 2 in alia ſcilicet mẽſa ſeparata ſolus, ſed in eadẽ aula. inuitabat autẽ eos principes ad potũ. ¶ 3 Is autẽ in guſtu vini. i. cũ imodice guſtaſſet vinũ. ſiue, quũ vino incaluiſſet. ¶ 4 .i. auus. ¶ 5 quib⁹ ſcilicet tribuebãt eã victoriã. ¶ 6 egreſſi ſunt. i. viſi ſunt quaſi egredi è muro, & apparuerũt. ¶ 7 Vox Hebræa G I R A, ꝓprie calcẽ ſignificat, ſed quo albariũ inducit parieti. ¶ 8 particul. i. vel palmã ¶ 9 vt, ſplẽdores regis mutati ſunt. ſiue, gratiæ vult⁹ regis mutatæ ſunt, ¶ 10 .i. deſtitutus eſt mẽte & virib⁹. ¶ 11 præ tremore ſcilicet. ¶ 12 aſtrologi, Chaldæi, & diuini: ¶ 13 .i. donabit à me veſte purpurea.

ac torquem aureũ[geſtabit]in collo, præterea ter
tius in regno dominabitur. Tunc venerunt om-
nes ſapientes regis, qui neque ſcripturã legere,
neq; ſententiam regi explicare potuerunt. Quã-
obrẽ rex Belſazar vehemẽtius turbatus eſt, [14]for-
maque illius mutata, necnõ magnates eius obſtu
pefacti. Cæterum regina[16] ob negotium quod re
gi & magnatib⁹ eius acciderat, conuiuij domum
ingreſſa eſt, & proloquẽs regina dixit, Rex æter
num viuito. Non perturbẽt te cogitationes tuæ,
neque forma tua immutetur. Eſt enim in regno
tuo vir ſanctorũ deorum ſpiritu prædit⁹, in quo
temporibus tui [17]patris reperta eſt [18]ſciẽtiæ lux,
& intelligentia, & ſapientia, ceu deorũ ſapiẽtia,
eúmque rex Nebuchad-nezar pater tuus fecerat
antiſtitem magorũ, [19]ſophorum, Chaldæorum,
[20]fatidicorum, rex inquã, pater tuus. Eo q in Da
niele, cui rex nomẽ Beltſazar impoſuit, repertus
eſt ſpiritus amplior, & ſcientia intelligentiáque,
[21]vt ſomnia interpretetur, & ænigmata edifferat,
& ſoluat[rerũ arcanarum]vincula: nunc ergo vo
cetur Daniel, qui rem interpretando explicabit.
¶ Itaque Daniel adductus eſt ad regem. rex autẽ
alloquẽs Danielem, dixit, Túne ille Daniel es vn⁹
de captiuis Iudæis, quos [22]pater meus rex addu-
xit è Iudæa? Audiui equidem de te[prædicari] q
ſpiritus deorũ ſanctorum in te ſit, quódque[23] ſciẽ
tiæ lux, & intelligentia, & vberior ſapientia in
te ſit deprehenſa. Modo enim adducti ſunt ante
me ſapientes[&][24] ſophi, qui ſcripturã hãc lege-
rent, eámq; interpretarentur mihi. verũ minime
potuerunt [25]negotium explanare. De te autẽ au-
diui, q [26]obſcura poſſis interpretari, & [27]vincula
diſſoluere: proin ſi potes legere ſcripturã, eiúſq;
interpretationẽ indicare mihi, purpurã indues,
& torquem aureũ in collo [geſtabis,] tertiúſque
in regno dominaberis. Tunc reſpondẽs Daniel,
inquit corã rege, Munera tua tibi habeto, & [28]do-
natiua tua cõfer in alios. [29]cæterũ ſcripturã legã
regi, & eius interpretationẽ tibi oſtendã. Tuo [30]pa
renti Nebuchad-nezar, ô rex, ſummus Deus cõtu
lerat regnũ, & [31]amplitudinẽ, & decus, & magni-
ficentiã. Propter [32]amplitudinem autẽ quam ei cõ
tulerat, omnes populi, nationes & linguæ metue
bant atq; timebant eum, propterea q occideret
quẽ vellet, & [32]percuteret quẽ vellet, eueheret quẽ
vellet, ac deprimeret quẽ vellet. Quúmq; animo
elato eſſet, [33] ſibique arrogaret immoderata, de
ſolio regni ſui depoſitus eſt, [34] illique decus ade-
merunt. Et [35]de hominibus eſt pulſus, ac [36]ferino
ſenſu præditus, inter onagros verſatus eſt, eúm-
que fœno cibarũt veluti boues, & de rore cæleſti
corp⁹ ei⁹ tinctũ eſt, donec agnouit q hominũ re
gno dominetur ſuprem⁹ De⁹, illiq; imponat quẽ
voluerit. Tu autẽ fili⁹ ei⁹ Belſazar [37]nõ ſummiſi-
ſti animũ tuũ, quũ ſcires hæc omnia. Et aduerſus
dominũ cæli extuliſti teipſum, & ante te allata
ſunt vaſa domus ipſius, túque & magnates tui,
vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum ex eis bibe
rũt, deóſq; argẽteos, aureos, æreos, ferreos, ligne-
os, lapideos, qui neq; vidẽt, neq; audiũt, nec q-
quã norũt, laudauiſti. Deum autẽ, [38]in cui⁹ manu
eſt tu⁹ ſpirit⁹ vitalis, cuiúſq; ſunt omnes tuæ ſe-
mitæ, haudquaquã reueritus es. Nunc igitur ab
eo [39]miſſus articulus manus hãc ſcripturã exara-
uit. Hanc autẽ ſcripturã exarauit, M E N E M E-
N E, T H E C E L, V P H A R S I N. Et hæc inter-
pretatio ſermõis, M E N E, [hoc eſt numerauit, ſi-
gnificat]q Deus numerauit regnũ tuũ, & [40] illud
ad finem adduxit. T H E C E L, [hoc eſt [41]appẽdit, ſignificat]te appẽſũ in bilãce, dep̃henſũ [42]min⁹ ha-

& torquem aureã habebit in collo, & terti⁹ in re-
gno meo erit. Tũc ingreſſi omnes ſapiẽtes regis
nõ potuerũt nec ſcripturam legere, nec interpre-
tationẽ eius indicare regi. Vnde rex Balſaſar ſa-
tis cõturbatus eſt, & vultus illius immutatus eſt:
ſed & optimates eius turbabantur. Regina autem G
pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, do-
mũ cõuiuij ingreſſa eſt: & proloquens ait, Rex in
æternũ viue: nõ te conturbent cogitationes tuæ,
neque facies tua immutetur. Eſt vir in regno tuo,
qui ſpiritum deorũ ſanctorum habet in ſe: & in
diebus patris tui ſcientia & ſapiẽtia inuentæ ſunt
in eo. nã & rex Nabuchodonoſor pater tuus prin
cipem magorum, incãtatorũ, Chaldæorũ, & aru-
ſpicum cõſtituit eũ. pater inquã tuus ô rex: Quia
ſpiritus amplior, & prudẽtia, intelligẽtiaque, &
interpretatio ſomniorum, & oſtẽſio ſecretorũ, ac
ſolutio ligatorum inuentæ ſunt in eo, hoc eſt in
Daniele: cui rex poſuit nomẽ Baltaſſar. nũc itaq;
Daniel vocetur, & interpretationẽ narrabit. ¶ Igi — Vocetur Daniel.
tur introductus eſt Daniel corã rege. ad quẽ præ-
fatus rex ait, Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iu — G
dæ, quem adduxerat pater meus rex de Iudæa? — ¶ adduxit
Audiui de te quoniã ſpiritum deorum habeas: &
ſcientia, intelligentiaque ac ſapientia ampliores
inuentæ ſunt in te. Et nũc introgreſſi ſunt in cõ
ſpectu meo ſapientes magi, vt ſcripturã hanc le-
gerent, & interpretationẽ eius indicarẽt mihi: &
nequiuerũt ſenſum huius ſermonis edicere. Por-
rò ego audiui de te quòd poſſis obſcura interpre
tari, & ligata diſſoluere: ſi ergo vales ſcripturam
legere, & interpretationẽ eius indicare mihi, pur
pura veſtiẽris, & torquẽ auream circa collũ tuũ
habebis, & terti⁹ in regno meo princeps eris. Ad
quæ reſpondẽs Daniel, ait corã rege, Munera tua — Scripturã legit, & interpretatur: regẽ videlicet à regno detur bandum.
ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcripturã
autem legã tibi, rex, & interpretationẽ eius oſtẽ-
dam tibi. O rex, Deus altiſſimus regnum & ma-
gnificentiam, gloriã & honorem dedit Nabucho
donoſor patri tuo. Et propter magnificentiã quã
dederat ei, vniuerſi populi, tribus & linguæ tre-
mebant, & metuebãt eum. quos volebat, interfi-
ciebat: & quos volebat, percutiebat: & quos vole-
bat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quan-
do autẽ eleuatũ eſt cor eius, & ſpiritus illius ob-
firmatus eſt ad ſuperbiã, depoſitus eſt de ſolio re
gni ſui, & gloria eius ablata eſt: & à filijs homi-
num electus eſt. ſed & cor eius cũ beſtijs poſitum
eſt, & cũ onagris[?] erat habitatio eius: fœnũ quo- F
que vt bos comedebat, & rore cæli corpus ei⁹ in- — ſ. 4. e.
fectum eſt: donec cognoſceret quòd poteſtatẽ ha
beret Altiſſimus in regno hominũ, & quencũque
voluerit ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoq; filius e-
ius Balſaſar, non humiliaſti cor tuũ, cum ſcires
hæc omnia: ſed aduerſum dominatorem cæli ele
uat⁹ es: & vaſa domus eius allata ſunt coram te:
& tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & cõcubinæ
tuæ vinum bibiſtis in eis: deos quoque argẽteos,
& aureos, & æreos, ferreos, ligneóſq;, & lapideos
qui nõ vident, neq; audiunt, neq; ſentiũt, lauda-
ſti: porrò Deũ qui habet flatum tuũ in manu ſua
& omnes vias tuas, nõ glorificaſti. Idcirco ab eo
miſſus eſt articulus manus, qui ſcripſit hoc quod G
exaratũ eſt. Hæc eſt autẽ ſcriptura quæ digeſta
eſt: M A N E, T H E C E L, P H A R E S. Et hæc eſt
interpretatio ſermonis. M A N E numerauit De⁹
regnum tuũ, & compleuit illud. T H E C E L: ap-
pẽſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens.

¶ 14 gratiæque vult⁹ illi⁹ mutatæ, ¶ 15 i. auia regis Belſazar, quæ fuerat vxor Nabuchodonoſoris. ¶ 16 Chald. propter verba regis & principũ eius. i. propter id qd &c. ¶ 17 i. aui Nabuchodonoſoris. ¶ 18 illuminatio. vl, ingeniũ, ¶ 19 vl, aſtrologorũ, ¶ 20 diuinatorum, ¶ 21 Vel per parẽthesin, ſic(interpretabatur [enim tũ] ſomnia, & interpretatio ænigmatum[erat in eo,] & ſoluebat vincula)nunc ergo &c. Vincula vocat ænigmata, ſcirpos, & nodos. ¶ 22 i. au⁹. ¶ 23 vl, ingenij acrimonia. aut, ſolertia. ſiue, illuminatio intellect⁹, ¶ 24 aſtrologi, ¶ 25 interpretationem rei indicare. ¶ 26 interpretationes ¶ 27 vl, nodos. ſiue, problemata difficilia ¶ 28 dona ¶ 29 attamen ¶ 30 vl, auo ¶ 31 principatũ ¶ 32 citra necem ſcilicet. ¶ 33 Chald. & ſpiritus eius obduruiſſet ad impie agendũ, ¶ 34 vl, gloriã tranſtulerunt ab eo. ſub. homines. vel ãgeli. ¶ 35 vl, ab hoim cõſortio ¶ 36 cor ei⁹ cũ beſtia poſuit. ſub. De⁹. i. fecit vt cuperet verſari cũ feris. ¶ 37 i. fuiſti aio elato. ¶ 38 i. in cui⁹ poteſtate ſunt oia opa tua, & cogitatiões tuæ. ¶ 39 miſſa particula manus. i. manus trũcata à brachio. ¶ 40 vl, illud cõpleuit. i. annos regni tui exactiſſime numerauit, & deprehẽdit illos eſſe cõpletos. ¶ 41 ſiue, põderauit. ¶ 42 vl, diminutũ eſſe in põdere. i. leuiorẽ æquo, & iniuſti põderis. Cõparat regẽ indignũ regno, monetæ leuiori. Appẽdit te vt videret an eſſes iuſti põderis, & dign⁹ regno. dep̃hẽdit te eſſe indignũ.

PHARES: diuiſum eſt regnum tuũ. & datum eſt Medis & Perſis. Tunc iubẽte rege indutus eſt Daniel purpura, & circũdata eſt torques aurea collo eius: & prædicatum eſt de eo quòd haberet poteſtatem tertius in regno [1]ſuo. Eadẽ nocte interfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſſit in regnum, annos natus ſexagintaduos.

Interfecto Balſaſar, ſuccedit Darius Medus.

CAP. VI.

Placuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas cẽtum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo. Et ſuper eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt ſatrapæ illis redderẽt rationẽ, & rex non ſuſtineret moleſtiã. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpirit[us] Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat cõſtituere eum ſuper omne regnum: vnde principes & ſatrapæ quærebãt occaſionem vt inuenirẽt Danieli ex latere regni: nullámq; cauſam, & ſuſpicionem reperire potuerunt, eo quòd fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpicio nõ inueniretur in eo.

Daniel cõſtituitur à rege princeps ſuper ſatrapas.

B Dixerunt ergo viri illi, Nõ inueniemus Danieli huic aliquam occaſionẽ, niſi forte in lege Dei ſui. Tunc principes & ſatrapæ ſurrepſerunt regi, & ſic locuti ſunt ei, Dari rex, in æternũ viue: conſilium inierunt omnes principes regni [2]tui, magiſtrat[us] & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, Vt omnis qui petierit aliquam petitionẽ à quocunque deo & homine, vſque ad triginta dies, niſi à te, rex, mittatur in lacũ leonum. Nuc itaque rex cõfirma ſententiã, & ſcribe decretum: vt non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præuaricari cuiquam liceat.

Edicti excogitatio aduerſus Danielem.

C ¶Porrò rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit. Quod cũ Daniel cõperiſſet, id eſt conſtitutam legẽ, ingreſſus eſt domum ſuã: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo, cõtra Ieruſalẽ tribus tẽporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, cõfitebatúrque coram Deo ſuo ſicut & antè facere cõſueuerat. Viri ergo illi curioſius inquirẽtes, inuenerũt Danielem orantem, & obſecrantẽ Deum ſuum. Et accedẽtes locuti ſunt regi ſuper edicto, Rex, nũquid non cõſtituiſti vt omnis homo qui rogaret quenquã de dijs & hominibus vſque ad dies triginta, niſi te, rex, mitteretur in lacũ leonum? Ad quos reſpondens

Edicti promulgatio, cuius tanquam violator Daniel accuſatur apud regẽ.

D rex, ait, Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorũ atque Perſarũ, quod præuaricari non licet. Tũc reſpõdentes dixerunt corã rege, Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus tẽporibus per diem orat obſecratione ſua. Quod verbũ cum audiſſet rex, ſatis cõtriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor vt liberaret eum, & vſque ad occaſum ſolis laborabat vt erueret illũ. Viri autẽ illi intelligẽtes regẽ, dixerũt ei, Scito, rex, quia lex Medorũ atq; Perſarũ eſt, vt omne decretum quod conſti-

E tuerit rex, nõ liceat immutari. Tũc rex præcepit, & adduxerũt Danielẽ, & miſerũt eũ in lacũ leonũ. Dixitq; rex Danieli, De[us] tuus quẽ colis ſemper, ipſe liberabit te. Allatúſq; eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quẽ obſignauit rex an-

Iuſſu regis mittit[ur] in lacũ leonũ.

bere. PHERES, [id eſt diuiſũ, portendit] regnũ tuũ diuiſum, & ad Medos atq; Perſas trãſlatum eſſe. Tũc iubẽte Belſazar, induerũt Danielẽ purpura, & torquẽ aureũ eius collo [circũpoſuerũt,] & per vocẽ præconis edixerunt [43]vt tertius dominaretur in regno. Ea ipſa nocte occiſus eſt Belſazar Chaldæorum rex. Et [44]Darius Medus regnũ accepit natus annos ſexagintaduos.

CAP. VI.

Placuit Dario, vt cẽtũ viginti ſatrapas vniuerſo regno præficeret. Eiſq; prepoſuit tres viros [1]rationales, quorum vnus fuit Daniel, quib[us] ſatrapæ rationẽ redderent, ne rex [2]vllũ damnũ acciperet. Porrò Daniel [3]antecelluit rationales & ſatrapas, eo quòd ampliori ſpiritu eſſet præditus, ideóq; rex cogitauit eũ vniuerſo regno præficere. Tũ [4]rationales & ſatrapæ inueſtigauerunt [5]ecquod crimen poſſent inuenire aduerſus Danielem in regijs negotijs: verùm [6]nullũ crimẽ aut facinus potuerunt inuenire. quũ enim fidei eſſet obſeruãs, nullũ delictũ aut facinus [7]in eo deprehendebatur. Quare illi viri dixerũt, Non inueniemus aduerſus Danielẽ iſtum [8]aliquod crimẽ, [9] niſi [aliquid] aduerſus eum inueniamus in lege Dei ſui. Itaq; [10]rationales & ſatrapæ illi [11]regẽ inſidioſe aggreſſi, ad hũc modũ loquuti ſunt ei, Rex Dari viuito æternũ. Omnes [12]rationales regni, duces, ſatrapæ, [13]proceres, & præſides prouinciales decreuerunt [14]legem regiã cõdere, & [15]ſancire edictum, vt quiſquis petierit vllã rem ab aliquo deo aut homine per dies triginta, præterquã à te, rex, conijciatur in foueã leonum. Nunc igitur [16]ſancias decretũ, rex, & ſcriptũ exares, quod non immutetur ſecũdũ Medorum & Perſarũ legem [17]ſempiternam. ¶Itaq; rex Darius [18]exarauit ſcriptum & edictũ. Cæterum Daniel vbi cõperit ſcriptum exaratũ eſſe, domum ſuã adijt, & apertis feneſtris ſui cœnaculi verſus Ieruſalẽ, tribus [19]temporibus quotidie in genua procũbẽs [20]benedixit & orauit, & cõfeſſionẽ expoſuit Deo ſuo: [21]ita enim antehac facere conſueuerat. Igitur illi viri [22]obſeruantes inſidioſe, deprehenderunt Danielem precãtem atque ſupplicãtẽ Deo ſuo. Adeuntes autẽ regem ſuper edicto regio, loquuti ſunt, Annon edictum ſcripto publicaſti, vt quiſquis peteret [aliquid] ab vllo deo aut homine per dies triginta, præterquã à te, rex, cõijceretur in foueã leonum? Quibus reſpondens rex, inquit, [23]Ita ſanè, réſq; [tenebatur] iuxta legẽ Medorum & Perſarũ ſempiternã. Tunc reſpõdentes dixerunt coram rege, Daniel vnus è numero captiuorum Iudæorum [24]minime curat tua decreta, rex, neque edictũ quod ſcripto publicaſti, tribúſque [25]temporibus quotidie preces ſuas fundit. Quo ſermone audito rex, magno dolore affectus eſt ex eo, [26]animúmq; planè induxit liberare Danielẽ, & vſq; in ſolis occaſum cõtẽdit vt eum eriperet. Verũ iſti viri [27]inſidioſe regem aggreſſi, dixerunt regi, Scito rex legem eſſe Medorum & Perſarum, vt nullũ edictum aut lex quã [28]condiderit rex, immutetur. Itaque iubente rege adduxerunt Danielem, & coniecerunt in foueam leonũ. Rex autem affatus Danielẽ, inquit, De[us] tuus quẽ [29]ſemper coluiſti, liberet te. Eſtq; allat[us] quidã lapis, & poſit[us] ad os foueæ, quẽ rex an-

¶43 Chald. quòd eſſet futur[us] dominus tertius in regno. ¶44 Nõ fit mẽtio Cyri, quòd iunior eſſet auunculo ſuo Dario Medo Artaxerxis filio. id eſt quod dixerat, Regnũ tuũ datum eſt Medis & Perſis. nã Darius fuit Med[us]; Cyr[us], qui poſtea imperauit, Perſa.

VI.

¶1 præſides, ¶2 vl, vlla moleſtia afficeret. ¶3 Chald. fortificabat ſe ſupra alios præſides. i. antecellebat. ¶4 præſides ¶5 Chald. vt occaſionem inuenirent aduerſus Danielẽ ex parte regni. i. vt accuſarẽt eum læſæ maieſtatis, quòd male rexiſſet, aut nõ paruiſſet imperio regio. ¶6 nullã occaſionem. vel culpam. aut. criminationẽ ¶7 vl, aduerſus eum ¶8 vl, vllam occaſionẽ. aut, criminationem. ¶9 q.d. eſt nobis cõfingendũ aliquod edictũ in Deum eius. nã eliget poti[us] parere Deo, quàm edicto. ¶10 præſides ¶11 apud regem congregati, ¶12 præſides ¶13 ſenatores, & duces ¶14 votũ vouere in honorem regis. Vl, ſtatuere ſtatutum regiũ. i. tã firmũ quaſi eſſet regium. Alij vertũt, ſtatuere ſtatutum, ô rex. Vox Chaldæa ſignificat edictum ſiue ſtatutũ quod obliget. ¶15 cõfirmare ¶16 confirma edictũ, ô rex, & exara ſculpturã. i. approbatũ iube exarãdum in tabulis. Gallice, Baillez en lettres patẽtes. ¶17 Chald. quæ nõ tranſit. i. quæ manet inuiolabilis. Paulo pòſt declaratur, leges Medorum & Perſarum nunquã mutari, quas rex approbaſſet, his verbis, Scito, rex, legẽ eſſe Medorũ, &c. ¶18. i. diplomate edictum cõfirmauit. ¶19 vl, vicibus ¶20 orabat, & dabat laudẽ ¶21 quẽadmodum ¶22 cõuenientes ¶23 Chald. Veritas eſt ſermo iuxta &c. q.d. vera dicitis id verũ eſt. verum erit quod cautũ eſt edicto meo: ſeruabitur vt lex quæ abrogari nõ poteſt, neq; ſolet. ¶24 Chald. nõ poſuit ſuper te rationẽ, & ſuper edictũ quod ſcripſiſti. i. nullã habuit tui rationẽ, neq; edicti quod publicare iuſſeras. te ſpreuit. ¶25 vicibus quotidie petitionẽ ſuã petiuit. i. orauit Deũ ſuum vt antea. ¶26 Chald. & ſup Danielem poſuit cor ſuũ vt eriperet eũ, vſque ad ſolis occaſum. ¶27 collecti apud regem, ¶28 cõfirmarit. vl, approbarit ¶29 vl, aſſiduè colis, eripiet te. q.d. Optarem te non tradi leonibus, cogor tamen, ſed Deus eripiet te.

¶10 Chald. ne
mutaretur vo-
lũtas ꝑpter Da-
nielẽ.i.ne rex
mutata volũta-
te eum extrahe
ret. ¶11 tu co-
lis aſſidue,
¶12 Chald.corã
eo ¶13 Chald.
corã te ¶14 læ-
ſio ¶15 Chald.
ſperauit in Deo
ſuo. ¶16 Chald.
qui accuſaue-
rant accuſatio-
nes Danielis,
¶17 pauimentũ
¶18 Aliqd ſub-
audiendũ, hoc
modo,ciúſq; re
gnũ eſt regnũ
qđ nõ deſtruet.
¶19 Chald.vſq;
in finem.

VII.

¶1 vidit. De ſe-
cundo aduẽtu
Chriſti hic lo-
quitur Daniel:
de cui᷒ primo
aget poſtea. Or
do hiſtoriæ nõ
ſeruatur i Scri-
ptura. Narrat
viſum oblatũ
ſibi,quo portẽ-
dit afflictiones
populi Dei ſub
monarchijs Ba
bylonica,Perſi-
ca,Macedoni-
ca, Romana:
vtq; diuiſo im-
perio Romano
Antichriſt᷒ in-
uadens Chriſti
eccleſiã, ꝑſecu-
turus ſit eã vſq;
ad mundi finẽ.
Quãdo demum
nouiſſimo iudi

nulo ſuo & annulo magnatũ ſuorũ obſignauit,
[10]nequid Danieli eueniret cõtra voluntatẽ. Inde
rex ad palatiũ ſuũ regreſſus,permãſit incœnat᷒,
neq; illi appoſita eſt mẽſa, ſomnúſq; illũ deſti-
tuit. Porrò in aurora quum illuceſceret,ſurrexit
rex,& propere acceſſit foueã leonũ. Et foueã ac-
cedẽs,lamẽtabili voce Danielẽ vocauit, ac Danie
lẽ alloquens rex dixit,Daniel ſerue Dei viui,po-
tuitne De᷒ tuus,quẽ[11] ſemper coluiſti, liberare te
à leonib᷒? Regiq; cõfeſtim Daniel dixit, Rex æter
num viuito. De᷒ meus angelũ ſuũ miſit,& cõclu-
ſit ora leonũ,vt nõ læſerint me, quoniã[14] ipſo iu
dice innocẽtia in me reperta eſt,imò &[13] te iudi-
ce, rex, nullũ ſcel᷒ patraui. Quamobrem ſummo
gaudio percepto propter illum,rex, iuſſit Danie-
lem educi de fouea. eſtque Daniel eductus de fo-
uea,neq;[14] labes vlla reperta eſt i eo,quia[15] credi-
dit Deo ſuo. Iubẽte quoq; rege adduxerũt viros
iſtos[16] Danielis æmulos,qui detulerãt, & cõiece-
rũt in foueã leonũ cum liberis & vxoribus ſuis:
quos leones inuaſerũt anteq̃[17] ſolũ foueæ attigiſ
ſent,eorũmq; oſſa oĩa cõminuerũt. Tũc Dari᷒ rex
oib᷒ populis,nationib᷒ & linguis in omni terra
degẽtib᷒ ſcripſit, Veſtra pax augeſcat. A me de-
cretũ eſt factu, vt in vniuerſa ditione regni mei
metuãt & timeãt Deũ Danielis, quũ ſit De᷒ viu᷒,
& permanẽs in ſecula,[18] ciúſq; regnũ nõ deſtrue
tur, & dominat᷒ ei᷒[19] perdurat. Qui liberat & eri
pit. eduq; ſigna & portẽta in cælo & in terra,q
liberauit Danielẽ à leõib᷒. Porrò Daniel iſte eue
ct᷒ eſt tã i regno Darij,q̃ i regno Cyri Perſę. VII.

Anno primo Belſazar Babylonici regis Da-
niel ſomniũ habuit,&[2] viſa capitis ſui in le
cto ſuo, túncq; ſomniũ ſcripſit,[3] rerũ ſummam
cõprehendens.[4] Et hæc adeò verba ſunt Danie-
lis, Videbã per nocturna viſa, vt quatuor[5] venti
cæli[6] mare magnũ cõmouerent. Et quatuor[7] ani
malia grãdia,eaq; inter ſe diuerſa è mari aſcẽde
rũt.[8] Primũ ſimile fuit leoni, habẽs aquilinas a-
las:ſpectabã[vero] donec euulſæ ſunt eius alæ, &
è terra eiectũ eſt, atq; in pedes erectũ hominum
ritu,mẽtſque humana illi data eſt. Ecce autẽ a-
liud animal ſecũdũ[9] aſcẽdebat ſimile vrſo.[10] idq;
ad vnũ latus cõſtitutũ eſt, habens tres[11] colos in
ore ſuo inter ſuos dẽtes. cui ſic dixerunt, Surge,
[ac][12] deuora carnẽ multã. Poſt hæc ſpectabã,& ec
ce[13] aliud pardo ſimile,habẽs quatuor alas volu-
cris in dorſo ſuo, quatuor etiã[14] cornua fuerunt
huic animali,eique traditũ eſt imperiũ. Poſt hæc
ſpectabã[15] in viſis nocturnis, & ecce[16] animal quar
tum formidabile atque terrificũ, & eximie ro-
buſtũ,quódq; habens grandes ferreos dẽtes,vo-

nulo ſuo,& annulo optimatum ſuorum,nequid
fieret cõtra Danielem. Et abijt rex in domũ ſuã,
& dormiuit incœnatus,cibiq; non ſunt allati co
ram eo,inſuper & ſomnus receſſit ab eo. Tũc rex
primo diluculo cõſurgens, feſtinus ad lacũ leo-
num perrexit:appropinquánſque lacui, Danie-
lem voce lachrymabili inclamauit,& affatus eſt
eum,Daniel ſerue Dei viuentis, Deus tuus cui tu
ſeruis ſemper , putáſne valuit te liberare à leo-
nibus? Et Daniel regi reſpõdens ait,Rex in æter- F
num viue,‖Deus meus miſit angelũ ſuum,& cõ- 1.Mach.2.f.
cluſit ora leonũ,& non nocuerũt mihi. quia co-
ram eo iuſtitia inuenta eſt in me:ſed & corã te,
rex,delictum non feci. Tunc vehementer rex ga-
uiſus eſt ſuper eo , & Danielẽ præcepit educi de
lacu:eductúſque eſt Daniel de lacu, & nulla læ-
ſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. Iu-
bente autem rege adducti ſunt viri illi qui accu
ſauerũt Danielem:& in lacũ leonum miſſi ſunt,
ipſi & filij,& vxores eorum. & nõ peruenerũt vſ-
que ad pauimentũ laci,donec arriperẽt eos leo-
nes,& omnia oſſa eorum comminuerunt. Tunc
Darius rex ſcripſit vniuerſis populis, tribubus,
& linguis habitãtibus in vniuerſa terra. PAX
vobis multiplicetur. A me cõſtitutũ eſt decretũ,
vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcãt,
& paueant Deũ Danielis. ipſe eſt enim De᷒ viuẽs
& æternus in ſecula: & regnũ eius nõ diſſipabi-
tur,& poteſtas eius vſq; in æternũ. Ipſe liberator
atque ſaluator,faciens ſigna & mirabilia in cælo
& in terra:qui liberauit Danielẽ de lacu leonũ.
‖Porrò Daniel perſeuerauit vſque ad regnũ Da-
rij,regnũmque Cyri Perſæ. CAP. VII.

Anno primo Balſaſar regis Babylonis , Da-
niel ſomniũ vidit: viſio autẽ capitis eius in
cubili ſuo: & ſomnium ſcribens, breui ſermone
cõprehendit,ſummatimq; perſtringẽs,ait,Vide-
bam in viſione mea nocte,& ecce quatuor venti
cæli pugnabant in mari magno. Et quatuor be-
ſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſæ inter
ſe. Prima quaſi leæna,& alas habebat aquilæ:a-
ſpiciebã donec euulſæ ſunt alæ eius , & ſublata
eſt de terra , & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, &
cor hominis datũ eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimi-
lis vrſo in parte ſtetit:& tres ordines erãt in ore
eius,& in dentibus eius, & ſic dicebãt ei, Surge,
comede carnes plurimas. Poſt hęc aſpiciebã,& ec B
ce alia quaſi pardus , & alas habebat quaſi auis,
quatuor ſuper ſe:& quatuor capita erãt in beſtia,
& poteſtas data eſt ei. Poſt hæc aſpiciebã i viſio-
ne noctis,& ecce beſtia quarta terribilis atq; mi
rabilis,& fortis nimis:dẽtes ferreos habebat ma

Ei᷒ liberatio,
quæ fidei in
Deũ tribui-
tur.

Accuſatores
Danielis ex-
ponunt leo-
nibus dila-
niandi.

Darius decre
G ti publi-
catione Deũ
Danielis pre-
dicat.

‖ ſ᷒ manu
2.1.d.

Viſio quatu-
or beſtiarũ
Danieli oſtẽ-
ditur.

cio Dei totus cõficiendus ſit. vt ſancti cũ Chriſto,ſublatis omnib᷒ hoſtibus,trãquille regnẽt in æternũ. ¶2 viſa, ſi-
ue viſiones,vocat inſomnia.i. vidit noctu dum iacẽ.et. ¶3 vel potius,& initio verborũ dixit. vl, [illegible] autem ſic or-
ditur.aut,initiũ autem erat tale. ¶4 Chald. Locutus eſt igitur Daniel,& dixit, ¶5 Venti cæli dicuntur,quia ferũ-
tur in cælo,id eſt aere:hoc eſt vẽti primarij flantes a quatuor mundi partibus. ¶6 in mare magnum irruerent.
Vel potius,loco pellerẽt mare. Venti cæli,Dei volũtas. Mare magnum,Mũdus,vt & Dauid appellat. Nam Dei permiſ
ſu varijs tumultibus agitatur mundus, vt mare motibus. Significat autem motus magnos qui exorti ſunt initio
quatuor monarchiarum. ¶7 Animalia,ſunt aut reges, aut imperia & monarchiæ. ¶8 Primũ regnum de Baby-
lonia eſt intelligẽdum. Nam fuit leo Nabuchodonoſor,id eſt bellicoſus:qui celeriter totas vicinas gẽtes vicit:quod
per alas ſignificatur. Fuit autem ea celeritas illi ablata:& priuatus eſt regno. Poſtea redijt ad mẽtem i. cor homi-
nis,non leonis redditum eſt illi. Dicitur & leoni ſimilis fuiſſe,id eſt excellẽtiſſimus: vt antea comparatus eſt auro,
quod cæteris præſtat metallis,ita leo cæteris animantibus. ¶9 ſub.è mari magno. Secunda monarchia,quæ fuit
Perſarum. ¶10 quod ad latus vnum ſeſe erexit.i.irruit tantum in Babylonios:quibus ſuperatis potiti ſunt impe-
rio Perſæ. ¶11 coſtas. Tres coſtæ,imperia tria,Babylonicum,Perſicum,Medicũ:quæ ſimul confuſa ſunt. ¶12 i.ma-
ctatice multos homines. ¶13 Tertiũ imperium fuit Macedonicum, ſeu Græcanicum. Pardus eſt maculoſus:macu
las interpretantur varia regna quibus eſt potitus:aut vitia Alexandri. Velocitas victoriarum eius per alas ſignifi-
catur. Capita quatuor,ſucceſſores quatuor ſignificant,Philippum,Antigonum,Ptolemæum,& Seleucum. Alij,duces
eius intelligũt,quorũ opa vicit illa regna. ¶14 capita ¶15 vl.per ſomniũ, ¶16 Quartũ imperiũ Romanorũ,quod
terrori fuit toti orbi:fortiſſimũ præterea,quod per dẽtes ferreos ſignificatur. Decẽ capita : Plurima regna in quæ
diuiſum eſt. adhuc enim durat hoc imperiũ: nam & imperator etiã nũc eſt,& Cæſar appellatur Romanorũ impera
tor. Sub hoc iperio exoriẽ paruũ cornu,id eſt gẽs ignobilis & obſcura Turcarũ:quę iã vicit duo cornua,nempe im-
periũ Cõſtãtinopolitanũ & Sultanũ Ægypti. Supeſt tertiũ cornu ſuperãdum. qđ quia factũ nondũ eſt,ignoramus.

gnos, comedens atque comminuẽs, & reliqua pe
dibus ſuis conculcans: diſſimilis autem erat cæte
ris beſtijs quas videra ante eam, & habebat cor-
C nua decem. Conſyderabam cornua, & ecce cor-
nu aliud paruulum ortum eſt de medio eorũ: &
tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.
& ecce oculi, quaſi oculi hominis erant in cor-
nu iſto. & os loquens ingentia. Aſpiciebam, do-
nec throni poſiti ſunt, & antiquꝰ dierum ſedit:
veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli
capitis eius quaſi lana munda: thronus eius, flã-
Apoc.5.d. mæ ignis: rotæ eius, ignis accenſus. ¶Fluuius i-
gneus rapidúſque egrediebatur à facie eius: mil
lia milliũ miniſtrabant ei, & decies millies cen-
tena millia aſſiſtebãt ei: iudicium ſedit, & libri
D aperti ſunt. Aſpiciebam propter vocem ſermo-
num grandium, quos cornu illud loquebatur: &
vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet
corpus eius, & traditum eſſet ad comburendum
igni. Aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet po
teſtas: & tempora vitæ conſtituta eſſent eis vſq;
ad tempus & tempus. Aſpiciebam ergo in viſio-
ne noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi Filius
hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum
peruenit: & in cõſpectu eius obtulerunt eum. Et
dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: &
Lu.1.c.mich. omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruiẽt: ¶po
4.c.ſ.1.g.4.g teſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur,
& regnum eius quod non corrumpetur. Horruit
ſpiritus meus, ego Daniel territus ſum in his, &
Viſionẽ i- E viſiones capitis mei conturbauerunt me. ¶Ac-
terpretatur ceſſi ad vnum de aſſiſtẽtibus, & veritatem quæ-
de quatuor rebam ab eo de omnibꝰ his. Qui dixit mihi in-
mundi re- terpretationem ſermonũ, & docuit me, Hæ qua-
gnis. tuor beſtiæ magnæ: quatuor ſunt regna, quæ cõ
ſurgent de terra. Suſcipient autem regnum ſan
cti Dei altiſſimi: & obtinebunt regnum vſque in
ſeculum & ſeculum ſeculorũ. Poſt hoc volui di-
ligenter diſcere de beſtia quarta, quæ erat diſſi-
milis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dẽ-
tes & vngues eius ferrei: comedebat & commi-
nuebat, & reliqua pedibus ſuis cõculcabat. & de
cornibꝰ decem quæ habebat in capite & de alio
quod ortum fuerat ante quod ceciderãt tria cor-
De poteſta- F nua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os
tia & incre- loquens grãdia, & maius erat cæteris. Aſpiciebã,
mento Anti- & ecce cornu illud faciebat bellũ aduerſus ſan-
chriſti. ctos, & præualebat eis: donec venit antiquꝰ die-
rum, & iudicium dedit ſanctis Excelſi, & tempus
aduenit, & regnum obtinuerũt ſancti. Et ſic ait,
Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra,
quod maiꝰ erit omnibꝰ regnis, & deuorabit vni-
uerſam terram, & conculcabit, & cõminuet eam.

rauit & cõminuit, & reliquum proculcauit pedibus ſuis: fuit autẽ prorſus diuerſum ab omnibus animalibꝰ quæ ipſum præceſſerunt, habens etiã decem cornua. Dúmq; cornua conſydero, ecce cornu aliud paruum inter illa ſuccreuerat, à quo tria ex cornibus prioribus ſunt detracta: & ecce cornua fuerũt in iſto cornu velut[17] oculi hominis, &[18] os loquẽs grandia. Spectabã[ſanè] donec[19] poſita ſunt ſubſellia, &[20] prouectus ætate ſedit, cuius veſtimẽtũ candidũ erat vt nix. & capillus capitis eius vt mũda lana: [21] cuiꝰ ſoliũ flãmæ igneæ, & eius[22] rotæ ignis flagrãs.[23] Igneum flumẽ dimanabat egrediebatúrq; ab eo, [&][24] millies mille miniſtrabant ei, ac decies[25] mille myriades ante ipſum ſtabãt: quúmq;[26] iudiciũ cõſediſſet, libri aperti ſunt. Tunc ſpectabã[maxime] [27] propter vocẽ grãdium ſermonũ, quos cornu loquebatur [&] tã diu ſpectabã, dum beſtia ſublata eſt, & corpus eius peremptũ, ipſáq; proiecta in rogũ ignitum.[28] Cæterũ animalia reliqua depoſuerũt dominatũ ſuum,[29] & illis cõceſſa eſt diuturnitas in vita, vſq; ad præfinitũ terminũ & tẽpus. Spectabã in viſis nocturnis, & ecce[30] veniebat in nubibus cæli quidã ceu Filiꝰ hominis, qui vſq;[31] ad prouectũ ætate peruenit, eúmq;[32] adduxerũt ante illũ. Et dominatꝰ eſt ei[33] traditꝰ, & honos, & regnũ: vt oẽs populi, nationes & linguæ colãt eũ, cuius dominatꝰ eſt dominatus æternꝰ, qui[34] nõ præteribit, cuiúſq; regnũ haudquaq̃ deſtruetur.[35] Me[quidẽ] Danielẽ animꝰ dereliquit, & viſa capitis mei perturbauerũt me. ¶Itaq; accedẽs quendã ex adſtãtibus, rogabã ab eo ipſiſſimã veritatẽ[36] in hoc toto[negotio:] qui mihi dixit, & verborũ interpretationẽ mihi expoſuit. Quatuor illæ beſtiæ magnæ [ſignificant] quatuor[37] reges q cõſurgẽt de terra. Sãcti autẽ excelſi accipiẽt regnũ, & obtinebũt regnũ per ſecula vniuerſa. Poſtea volui certã habere notitiã de beſtia quarta, quæ ab alijs omnibus diuerſa in primis formidabilis[38] fuit, quæ dẽtibus ferreis prędita, & vnguibus æreis deuorauit & cõminuit, & reliquũ proculcauit ſuis pedibꝰ. De cornibꝰ quoque decẽ in eius capite, & alio quod ſuccreuit, & ab eo tria[cornua] de prioribꝰ exciderunt, quod cornu oculos habuit, & os loquens[39] grãdia,[40] & magnificẽtius alijs videbatur. Quod cornu me ſpectante[41] prælium fecit cum ſanctis, & præualuit eis. Donec venit[42] prouectus ætate, &[43] iudiciũ datũ eſt excelſis ſanctis, & præfinitũ aduenit tẽpus vt ſancti regnũ obtinerent. Sic [autem][44] dixit, Beſtia quarta[ſignificat] regnum in mundo fore quartũ, quod differat ab omnibus regnis, & deuoret terram totã, eámque cõterat & cõminuat.

¶17 Per oculos prudẽtia Turcę ſignificatur in rebus agendis. ¶18.i. os iactabundũ & euomens blaſphemias in homines & Deum. ¶19 ſublata ſũt ſolia, ſub. omniũ monarchiarum. q.d. Hæc tria regna & omnia alia imperia finẽ acceperunt, quibus ſucceſſit regnũ Chriſti. Iohannes in Apocalypſi hæc perſequitur: qui ſedẽtẽ in throno, Patrem vocat, Agnum, Chriſtũ iudicẽ. ¶20 vl, antiquus dierũ .i. Pater, qui ſic dicitur q ſit æternus. Licet autem perſona Filij ſit apparitura, nõ deerit tamẽ Pater & Spiritus ſanctus, ſicuti dicitur, Sedẽtem à dextris virtutis. i. Dei Patris omnipotẽtis. ¶21.i. videbatur thronus eiꝰ ardere. Ignis ſignificat lucẽ inacceſſibilẽ in qua Deꝰ habitat. Dicitur ignis cõſumẽs, q impios perdat. Et ignis eſt, quia ſanctos illuminat. Vnde ſoliũ eius dicitur igneũ.

¶22 Solia regum olim erant verſatilia, & vel currus triumphales extruebãtur. vnde hic dicit ſolium rotas habuiſſe. ¶23.i. copia illa lucis quæ illuminat & perficit pios, impios vero perdit. ¶24.i. innumerabiles turmę angelorũ ſtipabant eum. ¶25 Numerus certus pro incerto. ¶26.i. Chriſtus cum Patre orbem iudicaturus, coram quo tunc libri cõſcientiarum patebunt, in quibus ſcripta ſunt acta noſtra. Matth.26, Amodo videbitis Filiũ hominis ſedẽtem à dextris virtutis Dei. His verbis indicat Chriſtus ſe cũ Patre ſeſſurum. ¶27 à voce. i. ab eo tempore quo quarta beſtia cœpit loqui blaſphemias in Deũ. Loquitur de quarta beſtia maxime propter paruũ cornu. Antichriſtꝰ ſignificatur, & eius membra. quare dicit corpus eius cũ ſuis traditum igni. ¶28 Chald. Et reliquarũ beſtiarum fecerant tranſire dominiũ earum. i. Iam autẽ angeli abſtulerant dominiũ à tribus illis beſtijs. ¶29 Chald. & longitudo tẽporis in vita data fuerat illis, vſque ad tempus & definitã periodum. Tres primæ monarchiæ certo tempore, at paruo quidem durarũt: quarta autem longo durabit. Vel, Deus abbreuiauit tempus quartæ beſtiæ propter electos, vt Matt.24 dicitur, Niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fuiſſet ſeruata caro. Differentia tẽporis & moræ præcedentiũ regnorum & quarti deſcribitur. ¶30 ſub. ad iudiciũ. 1.Theſſ.4. Rapiemur obuiã in aera Domino. Act 1, Ita veniet vt vidiſtis aſcẽdentẽ. ¶31 vl, ad antiquũ dierũ. i. ad Patrem. Mat.26, Sedẽtem à dextris virtutis Dei. ¶32 Ceſſerũt illi angeli vt ſederet ad dextram Patris. ¶33 ſub. ab antiquo dierum. ¶34.i. nunquam finietur. ¶35 Chald. Abbreuiatus eſt ſpiritus meus, ego Daniel, intra vaginam. Vagina animæ, eſt corpus. q.d. Deliquium animi paſſus ſum præ turbatione, & animo fui deſtitutꝰ: ¶36 vl, de his omnibꝰ: ¶37.i. monarchias. Explicatur viſio. ¶38 erat. Sic ſequẽtia verba, deuorabat, cõminuebat, proculcabat. ¶39 Apocal.13, Os datũ eſt ei loqui magna & blaſphemias. Per expoſitionẽ dixit, & blaſphemias. nam magna, hoc loco in malã partẽ accipitur. ¶40 Chald. & dignitas eius excellentior ſuis cõſortibus. i. maius erat alijs cornibus. ¶41 Afflictio Chriſtianorũ & verorum Iſraelitarũ. ¶42.i. Pater. ¶43 iudiciũ dedit ſanctis Altiſſimi. Iudicium, pro iudicibus, Chriſto & Apoſtolis. ¶44 reſpondit. ſub. angelus Danieli.

¶ 45. i. qui dignitate, opib⁹, & virib⁹ præſtabit alijs decé. ¶ 46 Chald. Verba aduerſus Altiſſimũ loquetur, & ſá ctos Altiſſimi perdet:

¶ 47 Chald. cogitabitq; apud ſe puertere tépora & legem, tradentúrque [ſub. ſancti] in manu ei⁹, vſq; ad tép⁹, & tépora, & dimidium téporis. Tépora ſũt ſolénitates, quæ fiunt certis téporib⁹, vt dies Dominici. Lex, Euangeliũ. Dabit, inquit, operá vt rationem inueniat qua poſſit mutare ſolennitates & Euangeliũ, & illi ſuccedet: qa ſancti tradentur illi. Apocalyp. 13, Data eſt ei poteſtas vincere ſanctos. Aut p tépora. .i. ſolénitates: & legé. i. decalogũ, intellige omné externũ & internũ Dei cultũ. nam tpe Danielis vigebat lex tota. Tépus, tépora, & dimidiũ téporis, id eſt annũ, duos annos, & dimidiũ anni.

Cornua vero decé [ſignificant] q ex eo decé reges cõſurgẽt, & poſt eos cõſurget alius, [45] differens à prioribus, qui tres reges deprimet. [46] Verba etiá faciet de reb⁹ diuinis, cæterũ ſáctos excelſos implicabit: [47] ſibiq; arrogabit mutare téporũ ſtatũ & leges q̃ tradétur in ei⁹ poteſtaté ſeu lõgo ſeu breui téporis ſpatio. Porrò [48] iudiciũ [49] cõſedit, & dominatum ei ademerũt, vt penitus vaſtetur ac perimatur. Populo auté [50] ſanctorũ excelſorũ tradetur regnũ, & dominat⁹, & [51] amplitudo regnorũ ſub toto cælo, [52] cui⁹ regnũ eſt regnũ æternũ, & oés primates ſeruiét ei, & obtéperabũt. [53] Hactenus de hoc negotio. Me vero Danielé vehementer cogitationes meæ turbarũt, & [54] mea forma in me cõmutata eſt, ſeruaui autem [55] negotium in corde meo. CAP. VIII.

ANno tertio regni Belſazar regis viſum apparuit mihi Danieli poſt illud, quod initio mihi apparuit. [1] Et in viſione circũſpiciés, videor mihi eſſe i Suſis caſtro, in prouincia [2] Elymaide, [3] mihique viſus ſum eſſe apud fluuium Eulæum. Sublatis autem oculis vidi, & ecce aries vnus ſtabat ante fluuiũ habens duo cornua, quæ cornua quum eſſent [4] prælõga, [5] fuit tamé alterũ altero lõgius, & [6] procerius creuit nouiſſime. [7] Eũ arieté vidi cornibus impetentem verſus Occaſum, & Aquilonem & Meridiem, vt nulla ei animalia reſiſterent, nec quiſquam liberaret ab eo, agerétque pro ſua libidine, ac [7] res maximas gereret. Dúmque conſydero, ecce hircum [8] caprigenum, qui veniens ab Occaſu, [9] omnes regiones peruagabatur, [10] neque terram attingebat. & ille caper inter oculos habuit cornu [11] inſigne atque cõſpicuum. Peruenit autem ad arietem præditum duobus cornibus, quem vidi ſtantem ante fluuium, & [12] maximo impetu cum eo concurrit. Vidi etiam illum peruenire prope arietem, vbi [13] cõcitatus in eum percuſſit arietem, eiúſque duo cornua infregit, non habente ariete vim reſiſtendi ei, ſed & adflixit eum ad terram, & conculcauit eum, & nemo fuit qui arietem ab eo liberaret. [14] Porrò caprigenus hirc⁹ res maximas geſſit, & quum fortitudine polleret, fractum eſt [15] cornu magnũ, & loco inſignis cornu quatuor [16] ſunt enata verſus quatuor [17] mũdi cardines. De quorũ vno prodijt cornu [18] permodicũ quod creuit [19] præcipuè cõtra Meridié & Ortũ, [19] & delectiſſimã terrã. [19] Extendit etiã ſe cõtra [20] exercitũ cæli, & de exercitu atque [21] ſtellis aliquot proſtrauit ad terrã, & cõculcauit eos. Deniq; aduerſus [22] imperatorem exercitus [23] magna ſe inſolentia extulit, vt

Porrò cornua decé ipſius regni, decé reges erũt: & alius conſurget poſt eos, & ipſe potétior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et ſermones cõtra excelſũ loquetur, & ſanctos Altiſſimi cõteret: & putabit q poſſit mutare tépora & leges, & tradétur in manu eius vſq; ad tépus & tépora & dimidiũ téporis. Et iudiciũ ſedebit, vt auferatur potẽtia, & conteratur, & diſpereat vſque in finé. Regnũ auté, & poteſtas, & magnitudo regni quę eſt ſubter omne cælũ, detur populo ſanctorum Altiſſimi: cui⁹ regnũ, regnũ ſempiternũ eſt, & omnes reges ſeruiét ei & obedient. Hucuſque finis verbi. Ego Daniel multũ cogitationibus meis cõturbabar, & facies mea mutata eſt in me, verbũ auté in corde meo conſeruaui. CAP. VIII.

ANno tertio regni Balſaſar regis, viſio apparuit mihi, ego Daniel, poſt id quod videram in principio. Vidi in viſione mea, cũ eſſem in Suſan caſtro quod eſt in Ælã [1] ciuitate: vidi autem in viſione eſſe me ſuper portã Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vn⁹ ſtabat ante paludem, habés cornua excelſa, & vnũ excelſius altero atque ſuccreſcens. Poſtea vidi arieté cornibus véntilantem cõtra Occidétem, & cõtra Aquiloné, & cõtra Meridié: & omnes beſtiæ nõ poterant reſiſtere ei, neq; liberari de manu eius: fecitq; ſecundũ voluntaté ſuam, & magnificatus eſt. Et ego intelligebã: ecce autem hircus caprarũ veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & nõ tangebat terram: porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos. Et venit vſque ad arietem illum cornutũ, quem videram ſtãtem ante portam, & cucurrit ad eũ in impetu fortitudinis ſuæ. Cúmque appropinquaſſet prope arietem, efferatus eſt in eum, & percuſſit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries reſiſtere ei: cúmque eum miſiſſet in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arieté de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus eſt nimis: cúmque creuiſſet, fractũ eſt cornu magnum, & orta ſunt quatuor cornua ſubter illud per quatuor ventos cæli. De vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum: & factum eſt grande contra Meridiem, & cõtra Oriétem, & contra fortitudinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine & de ſtellis, & conculcauit eas. Et vſque ad principem fortitudinis magnificatum eſt: &

G — De regno Chriſti æterno. Luc. 1. c.

Viſio pugnæ inter arieté & hircum. ¶ [1] regione:

B

C

Id pbatur ex Apocalypſi, vbi cap. 12 ſcribitur Datæ ſũt mulieri alæ vt fugiat i deſertũ in locũ ſuũ vbi alit per tép⁹, tépora, & dimidiũ téporis. Quo loco, mulier, eſt eccleſia. Ité cap. 13 dicit, Data eſt ei poteſtas facere méſes quadragitaduos. Quod plane idé eſt q tép⁹, tépora, & dimidiũ téporis. nã tres annos cũ dimidio efficiũt quadraginta duo méſes. Rurſum cap. 12, Et fuit diebus mille ducétis ſexaginta. Qui dies eandé ſũmã téporis efficiũt: quo tépore plene aiũt Antichriſtũ regnaturũ. Alij aiũt eſſe tépus definitũ p incerto. ¶ 48. i. Chriſtus iudex oim. ¶ 49 ſedebit, poteſtatéq; ei⁹ traſferét [angeli] vt deleat illud, & diſpdãt vſq; in finé. i. prorſus. ¶ 50 ſãctorũ Altiſſimi. i. populo fideli. ¶ 51 magnificétia ¶ 52 populi ſcilicet fidelis. ¶ 53 Chald. Hucuſq; finis ſermonis. ſub. angeli. q. d. Hic finé dicédi fecit angel⁹. ¶ 54 ſplédores vult⁹ mei mutati ſunt i me. i. hæc viſio terruit me. ¶ 55 ſermoné. ſub. angeli. VIII. ¶ 1 Heb. Et vidi in viſiõe: cũ auté viderẽ ego, eram in Suſis regia [Perſarũ] quæ erat in &c. ¶ 2 vl, Elamitide. Inde Elamitæ. i Actis Apoſt. Regio q̃ poſtea dicta eſt Suſiana & Elemais. olĩ vocabat Eli. ¶ 3 Plin. lib. 6. cap. 27, Suſa, regia Perſarũ, in qua Eulæus circuit arcé. ¶ 4 ſublimia, alta. ¶ 5 Heb. illud altius aſcédebat in poſtremo. i. ſecũdo loco, ſiue poſteriore tépore. Primũ cornu, regnũ Medorũ ſignificat. Secũdũ, altero celſi⁹, regnũ Perſarũ. ¶ 6. i. hoc imperiũ fundebat ſe ad Occaſũ, Septẽtrioné, & Meridié. ¶ 7 magn⁹ euaderet. ¶ 8 caprarũ. i. filiũ capræ, hoc eſt iuuené. Alexãdrũ Macedoné ſignificat. ¶ 9 Heb. ſup facié toti⁹ terræ ¶ 10 per volatũ, hyperbolice ſignificat victoriarũ Alexãdri celeritatem. ¶ 11 vl perplexitatis. i. ramoſum. ¶ 12 Heb. in ira fortitudinis ſuæ. i. ira concitus inuaſit eũ. Alexãder parauit expeditioné in Dariũ. ¶ 13 vl, eleuauit ſeſe in eum, & ¶ 14 Heb. Hircus igitur caprarum valde magnificat⁹ eſt: quũ vero eſſet in ſummo virtutis ſuæ. ¶ 15 Cornu magnũ ſignificat potentiã Alexãdri, cuius morte fracta eſt. ¶ 16 ſucceſſerũt ramoſa [cornua] ¶ Heb. vẽtos cæli. Quatuor plagæ mundi dicuntur quatuor venti: quia ab illis ſpirant. ¶ [18] Antiochũ Epiphané ſignificat: quia fuit Romæ obſes. ¶ 17 valde ¶ 18 & locũ amœnum. i. Iudæã. Hebraice legitur, & ad gloriam, ſiue decus. i. ad terram inclytam. ¶ 19 Heb. Magnificatum eſt etiam &c. q. d. Adeò creuit Antiochus, vt auſus ſit etiã inuadere pios. ¶ 20 Exercitũ cæli, intelligit pios qui colunt Deum cæli. Comparauit, inquit, copias quas duxit contra pios Iſraelitas. ¶ 21 Per ſtellas intelligit ſanctiores, aut duces, aut ſacerdotes. ¶ 22. i. Deum, qui eſt dux Iſraelis. nam polluit templum Dei ſanctum Antiochus. ¶ 23 Heb. magnificatus eſt. i. auſus eſt Deum prouocare ad bellum Antiochus.

ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locũ ſanctificationis eius. Robur autem datum eſt [m] ei cõtra iuge ſacrificium propter peccata: & proſternetur veritas in terra, & faciet, & pſperabitur. Et audiui vnum de ſanctis loquentem: & dixit vnus ſanctus alteri neſcio cui loquẽti, Vſquequo viſio, & iuge ſacrificium, & peccatum deſolationis quæ facta eſt: & ſanctuariũ, & fortitudo cõculcabitur? Et dixit ei, Vſque ad veſperã & mane, [n] dies duo mil.ia trecenti: & mũdabitur ſanctuarium.

E ¶ Factum eſt autem cum viderẽ ego Daniel viſionem, & quærerem intelligentiam: ecce ſtetit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait, ‖Gabriel fac intelligere [o] iſtam viſionem. Et venit, & ſtetit iuxta vbi ego ſtabam: cũmque veniſſet, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me, Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis cõplebitur viſio. Cũmque loqueretur ad me, collapſus ſum pronus in terram: & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo, dixitque mihi, Ego oſtẽ-

F dam tibi quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis: quoniam habet tẽpus finẽ ſuũ. Aries quẽ vidiſti habere cornua, rex Medorum eſt atque Perſarum. Porrò hircus caprarum: rex Græcorum eſt. & cornu grande quod erat inter oculos eius: ipſe eſt rex primus. Quòd autem fracto illo ſurrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius conſurgent, ſed non in fortitudine eius. Et poſt regnum eorum cum creuerint iniquitates, conſurget rex impudens facie, & intelligens propoſitiones. & roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis: & ſupra quàm credi

G poteſt, vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur, & faciet. Et interficiet robuſtos, & populum ſanctorũ ſecundum voluntatem ſuam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor ſuum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principũ conſurget, & ſine manu cõteretur. Et viſio veſpere & mane, quæ dicta eſt, vera eſt: tu ergo viſionem ſigna, quia poſt multos dies erit. Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: cũmque ſurrexiſſem, faciebã opera regis, & ſtupebam ad viſionem, & non erat qui interpretaretur.

*Margin:* viſionis intelligentia ſe conflictu regis Perſarũ & regis Græcorũ. j.9.f. ¶ [o] iſtum

*Margin:* De rege impudẽti Antichriſto.

CAP. IX.

IN anno primo ‖Darij filij Aſſueri de ſemĩe Medorũ, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum: Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorũ de quo factus eſt

*Margin:* Daniel poſtulat impleri à Deo quod ꝓmiſit de reditu populi ab exilio Babylonico. Iere. 25.c. & 29.c.

[11] per illud [12] perẽne ſacrũ tolleretur, & [13] ſedes ſanctuarij ipſius [Dei] euerteretur. Exercitus autẽ traditus eſt [14] cũ perẽni ſacro per ſcelus, & adflixit [15] veritatẽ ad ſolũ, [19] rẽmque geſſit proſpero ſucceſſu. Et audiui vnũ [20] ſanctũ loquẽtem, dixitque [21] vnus ſanct [22] cuidã eximio loquẽti, Quãdiu durabit viſum [23] perẽnis ſacri, & ſceleris vaſtationis, vt permittãtur proculcationi & ſanctũ, & exercitus? Et dixit mihi, [24] Poſt dies bis mille & trecentos, qui mane ac veſperã cõprehẽdũt, reducetur ſanctũ ad iuſtũ atque legitimũ vſum. ¶ Dũque ſpectarẽ ego Daniel viſum, quæſiui etiã [25] notitiã. & ecce ſtabat ante me [26] viro ſimilis. Audiui etiam [27] inter Eulæũ vocẽ hominis, qui exclamãs dixit, Gabriel doceto iſtũ hãc viſionẽ. Acceſſit autẽ prope locũ in quo ſtabã, eóq; accedẽte perterrefactus ſum, & prócidi in meã faciẽ. Et dixit mihi, Fili hominis intelligito, [28] quia viſum eueniet poſt captiuitatẽ finitã. Quũmque is mecũ loqueretur, ceu oppreſſus grauiſſimo ſomno, cècidi in faciẽ meã ad ſolũ: ipſe autem me attingens erexit in ſtationẽ meam. Et dixit, Ecce ego docebo te quid futurũ ſit [39] finita indignatione: nam [40] ad præfinitũ tẽpus finis erit. Aries quẽ vidiſti habẽtem cornua duo, [figurat] reges Medorũ & Perſarum: [41] Hirſutus autẽ hircus, regẽ Græcorũ: & cornu grãde inter oculos eius [42] eſt [figura] primi regis. Quo fracto, ſteterũt quatuor loco ipſius, [quo portenditur] quatuor regna ea de gẽte oritura, ſed non pari virtute cũ illo. Sub finẽ autẽ regni [43] eorum, [44] quũ magna erit hominũ ſceleratorum copia, ſtabit rex [45] impudens & aſtutus. [46] Iſque viribus pollebit, nec tamen ẽ ſua virtute, & miris modis vaſtabit, ac [47] proſpero ſucceſſu rem geret, & [48] infeſtabit robuſtos ac [49] populũ ſanctorũ. [50] Et pro ſua calliditate feliciter p dolos negotia ſua expediet: in animo etiam ſuo [51] magna ſibi ſumet, [52] copiáque rerum inſtructus vaſtabit multos: ad hæc reſiſtet [53] ſummo principi, & abſque manibus [54] cõteretur. Cæterum [55] dicta viſio veſpere ac mane veritas eſt, túque [56] claudito viſum, quia p longum tempus [eueniet.] Ego Daniel quidem [57] cõfectus ſum, & diebus aliquot ægrotaui: vbi vero conualui, procuraui regia negotia, & [58] cogitabundus in hac viſione hæſi, quam nemo intellexit.

CAP. IX.

ANno primo Darij filij Ahaſueros de genere Medorum, qui regno Chaldæorum præpoſitus fuit: Anno inquam primo eius regni ego Daniel [1] intellexi in [2] libris numerum annorũ, vt

¶ 14 ab eo. ſub. Antiocho. ¶ 15 Pe. ẽne ſiue iuge ſacrificium intelligit oẽs ceremonias & ſacrificia quæ fiebãt mane & veſperi. Adeò afflixit Iudæos, vt coacti fuerit intermittere ſacrificia. ¶ 16. i. templũ quod pollutum fuit imagine Iouis Olympici. ¶ 17 propter ſacrificium iuge ob iniquitatẽ, .i. Propter iniquitates quas admiſerant Iſraelitæ in iuge ſacrificium, venerunt in poteſtatem Antiochi. ¶ 18 [viros] veritatis. i. pios. aut illos quib9 data erat lex à Deo, quæ eſt vera. Vel, legẽ veritatis .i. veram. ¶ 19 Heb. & magna fecit, proſperatúſq; eſt. ¶ 20. i. angelũ. ¶ 21 alter ¶ 22 vl, alteri neſcio cui ¶ 23 iugis ſacrificij [ablati,] & transgreſſio erit deleta, vt ponat [ſub. illa transgreſſio] & tẽplum & exercitum in conculcationem? i. quãto tempore intermittetur hoc ſacrificium iuge? quando iniquitas, propter quam tollitur ſacrificium, & templum, exercitúſque Dei conculcatur, delebitur? vel ſic expone poſtremam particulam, Quandiu dabit cornu illud exercitum & templum in conculcationem? ¶ 24 Heb. Vſque ad veſperã & mane bis mille trecentos, & expiabitur ſanctuarium. Veſperam & mane vocat dies naturales qui nocte & die conſtant. Bis mille trecenti anni efficiũt annos ſex, mẽſes quatuor, & dies x x. Iudas Machabæus templũ repurgauit. ¶ 25 vl, intelligentiã. ¶ 26 Heb. quaſi imago viri. ¶ 27 vl, in medio Eulæi ¶ 28 q poſt tempus finis viſio hæc. ſub. implebitur. i. tẽpore tandẽ finiendo, hoc eſt poſt longũ tẽpus. nam Daniel in ſequẽtibus interpretatur. ¶ 39 Heb. in fine iræ. ſub. Dei. i. quũ Deus continuerit diu iram ſuam. ¶ 40 poſt tẽpus finis. ſub. accidet. i. tempore tandem finiendo hæc accidẽt. ¶ 41 Hircus, hircus inquã. Duæ dictiones ſunt apud Danielẽ idem ſignificãtes: quarũ prior, Chaldæa eſt, ſequẽs eſt Hebræa, quæ Chaldæã præcedentem interpretatur. ¶ 42 ſignificat primũ regem. ¶ 43 ſub. Macedonũ, vel Græcorum. ¶ 44 quando conſumet [ſub. Deus] præuaricatores. vl, perdere volet. ¶ 45 Heb. fortis facie & intelligens ænigmata. Fortis facie eſt qui non erubeſcit, & quẽ non pudet. Intelligens autem ænigmata, eſt aſtutus & cautus. ¶ 46 Heb. Et fortitudo eius inualeſcet, at nõ &c. q.d. Magnas vires acquiret diuino permiſſu. ¶ 47 proſperabitur, & faciet. ſub. quę volet, pro ſuo arbitrio. ¶ 48 deſtruet. vincet ¶ 49. i. Iudæos. ¶ 50 Heb. Per induſtriã ſuã proſperari faciet fraudem in manu ſua. i. Solertia ſua decipiet alios quos volet perdere. ¶ 51 Heb. magnificabit ſeſe, ¶ 52 in pacéque perdet multos. i. aggredietur eos nihil tale ſuſpicantes, vtpote in otio degentes. ¶ 53. i. Deo. ¶ 54 vl, frangetur. i. morbo vitam finiet, non vi allata. ¶ 55. i. viſio illa in qua fiebat mentio de veſpera & tempore matutino: hoc eſt numerus ille dierum qui definitus eſt ab angelo in viſione. ¶ 56 tege illam viſionem .q.d. potes hoc tempore tegere illam viſionem, quia nemo intelliget plene: tandiu durabit afflictio populi. eueniet enim poſt longa tempora. ¶ 57 fracto animo fui, ¶ 58 admiratus ſum ob eam viſionem. quia ſcilicet plene eam non intelligebam.

IX ¶ 1 vl, conſyderaui attente ¶ 2 ſub. ſacris. Cum Daniel legeret Ieremiam, deuenit ad locum in quo Deus pollicebatur reditum Iudæis: veritus autem ne eam promiſſionem retardarent peccata populi, conuertit ſe ad orationem.

[3]verbum diuinū prophetæ Ieremiæ patefecerit
ſeptuaginta eſſe annos implendos, quibus dura-
ret vaſtitudo Ieruſalē.' Et verti[4]me '[5]ad Dominū
Deum, [6]vt ſupplicatione & precibus vterer cum
abſtinentia'& ſacco & cinere. Supplicās autē Do-
mino Deo meo, &[7]confitens'dixi, Quæſo Domi-
ne Deus magne & formidabilis, qui ſeruas fœd⁹
&[8]beneficentiā erga diligentes[9]te, & obſeruātes
præcepta'tua. Peccauimus, & iniqui fuimus, im-
pie egimus, & deſciuimus[ā te,] deflectendo etiā
à præceptis tuis & iudicijs tuis. Neq; obediuim⁹
ſeruis tuis prophetis, q tuo nomine loquuti ſunt
ad reges noſtros, principes noſtros, & patres no
ſtros, & ad totū populū terræ. Tibi quidē Domi-
ne[tribuēda eſt]iuſtitia. [10]nobis autē pudor' ho-
die quoq;.[nobis inqua]viris Iudæis, & ciuib⁹ Ie-
ruſalē, & oībus Iſraelitis tā propinquis q̄ remo-
tis in omnibus terris, ad quas expuliſti eos [11]ob
defectionē ſuā qua defecim⁹ à te.'O Deus, [12]noſtrū
eſt erubeſcere,'[nēpe]regū noſtrorū, principū no
ſtrorū, & patrū noſtrorū, quoniā in te peccaui-
m⁹. [13]Domini autē Dei noſtri miſericordia eſt &
clemētia,'ſiquidē ab eo deſciuim⁹. Neq; obtēpe-
rauimus voci Domini Dei noſtri, [14]vt trāſgrede-
mus vitā ex ipſius legibus,'quas propoſuerat no
bis p ſuos ſeruos prophetas. Omnis enim Iſrael
trāſgreſſi ſunt legē tuā, [15]etiā deflectēdo, ne obe-
dirēt voci tuæ:'quare deſluxit in nos execratio &
[16]iuramentū ſcriptum' in lege Moſis ſerui Dei,
quandoquidem in eum peccauimus. Itaque'[17]re
exhibuit'quæ loquutus eſt aduerſum nos, & iu-
dices noſtros, qui iudicijs inter nos præfuerunt
ita, vt calamitatem magnā adducerēt nobis, [18]vt
ſub toto cælo actū non ſit quēadmodum actum
eſt in Ieruſalē.'Vt[enim] ſcriptū eſt in lege Mo-
ſis, ita omne iſtud malū euenit nobis: neque Deo
ſupplices fuimus, vt recederemus à noſtris ini-
quitatibus, &[19]perpēderemus ei⁹ veritatē.' Quo-
circa Dominus [20]aduigilauit malo nobis inferē-
do:' iuſtus enim eſt Domin⁹ De⁹ noſter in omni-
bus ſuis operib⁹ quæ egit, cuius voci nō obediui-
mus. Nūc ergo Domine De⁹ noſter, qui eduxiſti
populū tuū de Terra-Ægypti manu valida, [21]&
magnificū nomē adeptus es, quod hodiéque re-
tines:'peccauim⁹[quidē &]impie vixim⁹. Domi-
ne [22]p omni tua iuſtitia' recedat obſecro ira tua
& furor tuus ab vrbe tua Ieruſalē [23]mōte ſancti-
tatis tuæ.'ob peccata enim noſtra, & ob iniquita-
tes patrū noſtrorū Ieruſalem & tuus populus lu
dibrio ſunt omnibus vicinis nobis regionibus.
Nūc igitur Deus noſter, audi ſupplicationē ſerui
tui & preces eius, [24] ita vt erga ſanctuariū tuum
vaſtatū ſerenū vultū oſtēdas propter Dominū.'
Adhibe mi Deus aurē tuā vt audias, & aperi ocu-
los tuos vt videas noſtras[25]ſolitudines, [26]& vrbis
quæ tuum nomen gerit. [27]non enim in precibus

ſermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt cō-
pleretur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta an-
ni. Et poſui faciem meam ad Dominum Deum
meū rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & ci-
nere. Et oraui Dominum Deum meum, & con-
feſſus ſum, & dixi, Obſecro Domine Deus magne — 2. Eſdr. 1. b. Vera cōfeſſio
& terribilis, & cuſtodiens pactum & miſericor-
diam diligentibus te & cuſtodientibus mandata
tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, imple — Baruch 1. c.
egimus, & receſſimus: & declinauimus à manda-
tis tuis ac iudicijs. Non obediuimus ſeruis tuis — B
prophetis qui locuti ſunt in nomine tuo regib⁹
noſtris, principibus noſtris, patribus noſtris, o-
mnique populo terræ. Tibi Domine iuſtitia: no-
bis autem cōfuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iu-
da, & habitatoribus Ieruſalē & omni Iſrael, his
qui prope ſunt, & his q procul in vniuerſis terris
ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum,
in quibus peccauerunt in te. Domine, nobis cō-
fuſio faciei, regib⁹ noſtris, principib⁹ noſtris, &
patribus noſtris qui peccauerunt. Tibi autē Do-
mino Deo noſtro miſericordia & ꝓpitiatio, quia
receſſimus à te, & non audiuimus vocem Domi-
ni Dei noſtri vt ambularemus in lege eius quam
poſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas. Et om- — C
nis Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & de-
clinauerunt ne audirent vocem tuam: & ſtilla-
uit ſuper nos maledictio & deteſtatio quæ ſcri- — Deut. 27. c.
pta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia peccauimus
ei. Et ſtatuit ſermones ſuos quos locutus eſt ſu-
per nos & ſuper principes noſtros qui iudicaue
runt nos, vt ſuperinduceret in nos magnū ma-
lum quale nunquam fuit ſub omni cælo, ſecun-
dum quod factum eſt in Ieruſalem. Sicut ſcri-
ptum eſt in lege Moyſi, omne malum hoc venit
ſuper nos: & nō rogauimus faciē tuam Domine
Deus noſter, vt reuerteremus ab iniquitatib⁹ no
ſtris, & cogitaremus veritatem tuā. Et vigilauit — D
Dominus ſuper malitiam, & adduxit eam ſuper
nos: iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus o-
peribus ſuis quæ fecit: non enim audiuimus vo-
cem eius. Et nūc Domine Deus noſter qui edu- — Baruch 2. c.
xiſti populū tuum de Terra-Ægypti in manu — Exod. 14. c.
forti, & feciſti tibi nomē ſecundū diem hāc. pec-
cauimus, iniquitatē fecim⁹. Domine in omnē iu-
ſtitiā tuā auertatur obſecro ira tua, & furor tuus
à ciuitate tua Ieruſalem, & à monte ſancto tuo.
propter peccata enim noſtra, & iniquitates pa-
trū noſtrorū, Ieruſalem & populus tuus in op-
probriū ſunt omnibus per circuitū noſtrū. Nūc
ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & — E
preces eius: & oſtende faciē tuā ſuper ſanctuariū
tuū quod deſertū eſt propter temetipſum. Incli-
na Deus me⁹ aurē tuā, & audi: aperi oculos tuos,
& vide deſolationē noſtram, & ciuitatem ſuper
quam inuocatum eſt nomen tuum. neque enim

¶3 de quo fuit factū verbum Domini ad Ieremiā prophetā illū, q impleturus eſſet deſolationib⁹ ipſam Ieruſalem ſeptuagita annos. Hinc vides ꝓphetas aliorū ſcripta euoluere. Locus autē Ieremiæ, cap. 29. ſic habet, Poſteaquā impleti fuerit ſeptuaginta anni in Babylone. Id eſt, quū LXX anni regni Babylonici fuerint expleti. quod ita cōtigit. Nā Deus pollicitus erat regnū Nabuchodonoſor filio ei⁹ & nepoti, q regnarunt LXX annos. Ergo deſolatio Ieruſalē eſt æqualis regno Babylonis. nā Nabuchodonoſor anno primo regni ſui vicit Ioacim: quod tēpus, eſt initiū deſolationis Ieruſalē.

¶4 faciē meā ¶5 .i. verſus Ieruſalē vbi adorabat Domin⁹. ¶6 Heb. vt quærerē orationē & deprecationē ieiunio &c. i. vt cōpararem me ad orādū ieiunando, & ſaccū induēdo, & aſpergendo caput cinere. Aſperſione cineris oſtendebāt ſe viles eſſe homines. Ieiunium ante orationem. ¶7 ſub. peccata populi & mea. Aſſumit perſonam populi peccatoris. ¶8 vl. miſericordiam ¶9 Hebraice ſunt pronomina tertiæ perſonæ, pro ſecundæ. ¶10 .i. nos vero debemus erubeſcere propter ſcelera noſtra. ¶11 ob præuaricationem qua præuaricati ſumus in te. ¶12 Heb. nobis pudor faciei, ¶13 Domino Deo noſtro miſericordiæ & propitiationes ſiue remiſſiones peccatorum, ſub. tribui debent. nam ab eo defecimus: & tamen miſeretur noſtri, & parcit nobis. ¶14 Heb. ad ambulandū in legibus eius, ¶15 & receſſerunt[à præceptis tuis.] ita vt morem non geſſerint monitis tuis: ¶16 deteſtatio ſcripta &c. Deut. 27. ¶17 Heb. ſtatuit verba ſua ¶18 vl. non enim factum eſt malum ſub toto cælo quale accidit in Ieruſalē. Aut, nō enim euenit afflictio &c. ¶19 vl. intelligeremus veritatē tuā. i. promiſſiones tuas veriſſimas. ¶20 Heb. feſtinauit ſuper malum, & adduxit illud ſuper nos. i. feſtinauit adducere hoc malū ſuper nos. ¶21 Heb. & feciſti tibi nomen quale eſt hodie quoque. i. ex qua eductione famā magnam tibi cōparaſti qualis eſt & hodie. ¶22 ſecundum omnes tuas iuſtitias, Conciſa eſt hæc ſententia, quæ ſic impletur, Domine vt iuſte punis ſcelera, q ſis iuſtus: ſic etiam auerte irā tuā à nobis ſecundū multitudinem miſericordiarū tuarū. Vt iuſtus es, ſis etiā clemēs. Reliquit alteram partem cōparationis quam ſuprà poſuerat. ¶23 .i. monte tibi dicato. ¶24 Heb. & illuſtra faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum deſolatum propter Dominū. i. propter te. Illuſtrare faciē, eſt vultu benigno & hilari intueri. nam quos odimus, obſcuro & infeſto vultu intuemur. ¶25 vl. deſolationes, ¶26 & vrbem ſuper quam inuocatū eſt nomen tuum. i. quæ appellatur vrbs tua. vrbs Domini. ¶27 nō enim ob iuſtitias noſtras nos proſternimus preces noſtras coram te, ſed propter miſericordias tuas quæ multæ ſunt. Proſternere preces dixit, quia proni oramus.

In iuſtificationib⁹ noſtris proſternim⁹ preces ante faciem tuam,ſed in miſerationibus tuis multis.Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac,ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuū inuocatū eſt ſuper ciuitatem & ſuper populum tuum.

Exauditur Danielis oratio. F

¶Cúmque adhuc loqueter,& orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Iſrael,ᵉvtᵉ proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei,pro mōte ſancto Dei mei, Adhuc me loquente in oratione ᶠmeaᶠ ecce vir Gabriel ⌈quem videra in viſione à principio, cito volans tetigit me in tēpore ſacrificij veſpertini.Et docuit me. & locutus eſt mihi, dixitque, Daniel,nūc egreſſus ſum vt docerem te,& intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo:ego autē veni vt indicarem tibi, quia vir deſyderiorū es tu ᵍautēᵍ animaduerte ſermonē, & intellige viſionem.⁷Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populū tuū & ſuper vrbē ſanctā tui,vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas,& adducatur iuſtitia ſempiterna , & impleatur viſio & ʰprophetia:ʰ & vngatur Sanctus ſanctorū. Scito ergo & animaduerte:ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem ,vſque ad CHRISTVM ducem , hebdomades ſeptem & ⌈hebdomades ſexagintaduæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexagintaduas occidetᴄ CHRISTVS:& non erit eius populus qui eum negaturus eſt . Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo : & finis eius vaſtitas,& poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmauit autem pactū multis hebdomada vna:

*Margin:* ᵉ& · Gabriel. ⁱ.i.e. · Viſionē LXX hebdomadū ediſſerit ei angelus. · ᵍergo · Matth.24.b. · Ioh.1.g. · ʰprophetes: · CHRISTI vnctio. G · Reædificatio Ieruſalē ſub Nehemia. · CHRISTI mors.

noſtris quas effundimus corā te , allegamus noſtram iuſtitiā, ſed tuam profuſiſſimā miſericordiam.' Domine audito, Domine ¹⁸clemens eſto,' Domine ¹⁹attendito,'²⁰fer opēm,' &²¹nō differas' propter te mi Deus:quoniā ²²vrbs tua & populus tuus appellantur tuo nomine.'¶Adhuc autē me loquente, & ſupplicante, & confitente peccatum meum & peccatum mei populi Iſrael, & fundēte meas preces ante Dominū Deū meū pro mōte ſancto Dei mei:Me inquā adhuc deprecante, vir ille Gabriel,quem in viſo ab initio cōſpexi ²³celerrime volantem,'ad me peruenit circa tempus veſpertinæ oblationis.Et docuit,& mecū loquutus eſt,dicēs,Daniel²⁴iam'[quidē]²⁵extui,' vt²⁶cōferā tibi notitiā.'[Cæterū]ab initio ſtatim ²⁷preces tuæ ratæ fuerunt,'& ego nunciatū veni,quoniam²⁸rerum expetendarum cupidus es, ³⁹vtque in verbo cognoſcas,& intelliges in viſione.' Septuaginta hebdomades⁴⁰præfinitæ ſunt populo tuo & vrbi tuæ'ad⁴¹cōſummādum ſcelus, & perficiendum peccata, & expiādum iniquitatem,& ad ⁴²iuſtitiam ſempiternam'adducēdum,&⁴³obſignandum viſionem'& prophetas,& vngendum ⁴⁴ſupremam ſanctitatē.⁴⁵Scias autē & intelligas à progreſſu verbi ⁴⁶vt rurſum ædificent' Ieruſalem,ad Meſſiam⁴⁷principē, [fore]⁴⁸ſeptē hebdomadas & ſexagintaduas hebdomadas:iterum enim ędificabitur⁴⁹platea,'&⁵⁰murorū ambit⁹,'& ⁵¹lōgo tēpore ſubacta.'Poſt hebdomadas vero⁵²ſexagintaduas⁵³excindetur,'Meſſias,⁵³vt nihil ei:' vrbē autē &⁵⁴tēplū'deſtruet⁵⁵aduenięns populus principalis,' eiúſque finis[erit] ⁵⁶ per diluuium,' & ad finem belli⁵⁷conſummata vaſtitudo.'Porrò ⁵⁸hebdomas vna cōfirmabit fœdus erga multos,'

¶18 placare.cōdona peccata, ¶19 ſub. precibus meis. ¶20 Heb. fac. ſub. qđ opto. ¶21 ſub. quia illumines vultū tuū ſuper vrbē tuā. ¶22 Heb. nomen tuū inuocatū eſt ſup vrbē tuā & ſup populū tuū .i. quia Ieruſalē dicit vrbs Dei, & nos populus Dei.i.vrbs tua & popul⁹ tuus. ¶23 vl. volantē volatu.i.aduolātem. Alij legunt, volantē cum laſſitudine. ¶24 modo ¶25 ſub. à conſpectu Dei. ¶26 doceam te myſteria. vel, abſcondita. ¶27 precū tuarū,extuit verbū ſub.à Deo.i. præcep.t mihi Deus vt indicarē tibi quæ ſequūtur. ¶28 Heb.[vir]deſyderiorum es.i.Deo gratus. ¶39 Heb. ergo intellige ſermonem,& intellige viſionē.i.Intellige quæ à me audies in hac viſione. ¶40 vl.cōſtitutæ ſunt ſuper populum tuū & ſuper vrbem ſanctitatis tuę.i.in qua colitur Deus tuus.vl, quam credis ſanctam. ¶41 q.d.Deus nō ſolum liberat it populū ab exilio ꝓ quo oras,ſed & ab oib⁹peccatis & poteſtatib⁹tenebrarū miſſo Chriſto. ¶42.i.Chriſtū q eſt iuſtitia noſtra. ¶43 vl. ſigillandū viſionē.ſub.de Chriſto.Res q̄ nō ſunt vſui,ſolem⁹ recludere & obſignare.q.d. nō erit vltra op⁹ prophetia de aduētu Chriſti.veniet enī.nā vſque ad Iohannē lex & prophetæ durauerunt. ¶44.Heb.ſanctum ſanctorū.vl.ſanctitatē ſanctitatum.i.Chriſtū qui eſt ſanctiſſimus,& alios ſanctificat. ¶45 Vult docere principium hebdomadarū: nā finis certus eſt,nēpe mors Chriſti.Quartus annus Sedeciæ, qui eſt duodecimus Nabuchodonoſoris, fuit initiū hebdomadarū.etſi prophetia pertinebat ad annū primum Nabuchodonoſoris. nam inde incipit deſolatio Ieruſalem. Qui hebdomadas iſtas numerant,procedūt per tēpora regum, hoc modo,Imperiū Babylonicū viguit LXX annis.Nabuchodonoſor enī īperauit XLV annis.Euilmerodac vero fili⁹ ei⁹,XXIII.& Balſaſar fili⁹ Euilmerodac,tribus annis.Vltimus tamen annus Balſaſar imperfectus,in quo mortuus eſt,nō habetur pro perfecto in ſupputatiōe LXX annorū imperij Babylonici.Nā tres illi numeri ſuperiores integri cōſtituūt annos LXXI. Dari⁹ Medus q ſucceſſit Balſaſar,duob⁹ annis īperauit,& Cyrus nepos eius quatuor. Cū anno XII Nabuchodonoſoris,qui erat quartus Sedeciæ,ꝓphetæ Ieremiæ reuelata ſit prophetia de reditu Iuda & inſtauratiōe tēpli atq; vrbis,neceſſe eſt ab eo tēpore inchoare numerū LXX hebdomadarū. huius enī tēporis rationē habet Gabriel,quū dicit Daniel, Ab exitu verbi.ſub.Ieremiæ.verbi inquā de inſtaurāda Ieruſalē vſq; ad Chriſtū illū primariū,hebdomades ſeptē & LXII erūt.Itaq; ex XLV annis īperij Nabuchodonoſoris,tātū XXXIIII accipiēdi ſunt.quib⁹ ſi addātur XXIII anni Euilmerodac,tres Balſaſar, duo Darij Medi q Balſaſar ſucceſſit, & quatuor Cyri Iudæorū aſſertoris,efficietur ſūma LXVI annorū.His annis ſi adijciātur anni inſtauratiōis & duratiōis ſecūdi tēpli, q cōſtituūt numerū CCCCLXVI annorū,naſcetꝛ ſūma DXXXII annorū.Fluxerūt ergo à reuelatione ꝓphetiæ Ieremiæ vſq; ad deſtructionē factā per Titū,DXXXII anni.qb⁹ ſi detrahātꝛ XLII anni,q fuerūt à Chriſto i crucē acto ad excidiū Ieroſolymitanū à Tito patratū.ſupererūt tātū CCCCXC anni.quā ſūmā cōſtituūt LXX hebdomades annorū.Ergo hebdomades reuelatæ Danieli,habuerūt finē i morte Chriſti.In īſtaurādo tēplo abierūt quadragita& ſex anni qđ vulgare erat tēporib⁹Chriſti,vt videm⁹ Iohā.2,Quadraginta & ſex annis ædificatū eſt tēplū hoc.Permāſit autē CCCCXX.q duo numeri efficiūt CCCCLXVI annos. ¶46 Heb.ad reducēdū & ædificādū.Et paulo poſt,reuertetꝛ,& ædificabitꝛ.In qb⁹locutionib⁹verbū Reuertēdi, ꝓ aduerbio rurſus,iterū,denuo &c.ponitur.Alij autē ſic vertūt,Ab egreſſu verbi reducēdo,& īſtaurādo.i. ab eo die quo Dominus locutus eſt Ieremiæ de reducēdo populo è Babylone in patriā,& inſtaurāda Ieruſalem.Vide cap.29 Ieremiæ.Legi poteſt,Ab egreſſu verbi de inſtaurāda & extruēda Ieruſalē. ¶47 vl,præcipuū.i.excellētiſſimū vnctū,quo nemo ſanctior fuit. ¶48 Tātū numerat LXIX hebdomadas.nā in vltima,id eſt LXX, prædicauit Chriſt⁹ & edidit miracula. ¶49.i.Ieruſalē. nā lata erat vt dicit Nehemias.Verti poteſt,inſtaurabitꝛ enī & ædificabitur [ſub. Ieruſalē cū]platea. ¶50 foſſa.ſub.circū muros. ¶51 in anguſtia tēporū.i.breui.vl,nō ſine anguſtijs. ¶52 quæ ſcilicet ſeptē hebdomadas ſequebātur,i.hebdomada LXX. nā ſeptem illas hebdomadas omiſiſſe videtur breuitatis cauſa. ¶53 vl,tolletur de medio ¶53 neq; erit[ſub.q opē feratl ei: ¶54 Heb.ſanctitatē.i.tēplū ſacrū.De vltione mortis Chriſti loqtur,quæ facta fuit anno ab ei⁹ morte XLII. ¶55 popul⁹[ſub.exercitus, genit.caſus]pricipis ventuti.ſub in Ieruſalē.Perditio tēpli tribuitur exercitui:qa Tit⁹ volebat ſeruare tēplū. ¶56 vl, cū inundatione.i.ſupremo prælio.q.d. vi &toto conatu iuadet vrbē,& eā capiet.Cōparat vim & impetū belli diluuio.Per finē itelligit vltimā impreſſionē. ¶57 deſtruetur deſolatiōib⁹.ſiue ſeditionib⁹ & cædibus.q.d. toto tamē obſidionis tēpore vires eius erūt labefactatæ ꝓpter ciuilia bella.nā Iohānes & Simon duces ſeditionis,quāplurimos in vrbe cōfecerūt. ¶58 cōfirmabit legē quāplurimis hebdomada vna.i.vltima.Chriſtus antequam tollatur de medio,dabit legem Euāgelium, id eſt fœdus nouum:quam confirmabit prædicatione & ſignis.Vel,confirmabit per ſe & Iohannem præconem.Lex dicitur fœdus.

¶59 in dimidio hebdomadæ [ſub. vltimæ] ceſſare faciet. ſub. per ſui ſacrificiũ. ¶60 propterque alam abominationũ deſtruetur. Hoc eſt propter Iudæorũ magnas abominatiões, quas erant admiſſuri crucifigẽdo Chriſtũ. Alam ſiue extẽſionẽ abominationũ, vocat lõgã ſeriẽ abominationũ, ſiue multiplices abominatiões. ¶61 donec conſumptio & qđ certa deſcendat ſuper attonitũ. vel, ſtupentem populum propter deſolationem vrbis & tẽpli. Subaudiẽdũ verbũ præcedẽs, deſtruet inquam, donec &c. Aut cõiunctio ET, vacat.

X

¶1 tempúſque magnum. ſub. erit illi. Verum eſt verbum, ſed longo poſt tẽpore implẽdũ. Quidã Hebræorum vertũt, & exercit[us] [angelorum] magn[us]. ſub. apparuit illi. ¶2 & intellexit ipſũ verbũ. & intelligẽtia illi in ea viſione. i. intellexit quid vellet ea viſio.

&[59] dimidium hebdomadis abrogabit victimã & oblationem, [60] eritque vaſtator ſuper abominationũ ala, & defluet ſup vaſtitatẽ [61] vſque ad deſinẽtẽ & conſummatum [mundum.]

CAP. X.

ANno tertio Cyri Perſarum regis Danieli, cui nomen Beltſazar, patefactum eſt verbum, & veritas [ineſt] verbo [1] ac magna vis: [2] ipſi etiam cognoſcere in verbo, & in viſione intelligere. [3] Eo tempore [4] me luctui dabã ego Daniel [5] hebdomadas dierum tres. [6] Cibũ ſuauem non comedi, neque caro aut vinũ os meum ingreſſa ſunt, neque vnguento me vnxi, quoad tres hebdomades dierum exactæ ſunt. Die vero viceſimoquarto mẽſis [7] primi erã in ripa fluminis magni, puta Tigris. Quũmque ſuſpexiſſem, ecce vir quidam indutus linea veſte, cuius femora cincta fuerunt [8] obrizo auro. Cuius corpus velut [9] hyacinthus, & cuius facies fulguri ſimilis erat, & oculi eius vt lãpades igneæ, & brachia eius cũ [10] ijs quę pedes attinẽt, velut ſplẽdor politi chalybis, & vox verborũ eius vt vox multitudinis. Ceterum ego Daniel ſolus vidi [12] hanc viſionẽ, & viri qui mecũ fuerũt, non viderunt hanc viſionẽ, ſed ingens terror eos inuaſit, ita vt fugerẽt ad loca in quibus abſconderentur. Ego autẽ ſolus relictus ſum, & vidi hanc [13] magnã viſionem, neque reliqua facta eſt in me virtus, [14] & meæ formæ bonitas verſa eſt in deformitatẽ, nec viriũ aliquid retinui. Et audiui vocẽ verborũ eius: cũq; audiuiſſem vocẽ verborũ eius, velut graui ſomno deiect[us] ſum in faciẽ meã, [vt attingeret] terrã mea facies. Ecce autẽ manus cõtigit me, & [15] mouit me ſuper genua mea & palmas manuũ mearũ. Et dixit ad me, Daniel [16] rerũ expetibilium cupide, cognoſcito verba quæ tibi [17] loquor, & [18] cõſiſte in tua ſtatione: [19] iam enim ad te miſſus ſum. Quũque verbũ hoc ad me dixiſſet, [20] cõſtiti pauidus. Et dixit ad me, Daniel ne timeas: quia à primo die quo [21] appuliſti animũ tuũ vt intelligeres, teq; met affligeres corã Deo tuo, exaudita ſunt verba tua, & tuorũ [22] verborũ cauſa veni. [23] Princeps autẽ regni Perſici reſtitit mihi vno & viginti diebus, & ecce Michael [24] vn[us] de primarijs principibus mihi ſuppetias venit, ibique relictus ſum apud [25] reges Perſarũ. Adueni autẽ vt oſtẽdã tibi quid euẽturũ ſit populo tuo poſteris tẽporib[us]: [26] nã viſum [extẽditur] per multa tempora. Quũque mecũ loqueretur eiuſmodi verba, cõuerſa facie mea in terrã, obmutui. Et ecce [27] quũ labia mea tetigiſſet more hominũ, aperui os meũ, & loquut[us] ſum, ac dixi ad eũ qui ſtabat ex aduerſo mihi, Domine per hãc apparitionẽ in me cõuerſi ſunt [28] cardines mei, nec vires retinui. Et quomodo poſſet [29] ſeru[us] hui[us] domini mei

& in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Matth. 24. b.

CAP. X.

ANno tertio regni Cyri regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli cognomẽto Baltaſſar, & verbũ verũ, & fortitudo magna: intellexitque ſermonem: intelligentia enim eſt opus in viſione. In diebus illis ego Daniel lugebam triũ hebdomadarũ diebus, panem deſyderabilem nõ comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem viceſima & quarta mẽſis primi eram iuxta fluuium magnum, qui eſt Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: Et corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. Vidi autem ego B Daniel ſolus viſionem: porrò viri qui erant mecum non viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum. Ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & nõ remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquã virium. Et audiui vocem ſermonum eius: & audiens iacebam cõſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. Et dixit ad me, Daniel vir deſyderiorum intellige verba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cũmque dixiſſet mihi ſermonẽ iſtũ, ſteti tremens. Et ait ad me, Noli metuere Daniel: C quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendũ, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarũ reſtitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meũ, & ego remanſi ibi iuxta regẽ Perſarũ. Veni autẽ vt docerem te quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus: quoniã adhuc viſio in dies. Cũmque loqueretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultũ meũ ad terrã, & tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meũ locutus ſum, & dixi ad eũ qui ſtabat contra me, Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt cõpages meæ, & nihil in me remanſit virium. Et quomodo poterit ſeruus domini mei D

Appáret Danieli vir lineis veſtibus indutus.

Quare ad eũ miſſus ſit declarat.

Michael.

¶3 nẽpe tertio anno Cyri. ¶4 ſub. propter peccata populi. ¶5 Hoc dicit quia ſint & annorũ hebdomades. ¶6 Heb. Panẽ deſyderiorũ. i. deſyderabilẽ & delicatũ, ex adorea factũ, panẽ cãdidũ, & regiũ. opponitur atro pani. nã cãdidus gratior nobis eſt atro. vnde vocatur deſyderiorũ. i. deſyderabilis. ¶7. i. Martij. ¶8. i. auro. ¶9 vl, chryſolithus. Quidã accipiũt vocẽ Hebræã pro mari. q. d. cęruleis aquis, hoc eſt colori cæleſti erat ſimilis cutis eius. talis eſt coloris chryſolith[us], habet tamẽ ſparſas maculas. Hic color cæleſtis ſignificat imortalitatẽ, & incorruptibilitatẽ. ¶10 pedib[us]. Brachia ſignificãt fortitudinẽ in operãdo: pedes velocitatẽ. His deſcribit proprietatẽ angelorũ. Oculi perſpicacitatẽ. Vox fortitudinẽ angelicã ad docendũ & reuelandũ. ¶11. q. d. erat voce quaſi ſtẽtorea. ¶12. i. angelũ qui mihi apparuit ĩ ea viſione. ¶13 vl, excellentẽ ¶14 Heb. & decor meus verſus eſt in corruptionẽ, ¶15 me reptare fecit. Significat ſe quadrupedẽ iuiſſe. ¶16 Heb. vir deſyderiorum. i. vir Deo grate. ¶17 vl, locuturus ſum tibi, ¶18. i. ſta erectus vt antea ſtabas. ¶19 nam nũc ¶20 erexi me ¶21 Heb. dediſti cor tuũ ad intelligendũ. ¶22 ſub. exauditorum à Deo. ¶23 Occurrit obiectioni. q. d. Si oratio mea fuit exaudita, quomodo illico non aduenisti? Fui, inquit, præpeditus, quia reſtiti angelo præſidi Perſarum qui offerebat merita Perſarũ Deo diuerſa. Singulæ regiones habent præſides angelos, & noſtrum ſinguli, vt eſt in Euangelio, Angeli eorum ſemper vident faciem Patris qui in cælis eſt. ¶24. i. vnus archãgelorum. Nulla eſt pugna inter angelos, ſed exprimit has res more noſtro Scriptura. ¶25. i. angelos qui præſunt Perſidi. ¶26 Heb. adhuc eſt viſio in dies illos. i. quia adhuc ſuperſunt viſiones de his quæ euentura ſunt illis nouiſſimis diebus. nõdum finitæ ſunt viſiones. ¶27 tanquã imago filiorum hominũ tetigit labia mea, & aperui &c. i. angelus in forma humana tetigit &c. ¶28 dolores mei ſuper me. i. doloribus perfuſus ſum. Videtur eſſe metaphora a vaſe aquam continente: quo ſuberſo aqua perfundimur. ¶29 Daniel vocat ſe ſeruum, & angelum dominum, modeſtię cauſa. Nam in Apocalypſi inquit angelus Iohanni, Surge, conſeruus enim tuus ſum.

loqui cum domino meo? nihil [a]enim in me remanſit viriũ, ſed & halitus meus intercluditur. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me, & dixit, Noli timere vir deſyderiorũ, pax tibi: cõfortare, & eſto robuſtus. Cúmque loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere domine mi: quia confortaſti me. Et ait, Nunquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduerſum principem Perſarum. cum [b]enim egrederer, apparuit princeps Græcorũ veniens. Veruntamen annũciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.

¶[b] ergo

## CAP. XI.

Vaticiniũ de regibus Perſarum.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam vt confortaretur & roboraretur. Et nunc veritatẽ annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide. & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes: & cũ inualuerit diuitijs ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ.

De regno Græciæ.

¶Surget verò rex fortis, & dominabit potestate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt. lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his.

De regno Ægypti, & fœdere eius, & bello cum regno Syriæ.

¶Et cõfortabitur rex Auſtri, & de principibus eius: præualebit ſuper eum, & dominabitur ditione. multa enim dominatio eius. Et poſt finem annorum fœderabuntur: filiáque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachii, nec ſtabit ſemẽ eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius, & qui confortabant eam in temporibus. Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & deos eorũ, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa [c]auri & argenti, captiua ducet in Ægyptum: ipſe præualebit aduerſus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Auſtri, & reuertetur ad terrã ſuam. Filij autẽ eius prouocabũtur, & congregabũt multitudinẽ

B

¶[c] argenti & auri,

loqui cum[10] hoc domino meo? [11]nam me virtus modo deſtituit. neque in me reliquus eſt factus ſpiritus vitalis. Itaque rurſum me contingens [12]hominum more confirmauit me. Dixit autem, Ne timeas vir [13]qui magno ac iuſto deſyderio teneris, [14]pax tibi. omni prorſ[us] metu depoſito ſis bono animo. Dúmque mecum loqueretur, recepi me, & dixi, Loquatur dominus meus, quia cõfirmaſti me. Dixit igitur, [15]Sciſne quam ob cauſam venerim ad te? nunc quidem reuertar pugnatum aduerſus [16]principem Perſarum, [17]ſed & princeps Græciæ aduenit me egrediente. [18]Tametſi quod veriſſimum eſt, indicabo tibi, neminem in his rebus [19]mecum ſtrenue agere præter Michaelem principem veſtrum.

## CAP. XI.

EQuidem [1]ab anno primo Darij [2]Perſæ perſto, vt [3]eum iuuem, atque ſubſidio ſim. Nunc ergo referam tibi veritatẽ. Ecce [4]Perſæ adhuc tres habebunt reges, & [5]quartus [6]ingenti copia diuitiarum omnes ſuperabit, fretúſque diuitiis concitabit omnes cum regno Græciæ. ¶[7]Stabit autẽ rex fortis, & obtinebit maximum imperium, agétque pro ſuo arbitrio. Quúmque [8]ſteterit, eius regnum cõteretur, ac diuidetur ad quatuor [9]mũdi cardines: nõ tamẽ erit ei[us] regnũ ipſius poſteritati, [10]nec ea potentia qua ipſe imperitauit: nam [11]ad alios etiam præter hos regnum diſtrahetur. ¶[12]Antecellet autem potẽtia rex Auſtri, [13]etiam vnus principum eius, quem [alius] ſuperabit, & dominabitur, ita vt dominatus eius valde amplus ſit. Et poſt aliquot annos fœdere iungentur, [14]filiáque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis, vt [15]ſanciat pacem, verùm [16]minimũ efficere poterit, [17]neque ſubſiſtet ipſius etiã brachium, & [18]tradetur ipſa, & [19]deducentes eam & parens eius, & qui retinuerat eam eodem tempore. [20]Succedet autem in regnũ [21]quidam de germine radicum eius, qui veniens [22]cum exercitu ingredietur munitiones regis Aquilonis, & [23]in eis res gerẽs præclaras obtinebit. Captiuos etiã ducet in Ægyptum deos eorum cum principibus eorum, vaſiſque [24]chariſſimis argenti & auri, & ipſe [25]perſtabit aliquot annos, [26]eũ nõ infeſtabit rex Aquilonis. [27]Qui regnum regis Auſtri ingrediens reuertetur ad ſuam terram. Sed filij [28]eius irritati colligent multitudinem ingentium

¶10. i. tali ac tãto. ¶11 Heb. & ego ex hoc tẽpore nõ ſtetit in me virtus, & anima nõ remãſit in me. q.d. Actũ eſt de me, vidi angelum. vt, quomodo poterot illico enim deficient me vires: nã iã vix reſpirare poſſum ex ſolo contuitu.

¶12 Hebr. quaſi ſpecies hominis. i. angelus in ſpecie humana. ¶13 He. deſyderiorum. i. Deo amabilis. ¶14 vt, incolumitas eſt tibi. q.d. non morieris, nihil detrimenti tibi accidet.

¶15 q.d. Nõ plane noſti.

¶16. i. angelum qui præeſt Perſidi. ¶17. i. cúmque abſoluero cum eo certamẽ, erit mihi poſtea cũ angelo Græciæ certandum: quia Alexãder tráſtulit imperiũ ad Græcos.

¶18 Heb. Tamẽ indicabo tibi id quod exaratum eſt in ſcriptura veritatis. Scripturam veritatis vocat prouidentiam diuinam: librum in quo ſunt decreta diuina, qui nonniſi certa & vera continet. Tametſi, inquit, negotium mihi eſt alibi, priuſq̃ diſcedam, indicabo &c. ¶19 Hebr. qui corroboret ſe mecum. i. nemo eſt qui collatis mecum viribus iuuet me in iſtis pugnis.

XI. ¶1 Hic verſus pertinet ad præcedentia, Vt iuuit me, ita eum Michaelem iuui in transferendo imperio à Chaldæis ad Medos. quia mitius habuit ſub Medis Iudaicus populus. ¶2 Medi. Hic obtinuit primus imperium Babylonicum. ¶3 ſub. Michaelem. ¶4 Heb. adhuc [ſub. præter Cyrum] tres reges ſtabunt in Perſide, ¶5. i. Xerxes. ¶6 Heb. ditabitur opib[us] magnis præ omnibus: & in fortitudine ſua propter diuitias ſuas. i. cum erit in ſummo gradu potentiæ, omnibus viribus inuadet regnũ Græcorum. ¶7 vt, Suſcitabitur. De Alexandro Magno loquitur: ſignificat eum fore monarcham, & neminem fore qui ei reſiſtat. ¶8 ſub. in fortitudine ſua. ¶9 Heb. cæli ventos. i. quatuor partes primarias mundi, à quibus venti fluũt primarij. ¶10 Hebr. neque ſecũdum dominium eius quo dominatus eſt. i. qui Alexandro ſuccedent, non imperabunt tam late, neque eo modo. nam & ab illis auferentur regna accepta. q.d. tãdem iſtud imperium omnino delebitur. ¶11 Heb. euelletur eius monarchia, & alijs præter hos. ſub. diſtribuetur eius imperium. ¶12 Heb. Euadet autem fortis. Incipit declarare bella geſta inter reges Syriæ & Ægypti: q[uia] Terra ſancta ſita ſit inter eas duas prouincias: & Iudæi modo ab his, modo ab illis opprimebantur. Auſtrum vocat Ægyptum. ¶13 & quidam ex principibus illius [ſub. Alexandri, nempe Antiochus] ſuperabit eũ. ſub. regem Ægypti. Rex, inquit, Aquilonis Antiochus, qui erit ex principibus eius Alexandri, euadet fortior Ptolemæo Philadelphi, potiétúrque magno imperio. ¶14 nẽpe Berenice, quæ tũc nupſit Antiocho Theo, quum videret Ptolemæus ſe inferiorem ipſo Antiocho. ¶15 Hebr. faciat rectitudines. pro pace ſcilicet componenda. Vox Hebræa MESARIM, ſignificat pacem æquis conditionibus compoſitam. ¶16 Heb. non retinebit virtutẽ brachii. ſub. diu. Brachium ſignificat gratiam & authoritatem. i. quæ non erit diu in authoritate. quum redierit in gratiã cum Seleuco Laodice vxor eius prior. ¶17 neque ſtabit ipſe & eius brachium. i. filia eius. q.d. neque ipſe rex Ægypti diu viuet, neque eius filia. nam veneno tollentur de vita Antiocho occiſo à Laodice coniuge priore. ¶18 ſub. morti. ¶19 qui adduxerint eam [ſub. in Syriam] & genitor eius, & qui confortauerit eam in illis temporibus. i. vir eius qui eam ſeruabat innoxiam, Antiochus. ¶20 Heb. Surget ¶21. i. frater eius Ptolemæus Euergetes. ¶22 vt, contra exercitum. ſub. regis Aquilonis. ¶23 Heb. faciet de illis. [ſub. pro voluntate ſua] & inualeſcet. i. euadet victor. Hoc eſt, interficiet Seleucum Callinicum cum matre. ¶24 Heb. deſyderii. i. pretioſis. ¶25 ſub. in pace. ¶26 Heb. à rege Aquilonis. ſub. tutus. ¶27 Et veniet [ſub. cum ſpolijs] in regnum [ſuum] rex Auſtri, reuertetúrque in patriam ſuam. ¶28 nempe Seleuci Callinici, id eſt Antiochus Magnus & Seleucus Ceraunius.

¶27 veniēdóq; veniet[sub. rex Aquilonis in Ægyptum,] & inundabit, & transibit. i. faciet excursionē in Ægyptum.
¶30 vsque ad munitionē ei⁹. i. regis Austri vrbem munitissimam.
¶31 Antiocho scilicet Magno. ¶32 sub. Antiochi. ¶33 sub. regis Austri.
¶34 præualebit. sub. omnino. nā rex Antioch⁹ euadet.
¶35 Heb. in fine temporum, id est annorum. Hoc est, post aliquot annos.
¶36 filij nebulonum. i. & tū nebulones quidam. ¶37 sub. contra legem Dei. ¶38. i. dicētes se adimpleturos visionem Esaiæ, quę vastationē Ægypti prędicit, cap. 19. ¶39. i. templū destruetur & vrbs.
¶40 quas scilicet Ptolemæus ceperat.
¶41 i. duces fortissimi.
¶42 Heb. populus electionum eius. ¶43 sub. regi Austri.
¶44 sub. Antiochus Magnus.
¶45 sub. tanquā victor.

exercituū.[27] vnúsq; magno apparatu veniens inū dabit, & pgredietur [vltra fines regni.] sed reuertetur, & irritabitur [30] aduersus munitiones eius.' Prouocabitur etiā rex Austri, & suscepta expeditione, prælliabitur cū[31] eo,' nēpe cum rege Aquilonis, qui producet in aciē ingentē multitudinē, & tradetur[32] multitudo hæc in manū istius. Vnde [33] multitudo' extolletur, eiúsque cor insolescet, & sternet[aliquot]myriades: verū nō[34] victoria solida erit.' Reuertetur enim rex Aquilonis, & pducet in aciē multitudinē maiorē q̄ prius, &[35] exacto tēpore aliquot annorū,' cū ingenti exercitu, veniet & magnis opibus. ¶Eo autē tēpore multi oppugnabūt regem Austri. &[36] violenti homines' ē tuo populo[37] extollētur.[38] vt impleant vaticiniū,' &[39] corruent.' Cæterū Aquilonis rex veniēs aggerē extruet, capiétq;[40] vrbes munitas,' &[41] brachia' Austri nō cōsistent, neque[42] delecti milites,' nullæq; prorsum vires erūt[43] ad resistendū.' Eum enim[44] aggressus' pro re geret ex animi sententia, ita vt nullus ei obsistat:[45] stabit' etiam in terra[46] eximia,[47] quæ cedet ei.[48] Huc etiā spectabit, qui toto regno ei⁹ potiatur, & pacē cōfirmabit ei data pulcherrima fœmina, vt pdat eā:[49] quæ res nō succedet, neq; habebit[regnū.]' Itaq; vertet se ad insulas, & multas capiet, &[50] princeps[51] cōpescet eius pbra,[52] retorquēs in eū sine omni suo dedecore.' Quare se conuertet ad munitiones suæ terræ, & impingēs cadet, nec inuenietur.[53] Illi succedet in regno, qui[54] circūmittet exigentē[tribut.]magnificentiā regni, & intra paucos dies[55] non aperta pugna,' neque in bello conteretur. Succedet autē in regno[56] cōtēptus,' & cui nō habebūt honorē regiū, veniet tamē cū[57] opibus,' & regnū obtinebit blāditiis.[58] Brachiáq; inūdationis' obruetur ab eo, & cōterētur, etiā ipse[59] princeps fœderis.' Vbi vero cum illo[60] fœdus' inierit,[61] dolo aget malo,' &[62] ascēdens' præualebit cū paruo populo.[63] Perueniétq; ad opes & vbera loca regionis,' & efficiet quod efficere nō potuerūt patres eius & maiores ei⁹: prædas, & spolia, & diuitias[64] sparget inter eos:[65] machinabitur etiā technas, vt tēpore idoneo munitissima loca inuadat.' Etenim vires suas intēdet ac animū cōtra regē Austri magnis cū copiis, puocabitúrq; rex Austri ad bellū gerēdū cū magno & in primis valido exercitu: nō tamē resistet, quia[66] prodēt eū.' Et quia[67] domestici[68] cōterēt eū, istius exercitus inūdabit,' & cadent multi vulnerati. Cæterū[69] vtriusq; regis animus [intentus erit] admalum inferendum, & in vna mensa loquentur falsum: nō tamen[70] succedet,' quia[71] negotium in aliud tempus extendetur.' Reuertetur igitur ad terram suam magnis cum diuitijs, & animum suū[vertet][72] contra fœdus sanctum,' rēque confecta reuertetur ad suā terram.

exercituū plurimorū: & veniet properās & inūdans: & reuertetur & cōcitabitur, & congredietur cum robore eius. Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa millia: sed non præualebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & pręparabit multitudinem multo maiorem quam prius: & in fine temporū annorúmque veniet properans cum exercitu magno & opibus nimiis. ¶Et in tēporib⁹ illis multi consurgent aduersus regē Austri: filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerē, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt. & cōsurgent electi eius ad resistēdū, & nō erit fortitudo. Et faciet veniēs sup eū iuxta placitū suū, & non erit qui stet contra faciē eius: & stabit in terra inclyta, & cōsumetur in manu ei⁹. Et ponet faciē suā vt veniat ad tenēdū vniuersum regnū eius, & recta faciet cū eo: & filiā fœminarū dabit ei, vt euertat illud: & nō stabit, nec illius erit. Et cōuertet faciē suā ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principē opprobrij sui, & opprobriū eius conuertetur in eū. Et cōuertet faciē suā ad imperium terræ suæ, & impinget, & corruet, & nō inuenietur. Et stabit in loco ei⁹ vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus cōteretur, non in furore nec in prælio. Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo. Et abundātes & uberes vrbes ingredietur: & faciet quæ nō fecerūt patres eius, & patres patrū eius: rapinas & prædā & diuitias eorū dissipabit, & contrà firmissimas cogitatiōes inibit: & hoc, vsque ad tēpus. Et cōcitabitur fortitudo ei⁹ & cor ei⁹ aduersum regē Austri in exercitu magno: & rex Austri puocabitur ad bellū multis auxilijs & fortibus nimis: & nō stabūt, quia inibūt aduersus eū cōsilia. Et comedētes panē cū eo, cōterent illum, exercitúsq; eius opprimetur: & cadēt interfecti plurimi. Duorū quoq; regū cor erit vt malefaciāt, & ad mēsam vnā mendaciū loquētur, & nō pficiēt quia adhuc finis in aliud tēpus. Et reuertetur in terrā suā cū opibus multis: & cor eius aduersum testamentū sāctū, & faciet, & reuertetur in terrā

C
De Iudæis ad regem Ægypti confugientibus, quos rex Syrię Antiochus persequitur, nobis Antichristum præfigurans. Esa. 19. e.

D

E

victor. ¶46 Heb. desyderij. i. amœna. hoc est in Terra sancta. ¶47 Heb. & deficiet in manu eius. vel vt quidam Hebræorum vertūt, & cōsumptio in manu eius. i. affliget admodū Terram sancti. i, quæ media erat inter Syriā & Ægyptum. ¶48 Heb. Ponet etiā faciē suā vt veniat[sub. in Ægyptū]cū robore totius regni sui, & recti aliquot erunt cū eo, faciet: filiámque fœminarum dabit ei vt perdat eā. i. vt spoliet eā regno cum viro suo. Filiam fœminarum vocat formosissimā Cleopatram filiam Antiochi quā ipse Antiochus dedit in vxorē Ptolemęo Epiphani. Faciet, inquit, i. re vera veniet. Rectos vocat Iudæos colētes Deū. ¶49 at nō stabit, neque p eo erit. i. illa nō stabit à partib⁹ patris sui, neque illi fauebit. Cleopatra eni fouebat partes viri, nō patris affectātis regnū Ægypti. ¶50. i. Scipio Africanus coget eū desistere incœpto. ¶51 cessare faciet eius opprobriū. quo scilicet afficiebat Pop. Rom. inuadēs socias insulas. ¶52[sine]dedec⁹ illius, pterquā quod ignominiā eius reuerti faciet in[caput]eius. ¶53. i. Seleucus Philopator fili⁹ Antiochi sufficiet in locū patris, qui hoc præclari geret, q̄ tributa è regno suo tollet. ¶54 auferet exactorē gloria regni. Per appositionem dictum. Exactores tributorum auferet. q. d. à bello alienus erit, cuius neruus est pecunia. ¶55 Heb. nō in ira, ¶56 vl, despectus. siue ignobilis quidā, qui postea dictus est Antioch⁹ Epiphanes, qui regnū inuasit fraudato nepote suo ex fratre Seleuco. ¶57 fraude, ¶58. i. magni exercit⁹, duces Ægypti. ¶59. i. rex Ægypti qui volebat ferire fœdus. ¶60 amicitiam ¶61. i. dolis conabitur auertere regnū. ¶62. sub. in Ægyptum, dicens se velle administrare regnū nepotis nomine tutorio. ¶63 In otio & cōtra pingues regionis veniet. Pingues vocat ditiores. q. d. Tēpore pacis inuadet optimā Ægypti partē, vt pda ditet militē. ¶64 distribuet illis. i. suis militibus. ¶65 Heb. & cōtra munitiones cogitabit cogitationib⁹ suis vsq; ad tēpus. i. breui se inuasurū loca munita statuet: reputans se milites ea pda paratiores habiturū. ¶66 Heb. cogitabūt cōtra eū cogitationes. ¶67 He. comedētes bucellā escæ ei⁹. i. aulici ei⁹, Gallice, Qui auoyēt bouche a court. ¶68 vl, frāgēt eū & exercitū eius, inundabit. sub. Antioch⁹. i. obruet & vincet. ¶69. i. studebit alter alteri iponere. ¶70 sub. cōsilium eorū. ¶71 adhuc finis tempori. i. necdū venit tempus. quo alter alteri nocebit. ¶72. i. contra viros fœderis sancti, hoc est Iudæos, qui viuunt secundum legem quæ est fœdus Dei & populi Israel.

ſuam. Statuto tempore reuertetur, & veniet ad
Auſtrum: & non erit priori ſimile nouiſſimum.
Et venient ſuper eum trieres, & Romani, & per-
cutietur, & reuertetur, & indignabitur cōtra te-
ſtamentum ſanctuarij, & faciet: reuertetúrque, &
cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſta
mentum ſanctuarij. Et brachia ex eo ſtabunt, &
pollueut ſanctuarium fortitudinis, & auferent
iuge ſacrificium: & dabunt abominationem in
deſolationem. Et impij in teſtamentum ſimula-
5 bunt fraudulenter: populus autem ſciens Deum
ſuum, obtinebit & faciet. Et docti in populo do-
cebunt plurimos: & ruēt in gladio & in flamma
& in captiuitate & in rapina dierum. Cúmque
corruerint, ſubleuabuntur auxilio paruulo: & ap
plicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eru-
ditis ruent, vt conflentur: & eligantur & dealbē-
tur vſque ad tempus præfinitum: quia adhuc a-
liud tempus erit. Et faciet iuxta voluntatem ſuā
rex, & eleuabitur & magnificabitur aduerſus o-
mnem deum: & aduerſus Deum deorum loque-
tur magnifica, & dirigetur, donec compleatur
iracundia: perpetrata quippe eſt definitio. Et Deū
patrum ſuorum non reputabit: & erit in concu
piſcentijs fœminarum, nec quenquam deorum
curabit: quia aduerſum vniuerſa conſurget. deū
autem Maozim in loco ſuo venerabitur: & deū
quem ignorauerunt patres eius colet auro, & ar
6 gento, & lapide pretioſo, rebúſque pretioſis. Et
faciet vt muniat Maozim cum deo alieno quem
non cognouit, & multiplicabit gloriam, & da-
bit eis poteſtatem in multis, & terrā diuidet gra
tuito. Et in tēpore præfinito præliabitur aduer-
ſus eum rex Auſtri: & quaſi tempeſtas veniet cō-
tra illum rex Aquilonis in curribus & in equiti
bus & in claſſe magna: & ingredietur terras, &
conteret & pertranſiet. Et introibit in terrā glo-
rioſam, & multi corruent: hæ autem ſolæ ſalua-
būtur de manu eius, Edom, & Moab, & principes
filiorum Ammon. Et mittet manum ſuā in ter-
ras: & Terra-Ægypti non effugiet. Et dominabi
tur theſaurorum auri, & argenti, & in omnibus
pretioſis Ægypti: per Libyam quoque, & Æthio
piam tranſibit. Et fama turbabit eum ab Orien-
te & ab Aquilone: & veniet in multitudine ma-
gna vt cōterat & interficiat plurimos. Et figet ta
bernaculū ſuū Apadno inter duo maria, ſup mō
tē inclytū & ſanctū: & veniet vſq; ad ſummitatē
eius, & nemo auxiliabit ei.

CAP. XII.

IN tēpore autē illo cōſurget Michael princeps
magnus, qui ſtat pro filijs populi tui: & veniet

Antiochi ela tio.

¶ principiū

Prophetat mortuorū reſurrectionē.

[71]Ad tempus autem præfinitum iterū ingredietur Auſtralem terram, [74] non tamen poſtrema [profectio] primæ reſpondebit. Venient enim cōtra illum naues Cypriæ, & [75]conſternabitur: ac reuertens indignabitur [76]ſancto fœderi, ſéq; cōfecta diſcedet. [77]ac cogitabit de ſācti fœderis deſertoribus. Porrò de illo brachia [78]exiſtent, quæ prophanabunt ſanctuarium [79] & munitionem, & tollent perenne ſacrum, dabúntque abominationem [80]vaſtatoris. Et [81]impie deſerentes fœdus inducet, vt ſubdole agant per hypocriſim: populus autem cognoſcentium Deum ſuum [82]conſtanter aget. [83]Doctores etenim populi erudient multos, & corruent per gladium & flāmam, per exilium & direptionem longo tempore. Quum vero [illi] [84]corruent, [85]iuuabuntur auxilijs paruis, & illis adiungentur multi [86]per ſimulatā amicitiam. Ex doctis quidem corruēt aliqui [87]gratia conflandi, [88]& purgandi, & dealbandi vſque ad tempus vltimum, quia tempus aliud præfinitum eſt. Rex autem aget pro ſua libidine, ſéque efferet, atque amplificabit præ omnibus dijs, & cōtra Deum ſupremum loquetur [89]mirifica quædam, vtetúrque proſpera fortuna, donec cōſumetur [90] indignatio, [91] quum ad extremum peruenerit impietas. Non [92]curabit etiam deos patrum ſuorum, [93]nec mulierum cōcupiſcentiam: non denique vllum deū curabit: omnibus enim ſe præferet. Colet autem in ſua ditione deū [94]Mayzim, & deum quem patres ipſius non nouerūt, honorabit auro & argento, & gemmis, [95]aliiſque rebus pretioſis. [96] Et vertet in munimenta [dei] Mayzim cum alieno deo: quem [97] qui agnouerit, eum honoribus augebit, & [98]dominum multorum faciet, & terram pretio diſtribuet. [99] Ad extremum [100] rex Auſtri cum eo congredietur, Aquilonis etiam rex ceu turbo in eum inuehetur curribus & equitibus, & multis nauibus, ingredietúrque [101]regiones, & inundabit, ac [102] prætergredietur. Inuadet etiam terram [103]præſtantiſſimam, & multi corruent. hi autem euadent eum, Idumæi, & Moabitæ, & [104]principium filiorum Ammon. Inijciet quoque manus regionibus [aliquot], & terra Ægypti nequaquam euadet. Sed dominabitur theſauris auri & argenti, & omnibus [105]rebus pretioſis Ægyptiorum: Libyes denique & Æthiopes erunt in eius [106]profectionibus. Turbabit autem eum fama ab Ortu & Septentrione, ita vt egrediatur magno furore ad vaſtandum & occidendum plurimos. Et plantabit tabernacula ſui palatij [107] inter maria [108] ad eximiæ ſanctitatis montem: [109]quūmque attigerit finem ſuum, nemo ei auxiliabitur.

CAP. XII.

ILlo tempore Michael princeps magnus rerum potietur, qui [1]ſtat à filijs tui populi, eritq; tēpus

¶71. i. Poſt aliquot annos. ¶74 Heb. nō tamen erit ſicut prior & ſicut poſterior. i. aduētus ei⁹ poſterior non erit ſimilis priori. nā receſſit re infecta. miſit enim Populus Ro. legatum qui iuberet eū omittere Ægyptū, & redire in ſuū regnū. ¶75 vſ, dolore afficiet. propter mādata ſcilicet populi Ro. ¶76. i. Iudæis. Inuadet Iudæā quaſi iratus. ¶77. i. quū afflixerit pios Iudæos, animaduertet in tranſfugas Iudæorū. ¶78 vſ, ſtabunt, . i. milites robuſtos collocabit pro præſidio in Ieruſalem. ¶79 fortitudinis. i. in quo De⁹ fortis colitur. ¶80. i. q̄ reddet homines ſtupētes & attonitos. ¶81 improb antes fœdus, peccare faciet ſermonibus blandis. i. Multos trahet ad idololatriam relicta lege Dei. Peccare faciet eos q impie agūt cōtra legem Dei. ¶82 fortificabit, [ſub. cor ſuū.] & faciet. . i. viriliter aget.

hoc eſt, ad vltimum religionem retinebūt. ¶83 Et intelligentes in populo. i. Doctiores. ¶84 ſub. in illa perſecutione. ¶85 tempore ſcilicet Machabæorū. ¶86 vſ, falſis ſermonibus. ¶87 ad purgādū per illos. i. vt repurgēt mentes vulgi per ignem examinandas: quas cōfirmabunt ſuo exemplo. q. d. ad repurgandū ſcorijs Iſraelē, hoc eſt falſis opinionibus. Metaphora à metallis. ¶88 & mūdandum, & albandum vſque ad tēpus finis, quia adhuc [finis] temporis. . i. vſque ad tēpus certū & præfinitū: quia tūc finis afflictionis nōdū venerit. Ignorātia, nigrore & tenebris ſignificatur: Sciētia, albore & luce. ¶89 vſ. ſuperba. aut verba miranda, ¶90 ſub. Dei in populū. ¶91 quia definita ordinatio eſt facta. i. ita decreuit Deus. ¶92 Heb. intelliget ſuper deos &c. ¶93 Hæc potiſſimum ad Antichriſtum. Contēnet muliebres delicias, vt hac ratione ſanctitatē verius ſimulet. ¶94. i. viriū, vel fortitudinū. hoc eſt, cuius fortitudini tribuet imperium acceptum. ¶95 Hebr. & concupiſcentijs. ¶96 Et faciet [prædicta] in munitionibus fortitudinum cum &c. i. colet hunc deum nouū in locis munitis. ¶97 agnoſcet. ſub. pro vero Deo. ¶98 dominari faciet illos in multis. i. illos myſtas & ſacerdotes qui coluerint deum ſuum, dominari faciet ſuper fideles, & diſtribuet illis regionem loco pretij. ¶99 Heb. Et in tempore finis. i. Tandem autem. ¶100 Hactenus de vmbra Antichriſti: nūc de ipſo Antichriſto. ¶101 ſub. regis Auſtri. ¶102. i. omnia nullo īpedimēto vaſtabit. vſ trāſibit. i. ſe recipiet depopulatis terris. ¶103 Heb. deſyderij. i. amœnam. hoc eſt Iudæam. ¶104 vſ, primitiæ. i. præcipui. Aut, melior & optima pars Ammonitarum. ¶105 Heb. deſyderijs. i. rebus ingētis pretij. ¶106 greſſibus. i. ſibi ſubijciet, & tāquam victor & dominus libere gradietur in illis locis. ¶107. i. inter mare mortuum & mediterraneū. ¶108 in monte deſyderij ſanctitatis. i. in monte inclyto & ſācto. ¶109 Hoc modo interpretādo, refertur ad Antichriſtū. i. quum morietur Antichriſtus. Alij vertūt, & veniet vſq; ad ſummitatē eius. ſcilicet mōtis Moria. vbi interficiet, omniū auxilio deſtitut⁹.

XII. ¶1 Heb. ſtabit. vſ, cōſurget. vt ſcilicet tueatur electos ab Antichriſto. ¶2. i. fauet ſynagogæ. vſ, præeſt populo tuo. Qui fuit angelus patron⁹ & tutelaris ſynagogæ, nunc eſt tutelaris eccleſiæ, quæ ſignificabatur per ſynagogā.

¶1 tribulationis, qualis

¶4.i.in puluere & sepulchris. Multi q ſunt de numero eorum qui dormiunt in ſepulchris, euigilabũt. Hoc quidã dictum aiũt propter pueros qui carebũt ſenſu. Vel Multi, id eſt quàm plurimi, nam multitudo reſurgentiũ longe excedet numerum viuorum. Alij referunt ad hoc Pauli, Oẽs quidem non reſurgemus, ſed omnes immutabimur. Alij accipiũt Multi, pro Omnes, vt Ioh. 5. Omnes qui in monumentis, q locus videtur eſſe iſtius expoſitio. ¶5 docti. ſub. à lege Dei. ¶6. i. qui do- ẽt fidẽ Chriſti q̃ iuſtificat nos.

[1]difficile, quale non fuit ab origine populorum vſque ad illud tempus: atque illo tempore populus tuus liberabitur, quicunque inuenietur adſcriptus in libro illo. Multique dormientium[2] in terra puluerulenta,[3]reſurgent, hi ad vitam æternam, illi vero ad probra & cõtemptum æternũ. Porrò[5] doctores ſplendebunt vt ſplendor firmamenti: &[6] qui multos ad iuſtitiam adducunt,[7] vt ſtellæ ſempiternis temporibus. Tu quidem Daniel[8] claude verba, & ſigna librum vſque ad tempus vltimum. [9]Oberrabũt multi, &[10] ſciẽtia multiplex erit. ¶ Porrò ego Daniel vidi, & ecce[11] alij duo ſtabant: alter hinc in ripa fluminis, alter illinc in[ſ alterà] ripa fluminis. Dixitq; [ſ alter illorũ] viro linea veſte induto, qui erat [12]ſuper[13] ad aquas fluminis, Quando tandem finis erit[13] horum negotiorum miraculorum? Et audiui virum linea veſte indutũ, qui [13]ſuperius erat ad fluminis aquas, qui ſublatis in cælũ[14] dextera ſua & ſiniſtra manu, iurauit per viuentẽ in æternũ, q̃ hæc omnia euentũ habebunt, [15]poſtquam abſolute diſperſerint manum populi ſancti, vſque ad præfinitum tẽpus ſiue lõgũ ſiue breue. Ego autẽ audiui, ſed non intellexi, & dixi, Domine, quis finis vltimus horũ erit? Et dixit, [17]Abi Daniel, quia clauſi & ſignati ſunt ſermones vſque ad[18] vltimũ temp⁹. Cõplures[ſ interim] purgabuntur, & dealbabuntur, & [19]cõflabũtur, impijque agẽt impie: & nõ intelligent omnes impij,[20] eruditi vero docebunt. Porrò[21] quod ad tẽpus attinet, quo tollendũ eſt perẽne ſacrificiũ, & quo tẽpore vaſtitatẽ reddẽt abominationẽ, dies[erũt] mille[22] ducenti & nonaginta. Beatus ille qui perſeuerabit, & perueniet ad diem[23] milleſimum trecenteſimum triceſimumquintũ. Cæterũ tu Daniel[24] pergito vſq; ad finẽ, & quieſces, & ſtabis in fine tẽporũ ad tuã ſortẽ.

tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: [alij in vitam æternam, *alij in opprobrium vt videant ſemper. Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. ¶ Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabãt: vnus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et *dixi viro qui erat indutus lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, [Vſquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, cum eleuaſſet dexteram & ſiniſtram ſuam in cælum, & iuraſſet per viuentem in æternũ, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit diſperſio man⁹ populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc. Et ego audiui, & nõ intellexi. Et dixi, Domine mi quid erit poſt hæc? Et ait, Vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabũtur multi: & impie agent impij, neque intelligẽt omnes impij, porrò docti intelligent. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationẽ: dies mille, ducẽti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel vade ad præfinitum: & requieſces, & ſtabis in ſorte tua, in finem dierum.

Matth. 24.c. ¶* & Doctorũ claritas. B Prophetiæ huius obſcuritas.

¶* dixi. Apoc. 10.a.

C

D

¶7 vl. tege. Efferas inquit hæc ænigmatice: vt audiẽtes nõ intelligãt. q.d. hæc nõ plane cognoſcẽtur antequã aduenerint. ¶8 præfinitũ. ¶9 [Quo tẽpore] percurrẽt. i. diſcurrent huc illuc quàmplurimi, vt veritatẽ inueniãt. q.d. Sub aduẽtũ Chriſti erũt homines doctiores quàm antea fuerint, & res diligẽtius rimabuntur. ¶10 multiplicabitur cognitio. ſub. fidei & rerum ſacrarum. ¶11 ſub. angeli, Perſidis & Græciæ. ¶12 ſuper aquas fluminis. Tigrim intelligit. ¶13. i. tantæ perſecutionis? ¶13 erat ſuper ¶14 tanquam ſcilicet Deum teſtem inuocans. ¶15 in tempus & tempora & dimidium, & quum compleuerit [ſub. Antichriſtus] diſſipare robur populi ſancti. i. Tribulatio hæc duratura eſt per tres annos cum dimidio, quod ita intelligi debere probatur per id quod in fine ſequitur, Dies mille trecentos. Dimidium ergo non intelligit certum aut præfixum. Poteſt intelligi de tempore certo aut indefinito. ¶16 ſub. quæ dicta ſunt. ¶17 q.d. Nihil dicturus ſum aliud, ne cures. ¶18 vl. præfinitũ. ſub. à Deo. hæc plane nõ intelligẽtur antequã aduenerint. ¶19 repurgabũtur, ¶20 intelligẽtes vero intelligent. Peritiores rerum ſacrarum dabunt operam vt intelligant hoc tempus. ¶21 à tempore quo ablatum fuerit ſacrificium iuge ad ſufficiendam [in locum eius] abominationem ſtupendam. vl. deſolantem. ſub. cultum Dei. Suprà deſcripſit finem: nunc initium huius tribulationis docet: nempe cum verus Dei cultus ablatus fuerit, & introducta noua religio. Iuge ſacrificium, vmbra erat veræ religionis, aut ſacræ euchariſtiæ. Vide Matth. 24. b. Quum videritis abominationem deſolationis, &c. Videtur hic Abominationem deſolationis intelligere cultum contrarium vero cultui Dei veri. ¶22. i. anni tres cũ mẽſib⁹ ſex, & duodecim diebus. ¶23 Addit ſuperiori ſummæ X L V dies, in quibus erit refrigeriũ electis: vt & eſt Matth 24. Statim poſt tribulationem illorum temporum, apparebit ſignũ filij hominis. Ergo poſt afflictionẽ iſtam erit pauxillã requies ſanctis ab illa calamitate. ¶24 vl. perges. q.d. Tu autem interim morieris, neq; hæc videbis. ¶25 in ſorte tua in finem horum dierum. ſub. de quibus dixi tibi, Quieſces in ſinu Abrahæ vſque ad reſurrectionem mortuorum.

Hucuſque Danielem in Hebræo volumine legimus.

Quæ ſequuntur vſque ad finem libri, de Theodotionis editione tranſlata ſunt

## CAP. XIII.

VIr quidam habitabat Babyloni, nomine Ioacim, q̃ vxorẽ duxerat nomine Suſannam filiam Helciæ perq̃ formoſam, Deũmque religioſe colentem, q̃ boni parentes eius ipſam iuxta legem Moſaicam inſtituiſſent. Erat autem Ioacim prædiues, & vicinum domui ſuæ habebat pomarium: ad eũmque itabant Iudæi, q̃ omniũ eſſet honoratiſſimus. Porrò iudices conſtituti [1]illo anno duo ſenes è populo, (de quibus loquutus eſt Dominus, exortam eſſe iniuſtitiam è Babylone à ſenibus, qui populum regere viderentur, iudicibus,) frequẽtabant & ipſi domum Ioacim, vbi omnes litem habentes adibant eos. De more

¶1 Scilicet, quo duxerat vxorẽ Ioacim.

## CAP. XIII.

ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim: & accepit vxorem nomine Suſannã filiã Helciæ, pulchrã nimis, & timẽtẽ Deũ. parẽtes enim illius cũ eſſent iuſti, erudierũt filiã ſuã ſecũdũ legẽ Moyſi. Erat autem Ioacim diues valde, & erat ei pomariũ vicinũ domui ſuæ: & ad ipſũ cõfluebãt Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omniũ. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno: de quibus locutus eſt Dominus, Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbãtur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem popu-

Ioacim ducit vxorẽ Suſannam filiã Helciæ.

*Eam concupiſcunt duo illi ſenes.*

lus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. Et videbãt eam ſenes quotidie ingredientẽ, & deambulantẽ: & exarſerunt in concupiſcentiã eius. & euerterunt ſenſum ſuũ, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælũ, neque recordarentur B iudiciorũ iuſtorũ. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerũt ſibi viciſſim dolorem ſuũ: erubeſcebãt enim indicare ſibi concupiſcentiã ſuã, volẽtes concũbere cum ea. ¶ Et obſeruabant quotidie ſolliciti⁹ videre eã: dixitque alter ad alterũ, Eamus domũ, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe. Cúmque reuertiſſent venerunt in vnum: & ſciſcitantes abinuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiã ſuã: & tunc in communi ſtatuerunt tempus quando eam poſſent inuenire ſolam. Factum eſt ⁰autem,' cũ obſeruarent diem aptũ, ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitque lauari in pomario. æſtus quippe erat: & nõ erat ibi quiſquã, præter duos ſenes abſcõditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum, & ſmegmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt ſicut præceperat: clauſerúntque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt C per poſticum vt afferrent quæ iuſſerat. neſciebántque ſenes intus eſſe abſconditos. Cum autẽ egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt, Ecce, oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcẽtia tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ingemuit Suſãna, & ait, Anguſtiæ ſunt mihi vndique. ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, nõ effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus⁰hominum,' quàm peccare in conſpectu Domini. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. Cũ ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquã dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſãna. D ¶ Et facta eſt dies craſtina. Cúmque veniſſet populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo, Mittite ad Suſannam filiam Helciæ vxorẽ Ioacim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cũ parentibus, & filijs, & vniuerſis cognatis ſuis. porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Flebãt igitur ſui, & omnes qui nouerant eam. Conſurgentes autẽ duo presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cælum. erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarii, & dimiſit à ſe puellas. Venitque ad eã adoleſcẽs qui erat abſcõditus, & concubuit cũ ea. Porrò nos cum eſſemus in angulo pomarij, vidẽtes iniquitatẽ, cu E currimus ad eos, & vidimus eos pariter cõmiſceri. Et illũ quidẽ non quiuimus cõprehẽdere, quia fortior nobis erat, & ⁰aperto oſtio exiliuit. hãc autẽ cũ apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnã eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. huius rei teſtes ſum⁹. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condẽnauerunt eã ad

*¶ ergo,* — *Ab eis inuaditur.* — *Oppreſſa ingemiſcit & exclamat.* — *¶ veſtras,* — *Accuſatur adulterij à ſenibus.* — *Iuſſu eorum adducitur coram populo.* — *Falſum ſenũ teſtimoniũ in Suſannam.* — *¶ apertis oſtijs* — *Morti adiudicatur.*

autẽ populo meridie digreſſo. Suſanna ingreſſa, in viri ſui pomario deambulabat. Hanc duo ſenes illi ingredientem quotidie, & inambulantem conſpicati, cum in eã libidinoſe exarſiſſent, euerterunt mentem ſuam, & oculos ſuos à conſpectu cæli, iuſtéque iudicandi memoria declinauerunt. Cúmque eſſent amore eius ambo vulnerati, neuter tamen alteri dolorem ſuum enuntiabat. Erubeſcebant enim declarare libidinem ſuam, ꝙ concubitum eius appeterent. ¶ Cæterũ cum ſtudioſe darent operam quotidie vt viderẽt eam, alter tandem alteri, Abeamus age domum, inquiunt, quia prandij tempus eſt. Cúmq; egreſſi à ſe inuicem diſceſſiſſent, reuerſi in vnum eũdem locum inciderunt, cauſamque inuicem ſciſcitati, concupiſcentiam ſuam faſſi ſunt. Tũ tempus vnà conſtituerunt, quo poſſent ipſam ſolam deprehendere. Accidit autem vt, dum opportunum diem obſeruarent, illa pro quotidiano more cum duabus tantum puellis pomarium ingrederetur lauandi cupida: æſtus quippe erat, nec ibi quiſquam præter duos ſenes latentes, & eam obſeruantes. Ibi puellis imperauit, Afferte iam mihi oleum & ſmegma, oſtiáque pomarij claudite, vt lauem. Quæ fecerunt vt iuſſæ fuerant, & inuiſque pomarij occluſis, ipſæ¹foribus obliquis' egreſſæ ſunt, allaturæ quæ iuſſæ fuerant, nec ſenes viderũt, eo ꝙ laterent. Egreſſis vero puellis, cõſurrexere ſenes illi: cúmq; accurriſſent ad eã, dixerũt, Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, nec quiſquã videt nos: amore vero tui tenemur: quapropter acquieſce nobis, copiámque tui facias. ſi minus, teſtimonium contra te dicemus, ꝙ iuuenis fuerit apud te, eáque de cauſa puellas abs te amiſeris. Tum ingemuit Suſanna, ac dixit, Anguſtiæ me premũt vndiq; ſi enim fecero hoc, mors mihi præſto eſt: ſin min⁹, man⁹ veſtras nõ effugero. Sed optabilius eſt mihi expertem facti in manus incidiſſe veſtras, ꝗ peccaſſe in conſpectu Domini. Simúlque voce magna exclamauit, cõtráq; duo ſenes & ipſi vociferati ſunt, & cucurrit alter eorum ad fores pomarij, & aperuit. Cum ergo clamorẽ è pomario domeſtici audiuiſſent, ²per obliquam ianuam' irruerunt, viſuri quidnam illi accidiſſet. Poſtquam vero ſenes expoſuerunt rationes ſuas, erubuerunt ſerui vehementer, quia nũquam huiuſmodi fama de Suſanna prodita fuerat. ¶ Porrò cum poſtridie populus ad virum illius Ioacim conueniſſet, acceſſerunt duo ſenes pleni iniqua in Suſannam cogitatione, vt eam morti addicerent, & coram populo, Acceſſite, inquiunt, Suſannam Helciæ filiam, vxorẽ Ioacim. Tum accerſita eſt, & venit illa cum parentibus & liberis, omnibúſque cognatis ſuis: cúmque perꝗ delicata eſſet & formoſa, retegi eam iuſſerunt iniuſti illi, (nã velata erat,) vt pulchritudine ei⁹ ſatiarentur. Deinde cum⁴propinqui eius,' flerẽt, cum ijs qui nouerãt eam omnibus, exurrexerũt in medio populi duo ſenes, capitique eius man⁹ impoſuerunt: ipſa vero flens in cælum ſuſpiciebat, ꝙ Domino fretum haberet animum. Tum ſenes ita locuti ſunt, Deambulantibus nobis in pomario ſolis, hæc cum duab⁹ puellis ingreſſa eſt: cúmque foribus pomarij clauſis puellas à ſe dimiſiſſet, venit ad eam iuuenis qui latuerat, & cũ ea concubuit. Porrò nos cum eſſemus in angulo pomarij, conſpicati ſcelus hoc, accurrimus ad eos: cúmq; vidiſſemus eos concubuiſſe, illũ quidem tenere nequiuimus, ꝙ viribus nos vinceret, itaque apertis foribus exilijt: hanc vero comprehenſam, quiſnam eſſet ille iuuenis interrogabamus: ſed id nobis indicare noluit. hui⁹ rei teſtes ſumus. His cum cœtus ille crediſſet vt ſenibus & iudicibus populi, iique capite damnaſſent eã,

*¶2 vl, per poſticum* — *¶3 vl, per poſticum* — *¶4 οἱ παρ αὐτῆς. al, οἱ παρ αὐτῶν.* — *¶5 ἰδόντες. al, εἰδότες.*

exclamans voce magna Suſanna, Deus, inquit, æterne, cui ſecreta patent, qui priuſquam fiant nouiſti omnia, tu hos falſum teſtimonium contra me dixiſſe ſcis, & ecce morior, cum nihil cõmiſerim eorum quæ iſti mihi malitioſe imputarunt. ¶ Et exaudiuit Deus vocẽ ipſius: cúmq; duceretur ad ſupplicium, excitauit Spiritum ſanctum pueri iunioris, cui nomen erat Danieli: qui cum magna voce exclamaſſet, Equidem inſons ſum ſanguinis huius: omnis populus conuerſus ad eum, Quid ſibi vult, inquit, iſte ſermo quẽ tu locutus es? Tum ille ſtans in medio eorum, Adeóne, inquit, ſtulti eſtis Iſraelitæ, vt citra diſquiſitionem, re nondum liquido conſtante, filiam Iſraeliticam condemnetis? Redite in iudicium: quia iſti falſum in hanc teſtimonium dixerunt. Cum itaque populus vniuerſus propere reuerſus eſſet, dixerunt ei ſenes, Huc ades, aſſide inter nos, & rem nobis expone: quandoquidem Deus tibi ſenile munus commiſit. Et Daniel, Separate, inquit, eos procul inter ſe, vt eos perconter. Vtq; alter ab altero ſegregatus eſt, vocato eorum altero, Inueteratæ longo tempore malitię ſenex, inquit, nunc produnt ſe peccata tua, quæ antehac exercendis iniuſtis commiſiſti iudicijs, cum inſontes condemnares, ſontes autem abſolueres, cum Dominus interdixerit, Inſontem & iuſtum ne interficias. Nunc ergo ſi quidem hanc vidiſti, dic ſub quanam arbore vidiſti congreſſos illos. At ille, Sub lentiſco, inquit. Cui Daniel, Rectè, in tuum ipſius caput mentitus es: ecce enim angelus Dei accepta ab eo ſententia, mediũ te diſſecabit. Tum eo ſemoto, iuſſit adduci alterum, cui dixit, Progenies Chanaan, haudquaquam Iudæ, forma decepit te, & libido animum tuum peruertit. Ita agebatis cum filiabus Iſraeliticis, & illæ metuentes vobiſcum conſueſcebant: ſed nõ item filia Iudæ veſtram iniuſtitiã paſſa eſt. Núc ergo dic mihi, Sub quanam arbore deprehẽdiſti illos vnà rem habentes? At ille, Sub prino, inquit. Cui Daniel, Rectè, in tuum ipſius caput tu quoque mentitus es. manet enim te angelus Dei gladium gerens, quo te diſſecet medium, & diſperdat ambos. Tum magna voce exclamauit vniuerſa concio, & Deum omnes prædicabant, vt eorum qui ſperent in ipſum ſeruatorem: ſimul in duos ſenes, q ex ore ſuo falſi teſtimonij cõuicti eſſent à Daniele, conſurrexerunt, & eos eodem ſupplicio, quod in congenerem malitioſe intenderant, iuxta legem Moſaicam affectos interemerunt, innoxiuſq; ſanguis illo die vindicatus eſt. Helcias autem & vxor eius Deum laudare ſuper filia ſua Suſanna, vna cum Ioacim marito eius, cognatiſque omnibus, q probroſum facinus non eſſet inuentum in ea: & Daniel iam inde ex eo die magnam apud populum adept⁹ eſt authoritatem.

¶ φάσιν,

¶ πρίνος, arbor ilici ſimilis

CAP. XIIII.

CVm rex Aſtyages cõceſſiſſet ad maiores ſuos, Cyrus Perſa regnum eius excepit. Erat autẽ regi familiaris Daniel, & omnium amicorũ ei⁹ honoratiſſimus. Porrò ſimulachrum erat Babylonijs nomine Bel, in quod diebus ſingulis, duodenas artabas ſimilæ, ouéſque quadragenas, & ſenas vini metretas impendebant: rexque colebat illud, & ad adorandum ipſum quotidie ſe cõferebat. Cum vero Daniel adoraret Deum ſuum, interrogauit ipſum rex, Quare Belum non adoras? Cui reſpondit ille, Quia ſimulachra non colo manufacta, ſed Deum viuum creatorem cæli & terræ, qui habet poteſtatem omnium animãtium. Rurſum rex, Annon, inquit, Bel tibi videtur viuus eſſe deus? nonne vides quam multa comedat & bibat quotidie? Tum Daniel ridens, Ne erres rex, inquit. hic lutum eſt intus, & foris æreus,

¶ Artaba, menſura eſt ſextarios LXXII continens.

mortem. Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit, Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiãt, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cum nihil horũ fecerim quæ iſti malitioſè composuerunt aduerſum me. Exaudiuit autẽ Dominus vocem eius. ¶ Cúmque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus Spiritum *pueri iunioris, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna, Mũdus ego ſum à ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eum, dixit, Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorũ, ait, Sic fatui filij Iſrael, nõ iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes, Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & dijudicabo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens & dimittens noxios, dicente Domino, Innocentem & iuſtum non interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait, Sub ſchino. Dixit autem Daniel, Rectè, mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit venire *alium, & dixit ei, Semen Chanáan, & non Iuda, ſpecies decepit te & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: ſic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait, Sub prino. Dixit autẽ ei Daniel, Rectè, mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deũ qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerũt aduerſus duos preſbyteros (cõuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis ſicut male egerant aduerſus *proximam, vt facerent ſecundum legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Helcias autẽ, & vxor eius laudauerũt Deum pro filia ſua Suſanna cũ Ioacim marito eius, & cognatis omnib⁹: quia non eſſet inuenta in ea res turpis. Daniel autẽ fact⁹ eſt magnus in conſpectu populi à die illa, & deinceps.

Oratio eius ad Deum.

Suſcitat Spiritus Danielis qui Suſannã liberat.

¶ * ſanctum

F

Exod. 23. a.

¶ * alterum,

G

Suſannæ calũniatores à Daniele cõuicti, lege talionis plectunt.

¶ * proximũ,

Deut. 19. d.

Et rex Aſtyages appoſit⁹ eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

CAP. XIIII.

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel. & impendebãtur in eo per dies ſingulos, ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viniq; amphoræ ſex. Rex quoque colebat eũ, & ibat per ſingulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum ſuũ. Dixitque ei rex, Quare non adoras Bel? Qui reſpondens ait ei, Quia non colo idola manufacta, ſed viuentem Deum qui creauit cælum & terrã, & habet poteſtatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum, Non videtur tibi eſſe Bel viuens deus? an non vides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens, Ne erres rex. iſte eſt enim

De idolo Bel & cibo eius, quem ſacerdotes vorabant.

Monit⁹ à Daniele Rex, pactū init cum ſacerdotib⁹, eorúmq; dolum deprehēdit.

Intrinſecus luteus, & forinſecus æreus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit ſacerdotes eius, & ait eis, Niſi dixeritis mihi quis eſt qui comedat impenſas has, moriemini. Si autem oſtenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi, Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerūt ſacerdotes Belis, Ecce nos egrediemur foras: & tu rex pone eſcas, & vinū miſce, & claude oſtium, & ſigna annulo tuo: & cum ingreſſus fueris mane, niſi inueneris omnia

q egrediemur

C comeſta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus eſt aduerſum nos. Confidebant autem, quia fecerant ſub menſa abſconditum introitū, & per illum ingrediebantur ſemper, & deuorabant ea. Factum eſt igitur, poſtquā egreſſi ſunt illi, & rex poſuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris ſuis, & attulerūt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egreſſi clauſerūt oſtium: & ſignantes annulo regis abierūt. Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam, & vxores, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex, Saluáne

q Contemnebant

D ne ſūt ſignacula Daniel? Qui reſpōdit, Salua rex. Statimque cum aperuiſſet oſtium, intuitus rex menſam, exclamauit voce magna, Magn⁹ es Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam. Et riſit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intrò, & dixit, Ecce paumentum, animaduerte cuius veſtigia ſint hæc. Et dixit rex, Video veſtigia virorū, & mulierum, & infantium. Et iratus eſt rex. Tūc apprehendit rex ſacerdotes, & vxores & filios eorum: & oſtēderunt ei abſcōdita oſtiola per quæ ingrediebantur, & conſumebant quæ erant ſuper mēſam. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in poteſtatem Danielis: qui ſubuertit eum, & templum eius. ¶ Et erat draco magn⁹ in loco illo, & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere quia iſte non ſit Deus viuens: adora ergo eum. Dixitque Daniel regi,

Detecta eorū fraude, occiduntur cum vxoribus & filijs.

Daniel Bel euertit, & draconē interficit.

E Dominum Deum meū adoro: quia ipſe eſt Deus viuens: iſte autem non eſt Deus viuens. Tu autem rex da mihi poteſtatem, & interficiam draconem abſque gladio & fuſte. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picē, & adipē, & pilos, & coxit pariter: fecitque maſſas, & dedit in os draconis, & dirupt⁹ eſt draco. Et dixit Daniel, Ecce quem colebatis. Quod cū audiſſent Babylonij, indignati ſunt vehementer: & congregati aduerſum regem, dixerunt, Iudæus factus eſt rex: Bel deſtruxit, draconem interfecit, & ſacerdotes occidit. Et dixerunt cum veniſſent ad regem, Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum

F tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer: & neceſſitate cōpulſus tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus ſex. Porrò in lacu erant leones ſeptē, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem. erat autem Habacuc propheta, in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſoribus. Dixitque angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio. ¶ Et apprehendit eum angelus Domini in vertice eius,

Deijcitur in lacū leonū.

Paſcit eum Habacuc.

Ezech. 8. b.

G & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eū in Babylonem ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel ſerue Dei, tolle prandium quod miſit tibi Deus. Et ait Da-

neque vnquam comedit. Iratus ergo rex, ſacerdotibus ſuis accerſitis, ait, Niſi mihi dixeritis quis comedat impenſas has, moriemini: quod ſi planum feceritis Belum iſta comedere, Daniel interibit, q numen Beli obtrectauerit. Et Daniel regi, Fiat vt iubes, inquit. Erāt autem ſacerdotes Beli ſeptuaginta, exceptis vxorib⁹ & liberis. Cúmque rex cum Daniele in ædem Beli veniſſet, iidē ſacerdotes Beli dixerunt, Ecce nos foras egredimur, tu vero rex appone cibos, vinúmque infuſum ſtatue, & clauſam conſigna annulo tuo ianuam: niſique mane reuerſus, comeſa à Belo omnia inueneris, moriamur nos, aut aduerſum nos mentitus Daniel. Porrò illi ſecuri erant, quia clādeſtinum ſub menſa pararant introitū, per quē ingredi ſolebant, & illa conſumere. Egreſſis igitur illis rex Belo cibos appoſuit, attulerúntque ſerui Danielis, vt iuſſi fuerant ab eo, cineres, totúmque templum coram rege conſperſerunt, & egreſſi clauſa ianua, annulóque regis conſignata diſceſſere: ſacerdotes autem de more ſuo ingreſſi noctu, vnà cum vxoribus & liberis ſuis, comederunt omnia, ac ebiberunt. Cum vero rex vnà cū Daniele primo diluculo ſurrexiſſet, Salua ſunt, ô Daniel, ſigilla, inquit. At ille, Sanè ſalua ſunt, ô rex. Vbi vero primum ianuam rex aperuit, menſam intuitus, magna voce, Magn⁹ es, ô Bel, exclamat: nec vllus apud te dolus eſt. At Daniel ridēs, regē ne introiret retinuit, & ait, Intuere pauimētū, & cuius veſtigia ſint hęc, cōſydera. Et dixit rex, Veſtigia virorū video, mulierū & puerorum. Tum rex iratus, ſacerdotes comprehendit cum vxoribus ſuis & liberis: cúmque ei clandeſtinas ianuas, quibus ingreſſi, quæ in menſa poſita fuerant conſumebant, oſtendiſſent: interficiēdos curauit eos, & Belum tradidit in poteſtatem Danielis, qui eum cum tēplo ipſius ſubuertit. ¶ Erat autem eodem in loco ingens draco, quem colebant Babylonij. Et interrogauit rex Danielem, Num & hunc dices eſſe æreum? viuit ecce, edit & bibit. Negare non potes quin viuus ſit iſte Deus, hunc igitur adora. At Daniel, Dominum Deum meū, inquit, adorabo: quoniā is Deus viuus eſt. Tu vero rex da mihi poteſtatem, & draconem hūc abſque gladio aut fuſte interficiam. Do tibi, rex ei reſpondit. Daniel ergo ſumptam picem, ſeuum & pilos vnà coxit: cúmque in maſſas confeciſſet, ori draconis iniecit, qui inde diruptus eſt. Tū ait, En religiones veſtras. Hoc cum audiſſent Babylonij, indignati vehementer, & in regem concitati fremere, Iudæus euaſit rex, Belū aboleuit, draconem interemit, & occidit ſacerdotes. & ad regem congregati, dicere, Dede nobis Danielem, alioqui te cum domo tua interficiemus. Videns itaq; rex vehementer vrgeri ſe, compulſus neceſſitate Danielem eis dedidit. Illi vero coniecerunt eum in foueam leonum, vbi ſex dies egit. Erant autem in fouea ſeptē leones, quib⁹ bina corpora, ouéſque binæ cibo dabantur quotidie: tum vero data non ſunt, vt deuorarent Danielem. Porrò erat in Iudæa Habacuc propheta, qui pultem coxerat, & panem intriuerat in alueolum, eáſq; ibat deferens eam meſſoribus. Huic dixit angelus Domini, Prandium quod habes defer Danieli Babylonem in foueam leonum. Cui reſpondit Habacuc, Babylonem nūquam vidi domine, & foueā vbi ſit ignoro. Tū angel⁹ apprehēdit verticē ei⁹, comáque capitis aſportatum impetu ſpirit⁹ ſui, Babyloni ſuper foueam conſtituit. Ibi cum Habacuc clamore vocaſſet, Daniel, Daniel, accipe prandium quod Deus tibi miſit: Daniel, Etiam memi-

q a vel, adipem

niſti mei Deus, inquit: nec eos qui obſeruant & amant te deſeruiſti: ſimul ſurrexit & comedit. Angelus autem Domini Habacuc confeſtim in locum ſuum reſtituit. Rex vero die ſeptimo venit ad lugendum Danielem: cũque acceſſiſſet ad foueam, & itroſpexiſſet, ecce Daniel ſedebat[ſinter leones.] Tunc exclamãs voce magna rex, Magnus es Domine De[us] Danielis, iquit: nec eſt præter te alius. Extrahendũque curauit illum: & eos qui periculum crearant ipſi, in foueam conijciẽdos, qui protinus coram eo deuorati ſunt.

niel, Recordatus es [*] mei Deus, & non dereliquiſti [*] diligentes te. Surgẽnſque Daniel comedit. Porrò angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introſpexit, & ecce Daniel ſedens [*] in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum [*] de lacu leonum. Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum, & deuorati ſunt in momento coram eo.

¶[*] enim

¶[*] quæ ſ. ter Rex inuenit eum a leonibus intactũ, iubet ẽ lacu educi.

# Liber Oſee prophetæ.

## CAP. I.

¶1 Verbum pro prophetia. Sermo quem Dominus habuit ad Oſeam. Hic verſ[us], eſt proœmium ſiue titulus huius prophetiæ.

¶2 Quotieſcũ[que] inquiunt Hebræi nomen vrbis prophetæ alicuius non ſcribitur in prophetia, intelligitur propheta ille fuiſſe Ieroſolymitanus.

¶3 Siquando pater prophetæ exprimitur, eũ patrẽ etiã fuiſſe prophetam ſcribunt Hebræi.

VErbũ Domini quod factũ eſt ad Hoſeã filiũ Beeri, [4] tẽporibus Vziæ, Iothã, Aha[z &] Ezechiæ regum Iuda, atque temporibus Ieroboam filij Ioas regis Iſraelis. [5] Principio loquutus eſt Dominus per Hoſeam, dixitque Dominus ad Hoſeam, [6] Vade, & [7] duc vxorem fornicariam, & [ſuſcipito ex ea] filios [8] fornicarios: quandoquidẽ terra ipſa valde ſcortata eſt [9] à Domino. ¶ [10] Abijt igitur, & duxit [11] Gomer filiam Diblaim, quæ cõcepit & peperit ei filiũ. Dixitq; Dominus ad eũ, Voca nomen eius Iiſreel: quoniam adhuc [12] breui futurum eſt vt viſitem [13] ſanguines Iiſreelis ſuper domum Iehu, & abolebo regnum domus Iſraelis. Eodem die frangam [14] arcum Iſraelis in valle Iiſreel. Cõcipiẽs illa rurſũ, peperit filiã, & dixit ei, Voca nomẽ ei[us] [15] Lo-ruhama: quoniã vltra nõ miſerebor dom[us] Iſraelis, quin potius in vniuerſum [17] tolli eos. Dom[us] vero Iuda miſerebor, & ſeruabo eos [18] in Domino Deo eorũ: nõ autẽ [19] ſeruabo eos per arcũ, nec per gladiũ, nec per [20] bellũ, nec per equos nec equites. Poſtquã [21] ablactaſſet [ſi liam] Lo-ruhama, rurſum concepit, & peperit filium. [22] Dixitq; Voca nomen eius [23] Lo-ami: quia

VErbum Domini quod factum eſt ad Oſee filiũ Beeri in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regũ Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael. Principium loquendi Domi num in Oſee. & dixit Dominus ad Oſee, Vade, ſume tibi vxorem fornicationum, & [*] fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. ¶Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael. Et in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei, Voca nomen eius Abſque-miſericordia: quia non addã vltrà miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum. Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo: & nõ ſaluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat Abſque-miſericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit [*] ei, Voca nomen eius, Non-populus-meus: quia

Quo tẽpore Oſee prophetauerit.

Oſee, accepta fornicaria, idololatriam B populi ſignificat.

Iehu poſteritatis, & Iſraelitarum exitium prædicitur.

C

Iudæ abiectio.

¶4 Heb. diebus. Quia tempora conſtant diebus: idcirco dies capiuntur pro tẽpore. ¶5 Principium ſermonis Domini per Oſeam, [ſub. eſt hoc quod ſequitur.] dixit enim &c. Vel, Initio [quo] locutus eſt Dominus per Oſeam, dixit ad ipſum Oſeam, Vade &c. Aut, Quando primum locutus eſt Dominus per Oſeam, tunc &c. Inter duodecim minores prophetas primum locum ſibi vendicat Oſeas, qui in hac prophetia inſectatur idololatriam Iſraelitarum & Iudæorum, omnium peccatorum maximum: intermìnatúrque illis captiuitatem: poſtea tamen conſolatur veros Iſraelitas aduentu Chriſti, cuius meminit: & gratiæ quam per eum accepturi erant. In hoc libro cõmendatur iuſtitia & miſericordia Dei. ¶6 Chaldæus paraph. dicit hoc dictum fuiſſe ipſi Oſeæ in viſione prophetica tantum, non reipſa: quem ſequuntur doctiſſimi Hebræorum. ¶7 Heb. accipe tibi ¶8 Heb. fornicationum. i. natos ex illa matre fornicaria, non quod fornicata ſit poſt matrimonium. Prophetæ ſolent carpere populum aliquando verbis, aliquãdo ſymbolis & ſignis: id quod fit initio huius prophetiæ. Propheta, refert Deum: Vxor fornicaria, Synagogam: Filii fornicariæ, eos quos genuit Synagoga. Hoc ergo ſigno & ſymbolo voluit oſtendere Synagogam defeciſſe à ſponſo ſuo Deo per idololatriam. Prophetæ potiſſimum verſantur circa duo: circa terrorem, dum ponunt nobis ob oculos peccata noſtra: & circa conſolationem, propoſito nobis Chriſto. ¶9 Heb. de poſt Dominum. i. deſtitit ſequi & colere Dominum, dereliquit eum, & coluit deos alienos. ¶10 q. d. In oſtenſione illa prophetica viſum eſt ſibi iuiſſe, & accepiſſe &c. ¶11 Dicunt Hebræi, nomina hęc eſſe fictitia. Gomer autem ſignificat conſumptionem: & Diblaim, palatas duas: quibus animi & corporis voluptates intelliguntur, quæ pariunt cõſumptionem & interitum. ¶12 Heb. paruum tempus, & viſitabo. i. quoniam breui viſitabo. q. d breui vindicabo ſanguinẽ fuſum in Iezrahel, & ceſſare faciam &c. Hac re propheta oſtendebat futurum vt decem tribus irẽt in captiuitatem, & deſtrueretur regnũ Iſrael propter idololatriã. ¶13 i. ſanguinẽ in illo loco effuſum. Achab rex ſuaſu Iezabelis vxoris, curauit interficiendum Naboth: cuius ſanguinem vltus eſt Iehu, qui iuſſu Domini occidit filios Achab. 4. Reg. 10. quorum tamen ſanguis imputatus eſt ipſi Iehu & eius nepotibus, quod nõ recto animo occidiſſet, vt mãdatã Domini exequeretur, ſed potius libidine dominandi. Hoc vno inſtrumento arcus, reliqua omnia bellica inſtrumenta intelligit. Meminit autẽ Iezrahelis, quod Samaria & Iezrahel erat ſedes regia regni Iſraelis. Quidã vallẽ Iezrahel, intelligũt Samariam. ¶16. i. Non cõſecuta miſericordiam. aut, Non digna miſericordia. ¶17 ſub. à facie mea. Hic ſignificat regnum Iſraelis nunquam inſtaurandum. nam Iſraelitæ qui abierant in captiuitatem Aſſyriorum, nunquam reuerſi ſunt, aut certe pauciſſimi. ¶18. i. ope mea, non ope humana. Loquitur de ſe in tertia perſona. q. d. Mitius tamen agam cum regno Iuda. Per hoc ſignificat inſtaurationem regni Iuda ſub Cyro. ¶19 Hoc intelligitur de illa liberatione qua liberati ſunt ab obſidione Sennacherib. Hic nõ ſeruatur ordo hiſtoriæ. aut debet verti, poſtquam ſeruauero. ¶20. i. inſtrumenta bellica. ¶21 Vaticinatur hic dura contra regnum decem tribuum: prædicit enim fore vt deſtituantur Iſraelitæ verbo Dei, prophetijs & gratijs. Lac, verbum Dei eſt quo alitur anima, prophetiæ, promiſſionéſque aliæ patribus factæ. ¶22 ſub. Dominus. ¶23. i. Non populus meus. Synagoga peperit tertio loco filium. i. totam illam turbam incredulam a Synagoga deſcendentem tempore Chriſti, quæ ſucceſſit ijs qui erant ex Iuda & Iſraele.

D vos nõ populus me⁹, & ego nõ ero veſter Deus.
Et erit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris
quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur. [Et
erit: in loco vbi dicetur eis, Non populus meus
vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congrega-
buntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent
ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra. quia
magnus dies Iezrahel. CAP. II.

Gentiũ vocatio. rom. 9. e. Vtriuſq; populi coniunctio ad caput vnum, Chriſtum.

DIcite fratribus veſtris, Populus meus: & ſo-
rori veſtræ, Miſericordiam conſecuta. Iudi-
cate matrem veſtram, iudicate: quoniam ipſa nõ
vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicatio
nes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio hu
berum ſuorum: Ne forte expoliem eam nudam,
& ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ:
& ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuã eam
velut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. Et
filiorum illius non miſerebor: quoniam filij for
nicationum ſunt, quia fornicata eſt mater eorũ,
confuſa eſt quæ concepit eos, quia dixit, Vadam
poſt amatores meos, qui dant panes mihi & a-
quas meas, lanam meam & linum meum, oleum
meum & potum meum. Propter hoc ecce ego ſe-
piam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria,
B & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur ama-
tores ſuos, & nõ apprehendet eos: & quæret eos,
& non inueniet: & dicet, Vadam, & reuertar ad
virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc
magis quam nunc. Et hæc neſciuit quia ego de-
di ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentũ
multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.
Idcirco conuertar, & ſumam frumentum meum
in tempore ſuo, & vinum meũ in tempore ſuo,
& liberabo lanam meam & linum meum, quæ
operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo
ſtultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir
non eruet eã de manu mea, & ceſſare faciam o-
mne gaudium eius, ſolennitatem eius, neome-
niam eius, ſabbathum eius, & omnia feſta tem-
pora eius. Et corrumpam vineam eius, & ficum
C eius: de quibus dixit, Mercedes hę meæ ſunt, quas
dederunt mihi amatores mei. & ponam eam in

Cõuerſo populo præcipit vt impiã Synagogã ad pœnitẽtiam vocet.

Fornicatiões eius receſſet, additis minis.

vos[14] non eſtis populus meus,' nec[15] ego ero vobis
[Deus.]' Et erit numerus filiorum[16] Iſrael' inſtar
arenæ maris, quæ nec metiri nec numerari po-
terit. Eritque eo loci vbi[17] dicetur' eis, Non popu
lus me⁹ vos:[18] dicetur' eis, Filij Dei viuentis. Et cõ-
gregabũtur filij[19] Iuda' & filij[20] Iſraelis ſimul:[21] po
nentque ſibi caput vnum,' atque aſcendent[22] de
terra:' quoniam magnus erit dies[23] Iiſreel.' Dicite
fratribus veſtris,[24] Ami:' & ſororibus veſtris,[25] Ru
hama. CAP. II.

E[1] Xpoſtulate cum matre' veſtra, expoſtulate
inquam, quoniam ipſa[2] non eſt vxor mea,
neque ego ſum maritus eius: auferat ſcortatio-
nes ſuas[3] à facie ſua,' & adulteria ſua ab vberi-
bus ſuis, Ne[4] ſpoliãdo nudam eam reddam,' red
dámq; eam vt erat in die quo nata eſt, ponám-
que eam[5] vt ſolitudinem, & faciam eam vt ter-
ram[6] torridam,' interficiámque eam ſiti.[7] Filio-
rum quoque eius non miſerebor: quoniam filij
ſunt ex ſcortatione ſuſcepti. Siquidem mater eo
rum ſcortata eſt, & genitrix eorum[8] pudefacta,'
quia dixit, Ibo,[9] ſequar amatores meos' qui dãt
mihi panem meum, & aquas meas,[10] lanã meã,
& linum meum,' oleum meum & pocula mea.
[11] Idcirco' ecce ego obducam viam[12] tuam' ſpinis,
& ſepiam ſepem,[13] vt ſemitas ſuas nõ inueniat.'
Et anxie inſequetur amatores ſuos, nec tamen
[14] apprehendet' eos:[15] quæret eos, & nõ inueniet.'
Tum dicet, Vadam & reuertar ad maritum meũ
[16] priorẽ:' quia tum melius erat mihi quàm nũc.
Neque ipſa agnouerat q ego dediſſem ei frumẽ
tum, vinum & oleum:[17] quódque ei multum ar-
genti & auri contuliſſem, quæ ipſi Baal fecerũt.'
Ego ergo conuerſus, rurſum accipiam frumen-
tum meum ſuo tempore, & oleum meum in cõ-
ſtituto ſuo tempore, & eripiam lanam meam &
linum meum.[18] quibus operiebat ignominiam
ſuam.[19] Et nunc' retegam[20] turpitudinem' eius
corã oculis[21] amatorum eius.' nec liberabit eam
quiſquam de manu mea. Efficiam vt ceſſet omne
gaudium eius, dies feſti eius, neomeniæ eius, ſab
batha eius, & omnes ſtatæ feriæ eius. Deuaſtabo
quoque vineam eius, & ficum eius, de quibus di-
xit, Merces mea hæc ſunt, quas mihi dederunt amatores mei.[22] reddámque eã[23] in ſyluam.' & de-

¶24 Heb. vos eritis Nõ populus meus. ob incredulitatẽ ſcili. et veſtrã. Per diuerſorũ liberorũ procreationem, intellige diuerſos reip. Synagogæ ſtatus. Filius ſignificat ſtatum in quo viguit & firmũ fuit regnum Iſraeliticum. Filia, quando declinauerat, & infirmum debiléque erat.

¶25 q.d. quemadmodum nõ credetis in me, nec opẽ à me expectabitis: ſic nec illam vobis ferã. ¶26 Hoc intelligitur de Iſraele ſecũdũ fidem. q.d. Hoc quod dixi, intelligi debet de ijs q permãſuri ſunt in incredulitate: nam alioqui numerus &c. q.d. Nõ ſunt autem omnes perituri: imò numer⁹ filiorum eccleſiæ erit maximus. ¶17 dicebatur. ſub. à Domino. vſ. ab omnibus. Hanc particulã intelligit Paulus ad Romanos cap. 9, de vocatione Gentiũ. ¶18 ſub. à Domino. ¶19 ſub. ſecundum carnem, ſed conuerſi ad Chriſtum. ¶20. i. decem tribuum. ¶21. i. recipient Chriſtum in principem & dominum. ¶22 ſub. illa in vniuerſum orbem. q.d. prædicabunt fidem per vniuerſum orbẽ. Ita quidã exponunt. Alij rectius, de terra captiuitatis intelligunt: ac ſi dicat, & tunc liberabuntur à captiuitate & ſeruitute diaboli, aſſerẽtúrque in libertatẽ. Qui enim redibant è captiuitate, dicebantur aſcendere è terra captiuitatis ſuæ. ¶23 Hic Iezrahel ſignificat ſemen Dei, hoc eſt fidelium congregationem. Dies ille, inquit, in quo liberabuntur fideles à diabolica ſeruitute, erit celeberrimus & maximus. ¶24. i. Populus meus. Perinde ac ſi dicat, Tunc erit magna rerũ mutatio: quia qui non erant populus Dei, tunc erunt Dei populus: poterúntque infideles dicere fidelibus, Populus Dei ſumus, quibus miſericordiam impartitus eſt. ¶25. i. Miſericordiam conſecuta. Singulari videtur, quòd alludat ad nomen filiæ Gomer, quæ vnica fuit. II. ¶1 vſ, Increpate matrem &c. Alloquitur fideles credentes in Chriſtũ qui deſcenderunt è Synagoga, vt fuerunt Apoſtoli & alij Iudæi & Iſraelitæ ſecundum carnem. Inuitat Synagogam ad reſipiſcentiam. ¶2. i. deſiuit eſſe mihi vxor, q fidem non ſeruarit mihi, conuertens ſe ad idola: non gerit ſe pro vxore erga me: ob id non debeo illi præſtare quæ fideli vxori maritus præſtare ſolet. ¶3. i. à ſe. Per fornicationes faciei & adulteria vberum, intelligit mundum & ornatum meretricium, capitis, faciei, & pectoris, allicientem ad amorem illarum & fornicationem. His vero omnibus ſignificat fornicationem internam, & ſpiritualem idololatriam. ¶4 Hoc eſt, Ne ſpoliem eam gratijs & beneficijs meis, fauoréque meo. ¶5 Anima idololatriæ dedita nullos profert fructus. éſtque inutilis prorſus, vt deſertum in quo nihil naſcitur. ¶6 Heb. ariditatis. ¶7 Hi filij nõ ſunt ijdem qui alloquuntur matrem initio capitis, ſed ſunt fratres illorum, filij increduli, & qui Chriſtum non receperunt. ¶8 propter idololatriam ſcilicet. ¶9 Comparat deos peregrinos amatoribus, q comparaſſet Synagogam ſcorto. q.d. Adhærebo amatoribus meis, & illos ſequar. ¶10. i. veſtes laneas & lineas. ¶11 quia ſcilicet refertis accepta idolis, quæ mihi debetis tribuere: ideò &c. ¶12 Mutatio perſonę ad quã mox redit. ¶13. i. vt ita nõ poſſit egredi, nec exire quò velit. ¶14 ſiue, aſſequetur. i. non fruetur ope idolorum quæ ſequetur. ¶15 quando ſcilicet videbit ſe deſtitutam omni ope. q.d. quæret & expectabit opẽ ab illis, ſed nõ inueniet. ¶16 Deũ ſcilicet. ¶17 Heb. imò argentum quod multiplicaueram illi, & aurũ fecerunt in Baal. i. inſumpſerunt in conflando & ornando Baal. ¶18 vſ. [quæ dederam] ad tegendam nuditatẽ ſuam. ſiue turpitudinẽ. ¶19 Nunc autẽ. i. breui. ¶20 ſtultitiam. per quam ſcilicet incidit in eã ingratitudinẽ. ¶21 Per amatores, intelligit eos à quibus, ſpreto Deo, expectabat auxiliũ, hoc eſt Ægyptios & Aſſyrios, cum quibus fornicabatur relicto Deo ſponſo & marito. ¶22 ponámque eos. ſub. filios Synagogæ. ¶23 vſ, in ſaltũ. i. faciã vt habitẽt in terra quæ erit inculta & deſolata, vt ſaltus in quo habitant beſtiæ agri quæ omnia deuorãt. nã faciã vt illic beſtiæ eos deuorẽt. Vſ, Quẽadmodũ beſtiæ deuorat oia quæ ſunt in ſaltu: ita hoſtes deuorabũt filios Synagogæ. Beſtiæ ſignificãt hoſtes.

¶34 eos
¶35 i.tempora. hoc eſt peccata quæ admiſit diebus quibus coluit idola. Se quentibus ſeipſum declarat.
¶36 futura apud Hebræos pro præterito imperfecto. incendebat, ibat, &c.
¶37 lactaturus ſum eã.i.ſuaſurus ſum illi.
¶38 in ipſum deſertum. Vbi ſcilicet aberit ab idolis.

paſcent[34] ea' beſtiæ agri. Et viſitabo contra eam [35] dies' Baalim, quibus [36] incendit ſuffitum illis, & ornans ſe inaure ſua atque monili ſuo, abiit poſt eos quos amauit, mei autem eſt oblita, dicit Dominus. Idcirco ecce ego [37] pelliciam eam' verbis, & ducã eam [38] per deſertum,' & loquar ei [39] in cor ei'. Et reddam ei [40] deinde vineas ſuas,' & [41] Vallem-Achor ad oſtiũ ſpei:' & canet ibi [42] ſalternis] vt tempore [43] iuuentutis ſuæ, & quo tempore aſcẽdit è Terra-Ægypti. Et erit in die illo, dicit Dominus, [34] vocabis me [35] Iſchi,' nec vocabis me vltra [36] Baali.' Et auferam nomina [37] Baalim' de ore [38] eius, nec [39] mentionem vltra faciet nominum eorum. [40] Et pãgam cum eis' fœdus in die illo, cũ beſtijs campi, & cum volucrib' cæli, & cum reptili terræ: [41] confringam arcum, gladium & [42] bellum [43] de terra,' & efficiam vt habitent ſecuri. Et [44] deſpondebo' te mihi in ſempiternum, deſpondebo inquam te mihi [45] in iuſtitia' & [46] in iudicio, in beneficentia & in miſerationibus. Deſpondebo te mihi [47] in fide,' & cognoſces Dominum. Et erit eo tẽpore, dicit Dominus, [48] annuam, annuã [inquã] cælis, ipſi autẽ annuent terræ, 'terra [49] annuet frumẽto,' vino & oleo, & illa [50] annuẽt Iſrael' Et [1] ſeminabo ei mihi in terra, miſerebor[que] ipſi Lo-ruhama: & dicam ad Lo-ami, Ami tu: & ipſe dicet[mihi,] Deus meus. CAP. III.

¶46 vt, ſecũdũ. Hebraiſm' eſt, pro, illic alloquar eã blãdis verbis & plenis cõſolatione, vt ſcilicet ad me reuertatur: annũtiabo illi Euangeliũ meũ.
¶40 illinc.i. ab eo deſerto.q.d. Vineæ ipſi' incipient ab ipſo deſerto.Tempo

Dixit autem Dominus ad me, Rurſum vade, & ama mulierem,' quæ à proximo amatur, nempe adulteram,' quemadmodum Dominus' diligit filios Iſraelis.ipſi autem' reſpiciunt ad deos alios, & amant vinacia' vuarum. Et ego mancipaueram' eam mihi quindecim 'argenteis' & homer hordei, & dimidio homer hordei. Dixi[que] ad eã, Dieb' multis' ſedebis apud me, & nõ ſcortabe-

ſaltum, & comedet eam beſtia agri. Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & Vallem-Achor ad aperiendam ſpem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de Terra-Ægypti. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir-meus: & non vocabit me vltrà Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum. Et percutiam cum eis fœdus in die illa cũ beſtia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Et ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus. Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticũ, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel. Et ſeminabo eam mihi in terram, [& miſerebor eius quæ fuit Abſque-miſericordia. Et dicã Non-populo-meo, Populus-meus es tu: & ipſe dicet, Deus meus es tu. CAP. III.

Et dixit Dominus ad me, Adhuc vade, & diligẽ mulierem dilectam amico & adulterã: ſicut diligit Dominus filios Iſrael, & ipſi reſpectant ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarũ. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. Et dixi ad eam, Dies multos expectabis me: non fornicaberis,

Vltimã eiuſdem conuerſionem prænuntiat.

D Pax in regno Chriſti.

Iuſtitia. Iudicium. Miſericord. Fides. Gẽtiũ cõuerſionẽ repetit Rom.9.c. 1.pet.2.b.

Dei erga Iſraelitas peccatores amor.
¶ reſpiciũt Eorum abiectio.

re Euangelij erit magna copia bonorum ſpiritualium, quæ per temporalia ſignificantur. ¶41 Reſpicit quod ante dixit vineta & ficeta.q.d.Si, inquit, voluerit acquieſcere verbis meis, dabo illi copiam bonorum temporalium, per quæ & ſpiritualia intelliguntur.iam enim ab initio Euangelij omnia proſpera & læta cedent fidelibus. ¶42 Vide hiſtoriã Ioſue 7.Achor, turbationẽ ſignificat. Vallis ita dictus fuit, quòd in ingreſſu Terræ ſanctæ popul' Iſraeliticus propter ſcelus Achan turbatus ſit.q.d.non erit in iſta mutatione tale initium quale fuit in ingreſſu Terræ ſanctæ. illic fuit turbatio:hic, nempe initio eccleſiæ, læta & proſpera omnia. Dixit autem, in oſtium ſiue ingreſſum & introitum ſpei & expectationis, vt Latini loquuntur fores amicitiæ aperire, hoc eſt occaſionem dare amicitiæ ineũdæ, ſic ſpei. ¶43 Alludit ad canticum Moſis. ¶14.i.vocando me, dices, Vir meus. ¶15.i.Vir meus. ¶16 Hæc vox Dominum meum ſignificat.q.d.non verẽris hac dictione Baali:nam hoc nomen male audit & ſonat, quod idolum ſignificet:Ideirco in deteſtationem idololatriæ deſines me vocare Baal. ¶17.i.idolorum, quæ domini dicebãtur. ¶18 Mutatio perſonæ. ¶19 Heb.memorabuntur vltra nomine ſuo. ¶40 Pangam eis.i.in gratiam illorum.fidelium ſcilicet.q.d. Præcipiam illis ne noceant fidelibus.Hæc dicuntur iuxta id quod apud Dauidem legitur, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis &c.Et, Si mortiferum quid biberint &c.Marc.vltimo.Promittit fidelibus tranquillitatẽ ſummam & pacem tempore Euangelij, nec aliquid illis nociturum. ¶41 Summam pacem promittit, adumbrantem pacem internam.Luc.2.Et in terra pax. ¶42.i.cætera inſtrumenta bellica. ¶43 in qua ſcilicet habitabant fideles conuerſi ad Chriſtum. ¶44 vt, deſponſabo ¶45 vt, per iuſtitiam.i. [redacted] iuſtificantur homines. ¶46 vt, per iudicium.i.iuſtitiam erga proximũ.Hic deſcribuntur officia hominis Chriſtiani, qui debet eſſe iuſtus erga Deũ & proximum, beneficus & miſericors. ¶47 vt, per fidem.ſub.veram & firmam, qua cognoſcimus Deum, & ſponſa Chriſti efficimur. ¶48 exaudiam, exaudiam[inquam]cælos, & ipſi exaudient terram.q.d.Cæli influent iſta inferiora, Nam aliquando cælum fuit clauſum propter flagitia.Cæli præterea reſpondebunt votis terræ, quæ humorem deſyderat. ¶49 exaudiet frumentum &c.i.cæli dabunt pluuias terræ, terra autem dabit vobis frumentum &c. ¶50 vt.exaudient Iezrahelẽ.i.congregationem fidelium, qui ſunt ſemen Dei.reſpondebunt votis fidelium. ¶a.i. inſtar ſementis ſpargam ipſam. III. ¶1 dilectam amico, & adulterã.i.mulierem quæ cũ vnice adamatur à marito ſuo, adulterium tamẽ committit. Adamas mulierem quam ſummopere diliges, & tamẽ fornicabitur. Hæc facta ſunt in viſione prophetica. Hæc mulier, Synagogã repreſẽtat, quam fauore ſuo proſecutus eſt Deus, reiecto Iſraele. Hic perſonã Dei ſuſtinuit propheta. Deus eã vnice, quãdo in deſerto agebat, amauit:tribuendo ei neceſſaria omnia, & tamen fuit adultera, vt quæ mox vitulum, poſtea Gentium deos coluerit. ¶2 vt, dilexit ¶3 Reſpicere ad Deum, eſt ſpem ponere in Deo, & ab eo expectare opem. ¶4 œnophora. Gallicè, les flaccons. His rebus deſcribitur adulterium Synagogæ, quæ nõ ſolum coluit deos alienos, ſed & voluptatibus dedita fuit, & delicijs:quæ per cados & lagenas vuarũ ſignificatur. ¶5.i.vini expreſſi è racemis. ¶6 Itaque comparaui. Dicit propheta ſe paruiſſe Deo. ¶7 ſub.nummis.Hæc referunt doctiores ad dotem, quam illi dedit cum eam accepit in vxorem.q.d. pro dote dedi illi quindecim argenteos &c.Alij referunt prius membrum ad XV diem menſis Niſan, hoc eſt Martij, quo educti ſunt de terra Ægypti à Domino.& poſterius membrum, quod XLV modios continet, ad XLV dies quibus venerunt in montem Sinai, & acceperunt legem.Simplicior & verior eſt prior interpretatio. Per dotem ſignificat beneficia quæ contulit in Synagogam, à tempore liberationis Ægyptiacæ. ¶8 ſub.poſteaquam contaminata eſt adulterijs cum dijs alienis, fracta fide quam mihi dederat.Deſcribit reiectionẽ Synagogæ propter idololatriã. ¶9 ſub.tãquã vidua.quia Dominus Deus ab eo tẽpore reliquit Synagogã, & tamen non coluit ex eo tẽpore deos alienos.Hoc accidit Iudæis à tempore aduentus Chriſti.ab eo enim tempore idola non coluerunt, & tamen Deus deſtituit illam.

B & nõ eris viro: ſed & ego expectabo te. quia dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonũ eius nouiſſimo dierũ.

*Iorumdem ad Chriſtum reuerſio.*

C A P. I I I I.

Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: nõ eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum & mendacium & homicidium & furtũ & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cæli: ſed & piſces maris congregabuntur. Veruntamẽ vnuſquiſque non iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam pro-

*Peccata populi Iſraelitici recenſentur.*

B pheta tecum: nocte tacere feci matrem tuã. Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit ſciẽtiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundũ multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam cõmutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias eius,

C & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama:

*Fornicatio. Vinum. Cor.*

ris, neque alteri viro eris [iuncta,] &[10] ego apud te [ero.] Nam multis diebus[11] ſedebunt filij Iſraelis ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, abſque ſtatua, abſque ephod &[12] theraphim. [13]Poſtea reuertentur filij Iſraelis, & inquirent Dominum Deum ſuum, &[14] Dauidem regem ſuum, & pauebunt[15] ad Dominum, & ad[16] bonitatem eius[17] nouiſſimis diebus.

C A P. I I I I.

Audite verbum Domini filij Iſraelis, quoniam [1]lis eſt Domino cum habitatoribus huius terræ: quia neque [2]veritas, neq; beneficentia, neque notitia Dei eſt in terra. Peierare, mentiri, occidere, furari & mœchari [3]eruperunt, [4]& ſanguines ſanguines tetigerũt. Propterea lugebit ipſa terra, & [5]deformabuntur [6]omnes habitatores in ea, vnà cum beſtia agri, & volucre cæli, quin & piſces maris [7]conficientur. Veruntamen [8]nõ eſt quiſpiam qui aut expoſtulet, aut reprehendat, quin populus tuus ſe ſic habet, vt qui litiget cum ſacerdotibus. Corrues igitur [9]interdiu, corruet &[10] propheta tecum nocte, & matrem tuam cõpeſcam. [11]Ad ſilentiũ redactus eſt populus meus, eo q[12] nihil norunt. quãdoquidem tu [13]ſcientiã repuliſti, reprobaui & ego te, ne ſacerdotio mihi fungaris: & [quandoquidẽ tu] oblitus es legis Dei tui, obliuiſcar & ego[16] filiorum tuorum. [17]Vt eorum multi ſunt, ſic peccarunt mihi: [propter ea][18] gloriam eorum in ignominiam commutabo. [19]Peccatum populi mei comedunt, & ad iniquitatem eorum[20] attollunt animum ſuũ. [21]Hinc fit vt ſit talis populus, qualis ſacerdos,[22] viſitabo ergo ſuper eum vias ſuas, & [23]ſtudia eorum rependam ei. [24]Comedẽt, & non ſaturi erũt: ſcortabuntur, nec[25] liberos habebunt: quia Dominũ deſeruerunt[26] quo minus eũ obſeruarent. Scortatio & vinũ ac[27] potus inebriãs eripiũt cor. [28]At popul9 meus ligno ſuo oracula quærit, & baculus eius[29] nũtiat ei: quoniã ſpiritus ſcortationis ſeduxit [ſeũ,] [30]& ſcortati ſunt à Deo ſuo. [31]In verticibus montiũ[32] ſacrificarũt, in collib9 ſuffitũ adoleuerũt:

¶10 etiam non intrabo ad te. Quemadmodũ ſcilicet maritus ſolet ad tẽpus vxorem relinquere fornicationis cauſa. ¶11 vl, morabũtur. Hic verſus explicat præcedentem. ¶12 Theraphim proprie ſunt ſimulachra quæ dare ſolebant reſponſa. Iſta videmus eueniſſe à tempore Chriſti, noſtriſque temporibus. ab eo enĩ tempore non fuit illis rex, neq; princeps, neq; ſacrificia, q extra Ieruſalem ſacrificare non liceat illis: nec colunt deos alienos. q.d. neque Deo, neque idolis ſacrificauerunt. ¶13 q.d. Tandẽ tamen ſub finẽ mundi, illorũ miſerebor, & cõuertentur ad Chriſtũ. ¶14 i. filiũ Dauidis Chriſtũ. Hic nomẽ aui ponitur vice nepotis: quod frequẽs eſt in prophetijs de Chriſto. Hic obiter vſus eſt eodẽ verbo Requirent: vt declaret diuinitatẽ Meſſiæ. ¶15 i. audito nomine I E H O V A H. ¶16 i. Chriſtum, per quẽ experti ſumus bonitatẽ & beneficẽtiã eius. Alij, bonitatẽ interpretãtur gloriã & maieſtatẽ Dei. ¶17 Finis dierũ in Sacris literis modo ſignificat tẽpus aduẽtus Meſſiæ, modo finẽ mũdi, & tẽpus illud proximũ vltimo iudicio.

I I I I. ¶1 vl, diſceptatio, aut, rixa. q.d. eſt quod ille expoſtulet cũ Iſraelitis. In libris ꝓphetarũ non ſolum vaticinia & ꝓphetiæ continentur, ſed etiã increpationes & cõminationes. Initio huius capitis cõmendat iuſtitiã Dei in puniẽdis peccatis: arguens ſimul Iſraelitas q peccarent in proximũ ſuũ. ¶2 Veritatẽ, intelligit cõſtantiã in dictis factiſq;. q.d. nemo eſt qui ſeruet fidẽ proximo, nullus pauperũ miſeretur, &c. ¶3 inſtar ſcilicet diluuij. q.d. capitalia ſcelera cumulatim regnant. Alij vertunt, Periurium, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulteriũ creuerunt. Chaldæus paraph. vertit, Peierant incolæ huius terræ, mentiuntur &c. committunt adulteria, perfringũt [ſub. ſeptem mandatorum Dei] & ſanguis ſanguinem tangit, cædes cædem excipit. ¶4 cædes cædi fuit continua. vl, cædes cædem tetigit. q.d. ſunt continuæ cædes in hac terra, mutuis vulneribus ſeſe percutiunt. ¶5 i. deſolabitur. ¶6 propric, infirmabuntur. i. deſtruentur. ¶7 Heb. congregabuntur. i. tollentur de medio & morientur. ¶8 nemo eſt qui diſceptet, nec reprehẽdit eos quiſquã. quũ populus tuus ſimilis ſit iſs qui contendunt cum &c. Oſtẽdit eos non admittere correptionem, & reſipiſcere. Fruſtra, inquit, corripiat aliquis homines huius regionis, quum etiam in ipſos ſacerdotes (quorum eſt officium legem docere, & carpere vitia) inſurgant. ¶9 i. rebus adhuc integris. Alij vertunt, hodie. ſiue, hoc tempore: hoc eſt breui, aut propediem. ¶10 ſub. tuus falſus. ¶11 ſub. [quaſi in] nocte. Hac dictione ignorantiam populi nobis ſignificat. ¶12 perdam. ¶13 Perdetur ¶14 careat ſcientia illa. ſub. Dei. ¶15 i. illam Dei cognitionem contempſiſti. q.d. Agam tecum pœna talionis. Alloquitur ſacerdotes, quorũ captiuitatem prædicit & cauſam addit. nam adeò neglexerunt legem, vt fere libros legis non haberent. ¶16 Appellat filios, ſubditos ſacerdotum, & eorum diſcipulos. Rabbini Iudæorũ de filijs naturalibus intelligunt. ¶17 vl, Secundum multitudinem eorum. i. Vt multo plures cœperunt eſſe, ita multo magis cœperunt peccare contra me. ¶18 Subobſcure indicat captiuitatem in qua ſacerdotes fuerunt inglorij. ¶19 i. Hoſtiam oblatam pro peccato populi mei, hoc eſt qui meus eſſe debuit. ¶20 i. ſunt animo attento. quia ex ea iniquitate ſperant lucrum, nempe hoſtias quæ offeruntur pro illo peccato. ¶21 Heb. Et erit ſicut populus ſicut ſacerdos. i. ſacerdos ſicut populus, & populus ſicut ſacerdos. Declarat quod dixerat, Propterea gloriam eorum &c. q.d. nulla erit differẽtia inter ſacerdotes & plebeios: nam omnes erunt captiui citra delectum: & ob id omnes afficientur contumelia. ¶22 Dicitur Deus viſitare vias noſtras, quando punit nos propter peccata noſtra. Vias autem intelligit rationem noſtrã viuendi in hoc mundo. ¶23 opera. i. afficientur pœna talionis. quia peccauerunt mihi, affligã eos. ¶24 ſub. ſacerdotes. ¶25 ſub. numero liberorum. ¶26 Heb. ad cuſtodiendum. i. vt obſeruarẽt vias eius. q.d. quia deſeruerunt Dominũ & mãdata eius. ¶27 vl, muſtum ¶28 Populus meus lignũ ſuũ conſulit. Iterũ inuehitur in idololatriã populi ſui. q.d. Populus meus ſic pendet à pſeudoprophetis, vt cæcus à ſcipione ſuo. ¶29 ſub. quæ facturus ſit. ¶30 i. fornicando, hoc eſt idola adorãdo, deficiunt à vero cultu Dei ſui. ¶31 Illic enim ſolebant idololatræ colere deos ſuos. ¶32 vl, ſacrificare ſolent,

¶11 vl, vlmo, ¶14. i. ſcortādi occaſionē nanciſcũtur. Duab⁹ rationibus dicit filias & nurus eorum fornicaturas: exemplo eorũ, & abſentia ab ædibus ſuis. Hoc intelligi poteſt de vtraque fornicatiōe. ¶15. i. Non puniā eas adeò ſeuere vt vos. ¶16 quum fornicabuntur, & nurus veſtras quum adulteratæ fuerint: ¶17 Mutatio perſonæ locū reddit difficilem: quia vos cū ipſis ſcortis ſeparatis &c. ¶18 ſeparant ſeſe. Futura pro præſentibus. i. eūtes cum ſcortis ſubducitis vos ab vxoribus, & filiabus veſtris.

¶39 pro, ſacrificare ſolent.

¶40 non intel-

ſub quercu, populo & [32]tilia,[33] quòd amœna eſſet eius vmbra: idcirco & filiæ veſtræ [34]ſcortantur,[35] & nurus veſtræ adulterium cōmittunt.[15] Non viſitabo filias veſtras [16]quòd fornicatæ ſunt, & nurus veſtras quòd mœchatæ: quoniam[17] ipſi cum ipſis ſcortis [18]ſeparabuntur, & cum meretricibus [19]ſacrificabūt: & popul⁹ qui [40]intelligere noluit, varijs iactabitur malis. ¶Quòd ſi tu Iſrael omnino [41]fornicaris, [ſaltē] ne [42]delinquat Iuda: ne eatis in [43]Gilgal, neq; aſcēdatis in [44]Beth-auen, neque iuretis, [45]Viuit Dominus. Quoniam ſicut buccula [46]indomita defecit Iſrael, [47]idcirco Dominus eos paſcet quemadmodum [48]agnum in loco ſpacioſo. Ephraim idolis [49]obſtrictꝰ eſt, miſſum facito eum.[50] Receſſit conuiuium eorum, omnino ſcortati ſunt, principes [51]eius [52]gaudent [dicere,] [53]Afferte ignominiā. [54]Ligauit ventum in alis ſuis, & [55]pudefient à ſacrificijs ſuis.

C A P. V.

Audite hoc ſacerdotes, & aduertite domus Iſraelis, & domus regis auſcultate: quoniā iudicium [1]vobis: [2]nam laqueus facti eſtis in [3]Mizpa, & rete expanſum ſuper [3]Thabor.[4] Mactando apoſtatæ in profundum ceciderunt, & ego [5]diſciplina eis omnibus. Ego cognoui Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me, [7]quòd nunc [8]ſcortatus eſt Ephraim [ſibi me,] & pollutus Iſrael.[9] Nō [ſin hoc] ſtudia ſua ponunt, vt reuertātur ad Deū ſuum: quoniā [10]ſpiritus ſcortationum eſt in eis, [11]vt Dominum non cognoſcant.[12] Reſpōdebit ergo faſtus Iſraelis ei in faciem: [13]nam Iſrael & Ephraim impingēt in iniquitate ſua, [14]impinget & Iuda cū eis.[15] ¶Cū grege ſuo & armentis ſuis, ibunt vt quærant Dominum, ſed non inuenient [eum,] receſſit ab eis. [Quia] præuaricati ſunt contra Dominum, quoniam [16]filios alienos genuerūt: [17]idcirco in ſingulos mēſes comedet eos [hoſtis] cū agris ſuis. ¶Clāgite cornu in [18]Gibea, & tu-

ſubtus quercum & populū & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideò fornicabūtur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erūt. Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper ſpōſas veſtras cū adulterauerint: quoniam ipſi cū meretricibus cōuerſabātur, & cum effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligēs vapulabit. ¶Si fornicaris tu Iſrael, nō delinquat ſaltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Beth-āuen, neq; iurauerítis, Viuit Dominus. Quoniā ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnū in latitudine. Particeps idolorū Ephrāim, dimitte eū. Separatū eſt cōuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignominiā protectores eius. Ligauit eum ſpiritꝰ in alis ſuis, & confundentur à ſacrificijs ſuis. C A P. V.

Audite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate: quia vobis iudicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expāſum ſuper Thabor. Et victimas declinaſtis in profundū: & ego eruditor omniū eorū. Ego ſcio Ephrāim, & Iſrael nō eſt abſcōditus à me: quia nūc fornicatus eſt Ephrāim, contaminatus eſt Iſrael. Nō dabunt cogitationes ſuas vt reuertātur ad Deū ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum nō cognouerūt. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius: & Iſrael & Ephrāim ruēt in iniquitate ſua, ruet etiā Iudas cum eis. ¶In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadent ad quærēdum Dominum, & nō inuenient: ablatus eſt ab eis. In Dominum præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos menſis cū partibus ſuis. ¶Clangite buccina in Gabaa, tuba

D Adhortat̃ Iudam, ne vitia Iſraelis ſequatur.

Iſraelitas increpat: & maxime ſacerdotes & principes. ¶[a]ſuper

B

Eorum punitio. Carnaliū ſacrificia ſubſannat.

Iſraelis deſtructio. C

ligēt, peribit. vl, corruet. i. punietur. Ac ſi dicat, Populus autem ignorans Deum, corruere ſolet. Aut, ſtupore afficietur: quū ſcilicet ſentiet Dei flagella, qui cū ſit miſericors, eſt etiā iuſtus in puniendis peccatis. ¶41 colendo ſcilicet vitulos quos erexit Ieroboam. ¶42 ſub. hoc modo. ¶43 Locus eſt in quo tabernaculū Domini fuit poſitū poſt ingreſſum Terræ ſanctæ. Quo loco poſtea incolæ eius loci adorauerūt idola i honorē ipſi⁹ Domini. ¶44 Qui appellare debuit Beth-el, propter ignominiā appellauit Beth-auen. Beth-el dicta, q illic Domin⁹ apparuerit ipſi Iacob, id eſt Domus-Dei. Beth-auen autē q illic incolæ ei⁹ erectū à Ieroboam vitulū adorarint in honorē Domini, id eſt Domus-iniquitatis. Erat autē locus edit⁹: ob id dicit, Ne aſcēdatis. ¶45 Formula iuramēti, qua colētes verū Deū iurabāt. ¶46 rebellis rebellauit. excutiēdo ſcilicet à ſe iugū legis Dei. ¶47 Heb. nunc. i. breui. ¶48 ſub. paſcit agricola. Agricolæ agnū in loco pleno paſcuis paſcere ſolent, vt cū pinguē factū mactent cōfeſtim. ¶49 addictus. Verba Dei ſunt ad pphetā. q. d. Luſeris operā ſi ad pœnitentiā inuitaris Ephraim. Grauiſſima pœna relinqui à Deo. Meminit Ephraim, q Ieroboā qui vitulos erexit, de tribu Ephraim fuerit: & p hūc Iſraelitas intelligit. ¶50 Putid⁹ eſt potus. Putidū fuiſſe Iſraelitarum doctrinā affirmat, qui docebāt vitulos colendos in honorem Dei. quo modo ſolēt idololatræ ſuā excuſare idololatriā. ¶51 pro, eorū. ¶52. i. ſoliti ſunt dicere. ¶53 Date [ſub. nobis, ad] ignominiam ſuam. q. d. principes eius corrūpuntur muneribus: quod eſt illis ignominioſiſſimum. ¶54 Ligabit ſpiritus illū in alis ſuis. i. Ventus cōſtrictam tenebit illam congregationem Iſraelitarum in alis ſuis, & ita eos aliò transferet. Hic prædicit captiuitatem decem tribuum. ¶55. i. ſacrificia quæ nunc idolis & vitulis faciunt, non proderunt tunc illis. V. ¶1 ſub. imminet. Alij vertunt, penes vos eſt, ad vos ſpectat iudicare: polletis authoritate in iudicijs. ¶2 ſub. populo Iſraelitico. ¶3 Mōtes altiſſimi in Terra ſancta, ſuper quos retia & laqueos expādebant qui auibus inſidias molliebātur, & feras agitabāt. q. d. Fuiſtis ſcandalo populo meo, authores idololatriæ, quē reuocare debueratis. ¶4 Heb. Mactare apoſtatæ profundauerunt. Mutatio perſonæ, quum tamen eoſdem alloquatur. i. qui declinant à vera Dei religione, rationem ſubtilē & callidam inuenerunt immolandi dijs alienis. dicebant enim ſe colere idola in honorē Dei. Sic Gallice dicimus, Voy la vng homme profond: de eo qui callide aliquid facit. ¶5 vl. tanquā vir diſciplinæ. i. tanquam vir corripiens & admonens, docēſque proximū. Ego autem (inquit) non deſtiti vos reuocare ab eo cultu per meos prophetas. ¶6 Ephraim & Iſrael, idem ſunt. repetitio eſt. ¶7 nunc enim ¶8 De ſpirituali fornicatione loquitur. nam ſtatim dicit, polluit ſeſe. ¶9 Non permittent opera eorū, vt &c. ¶10. i. aſſueti & dediti ſunt idololatriæ. Per hæc, intelligi poteſt ſpiritus pſeudoprophetarum. q. d. decepti ſunt à pſeudoprophetis, doctrina illorum imbuti. ¶11 vl, & Dominum nō nouerunt. ¶12 Teſtificabitur autem ſuperbia Iſraelis [cōtra eum] in facie ſua. i. facie ad faciem: hoc eſt coram. q. d. illi arguentur ſuperbiæ. Inuehitur in ſuperbiam populi Iſraelitici. ¶13 & Iſrael &c. i. tandem luent pœnas propter idololatriā ſuam. ¶14 vl, corruet. quia ſcilicet ſimilē admiſit iniquitatem. ¶15 quæ ſcilicet offerant Domino ad placandū eum, & petendū auxiliū ab imminente periculo. ¶16 Quidā per filios alienos, intelligūt filios carnales. nō enim licebat Iudæis accipe vxores Gētiles. Alij ſpirituales intelligūt. i. diſcipulos docuerūt colere deos alienos. q. d. non ſolū fuerūt idololatræ, ſed & alios idololatriā docuerūt. ¶17 nunc [. i. breui] abſumet eos mēſis. Hic prædicit tranſmigrationē futurā, Declarat illud N V N C, quod dixerat, cū dicit M E N S I S. q. d. poſt mēſtruū tēp⁹, hoc eſt breuiſſimū, perituri ſunt cū ſuis facultatib⁹. ¶18 Gabaa & Rama, vrbes tribus Ben-iamin, quæ vicina erat tribui Ephraim. Hic ppheta pœnā illā & vindictā imminere dicit, quē clāgere buccina præcipit, quod fieri ſolet ſub aduentum hoſtiū. q. d. Iam tēpus eſt clangendi buccinis & tubis.

In Rama:vlulate in Beth-âuen.poſt tergum tuū Ben-iamin. Ephráim in deſolatione erit in die correptionis:in tribubus Iſrael oſtẽdi fidem. Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum:ſuper eos effundam quaſi aquā iram meā. Calumniā patiens eſt Ephráim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes. Et ego quaſi tinea Ephráim:& quaſi putredo domui Iuda. ¶Et
B vidit Ephráim languorē ſuum,& Iudas vinculū ſuum:& abiit Ephráim ad Aſſur,& miſit ad regē vltorem:& ipſe non poterit ſanare vos,nec ſoluere poterit à vobis vinculū. Quoniā ego quaſi leæna Ephráim,& quaſi catul⁹ leonis domui Iuda:ego *capiam & vadā tollam,& nō eſt qui eruat. Vadens reuertar ad locum meū: donec deficiatis,& quæratis faciem meam. CAP. VI.

IN tribulatione ſua mane conſurgent ad me, Venite,& reuertamur ad Dominum:quia ipſe cepit,& ſanabit nos percutiet,& curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia suſcitabit nos,& viuemus in conſpectu eius. Scie-
B mus,ſequemúrque,vt cognoſcamus Dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. ¶Quid faciā tibi Ephráim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia veſtra quaſi nubes
C matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Propter hoc dolaui i prophetis,& occidi eos in verbis oris mei:& iudicia tua quaſi lux egredientur. Quia miſericordiam volui,& nō ſacrificium:& ſcientiam Dei plus quàm holocauſtum. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum,ibi præuaricati ſunt in me. Galaad ciuitas operantium
D idōlum,ſupplantata ſanguine. Et quaſi fauces virorum latronū,particeps ſacerdotū,in via interficientium pergentes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt. In domo Iſrael vidi horrēdū:ibi fornicationes Ephráim,cōtaminatus eſt Iſrael. Sed & Iuda pone meſſem tibi,cum conuertero captiuitatem populi mei. CAP. VII.

CVm ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniquitas Ephráim,& malitia Samariæ, quia ope-

ba in Rama,[8] clangite in Beth-auen,[9] poſt te ô Bē-iamin. Ephraim[10] reddetur vaſtus[11] quo tempore redarguetur, in tribubus Iſraelis[12] oſtendi veritatem. Principes Iuda fuerūt vt hi qui[13] promouēt limitem, idcirco effundā ſuper eos[14] excandeſcentiam meā vt aquam.[15] Vim ac calumniā paſſus eſt Ephraim,[16] fractus eſt iudicio, eo q [17] animū induxit ſequi præceptū. ¶Et ego[18] fui ipſi Ephraim vt tinea, & inſtar[19] teredinis domui Iuda.[20] Quúmq; animaduerteret Ephraim[21] languorem ſuū, atq; Iuda[22] obligationē ſuā,[23] abijt Ephraim ad Aſſyriū,[24] miſitq; ad regem qui eū vindicaret, qui tamen mederi vobis nō poterit, neque [vllā] ex vobis[25] obligationē ſanabit. Quia ego ſum vt[26] pāthera ipſi Ephraim, & ſicut leūculus domui Iuda:ego ego rapiam, vadā & tollam,& nemo eripiet. CAP. VI.

ET[1] reuertar ad locum meum,donec ſe in culpa eſſe agnoſcant, & quærant faciem meam ([2] quum enim anguſtū eis fuerit, mane quærent me) [dicētes,] Venite,reuertamur ad Dominum: quoniā ipſe[3] diſcerpſit, & ſanabit nos: percuſſit, &[4] obligabit nos. Vitæ nos reſtituet poſt biduū, & illo tertio die excitabit nos,[5] viuemúſq; ante faciē ei⁹. Et[6] ſciemus, ſectabimúrq; ad cognoſcēdū Dominū: vt[7] aurora paratus eſt egreſſus ei⁹,& veniet nobis ſicut[8] pluuia,ſicut[9] ſerotina & tēpeſtiua pluuia terræ. ¶Quid[10] faciā tibi ô Ephraim? quid faciā tibi Iuda?[11] pietas veſtra eſt quaſi nubes matutina,& veluti ros mane veniens & abiens. Idcirco[12] dedolaui i prophetis, [&] occidi eos verbis oris mei,& iudicia tua vt lux[13] exoriūtur. Quoniā beneficētiā[14] volo,[15] & nō ſacrificiū:& ſcientiā Dei plus q̃ holocauſta. Ipſi autē trāſgreſſi ſunt fœdus [meū] quēadmodū[16] Adā,[17] ibi præuaricati ſunt cōtra me. Gilead vrbs eſt patrantiū iniquitatē,[18] oppreſſa ſanguine. Et quēadmodū latrones qui obſeruāt virū, ita[19] conſpiratio[20] ſacerdotū, in via[21] qua itur Sichem, trucidāt, quoniam[22] patrant conceptum ſcelus. In domo Iſraelis vidi[23] horrenda quędam, illic[24] ſcortatio Ephraim, cōtaminatus eſt Iſrael.[25] Sed & [tu] ô Iuda,ponis tibi meſſem,quum ego [conor] reducere captiuitatem populi mei. CAP. VII.

QVū ſanarem Iſraelē,[1] reuelata eſt iniquitas Ephraim, atque malitia Samariæ:quoniā[2] operati

Auxilia hoim vana aduerſus manum Dei.

* ego

Afflictio ducit ad Deū.

a.Cor.15.a.

Cōqueritᷣ De⁹ q Iſrael plagis non emendetur.

Miſericordia Mat.9.b.12.a.

Scire Deum. eccles 4.d. 1.reg.15.e.

¶holocauſta.

Iſraelis peccata.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundo, dicens, Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbũ Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierũ. Et cœpit Ionas introire ciuitatẽ itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Dominum: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorẽ. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indut⁹ eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam : nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominũ in fortitudine: & conuertatur vir à via ſua mala & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus : & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſert⁹ eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & nõ fecit.

*Niniuitarum reſipiſcentia. matth.12.d. luc.11.e.*

*¶ in Deum:*

B

*¶ Deum*

C

*Iere.18.b. ioe. 2.c. Miſericordiã cõſequitur.*

CAP. IIII.

*Affligitur Ionas, q̃ ſermo eius cõtra Niniuen nõ fuerit impletus. Pſal.85.a. Ioel.2.c.*

B

ET afflict⁹ eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt: & orauit ad Dominum, & dixit, Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbũ meũ, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharſis. Scio enim quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine tolle quæſo animam meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita. Et dixit Dominus, Putáſne bene iraſceris tu? Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra Orientem ciuitatis : & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Domi-

*Increpatur à Domino.*

C

*Per hederã, iniuſtam eiꝰ iracundiã oſtendit Dominus.*

Ad[11] fiſſuras montium deſcenderam, [12]terra vectibus ſuis perpetuò me [concluſerat,] tu autem [13]ab interitu vitam meam reduxiſti ô Domine Deus meus.

Quum fermè animã agerẽ, memor fui Domini, venitq; oratio mea [14]ad tẽplũ ſanctitatis tuæ.

Qui obſeruant [15]funes vanitatis, [16]beneficentiam ſuam [17]derelinquunt.

Ego autem voce [18]gratulatoria tibi ſacrificabo, quæq; voui perſoluam : ipſa ſalus Domini eſt.

CAP. III.

MAndauit autẽ Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridã. Factúſque ſermo Domini ſecundo ad Ionam in hunc modũ, Surge, vade in Niniuen ciuitatem magnam, & [2]prædica in ea prædicationẽ quam ſum ad te locutus. Ionas igitur ſurrexit, & abijt in Niniuen iuxta [3]verbũ Domini. (porrò Niniue vrbs erat magna [4]Deo trium dierũ itinere.) Cúmq; cœpiſſet Ionas ingredi vrbem [5]itinere diei vnius, clamauit & dixit, Adhuc [6]intra quadraginta dies Niniue ſubuertetur. Crediderunt itaque ciues Niniuitæ [7]Deo: & ieiunio [8]indicto à magno ad paruum vſque ſaccos induerunt. Peruenit res hæc ad regẽ Niniues, qui de ſolio ſuo cõſurgens, paludamento ſuo à ſe poſito ſaccũ induit, & in puluere ſedit. Ad hæc quoque per vrbem Niniuen ex decreto regis & magnatũ [10]publico edicto proclamauit in hanc ſententiam, Neque homo, neque iumentum, neque armenta, neque greges quidquã guſtent, neq; paſcãtur, & aquam ne bibãt: Quin ſaccis operiantur & homines & [11]iumenta, [12]ſtrenuéque clamitent ad Deum. conuertantur denique quiſq; à [13]via ſua mala, & à [14]violentia ac iniuria, quæ eſt in manibus eorũ. Quis ſcit [ſi] conuertatur Deus, & [15]pœnitudine ducatur, auerſus à furore iræ ſuæ, vt non pereamus? [16]Vidit itaq; Deus opera eorum, [nempe] quòd à vijs ſuis malis auerſi eſſent, & Deus quoque pœnitentia ductus eſt ſuper malo [17]quod illis inferre decreuerat, & non intulit.

CAP. IIII.

DOluit hoc Ionæ, idque admodũ vehemẽter, [1]iratúſq; cum Domino expoſtulauit ac dixit, Quæſo Domine, an nõ hoc eſt quod dixi dũ adhuc [2]in terra mea eſſem? & ob id [3]fugã in Tharſis maturaui, q̃ nouiſſem te Deum eſſe propenſum ad miſericordiã, miſericordẽ, lõganimum, & [4]multæ beneficentiæ, [5]tum denique talem quem mali pœniteat. Tolle igitur quæſo Domine à me animam meam, quoniã [6]vt moriar q̃ vt viuã ſatius mihi fuerit. Dixit ergo Dominus, [7]Nũ iuſte tibi iraſci videris? Egreſſus eſt itaq; Ionas ex vrbe, ſeditque ad Orientem ciuitati, fecitq; ſibi eodẽ loci tuguriũ, ſeditq; ſub illo in vmbra, quouſq; videret [8]quid vrbi accideret. ¶ Parauit autẽ Do

¶11 fines. vel, extrema. nã circa promõtoria habitare ſolẽt piſces illi immanes, q̃ aqua illic ſit profundior. ¶12 Heb. terra vectes eiꝰ ſuper me in ſeculũ, Phraſis Hebraica, pro, vectes terræ ſunt mihi obiecti ne poſſim recipere me in terrã. ¶13 vl, à fouea .i. de vẽtre ceti qui eſt mihi velut fouea inferni, & ſepulchrũ. ¶14 .i. in cælũ ipſũ. hoc eſt admiſiſti orationẽ meam. Mutatio eſt perſonæ, pro ſanctitatis eius. ¶15 vanitates fallacitatis. i. Qui falſa idola colũt. ¶16 vl, miſericordiam ſuam .i. eũ à quo miſericordiã expectare debent. ¶17 adhærẽtes ſcilicet idolis. ¶18 laudis. vel, confeſſionis. i. agnoſcẽdo beneficium abs te acceptũ, cũ encomio pietatis & benignitatis tuæ. ¶19 .i. ad Dominum ſpectat. q.d. nullꝰ præter Dominum ſalutem dare poteſt.

III.

¶1 Heb. Dixit autẽ. ſub. poſt triduum hac oratione facta. ¶2 vl, clama ad eam ¶3 .i. mandatum ſiue præceptũ. ¶4 .i. admodũ magna. Nam hoc loco [Deo] particula eſt intenſionis: vt cedri Dei, pro excelſis. ¶5 q.d. inſumpſit diem vnum luſtrando partem vicorum vrbis Niniuæ. ¶6 ſerunt [quadraginta dies. i. poſt quadraginta dies, ſiue elapſis XL diebus. ¶7 .i. prędicationi Ionæ qui à Deo miſſus fuerat. ¶8 ſub. à magiſtratu. ¶9 In luctu depoſitis veſtibus pretioſis ſolebant induere ſaccum, & ſedere in cinere. ¶10 proclamare fecit, & dixit. ſub. præco. q.d. præcepit præconi vt promulgaret. ¶11 per iumẽta videtur intelligere equos & mulos qui ornari ſolent phaleris. ¶12 & fortiter clament. ſub. præ fame & ſiti. tempore ieiunij prædicti. Ad ſolos homines pertinet hæc clauſula. ¶13 .i. ratione priſtina viuendi, à conſuetudine deſignandi mala. Per hanc viam, mala omnia intelliguntur quæ in Deum committi poſſunt. ¶14 vl, iniquitate. i. opibus per iniuriam congerendis. Vox Hebræa H A M A S, proprie ſignificat iniquam rationem congerendi opes & diuitias. Per hoc reliqua omnia peccata in proximum ſignificantur. ¶15 .i. ſententiam mutet. q.d. Forte per pœnitentiam placabitur Deus, & non immittet quæ per Ionam cõminatus eſt. ¶16 .i. Acceptauit. ¶17 Heb. quod locutus erat vt faceret illis.

IIII.

¶1 iratúſque eſt illi. [ſub.] Domino.] Orauit itaq; ad Dominum, dicẽs &c. Duabus de cauſis Ionas dolore afficiebatur: q̃ nõ videbat pœnitentiã Iſraelis; quódq; timebat ne videretur falſus propheta, ſi Niniuitæ non ſubuerterentur. ¶2 .i. in Terra ſancta in qua natus ſum. ¶3 præoccupaueram fugere in Tharſis. ¶4 vl, plenũ miſericordia. ¶5 & ſentẽtiã mutans ſuper afflictione, ſub. inferenda. ſuper malo quod cõminatus ſis te inflicturũ. ¶6 Heb. melior eſt mors mea, q̃ vita mea. ¶7 Heb. Nũquid multum iratus eſt [furor tuus] tibi? .i. Nũquid iuſtè valde indignaris? q.d. non. Perinde acſi dicat, Debẽſne adeò iraſci propter pœnitentiã Niniuitarũ? q.d. nõ. Admiratiue tamen poſitũ intelligas, vt ſi dicat, Fierine poteſt vt tantũ doleas, q̃ Niniuitæ reſipuerint? ¶8 Vel potius, quid fieret in vrbe ipſa. i. num perſeuerarent Niniuitæ in pœnitentia quam incœperãt.

¶9 Vox Hebręa ꝙ hederá vel cucurbitá ſignificat. Alij dicũt nullum nomen Latinum reſpõdere voci Hebraicæ. Vult Dominus oſtẽdere Ionę ꝙ iniuſte Niniuitis iraſceretur. ¶10 i. creſcẽdo ſuperauit caput Ionæ. ¶11 a malo ſuo. Per malum intellige aut dolorẽ animi, aut æſtum corporis. Poti⁹ de animi dolore intelligendum eſſe, ſequentia indicant.

minus Deus[9] kikaion,[10] quæ aſcendit ſuper Ionam, vt vmbram capiti eius faceret, vt eriperet eum [11] ab afflictione ſua. Lætatus eſt autem Ionas de kikaion magno gaudio. Parauit ergo Deus, quum poſtero die aurora exoriretur, vermem quendam, [13] qui kikaion læderet vt exareſceret. Orto autem ſole, [14] adduxit Deus Eurum torrentem, vt ſol feriret caput Ionæ, ita vt penè exanimatus, [15] animo ſuo mortem poſtularet, dicens, Mori quàm viuere ſatius mihi fuerit. Dixit itaque Deus ad Ionam, [16] Num iuſte tibi videris iraſci propter kikaion? Reſpondit, [17] Iuſta eſt ira mea, vt etiam mori [cupii.] Atque Dominus, Tu [18] parci cupis kikaion, pro quo nihil laboris inſumpſiſti, [19] neq; illud enutriuiſti, quod intra vni⁹ noctis ſpatium enatum, intra vnius diei ſpatiũ perijt. Et ego [20] à Niniue vrbe tá magna malum non depellerem, in qua ſunt ſupra duodecim myriades hominũ, [21] quorum nullus inter dexteram ſuam & ſiniſtram diſcernit, deinde & iumenta multa?

nus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætat⁹ eſt Ionas ſuper hedera, lætitia magna. Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſſit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuiſſet ſol, præcepit Domin⁹ vento calido & vrẽti: & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animę ſuę vt moreretur, & dixit, Melius eſt mihi mori, ꝙ viuere. Et dixit Dominus ad Ionam, Putáſne bene iraſceris tu ſuper hederam? Et dixit, Bene iraſcor ego vſque ad mortem. Et dixit Domin⁹, Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte perijt: Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquã centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexterã & ſiniſtrã ſuã, & iumẽta multa?

C

D ¶ Deus

¶12 aſcenderet. ſub. in monte. ¶13 qui tetigit [ſ. i. corroſit] hederam illã, & exaruit. ¶14 Heb. præparauit Deus ventũ Orientalem vehementẽ, & percuſſit ſol ¶15 Heb. peteret ab anima ſua vt moreretur. i. mortẽ optaret. ¶16 Heb. An multũ iraſcitur tibi [ſub. ira tua] &c. q. d. nõ debes multũ iraſci. nam cucurbita illa erat res vilis. ¶17 Heb. Multum iratus ſum, [nempe] vſque ad mortem. ¶18 vſ, miſericordia motus es propter hederam. in qua nõ laboraſti. q. d. ægrefers corruptionẽ hederæ quę labore tuo nõ prouenerat. ¶19 Heb. neq; educaueras illi, quę filia noctis erat, & filia noctis perijt. i. quæ vna nocte orta, vna etiã nocte periit. ¶20 Hebr. miſericordia non moueret ſuper Niniuen. vſ, non parcerem Niniuæ vrbi, &c. ¶21 i. qui non venerunt ad annos diſcretionis, vt poſſint noſſe differentiam inter dexteram & ſiniſtram.

# Michæas propheta.

## CAP. I.

¶1 Michęas iſte nõ eſt Michęas ille fili⁹ Iemla. 3. Reg. 22. ¶2 Mareſa, alias Moraſa, à quo Moreſeth, inde Moraſthi: erat vrbs tribu Iuda, de qua Iudicũ 15. ¶3 Chaldæus paraph. qui ꝓphetauit ¶4 ſub. ſancta. ¶4 quòd ſcilicet pręmonuerim vos, & inuitarim ad pœnitentiam. ¶5 vſ. de tẽplo ſancto ſuo. q. d. qui habitat in cælo, vnde proſpectat omnia quæ hic aguntur. ¶6 Vos ſcilicet puniẽdo:

SERMO Domini qui factus eſt ad Michęam [2] Moraſthiten, in diebus Ioatham, Ahaz & Ezechię regum Iuda, [3] quę contemplatus eſt contra Samariam & Ieruſalem. Audite populi vniuerſi, attende [4] terra & quicquid in ea eſt, ſitque Dominus Deus [5] teſtis contra vos, Domin⁹ [inquã] de palatio ſanctitatis ſuę. Ecce enim Dominus [6] egredietur de loco ſuo, & deſcendens ſuper excelſa terræ calcabit. Sub illo montes colliqueſcent, & valles ſeſe diſcindent, perinde ac cera à conſpectu ignis, & ſicut aquæ quę impetu quodam in pręceps labuntur. Propter [10] defectionem Iacob, vniuerſum iſtud [eueniet,] & propter peccata domus Iſrael. [11] quodnam eſt ſcelus Iacob, annon Samaria? [12] & quæ excelſa Iuda, an non Ieruſalẽ? Redigam igitur Samariam [13] in agri aceruum, & [14] in plantationes vineę, & [15] impellam lapides eius in vallem, fundamentáque eius reuelabo. Adhæc ſculptilia eius [16] contundentur, [17] & omnes mercedes eius igne exurentur, & omnia idola eius vaſtabo: quoniã de [18] mercede ſcorti collegit, [19] ad mercedem ergo ſcorti redigentur. [20] Hanc ob rem plangam & vlulabo, incedam [21] lacerus & nudus, edámque planctum vt [22] dracones, & luctum vt iuuenes ſtruthiones: Quoniam plaga eius [23] deſperata eſt: pertingit

## CAP. I.

VERBVM Domini quod factũ eſt ad Michæam Moraſthitem, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit ſuper Samariã & Ieruſalem. ¶ Audite populi omnes, & attẽdat terra & plenitudo eius: & ſit Dominus Deus vobis in teſtem, Domin⁹ de templo ſancto ſuo. Quia ecce Dominus [5] egredietur de loco ſuo: & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. Et conſumentur montes ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in præceps. In ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis dom⁹ Iſrael. quod ſcelus Iacob? nõnne Samaria? & quæ excelſa Iudæ? nõnne Ieruſalem? Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea: & detrahã in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idòla eius ponam in perditionẽ: quia de mercedibus meretricis cõgregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum: Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit

Quo tempore ꝓphetarit Michæas.
Comminatio in regnũ Iſraeliticum & Iudaicum.
Eſa. 26. d.
¶ [5] egredietur
B

quum vindictã de vobis ſumet. Domin⁹ egredi & deſcẽdere de loco ſuo. id eſt de cælo, dicitur, dum operatur in iſtis inferioribus. ¶7 q. d. conculcabit eam partem terræ quæ maxime extat, & altiſſima eſt. hoc eſt, ne regibus quidem parcet, aut principibus, quin perdat eos. ¶8 quum ſcilicet ſenſerint virtutẽ ac potentiã eius. q. d. nullus poterit illi reſiſtere. ¶9 effuſæ in deſcenſu. i. in loco decliui. ¶10 tranſgreſſionẽ. i. propter idololatriã quæ exercetur in regno Iſrael, quod hic ſignificatur per Iacob. ¶11 vſ, quis [fuit cauſa] tranſgreſſionis ¶12 vſ, quis [fuit cauſa] excelſorum &c. Videtur propheta tanquã inuitus, quędam omiſiſſe. Salomon rex Iuda, qui ſedem præcipuã habebat in Ieruſalem, fuit occaſio Iudæis vt excelſa adirent, ꝙ primus ea extruxerit. ¶13 i. in aceruos lapidum tales quales viſuntur in agris. ¶14 Efficiam, inquit, vt vineæ plãtentur vbi nunc eſt Samaria. ¶15 vſ, diſpergam. deijciã. de lapidibus murorũ ac domorũ intellige. ¶16 vt ſcilicet aurũ & argentũ detrahatur quibus illa tegũtur. ¶17 vſ, cunctáq; donaria. Dona illa appenſa in templo idolorũ in honorem ipſorum, vocat mercedes. cõparat enim idola meretricibus, & cultores illorum amatoribus. nam idololatria vocatur fornicatio ſpiritualis. ¶18 vſ, donis meretricũ. q. d. omnes illas opes tibi cõparauit ex donis illis quæ nõ abſimilia ſunt donis quæ meretricibus dãtur. ¶19 i. tandẽ ergo deuenient in manus aliorũ idololatrarũ, nẽpe Aſſyriorũ, qui quidẽ dabũt illa ſuis idolis. ¶20 i. ob tantã deſolationẽ. ¶21 ſpoliat⁹, more ſ. ſcilicet lugentiũ. ¶22 ſolent enim dracones terreſtres & ſtruthiocameli fœminæ edere vocem maxime lugubrẽ. ¶23 acerba eſt. plena doloris. Plagam vocat bellum, famem, & peſtilentiam.

portam populi mei vſque ad Ieruſalem. In Geth
nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in do-
mo Pulueris puluere vos conſpergite. Et tranſite
vobis habitatio Pulchra, cõfuſa ignominia: non
eſt egreſſa, quæ habitat In-exitu: planctum Do-
mus-vicinæ accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet.
Quia infirmata eſt in bonum quæ habitat In-a-
maritudinibus: quia deſcẽdit malum à Domino
D in portam Ieruſalem. Tumultus quadrigæ ſtu-
poris habitanti Lachis, principium peccati eſt fi-
In Philiſthæos. liæ Sion, quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael.
Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem
Geth: domos Mendacij in deceptioné regibus Iſ-
rael. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas
in Mareſa: vſque ad Odollã veniet gloria Iſrael.
Decaluare, & tondêre ſuper filios deliciarũ tua-
rum: dilata caluitium tuum ſicut Aquila: quoniã
captiui ducti ſunt ex te. CAP. II.

Peccata populi recẽſet, ob quæ flagella prænũciat.

VAE qui cogitatis inutile, & operamini malũ
in cubilibus veſtris in luce matutina faciunt
illud, quoniam contra [a]Dominum [b]eſt manus co-
rum. Et concupierunt agros, & violenter tule-
runt, & rapuerunt domos: & calumniabantur vi
rum & domum eius, virum & hæreditatem eiꝰ.
Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito ſu-
per familiam iſtã malum: vnde nõ auferetis col-
la veſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniam
tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper
vos parabola, & cantabitur cãticum cum ſuaui-
B tate, dicentium, Depopulatione vaſtati ſumus:

¶ [a] Deum

enim ad Iehudã, peruenitque vſque ad portam
[34]populi mei [35]vſque Ieroſolyma. [36] In Gath ne
nuncietis, omnino ne ploretis: propter [37]domũ
Aphra [in] puluere volutato. [38]Tranſi quæ habi-
tas in [39]Saphir [30]turpiter pudefacta. non [31]egreſſa
eſt habitatrix Saanan [ad] luctum [hoſtis] Beth-ae-
ſel, accipiet [32]à vobis [33]ſtationẽ ſuam. [34]Quoniam
doluit propter [35]bonũ habitatrix Maroth, quòd
[36]malũ à Domino ad portam [vſq;] Ieruſalẽ deſcẽ-
derit. Iunge currũ [37]ad equos velociſſimos tu ha
bitatrix [38]Lachis, quæ prima occaſionẽ peccandi
præbuiſti [39]filiæ Sion: in te enim deprehẽſa ſunt
[40]ſcelera Iſraelis. Idcirco dabis [41]miſſilia ad Mo
reſeth [quæ eſt] Gath, [42]domus Achſib ad menda-
cium regibus Iſraelis. Ad hæc [43]depopulatorẽ ti
bi adducam habitatrix [44]Mareſa, ad Adullã vſq;
veniet [45]gloria Iſraelis. [46]Calua reddere & tõdere
ſuper filios tuos delicatos, [47]profer caluitiũ tuũ
ſicut aquila, quoniã à te trãſmigrabũt. CAP. II.

VAE his qui [1]cogitãt vana, qui facinora praua
[2]patrãt in cubilibꝰ ſuis: [3]prima luce deſignãt
illud: quandoquidẽ viribus pollẽt. [4]Concupiſcũt
agros & rapiunt, domibus inhiant & auferunt
[eas,] vim inferũt cuique & domui eius, cuique
inquã & hæreditati eius. Idcirco ſic dicit Domi-
nus, En ego quoque cõtra familiam iſtã [6]malum
cogito, vnde ceruices veſtras ſubducere nõ pote-
ritis, neque incedetis [7]elati, quòd tẽpus malũ ſit.
Die illo ſumet [quiſpiã] de vobis [8]dicteriũ, & plã
get plãctu lugubri, dicẽs, [9]Vaſtãdo vaſtati ſumus,

¶34 erat enim ꝓpheta iſte de tribu Iuda.

¶35 expugnatis ſcilicet omnibus vrbibus Iuda. ¶36 ſub. calamitatẽ quã ſuſtinetis: ne ſi viderint Palæſthini vos flere, magis lætẽtur. Tametſi Gath tum erat in poteſtate regum Iuda, erãt tamen Palæſthini animo à Iudæis alieno.

¶ ſub. in ea. ¶37. i. domos Haphrah, ſiue Ophra, quæ ſcilicet ſunt deſolatæ. Ea erat vrbs tribus Beniamin. ¶ vo luta teipſam. vt ſcilicet ſit in

luctu. ¶38. i. Abi in captiuitatẽ. Imperatiuũ pro futuro, Ibis in captiuitatẽ. ¶29 Recenſet hic vrbes aliquot ſuæ pa
triæ, ipſius ſcilicet tribus Iuda: nomine quarũ intelligit & omnes alias vrbes eiuſdem regionis, & earũ futurã deplo
rat deſolationẽ, ac ciuium ipſarum captiuitatem & calamitatem: adhibitis facũdis alluſionibus ad nomina illarũ.
¶30 nuda verendis. Saphir, à pulchritudine dicitur. q. d. Tu quæ antea gloriabaris de elegantia tua, abducẽris etiam
captiua cum magno dedecore tuo. ¶31. i. non egredietur. hoc eſt, ciues Saanan non ibunt vt conſolentur fra-
tres ac vicinos ſuos ciues Beth-aeſel cum deducentur in captiuitatem, ob id hoſtis tollet eos ſibi. ¶32 Mutatio per-
ſonæ, pro ab ea, ſub. Saanan. ¶33 vl, ſubſiſtentiam ſuam, ſiue moram. i. mercedem moræ, ſiue temporis quod in-
ſumpſit in obſidione eius. q. d. tandem etiam expugnabitur vt Beth-aeſel. ¶34 Certe ¶35 ſub. amiſſum: quo pri
uata eſt. ¶36 vl, afflictio, aut calamitas. Expugnatis omnibus vrbibus Iudæ, perueniet tandem hoſtis vſque ad por
tam Ieruſalem. ¶37 dromadibus, ſiue camelis, quæ ſunt velociſſima animalia. q. d. fuga tibi conſule: alioqui breui
in captiuitatem abduceris. vl, alliga camelos currui vt fugias in captiuitatẽ. ¶38 Lachis, prima omnium vrbium
Iuda cœpit colere Baalim. Mutatio perſonæ eſt apud Hebræos, qui ſic legunt, Origo peccati fuit ipſa. pro, tu fui-
ſti. ¶39. i. congregationi ¶40 vl, præuaricationes. i. multiplices idololatriæ quas didiciſti ab Iſraelitis. ¶ Al-
loquitur ciuitatem Dauid. Gallice, Par ainſi. ¶41 munera hæreditati Gath. vl, poſſeſſioni. i. agro Getheorum, quem
antea quaſi iure hæreditario poſſidebas, hoc eſt, Getheis ipſis. q. d. cogeris mittere munera Palæſthinis vt opem fe-
rant tibi ad aduentum regis Aſſyriæ. ¶42 ædes Aczib [erunt] in mendacium regibus Iſrael. i. Iudæ. Nomen vniuer-
ſale pro ſpeciali: nam Iuda continetur ſub Iſraele. Ædes vrbis munitiſſimæ quæ erat in tribu Iuda, nomine Aczib,
quæ erant inſtar arcium, fallent reges Iſrael & fruſtrabuntur ſpe ſua. q. d. reges Iuda fruſtrabuntur ſpe ſua quum
deſcendent in Aczib vt illic ſint tuti contra hoſtes: quia ciuitas illa non poterit reſiſtere hoſtibus. ¶43 hæredem il
lum. nempe regem Aſſyriæ, quem tum inſtituturus hæredem regni Iſrael, & bonæ partis Iuda, qui te poſſideat &
terram tuam, te abducta in captiuitatem. ¶44 Nõ eſt nomẽ patriæ huius prophetæ, vt videre eſt verſu primo hu-
ius prophetiæ. ¶45 Ironice dictũ, qui erit maximo dedecori nõ ſolũ tibi, ſed etiam toti Iſraeli. Quidã Hebræorũ
ſubaudiunt hæredem, hoc modo, hæres gloriæ Iſraelis. i. qui poſſidebit omnes vrbes regionis Iuda ipſis expugna-
tis. Hoc dicit quia direpturus erat opes & incolas illius regni. ¶46 vl, Depila te, & tonde [ſub. cæſariem tuam] pro-
pter filios deliciarum tuarum. i. adauge luctum & mœrorem tuum, idque ſigno exteriori oſtende, propter ciues &
incolas tuos tibi chariſſimos. Proſequitur ſuam lamentationem: quæ lamentatio incœpta eſt ab ipſo propheta vt
inuitaret ſuos populares ad pœnitentiã. Alloquitur autem hic Marrſa. vl, congregationem totius terræ. ¶47 dila
ta. Solet aquila in ſenectute immutare pẽnas, & recipere nouas: ideo dicitur quaſi reuiuiſcere. Tunc habet caput fe-
rè implume. i. redde caluitium tuum latum & amplum, vt ſit ſimile caluitio aquilæ mutantis. II. ¶1 vl,
excogitant iniquitatem. Hactenus propheta deſcripſit peccata filiorum Iſrael in Deum, nunc deſcribit peccata eo-
rum in proximũ. ¶2. i. patrare ſtatuunt. ſub. in corde ſuo. ¶3 ſubaudiendũ aliquid, ſic, & ſtatim quum illuxit au-
rora, facere ſolent illã. vl, malũ illud. ¶ Heb. quia eſt in poteſtate manuũ eorũ. i. quoniã id poſſunt facere. ¶4 vl,
quod ſi cõcupierint agros, mox rapiunt: aut domos, tunc [vi] auferunt. Aut, et [qui] cõcupiſcere ſolent agros [aliorũ,]
& vi eripiunt: cõcupiſcunt domos, & tollunt. ¶5 q. d. nõ ſolum auferunt à pauperibus domos, ſed & homines & fa
milias eorum, vt ſint voti cõpotes. ¶ Eadem ſententia repetita. ¶6. i. afflictionem quam non poterit effugere.
¶7 Heb. [in] altitudine. i. erecta ceruice, more ſuperbiẽtium. q. d. reddam vos humiles, & deiectos: nam tempus peſſi-
mum venturum eſt. ¶8 vl, carmen lugubre, aut parabolam. i. tempore illius afflictionis veſtræ, quando migrabi-
tis in Aſſyriam, cõſcribent multi lamentationes ſuper afflictione veſtra. vl, propter afflictionem veſtram. Lamẽta-
tionem autem vocat paraboli. quòd in lamẽtationibus vtantur parabolis & ænigmatibus, hoc eſt, ſermonibus figu-
ratis. ¶ Heb. & lamentabitur lamentũ lamentationis. vl, [ſci] lamentationẽ. Lamentabitur. ſub. lamentator. vl, pro-
pheta falſus, qui populo hactenus impoſuit. ¶9. i. prorſus actum eſt de nobis. In lamentationibus omnia conten-
duntur, & numeri, & perſonæ & tempora, & genera. ſunt enim verba hominis perturbati.

¶10 portionem [vel, hæreditatē] populi mei commutauit. ſub. Dominus. ¶11 tradidit poſsidendam alteri domino. nēpe hoſtibus.

¶11 Futurum apud Hebræos pro præterito. quomodo abſtulit à me, quū reſtitutus videret [nobis] agros noſtros diuiſit. ſub. noſtros agros alijs. q.d. fallemur ſpe noſtra. Abſtulit ſub. hæreditatē quam mihi dedit & patribus noſtris. ¶12 q ſcilicet impoſuerit populo meo vel, populo Dei. Hic alloquitur authorē lamentationis, pſeudoprophetē.

[10] partē populi mei cōmutauit:[11] quomodo quod ablatū eſt mihi vendicabo? agros noſtros diſtribuit.[12] Proinde nō erit qui funē in ſortē tibi proijciat in congregatione Domini. [13] Ne prophetetis, prophetabūt, nō prophetabūt illis, ne apprehendat eos ignominia.[14] Annon dictū eſt à domo Iacob, Num breuis factus eſt ſpiritus Domini? num iſta ſunt ſtudia eius? annō verba mea bona ſunt his qui rectè incedūt? [15] Equidē non adeo pridem popul° meus, hoſtis in morem inſurrexit, eregione veſte & pallio impetuoſe ſpoliabāt eos qui ſecure prætcribant, vt illis ſit qui bello redeunt. [Ad hæc] mulieres populi mei è domo [16] delicata eiecistis,[17] abſque infantib° eius honorem meū abſtuliſtis, idque perpetuō. Surgite, & [18] ite: non enim [erit] hæc, requies: eo q polluta eſt °corruptaq;, & funis nimiū intētus. ¶ [21] Si vir eſſem ſpiritum ſequēs, & mēdacium concinnās, prophetarēmque tibi de vino & ſicera, propheta eſſem pro hoc populo. Congregans congregabo vniuerſum te Iacob, & omnino [22] colligā reliquias Iſraelis, cōprimam [23] eas in vnum vt oues [24] Boſra, vt gregem in ſepto ſuo, [25] tumultuabuntur præ hominibus.[26] Aſcendit [27] perruptor ante eas, [28] erumpēt, & tranſibūt per portam, exibūntque per eam. [29] rexque eorum ante [30] eas tranſibit, & [imminebit] Dominus capitibus earum.

CAP. III.

P[1]Orrò dixi, Audite quæſo [2] capita Iacob, & [3] ty-

pars populi mei cōmutata eſt: quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones noſtras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu Domini. Iſrael. Ne loquamini loquentes, Non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio. Dicit domus Iacob, Nūquid abbreuiatus eſt ſpirit° Domini, aut tales ſunt cogitationes eius? nōnne verba mea bona ſunt cū eo qui rectè graditur? Et econtrario popul° meus in aduerſarium cōſurrexit, deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis: & eos qui trāſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarū: à paruulis earum tuliſtis laudem meā in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrūpetur putredine peſſima. C

¶ Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mēdacium potius loquerer: ſtillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit ſuper quem ſtillatur populus iſte. Congregatione cōgregabo Iacob totū te: in vnum conducam reliquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili, quaſi pecus in medio caularum, tumultuabūtur à multitudine hominum. Aſcendet enim pandēs iter ante eos: diuidet, & tranſibunt portam, & egredientur per eam: & tranſibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. D

¶ diuident.

CAP. III.

ET dixi, Audite principes Iacob, & duces do-

Contra principum tyrannidem.

i. non habebis hæredem qui partiatur hæreditatem quæ tibi ſorte obueniet inter electos in diuiſione terræ ſanctæ poſt reditū à captiuitate. hoc eſt, qui ſortiatur hæreditatem cum alijs. q.d. carebis liberis. ¶13 Heb. Ne ſtilletis, ſtillare ſolēt. [propterea] nō ſtillabūt [poſthac] iſtis, [&] nō apprehēdet ignominias. i. dicere ſolēt prophetis, Ne loquamini, hoc eſt nolite prophetare & vaticinari nobis. q.d. Vos veris prophetis ſilentiū impoſuiſtis: & propterea priuamini prophetia. Iſtis. i. vobis. Nec quiſquā eorum prophetarum apprehendet ignominias. Mutatio pluralis in ſingularem. i. nec afficientur cōtumelijs. Cōtumelijs enim afficiebantur veri prophetæ ſiquādo aduerſa vaticinarentur. ¶14 Heb. O dicta domus Iacob, nunquid abbreuiatus eſt Spiritus Domini? an iſta [ſunt] opera eius? nōnne verba mea beneficijs afficiunt per rectā illam [viam] incedētem? Hic reddit rationem quare illi imponāt ſilentiū veris prophetis. Meminit Iacob, quòd fuerit fidelis. q.d. O vos Iſraelitæ nomine tantum non re, nōnne facilè poteſt Dominus mittere prophetas, vt olim, etiam ſi illis ſilentium imponatis? De ſpiritu prophetico hoc intelligitur. nūquid quæ vobis eueniunt mala, à Deo ſunt, ſiue à ſpiritu Dei? vel, num malorum quæ vobis accidunt cauſa eſt Deus, ſiue ſpiritus Dei, qui ea prædicit per prophetas, & nō potius vos? q.d. tantum prædicūt vobis aduerſa, non autem ſunt eorum cauſa, ſed peccata veſtra ſunt cauſa aduerſorum omnium. Nōnne Dei eſſ. i. meum, mutatio perſonæ] prædicere ventura? nōnne prædicere ſoleo bona euentura iis qui obſeruant mandata mea? q.d. verba Dei neminem malis afficiūt, ſed bonis. ¶15 Heb. Et qui heri [ſiue antea erat] populus meus, [hodie] quaſi ſit hoſtis, inſurgit cōtra veſtem: ornamentū detrahitis à tranſeuntibus ſecurè, [tanquam] qui reuertūtur à bello. Iterum taxat vehementer auaritiā, & iniuſtitiam eorum ac rapinā. Populus meus tanquam ſit hoſtis, conſpecta veſte aliqua pauperis pulchra, inſurgit vt vi auferat: ornamētum detrahit ab ijs qui iter faciunt per regionē ipſorū nihil tale cogitantibus nec metuentibus tanquā finito bello, pacéque cōpoſita. Per veſtē intellige opes. ¶16 Heb. deliciarum ſuarum expelliſtis. i. in qua diu habitauerāt cum maritis ſuis in magna charitate & dilectione coniugali. vel, in qua viuebant in delicijs. Populū ſuū vocat pauperes & inopes. q.d. Præterea vos eſtis cauſa diuortij vt mariti eijciāt aliquando vxores ſuas. ¶17 à paruulis earū tolletis decorē meum æternū. ſiue gloriam meā æternā. Ita vocat cōiunctionē & conſenſum mutuū mariti & vxoris. ¶18 ſub. in captiuitatē. ¶19 ſub. terra. q.d. hæc terra, nō erit requies illa in qua ſperabatis vos ſemper manſuros. vel, nō enim [ſit] hac [terra, erit vobis] requies illa. ¶20 Heb. [à vobis,] perdet [vos,] & quidē perditione vehementi. i. euomet vos & eijciet in terram alienam. q.d. terra hæc ſancta quam polluiſtis, nō poteſt ſuſtinere vos pollutos. Hic prædicitur à propheta tranſmigratio populi Iſraelitici: acſi dicat, breui aliò demigrabitis propter flagitia ſupradicta. ¶21 Heb. ſi [ſit] aliquis qui ambulet per [viam] vēti. & falſitatē, qui mentiatur, [dicendo] ſtillabo tibi pro vino & ſicera: is erit vates populo huic. Si quiſpiā, inquit, vanus & mēdax pſeudopropheta, qui falſum dicēs mentiatur, dicendo, Prædicam quod erit tibi cōducibile. & quæ erunt tibi gratiſſima, ſi dederis mihi vinū aut ſiceram. hoc eſt, qui prædicet euētura quæſtus gratia: iſte populus ſtolidus recipiet eū pro vate. Verſus hic, reſpicit verſus ſexti initiū. q.d. hic populus aſpernatur veros prophetas, & libenter audit falſos.

¶22 ſub. in vnam vrbē. vel, in diuerſas. Hic ſubiungit pœnam quæ manet eos, qui reiectis veris prophetis, falſos recipiebant. Hæc intelligūtur de Sedecia. nota eſt hiſtoria. ¶23 eum ſcilicet Iacob. Hoc eſt, Efficiā vt cogente hoſte congregemini in vrbibus veſtris munitis, quas ille obſeſſurus eſt. Imbellē Iſraelem cōparat ouibus: vrbes obſeſſas caulis ouium: ſtrepitum obſeſſorū, ſtrepitui ouium incluſarum. Hoſtes opponuntur paſtoribus: hoſtes includunt Iſraelem in vrbibus obſeſſis. ¶24 Vrbs erat Idumææ maxima, quæ abūdabat ouibus. ¶25 vel, frement. ſub. vrbes. Tribuit vrbibus quod erat tribuendum hominibus. ¶26 Præteritum pro futuro, Aſcēdet. Deſcribit fugam Sedeciæ. ¶27 i. præcedet eos, regē ſcilicet & exercitū ei°, ruptor muri horti regij. Præmittēt qui perrumpāt murum vrbis Ieruſalē, quum meditabitur fugā cū Sedecia. ¶28 frangēt, & tranſibunt, tanquā per portā. q.d. foramē & ruptura erit illis vice portæ. ¶29 Sedecias ſcilicet. ¶30 Dominus autē [antea erat] in capite eorū. i. Antea Dominus fauebat illis: nūc autē propter peccata eorū deſeruit eos, q.d. qui prius habebāt Deū patronum, coguntur fugere, q ſint deſtituēdi fauore diuino. III. ¶1 Dixi autem. vel Dixi ergo. Peccata ſubditorū imputātur principib° & magiſtratibus. q.d. quia pauperes oppreſſi ſunt à potētioribus, & magiſtratus illos nō eripuerunt: ob id hæc euenēre. ¶2 vel, principes. ¶3 duces

mus Iſrael, Nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi
B carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciẽ ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis.

Contra pſeudoprophetas

¶Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populũ meũ: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem: & ſiquis non dederit in ore eorũ quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & ob-
C tenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus ſuos, quia non eſt reſpõſum Dei.

Prophetę Dei authoritas.

Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum.

Rurſum in primatũ ſcelera.

Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. (Qui ædificatis Sion in ſan-

Ezech.22.f. D Soph.3.a.

guinibus, & Ieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebãt, dicentes, Nunquid non Dominus in medio noſtrum? non veniẽt ſuper nos mala.)

Ieruſalem deſtructio. Iere.26.f.

Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

CAP. IIII.

¶[*]erit: Prophetia de Chriſto, eccleſia, & verbo Dei. Eſa. 2.a.

ET [*]in nouiſſimo dierũ erit mons domus Do-

ranni domus Iſraelis, [4]annon [conueniebat] vos ius & æquum noſſe? [5]Qui bonum oditis, malum vero diligitis: [6]qui pellem eorum ab eis diripitis, atque carnem eorum ab oſſibus eorum. Qui [ſcilicet] carnem populi mei [7]deuorauerunt, & detraxerunt pellem eorum ab eis, atque oſſa eorum [8]nudarunt: quin & fruſtillatim explicant [ſuppoſituri] in ahenum, & vt carnem in ollam. [9]Tum clamabũt ad Dominum, [10]ſed non reſpondebit eis, quin faciem ſuam eo tempore [11]abſcondet ab eis, [12]quemadmodum & ipſi malitiæ ſuæ ſtuduerunt. ¶Sic dicit Dominus contra prophetas ſeducentes [13]populum meum, [14]mordent dentibus ſuis, & [15]pacem pollicentur: [16]ijs vero qui in os eorum nihil iaciunt, bellum denuntiant. Idcirco [17]nox vobis [18]vice viſionis irruet, tenebræque pro diuinatione, & [19]occũbet ſol ſuper prophetas illos, [20]dieſque ſuper eos obtenebreſcet. Pudefient [21]videntes, & diuini erubeſcent, [22]ſuperum mentũ obuoluent, [23]quia nõ eſt qui ex Deo reſpondeat. [24]Veruntamen ego [25]virtute [26]Spiritus diuini plenus ſum, [27]iudicio & [28]fortitudine, vt annunciẽ ipſi Iacob [29]defectionem ſuã, & [30]Iſraeli peccatum ſuum. Audite [31]quæſo [32]iſtud capita domus Iacob, & [33]tyranni domus Iſraelis, qui à [34]iuſto & æquo [35]abhorrent, & quidquid rectũ eſt [36]peruertũt: ([37]Ædificans Sion [38]in ſanguinibus & Ieruſalem in [39]iniquitate. Principes eius pro munere ius dicunt, & ſacerdotes eius pretio [40]docent: prophetæ eius pro pecunia diuinant: [41]interim Domino innixi, dicunt, Annõ Dominus eſt [42]inter nos? [43]nec pertinget ad nos malũ.) Idcirco veſtri gratia Sion [vt] ager arabitur, & Ieruſalem [44]aceruus [lapidum] erit, mons denique templi [45]in excelſa ſaltus redigetur.

CAP. IIII.

FVturũ eſt [1]poſtremis diebus vt [2]mõs domus Do

¶4 annõ pertinebat ad vos ſcire iudicium illud? vel, cauſam illam? i. cognoſcere de cauſa illa pauperis afflicti & oppreſſi à potente? ¶5 Hebraice tranſit à ſecunda perſona ad tertiam. Oſores [ſunt] boni, &c. Deſcribit ingenium Iſraelitarum peruerſum. Deberent amare bonum & odiſſe malum: at cõtrà faciunt. ¶6 [quia] rapiũt pellem eorum ab eis, &c. q.d. rapiunt enim opes eorum vnde ali deberẽt. ¶8 Deſcribit maciem pauperũ in quam incidunt ſpoliati opibus. ¶7 deuorant & detrahere ſolẽt, &c. Exaggerat rem ipſam. Dicuntur comedere carnem, quando rapiunt populo vnde cibum & victum parare debet. Inopes vocat Deus populum ſuum. ¶8 confringunt & concidunt tanquam in olla, & tanquam carnem quæ ponitur intra lebetem. i. quẽadmodum conciderẽ ſolent oſſa quæ inijciuntur in ollam feruẽtem vt rectè diſponãtur. q.d. malè tractantur pauperes à potentioribus. ¶9 Quum ſcilicet Dominus propter peccata ſua animaduertet in eos: quum obſidebũtur ab hoſtibus clauſi in vrbibus. ¶10 & non exaudiet illos. ¶11 ne ſcilicet videat illos & miſereatur illorum. ¶12 Heb. ſicut mala reddiderunt opera ſua. q.d. & iuſtè quidẽ, ſicut &c. Verti etiam poteſt, ſicut malis affecerunt [pauperes] operibus ſuis, quæ ſcilicet ſupra recenſui. ¶13 vel, populares meos. Carpit hic propheta pſeudoprophetas, qui blanditijs ſuis imponebãt populo. ¶14 i. vorant oblata & data, qui ventris & quæſtus cauſa prædicant proſpera. vel, qui cum ſimulent amicitiam, maxime lædunt ac nocent. ¶15 Heb. pacem prædicare ſolent. i. omnia proſpera. ¶16 & qui non dederit [illis quod petunt] iuxta os eorum, ſanctificabunt [vel, præparabunt] contra eum bellum. Os capitur pro verbo. i. iuxta petitionem ſuam. Sanctificare contra aliquem bellum, eſt eum oppugnare. ¶17 Nox pro triſtitia, dolore, infœlicitate & calamitate. vide finem Eſther. ¶18 erit ob viſionem, & lux in tenebras vertetur vobis propter diuinationem [veſtram]. Per viſionẽ fortaſſe ſomnia intelligit. ¶19 q.d. deſinet ſol lucere ſuper eos. Per ſolem intellige gaudium & fœlicia omnia. Tranſit à ſecunda perſona ad tertiam. ¶20 i. lumen diei. q.d. lætitia eorum vertetur in triſtitiã, fœlicitas in infœlicitatem. ¶21 vel, illi prophetæ. ¶22 labrum. vel barbam labri. i. tegent vultum ſuum veſte ſua, vt quos ſolet pudere. ¶23 quòd non ſit reſpõſum Dei. i. deſtituãtur prophetia Dei vera. q.d. tandẽ priuabũtur prophetia Dei & gratia eius. ¶24 Heb. Et certe. vel, In veritate. Aut, Ego vero &c. q.d. Ego autem nõ ſum ſimilis illis. ¶25 i. dono prophetiæ. ¶26 Heb. à Spiritu Domini. ¶27 i. virtute carpendi peccata. Significat peritiã iudicandi inter peccata & peccata. ¶28 ſub. animi. Opponitur timori. ¶29 vel, tranſgreſſiones ſuas ¶30 Repetitio: nã Domus Iacob, & domus Iſrael, idẽ ſignificãt. ¶31 vel, nũc ¶32 i. quod ſum dicturus. ¶33 principes. Per hos intelligit ſacerdotes & prophetas, vt ſequitur. ¶34 à iudicio. vel, iuſtitia. Per iudiciũ intellige iuſtitiã, & æquitatem, & ius vnicuique reddendũ. ¶35 vel, abhorretis. Aut, qui eſtis illi qui omnem iuſtitiam abominãtur. ¶36 Heb. peruertitis. Mutatio perſonæ tertiæ in ſecundam. ¶37 Ædificat. ſub. vnuſquiſque eorum. ¶38 vel, ſanguine. i. pecunia vnde ali debuerant pauperes. nam alimentum vertitur in ſanguinem. q.d. vnuſquiſque principum ornat Sion ædificijs pretioſis ſanguine. i. ſubſtantia & pecunijs quibus pauperes ali debuerant. vel, pecunia quo corruptus eſt iudex vt abſolueret nocẽtem & condemnaret innocentem. ¶39 i. pecunia iniquè parta. ¶40 q.d. reſpõdere ſolent pro voluntate interrogãtium accepto pretio. nam conſulebãtur de ijs quæ pertinebant ad religionem. Aut certè eſt intelligendũ quòd non docerent legem gratis. ¶41 & tamen ſuper Dominũ nituntur, dicentes, ¶42 Hoc dicebat propter templũ quod erat in monte Sion. Illi ponebant fiduciã in templo materiali iuxta quod habitabãt, & nõ in rectitudine animi: vnde falſi ſunt. ¶43 [propterea] nõ veniet ſuper nos afflictio vlla. ¶44 [in] aceruũ ¶45 in excelſa ſyluæ. i. in monte tẽpli naſcentur arbores altæ. mõs ille erit ſimilis ſyluæ naſcẽti in mõte. ſolent enim ſyluæ eſſe ſitæ in mõtibꝰ. IIII. ¶1 Poſtremos dies vocat tẽpꝰ gratię & legis Chriſtianæ. Hic propheta more aliorũ poſtquã reprehẽdit peccata populi, & interminatus eſt viſionẽ diuinã, ſubiũgit conſolationẽ de aduẽtu Meſſiæ & ſtatu primitiuæ eccleſiæ. q.d. mõti illi prædicto terreno deſtructo ſuccedet mõs ſpiritualis, per quẽ intelligit legẽ catholicã atque dicitur mõs ꝓpter excellẽtiã. Hæc omnia paucis immutatis legũtur Eſaiæ cap.2. ¶2 i. Eccleſia Chriſtiana.

¶3 vel, firmetur, ſiue, ſtabiliat. Matt.16. Portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eam. ¶4 vel, capite. i. ſuperabit dignitate omnes alias ſynagogas & cõgregationes, vbi aliquid colitur vt Deus. Per caput intelligit dignitatẽ, excellẽtiam, & ſummum ordinem. ¶5 vel, erigatur. i. erit altior omnib[9] alijs. q. d. offundet tenebras Chriſtus cultui omnium aliorum deorũ & idolorũ. ¶6. i. Gentes. ¶7 vel, fortes. ¶8 Domus Iacob, populus Chriſtianus qui eſt ſuplãtator vitiorum. ¶9 vel, de vijs ſuis. Quis enim intelligat omnes vias Domini? Aut, de vijs ſuis, pro, vias ſuas. Verti etiã poteſt, vt doceat nos vias ſuas, & ambulem[9] &c.

mini[3] præparetur in [4]vertice montium, [5]eleuetúrque ipſe ſupra colles, confluántque ad eum [6]populi. Tum ibũt gentes [7]multæ, & dicent. Agite, aſcẽdamus in montẽ Domini, & ad [8]domũ Dei Iacob: is nos [9]vias ſuas docebit, vt in ſemitis eius ambulemus: quoniã lex [10]ẽ Sione egredietur, & [11]verbum Domini de Ieruſalẽ. [12]Et iudicabit inter populos [13]multos, gentẽſq; [14]fortes & procul [15]diſſitas [16]arguet, ita vt gladios ſuos in [17]vomeres concidant, & [18]lanceas ſuas in falces: nec [19]geret gens cõtra gentem gladiũ, neque vltra [20]bello aſſueſcent, Sed quiſq; ſub vite ſua ac ficu ſua [21]ſedebunt, nec erit qui exterreat, quoniã os Domini exercituum loquutũ eſt. Etenim omnes illi populi ibũt quiſque [22]in nomine Dei ſui: [23]nos autem [24]in nomine Domini Dei noſtri ibimus in omne æuũ ¶ In die illa, dicit Dominus, [25]colligã claudicantẽ & procul [26]eiectã, eamq; quam afflixi [27]congregabo. [28]Claudicantẽ faciam vt ſint reliquiæ: & procul propulſam, vt ſit gẽs robuſta: regnabitq; Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc [tẽpore] [29]in ſeculum vſq;. Et tu [30]turris gregis, propugnaculũ filiæ Sion, vſq; ad te veniet, veniet inquã [31]imperium priſtinum, [ſcilicet] regnũ [ſp] [32]filiæ Ieruſalẽ. [33]Cur igitur vocem edis querulã? num rex in te nullus eſt, an [34]cõſiliarius tuus perijt, quòd te dolor vt parientẽ fœminam apprehẽdit? [35]Dole & gemitum ede filia Sion vt parturiens: quoniã [36]iã egredieris [37]ex vrbe, & habitabis [37]in agro. [38]Babylonẽmq; peruenies: [39]illic liberaberis, illic [40]redimet te Domin[9] ẽ manu hoſtiũ tuorũ. [41]Nũc quidẽ congregatæ ſunt aduerſus te gẽtes multæ, quæ dicunt [42]Hypocrita ſuit, [44]hinc cũ voluptate aſpiciẽt oculi noſtri Sionẽ. [45]Ipſi tamẽ [46]nõ cognoſcũt cogitationes Domini, neq; cõſiliũ eius intelligũt, quòd [47]cõgregabit eas vt manipuli [48]in areã [ſolẽt.] [49]Surge & [50]exterere, ô filia Siõ: quoniã faciã [51]cornu tuũ ferreũ, & vngulas tuas

mini præparatus in vertice mõtiũ, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſque in longinquum: & cõcidẽt gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gentem gladium, & non diſcent vltrà belligerare. Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum eſt. Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſque in nomine Dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei noſtri in æternum & vltra. ¶ In die illa, dicit Dominus, cõgregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram, conſolabor. Et ponam claudicantem, in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robuſtam: & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nũc & vſque in æternũ. Et tu turris gregis, nebuloſa filiæ Sion vſque ad te veniet: & veniet poteſtas prima regnũ filiæ Ieruſalẽ. Nunc quare mœrore contraheris? nũquid rex non eſt tibi, aut cõſiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor ſicut parturientem? Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vſque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ: quæ dicunt, Lapidetur: & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt conſiliũ eius: quia congregauit eos quaſi fœnum areæ. Surge, & tritura filia Siõ: quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas

B

Iſraelitarum vocatio in regnũ Chriſti. Soph. 3. d. Luc. 2. c. dan. 7. Eccleſiæ cõfirmatio aduerſus hoſtes.

C

¶ filiæ

D

¶10. i. exibũt Apoſtoli & diſcipuli repleti Spiritu ſancto ex Siõ, qui docebũt eccleſiã catholicã. ¶11 Repetitio. ¶12 ſub. eccleſia. q. d. ſiquãdo acciderit aliquid difficultatis de religione, eccleſia catholica cõponet oia, quæ à Spiritu ſancto recta, falli nõ poteſt. ¶13 vel, varios. ¶14 vel, multas. ¶15 vel, poſitas. i. quæ longe abſunt à præcipua ſede eccleſiæ, quæ eſt Ieruſalem. ¶16 ſub. per prædicationẽ Apoſtolorũ & diſcipulorũ. ¶17 vt ſcilicet arent terram. nam gladiorũ, tempore pacis, nullus eſt vſus. q. d. tẽpore quo Chriſtus naſcetur, erit ſumma pax in Iudæa. vnde illa deſcriptio facta eſt Luc. 2. per quam intelligitur pax ſpiritualis. ¶18 vel, haſtas. ¶19 Heb. leuabit. ¶20 Heb. diſcẽt bellũ. ¶21 vel, habitabũt. ſub. propter pacẽ ſummã, vt ſolẽt facere hoĩes otioſi & nihil ſibi timẽtes. ¶22. i. omnes colent idola ſua vſq; ad ea tẽpora. ſed vt aliæ gẽtes colant ſua idola, nos tamen erimus ſemper fideles, & perpetuo colemus Deũ noſtrũ. Intelligitur enim de Iudæis qui cõuertẽdi erãt ad Chriſtũ. ¶23 ſub. qui credimus in Chriſtũ. ¶24 Ire, ſiue ambulare in nomine Domini eſt viuere in fide & ſpe cõſequẽdæ miſericordiæ per Chriſtũ. ¶25. i. trahã ad Chriſtũ ſynagogã quæ hactenus claudicauit fide, modo credẽdo in Deũ, modo colẽdo idola. vel, clãdicauit præ fatigatione itineris, eũdo in captiuitatẽ. ¶26. i. quã eiecerã. Alludit ad trãſmigrationes. q. d. quãuis afflixerim eam, nõ tamen perdã. recõciliabor tẽpore illo ſynagogæ. Poſſunt eſſe verba Dei patris, vel filij ſui Ieſu Chriſti. ¶27 ſub. in eccleſiã. Hebraice hoc ordine legitur, & eiectã cõgregabo, & quã malis afflixi. ſub. mittẽdo in captiuitatẽ. ¶28 Et ponam claudicantẽ illã in reliquias, & longẽ amãdatã in gentẽ fortem. vel magnam. q. d. nõ perdam illam, ſed fœcundã reddam. ¶29 Hæc omnia intelligũtur de regno Chriſti, cuius regni non erit finis. ¶30 Gregem vocat ſynagogã: & per turrem intelligit Ieruſalẽ. De turre gregis lege Geneſis 35. ¶31 dominiũ primũ. ſub. Chriſti. i. veniet regnum Chriſti ad filiã Ieruſalẽ. quia illic fuit prima eccleſia: primi Chriſto credent. ¶32 Heb. Nũc quare vociferaris vociferationem? ſub. ô filia Sion. Hoc pertinet ad infirmiores Chriſtianos, vel certe voluit dicere magnã futuram afflictionem. Poſteaquã locutus eſt de ſtatu Chriſti & de dignitate eccleſiæ, nunc loquitur de afflictionibus ipſius eccleſiæ, cõuertendo ſermonem ſuũ ad eam. q. d. poſt aduentũ Chriſti affligentur Chriſtiani, vnde habebunt anſam conquerendi: ſed tamen non deſtituentur à Chriſto. ¶33. i. Spiritus ſanctus. ¶34 q. d. habebis argumẽtũ & cauſam doloris & gemit[9]. ¶35 nũc. Intelligit tẽpus perſecutionis primitiuæ eccleſiæ. ¶36 ſub. Ieruſalem. ſunt enim diſperſi propter afflictiones diſcipuli. ¶37 ſub Ieroſolymitano, fugiendo perſecutiones. ¶38 Babel hic accipitur pro quauis vrbe remota ab Ieruſalẽ. Alij Babylonem intelligunt quæ erat in Aegypto. nã alia illa Aſſyriorum, erat deſtructa. Alij intelligunt Romam. de qua Petrus. Salutant vos eccleſia, &c. ¶39. i. in Babylone. ¶40 Hoc dicũt adimpletũ tẽpore Conſtãtini. ¶41 Nunc autẽ. vel, Breui autẽ. ¶42 Præteritũ pro futuro. ¶43 ſub. ſynagoga credẽdo in nouũ Deum, hoc eſt Ieſum Chriſtũ. q. d. affligitur quòd peccarit in Deũ ſuum. Verba ſunt perſecutorũ primitiuæ eccleſiæ. ¶44 Heb. & videbũt in Siõ oculi noſtri, ſub. mala quæ optam[9]. ¶45 Ipſæ autem. ſub. gẽtes. ¶46 ſub. qua de cauſa permittet electos affligi, quódque tribulationes vertat in gaudium. ¶47 q. d. ſubijcientur omnes Chriſto, cõteret ſuperbiam gentiũ virtute prædicationis & cõuertet illas. ¶48 in qua ſcilicet triturãdi ſunt illi manipuli. ¶49 Prædicit victoriã primitiuæ eccleſiæ de hoſtib[9] & afflictorib[9]. ¶50 vel, tritura & cõculca. ſub. illas Gẽtes. i. ſubiuga tibi hoſtes tuos. q. d. dabo tibi vires quib[9] nemo poterit reſiſtere. ¶51 Metaphora tracta à bobus, quorum fortitudo ſita eſt in cornibus. i. virtutem conſtantem in fidem Chriſtianam.

tuas ponam æreas: & cōminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorū, & fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ. CAP. V.

Imminēs vrbis Ieruſalē vaſtatio.
Chriſt⁹ dux. Matth.2.b. Iohan.7.f.
¶*&

NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionē poſuerūt ſuper nos, in virga percutiēt maxillā iudicis Iſrael. ¶ET TV BETH-LEHEM Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus ei⁹ ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vſque ad tēpus, in quo parturiēs pariet: *reliquiæ fratrū eius cōuertētur ad filios Iſrael. Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimi-
B tate nominis Domini Dei ſui: & conuertentur, quia nūc magnificabitur vſq; ad terminos terræ. Et erit iſte pax: Aſſyrius quū venerit in terrā noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris: & ſuſcitabimus ſuper eū ſeptem paſtores, & octo primates hoīes. Et paſcent terrā Aſſur in gladio, & terrā Nēroð in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur, quū venerit in terrā noſtrā, & quū calcauerit in finibus noſtris.

Reliquiarum Iſrael exaltatio.

Et erūt reliquiæ Iacob in medio populorū multorum quaſi ros à Domino, &
C quaſi ſtillæ ſuper herbā quæ non expectat virū, & nō præſtolatur filios hominū. Et erūt reliquiæ Iacob in Gētibus in medio populorū multorum, quaſi leo in iumentis ſyluarū, & quaſi catul⁹ leonis in gregibus pecorū: qui cū tranſierit, & conculcauerit, & ceperit, nō eſt qui eruat. Et exaltabitur man⁹ tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui interibūt.

A vero Iſraele aufert De⁹ omnem carnis fiduciam.

¶Et erit in die illa, dicit Do-
min⁹: auferā equos tuos de medio tui, & diſperdā
D quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruā oēs munitiones tuas, & auferā maleficia de manu tua, & diuinationes nō erūt in te. Et perire faciā ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuū tuarū. Et euellā lucos tuos de medio tui: & conterā ciuitates tuas. Et faciā in furore & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ nō audierunt.

Q14 vl, liquefactũ eſt. Hæc de ciuib[9]. Q11 colliſio .i. genua eorũ præ trepidatiõe collidunt ſeſe. Q16 vl, dolor. Fortitudo apparet in lumbis. Q17 contraxerunt mœrorẽ. præ timore ſcilicet.
Q18 Comparat Aſſyrios principes leonibus, & vrbes Aſſyriorum, habitaculis leonũ. Leunculis filios illorum principũ, ac minores pricipes. q.d. Habitaculũ leonũ omnino deletum & euerſum eſt.
Q19 ſeſe recipere ſolebat leo & leæna, & catulus leonis. i. leones cũ ſuis catulis. Q40 terrebat? Q41.i. Sennacherib. Q42 ſub. antea. .i. rapto viuebat. Q43 vl, ſuffocans quoque leunculis. Q44 præda cõplebat. Rex enim Aſſyriorũ ſpoliare ſolebat omnes alias gẽtes. Q45 Heb. foramina Q46 rapina. i. animalib[9] raptis & ſuffocatis. Q47 vl, En ego[venturus ſum] ad te. ſub. ô Niniue. Euerſio eius prædicitur. Venit ad nos Dominus quãdo punit. Q48 .i. currus falcatos eius. Hic mutata eſt perſona: nã dicendũ erat currus tuos. Q49.i. igne fumante. nã loquitur de fumo permiſto igni. Q50.i. milites tui qui animo ſunt leonino peribũt gladio hoſtili. Hic declarat quodãmodo metaphorã ſuã. Q51 prædã exterminabo &c. i. non prædaberis vltra. Q52 Solebat enim præconibus & nũtijs terrere eas vrbes quas inuitabat ad deditionẽ. III. Q1 Heb. Væ ciuitati ſanguinũ. i. in qua effunditur ſanguis innocẽs. Declaratur cauſa cur Dominus detraxerit imperiũ Aſſyrijs, & tranſtulerit ipſum ad Babylonios. Q2 rapina, non recedit præda. ſub. ab ea Niniue. Q3.i. flagellorũ. Loquitur de flagello quo ſolẽt agere & excitare equos. olim enim ante vſum calcarium vtebantur flagellis. Subaudiendum, mox exaudietur. q.d. propediem audietur ſtrepitus equorũ venientium vt oppugnẽt Niniuẽ. Q4 & ſtrepitus cõmotionis[vl, agitationis] rotarum. ſub. curruum falcatorũ. Venient(inquit) equites, & qui pugnare ſolent è curribus falcatis. Q5 &[ſtrepitus] equi terrã pedibus quatientis, & currus ſaltantis. i. curruum properantium. Videntur enim currus ſaltitare dum celeriter aguntur. Q6 Heb. Eques eriget ferrum gladij, & ferrum lanceæ. q.d. alij manibus geſtabunt enſes euaginatos, alij haſtas ſplendidas. Singularia pro pluralibus. Q7 .i. occiſorum. ſub. erit in Niniue. Q8 finis erit. q.d. erit infinitus numerus cadauerum. Q9 impingent [ſub. Chaldæi] in corpora eorum. ſub. Aſſyriorum. q.d. tanta erit multitudo cadauerum, vt vix ſit liber inceſſus ipſis Chaldæis. Corpora, ſub. mortuorum. i. cadauera. Q10 Heb multitudinem fornicationum meretricis bonæ gratia, & habentis maleficia. i. meretricis formoſæ & gratioſæ præditæ maleficijs. ſub. euenient ſupradicta. Comparat idololatriam Niniuitarum fornicationi meretricis. Q11 fornicationibus. i. redigit in ſeruitutem gẽtes. & tradit alijs. Propter idololatriam venerunt Aſſyrij in poteſtatem Chaldæorum. Q12 familias Q13.i. idololatria. Q14 Hebr. ego ad te. ſub. vẽturus ſum, vt te puniam. Iterum hic deſcribitur expugnatio Niniues. Q15 & reuelabo limbos tuos &c. i. reuelando reijciam fimbrias veſtimentorũ tuorum ſuper &c. Perſtat in metaphora ſumpta à ſcorto. Q16.i. afficiam te ſumma ignominia. videbunt gentes omnia ſecreta vrbis tuæ. Expugnationem vrbis deſcribit. Q17 abominationes. i. inquinabo te abominationibus, & obruam. Q18 contumelijs afficiam te, & ponam te tanquam ſtercus. i. deturpabo & inquinabo faciem tuam quæ antea eras tam formoſa: faciem tuam reddam ſicut faciem mulieris inquinatæ & ſordidatæ. Per hoc prædicit multitudinem cadauerum: quòd cadaueribus coinquinarentur. Q19 Vaſtata eſt Q20 condolebit illi? Quia ſicut antea nullius fuit miſerta, ſic nullus miſerebitur eius. Q21. q.d. non video vndenam: quia omnes gaudebunt quòd cecideris. Q22.i. quàm Alexandria magna. ita Chaldæus paraph. Hebræi dicunt No Amon fuiſſe dictam Alexandriam Ægypti. Hæc inquit patieris: quia non es præſtantior Alexandria quæ erat munitiſſima, & habebat multas copias, & tamen venit in poteſtatem Chaldæorum. Q23 Heb. aquæ in circuitu illi. Q24 nã dederat illi quamplurimos milites. Q25 Hebr. neque erat finis. ſub. populo eius. i. erãt in ea vrbe quamplurimi ciues. Q26 Potius vertendum, [ſicut] Africi & Libyci fuerunt tibi auxilio. Q27 Ipſa quoque. ſub. Alexandria. Q28 vl, tranſmigrationem Q29 nobilibus. nam ibi diuiſerunt captiuos ſortibus.

cõpedibus.[10] Tu quoq; [11]inebriaberis, & eris[11] obſcurata: tu quoque[12] præſidium ob hoſtẽ quæres. Omnes munitiones tuæ[13] ſimiles erunt [sicut] arboribus habentibus iam ficus maturos: [quæ] ſi concutiantur, decidunt in os deuorantis.[15] Ecce populũ tuum intra te effœminatũ, [16]profecto portæ regionis tuis pandentur hoſtib⁹, ignisq; [17]deuorabit tuos [18]obices. [39]Haurito tibi aquas obſidionis, [40]firma tuas munitiones ingredere [41]lutum, & ſubige [42]argillam, [43]inſtaura officinam lateritiã. [44]Ibi quoq; ignis deuorabit te, [45]cõſcinet te [46]gla ſi⁹, deuorabit [autẽ] te more bruchi: [47]onera te [hominib⁹] tanquã brucho, onera te tãquã locuſtis. Auxiſti mercatores tuos [48]ſupra ſtellas cæli, [49]bruchũ [videlicet] auolantẽ ſtatim vt impetũ cepit. [50]Comatuli tui locuſtã referunt, ingenui tui attelaborũ examen imitantur tẽpore frigido in ſepibus cõſidentiũ, ſed orto ſole diffugientiũ, vt neſciatur loc⁹ eorum ad quẽ peruenerint. Paſtores tui [51]dormiturtunt, ô rex Aſſyriorũ, [52]iacẽt heroes tui, [53]diſperſus eſt populus tuus per mõtes, & nemo [54]recolligit. [55]Neque leue eſt vulnus tuũ, ſed acerba plaga tua: quotquot [56]caſus tuos fama perceperint, plaudent ſuper te manib⁹. ad quẽ enim non ſemper [57]iniuriæ tuæ peruenerunt?

¶10 ſub. ô Niniue, vt Alexãdria. ¶11 ſub. afflictionibus. ¶12 abſcon dita .i. abſcondes te præ metu & terrore, vt intrare pidatione. Vel vt alij, tolleris de medio: ita vt deſinas eſſe in rerũ natura ¶13 robur .i. auxiliũ & opẽ cogeris quærere, vt inimicis tuis reliſtas. ¶14 Heb. ſerũt tanquã [ficus cũ primitiuis.i. tã quã ficus poſte riores & priores quæ iã peruenerũt ad maturitatem.

cõpedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres auxiliũ ab inimico. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cũ groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint, cadẽt in os comedẽtis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandẽtur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. Aquã propter obſidionẽ hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, ſubigens, tene laterẽ. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: cõgregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locuſta. Plures feciſti negotiationes tuas, quã ſtellæ ſint cæli bruch⁹ expãſus eſt, & auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſtæ: & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum quæ conſidũt in ſepib⁹ in die frigoris: ſol ortus eſt, & auolauerũt, & nõ eſt cognitus locus earũ vbi fuerint. Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur, ſepeliẽtur principes tui: latitauit populus tuus in mõtibus, & nõ eſt qui cõgreget. Nõ eſt obſcura cõtritio tua, peſſima eſt plaga tua: omnes qui audierũt auditionẽ tuam, compreſſerũt manum ſuper te: quia ſuper quẽ non tranſijt malitia tua ſemper?

Vires carnis quib⁹ innitebatur, ſubſannat.

D

¶15 Heb. Ecce populus tuus [erit tanquã] mulieres in medio tui.i. effœminati.q.d. facile vincentur ciues tui ô Niniue. ¶16 Heb hoſtibus aperiẽdo aperientur portæ terræ tuæ. vl, aperiẽt ſeſe, ſpõte ſcilicet ſua. Hyperbole eſt. ¶17 Præteritum apud Hebræos pro futuro. ¶18 vectes. quos ſcilicet opponere ſoles portis.q.d. vectes tui videbuntur quaſi abſumi igni: nã non reſiſtent hoſtibus. Quaſi miraculi vice hoc dicit: quia hi vectes ſolent eſſe ferrei. ¶39 q.d. iã inſtat oppugnatio, præpara igitur ea quæ erũt tibi neceſſaria tẽpore obſidionis: ſed fruſtra tamẽ hæc facies. ¶40 ſub. quantuncunq; voles, nihil tamen proficies. Ironia. ¶41 vnde ſcilicet fieri ſolent lateres. ¶42 lutum. ſub. lateritiũ. olim fiebant muri lateritij, vbi non erat copia lapidum. ¶43 Heb. apprehende fornacem.i. verſare circa fornacẽ lateritiã vt habeas lateres, vnde reſarcias rupturas murorũ tuorum. ¶44 ſub. in munitionibus tuis. ¶45 vl, perdet. excidet ¶46 ſub. hoſtilis. vt bruchus abſumit omnia, ſic gladius hoſtilis omnia abſumet. ¶47 Heb. multiplica te inſtar bruchi, multiplica te tanquam locuſtã. ſub. peribis tamen.i. contrahe numerũ militum quantus eſſe ſolet numerus bruchorum & locuſtarum, ſi ita voles, ſed tamen peribis. ¶48.i. plures habebas mercatores quàm ſint ſtellæ in cælo. ¶49 Subaudiendũ aliquid, cuiuſmodi [ipſi autẽ erunt ſicut] bruchus, qui poſtquã depaſtus eſt terrã, auolauit. Bruchi vbi omnia perdiderũt, auolare ſolent. ¶50 Heb. Coronati tui [ſunt] ſicut locuſta, & optimates tui ſunt tanquã locuſta locuſtarum, quæ caſtrametãtur [vl, manent] in ſepib⁹ tempore frigoris. [at poſtquã] ſol exortus eſt, diſcedunt [alio,] & nõ cognoſcitur locus earum vbinam ſint. Vel per interrogationem, vbinam ſunt?.i. Principes tui multi ſunt, inſtar locuſtarũ: & nobiles tui ſunt ſicut locuſta locuſtarum, hoc eſt vt prægrandes locuſtæ (ad dignitatem refertur, non ad numerum) nempe magnæ dignitatis: quæ manent &c. ¶51 dormitabunt. ſub. in ea oppugnatione, & ita venient in poteſtatem Chaldæorum. ¶52 iacebunt fortes &c. quaſi ſcilicet in ſepulchro. ¶53 diſpergetur.q.d. nobiles tui, qui ſunt inſtar paſtorũ, perituri ſunt, & populus tuus qui eſt inſtar ouiũ, diſpergetur. ¶54 recolliget. ¶55 Heb. Non erit curatio fracturæ tuæ, doloris plena erit plaga tua.i. Fractura tua nulla ratione curari poterit: vulnus quod accipies à Chaldæis, erit plenum doloris. ¶56 Heb. audierint famam tuam.i. euerſionem tuam. ¶57 Heb. tranſijt malum tuum?.q.d. omnes aſſidue afflixiſti, propterea te quoque Dominus afflicturus eſt.

# Prophetia Habacuc.

## CAP. I.

GRAVIS prophetia, quã [1]prophetauit Habacuc propheta. Quouſq; Domine [3]clamo, & nõ exaudis? [4]vociferor ad te violentiã, & nõ ſeruas? Cur [5]oſtẽdis mihi [6]moleſtiã, [7]& facis vt aſpiciã laborẽ, [8]vt ſint corã me vaſtatio & violẽtia? [9]eſt lis, & iudiciũ ſublatũ eſt. [10]Idcirco lex [11]nõ viget, [12]nõ habẽtia ducẽt & factum eſt iudiciũ & cõtradictio potẽtior? Propter hoc lacerata eſt lex, & nõ per-

¶1 Heb. Onus. Vide principiũ Nahũ. Hic propheta vaticinatur cõtra Babylonios qui duas tribus abduxerũt in captiuitatem. Vt igitur Nahum cõtra Aſſyrios, ita hic cõtra Babylonios vaticinatus eſt. Ac, vt Nahũ nullã ſubdidit conſolationẽ, ita neque hic: quoniã vaticinabitur cõtra Gentes idololatras quæ Meſſiã nõ expectabãt. alioqui enim prophetæ nõ ſolũ terrere, ſed & poſtea cõſolari ſolent. Quo tẽpore floruerit nõ tradũt Sacræ literæ. In Chronicis tamẽ Hebræorũ dicũtur Ioel, Nahũ, & Habacuc floruiſſe ſub Manaſſe, cui⁹ tamẽ hi nullã mẽtionẽ faciũt propter ipſius impietatẽ. ¶2 Heb. vidit. ſub. prophetico ſpiritu. ¶3 Præterita apud Hebræos pro futuris, clamabo, & nõ exaudies? ſub. orationẽ mei. Admiratur felicitatẽ & proſperitatẽ Nabuchodonoſor idololatræ, & afflictionẽ bonorũ & piorũ. ¶4 [quouſq;] vociferabor propter iniuriã, & nõ ſeruabis? ſub. me.i. nõ feres opẽ.q.d. tu videris mihi quaſi iniuſtus nã iniuſte affligor ab idololatris: cur igitur ſinis me innocentẽ affligi? ¶5 vl, facis me videre ¶6 iniquitatẽ.i. homines iniquos Chaldæos in regione noſtra graſſantes. ¶7 & [quare] peruerſitatẽ [vl, afflictionẽ] aſpicis? vl, ſuſtines videre?.i. homines affligẽtes alios.q.d. tu deberes de illis ſumere pœnas. ¶8 & [quare] vaſtitas & vis [vl, rapina] corã me?.i. quare hic video iniuriam fieri? ¶9 & [quare] eſt [qui] ſuſcipiat rixã & cõtentionem? ſub. cõtra me.i. quare permittis vt populus iſte Chaldæorũ armis diſceptet nobiſcũ, & vaſtet hanc regionem noſtrã? Alij exponũt, Et quare accidit vt Iſrael ferat rixam & contentionem [.i. iurgium?] ¶10 quia ſcilicet pœnas non ſumis de improbis. ¶11 debilitata eſt.i. propterea homines legem tuam deſerunt, quia ſuſpicantur te eſſe iniuſtum. In perſona vulgi ignari iudiciorum Dei loquitur.

## CAP. I.

ONVS quod vidit Habacuc ꝓpheta. Vſquequo Domine clamabo, & nõ exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & nõ ſaluabis? Quare oſtẽdiſti mihi iniquitatẽ & laborẽ, videre prædã & iniuſtitiã cõtra me? Quare reſpicis contẽptores, & taces cõculcãte impio iuſtiorẽ ſe? & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia

In perſona ſanctorũ pie cõqueritur propheta quòd mali iuſtos perſequãtur.

Chaldæos ſuſcitatos eſſe à Domino oſtẽdit ad iuſtorum correptionem. Act.13.f.

uenit vſq; ad finẽ iudicium: quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudiciũ peruerſum. § Aſpicite in Gentibus & videte, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula nõ ſua. Horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium

C & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites nanque eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient, facies eorũ ventus vrens: & congregabit quaſi arenam captiuitatem. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem muni-

Eorũ ruina.

tionẽ ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in iudiciũ po-

D ſuiſti eum: & fortem vt corriperes, fundaſti eum.

Querelam repetit.

Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorẽ ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principẽ. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagenam ſuam, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere Gentes non ceſſat.

¶ parcet.

CAP. II.

SVper cuſtodiã meã ſtabo, & figã gradũ ſuper

get, nec efficacẽ executionẽ habet iudiciũ: quãdoquidem iuſtum impius [14] circumuenit: [14] hinc eſt quod iudiciũ peruerſum exit. Videte in [15] gẽtib. & aſpicite: admiramini & obſtupeſcite quoniã opus [17] operabor in diebus veſtris, quod ſi narretur, non credetis. Etenim en ego [18] excito Chaldæos, gentem [19] amaram & [20] præcipitem, [21] quæ longe lateq; in terra vagantur, vt occupent ſedes non ſuas. Horrenda eſt & formidabilis [22] ſuo ſure viuens, quódque tulit ref gens. Equi [23] eius velociores ſunt pardis, & [24] auidiores lupis [25] veſpertinis equites eius [26] diffuſi irruunt, equites eius è lõginquo venient, [27] aduolant vt aquila feſtina ad vorandum. Quiſque eorũ ad hoc [28] venit vt vim inferat: [29] quidquid eorũ faciebus obijcitur, flaccidũ fit, vt ſi vredo exuſſiſſet: adhæc captiuos vt arenã [maris] [30] colliget. Regibus quoque [31] ipſe [32] illudit, & tyrãnos pro ridiculo habet, ridet omnem munitionem, [33] congerit puluerẽ, & capit eam. Tum [34] mutato ſpiritu, [modum] excedet & delinquet, robur hoc ſuũ deo ſuo [35] adſcribens.] Annon tu es [36] ab initio Domine. Deus meus, [37] ſanctus meus, [&] [38] non moriemur? Domine [39] ad iudiciũ poſuiſti eũ, & [40] ad petram, ad protrahendũ fundaſti eũ. Mundus es oculis, quo minus malũ cernere poſſis, nec [41] laborem poteris aſpicere: cur ergo [42] aſpicis præuaricatores, & diſſimulas quũ impius iuſtiorẽ ſe deuorat? [43] Facis homines vt piſces maris, & ſicut [44] reptile quod ducẽ nõ habet. [45] Cũcta hamo trahũtur, colligitque in ſagenã ſuã, & in rete ſuũ [46] cõuerrit, & ob id gaudet & exultat. Idcirco [47] ſacra facit ſagenæ ſuæ, & ſuffitũ reti ſuo: quoniam [48] in his pars eius pinguior redditur, & cibus eius magis ſaginatus. Annõ ob id [49] euacuat ſagenã ſuã, & perpetuò gẽtes occidit, neminiq; parcit? CA. II.

SVper [1] cuſtodiam meã ſtabo, & [2] ſtatuam me in

¶13 Heb. prodibit i ſtennũ &c. .i. Deus nunquã animaduerſur eſt i improbos .i. homines exiſtimãt te nunq &c. ¶13 vſ. opprimit .i. videmus iuſtiſſimũ quẽque affligi. ¶14 propterea [ſub. dicũt,] Prodibit iudicium peruerſũ. q. d. propterea homines putãt iudicium Dei eſſe iniuſtũ, hoc eſt improbos non eſſe puniendos ab eo. ¶16 vſ. gẽtes iſtas. ſub. improbas quæ Iſraelem affligũt. Sumit propheta perſonã eius qui tuetur iuſtitiã Dei: & obiter vaticinatur trãſlationẽ imperij Babyloniorum ad Medos & Perſas. ¶17 operaturus eſt. ſub. Deus q.d. vos videbitis iudicium Dei & vindictã diuinam de Aſſyrijs: nam ſeruaturus eſt duas illas tribus quæ abductæ ſunt in Babyloniam: quũ nulla iam erit ſpes ſalutis. Hinc veriſimile aiunt doctiores prophetã Habacuc vixiſſe tẽpore Nabuchodonoſor. ¶18 excit. bo. ſuſcitaturus ſum. Verba Dei. ¶19 .i. duram & crudelem. ¶20 .i. quæ conſilia ſua præcipitat. ¶21 Heb. euntem ad latitudines terræ, vt poſſideat habitacula &c. i. quæ itura eſt ad &c. hoc eſt, quæ maximã partem terrarũ occupabit. Habitacula vocat vrbes. Chaldæi & Iudæos, & alias nationes iuſto Dei iudicio afflixerũt. ¶22 Heb. ab ipſa [gente] iudiciũ eius & magnificentia eius egredietur. q.d. gloria & honos quẽ conſequetur, authoritáſq; ab ipſo egredietur, non ab externo. hoc eſt imperiũ orbis terrarum propria virtute conſequetur gens Chaldæa, vel ipſe Nabuchodonoſor, non alienis opibus. ¶23 Deſcribit naturam gentis Chaldææ, vel Nabuchodonoſoris. ¶24 Heb. acutiores. i. velociores. Metaphora ab acutis gladijs, qui leuiter tranſire ſolent per rem quã ſecant. ¶25 .i. qui veſperi inſidiãtur gregibus. ¶26 Heb. multiplicabuntur. i. erũt quãplurimi. ¶27 aduolabunt ¶28 ventura eſt ad rapinã. i. vt ſpolient omnes ſuis opibus. ¶29 Heb. aſpectus [vſ. oppoſitio] facierũ eorum [erit tanquam] vẽtus Orientalis. Hic vẽtus eſt in Terra ſancta vehementiſſimus. q.d. prima impreſſio eius gentis aduentantis erit intolerabilis, vt eſt ventus Orientalis. ¶30 vſ, congregabit. i. capiet innumeros captiuos. ¶31 ſub. Nabuchodonoſor. vſ, ipſa gens Chaldæa. ¶32 illudet, & principes erunt illi riſui, ridebit &c. ¶33 & congregabit [exercitum, ſicut] puluerem, & expugnabit eam, munitionem ſcilicet, ſiue vrbes omnes quantumuis munitas. q.d. nihil poterit illi reſiſtere: quia mittetur à Deo. Alij legunt, congeret puluerem. i. faciet altiſſimos aggeres. ¶34 tranſibit ſpiritus [eius,] & tranſgredietur [ſub. modum. i. ſpiritus Nabuchodonoſor ſupramodum ſuperbiet. Cum quis intra fines modeſtiæ non continetur, tunc animus eius dicitur tranſire ſiue trãſgredi. ¶35 adſcribendo. vſ, [dicendo q] hæc potentia eius ſit dei ſui. ¶36 ſub. & non idolum Nabuchodonoſoris, quod fecit homo? ¶37 .i. quem colo & habeo ſacroſanctum. ¶38 ſub. te protegente. ¶39 .i. vt facias iudicium de reprobis, ſiue vt animaduertas in improbos. ¶40 ô rupes vt increpes &c. ſub. reprobos. q.d. ô Deus omnipotens ſtabiliuiſti eum Nabuchodonoſorem, vt ita increpes & arguas mores corruptos hominum. nam tali afflictione reprehenduntur mores hominũ. ¶41 iniuriam. iniquitatem. dolorem. ¶42 .i. quare ergo fers, & non ſtatim perdis præuaricatores &c. ¶43 Subaudiendum, Et quare facis &c. Piſcatores ſolent impune & nemine contradicente expiſcari piſces. dicit igitur, Hic Nabuchodonoſor tam facile omnes nationes vincit, quàm facile piſcator reti aut hamo piſces piſcatur. ¶44 Singulare pro plurali. Qui ſine domino ac principe ſunt, facile capiuntur. ¶45 Heb. Omnem hamo [ſuo] eduxit, congregauitque. ſub. illum piſcem. i. omnes piſces expiſcatus eſt. ¶46 congregauit. q.d. omnes nationes venerunt in poteſtatem Nabuchodonoſoris. ¶47 .i. tribuit ſuis viribus quod erat tribuendum Deo. Sunt qui per ſagenam & rete, intelligant idolum Nabuchodonoſoris, quòd is putaret ſe ope idoli ſic omnes gentes ſubiugaſſe. ¶48 per hæc ipſa portio eſt pinguis, & cibus eius eſt [cibus] pinguis. ¶49 euacuabit. [vſ, euacuare debet, ſub. piſcibus ſagenã ſuam.] & aſſidue occidere gentes nõ parcet? i. nunquid quia iſta tribuit ſuis viribus, debet venire ad optatum finem? q.d. non. ſuperat quidẽ omnes gentes, & eam tribuit ſibi victoriam, & non Deo. an non propter impietatem iſtam ſuam debuerat ſibi ſubijcere alias nationes? q.d. non. Hanc quæſtionẽ ſoluet propheta ſequenti capite. II. ¶1 Metaphora ab obſeſſis, qui partem vrbis ſibi commiſſam ſeruant. q.d. ego attente contemplabor & conſiderabo, &c. ¶2 & conſiſtam in munitione. i. in parte munitionis mihi commiſſa. q.d. attentus ero perinde atque ſi commiſſa mihi eſſet munitio aliqua ſeruanda.

munitionē,[3] & ſpeculabor vt videā quid in me[1]loquatur,[3] & quid reſpōdeā[4]de diſceptatione mea.[3] Reſpōdit ergo mihi Dominus, & ait, Scribe[5]viſionē,[3] & [6]clare explica [eam] in tabulis,[3] vt [7]feſtinato & expedite pergat[3] qui eā legerit.[8]Viſio enim adhuc ad præfinitū tempus[erit,][3] & [9]tum tādem efflabit, neq; fallet.[3] Sī[10]diſtulerit,[3] expecta eā: certiſſime enim veniet, neq; [11]morā nectet.[3] Ecce [12]arrogātis & faſtuoſi animus nō eſt in ſeſe rect[9]:[3] iuſtus autē [13]in fide ſua viuet. [14]Porrò vino æſtuās, [15]præuaricator,[3] vir arrogās[16]nihil honeſti faciet: [17]Qui[3]dilatauit velut inferi animū ſuū, & vt mors nō ſatiatur, [18]cōgregauit ad ſe omnes gentes, & cōgregauit ad ſe omnes populos.[3] Annon iſti omnes[19]celebri & inſigni ſermone de illo ſumpto vtētur? quin & lepidis dicterijs & ænigmatis [inſultabunt ei,][3] dicētes, Væ ei qui [20]adauget[3]nō ſua. [21]quouſq; tandē? & qui aggrauat ſuper ſe dēſum lutū.[3] Annon ſubito inſurgēt qui te mordebunt, & euigilabunt qui te diuexabunt, eriſque eis in [22]conculcationē?[3] Quoniā tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt ergo te quoq; [23]reliquiæ populorū, [24]ob ſanguinē humanū, & violētiam terræ [&] vrbis, & omniū habitātium in ea. ¶[25]Væ inhiāti lucro, idq; malo domus ſuæ: [26]qui collocat[3]nidū ſuū[27]in ſublimi,[3] vt a manu[28]mala[3]eripiatur. Cōſiliū cepiſti[29]ad ignominiā dom[9]tuæ, [30]quū truci dādo[3]populos multos, [31]in animā tuā[3]peccaſti. Si quidem lapis[32]de pariete[3]clamabit, & [33]ſubſc[9]ex tabulato cōtra te teſtabit.[3] Væ ei q ædificat vrbē[34]in ſanguine,[3] &[35]inſtaurat[3]ciuitatē per iniquitatē. Annō ecce[36][iſta ſunt] à Domino exercituum? laborant populi in igne, & nationes in nihilo[37]fatigātur.[3]

munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et reſpōdit mihi Dominus, & dixit, Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mētietur. ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima ei[9] in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet. Et quomodo vinum potātem decepit: ſic erit vir ſuperb[9], & nō decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus animam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur: & congregauit ad ſe omnes gētes, & coaceruauit ad ſe omnes populos. Nūquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat non ſua? vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent, qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerātes te, & eris in rapinam eis? Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter ſanguinem hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. ¶Væ qui congregat auaritiā malā domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti confuſionē domui tuæ, cōcidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignū quod inter iūcturas ædificiorū eſt, reſpondebit. ¶Væ qui ædificat ciuitatē in ſanguinib[9], & præparat vrbē in iniquitate. Nunquid non hæc ſunt à Domino exercituum? laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficient.

Iubetur conſidere. Fides. eſa. 22. e. Iohan. 1. d. rom. 1. b. heb. 10. b. gal. 2. b. Superbia impios confundit.

B

Auaritia.

C

Ezech. 24. b. nahum 3. a.

¶3 ſub. Domin[9] .i. quid ſuggerat mihi Spiritus ſanctus circa ſolutionem hui[9]argumenti. ¶4 ad argumētum meū .i. mihi propoſitum ab improbis, qui nō putant Deū habere curam harum rerū inferiorum. ¶5 i. ſolutionē huius argumēti. ¶6 i. mādā ſcriptis. ¶7 percurrat. i. vt qui legerit eā, cito intelligat quomodo ſoluēda ſit hæc quæſtio. ¶8 .i. quod dictur[9] ſum, certo quodā tēpore & à me definito implendū eſt. Quòd Nabuchodonoſor ſit infidelis & idololatra, & tamē omnia illi proſperè cedāt, hoc videtur tollere prouidentiam Dei. At res aliter habet: nā ille ſumet pœnas de Nabuchodonoſore, & à poſteritate eius auferet imperiū. ¶9 loquetur[viſio]in finē, & non mentietur. Vl, de fine. i. de re quæ poſt multos annos eſt cōplenda. ¶10 vl. tardauerit. ſub. vltra tuū deſideriū. Hoc videtur pertinere ad eos qui fuerunt in trāſmigratione illa Babylonica. ¶11 vl, tardabit. ſub. vltra tempus præfinitū. ¶12 Heb. is cuius anima non eſt recta in eo, eleuatur. vl, ſuperbit. aut exaltat ſeſe. ſiue, arrogans eſſe ſolet. ſub. cōtra Dominū. hoc de Nabuchodonoſore, qui victorias ſuas Deo nō tribuebat. Vel per præteritum, Ecce cui[9]anima nō fuit recta in eo, eleuauit ſeſe. ſub. & tandē perijt. ¶13 ſub. in Deū. viuere ſolet. Eſt hic antitheſis. Qui animo recto nō fuit, ſuperbiuit: at iuſt[9]erit humilis, & nō arrogās, & ita viuet, pereunte eo qui rect[9] animo nō fuit. Omittit partem vnā antitheſis in priore particula, & alteram in poſteriore. In priore omiſit, & nō viuet. In poſteriore, erit humilis & nō arrogans. Iuſtū hic opponit ei cui[9] anima non eſt recta in ipſo, hoc eſt ei qui nō rectè ſentit de Deo. Fide ſua viuet. i. recta ea opinione quā de Deo cōceptam habet, viuet vita temporali & æterna. Fidem iuſti opponere videtur animo nō recto erga Deum. ¶14 Heb. Et quanto magis &c. Subaudiēda nōnulla, cuiuſmodi, Alij iniqui homines puniētur à Deo. poſtea ſequatur, & quāto magis vinū. i. homo vini, hoc eſt vinoſus, ſiue vino deditus? ¶15 Sic vocat Balſaſar, quòd abuſus ſit vaſis tēpli. ¶16 neq; manebit. ſub. diu in tabernaculo ſuo. Per habitaculū quidam intelligunt regiā. q.d. futurum eſt vt Nabuchodonoſor incidat in amētiam, & verſetur cum feris. Alij regnum Babylonicū. q.d. nec diu potietur regno Babylonico. nam ab eius nepote tranſlatū fuit regnum ad Medos & Perſas. ¶17 vl, quia. q.d. cui[9] ambitio eſt inexplebilis: ſicut deſyderiū inferi .i. ſepulchri, eſt inexplebile: nunquam enim reſpuit cadauera. ¶18 .q.d. non quieuit donec ditioni ſuæ omnes nationes ſubiecit. ¶19 Heb ſuper [vel contra] eum parabolam ſuſcipiēt, & ſermonem ænigmatū propter eum? i. nōnne iſtæ gētes quas ſubiecit, loquētur de eo, ſed parabolice, & ænigmatice? nōnne fabula fiet omnibus gentib[9]? ¶20 multiplicauit. i. qui multiplicauit opes ſuas de alieno, & non de ſuo, ex ſpolijs aliarū gentiū. ¶21 quouſq;? & aggrauabit ſuper ſe [tanquā] denſum lutū? i. quouſq; id facturus eſt, & coaceruabit ingentē vim pecuniarū tanquam &c. ¶22 rapinas. i. diripieris ab eis. Hoc de Perſis & Medis intelligitur qui potiti ſunt imperio Babylonico, & omnib[9] illis opib[9] quas cōgeſſerunt Chaldæi. Metaphora à canibus, aut alijs feris. Doctus inter Hebræos refert hoc ad vermes. q.d. ſubito morieris. Doctiorib[9] magis placet de Perſis & Medis intelligi. ¶23. i. populi quos nondū tibi ſubieceras. De Medis & Perſis. ¶24. i. propter cædes quas feciſti, & vim illatā habitatorib[9] terræ ſanctæ, vrbi Ieruſalē, & ciuib[9] eius. ¶25 Heb. Væ ſectāti auaritiā malam propter domū ſuā. i. vt domū magnificā ſibi extruat. Auaritiā malā vocat opes male partas. Auaritiā Nabuchodonoſoris taxat. ¶26 vt ponat ¶27. i. in tuto. arcē munitiſſimā innuit. ¶28 mali. i. vt tueatur ſe cōtra vim hoſtiū. ¶29 pudoris propter domū tuā. i. vt extrueres tibi domū magnificā. Cōſiliū pudendū vocat. cuius poſtea eū pœniteret. ¶30 cōcidiſti ¶31. i. cōtra teipſum. nā propter hoc eiect[9] fuiſti à cōſortio hominū, & oſſa tua è ſepulchro eiecta authore Deo. ¶32 de muro. ſub. in quo inſertus eſt. q.d. Si extruxeris domū de materia aliena, ipſi lapides atq; ipſa ligna teſtabūtur iniuſtitiā & rapinā tuā. ¶33 Heb. lignū reſpōdebit. ſub. illi lapidi. i. eadē dicet quæ lapis. ¶34. i. opib[9] effuſione ſanguinis partis. In principes interficiētes innocētes vt hæreditates eorū inuadāt. In ſanguine, poteſt etiā ſignificare per calūniā & oppreſſionē. ¶35 ſtabilit. præparat. ¶36 Potius ſubaudiendū, vēturū eſt quod dicturus ſum. ¶37 Heb. & fatigabuntur populi propter incendium, & gētes fruſtra [vl, incaſſum] fatigabuntur. Quidam Hebræorum hūc verſum & ſequentem intelligunt de Nabuchodonoſore, & ijs quæ acciderunt ei propter peccata eius. Doctiores & acutiores inter eos intelligunt de tempore Chriſti, & ijs quæ euentura erant eius tempore. De Nabuchodonoſore, ſic: Dominus Deus tandem ſumet pœnas de Nabuchodonoſore, accidētque vt quæ magno labore ſibi populi pepererint, igne abſumantur iuſto Dei iudicio: & populi fruſtra fatigabuntur, quia hæc peritura ſunt. De Chriſto, eadē eſt interpretatio huius verſus: ſed tūc de tranſlatione imperij ad Romanos loquetur.

Ebrietas.

Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & conſopire: circũdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

Cõtra idolorum cultum.

Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius vt faceret ſimulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge, lapidi tacẽti. nũquid ipſe docere poterit? Ecce, iſte coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.

Pſal. 10. b.

Dominus autẽ in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

CAP. III.

Ex cõcepto timore, prophetiæ ſuæ magnitudinẽ oſtẽdit Habacuc. Christi aduẽtus, & victoria aduerſus peccatũ, mortẽ & infernum.

ORatio Habacuc pro ignorantijs.
Domine audiui auditionẽ tuã & timui: Domine opus tuũ in medio annorũ, viuifica illud: in medio annorum notũ facies: cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.
Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan. *operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.

*ſemper.

Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius.
Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

Quoniam[38] replebitur terra, [39]ad cognoſcendam gloriam Domini, quaſi aquæ [quæ] operiunt mare. Væ ei qui potum præbet[40] proximo ſuo, [41]qui adhibes furorem tuum[42] vt inebries [eum,] vt eorum turpitudinẽ aſpicias. [43]Satiaberis & tu ignominia magis quàm gloria, bibe & tu[44] vt conſopiaris: [45]verſabitur ſuper te calix dexteræ Domini, & [[46]erit] ignominioſus vomitus ſuper gloriã tuam. Quoniam [47] violentia in Libano operiet te, & [48]calamitas iumentorũ quæ terruit ea, propter ſanguinem humanum, & violentiam terræ, vrbis, & omnium habitãtium in ea. Quid[49] proderit [50] ſculptile quoniam ſculpſit illud fictor eius: [51]fuſile, & doctor mendax, quòd fidit eo, [52]fictor ſcilicet figmento ſuo, vt faceret idola muta? Væ qui ligno dicit, [53]Euigila: & lapidi [54]effigiato, Excitare. [55] ipſe ne doceret? en obductus eſt auro & argẽto, nec eſt[56] flatus in eo. At Dominus [57]in templo ſanctitatis ſuæ: [58]taceat à conſpectu eius vniuerſa terra.

CAP. III.

C[1]Olloquium ſeu diſputatio Habacuc prophetæ de rebus perplexis.
[2]Audiui Domine [3]auditionem tuã, [ac] timui, Domine[4] opus tuũ in medio [5]annorũ [6]inſtaura illud, in medio [inquã] annorũ [7]oſtende, memor que ſis in ira[8] miſericordiæ.
[10]Deus de [11]Theman [12]veniebat, & Sãct[9] de monte [13]Paran. [14]Sela. [15]magnificẽtia eius cælos operuit, & [16] laude eius impleta eſt [17]terra.
Splẽdor vt [18]lux fuit, [19]cornua è manu eius erant ei, [21]illic latibulum fortitudinis eius.
Faciem eius [22]antecedit lues, & egreſſa eſt [23]deflagratio ad pedes eius.

¶38 ſub. cognitione vindictæ diuinæ, quãdo ſcilicet tranſferetur regnũ ad Perſas. Si de Chriſto interpreteris, ſubaudi cognitiõe rerũ diuinarũ in aduẽtu Meſſiæ. ¶39 Heb. vt ſciat [vel, intelligat] gloriã Domini [quæ erit] inſtar aquarum, &c. Gloria Domini cognoſcitur quũ ſumit vltionẽ de tyrannis potentiſſimis, qualis Nabuchodonoſor. Gloria igitur Dei, eſt vltio de impiis, quæ erit maxima. Si de Chriſto, Cognoſcitur gloria Domini per Chriſtum & Spiritũ ſanctum. & ea cognitio eſt inſtar aquarum &c. Eadem fere Eſaiæ vndecimo ſcribuntur, vbi fit etiã mentio de Chriſto: Item Ierem. 31. ¶40 vel, ſocijs ſuis. Taxat Nabuchodonoſorẽ propter ignominiam illatam dignitati regiæ. ¶41 Mutatio perſonæ, tu admoues [vel, admouiſti] vtrem tuũ. ſub. plenum vini, regibus à te captis. ¶42 & etiã inebriaſti [eos,] vt eorum &c. i. inuitaſti eos ad potum nimium vt illuderes eis, & aſpiceres pudẽda eorũ. Videtur alludere ad id quod accidit ipſi Noe. ¶43 Saturatus es &c. vel, Satiaſti te ignominia præ gloria. i. affeciſti ignominia reges à te captos propter victorias tuas, vnde ad te rediſſet gloria. ¶44 & nudare. i. oſtende pudẽda tua. q. d. tu quoq; bibes de eodem calice ignominiæ. Alij vertunt, & inebriare. i. inebriaberis vino timoris & perplexitatis. ¶45 vertet ſe. i. tu quoq; bibes de calice vindictæ Domini: hoc eſt Domin[us] etiã in te animaduertet propter peccata tua vt animaduertit in reges quos voluit ille, & permiſit à te ſuperari. ¶46 Potius. erit. i. veſtis tua regia inquinabitur vomitu ignominioſo, qualis eſt vomitus ebriorũ. q. d. inebriaberis vſq; ad vomitũ. ¶47 oppreſſio Libani obruet te. i. vltio quã ſumet de te Deus propter oppreſſam à te terrã ſanctã. Libanus pro terra ſancta. ¶48 vaſtitas ferarum perdet eas. ſub. feras. i. vaſtitas illata à Chaldæis perdet ipſos Chaldæos, propter innocentes ab eis occiſos, concuſſionẽ terræ, vrbis Ieruſalẽ &c. ¶49 vel, profuit. ſub. Chaldæis. Carpit idololatriam Chaldæorũ. ¶50 ſculptile, quòd ſculpſerit &c. ¶51 ſub. & quid proderit fuſile, ſiue cõflatile, & id quod docet mẽdacium &c. Per docens mendaciũ intelligit idolum quod quodammodo ſe profert ad adorationem, & inuitat, ac ſic mẽdacium docet. ¶52 qui finxit figmentum ſuũ, ¶53 q. d. væ ei qui implorat opem ab idolo. ¶54 ſilẽti. vel, muto. ¶55 ſub. lapis. i. idolũ lapideum. ¶56 vel, ſpiritus. ¶57. i. in cælo templo ſuo ſancto. ¶58 ſile. vel, conticeſce. i. timẽdo eum tace. nam qui timẽt, tacent. III. ¶1 Heb. Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantijs. i. quam habuit ne Deus imputaret ſuis popularibus ignorãtias. Antea conqueri videbatur de prouidentia Dei ſub perſona vulgi hic verò orans pro populo ſuo, obiter innuit tranſmigrationẽ in Babylonẽ: vnde precatur vt non omnes illic perdat, ſed conſeruet. ¶2 vel, Intellexi. ſub. prophetico ſpiritu. ¶3. i. famã, hoc eſt quæ facturus es. audiui quomodo ſis permiſſurus populum tuum ire in captiuitatem in Babylonẽ. ¶4 Iſraelem vocat opus Dei: qui nõ tantum creatura Dei erat, ſed etiã creatura multis affecta beneficijs. ¶5 ſub. captiuitatis. i. tãtiſper dum erit in captiuitate. ¶6 Heb. viuifica. i. ſerua populũ illum in captiuitate. ¶7 ſub. manũ tuam, & clemẽtiam tuã erga populum tuum. Alij ſubaudiunt, verbũ tuum. i. promiſſiones tuas illis factas. ¶8 in cõmotione. i. tẽpore iræ tuæ. Deus videtur iratus quando animaduertit in nos, & affligit. Per iram, tẽpus captiuitatis Babylonicæ intelligit. ¶9 vel, amoris. ſiue dilectionis. ſub. tuæ erga maiores noſtros. q. d. ira tua non excludat clemẽtiam tuam. ¶10 Hic verſus ſic cũ præcedenti cohærebit, Tu ſeruare eos potes vt rogo: nã plurimis beneficijs populũ illum tuũ eductum ex Ægypto affeciſti. ¶11. i. de mõte Seir. binomius fuit. ¶12 Futurum apud Hebræos pro præterito, venit, ſub. in montẽ Sinai. ¶13 Quia in his montib[us] vicinis monti Sinai in quo data eſt lex, apparuerunt fulgura & alia prodigia, ideo horũ montium meminit. ¶14 Hæc vox ſignificat exaltationem vocis: neque præcedentibus cohæret tanquam dicas, hic attollenda vox eſt. Vide Pſalmum tertium. ¶15 gloria. i. virtus eius Dei. Alludit ad fulgura quæ apparuerunt in monte Sinai quum data eſt lex. ¶16 vel, ſplendore. ¶17. i. regio illa quæ erat circa montẽ Sinai. ¶18 ſub. ſolis, in cacumine mõtis. ¶19 ſplẽdores è manu eius fuerunt ei. ſub. Moſi. Relatiuum ſine antecedente. i. reddidit faciẽ eius ſplendidã. Manus eſt inſtrumentũ quo operamur. q. d. facies fuit ſplendida Moſi, Deo id agente. ¶21 & ibi [ſub. fuit reuelata] abſconſio &c i. fortitudo quæ prius erat abſcondita, fuit ibi reuelata & detecta. ¶22 præceſſit peſtis. Quidam hoc interpretantur de ijs qui mortui ſunt in deſerto. Alij de ijs qui mortui ſunt in terra ſancta ſub aduẽtum Iſraelitarum. ¶23 Vox Hebræa capitur pro caumate, aut pro febre acutiſſima, aut potius pro carbunculo morbo. & egreſſus eſt carbunculus propter eum. i. fuerunt correpti carbunculis, ita permittente Domino. vel, ad pedes eius. i. ante eum. q. d. antequam in terrã ſanctam introducerentur Iſraelitæ, incolæ eius peſte & carbunculis perierunt.

¶34 ſub. Domi nus. Hoc de arcu Dei intelligunt quæ in Galgal ſubſtitit XIIII annis. ¶35.i. diſtribuit per menſuras terrã ſanctam. ¶36 ſub. gẽtes quæ occupabant eam terram .q.d. ſolo aſpectu eiecit. ¶37 Heb. ſaltare ſe. It.i. exire ¶38 diſſipati ſunt. ¶39 Mõtes ſeculi ſiue æternos intelligunt reges qui multis ſeculis regnauerũt in ea terra. ¶30 incuruauerũt ſe ¶31 Colles ſeculi vocat nobiles, & qui erant in aliqua dignitate. ¶32.i. ad eum pertinent. Hoc pertinet ad motus cæleſtes .q.d. non ſolũ gubernat hunc mundum inferiorem, ſed & ſuperiorẽ.

[34]Stetit &[35]menſus eſt terrã,[36]vidit &[37]deſignauit gẽtes,[38]diſperſerũt ſe[39]mõtes æterni,[30]inclinarut[31]colles ſeculi,[quin&]itinera mũdi[32]eius ſunt.
[33]Propter iniquitatẽ[34]vidi tentoria Chuſan, tumultuatæ ſunt cortinæ terræ Madian.
Num contra fluuios[36]ira Domini?nũ contra[37]flumina furor tuus, aut contra[38]mare[39]excandeſcentia tua vehebaris enim ſuper equis tuis, & quadrigæ tuæ ſalus.
Nudatione[40]nudabãtur arcus tuus[41]iuramentis quæ firmamenta ſunt verbi. Sæla[42]fluminibus terram ſcindis.
[43]Viderunt te[44]montes, atque[45]dolore correpti ſunt:[46]nymbus aquarum tranſijt,[47]abyſſus vocem ſuam edidit,[48]quum in excelſum manum ſuam ſuſtuliſſet.
Sol lunáque[49]ſteterunt in[50]ſtatione ſua, ad lumẽ ſagittarum tuarum[51]incedebant,[52]ad ſplendorem haſtæ tuæ fulgurantis.
[53]In indignatione[tua]inceſſiſti in terram, in furore[54]conterebas gentes.
[55]Egreſſus es ad ſalutẽ populi tui, ad ſalutẽ cũ Vncto tuo:[56]contundebas caput de domo impij, nudãdo fundamẽtũ ad[58]collũ vſque. Sæla.
Perforaſti cũ baculis ſuis caput[59]paganorũ eius,[60]in modum procellæ irruerunt vt[61]me diſſiparẽt, exultatio eorum vt eorum qui pauperem[62]in abſcondito deuorant.
[63]Effeciſti vt incederent in mari equi tui[64]in luto immanium aquarum.
[65]Audiui & cõtremuit[66]vẽter me⁹, ad hãc vocem [tuã][67]cõpreſſa ſunt labia mea, putredo[68]oborietur in oſſibus meis, & in[69]me cõtremiſcam,[70]quãdoquidem quieſcam in die afflictionis, vt aſcẽdat cõtra populũ, vt bello eum adoriatur.
Etenim ficus[71]non florebit, nec erit fructus in

Stetit, & menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabũtur pelles terræ Madian. B
Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, ᵃqui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio? ¶ᵃ quia aſcendes
Suſcitãs ſuſcitabis arcum tuum, iuramẽta tribubus quæ locutus es. Fluuios ſcindes terræ.
Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum tranſijt, dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.
Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. C
In fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies Gentes.
Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cũ Chriſto tuo: percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum vſque ad collum. Semper.
Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me. exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperẽ in abſcondito.
Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. D
Audiui, & conturbatus eſt venter meus, ᵃ à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum. ¶ᵃ ad vocẽ Rurſum q̃ magna ſint quæ audiuit, docet.
Ficus enim non florebit, & non erit germen in

¶33 Pro nihilo.i. eſſe irrita & deſtructa, ſub aduentum Gedeonis. ¶34.i. maiores noſtri viderunt &c. Hiſtoria legitur Iudicum tertio. ¶35 pelles.i. tentoria quæ fiunt è pellibus, trepidauerunt. Vide Iudicum ſexto. ¶36 excanduit Dominus?.i. cur Mare rubrum ſiccatum eſt & cur Iordanis ſcidit ſeſe?.q.d. Dominus fecit præter hæc & alia miracula in gratiam populi ſui. ¶37.i. an iratus es contra Iordanem, quòd eum diuiſiſti? ¶38 ſub. rubrum. ¶39 excandeſcentia tua, quia[vel, quando]aſcẽdiſti ſuper equos tuos,[& quia, vel, quãdo]quadrigæ tuæ [fuerunt in]ſalutem?.i. quando, ſiue quòd pugnaſti pro filijs Iſrael, & quadrigæ tuæ fuerunt auxilio filijs Iſrael: Videtur alludere ad hiſtoriam: quia Ægyptij perierunt cum curribus ſuis. ¶40 nudatus eſt. vel, manifeſtatione manifeſtatus eſt &c.i. arcum tuum eduxiſti vt ferres opem tuis.q.d. auxilium tuum fuit omnibus notum. ¶41 iuramenta tribuum, verbum. ſiue ſermo. aut promiſſio. Per appoſitionem dictum .i. iuramenta facta tribubus Iſrael, quæ iuramenta erant repromiſſio facta patribus. ¶42 [in] amnes diuiſiſti terram.i. eduxiſti amnes de terra. imò de petra. ¶43 ſub. venientem in Terram ſanctam. ¶44 .i. reges. ¶45 vel, tremore ¶46 inundatio &c.i. Iordanis recepit ſe in mare. Hoc de inferiore parte Iordanis, quæ diuiſo amne, ſe in mare recepit, ſubſiſtente velut in cumulum parte ſuperiore. ¶47 Eſt fluuius hic altus & profundus: propterea dicitur abyſſus.i. in diuiſione aquarum auditus eſt ſtrepitus magnus. ¶48 Hebr. & eleuauit manus ſuas in altitudinem.i. brachia ſua, hoc eſt aquas ſuas .q.d. ſteterunt aquæ Iordanis velut in cumulum. ¶49 ſub. ad preces Ioſue. Proſequitur recenſere beneficia Dei erga Iſraelem. Potius videtur alludere ad ea quæ geſta ſũt ea nocte quæ præceſſit internecionem Ægyptiorum. ¶50 regione ¶51 ambulauerunt. ſub. filij Iſrael.i. ad fulgura intermiſta grandini. ¶52 vel, in lucem [fuit] fulgur haſtæ tuæ. Per ſagittas & haſtas grandinem intelligit. ¶53.i. deambulaſti ſuper populos ſeptem idololatras qui habitabant in Terra ſancta, quibus eras iratus. ¶54 trituraſti.i. triturantiũ animalium more cõculcaſti ipſas gentes. ¶55 Hic verſus, de Chriſto intelligitur ab Hebræis.q.d. Vt deſcendiſti aut viſus es deſcendere è cælo vt ferres opem populo tuo: ita egreſſurus es in ſalutem [.i. vt feras opem]mittendo Chriſtum tuum. tempore præfinito educes populum tuum de captiuitate diabolica, vt eduxiſti quõdam de Ægypto. ¶56 percuſſiſti. vel, confodiſti. improbum vocat Pharaonem.q.d. in gratiã populi tui percuſſiſti primogenitum Pharaonis. ¶57 nudaſti fundamẽtum. ſub. regni Ægypti.i. funditus euertiſti. qui domum euertere volunt, fundamenta nudant.q.d. interemiſti exercitum Pharaonis. in quo erat robur & fortitudo totius Ægypti, & veluti fundamentũ. ¶58 Collum pro primoribus quòd collũ ſit ſecundæ a capite dignitatis. ¶59 copiarũ. vel, exercituum eius. ſub. Ægypti. vel Pharaonis.i. peremiſti eũ perinde atque ſi proprijs telis perforaſſes capita eius.q.d. te authore perijt exercitus Pharaonis ipſius cõſilio. nam ita cõſuluit Pharao vt ſui Iſraelitas inſequerẽtur. ¶60 tumultuati ſunt. vel, inſtar turbinis venerũt. ¶61.i. gentẽ meã Iſraeliticã. ¶62.i. deſtitutũ omni ope & auxilio. ¶63 Ambulaſti in mari[cũ]equis tuis.i. tu proſecutus es filios Iſrael dũ tranſirent mare rubrum, quaſi cũ magno equitatu duceres eos. ¶64 aceruus[fuerũt]aquæ multæ. ſub. ex vtraq; parte maris: atque ita trãſierunt inter duos aceruos Iſraelitæ. ¶65 ſub. In ſpiritu Nũc deſcribit deſtructionẽ imperij Babylonici & eductionem filiorũ Iſrael ex captiuitate Babylonica. ¶66.i. cor meũ commotũ eſt. ¶67 palpitauerũt. intremuerũt. ¶68 ingreſſa eſt oſſa mea.i. nõ potui conſiſtere perinde ac ſi oſſa mea fuiſſent putredine corrupta. ¶69 loco meo commotus ſum.i. cœpi trepidare. ¶70 qui[tamen] quieſcã in die illius tribulationis quæ aſcendet ſuper populum qui oppugnabit illũ. ſub. populũ Iſraeliticũ. Perſæ in expugnatione Babylonica pepercerũt Iſraelitis, in quorũ Iſraelitarũ perſona hic loquitur propheta. ¶71 tempore ſcilicet eius tribulationis. nã in talibus oppugnationibus ſolent hoſtes omnia perdere.

vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferēt cibum: abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus.
Ego autē in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.
Deus Domin⁹ fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorū: & ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem.

vineis, opus oleæ[71] fallet, agri non edent cibum, [72] grex deeſt in ſeptis, nec eſt armētū in ſtabulis.
Ego vero in [74] Domino exultabo, & geſtiam in Deo [75] ſalute mea.
Dominus Deus eſt robur meum, [76] reddētque pedes meos vt ceruarum, [77] in excelſis meis incedere me faciet, [78] præfecto cantorum in inſtrumētis meis muſicis.

¶71 Heb. mentietur. ſub. hero. i. oleæ nō afferēt fructū. ¶72 abſcindet[ſub. inimicus] pecus à caulis, nec erit &c. ¶74. i. propter opē & auxilium Dei. ¶75. i. qui feret mihi opē. ¶76 Loquitur in perſona eorū qui fuerunt captiui in Chaldæa. Deus efficiet vt quamprimum iubente Cyro redeam in terram meam ex captiuitate. ¶77. i. ſuper montes. Terra ſancta montoſa eſt. ¶78 [ſub. & dicam] præfecto &c. q. d. tunc incipiam canere pſalmos in laudem Domini. vel, gratias agam Deo cantando pſalmos quibus hic titulus præponitur, Præfecto cantorum &c.

# Sophoniæ prophetia.

CAP. I.

De terrā omnium cōſumptiōe prophetat

VERBVM Domini quod factū eſt ad Sophoniā filiū Chuſi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ, in diebus Ioſiæ filij Amō regis Iudæ. Congregans cōgregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus, Cōgregans hominem & pecus, cōgregans volatilia cæli & piſces maris: & ruinæ impiorū erunt: & diſperdā homines à facie terræ, dicit Dominus. Et extendā manū meā ſuper Iudā & ſuper omnes habitantes Ieruſalē: & diſperdā de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditiuorum cū ſacerdotib⁹: & eos qui adorāt ſuper tecta militiam cæli, & adorāt, & iurāt in Domino, & iurāt in Melchom: Et qui auertūtur de poſt tergum Domini, & qui nō quæſierūt Dominū, nec inueſtigauerūt eū. Silete à facie Domini Dei: quia iuxta eſt dies Domini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit: in die hoſtiæ Domini, viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina: Et viſitabo ſuper omnē qui arrogāter ingreditur ſuper limē in die illa, qui cōplēt domū Domini Dei ſui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit Domin⁹ vox clamoris à porta piſciū, & vlulatus à ſecūda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores

Comminatur Iudæ ob idololatriam.

B

C

CAP. I.

SERMO [1] Domini factus eſt ad Zephoniā [2] filiū Chuſi, filij Gedaliæ, filij Amariæ, filij Hiſkiæ, [3] tēporib⁹ Ioſiæ filij Amō regis Iehuda. [4] Cōficiēdo cōficiā omnia è terra, [5] dicit Dominus. [6] Cōficiā homines & [7] iumēta, cōficiā aues cæli, & piſces maris, offēdiculáq; [8] ſimul cū impijs: [9] excindā quoq; à ſuperficie terræ hui⁹ homines, dicit Dominus. [10] Extēdā manū meā ſuper Iehudā, & ſuper [11] omnes habitatores Ieruſalē, & [12] reliquias Baal, ex iſto loco [13] excindā, deinde & [14] nomē Kemarim cū ſacerdotibus. Eos quoq; qui [15] in tectis [16] militiā cæli adorant, & [17] qui adorāt ac iurant per Dominū, iurántq; per [18] regē ſuū. Eos quoq; qui à [19] Domino ſunt abſtracti, quiq; Dominū neque quærūt nec [20] ſciſcitātur. [21] Sile à cōſpectu Domini Dei, quia prope eſt [22] dies Domini: apparauit ſiquidē Domin⁹ [23] victimam, & inuitatos ſuos [24] deſtinauit. Atq; in hoc die [25] victimæ Domini, [26] inuiſam principes, & filios regis, & oēs eos qui veſtiti ſūt veſte [27] peregrina. [28] Inuiſam quoq; eodē die omnē [29] qui ſalit ſuper limē, quique ædes dominorū ſuorū [30] rapina & dolo implent. [31] Hoc quoq; die dicit Domin⁹, clamoris vox orietur à porta piſciū, vlulatus [32] ab altera parte vrbis, & cōtritio magna [33] à collib⁹. [34] Vlulate habitatores

❡17 vl, Suſcitate. Gladius paſſionem Chriſti ſignificat, & ipſum moriturũ morte violenta. Verba patris de Chriſto quẽ paſtoré vocat, vt Iohã. 10. ❡18 ſub. excitare vt venias ſuper &c. ❡19 ſociũ meũ. q.d. cõſubſtantialem. ❡20 Vox eſt Patris dãtis poteſtatẽ vt percutiatur Chriſt⁹. q.d. ô Iſrael percuties paſtoré illũ meum Chriſtũ. Hæc Matt. 26, exponuntur de Chriſto & diſperſione Apoſtolorũ. ❡21 vl, reuerti faciã. Hic paruulos vocat quos prius vocauit oues. i. varijs afflictionib⁹ idẽtidẽ exercebo oues illas. ❡22 Heb. portio duarũ [ſub. partiũ] quæ fuerint in ea, [ſub. terra] ſuccidẽtur [&] deficiẽt. i. Ex his qui fuerint poſt paſſionẽ Chriſti duæ partes ſuccidẽtur. i. morientur morte violẽta & deficiẽt, vel efflabũt animã. ſub. morbo. ❡23 erit reſidua. Intelligit eã partẽ quæ ſeruata eſt à Tito in expugnatione Ieroſolymitana: quæ ſeruata quidẽ fuit, ſed tamẽ afflictionibus probata vt aurũ. ❡24. i. in tribulationẽ & afflictionẽ ❡25 purgabo eos vt purgare ſolet [ſub. aurifex] argẽtũ ipſum. ❡26 ipſe. i. quilibet ipſorũ implorabit opẽ meã. ❡27 ipſum: dicã. ſub. de eo. Præteritũ p futuro. ❡28 ſub. de me. XIIII. ❡1. i. in quo Dominus oſtẽdet potẽtiã ſuã ſumẽdo vindictã de impijs Iudæis qui Chriſtum adegerũt i crucẽ. Quidã de excidio Ieroſolymitano ſolũ, alij de tẽpore antichriſti exponũt hoc caput. ❡2 ſub. ô Ieruſalẽ terreſtris, poſtquã capta fueris. Hoc impletũ ſub Tito. In expugnatione vrbiũ ſolẽt ſpolia diuidi à militib⁹. ❡3 Significat exercitũ Titi in quo fuerũt milites ex varijs gẽtib⁹. ❡4 ſiue captiuitatẽ. ❡5 Intelligit eos quos Titus gratia Chriſti ſeruauit. ❡6. i. Romanos & infideles, cõtra quos pugnauit gladio verbi ſui. ❡7 Heb. iuxta diẽ quo præliat⁹ eſt in die certaminis. Alludit ad hiſtoriã quæ Exo. 14. ſcribitur. q.d. Vt in mari Rubro pugnauit pro populo ſuo, ſic & præliabitur. ❡8 ſub. Chriſti, in die aſcenſionis. ❡9 vl, à media ſui parte. vt ſcilicet aquæ defluere poſſint ad mare occidentale. Prædicit fore vt poſt aſcẽſionẽ Chriſti in cælũ, mõs Oliueti in duas partes diuideretur. Meminit hic Oriẽtis & Occidẽtis, volẽs ſignificare Euãgeliũ diſperſum iri in vniuerſum orbẽ: q lõgitudo orbis habitabilis ſpectatur ab Oriẽte ad Occidẽtẽ. Dicit diuiſũ iri mõtẽ in duas partes q nihil obſtare poſſit curſui prædicationis Euãgelicæ. Flumina & aquæ prædicatio Euãgelij. Ieruſalẽ, eccl'ia catholica. etiã ſi à Ieruſalẽ terreſtri fluxerit p̃dicatio Euãgelij. ❡10 ſub. ô Iudæi increduli. q.d. tũc fugietis & eritis attoniti q gratia Dei vobis omiſſis, ad omnes gẽtes dimanet. Voluit igitur ſignificare vt Iudæi deſererẽt eccleſiã catholicã, & eam inhabitare nollẽt. ❡11 Vallis magna nõ procul diſtãs à Ieruſalẽ. ❡12 Dicũt eſſe nomen loci. ❡13 Heb. à facie. i. propter terræmotũ. ❡14. i. eueniẽt quæ Dominus Deus prædixit per ſanctos ſuos prophetas Iudæis & Gẽtibus. ❡15 tẽpore ſcilicet gratiæ. ❡16 Heb. nõ erit lux pretioſitatũ, neq; coagulationis. ſub. lux. Aut, craſſa & denſa. Lucem pretioſitatũ vocat lucem pretioſam, hoc eſt clarã & cõſpicuã. q.d. Principio tẽporis gratiæ neq; omnino cognoſcetur Chriſtus, neq; ſacræ eius literæ: neq; etiam erit omnimoda ignoratio Chriſti & ſcripturarũ ſacrarũ. Certũ eſt in primitiua eccleſia fuiſſe plurimas hæreſes, & multos incredulos. Dies: tẽpus gratiæ, ſed matutinũ. Lux: cognitio Chriſti & ſacrarũ literarũ. Tenebræ ſiue caligo: ignorãtia. ❡17 Heb. Dies autẽ vnus erit &c. Succedet inquit aliud tẽpus in quo erit magna ignorantia Chriſti & ſacrarum literarum. ❡18 q.d. & nõ hominibus. ❡19 ſub. qui, hoc modo, qui neq; &c. q.d. erit aliquid cõpoſitũ, & tẽperatũ ex nocte & die. Per hoc intelligimus tẽpus in quo fuit magna ignorãtia Chriſti & ſacrarũ literarum. Nã poſt tempus primitiuæ eccleſiæ fuerunt magnæ tenebræ, magna ignorãtia Chriſti & ſacrarũ literarũ, imò & omniũ. ❡20 ſub. eius diei. ❡21. i. magna cognitio Chriſti & euãgelij. Id fiet ſub ſinẽ mundi. ❡22 tẽpore ſcilicet gratiæ. ❡23. i. quæ vitam præſtãt guſtantibus. Aquæ viuæ: Prædicatio euangelij. ❡24 ſiue temporali, ſiue ſpirituali. ❡25 Orientale, ob id ſuprà meminit mõtis Oliueti qui erat ad Oriẽtem Ieruſalem &c. ❡26 nouiſſimum. i. Occidẽtale. Per hoc intelligit orbẽ habitabilẽ, vt ſuprà dictum eſt. ❡27 q.d. omni tẽpore & ſine vllo impedimento, tempore fœlicitatis & aduerſitatis. ❡28. i. Chriſtus ❡29 q.d. in illo tẽpore coletur vnus Chriſtus, & tantũ nomẽ Chriſti inuocabitur, nõ autẽ idolorũ. ❡30 Heb. Vertetur vniuerſa terra tanquã planities &c. Adumbrat propheta eccleſiã catholicã terreſtri Ieruſalẽ. i. vniuerſa terra illa circa Ieruſalem quæ montoſa eſt, mutata vertetur in planitiem. ſiet æquabilis terra.

¶32 exaltabitur q.d. Ieruſalē illa ſpiritualis erit celebris & īclyta. ¶33 Heb. habitabitq; apud ſe.vl,in loco ſuo. i. ciues ei⁹ habitabunt in magna tranquillitate i ea. ¶34 Per hāc ibatur in terrā tribus Beniamin, quæ puenie bat vſq; ad portas ipſius Ieruſalē. Eadē fere dicit Ierem.31. Nota autē orationē cōciſam,pro,& habitabūt i magna trāquillitate in ea, à porta Bēiamin vſq; ad locū portæ prioris: & à loco portæ prioris vſq; ad portā angulorū:& à porta angulorū vſq; ad arcē Hananeel:& ab arce Hananeel vſq; ad torcularia regis.

Rimon ad Meridiē Ieruſalē,& [32]ſublimis erit:[33]ſitúmq; habebit in loco ſuo, à[34]porta Bēiamin vſq; ad locū portæ primæ , vſq; ad portā angulorū,& ad turrim Hananeel vſq; ad torcularia regis.[14]Habitabúntq; in ea,nec erit ampli⁹ [35]excidio, ſed Ieruſalē[36]ſedebit tuta. ¶Et hæc erit plaga quā Domin⁹ incutiet oib⁹ populis qui [37]pugnāt cōtra Ieruſalē,caro[38]ei⁹ cōtabeſcet: quúmq; adhuc ſup pedes [39]ſtat, oculi eius cōtabeſcēt in foraminib⁹ ſuis, atq; lingua[40]eius in ore eorū contabeſcet. Hoc die [41]magn⁹ tumultus Domini in eis,[42]vt quiſq; manu ꝓximi ſui apprehēſa,cuiuſq; manus in manū proximi ſui aſcēdat. Quin &[43]Iehuda bellū geret cōtra Ieruſalē.[44]& cōgregabitur opes omniū gētiū circūquaq;,auri,argēti,tū & veſtimētorū plurimū.[45]Et vt hæc plaga,ita erit plaga equorū,mulorū,camelorū,aſinorum,atq; omniū iumentorū quæ erūt in illorū caſtris. ¶Porrò quicūq; reliqui fuerint ex omnib⁹ gētibus quæ[46]veniūt cōtra Ieruſalē aſcēdēt[47]annuis vicib⁹, vt adorēt regē Dominū exercituū, & vt diē[48]feſtū tabernaculorum celebrēt. Quòd ſiqui de cognationibus [49]terræ in Ieruſalē adoratū regē Dominū exercituū nō aſcēderit,[50]nulla pluuia ſup eos veniet. Quòd ſi familia[51]Ægyptiorū nō[52]aſcēderit, neq; venerit,[53]neq; [pluuia veniet]ſup eos,ſed plaga qua percutiet Domin⁹ gētes quæ nō aſcēderint celebratū diē feſtū tabernaculorū. [54]Hoc erit peccatū Ægyptiorū,& peccatū omniū gentiū,quæ nō aſcēdūt ad celebrādū diē feſtū tabernaculorū.[55]In die illo [56]cōſecrabitur Domino quod eſt in equorū phaleris: lebetes quoq;[57]erūt in domo Domini,ſicut peluis corā altari. Oīs quoq; lebes in[58]Ieruſalē atq; Iehuda ſacer erit Domino exercituū:[59]veniētq; oēs qui ſacrificāt,& accipiēt eos,atq; coquēt in eis: nec erit illo die[60]Chananæ⁹ vltra i ꝺde Domini exercituū.

Rēmon ad Auſtrū Ieruſalem:& exaltabitur,& habitabitur in loco ſuo, à porta Ben-iamin vſq; ad locū portæ prioris, & vſq; ad portā angulorū, & à turre Hananeel vſq; ad torcularia regis. Et habitabūt in ea, & anáthema nō erit ampli⁹:ſed ſedebit Ieruſalē ſecura. ¶Et hæc erit plaga quā percutiet Domin⁹ omnes gētes quæ pugnauerūt aduerſus Ieruſalē, tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtātis ſup pedes ſuos,& oculi ei⁹ cōtabeſcēt in foraminibus ſuis,& lingua eorū contabeſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus Domini magn⁹ in eis:& apprehēdet vir manū proximi ſui, & cōſeretur manus ei⁹ ſuper manū proximi ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem, & cōgregabūtur diuitiæ omniū gentiū in circuitu, aurū & argentū & veſtes multæ ſatis. Et ſic erit ruina equi & muli & cameli & aſini, & omniū iumentorū quæ fuerint in caſtris illis,ſicut ruina hæc. ¶Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gētibus quæ venerūt contra Ieruſalē, aſcēdent ab anno in annū,vt adorēt regē Dominū exercituū,& celebrēt feſtiuitatē tabernaculorū. Et erit:qui nō aſcenderit de familijs terræ ad Ieruſalē,vt adoret regē Dominū exercituū,non erit ſuper eos imber. Quòd & ſi familia Ægypti nō aſcēderit,& nō venerit: nec ſuper eos erit,ſed erit ruina qua percutiet Dominus omnes gētes quæ nō aſcēderint ad celebrandā feſtiuitatē tabernaculorū. Hoc erit peccatum Ægypti,& hoc peccatū omniū gentiū quæ nō aſcēderint ad celebrādā feſtiuitatē tabernaculorū. In die illa erit quod ſup frænū equi eſt, ſanctū Domino: & erūt lebetes in domo Domini quaſi phialæ corā altari. Et erit omnis lebes in Ieruſalē & in Iuda ſanctificat⁹ Domino exercituū:& veniēt omnes immolantes,& ſumēt ex eis,& coquēt in eis:& nō erit mercator vltra in domo Domini exercituū in die illo.

¶habitabit
C
De plagis hoſtiū eccleſiæ.
De aſcenſu Gētium ad eccleſiam.
D
[redacted]
Impij ex eccleſia pellendi.

¶14 ſub. fideles.Futurū eccleſiæ ſtatū deſcribit, præſertim ſub finē mūdi. ¶35 anáthema.i.neq; vltra deſolabitur prorſus Ieruſalē. ¶36 habitabit in magna trāquillitate.vl,cōfidētia quā Chriſt⁹ ſpōſæ ſuæ dabit. ¶37 militauerint.i.qui oppugnauerint eccleſiā. ¶38.i.vniuſcuiuſq; eorū. ¶39 ſtabit.q.d.eo adhuc ſtāte,oculi ei⁹ liqueſcēt,ſiue diſſoluētur in foraminib⁹ ſuis.i.poſteaquā oculi intabuerint,apparebit cauitas illa i capite ſub frōte. Acſi dicat, paulatī attenuabūtur corpora eorū. ¶40.i.vniuſcuiuſq; eorū ¶41 magna cōtritio &c.i.De⁹ vehemēter cōteret eos. ¶42 Heb.& apprehēdēt quiſq; manū ꝓximi ſui & euaneſcet[vl,abibit in auras]man⁹ ei⁹ in manu ꝓximi ſui.i.ſiquis rogarit opē à ſocio ſuo vt oppugnet Ieruſalē:fruſtra id faciet.q.d.vires humanæ, neq; cōſilia humana,nihil valebūt aduerſus cōſilia Dei. ¶43.i.Iudæi carnales ¶44 Bellū externū prædicit,ꝓ quod ſpirituale intelligēdū. ¶45.q.d.quēadmodū dixim⁹ de plaga hominū,ita dicēdū de plagis iumētorū in caſtris illorū. Per diuerſa autē genera iumētorū,intellige diuerſos ac varios ordines militū.q.d.oēs ordines militū punientur,vt dictū eſt de alijs. ¶46 venerint ¶47.i.quotānis aſcēdēt in Ieruſalē. Per cultū Dei externū intellige hic cultū ſpirituale. ¶48 Meminit tātū vni⁹ feſtiuitatū,ꝑ quā intelligit & duas reliquas. ¶49 ſub. ſanctæ.i.ex hoīb⁹ habitātib⁹ in terra ſancta. Propheta metaphorice loquēs, exprimit ea q̄ ſunt ſpiritualia Noui teſtamēti,per ea quæ erāt tēporalia Veteris teſtamēti. Diuidit autē totū mūdū in duas familias, Familiā Iſraeliticā & Gētilem quę per Ægyptios ſignificatur. ¶50 Heb.tūc nulla &c.q.d.niſi Chriſti ꝓdicationē ſuſceperint,priuabūtur poſtea beneficio illi⁹ prædicatiōis & gratiæ Chriſti,qua mēs fœcūda redditur vt bonos fruct⁹ faciat.quod hodie videmus adimpletū.nō enim audiūt Iudæi Euāgeliū,nec illis annūciatur. ¶51.i.Gētiū omniū ¶52 ſub.in Ieruſalē.i.in eccleſiā catholicā,ſuſcipiēdo Chriſtū ꝓ vero Deo. ¶53 Heb.neq;[ſub.fuerit pluuia] ſup eos,erit [ſuper eos]plaga qua percuſſur⁹ eſt Domin⁹ gētes.quia nō &c.i.Si gētes carcāt ꝓdicatiōe euāgelica,percutiā eas plaga qua percuſſur⁹ ſum gētes q̄ oppugnauerint Ieruſalē. Hæc oīa ſupplēda ſunt & repetēda ex verſu duodecimo hui⁹ capitis.illic enim ponitur pœna qua De⁹ percuſſur⁹ erat Iudæos rebelles Euāgelio. Erit inquā ea plaga ſup eos,q nō dederint operā vt tāto ſtudio Deū colerēt,quāto olim Iudæi feſtū tabernaculorū & alia feſta coluerūt. ¶54 Hæc erit pœna peccati Ægypti & pœna peccati &c.i.priuabūtur gratia ipſis prius oblata. ¶55.i.ſub finē mūdi, quū oēs gētes receperint ſidē Chriſti. ¶56 Heb.erit ſuper tintinnabula equorū,Sāctitas Domino.i.oīa illa ornamēta equorū cōſecrabūtur Domino, perinde atq; ſi hæc duo vocabula Sāctitas Domino:inſcripta eſſent ipſis. Quidā dicūt hic ſignificari magnā & altā pacē qua mūd⁹ fruetur. Doctiores intelligūt hic ꝓdici fore vt ſupuacanea illa ornamēta vertātur in vſum cultus Diuini & pauperū. ¶57 ſub.in tāto nūero,quāto pelues &c. Peluib⁹ excipiebatur ſanguis victimarū in lege veteri:in lebetib⁹ carnes coquebātur. Lebetes:mētes Chriſtianorū.in quib⁹ igne charitatis coquūtur preces & vota ad Dominū. ¶58.i.in eccleſia catholica. ¶59.q.d.Oēs Chriſtiani in aīo ſuo poterūt offerre Chriſto preces & vota.mētes Chriſtianorū erūt cōſecratæ. ¶60 mercator.i.nulla erit ſimonia:vel nullæ ampli⁹ erūt externę victimæ boū,oniū &c.

# Prophetia Malachiæ.

¶1 Heb.On⁹ verbi Domini.Prophetia in qua aliquid reprehēditur, vel in qua calamitas aliqua denunciatur, dicitur Onus.q.d.Prophetia expoſtulatoria ſuſcepta nomine Dei cū Iſraele peccatore. Arguit enim Iſraelē,& præſertim ſacerdotes: deinde hortatur ad pœnitētiā:poſtremo prędicit Chriſti aduentū. Hoc proœmio dicit ſe eſſe prophetā miſſum à Domino. ¶2 vl,ſuper[vl,de] Iſraele.ſic vertit & Chaldæ⁹ paraph. Hic Iſrael capitur pro duabus tribubus,nempe Iuda & Beniamin.aut certe pro toto Iſraele:nā ipſis reuerſis è captiuitate Babylonica,cœperūt vocari Iſraelitæ,quòd ex omnibus tribubus quidam iunxerant ſe illis duabus. ¶3 Heb.in manu Malachiæ.i.per Malachiā. Hic fuit propheta

CAP. I.

GRAVIS quædā & criminatoria oratio verbi Domini[1]contra Iſraelitas [3]miniſterio Mala-

CAP. I.

ONVS VERBI Domini ad Iſrael in manu Malachiæ prophetæ, Dilexi vos,dicit Domi-

De electiōe Iacob,& reprobatiōe Eſau.

Rom.9.c.

¶* in deſertum draconis.

nus & dixiſtis, In quo dilexiſti nos? nónne frater
erat Eſau Iacob, dicit Domin⁹? & [dilexi Iacob, Eſau
autem odio habui, & poſui *Seir* mótes eius in ſo
litudinem, & hæreditatem eius *in dracones deſer
ti.* Quód ſi dixerit Idumæa, Deſtructi ſumus, ſed
reuertétes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: hæc
dicit Dominus exercituũ, Iſti ædificabunt, & ego
deſtruam: & vocabũtur Termini impietatis, & Po
pulus cui iratus eſt Dominus vſq; in æternum. Et

B oculi veſtri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur

De honore & timore Domini. In ſacerdotes nominis Dei cõtéptores.

Dominus ſuper terminũ Iſrael. ¶ Filius honorat
patrem, & ſeruus dominũ ſuum: ſi ergo pater ego
ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum,
vbi eſt timor meus? dicit Dominus exercituũ ad
vos ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, &
dixiſtis, In quo deſpeximus nomé tuum? Offertis
ſuper altare meũ panem pollutum: & dicitis, In
quo polluimus te? in eo quód dicitis, Méſa Domi-
ni deſpecta eſt. Si offeratis cæcũ ad immolãdum,
nónne malum eſt? & ſi offeratis claudũ & langui

C dum, nónne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi pla
cuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuã, dicit Domi-
nus exercituum. Et nunc deprecamini vultũ Dei,
vt miſereatur veſtri (de manu enim veſtra factũ
eſt hoc) ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit
Dominus exercituum. Quis eſt in vobis qui clau-
dat oſtia, & incendat altare meũ gratuitò? nõ eſt
mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituũ:

De munda electorum ex Gétibus hoſtia. Pſal.112.a.

& munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra. [Ab Or-
tu enim ſolis vſque ad Occaſum, magnum eſt no
men meũ in Gentibus, & in omni loco ſacrifica-
tur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia
magnũ eſt nomen meum in Gétibus, dicit Domi

D nus exercituũ. Et vos polluiſtis illud in eo q dici-
tis, Menſa Domini cõtaminata eſt: & quod ſuper-
ponitur, cõtéptibile eſt cũ igne qui illud deuorat.

chiæ. [4] Dilexi vos, dicit Dominus. [5] & dicitis, Qua
in re [6] dilexiſti nos? [7] annon Eſau frater erat ipſius
Iacob, dicit Dominus? & tamé Iacob [8] dilexi, Eſau
auté odio habui, & poſui [9] mõtes eius ſolitudiné,
& [10] hæreditatem eius [11] velut deſertũ draconum. Si
dixerit [12] Edom, [13] Attenuati ſumus: [14] reuertemur
ergo, & ædificabimus [15] ſolitudines: Dominus exer
cituum ſic dicit, Ipſi quidé ædificabunt, ego vero
[16] diruam: [17] vt vocent eos terminos impietatis, &
populum cui Dominus perpetuò [18] ſuccenſebitur.
Oculi quoque veſtri [19] videbunt, & vos ipſi dicetis,
[20] Magnificetur Domin⁹ [21] ſuper termino Iſraelis.
¶ [22] Filius honorat patré, & [23] ſeruus dominũ ſuũ: ſi
ergo ego pater ſum, vbi honor eſt [24] qué mihi im
penditis: ſi vero dominus ſum veſter, vbi mei ti-
mor? dicit Dominus exercituum [25] vobis ſacerdo-
tibus, qui vile habetis nomen meum. [26] & dicitis,
Quanam re [27] ſordet nobis nomen tuum? [28] Affer-
tis ad aram meam pollutum panem. [29] & dicitis,
Quanam re [30] polluimus te? quum [31] dicitis, [32] Méſa
Domini [33] vilis habetur. Quũmq; [34] hoſtiam cæcam
ſacrificatis, non eſt malum: & quãdo [35] adducitis
claudum & ægrotum, [36] non eſt malum. [37] adduc
quæſo tale duci tuo, num [38] id probabit? num ſu-
ſcipiet [39] faciem tuam? dicit Dominus exercituũ.
Nunc igitur precamini quæſo faciem Dei, [40] vt vo
bis beneficus ſit: [41] veſtra enim culpa hoc fit: num
faciem veſtram [42] ſuſcipiet, dicit Dominus exerci-
tuũ? [43] Adhæc, quis ex vobis oſtia claudat? num ve
ro in ara mea gratis incendiſtis? Non eſt mihi in
vobis [44] beneplacitum, dicit Dominus exercituũ,
neq; acceptum habeo [45] munus ciborum [46] de ma-
nu veſtra. Etenim ab Ortu ſolis ad Occaſum eius
vſq; magnum [47] eſt nomen meum inter Gentes, &
in omni loco nomini meo incenſum [48] atq; mola
pura affertur: quoniã magnum [49] eſt nomé meũ
in Gétibus, dicit Domin⁹ exercituũ. At [50] vos pro-
phanaſtis ipſum, quum dicitis, Méſa Domini inquinata eſt, [51] & prouétus eius, népe cibus eius, vilis,

vnus ex tribus qui floruerunt tépore ſecundi templi. fuerũt auté, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Quia auté non ſcribitur tépus quo hic propheta floruerit, & non fit mentio eius poſt reditum è captiuitate: ob id faciũt eũ vltimũ omniũ prophetarũ. ¶4 Verba Dei patris, dicẽtis ſe benefactorem Iſraelis, & Iſraelé ipſum eſſe ingratum. Eſt autem initiũ prophetiæ. Hoc verſu oſtẽdit Iſraelé eſſe peccatoré, eúmque pœnitẽtia egere: vt hac via perueniat ad Chriſtũ. Sic Ioannes, Matth. 3, Pœnitentiam agite. ¶5 Vel potius, q ſi dicatis, ſub. mihi. ¶6 vl. oſtendiſti te nos diligere?

¶7 Reſpõdet Dominus. ordo turbatus apud Hebræos, apud quos ſic legitur, Annon frater [erat, vl. fuit] Eſau Iacob &c. ac ſi dicat, ſic erãt fratres vterini. Non meminit beneficii reditus è captiuitate: ſed longius repetit beneficia collata in maiores, vt oſtendat ſummam ingratitudinem. ¶8 Hac re oſtendit ſe illum dilexiſſe, quòd tranſtulerit in eum ius primogenituræ, quòd prætereà terram quæ fuerat promiſſa Iſaac patri ſuo, poſſedit. Amor iſte, ſignum electionis: vt odium, reprobationis. Dilexi Iacob, & eius poſteros. ¶9 i. mõtem Seir, qui patria erat Eſau. dicit autem mõtes, pluraliter, quòd illa patria eſſet mõtoſa. q.d. reddidi regioné eius montoſam, deſolatam à Nabuchodonoſor, & ita locũ aptum draconibus, qui ſolent habitare in deſertis. ¶10 i. mõtem Seir ¶11 Heb. [ſub. dedi habitandam] draconibus deſerti. ¶12 i. Idumæa. Hic oſtendit quãtum odium Dei fuerit in Eſau. ¶13 vl. Ad extremam inopiam redacti ſumus: ¶14 Hebraiſmus eſt, pro, at rurſum ædificaturi ſumus ¶15 deſolata. i. vrbes euerſas à Nabuchodonoſor. ¶16 Contrà ante fecerat Dominus Iudæis: nam redierũt è captiuitate cum facultate inſtaurandi non ſolum vrbem, ſed & templum. ¶17 & vocabunt. ſub. poſteri. i. Poſteri vocabunt patriã eorum, patriam cuius populus impius fuit, atq; ob id deſolata eſt patria. ¶18 ſuccenſuit. vel, quem deteſtatus eſt Dominus in æternũ. q.d. deſolatio eorum erit perpetua: veſtra autem migratio nõ fuit perpetua. hinc colligitur indiciũ amoris & odij. ¶19 ſub. ô Iſraelitæ quæ dicta ſunt de deſolatione Idumæorũ. ¶20 i. Gloria & honor detur Domino, qui ita animaduertit in improbos, ſuos auté fouet & amat. ¶21 in patria. vl. ſuper regioné &c. i. vos habitantes in patria veſtra quæ dicetur nõ patria impietatis, ſed patria Iſrael, dicetur, magnificetur Dominus. ¶22 ſub. bonus honorare ſolet vel debet. ¶23 ſubaudiendũ ex ſequẽtibus, timet. ¶24 Heb. meus. vl. mei. i. quo Iſrael eſt me proſecutus. q.d. Iſrael debuerat me habere loco patris aut heri. ¶25 Heb. vos [ſub. appello] ſacerdotes cõtemptores nominis mei. Hucuſq; allocutus Iſraelitas generaliter: nunc ſacerdotes ſpecialiter. ¶26 ſed dicetis, ¶27 ſpreuimus ¶28 Offertis ſuper altare meum oblationem pollutam. Cõtra legem ſcilicet. Non eſt vertendũ, panem: quia panis ponebatur ſuper menſam, non ſuper altare. ¶29 at dicetis, ¶30 i. polluimus tuã oblationé. vl, offerimus oblationé pollutã? ¶31 dixiſtis. ſub. apud vos. i. cogitaſtis ¶32 i. eſca, népe caro & ſanguis. q.d. illi exiſtimabãt cibum oblatũ Domino, eſſe vilem, licet præceptũ ab ipſo Domino. atq; ita hic peccabant mente & cogitatione: pòſt peccabant opere. ¶33 cõtemptibilis eſt. ¶34 offertis cæcũ [ſub. animal] [immolandum] [ſub. Domino,] nónne iſtud eſt malum? q.d. ſic: quia eſt prohibitũ lege. Cũ ſine interrogatione legitur, ſubaudi verbũ [dicitis,] hoc modo, Dicitis nõ eſſe malum. ¶35 offertis ¶36 ſub. dicitis. Aut cũ doctioribus lege interrogatiue, Nónne iſtud eſt malum? ¶37 offer ¶38 Heb. te volet? i. nũquid erit ei beneplacitũ in te? nũquid eris ei gratus, & oblatio tua grata? ¶39 i. munus tuũ grato & hilari animo. ¶40 vt miſereatur noſtri. vl, & miſerebitur noſtri. Propheta nõ excludit ſe è numero peccatorũ, modeſtiæ cauſa. Oſtenſo & agnito peccato, inuitat ad pœnitentiam. ¶41 Heb. de manibus veſtris hoc. i. ab operibus manuũ veſtrarum profecta eſt hæc maledictio quæ dicetur in ſequentibus. ¶42 acceptãdo ſcilicet munus. q.d. niſi reſipueritis, nihil eſt quod offeratis munera: non enim cõdonabit peccata Dominus. ¶43 Heb. Quis etiã inter vos, & claudat fores vt non accendatis altare meum gratis? Coniunctio &, vacat: aut aliquid ſubaudiendũ, hoc modo, Vtinã aliquis veſtrum clauderet fores atrij templi, vt nõ vratis ſuper altare meum victimas fruſtra, ſiue in vanum: nam non placent mihi ſacrificia illa. declarat ſequentibus. ¶44 i. vos nõ eſtis mihi grati. ¶45 oblationem ¶46 i. à vobis oblatam. ¶47 erit. tempore ſcilicet gratiæ. i. erit in magno pretio inter Gentes. q.d. ſed acceptabo munus Gentiũ quod offerent mihi. Prædicitur ipſarũ vocatio. ¶48 [erit] oblatum, & munus mũdum. ſub. & nõ immundũ. Per cultũ veteris legis, intelligit cultũ nouæ. i. optimæ preces & animæ fideliũ. ¶49 erit ¶50 ſub. Iſraelitæ qui legé recepiſtis, quos initio dilexi. ¶51 vl, polluitis ipſum. ſub. nomé. Polluere nomé Domini: nõ obedire præceptis eius, & aliud facere quàm quod præceperit. ¶52 Heb. & verbũ eius [. i. vniuſcuiuſq; veſtrum] eſt vilis eſca eius. q.d. & vnuſquiſq; veſtrũ dicit, Adeps qui offertur Domino, item caro & ſanguis, ſunt res viles.

¶53 Et dicitis. vel, dicere ſoleſtis.aut,dicetis. Rurſum carpit vulgũ,nõ ſacerdotes. ¶54 Heb. Ecce labor.i. hæc hoſtia fuit mihi moleſta & oneroſa afferẽti ei. vel,ecce è labore meo. .i. labore meo partũ. ¶55 proiicitis [ſub.i terram] illud.ſub. qđ affertis,cõtẽptim ſcilicet,cõtẽnẽdo Deũ & ſacrificia eius. ¶56 Si verteris,è labore meo:tũc ſubaudi, mentimini, nã eſt raptũ. ¶57 vel, languidum. ¶58 adducitis [quã in oblatione. ¶59 Heb. volã eã ¶60 Heb. Maledict⁹ autẽ doloſ⁹. ¶61 ſub. perfectũ. vel integrũ,& ſine vitio ¶62 q.d.du cib⁹ veſtris talia nõ offertis, mihi autẽ regi magno nõ pudet offerre? ¶63 erit. quum ſcilicet fidẽ ſuſceperint timebũt nomẽ meũ.

[53]Dixiſtis autem, [54]En defatigatio:' & [55]anhelli iſto eſtis,'dicit Dominus exercituũ: [56]infertis quoque' quod raptũ eſt,quod claudũ & [57]infirmũ eſt, [58]adducitiſq; molã:'num [59]mihi ea placebit è manu veſtra,dicit Dominus? [60]Execratus eſt qui dolo malo agit,'qui quũ in grege ſuo [61]maſculũ[pecus]habeat,vitiatũ Domino vouet ac mactat: [62]quoniam rex magnus ego ſum,dicit Dominus exercituũ,& nomẽ meũ terribile [63]eſt'in gẽtibus.

CAP. II.

NVnc igitur'ad vos [1]mãdatũ hoc,' [2]ô ſacerdotes. [3]Si nõ audieritis,nec[4]applicueritis cor veſtrũ, [4]vt colatis nomẽ meũ,' dicit Dominus exercituũ, [5]mittã'in vos[6]execrationẽ,'[7]maledicámq; benedictionib⁹ veſtris:quin[8]maledixi illi,'q [9]cor[veſtrũ] nõ applicuiſtis.'En ego[10]increpabo vobis'ſemẽ,& ſpargam[11]ſtercus' in facies veſtras,[12]ſtercus inquã dierũ veſtrorũ ſolẽniũ,[13]tolletq;' vos[14]ad ſe.[15]Tũ' ſcietis q ad vos[16]mãdatum iſtud'miſerim,vt eſſet [17]fœdus'meũ cũ [18]Leui,'dicit Dominus exercituũ. Fœdus meũ fuit [19]cum eo,[20]vitæ ſcilicet & pacis:' dediq;[21]ei ea,[22]timorẽ vt me metueret,metuq; nominis mei paueret.' Lex[23]veritatis fuit in ore ei⁹, nec fuit deprehẽſa in labijs eius[24]iniquitas:'in pace & rectitudine [25]mecũ ambulauit,' multóſq; ab iniquitate auertit. Etenim labia ſacerdotis[26]cuſtodiẽt'ſcientiã,legẽmq; ex ore ei⁹ [27]requirẽt:[28]legatus enim eſt Domini exercituũ.Vos autem receſſiſtis [29]de via,&[[30]offendiculo poſito]multos in lege impingere feciſtis,'&[31] corrupiſtis fœdus Leui, dicit Dominus exercituũ. [32]Reddam ergo ego &'vos [33]cõtẽptos'& abiectos[coram]omni populo,q vias meas nõ cuſtoditis, [34] faciẽſque in lege recipitis.' Annon[35]pater'vn⁹ omniũ noſtrũ?annõ Deus vnus nos creauit?quur ergo quiſq; cũ fratre ſuo[36]perfide agit,'polluẽdo[37]fœdus patrũ noſtrorũ?[37]Perfide defecit' Iehuda,abominãdũmq; ſcelus in Iſraele & in [38]Ieruſalẽ' deſignatũ eſt,q Iehuda prophanauit [39]ſanctũ Domini quod diligit, & filiã alieni dei vxorẽ duxit. [40] Virũ qui huiuſmodi rem deſignat,qui author eſt, qui obſequitur,& qui adfert molã Domino exercituũ e tabernaculis Iacob,excindi iubet Domin⁹.' Deinde & hoc adijcitis,[41]'vt lachrymis,fletu & gemitu arã Domini oppleãt,ne

Et dixiſtis,Ecce de labore:& exufflaſtis illud, dicit Dominus exercituũ,& intuliſtis de rapinis claudũ & languidũ,& intuliſtis munus.nunquid ſuſcipiã illud de manu veſtra, dicit Dominus? Maledictus doloſus,qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciẽs immolat debile Domino:quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum , & nomen meum horribile in gentibus.

In eos qui corruptas victimas offerebãt,aut raptas.

CAP. II.

ET nũc ad vos mãdatũ hoc ô ſacerdotes. Si noIueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſup cor vt detis gloriã nomini meo, ait Dominus exercituũ:mittã in vos egeſtatẽ,& maledicã benedictionib⁹ veſtris, & maledicã illis: quoniã nõ poſuiſtis ſuper cor.Ecce ego proijciã vobis brachiũ, & diſpergã ſuper vultũ veſtrũ ſterc⁹ ſolẽnitatũ veſtrarũ, & aſſumet vos ſecũ. Et ſcietis quia miſi ad vos mãdatũ iſtud:vt eſſet pactũ meũ cũ Leui, dicit Domin⁹ exercituũ.Pactũ meũ fuit cũ eo vitę & pacis: & dedi ei timorẽ:& timuit me,& à facie nominis mei pauebat.Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nõ eſt inuenta in labijs eius : in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.Labia enim ſacerdotis cuſtodiẽt ſcientiã,& legẽ requirẽt ex ore eius: quia angelus Domini exercituũ eſt. Vos autem receſſiſtis de via,& ſcãdalizaſtis plurimos in lege : irritũ feciſtis pactũ Leui,dicit Domin⁹ exercituũ. Propter quod & ego dedi vos cõtẽptibiles, & humiles omnibus populis,ſicut nõ ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciẽ in lege.Nũquid nõ pater vnus omniũ noſtrũ? nũquid nõ Deus vnus creauit nos?quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrũ fratrẽ ſuũ, violãs pactum patrũ veſtrorũ? Trãſgreſſus eſt Iuda,& abominatio facta eſt in Iſrael & in Ieruſalẽ: quia cõtaminauit Iudas ſanctificationẽ Domini , quã dilexit, [a]& habuerunt' filiã dei alieni.Diſperdet Dominus virũ qui fecerit hoc, magiſtrũ & diſcipulũ de [b]tabernaculo' Iacob.& offerẽtẽ munus Domino exercituum.Et hoc ruſum feciſtis,Operiebatis lachrymis altare Domini,fletu & mugitu,ita vt non re-

Sacerdotibus cõminatur.

Leui.26.b. deut.28.b.

Eorum officium iuxta pactũ Dei cũ Leuitis.

B

Sacerdotũ peccata.

In populũ & ſacerdotes ducẽtes alienigenas.

C

¶[a]habuit ¶[b]tabernaculis

II. ¶1 ſub.ptinet.Hortatur ſacerdotes ad ſuũ mun⁹ & ad religionẽ,vt hoſtiã mũdã offerãt. ¶2 preceptũ hoc. ſub.qđ ſequit,de offerẽdis victimis. ¶3 poſueritis i corde veſtro.ſub.pcepta mea:niſi animũ aduertatis ad victimas mihi offerẽdas. ¶4 Heb.vt detis gloriã noi meo.offerẽdo ſcilicet legitimas victimas. ¶5 [ſub.iraſcar]& mittã. Vel ſine ſubauditiõe,tũc imittã &c. ¶6 Execratio.ſiue maledictio cauſa eſt penuriæ & inopiæ. ¶7.i.in maledictionẽ vertã benedictiões veſtras:hoc eſt maledicã ijs quę benedictionib⁹ meis poſſidetis.Seipſũ poſtea exponit. ¶8.i.iã cœpi maledicere illi,hoc eſt vnicuiq; benedictionũ veſtrarũ Relatiuũ eſt ſingulare,& antecedẽs plurale. ¶9 nõ ponatis i corde veſtro.ſub.pcepta mea.i.nõ aduertitis ad ea q̃ præcipio. ¶10 perdi.ſiue, perditur⁹ ſũ breui,i pnicië veſtrã.q.d.iacietis ſemẽ in terrã,& peribit,in ſignũ maledictiõis. ¶11 ſub.victimarũ veſtrarũ. ¶12.i. ſterc⁹ victimarũ veſtrarũ illegitimarũ quas offerre ſoletis in ſolẽnitatib⁹ veſtris magnis. ¶13 ſub.iniqtas veſtra ¶14 ad illud.ſub. pbrũ,vel ad illã ignominiã qua facies veſtrę cõtaminabũtur ſtercore.q.d.iniqtas veſtra erit cauſa ei⁹ pbri. ¶15 quũ ſcilicet benedictiões veſtrę fuerit verſæ i maledictionẽ. ¶16 de victimis offerẽdis ſcilicet. ¶17 Quid p fœd⁹ intelligat,vide initiũ ſequẽtis verſus. ¶18 Pro tribu Leui accipiẽdũ. ¶19.i.cũ tribu Leui. ¶20 Hoc eſt,dedi ipſi Phinees nepoti Leui pacẽ,hoc eſt ſanitatẽ corporis & lõgã ætatẽ,q zelatus eſſet honorẽ meũ.vixit eni pluſquã C C C annos. ¶21.i.ipſi leui,hoc eſt ipſi Phinees,vitã & pacẽ. ¶22 Heb.pptet timorẽ:timuit enim me,[ſub.Phinees]& ppter nomẽ meũ cõtrit⁹ fuit.i.fuit corde cõtrito.nã occidit ſcortũ &c.q videret me ignominia affici. ¶23.i.doctrina vera & ſincera fuit i ore ipſi⁹ Leui,vel Phinees.Pars prior ptinet ad officiũ ſacerdotũ,poſterior ad mores eorũ. ¶24.i.falſa doctrina. ¶25.i.in pceptis meis,ſeruãdo pacẽ & æquitatẽ cũ pximis ſuis. ¶26 vel,cuſtodire ſolẽt.aut debẽt. q.d.ſacerdos debet poſſe docere populũ:debet eſſe doctus & perit⁹ ſacrarũ literarũ vt docere poſſit populũ. ¶27 vel,regrere debẽt. Legẽ:verbũ Dei intelligit. ¶28 Legatus volũtatẽ exponit ei⁹ à quo mittitur,neq; quicquã de ſuo addit,aut addere debet.Iohan.7. ¶ ſub.mãdatorũ Dei.Hoc dicit q offerrẽt victimas illegitimas,aut furto ablatas. ¶29 vel,ſcãdalo fuiſtis multis in lege.nõ exponẽdo eã ſecũdũ veritatẽ. ¶30.i.p ſidiſtis fœd⁹ quod Domin⁹ inijt cũ Leuitis,nõ eſtis functi vero officio Leuitarũ. ¶31 Ego quoq; poſui ¶32 vel,deſpectos ¶33.i.ſi vobis aliqua quæſtio pponit de lege,reſpõdetis habito reſpectu pſonarũ magis q̃ rei & veritatis. ¶34 Quidã ad Adamũ referũt,alij ad Abrahamũ.Doctorib⁹ magis placet vt ad Iacob. ¶35 prçuaricatẽ.vel,puaricari ſolet ¶36.i.vinculũ cõiugale diligẽter ac ſancte obſeruatũ à maiorib⁹ noſtris?Polluebãt hoc fœd⁹,ducẽdo alias vxores.Abrahã cõcubuit cũ Agar,ſed adhortãte & volẽte vxore.Idẽ dice n⁹ de Iacob.Licebat Iſraelitis ducere plures vxores,ſed Iſraeliticas.at reuerſi ex captiuitate,ſupducebãt alienigenas,quod erat lege vetitũ. ¶37 præuaricata eſt.ſub cõgregatio ¶38 in qua ſcilicet eſt loc⁹ tẽpli,vbi coli debebat Deus. ¶39 ſanctitatẽ Domini quã dilexit,& ſupduxit filiã dei alieni. Hæc ferè ſcribũtur Eſa.9.& 10,de vxorib⁹ alienigenis quas ſuperducebãt ſibi Iudæi reuerſi è captiuitate.Sãctitatẽ vocat vinculũ illud cõiugale.Aut Iſraelẽ,qui dicit Sãctitas Domino.Mulier q̃ colit Deũ,dicitur filia Dei.eadẽ ratiõe dicitur filia alieni dei,q̃ colit deũ alienũ. ¶40 Heb.Exterminabit Domin⁹ viro illi q fecerit illã abominationẽ,vigilãtẽ & reſpõdẽtẽ de tẽtorijs Iacob.& offerẽtẽ munus Domino exercituũ.i. Si ſacerdotes Domini duxerint vxores alienigenas,& genuerint liberos,illi nõ ſupuiuẽt patri,ſed peribũt,& nõ offerẽt Domino mun⁹.Vigilãtes opponũtur mortuis,q dormire dicũtur. ¶41 obruitis lachrymis altare Domini,fletu & gemitu,ita vt vitra nõ reſpiciã ad munus ipſum,nec accipiam mun⁹ veſtrũ[grato aio]de manu veſtra vitra &c.i.Eſtis cauſa vt vxores veſtræ Iſraeliticæ obruat altare lachrymis.Hyperbole.

ſpiciã vltra ad ſacrificium, nec accipiã placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, Quã ob cauſam? Quia Dominus teſtificat° eſt inter te & vxorẽ pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nõnne vnus fecit, & reſi-
D duũ ſpirit° ei° eſt? & quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ, & vxorẽ adoleſcẽtiæ tuę noli deſpicere. Cũ odio habueris, dimitte, dicit Domin° Deus Iſrael. operiet autẽ iniquitas veſtimẽtũ eius, dicit Dominus exercituũ. Cuſtodite ſpiritũ veſtrũ, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis Dominũ in ſermonib° veſtris. & dixiſtis, In quo eũ fecim° laborare? In eo q̃ dicitis, Omnis qui facit malũ, bonus eſt in cõſpectu Domini, & tales ei placẽt: aut certe vbi eſt De° iudicij? CAP. III.

De Iohanne baptiſta matth. 11. b marc. 1. a. luc. 1. b. 7. d pſal. 131.

Ecce ego mitto angelũ meũ, & præparabit viã ante faciẽ meã: & ſtatim veniet ad tẽplũ ſuum Dominator quẽ vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quẽ vos vultis: ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? ipſe enim quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonum. Et ſedebit cõflans & emũdans argẽtum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurũ & quaſi argẽtum, & erũt Domino offerẽtes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui. ¶ Et accedã ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris

De purgatiõe fideliũ & eorũ ſacrificijs.

B & periuris, & qui calũniãtur mercedẽ mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinũ, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituũ. ¶ Ego enim Domin°, & nõ mutor: & vos filij Iacob nõ eſtis conſumpti. A diebus enim patrũ veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis: [reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixiſtis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deũ, quia vos cõfigitis me? & dixiſtis, In quo ° configimus te? In decimis,

Hypocritarũ cæcitas nunq̃ peccata ſua agnoſcẽtiũ. Zacha. 1. a.

¶° confiximus

vltra reſpiciat ad mun° cibariũ, neq; [munus] ſe manu veſtra acceptũ ferat. [41] Dicitis autẽ, Quã ob rẽ? Eo q̃ Dominus [43] teſtatus inter te & inter vxorem [44] quã in adoleſcẽtia tua tibi deſpõdiſti, i quã tu [45] perfide agis, quũ ea ſit [46] cõſors tua, & vxor [47] fœdere tibi iũcta. [48] Annon & vnus hoc fecit in quo excellẽs fuit ſpiritus? quid vero [49] vnus ille [fecit?] quærebat [50] ſemẽ Dei. vos igitur [51] q̃ chara eſt vobis anima veſtra cauete, ne in vxores quæ vobis i iuuẽtute veſtra deſpõſæ ſunt pfidi ſitis. [52] Qui odio habet, dimittere [poteſt,] dicit Dominus De° Iſraelis. [53] num ergo violẽtiã veſtimẽto ſuo teget? dicit Dominus exercituũ. [54] cauete ergo q̃ vobis chara eſt anima veſtra, ne perfidi ſitis. [55] Defatigaſtis Dominũ ſermonibus veſtris. [56] dicitis autẽ, Quanã re [57] defatigauim°? Nẽpe quũ dicitis, Quicũq; malum facit, is bon° eſt in oculis Domini, [58] talibúſq; delectatur: aut vbi eſt Deus [59] iudicij? CAP. III.

Ecce ego [1] mitto [2] legatum meũ, qui [3] cõplanabit viã ante me, ſubitóq; ad [4] tẽplũ ſuũ [5] veniet Dominus ille quem vos [7] quæritis, & [8] legatus fœderis [9] quo vos delectamini: ecce venit, ait Domin° exercituũ. Quis vero [10] diem aduentus eius ſuſtinuerit? aut quis, quũ ſe cõſpiciẽdũ præbebit, [11] conſiſteret? [12] eſt enim veluti ignis [13] excoquens, & vt [14] borith [herba] fullonum. Sedebit itaq; [15] excoquẽs & repurgãs [16] argẽtũ: [17] filios Leui emũdabit, expurgabitq; eos vt aurũ & argẽtũ, tũ Domino [18] adferẽt ſacrificiũ cibariũ [19] in iuſtitia. [20] Gratum erit Domino [21] ſacrificiũ Iehuda & Ieruſalẽ [22] vt retro tẽporibus, & priorib° annis. ¶ Et [23] appropinquabo [24] vobis [25] ad iudiciũ, eróq; [26] teſtis [27] feſtinus cõtra maleficos, cõtra adulteros, cõtra eos qui peierãt, & contra eos qui [28] mercenariũ mercede fraudãt, [per vim & calumniã] viduã & pupillũ [opprimunt,] & qui [29] auerſantur aduenã, [30] & me nõ timẽt, dicit Dominus exercituũ. ¶ Etenim ego Dominus [31] nõ mutor, [32] & vos filij Iacob nequaquã deſiſtitis. A diebus patrũ veſtrorũ à ſtatutis meis receſſiſtis, [33] nec cuſtodiuiſtis [ea:] [34] cõuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos, dicit Domin° exercituũ. [35] dicitis autẽ, Quanã re cõuertemur? Nũ homo Deũ [36] adſigit? vos autẽ me adſigitis, [37] & dicitis, Quanã re te [38] adſigim°? [39] In decimis

¶41 Dicetis autẽ. i. Si autẽ dicatis, ¶43 teſtificari poteſt. vl, teſtatus eſt ¶44 Heb. iuuẽtutis tuæ. Tales ſolent eſſe gratiſſimæ. ¶45 præuaricatus es. du[c]endo aliã vxorẽ, & eã alienigenam. ¶46 vl, particeps. aut ſocia. ¶47 Heb. fœderis tui. i cũ qua pepigiſti fœd°. ¶48 Heb. Neq; vn° fecit [ſub. ſicut vos] & excellentia ſpiritus erat in eo. i. Abrahã quũ vn° eſſet, & ſine liberis, hoc non fecit. q. d. hoc facitis ſine aliquo maiorum exemplo. ¶49. q. d. Obijciet quiſpiam, Abrahã concubuiſſe cũ Agar ancilla. ſed hoc fecit adhortãte ſua vxore. ¶50. i. ſemen in matrimonio permiſſum à Deo. ¶51 Heb. ſeruate [vl, ſeruetis]

in ſpiritu veſtro, & in vxorẽ iuuẽtutis tuæ, ne præuaricetur. ſub. ſpiritus tuus. Mutatio perſonarũ, veſtro, & tuæ. ¶52 Heb. Si [aliquis] oderit, emittat. vl, dimittat, repudiet dato repudij libello. ¶53 at tegit [ſub. vnuſquiſq; veſtrũ] iniquitatẽ ſub veſte ſua, dicit &c. i. vnuſquiſq; veſtrũ emittit quidẽ vxorẽ quã odit, ſed nõ dato libello repudij: vnde fit vt alteri nubere nõ poſſit. ¶54 Heb. ſeruate igitur [vos] in ſpiritu veſtro, & ne præuaricemini. i. neq; animo, neq; corpore peccetis in Deũ. ¶55 vl, Laborare facitis. i. moleſtia afficitis. Scriptura loquitur de Deo vt de homine. q. d. de Deo nõ ſolũ male ſentitis, ſed & loquimini. ¶56 ſed dicetis. vl, dicetis autẽ. aut, q̃ ſi dicatis, ¶57 moleſtia afficimus? ſub. Dominũ. ¶58 Heb. & in eis eſt beneplacitũ. Mutatio numeri. i. tales amat & diligit. ¶59. i. qui ſeuere deberet in eos animaduertere. Verba ſunt hominũ blaſphemãtiũ in Deũ & iuſtitiã ei°, ſic argumẽtantiũ, ſi male agerẽt, animaduerteret in eos. at nõ animaduertit. ergo &c. In hac autẽ re potius laudare deberẽt longanimitatẽ Dei qui expectat vt peccator reſipiſcat. III. ¶1 Verba filij Dei. Reſpõdet Dominus Deus ad interrogationẽ factã, Vbinã eſt Deus iudicij? ¶2 vl, miſſurus ſum. ſub. ante incarnationẽ meã. ¶3. i. Iohãnẽ Baptiſtã. ¶4 verret. emũdabit. i. inuitabit homines ad pœnitẽtiã, vt digne me recipiãt. ¶5 Per hoc oſtẽditur, Chriſtũ fuiſſe verũ Deum, alioqui dixiſſet tẽplum Iehouæ, ſiue Domini, nõ autẽ templũ ſuũ. ¶6 Mutatio primæ perſonæ in tertiã. ¶7. i. quẽ tãtopere expetitis: vel potius, quẽ patres veſtri tantopere deſiderarunt. ¶8. i. qui ſuo ſanguine teſtamẽtũ nouum cõfirmaturus erat inter Deũ patrẽ & homines. ¶9 Heb. quẽ vultis. vl, quem deſideratis. ¶10. i. afflictiones quæ excitabũtur tempore illius: multæ enim fuerũt in primitiua eccleſia afflictiones. q. d. etiã iuſti affligentur. ¶11 vl, ſubſiſtet? aut, intrepide feret? ſub. tribulationes illas. Hic innuit Chriſtũ eſſe verũ hominẽ, vt ſuperiore verſu eſſe verũ Deũ. ¶12 erit ¶13 vl, cõflans. i. purificãs metalla. Luc. 12, de Chriſto dicitur, Ignẽ veni mittere in terrã. Ignis: tribulationes. Sordes metallorũ: peccata. vt ſordes metallorũ igne auferũtur: ſic peccata afflictionibus. ¶14 Sapo fullonũ eſt quo vtũtur ad eluẽdas ſordes & maculas veſtiũ. ¶15 vl, cõflans ¶16 Aurũ & argentũ ſunt metalla omniũ pretioſiſſima & excellẽtiſſima: & tamẽ in eis ſunt ſcoriæ: ſic in electis peccata. ¶17. i. ſacerdotes ipſos exercebit varijs tribulationib°, vt eos purgatos reddat. Intelligit ſacerdotes noui teſtamẽti Apoſtolos & diſcipulos. ¶18 offerẽt munus. i. munera ¶19. i. per talem tribulationem iuſtificati & mũdati à peccatis. ¶20 Heb. Dulceſcet. Dulce erit. i. placebit ¶21 munus. i. munera fideliũ ¶22 Heb. ſecundũ dies ſeculi & ſecũdum annos antiquos. i. ſicut olim & antea tẽporibus patriarcharũ. ¶23 accedã. ſub. ſub finẽ mũdi, in extremo iudicio. Hæc in perſona Meſſiæ dicuntur. ¶24 ad vos, ſub. ô peccatores & blaſphemi. ¶25. i. vt iudicem vos. Pater dedit omne iudiciũ filio. Iohã. 5. ¶26 quia nihil me latet. ¶27 vl, feſtinãs. aut prõptus ¶28 Heb. opprimũt mercedẽ mercenarij. ¶29 cauſa ſua cadere faciũt. i. peruertũt iudiciũ aduenæ. ¶30. i. & vt ſummatim dicã, contra eos qui me &c. ¶31. q. d. cõminatio mea firma eſt & verax, impleo quæ prædixi. ¶32 Heb. vos autẽ filij Iacob nõ eſtis cõſumpti. ſub. ſed mea miſericordia vſq; ad hæc tẽpora ſeruati. ¶33 ſub. & tamẽ vos ſeruaui vſq; hodie: & in hoc elucet miſericordia mea. Inuitat Iſraelem ad pœnitẽtiam cõmemoratione beneficiorũ. ¶34 ſub. pœnitẽtia, & ego miſericordia cõuertar ad vos. ¶35 ſed dicetis, In quo cõuertemur? ſub. ad te per pœnitẽtiã. q. d. admiſimúſne alia peccata præter iam dicta? vl, Quòd ſi dicatis, &c. Reſpõdebo, Num homo ¶36 ſpoliat, [vl ſpoliare debet,] quòd vos me ſpoliatis? Aut, rapere debet Deũ? i. quæ Dei ſunt? quòd vos me ſpoliatis? Spoliat homo Deũ quando ſubtrahit miniſtris Dei, qui egregie fungũtur ſuo munere, quæ ad illorũ victum pertinent. ¶37 dicetis autẽ. vl, q̃ ſi dicatis ¶38 ſpoliamus? ¶39 Heb. In decima. i. in decimis quas nõ perſoluitis.

&[40] magnificis donis. [41] Execratione execrati eſtis vos, ꝙ me vniuerſi vos adfigitis. [42] Adducite omnes decimas ad domum [43] vbi reponatur, [44] vt ſit quod diuidatur in domo mea: [45] atq; i hoc periculũ de me ſumite quæſo (dicit Domin⁹ exercituũ,) ſi non [46] aperuero vobis feneſtras cæli, & [47] benedictioné omnigenã vobis effundam. Increpabo vobis [48] deuorãtem, ne vaſtet vobis fructum tellaris, neq; [49] ſterilé reddat vobis vitem in agro, dicit Dominus exercituũ. Tum felices vos pronuntiabunt omnes gẽtes, quia terra [50] optata eritis, dicit Dominus exercituũ. ¶ [51] Superant me verba veſtra, dicit Dominus. [52] & dicitis, Quidnam cõtra te ſumus loquuti? Dixiſtis, [53] Fruſtra ſeruitur Deo: quæ enim vtilitas [54] quòd obſeruationé eius obſeruam⁹, & ꝙ [55] pullati corã Domino exercituũ incedimus? Nũc igitur [56] beatos iudicamus [57] arrogãtes: quin & impietaté patrãtes [58] ædificãtur, [59] & qui Deũ tentant, ſeruãtur. ¶ Tũ qui Dominũ timẽt, quiſq; ad ꝓximũ ſuũ [60] loquuti ſunt. [61] Attẽdit & [62] audiuit Dominus, & ſcriptus eſt [63] cõmẽtarius corã eo, [64] timẽtibus Dominũ, & his qui [ſerio] cogitant de nomine eius. Hi erũt mihi (dicit Dominus exercituũ) eo die [65] quo agã, [66] peculiũ, iiſq; parcam, vt quiſpiã filio ſuo ſeruiẽti ſibi parcit. [67] Reuertimini igitur, & cõſiderate [quid interſit] inter [68] iuſtũ & impiũ: inter eũ qui Deũ colit, & eũ qui eũ nõ colit.

CAP. IIII.

QVoniam ecce [1] dies illa venit, [2] ardens vt clibanus: tum erũt omnes [3] arrogãtes, & omnis qui [4] impietatem patrat, [5] ſtipula, [6] inflammabitque eos dies ventura (dicit Dominus exercituũ) [6] adeò vt nõ reliquatur eis neq; radix, neq; ram⁹. VOBIS autem, qui nomẽ meũ timetis, [7] orietur ſol iuſtitiæ, [8] ſanãs radijs ſuis, [9] exibitiſq; & [10] pingues eritis vt vituli ſaginati. Et impios [11] cõculcabitis, qui [12] puluis erũt ſub plãtis pedũ veſtrorũ, eo die [13] quo ego agam, dicit Dominus exercituum. ¶ [14] Mementote [15] legis Moſis ſerui mei, [16] quã ei in Horeb ad omnẽ Iſraelé mãdaui, ritũ videlicet & iudiciorũ. En ego mittã vobis [17] Eliã ꝓphetã, prius ꝙ dies Domini magnus & terribilis veniat. Is reducet cor patrũ in [18] filios, & cor filiorũ in patres ſuos [19] ne veniam, & [20] terrã prorſus excindam.

& in primitijs. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos cõfigitis gens tota. Inferte omnem decimã in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi nõ aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictioné vſq; ad abũdantiam, Et increpabo pro vobis deuorantem, & nõ corrũpet fructum terræ veſtræ: nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituũ. Et beatos vos dicẽt omnes gentes: eritis enim vos terra deſyderabilis, dicit Dominus exercituum. ¶ Inualuerũt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus. & dixiſtis, Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit Deo: & quod emolumentũ quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituũ? Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes: ſiquidẽ ædificati ſunt faciẽtes impietatem, & tẽtauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. ¶ Tunc locuti ſunt timẽtes Dominum vnuſquiſque cum proximo ſuo: Et attendit Dominus, & audiuit: & ſcriptus eſt liber monimenti corã eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculiũ: & parcã eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiẽti ſibi. Et conuertemini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium: & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

C

Blaſphemia impiorũ in Deũ. Iob. 21. b.

D

Sermo fidelium de cura Dei erga ſeruos ſuos

Peculium Dei.

Parcit De⁹.

CAP. IIII.

ECce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes faciẽtes impietatem ſtipula: & inflammabit eos dies veniẽs, dicit Dominus exercituũ, quæ nõ derelinquet eis radicẽ & germẽ. Et ORIETVR vobis timẽtibus nomẽ meũ ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pẽnis eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cũ fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. ¶ Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mãdaui ei in Horeb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia. ¶ Ecce ego mittã vobis Eliam prophetam, antequã veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

De die aduentus Domini.

Luc. 1. g.

B

Exod. 20. e.

De Iohãne Baptiſta in ſpiritu Eliæ venturo. Matth. 17. b. Marc. 9. c. Luc. 1. b.

¶ 40 primitijs. ¶ 41 Heb. Maledictiõe ipſa vos eſtis maledicti & [ſ.i. ſicut] vos ſpoliatis, ô tota gens. Maledictio cauſa eſt famis & iopiæ & penuriæ imbris & pluuiæ. vt paulo poſt vi des. Gẽs inquit tota. i. vos vniuerſi. q. d. alia peccata prædicta non admittuntur ab omnibus: hoc autem, ab omnibus vobis. ¶ 42 vl, Inducite. ſine fraude ſcilicet. i. perſoluite. ¶ 43 ipſius theſauri. i. in horrea conſtituta à ſacerdotibus in circuitu templi. ¶ 44 Heb. ſitq; cibus. vl, eſca. quo ſcilicet cibo alantur ſacerdotes. ¶ 45 Heb. & [tũc] ꝓbate me quæſo in hoc. ¶ 46. i. demiſero vobis pluuiã ad irrigãdos veſtros agros. ¶ 47 Heb. effudero ſuper vos benedictioné vſq; ad non ſufficiẽtiã. ſub. vaſorũ & horreorũ. q. d. tãtam abũdantiã omniũ bonorũ dabo vobis, vt deſint vobis vaſa & horrea quæ capere poſſint bona illa. ¶ 48 ſub. ſegetes. i. increpabo locuſtas. q. d. præcipiã locuſtis ne perdãt veſtros agros: vt mox declarat. ¶ 49 abortiet vobis vitis in agro. i. vinea. Vobis. i. in perniciẽ veſtrã. ¶ 50 vl, deſyderabilis. i. homines habitãtes regioné fertiliſſimã & amœniſſimam. ¶ 51 Inualuerũt cõtra me. i. Vos præterea in me peccatis obloquẽdo iuſtitiæ meæ quaſi ſim iniuſtus. ¶ 52 ſed dicitis. vl, ꝙ ſi dicatis ¶ 53 vl, Vanũ eſt ſeruire Deo. ¶ 54 ſi cuſtodiuerim⁹ cuſtodi ã eius. i. adimpleuerim⁹ omnia præcepta & omnes ceremonias ei⁹. Præteritũ pro futuro. ¶ 55 ſi ambulauerim⁹ humiliter [ſ. i. cũ quadã vult⁹ triſtitia] à facie Domini exercituũ? ¶ 56 Sũt verba illorũ. ¶ 57. i. qui nõ ſeruiũt Deo, nec cuſtodiũt cuſtodiã eius. ¶ 58 ſub. à Deo. i. ſumma fœlicitate fruuntur in hoc mũdo. ¶ 59 etiã tentãt Deum, & ſeruãtur. i. Deus nõ perdit eos. ¶ 60. q. d. quæ hucuſq; dixi, ſunt verba impiorũ, aliter autem locuti ſunt pij. ¶ 61 Et attẽdit. ſub. ad illa maledicta. ¶ 62 ſub. omnia illa ¶ 63 vl, liber memorialis ¶ 64. i. in gratiã timẽtiũ Deũ, & habẽtium gloriã nominis eius in cogitatione aut pretio. ¶ 65 quã facturus ſum. vl, quã adducturus ſum, hoc eſt in qua puniã improbos. ¶ 66. i. res gratiſſima tãquam peculiũ. ¶ 67 Heb. Et cõuertemini, & videbitis ¶ 68 Sequẽti capite oſtẽdit qua re diſcernẽtur pij ab impijs. IIII. ¶ 1. i. dies iudicij, de qua frequẽter meminerũt prophetæ. ¶ 2 Hoc dicit quia ignis præcedet iudicium extremũ ad purgationẽ elemẽtorum, & ſequetur ad puniẽdos impios. ¶ 3. i. qui peccant cõtra Deum ipſum. ¶ 4 iniquitatem. i. qui cõtra proximũ peccant. ¶ 5 quia deſtinabũtur igni æterno. ¶ 6 qui [ſub. dies] non relinquet eis neq; radicem, neq; ramum. i. quo die ſunt omnino perituri. ¶ 7. i. apparebit vobis Chriſtus, afferétq; vobis gaudiũ ac lætitiã vt ſol iſte viſibilis. Sol iuſtitiæ dicitur, quia per illũ iuſtificamur. ¶ 8 & medicina erit in alis eius. i. in radijs. q. d. remittet vobis omnia peccata, quæ ſunt morbi. ¶ 9 ſub. ex hoc ſeculo ¶ 10 diſſilietis huc illuc. Hac ſimilitudine indicat magnitudinẽ lætitiæ piorum. ¶ 11. i. tãto gaudio afficiemini quãto afficeremini ſi nũc calcaretis inimicos veſtros: eritis ſuperiores improbis. ¶ 12 cinis. alludit ad ignem gehennæ. ¶ 13 quã facturus ſum. Deus facit oriri ſolem, ob id dicitur facere diẽ. ¶ 14 interim ſcilicet dũ Chriſtus venturus eſt. Hoc intelligitur de tẽpore quod interceſſit inter tempus quo hæc dicta ſunt. & tẽpus quo Chriſtus venit priore aduẽtu, quo tẽpore vigebat lex Moſaica. ¶ 15 Decalogum intelligit, ſi probe cõſyderemus locũ iſtum. ¶ 16 cui [Moſi] mãdaui in Horeb ceremonias & iudicia. In lege tria erant, decalogus, ceremonialia & iudicialia. Decalogũ hodie ſeruãt Chriſtiani. Ceremoniæ legis ſublatæ. Iudicia partim relecta, partim retenta. ¶ 17. i. Iohannẽ Baptiſtã. Marc. 9. Luc. 1. Locus iſte eſt exponẽdus de primo Chriſti aduentu. quãquam ſub ſecundum aduentũ venturus ſit Elias. i. homines præditi ſpiritu & virtute Eliæ qui reſiſtent antichriſto. Alij dicũt mortuum quidem eſſe Eliam, ſed excitatũ iri ſub finẽ mũdi. Si venit Elias ante primum aduentũ Chriſti, veniet certe ante diem iudicij magnũ & terribilem. ¶ 18 ſub. ſuos. i. faciet vt patres & filij credant in Chriſtum, patres noſtri crediderũt in Chriſtum, & nos filij eorum credimus. Doctus inter Hebræos exponit, Cõuertam patres & filios in vnam religioné. ¶ 19 ne forte veniam. Hic forte, euentũ dubium non ſignificat, ſed tempus euẽtus indeterminatum. ¶ 20 Heb. percutiam terram anathemate. i. homines terrenos & terrena ſapientes, impios ſeparando à conſortio piorum.

FINIS.

# Liber primus Machabæorum.

V.

CAP. I.

Alexādro Macedone mortuo, regnū ſuſcipit Antiochus.

ET factum eſt, poſtquā percuſſit Alexāder Phi
lippi `rex' Macedo, qui primus regnauit in
Græcia, egreſſus de terra Cethim, Darium re-
gem Perſarū & Medorum: cōſtituit prælia multa,
& obtinuit omnium munitiōes, & interfecit reges
terræ: & pertranſijt vſque ad fines terræ, & accepit
ſpolia multitudinis Gentiū: & ſiluit terra in cōſpe
ctu eius. Et cōgregauit virtutē, & exercitū fortem
nimis: & exaltatum eſt & eleuatum cor eius: & ob
tinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti ſunt
illi in tributū. Et poſt hæc decidit in lectum, & co-
gnouit quia moreretur. Et vocauit pueros ſuos no
biles, qui ſecū erant nutriti à iuuentute `ſua': & di
uiſit illis regnū ſuū, cū adhuc viueret. ¶Et regna-
B uit Alexāder annis duodecim, & mortuꝰ eſt. Et obti
nuerunt pueri eius regnum, vnuſquiſque in loco
ſuo: & impoſuerūt omnes ſibi diademata poſt mor
tē eius, & filij eorū poſt eos annis multis, & multi
plicata ſunt mala in terra. Et exijt ex eis radix [1]pec
cati' Antiochus Illuſtris, filius Antiochi regis qui
fuerat Romæ obſes: & regnauit in anno centeſimo
triceſimoſeptimo regni Græcorū. ¶In diebus illis
exierunt ex Iſrael filii iniqui, & ſuaſerunt multis,
dicentes, Eamus, & diſponamus teſtamentum cum
Gētibus quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimꝰ
ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus
eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui
de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis po-
teſtatē vt facerent iuſtitiā Gētium. Et ædificauerūt
gymnaſiū in Ieroſolymis ſecundum leges Natio-
num: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à te-
ſtamento ſancto, & iuncti ſunt Nationibus, & ve-
nundati ſunt vt facerent malum. ¶Et paratū eſt
regnum in conſpectu Antiochi, & cœpit regnare
in Terra-Ægypti, vt regnaret ſuper duo regna.
Et intrauit in Ægyptū in multitudine graui, in
C curribus & elephantis, & equitibus, & copioſa na-
uiū multitudine: & conſtituit bellū aduerſus Pto-
lemæum regem Ægypti, & veritus eſt Ptolemæꝰ
à facie eius, & fugit, & ceciderūt vulnerati multi.
Et cōprehendit ciuitates munitas in Terra-Ægy
pti: & accepit ſpolia Terræ-Ægypti. Et conuertit
Antiochꝰ, poſtquā percuſſit Ægyptū in cēteſimo
& quadrageſimo & tertio anno: & aſcendit ad Iſ-
rael, & aſcendit Ieroſolymā in multitudine gra-
ui. Et intrauit in ſanctificationē cū ſuperbia, & ac
cepit altare aureū, & cādelabrū luminis, & vniuer
ſa vaſa eius, & mēſam propoſitionis, & libatoria,
& phialas, & mortariola aurea, & velū, & coronas,
& ornamentū aureū quod in facie tēpli erat: & cō
minuit omnia. Et accepit argentū & aurū & vaſa
cōcupiſcibilia: & accepit theſauros occultos quos
inuenit: & ſublatis omnibus abijt in terrā ſuā. Et
D fecit cædem hominū, & locutꝰ eſt in ſuperbia ma-
gna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in
omni loco eorum: & ingemuerūt principes & ſe-
niores, & iuuenes & virgines infirmati ſunt, & ſpe
cioſitas mulierum immutata eſt. Omnis maritus
ſumpſit lamentum: & quæ ſedebant in thoro ma
ritali, lugebant: & commota eſt terra ſuper habi-
tantes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit con-
fuſionē. ¶Et poſt duos ānos dierū miſit rex prin-
cipem tributorū in ciuitates Iuda, & venit Ieruſa
lē cū turba magna. Et locutus eſt ad eos verba pa
cifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit ſuper ci
uitatē repēte, & percuſſit eā plaga magna, & per
didit populū multū ex Iſrael. Et accepit ſpolia ci
uitatis: & ſuccēdit eā igni, & deſtruxit domos eiꝰ,

¶[1] peccatrix

Multi ex filijs Iſrael pactū ineūt cū Gētibus.

Antiochꝰ Ægyptū & Ieruſalem ſuæ ſubijcit ditioni.

Ieruſalem vaſtat, profanas leges condit, & Dei legem obſeruari vetat.

N.

CAP. I.

POſtquam Alexander Philippi filius Macedo
profectꝰ è terra Cethijm, cecidit Darium re-
gem Perſarū & Medorum, eique ſucceſſit in
regnum, cum prius rex fuiſſet in Græcia: accidit vt
idem bella multa mouens expugnatis præſidijs, &
regibꝰ terræ interfectis ad extremas vſque terras
penetraret. Vnde præda ex Gētibus quàm plurimis
comparata, cum iam ei terra pacata pareret, ani-
mo factus eſt elatior & ſuperbior, quippe parta ſi
bi potentia quàm ampliſſima, regionibus, Genti-
bus, [1]regniſque' tributarijs ſibi factis imperitans.
Poſthæc cum lecto decubuiſſet, ſibique cognouiſſet
eſſe moriendū, vocatis ſeruis ſuis inſignibus, qui
vnà cū eo a iuuētute educati fuerant, viuus adhuc
eis regnū ſuū [2]diuiſit. ¶Cū ergo regnaſſet Alexā-
der annos duodecim, mortéque obijſſet, quiſq; ſer
uorū eius loco ſuo dominatus eſt, & geſtarūt poſt
obitum illius ſinguli diademata, pòſtque eos per
multos annos eorūdē filij. Et inualuerūt mala in
terra, & ſceleroſa ſtirps orta eſt ex eis Antiochus
Illuſtris filius regis Antiochi, qui cū obſes Romæ
fuiſſet, anno regni Græcorū cēteſimo triceſimoſe-
ptimo regnū adeptꝰ eſt. ¶Tēporibus illis extiterūt
ex Iſraelitis homines nefarij, qui ſe cōſultores præ
buerunt multis, dicentes, Eamꝰ, & fœdus ineamus
cū circūcolentibus nos Gētibus. Nam ex quo ab il
lis diſceſſimus, mala multa nobis euenerunt. Hæc
illis oratio approbanda viſa eſt, & coorti è popu-
lo quidā ad regē profecti ſunt, quibus ille inſtitu
tis Gentiū & ritibus vtendi dedit poteſtatē: quāob
rem [3]gymnaſiū Hieroſolymis ædificauerunt more
Gentiū, & præputijs ſibi factis defecerunt à ſancto
fœdere, Gētibúſque iūcti, ad malū patrandū ſe e-
mancipauerūt. ¶Porrò Antiochus [4]cōſtabilito iā
ſibi regno, Ægypti quoque regnum affectabat, vt
duorū regnorū rex eſſet. Inuaſitque in Ægyptū
cū ingentibus copijs, cū carris, elephantis, equiti-
bus, & cum claſſe magna, regique Ægypti Ptole-
mæo bellum intulit. Cūque Ptolemæus conſpectu
eius territus fugam cepiſſet, cæſique occubuiſſent
multi, Antiochus occupatis in Ægypto validis vr
bibus, terrā Ægyptiacā deprædatꝰ eſt. Ab hac cla-
de Ægypto illata, reuerſus idem [5]anno cēteſimo
quadrageſimotertio aduerſus Iſraelitas & Hiero-
ſolymā contēdit ingentibus copijs: & in ſacrā ædē
ferociter ingreſſus, aram illā auream abſtulit, vnà
cū lucifero candelabro, omniq; eiuſdē apparatu,
cū menſa propoſitionis, cū vaſis libaminū, phialis
& peluibus ſacrificijs aureis, cū velo, cū coronis, cū-
que aureo quod erat in cōſpectu [6]templi' ornamē
to: quibus omnibus detractum argentum & aurū
cū omnibus vaſis deſiderabilibꝰ abſtulit, & theſau-
ros quos inuenit reconditos prædatus, aſportans
ſecum omnia redijt in terram ſuam, poſtquā edi-
derat cædē magnā, dictiſque ſuperbiſſime ſe geſſe
rat. Quāobrē lamentatio Iſraelitarū ingēs orta eſt
in omnibꝰ locis eorū, principes & ſenes ingemue
rūt, iuuenes & virgines affecti ſunt ægritudine, &
venuſtas mulierū immutata eſt. Omnē ſpōſum lu
ctus cepit, luxit & quæ ſedebat in thalamo, terráq;
ſuper incolis ſuis cōmota eſt, & omnis domꝰ Iacob
[7]deformitatē' induit. ¶Poſt elapſos [8]duos annos rex
quæſtorē tributi miſit i ciuitates Iudaicas, qui Hie
roſolymam venit cum ingenti multitudine. Cūq;
incolæ verbis per dolū pacificis ſecū agenti fidem
adhibuiſſent, irruit in vrbem repente, & eā clade
magna affecit: tum interfecta Iſraelitarū magna
vi, deprædatus vrbē ſuccēdit igni, domóſque eius

¶1 τυραννιῶν.

¶2 διῄρησε.

¶3 ſcilicet palæſtricū. Ioſeph. Antiquit. 12. cap. 6.

¶4 נכון vel, תכון

¶5 ſcilicet poſtquā regnare cœpit primus Seleucus.

¶6 vel, adyti ההיכל

¶7 vel, turpitudinē. vel, ignominiam

¶8 Anni dierū, i. anni omnibꝰ diebꝰ ſuis pleni.

& muros circuncirca diruit: mulieres autem cum
liberis captiuas abduxerunt, & iumenta prædati
¶ 9 Quę gētibus te annis paruit 2. Machab. 5.f. ſunt. Tū vrbem Dauidicā extruxit muro magno
& valido turribúſque munitis, vt ſibi præſidio fo-
ret,& gente ſceleroſa, viriſque nephariis impoſi-
tis vires in ea ſibi fecit.arma & alimenta compor-
tauit in eam. & collectam prædam Hieroſolymi-
tanam ibidem repoſuit.Ita laquei ingentis inſtar
ad inſidias ædi ſacræ & calumnias atroces Iſraeli
ſtruendas ſemper excubantes ſanguinē innoxium
fundebant circa tēplum,ædēmque ſacrā profana-
bant:adeo vt incolæ Hieroſolymæ propter eos fu-
gā capeſſerent, & vrbs alienigenis habitāda relin-
queretur.Ergo indigenis ſuis peregrina facta eſt,
& qui in ea nati fuerant,ipſam deſeruerunt:ſacra
riū eius inſtar deſerti deſolatū eſt,in luctū cōuer-
ſa ſunt eius ſolēnia,ſabbatha in vituperium,& ho
nor in contemptum:gloriā eius exæquauit eiuſdē
ignominia,& altitudo eius cū luctu cōmutata eſt.
¶Præterea cū ſcripſiſſet rex in totū regnum ſuū,
vt omnes conſentirent in vnum populum,& leges
ſuas quiſque deſereret:omnibus Gētibus edicto re
gis parentibus,multi Iſraelitarū religione ei⁹ ap-
probata ſacrificauerūt ſimulachris, & ſabbathum
profanarunt.⁹Quinetiam rex libellos per legatos
miſit Hieroſolymam,& ad ciuitates Iudaicas,vt le
ges terræ alienas ſequendo holocauſta,ſacrificia &
libamina ab æde ſacra prohiberēt:atque vt ſabba-
this & ſolennibus profanatis, temeratóq; vnà cū
ſacroſanctis hominibus ſacrario,aras, lucos,& de
lubra extruerent ſuillis & impuris pecudibus im-
molandis,tum vt filios ſuos relinquerent incircū-
¶ 10 βεβηλῶσαι.al. βεβηλῶσαι αὐτούς. ciſos,& animas eorū omni impuritate & °profa-
natione redderent execrabiles:'quo obliuiſceren-
tur legis,& ritus omnes immutarent.Quòd ſiquis
edicto regio non paruiſſet,interficeretur. ¶Secū-
dum hæc omnia dicta ſcripſit in totum regnum
ſuum,& præfectis conſtitutis in omni populo,ci-
uitatibus Iudaicis vt oppidatim ſacrificarent,im-
perauit.Porrò de populo multi congregabantur
ad illos,omnes vtique legis deſertores,qui terram
malis afficiebant, & Iſraelitas agebāt in latebras,
quocunque exulotū abiiſſent.¶Decimaquinta ve-
¶ 11 ἑκατοστῷ. rò die menſis Ciſleu anni ''cēteſimi quadrageſimi
quinti ''fœditas exitialis ſuper arā erecta eſt,& in
¶ 11 abominatio deſolationis. Ita ſimulachrū circū ſcribitur. circūiectis vrbibus Iudaicis extructa ſunt altaria:
in foribus inſuper ædium,& vicis ſuffimēta facta,
librique legis qui inuēti fuiſſent,concerpti & igne
cremati ſunt. Apud quēcunque etiam liber fœde-
ris deprehēſus fuiſſet,aut ſiquis fauiſſet legi, is edi
cto regis interficiebatur. Ita iſti poteſtate ſua fre-
ti tractabant Iſraelitas qui comparuiſſent in vrbi-
bus per ſingulos menſes : quinta & viceſima quo-
que die menſis ſuper aram altari impoſitam ſacri
ficantes. Mulieres autem quæ filios ſuos circunci-
diſſent,ſecundum mandatum necabant ſuſpenſis
de ceruicibus earum infantibus, & domus earum
deprædabantur,ac quicūque ſe circuncidiſſent,eos
trucidabant. Multi tamen ex Iſraelitis fortes ſe
præſtiterunt. & ne impuris veſcerētur ſe obfirma
runt, morique optarunt potius quàm cibis pol-
lui,& fœdus ſanctum violare:atque adeo mortem
¶ 1 al. Iaddis. oppetierunt,& noxa perquam magna facta eſt in
Iſraele.

CAP. II.

¶ 2 al. Auaran. TEmporibus illis profect⁹ Hieroſolymis Matta-
¶ 3 al. σαπφοῦς. thias filius Iohānis filij Simeonis,ſacerdos ab
Ioarib oriundus Modini conſedit. Erant autem ei
¶ 4 al. Indignitates quibus numē afficiebatur quinque filii,Iohānan cognomine 'Gaddis,' Simō
Thaſſi dictus,Iudas cognomento Machabæus,Elea
zar'Abaron'cognominatus,& Ionathan cognomi
ne'Apphus.'Hic 'cōtumelias numinis videns in Iu
dæa & Hieroſolymis,Hei mihi,quorſum nat⁹ ſum,

& muros eius in circuitu:& captiuas duxerūt mu-
lieres,& natos,& pecora poſſederunt.Et ædificaue-
runt ciuitatē Dauid muro magno,& firmo,& tur-
rib⁹ firmis,& facta eſt illis in arcē:& poſuerūt illic
gētē peccatricē viros iniquos, & cōualuerūt in ea.
& poſuerūt arma,& eſcas,& cōgregauerunt ſpolia
Ieruſalē,& repoſuerūt illic.& facti ſunt in laqueū
magnum.Et factū eſt hoc ad inſidias ſanctificatio
ni,& in diabolū malū in Iſrael:& effuderunt ſan-
guinē innocentē per circuitū ſanctificationis, &
cōtaminauerūt ſanctificationē.Et fugerūt habita-
tores Ieruſalē ꝓpter eos, & facta eſt habitatio ex-
terorū,& facta eſt extera ſemini ſuo.& nati ei⁹ re-
liquerūt eā. Sāctificatio eius deſolata eſt ſicut ſoli
tudo,dies feſti eius cōuerſi ſunt in luctū,ſabbatha
eius in opprobriū,honores eius in nihilū.Secūdū
gloriā eius multiplicata eſt ignominia ei⁹: & ſub-
limitas ei⁹ cōuerſa eſt in luctū.¶Et ſcripſit rex An
tioch⁹ omni regno ſuo,vt eſſet omnis popul⁹,vn⁹:
& relinqueret vnuſquiſque legē ſuam.Et cōſenſe-
rūt omnes Gētes ſecundū verbū regis Antiochi:&
multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius, & ſa-
crificauerunt idolis,& coinquinauerunt ſabbathū.
Et miſit rex libros per manus nuntiorū in Ieruſa F
lē & in omnes ciuitates Iudæ:vt ſequerentur leges
Gentium terræ,& prohiberent holocauſta & ſacri-
ficia,& placationes fieri in tēplo Dei.& prohibe-
rent celebrari ſabbathum,& dies ſolēnes. & iuſſit
coinquinari ſancta,& ſanctū populū Iſrael.Et iuſ-
ſit ædificari aras,& tēpla,& idola,& immolari car
nes ſuillas, & pecora cōmunia, & relinquere filios
ſuos incircūciſos.& coinquinari animas eorum in
omnibus immunditiis & abominationibus, ita vt
obliuiſcerētur legē,& immutarēt omnes iuſtifica-
tiones Dei. Et quicūque non feciſſent ſecundū ver
bū regis Antiochi,morerētur.¶Secūdū omnia ver
ba hæc ſcripſit omni regno ſuo:& præpoſuit prin
cipes populo qui hæc fieri cogerēt.Et iuſſerunt ci-
uitatibus Iudæ ſacrificare.Et congregati ſunt mul
ti de populo ad eos qui dereliquerāt legē Domini:
& fecerūt mala ſuper terram:& effugauerūt popu
lū Iſrael in abditis,& in abſconditis fugitiuorū lo
cis.¶Die quintadecia mēſis Caſleu, quinto & qua G
drageſimo & cēteſimo anno ædificauit rex Antio- Idolū erigit Antiochus ſuper altare Dei.
chus abominandū idolū deſolationis ſuper altare
Dei,& per vniuerſas ciuitates Iudę in circuitu ædi
ficauerūt aras:& ante ianuas domorū,& in plateis
incendebant thura,& ſacrificabant. & libros legis
Dei cōbuſſerunt igni,ſcindētes eos:& apud quēcū-
que inueniebantur libri teſtamenti Domini,& qui
cūque obſeruabat legē Domini,ſecundū edictū re
gis trucidabāt eū in virtute ſua.Secundū hæc facie
bāt populo Iſrael qui inueniebatur in omni mēſe
& mēſe in ciuitatib⁹:& quinta & viceſima die mē-
ſis ſacrificabant ſuper arā,quæ erat contra altare.
Et mulieres quæ circūcidebant filios ſuos,trucida-
bantur ſecundū iuſſum, & ſuſpendebant pueros à
ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui
circunciderāt illos,trucidabant.Et multi de popu-
lo Iſrael definierunt apud ſe vt non manducarēt
immunda:& elegerūt magis mori,quàm cibis co-
inquinari immundis:& noluerūt infringere legē
Dei ſanctā,& trucidati ſunt.& facta eſt ira magna
ſuper populum Iſrael valde.

CAP. II.

IN dieb⁹ illis ſurrexit Mathathias fili⁹ Iohānis fi Plāct⁹ Mathathiæ & filiorū ei⁹, ob deſolationē ciuitatis Dei.
lij Simeonis,ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſa
lē,& cōſedit in mōte Modin:& habebat filios quin
que,Iohannē,q cognominabatur Gaddis: & Simō
nē,qui cognominabatur Thaſi:& Iudā, q vocaba-
tur Machabæus:& Eleazarū, qui cognominabatur
Abarō:& Ionathā, qui cognominabatur Apphus.
hi viderunt mala quæ fiebāt in populo Iuda & in
Ieruſalē.Et dixit Mathathias,Væ mihi,vt quid na-

tus ſum videre contritionē populi mei. & cōtritio
nē ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cū datur in ma-
nib⁹ inimicorū? Sancta in manu extraneorū facta
ſunt. tēplū eius ſicut homo ignobilis. Vaſa gloriæ
ei⁹ captiua abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes eius
in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio ini
micorū. Quæ gens nō hæreditauit regnum eius, &
non obtinuit ſpolia eius? Omnis compoſitio eius
ablata eſt: quæ erat libera, facta eſt ancilla. Et ecce
ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & claritas no
B ſtra deſolata eſt, & coinquinauerūt ea Gētes. Quo
ergo nobis adhuc viuere? Et ſcidit veſtimenta ſua
Mathathias, & filij eius: & operuerunt ſe cilicijs, &
Iuſſi idolis ſacrificare recuſant. planxerūt valde. ¶ Et venerunt illuc qui miſſi erāt
à rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant
in ciuitatem Modin, immolare, & accēdere thura,
& à lege Dei diſcedere. Et multi de populo Iſrael
conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Mathathias
& filij eius conſtanter ſteterunt. Et reſpondentes
qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathię,
Princeps & clariſſim⁹ & magnus es in hac ciuita-
te, & ornatus filiis & fratribus. ergo accede prior,
& fac iuſſum regis, ſicut fecerunt omnes Gētes, &
viri Iuda, & qui remanſerunt in Ieruſalem: & eris
tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificat⁹ au-
ro & argēto, & muneribus multis. Et reſpōdit Ma-
thathias, & dixit magna voce, Etſi omnes Gētes re-
gi Antiocho obediunt, vt diſcedant vnuſquiſque à
ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſentiāt mā-
datis eius: ego & filij mei, & fratres mei obediem⁹
legi patrū noſtrorum. propitius ſit nobis Deus: nō
eſt nobis vtile relinquere legē, & iuſtitias Dei. non
C audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabim⁹,
transgredientes legis noſtræ mādata, vt eam⁹ alte
Zelus Mathathiæ pro lege Dei. ra via. Et vt ceſſauit loqui verba hęc, acceſſit quidā
Iudæus omniū in oculis ſacrificare idolis ſuper a-
rā in ciuitate Modin ſecūdū iuſſum regis: & vidit
Mathathias, & doluit, & contremuerūt renes eius,
& accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium le-
gis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram: ſed &
virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat
immolare, occidit in ipſo tempore, & aram deſtru
Num. 25. b. xit, & zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees Zamri
filio Salomi. Et exclamauit Mathathias voce ma-
gna in ciuitate dicēs, Omnis qui zelū habet legis
ſtatuēs teſtamentū, exeat poſt me. Et fugit ipſe, &
filij eius in mōtes, & reliquerunt quæcunque habe
bant in ciuitate. Tūc deſcenderunt multi quæren
tes iudicium, & iuſtitiam in deſertum: & ſederunt
ibi ipſi, & filij ei⁹, & mulieres eorum, & pecora eo-
¶ induratauerunt rum: quoniam 'inundauerūt' ſuper eos mala. ¶ Et
D renuntiatum eſt viris regis, & exercitui qui erant
Die ſabbathi repugnare nolentes interimūtur. in Ieruſalē ciuitate Dauid, quoniam diſceſſiſſent
viri quidā, qui diſſipauerunt mandatum regis in
loca occulta in deſerto, & abiſſent poſt illos multi.
Et ſtatim perrexerūt ad eos, & cōſtituerunt aduer-
ſus eos præliū in die ſabbathorum, & dixerūt ad
eos, Reſiſtitis & nūc adhuc? exite, & facite ſecundū
verbū regis Antiochi, & viuetis. Et dixerunt, Non
exibimus, neque faciem⁹ verbum regis, vt pollua-
mus diē ſabbathorū. Et cōcitauerunt aduerſus eos
præliū. Et non reſpōderunt eis, nec lapidem miſe-
runt in eos, nec oppilauerūt loca occulta: dicētes,
Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes
erunt ſuper nos cælū & terra quòd iniuſte perdi-
tis nos. Et intulerūt illis bellū ſabbathis: & mortui
ſunt ipſi & vxores eorū, & filij eorū, & pecora eo-
Conſilium Iudæorū in defenſionē ſui aduerſus hoſtes. rum vſque ad mille animas hominū. ¶ Et cogno-
uit Mathathias & amici eius, & luctū habuerūt ſu
per eos valde. Et dixit vir proximo ſuo, Si omnes
fecerimus ſicut fratres noſtri fecerūt, & nō pugna
uerimus aduerſus Gentes pro animabus noſtris &
iuſtificationib⁹ noſtris: nunc citius diſperdēt nos à

inquit: Mene videre calamitatem populi mei, ſan-
ctæque ciuitatis interitum, & hic ſedere, dū illa tra
ditur in poteſtatem hoſtium, & ſacrarium in ma-
nu aliena eſt? Viro 'ignobili' ſimile eſt templum ¶ vl. ignominioſo
eius, vaſa eius magnifica in captiuitatem aſporta
ta ſunt, infantibus eius in vicis, iuuenibúſque 'ho ¶ ἐχθροῦ, αὐτοῦ
ſtili' gladio interfectis. Quæ gens nō occupauit re-
gnum eius, aut ſpolijs eius potita non eſt? Subla-
tus eſt omnis ornatus eius, è libera facta eſt ſerua,
ſacráque noſtra ecce, decus & gloria noſtra deſola
ta ſunt, & Gentes illa profanarunt. Quid eſt igi-
tur iam cur nobis ſit viuendum? ſimul autem ſci-
dit veſtimēta ſua Mattathias, & vnà filij ipſius, at-
que induti cilicijs vehementer lamentati ſunt.
¶ Porrò cū præfecti regij qui defectionē vrgebāt,
ſacrificiorū curādorū cauſa in oppidū Modin ve-
niſſent, & ad illos acceſſiſſent ex Iſraelitis quāplu
rimi, Mattathias quoque & filij eius congregati
ſunt. Tum orſi qui à rege delegati fuerāt, Mattha-
thiā his verbis ſunt allocuti, Cū tu princeps in hoc
populo ſis, inſignis & magnus, cum etiā filijs ſub-
nixus & fratribus, primus accede nunc, & manda-
tū regis exequere, vt Gētes omnes, & viri Iudæi cū
iis qui relicti ſunt Hieroſolymis fecerūt, & vnà cū
domo tua in amicis regis annumeraberis, túq; ſi-
mul & filij tui argēto & auro, muneribúſque pluri
mis honorabimini. Reſpondit Mattathias, & ma-
gna voce, Etiāſi, inquit, omnes Gētes, quæ ad regiā
domū Antiochi pertinēt, ei obedierint, ita vt quiſ-
que deſciſcāt à patria religione ſua, & acquieſcāt
mādatis illius, ego tamē & filij fratréſq; mei in fœ
dere patrū noſtrorū perſtabimus. Propitius cōdo-
na nobis ne legē & ritus prodam⁹. Nam dicto au-
dientes regi non erimus, vt à religione noſtra vel
dextrorſum recedamus, vel ſiniſtrorſum. Cūque fi
nē impoſuiſſet verbis his, acceſſit vir Iudæus ante
oculos omniū ſuper arā Modini ſecundū edictum
regis ſacrificaturus: quē vbi cōſpicatus eſt Mattha
thias, indignatione cōmotus eſt, adeo vt cōtremi-
ſceret 'medullitus,' & exarſit animo, vt ſic: cūq; ac- ¶ בליות
curriſſet, mactauit illū ad arā, atque etiā viro re-
gis illo, qui ſacrificare eū cogebat, eodē illo tēpore
interfecto aram deturbauit, & legē proſecutus eſt
ardore animi, quali Phineas exemplū in Zamrem
Salomi filium edidit. Cúmque exclamaſſet Matta-
thias in oppido magna voce, Me ſequatur quicūq;
ſtudio legis ardet, & fœdus aſſertus⁹ eſt. ſimul ipſe
& filij eius ad montes, relictis quæ in oppido poſ-
ſidebant omnib⁹, cōfugere. Multique tū iuſtitiæ &
æquitatis ſtudioſi deſcēderūt in deſertū. Ibi habita
turi cū liberis & vxoribus & pecudib⁹ ſuis, eo quòd
mala in eos increbuiſſent. ¶ Cū autē viris regijs &
copijs quæ Hieroſolymis in vrbe Dauid erāt, nun-
tiatū eſſet quoſdam violatores mādati regij in la-
tebras deſerti deſcēdiſſe, perſecuti ſunt eos quāplu
rimi, qui cū deprehēſos illos vallo iacto obſediſ-
ſent, die ſabbathorū oppugnare eos adorti ſūt. Ver
bis autē hortabātur illos, Satis iā nūc vobis habe-
te, prodite tandē, & edictū regis exequimini vt vi
uatis. Quib⁹ illi, Minime prodibimus, nec regis edi
cto ſolēne ſabbathorū profanādo parebimus. Cū-
que præliū aduerſus illos cierēt, nihil reſpōdebāt
ipſi, ac nec lapidē mittebāt in eos, nec latebras ob-
ſtruebāt: ſed, In 'ſimplicitate' noſtra, aiebāt, omnes ¶ vl. integritate & innocētia
moriamur. Teſtimonio ſunt nobis cęlū & terra, q
iniuſte nos interimatis. Sabbathis igitur eos ador בתמתנו
ti ſunt prælio, quo occubuerunt ipſi cum vxorib⁹,
liberis & pecudibus ſuis ad hominū mille corpo-
ra. Quo nūtio accepto Matthathias & amici ei⁹, ve
hementer lamentati eos, alius aliū his verbis com
pellauerūt, Si omnes id agamus quod fecerunt fra
tres noſtri, & aduerſus Gētes pro corporibus & ri-
tibus noſtris nō pugnemus, illæ iam inde nos de

terra protinus deleuerint. Conſtituerunt ergo illa die in hæc verba. Quicunque hominum nos die ſabbathorum prælio adortus fuerit, cum eo dimicabim[9], vt ne moriamur omnes quomodo fratres noſtri mortem in latebris oppetierunt. Tum congregatum eſt ad eos [9]Aſidæorum agmen, ex Iſraelitis valentiſſimi viribus. & in legem propenſiſſimi quique, omnéſque profugi à calamitatibus ſe iunxerunt illis, & firmamétum eis attulerunt. Ita collectis copijs incenſi ira ſceleroſos illos & nefarios viros ciciderunt indignabũdi, reliquis ad Gẽtes ſalutis cauſa dilapſis. Circumeuntes autẽ Mattathias & amici eius diruebãt aras, & pueros quos in finibus Iſraeliticis inueniſſent incircũciſos, fortiter circuncidebãt, ſuperbũque genus illud perſequebãtur, & negotiũ ſub manus ipſis ſuccedebat. Ita legẽ aſſeruerũt è manu Gentiũ, regũque poteſtate, nec [10]palmã ſceleroſo tradiderunt. ¶Porrò inſtãte ei die, quo moriturus eſſet Mattathias, ſic filios ſuos eſt allocutus. Vires iam nunc accepit ſuperbia, ſimul & [11]probatio, tempus euerſionis, iráque furioſa. Quapropter nunc, ô filij, exhibete ardentem affectum legi, & animas veſtras pro fœdere maiorum veſtrorum deponite. Memẽtote patrum noſtrorum, quæ facinora ſeculis ſuis ediderint, & amplam conſequemini gloriam, noménq; ſempiternum. Nónne Abraham in tẽtatione fidus inuentus eſt, & id ei pro iuſtitia eſt imputatũ?

Ioſeph tempore anguſtiarum ſuarum ſeruauit præceptum, & dominus Ægypti factus eſt. Phineas ille pater noſter propter ardentem animum ſuum pactum adeptus eſt ſacerdotij ſempiterni.

Ioſue, quia mandatum executus eſt, iudex creatus eſt in Iſrael. Chaleb ob ea quæ teſtat[9] eſt pro concione, poſſeſſionem terræ conſecutus eſt. Dauid propter [12]bonitatẽ ſuam ſoliũ regni per ſeculorũ ætates hæreditariũ obtinuit. Elias, eo quòd ardẽti affectu proſecutus eſt legem, in cælum vſq; ſublat[9] eſt. Ananias, Azarias, & Miſael fide prædici è flãma ſeruati ſunt. Et Daniel pro [13]ſynceritate ſua liberatus eſt ex ore leonũ. Similiter per ſingulas ætates cõſiderate, nullos qui ſpem in Deũ ponãt eliqueſcere. Neque verò verba viri ſceleroſi expaueſcatis, quia gloria eius in ſpurcitiã abit, & vermes. Hodie extollitur, qui cras nõ cõparebit, vt qui [14]redierit in humũ ſuã, cuiuſq; mẽtio interierit. Vos ergo fortes eſtote liberi, & preſtate vos legi viros, quoniã gloriã ex ea conſequemini, ſcũ ea quæ vobis lege Domini Dei veſtri præcepta ſunt, feceritis.] Ecce autẽ Simonẽ fratrem veſtrũ ſcio virũ eſſe conſultũ, ipſum omni tẽpore audiatis. Is loco patris erit vobis, & Iudas Machabæ[9], qui viribus à iuuentute ſua valuit, dux militiæ veſter ſit. Ita bellũ [15]pro populo gerẽtes, adiũgetis vobis omnes qui legẽ ſeruãt, populiq; veſtri vindictã perſequemini. Reddite vicẽ Gẽtibus, & præcepta legis attẽdite. Tum fauſta precatus illis, cõceſſit ad maiores ſuos, anuóq; cẽteſimo & quadrageſimoſexto defunct[9] eſt, atque à filijs ſuis ſepultus Modini in ſepulchris maiorũ ſuorũ. Omnes autem Iſraelitæ luctu magno proſecuti ſunt eum.

CAP. III.

TVm in locum eius ſucceſſit Iudas cognomine Machabæus filius ipſius, adiuuantibus eũ omnibus fratribus eius, vnà cũ omnib[9] qui ſe patri eius adiũxerant, & bellũ Iſraeliticũ gerebãt cum alacritate. Hic gloria amplificauit populũ ſuũ, & thorace veluti gigas indutus, armiſque ſuis bellicis accinct[9], bella gerebat, caſtra gladio protegẽs, adeóq; factis ſuis leoni, aut in prædã fremẽti leonis catulo ſimilis extitit. Nefarios idagãs perſecutus eſt, populiq; ſui perturbatores flãmis tradidit. Itaque nefarij ſe præ formidine [1]eius cohibuerunt, & perturbati ſunt omnes iniquitati dediti. Nã ſal[9]

¶ 9 al. Iudæorum

¶ 10 cornu .i. victoriã

¶ 11 vl. caſtigatio,

¶ 12 חסד bonitas, pietas.

¶ 13 בתמתו

¶ 14 vl. diſceſſerit

¶ 15 vl. cum populis

¶ 1 αὐτῷ. al. αὐτῶν.

terra. Et cogitauerunt in die illa, dicentes, Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die ſabbathorum, pugnemus aduerſus eum: & non moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc congregata eſt ad eos ſynagõga [9]Iudæorum fortis viribus ex Iſrael, omnis voluntari[9] in lege: & omnes qui fugiebãt à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percuſſerũt peccatores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione ſua: & cæteri fugerũt ad Nationes, vt euaderẽt. Et circuiuit Mathathias, & amici eius, & deſtruxerunt aras: & circunciderunt pueros incircunciſos quotquot inuenerunt in finibus Iſrael in fortitudine. Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ: & proſperatum eſt opus in manibus eorum: & obtinuerunt legem de manibus Gentium, & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori. ¶Et appropinquauerũt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs ſuis, Nunc confortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tẽpus euerſionis, & ira indignationis. Nunc ergo ô filij, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Abraham nónne in tentatione inuentus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam? Ioſeph in tẽpore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum: & factus eſt dominus Ægypti. Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotij æterni. Ieſus dum impleuit verbum, fact[9] eſt dux in Iſrael. Caleb dum teſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem. Dauid in ſua miſericordia cõſecutus eſt ſedem regni in ſecula. [1]Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cælũ. Ananias & Azarias & Miſael, credentes, liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis; quia gloria eius, ſtercus & vermis eſt: hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia cõuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege: [1]quia cum feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro, in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir conſilij eſt: ipſũ audite ſemper, & ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictã populi veſtri. Retribuite retributionem Gentibus, & intẽdite in præceptum legis. Et benedixit eos, & appoſit[9] eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt anno cẽteſimo & quadrageſimoſexto: & ſepultus eſt à filijs ſuis in ſepulchris patrũ ſuorum in Modin, & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.

CAP. III.

ET ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo: & adiuuabant eũ omnes fratres eius: & vniuerſi qui ſe coniunxerãt patri eius, & præliabantur prælium Iſrael cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prælijs, & protegebat caſtra gladio ſuo. Similis fact[9] eſt leoni in operib[9] ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione. Et perſecut[9] eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis: & repulſi ſunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in ma-

¶ 9 Aſidæorum

Moriturus Mathathias filios legem Dei tueri iubet exẽplo patrum.

Gene. 22. c.
Gene. 41. e.
Num. 25. c.
eccli 45. d.
Ioſue 1. a.
Num. 14. b
Ioſue 14. d.
2. Reg. 2. a.
[1]4. Reg. 2. d
Danie. 3. c.
Danie. 6. f.

Iudas Iudæis præfectus, impios interficit.

nu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat
Iacob in operibus ſuis, & in ſeculum memoria e-
ius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iu
da, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſ
rael. Et nominat⁹ eſt vſque ad nouiſſimum terræ,
B & congregauit pereũtes. ¶ Et cõgregauit Apollo-
Apolloni⁹ debellatur. nius Gẽtes, & a Samaria virtutem multam & ma-
gnam, ad bellãdum contra Iſrael. Et cognouit Iu-
das, & exijt obuiam illi: & percuſſit, & occidit il-
lum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fuge
runt. & accepit ſpolia eorum: & gladium Apollo-
nii abſtulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus
Seron vincitur. diebus. ¶ Et audiuit Seron princeps exercit⁹ Syriæ
quòd congregauit Iudas congregationem fideliũ
& eccleſiam ſecum, & ait, Faciam mihi nomen, &
glorificabor in regno, & debellabo Iudã, & eos qui
cum ipſo ſunt, qui ſpernebãt verbũ regis. Et præ-
parauit ſe: & aſcẽderunt cum eo caſtra impiorum
fortes auxiliarij, vt facerẽt vindictam in filios Iſ-
rael. Et appropinquauerũt vſque ad Beth-horon:
¶ illi & exiuit Iudas obuiã illis cum paucis. Vt autẽ vide
runt exercitũ venientẽ ſibi obuiã, dixerunt Iudæ,
Quomodo poterim⁹ pauci pugnare cõtra multitu
C dinẽ hanc tantã, & tam fortẽ, & nos fatigati ſu-
mus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile eſt cõcludi
multos in manu paucorũ: & non eſt differẽtia in
conſpectu Dei cæli liberare in multis & in paucis:
Fiducia Iudæ in Deũ. quoniã non in multitudine exercit⁹ victoria bel-
li, ſed de cælo fortitudo eſt. Ipſi veniũt ad nos in
multitudine contumaci & ſuperbia, vt diſperdant
nos, & vxores noſtras, & filios noſtros, & vt ſpo-
lient nos. nos verò pugnabimus pro animabus no
ſtris, & legibus noſtris: & ipſe Dominus conteret
eos ante faciem noſtram. vos autem ne timueritis
eos. Vt ceſſauit autẽ loqui, inſiluit in eos ſubito: &
contritus eſt Seron, & exercitus eius in conſpectu
ipſius: & perſecutus eſt eum in deſcenſu Beth-ho-
ron vſque in campum, & ceciderunt ex eis octin-
genti viri, reliqui autem fugerunt in terram Phi-
liſthijm. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, &
formido ſuper omnes Gẽtes in circuitu eorum: &
D peruẽnit ad regem nomẽ eius, & de prælijs Iudæ
Contra Lyſiã ab Antiocho exercitui præfectum pugnare ſtatuit Iudas. narrabant omnes Gentes. ¶ Vt audiuit autem rex
Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt animo: & mi
ſit, & congregauit exercitum vniuerſi regni ſui,
caſtra fortia valde. & aperuit ærarium ſuum, & de
dit ſtipendia exercitui in annum, & mandauit il-
lis vt eſſent parati ad omnia. Et vidit quòd defecit
pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis mo
dica propter diſſenſionem & plagam quam fecit
in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis
diebus. & timuit ne non haberet vt ſemel & bis
in ſumpt⁹ & donaria quæ dederat antè larga ma-
nu: & abundauerat ſuper reges, qui ante eum fue-
rant. Et conſternatus erat animo valde, & cogi-
tauit ire in Perſidem, & accipere tributa regio-
num, & congregare argentum multum. Et reli-
quit Lyſiam hominem nobilem de genere regali,
ſuper negotia regia, à flumine Euphrãte vſque ad
flumen Ægypti: & vt nutriret Antiochum fili-
um ſuum, donec rediret. Et tradidit ei medium
exercitum & elephantos: & mandauit ei de om-
nibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæ-
am & Ieruſalem: & vt mitteret ad eos exercitum
ad conterendam & extirpandam virtutem Iſrael,
& reliquias Ieruſalem, & auferendam memoriam
eorum de loco: & vt conſtitueret habitatores fili-
os alienigenas in omnibus finibus eorum, & for-
te diſtribueret terram eorum. Et rex aſſumpſit
partem exercitus reſidui, & exiuit ab Antiochia
ciuitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſi-
moſeptimo: & tranſfretauit Euphraten flumen,
& perambulabat ſuperiores regiones. ¶ Et elegit

opera eius rectè ſuccedebat, multiſq; regibus mo-
uebat indignationem. Iacob factis ſuis lætificãs,
quamobrẽ memoria eius in perpetuum beata fue
rit. Quinetiã vrbes Iudaicas obeundo, delens inde
impios, noxam auertebat ab Iſraelitis, quamobrẽ
ad extremam vſque terrã percelebratus eſt, & re-
collegit profligatos. ¶ Et cũ [1] Apollonius contra- ¶ 1 Is erat Syriæ præfectus.
xiſſet Gentes, & à Samaria magnum exercitũ, quo
bellum faceret Iſraelitis, Iudas re cognita obuiã
ei profectus eſt, & affectũ clade eum interfecit: tũ
cæſi occubuerunt multi: cúmque fugam cepiſſent
reliqui, Iudas lectis ſpolijs eorũ, Apollonij gladio
potitus eſt, eóque ad pugnam vſus per omnẽ æta
tẽ. ¶ Porrò Seron dux exercitus Syriaci cũ audiſſet
Iudam habere ſecum agmen collectum, & multi-
tudinem fideliũ, belliqúe potentũ virorum, Para-
bo mihi nomen, inquit, & gloriam in regno, Iu-
dã que cũ ſocijs ſuis, qui ſpernunt imperiũ regis,
debellabo. Adeóque cœpit aſcendere, comitãte cũ
agmine impiorum ingẽti auxiliario ad vltionem
Iſraelitarum. Cũque propinquaſſet vſque ad cliuũ
Bethoron, Iudas obuiã ei progreſſus eſt cum per-
paucis, qui exercitum vidẽtes ex aduerſo venien-
tem, ſic Iudã ſunt allocuti, Qui valebim⁹ nos per-
pauci cõtra tantã & tam potentem multitudinem
acie confligere, cũ hodierno ieiunio langueamus?
Tum Iudas, Facile eſt, inquit, multos in man⁹ pau-
corum [1] tradi, nec quicquã momenti cælo afferũt ¶ 1 Cõcludi. pro, tradi, Heb.
ad ſeruandũ multi, magis quàm pauci. Quoniã nõ
in multitudine ſita eſt victoria bellica, ſed poteſtia
è cælo eſt. Illi nos aggrediũtur copia iniuriarum
& iniuſtitiæ, vt nos cum vxoribus & liberis noſtris
deleant ac deprædẽtur: nos autem pugnamus pro
vita legibúſque noſtris, & Deus illos in conſpectu
noſtro conficiet: veſtrum autẽ eſt, eos non metue-
re. Hæc cum dixiſſet, repente in eos irruit, & Seron
cũ exercitu ſuo fuſus eſt in conſpectu eius, & per-
ſecuti ſunt eũ de cliuo Bethoron vſque in plani-
tiem: ceciderúntque ex illis viri ad octingẽtos, re-
liqui verò in terram Paleſthinorũ diffugerunt. Tũ
metus Iudæ fratrúmque eius, ac terror in Gentes
circũiectas ipſis ingruit, perueniteq; adeo ad regẽ
vſq; nomẽ eius, omnib⁹ Gentib⁹ prælia Iudæ me-
morãtibus. ¶ His ſermonib⁹ auditis, irato animo
rex Antiochus miſit, qui copias regni ſui omnes
contraherent, exercitũ perquã validum: apertóque
ærario ſuo, ſtipendia copijs ſuis numerauit in an-
nũ, & intra eũ paratas eſſe iuſſit ad omnẽ neceſſi-
tatẽ. Porrò cum videret pecunias theſaurorũ ſuo-
rũ deficere, & [4] vectigales regionis eſſe paucos, pro ¶ 4 φορολόγοι tamen habet Græcus, exactores tributorum.
pter ſeditionẽ & cladem, cui⁹ author in ea fuerat,
eo quòd iura priſcis tẽporibus cõſtituta aboleuiſ
ſet, veritus eſt ne non vt [5] iam ſemel, in ſumpt⁹ ite ¶ 5 vt, ſemel atque iterum in ſumpt⁹ & donaria &c.
rũ, ac munera quæ antehac larga manu dederat,
largitionéque priores reges ſuperarat, ſufficeret.
Anxius igitur animo valde, in Perſiã proficiſcẽdi
conſiliũ cepit, vt vectigalibus earum regionum ac
ceptis argenti plurimum cõficeret. Reliquit ergo
Lyſiam hominẽ de genere regio [6] nobilẽ, regiarũ ¶ 6 ἔνδοξον,
rerum curatorẽ à flumine Euphrate, vſque ad fi-
nes Ægypti, & educatorẽ Antiocho filio ſuo, do-
nec ipſe reuerſus eſſet. Huic cũ tradidiſſet dimidiũ
copiarum ſuarum, & elephantos, déque omnibus
quas vellet rebus ei dediſſet mãdata, nempe de in-
colis Iudææ, & Hieroſolymæ, vt mitteret exercitũ
in eos, quo potentiam Iſraeliticã, & reliquias Hie-
roſolymæ euerteret & excinderet, memoriáq; eo-
rum de loco illo deleta, colonijs alienigenarũ in
fines eorundem deductis ſorte diſtribueret terrã
eorũ: rex ipſe aſſumpta exercitus dimidiati parte
reliqua, ab Antiochia vrbe ſua regia profect⁹ an-
no cẽteſimo quadrageſimoſeptimo, trãſmiſſo flu-
mine Euphrate, ſuperiores regiones peruadebat.

¶Tum Lyſias delectos miſit, Ptolemæum Dorymenis filium, & Nicanorem ac Gorgiã viros inter amicos regis potentes, cùmque eis quadraginta virorum millia, equitúmque ſeptem millia, vt inuaderent in terram Iudaicam, & eam iuxta mandatum regis deuaſtarent: qui cũ omnibus copijs ſuis profecti ſunt. Cúmq; proxime ad Emmaum eſſet peruentũ, inque agro cãpeſtri caſtra locauiſſent, venerunt ad eorum famã auditione acceptam in caſtra mercatores tractus illius cum ſeruis, ſumpto ſecum argẽto & auro plurimo, vt Iſraelitas in ſeruitutem ſibi compararent: tum Syriæ quoque, & auxilia terræ alienigenarũ illis acceſſerunt. ¶Porrò vt Iudas & fratres eius viderunt multiplicata eſſe mala, & copias in finibus ſuis caſtra habere, verbáque regis quibus excidiũ populo & internecionem mãdaret afferendi intellexerũt, ita ſunt alius aliũ allocuti, Summoueamus à populo noſtro afflictionem hãc, & pro gẽte ſacriſque noſtris dimicemus: & conuenit multitudo parata ei ad bellũ quàm ad oradum, & ad veniã miſericordiámque implorandam. Quia autem Hieroſolyma erat inſtar deſerti deſolata, nec quiſquam indigenarũ ipſius eò ſe inferebat aut efferebat, ſacrarióque conculcato arcẽ occupabant alienigenæ, & Gentium erat ⁷diuerſorium,' iucũditas verò ſublata erat è Iacob, & tibia citharáque defecerat congregati venerunt in Maſphã ex aduerſo Hieroſolymæ ſitã. Nam orandi locus antea Maſphæ fuerat Iſraelitis. Ibi ieiuniũ celebrarunt illo die induti cilicijs, & capite puluere conſperſo, ſciſſiſque veſtimentis ſuis, & expãderũt librum legis, quales conquirebant Gentes, vt in ijs effigies ſimulachrorũ ſuorũ pingerẽt, tũ veſtes ſacrificas, primitias ac decimas ferẽtes, ſuſcitatis Nazaræis, qui dies ſuos abſoluerãt, in cælũ vociferabãtur his verbis, Quid faciemus his, aut quonã eos abducemus? Nã ſacra tua cõculcata ſunt & profanata, & ſacerdotes tui in luctu ſunt & afflictione. En Gẽtes ad excindẽdũ nos cõgregatas, quid illæ in nos cogitẽt, tu noſti. Quomodo poterimus corã eis ſubſiſtere, niſi tu nos adiuueris? Et inciñuerunt tubis, vocéq; magna clamauerũt. ¶Poſt hæc cõſtituit Iudas duces populi, tribunos, cẽturiones, pentecõtarchos & decuriones, & ijs qui in ædificatione domorũ eſſent, aut in plãtatione vinearũ, quive ſibi deſpondiſſent vxores, timidiſque domũ ſuã ſingulis reuerti iuxta legẽ iuſſis, caſtra mota ad Emmaum poſuit. Ibi Iudas, Accingite vos inquit, & præſtate fortes, adeóque mane vos exhibete paratos ad dimicandum cum Gentibus iſtis, quæ aduerſum nos ad excidium noſtri ſacrorúmque noſtrorũ collectæ ſunt. Nam præſtat nos in prælio occumbere, quàm calamitates gẽtis noſtræ ſacrorúmq; intueri. Vt tamen in cælo voluntas eſt, ita fiat.

¶7 vl. habitatio.

CAP. IIII.

Porrò Gorgias aſſumptis quingẽtis viris, & mille lectis equitibus, noctu profectus eſt è caſtris, vt irrueret in caſtra Iudæorũ, & ſubitã cladem eis inferret: qui autem tenuerãt arcem, duces horũ erãt. Hoc vt intellexit Iudas, cum robore ſuorũ properat ad cædendum exercitum regis ad Emmaum, dum diuiſę adhuc à caſtris abeſſent copiæ. ¶Et ergo peruenit Gorgias in caſtra Iudæorũ noctu, nec quenquam inuenit, in mõtibus eos quærere, 'quòd diceret. Iſti nos fugiũt.' Prima verò luce Iudas in campo cum tribus virorũ millibus cõſpiciebatur. Sed cum nec tegumẽta haberent, nec gladios vt voluiſſent, viderent autẽ exercitum validũ & loricatũ, tũ circumſeptũ equitatu, eũdémq; belli peritũ, Iudas ſuos ſic eſt allocut⁹. Ne metuatis multitudinẽ iſtorũ, nec impetũ eorũ formideris. Mementote quo pacto patres noſtri ſeruati fuerint in Mari rubro, cũ Pharao eos cũ exercitu perſequeretur. Nũc igitur clamemus in cælũ, ſiquo pacto miſereatur

¶1 vl. quòd eos fugitare ipſũ diceret.

Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis: & miſit cum eis quadraginta millia virorum, & ſeptem millia equitum: vt venirent in terram Iuda, & diſperderent eam ſecũdum verbum regis. Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute ſua, & venerũt & applicuerũt Emmaum in terra campeſtri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorũ & acceperunt argentum & aurum multũ valde, & pueros: & venerunt in caſtra, vt acciperẽt filios Iſrael in ſeruos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarũ. ¶Et vidit Iudas, & fratres eius quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorũ, & cognouerunt verba regis quæ mãdauit populo facere in interitũ & cõſummationẽ. & dixerũt vnuſquiſque ad proximũ ſuũ. Erigamus delectionẽ populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris. Et cõgregatus eſt cõuentus, vt eſſent parati in prælium: & vt orarẽt & peterent miſericordiã & miſerationes. Et Ieruſalẽ non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis ei⁹: & ſanctum conculcabatur: & filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio Gentium: & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſrael. Et ieiunauerũt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo: & diſciderunt veſtimenta ſua, & expanderunt libros legis, de quibus ſcrutabãtur Gentes ſimilitudinẽ ſimulachrorũ ſuorũ: & attulerunt ornamẽta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies: & clamauerunt voce magna in cælum, dicẽtes, Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus? & ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem: & ecce Nationes cõuenerunt aduerſum nos, vt nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitẽt in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorũ, niſi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerũt voce magna. ¶Et poſt hęc cõſtituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones. ¶Et dixit his qui ædificabant domos, & ſponſabant vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domum ſuã ſecundum legem. Et mouerunt caſtra, & collocauerunt ad Auſtrum Emmaum. Et ait Iudas, Accingimini, & eſtote filij potentes, & eſtote parati in mane: vt pugnetis aduerſus Nationes has quæ cõuenerunt aduerſus nos diſperdere nos & ſancta noſtra: quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſic fiat.

F

G Oratio Nazaræorũ.

Deut. 20. a. Iud. c. 7. a.

CAP. IIII.

Et aſſumpſit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mouerũt caſtra nocte, vt applicarẽt ad caſtra Iudæorũ, & percuterent eos ſubito. & filij qui erãt ex arce, erãt illis duces. Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potẽtes percutere virtutẽ exercituũ regis, qui erant in Emmaum. Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. ¶Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminẽ inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniã dixit, Fugiunt hi à nobis. Et cũ dies factus eſſet, apparuit Iudas in cãpo cũ tribus millibus virorũ tãtum: qui tegumenta & gladios nõ habebãt vt volebãt. & viderunt caſtra Gentiũ valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorũ, & hi docti ad præliũ. Et ait Iudas viris qui ſecũ erãt, Ne timueritis multitudinẽ eorũ, & impetũ eorũ ne formidetis. ¶Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in Mari rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri

Inſidiantẽ Gorgiæ occurrit Iudas.

Exod. 14. b.

Dominus,& memor erit teſtamenti patrũ noſtro-
rum,& conteret exercitum iſtum ante faciem no-
ſtram hodie: & ſcient omnes Gentes quia eſt qui re
dimat & liberet Iſrael. Et eleuauerunt alienigenæ
oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo.
Et exierunt de caſtris in prælium,& tuba cecinerũt
Gorgiã & exercitum eius in fugã adigit. hi qui erant cum Iuda. Et congreſſi ſunt: & contri-
tæ ſunt Gentes,& fugerunt in campum. Nouiſſimi
autem omnes ceciderũt in gladio,& perſecuti ſunt
eos vſque Gezeron,& vſque in campos Idumææ,&
Azoti,& Iamniæ: & ceciderũt ex illis vſque ad tria
millia virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus
eius, ſequens eum. Dixitque ad populum, Non con-
cupiſcatis ſpolia: quia bellum cõtra nos eſt,& Gor-
gias & exercitus eius prope nos in monte: ſed ſta-
te nũc contra inimicos noſtros, & expugnate eos,
& ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. ¶Et adhuc loquẽte
Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens
de monte. Et vidit quòd in fugam conuerſi ſunt,&
ſuccenderũt caſtra. fumus enim qui videbatur, de-
clarabat quod factum eſt. Quibus illi conſpectis ti-
muerunt valde, aſpicientes ſimul & Iudam & ex-
ercitum in campo paratum ad prælium. Et fuge-
runt omnes in campum alienigenarum: & Iudas
reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum,& acceperunt au-
rum multum,& argentum,& hyacinthum,& pur-
puram marinã,& opes magnas. Et cõuerſi hymnũ
canebãt, & benedicebãt Deũ in cœlũ quoniã bonus
eſt, quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Et facta eſt
ſalus magna in Iſrael in die illa. Quicũque autem
alienigenarum euaſerunt, venerunt,& nunciauerũt
Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant. Quibus ille auditis,
cõſternatus animo deficiebat: quòd non qualia vo-
luit, talia contigerunt in Iſrael, & qualia mãdauit
Iudæã inuadit Lyſias, quem & debellat Iudas. rex. ¶Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorũ
electorum ſexaginta millia, & equitum quinque
millia, vt debellaret eos. Et venerunt in Iudæam,&
caſtra poſuerunt in Beth-horon, & occurrit illis
Iudas cum decem millibus viris. Et viderunt exer-
citum fortem,& orauit,& dixit, Benedictus es ſalua
1.Reg.17.f. tor Iſrael, ‖qui contriuiſti impetum potẽtis in ma
1.Reg.14.b. nu ſerui tui Dauid, ‖& tradidiſti caſtra alienigena-
D rum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius.
Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſ
rael, & confundantur in exercitu ſuo & equitibus.
Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis
eorum,& commoueantur contritione ſua. Deiice il
los gladio diligentium te: & collaudent te omnes
qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiſe
runt prælium: & ceciderũt de exercitu Lyſiæ quin-
que millia virorum. Videns autem Lyſias fugam
ſuorum,& Iudæorum audaciã,& quòd parati ſunt
aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam, &
elegit milites, vt multiplicati rurſus venirent in Iu
Iudas templum purificat,& altare dedicat. dæã. ¶Dixit autem Iudas,& fratres eius, Ecce con-
triti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nunc munda
re ſancta,& renouare. Et cõgregatus eſt omnis ex-
ercitus,& aſcenderunt in montem Sion. Et viderũt
ſanctificationem deſertam,& altare prophanatũ,
& portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata ſicut in
ſaltu vel in montibus,& paſtophoria diruta. Et ſci
derunt veſtimenta ſua,& planxerunt planctu ma-
gno,& impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum: &
ceciderunt in faciem ſuper terram, & exclamaue-
runt tubis ſignorũ,& clamauerunt in cœlum. Tũc
ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos
qui erant in arce, donec emundarent ſancta. Et ele
git ſacerdotes ſine macula, volũtatem habentes in
lege Dei: & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapi-
des contaminationis in locum immundum. Et co-
gitauit de altari holocauſtorum quod prophana-
tum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis conſi-
lium bonum, vt deſtruerent illud: ne fortè illis eſ-

noſtri Dominus, & pacti cũ patribus initi memor
exercitum hunc hodie conficiat in conſpectu no-
ſtro, vt diſcant omnes Gẽtes eſſe qui liberet & ſer-
uet Iſraelem. Cum autem alienigenæ ſublatis ocu
lis eos ex aduerſo vidiſſent venie̋tes, è caſtris in a-
ciem proceſſerunt,& qui ab Iuda ſtabãt, ſignũ de-
derunt claſſico, pugnáque commiſſa fuſæ ſunt Gen
tes,& per campum fugatæ, è quibus vltimis quibuſ
que gladio cæſis perſecuti ſunt eas ad ¹Gazeron¹ vſ- ¶1 Al. ἀσαρημώθ.
que,& campos Idumææ, Azoti,& Iamniæ. Cæſiſq;
ex eis ad tria millia virorũ. Iudas cũ exercitu reuer
ſus à perſequẽdis fugientibus, populũ ſuũ ſic allo-
cutus eſt, Ne vos ſpoliorũ capiat cupiditas,(quia ad
uerſum nos ſtat acies, & Gorgias cũ exercitu pro-
pe nos eſt in mõte.) ſed nunc oppugnemus hoſtes
noſtros, eóſque debellemus, vt poſtea ſecuri legatis
ſpolia. Hæc adhuc dicente Iuda, pars quædã è mõte
ſe viſa eſt oſtẽdere: qui vt viderũt in fugã verſos eſ
ſe illos,& Iudæ milites caſtra ſuccẽdere,(fumus e-
nim qui cõſpiciebatur, quid accidiſſet indicabat:) vt
inquã viderũt hæc, territi ſunt vehemẽter,& exer-
citũ Iudæ in cãpo ſtitem in procinctu conſpicati,
in terrã alienigenarũ omnes aufugerũt. Iudas au-
tẽ ad deprædãda caſtra reuerſus eſt, partóque inde
auro multo, argento, hyacinthinis, purpura mari-
na,& diuitijs ingẽtibus, redierũt gratulãtes, & car-
men hoc in cœlũ tollẽtes, Bonus ſanè Deus eſt,& mi
ſericordia eius ſempiterna,& magna ſalus die illa
parta eſt Iſraeli. Quicũque verò alienigenarũ eua-
ſerant, cum veniſſent ad Lyſiam, omnia ei vt geſta
eſſent retulerũt. Quibus ille auditis, cõſternatus de-
ſpõdebat animũ, quia nõ qualia voluiſſet ipſe, hæc
obtigerãt Iſraeli: nec qualia mãdarat ipſi rex, eue-
nerant. ¶Proinde ſubſequẽti anno idem Lyſias cõ-
traxit lectorũ peditũ ſexaginta millia, & equitum
quinque millia: qui vt expugnaturi ¹Hieroſolyma¹ ¶1 Al. αὐτούς.
inuaſerunt in Iudæã. Et cum caſtra poſuiſſent ad
⁴Bethſura,⁴ occurrit illis Iudas cũ decem virorum ¶4 vl. Bethoron,
millibus, vali dũmque conſpicatus exercitum, ora-
uit,&, Prædicandus es, inquit, ſeruator Iſraelis, qui
manu ſerui tui Dauidis infregiſti robuſti ferociã,
& exercitũ alienigenarum Ionathæ filio Saulis, &
armigero eius in manus tradidiſti, has quoque co-
pias cõclude in manũ populi tui Iſraelitici, vt eas
pudeat virium ſuarum, & equitatus. Immittas eis
formidinem,& fiduciam roboris eorum labefacias,
ſuáque contritione percellantur. Proſterne eos gla
dio diligentium te,& omnes qui te nouerunt cele-
brent nomen tuum cãticis. Tum commiſſo prælio,
ad quinque millia virorum occubuerunt de exerci
tu Lyſiæ,& fuſi ſunt corã illis. Lyſias autem vt vi-
dit aciem ſuorum in fugam verſam,& exercitus Iu
dæ audaciam, ꝙ paratus eſſet ſiue ad viuendum, ſi-
ue ad moriendũ fortiter, reuerſus Antiochiã, pere-
grinos milites colligebat,& exercitu ad priorẽ nu-
merũ reparato, cogitabat cũ eo ſupplemẽto Iudæã
de integro inuadere. ¶Porrò Iudas fratribus ſuis,
Ecce, inquit, profligati ſunt hoſtes noſtri, aſcẽdam⁹
ad expianda ſacra,& de integro dedicãda: totiſque
caſtris congregati in montem Sion aſcenderunt.
Cúmque vidiſſent ſacrarium deſolatum,& arã pro
fanatam, tum exuſtas portas, atque in atrijs virgul
ta velut in ſaltu aut monte quopiam enata, exhe-
dráſque dirutas, ſciſſis veſtimẽtis ſuis, lamentatio-
nẽ magnã ediderunt,& capite ſuo cõſperſo pulue-
re, pronique prolapſi in faciẽ cũ tubis ſigna canẽ-
tibus increpuiſſent, in cœlũ exclamauerũt. Tum Iu-
das conſtitutis viris qui depugnarent aduerſus eos
qui arcẽ inſidebãt, donec ſacra luſtrata eſſent, ſacer
dotes inculpatos,& in legẽ propẽſos luſtrãdis iiſdẽ
delegit. Hi cũ lapides pollutos in locũ profanũ ex-
tuliſſent, de altari holocauſti ꝓfanato deliberãtib⁹
quid illo facerẽt, bonũ incidit cõſiliũ diruẽdi illud.

nequando foret ipſis opprobrio, vt quod Gentes polluiſſent: quamobrem altare demoliti lapides in monte templi opportuno in loco depoſuerunt, donec exoriretur propheta, qui de his reſponderet. Sumptis autem lapidibus iuxta legem integris, nouam aram extruxerunt ſecundũ priorem: ædificatóque deinde ſacrario, interiores templi partes, atriaque[t] conſecrauerunt. Præterea ſacra vaſa templi innouarunt, & candelabro ariſque holocauſtorum ac ſuffimentorum, atque menſa illatis in templum, adoleuerunt ſuffimenta ſuper aram, & lucernis in candelabro accenſis templum illuminarũt, impoſuerúntque menſæ panes, & vela expãderũt. His operibus faciendis cũ finem impoſuiſſent omnibus, cúmque mane ſurrexiſſent quinta & viceſima die noni mẽſis (qui Caſleu erat) anni centeſimi quadrageſimioctaui, ſacrificium fecerũt ſecundum legẽ ſuper arã holocauſtorum quã nouam extruxerãt, idque opportune eodẽ die quo Gẽtes illã profanarant. Eodem die & dedicata eſt, adhibitis cãticis, citharis, cinyris, atque cymbalis, proſtrato in faciem vniuerſo populo, & adorante, laudéſque in cælum ad eũ qui ſucceſſus dediſſet ipſis, extollẽte. Hac aræ dedicatione cõſumptis diebus octo, quibus holocauſta immolarũt lætabundi, & hoſtias felices ac laudatiuas ſacrificauerũt, faciẽ tẽpli ornarunt coronis aureis, & ſcutulis, ianuáſque dedicatis portis & exedris indiderũt. Tũ lætitia in populo perquã magna eſt orta, vtpote depulſo Gentiũ opprobrio: ſtatuitque Iudas & fratres eius, omniſque cœtus Iſraeliticus, vt dies aræ dedicatæ ſuis tẽporibus anniuerſaria celebritate agitarẽtur per octo dies à quinta & viceſima menſis Caſleu cũ gaudio lætitiáque. Illo quoque tempore montem Sion muro vndique præalto, validiſque turribus circunſtruxerunt, nequando inuadentes ea loca Gẽtes, conculcarent, vt antea fecerãt. & copias ibidem præſidij cauſa collocauerunt, eidémque tuẽdo munierunt Bethſuram, vt præſidium haberet populus aduerſus Idumæã.

¶ t ἡγίασαν, καὶ πάντα.

C A P. V.

EVenit autem vt cum Gentes circunieclæ arã ædificatam, & ſacrarium priſco modo dedicatũ eſſe intellexiſſent, indignati vehemẽter, de excindẽdo Genere Iacob, quod inter eas habitabat, deliberarent: adeóque cœperunt occidere quoſdã è populo, & perimere. Iudas autem tum aduerſus Idumæos ab Eſau oriũdos bellũ gerebat ad[r] Acrabattinẽ, quod obſediſſent Iſraelitas, & iã eos ingenti clade affecerat, & ſpolijs exutos in arctum coegerat, cum recordatus eſt malitiæ nationis[s] Bæan,[s] quæ populo inſtar laquei fuerat & offẽdiculi, poſitis ei per vias inſidijs. Hos compulſos in arces obſedit, & deuouit, arcéſque eorum ſuccendit igni cum omnibus qui inerant in eis. Inde tranſgreſſus in nationem Ammonitarum, cum inueniſſet manum validam, & turbam ingentem, cuius dux erat Timotheus, cõmiſſis prælijs quamplurimis præ ſe fuſos profligauit eos, captáque[t] Gazer[t] cum[4] oppidulis[4] eius in Iudæam reuerſus eſt. ¶ Cum autem Gẽtes quæ Galaaditidem tenebant, congregatæ eſſent aduerſus Iſraelitas fines ipſarum incolentes, vt eos excinderent: illi in Dathemam munitionem confugerant. Inde literas miſerunt ad Iudam & fratres eius in hæc verba, Gentes quæ nos circumcolunt, collectæ aduerſum nos excindendos, venire parant, ac munitionem in quam confugimus, capere: dux autem exercitus earum eſt Timotheus. Nunc igitur ſubueniens eripe nos è manibus eorum. Nam occubuerunt è nobis multi, & fratres noſtri qui in locis[s] Tubin erant interfecti ſunt, captis vxoribus ſuis cum liberis & ſarcinis, adeóque peremptĩ ſunt illic circiter mille viri, Cum hæ literæ adhuc legerentur, alij ecce nuntij è Galilæa venerunt ſciſſis veſtimen

¶ r Al, Arabattanen,
¶ s vl, Baiã,

¶ t γαζὴρ. vel, ἰαζὴρ.
¶ 4 vl, vicis

¶ s τοῦβίν. Quid ſi q in viuis erant tvt qñ mox ſequitur, illic, toteaſſis ꝑ hic, poſitũ ſit.

ſet in opprobrium, quia contaminauerunt illud Gentes, & demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & reſponderet de eis. Et acceperũt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt altare nouum ſecundum illud quod fuit prius: & ædificauerunt ſancta, & quæ intra domum erant intrinſecus: & ædem, & atria ſanctificauerunt. Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrũ, & altare incenſorum, & menſam in templum. Et incenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderunt lucernas quæ ſuper candelabrum erant: & lucebãt in templo. Et poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera quæ fecerant. Et ante matutinum ſurrexerũt quinta & viceſima die menſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimi quadrageſimioctaui anni: & obtulerunt ſacrificium ſecundum legem ſuper altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt. Secundum tempus & ſecundum diem in qua contaminauerunt illud Gẽtes, in ipſa renouatum eſt in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in cælum eum qui proſperauit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & ſcutulis: & dedicauerunt portas & paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobrium Gentium. ¶ Et ſtatuit Iudas & fratres eius & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta & viceſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas: nequando venirent Gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt ſeruarent eum, & muniuit eum ad cuſtodiendam Beth-ſuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

Inſtitutio Encæniorum. Iohã. 10. e.

C A P. V.

ET factum eſt, vt audierunt Gentes in circuitu quia ædificatum eſt altare & ſanctuarium ſicut prius, iratæ ſunt valde: & cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos. & cœperunt occidere de populo, & perſequi. Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane: quia circunſedebãt Iſraelitas. & percuſſit eos plaga magna. Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in ſcandalum, inſidiãtes ei in via: & concluſi ſunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incẽdit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et tranſiuit ad filios Ammon, & inuenit manũ fortem, & populum copioſum, & Timótheum ducem ipſorum: & commiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum, & percuſſit eos: & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuerſus eſt in Iudæam. ¶ Et cõgregatæ ſunt Gentes quæ ſunt in Galaad, aduerſus Iſraelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: & fugerunt in Dathemã munitionem, & miſerunt literas ad Iudam & fratres eius, dicentes, Congregatæ ſunt aduerſum nos Gẽtes per circuitum, vt nos auferant: & parant venire, & occupare munitionem in quam confugimus: & Timótheus eſt dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin, interfecti ſunt: & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & ſpolia, & peremerunt illic fere mille viros. Et adhuc epiſtolæ legebãtur, & ecce alij nuntij venerunt de Galilæa con-

Iudas finitimas Gentes Iſraelĩ perdere tẽtãtes percutit auxiliãtib[9] fratribus Simõne & Ionatha.

ſciſſis tunicis, nuntiantes ſecundum verba hæc: di-
centes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolemaida, & Ty
ro, & Sidone: & repleta eſt omnis Galilæa alienige
nis vt nos conſumant. Vt audiuit autem Iudas &
populus ſermones iſtos, conuenit eccleſia magna
cogitare quid facerent fratribus ſuis qui in tribu-
latione erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque
Iudas Simòni fratri ſuo, Elige tibi viros, & vade, &
libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater
meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit
Ioſephum filium Zachariæ, & Azariam duces po-
puli cum reſiduo exercitu in Iudæa ad cuſtodiam:
& præcepit illis, dicens, Præeſtote populo huic: &
nolite bellum committere aduerſum Gentes, do-
nec reuertamur. Et partiti ſunt Simòni viri tria
C millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo mil-
lia in Galaaditim. ¶Et abiit Simô in Galilæam, &
commiſit prælia multa cum Gentibus: & contritæ
ſunt Gentes à facie eius, & perſecutus eſt eos vſ-
que ad portam Ptolemaidis. & ceciderunt de Gen-
tibus ferè tria millia virorum, & accepit ſpolia eo-
rum, & aſſumpſit eos qui erant in Galilæa & in Ar
batis cum vxoribus & natis & omnibus quæ erant
illis, & adduxit in Iudæam cũ lætitia magna. ¶Et
Iudas Machabæus & Ionathas frater eius tranſie-
runt Iordanem, & abierunt viam trium dierum
per deſertum. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſ-
ceperunt eos pacifice, & narrauerũt eis omnia quæ
acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia
multi ex eis comprehenſi ſunt in Barasa, & Boſor,
& in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnaim.
hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. Sed & in
cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur compre-
henſi, & in craſtinum conſtituerunt admouere ex-
ercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tol-
lere eos in vna die. Et conuertit Iudas & exercitus
eius viam in deſertum Boſor repente, & occupauit
ciuitatem: & occidit omnem maſculum in ore gla
dii, & accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit eã
igni. Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſque ad
D munitionem. Et factum eſt diluculo, cũ eleuaſſent
oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius non erat
numerus, portantes ſcalas & machinas vt compre-
henderent munitionem: & expugnabant eos. Et vi-
dit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli aſcẽ-
dit ad cælum ſicut tuba, & clamor magnus de ciui
tate: & dixit exercitui ſuo, Pugnate hodie pro fra-
tribus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos, &
exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.
Et cognouerunt caſtra Timòthei quia Machabæus
eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſerunt eos
plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè
octo millia virorũ. ¶Et diuertit Iudas in Maſpha,
& expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem maſ
culum eius, & aſſumpſit ſpolia eius, & ſuccendit eã
igni. Inde perrexit, & cepit Caſbon, & Mageth, &
Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. ¶Poſt hæc
autem verba, congregauit Timòtheus exercitum
alium, & caſtra poſuit contra Raphon trans torrẽ
tem. Et miſit Iudas ſpeculari exercitum: & renun-
tiauerunt ei, dicentes, Quia conuenerunt ad eum
omnes Gentes quæ in circuitu noſtro ſunt, & exer-
citus multus nimis: & Arabas conduxerunt in au-
xilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrẽtem, pa
E rati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam
illis. Et ait Timòtheus principib⁹ exercitus ſui, Cũ
appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrẽ-
tem aquæ: ſi tranſierit ad nos prior, nõ poterimus
ſuſtinere eum: quia potẽs poterit aduerſum nos. ſi
verò timuerit trãſire, & poſuerit caſtra extra flumẽ,
trãſfretemus ad eos, & poterimus aduerſus illũ. Vt
autẽ appropinquauit Iudas ad torrẽtẽ aquæ, ſtatuit
ſcribas populi ſecus torrentẽ, & mãdauit eis, dicẽs,

tis, qui in eadem verba nuntiantes dicerent, aduer-
ſum ſe è Ptolemaide, Tyro & Sidone, totáque alieni-
genarum Galilæa, qui ſe delerent, eſſe congrega-
tos. Quod nuntium vbi Iudas & populus accepit,
concionem frequentem aduocarunt conſultatum
quid fratribus ſuis facerẽt, iis qui in calamitate po
ſiti ab illis oppugnarentur. Tum Iudas fratrẽ ſuũ
Simonẽ ſic compellauit, Delige tibi viros quibuſ-
cum profectus, fratres tuos qui ſunt in Galilæa li-
beres: & ego fraterque meus Ionathas cõtendemus
in Galaaditidem. Cúmque Ioſepho Zachariæ filio
& Azaria ducib⁹ populi præſidio relictis in Iudæa
cum reliquo exercitu mandata dediſſet, dicẽs, Præ-
ſitis huic populo, nec committatis prælium cũ Gẽ-
tibus, priuſquam nos reuerſi fuerimus: Attributa
ſunt Simoni virorum quibuſcum in Galilæã pro-
ficiſceretur tria millia, Iudæ verò in Galaaditidem
octo millia virorum. Et profectus Simon in Gali-
læam, multa cum Gentibus certamina conferendo
præ ſe fuſas ac fugatas vſque ad[6] portas Ptolemai- ¶6 πυλῶν
dis perſecutus eſt, cæſis virorum è Gentibus circi-
ter tribus millibus, lectiſque ſpoliis eorum, aſſum-
ptos eos qui in Galilæa & Arbattis erant, cum vxo
ribus & liberis, omnique ſupellectili ſua, deduxit
in Iudæam cum magna lætitia. ¶Porrò Iudas Ma
chabæus & frater eius Ionathan traiecto Iordane,
& in deſerto itinere trium dierum confecto, inci-
derũt in Nabathæos, qui pacifice ipſis occurrebãt.
Hi cum expoſuiſſent quæ omnia in Galaditide fra-
tribus acciderant, multóſque eorum in [7]Boſorra & ¶7 Al, Ba-
Boſor, in Alemis, Haſbõ, [8]Maged, & Carnaim, (quæ raſa. Ioſe-
omnes vrbes munitæ ſunt & magnæ,) & in reliquis phus Beth-
Galaaditidis vrbibus tenêri circunuentos, quos in ſuram ha-
craſtinum oppugnare in munitionibus, & captos bet.
eos omnes vno die delere decretum eſſet: conuer- ¶8 Al, Ma-
ſus Iudas cum exercitu ſuo, via per deſertum pro- geth,
tinus correpta Boſorram verſus vrbem cepit, cæ-
ſiſque acie gladii maribus omnibus, & captis inde
ſpoliis, igni eam ſuccendit. Inde cum noctu mouiſ
ſet, vt profecturus ad munitionem, poſtquam ma-
ne diluxit, oculos attollentibus, ecce turba ingens
& innumerabilis cernebatur ſcalas & machinas ad
munitionem capiendam ferentium, atque illos op
pugnantium. Videns ergo Iudas pugnam eſſe cõ-
ſertam, & clamorem ciuitatis tubis immanique vo
ce ad cælum vſque ferri, viros exercitus ſui horta-
tus eſt, Hodie pugnetis pro fratribus veſtris, & il-
los à tergo cõcluſit tribus in locis. Tum ſignum tu
bis datum eſt, & cum precatione clamor ſublatus:
vnde copiæ Timothei Machabæum adeſſe intelligẽ
tes fugerunt à conſpectu eius, acceptáque ab eo
clade magna die illa viri ex illis ad octo millia cæ
ſi ſunt. ¶Inde diuertit ad Maſphã, quam occupa-
uit expugnatã: & quicquid marium eius erat in-
terfecto, ſpoliatã à ſe igni ſuccendit. Ruſum pro-
fectus illinc occupauit [9]Haſbon, [10]Maged, & Boſor, & ¶9 Al. Chaſ
reliquas vrbes Galaaditidis. ¶Porrò his ita geſtis bon. χ pro
Timotheus alium coegit exercitum, cúmque ca- ſi poſito.
ſtra ad Raphõn poſuiſſet trans torrentem, Iudas
exploratũ caſtra miſit, qui hæc ei dicta retulerunt,
Omnes Gentes quæ nos circumcolunt, collectæ ſunt
ad iſtos perquã multo exercitu, & Arabas auxilio
ſibi conduxerunt, caſtráque trans torrentem habẽt
bellum inferre tibi paratæ. Cúmque Iudas obuiam
eis proficiſceretur, Timotheus duces exercitus ſui
ſic allocutus eſt, Vbi Iudas cum copiis ſuis appro-
pinquarit ad torrentem, ſi traiecerit ad nos prior,
non poterimus eum ſuſtinere, ſed robore nobis
præualebit. ſin territus trans flumen caſtrameta-
tus fuerit, traiiciemus ad eum, & erimus ſuperio-
res. Vt autem Iudas ad torrentem applicuit, cũ ſcri
bis populi iuxta torrẽtẽ cõſtitutis mãdata dediſſet,

caueret ne quēquā hominum vallū iacere ſineret, ſed omnes inirēt prælium. traiecit ad illos prior, omniſque multitudo eius conſecuta eſt. & fuſæ ſunt à cōſpectu eius omnes Gentes, quæ cū abiectis armis ſuis, cōfugiſſent i aſylū quod eſt Carnaim, vrbe capta aſylū igni cū omnibus qui inerant in eo ſuccēdit. Sic euerſa eſt Carnaim, nec poterāt illi iā cōſpectū Iudæ ſuſtinere. Tum cōgregauit Iudas Iſraelitas, qui erāt in Galaaditide, tā paruos quā natu grādes cum vxoribus ſuis & liberis atque ſupellectili, agmine ſupra modū frequēti, vt irent in terrā Iudaicā. ¶ Cúmq; ad Ephrō vſq;, quæ vrbs eſt magna in itinere, & perquā munita, perueniſſent, nec daretur ab ea dextra ſiniſtráve diuerticulū, ſed per mediū eius iter eſſet, incolæ autē interclusiſſent eos, portáſque obſtruxiſſent lapidibus: miſit ad eos Iudas qui verbis amicis dicerēt, Detur nobis trāſitus per terrā veſtrā, vt pergamus in patriā noſtrā, nec quiſquā faciet vobis iniuriā, ſed [10] pedeſtres tātum trāſibimus. Verū illis aperire nolētibus cū Iudas per precone edixiſſet in exercitu, vt quo cōſtiterat quiſque loco inuaderet, inuaſerūt milites, & oppugnauerūt vrbē toto illo die totáque nocte, donec vrbs peruenit in manus eorū, cuius ſtirpē maribus omnibus acie gladij perēptis deleuerūt, & ablata inde præda per vrbē ſuper cæſorū corpora ingreſſi, traiecto Iordane in cāpum illū ſpacioſum, qui eſt in cōſpectu [11] Beth-ſan, euaſerūt. Iudas autē extremū agmē cōtinebat, & per totā viā exhortabatur populū, donec in Iudæā perueniretur. Cúmque aſcēdiſſent in montem Sion, cū gaudio lætitiáque immolarunt holocauſta, eo quòd nemo ex ipſis occubuiſſet, quo minus feliciter rediretur. ¶ Porrò quo tempore Iudas cū Ionatha erat in Galaaditide, & Simon frater eius ad Ptolemaidē in Galilæa, Ioſeph filius Zachariæ & Azarias præfecti exercitus rebus bene geſtis, & bello quod illi confeciſſent, intellectis, Paremus, inquiunt, & ipſi nobis nomen, & ad oppugnādum Gentes quæ nos circumcolunt, proficiſcamur. ſimul excluerunt quot militum ſecū habebāt in exercitu, & ad Iamniam cōcēderunt. Cæterum cum Gorgias cum ſuis ex vrbe obuiā illis eſſet egreſſus in aciē, fuſi ſunt Ioſephus & Azarias, & vſque ad fines Iudææ fugati, occubuerúntque illa die de populo Iſraelitico viri ad duo millia: adeo effuſa fuit populi Iſraelitici fuga, eo ꝙ Iudę & fratribus eius non obtēperauiſſent, fortiter ſe rem geſturos eſſe arbitrātes, cū non eſſent de ſemine virorū eorū quib⁹ Iſraelē manu ſua ſeruare datū erat. ¶ Vir autē ille Iudas & fratres ei⁹ gloria in laruerūt apud omnes Iſraelitas & Gētes, ad quas nomen eorum perueniſſet, & frequenter ad eos cōfluebant gratulatū. Porrò autē Iudas cū fratribus ſuis profectus, nationē Eſau in Auſtrali regione vexauit bello, & Hebron clade affecit & ei⁹ [12] oppidula, diruitque munimenta eius, ac turres circūcirca ſuccendit. Motis deinde caſtris contendens in terram alienigenarum peruadebat Samariam, quo tempore ſacerdotes [13] vrbium occubuerūt, dum ſtudet fortiter agere, & temere ſe committit in prælium. Cōuertit ergo ſe Iudas in terram alienigenarum ad Azotum, aráſque eorum demolitus ſtatuis deorum ipſorum igni concrematis, prædáque capta ex vrbibus, reuerſus eſt in terrā Iudaicā.

¶ 10 vł, recta.

¶ 11 Ioſeph. Bethſames,

¶ 12 vł, vicos,

¶ 13 πολιτῶν. alij legiſſe videntur ἐν πολέμῳ.

## CAP. VI.

Interea rex Antioch⁹ ſuperiores peruadēs regiones, cū intellexiſſet [1] in Elymaide Perſiæ vrbē eſſe diuitiis, vtpote auro & argēto nobilē, & delubrum in ea perq; opulētū, vbi eſſēt tegumēta aurea, & loricæ atq; arma, quæ ibi Alexāder Philippi fili⁹ Macedo, qui regnū Græcorū prim⁹ obtinuit, reliquiſſet: profectus vrbem illā capere, & eā deprædari conatus eſt, nec potuit. Nā cū incolæ vrbis re cognita, aduerſus eū bello iſurrexiſſēt, in fugā actus ab eis,

¶ 1 Al, Elymas i Perſia.

Neminem hominum reliqueritis, ſed veniant omnes in prælium. Et tranſfretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eū. & cōtritæ ſunt omnes Gentes à facie eorum, & proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipſam ciuitatem, & phanum ſuccendit igni cū omnibus quæ erant in ipſo: & oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas qui erāt in Galaaditide, à minimo vſque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & vaſa, & exercitum magnū valde, vt venirent in terram Iudæ. ¶ Et venerūt vſque Ephron: & hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita, munita valde. & non erat declinare ab ea dextera vel ſiniſtra, ſed per mediam iter erat. Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate, & obſtruxerunt portas lapidib⁹: & miſit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens, Tranſeamus per terram veſtram, vt eamus in terram noſtram: & nemo vobis nocebit, tātum pedibus tranſibimus. Et nolebāt eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in caſtris vt applicarent vnuſquiſque in quo erat loco. & applicuerunt ſe viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita eſt ciuitas in manu eius: & peremerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit ſpolia eius, & trāſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos. Et tranſgreſſi ſunt Iordanem in cāpo magno, contra faciē Bethſan. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda: & aſcenderunt in montem Sion cū lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace. ¶ Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa cōtra faciem Ptolemaidis, audiuit Ioſephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene geſtas, & prælia, quæ facta ſunt, & dixit, Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare aduerſus Gētes quæ in circuitu noſtro ſunt. Et præcepit his qui erāt in exercitu ſuo, & abierunt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſque in fines Iudææ: & ceciderūt illo die de populo Iſrael ad duo millia viri, & facta eſt plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam & fratres eius, exiſtimantes fortiter ſe facturos. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorū per quos ſalus facta eſt in Iſrael. ¶ Et vir Iuda & fratres eius magnificati ſunt valde in cōſpectu omnis Iſrael, & Gentiū omnium vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerūt ad eos fauſta acclamātes. Et exiuit Iudas & fratres eius. & expugnabant filios Eſau in terra quæ ad Auſtrum eſt, & percuſſit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres ſuccendit igni in circuitu. Et mouit caſtra, vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum [a] volunt fortiter facere, dū ſine conſilio [a] exeunt in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuccendit igni: & cepit ſpolia ciuitatū, & reuerſus eſt in terram Iuda.

Ciuitatem Ephron euertit Iudas, ob denegatū trāſitum.

Ioſephi & Azariæ temeritas.

Filios Eſau expugnat Iudas.

¶ a vult, & exit

Idola Gentium ſuccēdit.

## CAP. VI.

Et rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audiuit eſſe ciuitatem Elymaidem in Perſide nobiliſſimā, & copioſam in argento & auro, templúmq; in ea locuples valde. & illic velamina aurea, & loricæ, & ſcuta, quæ reliquit Alexāder Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatē, & deprædari eā, & nō potuit. quoniā innotuit ſermo his qui erāt in ciuitate. & iſurrexerūt in prælium, & fugit inde

Antiochus Elymaidē vrbē volēs deprędari, à ciuib⁹ expellitur.

& abijt cum triſtitia magna, & reuerſus eſt in Babyloniã. Et venit qui nuntiaret ei in Perſide, Quia fugata ſunt caſtra quæ erãt in terra Iuda: & quia abiit Lyſias cum virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Iudæorum, & inualuerunt armis & viribus, & ſpolijs multis quę ceperunt de caſtris quę exciderãt: & quia diruerũt abominationem quam ædificauerant ſuper altare quod erat in Ieruſalé: & ſanctificationem, ſicut prius circundederũt muris excelſis: ſed & Bethſuram ciuitatem ſuam. Et factum eſt, vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit, & commotus eſt valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ triſtitia, quia non factum eſt ei ſicut cogitabat.

Incidit in morbum.

Et erat illic ꝑ dies multos quia

B

renouata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori. Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis, Receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi & corrui corde pręſolicitudine: & dixi i corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ in qua nunc ſum: qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea? Nunc verò reminiſcor malorum quæ feci in Ieruſalem, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitãtes Iudæã, ſine cauſa. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippũ vnũ de amicis ſuis, & præpoſuit eũ ſuper vniuerſum regnũ ſuũ: & dedit ei diadema, & ſtolã ſuam, & annulũ, vt adduceret Antiochũ filiũ ſuum, & nutriret eũ, & regnaret.

Moritur.

Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno cẽteſimo quadrageſimo nono.

Conſtituit rex filiꝰ eiꝰ Antiochus Eupator.

¶ Et cognouit Lyſias quoniã mortuꝰ eſt rex, & cõſtituit regnare Antiochũ filium eius, quem nutriuit adoleſcentem: & vocauit nomẽ eius Eupatorẽ. Et hi qui erãt in arce, cõcluſerant Iſrael in circuitu Sanctorũ: & quærebãt eis mala ſemper

C

& firmamentũ Gentium.

Obſidio arcis Sion.

Et cogitauit Iudas diſperdere eos: & conuocauit vniuerſum populum, vt obſiderent eos. Et conuenerunt ſimul, & obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas. Et exierũt quidam ex eis qui obſidebantur, & adiunxerunt ſe illis aliqui impij ex Iſrael, & abierunt ad regem, & dixerunt, Quouſq; nõ facis iudiciũ & vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præceptis eiꝰ, & obſequi edictis eiꝰ, & filij populi noſtri propter hoc alienabant ſe à nobis, & quicũque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderũt manum, ſed & in omnes fines noſtros, & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ieruſalem occupare eam, & munitionem in Bethſuram munierunt: & niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc, facient, & nõ poteris obtinere eos.

Antiochi Eupatoris aduentus i Iudęã cum numeroſo exercitu.

¶ Et iratus eſt rex vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erãt. ſed & de regnis alijs, & de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus conducti. Et erat numerus exercitus eius, centum mil-

D

lia peditum, & viginti millia equitum, & elephãti trigintaduo docti ad prælium. Et venerũt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethſuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. & receſſit Iudas ab arce, & mouit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra regis. Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum cõtra viã Bethzacharam: & comparauerunt ſe exercitus in prælium, & tubis cecinerunt: & elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. & diuiſerunt beſtias per legiones: & aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum:

ſumma cũ triſtitia abſceſſit inde repetens Babyloniam. Nũntius in Perſidẽ ei venit copias quę protectæ fuiſſent in terrã Iudaicã, fugatas eſſe, & Lyſiam qui cũ exercitu in primis valido expeditionem ſuſceperat, à Iudæis profligatũ: illos autẽ armis & potentia, partáq; de caſtris quæ expugnaſſent, præda plurima auctos eſſe: tũ demolitos eſſe eos fœditatẽ, quã ipſe extruxiſſet ſuper aram illã Hieroſolymitanã, & ſacrariũ muris præaltis ſpecie priſtina, vrbémq; ipſius Bethſuram cinxiſſe. His verbis auditis rex expauit, & cõmotus vehemẽter lecto decubuit, in morbũ illapſus ex mœrore, q res pro voto ipſiꝰ nõ ſucceſſiſſet. Cúmq; dies ibi multos egiſſet, augeſcẽte mœrore ſuo magno, moriẽdũ eſſe ſibi ſuſpicatus, acceſſitis omnibus amicis ſuis, Somnus, inquit, oculos meos deſtituit, & animo collapſus ſum præ anxietate ſic mecũ cogitans, Quò tandẽ deueni calamitatis & intemperiarũ, in quibus nũc ſum, ingentiũ? Nã quiꝰ felixꝰ & gratioſus in mea fui potẽtia, nunc cũ reminiſcor malorũ quæ perpetraui Hieroſolymis, quando vaſa aurea omnia, & quæ ibidẽ erant argẽtea abſtuli, miſiq; inſuper qui delerẽt incolas Iudææ immeritos, hæc mihi propter illa accidiſſe mala agnoſco, & ecce magno mœrore pereo, & id in terra ꝑegrina. Et cũ vocatũ vnũ ex amicis ſuis Philippũ, toti regno ſuo pręfeciſſet: tradito ei diademate, habitúque ſuo cũ annulo, vt Antiochũ filiũ ipſius inſtituẽs regno educaret: mortuus eſt illic rex Antiochus anno cẽteſimo quadrageſimonono. ¶ Vt autẽ Lyſias regẽ deceſſiſſe cognouit, regem in ipſius locũ ſuffecit Antiochũ ipſius filium, eúmque educabat adoleſcentem, & nomen indidit Eupatori. Porrò qui inſidebant arcẽ, Iſraelitas circa ſacrã ædẽ anguſtiſſime continebãt, mala quærẽtes illis aſſidue, Gentibúſq; firmamẽtum. Iudas igitur delere illos cogitãs, omni populo ſuo ad obſidendos illos excito, poſtquam congregatus eſt, cœpit obſidere illos anno cẽteſimo & quinquageſimo, extructis aduerſus eos baliſtis & machinis. Elapſi autem quidam ex obſidione, quibus ſe quidam Iſraelitarũ impij adiunxerant, & profecti ad regem, Quandiu cunctaris, inquiunt, exercere iudicium, & fratres noſtros vlciſci? Nos patri tuo ſeruire & parẽre edictis eius, mandatiſque obſequi animum induximus, (nam ea de cauſa pars populi iſtius iampridem ſunt à nobis alienati,) ſed quicũque deprehenſi fuiſſent è nobis interficiebantur, & poſſeſſiones noſtræ diripiebantur. Neque verò nobis ſolum manus illi iniecere, ſed finibus ſuis omnibus atque adeo ecce hodie arcem obſidẽt Hieroſolymis, vt eam expugnaturi. Præterea ſacram ædem & Bethſuram munierunt: & niſi præueneris eos breui, his etiam maiora deſignabunt, vt tandẽ ſuperare eos nõ poſſis. ¶ Illis auditis iratus eſt rex, cúmque conuocaſſet omnes amicos ſuos, duces exercitus ſui & magiſtros equitum, atque etiam à regionibus alijs, inſuliſque marium exercitus conducti ij veniſſent ad eum, confectus eſt numerus copiarum eius centum millia peditum, equitúmque viginti millia, cum elephantis ad prælia doctis triginta duobus. Hi per Idumæam ingreſſi, Bethſuram obſidentes per multos dies oppugnabant extructis machinis: [1] illiꝰ autem eruptione facta concremauerunt eas igni, viriliterque pugnauerunt.

¶ 1 Bethſuraei

Tũ Iudas ab arce mouit: & cum caſtra ad Bethzachariam cõtra caſtra regis locauiſſet, rex mane excitatus, verſus Bethzachariã magna vi eduxit copias: & poſtquã explicatæ ſunt ad præliũ acies, claſſica cecinerũt. Porrò elephantis ſanguineus vuarum & mororũ liquor oſtẽtabatur, quo irritarẽtur in præliũ: diſpoſitiſq; per valles bellu is, vnũquenq; elephantorũ milleni ſtipabant pedites hamatis thoracibꝰ loricati, galeáſq; capitibꝰ geſtãtes æreas,

טוב ין

& equites lecti quingeni cuique belluæ attributi: qui opportune vbicunque bellua eſſet, aderant: & quocunque incederet, comitabantur vnà, nec ab ea diſcedebāt. Ligneæ quoque turres & validæ impoſitæ ſingulas protegebāt belluas, machinis quibuſdam ſuperilligatæ: quarū in ſingulis viri erant triceni bini pugnātes ex illis, cū ſuo cuiuſque Indo [belluæ magiſtro.] Reliquo verò equitatu hinc atque illinc conſtituto, qui ex vtraque parte agmen

¶4 vl, protegeret:

cieret in anguſtijs illis, &[4]contineret:' quoties ſol radios in clypeos auratos iáceret, refulgebant inde mōtes. & factum ignitarum inſtar ſplendebāt. Ita pars exercitus regiī per editiora montium porrecti, pars per depreſſiora, caute incedebant atq; ordine: & percellebantur quicunque vocem multitudinis eius, & inceſſum agminis armorūmq; cōſlictationem audiſſent. Etenim exercitus perquā magnus erat & validus. Ceterū poſtquā Iudas & exercitus eius in aciem dimicationémq; venerunt, cæſis iam de exercitu regis ſexcētis viris. Eleazar ille

¶5 Al, Αὐαρὰν. Ioſephus Mauronem vocat.

dictus 'Abarō,' vnam belluarum tegminibus regalibus loricatam cōſpicatus cæteris belluis excellentiorem omnibus, regem ea vehi ſuſpicatus eſt: cūque populi ſui ſeruandi, æternūmq; nomē ſibi cōparandi cauſa ſe intuliſſet, impetum fecit ad eam per mediā aciē animoſe ad dexteram læuámq; cædens, illis ſe hinc atq; illinc dirimentibus, & ſucce dēs elephanto ſe ſuppoſuit, & interfecit eum, quo ſuper ipſum humi collapſo ibidē occubuit. Videntes autē hi vim regiorū, & copiarū impetū, recepe

¶6 vl, aduerſū eos

runt ſe ab illis, regiæq; copiæ[6]obuiā eis'aſcenderunt Hieroſolymā. Cū ergo rex in Iudæa montéque Sion caſtra poſuiſſet, Bethſurgos accepit in deditionē: quibus vrbe egreſſis, eo φ ob vacationem terræ datam alimētis, quibus obſidionē tolerarēt, inſtructa nō eſſet, rex Bethſuram occupauit impoſito ad cuſtodiā eius præſidio. Cæterum ædem ſacram permultos dies obſedit collocatis ibi baliſtis & machinis, atque ignīū lapidūmque tormētis, tū ad mittēda tela ſcorpionibus ac fundis: cōtra quas machinas cū illi rurſum paraſſent alias, pérq; multos dies pugnatū eſſet, nec in horreis alimenta forēt, eo φ annus ageretur ſeptimus, reliquias autē repoſitorū cōſumpſiſſent ij qui à Gētibus ſe receperāt in Iudæā: viri in ſacrario pauci relicti ſunt, eo quòd præualeſcente fame ſuam quiſq; domum eſſent dilapſi. ¶Porrò vt itellexit Lyſias Philippū, quē rex Antiochus viuus adhuc filio ſuo Antiocho in regnū educando præfecerat, è Perſia Mediáque reuerſum eſſe cū copijs quas rex ſecū abduxerat, cūmq; regnū cū adminiſtratione rerū capeſſere, ſubito extimulatus ab arce regē ducéſq; exercitus ac milites adit, & ait. Deficimus in dies, parūmque nobis ſupereſt alimentorum: deinde munitus eſt locus quem obſidemus, regniq; cura incumbit nobis. Nunc ergo dextera hominibus iſtis data, pacē cū eis totáque gente ipſorum pangamus ac firmemus, vt eis ſuis vti legib[9] inſtituto priſtino liceat. Nam propter leges ſuas à nobis abrogatas ira cōmoti hæc omnia patrauerūt. Placuit hæc oratio cū regi cū principibus. Cūmq; miſſi eſſent qui pacem deferrent illis, acceperunt ei cum interpoſito regis & procerum iureiurando. Ob hæc cū illi eſſent egreſſi è munitione, rex ingreſſus montem Sion, locique munitionē cōtemplatus, iuſiurandū quod dederat infregit, & murū iuſſit vndiq; dirui. Deinde feſtinato diſceſſit: cūmq; reuerſus Antiochiam, Philippum repeiiſſet ciuitati dominantem, oppugnauit eum, & vrbem vi cepit.

CAP. VII.

¶1 Ioſeph[9] Tyrum indicat.

ANno cēteſimo quinquageſimoprimo cū Demetrius Seleuci filius Romā profectus, in 'vrbem maritimam' cum paucis eſſet egreſſus, regnúmq;

& quingenti equites ordinati vnicuique beſtiæ electi erant. Hi ante tempus vbicunque erat beſtia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non diſcedebāt ab ea. Sed & turres ligneæ ſuper eos firmæ protegentes ſuper ſingulas beſtias: & ſuper eas machinæ: & ſuper ſingulas, viri virtutis trigintaduo, qui pugnabant deſuper: & intus magiſter beſtiæ. Et reſiduum equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes, tubis exercitū cōmouere, & perurgere cōſtipatos in legionibus eius. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos & æreos, reſplenduerunt mōtes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis. Et diſtincta eſt pars exercitus regis per mōtes excelſos, & alia per loca humilia: & ibāt caute & ordinate. Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & inceſſu turbæ, & colliſione armorum. erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Saura, vnā de beſtijs loricatam loricis regis, & erat eminens ſuper cæteras beſtias. & viſum eſt ei φ in ea eſſet rex: & dedit ſe vt liberaret populū ſuū, & acquireret ſibi nomē æternū. Et cucurrit ad eā audacter in medio legionis interficiens à dextris, & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc. Et iuit [7]ſub pedes elephantis,' & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eū: & cecidit in terrā ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. Et videntes virtutē regis, & impetum exercitus eius, diuerterūt ſe ab eis. Caſtra autē regis aſcenderunt contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt caſtra regis ad Iudæā & montem Sion. Et fecit pacem cum his qui erant in Bethſura: & exierūt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbatha erant terræ. Et comprehendit rex Bethſuram: & conſtituit illic cuſtodiam ſeruare eam. Et conuertit caſtra ad locū ſanctificationis dies multos: & ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis iacula & tormenta ad lapides iactandos, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas & fundibula. Fecerunt autem & ipſi machinas aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem non erant in ciuitate, eo quòd ſeptimus annus eſſet: & qui remanſerant in Iudæa de Gentibus, conſumpſerant reliquias eorū quæ repoſitæ fuerant. Et remanſerunt in Sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt vnuſquiſque in locum ſuum. ¶Et audiuit Lyſias quòd Philippus quē conſtituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium ſuum, & regnaret, reuerſus [8]eſt' à Perſide & Media, & exercitus qui abierat cū ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia: & feſtinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt, & locus quem obſidemus eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cū illis pacem, & cum omni gente eorum: & conſtituamus illis vt ambulēt in legitimis ſuis ſicut prius. propter legitima enim ipſorū, quæ deſpeximus, irati ſunt. & fecerunt omnia hæc. Et placuit ſermo in conſpectu regis & principum: & miſit ad eos pacem facere: & receperūt illam. Et iurauit illis rex & principes: & exierūt de munitione. Et intrauit rex mōtem Siō, & vidit munitionē loci: & rupit citius iuramētum quod iurauit. & mandauit deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſtinäter, & reuerſus eſt Antiochiā, & inuenit Philippū dominantem ciuitati: & pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

ANno cēteſimo quinquageſimoprimo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & aſcēdit cū paucis viris in ciuitatē maritimā, & regnauit

E

Eleazari magnanimitas.

¶7 ſub elephantum.

F

Rex ſuadēte Lyſia init pacem cum Iuda.

¶8 eſſet

Rex fœdus violat.

Occiſis Antiocho & Lyſia Demetri[9] regnat

ſlic. Et factum eſt: vt ingreſſus eſt domum regni
patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antio-
chum & Lyſiam, vt adducerent eos ad eum. Et res
ei innotuit: & ait, Nolite mihi oſtendere faciẽ eo-
rum. Et occidit eos exercitus, & ſedit Demetrius ſu
per ſedẽ regni ſui. ¶Et venerunt ad eum viri ini-
qui & impij ex Iſrael. & Alcimus, dux eorum, qui
volebat fieri ſacerdos. Et accuſauerũt populum a-
pud regem dicentes, Perdidit Iudas & fratres eius
omnes amicos tuos, & nos diſperdidit de terra no
ſtra. Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & vi
deat exterminiũ omne quod fecit nobis in regio-
nibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiuto
B res eorum. Et elegit rex ex amicis ſuis Bacchidem,
qui dominabatur trans flumen magnũ in regno,
& fidelẽ regi: & miſit eum vt videret exterminiũ
quod fecit Iudas. ſed & Alcimũ impium conſtituit
in ſacerdotiũ, & mandauit ei facere vltionem in fi-
lios Iſrael. Et ſurrexerunt, & venerunt cũ exercitu
magno in terrã Iuda: & miſerunt nũtios, & locu-
ti ſunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis
in dolo. Et non intenderunt ſermonibus eorum:
viderunt enim quia venerũt cũ exercitu magno.
Et conuenerunt ad Alcimũ & Bacchidẽ congrega
tio ſcribarum requirere quæ iuſta ſunt: & primi,
Aſſidæi qui erant in filijs Iſrael: & exquirebant ab
eis pacem. Dixerunt enim, Homo ſacerdos de ſemi
ne Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus eſt cũ
eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens, Non infe-
remus vobis malum, neque amicis veſtris. Et credi
C derunt ei. Et comprehẽdit ex eis ſexaginta viros, &
occidit eos in vna die ſecundũ verbũ quod ſcriptũ
eſt, Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ip-
ſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non e-
rat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in o-
mnem populum: quia dixerunt, Non eſt veritas &
iudicium in eis: tranſgreſſi ſunt enim conſtitutũ,
& iuſiurãdum quod iurauerunt. Et mouit Bacchi-
des caſtra ab Ieruſalem, & applicuit in Bethzecha:
& miſit & cõprehendit multos ex eis qui ad ſe re-
fugerãt, & quoſdã de populo mactauit, & in puteũ
magnũ proiecit. Et cõmiſit regionẽ Alcimo, & reli
quit cũ eo auxilium in adiutoriũ ipſi: & abijt Bac
chides ad regẽ. ¶Et ſatis agebat Alcimus pro princi
patu ſacerdotij ſui. & cõuenerũt ad eũ omnes qui
perturbabãt populũ ſuũ, & obtinuerũt terrã Iuda,
& fecerũt plagã magnã in Iſrael. Et vidit Iudas o-
D mnia mala quæ fecit Alcimus & qui cũ eo erant,
filijs Iſrael, multo plus quam Gẽtes: & exijt in om
nes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in
viros deſertores. & ceſſauerũt vltrà exire in regio-
nẽ. Vidit autẽ Alcimus quòd præualuit Iudas & qui
cum eo erãt: & cognouit quia nõ poteſt ſuſtinere
eos, & regreſſus eſt ad regẽ, & accuſauit eos multis
criminib⁹. ¶Et miſit rex Nicanorẽ, vnũ ex princi
pibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exer-
cens cõtra Iſrael: & mãdauit ei euertere populũ.
Et venit Nicanor in Ieruſalẽ cũ exercitu magno,
& miſit ad Iudã & ad fratres ei⁹ verbis pacificis cũ
dolo, dicens, Nõ ſit pugna inter me & vos: veniã cũ
viris paucis, vt videam facies veſtras cũ pace. Et ve-
nit ad Iudã, & ſalutauerũt ſeinuicẽ pacifice: & ho
ſtes parati erant rapere Iudam. Et innotuit ſermo
E Iudæ quoniam cum dolo venerat ad eum: & con-
territus eſt ab eo, & amplius noluit videre faciem
eius. Et cognouit Nicanor quoniam denudatum
eſt conſilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pu-
gnam iuxta Capharſalama. Et ceciderunt de Nica
noris exercitu, ferè quinque millia viri, & fugerũt
in ciuitatẽ Dauid. Et poſt hæc verba aſcendit Nica
nor in montem Sion: & exierunt de ſacerdotibus
populi ſalutare eũ in pace, & demonſtrare ei holo
cauſtomata quæ offerebantur pro rege. Et irridẽs,

Rex impiorũ conſilio mittẽs Bacchidem & Alcimũ in Iudæã, filios Iſrael affligit.

¶ & 

Pſal. 78. a.

Poſt reditũ Bacchidis & Alcimi mittit rex Nicanorem. 1. mach. 15. a.

ibi obtinuiſſet, accidit vt eo regiam maiorum ſuo
rum intrante, exercitus Antiochum & Lyſiã cõpre
henderet, vt eos ad ipſum adduceret. Sed cum ille
recognita vetuiſſet ne ſibi faciẽ eorum oſtenderẽt,
exercitus eos interfecit, & regni ſolium occupauit
Demetrius. ¶Tum adierunt eum viri ex Iſraelitis
nefarij & impijſſimi quique, quorum dux erat af-
fectans ſacerdotium Alcimus, qui populum apud
regem his verbis detulerunt. Iudas & fratres eius
peremerunt omnes amicos tuos, & nos è patria no
ſtra diffugarunt. Nunc igitur mitte virum cui fidẽ
habeas, qui profectus inſpiciat omnẽ calamitatẽ
illam quam ille nobis & regioni regis intulit, vt
puniat eos ſimul & adiutores. Tunc rex deſignatũ
Bacchidem amicũ regium, qui trans fluuium gere
bat poteſtatẽ, magnum in regno, regiq; fidelẽ mi-
ſit, & vnà Alcimũ illum impium, cui decreuit ſa-
cerdotiũ, & pœnas ei ab Iſraelitis expetendas de-
mãdauit. Profecti igitur, & cum magnis copijs in-
greſſi terram Iudaicam, oratores ad Iudã & fratres
eius cũ blandis per dolũ mandatis præmiſerunt.
At illi verbis eorũ non acquieuere, quòd eos cũ copijs
ingentibus adueniſſe viderent. Cõuenit autem ad
Alcimũ & Bacchidẽ ſcribarum cœtus iuris petẽdi
gratia, atq; adeo primi inter Iſraelitas fuerũt Aſi-
dæi, qui pacẽ ab eis poſcerent, quòd diceret, Homo ſa
cerdos aduenit inter copias ex progenie Aaronis,
nec vlla nos afficiet iniuria. Cũ his ille verbis egit
pacificis, & interpoſito iureiurando, Nullũ malũ,
inquit, vobis aut amicis veſtris inferemus. Verum
dũ illi credũt, correptos ex eis ſexaginta viros in-
terfecit vna die, iuxta illud quod ſcriptũ eſt, Cor-
pora ſanctorũ tuorum & ſanguinẽ eorũ effuderũt
circa Hieroſolymã, nec erat qui illa ſepeliret. In-
gruit ergo terror eorũ & horror in vniuerſum po
pulum. Nã aiebant, Nulla eſt in eis fides, nec iuſti
tia, pactũ enim & iuſiurandũ quod dederant, viola
runt. Porrò Bacchides cũ relictis Hieroſolymis ſta
tiua haberet ad Bezaith, miſit cõprehenſum mul
tos quos apud ſe habebat tranſfugarũ, & quoſdã è
populo: quos cũ mactatos in magnũ puteũ proie-
ciſſet, cõmiſſa Alcimo regione, militũ quod ei præ
ſidio foret reliquit apud eũ, ipſeq; ad regẽ reuer-
ſus eſt. ¶Alcimus autẽ decertabat de ſacerdotio, &
cõgregati ad eũ omnes perturbatores populi ſui, oc
cupauerunt terrã Iudaicã, & cladẽ Iſraeli ingentẽ
intulerunt. Vidẽs ergo Iudas omnẽ calamitatem,
qua Alcimus cum ſuis Iſraelitas affeciſſet atrocius
quàm Gẽtes, excurſiones fecit in omnes fines Iu-
dææ circũcirca, & pœnas repetiuit à viris illis de-
ſertoribus, donec ab incurſionibus regionis ſe cõti
nuerũt. Poſtquã autẽ vidit Alcimus Iudam cũ ſuis
præualuiſſe, & ſe nõ eſſe ſuſtinẽdis illis cognouit, re
uerſ⁹ ad regẽ, peſſime eos criminat⁹ eſt. ¶Quapro
pter rex Nicanorẽ miſit vnũ è principib⁹ ſuis exi-
miũ inimicũ Iſraelitis & infeſtũ, & ei excidiũ po-
puli demãdauit. Cũ ergo Nicanor magna vi veniſ-
ſet ad Hieroſolymã, ad Iudã & fratres eius miſit,
qui verbis per dolũ blãdis ita dicerẽt, Nequa inter
nos & vos pugna intercedat, veniã paucis comita
tus, vt ora veſtra cũ pace cõſpiciam. Verũ cũ ad Iu
dã veniſſet, pacifica cõſalutatione inuicẽ facta, ho-
ſtes Iudã parabãt abripere: qua re Iudæ cognita, ſe
vtiq; per dolũ eſſe conuentũ, expauit illũ, nec por-
rò voluit in cõſpectu eius permanere. Vt igitur co
gnouit Nicanor cõſilium ſuũ eſſe detectũ, obuiam
Iudæ proceſſit ad Capharſalama, & occubuerunt
de exercitu Nicanoris circiter quingenti viri, reli
qui autẽ in vrbẽ Dauidis aufugerunt. His rebus ita
geſtis, cũ Nicanor aſcẽdiſſet in montẽ Siõ, exierũt
ad eũ è ſacerdotib⁹ ex ſacrario, & è Senatu populi
qui eũ ſalutarẽt pacifice, & holocauſtũ ei, quod pro
rege offerebatur, oſtenderent. At illi irridere eos,

¶ 1 Βηζαιθ. al. Βηζεθ. al. Bethſeca. Ioſeph⁹ Birzito.

¶ 2 al. Capharſarama.

& habere ludibrio, violare eos, atque ſuperba lo-
qui, tum iurare furibundus, ac dicere, Niſi traditus
fuerit Iudas & exercitus eius in man⁹ meas in prę
ſentia, vbi primum incolumis rediero, ſuccendam
domum iſtam. ūmálque cū ira magna exijt. ¶Tū
¶4 Quod proprie היכל dicitur.
ingreſſi ſacerdotes ante altare & ⁴templum⁴ ſtātes
lamentati ſunt, ac dixerunt, Tu ædem hanc inuo-
cando in ea nomini tuo delegiſti, vt dom⁹ oratio-
nis foret populo tuo & precationis: ſtatue exemplū
in hominem hunc & exercitū eius, vt gladio tru-
cidentur: recordare maledicta eorū, ne locum eis
dederis. ¶Egreſſus itaque Hieroſolymis Nicanor,
inſedit Bethoron, ibi que auctus eſt copiis Syria-
¶5 al, Adaſis.
cis. Iudas verò ⁵Adatis⁵ ſtatiua habuit cū tribus vi-
rorum millibus. Ibi Iudas orauit, ac dixit, Olim cū
ijqui à rege miſſi fuerant, male eſſent locuti, exor
tus angelus tuus centum octoginta quinque mil-
lia ex ipſis interfecit. Eodem hodie modo dele ex-
ercitum hunc in conſpectu noſtro, vnde cæteri di-
ſcat eum infauſte locutū eſſe aduerſum ſacra tua,
adeòque in eum pro malitia ipſius animaduerte.
Poſtea prælio inter acies cōmiſſo die menſis Adar
tertiadecima, fuſa eſt acies Nicanoris, ipſéq; in pu
gna primus eſt interfectus: quē vbi cæſum eſſe vi-
derunt ipſius copiæ, abiectis armis ſuis fugam ce-
pere. Cúmque per iter vnius diei ab Adaſis vſq; ad
Gazera fugarentur, & canerent poſt eas quibus ſi-
gna dabantur claſſica, prouolabant vndique ex vi
cis Iudææ, qui eas altera ī parte impellerēt: & his
aduerſus illos cōtendentibus gladio cæſi ſunt om-
nes, vt ne vnus quidem ex illis euaſerit. Tū hi ſpo-
lijs lectis prædáque parta, caput Nicanoris & de-
xteram, quam ſuperbe protenderat, amputarunt.
Cúmq; ablata hæc ſuſpendiſſent iuxta Hieroſoly-
mam, populus admodū lætatus diem illū celebra-
uit vt ingētis lętitiæ diē, & eā annis ſingulis deci-
māterttā menſis Adar agitandā inſtituit. Ita regio
Iudaica paucis diebus pacata eſt. CAP. VIII.

Audijt autem Iudas nomen Romanorum, quan
tum valerent potētia, quámque beneuolos ſe
præſtarent omnibus fautoribus ſuis in amicitiam
ipſorum venientibus. ſancientibúſque cum eis ſo-
cietatem: & quantum opibus pollerēt: tum etiam
bella eorum ipſi relata ſunt, & res aduerſum Gal-
los fortiter geſtæ, quos ſcilicet deuictos ſibi reddi
diſſent tributarios. Deinde quæ geſſiſſent in pro-
uincia Hiſpania, metallis auri & argenti, quę ſunt
illic potiti, dominiq; tract⁹ illius omnis facti cōſi
¶1 τῶν ἐπελθόντων ἐπ' αὐτοὺς ἀπ' ἄκρου,
lio ſuo, & magnanimitate, (quāuis procul admodū
ab ipſis abeſſet loc⁹,) regib⁹ ¹qui eos ab vltimis ter
ris bello petiuiſſent, oppugnādis, ¹donec profligaſ
ſent illos, cladéque ingenti affeciſſent, reliquis tri-
butum ipſis annuū pendentibus. Præterea vt Phi-
lippum & Perſen Cithieorū regē, cæteróſq; qui ar
ma aduerſus eos tulerant, domuiſſent: & Antioch⁹
ille magnus Aſiæ rex, qui bellum eis cētum & vi-
ginti elephantis, atque equitatu, curribúſque, &
perquam magno exercitu inſtructus intulerat, fu-
ſus eſſet ab illis, captúſq; viuus, eóque imperaſſent
tā ipſi quàm ſucceſſuris ei regib⁹ tributū ingēs ſi-
bi pendendū, dedóſque obſides, vtque facta diuiſio
ne regiones Indiā, Mediā, Lydiā, partémq; amœniſ
ſimarū ipſius regionū, ab eo acceptas tradidiſſent
Eumeni regi. Adhæc Græcis adoriri eos & excinde
re deliberantibus, ipſos vt rem cognouerunt, duce
vno aduerſus eos miſſo, bellóq; illato cæſos ex eis
interemiſſe multos, captiſque plurimis cū vxori-
bus eorundē & liberis, deprædatos eſſe eos, & terra
ipſorū potitos: tū diruiſſe munitiōes eorū, & poſt-
quā prędā fecerint illos, & miſerint in ſeruitutem
ad præſentē vſque diem obtinere. Reliqua regna
& inſulas, quæcūque tandem ſeipſis oppoſuiſſent,
deuaſtaſſe & redegiſſe in ſeruitutē, verū cū amicis

ſpreuit eos, & polluit: & locut⁹ eſt ſuperbe, & iura-
uit cū ira, dicens, Niſi traditus fuerit Iudas, & exer
citus eius in manus meas: continuò cum regreſſus
fuero in pace, ſuccēdam domū iſtam. & exijt cum
ira magna. ¶Et intrauerūt ſacerdotes, & ſteterunt
Oratio ſacerdotum aduerſus Nicanorē.
ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt,
Tu Domine elegiſti domum iſtam ad inuocādum
nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis & ob-
ſecrationis populo tuo: fac vindictam in homine
iſto, & exercitu eius, & cadāt in gladio: memento E
blaſphemias eorū, & ne dederis eis vt permaneāt.
¶Et exijt Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit
Iudas oratione facta Nicanorē interficit.
ad Beth-horō & occurrit illi exercit⁹ Syriæ. Et Iu
das applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris:
& orauit Iudas, & dixit, ¶Qui miſſi erant à rege Sē-
nacherib, Domine, quia blaſphemauerunt te, exijt
4. Re. 19. g. Tob. 1. d. eccli 48. d. Iſa. 37. g.
angelus, & percuſſit ex eis cētum octogintaquin-
que millia: ſic contere exercitum iſtum in conſpe
ctu noſtro hodie, & ſciant cæteri quia male locut⁹
eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſecūdum ma-
litiam illius. Et commiſerunt exercitus præliū ter-
tiadecima die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra
Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prælio. Vt autē
vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nicanor, proie-
cerunt arma ſua, & fugerunt: & perſecuti ſunt eos
viam vnius diei ab Adazer, vſquequo veniatur in
Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignifica-
tionibus. & exierūt de omnibus caſtellis Iudææ in
circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuerte-
bātur iterum ad eos, & ceciderūt omnes gladio, &
non eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpo
lia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputa
uerunt, & dextrā eius quam extēderat ſuperbe, &
attulerunt, & ſuſpenderunt contra Ieruſalē. Et læ-
tatus eſt populus valde, & egerunt diem illā in læ
titia magna. Et cōſtituit agi omnibus annis diem
iſtam tertiadecima die menſis Adar. Et ſiluit terra
Iuda dies paucos.

CAP. VIII.

Et audiuit Iudas nomē Romanorum quia ſunt
Iudas Romanorum res bene geſtas conſiderās, pacē cum eis init.
potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ
poſtulantur ab eis. & quicunque acceſſerūt ad eos,
ſtatuerunt cum eis amicitias, & quia ſunt potētes
viribus: & audierunt prælia eorum, & virtutes bo-
nas quas fecerūt in Galatia, quia obtinuerunt eos
& duxerunt ſub tributum: & quanta fecerūt in re-
gione Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatem redegerunt
metalla argenti & auri quæ illic ſunt, & poſſede-
runt omnem locum conſilio ſuo & patientia: lo-
cáque quæ longe erāt valde ab eis, & reges qui ſu
peruenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt,
& percuſſerunt eos plaga magna: cęteri autē dant
eis tributum omnibus annis. Et Philippū & Per-
ſen Ceteorum regem, & cæteros qui aduerſum eos
arma tulerant contriuerunt in bello, & obtinue-
runt eos. & Antiochum magnum regem Aſiæ, qui
eis pugnam intulerat, habens centum viginti ele-
phantes, & equitatum, & currus, & exercitum ma-
gnum valde, contritum ab eis: & quia ceperunt
eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe & qui re
gnarent poſt ipſum, tributum magnum, & daret B
obſides, & conſtitutum: & regionem Indorum, &
Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, &
acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi. & quia
qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tolle-
re eos: & innotuit ſermo his, & miſerūt ad eos du
cem vnum, & pugnauerūt contra illos. & cecide-
runt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eo-
rum, & filios, & diripuerunt eos. & terram eorum
poſſederunt, & deſtruxerunt muros eorū, & in ſer
uitutē illos redegerunt vſque in hunc diē: & reſi-
dua regna, & inſulas quæ aliquando reſtiterāt il-
lis, exterminauerunt, & in poteſtatē redegerūt. Cū

amicis autẽ ſuis. & qui in ipſis requiem habebãt,
cõſeruauerũt amicitiam, & obtinuerũt regna quę
erant proxima, & quæ erant longe: quia quicunq;
audiebant nomen eorum, timebãt eos. Quibus ve-
rò vellẽt auxilio eſſe vt regnarẽt, regnabant: quos
autem vellent, regno deturbabant: & exaltati ſunt
valde. Et in omnib' iſtis nemo portabat diadema,
C nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.
Et quia Curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſule-
bant trecentos viginti conſilium agentes ſemper
de multitudine, vt quæ digna ſunt, gerant. Et cõ-
mittunt vni homini magiſtratũ ſuum per ſingu
los annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ: & omnes
obediũt vni, & non eſt inuidia, neque zelus inter
eos. Et elegit Iudas Eupolemũ filium Iohãnis fi-
lij Iacob, & Iaſonem filiũ Eleazari, & miſit eos Ro
mã conſtituere cum illis amicitiã & ſocietatẽ: & vt
auferrent ab eis iugũ Græcorũ, quia viderũt quòd
in ſeruitutem premerent regnum Iſrael. Et abie-
runt Romam viã multam valde, & introierunt Cu
riam, & dixerunt, Iudas Machabæus, & fratres ei',
& populus Iudæorum miſerũt nos ad vos ſtatuere
vobiſcum ſocietatem & pacẽ, & conſcribere nos ſo
Reſcriptũ cios & amicos veſtros. Et placuit ſermo in conſpe-
Romano- ctu eorum. ¶ Et hoc reſcriptum eſt quod reſcripſe
rum ad Iu runt in tabulis æreis & miſerunt in Ieruſalẽ, vt eſ
dæos. ſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis. B E
D NE SIT ROMANIS & gẽti Iudæorũ in ma
ri & in terra in æternũ: gladiuſq; & hoſtis procul
ſit ab eis. Quòd ſi inſtiterit bellum Romanis pri',
aut omnib' ſocijs eorũ in omni dominatione eo-
rũ: auxilium feret gens Iudæorũ, prout tẽpus di-
ctauerit, corde pleno: & præliãtib' non dabũt neq;
ſubminiſtrabũt triticũ, arma, pecuniã, naues, ſicut
placuit Romanis: & cuſtodient mãdata eorũ, nihil
ab eis accipiẽtes. Similiter autẽ & ſi gẽti Iudæorũ
prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex a-
nimo, prout eis tempus permiſerit: & adiuuãtibus
non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, ſicut
placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorũ abſ-
que dolo. Secundum hæc verba conſtituerunt Ro-
mani populo Iudæorũ. Quòd ſi poſt hæc verba hi
aut illi addere aut demere ad hæc aliquid volue-
rint, facient ex propoſito ſuo: & quæcũque addide
rint vel dẽpſerint, rata erũt. Sed & de malis quę De
metrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei, dicẽtes, Qua
re grauaſti iugum tuum ſuper amicos noſtros, &
ſocios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduer-
ſum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus te-
cum mari terraque. CAP. IX.

Nicanore INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nica-
mortuo, nor & exercitus eius in prælio, appoſuit & Bac-
rurſũ mit- chidem & Alcimum rurſum mittere in Iudæam,
tit Deme- & dextrum cornu cum illis. Et abierũt viam quæ
trius Bac- ducit in Galgala, & caſtra poſuerunt in Maſaloth,
chidem & quę eſt in Arbellis: & occupauerunt eã, & pereme-
Alcimũ cõ runt animas hominũ multas. In menſe primo an-
tra Iudam ni centeſimi & quinquageſimiſecundi applicue-
runt exercitum ad Ieruſalem: & ſurrexerunt, & a-
bierunt in Berean viginti millia virorum, & duo
millia equitum. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa,
& tria millia viri electi cum eo: & viderunt multi
tudinem exercitus quia multi ſunt, & timuerunt
valde: & multi ſubtraxerunt ſe de caſtris, & nõ re-
manſerunt ex eis niſi octingenti viri. Et vidit Iu-
das quòd defluxit exercitus ſuus, & bellum perur-
gebat eũ, & confractus eſt corde: quia nõ habebat
tẽpus congregãdi eos, & diſſolutus eſt. Et dixit his
qui reſidui erãt, Surgamus, & eam' ad aduerſarios
noſtros, ſi poterimus pugnare aduerſus eos. Et a-
uertebãt eũ, dicẽtes, Nõ poterimus, ſed liberem' a-
nimas noſtras modo, & reuertamur ad fratres no
ſtros: & tũc pugnabimus aduerſus eos: nos autem

ſuis & fautoribus amicitiam cõſeruare. Ita regnis
omnibus tam propinquis quàm remotis potitos eſ
ſe, omnibus qui nomẽ eorum audiſſent terribiles.
Quoſcunque denique voluiſſent adiutos ipſi, & in
regna inductos, eos regnare, rurſúmque è regno
deduci quos voluiſſent. Cúmque magnis aucti eſ-
ſent incrementis, diadema tamen in omnibus his
geſtare neminem ipſorũ, nec purpura qua ſe ma-
gnifice gereret indui, ſed eos Senatũ legiſſe ſibi,
& quotidie cõſilium inire trecentos & viginti Se-
natores de rectè regenda multitudine ſemper cõ-
ſultãtes. Porrò vni homini imperium annuũ ſuũ
cõmittere, qui vniuerſæ ipſorũ terræ dominetur,
cui omnes dicto ſint audientes: nec inuidiam eſſe
inter eos, aut æmulationẽ. Iudas itaque delectos
Eupolemũ Iohãnis [1]Accos[1] nati filiũ, & Eleazari fi- ¶1 Al, Ia-
lium Iaſonem Romam miſit ad amicitiam pangẽ cob.
dã cum Romanis & ſocietatẽ, per quã iugo leuarẽ
tur, eo ꝙ ſeruitute premi viderẽt à regno Græco-
rum Iſraelẽ. Hi profecti Romã itinere perquã lon-
ginquo, vt ad Senatũ ingreſſi ſunt, ſic orſi, Iudas il
le Machabæus, inquiũt, & fratres eius, omniſq; po
pulus Iudaicus nos huc mittunt, vt ſocietatẽ & pa
cem vobiſcũ ineamus, ſocijque veſtri ſcribamur &
amici. Hæc apud illos gratioſa fuit oratio, & hoc
eſt exẽplũ epiſtolæ, quã reſcriptã in tabulis æreis
miſerũt Hieroſolymã, vt illic apud Iudæos eſſet re
poſitum monumẽtum pacis & ſocietatis. QVOD
FELIX FAVSTVMQVE SIT Romanis gen
tiq; Iudaicæ tã mari quàm terra in perpetuũ. [1]Gla
dius[1] quidẽ & hoſtis procul ab his abeſto, verũtamẽ ¶1 vl, Bel-
ſi bellũ in Romanos motũ prius fuerit, aut in quoſ lum
cunque eorũ ſocios, vbicũque dominatũ obtinent,
auxiliũ feret ipſis gens Iudaica plena voluntate,
prout tẽpus dictauerit: & hoſtibus nec frumẽta da
bit, nec arma, pecuniã, naues ſubminiſtrabit, pro-
ut Romanis id placuerit, quorũ præſcripta ſerua-
bit nulla mercede. Similiter autẽ ſi bellũ genti Iu-
daicæ extiterit priori, auxilia dabũt Romani bona
fide, prout tẽpus eos monuerit: belliſq; iuuanti
bus nec frumentũ ſuppeditabitur, nec arma, pecu
niæ, naues: [4]prout Romanis viſum fuerit eſſe faciẽ ¶4 vl, iu-
dũ:[4] ſed hæc præſcripta ſeruabũt citra dolũ malũ. xta decre-
In hæc verba Romani pacti ſunt cum populo Iu- tum Roma
daico. Quòd ſi ad hæc verba decreuerint hi aut illi norum:
addere quippiã, aut demere, alterorũ id faciẽt vo-
lũtate: ratũmq; eſto quicquid addiderint aut dẽpſe
rint. Porrò de malis quib' rex Demetrius Iudæos
afficit, his verbis ei ſcripſim', Quare iugo tuo gra
uaſti amicos noſtros & ſocios Iudæos? Certè ſi nos
adierint aduerſum te denuo, perſequemur ius eo-
rũ, & bellũ tibi terra marique faciem'. CAP. IX.

VT autẽ intellexit Demetri' quomodo Nicanor
cũ copijs ſuis bellũ geſſiſſet, denuo miſit Bacchi
dẽ & Alcimũ in terrã Iudaicã, attributo ipſis cor-
nu dextero. Qui itinere ad Galgala ducẽte profecti cũ
ad [1]Maſaloth,[1] quę in Arbellis eſt, caſtra poſuiſſent, ¶1 Al, μεσαλωθ.
capta ea vitã plurimis hominib' eripuerũt. Deinde
mẽſe anni cẽteſimi quinquageſimiſecundi primo
caſtris Hieroſolymã motis profecti Bereã cũ vigin-
ti millibus peditũ, equitũmq; millibus duobus per
uenerũt. Iudas autẽ ſtatiua habebat [1]Eleaſæ[1] cũ tri- ¶1 Al, in
bus lectorũ virorũ millibus, qui vim ingentẽ exer Laiſa.
citus videntes, exterriti ſunt vehementer. multiq; è
caſtris dilapſi, vt præter viros octingentos ex illis
nemo relinqueretur. Vidẽs ergo Iudas exercitum
ſuũ eſſe dilapſum, & ſe bello premi, fractus animo,
eo ꝙ tẽpus recolligẽdi illos nõ haberet, cõſterna-
tuſq; hortatur reliquos, Exorti aggrediamur ho-
ſtes noſtros, ſi fortè poſſimus eos debellare. At illi
abſterrere eũ, ac dicere, Minime poterim': quin po
tius vitæ noſtrę cõſulamus in præſẽtia. Reuertere:
nã fratres noſtri dilapſũ ſunt, & nos aduerſus iſtos

pugnemus cũ pauci ſimus? Tum Iudas, Abſit hoc à me facinus, inquit, vt iſtos fugerim. Quandoquidẽ dies noſtra venit, moriamur pro fratribus noſtris fortiter, nec exiſtimationi noſtræ probrũ relinquamus. Interim è caſtris proceſſit exercitus, & ex aduerſo his conſtitit. Erat autem equitatus bifariam diuiſus, & præcedebant exercitũ funditores ac ſagittarij, primámque robuſtiſſimi quique tenebant aciem. Bacchides verò erat in cornu dextero. Certamen igitur inierunt phalãges vtrinque tubis ſigna canentibus, & inſonuerunt etiam ab Iudæ copijs claſſica adeò vt terra præ ſonitu exercituũ cõtremiſceret. Cum autem commiſſo prælio à mane vſque ad veſperam pugnatum eſſet, conſpicatúſq; eſſet Iudas Bacchidem cum firmamento exercitus

¶ 1 Al, [illegible] in parte dextera, iunxerunt ſe ei[1] animo fidentiſſimi quique, & fuſo cornu dextero fugientes vſque ad montẽ Azoti perſecuti ſunt. Cæterum qui tenebant ſiniſtrum cornu, dexterum cornu fuſum eſſe vidẽtes, cum ſe in veſtigia Iudæ & ſociorum eius à tergo circumegiſſent, ingraueſcente certamine dum cæſi hinc inde crebri cadunt, Iudas quoq; occubuit, & reliqui fugam ceperunt. Tum Ionathan & Simon ſublatum Iudam fratrẽ ſuum ſepulchro maiorum ſuorũ Modini tradiderunt: & defleuerunt eum ac planxerunt Iſraelitæ omnes ingenti comploratione, luxerúntque diebus multis, dictitãtes, Siccine cecidiſſe ſtrenuum ſeruatorem Iſraelis? Cæterum rerũ Iudæ & bellorum fortiúmque factorũ eius, atque rerum ad eorũdem amplitudinem per

¶ 4 πολλὰ γὰρ tinentium ſuperſunt quæ non ſunt ſcripta:[4] ſiquidem permulta fuerunt. ¶ Porrò poſt obitũ Iudæ accidit vt proferrent ſe homines nefarij in omnibus finibus Iſraeliticis, & iniuſtiſſimi quique exiſterent: quibuſcum orta fame tẽporibus illis perquam graui, regio deſciuit. Tũ Bacchides delectos viros illos impios regionis dominos cõſtituit, qui amicos Iudæ inquirere & inueſtigare, & eos ad Bacchidẽ ducere pœnis afficientem eos, & habentẽ ludibrio. Et accidit calamitas Iſraelitis ingens, qualis nulla extitit, ex quo nõ viſus fuit inter illos propheta. Proinde omnes amici Iudæ cõgregati ad Ionathã, Ex quo, inquiũt frater tuus Iudas mortẽ oppetijt, nõ extat vir ei ſimilis qui ſe opponat hoſtibus noſtris & Bacchidi, gentiſque noſtræ inimicis. Nũc igitur te delegimus hodie, vt princeps noſter ſis loco eius, & dux qui geras bellum noſtrum. Ita Ionathas principatũ ſuſcepit illo tẽpore, & ſucceſſit Iudę fratri ſuo. Quod cum cognouiſſet Bacchides, ad necẽ eũ quęrebat. Hac re itellecta Ionathas & Simon frater eius cũ ſocijs omnibus confugerũt in deſertum Thecuæ, & ad aquas lacus Aſphat caſtrametati ſũt. Bacchides autẽ obſeruato ſabbatho

¶ [illegible]
¶ [illegible] rũ die, cũ[5] omni exercitu ſuo venit [6] ad orã Iordanis. Interea cũ Ionathan fratrẽ ſuum populi ducẽ ad Nabathæos amicos ſuos miſiſſet ſupplicẽ, vt apud eos ſarcinas ſuorũ, quas multas habebãt, deponeret, natio[7] Ambri[7] facta eruptiõe ex Medaba cepit

¶ [illegible] al, [illegible] Iohãnẽ, & prẹda omniũ quę habebat onuſta abijt. ¶ Cæterũ his rebus ita geſtis, cũ Ionathæ fratriq; ei[9] Simoni nunciatũ eſſet eãdẽ nationẽ Ambri nuptias magna celebrare frequẽtia, & ducere ſpõſam

¶ 8 Al, Medaba, vt etiam Ioſephus habet. è[8] Nadabath[9] filiã cuiuſdã primatis iter Chananæos potẽtis cũ ingẽti pompa, memores Iohãnis fratris ſui aſcẽdunt, & ſe ſub latebris mõtis abſcondũt. Cũque ſublatis oculis repente vidiſſent turbã, & apparatũ multũ, ſponſúmque cũ amicis ſuis exeũtem, atque fratres eius obuiã his cũ tympanis, organis, armiſq; plurimis veniẽtes, ex inſidijs in eos exurrexerũt, & trucidatis eorũ cędẽdoq; proſtratis multis, reliquis verò fugatis in mõtẽ, omnib[9] eorũ ſpolijs potiti ſunt. Ita nuptiæ in luctũ cõuerſæ ſunt, & ſonus eorum muſicus in fletũ: hi verò ſanguinem

pauci ſumus. Et ait Iudas, Abſit iſtam rem facere, vt fugiamus ab eis: & ſi appropiauit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit exercitus de caſtris, & ſteterũt illis obuiã: & diuiſi ſunt equites in duas partes, & fundibularij & ſagittarij præibãt exercitũ, & primi certaminis omnes potẽtes. Bacchides autẽ erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis: exclamauerunt autẽ & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipſi, & cõmota eſt terra à voce exercituum, & commiſſum eſt prælium a mane vſque ad veſperã. Et vidit Iudas quòd firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dexteris, & conuenerũt cum ipſo omnes cõſtãtes corde: & contrita eſt dextera pars ab eis, & perſecutus eſt eos vſque ad mõtem Azoti. Et qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt quòd contritum eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt poſt Iudam & eos qui cũ ipſo erant à tergo: & ingrauatum eſt prælium, & ceciderũt vulnerati multi ex his & ex illis: & Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepulchro patrũ ſuorum in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus Iſrael plãctu magno: & lugebant dies multos, & dixerunt, Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat populum Iſrael? Et cætera verba bellorum Iudæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non ſunt deſcripta. multa enim erant valde. ¶ Et factũ eſt poſt obitum Iudæ emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſrael, & exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatẽ. In diebus illis facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bacchidi omnis regio eorum cum ipſis. Et elegit Bacchides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis: & exquirebant & perſcrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die qua non eſt viſus propheta in Iſrael. Et congregati ſunt omnes amici Iudę, & dixerunt Ionathæ, Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt qui exeat contra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nunc itaque te hodie eligimus eſſe pro eo nobis in principẽ & ducem ad bellandum bellum noſtrum. Et ſuſcepit Ionathas tempore illo principatũ, & ſurrexit loco Iudæ fratris ſui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eũ occidere. Et cognouit Ionathas & Simõ frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in deſertũ Thecuæ, & conſederunt ad aquam lacus Aſpher. Et cognouit Bacchides: & die ſabbatorum venit ipſe & omnis exercitus eius trans Iordanem: & Ionathas miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos ſuos, vt[c] commodarent[c] illis apparatum ſuum qui erat copioſus. Et exierũt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohãnem & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. ¶ Poſt hæc verba, renunciatũ eſt Ionathæ & Simoni fratri eius quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna. Et recordati ſunt ſanguinis Iohãnis fratris ſui: & aſcenderunt, & abſconderunt ſe ſub tegumento montis. Et eleuauerunt oculos ſuos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & ſponſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & muſicis, & armis multis. Et ſurrexerunt ad eos ex inſidijs, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in montes: & acceperunt omnia ſpolia eorũ, & conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum ipſorum in lamentum. Et vindicauerunt v[illegible]-

B

Iudas interficitur. C

Impij affligẽtes amicos Iudæ.

Ionathan fratri ſubſtituitur Iudæi.

D

¶ c commodarent

dictam ſanguinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ri-
pā Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die ſab-
E bathorum vſque ad oram Iordanis in virtute ma-
gna. Et dixit ad ſuos Ionathas, Surgamꝰ, & pugne
mus contra inimicos noſtros. non eſt enim hodie
ſicut heri, & nudiuſtertiꝰ. ecce enim bellum ex ad-
uerſo, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ &
paludes, & ſaltus: & nō eſt locus diuertendi. §Nunc
ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu ini
micorum veſtrorū. Et commiſſum eſt bellū. Et ex-
tendit Ionathas manum ſuā percutere Bacchidē,
& diuertit ab eo retro: & diſſilijt Ionathas & qui
cū eo erant in Iordanem, & tráſnatauerunt ad eos
Iordanē: & ceciderunt de parte Bacchidis die illa
mille viri: & reuerſi ſunt in Ieruſalē, & ædificaue-
rūt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ
erat in Iericho, & in Ammaum, & in Beth-horon,
& in Beth-el, & Thamnata, & Phara, & Thopo mu
ris excelſis & portis & ſeris. Et poſuit cuſtodiā in
eis, vt inimicitias exercerent in Iſrael: & muniuit
ciuitatem Bethſuram, & Gazaram, & arcem, & po-
ſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum: & acce-
pit filios principū regionis obſides, & poſuit eos in
F arce in Ieruſalem in cuſtodiā. ¶Et anno cētēſimo
quinquageſimotertio, menſe ſecundo præcepit Al-
cimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris, &
deſtrui opera prophetarum: & cœpit deſtruere. In
tēpore illo percuſſus eſt Alcimus: & impedita ſunt
opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutꝰ eſt
paralyſi, nec vltrà potuit loqui verbum & manda-
re de domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus in tempo
re illo cum tormento magno. ¶Et vidit Bacchides
quoniam mortuus eſt Alcimus: & reuerſus eſt ad
regem, & ſiluit terra Iuda annis duobus. Et cogita
uerunt omnes iniqui, dicētes, Ecce Ionathas & qui
cum eo ſunt, in ſilentio habitant cōfidenter: nunc
ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos
omnes vna nocte. Et abierunt, & conſilium ei dede
runt. Et ſurrexit vt veniret cum exercitu multo: &
miſit occulte epiſtolas ſocijs ſuis qui erant in Iu-
dæa, vt comprehenderēt Ionathan & eos qui cum
eo erant: ſed non potuerunt, quia innotuit eis con
ſilium eorū. Et apprehendit de viris regionis, qui
principes erant[6]militiæ' quinquaginta viros, & oc
cidit eos. & ſeceſſit Ionathas, & Simon, & qui cum
eo erant in Bethbeſſen, quæ eſt in deſerto: & ex-
G truxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuerſam multitu-
dinem ſuam: & his qui de Iudæa erant denuntia-
uit. Et venit, & caſtra poſuit deſuper Bethbeſſem:
& oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas.
Et reliquit Ionathas Simonē fratrem ſuum in ci-
uitate, & exijt in regionem, & venit cum numero,
& percuſſit Odaren & fratres eius, & filios Phaſerō
in tabernaculis ipſorum, & cœpit cædere & creſce-
re in virtutibus. Simon verò, & qui cum ipſo erāt,
exierunt de ciuitate, & ſuccenderunt machinas, &
pugnauerunt contra Bacchidem, & cōtritus eſt ab
eis, & afflixerunt eū valde, quoniam conſilium eiꝰ
& congreſſus eius erat inanis. Et iratus contra vi-
ros iniquos qui ei conſilium dederant vt veniret
in regionem ipſorum, multos ex eis occidit: ipſe
autem cogitauit cum reliquis abire in regionem
ſuam. ¶Et cognouit Ionathas: & miſit ad eū lega-
tos componere pacē cum ipſo, & reddere ei capti-
uitatem. Et libenter accepit, & fecit ſecundum ver-
ba eius. & iurauit ſe nihil facturum ei mali omni-
bus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatē quā
prius erat prędatus de terra Iuda: & conuerſus ab-
ijt in terram ſuā, & non appoſuit amplius venire
in fines eius. Et ceſſauit gladiꝰ ex Iſrael & habita-
uit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iu
dicare populum, & exterminauit impios ex Iſrael.

Conflictus Ionathæ & Bacchidis.

2.Para.20.a

Alcimus paralyſi diſſolutus interijt.

Reuerſus ad regem Bacchides, impiorum ſuaſu Ionathan aggreſſus vincitur.

¶[6] maliciæ

Fœdus Ionathæ cū Bacchide.

fratris ſui graui vindicta expiarūt, & reuerſi ſunt
ad[9]paludem' Iordanis. Quod cum intellexiſſet Bac
chides, & veniſſet ad ripam Iordanis cum exercitu
multo die ſabbathorum, Ionathas ſuos ita allocu
tus eſt, Exurgamus nunc, & pro vita noſtra pugne
mus. nō enim iam ſe res habet vt heri aut nudiuſ-
tertius. nam ecce bellum nos vrget à frōte & à ter
go, aquæ verò Iordanis hinc atq; illinc, tum palu-
des & ſaltus, nec locus patet effugio. Nūc ergo cla
mate in cælum, vt è manu hoſtiū veſtrorum libe-
remini. Porrò cū commiſſo prælio Ionathas exten
ta manu appetiuiſſet Bacchidem, illéque ab eo re-
tro declinaſſet. Ionathas & qui cum eo erāt capto
[10]in' Iordanē ſaltu, in vlteriorē ripam tranauerūt,
nec hi poſt eos traiecerunt Iordané. Cæſi ſunt autē
illa die milites Bacchidis ad mille, ipſe verò reuer
ſus Hieroſolymā, vrbes muniuit extructionibus in
Iudæa, propugnaculū Iericho ſcilicet, & Emmaum
ac Bethoron, itémque Bethel, atq; Themnatha, Pha
rathoni, Tepho muris altis, portis & clauſtris, præ-
ſidiáque inſuper ad Iſraelē infeſtādum impoſuit.
Muniuit & vrbē Bethſuram, & Gazarā atq; arcem,
inſtruxitq; eas præſidijs, & impoſito cōmeatu. Ad
hæc filios principū regionis accepit obſides, & eos
curauit aſſeruandos cuſtodiis in arce Hieroſolymi-
tana. ¶Anni cētēſimi quinquageſimi tertij menſe
ſecūdo cum Alcimus iuſſiſſet murū atrij interio-
ris ſacræ ædis dirui, & opera prophetarū deſtrui,
iámq; aggreſſus eſſet demolitionem, ipſo illo tēpo
re tactus eſt idem Alcimus. & opera eius impedita
ſunt: nam occluſum eſt os illiꝰ præ paralyſi, vt ver
bū eloqui non poſſet, nec teſtamentū condere: ſed
vt illo tempore cum magno cruciatu moreretur.
¶Videns ergo Bacchides Alcimū eſſe mortuum, re
uerſus eſt ad regē: quare cum terra Iudaica duobꝰ
annis interquieuiſſet, nefarij omnes inito cōſilio,
Ecce Ionathas, inquiūt, & ſui ſecuri quietem agūt,
quāobrem nunc exciteamus Bacchidē, qui eos om-
nes vna nocte capiat. profectiq; cōſilium ſuū cum
eo cōmunicarunt. Venit igitur ille cū copijs ingen
tibus iter ingreſſus: ſimul epiſtolas clàm miſit ſo-
cijs ſuis omnibus qui in Iudæa erant, vt Ionathan
cū ſuis caperent. Verum hoc nō perfecerunt: nā illi
conſilio iſtorū ſibi renūciato, comprehēſis regio-
nis incolas aliquot ſceleris duces viros ad quinqua
ginta [11]occiderūt.' Deinde Ionathas & Simon cum
ſuis ſe receperūt[12]Bethbaſin,' quæ eſt in deſerto, &
eam quæ diruta fuerat reparatā muniérunt. His co
gnitis Bacchides poſtquam coegit omnes copias
ſuas, euocatis etiā ex Iudæa militibus, profectꝰ ca-
ſtra poſuit ad Bethbaſin, eámque machinis extru-
ctis per dies multos oppugnauit. Tū Ionathas Si-
mone fratre ſuo in vrbe relicto, in agrū exijt, & e-
ducta numeroſa manu cæde affecit [13]Odomerā,' &
fratres eius, filióſq; Phaſiron oppreſſos in taberna
culis ſuis. Cum autē cœpiſſet cædere, & viribus ma
gis magiſq; proficeret, Simon quoq; eruptionē ex
vrbe fecit cum ſuis, qui machinas ſuccenderūt, cō-
miſſáque cum Bacchide pugna, fuderūt eum gra-
uiter afflictū. Quia igitur conſilium eius & expedi
tio fruſtra erat, iram vertit in viros illos nefarios,
qui ei regionē inuadendi authores fuerant, & mul
tos eorū interfecit. ¶Cū autē Ionathā intellexiſſet
eū de redeundo in terrā ſuā agitare cōſilia, legatos
miſit ad eū de pace cū eo cōponenda, quæ captiui
inuicem redderentur: quā ille accepit, & acquieuit
poſtulatis eiꝰ, atq; iurauit ſe nullū ei malū creatu-
rū omni tēpore vitæ ſuæ, & captiuos quos è terra
Iudaica antehac abduxerat, ei reddidit. Tū remeās
abſceſſit in terrā ſuā, nec poſtea Iudæorum fines
rurſum attentauit inuadere. Ita ſublato ex Iſrae-
le[14]bello' Ionathas Machmis cōſedit, vbi magiſtra
tum populi adeptus, impios deleuit ex Iſraele.

¶9 ἔχος. al, ὄρος

¶10 [illegible]

¶11 Scilicet Ionathas cū ſuis. Aliter Ioſephus.

¶12 Al, Bethbeſſen,

¶13 Al, Odarem,

¶14 Hebr. gladiꝰ pro bello.

CAP. X.

Ioſephus Antiq. lib. 13. cap. 2. 3.

ANno centeſimo ſexageſimo Alexander Antiochi fili' ille illuſtris fines Ptolemaidis ingreſſus occupauit eam, & receptus ibi regnauit. Quod cum intellexiſſet Demetrius rex, copias perquam magno numero collectas aduerſus eum eduxit in expeditionem: ſimul literas miſit ad Ionathan, verbis amicis eum amplificans. Cogitabat enim, Occupemus pacem cũ eo conficere, priuſquã eam aduerſum nos faciat cũ Alexandro. Memor enim malorum erit omniũ, quæ in eum & fratres, gẽtẽmque ipſius perpetrauimus. Datáque ei poteſtate colligẽdi exercitum, & parandi arma, fruendæque ſecum ſocietatis: obſides quoque qui in arce erant, eidem tradi iuſſit. Venit itaque Ionathas Hieroſolymam, & cũ literas legiſſet audiente omni populo, arciſq; cuſtodibus, illi magno timore perculſi, ꝙ ipſi à rege poteſtatẽ exercitus cogẽdi datam audirent, obſides Ionathæ tradiderũt, qui eos parentibus ˹reſtituit.˺ Porrò habitãs Hieroſolymis Ionathas ædificare cœpit, & vrbẽ inſtaurare, opificéſq; iuſſit muros & montẽ Sion vndiq; lapidibus quadratis extruere, vt eſſent munimento. Quod cũ ita facerẽt, qui propugnacula à Bacchide extructa tenebant alienigenæ, diffugerunt, deſertóq; ſuo quiſq; loco, patriam ſuam repetiuere: niſi quòd Bethſuris relicti ſunt quidam deſertores legis & præceptorũ, eò ſe recipientes.

Iεxὶ ἀπέδωκεν.

¶Vt autẽ audiuit rex Alexãder quę per literas detuliſſet Ionathæ Demetrius, & fama accepit bella, & res tam ab ipſo quàm fratribus ipſius fortiter geſtas, & quos labores exhauſiſſent, Nóſne, inquit, talem virũ nõ demereamur? quin poti' amicitiã cũ eo faciam' & ſocietatẽ. ſcripſitq; literas quas miſit ad eum horum verborũ argumẽto, REX Alexander fratri Ionathæ ſalutẽ. Poſtquã fama de te accepimus, te virũ eſſe ˹potentia˺ pollẽtẽ, & ad amicitiã noſtram accõmodatum, nos hodie te ſummum gentis tuæ pontificem cõſtituimus, vt amicus regis appelleris, & partes noſtras teneas, colãſque nobiſcum amicitiam. ſimúlque purpuram ei miſit, & coronam auream. Proinde menſe anni centeſimi & ſexageſimi ſeptimo Ionathas die ſcenopegiis ſolenni induit ſacrum habitum, copias coegit, & magnam armorũ vim cõparauit.

¶ vl. fortitudine

¶Quo nũtio accepto contriſtatus Demetrius, Quid egimus, inquit, quòd Alexander amicitia cum Iudæis przſidio ſibi conficienda nos anteuerterit? Scribam illis & ego verbis inuitantibus, de dignitatibus, de muneribus, vt mecum iungant auxilia. ſcripſitque ad eos in hæc verba, REX Demetrius gẽti Iudaicæ ſalutem. Quòd pacta nobiſcum ſeruaritis, & perſtiteritis i amicitia noſtra, nec vos ad inimicos noſtros adiunxeritis, & audiuimus, & gauiſi ſumus. Nunc igitur in fide nobiſcum cõſeruanda porrò manete, & gratiam vobis eo quòd nobiſcum faciatis, referemus. Munera multa mittemus vobis, & dona largiemur: atque adeo iam nũc immunitatem do vobis, & remitto tributa Iudæis omnibus, ſaliſque penſiones, & coronarum: præterea tertias ſeminũ, & dimidium fructus arborum, debitã mihi obuentionem condono vobis iam inde ab hoc die in poſterum, vt nec à terra Iudaica exigatur, nec à trib' additis ei præfecturis Samariæ & Galilææ, ˹& tránſque Iordanem poſitæ regionis,˺ iam inde ab hoc die in æuum ſempiternũ. tum Hieroſolyma ſacroſancta eſto, & libera cum finibus ſuis, decimis, vectigalibus. Cedo etiam poteſtate arcis Hieroſolymitanæ, & eam trado ſummo pontifici, vt ei viros imponat quos ipſe præſidio illi' delegerit. Adhęc nomen omne Iudaicũ, quod captiuum è terra Iudaica in totum regnum meũ abductum eſt, gratis libero: vt vectigalia omnibus, etiã iumẽtis ipſorũ remittantur. Dies inſuper ſolẽnes omnes, & ſabba-

¶ Hanc Ioſeph. terço loco addit.

CAP. X.

Cupit Demetri' inire pactum cum Ionatha, qui id recuſãs, Alexandro adhæret.

ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexãder Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidã, & receperunt eam, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copioſum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. & miſit Demetrius epiſtolã ad Ionathan verbis pacificis, vt magnificaret eum: dixit enim, Anticipemus facere pacẽ cum eo, priuſquam faciat cum Alexandro aduerſum nos: recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium eius, & obſides qui erãt in arce iuſſit tradi ei. Et venit Ionathas in Ieruſalem, & legit epiſtolas in auditu omnis populi & eorum qui in arce erãt: & timuerunt timore magno, quoniam audierũt quòd dedit ei rex poteſtatem congregandi exercitum. Et traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parentibus ſuis: & habitauit Ionathas in Ieruſalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extruerẽt muros & montẽ Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionẽ: & ita fecerunt. Et fugerũt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat: & reliquit vnuſquiſque locum, & abijt in terram ſuã: tantum in Bethſura remanſerunt aliqui ex his qui reliquerant legem & pręcepta Dei, erat enim hæc eis ad refugiũ.

¶Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit Demetrius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia, & virtutes quas ipſe fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerunt: & ait, Nũquid inueniemus aliquẽ virum talem? & nunc faciemus eum amicũ, & ſocium noſtrum. Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundũ hęc verba, dicens. REX Alexander fratri Ionathæ ſalutẽ. Audiuimus de te quòd vir potẽs ſis viribus, & aptus es vt ſis amicus noſter: & nũc cõſtituimus te hodie ſummũ ſacerdotem gentis tuæ, vt amicus voceris regis (& miſit ei purpuram, & coronam auream) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum, & conſerues amicitias ad nos. Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo mẽſe, anno centeſimo ſexageſimo in die ſolenni ſcenopegiæ: & congregauit exercitum, & fecit arma copioſa. B

¶Et audiuit Demetrius verba iſta, & cõtriſtatus eſt nimis, & ait, Quid hoc fecimus quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiã Iudæorum ad munimen ſui? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: vt ſint mecum in adiutoriũ. Et ſcripſit eis in hæc verba, REX Demetrius genti Iudæorũ ſalutem. Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus, & gauiſi ſumus. Et nunc perſeuerate adhuc cõſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum. Et remittemus vobis præſtationes multas, & dabimus vobis donationes: & nunc abſoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, & tertias ſeminis: & dimidiam partem fructus ligni quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totum tempus. & Ieruſalem ſit ſancta & libera cum finibus ſuis: & decimæ & tributa, ipſius ſint. Remitto etiam poteſtatem arcis quæ eſt in Ieruſalem: & do eam ſummo ſacerdoti, vt conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua eſt à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis ſoluantur, etiã pecorum ſuorum. Et omnes dies ſolennes, & ſabba- C

tha, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem ſolennem, & tres dies poſt diem ſolennẽ ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnib⁹ Iudæis qui ſunt in regno meo: & nemo habebit poteſtatem agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorum in omni cauſa. Et aſcribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omnib⁹ exercitibus regis, & ex eis ordinabũtur qui ſint in munitionibus regis magni: & ex his cõſtituentur ſuper negotia regni quæ agũtur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulẽt in legibus ſuis, ſicut præcepit rex

D in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt ſint ſub vno, & nõ obediant alienæ poteſtati, niſi [q]ſummo ſacerdoti:' Ptolemaida & confines eius, quas dedi donũ ſanctis qui ſunt in Ieruſalẽ ad neceſſarios ſumptus ſanctorũ. Et ego [r]dabo' ſingulis annis quindecim millia ſiclorũ argẽti de rationibus regis, quæ me contingunt: & omne quod reliquũ fuerit, quod nõ reddiderãt qui ſuper negotia erat annis priorib⁹, ex hoc dabũt in opera domus. Et ſuper hæc quinque millia ſiclorũ argẽti, quæ accipiebant de ſanctorũ ratione per ſingulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineãt, qui miniſterio funguntur. Et quicũq; cõfugerint in tẽplum quod eſt Ieroſolymis, & in omnib⁹ finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificãda vel reſtauranda opera ſanctorũ ſumptus dabũtur de ratione regis: & ad extruendos muros in Ieruſalẽ & cõmuniẽdos in circuitu, ſumpt⁹ dabũtur de ratione regis, & ad cõſtruẽdos muros in Iudæa. ¶Vt audiuit autẽ Ionathas & popul⁹ ſermones iſtos, nõ crediderũt eis, nec receperũt eos: quia [s]recordati ſunt malitiæ magnæ quã fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis [t]in Alexãdrũ,' quia ipſe fuerat eis princeps ſermonũ pacis, & ipſi auxiliũ ferebãt omnib⁹ diebus. Et congregauit rex Alexander exercitũ magnũ, & admouit caſtra contra Demetriũ. Et cõmiſerunt præliũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus eſt eũ Alexander, & incubuit ſuper eos. Et inualuit præliũ nimis, donec occidit ſol: & cecidit Demetri⁹

E in die illa. ¶Et miſit Alexãder ad Ptolemæũ regẽ Ægypti legatos ſecũdũ hæc verba, dicẽs, QVONIAM regreſſus ſum in regnũ meũ, & ſedi in ſede patrũ meorũ, & obtinui principatũ, & contriui Demetrium, & poſſedi regionẽ noſtram, & cõmiſi pugnã cum eo, & cõtritus eſt ipſe, & caſtra eius à nobis, & ſedemus in ſede regni eius: & nunc ſtatuamus adinuicẽ amicitiã: & da mihi filiã tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi dignitatem. Et reſpondit rex Ptolemæus, dicens, FOELIX dies in qua reuerſus es ad terram patrũ tuorum, & ſediſti in ſede regni eorum. Et nũc faciam tibi quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Ptolemaidã, vt videamus inuicẽ nos, & ſpondeã tibi ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipſe & Cleopatra filia ei⁹, & venit Ptolemaidã anno cẽteſimo ſexageſimoſecũdo. Et occurrit ei Alexãder rex, & dedit ei Cleopatram filiam ſuã: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, ſicut reges, in magna gloria. ¶Et ſcripſit rex Alexander Ionathę, vt veniret obuiam ſibi. Et abijt cum gloria Ptolemaidã: & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiam in conſpectu eorum. Et conuenerunt aduerſus eum viri peſtilentes ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus eum: & non intendit ad eos rex.

[q]ſummi ſacerdotis: [r]do

2.7.b. [t]in Alexandro, Bellũ committit Alexander cũ Demetrio.

Demetrius interimit.

Amicitiam inter ſe ſtatuunt Ptolemæus & Alexãder.

Occurrens eis Ionathas, ſummo afficit honore.

tha, & neomeniæ, ac ſtati dies, [4]treſque adeo dies' ſolennẽ præcedẽtes, totidẽmq; ſubſequentes eundem immunes ſint omnes & liberi Iudæis omnibus regnũ meũ incolentibus: nec poteſtatẽ habeat quiſquã faciẽdi, quo quendã eorũ vlla in re interpellet. Porrò deſcribãtur in exercitũ regis ex Iudæis ad triginta virorũ millia, qui ſtipendio, quod omnib⁹ regis militibus cõſtitutum eſt, affecti pars diſponãtur per ingentes munitiones regis, pars regijs præficiãtur curationibus ijs quæ fidem poſtulãt. Tribuni autẽ ipſorũ & principes ex ipſis ſunto, ſuiſque vtũtor legibus, ſicut rex præcepit in terra Iudaica. Quinetiã tres illæ præfecturæ, quæ ad Iudæam additæ ſunt de terra Samariæ, Iudææ iungãtur, ita vt cõtributæ ſubſint vni, nec alij preterquã ſummi pontificis poteſtati pareãt. Ptolemaidẽ autem cũ ſuo territorio ſacris Hieroſolymitanis putaui donandam in ſumptus ad ſacra pertinentes. 'Addo etiam de meo ſiclorum argẽti annua quindecim millia de rationibus regijs, quæ ſuis è locis reficiuntur, & reliqua de curationibus ſuperiorum annorum nondũ perſoluta: vt dehinc iam in opera templi impendantur. Ad hæc ſiclorum argenti quinque millia de curationibus ſacrarij ſuperioribus annis deſumpta è rationib⁹ annuis, etiam ea condonantur, quòd ad ſacerdotes ſacrorum miniſtros pertineant. Et quicunque [5]rationibus regijs quacunque de re obnoxij' in templum Hieroſolymitanum, aut quemuis ipſius terminum confugerint, dimittantur, rebus quas habẽt in regno meo ſaluis omnibus. Poſtremo in opera ſacrorũ cõdenda reparandáq; ſumptus dabitur è rationibus regijs, & ad Hieroſolymam muris extruẽdam atque muniẽdam vndique, ſumptus item ex ærario regio ſuppeditabitur, necnon in muros per Iudæam ædificãdos. ¶His ſermonib⁹ auditis Ionathas & populus fidem nõ adhibuerunt, nec acquieuerũt eis, quòd ſummæ calamitatis, qua ille affecerat Iſraelitas, & ſupra modum afflixerat, meminiſſent, ſed voluntatem adiunxerũt ad Alexandrũ, qui de amicitia cum ipſis prior egerat, & ſocietatem cum eo per omne tẽpus coluerunt. Porrò cum Alexander collectas copias ingentes eduxiſſet in expeditionẽ aduerſus Demetrium, conſerta inter vtruque regẽ pugna, fugam cepit exercitus Demetrij, quẽ Alexander perſecutus, reportauit ab eo victoriã: cumque illud perquã acre prælium vſque ad occaſum ſolis durauiſſet, Demetrius illa die occubuit. ¶Tũ miſit Alexãder ad Ptolemęũ regẽ Ægypti legatos cũ mandatis in hæc verba, QVONIAM reuerſus in [6]regnũ, 'conſedi in ſolio maiorum meorum, imperium obtinui, Demetriũ fudi, & regione noſtra potitus ſum, (nam cõmiſſo cũ illo prælio, quo ipſe fuſus eſt à nobis cum exercitu ſuo, ſolium regni ipſius occupauimus) nunc age amicitiã ineamus inuicẽ, & filiã tuam des mihi vxorem, vt ſim gener tuus, donáque tibi & ipſi mittam te digna. Cui reſpõdit Ptolemæ⁹ rex his verbis, FELIX eſt illa dies qua in terram maiorũ tuorum reuerſus in ſolio regni ipſorum cõſediſti. Quare nunc recũ agam vt ſcribis. Verũ tu mihi obuiam venias Ptolemaidem, vbi alter alterum videamus, & te generum adſciſcã mihi, ſicut petiuiſti. Venit ergo Ptolemæus ex Ægypto profectus cum filia ſua Cleopatra Ptolemaidem anno centeſimo ſexageſimoſecũdo, vbi & Alexander rex præſto fuit, & Cleopatra filia ſua eidem collocata, nuptias Ptolemaidi more regio ſumma cum magnificentia celebrauit. ¶Tũ rex Alexander literis obuiã ſibi euocauit Ionathan: qui cum magnificè veniſſet Ptolemaidem, vtrunque regem coram adijt, offerens eis argentũ & aurum, donáque amicis eorundem, fuitque apud eos gratioſus. Confluxerunt autem eodem aduerſus eum viri peſtilentes ex Iſraele, viri nefarij, vt eum criminarentur: ſed rex eis aurem non præbuit,

[4]καὶ τρεῖς ἡμέραι

[5]vel, pecunias regias aut quancunq; rem debentes

Ioſephus lib. 13. Antiq. cap. 5.

[6]τὴν βασιλείαν, al. γῆν βασιλείας,

ſed Ionathā exutū veſtibus ſuis, purpura iuſſit indui. Quod cū ita factū eſſet, rex eo in ſede iuxta ſe collocato, principes ſuos ſic allocutus eſt, Progreſſi cū hoc in medium ciuitatis per præconem edicite nequis eū vlla de re in crimen vocet, aut ei vllius dicti nomine ſit moleſt*. Ita factū eſt vt accuſatores gloriā eius quomodo promulgata eſſet, & amictū purpureum videntes, omnes ſe fuga proripeſét. Ionathas autē cū rex eū gloria ornatu inter primos ſcripſiſſet amicū, ducémq; cōſtituiſſet, ac tribunū militū, Hieroſolymā cū* pace, & lætitia reuerſus eſt. ¶ Porrò anno cēteſimo ſexageſimoquinto Demetri* Demetrij filius è Creta redijt in patriā ſuā. Quod cū audiſſet Alexander, cōtriſtatus vehementer, reuerſus eſt Antiochiā. ¶ Demetrius autē ducē cōſtituit Apolloniū præfectū Cœleſyriæ, qui collectis ingētibus copijs, & caſtris poſitis ad Iāniam, ad Ionathan ſummum pontificē hæc mandata miſit, Tu ſolus omniū aduerſus nos intumeſcis, ego verò ludibrio ſum habitus propter te, & probro affect*. At quid tandē aduerſum nos ferocis in montibus? Quin ſiquid eſt in viribus tibi fiduciæ, deſcende iam nunc ad nos in cāpum, vbi armis decernamus inuicem: nā apud me eſt robur‡ ciuitatū.' Interroga, & diſce quis ego ſim, & cæteri quibus vtor auxiliarijs. Nō poteritis, inquiunt, pedē in conſpectu noſtro figere, quia maiores veſtri in terra ſua bis in fugam verſi ſunt, vt nūc non valeatis equitatū, tantūmque exercitū ſuſtinere in campo, vbi nulla rupes eſt, nullum ſaxū, nullus locus effugio. His Apollonij ſermonibus auditis animo commotus Ionathas cum decē lectis virorum millibus egreſſus Hieroſolymis, cum ſe ei Simon frater ipſius iunxiſſet auxilio, ad Ioppen duxit exercitū, & vrbe excluſus, quòd Apollonij præſidiū intus eſſet, eam oppugnauit. Quãobrem territi ciues, aperuerūt, & Ionathas Ioppen obtinuit. Hoc nuntio accepto Apollonius, cum delectis ſibi equitum trib* millibus, magnáque vi peditum, vt iter facturus Azotum, profectus eſt. Cúmque ſe interim cōmitteret in planitiem, eo quòd frequētē, quo fidebat, haberet equitatum, Ionathas eū à tergo Azotum contēdentem perſecutus, prælium cū vltimo agmine commiſit. Reliquerat autē Apollonius abditos à tergo ſuorū mille equites: quas inſidias imminere tergo ſuo Ionathas animaduertit: cūmque exercitū eius circūuenitſent, & lanceas in populū vibrarent à mane vſque ad veſperam, perſtitit tamen populus quomodo Ionathas imperauerat, donec equi eorum fatigarentur. Tum Simon acie ſua explicata, phalangem adortus eſt. (nam laſſatus erat equitatus,) qua ab eo fuſa & fugata, equites quoq; ſparſa per campum fuga petētes Azotum in ædem Dagonis ſimulachri ſui cōfugerunt. Ionathas autē ſuccēdit Azotū cū oppidis ei circūiacentibus, captiſque inde ſpolijs delubrū Dagonis cū ijs qui eò confugerāt, igni cremauit. Et confectos eſt numerus cæſorum gladio cū concrematis, ad octo millia virorū. ¶ Inde profectus Ionathas ad Aſcalonē caſtra poſuit: cúmq; ciues obuiā illi proceſſiſſent cū ſumma veneratione, Hieroſolymā cū ſuis, ſpolia multa gerentibus, reuerſus eſt. His rebus auditis Alexander rex, Ionathā amplioribus affecit honoribus, & miſit ei bullā auream, qualis cognatis regum dari ſolebat: atque Accaronē ei cum omnibus ipſius finibus poſſidendam attribuit.

¶ 7 vl, incolumitate, Joſephus antiq. lib. 13. cap. 6.

‡ πόλεων. al. πολεμων.

Et iuſſit ſpoliari Ionathā veſtibus ſuis, & indui eū purpura: & ita fecerūt. Et collocauit eū rex ſedere ſecum. Dixitque principibus ſuis, Exite cum eo in mediū ciuitatis, & prædicate vt nemo aduerſus eū interpellet de vllo negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de vlla ratione. Et factum eſt vt viderūt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes: & magnificauit eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducem, & participem principatus. Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum pace & lætitia. ¶ In anno cēteſimo ſexageſimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum ſuorum. Et audiuit Alexander rex, & contriſtatus eſt valde, & reuerſus eſt Antiochiam. ¶ Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ: & congregauit exercitum magnum, & acceſſit ad Iamniam: & miſit ad Ionathan ſummum ſacerdotem, dicens, Tu ſolus reſiſtis nobis: ego autem factus ſum in deriſum & in opprobriū, propterea quia tu poteſtatē aduerſum nos exerces in montibus. Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in campum, & cōparemus illic inuicem: quia mecum eſt virtus bellorū. Interroga & diſce quis ſum ego & cæteri qui auxilio ſunt mihi, qui & dicūt quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciem noſtram, quia bis in fugam conuerſi ſunt patres tui in terra ſua: & nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum & exercitū tantum in campo, vbi non eſt lapis, neque ſaxum, neque locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apollonij, mot* eſt animo: & elegit decem millia virorum, & exijt ab Ieruſalē, & occurrit ei Simon frater eius in adiutoriū: & applicuerunt caſtra in Ioppen, & excluſit eum à ciuitate: quia cuſtodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eā. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerūt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitū, & exercitum multū. Et abijt Azotum tāquam iter faciens, & ſtatim exijt in campum: eo quòd haberet multitudinem equitū, & confideret in eis. Et inſecutus eſt eū Ionathas in Azotū, & commiſerūt prælium. Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occulte. Et cognouit Ionathas quoniā inſidiæ ſunt poſt ſe. & circuierunt caſtra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vſque ad veſperam. Populus autē ſtabat, ſicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorū. Et eiecit Simon exercitū ſuū, & commiſit contra legionem (equites enim fatigati erant) & contriti ſunt ab eo, & fugerunt. Et qui diſperſi ſunt per campū, fugerunt in Azotū, & intrauerunt in Bethdagon idolum ſuum, vt ibi ſe liberarent. Et ſuccendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit ſpolia eorum, & templum Dagon: & omnes qui fugerūt in illud, ſuccēdit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui ſucceſi ſunt, ferè octo millia virorū. ¶ Et mouit inde Ionathas caſtra, & applicuit ea Aſcalonē: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalē cum ſuis, habētibus ſpolia multa. Et factum eſt vt audiuit Alexāder rex ſermōes iſtos, addidit adhuc glorificare Ionathā. Et miſit ei fibulam aureā, ſicut cōſuetudo eſt dari cognatis regū: & dedit ei Accaron & omnes fines eius in poſſeſſionē.

Apollonius dux exercitus Demetrij cū Ionatha congreſſus, ab eodē deuincitur.

CAP. XI.

PORrò rex Ægypti cōtracto exercitu inſtar arenæ quæ circa orā maris eſt, numeroſo, claſſéq; copioſa, regnū Alexādri dolo quærebat occupare, ſuóq; regno adijcere. Cū igitur eſſet amico prætextu ingreſſus ī Syriā, q tenebāt vrbes, portas aperiebāt illi, & pdibāt obuiā, quia mādatū erat regis Alexādri, vt ei obuiā, eo q ſocer ipſi* eſſet, irētur: ille

CAP. XI.

ET rex Ægypti congregauit exercitū, ſicut arenam quæ eſt circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnū Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo. Et exijt in Syriā verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd ſocer ſuus eſſet. Cum autem introiret ci-

Diſſidium inter Ptolemæum & Alexandrū generum ſuum.

altatem Ptolemæus, ponebat cuſtodias militum in ſingulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, oſtē-derunt ei templū Dagon ſuccenſum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui cæſi erant in bello tumulos quos fecerant ſecus viā. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiā facerent ei: & tacuit rex. ¶Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cū gloria, & inuicem ſe ſalutauerunt, & dormierunt illic. Et abijt Ionathas cum rege vſque ad fluuiū qui vocabatur Eleutherus: & reuerſus eſt in Ieruſalem. Rex autē Ptolemæus obtinuit dominiū ciuitatum vſque Seleuciam maritimā, & cogitabat in Alexandrū conſilia mala. Et miſit legatos ad Demetrium, dicēs, Veni componamus inter nos pactū, & dabo tibi filiā

B meā quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me q dederim illi filiam meā: quæſiuit enim me occidere. Et vituperauit eū, propterea q concupierat regnū eius. Et abſtulit filiam ſuā, & dedit eam Demetrio, & alienauit ſe ab Alexandro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti & Aſiæ. ¶Alexāder autē rex erat in Cilicia, illis tēporibus: quia rebellabāt qui erant in locis illis. Et audiuit Alexāder, & venit ad eū in bellū: & produxit Ptolemæus rex exercitū, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eū. Et fugit Alexander in Arabiā, vt ibi protegeretur. rex autē Ptolemæus exaltat⁹ eſt. Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexādri, & miſit Ptolemæo. ¶Et rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia: & qui erāt in munitionib⁹, perierunt ab his qui erant intra caſtra. Et regnauit Demetrius anno centeſimo ²ſeptuageſimoſeptimo.² ¶In dieb⁹ illis cōgregauit Ionathas eos qui erāt in Iudæa, vt expugnarēt arcē quæ eſt in Ieruſalē: & fecerunt cōtra eā machinas multas. Et abierūt quidā qui oderāt gentē ſuā viri iniqui ad regē Demetriū, & renuntiauerunt ei q Ionathas obſideret arcē. Et vt audiuit, iratus eſt: & ſtatim venit ad Ptolemaidā, & ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcē, ſed occurreret ſibi ad colloquiū

C feſtinatō. Vt audiuit autē Ionathas, iuſſit obſidere: & elegit de ſenioribus Iſrael, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo. Et accepit aurū & argentū, & veſtē, & alia xenia multa, & abijt ad regē Ptolemaidā, & inuenit gratiā in cōſpectu eius. Et interpellabant aduerſus eū quidā iniqui ex gēte ſua. Et fecit ei rex ſicut fecerant ei qui ante eū fuerant: & exaltauit eum in cōſpectu omniū amicorū ſuorū, & ſtatuit ei principatū ſacerdotij, & quæcunq; alia habuit prius pretioſa, & fecit eū principē amicorū. ¶Et poſtulauit Ionathas à rege vt immunē faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariā, & confines eius: & promiſit ei talenta trecenta. Et cōſenſit rex: & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus, hūc modum continētes. REX Demetrius fratri Ionathæ, ſalutē & genti Iudæorū. Exemplū epiſtolæ, quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos, vt ſciretis: Rex Demetri⁹ Laſtheni parenti ſalutē. Genti Iudæorū amicis noſtris, & cōſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatem ipſorū quā er-

D ga nos habēt. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydam & Ramathā, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes cōfines earū ſequeſtrari omnibus ſacrificātibus in Ieroſolymis pro his quæ ab eis pri⁹ accipiebat rex per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarū & tributorū, ex hoc tēpore remittimus eis, & areas ſalinarū, & co

Ptolemæo mortuo regnat Demetrius.

¶² ſexageſimoſeptimo.

Demetrius cum Ionatha fœdus cōfirmans, Iudæam liberā permittit.

verò vrbes Ptolemaidis ingreſſus, copias & præſidia ſingulis imponebat. Vt autem appropinquauit ad Azotū, oſtēſum eſt illi delubrū Dagonis exuſtū, & Azot⁹ ipſa cū circumiacētibus oppidis diruta, corporaq; proiecta, & cadauera eorū qui igni in bello perēpti fuerāt, (nā ea in aceruos, qua iter habebat, cōgeſſerāt,) quæcūq; deniq; patrauiſſet Ionathas, regi narrata ſunt ad inuidiā illi faciēdā: rex tamē tacuit. ¶Et Ionathas obuiā ei aduenit Ioppē magnifice: vbi cū cōſalutatiōe inter ſe facta pernoctaſſēt, Ionathas regē vſque ad ¹fluuiū¹ nomine Eleutherū comitatus, Hieroſolymā remeauit. Rex autē Ptolemæus vrbibus maritimi tractus, vſque Seleuciā & ipſam maritimā occupatis, mala in Alexandrū cōſilia inſtituebat animo, miſſiſque ad Demetrium regē legatis, Age, fœdus inter nos ineamus, inquit, & filiā meā quam Alexander habet, tibi collocabo, regnūmque patriū tuū obtinebis. Pœnitet enim me illi filiā meā nuptū dediſſe, eo quòd mihi necē machinatus eſt. Ita criminatus illum, vt qui affectaret regnū ipſius, ereptā illi filiā ſuā locauit Demetrio: atque alienat⁹ eſt ab Alexādro, palámq; factæ ſunt eorū inimicitiæ. Et ingreſſus Antiochiā Ptolemæus duo capiti ſuo diademata impoſuit, Aſiæ ſcilicet & Ægypti. ¶Erat autē Alexāder rex in Cilicia tēporibus illis, q incolæ locorū illorū defectionē meditarētur: qui hoc nūtio accepto, bellū illi intulit. Verū cū Ptolemæus ſuſcepta expeditione occurriſſet ei cū manu valida, fuſus Alexāder cōfugit in Arabiam, vt illic in tuto futurus, victoria verò ceſſit Ptolemæo. Porrò Zabdiel Arabs ²caput² amputauit Alexādro, & miſit illud ad Ptolemæū. ¶Idémq; rex Ptolemæus tertia pòſt die mortu⁹ eſt, & ijs qui in præſidijs erant, alteris ab alteris interfectis, rex Demetrius regnū obtinuit anno cēteſimo ſexageſimoſeptimo. ¶Illis temporib⁹ cū Ionathas contractis ex Iudæa ad expugnandum arcē Hieroſolymitanam copijs, multas iam aduerſus eā extruxiſſet machinas, quidā exoſi gētem ſuā viri nefarij ad regē profecti, retulerūt illi Ionathan arcē obſidere. Quod vt intellexit ille iratus eſt, & ſimul ac primū audiuit, profectus venit Ptolemaidē, ſcripſitq; Ionathæ vt abſtineret obſidēdo, & obuiā ſibi ad colloquium quàm primū veniret Ptolemaidē. Quod poſtquā nuntiū accepit Ionathas, ſuis vt obſiderēt iuſſis, ipſe cū delectis ex Iſraele ſeniorib⁹ ac ſacerdotibus, cōmiſit ſe periculo ſumptóque argento & auro, & veſtimentis, aliiſq; xenijs quamplurimis, Ptolemaidē ad regē profectus eſt, fuitque apud eū gratioſus. Et quāuis eum quidā ſuæ gentis nefarij criminarētur, rex tamē eum tractauit more priorum ſe regum, eúmque corā omnibus amicis ſuis amplificauit. Ad hæc conſtabiliuit ei pōtificatum, & quæcūque alia prius habuerat magnifica, eúmque inter primos amicum cēſeri voluit. ¶Poſtulauit ergo Ionathas à rege, vt immunitatem daret Iudææ, tribúſq; præfecturis, & Samariæ [eiuſdémque finibus,] talenta illi trecenta pollicens: quod quidē regi placuit: ſcripſitque Ionathæ literas de his omnibus hoc argumentū cōtinētes. REX Demetrius Ionathæ fratri gentique Iudaicæ ſalutē. Exēplum epiſtolæ quam ſcripſimus Laſtheni cognato noſtro de vobis, ſcribimus etiam ad vos, ³vt³ ſciatis. Rex Demetrius Laſtheni patri ſalutē. Quādoquidē genti Iudæorum qui nobis amici ſunt, iuráque nobiſcū pacta ſeruant, beneficium dare decreuimus pro ipſorum erga nos beneuolētia: aſſignauimus illis fines Iudææ, tres præfecturas, Aphæreme, ⁴Lyddā, ⁴ & ⁵Ramathē⁵ de Samaria ad Iudæam additas, omniáque ad eos pertinentia omnibus Hieroſolymæ ſacrificis: idque pro regijs vectigalibus, quæ rex antehac ab ipſis percepit annua de fructib⁹ tam terræ quàm arborum. Alia itē quæ deinde iam nobis reficerentur tam decimas quàm tributa nobis debita, atque etiam ſalinas & coronas

¶¹ ποταμὸν, non τόπον.

¶² κεφαλὴν

¶³ ἵνα

¶⁴ Ioſephus, Beſelida.

¶⁵ al. ἀφ[illegible] θαμα

quæ pendebantur nobis, ſimul illis omnia conceſſimus, iámque inde ad omne tēpus ne vnum quidem horū erit irritum. Iam igitur exemplum horum curate deſcribēdum, quod detur Ionathæ, & in monte ſancto in celebri loco ponatur. ¶Videns autē Demetrius pacatam eſſe ſub ſe terram, nihilq; ſibi reſiſtere, dimiſit omnes copias ſuas, ſuam quēque domum, excepto exercitu peregrino, quem ab inſulis Gentium contraxerat: quapropter copiæ ipſius quas a patribus acceperat, omnes odiū in ipſum cōceperūt. Fuit tum Tryphon quidā, olim Alexandri partium, qui videns milites aduerſus Demetriū omnes fremere, cū ad Simalchue Arabem, qui Antiochum Alexandri filiū educabat, ſe cōtuliſſet, inſtigauit eum, vt ſibi eū ad regnādum loco patris ſui traderet: ſimul retulit illi quæcūque patrauiſſet Demetrius, & odium quod aduerſus eum gereret exercitus ipſius, dieſque ibi multos egit.

Ioſeph. Antiq. 13. ca. 8. Sſal, Emalchuel. Ioſephus, Malachum

¶Interim Ionathas ſcripſit ad regē Demetrium, vt præſidia ex arce Hieroſolymitana munitionibúſq; deduceret, quòd crebro impugnarent Iſraelem. Cui rex Demetrius hoc remiſit reſpōſum, Nō ſolum hæc præſtabo tibi gētique tuæ, ſed nact' opportunitatē, te ſimul & gētem tuā gloria illuſtrabo. Porrò in præſentia rectè feceris, ſi miſeris ad me viros auxiliares, quia exercit' meus omnis deſciuit à me. Tum Ionathas virorū robore pollentiū tria millia miſit Antiochiā. Qui cum ad regem veniſſent, ipſeq; aduentu eorū lætaretur, concurrerunt in mediū vrbis incolæ ad virorum centum viginti millia, regem interficere cogitātes. Rex itaq; confugit in regiam, quā cum occupatis viis vrbis incolæ oppugnare inciperēt, auxilia Iudæorū inuocauit: qui cū ad eum ſimul omnes cōueniſſent, effuſi in vrbem, interfecerunt in ea ad cētum millia illa die, & incenſa vrbe, prædāq; plurima eadē die parta, regem ſeruarūt. Nam vidētes incolæ Iudæos victoriā in vrbe conſecutos ad volūtatem, animo cōſternati vociferabātur ad regem cum precibus, dicētes, Da nobis dexteram, vt Iudæi nos & vrbē impugnare deſinant. ſimul arma à ſe proiiciebāt. Ita pace facta, Iudæi gloriā apud regem, & omnes qui regno ipſius parebāt, conſecuti, multa onuſti præda Hieroſolymā redierunt. ¶Demetrius autē in ſolium regni ſui repoſitus, pacata iā ſub ipſo terra, quæcūque promiſerat fecit irrita, & ab Ionathan alienat' nō retulit ei gratiam, qualē ab ipſo acceperat, ſed eum vehementer afflictauit. ¶Cæterū his ita geſtis, reuerſus eſt Tryphon cum Antiocho adoleſcētulo, qui occupato regno ſumpſit diadema. Nā congregatæ ſunt ad eū omnes copiæ ſtipendiis expunctæ à Demetrio: cui cum bellū intuliſſent, fuſo eo & fugato, belluiſque captis Tryphon obtinuit Antiochiā. Tum Antiochus adoleſcens ad Ionathan ſcripſit in hæc verba, Pontificatum tuū ratū habeo, & te quatuor præficio præfecturis, vt amicū te regi præbeas. ſimul miſit illi pocula aurea, & vaſariū, autorīq; bibendi, atque purpuram cū aurea bulla geſtandi dedit poteſtatē. Simoni autē fratri eius præfecturam dedit à termino Tyri vſq; ad fines Ægypti. ¶Profect' itaq; Ionathas trās fluuium, obibat ciuitates: cūmque collectis a ſe copiis è Syria auxiliarib' omnib' veniſſet ad Aſcalonē, ciueſq; vrbis honorificè eſſent illi egreſſi obuiā, ad Gazam diſceſſit illinc, & à Gazæis excluſus obſedit eā, & circumiacētia oppidi ſuccēdit, & prædat' eſt. Ita ſupplices Ionathæ facti ſunt Gazæi, qui dexteram porrexit illis, & obſides accepit ab eis filios principū: quibus amiſſis Hieroſolymā, ipſe Damaſcū vſque peruaſit regionem. Porrò cū intellexiſſet Ionathas principes Demetrij Cades, quæ eſt in Galilæa, adueniſſe cū magno exercitu, q cuperēt eum a regione abſtrahere, obuiam

¶ Duodecim myriades fortaſſis poſuit interpres pro duodecim millibus.

¶ Hebræi ingreſſus regionū, & terminos videtur vocare aſcenſus, & tranſcenden la, quod interpretes aliquando ſcalam verterunt.

ronas quæ nobis deferebantur, omnia ipſis conceſſimus. & nihil horū irritum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in monte ſancto, & in loco celebri. ¶Et videns Demetrius rex q ſiluit terra in cōſpectu ſuo, & nihil ei reſiſtit, & dimiſit totū exercitū ſuū, vnumquēq; in locū ſuum, excepto peregrino exercitu quē traxit ab inſulis Gentiū: & inimici erāt ei omnes exercitus patrum eius. Tryphon autē erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniā omnis exercitus murmurauit cōtra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexādri: & aſſidebat ei, vt traderet eū ipſi, vt regnaret loco patris ſui: & enunciauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituū eius aduerſus illū. Et manſit ibi diebus multis. ¶Et miſit Ionathas ad Demetriū regem vt eiiceret eos qui in arce erant in Ieruſalem, & qui in præſidijs erant: quia impugnabant Iſrael. Et miſit Demetrius ad Ionathā, dicens, Non hæc tātum faciam tibi & genti tuæ, ſed gloria illuſtrabo te & gentē tuam cū fuerit opportunum. Nunc ergo rectè feceris, ſi miſeris in auxiliū mihi viros: quia diſceſſit omnis exercitus meus. Et miſit ei Ionathas tria millia virorū fortium Antiochiam: & venerūt ad regem, & delectat' eſt rex in aduentu eorū. Et conuenerunt qui erant de ciuitate, cētum viginti millia virorum, & volebāt interficere regem. Et fugit rex in aulā: & occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & cōuenerunt omnes ſimul ad eū, & diſperſi ſunt omnes per ciuitatē: & occiderunt in illa die centum millia hominū, & ſuccenderunt ciuitatē, & ceperūt ſpolia multa in die illa, & liberauerunt regem. Et viderunt qui erāt de ciuitate quòd obtinuiſſent Iudæi ciuitatem ſicut volebāt: & infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad regē cum precibus, dicētes, Da nobis dextras, & ceſſent Iudæi oppugnare nos & ciuitatē. Et proiecerūt arma ſua, & fecerunt pacē: & glorificati ſunt Iudæi in cōſpectu regis & in cōſpectu omniū qui erant in regno eius, & nominati ſunt in regno: & regreſſi ſunt in Ieruſalē, habentes ſpolia multa. ¶Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui: & ſiluit terra in conſpectu eius. Et mentitus eſt omnia quæcūque dixit, & abalienauit ſe à Ionatha, & nō retribuit ei ſecūdum beneficia quæ ſibi tribuerat, & vexabat eū valde. ¶Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcēs: & regnauit, & impoſuit ſibi diadema. Et congregati ſunt ad eū omnes exercit' quos diſperſerat Demetrius, & pugnauerūt cōtra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphō beſtias, & obtinuit Antiochiam: & ſcripſit Antiochus adoleſcens Ionathæ, dicens, Conſtituo tibi ſacerdotiū, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis regis. Et miſit illi vaſa aurea in miniſteriū, & dedit ei poteſtatē bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulā auream: & Simōnem fratrē ei' cōſtituit ducem à terminis Tyri vſque ad fines Ægypti. ¶Et exijt Ionathas, & perābulabat trans flumen ciuitates: & cōgregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxiliū, & venit Aſcalonē. & occurrerunt ei honorificè de ciuitate. Et abiit inde Gazam: & concluſerunt ſe qui erant Gazæ, & obſedit eam, & ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus eſt eam. Et rogauerūt Gazenſes Ionatham, & dedit illis dexteram: & accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem: & perambulauit regionē vſque Damaſcum. Et audiuit Ionathas quòd præuaricati ſunt principes Demetrii in Cades quæ eſt in Galilæa cum exercitu multo, volētes eum remouere a negotio regni: & occur-

Videns Demetri' oia pacata, dimittit exercitum. In ipſum ſuſcitat Tryphon Antiochū Alexandri filium.

B

Per Ionatham liberatus.

F

Liberatus Demetrius læſū fœdus violat. Expulſo Demetrio regnat Antiochus.

Bellum Ionathæ aduerſus alienigenas.

G

rit illis: fratrem autē ſuum Simōnem reliquit in-
tra prouinciam. Et applicuit Simon ad Bethſurā,
& expugnabat eā diebus multis, & concluſit eos. Et
poſtulauerunt ab eo dexteras accipere, & dedit il-
lis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & poſuit in
ea præſidiū. Et Ionathas & caſtra eius applicue-
runt ad aquā Geneſar, & ante lucē vigilauerunt in
cāpo Aſor: & ecce caſtra alienigenarū occurrebant
in cāpo, & tendebant ei inſidias in montibus: ipſe
autē occurrit ex aduerſo. Inſidiæ verò exurrexerūt
de locis ſuis, & cōmiſerunt prælium. Et fugerunt qui
erāt ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus eſt
ex eis, niſi Mathathias filius Abſolomi, & Iudas fi-
lius Calphi princeps militiæ exercitus. Et ſcidit Io
nathas veſtimēta ſua, & poſuit terrā in capite ſuo,
& orauit. Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in præ-
lium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerūt. Et
viderūt qui fugiebant partis illius, & reuerſi ſunt
ad eū, & inſequebantur cum eo omnes vſq; Cades
ad caſtra ſua, & peruenerunt vſq; illuc. & ceciderunt
de alienigenis in die illa tria millia virorū: &
reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalē. CAP. XII.

Confirmādi fœderis gratia, legatos Romam & ad Spartiatas mittit Ionathas.

Et vidit Ionathas quia tēpus eum iuuat, & ele-
git viros, & miſit eos Romā ſtatuere & renoua
re cū eis amicitiam: & ad Spartiatas, & ad alia loca
miſit epiſtolas ſecundū eādē formā. Et abierūt Ro-
mam, & intrauerunt curiā, & dixerunt, Ionathas
ſummus ſacerdos, & gens Iudæorū miſerūt nos, vt
renouaremus amicitiā & ſocietatē ſecūdum priſti
num. Et dederūt illis epiſtolas ad ipſos per loca, vt
deducerent eos in terrā Iuda cū pace. Et hoc eſt ex-
emplū epiſtolarū, quas ſcripſit Ionathas Spartia-
tis, IONATHAS ſummus ſacerdos, & ſenio-
res gētis, & ſacerdotes, & reliquus populus Iudæo-
rū, Spartiatis fratribus ſalutē. Iampridē miſſæ e-
rant epiſtolæ ad Oniā ſummum ſacerdotē à Dario
B qui regnabat apud vos, quoniā eſtis fratres noſtri,
ſicut ſcriptum continet quod ſubiectū eſt. Et ſuſce-
pit Onias virū qui miſſus fuerat, cū honore: & acce
pit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate
& amicitia. Nos enim cū nullo horū indigeremus,
habētes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibus
noſtris, maluimus mittere ad vos renouare frater-
nitatē & amicitiā, ne fortè alieni efficiamur à vo-
bis: multa enim tēpora tranſierunt, ex quo miſiſtis
ad nos. Nos ergo in omni tēpore ſine intermiſſio-
ne in diebus ſolēnibus, & cæteris quibus oportet, me-
mores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerimus, &
in obſeruationibus, ſicut fas eſt & decet meminiſſe
fratrum. Lætamur itaq; de gloria veſtra. Nos autē
circundederūt multæ tribulationes, & multa præ-
lia, & impugnauerunt nos reges qui ſunt in circui
tu noſtro. Noluimus ergo vobis moleſti eſſe, neque
cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis. habui
C mus enim de cælo auxiliū, & liberati ſumus nos, &
humiliati ſunt inimici noſtri. Elegimus itaq; Nu-
menium Antiochi filiū, & Antipatrem Iaſonis fi
liū, & miſimus ad Romanos renouare cū eis ami
citiā & ſocietatē priſtinam. Mādauimus itaq; eis vt
veniāt etiam ad vos, & ſalutēt vos, & reddant vobis
epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis no-
ſtræ. Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad
hæc. ¶Et hoc reſcriptum eſt epiſtolarū, quod miſit
Onias, REX Spartiatarum Onias, Ionathæ ſacer
doti magno ſalutem. Inuētum eſt in ſcriptura de
Spartiatis & Iudæis quoniam ſunt fratres, & quòd
ſunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc co-
gnouimus, benefacietis ſcribentes nobis de pace ve
ſtra. Sed & nos reſcripſimus vobis, Pecora noſtra,
& poſſeſſiones noſtræ, veſtræ ſunt: & veſtræ, no-
ſtræ. mandauimus itaque hæc nunciari vobis.

quod miſerat

illis profectus eſt. Reliquerat autem Simonem fratrem ſuū in patria: qui cū Bethſurā obſediſſet, multis diebus oppugnatam eò redegit anguſtiarū, vt oppidani dexteram ſibi dari poſcerent: quā cum dediſſet, ipſis illinc deductis, vrbe potitus præſidiū ei impoſuit. At Ionathas cum exercitu ſuo lacui Geneſar caſtra applicuit, rurſūmq; inde mane mouit in campum Aſor, vbi improuiſa alienigenarū acies occurrit ei in ipſo campo. Collocauerant autem ei inſidias in mōtibus, ipſi verò ex aduerſo ſe inferebāt. Cū igitur ii qui in inſidiis locati fuerāt, è locis ſuis exurrexiſſent, & cōmiſiſſent præliū, fugam ceperūt omnes qui ſtabant ab Ionatha, ac ne vnus quidē ipſorum ſubſtitit, præter Matathiam filium Abſalomi, & Iudā Calphi natum, duces exercitus. Tum Ionathas ſciſſis veſtimentis ſuis, capiteque puluere conſperſo, Deum precatus, rediiſe ad eos pugnans, hoſtéſque fudit ac fugauit. Videntes enim hoc ſui qui fugiebant, cū ſe ad eum recepiſſent, vnà cum eo perſecuti ſunt illos vſque Cades ad caſtra ipſorum, quæ ibi poſuerant: cæſiſque illa die ex alienigenis virorum circiter tribus millibus, Ionathas Hieroſolymam reuerſus eſt. C. XII.

¶e.i. data fide in deditionem accipi.

Videns autē Ionathas ſe iuuari tēpore, delectos viros Romam miſit ad amicitiam cum Romanis conſtabiliēdam, atque renouandam, Spartemque, & alia in loca in eādem ſententiam miſit epiſtolas. Cúmque Romā veniſſent, ingreſſi curiam, Ionathas, inquiunt, ſummus pōtifex & gens Iudæorum nos huc mittit, vt priſtinā nobiſcum amicitiā ac ſocietatem in priores leges redintegremus. Tū illi dederūt libellos his ad ſingulorum locorū incolas, vt pacifice deducerentur in terrā Iudaicam. Hoc autē exemplū eſt epiſtolæ quā Ionathas ſcripſit ad Spartiatas, IONATHAS ſummus pōtifex ſenatúſq; gētis ac ſacerdotes, cū reliquus populus Iudæorū, Spartanis fratribus ſalutē. Quia literæ iam olim ad Oniam ſummū ſacerdotem ab regnante apud vos Ario, miſſæ fuerūt, fratres vos eſſe noſtros, vt ſubſcriptū exemplum continet, & Onias virum miſſum excepit honorifice, literáſq; in quibus de ſocietate & amicitia agebatur, accepit: quāuis non indigeamus horum, (vt qui ſolatiū ex libris ſacris, quos habemus in manibus, capiamus,) putauimus tamen ſcribēdum vobis de fraterna cōiunctione amicitiáq; renouāda, vt ne, quia multū temporis elapſum eſt, ex quo ad nos ſcripſiſtis, fiamus vobis alieni. Nā nos quidem omni tempore, & ſine intermiſſione, tam feſtis quàm reliquis opportunis diebus, memoriā veſtri celebramus in faciendis ſacrificiis & precibus, (vt par eſt, & decet fratrum meminiſſe,) atq; etiā de veſtra lætamur gloria. Cæterū nos multis circūuenti calamitatibus, belliſque multis, & præliis circumcolētium nos regū appetiti, quāuis noluerimus eſſe moleſti vobis, reliquíſve ſociis & amicis noſtris in bellis his, (vt qui haberemus præſens nobis è cælo auxilium, quo ab inimicis noſtris liberati ſumus, & hoſtes noſtri afflicti,) cū tamē delectos Numeniū Antiochi filiū, & natū Iaſone Antipatrū ad Romanos, ad amicitiam cū eis & priſtinam ſocietatē renouādam mitteremus, in mandatis dedimus illis, vt vos quoque ſalutatum proficiſcerētur, vobíſque literas noſtras de renouatione fraternæ cōiunctionis redderēt. Proinde nūc iam recte feceritis, ſi nobis ad eas reſpondeatis. ¶Hoc autē eſt exemplū literarū, quas miſit ad Oniā Arius, REX Spartiatarū Oniæ pōtifici maximo ſalutē. Repertum eſt in monumētis ſcriptorū de Spartiatis & Iudæis fratres eſſe eos oriūdos ex genere Abraham. Quod ex quo cognouimus, recte feceritis ſi ad nos de ſtatu veſtro ſcribatis. Nos verò viciſſim ad vos ſcribimus, Pecudes & facultates veſtræ, noſtræ ſunt: & quæ noſtra ſunt, veſtra. In hāc itaq; ſententiā ad vos mādata dedimus.

Ioſephus Antiq. 11. cap. 8.

¶r.i. cognatos, qui fratres recte dicuntur: cū etiā Heduos fratres Romanorū vocet Cicero ad Attic. lib. 1. epiſto. 14. & alibi ad Trebatiū.

¶t Lego, [illegible] Hoc eſt exēplū epiſtolæ, cuius ſuperior fecit mētionem olim ad Oniam miſſæ, quā quia prior interpres putauit ſcriptū ad Ionathan, ideo textū corrupit additionibus. Vide Græca, & Ioſephum Antiq. lib. 12 cap. 5.

¶ [illegible] eo ſenſu vſurpant Hebræi.

¶ 4 Hactenus epiſtola Ionathæ cum exemplis epiſtolæ regis Spartani olim ad Oniam miſſæ ſubſcripto. Spartanorum autem reſpõſum præſens, quia in eandem fuit ſententiam, ideo breuitatis cauſa omittitur, vt & 14. capite, cũ mendo facta eſt amicitiæ cum Ionatha renouatæ, quia in eandem ſententiã cum Simone redintegrata fuit: ideo exemplum ad Simonem miſſum compendioſius attingitur, & id quod Simon reſpondit, omittitur. Potius tamen mihi videtur horum legatorũ reditus cũ reſpõſo cap. 14. deſcribi. Quòd ſicut videtur nimium eſſe tempus quod intercesſerit: is cogitet Numenium, qui eodem 14. cap. remiſſus dicitur poſt eũdẽ ferè tẽporis ſediſſe narrari ca. 11. præterquã quòd Iudæi in hiſtoriis ſuis de tẽporum ordine parum ſunt ſoliciti.

¶ [4] Porrò cum Ionathas audiſſet principes Demetrij cũ exercitu multo quàm antea maiori ad bellum ſecum gerendum reuerti, profectus Hieroſolymis, properauit obuiã eis in Hamathitin regionem, (nõ enim dabat eis ſpatium regionem ſuam ingrediendi,) & miſit exploratores in caſtra eorũ, qui reuerſi nunciant ei ſic illos conſtituere, vt eum noctu opprimant. Vt ergo ſol occidit, iubet Ionathas ſuos vigilare, & ſtare in armis paratos ad prælium per totam noctem, & circum caſtra diſponit excubitores. Quod vbi intellexerunt hoſtes, Ionathan cum ſuis paratum eſſe ad pugnam, territi animóque conſternati, ſuffugerunt, ignibus in caſtris ſuis accẽſis: nec reſciuit rem Ionathas cũ ſuis, (videbant enim ignes ardentes,) donec mane diluxit. Tum perſecutus eſt eos Ionathan fugiẽtes, ſed aſſequi non potuit. Iam enim Eleutherum fluuiũ tranſierant. Diuertit ergo Ionathan in Arabas nomine Zabadæos, cladéque affecit eos. & deprædatus eſt: motiſque inde caſtris, venit ad Damaſcum, & omnem eius agrum percurrit. Simõ quoque cũ ad Aſcalonem vſque proximáque præſidia expeditione peruaſiſſet, declinauit inde ad Ioppen, quam & occupauit, (audierat enim eos de tradenda Demetrianis munitione cogitare,) atque præſidium ad retinendam eam impoſuit. Cum autem reuerſus Ionathas cum conuocato populi ſenatu conſilium iniiſſet de ædificandis in Iudæa munitionibus, de extruẽdis muris Hieroſolymæ, & de attollenda celſa mole inter arcem & vrbem, quæ arcem ſeorſum ſtantem ab vrbe dirimens [5] emendo ac vẽdendo [5] intercluderet: congregati ſunt qui vrbem repararent, (nam muri pars, quæ ad torrentem eſt ab Subſolano, [6] corruerat,) & [7] Caphenata [7] dictum inſtaurarunt. Simon autem extruxit [8] Adida in Sephela, [8] eámque portis & clauſtris cõmuniuit. ¶ Porrò Tryphõ regnare in Aſia, imponeréque ſibi diadema, atque manus afferre Antiocho affectãs, metuens tamen ne id non permitteret Ionathas, ſed bellum inferret ipſi, viam quærebat comprehendendi eum, atque interficiendi. Cum igitur profectus Bethſan aduenisset, egreſſus obuiam ei Ionathas cum delectis ad prælium quadraginta virorum millibus, Bethſan & ipſe venit. Videns autem Tryphon eum cũ multis adeſſe copiis, manum conferre veritus, honorificè excepto, amicisque ſuis omnibus commendato cum munera dediſſet illi, & amicos exercitũmq; ſuum ei æque atque ſibi parẽre iuſſiſſet, Ionathan ſic allocutus eſt. Quid ita populum hunc vexãdum putauiſti, cum nullum inter nos bellum exortum ſit? Iam igitur remiſſis domos ſuas his, delectiſque tibi viris qui apud te remaneant paucis, comitare me Ptolemaidem. Tradam enim eam tibi cũ reliquis præſidiis & copiis, rerúmque gubernatoribus omnibus, indéque retro qua veni remeabo. Nam hac de cauſa adſum. Cui fidem adhibens ille, conſilio eius paruit, & copias liberauit ad remeãdum in terram Iudaicam, retentis apud ſe tribus virorum millibus: quorum duobus millibus relictis in Galilæa, mille ſecũ abduxit. Cæterũ vt primum Ionathas Ptolemaidem intrauit, Ptolemenſes occluſis portis comprehẽderunt eum, & omnes ſimul ingreſſos ferro interfecerunt. Tum Tryphon pedeſtrem exercitum cum equitatu miſit in Galilæam in campum illum magnum, vt omnes Ionathæ ſocios perimeret. Qui cũ Ionathã captum eſſe intellexiſſent, & eum cũ ſuis [9] interiiſſe, [9] cohortati ſeinuicem in prælium ibant condenſi & parati. Videntes autem ij qui perſecutum eos venerant, de vita agi periculum, ſe receperunt

¶ Et audiuit Ionathas quoniam regreſſi ſunt principes Demetrij cum exercitu multo ſupra quàm prius, pugnare aduerſus eum: & exijt ab Ieruſalẽ, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis ſpatium vt ingrederẽtur regionem eius. Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum: & reuerſi renunciauerũt quòd cõſtituunt ſuperuenire illis nocte. Cum occidiſſet autẽ ſol, præcepit Ionathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum. Et audierunt aduerſarij quòd paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello: & timuerunt & formidauerunt in corde ſuo, & accenderunt focos in caſtris ſuis. Ionathas autem & qui cum eo erãt, non cognouerunt vſque mane: videbant autẽ luminaria ardentia, & ſecutus eſt eos Ionathas, & non comprehendit eos: [a] tranſierunt [a] enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum. Et iunxit, & venit Damaſcum, & perambulabat omnem regionem illam. Simon autem exijt, & venit vſque ad Aſcalonem, & ad proxima præſidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eã. (audiuit enim quòd vellent præſidium tradere partibus Demetrij) & poſuit ibi cuſtodes, vt cuſtodirent eam. Et reuerſus eſt Ionathas: & cõuocauit ſeniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præſidia in Iudæa, & ædificare muros in Ieruſalem, & exaltare altitudine magna inter mediũ arcis & ciuitatis, vt ſepararet eam à ciuitate, vt eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque vendant. Et cõuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat ſuper torrẽtem ab ortu ſolis, & reparauit eũ qui vocatur Caphetetha: & Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit eam, & impoſuit portas & ſeras. ¶ Et cũ cogitaſſet Tryphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manum in Antiochũ regem: timens ne fortè non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus eum, quærebat cõprehendere eum, & occidere. Et exurgẽs abijt in Bethſan. Et exiuit Ionathas obuiã illi cũ quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Bethſan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cũ exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. & excepit eum cum honore, & commẽdauit eũ omnibus amicis ſuis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus ſuis vt obedirẽt ei ſicut ſibi. Et dixit Ionathæ, Vt quid vexaſti vniuerſum populum, cum bellum nobis non ſit? Et nunc remitte eos in domos ſuas: elige autem tibi viros paucos qui tecum ſint, & veni mecum Ptolemaidã, & tradã eam tibi, & reliqua præſidia & exercitum & vniuerſos præpoſitos negotij, & conuerſus abibo: propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Iuda. Retinuit autem ſecũ tria millia virorum: ex quibus remiſit in Galilæam duo millia, mille autem venerũt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauſerunt portas ciuitatis Ptolemenſes: & cõprehenderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerãt, gladio interfecerunt. Et miſit Tryphon exercitum & equites in Galilæã, & in campũ magnũ, vt perderent omnes ſocios Ionathæ. At illi cum cognouiſſent quia comprehenſus eſt Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erãt hortati ſunt ſemetipſos, & exierunt parati in præliũ. Et videntes hi qui inſequuti fuerant, quia pro anima res eſt illis, reuerſi

Fugat Ionathas principes Demetrij.

¶ [a] tranſiẽrant

F Ionathã dolo circũuentum cõprehendit Tryphon.

¶5 l. omni cõmeatu. ¶6 ἔπεσε. al. ἤγγισε. ¶7 al. Caphethera ¶8 al. Adiada. Porro Sephela videtur interpres appellatiuum pro proprio poſuiſſe. N[am] alioquĩ שפלה vallem ſignificat. ¶9 Ita audierant, quamuis interceptus non eſſet, ſed captus tantum, cap. 13. b.

ſant: illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda, & planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipſo erant valde: & luxit Iſrael luctu magno. Et quæſierunt omnes gentes quæ erāt in circuitu eorū, conterere eos. dixerunt enim, Non habēt principem & adiuuantē: nūc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

Capto Ionatha Simō dux eligitur, à quo Tryphon pro Ionathæ redēptione liberis eius & argēto acceptis, ipſum Ionathan cū liberis interimit.

ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitū copioſum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. Vidēs quia in tremore popul9 eſt & in timore, aſcendit Ieruſalem, & cōgregauit populum: & adhortans dixit, Vos ſcitis quāta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro ſanctis prælia, & anguſtias quales vidimus: horū gratia perierūt fratres mei omnes propter Iſrael, & relictus ſum ego ſolus. Et nūc nō mihi cōtingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: nō enim melior ſum fratribus meis. Vindicabo itaque gentē meā, & ſancta, natos quoque noſtros, & vxores: quia cōgregatæ ſunt vniuerſæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accēſus eſt ſpiritus populi ſimul vt audiuit ſermones iſtos. & reſpōderūt voce magna dicētes, Tu es dux

B noſter loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. pugna prælium noſtrū: & omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. Et cōgregās omnes viros bellatores, accelerauit cōſummare vniuerſos muros Ieruſalem, & muniuit eam in gyro. Et miſit Ionathan filium Abſalomi, & cū eo exercitum nouum in Ioppen, & electis his qui erant in arce, remāſit illic ipſe. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cū exercitu multo, vt veniret in terrā Iuda, & Ionathas cum eo in cuſtodia: Simon autē applicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ: & quia commiſſurus eſſet cum eo præliū: miſit ad eum legatos, dicens, Pro argento quod habebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit detinuimus eū. Et nunc mitte argenti talēta centum, & duos filios eius obſides (vt non dimiſſus fu-

C giat à nobis) & remittemus eū. Et cognouit Simon quia cū dolo loqueretur ſecum, iuſſit tamē dari argentū, & pueros: ne inimicitiam magnam ſumeret ad populū Iſrael dicentē, Quia non miſit ei argētum & pueros, propterea periit. Et miſit pueros, & centū talenta: & mentitus eſt, & non dimiſit Ionathan. Et poſt hæc venit Tryphon intra regionē, vt contereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador, & Simon & caſtra eius ambulabant in omnē locum quocunque ibant. Qui autem in arce erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, vt feſtinaret venire per deſertū, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon omnem equitatū, vt veniret illa nocte: erat autē nix multa valde, & non venit in Galaaditim. Et cum appropinquaſſet Baſcaman, occidit Ionathan, & filios eius illic. Et conuertit Try-

D phon, & abiit in terrā ſuā. ¶ Et miſit Simon, & accepit oſſa Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et plāxerunt eum omnis Iſrael planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrū patris ſui & fratrum ſuorum ædificiū altum viſu, lapide polito retro & ante: & ſtatuit ſeptem pyramides, vnā cōtra vnā patri & matri, & quatuor fratrib9: & his circūpoſuit colūnas magnas: & ſuper colūnas arma, ad memoriā æternā: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. hoc eſt ſepulchrū quod fecit in Modin vſque in hūc diē. ¶ Tryphon autē cū iter faceret cū An-

Sepulchrū Ionathæ.

Occiſo Antiocho regnū occupat Tryphon.

hi verò ſalui euaſerunt in terram Iudaicam, Ionathan & ſocios eius lamentantes. quapropter terribili vehemēter omnes Iſraelitæ, luctui magno ſe dediderunt. Et omnes quæ circuncolebant gētes, conabantur eos excindere, quòd dicerent, Nec ducē habent nec adiutorem, quare nunc bello petamus eos, & memoriam eorum è viuis deleamus.

CAP. XIII.

POrrò Simon vt intellexit Tryphonē multas coegiſſe copias, quibuſcum inuaderet & attereret terram Iudaicam, vidit autem populum trepidum & formidoloſum, cū aſcendiſſet Hieroſolymā cōuocatum populū adhortās, Ipſi ſcitis, inquit, quāta ego & fratres mei, domúſq; paterna mea pro lege ſacriſq; geſſerimus, & quæ viderimus prælia & anguſtias: per hæc enim fratres mei omnes occubuerunt pro Iſraele, & ſolus ego relictus ſum. Abſit igitur nūc vt vitæ meæ parcam vllo tempore calamitoſo, (neq; enim pluris ſum quàm fratres mei) quin gentē meā & ſacra, tum vxores ac liberos noſtros vindicem: quandoquidē omnes gētes ad excindēdum nos hoſtiliter ſunt congregatæ. Hæc ſimulatq; dicta audita ſunt, refocillatus animis populus, magna voce reſpondens exclamat, Tu dux noſter es loco Iudæ & Ionathæ fratrū tuorum, tu gere bellum noſtrū, & omnia quæcunque nobis imperaueris, faciemus. Tum collectis viris bellicoſis omnibus, ſimul muris Hieroſolymæ perficiēdis inſtans, & eam vndique cōmuniens, Ionathan Abſolomi filium iuſto cum exercitu miſit Ioppen, quā electis incolis inſedit. Interim cum Tryphon multo cū exercitu Ptolemaide mouiſſet inuaſurus terram Iudaicam, vinctúmque ſecū ducens Ionathan, Simon ⌜Adidis⌝ in proſpectu campi caſtra fecit. Vt autem Tryphon cognouit Simonē Ionathæ fratri ſuo ſucceſſiſſe, ipſúmque præliū ſecum eſſe cōmiſſurum, legatos ad eum miſit, qui dicerent, Fratrē tuum ob pecunias quas regiis rationibus, propter commiſſas ſibi curationes debet, detinemus. Nunc igitur mitte centum talenta argenti, & duos filiorum eius obſides, (ne dimiſſus à nobis deficiat,) & eum dimittemus. Quanuis itaque Simon dolo ſecum agi intelligeret, argentū tamē & pueros miſit, ne fortè magnas inimicitias populi ſuſciperet, dicturi quòd non miſiſſet ei argentum & liberos, ideo illum interiiſſe. Pueros ergo miſit cum centū talentis, ſed ille fefellit fidē, nec dimiſit Ionathan. Deinde cum Tryphon ad regionē inuadendam, ac deuaſtandam accedens iter Adoram verſus circunflecteret, Simon exercitum ſuū ducebat ei obuiam in quæcunque loca proficiſceretur. Ii verò qui tenebant arcem, miſerunt ad Tryphona legatos, qui eum vt ad ſe per deſertum contenderet, commeatúmque ſibi mitteret, ſolicitarēt. Quapropter Tryphon omnē equitatum ſuum ad iter illud comparauit. Cæterum quia multum illa nocte ninxerat, per niuē venire non potuit, ſed profectus contendit in Galaaditiden. Cum autem appropinquaſſet Baſchamam, Ionatha [cum filiis ipſius] occiſo, vbi & ſepultus fuit, cōuerſus inde remeauit in terram ſuā. ¶ Tum miſit Simon qui tranſlata inde oſſa Ionathæ fratris ſui Modini in patria ſua ſepelirent: omnēſque Iſraelitæ cū magna lamentatione proſecuti, per dies multos luxerunt. Et extruxit Simō patri ſuo fratribúſque monumentū, celſo expolito lapide ædificio à frōte & à tergo viſendū, ſeptēmque pyramides ſingulis aduerſas ſingulas, patri & matri, ac quatuor fratribus ſuis inſuper impoſuit: tum has artificioſa columnarū ingentiū ſtructura circundedit, & columnis omnē armorū apparatū ad memoriam æternam ſuperaddidit, nauibus in columnis iuxta arma inſculptis, quæ eſſent omnibus mare nauigantibus conſpicuæ. Hoc eſt monumentum, quod ille Modini excitauit, hodie quoque ſpectandum. ¶ Porrò Tryphon dolo agens cū An-

Ioſephus Antiq. lib. 13. cap. 9.

⌜ ἐν Ἀδιδοις. al. Ἀδιδύς. al. Addus. Ioſephus, ad Iadam

tiocho rege adoleſcente, cum intetempto eo regnū occupaſſet, impoſuit ſibi diadema Aſiæ, cladēmque terræ magnā intulit. ¶Simon autē ædificās munitiones Iudææ, cāmq; celſis turribus, ac muris ingētibus, propugnaculis, portis, clauſtriſq; cōmuniēs, atque imponens cōmeatus munitionibus, delectos viros ad regē Demetriū mitit de dāda regioni vacatione, eo quòd Tryphon omnia egiſſet per direptiones. Cui Demetrius legatos remitit cum huiuſmodi mādatis ac reſpōſo, talēmq; reſcripſit ei epiſtolā, REX Demetrius Simoni ſummo pōtifici, & ſenatui gentiq; Iudæorū ſalutē. Coronā auream & [1]bainen quæ miſiſtis, recepim⁹, & parati ſum⁹ pacē amplā facere vobiſcū, ſcriberēq; præfectis vectigaliū, vt dēt vobis vacationē. & vt quęcūq; vobis pacti ſumus, rata ſint, & veſtræ ſint quas ædificaſtis munitiones. Errata quoq; & quæ ad hūc vſq; diē peccata ſunt cōdonam⁹, vnà cū corona quā debebatis: & ſiquid aliud pēdebatur Hieroſolymis, vt iā nō pēdatur. Quòd ſiqui veſtrū qui numero noſtrorū aſcribātur, ſunt idonei, adſcribātur, & pax inter nos cōſiat. ¶Anno cēteſimo ſeptuageſimo ſublatū eſt ab Iſraele iugū Gentiū, cœpitq; populus Iſraelitic⁹ ſic inſcribere ſyngraphas & perſcriptiones, Anno primo, Simone pontifice maximo, [2]duce & principe Iudæorū. Illis temporibus exercitū duxit ad Gazam, cinctæq; obſidione vrbi extructā machinam applicuit. Cūmq; pulſatā turrim vnam cepiſſet, iis qui in machina erant in vrbē deſilientibus, magna eſt orta in vrbe trepidatio, & ciues vnà cū vxorib⁹ & liberis procurrere in muros, ſciſſis veſtimentis ſuis magnaque voce clamitare, [4]dexterā à Simone ſibi dari poſcentes, ac dicere, Ne ſecundū noſtram malitiā agas nobiſcū, potius quàm pro tua miſericordia. Et pactus eſt cū illis Simon, atq; oppugnādo deſtitit. Deductis deinde ex vrbe illis, & ædibus in quibus ſimulachra erant expurgatis, ita demum ingreſſus eſt in illā cantans & gratulabundus: eiectáque inde omni impuritate cum viros legis ſtudioſos in ea collocauiſſet, reddidit eam munitiorē, ſibiq; habitationē in ea ædificauit. Qui autem arcē Hieroſolymitanā inſidebant, exitu & excurſione in agros, tum [5]emēdo, vendēdō quoq; interclusi, fame grauí laborantes, adeò vt præ fame bona pars eorum periret, a Simone dexteram ſibi dari poſcebāt clamoribus: quā cum dediſſet, deductis inde illis, arcē ab impuritate expurgauit, & tertia & viceſima die ſecūdi menſis anni centeſimi ſeptuageſimiprimi, ingreſſus eſt in eam cū laudibus & ramis palmeis, cum [6]citharis atq; cymbalis, cum nablis, hymnis & cāticis, eo quòd hoſtis immanis exterminatus eſſet ex Iſraele. Eam diē ſingulis annis cum lætitia celebrandā inſtituit. Cūmq; montē templi arci proximum cōmuniuiſſet, ipſe cum ſuis ibidē habitauit. Videns autē Simon Iohannē filiū ſuū in virū euaſiſſe, conſtituit eum ducē vniuerſi exercitus, & habitauit Gazaris. CAP. XIIII.

ANno centeſimo ſeptuageſimoſecundo, rex Demetrius collectis omnibus copiis ſuis in Mediā ad auxilia ſibi cōtrahēda profectus eſt, vt qui Tryphoni bellū eſſet illaturus. Vt autē audiuit Arſaces rex Perſiæ & Mediæ fines ſuos ingreſſum eſſe Demetriū, vnum miſit è principibus ſuis, qui viuum eum cōprehenderet: qui profectus Demetrium exercitu eius deuicto captum perduxit ad Arſacen, qui eum tradidit in cuſtodiā. Et quiete vſa eſt terra omnibus temporib⁹ Simonis. nā ſtudioſus fuit commodorum gentis ſuæ, & apud eam poteſtate ſua gloriáque per omne tempus gratioſus. Inter omnia autē ab ipſo geſta magnifice Ioppen quoq; obtinuit portu cōmodā, ad inſulas maris ingreſſum aperuit, gētis ſuę fines dilatauit, vbi rector regionis eſt factus, [1]captiuóſq; multos recol legit. Potitus eſt & Gazaris, ac Bethſuris & arce, quā expur-

¶1 al. bahen, quod alii torquē interpretantur, alii ſmaragdū, alii baltheum.

¶2 vl, præfecto

¶4 i. ſe in deditionē fide data accipi.

¶5 i. omni cōmeatu.

¶6 vl, cinyris

¶1 Scilicet Iudæos: niſi malis, captiuos multos cōparauit, ſcilicet in poteſtatem ſuam redactos.

tiocho rege adoleſcēte, dolo occidit eū. Et regnauit loco ei⁹, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagā magnā in terra. ¶Et ædificauit Simon præſidia Iudææ, muniēs ea turrib⁹ excelſis, & muris magnis, & portis, & ſeris: & poſuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & miſit ad Demetriū regē vt faceret remiſſionē regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerāt geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpōdit ei, & ſcripſit epiſtolam talē. REX Demetrius Simōni ſummo ſacerdoti & amico regū, & ſenioribus, & genti Iudæorū ſalutē. Coronā aureā, & bahem quā miſiſtis, ſuſcepimus: & parati ſumus facere vobiſcū pacē magnā, & ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ indulſimus. Quæcūq; enim cōſtituimus, vobis cōſtāt. Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint. remittimus quoq; ignorātias, & peccata vſq; i hodiernū diē, & coronā quam debebatis: & ſiquid aliud erat tributariū in Ieruſalē, iā nō ſit tributariū. Et ſiqui ex vobis apti ſunt cōſcribi inter noſtros, cōſcribantur, & ſit inter nos pax. ¶Anno cēteſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugū Gentium ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere i tabulis & geſtis publicis, anno primo ſub Simōne ſummo ſacerdote, magno duce, & principe Iudæorū. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circūdedit eam caſtris & fecit machinas & applicuit ad ciuitatē, & percuſſit turrē vnā, & cōprehendit eā. Et eruperāt qui erant intra machinā, in ciuitatem: & factus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcēderunt qui erāt in ciuitate cū vxoribus & filiis ſupra murū ſciſſis tunicis ſuis, & clamauerūt voce magna poſtulātes a Simōne dextras ſibi dari, & dixerūt, Non nobis reddas ſecundū malitias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas: & ſeruiemus tibi. Et flexus Simon nō debellauit eos: eiecit tamē eos de ciuitate, & mūdauit ædes in quibus fuerant ſimulachra, & tunc intrauit in eam cū hymnis benedicens Dominū. Et eiecta ab ea omni immūditia, collocauit in ea viros qui legē facerēt: & muniuit eā, & fecit ſibi habitationē. Qui autē erāt in arce Ieruſalē, prohibebātur egredi & ingredi regionē, & emere & vēdere: & eſurierūt valde, & multi ex eis fame perierūt, & clamauerūt ad Simōnem vt dextras acciperet. & dedit illis: & eiecit eos inde, & mūdauit arcē à cōtaminationib⁹, & intrauerūt in eā tertia & viceſima die ſecūdi mēſis, anno cēteſimo ſeptuageſimoprimo, cū laude & ramis palmarū, & citharis, & cinyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & cāticis, quia cōtritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. Et cōſtituit vt omnibus annis agerētur dies hi cū lætitia. Et muniuit montē tēpli, qui erat ſec⁹ arcē, & habitauit ibi ipſe, & qui cū eo erāt. Et vidit Simon Iohannē filiū ſuū quòd fortis vir prælii eſſet: & poſuit eū ducē virtutū vniuerſarum, & habitauit in Gazaris. CAP. XIIII.

ANno cēteſimo ſeptuageſimoſecundo cōgregauit rex Demetrius exercitum ſuum, & abiit in Mediam ad cōtrahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Tryphonē. Et audiuit Arſaces rex Perſidis & Mediæ quia intrauit Demetrius confines ſuos, & miſit vnū de principibus ſuis vt cōprehenderet eum viuum. Et abiit, & percuſſit caſtra Demetrii: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacem, & poſuit eū in cuſtodiam. Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simōnis, & quæſiuit bona genti ſuæ, & placuit illis poteſtas eius & gloria eius omnibus diebus. Et cū omni gloria ſua accepit Ioppen in portum & fecit introitum in inſulis maris. Et dilatauit fines gentis ſuæ, & obtinuit regionem. Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus eſt Gazaræ, & Bethſuræ, & arci: & abſtulit immundi-

B

Pacem init Demetrius cū Simône

E

Simon Gazam expugnat.

G

Arcē Simō occupat.

Iohannem filiū ducē conſtituit.

Demetrius ab Arſace deuictus.

Simône duce ſumma in Iſraele quies.

tias ex ea, & nõ erat qui reſiſteret ei. Et vnuſquiſq;
B colebat terrã ſuã cũ pace: & terra Iuda dabat fru-
ctus ſuos, & ligna camporũ fructũ ſuum. Seniores
in plateis ſedebant omnes, & de bonis terræ tracta
bant, & iuuenes induebãt ſe gloriã, & ſtolas belli.
Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & conſtituebat
eas vt eſſẽt vaſa munitionis quoadusq; nominatũ
eſt nomẽ gloriæ eius vſq; ad extremũ terræ. Fecit
pacẽ ſuper terrã, & lætat⁹ eſt Iſrael lætitia magna.
Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea
ſua. & nõ erat qui eos terreret. Defecit impugnãs
eos ſuper terrã: & reges cõtriti ſunt in diebus illis.
Et cõfirmauit omnes humiles populi ſui, & legem
exquiſiuit, & abſtulit omnẽ iniquũ & malũ: ſancta
Renouant glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanctorũ. ¶Et au
fœd⁹ cũ Iu- ditũ eſt Romæ quia defunctus eſſet Ionathas, & vſq;
dæis Spar- in Spartiatas: & cõtriſtati ſunt valde. Vt audierunt
tiatæ & Ro autẽ quòd Simon frater eius factus eſſet ſummus
mani. ſacerdos loco eius, & ipſe obtineret omnẽ regionẽ,
C & ciuitates in ea, ſcripſerũt ad eũ in tabulis æreis,
ſ.8.c.d. vt renouarent amicitias & ſocietatẽ quã fecerãt cũ
&.12.a. Iuda & cũ Ionatha fratribus eius. Et lectæ ſunt in
conſpectu eccleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplũ e-
piſtolarũ quas Spartiatæ miſerũt, SPARTIA-
NORVM principes & ciuitates Simõni ſacerdoti
magno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo po
pulo Iudæorum fratribus ſalutẽ. Legati qui miſſi
ſunt ad populũ noſtrũ, nuntiauerunt nobis de ve-
ſtra gloria, & honore & lætitia: & gauiſi ſumus in
introitu eorũ. Et ſcripſimus quæ ab eis erãt dicta
in concilijs populi, ſic, Numenius Antiochi, & An-
tipater Iaſonis filius legati Iudæorũ, venerunt ad
nos, renouãtes nobiſcum amicitiã priſtinã. Et pla-
cuit populo excipere viros glorioſe, & ponere ex-
emplum ſermonũ eorũ in ſegregatis populi libris,
D vt ſit ad memoriã populo Spartiatarũ. Exemplum
autem horum ſcripſimus Simõni magno ſacerdo-
ti. ¶Poſt hæc autẽ miſit Simon Numeniũ Romã,
habentem clypeum aureũ magnũ, pondo mnarum
mille ad ſtatuendã cum eis ſocietatem. Cum autẽ
audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixe-
runt. Quam gratiarũ actionẽ reddemus Simõni &
filijs eius? Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expu-
gnauit inimicos Iſrael ab eis, & ſtatuerunt ei liber
tatẽ, & deſcripſerũt in tabulis æreis, & poſuerũt in
titulis in mõte Sion. Et hoc eſt exemplũ ſcripturæ,
OCTAVADECIMA die mẽſis Elul, anno cẽte
ſimo ſeptuageſimoſecundo, anno tertio ſub Simõ-
ne ſacerdote magno in Aſaramel, in cõuentu ma-
gno ſacerdotũ, & populi, & pricipũ gẽtis, & ſenio-
rũ regionis nota facta ſunt hæc. Quoniã frequẽter
facta ſunt prælia in regione noſtra. Simõ autẽ Ma
E thathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederũt
ſe periculo, & reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ, vt
ſtarẽt ſancta ipſorũ & lex, & gloria magna glori-
ficauerũt gentẽ ſuã. Et cõgregauit Ionathas gentẽ
ſuã, & factus eſt illis ſacerdos magnus, & appoſitus
eſt ad populũ ſuũ. Et voluerũt inimici eorũ calcare
[5]ſancta,[5] & atterere regionẽ ipſorũ, & extẽdere ma
¶eorum. nus in ſancta[6]ſanctorũ.[6] Tũc reſtitit Simon, & pu-
gnauit pro gẽte ſua, & erogauit pecunias multas,
& armauit viros virtutis gẽtis ſuæ, & dedit illis ſti
pendia & muniuit ciuitates Iudææ, & Bethſuram
quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hoſtiũ
antea: & poſuit illic præſidiũ viros Iudæos. Et Iop-
pen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ
eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habita-
bant, & collocauit illic Iudæos: & quæcunque apta
erant ad correptionem eorum, poſuit in eis. Et vi-
dit populus actum Simõnis, & gloriam quam cogi-
tabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eũ ducem ſuũ,

gauit impuritatibus: nec iã quiſquã ei reſiſtere, ſed
in pace terrã quiſque ſuã colere, illa verò reddere
prouẽtus ſuos, & arbores fructus ſuos in agris. Se-
nes in vicis ſedentes omnes de bonis ſermones in-
ter ſe cõferebãt: iuuenes autẽ ſe habitu gerebãt ma
gnificè, & bellicoſè. Præterea ciuitates iuuit cõmea
tibus, & eas armamentis quibus cõmunirentur in-
ſtruxit, adeò vt euaſerit gloria nominis eius in vl-
timas vſq; terras percelebrata. Hic pacẽ terræ pepe
rit, vnde Iſraelitæ magnã lætitiã perceperũt. Sede-
bant enim quiſq; ſub vite ſua, inque tabernaculis:
nec erat qui ipſos exterreret. Nam ſublati erant de
terra hoſtes eorũ, regeſq; tẽporibus illis profligati.
Hic cõfirmauit omnes humiles in populo ſuo, legẽ
aſſeruit ſtudioſe, & nefariũ omnẽ atq; ſceleratum
deleuit, cõdecorauit ſacra, vaſaq; ſancta multipli-
cauit. ¶Porrò cũ nuntiatũ eſſet Romã interiiſſe Io
nathan, famaq; ad Spartiatas vſq; perueniſſet, ma-
gnus illis mœror iniectus eſt. Vt autẽ audierunt Si-
monẽ fratrẽ loco eius creatũ eſſe ſummũ põtificẽ,
& eum regionẽ cũ vrbibus eiuſdẽ obtinere, ſcripſe
runt ad eũ tabulis æreis de renouanda cũ eo ami-
citia & ſocietate quã cũ Iuda & Ionatha fratribus
eius inierant, & pro cõcione lectæ ſunt Hieroſoly-
mis. Hoc autẽ exemplũ eſt literarũ quas miſerunt
Spartiatæ, SPARTIATARVM pricipes, & ci
uitas Simoni põtifici maximo, & ſenatui, tũ ſacer-
dotibus, reliquoq; populo Iudæorũ fratrib⁹ ſalutẽ.
Poſtquã legati ad populũ noſtrũ miſſi nos de glo-
ria honoreq; veſtro fecerunt certiores, aduẽtu eo-
rum gauiſi relationẽ eorũ in plebiſcita perſcripſi-
mus, hoc pacto. Cum Numenius Antiochi filius, &
Iaſonis filius Antipater legati Iudæorũ veniſſent
ad nos renouaturi priſtinã nobiſcũ amicitiam: pla
cuit populo viros eos honorifice eſſe excipiẽdos, & דברים ¹
exemplũ eorũ[1]actorũ[1] referendũ in literas publi- ¶1 Vide ali
cas, populo Spartano futurũ monimẽto. [2]Horũ au quid anno
tem exemplũ ad Simonẽ ſummũ pontificẽ ſcriptũ tatũ ſuprà
eſt. ¶His ita peractis miſit Simon Numeniũ Romã cap.12.c.d.
cũ ingẽti clypeo põdo minarũ mille aureo, ad ſo- ¶4 Scilicet
cietatẽ cum Romanis cõfirmandã. [4]Populus[4]autem Iudaicus.
his omnibus, vt acta eſſent, intellectis, Quã gratiã,
inquit, Simoni & filiis eius referemus? Nã ipſe cum
fratribus ſuis domoq; paterna ſua cõſtabiliuit Iſ-
raelẽ, & hoſtibus bello propulſatis, libertatẽ eidem
peperit. Conſcriptas itaq; tabulas æreas in colũnis
in mõte Sion propoſuere. Hoc autẽ eſt ei⁹ ſcripturæ
exẽplũ, OCTAVADECIMA die menſis Elul
anni centeſimi ſeptuageſimiſecũdi, qui tertius erat
annus, ex quo Simon ſummũ pontificatũ obtinue
rat[5]Hieroſolymis,[5] in magno concilio ſacerdotum ¶5 Quod
& populi, tum principũ gentis, ſenatuſq; regionis, alibi Sara-
publicè ſignificandũ putauimus, cum in noſtra re- mel, Aſara
gione crebra bella eſſent exorta. Simonem Matta- mel legit̃,
thiæ filiũ è poſteris Iarib oriundũ, & fratres eius ſe ego Ieruſa
cõmiſiſſe periculis, ſeq; oppoſuiſſe hoſtibus gentis lẽ legendũ
ſuæ, vt ſacra ipſius & lex ſalua forent, eandẽmque putaui.
gentẽ magna cõdecoraſſe gloria. Cum verò Iona-
thas (qui gentẽ ſuam, cuius ſummus erat pontifex,
cõtinuerat) ad populũ ſuum conceſſiſſet, hoſteſque
eorũ conarentur terrã ipſorũ inuadere, vt depopu-
larentur eam, ſacriſque ipſorum manus afferrent,
tum Simon exortus bellũ ſuſcepit pro gente ſua,
pecunias multas erogauit de ſuo, armis inſtruxit
milites exercit⁹ gẽtis ſuæ, iiſq; dedit ſtipẽdia. Præ-
terea vrbes Iudaicas cõmuniuit, præſertim Bethſu
ram ſitam in Iudææ finibus, vbi arma hoſtiũ ante
fuerant, & præſidiũ ibidẽ è viris Iudæis collocauit.
Ioppen quoque muniit ad mare poſitam, & Gaza-
rã, quæ eſt in finibus Azoti, antea ab hoſtib⁹ infeſ-
ſam, & collocauit in ea Iudæos, omniaq; his ad re-
parationem earum accõmodata impoſuit. Videns
ergo populus fidem Simonis, & qua gloria gentẽ ſuam decreuiſſet afficere, ducem eum ſibi conſtituit,

ſummúmq; pontificē, propter hęc omnia quæ geſſit, & ob eam quam gēti ſuæ ſeruauit iuſtitiā & fidē, vt qui populum ſuū omni modo ſtuduerit extollere. Huius temporibus opera eiuſdē feliciter effectum eſt, vt Gentes è terra ipſorum auferrentur, cum iis qui vrbē Dauid Hieroſolymã inſidētes arcē ſibi extruxerāt, ex qua excurſantes quæ circum ſacra erant profanabant, magnamque cladem inferebant ſanctitati. Hanc arcem Simon impoſitis viris Iudæis communiuit ad præſidiū regionis & vrbis, extruxitq; muros Hieroſolymæ. Rex quoq; Demetrius pontificatum ei conſtabiliuit [6]per omnia,[6] & adnumerauit eum amicis ſuis, magnâque gloria condecorauit. Audierat enim amicos appellari Iudæos à Romanis, & ſocios, legatóſque Simonis ab iiſdem eſſe honorifice exceptos. Præterea placuiſſe Iudęis & ſacerdotibus principem eſſe Simonē, ſummúmque pontificē perpetuò, (donec propheta [7]certus[7] exiſteret,) atque etiam ducem ſuum, cui ſacra curæ forent, & qui munijs horum ac regioni, tum armis munitionibúſque certos præficeret: qui curam haberet ſacrarij, cuiúſque imperio cuncti obſequerentur. Ad hæc vt nomine ipſius inſcriberentur omnes per regionē ſyngraphæ, vt purpurā geſtaret & aurū, nec cuiquā è populo ſacerdotibúſve fas eſſet quicquā horum facere irritum, aut imperio eius cōtradicere, aut cœtus agitare in regione iniuſſu eius, aut veſtiri purpura, bullâve aurea inſigniri. Quòd ſiquis præter hæc quid feciſſet, aut infregiſſet aliquid horum, vt culpa teneretur. Hæc placuit omni populo decernere Simoni ſecundum hæc dicta facienda: quæ Simon recepit, clementérque conſenſit ſummo pontificatu fungi, & dux eſſe ac princeps gentis Iudaicæ & ſacerdotum, omnibúſque præeſſe. Cōſtitutum eſt autem vt hæc perſcripta proponerentur in tabulis æreis, collocatis in [8]parietē[8] ſacrarium ambiēte in loco celebri: exemplum verò eius in [9]tabularium[9] referretur Simoni & filijs eius habendum.

¶6 κατὰ πάντα. al. κατὰ ταῦτα.

¶7 נאמן verus, certus, fidelis.

¶8 גדר peribolus tranſfertur etiā Ezech. 42.b.

¶9 לשכה

CAP. XV.

Porrò Antiochus filius regis Demetrij literas [1]ex inſula[1] maris miſit ad Simonē pontificē, & principē gentis Iudaicæ, atq; ipſam gentē vniuerſam, huiuſmodi argumentū cōtinētes, REX Antiochus Simoni ſummo pontifici, principi gentis, ipſique genti Iudæorū ſalutē. Quoniā peſtilentes homines regnū paternū meū occupauerūt, volo autē idē regnū mihi vēdicare, vt illud priſtinæ ſorti reſtituā, eóq; cōduxi vim magnā militū, claſſemq; cōparaui bellicā, vt qui ſtatuerim [2]obire regionē,[2] vt vlciſcar eos qui regionē noſtrā vaſtarūt, multis vrbibus in regno deſolatis: ideo nūc omnes immunitates quas tibi priores me reges cōdonarunt, tibi cōſtabilio, & quaſcunq; alias penſiones tibi remiſerūt. Prætérea permitto tibi vt nota propria monetā in ditione tua ferias, Hieroſolyma verò & ſacra libera ſint: vtque arma quæ paraſti omnia, munitionéſq; quas extruxiſti & obtines, tua maneāt. Quicquid etiā regi debetur, & eidē iā inde ad omne tēpus reficeretur, id omne tibi remittitur. Vbi verò regnū noſtrū cōſtituerimus, gloria magna te & gentē tuam atq; tēplū ornabimus, adeò vt gloria veſtra nobilis euadat in omni terra. ¶Anno cēteſimo ſeptuageſimo quarto Antiochus terrā paternā ſuā ingreſſus eſt, & cōfluxerūt ad eū omnes copiæ, adeò vt perpaucę apud Tryphonē remanerent: cúmq; Antioch[us] rex eū perſequeretur, perfugit in Doram maritimā. Videbat enim cōflata ſibi eſſe mala, & ſe ab exercitu deſtitutū. Antioch[us] itaq; caſtris ad Doram applicatis cū centū viginti millib[us] bellicoſorū peditū, & equitum octo millibus vrbē obſedit, eámque nauibus à mari oppugnātibus tam terra quam mari premēs, nec egredi inde quenquā nec ingredi patiebatur. ¶Interim Numenius & comites ei[us] Roma rediere

¶1 Hebraiſmus. ex inſulis. i. ex vna inſularum. vt, Habitauit in vrbibus. i. vna aliqua vrbium.

¶2 vel. In terrā deſcendere,

Ioſephus antiq. lib. 13. cap. 11.

& principem ſacerdotum, eo quòd ipſe [6]fecerit[6] hęc omnia, & iuſtitiam, & fidem quam cōſeruauit genti ſuę, & exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum. Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius, vt tollerētur Gentes de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ieruſalem in arce, de qua procedebant, & cōtaminabāt omnia quæ in circuitu ſanctorū ſunt, & inferebant plagā magnam caſtitati: & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalem. Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. Secundum hæc fecit eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocij, & fratres, & quia ſuſceperūt legatos Simōnis glorioſe: & quia Iudæi & ſacerdotes eorū conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum & ſummū ſacerdotem in æternū, donec ſurgat propheta fidelis: & vt ſit ſuper eos dux. & vt cura eſſet illi pro ſanctis, & vt cōſtitueret prępoſitos ſuper opera eorum & ſuper regionē & ſuper arma & ſuper præſidia: & cura ſit illi de ſanctis: & vt audiatur ab omnibus, & ſcribātur in nomine eius omnes cōſcriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: & ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotib[us] irritum facere aliquid horū, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentū in regione ſine ipſo: & veſtiri purpura, & vti fibula aurea. qui autem fecerit extra hæc, aut irritū fecerit aliquid horum: reus erit. Et complacuit omni populo ſtatuere Simōnem, & facere ſecūdum verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur: & eſſet dux & princeps gentis Iudæorum & ſacerdotū, & præeſſet omnibus. Et ſcripturam iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorū, in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon & filij eius.

¶6 fecerat

F

G

CAP. XV.

ET miſit rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas ab inſulis maris Simōni ſacerdoti, & principi gentis Iudæorū, & vniuerſæ genti: & erant continentes hunc modum, REX Antiochus Simōni ſacerdoti magno, & genti Iudęorum ſalutem. Quoniam quidam peſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum, volo autem vēdicare regnum, & reſtituere illud ſicut erat antea: & electā feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo autem procedere per regionem, vt vlciſcar in eos quį corruperunt regionē noſtrā, & qui deſolauerūt ciuitates multas in regno meo. Nūc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas remiſerunt tibi ante me omnes reges, & quæcunq; alia dona remiſerunt tibi: & permitto tibi facere percuſſuram proprij numiſmatis in regione tua: Ieruſalem autē ſanctam eſſe, & liberā, & omnia arma quæ fabricata ſunt. & præſidia quæ cōſtruxiſti, quæ tenes, maneant tibi. Et omne debitum regis, & quæ futura ſunt regi, ex hoc & in totū tēpus remittūtur tibi. Cum autē obtinuerimus regnū noſtrū, glorificabimus te, & gētem tuā, & templum gloria magna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra. ¶Anno cēteſimo ſeptuageſimoquarto exijt Antiochus in terram patrū ſuorum, & cōuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti eſſent cū Tryphone. Et inſecutus eſt eum Antiochus rex, & venit Dorā fugiens per maritimā. ſciebat enim quòd congregata ſunt mala in eū, & reliquit eum exercitus. & applicuit Antiochus ſuper Doram cū cētū viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum. & circuiuit ciuitatem, & naues à mari acceſſerunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari. & neminē ſinebant ingredi vel egredi. ¶Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma,

Antiochus cū Simōne fœd[us] ferit, & Tryphonē perſequitur.

B

C

Mittūt Romani epiſtolas ad reges & regiones ad Iudęorum protectionē.

habentes epiſtolas regibus & regionibus ſcriptas,
in quibus cōtinebantur hæc, LVCIVS Cōſul Ro-
manorum, Ptolemæo regi ſalutē. Legati Iudæorū
venerunt ad nos amici noſtri, renouantes priſtinā
amicitiam & ſocietatem, miſſi à Simône principe
ſacerdotū, & populo Iudæorum. Attulerunt autem
& clypeum aureū minarum mille. Placuit itaq; no
bis ſcribere regibus & regionibus, vt non inferant
illis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorū,
& regiones eorum: & vt non ferant auxilium pu-
D gnantibus aduerſus eos. Viſum autem eſt nobis ac-
cipere ab eis clypeum. Siqui ergo peſtilentes fuge-
rint de regione ipſorū ad vos, tradite eos Simôni
principi ſacerdotum, vt vindicet in eos ſecundum
legē ſuam. Hæc eadē ſcripta ſunt Demetrio regi,
& Attalo, & Arabæ, & Arſaci, & in omnes regiones,
& Sampſamæ & Spartiatis & Delo & Myndo & Si-
cioni & Cariæ, & Samum & Pamphiliam & Lyciā
& Alicarnaſſum & Rhodum & Phaſelida & Coo &
Siden & Arado & Cortynam & Cnidum & Cyprū
& Cyrenen. Exemplum autem eorū ſcripſerunt Si-
môni principi ſacerdotum, ˋ& populo Iudæorū.ˊ
¶Antiochus autē rex applicuit caſtra in Dorā ſe-
E cundò, admouens ei ſemper manus, & machinas fa
ciens: & concluſit Tryphonē, ne procederet: & mi-
ſit ad eum Simon duo millia virorum electorū in
auxilium, & argētum, & aurum, & vaſa copioſa: &
noluit ea accipere, ſed rupit omnia quæ pactus eſt
cum eo antea, & alienauit ſe ab eo. Et miſit ad eum
Athenobium vnum de amicis ſuis, vt tractaret cum
ipſo, dicens, Vos tenetis Ioppen, & Gazaram, & ar-
cem quæ eſt in Ieruſalem ciuitates regni mei: fi-
nes earum deſolaſtis. & feciſtis plagam magnā in
terra, & dominati eſtis per loca multa in regno
meo. Nūc ergo tradite ciuitates quas occupaſtis: &
tributa locorū in quib⁹ dominati eſtis extra fines
Iudææ. ſin autem, date pro illis quingenta talenta
argenti, & exterminij quod exterminaſtis, & tribu
torum ciuitatum alia talenta quingenta: ſin autē,
veniemus, & expugnabimus vos. Et venit Atheno-
F bius amicus regis in Ieruſalem, & vidit gloriā Si-
mônis, & claritatem in auro & argento, & appara-
tum copioſum. & obſtupuit: & retulit ei verba re-
gis. Et reſpondit ei Simon, & dixit ei, Neque alie-
nam terram ſumpſimus, neq; alienam detinemus:
ſed hæreditatem patrum noſtrorū, quæ iniuſtè ab
inimicis noſtris aliquo tēpore poſſeſſa eſt. Nos ve-
rò tempus habentes, vendicamus hæreditatem pa-
trum noſtrorū. Nam de Ioppe & Gazara quæ ex-
poſtulas, ipſi faciebant in populo plagam magnā,
& in regione noſtra: horum damus talenta centū.
Et non reſpondit ei Athenobius verbū. ¶Reuerſus
autem cum ira ad regem, renūtiauit ei verba iſta,
& gloriam Simônis, & vniuerſa quæ vidit: & ira-
tus eſt rex ira magna. Tryphon autem fugit naui
in Orthoſiada. Et conſtituit rex Cendebæū ducem
maritimū, & exercitū peditū & equitū dedit illi. Et
mādauit illi mouere caſtra contra faciem Iudææ:
& mandauit ei ædificare Cedronem, & obſtruere
portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem
perſequebatur Tryphonem. Et peruenit Cēdebæus
Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare
Iudæam, & captiuare populū, & interficere: & ædi-
ficare Cedronem. Et collocauit illic equites, & exer
citum: vt egreſſi perambularent viam Iudææ, ſicut
conſtituit ei rex.

Miſſum à Simône auxiliū recuſans Antiochus, pactū rūpit.

Athenobi⁹ legatus ab Antiocho ad Simonē

Cendebæū mittit Antiochus cōtra Iudæam.

CAP. XVI.

Cendebæus dux exercitus Antiochi, à filiis Simônis profligatur.

ET aſcendit Iohānes Gazaris, & nuntiauit Simô-
ni patri ſuo quæ fecit Cendebæus ˋin populo
ipſorū.ˊ Et vocauit Simon duos filios ſeniores, Iu-
dam & Iohannem, & ait illis, Ego & fratres mei, &
domus patris mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab
adoleſcentia vſque in hunc diem: & proſperatum
eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties.

cū literis ad reges & prouincias hæc cōtinentibus,
LVCIVS Romanorū Conſul Ptolemæo regi ſalu
tē. Poſtquā legati Iudæorū, qui amici noſtri ſunt &
ſocij, priſtinā amicitiā & ſocietatē renouatū miſſi à
Simone ſummo pontifice populóque Iudæorū, ad
nos venerunt vnà afferentes clypeū aureum mille
minarū, viſum eſt nobis ad reges & nationes ſcri-
bere, ne malis appetāt illos, aut vrbes, regionémve
ipſorū oppugnēt, néve oppugnātibus eos auxilia
præbeant: clypeū verò accipiendum ab eis putaui-
mus. Siqui igitur malefici e regione illorū perfu-
gerunt ad vos, curate eos tradendos Simoni ſum-
mo pontifici, vt in eos ſecundū legē ſuā animad-
uertat. Hæc eadē ſcripta ſunt ad regē Demetrium,
ad Attalū, Arathen, Arſacen, & in omnes regiones,
ad [1]Sampſamem[1] itē, & Spartiatas, in Delū, in Myn-
dum, in Sicyonē, in [2]Cariam,[2] in Samum, in Pam-
philiam, Lyciam, Alicarnaſſum, Rhodū, Phaſelidē,
in Con & Siden. Cortinā atq; Gnidon. & Cyprum,
& Cyrenen: exemplū autē eorum ad Simonē ſum-
mum pontificem ſcriptū eſt. ¶Antiochus verò rex
Doram ſecundò iā oppugnabat aſſidue manus ad-
mouens, admoliénsq; machinas, & Tryphonē exi-
tu, ingreſſúque intercluſerat: cū Simon ei ſubſidio
miſit lectorum virorū duo millia, ſimul & argen-
tū & aurū, armamentáq; plurima. Verùm ille hæc
accipere noluit, ſed vana fecit quæ antea pactus ei
fuerat omnia, & abalienatus ab eo miſit Atheno-
bium vnum ex amicis ſuis, qui cū eo his verbis a-
geret, Quandoquidē vos tenetis Ioppen & Gazarā,
arcémq; Hieroſolymis in vrbe regni mei, ſinibúſq;
earū deſolandis terras clade magna affeciſtis, mul-
tis in regno meo regionibus dominantes, nunc vr-
bes quas occupaſtis vnà cū vectigalib⁹ locorū qui-
bus extra fines Iudææ dominamini, reddite: aut
certe pro illis quingenta argēti talenta numerate,
& pro calamitate quā attuliſtis, locorúmque vecti-
galibus alia quingenta talenta, aut nos adorti vos
bello exterminabimus. Venit ergo Athenobius a-
micus regis Hieroſolymā, & magnificentiā Simo-
nis videns, [5]abacúmq; cū vaſario aureo & argēteo,
[6]largúmq; apparatū,ˊ ſtupens, mandata regis ei re-
tulit. Cui reſpondens Simon, Neq; terram alienam
occupauimus, inquit, neque aliena obtinemus, ſed
nos paternā noſtrā poſſeſſionem, quæ ab hoſtibus
noſtris ad tempus iniuſte fuit vſurpata, occaſionē
nacti vendicauimus. Cæterum de Ioppe & Gazara
quas petis, quanuis ipſe populo noſtro cladem in
regione noſtra magnā intulerint, pro illis tamen
centū talēta pēdemus. ¶Ad hæc Athenobius ne ver
bo quidē reſpondit, ſed indignabūdus ad regē re-
uerſus hæc dicta, ſimul & magnificentiā Simonis,
& quæcunque ipſe vidiſſet, ei renuntiat. Rex itaque
incenſus ira magna, cum Tryphon iam naui con-
fugiſſet Orthoſiadē, legato ſibi in præfecturā ma-
ritimam Cendebæo, & traditis eidē copiis tam pe-
deſtribus quàm equeſtribus, vt arma contra Iudæā
moueret mandata dat, ac præcepta de inſtaurāda,
portiſque cōmunienda Cedrone, déque modo belli
gerendi cū populo: ipſe verò Tryphonē perſequi-
tur. Venit ergo Cendebæus Iamniam, populúmque
[7]prouocareˊ cœpit, & inuadere Iudæam, captóſque
agere homines & cædere. Extruxit etiam Cedron,
equitéſque ibi conſtituit & copias, quæ excurſioni-
bus itinera Iudææ, vt à rege mandatum habebat,
peruaderent

CAP. XVI.

TVm Iohānes Gazara [1]profectusˊ nūtiauit Simo-
ni patri ſuo quæ Cendebæus egiſſet. Quare Si-
mon duobus filiis ſuis natu maioribus Iuda & Io-
hāne vocatis, Ego, inquit, & fratres mei, domúſque
paterna mea bellū cū hoſtibus Iſraelis ab iuuētute
ad hodiernū vſq; diem geſſimus, manibúſque no-
ſtris ſæpe feliciter effectū eſt vt Iſrael ſeruaretur.

¶1 Ita habēt correctiores codices. al, σαμψάκην
¶2 καρίαν al, καρίδα,
¶5 κυλικεῖον μετὰ χρυσωμάτων, &c. al, κύλικα χρυσῶν,
¶6 Vel, copioſū miniſterium. aut famulitium,
¶7 vel, vexare
¶1 vl, aſcēdens
Ioſeph. Antiq. lib. 13. cap. 12.

At nunc cōſenui, vos verò beneficio ætatis abunde fruimini. vos ſubite in meã fratriſq; mei vicem, & profecti pro gēte noſtra pugnate: adſit autē vobis de cælo auxiliū. ¶Ergo delectis ex ea regione peditū bellicoſorū viginti millibus, & equitibus, contenderūt aduerſus Cendebæū: cúmq; Modini pernoctaſſent, mane excitati exibāt in campū. cū ecce vis ingens ſe offert illis tā peditū quàm equitatus. Erat autē torrēs inter vtroſq; medius, ad quē Iohānes cū ſuis caſtra poſuerat: cúmque videret populū traijcere torrentē formidare, primus ipſe tranſijt. Quod vbi viderunt ſinguli, ipſi quoq; poſt eū traiecerunt. Tum populū diremit equitibus inter pedites intermedijs. Erat autē & ab aduerſarijs perquā multus equitatus. Verùm vbi claſſica cecinerunt, in fugā verſus eſt Cendebæus & eiuſdē exercitus, cæſique ex eo multi occubuerūt, reſidui verò cōfugerunt in munitiones. Ibi cū Iudas frater Iohannis vulnus accepiſſet, Iohānes fugiētes Cedronē vſq;,

¶1 vſ. quā ipſe inſtaurauerat: vſ. iſtaurauit, ¶2 vſ. cum pace

[1]quam ille inſtaurauerat,' perſecutus eſt: cúmque perfugiſſent in arces in agro Azoti ſitas, igni ſuccendit ſingulas, & cæſis illorū viris ad duo millia, [2]ſaluus' in terrā Iudaicam reuerſus eſt. ¶Erat autē Ptolemæus quidā Abubi filius agro Ierichuntino præfectus, qui cū auro argentóq; abundaret, vt qui gener ſummi ſacerdotis eſſet, elatus animo dominatū regionis affectabat, & dolos in Simonē & filios eius machinabatur animo, quib⁹ eos tolleret. Cùm itaq; Simon vrbes regionis obiēs, & curandis ijs intentus, Ierichuntē deſcendiſſet ipſe cū Mattathia ac Iuda filijs ſuis anni centeſimi ſeptuageſimi ſeptimi menſe vndecimo, qui mēſis Sabat eſt, Abubi filius in munitiunculā nomine Doch, quā ædificarat, per dolū exceptis, magnū cōuiuiū apparauit. Locarat autē certos in inſidijs: cúmq; Simon & filij ipſius potu ſatiati eſſent, coorti vnà ipſe & conſcij, armis ſuis arreptis, irruerunt ad Simonē in conuiuiū, & ipſum duóſque filios eius cū quibuſdā ſeruulis ipſius trucidauerūt. Hoc vbi nefas ingēs perpetrauit Ptolemæ⁹, maláq; pro beneficijs reddidit, ſcripſit de his, & literas dedit ad regē, vt mitteret ſibi copias auxiliares, regionémq; illorum & vrbes ſibi traderet: alios autē Gazaram miſit, qui tollerēt Iohannē, & ad tribunos dedit epiſtolas, vt venirēt ad ſe, vt qui daturus eſſet ipſis argentū & aurū, & munera: & itē qui Hieroſolymā mōtémq; tēpli occuparēt, miſit alios. Cū autē præcurriſſet quidā, & Iohāni patris eius & fratrū interitū Gazarā nunciaſſet, atq; adeo miſſos eſſe qui ipſum quoq; perimerent: ille hoc nūcio vehemēter perculſus, viros qui eū perempturi venerāt, cōprehēſos occidit, vtpote à quibus ſe ad mortē quæri cognouiſſet. Reliqua verò rerū Iohānis, nēpe bella eius, factáq; fortia, quæ præclare deſignauit, tū ædificiū murorum quos extruxit, & res geſtæ ipſi⁹, hæc inquā omnia i [4]cōmētario' pōtificat⁹ ei⁹ ſcripta ſunt ab eo tēpore quo ſummus pontifex loco patris ſui creatus eſt.

¶4 vſ. annalibus

Nunc autem ſenui, ſed eſtote loco meo, & fratris mei, & egreſſi pugnate pro gēte noſtra: auxiliū verò de cælo vobiſcū ſit. ¶Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorū, & equites, & profecti ſunt ad Cendebæum: & dormierūt in Modin. Et ſurrexerunt mane, & abierunt in campū: & ecce exercitus copioſus in obuiā illis peditū & equitū, & fluuius torrens erat inter medium ipſorū. Et admouit caſtra contra faciem eorum ipſe & populus eius, & vidit populum trepidantem ad tranſfretandum torrentē, & tranſfretauit primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eum. Et diuiſit populum, & equites in medio peditum. erat autē equitatus aduerſariorum copioſus nimis. Et exclamauerunt ſacris tubis: & in fugam conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra eius. & ceciderūt ex eis multi vulnerati: reſidui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus eſt Iudas frater Iohannis: Iohānes autem inſecutus eſt eos, donec venit Cedronē quā ædificauit: & fugerunt vſque ad turres quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni. & ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace. ¶Et Ptolemæus filius Abobi cōſtitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentū & aurū multū. erat enim gener ſummi ſacerdotis. Et exaltatum eſt cor eius, & volebat obtinere regionē, & cogitabat dolum aduerſus Simonem & filios eius vt tolleret eos. Simon autē perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & ſollicitudinem gerēs earū, deſcēdit in Iericho ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas anno centeſimo ſeptuageſimoſeptimo, mēſe vndecimo, hic eſt menſis Sabat. Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculā, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis cōuiuium magnū, & abſcondit illic viros. Et cum inebriat⁹ eſſet Simō & filij eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerūt in cōuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quoſdā pueros eius. & fecit deceptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis. Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit regi vt mitteret ei exercitū in auxilium, & traderet ei regionē, & ciuitates eorū, & tributa. Et miſit alios in Gazaram tollere Iohānem: & tribunis miſit epiſtolas, vt venirent ad ſe, & daret eis argētum, & aurū, & dona. Et alios miſit occupare Ieruſalē, & montē templi. Et præcurrens quidam, nūtiauit Iohāni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius, & quia miſit te quoq; interfici. vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera ſermonum Iohannis, & bellorū eius, & bonarum virtutum quibus fortiter geſſit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum geſtarū eius: ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotij eius, ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

B

Ptolemæus Abobi filius, Simonē cū duob⁹ filijs in cōuiuio interficit. C

Iohānes vitæ ſuæ inſidiātes interimit. D

# Liber ſecundus Machabæorum.

CAP. I.

FRATRIBVS Ægyptū incolētibus Iudæis, fratres qui ſunt Hieroſolymis, & i Iudaica terra Iudæi ſalutē precātur, & fœlicē tranquillitatē. Benefaciat vobis Deus memor pacti ſui cū Abrahā, Iſaac & Iacob ſeruis ſuis fidelibus, dētq; vobis omnibus animū colendi ſe, & voluntatē ſuam magna cordis alacritate, propenſóque animo exequēdi, cum corda veſtra ad legem ſuam, & præcepta aperiat, pacem det vobis, exaudiátq; preces veſtras, reconcilietur vobis, nec vos malis temporibus deſerat. Cum nunc hic ſimus orātes pro vobis,

CAP. I.

FRATRIBVS qui ſunt per Ægyptū Iudæis, ſalutē dicunt fratres qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi, & qui in regione Iudææ, & pacē bonā. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamēti ſui quod locutus eſt ad Abrahā, & Iſaac, & Iacob ſeruorū ſuorū fideliū: & det vobis cor omnibus vt colatis eū, & faciatis eius voluntatē corde magno & animo volenti. Adaperiat cor veſtrū in lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras, & recōcilietur vobis, nec vos deſerat in tēpore malo. Et nūc hic ſumus orantes pro vobis,

Epiſtola Iudæorū habitātiū Ieroſolymis ad eos qui in Ægypto, qua ſuper morte Antiochi Deo gratias agere eos adhortāt.

Regnāte Demetrio, anno cētesimo ſexageſimonono, nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon à ſancta terra & à regno. Portā ſuccēderunt, & effuderūt ſanguinē innocentē: & orauimus ad Dominū, & exauditi ſumus, & obtulim⁹ ſacrificiū & ſimilaginē, & accendimus lucernas, &

Leuit.23.f. propoſuimus panes. Et nūc frequētate dies ſcenopegiæ mēſis Caſleu.

C Anno cētesimo octogeſimooctauo, populus qui eſt in Ieroſolymis, & in Iudæa, ſenatúſq; & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi regis qui eſt de genere chriſtorū ſacerdotū, & his qui in Ægypto ſunt Iudæis, ſalutē & ſanitatē. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipſi, vtpote qui aduerſus talē regē dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerūt cōtra nos & ſanctā ciuitatē. Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe & cum ipſo immēſus exercitus, cēcidit in templo Naneæ, cōſilio deceptus ſacerdotū Naneæ. etenim cum ea habitaturus venit

vt accipere-ret tpl.nu. ad locū Antiochus & amici eius. & vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cúmq; propoſuiſſēt

D eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitū phani, clauſerunt templū. Cum autē intraſſet Antiochus, apertóq; occulto aditu tēpli, mittentes lapides percuſſerunt ducē, & eos qui cū eo erant, & diuiſerunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerūt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Caſleu, purificationē templi, neceſſariū duxim⁹ ſignificare vobis: vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ, & diem ignis, qui datus eſt quādo Nehemias ædificato templo & altari

De igne in puteo abſcōdito. obtulit ſacrificia. Nam cum in Perſidem ducerētur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores Dei erāt,

E acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum autem præteriiſſent anni multi, & placuit Deo

Leuit.6.a. 2.Mac.16.a. vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis: nepotes ſacerdotū illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & ſicut narrauerūt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquā craſſam. Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erāt ſuperpoſita. Vtque hoc factū eſt, & tēp⁹ affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accēſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarētur. Orationē autē faciebant omnes ſacerdotes, dū conſummaretur ſacrificiū, Ionatha inchoante, cæteris

F autem reſpōdentibus. Et Nehemiæ erat oratio hūc habens modū, DOMINE Deus omniū creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificiū pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partē tuā, & ſanctifica. Cōgrega diſperſionē noſtrā, libera eos qui ſeruiūt Gentibus, & contēptos & abominatos reſpice: vt ſciāt Gentes quia tu es Deus noſter. Affige opprimentes nos & contumeliā facientes in ſuperbia. Conſtitue populū tuū in loco

Deut.30.a. ſācto tuo, ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autē pſallebant hymnos, vſquequo conſumptū eſſet ſacrificiū. Cum autē cōſumptū eſſet ſacrificiū, ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi. Quod vt factū eſt, ex eis flāma accenſa eſt: ſed & ex lumine quod refulſit ab altari, cōſumpta eſt. Vt verò manifeſtata eſt eis, renuntiatū eſt regi Perſarū q in loco in quo ignē abſconderāt hi qui tranſlati fuerāt ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cū eo erant, purificauerunt ſacrificia. Conſyderans autem rex, & rem diligenter examinans,

anno centeſimo ſexageſimonono regnante Demetrio, nos Iudæi ſcribendum vobis putauimus in calamitate, ſummóque diſcrimine, in quod venimus annis his, ex quo Iaſon & ſocij ipſius à ſancta terra & regno defecerunt, combuſſerſintque veſtibulum, & ſanguinem innoxium effuderunt. Orauimus igitur Dominum, & exauditi ſumus: ſacrificauimus victimis & ſimilagine, panéſque propoſuimus. Quapropter nunc dies ſcenopegiæ menſis Caſleu celebrate. Anno cēteſimo octogeſimooctauo incolæ Hieroſolymæ & Iudææ, ſenatúſq; & Iudas, Ariſtobulo præceptori regis Ptolemæi, qui genus ducit ab vnctis ſacerdotibus, & habitantibus in Ægypto Iudæis ſalutem & ſanitatem. Ex magnis periculis à Deo liberati ingētes ei gratias agimus, atque acū regem in acie viciſſemus. Cum enim ipſe cum iis qui ſanctam vrbem oppugnarant, in Perſiam irruiſſet, ipſeque dux, & quas ſecum habebat copias viderentur ſuſtineri non poſſe, in tēplo Naneæ conciſi ſunt, dolo vſis Naneæ ſacerdotibus. Vbi enim Antiochus vt cum ea congreſſurus in eū locum venit cum comitantibus ipſum amicis, vt pecunias quas Naneæ ſacerdotes propoſuiſſent, nomine dotis acciperet: vbi, inquam, ille cum paucis delubri ambitum intrauit, occluſo poſt ingreſſum ipſum tēplo, apertóq; laquearis occulto oſtio, coniectu lapidū quaſi fulminantes ducē [cum ſuis] obruerunt, conſectóſque membratim amputatis capitibus foras proiecerunt. Per omnia celebrandus eſt Deus, qui ſupplicio dedidit impios. Celebraturi igitur die menſis Caſleu quinta & viceſima expiationē templi, ſignificandum id vobis iudicauimus: vt vos quoque agatis quaſi ſolenne ſcenopegiæ, & ignis, quo Neemias templo & altari ædificato ſacrificauit. Nā cum patres noſtri ducerentur in Perſiam, qui tum [1]pij[1] ſacerdotes erāt, acceptā ignis ab altari partē in cauerna putei locum ſiccum habēte clā abſconderunt, tutóque repoſuerūt ita vt ignotus omnibus eſſet ille locus. Elapſis autē annis multis, vbi Deo viſum eſt, dimiſſus à rege Perſiæ Neemias nepotes ſacerdotū illorum qui ignē abdiderant, miſit ad eum requirendū: qui vt retulerūt nobis, ſe non ignē, ſed aquam craſſam inueniſſe, iuſſit vt haurirēt eā, & afferrent. Deinde iis quæ ad ſacrificia pertinebant, aræ impoſitis, iuſſit Neemias ſacerdotes aqua tam ligna, quàm quæ iiſdē erāt impoſita perfundere. Quod vbi factum eſt, & interpoſita mora ſol nubibus antea obductus effulſit, ignis ingēs exarſit, adeò vt omnes caperet ei⁹ admiratio. Porrò interim dū ſacrificiū conſumebatur, precationē faciebāt tam ſacerdotes quàm omnes alij, verba præeūte Ionatha, reliquiſque exemplo Neemiæ ſubſequentibus. Huiuſmodi autē erat oratio, DOMINE Domine Deus, qui creator es omniū, terribilis, potēs, iuſtus, miſericors, qui rex ſolus es, & [2]benignus,[2] ſolus liberalis, ſolus iuſtus, omnipotens & æternus, qui ex omni malo liberas Iſraelē, qui ſelectos patres reddidiſti ſanctos. ſacrificiū pro vniuerſo populo tuo Iſraelitico boni cōſule, conſerua obuentionē tuā, & conſecra, collige diſperſionē noſtri, libera eos qui ſeruiunt inter Gentes, ſpretos & execratos reſpice, vt Gentes cognoſcant te ſolū eſſe Deū noſtrū: oppreſſores, & per ſuperbiā iniurioſos affiige, populúmq; tuū i loco tibi ſacro iuxta dicta Moſis cōſtabilies. Sacerdotes autē hymnos accinebant: cúmq; cōſumpto ſacrificio reliqua ſupereſſet aqua, Neemias ea lapides maiores perfundi iuſſit: quod vbi factū eſt, exarſit flamma, quæ lumine ab altari refulgēte cōſumpta eſt. Vt autē palàm facta res eſt, regiq; Perſarū relata, in loco quo abducti in exilium ſacerdotes ignem abdidiſſent, aquam qua Neemias cum ſuis ſacrificia conſecraſſent, inuentam eſſe: rem approbans rex, locum circumſeptum

[1] q. εὐσεβεῖς

[2] q. χρηστός al. χρηστ…

At nunc cõſenui, vos verò beneficio ætatis abundeſtuimini. vos ſubite in meã fratriſq; mei vicem, & profecti pro gẽte noſtra pugnate: adſit autẽ vobis de cælo auxiliũ. ¶Ergo delectis ex ea regione peditũ bellicoſorũ viginti millibus, & equitibus, contenderũt aduerſus Cendebæũ. cũmq; Modini pernoctaſſent, mane excitati exibãt in campũ, cũ ecce vis ingens ſe offert illis tã peditũ quàm equitatus. Erat autẽ torrẽs inter vtroſq; medius, ad quẽ Iohãnes cũ ſuis caſtra poſuerat: cũmque videret populũ traijcere torrentẽ formidare, primus ipſe tranſijt. Quod vbi viderunt ſinguli, ipſi quoq; poſt eũ traiecerunt. Tum populũ diremit equitibus inter pedites intermedijs. Erat autẽ & ab aduerſarijs perquã multus equitatus. Verùm vbi claſſica cecinerunt, in fugã verſus eſt Cendebæus & eiuſdẽ exercitus, cæſique ex eo multi occubuerũt, reſidui verò cõfugerunt in munitiones. Ibi cũ Iudas frater Iohannis vulnus accepiſſet, Iohãnes fugiẽtes Cedronẽ vſq;, [1]quam ille inſtaurauerat, perſecutus eſt: cũmque perfugiſſent in arces in agro Azoti ſitas, igni ſuccendit ſingulas, & cæſis illorũ viris ad duo millia, [1]ſaluus in terrã Iudaicam reuerſus eſt. ¶Erat autẽ Ptolemæus quidã Abubi filius agro Ierichuntino præfectus, qui cũ auro argentóq; abundaret, vt qui gener ſummi ſacerdotis eſſet, elatus animo dominatũ regionis affectabat, & dolos in Simonẽ & filios eius machinabatur animo, quib[9] eos tolleret. Cum itaq; Simon vrbes regionis obiẽs, & curandis ijs intentus, Ierichuntẽ deſcendiſſet ipſe cũ Mattathia ac Iuda filijs ſuis anni centeſimi ſeptuageſimi ſeptimi menſe vndecimo, qui mẽſis Sabat eſt, Abubi filius in munitiunculã nomine Doch, quã ædificarat, per dolũ exceptis, magnũ cõuiuiũ apparauit. Locarat autẽ certos in inſidijs: cũmq; Simon & filij ipſius potu ſatiati eſſent, coorti vna ipſe & conſcij, armis ſuis arreptis, irruerunt ad Simonẽ in conuiuiũ, & ipſum duóſque filios eius cũ quibuſdã ſeruulis ipſius trucidauerũt. Hoc vbi nefas ingẽs perpetrauit Ptolemæ[9], maláq; pro beneficijs reddidit, ſcripſit de his, & literas dedit ad regẽ, vt mitteret ſibi copias auxiliares, regionẽmq; illorum & vrbes ſibi traderet: alios autẽ Gazaram miſit, qui tollerẽt Iohannẽ, & ad tribunos dedit epiſtolas, vt venirẽt ad ſe, vt qui daturus eſſet ipſis argentũ & aurũ, & munera: & itẽ qui Hieroſolymã mõtẽmq; tẽpli occuparẽt, miſit alios. Cũ autẽ præcurriſſet quidã, & Iohãni patris eius & fratrũ interitũ Gazarã nunciaſſet, atq; adeo miſſos eſſe qui ipſum quoq; perimerent: ille hoc nũtio vehemẽter perculſus, viros qui eũ peremptum venerãt, cõprehẽſos occidit, vtpote à quibus ſe ad mortẽ quæri cognouiſſet. Reliqua verò rerũ Iohãnis, nẽpe bella eius, factáq; fortia, quæ præclare deſignauit, tũ ædificiũ murorum quos extruxit, & res geſtæ ipſi[9], hęc inquã omnia i [4]cõmẽtario põtificat[9] ei[9] ſcripta ſunt ab eo tẽpore quo ſummus pontifex loco patris ſui creatus eſt.

¶1 vl, quã ipſe inſtaurauerat: vl, iſtaurauit, ¶1 vl, cum pace

¶4 vl, annalibus

Nunc autem ſenui, ſed eſtote loco meo, & fratris mei, & egreſſi pugnate pro gẽte noſtra: auxiliũ verò de cælo vobiſcũ ſit. ¶Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorũ, & equites, & profecti ſunt ad Cendebæum: & dormierũt in Modin. Et ſurrexerunt mane, & abierunt in campũ: & ecce exercitus copioſus in obuiã illis peditũ & equitũ, & fluuius torrens erat inter medium ipſorũ. Et admouit caſtra contra faciem eorum ipſe & populus eius, & vidit populum trepidantem ad tranſfretandum torrentẽ, & tranſfretauit primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eum. Et diuiſit populum, & equites in medio peditum. erat autẽ equitatus aduerſariorum copioſus nimis. Et exclamauerunt ſacris tubis: & in fugam conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra eius. & ceciderũt ex eis multi vulnerati: reſidui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus eſt Iudas frater Iohannis: Iohãnes autem inſecutus eſt eos, donec venit Cedronẽ quã ædificauit. & fugerunt vſque ad turres quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni. & ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace. ¶Et Ptolemæus filius Abobi cõſtitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentũ & aurũ multũ. erat enim gener ſummi ſacerdotis. Et exaltatum eſt cor eius, & volebat obtinere regionẽ, & cogitabat dolum aduerſus Simõnem & filios eius vt tolleret eos. Simon autẽ perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & ſolicitudinem gerẽs earũ, deſcẽdit in Iericho ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas anno centeſimo ſeptuageſimoſeptimo, mẽſe vndecimo, hic eſt menſis Sabat. Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculã, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis cõuiuium magnũ, & abſcondit illic viros. Et cum inebriat[9] eſſet Simõ & filij eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerũt in cõuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quoſdã pueros eius. & fecit deceptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis. Et ſcripſit hęc Ptolemæus, & miſit regi vt mitteret ei exercitũ in auxilium, & traderet ei regionẽ, & ciuitates eorũ, & tributa. Et miſit alios in Gazaram tollere Iohãnem: & tribunis miſit epiſtolas, vt venirent ad ſe, & daret eis argẽtum, & aurũ, & dona. Et alios miſit occupare Ieruſalẽ, & montẽ templi. Et præcurrens quidam, nũtiauit Iohãni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius, & quia miſit te quoq; interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera ſermonum Iohannis, & bellorũ eius, & bonarum virtutum quibus fortiter geſſit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum geſtarũ eius: ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotij eius, ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

B

Ptolemæus Abobi fili[9], Simõnẽ cũ duob[9] filijs in cõuiuio interĕcit. C

Iohãnes vitæ ſuæ inſidiãtes interimit. D

# Liber ſecundus Machabæorum.

CAP. I.

FRATRIBVS Aegyptũ incolẽtibus Iudeis, fratres qui ſunt Hieroſolymis, & i Iudaica terra Iudæi ſalutẽ precãtur. & fœlicẽ tranquillitatẽ. Benefaciat vobis Deus memor pacti ſui cũ Abrahã, Iſaac & Iacob ſeruis ſuis fidelibus, détq; vobis omnibus animũ colendi ſe, & voluntatẽ ſuam magna cordis alacritate, propenſóque animo exequẽdi, tum corda veſtra ad legem ſuam, & præcepta aperiat, pacem det vobis, exaudiátq; preces veſtras, reconcilietur vobis, nec vos malis temporibus deſerat. Cum nunc hic ſimus orãtes pro vobis,

CAP. I.

FRATRIBVS qui ſunt per Aegyptũ Iudęis, ſalutẽ dicunt fratres qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacẽ bonã. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamẽti ſui quod locutus eſt ad Abrahã, & Iſaac, & Iacob ſeruorũ ſuorũ fideliũ: & det vobis cor omnibus vt colatis eũ, & faciatis eius voluntatẽ corde magno & animo volenti. Adaperiat cor veſtrũ in lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras, & recõcilietur vobis, nec vos deſerat in tẽpore malo. Et nũc hic ſumus orantes pro vobis,

Epiſtola Iudæorũ habitãtiũ Ieroſolymis ad eos q in Aegypto, qua ſuper morte Antiochi Deo gratias agere eos adhortãt.

Regnãte Demetrio, anno cẽteſimo ſexageſimonono, nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon à ſancta terra & à regno. Portã ſuccẽderunt, & effuderũt ſanguinẽ innocentẽ: & orauimus ad Dominũ, & exauditi ſumus, & obtulim⁹ ſacrificiũ & ſimilaginẽ, & accendimus lucernas, &
Leuit.23.f. propoſuimus panes. Et nũc frequẽtate dies ſcenopegiæ mẽſis Caſleu.
C Anno cẽteſimo octogeſimooctauo, populus qui eſt in Ieroſolymis, & in Iudæa, ſenatúſq; & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi regis qui eſt de genere chriſtorũ ſacerdotũ, & his qui in Ægypto ſunt Iudæis, ſalutẽ & ſanitatẽ. De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agimus ipſi, vtpote qui aduerſus talẽ regẽ dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerũt cõtra nos & ſanctã ciuitatẽ. Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe & cum ipſo immẽſus exercitus, cẽcidit in templo Naneæ, cõſilio deceptus ſacerdotũ Naneæ. etenim cum ea habitaturus venit ad locũ Antiochus & amici eius, & vt accipere pecunias multas dotis nomine.
q⁹ accipe-
rẽt ipſi nu.
Cúmq; propoſuiſſẽt
D eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitũ phani, clauſerunt templũ. Cum autẽ intraſſet Antiochus, apertóq; occulto aditu tẽpli, mittentes lapides percuſſerunt ducẽ, & eos qui cũ eo erant, & diuiſerunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerũt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & viceſima die mẽſis Caſleu, purificationẽ templi, neceſſariũ duxim⁹ ſignificare vobis: vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ, & diem ignis, qui datus eſt quãdo Nehemias ædificato templo & altari
De igne in puteo abſcõdito. obtulit ſacrificia.
E Nam cum in Perſidem ducerẽtur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores Dei erãt, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum autem præteriiſſent anni multi, & placuit Deo
Leuit.6.a. vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis:
Nu.4.16.a. nepotes ſacerdotũ illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & ſicut narrauerũt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquã craſſam. Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erãt ſuperpoſita. Vtque hoc factũ eſt, & tẽp⁹ affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accẽſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarẽtur. Orationẽ autẽ faciebant omnes ſacerdotes, dũ conſummaretur ſacrificiũ, Ionatha inchoante, cæteris
F autem reſpõdentibus. Et Nehemiæ erat oratio hũc habens modũ, DOMINE Deus omniũ creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificiũ pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partẽ tuã, & ſanctifica. Cõgrega diſperſionẽ noſtrã, libera eos qui ſeruiũt Gentibus, & contẽptos & abominatos reſpice: vt ſciãt Gentes quia tu es Deus noſter. Affige opprimentes nos & contumeliã facientes in ſuperbia. Conſtitue populũ tuũ in loco
Deut.30.a. ſãcto tuo, ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autẽ pſal
G lebant hymnos, vſquequo conſumptũ eſſet ſacrificiũ. Cum autẽ cõſumptũ eſſet ſacrificiũ, ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi. Quod vt factũ eſt, ex eis flãma accenſa eſt: ſed & ex lumine quod refulſit ab altari, cõſumpta eſt. Vt verò manifeſtata eſt eis, renunciatũ eſt regi Perſarũ quod in loco in quo ignẽ abſconderãt hi qui tranſlati fuerãt ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cũ eo erant, purificauerunt ſacrificia. Conſyderans autem rex, & rem diligenter examinans,

anno centeſimo ſexageſimonono regnante Demetrio, nos Iudæi ſcribendum vobis putauimus in calamitate, ſummóque diſcrimine, in quod venimus annis his, ex quo Iaſon & ſocii ipſius à ſancta terra & regno defecerunt, combuſſerũtque veſtibulum, & ſanguinem innoxium effuderunt. Orauimus igitur Dominum, & exauditi ſumus: ſacrificauimus victimis & ſimilagine, panéſque propoſuimus. Quapropter nunc dies ſcenopegiæ menſis Caſleu celebrate. Anno cẽteſimo octogeſimooctauo incolæ Hieroſolymæ & Iudææ, ſenatúſq; & Iudas, Ariſtobulo præceptori regis Ptolemæi, qui genus ducit ab vnctis ſacerdotibus, & habitantibus in Ægypto Iudæis ſalutem & ſanitatem. Ex magnis periculis à Deo liberati ingẽtes ei gratias agimus, æque acſi regem in acie viciſſemus. Cum enim ipſe cum iis qui ſanctam vrbem oppugnarant, in Perſiam irruiſſet, ipſeque dux, & quas ſecum habebat copias viderentur ſuſtineri non poſſe, in tẽplo Naneæ conciſi ſunt, dolo vſis Naneæ ſacerdotibus. Vbi enim Antiochus vt cum ea congreſſurus in eũ locum venit cum comitantibus ipſum amicis, vt pecunias quas Naneæ ſacerdotes propoſuiſſent, nomine dotis acciperet: vbi, inquam, ille cum paucis delubri ambitum intrauit, occluſo poſt ingreſſum ipſum tẽplo, apertóq; laquearis occulto oſtio, coniectu lapidũ quaſi fulminantes ducẽ [cum ſuis] obruerunt, confectóſque membratim amputatis capitibus foras proiecerunt. Per omnia celebrandus eſt Deus, qui ſupplicio dedidit impios. Celebraturi igitur die menſis Caſleu quinta & viceſima expiationẽ templi, ſignificandum id vobis iudicauimus: vt vos quoque agatis quaſi ſolenne ſcenopegiæ, & ignis, quo Neemias templo & altari ædificato ſacrificauit. Nã cum patres noſtri ducerentur in Perſiam, qui tum [1]pii[1] ſacerdotes erãt, acceptã ignis ab altari partẽ in cauerna putei locum ſiccum habẽtem clã abſconderunt, tutóque repoſuerũt ita vt ignotus omnibus eſſet ille locus. Elapſis autẽ annis multis, vbi Deo viſum eſt, dimiſſus à rege Perſiæ Neemias nepotes ſacerdotũ illorum qui ignẽ abdiderant, miſit ad eum requirendũ: qui vt retulerũt nobis, ſe non ignẽ, ſed aquam craſſam inueniſſe, iuſſit vt haurirẽt eã, & afferrent. Deinde iis quæ ad ſacrificia pertinebant, aræ impoſitis, iuſſit Neemias ſacerdotes aqua tam ligna, quàm quæ iiſdẽ erãt impoſita perfundere. Quod vbi factum eſt, & interpoſita mora ſol nubibus antea obductus effulſit, ignis ingẽs exarſit, adeò vt omnes caperet ei⁹ admiratio. Porrò interim dũ ſacrificiũ conſumebatur, precationẽ faciebãt tam ſacerdotes quàm omnes alij, verba præeũte Ionatha, reliquiſque exemplo Neemiæ ſubſequentibus. Huiuſmodi autẽ erat oratio, DOMINE Domine Deus, qui creator es omniũ, terribilis, potẽs, iuſtus, miſericors, qui rex ſolus es, & [2]benignus,[2] ſolus liberalis, ſolus iuſtus, omnipotens & æternus, qui ex omni malo liberas Iſraelẽ, qui ſelectos patres reddidiſti ſanctos, ſacrificiũ pro vniuerſo populo tuo Iſraelitico boni cõſule, conſerua obuentionẽ tuã, & conſecra, collige diſperſionẽ noſtri, libera eos qui ſeruiunt inter Gentes, ſpretos & execratos reſpice, vt Gentes cognoſcant te ſolũ eſſe Deũ noſtrũ: oppreſſores, & per ſuperbiã iniurioſos affige, populũmq; tuũ ĩ loco tibi ſacro iuxta dicta Moſis cõſtabilies. Sacerdotes autẽ hymnos accinebant: cũmq; cõſumpto ſacrificio reliqua ſupereſſet aqua, Neemias ea lapides maiores perfundi iuſſit: quod vbi factũ eſt, exarſit flamma, quæ lumine ab altari refulgẽte cõſumpta eſt. Vt autẽ palàm facta res eſt, regiq; Perſarũ relata, in loco quo abducti in exilium ſacerdotes ignem abdidiſſent, aquam qua Neemias cum ſuis ſacrificia conſecraſſent, inuentam eſſe: rem approbans rex, locum circumſeptum

[1] ἔνθεοι
[2] χρηστός al. χρήστης

¶1 al, Nephthar, ¶4 vſ, expiatio: ¶5 al, Nephi.

ſacroſanctū reddidit, liberalitate ſua ſumptus multos inſumens & impendens. Cæterum appellauit eum locum Neemias[1] Ephthar, quod interpretatur [4]luſtratio: vocatur autem apud multos[5] Nephthar.

CAP. II.

EXtat autem in monumētis, Ieremiam prophetam iuſſiſſe, vt qui exulatum ibant, ignem acciperent, vt dictum eſt: ſicut etiam iiſdem in exilium abeuntibus idem propheta mandauit legem ipſis tradendo, vt ne obliuiſcerentur præceptorum Domini, nec deciperentur animis ſimulachra aurea & argentea, & ornatum eorum videntes: atque alia huiuſmodi monens dicebat, ne lex animis eorum excideret. Eſt item in ſcriptorū monumentis, vt tabernaculū & arcam propheta, edito ſibi oraculo, ſequi iuſſerit, cúmq; perueniſſet in montem, (in quem cum aſcēdiſſet Moſes, poſſeſſionem Domini contemplatus eſt,) prægreſſúſque Ieremias conformatum in antrū reperiſſet domiciliū, vt intulerit eò tabernaculū, & arcam, & aram ſuffimēti, atque oſtiū obſtruxerit. Deinde cum quidam notādæ viæ cauſa vnà cōſecuti acceſſiſſent, nec locū potuiſſent deprehēdere, vt Ieremias re cognita increpans eos dixerit, ignotum fore locum illum, donec Deus recollegiſſet multitudinem populi, & placatus eſſet: tum demū Dominū illa oſtenſurū, & gloriam eius apparituram cum nube, quemadmodum & tempore Moſis apparuit, & ſicut & Salomon petijt vt locus magnifice conſecraretur. Etenim aperte traditum eſt, qua ille ſapientia præditus ſacrificium dedicationis, & conſecrationis templi celebrarit. Quemadmodum Moſes precatus eſt ad Dominū, & ignis deſcendit de cælo, qui conſumpſit ſacrificium: ita Salomone quoque orante, demiſſus ignis holocauſta depaſtus eſt. Dixit autem Moſes, ne factum pro peccato ſacrificium comederetur, ideo conſumptū eſſe. [1]Eodem modo[1] & Salomon octo dies illos celebrauit. Memorantur autem in literis & cōmentarijs[2] ſecundum Neemiam[2] hæc eadem, atque etiā vt bibliothecā cōficiens, in eam ſcripta de regibus & prophetis, & quæ Dauidis ſunt, itémque epiſtolas regum de conſecrandis donarijs congeſſerit. Qualia Iudas propter bellum nobiſcum geſtum dilapſa recollegit omnia, & extant apud nos: quorum quidem ſi indigetis, mittite qui ad vos perferant. Expiationem itaque celebraturi ſcribendum vobis putauimus, quapropter recte feceritis, ſi dies eos obeatis. Deum autem liberatorē totius populi ſui, qui poſſeſſionem omnibus cum regno & ſacerdotio atque religione, ſicut in lege ſua pollicitus eſt, reſtituit: eum[1] inquam[1] Deum ſperamus breui miſeraturū nos, & e terra, quàm late ſub cælo patet, in locum ſanctum ſuum congregaturum. [3]Eripuit enim nos è magnis periculis, locúmque[4] explauit.[3] Cæterum res Iudæ Machabæi & fratrum eius, templiq; magni expiationem, & dedicationem aræ, tū bella cum Antiocho Illuſtri, eiuſdémq; filio Eupatore geſta, & miracula de cælo per fortia facta eorum, qui Iudaiſmi fuerūt ſtudioſi edita, ita vt totā regionem percurrerent pauci, barbaráque agmina pellerent, celebre illud per totum orbem templum inſtaurarent, vrbem liberarent, & iam ad irritum cadentes leges, Domino ipſis cum ſumma clementia placato, reſtituerent, quæ ab Iaſone Cyrenæo quinque libris explicata ſunt, nos vno volumine perſtringere conabimur. Conſyderata enim effuſa copia, quātáq; obijciatur difficultas in cōmētarijs hiſtoriarū verſari volētibus propter rerum turbā, & delectationi legere ea volentium, & memoriæ mandare cupientium facilitati, omnium autem euoluentium vtilitati ſtuduimus. Quod ad nos attinet qui moleſtiam ſuſcepimus epitomes, rem minime facilem, ſed ſudoris & vigiliarum plenam,

¶1 Scilicet, quo diximus Neemiā feciſſe. ¶2 vſ, ætate Neemiæ ſcriptis

¶1 כי ſæpe magis affirmat, quàm rationem reddat. ¶4 vſ, repurgauit.

fecit ei templum vt probaret quod factum erat: & cum probaſſet, ſacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu ſua, tribuebat eis. Appellauit autē Nehemias hunc locū Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II.

INuenitur autē in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iuſſit eos ignem accipere qui tranſmigrabātur, [a]vt ſignificatū eſt, & [b]vt mādauit trāſmigratis, & dedit illis legē ne obliuiſcerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent mētibus vidētes ſimulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur ne legē amouerent à corde ſuo. Erat autē in ipſa ſcriptura quomodo tabernaculum & arcā iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecū, vſquequo exijt in mōtem, (in quo Moyſes aſcendit, & vidit Dei hæreditatē. Et veniens ibi Ieremias inuenit locū ſpeluncæ: & tabernaculum, & arcā, & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. Et acceſſerūt quidam ſimul, qui ſequebātur, vt notarent ſibi locum: & non potuerūt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus cōgregationē populi, & propitius fiat. Et tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas Domini, & nubes erit, ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut cum Salomon petijt vt locus ſanctificaretur magno Deo, manifeſtabat hæc. Magnifice etenim ſapientiam tractabat. & vt ſapientiā habens, (obtulit ſacrificiū dedicationis, & cōſummationis templi. (Sicut & Moyſes orabat ad Dominū, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtū: [c]ſic & Salomon orauit, & deſcēdit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum. Et dixit Moyſes, (eo quòd nō ſit comeſtū quod erat pro peccato, & conſumptū eſt. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationē. Inferebātur autē in deſcriptionibus & commētarijs Nehemiæ hæc eadē, & qualiter conſtruens bibliothecam congregauit de regibus libros & prophetarū & Dauid, & epiſtolas regū, & de donarijs. Similiter autē & Iudas ea quæ [d]didicerat[d] per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & ſunt apud nos. Si ergo deſyderatis hæc, mittite qui perferant vobis. Acturi itaque purificationem ſcripſimus vobis: bene ergo facietis ſi egeritis hos dies. Deus autē qui liberauit populum ſuum, & reddidit hæreditatē omnibus, & regnum & ſacerdotiū, & ſanctificationē, (ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd cito noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cælo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. De Iuda verò Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione: ſed & de prælijs quæ pertinēt ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorē: & de illuminationibus quæ de cælo factæ ſunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionē cum pauci eſſent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, & famoſiſſimū in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, [e]vt leges quæ abolendæ erant reſtituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. Itémque ab Iaſone Cyrenæo, quinque libris comprehenſa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Conſyderantes enim multitudinē librorum, & difficultatē volentibus aggredi narrationes hiſtoriarū propter multitudinē rerū: curauimus volētib[us] quidē legere, vt eſſet animi oblectatio: ſtudioſis verò, vt facilius poſſint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus, nō facilē laborē, imò verò negotiū plenum vigiliarū, & ſudoris aſſumpſimus.

[a]Iere. 29. b. baruc 6. a. [b]3. 1. c.

Quo pacto occultarit Ieremias tabernaculū, arcā, & altare in monte.

Deut. 34. a.

B

Exod. 11. b.

1. Reg. 8. b. 2. par. 6. c. Leuit. 9. d.

C

2. Para. 7. a.

Leuit. 10. d.

¶[d] decideratant

D

Deut. 30. a.

E

¶[e] &

De quinque libris Iaſonis in vnū volumen digeſtis.

F

Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt a-
liorum voluntati parère, propter multorum gra-
tiam, libenter laborem ſuſtinemus: veritaté qui-
dem de ſingulis authoribus concedentes, ipſi au-
tem ſecundum datam formam breuitati ſtuden-
G tes. Sicut enim nouæ domus architecto de vniuer-
ſa ſtructura curandum eſt: ei verò qui pingere cu-
rat, quæ apta ſunt ad ornatum, exquirenda ſunt:
ita æſtimádum eſt & in nobis. Etenim intellectum
colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius par-
tes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit
authori: breuitaté verò dictionis ſectari, & execu-
tiones rerũ vitare, breuianti concedẽdum eſt. Hinc
ergo narrationẽ incipiem⁹: de præfatione tantũ di
xiſſe ſuffi iat. ſtultũ etenim eſt ante hiſtoriã efflue
re, in ipſa autem hiſtoria ſuccingi. CAP. III.

De honore tépli à regibus exhibito.

IGitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni
pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur
propter Oniæ pontificis ˜diſpoſitionem &' pieta-
tem, & animos odio habẽtes mala, fiebat vt & ipſi
reges & principes locum ſummo honore dignum
ducerent, & templum maximis muneribus illuſtra
rẽt: ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præ-
ſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificio-
rum pertinentes.

Simon tépli theſauros prodit

¶ Simon autem de tribu Benia-
min præpoſitus tẽpli conſtitutus, contendebat ob-
ſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid
in ciuitate moliri. Sed cum vincere Oniam nõ poſ
ſet, venit ad Apollonium Tharſeæ filium, qui eo
tempore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis: & nun-
tiauit ei pecunijs innumerabilibus plenũ eſſe æra
rium Ieroſolymis, & communes copias immenſas
eſſe quæ non pertinẽt ad rationem ſacrificiorum:
eſſe autem poſſibile, ſub poteſtate regis cadere v-
D niuerſa. Cúmque retuliſſet ad regẽ Apollonius de
pecunijs quæ delatæ erãt, ille accitum Heliodorũ
qui erat ſuper negotia eius, miſit cum mandatis,
vt prædictam pecuniam tranſportaret.

Mittitur Heliodor⁹ vt eos auferat.

Statimque
Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem qua-
ſi per Cœleſyriam & Phœnicẽ ciuitates eſſet pera-
graturus, re vera autem regis propoſitum perfectu
rus. Sed cum veniſſet Ieroſolymam, & benigne à
ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narra-
uit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia
adeſſet aperuit: interrogabat autem ſi verè hæc ita
eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſ
ſe hæc, & victualia viduarum & pupillorum: quæ-
dam verò eſſe Hircani Tobię viri valde eminentis,
in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa au-
tem argenti talenta eſſe quadringenta, & auri du-
centa: decipi verò eos qui crediſſent loco & tem
plo, quod per vniuerſum mũdum honoratur, pro
ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſſibile
C eſſe. At ille pro his quæ habebat in mandatis à re-
ge, dicebat omni ⁺genere regi ea eſſe' deferenda.

¶ *regia

¶ Cõſtituta autem die intrabat de his Heliodorus
ordinaturus. Non modica verò per vniuerſam ciui
taté erat trepidatio. Sacerdotes auté ante altare cũ
ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabãt
de cælo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt his
qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodiret. Iam verò qui
videbat ſummi ſacerdotis vultũ, mente vulneraba
tur: facies enim & color immutatus declarabat in-
ternum animi dolorem. circunfuſa enim erat mœ
ſtitia quædam viro, & horror corporis: per quæ ma
nifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius efficieba-
tur. Alij etiã gregatim de domibus confluebãt pu
blica ſupplicatione obſecrãtes, pro eo quód in con
temptum locus eſſet venturus. Accinctæq; mulie-
D res cilicijs pectus, per plateas cõfluebant: ſed & vir
gines quæ cõcluſæ erant, procurrebant ad Oniam,

quamuis vt cum quis conuiuiũ inſtruit, & aliorum
quærit vtilitaté, res negotio nõ careat: hũc tamen
laborẽ in gratiã multorum libenter ſuſtinebimus,
exacta ſingulorũ pertractatione authori conceſſa,
ipſi propoſitũ exemplar ad epitomẽ elaborandam
peragrãtes. Sicut enim nouæ domus architectũ de
vniuerſa ſtructura oportet eſſe ſolicitũ: formis au
tem exprimere eam, aut depingere tẽtanti, ea quæ
ad ſpeciem faciunt, tantũ ſunt conſyderanda: ita
cenſeo in noſtro quoque negotio, penetrare altius
& ſermone omnia pertractare, curioſéque rimari
ſingula, ad authorem hiſtoriæ pertinere: compen-
diũ autem dictionis conſectari, & vitare quæ ſunt
in re exquiſitiora, ei qui ſtylo ſubſequitur, conce-
dendum. Hinc ergo narrationem incipiamus, præ-
fationem hactenus inhibẽtes. ſtultum enim ſit in
ijs quæ hiſtoriam præcedunt effluentem, ipſam hi
ſtoriam arctius contrahere.

CAP. III.

CVm vrbs ſancta cũ ſumma pace habitaretur,
& leges ſeruarẽtur quam optime, propter pie-
taté, & animũ Oniæ ſummi pontificis ſcelera pero
ſum: euenit vt ipſi quoq; reges locũ honorarent,
templúmq; ſplendidiſſimis condecorarent mune-
ribus, ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis,
omnes ſumptus ad miniſteriũ ſacrificiorũ pertinẽ
tes præſtaret. ¶ Simõ verò quidã è tribu Beniamin
curator templi conſtitutus, diſſidio inter ipſum &
ſummũ pontificem ſuper 'iniquitate' quæ in vrbe ¶ ι παρανομίας.
patrabatur, orto, vincere Oniã non valẽs, contulit al. ἀγορανομίας
ſe ad Apolloniũ Thraſeæ filium eo tempore Cœ-
leſyriæ Phœniciæq; præfectũ, & ei nuntiauit æra-
rium Hieroſolymitanũ ineffabili pecuniarũ ſum-
ma refertum eſſe, adeò vt innumerabilis eſſet vis
nummorum, qui ad ſacrifi. iorum rationem non
pertinerent, fieri autem poſſe vt in poteſtatem re-
gis peruenirent. Cũ ergo regem adijſſet Apolloni
us, & ad eum de pecunijs ſibi indicatis retuliſſet,
ille delectũ Heliodorum tribunum ærarij cũ man-
datis ad ſupradictas pecunias legauit auferendas:
ſtatimq; Heliodorus iter ingreſſus eſt, ſpecie quidẽ
quaſi vrbes Cœleſyriæ Phœniciæque obiturus, ſed
reuera executurus regis propoſitũ. Cúmque per-
ueniſſet Hieroſolymam, & à ſummo ciuitatis pon-
tifice benigne eſſet acceptus, indi. ium vt factum
eſſet, propoſuit, & cuius rei cauſa adeſſet, aperuit:
ſciſcitans inſuper an reuera ſic ſe res haberet. Cui
ſummus pontifex oſtendit viduis ſubleuandis, &
pupillis has eſſe repoſitas: quaſdam autem etiam
eſſe Hircani Tobiæ, viri dignitate eximij, non au-
tem quales impius Simon calumniatus eſſet: in v-
niuerſum verò eſſe talenta argẽti quadringenta,
& auri ducenta: porrò per iniuriam fraudari eos
qui ſanctitate loci, & honorati per vniuerſum or-
bem tẽpli maieſtate, aſylóq; fiſi eſſent. id verò pla-
nè eſſe indignum. At Heliodorus propter manda-
ta quæ à rege habebat, omnino in ærarium regis
inferẽdas eſſe dicere. ¶ Adeóq; die cõſtituto, ad diſ-
penſationem earum diſpiciendam ingreſſus eſt.
Quapropter mœror non paruus totam occupauit
ciuitatem, & ſacerdotes ante altare in ſacro habi-
tu proſtrati, elata in cælum voce, inuocabãt eum,
qui de depoſito legem tuliſſet, vt ijs qui depoſue-
rant eas, ſaluas cuſtodiret. In primis auté ſpeciem
ſummi pontificis contemplantibus, animus ſau-
ciabatur. Ipſe enim vultus & color immutatus a-
nimi anguſtiã indicabat: quippe offuſus viro erat
metus quidã, horrórq; corporis, vnde euidens eſ-
ſet inſpicientibus, qui cordi dolor incũbebat. Præ-
terea gregatim è domibus confugiebatur ad pu-
blicam ſupplicationẽ, quód in contemptum ven-
turus eſſe loc⁹ videretur, & mulieres ſub vberibus
cilicijs accinctæ vicos implebant. Sed & concluſarum antehac virginum aliæ ad portas concurrere,

aliæ in muros, quædã proſpectare feneſtris, omnes auté extétis in cælú manibus, preces facere: adeóq; miſerabilis erat mixtus totius populi procurſus, & in mœrore magno conſtituti ſummi pontificis expectatio. Atq; hi quidé inuocabant omnipotenté Dominum, vt credita ſibi, ijs qui ea crediderant, ſalua in ſumma tutela conſeruaret: ſed Heliodorus quod ſemel habebat conſtitutũ, id peragebat. Cæterum cũ ipſe iam cũ ſatellitibus inſtaret ærario, Dominus ſpirituũ & omnis potẽtiæ, euidens miraculũ & ingens edidit. quo omnes comitari illũ auſi potentiã Dei ſtupentes cõſternati ſunt, & formidine correpti. Viſus eſt enim illis equ⁹ cum equite terribili, pulcherrimo tegmine adornatus, qui incitato impetu priores vngulas infixit Heliodoro. Eques autem in vniuerſa armatura aurea cernebatur, antéque eum cõſpicui duo iuuenes alij, robore eximij, decoréq; ſpecioſiſſimi, qui amictu inſignes, aſtantes vtrinq; flagellabant illũ ſine intermiſſione, multáq; in eũ verbera ingerebant. Cúmq; ſubito collapſus eſſet humi, multáque circunfuſus caligine, correptũ & feretro impoſitũ eum, qui modo cum ſtipatione frequenti, cunctiſq; ſatellitibus tendebat in prædictũ ærarium, ferebant, omni armorũ ſuorũ ope deſtitutũ, vt qui potentiã Dei palàm cognouiſſent. Et ille quidé diuina virtute mutus, & ab omni ſpe atq; ſalute derelictus iacebat: illi veró Dominũ, qui locũ ſuum gloria amplificauiſſet, prædicabant: & quod pauló ante metu ac trepidatione plenũ fuerat templũ, præſenté exhibente ſe Domino omnipotẽte, gaudio & lætitia repletum eſt. Cũ auté protinus quidã Heliodoro familiariũ rogaſſent Oniã, vt inuocaret Altiſſimum, vt extremã iam animã agẽti vitam donaret: veritus ſummus pontifex, ne forté ſuſpicio regi incideret, dolum aliqué malum in Heliodorũ fuiſſe ſtructũ, pro ſalute viri illius ſacrificium inſtituit. Porró preces faciente ſummo pontifice, iidé illi iuuenes, iiſdem amicti veſtibus, Heliodoro ſe obtulerunt, & aſtantes, Plurimam, inquiunt, habeto Oniæ põtifici gratiã, nam Dominus in gratiã ipſius tibi vitã condonauit. Tu veró de cælo flagellatus, ampliſſimã Dei potentiã omnibus ediſſere. His dictis illi é conſpectu abierũt. Heliodorus auté cũ feciſſet Domino ſacrificiũ, votáque maxima nuncupaſſet ei, qui vitæ gratiã ipſi fecerat, Onia ſalutato retro ad regé motis caſtris remeauit, & omnibus quæ magni Dei opera vidiſſet oculis ſuis, teſtatus eſt. Cúmq; rex interrogaſſet Heliodorũ, ecquẽ cenſeret idoneũ qui denuo Ieroſolymam mitteretur: Siquẽ hoſtem habes, ait, rebus tuis inſidioſum, eum illuc ablega, & recipies flagellatũ, ſi tamen euaſerit: nã vere diuinum quoddam numen, in loco illo verſatur. Ipſe enim domicilij cæleſtis habitator loci illius inſpector eſt & defenſor, qui diſperdit eos qui ad violãdũ illũ acceſſerint. Atq; quod ad Heliodorũ quidé, & ærarij detenſionem attinet, hæc acciderunt.

¶ τὸ τῶν πνευμάτων κ̀ ἐξ-ας, ὁ τῶν πατέρων, κύριος, κ̀

## CAP. IIII.

SImon veró ſupra nominatus, ille pecuniarũ & patriæ proditor criminabatur Oniã, quaſi ipſe ¹pulſaſſet Heliodorũ, & malorũ author extitiſſet, & de patria bene merenté, cui gens ſua curæ erat, legiſq; ſtudioſũ, appellare audebat rebus regijs inſidioſum. Cũ auté inimicitiæ euſq; proceſſiſſent, vt per quoſdã Simoni charos cædes etiã patrarẽtur, vidẽs Onias atrocitatẽ inimicitiarũ, & ſæuitiã Apollonij, (qui cũ præfectus eſſet Cœleſyriæ Phœniciæq;, Simonis malitiã augebat,) ad regé ſe cõtulit, nõ vt accuſator ciuium ſuorũ, ſed vt qui publicã & priuatã vniuerſi populi vtilitaté cõſyderaret. Videbat enim ſine regia procuratione pacé iam rebus nõ poſſe dari, nec Simoné inſaniæ finé facturum. Porró cũ vitã cũ morte cõmutaſſet Seleuc⁹, & in re-

¶ 1 vel, perterruiſſet

aliæ autem ad muros, quædam veró per feneſtras aſpiciebant: vniuerſæ autem protendentes manus in cælũ, deprecabantur. erat enim miſera cõmiſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio. Et hi quidé inuocabãt omnipotenté Deum, vt credita ſibi, his qui crediderant, cũ omni integritate cõſeruarentur. Heliodorus auté, quod decreuerat, perficiebat eodé loco ipſe cum ſatellitibus circa ærariũ, præſens. ſed Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtentionis euidentiã, ita vt omnes qui auſi fuerãt parẽre ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutioné & formidiné conuerterẽtur. Apparuit enim illis quidã equ⁹ terribilé habens ſeſſoré, optimis operimentis adornatus: iſq; cũ impetu Heliodoro priores calces eliſit. qui auté ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiã apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circũſteterunt eũ, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes. Subito auté Heliodorus concidit in terrã, eũmque multa caligine circunfuſum rapuerunt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cũ multis curſoribus & ſatellitibus prædictũ ingreſſus eſt ærariũ, portabatur nullo ſibi auxiliũ ferente, manifeſta Dei cognita virtute. & ille quidé per diuinam virtutem iacebat mut⁹ atq; omni ſpe & ſalute priuatus. Hi auté Dominũ benedicebant, quia magnificabat locũ ſuũ & templũ quod pauloànte timore ac tumultu erat plenũ, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt. ¶ Tunc veró ex amicis Heliodori quidã rogabant confeſtim Oniam vt inuocaret Altiſſimũ, vt vitam donaret ei qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſyderans auté ſummus ſacerdos ne forte rex ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum conſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem. Cúmque ſummus ſacerdos exoraret, iidé iuuenes eiſdem veſtibus amicti, aſtantes Heliodoro dixerunt, Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & poteſtatem. Et his dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis ei qui viuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Teſtabatur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera ¹magna Dei. Cũ autem rex interrogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mitti, ait, Siquem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatoré, mitte illuc, & flagellatũ eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quód in loco ſit veré Dei quædam virtus. Nã ipſe qui habet in cælis habitationé, viſitator & adiutor eſt loci illius, & veniẽtes ad malefaciendũ, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij cuſtodia ita res ſe habet.

Heliodor⁹ percutitur à Deo.

B

F

Sanatur ad Oniæ orationem.

G

¶ ¹magni

## CAP. IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tãquam ipſe Heliodorũ inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet incentor malorum, prouiſorémque ciuitatis ac defenſoré gentis ſuæ, & æmulatoré legis Dei audebat inſidiatoré regni dicere. Sed cũ inimicitiæ intantum procederent, vt etiã per quoſdam Simõnis neceſſarios homicidia fierent: conſyderans Onias periculũ contẽtionis, & Apolloniũ inſanire, vtpote ducẽ Cœleſyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simõnis, ad regem ſe contulit, non vt ciuium accuſator, ſed cõmunem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſyderans. videbat enim ſine regali prouidẽtia impoſſibile eſſe pacem rebus dari, nec Simõnem poſſe ceſſare à ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet re-

Oniæ Simõ calũniatur

Ambiens Iaſon ſacerdotiũ, Regẽ muneribus corrumpit.

gnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummũ ſacerdotiũ: adito rege promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex redditibus alijs talẽta octoginta. ſuper hoc promittebat & alia centũ quinquaginta, ſi poteſtati eius concederetur gymnaſiũ & ephebiã ut ſi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant, Antiochenos ſcribere.

B ¶ Quod cũ rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatũ, ſtatim ad Gentilẽ ritum contribules ſuos transferre cœpit: & amotis his quæ humanitatis cauſa Iudæis a regibus fuerant conſtituta, & per Iohannẽ patrẽ Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione legitima, ciuiũ iura deſtituens, praua inſtituta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſiũ conſtituere, & optimos quoſque epheborũ in lupanaribus ponere. Erat autẽ hoc non initiũ, ſed incrementũ quoddã, & profectus Gentilis, & alienigenæ conuerſationis, propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefariũ & inauditum ſcelus: ita ut ſacerdotes iã non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contẽpto templo, & ſacrificijs neglectis, feſtinarent participes fieri paleſtræ, & prebitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci. & patrios quidem

Peruerſa Iaſonis inſtitutio.

C honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarũ gratia periculoſa eos contẽtio habebat, & eorũ inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & perẽptores habuerant. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit. ſed hoc tẽpus ſequẽs declarabit. ¶ Cũ autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſus ab Ieroſolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificiũ Herculis, quas poſtulauerunt hi qui aſportauerant ne in ſacrificiis erogarentur, quia nõ oporteret, ſed in alios ſumptus eas deputari. ſed hæc oblata ſunt quidẽ ab eo qui miſerat in ſacrificiũ Herculis: propter præſentes autẽ datæ ſunt in fabricã nauium triremium. Miſſo autem in Ægyptum Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cũ cognouiſſet Antiochus alienum ſe à negotijs regni effectũ, proprijs vtilitatibus cõſulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ieroſolymam.

D Et magnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularũ luminibus & laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phœnicẽ exercitum conuertit. Et poſt triennij tẽpus miſit Iaſon Menelaũ ſupradicti Simonis fratrem portantẽ pecunias regi, & de negotijs neceſſarijs reſponſa perlaturũ. At ille cõmendatus regi, cũ magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummũ ſacerdotiũ, ſuperponens Iaſoni talenta argenti trecenta. Acceptiſque à rege mandatis venit, nihil quidẽ habẽs dignũ ſacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ irã gerẽs. ¶ Et Iaſon quidẽ qui propriũ fratrẽ captiuauerat, ipſe decept' profugus in Ammanitem expulſus eſt regionem. Menelaus autem principatum quidẽ obtinuit: de pecunijs verò regi promiſſis nihil agebat, cũ exactionem faceret Soſtratus qui arci erat præpoſitus. nã ad hunc exactio vectigaliũ pertinebat: quam ob cauſam verique ad regem ſunt euocati. Et Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo:

Expulſo Iaſone ſacerdotium occupat Menelaus, à quo itidẽ deturbatur ſuccedente Lyſimacho.

E Soſtratus autẽ prælatus eſt Cyprijs. ¶ Et cũ hæc agerentur, contigit Tarſenſes & Mallotas ſeditionẽ mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono eſſent dati. Feſtinanter itaq; rex venit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comitibus ſuis Andronico.

gnũ ei ſucceſſiſſet Antiochus cognominatus Epiphanes, Iaſon frater Oniæ ſummũ pontificatũ ambiens regẽ adijt, talenta argenti trecenta ſexaginta pollicens, & [1]ob acceſſionẽ quandã aliam' talenta octoginta. Adhæc promittebat etiã ſe alia centum & quinquaginta perſcripturum, ſi poteſtas ſibi cõcederetur conſtituendi gymnaſiũ & ephebiũ, [2]& vt incolas Ieroſolymæ ſcriberet Antiochenos. ¶ Quæ cũ rex annuiſſet, ipſeque obtinuiſſet principatum, protinus gentẽ ſuã transformabat in mores Græcorum, & abrogabat ſtatuta principum clementer indulta Iudæis, per Ioannẽ Eupolemi patrem qui legationem de amicitia ſocietatéq; cum Romanis obierat: atque etiã legitima inſtituta publica abolens, nefarias conſuetudines introducebat. Etenim cũ ſub ipſa arce gymnaſium vltro conſtituiſſet, optimos quoſque adoleſcentũ in partes ſuas pertrahens ſub petaſum ducebat. [3]Eratq; Græcorũ morum quoddã tam ardens ſtudiũ, exoticorũmq; inſtitutorũ acceſſio, propter ſummã impij, minimẽq; pontificis Iaſonis impuritatẽ, vt nulla iam amplius eſſet ad munia altaris ſacerdotũ propenſio, ſed contẽpto templo, ſacrificiiſque neglectis, currerent ad fruẽda nefaria ſpectacula, quæ in palæſtra exhibebantur, & certamina diſci, & patrios honores pro nihilo habẽtes decora Græca pulcherrima ducerent: quapropter grauis circũuenit eos calamitas, & quorũ æmulabãt inſtituta, quibúſque per omnia ſimiles eſſe ſtudebãt, eoſdem hoſtes, & pœnarũ exactores habuerunt. Nã res minime leuis eſt, admiſiſſe in leges diuinas impietatem. Sed hæc quod conſecutũ eſt tempus indicabit. ¶ Porrò cũ ludi quinquennales celebrarentur in Tyro, vbi rex præſens aderat, miſit eò Iaſon ille ſceleratus ſpectatores Hieroſolymis, quaſi Antiochẽſes eſſent, drachmas argenti trecẽtas in ſacrificium Herculis deferentes. Rogabant tamen ipſi qui deferebãt has, ne erogarentur in ſacrificiũ quòd minus conueniret, ſed in aliũ potius ſumptum impenderentur. Miſſæ ſunt igitur hæ, quod quidẽ ad miſſorem ipſum attinet, in ſacrificiu Herculis: propter eos autem qui deferebãt eas, in [5]'fabricationes' triremiũ. Cum autem Antiochus Apollonio Meneſthei filio propter regis Ptolemæi Philometoris [6]'inaugurationem' in Ægyptũ miſſo, accepiſſet ipſum à commodis ſuis eſſe alienatũ, de rebus ſuis tuto conſtabiliendis cogitãs, ea de cauſa Ioppen profectus eſt, & peruenit Hieroſolymam: magnificẽque receptus eſt ab Iaſone & ciuitate obuiam egreſſis cum facibus & acclamatione, & inde his ita geſtis cum copijs reuerſus in Phœniciam. Exacto autem triennio Iaſon Manelaum ſupradicti Simonis fratrem miſit ad regem, cum pecunijs ad eum deportandis, & cum perferendis mãdatis quibuſdam de rebus neceſſarijs: qui regi commendatus, poſtquam veneratus eſt eum, per ſpeciem poteſtatis pontificatum in ſeſe tranſtulit, Iaſone talentis argenti trecentis ſuperato: acceptiſque mãdatis regiis aduenit, nihil afferens ſummo pontificatu dignum, ſed animo crudelis tyranni, & atrocis feræ gerens iracundiam. ¶ Et Iaſon quidem qui dolo ſuum ipſius fratrem circunſcripſerat, dolo circunſcriptus ab alio, profugus in Ammanitidẽ regionem compulſus erat. Menelaus autem obtinebat principatum. Cæterum de promiſſis regi pecunijs nihil procedebat, quanuis Soſtratus præfectus arcis eas exigeret. Penes hunc enim erat pecuniarum exactio. Hanc ob cauſam cum vterque ad regem euocatus eſſet, Menelaus procuratorem pontificatus reliquit Lyſimachum fratrem ſuum, & Soſtratus Cratetem præfectum [7]'Cypriis.' ¶ Dum hæc agebantur, accidit vt Tharſenſes & Mallotæ ſeditionem mouerent, quòd Antiochidi pellici regis dono eſſent dati. Cúmque rex protinus ad res componendas profectus eſſet, relicto procuratore Andronico, vno ex ijs qui pollebant dignitate: Menelaus

¶ 1 Id eſt, ob lucrum ſuũ aliud. vel, vt alterius rei acceſſionem ip traſet: uſũ malis, vt vet' interpres habet, ex redditibus alijs, ſiue cauſa aliorum redditũum.

¶ 3 ita vocatur pars palæſtræ, in qua ephebi exercebantur.

¶ 4 Vt ſcilicet eos hoc ludi lenocinio corrũperet. vel ob palæſtrã in petaſum faſtigiatã, vel quia in palæſtra certantes petaſati eſſent.

¶ 5 vel, apparatus, & inſtructiones

¶ 6 πρωτοκλίσια. q. d. propter celebritatẽ, qua primum ſolio initiabatur: al. πρωτοκλησία: vel ob principatũ, de quo erat contẽtio. Ioſeph lib. 1. belli Iudaici, cap. 1.

¶ 7 Vel, à Cypriis à mẽſuris, qui metiẽdis frugibus alioqui præerat.

¶8 ἐυφυῆ

ſe commodā occaſionem nactū ratus aurea quædam templi vaſa depeculatus, Andronico largitus eſt, alijs Tyrum & in circuniacentes vrbes venum datis. Eam rem certo compertam Onias criminabatur. Receperat autem ſe in tutum aſylum Daphnē, vicinam Antiochiæ. Qua de cauſa Menelaus ſeorſum nactus Andronicum orauit vt Oniam interficeret. Cū igitur ille ad Oniam perueniſſet, ūde per dolum impetrata, interpoſitōque iureiurando receptus, dextera data, (quanuis ſuſpectus eſſet,) perſuaſit illi vt ex aſylo procederet, ſtatimque peremit eum, nulla iuris reuerentia. Qua de cauſa nō ſolū Iudæi perdoluerūt grauiter, ſed multi ex alijs quoque gentibus iniuſtam viri cædem acerbe tulerunt. Ergo poſtquā rex è locis Ciliciæ reuerſus eſt, qui in vrbe erant Iudæi, adiuuantibus odio ſceleris & Græcis, de immerita Oniæ cæde apud eum conqueſti ſunt. ¶Quare Antiochus ex animo cōtriſtatus, cōmotiſque miſeratione illachrymauit propter interfecti moderationem, multámque morū concinnitatem: & ira inflammatus, è veſtigio detracta Andronico purpura, tunicáque diſciſſa, per totā vrbem in eundem locum vbi Oniā impie trucidarat, circunducendum curauit impuratū hominem, & interficiendum, Domino condignas ab eo pœnas repetente. ¶Porrò multis per vrbē ſacrilegijs cōmiſſis à Lyſimacho de conſilio Menelai, famāq; rei diuulgata, multitudo aduerſus eū, multo iam auro diuerſe exportato, congregata eſt. Ibi Lyſimachus, cum turba concitata eſſet, & ira plena, armatis circiter tribus millibus, iniuſta manuum vi cœpit agere, duce quodam tyranno, affecta iam ætate, nec minus mente. Videntes ergo illi conatū Lyſimachi, alij correptos lapides, alij fragmēta lignorum, obuiíque pulueris quantum manu prehendiſſent, alij in factionē Lyſimachi irruētem proijciebant: quibus multi vulnerati, pars etiā proſtrati, omnes certe in fugā pulſi ſunt, ipſe verò ſacrilegus iuxta ærarium interfectus. Cæterū iudicio de his conſtituto aduerſus Menelaum, cum rex in Tyro præſto eſſet, tres viri à Senatu miſſi corā eo reū egerunt. Menelaus autem iam conuictus, pecuniarū quod ſatis eſſet, Ptolemæo Dorymenis filio pollicitus eſt, vt regē ſibi conciliaret. Itaque Ptolemæus regem in atrium quoddam, quaſi refrigerationis gratia ſeductum peruertit, vt Menelaum totius ſceleris authorem criminibus abſolueret. miſeros autē illos, qui etiamſi apud Scythas cauſam dixiſſent, culpa fuiſſent abſoluti, morte damnaret. Itaque confeſtim iniuſta pœna affecti ſunt, qui cauſam ciuitatis & populi, ſacrorúmq; vaſorū egerant. Quamobrē Tyrij quoque ſceleris odio cōmoti, quæ ad funerandos eos pertinebant, magnificentiſſime ſuppeditarūt. Menelaus autē per auaritiam potentū, principatū retinuit, malitioſa inūnuatione magnus ciuibus inſidiator cōſtitutus.

¶10 ἱεροσυλημάτων

¶11 χρήματα

¶12 ὅλης

¶13 vel, reū

¶14 ὑπέχον,

¶15 vel, malitiæ incrementis

C A. V.

Circa tempus illud cū Antiochus ſecundā expeditionē in Ægyptū ſuſcepiſſet, cōtigit per totā vrbem, quadraginta ferè diebus cerni per aerem diſcurrentes aurato habitu equites & quaſi cohortes armatas haſtatorū, equorúmq; ordinibus digeſtorū agmina, tum pugnas committi cominus, & concurſus vtrinque, ſimul & motus ſcutorū, ac ſpicula crebra, diſtrictóſque gladios, telorū quoq; iactus, & micantia ornamenta aurea, omnéq; genus loricas. Quapropter omnes vt bono forent oſtenta precabantur. ¶Sed cū falſus rumor emanauiſſet, vita exceſſiſſe Antiochū, Iaſon collectis nō minus mille viris, ad capiendam vrbem repente venit: & quũuis ciues cōuolaſſent in muros, ad vltimū tamē cum vrbs iā caperetur, Menelaus confugit in arcem, Iaſon autem ſuorum ipſius ciuium cædem edebat, nemini parcens, nec cogitans felicitatem contra ſuos infelicitatem eſſe maximam, ſed arbitrans ſe de hoſtibus, non de ciuibus trophæa comparare.

¶1 ὅλης,

Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tēpus opportunū, aurea quædā vaſa è tēplo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. Quod cū certiſſime cognouiſſet Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphné. Vnde Menelaus accedēs ad Andronicū, rogabat vt Oniā interficeret. Qui cū veniſſet ad Oniā, & datis dextris cū iureiurando (quanuis eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum peremit, nō veritus iuſtitiā. Ob quam cauſam non ſolū Iudæi, ſed etiā aliæ quoq; nationes indignabantur, & moleſte ferebāt de nece tam ei viri iniuſta. Sed regreſſum regē de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiā, ſimul & Græci: conquirentes de iniqua nece Oniæ. ¶Contriſtatus itaq; eſt animo Antiochus propter Oniā, & flexus ad miſericordiā, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatē & modeſtiā. accenſiſque animis Andronicū purpura exutū, per totā ciuitatē iubet circunduci: & in eodē loco in quo in Oniā impietatē cōmiſerat, ſacrilegū vita priuari, Domino illi condignā retribuente pœnā. ¶Multis autē ſacrilegijs in tēplo à Lyſimacho cōmiſſis Menelai conſilio, & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachū multo iam auro exportato. Turbis autē inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodā tyrāno, ætate pariter & demētia prouecto. Sed vt intellexerunt conatū Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuēre: quidā verò cinerem in Lyſimachū iecēre. Et multi quidē vulnerati, quidā autē & proſtrati, omnes verò in fugā conuerſi ſunt: ipſum etiā ſacrilegū ſecus ærariū interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduerſus Menelaum agitari. Et cū veniſſet rex Tyrū, ad ipſum negotiū detulerunt miſſi tres viri à ſenioribus. Et cū ſuperaretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dare ad ſuadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodā atrio poſitum, quaſi refrigerandi gratia, regē adijt, & deduxit à ſentētia: & Menelaū quidem vniuerſæ malitiæ reū criminibus abſoluit: miſeros autē qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos morte dānauit. Citò ergo iniuſtam pœnā dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt. Quā ob rē Tyri quoq; indignati, erga ſepulturā eorum liberaliſſimi extiterunt. Menelaus autē propter eorū qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in poteſtate, creſcens in malitia ad inſidias ciuium.

Menelaū ſuaſu Andronicus Oniā dolo interficit.

Antiochi iuſſu occiditur Andronicus.

B

Lyſimachū popul' opprimit.

G

Accuſatus Menelaus corrupto Ptolemæo abſoluitur

C A P. V.

Eodem tēpore Antiochus ſecūdam profectionē parauit in Ægyptū. Contigit autē per vniuerſam Ieroſolymorum ciuitatē videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinē gladijs diſtrictis, & telorum iactus, & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monſtra conuerti. ¶Sed cum falſus rumor exiſſet, tanquam vita exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille viris, repēte aggreſſus eſt ciuitatē: & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehenſa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iaſon verò non parcebat in cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſperitatem aduerſum cognatos malū eſſe maximum, arbitrans hoſtiū & non ciuiū ſe trophæa capturum.

Signa Ieroſolymis viſa in cæleſtibus.

Iaſō ciues ſuos perſequens tandem exul perimitur.

B Et principatū quidem non obtinuit, finẽ verò inſidiarum ſuarū confuſionẽ accepit, & profugus iterū abijt in Ammaniten. Ad vltimū in exitium ſui cō cluſus ab Areta Arabū tyrãno, fugiens de ciuitate in ciuitatẽ, omnibus odioſus vt refuga legū & execrabilis, vt patriæ & ciuiū hoſtis, in Aegyptū extruſus eſt: & qui multos de patria ſua expulerat, peregre perijt, Lacedæmonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugiū habiturus: & qui inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamentatus, & inſepultus abijcitur: ſepultura neque peregrina vſus, neque patrio ſepulchro participans. ¶His itaq; geſtis, ſuſpicatus eſt rex ſocietatẽ deſerturos Iudęos: & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis, ciuitatẽ quidẽ armis cepit. Iuſſit autẽ militibus interficere, nec parcere occurſantibus, & per domos aſcendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenū ac ſeniorū, & mulierū & natorū exterminia, virginúmq; & paruulorū neces. Erant autẽ toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autẽ venũdati. Sed nec iſta ſufficiunt: auſus eſt etiã intrare tẽplū vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui legū & patriæ fuit proditor, & ſceleſtis manibus ſumẽs ſancta vaſa quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erãt poſita ad ornatum loci & gloriã, contrectabat indigne & contaminabat. Ita alienatus mẽte Antiochus, nō conſyderabat quòd propter peccata habitantiū ciuitatẽ modicū Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locū deſpectio. alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus qui miſſus eſt à Seleuco rege ad expoliandū ærarium, etiã hic ſtatim adueniẽs flagellatus, & repulſus vtiq; fuiſſet ab audacia. Verū non propter locū, gentem: ſed propter gentẽ, locū Deus elegit. Ideóq; & ipſe locus particeps fact⁹ eſt populi malorū, poſtea autẽ fiet ſocius bonorū: & qui derelictus in ira Dei omnipotẽtis eſt, iterū in magni Domini reconciliatione cū ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo

C

D talentis, velociter Antiochiã regreſſus eſt, exiſtimãs ſe præ ſuperbia terrã ad nauigandū, pelagus verò ad iter agendū, deducturum propter mẽtis elationẽ. Reliquit autẽ & præpoſitos ad affligendã gentẽ: Ieroſolymis quidẽ Philippum genere Phrygẽ, moribus crudeliorẽ eo ipſo à quo conſtitutus eſt: in Garizim autẽ Andronicū & Menelaū, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. ¶Cúmque appoſitus eſſet cõtra Iudæos, miſit odioſum principẽ Apolloniū cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cum veniſſet Ieroſolymam, pacẽ ſimulans, quieuit vſque ad diem ſanctum ſabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere ſuis præcepit. Omnéſque ſimul qui ad ſpectaculum proceſſerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis diſcurrens, ingentem multitudinem peremit. ¶Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat: & fœni cibo veſcentes, demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.

Perſecutio Iudęorum per Antiochum.

Tẽpli ſpoliatio per eundem.

T.ç.e.

CAP. VI.

SEd non poſt multum tẽporis miſit rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos vt ſe transferrent à patrijs & Dei legibus: cōtaminare etiã quod in Ieroſolymis erat tẽplum, & cognominare Iouis Olympij, & in Garizi, prout erãt hi qui locū inhabitabãt, Iouis hoſpitalis. Peſſima autẽ & vniuerſis grauis erat malorū incurſio.

Iudæi legẽ Dei relinquere compellūtur. Templum violatur.

Principatum tamen nō obtinuit, ſed ſuſcepto dedecore, (qui fuit inſidiarum exitus,) fuga ſe rurſum recepit in Ammanitidẽ. Tandem igitur infœlicem adeptus viciſſitudinem, [1]in crimen vocatus[1] apud Aretam tyrannū Arabū, ex alia in aliã vrbẽ fugiẽs, eiectus ab omnibus, & odio habit⁹, vt legis proditor, atq; execratus vt patriæ ciuiúmque [2]carnifex,[2] in Aegyptū extruſus eſt. Et qui multos extorres patria fecerat, extorris perijt profectus ad Lacedæmonios, tanquã locum ibi tutū habiturus propter cognationẽ: & qui inſepultos multos abiecerat, luctu caruit, neque vlla exequiarū iuſta, neq; patrium ſepulchrū conſecutus. Hæc cum rex vt geſta erant accepiſſet, defectionem meditari Iudæam ſuſpicatus eſt. Quamobrem efferato animo profectus ex Aegypto, vrbe vi capta, imperauit militibus, vt nemini parcentes tam obuios quoſque conciderent, quàm eos qui ſe recepiſſent in domos, trucidarent. Cædebantur ergo tam iuuenes, quàm ſenes, viri ſimul ac mulieres, puerique perimebantur cum iugulatione virginum & infantium, adeò vt intra tres ad ſummū dies octoginta millia fuerint interfecta, quadraginta verò millia manu capta, nec pauciores interfectis diuenditi. His tamen non contentus, etiam ſanctiſſimum totius orbis templum inuadere auſus eſt, idque duce Menelao proditore legū ſimul & patriæ, & ſceleratis manibus ſacra vaſa corripiẽs, vnáq; ea quę ab alijs regibus ad amplitudinẽ & maieſtatẽ decúſque loci cōſecrata fuerant, impijs manibus contrectans Antiochus, efferebatur inſolentia & animo, non conſyderans Dominum propter peccata incolentium vrbem ad breue tempus iraſci, eóque locum eſſe neglectum. Nam niſi contigiſſet illos multis peccatis inuolui pri⁹, vt Heliodorus ille à Seleuco rege miſſus ad perſcrutandū ærariū, ita hic quoque (vbi eodem erupit,) repente flagellatus, ab audacia fuiſſet abſterritus. Sed non loci gratia gentem, ſed gentis gratia locū Dominus elegerat. Ideóque idẽ ille locus, qui infortuniorū, quæ genti acciderunt, fuit particeps, poſtea beneficiorum quoque Domini conſors extitit, & qui per iram Omnipotẽtis fuerat deſertus, idem rurſum recōciliato magno Deo ad ſummam gloriã reſtitutus eſt. Antiochus igitur mille & octingentis ablatis è templo talentis quamprimū abſceſſit Antiochiã, præ ſuperbia terram nauigabilẽ, mare verò pedibus peruium effecturum ſe exiſtimans: tanta erat animi elatio. Reliquit autẽ præfectos qui gentẽ [4]affligerẽt. Hieroſolymis quidẽ Philippū natione Phrygẽ, moribus eo ipſo qui conſtituerat eum, feriorẽ: in [5]Garizin[5] autem Andronicū, & præter hos Menelaum, qui grauius quàm cæteri, ciuibus imminebat, alioqui hoſtili in ciues Iudæos animo. Miſit inſuper ſceleratum principem Apollonium cum exercitu viginti duorum millium, & cū mandatis, vt [6]ætate militari præditos omnes interficeret, mulieres autẽ & iuniores vẽderet. Hic cū perueniſſet Hieroſolymam, pacificum ſe ſimulans, rem vſque in ſacrū ſabbathi diem diſtulit, quo feriantes nactus Iudæos, cū recenſum exercitus armati ſuis indixiſſet, egreſſos ad ſpectaculū omnes trucidauit, & in vrbem cum armatis irruens, ingentem [7]peremit[7] multitudinẽ. ¶Tū Iudas Machabęus decimus ipſe ſeceſſit in deſertum, ibique cum ſuis ferarum modo vitam agebat in montibus, & cibo herbarum veſcens durabat, ne ſe cum cæteris impiaret.

¶1 ἐγκληθεὶς lego.

¶2 vel, perduellis,

¶4 τοῦ κακοῦν.

¶5 Garizin mons Samariæ.

¶6 vel, ætate prouectiores

¶7 κατέτρεψε

CAP. VI.

NOn multo verò poſt tẽpore miſit rex ſenẽ quẽdã [1]Antiochenū,[1] qui Iudæos iura patria deſerere cōpelleret, & vſum legū Dei relinquere, quiq; profanato templo Hieroſolymitano Iouis Olympij cognomẽ adderet, ei autẽ quod in Garizin erat, vt incolę loci ei⁹ vltro iã feciſſent, Iouis hoſpitalis. Grauis erat hæc vniuerſis, & triſtis ſceleris introductio.

¶1 Ita vet⁹ interpres, Græca tamen exẽplaria vno cōſenſu habent Ἀθηναῖον.

Ni tēplū turpi luxu replebatur, & comeſſationib' Gētiū, quæ deſidebāt inter ſcorta, & intra ſacros parietes rē habebāt cū mulieribus, quæ minime cōueniebat intrò ferētes. Altare etiam rebus nefarijs lege vetitis plenū erat. & præterea neque ſabbathū celebrare quiſquā audebat, neque ſolēnes dies patrios ſeruare, nec omnino Iudæū ſe pfiteri. ¶ Ducebātur autē per acerbā vim, ſingulis mēſib', celebrādo natali regis die, ad viſcerationē, & agitādo Bacchanaliorū ſolēni cogebātur Iudæi hedera coronati Baccho pōpā ducere. Decretū inſuper in vicinas Græcorū vrbes eſt editū Ptolemæi inſtinctu, vt idē inſtitutū & viſceratio cōtra Iudæos celebraretur: quod ſiqui minus in Græcorū inſtituta trāſire voluiſſent, interficerētur. Palàm igitur videre erat vrgētē miſeriā. ¶ Duę mulieres pductæ, quòd præputia natorū ſuorū circūcidiſſent, ſuſpēſis de vberibus earū infātibus illis, per vrbē circūductæ ſunt publice, & de muris [2] præcipitatæ. Alij quidā cū in proximas ſpelūcas cōfugiſſent, ſeptimū diē latēter celebraturi, indicati Philippo, flammis cōcremati ſunt, quòd propter maieſtatē religioſiſſimæ diei auxiliū ferre ſibimetipſis verebātur. ¶ Obſecro igitur eos qui in hūc librū inciderint, ne ob hos caſus animū deſpōdeāt, ſed reputēt hęc ſupplicia in gen' noſtrū nō ad perniciē, ſed ad caſtigationē eius eſſe cōſtituta, præterquā quòd nō multū tēporis cōceſſum eſſe impijs, ſed eos pœnas cito luiſſe, magni beneficij eſt indiciū. Nō enim ſicut in alijs gētibus lenitate Domin' expectat, donec in eas vbi ad ſummū peccatorū euaſerint, animaduertat, ita de nobis ſtatuit: ne ſcilicet pro redūdantibus ad ſummū peccatis noſtris, pœnas tādē à nobis repetat. Quapropter nūquā nobis ſuā ſubducit miſericordiam, ſed populū ſuū aduerſis caſibus caſtigādo nō derelinquit. Verum hæc cōmonitionis gratia dicta ſint à nobis hacten', nūc flexu breui nobis ad narrationē redeūdū eſt. ¶ Eleazarus quidā è primarijs ſcribis vnus, vir ætate iā prouecta, vultúſque ſpecie honeſtiſſima præditus, aperto ore, & carnē porcinam edere cogebatur. At ille glorioſam mortē vitę cum ſcelere coniūctæ præoptās, ad [3] tormēta' vltrò accedebat inſpatabūdus: quo pacto accedere oportebat eos, qui propter ea quæ nō fas eſt amore vitæ guſtauiſſe, laturi eſſent ſuppliciū. Cæterum qui nefariæ viſcerationi præfecti erāt, propter antiquā, quā habebāt, viri notitiā, ſeductū ſeorſum rogabāt, vt ſumptis quib' vti ſibi liceret carnibus paratis à ſe, ſimularet ſe comedere de carnib' ſacrificij ab rege imperatis, vt hoc pacto mortē effugeret, & propter veterē cū ipſis amicitiā, humanitatē erga ſe cōſequeretur. At ille honeſta inita ratione digna ætate ſua, ſenectutiſque excellētia, tū cōtracta iam inſigni canitie, atque optima à puero [4] educatione,' aut potius ſanctæ & à Deo cōditæ, ſancitæque legi cōſentanea, cito reſpōdens, ad manes præire ſe, dixit. Non enim ætate noſtra dignū eſt, inquit, ſimulare, vnde multi adoleſcentium Eleazarū illū nonagenarium, in alienā religionē tranſiſſe exiſtimātes, ipſi quoque mea, propter breuē & [5] minimi momēti vitā, ſimulatione atque culpa ſeducātur, & ego mihi piaculū, labēmque ſenectuti cōtraham. Nam etiāſi in præſentia hominū ſupplicia euaſero, illas tamē Omnipotētis manus neque viuus effugero, neque defunctus. Quāobrē nūc quidē vita fortiter excedendo, me qualē ſenectute dignū eſt exhibuero: adoleſcētibus autē egregiū reliquero exemplū ad mortē pro venerādis ſanctiſſimiſque legibus, prōpte, animoſe, & alacriter obeundam. His dictis, ſe [6] tormento' protinus obtulit. Cum autem ii qui ducebāt eum, qui paulò antè pollicebātur beneuolentiā in maleuolentiā commutaſſent, propter ſupradictos ſermones, quā ipſi inſaniā interpretabātur:

¶2 κατὰ τῦ τάχους

¶3 vl. tympanū, quod eſt tormenti genus.

¶4 ἀνατροφῆς. ἀναστροφῆς alij legunt.

¶5 ἀκαριαίου

¶6 vl. tympano

nam templum luxuria & comeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratiſque ædibus mulieres ſe vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare etiā plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæū B ſe eſſe quiſquam confitebatur. ¶ Ducebantur autē cū amara neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia. & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circuire. Decretum autem exiit in proximas Gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent: eos autem qui nollēt trāſire ad inſtituta Gentiliū, interficerent. erat ergo videre miſeriā. ¶ Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circuncidiſſe: quas infantibus ad hubera ſuſpenſis, cū publice per ciuitatem circūduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latentes ſabbathi diem celebrātes, cum indicati eſſent Philippo, flāmis ſuccen C ſi ſunt eo quòd verebantur propter religionem & obſeruantiam, manu ſibimet auxiliū ferre. ¶ Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputēt ea quæ acciderunt, nō ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tēpore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere: magni beneficij eſt indiciū. Nō enim ſicut in aliis nationibus, Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demū in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à no D bis miſericordiam ſuam amouet: corripiens verò in aduerſis populum ſuū, non derelinquit. Sed hæc nobis ad commonitionem legentiū dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt ad narrationē. ¶ Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarū, vir ætate prouectus, & vultu decōrus, aperto ore hians cōpellebatur carnem porcinā māducare. At ille glorioſiſſimā mortem magis quàm odibilem vitā cōplectens, voluntarie præibat ad ſuppliciū. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autē qui aſtabāt, iniqua miſeratione commoti, propter antiquā viri amicitiam, E tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut rex imperauerat de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur. & propter veterem viri amicitiā, hāc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiā dignā, & ingenitæ nobilitatis canitiē, atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctæ & à Deo conditæ legis conſtituta, reſpondit cito: dicens præmitti ſe velle in infernum. Nō enim ætati noſtrę dignū eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta anno F rū trāſiſſe ad vitā alienigenarū: & ipſi propter meā ſimulationē, & propter modicū corruptibilis vitæ tempus decipiātur, & per hoc maculā atque execrationem meæ ſenectuti conquirā. Nā etſi in præſenti tēpore ſupplicijs hominū eripiar, ſed manū Omnipotētis nec viuus, nec defunctus effugiā. Quam ob rē fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcētibus autē exemplū forte relinquā, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfūgar. His dictis cōfeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autem qui eum ducebāt, & paulo antè fuerāt mi G tiores, in irā conuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogātiā prolatos arbitrabā-

Monentur lectores ne aduerſa quibus Dominus filios ſuos affligit, abhorreſcant.

Eleazari paſſio.

tnt. Sed cũ plagis perimeretur, ingemuit, & dixit,
Domine qui habes ſãctã ſcientiã, manifeſtè tu ſcis
quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis
ſuſtineo dolores: ſecundum animam verò propter
timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem
hoc modo vita deceſſit, non ſolum iuuenibus, ſed
& vniuerſæ genti memoriã mortis ſuæ ad exẽplũ
virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

**Septem fratrum matriſque eorũ ſupplicia.**

CONtigit autem ſeptem fratres vnà cum matre
ſua apprehẽſos, cõpelli à rege edere contra fas
carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus
autem ex illis qui erat primus, ſic ait, Quid quæ-
ris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori
magis quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus
itaque rex iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccen-
di. Quibus ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei qui prior fue-
rat locutus, amputari linguã, & cute capitis abſtra-
cta, ſummas quoq; manus & pedes ei præſcindi, cæ-
teris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cũ
iã per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignẽ admo
ueri, & adhuc ſpirantẽ torreri in ſartagine. In qua
cum diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicẽ
B ſe hortabantur mori fortiter, dicẽtes, Dominus De⁹
aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quem-
admodum in proteſtatione cantici declarauit Moy-
ſes, Et in ſeruis ſuis cõſolabitur. ¶ Mortuo itaq; il-
**Deut. 32. c.** lo primo hoc modo, ſequentem deducebant ad illu
dendum: & cute capitis eius cum capillis abſtracta,
interrogabant ſi manducaret prius quàm toto cor
pore per membra ſingula puniretur. At ille reſpõ
dens patria voce, dixit, Non faciam. Propter quod
& iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit: &
in vltimo ſpiritu cõſtitutus, ſic ait, Tu quidem ſce-
leſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed Rex mũ-
di defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ
reſurrectione ſuſcitabit. ¶ Poſt hũc tertius illudi-
C tur, & linguam poſtulatus cito protulit, & manus
conſtanter extendit: & cum fiducia ait, E cælo iſta
poſſideo, ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſ-
picio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero.
Ita vt rex, & qui cum ipſo erant, mirarentur adole
ſcentis animum, quòd tanquam nihilum duceret
cruciatus. ¶ Et hoc ita defuncto, quartum vexabãt
ſimiliter torquentes. Et cum iam eſſet ad mortem,
ſic ait, Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem
expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi
enim reſurrectio ad vitam nõ erit. ¶ Et cum admo
uiſſent quintum, vexabant eum. At ille reſpiciens
in eum, dixit, Poteſtatem inter homines habẽs, cũ
ſis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare
genus noſtrum à Deo eſſe derelictum. tu autem pa
tienter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem i-
D pſius, qualiter te & ſemen tuum torquebit. ¶ Poſt
hunc ducebant ſextum, & is mori incipiens, ſic ait,
Noli fruſtra errare: nos enim ꝓpter noſmetipſos
hoc patimur, peccãtes in Deum noſtrum, & digna
admiratione facta ſunt in nobis. tu autem ne exi-
ſtimes tibi impune futurum, quòd contra Deũ pu
gnare tentaueris. ¶ Supra modũ autem mater mi
rabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereun-
tes ſeptem filios ſub vnius diei tẽpore conſpiciẽs,
bono animo ferebat, propter ſpem quam in Deo
habebat, ſingulos illorum hortabatur voce patria
fortiter, repleta ſapientia: & fœmineæ cogitationi
maſculinũ animũ inſerẽs, dixit ad eos, Neſcio qua
liter in vtero meo apparuiſtis: neque enim ego ſpi
ritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingu-
lorum membra non ego ipſa compegi, ſed enim
mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatẽ,
quique omnium inuenit originem, & ſpiritum
vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam, ſi
cut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius

propè iam inter verbera moriturus ingemiſcens,
Domino, inquit, ſancta cognitione prædito planè
notũ eſt me, cũ poſſem mortẽ euaſiſſe, duros per-
ferre corpore dolores flagellatum, animo verò li-
benter iſta propter religionẽ ipſius perpeti. Atque
hic quidem vitã hoc modo finijt, morte ſua nõ ſo-
lum iuuenibus, ſed alijs quoque ſuæ gẽtis quam-
plurimis, exẽplo magnanimitatis, virtutiſque mo
numento relicta.

CAP. VII.

CONtigit autem, vt & ſeptem fratres vnà cũ ma-
tre comprehẽſi, ſuillam contra fas guſtare co-
gerentur à rege, flagellis & taureis excruciati quo
rum vnus vice omnium ſic ait, Quid tandem exqui-
rere vis, aut è nobis ſciſcitaris? Nã nos quidem mo-
ri potius parati ſumus, quàm leges patrias viola-
re. Tum rex furore percitus, ſartagines & lebetes
iuſſit feruefacere: quibus feruefactis, protin⁹ ei qui
vice omniũ loquutus fuerat, præcidi linguã impe-
rat, eũmque cute detracta extremis mutilari, cæte-
ris eius fratribus cũ matre inſpiciẽtibus: deinde o-
mnibus mẽbris inutilẽ redditũ igni admoueri ſpi-
rãtem adhuc iuſſit, & torreri ſartagine. Porrò dũ
vapor à ſartagine ſe late diffunderet, illi cum ma-
tre ſeinuicem hortari ad moriendũ animoſe, & ſic
dicere, Dominus Deus videt hæc, & reuera ſuper no
bis recreatur: quẽadmodum in edito publice canti-
co teſtificãs Moſes prodidit, cũ diceret, Et ſuper ſer
uis ſuis recreabitur. ¶ Hoc modo cũ prim⁹ ille mor
tem obijſſet, & ſecundus duceretur ad illuſionẽ, ˈil-
li cũ cute capitisˈ ipſi cũ capillis detracta, interro- ¶ 1 καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα
gabant, Eſſétne tandem comeſturus, priuſquã cor-
pore membratim mutilando multaretur. At ille
patria voce reſpondens, Non, inquit, faciam. Qua-
propter & hic conſequens tulit ſupplicium, vt ille
primus, & extremum agens ſpiritu, ait, Tu quidem
pernicioſiſſime præſentẽ nobis vitam eripis. at il-
le Rector mũdi pro legibus ſuis morientes nos ad
æternam vitam denuo ſuſcitabit. ¶ Poſt hunc ter-
tius, cũ illuderetur, linguam quam poſcebant, cõ-
feſtim protulit, & manus audacter protendẽs, ani-
moſe inquit, Hæc è cælo accepi, hæc eadem ſperno
propter leges eius, à quo me ſpero rurſum ea rece
pturum: ita vt ipſe rex cum præſentibus animum
miraretur adoleſcẽtis, qui pro nihilo duceret cru-
ciatus. ¶ Hoc quoque extincto, quartũ iiſdẽ tormẽ-
tis excruciabant, qui iã morti proximus ſic eſt lo-
cutus, Optabile eſt humana ſpe relicta, ireros diui-
na expectare diuinitus in vitã eſſe reuocandos. Nã
tui quidem nulla ad vitã erit reſtitutio. ¶ Quintus
deinceps cum adductus torqueretur, ad regẽ reſpi-
ciens, Tu quidem, inquit, in homines adeptus po-
teſtatem, cum caducus ſis, quod tibi lubet facis: ve-
rũ ne putes genus noſtrũ eſſe à Deo derelictũ. Sed
perge, & ſpectator eſto ingentis potẽtiæ eius, ˈquo
modo te & progeniem tuam ſit cruciatur⁹. ¶ Poſt
hunc ſextus cum adduceretur iam moriturus, Ne ¶ 2 vt, ὡς σε qui te & progeniẽ tuam cruciatur⁹ eſt.
temere erres, ait. Nos ˈenimˈ propter noſmetipſos
hæc patimur, vt qui in noſtrũ ipſorũ Deũ peccaue
rimus, dũ⁴admirãdaˈetiã perpetrata ſunt. Tu tamẽ
ne putes te impune eſſe abiturũ, qui cũ Deo bellũ
gerere conat⁹ ſis. ¶ Supra modũ autẽ mater admi- ¶ 3 γὰρ
ratione & memoria fœlici digna eſt, quæ pereũtes ¶ 4 Id eſt, mira ſcelera. Alij ἄξια γὰρ habẽt, nõ, ἄξια καὶ.
tẽpore vnius diei ſeptẽ filios aſpicere, propter ſpẽ
in Domino collocatã, fortiter ſuſtinuit. Nã ſingu-
los eorum voce patria hortabatur, plena generoſi
ſpiritus, & fœmineam cogitationẽ animo maſculo
ſuſcitãs, ſic illos alloquebatur, Qualis fueris ortus
in vtero meo veſter ego neſcio, nec vitã dedi vobis,
neq; etiã coagmẽtationis veſtræ elemẽta cõcinna-
ui. At verò mũdi Creator ille, quiˈcõformauit origi ¶ 5 vt, homi nis natiuitatem inſtituit,
nẽ hominis,ˈ& progeniei omniũ ac ſpirit⁹ author
eſt, idẽ rurſum vitã quoq; vobis clemẽter redditu-
rus eſt, qui nũc voſipſos legibus ipſius poſthabetis.

¶ † n * probro ſibi foret ſi nihil profeciſſet tormentis.

Antiochus autem contemni ſe arbitratus, ⁶probro ſam tibi vocem metuens,ʹcum ſupereſſet adhuc natu minimus, non ſolum verbis hortabatur eum, ſed etiam iureiurando affirmabat ſe eum redditurum diuitem & beatiſſimum, ſi patria inſtituta deſeruiſſet, atque adeo ipſum habiturum pro amico, & ei adminiſtranda negotia concrediturum. Porrò cum adoleſcẽs nihil moueretur, rex aduocatam matrem hortabatur, vt iuueni conſilium daret ad ſalutem. quæ cum multum inſtante eo ſe filio ſuaſuram recepiſſet, vt acceſſit ad illum propius, crudelem tyrannum irridens, patria voce ſic eſt locuta, Miſerere mei fili, quæ te nouem menſibus in vtero circuntuli, quæ te lactaui tribus annis, quæ enutriui te. & ad hanc vſque ætatem perduxi atque educaui. Poſtulo à te, fili, vt in cælum ſuſpiciens, terramque, & quę in ea ſunt contemplans omnia, & agnoſcens Deum iſta condidiſſe ex nihilo, eodémque modo genus humanum eſſe ortum, carnificem iſtum non metuas, ſed fratribus te dignum præbens mortem eligas, vt te per clemẽtiam cum fratribus tuis recipiam. Hæc adhuc ea dicente, adoleſcens, Quem expectatis, ait? imperio regis nõ obedio, ſed audio præceptum legis quæ maioribus noſtris per Moſen tradita eſt: tu verò omnis in Hebræos malitiæ inuentor, manus Dei nequaquam effugeris. Nos quidẽ hæc propter peccata noſtra patimur, ſed quàuis caſtigationis & correctionis gratia viuus Dominus nobis aliquantiſper iraſcatur, rurſum tamen ſeruis ſuis reconciliabitur. Tu verò, ô impie, & omnium hominum flagitioſiſſime, ne incerta ſpe fremens temere teipſum efferas, ſeruis cæleſtis Dei manum afferendo. Nondum enim iudicium omnipotentis inſpectoris Dei effugiſti. Nam fratres mei nunc breuem dolorem perpeſſi, diuino perennis vitæ pacto continentur: tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ pœnas daturus es. Equidem ſicut & fratres mei corpus ſimul & animam pro patriis legibus deuoueo, Deum inuocans, vt ſe breui genti noſtræ propitium exhibeat, túque inter tormẽta & flagella ſolum ipſum eſſe Deum cõfitearis, in me verò fratribúſq; meis vt deſinat ira Omnipotentis: quæ iuſte in vniuerſam gentem noſtram effuſa eſt. Tum rex furore percitus, ſe deriſum acerbe ferens, huic ſe magis quàm cæteris ſæuum exhibuit: & hic quoq; per omnia Domino fretus mortẽ ſancte oppetijt: nouiſſimo verò loco mater filios morte ſubſecuta eſt. De viſcerationib⁹ igitur, grauiſſimiſq; ſupplicijs hactenus.

CA. VIII.

PORrò Iudas Machabæus, & qui ſe ſocios ei iũxerant, latẽter in caſtella ingreſſi, cognatos euocabant ad ſocietatẽ: & adſcitis ijs qui in Iudaiſmo perſtiterãt, ad ſex millia cõtraxerũt. Inuocabãt autẽ Dominum, vt afflictum ab omnibus populũ reſpiceret, vt miſereretur tẽpli ab impijs hominibus profanati, miſereretur & labefactatæ, & propè iam ſolo æquãdæ vrbis, vtque clamantẽ ad ſe ſanguinẽ exaudiret, & recordaretur iniuſtas innocẽtiũ puerorum mortes, factáſque nomini ſuo cõtumelias, atque odiũ ſcelerum declararet. ¶ Machabæus ergo collecta manu iã intolerabilis erat gentibus ira Domini cõuerſa in clemẽtiam. Nã vrbes & caſtella improuiſo ſuperuentu ſuccendebat, & opportuna loca occupans non paucos hoſtiũ in fugã agendo vincebat, ad huiuſmodi inſidias maxime vtẽs adiumento noctium. ¶ Ergo fama virtutis eius quorũque dimanante, videns Philippus virum incremẽtis paulatim proficere, & crebras ſucceſſuum acceſſiones facere, ad Ptolemæũ præfectũ Cœleſyriæ ſcripſit, vt negotijs regis ſubueniret. Is delectum protinus Nicanorem Patrocli filiũ è primarijs amicis vnũ miſit, ad delẽdũ vniuerſum genus Iudæorũ, attributis illi gẽtiũ promiſcuis nõ minus duob⁹ mil

g Antiochus autem contemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolum verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat ſe diuitem & beatũ facturum, & tranſlatum à patrijs legibus amicum habiturum, & res neceſſarias ei præbiturũ. ſed ad hæc cum adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocauit rex matrem, & ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutem. Cum autem multis eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce, Fili mi miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem iſtam perduxi. Peto* nate, vt aſpicias ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus. ita fiet vt non timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens, Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebręos, non effugies manum Dei. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis propter increpationem, & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Tu autem ô ſceleſte & omniũ hominum flagitioſiſſime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus. nõdum enim omnipotentis Dei & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt. tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem ſicut & fratres mei animã & corpus meum trado pro patrijs legibus, inuocans Deum maturius genti noſtræ propitium fieri, tèque cũ tormentis & verberibus confiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus. In me verò & in fratribus meis deſinet Omnipotentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tunc rex accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indigne ferens ſe deriſum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in Domino confidens. Nouiſſime autẽ, poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs, & de nimijs crudelitatibus ſatis dictum eſt.

q* à te F

CAP. VIII.

Iudas exercitum colligit.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in caſtella: & conuocantes cognatos, ˜& amicos,˜& eos qui permanſerunt in Iudaiſmo aſſumentes, eduxerunt ad ſe ſex millia virorum. Et inuocabant Dominũ vt reſpiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & misereretur templo quod contaminabatur ab impijs: miſereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico cõplananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret: memoraretur quoq; iniquiſſimas mortes paruulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. At Machabæus cõgregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim Domini in miſericordiam conuerſa eſt. Et ſuperueniẽs caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas: & opportuna loca occupãs, non paucas hoſtium ſtrages dabat: maxime autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur. ¶ Vidẽs autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere proſpere, ad Ptolemæum ducem Cœleſyrię & Phœnicis ſcripſit vt auxilium ferret regijs negotijs. At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permiſtis gentibus, armatis non minus viginti millibus, vt vniuerſum Iudęorum genus de-

B

Mittit Nicanor aduerſus Iudam.

C leret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſſimo. Conſtituit autem Nicanor, vt regi tributum quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret: ſtatimque ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coemptionem Iudaicorũ mãcipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talẽto diſtracturum, non reſpiciens ad vindictam quæ eum ab Omnipotẽte eſſet conſecutura. ¶ Iudas autem vbi comperit, indicauit his qui ſecum erãt Iudæis, Nicanoris aduentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ, in fugam vertebantur: alij verò ſiquid eis ſupererat vendebant, ſimúlque Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendiderat. D & ſi non propter eos, propter teſtamentũ tamẽ quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. Conuocatis autẽ Machabæus ſeptem millibus, qui cum ipſo erãt, rogabat ne hoſtibus reconciliarẽtur, neque metuerent inique venientium aduerſum ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter contenderent: ante oculos habentes contumeliam quæ loco ſancto ab his iniuſte eſſet illata, itémque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum inſtituta conuulſa. Nã illi quidem armis confidunt, ait: ſimul & audacia: nos autem in omnipotente Domino qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundũ vno nutu delere, confidimus. Admonuit autem eos E & de auxilijs Dei, quæ facta ſunt erga parentes: & quòd ſub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierũt: & de prælio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſocijs hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt centũ viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo, & beneficia pro his plurima conſecuti ſunt. His verbis cõſtantes effecti ſunt, & pro legib9 & patria mori parati. ¶ Cõſtituit itaque fratres ſuos duces vtrique ordini, Simonem, & Ioſephum, & Ionathan, ſubiectis vnicuique millenis & quingentenis. Ad hoc etiam ab Eſdra lecto illis ſancto libro, & dato ſigno adiutorij Dei, in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore Omnipotẽte interfecerũt ſuper nouem millia hominum: maiorem autẽ partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem facti fugere compulerunt. Pecunijs verò eorum qui ad F emptionem ipſorum venerãt, ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti ſunt, ſed reuerſi ſunt hora cõcluſi. nam erat ante ſabbathum: quam ob cauſam nõ perſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum & ſpolia congregantes, ſabbathum agebant: benedicẽtes Dominũ qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillãs in eos. Poſt ſabbathũ verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiſerũt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere. His itaque geſtis, & communiter ob omnibus facta obſecratione, miſericordem Dominum poſtulabant vt in finem ſeruis ſuis reconciliaretur. Et ex his qui cũ Timotheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt: & plures prædas diuiſerunt, æqui portionem debilibus, pupillis & viduis, ſed & ſenioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis opportunis, reſidua verò ſpolia Ieroſolymam G detulerunt: & Philarchen qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cum epinicia agerent in Ieroſolymis, eos qui ſacras ianuas incenderunt, id eſt

*Iudas ſuos hortatur ad conſtantiam.*

*4. Reg. 19. g. tobiæ 1. d. eccli 48. d. eſa. 37. g.*

*Vincit Nicanor.*

*Profligatis hoſtib9 agunt gratias Iudæi, ſpolia orphanis & viduis diuidentes.*

libus, adiũctoque eidem Gorgia viro imperatorio, rerúmque bellicarum perito. Cum autem Nicanor tributúm, quod duo millia talentorum cõficiebat, regis cauſa pendendum Romanis ſtatuiſſet ex captiuitate Iudæorum ſupplere: confeſtim ad maritimas ciuitates miſit, qui emptores Iudaicorũ mancipiorum euocarent, nonagena mancipia talento ſe diſtracturum pollicens, nec expectans pœnas in ſe ab Omnipotẽte cõſecuturas. ¶ Hac expeditione Nicanoris intellecta, cum Iudas inter ſuos euulgaſſet aduẽtum exercitus, quidam formidoloſi & vindictæ Dei diffiſi, ſeipſos ſubducendo diffugiebant: alij verò omnibus quæ reliqua habebant, diuenditis, vnà precabantur Dominum, vt ſeruaret eos, quos impius Nicanor, priuſquam eſſet adeptus, vẽdidiſſet. Quòd ſi minus propter eos, at ob ea quæ maioribus ipſorum pactus eſſet, faceret: & propter venerandum atque magnificum nomẽ ſuum, quo cenſerentur. Machabæus autem conuocatos ſocios, qui erant numero ſex millia, hortabatur, ne hoſtes reformidarent, neque multitudinem Gentium quæ iniuſte inuaderent ipſos, metuerent: ſed decertarent fortiter, ob oculos ſibi ponentes nefariam in ſanctum locum patratam ab ipſis indignitatem, & iniuriam ludibrio habitæ ciuitatis, diſſipatáque maiorum inſtituta. Illi quidem armis cõfidunt, [1]ait, & audacia, nos autem[1] Deo omnipotente fidimus, qui poteſt & eos qui inuadunt nos, & totum mundum vno nutu deijcere. Adhæc cum recitaſſet ipſis lata maioribus auxilia, & illud quo ſub Sennacherib centum octoginta[2] millia[2] perierunt, atque prælium cum ipſis Galatis commiſſum in Babylonia, vbi cum ad rem gerendam octo millia cum quatuor Macedonum millibus conueniſſent, Macedonibus hæſitantibus, ipſa millia octo, peremiſſent centum viginti millia, propter auxilium ſibi miſſum de cælo, vnde commoda plurima [3]publice fuiſſent conſecuti. ¶ His verbis cum illis animum addidiſſet, próque legibus & patria moriendi alacritatem, quadrifariam diuiſit exercitũ, fratribus ſuis Simone & Ioſepho collocatis in [4]vtraque acie præcedente,[5]deinde Ionatha, attributis cuique millenis & quingenis, & poſt hos Eleazaro. Tum[6] recitato[6] ſacro libro, cum adiutorium Dei dediſſet ſigno, ipſéque vt dux primæ cohortis prælium cum Nicanore commiſiſſet, opem ferẽte ipſis Omnipotẽte interfecerunt hoſtium ſupra nouem millia, vulneribus autem affecerunt, membriſque mutilauerunt maximam partem exercitus Nicanoris, omnes certe in fugam egerunt: & pecunijs eorum qui ad emptionem ipſorum [7]aduenerant, potiti, vbi eos quantum ſatis erat perſecuti ſunt, tempore interclusi ſe receperunt. Erat enim pridie ſabbathi, quam ob cauſam non[8] diu ſunt eos perſecuti. ſed lectis armis hoſtium ſpolijſq; detractis ſabbatho ſe dediderunt perquam ſtudioſe laudes agẽtes & gratulantes Domino qui ad eum diem ſeruaſſet ipſos, prima miſericordiæ in ipſos [9]extillatione. Exacto verò ſabbatho parte ſpoliorum diuiſa in damna paſſos, & viduas ac pupillos, reliqua inter ſe & liberos diſtribuerunt. [10]His peractis cum indicta ſupplicatione publica oraſſent miſericordem Dominum, vt ſe ſeruis ſuis perfecte placatum exhiberet, impreſſione cõiunctim facta, partium Timothei & Bacchidis interfecerunt ſuper viginti millia: munitionibúſque prælatis perquam feliciter expugnatis plurimam prædam diſtribuerũt æquis inter ſe, damnáque paſſos, cũ pupillos & viduas ac ſenes factis partibus. Arma deinde hoſtiũ diligẽter collecta, in opportuna loca repoſuerũt, & reliquã ſpoliorũ partẽ amiſerunt Hieroſolymi. Interemerũt autẽ &[11] Philarchen[11] partes Timothei ſecutũ virũ impuriſſimũ, qui perquã infeſtus fuerat Iudæis: cúmque celebrarent epinicia in patria,

*¶1 ἔφησεν, ἡμεῖς δὲ &c.*

*¶2 χιλιάδων*

*¶3 ὑπερπεπαμπληθῆ non eſt in emendatioríb9 exẽplaribus.*

*¶4 ἑκατέρας*

*¶5 προηγουμένης lego. al. προηγμένης.*

*¶6 παραγνοὺς*

*¶7 παραγεγονότων*

*¶8 ἐμακροτόνησαν. al. ἐμακροθύμησαν, ἐπολογήσαντες.*

*¶9 στάξαντι.*

*¶10 ταῦτα δὲ*

*¶11 Φιλάρχην. al. Φυλάρχην*

Calliſthenem qui ſacras portas ſuccenderat, cum in quaſdam ædiculas perfugiſſet, ſubiecto igne cremauerunt. Ita ille dignam mercedem recepit impietatis, Nicanor autem ille côſceleratiſſimus, qui mille negotiatores euocarat ad venditionem Iudæorum, ab ijs quos apud ſe minimo æſtimabat, diuino auxilio afflictus, depoſito magnifico veſtitu per mare Mediterraneum ſerui fugitiui modo, ipſe ſibi ſolitudinis author, perfugit Antiochiam, amiſſo exercitu, & re ſupra modũ infœliciter geſta. Et qui receperat ſe Romanis tributum de captiuis Hieroſolymitanis confecturum, is Iudæos propugnatorem habere nunciauit, eóque inuictos eſſe Iudæos, quòd ſequantur leges ab ipſo conſtitutas.

ἐπὶ διαφθορᾷ,

CAP. IX.

EOdem ferè tempore Antiochus ſe è Perſicis regionibus ignominioſe receperat. Nam quam dicunt Perſepolim ingreſſus, cum tentaſſet templũ expoliare ſacrilegio, & ciuitatẽ opprimere, & ideo concitatum vulgus ad præſidium armorum confugiſſet: contigit vt Antiochus ab indigenis in fugam actus turpi receptu diſcederet. Cumque iam eſſet circa Ecbatena, accepto de rebus Nicanoris & Timothei vt geſtæ eſſent, nuntio, ira incenſus meditabatur etiam eorum qui fugarant eum, malitiam Iudæis imputare. Quapropter iuſſit aurigam iter aſſidua cõcitatione conficere, cæleſti vtique iudicio ipſum vrgente, qui tam ſuperbe dixiſſet, ſe Hieroſolymã, vbi eò perueniſſet, facturum cõmune ſepulchrum Iudæorum. At qui conſpicit vniuerſa omnipotens Dominus Deus Iſraelis ipſum inſanabili cæcóque malo tetigit, vt verba adhuc faciẽtem eum dolor viſcerum immedicabilis, & acerbi interaneorum cruciatus caperent: & quidem iuſte admodum, quippe qui multis & nouis cruciatibus viſcera aliorum torſiſſet. Ille tamen arrogãtia ſua non deſiſtebat, ſed ſuperbia magis intumeſcebat etiam, ignem ſpirans animo in Iudæos, & profectionem accelerare iubens. Accidit autem vt curru, dum impetu fertur, decideret, grauique caſu affectus omnibus mẽbris corporis diſcruciaretur. Ergo qui modo ſe maris fluctibus imperaturum exiſtimabat, ob inſolentiã homine altiorem, & ſtatera ſe montium iuga putabat libraturum, is humi deiectus ferebatur geſtatorio, palàm in ſe Dei potentiam oſtendens omnibus tantam, vt impiũ corpus eius ſcateret vermibus, & viui caro cũ doloribus atque cruciatibus dilaberetur, fœtóreque putredinis eius toti grauis eſſet exercitui, adeo vt qui paulò ante ſydera cæli contingere ſibi videbatur, eũ propter intolerabilem odoris grauitatem geſtare nemo poſſet. Ibi demum cœpit ingenti ſua ſuperbia deſiſtere ſauciatus, & doloribus diuino flagello per ſingula momenta augeſcentibus in cognitionem ſui deſcendere: tandémque ne ipſe quidem iam fœtorem ſuum ferre valens, ita locutus eſt, Deo ſubiectum eſſe iuſtum eſt, non autem ſe ei ſuperbis cogitationibus exæquare. Orabat autẽ ſceleſtus ille Dominũ ſi non miſerturũ eius, dicens, ſe ſanctã illã vrbẽ, quã ſolo æquaturus, ac commune facturus ſepulchrũ petere cõtendiſſet, redditurũ liberã. & Iudæos, quos ne ſepulchro quidẽ dignari, ſed auibus cũ liberis diripiendos, ac feris obijcere decreuiſſet, eos omnes facturũ pares Athenienſibus: tẽplũ etiam ſacroſanctũ, quod expoliaſſet antea, pulcherrimis cõdecoraturũ donarijs, & ſacra vaſa redditurũ omnia, eaque multiplicata, atque itẽ impẽſas ad ſacrificia legitimos ſumptus è ſuis redditibus præſtaturum. Adhæc etiam Iudæum ſe fore, locúmque habitabilem omnem, prædicando potentiam Dei, obiturum. Cæterum non deſinentibus doloribus, quòd iuſtum Dei iudicium eum inuaſiſſet, de rebus ſuis deſperans, ſubiectam ſcripſit ad Iudæos epiſtolam, ſupplicantis in modum, hæc continentem,

Gr. τὸ τῇ τῇ non eſt in correctioribus.

Calliſthenem, cum in quoddam domicilium refugiſſent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus ſuis reddita. Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ, per Mediterranea fugiens, ſolus venit Antiochiam, ſummam infœlicitatem de interitu ſui exercitus conſecutus. Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorũ, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eo quòd ſequerẽtur leges ab ipſo cõſtitutas.

Fugit ad Antiochã Nicanor.

CAP. IX.

EOdem tempore Antiochus inhoneſte reuertebatur de Perſide. Intrauerat enim in eam quæ dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt: & ita contigit vt Antiochus poſt fugam turpiter rediret. ¶Et cum veniſſet circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum geſta ſunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retorquere: ideoque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cæleſti eum iudicio perurgente, eo quòd ita ſuperbe locutus eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael, percuſſit eũ inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta: & quidem ſatis iuſtè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari. Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans: ita vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. & qui paulo ante ſydera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. ¶Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momẽta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. & cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait, Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabat autẽ hic ſceleſtus Dominum, à quo nõ eſſet miſericordiam conſecuturus. Et ciuitatem ad quam feſtinans veniebat vt eam ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum faceret, nunc optat liberam reddere: & Iudæos quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur: templum etiam ſanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de redditibus ſuis præſtaturum: ſuper hæc & Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudicium) deſperans ſcripſit ad Iudæos in modum deprecationis epiſtolam hæc continẽtem,

Antiochus Perſepolim expoliare volens, in fugam vertitur.

Iudæos perſequens, à Domino percutitur.

2. Par. 6. c.

D

Simulata Antiochi pœnitẽtia.

C

OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimã ſalutẽ, & bene valere, & eſſe fœlices, rex & princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij veſtri, & ex ſententia vobis cũcta ſunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate cõſtitutus, veſtri autẽ memor benigne reuerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi vtilitate curam habere: non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem. Re-

D ſpiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitũ, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatũ: vt ſiquid cõtrariũ accideret, aut difficile, nuntiaretur, ſcientes hi qui in regionibus erant, cui eſſet rerũ ſumma derelicta, nõ turbarentur. Adhæc, conſyderans de proximo potentes quoſq; & vicinos tẽporibus inſidiantes, & euentũ expectãtes, deſignaui filiũ meũ Antiochũ regẽ, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum cõmendabã: & ſcripſi ad eũ quæ ſubiecta ſunt. Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publice & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad filiũ meũ. Confido enim eum modeſte & humane acturũ, & ſequẽtem propoſitum meum & communem vobis fore.

Moritur Antiochus

¶ Igitur homicida, & blaſphemus peſſime percuſſus & vt ipſe alios tractauerat, peregre in mõtibus, miſerabili obitu vita functus eſt. Transferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius, qui metuẽs filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorẽ in Ægyptum abijt.

CAP. X.

Iudas Machabæꝰ ciuitatẽ recipit & tẽplũ

MAchabæus autem & qui cũ eo erant, Domino ſe protegente, templũ quidem & ciuitatẽ recepit: aras autẽ quas alienigenæ per plateas extruxerant, itẽmque delubra demolitus eſt. & purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incenſum & lucernas & panes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis, rogabant Dominum proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderẽt, ſed & ſiquando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperẽtur, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua die autẽ templũ ab alienigenis pollutũ fuerat, cõtigit eadẽ die purificationẽ fieri, viceſimaquinta menſis, qui fuit Caſleu. &

D cũ lætitia diebus octo egerunt in modũ tabernaculorũ: recordantes quòd ante modicũ tẽporis diẽ ſolennem tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum egerãt. Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui proſperauit mundare locum ſuum. Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies iſtos. Et Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit.

Eupatoris geſta narrare icipit.

¶ Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio, quæ geſta ſunt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negotia regni Lyſiã

C quẽdã Phœnicis & Syriæ militiæ principẽ. Nã Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipue propter iniquitatẽ quæ facta erat in eos, & pacifice agere cũ eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorẽ, cũ frequenter proditor audiret, eo ꝙ Cyprum creditã ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochũ Nobilem trãſlatus etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit. Gorgias autẽ cum eſſet dux locorũ, aſſumptis aduenis frequẽter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebãt opportunas munitiones, fugatos ab Iero-

OPTIMIS ciuibꝰ Iudæis plurimã ſalutẽ, ſanitatẽ ac fœlicitatẽ rex & imperator Antiochꝰ. Si valetis, & liberi ac res veſtræ ex ſententia veſtra ſe habent, Deo ſanè gratias ago maximas, in cælo ſpẽ reponẽs: cæterũ ego grauiter afficior. Benigne autem recordatus amplitudinis veſtræ & beneuolentiæ, dum è Perſicis regionibus reuertor, in grauẽ morbum delapſus, factu neceſſariũ duxi, vt cõmuni omniũ ſecuritati conſulerem: nõ ꝙ rebus meis deſperem, (nã magna ſpe ducor me morbo liberatũ iri,) ſed ꝙ cogitem patrẽ quoq; meum, quibus tẽporibꝰ in ſuperiores regiões exercitũ duxit, ſucceſſorẽ ſibi conſtituiſſe, vt ſiquid præter expectationem accidiſſet, aut acerbius quid fuiſſet nũtiatũ, qui regionẽ incolũt, cui rerũ ſumma commiſſa eſſet ſcientes non perturbarentur: præterquã quòd conſideraui cõfines principes & regno vicinos occaſioni intentos rerum euentum expectare. Filiũ itaque Antiochũ regem deſignaui, quem ſæpe in ſuperiores ſatrapias recurrens pleriſque veſtrum commiſi atque commendaui. Ad eum quoque ſubiecto exemplo ſcripſi. Oro itaque vos atque poſtulo, vt memores beneficiorum publice & priuatim, præſentem quiſque beneuolentiã mihi & filio cõſeruetis. Confido enim eum moderate & humaniter ſequendo voluntatem meam vobis vſurum.

¶ Cæterũ homicida ille, & in Deum contumelioſus peſſime affectus, quibus vtique modis affecerat ipſe alios, peregre vitam finiuit in montibus fato miſerrimo: corpus autem abſtulit Philippus vnà cum illo educatus, qui filium Antiochi metuẽs, ſe in Ægyptũ cõtulit ad Ptolemæum Philometorẽ.

CAP. X.

MAchabæus autem & ſui ¹Domino fortunante,¹ recepto templo & vrbe, in foro extructas ab alienigenis aras, atq; item delubra demoliti ſunt: cúmque expurgato templo altare aliud conſtituiſſent concepto de ignitis lapidibus igne, ſacrificiũ ac ſuffimenta, poſt tempus biennij ²& ſex menſiũ² inſtaurarunt, & lucernas panúmque propoſitionum ſeriem adornarunt. Hæc cũ feciſſent proni in ventrem humi proſtrati precabantur Dominũ, ne iterum in tal a mala inciderent, ſed ſiquando peccauiſſent, clementer caſtigarentur ab ipſo, nec cõtumelioſis in Deum aut barbaris gentibus dederẽtur. Porrò contigit, vt qua die templum ab alienigenis profanatũ fuit, eadẽ die eiuſdẽ tẽpli expiatio celebraretur, quæ erat viceſimaquinta eius mẽſis qui dicitur Caſleu, quo dies octo lætitia tranſegerũt tanquam tabernaculorũ feſtos, recordãtes vt non ita pridem ſolenne tabernaculorum in mõtibus & ſpeluncis more ferarum egiſſent. Thyrſos itaque & pulchros ramos, atque item palmas tenentes, hymnos canebant ei, qui ſucceſſum dediſſet ipſis, ad locum ſuum repurgandum, & publico decreto ac plebiſcito, dies eos omni genti Iudæorũ ſingulis annis agendos conſtituerunt. Atq; quod quidẽ attinet ad obitũ Antiochi, qui appellatus fuit Illuſtris, ita ſe res habet. ¶ Nũc verò Eupatoris Antiochi, qui filius fuit illius impij, res geſtas narremus, ³conſecuta cõtinuò bellorum mala³ cõpendioſe perſtringentes. Is regnum adeptus, Lyſiam quendam rebus gerendis præfecit, & præfectũ Cœleſyriæ Phœniciſque ſummum conſtituit. Nam Ptolemæus ille Macron dictus, in primis iuſtitiæ erga Iudæos ſeruandæ, ob illatam ipſis iniuriam, ſtudioſus, meditatúſque pacem cum ipſis colere, cum ea de cauſa apud Eupatorem delatus eſſet ab amicis, & proditor frequenter diceretur, quòd Cyprum ſibi commiſſam reliquiſſet, & ſe contuliſſet ad Antiochum Illuſtrem: cúmque nulla eſſet honorifica poteſtate, præ mœrore animi vitã veneno finierat. Gorgias autem in præfecturam locorũ miſſus cõductitium alebat exercitum, & bella aduerſus Iudæos crebra moliebatur: cúmque eo ſimul etiam Idumæi, cum oportunas munitiones obtinerent, Iudæos exercebant, & ij qui Hieroſolymis ex-

¶ 1 vel, iſtinctu Dominimini,

¶ 2 Et ſex menſiũ, nõ eſt in omnibus Græcis.

¶ 3 vel, ipſa coniuncta bellis mala

tortes pulſi fuerant, adſcitis, bellis mouendis erãt intenti. At qui Machabæũ ſequebantur, cum habita ſupplicatione Deũ, vt auxilio ſibi foret, oraſſent, aduerſus Idumæorum munitiones contenderunt, eáſque adorti vi locis capris, omnes qui in muris pugnabant victi, obuios quoſq; interemerunt, trucidarúntque non minus [4] viginti millia. Cum autẽ in duas arces perquam validas, & omnia quæ tolerandæ obſidioni eſſent habentes, cõfugiſſent haud minus quam nouem millia, Machabæus Simone & Ioſepho, itémque Zachæo, & cum eo ſatis multis ad horũ obſidionẽ relictis, ad vrgentia magis loca ſe contulit. Tũ militũ Simonis quidã auaritia ducti, à quibuſdam eorum qui arces illas tenebãt, corrupti ſunt, & acceptis ſeptuaginta drachmarũ millibus dilabi quoſdam ſunt paſſi, quos Machabæus, vbi factum cognouit, congregatis procerib⁹ populi, accuſatos ꝙ pecunia fratres, hoſtibus contra ſe dimiſſis, vendidiſſent, & [5] proditionis conuictos interfecit. Deinde duas illas arces confeſtim [6] expugnauit, & re armis atq; manibus per omnia feliciter geſta, in ambabus munitionibus plus ꝙ viginti millia peremit. Timotheus autem antea victus à Iudæis, contracto conducticiorum militum exercitu ꝙ plurimo, collectóq; Aſiano equitatu nõ pauco, vt armis ſubactur⁹ Iudæã, adueniebãt. Quare qui ſequebantur Machabæũ, propinquante iam illo ſe ad ſupplicandum Deo conuerterunt, & humo inſecta capitibus, lumbiſque accinctis cilicio, ad baſim altari oppoſitam proſtrati orabãt, vt placatus ipſis hoſtem ſe exhiberet hoſtibus ipſorum, & infeſtũ opponeret infeſtis, vt lex palàm polliceretur. Defũcti hac precatione ſumptis armis ab vrbe proceſſere longius: & vbi propius hoſtẽ ventum eſt, reſtitere, donec aurora ſe iam primũ [7] diffundente, pugnam vtriq; cõmiſerunt: hi quidẽ ſpõſione ſucceſſus, victoriæque cum virtute coniunctæ fretũ habentes ad Dominum perfugium, illi verò magiſtrum ad certamina animũ ſtatuentes. Porrò acri iam pugna, conſpecti ſunt hoſtibus reſidẽtes equis auro frenatis, quinque inſignes de cælo viri, (quorum duo Iudæos præcedebant,) qui intereptũ in medio Machabæum omnibus armis ſuis protegentes cõſeruabãt inuulneratũ, in hoſtes autẽ tela & fulmina iaciebãt. Quapropter errore viſus cõfuſi, & pleni perturbatione, cadebãt, [8] & cæſis eorũ viginti millibus quingentis & ſexcẽtis equitibus, ipſe Timotheus perfugit in præſidiũ perquã munitũ, nomine Gazarã, cui Chæreas præerat. Id præſidiũ Machabæani per quatuor dies obſederũt alacres: cúmq; qui intus erãt loci præcipitio cõfiſi ſupra modũ impias contumelias, vocéſq; infandas iactarent, quinto & viceſimo iã illuceſcente die, iuuenes Machabæani, ob impias contumelias accẽſi animis, impetũ ad muros viriliter fecerunt, feroci animo obuiã quenq; trucidãtes: itémq; alij qui ſimul aſcenderant, inter confligendũ cũ iis qui in præſidio erãt, turres ſuccẽdebant, & immiſſis ignibus obtrectatores Numinis illos viuos concremabãt, portas cõcidẽtibus alijs. & recepta reliqua acie vrbẽ occupantibus. Timotheum quoq; ſcũ præſidiũ biduo toto vaſtaſſent, in quodã cauo latitantẽ peremerunt, atq; etiam fratrẽ eiuſdẽ Chæreã, & Apollophanem. His geſtis, hymnis & gratulatione celebrabant Dominũ, qui victoria ipſis data, Iſraelem affeciſſet ingenti beneficio.

CAP. XI.

Porrò pauco admodũ pòſt tẽpore Lyſias procurator regis, & cognatus, præfectus adminiſtrationi rerũ, res ita geſtas admodũ ferens grauiter, collectis octoginta circiter millibus, & vniuerſo equitatu, expeditionem ſuſcepit aduerſus Iudæos, cogitãs ſe vrbẽ domiciliũ Græcorũ facturũ, tẽpliũque ſicut cætera Gentiũ delubra quæſtuoſum, & [9] venale ſingulis annis ſacerdotiũ redditurã. Potẽtia itaq;

[4] al. viginti quinque millia

[5] vl. proditores factos

[6] κατελάβετο.

[7] διαχεομένης. al. διαλαμπομένης.

[8] κατεφέροντο.

[9] πρατήν

D

ſolymis ſuſcipiebant, & bellare tentabant. Hi verò qui erãt cum Machabæo per orationes Dominum rogantes vt eſſet ſibi adiutor, impetũ fecerunt in munitiones Idumæorum: multáq; vi inſiſtentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes ſimul non minus viginti quinque millibus trucidauerunt. Quidam autem cũ fugiſſent in duas turres valde munitas, omnẽ apparatũ ad repugnãdũ habentes: Machabæus ad eorũ expugnationẽ, relicto Simone & Ioſepho, itémque Zacchæo, eiſq; qui cũ ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas quæ amplius perurgebãt, pugnas, cõuerſus eſt. Hi verò qui cũ Simone erant cupiditate ducti, à quibuſdã qui in turribus erant ſuaſi ſunt pecunia: & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdã effugere. Cũ autẽ Machabæo nũciatũ eſſet quod factũ eſt, principibus populi cõgregatis accuſauit quòd pecunia fratres vendidiſſent, aduerſarijs eorũ dimiſſis. Hos igitur ꝓditores factos interfecit, & confeſtim duas turres occupauit. Armis autem ac manib⁹, omnia proſpere agẽdo, in duabus munitionibus, plus quàm viginti millia peremit. ¶ At Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, cõuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & cõgregato equitatu Aſiano, aduenit, quaſi armis Iudæã capturus. Machabæus autem & qui cum ipſo erãt, appropinquante illo deprecabantur Dominũ, caput terra aſpergentes, lumbóſq; cilicijs præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorũ eſſet inimicus, & aduerſarijs aduerſaretur ſicut lex dicit. Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hoſtibus effecti, reſederunt. Primo autem ſolis ortu vtrique cõmiſerũt: iſti quidẽ victoriæ & proſperitatis ſponſorem cũ virtute Dominũ habẽtes: illi autẽ ducẽ belli animum habebãt. Sed cum vehemens pugna eſſet, apparuerũt aduerſarijs de cælo viri quinq; in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præſtantes: ex quibus duo Machabæum medium habẽtes, armis ſuis circũſeptũ incolumem cõſeruabant: in aduerſarios autẽ tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti ſunt autẽ viginti millia quingẽti, & equites ſexcenti. Timotheus verò confugit in Gazarã præſidiũ munitũ, cui præerat Chæreas. Machabæus autẽ, & qui cũ eo erãt, lætantes obſederũt præſidiũ diebus quatuor. At hi qui intus erãt, loci firmitate cõfiſi, ſupra modũ maledicebant, & ſermones nefandos iactabãt. Sed cũ dies quinta illuceſceret, viginti iuuenes, ex his qui cũ Machabæo erant, accẽſi animis propter blaſphemiã, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes turres aſcendebant: ſed & alij ſimiliter aſcẽdentes, turres, portáſque ſuccẽdere aggreſſi ſunt, atque ipſos maledicos viuos concremare. Per continuum autem biduum præſidio vaſtato, Timotheum occultantem ſe in quodam repertũ loco peremerunt: & fratrẽ illius Chæream, & Apollophanẽ occiderunt. Quibus geſtis, in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

Sed paruo pòſt tempore, Lyſias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpoſitus grauiter ferens de his quæ acciderant: cõgregatis octoginta millibus, & equitatu vniuerſo veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum, templum verò in pecuniæ quæſtum, ſicut cætera delubra Gentium, habiturum, & per ſingulos annos venale ſacerdotium: nuſquam recogitans Dei po-

Pugnãt Iudæi aduerſus Idumæos.

E

Iudæã inuadit Timotheus, cum quo prœliũ cõmittit Iudas.

F

Apparẽt è cælo viri quinq; in auxiliũ Iudæorum.

G

Timothe⁹ interimiẽ.

Conatẽ Lyſias Iudæos expugnare

ſtatem, ſed mente effrænatus in multitudine pe-
ditum, & in millibus equitum, & in octoginta ele
phantis confidebat. Ingreſſus autem Iudæã, & ap
propiãs Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco, ab Ie
roſolyma interuallo quinque ſtadiorum, illud præ
B ſidium expugnabat. ¶Vt autem Machabæus & qui

Iudæis cœlitus adiutor mittitur, quo duce, Lyſiã in fugã vertũt, & pactum inire compellunt.

cum eo erant cognouerunt expugnari præſidia, cũ
fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis
turba ſimul, vt bonum angelum mitteret ad ſalu-
tem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus ſumptis ar-
mis, cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculũ
ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. Cũmq; pa-
riter prompto animo procederẽt, Ieroſolymis ap
paruit præcedens eos eques in veſte candida, armis
aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedi-
xerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt
animis: non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſ-
C ſimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibãt igi-
tur prompti, de cœlo habentes adiutorem, & miſe
rante ſuper eos Dominũ. Leonũ autẽ more impe-
tu irruentes in hoſtes, proſtrauerunt ex eis vnde-
cim millia peditum, & equitum mille ſexcentos:
vniuerſos autẽ in fugam verterunt, plures autem
ex eis vulnerati nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias
turpiter fugiens euaſit. Et quia nõ inſenſatus erat,
ſecũ ipſe reputans factã erga ſe diminutionem, &
intelligẽs inuictos eſſe Hebræos, omnipotẽtis Dei
auxilio innitentes, miſit ad eos: promiſitque ſe cõ-
ſenſurum omnibus quæ iuſta ſunt, & regem cõpul
ſurum amicum fieri. Annuit autẽ Machabæus pre
cibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens: & quæ
D cunque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea rex
conceſſit. Nam erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ à Ly

Lyſiæ epiſtola ad Iudæos.

ſia, ſiquidem hũc modum cõtinentes, LYSIAS
populo Iudæorum ſalutem. Iohannes & Abeſalõ
qui miſſi fuerant à vobis, tradentes ſcripta poſtu-
labant vt ea quæ per illos ſignificabantur, imple-
rem. Quæcunque igitur regi potuerũt perferri ex

¶[1] permittebant, conceſſit.

poſui: & quæ res [1]permittebat, cõſenſi. Si igitur in
negotijs ſidem conſeruaueritis, & deinceps bono-
rum vobis cauſa eſſe tentabo. De cæteris autẽ per
ſingula verba mandaui & iſtis & his qui à me miſ
ſi ſunt colloqui vobiſcum. Bene valete. Anno cen-
teſimo quadrageſimooctauo menſis Dioſcori, die
E viceſima & quarta. ¶Regis autẽ epiſtola, iſta cõti-

Regis Antiochi epiſtola ad Lyſiam.

nebat, REX Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. Pa-
tre noſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos qui
ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere, & rebus
ſuis adhibere diligentiam, audiuimus Iudæos nõ
cõſenſiſſe patri meo vt transferrentur ad ritũ Græ
corum, ſed tenere velle ſuum inſtitutum, ac pro-
pterea poſtulare à nobis cõcedi ſibi legitima ſua.
Volentes igitur hanc quoque gentẽ quietam eſſe,
ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, vt
agerent ſecundum ſuorũ maiorũ conſuetudinem.
Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram
dederis: vt cognita noſtra voluntate, bono animo
ſint, & vtilitatibus proprijs deſeruiãt. ¶Ad Iudæos
F verò regis epiſtola talis erat, REX Antioch[9] Sena

Eiuſdẽ epiſtola ad Iudæos.

tui Iudæorum, & cæteris Iudæis ſalutẽ. Si valetis,
ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus. Adijt
nos Menelaus dicens velle vos deſcendere ad ve-
ſtros qui ſunt apud nos. His igitur qui commeant
vſque ad diem triceſimum menſis Xãthici, damus
dextras ſecuritatis, vt Iudaicis vtantur cibis, & le-
gibus ſuis, ſicut & prius: & nemo eorum vllo mo-
do moleſtiam patiatur de his quæ per ignoran-
tiam geſta ſunt. Miſimus autem & Menelaum, qui
vos alloquatur. Valete. Anno centeſimo quadrage

Romanorũ epiſtola ad populum Iudæorũ.

ſimooctauo, Xãthici mẽſis quintadecima die. ¶Mi
ſerunt autem etiam Romani epiſtolam ita ſe ha-
bentem, QVINTVS Memmius, & Titus Mani-
G lius legati Romanorũ, populo Iudæorũ ſalutem.

Dei nequaquam perpenſa, ferox his peditũ myria-
dibus, equitũmque millibus & octoginta elephan-
tis ingreſſus Iudæam, admotis ad Bethſuram ca-
ſtris, premebat eam in loco [2]munito [2]ſitam, & circi ¶[2] ἐρυμνῷ
ter quinque ſtadia diſtantẽ Hieroſolymis. ¶Ma-
chabæani verò vt illum obſidere præſidia cogno-
uerunt, ipſi ſimul & plebs cum lamẽtis & lachry-
mis Domino ſupplicabant vt bonũ angelũ mitte
ret Iſraeli ad ſalutẽ. cũmq; primus ipſe Machabæ[9]
ſumptis armis alios adhortatus eſſet, vt vna cũ eo
periculum ſubirent ad auxiliũ fratribus ſuis ferẽ
dum, coorti vnà alacres profecti ſunt. Nondũ pro
cul ab Hieroſolymis aberant, cũ eques amictu can
dido, quaſſans armaturã omnem auream, præce-
dere ipſos viſus eſt. Tũ Deo miſer[i]cordi gratulati,
omnes cõfirmati ſunt animis, adeo vt parati eſſent
non ſolum homines, ſed feras etiã crudeliſſimas,
murõſque ferreos confodere, & procederẽt inſtru
cta acie, vtpote miſericordia Domini in ſe, nacti
cœleſtem adiutorem. Ergo leonino impetu irruẽ-
tes in hoſtes, proſtratis peditũ vndecim millibus,
& equitum mille ſexingentis, in fugã omnes ver-
terunt, & plerią; nudi euaſerunt acceptis vulneri
bus, ipſéque Lyſias turpi fuga ſibi conſuluit. Cæte-
rum non incallidus homo, ſecum quid accepiſſet
detrimenti reputans, & inuictos eſſe intelligẽs He
bræos, omnipotente Deo ipſis auxiliante, oratores
de pace in quaſcunque iuſtas leges cõficienda mi-
ſit, ſe regem ſuadendo in amicitiam eorum per-
tracturum. Machabæus itaq; vtilitati conſulens, o-
mnia Lyſiæ poſtulata annuit, quòd rex conceſſiſ-
ſet quæcunque ipſe datis ad Lyſiã literis Iudæorũ
cauſa petierat. Nam ſcriptæ fuerunt à Lyſia lite-
ræ ad Iudæos hoc argumento, LYSIAS popu
lo Iudæorum ſalutem. Ioannes & Abſalom legati
veſtri, qui ſubiectum vobis reſcriptũ reddiderint,
ad nos de iis quæ [3]eo [3]continentur, retulerunt. Quæ ¶[3] δι' αὐτῶ
cunque igitur ad regem referenda fuerunt, ego ei
expoſui, qui ea quæ licuit, conceſſit. Quòd ſi re-
bus noſtris beneuolentiam conſeruaueritis, in po-
ſterum quoque ſtudebo vobis author eſſe benefi-
ciorum. Cæterum de his ſingillatim mandata de-
di tam his quàm meis legatis, quæ vobis referant.
Valete. Anno centeſimo quadrageſimoctauo. Di-
oſcorinthij viceſima quarta die. ¶Regis autẽ epi
ſtola hæc continebat, REX Antiochus fratri Ly ¶[4] vt, conceſſit ad ſuperos,
ſiæ ſalutem. Poſtquam pater noſter [4]in deos rela-
tus eſt, [5]nos [5]volentes eos qui regno ſubiecti ſunt, ¶[5] βουλόμενοι
rebus priuatis ſuis deditos, vitam trãquillã agere,
cum audiſſemus Iudæos non probare demuta-
tam à patre ad ritus Græcorum religionem, ſed
ſuis malle viuere inſtitutis, eóque ſibi iura ſua cõ-
cedi poſtulare: volentes, inquam, hanc quoq; gen-
tem eſſe quietam, conſtituimus vt templum ipſis
reſtituatur, & publicis maiorũ ſuorũ vtantur in-
ſtitutis. Rectè igitur feceris, ſi miſeris ad eos, è qui
bus dextera data noſtram cognoſcant voluntatẽ,
vt bono ſint animo, ſuiſq; ſibi vendicatis læti fruã
tur. ¶Ad gẽtẽ autẽ epiſtola regis talis erat, REX ¶[6] περὶ τῶν ἠγνοημένων.
Antiochus Senatui Iudæorũ, cæteriſq; Iudæis ſalu Alij ſunt præcedentib[9] ita, vt nemo eorũ vllo modo obturbetur de iis quæ per ignorãtiã admiſſa ſunt.
tẽ. Si valetis, ita eſt vt volum[9], nos quidẽ valemus.
Retulit ad nos Menelaus cupere vos redire ad ve-
ſtras proprias poſſeſſiones fruendas. Redeuntibus
igitur, vſque ad triceſimam menſis Xanthici diẽ,
fide publica dabitur poteſtas Iudæis, vt vtantur
ſuo victus genere, legibúſque priſtinis, vt nemo
eorũ vllo modo obturbetur. [6]De iis quæ latẽt nos, [6]
Menelaum quoque miſi, vt vobis ſit ſolatio. Vale-
te. Anno centeſimo quadrageſimooctauo, men-
ſis Xanthici quintadecima die. ¶Miſerunt autẽ &
Romani epiſtolam ad Iudæos hæc complecten-
tẽ, QVINTVS Memmius, & Titus Manlius le
gati Romanorum, populo Iudæorum ſalutem.

Quæ Lyſias cognatus regis indulſit vobis, nos quoq; probamus: de quibus autẽ ad regẽ referendũ putauit, de iis intra conſilio cõfeſtim aliquẽ mittite, vt ſicut vobis cõgruit decernam*. nos enim Antiochiã accedimus. Ideòq; feſtinato mittite aliquos, vnde nos quoq; qua ſitis ſententia cognoſcamus. Valete. Anno centeſimo quadrageſimooctauo, die menſis Xanthici quintadecima.

¶7 ἐπισκεψάμενοι. Correctiones tamen habẽt ἐπισκεψόμενον.

CAP. XII.

His ita factis pactionibus Lyſias ad regẽ ſe cõtulit, Iudæi verò agris ſuis colendis dabãt operam. At præfecti locorum Timotheus & Apollonius Gennæi filius, tum Hieronymus ac Demophõ, & præter hos Nicanor ille Cypriarcha, non ſinebant eos tranquillo ſtatu quietem agere. Præterea autem Ioppitæ huiuſmodi nefas perpetrauerunt. Cum habitantes apud ſe Iudæos hortati eſſent, vt exhibitas à ſe ſcaphas cum vxoribus ac liberis cõſcenderent, quaſi nullas haberent cum eis inimicitias, & hi ſecundum publicum ciuitatis decretũ, vt qui paci ſtuderent, nec quicquã ſuſpicarẽtur, acquieuiſſent, in altũ prouectos numero non minus ducẽtos ſubmerſerunt. Quam crudelitatẽ in gentẽ ſuam vt Iudas cognouit deſignatam, arma capere iuſſis viris quos apud ſe habebat, cum iuſtum iudicem Deũ inuocaſſet, aduerſus interfectores fratrũ contendit, & portu noctu incenſo, ſcaphiſq; cõbuſtis peremit quos ibi nactus eſt eodem loci confugiſſe. Cæterũ vrbe excluſus abſceſſit, vt qui denuo rediturus eſſet, & vniuerſam Ioppitarum ciuitatẽ extirpaturus. Cum autem cognouiſſet Iamnienſes idem facinus aduerſus habitantes apud ſe Iudæos cõcepiſſe, eos quoq; noctu aggreſſus, portui & claſſi ignem intulit tantũ, vt fulgor incendii Hieroſolymam vſq; reluceret, per ſtadia ducenta quadraginta. Inde cum abſceſſiſſet nouem ſtadijs, irruerunt in eũ aduerſus Timotheũ iter facientẽ, Arabum quinq; non minus millia, cũ quingẽtis equitibus, commiſſáq; acri pugna, cũ Iudæ pars ope diuina rem geſſiſſet feliciter, victi Nomades Arabes dexteris datis paciſci petebant cum Iuda, pecora ſe daturos, & reliquis in rebus opem ei laturos pollicentes. Iudas autem reuera ſibi vtiles eos in multis exiſtimans, pacem habere cum ipſis acquieuit, illique fide cum dexteris accepta, in tabernacula ſua rediere. Aggreſſus eſt etiam vrbem quandam ponte validam, muriſque circummunitam, quam nomine Caſpin omnis generis promiſcuæ gentes habitabant. Huius incolæ cum munitione murorũ impoſitóq; cõmeatu freti, ſe peruicaciores exhiberẽt Iudæ militibus cõuitiãdo, & iactãdo impias cõtumelias, dictúq; nefaria, Iudæ milites inuocato magno mũdi Dominatore, qui ſine arietibus, apparatúq; machinarũ tẽporibus Ioſue Iericho ſubruit, impetu muros ferociter inuaſerũt, & vrbe fauente Dei capta, tot ſine numero cædes edidere, vt adiacẽs lacus, qui duo ſtadia latitudine obtinebat, ſanguine plenus fluere videretur. Inde cõfectis ſtadijs ſeptingẽtis quinquaginta, in Characa ad Tubianos dictos Iudæos peruenere: & Timotheũ quidẽ in locis illis nõ deprehenderũt. nã is tũ infecta re inde diſceſſerat, ſed cũ præſidiũ quodã in loco reliquiſſet perquã validũ, Doſitheus & Soſipater duces partiũ Machabæi profecti, quæ Timotheus in præſidio reliquerat amplius decẽ virorũ millia interemerũt. Machabæus autẽ inſtructo exercitu ſuo, cohortibúſque turmatim diſpoſitis, contẽdit aduerſus Timotheum, qui apud ſe habebat centũ viginti millia peditum, equitúmq; duo millia quingẽtos. Cognito autem aduẽtu Iudæ Timotheus: emiſit mulieres & pueros cũ reliquis impedimentis in præſidiũ Carnion dictum, quòd locus eſſet oppugnatu, acceſſúque difficilis, propter locorum omni ex parte anguſtias. Porrò vbi ſe prima Iudæ cohors

¶8 κατὰ

¶1 νομάδες ἄραβες

¶1 τὴν χάρακα. al. τὸν χάρακα. in vallum.

¶4 ἄπρακτος τότε

¶6 δισχίλια. al. χίλια.

De his quæ Lyſias cognatus regis cõceſſit vobis, & nos conceſſimus. De quibus autem ad regem indicauit referendum, confeſtim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes: vt decernamus, ſicut congruit vobis. nos enim Antiochiam accedimus. Ideòque feſtinate reſcribere, vt nos quoque ſciamus cuius eſtis voluntatis. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimooctauo, quintadecima die menſis Xanthici.

CAP. XII.

His factis pactionibus Lyſias pergebat ad regẽ, Iudæi autẽ agriculturæ operam dabant. Sed hi qui reſederãt Timotheus & Apollonius Gennæi filius, ſed & Hieronymus, & Demophon ſuperb* & Nicanor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete. Ioppitæ verò tale quoddã flagitium perpetrarunt. rogauerunt Iudæos cũ quibus habitabant, aſcẽdere ſcaphas, quas parauerãt, cum vxoribus, & filijs, quaſi nullis inimicitijs inter eos ſubiacentibus. Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, paciſque cauſa nihil ſuſpectum habentibus: cum in altũ proceſſiſſent, ſubmerſerunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gẽtis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipſo: & inuocato iuſto iudice Deo, venit aduerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit, eos autem qui ab igne refugerãt, gladio peremit. Et cum hæc ita egiſſet, diſceſſit quaſi iterum reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouiſſet & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis, Iamnitis quoq; nocte ſuperuenit, & portum cum nauibus ſuccendit: ita vt lumen ignis appareret Ieroſolymis à ſtadijs ducẽtis quadraginta. ¶Inde cũ iam abiſſent nouẽ ſtadijs, & iter facerent ad Timotheum, commiſerunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti. Cúmque pugna valida fieret, & auxilio Dei proſpere ceſſiſſet, reſidui Arabes victi, petebant à Iuda dexteras ſibi dari, promittẽtes ſe paſcua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis eos vtiles, promiſit pacem: dexteriſque acceptis, diſceſſere ad tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autem & ciuitatem quandam firmã põtibus muriſque circũſeptam quæ à turbis habitabatur gẽtium promiſcuarum, cui nomen Caſpin. Hi verò qui intus erant confidentes in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemantes, ac loquentes quæ fas non eſt. Machabæus autem inuocato magno mundi Principe, qui ſine arietibus & machinis temporibus Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens ſtagnum ſtadiorum duorũ latitudinis ſanguine interfectorũ fluere videretur. Inde diſceſſerunt ſtadia ſeptingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicũtur Tubianæi, Iudæos: & Timotheũ quidem in illis locis nõ comprehenderunt, nullóque negotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quodã loco firmiſſimo præſidio. Doſitheus autem & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præſidio, decẽ millia viros. At Machabæus ordinatis circum ſe ſex millibus, & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timotheum proceſſit, habentem ſecum centum viginti millia peditum, equitúmque duo millia quingentos. Cognito autẽ Iudæ aduentu Timotheus præmiſit mulieres & filios & reliquũ apparatũ, in præſidium quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & acceſſu difficile propter locorum anguſtias. Cúmque cohors

Iudæos infeſtat Timotheus.

¶* ſup hoc

Ioppitarũ facinus in Iudæos.

Iudas i eos vlciſcitur.

B

In quos pugnauerit Machabæ*, cum Timotheum inſequeretur

C

Ioſue 6.

¶ infectã

D

Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſtib⁹ incuſſus eſt, ex præſentia Dei qui vniuerſa conſpicit, & in fugã verſi ſunt alius ab alio, ita vt magis a ſuis deijcerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehementer inſtabat puniẽs prophanos, & proſtrauit ex eis triginta millia virorum. Ipſe verò Timótheus incidit in partes Doſi-
Capitur Timótheus, & dimittitur illæſus.
thei & Soſipatris: & multis precibus poſtulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et cũ fidem dediſſet reſtituturũ ſe eos ſecundum conſtitutum, illæſum eum dimiſerunt
E propter fratrum ſalutem. Iudas autem regreſſus eſt à Carnion, interfectis vigintiquinque millib⁹.
¶ Poſt horũ fugam & necem, mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuerſarum gentiũ habitabat: & robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes fortiter repugnabãt: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum Omnipotentem inuocaſſent, qui poteſtate ſua vires hoſtiũ cõfringit, ceperunt ciuitatẽ: & ex eis qui intus erãt, vigintiquinq; millia proſtrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharũ abierunt, quæ ab Ieroſolymis ſexcentis ſtadijs aberat. Conteſtantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benigne ab eis haberentur, etiam tẽporibus infœlicitatis quòd modeſte ſecum egerint:
F gratias agentes eis, & exhortati etiã de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, venerunt Ieroſolymam die ſolenni ſeptimanarum inſtãte.
Gorgiã perſequit̃ Iudas.
¶ Et poſt Pentecoſten abierunt cõtra Gorgiam præpoſitum Idumææ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congreſſis, contigit paucos ruere Iudæorum. Doſitheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiã tenebat: & cũ vellet illum capere viuum, eques quidã de Thracibus irruit in eũ, humerũmq; eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa. At illis qui cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorẽ, & ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cũ hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit. Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & cum ſeptima dies ſuperueniret, ſecundũ conſuetudinẽ purificati, in eodẽ loco ſabbathum egerunt. Et ſequenti die venit cũ ſuis Iudas, vt corpora proſtratorũ tolleret, & cũ parẽtibus poneret in ſepulchris paternis. Inuenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donarijs ido-
Deuter. 7. d
lorum, quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex
G probibet Iudæos: omnibus ergo manifeſtum factum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaque benedixerunt iuſtum iudiciũ Domini, qui occulta fecerat manifeſta. Atque ita ad preces cõuerſi, rogauerunt vt id quod factum erat delictũ, obliuioni traderetur.
Iudas, oblato pro mortuis ſacrificio, ſpẽ reſurrectiõis oſtendit.
At verò fortiſſimus Iudas hortabatur populũ conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis vidẽtes quæ facta ſunt pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri
¶ pro peccato, ſacrificium.
*pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans. (niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanũ orare pro mortuis) & quia cõſyderabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

CAP. XIII.

Eupatoris aductus in Iudæam.
ANno centeſimo quadrageſimonono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduerſus Iudæam, & cum eo Lyſiam procuratorem & præpoſitum negotiorum, ſecum

oſtendit, terror hoſtibus iniectus eſt pauórq;, oſtẽdente ſe eo qui cõſpicit omnia, inceſſit tantus, vt in fugã verſi, alij alio ferrentur impetu, crebrique læderẽtur à ſuis, & gladiorũ ſuorũ mucrone confoderentur: dũmq; Iudas eos ardentiori contentione perſequitur, & cõcidit ſceleratos, ad triginta millia virorum interemit. Timotheus verò cũ incidiſſet in Doſitheum & Soſipatrũ, admodũ veteratorie rogabat vt viuum ſe dimitterent, eo q̃ parẽtes multorũ, quorundã etiã fratres haberet: futurũ vt hi negligerẽtur, ſi ipſe occiſus fuiſſet. Cũ ergo fidẽ multis impetraſſet, pactúſq; eſſet ſe reſtituturũ illos illæſos, propter fratrũ ſalutẽ eũ dimiſerũt. Deinde Machabæus perrexit ad Carnion & Atargateũ, & ibi vigintiquinq; millia hominum interfecit. ¶ His fugatis & profligatis, Iudas exercitũ duxit ad Ephron vrbem munitam, quã Lyſias & magna diuerſarũ gentiũ multitudo tenebãt: & quãuis iuuenes robuſti pro muris ſtãtes depugnarent acriter, nec machinarũ aut telorũ apparat⁹ deeſſet: hi tamẽ Omnipotẽte, qui ſua potẽtia vires hoſtiũ cõfringit, inuocato, vrbem vi ceperunt, & trucidauerũt incolarũ ad vigintiquinq; millia. Inde porrò Scythopolim ab Hieroſolymis ſexcẽtis ſtadijs diſtantẽ perierunt. vbi cũ incolæ Iudæi teſtati eſſent quã ſibi Scythopolitæ præſtitiſſent beneuolẽtiam, quantáq; ſe calamitoſis tẽporibus humanitate tractaſſent, actis eiſdẽ gratijs, adhortati eos vt porrò ea beneuolentia erga gẽtẽ ſuam vti pergerẽt, Hieroſolymã inſtãte ſolenni hebdomadarũ peruenerunt. ¶ Exacto autẽ Pẽtecoſtes appellato ſolenni, Gorgiæ præfecto Idumææ bellũ intulerũt, eductis [6]in expeditionẽ peditũ tribus millibus & equitib⁹ quadringentis, [7]cõſertáq; pugna paucos ex [8]Iudæis cadere cõtigit. Porrò Doſitheus quidã vnus turmaliũ Bacenoris, vir eques & robuſtus, Gorgiã apprehẽſa chlamyde hærens, vi trahebat, vt qui viuũ capere ſceleſtũ cuperet, cũ eques quidã Thracẽſis inuectus in eũ, humero eius amputato, fecit vt Gorgias [9]Mareſam effugeret. Diutius autẽ pugnãtibus [10]Eſdrini militibus, adeóq; iã fatigatis, Iudas inuocato Domino, vt ſe adiutorẽ, prælíiq; ducẽ exhiberet, patria voce exorſ⁹, & clamore cũ hymnis [10]ſublato, [11]repẽte irruẽs, Gorgiæ milites in fugã vertit. Tum Iudas recollectos milites perduxit in Odollã vrbẽ, & inſtãte die ſeptimo de more purificati ſabbathũ ibidẽ egerũt. Inſequẽti die [11]quo tẽpore ad neceſſarias functiões redibatur, egreſſo cũ ſuis Iuda, vt corpora cæſorũ tolleret, & cũ cognatis mandaret ea ſepulchris patrijs, inuẽtũ eſt ſingulos interfectorũ ſub veſtibus aliqua habere, quæ ſimulachris Iamnienſiũ conſecrata fuerãt, Iudæis autẽ lege interdicta ſunt: vnde palàm omnibus conſtitit, hos eã ob cauſam occubuiſſe. Omnes itaq; [12]iuſti iudicis Domini, occultáq; palã facientis opus prædicãtes ad preces [13]conuerſi, rogabãt vt quod cõmiſſũ eſſet peccatũ prorſus aboleretur: ſimul egregi⁹ Iudas multitudinẽ hortatus eſt, vt ſe à peccato conſeruaret integrã, vt quæ videret ante oculos, quis euentus peccati cæſorum eſſet. Tum deinde ſtipe viritim coacta, ad duo millia drachmarũ argenti miſit Hieroſolymã ad ſacrificiũ pro peccato faciẽdũ, bono admodũ rectóq; inſtituto, qui de reſurrectione cogitaret. Niſi enim eos qui occubuerãt reuicturos ſperaſſet, ſuperuacuũ erat & vanũ orare pro mortuis. Præterea q̃ cõſideraret, ijs qui [14]cũ pietate obijſſent, optimũ eſſe repoſitũ munus, ſanctã & piã cogitationẽ, ideo mortuos expiauit, vt peccato abſoluerentur.

CAP. XIII.

ANno cẽteſimo quadrageſimonono, nũtius venit Iudæ, Antiochũ Eupatorẽ cũ copijs aduerſus Iudæam aduẽtare, cũmq; eo procuratorẽ rerũque adminiſtrationi præfectũ Lyſiam, vtrunque in

¶ 6 ἐξῆλθον
¶ 7 προσ τοῦτον δὲ παρατεταγμένους
¶ 8 ἰουδαίων. al. ἰδουμαίων
¶ 9 τῶν περὶ τὸν γοργίαν. al. correctiores, τῶν περὶ τὸν ἔσδριν
¶ 10 ἀναβοήσας. al. ἐνσείσας.
¶ 11 καθ᾽ ὃν χρόνον. al. τρίχον. quo tẽpore poſt ſabbathum conſueta opera repetebantur.
¶ 12 τὰ τοῦ δικαιοκρίτου
¶ 13 ἐτράπησαν ἀξιοῦντες τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι. al. τραπέντες πρὸς ἱκεσίαν μὴ διὰ τὸ γεγονός, &c.
¶ 14 μετ᾽ εὐσεβείας

¶1 ἔχοντα
exercitu¹habentem¹Græcorum peditum cẽtena de
na millia, equitúmque quina millia trecenos, ele-
phãtos autẽ vicenos binos, & falcatos currus trece
nos. Cũ his Menelaus cõſpirauerat, multáq; ſimu-
latione exuerat Antiochũ, minime cõſulẽs ſaluti
patriæ, ſed principatũ ſe ſperans obtẽturũ. Sed Rex
ille regũ animũ Antiochi aduerſus ſceleratũ cõci-
tauit, vt cũ Lyſias docuiſſet eũ omniũ malorũ ex-
titiſſe cauſam, mandaret Bœreã abducendũ, eóque
loci vſitato ſupplicio necandum. Eo in loco plena
puluere quinquaginta cubitorum turris erat, quæ
machinam habebat circunuerſatilem, in puluerẽ
vndique decliuem. Ibi eum qui damnatus eſſet ſa-
crilegij, aut qui aliud quodcunque malum inſigne
patraſſet, omnes protrudebant ad interitũ. Huiuſ-
modi ſupplicio nefarium illum mori contigit, ne
¶2 ταφῆς. al, τῆς γῆς
²ſepulchri quidẽ compotẽ factum Menelaũ, & qui-
dẽ meritiſſimo: vt, qui multa peccata commiſiſſet
in aram, cuius ignis & cinis ſacroſanct⁹ erat, is in
cinere mortem oppeteret. Cæterum efferatus a-
nimo rex venire pergebat peſſima eorum quæ ſub
patre eius facta eſſent, in Iudæos exẽpla editurus.
¶Qua re cognita Iudas populo edixit, vt die noctẽ-
q; Domino ſupplicaret, vt ſiquãdo aliâs, nũc maxi-
me ſuccurreret de lege, patria ſacróq; tẽplo peri-
clitãtibus, nec populum qui nuper paululũ reſpi-
¶3 Vl, maledicarũ. aut, diraũ
raſſet, iugo³infamiũ³gentiũ ſubijci pateretur. Hoc
cum feciſſent vnà omnes, & miſericordẽ Dominũ
cũ lamẽtis & ieiunijs, per tres dies aſſidue proſtra-
ti inuocaſſẽt, Iudas adhortatus eos præſto eſſe iuſ-
ſit: ipſe verò ſeorſum cũ ſenibus cõſiliũ cepit, vt
priuſquã exercitus regis Iudæam inuaderet, vrbẽ-
que potiretur, egreſſi ope diuina de ſumma rerũ
decernerent. Cõmiſſo itaq; Dominatori mundi ne-
gotio, hortatus ſuos, vt pro legibus, pro templo, vr-
be, patria, ciuitatẽque fortiter, & ad mortẽ vſque
dimicarent, caſtra circa Modin collocauit, datáq;
ſuis pro teſſera Dei victoria, cũ lectis validiſſimis
¶4 τετρακισχίλιυς Correctiores, διςχιλίους. al, quatuordecim millia
iuuenibus noctu irruit in tabernaculum regiũ, &
in caſtris⁴quatuor millia⁴virorũ interfecit, & præ-
ter hos principẽ elephãtũ, cũ omni turba cõtuber-
nali. Breuiter caſtris terrore tumultũq; repletis, re
feliciter geſta, receſſit. Diluceſcẽte iam die deſigna-
tũ eſt hoc facinus, propter opitulantẽ ei defenſio-
nẽ Domini. Cæterum rex audaciæ Iudæorum gu-
ſtu iam capto, loca artibus attentans caſtra admo-
uit ad Bethſurã munitum præſidium Iudæorum.
Fugabatur tamẽ, offendebat, & atterebatur: ijs au-
tem qui in præſidio erant Iudas commeatum ſum-
¶5 κατεχλιάσθη. al ἐξεχλιάσθη
mittebat. Porrò erat in exercitu Iudaico Rhodoc⁹,
qui inquiſitus, deprehenſus, ⁵vinculis⁵mãdatus eſt.
Rex colloquio cum Bethſuræis per interpretem ha-
bito, dexterã dedit & accepit, diſceſſit: prælióque
cum Iuda cõmiſſo, ſuccubuit. ¶Cúmque cognouiſ-
ſet Philippum Antiochiæ in rerũ adminiſtratione
relictum deſciuiſſe, perturbatus ſuppliciter ſe ſum-
miſit Iudæis, iurauit in quaſcunque conditiones,
pacem iniJt, ſacrificium fecit, honorem detulit tẽ-
plo, locum benignitate proſecutus eſt, & Macha-
bæum amplexatus. Præfectum reliquit à Ptolemai-
de ad Gerrhenos vſque Hegemonidem. Cúmq; ve-
niſſet Ptolemaidem, & Ptolemenſes propter pacta
¶6 ἠθέτησαν ἀθετεῖν. al, ἠθέλησαν.
ſe gererent acerbius, (indignabantur enim condi-
tiones⁶per nefas eſſe violatas) conſcendit ſuggeſtũ
Lyſias, rem cõmode excuſauit, perſuaſit, pacatos ac
beneuolos reddidit, abſceſſit Antiochiã. Hoc modo
ſe habuit regis expeditio & recept⁹. C A. X I I I I.

Exacto autem triennio cum Iudæ nuntiatum
eſſet Demetrium Seleuci filium inuectũ Tripo-
litano portu cũ ingẽtibus copijs & exercitu, inter-
fecto Antiocho & eiuſdẽ procuratore Lyſia regio-
nẽ obtinuiſſe, Alcimus quidã olim ſummus põti-
fex, ſponte autem pollutus temporibus promiſcui

habentem peditum centum decem millia, & equi-
tum quinque millia, & elephãtos vigintiduos, cur-
rus cum falcibus trecentos. Commiſcuit autem ſe Menelaũs reiectus.
illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecaba-
tur Antiochum, non pro patria ſalute, ſed ſperans
ſe conſtitui in principatum. Sed Rex regum ſuſci-
tauit animos Antiochi in peccatorem, & ſuggerẽ-
te Lyſia hunc eſſe cauſam omnium malorum, iuſ- B
ſit (vt eis eſt conſuetudo) apprehenſum in eodem
loco necari. Erat autem in eodem loco turris quin-
quaginta cubitorũ, aggeſtum vndique habens ci-
neris: hęc proſpectum habebat in præceps. inde in
cinerem deijci iuſſit ſacrilegum, omnibus eũ pro-
pellentibus ad interitum. Et tali lege præuarica-
torem legis contigit mori, nec terræ dari Mene-
laum. Et quidem ſatis iuſte. nam quia multa erga
arã Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat C
ſanctus: ipſe in cineris morte dãnatus eſt. Sed rex
mente effrænatus veniebat, nequiorẽ ſe patre ſuo
Iudæis oſtenſurus. ¶Quib⁹ Iudas cognitis, præce- Machabæ⁹ pugnatur⁹ aduerſ⁹ impatorem, ſuos ad orationem hortatur.
pit populo vt die ac nocte Dominũ inuocarẽt, quo
ſicut ſemper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui le-
ge & patria, ſanctóque templo priuari vererẽtur,
ac populũ qui nuper paululum reſpiraſſet, ne ſi-
neret blaſphemis rurſus nationibus ſubdi. Omni-
bus itaque ſimul id facientibus, & petẽtibus à Do-
mino miſericordiam cum fletu & ieiunijs per tri- D
duum continuum proſtratis, hortatus eſt eos Iu-
das vt ſe præpararent. Ipſe verò cũ ſenioribus co-
gitauit prius quàm rex admoueret exercitũ ad Iu-
dæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iu-
dicio committere exitum rei. Dans itaque poteſta-
tem omnium Deo mũdi creatori, & hortatus ſuos
vt fortiter dimicarent, & vſque ad mortẽ pro legi-
bus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent: cir-
ca Modin exercitum conſtituit. Et dato ſigno ſuis
Dei victoriæ, iuuenibus fortiſſimis electis, nocte ag- E
greſſus aulã regiam, in caſtris interfecit viros qua- Quatuordecim hominũ millia interficit i caſtris Antiochi.
tuordecim millia, & maximũ elephantorum cum
his qui ſuperpoſiti fuerãt: ſummóque metu ac per-
turbatione hoſtium caſtra repleuerunt, rebúſque
proſpere geſtis abierunt. Hoc autem factũ eſt die
illuceſcente, adiuuante eum Domini protectione.
Sed rex accepto guſtu audaciæ Iudæorũ, arte dif-
ficultatem locorum tentabat: & Bethſuræ quæ erat
Iudæorum præſidium munitum, caſtra admoue- F
bat, ſed fugabatur, impingebat, minorabatur: his
autem qui intus erant, Iudas neceſſaria mittebat.
Enunciauit autem myſteria hoſtibus Rhodocus qui- Rhodocus Iudæorum proditor comprehẽditur.
dam de Iudaico exercitu, qui requiſitus compre-
henſus eſt, & concluſus. Iterum rex ſermonem ha-
buit ad eos qui erant in Bethſuris. dexteram dedit:
accepit: abijt. commiſit cum Iuda, ſuperatus eſt.
¶Vt autẽ cognouit rebellaſſe Philippũ Antiochiæ, Antiochus cũ Iudæis redit i gratiam.
qui relictus erat ſuper negotia, mente conſterna-
tus Iudæos deprecans, ſubditúſque eis iurat de o-
mnibus quibus iuſtum viſum eſt: & reconciliatus G
obtulit ſacrificium, honorauit templum, & mune-
ra poſuit. Machabæum amplexatus eſt, & fecit eũ
à Ptolemaide vſque ad Gerrenos ducem & princi-
pem. Vt autem venit Ptolemaidã, grauiter ferebãt
Ptolemenſes amicitiæ conuentionem, indignan-
tes ne forte fœdus irrumperent. Tunc aſcendit Ly-
ſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſe-
dauit, regreſſúſq; eſt Antiochiam: & hoc modo re-
gis profectio & reditus proceſſit. C A P. X I I I I.

Sed poſt triennij tempus cognouit Iudas, & qui Inſtinctu Domini Demetri⁹ Nicanorẽ ad interficiendũ Iudæos mittit.
cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitu-
dine valida, & nauibus per portũ Tripolis aſcẽdiſ-
ſe ad loca opportuna, & tenuiſſe regiones aduerſ⁹
Antiochũ & ducem eius Lyſiã. Alcimus autẽ quidã
qui ſummus ſacerdos fuerat, ſed voluntarie coin-
quinatus eſt temporibus commiſtionis, cõſiderans

nullo modo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad altare, venit ad regem Demetrium centeſimo quinquageſimo anno, offerens ei coronam auream, & [a]palmam, ſuper hæc & talos qui templi eſſe videbantur. Et ipſa quidem die ſiluit. Tempus autem opportunum dementiæ ſuæ nactus, conuocatus à Demetrio ad cõſilium, & interrogatus quib' rebus & conſilijs Iudæi niterẽtur: reſpõdit, Ipſi qui dicũtur Aſſidæi Iudæorũ, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriũt, & ſeditiones mouẽt, nec patiũtur regnũ eſſe quietum. nã & ego defraudatus parentũ gloria
B (dico autẽ ſummo ſacerdotio) huc veni: primo quidem vtilitatib' regis fidẽ ſeruans, ſecũdo autẽ etiam ciuibus cõſulens. nã illorũ prauitate vniuerſum genus noſtrũ nõ minime vexatur. Sed `oro' his ſingulis ô rex cognitis, & regioni, & generi, ſecundũ humanitatẽ tuã promulgatã omnib' proſpice. nã quãdiu ſupereſt Iudas, impoſſibile eſt pacẽ eſſe negotijs. Talibus autẽ ab hoc dictis, & cæteri amici hoſtiliter ſe habẽtes aduerſus Iudã, inflãmauerunt Demetrium. Qui ſtatim Nicanorẽ præpoſitũ elephantorũ ducem miſit in Iudæã: datis mandatis vt ipſum quidẽ Iudã caperet `viuũ': eos verò qui cum illo erãt, diſpergeret, & conſtitueret Alcimũ maximi templi ſummũ ſacerdotẽ. Tunc gẽtes quæ de Iudæa fugerãt Iudã, congregatim ſe Nicanori miſcebãt, miſerias & clades Iudæorũ, proſperitates rerũ ſuarũ exiſtimantes.
C Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduẽtu, & conuẽtu nationũ, conſperſi terra rogabant eũ qui populũ ſuum cõſtituit, in æternũ cuſtodiret, quique ſuam portionẽ ſignis euidẽtibus protegit. Imperãte autẽ duce, ſtatim inde mouerũt, cõuenerũtq; ad caſtellũ Deſſau. Simon verò frater Iudæ cõmiſerat cũ Nicanore, ſed cõterritus eſt repẽtino aduẽtu aduerſariorũ. Nicanor tamen audiens virtutẽ comitũ Iudæ, & animi magnitudinẽ quam pro patriæ certaminib' habebãt, ſanguine iudiciũ facere metuebat. Quã ob rem præmiſit Poſſidoniũ, & Theodotiũ, & Matthiam, `&' vt darẽt dextras atque acciperẽt. Et cũ diu de his conſiliũ ageretur, & ipſe dux ad multitudinẽ retuliſſet, omniũ vna fuit ſentẽtia amicitijs annuere. Itaq; diem conſtituerũt qua ſecreto inter ſe agerẽt: & [2]ſingulis ſellæ prolatę ſunt & poſitæ. Præcepit autẽ Iudas armatos eſſe locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repẽte mali aliquid oriretur: & cõgruum
D colloquium fecerũt. Morabatur autem Nicanor Ieroſolymis, nihilque inique agebat, gregẽſque turbarum quæ cõgregatæ fuerant, dimiſit. Habebat autem Iudam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitque eum ducere vxorem, filióſque procreare. Nuptias fecit: quiete egit, comitérque viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum ad inuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis aſſentire, Iudámque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. Itaque rex exaſperatus, & peſſimis huius
E criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, dicens grauiter quidem ſe ferre de amicitiæ cõuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiã. Quibus cognitis Nicanor cõſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læſus à viro. ſed quia regi reſiſtere nõ poterat, opportunitatẽ obſeruabat qua præceptũ perficeret. At Machabæus videns ſecũ auſterius agere
E Nicanorem, & conſuetum occurſum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono eſſe auſteritatem iſtã, paucis ſuorũ congregatis occultauit ſe à Nicanore. Quod cũ ille cognouit fortiter ſe à viro præuentum, venit ad maximum & ſanctiſſimũ templũ:

T.10.e.

Nicanor pactũ init cũ Iudæis: quod tamẽ rege impellẽte ſoluit.

commercij, cogitans nullam ſibi reliquam eſſe viã proſperitatis, neque ad ſanctuarium acceſſum amplius, venit ad regem Demetrium [1]anno' centeſimo quinquageſimoprimo, offerens ei coronam aureã, ac palmam ſimul, & ſolennium templi ramorum aliquos. Atque illo quidem die ſilẽtium egit, tempus autem nactus inſaniæ ſuæ commodum, cum in concilium aduocatus eſſet à Demetrio, & interrogatur, quo in ſtatu eſſent, aut quibus conſilijs vterentur Iudæi, hæc reſpondit, Qui ex Iudæis dicuntur Aſidæi, quorum dux eſt Iudas ille Machabæus, bellis ſeditionibúſque mouendis intenti, regnum trãquillitate frui non patiuntur. Quapropter ego dignitate maiorũ meorum, ſummo pontificatu, dico, exutus, huc me nunc contuli, primũ quidem quòd commodis regis ſyncere ſtudeam, deinde etiam vt ciuibus meis conſulam. Nam præ iniquitate ſupradictorum genus vniuerſum noſtrum non parua diſpendia patitur. Quæ cum tu rex cognoris ſingula, regioni ac circumuento generi noſtro, pro tua omnibus obuia humanitate, conſule. Quandiu enim Iudas ſupererit, pacẽ dari rebus impoſſibile eſt. Talia vbi dixit iſte, reliqui protinus amici hoſtili in Iudam animo inflammare Demetrium, adeo vt acceſſeret confeſtim Nicanorem, qui magiſter elephantorum erat, & deſignatum in Iudæam ducem mitteret cum mandatis, vt interfecto Iuda, ſociiſque eius diſſipatis, Alcimum ſummũ maximi templi põtificem cõſtitueret. Tum quæ Iudam ex Iudæa fugarant gentes gregatim ad Nicanorem confluebant, Iudæorũ infortunia & calamitates felicitati ſibi fore arbitrati. Hi vero intellecto aduentu Nicanoris, gentiúmque aduerſus ſe expeditione, [2]puluere conſperſi' ſupplices orabant eum, qui confirmauiſſet populum ſuũ æternitati, ſe [3]ſuáſque partes claris viſis ſemper adiutauiſſet:' deinde iuſſu ducis protin' inde profecti, ad vicum Deſſau, in colloquium ad illos ierunt. Ibi Simon Iudæ frater cum veniſſet in congreſſum Nicanoris, nonnihil propter ſubitum hoſtiũ ſilentium conterritus eſt. Nicanor tamen cum audiſſet qua fortitudine, & in certaminibus pro patria obeundis animi audacia præditi eſſent Iudæ ſocij, ſanguine decernere formidabat. Quamobrẽ Poſidonium & Theodotũ atque [4]Matthiam' miſit, qui dexteras darent, & acciperẽt. Cæterum agitata diu ſuper his conſultatione, cum dux rem retuliſſet ad multitudinẽ, conſentientib' omniũ ſuffragijs, pactis annuerũt. Diem autẽ colloquio ſeorſum inter ſe habendo cõſtituerãt, qua die [5]proceſſit vtrinq; dux, ſellæq; ſunt poſitæ:' cúmq; Iudas armatos locis opportunis diſpoſuiſſet, paratos ne qua fortè ab hoſtibus repẽte oriretur iniuria, pactum inter ſe colloquiũ habuerunt. Deinde Nicanor Hieroſolymis moratus eſt, abſurdi nihil patrauit, collectã gregatim multitudinẽ dimiſit: Iudæ, quẽ in oculis ſemper habebat, ex animo fauens, rogauit vt vxorẽ duceret, & liberis daret operam: vxorem duxit, quietus fuit, vixitque comiter. Alcimus autẽ vt vidit mutuam inter hos beneuolẽtiam, & initas inter eos pactiones cognouit, profectus ad Demetrium retulit illi, Nicanorem animo à cõmodis ipſius eſſe alienatũ, vt qui inſidioſum regno ipſius Iudã legatum ſibi creauiſſet. Itaque rex ira percitus, & hominis ſceleratiſſimi criminationibus concitatus ſcripſit ad Nicanorem, ſe pacta perquàm grauiter ferre dicẽs, & iubẽs, vt vinctũ Machabæũ Antiochiam quàmprimũ mitteret. Hæc vt Nicanor accepit, perturbatus eſt, & grauiter ferebat irrita facere cõuenta cum eo, qui nulla in re fuiſſet iniurioſus: quia tamẽ regi reſiſtere minus erat commodum, qua arte rem conficeret, obſeruabat. Machabæus autẽ vt intellexit Nicanorẽ animo erga ſe eſſe auſteriorem, & ſolito aſperiorẽ alloquio, nõ optimo ex animo auſteritatẽ eam proficiſci ratus, collectis ſuorũ nõ paucis à Nicanore ſe occultabat. Ille vt cognouit hominẽ egregia techna eſſe vſum, ingreſſus maximũ illud ſacrũmque templum,

¶1 Alij de additũ habent, ſub annum.

¶1 καταπασάμενοι.

¶3 vl, ſemperq; ſuis ſe oſtendiſſet adiutorem.

¶4 Ματταθίαν, al. Ματταθίαν.

¶5 προῆλθε παρ' ἑκάστου δίφραξ. ἴθεσαν δίφρους. Δίφραγες autem duces militũ apud Parthos dicuntur: nec abhorrẽt iſta ſcripta à raris vocabulis: niſi malis interpretari currus, ſcilicet quibus duces vehebãtur, aut legere, vt vulgo, καὶ προῆλθε. καὶ παρ' ἑκάστου διαφόρους ἴθεσαν δίφρους. Id eſt, Ea die vt venit, ab ſua vtrique parte ſeorſum ſella fuit poſita.

ſacerdotib⁹ legitimas hoſtias immolātibus, virū ſibi dedi iubebat: illis autē interpoſito iureiurādo negantib⁹ ſe, vbinā eſſet qui quærebatur, ſcire, extēta cōtra tēplum manu, hæc iurauit, Niſi vinctū mihi Iudā tradideritis, hanc ædē Dei ſolo æquabo, arámque diruā, & Baccho tēplum hic inſigne extruā. His dictis abijt. At ſacerdotes extētis in cælū manib⁹, inuocātes eū qui ſemper fuiſſet propugnator gētis noſtræ, hæc dicebāt, Tu Dominus vniuerſi nullius indig⁹, induſiſti libēs vt tēplum tibi inter nos domicilio cōſtitueretur. Quapropter nūc omni ſanctitate ſancte Domine, han. recens repurgatā ædē in æternum cōſerues intemeratā, * & os iniuſtū omne obſtruas. ¶ Porrò⁶ Razis⁶ quidā è Hieroſolymitano ſenatu, indicatus eſt Nicanori vir eſſe amator ciuitatis, & perquàm præclara fama, propterque beneuolentiā Pater Iudæorū appellatus. Hic enim ſuperiorib⁹ ⁷ſeceſſionis tēporib⁹ corpore & vita pro Iudaiſmo ardētiſſime obiectis. Iudaiſmi ſpecimē in ſe ediderat. Volens itaq; Nicanor quàm hoſtili eſſet in Iudæos animo, indicare, milites ſupra quingētos miſit ad illū cōprehēdendū, illo ſe capto quod ægerrime ferrēt hi, facturū exiſtimans. Cæterū cū arcē expugnare multitudo moliretur, & in portā atrij vim faciens, ignē, quo porta ſuccēderetur, admoueri iuberet, re dubia circūuent⁹ gladio incubuit, fortiter mori malēs, quàm peruenire in man⁹ cōſceleratorū, & indignas ⁸indole ⁸ſua iniurias perpeti. Sed cum præ anxia feſtinatione, turba iā per oſtia irrūpente, incertū ſibi vulnus intuliſſet, curſu ad murū audacter capto, ſeipſum viriliter præcipitauit in turbā: qua pedē celeriter referēte, dato loco in medium ventrē delat⁹ eſt. Cū autē adhuc ſpiraret, accēſus animo emicuiſſet, cruore eſſuſiſſime decurrēte, quāuis grauiter vulneratus, curſu peruaſit turbā, & in rupe quadā præcupta ſtās iam prorſus exanguis, prehēſa vtraq; manu inteſtina protulit, & in turbā proiecit, ac precat⁹ Dominū vitæ ſpirituſque, vt hæc eadē ſibi reſtitueret, hoc modo vitam finiuit. CAP. XV.

¶6 Al, Razias.

¶7 vl, diſceſſionis. ſcilicet à conſuetudine pſana gentium.

¶8 vl, generoſitate

AT Nicanor vt Iudā cū ſuis in regionib⁹ Samariæ eſſe cōperit, cōſiliū cepit irruēdi in eos die feriato, per ſummā ſecuritatē. Cū autē qui coacti ſequebātur eū Iudæi dicerēt, Nequaquā tam ferociter & inhumane ſæuias, ſed diei honorifice cōſecratæ ab eo qui intuetur omnia, honorē tribuas: ille ſceleratiſſimus interrogauit, eſſétne in cælo potēs quiſquā, qui ſabbathorū diē agi præcepiſſet. hiſq; affirmātib⁹, eſſe Dominū viuum in cælo potētiſſimū, qui ſeptimū diē celebrandā imperauiſſet: ille rurſum, ego verò, inquit, alter in terra potēs ſum, qui arma capi iubeo, regiſq; negotiū peragi. Nō tamen ¹conſecutus eſt ¹ vt inteſtū conſiliū ſuum perficeret. Atque Nicanor quidē per ſummam inſolentiam animo elatus, ſe ſpolia de Iudæ copijs ſimul omnibus reportaturū ſperabat: Machabæus autē indeſinēter omni ſpe confidebat affuturū à Deo ſibi auxilium. Ideo ſuos hortabatur, ne reformidarēt aduentū gētium: ſed mēte tenētes lata ſibi de cælo prius auxilia, nūc quoque dandā ab omnipotēte ſibi victoriā, & auxilium expectarēt. Ad hæc conſolatus eos ex lege & prophetis, præliorum quæ confeciſſent commonitos effecit alacriores, & animis erectos incitauit, ſimul allegātis ²nefariam impietatē gentium, ac iuramenta violata. Ita ſingulos armauit, non tā clypeorū & haſtarum munitione, quàm exhortatione eximię orationis: adiectáq; demum digna fide narratione ſomnij, ³ſupra modum lætos reddidit. Erat autē illius tale viſum. Oniam olim ſummo pontificatu functum virum bonū & ornatiſſimum. ⁴aſpectu venerabilem, ſuauémque morib⁹, tum eleganti præditū facundia, atque à pueris ad omnes virtutis partes exercitatum, eum inquam, manibus extentis orare pro toto cœtu Iudæorum. Deinde ſimiliter

¶1 κατέσχεν.

¶2 vl, perfidiam.

¶3 ὕπαρ τι.

¶4 vl, alloquio.

& ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerētibus iuſſit ſibi tradi virum. quibus cum iuramento dicentibus neſcire ſe vbi eſſet qui quærebatur, extendēs manū ad templum, iurauit, dicēs, ‖Niſi Iudā mihi vinctū tradideritis, iſtud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri cōſecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eū qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorum, hæc dicētes. Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nūc ſancte ſanctorū omnium Domine, conſerua in æternū impollutam domum iſtam, quæ nuper mūdata eſt. ¶ Razias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpúſque & animā tradere contentus pro perſeuerantia. Volens autē Nicanor manifeſtare odium quod habebat in Iudæos, miſit milites quingentos, vt eum comprehenderēt. putabat enim ſi illum decepiſſet, ſeſe cladem Iudæis maximā illaturū. Turbis autem irruere in domum eius, & ianuam diſrumpere atque ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur, gladio ſe petiit: eligens nobiliter mori, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas. quibus velociter locum dātibus caſui eius, venit per mediam ceruicem. & cum adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit: & cum ſanguis eius magno fluxu defflueret, & grauiſſimis vulnerib⁹ eſſet ſaucius, curſu turbā pertranſiit. & ſtans ſupra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans Dominatorem vitæ ac ſpiritus vt hæc illi iterum redderet: atque ita vita defunctus eſt.

1. Mac. 7. e.

F

Raziam iubet Nicanor comprehendi.

Raziæ magnanimitas.

G

CAP. XV.

NIcanor autem vt comperit Iudam eſſe in locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die ſabbathi cōmittere bellum. Iudæis verò qui illum per neceſſitatem ſequebantur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbare feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vniuerſa conſpicit: ille infœlix ‖interrogauit ſi eſt potēs in cælo qui imperauit agi diem ſabbathorum. Et reſpondentibus illis, ‖Eſt Dominus viuus ipſe in cælo potēs, qui iuſſit agi ſeptimā diem. At ille ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt conſiliū perficeret. Et Nicanor quidem cum ſumma ſuperbia erect⁹, cogitauerat commune trophæum ſtatuere de Iuda. Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi à Deo affuturum, & hortabatur ſuos ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cælo, & nunc ſperarent ab Omnipotēte ſibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & prophetis, admonēs etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores conſtituit eos: & ita animis eorum erectis ſimul oſtendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armauit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos lætificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decōrum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendētem, orare pro omni populo Iudæorum. Poſt hoc

Nicanor die ſabbathi Iudam aggredi tētat.

Ei⁹ blaſphemiæ.

1. Reg. 10.

Exod. 20. b.

B

Machabæ⁹ viſione Iudæis expoſita, animos eorū confortat.

C

¶ꝰ vl, habitudine

apparuiſſe & aliũ virũ ætate & gloria mirabilem, & magni decôris habitudinẽ circa illum. Reſpondentem verò Oniã dixiſſe, Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multũ orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extendiſſe autẽ Ieremiam dextram, & dediſſe Iudæ gladiũ aureum, dicentẽ, accipe ſanctum gladiũ, munꝰ à Deo in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. ¶ Exhortati itaq; Iudæ ſermonibus bonis valde de quibꝰ extolli poſſet impetus, & animi iuuenum confortari, ſtatuerunt dimicare & cõfligere fortiter: vt
D virtꝰ de negotijs iudicaret, eo quòd ciuitas ſancta, & tẽplum periclitarentur. erat enim pro vxoribꝰ & filijs, itẽmque pro fratribus & cognatis minor ſolicitudo: maximus verò & primus pro ſanctitate timor erat tẽpli. ſed & eos qui in ciuitate erant, non minima ſolicitudo habebat pro his qui congreſſuri erant. Et cũ iam omnes ſperarent iudiciũ futurum, hoſtẽſque adeſſent, atque exercitus eſſet ordinatus, beſtiæ equitẽſque oportuno in loco cõpoſiti, cõſiderans Machabæus aduentũ multitudinis, & apparatũ varium armorũ, & ferocitatẽ beſtiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientẽ Dominum inuocauit, qui nõ ſecundũ armorum potentiã, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam. Dixit autẽ inuocãs

Oratio Machabæi. 4. Reg. 19. g tobiæ 1. d. eccli 48. d. eſa. 37. g.

E hoc modo, ¶ Tu Domine qui miſiſti angelum tuum ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octogintaquinque millia: & nunc dominator cælorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autem, & qui cum ipſo erãt, cum tubis & canticis admouebãt. Iudas verò, & qui cum eo erant inuocato Deo, per orationes congreſſi ſunt: manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orãtes, proſtrauerũt non minus triginta quinque millia, præſentia Dei magnifice delectati. Cúmque ceſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognouerunt

Proſtrato Nicanoris exercitu, Machabæꝰ caput eius cum manibꝰ præſcindi iubet, & linguã particulatim auibus dari.

F Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. Præcepit autẽ Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſſam, Ieroſolymam perferri. Quò cũ perueniſſet, conuocatis contribulibus, & ſacerdotibꝰ ad altare, accerſijt & eos qui in arce erant. Et oſtẽſo capite Nicanoris, & manu nefaria quam extẽderat contra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnifice gloriatus eſt. Linguam etiam impij Nicanoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari: manũ autem dementis contra templum ſuſpendi. Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum ſuum incõtaminatum ſeruauit. Suſpẽdit autem Nicanoris caput in ſumma arce, vt
G euidens eſſet, & manifeſtum ſignum auxilij Dei. Itaque omnes communi conſilio decreuerunt nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire: habere autem celebritatẽ tertiadecima die menſis Adarꝰ quę dicitur voce Syriaca: pridie Mardochęi diei.

¶ꝰ qui

¶ Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis tẽporibꝰ ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem bene, & vt hiſtoriæ cõpetit, hoc & ipſe velim: ſi autem minus digne, cõcedendũ eſt mihi. Sicut enim vinũ ſemper bibere aut ſemper aquam, cõtrariũ eſt, alternis autẽ vti delectabile: ita legẽtibꝰ ſi ſemper exactꝰ ſit ſermo, non erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

alium viſum eſſe virũ canitie & maieſtate eximiũ, mirabili quadam & excellenti magnificẽtia vndique adornatum, de quo rogatus Onias dixerit, Hic ille fratrum amator eſt, qui multa pro populo ſanctáque ciuitate precabatur, Ieremias ille Dei propheta. Ibi tum Ieremiam porrectum dexteraꝭ gladiũ aureum Iudæ tradidiſſe, atque inter porrigendũ hæc locutum, Accipe hunc ſanctum munere Dei gladiũ, quo hoſtes cõuulneres. ¶ His præclaris Iudæ ſermonibus, ad ciendam virtutem, & ad animos iuuenum erigendos efficacibus incitati, decreuerunt nõ caſtra facere, ſed inuadere animoſe, & cum ſumma fortitudine inuecti, conſerta manu decernere: quandoquidem & vrbis, & ſacrorum, & templi periculum ageretur. Erat enim vxorum & liberorum, itémque fratrum ac cognatorum periculi minor apud eos ratio, maximꝰ autem & primus pro ſacroſancto templo metus. Tenebat autem & eos qui in vrbe erant, non leuis anxietas, de ſubdiali conflictu ſollicitos. Cæterum iam omnibus futuro certamine ſuſpenſis, hoſtibúſque manum conſerentibus, cum explicata eſſet acies, & belluæ opportuno loco conſtitutæ, atque equitatus in cornu diſpoſitus, Machabæus vt gradum inferens agmen, variúmque armorum apparatum, necnon belluarum feritatẽ cõſpexit, extenſis in cælum manibus, mirificũ Dominum inſpectorem inuocauit, vt qui ſciret non armis parari victoriam, ſed quibus illi dignum eſſet viſum, dari. Porrò huiuſmodi verbis ille precabatur, Tu Domine, ætate Ezechiæ regis Iudææ, angelum tuum miſiſti, qui militum Sennacherib interfecit ad centum octogintaquinque millia: idem nunc quoque dominator cælorum, demitte angelum bonum, qui nos ad pauorem & terrorem iſtorum antecedat, vt qui ſanctum populum tuum cum impia contumelia impetunt, potentia lacerti tui conſternentur. Atque hic quidem ſic orauit. Et cum Nicanor ſe inferret cum ſuis pæana canentibus, & cum claſſicis: copiæ Iudæ cum ſupplicatione & precationibus pugnam cum hoſtibus commiſerunt. Ita manibus quidem decertando, cordibus autem precando Dominum, trigintaquinque non minus millia proſtrauerũt, interuentu Dei magnopere freti. Prælio autem defuncti cum ſe læti reciperent, vt Nicanorem cum omnibꝰ armis occubuiſſe cognouerũt, ſublato clamore promiſcuo, omnipotẽti patria voce gratulati ſunt. Tũ ille per omnia corpore ſimul & animo princeps ciuium propugnator, qui beneuolẽtiamꝭ ætatis, erga populum conſeruauit, caput Nicanoris amputatum, & cum humero brachium, iuſſit perferri Hieroſolymã: ipſe autẽ vt eodẽ peruenit, conuocatis popularibus ſuis, & ſacerdotibus ante altare collocatis, cum eos qui arcem tenebant accerſiuiſſet, oſtẽdit eis caput ſcelerati Nicanoris, ſimul ac manum maledici, qua contra ſanctam Omnipotentis ædem extẽta, ſuperbe ſe iactarat: & linguã eiuſdem impij Nicanoris exectam, fruſtulatim ſe dixit daturum auibus, & manubias dementiæ exaduerſum tẽplo ſuſpẽſurum. Omnes vero laudes in cælum extollere celebratiſſimo Domino, ac dicere, Prædicandus eſt qui locum ſuum conſeruauit incõtaminatum. Cum ergo ᵇcaputꝭ Nicanoris, euidẽs omnibus & illuſtre ſignũ diuini auxilij, ex arce ſuſpendiſſet: communi ſuffragio decreuerunt omnes diẽ illam nequaquam obſcurã relinquere, ſed eã celebrare tertiamdecimã duodecimi menſis, qui Adar dicitur lingua Syriaca, pridie diei Mardochaicæ. ¶ Rebus itaq; Nicanoris ita geſtis, cũ vrbs ex eo tempore fuerit in poteſtate Hebræorum, ego quoque finem hoc loco faciam narrationis. Et ſi quidem rectè, & commentario congruenter, hoc & ipſe volebam: ſin exiliter ac tenuiter, hoc eſt quod potui. Alioqui enim vt vinum per ſe bibere, atq; item rurſum aquã, odioſum eſt vinum autẽ aqua temperatum ſuaue eſt, & iucundam ac gratam affert voluptatem: ita contextus narrationis aures legentium delectat ipſa concinnitate. Cæterum hic finis eſto.

¶ꝭ vl, ab ineunte ætate

¶ᵇ κεφαλὴν. correctiores tamen habẽt πρόσωπον, effigiẽ vmbilico tenus

Z ii.

# Liber tertius Machabæorum.

## CAP. I.

Dan.11.b.

CVm Philopator è reuerſis intellexiſſet erepta ſibi eſſe ab Antiocho loca quæ tenebat, excitis omnibus copijs tã pedeſtribus ſuis quàm equeſtribus, aſſumptaq; ſecum Arſinoe ſorore, [1]excurrit[1] ad vicinas vſque Raphię regiones, vbi caſtra habebant copiæ Antiochi. Theodotus autem quidã rem inſidijs peragere cogitans, cum aſſumpſiſſet è commiſſis ſibi à Ptolemæo armatis validiſſimos, cõtulit ſe ad tabernaculum Ptolemæi noctu, vt eum interficeret incautũ, eóque pacto finẽ bello imponeret. At Doſitheus filius Drimyli dict⁹, natione Iudæus, poſtea verò facta à lege tranſitione, à patrijs ſanctionibus abalienatus, cum hunc ſubduxiſſet, ignobilem quendam ſuppoſuit in tabernaculo, quem pro illo multari contigit. Porrò commiſſo acri prælio, cum fortius pugnaretur ab Antiocho, Arſinoe ſedulo copias obambulans, capillis ſolutis cum lachrymis orabat miſerabiliter, ferrẽt opem audacter ſibi, liberis & vxoribus, binas victoribus auri minas daturã ſingulis pollicens. Ita hoſtes pugna confici, multóſque capi contigit. Tũ ſuperatis inſidijs vicinas obeundo [2]ciuitates, [2]ſermone putauit confirmandas: quod vbi fecit, delubráq; impertiuit donarijs, animos ſubiectorũ erexit. Cũ autem Iudæi miſiſſent è ſenatu ſenes ad Philopatorem, qui ſalutarent eum, ferentes munera, déque rebus geſtis ei [3]gratularentur,[3] accidit vt eum cupiditas maior caperet ſe quàprimũ ad eos conferendi. [4]Venit itaq;[4] Hieroſolymã, maximóq; Deo ſacrificauit: & gratulatione facta, [5]quæ fas erat loco pręſtitit. Deinde in locum ingreſſus præ elaborato induſtria ornatu obſtupuit, [6]& concinnam tẽpli ſtructuram miratus, in [7]adytum[7] quoque intrare cupide cogitabat. Illis autem negantibus hoc eſſe fas, quòd ne indigenis quidem liceret [8]ingredi,[8] adeóq; nec ſacerdotibus, præterquam vni primo omnium põtifici, ¶idque ſemel in anno tantum: nihil tamẽ permoueri ſe patiebatur. Cúmque lex ei recitaretur, non ceſſabat porrò inferre ſe, ingredi oportere ſe dictitãs. Quod ſi negatus eſſet illis hic honos, at ſibi non item eſſe oportere: rogitabátque quare tandem ſe in quæcunque delubra ingredientẽ nemo præſentium prohibuiſſet. Cúmque improuide quidam reſpõdiſſet, male hoc ipſum [9]fuiſſe factũ:[9] at facto, aiebat, hoc, quanam de cauſa tandem minus velint nolint eſſet ingreſſurus. ¶Itaq; ſacerdotibus cum omni veſtitu ſe proſternentibus, & maximum Deum orantibus, vt ſubueniret vrgenti neceſſitati, & vim mala molientis auerteret, tẽplúmque clamore & comploratione replentibus, qui reliqui in vrbe erãt perturbati, & quid accidiſſet ignari exilierunt. Concluſæ quoque thalamis virgines cũ puerperis procurrere, capitibus puluere cineréque cõſpertis, & vicos implere luctu lamẽtiſque. Quæ verò vexilla modo ad obuiam itionẽ adornata cõcinnarãt, condecẽtis ſe pudoris oblitæ perturbato curſu ferebãtur per vrbẽ, infantibúſq; liberis relictis, matres ſimul & nutrices [10]aliò atq; aliò[10] hæ per domos, per vicos aliæ licenter concurrebant in ſummum templum: variáq; erat collectorũ in hoc comprecatio, aduerſus ea quæ ille nefarie moliebatur. Ad hæc commoti audacia ciues nõ patiebãtur eũ prorſus irrũpere, propoſitũ ſuũ exequi conãtẽ: ſed ad arma capeſſenda, & ad mortẽ audacter pro lege patria oppetendã conclamantes magnã excitarunt eo loci exaſperationẽ: ſed tamẽ demoti à [11]ſacerdotibus ac ſeniorib⁹,[11] ad priſtinũ orationis locũ rediere. Atque vulgus quidem interim, vt cœperat, intentũ precibus erat: ſenes verò regẽ circumſtãtes, multifariam tentabant ſuperbum eius animum à concepto cõſilio dimouere. At ille peruicaciter cõtemptis omnibus, nihilominus ingreſſum moliebatur, quod ſemel dixiſſet ſe putans perfecturum. Quod etiam ij qui ab eo ſtabant cernentes, cõuerſi ad eum, penes quẽ omnis poteſtas eſt, vnà cũ noſtris inuocabant eum, vt opem ferret rebus præſentibus, nec facinus nefarium ac ſuperbũ diſſimularet: adeóq; præ crebris & anxia turba collectis vocibus clamor quidam erat incõparabilis. Videbãtur enim nõ ſolum homines, ſed parietes quoq; cũ toto pauimẽto perſonare, vtpote omnibus mortem tum præoptantibus potius, quàm illius loci profanationem.

¶1 vl, contendit.
¶2 πολέμοι, χρήματα
B
¶3 συγχαρησομένους
¶4 παραγενόμενος δέ.
¶5 ὡς ἐξῆν τῷ τόπῳ.
¶6 ἐν τῷ παραγενέσθαι, non eſt in emẽdatiorib⁹.
¶7 היכל.
¶8 εἰσιέναι
Exod.30.b. leuit.16.g. heb.9.a.
¶9 πραχθῆναι. C emẽdatiores τερατεύεσθαι.
2.Mach.3.c
¶10 ἄλλως καὶ ἄλλως.
D
¶11 ἱερέων, γηραιῶν

## CAP. II.

S[1]Imon quidẽ certe ſummus põtifex genibus ex aduerſum adyto flexis, aptéq; protentis manibus, huiuſmodi precationẽ fecit,[1] Domine domine rex cælorũ, & dominator rerũ creaturarũ omnium, in ſanctis ſanctiſſime, monarcha omnipotẽs, reſpice nos, qui ab impio & impuro, audacia & potentia ſuperbo opprimimur. Tu enim es qui creaſti omnia, iuſtus princeps, qui cuncta obtines, tu iudex es violenter & ſuperbe agentium, ¶tu priſcos iniuſtitiæ operatos, inter quos & robore audaciáque freti gigantes erant, inducto immẽſo diluuio deleuiſti: ¶tu ſuperbiæ deditos Sodomitas, flagitiiſque nobilitatos exemplum poſteris ſtatuens igni & ſulphure cõcremauiſti. ¶Tu contumaci Pharaoni,[4] qui ſeruitute premebat ſanctũ populũ tuum Iſraeliticũ, oſtendiſti potẽtiam tuam varijs multiſque (quibus potentia ingens tua inclaruit,) ſupplicijs exercito: ¶& cum curribus multáque turba tuos perſequentem profundo mari demerſiſti: te vero rerum omniũ principe fretos traduxiſti ſaluos, ¶qui hæc omnia manu tua geſta agnoſcentes, te omnipotentem laudauerunt. Tu rex conditor infinitæ & immenſæ terrę, elegiſti vrbem hanc, & locum hũc ad celebritatem tibi, quamuis nullius omnium indigo, conſecraſti, viſóque illuſtraſti magnifico, commendatione [9]ipſi ad gloriã magni & auguſti nominis tui conciliata. Amore quoque domus Iſraeliticæ pollicitus es, vbi quid à nobis deliratum eſſet, quamobrem nos circũueniſſent anguſtiæ, quas locum hunc ingreſſi deprecaremur, te preces noſtras exauditurum. Fidelis autẽ es vtique & verax. ¶Quoniam verò oppreſſis maioribus noſtris ſæpe opem tuliſti in afflictione, magniſq; eos liberaſti periculis, & nunc etiam ecce rex ſancte, nos propter multa magnáq; peccata noſtra premimur, hoſtibúſq; noſtris ſubiecti viriũ inopia deficimus in calamitate noſtra: iſte autem contumax & impurus meditatur temerare ſanctum, nominique glorioſo tuo dedicatum in terra locum, (alioqui enim domicilium tuũ cælum cęlorum eſt, locus hominibus inacceſſus,) quoniam inquam gloriam tuã populo tuo, conſecrando locum hunc, beneuole impertiuiſti: ne imputes nobis impuritatẽ iſtorum, aut caſtiges nos ob profanationem, vt ne [1]gloriẽtur[1] animis nefarij, [2]neq; iactantia linguæ ſuæ elati dicant, ſe ædem religioſam peſſundediſſe, ſicut inuiſa tibi delubra conculcãtur. Dele peccata noſtra, delictáque diſcute, & hoc tempore miſericordiã tuam oſtende. Fac quàm primũ nobis obtingat miſeratio tua, & ora collapſorum, atque contractorum animis, imbue laudibus pacẽ nobis cõficiendo. [3]Ibi tum ille inſpector omniũ, & inter omnia[3] ſancta ſanctiſſimus Deus, legitima cõprecatione exaudita, illũ violẽtia magnáq; cõtumacia elatũ hinc atq; illinc percellens, vt arundinem ventus, ita flagellauit, vt iam humi iaceret

¶1 Pro hac tota periodo vſq; ad precationem, quædam exemplaria tantũ habent, καὶ εἶπον ὁμοθυμαδόν.
Gene.7.d.
Gene.19.e.
Exo.7.8.9.10.11.
[4]Exod.1.&5.a.b.c.d.
Exod.14.
Exod.15.a.
B
¶9 αὐτῷ. nõ ἑαυτῷ.
Iudic. paſſim.
¶1 καυχήσωνται.
C
¶3 ἐνταῦθα ὁ πάντων ἐπόπτης Θεὸς, καὶ πρὸ πάντων

Inutilis, membriſque ſolutus, & iuſto ſupplicio implicatus, vocem mittere non poſſet. Quocirca amici eius & ſtipatores corporis ſubitam & repentinã, qua oppreſſus eſſet, caſtigationem conſpicati, metuentes ne eum vita quoque deficeret, ingenti protinus pauore perculſi eũ extraxere. Poſtea vero cũ ſe recollegiſſet, quãuis caſtigatus, nulla tamen pœnitentia ductus eſt, ſed diſceſſit minitans atrocia. Vt igitur peruenit in Aegyptũ, tam ſuis flagitiorum incrementis, quàm opera[3]ſupradictorum adiutorum ac ſociorum, qui ab omni iuſtitia receſſerant, non ſolum ſe innumeris effudit libidinibus, ſed eò quoque euaſit temeritatis, vt maledicta paſſim ſereret, multique amicorum, ſpectata regis ſententia, ipſi quoque voluntatem eius ſequerentur. Cúmque decreuiſſet rex gentem Iudaicam notare publica ignominia, in columna, quam in poſita ad regiã turri erexerat, literis curauit inſculpẽdum, Ne quis ſacrificare nolens, ingrederetur in templa Aegyptiorum, vtque Iudæi omnes cenſu habito, ad ſeruilem ſortem redigerentur: cui rei ſi qui cõtradixiſſent, vi abrepti tollerentur è vita: ſin qui nomina in cenſu fuiſſent profeſſi, eorum corporibus pro ſtigmate inſigne Bacchi folium hederaceũ inureretur. Atque hos quidem[4]in iam dictã ſanctionem ſegregauit.' Cæterum ne omnibus infenſus eſſe videretur, ſubſcripſit, quod ſi qui inter eos qui ſolennibus ſacris initiarentur, verſari maluiſſent, vt pari cum Alexandrinis ciuibus iure vterentur. Quidam igitur [5] in ciuitatibus' gradus vrbanæ religionis exoſi facile ſeipſos dedere, quaſi magnã conſecuturi eſſent ex futura [6] cũ rege cõmunicatione' gloriam: plærique vero fortitudinem animi obtinentes à pietate non receſſerũt, ſed vitam pecunia redimentes intrepide ſeipſos, ne nomina profiterẽtur, conabantur liberare, bona ſpe freti, fore vt auxilium adipiſcerentur: eos autem qui deficiebant à ſe, execrabantur, & pro hoſtibus gentis ſuæ habebant, communique excludebant commercio & vſu.

ſ.1.a. ¶4.i. voluit nomina profeſſos iam dicta ſanctione vti, vt ſerui eſſet, & nõ interficerentur. ἢ καὶ κατοχυρίσαι τὴν προνομίαν ἢ μόνην αὐθεντίαν. al. ἢ καὶ καταχωρίσας εἰς τὴν προωνομασμένην αὐθεντίαν. ¶5 ἐπὶ πόλεων. al. ἐπὶ πόλεως. ¶6.i. religiõe regis.

CAP. III.

His intellectis impius ille tantopere iratus eſt, vt non ſolum Alexandriæ exerceret iram ſuã, ſed etiam reliquam regionem incolentibus grauiorem ſe exhiberet inimicum, omnéſque eodem quamprimum congregatos peſſimo ſupplicio è vita tolli iuberet. Dum hæc gerebantur, inimica gẽti [Iudaicæ] fama percrebuit, occaſione hominibus ad lædendum conſentientibus data, vt ita ſe gererẽt, quaſi illa quo minus leges apud ſe ſeruarẽtur, impediret. Cæterum Iudæi ſuam erga reges beneuolentiam & fidem immotam cõſeruabant: verũ quia Deum colebant, eiúſque viuebant legibus, excludebant quoſdam, & à ſe [1]relegabãt:'quam ob cauſam quibuſdam inimici videbantur, cum iuſte rectéque factis communem vitam ornantes, omnibus hominibus eſſent commendabiles. Benefactorum itaque ſparſam vbique de gẽte famã [2]alienigenæ'ſe nullo loco [3]numerabant:'in adorationibus autem & moribus diſſenſionem exagitabant ſermonibus, dicentes, neque regi neque poteſtatibus amicos eſſe homines, ſed hoſtes, publicíſque commodis admodũ aduerſos. Atque illi quidem nõ vulgaria criminabantur: at qui in vrbe erãt Græci, nulla affecti iniuria, videntes tumultum aduerſus homines inopinatum, concurſúſque improuiſos fieri, cum opem ferre non valerent, quòd tyrannicus rerum eſſet ſtatus, indignabundi conſolabantur eos, & commutationem horum ſperabant: nõ enim ita ſtare poſſe talem [4] factionem vllam temerariam.' Iam vero & vicini quidam & amici, commerciíſque conſociati, clam quibuſdam adſcitis, fidem dabant ſe coniuncturos auxilia, & omnem contentionẽ ad ſuccurrendum allaturos. Porrò ille præſenti proſperitate[1]elatus, nec potentiã maximi Dei conſiderans, ſed exiſtimans eodem ſe perpetuo perfruiturũ conſilio, hanc contra Iudæos ſcripſit epiſtolã, Rex Ptolemæus Philopator ducibus ac militibus qui ſunt in Aegypto, ſinguliſq; locis, ſalutem & ſanitatem: nam ego quidem ſaluus ſum, ſimul & res noſtræ. Nos poſtquam ſuſcepimus expeditionẽ in Aſiam, vt ipſimet ſcitis,[6]eáque dato nobis à dijs inoffenſo auxilio, noſtriſq; viribus ex ſententia noſtra quàm optime cõfecta eſt, putauimus non armorũ violentia, ſed comitate multáq; humanitate lactãdas, quę Cœleſyriã & Phœniciã habitant gentes, beneficiiſq; vltro afficiendas: cúmq; templis vrbiũ reditus quãplurimos contuliſſemus, adducti ſumus, vt Hieroſolymã quoque aſcẽderemus ad templum peſtiferorum, qui inſanire nunquã deſinunt, honorandum. At illi verbis aduentui noſtro gratulati, reipſa inſyncere affecti, cum cuperemus adytũ eorum ingredi, idque eximijs ac pulcherrimis condecorare donarijs, antiquo faſtu permoti, nos ingreſſu prohibuerunt, ignari potentiæ noſtræ, propter eam quã omnibus hominib⁹ exhibemus [7]humanitatẽ.' Atq; inimico ſuo in nos animo palàm declarato, quaſi ſoli ſint gentiũ, nihil legitimum ferre voluerunt, præ ſuperbia in reges & de ſe bene meritos cõtumacia. Nos tamẽ horum acti inſania, poſtquam reportata victoria peruenimus in Aegyptũ, comitate vtendo erga omnes gẽtes, quod decuit fecimus: atq; in tali re congeneribus eorũ omnibus iniuriarum obliuione promulgata, tam ob ſocietatẽ, quàm ob concredita [8]ipſis ab initio per ſimplicitatẽ infinita negotia,' auſi ſortem eorũ mutare, & eos ciuitate Alexandrinorũ dignari voluimus, atque in cõſortiũ perpetui ſacerdotij recipere. At illi rem contra interpretantes, & bono cõgenita ſibi prauitate repudiato, in malum aſſidue procliues, non ſolum recuſarunt cõtemptam ignominioſe ciuitatẽ, ſed etiam verbis & re paucos ex ipſis ſyncerius erga nos animatos abominantur, ſemper ſperantes nos breui per ignominioſiſſimã vitam ſucceſſuum ſtatẽ cõſecuturos. Quapropter cõiecturis perſuaſum optime habẽtes, hos omnib⁹ modis erga nos male eſſe animatos, & proſpiciẽtes nequando repẽtino poſthac exorto tumultu, in tergo nobis habeamus impios iſtos proditores & atroces hoſtes, mãdandum putauimus, vt ſimul atq; primum hæc reddita fuerit epiſtola, [9]eodẽ illo die qui indicati fuerint, vnà cũ vxoribus & liberis, cum violentis [10]vexationib⁹, ferreis vndiq; vinculis conſtricti mittantur ad nos, ad ineuitabilem calamitatem, & ad infamem cædem, hoſtibúſque cõgruentem. [11]Nam ſimul atque in hos fuerit animaduerſum, putamus fore vt in poſterũ res noſtræ ſtabili & optimo loco, ac ſtatu conſtituantur. Quod ſi quis Iudæum quempiam à natu maximo ad minimum, etiam ad lactẽtes vſque, tutatus fuerit, is cum omni familia fœdiſſimis tormentis excruciabitur: qui vero nomen cuiuſpiã deferre voluerit, is præterquàm quòd cõſequetur bona damnati, & de regia pecunia drachmarũ argenti duo millia, libertatis quoq; corona donabitur. Omnis autẽ locus in quo deprehẽſus omnino fuerit Iudæus receptatus, is deſolatus igni tradatur, omnique mortaliũ generi per omnia reddatur ad perpetuũ tempus inutilis. Atq; eius quidẽ epiſtolæ ita ſcriptum erat exemplar.

III. ¶1 vl, fortunis euertebant. χωρισμὸν ἐποίουν, ἐπὶ τινῶν καὶ καταστροφάς. ¶2 i. alieno à Iudaica religione animo. ¶3 vl, nuſquã cõmemorabant. τρέπων lego. ¶4 vl, concurſum, aut ſeditionẽ. μὴ γὰρ οὕτω παραοπτέσθαι τηλικοῦτο σύστημα μηδὲν νεωτερίζον. al. παροραθήσεσθαι. & ἡγνοηκέναι vt videatur hæc eſſe ſ[e]ctio, Non enim neglecturum talẽ ſeditionem vllam eum qui videt oĩa: & quãuis hoc pacto ſolœciſm⁹ ſit in Græco.

¶1 γεγαυρωμένος, καὶ ὑπερθορῶν. ¶6 ἴστε. ¶7 φιλανθρωπίαν. al. φιλίαν. ¶8 αὐτοῖς ἀρχῆθεν μυρία πράγματα. ſ.1.a. ¶9 αὐθήμερον τοὺς ἐσημαινομένους, al. ἀνθρώπους ἐσημαινομένους. ¶10 σκυλμῶν. ¶11 τούτων γὰρ ὁμοῦ.

CAP. IIII.

Quocũque autẽ edictum hoc perlatum fuiſſet, publicũ agitabatur à gẽtibus cũ iubilis & gaudio cõuiuiũ: vt pote indurato iam olim in animis eorum odio per licẽtiam tum ſe proferente. Iudæi autem in [1]acerbiſſimo'luctu erant, perquam lamẽtabiles comploratione voces edentes, gemitibus vndique æſtuante corde eorum, inexpectatum, repentináque ſententia irrogatum ſibi interitum,

¶1 ἀνήκεστος, al. ἄνικλος.

deflentium. Quæ præfectura, aut vrbs, aut quis omnino locus habitatus, quæ viæ planctu eorum, lulibúſq; non fuerunt impletæ? Adeo enim vna omnibus [3]acerba & immitis[*] vrbanorum præfectorum ſententia ablegabitur, vt propter [3]inuſitata[*] ſupplicia, quidam etiam hoſtium, communem miſeriam ponentes ſibi a.ulos, & animo ſuo incertam vitæ commutationem repræſentātes, deflerent miſerrimam eorum ablegationem. [4]Ducebatur[*] enim ſenū multitudo canis opertorum, & præ ſenectute curuorum pedum tarditate, propter concitatā cum violentis ſine pudore [*]minis[*] increpitationē, ad celeritatē itineris abutentiū. Quæ autē nuper ad cōiugalē vitæ ſocietatem thalamum intrauerant puellæ, luctus percipiebant pro iucunditate: & delibuta vnguentis coma, iam conſperſa puluere, retectæ ducebantur, lamentationem pro hymenæis vna ordientes: vt quæ vexationibus alienigenarum laceræ, vinctæque publice vſque ad nauis ingreſſum vi traherentur. Harum quoque cōiuges, ceruicibus laqueis coronarū loco reuinctis, in vigēte ac iuuenili ætate, pro cōuiuio atque otio iuuētutis, reliquos nuptiarū dies in luctibus trahebant, ante pedes iam excubantē Orcum vidētes. Auehebantur autē ferarum inſtar, ferreorum vinculorū vi tracti, alij iugis nauium affixi ceruicibus, alij pedibus cōſtricti pedicis indiſſolubilibus, denſa quoque ſuperne tabula incūbente, qua oculis vndiq; obtenebratis, inſidiatorum morte tractarētur, per omnē nauigationem. Hos ita ad dictū nauigium perductos, rex nauigatione iuxta mandatū ipſius confecta, iuſſit eos collocari in territorijs, in eo quod eſt ante vrbē patens [6]in immenſum[*] hippodromi ſpatio ad exēplum ſupplicij omnibus in vrbem ſe cōferentibus, eadēmque ſe in agros peregre efferentibus, quàm opportuniſſimo, neque copiarum ſuarū [7]communicatione[*] eos, neque omnino murorū ambitu dignatus. Hoc vbi factū eſt, cum audiſſet ex vrbe clàm cōgeneres quoſdam egreſſos, crebrius ignominioſam fratrū miſeriam deplorare, iratus iuſſit eos quoq;, eodem quo illos modo, caute tractari, ſupplicio illorum nulla ex parte diminuto, atque adeo totum genus deſcribi nominatim. Non enim iam ſe illos [8]promulgata[*] paulòante laborioſa operū ſeruitute, ſed [9]exquiſitis[*] tormentis excruciatos, ad extremum vna die cōfecturum. Celebrata eſt itaque deſcriptio horum acerbo cum ſtudio, aſſeſſionēque ab ortu ſolis ad occaſum vſque continēti, quadrageſimo die nondum ad finem perducta. Interim rex magno ac continuo gaudio plenus, conuiuia ad omnia ſimulachra celebrabat, deuia procul à veritate mēte, orēque nefario laudās muta, & ſermonis opiſq; vacua, in maximum autem Deum quæ minime fas eſt effutiēs. Porrò poſt ſupradictū temporis ſpatium, cum ſcribæ ad regem renunciaſſent, ſe deſcriptioni Iudæorum nō ſufficere amplius, propter immenſam eorum multitudinem, vt quorum plurimi adhuc eſſent per regionē, alij domeſticatim adhuc, alij certis locis cōgregati, adeo vt res eſſet omnib[us] per Aegyptū præfectis impoſſibilis: rex eis durius minatus eſt, quaſi donis ad effugiū illis moliendū corruptis. Accidit tamen, vt res ei planè perſuaderetur, cum argumentis euidentibus confirmarent, & chartam iam ſibi, & calamos, quibus vterentur, defeciſſe. hoc autem erat efficax opus inuictæ eius, qui opem de cælo ferebat Iudæis, prouidentiæ.

[Marginal notes, left column:]
¶ 1 μιλάκι χρᾶς κ̀ ἀνοικίσου. ¶ 2 ἐξαλλοις
¶ 4 ἤγετο. al, ἤγετο.
¶ 5 ἀπειλῆς. al, ἀπάσης. — B
¶ 6 ἀπλέτῳ
C
¶ 7 vl, conſortio
¶ 8 προδιηγημένην. al, προδιηγμένην.
¶ 9 vl, certis — D

CAP. V.

TVm acceſſito Hermone præfecto curæ elephantorū, ira graui & indignatione per omnia implacabili plenus, [1]iuſſit vt proxima die thus largis manipulis cū vino mero plurimo, potui daretur elephantis omnibus numero quingētis, vt potu affatim præbito efferati, ad mortē Iudæis offerendam introducerētur. Atque ille quidē cum hæc iuſſiſſet, conuocatis amicorū & exercitus ſui præcipuis, hoſtiliter in Iudæos animatis, conuertit ſe ad conuiuium. Magiſter autē elephantorū Hermon iuſſa ſcite exequebatur: horúmq; miniſtri ſub veſperam egreſſi manus obligabant miſerorū, reliquáque circa ipſos cauenda accurabāt, putantes ſub crepuſculum gētem vno eſſe exitio interituram. At qui omni defenſione deſtituti videbātur eſſe gentibus Iudæi, propter vndique cōſtringentem eos vinculorū neceſſitatem, Dominū omnipotentē, & omni poteſtate ſuperiorē miſericordē Deum ſuum & patrē, cōtinenti voce omnes inuocabant cū lachrymis, orātes vt impiū cōtra ſe conſiliū auerteret, & magnifico interuentu ex inſtāti ante pedes fato eriperet. Atq; horū quidē aſſidua in cælu ferebatur ſupplicatio. Hermon autē, qui ſæuos elephātos iam repleràt potu vini large præbito, thurēq; ſaturauerat, mane aderat ad regiā, vt rem regi nunciaret. At illud ab æuo condito pulchrū nocte ac die opificiū, quæ immittitur ab eo, qui largitur omnibus quibuſcúque voluerit ipſe, pars ſomni ad regē miſſa eſt, quo ni Domini perquā ſuaui ac profundo detineretur, nefarióque propoſito multu decept[us], [1]implacabili[*] ſententia magnopere fruſtraretur. Iudæi ergo cū præfinitum tēpus ſuperauiſſent, laudabant ſanctū Deū ſuum, & placabilē orabant denuo, vt potentiā validiſſimæ manus ſuæ gētibus ſuperbis oſtēderet. Media vero iam fermè hora decima, vocator frequentes adeſſe inuitatos vidēs accedit, regē excitat, vixque expergefacto, conuiuij tēpus iam cedere nunciat, [2]de his verba faciens:[*] quibus rex admonitus, cū ſe in locū illum contuliſſet, iuſſit eos, qui ad conuiuium venerāt, ex aduerſo ſibi diſcūbere: quod cū illi feciſſent, hortatus eſt vt epulis indulgentes [3]præſens[*] conuiuij tēpus impenſe cohoneſtando hilaritati darēt. Porrò cum res ſermonibus extraheretur diutius, rex accerſitū Hermonē acerbe minaciterque interrogauit, quanā de cauſa Iudæi permiſſi eſſent ea adhuc die viuere ſuperſtites. Illo autē declarante ſe ea nocte iuſſa executū fuiſſe, amicíſque [4]eius[*] idē teſtātib[us], crudelitate quàm Phalaris atrociori præditus, Hodierno ſomno gratiā habeant, inquit, illi: cæterū tu citra cunctationē, elephantos in diē craſtinū eodem modo præpara, ad nefariorū Iudæorum exitiū. Hoc regis imperiū cū læti [5]qui aderāt,[*] omnes collaudaſſent, domū quiſque ſuam diſceſſere: vbi tēpus noctis nō tam ſomno impenderunt, quàm ad omnigenas miſerijs, vt putabitur, excogitandas illuſiones. Vt ergo primū gallus mane cecinit, Hermō armatas in ampla porticu mouere belluas, totáque vrbe ad miſerrimū ſpectaculū cōfluere multitudo cupide expectās diluculum. At Iudæi continuo illo [6]tempore,[*] [7]trahētes animam,[*] lachrymoſis precibus cū canticis flebilibus, manus in cælū tendendo, Deū maximū orabāt vt rurſum eis atq; breui ſuccurreret. Nōdum autē diffuſis ſolis radijs, cū rex amicos exciperet, Hermon ſtans vocabat ad exitum, ſignificās paratam eſſe regis voluntatē: quod cū ille audiſſet, nefario illo exitu ſtupefact[us], vt quē omniū cēpiſſet obliuio, ſciſcitabatur quidnam eſſet cur hoc ab ipſo tāto ſtudio ageretur. [E]Cæterum efficax erat hoc opus Dei dominatoris omniū, qui menti eius obliuionē eorum quæ cogitarat antea, immiſerat. Cū vero diceret Hermon, & omnes amici, Belluæ & exercitus, ô rex, ſecundū vehementem tuam voluntatē parati ſunt: ille ob hæc dicta repletus ira graui, quòd diuina prouidētia memoriā omnē horum amiſiſſet, aſpectu rigido ac minitabūdus, dixit, Quotcūque parentes adſunt, aut prognati liberis, qui largū hoc ſæuis belluis pabulū parauerunt, vicē ſuſtineant inſontium Iudæorum, qui ſuā erga me & maiores meos integrā ac ſtabilem fidem eximie declarauerunt: tametsi nemo ob fauorē ſociæ

[Marginal notes:]
3.Mac. 6.d. Ioſeph. cōtra Appio. lib. 2. ab initio.
¶ 1 ἀμετάθετου. — B
¶ 2 τὸν περὶ τούτων λόγον. ¶ 3 τὸ παρόν. — C
¶ 4 αὐτοῦ.
¶ 5 ἐν παρόντων
¶ 6 χρόνον ¶ 7 vl, trahētes ſuſpiria, — D
Deut. 32. e.

Gr. [illegible] al. [illegible] educationis & officij vita pro his est priuatus. Ita ſermõ inopinatas ſimul ac periculoſas minas pertulit, & aſpectu vultúq; inhorruit: amici vero ſingillatim dilapſi triſtes, eos qui conuenerãt dimiſere ad priuata ſua quæque negotia. Iudæi autẽ ijs quæ rex dixiſſet intellectis, laudabãt celebratiſſimũ Dominũ Deũ regem regum, à quo hanc opẽ fuiſſent conſecuti.

E Porrò cũ rex eadem cõſuetudine conuiuiũ rurſum inſtituiſſet, vt hilaritati ſe dederẽt hortatus, ac acerſito Hermone minitabundus, Quoties tibi videtur, inquit, idẽ præcipiendũ miſerrime? vel nũc tandem para elephãtos in craſtinũ diem ad perimendũ Iudæos. Tũ qui vnà accũbebant cognati inconſtantem mirati mentẽ eius, hæc prolocuti ſunt, Quandiu, ô rex, quaſi amẽtes nos pertẽtas, qui tertio iam præcipias deleri illos, rurſúmque in te gerũda mutatus, quæ cõſtitueris irrita facias? Ciuitas certe hac de cauſa ſuſpẽſa tumultuatur, plenáq; iã coitionibus, ſeceſſionis crebro minat periculũ. Quapropter alter per omnia Phalaris rex plenus amentia, factis in ſe ad Iudæorũ conſeruationẽ mutationibus animi pro nihilo habitis, impotentiſſimo iureiurando firmiter aſſeuerauit, ſe hos abiecta omni cũctatione, genibus & pedibus belluarum fœdatos, Orco demiſſurũ: deinde expeditione ſuſcepta in Iudæã, igni ferróque breui vaſtaturum illam, & ibi inacceſſum ſibi Iudæorũ ſacrarium, delectum igni traditurum quamprimum illis qui hoſtias illic perpetuò immolarent. Tum læti amici, ac cognati, vt digreſſi ſunt, exercitui opportuniſſima quæque loca

[Margin: Gr. vl. minime perũciendo] [Margin: I.a.]

F vrbis deſignauerunt fideliter ad cuſtodiam. Præfectus autem elephantorum belluas ad inſanam ferme, vt ita dicam, affectionem perduxit potibus odoratiſſimis, vinóque thure temperato, terribilique apparatu adornauit. Iámque circa auroram vrbe ſecundum hippodromum repleta innumera multitudine, regiam ingreſſus, regem ad rem propoſitã excitauit. Tum ille impio animo, iráque graui pleno, tota vi cũ belluis ſe protulit, immiti animo, pupilliſque oculorũ ærumnoſum ac miſerum ſupradictorum exitium ſpectare cupiẽs. Vt autem Iudæi circa portam egredientium elephantorum, ſequentiſque armati exercitus, & pedum turbæ puluerem viderunt, horriſonúmque tumultum audierunt, vltimum ſibi vitæ momentum illud, finẽmque miſerrimæ expectationis eſſe exiſtimantes, ad commiſerationem ſui luctúmque conuerſi, oſculabantur ſe inuicem amplexi, & conijciebant ſe in colla cognatis, patres filijs, & matres filiabus, & aliæ nuper natos infantes lac vltimum tracturos adhibebãt vberibus. Rurſum autem eorũ quæ antea ſibi lata fuiſſent de cælo auxiliorum memores, pronos vnanimiter ſe proſternentes, infantibus ab vberibus remotis, perquàm magna voce clamabant, Omnipotenti ſupplicantes, vt interuẽtu ſuo miſereretur ipſorũ, qui iã ad Orci fores perueniſſent.

## CAP. VI.

ELeazarus autem quidam vir inſignis, vnus è ſacerdotibus eius regionis, ſenectam iam ætatem aſſecutus, & omni vitæ virtute ornatus, ſedatis circum ſe ſenibus, ſanctum Deum inuocãdo, hæc orauit, Rex præpotens, & altiſſime Deus omnipotens, qui creata cuncta clementer gubernas, reſpice ſemen Abrahami, ſanctique Iacob progeniem, populum obuentionis tibi cõſecratæ in alienigena terra peregrinum, iniuſtéque pereuntem, ô pater. Tu Pharaonẽ curribus abũdantẽ, olim huius Ægypti principem, immiti cõtumacia, iactantiáque linguæ elatũ, cum ſuperbo exercitu mari demerſum perdidiſti, luce miſericordiæ illuſtrando genus Iſraeliticum. Tum innumeris exultantem copijs Sennacherib grauem Aſſyriorum regem, qui ferro iam totam terram ditioni ſuæ ſubiecerat, aduerſus ſanctam ciuitatem tuam elatum, diráque faſtu & audacia loquentem fregiſti Domine, multis gẽtibus palàm oſtendens tuam potentiam. B Tu tres illos in Babylonia amicos, qui alacres vitam igni, ne vana colerent, tradiderant, ardentem fornacem irrorãdo, ad capillos vſque illæſos ſeruaſti, flamma in omnes inimicos immiſſa. Tu plenis inuidiæ criminibus ad leones ſub terram deiectum, vt à feris deuoraretur, Danielem, in lucẽ reduxiſti incolumẽ: inque ventre alumni maris ceti maceratũ abunde Ionam ſaluum denuo ſuis oſtendiſti, ô pater. Nunc quoq; ne cuncteris clementiſſime omnium inſpector, quo minus te quamprimum oſtendas Iſraelitico generi quod à deteſtandis atque nefarijs gentibus iniuſte tractatur. Quòd ſi contraxit impietatẽ peregre vita noſtra, ereptos è manu inimicorum, quocunq; volueris, ô Domine, exitio perde nos, ne qui vana cogitant, vanis gratulentur de interitu eorũ quos charos habueris, ac dicant, Ne Deus quidem ipſorũ liberauit eos. Quamobrem tu qui ſummo robore, ſummáq; potentia præditus es, æterne, reſpice nũc & miſerere nos, qui per iniuſtam nefariorum vim, inſidiatorum in modum è vita tollimur. Fac ſtupeant gentes inuictam tuam potentiã hodie, & robur quo polles ad ſalutem generis Iacob exerceas. Tibi ſupplicat omnis infantium multitudo, & eorundem parentes cum lachrymis. Palàm fiat omnibus gentibus te nobis adeſſe Domine, nec faciem tuam à nobis auertiſſe: ſed vt locutus es, quòd ne in hoſtili quidẽ terra tuos neglexeris, ita rem ô Domine perfice. Hæc orandi cum Eleazarus iam finem faceret, rex cum belluis omnique copiarũ ſtrepitu ad hippodromum aderat: quod vbi viderũt Iudæi, ingentem in cælum clamorẽ extulere, adeo vt adiacentes valles reſonando, largos toti exercitui fletus excuterent. Tum perquàm glorioſus, omnipotens, & verus Deus ſanctam faciem ſuam oſtendẽs, cæleſtes portas aperuit, è quibus decori duo ac terribiles angeli deſcẽdere, omnibus præterquàm Iudæis conſpicui. Hi obſiſtendo copias hoſtiles perturbatione ac pauore repleuerunt, & præ quibus ſe mouere non poſſent compedibus cõſtrinxere. Tum corpus regis inhorruit, & iracũdam eius audaciam cepit obliuio. Belluæ quoque in cõſequentes armatas copias conuerſæ obterebant eas, & perimebant. Ergo rex iram vertit ad cõmiſerationem, & ad ea quæ antea molitus fuerat, deplorãda. Audito enim clamore, poſtquam proſtratos ad interitum omnes vidit, lachrymans, & iracunde increpitans amicos, D Rege abutimini, inquit, & tyrannos crudelitate ſuperatis, mihique adeo ipſi de vobis benemerito imperium & ſpiritũ iam adimere conamini, clàm ea quæ regno minime proſunt machinãtes. Quis hos qui ditionis noſtræ munitiones fideliter obtinebãt, ſedibus ſuis euerſos ſingulos huc congregauit immeritos? Quis eos qui iam inde ab initio beneuolẽtia erga nos gentes omnes per omnia anteceſſerũt, peſſimáque ſæpe rerum humanarũ ſubiere pericula, tam nefarijs ſupplicijs implicuit? Soluite iniuſta vincula, ſoluite, & hos ad ſua remittẽdo ſaluos antefacta deprecamini: dimittite filios omnipotentis, cæleſtis ac viui Dei, qui à temporibus maiorum noſtrorum vſque adhuc ſtatum rebus noſtris præbet imperturbatum. Atque hic quidẽ hæc dicebat: illi vero continuo ſoluti cum modo mortem effugiſſent, ſanctum Deum ſeruatorem ſuum prædicabant. Pòſt deinde rex in vrbem reuerſus, accerſitũ redituum diſpenſatorem, vina reliquáque ad conuiuium pertinentia Iudæis per dies ſeptem ſubminiſtrare iuſſit, E decreto, vt quo in loco mortem ſibi ſubeundam putauiſſent, in eo ſaluiferam diem celebrarent. Tum illi contumelijs expoſiti antea, mortique vicini, imò iam mortem ingreſſi, pro acerbo & luctuoſo letho ſalutare cõuiuium inſtruẽtes, ple

Marginal notes: Exod.14. f. — Eſa.37. f. — Dan.3.d. — Dan.6.d. — Ionæ.2.a. — Gr. ἐνεργῆς. al. ἐντιμῆς. — Deut.28. — 2.Mach.3.d 10.c.11.b. Ioſeph. cõtra Applo. libr. 2. ab initio hæc attingit. — Prou.16. a. — Gr. τῆς ὀχυρώσεως. al. οἰκείας.

æ lætitiæ, locum ruinæ ſuæ ſepulchróque deſtina-
tum deſignabit ſedilibus, miſſoque flebiliſſimo la-
mentationis carmine, ſeruatorē ac mirificū Deum
Pſal.19.a. laudando, patrium ordiebantur canticum, omniq;
comploratione & eiulatione remota, choreas indi-
cio pacificæ lætitiæ inſtituebant. Similiter autem
rex quoque ſuper his ingens conuiuium celebrans,
laudes in cælum indeſinētes ac magnifice, propter
inopinatam ſalutē datam extollebat. Qui vero an-
tehac ad interitum, auibúſque deuorandos deſti-
F nabant illos, & addicebant cum gaudio, ij ſuſcepta
in ſe ignominia, atq; ardenti audacia ingloriè ex-
¶1 χορόν. tincta, gemebant. Iudæi ergo, vt iam diximus, ſu-
αἷ, χαίνον. pradictæ ¹ſaltationi' & conuiuio dediti, in lætis gra
Ioſeph. cō tulationibus & canticis erant, ‖ communique ſan-
tra Appio. cita de his lege per omnem ſuam peregrinitatem
lib.2. ab ad poſteros, ſupradictos lætitiæ dies agendos con-
initio. ſtituerunt, non compotationis gratia aut comeſſa-
tionis, ſed propter datam ſibi à Deo ſalutem: dein-
de rege adito, vt ad ſua dimitterentur, poſtularūt.
S.4.c.d. ‖Cæterum deſcriptio eorū celebrata fuit à viceſi-
ma quinta Pachonis die, vſque ad quartam Epiph,
per dies quadraginta: perdendis autē eis opera na
¶1Aſ, Abib uata eſt, à quinta die ¹Epiph' vſque ad ſeptimā eiuſ
dem tribus diebus, quibus miſericordiam ſuā ma-
gnifice oſtendens, dominator omnium illæſos ſi-
mul omnes conſeruauit: conuiuia verò agitarunt,
ſubminiſtratis à rege ſibi rebus omnibus, vſque ad
quartamdecimā diem, qua die illum de ſe dimit-
tendis adierunt. Quibus rex collaudatis, ad præfe-
ctos, ſingularum ciuitatum ſubiectam ſcripſit epi-
ſtolam, magnificā animi vehemētiam continentē.

CAP. VII.

Rex Ptolemæus Philopator ſpartis per Ægyptū
præfectis, omnibúſque rerum adminiſtrationi
præpoſitis, ſalutem & ſanitatem: nam nos quidem
cum liberis noſtris valemus. Cū magnus Deus no
bis ſucceſſum rerum pro voto dediſſet, quidā ami-
corum moroſitate crebrius inſtando nobis perſua
ſerunt, vt ſubiectos regno Iudæos vno loco cōgre-
gatos, vt perduelles inuſitatis ſupplicijs afficere-
mus: q̄ dicerent res noſtras nunquam in trāquil-
lo fore, propter odium quod hi gererent in omnes
gentes, donec hoc perfectum fuiſſet. Cúmque adeo
vinctos eos huc deportaſſent cum vexationibus, vt
mancipia, imò vt inſidiatores, citra omnem quæ-
ſtionem cauſæque dictionē perimere conati ſunt,
¶1 ἐμπεπορπημέ- crudelitate more Scythico feriore ¹præditi.' Nos au
νοι. tem his propterea acerbius increpatis, quæ noſtra
eſt erga omnes homines ² benignitas, 'poſtquā eos
¶2 vſ, æqui gratia noſtra vix in vita retinuimus, & cæleſtem
tas. Deum Iudæos eſſe tutatum, & tanquam patrem fi-
B lijs opitulatum per omnia certò cognouimus, tum
etiā perpendimus amicitiæ qua firma proſequun-
tur nos et maiores noſtros benevolentiam, meri-
tò eos omni qualicunque crimine abſoluimus, mā
dauimúſque ſingulis vt ad ſua dimittantur omni
in loco, ne quiſquam eos omnino lædat, aut quic-
quam eorum quæ iniuſte perpeſſi ſunt, exprobret.
‖Etenim ſcitote nos, ſi quid mali aduerſum eos ma Iere.12.c.
litioſe moliti fuerimus, aut etiam eos omnino cō- Zacha.2.b.
triſtauerimus, non hominem, ſed dominatorē om
nis potentiæ Deum altiſſimum, vltione factorū in-
feſtum habituros, per omnia, ſemper, & ineuitabi-
liter. Valete. Hac tamē epiſtola accepta, nō pro-
tinus feſtinarunt abſcedere, ſed regem hoc quoque
popoſcerūt, ‖vt qui ex Iudæorū gente ſanctum Deū 1.Mach.2.d
ac legem eius vltro violaſſent, mérito ſupplicio ab
ipſis afficerentur: quòd dicerent eos qui ventris cau
ſa diuina mādata tranſiſſent, ne regis quidem im-
perijs vnquā fidos eſſe futuros. Hæc ille ab his ve- C
ra dici deputans, collaudatis poteſtatē dedit, eos qui
legem Dei violaſſent, in omni regni ſui loco, peri-
mendi liberè, citra omnem interceſſionē regiæ po-
teſtatis, aut inquiſitionem. Tum regi gratijs, vt par
erat, actis, ſacerdotes horum vnáque omnis multi-
tudo Alleluia clamantes, cum gaudio diſceſſere: atq;
ita obuium quenque impiatorum ſuæ gētis inter-
eundum mulctabant, exempláque ſtatuendo perime
bant: atque adeo illa die ſupra trecentos viros inter
fecerunt, gaudiáque celebrauerunt læti impios tru
cidantes. Qui autem Deo ad mortem vſque adhæſe-
rāt, plenū ſalutis fructū conſecuti ex vrbe profecti
ſunt, odoratiſſimis omnis generis floribus coronati,
cū lætitia & clamore, per laudes hymnorúmq; ſua-
uiſſimum concentum, Deo patrum ſuorum ſancto
Iſraelis ſeruatori gratulātes. Cúmque perueniſſent
Ptolemaidem Rodophoron, propter naturam loci,
cognominatā, vbi claſſis eos expectabat, ex cōmuni
cōſilio cōuiuium illic per ſeptem dies celebrarunt, D
rege ipſis propēſo animo cuncta ad profectionē ne
ceſſaria cuiq;, donec domū ſuam perueniſſet, ſuppe
ditante. Ita abſcedētes ſalui cū meritis gratulatio-
nibus, ſimiliter illic quoq; ſtatuerūt illos dies lætos
tempore peregrinitatis ſuæ agendos: ijſq; in conui
uali precationis loco poſita colūna dedicatis, profe
cti ſunt terra, mari fluuióq; incolumes, liberi ac læ
ti: ſaluique mandato regis domū quiſq; ſuam reſti
tuti ſunt, ampliorem quàm antea in hoſtes ſuos, cū
gloria & terrore adepti poteſtatem, nec omnino à
quoquā bonis ſuis depulſi. Omnes enim omnia ſua
ex celebrata deſcriptione receperunt, ita vt quicun
que aliquid eorum haberent, cum ſummo timore
redderēt eis, ſummo Deo factis magnificis ſalutem
eorum conſummante. Prædicādus eſt liberator Iſ-
raelis ad tempora ſempiterna.

Digitized by Google

Digitized by Google

1-2-3

Digitized by Google